IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1969

ACTA
SANCTORUM
JUNII
TOMUS QUARTUS.


ACTA
SANCTO
RVM
IVNII
Philibertus Bouttats junior sculp Antverp.

ACTA SANCTORUM IUNII

Ex Latinis & Græcis aliarumque gentium Monumentis, ſervatâ primigeniâ veterum Scriptorum phraſi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariiſque & Obſervationibus

ILLUSTRATA

A GODEFRIDO HENSCHENIO P.M.
DANIELE PAPEBROCHIO,
FRANCISCO BAERTIO,
CONRADO JANNINGO,
E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS.

TOMUS IV

Complexus diem Menſis vigeſimum,
& quatuor ſequentes.

ANTVERPIÆ,
Apud PETRUM JACOBS,
A. D. MDCCVII.





JOSEPHO

ROM. IMPERATORI

SEMPER AUGUSTO

AUSTRIACO, CLEMENTI,

PIO, FELICI,

VICTORI.



Ertium de Actis Sanctorum Junii Tomum, Auguſti Romanorum, Germaniæ & Hungariæ Regis nomini, Tuo inquam, Auguſtiſſime Joſephe, non ita pridem inſcriptum; ſubſequitur nunc in lucem quartus; qui viam ſibi per Tomum priorem uſ-

que

que ad ſolium Majeſtatis Tuæ apertam conſpiciens, properat eódem etiam ipſe; cupidus gratulari Majeſtati Tuæ novum gloriæ incrementum, & ſalutare Imperatorem. Eo quippe Te, poſt editum Tomum tertium, conſtituit firmavitque divina Bonitas honoris ac venerationis gradu, ut altior, quò aſcendas, in terris nullus ſit. Adducit idem Tomus, tamquam ſtipendarius Majeſtati Tuæ, novum ſubſidium è cæleſti militia Sanctorum, qui & acquiſitum gloriæ culmen Tibi potentiâ ſuâ tueantur inter mortales in terris, & ad gloriam in cælo ſempiternam ducant exemplis ſuis, & ſublevent ſua virtute. In his ſunt, qui præliando hîc prælia Domini, cælum victores ingreſſi ſunt; in his, qui per terrenos honores gradum fecerunt ſibi, monſtraveruntque poſteris, ad gloriam cæleſtem; in his, qui ſago togæque idonei, ſuos ſua manu defenderunt in bello, & æquis legibus moderati ſunt in pace; pacemque acquiſiverunt ipſi æternam. Atque hæc Tua quoque ſunt opera, Auguſtiſſime Imperator, quæ incrementa quotidie capiunt, perficienturque exemplis Sanctorum in perfectum diem. Fit item mentio hoc in Tomo multorum, qui vinculo ſanguinis Majeſtati Tuæ conjunguntur. Hos inter eminent, ſanctiſſimæ vitæ & Inſtituti Sorores tres, Reginæ ac Virgi-

nes,

nes, Magdalena, Margarita, Helena, Ferdinandi I Imperatoris lectiſſimæ filiæ; Maximiliani II Imperatoris ſorores; Rudolfi II, Mathiæ, & Ferdinandi II, ſucceſſive Imperatorum, amitæ; Ferdinandi III Imp. proamitæ; Leopoldi Ignatii, piiſſimi parentis Tui, abamitæ; Tuæque ipſius, Auguſtiſſime tot Imperatorum (ut de antiquioribus taceam) Succeſſor, atamitæ: quæ, conſentientibus Auguſtiſſimis Patre ac Fratre, nobiliſſimum ſibi condiderunt parthenonem Halæ in Tyroli, ubi, inſtitutam à S. P. Noſtro Ignatio Societatem, qua licet, æmulatæ, ſub filiorum ejus moderamine obedientiſſimam & Angelicam in terris duxerunt vitam, eamque ſancta clauſerunt morte. Harum Inſtitutum imitatæ ſunt tres aliæ Sorores Virgines, ex conſanguinea Tibi Gonzaghiorum, Mantuæ Ducum, Familia; neptes B. Aloyſii Gonzagæ; Cynthia, Olympia, Gridonia, quæ & ipſæ iſtiuſmodi Parthenonem Caſtellione Stiverorum in paterno principatu fundaverunt; & omnes tranſactâ ſancte vitâ, multos poſt mortem annos, incorrupto corpore (uti animo fuerant) inventæ ſunt, & nunc ſeorſim decenter ſervantur. Harum patruus, B. Aloyſius prædictus, ex eadem, conſanguinea Majeſtati Tuæ familia, è Principe Religioſus Societatis Jeſu factus, pacem bello prætulit, & mirabilis inter diſſiden-

tes Pacificator evaſit. Nata fuerat inter Gonzaghios, Vincentium Mantuæ Ducem, & Rudolfum Principem Caſtellionis, Aloyſii fratrem, tam gravis ſimultas, ut in apertam vim eruptura timeretur propediem. Adhibiti fuerant Pacificatores multi, etiam principes viri & feminæ, ſed nihil de pace ad animum admittebat Dux. Tandem evocatur Româ Aloyſius Mantuam, primoque cum Duce congreſſu, licet juvenis eſſet, non amplius viginti & unius annorum, ita ejus conciliavit animum fratri, ut quidquid antea ſibi Dux volebat deberi, illico id Principi cederet, ipſumque ab Aloyſio adductum admitteret ad mutuum amplexum, cujus ne nomen quidem antea ferre æquo animo ſuſtinebat. Hunc eumdem Pacificatorem, jam ſanctum ac potentiorem in cælo (quem oro, omnibus hoc luctuoſo belli diuturni tempore Pacifica conſilia inſpiret) ad Te, Auguſtiſſime Imperator, Tomus hic noſter primùm, & ſolùm hoc titulo, adducit; quia Tu pacis bellique arbiter in mundo poſt Deum præcipuus es. Te deliniat ille, ut injuriarum immemor, pacem concedas omnibus, qui Majeſtatem Auguſtiſſimi Parentis Tui ſanctæ mem. Leopoldi, tuamve immerito læſerunt. Inter feras belluas

CORPORA MAGNANIMO SATIS EST PROSTRASSE LEONI:

Cur

Cur idem non ſufficiat Aquilæ, volucrum Reginæ? Pacem poſcunt boni omnes, noſque imprimis Belgæ, qui theatrum belli tot jam annis præcipuum ſumus & ingemiſcimus; interque alios eam petunt incolæ Antverpienſes in Marchionatu Sacri Imperii Romani; & nos cum illis,

SACRATISSIMÆ MAJESTATIS TUÆ

AUGUSTISSIMO NOMINI

Devotiſſimi Clientes

CONRADVS IANNINGVS
ET AVCTORES COLLEGÆ

E SOCIETATE JESU.

SYNOPSIS ACTORUM TOMI QUARTI.

HIc Tomus, diem vigeſimum Junii & quatuor ſequentes complexus, continet Acta Sanctorum nominatorum, CLXI; Anonymorum, certo numero definitorum, ultra quinque millia; ad alios Tomos, vel jam excuſos, vel deinceps excudendos relatorum, CCXV; & aliorum XC omnino prætermiſſorum, donec de publico & legitimo eorumdem cultu conſtet, ultra ſimplicem Beatitatis titulum, à nonnullis, liberalius quam nunc permittat Eccleſia, tributum. Adduntur, de more, Indices ſex; Alphabeticus Sanctorum, Chronographicus, Hiſtoricus, Topographicus, Onomaſticus, & Moralis.

In iſtis primas partes tenet, ſanctitatis & ætatis titulo, *Joannes, Prodromus & Baptiſta Chriſti*, *à pag.* 687 *ad* 807. Ejus hiſtoria, ex Euangelio certius noſcenda, explicatur; expenſis ac rejectis hallucinationibus Joſephi Judæi, multa falſa circa Herodem ejuſque familiam commenti. Quæritur etiam Nativitatis, Decollationis, & Sepulturæ locus: explicatur cultus in Eccleſia, tam Orientali, quam Occidentali, diebus variis. Proponuntur hiſtoriæ inventi tranſlatique ſæpius Capitis, aliarumque ejuſdem ſancti Reliquiarum, pluribus locis celebrium; puta brachiorum, manuum, digitorum; ac cinerum Genuæ: nec non Apparitiones quædam & miracula celebriora. *Joanni* ſuccedunt Apoſtolorum Diſcipuli, dicti etiam ipſi *Apoſtoli* apud Græcos; in quibus *Tertius*, *Jeſus Juſtus*, & *Artemas*, ex Paulinis Epiſtolis noti. Ceteri in hoc Tomo Sancti poſſunt ad tres Status reduci, ut ſequitur.

AD ECCLESIASTICUM.

Hyginus, Papa Romanus & Martyr: & ex Romano Clero *Presbyteri* duo; *Novatus*, Frater S. Timothei Presb. non item SS. Praxedis & Pudentianæ Virginum. *Joannes*, etiam Martyr, cujus Romæ caput, occaſionem minus recte ſentiendi dedit vulgato errori, de capite Baptiſtæ illuc allato. Romanis accedat *Felix Presb. M.* prope Sutrium in Tuſcia: majori etiam jure *Venerab. Jacobus de Vitriaco*, ex Epiſcopo Acconenſi Cardinalis & Epiſcopus Tuſculanus; poſt Vitam Mariæ Oigniacen. ab ipſo ſcriptam, laudatus; & *Aloyſius Gonzaga*, *Clericus Societatis Jeſu*, in Collegio Romano, etiam iconiſmis illuſtratus, quibus repræſentantur prima ejus Communio, de manu S. Caroli Borromæi ſuſcepta; & effigies, Caſtellione à viventis ore expreſſa; aliaque, Romæ olim cum multis miraculis ſculpta; nec non novum in eccleſia Ignatiana altare. Actis, *à pag.* 849 *ad* 1167 deductis, præmittitur Commentarius de familia, & cultu Beati ſucceſſive aucto, atque Canonizationi proximo. Sequitur *Vita*, ab Hieronymo Plato, & Virgilio Cepario, ſcriptoribus S. J. compoſita, à C. J. ex Proceſſibus articulatim confirmata; tum ex iiſdem Proceſſibus *Miracula*, legitime probata; nec non ex Proceſſibus aliis, per diverſa loca formatis; ac denique ex authenticis Vulturenę Vallis, ubi viget celeberrimus Beati cultus. Adduntur Elogia trium ejus neptium, Fundatricum Collegii Virginum Jeſu, *Cynthiæ*, *Olympiæ*, *Gridoniæ*.

Epiſcopi per Italiam, Ticinenſes ſeu Papienſes duo, *Urſicinus* & *Landfrancus*: hujus dantur *Vita & Miracula ex Mss.* Veronenſis, Blaſius; Comenſis apud Inſubres, *Exuperius*; Nolanus, *Paulinus* cum *Vita*, breviter ab Uranio coævo; prolixe, à Franciſco Sacchino S. J. Scripta. Sequitur *Appendix de tribus Paulinis*;

videlicet, *Junıore*, primi ſucceſſore immediato, & *Tertio*, poſt annum 500 famoſo propter Captivitatem Wandalicam, ex charitate in Africa toleratam pro filio matronæ nobilis, ut refert S. Gregorius; PP unde reverſus cum triumpho, annue recoli ſolito, videtur Beneventi obiiſſe; prioribus duobus Nolæ ſepultis, quod teſtantur viſendæ ibi marmoreæ arcæ, & quæ eorum habentur ac deſtinguuntur ſcripta. Ex his nominatus *Paulinus Iunior*, veroſimiliter eſt, quem Benevento, cum corpore S. Bartholomæi Apoſtoli, accepiſſe gloriantur Romani. Addi, poſſunt *Epiſcopi Nicetæ* duo; alter Aquilejæ; alter Romatianæ civitatis in Dalmatia, Paulini Nolani hoſpes; ſub Dominio Venetorum ambo.

Per Galliam & Hiſpaniam *Epiſcopi*, *Raymundu* Rothenſis, qui & Balbaſtrenſis. In Gallia *Archiepiſcopus* Bituricenſis *Radulfus*. Acta, à Mabilione collecta. *Epiſcopi*; Tullenſis, *Jacobus*; Cameracenſis, *Lietbertus*, cujus *Vita, auct. Rodulfo coævo ex Mss.* datur; Augaſtodunenſis, *Simplicius*; Sagienſis, *Latirinus*; Venetenſis in Armoricis, *Bilius M.* In Campania Gallica, *Leodegarius Presbyter*; Acta; Vita & Tranſlationes ex Mss. *Gobanus* item, *Presbyter Hibernus*, Martyr in Francia, *Vita ex Mss.*

Per utramque Germaniam *Archiepiſcopi*; Salisburgenſis, *Eberhardus*; Vita à diſcipulo ſcripta; Magdeburgenſis, *Adalbertus*; Vita à Mabilione collecta. Tungrenſes in Belgio *Epiſcopi* duo, *Maximinus* & *Martinus*; Teruanenſis, *Baïnus*. In Hollandia Velſenæ, *Engelmundus Presb.* & prope Namurcum *Walherus M.* Paſtor Onhayæ; ejus tumba & Reliquiæ iconiſmis expreſſæ. In Weſtphalia, Parthenonis Vrundenbergenſis Fundatores, *Bertholdus* & *Menricus* fratres, Canonici; hic ſecularis, ille Præmonſtratenſis.

EX STATU MONASTICO.

Joannes de Mathera, Fundator Ord. Pulſanenſis in Apulia; *Vita*, à coævo; ubi & de variis Sanctis hujus nunc extincti Ordinis. *Abbates*; Bobienſis, *Theodulfus*; in Armoricis, *Mavennus*; S. Crucis in Normannia, *Leutfredus*; *Vita*, ab ejus Monacho: *Petrus*, Prior Juliacenſis: *Ericus*, Monachus & ſcriptor Autiſſiodori; ambo Ord. Bened. *Eremitæ & Solitarii*; in Farne, Angliæ inſula, *Bartholomæus*; *Vita ex Ms.* Tudæ in Gallicia, *Joannes Portuenſis*; Tranſaliaci in Gallia, *Lupicinus*, ex Greg. Turon. *Aaron* in ſui nominis inſula, prope littus Armoricæ; *Ivanus*, prope Pragam in Bohemia. Accedit præclarum ſexus feminei ornamentum *Etheldreda*, Regina & Abbatiſſa, Fundatrix Elyenſis in Anglia, *à pag.* 489 *ad* 578. Habentur de ea, *Compendium Vitæ*, ex Beda; *Vita & Miracula* lib. 3, auctore Thoma, Monacho Elyenſi; *Analecta* ex Mss chronicis Monaſterii.

Huc etiam faciunt duæ Virgines Beginæ; *Chriſtina Stumbelenſis*, diœc. Colonienſis, Chriſtinâ Hasbanicâ, quæ *Mirabilis* vulgo audit, etiam mirabilior, Ordinis Prædicatorum devota: *Vita & Miracula* dantur libris ſex ex Mss. *à pag.* 270 *ad* 451, auctoribus, primùm Petro de Dacia Ord. Præd. deinde Joanne, Scholarum Stumbelenſium Magiſtro, & ipsâmet in ſuis ad Petrum in Dacia abſentem Epiſtolis: denique *Vita brevior* meliuſque ordinata, auct. Anonymo. Begina quoque fuit *beata Maria*, ſervatâ in conjugio virginitate, vidua Nivellenſis; à diuturno autem, poſt mariti obitum, apud Oigniacum domicilio & cultu, dicta *Oigniacenſis*. Ejus *Vita* datur, ſcripta à Jacobo de Vitriaco, Canonico Regulari, poſtea Epiſc. Cardinali; cum *Supplemento* Nicolai Cantipratenſis, etiam coævi, *à pag.* 630 *ad* 682: & ſequitur ipſius Sanctæ ſolennis tranſlatio.

EX STATU SECULARI.

Martyres Romani plurimi, ob imputatum iis à Nerone incendium Urbis, diverſimode, nec uno die necati. Ibidem Romæ, *Feſtus* & *Lucia*, cum Sociis XXII: *Albinus*, inde Coloniam tranſlatus,

latus, deinde cum *Albano*, vel Moguntino, vel Britanno confusus. De Britanno agitur *à pag.* 86 *ad* 92, & ex Britannia numquam, ac ne quidem ad Ely, translatus fuisse monstratur.

Extra Italiam *Martyres*, *Zeno* & *Zenas* in Arabia; *Septem Fratres*, in Armenia; *Rogatus*, in Africa. His addat qui volet, x *millia Crucifixorum*, in monte Ararath, & MCCCCLXX in Palæstina sub Chosroë mactatorum: utrorumque *Acta* dantur & operose expenduntur, pro Lectoris arbitrio recipienda vel rejicienda. Ego nihil illis fidere ausim; nec scio an plus fidei dandum Actis *bis mille Martyrum*, Verolamii in Anglia, cum Albano & Amphibalo, trucidatorum, ut fertur. Tutius credideris *Martyribus* DCCC, *civibus Antiochenis* in Syria, cum *Juliano*, *Gonzalo* & *Grapto* passis; aliisque LXXXIV, Nicomediensibus in Bithynia. Varios etiam suggerit Hagiologium Habassinum metricum, passos vel in Ægypto, vel in Habassia. Accedant, *Julianus M.* Arimini Patronus, trans mare Hadriaticum super aquas in grandi arca appulsus, distinguendus ab Anazarbeno in Cilicia; *Agloardus* & *Agilbertus MM.* prope Parisios; & *Frisius*, in Aquitania.

Confessores laici pauciores occurrunt: videlicet, *Gerasimus*, civis Laurentinus in Calabria; *Hildulphus*, *Dux* in Belgio; & *Joannes*, Opilio in Artesia.

Ex muliebri sexu, Virginitatis lilium cum palma Martyrii conjunxisse reperiuntur in hoc Tomo; *Agrippina Romana*, in Siciliam transgressa; & *Demetria*, soror S. Bibianæ, Romæ. Alibi, *Gemma*, in Aquitania; & *Ida*, Gandavi in Flandria. *Non Martyres*; In Hispania, *Florentia*, soror S. Isidori; *Iduberga* in Anglia, Winocibergas in Flandriam traducta; *Consortia*, Cluniaci; *Aprincia*, Metis; *Sicildis* in Normannia; *Rotrudis*, in Belgio.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
SOCIETATIS JESU FLANDROBELGICÆ,
ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

CUm Edictis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti & Isabellæ, Belgii Principum, rursumque Philippi III, ac novissime Caroli II, Regum, confirmatis 2 Decembris 1692, & 19 Junii 1694, Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi Typographos & Bibliopolas, qui, ad quorumcumque aliorum exclusionem, soli imprimere ac reimprimere possint libros & opera quælibet, rite approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porro edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quam in scriptis obtentâ & præexhibitâ licentiâ prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impressa importantes statutis, ut latius in ipsis patentibus litteris apparet. Quod ipsum cum etiam sua Cæsarea Majestas valere voluerit in ditionibus, S. R. Imperio subjectis;

Ego infrascriptus, Societatis Jesu per Flandrobelgicam Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R.P.N. Præposito Generali MICHAELE ANGELO TAMBURINO, *concedo* Petro Jacobs, *facultatem imprimendi, & per se aliosque vendendi Tomum IV de Actis Sanctorum Junii, collectis & illustratis per Godefridum Henschenium p. m. Danielem Papebrochium, Franciscum Baertium, & Conradum Janningum, Societatis nostræ Presbyteros Theologos. In quorum fidem hasce manu nostra subscriptas, consuetoque officii sigillo munitas, dedi Antverpiæ, Anno 1707, 18 Martii.*

ISAACUS DE BRUYN.

SUM-

SUMMA PRIVILEGII REGII.

REgiæ Majeſtatis diplomate ſancitum eſt, ne quis, præter voluntatem Danielis Papebrochii è Societate Jeſu, ejuſve ad illuſtranda Sanctorum Acta Adjutorum & Succeſſorum, ullo modo imprimat vel recudi faciat, ex parte vel in totum, Tomos eorumdem, de argumento illo, vel jam editos vel porro edendos; aut alibi excuſos excudendoſve invehat, venaleſve habeat: qui ſecus faxit, confiſcatione exemplarium, & aliis gravibus pœnis mulctabitur; ut latius patet ex litteris, Bruxellæ datis.

Signat. LOYENS.

Et ego Daniel Papebrochius, Societatis Jeſu, Petro Jacobs, *Typographo Antverpienſi, permitto, ut Tomum IV de Actis Sanctorum Iunii, indultu meo pridem imprimi cœptum ab ejus matre, vidua Henrici Thieullier, & nunc ab ipſo abſolutum, ſub ſuo unius nomine publicet. Datum Antverpiæ,* IV *Idus Martii,* MDCCVII.

APPROBATIO ORDINARII.

PRodit tandem, *ſtrepentibus licet adhuc circùm armis, dudum deſideratus à multis, Tomus IV de Actis Sanctorum Iunii, Auctoribus Godefrido Henſchenio p. m. Daniele Papebrochio, Franciſco Baertio, & Conrado Janningo, Societatis Ieſu Sacerdotibus Theologis. Quiſquis noverit, hunc laborioſi, Eccleſiæ Catholicæ utiliſſimi, & eruditis laudatiſſimi operis de Actis Sanctorum, Tomum, eſſe viceſimum ſecundum; à me illum hic laudari non expectet, ſed approbari, ut in lucem exeat: quod hiſce lubens facio. Antverpiæ die* X *Martii,* MDCCVII.

P. v. HALMALE

Archidiaconus Antverpienſis & Librorum Cenſor.

PROTESTATIO AUCTORUM.

QUod ante prægreſſos quinque menſes identidem ſumus proteſtati, nos in hoc de Actis Sanctorum opere ſervatas velle Urbani Papæ VIII Conſtitutiones; neque noſtris, aliorumve huc referendis Commentariis aliud pondus tribui, quam eſt hiſtoriæ, ab hominibus errori obnoxiis ſcriptæ; idem ante hunc quartum Tomum Junii denuo proteſtamur.

INDEX

AD TOMUM QUARTUM JUNII

INDEX SANCTORUM

A

21 AAron, Monachus in insula littorali Britanniæ Armoricæ. *Sylloge* de cultu, ætate, & anachoreseos loco 147

20 Adalbertus, ex Monacho Trevirensi Archiepiscopus Magdeburgensis. *Commentarius Joannis Mabilionis.* §. 1. De origine Monasterii, ipsius urbis, & erectione ejus in Metropolim 30. § 11. Non Rugis, sed Russis missus Episcopus Adalbertus, inde Abbas Wirciburgensis factus, ac denique Archiep. 32. §. 111. Reliqua ejus Acta, obitus, sanctitas 35

23 Adrianus M. *Vide* Palladius 474

24 Agilbertus M. Christolii 817

24 Agoardus cum Sociis MM. ibidem. *Comm. prav.* de cultu & Reliquiis 814. Acta Martyrii *ex Mss. ipsius loci* 815 d

23 Agrippina, V. M. Romana, Menis in Sicilia. *Commentarius Prævius.* §. 1. De cultu apud Græcos & Siculos, atque erga hos beneficentia 458. §. 11. De tempore passionis; ipsique Historiæ, licentius exornatæ, aptanda correctione; Menarum situ, & Officio Gallicano 460. OFFICIUM PROPRIUM *ex Magnis Græcorum Menæis* 461. TRANSLATIO CORPORIS ROMA IN SICILIAM *ex Tomo* 1 *de Vitis Sanctorum Siculorum. Pars* 1. Corpus Româ ablatum appellit in Siciliam: ab Agrigentino Episcopo quæritur & honoratur 464. *Pars* 11. Menas advectum sanctum Corpus miraculis claresçit, ibique conditur ædificatâ desuper ecclesiâ 467

21 Albanus Mart. Moguntiæ in Germ. prima, & Albanus alius Ep. M. cum Dominico Erem. item M. *Comm. Hist.* §. 1. Martyrium, ac patria S. Albani Moguntini 86. §. 11. Vita à Goswino male consuta sub annum MLXXII, & à Canisio vulgata 88. §. 111. Ecclesia & monasterium S. Albani, ejusque ad præsentem ætatem fortuna. Sancti ipsius Reliquiæ 90. §. 1v. De sanctis Albano Episcopo & Dominico Martyribus, Burani apud Venetos quiescentibus: deque alio Albano fictitio 92

22 Albanus, Amphibalus Clericus, bis mille circiter Socii, Brittanniæ Protomartyres, Verolamii & vicinis locis Angliæ. *Comm. prav.* De variis eorum Actis, miraculis & analectis eò spectantibus 146. ACTA MARTYRII. *Ex historia Bedæ lib.* 1. *cap.* 6. *&* 7. 147. ALIA ACTA *Interp. Guilielmo Mon. Alban. Cap.* 1. S. Amphibali adventus in Brittanniam, Conversio S. Albani 149. *Cap.* 11. S. Albani captivitas, verbera, vincula, constantia in fide & execratione idololatriæ 151. *Cap.* 111. Martyrium S. Albani & alterius Militis. Miracula fluvii exsiccati, fontis eliciti, & mortuorum resuscitatorum 153. *Cap.* 1v. Martyres DCCCCXCIX à Christo ad gloriam invitati. Corpora redintegrata, à lupo & aquilâ custodita 155. *Cap.* v. Martyrium S. Amphibali & mille conversorum. Pœna lictorum & Judicis. Epilogus 156. ANALECTA. Cap. 1. Corpus S. Albani à S. Germano honoratum; ab Offa Rege inventum & translatum. Monasterium cum nova ecclesia constructum 159. *Cap.* 11. Corpus S. Albani à Danis ablatum & restitutum. Occasiones figmentorum de eo ad Elyense monasterium delato. Ecclesia nova constructa 161. *Cap.* 111. In thecam novam translata ossa; eadem jussu Papæ inspecta, & numerata: arca exterior aliaque ornamenta curata 163. *Cap.* 1v. Iterum Elyenses coram Rege Eduardo II convicti. Apparitiones & miracula S. Albani 166. *Cap.* v. Revelatio & inventio S. Amphibali & Sociorum, eorumdemque translatio, *ex Parisio*, 167. *Cap.* v1. Ejusdem rei narratio alia *ex Joanne Bromptono:* ædificata ecclesia, translatæ aliquoties Reliquiæ 170

22 Albinus, M. Româ Coloniam delatus. *Comm. hist.* De præsenti corporis statu, translatione Româ &c. 172

20 Aldegundis, V. Trunchinii in Flandria. *Sylloge.* De ejus Reliquiis & cultu, una cum S. Basino patre 25

23 Alicus, M. *Vide* Avitus 471

21 Aloysius Gonzaga ex Marchione Castellionensi Religiosus Societatis Jesu, Romæ 135. COMM. PR. §. 1. De Aloysii nomine, patria, neptibus 849. §. 2. Majores ejus aliquot ac nepotes 848. §. 3. Chronologia vitæ 854. §. 4. Sanctitatis ac venerationis post mortem indicia. 856. §. 5. Decretum provinciæ Venetæ Soc. Jesu de petenda canonizatione Aloysii 857. §. 6. Synodus Diœcesana Mantuæ eamdem petendam decernit 846. §. 7. Venerationis aliud argumentum, imagines ab an. 1604. pictæ cum radiis 861. §. 8. Promotus Brixiæ & Castellione cultus. 865. §. 9. Idem quo pacto an. 1605. amplificatus 868. §. 10. Alia eodem anno ad augmentum cultus acta 870. § 11. Incrementum cultus an. 1606. 872. §. 12. Expeditur an. 1607. Apostolicum breve ad formandos processus 875. § 13. De processibus in specie an. 1608 fieri cœptis 876. §. 14. An. 1611 festum Madriti. Missa dilata, denuo petita & concessa à Paulo V 879. Quid an. 1618, obtentâ Missâ, actum Mantuæ, Castellione, Romæ. Missa extenditur à Gregorio XV 882. §. 16. Litteræ Principum novæ pro Canonizatione 885. §. 17. Virorum aliquot, sanctitate aut doctrina illustrium, erga B. Aloysium veneratio 887. §. 18. Gesta, quando & à quibus conscripta 890. §. 19. Quænam hic dentur; & quo pacto quæ compoluit Ceparius illustrentur 894. VOCATIO ALOYSII AD SOCIETATEM, scripta primo anno tirocinii ejus *per Hieron. Platum, tunc ejus Confessarium, ex Ms. Cap.* 1. Natus Castellione moratur Florentiæ, Mantuæ, Casali 896. *Cap.* 2. Vocatio ejus, varie tentata; exercitationes piæ conservatio in periculis; 898. *Cap.* 3. Constantia in Vocatione; ingressus in tirocinium; custodia sensuum 902. *Cap.* 4. Virtutes tironis eximiæ 905. *Cap.* 5. Virtutes aliæ & indicia sanctitatis 908.

TESTES examinati in processu Romano 911. In Castellionensi 912. In Florentino 913. VITA *auct. Virgilio Cepario S. J. in multis teste oculato, cum Annotatis & Adjunctis C. J. ex Mss.* Epistola prævia Francisci Gonzagæ Princ. & March. Castellionis ad Paulum V. 914. Dedicatoria Auctoris ad Franc. Gonzagam 915. Ad pium Lectorem *ibid.* Judicia Censorum de Vita 917. Vetus divisio Capitum 919. LIBER I. *Vita Beati in seculo acta. Cap.* 1. Genus, nativitas, primaque per sexennium educatio 921. *Cap.* 2. Qualem vitam Castellione septennis, octennis Florentiæ Aloysius duxerit 925. *Cap.* 3. De statu religioso cogitat: Castellione primam Communionem sumit 930. *Cap.* 4. Profectus in Montem Ferratum, decernit Religionem aliquam ingredi: intendit studium pietatis, ac revertitur Castellionem 934. *Cap.* 5. Constantia in exercitiis devotionis, profectio in Hispaniam, vita in aula regia 937. *Cap.* 6. Consilium ineundæ Societatis sumptum in Hispania; in Italia varie, at frustra, impugnatum 944. *Cap.* 7. Novæ moræ probationesque injectæ à patre; qui denique convictus cedit 950. *Cap.* 8. Venit Mantuam, inde Castellionem: & utrobique Acta. Permittitur tandem Religionem ingredi 954. *Cap.* 9. Abdicatio Marchionatus ac fortunarum omnium. Ingressus in Societatem 958. LIBER II. *Vita in Societate acta. Cap.* 1. Constantia tironis in morte patris & vigilans custodia sensuum ac linguæ 964. *Cap.* 2. Aliæ tironis virtutes. Hieronymi Plati de eo testimonium 968. *Cap.* 3. Reliquum tirocinium ad S. Andreæ. Oratio jugis & expers distractionum 972. *Cap.* 4. Cum tirocinii sui Magistro Neapolim profectus, rara ibi dat exempla virtutis 976. *Cap.* 5. Studia Theologica, vota Religionis nuncupata 979. *Cap.* 6. De Aloysii humilitate ac studio eam comparandi 988. *Cap.* 7. De obedientia, paupertate, castitate 986. *Cap.* 8. Mortificationis, dilectionis, zeli, aliarumque virtutum studium 990. *Cap.* 9. Orta inter Ducem Mantuanum & fratrem Marchionem dissidia componit 996. *Cap.* 10. scandala Castellione sublata, Mediolani data virtutum exempla 1000. *Cap.* 11. Reditus Mediolano Romam, & consummata perfectio 1005. *Cap.* 12. Magna caritate ægris inserviens morbum contrahit, quo tandem contabescit. 1008. *Cap.* 13. Mortis dies præscitus, & pie obitus: sepultura, & acta circa corpus 1012. ANNOTATA ad capita XII & XIII. 1016. & 1020. *Cap.* 14. Translatio aliquot Reliquiarum 1026. *Cap.* 15. Translatio ultima corporis; & nonnullæ variis locis Reliquiæ 1030. *Cap.* 16. Aliquot Beati Epistolæ & imagines. Sodalitium ei institutum, altaria & sacella excitata 1032. LIBER III. *Acta & miracula post mortem Beati. Cap.* 1. Testimonia de filii sanctitate ad matrem. Moribundæ servatæ: cæcus illuminatus: alii curati 1035. *Cap.* 2. Alii multi voto facto variis locis sanati 1042. *Cap.* 3. Aliorum etiam illustrium virorum curationes varii generis 1047. *Cap.* 4. Varia miracula in Marchionatu Castellion. Nonnulla alibi in salutem animarum, Aloysii meritis data 1053. SUPPLEMENTUM MIRACULORUM. *Cap.* 1. Cantus cælestis in cubiculo B. Aloysii, & quædam desumpta ex Processibus annorum MDCVIII & IX 1057. *Cap.* 2. Alia ex iisdem 1068. *Cap.* 3. Alia, ex privatis in archivo Collegii Rom. relationibus 1036 *Cap.* 4 Mirabilia ex privatorum relatu 1065. *Cap.* 5. Aliquot curationes, tum à variis testatæ, tum coram judicibus probatæ. 1068. *Cap.* 6. Beneficia nonnulla ab an. MDCXI usque ad XIV opem Aloysii invocantibus præstita 1071. *Cap.* 7. Insignis curatio P. Guilielmi Flacci Rect. Anglorum S. J. Gandavi 1074. *Cap.* 8. Vulgatissima curatio Josephi Spinelli S. J. apparente ei B. Aloysio & Jo. Berchmanno, Panormi facta 1075. *Cap.* 9. Singularis Aloysii cliens & multorum beneficiorum debitor Wolfgangus ab Asch 1078. *Cap.* 1. Alia ejusdem erga Beatum debita 1081. *Cap.* 11. Invocato Aloysio resuscitatus mortuus, infirmi curati, paupertas sublevata, neptis Beati in præcipitio servata 1084. *Cap.* 12. Beneficia alia, præsertim circa oculos, ex Annuis Germaniæ Superioris 1086. PROCESSUS formatus in Vulturena valle à XXIV Sept. MDCXII ad XXII Febr. MDCXIV. *Cap.* 1. Variorum litteræ de principio & augmento cultus B. Aloysii in Valle ista 1090. *Cap.* 2. Aliæ litteræ de eodem incremento; situ loci, novaque ecclesia 1094. *Cap.* 3. Testium auditorum nomina, patria, ætas, conditio, & examinum loca ac tempora 1097. *Cap.* 4. Initium Processûs ac Depositionis D. Nicolai Lunghi, eorum quæ vidit oculati testis 1099. *Cap.* 5. Alia à D. Nicolao annotata miracula 1102. *Cap.* 6. Reliqua ejusdem annotata 1104. *Cap.* 7. Depositiones examinatorum an. MDCXII testium 1108. *Cap.* 8. Examinati an. MDCXIII, *Pag.* 1111. *Cap.* 9. Examinati annō Domini MDCXIII, 1114. *Cap.* 10. Ultima ex Processu, & alia deinceps obtenta curationum beneficia 1118. RELATIO ROM. ROTÆ AUDITORUM. *Cap.* 1. In quo præcipue consistat hominis sanctitas 1121. *Cap.* 2. Quod Aloysius habuerit omnes virtutes tam Theologicas quam Cardinales, ex quo numquam mortaliter peccavit 1122. *Cap.* 3. De fide & spe Aloysii 1125. *Cap.* 4. De caritate in Deum 1127. *Cap.* 5. De caritate in proximum 1129. Cap. 6. De prudentia, justitia & religione 1130. *Cap.* 7. De actibus religionis interioribus 1131. *Cap.* 8. De actibus ejusdem exterioribus 1133. *Cap.* 9. De pietate, observantia & obedientia 1134. *Cap.* 10. De justitia in ordine ad ultima sex præcepta Decalogi 1135. *Cap.* 11. De fortitudine B. Aloysii 1137. *Cap.* 12. De temperantia 1138. *Cap.* 13. De felici obitu, translationibus, frequentia sepulcri, fama sanctitatis 1139. *Cap.* 14. Miracula quatuor è Processibus selecta 1142. *Cap.* 15. Alia octo ex iisdem 1145. *Cap.* 16. Validitas processuum. Anacephalæosis virtutum & Conclusio de sanctitate Aloysii 1147. ANALECTA ex multis pauca 1149. *Cap.* 1 & 2. Sermo Roberti Card. Bellarmini an. MDCVIII in Anniversario Beati, 1150. *Cap.* 3. Hymni & odæ de laudibus ejus 1153. *Cap.* 4. Collegium illustrium Virginum Jesu sub illius Patrocinio Castellione institutum 1155 *Cap.* 5. De Ven. Principe Cynthia Gonzaga, Aloysii nepte, fundatrice dicti Collegii 1158. *Cap.* 6. Acta quædam Principis Olympiæ Gonzagæ, itidem neptis B. Aloysii 1162. *Cap.* 7. Alia quædam gesta Olympiæ &, nonnulla de sorore ejus Gridonia 1165. *Cap.* 8. Exhortatio domestica, habita à B. Aloysio super mensam festo Sanctorum omnium 1167

21 Aphrodisius, M. in Cilicia. Certaminum Synopsis *

sis; *ex Galesinio & Menæis* 74
21 Apollinaris M. *Vide* Cyriacus 72
22 Aprincia V. Metis in mñrio S. Clementis. *Notitia Reliquiarum à Wilthemio nostro suggesta* 254
23 Ario M. *Vide* Avitus 471
23 Aristocles Presb. cum sociis MM. Constantiæ in Cypro. Cultus & Acta *ex Mss. Synaxariis* 472
20 Arius, seu Macarius, & Asterius, Epp. Petræ in Palæst. & Petræ in Arabia. *Sylloge* de eorum Actis, *ex S. Athanasio*; cultuque *in hodierno Romano* 11
21 Artemas Discip. Pauli Apost. *Vide* Tertius 67
20 Asyncritus & Socii MM. Constantinopoli honorati *Syll. hist.* De eorum Martyrio, cultu, Reliquiis 6
23 Athanasius Lector, M. *Vide* Aristocles Pr. 724
20 Avatia, in Agro Bellunensi Dominii Veneti. Cultus, *ex Ferrarii Catalogis Sanctorum* 21
23 Avitus, cum Sociis 83, MM. Nicomediæ. Notitia nominum atque numeri *ex Vetustis Martyrologiis* 471

B

20 BAinus Ep. Teruan. & dein Ab. Fontanellæ in Normannia Francica. *Cap.* 1. Memoria in Fastis. Gesta in Episcopatu 26. *Cap.* 11. Gesta in regimine monasterii. Obitus. 28
24 Bartholomæus Erem. Anglus in Farne. *Comm. prav.* Auctor Vitæ an Galfridus? Cultus & ætas Sancti 832. Vita, Auct. coævo, G. Mon. *ex Ms. Cisterc.* Prologus. Cap. 1. Adolescentia, Sacerdotium. Vita monastica, dein anachoretica 833. *Cap.* 11. Arcta vivendi ratio in Insula Farne 835. *Cap.* 111. Insultationes dæmonis superatæ. Miracula patrata. Thomæ Prioris Dunelmensis vita, mors, sepultura 836. *Cap.* 1v. Farne insula descripta. Inobedientes puniti &c. 838. *Cap.* v. Bartholomæi morbus, obitus, sepultura, miracula 840
21 Bellicus M. *Vide* Cyriacus 72
20 Bertholdus & Menricus Canonici; hic secularis, iste Præmonstratensis, Fundatores Parthenonis Vrundebergensis O. Cist. in Westfalia. *Comm. Prav.* 58. Acta *ex veteri Ms. loci, erudita à Gaspare Jongelino Cap.* 1. Bertholdi genus, & cœpta B. Virginis ædicula, obitus 59. *Cap.* 11. Fratris cœpta prosequitur Menricus, favente Colonienſi Archiep. 60. *Cap.* 111. Fundato Monasterio Vrundebergensi, moritur B. Menricus, & miraculis claret 62
23 Bilius, M. Episc. Veneten. in Aremorica, *ex Alberto le Grand* 607
23 Bifoës, M. *vide* Didara 474
22 Blasius, Ep. Veron. in Italia *ex Valerio Ep. & aliis* 242

C

23 CApito, M. *Vide* Avitus, 471
22 Christina Stumbelen. V. Devota, O. Præd. in Archidiœc. Colon. *Comm. prav.* §. 1. Acta à familiaribus, Vita à suppare scripta 270. §. 11. Acta unde & quomodo transscripta. Dies obitus & translationis ac cultus 271. §. 111. Dæmonibus in Christinam divinitus permissa potestas, recentioribus duorum insignium Dei servorum exemplis illustrata 272. Acta à Fr. Petro de Dacia Ord. Præd. aliisque familiaribus & coævis collecta. *Ex veteri Ms. Canonicorum Juliacensium* 274. Liber 1, continens res gestas à xx Dec. MCCLXVII usque ad XIV Aprilis anni MCCLXIX. *Cap.* 1. Occasio primæ notitiæ Auctoris cum Virgine, & mira circa eam visa 279. *Cap.* 11. Secunda & tertia Christinæ visitatio per Fr. Petrum 282. *Cap.* 111. Quartæ & quintæ visitationis acta 284. *Cap.* 1v. Sextæ & septimæ visitationis successus 287. *Cap.* v. Visitatio octava & nona: sub quarum ultima tam Christina quam præsentes, ab importuno dæmone sæpius fœde sordidantur 291. *Cap.* vi. Visitatio decima, & variæ sub ea vexationes 294. *Cap.* vii. Christi vulnera Christinæ in Paschate anni MCCLXIX communicata: Petri discessus Parisios 297. Liber 11, continens Acta usque ad Pascha anni MCCLXXII, cum quodam priorum annorum supplemento. *Cap.* 1. Petrus Parisios appulsus, ternas de Virginis statu litteras accipit 300. *Cap.* 11. Responsum Petri ad priores Christinæ: & hujus aliæ ad eumdem, de gestis circa se, usque ad initium anni MCCLXX 303. *Cap.* 111. Insignes Petri epistolæ duæ, de amando Deum, suique erga Christinam affectus puritate 307. *Cap.* 1v. De gestis circa Christinam usque ad Pascha anni MCCXX 311. *Cap.* v. Decima tertia & quarta visitatio Petri, Parisiis in patriam Colonià redeuntis, & ad Virginem excurrentis 313. *Cap.* vi. Acta usque ad Pascha anni MCCLXXII perscripta ad Petrum, jam Lectorem in patria 318. *Cap.* vii. Epistola Petri consolatoria ad præmissas 321. Liber 111, continens Acta ab anno MCCLXXII. *Cap.* 1. Occasio & historia visitationis decimæ quintæ anno MCCLXXIX 323. *Cap.* 11. Gemina epistola Fr. Petri ex itinere ad Christinam 327. *Cap.* 111. Epistola Virginis de actis circa ipsam post discessum Fr. Petri, ac primo usque ad finem anni MCCLXXIX 329. *Cap.* 1v. Prosecutio prioris epistolæ, pro anno MCCLXXX ad Pascha 332. *Cap.* v. Auxilium, animæ Plebani defuncti, & solicitudo, Fratri ad Religionem adducendo impensa, cum interposita epistola Petri de ejus erga Virginem dilectione 335. *Cap.* vi. Novæ dæmonum vexationes, & continuata solicitudo pro fratre ad Ordinem Prædicatorum recepto 340. Liber. 1v, continens Acta circa Christinam ab anno MCCLXXX ad LXXXVII, scripta ad Fr. Petrum, à Magistro Scholarum Stumbelensium Joanne. *Cap.* 1. Gesta ab Octava B. Mariæ natæ usque post festum Sanctorum omnium 344. *Cap.* 11. Reliqua anni MCCLXXX 348. *Cap.* 111. Annus MCCLXXXI usque ad XVI Martii 351. *Cap.* vi. à XVI Martii MCCLXXXI ad Vigiliam Ascensionis Dominicæ 358. *Cap.* v. A Vigilia Ascensionis, ad festum assumptæ Virginis MCCLXXXI 356. *Cap.* vi. Reliqua anni istius 356. *Cap.* vii. Mirabilia anni MCCLXXXII usque ad Pascha 362. *Cap.* viii. à Paschate anni MCCLXXXII usque ad medium Octobrem 366. *Cap.* ix. à medio Octobris usque in Adventum anni MCCLXXXII cum absolutione animæ matris 369. *Cap.* x. Animæ patris & juvenis cujusdam à Purgatorio absolutæ, cum reliquis Actis anni MCCLXXXII 371. *Cap.* xi. Annus MCCLXXXIII usque ad Pascha 375. *Cap.* xii. à Paschate anni MCCLXXXIII usque ad festum Sanctorum omnium 378. *Cap* xiii. Reliqua anni MCCLXXXIII cum

liberatione trium notarum animarum, aliarumque mille 381. *Cap.* XIV. Initium anni MCCLXXXIV 386. *Cap.* XV. Conversio septem latronum, Christinæ cruciatibus circa Pascha toleratis impetrata 387. *Cap.* XVI. Acta à Pentecoste anni MCCLXXXIV usque Octobrem: anima cujusdam Nobilis in Purgatorio alleviata 391. *Cap.* XVII. Reliqua anni MCCLXXXIV. Septem latronum præfatorum aliorumque viginti liberatio ex Purgatorio 394. *Cap.* XVIII. Annus MCCLXXXV usque post Pascha 397. *Cap.* XIX. Ab Aprili anni MCCLXXXV usque ad nativitatem B. Mariæ, cum liberatione variarum animarum, & prædictorum Nobilis 400. *Cap.* XX. Reliqua anni MCCLXXXV 403. *Cap.* XXI. Acta anni MCCLXXXVI usque ad Novembrem 406. Liber V Continens alias epistolas, ad Christinam ejusque familiares in Stumbele datas. *Cap.* I. Epistolæ ab anno MCCLXX usque ad LXXIII datæ 409. *Cap.* II. Varia ad solatium afflictæ virginis Scripta cum spe propinquæ Visitationis 413. *Cap.* III. Litteræ, ad Christinam aut Magistrum Joannem, datæ ex itinere, & paulo post à Fr. Petro & aliis 415. *Cap.* IV. Litteræ quibus Christina, parentibus & fortunis orba, invitatur in Sueciam 419. *Cap.* V. Litteræ spectantes ad Christinæ fratrem Sigwinum, Ordinis Prædicatorum 421. *Cap.* VI. Reliqua acta & scripta inter Christinam & Petrum, usque ad hujus obitum 423. *Cap.* VII. De obitu, miraculis, & translationibus Christinæ 426. Liber VI de virtutibus Christinæ, panegyricus potius quam historicus *Auct. Fr. Petro præfato.* ARGUMENTUM OPERIS, prolixiori prosâ mox explicandum 429. VITA ex Actis, aliisque familiarium notitiis, Auctore Anonymo supparis ævi, *ex Ms. Canonicorum Regularium Rubeæ vallis prope Bruxellas.* *Cap.* I. Vita virginis usque ad annum XVI ætatis, & initia tentationum ab ea toleratarum 431. *Cap.* II. Favores divinitus collati Christinæ, & tentationes diabolicæ usque ad annum XVII 433. *Cap.* II. Aliæ vexationes & consolationes; dæmon ad stuprum solicitans & confusus 435. *Cap.* VI. Dæmon sub specie serpentis & bufonis Virginem affligit: ipsamque & familiares stercoraria infusione vexat 438. *Cap.* V. Novæ molestiæ ipsi, aliisque propter ipsam, à dæmone illatæ 440. *Cap.* VI. Multiplex dæmonum fraus, detecta & explosa per Christinam 443. *Cap.* VII. Dæmones sub variis formis à Christina victi; tormenta tolerata 445. *Cap.* VIII. Per pœnas à Christina toleratas liberantur animæ matris ejus, aliorumque plurium ipsi notorum 447. *Cap.* IX. Aliorum plurium animæ, virginis cruciatibus adjutæ 449. *Cap.* X. Septem latronum, qui tormenta ejus spectarant, conversio, eorumque liberatio ex Purgatorio: finis certaminum, ac denique vitæ. 451

22 Consortia V. Cluniac. in Gallia. *Comm. prav.* De ejus cultu, translatione, actis, parentibus & ætate 248. VITA *ex editionibus Chiffletii & Mabilionis* 150

23 Cotyla, I & II. MM. Palladius 474

20 Crispinus M. *Vide* Vitalis 8

21 Crispinus, M. *Vide* Cyriacus 72

20 Cyriacus M. Tomis in Scythia. *Vide* Paulus 8

21 Cyriacus, Saturninus Bellicus, Perseus, Apollinaris, Crispinus, Primus, Januarius, MM. *ex Mar. Hieron. aliisque* 72

24 Cyriacus, M. in Armenia. *V.* Orentius. 809

D

21 DEmetria, V. M. Romæ. Ejus obitus, *ex Actis sororis S. Bibianæ*; cultus *ex Marti.* 74

23 Demetrianus, Diaconus M. *Vide* Aristocles Presb. 472

23 Didara, cum filiis Bisoë & Nor, MM. apud Habessinos Æthiopes 474.

21 Dominicus Erem. M. *Vide* Albanus Ep. M.

E

22 EBerhardus Archiep. Salisburg. in Germ. *Comm. prav.* de Vita ejus scripta & cultu 260 VITA, *Auctore ejus discipulo.* *Cap.* I. Ortus, studia, vita Canonicalis & Monastica, dignitas Abbatialis 261. *Cap.* II. Illustres virtutes. Archiepiscopatus Salisburgensis, per visum designatus & assumptus 263. *Cap.* III. Constantia in schismate. Acta pro Episcopis Ratisponensi & Passaviensi 265. *Cap.* IV. Pius obitus, laus & gloria postuma 266. *Cap.* V. Miracula post mortem 267

23 Einzamus, Lector, M. *Vide* Avitus 471

23 Emeritus M. *Vide* Avitus 471

20 Emilius M. Tomis in Scythia. *Vide* Paulus 8

21 Engelmundus Presb. Velsenæ in Hollandia. *Sylloge* De cultu, vita, miraculis 115

24 Ericus vel Erricus Mon. Autissiodori in Gallia. *Comm. Jo. Bollandi* S. J. § I. S. Erici natalis, ætas, professio 829. §. II. Sancti scripta. ibid. §. III. Ejus pietas & gesta 831

4 Eros, M. in Armenia. *Vide* Orentius 809

23 Esa, M. *Vide* Palladius 474

23 Etheldreda Reg. V. Abbatissa Elyen. in Anglia. *Comm. prav.* De ejus cultu, actis & miraculis, *ex prolixo volumine Ms. Historiæ Elyensis* 489. VITÆ COMPENDIUM *ex libro* IV *Historiæ Bedæ cap.* XIX 491. ACTA PROLIXIORA Auct. Thoma Mon. Elyen. *ex Ms. Duaceno, collato cum editionibus Parisiensi & Londinensi.* PROLOGUS 493. *Vetus divisio* 495. LIBER PRIMUS De vita & obitu Sanctæ; corporis incorrupti elevatione, & miraculis ac fortuna loci adusque inductos illuc Monachos. *Cap.* I. Regium genus Sanctæ, pia adolescentia, conjugium cum Tumberto Principe 497. *Cap.* II. Reges Orientalium Anglorum & alii. Conjugium S. Etheldredæ cum Egfrido Rege 501. *Cap.* III. Vita monastica in Coldingamensi monasterio, & inde discessus 505. *Cap.* IV. Acta Sanctæ in monasterio Elyensi, ubi Abbatissa claret miraculis 508. *Cap.* V. Morbus, obitus, miracula, S. Sexburga Abbatissa 511. *Cap.* VI. Corpus S. Etheldredæ incorruptum transfertur 513. *Cap.* VII. Beda Sanctam laudat versu ac prosa: moritur S. Sexburga: succedunt SS. Ermenilda & Werburga 516. *Cap.* VIII. Irruptiones Danorum. Insula & monasterium Elyense vastatum. Sanctimoniales & Clerici occisi 518. *Cap.* IX Pœna Canonicorum, sacrum corpus & vestes Sanctæ incorruptas temere attrectantium tempore Edredi Regis 520. LIBER SECUNDUS De restauratione & statu Ecclesiæ S. Etheldredæ sub Abbatibus, ejusque secunda translatione. *Cap.* I. Restauratio monasterii & libertas, Regis Edgari privilegio munita 523. *Cap.* II, De aliis fundis

fundis, per S. Ethelwoldum monaſterio acquiſitis, & Brithnodi primi Abbatis acta 626. *Cap.* III. De ſequentibus quatuor Abbatibus 529. *Cap.* IV. De aliis tribus Abbatibus 531. *Cap.* V. Ultimorum duorum Abbatum Acta 533. *Cap* VI. Tranſlatio SS. Etheldredæ, Sexburgæ & Ermenildæ 535. MIRACULA S. ETHELDREDÆ *Auct. eodem Thoma Monacho Elyen.* 538. *Cap.* I. Monachus à febri curatus: eccleſiæ illatæ injuriæ ſæpius vindicatæ 540. *Cap.* II. Liberatus energumenus: muti loquela donati: puniti vexatores Monachorum 542. *Cap.* III. Sanctæ patrocinium efficax experti Elyenſes, ſedata mortalitate, & turri ſervata ab incendio 544. *Cap.* IV. Captivus à vinculis per SS. Benedictum, & Etheldredam ſolutus 546. *Cap.* V. Epiſtola Radulphi ad Elyenſes de curatione ſua ab angina letali & claudicatione 549. *Cap.* VI. Moribundi duo ſubito convaleſcunt, prægreſſa Sanctæ apparitione 551. *Cap.* VII. Conſpecta in ſua eccleſia Sancta, & Angelico cantu honorata; captiuus ſolutus; theſaurus haud impune ablatus 553. *Cap.* VIII. Puella, triplici viſu monita viſitare ſepulcrum Sanctæ, & pro inobedientia mulctata dextro oculo, ad ipſum illuminatur 555. *Cap.* IX. Sanitas variis collata: Ranulphi, Elyenſium pro Epiſcopo Curatoris, ſeu potius tyranni, detecta proditio, ſed non reparata injuria 559. *Cap.* X. Varii ægri invocatâ Sanctâ, aut etiam ipſis apparente, curati 562. *Cap.* XI. Elyenſis monaſterii depeculator Epiſcopus cum complicibus punitur: diſcoli Monachi impetrata converſio: revelatum Corpus S. Elgoti 564. *Cap.* XII. Miracula ad fontem Sanctæ patrata; Crux pro Monachis locuta 567. *Cap.* XIII. Alia varii generis miracula, apud Ely patrata 570. *Cap.* XIV. Curantur mutus juvenis, puella contracta, &c. 572. *Cap.* XV. Debitum monaſterio negans, coactus reſipiſcere. Chirotheca Sanctæ coram ſponſo Tomberto ſuſpenſa ex ſolis radio 575. ANALECTA *ex Mss. Chronicis Epiſcopp. Elyen.* §. I. Ex continuatione Richardi Prioris 577. §. II. Ex continuatione Elyenſis Anonymi 578.

21 Euſebius Ep. Cæſareæ in Cappad. *Cur is hoc die & loco à nobis referatur* 75. Exercitatio Franciſci Mariæ Florentinii Lucenſis, *Qua in opinione ſanctitatis apud coævos Patres hic Euſebius fuerit.* §. I. Euſebii ad Epiſcopatum electio, à Gregorio Nazianz. patre & filio probata 76. § II. Epiſcopalis adminiſtrationis laus, obnubilata per ſimultatem Euſebium inter & Baſilium 78. § III. Inſignis Euſebii modeſtia, in revocando per Nazianzenum Baſilio 80. §. IV. Sanctus & pius Euſebii obitus: ſcrupuli Baroniani diſcuſſi 82

22 Euſebius Ep. Samoſatenus in Syria. *Comm. prav.* De cultu Sancti, præſertim apud Græcos 235. ACTA *ex Theodoreto. Cap.* I. Conſtantia Euſebii in ſervando Decreto apud ſe depoſito 239. *Cap.* II. Relegatur in exilium 240. *Cap.* III. Reditus ejus & Martyrium 241

23 Euſtochius Presb. Gainus cognatus ejus, &c. MM. Ancyræ in Galatia. Cultus & Acta, *ex Synaxariis Mss.* 471

22 Exuperantius Ep. Comen. in Italia Alpeſtri. *Ex memoriis à Comenſium Chronographo Tatto ſubminiſtratis* 243

F

20 FEliciana, M. Tomis in Scythia. *Vide* Paulus 8

20 Felix M. Tomis in Scythia. *Vide* Paulus 8

23 Felix, Presb. M. prope Sutrium in Tuſcia ſepultus. ACTA ex Actis Mss. S. Muſtiolæ: tempus Martyrii, nomen in Faſtis 457

24 Feſtus & Lucia cum 20 Sociis MM. Romæ; *Notitia ex Marlis Mss.* 808

24 Firminus, M. in Armenia. *Vide* Orentius 809

24 Firmus, M. in Armenia. *Vide* Orentius 809

20 Florentina V. in Hiſp. De ejus cultu, Actis, Reliquiis 18, Elogium vitæ pervetuſtum. Ex antiq. Breviariis & Chron. Hiſpal. 19. APPENDIX *ex Hiſp. Rod. de Iepes.* De vetuſto S. Florentinæ monaſterio 20

24 Friſius, M. in Auſcenſi Aquitaniæ diœceſi. *Notitia ex ſuppl. Mrlii. Gallicani* 818

G

22 GAmgalus *ſive* Gandalicus, Julianus, Graptus, alii DCCCLXXIX aut DCCCXIII MM. Antiochiæ in Syria. Notitia nominum & numeri *ex Mrl. Hieron, & aliis* 144

20 Gemma, V. M. *in Samonenſi Aquit. Prov.* 8

23 Gainus, M. *Vide* Euſtochius Presb. 471

22 Galactio, M. *vide* Pompianus 145

24 Geranus Anachoreta, in quadam Ægypti Inſula. *Ex Faſtis Copticis & Habeſſinis* 814

24 Geraſimus, Civis Laurentii, in Rhegina Calabriæ diœceſi, *ex Ferd. Ughelli Italia ſacra* 208

26 Gobanus, Presb. Hib. Mart. *Comm. prævius Supprioris Genliacen.* De ejus oppido, Eccleſia, cultu 21. VITA 23. *Sequentia ad Miſſam* 24

22 Graptus, M. *Vide* Gamgalus 144

H

23 HIdulphus, Dux Lobii & Binchii in Belgio. *Sylloge* de titulis, actis, & cultu 582

21 Hieria, M. *Vide* Hiperelus 73

21 Hiperelus, *ſive* Hierperidus, Saturnia, Stertia *ſive* Stergia, Hieria, *ſive* Hiermia, *ex Hieron. Mrlio* 73

I

23 IAcobus, Ep. Tullen. Divione in Burgund. *Sylloge* de cultu, ætate, geſtis, & ſepultura 583.

23 Jacobus de Vitriaco Ep. Cardinalis. *Vide* Maria Oigniacenſis 677

21 Januarius, M. *Vide* Cyriacus 72

21 Ida. Gandavi Reliquiæ inventæ, *ex Molano* 26

20 Idaberga, V. Angla, tranſlata Bergas S. Winoci in Fland. *Syll.* De tempore & auctore tranſlationis, veroſimiliter ex monaſterio Petroburgenſi 29

51 Jeſus Juſtus, Diſcip. Pauli Apoſt. *Vide* Tertius 67

21 Innocentius, Ep. Emeriten. in Hiſpania. *Ex Paulo Diacono aliiſque* 99

20 Joannes Matherenſis, Fundator & Abbas Pulſanenſis apud Montem Garganum in Apulia. *Comm. prav.* § I. De ejus cultu, vita, nomine Martyrologiis inſcripto 37. §. II. De Ordine Pulſanenſi, nunc extincto, ejuſque variis Sanctis ac ſancti Fundatoris Reliquiis 39. VITA *Auct. Anonymo Pulſan. coævo*, PROLOGUS 41. *Cap.* I. Suſcepta apud Monachos cura ovium:

vita eremitica variis in locis ducta 41. *Cap.* II. Regreſſus in Apuliam, varia vexatio, pluvia impetrata, Pulſanum aditum 43. *Cap.* III. Novi monaſterii exordia, variis miraculis illuſtrata 46. *Cap.* IV. Propheticus ſpiritus, moribundi ſervati, dæmones coërciti, furta detecta 48. *Cap.* V. Auxilium viventibus ac mortuis præſtitum 50. *Cap.* VI. Item extremè periclitantibus Monachis duobus 54. *Cap.* VII. Mors & mirabilia ipſam ſecuta 55. SEQUENTIA *ex Ms. Palatino Biblioth. Vaticana* 58.

34 Joannes Prodromus & Baptiſta D. N. Jeſu Chriſti. CAPUT I. *Acta ab Euangeliſtis tradita.* §. I. Conceptio & Nativitas apud Lucam 687. §. II. Prædicatio Joannis, & Baptiſmus Chriſto collatus 689. §. III. De captivitate ac nece Joannis 693. §. IV. Expenditur Joſephi narratio de Joanne 694. §. V. Quis finis fuerit hujus Herodis, Herodiadis, atque filiæ Salomes ſaltatricis 696. CAP. II. *Feſta S. Joannis Bapt. in Eccleſiis Occidentis & Orientis.* §. I. De præcipuo utrobique feſto Nativitatis 698. §. II. De feſto Conceptionis 701. §. III. De loco Conceptionis ac Nativitatis 703. §. IV. De tempore loco ac feſto Decollationis 705. §. V. Miſſæ de Paſſione ſeu Decollatione ex vetuſtis Sacramentariis Latinis 707. §. VI. De feſtis apud Græcos, eorumque Officiis 709. CAP. III. *De Inventionibus & Tranſlationibus ſacri Capitis in Oriente factis.* Præfatiuncula de Gallico Tractatu Domini Cangii ſuper hoc argumento 711. §. I De loco & modo primæ Inventionis, Tranſlationeque in Ciliciam 712. §. II. Tranſlatio ſacri Capitis Emeſam facta ex Cilicia in Bithyniam ſub Valente, & Conſtantinopolim ſub Theodoſio 713. §. III. Sacri Capitis Emeſam facta Tranſlatio figmentis obſcurata: ejus iſtic ſub Marciano Inventio altera, extra controverſiam poſita 715. §. IV. Quomodo Conſtantinopoli Emeſam referri Caput potuerit, & Sozomeni atque Emeſenorum narratio conciliari, atque horum excuſari error circa initium ſuæ poſſeſſionis 719. §. V. Expenditur relatio Metaphraſtæ in Vita S. Matronæ, contraria veriori de ſecunda Inventione hiſtoriæ 720. §. VI. De tempore & loco ſecundæ Inventionis 722. HISTORIA SECUNDÆ INVENTIONIS, factæ & ſcriptæ à Marcello Archimandrita Spelæi; *cum verſione Dionyſii Exigui, collata ad varia Mss. Latina* 724. §. VII. De tertia Inventione apud Comanam, alteraque Tranſlatione Conſtantinopolim 729. HISTORIA INVENTIONIS TERTIÆ ex ſermone Anonymi coævi de tribus Inventionibus, *Editore Cangio, Interprete Combefiſio* 731. ENCOMIUM SACRI CAPITIS in feſto tertiæ Inventionis, Interprete Franc. Combefiſio *ex Ms.* 732 *Biblioth. Regiæ editum à D. Cangio* 736. THEODORI DAPNOPATÆ SERMO in Tranſlationem ſacræ Manus, Antiochia Conſtantinopolim *ex Ms. Græco Veneto, Latine redditus à Franc. Zino* 739. CAP. IV. *De Reliquiis Capitis in Occidentem allatis.* §. I. Tranſlatio faciei Ambianos in Galliam 745. HISTORIA *ex Mss. Ambianenſi & Abbavillano, ibid.* §. II. De veneratione hujus ſacræ Reliquiæ Ambiani, *ex Gallico Tractatu Cangii* 748. §. III. De aliis partibus ſacri Capitis, per varias eccleſias diſtributis, *ex Cap.* XI *Cangii, & aliis* 751. §. IV. Partes Maxillarum & Menti, Dentes & Pili in variis Europæ eccleſiis 752. §. V. De Capite, olim Angeriaci credito Baptiſtæ fuiſſe 754. §. VI. Angeriacenſium de Tranſlatione Capitis ad ſuum monaſterium, Relatio fabuloſa *ex Mss. & Cypriano Rigaltio* 757. §. VII. De Capite S. Joannis Romæ, per S. Gratum Ep. Auguſtenſem illuc non allato 761. §. VIII. De ſacro Sanguine S. Joannis Bapt. Neapoli, Modoëtiæ, Vaſati 763. CAP. V. *De aliis S. Joannis Reliquiis.* §. I. Sacri Corporis diſſipatio ſub Juliano Apoſtata 761. §. II. De Manu dextra cum parte Brachii Antiochiam, indeque Conſtantinopolim, & hinc Ciſtercium allata 768. §. III. An eadem Dextra Equitibus Rhodiis à Baiazethe Turca donata fuerit 770. §. IV. De Manu ſiniſtra cum parte Brachii, ſervata in Conventu Prædicatorum Perpiniani 773. §. V. De digitis manus dextræ, Venetiis & Mauriennæ ſervatis 776. §. VI. De aliis ſancti Corporis Reliquiis apud varios, & miraculis ad eas patratis 776. CAP. VI. *De Cineribus Præcurſoris Genuam allatis.* §. I Genuenſium in Terram ſanctam expeditio, & ſacrorum Cinerum, Myræ inventorum, Genuam tranſlatio 780. §. II. Eorum approbatio, cultus, & miracula ſec. XII & XIII. §. III. Cultus ſec. XIV. §. IV. Cultus ſec. XV. 790. §. V. Cultus ſec. XVI. 793. §. VI. Cultus ſec. XVII. 795. §. VII. De aliis quibuſdam S. Joannis Bapt. Reliquiis Genuæ ſervatis 797. CAP. VII. *Apparitiones quædam S. Io. Bapt.* §. I. De ea quâ Sanctus mandavit ſibi ad Pontem-curvum eccleſiam condi 798. §. II. Miracula ejuſdem in Ponte curvo 802. §. III. Aliæ viſiones, variis in locis & diverſis perſonis oblatæ 894

APENDIX. De Manu dextera S. Joannis Baptiſtæ, ſuâ adhuc carne & cute tecta, à magno Duce Moſcoviæ Regi Poloniæ ac Sueciæ Sigiſmundo, & ab hoc Duci Bavariæ Guilielmo, anno MDCXIV donatâ; item de ejuſdem S. Joannis Manu dextra & parte Brachii, pariter adhuc tectis ſua carne & cute, quæ Rapagnani in diœceſi Firmana celeberrime coluntur. *Vide hæc ad calcem Tomi V Junii; ubi utriuſque partis monumenta proferentur.*

24 Joannes Opilio, Monchiaci Petroſi in Arteſia. *Comm. præv.* De cultu poſt mortem, & miraculis eodem ſeculo ſcriptis 841. ACTA *Ex Ms. Haſnonienſi.* *Pars* I. Miracula in vita 842. *Pars* II. Alia poſt mortem patrata 845

24 Joannes Portuenſis Erem. Tude in Gallecia *ex Hagiologio Luſitano Georgii Cardoſi* 822

24 Ivanus, Erem. Bohemus. *Comm. Præv.* de cultu, ætate, & ſcriptoribus Vitæ 823 ACTA *Auct. Bohuſlao Balbino S. I.* §. I. S. Ivanus, Regis Dalmatiæ filius, in diſtrictum Podbriſcenſem Angelo duce venit &c. 824. §. II. Eccleſia & Cœnobium Skalenſe, ſeu in Petra dictum, in ſolitudine S. Ivani conditur, ejuſque cœnobii veteres quædam memoriæ. 826 §. III. Aliæ per hunc diſtrictum ſparſæ S. Ivani ſolitudines 827

22 Juliana M. *Vide* Pompianus 145

22 Julianus M. *Comm. Præv.* De Actis S. Juliani Anazarbeni, male ipſi aptatis; tranſlationibus, eccleſia, cultu 139. ACTA *ex Ms. collegii Societatis Jeſu Arimini* 140. APPENDIX *ex Ms. Italico & impreſſa hiſtoria Clementini* 143

22 Julianus M. *Vide* Gamgalus 144

L

23 LAnfrancus, Ep. Ticin. in Lombardia. *Comm. Præv.* de ejus cultu, epitaphio, ſepulcro, & Vitæ ſcriptore, 619. VITA *Auct. Bern. ex Ms. & editione Ughelli. Cap.* I. Lanfranci ſtudia, virtutes Epiſcopales, exilium & reditus 621. *Cap.* II. Receſſus ad monaſterium S. Sepulcri, extremus morbus, & pius obitus 623. *Cap.* III. Quædam miracula Sancti poſt mortem 624. *Cap.* IV. Proſecutio eorumdem miraculorum 626. *Cap.* V. Reliqua ejuſdem ſancti miracula 628

20 Latuinus, Ep. Sagien. in Normannia. Nomen & cultus ex Breviariis antiq. Acta incerta 12

23 Leodegarius, Presb. in Pago Pertenſi Campaniæ Gallicæ. *Comm. præv.* De loco cultus, & actis vitæ, Inventionis ac Tranſlationis 485. ACTA ex Mss. Lectionibus Eccleſiæ Pertenſis 486

21 Leutfredus Ab. in Ebroicenſi Norm. diœc. *Comm. præv.* De ejus monaſterio, cultu, actis, 104. VITA *auct. Cœnobita Crucis S. Leutfredi, ex variis Mss. & impreſſis* 105. PROLOGUS. *Cap.* I. Ortus, ſtudia, vita ſolitaria, dein monaſtica Rotomagi incepta 106. *Cap.* II. Monaſterium ſacræ Crucis conſtructum. Miracula patrata. Contumaces puniti 107. *Cap.* III. Acceſſus ad Carolum Martellum. Miracula, obitus, ſepultura 109. *Cap.* IV. Miracula poſt mortem 112. *Appendix* De elevatione & tranſlatione corporis, *Auct Jacobo Brulio* 112. PRIVILEGIUM Caroli Simplicis, Francorum Regis, de donatione Abbatiæ Crucis ſancti Audoëni, hodie Crucis ſancti Leutfredi, monaſterio S. Germani à Pratis facta 114

23 Lietbertus, Ep. Cameracenſis & Atrebaten. *Comm. præv.* De vita à Radulpho coævo accurate ſcripta, ætate, cultu 585. VITA *ex Ms. codice Chriſtinæ Reginæ, alioque ipſius loci & editione Lucæ Acherii* 586. *Cap.* I. Ortus, educatio in curia Epiſcopi, Præfectura ſcholæ, Præpoſitura Epiſcopii, Archidiaconatus 588. *Cap.* II. Gerardi Epiſcopi ſenectus & obitus. B. Lietberti electio: conſenſus Henrici II Imperatoris in eum 590. *Cap.* III. Conſecratio Sacerdotalis, dein Epiſcopalis 592. *Cap.* IV. Vita ſancta in Epiſcopatu. Apparatus ad iter Hieroſolymitanum 594. *Cap.* V. Iter Hieroſolymitanum; & irrito effectu reditus ex Syria. Fulchero comiti moribundo, à Deipara ſanitas reddita 596. *Cap.* VI. Res à reditu geſtæ. Monaſterium S. Sepulcri conſtructum 599. *Cap.* VII. Alia Remis geſta: injuriæ ab Hugone illatæ, à Deo vindicatæ 601. *Cap.* VIII. Beneficia variis eccleſiis præſtita. Generoſa liberatio Cameraci, à Roberto Friſio obſeſſi 603. *Cap.* IX. Morbus ultimus: deſiderium vitæ æternæ: obitus, ſepultura 604. APPENDIX *ex Ms. Cœnobii Vallicellenſis* 606

23 Lollia, M. *Vide* Euſtochius Presb. 471

24 Longinus, M. in Armenia. *Vide* Orentius 890

24 Lucia, M. Romæ. *Vide* Feſtus 808

24 Lupicinus Incluſus Tranſaliaci. *Ex libro S. Greg. Turonenſis de vitis Patrum* 817

M

21 MAianus *ſive* Mevennus Ab. in Britt. Armorica. *Comm. præv.* De cultu ejus & vita à variis, ſed non antiquis, ſcripta 100. VITA. *Ex Gallico Alberti le Grand Ordinis Prædicatorum* 101.

23 Maria Oigniacen. in Namurcen. Belgii diœceſis. *Comm. præv.* §. I. De ejus cultu, triplici Corporis Elevatione, & Reliquiis 630. §. II. De B. Mariæ Imaginibus, Reliquiis & Profeſſione 632. §. III. De Vita ejuſque ſcriptore, deque Auctore Supplementi 634. VITA *per Jacobum de Vitriaco, tunc Canonicum Regularem, poſtea Acconenſem Epiſcopum, ac denique Card. Tuſculanum. Cap.* I. Pueritia, matrimonium, continentia, perſecutio, compunctio 639. *Cap.* II. Confeſſio, Satisfactio, Jejunia 641. *Cap.* III. Orationis aſſiduitas, & efficacia, etiam dæmonibus pellendis 642. *Cap.* IV. Vigiliæ, veſtitus, labores aſſumpti. Compoſitio vultus & membrorum 645. *Cap.* V. Timor Domini; defectus evitati, etiam minimi: paupertas & humilitas exoptatæ 648. *Cap.* VI. Pietas erga Dominum, auxilia moribundis & animabus, tam purgantibus, quam periclitantibus præſtita: morbi curati 650. *Cap.* VII. Spiritus ſapientiæ, ad divina cum diſcretione penetranda, & pacem cum hominibus ſervandam 653. *Cap.* VIII. Spiritu fortitudinis contra adverſa munitur, & ſpiritu conſilii conſiderate agit ac ſuadet Maria 655. *Cap.* IX. Spiritu intellectus divina contemplatur; abſentia & futura cognoſcit 658. *Cap.* X. Spiritu ſapientiæ attrahitur Maria ad guſtandum ſuavitatem Dei in feſtis Chriſti & Sanctorum 659. *Cap.* XI. Adventus Mariæ apud Oignies, & pia ad mortem præparatio 661. *Cap.* XII. Ultimus morbus, pius obitus 664. SUPPLEMENTUM *Auct. Coævo Fr. Nicolao, Can. Regul. cœnobii Cantiprat. ex Ms. & editione Arnoldi Rayſſii* 666. *Prologus.* 666. *Cap.* I. Acta cum Jacobo de Vitriaco. Converſio mercatoris: & miracula in ipſo ac filio ejus facta 667. *Cap.* II. Miracula in vita patrata & revelatione 669. *Cap.* III. Miracula poſt mortem; potiſſimum in ſpiritu blaſphemiæ depulſo 672. *Cap.* IV. Auxilia cuidam Epiſcopo, & potiſſimum Jacobo de Vitriaco præſtita 673. APPENDIX de Jacobo de Vitriaco ſcriptore, *ex Ms. Rubeæ-Vallis* 677. HISTORIA TRANSLATIONIS 678. §. I. Epiſcopi Namurcenſis epiſtola Paſtoralis, invitans ad futuram feſtivitatem 679. §. II. Synopſis actorum, dictorumque ab Epiſcopo ante ipſam Tranſlationem 681. §. III. Dicta & facta in ipſa Tranſlatione 682

24 Martha, M. *Vide* Geranus 814

21 Martinus, Ep. Tungren. in Belgio. *Comm. præv.* De cultu, ætate, Actis: an fuerit etiam Trevirenſis Epiſcopus 169. VITA *ex Ms.* Prologus Joannis Gillemanni 70

21 Martia, M. *Vide* Rufinus 73

21 Martyres IX feminæ. *Vide* Thomas 87

24 Martyres XX Romæ. *Vide* Feſtus & Lucia 808

23 Martyres LXXVIII Nicomediæ 471

23 Martyres centum quinquaginta, apud Abeſſinos. *Vide* Palladius 474

22 Martyres DCCCLXXIX aut DCCCXIII cum Gamgalo, Juliano & Grapto Antiochiæ in Syria 144

22 Martyres MCCCCLXXX in Palæſtina ſub Choſroë. *Animadverſio prævia* 188. ACTA *ex Ms.* 189

21 Martyres ter mille. *Vide* Thomas 73

22 Martyres mille, uno minus, Verolamii in Britannia 155. Item alii mille 158

22 Martyres Crucifixi in monte Ararath ad x millia. *Comm. Criticus.* §. 1. Quam minime antiqua Occidentalibus, Orientalibus autem ne nunc quidem, extra Armeniam, cognita sit ejusmodi passio 175. §. 11. Qualis auctoritas ejusmodi Passioni accedat ex hodierno Romano, etiam post consideratum antiquorum silentium de illa 177. §. III. Horum tam dubiorum Martyrum cultus, quomodo propagatus apud varios sit, quin & Reliquiæ haberi creditæ: & in Hispaniam tracti plerique, 180. ACTA *ex Membraneo nostro collato cum variis.* INCIPIT PROLOGUS *Athanasii* (seu *Anastasii*) *Sedis Apost. Biblioth.* 182. *Cap.* I. Victoria à Sanctis de fide instructis relata, eorumque oratio, intellecto adventu septem Regum contra se *ibid. Cap.* II. Constanter fidem professi coram tyrannis Sancti, flagellantur & spinis coronantur 184. *Cap.* III. Crucifixi Sancti, multa petunt cultoribus suis: mortui sepeliuntur ab Angelo 186

24 Martyres plurimi Romæ. *Comm. Hist. de causa, modo, loco ac tempore hujus martyrii, atque initio cultus* 807

20 Maximinus Ep. Tungris in Belgio. *Syll.* De ejus cultu, ætate, translatione. Ab eo distinguendus S Maximinus Trevirensis 7

20 Martyria, M. *Vide* Vitalis 8

20 Menricus, Canon. *Vide* Bertholdus 58

20 Methodius, M. Ep. Pataræ in Lycia. *Syll. Hist.* De ejus cultu; & an idem, vel alius sit ab Episcopo Olympi, scriptis claro 5

23 Moses, M. *Vide* Palladius 474

N. O.

22 NIcetas, *seu* Niceas, Ep. Romatianæ in Dacia, aliusque Aquileiæ in Italia. *Sylloge* de cultu, actis, & ætate 243. *Dissertatio Critica.* An Romatiana sit Aquileia 245

21 Nicolaus & Tranus Eremm. in Sardinia. *Ex Dima Serpi & Ferrario* 84

23 Nor, M. *Vide* Didara 474

20 Novatus, Presb. Romæ. *Syll. Hist.* De ejus obitu, cultu, ætate ac genere 4

24 Orentius cum VI fratribus MM. in Armenia. ACTA *ex Menæis impressis & Synaxariis Mss.* 809. Commentarius exegeticus in eadem Acta 811

P

23 PAliconus, M. *Vide* Palladius 474

23 Palladius cum Sociis MLVI MM. apud Habessinos Æthiopes culti 474

20 Paula, M. Tomis in Scythia. *Vide* Paulus 8

22 Paulinus, Ep. Nolæ in Campania Italica. *Comm. prav.* §. 1. De cultu Sancti, deque Actorum scriptoribus, Uranio coævo, Sacchino &c. 193. §. 11. De anno ordinationis 196. EPISTOLA URANII PRESB. de obitu S. Paulini ad Pacatum; *ex Ms. Trecensi edita à Chifletio* 198. VITA *à Francisco Sacchino S. I. Romæ, ex Sancti scriptis & veterum Elogiis concinnata. Cap.* I. Paulini patria, nobilitas, poëtica & oratoria facultas, Consulatus. 202. *Cap.* II. Paulini Baptismus Burdegalæ susceptus, Monachatus in Hispania assumptus. 204. *Cap.* III. Paulini in suscepto novo vitæ instituto constantia, frustra oppugnata à mundanis, laudata à sanctis 207. *Cap.* IV. Sacerdos Barcinone ordinatus Paulinus, Mediolano Româ Nolam venit, totumque se tradit cultui S. Felicis 210. *Cap.* V. Paulini cum Afris Episcopis, præsertim Augustino amicitia 212. *Cap.* VI. Paulini patientia, humilitas, gratitudo, studium paupertatis 215. *Cap.* VII. Ceteræ Paulini virtutes, imprimis veneratio erga Sanctos, vivos & mortuos 218. *Cap.* VIII. Qualis Episcopus fuerit Paulinus 220. *Cap.* IX. De operibus sancti Paulini, servatis & amissis 222. *Justi Riquii Belgæ carmen votivum* 226. APPENDIX de tribus Paulinis, Nolæ Episcopis sanctis. §. 1. De senioris Paulini successore immediato, Paulino Juniore; tertioque Episcopo Paulino sub initium seculi VI, eorumque scriptis 228. §. 11. De Wandalica servitute, quam in Africa, non Senior, nec Junior Paulinus, sed Tertius servierit. 230. §. III. Quomodo ad reditum Paulini III ex Africa spectare videatur Anniversarius Parochorum Diœcesanorum ad Episcopum Nolanum processus 232. §. IV. De Corpore & Reliquiis S. Paulini, Romæ & alibi asservatis 233. §. V. De sacris Nolæ ædificiis à Paulino Seniore extructis & versu ornatis 234. De Fundana Basilica 235.

20 Paulus, Cyriacus, Paula, Feliciana, Thomas, Felix, Emilius, MM. Tomis in Scythia. *Ex Mrlogio. Hieron. aliisque* 8

21 Peladius *sive* Palladius, Ep. Ebredun. in Gallia. *Comm. prav.* De actis & tempore Translationis atque Episcopatus 95. ACTA *ex Hispanico Ant. Vincentii Domenecci* 96

21 Perseus, *M. Vide* Cyriacus 72

23 Petrus, Mon. Prior Juliacen. in Campania Gallica. *Comm. prav.* de ejus vita, ætate, cultu. VITA *ex Ms. Monast. de Caritate* 608. *Cap.* I. Natales, adolescentia, tirocinium & initium miraculorum 609. *Cap.* II. Propheticus spiritus Viri sancti, absentium & arcanorum cognitione probatus: assumptum regimen monasterii 611. *Cap.* III. Alii quidam favores cælestes, pius obitus, miracula post mortem 612 e

24 Pharnacius M. in Armenia. *Vide* Orentius 809

22 Pompianus, Galactio, Juliana & Saturninus filius, MM. Cpoli *ex Mss. Synaxariis* 145

21 Primus, M. *Vide* Cyriacus 72

23 Proba, M. *Vide* Eustochius Presb. 471

R

21 RAdulphus seu Rodulphus Archiepiscopus Bituricensis in Gallia. *Sylloge Historica.* Sacer ejus cultus apud Bituriges die XXI Junii, apud Benedictinos, XXV: oblatio bonorum pro construendo monasterio: genus ex nobili stirpe Turenæ 118. Acquirit à parentibus multa sacra loca; construit templum ac monasterium Doverense & Belli-loci; interest variis Conciliis; donatur à Nicolao Papa titulo Primatis & Patriarchæ 118. Eximiæ ejusdem virtutes, eruditio & opera misericordiæ; obitus & sepultura 119. ELOGIUM historicum amplum, *auctore Joanne Mabilione ex Seculi quarti Sanctorum Benedictinorum Parte secunda* 119 & seqq.

21 Raymundus, Ep. Roten. & Balbastren. in Aragonia. *Comm. prav.* De duplici ejus episcopatu, vita bis à coævo scripta, cultu veteri & hodierno.

dierno 125. ACTA *Auctore Elia coævo, ex Ms. noſtri Collegii Cæſarauguſtani, collato & ſupplemento ex recentioribus, & Ms. Balbaſtrenſi, à Tamayo excuſis.* PRÆFATIO. *Pars* I. De vita priore Raymundi, Ordinatione & Adminiſtratione Epiſcopali 127. EMBOLISMUS RECENTIOR. De Raymundi à Balbaſtrenſi Sede expulſione & tranſlatione brachii S. Valerii 129. *Pars* II. Regem comitatur ad expeditionem Malacenſem, exerit caritatem ſuam erga miſeros: decumbens ex ægritudine Oſcæ, accerſit ad ſe Canonicos Rotenſes; eoſque ad ſtudium virtutum hortatus, inter lacrymas adſtantium piè moritur 132. Corpus, ad Rotenſem eccleſiam delatum, multis miraculis glorificatur 132, 133. *Appendix.* De tranſlatione & vita recentiori, deque Stephano Oſcenſi 134

24 Rogatus M. Carth. in Africa. *Notitia ex pervetuſto Eccleſiæ Carthaginenſis Kalendario* 809

22 Rotrudis, Virgo apud Belgas. *Comm. præv.* §. 1. Andrenſe monaſterium conſtructum: Corpus S. Rotrudis, à S. Rictrude vidua diſtinguendæ, in eo depoſitum 255. § 11. S. Rotrudis proſapia illuſtris, è patre Carolo Magno Imperatore; cujus alia ejuſdem nominis ex ſorore neptis. Præconia virtutum. Tranſlatio in novam capſam, à Petro Abbate, audito circa arcam ſtrepitu, facta 256. §. 111. Tranſlatio ejuſdem Corporis ad monaſterium S. Bertini. Memoria Sanctæ perperam in Faſtis quibuſdam adſcripta Angliæ & Ordini Benedictino 258

21 Rufinus & Martia, MM. Syracuſis in Sicilia *Ex Hieronymiani Martyrologii ecgraphis antiquiſſimis, aliiſque Mss. & excuſis* 73

22 Rufinus *ſeu* Rufus M. Alexandriæ. *Ex iiſdem Hieronymi apographis & aliorum Mrliis* 145

S

21 SAturnina, M. *Vide* Hiperelus 73

21 Saturninus, M. *Vide* Cyriacus 72

22 Saturninus, M. *Vide* Pompianus 145

22 Sicildis, Virgo in Cenomania Galliæ Prov. *ex notitiis à Claudio Caſtellano* ſubmiſſis 259

20 Silverius, Papa Rom. Mart. in Palmaria Pontiæ inſ. *Comm. præv.* De cultu ejus atque exilii loco. Acta ex Liberato Diac. & aliorum coævorum relatione 14

24 Simplicius Ep. Auguſtodun. in Gallia. *Comm. prav.* De cultu, ætate, Actis. VITA *Auct. Greg. Turon. de Gloria Confeſſorum* 812

21 Stertia, *ſive* Stergia M. *Vide* Hiperelus 72

T

21 TErentius Epiſcopus Martyr, videtur diſtinguendus à S. Tertio, qui ſe S. Pauli Epiſtolam ad Romanos ſcripſiſſe dicit. *Vide* Tertius 67

21 Tertius, Jeſus Juſtus, & Artemas, Diſcipuli S. Pauli Apoſtoli. Item Terentius Epiſcopus Martyr. *Sylloge hiſtorica.* Eorum cultus; Epiſcopatus incertus; Terentius, alius à Tertio 67

24 Theodulphus, Abbas Lobienſis & Epiſcopus in Belgio. SYLLOGE HISTORICA, *partim ex Fulcuino Abbate de Geſtis Abbatum Lobienſium, partim ex Continuatione eorumdem Abbatum, partim aliunde* 820

21 Thomas Mart. cum Sociis, viris quidem ter mille, feminis autem novem. *Ex Hagiologio metrico Habeſſinorum* 73

21 Tranus Eremita in Sardinia. *Vide* Nicolaus 84

V

20 VItalis, Criſpinus, Martyria, MM. *Ex Mrlio. Hieronymiano* 8

23 Urbanus, M. *Vide* Euſtochius Presb. 471

21 Urſicinus, Ep. Ticin. in Ital. *Elogia ejus recentiora* 69

W

23 WAlherus, M. Paſtor in Agro Namurcen. apud Belgas. Cultus Onhayæ. ACTA *ab Ægidio Monæo recentius collecta* 613. CURATIONES QUÆDAM 615. APPENDIX, de Onhaya, ejuſque ſitu, & Confraternitate SS. Martini & Walheri ibidem. 617

Z

23 ZEno & Zenas, MM. Philadelphiæ in Arabia. *Comm. præv.* de tempore & loco Paſſionis, deque illorum cultu 474. ACTA *ex Ms. Vaticano. Cap.* I. Sanctorum Martyrum pietas; capitur Zeno, & flagris cæditur 476. *Cap.* II. Aram evertit Zeno, iterumque torquetur: capitur Zenas, & ambo, poſt varia tormenta ab igne divinitus ſervati, capite truncantur 479

INDEX CHRONOLOGICUS
AD TOMUM IV JUNII.

Via in hunc Tomum incidit Nativitas Præcurſoris, eaque occaſione cetera ejus feſta tractantur, & ſimul pleraque Capita Hiſtoriæ Euangelicæ attinguntur; placet hunc Indicem inchoare à ſummaria quadam ejus chronologia; ſupponendo communiorem, & inter eruditos Francos nunc receptiorem ſententiam, de anno mortis Chriſti, obitæ anno vitæ ejus ſimul & vulgaris æræ XXXIII. *Et quamquam dies Nativitatis Dominicæ pro* XXV *Decembris nulla certa probetur ratione, utpote primis ſeculis admodum dubius; eum nihilominus ſupponemus, & reliquorum myſteriorum dies, juxta receptum in Eccleſia morem, deducemus.*

ANNO ANTE ÆRAM VULG. II ET I.

Zachariæ nuntiatur, naſciturum ei filium, & concipit Eliſabeth menſe Septembri *pag.* 689
Anno primo ante eamdem æram menſe Martio, Incarnatio Verbi: menſe tertio poſt, nativitas Baptiſtæ, & anno exeunte nativitas Verbi.

SECULUM I.

Anno 1 ejuſdem æræ, Circumciditur Chriſtus Kalendis Januarii, & ineunte Februario præſentatus in Templo, refertur Nazarethum; unde, diſpoſitis ibi rebus, hoc vel ſequenti
Anno 2 Reditur Bethleemum, ubi Magi puerum illuc relatum, jam fere bimulum, inveniunt atque adorant; his vero digreſſis, deluſus Herodes, jubet occidi infantes.
Anno 3 Moritur Herodes 19 Novembris, poſtquam ſucceſſorem regni conſtituiſſet Archelaum, excluſo quem antea nominaverat, Herode, jam tum Ethnarcha Galilææ; huic autem addiderit regionem trans-Iordanicam ſive Peræam, uſque ad Mare mortuum: nepotibus ex primogenito Ariſtobulo Mariamnes filio, relictis ſub cura Salomes ſororis ſuæ. Ex hujus filia nati erant nepotes, Herodes & Herodias nuncupati. Poſt hæc
à Fratribus Herode & Philippo accuſatus Archelaus, regno privatur; quo in Provinciam redacto, ſub procuratione Præſidum Romanorum Tetrarchia inſtituitur; cœpitque Herodes (quem Joſephus Antipam nominat, alii Herodem Antipam) dici Tetrarcha Galileæ, uxorem habens filiam Aretæ Regis Arabiæ. Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis fuit, frater illius uterinus Philippus cum nepte ſua Herodiade; unde filia Salome, denique Saltatrix. Lyſaniæ, ex Ptolomæis procreato, obtigit regio Abilina, cum titulo Tetrarchæ.
Anno 26 Herodes Tetrarcha à nepote Herode, Ariſtobuli filio, accuſatus de ſeditione Judæorum contra Pilatum, Romam tendit, ſeque Tiberio ſic purgat, ut accuſator in vincula conjectus ſit.
An. 27 *vel* 28 Româ regreſſus Herodes Tetrarcha, & ab uxore ad patrem regreſſâ deſertus, eidem ſuperinducit Herodiadem, Philippo fratri ſuo ereptam.
Anno 29 Incipit prædicare Joannes, & eodem vel ſequenti anno Chriſtum baptizat 695 d
Anno 30, qui Chriſti prædicantis annus primus, primum in Cana Galilææ miraculum.
Anno 31, Chriſti prædicantis ſecundo, Joannes Herodem arguit propter Herodiadem, & conjicitur in vincula.
Anno 32, menſe Januario vel Februario, decollatur Joannes 694
Anno 33, die 3 Aprilis crucifigitur Chriſtus. Circa idem tempus moritur Philippus Tetrarcha, & Herodes ſuum ex Arabiſſa filium Philippum, cui Trachonitidem obtinuerat, jungit Salomæ filiæ Herodiadis 696
An. 34 *aut* 35 Bellum geritur inter Aretam & Herodem Tetrarcham; quo victor Aretas indignationem Tiberii incurrit 695 c
Anno 36 Moritur Tiberius Imperator, eique ſuccedit Cajus Caligula.
Anno 37 Herodes Ariſtobuli filius, vinculis Romæ ſolutus, ibidem iterum accuſat patruum: qui à Cajo privatus Tetrarchiâ ſuâ, & cum Herodiade in exilium miſſus, male perit; ejuſque ditiones cum titulo Regis dantur Accuſatori, cujus filio Ariſtobulo nubit Salome jam vidua; unde natus Agrippa Junior, coram quo, deinde Regis titulum adepto, & Feſto Præſide, cauſam dixit Paulus Act. 25 695 & 697
Anno 38 Herodes Junior, jam Rex, occidit Jacobum fratrem Joannis gladio & Petrum in vincula conjicit.
Anno 64 excitatum à Nerone Urbis incendium, imputatur Chriſtianis 807

II SECULUM.

Anno 151 Obit S. Novatus, Presb. Romæ. 4 a

III SECULUM.

Anno circiter 257 Valerianus Imp. An ſub eo S. Felix Presb. M. Sutrii, & S. Stephanus Papa Romæ 457
276 Obit S. Martinus Ep. Tungrenſis 69 e
300 *circ.* Obit S. Maximinus Ep. Tungr. 7 b

IV SECULUM.

304 SS. Zeno & Zenas, Philadelphiæ in Arabia paſſi 475 e
305 S. Orentius, cæſo Scytharum Duce, Chriſtum profeſſus, Martyr cum ſex Fratribus 811 b
330 *circ.* Prima inventio Capitis S. Joan. Bapt. in domo Herodis 713 e
354 *vel* 5 Naſcitur S. Paulinus Ep. Nolanus 196 d
361 Obit Conſtantius Imp. ſero pœnitens 240 b

362 S. Joannes Presb. M. Romæ 482 b. Ordinatur Eusebius Ep. Cæsareæ Cappad. Obit circa 370 vel 376 b. Dissipatur Corpus S. Joan. Bapt. apud Sebasten 767
373 Exulare jubetur S. Eusebius Ep. Samosat. 241 c
377 Obit Valens Imp. sero pœnitens 241 d
383 Constituuntur Episcopatus in Brittannia Aremorica 607
390 *circ.* Theodosius Imp. transfert CPolim Caput S. Jo. Bapt. 713, eique in Hebdomo Ecclesiam condit 714
391 Theophilus Ep. Alexandriæ elevat Reliquias S. Joan. Baptistæ 767 d
394 Paulinus, Barcinone Presbyter consecratus, Romam & inde Nolam secedit 196, 233. Theodosius profligat Eugenium Tyrannum ope S. Jo. Baptistæ 714 e
395 *vel* 6 Ordinatur Episcopus S. Augustinus 196 d

V SECULUM.

404 Albanus M. Moguntiæ 87 c
409 *vel* 419 Ordinatur Episcopus Nolæ S. Paulinus 196 d, & civitas à Gothis capitur 217 d
418 Obit S. Amator, Ep. Augustodun. 818 e
431 Obit S. Paulinus Ep. Nolæ 200 a
454 Inventio secunda Capitis S. Joan. Bapt. Emesæ in Cilicia 713 e, 721 c. Idem Caput transfertur ad novam ecclesiam 723 c
470 S. Marrona Pergensis, Emesâ Constantinopolim redit, ultra annum 500 superstes 721 b
500 SS. Agoardus & Agilbertus MM. prope Parisios 817 a

VI SECULUM.

507 Offa Rex Merciorum, refodit & ornat Corpus S. Albani M. ecclesiam & monasterium construit 160 f
511 *circ.* Paulinus III, Ep. Nolæ, in Africa serviens, Trasimundi R. mortem prædicit 232 a
516 *circ.* Obit S. Palladius Ep. Ebredun. 95 b
530 *circ.* Justinianus Imp. dedicat in Hebdomo Ecclesiam S. Jo. Bapt. 713 c
536 Ordinatur Silverius Papa, deponitur *anno* 537, 539 defunctus in Palmaria Ins. 14 c

VII SECULUM.

614 Captâ à Persis Ierosolymâ, strages ingens facta Christianorum 188 b
628 Obit Modoëtiæ Theodelinda, Regina Longobardorum 806 c
633 Obiisse dicitur S. Florentina V. in Hisp. 19 f
637 Northumbri cum suis Regibus cæsi à Merciis 498 b
643 *circ.* Fundatur mirium Thrunchinien. prope Gandavum 25 b
654 Annæ, Regi Orient. Saxonum, à Penda R. Merciorum cæso, succedit frater Ædelherus, maritus S. Sexburgæ 501 e
665 *circ.* Obit S. Majanus Ab. in Armorica 103 f
668 *circ.* Obit S. Audomarus Ep. Teroanen. 27 b
670 S. Hidulphus S. Waldetrudi eremitorium construit 582 b
679 Moritur S. Etheldreda, Regina, Abbatissa Elyensis in Anglia 813 c
691 S. Silæ Apostoli Reliquiæ, Româ Teroanam allatæ à Baino Ep. 27 d
698 S. Ursmarus Lobias inducitur Abbas 583 b

VIII SECULUM.

707 Obit S. Hidulphus in mirio Lobiensi 583 d
738 Obit S. Leutfredus Ab. in Normannia 105 a
750 Obit S. Jacobus, Ep. Tullensis 583 f
761 Caput Baptistæ Emesam ex Spelæo defertur 729 f, & post aliquot annos Comanam 730 c
766 Obit S. Theodulphus, Abb. Lobien. 820 c

IX SECULUM

804 Dedicatur Eccl. S. Albani M. Moguntiæ 90 f
823 S. Radulphus Clericus ordinatur, dein Archiep. Bituricensis 120 a
843 Nascitur S. Ericus, Mon. Autissiodor. 829 e
943 Carolus Calvus confirmat fundationem Doverensis monasterii 121 f
846 Radulfus fundat Belli loci mirium O. B. 122 d
850 Tertia Inventio Capitis S. Jo. Bapt. & translatio Constantinopolim 730
851 Elevatur Corpus S. Leutfredi Ab. 105 d, 112 f
858 Centulam in Gallias adferuntur Reliquiæ S. Joannis Presb. M. 483 b
866 Obit S. Radulphus Archiep. Bituric. 117 a 119 d
866 Dani invadunt & vastant Angliam 518 c
870 Destruitur à Danis mirium Elyense, cæsis incolis 519 e
875 Scribitur Vita metrica S. Germani Autissiodor. à S. Erico Mon, 829 c. Item miracula 830 e
895 S. Bilius Ep. Veneten. in Armoricis 607 b

X SECULUM.

903 Transfertur Abbatia Doveren. Virzionem 122 c
904, *non* 909, Obit S. Ivanus Eremita prope Pragam 823 c
911 Theophane Imperatrix transfert Româ Coloniam Corpus S. Albini M. postea male creditum, esse S. Albani Brittanni 173 b
918 Monasterium S. Leutfredi subjicitur S. Germano de Pratis 113 a, 114 e
935 Transferuntur decem primorum Episcoporum ossa ad S. Albanum Moguntiæ 91 b
937 Magdeburgensis Ecclesia fundatur & dotatur 30 f
959 Transfertur Antiochiâ Constantinopolim manus S. Joan. Baptistæ 742 b
960 Slavi ab Ottone I Imp. plane subjugantur 31 c
961 Ad Russos mittitur Adalbertus Monachus, sed frustra 32 f
961 Appellit Ariminum arca cum Corpore S. Juliani M. 240 b
962 Erigitur Archiepiscopatus Magdeburg. Res conficitur octennio post 31 c
966 Wicemburgensi monasterio præficitur S. Adalber. Ep. 33 b
969 Herimannus, Dux Saxoniæ, Magdeburgi excipitur 35 a
970 Dicuntur miraculose inventa Acta S. Albani M. linguâ Britannicâ 146 e
970 Edgari Regis Privilegium de restaurato & dotato monasterio Ely 525 e
981 Brithnodus Ab. Elyen. martyrio afficitur ab Aelfritha Regina 628 b
983 Obit S. Adaltretus, Archiepiscopus Magdeburgensis 37 d
1000 Transfertur Benevento Romam Corpus S. Paulini. An etiam S. Bartholomæi? 233 c

XI SECULUM.

1010 Exploratur Angeriaci Caput, creditum S. Joannis Baptiſtæ 755 d
1016 Ethelredus Rex Angl. obit, ſuccedit filius Edmundus 529 d
1019 Obit Elſinus, 2 Abbas Elyen. Succedit Leofwinus 529 f
1020 Fundatur monaſterium in Betrycheſword in Anglia 530 d
1022 Obit Leofwinus Abbas Elyen. cum triennium præfuiſſet, ſuccedente ei Leofrico 530 b
1024 Marchianis in Belgio, loco Monialium, inducuntur Monachi 256 d
1029 Moritur Leofricus Abbas Elyen. anno VII ſui regiminis: eique ſubrogatur Leoffinus 530a
1038 Corpora SS. Oſwaldi R. M. & Idabergæ V. ex Anglia in Flandriam transferuntur 29 f
1040 Rota recuperatur à Sancio R. Aragon. 125 b
1044 Obit Leoffinus Ab. Elyen. ſuccedit Wilfricus 530 c, 531 b
1047 Cœpta reſtaurari, & 1055 perfecta Eccleſia S. Albani Namurci 92 b
1051 Gerardo Ep. Cameracenſi ſufficitur S. Lietbertus 591 f
1054 Idem proficiſcitur Hieroſolymas 596 b
1066 Dunſtanus conſecratur 7 Ab Elyen. 531 d
1076 Moritur S. Lietbertus, Ep. Camerac 605 f
1077 Robertus Friſius Flandriæ Comitatum occupat, Cameracum fruſtra obſidet 603 d
1080 Renovatur libertas Elyenſium 532 c
1084 Elevatur Corpus S. Rotrudis V. in monaſterio Andrenſi 256. Variæ donationes 257 c
1087 Obit Wilhelmus I, Dux Normanniæ, & Rex Angliæ: ſuccedit in Anglia Williel-mus II 533 b
Circa an. 1090 Naſcitur S. Eberhardus Archiep. Salisburgenſis 260 c
1093 Obit Simeon Ab. Elyenſis 533 e
1098 Antiochia Syriæ capitur à Latinis 780 e
Nec diu poſt Genuenſes Myrâ auferunt Cineres S. Jo. Bapt. 782 e
1100 Ordinatur Richardus ultimus Abbas Elyenſis 533 c

XII SECULUM.

1104 Raymundus ordinatur Ep. Balbaſtren. & Rotenſis ſeu Ripæ-curtiæ 125 d
1106 Transferuntur Corpora S S. Atheldredæ, Sexburgæ, & Ermenildæ 537
1106 Catalani fruſtrà conantur Genuâ auferre Cineres S. Jo. Baptiſtæ, multis exinde miraculis claros 783 b
1115 Elevatur & transfertur Corpus S. Leodegarii, Presb. Pertenſis 485 f 488 b
1118 Gelaſius II Genuæ dedicat Eccleſiam S. Laurentii, & elevat Cineres S. Joan. Bapt. 783 d
Ordinatur primus Epiſcopus Elyen. Nigellus 477 a
1126 Obit Oſcæ, Sede ſua pulſus, S. Raymundus, Balbaſtrenſis Epiſcopus. Corpus Rotam defertur: ipſe ab Innocentio II canonizatur ante annum 1143, 127 f
1130 Male perit Stephanus Oſcenſis, invaſor Sedis Balbaſtrenſis contra S. Raymundum Epiſcopum 135 b
1133 S. Eberhardus Romæ conſecratur Abbas Biburgenſis 260 c
1139 Obit S. Joannes, Fundator & Ab. Pulſanenſis in Apulia 39 c
1136 Obitus B. Petri, Prioris Juliacenſis Ordinis Ciſtercienſis 608 d
1140 *vel* 51 In Farne inſulam Dunelmo tranſit S. Bartholomæus Erem. 833 a
1142 Variæ Reliquiæ Metis tranſlatæ 244 f
1147 Mortuo Chunrado Archiep. Salisburg. ſuccedit S. Eberhardus 264 a
1156 Viſio B. Joan. Bapt. facta ruſtico Ponte-curvenſi, pro condenda ejus eccleſia 801 f
1164 Obit Burchardus Arciep. Salisburg. poſt confectos proceſſus pro canonizatione S. Eberhardi Archiepiſcopi 261 a
1166 Obit Nigellus Ep. Elyen. punitus ob damna eccleſiæ illi allata 565 b
1175 *circ.* Prodierunt Acta S. Albani Anglico-Latina 146 f
1177 Alexander III conſecrat Eccleſiam Pulſanenſem 40 b
1178 Fridericus Imp. cum uxore & filio Genuæ veneratur Cineres S. Joan. Bapt. 784
Inveniuntur oſſa S. Amphibali & Sociorum Martyrum, deferunturque ad eccleſiam S. Albani 167
1182 *vel* 93 Obiit in Farne S. Bartholomæus Eremita 832 f
1186 S. Amphibali & Sociorum Reliquiæ transferuntur in novam arcam 171 b
Coloniæ oſtenſæ primum Reliquiæ S. Albini M. Romani 172 d
1192 Inchoatur Oigniaci monaſterium Canonicorum Regularium 635 b
1194 Obit S. Lanfrancus Ep. Papien. 619 c. Succedit Bernardus, Vitæ ſcriptor, quadriennio poſt ibidem defunctus 620 a
1200 *circ.* Tranſlata Arimini arca S. Juliani M. 140 c

XIII SECULUM

1204 Conſtantinopolis, à Latinis capta & direpta; & ablatum inde Caput Baptiſtæ 745 a b
1206 Ambianum affertur Caput S. Joan. Bapt. 747 c
1209 B. Walherus Parochus Onhayæ & Haſterii, à Vicario ſuo occiditur 614 a
1213 Obit B. Maria Oigniac. 632 c 666 a
1214 S. Bertholdus incipit devotionem ad B. M. Virginem, quæ fuit initium mſtrii in Frundenbergh 60 c; ac paulo poſt moritur: cœptaque proſequitur ejus frater S. Menricus 60 e
1214 Ad novum altare S. Amphibali transfertur ejus arca 171
1217 *aut* 27 Inveniuntur Corpora SS. Nicolai & Trani Eremitarum in Sardinia 84 c
1221 Monachi Claræ-vallenſis inſignis devotio erga S. Joan. Bapt. 804 c
Item Monachæ unius *ibid.*
1222 Corpus S. Leutfredi Ab, transfertur in novam capſam 113 c
1232 Scribuntur Acta S. Chriſtinæ Mirabilis à Cantipratano 270 c
1234 *circ.* Transfertur Corpus S. Rotrudis V. 258 c
1240 Obit B. Jacobus de Vitriaco Card. 636 a
An. circ. 1242 Nata B. Chriſtina Stumbelenſis, deſponſa Chriſto anno 1252 279 a
1244 Innocentius IV Genuâ tranſiens, donis & Privilegiis ornat Reliquias S. Jo. Bapt. 785 d
1249 Inſtituitur Genuæ Confraternitas S. Joan. Baptiſtæ 786 b
1263 Donatur Ciſtercio dextra S. Jo. Bapt. 768 d
1267 Petrus, Scriptor Actorum B. Chriſtinæ, venit in ejus notitiam 279 a

1277 Obit Joannes Plebanus Stumbelen. Confeſſarus B. Chriſtinæ 323 f
1289 Scribi cœpta eſt Hiſtoria Elyenſis, & à variis uſque ad annum 1434 continuata 489
1298 Modoëtiæ revelantur Reliquiæ S. Joannis Baptiſtæ & ſequenti anno reſtauratur Eccleſia 764 a

XIV SECULUM.

1312 Moritur B. Chriſtina Stumbelenſis 270 f
1313 Edouardus II Rex Angliæ convincit Elyenſes non habere Corpus S. Albani M. ſed ſolum ejus caracallam: & illud in ſua eccleſia recognoſci facit 165 166
1320 Obit Avenione Joannes Baptiſta Tolomeus Senenſis, Ord. Præd. cum opinione ſanctitatis 686 b
1323 Modoëtia, everſa à Mediolanenſibus, juſſu S. Joannis Bapt. reſtauratur 675 e
Perpinianum affertur brachium S. Joannis Baptiſtæ 773 c
1325 S. Joannis Baptiſtæ Cerebrum taansfertur ad Abbatiam Tyronen. 752 d
1330 Pantaleoneníes Coloniæ Monachi teſtantur de Corpore S. Albini, quotannis monſtrari ſolito, ejuſque ſtatu 173
1333 Transferuntur decentius Reliquiæ Oigniacenſes 631 a
1341 Ruit majus campanile Eccleſiæ Elyenſis ſine alia noxa 558 d
1348 & 49 Peſtis, vulgo Magna, graſſari incipit per Italiam 788 a
1386 Urbanus VI Genuam ſe confert, elapſus obſidione hoſtili 788 c
1387 Capitulum Genuenſe cedit Confraternitati S. Joannis Baptiſtæ oblationes ad ipſum ſpectantes 788 e
1390 Miracula ad S. Engelmundi Reliquias in Hollandiâ 116 e

XV SECULUM.

1409 Transferuntur Lobiis Binchium Corpora Sanctorum 583 f
1434 Terminatur Chronicon Abb. & Epiſcop. Elyenſium, cœptum conſcribi an. 1289, 489 e
1437 Fabricatur Genuæ pro Cineribus S. Joan. Bapt. pretioſiſſima arca argentea 797 e
1451 Inchoatur novum ſacellum S. Joan. Bapt. Genuæ 791 d
1460 Fundatur prope Aſtygim monaſterium S. Florentinæ O. Præd. 20 f
1470 *circ.* Obitus B. Joannis Opilionis. 842 e
Campoduno ablatum Corpus S. Palladii, Ep. & quinquennio pòſt reſtitutum 97 c
1472 Dedicatur Pariſiis Cappella 10000 Martyrum Crucifixorum 80 c
1480 Rhodus fruſtra obſidetur à Turcis 770 c
1485 Rhodiis donatur à Bajazetho manus S. Jo. Baptiſtæ 772
Innocentius VIII confirmat & auget Privilegia Confratrum S. Jo. Baptiſtæ 791 f
Obit Ludovicus Turca, unde Duces Mantuæ & Marchiones Caſtellionis 849 b. Horum Arbor genealogica 850
1496 Abbatia S. Juliani tranſit ad Canonicos. Regulares S. Georgii in Alga 143 e
Explorantur ſtigmata, B. Luciæ Narnienſi impreſſa 270 a
1498 Ludovicus Sforſa Genuæ fundat plures Capellanias S. Joanni Bapt. 793 e

XVI SECULUM.

1529 Graviſſima peſtis Neapoli 763 e
1550 Joannes Erem. in Umbria obit, & Caſſiam miraculo deportatur 686 d
1552 Ponitur Cenotaphium grande S. Walhero Presb. M. Onhayæ 614 b
1553 Menæi in Sicilia inſtituitur Collegium Canonicorum S. Agrippinæ 459 d
1554 Neapoli innoteſcit miraculoſus ſanguis S. Joannis Bapt. 763 e
1557 Romæ exundans Tiberis operit eccleſiam S. Bartholomæi de Inſula, & rurſum anno 1598: ſed Reliquias non attingit 234 a
1558 Incenditur monaſterium Bergenſe S. Winoci Ord. Ben. 39 d
1563 Diſtrahitur argentea capſa S. Leutfredi Abbatis 113 d
1568 Naſcitur B. Aloyſius Gonzaga ex Marchione Caſtellion. futurus Soc. Jeſu. 854 a
1570 Incenditur ab Hugonottis Cappella S. Friſii, ſalvo hujus Corpore 819 b
1573 Minoritæ & alii Euckhuſæ à Geuſiis occiduntur 686 d
1575 Card. Moronus pacem Genuæ reſtituit, productâ arcâ S. Joan. Bapt. 794 f
1584 Aperitur arca S. Juliani M. Arimini 143 f
1585 Legati Japonici viſitant arcam S. Juliani Arimini 144 b
B. Aloyſius dimiſſo Marchionatu ingreditur tirocinium Societatis 854 e
Mantuæ excipiuntur Legati Japonici 954 f
1589 Aloyſius Rudolfum fratrem ſuum cum Duce Mantuano reconciliat 996
Ejuſdem nuptias, clam ſuis contractas, conſanguineis probat 1001 d
1591 Obit Romæ B. Aloyſius Gonzaga 854 f
& mox, ut Sanctus honoratur 1014 & ſeqq.
1595 Oſſa S. Leutfredi Abbatis transferuntur in capſam deauratam 113 f
Brachium S. Raymundi Ep. Roten. Balbaſtrum transfertur 126 b
Abrahamus Georgius Maronita S. J. Martyr in Arabia 981 e
1598 Prima tranſlatio B. Aloyſii Gonz. 1026 b
1599 Margarita Auſtr. Reg. Hiſp. Genuâ tranſiens, impetrat de Reliquiis S. Jo. Bapt. 795 e

XVII SECULUM.

1602 Tranſlatio ſecunda B. Aloyſii Gonz. 1026 b
1605 Tertia ejuſdem Tranſlatio *ibid* c
1606 Transfertur theſaurus Reliquiarum Modoëtienſium 766 e
Imprimitur Vita B. Aloyſii per Ceparium 892 b: deinde variis linguis per varios 893, idque cum titulo Beati, annuente Papa, 1022 e
1607 Reliquia ejusdem Româ Caſtellionem portatur 878 e; & inſtituitur in Valle tellina proſus de miraculis 1090
1608 Oſſa B. Mariæ Oigniac. in capſa argentea imponuntur altari 631 b; idque ſolenni pompa per Epiſcopum Namurcenſem 689 *& ſeqq.*
Card. Bellarminus in anniverſario B. Aloyſii ſermonem de ipſo habet 1150
1610 Antonius à S. Anna O. Min. in Moluccis pro caſtitate occiditur 686 f

Caput B. Aloysii Româ, Parmâ Castellionem transfertur 1027 a, b, c
1611 Reliquiæ S. Jo. Bapt. aliæque, Ultrajecto allatæ, donantur Patribus Societatis Jesu Antverpiæ 778 e
1612 & 13 Examinantur in Valle tellina testes de miraculis B. Aloysii 1097 *& seqq.*
1613 Invenitur Genuæ pars manûs S. Jo. Bap. jam inde ab anno 1377 ibi existens 797 b
1620 Translatio quarta B. Aloysii Gonzagæ ad novum atque elegans sacellum 1028 e, f
1625 Anno Jubilæi scribitur Romæ, à Justo Rycquio Belga, carmen de S. Paulino Nolano Episcopo 196 & 228
1628 Confraternitas S. Walheri Onhayæ instituitur, & Indulgentiis dotatur 617 f
1640 Jac. Bidermannus S. J. curat miracula B. Aloysii varia, in Domino Wolfgango ab Asch facta, Monachii imprimenda 1078
1645 Olympia Gonzaga, neptis B. Aloysii moritur sanctitate conspicua 1616
1649 Quinta translatio B. Aloysii in novum templum, S. Ignatio à Cardinali Ludovisio magnifice extructum 1029
Moritur Cynthia Gonzaga, senior neptis B. Aloysii, fundatrix Collegii Virginum Jesu Castellione 1158 f
1650 Gridonia Gonzaga ejusdem Collegii, tertia neptis B. Aloysii, pie moritur 1197
1665 Variis in Germania miraculis claresçit B. Aloysius 1087
1669 *& seqq.* Scribuntur miracula S. Walheri, antiquioribus deperditis 615 c
1679 Princeps Neoburgicus videt Neapoli fluidum sanguinem S. Joan. Bapt. 763 b
Reperiuntur adhuc integra corpora trium neptium B. Aloysii 1679 e
1688 Obit Parisiis Carolus du Fresne, Dominus du Cange, scriptis clarissimus 711 e
1689 Ibidem moritur Cangii amicus Antonius Wyon, Toparcha d'Herouval, Eruditorum adjutor 712
1690 Inventio icunculæ Marianæ miraculosæ, prope Montem-politianum 846
1692 Pontani in Valle Tellina à peste liberantur per B. Aloysium 1121 b
1699 Ultima translatio B. Aloysii Gonzagæ in novum sacellum, à Lancellottis, Lauri Marchionibus, eidem pro acceptis beneficiis excitatum & splendide exornatum 1029 *& seqq.*

XVIII SECULUM

1701 Vitam B. Aloysii novam edit Jac. Antonius Manzini S. J. cum adjunctis uonnullis de Collegio Virginum Jesu 8934 f a

ACTA SANCTORUM
IUNII
TOMUS QUARTUS.
DIES VIGESIMA.

SANCTI QUI XII *KALENDAS IULII COLUNTUR.*

S. Anctus Novatus, Presbyter Romæ.

S. Methodius Martyr, Episcopus Patarensis in Lycia.

S. Asyncritus, & Socii, } Martyres Constantinopoli honorati.

S. Maximinus, Episcopus Tungrensis in Belgio.

S. Paulus, S. Cyriacus, S. Paula, S. Feliciana, S. Thomas, S. Felix, S. Emilius, } Martyres Tomis in Scythia.

S. Vitalis, S. Crispinus, S. Martyria, } Martyres

S. Gemma, Virgo & Martyr, in Santonensi Aquitaniæ provincia.

S. Arius sive Macarius, S. Asterius, } Episcopi Petræ utriusque in Palæstina & Arabia.

S. Latuinus, Episcopus Sagiensis in Normannia.

S. Silverius, Papa & Martyr, in Palmaria Pontiarum insularum una.

S. Florentina, Virgo in Hispania.

S. Avatia, in agro Bellunensi Dominii Veneti.

S. Gobanus, Presbyter & Martyr, in Gallia.

S. Aldegundis, Virgo Trunchinii, propè Gandavum in Flandria.

S. Ida, Gandavi in Flandria.

S. Bainus, Episcopus Teruanensis, & Abbas Fontanellensis.

S. Iduberga, Bergis S. Winoci in Flandria.

S. Adalbertus, Archiepiscopus I. Magdeburg. Ordinis S. Benedicti.

S. Ioannes à Mathera, Abbas & Fundator Ordinis Pullanensis in monte Gargano.

B. Bertholdus, B. Menricus, } Canonici, Fundatores Vrundebergenses in Westphalia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Opera & studio R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi litteræ appositæ margini aliud indicent.

D. P. PAulus Presbyter Concordiensis *in Lusitania, cui S. Hieronymus Vitam S. Pauli primi Eremitæ miserit cum Epistola, quam Fl. Dexter recitat, sed suppositiam supposititius ipse, ut plenius dicetur in Supplemento ad Vitam ipsius* S. Pauli xv Januarii.

S. Genulphus Episcopus *indicatur in Ms. Romano Ducis Altempsii, & in Colonienſi apud Carmelitas ſervato. Idem* Officio trium lectionum *celebratur in Breviario Bituricensi anni* 1625 *referturque in Ms. Colonienſi S. Maria ad Gradus necnon à Bellino auctiore Parisiis anno* 1521, *& Maurolyco. In Actis prioribus* S. Genulphi *lib.* 2 *num.* 13 *dicitur hoc die corpus transpositum in sancti Salvatoris monasterio, quod etiam confirmatur in Miraculis ad Acta posteriora num.* 19. *Quæ omnia accurate sunt illustrata* xvii Januarii.

S. Caducanus, Episcopus Benchorensis in Wallia, *memoratur à Camerario in Menologio Scotico. De eo inter Prætermissos egimus* xx Januarii.

S. Sulpitii Episcopi Translatio Reliquiarum, *anno* 986 *Gislenopolim facta, refertur inter Acta edita* xxvii Januarii.

A Translatio corporum Sanctorum Binchium ex ecclesia Lobiensi, *anno* 1409 *facta, recolitur à Ferrario & Saussaio. Singulorum dies natalis servatur:* Vulgisi, Episcopi & Abbatis, IV Februarii.
Amolwini Abbatis, VII Februarii.
Ursmari, Episcopi & Apostoli Theoraciæ & Flandriæ, XVIII Aprilis.
Ermini, Episcopi & Abbatis, XXV Aprilis.
Theodulphi Episcopi, XXIV Junii.
Hidulphi Ducis XIII Junii.
Abelis Archiep. Remensis II Augusti.
Amelbergæ Viduæ X Julii.
S. Fœlanus submersus, à S. Attracta suscitatus, *dicitur à Colgano hoc die coli. Alia non occurrunt, quam quæ in Vita S. Attractæ habentur num.* 12 *Annotatione A die* IX Februarii.
S. Edouardi Regis & Martyris Translatio *indicatur in pluribus Martyrologiis, itemque in Anglicano Missali Ms. quod accepimus post editam ejus Vitam,* XVIII Martii.

D. P. S. Archibaldi Abbatis Translatio *inscripta est Menologio Scotico Camerarii. De illo inter Prætermissos egimus* XXVII Martii.

B S. Gabrielis Archangeli dedicatio ecclesiæ in Monasterio Naklon, *inscripta Hagoliogio Metrico Habessinorum. Colitur ipse à Latinis* XVIII Martii.
S. Georgii Martyris allatio Reliquiarum ad monasterium Aquiscinctinum anno MC facta, *referenda ad §. VI ante ejus Acta* XXIII Aprilis.
S. Vitalis, pater SS. Gervasii & Protasii, *refertur in Ms. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus: de filiis pridie hujus diei actum: de* S. Vitale XXVIII Aprilis.
Ludovicus Pius Imperator *hoc die mortuus an.* 840 *Corbejæ Saxonicæ fundator, ibidem cum titulo* Sancti *statuam habet in altari inter alios loci Patronos ac Sanctos, uti dicitur in Comm. de S. Stephano Upsalensi* 2 *Junii num.* 15. *De ejus aliquo cultu Metis, communi cum matre* B. Hildegardi, *egimus ad hujus Vitam §. 1. Comment. prævii* XXX Aprilis.

D. P. S. Patricii Martyris Romani *insignes Reliquiæ, an.* 1643 *donatæ Teresanarum Viennensium ecclesiæ, hoc die coluntur Officio semiduplici; sicut diximus, ubi simul de reliquo ibidem thesauro sacro* S. Fabii *& sociorum,* XXI Maji.
S. Itisbergæ Virginis translatio *indicatur à Saussaio, uti diximus ad diem natalem,* XXI Maji.

C S. Helenæ Virginis Translatio Autissiodori *profertur à Saussajo, uti indicavimus etiam ad ejus Acta,* XXII Maji.

D. P. S. Joannis Abbatis in Monasterio Parmensi *Natalis hoc die notatus in Kalendario Sanctorum ad seculum* V *Benedictinum spectantium, idemque hic dies ad singulas paginas Vitæ prænotatur. Interim in ipsa Vita dicitur obiisse* XI Kal. Junii; *& operis illius collector Mabilio in Observationibus prævius num.* 4 *Natalem illum statuit. Evidens ergo hic sphalma est non Mabilionis, sed alterius cujusdam Amanuensis, minus attenti ad nomen mensis numerumque diei. Interim hac occasione disco extare Historiam translationis anno* 1588 *celebratæ, auctore D. Andrea Leucio, quam operæ pretium sit una cum Vita anno* 1642 *excusa, nobis mitti pro supplemento, ad diem quo vitam antiquam illustravit Henschenius,* XXII Maji.
S. Jovinus, Presbyter & Confessor, *indicatur in Ms. Romano Ducis Altempsii. Est ex eodem Ms. nobis relatus inter Sanctos Pictavienses* I Junii. A
S. Daria, Martyr Atinæ, soror SS. Nicandri & Marciani Martyrum, *memoratur à Ferrario in utroque Catalogo. Nos de ea una cum fratribus egimus* XVII Junii.
S. Josephus anachoreta *memoratur in Mss. Synaxariis Claromontano & Taurinensi, qui* Joannes *appellatur in Ms. Mediolani. Varia ejus axiomata ex Vitis Patrum dedimus* XVII Junii.

D. P. Zosimus Miles Martyr *sub Trajano, in Pisidia, relatus in Synaxario Ms. Collegii nostri Parisiensis, in Menæis est* XIX Junii.
Odo Episcopus Cameracensis *indicatur à Menardo. Vitam ejus illustravimus* XIX Junii.
Inventio & Translatio Χιτώνων καὶ περισσολαίων, tunicarum & opertoriorum Sanctorum Apostolorum & Euangelistarum Joannis & Lucæ, Andreæ & Thomæ, Elisæi Prophetæ & Lazari Martyris, quæ deposita sunt in ecclesia sanctorum Magnorum Apostolorum. *Ita Mss. Synaxaria Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Parisiis & Divione asservata in Collegiis ibi nostris. De Ecclesia illa præclare scribit D. du Cange in Constantinopoli Christiana, lib.* 4 *cap.* 5 *num.* 1. E
Duo Assuetæ, in eremo in pace mortui, *indicantur in Mss. Menæis Divionensibus, de quibus ob nomina non apposita nihil possumus pronuntiare. Fortassis sunt supra relati* Josephus & Joannes, *nec unus, sed duo censendi.*
S. Zenonis Martyris translatio *profertur à Rabano eaque sola invenitur etiam post alios plures Sanctos apud Notkerum & auctorem Martyrologii sub nomine Bedæ editi. Plurimi occurrunt nominis hujus Martyres, & forte alicujus eorum translatio facta est Fuldam, Moguntiam, aut ad vicinam aliquam Ecclesiam.*
SS. Ruffina & Martina Virgines *indicantur in Kalendariis Breviariorum antiquorum Ecclesiæ Ultrajectinæ. In posterioribus & potissimum Officiis propriis, nulla fit illarum mentio. An ibidem fuerint illarum Reliquiæ, nunc sublatæ, & num forte Ursulanarum, non divino.*
Bajanus, Episcopus Ravennensis & Confessor, *indicatur à Greveno in Additionibus ad Usuardum & Canisio in Martyrologio Germanico. Verum, quia talis Episcopus Ravennæ in Italia nullus fuit; intelligendus erit* S. Bainus Episcopus Tervanensis in Belgio, *de quo infra agemus.* F
Helia, quarta Abbatissa Treviris monasterio Horrei, sanctitate clara *memoratur à Wione, eumque secutis Dorganio, Menardo, Bucelino, Ferrario & Saussaio in Supplemento. Antiquiora monumenta venerationis requirimus: nullum enim ejus vestigium istic reperimus.*
Theobaldus, Episcopus Eugubinus, qui scripsit Vitam S. Ubaldi à nobis ad XVI Maji editam, *cum titulo* Beati *refertur à Jacobillo: absque ullo titulo ab Ughello, tomo* I *Italiæ sacræ col.* 680, *& dicitur* mortuus anno MCLXXI, die XX Februarii.
Joannes, discipulus S. Bernardi, primus Abbas Laudensis cœnobii in Gallo-Flandria, *ut* beatus Pater *indicatur ab Henriquez, & omisso omni titulo à Chalemoto. Saussaius inter* Pios *recenset.*
Macarius, Conversus in Valle-bona, *obiisse hoc die*

A *die dicitur in Kalendario Ciſtercienſi Divione excuſo, & Beatus appellatur ab Henriquez & Chalemoto, monaſterium illud in Hiſpania collocantibus, citato Kalendario Angeli Manrique, quod aliud debet eſſe, quam quod in Laurea Euangelica habetur, nam in hac ejus mentio non fit.*

Benigna, Virgo Ordinis Ciſtercienſis in Uratiſlavienſi cœnobio, à barbaris capta, tam pro fidei confeſſione, quam pro caſtitatis integritate conſervanda, ferro percuſſa, vitam cum ſanguine fudit. *Ita Chalemotus, Beatæ titulo eam honorans; addenſque*, in quibuſdam Ordinis diptychis ejus memoriam recoli, *ſcilicet in Menologio Henriquez, quod & nos libenter facimus, plura addituri, ſi à Polonis inter* Sanctas *aut* Beatas *haberetur.*

Raynaldus de Piperno, ſocius S. Thomæ Aquinatis, *memoratur in hujus Vita & Proceſſu à nobis ad 7 Martii editis. Hic aut alius hujus nominis,* Martyr obiit, à Mauris captus, ſpinis coronatus, & cruci affixus capite in terram verſo. *De eo agunt Michaël Plodius lib. 1 cap. 206 & lib. 4 cap.*

B *6 Joannes Rechac in Triumpho Martyrum tit. 5 cap. 5 & alii, cum Anno ſancto ejuſdem Ordinis.*

Domitilla Piateſi, Sanctimonialis Ordinis S. Dominici, Bononiæ in monaſterio S. Agnetis Martyris, poſt varias apparitiones Chriſti Domini & S. Thomæ Aquinatis, ſanctam vitam finivit xx Junii anno MDXXXVI. *De ea agitur à Michaële Plodio lib. 4 cap. 28, & in Anno ſancto dicti Ordinis.*

Franciſcus ab Aragonia, Brixiæ ante ſeculum 16,

Alphonſus Betanzos in India Occidua, an. 1566,

Helena Puccia Florentiæ, anno 1320

D. P. *Ordinis S. Franciſci, ut* Beati *ob ſingularem virtutem habentur ab Arturo.*

Auguſtinus Caraſius, Carmelita Hiſpanus, *cum ſanctitatis opinione mortuus prope Solanam an. 1599, refertur in Acie bene ordinata Philippi à Viſitatione. Corpus ejus miraculis clarum dicitur permanere incorruptum, & anima glorioſa apparuiſſe Ven. P. Dominico à Jeſu-Maria, ideoque à populo* Beatus *haberi: quod hic ſufficit indicaſſe, donec amplius liceat per Apoſtolicam Sedem.*

C SS. Ariſtocles Presbyter, Demetrianus Diaconus, & Athanaſius Lector, Martyres in Cypro, *memorantur in Mss. Menais Divionenſibus: ab aliis* XXIII Junii.

Reginæ Virg. *memoria inſcripta eſt Additionibus Greveni ad Uſuardum: ſed quænam illa, non additur. Forte eſt fundatrix monaſterii Dononienſis; non tamen* Virgo, *ſed* Vidua *quod videtur per litteram V poſſe inſinuari æque ac* Virgo, *& colitur hæc* I Julii.

S. Monegundis, electa in Germania, *inſcripta eſt Catalogo generali Ferrarii, citato Caniſio, apud quem nulla ejus mentio fit in duplici editione, ſed* Aldegundis Virginis Gandavi, *de qua infra agimus. Aſt* S. Monegunda, religioſa femina Turonis, *Martyrologio Romano & Caniſiano inſcripta eſt* II Iulii. D

S. Euſpicii, Abbatis Miciacenſis, feſtum celebrari XX Iunii, *legitur apud Carolum Sauſſaium lib. 3 Annalium Aurelianenſium cap 4. Sed videtur irrepſiſſe mendum typographicum, ac legendum, quando colitur* XX Iulii.

S. Oſwaldi, Regis Northumbriæ & Martyris, Tranſlatio Reliquiarum ad cœnobium Winoci-Bergenſe, *relata à Molano, Miræo & aliis, ad diem ejus natalem* V Auguſti. D. P.

Cæcilia Ioannelli Caſtella, *Innocentii Papæ* XI *matertera, cujus & Cardinalatum & Pontificatum prædixit,* Ordinis S. Franciſci Tertiaria, *in Matrimonio tam ſancte vixit obiitque hoc die anno* 1641, *ut Vitam tomo 2 Legendarii Franciſcani Italice editi Venetiis inſeruerit ejus auctor Benedictus à Mazzara Provinçialis Provinciæ S. Angeli in Aprutio. An pro ejus Beatificatione cœptum ſit agi neſcio: ſed ſi cauſa nepotis ad Rotam deducta finem conſequatur ut optamus, non poterimus non etiam de* E *illa ſaltem ut ipſius matertera agere, ad diem quo hic obiit, anno* 1689 XII Auguſti.

S. Samuëlis Prophetæ *Tranſlatio hoc die facta indicatur apud Theodorum Lectorem. Dies natalis habetur* XX Auguſti. D. P.

S. Joſue filius Nun, *invocatur hoc die in Hagiologio Metrico Habeſſinorum, inſcribitur Martyrologio Romano* I Septembris.

SS. Criſpini & Criſpiniani Martyrum Tranſlatio Oſnaburgum urbem Weſtphaliæ, *celebratur in Breviario Oſnaburgenſi & Ms. Florario. Dies natalis eorum eſt* XXV Octobris.

B. Agabarus, Princeps civitatis Edeſſæ, qui ſcripſit epiſtolam Domino noſtro Jeſu Chriſto, *adſcriptus in fine Florarii Ms. Plura adduntur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, ex lib.* 1 *Hiſt. Eccl. Euſebii cap.* 13, *diciturque* Thadæus Apoſtolus ad eum miſſus, *quem Græci colunt pridie hujus diei, ut vel ideo videatur ad hunc diem relatus, etiam apud Grevenum, Caniſium, Ferrarium, alioſque. Non reperimus ejus memoriam in Faſtis Græcis, aut antiquioribus Latinis. Si* F *quid certi de ejus veneratione Eccleſiaſtica ſuggeratur, libenter proferemus vel in Supplemento hujus menſis, vel ad diem S. Judæ Thadæi* XXVIII Octobris.

S. Florentiæ Virginis Commemoratio Senonis; S. Florentiæ Virginis & Martyris repoſitio corporis, Agathæ in Volcis Arecomicis, *memoratur à Sauſſaio: ſed num una eademque ſit dubitamus. De* Virgine & Martyre *addit Sauſſaius* coronatam cum SS. Tiberio & Modeſto XII Novembris.

S. Victoriæ Virginis Tranſlatio *indicatur in ſcriptis additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Plures Martyres ſunt hujus nominis: at magis celebris* Virgo & Martyr *inſcripta eſt Martyrol. Rom.* XXIII Decembris.

DE SANCTO NOVATO,

PRESBYTERO ROMÆ.

SYLLOGE HISTORICA.

D. P.

De ejus obitu, cultu, ætate ac genere.

AN. CLI.

Ex epistola S. Pastoris ad Timotheum fratrem Novati

NUlla certior S. Novati *potest haberi notitia, quam ex epistola,* XIX *Maji à nobis illustrata, quam scripsit* Pastor, Presbyter *Romanus*, Timotheo *item Romano* Presbytero; *breviter ea complexus quidquid ad Sanctas Virgines*, Pudentis *Senatoris filias*, Pudentianam & Praxedem *attinet. Nempe cum harum prior obiisset, & corpus aliquamdiu occultum fuisset habitum* in titulo, *quem sub nomine Pastoris pater illarum dedicaverat, & Pius Pontifex, constructo manibus suis fonte baptismali instruxerat; dicitur quod* post *sororis* B mortem, Virgo Christi Praxedis habitavit in eodem titulo, vehementer affligens se propter transitum germanæ suæ. Ad quam cum multi nobiles Christiani consolandi gratiâ venirent, una cum sancto Pio Episcopo; venerat etiam ad eam germanus vester Novatus, qui est frater noster in Domino, consolans eam; & multos Christianos pauperes suis facultatibus reficiebat, & ministrabat omnibus de facultatibus suis in honorem ejusdem Virginis Praxedis, petens ut orationibus suis indulgentiam mereretur; qui & vos frequenter beatissimo Pio Episcopo, ad altare Domini accessuro, commendabat.

scitur hic obiisse anno post S. Potentianam,

2 Accidit post hæc, post annum & dies viginti octo, ut ægritudine detentus Novatus, absens esset à conspectu beatæ Virginis Praxedis. Pio itaque Episcopo cogitante de omnibus Christianis, una cum Virgine Praxede; requiritur inter eos & Novatus: de quo cum auditum fuisset quia ægritudine detineretur; contristati sumus omnes. Tunc dicit B. Praxedis ad Patrem nostrum, sanctum Pium Episcopum: Jubeat Sanctitas vestra ut eamus ad eum, si forte visitatione nostra & orationibus vestris salvet eum Dominus. Quod dictum cum placuisset omnibus nobis, & nocte surgentes perrexissemus ad eum; videns C vir Dei Novatus nos omnes congregatos ad se venisse, gratias agere cœpit Deo, quia meruit à Sancto Pio Episcopo, & Virgine Domini, unà cum nostra devotione, visitari. Et fuimus in domo ejus, diebus ac noctibus octo. In quibus diebus placuit ei, ut nobis ac beatæ Virgini omnem substantiam suam derelinqueret. Hoc ita ordinato, tertio decimo die * migravit ad Dominum *. De quo facto litteras hujus textus ad vos direximus, una cum auctoritate beati Pii Sedis Apostolicæ Episcopi, & Virginis Christi Praxedis: ut quod vobis placuit de substantia germani vestri, nos faciatis scire; quatenus ordinatio vestra in omnibus custodiatur.

donatis Ecclesiæ facultatibus & thermis suis,

3 *Tali epistolâ*, per Eusebium Romanæ Ecclesiæ Subdiaconum *acceptâ*, *rescribens* Timotheus Presbyter, sancto Fratri Pastori & sanctissimæ Sorori Praxedi salutem; Noverit, *in-quit*, Sanctitas vestra, meam in hac re, pro qua scriptistis, votivam esse conscientiam; & quod germano meo placuit, placet & nobis famulis vestris; hoc est, ut in arbitrio tuo sit & sanctæ Virginis, quidquid dereliquit: & secundum quod vobis placuerit, dispensare ea, potestatem habeatis. Hac epistola gaudio repleti sumus: & tradidimus eam legendam sancto Pio Episcopo: qua ille lecta gratias egit Deo. Eodem tempore Virgo Domini Praxedis accepta potestate, rogavit B. Pium Episcopum, ut thermas Novati, quæ jam tunc in usu non erant, ecclesiam consecraret: quia ædificium magnum in iisdem & spatiosum esse videbatur. Quod & placuit sancto Pio Episcopo: thermasque Novati dedicavit ecclesiam, sub nomine beatæ Virginis Potentianæ.

in quibus consentiente S. Timotheo,

dedicatus titulus S. Potentianæ.

4 *Ex his certum fit*, Timotheum & Novatum *fuisse* germanos fratres. *Itaque in antiquissimis ad genuinum Bedam Additionibus, Divione repertis, (nam ipse Beda hoc die vacat) sic primo loco ponitur:* Romæ Novati, fratris Thimothei Presbyteri: qui ab Apostolis (*Sanctis videlicet Petro & Paulo*) eruditi sunt: *quod ultimum non convenit cum eorum ætate, neque ex Epistola præcitata recte educitur. In Ms. Vallicellano Romæ, valde antiquo, ita legimus:* Romæ depositio Novati, fratris Timothei Presbyteri. *Eadem verba quæ ex Divionensi dedimus, transcripserunt Ado & Usuardus. Sed Ado subjungit:* De quo Novato scribit Pastor, in gestis Pudentianæ & Praxedis Virginum, ad prædictum Timotheum germanum ejus, *eaque transcribit iisdem fere verbis, quæ supra usque ad* *. *Usuardus, illis omissis, pro Elogio addidit:* Horum Sorores fuerunt beatæ Potentiana & Praxedis, sacræ Virgines: *quæ cum deinde alii aliique augerent, tandem Romani Martyrologii Recognitoribus ita visum est legendum præscribere:* Romæ depositio S. Novati, filii B. Pudentis Senatoris, & fratris S. Timothei Presbyteri & sanctarum Christi Virginum Pudentianæ & Praxedis, qui ab Apostolis eruditi sunt in fide. Horum domus in ecclesiam commutata, Pastoris titulus appellatur.

Novati nomen inscriptum Fastis

ubi male dicitur eruditus ab Apostolis: F

5 *De* Pudentis, *atque adeo etiam filiarum domo, verum hoc est, modo ab ea distinguantur Domus Sanctorum* Novati & Timothei, *quorum prior* Pudentianæ, *posterior* Praxedis *titulum accepit. Neque sanctæ Virgines illæ fuerunt ab Apostolis instructæ vel baptizatæ, & verosimiliter nec earum pater; sed alius, ab illo diversus* Pudens, *avus forte ipsarum, aliàs* Pudas & Pudes; *Si autem* Novatus & Timotheus *instructi fuissent ab Apostolis cæsis anno* LXV; *debuissent fuisse centenarii cum obiit* Novatus. *Vivebant enim sub Pio Papa: de cujus Pontificatu, Pontificatui Aniceti postponendo, cum in Conatu Chronico-historico ad Catalogos Romanorum Pontificum*

& frater sanctarum Virginum.

A *ficum egiſſem ; in Appendice ad* XIX *Maji poſt tom. 7 ejuſdem menſis cenſui, quod tranſacto* poſt S. Pudentianæ mortem anno & diebus XXVIII, ſeu potius XXIII id eſt anno CLI XI Junii itum eſt ad viſendum S. Novatum : qui aſſiſtentibus ſibi per octo dies & noctes, SS. Pio atque Praxede, obiit XIII Kal. Julii, etſi feſtum agatur die Depoſitionis XII Kal. *Sed nihil eſt in tota prædicta epiſtola, quod, non dicam Sanctas illas Virgines, ſed neque quod Presbyteros prædictos faciat Apoſtolorum diſcipulos credi, ſi recte legantur prima Epiſtolæ verba hæc :* Pudens, frater noſter, & amicus apoſtolorum, & ſuſceptor peregrinorum. *Poteſt hic* τὸ amicus *idem eſſe, quod* cultor *etiam pridem mortuorum : ſi autem aliter interpungas, verbum unum ſupplendo* Pudens, frater noſter & amicus, A-

Obiit an. 151

Pudentis nec filius, nec frater ſed amicus.

poſtolorum [cultor] & ſuſceptor peregrinorum, *clarior etiam ſenſus fiet ; interimque apparet non fuiſſe* Pudentis filios, *qui hic* fratres *ejus* & amici *dicuntur ; apparet etiam nomina* Fratris *atque* Sororis, *quibus ſe mutuo Chriſtiani ſolebant compellare, nihil carnale in hâc Epiſtolâ prætendere; & ſic Epiſtolæ auctor Paſtor etiam de* Novato *ſcribit*, qui eſt Frater noſter in Domino. D

6 *Plura quæ de eo dicam non ſuppetunt, niſi quod Baronius annotet*, non ignobile vel obſcurum Romæ *fuiſſe* Novati nomen temporibus Neronis : ad Novatum enim extant tres libri Senecæ, de ira conſcripti : *quem ego ab hoc noſtro tam eſſe diverſum puto, quam fuit* Pudens *amicus iſtius noſtri, Sanctarum Virginum pater* à Pude *vel* Pudente, Sanctorum Apoſtolorum diſcipulo.

Alius Novatus ſub Nerone.

DE S. METHODIO MARTYRE

EPISCOPO PATARENSI IN LYCIA.

B G. H.

SYLLOGE HISTORICA. E

De ejus cultu ; & an idem vel alius ſit ab Epiſcopo Olympi, ſcriptis claro.

AN. SUB DECIO?

Memoria in Typico S. Sabæ.

Eleberrima eſt ad hunc XX *diem Iunii memoria* S. Methodii, Epiſcopi Patarenſis, *in omnibus ſacris Græcorum libris tam excuſis quam manu exaratis quotquot uſpiam potuimus reperire incipientes ab ipſo Typico, ſub nomine S. Sabæ Abbatis citari ſolito, in quo* Methodius Epiſcopus Patarenſis *memoratur ; & in Magnis Menæis totum de eo ſolo Officium fit : unde & ad Moſchos ejus notitia pervenit. In Menologio Græco ſub auctoritate Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris ſeculo Chriſti decimo vulgato, iſtud breve Elogium & unicum ad dictum diem habetur :* Μηνὶ τῷ αὐτῷ κ΄. Ἄθλησις τῶν ἁγίων Ἱερομαρτύρων Μεθοδίου Ἐπισκόπου Πατάρων. Μεθόδιος ὁ τῶν Χριστοῦ Ἱερομάρτυς, ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀναθεὶς, σκεῦος τίμιον καὶ δοχεῖον τοῦ θείου Πνεύματος γέγονεν. Ὅθεν καὶ ψήφῳ Θεοῦ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιωθεὶς, καὶ τὴν ἐν Πατάροις ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος γεγονὼς, καλῶς ἐποίμανε τὸ ποίμνιον αὐτοῦ· διὸ καὶ τὸν Ὠριγένους αἱρεσιν πλεοναζουσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος ποιμὴν, τῷ θείῳ πυρὶ τῶν αὐτοῦ λογων κατέφλεξε. Καὶ μὴ φέρων ὁ ἐχθρὸς διαβολος τὴν αὐτοῦ παῤῥησίαν καὶ ἔνστασιν ἐξώπλησε τοὺς αὐτοῦ ὑπουργοὺς πρὸς τὸν τοῦτο ἀναίρεσιν. Ὁ δὲ καὶ περὶ τοῦ θανάτου τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας, νέκρωσιν σωφόρον ἐνδυσάμενος, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεκρὸν ἑαυτὸν λογιζόμενος, καὶ τὸν θεῖον Ἀπόστολον Παῦλον, ζῆλον τὸν ἱεραν καὶ μακαρίαν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε Χαίρων καὶ ἀγαλλόμενος. *Quæ ſic Latine reddas.*

C

2 Eodem menſe Iunio, die vigeſimo, certamen ſancti Hieromartyris Methodii Epiſcopi Patarenſis. Methodius Chriſti Hieromartyr, ab infantia ſe Deo conſecravit, vas honorabile & divini Spiritus receptaculum factus : unde & calculo Dei ſummo Sacerdotio dignatus eſt, & Eccleſiæ apud Patarenſes Epiſcopus creatus, præclare ſuum gregem pavit. Quare cum hæreſim Origenis invaleſcere vidiſſet, tamquam optimus paſtor, divino igne ſermonum ſuorum eam combuſſit. Unde diabolus hoſtis, hanc ejus libertatem & contentionem non ferens, ſuos in ejus necem armat miniſtros. Ipſe vero qui etiam ante hanc mortem in ſuo martyrio obeundam, vivificam mortificationem induerat, & ſecundum divinum Apoſtolum Paulum per ſingulos dies ſeipſum mortuum cenſuerat ; ſacro & beato capite gladio amputato, ad Chriſtum gaudens & exultans migravit. *Eadem iiſdemque verbis, ſed ſubinde amplificatis, legimus in pervetuſto Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad Collegium Pariſienſe Societatis Ieſu.*

Elogium ex Menologio Baſilii Imp.

& Synaxario CP.

3 *Eadem quoque legimus in Menæis excuſis : ſed hæc addunt nonnulla, quæ melius in dicto Synaxario & Menologio Baſilii Imperatoris omittuntur, forte ad alium* Methodium *transferenda his verbis.* Hic plane admirabilis Dei Sacerdos & Martyr libros abs ſe elaboratos reliquit, ſcientiâ omni plenos atque utiliſſimos. Quin & de futuris clariſſime vaticinatus eſt, ac perquamperſpicue prædixit de Regum ſive regnorum converſionibus, mutationibus & tranſlationibus, de gentium excurſionibus, regionum & locorum everſionibus & vaſtationibus, de Regibus catholicis & hæreticis, de conſummatione mundi, de Antichriſto ejuſque regno & interitu deque omnis carnis humanæ interitu. Hæc omnia divinus hic vir clariſſime vaticinatus eſt. *Verum hujuſmodi* Revelationes *ſancto iſti* ſuppoſitas & falſo tributas *Cardinalis Bellarminus & Philippus Labbe de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cenſent.*

Aliud ex M. Synaxario.

In Menæis adjuncta fabuloſa, F

vel ſpeculantia

4 *S. Hieronymus, de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 83 *de Methodio, non Patarenſi ſed ut apparet alio, iſta ſcribit :* Methodius Olympi Lyciæ & poſtea Tyri Epiſcopus, nitidi compoſitique ſermonis adverſum Porphyrium confecit libros, & Sympoſion decem Virginum, & de Reſurrectione opus egregium contra Origenem, & adverſus eumdem de Pythoniſſa & de Antexuſio. In Geneſim quo-

S. Methodium Olympi Epiſcopum, ſcriptis clarum,

A que & Cantica Canticorum commentarios, AUCTOR. & multa alia quæ vulgo lectitantur. Et ad G. H. extremum noviſſimæ perſecutionis, ſive ut alii affirmant, ſub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus eſt. *Hæc ibi. Socrates etiam, qui eodem cum S. Hieronymo tempore vixit, ſed aliquanto junior, lib. 6 Hiſt. Eccl. cap.* 13 *aſſumpſit propugnationem Origenis; & oppugnat* viles homines & obſcuros, (*ut eos maledicus iſte appellat,*) qui per ſe ipſi inclareſcere non poſſunt, ſed ex potiorum vituperatione famam aucupari conantur. Laboravit hoc morbo primum, inquit, Methodius Olympi Lyciæ civitatis Epiſcopus: deinde Euſtathius, qui exiguo temporis ſpatio Antiochenſem Eccleſiam rexit.

5 *Verum ambo fuerunt præſtantiſſimi, & Martyrologio Romano adſcripti ſunt*; Euſtathius *ad* XVI *Iulii*, & Methodius Olympi Epiſcopus *ad* XVIII *Septembris*: *à quo* S. Methodium Epiſcopum Pataræ, *de quo hic agimus, diverſum conſtitui congruum omnino eſt, licet hic quoque Origenem oppugnaverit, niſi id etiam elogio ejus perperam inſertum ſit, ab utrumque male confundentibus. Eſt provincia Aſiæ Lycia admodum magna, ut quæ continuerit viginti octo urbes Epiſcopales, inter quas ſunt* Olympus *verſus Pamphyliam, & procul inde in media Lycia* Patara, *ubi dicitur hic* S. Methodius *ejus Epiſcopus Martyr obiiſſe. Aſt alius* Methodius Epiſcopus Olympi *videtur inde pulſus, fugiſſe Tyrum, ibique Epiſcopatum adminiſtraſſe, quouſque diſceſſit in Græciam, & Chalcide martyrio coronatus eſt. Fuit ea illuſtris urbs Euboeæ inſulæ primaria, & creditur nunc Negroponte cum ipſa inſula appellari. Fuit is ſane illuſtris ſcriptor, de quo Maximus in Scholiis ad librum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Dionyſii cap. 6 iſta ſeptimo ſeculo protulit*: Lege quæ adverſus Origenem de Reſurrectione ſcripſit Methodius ſanctiſſimus Martyr & Epiſcopus Olympi urbis Lyciæ, quæ etiam Hadrianopolis dicta eſt. *Interim libri ejus apud Franciſcum Combefis adſcribuntur* S. Methodio Epiſcopo Patarenſi, *uti etiam in titulo* Oratio de Simeone & Anna edita *à Petro Pantino Decano Bruxellenſi. Et S. Ioannes Damaſcenus, oratione* 3 *de Imaginibus, allegat* Orationem ſecundam S. Methodii Epiſcopi Patarenſium. *Ut oporteat vel hunc quoque aliquos libros compoſuiſſe, vel errorem in Epiſcopatu nominando irrepſiſſe, quem ſecutus Suidas*; Methodius, *inquit*, Olympi Lyciæ aut Patarenſium & poſtea Tyri Epiſcopus.

diverſum ab altero:

6 *Interim à Genebrardo in Kalendario Græcorum ad* XX *Iunii celebratur* Methodius Pataræ Epiſcopus Martyr: & *Molanus in ſecunda & tertia editione Auctarii ad Uſuardum iſta habet*: Die vigeſima ſacroſancti Martyris Methodii Epiſcopi Pataræ *& poſtea ad* XVIII *Septembris edidit iſta verba Uſuardi*. Natalis B. Methodii Olympi Lyciæ & poſtea Tyri Epiſcopi, qui ſub Diocletiano in Chalcide Græciæ, ut ſcribit S. Hieronymus, martyrio coronatus eſt. *Advertat lector, ſæpiſſime nos in hoc vaſto opere diſtinxiſſe varios Sanctos, ab aliis in unum eumdemque virum conflatos. Solum ex Orientalibus propono Anaſtaſium monachum Sinaïtam, eumdem habitum cum Anaſtaſio Archiepiſcopo Antiocheno, quos ad* XXI *Aprilis diſtinxi: & quia uterque Scriptor Eccleſiaſticus fuit, conatus fui ſingulis ſuos proprios fœtus aſſignare. An idem hic poſſit fieri propono viris, inter ejuſmodi monumenta verſatis; ut ſi habeant, certiora diſtinctionis faciendæ, vel aſſerendæ identitatis documenta, proferant, libenter ea amplexuro ad diem* XVIII *Septembris.*

& alia die coli ſoliitum.

7 *Quo tempore occubuerint hi duo Martyres, quis definiet? Mavult S. Hieronymus* S. Methodium, Olympi Epiſcopum ad noviſſimam perſecutionem, *ſub Diocletiano excitatam, perveniſſe*: ab aliis affirmari *ait*, ſub Decio & Valeriano *paſſum, quod dici forte poteſt de* S. Methodio Epiſcopo Patarenſi. *Hoc autem poſito, multo magis dubitarem, an ei aliquid contentionis dogmaticæ cum Origene fuerit; quippe de cujus doctrina, uſque ad Decii perſecutionem, non videam dubitare quemquam; licet ordinatio ejus in Presbyterum fuerit vocata in controverſiam, velut contra Canones facta, eo quod ipſe ſe eviraſſet, Euangelio de Eunuchis perperam intellecto.*

D. P. *Tempus martyrii.*

DE SS. ASYNCRITO ET SOCIIS

MARTYRIBUS CONSTANTINOPOLI HONORATIS.

De ejus Martyrio, cultu, Reliquiis.

G. H. *Cultus ſacer Conſtantinopoli.*

Vetuſtum Synaxarium Ms. Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ad Collegium Societatis Jeſu Pariſiis ſpectare diximus ad hunc diem XX *Junii bis proponit idem fere elogium, primo de* S. Aſyncrito *ſolo & his verbis* Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἀσυγκρίτου. Τελεῖται ἡ αὐτοῦ συναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου, ἔνδον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Εἰρήνης, πρὸς θαλασσαν. Certamen ſancti Hieromartyris Aſyncriti. Celebratur vero ejus ſolennitas in martyrio ſeu templo S. Iſidori intra Eccleſiam S. Irenes verſus mare. *Poſtea interpoſito elogio S. Methodii Epiſcopi Patarenſis & memoria S. Joſephi anachoretæ, iterum iſta habet*: Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀσυγκρίτου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. Τελεῖται *&c.* Certamen ſancti Martyris Aſyncriti & Sociorum ejus. Celebratur vero illorum ſolennitas &c. *Quo etiam modo* Socii *adjunguntur in Mss. Menæis Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ, & aliis Divione adſervatis in Collegio Societatis Jeſu.*

2 *In iis adduntur hi verſus cum alluſione ad nomen, quod* incomparabilem *Græce ſignificat.*

Ἀσύγκριτον σφαγέντα Κυρίου πάθῳ,
Ἀσυγκρίτα στέφουσιν ἀξίως στέφη.

Aſyncritum amore Domini ſui occiſum,
Digne coronis nemini paribus ornant.

Utrobique additus titulus Ἱερομάρτυρος, *ſignificat vel* Epiſcopum *vel* Presbyterum, *de quo certius definiri à nobis poſſet, ſi Acta extarent: nunc ſuſpendimus judicium, eo magis quod in iterata ejuſdem memoria ſimplici* Μάρτυρος *titulo donetur.*

3 Vi-

A *in ecclesia S. Isidori Martyris.*

3 *Vitam* S. Isidori Martyris *in Insula Chio illustravimus ad diem* XV *Maji, & in præfatione egimus de Reliquiis ejus Constantinopolim translatis, ubi num.* 2 *ex antiquis Actis ista produximus :* Divinæ memoriæ Marcianus, sanctus, & beatus Oeconomus & Presbyter, venerandum templum S. Irenes & S. Anastasiæ excitavit : & responso à S. Isidoro in somnis accepto, extruxit venerandam ædem, in nomine & ad gloriam sancti & glorioſi Martyris Christi Isidori prope S. Irenem, quæ spectat ad mare ; quam etiam simul dedit ipsi ædi S. Irenes, & deposuit ibi partem quamdam sanctarum ejus Reliquiarum : *ut pluribus diximus in Actis S. Marciani* X *Januarii. Consuli quoque potest Constantinopolis Christianæ Caroli Fresnei du Cange lib.* 4 *cap.* 6 *num.* 531; *ubi de S. Isidori æde agit & cap.* 7 *num.* 21 *ubi S. Irenes templum describit.*

4 *Alio quoque die, videlicet* VIII *Aprilis à Græcis colitur* S. Asyncritus Martyr, *cujus meminit Apostolus scribens ad Romanos, quemque ex Septuaginta Christi discipulis, atque Episcopum Hircaniæ fuisse asserunt, de quo tunc egimus: nunc vero, & maxime ob titulum* Ἱερομάρτυρος, *suspicamur hunc eumdem esse, qui Aprili quidem mense cultum meruerit, in eo ubi defunctus est loco, sive apud Hircanos ille sit, sive alibi genitum (nam parum fidei dari potest fictitiæ illi enumerationi Discipulorum* LXX, *quorum nomina fere sumpta ex Actis Apostolorum & Epistolis Pauli, licentiâ perquam temerariâ & subinde ridiculâ) quique hodie etiam colatur, ob allatas Constantinopolim Reliquias & in præfata S. Isidori Confessione locatas. Itaque propendeo ut hic dicta, in Supplemento Aprilis ad ipsum Aprilem transferri jubeam, ne gratis multiplicentur nomina eorum, pro quibus distinguendis adeo exigua appareret ratio, quam est diversitas diei : quamquam ex altera parte similitudo nominis valde debile fundamentum sit adstruendæ identitatis.* D

D. P. *An alius ab eo S. Asyncritus Aprilis.* 8

B

DE SANCTO MAXIMINO

E

EPISCOPO TUNGRENSI IN BELGIO.

G. H. Sylloge de ejus cultu, ætate translatione, ab eoque distinguendo S. Maximino Trevirensi.

CIRCA AN. CCC.

Translatio corporis Trajectum.



Anctus Maximinus, *octavus Tungrensi Episcopus, successit S Martino, circa annum ducentesimum septuagesimum sextum vitâ functo, de quo late agemus die sequenti* XXI *Junii. In Hujus Actis iste designatur ejus successor; & sacrum corpus, cum exuviis S. Martini aliorumque sex Episcoporum, Trajectum à S. Servatio delatum creditur, quod in hujus Actis, die* XIII *Maji examinatur num.* 25 *indicatum sed probatum minime fuit; ostendimus enim de sola sua sepultura solicitum sanctum Servatium, verosimiliter aliud nihil curasse : verosimilius autem censuimus ejusmodi translationem factam post secundam Tungrorum vastationem, ab Hunnis Attilam secutis, anno* CCCCLI ; *vel etiam post extructam à S. Monulpho Servatianam Basilicam circa finem seculi* VI.

C

Memoria 20 Junii.

2 *Ægidius Aureæ-vallis Monachus, in Additionibus ad Harigerum cap.* XVII, *celebrat octo Episcopos B. Materni in Sede Tungrensi successores, ac de hoc Sancto ista profert.* Octavo numero ordinatur Beatus Maximinus Episcopus, magnaliter octo beatitudinum sanctitate perfectus. *Bartholomæus Fisen, in Floribus Ecclesiæ Leodiensis, ad hunc* XX *Junii producit* S. Maximinum Episcopum octavum *his verbis*. Hujus Episcopi sanctitate frui Tungris olim concessum est : solis illius honoribus posteritas gaudet. Sunt qui fuisse Martyrem opinentur, nec persuasi difficile est. Nam crebras ejusmodi palmas illis temporibus peperierunt quotidiana pæne certamina. Ceterum quas à Maximino gestas res ignoramus, novit Deus & æternâ glorià coronat. *Decessisse arbitramur temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum ; an Martyr factus, dubitamus. Deinde Sedem Tungrensem Episcopo vacavisse usque ad annum* CCCVIII, *diximus in Exegesi Præliminari ante Tomum secundum Maji.*

Vixit sub Diocletiano :

3 *Ibidem probavimus, nomina octo Episcoporum Tungrensium, interque eos* S. Maximini, *perperam intrusa Catalogo Episcoporum Trevirensium, ex quodam Chronico Trevirensi circa initium fabuloso, quod ad Acta* S. Valentini VII *Junii & S.* Martini XXI *Junii confirmamus. Eum tamen ut* Trevirensem *refert Grevenus, in Auctario Usuardi, cum Martyrologio Coloniæ & Lubecæ sub nota anni* 1490 *excuso, ubi* Martyr *appellatur, à quo titulo abstinet Ferrarius. In Ms. Florario Sanctorum, ad diem* XIII *Septembris ista leguntur*: Eodem die depositio S. Maximini octavi Episcopi Ecclesiæ Tungrensis. *Antonius Monchiacenus Democharis, de divino Missæ Sacrificio cap.* 33, *recenset Episcopos Trevirenses, sanctique Martini successorem statuit* XXVI *Episcopum* S. Maximum seu Maximinum in Concilio Agrippinensi anno CCCXLVI. *Sed is ab hoc* S. Maximino *Tungrensi prorsus alius, successit S. Agricio, ejusque Acta illustravimus ad diem* XXIX *Maji. In Officiis propriis Ecclesiæ Trevirensis, anno* MDCXLV *excusis, ad hunc diem celebratur memoria* S. Maximini Episcopi & Martyris, *& omnia recitantur de Communi.*

aliquibus Martyr habetur ;

F

cultus etiam 13 Septembris

& cum S. Maximino Trevirensi confusus.

A D

DE SS. PAULO, CYRIACO, PAULA, FELICIANA, THOMA, FELICE, EMILIO *MARTYRIBUS TOMIS IN SCYTHIA.*

G. H. Ex Martyrologii Hieronymiani ecgraphis, aliisque.

XX JUNII TOmi, *metropolis Scythiæ in Mœsia inferiore & regione Bulgariæ, ad oram Ponti Euxini, Ovidii Poëtæ exilio celebris, varios olim habuit Martyres; è quibus ad hunc diem primo loco in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis referuntur sequentis* XII Kalendas Julii. In Tomis civitate, Pauli, Cyriaci, Paulæ, Felicianæ, Thomæ, Felicis, Emilii. *In Epternacensi deest palæstra, adest in tribus aliis apographis: & in Corbejensi scriptum est* Feliciani. *Verum in aliis legitur* Felicianæ. *De his Notkerus cum Ms. Bruxellensi ista habet:* In Tomi civitate, Pauli, Cyriaci, Paulæ, Felicianæ, Felicis, Æmilii, *ubi* Thomas *omittitur. Ms. vetus Reginæ Sueciæ:* In Tomis civitate Pauli Cyriaci & aliorum quinque: *qui omnes suis nominibus exprimuntur, sex eorum nominantur in Mss. Augustano S. Udalrici & Parisiensi Labbei hoc modo.* In Tomis civitate, Pauli, Cyriaci, Feliciani, Thomæ, Felicis, Emelii, sive Æmili. *Et solum quinque sunt in Ms. Rhinoviensi*, In Tomis Pauli & Cyriaci, Felicis & Thomæ, Emilii: *qui iidem etiam indicantur in Ms. Barberiniano*: In Tomis civitate B natalis Sanctorum Pauli, Cyriaci, Felicianæ, Felicis, Emilii. *Omisso autem* Emilio *reliqui proferuntur in Mss. Pragensi & in Trevirensi S. Paulini, & in Auctario Greveni ad Usuardum. Mss. S. Cyriaci, Casinense & Altempsianum eorumdem quatuor ita consignant:* In Tomis civitate Pauli, Cyriaci, Paulæ, Feliciæ *loco* Felicis *aut* Felicianæ. *Usuardus solos duos primos eligit.* Civitate Tomis SS. Pauli & Cyriaci: *quod secuti passim recentiores cum hodierno Martyrologio Romano. Celebratur ad diem* XVIII *Junii memoria* Thomi, Pauli, & Cyriaci: *qui num recte ab his Sanctis separentur, ibidem considerandum proposuimus. Petrus de Natalibus, lib.* II *cap.* 176, *in suo sensu abundat, ita scribens:* Paulinus, Cyprianus, Felix & Feliciana Virgines & Martyres, apud civitatem Tomis, martyrio coronantur XII Kalendas Julii. *Simili modo in Mss. Florentinis Magni Ducis & Senatoris Strozzii ista leguntur:* Civitate Tomis SS. Paulini & Cypriani, Felicis & Feliciani, cum aliis plurimis. *Nos* Paulum & Cyriacum *cum antiquioribus detinemus. Et, si* Feliciana *Virgo fuerit, duas coronas habebit: nos in silentio antiquorum, differimus ei adscribere Aureolam istam.* E

DE SANCTIS MARTYRIBUS VITALE, CRISPINO, MARTYRIA.

C Ex iisdem Martyrologiis distinctim à prioribus. F

HI Martyres, aliis jam relatis, tamquam in civitate Tomis coronatis, adjunguntur in tribus Martyrologii Hieronymiani apographis scilicet Lucensi, Corbejensi & Blumiano. In Mss. Ultrajectino Ecclesiæ S. Mariæ atque Trevirensi S. Martini ita legitur: In civitate Tomis, Pauli & Cyriaci & aliorum octo. *Tot enim simul constituunt quinque pragressi cum hisce tribus. Interim in vetustissimo Martyrologio Hieronymiani apographo monasterii Epternacensis, post recensitos septem in civitate Tomis passos Martyres ista subjunguntur*: Alibi Vitalis, Crispini, Martyriæ. *Eodem modo in perveteri Ms. Reginæ Sueciæ legitur*: Et alibi Vitalis, Crispini, Martyriæ, *Mss. Barberianum ipsos à prioribus separat hoc modo*: Eodem die passio SS. Crispini & Vitalis, Martyrum. *Ms. Richenoviense*. Item Vitalis Martyriæ. *His ita consideratis arbitramur, particulum* Alibi *facilius omissam, quam inconsiderate appositam. Quo autem in loco & utrum diversis in civitatibus fuerint martyrio coronati tres isti, non possumus in silentio antiquorum declarare.*

DE S. GEMMA VIRGINE ET MARTYRE, *IN SANTONENSI AQUITANIÆ PROVINCIA.*

IN Santonensi Aquitaniæ provincia est oppidum Broagium, *haud procul ab Oceano Aquitanico, è regione insulæ Uliaris, & munitissimi ibidem castri Oleronis vulgo dicti. In istius Broagii territorio fuit antiquissima parochia,* S. Gemmæ *dicata: quam Dux Aquitaniæ & Comes Pictaviensis Wido seu Guido, cognomento Gaufredus idemque etiam Guilielmus* VII *dictus, subjecit monasterio Casæ-Dei in diœcesi Claromontana Arvernorum. Hujus donationis monumentum edidit, ex Tabulario S. Gemmæ Santonensis Joannes Besliùs, in suis Probationibus ad Historiam Comitum*

Locus S. Gemmæ donatus Abbati Caſæ-Dei

tum Pictavienſium & Ducum Aquitaniæ pag. 379, *unde iſta excerpimus:* Ego Wido, Dux & Comes Pictavenſium, in Dei nomine, uxore mea Aldiarde filioque meo Willelmo concedentibus, gratis & abſque pretio, do locum, qui dicitur S. Gemmæ, Deo & B. Rotberto, & Durando Caſæ-Dei Abbati, & Monachis tam præſentibus quam futuris, pro peccatorum meorum & parentum noſtrorum remiſſione & animæ redemptione; & terram ad colendum habilem, quæ in circuitu ſita eſt, inter monaſterium & lucum, & ſimiliter in ſilvis totius Baconeſii, do eiſdem Monachis, ligna & arbores ad omnia conſtruenda, ſive ad calefaciendum, & ad omnia quæ illis fuerint neceſſaria, ſcilicet omnium eorum jumentis, pascua boum, vacarum, ovium, porcorum, equorum vel equarum: & hæc omnia [do] abſque ullo pretio vel conſuetudine, quæ pro talibus prædictis ſolent dari vel reddi. Hanc vero donationem conceſſerunt & confirmaverunt ii, quorum nomina hic ſubſcripta ſunt; videlicet, Willelmus, Fredolandus, & Arnaudus de Monte Ayſero, & Fulco Comes Andegavorum, & Gaidradus Barbati, Vitalis Porcels & Radulfus Malateta, ejuſque filius Richart. *Hæc ibi. Dictus* Wido, *Dux & Comes, præfuit ab anno* MLVIII *ad annum* MLXXXVI: *cujus tempore floruit* S Robertus Abbas Caſæ-Dei, *mortuus anno* MLXXIV *die* XXIV *Aprilis, quo varia ejus Acta illuſtravimus.*

ibi conſtructus Prioratus

2 *Tunc, uti ex eodem Tabulario S. Gemmæ Santonenſis apud Beſlium, pag.* 403 *legitur,* anno v poſt tranſitum glorioſiſſimi Patris Rotberti, miſit Domnus Durandus, Abbas Caſæ-Dei, tres viros religiosos, honeſtos & ſanctos, fratres Monachos, ad ædificandum, regendum, & cuſtodiendum locum ipſum S. Gemmæ ad honorem individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus ſancti, & beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Gemmæ Virginis, & omnium Sanctorum: quorum hæc ſunt nomina; Domnus Artaudus, qui fuit Prior; & Domnus Theodardus, qui fuit Præceptor & Magiſter; & Domnus Rotbertus, qui fuit Recluſus. Numerus eſt, millenus ſeptuageſimus nonus ab Incarnatione Domini. *anno* 1079. *Eſt autem dictus Prioratus etiamnum conventualis, habens reditus duodecim millium librarum, dependenſque in præſentatione & collatione ab Abbate dictæ Caſæ-Dei, ſolus in Archipresbyteratu Carmeæ-regiæ vulgo* Carme-royale, *Parochia autem vicina* S. Gemmæ *habet Patronum Priorem conventualem S. Gemmæ, & collatorem Epiſcopum Santonenſem. Eſt præterea in Archipresbyteratu Mathenſi ejuſdem Diœceſis Santonenſis,* parochia S. Gemmæ de Broſamburch, *cujus & præſentatio & collatio eſt penes Epiſcopum. Inſuper in Archipresbyteratu Sparrenſi, diœceſis Burdegalenſis, viſitur etiam parochia ejuſdem* S. Gemmæ. *Gaufredus, cœnobita monaſterii S. Martialis Lemovicenſis ac Prior Voſienſis cœnobii, cap.* 15 *ſui Chronici, agit de Sanctis in Epiſcopatu præclarioribus; inter quos aſſerit* apud Stirpem coli Gemmam & Serenam. *Videtur autem* Serena *eſſe, quæ inter Sanctos Pictavienſes refertur à Sauſſaio pag.* 1252. *Bertrandus, Monachus Caſæ-Dei in libro tripartito de Miraculis S. Roberti, aſſerit ſe omittere quæ dixerat* in Vita Domni Stephani VI *Abbatis,* & in actibus illuſtrium Patrum, qui locum S. Gemmæ in pago Santonenſi fundavere. *Scripta*

Parochii ejus nominis in Aquitania.

iſta hactenus latent: ſolum ibidem num. 16 *memoratur* Bernardus S. Gemmæ Prior, *ac dein* locus Prioratuſque S. Gemmæ.

3 *In Breviario Santonenſi, ſub nota anni* MDXLII *Pariſiis excuſo, memoria ejus ita notatur in Kalendario:* XII Kalendas Julii, Gemmæ Virginis & Martyris, trium Lectionum, *additurque Oratio:* Deus, qui Eccleſiam tuam meritis & orationibus B. Gemmæ, Virginis & Martyris tuæ, mirifico ſplendore clarificas; tribue quæſumus, ut, qui illius memoriam venerantur, ejus interceſſione quæ digne poſtulant aſſequantur. *Præterea hæc Vitæ epitome proponitur, in tres parvas lectiones diſtributa.* Glorioſa Gemma, Chriſti Virgo præclara, urbe Planatia extitit oriunda: libera & nobilis ſpectabili genere, liberior fide ac nobilior ſui conditoris dilectione: ſpecialiter quidem forinſecus corporali coruſcans pulchritudine; ſpecialius vero intrinſecus fulgens fidei fervore. Nullo modo à patre, Catillio nomine, nobiliſſimo Principe, nuptui potuit tradi: quod videns pater, irâ motus, eam carceri mancipatam tamdiu virgis & tormentis cædi fecit, ut virgo, amore Dei omnia patienter ferens, ſpiritum emiſerit.

Culius 20 Iunii

Oratio,

Lectiones,

4 *Sauſſaius in Martyrologio Gallicano, ad hunc eumdem* XX *Junii, ita exornat jam relata:* Ipſo die Mediolani Santonum, Natalis S. Gemmæ, Virginis & Martyris: quæ Chriſto ab infantia devota, eidem pretioſum virginitatis munus divinitus afflata conſecravit. Indeque cum eximia corporis pulchritudine floreret, quam mentis præcelſæ dotes mirifice adornabant, à patre Catillio viro illuſtri, nobiliſſimo ut nuberet juveni, modis omnibus tentata; quia adduci ut illi pareret non poterat; juſſu ejus furore perciti, in carcerem conjecta eſt, tamdiuque virgis & tormentis cæſa, ut tandem divina puella, quæ Conditoris dilectione patienter omnia perferebat, ipſis in teneris corpuſculi lanienis expiraverit: ſicque ad cæleſtis Sponſi, quem unice amavit & coluit, deſideratiſſimas nuptias fortis athleta evolavit. *Iterum in ſupplemento ad hunc eumdem* XX *Junii iſta habet:* In Aquitania feſtum S. Gemmæ, Virginis & Martyris, in Prioratu ſui tituli ſolenniter celebratur; à monaſterio Caſæ-Dei in Arvernia diœceſis Claromontenſis dependenti. *Denuo idem Sauſſaius ad* XVI *Auguſti iſta habet.* Ipſo die natalis S. Gemmæ Virginis & Martyris, quæ ſummo loco nata, Chriſti fide illuſtris, pro ejuſdem aſſertione, & virginitatis quam cæleſti ipſi Sponſo devoverat tutela, agonem acerrimum ſuſtinuit: deque pugna ad palmam properans, in triumpho cæleſti beatarum Virginum choris ob victoriæ præmium aſſociata, magnis reſplenduit partæ ſibi æternæ gloriæ inſigniis. In hujus beatæ Virginis venerationem pie propenſus Guido, primus Dux Aquitaniæ & Pictavienſis Comes, nobile aſceterium conſtruxit in Epiſcopatu Santonenſi; quod pignoribus ejus decoravit pretioſis, ipſiuſque titulo inſignivit glorioſo. *Hæc omnia Sauſſaius de una eademque* S. Gemma, Virgine & Martyre: *& utrumque diem ejus natalem appellat. At quo loco nata ſit non indicat.*

memoriâ apud Sauſſaium 20 Iunii

& 16 Auguſti.

5 *Martinus Marrier, lib.* 4 *Hiſtoriæ monaſterii Regalis S. Martini de Campis, inter Prioratus huic ſubjectos pag.* 398 *apponit* Prioratum S. Gem-

A AUCTORE G. H.

Gemmæ Sueſſionenſis diœceſis; ubi debent eſſe, Priore computato, quinque Monachi: *& apponit duo diplomata, alterum* Hugonis Epiſcopi Sueſſionenſis, ipſum concedentis anno MXCVI, *& in eo fit mentio* altaris S. Gemmæ; *alterum continet* concordiam Fratrum de S. Gemma cum fratribus Igniacenſis eccleſiæ, ſuper Decima territorii de Raroi, actum anno MCLI. *In hoc* Fratres S. Gemmæ Decimam, quam in territorio de Raroi poſſidebant, aſſenſu Simonis Prioris Eccleſiæ S. Martini de Campis & Capituli Igniacenſis, Eccleſiæ huic pro ſex ſextariis, ad menſuram dę S. Gemma, tribus triticeis & tribus hordeaciis, ad feſtum S. Dionyſii ſingulis annis perſolvendis conceſſerunt. *Pariſiis etiam, in* eccleſia SS. Leonis & Ægidii, *vulgo* S. Len ut S. Gilles *eſſe* quamdam Capellam & Confraternitatem S. Gemmæ, *didicimus ex litteris Andreæ Saſſaii ad Franciſcum Labier ſcriptis. Præterea in diœceſi Pariſienſi eſt* eccleſia parochialis de Stag. *vulgo* de Stain, *haud procul à monaſterio S. Dionyſii, cujus* S. Gemma eſt Patrona.

Prioratus in Sueſſionenſi diœceſi.

Confraternitas Pariſiis,

& eccleſia in diœceſi.

B

6 *Habemus aliqua Acta martyrii ex Ms. Rubeæ vallis prope Bruxellas, & Ms. Atrebatenſi S. Vedaſti, ſed in hoc deeſt Prologus. Sunt ea magnifico ſtylo, ſed minus veraci conſcripta, adeoque hic non inſerenda. Dicitur enim* S. Gemma *in Sponſam petita à filio* Blandualdi *ſeu* Blandiani Imperatoris regnantis *in* Eycinnia *ſive* Eicimia regione; *ad quam ipſa fugerit, cum pater ejus Rex Catillius illam vellet viro alligare. Tum Imperator, Chriſtianos atrociter perſequens, ipſam tradiderit ſeptem inquiſitoribus pervertendam, ſed fruſtra. Poſtea adjuncto ſibi* Rege vigeſimo, *cum ad cultum idolorum non poſſet adducere, ipſam obtulerit ſeptem pueris, qui eam ſtrictis gladiis aggrederentur, ſed hi mutuis confoſſi vulneribus expirarint: ejuſque poſtea oratione reſuſcitati, & repudiatis idolis à* Capuano Epiſcopo *baptizati, poſtea pro Chriſti nomine decollati ſint:* ſancta *autem* Gemma, *in ignem injecta manſerit illæſa, ac tandem à filio Imperatoris fuerit occiſa.*

Acta fabuloſa omittuntur.

7 *Hæc eſt Synopſis Actorum, quæ merito inſulſa apparuerunt Henſchenio, continent enim plane pugnantia cum iis, quæ ex Lectionibus Breviarii Sanctonenſis ſupra dedit. Ego cum in his etiam lego* Catillium *patrem, carceriſque ac tormentorum & fugæ cauſam, ſtudium ſcilicet ſervandæ quam Deo Sancta voverat virginitatis; eaque conſidero, quæ prorſus ſimilia ad* XXII *Maji retulimus, ex fabuloſis* S. Quiteriæ *Actis; ſuſpicor ad imitationem illorum fictum & conſarcinatum fuiſſe, quidquid de* S. Gemmâ *habebatur, antequam componerentur Lectiones; neque video quomodo harum Auctor potuerit ex tam lutulento fonte aliquid ſolidæ veritatis ſecernere. Certe* Planatia S. Gemmæ *patria, æque ſuſpecta eſt mihi ac* Belcagia S. Quiteriæ: *& utramque confuderunt quidam propter commune utriuſque fictitio Patri, Regis* Catillii *nomen, arbitrantes ſorores inter ſe Sanctas eſſe. Etenim inter novem geminas* Catillii & Calfiæ *filias, etiam* Gemma *nominatur in Breviariis, Palentino ac Saguntino, apud Tamajum ad* XVIII *Ianuarii; ubi de omnium communi nativitate, educatione, & fuga communem narrat & tuetur fabulam. In Notis autem, aſſignans unicuique martyrii tolerati diem ac locum,* Margarita, *inquit,* ſeu Gemma *(in titulo* Marinam *appellaverat,* Margarita *Latinis, apud Græcos* Marina *eſt)* Amphilochii XVIII Aprilis. *Verum ad hunc diem oblitus* Gemmæ *eſt, nec alibi de ea agit in toto ſuo Martyrologio:* Amphilochium *vero, cui ipſam adſcribit, accepit ex Strabonis Geographia lib.* 3, *allegantis Aſchlepiadem Myrleanum, proſecutum veſtigia errorum Ulyſſis & Teucri, quorum hic ſocium Amphilochium apud Callaicos ſepeliverit, urbique in ejus memoriam conditæ nomen illud fecerit. Hoc qui legit, merito dubitabit an illud recipi mereatur inter vera quæ olim habuit Hiſpania nomina: tale certe non habuit Gothorum ætate, ad quam* S. Quiteria *ſpectat, & pleræque earum quæ ſorores illius appellantur Sanctarum. Sunt interim qui* Auriam *ſive* Orenſem, *Gallecię civitatem, inter Tudem & Lugum ad Minium fluvium, Strabonis* Amphilochium *eſſe velint.*

Videntur ea ad imitationem Actorum S. Quiteriæ ficta.

C

D.P.

D

Hiſpani ipſam ſibi adſcribunt:

8 *Lubet hic attexere partem Epiſtolæ, ab Eruditiſſimo viro Jacobo Sirmundo ad Bollandum noſtrum Pariſiis datæ,* VIII *Novembris* MDCXXX, *in qua ſic habet:* Vidi SS. Quiteriæ & Gemmæ Vitas, de quibus non poſſum aliter ſentire quam judicaſſe video Reverentiam veſtram, meras fabulas videri. Mirum eſt de his nuſquam certas & ſinceras hiſtorias reperiri: memini enim Hiſpanos cum Romæ eſſem, de S. Quiteria, quæ apud ipſos in honore cultuque habetur, diligenter, ſed fruſtra inveſtigaſſe. Galli vero noſtri, tametſi S. Quiteriæ memoriam non uno in loco habeant, & S. Gemmæ nomine Prioratus eſt nobilis in urbe Santonenſi; neutrius tamen (quod ſciam) legitimam Vitam hactenus nacti ſunt. Longe autem, meâ quidem ſententiâ, conſultius eccleſiæque honorificentius fuerit omnino carere, quam ſimiles ineptias in lucem proferri.

E

Sirmundus Acta reprobat.

Alius ſuſpicatur pro S. Iacobo aſſumptum nomen,

8 *Claudius Caſtellanus, Pariſienſis Canonicus, cum Antverpiam anno* MDCLXXXIV *excurrens, laborem ſumpſiſſet pervolvendi omnia, quæ jam tum pro menſe Junio parari cœperant, atque hanc meam ad Henſchenii Commentarium additiunculam legeret; adſcripſit dubitare ſe, an ea perſona, quæ tot locis in Galliis colitur ſub nomine* S. Gemmæ, *diverſa ſit à* S. Jacobo Majore; *qui ſicut Hiſpanis nominatur* Sant-Jago *ac* San-Diago, *ita pluribus per Galliam pronuntiatur* Sint-Jame, *quod hodiedum etiam ſervant Angli, atque* Iacobum *ſcribunt* Yames, *ſed pronuntiant* Yemes. Certe, *inquit,* parochia quædam Normanniæ, vulgo Sint-Jame dicta, non alium Patronum colit quam S. Jacobum Majorem. *Divinatio hæc ingenioſa ſatis quidem eſt, verum non auſim ego tam incerto fundamento deſtruere veterem* S. Gemmæ *cultum; & credere malim, ut multas alias, ignoti temporis ac generis Sanctas, quas vere extitiſſe perſuadent ſæpe earumdem corpora, etiamnum extantia, & perpetuæ incolarum traditiones; ſic etiam fuiſſe in Galliis aliquam* S. Gemmam, *cujus cum præter nomen & antiquum cultum ſciretur nihil, male feriato cuidam ſciolo data occaſio ſit ſupraſcripta fingendi. Quid autem ſi* Sinte Jemme *vel* Gemme *(nec enim quidquam apud Francos diſcrepat pronuntiatio* I *vel* G *ante vocales* E & I) *revera quidem Virgo ſancta ſit, ſed nomen ejus Latine debeat reddi* Jacoba?

F

malim pro Iacoba uſurpatum credere.

A D

DE S. ARIO SIVE MACARIO
ET SANCTO ASTERIO, EPISCOPIS
PETRÆ IN PALÆSTINA ET PETRÆ IN ARABIA.

D. P.

CIRCA CCCL.

Sylloge de eorum Actis ex S. Athanasio, cultuque in hodierno Romano.

Venientes ad Synodum Sardicen. deficiunt ab Eusebianis.

S*Ardicensis Concilii Patres anno* CCCXLVII *in causa S. Athanasii congregati, gestorum rationem reddentes per Epistolam, omnibus Catholicæ Ecclesiæ Episcopis scriptam, prout eam Apologiæ suæ totam inseruit ipsemet S. Athanasius; expositis Eusebianorum eo venientium sycophantiis*, Rem, *inquiunt*, ita *ut retulerant*, actam esse per comministros nostros Macarium Palæstinum & Asterium Arabem, qui una cum iis in itinere

B

fuerunt, & ab eorum infidelitate recesserunt, rescisicere licuit: qui cum ad sacram Synodum venissent, simul & de vi quam passi essent conquesti sunt, & quanta pravitate usi essent in rebus agendis Eusebiani indicarunt. *Interim in nominandis Provinciatim Episcopis qui interfuerunt, ad calcem Epistolæ, inter* Palæstinæ *Episcopos* Macarius *nullus, sed solum nominatur* Arius, *idque tertio loco, veluti ex senioribus unus: quomodo etiam idem,* Arius *tertius iterum nominatur à S. Athanasio, ibidem post Epistolam quam sancta Synodus Hierosolymitana anno* CCCL *scripsit, omnibus in Africa & Ægypto sacrorum Comministris suis.*

eorumque sycophantias aperiunt;

2 *Unum eumdemque tamen sub utroque nomine intelligi recte cognovit Baronius, & in Notis ex sua conjectura addidit, quod* Arius mutatus est in Macarium, ob odium scilicet infausti nominis: *unum certe eumdemque esse apparet ex Epistola ipsius S. Athanasii ad Solitarios; ubi explicat, quantum consternati fuerint Sardicam advecti Eusebiani*, conspicati ibidem Arium & Asterium venerabiles Episcopos, una quidem secum ex Oriente protectos, sed diverso itinere ingressos, nobisque (*Athanasio & sociis orthodoxis*) inveniendo comites factos; eosdemque memorantes vafriciem ipsorum, & quantopere rebus suis diffiderent, judiciumque metuerent. *Ac paulo post*; Imperatore vero *Constantio*, prompto ad omnia quæ ipsi vellent ...., Arium & Asterium, alterum in Petra Palæstines, alterum in Petra Arabiæ Episcopum, qui ab ipsis desciverant, non solum in superiorem Africam relegarunt, sed ut contumelias paterentur operam dederunt.

unde consternati illi,

C

ipsos curant ablegandos in Africam.

3 *Redierintne illi ab exilio isto, vel ærumnis in Africa confecti meruerint Sanctis annumerari, definire non possum; nihil ultra de illis scribente Athanasio, & Græcorum Synaxariis nullo uspiam die illorum memoriam facientibus, nedum Latinorum antiquis Martyrologiis. Sed Gregoriani Romani Revisoribus, peculiari quadam auctoritate instructis, ad eos omnes Fastis adscribendos, quorum in Sanctis Patribus virtutem commendatam invenissent; placuit ad hunc* XX *Junii sic legendum præscribere*; Petræ in Palæstina S. Macarii Episcopi & Confessoris (*ultimus hic titulus postea omissus invenitur in aliis editionibus*) qui ab Arianis multa passus, in Africam relegatus, quievit in Domino. *Iidem ad* X *Junii, similiter arbitrario assumptum, de altero sic scripserunt.* Petræ in Arabia, S. Asterii Episcopi, qui ob fidem Catholicam ab Arianis multa perpessus, & à Constantio Imperatore in Africam relegatus, Confessor gloriosus occubuit. *Huc autem in Annalibus respexit Baronius, cum ad an.* 348 *num.* 3 *scripsit, quod* Macarii, qui alias Arius dictus reperitur, Natalis dies annuâ memoriâ duodecimo Kalendas Julii in Ecclesia colitur; itemque Asterii, quarto Idus Junii Natalis recurrit anniversaria, Ecclesiasticis monumentis inscripta: *scilicet* monumentis, *non antiquis, sed tunc plane recentibus, & die, quem ipse cum suis Collegis primus definivit* Natalem *habendum.*

Iidem præsumuntur sancte etiam mortui;

diebus arbitrarie lectis,

E

4 *Non est meum revocare ad examen potestatem, quam habuerint Revisores illi, ad eos quorum nomina nullis Ecclesiarum Fastis unquam adscripta fuerant, nedum certus dies constabat, novo illi Martyrologio ubi collibitum esset adscribendi: fateor tamen dubitari posse, an rei sic agendæ vel actæ satis conscius fuerit Gregorius; qui ante emendatum jussu suo Martyrologium præfatur quod curavit ipsum*, nonnullis in locis librariorum typographorumque negligentiâ mendosum, per viros eruditos ad fidem historiæ (quæ rerum gestarum, personarum, locorum, temporum veritate continetur) adhibitis etiam codicibus vetustioribus atque emendatioribus corrigi, correctumque & multis locis auctum proponi in choro legendum. *Verum sive sic augeri ipsum Gregorius scivit & voluit, sive non; placuit saltem ei ipsorum qui id fecerunt judicio stare, quod & successores Pontifices probaverunt, & nos reverenter suscipere æquum est, donec aliter Romæ visum fuerit. Optare tamen licet circa Sanctos, quorum memoriæ nullus evidens error irrepsisse deprehenditur, ut æque certa notitia inveniatur mortis, in exilio vel in patria sancte obitæ; quam certum est ipsos circa tempus Concilii Sardicensis ab Eusebianis eorumque fautore Constantio multa gravia fuisse perpessos, quocumque demum modo vitam finiverint.*

optanda tamen esset certitudo major.

F

A D

DE SANCTO LATUINO

EPISCOPO SAGIENSI IN NORMANNIA.

G. H. Nomen & cultus ex Breviariis antiquis illius Eccleſiæ. Acta incerta.

Quotus fuerit Epiſcopus,

SAgium, *civitas* Saiorum *Epiſcopalis eſt in Normannia inferiore : cujus Antiſtites* Sagienſes *&* Saienſes *appellantur. Horum duo primi, apud Antonium Monchiacenum Democharem, ita referuntur.* 1 Sigiboldus, 2. S. Latuinus, cujus feſtum celebratur XII Kalendas Julii. *Iiſdem etiam verbis recenſentur apud Joannem Chenú, citato Ægidio Bry in Senatu Pariſienſi Patrono, qui Catalogum Sagienſium Epiſcoporum addidit in fine hiſtoriæ Comitum Perticenſium & Comitum ac Ducum Alenzoniorum. Eodem Catalogo allegato à Claudio Roberto, indicantur* primus Sigiboldus, Secundus S. Latuinus, XX Junii ſeu XII Kalendas Julii. *Quo etiam ordine collocantur in Ms. Codice Reginæ Sueciæ, numero* 322 *ſignato, in quo poſt Chronica Euſebii, Hieronymi, Proſperi, Sigeberti, habentur Epiſcopi iſti. Sammarthani dictum Ordinem immutarunt hoc modo :* Primus S. Latuinus, anniverſariâ memoriâ celebratur die XX Julii (*imo* Junii) in Proprio Sanctorum diœceſis. Hinc alii collocandum autumant poſt Sigeboldum, qui primus ab iis Præſul Sagienſis aſſeritur. Præmonendum autem, primos Antiſtites videri valde confuſos.

colitur 20 *Junii.*

2 *Habemus Breviarium Sagienſis Eccleſiæ, anno* MDLXXXII *excuſum, in quo ad hunc* XX *Junii præſcribitur* Officium novem Lectionum de S. Latuino Epiſcopo Sagienſi : *ſed omnia de Communi Confeſſoris & Pontificis recitantur. Ejuſdem memoriam celebrat ad hunc eumdem diem Grevenus in Auctario Uſuardi anno* MDXV *&* MDXXI *excuſo, his verbis :* Civitate Sagienſi S. Latuini Epiſcopi & Confeſſoris. *Secuti Molanus, Caniſius, Ferrarius. Galeſinius eum hoc exornat elogio :* Apud Sagienſes, S. Latuini Epiſcopi & Confeſſoris ; qui ſecundus ejuſdem civitatis Epiſcopus, illuſtribus virtutis Epiſcopalis exemplis ad pie agendum civium animos excitavit. *In Notationibus citantur* Tabulæ Eccleſiæ Rotomagenſis. *Habemus hujus Eccleſiæ duplicia Breviaria, ſed abſque mentione* S. Latuini. *Quin etiam fatentur ipſi Sagienſes, uti nobis aſſeruit Claudius Caſtellanus Pariſienſis Canonicus, ſibi dictum ab eo, qui nuper propria iſtius Eccleſiæ Officia concinnavit, verum diem Natalem ignorari ; ſed hunc aſſumptum, quia proxime ſequitur feſtum SS. Gervaſii & Protaſii, Patronorum loci. Multos etiam eſſe qui credant eumdem eſſe, qui in diœceſi Carnotenſi prope Anetum colitur, vulgo* S. Lain *dictus : idque habet Simon* Petronetus *in ſuo Onomaſtico Galliço-Latino.*

B C

3 *De tempore quo vixerint. Epiſcopi primi, nihil conſtat : nam* Hubertus quintus hujus Sedis Epiſcopus *apud Sammarthanos*, vixiſſe fertur anno quingenteſimo; *atque ita quatuor priores potuerunt floruiſſe quarto & quinto ſeculo. In terim Sauſſaius in Martyrologio Gallicano mirabile confecit encomium, quod unde hauſerit non aſſequimur : ipſum tamen judicio lectoris proponimus, cum grano ſalis excipiendum.*

Vixit ſec. 4 vel 5.

4 Sagii, ſub ſecunda Lugdunenſi, S. Latuini Epiſcopi, qui de partibus Orientis adveniens, à S. Clemente Apoſtolorum ſucceſſore Româ in Gallias, cum S. Dionyſio aliiſque egregiis Euangelii præconibus, directus eſt : in Neuſtriamque progreſſus, quam exitioſa dæmonum ſuperſtitio inquinabat, Euangelico lumine ſanctitatiſque admirandæ ſplendore, luem hanc longe lateque profligavit. Primus enim fuit vir iſte Apoſtolicus, qui Sagienſes, Oximenſes, finitimoſque populos ab impietatis caligine ad Chriſtianæ religionis lucem ſalutiferam adduxit. Quo in opere ab idolorum cultoribus diverſas perpeſſus eſt inſidias diraſque perſecutiones, & numquam pro votis ſatis aſperas ; cum Chriſti ſuccenſus amore, pro eo quæque extrema pati deſideraret ; adeo ardens martyrii, ut ſæpius mori ſe percupere pro Redemptoris gloria affatim verbis proderet & jaculatoriis precibus etiam non ſemel in die oraret, ut hanc gratiam tandem aſſequeretur. Zelo itaque æſtuans quo Petrus, eâdem fere gloriâ etiam refulſit : cum morbis & languoribus oppreſſos ſolâ ſui corporis umbrâ ad ſanitatem reduceret ; eâque vitæ ſanctimoniâ niteret, ut divinæ veritatis præcepta quæ tradebat, non tam dictis exprimeret quam factis. Cum igitur in fidei Chriſtianæ propoſitum, inductas animas qua miraculis qua ſanctis operibus confirmaſſet ; vir beatus parta Chriſto percopioſa filiorum ſobole, totaque circum regione ad amuſſim puriſſimæ religionis compoſita, relicto Regulo ſucceſſore, qui collectas oves paſceret, in cælum profectus eſt.

Sauſſaius elogio eum ornat,

E

quod videri poſſit gratis confictum :

F

5 *Hæc Sauſſaius. At quis iſte* Regulus, *cujus nulla mentio in ullis Catalogis Epiſcoporum Sagienſium? Ipſe Sauſſaius in Catalogo Sanctorum, Beatorum, & Piorum, qui proprias hiſtorias vel natales non habent, pag.* 1241 *iſta habet :* Regulus diſcipulus & ſucceſſor S. Latuini primi Epiſcopi Sagienſis, in ejus natali XX Junii. *Quæ æque manent incerta. Quidſi* S. Regulus Epiſcopus, *Silvanectenſium Apoſtolus intelligatur, cujus Acta varia dedimus* XXX *Martii? Hic ibi dicitur è Græcia Romam adveniſſe, & cum S. Dionyſio in Gallias miſſus, Silvanectum excolendum ſuſcepiſſe, à S. Dionyſio Epiſcopus ordinatus, atque miraculis clarus obiiſſe : quibus ſimilia huic Latuino applicantur. Conſule quæ idem Sauſſaius ad diem* X *Junii retulit de S. Euremundo, Abbate in territorio Sagienſi.*

uti & Regulus ſucceſſor.

A D

DE SANCTO SILVERIO

PAPA ROMANA ET MARTYRE,

IN PALMARIA PONTIARUM INSULARUM UNA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De cultu ejus, exilii loco, actis ex coævorum relatione colligendis.

ANNO DXXXIX.

Turbatiſſimo tempore exul ſepultus in Pontiis inſulis maris Tyrrheni,

Laviæ Domitiliæ, ſociorumque Nerei & Achillei, ac plurium illuſtrium Romanorum exilio, ſub Domitiani tyrannide, nobilitata Pontia Inſula *primo Chriſti ſeculo; aliis minuſculis novem aut pluribus veluti corono cingitur, quæ communi omnes nomine dicuntur* Pontiæ *ſeu* Pontianæ inſulæ; *ſicut* Britannicæ *communiter, quotquot Britanniam circumſtant, etiam Hibernia, Hebrides, Orcadeſque. Illarum occidentalior hodiedum* Palmariola *dicitur* B *(veroſimiliter ad diſtinctionem* Palmariæ, *ſinui Lunenſi in eodem Hetruſco littore objectæ) Plinio & Melæ abſolute etiam* Palmaria *dicta; & Liberato Carthaginenſis Eccleſiæ Archidiacono nominata, tamquam in ea obierit* S. Silverius, *ibidem vel in* Pontia inſula *principali, ſepultus* XII Kal. Junii, *ut ſcribit Auctor Vitæ apud Anaſtaſium Bibliothecarium. Quia tamen, turbatis in Italia non minus Eccleſiæ quam imperii rebus, propter Græcorum Gothorumque inter ſe bella, nemo curavit inde referre Romam demortui corpus; nemini etiam curæ fuit ibidem. ſeculis aliquos conſecutis, annuam ejus commemorationem inter Sacra ſtabilire.*

2 *Hoc cum alicui, de Pontificibus ſcribenti, indicaſſem; errandi illi, aliis inſultandi occaſionem dedit, quaſi negaſſem Romano Martyrologio hodierno inſcriptum reperiri* Silverium; *quem tamen omnes, quotquot ad Romani Breviarii uſum tenemur, Officio nunc colimus eccleſiaſtico, & quidem ſolum hoc præſenti die. Intelligendus ego eram de Martyrologiis vetuſtioribus, Bedæ, Flori, Uſuardi vel Adonis, quatenus iis uſa Romana eccleſia eſt, puris ab additionibus quæ variis locis temporibuſque, etiam Romæ, ipſis acceſſerunt, prout ibi contigit alicujus approbati Sancti cultum aſſumi. Hinc* Silverii *nomen invenias in Martyrologiis poſterioris ævi veluti ad Romanæ Curiæ uſum editis, à Bellino, Maurolyco, Galeſinio: itemque in Kalendariis ante vetuſtiorum Miſſalium ac Breviariorum exempla impreſſis, quale unum venetiis anno* MCCCCLXXIX *excuſum habemus; ubi Vita ex Anaſtaſio contracta in ſex Lectiones diſtributa invenitur, veluti pro Officio ſemiduplici, quod nunc ſolum fit ritu ſimplicis.*

non fuit relatus in Faſtos antiquiores ſeculo 15.

C

3 *Actis ejus nihil lucis adferunt duo antiquiores Catalogi, quos eruderare Henſchenius cœpit: eorum enim ultimus deſinit in Felice* IV, *qui* Silverium *quartus præceſſit: ſequuntur tamen novem Pontifices, ſignato dumtaxat Sedis ſpatio, atque de* Silverio *ſcribitur, quod* ſedit an. I, men. V, dies XI: *aliæ noſtræ membranæ, collatæ cum Corbejenſibus, & uſque ad Vigilium* Silverii *ſucceſſorem dumtaxat continuatæ, variant in numero menſium, &* IX *ſcribunt. Tertius Catalogus, ab Henſchenio neglectus, Schelſtratio viſus non contemnendus, quoniam Anaſtaſio præluxit ad Ordinationes numerandas verbis jam citatis ex Appendice ſecundi Catalogi, addit,* Hic ordinavit Epiſcopos LXXXI, Presbyteros XLVI, Diaconos XVI: *quos tamen numeros quædam Anaſtaſii exemplaria vehementer minuunt &* Diaconos *prætermittunt.*

Pauca de eo Catalogi ſeculo 6 aucti.

4 *Cum autem Anaſtaſium dico, intelligo librum de Vitis Pontificum, qui ſub ejus nomine paſſim habetur. Alias vehementer probo Examen ejuſdem libri, nuper ab eruditiſſimo viro Joanne Ciampino Romæ vulgatum, in cujus ſect.* 3 *agens ille de ſtyli varietate, qui haud obſcure notatur in Codice Anaſtaſiano, cenſet Collectionem iſtam Pontificiarum Vitarum varios habere Auctores: &* Vita, *inquit,* Liberii bonum fluidumque ſtylum ſapit uſque ad Silverium incluſive ... à geſtis autem Vigilii, Silverii Papæ ſucceſſoris, uſque ad Martinum mutationem aliquam ſtylus perpeſſus eſt. *Quiſquis autem Silverii Vitam Anaſtaſiano codici inſertam ſcripſit, utcumque coævus Silverio, non tamen ita accuratus fuit, quin omiſerit multa, ſupplenda ex Liberati Carthaginenſis Archidiaconi Breviario cauſæ Neſtorianorum & Eutychianorum, alias mihi fruſtra quæſito, nunc in tomis Conciliorum reperto. Quoniam autem ille conſequenter refert primum omnia quæ Gothos inter & Græcos ſunt acta, uſque ad urbem eorum obſidione liberatam; poſtea aggreditur quæ* eodem tempore *circa* Silverium & Vigilium *evenere; mihi aliquando ſuſpicio venit duas diverſorum auctorum narrationes ab Anaſtaſio compilatas, conſequenterque deſcriptas; quod nunc quidem non credo; illum tamen quiſquis fuit Auctorem, melius conſulturum hiſtoriæ fuiſſe cenſeo, ſi Imperii & Eccleſiæ res mixtim recenſuiſſet, eo quo geſta ſunt ordine: nobis certe laborem abſtuliſſet eas diſcernendi per conjecturas.*

Plura liber Pontificalis apud Anaſtaſium, à coævo uſque ad Vigilium continuatus, & ex Liberati Breviario ſupplendus.

5 *Ex iſto interim Auctore ſumptæ ſunt Lectiones prædicto anno* MCCCCLXXIX *inſertæ Breviario, quarum uſurpandarum quæ prima occaſio fuerit non præſumo definire; certe, non aliqua Reliquiarum tranſlatio, ex Pontianis in Urbem. Quamquam enim Carolus Bartholomæus Piazza, in ſuo Sanctuario ſeu Menologio Romano perpetuo anni* 1675, *dicat* S. Silverii feſtum *agi* ad S. Petrum, ubi ejus creditur ſepultum corpus; & ad S. Mariæ majoris ejuſdem haberi exponique Reliquias; *credulitas tamen illa admodum recens eſt: ſiquidem nec Romanus Baſilicæ Vaticanæ* Canonicus, *qui ejus deſcriptionem ſub Eugenio* III *compoſuit; neque Paulus de Angelis, qui eamdem ſub Innocentio* X *Adnotationibus auxit atque in lucem protulit, uſquam* Silverii *meminerunt, inter eos quorum corpora ſuo tempore requieſcebant in Vaticano. Tacent etiam de* Silverio, *Octaveus Pancirolius in Theſauro abſcondito almæ urbis, & in ſeptem Eccleſiis Onu-*

Reliquiæ an Romam relatæ?

A AUCTORE D. P.

phrius Panvinius, atque Pompeius Ugonius, & Ioannes Severianus. Prælaudatus etiam Paulus de Angelis, alio opere deſcribens Baſilicam S. Mariæ majoris, librum 6 exorditur ab Indulgentiis, ſtationibus, Reliquiis ipſius, ſed nullam facit Silverii *mentionem; uti nec illi quos dixi ſeptem Urbis Baſilicas deſcripſiſſe. Videat igitur Piazza unde venerit opinio iſta, & quomodo probari poſſit.*

Primus Silverium videtur Sanctis adſcripſiſſe Petrus de Natalibus.

6 *Omnia porro circumſpectanti, nullus occurrit antiquior* Petro de Natalibus, *Epiſcopo Equilino, ad quem initium colendi apud Romanos* Silverii *poſſit referri. Hic in ſuo Sanctorum Catalogo, quem anno* MCCCLXXXII *ab eo editum docet noſter* Philippus Labbe, *libri* 5 *caput* 131 *habet*, de S. Silverio Papa & Martyre: *qui quod in Anaſtaſiano codice de loco ſepulturæ legitur*; Ibique habetur multitudo male habentium & ſalvantur, *ita vertit*: Ubi multitudo male habentium ſalvi facti ſunt: *& ubi ille dicitur*, Confeſſor factus, *Petrus ait* Martyrio coronatus eſt: *atque ita nihil in ſubſtantia*

B *diſcedit ab originario textu Petrus, licet brevior multo quoad hiſtoriam. Si qua Uſuardi exempla ſub finem habent additum* Silverii *nomen, ea (quæ quidem videre contigit) ſunt omnia Petri Catalogo recentiora; quod idem poſſumus de iis exemplaribus cenſere, quæ Grevenus & Auctor Florarii Ms. atque* Molanus *viderunt. Cujus ætatis ſit ſuppoſititius Bèda, quem anno* MDLXIII *Antverpiæ excuſum neſcio unde habemus, nequeo divinare. Roſweidus noſter cum Ms. Richebergenſi in Bavaria contulit. Ex eo autem quod primo loco referat, quem inter ultimos alii, per conjecturam haud inſulſam opinabitur aliquis, poſteriorem eſſe Lectionibus in Romanum Breviarium olim receptis.*

7 *Verba iſtius qualiſcumque Bedæ hæc ſunt,* XII Kal. Julii, Silverii Papæ; qui ſedit Romæ anno uno, qui conſentiente Juſtiniano Impe-

Elogium Gregoriano Martyrologio prius inſertum,

ratore, à Beliſario depoſitus & Monachus factus, Confeſſor moritur; *pro quibus Romani Martyrologii recognitores ſub Gregorio* XIII, *in prima anni* MLXXXIV *editione, ſic legendum ſtatuerunt:* Natalis S. Silverii Papæ & Martyris,

C qui poſt S. Agapitum Eccleſiam gubernavit; cumque Anthimum Epiſcopum hæreticum, ab Agapito depoſitum, reſtituere noluiſſet; agente impia Theodora Auguſta, à Beliſario in exilium pulſus eſt ad inſulam Pontiam; * ſed reclamantibus totius orbis Epiſcopis, ad Sedem

cur deinde mutatum ſit.

ſuam reduci jubetur; cumque ad Palmariam inſulam perveniſſet, ibi ab impiis miniſtris aliquamdiu detentus, pro fide Catholica ærumnis confectus defecit. *Sumpta hæc videbantur ex prælaudati Liberati Breviario cujus relatio ut cum Anaſtaſiana relatione conciliaretur, pro* Patara Lyciæ *civitate, quam exilio* Silverii *adſcripſerat Liberatus, nominata erat*, inſula Pontia. *Verum cum neque ſic probarentur cetera; neque* de reclamantibus totius orbis Epiſcopis, *vel Liberatus vel Anaſtaſius mentionem facerent; placuit, omnia poſt ſignum* * *expungere; atque poſt verba* ad inſulam Pontiam addere, ubi pro fide Catholica multis ærumnis confectus defecit. *Verum ut dixi non* Pontiam *ſed* Pontias, *vel potius* Pontianas, *quarum una* Palmaria *eſt, ſcripſerat Auctor vita apud Anaſtaſium. Pataram autem initio devectum, ejuſque urbis Epiſcopo inſtante reſtituendum fuiſſe, licet non dicat Vita, non tamen negat, & alia multa ex Liberato ſupplenda omittit.*

8 *Quod ad tempora attinet quibus* Silverius *ſedit & vixit, non fuit ea auſus aliter definire Baronius, quam ab anno* DXXXVI *ad* DXL; *utpote qui neque certi quidquam ſtatuerat de obitu deceſſoris* Agapiti, *neque volebat ſequi ſtylum Catalogorum, ſolum illud ſpatium cujuſque Pontificatui adſcribentium quo quiſque reipſa ſedit; in iis vero quos forte deponi contigit, ſicut contigit* Silverio, *nullam habentium rationem temporis poſt depoſitionem acti. Ego, cum in Conatu Chronico-hiſtorico ad ſeriem Pontificum Romanorum, Pontificatum* S. Agapiti *ſic ordinaſſem, ut is anno* DXXXV, XXVIII *Aprilis conſecratus, poſt menſes* XI, *dies* XX *obierit Conſtantinopoli,* XVII *Aprilis anni* DXXXVI; *licet colatur* XX *Septembris, quando relatum Romam corpus, depoſitum fuit ad S. Petrum; cum inquam Agapiti Pontificatum ordinaſſem; poſui menſem* I, *dies* XIX, *quibus Sedes vacaverit; & poſt quos* Silverius, natione Campanus ex patre Hormiſda, Epiſcopo Romano *ab anno* DXIV *ad* DXXIII, *ante Ordines ſacros ſuſceptos procreatus*, per vim *Theodâti Gothorum Regis Clero* obtruſus & ordinatus anno DXXXVI, vt Junii proxima Dominica, id eſt VIII ejuſdem, pacis causâ acceptatus fuit; & ſedit annum I, menſes V, dies XI, uſque in XVI Novembris anni DXXXVII. Tunc *ſcilicet* de Pontificatu depoſitus eſt, detruſuſque in monaſterium, ſubſtituto in ejus locum Vigilio, die XXII De- *depoſitus fuit*
cembris; ad cujus arbitrium primum Pataram in Lycia relegatus; deinde, cum juſſu Impe- 539 16
ratoris Juſtiniani in Romanam Sedem reſti- *Novemb.*
tuendus Neapolim appuliſſet, à Beliſario Duce traditus eſt Vigilii miniſtris; à quibus in Palmariam Pontianarum unam deportatus, ibidem ærumnis confectus obiit, XX Junii anno DXXXIX, ibidem, aut in Pontia inſula, quæ ceterarum caput eſt, ſepultus. *Atque hoc modo velim circa finem mutari elogium* Silverii *Chronologicum, quod ei in Conatu dedi, necdum viſo, niſi apud Baronium, Liberato.*

D E F

Ordinatus an. 536

ACTA

Ex Liberato Diacono Carthaginenſi & Vita apud Anaſtaſium Bibliothecarium.

1 CUm Agapetus Papa, Chriſti legatione *apud Juſtinianum Imperatorem Conſtantinopoli* functus, *depoſito ab Epiſcopatu Anthimo hæretico, in ejuſque locum ſubſtituto Menna orthodoxo, nequidquam contranitente minaſque & promiſſa ingerente Theodora Auguſta*, in Italiam reverti diſponeret, conſtituens apud Imperatorem Apocriſiarium Eccleſiæ ſuæ Pelaſium Diaconum; poſt dies aliquantos ægritudine correptus, defunctus eſt Conſtantinopoli * X * imo XV Kal. Maji .... Auguſta vero vocans Vigilium, Agapeti Diaconum, profiteri ſibi ſecreto ab eo flagitavit, ut ſi Papa fieret tolleret Synodum, & ſcriberet Theodoſio, Anthimo, & Severo, & per epiſtolam ſuam eorum firmaret fidem; promittens dare ei præceptum ad Beliſarium, ut Papa ordinaretur, & dari centenaria ſeptem. Lubenter ergo ſuſcepit Vigilius promiſſum ejus, amore Epiſcopatus & auri; & facta profeſſione Romam

Defuncto Agapeto.

E F

A mam profectus est. *Vix possim dubitare, quin data sit opera ut* Agapeti *mors lateret Romanos, usque ad* Vigilii *adventum; sed frustra; quia saltem intra unum mensem & dies aliquot,* de *illius* decessu audiens Romana civitas, Silverium Subdiaconum, Hormisdæ olim Papæ filium, elegit ordinandum. Veniens *ergo Vigilius* invenit Silverium Papam ordinatum. *Ita Liberatus in Africa scribens; & propter brevitatem temporis, quod inter ordinationem Silverii Presbyterorumque in eam intra biduum consensum intercessit de eorum dissensu nihil sciens; vel si quidquam scivit, operæ pretium non æstimans meminisse rei, ad eam quam tractandam susceperat causam nihil pertinentis.*

Vigilius Romam mittitur Pontificatum ambiturus:

2 *Ast Vitæ Auctor apud Anastasium in hunc modum refert rem, sub suo verosimiliter conspectu actam.* Hic *Silverius* levatus est à tyranno Theodahato sine deliberatione Decreti: qui Theodahatus corruptus pecuniâ, talem timorem induxit Clero, ut, qui non consentiret in ejus Ordinationem, gladio puniretur. Equidem Sacerdotes non subscripserunt secundum morem antiquum, neque Decretum confirmaverunt ante Ordinationem. Jam autem ordinato sub vi & metu Silverio, propter adunationem Ecclesiæ & religionis, se subscripserunt Presbyteri. *Ita Vitæ auctor apud Anastasium Biblioth. Veram tamen causam violentiæ, tam præcipitis & non ante usitatæ,* Theodahato *fuisse existimo, non datam ei à* Silverio *pecuniam, licet id forte rumor sparserit; sed metum à* Justiniano *Imperatore, quem graviter offenderat, ideoque cavendum sibi putavit Rex barbarus, ne Imperatoriæ partis studiosus aliquis ad Pontificatum elevaretur.* Silverius *tamen culpam, si quam in aditu Pontificatus admisit, abunde eluit per ærumnas exilii, usque ad mortem causâ fidei toleratas.*

sed prævertit eum accelerata Silverii ordinatio

B

3 *Sed quid prius Romæ, Neapoli & Constantinopoli sit actum ordinate relegamus.* Indignatus Domnus Imperator Justinianus Augustus, quia Reginam Amalasuntham, sibi commendatam occidisset Theodahatus; misit Belisarium Patricium cum exercitu, ut liberaret omnem Italiam à captivitate Gotthorum. Tum veniens Patricius suprascriptus in partes Siciliæ, fuit ibidem aliquantum temporis .... *deinde circa vernos menses,* venit in partem Campaniæ juxta civitatem Neapolim, & obsedit eam cum exercitu suo: quia noluerunt ei cives Neapolitani obedire; & pugnando intravit; & ductus furore interfecit Gothos, & omnes cives Neapolitanos, & nec ecclesiis pepercit prædando: *sed primorum dierum ista rabies fuit, quam etiam valde lenit Procopius, laudans Belisarium, ut victoriâ satis moderate usum. Ex eodem, longe distinctius cuncta narrante, intelligitur, captâ Neapolis vivente adhuc Theodahato, haud multo post ordinationem* Silverii: *si verum est quod apud Anastasium sic legitur;* post menses duos, *ab ordinato Silverio,* extinguitur Theodâtus tyrannus & levatur Witigis. *Neapoli ergo, non vero antea in Sicilia* audiens *Belisarius* quod Gothi sibi fecissent Regem contra votum Domni Justiniani Augusti, *festinavit Romam admovere exercitum.*

sed non impune:

nam is, amissa Neapoli,

mox regnum Vitamque perdidit.

C

4 Witiges *interim, tam vicino sibi hoste conterritus,* Ravennam *rediit; diffidens scilicet se Romam tunc posse tueri, confidens vero quod eamdem, auctus Francorum viribus, facile recuperaret: quemadmodum reipsa sequenti anno ad illam cum numeroso exercitu rediit. Et ille quidem abiens, ut scribit Procopius,* Silverium urbis Antistitem, Senatumque ac populum .... ut fidem in Gothos servarent, etiam jurisjurandi sanctimoniâ obligavit ..... Romani *vero,* metu, ne quæ Neapolitanis evenerant paterentur, melius duxere Imperatoris militem intra urbem admittere, præcipuo ad id suadendum Silverio urbis Antistite ..... Receptaque est Roma sexagesimo anno, mense eodem, postquam à barbaris infestâ fuerat, cum undecimum imperandi annum ageret Justinianus, *id est ipso anno* DXXXVI *mense Augusto: tali enim mense anno* CCCCLXXVI *urbem occupaverat* Odoacer *Rex Herulorum. Apud Anastasium nihilominus legitur non esse urbs recepta mense Augusto, sed mense Decembri, hoc modo:* Ingressus autem Belisarius in urbe IV Idus Decembris, custodiis & munitionibus vel fabricis murorum, & reparatione fossati civitatem Romanam munivit, *quomodo adhuc munita cernitur.* Et noctu ipsa qua introivit Belisarius Patricius, Gotthi qui erant in civitate vel foris muros fugerunt, & omnes portas apertas dimiserunt, & fugerunt Ravennam. *Verum existimo dicto loco errorem esse veterum alicujus librarii, cui nomen* Decembris *obrepserit pro* Septembris; *utque mensis* Augustus *teneatur, suspicor legendum fuisse & scribendum,* IV Kal. Septembris. *Mox enim à suo ingressu* custodiis & munitionibus vel fabricis murorum & reparatione fossati civitatem munivit Belisarius, *sicut prolixe describit Procopius. Molitio autem talium murorum tam grandi urbi circumducendorum quales etiamnum videntur, & quantum scire possumus perfectorum ante sequentis anni Martium, largius tempus requirit.*

D

EXLIBER. ET ANAST.

Urbs autem in Belisarii potestatem se tradidit

auctore Silverio.

E

4. Kal. Sept. non Decembris.

5 *Interim* Belisarius, sedule à Papa Silverio & acriter increpatus, cur tanta ac talia homicidia Neapoli perpetrasset, tandem pœnituit: (*uti in Historia miscella lib.* 16 *scribit Paulus Diaconus Aquilegiensis, initio seculi* IX,) rursusque proficiscens Neapolim, & videns domus civitatis depopulatas ac vacuas, tandem reperto consilio recuperandi populi, colligens per diversas Villas Neapolitanæ civitatis viros ac mulieres, domibus habitaturos immisit, id est Cumanos, Puteolanos & alios quamplurimos. *Atque hoc est quod Silverianæ vitæ Auctor apud Anastasium, secutam mox tragœdiam exorsurus, sic ait.* Eodem tempore, *quo scilicet Roma munibatur,* ambulavit Belisarius Patricius Neapolim, & ordinavit eam: & postmodum redivit Romam. Qui susceptus est à Domino Silverio benigne: & habitavit Belisarius Patricius in Palatio Pinciano, Idibus Maji Indictione XV, *anno* DXXXVII: *sed non statim à suo in urbem reditu, quippe ad quam obsidendam* regressus est Witiges, *uti ibidem legitur* IX Kal. Martii: *utique post* reditum Belisarii, qui pro nomine Romano erat, & inclusit se Romæ intra civitatem, & custodivit civitatem *tam arcte obsessam,* ut nulli esset facultas exeundi vel introeundi, *unde* & grandis fames erat, ita ut etiam aquæ pretio venderentur ..... pugnæ *quoque* maximæ erant contra civitatem, *idque* annum unum; *post quem denique victi Gotthi recesserunt. Quæ omnia notare oportet, ut intelligatur, non solum Belisarius Neapoli Romam revertisse ante obsidionem; sed illuc etiam Constantinopoli re-*

Inde Neapolim excurrit Belisarius, eâque ordinatâ revertitur

F

A *rediſſe Vigilium, quando ſecunda vice, ut mox dicetur, advenit cum juſſione Auguſtæ contra* Silverium. *Liberato pro* Roma *obrepſit* Ravenna, *errore credo librariorum; cum ait, quod in ea invenit Vigilius Beliſarium. Sed rem ordinate recenſeamus.*

Interim Auguſta, conſilio Vigilii uſa,

6 Tunc, *cum muniendæ Romæ ordinandæque Neapoli occupabatur Beliſarius*, erat Vigilius Apocriſiarius Conſtantinopoli; *eo utique haud invitus regreſſus, ad munus idem pro* Silverio *exercendum, quod ſuſceperat ab Agapeto, poſtquam ſe vidit dejectum ſpe Pontificatus concupiti, per acceleratam* Silverii *Ordinationem*. Dolens autem Auguſta pro Anthimo Patriarcha, quod depoſitus fuiſſet à ſanctiſſimo Agapeto Papa,

ſcribit Silverio pro reſtitutione Anthimi:

qui eum hæreticum reperiſſet, & in locum ejus conſtituiſſent Mennam ſervum Dei; conſilio uſa cum Vigilio Diacono, miſit Epiſtolas ſuas Romam Silverio Papæ, rogans &

B obſecrans, ne pigriteris ad nos venire, aut certe revoca Anthiomum in locum ſuum. Qui dum legiſſet Beatiſſimus Silverius litteras, ingemuit, & dixit: Modo ſcio, quia hæc cauſa finem vitæ meæ adducit. Sed beatiſſimus Silverius, fiduciam habens in Deo & B. Petro Apoſtolo, reſcripſit Auguſtæ: Domina Auguſta, ego rem iſtam facturus numquam ero, ut revocem hominem hæreticum, in ſua nequitia damnatum. *Dum hæ litteræ eunt redeuntque, rediverat Neapoli Romam Beliſarius, rediverat etiam Conſtantinopoli* Vigilius, *&* tradens præceptum Auguſtæ, promiſit ei duo auri centenaria, ſi Silverio remoto ordinaretur ipſe pro eo. *Ita Liberatus; præceptum autem illud ita latius apud Anaſtaſium explicatur.*

& repulſam paſſa,

mandat Beliſario ut eum deponi faciat, ſubſtituatque Vigilium.

7 Tunc indignata Auguſta, *libero ſcilicet* Silverii *reſponſo*, miſit Juſſiones ad Beliſarium Patricium per Vigilium Diaconum, ita continentes: Vide aliquas occaſiones [*invenias*] in Silverium Papam, & depone eum ab Epiſcopatu, aut certe feſtinus tranſmitte ad nos. Ecce ibi habes Vigilium, Archidiaconum &

C Apocriſiarium noſtrum cariſſimum, qui pollicitus nobis eſt revocare Anthimum Patriarcham. *Aſt vero Beliſarius, ſciens quantum deberet* Silverio, *nupero illius beneficio ad Romanam Urbem recipiendam adjutus*; ſuſcepit Juſſionem, *ſed dixit*: Ego quidem juſſionem facio; ſed ille qui intereſt in nece Silverii Papæ, ipſe rationem reddet de factis ſuis D. N. Jeſu Chriſto. *Interim civitas obſidetur à Gothis, primiſque obſidionis menſibus nihil minus cogitare Beliſario licuit in urbe ſatis ſuperque laborante exterius à Barbaris, interius à fame, quam novas turbas inducere vexando* Silverium. *Credo proinde nihil moveri cœpiſſe prius, quam ex Conſtantiniano apud Lateranas palatio ad Pincianum migraret cum familia Beliſarius; ſpecie quidem propius attendendi Barbaris, Pontem Milvium inſidentibus, & Septemtrionale urbis latus potiſſime premementibus; revera autem ut commoditatem haberet, longius à Patriarchio avocandi Pontificis, & à frequentia Cleri ſui. Migravit autem illuc menſe Majo, fortaſſis ſtimulatus altera tertiave Auguſtæ juſſione, etiam per obſidentium excubias in urbem perlata; cum mulieri ſævæ longum incertumque videretur obſidionis exitum præſtolari.*

Paulo poſt obſidetur à Gothis civitas 24 Febr.

& migrat in Pincianum Beliſarius 15 Maji,

8 *Ex ipſa autem circumſtantia temporis, arrepta eſt anſa quæſitæ calumniæ. Ut enim ſcribit Liberatus,* Urgente juſſione, exierunt quidam falſi teſtes, qui & dixerunt: quia nos multis vicibus invenimus Silverium, ſcripta mittentem D ad Regem Gotthorum: veni ad portam quæ appellatur Aſinaria juxta Lateranas, & civitatem tibi trado, & Beliſarium Patricium. Quod audiens Beliſarius Patricius, non credebat: ſciebat enim quod per invidiam hæc de eo dicebantur: ſed dum multi in eadem accuſatione perſiſterent, pertimuit; *ſeque ad Pincianum, ut dixi, contulit; rem fortaſſis ſic diſponente Antonina uxore, in gratiam Auguſtæ, maritum quamvis reluctantem inductura ad facinus. Mihi certe perſuadere non poſſum, auctorem ipſum fuiſſe calumniæ, cui tam expreſſe dicitur non habuiſſe fidem.*

ubi ad eum defertur, Silverium Gothis ſcripſiſſe de urbe tradenda,

9 *Prius tamen quam extrema illa & ſceleris plena machina admoveretur, placuit Antoninæ mitiora experiri conſilia; atque, ut ait Liberatus, evocato in Palatium Pincianum* Silverio, Beliſarius & ejus conjux ſecreto perſuadebant, *implere* præceptum Auguſtæ, ut tolleretur E Chalcedonenſis Synodus, & per epiſtolam ſuam hæreticorum firmaret fidem. Qui mox de Palatio egreſſus, quid de eo fieret conſiliariis ſuis locutus eſt; & veniens contulit ſe in baſilicam beatæ Martyris Sabinæ, ibique manebat; ubi & directus eſt ad eum Photis, filius Antoninæ Patriciæ, ut præſtito ſacramento invitaret eum venire ad Palatium. Qui autem Silverio adſtabant, perſuadebant ei ne Græcorum crederet juramentis: ille autem exivit, & ad Palatium venit. Et illa quidem die pro juramento ad eccleſiam redire permiſſus eſt. Ad quem rurſus mandavit Beliſarius, ut ad Palatium veniret: qui de eccleſia exire nolebat, dolos ſibi præparatos agnoſcens: ſed poſtea orans, & cauſam ſuam Domino commendans, exiit & ad Palatium venit: quo ſolus ingreſſus, à ſuis ulterius non eſt viſus.

calumniam adornante Antonina,

poſt fruſtra tentatam conſtantiam Papæ

qui doloſe evocatus in Palatium

10 *Hactenus Liberatus, ultimis verbis multa perſtringens, quæ priorum dierum actis præmiſſis, apud Anaſtaſium ſola ſic leguntur*, Tunc fecit Beliſarius B. Silverium ad ſe venire in Palatium Pincii, & ad primum & ſecundum velum retinuit omnem Clerum: quo ingreſſo Silverio cum Vigilio ſolis in Mauſole (*ubi ſuſpicor legendum* Manſole, *intimius conclave quo ſoli domino acceſſus eſt, vulgo* Cabinet) Antonina Patricia jacebat in lecto, & Beliſarius ſedebat ad pedes ejus. Et dum eum vidiſſet Antonina Patricia, dixit ad eum: Dic, Domine Silveri Papa, quid fecimus tibi & Romanis, ut tu velis nos in manus Gotthorum tradere? Adhuc ea loquente ingreſſus Joannes, Subdiaconus Regionarius primæ Regionis, tulit Pallium de collo ejus, & duxit in cubiculum; & expolians eum, induit eum veſte monachica, & abſcondit eum. Tunc Sixtus, Subdiaconus Regionarius Regionis ſextæ, videns eum jam Monachum, egreſſus 16 *Novembris* foras nuntiavit ad Clerum, dicens; Quia Domnus Papa depoſitus eſt, & tactus eſt Monachus: qui etiam audientes fugerunt omnes. *Ceterum, priuſquam huc procederetur, veroſimile eſt tot menſes effluxiſſe, ut à die* VI Junii *qua ordinatum* Silverium *diximus, potuerint ſupra annum unum effluxiſſe* menſes V, dies XI, *quos ei omnes fere Catalogi concorditer tribuunt, quique ad* XVI Novembris *nos perducunt.*

violenter deponitur & monachum induitur,

F

11 Vigilius *autem* Archidiaconus ſuſcepit Silverium, *ita depoſitum, & Monachicæ veſte*

illite-

A *illuſum potius quam indictum* in ſuam quaſi fidem, *inquit Auctor Vitæ apud Anaſtaſium*; *moxque ſubjungit exilium, & quidem* in Pontia. *Sed Liberatus, quæ interea ſint acta diſtinctius nos docet, ſic narrationem cœptam proſequens*: Et alia die Beliſarius, convocatis Presbyteris & Diaconibus, & Clericis omnibus, mandavit eis ut alium ſibi Papam eligerent. Quibus dubitantibus & nonnullis ridentibus, favore Beliſarii ordinatus eſt Vigilius XXII *Novembris utique Dominica proxima. Qui* Vigilius, *quamdiu duravit obſidio* (*duravit autem uſque in Martium anni* DXXXVIII *quando* Beliſarius pugnando vicit Gotthos, qui fugerunt Ravennam poſt annum *unum obſidionis continuatæ*) *Vigilius, inquam dum duravit obſidio Silverium habuit ſine dubio in cuſtodia, puta apud Lateranas in monaſterio, quod ibi fuiſſe crediderim, Patriarchio adjunctum. Soluta autem obſidione* (*nec enim prius commodum vel conſultum erat*) Silverius miſſus eſt in exilium

ſubſtituitur deinde Vigilius:

B in civitatem Lyciæ Provinciæ, quæ Patara dicitur.

12 Poſt ordinationem autem ſuam compellebatur Vigilius à Beliſario implere promiſſionem ſuam, quam Auguſtæ promiſerat, & ut ſibi redderet duo auri centenaria promiſſa : *quod ille quidem facile potuit excuſare, quamdiu adhuc Romæ* Silverius *erat*; *hoc autem jam demiſſo*, nolebat nihilominus promiſſionem ſuam implere, timore Romanorum & avaritia patrocinante. *Juſtus autem erat à Romanis timor, utpote orthodoxis, quique jam externo metu liberi paſſuri non erant, aut Concilium Chalcedonenſe convelli, aut reſcindi S. Agapeti judicium contra hæreticos. Interim* Silverio veniente Pataram, venerabilis Epiſcopus civitatis ipſius, venit ad Imperatorem, & judicium Dei conteſtatus eſt de tantæ Sedis Epiſcopi expulſione; multos eſſe dicens in hoc mundo Reges; & non eſſe ullum, ſicut ille Papa eſt, ſuper Eccleſiam mundi totius, à ſua Sede expulſus. Quem audiens Imperator, revocari Romam Silverium juſſit & de litteris illis judicium fieri; ut ſi probaretur ab ipſo fuiſſe ſcriptas, in quacumque civitate Epiſcopus degeret; ſi autem falſæ fuiſſent probatæ, reſtitueretur Sedi ſuæ.

& an. 538 relegatur Silverius in Lyciam:

ſed Epiſcopo loci intercedente, jubetur reduci in Italiam:

C

13 Pelagius vero, *tunc Vigilii Apocriſiarius Conſtantinopoli, poſtea autem ſucceſſor in Pontificatu*, currens cum voluntate Auguſtæ volebat irritum facere Imperatoris præceptum, ne Silverius Romam reverteretur; ſed prævalente Imperatoris juſſione, Silverius ad Italiam reductus eſt : *credo Neapolim ad Beliſarium, fortaſſis non invitum & gaudentem habere ſe, quo Vigilii lentitudinem vel excuteret vel ulciſceretur. Nec in hoc eum ſpes ſua fefellit* : Silverii *enim* adventu territus Vigilius, ne Sede ſua pelleretur, Beliſario mandavit, trade mihi Silverium; alioqui non poſſum facere, quod à me exigis. Ita Silverius (*fortaſſis ſub ſpecie reducendi eum Romam, ibique cauſam ejus recognoſcendi*) traditus eſt duobus Vigilii defenſoribus & ſervis ejus : qui in Palmariam inſulam adductus, ſub eorum cuſtodia, defecit inediâ. *Hæc omnia prætermittit auctor Vitæ apud Anaſtaſium*; *& narrata depoſitione* Silverii, *ad finem ejus feſtinans*, Miſit eum, *inquit*, in exilium Vigilius; *nulloque alio verbo mediante addit*, in Pontias (*ad quas tamen non*

unde territus Vigilius ipſum ſibi tradi impetrat;

devectusque in Pontias Sanctus fame enecatur an. 539.

potuit, niſi poſt medium aut amplius annum, a ſua in Lyciam deportatione, adductus fuiſſe) & ſuſtentavit eum pane tribulationis, & aquâ anguſtiæ. Qui deficiens, mortuus eſt, & Confeſſor factus eſt : qui & ſepultus eſt in eodem loco, XII Kalendas Julii, *anno ut minimum* DXXXIX, *ſi non etiam ſerius : & ſic revera vixit ſummus Pontifex* (*neque enim legitima depoſitio fuit, aut ipſe in eam invenitur conſenſiſſe*) *annis tribus, ſi non etiam quatuor, diebus* XIV.

D AUCTORE D. P.

14 *Ibi autem, id eſt, in inſula* Palmaria, *vel potius in Pontiarum primaria, quæ veroſimiliter ſola habebat Parochialem eccleſiam & cœmeterium, cum ceteris ſua ut ſummum oratoria eſſent, ſimul autem omnes non mererentur habere Epiſcopum, ſed ſub Terracinenſis in proxima continente Epiſcopi juriſdictione degerent*; ibi *inquam* occurrit multitudo male habentium & ſalvantur. *Andreas du Chêne, in Vitis Pontificum Gallice ſcriptis, hoc ei Epitaphium addit, neſcio unde erutum.*

ubi is ſepultus miraculis clareſcit.

E

Romanæ ſupremus Apex Silverius Ædis,
Oſſa ſub hoc retinet mortuus extraneo.

Aliud de eo nihil reperitur, niſi quod fecit ordinationem unam per menſem Decembrem *anno* DXXXVI Presbyteros *Cardinales* XIV, *Diaconos* XVI, *Epiſcopos per* diverſa loca numero XIX. *Additur autem, ſecundum ſtylum Catalogorum, Pontificatum ejus ſolum æſtimantium uſque ad diem depoſitionis, quod* ceſſavit Epiſcopatus *ſolum* dies quinque : *nec enim plures intercurrerunt inter feriam* II *qua Silverius depoſitus & Dominicam qua ordnatus* Vigilius *eſt.*

Ordinatio una ab eo celebrata an. 536.

15 *Hujus autem & Beliſarii, quæ fuerit pœnitentia, de peccatis contra* Silverium *admiſſis, quam juſta nihilominus ipſum & Vigilium ſecuta ſit talionis pœna, alibi explicatum lector inveniet. Vigilii cauſam aggravat Liberatus, dum aſſerit, quod* per Antoninam Beliſarii conjugem implens profeſſionem ſuam, quam Auguſtæ fecerat; ſcripſit Epiſtolam ..... ſub qua fidem ſuam ſcripſit, in qua duas in Chriſto damnavit naturas, reſolvens tomum Papæ Leonis. *Suſpecta hic mihi mulieris fraus eſt, pridem ad epiſtolas calumnioſe fabricandas factæ, & veritæ indignationem Imperatricis, niſi comminiſceretur aliquid, quo videretur ipſa effectum dediſſe, quod tanto molimine exegerat Auguſta. Suſpecta etiam eſt inſcriptio, Romanis inuſitata Pontificibus,* Dominis & Chriſtis Vigilius. *Non appoſuiſſet hic nomina eorum, quibuſcum unam ſe fidem habere & habuiſſe ſcribebat ? Aliud certe ſonat ejus ad Auguſtam reſponſio, quando eidem non magnam fidem habenti litteris per Antoninam acceptis, & poſt annos aliquot urgenti atque ſcribenti* ; Veni, adimple nobis quæ pro bona voluntate tua promiſiſti, de Patre noſtro Anthimo, & revoca eum in officium ſuum : *quando, inquam reſcripſit :* Abſit hoc à me, Domina Auguſta: prius locutus ſum male & inſipienter : modo autem nullo modo tibi conſentio, ut revocem hominem hæreticum & anathematizatum. Etſi indignus, Vicarius ſum B. Petri Apoſtoli, quomodo fuerunt ſanctiſſimi Agapitus & Silverius, qui eum anathematizarunt.

Interim promiſſa impleviſſe arguitur Vigilius,

F

ſed ex litteris veroſimiliter ſuppoſititiis,

16 *Affictæ* Silverio *Epiſtolæ adverſus* Vigilium, *ſervire ad hiſtoriam non poſſunt*; *neque fidem facere prætenſæ Synodo quatuor Epiſcoporum, qui ſententiæ à* Silverio *latæ ſubſcripſerint. Proinde nullius momenti eſt, quod* Silverius *in ea fin-*

A *gatur dicere*, ſe Domino favente, tribus jam jugiter emenſis temporibus Apoſtolicæ Sedi præſidere, *in eamque* Vigilium datâ pecuniâ invaſiſſe. *Fictionem vero arguunt etiam ſubſcriptiones, quarum una notatur* Principe Baſilio, *præter ſtylum notandorum tunc annorum; quod ineptus ſarcinator ſumpſit ex ſubſcriptionibus annum* DXL *ſecutis, cum cœpit ſcribi* P. C. Baſilii V. C. *id eſt* poſt Conſulatum Baſilii Viri Clariſſimi. *Altera ſignata* Juſtiniano V & Beliſario VV. CC. Coſſ. *æque monſtroſa eſt: quia* Juſtinianus, *poſt* IV *Conſulatum anno* DXXXIV, *nullum amplius geſſit; &* Beliſarius *ſemel dumtaxat Conſul fuit, ſcilicet* DXXXV

quales etiam habentur affictæ Silverio.

D

DE SANCTA FLORENTINA

VIRGINE IN HISPANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De ejus cultu, actis, reliquiis.

SECULO VII

B *Illuſtris fuit, generis proſapiâ & virtutum ſplendore*, S. Florentina, *Soror SS. Leandri, Iſidori & Fulgentii, præcipuorum ſeculo Chriſti ſexto Epiſcoporum & Doctorum Hiſpaniæ; quæ ſanctimonialium Virginum mater & gubernatrix effecta, plurimos earum choros Chriſto Sponſo obtulit, æternam eo nomine in Eccleſiâ merita memoriam. Huic teſtimonium perhibent antiqua Breviaria & Legendaria, potiſſimum Hiſpanica: atque imprimis id quod Mozarabum dictum juſſu Franciſci Ximenes Archiepiſcopi anno* MDII *Toleti fuit excuſum, Hiſpalenſe etiam & Abulenſe ad hunc* XX *Junii, Placentinum vero & Carthaginenſe ad diem* XIV *Martii. Plura addit Tamayus de Salazar in Martyrologio Hiſpanico ad hunc diem, quæ apud ipſum videri poſſunt. Ex horum Lectionibus & Legendario Hiſpalenſi Acta aliqua ille ſubjungit; quæ fere eadem ex Salmantino Breviario edidit Franciſcus Bivarius, in Commentario ad Chronicon, ſub Maximi nomine vulgatum pag.* 579, *quæ mox etiam noſtris Annotatis illuſtrabimus ex aliis rerum Hiſpanicarum ſcriptoribus: quorum præcipui, Ambroſius Morales lib.* XII *anni* MCLXXVII *cap.* 5 *fol.* 103; *Joannes Baſilius Sanctorius, in ſua Hagiographia anni* MDLXXXV, *ad hunc* XX *Junii; Alphonſus de Villegas, in Floribus Sanctorum anni* MDXCI *ſæpe poſtea recuſis, ubi de Sanctis Hiſpanicis agit; Joannes Mariana, in Hiſtoria de rebus Hiſpaniæ, anno* MDXCII *vulgata lib.* 6 *cap.* 1: *Joannes Marietta de Sanctis Hiſpaniæ, anno* MDXCVI *lib.* 19 *cap.* 1; *Franciſcus de Padilla, in Hiſtoria Eccleſiaſtica anni* MDCV *centuria* 7 *cap* 14, *Auctores omnes graves, quos ſecuti ſunt recentiores plurimi, ex quibus Vitam ejus ſcripſerunt, Martinus de Roa de Sanctis Aſtigitanis, lib.* 2 *cap.* 6, *& Antonius de Quintanadueñas, de ſanctis Hiſpalenſibus & Aſtigitanis. Sed hi aliique recentiores novis inventionibus nomina Dextri, Maximi, Juliani, Luitprandi præferentibus decepti, nonnulla miſcent, viris eruditis merito diſplicentia, quibus omiſſis dabimus Appendicem ex Vita à Roderico de Jepes ſcripta.*

Memoria in antiquis Breviariis

ex illis aliqua Acta

collata cum auctoribus gravibus.

C

2 *Eſt autem palæſtra* S. Florentinæ, *ubi potiſſimum ad mortem uſque vixit, urbs Bæticæ* Aſtygis, *vulgo* Ecija, *etiam Ptolomæo nota, & hac quoque tempeſtate clara atque Epiſcopalis ad* Singulim *fluvium vulgo* Xenil, *qui haud procul inde in Bætim influit, ſed ſine loco refertur in nonnullis Mss. Martyrologiis auctioris Uſuardi, & apud Grevenum atque Molanum primæ editionis in ſimili Auctario Uſuardi, necnon apud Caniſium ſub nomine* S. Florentianæ Virginis; *errore forſan inde nato, quod hoc eodem die colatur* S. Florentiana, *inter Martyres Tomis in Scythia coronatos. Bellinus in Martyrologio, ſecundum morem curiæ Romanæ ſub annum* MCCCCXLVIII *Venetiis excuſo, Beda ſuppoſititius, Maurolycus, Galeſinius & Molanus poſterioris editionis, cum Florario, eamdem* S. Florentiam Virginem *appellant. In Martyrologio autem hodierno Romano iſta habentur:* Hiſpali in Hiſpania, S. Florentiæ Virginis, ſororis SS. Leandri & Iſidori Epiſcoporum *Hiſpalenſium. Verum inhæren dum eſt ſcriptoribus Hiſpanis eamdem conſtanter* Florentinam *appellantibus, uti & SS. Leander & Iſidorus fratres in ſuis libris eidem inſcriptis, Auctorque antiquus in Vita S. Iſidori, ad diem* IV *Aprilis edita.*

In Martyrologiis dicitur Florentiana,

apud Hiſpanos Florentina,

E

3 *Corpus apud fratres ſuos Hiſpali ſepultum, aut ſaltem eo tranſlatum volunt Auctores; ſicuti diximus, S. Fulgentium Epiſcopum è vita deceſſiſſe Carthagine, ejuſque corpus triginta quatuor ab obitu ejus annis Hiſpalim tranſlatum, cumque Germanorum Leandri Iſidori ac Florentinæ Reliquiis in æde SS. Ruffinæ & Juſtæ locatum fuiſſe prout legi poteſt ad ejuſdem S. Florentii Vitam* XIV *Januarii cap.* 3 *&* 4. *Poſſediſſe hunc nobilem theſaurum Hiſpalis creditur uſque ad Maurorum incurſionem. Tunc enim in montes, Guadalupæo flumini propinquos, corpora SS Fulgentii & Florentinæ deportata traduntur; ibique recondita & ignota delituiſſe ad Alphonſi* XI *tempora, ſive ad ſeculum* XIV, *quando reperta fuerunt ſacra utriuſque lipſana, in Berzocano pago, tribus fere leucis à celebri Guadalupæo oppido, ubi etiamnum conſervantur: & quia locus eſt Placentinæ diœceſis, colitur in hac tota* S. Florentina *ut Patrona, ſub ritu Duplicis primæ claſſis, idque die* XIV *Martii, eo quod ſacræ Reliquiæ tunc videantur tranſlatæ. Anno poſtmodum* MDXCV, *Philippi* II *Regis Catholici juſſu, ad inſtantiam Carthaginenſium & Murcienſium eruta ſacra lipſana, quorum aliqua oſſa eccleſiæ Murcienſi & ſciuriacenſi Regio cœnobio oblata, & honorifice ibidem fuerunt condita; uti poſt Martinum de Roa ſcribunt Tamayus de Salazar & Ægidius Gonzalvus Davila in Theatro Eccleſiæ Murcienſis.*

delata Hiſpalim,

F

& ad Berzocanum pagum.

Reliquiæ Murciæ & in Eſcuriali.

EO-

A

ELOGIUM VITÆ PERVETUSTUM

Ex antiquis Breviariis & Chronico Hiſpalenſi.

1 BEatiſſima Florentina Virgo, incomparabilis moribus & ſanctitate, fuit tempo-
a poribus *a* Juſtiniani imperatoris Romani, fi-
b lia *b* Severiani Ducis Carthaginenſis, & Túrturæ conjugis ejus : quæ tres habuit fratres,
c ſcilicet *c* Leandrum, Epiſcopum Hiſpalenſem;
Illuſtri & ſancta familia nata, & Fulgentium, Aſtigitanum, & poſt Carthaginenſem Epiſcopum ; & Iſidorum, etiam Epiſcopum Hiſpalenſem; viros eruditos in omni ſanctitate & doctrina, protectores & doctores totius Heſperiæ & univerſæ Eccleſiæ. Habuit etiam ſanctiſſimum Hermenigildum conſobrinum, & Reccaredum glorioſiſſimum
d Principem, filios ſororis ſuæ, nomine *d* Theo-
B doræ, quorum mores & conſtantiam ipſa vere
videt in ore S. Iſidori examen apum. fuit imitata : cujus odoris fragantiâ & imitatione ſanctitatis Hiſpaniarum Eccleſiæ fulſere inſignes. Hæc igitur Virgo Deo devota, cum S. Iſidorus in cunabulis nutriretur, proſpexit
e quoddam *e* examen apum in ore ejus frequentare vices. Territa quid hoc eſſet, proſtrata in oratione intellexit, illum fore magnum doctorem & verum pugilem contra hæreticos, quos à finibus Heſperiæ foret profulſurus : & quod oculis contemplationis vidit, poſtea oculis propriis feliciter eſt intuita. Et quia B. Iſidorum tam admirabilem fore ſciebat ; ipſum nutrire, non lacte carnis, ſed lacte ſpiritus, cum omni diligentia ſtudebat; ipſa ſeſe cuſtodiens ab omni inquinamento vitiorum.

f 2 Sed *f* cum Virgo illuſtris, in conjugium
Virginitatem vovet à plurimis Palatinis Proceribus expeteretur, prorſus ſimile ſtatus impedimentum abhorrens, mundi illecebras & ſeculi mores deſpiciens, ſuam virginitatem illibatam Chriſto ſponſo to-
C tis viſceribus devovit. Cujus ſanctitati atque doctrinæ quamplurimæ virgines & continentes ſe ſubdiderunt : & velo ſanctimonialis inſignita fulſit, quaſi ſtella matutina in medio nebulæ. Quis enarrare poſſit tantam Virginum multitudinem, pœnitentiæ labores, caritatis ardores, humilitatis apices, & aliarum
præeſt aliis Virginibus : virtutum margaritas ſubire gaudentem? Hanc ſanctiſſimam Florentinam, in horto deliciarum & virtutum, florentem in odore ſuavitatis, florem campi, nimia dilectione ſuum ſequentem ſponſum, & amicum ſuper omnia aromata amplectentem, beatiſſimi Præſules ac fratres ſui informantes; necnon ejuſdem conſortium, conſolationibus crebris animæ & corporis intendebant, in omni doctrina & eruditione quotidie ædificantes.

3 S. Leander, ejuſdem S. Florentinæ fra-
g ter, ſcripſit ei *g* duos libellos, ad conſolatio-
incitata libris fratrum ſibi dicatis: nem ejuſdem & ſodalium ſuarum : unum de Inſtitutione Virginum, quomodo integritas erat proxima Deo, & vicina coæqualiſque
h Angelis, cujus converſatio erat in cælis ; *h* alium libellum de contemptu mundi, quomodo cuncta ſub cælo erant labentia. Sanctus vero Iſidorus etiam ad ipſam ſororem
i Florentinam, adverſus Judæorum nequitiam, *i* duos dicavit libellos : quibus proventibus & continuis cohortationibus erudita evaſit. Denique hæc ſancta Virgo, Spiritus ſancti dogmate imbuta, magiſtra virginitatis ac miniſtra caſtitatis, habebat ſub cuſtodia fere *k* quinquaginta monaſteria, in quibus multitudo Virginum ſanctarum degebat. Obdormivit B. Florentina in Chriſto Ieſu, poſt obitum S. Leandri *l*.

D *dirigit monaſteria plurima.* *k*

l

ANNOTATA G.H.

a Juſtinianus *imperavit ab anno* 527 *ad* 566: *& hic mos recurrendi ad tempora Imperatorum Græcorum à trecentis circiter annis apud Hiſpanos inolevit : unde licet æſtimare exiguam horum Actorum ætatem. Padilla & alii aſſerunt eam vixiſſe temporibus ſex Regum Viſigothorum in Hiſpania, ſcilicet* Leovigildi, Reccaredi, Liubæ, Witterici, Gundemari, Siſebuti, *ab anno* 568 *ad annum* 612.

b *Iidem parentes* Severianus Dux Carthaginenſis, *&* Tórtura *uxor ejus, in antiqua Vita S. Iſidori fratris referuntur* 4 *Aprilis, pro* Tottura *dicitur* Theodora *Lucæ Tudenſi. Hunc Theodorici Regis Oſtrogothorum filium, fuiſſe ſcribit Quintana-Dueñas.*

E

c *Coluntur* S. Leander 13 *Martii*, S. Fulgentius 14 *Januarii, ubi de Theodorico Rege actum.*

d *Hæc* Theodoſia *appellatur. Marianæ lib.* 5 *cap.* 11: *familia autem S. Hermenigildi* 13 *Aprilis cap.* 1 *num.* 2.

e *Hæc viſio de examine apum refertur in Vita S. Iſidori num.* 3, *ſed tribuitur patri Severiano, cui potuit adfuiſſe* S. Florentina.

f *Hæc de procis & voto, deſunt in Breviario Palentino apud Bivarium.*

g *Hi duo libelli ſunt in unum conflati, editi à Sandovallio Madriti anno* 1604, *& à Tamajo Salazar ad hanc Vitam* S. Florentinæ ; *nunc autem inſerti Bibliothecæ Patrum Lugdunenſi : ſed primus tantum habet circiter tertiam partem opuſculi.*

h *Secundus libellus habet majorem partem, & diſtinguitur in capita* 21, *quorum primum eſt* de vitandis laicis mulieribus : *& in his* cariſſimam ſororem Florentinam *ſæpius alloquitur, inſtruendo, adhortando, conſolando, protegendo.* F

i *Horum libellorum prior eſt* de Domini Nativitate, Paſſione, Reſurrectione, Regno & Judicio *& continet* 61 *capita : poſterior, eſt* de Gentium vocatione, *& continet capita* 26, *ſed aliquanto majora.*

k Quadraginta monaſteria *habent Ambroſius Morales, Joannes Baſilius Sanctorius, Marietta & alii hos ſecuti recentiores.*

l *Apud Tamajum habetur hæc concluſio.* Tandem omnibus cara, & ſpectabilis Sororibus, ſanctitate venerabilis, ſenio confecta, ad æternas Sponſi nuptias evolavit Kalendis Septembris Ærâ DCLXXI, anno Chriſti DCXXXIII. *Hæc ibi quæ apud antiquiores, Moralem, Sanctorium aut ſimiles, optaremus reperire. Annus certe mortis, ne quidem in Pſeudo-Chronico Juliani Petri reperitur, ubi tamen num.* 264 *hæc leguntur :* S. Florentina naſcitur Carthagine anno DXLV, tingitur Bigaſtri. *Ejuſdem farinæ Luitprandus in Adverſariis num.* 243 *ſcripſiſſe dicitur :* Ærâ DLXXXVIII *ergo anno Chriſti* DL, naſcitur Florentina, in die S. Florentii Martyris, obiit ſancta anno DCX annorum LX. *Sed nullius fidei iſta apud nos ſunt.*

A AUCTORE G. H.

APPENDIX.

Ex Hiſpanico Roderici de Jepes.

De vetuſto S. Florentinæ monaſterio.

Monſtrantur in monaſterio S. Mariæ de valle,

4 *Floruit ſeculo præcedenti, in urbe Aſtygitana, & in ipſo* S. Florentinæ *monaſterio, Rodericus de Jepes Ordinis S. Hieronymi, qui inter alias lucubrationes edidit Hiſpanice Madriti anno* MDLXXXIV Hiſtoriam de glorioſa Virgine S. Florentina, *ex qua illa potiſſimum quæ huc ſpectant, inde excerpſit Antonius de Jepes, ediditque tomo primo Chronici generalis Ordinis S. Benedicti, ad annum Chriſti* 599 *fol.* 412 *& ſequenti.*

turris S. Florentinæ,

5 Sanctam Virginem Florentinam, cum ſanctimonialibus vixiſſe in monaſterio S. Mariæ de Valle, perpetua traditio eſt, eamque confirmant multa antiquitatis indicia; inter B quæ turris ibidem viſitur, admodum vetuſta, quam etiamnum turrim S. Florentinæ appellant. In clauſtri medio apparent veſtigia & cœmenta, & dicuntur fuiſſe cellæ religioſarum, quas ibidem moderata eſt S. Florentina. Præterea in illa civitate eſt hoſpitale & confraternitas antiquiſſima, cognominata S. Florentinæ; neque ullus inveniri poteſt qui aliquid de prima illorum inſtitutione inaudierit. Solent etiam Confratres ſtatuam S. Florentinæ, habitu monaſtico veſtitam, magna cum ſolennitate & Clericali pompa deferre ad ædem ſive monaſterium S. Mariæ de Valle Aſtygitana, ibique Veſperas decantare, ſanctum Miſſæ ſacrificium offerre, & concionem habere, in qua feſti hujus inſtitutio proponitur, ut cognoſcatur antiqua converſatio & habitatio per iter quod prudentiſſima Sancta tenuit, eo quod veſtigia omnium adhuc videantur, in quibus ſua regna in Jeſu Chriſti ſervitio habuit (nam huic ſervire eſt regnare) & in quo regimine habebat Virgines, quæ ibidem C vivebant, ex tota Hiſpania collectæ. Dum autem ſacra ſtatua S. Florentinæ eo defertur, ex nullius imperio vel præcepto ſupplicatum eunt cives; ut nuda majorum exempla imitentur, incitati etiam, quod in illa æde facellum & altare S. Florentinæ dicata extent: quæ tamen ob fabricam templi adjunctam aliquid ſplendoris perdiderunt. Huc etiam iidem S. Florentinæ Confratres tribus præcipuis anni feſtis confluunt, atque ad altare S. Florentinæ Miſſam cantando celebrant. Cum decreto publico hoſpitalia ad parvum numerum per varias civitates redigerentur, ac proventus Minorum majoribus hoſpitalibus addicerentur, ne idem apud Aſtygitanos contingeret, commode Philippus Rex noſter, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo in Andaluſiam iter facturus, pro ſua benignitate ad tenue hoc monaſterium S. Mariæ in Valle deflectere voluit: cui ſupplicem libellum obtuli, petiique ne antiquum S. Florentinæ xenodochium, quod ego id temporis procurabam, alteri alicui annecteret; ne jam relata celebris ſolennitas intercideret, & memoria hujus Sanctæ aboleretur.

veſtigia cellarum,

facellum, altare.

Aſtygi hoſpitate & Sodalitas.

6 Quotquot etiam nunc vivunt homines, cum deſiderio teſtari poterunt, devotionem erga Dominam noſtram S. Mariam de Valle, D & erga ſanctam imaginem Divæ Florentinæ; eamque ibidem vixiſſe cum ſanctis Virginibus monaſterii illius. Avi & majores narrarunt nepotibus ſuis, pietatem erga viam quæ ducit in monaſterium, vocaruntque Viam Virginum: quæ ab ipſo templo ſanctæ Crucis uſque ad monaſterium reſperſa quondam fuit ſanguine ſanctarum Virginum, quæ ibidem ſub diſciplina S. Florentinæ vixerant, & martyrio coronatæ fuerant ab infidelibus; ab hæreticis ſcilicet Arianis, aut Mauris deſtructoribus Hiſpaniæ. Et hi quam barbare trucidarint Cordubæ Chriſti fideles, cognoſcitur ex libro S. Eulogii. In eadem via occurrit ponticulus, Virginum appellatus; ibidemque erectæ ſunt ſtationes ſimiles illis, per quas Chriſtus in ſua paſſione tetendit ad montem Calvariæ; eaſque magna cum devotione, ob piam hanc conſiderationem, obeunt. Viſitur ibidem porta parvula antiqua in marmore inciſa, quam ferunt harum quoque Virginum ſanguine illitam fuiſſe cum à barbaris E victimæ trucidandæ raperentur. Ad rei hujus confirmationem noſtra memoria quædam femina, Maria Alonſo dicta, aſſerit ſe, cum ſummo mane ex more ad monaſterium iret, conſpexiſſe Virgines ardentibus candelis inſtructas, & in ſupplicationem digeſtas: oſtenditque paſſim oblatum ſibi cereum, quem ſervat in horam mortis uſque. Quo circa ob reverentiam harum rerum, & devotionem erga magnum illud ſanctuarium, plurimi Aſtygitani, nudis pedibus aut flexis etiam poplitibus, magnam hujus viæ partem terere conſueverunt, donec imaginem Matris Dei, & locum, à Florentina & à ſacris Virginibus Chriſti Martyribus habitatum, illiuſque ſacellum & ſepulturam oculis ſuis conſpexerint. Si teſtibus oculatis fides adhibenda, mihi plane credendum, qui duos annos in hoc monaſterio exegi, qui inter alia, ſingulis potiſſimum Sabbatis confertam turbam ad matutinum Sacrum confluentem, atque ad portam natantibus pietate oculis præſtolantem, egomet vidi. F

Via Virginum Martyrum ſub Mauris,

in proceſſione apparentium.

D. P.

8 *Roa, ubi de Sanctimonialium Monaſteriis agit pag.* 144, *primo loco collocat* Parthenonem S. Florentinæ, *tamquam ſitum intra urbem, atque adeo diverſum ab illo, cujus in Valle poſiti ad ripam fluminis ſupra meminimus; ab ipſa tamen ſimiliter fundatum gubernatumque, de quo ita loquitur:* Mox atque recuperata de Mauris Aſtygis fuit, Chriſtiani aliqui eremitorium ibidem conſtituerunt, ſub invocatione S Florentinæ: quo cum temporibus præteritis piæ quædam mulieres ſe recepiſſent, citra ſpecialem ullam Regulam, contigit earum unam, ex Hebræis converſam ſerioque intendentem exercitiis pietatis, cum particulari affectu erga Sanctam; videre ipſam, palam conſpicuam; monerique, divinæ voluntatis eſſe, ut quotquot iſtuc ſe receperant, ad ſtatum tranſirent perfectiorem, ibique fundarent monaſterium ſub habitu & regula S. Dominici. Hoc cum innotuiſſet per civitatem, varii mox Equites filias ſuas & facultates novæ fundationi obtulerunt, quæ creditur initium habuiſſe circa annum MCCCCLX. Vivebant tamen abſque clauſura Virgines illæ per tempus aliquod, quoaduſque civitati gravis ſupervenit peſti-

Parthenon S. Florentinæ

circa an. 1460 fundatum ſancta bis apparente.

li-

A litas. Huic cum remedium ardenti prece poſtularent à ſancta Religioſæ ; uni earum apparens illa, ſignificavit, ceſſaturam luem, ſi ipſæ ſeſe obſtrinxiſſent voto clauſuræ perpetuæ. Nec defuit promiſſo fides. Nuncupato enim voto tali, reſedit malum; exindeque ibidem clauſura perſeverat, quam ſervant hodiedum Sanctimoniales ad centum ſexaginta. A

DE SANCTA AVATIA,

IN AGRO BELLUNENSI DOMINII VENETI.

D. P. Notitia cultus ex Philippi Ferrarii Catalogis Sanctorum.

Defectu monumentorum Bellunenſium,

ILluſtrare noſtro modo deſideravimus aliquoties Sanctos Eccleſiæ Bellunenſis : *ſed nulla inde monumenta hactenus potuimus aſſequi & neceſſe habuimus, cum ita res exigeret, pauca hinc inde collecta proferre*, de Sancto Salvatore, *Epiſcopo Bellunenſi, ad diem* III *Januarii*; *atque de* Sancto Joatha, *Martyre & Patrono*, XXII *Maji. De hoc autem aliquod encomium, ex antiquis Lectionibus, ſuppeditavit nobis Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ex hujus altero Catalogo, ut vocat Generali, eorum ſcilicet, qui non ſunt in Romano Martyrologio, nunc accipimus notitiam præcitatæ Sanctæ, his verbis*; *Ferrario allegatorum* Apud Bellunum B. Avatiæ, *additque in Notis ejus* Ex monumentis Eccleſiæ Bellunenſis : cujus, Acta, *inquit*, Mss. in antiquo Miſſali Ms. pergameno deſcripta, nuper tranſmiſſa ſunt. Ejus dies teſtus die præſcripta una non abſque incolarum & vicinorum populorum confluentia celebratur. B

2 *Quamquam vero idem Ferrarius, in Sanctorum Italicorum Catalogo*, Avitiæ *non meminerit ad hunc diem*; *haud tamen omnino eam tunc ignoravit. Siquidem ad* XX *Julii ab eo texitur elogium cujuſdam* S. Luxani, *Brixinonenſis quidem in Rhetia Epiſcopi, ſed Brixinonenſibus ignorati*; *qui Sede pulſus, ad Bellunenſes confugerit*, in Vallem Agordiam; ubi, *inquit*, uſque ad obitum, Avatia pia femina (quæ in ea valle templo ſibi extructo colitur) victum miniſtrante, manſit. *Hanc ego vallem eſſe reor, quam fluvius interſecat, Cordevolus in tabulis dictus, intra Bellunum atque Feltrium, Plavio Bellunum præterlabenti ſe miſcens*; *ibi enim,* XII *milliario à Bellunenſi civitate, notatur* Caſtellum Agordinum, *& longius etiam, oppidum* Agorum *ſive* Agordum, *ambo apta nomen dare valli illi.* *ex ipſo ſolam damus notitiam cultus* E

3 *Sed in iſtius S. Lucani Actis, qualia ex monumentis Eccleſiæ Bellunenſis accepiſſe profitetur Ferrarius*, quædam *ejus judicio* continentur fabulis proxima; *certe ea ipſe inde narrat, quæ ex fabuloſa S. Gerontii Ficoclenſis Vita, à nobis* IX *Maji repudiata, videtur ſumpſiſſe Auctor, de ejus profectione ad Romanum Pontificem miraculis illuſtrata. Quare expectamus, ut tum Vitam illam qualemcumque invariatam accipiamus ex ſuo fonte*; *contenti interim certi eſſe de cultu, quem habemus ex Ferrario probatum. Eumdem recentibus anni* MDCXCII *litteris nobis ex Collegio Tridentino confirmat P. Franciſcus Parthenis, in eam curam incumbere juſſus à Rectore ſuo P. Paulo Friſch, poſt imploratum Vicarii Generalis Bellunenſis auxilium, nihil amplius reperiri nuntians.* *donec prodeant Acta, licet parum ſincera.*

DE SANCTO GOBANO,

C

PRESBYTERO HIBERNO ET MARTYRE, F

APUD SUI NOMINIS OPPIDUM IN FRANCIA.

COMMENT. PRÆVIUS R.D. SUPPRIORIS GENLIACENSIS.

De ejus oppido, eccleſia, cultu.

Oppidum Gobani,

POſitum *eſt in Inſula Franciæ oppidum quoddam, cui nomen* S. Gobani *eſt, vulgarique Idiomate* Sainct Gobain, *ad montis cujuſdam cacumen, ſilvis fere undequaque cinctum, loco horridum, ſimileque antiquis eremi Thebaicæ ſpeluncis ac ſeceſſibus, diſtans horis duabus ſeu leucis* Calniaco, *urbe ad Iſaram poſita, totidemque Farra ac Præmonſtrato, totius Ordinis ejuſdem nominis archicœnobio. Id quidem omnimode antiquitatem ſapit; nam ad ejus ſeptemtrionale latus Caſtrum quoddam, præciſæ altiſſimæque rupi inſitum, turribus undique rupi adjunctis ex quadrato lapide communitum, ita inſpectores allicit, ut nec Cuſſiacenſe nec Solembracenſe, quamquam vicina admirandaque ita ſapiant antiquam ætatem, fumoſaſque imagines. Id tamen (neſcio quo caſu) dirutum deſertumque veterum adhuc mœnium firmiſſimorumque propugnaculorum fragmenta ſervat hucuſque, quæ dirutorum augeant mœrorem, integrorum ſalvorumque cupidinem.*

2 *Hic igitur locus, primus quidem ſuis initiis abjectus fuit, aliudque nihil quam ſilva denſiſſima, ſolis obvia feris animalibus : ſed cum, diſponente ſuavius Domino, S. Gobanus Presbyter & Martyr, ex Hibernia in Galliam transfretans, cum multis aliis divini verbi præconibus, eamdem ſibi à Deo deſtinatam intellexiſſet*; *è ſilva faciens ſibi famuloque ſuo Eremum, fecit proceſſus temporum, ut locus is ex diutina manſione*, Eremi-mons (*vulgo* Le mont d'Hermitage) *appellaretur. Nec fruſtra nomen loci immutatum, cum qui ſolis olim incolebatur feris, poſtea à Sancto Eremita factori rerum omnium dicaretur. Ibi itaque* S. Gobanus, *inſudans vigiliis & orationibus diu* *cui dicata*

A *noctuque, unam ecclesiam ex oblationibus fidelium construit (inquit Legenda)* propriis manibus in honorem S. Petri Apostolorum Principis, *loco ei antea concesso à Rege Francorum Lotario* III *filio Clodovæi* II.

ecclesia loci

3 *Dicata primum quidem Ecclesia Sancto Apostolorum Antistiti Petro : sed cum eam suis orationibus gemitibusque Gobanus sanctificasset, successu temporum nomen fundatoris, uti & totum oppidum retinuit. Illius itaque nunc atque ab annis pluſquam quingentis Patronus habetur* S. Gobanus, *qui primus sub alieno patrocinio fundator. Templum illud amplum, elevatum muris lapidum quadratorum, maxime vero sanctuarium augustum, formam præseferens Abbatiæ cujusdam insignis Ecclesiæ. Et sanctuarium illud quidem duplex, utrumque solidis extructum fornicibus ; aliud quidem inferius ac subterraneum, amplum satis & spatiosum, ubi altare fonteſque, quos Gobanus percusſâ baculo rupe maximo eduxit miraculo; cujus aquis infirmi complures indies sanantur. Aliud superius, cujus altare majus* S. Gobano *dicatum, insigne est,*

B *ut aliæ ejusdem templi aræ omnes. Inter navim & sanctuarium antiquus umbo, affabre ex ligno factus, designat vetustatem longam, quod rarum in ecclesiis Galliæ ruralibus. Atque ad dexteram intrantium ad parochialem hanc Ecclesiam, extat insignis locus, elevatus tribus fornicibus, quo per gradus ascenditur ; cujus frontispicio inscribitur Gothico charactere antiquo* (ô Gobane gratiam impetres & gloriam his qui tibi serviunt) *& post latinam hanc periodum, Gallice scriptum* Hæc thesauraria S. Gobani extructa fuit anno MDXXXIV. Ora pro illis. *Ibi olim Corpus* S. Gobani, *& nunc caput ejusdem recondi solet, ut in tutiori secessu, ecclesiæque secretiori loco.*

olim prioratus conventualis, nunc secularis cum capellania & parochia.

4 *In ea pariter Ecclesia Monachi Benedictini, S. Vincentii extra Laudunenses muros, possidebant conventualem Prioratum, ubi Patres quinque vel quatuor publicis ecclesiæ muneribus fungebantur : unde & adhuc, ad Meridianam Ecclesiæ partem, apparent nonnulla vestigia cujusdam dormitorii, in quo conventualiter agebant ; & cui subjacebant aliæ regulares officinæ, ad communem vivendi modum necessariæ. Lucas Acherius, in Notis ad Chronicon Guiberti Abbatis de Novigento, pag.* 650, *de* Regincro *Vincentiano* Abbate, *Corbeiâ oriundo, agit, cui dat* Elinandus

C Antistes Laudunensis (*ab anno* MLII *ad* XCVIII) altare S. Gobani, quod & in Prioratum erexit. *Hic vero Prioratus extat adhuc, sed commendatario Priori ex indulto Sedis Apostolicæ commissus, quem occupat Dominus de Meaux, antea Archidiaconus cathedralis Ecclesiæ Laudunensis. Ibidem denique præter Parochiam, inest insignis Capellania, S. Gobano dicata, certisque dicata proventibus annuis, quam possidet Burdinus vir nobilis, olim Canonicus & vicarius cathedralis Ecclesiæ Noviomensis, totiusque Episcopatus.*

Reliquiæ

5 *Olim corpus integrum, integrumque caput Sancti Martyris Gobani asservabatur in sacrario hujus Ecclesiæ, quod eo fine constructum fuerat uti diximus : sed turbinibus bellorum, Galliam hasque potissimum partes regni extremas infestantibus, corpus huc illucque transportatum, illic isticque à singularibus templi custodibus abditum ita latuit ; ut à multis jam annis inveniri non potuerit. Sunt tamen qui dicant furore hæreticorum oppidum expilatum, castrum diruturn, corpus S. Athletæ combustum, solumque caput restasse, cautelâ majori abscondi-*

D *tum : quod argenteâ inclusum thecâ in dicto ecclesiæ sacrario usque modo visitur, annisque singulis ipso die festo* S. Gobani *qui incidit in* XX *Junii, cuncto populo ostenditur, & peregrinis eo properantibus. Superstat in hanc pariter diem tumulus Sancti Martyris seu loculus, quem in ecclesiæ quasi medio cernere est, unico prægrandi lapide constructus, ubi olim conditus Sanctus : in quo nihil prorsus præter lapideum cervical, respiciens ad anteriorem ecclesiæ partem ; obstructus autem nunc lapide superim posito, cui binæ insident co-*

E *lumnæ, columnisque lapis alter quadrangularis, longus quinque pedum, trium que elevatus, quem tegit tapes ab incolis datus ad sui tutelaris reverentiam.*

sepulchrum

6 *Duplex quotannis festum Sancti Martyris agitur in ecclesia præfati oppidi : unum quidem principali die* XX *Junii, quo Sanctus hic gladiis impiorum obtruncatus ad superos transiit : aliud quidem inferius, quo translationem corporis ejus celebrant ; & hanc non certâ die, sed semper feriâ quartâ infra octavam Pentecostes. Ac primum quidem festum ibi olim celeberrimum agebatur, maxime sub temporibus quibus Monachi S. Vincentii Laudunensis coloniam Fratrum divinis instantem illic ex assignatis proventibus alebant. Sub id temporis etenim, totum Officium diei noctisque cum propriis S. Gobani Lectionibus per totam Octavam à* XX *Junii ad* XXVII *diem inclusive agebant Monachi, ut constat ex uno illorum codice pergameno adhuc superstite, quo vita Sancti Martyris, in varias partita lectiones distribuitur in lectionario veteri per totam hebdomadam. Missa etiam illius propria cum Prosâ seu sequentiâ non incongrue compositâ, quam hucusque per totam Octavam decantant. At ubi conventus Fratrum desiit, solusque ibi commendatarius Prior cum Parocho resedit ; factum quidem S. Gobani Officium, sed jejuniori penso, rescissis per totam Octavam Matutinis, ut ex recentioribus constat ecclesiæ libris. Porro erui Legendam cum passione illius ex antiquo codice Ms ; ubi integrum illius Officium, quem codicem opinor fuisse olim Monachorum Vincentianorum dicti Prioratus ; sequentiam vero ex Missali Ms. pergameno. Habet mentionem S. Gobani novum processionale Laudunense, impressum Lauduni anno* 1664 *instantia curisque illustrissimi & Eminentissimi Laudunensis Episcopi Cæsaris Estræi, S. R. E.* Cardinalis, *qui eumdem in Letaniis Diocesis propriis accensuit Sanctis, Laudunensis Episcopii illustratoribus.*

cultus publicus & vita

F

7 *Hactenus vir diligentissimus* Presbyter veteris instituti ordinis Præmonstratensis, *vetustis Codicibus complures illustrium Sanctorum Vitas manu propria transcripsit ; tunc, cum hanc* S. Gobani *mitteret,* Genliacensis monasterii apud Calniacum supprior *: à cujus erudita solertia postea accepit Respublica litteraria, insigne* supplementum de scriptoribus vel scriptis ecclesiasticis, à Bellarmino prætermissis, usque ad annum MCCCCLX, *editum Parisiis* 1686. *In sequentia ad Missam, quam idem nobis transcripsit, invenitur nomen Regis, prætermissum in Vita, scilicet* Clotharius *: recteque æstimatur is fuisse hujus appellationis* Tertius *: quippe qui ab anno* DCLVI *ad* DCLXX *regnum in Neustria ac Burgundia tenuit. Hoc autem tempore etiam S. Furseus S. Gobani Ordinator vixit ; mortuus (uti Henschenius monuit in notis ad Vitam S. Madelgisi Eremitæ* XXX *Maji litt.* e) *circa annum* DCL. *Hinc porro sequitur Vitæ auctorem, cum scripsit*

a

A *à Wandalis occiſum* S. Gobanum, *non eſſe intelligendum de ita proprie dictis Wandalis, longe anterioribus; ſed ex uſu medii ævi ſcriptorum, quoſcumque Barbaros Galliam vaſtantes Wandalorum nomine deſignantium.*

VITA

Gobani natione Hiberni

1 MUndi Salvator, humanæ calamitati compatiens, poſtquam omnia Incarnationis ſuæ myſteria, ad reparationem generis humani convenientia, Patri obediens conſummaſſet; & diſcipulis ſuis præcipiens dixiſſet, Euntes in mundum univerſum, prædicate euangelium omni creaturæ; quidam petierunt quamdam inſulam, in Occiduo ſitam, quæ dicitur Hibernia, incolarum ejus corda corroborare & confortare in fide Catholica; de qua cognoſcimus ſanctum Martyrem Gobanum, æterno Regi ſacerdotem dilectiſſimum, non ex infima ſed inſigni proſapia fuiſſe progenitum. Hic denique elegantiſſimus puer
B ætatem benignæ ſuæ juventutis deducens, ſacrarumque litterarum ſtudiis deditus, bonæ indolis eſſe ſatagebat: Domino Deo omnipotenti ſerviens, condidit cælo theſauros, quo perciperet eos dum à glebis corporis flatus animæ ejus diſgregaretur. Omnia quoque pro nihilo terrena parvipendens, in eleemoſynis pauperum largus, & in crebris pernoctationibus pervigil; ut ei placeret, cui ſe totum mancipaverat, ſemper affectabat. Corpus ſuum *virtutes.* ab illicitis carnis voluptatibus abſtinens, illecebroſa mundi gaudia deceptoribus miſeris amabiliora vitabat; omniumque congeriem virtutum in ſcrutinio mentis ſuæ recondere feſtinabat; ut diſcipulus ejus effici mereretur, qui fidelibus ſuis chariſmatum octo Beatitudines promiſit. Erat namque omnibus amabilis Gobanus, mutuo alloquio affabilis, converſatione manſuetiſſimus, lætiſſimus facie, ſereniſſimus mente, ſitiens nanciſci dicta Pſalmographi David, Ibunt Sancti de virtute in virtutem.

Fit Presbyter à Furſæo cum aliis x ſociis,

2 Eo tempore vir quidam venerabilis, Furſæus *a* nomine, dignus Deo Epiſcopus, in
a Pſ. 83, 8 ſupradicto pago Pontificalem adminiſtrabat dignitatem; qui Sacerdotali plane reverentia plenus, omnibuſque degentibus in ſpatio parochiæ ſuæ memorandus, atque nimium laudabilis habebatur. Hic namque memorabilis
C vir omnem Diœceſis ſuæ Clerum convocavit in unum, ut eos ad ſacri Ordinis gradum promoveret. Juſſu igitur Epiſcopi Gobanus & *b* Nerviſandus, Foillanus *c* atque Giſlenus, Etho *d* & Vincentius, Adelgiſus & *e* Mommolenus, Eloquius *f* & Godelgerus, Guillebrodus *g* & Melbœnus, & ceteri ordinati, ad ſacri conſecrationem Presbyteratus tranſcendunt, & Sacerdotalibus titulis decorati, ad proprium manſionis ſuæ habitaculum redierunt. Supradicto verò S. Gobano ſacris benigne veſtibus infulato, & cum gaudio revertenti, quidam cæcus, famam ejus audiens, obviavit; atque inceſſanter ei ſupplicabat, ut ejus orationibus ab infirmitate ſua incolumis efficeretur. Quod diu abnuens, dicens, Ad hoc me indignum fore certò profiteor; condolens tamen longa cæcitate afflicto, precibus ejus acquievit; & pietate perculſus, ſtatim

Illuminat cæcum,

rogaturus pro eo dominum ad terram ſe proD ſtravit, ut viſum reciperet. At ubi ab humi EX MS. facie devote ſurrexit, ſuper oculos ejus ſignum ſanctæ crucis impreſſit, & continuo viſum recepit. Cumque vicini & parentes ejus audirent ita illuminatum, laudaverunt Regem Angelorum, qui per famulum ſuum Gobanum hoc dignatus eſt operari.

videt Dominum,

3 Quadam Dominica nocte, cum ſuperius memorati Sancti corpora ſua ſopore humano aggravata quieti dediſſent; his cunctis una hora vel uno momento Dominus Jeſus Chriſtus apparuit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Omnibus quidem à ſomno excitatis, mentibus eorum hujuſmodi cogitatio incidit, quo omnes ad Epiſcopum Furſæum unanimes convenirent: quos ut vidit Epiſcopus, omnes in unum, Pontifex fraterna viſitatione, & Fratres Epiſcopali ſuſceptione lætabantur. Cumque mutuo loquerentur, S. Gobanus exorſus eſt dicens: Mihi, fratres, in ſtrato meo ſoporato viſum eſt, Dominum aſſuiſſe proferentem, Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum quod vobis paratum eſt à conE ſtitutione mundi. Quod cuncti pariter audientes, protulerunt ſe tali modo vidiſſe eamdem viſionem: & Spiritu ſancto eos repente *venit in Gallias* illuſtrante, ipſi pariter ſe eſſe ituros in Galliam teſtabantur, reminiſcentes verbi Jeſu Chriſti, dicentis diſcipulis ſuis: Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Tunc Pater Furſæus eis dixit: Quis hujus rei exitus vobis videtur? Cui ſupradicti athletæ Dei reſponderunt dicentes; Hæc viſio veriſſime cogit nos patriam noſtram relinquere, & ultra mare in peregrinationem proficiſci; & quæ illis in itinere neceſſaria videbantur, ſtatim præparaverunt. Et rura ſua & domos, cognatos & parentes, vicinos & quæ poſſidebant dimittentes, petierunt exinde littus maris.

ſedat tempeſtatem

4 Beatus Gobanus, cum ad littus maris cum ſociis ſuis perveniſſet, ſubito magna tempeſtas orta eſt, & omne pelagus undiſonis undique procellis vertitur; animoſque eorum percellente formidine, confeſtim triduanum jejunium ſibimet ipſis indixerunt. Peracto jejunio, ad S. Gobanum convenerunt, dicentes; Frater ſanctiſſime, omni probitate referte, omnes F deſideranti animo volumus te hodie ſacratiſſimum myſterium Miſſæ celebrare: nam te nobis ſanctiorem fore ſcimus, per quem Dominus cæco optabilem viſum reſtituit. Dixit autem eis B. Gobanus, Nolite quæſo talia *dicendo Miſſam.* Fratres proferre, qui me vobis admodum deteriorem proloquor. Quem ut rurſum admonuerunt, vocibus eorum annuit, minimè auſus obedientiam amplius omittere: & ſacris veſtibus Sacerdoti aptis, accepta maximâ ab eis benedictione, ſe velociter induit Cumque perveniſſet ad ſecretæ Miſſæ orationem, ſtatim gratiâ Dei in mari magna facta eſt tranquillitas, ventis procelliſque miteſcentibus, jubente domino: & confeſtim aſcendentes navium robora, veloci navigio ad ulteriora Domino ducente appulerunt littora.

5 Deinde vero petierunt monaſterium Corbeiæ, dicatum in honore S. Petri Apoſtolorum

A rum Principis ; ubi ab incolis loci illius honorifice ſuſcepti ſunt. Trium dierum & amplius iter peragentes, ibi permanſerunt, & loca in quibus unuſquiſque Domino ſuo factori ſervire potuiſſet, nominatim elegerunt. Deinde unicuique compari ſuo mutuo [oſculum] præbentes, ſtatim ad loca ſeceſſerunt, quæ nominata antea fuerunt. Tunc inſignis Pater Gobanus in Lauduni pago quamdam Eremum, quæ vulgo Eremi-mons dicitur, propere petivit. Cumque illuc perveniſſet, longo itinere admodum fatigatus ſoporeque aggravatus, humi baculum ſuum infigit, cappamque ſuam ſub caput ſuum poſuit, ac ſe libenter ad terram proſtravit. Deinde alloquitur famulum ſuum ; Tu me vigilanti animo cura ſoporantem, nam multum ſopori me tradere cupio. Ipſo ſoporante viſum eſt ei totum Pſalterium cantare, uſque ad hunc Pſalmum, Memento Domine David: eumdemque Pſalmum [proſequi:] uſque ad hunc verſum : Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Unde cum ſe Beatiſſimus Gobanus excitando levaret ex loco, in quo baculus fixus fuerat, continuo largiſſimæ fons aquæ emanavit : de quo multimoda congerie infirmitatum diverſorumque dolorum captis male & aggrovatis, Dominus ſalus omnium, per merita glorioſiſſimi Martyris ſui Gobani, tranquillam & benignam ſanitatem pie reddit. Quapropter cum illic tanta miracula fieri miraretur, ſciens atque certiſſime cognoſcens, illum locum vere eſſe congruum ad ſerviendum Deo omnipotenti, qui cuncta ex nihilo fecit ; miniſtrum ſuum alloquitur dicens: Pro certo poſſumus ſcire, quod Dominus noſter velit nos hic habitare.

EX MS. *Venit Corbeiam*

& intrat Lauduneuſe territorium :

educit è rupe fontem aquæ.

B

6 Tranſactis deinde aliquot diebus, Beatus Sacerdos & Martyr Gobanus petiit feſtinans Laudunenſem B. Mariæ Eccleſiam orare. Cumque ad Laudunum montem, qui antiquo ſermone Bibrax nuncupabatur, ſemper ad ſequentiam Pſalterii intentionem cordis ſui dirigens, aſcendiſſet ; caſtra ſupradictæ civitatis cum reverentia & manſuetudine intravit ; & ipſo ad majoris templi Genitricis Dei limimina appropinquante, cæcus quidam & alter mutus, jacentes in introitu, uterque ad eum clamavit : Pie Sacerdos Dei, noſtri miſerere. Quos ut vidit, invocans ſupplex cernuo vultu ineffabilem clementiam Dei omnipotentis, cæco viſum reparavit, necnon muti linguam diſertam reddidit. Poſtea eo illius templi & ceterorum loca Sanctorum perluſtrante, fama ejus in omnem civitatem volans, perſonuit uſque ad patulas aures ..... Regis, qui tunc honorem regni digne ſuſtentabat, commonuitque ſtatim Gobanum ut ante conſpectum ſuum accederet. Ad quem cum perveniſſet, allocutus eſt eum : O Frater mi, unde & ex qua progenie es tu ? Reſpondit : Ex provincia Hiberniæ inſulæ progreſſus ; atque ex proſapia Scotorum natus, propter amorem Chriſti huc adveni ; Ideoque ante te Clementiam tuam implorans venio, quatenus in iſtius pagi ſolitudine locellum mihi tradas. Cui Rex inquit, quod aptum ſervitio Dei & amabile in oculis tuis viſum fuerit, tibi libenti animo perpetualiter concedam. Moxque quemdam domeſticorum ejus cum eo redeunte direxit, ut ille ſupradictus locus ſub regali adſtipulatione in ſervitio Dei ſtaret in ævum.

Lauduni ſanat cæcum & mutum.

C

Rex franciæ eum vocat:

obtinet locum Eremi-montis,

7 Denique ille glorioſiſſimus Sacerdos Dei Gobanus ſtrenue cœpit propriis manibus ſuis eccleſiam in honore ſancti Petri ædificare, in qua jugi oratione aſſiduiſque pernoctationibus conſtanter perſeverabat, ut ineffabilem gratiam Dei mereretur adipiſci. Manebat autem Sacerdos Altiſſimi Gobanus in ſuo deſerto, deprecans Deum pro Domino Rege qui ei conceſſerat voluntate bonâ & laudabili locellum ad manendum & [orandum] pro peccatoribus, ut Dominus illos per ſuam miſericordiam dignaretur convertere à via ſua mala & peſſima ; quia tunc in illis partibus erant multi maligni & odioſi homines, qui nihil amabant niſi peccatum & bonis inferre blaſphemiam. Sed nihil proficiebat ſuis precibus Deo gratioſis, ſuiſque ſuaviſonis exhortationibus ad populum ; eo quod totus mundus tunc eſſet in maligno poſitus, & omnes declinarent & ſimul inutiles facti eſſent. Dicebat frequenter illud ſacri eloquii ; Dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de Libro viventium quem ſcripſiſti. Cui Dominus attendens, dixit ei aliquando in viſione per noctem : Serve mi Gobane, mundus quidem gaudet, & tu triſtis oras & luges ; ſed expecta paululum, & triſtitia tua vertetur in gaudium : nam tu me inceſſanter interpellaſti pro eis condonandis, ideo puniam eos temporali miſeria, ut caſtigati non amittant æterna præmia. Venient intra paucos dies Barbari homines qui priſcis Wandalis ſucceſſores acerbiores, tuam deridentes vocem, coronabunt labores tuos præmio martyrii. His auditis beatus Sacerdos confortatus eſt, eo quod debebat ſubire mortem pro Chriſto, ſciens illud ſcripturæ quod ei antea jam dictum fuerat : Qui non odit patrem & matrem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Venerunt igitur hi Wandali & barbari homines : & illorum aliqui intrantes ex improviſo in Eremi-montem, ubi beatiſſimus Pater Gobanus orabat Deum ſuum, amputato capite illum ferociter occiderunt. Fuit autem poſtea humatus cum cereis & cantu in eccleſia quam ædificaverat ſancto Petro Apoſtolo, & ſepulcrum ejus fuit multis miraculis frequentatum à populis, reddens greſſum claudis, viſum cæcis, auditum ſurdis, facienſque multa mirabilia poſt mortem, ad laudem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem prædicaverat per vitam, qui vivit & regnat cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

monet peccantes

D

Exodi 32.

admonetur martyrii,

E

gladio occumbit.

Luc. 14

F

SEQUENTIA AD MISSAM.

Ortus in Hibernia, pullulat in Francia,
ſanctitatis floſculus:
Quem inſignem moribus, ſociat Martyribus paſſionis titulus.
Monet hunc in ſomnio inſpirata viſio exire de patria.
Duodena concio, felix eſt exilio, tanti patris ſocia.
Radiant miraculis, & virtutum titulis, latere non potuit:
Dum cæcos illuminat, languores exterminat, omnibus innotuit.
Per hunc cœpit incoli Eremi-mons, Clotarii, datus beneficio.

In

A In deſerto lilium, roſa fit per gladium,
felici martyrio.
Irruentes Wandali regno, causâ ſcandali,
Sanctum interficiunt.
O Gobane, gratiam impetres & gloriam,
his qui tibi ſerviunt. Amen.

ANNOTATA D.P.

a *Colitur* S. Furſæus 16 *Jan. ubi Vita data, non ſine mentione* S. Gobani, *qui ibi* Golbona *nuncupatur.*

b Nerviſandus, *necdum aliunde notus, vereor ut hic habeat recte ſcriptum nomen.*

c S. Foillanus, 31 *Oct.* S. Giſlenus, 9 *ejuſdem; ſed hic vereor ne æque gratis adducatur ex Hibernia, quam ſui eum adducunt ex Græcia, cum Francicum nomen ſit.*

d S. Ethonis *Vitam illuſtrabimus* 10 *Julii: qui autem huic additur* S. Vincentius, *eum ſuſpicor eſſe* S. Vincentium Madelgarium, *S. Ethonis ſuſceptorem, maritum S. Waldetrudis, perperam adnumeratum Hibernis.* D

e Adelgiſus & Mummolenus, *necdum nominantur inter Eremitas ſanctos, vel Monachos Franciæ incolas: nomina videntur Francica.*

f S. Eloquius *fuit Ab. Latiniacenſis colitur* 3. *Decembr. quando licebit quærere in ſocium hic ei additum,* Godelgerum.

g *Si intelligitur* S. Willibrordus, *Friſonum Apoſtolus, non ex Hibernia is, ſed ex Britannia venit.* Melboëni *nomen facile erit apud Hibernos invenire, & forte etiam inter Sanctos: non tamen eum qui in Galliam tranſierit Sanctuſque habeatur. Videntur autem nomina iſta duodecim fere gratis congeſta.*

B

DE S. ALDEGUNDE VIRGINE, E

TRUNCHINII, APUD GANDENSES IN FLANDRIA.

G. H.

De ejus Reliquiis & cultu, una cum S. Baſino patre.

SEC. VII.

Trunchinii monaſterio per S. Amandum erecto

ANtonius Sanderus, lib. 4 Gandavenſium rerum cap. 6, deſcribit Trunchinium, vulgo Drongene, nunc Ordinis Præmonſtratenſis cœnobium, & de ejus origine ex ejuſdem cœnobii monumentis Mss. iſta profert: Primam hujus loci eccleſiam in pago Mempiſco, ſuper fluvium Ligiam, Deiparæ Virgini ſacram, à S. Baſino Regulo & Martyre conſtructam & dotatam, B. Amandus, Trajectenſis Epiſcopus & Gandavenſium Apoſtolus, Collegio Canonicorum, ſive (ut veteres loquebantur) monaſterio Clericorum in communi viventium, decoravit circa annum DCXXXXIII ... *Id* anno MCXXXVIII *traditum eſt* Ordini Præmonſtratenſi, *eique hactenus* C *permanet. Ad Vitam S. Amandi* VI *Februarii* §. V. *egimus de Gandenſibus ab eo converſis, & tribus ibidem extructis monaſteriis; quorum tertium eſt dictum* Trunchinium: *in quo S. Baſinus ſolenni officio ſub ritu triplici, ut ipſi vocant, colitur cum Octava die* XIV *Iulii. Hujus S. Baſini filia fuit* S. Aldegundis Virgo, *cujus itidem feſtum, etiam ſub ritu triplici cum Octava in dicto monaſterio celebratur hoc* XX *Junii: ad quem diem Molanus, in Natalibus Sanctorum Belgii, ex monumentis Trunchinii, iſta ſcribit:* In Trunchinio S. Aldegundis Virginis, filiæ B. Baſini Regis & Martyris. Hæc tempore B. Amandi Deo ſervivit in Trunchinio prope Gandavum: ubi etiam cum patre quieſcit in Abbatiali Eccleſia B. Mariæ Ordinis Præmonſtratenſis, in peculiari feretro. Feſtum unicum habet die XX Junii. *Hæc Molanus, qui ejuſdem meminit in prima editione Additionum ad Uſuardum; eumque in hoc ſecuti ſunt Sanderus in Hagiologio Flandriæ, Miræus in Faſtis Belgicis, Sauſſajus in Martyrologio Gallicano, Caniſius in Martyrologio Germanico, Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus in Martyrologiis Benedictinis, ac denique Ferrarius in Catalogo generali. Habemus Officia propria monaſterii Trunchinenſis excuſa: in quibus ad hunc* XX *Junii præſcribitur Antiphona iſta:* Hæc eſt quæ neſcivit thorum in delicto: habebit fructum in reſpectione animarum: *& additur Oratio:* Deus, qui nos Beatæ Aldegundis Virginis tuæ annua ſolennitate lætificas; concede propitius, ut ejus adjuvemur meritis, cujus caſtitatis irradiamur exemplis, *Reliqua ſumuntur de Communi Virginum. In Ms. Florario Sanctorum, ad diem* XIII *Novembris, iſta leguntur:* Tranſlatio S. Gengulphi Militis & Martyris. Item Aldegundis Virginis filiæ Baſini Regis. *Ad Patris natalem* XIV *Julii, de ortu & adventu utriuſque latius agetur. Demum Feria ſexta per annum in Officio parvo B. Mariæ fit Commemoratio* S. Aldegundis *Virginis per Antiphonam* Hæc eſt quæ neſcivit *ut ſupra, additurque Verſus* Specie tua, *& Oratio* Indulgentiam nobis, quæſumus Domine, B. Aldegundis Virgo imploret, quæ tibi grata ſemper extitit & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis.

memoria in Faſtis,

Antiphona.

Oratio.

Item 13 *Novemb.*

cultus S. Aldegundis,

A D

DE SANCTA IDA,

GANDAVI IN FLANDRIA.

G. H.

Reliquiæ inventæ. Notitia ex Molano ad alios derivata.

DEpositio S. Idæ, cujus corpus quiescit Gandavi, in parochiali Ecclesia S. Joannis, quæ nunc est * Collegiata S. Bavonis, Natalem tamen ejus Canonici non celebrant. Quid autem fecerit parochialis Clerus ante eorum adventum ignorant. Illud tamen in confesso est, magnam olim in ecclesia S. Joannis peregrinationem, multamque populi devotionem in die obitus S. Idæ ad ejus altare & tumbam contigisse. Sed quæ postea supervenerunt in eamdem ecclesiam Bavonis, Livini & aliorum celeberrimæ certissimæque Reliquiæ, videntur memoriam S. Idæ obscurasse.

* *imo* Cathedralis

Peregrinatio,

altare, tumba:

B *Reliquiæ.*

2 Cum autem Cornelius Jansenius, primus felicis recordationis Episcopus, feretra ecclesiæ suæ visitaret, quæ annis fere duobus ob Guesiorum persecutionem in locis secretis & subterraneis latuerant; in unius scrinii schedula reperit scriptum, Reliquiæ S. Idæ Virginis & Martyris; cum tamen historia, quæ in manuscripto quodam libro in veteri ecclesia Divi Joannis servabatur, habeat eam matrem fuisse S. Ursulæ, & de martyrio ipsius nullam faciat mentionem. Sed utcumque hoc est, Reliquiæ in munda lintea & in novum feretrum sunt translatæ.

Translatio ad novum feretrum.

3 *Hæc Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii; vir plane accuratissimus & de Sanctis, maxime Belgii, optime meritus, ad hunc diem* XX *Junii*, ex informatione Domini Petri Simonis Archipresbyteri Gandensis, *qui deinde anno* MDLXXXV *creatus est Iprensis Episcopus, mortuus anno* MDCV, *relictis præclaris scriptis, quæ Joannes David Societatis Jesu Sacerdos simul in folio Plantinianis typis curavit vulgari. Antonius Sanderus lib.* 1 *Hagiologii Flandriæ pag.* 70 *eadem* de S. Ida, *quam* Virginem & Martyrem *celebrat, ex Molano à se citato edidit: ad hunc Molanum quoque Mræus in Fastis Belgicis, de* B. Ida Gandavi quiescente, *lectorem remittit. Denique idem Molanus, in Additionibus ad Usuardum primæ editionis memineratt* Idæ, cujus corpus servatur in ecclesia S. Joannis Gandavi, *& inde secutus eum est Canisius in Martyrologio Germanico. Philippus Ferrarius in Catalogo generali ita scribit:* Gandavi in Belgio S. Idæ viduæ & Martyris, *& diem citato Molano addit*, illam terri S. Ursulæ matrem extitisse. *Cujus rei nullum apud Hermannum Crombach in Historia Ursulana reperitur vestigium. Demum Constantinus Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum aliquod ejus ex Molano formavit elogium.*

Ex Molano,

Petro Simonis,

Sandero,

Miræo,

E *Canisio.*

Ferrario,

Ghinio.

DE S. BAINO EPISCOPO TARVANENSI,

ET DEIN ABBATE FONTANELLENSI.

IN NORMANNIA FRANCICA.

CAPUT I.

C F

G. H.

Memoria in Fastis. Gesta in Episcopatu.

CIRCA DCCX.

ILlustre Martyrologii Hieronymiani apographum, à Francisco Maria Florentinio nobili Lucensi editum, & eruditis Notationibus illustratum, olim in Fontanellensi cœnobio ad Sequanam Galliæ fluvium auctum, hujus loci Sanctos repræsentat, atque ad XXII *Julii primo loco habet* S. Wandregisilum, *dicti monasterii fundatorem ac primum Abbatem, à quo jam cœnobium appellatur. Ita ibidem interponuntur aliis* S. Lantbertus *Abbas secundus, & dein Episcopus Lugdunensis, ad diem* XIV *Aprilis*; S. Ansbertus, *tertius Abbas & Episcopus Rotomagensis, ad diem* IX *Februarii*; S. Wulfrannus, *Episcopus Senonensis ibidem mortuus, ad diem* XX *Martii*; *&, præter alios,* S. Bainus, *Abbas quintus & Episcopus Tervanensis, ad hunc* XX *Junii, his verbis:* In Fontanella monasterio depositio Baini Episcopi. *In antiquo Ms. Martyrologio Bruxellensi Ecclesiæ S. Gudulæ, hæc ita exponuntur:* Fontanellæ monasterio depositio S. Baini, Tarvanensis Episcopi & Confessoris. *Quibus in Ms. Florario ista adduntur:* Hic corpora SS. Wandregisili, Ansberti, & Wulfranni Episcoporum transtulit. *Similia habent Molanus, in Additionibus ad Usuardum secundæ & tertiæ editionis, & in Natalibus Sanctorum Belgii; Miræus, in Fastis Belgicis; Ferrarius, in Catalogo generali; uti & in Fastis Benedictinis Wion, Dorganius, Menardus, & Bucelinus; ac denique longo encomio Saussajus, in Martyrologio Gallicano.*

2 *Extat penes nos Ms. Chronicon Fontanellense, ex quo primi produximus Theodoricum, filium Childerici, ultimi Regum Merovingorum, in dicto monasterio Fontanellensi attonsum. Est illud Chronicon postea excusum tomo* 3 *Spicilegii Acheriani, ex quo nonnulla quæ ad* S. Bainum *spectant, ubi in aliis antiquis monumentis de Episcopatu egerimus.* Bainum Episcopum de civitate

A tate Tyroanda *ſolum in dicto Chronico legitur: aſt ubi dicta civitas ſita ſit, & quibus annis ille*
Epiſcopus Tarvanenſis *præſederit, aut quid egerit, non indicatur. Eſt civitas ejus Epiſcopalis*, Tarvana, Morinorum Metropolis, *perperam, & amanuenſium errore* Tyroanda dicta. *Habuit* Bainus *in hoc ſuo Epiſcopatu deceſſores* S. Audomarum & Draúcium. *Vitam* S. Audomari *edidit Surius ad diem* IX *Septembris*; *ſed præfatur ſe ſtylum paſſim mutaſſe. Alia Acta nos habemus, primogeniâ phraſi ſuo tempore*
poſt S. Audomarum *edenda. Ex his conſtat eum tempore Dagoberti primi Francorum Regis creatum Epiſcopum, ergo ante annum* DCXXXVIII; *quo Regem vitâ deceſſiſſe die* XIX *Januarii, accurate docuimus in Diatriba de tribus Regibus Dagobertis, innovata ante tomum* 3 *Aprilis. Verum quia Scriptores, qui ſeculo* IX *&* X *floruerunt, nihil plane ſciverunt de Dagoberto ſecundo, anno* DCLXXX *occiſo, quem nos aliquando primi reſtituimus, Dagobertum primum, cum Adone & aliis, ultra etiam annum* DCLXXX *vixiſſe tradiderunt, qui error etiam in aliqua Acta S. Audomari irrepſit. Interim ſecundum Acta ejus apud Surium*, poſtquam Morinenſis ſive Tarva-
B *& Draucium,* nenſis Cathedra, triginta annorum ſpatio, tanto fuiſſet potita Præſide, *deceſſit* V Idus Septembris, *circa annum* DCLXVIII, *cui tunc ſucceſſit* Draúcius. *Demus hunc (nihil enim certi conſtat) ſuperfuiſſe uſque ad annum circiter* DC-
ordinatus circa 680. LXXX, *ac tum* S. Bainum *ex monacho Fontanellenſi, ut cenſet Malebrancus lib.* 4 *de Morinis cap.* 20, *ordinatum Epiſcopum.*

3 *Idem Malebrancus, citato* Chronico Morinenſi, *aſſerit cap.* 31, Baini Epiſcopi Paſto-
Eximius caritate ralem curam, non Morinos ſolum, ſed marinos omnes poſſe amplecti. Mirum enim, *inquit*, quam ipſe in concionatorio munere apud vulgus & Magnates laudabilis, ſed laudabilior in muniis fervidæ caritatis. Non poterat flagitioſam ſcabiem in grege tolerare, præſertim illam, quæ libidinibus corpus animumque depravat. Quapropter in hujuſmodi homines pervigil, complures è ſuo voluptatum cœno peculiari induſtria extraxit. Quos è vi-
ab Angelo monitus, Romam abit, ris primariis pervicaces deprehendiſſet, non in ipſos, ſed in ſe arietandum ratus, acriter corpus afflictabat ſuum, ſicque è ſuis pœnis alteri faciebat medicinam. Dum ſic in Euangelica orbita deſudat, Pontifice hominis operam laudante &
C mirante, ecce precante adſtitit Angelica ſpecie juvenis, monuitque ad Romanum iter ſe accingeret; illic ſibi ſuiſque non pœnitendum cudi munus. Nec mora, re ad Archidiaconos & Ravengarium, cui adminiſtrationem univerſam crederet, delata, Romam
ubi à Sergio Papa excipitur. felici auſpicio contendit, pertigitque. Ubi à Sergio Pontifice liberaliter acceptus, probationem ſui fecit eximiam. *Hæc Malebrancus: qui utinam nuda verba citati Chronici protuliſſet. Conſecratus eſt Sergius* XXVI *Decembris anno* DCLXXXVII, *mortuus anno* DCCI.

4 *Scripſit Matthæus Deſprets, Archidiaconus Morinenſis ſeu Tervanenſis, antiquitates Eccleſiæ Morinenſis ex archivis ejuſdem, quæ Atrebati legi in Mss. ſervata, aſſerit Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica. Hoc auctore citato, iſta dicto capite ſcribit Malebrancus:* Annus volvebatur DCXCI, cum Bainus Epiſcopus Româ, uti liberaliter acceptus, liberalius dimiſſus eſt, non tenui ſuæ ſanctimoniæ relicto veſtigio. Ubi enim Apoſtolicum ejus zelum & corporeæ moli magnitudinem ſapientiæ, pietatis, eloquii reſpondentem animadvertit Sergius, muneribus auctum, & præſertim inſignibus Divi Silæ Apoſtoli Reliquiis, ad patrios fines remiſit. Nil gratius poterat obtingere, imo nihil ornatius. Nunc juvat conſilio Angelico aurem pedeſque præbuiſſe. Exinde vix ſibi bene eſſe credit, quamdiu Morinis ſuis itineris longitudo abeſſe cogit. Compendium facit, quantum per vires licet. Dum Tarvanæ proximum vicum oppidumve attigit (Ariâ nullum vicinius) moram facere, de ſacri pignoris adventu ad Abbates, uti aſſolet, Curiones, Viros nobiles, expeditos mittere tabellarios, ſtato die Tarvanam celebriore pompa Apoſtolicum munus deferendum. Quibus ubi affulſit, ſeſe cum univerſo Clero obviam effundere cives, cumque multa vicinarum partium manu in Marianam baſilicam Apoſtoli Reliquiæ importatæ. Quiſque pro virili Baino gratulatur, qui Silam, Divi Pauli ſocium & collegam, alterum è Jeſu Chriſti primariis diſcipulum, pretioſam adeo è Romano gazophylacio gemmam, à communi Chriſtianorum parente obtinuiſſet. Magno deinceps Partheniæ ædi fuerunt illæ ornamento. Eo facta quotannis concurſatio, quoties ſolennis feſtus dies III Idus Julii recurreret. *Habemus Breviarium Eccleſiæ Morinenſis, anno* MDXLII *excuſum: in quo ad dictum* XIII *Iulii præſcribitur Officium de* S. Sila. *Reliqua ad iſtum diem accuratius examinabuntur.*

D AUCTOR. G. H. *Reliquiis Sancti Silæ donatus,* *eas deponit in eccleſia S. Mariæ.* E

5 *S. Amatus, Senonenſis quondam Epiſcopus, Brogli apud S. Maurontum (uti* V *Maji in hujus Vita dicitur) exul, anno* DCXC *ex hac vita ad Dominum migravit, ab eodem S. Mauronto ibidem in Eccleſia S. Petri ſepultus, ac poſtea in eccleſiam Deiparæ haud procul à priore conſtructam, per* S. Bainum *Morinorum Epiſcopum divino monitu tranſlatus: uti ad* XIII *Septembris à Molano, in Natalibus Sanctorum Belgii, indicatur. Ioannes Buzelinus, in Annalibus Gallo-Flandriæ ſub libri ſecundi finem pag.* 87, *hanc Tranſlationem ſic deſcribit.* Mauronto, vitam intra Broglienſis monaſterii ſepta ducenti, de cælo ſignificatur, S. Amati corpus in eam, quam recens ædem ſtruxerat deportandum eſſe, ibique collocandum honorifice. Quod ergo dignitate ac virtute conſpicuo viro ad eam rem opus eſſet, Bainum, Tarvanæ Morinorum Epiſcopum orat, ut operam præſtet eam, ad cujus Epiſcopatum pertinebat Menrivilla, ſive ut alii volunt, Minariacum, intra cujus fines ſitum erat aſceterium Broglienſe. Non cunctatur ille Menrivillam iter capeſſere: ibi quantâ poteſt pompâ delatum è veteri loco divi Amati corpus, nova ſede collocat. At tunc, quanti Amatum faceret Chriſtus Jeſus, eo maxime tempore patefecit, cum ſe videndum pleriſque feſtivitatem celebrantium præbuit, palàm multis Angelorum circumfluentibus. *Hæc ibi, quæ ad laudem* S. Baini *plurimum conferunt, quia ipſe dictam feſtivitatem adornavit.*
Transfertur à puis S. Amati, F

6 *Coluntur die* XXIII *Octobris* Sancti Martyres Luglius & Luglianus, *fratres Hiberni, & oppidi Lillerienſis Divi Tutelares, ex quorum Actis Mss. & excuſis habemus, illos* uſque Tarvanam iter tenuiſſe, & ingreſſos urbem ad matrem Eccleſiam oratum perrexiſſe: finitis orationibus è templo feſtinanter egreſ-

A AUCTORE G. H. *& SS. Luglii & Lugliani corpora ad proprium caſtellum :*

egreſſos ; præ nimio feſſos labore, hoſpitatos eſſe. Noluiſſe enim ut per urbem illam tama illorum crebreſcens, aures Domni Baini, tunc temporis Pontificali Cathedræ præſidentis, attigiſſet, ne divulgati ibi à prædicto Præſule detinerentur. *Inde ergo progreſſi, à nefariis prædonibus occiſi fuerunt. Tunc, inquit Malebrancus, lib. 4 de Morinis cap. 39, ex Chronico Morinenſi*, res ad Bainum delata eſt: qui cum pia illuc multitudine conceſſit. Sacra autem pignora, tumulis honorifice condita, ad caſtellum ſuum illic in propinquo ſitum deportavit, ubi veroſimile eſt fuiſſe ædiculam, vel ſane capellam à Pontifice adjectam : ad hæc enim tempora continuo quodpiam illic ſacrariolum extitit, eorum nomine & honore inſignitum : atque omnino exiſtimatur, Lilerium opportunâ iſtorum Patronorum, quos adhuc ſervat, accreviſſe beneficentiâ : ſcilicet cum illic nil niſi ſilva, Burnetum nomine, & in aditu ejus illud Baini eſſet caſtellum. *Latius hæc ad diem illorum natalem.*

B *comparat Eccleſiæ Baingahem,*

7 *Idem Malbrancus cap. 53 addit, eſſet* Baini non leve in Morinis mnemoſynon. Creditur enim, *inquit*, Liſas inter ac Diverniam in Boloneſio Eccleſiæ ſuæ prædia comparaſſe, quæ exculta in Tarvanenſis Epiſcopi frugem ita deinceps excrevere, ut in pagum inſignem abierint, & primogenii auctoris nomen induerint Baingahem, id eſt Baini domicilia, cum ſacrario, quod forſan ipſius acceſſit operâ. Vix enim aliter factum legimus, ut ab iſtius ævi Præſulibus non niſi ſacra profanis jungerentur, & præſertim à tantæ ſanctimoniæ viro. Poſt Tarvanæ excidium, quod is pagus in Boloneſio Sedem haberet, ad Bononienſem Epiſcopum attinuit, & hodie pertinet. Exiſtimarim etiam vicum Bainghem, qui ſupra Tarvanam ad Agnionis brachiolum aſſidet, ab eodem nomenclaturam duxiſſe. *Denique arbitramur* S. Bainum *adfuiſſe dedicationi Eccleſiæ Blangiacenſis, non Ravengarium ſucceſſorem : quod poterit exactius quæri ad Vitam S. Bertæ fundatricis, die* IV *Julii. Ipſe autem, cum Epiſcopatum dicto ſucceſſori Ravengario commendaſſet ; ceſſit ad monaſterium Fontanellenſe ; ibique aliquamdiu Monachus videtur vixiſſe, ac*

C *dein Abbas creatus, uti jam dicetur.*

& Bainghem.

CAPUT II.

Geſta in regimine Fontanellenſi. Obitus.

Menda Chronici Fontanellenſis ab aliis obſervata.

8 *Accedimus ad Chronicon Fontanellenſe, ex quo ſua elogia de* S. Baino *ſumpſerunt, Arturus du Mouſtier, in Neuſtria pia ubi de Abbatia Fontanellenſi S. Wandregiſili ; & Joannes Mabilio, in ſeculo tertio Benedictino, pag. 474 & ſequenti, qui præfatur*, pauca de S. Baino ſciri, & ea quidem tot nodis intricata, ut filum abrumpere quam diſſolvere facilius videatur. *Eas & nos difficultates propoſuimus* XIV *Maji, ad Vitam S. Eremberti Epiſcopi Toloſani, in cœnobio Fontanellenſi vitâ functi : cujus corpus, ut infra dicitur*, S. Bainus *fertur tranſtuliſſe. Fuit illud Chronicon tempore Ludovici Pii Imperatoris exaratum, ac forſan à poſterioribus circa characteres Chronologicos mutatum : & quia tunc temporis in primo ſuo vigore erat, ratio temporis computandi ab ortu Chriſti, eique inferendi Indictiones cum annis Romanorum Pontificum ; idem factum in anterioribus ejuſdem Chronici annis non abſque pluribus mendis : atque ita cap. 2 de* S. Baino *legitur :* Bainus Epiſcopus de civitate Tyroanda, *quod jam corrigendum monuimus*, quintus ab almifico ac cum omni honorificentia nominando Protectore noſtro clariſſimo Sacerdote Wandregiſilo, regimen aſſumit cœnobii, ab anno videlicet ſeptimo Hiliberti Francorum Regis, & decimo tertio Sergii Papæ, uſque ad decimum quintum ejuſdem Regis annum, & Joannis Apoſtolici ſecundum ; qui fuit octogeſimus octavus à Petro Apoſtolo ; exarchatus autem Pippini filii Anſegiſili viceſimus primus, Dominicæ autem Incarnationis DCCVI, Indictione IV, per annos novem. *Hæc ibi, ex quibus primo aſſumimus* annum XIII Sergii Papæ, *qui convenit in annum* DCC. *At quomodo tunc* per annos novem *pervenitur ad annum* DCCVI, *cum ſolum* ſex *ſint aut utroque termino incluſo* ſeptem ? *Præterea, teſte auctore cœvo, juſſu Childebrandi ſcripta eſt hiſtoria, ſecundum quam Childebertus ſolum regnavit* annos tredecim, *uti nos ſæpius docuimus. Carolus le Cointe ad annum* DCCXI, *quo mortuus eſt Childebertus, tribuit huic* annos ſeptemdecim; *ac primo loco pro ſe allegat* Geſta Regum Francorum, *quorum auctorem idem le Cointe in tomo anteriori, ad annum* 638 *num.* 98 *pag.* 73 *lin.* 21, *appellat* Anonymum Fabulatorem, qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, *quæ alii ab eo citati abſque ullo examine deſcripſerunt. Componimus ergo, donec aliquod certius proferetur initium regiminis* S. Baini *in cœnobio Fontanellenſi, cum anno* XIII *Sergii Papæ, circa annum* DCC. *De tempore obitus infra agetur : nunc progrediamur cum Chronico Fontanellenſi.*

D

Tempus regiminis

E *ab anno circiter 700.*

9 Sub hujus tempore Pippinus glorioſiſſimus Dux Floriacum cœnobium, una cum nobili conjuge ſua Plectrude ædificat, quod ſitum eſt in pago Veliocaſſino, anno nono Hildeberti Regis : qui erat exarchatus ſui annus XXIII, Dominicæ autem Incarnationis annus DCCVIII ; ipſumque Bainum Rectorem ibi præfecit, plurimamque turbam Monachorum adunavit. *Ubi* annus nonus Childeberti, *in duplici noſtro Ms. & editione Acheriana ſignatus, confertur cum anno* DCCVIII, *licet ſuprà* annus XV Childeberti *cum* anno DCCVI *jungeretur, ut nihil magis monſtroſum videatur poſſe afferri. Iſtud autem olim Floriacum monaſterium, vulgo* Fleuri, *modo redactum eſt in Prioratum* de menſa Prioris S. Marcelli Cabilonenſis, *uti in Bibliotheca Cluniacenſi legitur : eſtque modo oppidulum, ad Andelam amnem, quinque leucis Gallicis ab urbe Rotomago diſtans. Quo autem jure poſſederit dictum locum, & qua occaſione Quercitani monaſterium conſtruxerit Pippinus, in eodem Chronico declaratur ac legi poteſt : quibus relatis iſta adduntur :* Denique evocatum ipſum venerabilem Patrem idem Princeps hoc cœnobium ædificare juſſit, Rectoremque conſtituit : ſicut in largitione, quam de ipſo locello huic monaſterio tradidit, ſcriptum fore conſtat. Sic enim inter cetera illic inſertum reperitur, ubi conſtituimus virum ſtrenuum & Dei cultorem, Domnum Bainum, ipſum Rectorem monaſterii Fontinellenſis ; ea videlicet conditione, ut ex præfato monaſterio Fontinella, poſt

Floriacum cœnobium ei commiſſum.

F

A post recessum ejusdem Baini, ipsi Monachi, in ipso Floriaco cœnobio consistentes, omni tempore Rectores & Gubernatores habeant, & sub eorum ditione nostris & futuris temporibus permaneant, ac sub nostra ac heredum nostrorum defensione ipsa loca perenniter tuenda consistant. Actum est anno duodecimo, regnante Hildeberto Rege. In quo conventu interfuit idem glorioſissimus Princeps & nobilis conjux ejus Plictrudis, filiique eorum Drogo & Grimoldus, Grippo, & alii plures. *Annus* XII *Childeberti ex computu nostro, est* DCCX: *sed jam tum Drogo obierat, ab auctore Chronici perperam intrusus. Adduntur variæ donationes, à Principe Pippino eidem Floriaco factæ, & ad singulos annos Indictiones, quarum tunc in istis partibus necdum usus erat assumptus: imo sunt ibi Donationes ab aliis factæ anno* VI *&* VII *Childeberti cum necdum esset cœptum ædificari dictum Floriacum; & solum anno septimo supra dicebatur Abbas Fontanellensis creatus. Sed reliqua gesta* S. Baini *ex*

B *dicto Chronico pertexamus, ubi ista leguntur in Ms. nostro.*

ab eo translata corpora SS. Wandregisili & Ansberti

10 Hic namque Bainus, inter innumera bonitatis suæ opera quæ gessit, etiam corpora SS. Wandregisili, Ansberti, atque Wulfranni in ecclesiam Principis Apostolorum Petri, de basilica S. Pauli transtulit: & posuit quidem corpus beati Patris Wandregisili in medium, magni vero Præsulis Ansberti ad lævam, & glorioſi Pontificis Wulfranni ad dexteram partem, in absida ejusdem basilicæ ad Orientem plagam. Facta est autem hæc sancta translatio anno Dominicæ Incarnationis DCCIV, Indictione secunda, pridie Kalendas Aprilis feria secunda. Nam solennitas Sancti Paschatis tertio Kalendas Aprilis tunc extitit, qui erat annus x Regis Hildeberti, porro Joannis Papæ, qui octogesimus octavus à B. Petro Romanam rexit Ecclesiam, annus primus; Baini vero beati Patris prædicti annus quintus, ex quo regiminis assumpserat curam istius cœnobii.

non S. Wulfranni,

Nullo modo hæc consentiunt cum Actis S. Wulfranni, à nobis ad XX *Martii illustratis: ex iis enim constat, eum ad annum usque* DCCXX *in Frisia vixisse, & postea Fontanellæ privatum*

C *degisse, ac senem anno* DCCXLI *migrasse ad Dominum; uti ibidem ostenditur ex Chronicis antiquis Senonensibus, ab Oderanno & Clario monachis S. Petri vivi apud Senonenses scriptis: qui & adjungunt mortem Caroli Martelli, eodem anno* DCCXLI *vitâ functi. Præterea corpus S. Wulfranni postea, sed seorsum, ad basilicam S. Petri fuisse translatum* XV *Octobris, pluribus ostendimus; ac forte undecim post obitum annis, ut in Chronico Fontanellensi dicitur: verum non anno* DCCIV, *sed* DCCLII. *Potuit autem* S. Bainus *transtulisse corpora SS. Wandregisili & Ansberti, dicto anno* DCCIV, *quibus postea adjunctum fuerit corpus S. Wulfranni. Eodem die* XX *Martii ostendimus corpus S. Wulfranni delatum Abbavillam, non Gandavum, cum corporibus SS. Wandregisili & Ansberti, uti eodem plane errore à nonnullis fuit assertum. Demum non solum in annis Childeberti Regis, ut supra dictum; sed etiam in annis Joannis Papæ fuit erratum, dum annus ejus Pontificatus primus assignatur, qui secundus erat, quia anno* DCCII *die* VIII *Octobris in Pontificem fuerat ordinatus.*

D

11 *De S. Eremberti translatione in dicto Chronico ista ita interseruntur:* Eodem vero in loco, quo B. Wandregisilus in prædicta S. Pauli Apostoli requieverat basilica, B. EremberE tum Episcopum posuit: qui antea in inferiore loco ejusdem ecclesiæ subter arcubus tumulatus annis plus minusve triginta tribus requieverat, die trigesimo primo post translationem prædictam; condiditque super eum repam argento decoratam; *quæ explicantur ad Vitam S. Eremberti* XIV *Maji.*

item corpus S. Eremberti,

Tempus mortis.

12 Obiit idem Episcopus Bainus duodecimo Kalendas Julii. *Ita idem Chronicon, quod & supra ex Martyrologiis stabilivimus. De anno major difficultas est. Ac primo, quia regimen videri illi commissum anno* DCC *supra innuimus, non arbitramur mortuum esse* anno DCCVI, *neque elapsis annis novem regiminis, anno* DCCIX: *sed, si diploma Pippini Principis de Floriaco monasterio sit ea parte sincerum, vivebat adhuc anno Childeberti* XII, *Christi* DCCX: *quamdiu autem postea superfuerit nos latet. Joannes Mabilio in pluribus aliter sentit, dum ex Abbate Episcopum Tarvanensem asserit creatum, ac deinde privatum degisse in monasterio, tandemque anno* DCCXXVIII *aut serius obiisse; scilicet ut Wulfranni corpus posset transferre, quem anno* DCCXX *statuit vitâ functum. Quæ omnia displicent, & ex supra relatis corruunt.*

F

DE S. IDABERGA VIRG. ANGLA,

BERGAS S. WINOCI IN FLANDRIAM TRANSLATA.

COMMEMTARIOLUS IOANNIS BOLLANDI.

De tempore & auctore translationis, verosimiliter ex monasterio Petro Burgensi.

Translatio Fastis adscripta,

Martyrologium monasterii S. Winoci, à Raissio citatum; & Molanus, in additionibus ad Usuardum, ita habent: XII Kal. Julii, glorioſa translatio S. Oswaldi Regis, & S. Idabergæ (*Molano* Idubergæ) Virginis. *Brevius Wion & Menardus:* Eodem die S. Idubergæ Virginis. *Putat Wionx (in Notis) esse* Idabergam *sive* Itisbergam, *de quâ* XXI *Maji egimus; quod & alii, ut Meyerus, Molanus, Raissius aliique tradidere.*

facta creditur an. 1038

2 *Verùm in Chronico Bergensi isthæc habentur:* Dehinc anno MXXXVIII corpora SS. Oswaldi Angliæ Regis & Martyris ac Idabergæ Virginis, Balgerus monachus de Anglia transtulit Bergas in monasterio S. Winoci, de qua translatione ad Rumoldum scripsit Drogo Mona-

A chus. *Dabimus* V *Auguſti vitam S. Oſwaldi, à* AUCTORE *Drogone Monacho, ac deinde Tervanenſi Epi-* G. H. *ſcopo collectam, duoſque de illo ejuſdem Drogonis Sermones ad Rumoldum Abbatem Bergenſem. Gui-* *lielmus Gazæus in hiſtoria Eccleſiaſtica Belgii* cum corpore S. Oſwaldi R. *aut*, quædam oſſa S. Idabergæ, & S. Oſwaldi ex Angliâ allata. *Idem ex Gazeto refert Sanderus in Hagiologio Flandriæ.*

3 *Quænam hæc fuerit* Idaberga, *nondum comperi ſed cum plures fuerint in Anglia* Edburgæ *vel* Edilburgæ *aut* Edilbergæ, *omnino exiſtimaverim quampiam ex iis fuiſſe, cujus Reliquias* fortaſſis paulo ſerius: *ab Anglis obtinuerit Balgerus, cum eſſet Regi Anglorum, ut dicitur, carus. Imperabat quidem anno* MXXXVIII *Anglis Oſwaldus, ſed paulo verius id accidiſſe exiſtimaverim, ſub Hardecnutone Rege, aut S. Eduardo, qui cum Emma Flandrenſi genitus eſſet, Flandris ea occaſione liberior erat ad ejus aulam acceſſus; & cum Brugis eſſet diu commoratus Hardecnuto, contraxerat forte cum eo tunc* alia anni 1221. *notitiam Balgerus. Porro cum, ut dicemus* II *Auguſti, Reliquiæ S. Oſwaldi fuerint Petroburgi aſſervatæ, indeque pars in Flandriam allata; pro-* B *babile eſt* Edburgæ, *filiæ Pendæ Regis Merciorum, quæ cum* SS. Kineburge, Kineſwitha, Chineſdra *ſororibus, in monaſterio Dormundeaſtrenſi, duobus tantum Petroburgo milliaribus ſepulta erat, aliquas allatas à Balgero in Flandriam Reliquias. Quam Meyerus ante citatus refert tranſlationem, anno* MCCXXI *factam; ea forte ejuſmodi fuit, ut in novum feretrum fuerint* SS. Edburgæ & Oſwaldi *reliquiæ conditæ.* D

4 *Anno* MDLVIII *cum Thermæus, Gallicarum copiarum Dux, in maritimam Flandriam irrupit;* Reliquiæ an. 1558 diſſipatæ. *captâque Dunkerkâ, Bergas quoque occupavit, atque incendio vaſtavit: tum conflagrante nobiliſſimo S Winoci monaſterio, Monachis fugâ dilapſis, deperditæ etiam ſunt Reliquiæ* SS. Idubergæ, Oſwaldi, Lewinæ.

5 *Bollandus, ante annos forte plures quam* D. P. *quinquaginta, cum nondum ad prælum dari cœpiſſet Martius, neſcio qua occaſione digeſtum reliquerat Commentariolum hunc: nec invenit quod poſtea adderet Henſchenius, quamvis in Martio ad* Potuit floruiſſe ſec. 7. *diem* VI, *de* SS. Kineburga ac Kineſwitha *prædictis, multa commentatus. Mihi volupe eſt magiſtrorum nomina laboreſque invenire inter Acta poſteriorum menſium, & qua licet proſequi atque complere bene cœpta: ſed quod his addam nihil ultra invenio; ſolum dico, ſi cum prædictis ſanctis* E *ſororibus commune aliquid in vita habuit* S. Idaberga, *de qua nobis hic ſermo, videri vixiſſe ſub finem ſeculi* VII, *ſicut vixiſſe illas Henſchenius ſtatuit.*

DE SANCTO ADALBERTO

EX MONACHO TREVIRENSI ORD. S. BENEDICTI, *ARCHIEPISCOPO MAGDEBURGENSI PRIMO.*

COMMENTARIUS JOANNIS MABILIONIS.

§. I. De origine monaſterii, ipſius urbis, & erectione ejus in metropolim.

AN. M-CCCC-LXXXI. *Allatis Magdeburgum S. Innocentii M. Reliquiis an.* 379.

ANtequam Adalberti geſta exponamus, juvat hoc loco præmittere originem civitatis & monaſterii Magdeburgenſis: quod utrumque metropoli ejuſdem urbis principium dedit. Otto Magnus totius negotii auctor; qui devictis Slavis, Saxoniæ ad Albim populis, religionem Chriſtianam perſuadere cupiens, non aliud huic rei magis ſalubre conſilium invenit, quam erigendo præſidio ſimulque monaſterio noſtrorum, quod Fidei Chriſtianæ ſeminarium eſſet & aſylum. Itaque anno DCCCCXXXVII, *Edithæ piiſſimæ conjugis ſuæ* inſtinctu, *prout in Chronico Magdeburgenſi legitur*, Magadaburgenſem ædificare cœpit civitatem, ad quam reliquias Chriſti Martyris Innocentii cum magno adduxit honore. Nam urbem hanc, ob æternæ remunerationis gratiam, patriæque communem ſalutem, & acquiſivit & conſtruxit. Juvit eum ad hoc beatæ memoriæ Edith, quibus potuit: quæ innumera virtute prædita, ut ſignis poſt obitum claruit, inducias vię * iſtius ſibi conceſſas, Deo hominibuſque acceptæ perduxit. Decrevitque idem Rex eodem anno IX Kal. Octobris, hoc eſt in proximo die poſt feſtum ſancti Mauritii, congregationem Monachorum fieri in eadem urbe, ab amorem Dei, & patris ſuęque animę, ſanctiſſimę contectalis ſuę, & Rodolfi Regis *Burgundiæ Transjuranæ*, qui ad eum Sanctum tranſmiſit Innocentium, omniumque debitorum ſuorum remedium; conſtruens monaſterium in honore ſancti Petri Apoſtolorum principis, & S. Mauritii atque Innocentii; tradens ad eumdem locum prędia multa in diverſis locis, & ipſum locum Romano ſubjiciens mundiburdio, Fratribus F concedens liberam electionem Abbatis; peragens omnia cum conſilio Friderici Moguntini, & Adaldagi Bremenſis Archiepiſcopi, aliorumqne Epiſcoporum complurium.

C

* *an* Vitæ

illi & SS. Petro ac Mauritio monaſterium ſtruit Otto I,

2 *Hæc omnia fuſe commemorantur in ipſius Ottonis litteris apud* Meibomium, *poſt Withichindi Annales, quod privilegium ſecundum eſt Magdeburgenſi eccleſiæ datum anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCXXXVII, *indict.* XII, *anno vero Ottonis piiſſimi Regis* II. *Tertium ſequitur privilegium, quo prædia item multa tradit* ad S. Petrum Apoſtolorum principem, & ad S. Mauritium, atque ad S. Innocentium, ad nutrimen Monachorum, in loco Magdeburg dicto Deo ſervientium, quem ipſum locum Romano ſubjicit mundiburdio; *in proprium dans*, quod à Bernhardo Halberſtadenſi Epiſcopo *commutatione acceperat. Diploma datum eſt* in Magdeburg anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXL, *quæ urbs alio nomine* Parthenopolis dicta *eſt*. ipſumque dotat.

3 *Prę-*

A 3 *Primus Magdeburgi Abbas fuit* Anno, *qui poſt Richgowonem Epiſcopum in Sedem Eccleſiæ Wormatienſis evectus eſt, anno* DCCCCL. Otwinus, *ejuſdem loci Abbas ſecundus, itidem ad Epiſcopatum promovetur anno* DCCCCLIV *: quo anno hæc leguntur in Chronico Magdeburgenſi*: Thiethardo Hildensheimenſi Epiſcopo defuncto, Otwinus Parthenopolitanus Abbas, decimus Epiſcopus ordinatur : qui pluralem utilitatem ſuæ Eccleſiæ per triginta annos providit, ſpecialiter tamen curtem Giſenheim in uſum Fratrum acquiſivit. Vinum etiam in ſummis feſtivitatibus per XVI dies inſtituit. Ipſe aurum pretioſum, & gemmas, & lapides, & margaritas in conſtructionem calicis & patenæ collegit : ſed infirmitate præventus, ſub ſigillo & fide Chriſti ſucceſſori ſuo reſervavit. Ipſe etiam, Wendelgardâ defunctâ, Gerbergam Abbatiſſam in Gandersheim ordinavit. *Denique Otwino in regimen Magdeburgenſis Abbatiæ ſucceſſit* Richarius, *quo Abbate cœnobii tranſlatio facta eſt, ut poſtea dicemus. Huic vero ſucceſſiſſe videtur* Riddagus, B *cujus egregia mentio fit in eodem Chronico Magdeburgenſi ad annum* DCCCCXCV ; *ubi Cunigundis, Sigifridi Comitis de Waldbike uxor, flagitante fratre ſuo altero Sigefrido Comite*, nuntium ad Abbatem Riddagum miſiſſe *perhibetur*, ut filium ſuum Sigefridum, ad S. Joannem in Magedaburh ſub habitu monachico degentem, acceptâ licentiâ reduceret. Hic quia vir valde prudens fuit, cunctis ſolicite perquiſitis, injuſtæ legationi reſtitit ; & propter curam à Deo ſibi creditam, quod hoc facere non præſumeret, reſpondit. *Digna ſane bono Paſtore animi conſtantia !* Nuntius autem, ut ei juſſum fuerat, ad Ekkihardum, qui tunc Cuſtos eccleſiæ ſancti Mauricii & Magiſter ſcholæ fuit, veniens, ut filium ſuum Thietmarum ob rem neceſſariam matri remitteret, ſupplex rogavit. Qui cum laïcali habitu, quo inter piratas converſari debuit, profectus eſt, *nempe ut ſuis à captivitate liberandis auxilio eſſet. Sed hæc extra lineas.*

Eius primi Abbates Otwinus,

Richarius, & Riddagus.

4 *Cum Otto Magnus Slavos variis impreſſionibus attriviſſet, demum anno* DCCCCLX univerſos Slavorum populos ſuo imperio ſubjecit ; & quos pater ejus uno grandi bello domuerat, ipſe tanta deinceps virtute conſtrinxit, ut tributum & Chriſtianitatem pro vita ſimul & patria gratanter ſuſciperent : baptizatuſque eſt totus gentilium populus ; eccleſiæ in Slavonia ædificatæ ; monaſteria etiam virorum ac mulierum Deo ſervientium plurima conſtructa. Tunc Slavonia in duodeviginti pagos diſpertita eſt ; qui dicuntur ad Chriſtianam fidem omnes, exceptis tribus, fuiſſe converſi. *Hæc ex Chronographo Magdeburgenſi Ms. ex quo etiam ſequentia deſumpta ſunt.*

C *Idem Otto ſubactis an. 960 Slavis conſulturus,*

5 *Anno* DCCCCLXII, *cum Otto, à Joanne* Papa XII *Romæ Imperator acclamatus eſſet, Archiepiſcopalem ſedem Magdeburgi ab eodem inſtituit curavit tametſi ad effectum non ante annum* DCCCCLXVIII *perducta res eſt. Joannis Pontificis Litteræ, in prædicto Chronico Ms. ad marginem relatæ, ſunt in hunc modum :* Ioannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimis confratribus, Archiepiſcopis, Abbatibus, Monachis, Primatibus, omni Clero & populo, in Gallia, Germania, Bauvaria conſtitutis. Quoties ad profectum novæ Chriſtianitatis, conceſſionis firmitatiſque privilegium à ſancta Romana Eccleſia, cui Deo auctore deſervimus, expoſcitur; toties omni diligentia omnique amore impertiri operæ pretium duximus ; ne quod erga pia deſideria propenſius impendi convenit, callidi hoſtis invidia ob deſidiam indefi- cienter ſubripiat. Totis ergo viribus, cariſſimi Fratres, certandum eſt, ut Chriſtianitatem, quam Deus omnipotens per ſervos ſuos cæleſti trophæo quotidie extendit & provehit, noſtro quoque per eum adjutorio, in eodem ſolidetur & maneat. Nunc vero, Dei operante clementia, cariſſimus & Chriſtianiſſimus filius noſter Otto, devictis barbaris gentibus, Avaribus ſcilicet aliiſq ; quamplurimis, ut ad defenſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ triumphalem, victoriæ imperii culmen, per nos à B. Petro Apoſtolorum principe ſuſciperet coronam ; ſummam & univerſalem, cui Deo præſidemus auctore, adiit Sedem. Quem paterno affectu ſuſcipientes, ob defenſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, in Imperatorem, cum B. Petri benedictione, unximus. Cumque in eccleſia beati Petri Apoſtoli, de ſtatu & regimine totius Chriſtianitatis tractantes, quæ utilia ſunt utiliter ſecundum Deum tractarentur ; prætatus piiſſimus Imperator Otto, qualiter Sclavos, quos ipſe devicit, in Catholica fide noviter fundaverat, noſtræ innotuit paternitati ; deprecans & obnixe poſtulans, ne in oves, quas ipſe in Chriſto acquiſierat, ob Paſtoris defectionem, antiqui ſerpentis verſutia dominaretur. Ad hanc itaque petitionem, aſſenſum, Fratres cariſſimi, merito præbuimus. Totis ergo medullis cordis, prout dignum eſt, ut novella hæc plantatio ſuper verticem montis, in petra quæ Chriſtus eſt, fundetur, intendamus : dabit vires qui neminem vult perire. Cujus annuente clementia volumus, & per hanc privilegii paginam jubemus, ut Magdeburgenſe monaſterium, in regno Saxonum juxta Albim conſtructum, quod prælibatus ſanctiſſimus Imperator ob novam Chriſtianitatem conſtruxit, quia vicinius id locorum gentibus eſt ; in Archiepiſcopalem transferatur Sedem, quæ per ſubditos Suffraganeos totum Dei gregem regere & gubernare valeat. Volumus, & per hanc privilegii paginam jubemus, ut Mersburgenſe monaſterium, quod ipſe piiſſimus Imperator, quia Ungros proſtravit, futurum Deo devovit, in Epiſcopalem evehatur Sedem, quæ Magdeburgenſi ſit ſubdita Sedi: quia tot gentes ſub uno Paſtore regi minime poſſunt. Volumus, & per noſtræ auctoritatis privilegium cenſemus, ut cenſum & decimationem omnium gentium, quas idem piiſſimus Imperator baptizavit, vel per eum ſuumque filium æquivocum Regem, ſucceſſoreſque eorum, Deo annuente baptizandæ ſunt, ipſi ſucceſſoreſque eorum poteſtatem habeant diſtribuendi, ſubdendi Magdeburgenſi, Mersburgenſi, vel cuique velint futuræ Sedi. Volumus etiam, cariſſimi Fratres, & ex B. Petri Apoſtoli juſſione præcipimus, ut Moguntienſis, Treverenſis, Colonienſis, Salzeburgenſis, Hammaburgenſis Archipræſules, Magadaburgenſis monaſterii in Archiepiſcopalem, & Mersburgenſis tranſlationis in Epiſcopalem Sedem, totius cordis corporiſque viribus, conſentanei fautores perſiſtant. Cum vero Deus omnipotens, per prætaxatum ſervum ſuum invictiſſimum Imperatorem, ſuumque filium Re-

D A. MABILLONE.

ad gentis totius converſionem,

E

monaſterium mutat in Archiepiſcopium,

& Mersburgense in Epiſcopium:

F

an. 962 auctoritate Ioannis 12,

A Regem, ſucceſſoreſque eorum, vicinam Sa-
A. MABILLONE. vorum gentem ad cultum Chriſtianæ fidei perduxerit ; per eos, in convenientibus locis, ſecundum opportunitatem Epiſcopatus conſtitui ; & eidem, per conſenſum prædictorum, & Archipræſulum ſucceſſorumque eorum, ab Archiepiſcopo Magdeburgenſi Epiſcopos conſecrari volumus Suffraganeos. Sed tamen, ſi præfati filii noſtri piiſſimi Imperatoris, ſuique filii æquivoci Regis ſucceſſores, eorum ſtatuta frangere tentaverint, aut prædictarum Eccleſiarum ceterarumque Præſules ſucceſſoreſque eorum Magdeburgenſi Archiepiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus, eorumque Suffraganeis & eorum ſucceſſoribus, adjutores conſentaneique non fuerint ; anathematis mucrone feriantur, à ſummoque Retributore damnationem ſine fine recipiant. Omnipotens itaque Deus ſereniſſimo Imperatori Ottoni, ſuoque nato æquivoco Regi, ſpiritualibus filiis noſtris, longævam tribuat vitam : quatenus in hoc ſeculo tranquille viventes, in futuro immarceſſibilis gloriæ percipiant palmam. Scriptum per manum Leonis, Scriniarii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, in menſe Februario Indict. v. Data II Id Februarii ; per manum Georgii, Secundicerii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, anno Deo propitio Pontificatus Domni Joannis, ſummi Pontificis & univerſalis Papæ, VII ; imperii Domni piiſſimi Auguſti Ottonis, à Deo coronati magni Imperatoris, anno I ; in menſe & Indictione prædictis. *Hactenus diploma Joannis* XII, *pro erectione monaſterii Magdeburgenſis in Metropolim, & Merſeburgenſis in Sedem Epiſcopalem. At res effectu caruit, ut mox dicemus, ad annum* DCCCCLXVIII.

quod una cum aliis adhuc inſtituendis ſubdit Primati Magdeburg.

B

§. II. *Non Rugis, ſed Ruſſis miſſus Epiſcopus Adalbertus, inde Abbas Wirciburgenſis factus ac denique Magdeburgenſis Archiepiſcopus.*

C *Rugiani ad idololatriam relapſi*

6 *Quibus miniſtris Slavi ſeu Rugi ad Fidem converſi ſint, traditione acceptum refert Helmodus, in hiſtoria Slavica lib.* I *cap.* 6, *idque revocat ad tempora Ludovici ſecundi Imperatoris : cujus temporibus* egreſſi de Corvea Monachi, ſanctitate inſignes, Slavorum ſalutem ſitientes, impenderunt ſeipſos ad ſubeunda pericula & mortes pro legatione verbi Dei : peragratiſque multis Slavorum provinciis, pervenerunt ad eos, qui dicuntur Runi ſive Rugiani, & habitant in corde maris. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam inſulam lucrati ſunt : ubi etiam Oratorium fundaverunt in honorem Chriſti, & in commemorationem S. Viti, qui eſt patronus Corveiæ : *quem Slavi, in idolorum cultum denuo lapſi*, pro Deo, *inquit*, venerantur.

denuo convertuntur ab Adalberto Corbeienſi,

7 *Id ſi factum eſt Ludovico ſecundo imperante, idem iterum tentatum ſub Ottone Magno per Adalbertum Corbeiæ novæ in Saxonia Monachum, quem Otto Apoſtolum in illas gentes tranſmiſit. Hujus* Adalberti *ſeu* Adelberti *acta reperire nobis non licuit, nec ſcio an ab aliquo veteri auctore in commentarios relata ſint. Faciemus itaque de eo pro more noſtro ; ut collecto ex veterum monumentis ejus elogio, facta ipſius ab oblivionis tenebris pro modulo eruamus. Hunc Adalbertum illuſtriſſimus Cardinalis Baronius ad an.* 97, *recte diſtinguit ab Adalberto Pragenſi Antiſtite ejus diſcipulo : ſed non bene ab Adalberto primo Archiepiſcopo Magdeburgenſi, quem unum eumdem eſſe cum Adalberto Rugorum Apoſtolo, conſtabit ex iis quæ jam dicturi ſumus.* D

8 *Qui de Adalberti noſtri rebus geſtis agunt, alii ad* Rugos, *alii in* Ruſſiam *miſſum perhibent.* Rugos *hodie quoque appellamus eos, qui nunc oram Balthici maris incolunt, Pomeraniæ modo attributi, & Rugorum inſulæ, vulgo* Rugen, *vocabulum indiderunt. Sed ne Adalbertum ad Rugos iſtos directum exiſtimemus, vetat Helenæ Reginæ nomen, quæ recens ſacro lavacro regenerata, fidei Chriſtianæ præcones ab Ottone Magno poſtulavit. Atqui hæc Ruſſiæ Regina erat, ante baptiſmum* Olga *dicta, quæ* Conſtantino Leonis *filio imperante profecta Conſtantinopolim, Chriſtiana facta, Helenæ nomen in baptiſmo accepit. Lambertus Scafnaburgenſis, qui ante quingentos annos Chronicon rerum Germanicarum ſcribebat, auctor eſt, anno Chriſti nati* DCCCCLX *Ruſſiæ gentis legationem ad Regem Ottonem primum veniſſe, orantem ut ſibi Epiſcopus aliquis, qui religionem Chriſtianam apud ſe prædicaret, mitteretur ; miſſumque fuiſſe Adalbertum, qui vix manus eorum effugerit. Sed Martinus Cromerus, initio libri* 3 *de rebus geſtis Polonorum, hallucinatum ait Lambertum ; ratum, Adalbertum in Rugiam miſſum eſſe, non in Ruſſiam, quæ à Baſilio Imperatore Conſtantinopolitano Epiſcopum & fidei Chriſtianæ normam & Græcanicos ritus acceperit. Verumtamen non ſolus Lambertus, ſed alii illorum temporum auctores, Adalbertum in Ruſſiam directum conteſtantur ; & qui* Rugos *appellant, addendo Helenæ Reginæ nomen, id de* Ruſſia *interpretandum ſatis innuunt. Inter primos Ditmarus, homo illius ætatis, Adalbertum* Ruſſiæ Præſulem *ordinatum tradit in lib.* 2. *Chronicon Hildensheimenſe conſentit ad annum* DCCCCLX. *Nec minoris eſt momenti Reginonis Annalium Continuatoris auctoritas, qui Helenæ precibus hanc miſſionem tribuit cum Chronographo Magdeburgenſi. Continuatoris hæc verba ſunt ad annum* DCCCCLIX : Legati Helenæ Reginæ Rugorum, quæ ſub Romano Imperatore CP. Conſtantinopoli baptizata eſt, ficte (ut poſt claruit) ad Regem *Ottonem* venientes, Epiſcopos & Presbyteros eidem genti petebant. *Eadem verba habet Chronographus Magdeburgenſis, niſi quod rectius ſcribit,* Epiſcopum & Presbyteros eidem genti ordinari petierunt ; *additque;* Quos ille benigne ſuſcipiens, & multum gaviſus, conſenſit deprecationi eorum, ordinavitque ad hoc venerabilem & catholicum virum Libutium ; *id eſt deſignavit : nam Libutii ordinatio facta eſt anno ſequenti* DCCCCLX. *Teſte enim eodem Chronographo, præter Reginonis Continuatorem,* Rex Natale Domini Francofurd celebravit, ubi Libutius, ex Cœnobitis S. Albani, à venerabili Adaldago Archiepiſcopo Bremenſi Rugorum genti ordinatur Epiſcopus. *Libutium hunc fuiſſe inſignem religione & pietate virum, vel ex hoc facto intelligimus ; tametſi nihil de eo reſcire nobis licuit præter obitum, quem anno* DCCCCLXI *contigiſſe, docet idem Cronographus, cum Reginonis appendice his verbis :* Libutius, priori anno quibuſdam dilationibus ab itinere ſuſpenſus, XV Kal. Martii obiit anni præſentis : cui Adalbertus, ex Cœnobitis S. Maximini Trevirenſis, machinatione &

à quo diverſus hic datur Ruſſis Epiſcopum petentibus

poſt mortuum an. 961 Libutium F

per ſimulatam legationem,

fruſtra ordinatus, & regreſſus ad Ottonem, E

& consilio Willehelmi Archiepiscopi *Moguntini*, licet meliora in eum confisus fuerit, & nihil in eum unquam deliquerit, peregre mittendus in ordinatione successit. *Nimirum Willelmo, Ottonis Magni filio, forsan invidiam faciebat Adalbertus:* quem piissimus Rex solitâ sibi misericordiâ, omnibus quibus indigebat copiis instructum, genti honorifice destinavit.

frustra ordinatus, & regressus ad Ottonem,

9 *Quid ex hac peregrinatione consecutum sit, docent iidem auctores anno* DCCCCLXII. *Quippe* eodem anno Adalbertus Rugis ordinatus Episcopus, nihilque in his propter quæ missus fuerat, proficere valens, & inaniter se fatigatum videns, revertitur: & quibusdam ex suis in redeundo occisis, ipse cum magno labore vix evasit, & ad Regem veniens caritative suscipitur, & à Deo amabili Willelmo Archiepiscopo, pro retributione tam incommode ab eo sibi machinatæ peregrinationis, bonis omnibus & commodis, quasi frater à fratre amplectitur & sustentatur. Missis etiam pro eo ad Imperatorem litteris, reditum ipsius in Palatio operiri jubetur. *Sic tandem invidia virtuti cessit, facili humanitate Willelmi optimi Principis. Ceterum ex hujusce missionis eventu patet, fictam fuisse Legatorum Rugorum (quod prælaudati auctores observarunt) petitionem.*

Abbas Wicenburgen. constituitur an. 966:

10 *Post annos tres, id est anno* DCCCCLXVI, Erkanbertus, Wicenburgensis cœnobii Abbas, obiit: & Imperator, electione Monachorum, Adalbertum, Rugis ordinatum Episcopum, eidem monasterio præfecit. *Insigne est istud in diœcesi Spirensi monasterium, cujus originem ad Dagobertum referunt, S. Petro sacratum: cui jus electionis restituit anno* DCCCCLVII *Otto Magnus* studio sanctæ religionis; & virum venerabilem Gellonem eidem cœnobio Abbatem præfecit. *Anno* DCCCCLX *mortuum Geilonem excepit* Gerricus; *cui anno* DCCCCLXIV *suffectus est* Erkembertus *ejus frater; & post biennium huic* Adalbertus, *uti discimus ex Chronico Magdeburgensi; ex quo corrigenda vulgata Reginonis continuatio, in qua, pro* Wicenburgenti, *perpetuo legitur* Wirtzburgense *monasterium.*

ic denique Magdeburgensis Antistes creatur an. 968;

11 *Sed quoniam* Adalberto *non sufficiebat exigua hæc patrandæ virtutis materia, post duos Wicenburgensis regiminis annos, Sedi Magdeburgensi tandem impositus est: quod argumentis demonstrandum; ut non alium à Magdeburgensi* Adalbertum *Rugorum Apostolum, quod Baronio visum est, sed unum eumdemque extitisse appareat. Primus nostræ sententiæ auctor occurrit Ditmarus, cujus hæc verba sunt in lib.* 2 *pag.* 20. Imperator vocavit ad se Richarium, Magdeburgensis Ecclesiæ Abbatem tertium (nam Anno & Otwinus tunc Episcopi præfuerunt) & volens hunc dignitate Sacerdotali decorare, visâ quadam epistolâ quæ clauculum sibi deferebatur, omisit; Adelbertumque Treverensem, professione Monachum, sed Russiæ prius ordinatum Præsulem, & hinc à Gentibus expulsum, ad Archiepiscopatus apicem, inclitum Patrem & per omnia probatum, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX; XV Kal. Novembris Apostolica auctoritate promovit. Tunc misit eum ad Sedem suam cum magno honore, præcipiens universis Saxoniæ Principibus, ut proximum Natale Domini cum eo essent. *Ex his manifestum est,* Adalbertum, *Russiæ Apostolum, non alium esse ab* Adalberto *Pontifice Magdeburgensi. Idem probatur ex Chronico Magdeburgensi, cujus eadem est atque Ditmari narratio; quæ paulo altius repetenda est, nempe ab anno* DCCCCLXVIII, *quo* Adalberti *promotio facta dicitur in Chronico Magdeburgensi, non anno* DCCCCLXX *ut apud Ditmarum. Sic igitur factum Chronographus commemorat anno prædicto* DCCCCLXVIII. A.MABILIONE.

quando concepta à sexennio erectio Metropolis

12 Imperator *Otto Magnus*, audita morte matris & filii, ceterorumque principalium virorum, judicavit ab expeditione Fraxineti abstinere. Urgebat ad hoc eum timor mortis propinquæ: & quod Deo in rebus promisit anxiis, opportuno tunc tempore complere studuit. Electum namque à cuncto sanctæ Halberstadensis ecclesiæ Clero & Populo Hildiwardum Præpositum, & à domino suo Bernhardo ad hoc præsignatum, Romam ire præcepit; cumque eodem, quod diu latebat, secretum mentis revolvit; scilicet facturum se in urbe Parthenopolitana Archiepiscopatum semper studuisse, ob spem remunerationis æternæ & defensionis cælestis patriæ; seque ad omnia quæcumque unquam ab eo expetisset, promisit paratum, si consentiret sibi, hoc perficere votum. Hic autem, ut erat vir sapiens, petitioni piæ annuit, partemque parochiæ, quæ sita est inter Aram & Albim & Bodam fluvios, & insuper viam quæ Friderici dicitur, Deo concessit, sanctoque Mauritio ac Imperatori. Insuper caritative rogatus ab eodem Augusto Cæsare, dedit Deo sanctoque Laurentio parochiam jacentem inter fluvios Willerbici & Salsum mare & Salam ac Unstrod & Helmana, & Foveam quæ est juxta Walehusen. Tali muneri Imperator arridens, per manus suscepit eumdem, curamque ei cum Baculo comittens Pastoralem, Accipe, inquit, pretium patris tui. Hunc enim, Ericum nomine, cum ceteris (sicut superius dictum est) in Quidelingeburch in Pascha eum occidere conantem, decollari præceperat. His ita transactis Imperator vocavit ad se Richarium, Magadaburgensis Ecclesiæ Abbatem tertium (nam antecessores ejus Anno Wormatiæ, Otwinus Hildensheim Episcopi præfuerunt) volens hunc dignitate Sacerdotali decorare: sed visâ quadam epistolâ, quæ clam deferebatur, omisit, Adalbertumque Treverensem, professione Monachum, Rugis prius ordinatum Præsulem, & hinc a Gentilibus expulsum, ad Archiepiscopatus promovit apicem, inclitum Patrem & per omnia probatum: quem & Romam pro pallio à Domno Papa suscipiendo direxit. Domnus autem Papa Joannes, illius nominis XIII, & prius Narniensis Episcopus, justis petitionibus annuens, nihilque tarditatis impendens, privilegio Apostolicæ auctoritatis eum dignum Archiepiscopum decernens, pro amore B. Mauricii & Innocentii, & Sanctorum qui Magadaburch requiescunt, & prædicti Imperatoris, Pallium ad Missarum solemnia celebranda dedit anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII, Indictione XII, XV Kal. Novembris, hoc est in festivitate S. Lucæ euangelistæ, anno Pontificatus ipsius Domni Joannis universalis Papæ quarto. Tunc Imperator misit eum ad Sedem suam cum magno honore, præcipiens universis Saxoniæ Principibus, ut proximum

partem parochiæ Hilwerdo Halberstadensi conferente,

* *imo* Russis

& approbante Ioanne Papa XIII, perfecta tandem fuit:

A Natale Domini cum eo eſſent. *Eidem Adalberto Wizenburgenſem abbatiam retinere conceſſum eſt, litteris Apoſtolicis & Imperialibus, quarum ſummam Meibomius refert.*

A. MABILIONE

13 *Paulo aliter hoc factum memoratur apud eumdem Meibomium pag.* 108. *ubi iſta Magdeburgenſis Metropolis erectio facta dicitur in Concilio Ravennenſi: at in alia narratione, quæ ex altero Chronico Magdeburgenſi Ms. eruta eſt, primo hæc erectio in Synodo prædicta concepta dicitur anno* DCCCCLXVIII. Quibus peractis Cæſar lætatus, accerſito Richario, Magdeburgenſis cœnobii Abbate tertio, coram Annone Wormatienſi & Othwino Hildensheimenſi Epiſcopis, ſecum tunc forte commorantibus, volebat illum officio Epiſcopatus fungi, in ipſa Sedis ſuæ mutatione: ſed impedierunt quidam occulto conſilio, & Imperatori pro ſecreto hoc delatæ litteræ. Qui dum ſe tanto honore privatum intelligens, minus æquo animo ferret, ac impediendo tam ſancto propoſito Imperatori quoquo pacto obviare proponeret; brevi pulſatus valetudine, terrena mutavit cæleſtibus, ſucceſſitque in ipſa Sedis mutatione Herdiggus. Erat tunc quidam magni nominis & meriti Adelbertus, qui dudum Treveris de cœnobio S. Maximini Monachus abſtractus, & Epiſcopus conſecratus, ad prædicandum Rugis fuerat deſtinatus. Sed populus exaſperatus, dura fronte & indomabili corde, expulit illum de finibus ſuis, contemnens euangelizantem Euangelium pacis; quia Dei providentiâ in terrâ noſtrâ illi populus committendus erat novæ acquiſitionis. Hunc ergo de Wiſſenburgenſi Abbatia, quam interim regebat, aſſumptum, per omnia dignum & probatum, Cæſar prædictæ Eccleſiæ Magdeburgenſis Sacerdotio promovit; illumque Romam, pro Pallio ab Apoſtolica Sede ſuſcipiendo, cum litteris ſuæ auctoritatis direxit. Sedit eo tempore in Clavigeri cæleſtis Cathedrâ, gratiâ & nomine Joannes Papa, nominis illius tredecimus, in ordine vero Romanorum Pontificum centeſimus triceſimus ſextus. Hic igitur benigne illum ſuſcipiens, pro pio ſtudio glorioſiſſimi Imperatoris, quod in amplificatione divini cultus habebat, gaudens, ideoque juſtis ejus petitionibus annuens, illum Apoſtolica auctoritate Archiepiſcopum fore, ejuſque ſucceſſores decrevit: cui & Pallium ad Miſſarum ſolemnia celebranda dedit; & ipſe nimia dilectione commotus, XV Kal. Nobemb, id eſt in feſto S. Lucæ Euangeliſtæ, eum ordinavit; & privilegio Apoſtolicæ auctoritatis ſanxit ac confirmavit.... (*Hic mihi D. P. liceat interfari atque lectorem remittere ad Analectorum Norbertinorum Caput* IV *ubi num.* 56 *&* 57 *inveniet privilegia hic omiſſa & ſuppoſitionis convicta; ſicut porro confirmatur eodem Capite* §. 7.) confirmavit, *inquam*, eum eſſe Metropolitanum totius ultra Salam & Albiam Slavorum gentis, tunc ad Deum converſæ, vel convertendæ; & ut ſecundum deſiderium Imperatoris in his civitatibus, in quibus olim barbari ritus maxima vigebat ſuperſtitio, id eſt Cizi, Miſni, Merſeburg, Havelberg, Poznani, in honorem Dei Epiſcopi fundarentur; quorum Paſtores, ſecundum canonicam auctoritatem, Magdeburgenſi Epiſcopo fidem & ſubjectionem debendo ſociarentur. His & aliis, quæ privilegia adhuc inibi conſervata teſtantur, Synodali decreto ordinatis, & interminatione Dei & Apoſtolici nominis confirmatis; præfatus Archiepiſcopus, cum Legatis Romanæ eccleſiæ, Widone ſcilicet Epiſcopo Bibliothecario, & Benedicto Cardinali, qui illum cum Hildiwardo Halberſtadenſi Epiſcopo Sedi ſuæ inthronizarent, dimiſſus, ad Imperatorem remeavit lætus: quem Imperator nihilo minus gaudens, utpote beati ſui deſiderii compos, cum litteris commendatitiis Magdeburg deſtinavit. Illuc ergo ex præcepto Imperatoris, Epiſcopi, Marchiones, & reliqui Saxoniæ Principes convenientes, ipſum honorifice ſuſceperunt; & vocum acclamatione manuumque elevatione electum, cum præfatis Apoſtolicæ Sedis Legatis celebri ritu inthronizaverunt. Adfuit omnis ſexus & ætas gaudentium: fuit prorſus generale tripudium. Ubi ad confirmationem ſui idem Archiepiſcopus in præſentia eorumdem, Nativitatem Domini ſecum celebrantium, Boſonem Monachum, Merſeburgenſi; Burchardum, Miſnenſi; Hugonem, Cizenſi Eccleſiis primos Epiſcopos ordinavit. Dudo quoque Havelbergenſis, & Dudellinus Brandenburgenſis Epiſcopi, prius quidem Moguntino Archiepiſcopo ſubjecti, ſed tunc agente Imperatore à debita ſua obedientia abſoluti, Magdeburgenſi eccleſiæ & ejus Archiepiſcopo cum præfatis confratribus fidem & ſubjectionem promiſere. *Hactenus erectio metropolis Magdeburgenſis ex codice Meibomii.*

fruſtraque repugnante Ab. Richario

inthronizatus Magdeburgi,

14 *His Epiſcopis, quos Magdeburgenſi Archiepiſcopo ſubjectos voluit Imperator*, Jordanem Poznanenſem *addit Chronographus Magdeburgenſis, ad annum* DCCCCLXIX. Adalbertus Archiepiſcopus, à clero & omni populo magnifice ſuſceptus, in his feſtivis diebus conſecravit Boſonem, Mersburgenſis Eccleſiæ Paſtorem primum; Burchardum, Miſnenſis Eccleſiæ Proviſorem primum; Hugonem, Cicenſis Eccleſiæ primum Epiſcopum. His confratribus coaptavit Imperator tres prius conſecratos; hoc eſt Dudonem Havelbergenſem, Dudelinum Brandenburgenſem, & Jordanem Poznanenſem, omnes ſubjectionem Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus promittentes. Monachi autem qui prius ibidem converſabantur, tranſpoſiti ſunt in monte, qui dicitur ad S. Joannem; in ſuburbio ejuſdem civitatis, V Idus Auguſti, hoc eſt in vigilia S. Laurentii Martyris. Qui multis retro annis, ob devotionem & recordationem ejuſdem tranſpoſitionis, nudis pedibus eadem die facere ſolebant proceſſionem in urbem, ſuppliciter implorantes S. Mauritii ceterorumque Sanctorum patrocinia. Permanſit autem talis inſtitutio uſque ad adventum Hirſaugienſis Ordinis, *id eſt reformationis.* Quo autem anno hæc tranſpoſitio facta fuerit, certum non tenemus: niſi quod legimus Imperatorem tradidiſſe ad idem monaſterium, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXV, Indictione VIII, anno imperii ſui IV, regni autem XXX, omnem Decimam mellis de provincia Slavorum, Nizizi nominata. Si in eodem anno, an in ſuperioribus factum ſit, in dubio eſt.

ubi Suffraganeos conſecrat,

& Abbatiam transfert ad S. Ioannis.

Adelbertus Archiepiſcopus Romæ declaratur, ac Pallio donatur 18 *Oct.*

conceſſis ei Privilegiis

& Suffraganeis aſſignatis:

A

§. III. *Reliqua Adalberti acta, obitus, ſanctitas.*

Adalbertus Ottonem placat,

15 EOdem *anno* DCCCCLXIX *Herimannus, Saxoniæ Dux, Magadaburgi* ſuſceptus eſt ab Archiepiſcopo *Adalberto*, manuque deductus eſt ad eccleſiam, accenſis luminaribus, cunctiſque reſonantibus campanis. *Re per Heinricum Comitem de Stadhe accepta, Otto, qui tunc in Italia verſabatur; & nuntio accepto, quomodo Herimannus Dux*, in medio Epiſcoporum, ad menſam loco Imperatoris ſederet lectoque dormiret; ob hoc maculabile ſuccenſus, Athelberto mandavit Archiepiſcopo, ut tot ſibi equos mitteret, quot Duci campanas ſonare, vel quot coronas accendi præceperat. Imperatoria Archipræſul peragens edicta, quibuſcumque valuit modis ſe per legatos ſuos excuſare contendit. *Anno* DCCCCLXX, *defuncto Boſone Merſeburgenſi Epiſcopo*, interceſſione Annonis Wormatienſis Epiſcopi, Imperator Giſilero, moribus & natura nobili, Epiſcopatum dedit: *qui Giſilerus* conſecratus eſt in Madagaburh ab Athelberto Archiantiſtite, Junio menſe.

B

Giſilerum Epiſcopum conſecrat,

Reliquias accipit, Ottonem ſepelit;

16 *Anno* DCCCCLXXII, Imperator multa Sanctorum corpora, ab Italia ad Magadaburh, per Dodonem Capellanum ſuum tranſmiſit, *ut cum ſacris pignoribus ibi felicius quieſceret. Nam anno ſequenti cum apud Miminleven in Saxonia obiiſſet idem Otto, ejus filius æquivocus* tranſtulit corpus patris in civitatem, quam ipſe magnifice conſtruxit, vocabulo Magdaburh. Ibi honorabiliter atque lacrymabiliter ſuſceptum, marmoreoque impoſitum ſarcophago, ſepultum eſt ab Archiepiſcopis, Gerone Colonienſe, atque Athelberto Magdaburgenſe, ceterorumque auxilio Epiſcoporum, & plebis totius. Otto junior, piæ genitricis ſuæ inſtinctu, cujus gubernaculo vigebat, Minminleve, ubi pater ſuus obiit, juſto acquiſivit concambio, Decimaſque quæ ad Heresfeld pertinebant: & congregatis ibi Monachis, liberam fecit Abbatiam, datiſque rebus neceſſariis Apoſtolico confirmavit privilegio. Inſuper licentiam Archiepiſcopum eligendi Confratribus Magdaburh Deo famulantibus, præcepto Imperiali, præſente Athelberto Archiepiſcopo, dedit; & cum uno libro, qui hodie ibidem eſt, in quo ſua & Imperatricis Theophanu imago auro ſplendet formata, munus affirmavit: quod gratiâ Cæſaris & in præſentia ejus Archiepiſcopus, præparatus ad Miſſam, cum peracto Euangelio more ſolito optime prædicaſſet, recitato coram præcepto Imperiali, quo electio continebatur, oſtendit: eumque qui temerarius hoc unquam auderet infringere, terribili damnationis excommunicatione, cunctis proſequentibus Amen, fiat fiat, conſolidavit.

C

Canonicis libertatem Archiepiſcopi eligendi obtinet.

17 Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXVIIII Imperator Natale Domini in Franconevord, Paſcha in Trotmannia celebravit. Accuſatus apud Imperatorem Gero Comes de Aleſſeve, à Waldone, & in loco qui Sumeringe dicitur captus; hortatu Athelberti Archipræſulis & Theoderici Marchionis, Sigefrido Comite & Lothario fratri ejus, filiis Lothario de Waldebike, firmiter eſt commiſſus. Deinde convocatis in Magdaburg cunctis Regni Principibus, congreſſi ſunt hi duo judicio, in inſula quadam, ſingulari certamine. Vulneratus Waldo bis in cervicem, ardentius inſequitur hoſtem; percutienſque ictu valido in caput, proſtravit eum. Interrogatus autem Gero Comes ab eo, ſi plus poſſet pugnare, coactus eſt confiteri quod jam defeciſſet. Waldo egreſſus, aquâ refocillatur, armis depoſitis; & poſt tergum mortuus cecidit. Tunc Gero juſſus eſt, decreto judicum & voce Imperatoris, à carnifice quodam decollari III Idus Auguſti. Hæc pugna nulli, niſi tantum Athelberto Archiepiſcopo & Theoderico Marchioni placuit. Correptus eſt quoque Imperator ab Ottone Bauvariorum Duce, filio Liudolfi, eodem die veniente, & à Comite Bertoldo, quod ob tam vilem cauſam tantus vir unquam damnari debuiſſet. *Geronis obitum Liudolfus novæ Corbeiæ Abbas cælitus agnovit, ut in ejus Elogio dicemus.* Pro hujus, *id eſt Geronis*, memoria, ſoror ejus Tetta & conjux ejus Athela monaſterium in loco, qui Aleſſeve dicitur, ubi ipſe requieſcit, conſtruentes, decimam partem totius ſuæ hereditatis tradidere Deo, ejuſque Præcurſori dilecto, hoc privilegium Imperiali præcepto ea ratione firmantes, ut Abbatia ibidem liberaliter facta, Imperatoris ſuorumque ſucceſſorum poteſtatem ac tutelam reſpiceret, Comitis præfati corpus poſt tres annos, cum juxta illud contectalis ſua poneretur, integrum unà cum veſtimentis inventum eſt. Filia ejus Athela nupſit Sigefrido filio Heinrici Comitis de Stathen, qui genuit ex ea Liutgerum Comitem, & Irmingardem & Bertam Abbatiſſas de Aleſſeve. Ipſa Comitiſſa Athela prædia contulit Magdaburgenſi Eccleſiæ, pro redemptione capitis patris ſui: inſuper duobus monaſteriis, ſcilicet in Aleſſeve & Herſevelden conſtitutis, dedit bona quæ ſunt Trebenezi. *Hæc tametſi ad Adelberti facta non omnino pertinent, viſum eſt referre ad rei monaſticæ illuſtrationem.*

D

A. MABILLONE.

Duelli ab Imperatore permiſſi

miſerandus ſucceſſus,

fit occaſio condendi Aleſſevenſis partheonis,

18 *Denique anno* DCCCCLXXXI Athelbertus Magdeburgenſis primus Archiepiſcopus, *ut in ſæpe laudato Chronico Magdeburgenſi legitur*, Imperatore Romæ commorante, XIII ſuæ ordinationis anno, ſuos docendo & confimando; & Giſileri Præſulis *Merſeburgenſis*, quia tunc cum Cæſare fuit, diœceſim perluſtrans, XIII Kal. Julii in Merſeburh Miſſam celebravit. Proximam verò noctem cum Hamezone venerabili laico in Crowate lætus duxit: craſtinoque die exurgens triſtis nimium, capitis queritur dolorem, & tamen non abibat. Cumque Cirmini villam ad Frekenleve pergere cupiens præteriſſet, ni cito à ſuis ſuſtentaretur, ex equo paulatim declinans, in terram cecidiſſet. Is verò tapeto ſuperpoſitus, completiſque omnibus quæ à Clericis dicenda erant, fideliter migravit ad Chriſtum XII Kal. Julii. Hujus corpus ad Givikinſtein delatum, atque Sacerdotali apparatu veſtitum, navigio ad Magadaburh uſque deductum eſt; flebiliterque à Confratribus, & maximè à Monachis ſuſceptum eſt. Commendatum verò eſt ab egregio ſanctæ Halberſtadenſis Eccleſiæ Epiſcopo Hildewardo, favente ſibi Hartwigo Abbate, in medio eccleſiæ, coram altari Apoſtolorum Philippi & Jacobi.

E

F

Adalberti obitus,

& ſepultura.

19 Quanta ſolicitudine idem Archiepiſcopus ſibi commiſſis invigilaverit gregibus, lector attende. Sæpe numero ad ovile

A Joannis Baptiſtæ ſanctique Mauritii noctis ſilentio venit, duobus tantùm comitantibus; qualiterque Confratres ad Matutinas convenirent, vel qui in dormitorio remanerent, ex improviſo proſpexit: &, ſi bene fiat, Deo gratias egit: ſin autem, culpabiles digna caſtigatione redarguit.

A. MABILIONE.

Solicitudo ejus & pietas.

20 Sed Clerus & Populus, tanti Patris funere turbatus, Ochtricum Confratrem, & tunc Imperatori fideliter ſervientem, communiter elegerunt in Dominum & Archipræſulem: quamvis hoc nullo modo poſſe fieri, dum adhuc viveret beneque valeret, multis ex eorum numero publicè prædiceret Adalbertus. Cum enim Epiſcopus & Ochtricus numquam convenirent moribus, magna fratrum & hoſpitum caterva bene elaborata, quia Magiſter ſcholæ fuit, maluit inde exire quàm in monaſterio permanere. Huic Cęlar cúm apud Archiepiſcopum licentiam ſibi ſerviendi vix impetraret, contigit in die ſanctæ Reſurrectionis Epiſcopum ad Miſſam paratum, Subdiacono,

Ochtricum ſibi ſucceſſorem deſignari non patitur,

B ut moris eſt, ſanctam Crucem tenente, ambabus eam complectens manibus, ut Ochtricus & Ico Sedem ſuam numquam poſſiderent, lacrymis profuſis poſtulat. Peracto autem divino pleniter miniſterio, cum idem ad menſam ſederet, præfatos numquam ſibi ſucceſſuros præſentibus cunctis innotuit: qualiter autem hoc ſibi revelatum fuerit, non aperuit. Poſt mortem quoque ſuam Walthardo ſibi dilecto, qui & Todico dicebatur, ut ipſe pro vero narravit, in ſomnis idem cuncta, quæ in hac re vivus prænuntiaverat, compleri talibus affirmavit. Hic in lecto poſitus in diſceſſu mentis, vidit Archiepiſcopum in eccleſiæ auſtrali janua, quæ cœmeterium reſpicit, ſtantem; & eumdem

& moriturus quoque non ſucceſſurum aſſerit:

quaſi Romam cum baculo ſuo pergere cupientem, his exaſperavit verbis: Mi Todico, ut quid alii meum præbetis honorem? Qui reſpondens ait: Nonne in triſti meo habitu, non voluntatem, ſed obedientiam

C ſolum, ſenior cariſſime, vales conſiderare? Ad hæc Archiepiſcopus proſequitur dicens: Pro certo ſcias, Ochtricum Sedem meam numquam poſſeſſurum. Univerſus autem Clerus & populus, ut ſupra memoravi, completa electione miſerunt Ekkihardum, qui dicebatur Rufus, cum conſortio aliorum Fratrum & Militum, qui hanc Imperatori nuntiarent, & de promiſſis admonerent. Qui cum Italiæ partes, ubi tunc Imperator erat, itinere attingerent; Giſileri Merſeburgenſis Epiſcopi ſuffragium, qui apud Imperatorem tunc plurimum valebat, implorantes, legationis ſuæ ſecretum ei aperiunt. Promiſſa eſt his

ſuccedit autem ei Giſilerus

ab eo fidelis interceſſio, completurque proxima ſibi in omnibus benevolentia: namque ut audita Cæſaris auribus inſtillavit, pedibus ſupplex advolvitur, promiſſa & diu expectata longi laboris præmia poſtulans; Deo hoc conſentiente, protinus impetrat. Egreſſus autem interrogatur à nuntiis, & maxime ab Ochtrico, qui ſe fidei ejus firmiter commendaverat, ſi quid in ſibi creditis proficeret: reſpondit, quod vix in ſuis neceſſitatibus in hoc ſubveniret. Corruptis pecuniâ cunctis Optimatibus, maximeque Romanis Judicibus, quibus omnia venalia ſunt, qualiter ad Archiepiſcopatum aliqua ratione veniret, primum ſecreto revolvit: deindeque palam Domni Papæ Benedicti ſeptimi, qui ſic vocabatur ex numero præcedentium æquivocorum, obnixe petit auxilium: quod cum totius conſilio Senatus, ſi poſſet impendi, paratum ſe fore & hic promiſit. Poſitum eſt Romæ Concilium generale: ſapientiſſimi conveniunt: impleturque illa Jeremiæ prophetia, *Quomodo obſcuratum eſt aurum, &c.* Nam cum Judices ab Apoſtolico interrogarentur, ſi liceret Giſilerum promoveri ad Archiepiſcopatum, qui certam non haberet tunc Sedem, ſed ab Epiſcopo Hildiwardo injuſte, ut ſemper queſtus ſit, ablatâ caruiſſet hactenus quam poſſederat, tunc auctoritate canonica jure meritoque hoc percipere verbis affirmabant & exemplis, Davidica tranſgredientes monita, *Recte judicate filii hominum* & illuc,

D

per judices Romæ corruptos probatus.

Corruptus judex neſcit diſcernere verum.

Piget atque pudet hoc verbis exponere, quod hi ad præſentem futurumque pudorem noluerunt omittere. Merſeburh, quæ uſque huc

E libera dominabatur, Epiſcopali ſede deſtructa Halberſtadenſi eccleſiæ ſubditur; & Giſilerus, ejus non paſtor, ſed mercenarius ad majora ſemper tendens, deſiderata IV Idus Aprilis percepit. (*Ditmarus, qui eadem iiſdem verbis in lib. 3 commemorat, habet* Septembris. Ochtricus vero Beneventum poſtea veniens infirmatur: viditque, uti Huſwardus, qui tunc aderat, poſtea retulit, Atelleken Præpoſitum quondam Magdaburgenſem, ſed tunc defunctum, ſibi aſſiſtere, atque annonam ſibi S. Mauritii eminus porrigentem. Et expaveſcens ad hanc viſionem, Cernis, inquit, Frater aliquid? Et exponens ei cuncta per ordinem dixit: Væ mihi miſero & peccatori, quod unquam monaſterium meum & obedientiam ob ambitionem dereliqui: &, ſi Divinitas aliquam mihi ſanitatem concedere dignaretur, ſupplex illuc veniam, & numquam inde recedam. Talia proſecutus, infirmitate validiori opprimitur, & poſt paucos dies in

Ochtricus ambiti Epiſcopatus pœnitens,

præfata civitate Nonis Octobris moritur ac F ſepelitur, nullum ſapientiâ relinquens ſibi ſimilem. Giſilerus autem, acceptâ ab Imperatore licentia Magdaburh, II Kal. Decembris, Theoderico Metenſis eccleſiæ Epiſcopo comitante, venit. *De diviſione ab eo facta Epiſcopatus Merſeburgenſis ſuperius Actum eſt. Porro Ochricum fuiſſe monachum, ex jam dictis intelligitur, utpote quem in extremis relicti monaſterii & obedientiæ ob ambitionem prætermiſſæ pœnituit.*

pie moritur.

21 *Redeo ad* Adalbertum, *quem* ſummæ ſanctitatis *virum appellat Adamus in cap.* 60, *ubi Magdeburgenſis Archiepiſcopatus fines accurate diſterminat.* Sanctum Adalbertum *vocat Crantzius, in lib.* 4 *de Saxonia cap.* 28. *Illud maxime in noſtri* Adalberti *laudem cedit, quod alterum* Adalbertum, *futurum poſtea Pragenſem Epiſcopum, inſtituit, tum per ſe, tum per Ochricum Scholaſticum Magdeburgenſem, de quo mox agebamus.*

Adalberti ſanctitas.

22 *Hoc loco non præteream id, quod de Eppone monacho Magdeburgenſi in Chronico Ms. legitur ad annum* M. Fuit iiſdem temporibus in urbe Parthenopoli quidam Decanus, nomine Eppo hilaris homo, valde utilis in monaſterio, & maxime in choro: qui cum jam ſenex & in cunctis actibus ſuis maturus eſſet, pa-

A ralysi subito percussus obmutuit : sed postmodum, auxilio summi Medici, Psalmos optime potuit cum Fratribus canere ; ad cetera vero parum valuit adspirare. Et in hoc laudanda virtus Christi est, qua sibi servienti fideliter vires suggerere probabatur. Cumque hic venerabilis Pater in relicto habitu monastico se nimis peccasse tacta confessione ingemuisset, idque hortatu Fratrum in receptione ejusdem emendare voluisset ; non longe post obiit ; sepultus ad S. Joannem cum ceteris Fratribus, cum quibus vivere debuerat, si sic humana fragilitas fieri sineret. *Ex his intelligitur, quosdam sancti Joannis Magdeburgenses Monachos, non raro in cathedralem transferri solitos, alicujus dignitatis gratiâ, vel etiam docendi : quos inter unus est etiam Otricus, de quo supra num.* 19. *Post superiora Chronographus de* Ekkihardo, *cognomine Rufo, qui* arte Grammaticus, & Magister Scholæ, *Walthardo Præposito res suas distribuendas commisit moribundus : tum de Huswardo, ac de Marquardo quodam Canonicis Magdeburgensibus : ex quibus Marquardus in somnis admonitus dicitur, se in pœnas post mortem præcipitandum cum Rothulfo, nisi is* in limine Liudegeri, *id est in monasterio Helmenstadiensi à sancto Liudgero constructo*, conversus staret. Ambo enim hi fuerant Monachi in monasterio Confessoris prædicti, qui locum Helmanstide vocatum de sua proprietate construxerat tempore Karoli Regis : eratque frater Hildegrimi Catalaunensis Episcopi, primi Halberstadensis ecclesiæ Rectoris. Qui (Liudgerus) primus Mimigardensis Episcopus à Karolo effectus, locum quoque, qui Wirdina dicitur, ex propriis impensis construxit. Prædictus autem Presbyter eodem anno quo hoc vidit, habitum pristinum resumere & obedientiam vovit, & non longe post obiit. Hæc de Confratribus meis, *inquit Chronographus*, non arguendo, sed ut cauti simus, & bonos imitemur obsecrando, locutus sum. *Et ista quidem occasione* Adalberti *Magdeburgensis Archiepiscopi primi, cujus obitum Baronius ad annum* DCCCCLXXXIII, *id est biennio serius, uti & ejus ordinationem revocavit.*

Epponis Decani punitio,

ob dimissum monasterium.

Plures ex Monachis in Clerum adsciti ad officia.

23 *Hactenus Commentarius diligentissimi Mabilionis, desumptus ad verbum ex Benedictinorum Sanctorum Seculo* V. *Placuit enim integrum specimen unum aliquod proponere accurationis ejus, qua vir iste eruditissimus in rem ecclesiasticam, præsertim Monasticam, eruderandam incumbit. Placuit etiam* Adalberto *huic locum dare inter Sanctos ; quamvis publici cultus, ei in ecclesia Magdeburgensi post mortem delati, nulla satis certa & clara documenta extent. Indulgendum enim aliquid Ecclesiis illis, in quibus prædominans hæresis, superiori seculo invecta, pleraque veteris religionis monumenta sustulit. Certe de* S. Norberto, *qui juxta Democharem decimus quartus ab* Adalberto *fuit, haud multo certius nobis constat, eum Magdeburgi habuisse proprium Sanctis ac publicum cultum : & nisi suus Ordo corpus, hereticorum potestati subtractum Pragam curasset transferendum ; cultumque instaurandum, vix quisquam, præter institutos ab eo Præmonstratenses, eum nosset ut Sanctum. Idem* S. Bennoni *Misnienſi Episcopo contigisset, si non translatus Monachium fuisset. Restat igitur ut similem sortem* S. Adalberto *optemus ab eo, qui novit suis temporibus disjecta vel contempta Sanctorum suorum ossa clarificare. Unum interim notaverim,* Adalbertum, *licet jam ante consecratum Episcopum, Romæ non fuisse Archiepiscopum institutum Pallioque donatum, nisi in Dominica die ; in hanc enim anno* DCCCCLXVIII, *habente litteram Dominicalem* D, *cadebat dies* XVIII *Octobris, licet alioqui in honorem S. Lucæ festivus.*

D

D. P.

E

Obscuritas antiqui apud Magdeburgum cultus hæresi imputanda.

DE S. JOANNE, MATHERENSI,

C

ORD. PULSANENSIS SUB REG. S. BENEDICTI FUNDATORE ET ABBATE.

F

APUD MONTEM GARGANUM IN APULIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

AN. MCXXXIX.

§. I. De ejus Cultu, Vita, nomine Martyrologiis inscripto.

Iuxta montem, jam olim cultu S. Michaëlis celebrem,

Gárgani-mons (*sic enim penultima correpta pronuntiandum, nomẽ probant metra, de quibus infra*) Mons, *inquam* Gárgani, *nomen creditur accepisse ab eo, cujus ibi repertus taurus monstravit, locum a S. Michaële Archangelo electum, ut suus in eo cultus solennissimus celebraretur. Hic affluente peregrinorum toto orbe concursu, ita inclaruit, ut factum sit oppidum non contemnendum ; in quo Sipontini Archiepiscopi, cum domum & palatium sibi fabricassent ad delicias, titulum quoque Archiepiscopalem sibi communicatum aliquando præsumpserunt incolæ, idque etiam hoc seculo in publicis usurpant tabulis, appellantes suam* S. Michaëlis ecclesiam Cathedralem, *atque* Archiepiscopatum Garganicum, *non obstante* Alexandri III sententia, quam in Garganicos ipsos, *inquit Ughellus tom. 7 col.* 1104, merito tulit, cum eorum retexisset conatum ; abrasumque & vitiatum ab ipsis Garganicis Eugenii III privilegium propriis usurpasset oculis. *Sed si vanus hic fuit conatus*, Sipontinum Archipræsulem, *temere appellantium* Garganicum *quasi duæ ad invicem unitæ sedes forent* Mons Gárganus & Sipontum ; *vera ac solida ipsis obvenit gloriandi materia, quam miror ab Ughello nec indicatam obiter*, à Pulsanensi *apud se ad tertium ab oppido lapidem condito monasterio, capite olim aliquot aliorum utriusque sexus ab eo dependentium, sub Regulæ Benedictinæ professione ; quorum indicem nemo adhuc texere curavit, uti nec Abbatum seriem, nec rerum ibidem memorabilium historiam postquam in*

exortus est Ordo Pulsanensis ;

AUCTORE D. P.

cujus fundatoris Vita per Montis-Virginis scriptores innotuit,

A *Commendam locus venit, sola jam magni nominis umbra.*

2 *In hac Pulsanensium, ad loci sui historiam producendam ex propriis monumentis, non tam negligentia quam impotentia commode accidit quod Montis-Virginis Religiosis, eamdem Benedictinam Regulam sub peculiari quadam noma professis, venerit desiderium illustrandi Ordinis sui, aque ferme ignoti extra Neapolitani regni fines; & quærere alios Sanctos, quos Fundatori suo Guilielmo, cujus Vitam* XXV *hujus mensis Junii proferemus, socios adderent. Primus autem iis merito occurrit* B. Ioannes, Pulsanensis monasterii fundator, *circa idem fere tempus, id est circa annum* MCXXX, *quo virginei montis Archimonasterium S. Guilielmus condere exorsus erat. Nam ille aliquantis antea annis Hierosolymam iturus,* Joannem, *jam tum monasterii unius apud Genusiam conditi Patrem, atque annis forte viginti seniorem, consuluerat; & eumdem, inde recedentem, hospitio exceperat in Monte-Laceno.*

B *Cumque ibi cœpta flamma absumpsissent, uti futurum* Joannes *prædixerat, comitem eum habuit Guilielmus ad Montem Cuneatum; quoad inde ab invicem disjungerentur ad* Montem Gárgani *unus, ad* Vigilii *seu* Virginis *alter.*

ut qui sui fundatoris aliquando socius fuit.

3 *Tali studio primus, ab annis jam centum & amplius, incubuit Neapolitanus quidam Thomas Costus, sanctique Fundatoris Guilielmi, ac discipulorum ejus Amati & Donati Vitas, semel iterumque sic edidit, anno* MDLXXXV *&* XCI, *ut titulum simul præferrent Historiæ, originem sacri montis Virginis complexæ Italica lingua; cum nonnulla* S. Joannis Pulsanensis *mentione, ob eas quas dixi causas. Medio deinde seculo post, in similem curam intento Reverendiss. D. Joanni Jacobo Iordani, Abbati Generali Congregationis præfatæ, donavit Bartholomæus Chioccarellus, Iurisconsultus Neapolitanus, tum vel maxime incumbens scrutandis totius Regni archivis, unde conficeret Episcoporum Neapolitanorum paulo post editam historiam; Ioanni inquam Iacobo Iordani, donavit Bartholomæus,* Chioccarellus *repertam à se vitam prætitulati Sancti, sub hoc suo chirographo*: Fidem facio ego Bartholomæus Chioccarellus, utriusque Iuris Doctor, & in verbo veritatis testor, qualiter annis præteritis, propriis manibus, summo labore, exscripsi Vitam, Miracula, & Officium S. Joannis de Mathera Apuli, & Fundatoris Cœnobii S. Mariæ de Pulsano, ex vetusto & prægrandi codice in carta pergamena, Longobardis litteris conscripto, qui servabatur in Metropolitana ecclesia S. Michaëlis Archangeli in Monte-Gárgano. Quæ quidem Vita fuerat conscripta ab anonymo ejus temporis scriptore Synchrono, qui testatur, dictum S. Ioannem cælestem patriam ascendisse anno MCXXXIX, ejusque corpus in ecclesia dicti monasterii quiescere. In fidem subscripsi, & meo sigillo signavi, Neapoli die primo Iulii MDCXLII.

C *Eam ex Ms. Garganico sumpserat Chioccarellus.*

De cultu Ioannis testantibus, Collegio Canonicorum

4 *Hæc Attestatio primum locum habet inter Prolegomena ad utriusque Sancti Guilielmi & Ioannis Vitas; sequuntur Martyrologiorum textus de* Ioanne, *infra commodius referendi; deinde vero hujusmodi declaratio Italica*: Nos dignitas & Canonici ecclesiæ Cathedralis S. Michaëlis Archangeli Montis Gárgani, plenam & verificam fidem facimus, omnibus in quorum manus venturæ sunt hæ, quod in ecclesia Abbatiali S. Mariæ de Pulsano, sub hujus Archiepiscopatus jurisdictione, servantur Reliquiæ Venerabilis Abbatis dictæ ecclesiæ, sancti scilicet Joannis Pulsanensis, reverenterque & devote habentur: Sanctus etiam ipse semper fuit habitus & adoratus à fidelibus, tam hujus civitatis atque regionis, quam peregrinis, ipsum ad suas necessitates invocantibus. In quorum fidem præsentes scriptæ sunt à Domino Archipresbytero nostro, ac propria cujusque nostrum manu signatæ, sigilloque nostræ Cathedralis munitæ, in civitate Montis Gárgani x Octobris MDCXLII. *Et sequuntur subscriptiones Balthasaris Iordani Archidiaconi, Archipresbyteri, Primiceriorum duorum, Decani, atque Canonicorum Garganicorum octo: fidem pro ipsis faciente D. Alexandro* Peruccio *S. T. D. & Protonotario Apostolico. Eadem deinde & Italice testantur Syndicus, Electi tres & Consiliarii novem atque Cancellarius Civitatis S. Angeli de Monte Gárgano; addunt insuper se,* Ex traditione seniorum & Religiosorum præd. Ecclesiæ, atque Eremitarum vallis Pennachii, ad d. ecclesiam pertinentis, scire, quod d. Sanctus infinita sit operatus miracula; quodque Officium ejus descriptum habeatur in membraneo Pulsanensi Breviario, & solenniter celebratum festum sit; mutatis tamen Religiosis, d. ecclesiæ inservientibus, intermissum fuisse usum ipsius Officii celebrationemque festi, annis paucis ante datam præsentium, signatarum atque sigillatarum die XII Octobris MDCXLIII. *Sequitur denique attestatio Vicarii Franciscanorum, locum nunc obtinentium, ad finem hujus Commentarii referenda.*

Magistratu loci

& Conventu Minorum.

D E

Vitam ipsam damus ex Ms. sinceriore,

ut fuit à coævo scripta.

5 *Sub hujusmodi testimoniis cum haberemus editam Vitam prædicti S. Joannis, allata nobis est* Vita & obitus S. Ioannis Eremitæ & Abbatis ecclesiæ Pulsanensis, ex Codice Ms. Longobardico Bibliothecæ Neapolitanæ S. Severini Abbatis. *Erat quidem mutilus post num.* 23 *contextus, deficiente (quemadmodum ex impressis apparet) parte plus quam dimidia; gratulati tamen nobis sumus ipsam accepisse, & posse ex tali fonte saltem primam partem Vitæ dare; cum eamdem in edita à Jordano manifesto interpolatam agnoverimus. Causa interpolandi fuisse videtur, quod nollent aliqui quidquam in Vita* S. Joannis *comparere repugnans Vitæ S. Guilielmi. In quo quidem fide bona usum interpolatorem existimo, sed sinceritate non summa; hæc enim suasisset mutare nihil, verum in margine vel ad calcem notare, quare relatis num.* 9. *de actis in monte Laceno, potius credendum videatur ei qui Vitam* S. Guilielmi, *quam qui* S. Ioannis *scripsit, licet hic quoque supparis sit ævi. Talem sane ipse se probat dum num.* 4 *sic loquitur*: Eodem *S. Joanne*, licet invito, referente cognovimus: *& num.* 35, cujus actus jam expresse, sicut ab illis qui ejus mirabilia viderunt & interfuerunt, audivimus ..... à nobis descripti dignoscuntur, *& deinde num.* 49. Ne alicui, *inquit*, ea quæ diximus & quæ dicimus & quæ dicturi sumus, incredibilia videantur; omnes Fratres, qui ad illud spectaculum .... convenerant .... invoco testes, *adeo ut nihil propius dicere videatur, quàm se quoque præsentem adfuisse. Id tamen nusquam expresse profitetur; solum num.* 36 *ait*: nulli incredibile debet esse, id quod de Patre nostro Joan-

F ne

A ne retulimus : *eo ipso indicans se Pulsanensis vel monasterii vel saltem Congregationis Monachum ; licet Casinensem quemdam, aque anonymum, sed scripto Chronico clarum, offerre videatur Jordanus, nullo apparente argumento.*

Eadem Vita Rhythmice reddita habetur,

6 *Fuit qui sic scriptam* S. Joannis *Vitam rhythmico compendio exprimeret, incertum qua ætate, sic exorsus:*

Jesu Redemptor omnium, amor, & Desiderium,
Qui Pulsanensem hodie vocas ad thronum gloriæ.

Hunc rhythmum, cum nihil conferre ad Historiam valeat, satis est bis haberi impressum, primo post vitam Latinam, deinde post Italicam in Chronico Montis-virginis, *quod Chronicon idem Jordanus Generalis vulgavit anno* MDCXLIX. *Facit huc tamen Rythmi illius conclusio, cum Sancti invocatione conjuncta ; simulque probans pronuntiandum esse, quod supra indicavi,* Gárganum *non* Gargánum, *dum sic canit Auctor, quem Matherensem credere possis.*

B Tu ergo, Dei famule, Joannes Beatissime,
Sis memor tuæ patriæ tuorumque concivium.

cum invocatione Sancti,

Non adsit hic mortiferum, non pestis, non penuria :
Sit procul omne prælium à Regni hujus finibus.
Seda quæso discordias, tuis piis precatibus,
Ortas in tuo populo ; regnet hic pax perpetua.
Anachoritas Gárganos tuam sectantes Regulam,
Ad Paradisi gaudia ducens post vitæ terminum. Amen.

7 *Hic porro annotat Jordanus, canonizandorum istius temporis Sanctorum potestatem penes Episcopos populumque fuisse. Talis verò canonizationis statim à morte secutæ indicium sit, præter nomen mox inscriptum Martyrologio, de quo infra, antiquum*

ejusque Officio proprio

C *Matherensis ecclesiæ Breviarium Ms. in membrana, quo tota Sancti vita continetur, verosimiliter contracta in compendium, per Lectiones divisum (neque enim aliter inserebantur Breviariis Sanctorum historiæ) quomodo post Vitam Latinam impressæ leguntur. Idem probat Officium totum proprium, ibidem similiter scriptum, quomodo antiquitus in ecclesiis Montis Gárgani,* Pulsani atque Matheræ *recitabantur ; unde satis fuerit hanc Antiphonam proferre.*

O Joannes Pulsanensis, Abbas venerabilis,
Concivis Matherensis, Pater admirabilis ;
Serva servos ab offensis, qui prodigiis immensis
Fulges & miraculis.

ac Missa;

Pro salute populorum tuorumque monachorum,
Pater, ora Dominum
Ut exutos à peccatis, nos conjungat cum Beatis
Ad æternum gaudium. Amen.

ORATIO. Deus, qui ad obedientiam mandatorum tuorum, arctis vitæ semitis multitudinem populi, per B. Joannem Abbatem, adunare curasti ; tribue quæsumus, ut, eodem pro nobis suffragante, vitam consequamur æternam. SECRETA. Omnipotens sempiterne Deus, omnium bonorum institutor & amator, da nobis ita Joannis Abbatis institutis D insistere, ut admisceamur & præmiis. POST- AUCTORE COM. Præsta quæsumus, omnipotens Deus, D. P. illuc intentionis nostræ gressus dirigere, quo se hodierna die B. Joannes Confessor & Abbas migrasse lætatur. *Duo etiam hujusmodi libri, alter cum* Nota, *alter sine ea, habentur Matheræ in collegiata S. Petri & in Cavensis Abbatiæ ecclesia, easdem omnes Antiphonas, Responsoria, Hymnos &c. continentes.*

8 *Reperitur insuper in Bibliotheca Vaticana, ex Palatinatu allatus codex, in quo post Hymnos Pentecostales, habetur unus de* S. Joanne Pulsanensi, *datur ex Ms. Palatino Sequentia.* *consequentibus deinde aliis de* Baptista : *quem Hymnum seu potius Sequentiam, Missæ destinatam, quoniam nusquam alibi invenitur excusus, fortassis nec manuscriptus, ignotus certe ipsismet Pulsanensibus apparet ; placet dare post Vitam. Interim ad Martyrologium Pulsanense transeo, quod casu allatum Antverpiam anno* 1652 *redemimus ab antiquarum membranarum propola, tam vetustum, ut sub immediato Sancti successore Jordano scriptum videatur ; quippe aliorum* Pulsanensium Sanctorum *nomina nulla habens, sicut habent alia Jordano II chronici auctori visa & allegata. Ibi ad* XII Kal. *cum verbis* Julii, *cum prærogativa Majoris litteræ initialis pau- vetustioris cis dumtaxat iisque summis festivitatibus solitæ Mrlii* *præfigi, primo loco sic legendum scribitur :* Pulsanen. Natalis beatissimi Eremitæ Joannis, Pulsanensis ecclesiæ Abbatis, qui vivus in seculo se totis viribus mortificavit pro Christo. Hujus venerabilis obitus extitit XII Kal. Julii, anno incarnati verbi MCXXXIX, Indictione II. *Aliud in Pergameno, ac similis fere antiquitatis, allegat Jordanus in Chronico pag.* 529 *quod ex vetustissima ecclesia S. Mariæ de Plesco in Apulia, pervenit ad Bibliothecam Patrum Theatinorum Neapoli, ubi idem dies sic inchoatur :* XII Kal. Julii. In Monte Gárgano, natalis beatissimi Eremitæ Joannis, Abbatis Pulsanensis, prope oraculum S. Michaëlis, qui Pater Monachorum vivens in seculo *&c. ut supra.*

F

§. II. *De ordine pulsanensi, nunc extincto ; ejusque variis Sanctis ac sancti Fundatoris Reliquiis.*

9 *IN prælaudata Patrum Theatinorum biliotheca Neapoli, vidimus etiam alterum Martyrologium, Florentiæ impressum anno* MCCCCLXXXVI, *S. Ioannes Fundator Ordinis Pulsanen.* *quod & apud Senatorem Carolum Strozzium invenimus, cum hac sub finem diei prædictæ clausula,* Item S. Joannis Abbatis & Eremitæ, Sipontinæ diœcesis, in Apuliæ partibus, primi Abbatis & Fundatoris Ordinis Pulsanensis, magnæ sanctitatis viri. *Ubi* Pulsanensem Ordinem *vides nominari, sicuti nominantur Cluniacensis, Camaldulensis, Vallumbrasanus aliique vitis Benedictinæ palmites ; cujus siquis speciales Bullas ac Privilegia invenerit ac nobis transmiserit, libenter omnia dabimus in Supplemento, ut ab oblivione ac tenebris vindicentur in quibus delituerunt, simul cum Ordine, quem extinctum dolemus. Quod autem Fundator suus* Joannes *ipsum sub-* Regula Benedictina *instituerit, colligitur ex* *sub Regula Benedictina.* *Vita num.* 50, *ubi apparet Sanctus, ad sui cujusdam Monachi defensionem in judicio, testimonium S. Benedicti exposcens ; & interrogans, si* non præcepit ipse in Regula sua, *obedientiam subordinatis etiam præpositis exhibendam, æque*

A AUCTORE D. P.

ac Patri ſupremo; & ſi ipſe non conceſſit Monachis, ut ad opera manuum Fratres pro ſcapulari ſchema haberent. *Quia tamen ſuas conſtitutiones quaſdam proprias addidit, eremiticæ quam ſuos tenere volebat vitæ arctiorique diſciplinæ congruas, ideo laudatur in Sequentiâ ad Miſſam, ut* novam condens Regulam.

Ejus eccleſia Matheræ;

10 In ipſa Mathera civitate: *quæ (ut jam ſæpe dictum) patria Sancto fuit, diſtatque haud procul Genúſio, Tarentinæ diœceſis oppido, ubi primum monaſterium* Joannes *condidit*, eccleſia eſt, *inquit* Jordanus, ſub titulo S. Joannis de Mathera, fuitque olim Parochialis, ut ex vaſe baptiſmali, etiamnum ibidem viſendo apparet; reſtaurata uti docent ex veteri inſcriptione ſeniores circa annum MCCCCIII: eſtque nunc beneficium ſimplex, de jure patronatus Scalcionorum, ex quorum familia fuiſſe dicitur S. Joannes. Reliquiæ variis in locis honorantur, ac nominatim in eccleſia Collegiata S. Petri Matheræ, ubi habetur os grande brachii, quod magna cum ſolennitate venerandum exponitur in die feſto: ibidem etiam perſonæ quædam devotæ ſervant particulas cilicii. Caput autem ejuſdem Sancti tenetur argenteæ formæ incluſum, in Abbatia Pulſanenſi. Abbatia hæc celeberrima olim fuit, tum propter præſentiam dicti Capitis, frequentiaque ad illud miracula, tum propter aliorum ſanctorum ibidem Monachorum corpora: quare illam, Alexander Papa III, Venetias tranſiens, conſecrare non eſt dedignatus: de quo ita in loci Martyrologio legitur: Apud Pulſanum Dedicatio eccleſiæ & conſecratio altaris Beatiſſimæ Dei genitricis & gloriоſæ ſemper Virginis Mariæ, à D. Alexandro Papa III urbis Romæ, anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVII, Indictione X. *Ita Jordanus ex recentiori quam noſtrum ſit apographo, oblitus exprimere diem; de præſenti autem ſtatu Abbatiæ hæc addens:*

Reliquiæ ibidem & alibi

B

11 Verum, poſtquam Abbatia & eccleſia in Commendam reciderunt, incertum qua cauſa; paulatim defecerunt Monachi, & qui alendis iis ſerviebant proventus annui; quia Commendatarii Abbates, utramque commiſerunt variorum Ordinum Religioſis, prout aliis alii afficiebantur magis, vel minus impenſum iiſdem volebant. Et ſic, licet fructus annui tranſcendant ſummam XVI millium Ducatorum Neapolitanorum, quibus fruitur Cardinalis Colomna; pauculi tamen Fratres Conventuales Franciſcani loco ipſi deſerviunt. *Hic erat ſcribente Jordano ſtatus rerum: unde colligas reliqua ejuſdem Ordinis monaſteria magis etiam defeciſſe; itáque factum ut nomen ipſum Pulſanenſis Ordinis extinctum ſit, æque ac nomen Florenſis, olim toto Regno numeroſiſſimæ Religionis, ab eadem Commendationum Charybdi abſorptæ.*

Abbatia, nunc per Commendas deſolata,

C

tenetur à paucis Franciſcanis.

12 Ubinam in præſentiarum, ſerventur reliquæ ſacri corporis partes, *inquit Jordanus* non ſatis apud omnes convenit; aliis aſſerentibus ipſas adhuc manere in parvula S. Jacobi eccleſia ſeu capella, ubi à principio tumulatus Sanctus; aliis credentibus Pulſanum tranſlatas. Verumtamen veroſimilius dici videtur, ipſas nunc eſſe in quadam civitatis Garganicæ eccleſia, S. Petro dicata, quæ eſt loco illi parochialis, & unde Sacramenta civibus miniſtrantur; non autem in majori S. Angeli, propter loci naturam humidam ſitumque incommodum, utpote in quem deſcenſus eſt per ſcalas graduum ſexaginta vel ſeptuaginta. Qui autem poſtremum hoc ſentiunt, fundamentum habent, hac probabiliſſima conjectura nixum. Scilicet quod anno Domini MDXC, cum reficiendum eſſet pavimentum parieſque collapſus eccleſiolæ Jacobææ, intra tofum excavatæ; inventa fuit capſula petrina, cum aliquantis oſſibus, ſuaviſſime fragrantibus: & quia traditio erat ibidem ſepultum haberi corpus S. Henrici, fratris Regis Angliæ; omnes judicaverunt, has eſſe ipſius Reliquias; ideoque ut tales magna cum celebritate tranſtulerunt à prædicta eccleſiola, utpote ſuburbana, ad urbanam prædictam. Verum poſt tempus aliquod, cum in eccleſiola reperta eſſet alia capſula, ſic inſcripta; HIC REQUIESCUNT OSSA BEATI HENRICI mutato judicio priori, credi cœpit, antea inventam capſam continere oſſa S. Joannis. Ergo ipſam collocaverunt intra altare, opertum lapide, medium palmum ſpiſſo, totique altari commenſurato, ad latus altaris majoris. Ea capella admodum capax eſt, putaturque Gentilibus olim fuiſſe pro templo, ac deinde Rothari Longobardorum Regi pro Mauſoleo, quem ibi ſepultum ſcribit Octavius Beltranus fol. 332.

D

Ceteræ partes corporis Sancti putantur an. 1590 allatæ ad eccleſiam Parochialem.

E

13 Henricos, *Angliæ Reges, omnino octo numerari ſcimus, præter eum qui Henrici* II *filius, vivente adhuc patre coronatus, patrique rebellis, ante hunc obiit in Lemovicibus anno* MCLXXXIII. *Alicujus Anglici Regis fratrem* Henricum, *& quidem peregre defunctum ac Sanctum, prorſus nullum novi. Quare malo dicere, plus quam epitaphium notet, de iſto* B. Henrico *ſciri non poſſe. Egi ego* XIII *Martii de ſimili quodam* B. Erico *ſive* Henrico, *Peruſii Peregrino, cujus etiamnum ibi oſtenditur corpus: & docui, nullo fundamento ab aliquibus credi Regis Daniæ filium; hic vero noto, eadem levitate qua talis illi titulus affictus eſt, etiam noſtro iſti Garganico peregrino, Regium genus potuiſſe affingi, & quidem ex Anglia, ubi tam multi nobiles Henrici inveniebantur. Talibus ergo inventiunculis contemptis, mallem diſcere diem, quo iſte olim obierit; & virtutes aut miracula defuncti, quibus* Beati *titulum in Epitaphio meruit, ſecurus unde illuc advenerit.*

Quis ibidem inventus B. Henricus.

F

Teſtimonium Vicarii de corpore S. Ioannis Fund.

14 *Sic de aliis Ordinis prædicti Beatis certificamur, ex veteri Breviario loci, per eorum qui ipſum tenebant Franciſcanorum teſtimonium; quod prædictis omnibus confirmandis hucuſque reſerva vi, nunc Latine reddo.* Ego Fr. Joſeph Luchinus Melfitanus, Vicarius in Abbatia S. Mariæ Pulſanenſis, cujus modo Abbas eſt Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Petrus Colomna, plenam atque indubitatam fidem facio omnibus quorum intererit has videre, nos in hac Eccleſia ſeu Abbatia ſanctiſſimæ Dominæ Pulſanenſis ex traditione habere, quod ſub altari ſint duo ſancta corpora, ſcilicet S. Joannis de Mathera Abbatis d. Abbatiæ, & S. Joannis Boni, ſimiliter Abbatis atque diſcipuli d. Joannis de Mathera. Quodque in Reliquiario d. eccleſiæ ſit media pars capitis, videlicet ſuperior, cum inſcriptione S. Joannis Abbatis Pulſanenſis caput: & os brachii integrum intra brachium æreum inauratum, cum inſcriptione S. Joannis de Mathera. Et in Breviario antiquo pergameno, quod apud nos ſervatur, junctum Regulæ S. P. Benedicti, ſcriptum

B. Ioannis Boni diſcipuli ejus 23 Febr.

A ſcriptum charactere antiquo hæc verba legi : XII Kal. Julii natalis beatiſſimi Eremitæ Joannis *&c. ut ſupra num.* 8.

15 Et alia die, VIII Kalendas Februarii, Eodem die natalis beatiſſimi Confeſſoris atque Sacerdotis Chriſti Joëlis, ſanctæ Pulſanenſis eccleſiæ Abbatis, qui rexit eccleſiam annis triginta tribus : cujus vita celeberrima, ac ſanctitatis gratia, innumeris præclara extitiſſe dignoſcitur miraculis : *quæ utinam etiam ſcripta inveniretur*. Et VII Kal. Martii. Eodem die Joannis Abbatis, diſcipuli d. Joannis Pulſanenſis Abbatis, quem ſuſcitavit à mortuis in monaſterio Pulſanenſi, poſtea miſit ipſum in Mileto in inſula Abbatem : illic vitam eremiticam duxit, & multis miraculis & virtutibus coruſcat. *Sed nec horum quidquam ſcriptum eſſe videtur*. Et in eadem eccleſia ſunt alia quoque duo corpora ſcilicet S. Joëlis præd. & S. Jordani Monachi : quæ corpora repoſita ſunt uno in loco, ad cornu Euangelii altaris majoris, multaque in veneratione habentur. Declaramus denique præd. S. Joannem de Mathera, & B. Joannem Bonum diſcipulum ejus, & S. Joëlem, & B. Jordanum haberi pro Sanctis & adorari à fidelibus harum partium : quorum etiam referuntur miracula, hoc tempore facta. In quorum fidem haſce, propria manu ſcriptas, ſigillo quoque noſtro communivimus, x Octobris MDCXLII. *Idem teſtimonio ſuo ſubſcribentes confirmant quatuor Fratres*, Antonius à S. Joanne rotundo, Antonius Mozreco, Felix de Juliis, Joſeph de Caſtano *cum* Fr. Carolo Eremita : *qui diem* B. Jordani *nullum videntur certum inveniſſe. Ac denique* fidem facit D. Joannes Gregorius de Avantagia, Sacerdos Garganicus & Notarius Apoſtolicus, adſcriptus in Archivio Romanæ Curiæ, retroſcriptam fidem fuiſſe ſubſcriptam propriis manibus fidem facientium, & ſigillo Pulſanenſis eccleſiæ munitam.

S. Joëlis Ab. 25 Ian.

B *& B. Jordani monachi.*

VITA

Auctore Anonymo Pulſanenſi coævo.

C

Ex manu ſcriptis & typo cuſis.

PROLOGUS.

Auctor excuſat

QUi verba divina ſuo ſenſu præſumit dicere poſſe, conatur fluvium retro convertere contra impetum inundantium aquarum improvide. Unde Spiritus ſanctus per Prophetam ait ; Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Ergo qui proprio impetu, imo ſuperbia ſuæ voluntatis ſpiritus impetum reflectere voluerit, ſtultus & inſipiens eſſe probatur. Unde quidam Sapiens : Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Deum. Imploranda eſt ergo divina clementia, ut quæ aperuit os aſinæ, quo humana verba proferret, & linguas infantium fecit eſſe diſertas ; & quæ mandavit labia Prophetæ, aliquantulum maculata de cohabitatione populi polluti, igne de altari ſublato ; & quæ docuit Jeremiam, ætate puerum, ſapientiâ ſenem, qui ſe neſcire aſſerebat, ſicut ipſe dixit, Ecce neſcio loqui Domine, quia puer ego ſum, & qui dicit ; Aperi os tuum, & ego adimplebo illud ; ipſe per inclitæ pietatis miſericordiam os noſtrum aperire dignetur, ut vitam actuſque ſanctiſſimi Joannis, Pulſanenſis Eccleſiæ Abbatis, recte ac veraciter deſcribere faciat, ad laudem & gloriam nominis ſui ; & quod de ſcientiola, quæ parva vel nulla eſt, aggredi nullatenus audemus, efficaces reddat atque valentes ad obedientiæ munus.

Pſ. 45, 5

Prov. 21, 30

D *tenuitatem ſuam.*

Hactenus Prologus, quem eſſe prorſus originali conformem non auſim affirmare : qui enim ex Ms. vetuſtiori primam vitæ partem, qua utemur, tranſcripſit ; Prologum, *inquit*, omiſimus quod lituris deformatus & admodum rudis eſſet ac plenus ſolœcis : *quorum hic nihil apparet.*

CAPUT I.

F

Suſcepta apud Monachos cura ovium : vita eremitica variis in locis ducta.

2 IGitur beatiſſimus Joannes Eremita, moribus egregius ; parentibus non *a* gregalibus genitus, Apulia provincia, civitate Mathera oriundus fuit : cui tantam gratiam contulit Deus in ipſa ſua pueritia, ut infra rationales annos, *b* eremum concupiſceret. Gratia namque Dei ſuo pectore nimium ferventi, quæ omnes quos replet ardentes facit, quod concupierat, quantocius ad effectum perducere feſtinat. Quadam vero die cum de familia ſua diverſi diverſa opera, patre familia jubente, proſequerentur ; iſte, ut erat jam mundo vacuus Deoque plenus, equis dimiſſis, aſellum arripuit, genitoribus renitentibus, ne tali filii equitatione dehoneſtarentur. Illis invitis ad inſulam quæ juxta Tarentum ſita *c* eſt, auſugit ; ibique veſtibus quibus utebatur exutis viliores quas habere potuit iudutus, manſit ibi aliquanto tempore incognitus. Parentes vero ejus miro affectu circa filium tenebantur : erat enim eleganti facie, venuſto aſpectu, ingenio ſingulari, præclaræ indolis. Per provinciam autem totam, per civitates & Caſtella ſingula, eum quærere fecerunt : nec tamen eum, divina protegente gratia, cognoſcere valuerunt. Prænominatus autem puer Joannes, vili & aſpero indumento contentus ; ad monaſterium, quod in inſula illa Tarentina erat, advenit ; ibique pauperis habitu aſſumpto, victum pro Deo quæſivit, ac ſe ovium cuſtodem eſſe innotuit. Illi vero cum in alendis ovibus curam habuiſſent, ſuorum animalium cuſtodiam, ſub magna ei verberum *d* interminatione, tradiderunt. Qui alacer effectus, humilitatis præcedentium Patrum Jacob & David recordans, illud etiam Euangelicum ; Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, pertractans, lætabatur magis abjectus eſſe in Domo Dei, quam habitare in tabernaculis peccatorum.

a

b A pueritia eremum affectans,

c pauperc cultu Tarentum fugit,

ſeque ovibus monaſterii paſcendis addicit : d

3 Poſt humilitatem quidem ita pollebat abſtinentiâ B. Ioannes, ut odio haberetur à quibuſdam Fratribus, quod eorum aſpernaba-

A tur epulas. Demum, Quoniam rogatus à Fra-
A. COÆVO tribus communiter convivari renuit, invidia
EX MSS. quoſdam excitante in ipſum ; panem, quem *e*
e expetebat, & in victum interpolatim ſume-
ubi abſtinentiæ cauſa vexatus, bat, vel nullatenus, vel adeo durum præbebant, quatenus omnino ſumere non valeret. Unde cum quadam die famis periculo anxiaretur, & qui ei ſolatium tribueret non inveniretur; aliquantulum mœroris & triſtitiæ cœpit ejus mentem vexare, cum nullam doctrinam vel levamen admonitione ſeu exemplo ab aliquo homine poterat habere. Dumque ipſe ſic interius afficeretur, Dominumque tota intentione deprecaretur, vox cælitus ad eum ita
divinitus confortatur. repente intonuit; Quid mœrore aut triſtitia afficeris, Ioannes ? Pro minimo, imo pro nullo computandum eſt humanum auxilium, ubi præſens noſcitur eſſe divinum. Ne timeas igitur, quia ego ſum tecum. His verbis vir
Pſ. 93, 19 Dei mirabiliter conſolatus, cœpit ſecum tacite illud revolvere, quod per Pſalmiſtam dicitur : Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo, conſolationes tuæ, Do-
B mine, lætificaverunt animam meam.

4 Tunc ad monaſterium rediens, inde caſu
CAP. II ad maris ripam veniens, lintrem invenit ; à
f cujus gubernatore cum cauſam & *f* tempus ſciſcitaretur, cauſam reſpondit, de tempore ſiluit; &, quod pro eo ut deportaret advenerit, indicavit. Mox juvenculus navem ingreſſus, in
Tranſgreſſus in Calabriam fines Calabriæ eſt delatus, ibique jejunium duplicare cœpit : ut qui per duos dies non niſi ſemel reficiebatur, jam per triduum aut quatriduum vix ſemel reficeretur. Parvoque tempore poſt tranſivit uſque Siciliam, ad vaſtam & inhabitabilem eremum; & manſit ibi ſupra duos annos, atque illic quam arduam & ſtrictam egerit vitam, tacere melius puto, quam aliquid dicere. Eodem namque, licet invitè, referente cognovimus ; quia parcus
indeque in Siciliam erat ei de fonte ſtrictuſque potus. ; in cibum autem nihil aliud ſumpſit, præter amariſſimas ficus ſilvarum, & herbas agreſtes ; lecti vero quietem non in terra humida habebat, ſed in aqua frigida, & ut ſomnolentiam expelleret, uſque ad gulam ſe immittebat. Illic etiam corpore tunc circumplexo, & ad truncum firmato, jugiter pernoctabat ; &
C quod difficile eſt, quieſcebat ac dormiebat. Hoc vero non ſeriatim, ſed intercepto ſer-
g mone *g* ajebat, cum aliorum deſidiam argueret, & ad meliorem & eminentiorem viam
h provocaret : ſtatimque ſe cum *h* Paulo repre-
vivit in ſumma auſteritate, hendebat dicens ; Factus ſum inſipiens, vos me coëgiſtis. In prædicta nimirum aquarum pernoctatione, multimodas & varias dæmonum illuſiones ac etiam paſſiones tamdiu æquanimiter ſuſtulit, donec ipſi ſe victos &
2 Cor. 11, 11 invalidos clamitarent. Illum congreſſum B. Antonii in famulum Dei Ioannem dæmones innovabant : formis diverſarum beſtiarum aſſumptis, dabant in eum fremitus leonino ritu, ſerpentum ſybilos, taurorum mugitus, latratus canum & quidquid arte nocendi contra ipſum inſtaurare poterant, ſæpe devicti fatagebant; ſed quia interius aderat mirabilis conſolator,
1. Cor 9, 27 fruſtratus diſcedebat, exterius verſipellis & callidus tentator. Cumque vir Dei nimiis afflictio-
Gal. 6, 14 nibus carnem ſuam domuiſſet, & cum vitiis & concupiſcentiis ita eam crucifixiſſet, ut recte cum Paulo dicere poſſet ; Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo; ne forte cum D
aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar ; &, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

5 Tandem divina voce admonitus, Genu-
CAP. III ſiam *i*, quo parentes ejus pro bellis diſceſſe
i rant, advenit : ibique juxta domum paren-
Genuſiæ ignotus ante ædes parentum tum imo domum eorum, per duos annos. & dimidium [incognitus] ..... taliter fuit. Quinque enim menſium ſpatio nullum penitus cibum ſumpſit, nec cibus alius ei fuit niſi ficus ſylveſtres, & myrti grana, quæ vulgariter mortellas *k* vocant. Per totum quip-
k pe biennium, & dimidium, nullum omnino verbum de ore ſuo egreſſum eſt, niſi quod ſciſcitanti nutrici *l* ſuæ, an ipſe eſſet quem
l nutrierat, Joannes reſpondit : Quieſce, ſum
longum tenet ſilentium : etenim. Quo tempore ſic ex toto carnem cum ſanguine amiſerat, ut vix tenuiſſima cute ejus oſſa tegerentur. Hoc vero expleto tempore, ita Spiritus ſancti gratia eum ſermone ſapientiæ & ſcientiæ replevit, ut nullus ſic facundus, nullus ita diſertus vel elo-
E quens repertus fuerit, qui poſſet ſapientiæ & ſpiritui qui per ipſum loquebatur, reſiſtere. O quanti, Fratres mei acutiſſimi & ingenioſiſſimi dialectici, qui ſuis callidis & ſophiſticis argumentationibus propriis magiſtris incutiebant terrorem, confuſi & contempti à facie hujus ſancti viri diſceſſerunt ? Quanti Oratores, quanti Juriſperiti optime perorantes, & cauſam ſuam legaliter patrocinantes, erubeſcentes & verecundi iſtum Dei famulum dereliquerunt ? confitentes & clare videntes, ſe non humanis ſed divinis rationibus ſuperari : *deinde fa-*
ajebant enim, Non tu es, qui loqueris ; ſed *cundia cæ-*
ſpiritus Dei, qui loquitur in te. Mirabantur *ſſit impletus,* omnes, quia quandoque ſic alta, ut capi non poſſent, loquebatur ; aliquando tam ſuavia & dulcia, ut omnium mentes reficeret : illum imitans, qui ſapientiam perfectis loquebatur, parvulus autem lac in potum dabat, non eſcam. Quoſdam quidem increpans, alios arguens ; pleroſque, ut pius paſtor, obſecrabat : omnibus omnia fiebat, ut omnes ad Chriſtum deduceret ; perſonas autem non ſuſcipiebat, ſicut noverat Magiſtrum ſuum perſonarum acceptorem non eſſe.

6 Eodem namque [tempore] B. Petrus A-
poſtolus per viſum venerabili apparuit Joanni F
& dixit ei : Viriliter ago, fili, quia multa CAP. IV
tibi debentur pro Chriſto certamina. Eccle-
ſiam *m*, quæ per milliarium ferè diſtat à Ge-
m nuſina Civitate, quæ in meo nomine conſtru-
jubetur S. Petri eccleſiam reſtaurare: cta eſt, ut adeas præcipio; & quæ ibi de ſtructa ſunt, reſtitue ; qui non ſunt, tuis juſtis laboribus acquire ; ut ad honorem Dei & meum, poſſint ibi divina & nocturna Officia celebrari. His dictis vir Dei expergefactus, de viſione Apoſtoli ſolicitus, ad locum perrexit. Quo in loco præcepta Apoſtoli proſequens, divina gratia cooperante, diverſis in unum collectis perſonis, ad uſum pauperum non modicam congregavit ſubſtantiam. Ubi cum in diverſis officinis muri neceſſario eſſent conſtruendi, & tam calcis, quam lapidum penuriâ ædificari non poſſet; præcepit quibuſdam ut tali loco excavarent, ubi lapides invenirent abundanter: & alio ubi calcis copia adeſſet affluenter. Qui juſſa complentes, ſine magno etiam labore, quæ vir Dei prædixerat largiter repererunt. Cujus rei teſtes ſunt, & Genuſini

fere

A fere omnes & finitimæ civitates, qui pro reverentia, & miraculo magnam partem prænominatarum rerum asportaverunt, & apud se cum reverentia & timore honorifice condiderunt.

Animam sibi graviter molesti

7 Vir autem Dei cum omni tempore divinis obsequiis mancipatus esset; tribulationes, persecutiones & angustias, ex diabolo & membris ejus quotidie tolerabat. Ut enim dicit Scriptura, Multæ tribulationes Iustorum, & de his omnibus liberat eos Dominus: & alibi; Omnes qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Unde cum quidam, qui de mundo erat, odio eum maximo haberet, & suis eum jugiter infestaret injuriis, & exprobrationibus ac calumniis turpiter convitiaretur; sic inde terribiliter est punitus. Quadam etenim die summo diluculo, duo dæmones animam quamdam portantes ei apparuerunt; quos intuens famulus Dei stare jussit, & cujus esset anima quam deferrent interrogavit. At illi stantes nominatim ei dixerunt;

Pf. 6, 20
2 Tim. 3, 12

B Illius est, qui te pluribus lacessivit injuriis, & modis quibus potuit tibi contrarius extitit; nunc vero Dei judicio, & tuam & aliorum injuriam in ipsam vendicamus. Ille vero, datâ eis eundi licentia, lacrymabiliter pro culpis ejus, maximè in se commissis, preces fundit ad Deum. Et susci tatus quid de tali viro contigisset, nuntiatum est ei, quod esset mortuus: & invenit eum eâ horâ de mundo exiisse, qua dæmones sibi constat apparuisse.

videt ad inferos rapi.

8 His ita peractis accusatus est Dei servus Roberto *n* Comiti, qui tunc præerat illi Provinciæ, quod in prædicta terrarum fossione infinitam auri & argenti multitudinem reperisset. Præfatus autem Comes, iniquis persuasionibus assensum cito attribuens, & avaritiæ flammam mente concipiens, jussit hominem Dei comprehendi, & res Ecclesiæ publicari, eumque acriter ligari, & in carcerem detrudi. Ipse quippe, verborum Apostoli Petri non immemor, hæc omnia æquanimiter tolerabat; ipsum quoque egregium Prædicatorem ad mentem reducens ajebat; Ego autem non solum alligari, sed mori paratus sum pro veritate quæ Christus est. Conversus autem ad eos qui eum affligebant, ait eis: Vobis, fratres Dominoque vestro condoleo, qui necdum, quod de me expetitis, consequimini; sed & hic temporaliter, & in futuro nisi resipueritis æternaliter puniemini. Illi vero verba viri Dei etiam aure corporis audire dedignantes, catenas & vincula ei attribuentes; nisi eis, morâ omni remotâ, thesauros tribueret, vivum etiam minantur comburere. Vir autem Dei, quamvis strictus diris compedibus teneretur, verbum tamen Domini in ore ejus non erat alligatum; sed magis eos verbis veritatis urebat interius, quam ipsi eum possent torquere exterius: vincula vero, quæ impii ob verborum partim injuriam, partim ob flammam avaritiæ ei duplicabant & triplicabant, & acrius quam possent innovabant, omnia innodata & aperta & quasi liquefacta postea reperiebant. Unde tortores licet obstupefacti, magicis tamen incantationibus, & non divinæ potentiæ, istud factum referebant. Cumque nimia carceris maceratione esset affectus, & de carcere cum posset non esset egressus; divina eum misericordia, quæ maximè intentationibus præsto est, angelica visitatione blande consolatur, dicens. Quid hic amplius moraris, Joannes? Patientia tua, quæ soli Deo nota erat, hominibus modo satis est manifesta. Surge, & quo tibi Dominus ostenderit, vade: quia tibi nullus hominum obesse poterit. Moxque vinculis omnibus absolutus, sole meridiem faciente, liber venit ad ostium carceris: quo patefacto, per medium custodum & inimicorum suorum transiens; nullus ei, cum omnes clare viderent, vel mutire ausus est. In ipso quoque itinere prædicti Comitis nuntios obvios habuit, qui multa mala sibi jam irrogaverant, & ad plura irroganda veniebant; qui quasi incognitum, & numquam visum præterierunt.

n Adductus in suspicionem inventi thesauri;

vinculis & carceri traditur:

sed divinitus solvitur,

Petr. 4
Act. 21, 13

C

D

A. COÆVO EX MSS. *& abit inobservatus.*

E

F

ANNOTATA D.P.

a *Ita Ms. in expresso*: non Regalibus, *quod merito minus placet.*

b *Impress.* ut in ipsa sua pueritia vivificam eremum concupisceret.

c *Joannes Juvenis, hist. Tacent. lib. 2 cap. 6, agit* de insulis Occasum versus sitis, *easque docet incertæ apud veteres nomenclaturæ esse*: hodie autem, *inquit*, suum quæque à Sanctis sortita est nomen, major à D. Pelagia, minor ab Apostolo Andrea: est & tertia, in ipsis faucibus portus, D. Nicolao dicata: *monasterium ego censeo in majori fuisse.*

d *Impress.* verborum.

e *Ibid.* expectabat.

f *Jordanus intelligit iis in partibus commoratum* Joannem.

g *Impressum & Ms.* Agebat, *minus apte ad sensum.*

h *Impress.* Paulo post: *sed melius Ms.*

i *Ibid semper* Genusium *vulgo* Genosa, *in provincia Hydruntina distat Tarento trans sinum ad* 24 p m. *in Occasum: dimidio autem dumtaxat spatio inde abest Mathera.*

k *Imo ipsas quoque* Myrtos, *Itali* Mortellas *diminutive appellant: est enim Myrtus arbustum non magnum.*

l Genitrix *dicitur Auctori vitæ Metricæ, qui versui potius quam veritati in hoc videtur studuisse.*

m *Locum non exprimit tabula, sed ad* 5 *milliaria in Boream ponit* Fontem S. Petri, *forte ad jus ecclesiæ istius olim spectantem, indeque dictum.*

n *Primus* Matheræ Comes Robertus, *teste Lupo Protospata, dominium istud obtinuit* 1064; *ipsumque anno* 1080 *Loffredo reliquit: quod si huic fuerit filius & successor* Robertus *alius, hic memoratus?*

CAPUT II.

Regressus in Appuliam Ioannes varie exercetur, ad S. Michaëlis pluviam impetrat, Pulsanum adit.

CAP. VII.

9 DEo immensas gratias referens, [Ioannes] ex Apulia discedere disponens, Capuam usque discessit: ibique revelatione divina

A divinâ cognovit, quod in Provinciam Apuliam esset rediturus; & quod multum populum utriusque sexus admonitione & exemplo Deo fuisset acquisiturus, pluresque cæcos illuminaturus. Perspecta igitur ex revelatione Dei voluntate, in prædictam reversus Provinciam, ad quemdam Dei servum Guilielmum *a* nomine, in montem Lacenum *b* advenit; de cujus adventu prædictus vir tanto repletus est gaudio, tantoque exultavit tripudio, ut Deo & illi immensas grates referret, qui ejus præsentiâ visitari meruisset. Vir autem Dei Ioannes *c* damnum eorum prospiciens & futura quasi præsentia eis prædicens, dixit eis, ut proprias mansiones relinquerent, & ad alia loca, quibus laborem suum salvum habuissent, demigrarent. Illi vero in ædificiis illis plurimum fatigati, atque in congregatis & acquisitis nimium lætati, habilitateque loci abstracti & illecti; multum grave est visum eis, quod à sancto viro audierunt, ejus verbis assensum minime præstiterunt; parvoque tempore evoluto post, B totum ædificium cum omni supellectili igne vastante amiserunt, & conjectoris veritatem post damnum extulerunt atque laudaverunt; sicque loco dimisso, in partes Tricaricæ Civitatis, in loco, ubi dicitur Monscogñatus *d*, advenerunt: quorum precibus vir Dei Joannes exhortatus, tamdiu cum illis mansit, donec propriis laboribus, pluvias friguisque suo sub tegmine modice arcere potuissent.

A. COÆTO EX MSS. *Reversus in Apuliam Sanctus*

a b

c adit B. Guilielmum in monte Laceno,

suadetque ut discedat ex loco mox conflagraturo.

d

10 Vir igitur Ioannes, non quæ sua sunt CAP. VIII. quærens, sed quæ Iesu Christi; vale faciens *e* eis, Barium perrexit: ibique vitia increpans omnium, suadebat gulosis sobrietatem, libidinosis castitatem, discordantibus caritatem; denique ut vir per omnia euangelicus, vitia omnia execrabatur, virtutes super cælos efferebat. Cujus saluberrimo odore admonitionis quidam, erroribus relictis, viam veritatis capere gestiebant; quidam invidiæ facibus succensi, non solum verbum vitæ contempserunt, verum etiam ut hæreticum & blasphemum apud Episcopum *f* & primarios civitatis accusaverunt & diffamaverunt; ita C ut cum Apostolo dicere posset; Aliis sumus odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem; illudque Euangelicum de Christo; Alii enim dicebant, Quia bonus est, alii non, sed seducit turbas. Invaluit tamen pars iniquorum, & in corpore justi ad tempus dominari permittitur; unde Scriptura dicit; Terra data est in manus impii; ita ut eum caperent, & velut maleficum atque hæreticum ante Episcopum & Sacerdotes vinctum ducerent. Ubi cum variis afficeretur contumeliis & vivum urere minarentur; nuntiatum est Principi *g* prædictæ civitatis Barii: qui misit ad eum duos de sapientibus suis, explorare utrum sic infidelis & hæreticus esset, ut à sapientibus intimabatur. Illi vero audientes eum & prudenter interrogantes; invenerunt hominem Dei ex toto Euangelicum, & in nullo à sana doctrina discordantem. Quo Princeps comperto, jussit hominem Dei absolvi, & liberum quocumque ire vellet dimitti; & Sacerdotum eorum, qui bona quæ dicunt facere renuunt, invidiam graviter increpavit. Vir autem sanctus, gaudens & hilaris ibat à conspectu eorum, quia dignus erat pro Christo contumeliis affici; & sæpe ajebat; Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis, in regno Dei cum Christo & Sanctis ejus. *h*

2 Cor. 2, 16

Joa. 7, 12

Job. 9, 24

e Barii incipit prædicare,

f

g & hæreseos accusatus absolvitur.

h

11 Divino tamen ductus spiritu famulus Dei, sicut ait Apostolus, si spiritu ducimini non estis sub lege; Fratres quos *i* dimiserat, revisere decrevit. Quo ex more benigne suscepto, ingenti gaudio sunt repleti; pro summo ducentes emolumento, si ejus aspectibus fruerentur. Joannes vero Beatus, nomini alludens, gratiâ Dei repletus tunc præcipue hominem in Christo lætari debere asserebat, cum hujus seculi flagellis atque tunsionibus intus extraque percutitur; quia leve & modicum hujus tribulationis immensum & æternum gloriæ pondus operatur. Majoribus obedientiam, paribus reverentiam, minoribus omnem humilitatem habere docebat. Incipientibus timorem, perdurantibus majorem, quia cum promotione virtutum timor, qui E permanet in seculum, augeri debet. (Quanto enim magis diligimus eum, tanto magis timendum est, ne amittamus eum) diu persistentibus superbiam summopere cavere debere, quod initium primum recedentibus, quia initium omnis peccati superba; ultimum redeuntibus, quia cum omne vitium suo fine sit concretum, istud suos fines egreditur: præmaxime enim custodiendum est [cor] etiam in bonis. Omni igitur custodia, Fratres mei, cor vestrum servate, & vestimenta vestra toto annisu candidate; ut animam & corpus integra & immaculata ei servetis, & in die illa repræsentetis, ut cum eo jugiter gaudere possitis: quia si pæna est intolerabilis, his qui Deum, qui summum bonum est, non degustaverunt; qua pæna illos dignos decreveritis, qui degustatum amiserunt? unde dicitur; Ne pereatis de via justa.

Gal. 5, 18

CAP. X

i

Genusinum cœnobium revisit;

beneque instructos Fratres dimittens

Ps. 2, 11

12 His & aliis admonitionibus adhortati, atque in Christum aucti, & augumentati Deo, illi grates immensas referebant, ac ne ab eis discederet obnixis precibus flagitabant. Vir autem Domini non quæ vellent, sed F quod Dominus juberet, facere disponens; basilicam S. Michaëlis Archangeli, sitam in Gargino advenit: ibique ad eum adventantibus, ut Deo opimus, verba vitæ cælestis tam voce quam opere ministravit. Qui cum cognovissent virum Deo plenum, cœperunt humiliter expostulare suffragium, qualiter sterilitatis aquarum pestem repellerent, & inundantiam solitam habere potuissent. Si salubria, inquit famulus Dei, monita accipere gliscitis, & si meo communicare consilio absque cunctamine volueritis; per gratiam & misericordiam suam opitulabitur vobis Deus, meaque parvitate mediante exhibebit quo indigetis. Populi vero jubilantes, ac tanti viri promissa prædicantes, prærogativam istius viri sanctitatem alternatim erant commemorantes. Ille vero vir sanctus jubet populum in unum convenire, & die Dominica consilia præstolata accipere, & humiliter Dominum exorare, ut misericordiam suam infinitam eis dignetur enucleare.

& populo siccitate laboranti,

13 Populo igitur collecto, & pro audiendi compendio egresso foras (non enim valebant

in

A in Civitate, præ nimia mulierum ac puerorum turba, adeſſe) aperuit Deus os ejus & ait; Viri fratres & ſorores, ibi noſcimus eſſe affectum patris diligentis, ubi rimamur verbera corrigentis; ad hoc namque arguit, ut emendet; ad hoc caſtigat, ut ſanet. Deponite igitur vitiorum ſarcinam, & accipite monumenta virtutum, & convertimini ad Dominum: quia ipſe convertetur ad vos. Pro hac afflictione, ſuper qua præcipue in præſentiarum laboratis, jubemus Canonicis S. Michaëlis, quatenus ſemetipſos examinent, & pœnitentiam agant: quia pro cujuſdam Canonici notabili peccato, tota Garganica Civitas iſtud ariditatis malum patitur. Populus vero ad cælum tollens clamorem, iſtius flagitii flagitabant auctorem, ut flammis comburendum traderent, & iram Dei ſic mitigarent. Jam dictus autem homo Dei, prout erat manſuetiſſimus, dixit: Non mox peccanti digna mors datur ſed in iniquitatis propoſito permanenti utriuſque mortis animadverſio jure promulgatur: ſi enim Deus peccatorem ſtatim occideret inimicum, unde poſtea faceret amicum? Nolo, inquit, mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat, & me per triduum à vobis diſcedente, eoque veraciter pœnitente, & cælum vobis pluviam, & terra ſolita exhibebit gramina. Quod ſi ipſe, quod abſit, diabolo inſtigante obſtinatus fuerit, & medelam Dei ſuſcipere renuerit; ego veniam, & per meipſum vobis oſtendam, ut dignum digne vobiſcum puniam, & Dei non minus nanciſcemur miſericordiam.

indicat eam accidiſſe ob Canonici unius peccatum.

B 14 Ille autem qui hujus rei conſcius erat, timore correptus, & pœnitentiam egit, & de terra abſeſſit; & pro verbis viri Dei tantam eis pluviæ abundantiam protinus Deus conceſſit, ut qui prius pretio ab aliis exigebant, aliis poſtmodum gratis exhiberent. Tunc Populus magno repletus gaudio, grates & gratiarum actiones Deo, & illi ſancto viro ex amuſſim referebant. Ipſe vero ne quid perperam elationis exceſſione mentem ſuam attigiſſet, eos dumtaxat videre renuit, quos ſe honorare quærentes novit. Quo diſcedere

C volente quibuſdam ſe invitantibus & ne diſcederet poplitibus flexis orantibus, dixit; Non enim, fratres mei, ab eis diſcedo, quorum animos novi conjunctos Deo; potius ad obedientiam Dei & æmulationem noſtram vos præparate, & me diſceſſiſſe nuntiantibus credere nolite; operæ pretium eſt namque per decennium in hoc corporeæ molis carcere degere, & his in partibus non minimam turbam utriuſque ſexus ad ſervitutem Dei adunare.

ANNOTATA D.P.

a *Impreſſa Vita hoc Capite fuit varie interpolata, dum librarius omnia vult aptare ad Vitam B. Guilielmi, dandam 25 hujus; ubi haud paulo aliter res narrantur: hic autem ſic legitur* quemdam Dei ſervum, jam dudum ab eo Genuſii cognitum, Guilielmum Vercellenſem nomine, auditâ ejus miraculorum famâ, in monte Laceno in quibuſdam tuguriis habitantem, adiit. *Hujus autem Vita num.* 10 *habet, quomodo Guilielmus, Hieroſolymam tendens, ex itinere Canuſiam adiit;* Ioanneque *dehortante proſecutus iter illud ſit; & num.* 25 *Guilielmum deſcribit, ut tunc, cum* Ioannes *advenit, deſertum à ſociis: hinc porro omnia quæ hoc Capite dicitur* Ioannes *egiſſe, cum Guilielmo ejuſque ſociis, mutato contextu dicuntur in ſingulari ut de ſolo Guilielmo.*

D

b *Scriptor noſter* Licinium *conſtanter exprimit: ſed ex prima liturâ apparet dubium hæſiſſe, legeretne* Lacinium: *cum autem video Jordanum Generalem,* Lacenum *ſcribere, ſequi hunc malui.* Eſt autem, *inquit Jordanus* mons ille in Principatu ulteriori, haud procul Nuſco ad 6 circiter milliaria: *quem vide prolixe deſcriptum, lib.* 2 *Chronici cap.* 17.

c *Eadem ſic explicat Vita metrica.* Guilielmum relinquere domum petit: is noluit: ignis conſumit omnia *ſed ex ipſamet S. Guilielmi Vita, cui hic potior fides danda videtur, ſequentia ſic impreſſa leguntur:* Dei autem famulus Ioannes, cognita Guilielmi religione & ſanctitate, fraterna caritate illi aſſociari petit, & cum eo devotus habitare incepit: ſed quoniam futura quaſi præſentia prædicabat, quibuſdam evolutis diebus, dixit ei ut illas manſiones relinqueret, & ad alia loca, in quibus laborem

E ſuum ſalvum habuiſſet, demigraret. Ipſe autem Guilielmus, *&c. in ſingulari.* Habitantibus igitur in præfati monte-Laceno Dei ſervis, omni ſtudio omnique conatu, divino ſervitio jejuniis ſcilicet, orationibus, vigiliis, & carnis macerationibus vacabant. Interea quadam die apparuit eis Dominus Ieſus Chriſtus, in ipſamet forma qua paſſus eſt, confortans eos, & multa revelans; ac inſuper præcipiens, ne moram ibi facerent, ſed ab eo loco ſecederent alibi enim ſubjungens ſibi eſſe neceſſarios, pro Dei ſervitio & animarum ſalute; Guilielmum ſcilicet in Occidente, & Ioannem in Oriente. Nihilominus adhuc ibi permanentes, ecce cum ſpiritualia colloquentes quadam die ſederent, omnia tuguria ab igne vaſtari conſpiciunt: ſicque loco illo ab eis dimiſſo, in partes Tricaricæ civitatis, in locum qui Mons-cuneatis dicitur, advenerunt: ibique cellulâ conſtructâ, in Dei ſervitio diu ſimul permanſerunt. *Tum Cap.* 8 *ſic orditur interpolator:* Igitur beatus Ioannes, me-

F mor revelationis & præcepti, quod ſcilicet pro ſuo ſervitio & animarum ſalute in Orientalibus partibus erat neceſſarius; vale faciens ſuo ſocio Guilielmo, à Monte-Cuneato Orientem verſus direxit greſſus ſuos & Barium pervenit.

d Cuneus, *Italis* Cogno, *liqueſcente ſono, ut alias*, gn *ac ſi* Conio *pronuntiaretur. Jordanus ait vulgo dici* Serra-cognata: *eſſeque in Baſilicata provincia, atque eo appuliſſe Sanctos circa Novembrim.*

e *Felix Renda apud Jordanum cap.* 19 *ſcriptor (ut puto) non valde antiquus,* poſtea S. Ioannes, à S. Guilielmo monaſtico habitu aſſumpto, non ſine lacrymis à Dei viro diſcedens, petens benedictionem poſt amborum amplexus, ut alter alterum precibus juvarent, ſolus à ſolo veniam obtinens, in Gárganum ſeceſſit montem. *Non exiſtimo vel tamdiu habitu, ſaltem eremitico, caruiſſe* Joannem, *vel Guilielmo ullatenus niſi caritate obſtrictum diſceſſiſſe. Refutat ergo Rendam Jordanus: licet fieri potuiſſe putet, ut* Joannes *imitatione Guilielmi habitum album ſumpſerit, pro nigro aut furvo: videndum quo colore utantur poſteri.*

f Barienſis Archiepiſcopus *uſque* 1129, *fuit*

A Matthæus, *vir religioſus, ab anno* 1126. *Qui ſucceſſit* Angelus, *invaſor potius quam Epiſcopus fuit, ſimulque cum ſubſtituto ſibi nihilo meliore* Joannes, *Eccleſiam non tam rexit quam vexavit, uſque ad* 1151 *teſte Ughello.*

A.COÆVO EX MSS.

g *Ex hiſtoria Barienſi Antonii Beatilli diſcimus, Dominium civitatis, (occiſo Boamondo Juniore, & Antiocheno Tarentinoque Principatibus ad Rugerium Comitem, ſororemque Eliſam Raimondo Comiti nuptam devolutis) perveniſſe ad quemdam* Grimoaldum Alfiranitem, *ex Longobardis oriundum, ac forte Majoris Boamundi ex parte matris conſanguineum : tenuit autem Principatum Barienſem Grimoaldus ultra an.* 1131, *quando à Rugerio Appuliæ Duce, dicto etiam Siciliæ Rege, captus adductuſque in Siciliam eſt.*

h *Hic ſub titulo Capitis* IX *inſeritur, tamquam aptiori loco, quod infra damus ex Ms. num.* 23, *de puella moribunda ſervata.*

i *Scilicet* Genuſii, *id quod etiam impreſſa addunt.*

CAPUT III.

B

Novi monaſterii exordia variis miraculis illuſtrantur.

CAP. XI *Ioannes cælitus monitus,*

15 EO vero moram per annum fere faciente, ad eccleſiam S. Michaëlis revertitur; eique hæſitanti, quid agere deberet, talis divinitus oſtenſa eſt viſio. Pluribus namque circumſtantibus, apparuit mulier, reverenda vultu, religione ſevera, & manu qua parte ire & Eccleſiam ædificare deberet annotavit. Cumque mulier ferme per medium horæ ante eum ſtetiſſet, & nutu ſignoque quid ageret, docuiſſet; quidam juvenis proceræ ſtaturæ & terribilis, caput erigens ultra cujuſdam feneſtræ altitudinem, ei ſignificavit, ut ad eum regrederetur, & cum eo proficiſceretur. Quo clare perſpecto, circumſtantes ſtipulatur utrum inſolitum aliquid, tunc cum ad matutinum Officium adeſſent, perſpexiſſent: illi quippe, ut nihil viderant, nil ſe vidiſſe aſſeruerunt. Ille vero eis, qui jam ſibi ex animo inhærebant, matutinalibus Officiis. celebratis, qua parte irent præcepit: & ad locum, qui Pulſanus *a* dicitur, inviſum & inſolitum, rectiſſimo tramite adventavit. Quo ibidem morante, & gratia Dei quæ præceſſerat ſequente, ita parvo in tempore coaluit, & excrevit in perſonis perſonarumque alimentis, ut inexpleto anni dimidio, qui cum ſex dumtaxat perſonis initio advenerat, plus quam quinquaginta cum earum neceſſitatibus, ad ſervitium Dei manciparet, ita namque Garganicæ civitatis populus tunc locum illum cum confiniis ſuis frequentabat, ſicuti ſolet eorum baſilica turbis fidelium certis temporibus condenſari.

Pulſanum adit, & monaſterium condit.

a

C

16 Eodem namque tempore ex oraculo divino acceperat B. Joannes, ut quæcumque perſona, potens vel impotens, magna vel parva, monachicum habitum ab eo exigeret, abſque hæſitatione ei tribueret. Unde puerorum etiam nobilium, deliciarum ſuavitates parentumque blanditias deſerentium, inchoationis ſuæ tempore adeo ingens concurſus ad eum fiebat; ut per eum Dominus dicere videretur, Sinite parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum cælorum. Tanta itaque veneratione dignus vir Dei habebatur, ut quicumque ejus veſtigiis provolvi, quicumque ejus veſtimenta tangere, quicumque eum vel videre potuiſſet, felicem ſe ac beatum clamitaret. O Fratres mei, quanti variis detenti languoribus validis immundis ſpiritibus vexati lumine privati, membrorum ariditate contracti, priſtinæ ſanitati per ejus ſanctitatem ſunt reſtituti? Cujus ſi cuncta, quæ per eum Dominus fecit conamur enarrare miracula, atque ſtylo perſtringere, quæ in eo largiter geſſit divina Clementia, humanæ vocis inſtrumenta potius annullare, quam hoc ad effectum perducere poſſemus. Quis unquam tanti Viri eminentiam extollere poſſet; qui fere in cunctis ſuis actibus & faminibus, divinis utebatur oraculis.

Multos, etiam pueros ad habitum recipiens

D *miraculis inclareſcit.*

17 Et quamvis virtutum ejus copia me inopem faciat, unum tamen quod de puero nobili accidit miraculum conſanguineis abnuentibus Monachi contulit habitum, veraciter propalabo. Quadam igitur die, dum prædicti pueri, Urſi nomine, propinquiores conſanguinei, gratiâ viſendi puerum ad virum Dei divertiſſent; & ipſe ad parietem conſtruendum, quem manibus propriis de ſolis lapidibus ædificabat, ad lapides colligendos & ſibi præparandos, ut ei conveniens viſum fuerat, pueros deſtinaſſet; quidam incaute per devexa montis latera immane ſaxum diruens, ita præfati pueri collum in proclive manentis graviter perculit, ut cunctis videntibus mortuus procul dubio aſſignaretur. Licet luminibus adhuc palpitare videretur, exanime tamen corpus ab omnibus judicabatur: unde luctus & clamor magnus ab omnibus, præcipue à conſanguineis reſonabat. Lugebant pueri, majores manu plaudebant; tota denique domus ſuper ipſum, quem diximus puerum ejulabat. Patri etiam monaſterii conſanguinei caput vultumque tundentes, dicebant: Redde nobis puerum, quem nobis invitis monachaſti. Hiſque dictis barbam crineſque evellebant, quamque ſe miſerabiliter afficiebant, qui carnis affectum noverunt, diſcernat.

CAP. XII *Puerum lapidis ruinâ obtritum,*

E

F

18 Vir autem Dei ejulantium vocibus pauliſper commotus, juſſit puerum ad ſe deferri, & in Eccleſiam beatæ Dei genitricis Mariæ portari, omneſque foras egredi præcepit, firmatis ſuper ſe & puero valvis; ibique ſic fertur oraſſe ad Dominum; Domine Deus, qui cuncta ex nihilo creaſti, & humanum genus de ſua culpa perditum in melius reſtauraſti; qui mihi quamvis indigno quoſque ad me venientes, iſtum habitum exigentes, dare & recipere juſſiſti: inſtaura puerum iſtum priſtinæ incolumitati, & aſſigna ſacroſanctæ eccleſiæ ſuæ matri; ut videntes glorificent nomen tuum, & verba tua in ore meo vera eſſe emineat & appareat, ad laudem & gloriam nominis tui, qui es benedictus in ſecula. Statimque ad puerum acceſſit, & manu capiens ſurſum elevavit, portiſque apertis & foras profectus incolumen eum omnibus demonſtravit, atque ad opus inchoatum remiſit; &, ut cautius ſibi provideret, admonuit. Hoc vero videntes, & præ gaudii magnitudine lugentes, Deum ex toto corde benedicebant, qui apoſtolica tempora Apoſtolorumque

ſanum reddit;

A lorumque facta, per famulum Dei Joannem, manifestissime inter nos innovare, & alterius solis septempliciter illucessentis radio nos, imo mundum totum, mirifice illustrare dignaretur.

19 Ad hoc accidit quoddam per aliqua simile, quod Dominus per eum fecit mirabile. Recenti namque tempore post hoc, quidam puer Joël nomine, egregius genere, nobilior fide, auditis quæ per eum Dominus agebat, clanculo à parentibus aufugiens, ad virum Dei advenit, atque habitum suum absque mora indui petivit. Quod Abbas, ut de Dei voluntate hauserat, incunctanter fieri jussit. Parentes vero ejus atque propinqui, audientes hoc, mœstissimi tamquam de unico facti, quamvis alta noctis silentia cuncti cernerent, dolore tamen suasioneque propinquorum iter mox armati Pulsanum arripiunt. Pro foribus igitur stantibus & Abbatem fortiter quærentibus, jussit eis Abbas intrepidus ostium reserari. Mox ipsi, quasi furibundi & insani capitis, domum ingressi, nulli de ratio-
B ne loquentes, accensis quas secum detulerunt candelis, puerum tuum inter Monachos inhoneste quærentes, divina [manu] percussi cæcitate, puerum etiam reperire non valuerunt. Tunc aliquantulum molliores effecti, ad virum Dei reverendum reversi, mundanæ sapientiæ invectivas è regione facere cœperunt; Miramur te, bone vir, Patrum sanctiones ignorare, quibus dicitur, vota atque promissa filiorum familias absque permissione Patrum, Monachorumque absque jussu Abbatis, cassa & inania judicanda. Ad hoc vir Dei subridens, ait, qui humanis rationibus incomprehensibilem & ineffabilem Dei sapientiam comprehendere posse existimant, non attendunt, quid Dominus per Esajam loquatur; Non enim viæ meæ viæ vestræ, neque cogitationes meæ cogitationes vestræ; sed quantum exaltantur cæli à terra, tantum exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris & cogitationes meæ à cogitationibus vestris, quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, ut retribueretur illi? Nonne oportet nos Deo magis, quam hominibus obedire? & si ipsi, qui sacros Canones condi-
C derunt, pro tempore, & loco, & persona dispensatorie ipsos fieri jusserunt; nonne dispensatori & moderatori omnium Deo, cuncta cernenti & videnti, cujus oculis cuncta sunt nuda & aperta, dispensare, & ordinare rempublicam suam non licebit? An non licet ei quod vult facere? Num qui de nihilo creavit, recreare est invalidus? Introrsus igitur, carissimi Fratres, ad vos redite, & quid modo citoque futuri estis recogitate; & cum sobole vestra ad vitam, quæ sine fine manet, properate.

20 His admonitionibus acceptis, ita eorum temeritas & audacia fracta atque concussa est; ut ejus pedibus provoluti, de eo, quod fecerant & facere dispositerant pœnitentiam quærerent. Hoc insuper misericorditer petebant, ut prædictum puerum eis ostenderet; & si religiose indutus non esset, sibi redderet; sin autem saltem eis liceret videre, quem non possent habere. Vir autem Domini sanctus jussit quosdam introgredi chorum Fratrum, Deo devote famulantium, & Matutinas reverenter celebrantium, & puerum D eis ostendit: quem raso capite habituque religioso indutum videntes, dimisso capite ad A. COÆVO EX MSS. Abbatem redierunt, & eundi licentiam ab co expetierunt. Quibus sic alloquens ait: Vidistis quod ego, cum pro pacto introspexistis? Illi quidem, admirantes dixere, Nihil nisi contratres & puerum intuiti sumus: sed si vos aliud vidistis, pro Deo nobis indicate. Vidi profecto, ait; & vos aliud fa- *prædicit redituros ut eum vi tollant:* cturos, quam promittitis, animadverti. Puerum scilicet nudum juxta altare B. Mariæ clare perspexi. Ipsi magis ac magis cœperunt mirari, & puerum numquam amplius à Dei servitio per se avelli asserebant; quidque puer nudus designaret, flagitabant. Ille autem, in puero Christum ipsos nudaturos, & vestimentis religionis spoliaturos, & domum violenter conducturos confirmabat; sed hoc absque animadversione non esse futurum. Illi vero penitus abnuebant, & malle mori, quam à religione filium avellere dicebant. Be-
E nedictione autem ab eo expetita & accepta domum remearunt, quidque de puero fecissent consanguneis attipulari cœperunt: & [illi] accipientes quod fecerunt, eorum vecordiam & desidiam quibusdam convitiis additis acriter increpabant: satis enim quod fuistis, quodque reversi satis? & quid agere inde voluistis, quia eum non reduxistis, apparet.

21 His & aliis injuriarum convitiis lacessiti, consilium habuerunt cum eo, quis post Regem *b* primatum totius Civitatis Garganicæ habebat, & cum eis ut illuc adveniret suppliciter exorabant: ille vero, & consilium eis dedit, & quia majores civitatis erant se cum eis venire promisit. Hujusmodi namque consilium tribuit, ut in comitatu suo ducerent feminas, & puerum quibusdam ad eas blanditiis allicerent, ita ut nullam ipsi violentiam facere viderentur, ne aliqua oc- *quod deinde per feminas faciunt,* casione damnum aliquod consequerentur. Consilio autem accepto, & pro posse perfecto, cum eodem Oeconomo ad locum jam petitum advenerunt. Herodianam igitur in vultu lætitiam ostentantes, de puero interrogaverunt. Venit puer, ad mulieres usque de industria perductus: quæ eum accipientes, ut eis imperatum fuerat, vestimenta religiosa F sciderunt; & alia quæ præparaverant, eum induerunt; & sic eum, quasi bacchantes, domum reduxerunt. Abbas vero blande leniterque cuncta quæ acciderant ferens, ita eis, propinquis scilicet & secundum carnem amicis, ajebat; Numquid non dixi vobis quia Christum in puero illo spoliaturi eratis? *sed frustra.* sed quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, hoc ipsum quod vos pro malo facere destinastis, ad laudem & gloriam nominis sui convertet Dominus. Illi autem domum insalutati regressi, puerum cuidam Sacerdoti, per omnia Abbati ejusque monasterio inimicanti, & destruere funditus cupienti, custodiendum tradiderunt. Puer c vero, quamvis quibusdam repagulis anxiaretur in corpore, divinâ tamen clementiâ liber animo, per meritum sanctissimi Eremitæ Ioannis Pulsanensis Ecclesiæ Abbatis, brevi tempore post, se cum custode liberis monasterii vinculis innodavit.

22 Quidam præterea rusticus, cujusdam nobi-

CAP. XIII. *Alium consanguineis invitis receptum,*

suadet non esse reposcendum:

ipsumque illis jam persuasis ostendens,

Is. 55, 8,

A nobilis feminæ amore correptus, cum ipſa
A. COÆVO eum reſpuiſſet, ſeipſum diabolo tradidit, ut
EX MSS. ejus amore potiretur. Incentore igitur diabolo, ipſa in ejus cœpit dilectionem ardere;
Ruſticum à dæmone præcipitatum cum ipſe, de eo quod geſſerat aliquantulum dolens, ab ejus incepit amore refrigeſcere. Poſtquam ergo humani generis inimicus prædictum ruſticum in propoſito nolle manere proſpexit, in acquiſitam poſſeſſionem ingrediens, de alto eum præcipitavit, ut vitæ ablato termino, ſpes ei veniæ nulla conſtaret. In ipſo autem immaniſſimo caſu moribundo, quædam viri ſpecies apparuit, qui ab imminenti periculo eum liberaret, & in aliis conſilium ſalubre præberet. Ibis, inquit, ad montem Garganum, ibique melliferum reperies conſilium & ſanum. Repentino itaque terræ hiatu erectus, quamvis à dæmone poſſeſſus, advenit Garganum, multorumque ſuaſu virum Dei Pulſanenſem Abbatem petivit. Quem ut vidit, magnis ad eum clamoribus advenit: Ecce, inquit, cujus ſpeciem
apparens ſalvat; B in præcipitio videram, qui mihi ereptor & conſultor fuerat. A tuis itaque veſtigiis, ſanctiſſime Pater, amplius nullatenus avellar, totiſque animi viribus tibi inhærebo. Quid amplius morer? Sancti viri oratio ab eo dæmonem expulit, & ſub eo, ut videntes retulêre, manſuetus & humilis monachus in Domino obdormivit.

CAP. IX. 23 Tempore, quo viro Dei apud Barium ab iniquis ſacerdotibus ingens perſecutio immineret; quidam Principis Cancellarius ejus parti favebat, oraque inimicorum veris aſſertionibus oppilabat, & in eo quod poterat ſervo
item puellam moribundam. Dei obſequi ſe præparabat. Cum enim de honeſtate atque religione Abbatis altrinſecus altercaretur; nuntius ſubito adveniens ait; De tuæ neptis amantiſſimæ buſto melius faceres ſi cogitares. Audiens hic inſtans necis periculum ſui ſanguinis tam trucem & lugubrem, vultum protinus immutavit, ut in ejus facie dolorem animi legere poſſes. Abbas vero compatientis affectum oſtentans, cum eo domum perrexit, & ad infirmam uſque deduci petivit. Quæ cum vocis viam intercedente raucedine intercluſam haberet, & revolutis oculorum orbibus timorem aliis incuteret;
C manu innuit omnes foras egredi, ipſeque ſolus cum ea manens per dimidium fere horæ oravit ad Dominum: danſque illi manum, in lectulo ſedere fecit; & an aliquid in cibum ſumere vellet, leniter conſuluit. Quæ cum diſcreta voce cibum quæreret, & Deo ipſique gratias ageret; perſonas ingredi, illique miniſtrari ſuaviter præcepit. Introeuntes autem utriuſque ſexus homines, eamque in lecto ſedere intuentes, diſcretaque verba fari audientes; in viri Dei immenſa præconia magnis vocibus proclamabant, eique contradicentes flammis comburendos flagitabant. Servus autem Dei ne alicujus inanitatis vento in quamlibet partem declinaret, clanculo in aliam, in quam Deus veheret, regionem ſtatim diſceſſit.

CAP. XV. 24 Poſt non multum vero temporis, cum duo de Monachis ejus ab hac vita ſub una hebdomada diſceſſiſſent, quia unus ſingularis obedientiæ, & alius maximæ probitatis extiterat; præmaxime, quia ſui agri fructum, an Deus in horreum ſuum recondi juſſiſſet hæſitabat; gravi mœrore afficiebatur. Cumque per triduum in hac mœſtitia perduraſſet, D vigilanti & perſpicua ſuæ mentis viſione nubilum ſic Dominus abſterſit, pontificalibus
Duos è ſuis mortuos videt in gloria. namque indumentis Princeps Apoſtolorum mirabiliter contectus, inſignique infula redimitus, ei apparuit; *d* &[duorum illorum animas] ſuper ſolem ſplendentes, in ſuæ Planetæ limbo *e* quaſi in ſinu fovens, demonſtravit; ſic *d* *e* inquiens: Qui tibi veraciter inhærent, tuamque obedientiam in Deo tenent, ſplendeſcere ſcias apud ſuum Creatorem. Hoc etiam cuidam diſcipulo ſuo in eodem inſtanti, per meritum prædicti famuli ſui Ioannis, ad hujus veritatis irrefragabile teſtimonium, licet minus clare, Dominus demonſtrare dignatus eſt. Gratias igitur innumeras omnium Creatori Deo egit; ſeque & ſuos, ex tunc & deinceps, divinæ regulæ diſtrictius ſubjecit.

ANNOTATA. D. P.

a *Jordanus in Chronico ait, tribus ab oppido* E *milliariis abeſſe locum, quem Tabulæ topographicæ indicare prætermittunt; atque ab incolis credi antiquitus ibi eccleſiam & monaſterium S. Mariæ fuiſſe, cujus fundamentis* Ioannis *novum opus inædificarit: quod ſane libentius credam, quam* Pulſani *nomen ex miraculo inditum, quo Deipara ægrum* Joannem *ſanaverit, arteriæ pulſum explorando. Quin potius dixerim miraculum tale, ignoratum Auctoribus Vitæ, confictum eſſe, ad inveniendam etymologiam, quæ nulla certa habebatur.*

b Rogerium *intellige, qui Ducis titulo non contentus, an.* 1129 24 *Aprilis ſe fecerat Regem utriuſque Siciliæ coronari.*

c *Jordanus ait, puerum hunc fuiſſe Joëlem, de quo infra num.* 60 *& de quo in Martyrologio Pulſanenſi legitur: id quod retulimus in Comm. prævio num.* 15.

d *Hic nobis finitur Sanſeverinenſe Ms. & impreſſionem Jordani, licet ſatis imperfectam, (quod Longobardicos characteres non ſemper recte aſſecuti librarii ſint) ſequi compellimur quandoque deficientia verba ſuppleturi inter [ ], quædam vero mutaturi: uti mox.*

e *Impreſſum:* In ſuæ plantæ lembo, *peſſime utrumque.*

F

CAPUT IV.

Prophetico ſpiritu mira quædam agit Ioannes, moribundos ſervat, dæmones coërcet, furta detegit.

CAP. XVI. 25 ALio quoque tempore, cum pro ſervitio Fratrum, à ſe longè manentium, quemdam ſuorum, qui ſapientia & ætate ceteris eminentior habebatur, deſtinaſſet; qui
Pravam doctrinam inter ſuos ſpargi abſens cognoſcit legatione fruebatur ædificationis & ſervitii, (inſtigante diabolo) peremptionis cauſam quæſivit & exitii. Ad locum enim deſtinatum adveniens, litteratos ab idiotis ſeorſum convocat, ac ſuæ fermentum malitiæ eorum mentibus ſeminabat; per dulces ſermones mortem & interitum parat; ſinceræ Abbatis doctrinæ, modis quibus poteſt, derogat & repugnat. Sic namque pernicioſa ejus doctrina mentes imbuit plurimorum, ſic furens telis ani-

animos fermè armaverat ſingulorum, ut mo-
naſterium relinquerent, ejuſque monitis pa-
rere deſiderarent. Unus vero illorum, cui
talia ex animo diſplicuerant; foras occaſio-
nem quærens, legatum invenit, quem omni
a cum *a* pernicitate ad Abbatem dirigit. Cum-
que ibi talia gererentur, Abbas, ſecreto ſibi
revelante ſpiritu, hæc Fratribus, qui ſecum
ad laborem profecti erant, ex ordine pandit.
Sed quia fidem dictis ejus non adhibebant,
nuntio adveniente in eiſdem quæ Abbas dixe-
rat verbis, graviter eorum duritiem increpa-
bat; & cito, equo aſcenſo, illuc properavit;
quodque deliquerant emendavit, & ita dein-
ceps in bono confirmavit, ut à veritatis tra-
mite numquam ulterius avelli potuiſſent.

CAP. XVII. 26 Cum quolibet tempore vir Dei (cogente
b rerum neceſſitate) Sipontum *b* petere voluiſſet,
apud Primarium totius civitatis, multis ejus pre-
cibus [exoratus] habebat hoſpitium. Quodam ita-
que tempore, cum præfatus vir inviſeret ejus
domicilium, ejus uſque ad mortem unicus in-
firmabatur filius. Vir namque ipſe, quamvis
totius Sipontinæ civitatis poſt Regem diſpen-
ſator eſſet & dominus, cum omni tamen di-
ligentia velut Patri ſpirituali Abbati obſecun-
dare conſueverat; modo autem filii (intercedente mœſtitia) ut ſolebat ante virum Dei non veniebat. Quem Abbas vocari, & ante ſe venire præcepit; & qua de cauſâ ſic eſſet affectus, condoluit; & verba mundum contemnentia, magnumque ſolamen habentia dulciter miniſtrabat. Ipſe vero ſubito ab Abbatis facie receſſit, & (ut amor impatiens compellebat) ad infantem cucurrit; & cum jam ultimum putaret exhalare ſpiritum, moribundum in ulnis elevavit, ac ex inſperato in gremio Abbatis collocavit ſic dicens: Aut mihi puerum per tuam ſanctitatem vivum aſſigna, aut per tuam benignam perſonam mortuum repræſenta mihi: pro magno enim ducebat honore, ut ſuus mortuus filius à tanto viro teneretur; Abbas vero improviſo concuſſus terrore, ſolitum petit diffugium; & oculos ad cælum elevans, flagitat Dominum, ut ei unicum dignaretur reſtituere filium. Quid plura? Ita Dei aures ad juſti ſui preces adfuerunt, ut ſanus & incolumis eodem die parentibus aſſignaretur. Parentes vero ejus, qui quaſi de baratri voragine liberati, & plus quam ſi propriam vitam recuperaſſent, lætati, ſe cum puero totaque poſſeſſione viro Dei dari velle pollicebantur. Hoc Abbas intelligens, citius quam potuit, ab eis ſe explicavit, & apud eos numquam amplius hoſpitium habuit.

CAP. XVIII 27 Circa idem fere tempus, Sacerdos qui-
dam ad converſionem veniens, theſaurum
abſconderat; atque ab Abbate, an aliquid
haberet, interrogatus, præter veſtimenta,
quibus induebatur, firmiſſime denegat. Per
triduum igitur, aut quatriduum in converſi-
one, ut videbatur, ſatis honeſte atque reli-
gioſe eo immorante; Abbas juſſit eum ad ſe
venire; & ſeorſum monuit, ut theſaurum quem
occultaverat, referaret, ne ſibi ſcandalum &
aliis pernicioſum exemplum præberet; ſicque
bis, terque, quaterque ſub teſtibus inquiſivit;
recordans illud memorabile furtum Ananiæ &
Saphiræ. Ipſe vero (diabolo ſuggerente) adeo
obſtinatus manſit & durus, ut cum omni
fiducia, nihil aliud ſe habere juraret atque

Hoſpitis ſui Sipontini filium

quem moribundum exceperat,

revelat,

firmaret. Abbas vero eo ad Fratres dimiſſo, D
juſſit alii ut tali loco, & ſub tali lapide quæ- A COÆVO
reret, & pecuniam ibi abſconditam apportaret. EX MSS.
Quo facto, cum poſt aliquot dies memora-
tus Frater exiiſſet, & pecuniam non inventam
quæſiiſſet, & ante Abbatem mœſtus & tur- *& reum*
bulentus tranſiiſſet; Quid, inquit Abbas, ſoli- *emendat.*
to triſtior facies tua apparet? Pecuniam, pro
qua conſumeris, tibi reddam, & de hac
Congregatione te procul expellam. Mox ille
in terram procidens, & ſe reum magnis cla-
moribus confitens, veniam & miſericordiam
poſtulabat; ac flebiliter, ne aliquid mali per
hoc ſibi contingeret, exorabat.

28 Tempore quo Deus in partibus iſtis
aliquantulum frugum & vinearum imminuit CAP. XIX.
ubertatem, imo totam Italiam (ut accepimus)
inſolita coëgit inopia, quidam miles, præfatâ
causâ compulſus, Brunduſinas oras relinquens, *Militem inopiâ preſſum*
Pulſanenſem Abbatem, quia virum ſanctum
audierat, quæſivit, quem cœpit humiliter
exorare, ut cum utraque die imminens famis
periculum inſtaret, ſibi pro Deo miſericordi- E
ter ſubveniret. Majus enim, ait, miſeri-
cordiæ munus, magiſque Deo gratum fore
hujuſmodi viro ſubvenire, qui potius mori
eligeret, quam paſſim à quolibet (tardante *c*
verecundia) quæreret. Ille vero, ut benig- *benigne ſuſcipit,*
niſſimus pater, & temporalium adminiſtratio-
nem, & in ſpiritualibus pro dono ſibi cœli-
tus collator, refectionem gratanter exhibendo,
promiſit. Prædictus autem vir, aliquantulum
agriculturæ peritiam habens, cœpit agro,
vineis, variiſque illius domus, ſcilicet S. Ia-
cobi, in qua hæc ſupraſcripta fuerant, occupa-
tionibus exercere. Famulus vero Domini Ioan-
nes, peractis iis, quæ ibi rite recteque in u-
troque homine agere debebat, præcipuum re-
petit cœnobium.

29 Vir autem prædictus, parvo poſt tem-
pore decurſo, ſtimulis agitatus communis ini-
mici, loricam apud eos commendatam, equo-
rumque ſtramenta cum aliquantis ſolidis cuju- *& furtum*
dam nuper profeſſi furtim ſurripuit (& pro- *ab eo factum indicat.*
ut ſibi viſum eſt) competenti loco abſcondit.
Cumque poſtea unus alterum, ut incertis in
rebus fieri ſolet, varie appellaſſet, & ab alte-
rutro modum contentionis inſolita re perculſi
diebus aliquantis decertatum fuiſſet; quemdam
alium injuſte ut furem conveniebant, & ei, ut F
redderet acriter inſtabant. Illi autem qui hoc
egerat, quippe qui mundus & bonus appare-
bat, nulla ſuſpicio habebatur. Prior itaque jam
dictæ domus, cum damnum, tam rerum,
quam perſonarum inſpiciens, quid ageret ig-
noraſſet; Patrem monaſterii adivit, rem ex
ordine pandit, quid facto opus eſſet, quæſi-
vit. Abbas vero vir per omnia propheticus;
Vade, inquit, concito greſſu; virum talem,
quem pro Dei recepimus amore, ut furtum
tibi reddat cohibe; qui ſi diabolicâ obſtinatus
malitiâ, negare præſumpſerit; tali exquire
loco, ibi procul dubio, quæ adhuc amiſiſti,
reperies, eumque illæſum à domo ejicies. Qui
confeſtim, & in nullo hæſitans mandatis, juſſa
Prophetæ proſequitur: & ut prius verbis accepe-
rat, ita ex toto factis reperit. Gratias igitur Do-
mino omnipotenti & famulo ejus Joanni im-
menſas agentes, prædictum virum (ut imperatum fuerat) expulerunt; & adeo majorem ſoli-
to reverentiam, & timorem circa Patrem mo-

ſanum reddit.

A sterii habere studuerunt, ut conscientiæ secreta ei certatim pandere curarent, timentes, ne ipse primitus eos argueret.

A. COÆVO EX MSS.

CAP. XX

Ecclesiâ à spurco possessore recuperatam;

30 Quidam Garganicæ civitatis ingenuus, unum habens filium, super quamdam ecclesiam prope Pullanum positam, sibi ita extorquebat dominium, ut ibi cum quadam Sanctimoniali degeret; & operi nefario inserviens, grave iniquitatis pondus ferret. Hujus interim filii discretionis oculos aperuit Dominus; qui iniquitatem patris abhorrens, ad Abbatem Pulsanensem aufugit, & sanctæ conversationis habitum ab eo expetiit. Vir autem Domini, ut in talibus ex more gavisus, & libenter eum excepit, & quod petiit adimplevit: pater vero hujus, quamquam nimium esset iniquus, cum filium unicum à salubri proposito revocare non posset, in manibus venerandi Patris Professionem fecit, seque & sua daturum verè firmiterque promisit. Vir igitur Dei Ioannes statim eum, quamquam invitus ab invasione Ecclesiæ removit, & ipse famulus Domini canonice ingrediens, possidere cœpit; Sanctimonialem etiam, quam ibi invenit, verè pœnitentem suscepit, atque locum illum mulierum Domino dicandum, ex tunc & deinceps esse censuit.

in usum Sanctimonialium vertit,

B

& dæmones loco infestos pellit.

31 Hujusmodi igitur factum, quam graviter humani generis pertulit inimicus, nocturni sonitus diversorum animalium, & volucrum voces, ut cuique proprium esset, insinuaverunt; ibi namque magnis intonabat ululatibus; Cur me Ioannes Dei famule à domo antiquitus possessa exire compellis? Quare me hinc ejicis? Hos subsequebantur serpentum sibili, leonum rugitus, mugitus boum; omnium denique animalium & volucrum pavendi spiritus turbinem commovebant, quo tremebundi mundum ruiturum funditus cogitabant incolæ. Post hæc omnia tenebrosus spiritus, lucem odio habens, si quæ luminaria, vel lampades, vel quocumque modo ignes accensos prospiceret, mox extinguere præsumebat. Unde personæ, quas ibi vir Domini esse præceperat, adhuc pusillanimes, locum relinquere penitus disponebant. Quæ cum sancto viro nuntiata fuissent; nequam spiritus insidiantes vilipendens, illuc perrexit, & animos debilium roboravit; & si quid contrâ ipsum possent, vocibus etiam convitiantibus, dæmones irritavit. Qui ita suâ præsentiâ (gratiâ Dei donante) omnes malignorum spirituum sordes illusionesque eliminavit, ut ulterius Domino

C

CAP. XXI

inservientes, & obedientiam Patri suo observantes, nec ista, nec simile aliud persenserint.

Monachum mortuum

32 Cujusdam temporis articulo quidam de Fratribus Beati Ioannis, Ursus nomine, humilitate & obedientia eximius, ad mortem usque infirmatur: cumque aliquo evoluto tempore, ægritudo ejus invalesceret, migravit è seculo. Et cum hoc Patri monasterii nuntiatum esset; illuc, ubi corpus erat, properavit; & quia corpus exanime reperit, ex intimo corde doluit. Et dum aliquantulum temporis spatium cum silentio summo transegisset, & oculos lacrymis suffusos pro decessu boni Fratris habuisset, præcepit, ut nullus ibi Fratrum remaneret. Ipse vero oculorum aciem figens in cœlum, immotis labiis, ut ei solitum fuerat, orationem faciens, tamdiu super defuncti membra recubuit, quamdiu corpus ex toto moveri persensit. Divinam itaque gratiam Apostolorum socius agnoscens, festinus in pedes constitit; ipsum quoque per dexteram apprehensum, in lectulo sedere fecit; & Fratribus advocatis, quem mortuum reliquerant, vivum assignavit.

precibus in vitam revocat.

D

33 Alio quoque tempore cum Salpos *d* rationabili causa perrecturus, fluvium non vadando, sed transnatando, transire oportuisset; socii cum flumen ingredi valde timerent, ipse torrentis alveum prævius ingressus est, illos commonens, ut recto tramite post ipsum incederent. Sic transito amne, ab aquarum molestia tam immunes se conspexerunt, ut vix ima pedum vestigia madefecissent; alios namque per idem iter natantes intuebantur, non solum aquæ effusionem non evadere, sed & mortis periculum formidare. In ejusdem quoque itineris reditu tanta pluviæ inundatio erupit, ut sociorum venerandi Patris, nedum indumenta, sed etiam membra aquis largiter defluerent. Qui cum Patrem suum ad quamdam ecclesiam declinare rogassent, quatenus parum quiescere, & vestimenta exudare valuissent; ita omni aquæ humore ejus vestimentum [vacuum] repererunt, acsi non aquæ, sed soli substitisset.

d

CAP. XXII

Fluvium sicco pede transit,

nec tingitur à pluviâ.

E

34 Quidam, cum à Regis Siciliæ ministris deprehensus, & multis afflictionibus, ut solidos & alia quæ non poterat exhibere persolveret, extortus fuisset; venerabilem virum Abbatem Pulsanensem per visum aspexit: qui eum monuit ut si mane facto cum aliis captis ad Regis curiam ire cogeretur, iter ipsum dimitteret, & per aliud fiducialiter pergeret; quia à nullo lædi poterat, quem Dei pietas liberare disposuit. Pro verbis igitur viri Dei faciens, liberatus, & ad eum usque perveniens, Deo & ipsi immensas gratias [in genua] devolutus persolvit.

CAP. XXIII

Captivum liberat.

ANNOTATA D.P.

a *Impressum*, Omnium pernicitatem.

b *Distat* Sipontum *à Monte Gargano* p. m. 7.

c *Male impressum*, tam dante.

d *Hodie* Salpe, *antiquis* Salpia *vel* Salapia, *ferme ad Ausidi fluminis ostium, in finibus Capitanatæ & Barensis Provinciæ; distat Pulsano ad* 30 m. p. *eo autem euntibus transvadandi fluvii Candelarius & Carapelles.*

F

CAPUT V.

Auxilium quod Sanctus suis viventibus ac mortuis varie præstitit.

CAP. XXIV

Inter alia plura miracula,

35 PRudenti consilio sapientum provisum esse dignoscitur, venerabilium facta virorum litteris annotari, memoriæque posterioribus commendare; ut perspectâ eorum vitâ, suam eorum exemplo actitare satagant. Inter quos venerabilis & Deo carus Pulsanensis Ecclesiæ Abbas Ioannes refulsit, cujus actus jam expresse sic ut ab illis, qui ejus mirabilia viderunt & interfuerunt, audivimus, à nobis licet imperitis, utcumque Deo cujus gratia operabatur [juvante] descripta dignoscuntur inculto sermone. Cum igitur plurimis vir Dei devotus polleret miraculis, inter cetera quæ operatus est mirabilia, sicut veraci relatione comperimus, quoddam valde stupendum miraculum

raculum, quod per illum Dominus operari dignatus est, fraternitati vestræ intimare curamus. Quodam die, venerabilis Pater quosdam ex suis Fratribus Monachis ad silvam duxit, ut ligna, quibus domus construi debuisset, inciderent. Qui jussa complentes, obedienti animo, ut eis imperatum fuerat, implere curarunt. Mox autem ut illuc pervenerunt, summo cum conamine, ea, quæ necessaria ad domum construendum videbantur, ut Pater communis illis imperaverat, præparare cœperunt. Et cum in tam bono opere Fratres occupati fuissent; omnium bonorum invidus inimicus, cum suis satellitibus, in similitudine armatorum militum, eis apparuit; quosdam vero illorum cedentes, alios in fugam timore perterritos ire compulerunt.

dæmones infestos Fratribus ligaturus missis,

36 Sed illis huc atque illuc timore concussis fugientibus, subito cum magno lumine virgamque manu gestans B. Ioannes apparuit; qui turbam adversariorum virgâ prosequens, eos fortiter percutiens, ante ipsius præsentiam, ut umbra tenuis evanuerunt. Quod Fratres qui aderant videntes (recepta animi fortitudine) ad Patrem ut boni filii cucurrerunt; quos brevi sermone consolans & ædificans, ab eorum oculis subito disparuit; sublatâ vero Patris præsentiâ amplius mirari cœperunt, & quid circa eos benignitas Dei fecerit stupefacti, atque sine voce affecti per horas plurimas permansere. Alia vero die unus de Fratribus ad monasterium rediens, quomodo à mortis periculo, & à dæmonum turba meritis ipsius liberati [essent] lineatim Patri venerando retulit. Quæ Vir Dei audiens, extensis ad cælum manibus omnipotenti Deo gratias reddidt; & hoc non suis ascribendum esse meritis, sed eorum fidei & obedientiæ potius factum fuisse, prædicavit. Vide, inquit, fili, quantum apud Deum valeat puro ex corde obedientia, & mandatorum Dei observantia. Qui admonitionibus Patris sufficienter instructus, ad Fratres, & ad injunctum opus rediit. Nulli enim incredibile debet esse hoc, quod de Patre nostro Joanne retulimus, qui omnia Deum posse credit, & nihil impossibile esse credenti veraciter recognoscit; Deumque semper mirabilem esse in Sanctis suis non dubitat. In multis namque & innumerabilibus miraculis Dei omnipotentis clementia Joannem suum fidelem famulum declarare voluit, & quanti apud eum foret meriti in patulo per orbem fidelibus innotescere non prolongavit; ne lucerna sub modio lateret, sed pie viventibus aperte clareret.

virgâ fugare conspicitur,

dum interim procul absens in cella orat.

37 Quodam die contigit B. Joannem ad opera manuum, una cum quibusdam Fratribus suis egressum fuisse. Et ecce subito quædam venenata bestia, hosti humani generis satis amica (quia in eam introivit cum ad decipiendum primum patrem, & uxorem ipsius adversum Deum, ut cibum vetitum comederent, incitavit) in sinum cujusdam Fratris insiluit; protinusque ad latibulum, unde egressa fuerat, videntibus cunctis qui præsentes aderant, rediit; sed Frater ille, nimio timore perculsus, in terra exanimis cecidit, Deique viro Joanni sub festinatione nuntiari curavit, & ut sibi subveniret cum omni supplicatione rogavit. Qui mox Dei servus Fratribus præcepit, ut si in aliquo vulneratus fuisset inspicerent: qui eum inquirentes circumquaque, illæsum repererunt; Patrique suo spirituali, in nullo Fratrem percussum, retulerunt. Ipse vero Frater, mox ad jussum Abbatis timore sublato, à terra surrexit, & cœptum opus cum ceteris Fratribus lætus exercuit.

A COÆVO EX MSS.

38 Providus illico Dei famulus & futurorum præscius, Fratribus omnibus interdixit, ne ab illis bestiola *a* supradicta læderetur; sed sicut Fratrem tangendo non nocuisset, ita & ipsa illæsa maneret. Unus autem ex Fratribus, aliquantulum spiritu superbiæ tumidus, Patris reverendissimi Joannis postponens monita, latibulum, quo se venenatum animal receperat, relictis Fratribus [adiit] ipsumque inventum protinus interemit. Qui statim Dei judicio, utpote inobediens, percussus, gravi subito dolore & intolerabili vexari cœpit; & qui Patrem suum præcipientem contempsit audire, quasi veneno bestiæ perfusus cœpit magnis clamare vocibus, & Joannis Dei servi auxilium exorare precibus. Et cum ei nuntiatum fuisset, venire non distulit, sibique aquam afferri præcepit; quam benedicens bibere eum jussit: & tanta Dei virtus illico adfuit, ut mox *b* de terra surgeret, & omnis dolor & angustia ab ipso fugeret. Quod cum Fratres viderent, in eo quod contigerat admirati, Dominum omnipotentem, qui per famulum suum Joannem talia fecisset, benedixerunt. Neque hoc silendum esse fraternitati vestræ volumus, quod per electum famulum suum Joannem Dominus innotuit; ut minus perfecti in Ecclesia lac haberent, unde nutriri potuissent; videlicet, exempla pie sancteque vivendi; & miracula, quæ Dei nutu per Sanctos suos Christus operatus est, incitamenta eis forent usque in finem in Dei servitio perseverandi. Nam si Dominus electos suos ita miraculis non decorasset, forsitan sancta Mater Ecclesia tot hodie filios non haberet; quoniam quidem per illorum miracula credentium fides firmata est, & spes corroborata.

a lædi prohibet:

quod contemnens quidam, torquetur quasi ab ipsa ictus,

b

sed aquâ à Sancto benedictâ sanatur.

39 Contigit *c* cuidam beati viri Monacho, nocte quadam in lecto quiescenti, assistere sibi in visione quamdam quam in seculo notam habuerat personam, monentem ac præcipientem sibi, ut eum sequeretur. Quod cum adimpleret, venerunt ad quemdam permagnum fluvium, in quo perbrevem pontem repererunt; quem sine aliqua dilatione ascendens, cœpit ire; & ut Monachus eum sine aliquo timore subsequeretur, monere. Tandem Frater ille satis pavidus pontem ascendit; qui pons ita ei tremere videbatur, ut pæne de vita sua desperaret. Et cum in pontis medio magno cum timore perveniset; ille qui præcedebat eum, & prævius ire videbatur, jam prope ad finem pontis veniens, pede lapso in flumen cecidit; quod flumen ita horrificum, ut cadentes in illud nulla spes resurgendi remaneret. Frater autem ille, videns se solum relictum in magno periculo, amœnissimumque & deliciis affluentem esse locum proximum ultra pontem; invocato Christi nomine pertransiit. Quo transito, maximam in illo loco hominum albatorum *d* invenit multitudinem, summum silentium tenentem, *e* neminemque illorum loquentem. Quos contemplatus, & intuentes se intuens, & in locum

c CAP. XXVI

Monacho cuidam offertur visio;

quasi ex maximo periculo

d

e

CAP. XXV

Viperam, ne noceat impeditam,

A cum inſatiabiliter præ nimia pulchritudine aſpiciens, pertranſivit eos : quos parum pervo ex mss. tranſiens, permaximum invenit palatium, nimio decore ornatum ; in quo ingrediens, ſpecioſiſſimam gentis invenit pulchritudinem. Sed ibi nullum ſibi notum cognoſcens, ad quamdam palatii partem ſe declinans partem aliam palatii ingreſſus eſt; in qua multi & innumerabiles lecti ſatis ornati erant, in quibus honorabiles perſonæ quieſcebant ; qui locus tanta ſuavitate & dulcedine plenus erat, ut crederet ſe deliciis Paradiſi intereſſe.

in cæleſte quoddam deductus palatium,

40 Et intuens diligenter utraſque perſonas, plures de Congregatione ſancti Patris Joannis, qui jam de mundo exierant, recognovit. Inter quos quemdam Fratrem, nomine Oddonem, ante quemdam lectum ſedentem reperit; ad quem prope accedens, inclinato capite, Benedicite, dixit. Quem reſalutans, quomodo Dominus Abbas Fratreſque ſui haberent, requiſivit ; & præcipue de quodam Fratre ſigillatim, qui familiarior & amicabilior extiterat B. Joanni, Reverendiſſimo ſcilicet Dei famulo Jordano, qui poſt ipſum Patrem Joannem totius Congregationis regimen, in protectione Dei cæli commorans, ſtrenue, juſte, pie, atque fideliter gubernavit vir bonus, ac juſtus, & Deo & hominibus rationabilis. Et illo reſpondente, quoniam Dei gratiâ bene ſe haberet ; ſed quomodo ipſe eſſet ſibi dicere non dedignaretur ; reſpondit Frater ille, & dixit ; Quidquid, Frater mi, boni habeo, Patris mei ſanctiſſimi Joannis meritis habeo; ſed adhuc propter quaſdam, quas in ipſo commiſi culpas, & dignam inde non egi pœnitentiam, proinde plenum gaudium non habeo; & lectum iſtum, quem vides, mei causâ paratum eſſe ſcias; ſed in ipſo quieſcere non valeo, donec ab ipſo Patre relaxatæ fuerint mihi ; ſed roga obtecro devotiſſimum virum Jordanum, ut pro me Patrem ſpiritualem ſanctiſſimum Joannem deprecetur, quatenus mihi culpas quas in eum commiſi dimittat; & pro certo ſcias, quia, ſi mihi indulſerit, ſtatim licentia quieſcendi in lecto concederur, quia in hoc loco multa ejus juſſione ignoſcuntur.

ubi inter alios videt Fratrem,

B

qui à requie ſibi parata arceri ſe faſſus,

C 41 Qui curioſe ab ipſo culpas inquirens, Frater ille qui defunctus fuerat, humiliato capite triſtitiamque demonſtrans, retulit dicens: Iuſſione ſancti Patris cauſaque monaſterii, cum quibuſdam Fratribus mecum adjunctis, ad ſilvam perrexi ; ibi, dum ſanctus Pater adeſſet, quædam particula ligni, quam incidebam, peccatis meis facientibus, in maxillam ejuſdem Patris proſiliens, vulneravit; pro quo facto ab eo veniam minime quæſivi. Alia quoque major culpa fuit, nam quadam die Dominica, celebrato in ipſo Pulſanenſi cœnobio divino ex more Officio, prædictus ad ſe Pater me vocavit, & cibum corporalem accipere monuit; meque poſt hæc ut [ſibi] prop rarem, & ſic ad ſilvam pergerem præcepit. Sed me reſpondente ire non poſſe, ab ejus illico diſceſſi præſentia, ſed poſt paulum in meipſo de inobedientia tanti Patris recordatus, & ſtulte me egiſſe recognoſcens, reverſus ſum ad eum ; ut mihi indulgeret, humiliter rogavi ; & ut ſentio, adhuc non relaxavit. Sed væ illis, qui inobedientes ei exiſtunt, ſi ab eo veniam non requirunt, & ſatisfactionem ei non faciunt. Qui Frater ad ſe reverſus, per D omnia quæ viderat & audierat, & ſibi præceptum fuerat, venerabili Patri retulit; ſed non poſt longum tempus Patri Sanctiſſimo Ioanni ipſe frater Oddo, non in viſione ſomni, ſed quaſi corporali præſentia apparuit; & ut ſibi quod in eo peccarat indulgeret rogavit ; & ut in pace quieſceret, totis ſuis viſceribus exoravit : quem Pater ſanctiſſimus illico abſolvit, & in pace dimiſit.

propter quædam commiſſa in Sanctum,

rogat ab eo ſib. indulgeri.

42 Eo tempore, cum in eccleſia B. Barnabæ Apoſtoli Sanctimonialium floreret ſtudium, (ſicut uſque hodie annuente Domino floret, & ſuaviſſimus odor & clamor ſanctitatis longe lateque naribus fidelium diffunditur) & multæ nobiles & ignobiles feminæ ad Dei cultum ibi congregari viderentur; contigit quemdam Sacerdotem ad monaſterium beati Patris Ioannis Abbatis, ſub cujus magiſterio venerabiles feminæ degebant, ad converſionem venire ; & quod devote petiit, ei devotius Pater venerabilis conceſſit. Videns autem ſanctus Pater bonam E ejus converſationem, & de die in diem ſecundum humanos viſus in melius proficere; præcepit ei, ut ad eccleſiam B. Barnabæ Apoſtoli pergeret, & Sanctimonialibus feminis Deo ibi famulantibus divinum Officium celebraret, ipſaſque monendo & exhortando à tortuoſi ſerpentis inſidiis præmuniret. Qui Patris præcepta libenter amplectens, earum curam cœpit honeſte agere ; quidquid autem acquirere à fidelibus Chriſtianis poterat, acſi omnes generaſſet, fideliter eis afferebat.

CAP. XXVII. *Sacerdos, commiſſos ſibi Moniales avertens à Sancto,*

43 Sed omnium bonorum invidus inimicus, cœpit non ſolum Sacerdotis mentem, *dum apo-* ſed etiam Sanctimonialium tangere corda, *ſtatare parat,* nam in tanta ſuperbia quædam ex ipſis elevata eſt, ut audacter coram ſancto Patre & omnibus Sororibus diceret; Jam de magiſterio tuo non curamus, ſufficit nobis iſte Sacerdos venerandus. Proinde non poſt longum tempus divinum ſuper ſe tenſit judicium : ipſe vero Sacerdos paulatim à doctrina B. Ioannis Abbatis cœpit diſcedere, & aliud monaſterium diſponebat ædificare, & Sanctimoniales illas feminas, quæ in errore iſto conſentiebant, ibi F ponere; ſicque pergere ad Antipapam (Anacletum *f* ſcilicet, qui tunc, quo occulto Dei *f* judicio neſcimus, Sedem tenebat Romanam ; & ab eodem venerabilis Innocentius verus Papa, à Sancta Sede dejectus & exulatus in Francia *g* demorabatur) ac de multis idem *g* Sacerdos electum Dei famulum Joannem falſiſſime accuſare. Sed omnium Dominus, qui omnia ſuo diſponit arbitrio, hæc prævidens; prædictus Sacerdos & Monachus, divino percuſſus judicio, non multo poſt propriam finivit vitam ; & hoc idcirco Dominum feciſſe credimus, ne prædictus Sacerdos manus ejus magis pollueret, & gravius peccatum pro Dei ſervo incurreret, ſi amicus Dei Joannes ab iniquis hominibus injuſte dehoneſtaretur, & innocens à nocentibus male tractaretur.

morte præ- *venitur.*

eumdem è purgatorio Sanctus liberat.

44 Poſt cujus obitum B. Joanni revelatum eſt, quod Sacerdos ille Monachus, pro eo quod in corde ſuo malum contra eum facere diſpoſuerat, magnas in purgatorio pœnas ſuſtineret. Quod vir Dei advertens, miſericordiâ

mo-

A motus, cœpit ad Dominum preces effundere,
Pſ. 144, 18 ut ſubveniret ei. Sed pius & miſericors Deus à prece ſui famuli fidelis non eſt elongatus, ſicut in Pſalmo legimus, Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate; nam poſt ſpatium unius anni & novem menſium, quando hanc orationem fudit ad Dominum Beatus Joannes (per tanti ſpatium temporis Sacerdos in pœna ſuum planxit
b peccatum *b* & poſt terminum) revelavit Patri ipſi, quod Dominus ſuis eum meritis à pœna liberaſſet. Quanti igitur meriti vir iſte ſanctus fuerit, in hoc cognoſcere poſſumus, qui animam, locis pœnalibus purgatorii recluſam, ſola oratione ſua abſolvit; & requiem, quam culpâ ſuâ perdiderat, addidit. Sæpius, Fratres mei, commendemus noſmetipſos ejus meritis; & qui ſuum à culpa & pœna abſolvit adverſarium, multo magis veneratores ſuos ac filios devotos meritis ſuis in ſuo aggregabit conſortio.

ANNOTATA D.P.

B a *Impreſſum*, ne ab illa beſtiola læderentur, ſed ſicut Fratrem tacendo non docuiſſes: *quæ ſenſum non faciunt*.

b *Ibid.* mox data.

c *Hic & alibi fere ſemper invenitur* contingit *pro* contigit.

d *Male*, Abbatum; *Jordanus* Monachos *interpretatur*.

e *Impreſſum*, Neutrumque.

f Anacletus *ſchiſma fecit ab an.* 1130, *ad* 38.

g *Rediit* Innocentius II *Romam cum Lothario Imp. an.* 1133.

h *In impreſſo*, Et ipſe.

CAPUT VI.

Similis auxilii extreme periclitantibus Monachis præſtiti exempla alia duo.

CAP. XXVIII C *In foveam frumentariam*

45 MIrabilis in excelſis Rex, immenſus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui per famulum ſuum Joannem, Pulſanenſis Eccleſiæ Abbatem, miracula ſua multis modis immeritis ſervis ſuis, adhuc in hac peregrinatione laborantibus, & diſſolutionem ſui corporis atque cum Chriſto eſſe deſiderantibus, oſtendere dignatus eſt; ut magis à fidelibus Chriſtianis Dei ſervis audiretur, & norma inſtitutionis à diſcipulis ſuis ſtrictius teneretur. Eapropter unum ex pluribus eligentes, fideli narratione notificare curamus. Quodam itaque tempore contigit piæ memoriæ B. Ioannem Abbatem ad quamdam eccleſiam Divi Iacobi Apoſtoli, quæ ſubjecta eſt Pulſanenſi Eccleſiæ, cum multis Fratribus illius loci, ut ei mos erat, commorari. Ubi dum diu Dei nutu (ut credimus) moram faceret; evenit ut granum, quod molendinum mole-
a re deberet, deficeret, & nihil extra foſſam *a* reperiri potuiſſet. Tunc cœpit loci illius Prior, ne panis Fratribus deeſſet, animo anguſtiari; & quoſdam de Fratribus in foveam, ubi granum erat, tentans deponere; nullum penitus, propter nimium calorem cooperitionis foveæ, D invenire potuit [qui id facere auderet]. Illico (alio reperto conſilio) quemdam alium Fratrem ſtrenuum ad ſe vocavit; & ut operam in tali negotio daret admonuit. Mox Frater ille fecit ſe funiculo ligari, & in foveam deponi; tale Fratribus dans mandatum, ut ſi moveret funiculum, quamcitius de fovea eum extraherent. Quo depoſito, & ſatis tribus de grano ſublatis; Frater, qui depoſitus fuerat, raptus in ſpiritu, cecidit. Videntes autem Fratres qui ibi aderant, quod moram innecteret, & nihil de grano eis ultra tranſmitteret, magnis vocibus eum proprio nomine clamare cœperunt, & cum vidiſſent quod eis nullum redderet reſponſum, mortuum eſſe eum flebili voce lamentari cœperunt. Extrahentes autem eum velut mortuum, & de vita ejus penitus deſperantes, ante ſuam præſentiam in terra eum collocaverunt.

A. COAEVO EX MSS. *ex obedientia ingreſſus Monachus*; *eique immortuus*;

46 Qui Frater, ut ipſe poſtea retulit, ſtatim, ut cecidit, quodammodo factus eſt exanimis; & (ut viſum ei fuit) mox quidam ſplendidiſſimus Angelus ad eum veniens per manum tenuit; & ex ſiniſtro latere teterrimus & multum horribilis ſpiritus malignus apparuit; qui E tenens eum, & de manibus ſancti Angeli tollere cupiens, vehementer trahere cœpit, & in vocem erumpens, talia protulit verba; Quid eſt, quod facis? quæ ſocietas juſti cum injuſto? Numquid iniquitas eſt apud Deum? Eſt plene. Nam ſi juſtus Deus, ut dicis, eſſet, iſte tibi conjungi non poſſet. Iſte omnino mihi ſervivit, & à meo ſervitio non receſſit, idcirco à me & à meis ſeparari non poterit. Cui ſanctus Angelus reſpondit, Licet peccaverit iſte, pœnitentiam tamen egit, & ſanctæ Religionis pro Dei amore habitum ſuſcepit; & hæc eſt ſumma juſtitia, ut à pio Domino non puniatur, ſed ût filius in ſuo regno recipiatur; nam per Prophetam olim ipſe locutus eſt, dicens; Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat. Ad quem ſpiritus nequam ait; Si Monachi habitum ſumpſit, vitam in melius non correxit, ut ipſe aſſeris; & ſi habitum Monachi portavit, tamen vitam Monachi non tenuit, & mores ſuos in melius non commutavit; & ideo per omnia iſte meus eſſe debet. Et Angelus ait, Hæc opera, pro quibus damnari debeat, ego in eo minime invenio; verumtamen procedamus ſimul ad juſtum Iudicem, qui culpas hominum juſto ſuo F examinat judicio, & nullius perſonam accipit in judicando. Ad hæc ſathanas reſpondit, ſi tuus (ut aſſeris) juſtus eſt Iudex, iſtum à meo conſortio non ſeparabit. Et indignatus ſanctus Angelus adverſus eum dixit; Obmuteſce, miſer, omni honore privatus; & Creatorem piiſſimum cæleſtium & terreſtrium noli dicere injuſtum, qui ſuper humanum genus pius & miſericors eſt, & pœnitentibus culpas relaxat, & veniam indulget & parcit.

deductuſque ad judicium

ob peccata in ſeculo; *poſcente eum dæmone*;

defendente Angelo.

48 Hæc, & quamplurima aliâ Frater videns & audiens, cœpit nimium, ne à dæmone ad loca pœnalia duceretur pavere. Ad extremum vero ante tribunal, & nimium pavendum peccatoribus Judicem ſtatuitur: qui Judex tantæ pulchritudinis ei videbatur, ut ſplendor vultus ejus ſolis claritatem ſuperaret, & aſpectum illius nullus mortalium præ nimia pulchritudine videre poſſet. In circuitu namque throni & majeſtatis ejus,

A præclaram vidit familiam, ſuis verſis vultibus ad ipſam Majeſtatem aſpicientem, & inenarrabili lætitia gaudentem, quam & nulla unquam hominum lingua enarrare poterit. Felix & lætabundus ibi omnium Sanctorum innumerabilis chorus aſſiſtens, tantam majeſtatem infatigabiliter collaudabat. Accepta quippe divinitus Frater ille, qui judicandus aſtabat, quadam fiducia; cœpit tantæ Majeſtati tremens dicere, Piiſſime & clementiſſime omnium Plaſmator & Redemptor, miſerere mei, & ne patiaris me ab iſto dæmone, qui graviter inſequitur, detineri, & in infernum cum Angelis ejus demergi & damnari. Recordare, altiſſime & miſericors Deus, quod tui ductus amore, Jeroſolymam corde contrito & humiliato adii, ubi humanam carnem de ſancta & immaculata ſemper virgine Maria, propter humani generis redemptionem, accepiſti; ubi natus pro injuſtis ſuſpenſus fuiſti; & ſanguinem tuum, Thronis & Angelis omnibus venerandum, in noſtram redemptionem fundere voluiſti; & ubi in ſepulcro jacuiſti verus Deus & homo, unde die
B tertia reſurgere voluiſti, ne caro tua ſancta videret corruptionem; & inde cælum aſcendiſti die quadrageſima poſt glorioſam Reſurrectionem tuam, ut tecum captivitatem noſtram duceres captivam. Poſt hæc ad locum nativitatis meæ rediens, conſilium ſalvationis animæ meæ ardenter quæſivi, & citius inveni; & ſub magiſterio devotiſſimi ſervi tui Joannis, Pulſanenſis Abbatis, Monachi habitum accipiens, hucuſque permanſi.

A. COÆVO EX MSS. *petit à Chriſto miſericordiam,*

49 Et ne alicui ea quæ dicimus, & quæ (Deo inſpirante) dicturi ſumus, incredibilia eſſe videantur; omnes Fratres illi, qui ad illud ſpectaculum, & valde admirandum & inuſitatum convenerant miraculum, invoco teſtes; omnes enim illas voces, quas Frater ille emittebat, ita audiebant, ut ſi bene ſanus inter eos loqueretur. Sed, ut vidit ille Frater quod nullum ab illa admirabili Majeſtate reſponſum acciperet; cœpit Sanctos, qui adſtabant, unumquemque per nomen proprium in ſuum auxilium invocare, dicens, Sancta Maria, Mater Dei, ora pro me; ſic & ceteros, ut Frater poſtea affirmavit. O res ni-
C mium admirabilis & ſatis ſtupenda, ut quicumque Dei adjutus auxilio ibi pervenire poterit, omnes Sanctos notos habebit! Ibi omnia ſcient, verba ceſſabunt, & mutuo corde loquentur. Ibi eſt ſuavitas magna & tranquillitas, ibi omnis *b* delectatio; ibi tale gaudium, & gloria erit, ut recte Apoſtolus dicat, Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Et contemplans ipſemet Frater illam præclaram familiam, nimium in aſpectu eorum delectabatur; &, ſi fieri poſſet, ab illo tam præclaro & ſanctiſſimo conventu numquam vellet disjungi. Sed cum viderit ſe nullum ab eis habere reſponſum, ſicut ei viſum fuit, & intelligere potuit, *c* nullum ad preces ſuas Sanctorum aures inclinaſſe, ſtatim exclamavit, cum gemitu dicens; O piiſſime ſancte Pater Joannes, in tam magna ſuccurre neceſſitate, tuo ſuccurre Monacho. Necdum verba finierat, & ecce Beatus adeſt Joannes, ante præſentiam Majeſtatis.

& à Sanctis patrocinium:

b 1 Cor. 2. 9

ſed fruſtra.

c

50 Nemo fidelium credere debet, tam præclaram & Deo caram familiam, ſuis orationibus & meritis, prædictum Fratrem ab illo dæmone non potuiſſe liberare; ſed Dei nutu hoc actum eſſe dignoſcitur, ut Sancti eum minime liberarent pro majori gloria Beati Joannis; nam quanti meriti apud ſe eſſet ipſe electus famulus ſuus Joannes, oſtendere Dominus voluit, ut fidelibus populis longe lateque ipſius Sanctitas demonſtraretur. Et tuens in eum, humiliato capite & voce ſupplici dixit; O Rex totius pietatis & miſericordiæ, eſto placabilis omnibus ad te clamantibus; reſpice ad ſervi tui preces, ut hunc Monachum, tuo amore obedientem, clementer ab ipſo dæmone, qui feſtinat eum tradere ad ſupplicia ſui causâ præparata, liberare digneris; ut fiducialiter in Eccleſia tua militem, & quoſcumque potero à diaboli ſervitio extraham fideliter; & ſi iſtum perire permiſeris, quænam ſpes de aliorum ſalute remanebit? Eripe ergo eum potenti tua virtute, ut miles & prævius hujus Ordinis tui eſſe valeam. Ad hæc dæmon reſpondit; Iſte numquam fuit tuus Monachus, nec præcepto tuo in foveam introivit. Cui B. E
Joannes, extendens manum verſus S. Benedictum, inter alios Deicolas ſedentem, reſpondit; Surgat divus Benedictus, & teſtimonium mihi reddat, qui Pater omnium dignoſcitur eſſe Monachorum, ſi non præcepit ipſe in Regula ſua, ut Præpoſitis & Decanis omnes Monachi, ut Patri, obediant, quia non omnia, quæ in Monaſterio aguntur per Abbatem fieri poſſunt. Mox B. Benedictus de ſede, capite inclinato Majeſtati, dixit; Verum eſt, ſicque ad ſuam reverſus eſt ſedem.

D *Videt auxilio ſibi venire Joannem:*

qui poſtulato etiam S. Benedicti ſuffragio.

51 Ille omnis malitiæ artifex & inventor, iterum intulit dicens; Et quomodo tuus eſt Monachus, cum Scapulare non ſit indutus, & Monachi habitum ſuper ſe nullum habeat? Et B Joannes iterum protenta manu ad B. Benedictum ait, Et teſtimonium ferat, ſi ipſe non conceſſit Monachis, ut ad opera manuum Fratres pro Scapulare Schema *d* haberent. Surgens beatus Benedictus reverenter Majeſtatem adorans, dixit; Verum eſt, & ad ſuum rediit locum, & ita traditus eſt Monachus in manibus B. Joannis Abbatis; & ut ſe indueret, præcepit. Tunc frater ille cœpit clamare, dicens; Induite me Scapulare. Fratres autem qui aderant, audientes eum ita clamantem, induerunt eum; qui mox ut fuit indutus, viſum ei fuit, ut loricâ indutus fuiſſet; ſtatimque cœpit magnis vocibus clamare; Veniant modo, & mecum pugnent, quia paratus ſum pugnare contra eos. Sed cum Fratres neſcirent contra quos clamaret, dixit; Non videtis dæmones, qui adverſum me pugnare volunt? Sic Frater ille ad ſe reverſus, & ab illa magna viſione remotus, ductus eſt in eccleſiam. Nullus autem Fratrum ſanctiſſimo Patri Ioanni ea quæ audiverant auſus fuit nuntiare; quia ipſe Pater in cella reſidens, maximos planctus cum lacrymis emittebat. Sed poſtquam Frater ille ad ſe bene reverſus eſt, venit ad B. Joannem, pedeſque illius cœpit deoſculari; & quid vidiſſet, & audiſſet, & perpeſſus fuiſſet & quomodo per eum à dæmone liberatus fuiſſet, retulit

d *ipſum ſibi donari impetrat,* F

Fra-

A Fratres vero omnes, qui præsentes fuerant, testimonium dabant omnium quæ acciderant, & sicut Frater recitabat testificabantur. Quod Pater audiens, una cum Fratribus benedixit Dominum, qui salvos facit sperantes in se.

CAP. XXIX

52 Vir iste Sanctissimus Joannes, quantæ præcipuæ sanctitatis, quantorum egregiorum meritorum apud Deum & homines extiterit, quanto etiam eximio præconio vitam ejus celeberrimam divina clementia ubique clarificaverit, perspicue in sequenti magis declarabimus. Quodam namque die, dum idem B. Ioannes in cœnobio Pulsanensi moraretur, contigit eum apud B. Iacobi Apostoli ecclesiam accedere, & ejusdem loci quædam utilia juste disponere. Convocans autem ad se quemdam ex Fratribus, Guilielmum nomine, qui prius in seculo, in monte scilicet Gargano, ex nobili genere ortus, strenue inter suos contubernales militaverat; paterno ei affectu qualiter se præpararet, & cum eo in itinere pergere deberet præcepit: jussit tamen ei, ut quoddam instrumentum, quod B in itinere necessarium valde erat, sibi prius deferret. Ipse vero Frater, protervo spiritu indignatione commotus, viri Dei verba omnino despexit, atque adimplere contempsit. Quantum autem horrendum, & quantum pernicioſum sit, sanctorum virorum jussa parvipendere, rerum exitus comprobat. Nam supradictus Frater, qui viro Dei deferre renuit quod sibi jusserat, solus tandem iter arripuit; quem illius ultio illico secuta est, Deus enim electis suis dicere dignatus est; Qui vos spernit, meipsum spernit. Cum igitur jam unius milliarii spatio à viri Dei præsentia equitando distaret; subito in profundissimam atque obscurissimam terræ voraginem, cum equo in quo sedebat mirabiliter lapsus est.

Alius Sancti jussa contemnens,

atque in præcipitium lapsus,

Luc. 10, 16

53 In ipsa autem viri Dei progressione, sanctissimus famulus Domini Iordanus cum eo comitabatur. Mox vero ut jam dictum Fratrem in illam horrendam foveam [lapsum] venerabilis famulus Domini Joannes, qui valde ab eo distabat, per spiritum agnovit; statim in amarissimas lacrymas prorumpens, sic ait; Properemus quantocius, fili; quia C Frater ille, qui nos à longe præcessit, jam in baratrum mortis lapsus est. Statim vero ut ad locum, in quo ille ceciderat, pervenerunt; omnes, qui aderant, in luctu pariter conversi sunt. Vir autem Domini Ioannes, cum videret quod nullus esset, qui se in illam horribilem voraginem, ad illum Fratrem extrahendum, immitteret; ex divina confisus misericordia, cum beato Pariter Iordano, in oratione se protinus gravi cum mœrore prostravit. Surgentes autem ab oratione, quidam repente ante eos adfuit, juvenis splendidissimus & decorus aspectu, qui se in foveam velut avis aërem secans immergens, foras extraxit [fratrem]. Postquam vero ad pristinam ex integro rediit incolumitatem, is qui eum de fovea eduxerat juvenis, taliter [eum] allocutus est: Divinæ clementiæ ineffabili pietati innumeras grates persolvere non desistas; perpende siquidem, & diligenter considera, quia hujus sanctissimi famuli sui Ioannis meritis à mortis te confinio æternæ Majestatis clementia liberavit. Et hæc dicens, ab oculis omnium subito elapsus est. Videntes autem omnes qui aderant, omnipotentem Dominum, tam præclara per famulum suum Joannem mirabilia operantem; immensas divinæ Majestati laudes unanimiter persolvere non desistebant, qui glorificantes se Sanctos, ita glorificare & magnificare quotidie dignatur, ad ædificationem scilicet universorum suorum fidelium, atque ad laudem & gloriam suæ ineffabilis Majestatis.

orante pro ipso Ioanne,

ab Angelo inde educitur.

D

A. COÆVO EX MSS.

ANNOTATA D.P.

a *Pluribus in Italia mos est fruges sub terra condere servandas in annos multos, imo hic in Belgio, dum circa an.* 1664 *Mechliniæ jacerentur fundamenta novæ domus nostræ, Archiepiscopi Andreæ Creusenii munificentiâ extruendæ, repertæ sunt subterraneæ caveæ grandes, plenæ frumento, forte à seculis aliquot istic recondito.*

b *Impressum*, Delectatio.

c *Item*, omnium.

E

d Schema Schematis *vox Græca, passim significat Habitum monasticum: quomodo autem hic accipiatur pro semicinctio, aliave re simili, aut ubi ejus meminerit S. Benedictus, libenter discam. Iordanus videtur non intellexisse quid rei præcise esset, cum Italice vertit* aliud genus habitus. *Videtur tamen legendum* Schemam *acsi esset primæ declinationis Latinæ: nam in Vita metrica sic legitur.* Reddit tunc testimonium Benedictus quod Monachis licet habere libere Schemam pro Scapulario.

CAPUT VII.

Mors Sancti, & mirabilia ipsam secuta.

CAP. XXX

a Maximis Sanctis comparandus.

54 Venerabilis itaque Ioannes, Pulsanensis Ecclesiæ Abbas, tanta sanctitate fulgebat, ut nihil fere absque inquisitione & responsione [Domini] *a* ageret. Cum vero cogitationum secreta revelaret, & futura quasi præsentia prædiceret (ipso etiam Rege Siciliæ attestante, cui omnia, quæ prænuntiavit, immobili veritate contigerant) ipsos magnos Prophetas in ipso conspicio. Quando insuper habitatorem Eremi accipio, quamplurimis incoluit annis (quamvis quidam in ipsum Eliam & Ioannem Baptistam cernere velint) ego autem (confidenter dico) Paulum & Antonium in ipso intueor. Cumque varias per eum Dominus ægritudines sanaret, mortuos suscitaret, quamquam Apostolis adæquare non audeam, Apostolicum tamen virum pleniſſime contemplari possumus. Denique quia Sancti omnes, virtutum variarum conglutino, in unum corpus, cujus caput est Christus, conjunguntur; cum omnibus Sanctis juncturam habuisse decernimus. Qui, cum (corripiente febre) mortem sibi imminere cognosceret; & ex more in strato, in quo jacebat vilissimo consedisset; elevans oculos, subridens ait; Quid iniquitatis operarii quæritis? Numquidnam aliquid vestrum in me recognoscitis? Ut canes namque rapacitate & rabie æque expetunt, & morticinum sibi dimissum,

F

Extremo in morbo dæmonem à se pellit.

&

A & carnem omni ſanguinis contagione mundatam, humanis uſibus conſervandam, ita, & vos; ſed in vanum laboratis; nihil in me mortiferum reperire poteſtis: quapropter hinc procul abite.

A. COÆVO EX MSS.

55 Ad hanc vocem omnis diabolicæ fraudis verſutia ſtatim evanuit, & è regione ſanctorum Angelorum chorum adeſſe proſpexit; quos cum videret, talem narratur orationem fudiſſe ad Dominum. Infinitæ miſericordiæ Deus, qui non hominum merita, ſed gratiam tuam in eis remuneras, unde gratiam tuam pro gratia rependis; abſtrahe me à carcere iſto, & diſrumpe vincula mea, & per manus iſtorum Angelorum tuorum hoſtiam vivam me recipias, & per omnia ſecula me te benedicere jubeas. Sicque caput deorſum inclinans, duodecimo Kalendas Iulii, anno ſalutis noſtræ milleſimo centeſimo trigeſimo nono, apud S. Jacobum in pace *b* quievit; reſidente in Sede Apoſtolica Domno Innocentio univerſali Papa ſecundo, & Rogerio Rege Siciliæ; lugentibus diſcipulis pro tanto Patre perdito, & lætantibus Angelis de tanto collega à Deo ſibi conceſſo; cujus pretioſam animam magno cum tripudio in cæleſtem pertulerunt Ieruſalem, cum Sanctis perenniter Deum collaudantem.

& pie moritur

an. 1139 20 *Iunii*

b

B

CAP. XXCI

56 Poſt deceſſum beatæ memoriæ ſanctiſſimi Ioannis, Pulſanenſis Eccleſiæ Abbatis, quidam cum magnis affectibus flagitabant [diſcere] utrum quibus, dum onere carnis intuitus erat fulgoribus, ejuſdem vel majoribus carne ſolutus rutilaret ſplendoribus. Cumque in hac prece jugiter inſtarent; & propriæ ſenſualitatis ſuperbiam minime edomarent abſtinentiæ parſimoniâ; cuidam eorum ſanctus vir dignatus eſt apparere, & quare indigne poſtulata, digne repulſa ſperneret, perhibere. Omni, inquit, altitudine conſtat Deum eſſe altiorem, & tamen humana fragilitas non niſi humilitate ad eum valet accedere; ſi enim te elevas, diſcedit. Ne igitur ſuperbiæ temerariæ faſtu elevamini, & ne contra alios de beneficio Dei, tamquam de veſtro, gloriamini; atque, ne obedientiam, humilitatis diſciplinam, veſtris moribus exhibere dedignamini; quæ ad laudem & gloriam ſuam per me facturus eſt Dominus non abſtulit; & ſic effatus, in locum ſuum ſe recepit.

Apparens cuidam humilitatem commendat,

C

CAP. XXXII

57 Poſtquam igitur ex hoc mundo beatiſſimus Ioannes, Pulſanenſis cœnobii Abbas, migravit ad Dominum; luctus ingens exortus eſt omnium Fratrum, quos Pater benigniſſimus ad Dei ſervitium aggregavit, & ad amorem patriæ cæleſtis paternis admonitionibus, & vitæ ſuæ exemplo provocaverat. Videntes autem, quod proprium amiſerant Patrem, voce flebili deplorabant, dicentes; Ut quid Pater proprios deſeris filios? Cui committis tam devoti gregis tui curam? Quis à ſupervenientibus malignis ſpiritibus, ut tu, defendere valebit? Ne quæſumus deſeras gregem, quem à faucibus Leviathan, de turbinibus hujus labentis ſeculi, abſtraxiſti. Iam portionem tuam inter Chriſticolas, quos ſancta converſatio vexit in aſtra, te pro meritis habere credimus. Obtine quæſumus ſanctis tuis precibus illuc tuum puſillum pervenire gregem, quo te perveniſſe ſperamus. Talia & hujuſmodi poſtulabant clamantes Fratres omnes, voceſque ad ſidera dantes. Poſt hæc recepta conſolatione, ut filii devotiſſimi inter ſe dicebant, latis eſſe congruum, ut pro Patris ſui memoria, ſaltem veſtimenta, quibus erat indutus, apud ipſos in eadem eccleſia ſummo cum honore reſervarentur. Ad hæc vir quidam de Fratribus, vitæ venerabilis & omni honeſtate decorus, qui Patri familiariſſimus & fidelis extiterat, cum timore & lacrymis, ad corpus ſacrum, exanime ante ſanctum altare B. Iacobi jacens, acceſſit; & veſtimenta tangere, ac Patris Reverendiſſimi corpus exuere voluit. Mox autem ut corpus Patris tetigit, viſum eſt ipſi Fratri Abbatis faciem contra ſe volui, vocemque talem ſibi à corpore dimiſſam inſonare; Quid agere, Frater, diſponis? Quamcitius opus cœptum dimitte. Qui territus illico diſceſſit, reverſuſque ad Fratres, quod ei contigerat, retulit.

non patitur corpus ſuum nudari,

D

58 His autem peractis, quando illud venerabile corpus, ad Pulſanenſem transferendum eccleſiam, omni ſtudio præparatum fuiſſet, & jam corpus in lectica poni debuiſſet; tanta erat tunc cæli ſerenitas, ut nulla prorſus nubes in aëre appareret; ſed mox ut ad corpus pervenerunt, tanta ſubito erupuit pluvia & grandinum terror, ut nullus ex eccleſiæ limite pedem movere potuiſſet. Videntes autem qui aderant, quod factum fuerat; omnes una voce clamaverunt Dei nutu adveniſſe, ne ſacrum corpus de loco, ubi animam Deo tradiderat, moveretur; ſed ibi debita cum veneratione ſepeliretur (quod poſtea diſcipuli ejus recordati ſunt, ſe ibi ſepeliendum prænuntiaſſe) quod & factum eſt. Nam juxta altare B. Iacobi Apoſtoli, in dextro cornu altaris, in arca lignea (quam ipſe Pater comparari à viatoribus fecerat, eamque reſervandam præceperat futuris uſibus ſatis neceſſariam) in ipſa arca corpus beatiſſimi Patris noſtri Ioannis beatæ memoriæ, ſanctiſſimæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ Pulſanenſis eccleſiæ Abbatis, poſitum eſt, & diligenter collocatum à ſuis filiis, honorifice cum Sanctis in gloria perenniter ſurrecturum. Amen.

CAP. XXXIII *aut Pulſanum deferri;*

quare illud relinquitur in eccleſia S. Iacobi.

E

69 Scripturus primum, quod poſt obitum reverendiſſimi famuli ſui Ioannis ad ſacras Reliquias Dominus fuerit operatus, adorior; quicumque auditis, ut Deum mecum magnificetis, & ſanctis ejus orationibus nos ſine intermiſſione commendetis, ac ejus exemplo ad obedientiam Creatoris veſtri mentes veſtras accendatis. Tanti igitur Patris corporali præſentia deſtituti, ita fere omnis valetudo & mentis robur doloris magnitudine à nobis aufugit, ut quaſi vecordes, quid agere deberemus, ignoraremus. Tunc quidam de Fratribus, cui intellectus erat ſanior, in medio Fratrum aſſiſtens, taliter eos eſt affatus: Si corruptibili carnis mole Fratres mei, detentus ſanctus Pater noſter viam Dei nos docuit, & docendo monſtravit; quam vehementius terrenis vinculis liber, ſapientiæ Dei longe alio modo quam prius inhærens, æſtimatis non poſſe nobis temporalia & ſpiritualia miniſtrare? Ad hanc igitur vocem tamquam de ſomno excitati, illum quem in ejus inſtitutione potiorem, & ſcientiorem apud Deum & homines reperire valuerimus, nobis in Paſtorem erigamus. Quod audiens Rex Siciliæ Rogerius, per cartulas & nuntios creberrimos (qua occaſione impulſus neſcio) noſtrum ad ſe vocabat Electum.

CAP. XXXIV.

F

Electus pro eo ſucceſſor Iordanus,

& Regem Rogerium adire formidans,

A ctum. Paſtor namque, diſciplinâ ſanctâ edoctus (erat enim ſapiens & providus) ne ulterius in hac electione ſuum quæreret ſuffragium, vel ultra quam deberet videretur ejus extitiſſe dominium, non ire ad eum diſpoſuit. Cumque legati ejus non deficerent, & potius per dies ſingulos increſcerent, invaſionem quoque non tam rerum quam perſonarum acriter minarentur, ab ipſis Confratribus ſuis, ipſe reverendiſſimus Dei famulus Iordanus Abbas electus, ut ire deberet, compellebatur.

eâ curâ liberatur à Sancto,

60 Qui cum quadam die apud S. Iacobum eſſet; & precibus Fratrum compulſus, equos, ut iret ad Regem, invitus ſternere juſſiſſet; ad Beatiſſimi Patris ſui Ioannis ſepulcrum primitus acceſſit; ibique talem fertur orationem fudiſſe ad Dominum: Trine & une Deus, incomprehenſibilis & immenſe, qui tua Majeſtate orbem imples univerſum, qui etiam nobis hunc ſanctum famulum tuum in terra conceſſiſti, tua ineffabili pietate & meritis hujus ſanctiſſimi ſervi tui Ioannis, nobis inſinuare digneris, utrum ad hominem iſtum ire debeam, an non. Hac oratione peracta, mox

B *miſſoque legato*

de ſepulcro claram inſonuiſſe vocem hanc perſentit Ne ire, inquit, debeas, admoneo; ego namque pro te ſufficienter Regi locutus ſum: ſed mitte cum eis, quos tecum ducere diſpoſueras, & Fratrem Iohelem. Tali denique accepto oraculo, juſſit eos cum Fratre, de quo monitus fuerat, feſtinare ad Regem. Qui aliquantulum in principio itineris pro Patre, quia cum eis non ibat, triſtes effecti; perrexerunt tandem ad curiam; & ita familiariter à Rege ſunt recepti, & in doctrina moniti & hortati, ut non ad Regem timendum, ſed

benevolum experitur.

ad dilectionem fratris ſe veniſſe gauderent. Poſt multa itaque verba illis familiariter prolata, rogat eos ipſemet Rex, ut ex parte ſua proprium ſalutarent Paſtorem, & pro exceſſibus ſuis cum Congregatione ſibi devote commiſſa Dominum dignaretur exorare. Dicebat namque eis ipſe Rex, quia ſi in inſtitutione illius Patris, qui fere omnia quæcumque ſibi, ut contigerunt prædixerat, perſiſterent, nullam in temporalibus neceſſitatem pati eos permitteret.

C CAP. XXXV

61 Memorabile etiam factum, quod poſt hæc per famulum ſuum Ioannem, in eccleſia S. Iacobi Apoſtoli (quam ipſemet ædificavit, & in ea venerabile corpus præfati Ioannis humatum eſt) Dominus fecit, ad ædificationem præſentibus & futuris curavimus intimandum.

Monachum moribundum

Quidam namque ex Fratribus, pro doctrina & inſtitutione jam dicti Patris in prænominata eccleſia commanentibus (Sabinus nomine) gravi correptus languore, ad mortem fere perductus eſt. Cumque Fratres eum pro mortuo quoque haberent, & ejus anima penitus diſceſſiſſet, ac per omnes horas expectarent caſum animæ ſuæ; ut ipſe poſtea non ſine gemitu retulit, perpeſſus eſt diſtractionem. Duo namque deterrimi viri, animam egreſſam à corpore mox acceperunt; & cum eam ſub omni velocitate ad immania tormentorum genera ferre inciperent; ecce

à poteſtate dæmonum eripit,

ſubito reverendiſſimus Dei famulus Joannes cum choro Monachorum ibi adfuit; & eos, quare ſuum Monachum tangere præſumpſiſſent, de poteſtate conſuluit. Illis autem ſuperbe reſpondentibus, Non tuum, ſed no-

ſtrum capimus ſervum; Abbas ſanctus acrius increpans, dimitti ſibi ſervum Dei inſtantiſſime imperat. Qui aliquantulum viribus enervati, rationem oſtendere conati ſunt; unde eum, quem tenebant, de jure ſibi à Deo permiſſum ſuo mancipatui vendicarent. Quorum unus librum, quem abſconditum tenere videbatur, foras abſtraxit; atque in manibus ejus unde altercatio fuerat, legendum aperuit; in quo aſpexit quæcumque illicita, ab ineunte ætatis ſuæ tempore, contra Deum & animam ſuam, uſque ad tempus monachatus ſui commiſerat. D

A. COÆVO EX MSS.

62 Hoc audiens Dei ſervus, ad eorum ignominiam ſubridens; cum habitum ſuum eum induerat, hæc omnia eſſe deleta conſtanter cœpit perſuadere. Ipſi autem, ut

atque in vivis ſervat,

erant pervicaces, paginam memorati libri ante eum evolverunt, quare eum, furtim & contra inſtitutum Abbatis, poſt perceptum habitum caſeum comediſſe vinumque potaſſe convicerunt. Hac denique audacia confiſi, violenter (ut cœperant) aſportare nitebantur. Venerandus autem vir, quamquam non tanta poteſtate tunc ut ante utebatur contra eos, nullo E modo eum alibi ferri patiebatur. Cumque in hunc modum diu rixarentur; ecce magnæ gravitatis magnæque poteſtatis mulier ibi adfuit, quæ, ut intuita eſt Abbatem, ſtatim eos ejecit, & Monachum ſancto Dei famulo Joanni reſtituit, ſeque unde venerat feſtinans recepit. Præfato igitur Abbate, cum jam liberato Sabino, ceteriſque quos ſecum duxerat commanente; mox duo de Fratribus, in Congregatione illa adhuc in carne viventes, ante eos apparuerunt, quorum unus frontem, alter maxillam eliſam confractamque geſtabant; de quibus

per eumque alios provocat ad pœnitentiam.

jam liberato Sabino, ſic eſt exorſus ſanctus Abbas. Iſtos, quos ita vides foris aptatos, criminis communione intus intellige vulneratos. Vade igitur, & quæ vidiſti Patri monaſterii ſeriatim annuntia, ut hos ad pœnitentiæ portum ſalubriter attrahat: qui ſi diabolico inſtinctu reſipiſcere noluerint, graviſſimâ infamiæ notâ cito puniendos conteſtetur. Sicque factum eſt ut unus eorum, peccatum quod egerat negando, diabolica obſtinatione perſiſteret; alter vero, lacrymabiliter confitendo, F ſalvus fieret, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. *d*

d

ANNOTATA D.P.

a *Locum hunc ſic allegat Iordanus, quare vix dubito quin ita legerit in Ms. licet impreſſa omittant vocem* Domini.

b Annis gravem *obiiſſe ſcribit idem Iordanus, ſed non addit unde hoc eruerit. Crediderim facile ſeniorem fuiſſe S. Guilielmo, quem Paulus Regius ad annorum ſolum* 38 *fuiſſe ait, quando à* Ioanne *digreſſus, circa* 1130, *cœpit novi ſui Ordinis primum in monte Virginis monaſterium condere. Quid ſi tunc ſexagenarius fere* Ioannes *fuerit?*

c *Octavius Bertranus, in deſcriptione Regni Neapolitani fol.* 331 *apud Iordanum, hunc quoque* Iordanum *annumerat Sanctis, ad Sipontinam diœceſim ſpectantibus, æque ac* SS. Ioannem & Ioëlem: *idque confirmat Vicarius Franciſcanorum, ſed diem obitus vel cultus non invenit expreſſum.*

d *Iordanus lib.* 2 *Chronici cap.* 27 *hunc pro-*

A *ponit titulum* S. Guilielmus, intellecta morte S. Joannis, Abbatis Pulſanenſis, ſocii ſui, curat ut ejus Vita ſcribatur. *In contextu autem, ſcribit, id effectum auctoritate Rogerii Regis apud quem demorabatur quidam Anonymus Caſinenſis, ſcriptor rerum in regno Neapolitano geſtarum ab anno* 1000 *ad* 1213 *: ſed neque conveniunt tempora, ut per ſe patet, neque poteſt ab alio quam Pulſanenſi Monacho ſcripta Vita credi, ſicut oſtendimus.*

SEQUENTIA

Ex Ms. Palatino Bibliothecæ Vaticanæ.

CÆli celant glorioſam ſupernorum civium
Vitam, atque penetrale ſecretorum omnium,
Ubi fantur quod non fatur apud ullum hominum.
B Sed æternus ac immenſus, Rex inſuperabilis
Terram, cælum, ima, celſa, uti ineffabilis,
Facit quibus Sanctis ſuis extat admirabilis
Qui, Abbatis Pulſanenſis implevit præcordia,
Vivo fonte quo potaret ſubditorum agmina,
Quibus novam muſto plenus promulgaret Regulam.
Angelorum nactus vitam, ut mortales Angelos
Faceret, & veri ſolis propalaret radios,
Et ſupernæ civitati reſtauraret perditos.
Gravi mole premebamur in Ægypto ſeculi, D
Quod Pharao Rex Ægypti ſub lege ſervitii
Detinebat, ad perennis jugum exterminii.
Hic præpoſuit magiſtros luti atque lateris,
Ut terrenis premerentur corda noſtra paleis,
Nec in noſtro mari mares ullos eſſe voluit.
Et Joannes Pulſanenſis, ſumptâ virgâ Moyſi,
Tenebris de peccatorum traxit populum Dei:
Parſimonia legali ſtrinxit fluxum ſeculi.
Nutrit maſculos virtutum, atque findit impetum,
Pœnitentiæ baptiſmo enecat Ægyptios,
Et divinum contra hoſtes præparat exercitum.
Per deſertum vitæ hujus, gregem ſibi ſubditum E
Manna pavit ac lymphavit, quo pararet aditum
Ad ingreſſum ſanctæ terræ quæ pars eſt viventium.
Rex æternus ac tremendus incomprehenſibilis,
Hujus meritis Joannis adſit exorabilis.
Et peccata nobis cuncta tollat ineffabilis.
Sit Laus Patri, Filioque, atque ſancto Pneumati,
Qui Joannem Pulſanenſem magnis vitæ meritis,
Decoravit & æternis mancipavit præmiis.
Amen.

DE BB. BERTHOLDO ET MENRICO

CANONICIS, HOC SECULARI ISTO PRÆMONSTRATENSI

C *FUNDATORIBUS PARTHENONIS VRUNDEBERGENSIS* F

ORDINIS CISTERCIENSIS IN WESTPHALIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

SEC. XIII

Acta ſuppeditata à Jongelino

Præſens monaſterii ſtatus

Effigies fundatorum poſt altare.

Eminum hoc Canonici nominis duplici in ſtatu lumen, de ſub modio oblivionis eruit & noſtro Joanni Bollando tradidit, ab annis forſitan ſexaginta Gaſpar Jongelinus; edita Ciſtercienſium Abbatiarum Notitia, non ſolum Ordini ſuo, ſed & orbi notus, Vrundebergenſis *tamen Parthenonis notitia ibi non uſus; fortaſſis quia alterum opus meditabatur de Sanctimonialium Abbatiis nam viriles ſolum continet prælaudata Notitia. Ex ipſius loci antiquis ſcripturis erutam credo, quam hic dabimus hiſtoriam: cui cum Jongelinus ſynopſim marginalem addidit* Scheidæ *monaſterium, unde* B. Bertholdus *prodiit* Præmonſtratenſium *fuiſſe nos docuit, ipſis nunc ibi per hæreſim ſic extinctis, ut eorum ibi nihil amplius ſuperſit, ac ne notitia quidem apud ſcriptores Ordinis. Eſt autem adhuc ſuper* Vrundenbergenſis Parthenon, *una circiter leuca propius admotus Ruræ fluvio, Marchiam interſecanti, ſed tripartita inter Catholicas Calvinianas & Lutheranas Domicellas poſſeſſione ita ut proprios habeant Paſtores. Hic ſcilicet fructus fuit abjectæ pridem profeſſionis religioſæ; feruntur enim jam ante naſcentes hæreſes votorum vinculis excluſæ vixiſſe, communem tamen ac cœnobiticam vitam, per modum Collegii ſeu Congregationis Canonicalis.*

2 *Locus hodie* Fronnenberg *dicitur: quem qui ſtudioſe luſtravit noſter* P. *Joannes Pinnink, ex Collegio Monaſterienſi per eas partes Miſſionarius, refert, retro ſummum altare videri ad parietem ſtatuam Beatæ Virginis, ad cujus latera depicti cernantur, uti ſubſcriptæ litteræ indicant* Menricus & Bertholdus, Canonici, Fundatores hujus loci; *ex utriuſque autem ore provolant hinc inde inſcripta ſchedis verba.* O Maria in tremenda judicii hora ſim commiſſa tibi

A tibi tota : & O Maria ſuccurre miſeris in hoc loco conſtitutis. *Quomodo ad ſtatuæ illius venerationem fundatum ibi monaſterium cum eccleſia ſit luculenter explicant, quæ ſubjicio Acta. Sed obierat Bertholdus, Scheidæ inter ſuos Præmonſtratenſes ſepultus, priuſquam illuc ſe tranferret cœpta fratris proſecuturus* B. Menricus. *Fieri tamen poteſt ut hic ſe ibi vivum pingi ſic fecerit cum mortuo fratre. Cum autem ipſe quoque mortuus multis clareret miraculis, diadema inſigne ſanctitatis utriuſque capiti (ſicut nunc cernitur) appinxerint poſteri. Fuit autem* Menricus *Lubecenſis Canonicus ; qui licet Ciſtercienſes Sanctimoniales ibi inſtituerit & rexerit, nullius tamen Ordinis religioſi votis adſtrictus fuiſſe legitur : uterque autem dum iſtic vixit* Eremitæ *potuerunt nuncupari : ſicuti Menricum appellat noſter Rhay ejus hoc die memoriam faciens in opere quod inſcripſit Illuſtres animas Juliæ Cliviæ annexarumque provinciarum.*

utriuſque profeſſio

3 *Inuſitatæ magnitudinis lapis pro altari eſt, qui profunde excavatus & retro patens putatur Fundatoribus commune ſepulcrum præbuiſſe Bertholdi ſcilicet corpore poſt Menrici mortem vel eo adhuc vivente & curante, Scheidâ allato. Nunc vacua ſunt omnia ſed ex ſiniſtro latere altaris multa ſpectantur collocata oſſa, & eorum quædam lipſanothecis incluſa, quæ præſumuntur Fundatorum eſſe. De iis quæ nuda jacent id facile crediderim, fuiſſe ſcilicet ab hæreticis prævalentibus, citra novum cultum aliquem ejecta ab altari : quæ vero claduntur lipſanothecis vetuſtiorum eſſe Sanctorum, iſtic olim religioſius honorari & ſupra altare exponi ſolita, & hactenus ut inveniebantur ſervata. Fundatores ipſos Marchiæ Comites fuiſſe opinio eſt, more Germanorum paternos titulos in omnes poſt natos derivantium. Comitis tamen titulo abſtinent Acta, ubi Bertholdi & Menrici patrem laudant num.* 2. *Facilius crediderim Marchiæ aut Arensbergæ Comites fuiſſe, par illud conjugum, quorum ſepulcrum ad tres pedes à terra elevatum, corporibus deſuper effigiatis ibi cernitur, ſed abſque ulla nominum vel anni inſcriptione, in ſacello peculiari ad finem templi.*

& Reliquiæ.

B

atque genus nobile.

Inſignis ibidem Comitum tumulus.

4 *Hactenus ſcire potui ex notitiis anno* 1691 *mihi tranſmiſſis à noſtri tunc Monaſterienſis Collegii Rectore P. Hunoldo Plettenberg. Reſtabat ut mihi delinearetur imago Deiparæ cum ſibi adgeniculatis Beatis ; & tumbæ prælaudatæ ſculptura, unde chalcographus ectypum daret huic loco inſerendum. Sed defuit aptus delineator qui hanc Sanctis operam commodaret, in tanta Monaſterienſis civitatis ab ipſo loco diſtantia horarum plus quam* 10.

C

ACTA

Ex veteri manu ſcripto loci eruta à Gaſpare Jongelino.

CAPUT I.

Bertholdi genus, & cœpta B. Virginis ædicula, obitus.

1 ANno poſt Incarnationem Domini milleſimo ducenteſimo quarto decimo, glorioſo Principe Frederico, *a* viro ſtrenuo ac devoto, Imperialem majeſtatem ſubordinante, fuit in Weſtphaliæ finibus ad Auſtralem plagam non multum diſtans à Scheidæ *b* cœnobio mons quidam cognominatus Haſley, in cujus montis altitudine ſteterat tilia latitudinis immenſæ, quæ intuentibus non modicum præſtabat oculis corporalibus delectamentum ; fueratque pluries viſum nocturnis temporibus, quomodo lumina ad eumdem locum deſcenderant, candelæ ibidem accenſæ apparebant, & mirabilia innumera ibi fiebant. Et fuerat etiam conſuetudinis ut de die cuncti circumhabitantes curiales utriuſque ſexus, qui luxui carnis & aliis ſeculi diſſolutionibus inhiabant, conventum malignantium ibidem facerent ducentes multarum genera chorearum, ac alios ludos vanitatum exercentes, & per hoc laudem divinam non multiplicantes : Domini etiam terrarum & nobiles ibidem convenerunt, tenendo placita ſua propter ejuſdem loci amœnitatem, & umbraculum tiliæ ibidem poſitæ.

D

EX MS.

a

b

Prope Scheidam in Weſtphalia,

viſa cælitus deſcendere lumina ad tiliam

celebrem nobilium luxu ;

2 Eodem tempore accidit quod quidam Converſus, nomine Bertholdus, cœnobitarius clauſtri prætaxati, videlicet Scheidæ, de ejuſdem terræ locis oriundus fuit : habuit namque patrem, virum probatum, fama & opinione clarum, valde devotum, qui cauſâ devotionis loca ſancta conſuevit viſitare, & ſingulariter Terram ſanctam & ſepulcrum Domini. Habuit etiam fratrem de eodem patre, qui fuerat Canonicus Lubecenſis *c* majoris Eccleſiæ nomine Menricum. Habuit etiam ſororem, perſonam valde devotam, incluſam in incluſorio, Aſlen *d* vocabulo nominato. Hic Bertholdus, vino compunctionis inebriatus, à Deo præventus chariſmatibus doniſque, deteſtari cœpit contumeliam loci illius. Hic intra ſe cogitare cœpit qualiter illas inolitas conſuetudinum corruptelas, in laudem & gloriam conditoris omnium, necnon Genitricis ſuæ Virginis Mariæ feſtinanter commutaret : & quamvis difficulter obtentâ licentiâ ſui Prælati, Spiritu eum propellente, eſt progreſſus ; iter agens ad prædictum incluſorium ſororis ſuæ, nuncupatum Aſlen, quod inhabitabat Dei famula, ejuſdem Converſi (ſicut dictum eſt) ſecundum carnem germana.

E

quem B. Bertholdus deteſtans,

c

d

adit ſororem Recluſam ;

F

3 Qui Converſus ſcrutabatur ſororis habitationem, vitam, converſationem, religionem, necnon omnia domus ſuæ utenſilia ; ut & ipſe compararet, vel ſaltem ordinaret ſibi ſimilia. Tunc inter cetera colloquia inſtanter Frater Bertholdus petiit ſibi dari imaginem B. Virginis, quam pater utriuſque horum de maritimis tranſtulit partibus : quæ imago (ut creditur) fuerat de trabe ligni Crucis facta : nam illa nocte manſerat Bertholdus apud ſororem ſuam. Eadem nocte apparuit Beata Virgo illi devotæ Incluſæ, petens ab ea, quatenus eamdem imaginem traderet fratri ſuo, exponens ei intentionem fratris ſui bonam, promittenſque quomodo imago prædicta deberet haberi futuris temporibus in maxima reverentia, in loco illo à fratre ſuo præconcepto ; & Dominus per eamdem imaginem, merito illius cujus formam gereret miracula & mirabilia eſſet facturus ; & eo quod imago illa ſeu cujus ſimilitudinem

ab eaque impetrat Deiparæ imaginem.

ipſa eam dari jubente ;

A gerit, ipſa Beata Virgo in eadem multos
EX MS. peccatores eſſet reconciliatura filio ſuo dilecto,
& pollicente multa per eam miracula facere. ac totius terræ circumjacentis tutrix & ſingulare refugium & ſolatium. Monitis igitur Beatæ Virginis, ac multiplicibus fratris ſui precum inſtantiis, donari ſibi imaginem præfatam impetravit, eamque nimis alacriter ſuſcepit, & cum ea per diverſa terrarum ſpatia
e bladum aliquantulum *e* congregavit, ut expeditius perficeret quod diſpoſuit.

Ea in flumen lapſa contra ipſum aſcendit: 4 Contigit cum quadam vice, tempore brumali, vellet tranſire alveum Ruræ, per quemdam pedalem ponticulum, ubi algore lymphæ erant conſtrictæ. Tunc inopinato caſu imago prædicta decidit, & aquarum velocia rapiditateque longe ab eo defluxit. Ob id vir Dei nimia turbatione perplexus, mox orationi ſe dedit, ac Virginem Salvatoris Editricem lacrymoſis oculis & devotis ſuſpiriis ſtudioſius taliter invocavit; ut ſi quid per eam ſuæ laudi diſpoſuiſſet, imaginem ſibi
& in Menden expoſita, ad eleemoſynam colligendam, prædictam reordinare non dedignaretur. Statim ut ab oratione ſurrexit, vidit eam contra fluctus aquarum aſcendere, & ad eum uſque refluxit. Qui tollens eam, per amplexus
B applauſit, & magis per ſpiritum jubilare cœpit; ac poſt, eam cum cautiori diligentia gerendo, cuſtodiebat. Et progreſſus puſillum
f venit ad oppidum Menden: *f* & ubi tranſitus populorum omnis fuerat ibi tentorium conſtituit, imaginemque ſuperpoſitam collocavit: ut moti tam benignæ imaginis intuitu, ad dandum eleemoſynæ ſibi quidpiam provocarentur.

5 Hoc videns quidam civis ejuſdem oppidi, procurator eccleſiæ parochialis, illectus pia cupiditate, timens derogationem fieri parochiæ prædictæ, contra illum Converſum inſurgens, verbis nefandis improperabat trufatorem *g* eum appellans; necnon dixit eum
g contemptorem ſuum punit, petitum frequentibus conſumere potationibus. Ad hoc vir Dei Bertholdus, patientiſſime aſſeruit hoc ita non eſſe, ſed ſe petiturum ad quamdam capellulam ejus, cujus hæc imago gerebat ſimilitudinem. His auditis procurator dictus magis indignatus, acceſſit pro ſua temeritate, & tentorium cum imagine pedali truſione ſubvertit. Verum ſtatim
ac pœnitentem ſanat. hic pes eſt aretactus, quem in ſubverſionem
C tentorii & contumeliam matris Dei mittere præſumebat. Qua ultione percepta devotione permotus, ſe devovit negotium id in omnibus velle promovere, & limina hujus imaginis ſingulis annis viſitare. Viro autem Dei pro ſe interpellante, priſtinam ſanitatem mox adeptus eſt.

Capellam eidem ſtruit Bertholdus, 6 Negotio ſuo completo ceſſit inde: ac ex tunc ædiculam parvam in pede Aſley montis prædicti ad invocandum in ea glorioſæ Virginis & matris auxilium, inſtauravit [potius] quam erexit, ſæpe circumdedit, & ornavit
h pro facultate tapetiis *h*. Hoc autem ut perceperunt Conventuales de Scheide, ſui concœnobitæ; ſuam devotionem ſtultitiam & ridiculum æſtimabant: quod & facto comprobabant: quia juvenes eorum tranſibant, &
& moritur 5 Iulii. ſuam ſtructuram penitus evertebant. Quam vir Dei laborioſe reficiens, iterum & iterum poſt reædificationem ſimile faciebant. Tandem attædiati de aſſidua deſtructione, Bertholdum ſæpe dictum cum tranquillitate ſui ſpiritus ibidem habitare permiſerunt; quouſ- D
que in eodem loco, non tamen quod diſpoſuerat perfecto, tertio idus Julii perſolvit debitum carnis univerſæ: ac in Scheide apud ſuos ſepultus eſt, cujus memoria ſit in benedictione Amen.

ANNOTATA D.P.

a Fredericus II *hic eſt, Ænobarbi nepos, Imperator contra Otthonem electus anno* 1210, *ſtrenuus & pius aliquamdiu, & Romæ coronatus* 1220; *ſed qui poſtea in Lugdunenſi concilio deponi meruit an.* 1245.

b *Supereſt hodie* Scheide *monaſterium magnæ horæ intervallo verſus Boream à Frundeberg &* Rura *fluvio diſtans. Hic autem non eſt is, qui in Moſam decurrens,* Ruremundæ *in Geldria nomen dat; ſed alius, ad* Rur-roort *in Rhenum ſe exonerans.*

c Lubbeck, *an celebre illud emporium & caput Hanſeaticarum civitatum ad mare Balthicum? an vero Mindenſis diœceſis oppidum, diſtans Scheidâ ad 20 circiter leucas horarias? Priorem potius intellexero, tum propter amplitudinem urbis, tum propterea, quod num. 7 jubetur Menricus ire* E
ad Weſtphaliam terram nativitatis ſuæ: *& Mindenſis Epiſcopatus, licet non ſpectet ad Weſtphaliæ Ducatum, eſt tamen Weſtphalici circuli membrum.*

d *Fortaſſis* Alen, *Scheidâ trans Lippam diſtans tribus circiter leucis.*

e Bladum *id eſt* Frumentum.

f Menden *vix horæ unius ſpatio trans Ruram in meridiem, oppidum amplum.*

g Truſa, *ludus, dolus: hinc* truſare, *decipere*; truſator, *impoſtor.*

h *Ecgraphum noſtrum* Supetiis.

CAPUT II.

Fratris cœpta proſequitur Menricus favente Colonienſi Archiepiſcopo.

Menricus Canonicus lubecenſis, 7 HIc Frater Bertholdus fratrem habuit de utroque parente, nomine Menricum: qui tempore ſui obitus & ante fuerat Canonicus majoris eccleſiæ Lubecenſis: quem Deus ad decorem ſuæ Matris volens inclinare, & F
perficere per eum, quod per virum devotum ſtudioſiſſime fuerat inchoatum; per ſomnium eum vocans, viſitare dignabatur in hunc modum: Menrice feſtinanter vade ad Weſtphaliam terram nativitatis tuæ, in qua me promovente, quod tuus frater Bertholdus diſpoſuit, perficies in operatione. Quo minus advertente exiſtimabat eſſe illuſionem: & addidit Deus ipſum, ut alterum Samuelem, vocare ſecunda & tertia vice. Dictaque vocatio
divinitus juſſus fratris cœpta perficere. ſic iterata hunc de veritate magis certificabat, quam fratrem defunctum de loco, de imagine, de miraculis per eamdem imaginem futuris temporibus fiendis; & quomodo qui devote Beatam Virginem in ſuis neceſſitatibus in eodem loco implorarent, petitionis ſuæ ſalutarem eſſent conſecuturi effectum ſic quod B. Virgo locum illum ſpecialiter elegiſſet, in quo ſuam gratiam omnibus digne petentibus largiter impertiri vellet.

8 Hic dictus Dominus Menricus, ſicut dictus Samuel, juſſioni divinæ amodo non reſiſtens,

Miraculoſo alloquio imaginis confortatur;

ſiſtens; ſed ſtatim, ſicut Petrus & Andreas, omnia relinquens, ſequebatur Dominum in ejus voluntate. Surgens autem ſervus Dei Menricus, temporalibus poſt ſe dimiſſis, ambulando ad partes Weſtphaliæ declinavit; multis laboribus, multis inquiſitionibus, de loco ad locum curſitando, quo uſque Haſley prænominato monti proximavit. Cum autem ad pedem ejus perveniſſet, caſam ibi parvam & vilem ſatis, & imaginem prætaxatam in ea decentiſſime poſitam reperiebat. Cum autem id vile tugurium conſideravit, rememorans quanta in Lubicke reliquiſſet pro tam deſpecto loco, aliquantulum dolere cœpit. Verumtamen audivit Beatam imaginem dicentem ſibi: Quid turbaris? Ego ero tecum, & cum omnibus locum hunc colentibus. Poſtea intravit, & Beatam Virginem devotiſſime adoravit, & imaginem ſatis intente aſpexit. Quam cum intuitus fuiſſet ſervus Dei, prodigioſe tanta illi datur gratia, quod totam pompam mundi faciliter deſeruit, ſecundum illud Euangelicum, Nemo mittens manum in aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.

Suzatenſem juventutem docendam ſuſcipit,

9 Penes hanc igitur imaginem manſionem ibidem faciens ſibi, venerabiliter imaginem Virginis apud ſe ferebat, ad quemcumque locum ipſe divertebat. Inde quadam vice Suzatum *a* perrexit, & ibidem favorem Proconſulis ſcilicet Gotmari Angelici *b*, hominis divitis & timentis Deum, & quorumdam aliorum ob Dei reverentiam adeptus eſt; quibus Deus & Beata Virgo ſuam auxerunt gratiam, ut ſibi velle cooperari in omnibus neceſſitatibus fide tenus conſtrinxerint. Et tunc quoſdam adoleſcentes Scholaſticos, eorum filios, ad imbuendum litteris & diſciplinis ſecum tranſmiſerunt: quod idem Sacerdos Dei Menricus diligenter effecit; & laudem Virginis Mariæ caſtis ibidem vocibus melodialiter tempore quotidiano perſonabat alacrius. Poſt paucorum tranſitum annorum curriculum vir Dei Menricus, cellam, cum imagine ſubtus poſita, tranſtulit, & in montis cacumine devotiſſime ſtatuendo ſublimavit: & oratoriolum quoddam, in eo condidit, ad honorē matris Dei, & Beati Archangeli Michaëlis, necnon omnium Angelorum, quod dhuc hodie ſic perſeverat.

fratris Oratorium in montem transfert.

Colonienſis Archiepiſcopus, à Scheidanis rogatus inde eum pellere,

10 Contigit alio tempore poſt, quod reverendus Pontifex eccleſiæ Colonienſis Henricus *c* de Molenarchen, gratiâ viſitandi Weſtphaliam, Rhenum transfretavit, & uſque ad nominatum oppidum Menden pervenit. Quo percepto, potentiores cœnobitæ de Scheide accedentes, cum magnis muneribus ipſum interpellabant, ut Sacerdotem Menricum cum ſua ſtructura locoque de monte extirpare dignaretur. Eâdem nocte Beata Virgo Pontifici apparuit, ipſumque diligenter inſtruxit, quomodo illud quod Dominus Menricus ageret, ſua ordinatione & voluntate fieret. Pontifex vero volens ſcire rei veritatem, Menricum feſtinanter accerſiri fecit, ut quid ſuæ intentionis foret coram omnibus verbotenus enarraret. Qui veniens, pyra, poma & alia *d* in diſco quodam Pontifici, in congratulationem ſui adventus, ſimpliciter cum imagine B. Virginis offerebat. Pontifex autem ſuam ſimplicitatem & intentionem magis advertens quam donum & oblatum ſuum, gratanter ſuſcepit, juxta dictum poëticum.

ipſum accerſit; & eius ſimplicitate captus,

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus

Accipitò blande &c.

Et munera prædictorum Monachorum, ad impietatem promoventia velut ſtercora vilipendit & abjecit. EX MS.

benigne audit peraſiſtentem in propoſito

11 Cernens autem Archiepiſcopus Sacerdotis Menrici columbinam intentionem, timens, propterea [quod] opus inceptum perficere minus poſſet, eum deſiſtere; verbis lenibus & blandis avertere de propoſito moliebatur. Sed è converſo Menricus conſtantiſſime renitens, reſpondit; quod antequam deſiſteret agere ſtructuram, propriis humeris vellet terram portare omnibus temporibus vitæ ſuæ. Tunc Archiepiſcopus videns ejus conſtantiam & ejus inflammatam devotionem, finalem cauſam ſui propoſiti; ſcilicet cujus conditionis & ordinis, & ſexus homines ibi collocare vellet intentiſſime requiſivit. Ad hoc Mariæ ſervus Menricus in ſpiritu vehementi reſpondit: Voluntatis meæ eſt ut devotus ſexus femineus, ac Ordinis Ciſtercienſis, ibidem Dei nutu fiat & conſtituatur.

illic fundandi Ciſtercienſem partheno-nem.

e

Et locum nube cæleſti ſignatum ei largitus,

12 Poſtea quæſivit ab eo quantam hujuſmodi conventus deſideraret loci amplitudinem: Reſpondit *e*, & dictum Archiepiſcopum ad eumdem locum venire importunis precibus impetravit. Poſtquam autem ſæpe dictus Epiſcopus, cum multis nobilibus, videlicet comite Godefrido de Arnesberg, Ottone comite de Altona, ac nobilibus de Ardeii, ac multis aliis militibus & militaribus ad locum illum pervenerunt, Dominus Menricus, virginis Mariæ amicus, mox orationi ſe dedit; devote ſupplicans ſeu invocans Beatam Virginem, ut oſtenderet ſuæ voluntatis beneplacitum de loci amplitudine. Et ſtatim apparuit nubes lucida, cum tamen circum quaque eſſet ſerenitas; in cujus nubis medio ſignum Crucis aureum clare ab omnibus præſentibus videbatur: quæ nubes ipſius loci amplitudinem oſtendebat: qui locus tunc per Dominum Colonienſem ac alios Dominos præſentes, fuit devoto Menrico pro conſtructione & fundatione dicti conventus conceſſus, ac poſtea per ordinationem eorumdem Dominorum, per Fredericum Imperatorem felicis *f* recordationis libertati donatus.

f

Abbatiſſam cum 12 Sororibus ſubmittit

13 Cum autem ſæpe dictus Dominus Archiepiſcopus Henricus à viro Dei domno Menrico receſſit, pia ſibi conſolatione verba dedit: & dixit: Forti animo eſto, quoniam perfectioni tuæ voluntatis Abbatiſſam quamdam cum ceteris quibuſdam puellis haud dubium mittere non tardabo. Quo reverſo ad propria, ſtatim de quodam clauſtro Hovenſi *g* in Comitatu *g* Iuliaco, Abbatiſſam cum bis ſenis puellis, juxta numerum diſcipulorum Chriſti, vita & religione probatas, tranſtulit ut Menrici ſtructuram inhabitarent, & ejus devotionem ac V. Matris Mariæ gloriam laudibus continuis augmentarent. Acta ſunt hæc XII Kal. Novembris.

g

quæ loci pauperie territæ,

14 Cum autem illuc veniſſent, repererunt locum ibi pauperiei nimiæ dicatum, ac mœroribus aptum. Sed & cum hora ſumendi neceſſaria veniſſet, tunc neque panis neque cibus apparuit. Mater vero ſolicita pro filiabus, ad Patrem Menricum acceſſit, ipſumque pro diurno victu ſuaviter quæſivit. Cui Pater pius, in Domino ſpe projectus, confidenter ſecundum illud Eccleſiaſtici reſpondit illi Quis ſperavit in Domino, &

A derelictus est ? O Mater & filiæ, ite in Domino, & in memoriam suæ passionis preces Canonicas fundite, & Dominus de necessariis plenarie providebit, secundum id Euangelii, Primum quærite regnum Dei & omnia adjicientur vobis. Cum autem laudes Dei exolvissent alacriter, provisione divina & interpellatione B. Mariæ Virginis, carruca mox de Suzato veniens, ipsis victualia portans, & in abundantia; super quo conventus bis cœnariis in spiritu est roboratus.

EX MS. Eccle. 2, 12

miraculo confirmantur.

Matth. 6, 13

15 In diebus illis Otto Comes de Altena, egregiæ formæ mirabilisque prudentiæ, fratrum vero pax atque concordia, Deo acceptabilis, hominibusque amabilis ipse denique Otto Comes pietate eatenus clarus, dandi largus, dormiendi parcus ... ingenium admodum mirandum habuit. Nam post mortem parentum suorum, cum antea nesciret litteras, in tantum didicit, ut pleniter libros legere & intelligere noverit. Accessit ad hoc & moles corporis, omnem ostendens dignitatem; capite cano, sparso capillo, oculi rutilantes, facies rubicunda & prolixior barba, & hujusmodi contra morem antiquum; pectus leoninum [pilis] quibusdam sparsum, mollis venter, commodus incessus & quodammodo citus. Otto vero morum gravitate pollebat, & ob id ab ignotis minus clemens jucundusque prædicabatur; constanti admodum animo, fidelis & ipse amicus, ita ut discretum virum Patrem Menricum sua substantia honoraret, & amicum sibi Confessorem elegit. Ipse vero prædictus Otto, magnus erat eatenus ingenio, magnus scientia & omni virtute ac industria. Post hoc autem Otto moritur, vir fortis & potens, largitate strenuus, & omni virtute insignis & clarus. Translatum est corpus ejus Vrundenberge, quarto decimo Calendas Octobris, sepultus est autem prædictus in eodem loco Vrundenberge, in basilica nova latere Aquilonari ad Orientem, ante altare S. Crucis quam basilicam cum altari ipse construxit. Sed id altare quod ipse fieri fecerat, translatum est jam ad alium locum, ubi jam filii & filiorum suorum, videlicet Everhardus, Engelbertus, Adolphus, & iterum Engelbertus, & adhuc sorores quædam eorumdem requiescunt: sed reliquiæ patris omnium eorum in priori loco perseverant.

Otto comes de Altena

B *Menrico confiteri solitus ei. que beneficus,*

sepelitur ante altare quod fundarat.

C

ANNOTATA D. P.

a Suzatum, *vulgo* Soest, *intervallo sex horarum, Lippam versus euntibus.*

b *Suspicor potius legendum* Anglici, *mutare tamen non præsumo qui autem hic* Proconsul, *infra num.* 16 Civium magister *est, cui respondet Teutonicum* Borgermeester.

c *Hic est cui Cæsarius inscripsit Vitam S. Engelberti, ab anno* 1225 *ad* 1127 *Episcopatu potitus.*

d *Ecgraphum nostrum* compositalia, *eo fortassis modo quo fructus facere conditi vulgo vocantur* Confecturæ.

e *Vereor ne desit hic aliquid.*

f *Potius dixisset*, infelicis: *obiit enim excommunicatus & impœnitens an.* 1250.

g *Ecgraphum*, & cum comitia Iuliaco, *quod per conjecturam correxi, quam probat situs ipsius monasterii* Hovensis *prope Tolpiacum vulgo Zulpich Juliacensi comitatui insertum oppidum, sed jurisdictionis Archiepiscopalis.*

D h *Claritatis causâ expunxi sequentia, ut superflua sensui*: Talium igitur tantorum mores, habitum, formamque, quos summa clementia mundo ad delicias omnemque decorem prædestinavit, meæ non est omnem modum virtutis exponere. *His tamen expunctis, totus hic paragraphus nihilo adhuc melius cum antecedentibus & sequentibus cohæret, acsi aliena manu intrusus sit; primum verosimiliter descriptus in margine, tum à transcribente translatus in contextum.*

CAPUT III.

Fundato Monasterio Vrundenbergensi, moritur B. Menricus, & miraculis claret.

E 16 PAucis post decursis temporibus, quidam bonæ nationis homo, in villa vicina habitans cum sua familia, necessitate obligatoria compulsus, decimam propriam super villam eamdem quæ Vrundenberg nominatur, [quam] successione hæreditaria jam diutine possederat, ob solutionem suorum debitorum, omnibus publice venalem exhibuit. Quod ut percepit vir Dei Menricus, emptionem ejusdem decimæ pro marcis quadraginta Conventui procuravit: & post modicum tempus, prædictam decimam, quamvis nullum sciret paratum denarium, de marsupio pauperum promisit exolvendam: in cujus certitudinem quosdam in Suzato oppidanos pro fide jussoribus impetravit.

Emptâ Vrundenbergensi decimâ

17 Adveniente autem decimæ solutione, prædictus Menricus Suzatum se transtulit: sed cum nocturno tempore ante civitatem venisset, clausam & fortiter seratam [reperit] portam civitatis, [quæ] ei miraculose est aperta. Sed cum ad domum hospitis sui Gothmari prædicti Magistri-Civium veniret; ipse territus, num adhuc porta stetisset aperta, diligenter requisivit: ad quod vir Dei respondit, sibi nutu divino patefactam esse: statimque cum F collectus esset hospitio, imaginem suam cum diligenti reverentia posuit & locavit: & dum medium noctis silentium ageretur, filia vidua hospitis, Elisabeth nomine, ducta zelo caritatis, quid de imagine fieret advertens, est securata, stans & videns claritatem apud illam tota nocte prodigiosè fulgere. Vidit enim duos Angelos stantes cum candelis accensis, tota nocte Dominæ suæ servientes.

Suzatum adit Menricus,

& miraculis clarificatus,

18 Mane facto surgens Menricus Sacerdos se diligenter præparans precibus suis devotis & assuetis, ad imaginem B. Mariæ Virginis accessit, & eam, dicendo Salve, Sancta Parens, salutavit. Respondit Beata Virgo per imaginem; Salve Beate Menrice. Postea imaginem devote recipiens, & eam ad capellam Stephani Protomartyris reverenter portans, & Missam de Beata Virgine ibidem devotissime celebravit; Deum rogans & Virginem Matrem cum fiducia, ut sibi in pecunia debita provideret. Missâ completâ, gra-

resalutatur à B. Virgine:

A gratias agens Deo de perceptis beneficiis, ex mss. secundum illud Euangelii, Quidquid orantes petieritis credite quod accipietis, & fiet vobis. Surgens autem de oratione communes Mar. 11, 24 adhuc oratiunculas perfecit deambulando per ſummum templum ſeu monaſterium.

19 Adſunt illi quibus debiter tenebatur, ipſum duriter ſatis monentes; quamdiu eos impedire vellet, imperioſius objiciebant, Menricus reſpondit: Suſtinete parumper, & omnia quæ teneor vobis reddam. Statim paulo poſt tempore venit quædam habitu feminea intus templum S. Patrocli *a* Martyris, & ad eum uſque pervenit, ab ipſo requirens, quis eſſet, & utrùm de novo opere Vrundenberg adveniſſet. Qui reſpondet: De loco novi operis veni, & quoniam Vrundenberg *b* nominaſti, Vrundenberg *b* nomen ſtructuræ erit. Reſpondit femina, Et id typice aſſerui; quia pluribus eumdem locum poſt viſitantibus, quibus Deus inimicus, Virginis interventu familiaris & amicus erit. Quæ manum extendens, quadraginta marcas Suzati legalium, in ſublevamen ſuæ & ſuarum paupertatis eſt elargita, iſto cum adjecto: Quando te monebo pro his, eos mihi reddere non dedigneris: quorum ad ſolutionem ſe Menricus obligans, gratiarum actiones Deo gaudio cum immenſo fudit. Quæ femina (ut pie creditur) B. Mariæ Virginis fuit apparitio.

per eamque imperato pretio debito

a

B

Vrundenberg appellat novam ſtructuram;

20 Iſtud factum ut percepit Decanus Eccleſiæ prædictæ, Erpo nomine, omnes ſuos Clericos, tam civitatenſes quam rurenſes, ſibi fecit advocari, & eis venerari præcepit Sacerdotem Menricum, & ſuum negotium in omnibus promovere, quod & uſque in hodiernum diem implent obſervatione diligenti. Eodem tempore obiit Godefridus Comes de Arnsberge, vir fortis & potens dono militiæ, largitate ſerenus, & omnibus virtutibus inſignis & clarus. Cujus corpus apud oppidum Meſchede *c* operantibus ſuis honorifice collocatum, tranſportatur Arnsberg ibique ſepelitur feriâ tertiâ poſt feſtum Paſchæ: vir omni virtute animi & corporis, magnus atque famoſus, cum fletu & planctu multorum populorum.

juvaturque à Decano Suzatenſi,

C

c

Comite Arnsbergenſi,

21 Pòſt interjecto pauco tempore Eliſabeth filia ſæpe dicti Proconſulis Suzatenſis, mundo & ejus apparatui renuntians, habitum filiarum Menrici aſſumpſit, & in eodem Vrundenberg Dei gratiâ finivit curſum præſentis vitæ, quo uſque agone beato conſummavit vitam præſentem: quæ tunc de paterna petitione, centum marcas denariorum ſozati legalium, ob Dei reverentiam ac in commodato inchoandæ ſtructuræ obtulit ibidem Virgini glorioſæ; quæ nimis utiliter & non inaniter per Patrem Menricum ſunt diſtributæ, quem Deus non longe poſt tranſtulit in paradiſum voluptatis; pia tamen credulitate, quoniam ſecundum illud Euangelium,

& filia Conſulis facta Moniali:

Fructibus ex propriis quævis cognoſcitur arbor.

Item, Qui ſeminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet vitam æternam ſcilicet quia hic vir Dei ſeminavit in variis laboribus hortulum violarum, viventium in humilitate, liliorum in caſtitate, roſarum in Chriſto & mutua caritate; quem ſæpe circumdedit cum obedientia ſalutari; idcirco meſſuit fructus meritorum in æterna benedictione. D

22 Mortuus eſt autem hic pius Pater Menricus XII Kalend. Iulii. Ex cujus morte non immeritò ſuis novellis plantationibus filiarum non modicum doloris provenit & lamentum: quoniam ipſe, temporibus vitæ ſuæ, ſicut columna ſtetit immobilis, humeros ſuos exhibuit oneri ad portandum: idcirco memoria jus non delebitur unquam, & nomen ejus per ſecula requiretur. Sepultus eſt autem in eodem loco Vrundenberg, juxta capellulam B. Michaëlis Archangeli, cum magno decore ab omnibus tumulatus, ut dignum eſt. Lingua mea non ſuppetit mutuatæ ſermocinationis [officio] evolvere, quæ poſt ejus obitum miracula geſta ſunt: ſed exigua, [quæ] didici à narrantibus, ſilere minime audebo. E

ibique mortuus 20 Iunii

miraculis claret.

23 Poſt anniverſarium vero dicti obitus ſui, cum Vigiliæ à Clero ſeu Clericis circumjacentibus peractæ fuiſſent, Abbatiſſa ejuſdem cœnobii cœpit anxiùs de cibis Clericorum conſtringi qui ad Vigilias confluxerant prætaxati Menrici. Egreſſus unus ex Clericis, Hildebrandus nomine, Proviſor ejuſdem monaſterii, ad fluviolum, cujus eſt vocabulum Rura *d* Orientalis, qui ſecus ipſum monaſterium manat, annuente Domino conſpiciens; non ignarus fidem Patris Menrici, vel ejus meritis forſitan ... [confiſus, cogitavit quod eo tranſmiſſo] *e* piſcium inveniret ſolatium. Contigit piſcatores capere cetum *f* (& quomodo ibi repertus nemo fuit qui fateretur nec audiſſe in ipſo rivolo prius cetum captum vel viſum) tantaque etiam eâdem die ibi multitudo piſcium reperta eſt, ut non ſolum Conventus & Clerus, ſed etiam univerſus populus, qui ad ejus convenerant Anniverſarium, omnes abundanter ſufficienterque ſatiati, gratias pro eis Menrico ſancto ſanctæque referunt Trinitati.

Ad ejus anniverſarium collecti,

d

e

f

piſcibus copioſe captis aluntur.

F

24 De hinc prolixum eſt tenere hiſtoriam, quales quantaſque virtutes per ejus interventum ibidem Dominus operari dignatus eſt: nam cæci receperunt viſum, dæmones quoque ſine numero expulſi ſunt; paralytici quamplurimi curati, mortui ſuſcitati, & quamplurimi diverſis infirmitatibus detenti, meritis *g* B. Virginis Mariæ priſtinæ ſunt reſtituti ſanitati.

cetera taciturnitate tegentur.

g

ANNOTATA D. P.

a *Colitur* S. Patroclus, *Martyr Trecis in Gallia paſſus*, 21 *Ianuarii, ubi actum de ejus tranſlatione Suzatum an.* 960.

b Vrund, Vrind, *vel* Frund *Teutonice; Latine* Amicus *redditur.*

c Meſchede *ad Ruram*, 12 *circiter leucis ſupra Vrundenberg: medio autem fere utrimque curſu ſitum eſt* Arensberg, *cujus Comes Otto hic laudatur.*

d *Reſpectu ſcilicet alterius* Ruræ, *in Moſam influentis. Theodorus Rhay* Occidentalem Ruram *appellat, neſcio quo reſpectu.*

e *Locum hunc nec integre potuit legere ſcriptor ecgraphi, nec videtur recte tranſcripſiſſe id quod putabat ſe legere poſſe*, id quod tranſmiſit: *itaque per conjecturam ſupplevi hiatum.*

f *Non maritimum (hic enim esui aptus non est, totumque Ruræ alveum implesset) sed grandiorem aliquem piscem, ex iis qui ab ora maritima potuerint eo usque ascendere, & si raro vel numquam; puta Acipenserem seu Sturionem, Asellum, vel Salmonem.*

g *Forte legendum erat* S. Menrici & B Virginis.

DIE VIGESIMA PRIMA IUNII.

SANCTI QUI XI KALENDAS IULII COLUNTUR.

S. Anctus Tertius, S. Jesus Justus, S. Artemas, } Discipuli Pauli, forte & Episcopi.

S. Terentius Episc. & Martyr, Iconii in Lycaonia.

S. Ursicinus, Episcopus Ticinensis, in Italia.

S. Martinus, Episcopus Tungrensis, in Belgio.

B S. Cyriacus, S. Saturninus, S. Bellicus, S. Perseus, S. Apollinaris, S. Crisinus, S. Primus, S. Januarius, } Martyres, in Africa.

S. Rufinus, S. Marcia, } Martyres, Syracusis in Sicilia.

S. Hiperelus, sive Hierperidus, S. Saturnina, S. Stertia, seu Storgia, S. Hieremia, C sive Hieria, } Martyres.

S. Thomas Martyr, SS. ter mille Viri, SS. Feminæ novem. } in Ægypto.

S. Aphrodisius, & Socii, } Martyres in Cilicia.

S. Demetria, Virgo Martyr Romæ.

S. Nicolaus, S. Tranus, } Eremitæ, in Surdinia.

S. Albanus, Martyr Moguntiæ in Germania.

S. Albanus Episcopus, S. Dominicus Eremita, } Martyres, Burani prope Venetias honorati. E

S. Peladius seu Palladius, Episcopus Ebredunensis, in Gallia.

S. Innocentius, Episcopus Emeritensis, in Hispania.

S. Mavennus Abbas, in Britannia Armorica.

S. Leutfredus Abbas, in Ebroicensi Galliæ diœcesi.

S. Engelmundus Presbyter, Velsenæ in Hollandia.

S. Radulphus, Archiepiscopus Bituricensis, in Gallia.

B. Raymundus, Rothensis & Barbastrensis Episcopus, in Arragonia. F

B. Aloysius Gonzaga, è Societate Jesu, Romæ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ nisi aliud indicent litteræ, margini appositæ.

Sancti Odilonis, Abbatis Cluniacensis Elevatio sive Translatio *refertur hoc die ab Hugone Menardo. De ea egimus*, post ejusdem Sancti vitam 1 Januar.

S. Valentini II, Episcopi Interamnensis, *memoria aliqua habetur. Nos de eo egimus* VII Januarii.

D. P. SS. Julianus, Basilissa, Celsius Antonius, & alii Martyres Antinoi in Ægypto *cum longissimo encomio referuntur in Mi. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, unde pauca excerpta habentur in Menologio Sirleti. De iis plurima dedit P. Bollandus adhuc solus in opere vix leviter inchoato necdum ita ut postea ad veri falsique discrimen exercitatus fuit. Ego necesse habui in Responsis ad Exhibitionem Errorum Art.* XV §. XXVIII *illorum Acta rigidiori examini subjicere & evidentes ubique inveniens fictionis notas, eadem ut prorsus fabulosa rebrobare: quod denuo faciendum in Supplemento ad diem* IX Januarii.

Ananias Pauli baptizator *invocatur in Hagiologio metrico Æthiopum. Egimus de eo cum Latinis* D. P

A *tinis.* xxv Januarii.

S. Licinii, Episcopi Andegavensis Reliquiæ, anno 1165 solenni pompa translatæ sunt: *ejusque rei meminerunt Menardus & Dorganius. De ea ante Vitam ejus egimus,* xiii Febr.

D. P. S. Ursus, S. Albani Martyris socius, *à Ferrario in Catalogo generali memoratur hoc die, velut Torcelli apud Venetias quiescens, cum* S. Dominico Eremita. *Sed hic, cum* S. Albano Episcopo, *quiescit Burani, uno inde milliari;* Ursus *autem, neutrius socius, sed* S. Albani *alterius Moguntiæ passi, in itinere præmortuus, quiescit Augustæ in Sabaudia, colituque.* 1 Febr.

S. Walburga Virgo, in civitate Cestrensi *memoratur in Ms. Romano Ducis Altempsii, quod in Anglia auctum. Potuit* S. Walburgis *Cestriæ cultum habuisse cujus Acta varia dedimus* xxv Februarii.

S. Romani, Abbatis & fundatoris Jurensis cœnobii, nunc S. Claudii, translatio *celebratur ibidem sub ritu duplici primæ classis cum Octava. Acta illius illustravimus* xxviii Febr.

B S. Julianus Anazarbenus, in Cilicia Martyr, cum serpentibus sacco inclusus & in mare mersus, atque à S. Chrysostomo laudatus, *recolitur cum Officio Ecclesiastico à Græcis in Menæis excusis & variis manuscriptis, eorumque exemplo à Molano, Galesinio, Canisio, Ferrario. Verum de eo & Græci & Latini cum Martyrologio Romano agunt, die, quando excerpta ex Oratione S. Chrysostomi dedimus,* xvi Martii.

D. P. S. Marcus, consobrinus Barnabæ, *cum aliis tribus S. Pauli discipulis, hoc die commemoratur à Græcis, & quidem ut* Episcopus Apolloniadis. *Omisi eum notare in titulo: quia Episcopatum istum gratis ei affictum credo; & in Commentario de S. Barnaba doceo, nullum esse causam, ipsum distinguendi ab* Evangelista Marco, *de quo egimus* xxv Aprilis.

S. Walbodonis, Episcopi Leodiensis, translatio *inscripta est Ms. Florario. De ipsa actum ad Vitam.* xxi Aprilis.

D. P. Andreas Joannis, & Blasius Antonii, *à S. Angelo Carmelita dicuntur resuscitati, ipsiusque institutum deinde amplexi, qui proinde ut* Beati

C *inseruntur Aciei bene ordinatæ Sanctorum ac Beatorum Ordinis: de quibus vide illius Sancti Vitam* v Maji.

Inventio S. Luciferi Calari in Sardinia *an.* 1613 *hoc die contigit: de qua vide Actorum ejus caput* 8. xx Maji.

S. Cassius Martyr *proponitur in Ms. Casinensi. Videtur is esse qui in Campania colitur* xxii Maji.

S. Attonis, Episcopi Pistoriensis, memoriam apud Monachos Vallis umbrosæ celebrari *indicat Ferrarius. Nos Acta ejus illustravimus* xxii Maji.

S. Desiderius, Episcopus Viennensis ut Martyr *inscriptus est Catalogo Ferrarii & Supplemento Saussai. Acta ejus illustravimus ad diem* xxiii Maji.

SS. Primus & Januaria in Oriente *referuntur in Mss. Florentinis. Sunt iidem ad Martyres Afros prætitulatos apponendi.*

S. Genesius Martyr *memoratur in Ms. Trevirensi S. Martini, sed ex indicio nominis solius, quod quia pluribus & variis Martyribus commune est, non facile dici potest quis hic intelligatur.*

S. Agofredus Confessor, frater S. Leutfredi, *una cum hoc refertur à Menardo & Bucelino. Omnia quæ de illo habentur leguntur in Appendice ad Vitam* S. Leutfredi

D S. Theofredes Virgo, *inserta est Kalendario Ms. Ordinis Benedictini non antiquo: cujus alibi non reperimus memoriam.*

Monacha Virgo *indicatur in Auctario Greveni ad Usuardum; nobis ignota: si adderetur* Martyr, *videri posset ex numero Ursulanarum.*

Gervadius Episcopus, insignis Christi dogmatis in Moravia concionator, *his verbis laudatur ab Hectore Boëthio, lib.* 10 *Scothorum historiæ pag.* 191; *& à Lesleo, lib.* 5 *pag.* 277: *inscriptusque est Menologio Schotico Camerarii. At plura addit Dempsterus ad* viii *Novembris. Verum Wion & Menardus agunt de eo in appendice, quod dies natalis ignoretur. Nos cupimus de aliqua ejus veneratione Ecclesiastica certius edoceri.*

Lambertus, venerabilis Morinorum Episcopus, qui istam Ecclesiam pretiosissima tam librorum quam ornamentorum varietate multipliciter insignivit, hoc die obiit. *Ita Ms. Martyrologium Adonis Ecclesiæ Morinorum, sub finem; quod sufficit indicasse.*

E Cormanus, discipulus S. Columbæ & Abbas Dormagensis, *dicitur à Colgano ad istius Vitam pag.* 374 *notâ* 45, *hoc die coli; quo voluit Vitam ejus dare. Hæc ubi prodierit, poterit de eo certius judicari.*

S. Simplicius Subdiaconus, Bronii in Placentina diœcesi ad Padum fluvium, *ob quoddam repertum epitaphium indicatur à Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ. Verum postea illum omisit in Catalogo generali, forsan melius instructus de illius epitaphii insufficientia cultum probandum. Adde quod Historiæ Placentinæ diligentissimus Collector Petrus Maria Campi, nusquam ejus meminerit.*

Salmannus, Presbyter & Confessor, *quemdam cultum habet in pago Vilers-Perwin diœcesis Navurcensis; ob Os ejus istic servatum, & invocari dicitur contra tussim, cetera latent.*

Constantinus, laico conversus à S. Bernardo, in clara-valle mortuus, *inscriptus est Kalendario Ordinis Cisterciensis Divione excuso, & cum titulo* Beati *relatus ab Henriquez & Chalemoto: Piis adscriptus à Saussaio.*

Beatæ memoriæ Hedwigis, filia Regis *Bohemiæ, sed cujus? ut hodie defuncta inscribitur Necrologio Doxanensi in Bohemia ante annos* 300, *ex eoque laudatur in Epitome rerum Bohemicarum Bohuslai Balbini pag.* 255 *ut quæ obierit sæculo* 13. F D. F

Wenceslaus Pius, Rex Bohemiæ, *quamvis vivus virtutibus maximis claruerit, & mortuo non defuerint miracula, hactenus tamen Sanctis non adnumeratur neque cultum aliquem publicum habet Pragæ, ubi corpus & monumentum visitur; in ecclesia Aulæ Regiæ, per ipsum in monasterium Cisterciensis nobilissimum commutatæ: neque Crugerius vel Balbinus* Sanctum *appellant. Obiit hac die an.* 1305: *ejusque Acta fuse inveniuntur explicata in Chronico Ms. Francisci Canonici Pragensis coævi; unde si ea nobis integre transcribat aliquis, deliberari poterit, an sint supplemento hujus mensis, saltem per modum Corollarii inserenda, in spem vindicandæ aliquando ab ecclesia Romana sanctitatis, si non desit qui causam promoveat.*

Eustachius monachus in Flandria, qui in eremo de Baudeloo è vita discessit, *ut* Beatus *insertus est Menologio Cistercienſi Henriquez*

A *& Chalemoti, ut* Pius *à Sauſſaio habitus. De Baudeloo agit Jongelinus in Abbatiis Ordinis Ciſtercienſis in Belgio pag.* 58, *abſque illius mentione : tacet etiam Sanderus in Hagiologio Flandriæ.*

Alexia, ſocia S. Catharinæ Senenſis, ab hac moriente in ſuo loco præfecta Sororibus de Pœnitentia, *uti in hujus Vita* 30 *Aprilis dicitur cap.* 1 *& in Annotatis, & aliis locis; hoc die memoratur in Anno Sancto Ordinis Prædicatorum.*

Raymundus, poſt carceres in Ordine Seraphico toleratos, cognitâ innocentiâ liberatur, dein cum aliis miſſus ad Regem Armeniæ & magna operatus, in pace mortuus, *& ut* Beatus *relatus eſt ab Arturo, à quo titulo Wadingus & alii abſtinent.*

Matthæus à Leoniſſæ Aquilæ an. 1553,

Leonara Guſmania Hiſpali an. 1589,

Ordinis S. Franciſci *ut* Beati *ob ſanctitatem vitæ habentur ab Arturo.*

D. P. S. Euſebius, Epiſcopus Samoſatenus, *in hodierno Martyrologio Romano, Baronii potiſſimum auctoritate, hunc diem obtinuit ; eo quod in antiquiſſimis quibuſque Latinis, referatur hoc die* Euſebius Epiſcopus in Cæſarea *addentibus pleriſque* Palæſtinæ, *quibuſdam etiam* Hiſtoriographi: *quæ omnia notant* Euſebium, *Arianæ factioni ſaltem haud parum implicitum, licet forte ab ea abſtractum ante mortem, certe poſt Nicenam Synodum minime palam Arianum. Dubiam ejus fidem minus videntur Latini attendiſſe, quam commodum eccleſiaſticæ hiſtoriæ, eo auctore acceptæ. Interim notat Baronius de* Samoſatenſi *Græces agere die ſequenti ; neque difficulter crediderim, ut alios plures, ſic etiam hunc à proprio apud Græcos die ad proximam apud Latinos migraſſe; deinde, ex ignorantia* Samoſateni, *irrepſiſſe apud eoſdem* Cæſareenſem. *Dum tamen fieri potuerit ut* Euſebium, Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopum, *ante S. Baſilium, intellexerit vetuſtiſſimus Martyrologii Hieronymiani collector; malui* Samoſateno *relinquere certum ſui cultus diem.*

B

S. Blaſius, Epiſcopus Veronenſis, *inſcriptus eſt Martyrologio Galeſinii. Verum colitur is* XXII Junii.

C

S. Albanus, Martyr in Britannia, *inſcriptus eſt Violæ Sanctorum Hagenoæ excuſæ. Celebratur ejus memoria in Officiis propriis Eccleſiæ Trevirenſis. Et in variis Eccleſiis Coloniæ necnon Breviario Sleſwicenſi anni* 1512 *ſub* IX *Lectionibus Acta damus.* XXII Junii.

S. Paulinus, Epiſcopus Nolanus, *inſcriptus eſt Ms. Colonienſi, apud Carmelitas ſervato. Colitur ſequenti die* XXII Junii.

S. Pelagius, Martyr Cordubæ, *adfertur in Catalogo generali Ferrarii : in Martyrol. Rom. cum aliis* XXVI Junii.

S. Embroſius ex lini textore Epiſcopus *nobis ignotus refertur in ſcriptis additionibus* Carthuſiæ Bruxellenſis *ad Grevenum, qui ferme eiſdem verbis indicatur in Ms. Florario* XXVIII Junii.

S. Petrus, XII Epiſcopus Spoletanus, *memoratur à Jacobillo de Sanctis Umbriæ ; forſan quod alius Sanctus hoc die non eſſet. Ab Ughello dicitur mortuus quod & Jacobillus fatetur* XXIX Junii. D

Dedicatio ſedis S. Timothei, *ut mihi videtur Patriarchæ Alexandrini qui poſt fratrem ſuum Petrum ſucceſſit S. Athanaſio in Hagiologio Habeſſinorum refertur hoc die. Obiit ipſe* XX Julii. D. P

Hemmingus, Epiſcopus Aboënſis in Suecia, *cui revelatus fuit ortus S. Birgittæ, defunctus an.* 1307, *cum titulo* Sancti *refertur in Vite Aquilonia Joannis Vaſtovii, eique in Chronologico indice hic dies adſcribitur. Nihil nos aliunde comperimus de ejus cultu, quare de ipſo agere differimus uſque in ipſius S. Birgittæ diem* VIII Octobris.

B. Joannes Prutenus ſive Lobedanus, Ord. Minorum in Pruſſia, *hodie refertur ab Arturo in Martyrologio Franciſcano : obiit, quando dabimus Vitam à noſtro P. Frederico Schembeck compoſitam, & à Prænobili D. Andrea Vincentio Uſtrzycki è Polonico Latine redditam,* IX Octobris.

S. Geraldi Abbatis tranſlatio, Vaſati in Aquitania, *indicatur in Martyrologio Gallicano Sauſſaii. Dies natalis eſt* XIII Octobris. E

B. Eliphii Martyris commemoratio Coloniæ, in monaſterio S. Martini, *inſcripta eſt Martyrologio Colonienſis & Lubecenſis editionis anno* 1490 ; *item apud Grevenum, Caniſium & Gelenium ; qui ait hanc* corporis *in argenteo loculo eſſe depoſitionem. De eo iidem & alii antiquiores agunt, die ejus natali* XVI Octob.

S. Conſtantiæ Reginæ, Virginis & Martyris, ex Societate Urſulanarum, inventio corporis anno 1327 facta, *indicatur in Ms. Florario, & Martyrologio præfato, anno* 1490, *item apud Grevenum & Caniſium. Reliqua poterunt proponi ubi de omnibus Sanctis Urſulanis,* XXI Octobris.

Senilis, præceptor S. Columbani in Scotia, *indicatur à Dempſtero, ſed in hujus Vita* Silenis *appellatur.* XXI Novemb.

S. Victoriæ, Virg. & Mart. Romanæ, *Tranſlatio celebratur quotannis in monaſterio & terra, ab ipsâ denominatis* S. Victoriæ, *in Sicilia ; uti teſtantur ejuſdem Monaſterii Prior & Monachi in Epiſtola ſua anno* 1580 *die* 26 *Junii Romam miſſa ad Illuſt. D. Mutium Frangipanium pro obtinendis Indulgentiis : addunt que corpus Sanctæ Martyris tempore Gothorum ad ſe perlatum in Eccleſia ; & pugionem quo pectus ei tranſfixum fuit, in ſacrario monaſterii ſui ſervari. De his nobis licebit accuratius agere die, quo Martyr obiit & ut ipſi etiam aiunt ſolennius colitur.* XXIII Dec. C. J.

Jacobus ad Portam, Ordinis Minorum, *Baſileæ mortuus anno* 1526, *incertum quo die, ad hunc refertur ab Arturo, cum titulo* Beati. *Extat apud nos in Mss. illius* Vita & converſatio, *cum ſolo titulo* devoti viri. *Nihil ibi de ejus morte : plurima tamen colliguntur miracula, eo deprecante facta, in confirmationem Indulgentiæ, quam vocant Portiunculæ. Huc igitur referri res tota poterit, & dari ad* II Auguſti ; *vel etiam ad vitam S. Franciſci, qui ipſam indulgentiam impetravit,* IV Octobris.

DE

A D

DE SANCTIS DISCIPULIS PAULI APOST.

TERTIO, IESU IUSTO, ET ARTEMA

ITEM TERENTIO EPISC. MART.

SYLLOGE HISTORICA.

Eorum cultus; Episcopatus incertus, Terentius alius à Tertio.

SEC. I

S. Terentius Martyr,

IN *Martyrologio Romano celebratur memoria* S. Terentii Episcopi & Martyris Iconii in Lycaonia: *& addit in Notis Baronius*, agi de eo etiam à Græcis hoc die in Menologio, *scilicet Cardinalis Sirleti: cujus ista verba sunt.* Eodem die, XXI *Junii*, Sanctorum Martyrum Terentii Episcopi Iconii, Marci Episcopi Apolloniadis, fratris. consobrini Barnabæ Apostoli, cognomento Justi. *Extracta sunt dicta verba ex Menæis excusis, ubi eadem sunt exceptis verbis, quibus* sanctus Martyr *in singulari*, Terentius *solus appellatur. Interim Galesinius ista scribit*: Iconii S. Terentii Episcopi & Martyris. Apolloniæ S. Marci Episcopi & Martyris, *& allegat* Tabulas Græcas: *sed vereor ut accuratas legerit. Istis tamen cum Galesinio citatis, Ferrarius in Catalogo Sanctorum qui in Martyrologio Romano non habentur omisso* S. Terentio, *illic relato, ista addit*: Apolloniæ in Phrygia S. Marci, Episcopi & Martyris. *Verum unde scivit Ferrarius hic agi de* Apollonia urbe Phrygiæ, *cum Stephanus de Urbibus numeret istius nominis quinque & viginti; & ipsemet Ferrarius in suo Lexico geographico recenseat octo? A Græcis autem nusquam* Apolloniæ *adscribitur* Terentius *sed semper* Apolloniadi, *ut mox apparebit. Est autem duplex* Apollonias, *urbs Episcopalis, altera* Cariæ, *altera* Bithyniæ *in confinio Mysiæ, cui etiam videtur tribui.*

B

non Apolloniæ

sed Apolloniadi adscribendus.

2 *De his Sanctis aliisque* XXII *Junii in Menæis Mss. Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ, Taurinensibus Ducis Sabaudiæ, Parisiensibus Cardinalis Mazarini, & in Ms. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ his verbis agitur.* Ἄθλησις τῶ ἁγίω ἱερομάρτυρος Τερεντίου, Ἐπισκόπου Ἰκονίου. Certamen sancti Hieromartyris Terentii Episcopi Iconii *qui solus refertur in Mss. Menæis Divionensibus: in aliis additur.* Καὶ τῶ ἁγίω Μάρκου, ἀνεψιῶ Βαρνάβα τῶ Ἀποστόλου λεγομένου, Ἐπισκόπου Ἀπολλωνιάδος· καὶ Ἰησοῦ λεγομένου Ἰούστου, Ἐπισκόπου Ἐλευθεροπόλεως· καὶ Ἀρτέμα, Ἐπισκόπου Λύστρας, καὶ τῶν σὺν αὐτῶ. Et Marci dicti consobrini Barnabæ Apostoli, Episcopi Apolloniadis, & Jesu appellati Justi, Episcopi Eleutheropolis; & Artemæ, Episcopi Lystræ & Sociorum. *Hinc primo corriguntur verba Sirleti, & Menæorum ad* XXI *Junii, in quibus videbatur* Marcus *appellari* cognomento Justus, *cum* Jesus *tali cognomento afficiatur. Duorum autem horum meminit S. Paulus in epistola ad Colossenses cap.* 4, Salutat vos Aristarchus concaptivus meus (*referendus addiem* IV *Augusti*) & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite illum: & Jesus qui dicitur Justus, qui sunt ex circumcisione: hi soli sunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.

C

Illi junguntur Marcus, Jesus, & Artemas 22 Junii

3 *Iterum in Ms. Synaxario Constantinopolitano de his quatuor ad diem* XX *Octobris ista habentur*: Memoria Sanctorum Apostolorum Terentii Episcopi Iconii, Marci Episcopi Apolloniadis consobrini Barnabæ, & Jesu dicti Justi Episcopi Eleutheropolis, & Artemii in Lystra episcopantis. *Iterum* XXX *Octobris in Menæis excusis hæc leguntur*: Οὗτοι οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι εἰσιν ἐκ τῶν Ἑβδομήκοντα, ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν πίστει πεφωτισμένοι. Καὶ ὁ μὲν Τερεντιος Ἐπίσκοπος γέγονε Ἰκονίε μετὰ Σωσίπατρον, καὶ τοῦτο τὸ ὑστέρημα ἀνεπλήρωθη, καὶ τοὺς πολεμηθέντας πάντας τῶ ἁγίω Βαπτίσματι ἀνεκαίνισε, θαυματοργὸς ἐξαίσιος γεγονώς· ὃς ἔγραψε καὶ τῶ πρὸς Ρωμαίους ἐπιστολῶ. Μάρκος δὲ ὁ τοῦ Βαρνάβα πρὸς ἀδελφῆς ἀνεψιὸς ἦν ὁ Ἀποστολος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς μεμνημένος, καὶ αὐτὸς Ἀπολλωνιάδος Ἐπίσκοπος πρωτοχειρίσθη, ἐξολεθρεύσας ἐν τῶ τὴν ἀληθείας κηρύγματι τὰ τῶν εἰδώλων σεβάσματα. Ἰοῦστος δὲ ὁ Ἰησοῦς, Ἐλευθεροπόλεως Ἐπίσκοπος γέγονε, πάντας ἑλκύσας εἰς ἐπίγνωσιν τὴν ἀληθείας τῶ λόγω τὴν διδασκαλίας αὐτοῦ. Ἀρτεμᾶς δὲ Λυστροῖς ἐπισκοπεῖ, πᾶσαν δαιμονικὴν λύσας στραγγαλίαν, ὡς τοῦ Χριστοῦ δώκιμος ὑπερέτης. Οὗτοι ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγωνισάμενοι, καὶ πειρασμοῖς ἐν ταῖς τυχούσαις περιπεσόντες, ἐν εἰρήνη τὰ πνεύματα αὐτῶν τῶ Κυρίω παρέθεντο. *Quæ sic Latine reddo.* & *rursus ad* 20

4 Sanctorum Apostolorum ex Septuaginta, Terentii, Marci, Iusti & Artemæ. Sancti isti Apostoli fuerunt ex Septuaginta, in fide erga Deum illuminati: ac Terentius quidem Episcopus Iconii factus est, secundus post Sosipatrum: & quod hic reliquerat, ille implevit, relictosque omnes sancto Baptismate initiavit, ingentiaque miracula patravit & scripsit ad Romanos Epistolam. Marcus vero, Barnabæ ex fratre nepos fuit, cujus Apostolus in Epistolis meminit, qui & ipse Apolloniadis Episcopus ordinatus, idolorum cultum per veritatis prædicationem penitus abolevit. Iustus vero, qui & Jesus appellatus, Eleutheropoli Episcopus creatus, omnes ad Dei cognitionem per doctrinam veritatis pertraxit. Artemas demum Lystris Episcopus, omnes dæmonis artes & laqueos, ut legitimus & germanus Christi minister, dissolvit. Hi igitur pro verâ religione decertantes, & periculis minime vulgaribus perfuncti, in pace animas suas Deo tradiderunt. & 30 *Octobris*, F *ubi dicuntur in pace quievisse*

5 *Hæc ibi, quæ cum ex Synopsi Dorothei fere sint accepta; operæ pretium videtur ipsa verba Synopseos addere. Est illi inter Septuaginta Christi discipulos* Sosipater XXXIX, *ejusque* Meminit Apostolus Paulus & Iconii factus est Episco-

A pus : Tertius XLI. Hic qui & Epistolam
AUCTORE Pauli ad Romanos scripsit, alter factus est
G. H. Episcopus Iconii, Marcus LII. Hic consobrinus Barnabæ fuit, cujus etiam Paulus mentionem facit Episcopus Apolloniadis *æstimatus.*

Horum elogia ex Dorotheo

Joseph LIII ; qui & Iustus dicitur, & Barsabas, cujus Lucas in Actis Apostolorum meminit, quod in sorte cum Mathia conjunctus fuerit, Eleutheropolis Episcopus factus est. Artemas LIV (recordatur hujus quoque Paulus) Lystris Episcopus fuit. *Verba Pauli ad Titum cap.* 3 *ver.* 12 *sunt ista.* Cum misero ad te Artemam & Tychicum, festina ad me venire Nicopolim, ibi enim statui hiemare. *Sant autem Lystræ urbs Episcopalis Isauriæ in Lycaoniæ confinio.* At Tychicus LVII, primus Episcopus Calchedone in Bithynia fuit. *Hujus memoriam celebravimus* XXIX *Aprilis, & de variis illi adscriptis Episcopatibus egimus. Denique alter* Marcus LXV, qui & Joannes vocatus est, cujus Lucas in Actis Apostolorum recordatur, Bybli fuit Episcopus.

B *& Hippolyto supposititiis.*

Apud Hippolytum de hic nominatis discipulis ista referuntur, Sosipater Episcopus Iconii, Terentius Episcopus Iconii, Marcus consobrinus Barnabæ Episcopus Apolloniæ, Iustus Episcopus Eleutheropolis, Artemas Episcopus Lystrarum, Tychicus Episcopus Calchedonis, Marcus & Joannes Episcopi Bibliopolis. *Et hi quasi duo forent, cum sit unicus, scilicet* Marcus qui & Joannes à Luca vocatur, *Bybli Episcopus.*

D. P.

6 *Hactenus Henschenius qui collatis inter se Dorothei supposititii & Synaxariorum verbis, merito dubius hæsit, quid de singulis statueret : nam in Synaxariis æqualiter omnes dicuntur* in pace animas suas Deo tradidisse, *& omnibus aliquis Episcopatus adscribitur, & omnes dicuntus fuisse* ex Septuaginta *Christi discipulis, quorum nihil probatur ex sacris litteris ; nec inter se satis cohærent omnia ; sed nec nomina uniformiter suggeruntur. Episcopales tituli, perquam incerti sunt ; utpote ex auctore suspecto, ne vel eos gratis confinxerit, vel ætatis incognitæ Episcopalia nomina sumpserit ab Ecclesiis, initia sua ad talis nomenclaturæ magistros referentibus ; nec aliud ex traditione scientibus, adeoque pronis ad amplectendos nomine tenus repertos in Scripturis Discipulos eosque ad collegium* LXXII *evehendos. In Ms. Divionensi ad eumdem* XXII *Iunii, videtur is, qui Epistolam Pauli ad Romanos scripsit, ad ejus calcem non* Terentius, *sed* Tertius *vocatus satis clare distingui ab* Iconii Episcopo Terentio, *ita absque aliorum societate relato.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἁγιος Τερέντιος Ἐπίσκοπος Εἰκονίε, εἰκάνθαις καπακευθεὶς τελειῶται, qui spinis conpunctus vitam finivit ; *& additur distichon.*

Γῆς Τερέντιος τὴν ἀρὰν γενναιόφρων
Τέλεσς ἀφορμὴν εὗρεν εὐλογομένην.

In multa istic confusione

C *videtur distinguendus Tertius, scriptor Epistolæ ad Romanos,*

Maledicta tellus quod tulit, benedicta D
Terentio causa necis invicto fuit.

Quare non dubitaverim Pauli discipulum Tertium *à Terentio, multo forsan juniori, diversum statuere ; & , utrum vel ubi* Episcopus *aut* Martyr *factus sit* Tertius *in medio relinquere : licet in Ms. Collegii nostri Parisiis, ubi ad* XXX *Iunii referuntur omnium Apostolorum sive Apostolicorum virorum nomina, & quo quisque loco prædicaverit, post Sosipatrum nominetur,* Τέρτιος καὶ αὐτὸς δεύτερος Ἐπίσκοπος Εἰκονίε, Tertius, qui & ipse fuit secundus Episcopus Iconii.

à Terentio Iconii Episcopo Martyre

7 *Similiter* Apolloniadis Episcopum Marcum, *siquis unquam fuit, diversum dixerim à* Marco, qui & Joannes, Barnabæ consobrino ; *& ab utrisque diversum* Episcopum Bibli, *si hæc quoque civitas* Marcum *aliquem habuit ;* Barnabæ *autem* consobrinum, *non distinxerim à* Marco Euangelista, primo *Aquilejæ ac deinde Alexandriæ Ægyptiacæ Episcopo, prout eum non distinguendum verosimile feci ad Acta S. Barnabæ* XI *hujus, ac porro faciam in supplemento Aprilis die* XXV. *De veritate porro alterius* Marci E *sive* Apolloniadis *sive* Bibliopolis Episcopi *nihil aliunde sciens, nolui tam incerto nomine multiplicare Sanctos hujus diei. Similiter suspicari quis posset* Eleutheropoli *fuisse aliquem Episcopum, nomine* Iustum, *qui occasionem dederit eodem trahendi* Jesum *cognomento* Iustum, *quem* ex circumcisione *fidelem sibi socium laudat Paulus, Româ Colossensibus scribens ex vinculis. Quid ni tamen libere quo vellet abire permissus Paulus* Iesum *istum à se dimiserit in Syriam, Episcopum ordinatum ; & ille* Eleutheropoli *sibi sedem statuerit ? Quod autem hic* Jesus *in Catalogo discipulorum relatus sit à collectore Synaxarii nostri Parisiensis ad* XXX *Iunii, non potest aliter factum fuisse, quam ex vicinia nominum,* Ἰησοῦς & Ἰωσὴς : *unde nata confusio occasionem dederit, istum Pauli discipulum faciendi quoque unum ex* LXX, *qualis omnino fuit cujus inter primos idem Catalogus ita meminit,* Ἰωσὴφ, ὁ καὶ Ἰοῦστος καὶ Βαρσαβᾶς, ὁ καὶ σύμψηφος γενόμενος Ματθίᾳ, καὶ αὐτὸς τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν ὑπάρχων εἷς, ᾧ εἰρήνη τελειῶται Joseph, qui & Iustus & Barsabas, sortitioni cum Matthia subjectus, LXX Discipulorum unus etiam fuit, & in pace quievit : *de hoc autem agemus* XX *Iulii, cum Usuardo, Adone, Notkero & Romano Martyrologio.*

ac multo magis Iesus Iustus

à Ioseph o qui & Barsabas.

F

8 *Interim in Titulo retinuimus tres certos Pauli discipulos,* Tertium Jesum *&* Arteman *verosimiliter etiam alicubi Episcopos : omisso* Marco, *quia ubique vocatur,* Barnabæ consobrinus, *nec alia de causa eum* cum Iesu Iusto *nominavit collector Synaxarii quam quod cum eo invenerit ; & quidem ut solum cum illo ex Iudæis Paulo adhærentem, quod in alios plures in eadem Epistola nominatos non quadrat.*

A D

DE SANCTO URSICINO

EPISCOPO TICINENSI IN ITALIA.

G. H.

Elogia ejus recentiori ſtylo Papiâ accepta.

CIRCA CCXVI

Cultus ſacer.

Tabulæ Martyrologii Romani ad hunc XXI *Junii celebrant memoriam* S. Urciſini, Epiſcopi & Confeſſoris Papiæ. *Addit Galeſinius :* Qui pietate, clementia, & miſericordia in Epiſcopali munere prælucens, vitâ ſanctè actâ, & Epiſcopatu ad Dei voluntatem pie adminiſtrato, quievit in Domino : *de quo Ferdinandus Ughellus tomo primo Italiæ ſacræ in Epiſcopis Papienſibus iſta ſcribit :* Septimus S. Urſicinus, floruit ſanctitate anno CLXXXIII, deceſſitque anno CCXVI die XXI menſis Iunii, cujus ſacræ Reliquiæ requieſcunt in eccleſia S. Ioannis de Palude, ſive in cœmeterio de Burgo. *Fuimus nos Papiæ anno* MDCLXII, *& quærentes de Sanctis Papienſibus, accepimus, dono venerabilis Presbyteri Joannis Baptiſtæ de Gaſparis Breviarium Vitæ Sanctorum Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcoporum, ab eo in lucem editum, & ab aliis laudatum : in quo de* S. Urſicino *iſta habet.* Urſicinus, illuſtris Ticinenſis, à prima ætate illuſtriora miræ probitatis ſigna dedit. Adoleſcens Eccleſiaſticæ militiæ adſcriptus, inſigni morum præſtantia & ſumma eruditione ceteros antecelluit : ſuum corpus aſperrime domans, idem in ſervitutem redigebat. Epiſcopale ſolium adeptus, Pater beneficus fuit. Pro ſuorum ſalute civium ſedulo Paſtorali ſtudio ſtrenuo laborans, Eccleſiam ſuam mirifice illuſtravit. Civitatem tantis virtutibus excoluit, ut infideles ob populi mirandam religionem eo confluentes, & pulchritudine ritutum excitati, relicta impura idolorum ſuperſtitione, & corpore & animo in ſocietatem fidelium ſe conferrent. Paupertatis ſtudioſiſſimus, patrimonium in pauperes erogavit. Hæc erat illi familiaris ſententia : Qui plures appetit ſeu complectitur divitias, pluribus ſubjicitur hoſtibus. Cum ipſe Præſul præclari ingenii, admirandæ ſanctitatis, virtutis & gratiæ ad miſericordiam, pietatem, clementiam promptiſſimus, ſancte & religioſe populum eccleſiamque cum maxima omnium benevolentia annos triginta tres integerrime adminiſtraſſet, relicto corporis ergaſtulo ad cælorum regna feliciter advolavit, undecimo Kalendas Julii, anno ducenteſimo decimo ſexto, & eximio funeris honore ſepultus eſt. Ejus autem corpus in S. Joannis de Palude aut de cœmeterio, ſive, ut modo dicitur, in Burgo religioſe cuſtoditur. *Hæc ibi. Citantur Gualla, Brevèntanus, Spelta, ſcriptores Papienſes; Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, aliique pauci : qui omnes hiſtoriæ ſuæ melius conſuluiſſent, ſi vetuſtiora ex quibus talia ſumpſere monumenta indicaſſent : nunc dubitamus, an plus quam nomen antiqui tradiderint : cui pia ſuperioris ævi ſimplicitas elogia addiderit, qualia convenire poſſent cuivis ſancto Epiſcopo, qui ſub Gentiliſmo vixerit, atque ita Rhetores potius quam Hiſtorici iſta nobis ſcripſerint.*

Vitæ compendium.

B E

DE SANCTO MARTINO

EPISCOPO TUNGRENSI IN BELGIO.

C

COMMENTARIUS PRÆVIUS

G. H.

De cultu, ætate, actis an fuerit etiam Trevirenſis Epiſcopus?

CIRCA CCLXXVI

Natalis 21 *Junii apud Molanum*

Die tertia decima Maji illuſtravimus Vitam S. Servatii, qui Cathedram Tungris Trajectum creditur tranſtuliſſe, ac tum ante Tomum ſecundum Maji dedimus Exegeſim præliminarem de Epiſcopatu Tungrenſi & Trajectenſi, ubi capite primo egimus de antiquitate urbis Tungrenſis & decem illius primis Epiſcopis, quorum ſeptimus fuit S. Martinus. *Huic Joannes Molanus elogium tale in Natalibus Sanctorum Belgii concinnavit, ad hunc diem* XXI *Junii.* Trungris depoſitio S. Martini, ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi & Confeſſoris, qui convertit Hasbanos. Hic ſcribitur Trungris obiiſſe anno ſalutis CCLXXVI, adminiſtrationis undecimo. Sanctiſſimus vero Servatius, qui Cathedram Trajectenſem tranſpoſuit, eumdem multis miraculis coruſcum in argentea theca ibidem concluſiſſe aſſeritur. Merito autem nominatur Hasbanorum Apoſtolus, quia, ut feſti ejus lectiones habent, Chriſtum in pleriſque Hasbaniæ villulis prædicando, populum ab alta cæcitate liberavit. *Longo encomio celebratur in Ms. Florario Sanctorum, ex quo iſta damus :* Natale S. Martini Tungrenſis Epiſcopi & Confeſſoris, ac Brabantinorum verſus Auſtrum Apoſtoli. Hic Hasbanos ad fidem convertit. Obiit anno ſalutis CCLXXVIII, XI Kalendas Julii. *Tabulæ Martyrologii Romani ita habent :* Apud Tungrenſes S. Martini Epiſcopi. *Ubi in Notis addit Baronius :* In tabulis Epiſcoporum Tungrenſium ſeptimus hic ponitur ordine, Hasbanorumque Apoſtolus appellatur, eumque obiiſſe tradunt anno Domini CCLXXVI. *Adſtipulatur Miræus in Faſtis Belgicis hoc modo :* S. Martinus, Tungrenſis Epiſcopus, Hasbanorum Apoſtolus merito nuncupatur, eo quod Chriſti doctrinam in pleriſque villis Hasbaniæ (quæ partim Leodicenſis, partim Brabantini

in Ms. Florario.

Martyrol. Romano,

Faſtis Miræi,

A brantini juris cenſetur) ſerio prædicarit. *In dicta Brabantia prima Hasbaniæ urbs æſtimantur Thenæ, cum vicinis verſus Leodium oppidis & agris : in quibus pagus* Heſpen *prope Lundam veſtigium nominis* Hasbaniæ *retinet, quæ etiam* Heſpengau *Teutonice appellatur. Dictis Martyrologiis conſentiunt Galeſinius, & Sauſſaius atque cum longo encomio Bartholomæus Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis.*

& aliis.

2 *Acta S. Martini duplicia nacti ſumus, priora ex Ms. Ultrajectino Eccleſiæ S. Salvatoris, & alio Rubeæ Vallis monaſterii Canonicorum Regularium, ubi habentur in ſecunda parte Hagiologii Brabantinorum, cui Joannes Gillemannus, qui ante ducentos annos ibidem floruit, præfixit Prologum. Poſteriora Acta ex Ms. Paſſionali inſignis Eccleſiæ Trajectenſis curavit nobis deſcribi Ampliſſimus Dominus Guilielmus Lyſſen, ibidem Eccleſiæ S. Servatii Decanus, atteſtatus ſua ſubſcriptione apographum nobis miſſum cum ſuo originali convenire. Ex hiſce poſterioribus Actis de-*

Vita duplex ex Mss.

B *ſumptæ ſunt novem lectiones, quæ in Breviario pervetuſto Eccleſiæ Tungrenſis ad Matutinum ſolitæ fuerunt recitari. Sola tamen priora damus, quia ab his poſteriora non differunt niſi prolixitate phraſis ; nec placet gratis multiplicare Acta, præſertim pluribus ſeculis poſt rem geſtam ſcripta ; ideoque (hæc ſunt) fidei non magnæ. Eadem Teutonice tranſlata fuerunt, quæ ex illis eleganti ſtylo ab aliquo noſtro Latine reddita habemus, ſed malumus antiquum ſcriptum retinere.*

3 *In præcitata Exegeſi oſtendimus* S. Martinum, *& alios ſeptem Epiſcopos Tungrenſes, intrusos eſſe catalogo Epiſcoporum Trevirenſium, auctoritate cujuſdam Chronici Trevirenſis, circa initium fabuloſi. Browerus in Annalibus Trevirenſibus, ut hiſce Epiſcopis locum reperiat, aſſignat* S. Martino *unum annum, eumque vulgaris æræ trecenteſimum octavum, quo tempore præfuiſſe S. Agritium ibidem obſervavimus. Annum obitus, cum Molano, Baronio & aliis aſſignamus, ducenteſimum ſeptuageſimum ſextum ; tenemuſque eum, & ſaltem præfuiſſe undecim annis, aut forſan multo pluribus ; cum priora Acta num. 6 habeant eum ſuum Epiſcopatum* ad metas longi ævi pertranſiviſſe. *Interim Actis* S. Martini *etiam*

Epiſcopatus Trevirenſis videtur ei affictus.

C *Epiſcopatum Trevirenſem eſſe poſtea intruſum, hinc liquet, quod deceſſor* Florentius *dicatur* ſextus Tungrenſium & Trevirorum Epiſcopus, S. Martinus ſeptimus, *& ſucceſſores* Maximinus octavus & Valentinus nonus, *qui interim apud Browerum alioſque cenſentur* Epiſcopi Trevirenſis ſupra vigeſimum tertius, quartus, quintus & ſextus, *quod neceſſario fuiſſet indicandum. Hinc nos intruſum Trevirorum nomen non delemus, ſed minori charactere imprimi curamus.*

4 *Feſtum S. Martini in Eccleſia Tungrenſi ſub ritu triplici, ut vocabant, recitari ſolebat, addita hac oratione, quæ etiam in Breviario Trajectenſi refertur :* Omnipotens ſempiterne Deus, fidelium tuorum indeficiens conſervator,

Oratio.

qui hunc diem in glorioſi Confeſſoris tui atque Pontificis Martini glorificare dignatus es ſolennitate ; exaudi preces ſupplicantis Eccleſiæ, & præſta, ut quod devote expetit eo ſuffragante conſequi mereatur.

D

VITA

Ex antiquis Mss. codicibus.

PROLOGUS

Joannis Gillemanni.

1 BEati & glorioſi Confeſſoris Chriſti Martini, Tungrorum Præſulis vitam moreſque pauca ex multis recolligens, ſed in paucis multa comprehendens, hic nunc inſerere dignum duxi : pro eo quod & ipſe Brabantinos, adhuc tenebris ignorantiæ & infidelitatis obcæcatos, nuper ſpirituali bello aggreſſus, ipſos fidei Chriſtianæ ſubdidit, terramque illorum caliginem rutilo ſuæ ſanctæ prædicationis lumine illuſtravit. Qui licet certe cunctis virtutibus adornatus fuerit ; præcipue tamen admirabilem qua pollebat patientiam (prout diligens lector ex his quæ ſubjuncturus ſum liquido agnoſcere poterit) commendare convenit & expedit æmulari : quatenus ejus intuitu & impatientia noſtra retundatur, & ſuperbia confundatur. Denique beatus iſte Pontifex, non modo amicos in Deo, ſed etiam inimicos ſuos dilexit propter Deum ; eiſque ſemper, non obſtantibus injuriis ab illis ſibi frequenter irrogatis, ſalutis & ſubſidii dona ſine perſonarum acceptione caritative impertiri ſolicitus fuit. Unde factum eſt, ut à Domino, cujus dono hanc gratiam fuerat aſſecutus, ſublimiter meruerit coronari. Quod utique non ſine confuſione noſtra dici poteſt, quia cum manus Domini abbreviata non ſit, ut ſimiliter nos dotare poſſit ; ſi nos tales exhiberemus, vaſa cordium noſtrorum contra omnes adverſos inſultus inconcuſſa ſervando, etiam eamdem à Domino gratiam perciperemus.

Laudandus ob Brabantos fide illuſtratos Martinus

E *& proponenda ejus patientia,*

& caritas etiam erga inimicos,

à Deo coronata.

VITÆ HISTORIA.

2 POſt Beatum *a* Florentium qui ſextus à S. Materno Tungrorum *ac Trevirorum b* rexit eccleſias, beatus Martinus, vir virtutibus adornatus, à Clero & populo utriuſque ſexus, licet multum renitens, eſt electus ; atque ſeptimus *utrorumque* Pontifex conſecratus. Hic ante Epiſcopatum ſoli Deo vacans, in abditis locis, poſtquam loca ſancta ſedule viſitaverat, converſabatur : ac tanta vitæ ſanctitate pollebat, ut miracula ſæpius per eum coruſcarent, & in actibus ſuis quaſi angelicus appareret. Unde propter præcedentia merita atque miracula non tam aſſumptus, quam coactus ab univerſo populo ut dictum eſt ; Pontificalem ſubiit dignitatem.

a
b

Sanctitate & miraculis clarus creatur Epiſcopus,

3 Cum vero per cunctam ſuam diœceſim prædicationibus inſiſteret, & plurimos adhuc idololatriæ deditos, maxime in Hasbaniæ partibus, ad fidem Chriſti converteret ; contigit eum ad villam, quæ *c* Horiòn dicitur, divertere : cujus habitatores, utpote villani duræ cervicis, prædicationem ejus ref-

in Hasbania prædicans,

c

puentes,

puentes, ipſum contumeliis affectum à ſe expulerunt: & vix manus à verberibus cohibentes, interdixerunt, ne quis eum, ſub corporis rerumque diſpendiis, hoſpitio ſuſciperet vel humanitatis ei ſolatium exhiberet. Declinante autem eo à villa, ruſtici perſecuti ſunt eum, ſubſannationum ac deriſionum verba poſt ipſum jaculantes, uſque dum inſtante nocte laſſati ac tædio affecti, turmatim ad propria redierunt.

contumeliis afficitur.

4 At vir Dei cuncta patienter ferens, ac ſe Domino commendans, jam corpore debilis, in vaſti nemoris ſolitudinem cum paucis diſcipulis ſe recepit, & membra feſſa propter nocturnam requiem ſuper rupem reclinans, accubuit. Et ecce rupes nutu Dei, vitalem in ſe motum oſtentans, hac parte ubi caput vir ſanctus reclinavit, pulvinaris inſtar intumuit; illuc ſe deprimens, quietum requietionis locum exhibuit. Poſt dormitionem autem, cum capite levato in eadem rupe reſediſſet; idem ſe locus ſedem idoneam exhibendo, vireſcentibus herbis in modum cathedræ *d* coaptavit eidem. Nec ſolum hæc ad laudem ſui fidelis ſervi exhibuit Dominus, verum etiam ipſe plurimis miraculis claruit. Nam quotquot ex beati viri licet primitus æmulis, aliiſque debilibus & infirmis dictam rupem devote poſtmodum inviſerunt, exinde plenariam ſoſpitatem retulerunt: factaque ſunt ibidem tanta prodigia, videlicet cæcorum illuminatio, ſenſuumque quorumlibet perditorum reſtauratio, leproſorum & energumenorum emundatio, tantaque ceterorum cura morborum; quod per diverſa terrarum ſpatia longe lateque ipſius nomen diſpergeretur ac meritum: adeo quod vix ea ſufficiat humana lingua enarrare, unde & locus ipſe hodieque Paſſus ſive Tranſitus S. Martini dicitur, à quo feliciter primitus nomen traxit.

rupes præbet expulſo dormiendi locum,

d & cathedram coaptat:

dein miraculis fulgens

5 Interea ſanctus iſte villam, quæ *e* Aquiria dicitur, adiit: ubi populus multo fuerat errore perplexus, quamobrem eos intuens theatrali vanitati ardenter inſiſtere; & præcipue feſtivis diebus, quibus Domino vacandum erat, choreas circumducere, pompoſiſque ſpectaculis operam dare; ingemuit ac Fratribus ſuis ſecretius dixit: Ecce quomodo deperit Chriſtiana religio. Numquid non pro iſtorum animabus coram diſtricto Iudice rationem reddituri ſumus? Oportet certe, oportet & his per me demonſtrari viam ſalutis æternæ, ne hæc vana non deſtruens omnia, cum ipſis fiam à Domino reprobatus. Nec mora, eodem in loco eccleſiam ædificari inſtituit, quem incolæ voluptuoſis oblectationibus & illecebroſis frequentationibus dæmonum ſervituti mancipaverant, atque in locum orationis ſubito permutavit. Populum quoque ubi prius carmina theatralis mollitiei perſonuerant, pro reatu lacrymas cum gemitibus Domino offerre perdocuit. Aquirianis itaq; ſic correctis, eis ſic ſecunda ſtabilita eſt eccleſia, nam antea dudum ipſe beatus Martinus, ab altera parte ipſius villæ, Eccleſiam conſtruxerat, & ſic demum ipſe Tungrim regreſſus eſt.

e

Aquirienſes ad fidē & modeſtiam deducit,

eiſq; eccleſiam conſtruit

6 Sed quanta qualiaque in urbe illa Dominus per eum operatus ſit ſi omnia proſequar, dies (ut opinor) ante quam ſermo ceſſabit. Nam per eum Dominus quas virtutes non edidit? cum cæcis viſum, paralyticis greſſum, ſurdis auditum, leproſis munditiam, & oppreſſis à dæmonibus reſtituerit ſanitatem. Cum beatus Martinus, eo modo quo prædictum eſt, uſque ad metas longi ævi pertranſiſſet, benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diverſis languoribus; tandem curſu vitæ ſuæ feliciter peracto, ſciens ſibi diem obitus imminere, eccleſiaſtica negotia mire diſpoſuit. Denique diſcipulis convocatis, & diligenter de perfectione ſequenda informatis, plebe inſuper ſibi commiſſa Domino precibus commendata; ipſe vir ſanctiſſimus, undecimo Kalendas Julii, migravit ad Chriſtum. In cujus exequiis ex omnibus fere totius patriæ locis, omnis ætas, omniſque ſexus convenêre, dolorem cordis lacrymis corporis profitentes: eratque ibi copia pauperum, quorum ſedulus pater & procurator extiterat, fletibus ora rigantium, & pii Paſtoris deſtitutos ſe præſentiâ conquerentium. Monachorum quoque *f* greges & Sanctimonialium turmæ, inculto habitu deſpectum mundi proteſtantes, ad viri Dei exequias mœſtis vultibus properavere. Tandem ſanctum corpus in Eccleſia B. Mariæ *g* Virginis, juxta ſuos prædeceſſores Tungrorum Trevirenſiumque Pontifices, maximo cum honore ſepelierunt, in qua meritis ipſius ad Dei laudem maxima fiebant miracula.

D ex Ms.

apud Tungros miraculis claruit

longævus obit,

21 *Iunii*

E

f

in eccleſiâ S. Mariæ ſepultus.

g

7 Cum vero poſt deceſſum B. Martini Epiſcopi, Tungrorum civitas florentiſſima & famoſiſſima, inter omnes Africæ urbes ſimul & Europę diu floruiſſet, habens *h* ſeptuaginta duarum congregationum eccleſias; & de Sanctorum pignoribus, præcipuè beatiſſimi Martini Epiſcopi, propter quotidianam ad tumbam ipſius miraculorum frequentiam exultaſſet ſub *i* Maximino octavo à B. Materno, atque Valentino nono *Trevirorum* & Trungrorum Pontificibus, tandem præſidente Beato Servatio, decimo à beato Materno; cum ipſe civitatem Tungrorum propter peccatorum multiplicitatem ab Hunnis devaſtandam per revelationem ſibi divinitus factam certiſſime cognoviſſet; theſaurum Tungrenſis Eccleſię, cum corporibus ſanctorum Pontificum ejuſdem, videlicet Martini *k* Naviti, Marcelli, Metropoli, Severini, & Valentini Trajectum tranſtulit, una cum plurium Sanctorum numero per totam urbem in ſingulis collegiis humatorum: qui cum in crypta eccleſię, quam ad hoc erexerat, theſaurum allatum diligentiſſime collocaſſet *l*, inter ceteras quas ſecum attulerat Reliquias, altiori in loco, retro ſcilicet altare, in quo tunc ipſe beatus Pater Servatius quotidie celebrabat, corpus beatiſſimi Martini ſingulariter exaltavit; facto hujuſmodi prophetizans, ipſum ceterorum allatorum maximi fore meriti in cælis, propter quod in terra merito debuit honorificentius ſublimari. Hunc namque honorem poſteritas exemplo Patris Servatii non ſine maxima prodigiorum oſtenſione, quibus merita beati Martini Dominus revelare dignatus eſt, ipſius Reliquiis obſervavit: ut & poſtmodum multis temporibus tranſactis B. Servatii tranſlatione completa, corpori ipſius ad majoris excellentiæ cumulum, cor-

h dicitur Corpus

i

à S. Servatio Trajectum delatum,

F

k

l

& præ aliis honeſtiori loco depoſitum:

pus

pus etiam Beatiſſimi Martini in capſa majori dignum ſit habitum lateraliter collocari *m*. Cognoſcamus igitur, ô dilectiſſimi, eos qui ejuſmodi ſunt & oremus puro corde, ut is beatus ac glorioſus Pontifex Martinus, qui tot miraculorum inſigniis claruiſſe dignoſcitur, omnium à nobis ſcelerum noſtrorum onera, orationum ſuarum cum ſuffragio repellere dignetur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus; per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

m poſtea ad latus S. Servatii collocatum.

ANNOTATA D. P.

a *Coluntur* S. Florentius 16 *Octobris* & S. Maternus 14 *Septembris*.

b *Imo Trevirorum Epiſcopus creditus* 23, *quod non ſiluiſſet, ſi ſciviſſet vel credidiſſet Auctor; ideoque interpolationem hanc eſſe cenſemus*.

c *An pagus* Heer, (*quaſi* Herion *eſſet legendum*) *haud procul Borchloa verſus meridiem ſitus?*

d *Fiſen*, Manſere diu ſigna, ſed paulatim pia mentis affectione peregrini fragmenta ſibi auferentes, ſedilis omnem formam deſtruxerunt. Sola hodie oſtenduntur pedum veſtigia.

e Aquiria *in aliis Actis* Alwiria *vulgo* Awieres, *Leodium inter & Hoyum, de quo pluribus ante Vitam S. Lutgardis* 16 *Junii num.* 1

f *Præpropere hic inducuntur* Monachi & SanctiMoniales, *vix primum ſeculo* 4 *in Belgio noſci cœpti. Sacras tamen Virgines ab initio habuerunt Eccleſiæ noſtræ, æque ac aliæ*.

g *Uti hæc eccleſia primum extructa fuit ſeculo* 4, *ſic neque corpora Epiſcoporum prius fuerint eo allata ex ſuburbano cœmeterio: nec enim Romanis, Tungros tunc obtinentibus, fas erat intra urbes mortuos ſuos ſepelire*.

h Septuaginta duas congregationes *adſtruit etiam Ægidius Aureæ vallis cap.* 24. Parochias *ergo intelligo*.

i *Coluntur* S. Maximinus *Trevirenſis*, & S. Valentinus *Tungrenſis*, *Epiſcopi* 20 *Junii*, & 7 *Junii*.

k *Coluntur* Navitus 7 *Julii*. Marcellus 4 *Septembris*, Metropolus 6 *Octobris* & Severinus 24 *Octobris*. *Additur apud Ægidium corpus* S. Maximini *uti in Vita altera hic omiſſa*.

l *Quæ de tranſlata à S. Servatio Sede & corporibus deceſſorum ex Trajectenſium opinatione dicuntur, non ſatis congruunt cum certiori S. Gregorii Turonenſis relatu, indicantis Sanctum de excidio urbis præmonitum raptim extuliſſe neceſſaria ſepulturæ, ad quam poſtea acceſſit celeberrima nunc eccleſia, omnium iſtorum ſacrorum corporum cuſtos; loco olim ſuburbano: quis autem ad urbanam Cathedralemque prius S. Mariæ eccleſiam videatur Sedem ſacraque corpora tranſtuliſſe, alibi divinando indicavimus*.

m *Addit Fiſen*, per tot ſecula ibidem religioſe ſervari. *Conſule dicta ad* VI *Februarii inter Prætermiſſos*.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS
CYRIACO, SATURNINO, BELLICO,
PERSEO, APOLLINARE, CRISINO, PRIMO, JANUARIO.

G. H.

Notitia ex Martyrologio Hieronymiano aliiſque.

XXI IUNII



Uatuor Martyrologii Hieronymiani apographa ab octo hiſce Martyribus auſpicantur diem XXI *Junii, & vetuſtiſſimum Epternacenſe his verbis:* XI Kalendas Julii. In Africa natalis Cyriaci, Saturnini, Bellici, Perſei, Apollinaris, Criſini, Primæ, Januarii. *In aliis tribus apographis deeſt palæſtra* Africa, & *ſcribuntur cum aliqua varietate nomina* Quiriaci, Criſini *etiam* Criſimi, & Arimi. *In apographo Corbejenſi deſunt nomina* Apollinaris & Perſei. *Verum in alio Corbejenſi Ms. referuntur tria nomina*, Saturnini, Quirini, Apollinaris. *Ut videantur incuriâ amanuenſis in editione Pariſienſi omiſſa. In Ms. Reginæ Sueciæ, ab Holſtenio edito, ita legitur: In* Africa natalis Sanctorum Saturnini, Quiriaci, Aprilis, cum aliis 3, *imo* 5. *Ms. Florentinum bibliothecæ Mediceæ ita illos indicat:* In Africa Sanctorum Martyrum Saturnini, Albini, Quiriaci, Apollinaris, Bellici, Perſei, Criſini & Primi. *Deeſt ibi nomen* Januarii, *cujus loco intruſum nomen* Albini. *Eadem ſed alio ordine habentur in Mss. Strozziano & Bruxellenſi. At Mss. Richenovienſe & Rhinovienſe ita illorum tres indicant:* In Africa natalis Cyriaci, Bellici, Briſſimi. *Mss. Barberinum & Trevirenſe S. Maximini:* In Africa Saturnini, *& poſt alios interpoſitos*, Item in Africa Quiriaci & Apollinaris. *Qui duo ultimi etiam* Africæ *adſcripti referuntur ab Uſuardo, & aliis. A Bellino & Maurolyco dicuntur* viri miræ ſanctitatis. *In Martyrologio Romano ita ſcribitur:* In Africa ſanctorum Martyrum Cyriaci & Apollinaris. *At palæſtra* Africâ *omiſſa, ſex Martyres collocantur in Mss. Auguſtano S. Udalrici & & Pariſienſi Labbei, pauciores vero in aliis Mss. quæ non lubet ſigillatim enumerare. In citatis Mss. Florentinis tamquam alii* Martyres *ſubjungebantur iſti:* In Oriente Primi & Januariæ. *Omiſſa erat in iis Mss. nomen* Januarii *pro quo etiam* Januaria *habetur in Ms. Corbejenſi, & hic ſepoſitum cum nomine* Primi *repetito. Quos proinde non arbitramur ab* Africanis Martyribus *ſeparandos. De* S. Primo *Martyre, ut arbitramur Romano fit Officium ſub ritu duplici in baſilica Antoniana diœceſis Viennenſis in Gallia ob ſacras Reliquias. De quo aliiſque ejus Eccleſiæ Martyribus egimus die* XIII *Martii*.

DE

A D

DE SS. RUFINO ET MARTIA

MARTYRIBUS SYRACUSIS IN SICILIA.

G. H.

Ex Hieronymiano & variis Martyrologiis.

Hoc par Martyrum ſecundo loco in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis collocatur his verbis : In Sicilia Rufini & Martiæ ; *quæ etiam* Marcia *ſcribitur. De iiſdem apud Uſuardum & Adonem iſta leguntur primo loco :* Apud Siciliam civitate Syracuſis, natalis ſanctorum Martyrum Rufini & Martiæ. *Quibus ſimilia habentur in præcipuis Mss. Martyrologiis, uti etiam apud Notkerum, Bellinum, alioſque recentiores cum hodierno Martyrologio Romano. Wandelbertus etiam iſtos ſolos ad hunc diem refert tali verſu.*

Martyr Rufinuſque undeno & Martia pollent.

Cajetanus allegat etiam Breviarium Gallicanum, Tabulas Eccleſiæ Syracuſanæ, & veteres codices manuſcriptos, *doletque* eorum paſſionis Acta deſiderari. *Florarium Ms. utramque feminam facit.* Apud Siciliam civitate Syracuſa, natale Sanctarum Martyrum Rufinæ & Martiæ.

B E

DE SANCTIS MARTYRIBUS

HIPERELO, SIVE HIERPERIDO,

SATURNINA, STERTIA, SIVE STERGIA, HIERIA, SIVE HIEREMIA.

G. H.

Ex iiſdem Martyrologiis.

Iam citatum Martyrologium S. Hieronymi concluditur cum quatuor in titulo propoſitis Martyribus, qui in apographo Epternacenſi ita leguntur : Item Hipereli, Saturninæ, Stertii, Hieremiæ. *In Ms. Corbejenſi ſic exprimuntur nomina :* Hipericli, Saturninæ, Sturiæ, Ineriæ. *In apographis Lucenſi & Blumiano hoc modo ;* Hiperidi, Saturninæ, Stertiæ, Hieriæ. *Quæ in Ms. Florentino Bibliothecæ Mediceæ Magni Ducis, ita exponuntur :* Item Sanctorum Martyrum Yerpendi, Saturninæ, Stergiæ, Hieriæ. *Eadem ſunt in Ms. Florentino Senatoris Strozzii, ſed loco primi legitur* Hierperidi, *uti in Ms. Patrum Conventualium, eodem modo habetur* Hierperidi, *ſed* Yenæ *loco* Hieriæ. *En quanta prioris nominis varietas, dum* Hipereli, Hipericli, Hiperidi, Hierperidi *&* Yerpendi *ſcribitur.* Saturnina *eodem modo conſtanter exaratur. Aſt tertio loco habetur* Stertii, Stertiæ, Stergiæ *&* Sturiæ : *ultimo autem loco* Hieremiæ, Ineriæ, Yenæ, *& frequentius* Hieriæ. *Hinc quæ potiſſimum nomina eſſent in titulo exarandæ, multum dubitavimus.*

DE S. THOMA MARTYRE

C F

ET SOCIIS VIRIS TER MILLE

AC NOVEM FEMINIS.

Ex Hagiologio Metrico Habeſſinorum.

Martyrium & cultum generoſi pugilis Thomæ, *cum tanto numero Sociorum, adhuc ignoraremus, niſi eorum memoriam verſibus ſuis illigaſſet Poëta Hagiologus Habeſſinus, illum ſic Æthiopice ſalutans, juxta verſionem, à Jobo Ludolfo nobis ſubmiſſam.*

2 Salutem tibi, Thoma, gravi flagello, & ferreis cuſpidibus præfixo, caſtigate ; ſed ita acſi ferientis manus deſtituta viribus fuiſſet. Saxum quod collo tuo alligatum fuit, conterat, velut vas fictile, caput hoſtis mei Sathanæ, quocumque loco fuero. *Ubi ſignificari videtur crudeliter flagellatum quidem, ſed nihil læſum, alligato ad collum ſaxo, mari aut flumine merſum obiiſſe Sanctum. De Sociis ibidem ſic ſcriptum lego.*

3 Salutem vobis Thomæ ſociis, ter mille viris & feminis novem, qui in die paſſionis atque martyrii ipſius, voluiſtis cum eo vitæ coronam adipiſci. Venite ad me viſitandum de cælo. *Hoc autem tam certa prece non peteret Poëta, niſi in ipſius Thomæ Actis, quæ optamus nanciſci, legiſſet, non ſolo voto, ſed reipſa Martyres omnes factos. Palæſtram tam glorioſi certaminis exiſtimo Ægyptum fuiſſe. Conjecturæ talis rationes vide ad diem* 1 *Junii ubi de Martyrum millibus decem ex hoc eodem Hagiologio.*

K DE

A D

DE SANCTO APHRODISIO,

MARTYRE IN CILICIA

Certaminum Synopsis, ex Galesinio & Menæis Græcorum.

G. H. *Cultus sacer.*

Hilippus Ferrariis, in Catalogo generali ad hunc XXI *Junii*, In Cilicia, *inquit*, S. Juliani Martyris sub Marciano Præside. Ibidem S. Aphrodisii Martyris sub Dionysio Præside. *De S. Juliano, Anazarbeno dicto, egimus die* XVI *Martii. Pro* S. Aphrodisio *allegat Ferrarius* Græcorum Menologium & Galesinium, qui tamen illum Amphrodysium nominat. *Verum errore typographico : nam in Notationibus* Aphrodisium *scribit, & ista addit*: Cujus res pro Christi gloria actas, Græce scriptas, Latine reddimus,

B *hoc modo.* Eodem die S. Aphrodisii Martyris. Is, Cilix Christianæ religionis colens, capitur, indeque ad Dionysium Præfectum à fide aversum perductus, Christum verum Deum esse libere profitetur. Quam ob rem candentibus laminis adustus, post in ollam liquato plum-

Elogium ex Galesinio. bo ferventem conjicitur : tum feræ teterrimæ objicitur : à quibus periculis divina ope ereptus est. Itàque rei admirabilitate perspecta, multi se Christi fidei adjunxerunt : quam libere constanterque datis etiam cervicibus professi sunt. Qua animadversa re, Præfectus animo ad iracundi profuso, saxum medium secari jubet. Quo exciso Martyr illius mandato inclusus, satellitum vi tamdiu arctus & adstrictus est, quoad animam Deo reddidit. *Hæc Galesinius, sua liberiori phrasi Latine reddens, quod in Menologio citato, scilicet Cardinalis Sirleti, compendiosius refertur; in Menais autem excusis sic Græce legitur.*

Aliud ex Menæis

2 Οὗτος ἦν ἐκ τῆς Κυλίκων χώρας, τὸν Χριστὸν ἄνωθεν σεβόμενος καὶ προσκυνῶν. Συλληφθεὶς δὲ, καὶ Διονυσίῳ τῷ Ἄρχοντι προσαχθεὶς, καὶ τὸν Χριστὸν εἶναι ἀληθῆ Θεὸν ὁμολογήσας, πεπυρωμένοις σιδήροις τὰ νῶτα καταφλέγεται, καὶ εἰς λέβητα μολίβδου πλήρη καχλάζοντα ἐμβάλλεται, καὶ

C κεφαλῆς κρέμαται. Καὶ θαυμαζόντων ἐκ πάντων ῥυσθεὶς, ἐπιφανείσης ἐν τῷ θεάτρῳ λέαινα, αὐτῷ ἀπολύεται· καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθεγξαμένη, πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐπεσπάσατο. Οἱ δὲ τὸν Χριστὸν παρρησίᾳ κηρύξαντες, τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. Τοῦτο δὲ ὁ τύραννος θεασάμενος, κελεύει πέτραν μέσον διαιρεθῆναι, καὶ ἅμα τῇ διαιρέσει τὸν Ἅγιον ἁπλωθῆναι, ἄνωθεν δὲ τοῦ τμήματος ἐπιτεθέντος παρὰ πέντε καὶ πεντήκοντα στρατιωτῶν, ὡς παρευθὺς τὸν Ἅγιον τῇ ψυχῇ ἀφιέναι, καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδύσεσθαι.

3 Hic fuit è regione Cyliciæ, Christumque à prima ætate coluit & adoravit. Comprehensus vero & ad Dionysium Præsidem adductus, cum Christum verum Deum esset pro- *Latine redditum.*
fessus, ejus mox tergum laminis candentibus E
aduritur, ipseque in lebetem liquato plumbo ebullientem immittitur, & inverso capite tuspenditur : verum miraculose ex omnibus liberatur. Adducta in theatrum leæna in ipsum adigitur : quæ humana voce locuta, multos Paganorum ad fidem Christi attraxit qui omnes Christum constanter aperteque professi, capitibus mulctati sunt. Quod ubi tyrannus vidit, jussit saxum per medium secari, & simul Sanctum supra unum segmentorum extendi, altero superinjecto à militibus quinquaginta quinque ; atque ita factum est ut continuo spiritum exhalarit, & martyrii coronâ fuerit redimitus.

4 *Scio equidem, nihil Deo impossibile esse ; & asinam Balaam voce humana locutam ; sed cum in Passionibus Martyrum, quæ neque primæ* D. P.
nec secundæ sunt notæ, (*ut sunt illæ quæ ex Præfidialibus Actis redemerunt Christiani quæque ipsa simplicitate sua se probant genuinas ; aut eæ quæ ex recenti post persecutiones memoria conscriptæ à fidelibus fuerunt, graviter modesteque*) *cum, inquam in hujusmodi primæ secundæve notæ Passionibus, miracula talia numquam legantur ; non erit accusandus de tarditate ad credendum, quisquis dubitaverit, an satis certa & antiqua Acta præ* F
oculis habuerit compendii illius Auctor, ut fides miraculo tali sit necessario adhibenda.

Non videntur hæc scripta ex Actis magnæ fidei.

DE SANCTA DEMETRIA

VIRGINE MARTYRE ROMÆ.

G. H.

Ejus obitus, ex Actis Sororis S. Bibianæ ; cultus ex Martyrologiis.

AN. CCC-LXII.

Familia sancta,

Illustris fuit familia Romæ SS. Bibianæ & Demetriæ, Virginum sororum, *& qui ipsas mundo genuerunt* parentum SS. Flaviani & Dafrosæ *qui omnes una cum* S. Pigmenio Presbytero, *sub impio Iuliano apostata, gloriosam coronam fuerunt adepti ; sed Acta martyrii fuisse valde depravata, indicavimus tum die* IV *Ianuarii, ad Natalem* S. Dafrosæ matris ; *tum* XXIII *Martii, ubi egimus de* S. Pigmenio Presbytero ; *omnium difficultatum examen ultimum posteris relinquimus, memoriam* S. Bibianæ *illustraturis die* II *Decembris, qua ipsa solennissimam venerationem in tota Ecclesia habet, propter propriam* Romæ ecclesiolam, S. Bibianæ nomine dicatam, quam Urbanus VIII instauravit, Sanctarum Bibianæ, Demetriæ & Dafrosæ corporibus in ea repertis, & sub ara maxima collocatis ; *sicut dicto die sub finem lectionis*

A *ctionis ſextæ quotannis in Officio Eccleſiaſtico recitantur*. S. Flavianus, *Virginum pater, colitur* XXII *Decembris*; Poſt cujus in exilio deceſſum, *inquit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ hoc* XXI *Iunii*, Apronianus Præfectus Dafroſam, nolentem Deos venerari, cum non multos poſt dies capite plecti juſſiſſet, Demetriam & Bibianam ſorores ad ſe adduci imperat: quæ cum neque blanditiis, neque minis deterreri poſſent, ſed in fidei confeſſione conſtantiſſime reperirentur; in ipſa fidei confeſſione Demetria reſponſura, ſpiritum Deo reddidit XII Kalendas Julii: cujus corpus apud matrem à Joanne Presbytero ſepultum eſt. *Hæc ibi. De hac Sancta ad hunc* XXI *Iunii iſta ſcripſit Uſuardus:* Romæ S. Demetriæ Virginis. Hæc cum ante impium Julianum pro fide Chriſti introduceretur, in confeſſione ſpiritum emiſit. *Verum illud ſub Aproniano Juliani Præſide factum eſt, & ipſi Juliano male attribuitur. Interim idem habent Ado, Notkerus, Bellinus aliique recentiores. In Martyrologio Romano primo loco ipſa Sancta indicatur his verbis*: Romæ S. Demetriæ Virginis, quæ ſub Juliano apoſtata martyrio coronata eſt. *Maſinus in Bononia perluſtrata eamdem retulit, propter aliquas ejus Reliquias apud Patres Teatinos, in eccleſia S. Gabrielis prope portam Ravegnatam, aſſervatas.* D

Demetriæ martyrium

cultus.

DE VENERABILI EUSEBIO,

EPISCOPO CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

D. P.

Cur is hoc die & loco à nobis referatur?

B ANNO CCCLXX. *Licet inter Hieronymiani Martyrologii ecgrapha, hactenus reperta, vetuſtiſſimum omnino ſit Epternacenſe, quod ſancto illius monaſterii fundatori Willibrordo in uſu fuiſſe, aut ſaltem ex tali quo uſus ipſe ſit integerrima fide deſcriptum ante annos fere nongentos, manifeſtum eſt; non tamen ideo præferendum eſſe ipſum multo recentiori Lucenſi, ex utriuſque ad invicem collatione pronuntiavit Henſchenius; & accuratius etiam utrumque ſcrutatus Franciſcus Maria Florentinius, deprehendit, Gallicanis Sanctis pluries adjectis videri in Gallia auctum, itàque allatum eſſe in Angliam, unde illud vel ejus exemplar antiquius in Belgium attulit* S. Willibrordus. *Merito igitur appendit idem Florentinius, quod in Lucenſi ſuo ecgrapho hoc ſolum de* Euſebio *legatur*, In Cæſarea depoſitio S. Euſebii Epiſcopi: *id enim etiam in ſuo Martyrologio ſecutus eſt Notkerus & qui Bedæ Martyrologio genuino hac die vacanti Supplementa adſcripſit in Barberino Romæ Ms. Et vero credibile eſt, nihil ultra ſcriptum in originali primo fuiſſe; deinde, cum duæ eſſent* Cæſareæ, *præ aliis ejuſdem nominis urbes celebres, altera in* C Cappadocia, *altera in* Palæſtina; *& utrobique fuerit* Epiſcopus Euſebius, *magni uterque nominis, unus S. Baſilii ordinator & deceſſor; alter Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor; cœptum diſceptari, uter eorum hic deſignaretur.*

Cum in ſinceriori mſto Hier. ecgrapho

ſimpliciter nominaretur Cæſarea,

2 *Pro* Cappadoce *ſenſerunt Monachi Corbeienſes & Dionyſiani in Gallia quorum Conſuetudines apud Martynæum præſcribunt ei agendum feſtum* trium Lectionum; *quas utinam aliunde nanciſceremur, certius declaraturas quod dixi. Illos ſequebantur forſitan alii multi, nobis ignoti; abominantes ſcilicet memoriam* Palæſtinii Euſebii, *addo manifeſte cenſurati à S. Hieronymo, velut ante* Nicenam *Synodum Arriani, poſt eam vero numquam ſerio hæreſim execrati; utpote qui palam retractare ſubterfugiens male aſſertas ſolum conatus eſt ſe excuſare Eccleſiæ, quaſi hæreticorum opinionem numquam ipſe tenuiſſet, ſed Synodum in ſuam Ὁμοιουσίους traxiſſet ſententiam per quam τὸ Ὁμοῦσιον pacis causâ ſubticeretur. Favit interim, etiam in ſua hiſtoria, ubique Arrianis; eoſque ut plurimum excuſare niſus eſt quemadmodum præ-*

alii de ſua adalderunt, in Cappadocia:

clare demonſtrat Florentinius, inter Annotationes ad prævias Hieronymiano Martyrologio Epiſtolas, Exercitatione gemina: quarum una eſt, An Euſebius Cæſarienſis ſanctitatis titulo, quo ab aliquibus inſignitur, ſit exuendus; *altera contra Hadrianum Valeſium Euſebii interpretem & commentatorem noviſſimum, ſuſcepta eſt*, Pro S. Hieronymi ſententia, contra Euſebium Cæſareenſem, de Arianiſmo inſimulatum. *Ergo in Corbeienſi apographo ſic legitur*. In Cæſarea Cappadociæ depoſitio S. Euſebii Epiſcopi. E

3 *E contrario Epternacenſe Ms. ait:* Cæſareæ Paleſtinæ, Euſebii Epiſcopi & Hiſtoriographi. *Florus quoque Lugdunenſis, qui multos dies Bedæ vacantes bis ſupplevit, in Atrebatenſi, Tornacenſi ac Latienſi Mss. ita loquitur*. In Cæſarea Palæſtinæ, depoſitio S. Euſebii Confeſſoris, qui in ſcripturis divinis ſtudioſiſſimus, & bibliothecæ divinæ cum Pamphilo Martyre diligentiſſimus inveſtigator fuit. *Tacet Ado, nec ſcio quinam* recentiores *ſint conati ipſum in hanc ſententiam trahere, abſque nomine indicati à Florentinio. Uſuardus reſtringere ſolitus Bedæ ac Flori longiora elogia, ſic legendum præſcripſit* Cæſareâ Paleſtinæ, S. Euſebii Epiſcopi & Confeſſoris, viri excellentiſſimi & Hiſtoriographi. *Cum autem Uſuardi Martyrologium, præ aliis quibuſcumque placuiſſet Eccleſiis Gallicanis, utpote unius ubique formæ, neque nimia brevitate obſcurum, aut inæquali partium quarumdam prolixitate moleſtum; etiam illius uſus à ceteris omnibus Occidentis Eccleſiis, ipſaque Romana, paulatim ſuſceptus eſt; & ſic* Cæſareenſis Euſebius *ubique commemorari cœpit, ut* Sanctus; *paulatimque in animos irrepſit opinio, de ſeria atque integra illius ante obitum pœnitentia, nullo alio ſolido argumento probata hactenus, judice Florentinio, poſt eas omnes auctoritates expenſas, quas in illius favorem Valeſius profert.* F

alii, in Paleſtina:

4 *Ita jam communiter receptus in Faſtos locum ille tenuit, quouſque Gregorius* XIII, *Romanæ Eccleſiæ Martyrologium, ſeu potius Uſuardi, ad illius morem aptatum, reformandum tradidit eruditis quibuſdam viris, ac nominatim Cæſari Baronio poſtea facto Cardinali. Hic Annalibus eccleſiaſticis condendis intentus, cum hinc quidem* Euſebio Cappadoci *minus afficeretur, ob eam quæ*

Baronius. expuncta Cæſarea,

A AUCTOR. D. P.

Jubstituit S. Eusebium Samosatenum ex die 22;

ipsi aliquando cum S. Basilio fuit controversiam; inde Palæstinum *inter Sanctos sustinere non posset; didicisset autem ex Sirleti Menologio, proxima die à Græcis coli insignem Christi pugilem,* S. Eusebium Episcopum Samosatenum *in Syria, suis in opere illo collegis persuasit, ut repudiatis ambobus illis, crederent originarium vitium latere in nomine urbis, quo, pro* Samosatâ, Cæsarea *obrepserit primo Martyrologii conditori; quem tamen verosimile est fuisse Hieronymum, certe antiquissimum esse constat. Itaque in Notis ad sic reformatum Martyrologium, quasi gloriabundus hortatur,* ut insignem Martyrem in Martyrologium quasi postliminio redeuntem, meritis illum præconiis venerantes digno etiam suscipiamus honore.

sed ut potuerint facile commutari vicini duo dies,

5 *Equidem agnosco, Martyrologiorum descriptores, sæpe per oscitantiam commisisse, ut Sanctos ab uno ad alium, præsertim proximum diem trajicerent; sed quam hoc variis de causis facile potuit contigisse; tam parum pronum est suspicari, commutata per aliquam inadvertentiam inter se nomina, præsertim toto cælo disparatissima ut sunt* Cæsarea *&* Samosata. *Omnino igitur retinendam* Cæsaream *censeo, ex mente Auctoris: & quoniam minus verosimile est eum patrocinari voluisse homini, passim Arianismi insimulato; propendeo in prædictum* Cappadocem, *ab ipsomet Basilio insigniter pluriesque laudatum. Hunc in tractatu de Basilio ostendimus ordinatum Cæsareæ suæ Episcopum anno* CCCLXII, *defunctum circa* CCCLXX; *neque est cur vereamur suspicari, mortuum sanctè fuisse, & anniversarium Cæsareæ celebratum hoc ipso die. Nam quod hodiernis Græcorum ritualibus nusquam adscriptus inveniatur Sanctus hic Episcopus, minus mirum videbitur consideranti, libros illos longius à Cappadocia, à SS. Saba & Damasceno in Palæstina restitutos, vix alios haberi quam suppletos ordinatosque ad usum Constantinopolitani Patriarchatus; cujus suprema jurisdictio in Cappadoces primum cœpit in Concilio Calcedonensi anno* CCCCLI.

B

non item dissimillima urbium nomina.

C

6 *Neque novum nobis accidit Orientalis Ecclesiæ Patres aliquos, quorum nulla in Meneæis Græcorum memoria extat, invenire adscriptos Latinorum Fastis; non solum recentioribus, quos Baronius liberaliter implevit novis inde acceptis Sanctis; sed etiam vetustioribus, puta SS. Gregorio & Nonna, Gargonia & Cæsario, Nazianzeni; Petro Sebasteno & Macrina, Basilii parentibus ac germanis. Quia tamen non idem mihi licere hoc in genere scio, quod licuit Baronio; in referendo hic* Eusebio Cappadoce *solum usus sum titulo* Venerabilis. *Utar autem & Exercitatione illa, quam suis ad hunc diem Notis prælaudatus Florentinius inseruit, utpote ea omnia erudite complexam,* quæ pro ejusdem sanctitate asserenda possint aliquando ad trutinam revocari; & Romanæ Ecclesiæ judicio (si ita videatur iis, quibus ea provincia demandata fuerit) probari vel infirmari valeant. *Nihil per hoc decedet* Samosateno, *quandoquidem eum relinquamus ipso, quo eum Græci semper coluerunt die, tamquam magis proprio. Quod* Sancti *duo* Albani *Martyres, unus in Germania, alter in Britannia duos consequenter dies triumpho suo consecraverint, incredibile non videtur; cur pro iisdem diebus incredibile videatur, duos* Sanctos Eusebios *eosque amicissimos inter se, diversis annis sic obiisse, ut eorum natales mutuo sibi cohæreant in Fastis? Nam & hoc Decessoribus meis Bollando & Henschenio accidit quorum hic* XI *iste* XII *Septembris obiit. Ex tali autem dispositione nostra non alterabitur causa Eusebii Historiographi, pro cujus hinc Arianismo, inde orthodoxia denuo acriter disceptatum est nuper inter eruditos duos heterodoxos, in Anglia unum, alterum in Hollandia, quorum hic Auctor Bibliothecæ universalis Tomo* X *contra Eusebium, alter in scriptorum Ecclesiasticorum Historia litteraria pro illo facit: hos adeat quibus auctores utrimque allegati non sufficiunt.*

D

Quare retinetur hic Cappadox cum titulo Venerabilis.

E

EXERCITATIO

FRANCISCI MARIÆ FLORENTINII LUCENSIS

Qua in opinione sanctitatis apud coævos Patres hic Eusebius fuerit.

F

§. I. *Eusebii ad Episcopatum electio à Gregorio Naz. patre & filio probata.*

Proponit Auctor contra Baronium,

1 UT Basilium Magnum, univeræ Ecclesiæ lumen, laudibus extolleret Nazianzenus; & Gregorium Patrem suum, cui oratorio stylo parentabat, apposite laudaret; perfunctorie quidem de Eusebio, Cæsariensis Ecclesiæ ante Basilium Episcopo, egit; verum non ita obscure, ut beati illius viri merita & characteres non exprimeret. Acerrimi vir judicii Cardinalis Baronius, in sanctos Ecclesiæ Doctores omni jure propensus, animadvertens inter hunc Eusebium & S. Basilium simultates aliquas intercessisse, dum omnem diffidii causam in Eusebium retorquet, non modo in Sanctorum Episcoporum classem eumdem non retulit, neque proprio calamo laudibus de more ornavit; sed potius, ne posteri ipsum quodammodo magni facerent, ad annum 362, num. 63, monita Nazianzeni in deteriorem partem accepisse monstravit. Nostræ exiguitatis non est cum tanto Viro pugnare, neque sanctitatem alicui asserere. Verum cum alius Cæsariensis Cappadociæ Episcopus nobis non occurrerit nomine Eusebius, non alienum ab instituto nostro putavimus, pro Eusebio Magni Basilii decessore, ea fideliter adducere, quæ in vetustiori Martyrologio locum illi fuisse aliquando affignatum suadere potuerunt. Igitur cum tempore Iuliani Apostatæ & Valentis Arriani, Eusebium Cæsariensem, eximiæ pietatis virum, à S. Gregorio Theologo, & synchrono scriptore nuncupatum viderem; & in persecutione atrocissima Iuliani & Valentis impollutam fidem orthodoxam tenuisse, pluraque fortiter sustinuisse, apud eumdem sanctum Doctorem animadverterem; Confessoris strictissime vocati titulo decorandum apud eumdem etiam colligi posse succurrebat. Dum tamen Eusebii ejusque vitæ spicilegium contexo, sanctitatis judicium non assumo: sed id omnino

sic agere pro Eusebio Cappadoce,

ut Ecclesiæ judicium non prævertat.

S. Ro-

A S. Romanæ Eccleſiæ me relinquere profiteor.

2 Euſebius, vir Illuſtris, & ſecularis doctrinæ ornamento decoratus, ac ex orationibus S. Gregorii Nazianzeni eximia probitate præditus, nondum Baptiſmo ſalutari abluus, renuens & coactus Cappadociæ ſummam Cathedram aſcendit: & quamquam per populi tumultuantis voces & vim, eo modo quo etiam Magnus Baſilius ejuſdem ſucceſſor, Sedem illam deinde accepit, catholicum tamen vereque electum Epiſcopum fuiſſe Nazianzenus non dubitavit affirmare; ſicuti mordicus exiſtimavit Gregorius ſenior, & Gregorii Theologi pater. Is tamquam ſanctus à Græcis veneratus Kal. Ianuarii, non modo præſens in Euſebii electionem conſenſit, ſed pro viribus adverſus Iuliani Apoſtatæ Præfectum illius nomine perſecutorem, & contra illos, qui titulo religionis Euſebium de Sede deturbare conabantur, ſtrenue dimicavit. Rem omnem proſequitur S. Gregorius Nazianzenus filius, tum in Oratione 27 de Patris funere, tum in funebri S. Baſilii laudatione, in qua ingreſſum Euſebii ad Cæſarienſem cathedram, Iacobo Bilio interprete ſic exorditur. *Cæſareæ Cives de Archiepiſcopi creatione factioſe inter ſe contendebant (nam alter clanculum ſe abduxerat, alter requirebatur) acriſque ſeditio erat, compreſſuque ac ſublatu nequaquam facilis. Præter idem enim quod in hac re, præſertim ob fidei fervorem, natura ſua ad tumultus excitandos proclivis eſt ea civitas. Cathedræ inſuper illius ſplendor* (quinquaginta enim ſub Cæſarienſi Metropoli urbes idem Nazianzenus alibi annotavit) *& gloria contentionis acrioris cauſam afferebat.*

Gregorius Nazianz. de eo narrat,

quod cum Cæſareæ diſceptaretur de Epiſcopo eligendo,

B

3 Aderant nonnulli Epiſcopi pro novi Præſulis electione, ſed in diverſa ſtudia populi ſcindebantur: ſe enim ſubduxerat, ut conjectare licet, Baſilius jam illius Eccleſiæ preſbyter, & qui plurimis placeret requirebatur, nec inveniebatur; ut interpretatur Baronius doctiſſimus ad annum 362, num. 54. De Baſilio tamen & Euſebio hæc intelligi, quorum alter clanculum ſeceſſiſſet, alter vero etiam ſe abſcondiſſet, extra dubium videtur. *Tandem*, ſubdit Theologus, *Plebs tota uno conſenſu primarii ordinis virum* (Euſebium nempe) *unum, eximia illum quidem vitæ probitate præditum, nondum tamen divino Baptiſmo conſignatum, invitum & repugnantem corripientes, ſimulque militaribus copiis, quæ tum in urbem venerant, opem afferentibus, in ſublimi Sede collocarunt.* Temporum neceſſitate cogente, & furentibus præcipue tyrannorum gladiis, mos quidem priſcis temporibus aliquando inolevit, ut tam Presbyteri, quam Epiſcopi, nullo ſervato Clericali inſtituto, acervatim in Presbyteros vel Epiſcopos ſacrarentur, ut de Origene & Paulino Nolano, inter Presbyteros palam eſt; & de SS. Hilario Pictavienſi ac Ambroſio Mediolanenſi, inter Epiſcopos, ita conſtat, ut id Baronius in Paulino excuſaverit ad annum 394, n. 90; & in Ambroſio probatum eſſe ab omnibus Epiſcopis docuerit ad annum 375, num. 21.

ipſique Epiſcopi inter ſe diſſentirent,

plebs arreptum Euſebium ipſis obtulerit;

C

4 Sed quid in Euſebii Cappadocis electione ſimilius Ambroſianæ accidere poterat? Erat Euſebius primaria nobilitate clarus, eximia morum probitate præditus, litteris ſecularibus imbutus: oblatum pariter munus detrectabat, latebat; invitus & nondum Baptiſmate ablutus, in Cathedra ſedere coactus eſt. Quid inde? Non utique erat tam violenter intruſus, ut ſine Epiſcoporum præſentium conſenſu, vel conniventia res perficeretur. Neque revera Nazianzenus vel impietatis, aut omnimodæ violentiæ popularem conatum inſimulat: ita enim narrare pergit populi ardorem. *Euſebium Epiſcopis obtulerunt, atque ab his petiêre, ut eum ſalutari aquâ tingerent, atque Archiepiſcopum nominarent, ſuaſioni interim vim admiſcentes, non id quidem admodum graviter & modeſte, admodum tamen pie atque ardenter; nec enim cujuſquam virtus aut pietas oblatâ occaſione clarius emicuit.* Laudat igitur potius, quam damnat plebis conatum Nazianzenus, & eamdem vim infra appellat egregiam & honeſtam, præſentes potius atque ſimulantes, & conniventes aliquos Epiſcopos redarguens, atque ita Euſebii electionem proſequitur. *Coacti Epiſcopi rore purifico hominem perfuderunt, Antiſtitem pronuntiaverunt, in throno collocaverunt, manibus tamen potius quam voluntate ſinceroque animi affectu.*

D A. FLORENTINIO

Illi cum baptizatum ordinaſſent;

5 Minus quidam in hoc laudandi Epiſcopi, quia id neque detrectantes, neque ſincere perfecerunt: potuiſſent namque (ut idem Nazianzenus ſubdit) & diſcedere, & libere decernere. *Ut enim volentes lubenteſque diſceſſerunt, ac quæ vellent libere decernere potuerunt; conſilium inter ſe ineunt, haud ſcio an ſpirituale; ſed ineunt, atque omnia, quæ geſta fuerunt abrogare ſtatuunt, eamque inſtitutionem, ut minus legitime factam pro irrita habere.* Per vim ſe intruſiſſe dicebant Euſebium, cum tamen ipſe raptus ad thronum, illatam vim ſuſtinuiſſet, ut expreſſe ſubdit Nazianzenus, *Vim ei, cui non minor vis illata fuerat, obiicientes, ac ſermones quoſdam, petulanter magis, quam ſapienter, eo tempore jactatos urgentes.* Non omnes Epiſcopi hi erant, ſed nonnulli, quos Gregorius ſenior & Theologi pater, *æquus rerum æſtimator*, damnabat; *nec cum iis, qui hujuſmodi conſilium inibant adductus eſt, nec eorum ſententiam comprobavit: ſed conſtans, atque invictus permanſit, haud minus quam ſi nullam omnino vim perpeſſus fuiſſet.* Non ita repugnaverant Epiſcopi quaſi vim paſſi, unde Gregorius ſenior potius eos culpandos obiiciebat, quod periculum noluiſſent ſubire. Quapropter junior Theologus eorum conſilia, quod à ſpirituali zelo profecta non exiſtimaverat, modeſte ſe ſupra dixerat ignorare.

E

poſtea queſti ſe coactos feciſſe,

F

6 Senior igitur *cum utriſque vis allata fuiſſet, vel viciſſim accuſandos eos eſſe dicebat ſi ipſum accuſarent; vel culpa ſolvendos, ſi ipſum culpa ſolverent, vel quod juſtius erat, ne abſolvendos quidem, tametſi ipſe crimine ſolveretur.* Putaverat Gregorius in turbulentiſſimo tempore, & quando ex Iuliani Apoſtatæ ira Cæſarienſibus ingentia mala imminebant, non eſſe hæc repaſtinanda. *Longe enim ipſis honeſtius tum futurum fuiſſe periculum ſubire, atque omni ratione obſiſtere, quam inſidias poſtea moliri; eo præſertim tempore, quo veteres inimicitiæ potius eſſent deponendæ, quam novæ excogitandæ. Sic enim ſe res habebat. Aderat quippe Imperator, adverſus Chriſtianos fremens, atque hanc electionem irato infeſtoque animo ferens, graveſque in eum, qui Archiepiſcopus inſtitutus fuerat, minæ jactabantur.* Nil magis Euſebii ſanctitatem exprimere poterat, quam ejuſdem electionem Iuliano Imperatori diſplicuiſſe, in orthodoxos omnes & ſummæ pietatis viros infenſiſſimo; & fortaſſe inter illos fuerat Euſebius, de pietate à

& hoc merito culpans S. Gregorius pater,

conati ſunt irritare quod egerant:

laudat piam violentiam plebis,

A À. FLORENTINIO

Nazianzeno non ſemel laudatus, qui reliquum adhuc Ceſareæ ex gentilitate Fortunæ fanum everti curaverat, dum ſub impio & idolis addicto Imperatore, gentilitati Fortuna arrideret, ut idem Nazianzenus innuit oratione prima in Iulianum. Minabatur enim non modo propter facinus illud Cæſarienſibus Apoſtata, ſed etiam quod Epiſcopum elegiſſet.

pro homine quem Iulianus electum dolebat,

7 *In novaculæ acie ſita res civitatis erant, ab eone die in rerum natura eſſe deberet, an ſervaretur, ac clementiæ, humanitatiſque nonnihil impetraret. Ad eum enim dolorem, quem ob Fortunam ſecundioris fortunæ tempore ſolutam everſamque capiebat, nova hæc atque inſolens Præſulis electio accedebat, quam publici juris convulſionem atque oppreſſionem interpretabatur.* Exarſerat etiam in Euſebium electum, qui partes ſibi commiſſæ plebis tuebatur Præfectus Provinciæ; *& eos à quibus electus fuerat, velut accuſatores illius futuros per litteras accerſebat; non jam leniter & remiſſe, ſed minis etiam quibuſdam additis, tamquam hoc Imperator flagitaret.* Reſtitit Præfecto Gregorius ſenior, à juniore laudatus, & ad acceptam epiſtolam reſcripſit: *Nos optime Præfecte, rerum omnium quæ geruntur cenſorem unum & regem habemus, qui nunc armis oppugnatur. Is & præſentem electionem expendet, quam nos rite ac legitime atque ex ipſius voluntate fecimus.*

B *ut complicem in evertendo Fortunæ fano:*

Gregorius igitur Theologus, dum Patrem laudat, quod Præfecto aliiſque Epiſcopis electionem Euſebii minus canonice factam ex probantibus reluctaretur; quoniam non Electi renuentis & detrectantis culpa, ſed plebis, pie & ardenter virum eximia vitæ probitate præditum, aliqua admiſſa violentia expoſtulantis, electio facta fuiſſet, jam rite ac legitime electum fuiſſe Euſebium conſentit, quod à non reluctantibus Epiſcopis ordinatus *ex Dei voluntate* fuerit.

& canonice proceſſum eſſe defendit.

§. II. *Epiſcopalis adminiſtrationis laus, obnubilata per ſimultatem Euſebium inter & Baſilium.*

C *Laudat Euſebii Epiſcopalem adminiſtrationem Nazianzenus,*

8 QUalis poſtea Epiſcopus evaſerit Euſebius, quamque illuſtris Confeſſor, nec Gregorius Theologus, neque alius quem viderim ſcriptum, per acta aut ſtudio confectas laudes reliquit; ſed cum non longo tempore in Epiſcopatum vixerit, dum conſimilem in electione Baſilii tumultum excitatum idem Gregorius narrat, breviſſimum quidem, ſed illuſtre ac perſpicuum de Euſebio epitaphium conſcripſit in eadem Orat. 27 de tunere patris. *Rurſus eadem civitas* (nempe Cæſareenſis) *eamdem ob cauſam ſeditione laborabat; eo nimirum, qui honeſta & egregia vi ad Epiſcopatum pertractus fuerat* (Euſebius profecto) *celeri morte arrepto, atque ad Deum cujus cauſâ in perſecutionibus fortiter ſtrenueque decertaverat, profecto.* Hoc utique de Euſebio elogium audaciorem me fecit, ut ipſum Cæſareenſem Cappadocem, non incongrue inter Sanctos veneratum eſſe exiſtimarem. Nec minimi faciendas has Theologi laudes putabam in tunere Patris, quod præſente Baſilio eas dixerit, qui de omnibus pleniſſime conſcius falli non poterat; ut pondus hinc etiam non minus, quam à Gregorii ſanctitate, mendacium reſpuente, recipiant.

9 Nec diſſimilia de eo habere Nicephorum videbam, quippe qui lib. 11 cap. 18 illius virtutem his verbis per interpretem ornabat: *Fuit autem Euſebius in aliis rebus* (excipit diſſidium cum Baſilio, de quo infra) *vir magnus, tum certaminibus, & periculis pro pietate ſubeundis maxime ſpectatus, & quod ejus temporis perſecutio declaravit.* Irato igitur contra Euſebium Iuliano in ea perſecutione (quam idem Nazianzenus pluries omnium teterrimam vocavit, & ideo atrociorem, quod doloſe perduellis, odium in Chriſtianos celans, & martyrii gloriam invidens, carnificinam interim exerceret) quanta paſſus fuerit Euſebius, dum ſtrenue pro Deo decertaſſe S. Gregorius idem teſtatur, coniectari quidem licet, affirmare in omnium ſilentio non licet. Non una illi fuit perſecutio, quod in perſecutionibus fortiter pugnaverit; Nam & ad Valentis Imperatoris Arriani tempus pervenit; qui arrepta occaſione diſſidii inter Euſebium Archiepiſcopum & Baſilium Presbyterum, adverſus Catholicum Euſebii gregem expeditionem ſuſcepit, non urbem, ſed animas diſcerpturus. In hac non minori procella quomodo ſe geſſerit Euſebius, & quam ſtrenue repugnaverit, idem Nazianzenus, in laudes Baſilii intentus, innuit potius quam narrat Orat. 30.

D *itemque Nicephorus:*

quorum, ille perſecutiones toleratas expendit,

E

10 Seceſſerat propter diſſidium in Pontum Baſilius, *cum inſtitit repente nubes, grandinis plena & pernicioſe ſtridens, quæ Eccleſias omnes, in quas incidit, proſtravit; & quaſcumque invaſit Imperator* (Valens inquam, Arrianus pervicaciſſimus) *auri amantiſſimus, & Chriſti hoſtis infenſiſſimus, ac duobus his graviſſimis morbis laborans, inexplebili nimirum avaritia & blaſphemia poſt perſecutorem perſecutor, non quidem Apoſtata, ſed nihilo tamen meliorem ſe Chriſtianis præbens.* Hunc pergit narrare Nazianzenus expeditionem adverſus Eccleſiam Cæſareenſem ſuſcepiſſe, non urbem, non domus, quæ iterum extrui poſſent, expugnaturum; ſed animas ipſas immortales diſtracturum. Impetum cum eo faciebat exercitus eo dignus, *nefarii Eccleſiarum Antiſtites, ſævi orbis illius Tetrarchæ, qui ipſius imperio & ditioni ſubjacebant.* Venerunt hi Cæſaream, ut Eccleſiam illam in deditionem acciperent. In tanta rerum perturbatione explicanda Nazianzenus, ut Baſilium illius deinde Eccleſiæ propugnatorem, in Euſebii auxilium accurentem enixius (ut par erat) laudaret; quædam quæ in Euſebio deſiderari tunc videbantur attingit.

abſente Baſilio,

& Valente imp. orthodoxos Cæſareæ tentante.

11 Horum nonnulla ex rei eccleſiaſticæ imperitia, aliqua quod adminiſtrum non haberet Baſilium, accidiſſe exiſtimavit: inquit enim, *Magnum ergo certamen propoſitum erat; non ignava etiam multorum alacritas, ſed infirma erat acies, utpote propugnatore carens ac perito artifice, tam in doctrinæ quam in ſpiritus facultate.* Vocatum proinde Baſilium, amore Dei inflammatum, adveniſſe ſtatim addit, in cujus laudes declamabat. Dum vero quantum adventus ejus Cæſaream opportunus fuerit, narrare Theologus aggreditur; & hæc addidit de Euſebio ac Baſilio. *Ille plebem ducebat* (nempe Euſebius) *hic* (nempe Baſilius) *ductorem; atque inſtar cujuſdam leonum curatoris, præpotentem ſcite cicurabat. Namque ut nuper in ſublimi Cathedra conſtitutus, ac terreni nonnihil adhuc ſpirans, nondumque in his quæ ſpiritûs erant numeris omnibus abſolutus, magniſque fluctibus invaleſcentibus at-*

Ad iſta non ſatis inſtructo Euſebio

auxilio venit ac cerſitus Baſilius.

A *atque ingruentibus Eccleſiæ hoſtibus, opus habebat homine, qui eum manu ductaret atque fulciret.*

Epiſcopi defectum ſuppleturus.

12 Ex his verbis puto Baronium doctiſſimum anſam accepiſſe, de Euſebio non ita bene ſentiendi. Atque, ut candide loquar, meminiſſe etiam oportebat, non animi virtutem in nupero Epiſcopo Euſebio Nazianzenum deſideraviſſe, ſed Eccleſiaſticam doctrinam & rerum ſpiritualium notitiam. Cum hæreticis enim, non cum gentilibus, pugna tunc invaleſcebat: & quamvis generoſus in propugnando, & in ſæcularibus doctrinis Euſebius eſſet inſtructus, & naturali candore & perſpicacia præditus, mendaciiſque adverſiſſimus (ut ep. 20 eumdem pingit Nazianzenus) repente tamen raptus ad infulas, nondum ſpiritualis armaturæ ac doctrinæ peritiam habebat, ut in tanto Eccleſiarum turbine, omnia ad amuſſim componere poſſet ac propugnare. Duo igitur per Epiſcopatus initia in Euſebio deſiderari poſſe videbantur, quæ reprehenſione digna animadverterat Gregorius. Diſſidium nempe cum Baſilio, in quo fortaſſe culpâ non caruit; deinde major in rebus divinis B peritia. Sed à plebe nimis ardenter Cathedram aſcendere coactus, & ab Epiſcopis non reluctantibus conſecratus, excuſari in hoc poterat; non ita de concepta & enutrita ſimultate cum Baſilio quem, ſcientia ad hæreticorum laqueos diſſolvendos aptiſſimum, longius abeſſe ſuſtinebat, & non revocabat; & in hoc aliquid humani paſſum eſſe Euſebium Nazianzenus affirmat.

Diſſidium illud,

13 Sane in hoc paululum eſſe immorandum video, & explicandum, an in eo aliquid culpabile apparuerit; & quomodo in reconciliatione ſe geſſerit, quibuſve modis agnita veritate ſe purgaverit, ac pœnitentiam non diſtulerit; deinde quantis poſtea exantlatis laboribus, in brevi vitæ quod ſuperfuit curriculo, ſecundæ perſecutionis agonem fortiſſime expleverit. Ita ergo, Baſilii laudes percurrens Nazianzenus, de hoc diſſidio diſſerit: *Cum Baſilio ſimultatem quamdam is qui proximus ante eum Eccleſiæ præerat exercebat: quibus autem de cauſis, aut quomodo præterire ſatius eſt; exercebat tamen; vir cetera quidem non ingeneroſus atque eximia pietate præditus, ut perſecutio tum temporis exorta, & acris adverſus eum ſuſcepta contentio perſpicue declaravit; ſed tamen in Baſilio humani aliquid paſſus. Neque enim viles tantum & plebeios, ſed etiam præſtantiſſimos quoſque viros Momus attingit; ut ſolus Dei ſit omni peccato atque animi perturbatione vacare.*

C

ex ſuſpicione Euſebii de Baſilio ſibi adverſante ortum,

14 Eruperat contra Euſebium Epiſcoporum aliquorum, ut vidimus, turbo; qui etſi ipſum adhuc Cathecumenum Baptiſmo abluiſſent, & in Epiſcopum ordinaſſent, pœnituerat tamen; incertum, ut diximus, an zelo divino vel humano. Hinc in clero, ac plebe orta eſt diviſio, præſertim ſciſſuram foventibus Arrianis. Pro orthodoxis Euſebium ſtetiſſe dubitari nequit, toties à Nazianzeno in perſecutione laudatum; & qui Sozomeno teſte lib. 6, c. 12, ſub Ioviano Catholico principe Antiochiæ cum aliis Omouſion tenendum eſſe ſtatuerat, & in concilio Tyanenſi, ſub Valentiniano & Valente, cum Occidentalibus & Romano Pontifice ſenſerat: & tamen ſciſſura magna erat. Nam quamvis fugâ lapſus Baſilius eſſet, cum tamen eodem tempore, quo Euſebius ordinatus eſt, & ipſe D quæſitus fuiſſet ad infulas, innocenter quodammodo turbas fovebat. Nazaræi ſiquidem, ita Monachos vocat Gregorius, quorum princeps ipſe Baſilius, jam Preſbyter & doctrinâ clarus reputabatur, tumultuabant; quippe qui *turpe & indignum eſſe arbitrati ſunt, principis ſui contumeliam repulſæque injuriam diſſimulanter ferre*; vel quod in electione rejectus Baſilius ab Euſebio minoris fieri videretur, & à Synodis aliiſque Eccleſiæ conventibus rejiceretur. Fortaſſe etiam, quod Baſilius ipſe, Cæſarienſi Presbyterio ac doctrinâ clarus, dum non ita demiſſe ſe erga novum Epiſcopum gereret, alicujus pervicaciæ inſimularetur, ut Nazianzenus ipſe obſcure indicavit, cum à ſe recuſatum honorem innuens, de ipſo ait, *Atque à nonullis, qui rationum illius ignari erant, faſtus inſimulari maluit, quam aliquid facere, quod rationibus conſiliiſque ſuis adverſaretur.* Unde Abbas Uſpergenſis in Chronico (ut mos ſchiſmaticis eſt apertius in Sanctos oblatrandi) anſam arripuit dicendi, Baſilium ex nonnullorum ſententia ſuperbiæ vitio laboraſſe, quemadmodum notat etiam Bilius in hujus Orationis E ſcholio.

A. FLODARENTINIO nutriebant Monachi pro Baſilio zelantes,

nec forte ſine aliqua Baſilii culpa;

15 In idem etiam collimare videtur Sozomenus, non ita ſincerus ſcriptor, qui lib. 6, cap. 15, *ut eſt Latine redditus*; *Baſilius* inquit *non alia de cauſa in monaſterio Ponti vitæ quietæ ſe dederat, quam uti Eccleſiæ, quæ ceteroqui rebellione Arrianorum graviter exagitabatur, etiam ſuâ cauſâ aliquid damni acciperet.* Narraverat ante inter Baſilium, & Euſebium ſuſceptas fuiſſe inimicitias, & ex illius receſſione in Pontum populum, & maxime eos qui animi magnitudine & ſapientiâ excellebant, Euſebium ſuſpectum habuiſſe, *veluti cauſam, cur Baſilius, vir ob piam vitam & eloquentiam ſingularem ab omnibus pleno ore laudatus, inde fugeret.* Qui autem eſſent in Euſebium concitati, & qui civilem contentionem foverent, ita eadem Orat. 30 notat Nazianzenus. *Et adverſum eum* (Euſebium nempe) *concitatur Eccleſiæ pars ſelectior & ſapientior; ſi modo ſapientiores ii habendi ſunt, quam reliquum mortalium vulgus, qui ſeipſos à mundi conſortio ſegregarunt, ac vitam ſuam Deo conſecrarunt* (*Nazaræos noſtrates dico*) *atque in hujuſmodi res præſertim maxima animi contentione incumbentes: qui turpe & indignum eſſe arbitrati principis ſui contumeliam repulſæque injuriam diſſimulanter ferre, periculoſiſſimum facinus aggrediuntur. A magno, & ſeditionis experte Eccleſiæ corpore deficere ſeſeque abrumpere conſtituunt.*

cujus fuga Euſebium populo ſpectum faciebat,

16 Ne vero quis dubitaret eorumdem Monachorum Principem alium quempiam eſſe, ex primo Clericorum ordine, præter Baſilium, qui repulſam paſſus fuerit; audiendus eſt idem Nazianzenus, dum momenta rationum de ſchiſmate illo adducturus, Baſilium deinceps non tacuit, & de Nazaræis ſeu Monachis ita narrare pergit, poſt adducta poſtremo loco poſtrema verba; *Non exiguam quoque multitudinem in ipſius partem amputantes, tam eorum qui plebeio ordine cenſebantur, quam eorum qui magiſtratus gerebant. Idque autem ob tres cauſas, eaſque firmiſſimas, perfacile erat. Primum enim Baſilius tanta apud omnes veneratione erat, quanta haud ſcio, an quiſquam noſtræ ætatis philoſophorum; eamque vim habebat, ut cohorti ſuæ ſi voluiſſet animum & fiduciam afferre poſſet.* Id certe

uti ex Nazianzeno colligitur,

A A. FLORENTINIO Basilius non præstitit, sed potius fugam meditatus est & secessit in Pontum. At quia turbæ jam erant excitatæ, & ex ipsius repulsa ac magna apud omnes existimatione nequaquam difficile erat in Eusebio suspiciones excitari, ne Basilius easdem foveret; præsertim dum illius æmuli (plures enim fuisse etiam post Episcopi mortem dilucide alibi narrat Nazianzenus) falsis rumoribus & calumniis apud Eusebium, jam in suspicionem versum, eum traducere conarentur.

17 Spirabat adhuc Eusebius, ut ex eodem Nazianzeno diximus, nonnihil secularis generositatis; & naturâ magnanimus, iraque non facile ut leo comprimens, in Basilium ferebatur, quem contra ipsum dissentiones nutrire, ex ipsius (ut vocat Nazianzenus) cohorte non prorsus temere suspicabatur. Poterat quidem Basilium, virum irreprehensibilem & ecclesiasticâ doctrinâ calamitosis illis temporibus apprime clarum ac opportunum, majoris existimare, ad se allicere, ad synodos vocare, ut Arrianis majori potentia obsisteret: sed humani aliquid passus, nonnihil tardius è Ponto B revocavit. Revocavit tamen generose; vel potius, insigni Christianæ humilitatis exemplo, non modo primus & tantò dignitate superior, ad Basilium scribens; sed legationem adornans, dum interim titulo defensoris Ecclesiæ Cæsareensis, una cum Gregorio Nazianzeno, ipsum decoraverit. Sed pergamus primum turbas excitatas referre; mox gloriosum, tam ipsi quam Eusebio, Basilii reditum absolvemus.

licet in Eusebio quoque culpa esset aliqua:

quam tamen generose correxit.

18 Potuisset Basilius, ut jam ex verbis Theologi vidimus, suas cohortes in schismate contra Eusebium firmare, sed noluit; nec tamen difficile fuisset; nam qui negotium Episcopo faciebant, hoc jactabant, quod Eusebius, *propter tumultum in ipsius electione coortum civitati suspectus erat, ut non magis rite ac legitime, quam tyrannice, Præfecturam consecutus esset.* Aliam etiam attingit Nazianzenus dissidii illius seu schismatis causam; nempe occidentales quosdam Episcopos, *qui orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant.* Hos putat Billius in scholio num. 53, Luciferum Calaritanum & Eusebium Vercellensem fuisse, Româ Cæsaream missos ad Ecclesiam illam tranquillandam. C Equidem hi jam inter se divisi ad invicem erant: Lucifer enim, quæcumque dissidii cum Eusebio Vercellensi causa fuerit, jam se ab ejus communione & ecclesiæ segregaverat imperante Juliano; & quamquam Luciferiani se pro Catholicis venditarent, pars revera Catholica cum S. Eusebio Vercellensi consentiebat, quemadmodum Baronius ad annum 362 latius disserit. Nondum tamen detectâ Luciferianorum sectâ, dum uterque pro Catholico haberetur, & unusquisque orthodoxos ad se trahere conaretur, etiam Cæsareensis scissura fovebatur. Neque difficile putarem S. Eusebium Vercellensem, pro Eusebio Cæsareensi dimicasse, quod omnino Cæsareensis pro Catholico haberetur; non modo quia in pluribus Synodis contra Arrianos steterit, ut ex Sozomeno diximus; sed quia Catholicus semper, tam à Basilio redeunte, quam à Gregorio seniori & Theologo habitus fuerit. Facile proinde est credere, Apostolicum legatum Eusebium Vercellensem, ratam Cæsareensis electionem habuisse, cum de ejus legitima electione neque Nazianzenus, neque Basilius ex infra dicendis unquam dubitaverint. D

Dissidium auxerint SS. Eusebius Vercell. & Lucifer Calarit. male concordes,

quorum iste pro Cæsareensi steterit:

19 Dum ergo Ecclesia illa intestino malo laboraret, & pars Eusebium jam Episcopum, pars Basilium repulsam passum respiceret; enituit Basilii virtus ex his, quæ pergit ad superiora verba attexere Nazianzenus. *Quid igitur, præclarus ille & Pacifici discipulus (nec enim his qui consimilia ipsi inferebant, aut qui ipsius partibus studebant obluctari poterat; nec illius erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, alioquin etiam bello vexatæ, atque ab hæreticis (penes quos, tum summa rerum erat) in periculum adductæ, simul etiam consultoribus nobis sinceriscque monitoribus in ea re usus) nobiscum hinc profectus in Pontum secedit.* Laudabili quidem exemplo, ne Eusebii suspiciones augeret, aut schisma quoquo modo foveret, secessit Basilius; at Gregorius Nazianzenus, qui necessitudinis familiarissimæ vinculo eidem connectebatur, & Eusebio invisus non erat, poteratque imminenti jam Valentis procellæ se murum opponere, ac mediatorem cum Eusebio agere; à Gregorio seniore & Patre longius immorari non permittitur, sed tam difficilè revocatur, E ut vix se abstrahi passum fateatur oratione eadem 27 in funere Patris: & tamen, efflagitante plebe Nazianzena, à Patre ordinatum Sacerdotem, ut Arrianis opponeretur, narrat, quos repressisse patrem addit. *Tum per se ipse, tum per nos etiam fortasse, quos veluti non ignavos ac degeneres catulos, in illos tamquam in sævissimas bestias immittebat.* Cæsareæ, quæ Metropolis paterni etiam Episcopatus erat, nil ante cum Eusebio egisse mediatorem Gregorium Theologum, dum Basilio adhuc ille infensus erat, ex infra dicendis constabit.

sed periculum dispulit secedens in Pontum Basilius,

quem eo secutus Nazianzenus est.

§. III. *Insignis Eusebii modestia, in revocando per Nazianzenum Basilio.*

20 INterim demus Eusebium nostrum aliquid humani passum contra Basilium; & errasse, vel nimis suspicioni addictum, vel aliorum detractionibus nimium innixum, quod videtur per Momum, invidiæ vel detractionis numen, à Nazianzeno adductum significari, sive non ita magni faciendo Basilium, ut æquum erat in tam difficili tempestate; quin etiam, ut elicitur ex epistola Gregorii Theologi ad ipsum Eusebium, quæ editionis Parisinæ vigesima nona in ordine est, non vocando ad Synodos contumelia quadam affecerit; errorem equidem deinde agnovit, ac ita emendavit, ut Christianæ virtutis non minimum exemplum reliquerit.

Ut ut est correxit, si quid peccavit, Eusebius, F

21 Putat Nicephorus lib. 11 Historiæ jam adductæ, sponte Basilium rediisse, ac auxiliares manus, non tam Eusebio, quam fluctuanti Cæsareensi Ecclesiæ ultroneas præbuisse; dum omnem reconciliationis laudem Basilio tribuit; & ante ipsum Sozomenus, lib. 6, cap. 15, qui de reditu Basilii scribit, *sua sponte venit Cæsaream.* Nec aliter videtur Nazianzenus affirmare, ut puto ex orationis abundantia in Basilii laudes defluentis. *Quid igitur*, inquit de Basilio, *generosa illa mentisque magnitudine præstans anima, Christique amore vere inflammata? Ne longa quidem ad hoc oratio com-*

Basilio vel ultro reverso,

paranda fuit, ut ad nos se conferret, nobisque

A *adjumento eſſet. Vere ſimul atque legatione me fungentem aſpexit (erat enim utrique noſtrum commune hoc certamen, ut qui fidei defenſores atque patroni deſignati eſſemus) ſtatim legationi ceſſit: atque ſpiritualibus rationibus ſecum optime ſapientiſſimeque diſtinguens, aliud ſimultatis tempus eſſe (ſi quid etiam huic affectui indulgendum eſſet) nempe pacis ac tranquillitatis; aliud æquanimitatis, nempe neceſſitatis ac periculorum tempus; hoc inquam, ſecum reputans, confeſtim è Ponto nobiſcum excedit, atque erga periclitantem veritatem zelo exæſtuat, ultroque ſuppetias nobis affert, totumque ſe matri Eccleſiæ tradit.*

22 Ex qua de reditu Baſilii narratione nonnulla elici poſſe videntur: primum, etſi non multam, orationem tamen ſive epiſtolam ſuaſoriam præceſſiſſe, qua motus Baſilius, in manſuetudinem alioquin pronus, reditui acquieſceret. Deinde ad eum legatione, Euſebii nomine functum fuiſſe Gregorium, ad cujus aſpectum ſtatim Baſilius ceſſerit, & reditui aſſenſum præbuerit. Tertio ita alacrem promptumque in patriam fuiſſe reditum, ita facilem cum Euſebio reconciliationem Baſilii, ut quaſi ſponte facta videretur, illumque ultro ſuppetias periclitanti fidei attuliſſe dici poſſet. Hoc ſenſu Nicephorus ſcripſit, Valentem & cum eo Epiſcopos Arianos, ut Cæſareenſem Eccleſiam peſſumdaret, opportunum tempus nactos Cæſaream adveniſſe, *ut recta ſentientes eccleſiis exigerent*, puta Euſebium, *propterea quod Baſilius ſeceſſiſſet, & populus Euſebii odio ad diſceſſionem ſpectaret. Ceterum conſilium id fruſtra fuit. Quamprimum enim hos Cæſaream perveniſſe nuntiatum eſt, Baſilius, monaſticis in Ponto ſcholis vale dicto, Cæſaream & ipſe redit, & Euſebio rebus omnibus aliis poſthabitis conciliatur; quo quidem facto animi ſui benevolentiam maxime oſtendit.*

vel tam prompte acſi rogatus non fuiſſet,

revera autem rogatum rediiſſe,

23 Sed res alio modo, quo ad ſpontaneum reditum Baſilii, evenit, quam Nicephorus videatur narrare: & ex Epiſtolis Nazianzeni, quid ipſe pro reconciliatione egerit, & quid antea Euſebius perfecerit, luculenter apparet: ſunt enim Epiſtolæ, quæ ſine oratoria amplificatione ſcribuntur, magnum apud eruditos hiſtoriæ lumen. Igitur ex Epiſtola, quæ in opere Baſilii 29 eſt, in Nazianzeni 20,

C conſtat Gregorium, ad Euſebium Epiſcopum Cæſareenſem reſcribentem, prima de reducendo Baſilio ſemina jeciſſe; dum eidem gratias agendo, quod ipſum laudaſſet & ad ſynodos & conventus ſpirituales vocaſſet; arrepta occaſione, quod Baſilium ſuum parvipenderet, nec ad hujuſmodi conventus vocaret, modeſte increpat, & orat ut vocet, ſpondens Baſilium ad officia reſponſurum, & ambos eum ſecuturos, tamquam umbra corpus. Quid hæc Epiſtola, aliaque officia per amicos exhibita præſtiterint, habetur ex Epiſtola alia, nempe 19 Nazianzeni ad Baſilium ſcripta; quam ideo ex interpretatione Billii apponere libuit, ut inde appareat, non minus Baſilium operâ Gregorii, quam Euſebii ipſius manſuetudine Cæſaream evocatum fuiſſe.

patet ex Nazianzeni ad illum Epiſtola,

cum inſigni Euſebii Capp. laude conjunctâ,

24 *Tempus jam eſt*, inquit, *ut prudens conſilium ineamus, tolerantiæque laude floreamus; nos itaque comparemus, ut nec quiſquam animi magnitudine præſtantior nobis appareat, nec multi noſtri labores & ſudores temporis puncto collabantur & evaneſcant. Cur hæc ſcribam quæris? Deo cariſſimus Epiſcopus noſter Euſebius (ſic enim de eo*

nobis deinceps ſentiendum & ſcribendum eſt) animo erga nos eſt admodum amico, & ad ſimultates componendas propenſo, ac tempore velut igne ferrum emollitus: litteraſque etiam deprecatrices & evocatrices ad te miſſurus eſt, quemadmodum & ipſe mihi ſignificavit, & multi ipſius animum perſpicue cognitum habentes nobis fidem faciunt. Quæ antevertamus, quæſo, vel ad eum venientes, vel ſcribentes; vel, quod erit rectius, prius ſcribentes, ac deinde ad eum nos conferentes; ne forte nos pudeat, ſi victi fuerimus, cum vincere licuerit; præclare videlicet & philoſophice cedendo, id quod plerique à nobis expoſcunt. Mihi itaque obſequere, & veni, tum ob hanc cauſam, tum etiam propter tempus. Quandoquidem hæretici conjuratis animis Eccleſiam percurſant, partimque jam adſunt ac turbas movent, partim (ut fama jactatur) affuturi ſunt. Ac periculum eſt, ne veritatis doctrina convulſa diſtrahatur; niſi primo quoque tempore Beſeleelis ſpiritus excitetur, hoc eſt ſapientis hujuſmodi diſputationum & dogmatum Architecti. Quod ſi tibi operæ pretium eſſe videtur, ut ipſe adſim, atque hæc adminiſtrem, tibique itineris comitem me adjungam, ne hoc quidem munus defugiemus.

D A. FLORENTIO

E 25 Clariſſime ut puto ex hac Epiſtola apparet, quanta manſuetudine Euſebius cum Baſilio, præteritorum pœnitentiâ ductus, egerit. Quid enim magis poterat Metropolita, cum ſuæ Eccleſiæ Presbytero, ad Chriſtianæ perfectionis libellam agere, poſt ſimultates enutritas, easque ex ſuſpicionibus non ita temere natas; quam ad humilitatem primum ſe componere, & in officiis illis, quæ (ipſo favente Gregorio Baſilii amiciſſimo) multi putabant magis Baſilio convenire, ita Archiepiſcopum deſcendiſſe, ut cederet, ut litteras ipſe ad presbyterum deprecatrices & evocatrices daret. Utique, ſi humani aliquid paſſus adverſus Baſilium erravit Euſebius, ita reſipuit, ut ex ſequenti in eumdem manſuetudine jure merito à Gregorio vocatus fuerit, *Deo cariſſimus Epiſcopus*, quod nimirum ſe ad amuſſim Euangelicæ legis accommodaverit. Neque enim litteras tantum officii plenas dediſſe ad Baſilium credere par eſt, non modo quod id Gregorio pollicitus erat, & multi fidem interponebant; ſed quod legatum Gregorium ipſum ad Baſilium miſerit, ut ex ſupra adductis in Orat. de laudibus Baſilii idem Gregorius apertiſſime docet.

qui prior ad ſuum Presbyterum ſcripſit.

F 26 E Ponto igitur ſecum excedentem Baſilium ita pingit Gregorius, ut veteris ſimultatis in illius animo fomites quoſdam nequaquam remanſiſſe oſtendat. *Inimicitias*, inquit, *ponit*, quaſi nonnihil antea & ipſe humani paſſus eſſet; *conſulto aciem inſtruit; ſcandala & offendicula intermedia ſubmovet*; deinde quomodo cum Euſebio ſe geſſerit addens, *Proximum autem*, inquit, *Baſilio negotium ac ſtudium hoc fuit, Antiſtitem obſervare, ſuſpicionem extinguere* (ex ſuſpicionibus enim in Euſebio diſſidium ortum fuiſſe diximus) *mortalibus omnibus perſuadere, mœrorem illum quo affectus fuerat, tentationem quamdam colluctationemque perverſi ſpiritus extitiſſe, honeſtæ ac laudabili concordiæ invidentis; ceterum non ignarum ſe eſſe, quid obedientiæ ordiniſque ſpiritualis leges poſtularent*, & poſt plura officioſe ſancteque erga Euſebium à Baſilio præſtita ac narrata, uno verbo colligit, tantam illius benevolentiam hunc conſecutum eſſe, *quantum prius apud eum odio flagrare putabatur*: vel (ut poſt Billium vertit Bilibaldus Pirckeymerus)

Ex hinc Euſebio humiliter adhæſit Baſilius.

A keymerus) *Talis erga illum* (Euſebium nempe) *erat benevolentia, qualis prius ad inimicitias proclivis fuiſſe putabatur*; nonnihil etiam, de nutrita cum Euſebio diſſenſione, Baſilium male apud aliquos audiviſſe, non ſilens. Sed ablatis ſimultatum nebulis, & Euſebii inſigni pietate cognita, cum jam Baſilius *ſub lege eſſet obedientiæ ac ordine ſpirituali*, explanaturus Euſebii ipſius juſſu librum Proverbiorum, nil mirum ſi ab his verbis inceperit. *Obediamus igitur bono Patri, certaminum præmia nobis ex ſpiritus oraculis proponenti, qui nos inſtar venatorum in locis inviis quaſi catuli cujuſdam venatici indicio curſus noſtri experimentum vult capere.* Homil. 12 init. Prou.

A. FLORENTINIO

moritur cum laude pietatis.

§. IV *Sanctus & pius Euſebii obitus: ſcrupuli Baroniani diſcuſſi.*

27 QUam vero his miniſtrantibus, Gregorio, inquam, Theologo atque Baſilio, Euſebius profecerit, quantave virtutum hauſerit incrementa, utinam aliquis ſcripſiſſet, ſed plurima quæ Baſilio Euſebii cooperatori tribuit Gregorius, dum in illius laudes datâ operâ decurrit, Euſebio communia fuiſſe vix dubitarem, ſaltem quod permittendo adjuvaret, ſive in ſuſtinenda, ſive in depellenda hæreticorum procella, ſive in ſub ſecuta fame demulcenda opes uterque impenderet. Non diu deinde advixiſſe Euſebium Theologus narrat, & dum ob tanta præclare ſub illo geſta Baſilium in ejus locum ſubrogatum fuiſſe docet, his utitur verbis orat. eadem de laudibus Baſilii. *Ob hæc igitur, ac tanta (quid enim omnibus recenſendis, longiorem moram trahere neceſſe eſt) cum is qui nomen à pietate appoſite ducebat* (Euſebius nempe, Latine Pius) *ex hac vita migraſſet, atque in ipſius manibus animam ſuaviter exhalaſſet, ad excelſam Epiſcopatus Sedem evehitur.* Obitum pariter Euſebii in orat. de funere Patris Gregorius refert tamquam optimi Confeſſoris, & celerem fuiſſe innuit, dum iterum in electione Baſilii Urbs illa tumultuaret. *Rurſus eadem civitas eamdem ob cauſam ſeditione laborabat; eo nimirum, qui honeſta & egregia vi ad Epiſcopatum pertractus fuerat, celeri morte abrepto, atque ad Deum, cujus causâ in perſecutionibus fortiter ſtrenueque decertaverat, profecto.*

B *Reſtauratâ concordiâ, egregie proficiens Euſebius,*

C

moritur cum laude pietatis,

28 Ex celeri autem à Gregorio vocata morte Euſebii, putat doctiſſimus Baronius, ad annum 369, num. 46, eum repentino violentoque morbo confectum ex hac vita ſublatum eſſe, ſed quod *ſuaviſſime* animam in manibus Baſilii exhalaverit, vel non ita violentam mortem oppetiiſſe ſignificaret, vel ſomno ſanctorum ſuaviter in Domino quieviſſe in Deo, inquam, cujus causâ in perſecutionibus fortiter decertaverat. Quæ verba fortaſſe doctiſſimus Baronius tacuit, quod ei diſplicuiſſet per quamdam violentiam Euſebium Cæſareenſem fuiſſe in Cathedram illam intruſum, cum de eo & Nectario intelligenda eſſe velit, quæ Nazianzenus alibi in ſui temporis violentas Epiſcoporum electiones declamaverat. At cum de hac honeſta in Euſebium & egregia vi, aliqua infra refricare opus ſit, nunc dixiſſe ſufficiat, de ejus beato obitu ac orthodoxia cum Nazianzeno Baſilium ipſum conſentire, dum eidem ſcribens Ep. 21, timere ſe fatetur, ne *à morte Beati Epiſcopi Euſebii*, Eccleſiam Cæſareenſem catholicam aliqui ex hæreticis zizaniis impleant; *& pietatem, in hominum animis multo labore ſparſam, perniciosis ſuis doctrinis radicitus evellant.* Nec alibi veritus eſt Baſilius ipſe pientiſſimum Epiſcopum Euſebium appellare, dum ad Meletium ſcribens inter ipſius Epiſtolas num. 78, ita loquitur: *Litteras accepi à pientiſſimo Epiſcopo Euſebio, quibus mandatur, ut Occidentalibus iterum de quibuſdam Eccleſiis ſcribatur.*

Suaviſſima, non violenta morte:

D *Baſilio laudatus vivus.*

29 Sed cum quæ poſt mortem laudes adjiciuntur majoris exiſtimandæ ſint, quamvis à ſanctis viris ſemper inducta laudatio ſuſpicienda ſit, præter ea quæ de ejus obitu, ſtrenuaque fortitudine tempore perſecutionum addit poſt ejus mortem Nazianzenus, & nos ſupra retulimus, videtur etiam aliud accedere teſtimonium ipſius Nazianzeni ſcribentis Ep. 33. ad ſanctum Euſebium Samoſatenſem. Qui cum poſt mortem Euſebii noſtri Cæſaream profectus in novi & catholici Epiſcopi electione noviter incumberet, ita expectare ſe novum paſtorem inquit Nazianzenus *anteceſſoribus Epiſcopis dignum*, ut à claſſe Sanctorum virorum Leontii, Hermogenis, & aliorum, Euſebium non exceperit. Poſt reconciliatum vero ſibi Baſilium, non diu Euſebium advixiſſe, confirmat etiam Gregorius Presbyter Græcus, ſcriptor vitæ Nazianzeni à Billio interpretatus, qui ejuſdem Theologi operâ revocatum è Ponto Baſilium narrat; *ſedente ad clavum metropolis ejus adhuc viro religioſo Euſebio*; de quo parum infra ad reditum Baſilii addit, *neque multo interjecto tempore Præſes Eccleſiæ, quem diximus, meliorem ad vitam tranſlatus eſt*, non minus ita mortis celeritatem ad reditum Baſilii conferens, quam ex morum integritate meliorem vitâ defuncto Epiſcopo tribuens.

& *mortuus Nazianzeno,*

E

30 Antequam vero colophonem huic exercitationi imponamus ſcrupulus removendus eſt, quo fortaſſe motus vir ſummus Baronius, Euſebium numquam laudibus extulit, ut potius violenta morte multatum videatur ſubobſcure ſentire; eſt enim offendiculum, quod Nazianzenus eadem oratione de laudibus Baſilii, dum in Eccleſiaſticis præfecturis ordinem ſervandum exemplo ejuſdem Baſilii docet, qui per ſacros Ordines paulatim ad Presbyteralem & Epiſcopalem gradum pervenit, violentam quodammodo Euſebii electionem videatur damnare, cum hæc de Divina in Baſilium providentia ſubdit. *In quo hanc rationem tenuit, ut minime repente eum ad hujuſmodi gradum ſubveheret, nec eodem temporis momento ſalutari aquâ tingeret ac ſapientiâ inſtrueret, quemadmodum pleriſque eorum accidit, qui nunc ad præfecturas inflammati cupiditate rapiuntur, verum ordine ac ſpirituali progreſſionis lege hoc eum honore afficeret. Nec enim mihi perturbatio illa temeritaſque probatur, quæ apud nos interdum, & in nonnullis primarias Eccleſiæ Sedes tenentibus oboritur*, & infra; *uno die Sanctos fingimus, eoſque ſapientes & eruditos eſſe jubemus, qui nihil didicerunt, nec ad Sacerdotium quidquam ante contulerunt præterquam velle.* Proſequitur, in hæc abſurda oratorio ſtylo declamare, ut in laudes Baſilii diverſo modo electum deflecteret, putatque Baronius eruditiſſimus ad annum 362 n. 60, Nazianzenum alludere *ad Euſebium, de quo nuper, & ad Nectarium,*

F

qui alibi improbans Epiſcoporum promotiones per ſaltum

ſolam voluntatem afferentium ad id muneris,

A *qui item ex Cathecumeno ad Episcopatum Sedis Constantinopolitanæ postea evectus est.*

non potest censeri Eusebium sugillare,

31 Sed quidquid de Nectario, aliisque sit, per calamitosa illa tempora repente ad Episcopalem sedem evectis volentibus, & optantibus; hæc certe de Eusebio intelligere nequaquam Nazianzenus poterat; quem renuentem, fugientem, reluctantem, & *egregia & honesta vi* raptum fuisse ad Sedem episcopalem, in funere patris coram ipso Basilio docuerat. Tantum enim abest ut Eusebius Cathedram optaverit, & ambitu quæsiverit, ut omni studio declinaverit. Et quamquam, ingruente Arianorum procella, majorem Basilio absente experientiam ac spiritualem doctrinam in Eusebio optaverit Nazianzenus; eumdem semper de modestia, pietate, ac fortitudine in persecutione lauda vit; nec unquam gradum illum ambisse, vel obscure protulit. Quinimo, statim post ea quæ contra abusum illius sæculi & urbis declamaverat, de Eusebio sermonem instituens, de dissensione tantum cum Basilio, ac minori peritia, non ambitu, nonnihil virum, alioquin *eximia pietate præditum* insimulavit; quod Hæreticorum ausibus inde animus accreverit, ac

quem honesta vi raptum testatur invitum,

B via aperta fuerit ad Ecclesiam Cæsareensem devastandam, *nulla re perinde, ut prædictorum hominum simultate*, (Ecclesiasticorum Cæsareensium nempe, ut jam dixerat) *atque illius, qui tunc nobis præerat imperitia.* Sed de hac potius culpandi erant, qui elegerant & ordinaverant, quam qui coactus impar onus susceperat. Neque Nazianzenus tantum contra Laicos & Episcopos, qui statim extra ecclesiasticum Ordinem assumerentur declamavit, sed & alii Patres passim, & Hieronymus præcipue ep. 83 ad Oceanum; S. Gregorius, ad Brunichildam Reginam; Leo primus ep. 85: & tamen, ubi temporum necessitas exigeret, & magna in Laico elucerent merita, toleravit & probavit Ecclesia, ut in Ambrosio aliisque accidit.

majorem dumtaxat in eo optans experientiam & doctrinam.

32 Et hæc quidem ex coævo & in eadem Cæsareensi Ecclesia versato, Gregorio inquam Theologo collegimus. Sunt & alia de Eusebii sanctitate testimonia, quæ etiam libet afferre. Extat S. Basilii vita per Amphilochium scripta, tum inter vitas Patrum Rosweydi, tum in postrema Surii editione Colonienſe ad primum Januarii diem, in qua aliqua elucent de

Dicitur divinitus cognovisse & prædixisse

C Eusebii sanctitate lumina. Hujus scriptorem etsi Amphilochium Basilio coævum neget esse doctissimus Baronius, & aliqua continere velit quæ corrigenda sint, vera tamen etiam narrare non inficiatur ad annum 378 n. x. Is igitur, sive Amphilochius, sive alius scriptum reliquit, quod Basilio & Eutulo socio ingressuris Cæsareensium Civitatem, *in visione noctis revelatus est tunc Episcopo ipsius Urbis, Eusebio nomine, horum adventus; & quod Basilius ejus esset futurus successor.* Addit vero

Successurum jibi in Episcopatu Basilium,

quod missis Archidiacono aliisque honestioribus Clericis, in occursum Basilii ac ejus socii, *cum intrarent, intuitus eos sanctissimus Episcopus & stupefactus in similitudine visionis, Deo gratias egit.* Honorifice igitur susceptis hospitibus, ac universo Clero participata visione, Clerici Episcopo Eusebio *una voce dixerunt, Veraciter & hoc digna est munda vita tua, ut divinitus revelaretur is qui post te ornaturus est Pontificalem thronum*; & subdit consentien-

tia scriptori vitæ S. Gregorii Nazianzeni, Eusebium scilicet ad adventum Basilii *non post multum temporis* obiisse. Et quamquam in hac narratione, quam integram non apposui, videatur illud fortasse veritati minus congruum, quod Eusebius Basilium non nisi per visionem agnoverit; quod de tanto viro Cæsareæ notissimo, & cum quo aliqua simultas intercesserat, videatur difficillimum; unum tamen me haurire tuto posse existimavi, apud Græcos & Cæsareenses, Eusebium famâ sanctitatis & morum innocentiâ fuisse celebrem.

D A. FLORENTINIO

unde saltem probatur vulgata de ejus sanctitate opinio:

33 Nihil ergo videtur Eusebio Confessori (hoc enim nomen illis temporibus usitatum, etiam strictissime acceptum, propter invictum animi robur in persecutionibus Eusebio tribuere audeo) voluntarii nævi inhæsisse, præter simultatem cum Basilio, nec alterius criminis insimulari posse. Hoc autem, in tumultuosa urbe ex suspicionibus natum, S. Gregorius de facinore non damnavit; tantummodo contentus post ejus mortem, ipso Basilio amicissimo & Archiepiscopo præsente, humanam passionem appellare. Neque enim quis credere debet, adversa omnia, quæcumque S. Basilius dolet in libris suis, ab Eusebio, sancto pioque viro, profluxisse; sed multa in

nec culpandum in aliquo, præterquam in simultate cum Basilio;

E

qui nec imputavit ei adversitates suas,

sciflura illius Ecclesiæ à factiosis, plurima ab hæreticis quibus semper reluctatus est, accidisse, ex ejus scriptis convincitur, præsertim ex epistola 58 ad Meletium Episcopum; in qua jam Eusebio *pientissimo*, ut ibi dicitur, conjunctus, insidias contra ipsum Antiochiæ structas dolet, & insidiose contra eum multa adhuc fingi, quæ orat præveniri. Neque enim si quid calumniæ in eum spargeretur,

nec tacuisset impactas ab eo calumnias

tacuit Basilius, quod Presbyter esset & princeps Monachorum; sed toleranda quidem forti animo docuit, non silenda; & de eo Orat. x de odio & invidia, inquit, *Ad calumnias autem conticescere non oportet; non ut contradicendo nosipsos defendamus, sed ne mendacio progressum permittamus, circumventosque damno affici patiamur.*

34 Dum vero Eusebium hinc humana passione tactum in Basilii simultate, ac novitium in spirituali doctrina, in Ecclesiæ disciplinæ minus versatum indicat; inde laudat de moribus invictoque in persecutionibus robore; id videtur in Eusebio Gregorius servare, quod in Orat. 29 de S. Cyriano mago scriptum reliquit; Sanctos viros nimirum, dum ex aliquo errore *ad Salubriora consilia animum appellunt, sese veluti signum quoddam ad bene sperandum attollere*; & admodum ignavi sordidique animi esse, eos *qui rerum minus laudandarum commemoratione Sancto alicui contumeliam afferri censent.* Nazianzenus quidem in Eusebio reprehendit, Ep. 29 inter Basilianas, quod non vocando Basilium Cæsareensem Presbyterum ad concilia & synodos spirituales, eidem contumeliam intulerit; sed interim ipsum Eusebium ita laudat, ut optimum omnium quos cognoverit, affirmare non dubitaverit: hoc est; *Virum & Sacerdotem, & tantum, quem* inquit *cum vita & doctrina, canicie quoque omnium quos cognovimus optimum esse scimus.* Quæ per adulationem fuisse dicta, nefas est de Nazianzeno scribente suspicari.

ille interim ejus nævus non debet contumeliæ verti.

35 Billius, qui ex Græcis Nonni & Nicetæ

A cetæ Scholiis ſua confeciſſe profitetur, affirmat Euſebium Cæſareenſem, Cappadocem Epiſcopum, bis pro fide exulaſſe. Sed quod ad ipſum in exilio agentem tres Epiſtolas Nazianzenus ſcripſerit, vereor ne hallucinetur, non advertens eas non ad Cæſareenſem, ſed ad Samoſatenum ſcriptas eſſe, quem pro fide exulaſſe palam eſt. Negare tamen non velim, antiquos Scholiaſtas aliunde excerpere potuiſſe, exilium pro fide Euſebium Cæſareenſem pertuliſſe, quod ex Nazianzeno certum ſit, eum ſub perſecutoribus Juliano & Valente, pro Chriſti fide ſtrenue decertaſſe.

Non ſcripſit ad illum exulem Nazianzenus.

Videantur Billii Scholia, tum ad Orationem de laudibus Baſilii, num. 51, tum ad orationem de funere patris num. 34. D

36 Hæc pro Euſebio Cæſareenſe Epiſcopo, Cappadoce, non Palæſtino libuit cumulare; non ad ejus ſanctitatem certius aſſerendam, ſed ad emendatam ſimultatem cum S. Baſilio emaculandam, noſtrumque vetuſtius Martyrologium dilucidandum, Corbeienſe confirmandum; & reliqua Hagiologia, quæ hac die Euſebium venerantur, vindicanda ab interpolatione minus pia.

Iterata Auctoris proteſtatio.

DE SS. NICOLAO ET TRANO

EREMITIS IN SARDINIA.

Notitia ex Dima Serpi & Philippo Ferrario.

D. P.

SEC. IV

B Ardorum inſula, *ut eſt alpeſtris fere tota, ſic inter receſſus montium plurimam offert commoditatem exercendæ eremiticæ vitæ; cujus illuc exemplum intuliſſe creditur* S. Euſebius, *Vercellenſis Epiſcopus, in Sardinia natus, quaſi eo ſit regreſſus ex Thebaide ſecunda, ultimo mutati quater exilii loco cum* S. Lucifero *Calaritano Epiſcopo exilii ſocio, Juliani Apoſtatæ permiſſu reſtituendus Epiſcopatui ſuo. Deduxi ego* S. Luciferi *Acta ad diem* XX *Maji; de* S. Euſebio *ad* I *Auguſti ſucceſſores agent; interim apparet ex ibi deductis num.* 40, *Sanctos non rediviſſe immediate ab Ægypto in Occidentem; ſed ordinandis Orientis Eccleſiis turbatiſſimis multam dediſſe operam; majorem fructum facturos, ſi rem unanimiter gerere potuiſſent. Sed rigidius agente* Lucifero, *nullamque communionem volente cum Epiſcopis Ariana communione aliquando pollutis, quantumvis pœnitentibus & doctrina Catholicis; natum eſt inter orthodoxos ſchiſma Antiochiæ, ubi loco S. Meletii, eo quod fuiſſet ab Arianis ordinatus, S. Paulinum ordinaverat* Lucifer: *quod cum non probaſſet Alexandrinæ ſynodo, ejuſque decreta à ſuo ſignata legato, allataque ab* Euſebio, *nec rejicere poſſet, nec recipere vellet; indignabundus in ſuam ſe recepit Sardiniam. Eo tunc ſecutum fuiſſe* Euſebium, *aut poſtea illuc acceſſiſſe, nedum diuturniorem ibi moram traxiſſe, nulla ratione fit probabile: quippe qui ab Antiochia Romam feſtinans ad reddendam obitæ Legationis rationem, multo breviori via appellere illuc potuerit, quam circum navigata Sicilia in Sardiniam deflectendo, ubi inventurus* Luciferum *eſſet, in neganda ſui communione obfirmatum.*

Eremiticum in Sardinia inſtitutum

(quod S. Euſebio Vercellenſi adſcribitur,

rectius S. Lucifero adſcriberetur.)

C 2 *Rectius igitur ipſimet* S. Lucifero *ibidem ad annos circiter octo ſuperſtiti, laus illa tribuetur; ipſiuſque potius quam* Euſebii diſcipuli *dicentur fuiſſe præſtitulati* Sancti Nicolaus & Tranus; *ſi tamen illius temporis revera illi fuerint, quod unde affirmem vel infirmem non habeo: ſolum tenere auſim, floruiſſe illos eximia ſanctitate, prius quam inſulam occuparent Saraceni, anno Chriſti* DCLXX. *Ab hoc ergo tempore latuerint corpora, in eo ubi antea vixerant ipſi ſepultique & culti fuerant loco, uſque ad annum* MCCXVII. *Tunc quomodo ea fuerint inventa, deſcripſit* Ludovicus Civitatenſis Epiſcopus, *cui omnem eorumdem notitiam acceptam refert Dimas Serpi, in Chronica Sanctorum Sardiniæ lib.* 4. *cap.* 1. *eoſdemque Catalogo Sanctorum generali inſerens Philippus Ferrarius allegat* Tabulas Eccleſiæ Civitatenſis, *ut prima fronte rem conſideranti dubium videri vix ullum poſſet, quin ad illius Eccleſiæ diœceſim pertineat, vel ſaltem vicina eidem ſit parochia* Dominæ noſtræ de Loco-ſancto, *inter* Longorum & Templum *quorum poſtremum locum vulgo* Tempiu, *exhibet Topographica Sardiniæ tabula, ſub nomine* Tempi *in Septemtrionali inſulæ parte, cui à Capite ſeu Promontorio Lugoderi ſeu Loci-aurei nomen eſt,* XX p. m. *à mari.*

amplexi ibidem SS. Nicolaus & Tranus:

quorum uſque ad ſec. 13 *occultorum inventionem*

E *Scripſit Civitatenſis Epiſcopus.*

3 *Sed ubinam apud Sardos inveniemus* Civitatenſem Epiſcopatum? *cum is qui curioſius ceteris concinnavit deſcriptionem inſulæ, Atlanti Blaviano inſerendam, præter Archiepiſcopos* Calaritanum, Arborenſem, & Turritanum, *ſolum nominet Epiſcopos quatuor;* Algarenſem, Ampurienſem, Proſanenſem (*nam quod* Proſanenſia *legatur typographico mendo imputandum eſt*) & Uſellenſem; *omiſſo, quem Carolus à S. Paulo in Geographia ſacra ſuggerit,* Phauſiano, *ſeu* Terræ-novæ, *tamquam jam unitum Empurienſi* Oreſtagnanſi *item* Caſtel-Aragonenſi, *quos prædictis quinque jungit Ludovicus Moreris, in ſuo magno Dictionario hiſtorico nuper Gallice edito; cui tamen non omnem fidem adhibere auſim. An forte ad ſolvendum nodum faciet, quod* Boſa, *non quidem* Loco-Sancto *propinquior quam* Terra-nova, Algarium & Caſtellum-Aragonenſe, *ſed prius forte Epiſcopalis, quam tres illæ civitates viciniores in tabulis Topographicis Italiæ an.* 1620 *à Joanne Antonio Magini editis Bononiæ & an.* 1662 *à Joanne Blaú reformatis Amſtelodami, non ſimpliciter* Boſa, *ſed* Boſa-città *ſcribatur, quaſi* Civitas ad Boſam *fluvium? (ab hoc enim illa nomen habet) & an ea ſimpliciter & quaſi Antonomaſtice* Civitas *Sardis dicitur?*

Sed quis talis in Sardinia?

an forte Boſenſis cujus civitas

F

Boſa-città dicta?

4 *Id ſane vel ſimile quid oporteret cogitare ſi veræ ſunt quas Ferrarius allegat* Civitatenſes Tabulæ. *Sed vereor ſubinde ne bonus ille ſcriptor, lecto* Ludovici Civitatenſis *nomine, tamquam auctoris; imaginatus ſibi ſit, conſequens eſſe, ut in Eccleſiæ ipſi ſubjectæ tabulario ejuſmodi relatio deſcripta inveniatur, aut ad ejuſdem diœceſim pertineant Sancti, ejuſque propriis Faſtis adſcribantur. Sane in allegandis Eccleſiaſticis* Tabulis, *adeo varius incertuſque Ferrarius eſt, ut egre divines, quid*

Tale quid videtur indicare Ferrarius.

A *quid* Tabularum *nomine ille intelligat ; nec raro deprehendatur nominare numquam viſas, nec uſquam extantes. Interim vehementer propendeo ut ſuſpicer* Ludovicum iſtum *fuiſſe* Civitatenſem *Marſici veteris in Capitanata Apuliæ* Epiſcopum, *ab Honorio* III *tamquam ſupremo Inſulæ Domino, illuc miſſum anno* MCCXVII *in auxilium B. (fortaſſis Beatricis aut alterius habentis nomen à B. inchoatum pro more ſeculi) Judiciſſæ Calaritanæ & Arborenſis, cujus jura Piſani invaſerant, totius inſulæ ſupremum affectantes Dominium, ex jure (ut volebant) ſibi per Romanos Pontifices ante ducentos annos conceſſo.*

Quid ſi Civitatenſis ex Apulia,

5 *Sane invenitur Dominæ illius, quæ eadem etiam* Maſſæ *in Liguria Marchioniſſam ſe ſcribit, epiſtola apud Raynaldum in Annalibus num.* 90 *per quam illa ſuggerit metuendum eſſe, ne qui* Blaſio Turritano Archiepiſcopo, in Apoſtolicæ ſedis obſequio quondam ad Calarim venienti, pro eo quod credebatur ab ipſis Apoſtolicæ Sedis Legatus, multas injurias ac mortis minas nequiter intulerunt, cum non eſſent in fortitudine aliqua conſtituti ; nullum

illuc miſſus ab Honorio 3 *Legatus,*

B impoſterum Romanæ Sedis Nuntium aut etiam Legatum alium, qui non ſit Piſanus, patiantur ſuas vices inter eos explere, cum ſunt in arce roboris radicati, & in ſpecula ſuperbiæ apud ſemetipſos firmiſſime fundati. Ea propter, *inquit*, Domine venerande ac ſanctiſſime Pater, caritate illa quæ Chriſtus eſt, qua & tenemini potenter ſubvenire oppreſſis violenter ; mittite Nuntium veſtrum, virum utique honeſtum pariter & diſcretum, avaritiæ execratorem, & caritatis juſtitiæque amatorem, qui perſcrutetur ſubtiliter &c. *Ad hujuſmodi preces credere poſſumus miſſum* Ludovicum ; *dum Ugolinus Cardinalis rem Piſis componit, & obtenta male uſurpatorum jurium reſtitutione excommunicatos abſolvit.*

6 *Tum vero licuerit ipſi* Ludovico, *Inſulam viſitare totam, & transferendis Sanctorum corporibus, quæ interim fuerant reperta, attendere ; ſi tamen res acta eſt illo, qui apud Dimam Serpi in Margine per zyfras notatur anno* 1217 ; *& non potius decennio poſt, ſub Honorii ſucceſſore Gregorio* IX anno (*ſicut in textu ad longum ſcribitur*) milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo ; *Ubaldo præpotenti Piſano cive eadem attentante, ob*

an. 1217 *vel* 27 *tranſtulit inventa corpora?*

C *quæ fuit anno* MCCXXIX *anathemate percuſſus. Anno deinde* MCCXXXVII *idem Ubaldus, obtentis jure uxoris Adelaſiæ Principatibus Turritano & Gallurienſi, in cujus poſtremi diſtrictu continebatur* Locus-ſacer, *ſupremum ditionis ſuæ Dominum agnovit Romanum Pontificem, fuitque à vinculis excommunicationis abſolutus : ſed ad hoc miſſum ait Rainaldus Gregorii Pontificis* Capellanum Alexandrum : *ut retinendus nobis pro* Ludovico *ſit annus* MCCXVII *vel* XXVII. *Hoc tamen fortaſſe certius diſcerni poterit ex Fara Epiſcopo Saſſarenſi, horum Sanctorum memoriam faciente in libro de rebus Sardois, necdum nobis viſo, & in Notis Ferrarii alibique ſæpius allegato.*

7 *Hactenus ſcripſeram, ex Dima redditurus Latine quæ ille ex* Ludovico Civitatenſis *ſcripſiſſe profitetur ; cum animadverto, eumdem qui bis in margine & ſemel in contextu ipſo vocatur* Epiſcopus Civitatenſis, *in eadem margine vocari ſemel* Ludovicum Epiſcopum Terræ-novæ. *Hæc ſane civitas, ad Orientale latus inſulæ ſita, multo propior eſt* Templo *ſupra nominato, quam in Occidentali littore* Caſtellum Aragonenſe,

aut etiam Terræ-novæ Epiſcopus?

multoque magis quam porro verſus meridiem recedentes in eodem Occidentali littore Algarium & Boſa. *Huc omnino ſe applicat Ferrarius in Notis ubi* Templum *deſcribit* oppidum haud obſcurum Phauſanenſis diœceſis inter Saſſarim, *urbem olim Epiſcopalem* & Phauſaniam ſive Terram-novam hinc XL p. m. inde XX, intra Montes : *quis enim non putet hanc eſſe diœceſim ex cujus tabulis dicit ſe habere Sanctos iſtos? Reſtat igitur ut Sardis dijudicandum relinquam quænam Eccleſia debeat nomine* Civitatenſis *venire. Utinam ! ſicut Italiam ſacram Ferdinandus Ughellus, Notitiam Sicilienſium Eccleſiarum Roccus Pirrhus, Galliam Chriſtianam Sammarthani, Hiſpanicarum Theatrum Ægidius Davila, ita expandat aliquis Sardoïcarum Epiſcopales Catalogos, antiquos ac novos ; alia enim ante Saracenos, alia poſt illos, ut civitates, ſic cathedræ fuerunt. Multum ſane res illa haberet uſum cuicumque res Sardoas attingere volenti : nec tamen id aliunde quam ex Sardinia ſperare poſſumus, ubi fortaſſis ſatis ad rem eam litterarum eſt, ſi de Primatu contendentibus ſatis etiam eſſet concordiæ. Nam Ughellum audivi excuſantem Inſulanorum jurgia, ob quæ ſibi* E *jam ſeni non eſſet animus idem quod de Italia fecerat etiam pro Sicilia & Sardinia exigentibus obſequi : & quam difficile ſit talibus facere ſatis, didicit in* S. Agatha *illuſtrandâ Bollandus ; querulos expertus Meſſanenſes æque ac Panormitanos.*

D AUCTOR. D. P.

8 *Interim ex iſto quocumque* Ludovico *& cujuscumque* Civitatis Epiſcopo, *ſcribit Dimas, quod* SS. Nicolaus & Tranus habitaculum ſibi conſtituerunt inter Logonium & Templum, in loco Sardoa lingua ideo dicto Logu ſantu, ubi Deiparæ virgini oratorium dedicarint ; ad quod cum propter ipſorum in vita atque poſt mortem miraculis clareſcentium merita (nam ſepulti etiam ibi fuerunt) magnus undique concurſus fieret, tres ibidem viculi collecti ſunt, ſub nominibus SS. Nicolai, Trani & Quirici. Et viculi quidem nunc ſunt nulli, ſed ſuperſunt eccleſiæ tres ita nuncupatæ, ad quas Gallurenſes & Templarii omnes multa cum devotione ſolent accurrere : ſigillatim autem conſtat, quod ad eccleſiam Loci-ſancti, in die dedicationis ipſius, concurrat quidquid eſt mortalium in Gallura, Monte-acuto, totoque Anglonio. *Addit idem Civitatenſis, multos prædictis Sanctis fuiſſe diſcipulos ejuſdem inſtituti ſequaces ; quorum tamen memoriam nulla ſuperſit. Denique etiam ſubjungit, quod* anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo apparuit Regina cælorum (cui Sancti iſti fuerant dum viverent devotiſſimi) cuidam religioſæ perſonæ ; docuitque locum ubi invenienda eſſent corpora ſancta ipſorum ; inventa autem ſepelierunt in eccleſia montis, nomen habente S. Mariæ de Loco-ſancto.

Deſcribit iſt locum anachoreſis ac ſepulturæ eorum

& inventionem factam an. 1227.

9 *Hactenus Dimas ex Ludovico : qui porro videtur de ſuo addere ; quod*, propter miracula magna, quæ Deus operabatur ibidem, meritis Reginæ Angelorum & Sanctorum iſtorum, Honorius Papa II, *qui ſedit ſeculo uno ante revelationem inventionemque prædictam*, miſit Legatum ſuum Cardinalem Accimonenſem, nomine Ioannem, qui prædictam eccleſiam conſecravit, atque Apoſtolica auctoritate conſtituit Indulgentias multas ipſam viſitaturis : ſicut & ego, *inquit Dimas*, ipſam viſitavi, cenſuique habendam unam ex venerabilioribus hujus regni. *Meminit Ciacconius alicujus* Ioannis, *quem*

In Eccleſia S. Mariæ de loco ſancto

A *pridem à Joanne Card. dedicata ante annos* 100.

Honorius II *pro ſe fecerit Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem, anno* MCXXV. *Addit noviſſimus Ciacconii locupletator Oldoinus, quod* hujus ſanctitatis rumor, *cum adhuc eremi Camaldulenſis Prior generalis eſſet*, Apennini terminos prætergreſſus, ad Conſtantinum Sardiniæ Regem, & Marchuſam ejus uxorem pervenit: qui cum à Joanne ſuorum Monachorum coloniam impetraſſet, fundato in Sardinia cœnobio multis illud opibus ac privilegiis auxerunt. *Hinc veroſimile fit* Joannem *iſtum, jam factum Cardinalem*, cujus dexteritate & prudentia ſemper ad Romanæ curiæ officia peragenda uſus eſt Honorius, *libenter ſuſcepiſſe onus Legationis Apoſtolicæ in Sardiniam, ut eadem opera ſuos ibi olim filios viſitaret.*

10 *Sed animadvertendum*, Regem *dici* Conſtantinum, *quomodo prædicta* Iudiciſſa B, *apud Rainaldum in margine atque in Indice, vocatur* Regina; *ex uſu ſcilicet vulgi, tali titulo appellantis* Iudices, *conſtitutos à Piſanis, inſulæ conquiſitoribus, per ea loca, ubi Saraceni ſuos habuerant* Reges, *quamvis ipſi tales ſeſe non ſcriberent nec à Piſanis ſcriberentur; & ſub Romanis, uſque ad Saracenorum adventum, nullos inſula* Reges *habuerit. In Hiſpania, ubi Maurorum Præfecti Regium ſibi titulum arrogaverant, Miramolino ſuo in Africa Imperatori ſolo nomine tenus ſubjecti; eadem ratione inductum Regium nomen, etiam ad ipſorum domitores Aragonios atque Caſtellanos Reges tranſiit; unde ibi tot fere numerantur regna, quot Africam reſpiciunt illuſtres urbes, Saracenis ſucceſſive erepta: atque hinc tot nunc tituli Hiſpaniarum Regibus appinguntur, quos brevius & ſignificantius* Hiſpaniarum Indiarumque Reges Catholicos *appellamus.* D *Iudices in ſuæ quomodo Reges dicti?*

DE S. ALBANO MART.

B *MOGUNTIÆ IN GERMANIA PRIMA.* E

ITEM DE SANCTIS MARTYRIBUS ALBANO EPISC. ET DOMINICO EREM.

BURANI PROPE VENETIAS HONORATIS.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

D.P.

§. I. *Martyrium, ac patria S. Albani Moguntini.*

SEC. IV

In Rabani Martyrologio,

Beatus Rabanus Maurus, *quartus poſt S. Bonifacium Archiepiſcopus Moguntinus, anno* DCCCXLVII *ordinatus, cujus Acta Henſchenius illuſtravit* IV *Februarii, jam inde ab anno* X *ejuſdem ſeculi, quo Fuldenſis ſchola magiſterium ſuſcepit, factus deinde ibidem Abbas anno* DCCCXXVII, *variis claruit ſcriptis libris, quorum ſingulorum ſatis accurata ratio habetur apud antiquos, nec difficile eſt ætatem cognoſcere. Archiepiſcopus autem, licet Conciliis habendis gravioribuſque implicatus negotiis, non tamen credendus eſt prorſus ſepoſuiſſe calamum, quin ſubinde aliquid ſcripſitarit quoad vixit, defunctus anno* DCCCLVI. *In his potuit fuiſſe* Martyrologium Hrabani, *prout in Monaſterio S. Galli apud Helvetios intitulatum reperit Henricus Caniſius, tomoque 6 Lectionum antiqu. inſeruit. Quia tamen nullus omnino titulus nomini additur, potius crediderim id ab eo necdum Abbate ſcriptum, in uſum privatum Fuldenſium Fratrum, quorum varia ſubinde diſperſio effecerit ut opuſculum iſtud apud illos perierit, ſervatum autem apud Sangallenſes ſit.* C

pro Fuldenſi Abbatia ſcripto,

2 *Hæc ideo præmiſerim: quia in iſto Martyrologio, tam antiquo (ſi vera præſumptio eſt) & ad Moguntinam diœceſim, intra quam Fuldenſis Abbatia conſiſtit, adeo prope ſtectante, ad* XI Kal. Julii *ſolus* S. Albanus *nominatur; & quidem cum prolixiori, quam paſſim alii plerique elogio, his verbis concepto:* In Moguntia natalis Albani Martyris, qui ſub Theodoſio Imperatore de Inſula * Namſia pergens, cum S. Theoneſto & Urſo, Mediolanum venit; indeque exiens * pervenit ad Gallias; & in ſervitio Dei manens, ad martyrium pro nomine Salvatoris promptus [erat]. Poſtquam autem in Auguſta ivitate B. Urſus Martyrium accepit, Theoneſtus cum Albano Moguntiacum pervenit: dumque ibi prædicaret verbum Dei, Albanus diſcipulus ejus Martyrium explevit, & ſepultus eſt juxta civitatem. *Eadem omnia verba in ſuppoſititio ab annis circiter quingentis Beda (nam vacat Genuinus) ſic deſcribuntur, ut* Diocletianus *pro* Theodoſio *nominetur. Et hoc plurimos decepit; ut, licet errorem eum eſſe vix dubitarent, ipſius tamen Bedæ eum eſſe crederent, Sequuntur autem ibi* Albanum *ſic prolixe laudatum, primo loco ſancti* Rufus & Martia *cum elogio longiori: deinde nomina* Romanæ & Demetriæ. *Bollandus, in ſua ad Sanctorum Acta Præfatione generali Cap.* 4 §. 7, *meminit alterius Martyrologii, quod S. Maximini majus vocare ſolet, quia ex illius monaſterii codice, ante quingentos annos exarato, nobis tranſcriptum fuit una cum altero minori antiquiorique; & iſtud, licet nomen auctoris non adſcribatur, in multis tamen reperit ſimile Ms. Sangallenſi. Sed ibi, nec primus nec ſolus* Albanus * *legitur, neque cum elogio; ſed medius inter alios quatuor hoc modo:* In Africa Saturnini. In Cæſarea depoſitio Euſebii Epiſcopi. In Moguntia S. Albani Martyris. In Sicilia civitate, Rufini & Martiæ. Item in Africa, Quiriaci & Apollinaris. *Quæ cum ſint, ut vides, longe diſſimillima; male illud diceretur Rabani; eſto alibi San-Maximianenſis ſcriptor ſæpius ac liberaliter uſus eo ſit. Cur autem etiam non hoc loco? Fortaſſis* F

ſolus S. Albanus refertur hoc die;

al. Nauſia

an perrexit?

non item in ſuppoſititio Beda

aut Ms. Trevirenſi, quod Rabani non eſt.

A *taſſis quia videbantur parum congrua illis, quæ ex Goſwini prolixiori legenda, tunc paſſim credebantur de* S. Albano, *licet prorſus aſyſtata.*

3 *Nos iſtæc omnia, quantacumque verboſitate exornata, nihil morantur quin amplectamur imprimis illam quam Rabanus offert ſolidiorem certioremque notitiam; in qua tamen dolemus à librariis depravatum nomen loci, unde Mediolanum Sancti venerunt.* Namſiam *enim vel* Nanſiam *aut* Naúſeam Inſulam *nemo novit; quamquam præſumere ex nominis affinitate poſſimus, legendum eſſe* Naxiam inſulam: (*quæ Cycladum una eſt antiquioribus* Naxus *dicta*) *unde* Paulus Epiſcopus τῆ Ναξίων πόλεως civitatis Naxiorum *in Concilio* C. P. *Act.* 5 *invenitur ſubſcriptus Mennæ Patriarchæ, ſententiam contra hæreticos ferenti. Fueritne Epiſcopus* S. Theoneſtus, *id quod poſteriores voluerunt, non auſim aſſeverare; uti nec quod diſcipuli ejus* Urſus *&* Albanus *fuerint* Presbyteri. *Potuit abſque illo charactere, vir egregius & eccleſiaſtica aliqua dignitate inter Naxios Presbyteros conſpicuus, causâ negotii cum Theodoſio Imperatore tractandi,* B *veniſſe Mediolanum, circa annum* CCCLXXX *vel* CCCXC, *unà cum duobus Clericis diſcipulis ſuis; exhortationeque S. Ambroſii, contra Arianos fortiſſime dimicantis, fuiſſe ad ſimile certamen animatus directuſque in Galliam. Hoc in conatu, cum Auguſtæ Prætoriæ in Salaſſis martyrium ſubiiſſet* S. Urſus, *de quo egimus* 1 *Februarii, tandem etiam pervenerit Moguntiam* Theoneſtus *poſt mortem* S. Maximi, ab Arianis hæreticis multas & atrociſſimas inſidias & perſecutiones paſſi pro fide orthodoxa, atque ſepties de ſua Eccleſia pulſi (*uti de eo ſcribit *Megenfridus*) *ſimilia plane ſuſtinebat* Epiſcopus Auræus, *& ipſe aliquando eadem de cauſa exul, uti in Commentario leges quem de illo collegimus* XVI *Junii. Tum vero* Albanus, *uti junior, ſic & ad laceſſendos hæreticos animoſior quam Theoneſtus, magiſtro ſuo præripuerit coronam martyrii, cujus causâ tam ſolenniter à civibus colitur.*

iſti credimus, ex inſula, forſan Naxia,

ſub Theodoſio veniſſe Albanum.

poſt mortem S. Maximi:

4 *Huic expoſitioni ad amuſſim conveniunt pictura & verſus, inſcripti in fronte ſacelli domuſque, in platea quæ S. Petri dicitur Moguntiæ ſtantis; ac primum quidem rythmo Germanico hic ſenſus exprimitur,*

ab eodem poſſunt credi verſus,

C Albanus ſanctus hìc requievit,
Sciſſo cum capite agonem complevit.

Verſibus deinde Latinis, annum Domini CCCCIV *martyrio* Albani *aſſignantibus neque à ſtylo & ætate Rabani multum abeuntibus, ſic plenius explicatur tota res.*

Poſt Chriſtum natum, genus humanumque redemptum,
Orbe quater centum numerante & quattuor annos,
Dum tenet Imperii moderamina Honorius, urbis
Sceptra Moguntinæ Auræus fert Præſul & exul,
Arius atque fidem labefactat ſchiſmate diro;
Advenit Sanctus longis Albanus ab oris.
Qui cum divini conſtanter ſemina verbi
Spargeret & veræ fidei convinceret hoſtes,
Obrutus infidâ, pro Chriſti nomine, turbâ,
Hic capite oblato paſſus requievit; & ipſum

& cædem adſcribimus anno 404 *& ætati S. Auræi Ep.*

Ipſemet (ô factum cunctis mirabile ſeclis!) D
Complexus propriis cæleſti numine palmis, AUCTORE D. P.
Adportare locum meruit valuitque ſacratum:
Nunc ibi tam Capitis quam Corporis oſſa quieſcunt.

5 *Hic in medio depictus eſt* S. Albanus *ſuum manibus caput gerens; ad eum ſcilicet modum, quo aliàs ſæpe monuimus pingi omnes Martyres capite cæſos: nam talis mos occaſionem dedit opinandi, eos revera ſciſſo capite ambulaſſe, ipſumque detuliſſe ad locum ſepulturæ: quem popularem errorem nihil attinet pluribus hic arguere: potius addantur reliqui verſus, picti ex altero Sancti latere.*

Hinc iſtud pietas olim conſtruxit avorum
Albano, ſacrâ decorans arâque ſacellum: *ipſo ubi decollatus creditur loco*
Ædibus hinc iſtis adſcriptum nomen ad Hunum.
Nam juxta Hiſtorias, Albani tempore paſſi,
Hunorum, quam lata patet Germania, E
ſævit
Gens, Moguntino ſed tunc crudelius agro.
Ergo Moguntinis, Albane, pie advena quondam,
Nunc cæli patriæ civis Chriſtique coheres,
Quæſumus exores Patronus Cunctipotentem.

Ex hinc ſequentium verſuum defluxerant initia, ſolumque potuerant ultima hemiſtichia legi ac renovari; haud inepte forſitan ſic integranda,

Vivat ut Otgarius per ſecula nomine clarus,
Atque Ludovico Dominus ſub Principe, noſtras
Perpetuo ſervet, benedicat, protegat ædes:
Illiſque & populo toti cæleſtia ſecum
Poſt vitæ finem, ſine fine habitacula donet.

6 *Ita ſuppleti verſus ſignificarent, ſcriptos ſe eſſe intra annum* DCCCXXV, *quo Rabani immediatus deceſſor* Otgarius *Cathedræ Archiepiſcopali admotus eſt; & annum* DCCCXL, *quo* Ludovicus *Pius exceſſit é vivis. Cum autem locus ipſe vulgo nuncuparetur* ad Hun, *id eſt*, ad Gallinam (*ſic enim Germanis hodieque ſcribitur quod pro dialectorum varietate aliis* Houn, Hin, Hen F *exprimitur*) *placuit alluſionem facere ad* Hunos, *Germaniæ depopulatores atque Moguntiæ vaſtatores, ſimulque indicare martyrium* S. Albani *non adeo multum præceſſiſſe Martyrium* S. Auræi Epiſcopi, *anno* CCCCLI (*ut putamus*) *cæſi ſub Attila. Neque etiam alienum à veroſimilitudine eſt, vel Auræum ab initio fere ſeculi* IV *Epiſcopatum iniiſſe, eumque ad annos quinquaginta tenuiſſe, inter annuas fere barbarorum incurſiones; quæ tandem cum excidio urbis finem acceperint; vel extremis Honorii annis, circa* CCCCXX *Chriſti, primum Moguntiam applicuiſſe cum Theoneſto* Albanum, *in auxilium diœceſis, graviſſime ab Arianis afflictæ.*

ad Hunum dicto poſiti:

forſan tamen aliquanto ſerius paſſus eſt Sanctus.

7 *In Vita S. Maximi, quam Trithemius in libro de viris illuſtribus compilavit ex Meginfredo, circa finem ſeculi* X *Fuldenſi Chronologo, dicitur quod ſub turbationibus eccleſiæ, quas ibi enumerat, & quarum bona pars ad Honorii Imperatoris tempora ſpectat,* multa Chriſtianorum millia, propter Catholicæ fidei confeſſionem, ab infidelibus & hæreticis apud Moguntiam & in omnibus terminis ejus crudeliter fue-

cum ibi turbatiſſimus Eccleſiæ ſtatus eſſet:

runt

A runt occiſa : quorum apud mortales nulla penitus habetur memoria, propter malitiam impiorum & penuriam fidelium ſcriptorum. Nuſquam ſatis in urbibus & oppidis ſecuri; quando & gladius ubique ſæviebat Gentilium, inſania & non minus perfidia invaluit hæreticorum. Nam etſi pacem videretur habere Eccleſia ab iſtis qui Romanis Principibus fuerunt ſubjecti, ut abnegare Chriſtum jam nunc nemo compelleretur. Arianorum tamen in tantum eo tempore væſania prævaluit, ut nihil aut parum à perſecutione gentium differret. Denique Franci, tam Orientales, quam illi qui ad oſtia Rheni confederant Occidentales Gothicæ quoque nationes, & alii Pagani frequentes in Galliam motus & incurſus facientes, Moguntiam, Coloniam, Treverim, Wormatiam, Spiram, Argentinam & alias trans Rhenum urbes nimia crudelitate ſæpius moleſtabant, nulli parcentes gradui, ſexui, vel ætati.

AUCTORE D. P.

B 8 *Ea erat*, S. Auræo *Epiſcopatum tenente*, *facies rerum : quæ cum tandem ad extremum urbis alias præpotentis, excidium ab Attila illatum, prolapſæ ſcirentur, omnis illa inundantium Paganorum multiplicitas, cœpit in ore hominum, ſub nomine* Hunnorum *venire, & poſteris tradi ſermone vulgi : itáque etiam* Albani *cædes ad eorumdem tempus referri, etſi multis ante irruptionem Attilæ annis patrata. Interim hic notandum occurrit, quod cum* Mœnia *prioris Moguntiæ, per Hunnos everſæ* in campeſtri loco ſpatioſo, longius à Rheno diſtante fundata fuerint, ubi nunc eſt domus leproſorum & eccleſia Sanctimonialium S. Mariæ, quæ Sacra-vallis dicitur, *ut ſcribit Sigehardus in Actis S. Aurei per verba à nobis relata num.* 10, *notandum, inquam eſt, quod à veteri ſitu civitas defluxerit ad eum, in quo* Albanus *cæſus creditur, ſuburbanum tunc locum : cujus corpus & caput delatum deinde eſt ad vicinum montem, qui antiquitus à Gentilibus nominabatur* Mons-Martis, *à tumulatis autem ibidem magno numero Martyribus, Diocletiani forſitan ævo paſſis,* Mons-Martyrum *cœpit appellari, nunc vero ab eccleſia & Abbatia, iſtic erecta circa finem* VIII *ſeculi*, S. Albani Mons *vocatur.*

prius tamen quam Attila Rex Hunnorum an. 251 urbem vaſtaret.

C §. II. *Vita à Goſwino male conſuta, ſub annum* 1072, *& à Caniſio vulgata.*

Seculo XI *Vitam ſcribit Goſwinus*

9 *Nicolaus Serarius noſter, lib.* 1 *rerum Moguntiacarum cap.* 48 *num.* 4, *refutatâ Henrici Caniſii conjecturâ, quâ is edita à ſe* S. Albani *Acta Sigehardo Monacho Sant. Albanenſi tribuit, ei ſcilicet qui dicitur Auctor Actorum Aurei & Juſtinæ, ſcriptorum ſub annum* MCCXCVII manuſcriptorum, *inquit*, meorum optimus, clare ac deſignate illius [Vitæ] auctorem pronuntiat Goſwinum, duaſque ejus Præfationes præfigit ... unam ad Sigefridum, Archiepiſcopum Moguntinum ; alteram ad Bardonem, S. Albani Abbatem : unde colligitur primo, ſcripſiſſe circa annum MLXXII, quod & poſtea in eo ipſo anno confirmat idem Ms. Deinde, videri quidem fuiſſe Monachum, ſed non Monaſterii S. Albani ... Nam de Abbate Bardone ipſique commiſſo Monachorum cœtu ita loquitur, quaſi ſuus neuter eſſet .... Quin & S. Albanum, Bardonis quidem ſuique ſodalitii Patronum vocat, non autem ſuum. Denique Præfationem priorem ſic orditur, ut in Epiſcopali monaſterio Fratrem ſe eſſe indicet his verbis. Quamvis Chriſtianæ Religioni, ex ſacri Ordinis profeſſione, debeam, ut Deo & Sanctis ejus omnibus Orthodoxis humili devotione inſerviam ; Tibi tamen, mi Pater ſanctiſſime (*Sigefridum Archipræſulem alloquitur*) & Eccleſiæ, cui auctore Chriſto præſides, ſpeciali quadam ſervitutis lege memet adjicio, & ad humilitatis jugum ſub manu tua cervicem mentis inclino *Hæc ille, apud præcitatum Serarium, apta* Canonicum *fortaſſis, potius quam* Monachum, *ſignificare, niſi idem Serarius nos docuiſſet cap.* 18; Inter omnia monaſteria primum & præexcellens fuiſſe, quod apud veteres Epiſcopale, aut Majus, aut S. Martini monaſterium appellatur, hodie vero Metropolitanum Canonicorum collegium.

D

S. Martini verosimiliter Monachus.

E 10 *Præfationes ipſas, Caniſio non viſas, proferre in lucem operæ pretium non cenſuit Serarius ; mihi vero, ipſas habenti ex Chronico Moguntino, olim per Gamanſium communicato, "neceſſarium eſt eatenus ſaltem delibare utramque, ut conſtet, cur & quomodo ſcribere Auctor inſtituerit. Ac primo quidem* Antiſtiti Domino Sigefrido Archipræſuli, humilis Frater Goſwinus *apprecatus* quidquid hominem Deo commendat acceptius, *poſt alia quædam ſic progreditur* ; Videns ergo Moguntiam, S. Albani Martyris illuſtrari & patrocinio ſuſtentari ; neque vero vitam ejus aut virtutes, præter admodum pauca ſacris codicibus contineri ; quæſivi diligenter à ſenioribus loci, quidnam cauſæ eſſet, quod vir tantæ venerationis, & Martyr tanti nominis, debito munere careret ; & ad ſalutem credentium Vita ejus hiſtorico ſyrmate quærentibus non pateret. Qui cum ſimplici veritate exponerent, antiquo urbis excidio, vel potius majorum obſoleviſſe deſidia ; & plura hujuſmodi, quæ propter notam temporis ſuperſedenda ſunt ; obnixè cœperunt rogare, ut quæ ipſi per tomos diſperſa legiſſent, vel à majoribus tradita accepiſſent, adhibitâ curâ in unum colligerem, & ad honorem beati Martyris ſalutemque legentium litteris memoriæque mandarem.

cum duplici Præfatione.

Ad Sigefridum Archiep.

F 11 Ego vero, cum parvam ingenii venam & tenuem ſpiritum, ad implendam hanc dicendi tubam, debita humilitate excuſarem ; tandem rogatu vel potius juſſu venerabilis Bardonis Abbatis ejuſdem loci, (Bardonis noſtri Magni ab anno MXXXI ad L Archiepiſcopi, tam propinquus genere, quam non diſſimilis ſanctitate ; nam fratruelis ejus erat) ipſius, inquam, juſſu me ad ſtylum contuli, & quæ canâ ſeniorum fide auctore didiceram, in unum ſtylo ſubſerviente collegi; non quidem viribus meis innitens, ſed in ſpiritu ſancto confidens ; non de cothurnato turgentium verborum præſumens faſtu, ſed viventis aquæ refici deſiderans hauſtu. Magni quidem ponderis videbatur tale quid ultra vires aggredi ; quippe ubi ſcirem ſi ad publicas prodiret aures, me à pluribus notatum iri : ſed iterum ad conſtantiam animum roborabat reverenda ſeniorum canities, annis matura, cygnæo capite florida, omnium prorſus auctoritate digniſſima ; quæ

docens unde ſcribenda collegerit ;

me

me negantem urgebat, obedientiæ ſtimulo renitentem trahebat, caritatis loro [aſtringebat nullam eſſe cauſam] dicens quæ me tantopere ab hujuſmodi deterreret; cum pæne omnis hiſtoria & chronica magis audita quam viſa denarret. Ita ergo nefas putans hujuſmodi non credere; ratum duxi jubentibus parere, unde & pedeſtrem proſaice pro poſſe texui hiſtoriam: in antiphonis vero & Reſponſoriis hermoniacæ dulcedinis reſperſi melodiam.

& quomodo;

12 Quod ſiquis de Faſtis & Chronicis quædam hic inferta cauſetur; & cum Martyris agonem & coronam texere debuerim, me potius chronographiæ vel topographiæ oſtentaliter ſtudere cachinnetur; agnoſcat [eruditis] auribus nihil tale mirum videri; cum ſæpe veritas rerum colligi ſoleat ex congruentia locorum & ordine temporum. Quod ſi nos ulterius arguat premens, hic aliter quædam ac in quibuſdam hiſtoricis poni; noverit etiam ſanctos Euangeliſtas, licet unam loquerentur veritatem, quæ Chriſtus eſt, non uno tamen modo vel eodem ordine cuncta digeſſiſſe, nec unquam multas ejuſdem rei ſcriptiones omnibus & verbis & ſententiis conveniſſe. *Excuſans deinde Goſwinus quod ſumens ab ipſomet Chriſto exordium, irridendu mſe videatur proponere nonnullis, quaſi qui*

—Gemino bellum Trojanum orditur ab ovo;

& deprecans ne forte nobilis Moguntia ſtomachetur; &, quod ingenio tale quid cudendum non reliquerit, cauſetur; *petit* &, ipſe pro indigena haberi; *tandemque converſus ad Archiepiſcopum ſuum*; Jamjam Pater, ad te redeo, *inquit*; ad te, cui totus innitor & ſuſpicio. Tu labanti porrige dexteram; errata corrige, hiantia ſupple, reſcinde ambitioſa, commode dicta. Patrone ſuſcipe gratioſe: quidquid enim hic ſcriptum eſt pro infecto indictoque habebitur, niſi veſtra auctoritate roboretur.

a ad Bardonem Abbatem.

13 *Tum vero* Theoretico Euangelicæ crucis bajulo, Domino Bardoni Abbati, *idem* Frater Goſwinus *apprecans* ſpiritu vivere, ſpiritu & ambulare, uſque ad coronam gloriæ; *profitetur, quod* hic divinus Martyr, etſi multa geſſerit, per quæ notitia tanti nominis ſemper ſuperſtes vivat; & ita miraculorum ſignis ſe uſquequaque diffuderit, ut uſque in finem mundi nulla oblivione obliterari metuat; tamen præcipuis ejus meritis etiam hæc debetur reverentia, ut Vita ad finem martyrii mandata litteris, omni poſteritati in immortalem memoriam porrigatur ..... Terſius ergo, *inquit*, ſcribentur, ſi quæ de tanto Martyre narravit antiquitas, ſi quæ in ſchedulis fidelium reſperſit devotio, quantum tunc temporis hæreticorum patiebatur immanitas; *ut quamdam Paſſionem, licet modicam ex tunc ſcriptam indicare videatur. Laudatur apud Trithemium in Chronico Hirſaugienſi, circa annum Domini* DCCCXCII Rupertus Monachus undecumque doctiſſimus, Græce & Latine peritus, qui ſcholæ Monachorum apud Moguntiam in monaſterio S. Albani præſidens, multa ingenii ſui monumenta poſteris reliquit: Vitam quoque S. Albani metrice deſcripſit. *Id ſi verum eſt, hanc quoque vidiſſe & ſecutus eſſe potuit Goſwinus. Sed vereor ne Trithemium fefellerit nomen, ejuſque Vitæ auctor ſit alius longe junior* Rupertus, *qui Goſwini contextum metrice reddiderit ſeculo* XIII *vel etiam ſerius. Id vero pro certo judicari debet, ſi de ea Vita agit Trithemius, ex qua, ut ſuperiori ſeculo adhuc ſibi lecta, licet à Serario nuſquam inventa, D. Latomus quidam apud eumdem Serarium pag.* 276, *deſcripſit Leoninos hoſce verſus ſeculo ut ſummum* XII *excoli cœptos:*

Collegit Goſwinus ſua ex vetuſtis ſchedis

Schiſmate ſub tali, ſolio de Pontificali
Pellitur ejectus, Romamque petit Theoneſtus.
Inde Moguntinam ſedem devenit opimam ....
Inclitus Albanus, fidei virtute probatus,
Exponendo fidem, ſectas damnabat ibidem.

Collegit Goſwinus ſua ex vetuſtis ſchedis

14 *Verum quæcumque aut quandocumque ſcripta reperit* Goſwinus, *in iiſdem connectendis infelix admodum hiſtoricus fuit; cum duos* Theoneſtos, *duoſque* Albanos, *locis plane diſſitis diverſiſſimiſque temporibus mortuos in eamdem conflavit perſonam. Nam quod ad* S. Theoneſtum *Albani Moguntini magiſtrum attinet* (*Germanice dictum* Sint-Thenaus) *is die* XX *Octobris colitur, ibidemque veroſimiliter ſicca morte eſt defunctus; forte etiam tumulatus in ſui nominis ſacello, quod, ut Serarius docet, lib.* I *cap.* 31 in Rheni ripa extra muros infra S. Martini arcem ſitum erat; eoque ibat è S. Petri templo frequenter proceſſio, imo etiam majorum pietas feſtis maxime Paſchalibus, ad Emaüntinorum diſcipulorum imitationem, unde & Emaus vocabatur, forte à corrupto Germanico nomine *maleque diviſo quaſi* Sint-Enaus *diceretur*. Theoneſtus *autem* Epiſcopus *cum Sociis* Tabra & Tabratha, *ex Africa veroſimiliter advectus Altinum in Marchia Tarviſina tempore Wandalicæ perſecutionis, uti & alii multi ad varia Italiæ loca, ibidem cum iiſdem obiit; everſaque ab Hunnis civitate tranſlatus in ædem Cathedralem Torcellenſem, ibidem colitur* XXII *Novembris. Similiter alius à Moguntino* Albanus, *neutrius* Theoneſti *ſocius, iſque* Epiſcopus, *habetur Burani, quæ eſt Veneticarum inſularum una; eodem tamen quo Moguntinus die colitur; propter propriorum Actorum defectum. Sed de hoc nihil videtur ſciviſſe Goſwinus, ab Altinenſibus vero videtur mutuatus* Thabraham & Thabratham, *quos* Theoneſto *ſuos ſcios peregrinationis jungeret, & Moguntia digreſſos ſimul faceret Altini martyrizari.*

topographus,

15 *Nec felicior fuit in locorum diſcrimine: nam* S. Urſum, *de quo à deceſſoribus meis actum* I *Februarii, quemque Rabanus ait, Mediolano in Gallias tranſire volentem*, in Auguſta civitate *Martyrio coronatum*; Auguſtam Prætoriam *intelligens, ipſe traduxit* Auguſtam, primæ Retiæ, *ſeu Vindelicie* urbem. *Quem errorum agnoſcens eruditiſſimus Marcus Velſerus, rerum Auguſtanarum lib.* 8 *ad annum* 425, Vereor, *inquit* noſtrorum aliquos nominis errore ductos (*dicere potuiſſet Moguntinenſium ſcriptis deceptos*) de Vindelicorum urbe perperam ſint interpretati, quæ ad Prætoriam Salaſſiorum pertinent. Pro Prætoria enim argumenta non obſcura ſunt aliquot. Conſultæ tabulæ eccleſiæ Buraniæ ..... planæ habent civitatem Auguſtam, quæ ſita eſt ad radicem montis qui dicitur Jovis. Deinde locuples auctor Antoninus in Itinerario, iter Mediolano Moguntiacum deſcribens, Auguſtam Prætoriam quintæ manſionis loco poſuit: tum antiquiſſimum ad eam monaſterium titulo S. Urſi ſu-

A ſupereſſe audio. Nobis contra neque itineris ratio ſuffragatur, neque ullam noſtra Eccleſia Urſi memoriam retinet. *Jam porro quam alienum à veroſimilitudine eſt, quod* Theoneſtus, *Philippopolis in Macedonia Epiſcopus (urbis utique mediterraneæ & LXX P. M. remotæ à littoribus maris Ægæi) dicatur in exilium miſſus à Rege Wandalorum in Africa dominantium ? Hinc Serarius conjectat* Hippenſem, *vel* Cipipenſem *aut etiam* Hipponenſem *in Africa Epiſcopum fuiſſe* Theoneſtum *: quod ut de illo valeat, quem tempore Wandalicæ perſecutionis ſub Hunerico Rege Altinum credimus appuliſſe; ſua tamen non caret difficultate; eo quod, licet* Hippam *&* Cipipam *Ptolomæus nominet, &* Hipponenſem *Epiſcopum ſciamus fuiſſe Auguſtinum, probare tamen nequeamus eas Urbes fuiſſe Epiſcopales, quando Victor Vitenſis omnes Africæ eccleſias enumeravit, quarum Epiſcopi Catholici anno* CCCCLXXXVI *Carthaginem convenerunt, cum Arianis diſputaturi, nominatis etiam Cathedris quæ tum forte vacabant : ut oporteat tria illa loca, ſi omnia erant Epiſcopalia, habuiſſe Antiſtites Arianos; anno illo atque adeo* Theoneſtum, *ſi ex earum aliqua pulſus advenit, ſub Geiſerico Hunerici patre pulſum fuiſſe ante plures annos.*

AUCTORE D. P.

B

16 *Sed omnem priorum confuſionum abſurditatem vincit confuſio temporum, dum in exilium miſſus ab Hunerico, Chriſtianos Præſules Clericoſque in Africa perſequente ab anno* CCCCLXXVI *ad* CCCCLXXXV, *dicitur confugiſſe Romam ad* S. Leonem Papam, *qui rexit Eccleſiam ab anno* CCCCXL *ad* CCCCLXI, *indeque ad* S. Ambroſium *qui obiit ut minimum anno* CCCXCVII. *Mox vero ad* Sigiſmundum Regem *Burgundionum Catholicum abiiſſe qui poſt annum quingenteſimum ad hujus fidem primum ſe contulit; ab hoc deinde ad* S. Paulinum Trevirenſem, *qui juxta S. Hieronymum in Chronico mortuus eſt anno Conſtantii* XXI, *id eſt* CCCLVIII *anno Chriſti; ut ducentorum fere annorum ambitum unius* Albani, *non admodum ſenis aut potius adhuc juvenis vita ſic explicata comprehendat. Omittimus ergo iſta tam male cohærentia, omittimus etiam illius vitæ compendium, quod ex Ms. Windbergenſi conſequenter exhibet Caniſius; ubi in principio, loco* irruptionis Hunerici, *ſcribitur nomen* piiſſimi Regis Honorii. Perſarum atque Medorum & Wandalorum gentis; *cujus juſſu* dum Carthagine Synodus congregaretur, tam Fidelium quam Arianorum, ſexcenti ſeptuaginta Epiſcopi convenerunt; inter quos vir valde egregius Theoneſtus, à Philippis expulſus & propria ſede privatus, pro certamine fidei individuæ & ſanctæ Trinitatis, peregrinationis causâ Romam venit; *licet ejus nomen ut dictum eſt ; nuſquam inveniatur in accuratiſſimo Victoris Vitenſis Catalogo, Præſulum omnium Catholicorum qui iſtic comparuerunt nomina referente.*

& chronologas.

C

§. III. *Eccleſia & monaſterium S. Albani, ejuſque ad præſentem ætatem fortuna. Sancti ipſius Reliquiæ.*

Poſt reſtauratam urbem &

17 *VEniamus tandem aliquando ad ea quæ poſt* S. Albani *mortem, urbiſque Moguntinæ inſtaurationem, & inſtitutionem Archiepiſcopatus Moguntini geſta, certiori teſtimonio ſcire* Goſwinus *potuit : atque his verbis ab eo referuntur.* Poſt eam perſecutionem, quam in ultionem hujus ſceleris & hæreticæ impietatis, ſub Attila Rege Hunnorum, cæleſti judicio factam ſupra retulimus ; cum eccleſiis reddita eſſet pax, Sanctorum precibus divinæ animadverſionis iram propitiantibus; S. Albani tumba cœpit miraculis celebrari, & multo populorum frequentari conventu : quia videbant qualiter Dominus Sanctum mirificaret, & quomodo magnificentiam ſuam in eo exaltaret. Videbant enim inibi ejus florere orationes, coruſcare virtutes, ejus meritis multa petentibus præſtari beneficia, infirmantibus ſanitatum donari. Omnis qui ad eum de quacumque tribulatione clamaturus ingrediebatur, protinus impetrata conſolatione lætus regrediebatur. Videbant ibi illuminari cæcos, in ſolidos greſſus erigi claudos, & omnium membrorum dolores in priſtinam ſanitatem revocari. Inde Chriſtiani, religione ducti, prout tunc temporis erat copia, ſuper ſacrum cinerem parvæ molis Eccleſiam fabricant, altare dedicant, ejus ſe patricinio commendantes, ſancti corporis loculum præ omnibus venerantes.

D

crebreſcentibus ad tumbam S. Albani miraculis

E

Aliquanti proceſſu temporis evoluto, cum jam civitas ad integrum eſſet renovata, & Chriſtiana religio tam Catholice quam canonice ad plenum redintegrata ; venerabilis Richolfus, à Præſulatu magni Bonifacii ſanctæ Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus tertius; ſicut videbat locum egregii Martyris miraculis coruſcare, ita hunc fabricis & aliis divinis cultibus aggreſſus eſt honorare ; fundans primo baſilicam tanto Martyri condebitam : cujus fabricæ modum & ſtructuram, quia promptum eſt oculis cernere, non eſt opus cartis intexere ; eſtque ſuperfluum ut litteris vel lectione depingatur, cujus facie vel ſpecie omnis ingrediens delectatur. Super ſacrum vero cinerem Mauſoleum erexit, quod auro, argento ac gemmis veſtiens, diligenter undique decoravit. Addidit præterea quoque, in cultum ſanctuarii & in miniſterium altaris, vaſa aurea & argentea, ſacris miniſteriis idonea ; ſacras etiam veſtes, divinis Officiis, prout tempus dictat, competentes. Conſtruxit etiam ibidem omnes vitæ regularis officinas, quas voluit ſervorum Dei, in loco illo degentium ad perpetes Martyris excubias, eſſe receptacula ; ut ejus ſuffragantibus meritis, recipiant eum in æterna tabernacula. Obtulit inſuper ſancto Martyri, ad ſumptus Deo famulantium, prædia villaſque & Eccleſiarum decimas quas ſancto altari ejus rata adſtipulatione firmavit, ſcriptiſque teſtamentis perpetua ſtabilitate legavit.

ædificatur ſuper ipſam eccleſiola,

quam Richulfus Archiep. amplificans ac dotans,

eidem addidit monaſterium.

F

19 *Hinc inter ædis iſtius rudera, lapis repertus eſt ſic inſcriptus :*

Illa dedicata fuit an. 804 1 *Decembris*

Antiſtes humilis Riculf hanc condidit aulam,
Martyris Albani nomine namque ſacram:
Hanc quoque fulgenti juſſit veſtire metallo,
Cum titulis, ara, cumque decore ſacro.
Perpetuam cujus mercedem Chriſte laboris,
Albani precibus cui rogo redde pie.

Iuxta adjacebat hæc deſcribenti lapis alius, completi operis tempus ſic denotans.

Eccleſia hæc eſt conſecrata in honorem ſancti Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, Kal. Decembris anno incarnationis ipſius DCCCV, indictione XIII. *Ubi annus Dionyſianus notatur, novem menſibus Ianuarium prævenientes & intelligitur annus* DCCCIV, *Septembri*

A bri menſe numerare incipiens Indictionem quando littera Dominicalis F oſtendit Dominicam Primam Adventus, idoneam tali actui concurriſſe cum 1 die menſis. Quod autem jam antea aliqua ſaltem eccleſiola ibidem fuerit, teſtantur hi verſus apud Serarium lib. 1 cap. 30; forte inventi apud Latomum, ex S. Albani Vita metrica de qua ſupra hi videlicet:

Dominica Adventus

Martyris Albani renovavit culmina Richolf,
Antiſtes humilis, Chriſti devotus amore,
Exornans aram pretioſis atque metallis.

20 *Pergit porro Goſwinus*: Idem ergo venerabilis locus in tanta celebritate cœpit haberi, ut non tantum ejuſdem regiæ urbis Pontifices, verum etiam regni primores, cum defungerentur, non alibi ſe ſepeliri poſcerent. Sicut in argumentum fidei intra & circa Eccleſiam quoquoverſum extant Mauſolea, ſingulorum nomen & obitus diem titulis deſignantia. *Ex his apud Serarium reperiuntur Epitaphia, primum* Richulfi, *pag.* 616; *tum ſucceſſoris* Haiſtulfi, *pag.* 619; Otgarii, *pag.* 623; Rabani *pag.* 651; Caroli, *pag.* 654. *Sequentis* Luitperti, *licet ibidem ſepulti, vel nullum Epitaphium extitit, vel abolitum excidit memoriæ*: Zunzonis *ſeu* Sonderildi, *anno* DCCCXCI VI *Kal. Julii à Normannis Wormatiæ martyrizati, atque ad S. Albanum delati, monumentum vide apud eumdem Serarium, pag.* 668. *De* Hattonis *ſepultura nihil liquet. Poſt hunc eccleſiam ſuſcepit* Hildebertus, *cui ad laudem adſcribit Trithemius, ubi de S. Maximo, quod* anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXV, Indictione Romanorum VIII, die menſis Martii quarta decima, decem Eccleſiæ Moguntinæ Pontificum oſſa (*eorum ſcilicet qui ſub Romanis illam rexerunt*) de capella Divi Hilarii, ſolenni cum proceſſione Cleri & Populi, ad eccleſiam monaſterii Divi Martyris Albani tranſtulit, & in choro ſumma cum reverentia locavit. *Sequuntur porro ibidem ſepultorum Epitaphia,* Friderici, *pag.* 685; Wilhelmi *pag.* 689; Hattonis II *pag.* 695, Rupertus, Willigiſus, Erkenboldus, Aribo, Bardo, Luidboldus; *& ipſe denique, cui librum ſuum Goſwinus inſcribit,* Sigefridus, *alibi ſepulturam ſunt nacti.*

exinde plures illic ſepulti Archiepiſcopi,

item ab an. 935 primi x Epiſcopi ſancti,

B

C 21 *Principum ſecularium ibidem ſepultorum meminiſſe ſuperfluum eſſe cenſuit Auctor, quando pro omnibus aliis ad ornamentum loci ſufficere poterat, quod, ut proſequitur ipſe,* Potentiſſimus ille Carolus, Magnus & orthodoxus Imperator, cum Faſtrada conjunx ejus apud Franckenfurt diem obiiſſet, tam nobile funus ad monaſterium S. Albani præcepit deferri, & in Aquilonari veſtibulo ante altare Apoſtolorum terræ fecit mandari. Argumento eſt titulus monumenti ejus in ejuſdem veſtibuli pariete intra fornicem deſcriptus pro cujus animæ remedio quædam ſancto Martyri prædia contulit Carolus, unde hodieque Fratribus miniſtrantur diætæ. *Titulum iſtum numquam nunc reperias; credo quia ruinam paſſus eſt fornix, poſt ætatem Goſwini, ſeculo forſitan* XII *vel* XIII; *quando aliud* Epitaphium, *& alio forſan loco ſubſtitutum eſt, Leoninis ex parte verſibus (quorum tunc uſus primum cœperat) ſic deſcriptus.*

item præter alios Proceres Faſtradana Regina,

pro cujus primo Epitaphio poſitum aliud adhuc ſupereſt,

Faſtradana pia, Caroli coniunx vocitata,
Chriſto delecta, jacet hoc ſub marmore tecta.

Anno ſeptingenteſimo nonageſimo quarto:

Quem numerum metro claudere muſa negat. D

Rex pie quem geſſit Virgo, licet hic requieſcit,
Spiritus heres ſit patriæ quæ triſtia neſcit.

A. ET Ω.

22 *Atque hoc ibi ſic perſtitiſſe credo uſque ad annum* MDLIII, *quando fax illa Germaniæ, Albertus Brandeburgicus, menſe Auguſto depulſus Francofurto quod obſederat,* omne in vicinam Moguntiam iræ furoriſque virus effudit; eamque nemine reſiſtente ingreſſus, templa ſacrilege ſpoliavit; S. Martini arcem, quæ Archiepiſcopi domicilium erat, nefarie incendit; ſimulque die XXVII, pridie S. Bartholomæi, nobiliſſima templa S. Albani, S. Victoris, S. Crucis, & Carthuſiam, *ut ait Serarius pag.* 920. *Eo digreſſo urbeque recepta, tum alia forte plura vetera monumenta in urbem allata ex* monte S. Albani *ſunt; tum illud in primis, quod dixi, Faſtradanæ epitaphium, in æde ſumma prope oſtium ad Auſtralem ingreſſum ſuper columnam collocatum eſt; addito hoc recentiori Epigrammate, rei geſtæ teſte.* E

post an. 1553 tranſlatum ad Metropolitanam;

Quæ Faſtradanæ coram monumenta tueris,
Haud iſto primum fixa fuere loco:
Æde ſed Albano ſacra, cæſiſque propinqua
Martyribus, claro vertice collis erat.
Nunc ea quod periit flammis hoſtilibus ædes,
Mota locis zelo ſunt monumenta pio.

23 *Sacris corporibus factum quid ſit, licet non indicet Serarius, ex paucis tamen illis Reliquiis quas viſu audituque cognitas ſibi ſcribit lib.* 1. *cap.* 17 *intelligas; pleraſque ruinis loci involutas flammiſque conſumptas periiſſe. Ibi primo loco nominatur* Caput S. Albani, *tum alia inſignia lipſana undecim numerantur, illuſtrium Sanctorum omnia quæ* Reliquiæ, cum ob bella & incendia repoſitæ à S. Albani Dominis in S. Ignatii Parochiali templo fuiſſent, inventæ nuper ſunt (*puta ſub exitum præteriti aut initium currentis ſeculi; nam anno* 1604 *ſua edidit Serarius*) ab admodum Reverendo & Nobili Domino, ſummi templi Canonico Capitulari, Wolfgango ab Henſenſtain, cum aliis aliquot antiquitatis monumentis. *Neque de Capitis illius veritate cui quam dubium moveat Namurcenſis quidam ſcriptor, ex occaſione quod diœceſis illius Patronus quoque* S. Albanus *ſit, ejus hiſtoriam percurrens, atque affirmans, quod anno* MDXCIX *hujus* S. Albani caput *viderit Monachii in Ducis Alberti ſacello. Re enim examinata exiſtimat Serarius pag.* 276 *quod vel ille* aliud ſacrum caput viderit, nomenque ipſi aut male indicaverit Myſtagogus., aut bene indicatum memoriâ exciderit. Nam hoc, *inquit*, Moguntiæ aſſervatur ab ipſis S. Albani Dominis, & quidem nunc in Prædicatorum templo ubi ſacra ſua peragunt; quod non oculis tantum, ſed & oſculis etiam tangere, manibuſque verſare, licet indigno, datum ſæpius. *Ita ille,* Dominos *appellat, quia ut ante dixerat pag.* 110, *quod prius fuerat cœnobium Monachorum,* uſque ad annum MCCCCXIX, Martini Pontificis conceſſu in Canonicorum Collegium demigravit: *qui, deſtructo licet loco,* ſuis adhuc fruuntur reditibus, divinumque ſuum cultum, Pſalmodiis ſacriſque Miſſarum liturgiis obeunt in Prædicatorum templo *prædicto.*

F

quandò etiam Caput ſancti illatum in Urbem eſt;

ubi etiamnum eſt apud Canonicos S. Albani,

non Monachii,

ſucceſſerant illi Monachis an. 1419

A AUCTOR. D. P.

24 *Albaniani templi, cum scriberet Serarius,* tantummodo parietinæ *supererant*, ut tamen, *inquit* de sanctuario aliquo ibidem restaurando sperare liceat facit Rev. & Nob. Domini Decani Eberhardi ab Heusenstam pietas, & hodierni Archiepiscopi *Ioannis Swichardi à Cromberg anno ipso* 1604 *ordinati*, qui ante electionem suam illic fuit Præpositus, *aliorumque multorum munificentia. Neque vana spes ea fuit: nam cum anno* MDCXXXI, *Gustavus Adolphus Rex Suecia occuparet urbem, jam tum stabat perfectus Chorus insignis, aliaque ædificia sacra, qualia videre est in Matthæi Meriani Topographia Moguntina anni* 1646; *sed inclusa aggeribus novæ ac primariæ arcis, ad meridionale urbis latus structa; quo ex tempore credibile est multum decessisse de loci religione, propter morositatem præsidiarii militis portas observantis.*

destructâ ab hæreticis ecclesiâ.

25 *Felicior fuit alterius Albaniana ecclesiæ conditio Namurci. Hæc, originis tam antiquæ ut initium ignoretur, cum frequentibus publicæ rei conversionibus vel esset collapsa vel ruinam minaretur; sub Adelberto seu Alberto Comite, resurrexit in Collegialem Canonicam; & parentum nostrorum memoria, sub* Philippo II *Hispaniarum Rege, facta est etiam Cathedralis, instituto illic Episcopatu. Jo. Baptista Gramayus, in Historia Namurcensi pag.* 46, *secundam & meliorem fundationem sic describit.* Albertus Comes, Reginaldo Episcopo Leodiensi (*ab anno* MXXV *ad* MXXXVI) contra Odonem Comitem Campaniæ opem tulit; ubi dum in confertas hostium turmas ruit intrepidus, occubuisse traditus est. Sed inter cadavera latens ignotus, voto concepto se Martyris Albani ædem restauraturum, incolumis ad suos remeavit. Et voti reus, consilio imprimis Frederici tum Leodiensis Archidiaconi, postea Pontificis (*sub nomine Stephani Papæ* IX) cœpit templum reparare; & loco Monachorum, substituere Canonicos. *Ita Gramayus, ad marginem notans, quod opus* anno MXLVII cœpit *prædictus Comes Albertus*; perfecit MLV. *Hujus & Episcopi Frederici operæ imputat Arnoldus Raissius, in Gazophylacio Belgico, quod Moguntiâ impetratæ sint* S. Albani Reliquiæ: *neutrum nominat instrumentum donationis, ab eodem Raissio sic expressum*:

Alia ejusdem Sancti est Namurci, B

seculi XI *facta Collegiata, nunc Cathedralis,*

cujus Canonici stabilita cum Moguntinis Fraternitate, C

26 Wilhelmus, Dei gratiâ Abbas S. Albani in Moguntia, totusque ejusdem loci Conventus, dilectis in Christo Fratribus Canonicis S. Albani de Namurco, salutem, cum sinceræ & fraternæ dilectionis perpetuitate. Cum pervenissent ad nos viri venerabiles, Decanus & alii vestri Canonici; & per eos intellexissemus, ecclesiam vestram in honorem glorioси Martyris Albani, Patroni nostri, specialiter esse fundatam; ipsis de Reliquiis dicti Martyris cum humilitate petentibus, petitioni eorum justissimæ animo libenti duximus annuere; & inter ceteras Reliquias, ut ecclesia vestra eo solenniori habeatur in veneratione, æternæ fraternitatis ducti dulcedine, de pretiosissimi Martyris capite partem ad vos, per viros prædictos, transmisimus; & fraternam sinceritatem, corpore & animo, perpetua conservandam stabilitate, ordinavimus. Unde Fraternitatem vestram, pro salute animarum vestrarum, modis omnibus monemus & rogamus, quatenus Reliquias, quas ad vos transmittimus, cum timore Dei & reverentia hominum, & Fraternitatem inter nos in Domino ordinatam, sine intermissione servetis. *Auctor Sanctuarii Namurcensis, editi anno* 1619, *annis novem ante editionem Gazophylacii præciati, Sanctorum & Sanctarum Namurcensis Comitatus Epitomen auspicatur à* S. Albano, *& addit;* Pars cranii ejus habetur in æde principe, argenteâ inclusa statuâ: *de quo nolim dubitare, cum id nihil officiat veritati ejus Capitis, quod etiamnum Moguntiæ asservatur: sed cum subjungit, quod* ejusdem coxendicis partem sat notabilem habet Namurcense Societatis Jesu Collegium, *tunc apud me fidem inveniet, cum similes Moguntini Capituli eam donantis litteras videro; alias verebor, ne Româ vel aliunde allatum os aliquod sacrum sub nomine* S. Albani Martyris, *habeatur pro osse* Albani *ejusdem, ex cujus capite solum pars aliqua, eaque forsitan perquam exigua est in Cathedrali.* D

an os coxendicis in nostro ibi Collegio?

§. IV. *De Sanctis Albano Episcopo & Dominico Martyribus Burani apud Venetos quiescentibus: deque alio Albano fictitio.* E

27 CUm *adeo celebris esset* S. Albanus Martyr *apud* Moguntiam

Quæ caput est regni Francorum maxima genti,

Vita à Goswino Moguntiæ scripta

ut loquitur Poëta metricæ Vitæ auctor, ex Latomo apud Serrarium allegatus; jamque haberetur & late divulgaretur Vita, per Goswinum exornata; pronum fuit, ut quicumque alii Albanum, *vel* Theonestum *aliquem* Martyrem *apud se invenirent solo nomine notos, eis applicarent istam Moguntiâ acceptam Legendam. Id imprimis fecerunt Torcellenses, receptis ad se Altino corporibus* SS. Theonesti Episcopi, Tabræ & Tabratæ Diaconorum *ejus, quos illuc ex Africa appulsos Confessoresque potius quam Martyres defunctos, facile concipimus. Quod autem iidem* à Philippensibus egressi ex insula Nausia, *Româ visitatâ, Ambrosioque Mediolani salutato,* Gallias prædicando transierunt, veneruntque ad Regem Rosimundum, (*virum forte eis factum ex* Rosimunda, *Alboini Longobardorum Regis seculo* VI *uxore*) *non magis credam, quam quod sociis,* Ursio Clerico *Augustæ, &* Albano Coëpiscopo *Moguntiæ amissis, ipsi* ibidem *Moguntiæ* multa cæde mactati, in navi perforata missi sunt .... sed Dei virtute, F restauratâ naviculâ .... devenerunt Altinum *sicuti ex Torcellensium scripturis narrat Petrus de Natalibus lib.* 10 *cap.* 98: *id enim æque absonum, quam si dicas Alpes navigatas; nam quæ navalis communicatio Moguntiæ, ad Rhenum sitæ, concipi potest cum Altino, in littore maris Adriatici haud procul à Venetiis posito? Cetera ad istorum Patronorum Torcellensium diem scilicet* X Kal. Decembris, *quo Altini cum sociis passus dicitur* Theonestus *iste, reservamus expendenda.*

applicata Torcellensium patrono Theonesto & sociis

pro 23 *Nov.*

28 *In eodem maris sinu* Buranum *est, ab dominatrice Venetorum urbe* p. m. V, *unico autem dissitum Altino; cujus Borealem partem respiciens nomen etiam inde traxisse dicitur, quasi* Boreanum. *Huc, ut scribit Petrus de Natalibus lib.* 5 *cap.* 133, translata *Sanctorum* duorum Martyrum *Ursi & Albani* corpora, ibidem tumulata servantur: ibique & corpus jacet tertii Martyris sancti Dominici Monachi: qui quamvis in istorum passione non reperiatur specialiter

& Buranensium S. Albano Episcopo Mart.

particulam capitis acceperunt:

A liter nominatus, ab incolis tamen ipſius loci conſocius Albani & Urſi fuiſſe dicitur, & cum eiſdem pro Chriſti nomine creditur martyrio coronatus : *moxque addit Petrus*, Paſſio horum Martyrum ibidem agitur XI Kal. Julii, *ut appareat non alium ibi diem ſciri, quam quo Moguntiæ paſſus eſt* S. Albanus, *alio prorſus loco, anno ac die, quam ejus ſocius* Urſus. *De talibus conciliandis nihil ſolicitus fuit* Nicolaus de Caſtro Taglia-petra (*ſic enim interpretor cognomen, quod ipſe ſcribit Italice*, da Cà Taja-piera) Primicerius Torcellenſis, *qui ſub titulo* Catholici peregrinantis *anno* 1630 *Italice edidit* Vitam S. Albani, Epiſcopi Martyris, cujus corpus Burani requieſcit, in Parochiali S. Martini eccleſia. *Hic poſtquam eleganter ut potuit prætacta omnia conſarcinaſſet ; ſolum ait* ex majorum traditione *haberi*, quod prædictorum trium Sanctorum corpora, intra grandem ex ſolido ſaxo arcam, illuc miraculoſe affluxerunt ſuper aquas ; quæ arca ibidem etiamnum ſervetur cum operculo ſuo, ſimul cum laterculo marB moreo intra ipſam reperto atque ſic inſcripto barbare ſatis : Albani Epiſcopi, Dominicus Heremita, ambo una hora occiſi fuere pro Chriſti fide.

Socio S. Dominici Erem. M.

ſicut in laterculo ſepulcrali

29 *Hæc ut diſtinctius apparerent, rogavi unum ex Patribus noſtris Venetis Joannem Baptiſtam Romaniolum, ut Buranum excurrens, ipſum laterculum nobis exacte delinearet ac deſcriberet totum; quod ſua ipſe manu diligentiſſime feçit hoc modo.*



Idem monuit, marmor totum candidum ac læve eſſe, niſi quod interior fundus tantum deprimatur infra extremum latiorem limbum, quantum opus eſt, ut ab eo tantumdem extent duo minores laterculi, quorum alteri inſcribitur Albani *nomen, ſed characteribus (quod mireris) inverſis, alter purus relinquitur, latus etiam dextrum limbi nonnihil obfuſcatum ætate eſt, ſicut & laterculus inferior extrema ſui ad dexteram parte.*

veluti contra omnem veroſimilitudinem allati Moguntiâ.

3 *His bene conſideratis, poterat prælaudatus Nicolaus da Ca Taja-piera intellexiſſe, quod ſicut in Actis* S. Albani & Urſi, *quantumcumque depravatis, teſtante ipſomet* Petro de Natalibus *nulla habetur mentio* Dominici, *ſic in laterculo, Sanctorum corporibus appoſito, nullus nominetur* Urſus, *nec quidquam Burani monſtretur, quod proprie ipſius ſit, aut fidem faciat plus quam duorum corporum : adeoque ſolum ideo ab imperitis Burani incolis jungi* Albano Urſum, *ut idem ille eſſe credatur qui Moguntiæ colitur, licet ibi ut ſummum colatur tamquam* Presbyter, *cum titulus* D *prænotatus expreſſe vocet* Epiſcopum, *illum qui* AUCTORE *Buranum allatus eſt. Tali autem qualis præfertur* D. P. *modo allatum eum revera eſſe cum* Dominico, *ægre mihi perſuadebunt homines, tam parum ſolida traditione nixi. Videat lector quæ ſcripſi* XXVII *Maji de* S. Liberio, *Anconæ ad idem Adriaticum mare Patrono, cujus corpus ibi dicitur, per fictionem nihilo minus abſurdam, fuiſſe conditum in arca, à Sanctis quatuor Coronatis fabricata juxta Euphratem, eumque in finem per mare miraculoſe advecta Anconitano littore. Quam enim hoc nihil fidei meretur, tam omnem veroſimilitudinem ſuperat quod Moguntiâ* Buranum *affluxerit arca iſtæc lapidea, quæ ſimili fide dici potuiſſet trans Alpes per aërem advolaſſe. Si divinandum eſt, conjectaverim ego, ſub Iconomachis ſimul paſſos alicubi in Thracia, vel Macedonia aut Epiro, ſimilive Conſtantinopolitani Imperii provincia,* Albanum Epiſcopum & Dominicum Eremitam, *quorum corpora alicubi reperta, ſicut & multa alia, Veneti advexerint, cum eo Imperio Latini potirentur : allatis autem arcam iſtam* E *comparaverint Buranenſes poſuerintque in eccleſia ſua Parochiali, cum tunc pariter ſculpto Latine laterculo, juxta notitiam in loco ubi primitus colebantur, vel ex ſimili Græco titulo obiter acceptam.*

Eorum corpora ibidem decentius in altaribus

31 *Ipſam Eccleſiam idem Nicolaus ait novo opere reædificatam, non minus pulcram quam ſumptuoſam, ſiquidem conferatur cum paupertate incolarum : unde nec reditus ullos certos habeat, ſed conſervatur ornaturque ex meris eleemoſynis, quæ iſtic à vulgo fideli minutim quidem* ſed crebro offeruntur. Nunc autem, *inquit*, Confratres ſodalitatis, iſtic in honorem prædictorum Sanctorum inſtitutæ, ſub patrocinio Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Marci Zeni Epiſcopi Torcellenſis, qui, abundantiâ munificentiæ ſupplens inopis populi defectum, curavit ſacris oſſibus ædificandum altare, nulli circumjacentium eccleſiarum ceſſurum, ut nihil minus honoris illa *collocata hoc ſeculo.* habeant Burani quam Torcellis habent corpora SS. Theoneſti, Thabræ, Thabratæ, Heliodori, Liberalis, aliorumque Sanctorum Martyrum & Confeſſorum, collocata in altaribus, pia liberalitate Antonii Grimani, prius Epi- *Feſti cultus,* ſcopi Torcellenſis poſtea Aquilejenſis Patriar- F chæ, fabricatis ; intra quæ idem ejus ſucceſſor Marcus ipſa feſtiviſſime tranſtulit. *Idem Burani factum intelligo, ex Epiſtola prælaudati P. Romanioli ſic ſcribentis :* SS. Albani & Dominici corpora (*ex vulgi errore additur etiam Urſi*) ſervantur in capella grandi, erecta ad cornu Euangelii altaris majoris, in qua & feſtum cum ſolenni muſica celebratur ; cujus vigilia à pleriſque cum jejunio obſervatur, nullo licet præcepto cogente.

choreas ſub eo ducentes puniti,

32 Memorabilis autem omnino caſus hoc ipſo anno MDCXCI accidit. Solebat Buranenſis juventus antiquo uſu partem feſti poſtmeridianum impendere choreis, in area ante templum patente ducendis. Id cum novo ejus loci Parocho incongruum videretur, oratorem, qui mane dicturus ad concionem erat, rogavit abuſum iſtum increpare acrius, & Parochi nomine prohibere. Adfuit nihilominus à prandio tripudiatura juventus, cum turba fidicinum. Et ecce erecta medio foro malus, ſupra columnam firmiſſimam, cum vexillo Communitatis, ſubito ruit, ſuoque lapſu

AUCTORE D. P.

tres perſonas contrivit ; contritura facile quinquaginta, ſi ſolito numero tunc accurriſſet ad ſpectaculum populus. Res autem eo magis omnes conterruit, quod ipſa columna, cui infixa malus erat, per medium fiſſa diſſilierit, cælo prorſus ſereno & abſque vento. Hoc etiam anno circa exitum Septembris, ad nova fundamenta ponè eccleſiam Domus noſtræ Profeſſæ, applicuit cymba, Burano advecta, cum ejus loci inquilinis aliquot. Hi dum inter exſcendendum inter ſe jocantur, quæſivit eorum unus, Græculne an Italus S. Albanus fuerit ? Et ſubito in aquas labens, videri deſiit : corpus autem diu quæſitum à piſcatoribus, licet mare iſtic vix mediam hominis ſtaturam altitudine ſua æquet, nuſquam comparuit, quo certius judicaretur vindictam eam divinam fuiſſe. *Hactenus* P. *Romaniolus. Ferrarius, in Generali Catalogo Sanctorum in Romano Martyrologio deſideratorum, ita ſcribit :* Torcelli Sanctorum Martyrum Dominici Eremitæ Armeni (*quam ejus originem unde acceperit non divino*) & Urſi, ſocii S. Albani Martyris ; *in Notis autem allegat* tabulas eccleſiæ Torcellenſis in qua corpora ipſorum habentur eo tranſlata. *Interim neutro in Catalogo accenſet Sanctis Italiæ* Albanum, *cum quo* Dominicum *haberi apud Buranum conſtat :* Urſum *autem nec ibi nec* Torcelli, *ſed Auguſtæ Prætoriæ.*

item jocatus in S. Albanum

Ferrarii errores.

B

33 *Nunc quid de altero illo* S. Albano *Martyre dicemus, quem Petrus Merſæus Cratepolius, in libro de Sanctis Germaniæ, diſpoſitis alphabetico ordine, priorem illo* S. Theoneſti *diſcipulo facit, Legendam ejus compendio tradens ?* Iſte, *inquit Serarius pag.* 274, hodie prorſus ignotus eſt, & eum bonus ille auctor undenam exſculpſerit, neſcio. *Sciviſſet, ſi Petri Catalogum habuiſſet : ibi enim lib.* 1 *cap.* 16 *inveniſſet Legendam prolixiorem ſed oppido fabuloſam. Quia porro idem Serarius dicit, quod talis,* non in templi monumentis & ſchedis, non in ritualibus libris, non in editis aut ſcriptis manu codicibus, non in hominum etiam ſermonibus & memoriis ullis Moguntiæ reperitur ; *mirari ſatis nequeo, quomodo de ejus ibidem ut publice notiſſimo cultu fingere potuerit Auctor à Petro deſcriptus, quod, ſicut ibi in fine legitur,* relicto regno (*Hungariæ*) factus Anachoreta & peregrinus, apud civitatem Moguntiam, in nemore à latronibus paganis inventus, dum ſe Chriſtianum diceret, jugulatus eſt ; corpus quoque in flumine jactatum eſt. Quo curſu fluminis ad molendinum delato, dum filia Militis cujuſdam leproſa in flumine balnearet, repente à lepra mundatur. Quod cum admirans deferret in urbe, multi leproſi venientes, & ſe in amnem tingentes, mundabantur. Et mirantibus cunctis, unde talem aqua virtutem haberet perquirentes, corpus Martyris invenerunt : & reperta pyxide *de collo ſuſpenſa,* Vitaque *inibi incluſa* perlecta, *Deo gratias agentes corpus cum honore ad civitatem* portantes, venerabiliter condiderunt Kalendis Decembris, ubi & quieſcit miraculis clarus.

Alius Albanus M.

occiſus prope Moguntiam à Latronibus,

C

qui dicitur coli 1 *Decembr.*

34 *Sic deſcripta à Petro de Natalibus Vita, in ejus opere ſicut ipſum habemus impreſſum Vicentiæ anno* 1495, *ſeſqui columnam implet ; adeoque compendium dumtaxat eſt alterius prolixioris, quam à ſe repertam indicarunt Belleforeſtius & Balbinus noſter ; & Balleforeſtius quidem tam olim Bollando, in Ms. quodam Gallicano ; Balbinus vero mihi ſub annum* 1671, *ex Ms. Codice in Bohemia, hoc uterque principio :* Fuit olim in partibus Aquilonis homo potens & nobilis ; *fine autem tali :* Da nobis ergo Domine compunctionis gratiam, laborum tolerantiam, efficaciam pœnitendi ; ut per exemplum Albani ſervi tui, mereamur cum eo à noſtris facinoribus ablui, & ſuper nivem in æterna gloria dealbari. Amen. *In Ms. Bohemico additur inſuper hæc* Oratio, *quaſi ad Miſſam vel ad tumulum recitanda.* Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut ad cæleſtia promiſſa tendentes, B. Albani Martyris tui deprecatione ſuffulti, regnorum tuorum cæleſtium efficiamur heredes. Per Chriſtum &c. *Sunt hæc Acta utrobique facile quadruplo prolixiora, quam ſit contextus Petri ; nec ſcio an non etiam ipſa ex alia multò longiori ſumpta, qualem indicat altera Legenda, reperta à nobis anno* 1661 *Româ redeuntibus in Ciſtercienſis Legendarii codice tom.* 4, *ante annos trecentos ut minimum exarato. Eſt ea major prioribus, an vero originem ſuam debeat iſti, quam in Bohemia & Gallia reperiri dixi, id ipſe dijudica, ſi potes, Lector, viſo Ciſtercienſis Ms. Prologo hujuſcemodi.*

D

ex Legendariis Mss.

ex quibus Ciſtercienſe unum,

E

35 Solet animis placere fidelibus, Sanctorum merita dignis prædicare præconiis ; & ibi devotionis figere deſiderium, ubi conſequi valeant ſanctitatis augmentum. Nobis igitur ut quietum ſtudium, & attentum poſſit eſſe ſilentium, Albani Vita proponitur conſequenda : cujus exemplis inſtructi, ejuſque præſidiis animata mens noſtra, nec de viribus præſumere propriis, nec de clementia præſumere audeat Redemptoris. Quam quidem ab alio, noſtris temporibus inſigniter eloquente, digeſtam & rethoricis legibus novimus inſignitam ; ita ut propter inſolitum linguæ ſcintillantis ornatum, ipſe nitor eloquii præferretur materiæ dignitati. Hujus vero noſtri itineris ille merebitur ductor exiſtere, qui quaſi ante faciem meam narrationis meæ ſuperficiem viſus eſt præcurriſſe ; & de ſuorum copia exuberante dictaminum, noſtram ſupplebit detractio augmentativa defectum. Ita enim pauper editio non polluere poterit, ſed pollere ; ſi aliquam habeat cui innitatur originem, cujus diſſerendo non deſerat veritatem. *Sequebatur deinde ſtylo, ſatis pro ætate eleganti, deducta* Paſſio S. Albani Martyris, *hoc exordio :* Habitavit quidam Aquilonis in partibus Imperator, tam nobilitatis elatus genere, quam prælatus ſecularis imperii dignitate ; cui uxor non infimis orta natalibus, ſtabili juncta connubio, ſingularis formæ decore conſpicua, & quod laudabilius eſt titulo pudicitiæ commendata.

profitetur Petrus argumentum verboſius à ſe contractum,

invenitur apud Petrum de Natalibus,

36 *Plura deſcribere non vacabat aut lubebat, cum res tota videretur poëtica, fabulamque Oedipi imitata & ſubſtantia jam aliunde haberetur : notavi tamen mihi concluſionem cum Epitaphio, futuro brevioris compendii loco : ubi poſt annotatam mortem & ſepulturam* Albani *ſic progreditur Auctor :* Cujus quia actum vitamque deſcripſimus, tale, quaſi ſuper ejus tumbam marmoream, Epitaphium exaramus :

& ſub finem addit pro Epitaphio Epitomen metricam.

De patris inceſtu pariens ſibi filia natum,
Celatura ſcelus, ne videatur, agit.
Fertur ad ignotos : exponitur ; inde jubente
Traditur Ungarico præda reperta Duci.
Floret : adoptatur : vult ducere : jungitur illi

Ma-

A Mater, amica; filia, nupta nurus.
Rex puero; puer uxori velata revelat:
Credit uterque, dabant regia dona fidem.
His ſenior victus reſipiſcit: pœna jubetur,
* id eſt ſeptennis Si Tria demantur, quæ quadriennis * erit.
Iter adimpletur, ad vatis clauſtra reditur.
Nox nocet: in facinus res replicata redit.
Impietatis opus auctor pietatis abhorret,
Et pietatis opus pro pietate necat.
Pertinet ad veniam geminati pœna laboris:
Hoc opus, hanc ſeriem pagina noſtra capit.
Effera pacificum, mitem manus impia truncat.
Spiritus alta petit corpus in amne manet.
Una prius, per eam generalis lepra fugatur,
Virtutum tumulis laus cumulata viget.
His vitæ meritis albans Albanus in albis,
Tranſit ad albatos albificatque ſuos.

37 *Non memini, utrum in iſto Ms. nec ſcio,*
B *an in duobus aliis habeantur notatæ* Kalendæ Decembris, *uti apud Petrum. Sed neque res digna eſt ut operoſius inveſtigetur. Qualiſcumque enim ſit narratio tota, oportet ut ea primum compoſita fuerit poſt Hungaricum regnum inſtitutum &*
ubi Albanus dicitur adoptatus à Rege Hungariæ, *Chriſtianâ fide imbutum, quod primum ſub S. Stephano factum eſt, ad finem ſeculi* X *converſo; adeoque non ſolum poſt ætatem Rabani (quem proinde mirum non ſit in ſuo Martyrologio, ad Kalendas Decembris, de tali* Albano *ſilere) ſed etiam poſt Vitam à Goſwino ſcriptam, qui alias non potuiſſet*
D *omittere, quin ſaltem obiter meminiſſet recentioris* AUCTORE
alicujus Albani, *pariter Martyris, ac Moguntiæ* D. P.
culti. Res autem ſeculo XII *aut ſerius geſta, & annuo celebrata cultu, quomodo potuit ſic tota ex notitiâ Moguntinenſium abiviſſe? Neque tamen ſi alius iſte* Albanus, *vel nunc haberet, vel alias habuiſſe probaretur Moguntiæ tumulum atque cultum, fundatum in vera ſanctitate alicujus Eremitæ, iſtic à latronibus cæſi, quam Deus miraculoſa leproſorum ſanatione voluerit manifeſtatam; non* parricidia-
ideo, inquam, putarem aliquid veritatis ſubeſſe ei que & in-
quæ de eo circumfertur Vitæ; ſed pro reverentia ceſtus fabu-
prioris S. Albani, *crederem, iſti alias ignoto, fa-* loſi multi-
ctum eſſe nomen Albani; *Vitam autem, qualis ei* plicantur,
appingitur, negarem omnino, ſic ab eo ſcribi juſſam, ut prætenditur; colloque appenſam repertam cum corpore; diceremque, otioſo alicui fabulatori libuiſſe, illudere credulitati vulgi; exemplo forſan ſumpto à ſimilibus SS. Juliani & Urſii *Actis, de quibus Henſchenius breviter egit ad* III *Maji. Siquidem horum prior, patrem & matrem; poſte-*
E *rior, patrem, uxorem, ac filium dicuntur occidiſſe, errore alias inculpabili inducti ad facinus, quod longa deinde pœnitentia expiarint. Sed ab iſtorum parentibus, uti flagitium aberat, ſic nulla inde vera infamia derivatur ad filios: iſtius vero* Albani *progenitores, gemino eoque voluntario commaculantur inceſtu, graviorque illius quam Oedipi calamitas fuiſſe fingitur: quod neſcio cui placere potuerit.*

DE S. PELADIO SIVE PALLADIO,

EPISCOPO EBREDUNENSI IN GALLIA,

IN CATALAUNIAM TRANSLATO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

De actis, & tempore Tranſlationis atque Epiſcopatus.

CIRCA DXVI. *Sanctus Ebredunenſis Metropolita,*
C Bredunenſis Alpium Maritimarum Provinciæ Metropolitanus (*ſicut eum appellat S. Hilarius Papa Epiſtola ſua* IV) *ex antiqua Provinciarum notitia, jàm olim ſub ſe habuit Epiſcopos ſuffraganeos ſex. De ea Metropoli vide pluribus agentem Henſchenium, ad* XX *Aprilis, quando Vitam dedit primi ibidem Epiſcopi,* S. Marcellini. *Succeſſorum Catalogum, ſed valde imperfectum, in ſua Gallia Chriſtiana dedit Claudius Roberti; nec ulli eorum, præterquam primo iſti, titulum Sancti præfixit. Longe ampliorem proponunt Sammarthani fratres, in auctiori ejuſdem nomenclaturæ opere tomorum quatuor.*

2 *In eo qui de Archiepiſcopis eſt, ſic numerantur primi Antiſtites Ebredunenſes quinque uſque ad initium ſeculi* XI *& Saracenorum expulſionem; ut eorum decem, Roberto partim prætermiſſi, partim inhonorati, appellentur* Sancti *plerique tamen nullo aſſignato cultus die; qui additur ſolis duobus, prænominato ſcilicet* Peladio *ſive* Palladio; *&* Liberali, *qui pulſus à Saracenis ſeculo* X, *in patria ſua Brivate obiit, coliturque* XI *Kal. Decembris: quod ideo hic notare volui, quia neutrum invenies in Gallicano Martyrologio Sauſſaii; & de* S. Liberali *diſtinctiorem notitiam quàm Sammarthani dederunt, adhuc requirimus; necnon de aliis octo, ſi quid amplius haberi poteſt.*
Gallis redditur per Hiſpanos,

3 *Ne pro* S. Palladio *idem queri poſſimus, Antonii Vincentii Domenecci, ex Ordine Prædicatorum, diligentia fecit; qui in Hiſtoria generali Sanctorum Catalaunorum, Barcinone edita anno* 1602, *quamdam illius Vitam Hiſpanice* F *dedit, ex Breviariis Gerundenſi & Barcinonenſi (quorum tamen contextus ipſos videre optaremus) necnon Legenda quadam (Latina, ut opinor, ideoque pariter à nobis deſiderata)* Monaſterii Camprodunenſis, *in quo corpus ſervatur. Eam Vitam Sammarthani viderunt, ex eaque habuerunt atque Galliæ ſuæ reddiderunt notitiam Sancti, ſeculis aliquot occultati. Eamdem Latine redditam exhibet Joannes Tamajus de Salazar ad hunc diem; ſed parum accurate nec integre, & ideo neceſſarium putavi novam ex Hiſpanico verſionem dare, quoadusque adferantur originaria illa, unde relationem Domeneccus accepit, inſtrumenta.* *Acta ejus conſervantes*

4 *Ut autem Tamaji qualiſcumque verſio admitteretur, non tamen admitti hoc loco poſſet, quod ejuſdem Sancti memoriam Martyrologio ſuo ſic inſcribat:* Gerundæ in Hiſpania Tarraconenſi, apud cœnobium S. Petri Camprodunenſe, Depoſitio Sacrorum pignorum S. Palladii, Ebredunenſis in Gallia Præſulis, quæ ibidem *cum corpore Camprodunum tranſlato*

or-

A ornatu aſſervantur magnifico, & pio honore
AUCTORE coluntur. *Qui non crederet urbanum aliquod*
D. P. *ipſius Gerundenſis civitatis monaſterium hic notari ; & tamen in* Notis *ait*, Camprodunum oppidum citerioris Hiſpaniæ, ad Pyrenæi montis juga, qua Ruſcinonenſis Comitatus vertices viſuntur, diœceſis eſt Gerundenſis. *In eumdem lapidem impegerat ante Tamajum Ferrarius, in Generali Catalogo Sanctorum qui Romano Martyrologio deſunt, citata Hiſtoria Domenecci & tabulis Gerundenſibus :* Camprodoni, *inquit* in Hiſpania apud Gerundam S. Palladii Epiſcopi Ebrodunenſis, *cum tamen pluſquam* XIII *horariis leucis oppidum iſtud Gerundâ diſtet. Sed Italo ſcriptori talis error facilius, quam Hiſpano ignoſcitur. Topographicæ recentiores tabulæ* Camprodun *ſcribunt*, Camprodon *Domeneccus ; Tamaius, modo per quartam, modo per quintam vocalem nomen exprimit : ſed malim quintam, qui hæc propius reddit ætymon quod Sammarthani recte exprimunt* Campum-rotundum.

5 *Tempus Tranſlationis tacetur : veroſimili tamen*
B *conjectura dico factam non eſſe ante* XI *ſe-*
ſeculo XI. *culum nec priuſquam commeantibus ultro citroque itinera eſſent libera, pulſis (ut ſupra dixi) Saracenis. Neſcio tamen quid ſuſpicer ex eo, quod idem Tamajus in Epiſcopis Gerundenſibus, ad* III *Septembris, de Gothomaro I dicat, quod* eccleſiam Camprodunenſem territorii Biſoldunenſis, quo cœnobium S. Benedicti conſtrueretur, conceſſit : ubi Leufridus primus Abbas electus fuit, ad annum DCCCCL ; *& mox aliquoties nominatur* Monaſterium S. Petri Biſoldunenſe Ordinis S. Benedicti. *Idemne* Biſoldunenſe & Camprodunenſe *monaſterium eſſe dicam ? Locorum periti Gerundenſes id definiant. Si idem ſit, confirmatur opinio noſtra de tempore Tranſlationis.*

6 *Certiori cum fundamento poſſumus diſſerere*
de tempore Epiſcopatus nam Ingenuus, *Epiſcopus, in cujus favorem S. Hilarius Papa ſcripſit*
Videtur poſt Ingenuum ſedi-ſſe. *præcitatam Epiſtolam anno* CCCCLXIV, *dicitur uſque ad* LXXV *circiter annum iſtius ſeculi, & Sedis aditæ* XXXV, *ſuperfuiſſe* ; hujuſque Epiſcopatum, patrocinio Gundobaldi Burgundionum Regis, Arianos. invaſiſſe. *Ita Sammarthani ; eſtque hoc credibilius, quam quod iidem*
C *ſubjungunt, de ejus ſucceſſore* Catulino ; *hunc* à
non vero poſt Catulinum, Sigiſmundo, Gundebaldi filio orthodoxo, Antiſtitem Ebredunenſi eccleſiæ datum, dum ſua in urbe Synodi *Epaonenſis* decreta exequi inſtituit, ab hæreticis Ebreduni potentioribus ejectum, & Viennæ per aliquot annos commoratum, ibidem obiiſſe.

7 *Dixerim potius, Sigiſmundum, necdum Re-*
mediante Gallicano, *gem, ſed pridem Catholicum, apud patrem, de Chriſti divinitate convictum, & ab Ariana hæreſi abſtractum, licet necdum orthodoxiam profeſſum obtinuiſſe, ut mortuo pſeudo-Epiſcopo, Catholicis daretur orthodoxus Epiſcopus ; & hunc fuiſſe* Gallicanum, *hujus nominis primum (nam duos numerari in Diptychis Ebredunenſibus Sammarthani ajunt) cui citius defuncto ſucceſſerit circa annum* DX Palladius : *ſed obierit ante annum* DXVII, *quo anno ſucceſſor* Catulinus XVI *Kal. Octobris ſubſcribit Concilio Epaonenſi ; qui*
& obiiſſe circa an. 516. *ſi fuit conſtitutus à S. Sigiſmundo jam Rege fuiſſe id debuit anno præcedenti : tunc enim teſte Mario Epiſcopo coævo*, Rex Gundobaldus obiit, & levatur filius ejus Sigiſmundus Rex, Petro Conſule. *Catulinum porro ſecutus* Gallicanus, *non* I, *ſed* II, *interfuit Concilio Aurelianenſi* IV *ad annum* DXLI, *& octennio poſt per Probum Diaconum ſubſcripſit etiam Aurelianenſi* V. *Ut mirum ſit Sammarthanos, his omnibus poſtponere* Peladium ; *& ad octavum locum retrudi, qui potuerat ſexto collocari.* D

ACTA

Ex Hiſpanico Antonii Vincentii Domenecci.

SAnctus Palladius, Ebroduni in *a* Arvernia Gallici regni provincia natus, nobilibus catholiciſque parentibus, à tenera ætate præmonſtravit, qualis futurus adultior eſſet. Parvi enim faciens res omnes mundanas, totum ſeſe divino applicabat ſervitio, ſicut eum docuerat ejuſdem civitatis Archiepiſcopus *b*. Hunc ab *c* hæreticis contigit ſua Sede pelli, Viennamque *d* ſe recipere ; ſumpto exilii ſocio id cupiente Palladio. Ibi eos benigne ſuſcepit S. E Avitus *e*, Epiſcopus loci ; cum quo multis annis manſerunt, exercentes ſeſe in omni virtute atque cultu divino. Obiit deinde, quemadmodum legimus, Ebredunenſis *f* Archiepiſcopus ; cujus loco electus fuit S. Gallicanus: & hoc quoque brevi extincto, concordi voto tam Cleri quam populi poſtulatus fuit Palladius.

a *Cum ſuo Epiſcopo Viennæ exul degens Palladius*
b
c
d
e
eidem poſt Gallicanum ſubrogatur, *f*

2 Creditur hujuſmodi electio non per ſolos homines, ſed Spiritu ſancto aſſiſtente, & Angelis cooperantibus facta : hi ſiquidem ab ejus comitatu numquam recedebant. Quemadmodum enim ſuis ſolebat referre diſcipulis, quidquid agendum ipſi erat vel docendum, per beatos illos genios ei revelabatur. Fervebat hic Dei famulus ad orationem, eratque tam felix in ea, ut quidquid peteret etiam obtineret. Magna cum caritate opitulabatur pauperibus ; atque de ſui Epiſcopatus reditibus orphanos & viduas ſuſtentabat : peregrinis autem aliiſque egenis ita ſuccurrebat, ut neminem poſtulantem abire à ſe vacuum ſineret. Devotiſſimus etiam erga Chriſti paſſionem, ſolo Crucis ſigno ſæpe dæmonem ſuperabat. Donatus ſpiritu prophetiæ, obitus ſui diem multo ante prædixit ; necnon *g* S. Sigiſmundi Burgundiæ Regis, cum exterminio ipſius regni : qui Sigiſmundus haud dubie familiariter uſus Palladio eſt, utpote commorante apud S. Avitum Viennæ, ipſius Sigiſmundi in ſpiritu magiſtrum.

familiaris Angelis,
munificus erga pauperes,
ſpiritu prophetiæ donatus, *g*
quinquennio laudabiliter præeſt *h*

3 Vixit in Epiſcopatu annis quinque : quo tempore fecit fabricari in eccleſia Metropolitana altaria *h* quinque, ad Dei gloriam & honorem. Sanctiſſime rexit diœceſim ſuam : quia monebatur ab Angelis de cunctis ſuorum diœceſanorum exceſſibus, iiſque occurrebat etiamſi levibus quandoque, ſolicitudine maxima. Denique, vitâ ſancte peractâ, cum vellet Deus labores ipſius remunerari, dedit ei miſeræ hujus ac temporalis vitæ finem ; reddens pro ea æternam anno Domini 518, *i* regnantibus in Francia Childeberto, Clothario & Childerico, filiis *k* Chlodovæi Regis ; & ſummi Pontificatus apicem tenente Felice *l* III. De hoc ſancto Confeſſore Officium fit Camproduni, nominando eum in Collecta ad Miſſam

& ſancte mortuus *i* *k* *l*

A ſam & quidem cum Octava, per quam ſimiliter Officium fit, niſi major aliqua tunc occurrens feſtivitas id impediat.

Camproduni colitur 21 Iun. 4 Feſtum celebratur XXI Junii : qui eſt dies corporis tranſlati ex Francia, ubi primum ſepultus fuerat : Corpus autem ſanctum inde attulit quidam Benedictinus Monachus Portellenſis, diœceſis *m* Vicenſis ; Camproduni coactus miraculo ſubſiſtere : nec enim ultra progredi poſſibile ei fuit : atque ita repoſitum fuit in ipſo ejuſdem Ordinis Monaſterio S. Petri Camprodunenſis. Sacræ ipſius Reliquiæ conſervantur intra argenteam arcam, quæ pro more quotannis in die feſto monſtrantur populo devote accurrenti. Multa per Sanctum illum, tam in vita quam poſt mortem, operatus eſt Deus miracula. Antiqua Gerundenſis ac Barcinonenſis diœceſis Breviaria narrant, quod cum iret ad Caſtrum *n* Alagonenſe ſex milliaria id eſt duas leucas Ebroduno diſtans, ſubito diſſoluta à rupe quadam eſt grandis petra, Sanctum oppreſſura : ſed hic elatis in cælum manibus, ſignum Crucis formavit : & mox obediens humano nutui irrationalis creatura flexit ſeſe in latus *o* aliud : atque hoc fuit primum miraculum, quod de eo in ſua civitate fuit divulgatum.

quo fuit tranſlatum corpus.

m

n

Is lapſurum in ſe ſaxum Cruce averterat,

B *o*

5 Jacebat homo quidam Ebroduni in extremis, adeo defectus viribus, ut nihil ſumere per os poſſet. Itum pro eo *p* ad Sanctum eſt, qui fruſto panis benedicens, præberi ipſum infirmo juſſit : qui eo guſtato mox ſanus apparuit. Puellæ cuidam infectum erat veneno brachium ex morſu ſcorpionis. Cum periclitaretur de vita, auxilii causâ *r* accurrit ad Sanctum : qui ad orationem ſe proſtravit : & eâ finitâ, puella ſeſe ſanam ſenſit. Hæc aliaque operatus eſt Sanctus in vita ſua : innumera autem fecit poſt mortem, ac ſpecialiter Perpiniani & Camproduni.

p

& plura vivus miracula fecerat :

r

Mortuus mortuum ſuſcitavit,

6 Huc cum allatum eſſet ejus ſacrum corpus, infantem mortuum collocarunt ſupra altare, in quo poſitum erat ; & placuit Deo, per merita & interceſſiones Sancti, ipſum reſuſcitare ad vitam *s*. Eſt autem ille præſens Patronus contra tempeſtates ac grandines ; adeo ut quoties profertur Reliquia ejus, continuo diſſipetur quantumcumque gravis & nebuloſa procella. Experientiâ etiam compertum eſt, quod peſtilentia per circumjectas regiones graſſante, Camprodunenſe oppidum illa numquam afflavit, aut alia contagioſa lues quamdiu in ea manſit ſanctum corpus. Ordinarie autem ac fere quotidie, miraculoſe juvat oculis laborantes, dum ſupra eos ponitur gemma quædam, in iſto monaſterio aſſervata, quæ pro certo creditur S. Palladii annulo inſerta fuiſſe, cum Archiepiſcopus eſſet : eſt autem tam præſentis virtutis Reliquia iſta, ut idem ſit ſanari oculos, & ipſam illis imponi. Similiter ii quibus caput dolet, imponentes eidem menſuram, capiti Sacro admotam, ipſâ horâ liberatos ſe gaudent. Muliéribus quoque, in partu laborantibus, ipſumque devote invocantibus, præſto venit : ac denique ad omne morborum genus advocatus expetitur.

s

C *& omnis generis miraculis claret.*

An. 1470 ablatum à Francis corpus,

7 Anno MCCCCLXX menſe Octobris Sanctum corpus Franci abſtulerunt, quemadmodum narratur in epiſtola quadam, ſcripta per Reverendum Abbatem iſtius monaſterii ad Illuſtrem Petrum Leopardum Canonicum ſanctæ Cathedralis Barcinonenſis ; ſumpta ex vetuſtis quibuſdam codicibus ejuſdem oppidi ; ubi narrat Abbas *t*, quomodo Franci capto oppido, poſtquam muros dejeciſſent & cives expoliaſſent, etiam aurum & argentum eccleſiarum, & quidquid in eis erat pretioſum abſtulerint, una cum ſacris Reliquiis ibi repertis. Arcam autem, in qua conditum erat corpus S. Palladii, impoſuerunt jumento : quod progreſſum uſque ad rupem quamdam, inter Pruta-Melli *u* & Arbes, cecidit in præceps. Extulerunt illico vocem qui aderant, S. Palladium invocando : & ecce, miraculum grande ! Ex tali caſu neque arca, ſancti cuſtos corporis ; neque beſtia, ejus bajula, quidquam damni paſſæ ſunt. Perpinianum autem venientes, invenerunt ex ſancto capite ſtillare liquorem, ſalutarem ad curandas infirmitates capitis, oculorum & colli, necnon variolarum, aliaſque plures.

D AUCTORE D. P.

t citra noxam labitur in præceps.

u

Perpiniani ſalubrem liquorem ſtillat,

8 Ruſcinonenſis quidam diuturno tempore ſic paralyticus, ut abſque alieno auxilio movere ſe de lecto non poſſet ; cum audiviſſet Perpinianum adveniſſe corpus cujuſdam S. Palladii, multis clarificatum miraculis, voto ſeſe obſtrinxit certæ cujuſdam oblationis, ſi Deus ipſi ſanitatem redderet, necnon obſervandi per omnem vitam illius Sancti feſtum. Ita iſte veſperi : mane autem ſanum ſe reperit, atque de ſtrato alacriter conſurgens, circuibat domum, omnibus inclamando ut ſurgerent, ſeque ſanum aſpicerent. Qui cum admirabundi interrogarent, quomodo id ei contigiſſet, reſpondit, à glorioſo S. Palladio ſe eſſe curatum : & continuo profectus eſt ad gratias coram ſanctis Reliquiis perſolvendas de recepto beneficio, promiſſamque oblationem repræſentandam. Divulgatum autem tota mox regione fuit tam illuſtre miraculum.

E *& paralyticum ſanat.*

9 Dum ſic Perpiniani manebat ſacrum corpus, caupo quidam qui ipſum domi ſuæ cuſtodiebat, à militibus illud ſibi commendatum habentibus, os unum impetravit. Huic perſuaſit Notarius quidam ut illud donaret eccleſiæ caſtri, quæ plane inſignis eo loci eſt : quod & fecit : itaque Canonici cum toto Clero proceſſionaliter venientes ad domum cauponis ab eoque pretioſam Reliquiam accipientes ipſam ad ædem ſacram detulerunt. Cum autem ad pedem majoris altaris veniſſent confectum de re tota publicum inſtrumentum : quod mox ac ſignaverat Notarius, lapſus de ſecundo gradu eſt confractaque ei tibiarum una, nec deſiit ille per annum integrum ægrotare, donec obiit ; dicentibus omnibus peccaſſe ipſum in S. Palladium qui oſſa ſua diſpergi nolebat. Poſtea detulerunt milites ſanctum corpus ad locum caſtri, ubi is qui locum Præfecti tenebat ab hoc illud ſibi commendatum cuſtodivit, ſed parva cum reverentia & magno cum animæ ſuæ periculo ; obiit enim, nec ſcitur quomodo.

Os inde ſumptum datur illi eccleſiæ,

F *quod morte luit auctor talis conſilii.*

10 Plurimos poſt dies ſacer hic theſaurus tranſlatus eſt Carcaſſonam *y* in Galliam ubi Epiſcopatum tenebat frater Capitanei Benaqui dicti qui Camproduno ſanctum corpus abſtulerat, & ipſum adferri Carcaſſonam fecerat impulſu *z* Antiſtitis, ſperantis quod illud poſſet Eccleſiæ ſuæ vindicare. Manſit ergo iſtic arca tribus vel quatuor annis, interim dum Romam ſcribitur ad ſummum Pontifi-

Carcaſſonenſis Epiſcopus corpus retinere volens,

z

A AUCTOR. D. P. cem, ab eoque licentia expectatur attribuendi ſancta illa oſſa cuipiam eccleſiæ vel monaſterio prædictæ diœceſis. Allegabat enim Epiſcopus, Camprodunum eſſe locum deſolatum & nidum latronum, qui mox ac relatum illuc corpus foret direpturi illud erant, nemine obſiſtente. Verum ſupremus omnium judex Deus pati noluit, ut ſummus α Pontifex annueret poſtulatis; ſed confirmaretur in ſententia reſtitutionem imperandi. Tandem obiit Epiſcopus Carcaſſonenſis in flore juventutis ex lævi, ut videbatur infirmitate: & perſuaſus mortem ſibi accelerari, quia fratri ſuo ſuaſerat ne Camprodunum remitteretur Sanctus, mandavit ſuis extremum æger, dicerent fratri nomine ſuo reſtituendum omnino eſſe quia opinabatur ſe ideo divinitus caſtigari.

cita morte punitur:

α

11 Defuncto illo juſſit Capitaneus ſacrum depoſitum deferri ad quoddam ſui juris caſtellum Belcayre β dictum circa Montempeſſulanum quod nomine Regis Franciæ obtinebat, ipſumque ſuo iſtic Locumtenenti commendavit cuſtodiendum: hic autem paulo poſt obiit tam rabidus ut manus ſibi admorderet: ideo credo, quia exigua cum reverentia tam venerabile pignus habuerat. Denique ipſum tranſvehi Capitaneus fecit domum ſuam quam in Caſtilionenſi γ arce habebat. Poſtea in Franciam venit Legatus quidam δ Pontificius, quem invitatum ad ſuum illud caſtrum rogavit Capitaneus poteſtatem cui vellet eccleſiæ ſanctum corpus donandi, quam facile obtinuit etiam bullâ ſignatam.

β *ſicut & Locumtenens Belcayre, illud ſervans irreverenter:*

B

γ

δ *Caſtilionem delatum,*

12 Antequam tamen veniſſet Legatus; fuerat in Burgundia, ipſo S. Palladii die XXI Junii prælio victus Capitaneus, dixeratque; O Sancte Palladi, an forte tua hæc vindicta eſt? ex eoque tempore gerebat animo fixum propoſitum eidem pro offenſa ſatisfaciendi: quare Abbati fecerat nuntiari, quod ſi vellet ad ſe mittere fidos homines, reſtitueret eis vel caput vel arcam: nam & hæc valde ſpeciola erat, & iſtud includebatur capiti, ad medios uſque humeros etiam argenteo: Crucem tamen ſanctam & alia quædam ſervare ſibi volebat. Camprodunenſes vero conſilio inito reſponderunt; recepturos ſe quidquid reddere placuiſſet, in pignus integræ reſtitutionis, non aliter. Quo reſponſo accepto, reſcripſit Capitaneus, quandoquidem nolebant in aliquo condeſcendere ſuæ petitioni, nihil eorum quæ obtulerat facturum ſe, quippe cui ampla poteſtas eſſet conceſſa à Legato Pontificio faciendi de ſancto corpore quod vellet.

nolens integre reſtituere qui abſtulerat,

C

13 Rogabat igitur Deum, ut dignaretur revelari, cuinam eccleſiæ vellet ipſum donari; verum ſemper, ut ajunt, recurrebat animo Camprodunum: diſtulit tamen adhuc annum integrum impulſui iſti obedire. Interim contigit eum in quadam pro Rege Franciæ expeditione, caſtrum ε Carlati obſidere contra Dominum Avernonii: ipſa autem S. Palladii die ſic lædi in tibia, ut crus amputandum, ad gamgrænam ſiſtendam chirurgi judicarent. Videns ergo tanto in diſcrimine vitæ poſitum ſe, S. Palladii auxilium imploravit; vovitque ejus corpus Camproduno redditurum ſe ſi ſupervixiſſet. Et ille quidem mox convaluit intra paucos dies, ſed votum diſtulit adimplere. Ruſus igitur anno ſequenti occaſione ſimili vulnus accepit à globulo, nucis avellanæ magnitudinem non excedente, idque eodem Sancti feſto, & cadens mori ſe exclamavit. Caſui aderat Rex ipſe & Proceres multi, collapſoque addebant animos: ille vero dixit, Domine mi, morior propter peccatum, commiſſum in retinendo corpore ejus Sancti, cujus hodie feſtum agitur: ſupplico igitur Majeſtati tuæ, ut cum bona ejus gratia ipſum reſtitui faciam domui ſuæ. Annuit ſupplicanti Rex, & ille continuo condidit teſtamentum, quo mandabat reſtitutionem accelerari, eo quod nollet ſimul cum corpore etiam perdere animam.

Tandem lætaliter ſauciatur in die ipſius Sancti;

ε

& ex voto ſanatur, nec votum ſolvens;

D *iterum anno vertente, punitur & moritur:*

14 Ipſo mortuo Vicecomitiſſa de ς Valere, ejus relicta, nuntius Camprodunum miſit, petens ſubmitti fidos homines, in quorum manus traderet quidquid monaſterii iſtius erat. Miſſi ſunt igitur Eccleſiaſtici tres, cum uno ex Juratis: & Vicecomitiſſa in eorum manus conſignavit ſanctam veram Crucem, cum Spina Coronæ Dominicæ, Sancti corpore, aliiſque cimeliis Camproduno allatis. Omnia hæc impoſita ſunt currui, quem armati duo ſtipabant mirum autem accidit, quod cum denſa circum pluvia caderet neque currum, neque arcam, neque comitatum ejus gutta una attigerit, aut cereos duos ante arcam ardentes extinxerit. Admirationi omnibus per quos tranſibatur res iſta fuit, nec tamen aliud incidebat ipſis cogitare, quam alicujus magnatis in prælio mortui corpus domum referri. Subeuntibus autem illis campos Catalauniæ, pulſari cœperunt per ſe omnium qua tranſitus erat villarum campanæ: atque ita reſtitutus ſuis Sanctus eſt, atque in monaſterio S. Petri cum omni veneratione ſuſceptus.

ς *votum exequitur ejus vidua*

E *itáque non ſine miraculis Camproduno Sanctus redditur*

ANNOTATA D. P.

a *Nulla tranſ Rhodanum* Alvernia *ſeu potius* Arvernia *eſt, ſed* Burgundia, *cujus Regibus, etiam* Delphinatus *hodiernus, in eaque Ebredunum ſuberat, vulgo* Embrú *vel* Ambrún.

b Ingenuus, *qui ſedit ab anno* 440 *ad præter propter* 475.

c Arianis *ſcilicet, quales tunc Burgundiones erant.*

d *Diſtant eæ civitates ab invicem leucis* 30.

F

e S. Aviti *Acta illuſtravit Henſchenius* 5 *Februarii, & ab anno circiter* 490 *ad* 524 *ſedisſe cenſuit.*

f *Arianus aliquis, & ab Arianis intruſus, qui poſt Ingenuum, uſque ad annum* 510, *Sedi illi incubuerit: nec enim credibile eſt, uſque eo vixiſſe* Ingenuum: *maxime ſi is (ut volunt Sammarthani) immediate ſucceſſit Armentario, depoſito ad annum* 439, *ut autem ſucceſſerit Armentario alius, cujus nomen exciderit; fuit ſaltem Epiſcopus* Ingenuus *ab anno* 464, *quando Sedis ſuæ jura apud Hilarium Papam defendit.*

g *A Francis victoribus, præcipitatus in puteum, cum uxore & liberis* S. Sigiſmundus, *an.* 524, *colitur* 1 *Maji: & frater ejus Godemarus, iterum prælio victus, concluſit lineam Regum Burgundionum, itáque regnum ad Francos tranſiit.*

h *Erratum hic, volunt Sammarthani; & jubent* quinque eccleſias, *in diœceſi dicatas, intelligi. Ego correctionis neceſſitatem nullam video.*

i *Imo (ut dictum) ante* 517, *circa* 510 *factus Epiſco-*

A *Episcopus, Sammarthani addunt* VII Januarii; *si ex Diptychis Ebredunensibus, debebit saltem inter Prætermissos tali die referri.*

k *Obiit Magnus Chlodovæus an.* 511, *cujus regnum partiti filii obierunt,* Chlodomeres, *hic non nominatus, an.* 524; Theodoricus, 534; Childebertus, 558; Clotharius 561.

l Hormisdam *debebat nominasse Auctor, ab anno* 514 *ad* 523 *Romanum Pontificem. Nam* Felix III *obiit an.* 492: Felix IV, *non ante* 530 *creatus est.*

m *Est hæc Gerundensi proxima, inter ipsam & Barcinonensem civitatem, ubi* Portellense monasterium *designari mihi peto.*

n *Neque Alphabetum Franciæ* Poduval, *neque topographicæ Tabulæ tale ullum nomen in toto Delphinatu agnoscunt, nedum tam prope Ebrodunum.*

o *Tamayus*, Saxum in clivo montis mirabiliter subsistens, adhuc viatoribus miraculi testimonium præbet.

p *Idem*, Ad sancti Episcopi pedes, ut ab eo medelam acciperet, se deferri curavit, &c.

r *Idem*, Ejus afflictionem sancto viro aperue-
B re nonnulli.

s *Reliqua hujus numeri, idem omisit.*

t *Etiam hæc allegatio Auctoris à quo res scripta est, tanti ad fidem faciendam momenti, à Tamayo omittitur: adeo etiam in historia verum est, quod vulgo dicitur*; Compendia, dispendia: *nam porro omissa sunt multa, multa alio ordine narrata in historia satis per se brevi.*

u *Vulgo* Prats de Mello: *distat autem Camproduno* 4, Arbes *vero* 8 *leucis ambo ad fluvium, Tech vulgo dictum; qui sese ad Elenam mari infundit; quare ne hic Arelatem cogites, procul in Provincia positam civitatem*, Arles *etiam vulgo* D *dictam.*

x Perpinianum *munitissima civitas Comitatus Ruscinonensis, & quasi ostium Catalaunia, distat Camproduno* 15 *leucis.*

y Carcassona, *Galliæ Narbonensis civitas ad Atacem fluvium, supra Narbonam leucis circiter octo.*

z *Sammarthanis* Joannes de Castro *dictus, ab anno* 1455 *ad* 1475. *Nec alium suspicari possumus, quia idem Joannes anno* 1472 *invenitur alicui contulisse Rectoriam ecclesiæ de Podioclerico, & successor ejus Guiscardus, ultra annum* 1485 *vixit, adeoque intelligi hic potest. Igitur vel Capitaneus Benaqui non fuit frater Episcopi germanus, vel cognomentum tulit ab aliqua sua toparchia, puta à* Benac *Bigerronum loco, in Aquitania.*

α *Sixtus* IV, *ab anno* 1471 *ad* 1484.

β *An adhuc superstes libenter sciam: nomen certe nec in tabulis Occitaniæ, nec in Alphabeto Francico invenitur.*

γ *Idem Alphabetum plus quam decem loca hujus nominis adnumerat, à fluviis quibus adjacent cognominata; præter alia forte plura ibi prætorita,* E *ut difficile sit conjectare.*

δ *Puta* Julianus Card. Roboreus, *Sixti nepos, an.* 1476 *expeditus in Galliam, ad Regem Procerestque perducendos in sacram contra Turcas militiam.*

ε Carlatum, *castrum superioris Arverniæ, haud procul Aureliaco. Hinc suspicor*, Avernonii Dominum (*cujus nominis nullam invenio notitiam*) *hic appellari* Comitem Arverniæ, *qui tunc temporis erat* Bertrandus II, *adhuc superstes an.* 1487.

ς *Forte legendum* de Valery, *quæ dicitur esse nobilis familia in Vastinio, vulgo le Gastinois.*

DE SANCTO INNOCENTIO

EPISCOPO EMERITENSI IN HISPANIA.

G. H.

Notitia ejus ex Paulo Diacono aliisque.

SEC. VII. *Cultus sacer.*

EMerita Augusta, *urbs olim celeberrima, & totius Lusitaniæ etiam Metropolis, ab antiquis temporibus sub Romanis & Gothis Episcopalis fuit: cujus sedis Episcopus* XIV *censetur* S. Innocentius; *quem teste Georgio Gardoso, in Hagiologio Lusitano ad hunc* XXI *Iunii, Ecclesia Emeritana inter suos* sanctos Episcopos *veneratur. Eumdem quoque* Sancti *titulo honorant Barnabas Morenus de Vargas, lib.* 3 *Historiæ civitatis Emeritæ cap.* 12, *& Ioannes Tamaius de Salazar ad* XXXI *Martii; ubi post Acta S. Renovati, in hac sede suffecti S. Innocentio, edidit Catalogum Episcoporum Emeritensium, atque post obitum S. Massonæ, quem ipse refert ad annum* DCV *& Kalendas Novembris, ista subjungit*: S. Innocentius hujus nominis I, Episcopus Emeritensis XIV, vir & sancta simplicitate re & nomine innocens, & operum celeberrimus patrator mirabilium, Gundemari Regis Decreto interfuit anno Domini DCX. *Edidit hoc Decretum Garsias Loiasa, in Collectione Conciliorum ubi pag.* 265 *inseruntur nomina sex & viginti Episcoporum, qui subscripserunt. Inter eos secundus & S. Isidoro Hispalensi Episcopo proximus, his utitur verbis*: Ego Innocentius, E-

Subscribit Decreto Gundemari Regis.

meritensis provinciæ Lusitaniæ Metropolitanus Episcopus, dum in urbem Toletanam pro occursu Regio adveniissem, agnitis his constitutionibus, assensum præbui atque subscripsi. *Paulus Diaconus Emeritensis conscripsit librum de vita & miraculis Patrum Emeritensium, in quo caput ultimum habet de* Innocentio & Renovato Episcopis: *& quia Acta S. Renovati illustravimus ad diem* XXXII *Martii, hic ea proferimus, quæ de* Innocentio *ipse scribit.* *Laudat eum Paulus Diac.* F

2 Post discessum sanctissimi ac venerabilis Massonæ Episcopi, subrogatur vir summæ humilitatis ac simplicitatis, Innocentius nomine, cujus meritum nominis indicavit vocabulum: innocens utique & simplex, neminem judicans, neminem condemnans, nemini nocens; innocuus semper & pius cunctis suæ vitæ temporibus extitit: qui & eodem tempore, quo ordinatus est, ut fertur, in ordine Diaconorum ultimus habebatur. Tantæ denique sanctitatis tantæque compunctionis fuisse perhibetur, ut quoties pluvia deerat, & æstu nimio terra longâ siccitate exarebat; collecti in unum cives loci illius cum eodem per basilicas Sanctorum, precibus Dominum exorantes, pergebant. Repente vero, *dicitque solitum pluvias impetrare necessarias,*

A vero, quoties cum eo procedebant, pluvia cælitus largiflua tribuebatur, quæ pleniſſime terram ſatiare potuiſſet. Unde non dubium erat, quod ejus lacrymæ, ex tam humili ſimplicique mente editæ, apud omnipotentem Dominum, non ſolum hæc, verum etiam potiora iis obtinere potuiſſent. *Deinde interpoſitis S. Renovati Actis, iſta ſubduntur.* Horum igitur ſupradictorum Sanctorum corpora in una eademque cellula, haud procul ab altari ſanctiſſimæ Virginis Eulaliæ honorificè tumulatæ quieſcunt: ad quorum denique veneranda ſepulcra tantam Chriſtus quotidie confert copioſæ caritatis gratiam; ut quacumque fuerit quiſpiam ægritudine vexatus, quocumque fuerit etiam languore afflictus, ſtatim ut divinum Numen illic toto corde depopoſcerit, omnes à ſe morbos diſcuſſos, omneſque maculas pulſas divinitus ſentiens, hilaris ſanuſque ad cupitam per Dei gratiam pervenit ſanitatem. *Colitur S. Eulalia, Virgo & Martyr Emeritenſis,* x *Decembris. De ea interim obiter eſt actum ad Vitam S. Eulaliæ Virginis & Martyris Barcinonenſis* XII *Februarii.* In hujus S. Eulaliæ templo Emeritæ, inventæ fuerunt ſub Regibus Catholicis Ferdinando & Iſabella Reliquiæ duodecim aut quatuordecim Sanctorum, interque eos quinque Archiepiſcoporum; ſcilicet S. Pauli, S. Fidelis, S. Maſſonæ, S. Innocentii & S. Renovati: depoſitæ autem fuerunt juxta altare in ornato Reliquiario, & feſtum tranſlationis adhuc peragitur Dominica quarta Quadrageſimæ, ac poſtrema inſpectio facta eſt anno MDCXXXII. *Quæ omnia late deducuntur ad Vitam S. Renovati* XXXI *Martii ex libris Ambroſii Morales & Barnabæ Moreni; quorum hic addit,* hoc quod ſcribit tam certum, tam verum, & tam bonæ traditionis eſſe, ut non licitum ſit de eo dubium moveri. D

& ejus Reliquias ob miracula celebrari.

inventæ illæ & inſpectæ.

B

DE S. MAIANO SIVE MEVENNO E

ABBATE IN BRITANNIA ARMORICA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

F. B.

De cultu ejus & vita à variis ſed non antiquis ſcripta.

SEC. VI

Certa ſcribi non poſſunt

Minentiſſimus Cardinalis Baronius, interrogatus cur tam pauca de rebus Hiſpaniarum, in ſuis præclaris Annalibus ſcripſiſſet, reſpondiſſe fertur; cum ſibi propoſitum non eſſet aliquid ex ſuo ingenio ſcribere, ſed tantum colligere & illuſtrare ea, quæ ab idoneis auctoribus ſcripta inveniuntur, non potuiſſe ſe de iis multa referre, de quibus nihil aut parum in ſcriptis antiquis memoriæ proditum invenisſet. Prudens hoc Eminentiſſimi & Eruditiſſimi Hiſtorici reſponſum, obverſetur animo, quoties de ſanctis Armoricis, ſi S. Yvonem exceperis, eſt agendum. Gens quippe virtutibus magis quam litteris à primis ſuis Apoſtolis exculta, & edocta virtutes Sanctorum imitari potius quam aliis imitanda conſcribere; vix quidquam de Sanctis ſuis poſteritati, præter ſanctitatis famam & venerationem reliquit. Hi qui decurſis aliquot ſeculis majoribus ſucceſſerunt, aliarum nationum excitati exemplo, aggreſſi vitas patriorum Sanctorum divulgare ſcriptis, prout rudi vulgo narrabantur, per obſcuram & vix cohærentem traditionem, multa protulerunt piæ credulitatis objecta.

de ſanctis

C

quorum Acta antiqua non extant

2 *Albertus le Grand ex Ordine Prædicatorum, qui ſanctorum Britonum vitas in unum volumen collegit, eas ex monumentis ejuſmodi deſumpſit & circumſtantias addidit veroſimiliter excogitatas & temporibus noſtris, ſaltem quoad loquendi modum, magis accommodatas. Secutus hic in eo eſt Magiſtrum Petrum Viel S. Theologiæ Doctorem, per quem Reverendiſſimus Pater Rolandus de Neufville Epiſcopus Leonenſis vitam S. Maini ex Antiquis manuſcriptis deſcribendam curavit; uti & Antonium Yepes qui in Annalibus Benedictinis Luſitanice primum editis, deinde latinitate donatis per R. P. Thomam Weis Monachum Neresheymenſem, pluribus vitam Sancti de-*

quamvis plures recentiores de iis ſcripſerint

ſcripſit. Si ea quæ proprie ſanctum Mainum ſpectant, eique peculiaria ſunt conſideres, in pleriſque omnes conveniunt: ſi ordinem & modum narrandi, multum inter ſe diſcrepant; dum nonnumquam narrationem protrahunt, interjectis adhortationibus piis & catecheticis explicationibus, quas Sanctus iis quibus fidem annuntiabat aut propoſuit aut proponere potuit, & aliis ejuſmodi. His aliiſque de cauſis expedire viſum non eſt diverſorum Auctorum contextus huc referre, cum nullus tanti ſit ponderis, ut ex eo quidquam certi ſtatui poſſit & omnia deſumpta ſint ex iiſdem quibus Albertus uſus eſt monumentis. Aſſerit namque is vitam à ſe collectam ex antiquis breviariis Leonenſi & Madorrenſi & proprio Sanctorum Eccleſiæ Rhedonenſis: *quæ quamvis non ſint certæ fidei; mererentur tamen, ſi à nobis habere poſſent, in defectu certiorum inter Acta Sanctorum legi; ut ſcire curioſus Lector poſſet, quænam ſint antiquiora hactenus de hoc Sancto reperta monumenta. Quoniam vero præfatus Albertus ultimus poſt alios ſcripſit, nihil ab eo prætermiſſum exiſtimo quod ad Sancti gloriam narrari poſſit; ideoque ejus narratione contenti erimus, deſumpturi tamen ex aliis nonnullas obſervationes, ubi id congruum aut explicationis gratiâ neceſſarium videbitur.*

& habeantur in Breviariis.

F

Ex his tamen cultus probatur

3 *Ante omnia autem ex prædictis monumentis oſtenditur, Sanctum hunc honore cælitibus debito colendum cultumque ſemper fuiſſe. Teſtantur Quippe tres illi vitæ ſcriptores, monaſterium ab ipſo ædificatum, dedicatumque Deo ad honorem S. Joannis Præcurſoris, ſecutis temporibus nomen à conditore ſuo ſortitum, eo quod ibidem ipſius feſtum tamquam Patroni præcipui celebraretur. Teſtantur iidem de concurſu peregrinorum ad ejus eccleſiam & fontem, ut narratur à Sancto miraculoſe elicitum, ſpe curationis interceſſione ejus à morbis impetrandæ. Item Albertus cultum confirmat ex eo*

quod

A *quod Reliquiæ ejus ſtatim à morte honorifico ſepulcro conditæ, metu Normannorum & Danorum Britones infeſtantium, clam à Monachis ſublatæ fuerint in tutiorem locum, quod aliis quam Sanctorum Corporibus fieri non ſolet.*

& ex celebratione Feſti diverſis diebus

4 *Feſtum ejus celebrari invenio hac vigeſima prima Junii, & ejuſdem die decima quinta, ut ibidem inter Prætermiſſos diximus. Vigeſima prima feſti ejus memoriam habet Kalendarium Dolenſe & Maclovienſe à Joanne Du Bec Epiſcopo Maclovienſi recognitum anno* MDCIII. *Menardus in Martyrologio Benedictino, decima quinta hujus, eumdem refert his verbis:* in Britannia minori S. Maini Abbatis, qui multos ad fidem convertit. *Sequitur ipſum Dorganius in Kalendario Maclovii impreſſo anno* MDCXXII, *addens ad verba Menardi,* Et Sanctitate clarus migravit ad Dominum. *Eadem die refertur S. Maini vita inter Gallice editas à Renato Benedicto. Antonius Yepes in Annalibus ait,* Ad decimam ſeptimam Kalendas Julii conceſſit fatis. *Contra Albertum le grand, qui ait,* Sanctum vigeſima prima Junii Creatori animam tradidiſ-

B *ſe. Uterque, credo, ea ratione ductus eſt quod aliquam in iis, quibus uſus eſt ſcriptis, tali die repererit Sancti memoriam: fieri autem poteſt, ut ignotâ nobis causâ, utroque die cultum aliquem habuerit. Sicut diverſum nomen apud Auctores latinos ſortitus eſt: nam qui Britonibus S. Meen vel Mein appellatur latinis aliis Majanus Mainus Conaidus aliis Mavennus vel Mevennus vocatur. Hæc cum inveniſſet Sauſſaius, nihil ultra inquirendum ſibi ratus, in Martyrologio ſuo Gallicano S. Mainum decima quinta retulit, & vigeſima prima S. Mavennum, addito utrique elogio diverſo, quod ſolis Sanctis ita proprium eſt, ut pluribus ſit commune. Bucelinus in Menologio Benedictino partim Sauſſaium ſecutus feſto S. Maini decimam quintam aſſignat, Actis præcipuis, quæ de hoc Sancto ſcribuntur ab Auctoribus, in unum elogium contractis. At vigeſima prima, cum nihil de Mevenno alibi reperiſſet, elogium ex Sauſſajo deſumpſit:* In Armorica *inquit* S. Mevenni Abbatis, qui cum eſſet ſummus rerum humanarum contemptor, ſuiipſius aſpernator, honoris fugiens & propriæ carnis hoſtis, Deo ſoli ut complaceret ſtuduit, & ſic puram toto vitæ curriculo, eidem cordis & operis ſervitutem exhibuit.

& ſub diverſo nomine.

C 5 *Floruiſſe autem ab omnibus dicitur circa ſeculum Chriſti ſexto ſub Alano primo iſtius nominis Rege Britanniæ Armoricæ* VIII, *de quo Argentræus libro* I. *cap.* XXIX *pag.* 108. Quamvis Rex Alanus admodum perniciosus fuerit patriæ, bellis Gallicis afflictæ; felix tamen in eo ſeculum fuit, quod nullo unquam tempore tot ſancti viri floruerint, tam indigenæ quam advenæ, ex majori Britannia expulſi ab Angloſaxonibus .... inter illos fuerunt S. Sampſon, Archiepiſcopus Eboracenſis, domo nobilis; S. Maglorius ejus ex ſorore nepos, S. Paulus, S. Mainus, S. Maclovius, S. Briocus, S. Columbanus; qui poſtmodum conſecrati Epiſcopi fuerunt: ideoque, uſque in hodiernum diem, ab ipſorum nomine Epiſcopatus quidam appellantur. *His forſan deceptus Belforeſtius, S. Mainum Epiſcopis Nannetenſibus addit, quod ſic refutat Yepes pag.* 242. Haud dubium eſt quin à linea aberraverit Belforeſtius. Multi enim Hiſtorici Galli in rebus hujus ſervi Dei explicandis trivêre calamum, è

Floruit Majanus ſec. 7

nec Epiſcopus Nannetenſis fuit

quibus Robertus Genalis & Bertrandus de Argentrè nomenclaturam Epiſcoporum Nannetenſium de compoſito fecêre, præterito S. Maino, cujus etiam vitam Rolandus de Neufville diligenter perſequitur, nec tamen infulam ei Nannetenſis Eccleſiæ imponit: negligentem facere deberemus, ſi Epiſcopum fuiſſe vel ignoraſſet vel diſſimulaſſet. Præter Auctores alios, ipſe Ordo S. Benedicti eum pro Abbate tantum habuit, nec aliquando Epiſcopis interpoſuit. *Sed qua ratione eum Benedictinus accenſuerit ipſe Yepes, non video: præſertim ſi ex Britannia majori venerit in Armoricam, pulſus ab Angloſaxonibus. Neque enim ante Angloſaxones, Benedictini in Anglia fuerunt, eo primum cum S. Auguſtino ingreſſi: neque ipſum inter Benedictinos numeratum invenio apud Mabilionem: niſi forte ideo Benedictinis ipſum aggregaverit Yepes quod ſucceſſores ejus in monaſterio, ſe regulæ S. Benedicti ſubdiderint.* D AUCTOR F. B.

nec Benedictinus.

VITA

Ex Gallico Alberti le Grand Ordinis Prædicatorum. E

A parentibus pie educatus,

1 SAnctus Majanus ex Provincia Cambriæ, quæ Auſtralis Wallia appellatur, Britanniæ inſula, erat oriundus. Habitabant Parentes *a* ejus in regione quadam nomine Venta *b*, civitate Orckh *c*, proxima conſanguinitate contingentes S. Sampſonem Archiepiſcopum Eboracenſem *d* in Anglia, Dolenſem deinde in Armorica. Hi pia ſolicitudine filium ab infantia educarunt docentes adhuc tenellum, orare Deum ultro ad id propendentem. Tranſactâ infantiâ traditur ſcholis, in quibus ita ſe litteris & virtuti impendit, ut coætaneos multum ſuperaret; quamvis nemini ſeſe præferret, aut æſtimationem ſui quæreret, bene in humilitate fundatus.

a
b c
d

fugit ad avunculum Epiſcopum:

2 Scholis egreſſus domum revertitur; ſperabantque parentes, fore ut ejus ſuaviſſima fruerentur converſatione, veniretque in partem ſolicitudinis domeſticæ. At ſanctus, à Deo vocatus aſpiranſque ad altiorem perfectionis gradum, implorat Dei auxilium, quo in viam ſalutis deduceretur: atque ita clam parentibus ſe ſubducens, ad avunculum ſuum S. Sampſonem Eboracenſem proficiſcitur à quo perbenigne ſuſceptus eſt. Sciebat enim Epiſcopus, ipſum duci Spiritu ſancto, futurumque aliquando Monachorum patrem, qui ſtrenue in vinea Domini laboraret. Subſtitit aliquamdiu in monaſterio habitu ſeculari retento, avunculi doctrinam excipiens, & miniſtrans fratribus; donec virtutem ſuam, patientiam, devotionem & perſeverantiam probaſſet. Tunc Religioſum Habitum per S. Sampſonem ſuſcepit, ſanctioribuſque votis ſeſe adſtrinxit. Cum autem ejus in virtute profectus ad oculos omnibus pateret, ſuſceptis rite ſacris Ordinibus ad Sacerdotium evectus eſt. F

e

monachus & ſacerdos factus, trajicit in Armoricam:

3 Poſt aliquantulum temporis tranſactum, S. Sampſon juſſus à Domino *e* transfretare in Armoricam, elegit ſibi Relroſos ſocios, quos converſioni animarum magis idoneos judicabat. Ex felici iſto numero S. Majanus fuit. Superato freto ad littus Armoricæ appellunt: ubi S. Sampſon nonnullis patratis miraculis *f*, ad ſtu-

f

A ſtuporem incolas & ſui deſiderium movit: tantam excitavit in ſe benevolentiam, ut alacriter ipſum juverint ſibi ſuiſque ſociis extruere monaſterium *g* in civitate de Kerfeunteun hodie dicta Landtmeur, diſſita duabus leucis Morlæo. Ibi cum ſuis habitationem figens, orationi ſacriſque exercitationibus vacabat: prædicabat etiam inſtruens accolas & catechiſans ad ſe turmatim confluentes. At Deus, ad amplificandam gloriam ſuam aucturus labores S. Sampſoni in converſione animarum, ita diſpoſuit ut omnes Britanniæ Epiſcopi eum in ſuum eligerent Archiepiſcopum, conferentes ei eamdem in ſe auctoritatem, quam in ſuffraganeos habuerat cum in inſula Britanniæ Eboracenſem teneret Archiepiſcopatum. Tunc S. Maglorium Kerfeuntenſi monaſterio præfecit Abbatem, ipſe in prædicatione cæleſtis doctrinæ ad circumjacentes populos perſeverans.

AUCTORE F. B.

g

mittitur ad fidem propagandam,

4 Nec multo poſt S. Sampſon conſiderans diſcipulum ſuum Majanum animabus lucrandis idoneum, conſilio inito cum fratribus, dimiſit eum impertita benedictione ſua, fratribuſque aliquot in ſocietatem adjunctis, poteſtatem conceſſit Abbatibus competentem, acceptandi monaſteria ſi alicubi offerrentur, & Religioſos admittendi ad Ordinem. Valedicens itaque Fratribus in viam ſe dedit Majanus, cum ſociis ſibi aſſignatis: peragrataque regione, devenit in terram Domini de Gaël, hominis bene *h* catholici, eleemoſynarii & religioſi: qui illos ſibi obviam factos præmiſſâ conſalutatione mutua, rogavit intrare domum ſuam vireſque quiete & cibo reficere. Majanus actis pro benevolentia gratiis, quod offerebatur admiſit: domumque ingreſſus diebus aliquot ibi moram traxit.

B

h

monaſterium ædificare aggreſſus

5 Inter ſpiritualia, quæ toto illo tempore habebant colloquia, Dominus de Gaël ita amore Dei & religionis deſiderio exharſit, ut S. Majanum rogaret, dominium ſuum cum terris & territoriis, ad monaſterium fundandum acciperet. Tum Sanctus, Dei favorem gratanter agnoſcens, donationem acceptat: relictiſque ibidem aliquot Monachis Dolam revertitur, facturus certiores S. Sampſonem & S. Maglorium: qui actis pariter gratiis Deo, eum ad opus iſtud cum plena poteſtate remiſerunt. Ipſe autem reverſus optatum reſponſum Domino de Gaël retulit: qui ſine mora convocatis undequaque operis, collectâque omni ad ædificandum neceſſariâ materiâ, operi manum admoveri juſſit: & alacritas ædificantium ſpem faciebat, intra breve tempus ædificii conſummandi: unum tamen afficiebat moleſtiâ operarios, penuria ſcilicet aquarum queis opus habebant molliendum cæmentum: tam longe enim diſtabat aqua proxima, ut eâ quærendâ multum temporis & operæ conſumeretur.

C

in aquæ penuria

fontem elicit miraculosum.

6 S. Majanus in oratione proſtratus plenus fiduciâ petit à Domino, ut ſibi de aquis proſpiciat: deinde ſurgens ſcipionem in terram defigit eoque retracto erumpere videt fontem aquæ vivæ qui hodie etiamnum celebris eſt, ob virtutem ſanandi morbum Medicis Pſoram *i* dictum vulgo Malum S. Majani: eſt autem ſcabies ex acri bile, carnem uſque ad oſſa exedens. Monaſterium jam perfectum dedicatum eſt ad honorem Glorioſi Præcurſoris Joannis Baptiſtæ cujus virtutem & auſteritatem vivendi imitandam ſibi propoſuerant Monachi iſti. Fama ſanctimoniæ eorum, per totam regionem diffuſa, excivit plurimos adoleſcentes nobiles qui eo confluebant deſiderio vivendi ſub diſciplinæ & regula S. Majani. Inter alios Judicaël *k* Rex Armoricæ ſatiari non poterat piis admonitionibus S. Majani, quas & libenter audiebat & ſolicite exequebatur. Hinc deſiderium concepit Deo ſerviendi ſub ſuavi Religionis jugo. Quapropter reverſus è bello Gallico victoriis ornatus, ipſam victoriam ſub pedibus calcans, ad monaſterium de Gaël progreditur: ibi ornamenta regia exutus monaſticum Habitum induitur, reliquum vitæ in eodem monaſterio exacturus: quod cum anguſtum & multis partibus ruinoſum eſſet, ampliandum & reparandum curavit, magnis reditibus eidem attributis; in tanta porro perfectione vitam traduxit, ut meritus ſit poſt mortem ſibi Sancti honores deferri

D

i

k

S. Judicaël Rex ſub ipſo ſit monachus.

7 Quartus frater S. Judicaëlis nomine Hoël ardentis animi juvenis indole & moribus multum diſcrepans à ſanctis fratribus Judicaële *l* Judoco & Winoco, habitationem habebat in caſtro quodam prope monaſterium de Gaël, ruricolas violentis exactionibus opprimens. Unus miniſtrorum ejus, aut quod injuſta imperia executus non fuiſſet aut alia ex cauſa indignationem ejus incurrerat: propterea in loco ſubterraneo carceri incluſus eſt, ferreis compedibus aſtrictus, aliiſque moleſtiis vexatus. Miſer ille homo ultra hæc patienter ferre non poterat. Accidit itaque ut S. Majanus, cellulas ſuorum religioſorum circumiens, auditu perciperet lamentationem & ejulatum miſeri captivi illius: proinde ſciſcitanti cauſam ploratus reſponderetur, hominem eſſe pauperem quem Princeps Hoël teneret in vinculis. Confeſtim duos ex Monachis ſuis mittit qui nomine ſuo, pro miſeri iſtius libertate, apud Principem intercederent. Fecerunt illi quod injunctum fuerat: ſed incaſſum; non enim flectere potuerunt obſtinatum Principis animum. Hoc cum ad Sanctum relatum eſt, orationi ſe dedit, implorans miſero illi divinam miſericordiam. Vix oratione finita, miſer ille Angelico auxilio è carcere liberatur; qui ſtatim ad monaſterium feſtinavit, gratias acturus Deo & S. Majano, libertatemque inter ejus brachia reperturus.

E

F

l

Ejus frater Hoël oppreſſor pauperum

captivum liberare nolens

8 Cum Hoël intellexiſſet, captivum ſuum evaſiſſe ergaſtulo & confugiſſe ad monaſterium, tamquam ad ſacrum aſylum; confeſtim ablegat quoſdam è ſuis ad S. Maianum, qui captivum repoſcant. At Sanctus æqua excuſatione uſus, dixit. Sibi nequaquam licêre tradere in manus ejus hominem miſerum qui ad ſuum monaſterium tamquam ad aſylum confugiſſet. Abſconderat autem fugitivum in eccleſia, ratus inde per vim ab Hoële nequaquam extrahendum: verum aliter omnino evenit: nam Princeps accepto Sancti reſponſo, nullo modo acquievit; ſed furore accenſus ad monaſterium accurrit, januas effringit, & miſerum ſacro Altari advolutum violenter abripit: fruſtra S. Maiano & Monachis ejus deprecantibus: qui cum viderent incaſſum preces fundi, hominem conſolantur hortanturque ad patientiam, ſpe brevi reſtituendæ libertatis. Et Maianus Hoëlem accedens ſpiritu prophetico admonet, diſcutiat ani-

ad monaſterium fugientem ſacrilege abſtrahens

vaticinium S. Majani contemnens

A animum ſuum præparetque ſe ad pœnitentiam; nam intra triduum moriturum ſiſtendumque coram tribunali ſupremi Iudicis.

9 Hoc audito juvenilis veſaniæ Princeps effuſus in riſum, ſancti Abbatis effata contemnit tamquam ſenis deliramenta: atque ita conſcenſo equo revertitur, ſecum trahens captivum ſuum, obfirmatus animo ſuum in illo furorem explere; ſed Deus avertit. Cum enim ad introitum palatatii ſui, calcar equo ſubderet; is in rabiem actus ſeſſorem excuſſit, oſſe fœmoris confracto, cum cuſſione tam valida, ut tamquam oſſá comminutus ſupinus caderet. Tum recolligens animum, recordatur eorum quæ Sanctus ſibi prædixerat: & ecce jam ad pœnitendum motus deportari ſe in domum ſuam jubet & in lectum deponi; captivum ſuum libertati reſtituit, eumque orat ſuppliciter ad monaſterium ſe conferat certioremque reddat ſanctum Abbatem Maianum calamitatis quæ ſibi obvenerat; poſtulet ignoſci veſaniæ ſuæ, oretque ut B ad ſe non dedignaretur accedere. Accepto nuntio Maianus ad Hoëlem ſe confert, delicta præterita reprehendit, graviter adhortans à Deo exorare veniam & patienter afflictionem ſuſtinere, levem omnino, gravitatem criminum ejus perpendenti; ad veram animi contritionem excitat, confitentem de peccatis audit, aliaque adminiſtrans ipſi Sacramenta, ad mortem piè diſponit; quam tertio die obiit, juxta Sancti vaticinium. *m*

punitur

& pœnitens moritur.

m

10 Territorium Gaël pingue & fertile ſolum, ab inſectis quibuſdam vexabatur, frumenta dum matureſcerent infeſtantibus: S. Maianus, damnum expertus quod ſuo monaſterio adferebant, præmiſſa ad Deum oratione, cavernulas in quas ſeſe abdiderant adiit: & Dei nomine eis præcepit in deſertum avolarent, ut nocere deinceps non poſſent aut monaſterio aut incolis: præcipienti obedierunt inſecta illa & in aliam regionem avolarunt, ut nullum tale deinceps viſum ſit in Armorica *n*. Perfecto igitur tam ſpirituali quam materiali monaſterio, & ſacro ſuo Ordine diſciplinâ regulari bene firmato, & incolis circumquaque per ſuos Religioſos fidem chriſtianam edoctis, decrevit Romam peregrinationem inſtituere ad veneranda ſepulcra Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, aliaſque ſacroſanctas urbis ejuſdem tam intra quam extra muros eccleſias. Aſſumptis igitur quibuſdam è Fratribus ſuis in ſocios itineris, aliis valedicens, viam ingreſſus eſt, comitantibus eum quocumque iret miraculis. Andegavum cum perveniſſet invitatus eſt ad dicendum pro concione in majori Eccleſia; quod fecit cum magno auditorum applauſu & fructu ſpirituali.

In ſecta noxia fugat.

n

Romam peregrinaturus,

C

11 In hac urbe pia quædam Domina, auditâ famâ ſanctitatis ejus & miraculorum, quæ Deus per eum operabatur, acceſſit ad eum obſecrans, ut immunem ſe redderet à damnis quæ ab horrendo quodam patiebatur dracone *o*. Habebat is latebras ſuas in nemore adſito agris ſuis fervilioribus, qui metu cuncta terrentis beſtiæ jacebant inculti, ruricola nullo ad eos appropinquare audente. Erat hæc mulier magnæ virtutis, & propterea quod poſtulabat, ſe facturum Sanctus addixit. Draconis caverna ſita erat non procul à monaſterio S. Florentii, ad ripam fluvii Ligeris: Maianus deduci eo ſe jubet: cumque locus eſſet in conſpectu, neque itineris duces neque populus Sanctum ſubſequens, avidus videndi eventum rei, auſi ſunt appropinquare: ſed à longe indice demonſtrant ei antrum. Ponit hic humi genua, & preces ad Deum fundit, deinde in proxima eccleſia oblato Miſſæ ſacrificio, rectà ad draconis antrum tetendit: exire eum jubet; prodit continuo ſcintillantibus oculis, ſquammis radens humum, & horrendum edens ſibilum ut per circumjacentes agros audiretur: accedit ad illum Sanctus & ſacerdotalem ſtolam collo injicit: itáque ligatum deducit inſtar animalis domeſtici ad ripam fluminis, ubi ei in nomine Domini imperat, ut ſe præcipitet in fluvium: quod inſpectante omni populo fecit.

Andegavi Draconem fugat,

o

D AUCTORE F. B.

12 Hoc peracto Andegavum revertitur, omni populo ipſi obviam procedente, cum ea, quam ipſius ſanctitas merebatur veneratione: & mulier illa nobilis, in gratam agnitionem beneficii, & æternam tanti miraculi memoriam, dedit illi in perpetuum poſſidendos agros, ex quibus draconem abegerat: in eo loco Sanctus monaſterium fundavit, cujus Antiſtiti Prioris titulum conceſſit, eumque Abbati de Gaël ſubeſſe voluit. Hic Monachos quoſdam ſuos alioſque de novo admiſſos conſtituit. Poſt hæc decrevit proſequi Romanum iter. Ecce autem Deo revelante intelligit evocandum ſe propediem, ad mercedem laborum ſuorum: quod cum Fratribus ſuis indicaſſet, ſuaſerunt omnes, reverteretur in Gaël, ut ibi à laboribus ſuis inter Fratres ſuos quieſceret. Probavit ipſe conſilium, revertitur ad monaſterium ſuum, omnium qui in eo degebant gaudio exceptus.

& monaſterium condit.

E

Moriturus ad ſuos revertitur.

13 Non diu poſt in morbum incidit, quo, accedente ſenili ætate & afflictationibus, quibus per omnem vitam corpus domuerat, intra paucos dies ita debilitatus eſt, ut finem vitæ ſibi inſtare ſentiret. Convocavit Fratres ſuos lacrymis perfuſos & lectum circumſtantes, gravi & benevola oratione adhortatus eſt ad perſeverantiam, votorum adimpletionem & regulæ ſervandam puritatem. Conſpiciens autem è junioribus Monachum, nomine Auſonium, præ reliquis triſtem, nec ſibi temperantem à lacrymis ob deceſſum optimi patris; accedere eum ad lectum jubet, detergenſque propriis manibus lacrymas, ſpiritu prophetico effatur: Fili ne de obitu meo triſtêris, non enim diu ab invicem ſeparabimur: præcedo ego ut pater, intra octiduum me ſequêris: interim præpara te ad felicem tranſitum.

alteri mortem imminentem revelat:

F

14 His dictis petiit extremâ ad ſupremum luctum unctione muniri: antea enim & ſacramentalem pœnitentiam & Corpus Chriſti in viaticum ſuſceperat. Deinde in altam contemplationem raptus, manibus, oculis, corde ad Deum elevatis, in manus ejus, qui ipſum ad ſuam gloriam creaverat, ſupremum ſpiritum reddidit die vigeſima prima junii circa annum ſexcenteſimum ſexageſimum quintum regnante in noſtra Britannia Armorica Analo II *p* ejus nominis, nepote Regis Salomonis ſecundi Regis ſuperioris & inferioris Britanniæ; quæ prius diviſæ in unum coaluerunt ſponte ſua ſedente S. Iudicaële. Corpus honorifice depoſitum in ſuo monaſterio in monumento ſupra

ſuſceptis Sacramentis obit.

p

A supra terram elevato ad dextram aræ Principis, ubi Deus magna operatur miracula in teſtimonium ſanctitatis ejus. Ibi ſervatæ ſunt ſacræ ejus Reliquiæ debito honore & veneratione uſque ad annum DCCCLXXVIII quando deſcendentibus in Britaniam Normannis & Danis, eccleſias & monaſteria evertentibus, comburentibus ſacroſanctas Reliquias & ſpargentibus inventum; Monachi eorum furori illas ſubduxerunt, delatas ad S. Florentii: ubi aliquot ſeculis permanſerunt. Secutis temporibus repertæ ſunt quædam particulæ depoſitæ in monaſterio de Gaël, quod à ſuo conditore S. Maiani appellatur. Fuit iſtud in amore & æſtimatione antiquis Principibus Britonibus, qui plurima & maxima dona & privilegia eidem contulerunt. Godefridus I Dux *q* Britanniæ decreverat iſtud à fundamentis reædificare; ſed morte præventus curam demandavit filio ſuo Duci Albano III, qui executioni mandavit eccleſiis S. Mariæ & S. Guicquelii *r*, & quod amplius eſt, conceſſit anno MXXIX Hugoni & Monachis ejuſdem B monaſterii privilegium fori habendi in ſuo oppido, & commutandi auri & argenti. Ita celebre factum eſt Monaſterium iſtud per univerſam Europam, confluentibus eò devotionis causâ peregrinis, laborantibus morbo præſertim vulgo S. Majani appellato, qui ſæpe ſanitatem impetrant interceſſione & meritis S. Abbatis. *s*

Reliquiæ & monaſterium ejus in veneratione ſunt.

fuiſſe à lepra & filiam à dæmonio. D

g *Primum monaſterium quod S. Sampſon extruxit vocant Yepes & Renatus Dolenſe; conſentiente Quereto Regionis comite S. Maino legatione apud ipſum fungente pro Sampſone.*

h Tran-ſylvam *regionem vocant Yepes & Renatus; Dominum vero* Cadonum *appellatum dicunt: ego Tranſſylvam apud alios non reperio ſicut neque Gaël.*

i *Alii ſic morbum deſcribunt cutis aſperitas ſquamoſa: & videtur alius à ſcabie.*

k *De Rege judicaële agit Argentræus lib. 2 ab initio uſque ad caput 7. Ipſum adeat qui plura cupit. Cum autem dicitur canonizatus, intelligendum more iſtius ſeculi conſueto.*

l *Videntur hi eſſe SS. Judocus & Winocus quorum hic 6 Novembris colitur ille 13 Decembris: ſed eorum legenda non parum differt ab iis, quæ hic narrantur, quamvis in præcipuis conveniat, quod poterit ad eorum feſta inquiri.*

m *Fratribus ſane præmortuus eſt & ſine liberis: nam in Judicaële deficiunt Reges Armoricæ inferioris, juxta Albertum & Argentræum.* E

n *Miraculum ſimile iis, quæ de S. Patricio aliiſque Sanctis Hybernis narrantur, de quibus vide dicta in Commentario prævio ad illius vitam 17 Martii.*

o Yepes *draconem iſtum prætermiſit ratus ut exiſtimo fabuloſum aut mere ſymbolice explicandum pro idololatria aut peccandi inolita conſuetudine.*

p *Contra Argentræus dicit, poſt mortem S. Judicaëlis totum regni ſtatum turbatum fuiſſe, nullumque inveniri Regem apud Auctores probatos: quia ergo nullum alium invenit Albertus, ſupponit ſuperioris Armoricæ Regem etiam in inferiori regnaſſe.*

q *Ducatum hic tenuit ab anno 992 ad 1008, quo filius ſucceſſit.*

r *Idem qui S. Judicaël Rex Britonum de quo ſupra & hinc confirmatur cultus Sancti ipſi ab antiquo delatus, ſi ſeculo undecimo templum extiterit ipſius nomine dedicatum.*

s Yepes *ait*; Qua de cauſa ex multis regni provinciis viam in id monaſterium corripiunt, inſtituta etiam cum vexillo denſiſque ordinibus peregrinatione: quam tanta religione peragunt, ut Roberto Cenali Epiſcopo teſte, de F annona ſibi non proſpiciant, ſed ſtipem ſinguli rogent, quantumvis domi locupletes, ut humili cultu victuque precario facilius Deum ſibi propitient.

ANNOTATA F. B.

a *Patrem Renatus appellat* Geraſcenum.

b *Urbes aliquas eo nomine & unam ſaltem in Wallia olim extitiſſe docet Baudrand; regionem eo nomine appellatam, non aſſignat.*

c Orche *ſcripſit Renatus.*

d Menevienſem *appellat Renatus: de Menevia autem ita Baudrand*; Menevia urbs Angliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi in Wallia meridionali. *Renato hic magis adhærendum cenſeo, quam Alberto, quod ſi revera S. Sampſon Menevienſis Epiſcopus fuerit & inde trajecerit in Armoricam, forſitan invenietur ratio cur S. Mainus in gente cui verum nomen ejus ignotum eſſe potuit Mevennus appellatus ſit.*

C e *Videtur Albertus Sampſonis transfretationem attribuere revelationi divinæ, cum alii eam attribuant violentiæ Angloſaxonum.*

f *Inter miracula ab ipſo patrata, narrat Renatus uxorem cujuſdam nomine Privati liberatam*

DE S. LEUTFREDO ABBATE

IN EBROICENSI NORMANNIÆ DIOECESI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De ejus monaſterio, cultu, actis.

AN. DCCXXXVIII.

Monaſterium Sanctæ Crucis conſtructum.

EBroicæ *ſive* Ebroicum, *urbs eſt ſuperioris Normanniæ Epiſcopalis ad Honium fluvium, ſub Archiepiſcopo Rotomagenſi, à cujus urbe verſus Meridiem diſtat decem circiter leucis Gallicis. In hac diœceſi conſtruxit* S. Leutfredus *monaſterium, medio itinere inter Ebroicas & Sequanam fluvium, ubi huic adjacet Caſtrum Gallionis. Infra in Vita num.* 14 *dicitur hoc monaſterium* ab urbe Ebroicenſi diſtare duabus leucis, & *num.* 24, Aucturam flumen ipſi monaſterio à plaga meridiana adjacere. *Situs ejus deſcribitur num.* 12 & 13, *ubi dicitur, quod* poſt aliquot annos de-

circa annum 690.

A deceſſionis S. Audoëni Archiepiſcopi *conſtructum ſit monaſterium*, in honorem vivificæ Crucis, & Sanctorum Apoſtolorum & S. Audoëni. *Hinc monaſterium ſub initium dictum* Crucis S. Audoëni, *at poſtea ob miracula & venerationem prætitulati Abbatis, nuncupatum Crucis* S. Leutfredi. *S. Audoëno ſucceſſit in Sede Rotomagenſi* S. Ansbertus, *cujus &* S. Sidonii hortatu diſceſſit Leutfredus, *ut num.* 11 *dicitur*, ad natale ſolum, *& incepit conſtruere monaſterium. Factum id volunt circa annum* DCXC, *& quia num.* 29 *dicitur ſanctus Abbas ſuo illi* præfuiſſe monaſterio per annos circiter quadraginta & octo, *obitus referendus foret ad annum* DCCXXXVIII.

Obitus S. Leutfredi an. 738.

2 *Dies ibidem additur* undecimus Kalendarum Juliarum, quo requievit in pace, *atque in Breviario Ebroicenſi (quod habemus anno* MDLXXXVI *excuſum) præſcribitur* teſtum S. Leutfredi Abbatis novem Lectionum, cum utriſque Veſperis celebrandum, *& hæc recitatur Oratio*: Deus qui Beatum Leutfredum, Confeſſorem tuum atque Abbatem, contra hoſtis antiqui ſævitiam dimicantem, Angelica viſitatione confortaſti; ejus intercedentibus meritis, ab omni nos abſolve peccatorum vinculo, & in æterna lætitia fac gaudere cum illo. *Ac dein in novem Lectiones ſunt ejus antiqua Acta digeſta; quæ lectione nona hoc modo finiuntur:* Poſt ejus mortem virtus ejus & gratia ad miracula perficienda, per ejuſdem invocationem, ad noſtra uſque tempora in monaſterio perduravit: cujus nos meritis & orationibus adjuvari à Domino noſtro Jeſu Chriſto precamur. *Ejuſdem* S. Leutfredi *feſtum celebratur in diœceſibus Luxovienſi, Pariſienſi, & aliis, quorum Breviaria habemus; in iiſque proponuntur Lectiones ex Vita deſumptæ. Ejuſdem memoria ad* XI *Junii celebratur in Ms. Luxovienſi, defectu forte unius denarii abrepto in errorem ſcriptore: ad hunc autem* XXI *verumque natalis diem ipſius cultum confirmat Uſuardus his verbis*: In pago Madriacenſi & Leutfredi Confeſſoris, qui, in monumentum eximiæ ſanctitatis, orationibus ſuis fontem produxiſſe fertur de terra. *Sequuntur paſſim recentiores, Bellinus, Grevenus, Maurolycus, Caniſius, cum variis Mss. & Martyrologio Romano. Item Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, in ſuis Faſtis Benedictinis. Miraculum fontis producti refertur in Actis num.* 19, *uti &* pagi Madriacenſis *nomen legitur num.* 11, *quem aut Mabilio, in obſervationibus prævius ad hujus Vitam*, eum eſſe, cui Nebelongus Comes, ejuſque filius Theodebertus præfuiſſe dicuntur, Ebroicas inter & Vernonem oppidum diffuſum. *Alii multo diffuſiorem eſſe aſſerunt: quorum ſententias & controverſias late deſcribit Carolus le Cointe ad an.* 690 *num.* 12 *quem curioſus lector conſulat.*

Cultus ſacer in Breviariis

& Martyrologiis.

3 *Vitam habuimus ex pervetuſto Ms. Codice Aroaſienſi in Arteſia, & contulimus cum Ms. Reginæ Sueciæ num.* 1466, *quale etiam reperimus Pariſiis in bibliotheca Cardinalis Maſarini. Præterea eadem Vita excuſa eſt à Jacobo Brulio Pariſienſi & monacho S. Germani de Pratis, in Supplemento Antiquitatum Pariſienſium, propterea quod ſacrum corpus* S. Leutfredi, *ut infra dicetur, ad eam civitatem fuerit delatum: recuſa quoque eadem vita eſt à Vincentio Barrali Salerno in Chronologia ſacræ inſulæ Lerinenſis, quod ibi adſervetur inter Reliquias* Os ulnæ, allatum Pariſiis, anno Domini MDXCIX. *Ex hac porro Chronologia relata eſt illa ad ultimam editionem Surianam. Demum ediderunt ipſam Lucas Acherius & Joannes Mabilio in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, parte prima ſeculi tertii: Compendia vero inveniuntur in Breviariis ſupra indicatis, item apud Vincentium Bellovacenſem lib.* 23 *cap.* 12 *: & alios recentiores cum Martyrologio Sauſſaji.*

Vita ex Mss.

& variis editionibus.

4 *Infra in Actis num.* 29 *dicitur* ſepultus *Sanctus* in eccleſia S. Pauli, *& inde* tranſlatus ad baſilicam vivificæ Crucis & S. Audoëni: *quod in Appendice à Jacobo Brulio ponitur factum anno* DCCCLI *die* XXII *Junii per Gumbertum Epiſcopum Ebroicenſem, imo etiam (ut dicto num.* 29 *ſcribitur) per Joannem Epiſcopum Dolenſis Eccleſiæ & Abbatem loci ipſius. Idem dum Auctor Vitæ aſſerit ſuis temporibus contigiſſe, oſtendit ſe tunc ibidem Monachum vixiſſe, eique elevationi ſubjicit Tranſlationem ad cœnobium Pariſienſe S. Germani, atque donationem Reliquiarum factam variis Eccleſiis. * Hinc mirum mihi non accidit, quod apud Martinæum de antiquis Monachorum ritibus de eo notent Conſuetudines S. Germani, feſtum* XII Lectionum *præſcribant* cum Officio proprio & Octava in Cappis parvis; veſtimenta autem miniſtrantium erunt viridia: *Kalendarium autem Beccenſe apud eumdem Martinæum ſolum* III *Lectiones præſcribit.*

Elevatio & Tranſlatio.

D. P.

VITA

Auctore Cœnobita Crucis S. Leutfredi.

Ex variis Mss. & impreſſis

PROLOGUS.

1 SCriptum legimus in libro Eccleſiaſtici: Laudemus viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſuâ, qui in diebus ſuis gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & nomen eorum non derelinquetur. Qui enim apertis oculis fidei videre promeruit, quam glorioſus Dominus noſter in Sanctis ſuis, mirabilis in majeſtate, faciens prodigia; totis viribus ad inveſtigandam venerabilium virorum vitam accingitur, ut in eis ille laudetur, qui munere gratiæ ſuæ eos ad tantam gloriam provexit, ut & animas audientium imbre verbi Dei irrigarent, & corporalibus moleſtiis virtute miraculorum mederentur. De hujuſcemodi viris per Prophetam à Domino dicitur; In lumine jacula tua ibunt, in fulgore armorum tuorum. Fulgor namque armorum, eſt claritas miraculorum. Armis quippe nos tuemur, jaculis adverſa deſtruimus: arma vero cum jaculis, ſunt miracula cum prædicamentis. Sancti enim viri verbis ſuis, quaſi quibuſdam jaculis, corda adverſantium transfigunt: armis autem, id eſt miraculis, ſemetipſos tuentur, ut quantum ſint audiendi, ſonent per impetum jaculorum; & quantum ſint reverendi, oſtendant per arma miraculorum. Tandem igitur opera magni Dei pronuntiantes, proponamus nobis virum reverentiſſimum B. Leufredum, in quo Spiritus ſanctus mundam ſibi ſedem præparavit, & de ipſo loqui inſtituamus. Cujus etſi

Eccl. 44. 1 & 7

Laudandus Deus in Sanctis:

Zach. 9 14

ob virtutes & miracula eorum.

A facta prosequi non sumus idonei; auxilio tamen omnipotentis Dei, & tanti viri meritis fulti, quæ ex antiquariis monumentis, partimque relatione majorum nobis comperta sunt, enarranda suscepimus.

CAPUT I.

Ortus, studia, vita solitaria, dein monastica Rotomagi incepta.

2 BEatus vir Leufredus, intra Gallias pago Ebroicensi exortus est; sanguinis nobilitate conspicuus, parentibus Christianissimis natus. Hic in adolescentia sua, cum in vanâ mundi hujus gloriâ excrescere posset, totam militiam suam Domino vero Regi devovit; magis cupiens pauper Christum nudus ipse sequi, quam divitiis seculi vestitus, ad tempus sicut flos fœni florere. Mox ergo adhuc puerulus, divino spiritu tactus, æstuabat animo; assidue parentes deprecans, ut accessum B posset habere ad aliquem locum, ubi exercitia litterarum in scholis inveniuntur. Ad hæc cum pater nullo modò assentiret, & unici filii diceret se non posse absentiam sustinere; puer ille devotus occasionem invenit, qua id quod desiderabat perficeret. Petivit ergo à patre, ut liceret sibi cognatos & affines suos visitare, qui in castro Ebroicensi morabantur: cumque visionis mutuæ & allocutionis eis impendisset officium, continuo ad propria reverteretur.

In pago Ebroicensi natus,

devotus in puerstia,

3 Postquam itaque obtinuit quod poscebat, ad suburbium prætatæ civitatis tetendit: ubi venerandus Confessor Christi *a* Taurinus, Præsul quondam ejusdem loci requiescit: venienque ad locum, & ædituum domus Dei allocutus, ei voluntatis suæ referavit arcanum. At ille libenter eum audiens, unanimo affectu tractavit: & quia mente sincerus & corpore pulcher esset, fraterna dilectione ei ministrare curavit. Ut autem magistrum reperit, qui sibi operam in litterarum eruditione impenderet; cum documento linguæ, morum probitate cœpit alios anteire.

a in ecclesia S. Taurini studiis vacat:

C 4 Interea cum ibidem diutius moraretur, parentes, eum in exteris regionibus ad aliquam eremi vastitatem profugisse credentes, mox cœperunt circuire loca diversa, si forsitan eum alicubi reperire possent: & cum dies & noctes, in quærendo eo agerent, in memorato loco inventus est. Cumque ei vehementius instarent, ut parentum dolorem reversione sua relevaret; Euangelica voce respondit: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Nam postquam me Dominus meus Jesus Christus ad sibi serviendum assumere dignatus est, indecens omnino est, si ab ejus nunc militia ad carnis & sanguinis transeam amicitias; præsertim cum ipse dicat, Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus; &, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, aut sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Tali ac tanto pondere dictorem victi parentes, cum resistere non possent, in proposito suo eum manere passi sunt. Illisque abscedentibus, cœpto operi magis ac magis insistere cœpit: quousque omnibus sodalibus transcensis, magistrum quoque suum æquiparare videretur.

à parentibus requisitus frustra, repetitur:

Luc. 9.

Matt. 14. Luc. 10.

D 5 Cumque omnia epotasset, in quibus idonei doctores erant, quos in eodem vico invenerat; ad alium vicum, cui *b* Condatus vocabulum est, festinus migravit. Sed cum nec ibi virum inveniret, qui sibi satisfaceret ad omnia quæ quærebat; quamcitissime loco cessit, & ad urbem Carnotensem convolavit; ubi diversorum studiorum doctrinam abundare cognoverat. Quo cum perveniisset, juvante semper Dei gratia, ita ad plenum eruditus est, ut omnes eum cum attentione discipulum mirarentur factum esse magistrum. Miroque modo industriæ, sapientiæ, & conversationis sancta simplicitas in eo refulgebat: ut cum verborum studio & litterarum affluentia, bonorum operum incrementa consurgerent. Unde factum est, ut & ipse vir Dei experiretur, quod ceteri sancti Patres ab inimicis religionis suæ perpessi sunt. Etenim quanto ipse amplius flumine gratiæ Spiritus sancti debriabatur; tanto malevolorum sociorum invidentia contra illum acrior erumpebat. Et hoc de versutia antiqui hostis miseris hominibus accidit, ut alter alterius felicitate torqueatur: de quo scriptum est; Invidia diaboli, mors intravit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte ejus.

b

migrat Condatum

dein Carnotum:

ubi ob præstantiam patitur invidos.

E

Sap. 2.

6 Porro vir Dei cum contra se venena antiqui hostis, & invidiam hominum grassari conspiceret; velociter inde digressus, ad propriam possessionem remeavit. Cum autem fama reversionis ejus ad vicinos perveniisset; cognoscentes in eo divinarum litterarum sapientiam coruscare, filios suos ab eo edocendos offerebant: quos ille & litterarum peritia imbuebat, & religionis modestia informabat. Denique dum spiritualibus studiis occuparetur, inter cetera semper memor verborum Domini, quibus in judicio fideles alloquetur, dicens; Quod uni ex minimis meis feciistis, mihi feciistis; necessaria indigentibus, viduis, ac pupillis & orphanis procurabat: & eos in domum suam introducens, ciborum satietate reficiebat; & prout poterat, abscessuris viaticum tribuebat. In eodem loco possessionis suæ F Oratorium statuit, quod etiam Reliquiis diversorum Sanctorum exornavit, ubi nullus introitus neque accessus feminis dabatur. Sane quamvis adhuc in laico habitu detineretur, opus tamen veri Monachi assidue Domino persolvebat; pernox in vigiliis & oratione perseverans, in jejuniis promptus, in eleemosynarum largitate benignus.

In patriam reversus

Matt. 25.

sibi & alii proficit.

7 Post hæc majora ac perfectiora semper animo perquirens, cœpit intra semetipsum cælestis oraculi verba revolvere, quibus dicitur; Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & veni, sequere me. Quapropter dignum duxit, ut omnibus mundanæ dignitatis affectibus funditus despectis, monasticum subito convolaret ad habitum. Nec in longum devotionis suæ distulit propositum: legerat quippe dixisse Sapientem; Fili, ne differas converti de die in diem. Quadam igitur die, cum honestioribus cibis præter solitum convivium instruxisset; patrem & matrem, propinquos quoque, in domum suam convocavit, & abundantiâ cibi

Matt. 19.

Eccles. 5.

Parentes epulo exceptos

A cibi & potus refecit, xenia inſuper eis largitus eſt. Cumque jam veſpertina hora adeſſet, & illi in epulis lætarentur; ſervus Domini in corde Domino decantans, ſecretum aliquod ſecum meditabatur, dixitque eis. Audite me, *noctu detinens,* cariſſimi parentes, noti & vicini, & quicumque pauperculam domum noſtram introire dignati eſtis: jam nox imminet, dignamini hic hac nocte requieſcere, & mane ad veſtra ſinguli revertimini: ego vero (juvante me Domino meo Jeſu Chriſto) quod deſidero, feſtinus implere curabo. Hoc autem ad quid dixerit, omnibus incognitum fuit.

clam diſcedit: 8 Cumque illi ſopore gravi depreſſi eſſent, ipſe concupitum iter arripiens, parentibus relictis, & omnibus quæ in mundo tenere videbatur, intra profundæ noctis tenebras, veram lucem, id eſt Chriſtum, habere meruit. Cui iter facienti, pauper quidam nudus obviam venit: at ille pallio, quo erat amictus, eum protinus veſtivit: indeque paululum pro-
B grediens, alterum pauperem obvium habuit nudum: quem ſimiliter veſtimentis ſuis circumtexit, reminiſcens propheticæ monitionis; Cum videris, inquit, nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Iſa. 58.

9 Pervenitque ad monaſteriolum, quod vocatur vulgo *c* Varenna: cumque caritate illic *c* *abit Verennam,* habitantes aliquantum temporis eum detinere vellent, nullo modo acquievit, quia feminarum habitaculum illud erat. Egreſſus itaque *d* petivit locum qui dicitur *d* Calliatus: ubi Dei hominem Bertrannum invenit, cujus in *inde Calliatum:* rebus divinis indefeſſa mentis agilitas ferebatur. Qui dum ſermone mutuo invicem de ſpiritualibus agerent, vilum eſt eis ut aſpectibus hominum ſe ſubducerent; & quaſi catenâ colligati, intra clauſtra domus uſque ad finem vitæ in hymnis & precibus permanerent. Sed vir Domini Bertrannus, relictis omnibus quæ habebat, peregre profectus eſt: *ubi ſe recludit:* devotus vero miles Domini Leufredus, in cœptis perſiſtens, ibidem ſe velut in ſpecu retruſit. Ibi die noctuque orationibus & vigiliis intentus, fonte lacrymarum ora ſuffuſus, pietati Omnipotentis ſeipſum commendabat: ut ipſe in quo ſperabat intentionem & opus ſuum uſque in finem feliciter dirigeret.

10 Evoluto autem tempore, cum jam diſ-
C *e* penſatio divina per eum plures lucrandos decerneret, auditâ famâ B. Sidonii *e*, vir Dei Leufredus Rotomagenſem urbem protinus advenit: ubi prædictus homo Dei Sido- *Rotomagi fit Monachus ſub S. Sidonio.* nius, Hibernia Britanniæ inſula ortus, virtutum ſplendore venerabilis habebatur. Poſtquam autem venerabilis vir Dei Leufredus vera eſſe comprobavit, quæ fama ad eum detulerat; homini Dei arctius ſe conjunxit, & per ordinem voluntatis ſuæ patefecit arcanum; ſatiſque ab eo in regulari tramite ac monaſtica converſatione edoctus, & habitu corporis immutatus, accepit ſignum capitis, quo milites Chriſti à populari cœtu diſcernuntur: & ſub ipſo Patre, voto ſe ipſe conſtrinxit, omnem obedientiæ diſciplinam ſervaturum: ſciens ſcriptum, Obedire magis placet Deo, quam victimæ; & auſcultare magis, quam offerre adipem pacificorum. Et 1. Reg. 1. Samuel ad Saul ait: Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare; & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.

D EX MSS.

ANNOTATA G. H.

a S. Taurinus, *primus Eccleſiæ Ebroïcenſis Epiſcopus colitur* XI *Auguſti*. Eo loci, *inquit Mabilio*, nunc præclarum monaſterium eſt Congregalibus S. Mauri ſubjectum, quod inter antiquiora computat Willelmus Gemmetic. lib. 7. cap. 22.

b Condutus *vulgo* Condet, burgum *inquit du Val in Alphabeto Francico* cum caſtro in Epiſcopatu Normanniæ Ebroïcenſi, ad Ilonem fluvium, *quatuor ſcilicet leucas ſupra Ebroicas*.

c Varenna, *videtur vicus* Garennæ *S. Petro ſacer, prope Gallionis caſtrum, haud procul à Sequana*.

d Calliatus, *vulgo* Caillus, *prope Abbatiam S. Leufredi*.

e *Colitur* S. Sidonius, 4 *Novembris, in cujus Vitæ compendio apud Menardum, lib. 2 Obſervationum, dicitur* S. Leufredum Angelus à Deo miſſus monuiſſe, ut Rotomagum ad Chriſti E famulum Sidonium ſe conferret, omniaque quæ ſibi ab illo præciperentur faceret. *Plura de eo hic notat Mabilio, ejuſque monaſterium ait quarto milliari Gallico ab urbe Rotomago in Cabetenſi territorio ſitum eſſe, nunc Prioratum vulgo* S. Saëns, *& Fontanellæ ſubjectum*.

CAPUT II.

Monaſterium ſacræ Crucis conſtructum. Miracula patrata. Contumaces puniti.

a

11 IN diebus illis Dominus *a* Anſbertus in Rotomagenſi urbe Pontificatum gerebat. Hic frequenter egregium virum Sidonium & *Reverſurus in patriam,* S. Leufredum ad familiare colloquium invitans, de acquirendis Deo animabus cum eis tractabat. Factum eſt interea, ut hortatu Præſulis & B. Sidonii, ad natale ſolum vir Domini reverteretur; ut in patria ſua homines, in via erroris ambulantes, ad lumen veritatis reduceret; cujus rei ipſe magis quam alius ſufficiens eſſet. Egreſſuſque urbe, Spi- F ritu ſancto duce, devenit in fines Madriacenſis pagi; ad locum quidem virtutibus inſignem, nullis tamen habitaculis adornatum.

12 Dudum namque cum vir Domini *b* *b* Audoënus, Rotomagenſium Antiſtes, Spiritu ſancto plenus, diverſas provincias peragrans, verbum Dei diſſeminare non ceſſaret; *devenit in fines Madriacenſis pagi* jamque gravi ſenio confectus equitare non valeret; uſus eſt vehiculo, in quo jacentem eum duo muli vehebant. Quodam igitur tempore cum ſic incederet; accidit ut tranſiret per vallem illuſtrem, juxta fluvium Aucturam, ubi via erat ab Occaſu in Orientem: porro alia via ducebatur à Meridie in Septemtrionem. Dumque ſuper ipſum locum, ubi viæ in ſimilitudinem Crucis jungebantur, vehiculum ſancti viri perveniſſet; illico tamquam terrore divino, animalia ſubſtiterunt; *ubi S. Audoënus,* nec à loco moveri potuerunt. Tunc vir Domini, non abſque myſterio rem tantam fieri ſentiens, familiare cum Domino ſecretum iniit. Et ecce reſpiciens in cælum, vidit ſig-

A num ſanctæ Crucis miro fulgore radians : ſtatimque animadvertit vir Deo plenus, reſplendente cælo ad terram, & terra ad cælum, quod locus ille futuris temporibus crucifixi Domini Ieſu Chriſti veros cultores habiturus eſſet, qui Crucis mortificationem in corde & in corpore ſuo evidenter geſtaturi eſſent. Tali igitur viſione glorioſus Domini Pontifex lætificatus, juſſit ſibi adferri lignum, unde ſignum ipſius vivificæ Crucis effigiare poſſet. Sed cum miniſter non inveniret ; à ruſtico quodam, in eodem loco terram arante, partem ſtimuli pretio comparavit ; de qua vexillum Crucis figuravit & ceſpite congeſto deſuper illud compoſuit, Sanctorumque Reliquias ibidem colligavit. Quo facto iter quod cœperat proſecutus eſt : ipſoque itinere perductus eſt ad prædium, quod vocatur Clippiacus : *c* in quo finem vitæ præſentis accepit & ad aulam regni cæleſtis tranſlatus, vitam æternam eſt adeptus. Locus autem ſuprascriptus crebris miraculis reſplendebat ; ita

B ut adventantium illuc miſerorum multitudo, priſtinæ ſanitati reſtitueretur : quin etiam continuis noctibus nubes ſplendidiſſima ſuper ipſum locum videbatur, pertingens à cælo uſque ad terram. Vicinis ergo in circuitu commanentibus tantæ rei novitate ſtupefactis, quidam eorum caſulam horrei ſui ſuper pignora Sanctorum (quæ præfati ſumus) ſtabilire curavit.

EX MSS.

Crucem erexerat

c miraculis claram,

13 Hunc denique locum vir Dei Leufredus, poſt aliquot annos deceſſionis S. Audoëni Archiepiſcopi, inviſere tentavit : viſoque loco, amœnitate ejus (eo quod eſſet aquarum nemorumque & vinearum fertilitate jucundus) miraculorum quoque prodigiis, quæ ibi fiebant, plurimum lætificatus ; domum ſacram Domino Deo ibi conſtruere acceleravit, in honorem ſcilicet vivificæ Crucis, & ſanctorum Apoſtolorum, ac præcipui Confeſſoris Chriſti Audoëni Pontificis : atque in eo loco altare ſtatuit, ubi Crux ſemitarum apparuerat. Sed & poſt modicum tempus congruentibus habitaculis eamdem cellulam cinxit, atque Monachorum converſatione nobilitavit : ſiquidem ex diverſis partibus ad eum confluebant, qui

C poſſeſſiones agrorum ſuorum vendentes, pretia ante pedes ejus, ſecundum morem primitivæ Eccleſiæ, deferebant, ut diſtribueretur omnibus prout cuique opus eſſet. Alii autem de facultatibus ſuis eumdem locum ditare certabant ; ut de reditibus rerum ſuarum, per futura tempora, ſervi Dei inibi habitantes neceſſaria acciperent. Dici non poteſt quanta celeritate locum ſuum Dominus exaltaverit : ita ut in brevi ſpatio multi, pompâ ſeculari abdicatâ, converſi ſint ad Dominum.

eccleſiam & monaſterium.

14 Per idem tempus pontificatum Ebroicenſis Eccleſiæ *d* Deſiderius agebat : à qua non longe duabus ſcilicet leucis locus diſtabat. Qui cum opinionem viri Dei audiviſſet, & quia plures ab ipſo lumine veritatis accenſi, vitam Apoſtolicam ſequerentur ; zelo invidiæ ſuperatus, quod in diœceſi ſua talia agere præſumpſiſſet ; quadam die conſcenſo equo, aſſumptis Officialibus ſuis, ad cellam viri Dei perrexit. Ventum eſt ad locum : & ſubito virum Dei injuria verborum exacerbavit. Sed cum ad hæc Patronus noſter immobilis perduraret, & patientiam fortiter conſervaret ;

d Deſiderio Ep. Ebroicenſi exagitatur,

magis ac magis Epiſcopus exagitatus furore, D imperat ſuis, ut eum in equum levarent ; cum ipſe vir Domini jam decreviſſet numquam equum aſcendere. Cumque pariter ambularent, & eum Epiſcopus ad civitatem perducere conaretur, ut ibi in eum quæcumque vellet liberius exerceret ; necdum milliarium à cella hominis Dei compleverant, cum ſubito equus cui vir Dei ſedebat in terram concidit, & diſtrupta ſunt omnia viſcera ejus. Mirantibus cunctis, Epiſcopus nimio terrore conſternatus eſt atque levitatem ſuam admodum reprehendit, quod virum Dei lædere præſumpſerit ; ſicque ad genua ejus provolutus, indulgentiam poſtulavit. Cui vir Domini, memor orationis Dominicæ, placide omnem injuriam remiſit : Pontifex autem cum ſumma veneratione & obſequio, eum ad cellam ſuam redire fecit : ubi poſtea divino adjutorio comitatus, per multa annorum curricula, & verbo fidei claruit, & miraculis coruſcavit.

ſed equo ſubitò extincto,

honoratur.

15 Denique die quadam unus monachorum, nomine Giſlehardus, tantâ antiqui ho- E ſtis malitiâ perculſus eſt, ut ſubitò animam exhalare ſe crederet : currenſque ad hominem Dei, voce lacrymabili aiebat ; Succurre, Pater, ſuccurre : quia modo ab hac luce diſceſſurus ſum. At vir Domini ad familiaria ſibi arma recurrit ; hortatuſque eſt ſuos, ut precibus obnoxie inſtarent ; ut verus & æternus Paſtor Ieſus, unam ovem ſibi creditam à jugo diaboli eripere dignaretur. Cum autem ſurrexiſſet ab oratione, benedixit ei ; dans præceptum ut in jejuniis devotus eſſet, memor verbi Domini, quod ad diſcipulos ait : Nam interrogantibus eis, quare ipſi non potuiſſent à puero immundum ſpiritum ejicere, reſpondit : Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & jejunio. Poſt tradidit ei baculum, quem ipſe manibus geſtabat : & dixit ei ; conſtans eſto fili : non morieris modo. Viriliter age : & in operibus bonis meditare jugiter. Et ſanatus eſt Frater ille : nec ulterius tale aliquid paſſus eſt.

Monachum infirmum oratione ſanat.

Matt. 17.

16 Alio itidem tempore noctu, flamma ignis cum caſu validiſſime per omnia monaſterii habitacula cremando pervolaret ; repente vir Dei manus ad cælum levavit Omnipotentem invocans, ut ipſe flammarum vires conſtringeret, qui fornacem Nabuchodonoſor nihil valere fecit, ut tres Pueri liberarentur illæſi. Deinde oratione completa, tanto imperio impetum ignis coërcuit ut nihil ulterius contingere poſſet : ſed totâ violentiâ ventorum in unum conglobatâ, quaſi inundatione imbrium in ſemetipſo emarcuit. Ubi evidens miſericordia Dei, & interceſſio ſancti Viri apparuit : nam cum domus hæreret domui, omnia citiſſime diſperiſſent, ſi non ſervi ſui Dominus precibus placatus fuiſſet.

Incendium oratione reſtinguit.

17 Alio quoque tempore certamen antiqui hoſtis quemdam hominem inſtigavit, ut contra virum Dei inique ageret, & de rebus cellulæ ipſius diminutionem facere tentaret. Pro qua re vir Domini, zelo domus Dei permotus, ad Judicem feſtinavit. Cumque ſanctus Domini famulus querelam ſuam exponeret ; homo ille turpibus ſermonibus ei cœpit exprobrare, atque falſidicum appellare. Cui vir Domini concitato ſpiritu ait : Deus ipſe judicet inter me & te : & in hoc apparebit quis noſtrûm juſti-

mentiens viro ſancto dentibus miraculoſe privatur.

justitiam impugnet, si modo dentes ei radicitus omnes ab ore ceciderint; & sit hoc signum per omnem illius progeniem. Vix verba complevit, & pondus condignæ ultionis ipsum & semen ejus percussit: ita ut omnes de illius progenie nati, hac maledictione deturpati sint, usque in hodiernum diem.

Calvitiem ei exprobrans mulier fit recalva.

18 Aliud simile miraculum gessit per eum spiritus Domini. Nam cum quondam in Auctura fluvio piscando laboraret; ex adverso respexit eum quædam femina, & quasi subsannans, in corde suo dixit: Vere iste calvus, omnem hunc fluvium piscando exhauriens, evacuabit, nec quidquam post se aliis capiendum relinquet. Sic autem hoc ipsum intra labia se submurmurasse putavit, ut nullo modo ad aures viri Dei pertingeret: sed quia rumor verborum ad virum Dei pervenerit ipsa experta est, ut postmodum claruit. Denique vir Deo familiaris, conversus ad eam, ait: O mulier, quid invides, aut cur molesta es super bono, quod mihi cum ceteris hominibus commune est? fiat tibi retro, & omni semini tuo, quod mihi à fronte accidisse vides; ut sicut frons ista capillis nudata est, ita tuum caput & seminis tui retro decalvetur. Quæ verba viri Dei mox adimpleta sunt, sicut usque hodie rei veritas testatur. Nec mirum: quia omnipotens Deus, nec ea quæ à fidelibus famulis suis vel leviter proferuntur, otiosa & vacua patitur præterire.

Solemniaci *e*

19 Alio quoque tempore, cum orandi gratiâ urbem Turonicam peteret, limina S. Martini visitare cupiens; transibat per pagum Vindocinensem. Cumque jam vespere ingressus esset quamdam villam *e* Solemniacum nomine, & fatigatus ex itinere aquam ad bibendum postulasset; respondit hospes: O homo Dei, penuriâ aquæ patria nostra laborat: non est nobis puteus, non est fons. His auditis, vir Dei ait ad Fratres, qui se comitabantur: Perennem fontem Dominum nostrum Jesum Christum, Fratres, deprecemur; ut de venis terræ hujus fontem indeficientem manare faciat. Illico ab oratione surgens, virgâ quam manu tenebat decies terram percussit: & continuo fons vivus effluxit, qui permanet usque hodie: omnisque populus gavisus est in mirabilibus, quibus per servum suum Dominus penuriam eorum relevare dignatus est. Ipse autem iter quod cœperat prosecutus est: cumque loca Sanctorum circuisset, peractis omnibus ad proprium monasterium repedavit.

fontem scaturire facit.

ANNOTATA G.H.

a *Acta S. Ausberti illustravimus 9 Februarii.*

b *Colitur* S. Audoënus 24 *Augusti*, *in cujus Vita hæc eadem referuntur.*

c *In Vita varia interponuntur postea ante mortem patrata. Est autem* Clippiacus *prope Parisios.*

d Desiderius *præfuit suæ Ecclesiæ sub finem seculi septimi, hinc potissimum notus. Locum ipsum ponit Mabilio* medio itinere inter Ebroicas urbem & castrum Gallionis, famosam ædem Archiepiscoporum Rotomagensium ad Sequanam.

e *Ms. Arusiense:* Solniacum *vulgo* Salomme, *uti &* pagus Vendocinus, *le* Vendasmois. *Locum ipsum ponit Mabilio, medio itinere.*

CAPUT III.

EX MSS.

Accessus ad Carolum Martellum. Miracula. Obitus. Sepultura.

A Carolo Martello petita impetrat:

20 PRæterea cum optime in cœnobio suo turba Monachorum in lege Dei floreret, & grandi fervore ad supernam patriam anhelaret; pro quibusdam necessariis negotiis evenit, ut reverendissimus Patronus noster nobilissimum Principem Carolum Martellum, Majorem-domus adiret: qui eo tempore quo *a* Dagobertus Rex, Childeberti glorioſissimi & æquisissimi Regis filius, regnum Francorum tenebat, curam reipublicæ nobiliter administrabat. A quo honorifice susceptus est, & humane tractatus*: & quæcumque suggessit consecutus est. Nam & pro merito sanctitatis ejus, idem Princeps familiarissime eo usus est; & gavisus occasionem se invenisse, de animæ suæ salute cum eo diutius tractavit. Jamque cum reverteretur ad propria, devenit ad castrum Laudunense, quod Clavatum vocant. Post quem præfatus Princeps festinanter direxit, qui eum ad se celeriter reducerent: nam filius ejus *b* Gripho gravissimis febribus torquebatur: cui mortem vicinam adesse credebant: propter quod Princeps multis precibus virum Dei flagitabat, ut ei sanitatem pristinam orationibus suis reformaret. Cumque ille negare non posset, quod paterna devotio extorquebat; jussit ut à ministris sibi offerretur. Igitur manibus ministrorum puer ad eum delatus, nocte illa cum eo fuit. Cum autem aquam sanctificasset, & membra pueri ex ea superfunderet, signo Crucis eum muniens, in divinis laudibus & officiis noctem illam exegit: inter quæ cœpit puer melius habere, & humores febrium per os effundere. In crastinum autem servus Dei Christique Sacerdos Missarum solennia celebrans, puero Corporis Dominici Sacramentum tradidit. Post hæc optime convaluit puer: & sibi salutem se reportare gavisus est, & patri gaudium. Porrò vir venerabilis, postquam innotuit populis cujus esset meriti, reversus est in sua. Venerabantur hunc Principes, diligebat manus plebeja; atque ad imitandum eum non solum sui, sed etiam externi de aliis monasteriis properabant.

a

b Griphonem ejus filium sanat à febre.

Muscas orando abigit.

21 Quodam vero tempore, cum à reclamationibus rerum Ecclesiasticarum, quas apud judices seculares deposuerat, reverteretur; hospitium cujusdam propinqui sui ingressus est. Ubi cum fervenți sole muscarum insolentiam pateretur, & minister jam lassaretur, non prævalens abigere muscas; vir Domini manus conserens super oculos, Deum exoravit, ut requiescerent jam membra hac fatigatione lassata. Tunc subitò omnis illa inquietudo muscarum cessavit: nec ultra visa est musca in eadem domo.

dæmonem à sede occupata pellit

22 Dæmonum quoque phantasmata potenter evanescere faciebat. Aliquando namque cum intempesta nocte aliqui è Fratribus ardentioris desiderii, ante tempus vigiliarum surrexissent, ut secretius orationi vacarent; adest immundus spiritus, sedens in loco ubi vir Dei sedere consueverat, assumpta ejus effigie.

A Nec mirum: cum ipſe ſatanas transfiguret ſe
EX MSS. in Angelum lucis Cumque à tranſeuntibus
2. Cor. 11. adoraretur, quia æſtimabant, ſecundum morem, virum Dei illic conſediſſe; unus eorum, non oblitus ubi virum Dei dimiſiſſet, citius venit ad eum, dicens; Similis tibi, ô Pater! homo ſedet in baſilica ubi ſedere conſueviſti: & modo illudit Fratribus, qui per errorem illi reverentiam exhibent. Audiens hæc vir Deo dilectus, præſtigium diaboli mox recognovit: & eâdem horâ ſurgens, oſtia & feneſtras eccleſiæ, vexillo Crucis depinxit, ac impetum in eum fecit, & flagellis vexare cœpit. Ille vero per diverſa fugiens, non inveniebat aditum quo exiret. Tandem autem unum invenit locum, ubi vir Dei ſignum Crucis non direxerat: foramen ſcilicet cameræ ubi funis dependebat, per quem ſignum ad horas canonicas pulſabatur: & velociter funiculo illi innixus, faſtigium templi conſcendit: ſed illo aſcendente, chorda poſt eum quaſi ab igne combuſta eſt. Adhuc autem lædere ſe poſſe ſanctum virum arbitratus, ſignum illud à templo aſportavit,
B *& campanam ab eo ablatam recipit:* non longe à monaſterio, & in defoſſo terræ aggere abſcondit: quod poſtea vir Domini relevari fecit: non enim latebat eum ubi repoſitum eſſet. Cognoſcentes equidem immundi ſpiritus, dolos ſuos & phantaſmatum figmenta coram eo nil valere, ceſſerunt loco, meritorum ejus ſanctitate fugati. Hanc namque poteſtatem Dominus Apoſtolis ſuis ac omnibus fidelibus ſuis tribuit, qui ei inconLuc. 10 cuſſa fide & perfecto corde deſerviunt; Ecce (ait) dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

dæmoniacam ſanat: 23 Denique etiam per idem tempus, puella quædam Guntarii Comitis, maligno ſpiritu infeſtabatur, in tantum ut & linguæ officium amitteret. Cumque in præſentia viri Dei deducta fuiſſet; ille aquâ benedictâ eam aſperſit, & Crucis ſanctificatione ſignavit. Deinde digitos ſuos in os mulieris componens, expuenſque in faciem ejus, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti immundum ab ea ſpiritum expulit: & continuo ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, & ad imperium viri Dei mox loqui cœpit recte: ſicque ſana facta eſt mulier ex illa hora.

C 24 Alio tempore, dum ipſe venerabilis Pater cum Fratribus in labore manuum occupatus eſſet; quadam die, cum juxta ri*falcaſtrum in flumen lapſum miraculo recipit.* pam fluminis Aucturæ, quæ ipſi monaſterio à plaga Meridiana adjacet, dumos & ſpinas toto adnixu ſucciderent; cuidam Fratri excuſſum de manubrio ferrum à manu cecidit, & in interiora fluminis demerſum eſt. Illud autem ferramentum vocant ruſtici bidubium, quod à quibuſdam falcaſtrum vocatur, eo quod in falcis ſimilitudinem curvum ſit. Cum autem ad notitiam viri Dei hoc perveniſſet, ipſe ad fluvium acceſſit; & cœpit perquirere ab operantibus locum, ubi ferramentum illud cecidiſſet. Et agnoſcens locum, ſtetit è regione: & baculum, quem manu ferebat, in flumen porrexit: ſtatimque ſicut piſcis ad hamum, ſic ferrum illud natavit, & baculo illi inhæſit: quod vir Dei reddidit operario ſuo, cohortans eum lenibus verbis, ut fidem diſceret habere in Deum, per quem talia fieri cerneret. Ipſe namque in Euangelio ad fidem nos exhortans, ait: D Habete fidem Dei. Amen dico vobis, ſi ha- Matt. 17. bueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis 4. Reg. 6. monti huic, Tollere & mittere in mare, ſtatim obediet. Vere venerabilem virum iſtum dixerim, qui etiam gratia & merito prophetarum exuberavit. In hoc etenim facto Eliſæum imitatus eſt; plenus utique eodem ſpiritu, per quem tanta facere Eliſæus promeruit.

25 Sed & illud adjiciendum eſt, quod famulus Domini æmulatione, Chriſtianæ religionis ſtimulatus, geſſit in vicino monaſterii ſui loco. Nam prope monaſterium erat locus, ubi armentorum cuſtodia habebatur, *agrum Dominica die aratum reddit Jerilem:* unde & boves ad excolendam terram producebantur. Contigit denique aliquando, ut ab agricolis die ſabbati, ſecundum conſuetudinem legis ſuæ, in cultura terræ debitum ſervitium perſolveretur. Sed cum ad terminum ſuum eo die non potuiſſent pervenire, quia jam ſol ad occaſum feſtinabat; bubulci E memorati loci pretio ab eis accepto, contra uſum Chriſtianitatis, in craſtinum, id eſt die Dominica, auſi ſunt terram arare, volentes perficere quod imperfectum reliquerant. Illis vero in hoc laborantibus adfuit vir Domini, veniens à cœnobio ſuo, poſt completa tanti diei Sacramentorum ſolennia: videnſque tantum facinus, graviter ingemuit, & ait. Heu miſeri! quid feciſtis? Quare tam grande nefas tentaſtis? Et converſus ad Dominum, cum lacrymis imprecatus eſt, dicens: Fiat, Domine, terra iſta ſterilis, & nullus fructus ex ea proveniat in æternum. Quod ita factum oculis comprobamus, ita ut uſque hodie locus ille plenus ſit ſentibus & infructuoſis arbuſculis, neque nucem neque fructum aliquem utilem proferentibus.

26 Aliquamdiu ergo cellâ parvâ juxta baſilicam uſus eſt: ubi cum appropinquare jam cerneret finem vitæ ſuæ, diebus & noctibus *monachum proprietarium ſacra ſepultura privat* in jejuniis, in vigiliis, & orationibus, Domino indefeſſe vacabat. Interea contigit unum ex Monachis è ſeculo migrare: cumque Fratres qui corpus ejus tractabant, inter veſtimenta ejus tres nummos abſconditos reperiſſent, continuo Patri reverendiſſimo retulerunt. At ille vehementer ad hæc infremuit, F & eum à ſocietate Fratrum excommunicandum eſſe decrevit; dixitque Fratribus: Ite, & ejicite eum in aliquem locum ſeorſum, & non in cœmeterio Fratrum: & accipientes nummos projicite ſuper eum, clamantes; Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Qui abeuntes, omnia ſicut juſſerat executi ſunt. Factum eſt autem, poſt circulum ferme quadraginta dierum, cum deprecaretur vir Dei faciem Domini, & ſe in lacrymis ac vigiliis vel jejuniis nimiis pro noxa Fratris illius affligeret; revelatione didicit abſolutum eſſe Fratrem, & ad preces ejus indulgentiam peccati collatam: ſtatimque convocatis Fratribus, ait: Fratres tempus eſt, ut miſereamur Fratri, quem judicio excommunicatio- *& poſtea abſolutum eadem impertitur,* nis extra ſortem veſtram fieri cenſuimus. Dominus Deus noſter, precibus veſtris placatus, veniam ei contulit: ideoque & vos communicantes ei, corpus ejus ad polyandrum veſtrum revocate. Sicque factum eſt. O quantum poſſunt, qui omnipotenti Deo fideliter fa-

famulantur! Ecce enim cum hic adhuc in corpore commorentur, animas defunctorum in alia regione & ligare possunt & absolvere. Certe videmus quia jam hic ex parte incipiunt sancti viri, quod eis Dominus in futuro repromittit: Vos (inquit) qui dereliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israël. Per duodecim qui sessuri sunt, omnem plenitudinem Sanctorum Iudicum voluit intelligi; sicut & per duodecim tribus Israël, omnes qui judicandi sunt. Vir namque sanctus sententiâ divinâ animam Fratris cum voluit ligavit, & cum voluit absolvit: sancti namque viri severissima sententia peccatores ferit, ut post iram divinæ animadversionis frænare possint. Quasi enim ad vota Sanctorum suorum & irascitur Dominus & parcit: ait quippe ad Moysen, Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos. Sed Moyses postquam iram Domini multis precibus à populo removit, mox conversus ipse ultor in eis extitit; & peccatum plurimos occidendo purgavit, & ita Dominum placare studuit.

Matt. 19.

Exod. 32.

27 Longum est enarrare per singula, quantam gratiam Dominus beatissimo Sacerdoti suo contulerit: nam & tempus me deficiet, si velim omnia gesta illius comprehendere; licet plurima sint, quæ homines ipse latere voluit. Unum est, quod obliti sumus, & necessarium duximus illud commemorare, quod inter cetera pietatis opera gessit. Prævidens enim tempora erga religionem refrigeranda, xenodochium monasterii sui, ad suscipiendos pauperes, rebus sufficientibus ad hujuscemodi eleemosynam ditavit: & ut opus misericordiæ semper inviolatum permaneat, testamento corroborare decrevit.

Xenodochium construit & dotat.

28 Postquam igitur per multa curricula annorum, cœtum monachorum diutina pace rexit, quos ipse Domino exemplis & monitis salutaribus acquisivit, appropiavit tempus vocationis ejus de seculo. Cumque jam omnipotens Deus fidelem militem suum vellet à labore quiescere, & bravio supernæ remunerationis cursum ejus remunerare decrevisset; plenus ipse Spiritu sancto mox febre corporis tactus est: & deficientibus quotidie membris congregari fecit ad se filios suos, quos in Christo ipse genuit; & exhortabatur eos multis sermonibus. Deinde misit eulogiarum benedictionem per loca Sanctorum, & in vicino & procul; petens ut religiosorum virorum intercessionibus, apud Sanctorum memorias, indulgentia sibi & delictorum remissio obtineretur. His ita expletis, reversi sunt ad eum qui missi fuerant: & expectantibus omnibus diem ultimum vitæ ejus, ipse vir Dei animum à laudibus Dei non patiebatur quiescere: sed noctem illam ultimam totam in vigiliis & laudibus Dei deduxit, & psalterium ex integro cum suis decantavit. Matutinorum igitur synaxi cum Fratribus peracta, exitum suum Sacramentorum perceptione munivit; & inter verba orationis & deprecationis vale dicens Fratribus, ultimum diem clausit: complevitque dies suos in senectute bona, senex & plenus dierum; & quod semper desideravit, & forti certamine quæsivit, inter Sanctorum spirituum agmina susceptus, de perpetua visione Conditoris sui fine fine lætatur.

Febre correptus,

preces aliorum expetit:

& susceptis Sacramentis obit

29 Sepultus vero est in Ecclesia, quam ipse in honorem B. Pauli Apostoli fundaverat: indeque nostris temporibus translatus est à Ioanne venerabili Episcopo Dolensis Ecclesiæ, & Abbate loci ipsius in seniorem basilicam, quæ ædificata est in honorem vivificæ Crucis & S. Audoëni, præcipui Confessoris Christi. Militavit autem vir Domini Leufredus bonam militiam sub Principibus Francorum *d*, Childeberto, Dagoberto, & Chilperico, junioribus scilicet Regibus. Quo tempore Grimoaldus & Carolus senior, per successiones Majores domus palatii, curam Regni administrabant. Præfuit huic monasterio per annos circiter *e* quadraginta & octo, & requievit in pace undecimo Calendarum Iuliarum. Cujus patrociniis nos apud omnipotentem Deum ac Dominum nostrum credimus adjuvari, ut & in seculi transeuntis excursu recte & pie conversemur, & post coheredes illius in retributione justorum exsistere mereamur: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

anno 48 sui regiminis.

d

e

ANNOTATA G.H.

a *Hic à nobis Dagobertus tertius dicitur, post regnum Austrasiæ Dagoberto secundo filio S. Sigeberti à nobis vindicatum. Præfuit ab anno* DCCXI *ad annum* DCCXV, *juvenculus existens & sine prole vitâ functus. Verum in eo hic collocando apparet auctor lapsus memoriâ. Nam Carolus Martellus necdum erat Major-domus, factus id solum annis circiter duobus post obitum patris sui Pippini Erstallii anno* DCCXIV *mortui. Porro propter ea quæ de* Griphone *adjunguntur, arbitramur substituendum* Theodericum *Regem, filium Dagoberti Junioris sive secundi, qui regnavit ab anno* DCCXX *ad annum* DCCXXXVII.

b Gripho *erat filius Caroli Martelli ex secunda uxore Sovichilde Bavara, quam duxit anno* DCCXXV; *proinde is non videtur nisi anno sequenti natus; & quia hic* filius *non* filiolus *appellatur, videtur jam tum aliquam ætatem habuisse.*

c *Mabilio ad hunc locum sic notat:* suspecta omnino historia nisi forsan dicamus, Monachum illum in proprietatis culpa, dum adhuc viveret deprehensum, excommunicatum à Leutfredo fuisse, & profanæ sepulturæ addictum: sicque increpitum & facti pœnitentem vitâ excessisse, & adhibitis Sancti precibus veniam meruisse. Quale olim Justo Gregorii Magni monacho, ob tres aureos nummos inscio Patre servatos, accidisse legimus, in lib. 4 Dialog. cap. 55.

d *Imo addendi ante alios* Theodericus *filius Chlodovæi* II, *& post alios* Theodericus *filius Dagoberti* II.

e *Ab anno* DCXC *ad annum* DCCXXXVIII, *ut supra diximus.*

CA-

A EX MS.

CAPUT IV.

Miracula poſt mortem patrata.

30 EXplicuimus ea, quæ de vita & actibus beati viri Leufredi Dominus donavit poſſe deſcribere ; nunc dicamus paucis, quæ poſt exceſſum ejus virtutum inſignia, ad memoriam illius, omnipotentia ſanctæ Trinitatis operari dignata eſt. Nam ad cineres ipſius (ſi petentium adſit fides integra) cæci illuminantur, ſurdi auditum recipiunt, claudi greſſum, obſeſſi à dæmonio liberantur : ſuperbi quoque, qui ſervos Dei, ante memoriam ejus die noctuque excubantes, infeſtatione tyrannidis ſuæ opprimere non metuunt, terribili ultione feriuntur.

31 In diebus igitur magni & glorioſiſſimi Principis Caroli, Hucbaldus, Abbas non B parvæ ad ſeculum dignitatis, ipſi monaſterio præerat. Hic quemdam ex domeſticis ſuis, nomine Batericum, eidem loco præfecerat ; ut ejus cura res ipſius Eccleſiæ adminiſtrarentur, & alimenta ibidem Deo famulantibus, ſecundum ritum inſtitutionis monaſticæ, præberentur : qui cœpit in eos ferus & auſterus apparere. Accidit autem ut adveniente die, quo ſolenniter tranſitus ſancti confeſſoris Chriſti Leufredi Abbatis erat excolendus, cum nihil præter ſolitum ad uſus ſervorum Dei de lautioribus cibis præpararet, Offa Decanus memorati loci ad eumdem œconomum accederet ; & ut mitius cum eis ageret, gratia tantæ feſtivitatis perſuaderet. Ille autem, ut nomen ſancti viri Leufredi audivit, blaſphemavit ; & ſuperbiæ ſpiritu tumidus, ſprevit dicens : Leufredum nominas ? Quis eſt ille Leufredus ? ſic & ſubulcus patris mei vocatur : ſed ſcito, quia pro ejus memoria, nullus vobis apparatus à me exhibebitur. Poſtera autem die ſurgens venatum abiit : & cervam albi coloris inſecutus, cum poſt eam nimium fatigaretur, nequivit comprehendere. Monachi vero letaniis & precibus Dominum totis viribus in commune deprecabantur, ut ſuper eos tandem clementer intenderet, & indignaretur C ſuper tantis blaſphemiis nomini ſuo irrogatis. Et ecce, cum ſederet ad menſam cum uxore & neceſſariis amicis, inter cetera allatus eſt piſcis ; & ait. Omnino ex iſto non manducabunt Clerici Leufredi. Cui ſubito apparuit quidam monachus ex eadem congregatione, nomine Hercus, dudum vitâ perfunctus, habens baculum in manu ſua. Ait autem Batericus : Video Hercum, baculum tenentem, & contra me venientem : certe, ut video, in malum meum feſtinat. Cumque uxor ejus & omnes qui aderant ſtupefacti eſſent, utpote qui nihil tale viderent; ille affirmabat ſic ſe habere. Sed is qui videbatur terribiliter in eum impetum faciens, baculo eum in pectore percuſſit : qui ſtatim exiliens menſâ, projecit ſe in terram ; & ſanguinem ore & naribus excreans, concidit: & illico mandavit ad monaſterium omnia neceſſaria de ſuo Fratribus honeſtiſſime præparari. Ipſe autem ipſo vulneris dolore ingraveſcente, poſt modicum humanis rebus exceſſit.

Oeconomus renuens lautius tractare monachos in feſto S. Leufredi.

cælitus percutitur & moritur.

32 Nuper quoque quidam pæne viginti D annorum cæcus, ad memoriam viri Dei acceſſit. Ubi die tertio poſt feſtivitatem ſancti Leufredi, miſericordiam Domini, & *Illuminantur cæcus* auxilium interceſſionis ejuſdem viri Dei præſtolabatur. Factumque eſt, ut Fratribus veſpertinali hora in precibus incumbentibus, & prædicto cæco in eccleſia perſtante, columba (ſicut ipſe aſſerebat) à parte altaris veniens, in oculos cæci inſiliret. Et continuo cæcus voce magna exclamavit dicens ; Adjuva me, S. Leufrede. Ad hanc vocem venerunt quidam è Fratribus ad eum, & viderunt ab oculis ejus guttas ſanguinis defluere, & invenerunt eum veraciter viſum recepiſſe : & poſtulans ſibi potum dari, bibit & confortatus eſt, & ſanus factus abiit.

33 Alia item femina cæca juxta monaſte- *& cæca;* rium adveniens, cum cognoviſſet nullum aditum feminis illuc ingrediendi patere, miſit candelam ad memoriam viri Dei per quemdam hominem. Cumque accenderetur can- E dela ante ſepulcrum ſancti viri, femina illa *liberantur* ſtatim lumen recepit. Dæmoniaci quoque *energumeni.* catenati & loris aſtricti, ſæpe ad eumdem locum adducti, virtute & meritis ſancti viri, priſtinæ ſanitati reſtituti ſunt.

34 Plurima omiſimus, quæ etiam recenti tempore ad Memoriam ejus facta referuntur ; timentes ne forte, cum religioſorum virorum paremus voluntati, legentibus faſtidium gigneremus. Sed reſpiciat omnipotens Deus devotionem ſervorum ſuorum, & obedientiam noſtram : & ad ejus nos ſocietatem (de cujus meritis, etſi imperito ſermone, ſed devoto diſputamus) pervenire faciat : ubi eſt gloria omnibus Sanctis ejus, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

APPENDIX.

De elevatione & tranſlatione corporis Auctore Iacobi Brulio.

1 ANno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quinquageſimo primo, regni autem Caroli Calvi duodecimo, die XXII Iunii, Gumbertus Epiſcopus Ebroicenſis, corpus ſancti Leufredi Abbatis, quod propter incurſiones Nortmannorum adhuc infidelium humi defoſſum fuerat, inde levavit, atque illud in nova & decenti capſa poſitum, ad primariam monaſterii ædem, ſanctæ Cruci & B. Audoëno Rotomagenſi Archipræſuli dicatam, tranſtulit. Idem quoque fecit de Beato *a* Agofredo, ipſius S. Leufredi fratre.

Corpus elevatum anno 851 F

a

2 Temporibus Caroli Simplicis, Francorum Regis, monachi Crucis S. Audoëni (quæ nunc eſt S. Leufredi) Abbatiam ſuam à *transfertur* Nortmannis expilatam, pæneque totam di- *Pariſios* rutam deſeruerunt : & cum ſacris corporibus Audoëni Archiepiſcopi *b*, Thuriavi pariter Archiepiſcopi Dolenſis in Britannia (qui Archiepiſcopatus non multo poſt in Epiſcopatum reductus eſt) & Leufredi atque Agofredi fratrum, ad cœnobium S. Germani à Pratis venerunt, ſe ſuaque omnia eis dedentes : ut in conſortium aliorum adſumpti, bonorum quoque hujus loci ex æquo participes

b

A cipes fierent: quod quidem humaniſſime illis aliquot annos præſtitum eſt. Prævidens autem Robertus Comes & Marchio, Odonis quondam Regis frater, & Hugonis Magni pater, necnon tam nominis Abbatis S. Germani, quam redituum ejus, primus ſecularium uſurpator, Leufredianos Monachos, feliciore aura aſpirante, poſſe à propoſito deſciſcere, & bona data perfide repetere, quod eventus docuit, hanc Abbatiam ſanctæ Crucis, non tam confirmari cœtui Germanico, quam de novo dari à Carolo Simplice petiit, & impetravit. Et hujus donationis privilegium anno ſalutis nongenteſimo decimo octavo datum, adhuc integrum manet in tabulario dicti S. Germani: ubi hæc inter cetera leguntur: Donavimus & ſubjecimus illam Abbatiam Crucis S. Audoëni (cujus caput eſt in Madriacenſi pago ſuper flumen Auturæ) S. Germano, ejuſque Monachis ad eorum menſam: cum omnibus villis, terris cultis & incultis, vineis, pra-
B tis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, farinariis, cum mancipiis & colonis, & cum omnibus aliis appendiciis.

ad S. Germani de Pratis,

anno 810

3 Eodem tamen anno, Leufrediani Monachi, cum bellum Northmannicum, tamdiu Gallis infeſtum & exitiale, per Rollonem primum Northmanniæ Ducem (qui à Francione Rotomagenſi Archiepiſcopo baptizatus, atque à Roberto Comite ſuperius memorato ex ſacro fonte ſuſceptus, Robertuſque nuncupatus, hanc regionem prius Neuſtriam dictam, cum Ægidia Caroli Simplicis filia dotis nomine accepit) finitum, minime renaſci viderent, ad proprias ſedes repedare ſatagunt. Quamobrem monachi prædicti S. Germani Pratenſis, pie aſſentientes, illis Abbatiam ſuam reddiderunt: ita tamen, ut in memoriam humanæ eorum receptionis, ac per aliquot annos nutritionis, & modo indulti regreſſus, remaneret in præfato S. Germani cœnobio corpus B. Leufredi Abbatis. Retulerunt etiam ſecum Beatorum Audoëni Archiepiſcopi, & Agofredi fratris S. Leufredi corpora: quæ prius ad S. Germanum allata fuiſſe patet ex præfato Caroli Simplicis privilegio. Arbitrantur etiam monachi ſanctæ
C Crucis, hic remanſiſſe cum S. Leufredo corpus *c* B. Barſenorii, quondam eorum pariter
c Abbatis: ſed nulla extat memoria.

revertentibus monachis

Corpus S. Leufredi detinetur

4 Anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo Galterus Abbas XLVI Sancti Germani à pratis, Corpus S. Leufredi ex vetere capſa in novam ligneam, tenuiſſimis argenti laminis (quæ ejus præcipua miracula cælo ſculpta referebant) opertam, transferri per *d* Guidonem Carcaſonenſem Epiſcopum curavit. Adfuit etiam huic tranſpoſitioni Abbas Crucis S. Leufredi; qui de voluntate ipſius Galteri Abbatis & Conventus Eccleſiæ S. Germani, recepit os unum de reliquiis ipſius Sancti, cum duabus unciis digitorum. Data fuit præterea coſta una Eccleſiæ Suriſnarum, & os unum prædicto Epiſcopo Carcaſſonenſi. Os autem quod Leufredianus Abbas accepit, illud eſt unius brachii, quod à cubito ad manum protenditur: unciæ vero ſunt duo articuli pollicis, quos ſeparatim argento incluſos deoſculandos præbent. Ob has receptas reliquias, Leufredia-

& novæ capſæ argenteæ imponitur an. 1222,

d

redditis tamen oſſibus aliquot.

ni monachi feſtum ſolenne quotannis certa die celebrant: quod relationem Reliquiarum ſanctiſſimi Leufredi à Pariſius in ſuum cœnobium appellant. Qui ſi quid juris in toto ejus corpore habuiſſent (ut quidam noſtris temporibus aſſerere non erubuerunt) nequaquam illud repetere prætermiſiſſent: maxime cum eorum Abbas nuic de capſa in capſam tranſlationi adeſſet. Qui tamen ſatis bene ſecum actum credidit, cum præfatas Reliquias de manu Abbatis S. Germani recepit.

D

EX MSS

5 Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio Monachi S. Germani à Pratis, neceſſitate compulſi, & de conſenſu Reverendiſſimi Cardinalis Borbonii, Abbatis ſui commendatarii, vendiderunt Reliquias argenteas, ad duum millium & viginti trium librarum ac ſeptemdecim ſolidorum Turonenſium ſummam: ut nova torcularia apud Antoniacum & Verrerias conficerent, loco aliorum quæ impii Hugonotæ bella moventes combuſſerant. Tuncque die vigeſima Iunii, capſa S. Leufredi ſuperius memorata argento exuta fuit: pro quo quatuordecim marchas ponderis conficiente, aurifices centum ſexaginta octo libras Turonenſium dederunt: marcha non pluris quam duodecim libris æſtimata; quoniam tale argentum, eorum judicio, minime erat purum putum.

Argentum capſæ S. Leufredi venditur

E

6 Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo die vigeſima Junii, incolis & habitatoribus Suriſnarum (qui coſtam S. Leufredi, quam tempore Galteri Abbatis habuerant, ut ſupra refertur, perdiderant) Religioſi S. Germani dederunt mentum ejuſdem Sancti, cui tres dentes molares inerant, cum oſſe unius cruris. Sed his Reliquiis non niſi annis tredecim potiti ſunt: nam anno Chriſti MDXC die decima quinta Octobris, cum eorum eccleſiâ incendio perierunt: quod quidem militares copiæ Henrici quarti, Francorum Regis, ab hæretica labe necdum expurgati, immiſerunt.

datur Suriſnenſibus mentum

7 Lutetiæ, inter pontem molitorum & magnum (ut vocant) Caſtelletum capella eſt S. Leufredi: quæ cum nullas ejus Reliquias haberet, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, die ſeptima junii, partem coſtæ ex ejus loculo erutæ, à Religioſis S. Germani prædicti, devotionem populi erga tantum Confeſſorem ubique augeri cupientibus, accepit.

& pars coſtæ Capellæ Sancti.

F

8 Anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, die decima ſexta Julii, B. Leufredi oſſa è capſa, tempore Galteri Abbatis facta, per *e* Arnaldum Pontacum Vaſatenſem Epiſcopum extrahuntur, & in novam ligneam ſorinſecus deauratam transferuntur.

In novam capſam reliqua oſſa tranſferuntur:

e

9 Fulienſes Monachi, Ordinis S. Bernardi, & ejus jam pæne lapſi veri reparatores (qui in Lutetiano S. Honorati ſuburbio degunt) digitum unum ipſius S. Leufredi, cum quibuſdam aliis aliorum Sanctorum Reliquiis à monachis S. Germani, reformatos regulares præ ceteris colentibus, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo die decima nona Julii, acceperunt: proceſſionaliter eo profecti, Miſſâque alta voce magno cum affectu ibidem celebratâ.

unde digitus Fulienſibus datur,

10 A civilibus externiſque bellis, quæ pæ-

A ne omnem populi ſubſtantiam exhauſerunt, reſpirante tandem Gallia ; Suriſnenſes incolæ non meliorem modum retinendæ diu pacis merito cenſuerunt , quam ſi corruptæ vitæ moribus emendatis , Deum ſanctius ſolito colerent , & pro offenſarum ſuarum remiſſione Patronos apud eum gratos conſtituerent : quorum ſpecialem ab Eccleſiæ ſuæ prima fundatione S. Leufredum Abbatem habuerunt. Sed Reliquiis ejus abhinc octo annis in cinerem per truculentos , impios & hæreticos milites redactis, minus confidenter eum implorare videbantur. Rogarunt itaque Dominos ſuos , Priorem & Conventum S. Germani, ut alia quæ vellent ejuſdem Sancti ſacra pignora largiri rurſum dignarentur. Qui anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo die Veneris , vigeſima prima Auguſti, ut devotioni hujus populi ſatisfacerent , capſam S. Leufredi è ſublimi tabulato ſacelli Divæ Margaritæ Virginis & Martyris ad ima deſcendentes , & B in ſacrarium ſeu ſacriſtiam deportantes, inde omnibus qui aderant ſpectantibus , tulerunt tibiæ os gracile ac tenue , decem unciarum geometricarum ſeu pollicum longitudinis , quod uſque ad malleolum (vulgo cavillam) pedis extenditur : ſumpſerunt etiam articulum , ſive partem priorem medii digiti manus , duos pollices longitudine æquantem. Deinde ipſam capſam in abſide capellæ S. Germani (quæ quondam Corporum ſanctorum nomen habuit) ſub ejus capſa collocarunt. Die autem vigeſima octava ejuſdem menſis, Curio ſeu Vicarius perpetuus Suriſnarum , omneſque Sacerdotes ejuſdem loci & Puteani vici, cum maxima utriuſque ſexus plebe , huc advenerunt, non alio quam Reliquiarum promiſſarum deſiderio permoti. Quas (prius tamen Miſſa ſolenniter de eodem Sancto celebrata , hymniſque & antiphonis in ejus laudem decantatis) ſumma cum exultatione receperunt : eoſque regredientes ; aliquot Religioſi , melioribus eccleſiæ ornamentis veſtiti , Suriſnas uſque comitati ſunt. Huic Reliquiarum donationi adC fuit Notarius Apoſtolicus Stephanus Cordonnier : qui litterali inſtrumento ſuper hoc confecto non prætermiſit addere, ut illas ad nos referre cuſtodiendas tenerentur , quoties bellum aut aliud evidens periculum finibus eorum immineret.

11 Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo , die vigeſima octava Octobris , Domino Alexandro Rupifucaldo *f*, S. Porciani Priori Commendatario (quem pietas, doctrina, & generis nobilitas notiſſimum reddidere) os unius digiti manus B. Leufredi, cum ejus vita nuper noſtro impulſu typis cuta, tradidimus : ut ex ipſa lectione, quantus hic Abbas fuerit melius cognoſcat , *g* ſacrumque S. Maximini *g* Nunciatenſis pedum (quod offertur) adeptus, ei ſe conformare ſtudeat.

ex mss.

& Suriſnenſibus iterum

pars tibiæ & digiti

atque os digiti Rupifucaldo.

f

g

ANNOTATA G. H.

a *In Supplemento Aymoini , lib. 5. de Geſtis Franc. cap. 4 etiam* Beatus Agofridus *appellatur ; & infra in diplomate Caroli Simplicis ,* beati Confeſſores Leutfredus fraterque ejus Agofredus *eodem modo habentur. Menardus eum Ordini Benedictino ad hunc diem cum titulo* Sancti *adſcribit, & Bucelinus adjunxit encomium: ſed potuit extra monaſterium ſancte vixiſſe.*

b *Colitur* S. Thurianus 13 *Julii etiam ab Uſuardo memoratus.*

c S. Barlanorius *citato Breviario Fiſcannenſi, refertur à Menardo* 13 *Septemb. Deeſt nomen inter Abbates apud Sammarthanos.*

d *Sammarthani arbitrantur* , Guidonem *è vita deceſſiſſe ante annum* 1220, *quo anno ſtatuunt hi Epiſcopum fuiſſe Bernardum ſucceſſorem.*

e *Hic eſt qui inter alias Lucubrationes Chronicon Euſebii eruditis obſervationibus illuſtravit.*

f Prioratus S. Porciani *eſt in Arvernia , ad Elaverim fluvium in diœceſi Claromontana , cujus* Patronum S. Porcianum *Sauſſaius in Appendice aſſerit* ſolitarium *fuiſſe , diem tamen ignoravit. Aſt* S. Porcianus Abbas , *in Arvernia celebris, colitur* 29 *Novembris.*

g S. Maximinus Nunciatenſis. *Credo quod ſit* Miciacenſis *in diœc. Aurelianenſi qui colitur* 15 *Decemb.*

D

E

PRIVILEGIUM

Caroli Simplicis , Francorum Regis, de donatione Abbatiæ Crucis Sancti Audoëni (hodie Crucis Sancti Leufredi) monaſterio S. Germani à pratis facta.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus divina propitiante clementia Rex Francorum. Quoniam Deus omnipotens , qui eſt Rex Regum , noſtram ſui muneris celſitudinem dignanter prætulit ſuo & regno & populo ; idcirco oportet nos non modo præeſſe , verum potius ſanctis prodeſſe eccleſiis , ac præſertim dirutis : quibus feritate paganorum , pulſa exiſtunt corpora Sanctorum , hactenus debita veneratione carentium. Quapropter comperiat omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium , noſtrorumque etiam præſentium ac futurorum ſolertia ; quia Robertus venerabilis Marchio , noſtri quidem regni & conſilium & juvamen nobiſcum , ſimulque Abbas Monaſterii S. Vincentii Martyris , egregii quoque Pontificis Pariſiorum Germani , adiens noſtram ſublimitatem , una cum Comite Heriberto eximioque Epiſcopo Abbone , ſuggeſſit tam pro veneratione ſanctorum cinerum , Audoëni ſcilicet Archiepiſcopi , necnon beatorum Confeſſorum Leufredi fratriſque ejus Agofredi , quam etiam pro noſtra totiuſque ſalute Regni , concedere Abbatiam , quæ nuncupatur Crux S. Audoëni, monachis prælibati Confeſſoris Germani ; quatenus abhinc & deinceps prædictorum membra Sanctorum , diu Officio divino carentium , ab eiſdem cœnobitis reverenter ſuſciperentur , cultuque divino ſecus beatos artus Germani collocata honorarentur. Quorum ſcilicet noſtrorum fidelium congruis petitionibus annuentes , donavimus & ſubjecimus illam Abbatiam , cujus caput eſt in Madriacenſi pago ſuper flumen Auturæ , S. Germano ejuſque monachis , ad eorum jugiter menſam ; præter partem ipſius Abbatiæ , quam annuimus Nortmannis Se-

Debite honoranda corpora Sanctorum,

F

Leufredi & aliorum

A Sequanenſibus videlicet Rolloni ſuiſque Comitibus, pro tutela Regni. Idcirco autem res prædictæ Abbatiæ, cum omnibus villis, terris cultis & incultis, vineis, pratis, ſilvis, aquarumque decurſibus, farinatiis, cum mancipiis & colonis, & cum omnibus aliis appendiciis ibidem (excepta portione Nortmannorum) tradere & ſubdere & confirmare decrevimus, ad victum, veſtimenta, ſeu etiam ceteros uſus congregationis S. Germani; quatenus ſingulis annis, quarto idus Februarii, anniverſarium noſtræ dilectiſſimæ conjugis Friderunæ, cum Vigiliis Miſſarumque oblationibus frequentent; diem quoque noſtræ unctionis, quinto Calendas Februarii, ſolennitate S. Agnetis, cum ſumma refectione celebrent. Poſt obitum vero noſtrum mutentur & orationum & refectionum præſidia in diem noſtræ migrationis. Et ſuper hanc ceſſionis auctoritatem hoc noſtrum regale præceptum fieri juſſimus: per quod decernimus atque jubemus, ut nullus quilibet fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ præ-
B ſentium & futurorum, de prænotatis rebus inquietudinem, aut refragationem, vel præjudicium, ſeu violentiam nec ipſe Abbas ejus cœnobii facere tentet: ſed potius, ſine ulla ſubtractione vel diminoratione atque diviſione, liceat eas res eidem Congregationi cum omni integritate inviolabiliter, abſque ulla calumnia & contradictione, ſecuriter ac perpetualiter poſſidere & frui. Ergo hæc noſtræ auctoritatis præceptio, ut firmiter continuationis vigorem obtineat, ac veraciter per curricula annorum ſuccedentia credatur; manu propria ſubter firmantes, annulo noſtro eam juſſimus inſignari. D

hujus monaſterium ſubjicit ut monaſterio S. Germani.

Signum Caroli Regis glorioſiſſimi.

GOzlinus Notarius, ad vicem Herivei Archiepiſcopi ſummique Cancellarii, recognovit. Datum II Idus Martii, indictione VI, regnante Carolo Rege glorioſo, redintegrante XXI, largiore vero hereditate indepta VI. Actum Compendio Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen. Amen. E

DE S. ENGELMUNDO PRESBYTERO

VELSENÆ IN HOLLANDIA.

SYLLOGE HISTORICA.

G. H.

De ejus cultu, vita, miraculis.

SEC. VIII.

Cultus Velſenæ & in diœceſi Harlemenſi.

Arlemum, urbs magna Hollandiæ atque caput Kennemariæ, Epiſcopalis facta eſt, dum fides orthodoxa ibidem adhuc floreret: in cujus diœceſi & quatuor circiter paſſuum millibus ab ea verſus Septemtrionem diſſita, eſt Velſena, *vicus cum arce, Patronum agnoſcens* S. Engelmundum, *de quo hic agimus. Habemus Officia propria Archiepiſcopatus Ultrajectenſis, & Epiſcopatuum ſuffraganeorum Harlemenſis aliorumque, anno* MDCXL *auctoritate Philippi Archiepiſcopi Philippenſis & Vicarii Apoſtolici excuſa, in quibus ad hunc* XXI *Junii, pro tota diœceſi Harlemenſi, præſcribitur*

C *Officium de* S. Engelmundo *ſub ritu duplici, & in primo Nocturno recitantur Lectiones de libro Eccleſiaſtici,* Sapientiam omnium antiquorum, *ut in Communi Doctorum. In ſecundo Nocturno præſcribuntur de rebus ejus geſtis Lectiones hæ propriæ.*

Cum lectionibus ubi dicitur

2 Engelmundus, natione Anglus, de ſtirpe Friſonica, piis natus parentibus, & à prima ætate ſtudiis applicatus, rara docilitate, Chriſtianæ doctrinæ & virtutum ſemina apprehendit. In flore juventutis, parentum domo relicta, Ordinem S. Benedicti ingreſſus, humilitatis obſequia gnaviter ſectans, in pœnitentiæ exercitiis & monaſtica diſciplina colenda ſtrenuus fuit. Miſericordiæ operibus ſtrenue vacans, caſtitatem animi & corporis per ſobrietatem & orationis ſtudia mirifice coluit, ut membra ſua exhiberet arma juſtitiæ in ſanctificationem. Ad Sacerdotium promotus, & à Fratribus in Abbatem electus, prudenti ſimplicitate, verbo & exemplo ſuis præluxit. Manſuetudinis humilitatiſque virtutes jugiter exercens, omnibus ſe acceptum reddidit. In hoſpitalitate erat benignus, in docendo & monendo aſſiduus, necnon acer in corripiendo; ita ut ipſo dirigente, perfectionis regula multum vigeret.

Anglus,

Presbyter, Abbas,

3 Temporibus S. Willibrordi divino inſtinctu Engelmundus venit in fines Hollandiæ, ad eam partem, quæ Kennemaria dicitur: ubi indomitis ac ferocibus populis Jeſu Chriſti Euangelium prædicavit. Et cum Angelicâ præditus eloquentiâ, fideliter in animarum meſſe deſudaſſet, plurimaſque animas in Chriſti Eccleſiam congregaſſet; febri correptus, & obitus ſui diem inſtare proſpiciens, convocato clero ac populo valedicens, ſalutaria dedit monita; & ſacro munitus Viatico, plenus dierum & bonorum operum, beatam Creatori animam reddidit; ac honorifice ſepultus, quievit in pago Velſeno diœceſis Harlemenſis: ubi olim una fuit ex quinque matricibus Eccleſiis, à S. Willibrordo inter Moſam fluvium & Texaliam inſulam extructis.

prædicaſſe in Kennemaria,

à morte Velſenæ depoſitus.

F

4 Hic Sanctus aquam de terra oratione ſua produxit: quæ etiam nunc hauſta, pluribus ſanitatem adfert fidelibus, & maxime dentium dolores curat. Eaque, ut vetus habet traditio, in modum rivuli ædes habitationis ipſius præterlabi ſolet: cujus rudera in campo, Velſanæ eccleſiæ vicino, adhuc extant, & pia devotione à fidelibus viſitantur. Sacrum ejus corpus Baldericus Ultrajectenſis Epiſcopus per myſticam revelationem inveniſſe creditur, cum multis aliorum Sanctorum corporibus, quibus diœceſim ſuam honorifice adornavit. Caput ſancti, auro involutum, ante annos aliquot furto ablatum eſt: ceteræ Reliquiæ à Geuſiis per templi pavimentum diſperſæ, ſed à cuſtode fideliter collectæ, in Cathedrali civitate Harlemenſi tuto loco conſervatæ ſunt.

& miraculis clarus.

corpus à Balderico Ep. inventum.

nunc Harlemi ſervatur.

A AUCTORE G. H.

5 *Hactenus Lectiones ſecundi Nocturni. In tertio Nocturno legitur Euangelium* Vos eſtis ſal terræ, *cum Homilia S. Joannis Chryſoſtomi; & poſt Lectionem octavam recitatur Reſponſorium,* In medio Eccleſiæ *uti de Doctoribus ſolitum eſt fieri.* *Antiphonæ propriæ* *Antiphonæ ad Veſperas & Laudes ſunt propriæ, ex quibus una profertur ad Magnificat hujuſmodi.* Beatus Engelmundus, velut Angelus Dei, ad gentem expectantem auxilium Domini in monaſterium miſſus eſt, propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. Alleluja, *& iſta additur Oratio :* Populum tuum, quæſumus Domine, B. Engelmundi Abbatis interceſſione *& Oratio.* cuſtodi, ut cujus miniſterio fidem tuam edocti ſumus, ejuſdem meritis æternæ beatitudinis præmia conſequamur. *Hæc in dictis Officiis propriis, in quibus reliqua præſcribuntur ex Communi Confeſſoris non Pontificis ſumenda: & conſentiunt ea quæ Molanus habet in Natalibus Sanctorum Belgii. Accepimus ex ſchedis D. Lindani quamdam S. Engelmundi Vitam, à Meilerdo Paſtore Velſano anno* MDLXIV *compoſitam; ſed quæ præter variam circumlocutionem & virtutum ornamenta nihil ſingulare, quod non poſſit quibuſcumque viris Apoſtolicis applicari, videtur continere, quare omittendam cenſuimus, ſolumque addimus quæ ſub finem de ejus ad Velſenam adventu, morte ac Reliquiarum inventione ſic referuntur.* *Alia Vita ſcripta, unde addunturB*

6 S. Engelmundus à Spiritu edoctus, deductuſque circa partes marinas, acceſſit ubi nunc *acta Velſenæ,* temporis Velſen Vicus oſtenditur locatus : & amore Dei inflammante, in lucrandis animabus cœpit ibidem prædicare verbum Dei; aſcendenſque in quodam monte, de quo hodierna die memoria conſtat, ibidem divino devictus fervore, non verebatur faciem potentium, ſprevitque minas illarum gentium infidelium, fideliterque atque viriliter aggreſſus eſt illis prædicare verbum ſalutis. Et ſic inter feroces ac indomitas gentes Kermariorum tam diu Euangelicis inſiſtebat eruditionibus, donec qui erant cultores idolorum, jam verum Deum adorantes, & ſuperſtitiones idololatriæ omnino deſerentes, ad veram fidem & cognitionem ſalutarem pervenientes, in Domino credidederunt; & homines, qui ante erant lupi rapaces atque feroces, jam ad pedes Domini tam- *pius obitus,* quam oves manſuetiſſimas deduxit, neque enim C tam verbo quam exemplo docuit : & exemplar in præſentia omnes docuit, qualiter fidelis Chriſtianus in opere exiſtere debet & vita. Legitur enim quod in pago de Velſen tam ſancte & devote vixit, ut orationibus ſuis aquam de terra produxit. Cum autem poſt labores coronam, quam redditurus eſſet juſtus Judex, accepturus eſſet B. Engelmundus, grandævæque ætatis exiſteret; febre correptus eſt, & providens, ſicut à Domino doctus erat, finem ſuum appropinquare, Clero & populo valedicens, ſacra Communione accepta, ſecundum ritum Catholicæ fidei, felicem Cre- *& corporis tranſlatio.* atori animam reddidit. Ideo Confeſſor inclitus, Eccleſiaſticæ ſepulturæ traditus, in vico prædicto de Velſen honorifice requieſcit. Cujus ſanctum corpus, ut ab aliquibus creditur, per myſticam revelationem Baldericus Trajectenſis decimus quintus Epiſcopus adinvenit, cum multis ſociorum corporibus, de quibus diœceſim Trajectenſem glorioſius adornavit, anno Domini nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo ad laudem Dei. *Hæc ibi.*

7 *Joannes de Beka in Chronico Epiſcoporum Trajectenſium enumerat* ſeptem corpora *Sanctorum, à Balderico adinventa, abſque mentione S. Engelmundi: qui tamen ſupra in Lectionibus & apud Molanum, Miræum alioſque adjungitur. Eumdem Sanctis Benedictinis adſcripſerunt Menardus, Bucelinus, aliique. Joannes Mabilio ſeculo 3 pag. 2, ſolum inter Prætermiſſos retulit. Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Gallicani* Martyrem *facit, ejuſque elogium deſcripſit Alfordus in Annalibus Eccleſiæ Anglo-ſaxonicæ, ad an. 727 num. 13, atque cum Martyrologio Anglicano* Martyrem *etiam ſcribit : quem errorem ex vulgato Hollandiæ Chronico arreptum aſſerit Molanus. Edidit Soutmannus anno* MDCL *præclaris typis effigies Sanctorum, quos* in fœderato Belgio militiæ ſuæ Legatos, ſanctiſſimi ſacri belli Duces, patriæ Apoſtolos, & decora lumina *appellat; atque inter hos collocat* S. Engelmundum, *cum hac inſcriptione* : Engelmundus, non ex numero XII diſcipulorum S. Egberti, laboravit tamen cum S. Willibrordo, & cum S. Adelberto Kennemarios ad Chriſtum convertit : proprius E Patronus in Velſen. Colitur XXI Junii. *De* S. Adelberto *agemus infra* XXV *Junii, & de S. Willibrordo* VII *Novembris. Ejus memoria ad Kalendas Februarii inſcripta eſt Ms. Florario, & nonnullis antiquis Miſſalibus à Molano citatis, qui dies ejus* natalis *cenſetur in Ms. codice cœnobii Præmonſtratenſis Antverpiæ; ſed additur,* ſolennem ejus memoriam agi cum proceſſione & occurſu populi die XXI Junii, *adduntur etiam nonnulla ejus meritis patrata miracula, quibus hæc Acta concludimus, & ſunt iſta.* *Martyr per errorem habitus.*

8 Enghelmundus Presbyter & Martyr Domini gratioſus, & in Velſen Patronus, ſicut ibi in corpore requieſcit, ſic etiam glorioſis miraculis clareſcit. Puer quidam, de Geldriæ partibus oriundus, anno Domini MCCC & LXX, tumore colli languebat in gutture: cu- *Curantur tumor colli cum languore,* jus parentes, filio parvulo compatientes, admoniti ſunt nocte, veris, non inanibus ſomniis, ut pro ſalute filii Patronum prædictum Enghelmundum ſanctum in Velſen viſitarent, & filium cum muneribus ibi præſentarent. Cumque vigilantes de ſomno quod audierant invicem referret, votum diſtulerunt, donec ſecundo & tertio voce lapſa cælitus admoniti F ſunt. Qui quamvis locum neſcirent, utpote non in Hollandia ſed in Geldria converſati; voto ſe ſtrinxerunt illuc filium deferre, & *glutiendi impotentia,* eumdem Chriſti Confeſſorem honorare. Filius igitur voto facto convaluit illico : & eumdem ſanatum parentes cum muneribus eidem Sancto præſentaverunt in Velſen cum gaudio magno. Deinde anno Domini MCCCXC, vir quidam defectum glutiendi ſentiens in gutture, medicum conſuluit : qui cum dixiſſet quia per aliquot adhuc dies oporteret eum languere, & ſic poſt novem dies curari poſſe; ille putans tanto tempore ſe non victurum, ad invocan- *& languor ex ſanie nimia.* dum ſuum proprium Patronum ſe convertit: & ſine mora defectus præſcriptus in eo ceſſavit. Eodem anno MCCCXC, puer quidam languebat ſanie nimia ex auribus & naribus ejus decurrente; parentibus vero ſuis votum ſuo Patrono voventibus pro puero, puer ille convaluit illico.

DE

DE S. RADULPHO SEU RODULPHO

ARCHIEPISCOPO BITURICENSI IN GALLIA.

SYLLOGE HISTORICA.

G. H.

De ejus cultu, genere, fundationibus piis aliisque in Præsulatu actis.

AN. DCCC-LXVI.

Cultus sacer 21 *Iunii,*

INter *Illustres Archiepiscopos civitatis Bituricensis, quæ est Aquitaniæ primæ Metropolis, floruit seculo Christi nono* S. Radulphus, *sive* Rodulphus, *vulgo* S. Roils: *cujus festivitas in Breviario Bituricensi, auctoritate Rolandi Heberti Archiepiscopi anno* MDCXXV *excuso, præscribitur ad hunc* XXI *Junii celebranda, uti etiam in Festis propriis diœcesis Bituricensis. Reperimus Romæ in bibliotheca Ducis Altempsii præclarum*
B *Martyrologium Ms. cui inter ceteros Sanctos inscripti erant illi, qui in Aquitania & Anglia vixerant; & ad hunc* XXI *Junii habebantur ista verba :* Bituricis S. Rodulphi, Episcopi & Confessoris. *Eumdem titulo Sancti honorant Demochares, Chenú, Carolus Robertus & Sammarthani in Catalogis Archiepiscoporum Bituricensium qui ultimi ejus elogium concludunt his verbis :* Festinus dies celebratur Officio duplici (*ut melius officio* trium Lectionum *apud Claudium Robertum ex dicto Breviario*) in Ecclesia S. Ursini die Junii XXI seu VII Kalendas Julii : *quasi dies* XXI *Junii incideret in* VII *Kalendas Julii, & non in diem* XI Kalendas Julii, *quo die dicitur obiisse cap.* 47 *Patriarchii Bituricensis, conscripti seculo præcedenti à Monacho Sanspulpitiano, in suburbio Biturica civitatis Ordinis Benedictini : qui in encomio de ejus rebus gestis nullam facit mentionem vitæ ejus monasticæ in Ordine Benedictino : quod tamen facit Trithemius lib.* 3 *de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti*
apud Benedictinos die 25, *cap.* 215 *his verbis :* Radulphus, Archiepiscopus Bituricensis, ex Abbate S. Medardi Suessionensis, vir sanctus & in divinis Scripturis valde eruditus, magnis virtutibus clarus effulsit. Claruit anno Domini DCCCXLIII:
C cujus festum agitur VII Kalendas Julii. *Iterum Trithemius, lib.* 4 *cap.* 85 *sub nomine* Arnulphi *ista de eodem scribit :* Arnulphus, Abbas S. Medardi Suessionensis Archiepiscopus Bituricensis, vir secundum seculi dignitatem nobilis, sed secundum fidem & religionem multo nobilior, signis & virtutibus innumeris coruscavit. Claruit circa annos Domini DCCCXL. *At dies* VII Kalendas Julii *incidit in* XXV *Junii, quo die secuti Trithemium eumdem retulerunt Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus qui mutata phrasi etiam refert ad hunc* XXI *Junii. Sammarthani, in Notitia Abbatum S. Medardi, eum dein statuunt* decimum Abbatem, successorem Hilduini, anno DCCC-XLII III Kalendas Novembris mortui. *Sed hæc non consistunt, quia jam mense Martio anni* DCCCXLI *fuisse* S. Radulphum *Archiepiscopum constat per chartam ex tabulis Abbatiæ S. Sulpitii & Belli loci ab ipsismet Sammarthanis relatam, quam hic propterea placet adnectere.*

2 Ego in Dei nomine Rodulphus, primæ Sedis Episcopus, per hoc testamentum, Dominum Salvatorem omnium mihi heredem de quibusdam proprietatis meæ rebus eligo; quæ sunt in pago Caturcino in Vicaria Casiliacensi; Sarraziacum scilicet cum Ecclesia S. Genesii Martyris: necnon & in alio loco, in orbe Lemovicino in Vicaria Asnacense, casam nostram Dominicariam, super fluvium Sardoiram sitam, cujus vocabulum est Veterinas, cum mansis ad se pertinentibus, & utriusque sexus mancipiis ibidem commanentibus &c. Et omnia quæ mea genitrix Ay- E
gua per testamenti chartulam mihi concessit, Domino offero & Silvio Abbati contrado; ita dumtaxat, ut idem Silvius una mecum in Veterinas, monachorum sub Regula S. Benedicti degentium, in honorem Dei Salvatoris nostri & beatorum Apostolorum Petri & Pauli & omnium Apostolorum, cœnobium construat, ut ibi propriæ recordationis nomine genitoris mei Rodulphi jugis oblatio fiat &c. Rodulphus Primæ Sedis Episcopus huic testamenti chartulæ subscripsit. Signum Ayguæ, Signum Landrici. Datum mense Martio, anno primo Caroli Regis. *Hæc ibi cum notitia patris & matris & fundati monasterii ex hereditariis bonis. At mortuo Ludovico Pio,* XX *Junii anno* DCCCXL, *in divisione regnorum inter fratres, obtinuit Carolus Calvus Franciam Occidentalem, & jam tum erat Archiepiscopus* S. Radulphus, *successor S. Aygulphi; cujus Acta dedimus* XXII *Maji, diximusque vitâ functum circa annum* DCCCXXXVIII: *quem etiam Wion, Menardus, Bucelinus adscribunt suo Ordini Benedictino, quod optassemus apud antiquiores Scriptores inveniri. Sammarthani in* S. Radulphi *elogio asserunt antea* Floriacensem Abbatem *fuisse; & inter hosce Abbates, etiam statuunt illum* decimum anno DCCCXLI. *Quid si jam Archiepiscopus, dicatur fuisse Abbas Commendatarius, quales dicunt Sammarthani post ipsum* in monasterio S. Medardo fuisse per centum & viginti annos & amplius? *Nos harum difficultatum clariorem resolutionem expectamus à Mabilione, dum ad hoc seculum nonum pervenerit.*

oblatio bonorum pro monasterio construendo

anno 841 *ab eo jam Archiepiscopo facto.*

F

3 *Dicti Sammarthani asserunt* S. Rodulphum, antiqua & nobili prosapia natum, Rodulphi Comitis Turenæ & Cadurci ex Aygua filium, Gotofredi Robertique Comitum Turenæ & Joannis Abbatis Bellilocensis fratrem fuisse. *Verum quod iste Joannes Abbas fuerit, non satis constat ex Catalogo illius monasterii: imo apud Justellum, in familia antiqua Turenæ ex veteri Genealogia Comitum Cadurorum in Ms. Chartulario monasterii Belli-loci, adjungitur alter* frater Landricus, & Soror Immena Deo sacrata; *additurque donatio parentum ipsi* S. Rodulpho *tunc Clerico, & Immenæ Sorori facta anno* DCCCXX *sub hac formula.* Ego Rodul-

Genus ex nobili stirpe Turenæ.

A phus Comes, & uxor mea Ayga, cedimus
AUCTORE filio noſtro dilectiſſimo Rodulpho, quem ad
G. H. Clericatus Ordinem Deo & Bertranno viro religioſo vice S. Petri tradimus, villam ſeu curtem noſtram indominicatam Bello-montem, quæ eſt in pago Lemovicino, in Vicaria Aſnacenſe &c. Cedimus etiam ipſi filio noſtro &
Clericatus anno 820. filiæ Immenæ, quam Deo tradimus, Eccleſiam juris noſtri in honorem S. Projecti conſtructam, in orbe Caturcino, in loco qui nuncupatur Blanguris; & aliam villam quæ vocatur Aniſiacus. Concedimus etiam in alio loco curtem noſtram, quæ vocatur Stivale, cum eccleſia in venerationem B. Pauli Apoſtoli ædificata in orbe Lemovicino: & in alio loco cedimus villam noſtram indominicatam & Eccleſiam, in honorem S. Geneſii Martyris dicatam; Saraſiacum, in orbe Caturcino &c. Facta ceſſio iſta in menſe Novembris, anno x regnante Ludovico noſtro Strenuiſſimo Auguſto: ſignum Rodulphi Comitis; ſign. Ayganæ: qui ceſſionem iſtam fecerunt & adfir-
B mari feçerunt. ſign. Petroni Cancellarii. *Hæc ibi: ex quibus pietas & poteſtas parentum cognoſcitur. Imo &* Aygua *mater, cum conſenſu* Rodulphi Archiepiſcopi *& aliorum quatuor filiorum, pro anima Rodulphi Comitis, anno primo obitus ejus, donavit manſum Eccleſiæ S. Geneſii. Ipſa etiam* Immena *Deo ſacrata nonnullas poſſeſſiones ſuas vendidit vel tradidit* Rodulpho *fratri ſuo, qui eas omnes in res pias impendit.*

4 *Supra memoratus Monachus Sanſulpitianus, in elogio S. Radulphi*; Prætereundum, *inquit,*
Conſtructa monaſteria, Doverenſe Virzionem tranſlatum, non eſt, quod ſanctus vir templum nobile ſub Doverenſi nomine extruxerit, eique pari dignitate monaſterium addiderit. *De hoc monaſterio, ad Caſtrum Virzione tranſlato, docent tabulæ Metropolitanæ Eccleſiæ Bituricenſis apud Sammarthanos de Virgione Abbatia, ubi iſta leguntur:* Anno ab Incarnatione Domini nongenteſimo tertio Eccleſia Doverenſis (quæ conſtructa quondam à Rege Carolo & Rodulpho Archiepiſcopo videbatur) infeſtatione iniquorum hominum devaſtata .... in Cellula Caſtellulo Virizione ſita eſt collocata .... Theobaldus Comes eumdem ipſum locum, quia tutior, quam Doroverenſis videbatur, in Abbatiam ſuo præcepto firmavit. *Eſt Vir-*
C *zio oppidum ad confluentiam Araris & Caris,* XVI *circiter M. P. Biturigibus diſſitum.* Sed & in territorio Lemovicenſi (*addit idem Monachus Sanſulpitianus*) cœnobium Belli-loci peculiari ſumptu ædificavit, & magnis prædiorum
& Belli-loci. reditibus amplifice dotavit, ut per ipſius teſtamentum dilucide apparet. *Illud exhibet Juſtellus hoc exordio.* In Dei nomine Rodulphus Bituricenſis Eccleſiæ Antiſtes, cedo ad monaſterium novi operis, quod nuper Velinus, nunc quidem à nobis Bellus-locus dicitur; quod in honorem Principis Apoſtolorum Petri, in fundo juris mei conſtruens conſtituo res proprietatis &c. Datum in menſe Martio, annò IV Caroli glorioſiſſimi Regis, *ergo Chriſti* DCCCXLIV. *Alia plenior donatio eſt à Sammarthanis ad Belli-loci monaſterium excuſa, & concluditur his verbis:* Factum teſtamentum hoc anno XVI regnante Rege Carolo, *ergo anno* DCCCLV *aut ſequente. Eſt porro* Bellus-locus *in Diœceſi Lemovicenſi, ſuper fluvium Dordoniam.*

5 *Interfuit* S. Rodulphus *variis Conciliis; ac primùm Meldenſi anno* DCCCXLV, *tum illi quod anno* DCCCLIX *habitum fuit in ſuburbano Tullenſi* D
villa Saponarias, in quo Judex electus fuit cum Remigio Archiepiſcopo Lugdunenſi, pro cauſa Wenilonis Archiepiſcopi Senonenſis, adverſus quem *Acta in Conciliis.*
in eadem Synodo libellum proclamationis protulerat Rex Carolus. Dein anno ſequente DCCCLX, *ex Concilio Tullenſi ſecundo apud Tuſiacum habito, Hincmarus epiſtolam juſſu Synodi miſit ad hunc* Rodulphum Bituricenſem, *& Frotarium Burdegalenſem, in qua cauſam de nuptiis Stephani & filiæ Regimundi Comitis eis definiendam commiſerunt. Idem Nicolao Papæ litteras miſit, & reſolutionem ad ſeptem ſibi cauſas controverſas poſtulavit; cui Papa reſpondit epiſtola* XXXIX *apud Sirmondum, aut* XIX *apud Labbæum in Appendice, & iſta ſub initium habet:* Suſceptis beatitudinis tuæ litteris, humilitatis dono refertis, cunctarumque virtutum floribus redimitis, multiplices gratiarum cultus omnium bonorum Auctori rependimus, tuamque à multis retro temporibus erga ſedem Apoſtolicam agnitam devotionem plurimum collaudamus; atque ut in hoc ſalubri propoſito
E perſeveres, fraternitatem tuam obnixius adhortamur. *Et ſub finem*: Quæ in alia noſtri Apoſtolatus epiſtola Beatitudini tuæ intimamus, ſolum tuæ ſolertiæ ſint pervigili cura *& cum Nicolao I Papa:* ſectanda, præcipuoque ſtudio peragenda. Siquidem circa nos circaque ſedem B. Petri, non eſt aliud ſignum devotionis tuæ quod polliceris, niſi obtemperantia & conſummatio decretorum & diffinitionum noſtrarum, qui licet indigni, per abundantiam tamen gratiæ Chriſti ipſius Vicarii ſumus. *Alia ſubjungitur apud Sirmondum epiſtola ejuſdem Nicolai Papæ, ad eumdem Rodulphum Bituricenſem, ejuſque Coëpiſcopos, qua ſcribit de Theutgando & Guntario à ſede Apoſtolica damnatis, monetque ut ab eorum communione penitus abſtineam, prout ibidem legi poteſt.*

6 *Dadinus Altaſerra, lib.* 4 *Rerum Aquitanicarum cap.* 4, primus, *inquit*, Nicolaus Papa Rodulphum Bituricenſem Archiepiſcopum primatem agnovit, & Patriarchæ titu- *titulus Primatis & Patriarchæ:*
lis cohoneſtavit in epiſtola, quæ legitur in Gratiani & Ivonis decretis. *Illius canone* Conqueſtus 9 *qu.* 3 *& hujus lib.* 4 *epiſt.* 12. *Verum ea deſumpta ſunt ex prima jam citata epiſtola, ubi cap.* 2 *iſta leguntur*: Conqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigebodus
F Archiepiſcopus Narbonenſis, quod Clericos ſuos eo invito ad judicium tuum venire compellas, & de rebus ad Eccleſiam ſuam pertinentibus eo inconſulto, quaſi jure Patriarchatus tui diſponas; cum hoc neq; antiquitas, cui ſancti Patres ſanxerunt reverentiam, habeat; & auctoritas ſanctorum Canonum penitus interdicat; niſi forte pro cauſis, quæ apud ſe terminari non poſſunt, ad te quaſi ad Patriarcham ſuum provocaverint per appellationes; vel, ſi Epiſcopus ſuus deceſſerit, res Eccleſiæ judicio tuo diſpenſare voluerint. Primates enim vel Patriarchas nihil privilegii habere præ ceteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit, diffinimus.

7 *Nonnulla de S. Radulphi virtutibus internis attingit monachus Sanſulpitianus, quæ lubet ad imitationem annectere.* Quadrageſimus ſeptimus, *inquit*, præfuit S. Radulphus, vir quidem

A dem carnis origine valde ingenuus, ſed animi virtute magis ſtrenuus, meritorum autem gratiâ præcipuus atque inſignitſimus : in quo ſane tam perſpicua erat bonitas, tanta radiabat fides, totius juſtitiæ fundamentum ; ut dubitare nefas fuerit, omnium gratiarum largitione Spiritum ſanctum in illius pectoris ſacrariolo delectabiliter habitaſſe ; Vita dum præſens (ſicut in hymno canitur) vegetavit ejus Corporis artus. Præterea ipſius virtutes, cum laude & gloria paſſim vulgatæ, eumdem cunctis reddebant admirabilem, carum & deſideratiſſimum. Imo, quod ingenue fatendum eſt, famæ ſuaveolentia ipſum non ſolummodo optabilem, ſed & votis omnium mire excolendum efficiebat. Denique ſumma illi cura de litteris, ſed maxime divinis erat, nihil non perpenſum probatumque recipiens : in quibus eum magis occupavit medulla ſenſuum, quam ſpuma verborum. C Quod ſi ad ſubjectorum inſtructionis & correptionis modum, quem tenuit veniatur; dociles quidem & proficientes non ceſſabat divinarum Scripturarum ſalutaribus documentis, ad majorem virtutis acquirendæ inſtantiam & laborem provocare peccantes vero, incorrigibiles, & contumaces durius redarguendo ſtimulabat, eorumque vitia gravi verborum tonitruo terribiliter effulminabat. Ceterum pia ejus miſericordiæ opera quis competenti præconio extollat ? Qui videlicet conditionis humanæ per omnia memor, prius ſoleret indigentium, pupillorum, viduarumque reſpicere cauſas quam perſonas ; prævenire illum, qui non valebat ad ipſum pedibus pervenire ; quandoquidem ipſe crebro non minus abſentium pauperum verecundiâ, quam præſentium querimoniâ movebatur. Et hinc fuit quod ſæpe terſerit eorum lacrymas, quorum oculos non vidit. Tanta quippe extitit in pauperes glorioſi hujus Pontificis vigilantia, cui tota actionum ſuarum intentio, finis, merces, gloria Chriſti erat.

eximiæ ejus virtutes,

eruditio,

opera miſericordiæ :

8 *Florebat eodem tempore in tractu Bituricenſi S. Iacobus Eremita, cujus Acta danda erunt* XIX *Novembris, quo Eccleſiaſticum cultum in diœceſi Bituricenſi habet. In his iſta leguntur, à Monacho Sanſulpitiano excerpta :* Interea vir Domini Iacobus, inter tot præclara bonorum operum exercitia, illuſtratus gratiâ divinâ, prædixit prophetico ſpiritu obitum præſtantiſſimi Pontificis Rodulphi. Hic (*addit dictus Monachus*) inſita ſibi prudentia, animi quoque nobilitate, ſua tempeſtate plebem ſibi creditam optime regens, merito Pater patriæ à cunctis Aquitanicæ gentis Primoribus dici poterat. Immature hic forte hominem exuens, pæne inevitabile excidium ſuæ intulit provinciæ. Obiit autem XI Kalendas Iulii, anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſexageſimo ſexto, ut auctor eſt Ado Viennenſis (*jam tum* XVII *anno Archiepiſcopus Viennenſis*) Illius vero ſanctiſſimum corpus condigne traditum eſt ſepulturæ, in baſilica Divi Urſini, primi Bituricæ civitatis Archiepiſcopi, ubi magna devotæ plebis veneratione excolitur. *Ferrarius eumdem retulit* XXV *Iunii citato Martyrologio Caniſii, in quo ejus mentio non habetur. At* XXVI *Iunii inſcriptus eſt Ms. Florario & inter Additiones Greveni, addentis ab aliis referri* XXV *Iunii.* D

ſepultura in eccleſia S. Urſini.

obitus 21 *Iunii an.* 866,

9 *Hactenus Henſchenius eodem fortaſſis tempore, quo Pariſiis prælo parabat ſecundam ſeculi quarti Benedictini partem eruditiſſimus Ioannes Mabilio, ſed non ante annum* MDCLXXX *in lucem dedit, eo ipſo ſcilicet quo letali paralyſi contactus Magiſter, non quidem obiit, ſed abiit ex Muſæo ad valetudinarium ; nec ſcio an eo adhuc ſpirante Antverpiam tomus iſte pervenerit ; certe perluſtratus numquam vel levi oculo per ipſum fuit, tunc aliter occupatum ſicut explicui in Tractatu de Vita ejus ante ultimum Tomum Maji. Interim in iſto Actorum Benedictinorum tomo apparet* S. Rodulphi *Elogium hiſtoricum, perquam diligenter collectum, & Henſcheniano Commentario multum lucis confirmationiſque allaturum : quo licet ſic uti potuiſſem, ut ex utroque novus unus conflaretur ; putavi tamen id honoris debere me Magiſtro, ut quæ ipſe diligenter collegit, invariata acciperet lector, neque Mabilioni decederet quidquam de laude quam meruit abundantiori inſtructus copia originalium antiquorum. Apparebit autem ex utriuſque Commentarii collatione quomodo illi Eruditi in unicam intenti veritatem neque Trithemio credere quidquam auſi in eadem conſpirarint ſenſa, ad monaſticam Sancti profeſſionem ſuſpectam faciendam aut potius negandam, nihil cujuſquam gratiæ tribuentes : quo ſpiritu utinam omnes ſuorum quique ordinum opinamenta ab anteceſſoribus accepta & expendant ipſi & expendi ab aliis patiantur. Dabo autem hunc ſecundum Commentarium ſicut jacet, nihil vel in ipſis Additionibus marginalibus mutando quo melius ii, qui forte inſigne iſtud opus numquam viderunt, modum iſtic obſervatum cognoſcant.* D. P. E

Poſt hæc ſcripta ab Henſchenio prodiit Io. Mabilionis Commentarius, dignus hic recudi.

F

EIUSDEM S. RODULFI

ELOGIUM HISTORICUM.

Auctore Joanne Mabilione Benedictino.

1 *NOn immerito inter Sanctos Ordinis noſtri referendus mihi videtur* RODULFUS, *Bituricenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus : qui, ſi Monachus non fuit, Abbas certe fuit, & eximiæ affectus erga ſanctum Benedictum, ſub cujus Regula Monaſteria quatuor, tria virorum, quartum Virginum ædificavit : ex quibus duo in ſanctiſſimi Patris honorem conſecrari voluit. Mihi proinde religio eſt, his in Actis prætermittere tantum virum, tametſi nomen ejus in vulgatis Sanctorum noſtrorum indicibus non habet locum. Utar præcipue Chartario Monaſterii Bellilocenſis, quod ejus monumenta pietatis in poſteros tranſmiſit.*

2 RODULFUS, *aliis* RADULFUS, *patre cognomine, Cadurcorum Comite, &* AIGA *matre natus eſt.* Rodulfi genus *Genus ejus ex Bellilocenſi chartario ita deſcribitur apud Juſtellum, in Probationibus Hiſtoriæ Forinenſis pag.* 6 RODULFUS, Comes Cadurcorum. Domna AIGUA, uxor ſua. Filii eorum RODULFUS Comes, GODAFRIDUS Comes, ROTBER-

A BERTUS, LANDRICUS; IMMENA, filia eorum, fuit Abbatiſſa ſancti Geneſii apud Sarraſiacum.
A. MABILIONE. Iſte GODAFREDUS Comes, filius Rodulfi Comitis, habuit uxorem dominam GERBERGAM, & duos filios, GODAFREDUM & RODULFUM. *Rodulfi Comitis mortem ac ſepulturæ locum poſtea referam num.* 15.

3 *Rodulfus & Aiga filium ſuum à teneris in Clericorum ordinem adſcribi curarunt anno* DCCCXXIII, *ut patet ex eorum litteris, quarum hæc verba.* Ego in Deo nomine RODULFUS Comes, & uxor mea AIGA, cedimus filio noſtro dilectiſſimo Rodulfo, quem ad Clericatus ordinem Deo & BERTRANNO viro religioſo vice ſancti Petri tradimus, villam ſeu curtem noſtram indominicatam Bellomontem ſeu Catinairo, quæ eſt in pago Lemovicino vicariâ Aſnacenſe, extra conſortium Fratrum, ipſam curtem cum omnibus appendiciis ſuis, vineis, terris, cultis, incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, adjacentiis, & juxta fluvium Dordoniæ, *&c.* tibi filio noſtro tradimus, ad habendum & poſſidendum. Cedimus etiam ipſi filio noſtro & filiæ noſtræ EMENANÆ, quam Deo ad Sanctimonialium habitum tradimus, pro timore B & amore Dei, ut animæ quæ militant Chriſto, per noſtram intermiſſionem remedium queant recipere peccatorum ſuorum, eccleſiam juris noſtri, in honore ſancti Projecti conſtructam in orbe Caturcino, in loco qui nuncupatur Blauguris, *&c.* Facta ceſſio in menſe Novembri, regnante LUDOVICO domino noſtro ſereniſſimo Auguſto. *In his litteris illud obſervatione dignum, quod Rodulfi parentes, filium ſuum in Clericorum numerum promovere volentes, pro titulo prædia ei aſſignant: qua de re exſtat in prædicto libro alia charta Raibodi cujuſdam, redditus nonnullos concedentis Rodulfo Abbati & Monachis Cœnobii Bellilocenſis, cum causâ pietatis, cum* pro Clericatu cujuſdam conſanguinei ſui nomine Gumberti, ea quidem ratione, ut ſupra dictus Gumbertus tamdiu iſtas res denominatas teneat, uſquedum Abbas & Monachi ſupradicti loci aut Eccleſia alium honorem ei concedant, ut ſecundum Clericatus ſui officium vivere poſſit. *Ex quibus intelligitur, Clericos ſub titulo (ut vocant) patrimonii ſeculo nono jam admiſſos fuiſſe. Ceterum quis fuerit Bertrannus ille, ſub cujus diſciplina Rodulfus factus eſt Clericus, mihi incompertum.*

Clericatus

4 *Rodulfus iſte variorum Monaſteriorum Abbas fuiſſe dicitur, nempe ſancti Medardi apud Sueſſionas, quo nomine Concilio Moguntiacenſi dicitur ſubſcripſiſſe anno* DCCCXLVIII *apud Trithemium in Chronico Hirſaugienſi, tametſi jam Epiſcopus erat: Floriacenſis, ut probat Sirmondus in Notis ad Capitula Caroli Calvi pro Synodo Tullenſi apud Saponarias; Sollemniacenſis, ut quidam putant; & Veterinenſis, de quo poſtea. Sane in quadam charta Bellilocenſis codicis legitur venditio, à Boſone ejuſque conjuge Talaſia facta,* venerabili Abbati Rodulfo, anno primo quo dominus Lotharius excellentiſſimus Imperator aſſumpſit Imperium: *quod de Rodulfo noſtro intelligendum eſſe, conſtat ex litteris ipſius donationis, in eo codice ſubſequentibus. Et quidem Abbatiam Floriacenſem retinuit Archiepiſcopus: quod adeo movit Patres prædictæ Synodi Tullenſis,* ut poſtulaverit humiliter Synodus generalis, ſe ad terram uſque proſternens ante Karolum Regem & Rodulfum Archiepiſcopum, obſecrans & adjurans per crucem & Chriſti ſanguinem, ut privilegium Monaſterii ſancti Benedicti, quod annuente Rege præfato firmaverat, quodque idem Rodulfus ſubſcripſerat, qui præfatam Abbatiam irregulariter retinebat, ratum & inconvulſum ſervare ſtuderent: *nempe, ut liceret Monachis regularem habere Abbatem. An autem Sueſſionenſis Abbas fuerit Rodulfus, fruſtra inquiras ultra Trithemium. Officium quidem ſit de eo in Cœnobio S. Medardi, ſed ante paucos annos invectum ob Trithemii auctoritatem. Certe in proprio iſtius Abbatiæ Breviario, quod ſeculo ſuperiori typis vulgatum eſt, S. Rodulfi memoria non comparet. Denique Trithemii hac in re auctoritas non obtinet apud eruditos; quippe qui in Patribus Synodi Moguntinæ recenſendis, tot. fere errata edit, quot nomina, ut oſtendi ad Elogium Rabani num.* 28 *& Synodo Moguntinæ anno* DCCCXLVIII. *Radulfum ait ſubſcripſiſſe, Abbatem S. Medardi,* poſtea *factum Bituricenſem Archiepiſcopum, quem ante annos octo huic Sedi præfuiſſe conſtat.*

C Abbatialis dignitas.

V. Trithem. de viris illuſt. Ord. S. B. lib. 3 *cap.* 211, & *lib.* 4 *cap.* 81.

D Archiepiſcopatus.

5 *Is quippe Archiepiſcopus creatus, anno* DCCCXL *Veterinenſe Cœnobium condere cœpit, datis litteris, in quibus hæc leguntur.* Ego in Dei nomine Rodulfus, primæ ſedis Epiſcopus, ſolicita mente pertractans, qualiter ex rebus caducis E atque tranſitoriis, ſumptus virtutum præbere valerem; cujus gradibus ab omni contagione terreni pulveris exutus, aulam ſupernæ civitatis merear ingredi; Dominum Salvatorem omnium per hoc teſtamentum mihi heredem de quibuſdam proprietatis meæ rebus eligo, quæ ſunt in pago Caturcino, in vicariâ Caſiliacenſe; Saraciacum ſcilicet cum eccleſia ſancti Geneſii Martyris, necnon in alio loco in orbe Lemovicino, in vicariâ Aſnacenſe, caſam noſtram dominicariam ſuper fluvium Sordariam ſitam, cujus vocabulum eſt Veterinas, cum manſis ad ſe pertinentibus, in his dumtaxat locis, caſis, ædificiis, domibus, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, utriuſque ſexus mancipiis ibidem commanentibus, quantumcumque in prædictis locis noſtra cernitur eſſe poſſeſſio; & omnia quæ genitrix mea AIGUA per teſtamenti cartulam mihi conceſſit, totum & ad integrum à die præſenti, hilari mente promptaque voluntate, Domino Salvatori omnium devotus offero, & SILVIO Abbati contrado; ita dumtaxat, ut idem Silvius una mecum in Veterinas, Monachorum ſub Regula ſancti BENEDICTI degentium, in honore Dei F Salvatoris noſtri, venerationeque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & omnium Apoſtolorum, ſancti Laurentii, Sebaſtiani, Dionyſii, Mauricii & cunctorum Martyrum, Hilarii, Martini, Martialis, Eligii, Auſtrigiſili, Sulpicii, BENEDICTI, & univerſorum Confeſſorum Cœnobium conſtruat: ut ibi ſub vera religione degentes, pro remiſſione meorum peccatorum & perceptione vitæ æternæ præmio, & pro piæ recordationis nomine genitoris mei RODULFI, jugis oblatio fiat; pro parentum etiam noſtrorum, tam pro præteritis, quam præſentibus & futuris erratibus, necnon pro catholicæ & univerſalis Eccleſiæ ſtatu ſedulis precibus divinam miſericordiam implorare decertent. Quin etiam huic teſtamento inſeri placuit, ut quamdiu ego & præfatus Silvius vixerimus, noſtrorum diſpoſitione communique regimine ibidem Deo famulantes con-

Veterinenſis Monaſterii conditio.

A consistant, &c. Datum mense Martio, anno primo CAROLI Regis. Actum Condato villa. *Veterrinense Monasterium modo extinctum est, redactum in vicum vulgo dictum* Vegennes, *unâ leucâ prope Bellilocum: cujus vici Rector pendet à nominatione Bellilocensium Monachorum. Sordaria, qui dicitur fluvius, rivulus est, vernacule* la Sordoire.

Doverensis

6 *In Chronico Virzionensi, quod Philippus Labbeus edidit in Bibliothecæ novæ tomo* 2, *ponitur* anno DCCC XLIII principium Abbatiæ de Dovero, *de qua hæc leguntur in Patriarchii Bituricensis ibidem editi cap.* 47. Denique prætereundum non est, quod idem sanctus vir, (Radulfus) quemadmodum in veteribus memoriis scriptum invenimus, templum nobile sub Doverensi nomine extruxerit, eique pari dignitate Monasterium addiderit. *Litteras quas de hac conditione condidit Rodulfus, mihi recuperare non licuit: sed tantum eas quibus Carolus Calvus eam ratam habuit. Sic autem se habent.*

Caroli Calvi hac de re litteræ.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, CAROLUS, gratiâ Dei Rex. Si petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus benignum B commodamus assensum, Regiæ dignitatis debitam exercemus consuetudinem, ac etiam apud æternam beatitudinem id ipsum nobis rependi non diffidimus. Quapropter comperiat omnium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque fidelium, præsentium scilicet & futurorum solertia, quia RODULFUS, Bituricensis ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, nostræ innotuit Serenitati, qualiter cuidam Monasteriolo memoratæ Ecclesiæ suæ, nomine Dovero, ad stipendia Monachorum ibidem Deo militantium, quasdam res ejusdem Episcopii, eisdem Monachis & eorum Abbati, nomine AIMERICO, largitus fuisset; qui ibidem consistentes absque ulla indigentia Domino famulari potuissent; hoc est villam Granicas, cum suis appendiciis; & villam Vidiliacum, cum sua integritate; & silvam de Villa-Canologio, cujus vocabulum est Malavilla; & in loco, qui dicitur Mons, mansos duos; & de villa Brienniaco prope Marologio, mansum unum; & de villa Mariaco, mansos quindecim, cum ecclesia inibi constructa; & vicum sancti Georgii cum duabus C capellis, habentes mansos sex, cum farinariis tribus, & areis in civitate Biturica sitis; & in villa Miseriaco, mansum unum; & in villa Livo, mansum unum; in villa Gothorum, mansum unum; & ad illas Bordas, mansum unum; similiter etiam & villam vocabulo Drosgadam, cum omnibus colonis ibidem consistentibus; & res in villa Baniolo, emptas à quodam homine, nomine Sulpicio. Unde petiit idem Pontifex nostræ Celsitudinis clementiam, ut prædicto Abbati suo Aimerico, & Monachis sub se consistentibus, nostræ auctoritatis præceptum super hanc suam largitionem fieri dignaremur: quatenus ipsi Monachi successoresque eorum perpetim memoratas res, absque cujuspiam inquietudine aut diminoratione, tenere valerent; & eosdem Monachos, cum omnibus rebus eorum & mancipiis, more paterno sub nostræ defensionis mundeburdo, immunitatis tuitione recipere dignaremur. Cujus petitionem, ob amorem Dei & reverentiam ipsius loci, libenter annuimus, & hanc nostram auctoritatem illis fieri jussimus: pro qua statuimus atque firmamus, ut prædicti Monachi supra scriptas res, cum omni integritate, à venerando Pontifice Rodulfo vel ejus antecessoribus ad eorum stipendia deputatas, perpetuo teneant atque possideant, remotâ totius inquietudinis molestiâ: simul etiam, propter divinum amorem & Monachorum quietem ibidem degentium, suscepimus eos, cum omnibus rebus eorum, quas præsenti tempore habere noscuntur, & quæ deinceps divina pietas augere voluerit, sub plenissima defensione & immunitatis nostræ tuitione; ita dumtaxat, ut successores memorati Episcopi, qui eamdem cellam post eum sub sui regiminis cura habituri sunt, nihil de supra memoratis rebus habeant minuendi licentiam: scilicet cum omni integritate, sub prætextu proprii Antistitis, eas quiete possideant, & in eorum usus perpetuo jure consistant, remota iniquæ occasionis dominatione. Interea præcipientes jubemus, ut nullus judex publicus, neque quislibet ex judiciaria potestate, nec ullus ex fidelibus nostris, in ecclesias aut loca vel agros, seu reliquas possessiones prædictæ cellulæ, quas moderno tempore juste & rationabiliter possidere videntur, in quibuslibet pagis & territoriis, vel quæ deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, ad fidejussores tollendos; nec homines ipsius cellulæ, tam ingenuos, quam & servos, qui super terram residere videntur, distringendos; nec ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat; & quidquid de rebus præfatæ cellulæ exigi vel acquiri poterit, concedimus ut perennibus temporibus, ad stipendia Monachorum ibidem Deo famulantium & alimoniæ pauperum, proficiat in augmentum. Et quando quidem divina vocatione supradictus Abbas vel successores ejus de hac luce migraverint, quamdiu ipsi Monachi inter se tales invenire potuerint, qui F ipsam congregationem secundum Regulam sancti BENEDICTI regere valeant, per hanc nostram auctoritatem & consensum proprii Episcopi, licentiam habeant eligendi Abbates: quatenus ipsos servos Dei, qui ibidem Deo famulari videntur, pro nobis, conjuge, proleque nostra, ac stabilitate totius regni à Deo nobis collati, attentius Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas, nostris futurisque temporibus, Domino protegente, valeat inconvulsa manere, manu propria subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione adsignari jussimus. Signum KAROLI gloriosissimi Regis. JONAS Diaconus scripsit.

Centulfi donatio pro eodem loco.

7 *In Ms. codice, ex quo superiores litteras eruit noster Claudius Stephanotius, nulla apponitur chronologica nota: at eas anno* DCCCXLIII *datas fuisse ex prædictis intelligitur. Paulo post,* id est *anno* DCCCLIII, CENTULFUS, *vir præpotens*, sacrosanctæ basilicæ S. Petri Doverensis Monasterii, quæ est constructa in honore Apostolorum Principis Petri, & inte-

D A. MABILLONE.

E

meratæ virginis Mariæ, ubi etiam sanctorum Optati Confessoris & Filicitatis Martyris corpora quiescunt, ubi etiam ASINARIUS Abbas præesse dignoscitur, *tradit res suas* sitas in pago Santoniaco, in duabus vicariis, Brasdunense & Chrispense, *litteris datis mense Februario, regnante Carolo Rege anno tertio decimo. Utramque donationem, tam eam scilicet quam Rodulfus eidem loco pro Cœnobii constructione fecerat, quam Centulfi, confirmavit Ludovicus Balbus, rogatu Asinarii Abbatis. Denique cum Abbatia Doverensis, infestatione perversorum hominum, pæne ad nihilum redacta esset; quidam ecclesiæ Bituricensis Canonici eam in tutiori loco, id est in castello Virzione proximo, instaurarunt, favente Comite Theobaldo, ut docet instrumentum sequens.*

A. MABILLIONE. Ludovici Balbi confirmatio.

Doverensis Cœnobii translatio Virzionem.

ANNO ab Incarnatione Domini nongentesimo tertio, ecclesia Doverensis, quæ constructa quondam à Rege CAROLO & RODULFO Archiepiscopo videbatur, infestatione iniquorum hominum devastata, ad nihilum pæne redacta extitisset; nisi instinctu miserationis Omnipotentis, clementia quorumdam Canonicorum sancti Stephani ei succurreret. Quod qualiter gestum sit, & quis inde fructus ecclesiæ Bituricensi accesserit, ad utilitatem futurorum notare studuimus. Namque GIRBERTUS, ecclesiæ sancti Stephani Decanus; & GAUFREDUS, Præcentor; & JOANNES, Præpositus, supradictum locum sic redigi in desolationem conspicientes; Monachos & Abbatem eorum RAIMUNDUM adsumpserunt; & de THEOBAUDI Comitis amicitia præsumentes, in cellulam, castellulo Virsione sitam, eos collocaverunt; & eis ex rebus sancti Stephani necessaria, ad eumdem ipsum erigendum locum, ut ibi absque penuria Domino servirent, largiter præbuerunt. Postea verò Comitem prædicti Canonici adeuntes, & Carnoti eum reperientes, ei quæ gesta erant seriatim retulerunt: & pro misericordia servis Dei attributa ab eo collaudati, eumdem ipsum locum, quia tutior quam Doverensis videbatur, supradictis Monachis & eorum sequacibus in Abbatiam suo præcepto firmavit, & sub tuitione & defensione Canonicorum sancti Stephani, magno munere ab eis accepto, in perpetuum eumdem Monasterium constituit: &, ut id ratum foret, chartulam fieri, & nomen suum adnotare in ea jussit. Legitimos quoque testes jussit conscribi de sua parte, GUALTERUM, GUIDONEM, GEDEONEM, FRODGERUM. Ex Canonicis GIRBERTUS, GAUFREDUS, JOANNES, VAUDRADUS, ARNULFUS. Actum mense Novembris die Jovis, in festivitate sancti Clementis, quarto anno RODULFI Regis, adsistente & adjuvante Domno GERONTIO Biturigensium Archiepiscopo. GAJANUS Canonicus sancti Stephani scripsit. Signum THEOBAUDI Comitis.

Doveri status. * *Devre* * *Vierzon* * *Meneton*

8 *Hinc discimus fortunam Doverensis* * *Monasterii, quod modo redactum est in simplicem (ut vocant) Prioratum, cujus situs est inter Virzionem* * *& Menetonem* *. *De istius Cœnobii translatione Virzionem agit Chronicon Virzionense, à Labbeo editum tomo 2 Bibliothecæ novæ, his verbis.* Anno DCCCC III eadem Abbatia *Doverensis* translata est Virzionem cum Abbate Raimundo. *Perstat etiam nunc Virzionense Monasterium in Biturigibus, ad confluentes Avarici* * *amnis in fluvium Carum* * *Congregationi S. Mauri nuper aggregatum, uti & Bellilocense, de quo nunc agendum.* * *l' Avron* * *le Cher*

9 *Hujus Cœnobii fundamenta posuit anno* DCCC XLVI *Rodulfus, in paterno fundo ad Dordoniam fluvium, qui Lemovices dirimit à Cadurcis. Locus antea vulgo appellabatur* Vellinus, *cui nomen indidit Rodulfus* Belloloco: *ubi coloniam posuit Monachorum, quibus præfectus* GAIRULFUS *seu* Garulfus *Abbas primus, ex Monasterio Sollemniacensi arcessitam. Hæc omnia colligimus ex testamento seu litteris Rodulfi, scriptis in hunc modum.*

Bellilocensis Cœnobii constructio.

Ego in Christi nomine RODULFUS, ecclesiæ Episcopus, solicita mente pertractans, qualiter ex rebus caducis atque terrenis turrem construere valeam, cujus adscensu ab omni contagione mortalis pulveris exutus, multimodaque sorde peccati immunis, aulam supernæ civitatis merear ingredi; Dominum & Salvatorem omnium totiusque bonitatis largitorem, per hoc testamentum scriptum, nobis heredem ex rebus proprietatis nostræ eligimus, quæ sunt in pago Lemovicino, in vicaria Asnacense, super fluvium Dordoniæ, qui locus nuper à rusticis Vellinus, à nobis autem Bellus-locus nominatur; cum casis, domibus, ædificiis, pratis, campis, vineis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, mobilibus & immobilibus, perviis, adjacentiis, exitibus & regressibus, quantumcumque in supradicto loco nostra cernitur esse possessio, ex emptione seu quolibet modo adquisitum, vel quidquid ad prædictum locum adspicit aut adspicere videtur, totum & ad integrum à die præsenti, hilari mente promptaque voluntate Deo Salvatori omnium devote offero; & in vice Christi, CHUNIBERTO Abbati Monasterii Sollemniacensis, necnon Godoni Monacho, Frannario, Bernardo, GAIRULFO, Flotgiso, Rigaldo, Rainulfo, Silvio, Rainerio, Girberto, Umberto, Abraham, trado. Ita dumtaxat, ut prædictus Chunibertus Abbas vel præfati Monachi in in eodem loco Cœnobium Monachorum, sub Regula sancti BENEDICTI degentium, in honore beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, construant: ut ibi sub religione viventes, pro Regis nostri parentumque nostrorum erratibus, quin etiam pro catholicæ atque universalis Ecclesiæ statu, sedulis precibus divinam clementiam implorare decertent. Damus etiam ad supradictum locum curtem nostram indominicatam, quæ vocatur Bellus-mons; cum ecclesia, quæ est sacrata in honore beati Stephani in villa Staliaco, & mansis qui sunt in Membriaco, cum piscatoriis, *&c.* & in alio loco in prædicto pago & in præfata vicaria, aliam curtem nostram, quæ vocatur ad sanctum Genesium cum ipsa ecclesia, *&c.* & in alio loco, in orbe Lemovicino & territorio Torinense, aliam curtem nostram & ecclesiam quæ vocatur Stivalis, *&c.* & in alio loco, in orbe Lemovicino in vicaria Asnacense ecclesiam nostram cum adjacentiis atque appendiciis & omnibus ad se pertinentibus, & quidquid ibidem habere videmur, quæ vocatur Nonars. Similiter in alio loco, in orbe Lemovicino & territorio

A rio Torinenſe, manſum noſtrum, quem de Bobino dato pretio comparavi in villa Terniaco, cum omnibus ad ſe pertinentibus. Omnia ſuperius nominata, cum præfatis eccleſiis & villis atque appendiciis earum, prædicto Abbati ſeu prænominatis Monachis, necnon & ſucceſſoribus eorum, trado atque transfundo, in eorum uſibus vel ſtipendiis, in futuris generationibus, abſque ullius hominis contradictione, firmiſſima libertate. Volumus etiam, prout opportunitas atque poſſibilitas ejuſdem loci ſeſe *, quotidie miſericordiæ opera pauperibus indigentibus & advenis, pro levamine noſtrorum peccaminum, exhiberi. Placuit etiam huic inſeri teſtamento, ut nec meo, nec parentum meorum *, nec faſcibus regiæ magnitudinis, nec cujuſlibet terrenæ dignitatis ſubjaceant: ſed quemcumque præfati Monachi è ſemetipſis Abbatem vel Paſtorem, ſuique rectorem, ſecundum beneplacitum Dei & Regulam ſancti BENEDICTI, eligere voluerint, & vero in omnibus jure eligendi potiantur, abſ-
B que ullius poteſtatis vel inquietudinis artibus. Pro infeſtatione vero peſſimorum iniquorumque hominum, regium expoſcimus mundiburdum; ut illius ſolatio fulti, tuitioniſque ope relevati, lætiori animo pro regiæ dignitatis exaltatione, atque cunctorum Catholicorum ſalute, divinæ votis ſupplicibus queant adſtare clementiæ. Rogo etiam & poplite flexo humiliter, omnes Reges, Epiſcopos, Abbates, Comites, Vicarios cunctoſque reipublicæ adminiſtratores, atque in commune omnes ſanctæ Dei Eccleſiæ Fideles expoſco, & per individuam & inſeparabilem Trinitatis majeſtatem obnixe flagito, & flagitando adjuro; ut ſecundum tempus, poſſe, & locum, ſi aliquis Dei inimicus hanc noſtri ſtudii devotionem infringere, aut inſtinctu diabolico, maligna cupiditate violare conatus fuerit; adjutorium, divini zeli ardore inflammati, caritatiſque atque veræ fraternitatis igne ſuccenſi, ferre non dedignentur: Reges, ſecundum virtutis ſuæ potentiam fortiter illos
C comprimendo; Epiſcopi vero, juxta poteſtatis ſuæ ſanctitatem à cœtu Fidelium & ab Eccleſia Dei ſeparando, ac anathematis vinculo colligando; ceterique Fideles, aut pro miniſterii poteſtate coërcendo, aut etiam vel verbis juxta poſſe ſolatium ſupplendo. Ego autem, omnium ſervorum Dei exilis ſervus, licet indignus, Epiſcopali tamen infula adſtrictus, illum omni iniquitate repletum & in omnibus voluntati Dei contradicentem, qui hoc noſtræ parvitatis donum, quod ſponte neè ac devotiſſime Deo offero, deſtruere, aut in ſuos vel aliorum quorumcumque uſus retorquere, niſi in ſtipendia Monachorum, ibi Deo ſub Regula ſancti BENEDICTI degentium, conatus fuerit; non inflationis vel præſumptionis audaciâ, ſed miniſterii mihi à Deo commiſſi auctoritate, ab omni cœtu Fidelium extraneum fore cenſeo, & canonica inſtitutione anathematizo. Si quis vero contra hoc teſtamentum, quod ego pro amore Dei omnipotentis ac veneratione beatiſſimi Apoſtolorum Principis Petri fieri ſanci-

* *f* erit *aut* feret

* *ſupple* dominio

vi, aut regiæ poteſtatis dignitas, aut quo- D
rumlibet regalium Procerum ſublimitas, ſive A MABILLONE
etiam heredum aut proheredum meorum calliditas venire, aut callide tentaverit infringere; doli ejus & fraudes penitus irritæ fiant, & omnipotentis Dei iram incurrere certiſſime ſciat; & ab Eccleſia, proprio Chriſti ſanguine mercata, ſequeſtratus, & à communione Chriſtianorum fiat extraneus. Et inſuper ut pœna temporali dignus expiatus, cogente fiſco auri libras centum & argenti pondera quinquaginta coactus exſolvat, & ſua petitio nullum obtineat effectum: ſed præſens teſtamentum, pro animæ meæ parentumque meorum remedio inſtitutum, omni tempore maneat inconvulſum cum ſtipulatione ſubnixa. Et ut verius credatur, & diligentius conſervetur, & ab omnibus firmius cuſtodiatur, manu propria ſubterfirmavi; & bonorum hominum, Canonicorum, ſive fidelium laïcorum manibus firmandum contradidi. STODILUS, Epiſcopus Lemovicenſis eccleſiæ ſubſcripſi. LAUNUS, Epiſcopus & Abba, F
huic teſtamento ſubſcripſi. † RODULFUS Epiſcopus S. GODEFREDUS S. LANDRICUS S. IMMO S. RAIMUNDO Comite S. AGINE S. TEUTARIUS S. IDONEUS Presbyter S. ARNULFUS acſi indignus Presbyter S. BERTALDUS S. GODIFREDUS S. Signum Diaconi. S. Adalradi. S. Aſpaſii. S. Bernardi. S. Vildraus *. S. David. S. Fulconi. S. Ildoardus. S. Rodulfi. S. Aboni. S. Adraldi. S. Baraldi. S. Bertrandi. † Abba S. ALAMARIUS Abba S. ABBO * *al.* Eldraus
Abba S. Samuël S. Agarius Presbyter S. Garnarius Presbyter S. Ingilbertus inutilis Levita S. Daniel Diaconus S. Admondus Clericus. Berengarius Clericus. Elias. GARULFUS Monachus. Data donatione in menſe Novembri, anno VI regnante CAROLO Rege ſereniſſimo, XV * Indict.

10 *Qui in præmiſſis littteris exprimitur* GARULFUS, *Solemniacenſis Monachus, is poſtea Belloloco præfuit Abbas primus, ut poſtea dicemus.* ABBO *Abbas videtur eſſe is, qui ſecundus Lemovicenſi Cœnobio ſancti Martialis poſt adductos Monachos præfectus eſt; tametſi annus apud Ademarum Monachum de Abbatibus Monaſterii ſancti Martialis non omnino reſpondet. Cum enim Monachorum introductionem ſtatuit anno* DCCCXLVIII, *primum Abbatem per tres annos habet* DODONEM *aliis* Odonem, *cui ſuffectus dicitur* ABBO *in annos undecim*: cujus anno quinto, *inquit*, Carolus Calvus in Regem Lemovicas unctus eſt à Radulfo Bituricenſi Archiepiſcopo, & Stodilo Lemovicenſi Epiſcopo, & aliis Franciæ & Aquitaniæ & Italiæ & Burgundiæ multis Archiepiſcopis & Epiſcopis. *Tum ſubjungit*: Hoc anno Cœnobium Bellolocum à Rodulfo Archiepiſcopo fundatum & conſecratum eſt: *niſi ſi hoc referendum eſt ad annum* DCCCXLVIII, *quo in baſilica ſancti Martialis collocati ſunt Monachi. Et Cœnobio Maſciaco diœceſis Bituricenſis tum præerat* ABBO *Abbas, qui anno* DCCCXLVII *ordinatus eſt, ut conſtat ex Chronico Maſciacenſi apud Labbeum in Bibliotheca nova tomo* 2. * *l.* IX

Garulfus & Abbo Abbates.

11 *Bellilocenſis eccleſia dedicata eſt* in honorem ſancti Petri & ſanctæ Felicitatis, *ut paſſim legitur in prædicto Chartario: additur* ſanctorum Dionyſii, Ruſtici, Eleutherii, Pancratii, Criſ-

A pini, Criſpiniani, Hilarii, Martini, Benedicti, Eligii, & Tilloni, *in quadam charta Dautberti Sacerdotis, data* anno VII Caroli Regis: *quibus etiam adjunguntur nomina Sanctorum* Primi, Feliciani, & Æmilii; *quorum, uti & ſanctæ Felicitatis, Reliquiæ ibidem quieſcere dicuntur, tum in quibuſdam Chartarii litteris, tum apud Gaufredum Priorem Voſienſem, & Bernardum Guidonem de Sanctis diœceſis Lemovicenſis.*

A. MABILLIONE. Bellilocenſis eccleſiæ patroni.

donationes.

12 *Locum hunc multis prædiis & cenſibus ditavit Rodulfus; quem etiam ſecuti Frotarius ipſius ſucceſſor, Stodilus Lemovicenſis Epiſcopus, aliique permulti: quas donationes confirmaverunt Carolus, Pippinus, Carolomannus, & Odo Reges. Inſignis eſt charta Frotarii, concedentis* Orbaciacum villam in valle Exandonenſi, *eo pacto*, ut annis ſingulis Fratribus refectio exhiberetur poſt funus ſuum in die ſuæ depoſitionis: & ut annuatim cuſtodi eccleſiæ vini modii decem tribuerentur, unde Sacrificium quotidie Domino offeratur. *Notatu etiam digna eſt charta Geraldi & Adalgarii Abbatum, qua inter ſe compromittunt, ut in quibuſdam locis ſibi ſubjectis* ſervi

B Vicarii, *id eſt Judices, imponantur: quos ideo* ſervos *eligunt*, ut fideliter exigant ſervitium dominis ſuis; *ea conditione*, ut nullus ex illis neque ex poſteris eorum efficiatur Miles, neque ullus portet ſcutum aut ſpadam, neque ulla arma, niſi tantum lanceam & unum eſperonem: non habeant veſtes ſciſſas ante & retro, ſed tantum clauſas: *quos eximunt à vectigalibus, eiſque ex quolibet manſo vicariæ ſuæ* quatuor denarios, & unam gallinam, & tertiam partem de omnibus placitis & de veſtitionibus *concedunt.*

Abbates

13 *Ad primos Bellilocì Abbates quod attinet,* Gerulfus *ſeu* Gairulfus *præfuit à primordiis ad annum Odonis Regis octavum, id eſt ad annum* DCCCXCI: *tametſi jam ejuſdem Regis anno quarto coadjutorem adſciverat Rainulfum, qui ei poſtea in ſolidum ſucceſſit. Plura ejuſmodi coadjutorum exempla reperio in eodem Chartario: nam Guerno, Belliloci Abbas quintus, cum Geraldo; Geraldus deinde cum Bernardo; Gerardus cum Adalgiſo Abbates bini in nonnullis chartis nominantur. Garulfus privilegio Carilocenſis Monaſterium anno* DCCCLXXVI *ſubſcripſit in Concilio Pontigonenſi, ubi mendoſe Carnulfus ſcribitur in editis apud Severtium, & in nova editione Conciliorum ad calcem tomi 9. Garulfo ſucceſſit* Rainulfus, *ſeu* Ranulfus, *anno (ut puto) Regis Odonis nono; Ranulfo* Rodulfus, *qui anno Caroli cognomento Simplicis nono primum notatur, ultimum anno primo Rodulfi Regis: cujus Regis anno quinto ſignatur* Joannes; *deinde* Guerno *Lotharii anno* XIII, *poſtea cum ſocio Geraldo*; Geraldus *dein cum Bernardo, tum cum Adalgiſo ſeu Adalgario regnante Lothario*; Boſo *Ludovici Regis anno tertio*; Bernardus *duodecimo. Alios aliorum inquiſitioni permitto. In Concilio Lemovicenſi anni* MXXXI *conqueſti ſunt Monachi Bellilocenſes, quod ipſis dominaretur Abbas ſæcularis: cui malo remedium Patres attulerunt.*

C

B. Rameſus Præpoſitus. * *an* Rainerus

14 *Ex eodem Monaſterio proceſſit beatus* Ramerus * *Præpoſitus, in cujus* honorem *Remigius quidam villam Arnolz concedit tempore Guernonis Abbatis, ob hanc ſcilicet cauſam,* quia ipſe Ramerus, *inquit Remigius*, virtutem magnam omnibus qui aderamus oſtendit. Adoleſcens enim qui deportatus ad tumulum contractus fuit, ipſius interceſſione, cum magna facilitate, ad altare ſancti Petri currendo pervenit: & illud magnum miraculum oſtenſum fuit in feſtivitate ſancti Martialis. *De Belloloco ſatis.* D

15 *Quartum Cœnobium, à Rodulfo conditum, eſt ſancti Geneſii, in gratiam Virginum Benedictinarum*, conſtructum in orbe Caturcino, ſecus caſtrum Coſiliacum, ubi Rodultus Comes bonæ memoriæ corpus ſuum ſepeliri curavit, in loco qui dicitur Saraſiac, in eccleſia quæ dicitur ſancti Geneſii. *Cui Cœnobio* AIGUA, *Rodulfi Comitis uxor, conſentientibus filiis ſuis* RODULFO Archiepiſcopo, GODAFREDO Comite, ROTBERTO, LANDRICO, & IMMENANA dilecta filia ſua, Deo devota atque Abbatiſſa, *quædam prædia concedit* pro anima Rodulfi Comitis ad ſuum ſanctum Sacrificium offerendum. Facta ceſſio in menſe Februario, in anno obitus bonæ memoriæ Rodulfi jam dicti; & anno E tertio, quo aſſumpſit Imperium domnus Lotharius Rex propitius.

16 Rodulfo Biturigenſi, pro rebus Remenſis eccleſiæ in pago Lemovicino conjacentibus, *ſcripſit Hincmarus teſte Frodoardo in lib. 3 cap. 21. cujus Hincmari alia epiſtola de nuptiis Stephani & filiæ Regimundi Comitis, Rodulfo & Frotario Burdigalenſi inſcripta, extat in tomo 3 Conciliorum Galliæ. Ad ejuſdem Rodulfi conſulta, reſpondet Nicolai Papæ I epiſtola 39, ſæpius laudata in decreto Gratiani. Item ei ejuſque Coëpiſcopis Nicolaus ipſe ſcripſit epiſtolam 40, de Thetgaudo & Guntario ab Apoſtolica Sede damnatis, ut ab eorum communione abſtinerent. Rodulfus porro Capitula quindecim, de rebus eccleſiaſticis condidit, in gratiam ſuæ diœceſeos Sacerdotum & Clericorum, V. Cl. Stephano Baluzio propediem vulganda. Variis etiam Conciliis interfuit, nempe Meldenſi anno* DCCCXLV, *Tullenſi apud Saponarias anno* DCCCLIX, *Tuſiacenſi anno ſequenti. Ad hæc privilegio S. Dionyſii, in Synodo Piſtenſi anni* DCCCLXII; *& biennio poſt, privilegio Autiſiodorenſis Monaſterii S. Germani, in alia Synodo Piſtenſi, ſubſcripſit.* F

Rodulfi ſanctitas & obitus.

17 *Hæc ſum quæ de Rodulfi Archiepiſcopi geſtis obſervare mihi licuit: quem Euſtorgius Lemovicenſis Epiſcopus, medio fere ſeculo decimo,* ſanctæ memoriæ magiſtrum *ſuum vocat, in litteris Geraldo Abbati conceſſis. Sane ſi quid peccavit vir Sanctus, quod Abbatias quaſdam tenuit Epiſcopus; non ſolum reditus inde profectos refudit in Monachorum profectum, ſed etiam prædia & bona ſua liberali manu contulit in Monaſteriorum ejuſdem Ordinis ædificationem. Rodulfus obiit anno Chriſti octingenteſimo ſexageſimo ſexto, teſte Adone,* XI *Kal. Iulii, ſepultus in baſilica ſancti Urſini apud Biturigas, ubi magna veneratione colitur, ut legitur in Patriarchio Bituricenſi. Iacobus piiſſimus Eremita, de quo ſupra, prædixit obitum ſancti Rodulfi:* cujus providentia ſic Bituriges gubernabantur, ut à cunctis Pater patriæ eſſet vocatus.

A D

DE SANCTO RAYMUNDO

EPISCOPO ROTENSI ET BALBASTRENSI

IN ARRAGONICO HISPANIÆ REGNO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D.P. De duplici ejus Episcopatu, Vitâ bis à coævo scriptâ, cultu veteri & hodierno.

ANNO MCXXVI

Veteribus Episcopatibus sub Carolo M. instauratis,

B

IDem *Carolus Magnus, cujus auspiciis vicinior Galliis Hispania Tarraconensis, hodiernam Aragoniam Catalauniamque complexa, Saracénis erepta fuit; merito creditur restituendæ ibidem Hierarchiæ allaborasse, sua apud Apostolicam Sedem auctoritate; ut sub uno instaurarentur episcopatus sex, quibus accederet novus unus in oppido* Rota *vulgo* Roda, *medio fere loco inter Oscam & Urgellum antiquos Episcopatus. Sed cum eidem regioni præfecti Comites, non omnes pari felicitate rem gererent; & Regum Carolingorum curæ, promovendo stabiliendoque versus Septemtrionem cum religione Imperio magis intenderentur; ac denique divisum à Regno Imperium, Francorum potentiam vehementer immunitam reliquisset, sic ut ipsi se contra irruentes à Septemtrione Normannos agre tuerentur; pleraque iterum sub potestatem Saracenorum reciderunt; virtute indigenarum Principum paulatim recuperanda. Inter ea sic recuperata etiam fuit* Rota; *quam Rex Aragoniæ Ramirus, anno* MXL *Urgellensi Episcopatui denuo adjunxit quasi ex ordinatione Ludovici Pii, qui illi subjecerat omnes ecclesias Ripacursiæ intra quem Comitatum etiam* Rota, *illius caput comprehenditur. Etenim in diplomate desuper confecto dicit Rex ille,* quod Rota diu fuerit possessa ab infidelibus; sed tempore patris sui Sancii recepta à Christianis. *Ita Zurita lib.* 1 *Annalium Aragonensium cap.* 17, *cum antea cap.* 9 *dixisset, quod anno* DCCCCLV Rotensis primus Episcopus *fuerit ordinatus* Odissendus, filius Raymundi

C

Comitis Ripagortiæ quartogenitus, & ab Archiepiscopo Narbonensi (*Tarracona enim adhuc sub Saracenis erat*) receptus in Suffraganeum, dedicataque Rotæ Cathedralis in honorem S. Vincentii Martyris.

addita Rota, & rursus ablata,

2 *De ordine Episcoporum sequentium, per annos exinde centum, nihil apud Zuritam lego cap.* 19, *nisi quod cum Urgellensis Comes Armengoldus, anno* MLXV, *obsidione cinxisset* Barbastrum (*civitatem potentem & quasi mediam inter Oscam ac Rotam, atque compescendis barbaris Oscam tenentibus, oportunissimam*) *post Comitis mortem captum Rex Sancius Raymundi filius dederit* Salomoni Rotensi Episcopo: *in quo tamen non nihil difficultatis idem Zurita invenit, eo quod tempore Ramiri Regis, qui obiit anno* MLXIII, *& aliquanto post, Episcopus* Rotensi *fuerit* Arnulfus. *Verum hinc non aliud sequitur, quam quod in Vita S. Valerii docet Abbas Carilius apud Aynzam, duos fuisse* Arnulfos, *inter quos medius sederit* Salomon, *& quorum primus anno* MXXXII *cum titulo* Episcopi Ripæcursiæ *interfuit Synodo Pampilonensi, ac deinde Giennensi anno* MLX; *alius Salomoni, non multorum anno-*

sicut proprium Episcopum habebat an. 955.

ita recepit sec. 11, *Balbastrenses etiam Episcopatu auctum,*

rum Antistiti successerit; deinde Raymundus Dalmatius, *& postea* Pontius. *Hic anno* MCI, *à Rege Petro, post iterum receptum de Maurorum potestate* Balbastrum, *missus Romam est; Paschali* II *persuasurus, ut illuc pateretur transferri Sedem Episcopalem, cui* Rota *subjungeretur. Hinc Pontii successor* Raymundus, *cujus causa hæc agimus, tam in propriis quam in Romanorum Pontificum litteris, simpliciter scribitur* Balbastrensis Episcopus; *etsi, ad querelas Canonicorum Rotensium, deinde constitutum sit, ut utriusque Capituli electione crearentur Episcopi, & utroque titulo dicerentur; quod tamen ultra* Raymundum *non valuerit, ut ex vita intelligetur.*

Sub Pontio Sancti decessore,

E

3 *Utramque simul Ecclesiam, & totum Ripacursiæ districtum regere incepit* Raymundus *anno* MCIV, *&* Sedit in Episcopatu (*ut habet Vita*) annis XXI, mensibus VIII, diebus XX, *defunctus* XI Kal. Junii anno Domini MCXXVI, *adeo ut illius inthronizatio, unde mensura temporis ducitur* (*nam consecratio postea accidit, ut infra constabit*) *inciderit in* II *Octobris, qui dies jam dicto anno, per cursum litteræ Dominicalis* B, *Dominicus erat. Merito autem non tacuit Vitæ scriptor titulum* Rotensis: *quippe qui & antiquior erat, & citra controversiam Sancto mansit, usque ad vitæ finem. Balbastrensis autem Ecclesiæ possessione vi expulsus idem per Stephanum Oscensem Episcopum, potentiâ Alfonsi Regis subnixum, anno Episcopatus sui* IX; *numquam ad eam vivus rediit, sed Oscæ mortuus, Rotam delatus est sepeliendus. Raymundo,* Stephanus; *huic* Petrus *dicitur successisse: cui cum Alphonsus Rex, motus calamitoso exitu Stephani Oscensis & S. Raymundi miraculis, restitui jusserit Balbastrensem Ecclesiam, eoque mortuo electus sit, sed non ordinatus* Ramirus, *monachus S. Pontii Tomeriarum, Regis frater, mox anno* MXXXIII *factus Rex ipse, dispensante cum eo Romano Pontifice; apparet illos duos non integrum septennium gessisse titulum utriusque vel alterutrius Ecclesiæ, quem exceperit illis suffectus* Gaufridus.

cui his suffectus an. 1104, *obiit* 1126.

Balbastrensi Sede à Stephano Oscensi pulsus an. 1113.

F

4 *Hic primas sui muneris curas videtur consecrasse honori sui decessoris Sancti, talem enim probabant miracula; atque Canonizationis causam Romæ acturum, ante omnia curavisse Vitam scribendam per quemdam ecclesiæ suæ Theologum, uti etiam ex Cæsar-augustani nostri Collegii Membranis olim accepit Roswеydus noster à P. Petro Castelarnau, cum hoc titulo,* Vita Beati Raymundi, Rotensis & Balbastrensis Episcopi. *Hâc Vitâ Romæ lectâ, cum variis testium juratorum depositionibus, obtenta Canonizatio est; utique ab* Innocentio Papa II, *idque verosimiliter intra decimum ab obitu annum; siquidem Ramirus Rex præfatus, non dedignatus propriæ suæ ad eumdem Episcopatum electionis subscribendo meminisse, dicit,*

post scriptam ab Ebendam coævo Vitam canonizatus,

AUCTORE D. P.

æra MCLXXIV, *id eſt anno Chriſti* MCXXXVI facere ſe cartam Donationis & Confirmationis Domino Deo, & ſancto Vincentio, & ſancto Raymundo, & omnibus Sanctis, qui in eadem eccleſia adorantur. *Ubi tamen ſi quis velit* Sanctum *dici, necdum quidem Canonizatum; ſed interim, dum cauſa maturius expenditur, coli Rotæ permiſſum; oporteret tamen: ut idem Innocentius, qui obiit anno* MCXLIII *die* XXIV *Septembris, ſaltem extremo Pontificatus ſui tempore illam definierit ſi certo conſtaret quod quando prædictus* Gaufridus *Epiſcopus, iſto anno* animum erexit ad elevandum corpus B. Raymundi, *eum* jam ſummus Eccleſiæ Pontifex canonizaverat, *prout legitur in altera Vita apud Tamayum, eidemque Eliæ auctori adſcripta; ſed revera multo recentius interpolata, & iſto de Tranſlatione additamento aucta diu poſtea, atque adeo fidei non valde magnæ.*

atque an. 1143 electus à Gaufrido Epiſc.

5 *Ea in Barbaſtrenſi Ms. inventa fuit hoc ſeculo ſub hujuſmodi titulo,* Acta S. Raymundi, Epiſcopi Barbaſtrenſis & Rotenſis, Confeſſoris, ab Helia Doctore Theologo ſcripta: *qui titulus vel ſolus ſufficit ad dignoſcendam ætatem longe minorem ætate Eliæ. Interim, ut genuinum ejus fœtum eamdem vitam ſumpſit, Hieronymus à S. Joſeph Carmelita excalceatus, ſuique Ordinis Hiſtoriographus, & Joanni Tamayo Salazar miſit; inſerendam (uti inſerta eſt) Martyrologio Hiſpanico, ad hanc* XXI *Junii. Primam hic dare placet; ex poſteriori vero referre ad Annotata, quidquid interpolator de ſuo addidit; non ſine erroribus, ex eoque accipere elevati corporis hiſtoriam. Eiſdem Annotatis locupletandis ſerviet liber* 2 *rerum Oſcanarum, qui eſt de Sanctis illius eccleſiæ, nonnullum jus habentis in hunc quoque Sanctum, apud ſe mortuum. Eum librum an.* 1619 *Oſcæ vulgavit Franciſcus Didacus de Aynza & Triarte, civis Oſcanus, qui profitetur illam accepiſſe* ex antiquis Breviariis, *Oſcano, Ilerdenſi, & Cæſar-auguſtano, in quibus omnibus etiam cum Octava celebrandus præcipitur* S. Raymundus; *itemque* ex libro Domni Michaëlis Cerciti Epiſcopi Balbaſtrenſis, quem inſcripſit Regi Philippo II, ſub titulo inſtaurationis Eccleſiarum Aragonicarum, cum hiſtoria primorum Epiſcoporum Barbaſtrenſium, uſque ad Ramirum II Regem; ubi prolixe deſcribitur Vita Sancti iſtius Prælati: *ipſa (ut mihi quidem ex Interpolationum ſtylo atque ætate videtur) quam Eliæ nomine Tamayus dedit.*

ea Vita hic editur primigenia,

cum additamentis alterius apud Tamayum

6 *Quod autem de ejuſdem publica in eccleſia Barbaſtrenſi adoratione, aſſerentem audimus prædictum Regem, id confirmari ait Aynza cap.* 44 depoſitionibus octo vel decem teſtium, qui omnes eum noverunt dum viverent, aut ex iis qui noverant audierunt: *& in margine iterum allegatur* Epiſcopus Cercitus in Vita, *ut is videatur habuiſſe Proceſſum, in ordine ad Canonizationem formatum. Meminit Michaëlis in ſua Bibliotheca Hiſpanica Nicolaus Antonius, eumque ait primum obiiſſe anno* MDXCV; *ſed putat numquam edidiſſe quæ ſcripſit; ut iis obſtetricantem manum adhuc optemus; quæ ſimul etiam in lucem protrahat, vel nobis ſaltem tranſcriptum communicet, Proceſſum iſtum pro ſupplemento. Videre ſimiliter velim Annales Arragoniæ alios, etiam Hiſpanice ſub annum hujus ſeculi* XX *editos à Canonico Cæſar-Auguſtano, Vincentio Blaſio; in quibus prolixius etiam Sancti vita deſcribitur, cum mentione illius in Barbaſtrenſi Archivio ſervatæ: quod de ſecunda intelligendum puto: nec tamen vel ex illa vel ex priori conſequi, Barbaſtrenſi, potius quam Rotenſis Eccleſiæ Canonicum fuiſſe* Eliam *ſi id revera fuit. Unde autem Bollando noſtro ad* XXVIII *Januarii, de S. Valerio Cæſar-auguſtano commentanti, ſuggeſtum fuerit, ut num* 24 *ſcriberet, eumdem Eliam* poſtea etiam Epiſcopum *factum, necdum comperi; nedum nomen Sedis, ad quam fuerit ordinatus. Sed neque Nicolaus Antonii Tom.* 2 *Veteris Bibliothecæ Hiſpanæ prolixe agens de S. Raymundi Vita per Eliam ſcripta huic alium titulum quam* Canonici *Rotenſis tribuit.*

cum ſecuti Aynza & Morales Hiſpanice.

sub an. 1590 priorem interpolantis:

7 *Porro* Raymundi *in eccleſia etiam Ilerdenſi colendi cauſa (ſi neſcis) eſt, quod receptam anno* MCXLIX Ilerdam, *vulgo* Leridam *antiquarum ſub Romanis Cathedralium unam, permiſerit Eugenius* III *Pontifex priſtinæ reſtitui dignitati, & Rotâ,* XI *leucis Hiſpanicis diſtante, ſic referri Sedem, ut qui primus eo tranſiit Willelmus Perez, Gaufridi ſucceſſor, nonnullique poſt illum alii, ſcripſerint ſe* Elerdenſes & Rotenſes Epiſcopos, *omiſſo Barbaſtrenſis Eccleſiæ nudo & inſtructuoſo ac ſemper antea litigioſo titulo quem una cum reditibus pergebant retinere Oſcenſes Epiſcopi, & retinuerunt uſque ad annum* MDLXXII; *quando Barbaſtrenſis & Giennenſis Eccleſiæ, ab Oſcana abjunctæ, proprios iterum cœperunt habere Epiſcopos. Quamdiu autem Ilerdenſes Epiſcopi perrexerint ſeſe etiam Rotenſes ſcribere; non habeo compertum; ſolum video in accuratiori Topographia Hiſpaniæ, oppidum* Rotæ *ſignari* Pedo, *non autem Mitra, quibus ſignis Abbatiales ab Epiſcopalibus eccleſiis diſtinguuntur.*

Ilerdam cum Sede tranſiit cultus Sancti an. 1149

8 *Ceterum, ſive Rotenſis eccleſia Monachos Regulares nunc habeat, ſive* Canonicos *ſeculares, quorum Præpoſitus Pedo etiam utatur; dubium nullum eſt, quin ipſa quæ corpus ſacrum poſſidet, Sanctum adhuc ſolenniſſime cum Octava colat, etiam poſt receptum uſum Romani Breviarii, qui alibi ipſum ceſſare fecit; poſtque abolitos ideo proprios Hymnos, quos apud Tamayum legere eſt. Nam etiam Barbaſtrenſis Eccleſia idem facere cœpit, poſtquam anno* MDXCV *ex Rotenſi accepit os brachiale majus, à cubito ad humerum, quod prænominatus Epiſcopus Michaël, celeberrimo cum apparatu excepit die* X *Aprilis. Hic tamen dies non eſt deinceps feſtus ibi habitus, ſicut nec Rota perſeverat ordinare feſtum tranſlati Corporis,* XVI *Novembris; ſi tamen hoc olim unquam fuit in uſu. Porro hujus Sancti etiam Vitam tradit Marietta in Hiſtoria Sanctorum Hiſpaniæ: ex quo & ex Ambroſii Moralis lib.* 16 *Hiſt. Hiſp. ejuſdem notitia etiam tranſit in Catalogum generalem Philippi Ferrarii. Martyrologii quoque Gallicani ſupplementum cum amplo elogio meminit* Raymundi *quia ſcilicet in Toloſana diœceſi natus, atque ex eccleſiæ S. Saturnini Priore, factus Epiſcopus fuit.*

præcipuus autem manſit Rotæ ubi corpus;

unde os brachiale Barbaſtri habetur ab an 1595.

A

ACTA

Auctore Elia coævo.

Ex Ms. noſtri Collegii Cæſar-auguſtani, collata & ſuppleta ex recentioribus, è Ms. Barbaſtrenſi à Tamayo excuſis.

PRÆFATIO.

Vita poſterior novitatem etiam præfert in titulis,

1 REverendiſſimo & dilectiſſimo Domino ſuo Gaufrido, Dei nutu Rotenſi ſeu Barbaſtrenſi Epiſcopo, Helias, inter ſervos Chriſti utinam minimus, inacceſſibilem gloriæ coronam. *Ita Cæſar-auguſtanus Codex, à cujus ſtylo mirum quantum diverſo & Barbaſtrenſis interpolator, ſic exordiens*: Reverendiſſimo atque colendiſſimo Domino meo, Gaufrido, Dei nutu Barbaſtrenſi atque Rotenſi Epiſcopo, per
B Regem Raminum electo & præſentato, & per Innocentium II Pontificem confirmato. *Id præterquam quod ſeculi iſtius non ſit, ſoliti nomini ejus cui ſcribitur, nomen ſcribentis humiliter ſubjicere, cum alicujus boni ſpiritualis apprecatione; novitatem inſuper ſuam eo fatetur, quod Regiæ electionis & præſentationis, Pontificiæque confirmationis meminerit, & juxta mores hodiernos; cum illo tempore, ſicut recte obſervat Aynza, ſola Cleri populique electio, Regio roborata aſſenſu, & ſubſequenti per Comprovinciales Epiſcopos ordinatione completa, Epiſcopum conſtitueret, qui uſque ad eam ſolum diem dicebatur* Electus. *Epiſtola, ſalutationem ſequens in Cæſar-auguſtano Ms. ſic legitur.*

prioris vetuſtatem ſtylus probat,

2 Quoniam Excellentia veſtra puſillitati meæ dignata eſt injungere, beatiſſimam Vitam Raymundi ſtylo in poſteros tranſmittere; feci pro modulo meo, quod potui, licet impolite, ſervata tamen in omnibus veridica ſerie: quod magis explevi veſtro parens juſſui, quam verborum ſtudens ſplendori vel cultui. In tali namque materia pedeſtris & ſimplex oratio eſt neceſſaria, non ſermonum folia vel luculentia. Quia ſacra & Orthodoxa Dei Eccleſia, dum peregrinatur in terris, quaſi
C quibuſdam radiis, ita Sanctorum illuminatur exemplis. Atque ſic dignum eſt ſtylo commendari vitam Beati Raymundi, Barbaſtrenſis Antiſtitis, de cujus alma vita, & miraculis eximiis, & plurimis, pauca ſummatim & ve-
Dan. 12, 3 raciter perſtringemus, Chriſticolarum causâ ædificationis. Hujuſmodi namque ſublimes & cæleſtes viri, ſplendor & ſtellæ firmamenti; & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

multum alteratus ab interpolatore.

3 *Barbaſtrenſi Ms. quod Epiſcopi Cerciti eſſe cenſeo, eamdem Epiſtolam invertit, quoad ordinem, multum; non multum quo ad ſenſum verborum; quæ tamen viſum eſt ſpecimen reliquæ interpolationis hic ſubdere.* Quia Excellentia veſtra, mota Dei ſpiritu, cum Propheta divino, quia Sancti Dei ſunt ſicut ſplendor in perpetuas æternitates; & quia ſacra & catholica Eccleſia, dum peregrinatur in terris, quaſi quibuſdam radiis ſolis, ita Sanctorum illuminatur exemplis; ideo dignatus eſt mihi, in Heliæ nomine minimo Doctorum Theologo, D præcipere, ut vitam ſancti Raymundi, Epiſcopi Barbaſtrenſis & Rotenſis, cujus Cathedram veſtra Excellentia obtinet, ſtylo in poſteros tranſmitterem ſive deſcriberem. Utinam ſufficiens eſſem! ſed malo veſtro obedire juſſui, quam inobedientiæ labe corrumpi. Et in hac ſcriptura non ornatus ſermonis, ſed ſimplex oratio ſit neceſſaria; non folia verborum, ſed luculentia. Feci etiam, ut ipſo S. Raymundo intercedente apud Deum, ego, cum ſequentibus eum, immarceſſibilem poſſimus conſequi gloriam: pro qua habenda, ejus vita, exemplum & regula nobis eſt neceſſaria. De cujus alma vitâ & miraculis eximiis, & plurimis, pauca ſummatim & veraciter perſtringemus Chriſticolarumque causâ exhortationis. *Hactenus Præfatio Vitæ poſterioris, quam in hoc opere noſtro, primigenia ſectante, non puto magnopere deſiderandam. Pergo igitur cum primo contextu.*

PARS I.

E

De Vita priori Raymundi, Ordinatione & Adminiſtratione Epiſcopali.

4 BEatus itaque Raymundus, quantum ad *a* ſeculare ſtemma, Regali & Conſulari *a* parentela claruit, in Toloſana Diœceſi; de Urbano *b* oppido, ex parentibus illuſtriſſimis *b* editus fuit: ſacras ab infantia litteras didicit. *Excelſo genere natus* Inde à parentibus abſtractus in militia ſeculari adhuc puer aliquamdiu militavit. Tandem ad litterarum ſponte rediit ſtudium, atque in Beati Antonini *c* Fredalacii religioſa Eccleſia oblatus à parentibus, Canonicæ normæ devote ſubiit jugum; juxta illud euangelicum: Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. Uti divina inſpirante & cooperante gratia, cœpit etiam in annis pubertatis ſeniliter vivere, atque in altiora ſe extendens, de virtute in virtutem gradiendo, tamquam divinus athleta, quotidie proficere; juxta illud ſapientiſſimi Salomonis, Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque in perfectum diem. Carnem ſpiritui rebellem ſatagebat inedia edomare, ejuſque motus, & concupiſcentias rationi omnino ſubjugare, ſecundum illud Apoſtoli; Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.

c Luc. 9, 23

Prov. 4, 18

Gal. 5, 24

F

5 Cumque eſſet præ ceteris commilitonibus peritia, facundia, religionis arduitate præditus; erat tamen omnium mitiſſimus & humilliſſimus; memor illius Dominici dicti: Diſcite à me quia mittis ſum & humilis corde; & Qui voluerit inter vos eſſe primus, erit omnium ſervus. Unde cum ejus ſanctiſſimæ vitæ bonus odor, ac laudiflua opinio circumquaque clareſceret, à Beatiſſimi Saturnini Toloſanæ Eccleſiæ Canonico cœtu in Priorem unanimiter eligitur, inſtanter poſtulatur, atq; cum totius cleri ac populi univerſali favore, ſolenniter promovetur. Huic vero inter cetera divinitus collata chariſmata, elegantis exhortationis ſpecialis inerat gratia: quam plurimos namque à morte reſuſcitavit vivos, & ſpirituali prædicatione. Elapſis interea plurimis *d* annis, *d* venerandæ memoriæ Pontius Præſul Barba-

Matth. 11, 29 & 20, 27.

tum Prior S. Saturnini Toloſæ,

ſtrenſis

A ſtrenſis exuens hominem *e* evaſit ergaſtulum
e carnis : poſt cujus lacrymabilem deceſſum Canonici Rotenſes, *f* quorum erat in Barbaſtrenſi Eccleſia Pontificem eligere & ſubſtituere,
abſenſque eligitur Epiſcopus: venerabilem Raymundum unanimiter & conſonanter elegêre; concedente Petro Aragonum glorioſo Rege, ſimulque congaudente omni circumquaque regione. Ejus quippe vitæ atque doctrinæ famam celeberrimam audierant;
caſu præſens ideoque tam honeſtum, tam humilem ſibi Paſtorem univerſaliter optabant.

g 5 Interim vero dum ipſe *g* ſub alia occaſione, de Pontificatu penitus ignorans, ad Hiſpaniam de Tolоſatibus partibus adducitur;
h Rex Petrus temporali vita privatur *h:* Illefonſus frater ejus regno potitur. *i* Cum autem
i felicis memoriæ Raymundo, à Clero & à Rege, atque ab Optimatibus regni de Præſulatu ſuſcipiendo perſuadetur, licet virtutibus
k pollens renititur & reluctatur. Tamen *k* in vitus Barbaſtrum introducitur, atque in Epiſcopali Cathedra communi omnium voto &
l exclamatione inthronizatur. Deinde *l* à
B Bernardo, Eccleſiæ Toletanæ Primate venerabili
atque à Rege perſuaſus ordinatur: ſanctæque Romanæ Eccleſiæ legato, & à comprovincialibus Coëpiſcopis canonice conſecratur. Quo peracto ad ſedem propriam regreſſus, cœpit in ſolicitudine præeſſe, diœceſim ſuam viſitando perluſtrare, oves Dominicas diligenter paſcere, in agro ſibi commiſſo diſperdere & deſtruere; evellere & diſſipare, ædificare & plantare. Non enim poſſunt ædificari bona, niſi prius deleantur mala; neque plantari optima, niſi eradicentur peſſima: prius etiam extirpanda ſunt vitia, deinde inſerendæ virtutes. Cumque nonnulli, maxime his diebus in quibus tempora inſtant periculoſa, ſoleant honoribus intumeſcere, divitias coacervare, deliciis diffluere: vir ſacer è diverſo ſtu-
& dignus eo gradu virtutibus æmicat. duit humillime miniſtrare, volens magis prodeſſe, quam præeſſe, res ſuas egentibus erogando in cælo theſaurizare, carnem ſolito arctius cohibere, veſtem cilicinam ad carnem clam & occulto induere. Hac enim vix octo annis aſpera uſus veſte, uno tamen conſcio ſecretario ſibi cuſtode: Non quæ ſua eſſent
C quærebat, ſed quæ Jeſu Chriſti, vel quæ ad utilitatem pertinerent proximi. Juxta illud Apoſtoli; Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed
m quod alterius *m*.

ANNOTATA D.P.

Raymundi genus regale & comitile. a Conſules *etiam dici, quos vulgo* Comites *appellamus, notiſſimum eſt : quod autem ex* Toloſanis Comitibus *genus duxerit* Raymundus, *veroſimile reddi poteſt ex cognomento* Guillermi, *quod ei nonnumquam in publicis ſcripturis additum reperitur, ut diſtinguatur ab ejus nominis* I Raymundo Dal Matii. *Fuit autem* Guillermus IV, *Toloſæ Comes* XIX *matrimonio junctus primæ uxori ſuæ Mantili, (ut eſt apud Catellum de Comitibus Toloſanis pag.* 121) *ante in annum* 1067. *Ex illa igitur genuiſſe potuit, præter alios liberos, etiam hunc* Raymundum, *qui ſic fuiſſet pronepos Guillermi* III, *matrimonio juncti (ut exiſtimat Catellus pag.* 103) *Sanciæ filiæ Regis Aragonum Raymiri : atque ita etiam ex Regibus ortus fuerit* Raymundus; *ut taceam de avia paterna Almodi Carcaſſonenſi nobiliſſima Comitiſſa, Pontii* III *uxore, quæ illi Guillermum* IV *ac Raimundum genuit, ut ab hoc de ſacro fonte ſuſceptus noſter nomen* Raymundi *accepiſſe potuerit.* D

b *Ita dividendum cenſeo, quod Tamayus conjunctim legit,* Deurbano : Durbanum *enim, quod in ecgrapho noſtro legitur, nullum eſt,* Urbanum *autem, vulgo* Orbans, *nunc ad Albigenſem diœceſim ſpectans, abeſt Toloſâ leucis dumtaxat* 12 *ad Orientem.* *patria*

c *Ms. Tamaji* Freda-lici; *Antonius Bertrandus in Geſtis Tholoſanorum fol.* 22, *de variis S. Antonini Mart. appartionibus agens;* Fuit, *inquit* in Fredalecenſi eccleſia (ubi corpus glorioſi Martyris Antonini ultra flumen Aregiæ venerabiliter dudum humatum quieſcebat) quidam Abbas, nomine Sulpitius. *Fluvius autem iſte, vulgo* l'Auriege, *à Coulonenſi Toparcha inter fluvios Galliæ ſic deſcribitur :* Vix egreſſus Mureto Garumna, duabus ſupra Toloſam leucis, dextero latere Aregiam excipit. *Papirius Maſſonus* Aurigeram *mavult appellare. Hinc intelligo, illam S. Antonini eccleſiam non procul à Toloſa requirendam; licet nomen nuſquam reperiatur in tabulis, fortaſſis cum ipſa Abbatia extinctum : nam neque hujus ullam invenio mentionem apud Sammarthanos tom.* 4 *Galliæ Chriſtianæ, vel Petrum du Val in Alphabeto Abbatiarum Franciæ. Colitur autem iſte* S. Antoninus 2 *Septembris.* *monaſte-rium,* E

d *Hinc datur facultas conjectandi* Raymundum, *ſaltem quinquagenarium fuiſſe, quando electus Epiſcopus eſt, & ſeptuagenario majorem obiiſſe.*

e *Anno, ut dixi,* 1104.

f *Apud Tamayum cetera ſic amplificata leguntur :* Canonici Rotenſes [ut Regulares], quorum [conſuetudo] erat in Barbaſtrenſem eccleſiam [ſive Sedem] Pontificem eligere & ſubſtituere [quod etiam per Privilegium Regis Sancii & Petri ejus filii, eis conceſſum conſtat], venerabilem Raymundum unanimiter & conſonanter [cum Canonicis Barbaſtrenſibus] elegerunt. *Cerciti hæc eſſe interpolamenta, vix centum annis antiquiora merito judices; aſſumuntur autem ab eo quâdam, quamdiu deeſt idonea probatio, vix credibilia.* 1. *Quod Rotenſis adeo recens Eccleſia, ita cito eguerit reformatione, per* Regulares *Canonicos inducenda : mihi autem veroſimilius eſt, Regulares Rotam introductos diu poſt Sedis tranſlationem Ilerdam, cum per Epiſcoporum abſentiam diſciplina defeciſſet.* 2. *quod jam tum fuerit fundatum* Balbaſtri *Canonicorum Collegium, nam veroſimilius cenſebitur illud manſiſſe Rotæ, cum jure electionis : idque non ſolum ex privilegio Sancii, qui Rotæ Capitulum fundavit; ſed imprimis Petri, Balbaſtrum transferentis Sedem, cum quamminima poterat Capituli Rotenſis injuria. Quid autem mirum, ſi in Cathedrali anno* 1101 *primum conſtituta, anno poſt tertio necdum fuerint Canonici? Utinam vero dictorum Regum conceſſa Rotenſibus privilegia aliquis protuliſſet!* *à quibus electus,* F

g *Additur apud Tamayum* Per litteras à Rege Petro ei miſſas; *divinatio hæc eſt; aliæ multæ cauſæ & communia Arragonenſium Regum atque Aquitanorum Comitum inter ſe negotia & connubia,* Raymundum *potuerunt in aulam Regis Petri adducere, abſque ejus litteris; nec prima illa fuerit in Aragoniam profectio, qui licet abſens, jam ſic cognitus Rotenſibus Canonicis erat, utrimque genus Regale ac Conſulare ducens.* *an Toloſa vocatus,*

h San-

A h Sancio *patri in obſidione Oſcana, an.* 1094, 14 *Junii, ſucceſſit filius* Petrus; *qui anno* 1104, 28 *Septembris moriens, regnum fratri* Ildefonſo, *ſive* (*ut alii paſſim ſcribunt*) Altonſo, *reliquit; hic vero per matrimonium cum Urraca, regnorum Caſtellæ & Legionis herede, factus potentior; ad incitationem Afonſi ſoceri,* Imperatorem Hiſpaniarum *ſeipſum intitulavit, ac deinde in hiſtoriis eo cognomento diſcretus ab aliis fuit.*

quomodo adductus in Aragoniam?

i *Additur alibi:* Sed cum venerabilis Epiſcopus non accederet, Canonici Barbaſtrenſes curiam ejus [*Alfonſi*] adeunt; venerabilem Raymundum repetunt, & eum in Epiſcopum ſibi dari exorant dictum Regem Ildefonſum ſeu acquirunt. *Epiſcopus ſcilicet Barbaſtrenſis Sarcitus Barbaſtrum vertit, quod Rotenſium erat. Vix etiam eſt veroſimile, quod hi* Raymundi *electionem, necdum ratificatam à Petro, Alfonſo ſucceſſori ratificandam obtulerint; ſiquidem inter Petri mortem & Raymundi inthronizationem vix quatriduum interceſſit. Tempore autem tam occupato quam eſſe ſolet tempus ſucceſſionis regiæ, adeo celeriter expediendum non fuiſſet negotium, ſi quod ſupererat. Eſt ergo veroſimilius, Petro quidem adhuc vivente, miſſos ad conſenſum Electi requirendum Toletum à Rotenſibus nuntios; ſed eodem tempore, & ſub mortem Regis Petri ipſummet veniſſe ad Curiam, alia ex cauſa, quem ſucceſſurus Petro Alfonſus ſine mora juſſerit Barbaſtrum duci, ut inthronizaretur (quod factum ſit quarto à Petri morte die, indeque illi cœperit Sedis tempus numerari) feſtinandi autem cauſa fuerit, ut ſaltem tamquam* Electus, *licet necdum conſecratus, Regiæ coronationi poſſet aſſiſtere.*

B

an confirmatus à Papa?

k *Iterum additur* tamen [Dei nutu acceptavit, litteræque Regiæ electionis & approbationis, cum aſſenſu Electi, Paſchali II mittuntur. Qui ſummus Pontifex Paſchalis, dictum Raymundum in Epiſcopum Barbaſtrenſem confirmat; ut Pontium, Barbaſtrenſem & Rotenſem, per Regem Petrum electum & præſentatum, confirmaret. Quibus bullis acceptis, quaſi] invitus. *Hanc interpolationem convici falſitatis, ex illorum temporum uſu contrario: nunc de novo accedit, quod* Raymundum *elegiſſe & præſentaſſe fingatur* Alfonſus, *& confirmatorias Bullas recepiſſe Raymundus, quibus tamen impetrandis non dico tres dies, ſed tres menſes vix ſolent ipſiſmet Italis, nedum Hiſpanis ſufficere*

C

à quo & ubi ordinatus?

l *Sequentia ſic invenio Barbaſtri amplificata.* Deinde [Petro Pampilonenſi Epiſcopo, ſuo in corrigendis exiſtente magiſtro, cum ſuis Bullis, ſocio accepto, Bernardum, Toletanæ Eccleſiæ Primatem, S. R. E. Legatum, ob benedictionem & confirmationem ab eo, cum Epiſcopis comprovincialibus, accipiendam adiit: à quo Bernardo jam dicto canonice conſecratur. Peractaque dicta conſecratione, Petrum Epiſcopum Pampilonenſem, ſocium ſuum, in Sede ſua Pampilonenſi dimiſit, & ad Sedem ſuam] regreſſus, cœpit &c. *Tamayus, in Notis ad* VII *Aprilis, Catalogum texens Epiſcoporum Pampilonenſium,* Petrum, *ejus nominis primum, ſedere facit ab anno* 1084 *ad* 1115; *qui licet in eo videatur falli, quod dicat etiam Rotenſem fuiſſe (nec enim ei locus invenitur) non poteſt tamen falli nec fallere pro anno* 1096, *quo Concilio Claromontano idem Petrus interfuit; &* 1100, *quo illius epitaphium ſcribit ab eo cœptam fabricari eccleſiam S. Mariæ; niſi Petrum iſtum*

quis oſtendat in duos ſecandum, quorum poſterior ſit cum S. Raymundo *ordinatus. Sed minor hac difficultas: quia facilius creditur auctorem longe poſt ſcribentem erraviſſe, quam coævum, qualis fuit Elias. Hic tamen revera dicit,* Raymundum *ordinandum ſeſe ſtitiſſe Bernardo Toletano, Legatione Apoſtolica tunc fungenti & in hoc magnam difficultatem invenit Aynza, quod Ordinationem* Raymundi *putet factam eodem fere tempore, quo Petrus obiit & Alfonſus ſucceſſit; neque inveniat tempus quo Toletanus in Aragonia fuerit, uſque ad nuptias Alfonſi cum Urraca Caſtellana celebratas anno* 1106: *ſiquidem is à* Regis ſenis latere, *ut ait Mariana,* non diſcedebat, *auctor ipſi maturandarum nuptiarum iſtarum. Sed fruſtra hic ſe torquet Aynza, atque conatur perſuadere ordinandum* Raymundum *ad ſummet Metropolitam Auſonenſem ſeu Vicenſem Epiſcopum (Arnaldus hic erat ab anno* 1096 *ad* 1116) *acceſſiſſe, penes hunc enim tunc reſidebat jus & titulus Tarraconenſis Archiepiſcopatus, eo necdum à Saracenis recuperato. Verum prima vita dicit non fuiſſe tunc in Aragonia Primatem, & ad hunc expreſſe mittit* Raymundum *ſecunda Vita. Quid autem prohibet opinari, Alfonſum, de uxore ducenda ſolicitum, quæ ſpem ſibi afferret extendendi etiam in Caſtellam & Legionem imperii, voluiſſe honorem iſtius conſecrationis delatum Primati, cujus imprimis favore egebat? & prætextu conſecrationis petendæ, miſiſſe in Caſtellam* Raymundum, *cum uno alterove ex Aragonia Epiſcopo? ſane inanis tituli fundatique in eo juris non debet credi vis tanta fuiſſe, apud Regem juvenem & ambitioſum, ut ſua regnique commoda eidem poſthaberet, vel contra mutire auderet Auſonenſis ſeu Vicenſis Arnaldus.*

D

m *Iterum additur:* Regulam regularem cum ſuis Canonicis Barbaſtrenſibus & Rotenſibus, tam in victu quam in veſtitu, non habens aliquid proprium, ut quiſque eorum obſervabat; nolens miniſtrari, ſed miniſtrare, juxta doctrinam Jeſu Chriſti. *Nobis non videntur* Regulares *fuiſſe hi vel illi,* Albaſtrenſes *autem primum forte inſtituit* Raymundus. *Certius eſt quod Aynza aſſerit, de pluribus eccleſiis ab eo conſecratis primum aut reconciliatis. Ritum ſpecialem ipſe ex veteri Rituali ponit pag.* 316, *& authentica adfert altaribus incluſa in memoriam actæ rei; Allerii, in quorum primo nominatur* Raymundus Guillermi.

E

F

EMBOLISMUS RECENTIOR

De Raymundi à Barbaſtrenſi Sede expulſione & tranſlatione brachii S. Valerii.

7 HIs bonis operibus vacando, perſtitit Venerabilis Epiſcopus in Sede ſua Barbaſtrẽſi annis plurimis *a* pacifice, donec invidia, quæ primum hominem à proprio dejecit ſolio, movit Stephanum Epiſcopum Oſcenſem; ut perſequeretur & comprehenderet Virum ſanctum Epiſcopum Barbaſtrenſem, Sedem, Civitatem, & Epiſcopatum ejus; & divideret ſpolia, ut impleretur anima ejus, ut in Cantico Moyſi habetur, dicente: Dixit inimicus &c. & ſic opere complevit, & manu armatâ, & brachio ſecu-

a Cap. 3.

Violenter ab Epiſcopatu ejectum,

A lari ſecum inducto horribiliter, & ſine miſericordia, dictam Civitatem Barbaſtrenſem
Ex. 15,9 invaſit; & de Eccleſia Barbaſtrenſi, manu tenentem cornu altaris, & à Civitate, ipſum Raymundum expulit, atque atrociter expoliavit. Qui Sanctus Dei cum inde ſpoliatus, pedeſter, diſcalceatus, & nudatis pedibus exiiſſet, condolente & ſequente communi plebe Chriſtianorum, Iudæorum, & Saracenorum, uſque ad locum prope Civitatem, qui dicitur Podium ſuſpenſorum: omnes lacrymantes & miſeram ſortem deflentes venerabilem Epiſcopum conſolabatur,
Gen. 23. & prædicabat eis; & poſt prædicationem, ut ſolitus erat, dedit eis benedictionem Epiſopalem ut filiis ſuis, & ſicut Iſaac dedit filio ſuo Iacob, dicens eis: Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det vobis Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, vini & olei. Serviant vobis populi, & adorent vos Tribus, & ſitis domini fratrum
B veſtrorum, & incurventur ante vos filii matrum veſtrarum. Qui maledixerit vobis, ſit ille maledictus; & qui benedixerit vobis, benedictionibus repleatur.

8 Benedictioneque iſta finita, reverſus & intuitus civitatem; Stephanum Epiſcopum Oſcenſem, ſacrilegum, ſpoliatorem, & invaſorem ejus ſanctæ Sedis, Civitatis & Epiſcopatus Barbaſtri, cum fautoribus ejus, maledixit & excommunicavit, & maledictos
b dicitur excommunicaſſe auctores injuriæ. & *b* excommunicatos reliquit; Deum & Sanctam Romanam interpellans Sedem, vocibuſque cordis & oris cum Propheta dicens: Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari, quia eritis ſacrilegi & criminoſi. Et reverſus in ſe, & aſſumens patientiam, ut mereretur Sedem
Pſam. 104. Epiſcopalem in cælis, & ut nobis exulibus eſſet Paſtor, Patronus & Advocatus in terris; recordatus illius: Abraham, egredere de terra tua, & de domo patris tui, & vade in terram, quam monſtravero tibi; & ego benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur omnes cognationes terræ; cum dolore ſponſæ Sedis Barbaſtrenſis, &
C filiorum ſuorum minoris plebis Chriſtianorum, Iudæorum, & Saracenorum. Sanctus
Gen. 12. vir receſſit, & aſcendit ad Rotenſem eccleſiam ſive Sedem, quam deſtinavit ſibi Pontificalem; donec Deus Iudex juſtus, ſibi ſuiſque Barbaſtrenſem reddat Eccleſiam. Rotenſis Eccleſia præfulget, & tanti Paſtoris munita gaudet cuſtodia. Flet Sanctus Dei,
Poſtquam ad Rotenſem eccleſiam ſe recepit, Barbaſtrenſi Eccleſia, ſponſa ſua ſpirituali viduatus, jejunans, vigilans, orationibuſque vacans, & toto mentis affectu, quæ Dei ſunt amplectitur; cilicia ſibi parat, &
c eis indutus ſexdecim annorum *c* ſpatio, non niſi ſolo cuſtode conſcio, cooperitur. Sic caro ſpiritui rebellis domatur. O felix beati Viri conſtantia! ô admirabilis ſancti Præſulis abſtinentia! ô ineffabilis ſancti Antiſtitis patientia! à quo tam patienter evitata humana gloria fuit.

9 Subſequente autem tempore factum eſt, ut S. Raymundus, ſpolio Barbaſtrenſis Eccleſiæ durante, per Stephanum Epiſcopum Oſcenſem facto, & propter reſidentiam in Eccleſia Rotenſi, tunc temporis dictus B. Raymundus *d*, Ripacurtianorum Epiſcopus eſt nominatus, ut in feſto Tranſlationis *e* S. Valerii, in Breviariis Cæſarauguſtanenſi & Oſcenſi, ſcriptum habetur. Quinimo non deſivit eſſe vir magnæ religionis, nam veniens quondam ob expeditionem *f* Cotendæ, ad civitatem Cæſarauguſtanam acceſſit; ab Epiſcopo Cæſarauguſtano & ceteris Fratribus Canonicis ejus tanto dilectionis affectu ſuſceptus eſt, ut in adoleſcentula Eccleſia *g*, Cæſarauguſtana tantam caritatem tam citius excreviſſe gaudens, admiraretur: ingreſſuſque Capitulum ejuſdem Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, Canonicum & filium *h* & omnium beneficiorum participem ſe fieri poſtulavit. Ipſi autem de tanti viri conſortio congaudentes, & pro tali petitione ſibi gratias referentes maximo cum amore, in Canonicum & Fratrem admiſerunt. Societate igitur inita, & vinculo caritatis adſtricta, & uſque in hodiernum
D diem ſervata cum Canonicis Cæſarauguſtanenſibus; Canonici Rotenſes, ut fratres, accipiunt quotidianam diſtributionem panis & vini; per tres dies eis conferendam.

d *e* Cap. 4. *dictus Epiſcopus Ripacurtianorum:* *f* *g* *h* *Cæſarauguſtanis rogantibus*

10 Epiſcopus Cæſarauguſtanus, & alii Fratres Canonici, gemitibus & lacrymis dilectionem prædicti Raymundi, tunc Ripacurtiani Epiſcopi & Barbaſtrenſis, licet ſpoliati, unanimiter implorare cœperunt, ut de corpore B. Valerii Epiſcopi Cæſarauguſtani (quod Corpus in Eccleſia Rotenſi habebatur, & ibi ſepultum eſſet) partem aliquam *i* eis tribueret, & Sedi propriæ reſtitueret. Quorum vir venerabilis petitionem juſtam videns, lacrymis & orationibus eorum victus; cum rem honeſtam peterent, preces eorum exaudivit; & voluntati eorum acquievit, & brachium B. Valerii Epiſcopi Cæſarauguſtani ſe dare ſpopondit. Quamobrem mittuntur de Fratribus honeſtiſſimi viri, qui tantas Reliquias reverenter tractarent, & ad Sedem ſuam priſtinam feliciter reportarent. Quibus acceptis, voti compotes, nec ſuo deſiderio defraudati, cum gaudio remearunt, Patroni ſui Valerii Brachium deferentes.

concedit brachium S. Valerii, *i*

11 Cum ergo appropinquarent ad urbem Cæſarauguſtanam, facto præconio, Epiſcopus & Clerici, viri & mulieres, ſenes juvenes, & pueri, quaſi tunc ab exilio redeunti Pontifici Valerio obviam exierunt; omnes quoque unanimiter concordantes, & Altiſſimo gratias referentes, Deum in tanto munere benedicere & glorificare, & in ipſis laudibus exaltare non ceſſabant. Ad ejus rei ſpectaculum multi ex Saracenis egreſſi, mirabantur quod hominem mortuum, tanto proſequerentur honore. Sed dæmoniacus, qui pluribus menſibus à dæmone vexatus, aſſiſtebat Epiſcopo & Canonicis, cum Brachio dicti S. Valerii ſupra pontem [procedentibus] ad eum, tamquam ad præſidium cucurrit, & liberatus eſt *k*: quo viſo miraculo, multo magis gaviſi ſunt.
F *quod feſtive excipitur, nec ſine miraculo.* *k*

ANNOTATA D. P.

a *Tempus hujus injuriæ non invenio, ſolum ſcio rem actam vivente adhuc Paſchali* II, *qui obiit an.*

Ob factam Sancto injuriam

A *an.* 1118, 18 *Januarii. S. Oldegarius, tunc Barcinonenſis Epiſcopus, poſtea Tarraconenſis Archiepiſcopus, hac de re ſcribens ad Innocentium* II, *qui ſedit ab an.* 1130 *ad* 1133, *ita exaggerat factum, apud Aynzam pag.* 318, Certum quidem eſt apud nos, & (ut credo) apud Curiam veſtram, quod per præcepta Regalia, Barbaſtrenſis Eccleſia Rotenſis Epiſcopatus dignitatem accepit; quod Romani Pontifices per ſua Privilegia juſtum judicantes, confirmaverunt. Dum autem his actibus fultus Domnus Raymundus Epiſcopus, in pace ipſam haberet Eccleſiam Balbaſtrenſem; ubi (*id eſt, ad quam*) conſecratus fuit; Rex Aragonum, qui ſemper ipſi inimicabatur (nolebat enim eum ſequi ſuper Chriſtianos) miſſo Stephano Oſcenſi Epiſcopo cum manu militum, ipſum Epiſcopum, eum manu tenentem cornu altaris, ignominioſe fecit expelli ab eccleſia & civitate: ob quod excommunicationes, à Pontificibus Romanis in eumdem Stephanum promulgatas Romanæ Curiæ, non ignotum credimus. *Sane rem ut intellexerat* Paſchalis *Regi & Oſcenſi comminatorias ſcripſit: & Regi*

B *quidem has:* Paſchalis Epiſcopus, ſervo ſervorum Dei, dilecto filio Ildefonſo Hiſpaniarum Regi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Principatus tui tempore multa mala & multa pericula in regno Hiſpaniæ contigerunt. Scandalis itaque Regni, Eccleſiæ ſcandala non oportet apponi. Unde nobilitatem tuam monemus, ne terminos Eccleſiarum, qui à glorioſæ memoriæ Regibus patre & fratre tuo diſtincti, ſunt per Romanam Eccleſiam confirmati, à perſonis ullis patiaris [indebita] præſumptione confundi. Nos enim Oſcitanæ & Barbaſtrenſis Eccleſiæ parochiam ita omnino quietam & integram volumus conſervari, ſicut & illorum ſcriptis & noſtris eſt privilegiis definitum. Si quis vero aliquid præſumpſerit, indignationem Apoſtolicæ Sedis inveniet. *Ita Regi: Oſcenſi vero ſic:* Paſchalis, ſervus ſervorum Dei, dilecto Fratri Oſcitano Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Extuliſti, Frater, in cælum os tuum, cum Sedis Apoſtolicæ ſtatuta contemnens, Barbaſtrenſem populum, ne ſuo Epiſcopo juſta perſolveret, inſtruxiſti. Hoc profecto eſt Epiſcopalia prædari, Romana privilegia conculcare. Ad hæc Barbaſtrenſis Epiſcopi domum invadens, quæ illic habentur detraxiſti, & ab Eccleſiæ villula prædam armatâ manu diebus ſolennibus abegiſti: ſuper his ab eodem Epiſcopo monitus propria reddere contempſiſti, inſuper adverſus eum Regis animum commovere tentaſti, & excommunicatum ab eo militem in conſortium ſuſcepiſti. Præcipimus ergo ut infra menſes duos, poſtquam præſentes litteras acceperis, ſupradicto Epiſcopo ſatisfacias, & in poſterum ab hac omnino præſumptione deſiſtas: alioqui nos te ab Epiſcopali & Sacerdotali officio, donec ſatisfacias, interdicimus. *Quam nihil utriſque litteris profectum tunc ſit, ex ſequentibus diſces:*

Paſchalis 2 Regem increpat,

Stephano Oſcenſi officium interdicit,

C

niſi infra 2 menſes ſatisfecerit.

quod vero Raymundus perrexerit titulo Barbaſtrenſis *cenſeri ab aliis, liquet ex hac memoria dedicati altaris S. Joannis in oppido Alquezarii,* Anno incarnationis Domini MCXIII. Raymundus, Barbaſtrenſis Epiſcopus, ſeptimo Idus Septembris conſecravit hoc altare, & poſuit in eo Reliquias ſanctorum Martyrum Irenes & ſociorum *ejus: ac rurſum circa ultimos vitæ annos,* Anno Incarnationis Domini MCXXIII, ſexto Idus Novembris, Raymundus Barbaſtrenſis Epiſcopus, conſecravit hujus ſancti monaſterii Alaonis eccleſiam, in honorem ſanctæ Dei genetricis Mariæ, recondens in altari ejuſdem ſacratiſſimæ Virginis Reliquias Apoſtolorum Simonis & Judæ, & S. Cornelii Papæ & Martyris. *Ipſe tamen Sanctus maluit litigioſo & vacuo titulo abſtinere, ſignando,* Raymundus Epiſcopus in Rota *ut eſt apud Aynzam pro an.* 1115; *vel, ut eſt apud Tamayum in Notis, pro an.* 1121, † ſignum Raymundi Rotenſis Epiſcopi.

D

b *Non potuit* Stephanum, *utpote nequaquam ſubditum ſibi, excommunicare* Raymundus; *ſed ipſo facto, utpote notorio, excommunicationem incurriſſe, palam proteſtari aliiſque denuntiare; non ut judex, ſed ut actor. Complices autem Barbaſtrenſes, ſi quos habuit Stephanus, eos excommunicandi jus habebat, verus ipſorum Epiſcopus* Raymundus.

c *Elias ipſe num.* 6 *ſolum definit* vix octo annos: *ubi* vix *uſurpatur pro* fere, *& unde verba hic poſita ſumpta eſſe, apparet conferenti.*

E

d Ripacurtia *vel* Ripacurcia, *vulgo* Ripagorſa (*unde præcitata dedicatio anni* 1105 *facta ſcribitur,* regnante glorioſo Alphonſo, filio Regis Sancii in Oſca & Pampilona & Suprarbi & Ripacorcia) Riparcurtia *inquam eſt pars Orientalior Aragoniæ, fluvio Noguerâ terminata; ad Occaſum vero habens fluvium Eſſeram, quo ſimul & Cinca, in quem infra Barbaſtrum decurrit, diſtinguitur ab Epiſcopatu Oſcenſi, etiam Barbaſtrenſem complexo, quamvis hic nunc proprium Epiſcopum habeat.*

e *Colitur* S. Valerius Cæſar-auguſtanus Epiſcopus 28 *Januarii,* Tranſlationis *vero* feſtum *inſcribitur Kalendariis ab antiquo,* 20 *Octobris. Vide quæ multa de ea Bollandus in dicto Januario, Tamayus in Octobri.*

f *Fortaſſe legendum* ab expeditione, *ſed quæ iſta* Cotenda? *Tamayus, aquam ſibi hærere confeſſus, in margine notat,* ſic in originali *legi. Hiſpani porro divinent, quis locus ille ſit, vel quomodo nomen ſcribendum legendumque.*

g *Etenim an.* 1118 *de Mauris recepta Cæſar-auguſtâ fuit, & ibidem eccleſia Metropoliſque ordinata, tranſlato illuc Barcinone S. Oldegario, cujus Acta illuſtravimus* 6 *Martii.*

F

h *Sic etiam Alfonſum* II *an.* 1187 *profitentur ſe admittere iidem Canonici,* in omnibus orationibus, jejuniis, vigiliis ac beneficiis ſpiritualibus, atque temporalibus quæ in eccleſia ipſorum, & ejuſdem membris quotidie fiunt, in Canonicum, Fratrem, atque participem omnium prædictorum bonorum, tamquam unum de Fratribus ſuis.

i *Hac ratione poſtea etiam anno* 1170, *interveniente auctoritate prædicti Alfonſi* II, *impetraverunt à Rotenſibus ejuſdem Sancti Caput,* 27 *Decembris, cujus tamen causâ non fuit inſtitutum feſtum particulare: ſed placuit Brachii & Capitis tranſlationem communi feſto celebrare* 20 *Octobris.*

k *Varia ex antiquis Lectionibus miracula habuit Carillius, & ex ejus Hiſpanico Bollandus Latine reddit, maluiſſet nanciſci originalem textum, una cum ipſomet Breviario Cæſar-auguſtano: quod adhuc pergimus optare etiam nos.*

A

PARS II.

Obitus Sancti & miracula poſt mortem.

12 INterea Rex Aragonum Ildefonſus armipotens, bellicoſus triumphator, magnanimus, propoſuit cum ingenti Chriſticolarum exercitu Iberiam penetrare, Agarenos, alienigenas atque infideles potenter expugnare. *a* Cui præfatum Dei Præſulem *a* ſecum voluit habere comitem, ut ſe atque exercitum ſuum roboraret diutius hortando, ac juvaret frequenter orando. Ea propter beatus Antiſtes, Eccleſia ſua diligentiſſime diſpoſita, profectus eſt cum belligero Rege, ejuſque expeditione, uſque ad ultimam Hiſpaniæ Provinciam quæ nuncupatur Malacha, per multa videlicet prælia atque pericula. Quo in itinere innumeri de exercitu corruêre partim fame, partim algore, partim itineris difficultate, variiſque mortis accidentibus ex aëris inſolentia

B

ſive intemperie: quibus vir Dei eo quo poterat ſubveniebat modo, eſurientes alendo, algentes induendo, fatigatos vehendo, ægrotis conſulendo; præliantibus, ne pro Chriſto formidarent mori, perſuadendo: erat namque plenus caritate, & abundabant in eo viſcera compaſſionis & miſericordiæ. Ubi vero Malacham pervenere, concurrerunt perfidi & audaces Moabitæ, cum innumera præliatorum multitudine: ſed Chriſto triumphante per ſuos minime prævaluere *c*. Tunc prælibatus Pontifex Chriſticolis talia perſuadebat: Potens eſt Dominus ſuperare & in paucis & in multitudine: ipſe enim ſuis dixit: Nolite timere, ſed potius confidite, ego vici mundum. Et iterum: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Dum autem exercitus pugnabat, ille ad inſtar Moyſi Deo vacabat, & ſeorſum orabat: talibus enim armis noverat dimicare, quæ poſſunt cælos penetrare.

13 Ad ultimum, vir Theologus & Deicola, cum ceteris à Malacha, ſed tamen ægrotus remeavit, & uſque ad urbem Oſcam ægrotando pervenit: *d* ibique jam deficiens ægritudine, qualiter ſe haberet ſuis in Chriſto filiis Rotenſibus Canonicis celeriter renuntiavit. Quo audito, de paterna ſummopere ægritudine lacrymantes, ad Oſcam illico properant, ubi eum ægrotare agnoverant. Quibus aſſiſtentibus & lacrymantibus cœpit eos dulciter affari, paterne conſolari, ab infirmis & tranſitoriis dehortari, ad ſumma & æterna, quæ jam prælibabat, exhortari *e*, ſic dicens:

C

Fratres virtutem, virtutis amate decorem,
Inter vos virtus regnet amicitiæ:
Caſſus amor, ſincera fides, prudentia ſana,
Hæc ſint inter vos, ſanctaque relligio.
Ut ſitis templum Chriſti, retinete vigorem
Juſtitiæ: non vos frangat amor fragilis,
Ambitio rerum alliciens carniſque voluptas.
In thalamo fidei ſemper habete Deum.
Numquam vos, Fratres; damnanda pecunia damnet:
Nullaque vos, Fratres deprimat ambitio.
14 Eſte mei memores, Fratres; precibuſque juvate,
Ne noſtrum à ſathana præpediatur iter.
Scripturæ ſanctæ, Fratres, retinete vigorem,
Et libros Canonum, juſtitiamque Patrum:
Et ſuper omne quod eſt, Fratres, retinete pudorem:
Ille pudor turris, & quaſi murus erit.
O Fratres, pro juſtitiâ vos nulla procella
Deſtituat: patiens ille, beatus erit.
Cui pro juſtitia certant, ſua præmia Chriſtus
A dextris Patris præparat omnipotens.
In Sacramentis, Fratres, in pace colenda
Sit ſtudium vobis: hæc bona relligio.
Eſte quidem memores legis vos eſſe magiſtros:
Ad cælos eſtis inclita Scala Jacob.
Orat: Oves mihi commiſſas Rex ſuſcipe Paſtor.
Ne lupus inſidians irruat & laniet.
Serva, ne pereant per devia quæque vagando;
Has tibi commendo, ſuſcipe Pater eas.
Suſcipe me, Paſtor; Rex, ne me trade inimicis;

E

Non in me valeat luciferi legio.
Summe Pater rerum, ſi quem ratione ligavi
Immeritâ, ſolve; parce tuo populo *f*.
15 Tunc Sacramentum vitæ, Calicem quoque Chriſti
Sumit; & exultat ſpiritus in Domino.
Anno Incarnationis Domini MCXXVI Æra MCLXIV.
Fratres adſtantes de tanti morte Patroni
Mœrent; ô quantus de Patre mœror eis!
O Pater, ô Patriæ ſolamen, gloria noſtra,
Cur dimittis oves, quas lupus inſidians
Dilaniare cupit, quas in virtutis habenis
Frænabat ſacræ Relligionis amor.
Quid faciet Clerus, quem tu nutrire ſolebas?
Teque cadente cadit, teque ruente ruit.
Conveniunt populi, venit ætas omnis & ordo,
Plangunt in ſacri Præſulis exequiis.
O lux Pontificum, decus omnis relligionis!
O lux Eccleſiæ juſtitiæque potens!
Veræ juſtitiæ, veræ pietatis amator,
O dulces epulas pauperibus tribuens!

F

In membris ſatians Chriſtum, nexoſque catenis
Captivos redimens. O miſeras animas
Cæleſti verbo ſatians, Satanæ quoque tollens!
O paradiſiaca ſede locans animas!
O extirpator hereſum, fideique columna!
O templum Chriſti, manſio grata Dei!
O ſtudioſe nimis librorum relligionis,
In Canonum libris ô ſtudioſe nimis!
Pauperibus tua larga manus, tua larga voluntas;
O Paupertatis quis relevator erit?
Quis ſanctæ fidei, quis pacis habebit amorem?
Poſt te cuncta ruunt, teque cadente cadunt.
O Pater exemplum prætendens ſpirituale,
O Pater, ô populi pons, via, ſcala tui!
16 Mox corpus ejus, pontificaliter indutum, in theca lignea reponitur, ad Rotenſem

a *Regem comitatus ad Malacen. expeditionem,*

c Joan. 16, 33 Matth. 10, 28

d *inde ægrotat Oſcæ,*

e *quo accerſitos ad decumbentem Canonicos Rotenſes*

caritatem exerit erga miſeros,

hortatur ad ſtudium virtutum:

valde lugetur à ſuis

f

& pie mortui

A sem eccleſiam transfertur, ibique unà cum lamentante clero, & populo honorifice deducitur.

corpus ad Rotenſem eccleſiam tranſlatum,

Infirmi veniunt, ſanantur de medicina,
Quæ venit è cœlo. Pontificis feretrum
Tangunt, poſcentes ſummi Regis medicinam,
Illius meritis qui jacet in feretro.
Vel veſtes tangunt, quibus illud amabile corpus
Induitur. Venit de fidei thalamo,
Præſulis illius votis, cæli medicina,
Sanans ægrotos; & medicante Deo
Venit, & eſt certum cunctis, quod eam medicinam
Incola cæleſtis de regione bonis
Accipit: & novit fidei vim, vim meritorum;
Et medicina datur vi fidei & meriti:
Eſt certum quod præbet eam Chriſtus medicinam.
Illius titulos & fidei & meriti
Ordinat in cæli regno; meritiſque beatæ
B Vitæ ditat eum, clarificans populo:
g Glorificat, monſtrat, quod is fuit ille fidelis,

g multis miraculis glorificatur.

Et quod ſervierit promptus ad omne bonum,
Quod bene ſervivit Domino, commiſſa talenta
Quod bene multiplicans reddiderit Domino.
Sancto Pontifici tumulum faciunt, ſepelitur:
Ad tumulum veniunt, vota, preces faciunt.
Infirmi ſanantur ibi, languentia membra
Ex ope cæleſti ſana quoque redeunt.
Qui Paſtor fuit in terris, Paſtor ſuper aſtra
Efficitur, Paſtor ordinat hunc Dominus.
In terris vivens, paſcebat eos, ſuper aſtra
Regnans ipſe regit, atque tuetur eos.

h Tempus Sedis.

17 Sedit autem in Epiſcopatu *h* annis XXI menſibus VIII diebus viginti.

C Ad cujus venerabile ſepulcrum innumera confluit multitudo populorum, gaudens & ſtupeſcens recentium novitate ſignorum. Chriſto namque, ubi militavit operante per ipſum, Beati Raymundi nomine invocato, ægroti curantur, dæmoniaci liberantur, cæci illuminantur, muti loquuntur, carceres aperiuntur, compediti ſolvuntur, contracti eriguntur. De quibus ea, quæ certiſſime novimus compendioſe ac veraciter elucidabimus.

Febribus laborantes ſanantur,

18 Poſt felicis igitur memoriæ Raymundi ſepulturam modico tranſacto tempore, quædam mulier in Rotenſi vico, ubi vir Dei requieſcit, filiæ ſuæ ſummopere condolebat, quæ diu incurabiliter febricitaverat: cui mater talia ait: O mi dilecta filia, reminiſcor ſanctiſſimæ vitæ illius beatiſſimi viri Raymundi, Barbaſtrenſis nuper Epiſcopi; qui licet videatur temporaliter obiiſſe, tamen firmiſſime credo, illum ad meliorem & perennem vitam, ubi cum Chriſto regnat, emigraſſe. In hujus itaque meritis, filia, ſperans, ſi nomen ejus confidenter invocaveris, diutinis febribus indubitanter curaberis. Cujus ſecundum maternum conſilium invocato nomine, febres cum ſuperfluis humoribus illico evomuit: prorſuſque curata, ut debitas gratias Deo, ejuſque ſervo rependeret, comite matre cum luminis oblatione, ad ipſius ſarcophagum gratulanter perrexit. Similiter & altera *i* mulier ſacri Præſulis invocans auxilium ſimili eventu morbum evaſit febrium, gratiaſque actura, ejus venit ad tumulum. Accidit etiam quamplurimos in eadem diœceſi febricitare, qui continuo curabantur, Sancti Pontificis invocato nomine, atque ad ejus confluebant mauſeolum, cum gratiarum multiplici actione. D *i*

19 Contigit etiam aliud miraculum memorabile in quodam oppido Caſtellæ. Ibi namque duo Chriſticolæ Milites, compediti & catenati diu in captione fuerant, nullumque evadendi aditum reperire poterant: qui ſacri Præſulis Raymundi confidenter invocato nomine, illico expediti ergaſtulum evaſerunt; compedeſque & catenas ad ejus ſepulcrum, cum immenſis gratiarum actionibus, attulerunt *k*. Deinde quædam mulier, quæ diu lumine privata fuerat, ad ejus tumulum pernoctatura & oratura venit; hocque impleto ad propria remeavit. Quæ regreſſa, ſacri Præſulis nomen iterum invocans, viſum ſubito recepit: moxque ante ipſum gratias redditura, magna cum exaltatione redivit. Poſtea quædam femina, quæ loquelâ penitus carebat, ad beati viri ſepulcrum forte venerat; ubi cum ſtando aſſiſteret, per ſacri Antiſtitis meritum loquendi adepta eſt officium. Tot igitur clareſcentibus miraculis, homo quidam cum filio à nativitate muto, ad beati Raymundi properavit ſepulcrum; ejus humillime implorans ſuffragium. Ubi Patre aſſiſtente cum filio, ac pie orante pro ipſo, mox integritas loquendi confertur puero, ſanctiſſimi Raymundi interventu & auxilio *l*. *captivi vinculis ſolvuntur.* *k* E *l*

ANNOTATA D. P.

a *Addit Interpolator*, licet ſpoliatum, ſanctitate præditum.

b *Eſt* Malaca *regni Granatenſis portus, ultra quod regnum ſolum tunc ſupererat regnum Hiſpalenſe, uſque ad fauces Gaditani freti Oceanumque procurrens; quo reſpectu ipſum cenſetur ultima Hiſpanicarum provinciarum: utrumque autem regnum tunc fere adhuc totum Saracenorum erat.* F

c *Mirum eſt de hac expeditione, nihil prorſus apud antiquos legi.*

d *Interpolamentum merum eſt, quod in Ms. Balbaſtrenſi additur, Oſcam Sanctum perveniſſe,* cum litteris Regis Ildefonſi, miſſis Stephano Epiſcopo Oſcenſi; ut Sedem Balbaſtrenſem & diœceſim, Raymundo, quem manu armata de ipſa ſpoliaverat, reſtitueret efficaciter]. Sed cum jam ſanctus Præſul, ægritudine oppreſſus & deficiens, dictam civitatem Oſcæ acceſſit; qualiter ſe haberet &c. *Verum non niſi mortuo non ſolum Sancto, ſed etiam ipſo Stephano, id eſt ſub annum* 1133, *pœnituit Regem factæ Sancto injuriæ; & pœnitentia illa, quamvis publica, inefficax fuit ad hoc, ut Oſcenſes Epiſcopi deſinerent Barbaſtrum ſibi tenere.*

A e *Interpolator, omissis versibus sic progreditur:* Ita eos exhortabatur, & similia per versus proferebat, hic non descriptos. *Mos fuit, istius ævi Biographis frequens, Sanctorum Vitas inspergere versibus: hoc si Interpolator scivisset, non existimasset* per versus *locutum Sanctum. Id vero etiam minus cogitasse debebat videns sequentia etiam per similes versus haberi descripta.*

f *Hæc quoque prosaice sic narrantur ab Interpolatore*: Quibus finitis vir beatus atque sanctissimus, humanæ vitæ fine sibi accedente, oculi data pace, facta Confessione, sumpto Corpore Dominico, ac nostri Redemptoris adorata Cruce; illico imposita benedictione super seipsum, & signaculo Crucis impresso; à suis Canonicis, ut mos est, consecrato liquore perungitur; & ad ultimum, in cinere & cilicio ponitur beatissimum sancti Præsulis corpus, donec spiritus ejus in Christo felix elabitur, XI Kalendas Iulii; & ab Angelis suscipitur, in cælum defertur, in numero sanctorum Episcoporum & Confessorum collocatur, & ita beatissimus
B Raymundus, Episcopus Barbastrensis simul & Rotensis duplici coronâ, quam meruit, coronatur, ac feliciter sempiterna vita decoratur. *Porro quod cilicium & cinerem attinet non est hic moriendi modus ab usu illius temporis alienus, imo valde usitatus, & inter Monachos qualis* Raymundus *fuerat, etiam præscriptus; nescio an inter Regulares quoque Canonicos, sed tales tunc fuisse Rotenses ægre crediderim, uti jam dixi.*

g *Subintellige* servus, *de quo Matth.* 24, 45, Fidelis servus & prudens.

h *Addit Interpolator*, Balbastrensi simul & Rotensi.

i *Idem apud Tamayum, ad diem Translationis, pluribus hoc extendit verbis; non rebus, nisi quod* Civis Rotensis *mulier ipsa dicatur.*

k *Addit idem*, quæ usque in hodiernum diem manent, ad testimonium veritatis & argumentum fidei.

l *Similiter addit idem*, Plura & multa alia miracula facta sunt, & usque in hodiernum diem fiunt; præstante D. N. I. C.

C

APPENDIX

De Translatione & Vita recentiori: deque Stephano Oscensi.

Mortuo Sancto Romam profectus Stephanus,

20 PEr mortem dicti S. Raymundi, *inquit Didacus de Aynza*, litteræ Regiæ non habuerunt effectum; neque dictus Stephanus, sacrilegus & invasor & excommunicatus, operatus est salutem animæ suæ atque restitutionem; sed crimina prædicta afferens, iter Romam arripuit; ut mortuo Raymundo, confirmationem sacrilegi spolii, & Cathedræ ejusdem investituram susciperet. Sed, suis meritis & peccatis exigentibus, Deoque minime permittente, ut sacrilegus in Cathedra sancti Præsulis sederet; evenit ut in itinere, antequam Romam accessisset, miserabiliter à latronibus interfectus fuerit; & socii redierint sine eo; ut in scripturis authenticis probatur & constat. Sed quia memoria Sanctorum in æternum permanet, voluit Deus ut memoria S. Raymundi, Episcopi Barbastrensis & Rotensis, post mortem & sepultu-
D ram ejus, ipsa in sancta ecclesia Rotensi, ubi corpus ejus sepultum est, miraculis prodentibus manifestaretur & magnificaretur à Deo, cum novitate & multitudine recentium miraculorum. Nam innumerabilis multitudo Christianorum, tamquam certo medico & infallibili medicinæ, ejus sepulturæ affluere cœperunt.

occiditur à latronibus;

corpus Raymundi miraculis claréscens,

21 Cujus rei causa Gaufridus, tertius à sancto viro Episcopus Barbastrensis & Rothensis, postquam multa lipsana Sanctorum in quadam ecclesiâ, intra hortos civitatis Rotensis extra muros sitâ, ibidem sepulta & ab Agarenis occultata, in honorationem locum suæ Ecclesiæ transtulerit, & Confratriam sub nomine S. Eulogii, cujus se cum Sanctio Episcopo Pampilonæ, & cum Sanctio Naxaræ, & cum Odone Oscæ Confratrem fecit, instituerit; animumque adjecerit ad elevandum sacrum Corpus B. Raymundi decessoris; quem jam summus ecclesiæ Pontifex Canonizaverat: ita, assistentibus prælibatis Episcopis, Ca-
E nonicis, Proceribus & populis universis cir- *an.* 1143 cumjacentibus sacra pignora intra thecam 17 *Dec.* marmoream, XVI Kalend. Decembris anno Domini MCXLIII includens, in aram majorem Rotensis Ecclesiæ transtulit: ubi Deus ejus intercessione multa miracula patrat: de quibus non omnia, sed ea quæ magis necessaria & veridica, brevi serie scribere decrevi. *Et consequentes sequuntur omnia superius relata, quæ ante translationem facta credimus, nec unum amplius addit auctor hic: ut vix credibile sit quod plura scripta repererit ad sua usque tempora, id est usque ad finem seculi præcedentis.*

à Gaufrido Ep. elevatur,

22 *Porro quod Regias litteras attinet, per quas fuerit* Raymundus *in sedem Barbastrensem restitui jussus; jam supra annotavi nullas revera illi datas fuisse: & S. Oldegarius super ista scribens, Innocentio* II, *longe serius eas datas indicat, cum sic scribit*: Tandem pro Raymundo Episcopo defuncto, & Oscensi Stephano interfecto, ipse Rex ut audivit, quod multa Deus per eumdem Rotensem Episcopum Raymundum operaretur miracula; convocatis Episcopis & religiosis viris, confessus est malum quod egerat; & ait coram omnibus: Ego pro peccato meo illum virum religiosum, sine ratione & judicio, expuli de
F Sede sua Barbastrensi: nunc autem Dei judicium timens, Petro Rotensi Episcopo, secundum patris & fratris mei bonæ memoriæ Regum instituta, & Apostolicæ sedis Privilegia, ipsi & successoribus ejus auctoritate Regia confirmo.

Rex pœnitens successori Petro mandat Balbastri restitutionem

quod vivente adhuc Sancto frustra conatus Calixtus 2,

23 *Causa autem Stephani sic processit, ut docent litteræ Calixti* II, *datæ postquam non solum, Paschalis* II *anno* MCXVIII, *sed etiam Gelasius* II *anno sequenti obiissent ab isto illorum successore, vivente etiamnum* Raymundo, *hoc tenore.* Calixtus &c. Tu ipse, Frater, nosti, quia ex longo tempore te diligimus, & diligere volumus: sed fama illa Fratres tuos vehementer turbat, quod Barbastrensem Episcopum, sine judicio & ratione, à sede sua horribiliter projecisti; & à prædecessore nostro, Paschali Papa bonæ memoriæ rogatus, etiam interdictus, ab eadem etiam violentia non desistis. Rogamus itaque Fraternitatem tuam & præcipimus, ut eumdem Fratrem plena-

ric

A rie in Sedis ſuæ cathedram reſtituas. *Perrexit nihilominus Stephanus poſſidere ſedem occupatam, & ita ſuam cauſam egit, regio præſertim favore fultus, ut ipſam Romanæ Curiæ tantum non probarit, & ſaltem ſub pollicitationis ſatisfactione præſtandæ abſolvi meruerit. Hanc enim abſolutionem Pampelonenſi Epiſcopo committens* Calixtus, XVIII *menſibus prius mortuus quam* Raymundus, *ita illi ſcribit apud Aynzam pag.* 319. *ubi & præmiſſa legere eſt.* In Oſcitanum Epiſcopum excommunicationis ſententiam dederamus, pro eo quod venerabilem Fratrem noſtrum Raymundum Barbaſtrenſem de ſede propria, ſine audientia & judicio, expulit, & ad nos venire commonitus contempſit. Poſtea vero Aragoniæ Regis precibus inclinati eum abſolvimus.

non ſolum nihil obtinuerat,

ſed etiam Stephanum abſolverat.

24 *Calixto ſucceſſit anno* MCXXIV Honorius II, *& ſedit uſque ad* XIV *Februarii anni* MCXXX. *Ad hunc mortuo* Raymundo *acceſſit* Stephanus *prædictus, confirmationem poſſeſſionis ſuæ ſperans defuncto æmulo obtinere; ſed quod ſpe illa fraudatus in Hiſpaniam redierit, ex Annalibus Aragoniæ colligit Aynza: ibi enim dici ait quod infectis propter quæ Romam iverat negotiis, invenit duos ſucceſſive electos à Rotenſibus Canonicis in ius titulumque Barbaſtrenſis; primum quidem cognominem ſibi* Stephanum, *qui conſecratione necdum ſuſcepta, Curiam Romanam prius ſibi adeundam putaverit, ipſam confirmationem fortaſſis inde cum ſuæ controverſiæ definitione relaturus; ſed in via mutato propoſito renuntiavit Electioni: quapropter pro eo electus ſit* Petrus: *quo ſimiliter per ſe vel delegatos cauſam proſequente in Curia, ſub* Innocentio II, *neceſſe habuerit Oſcenſis iterum Romæ ſe ſiſtere, fortaſſis excommunicatus denuo, vel certe excomunicari metuens. Qualis Roma redierit neſcio: hoc ſcio ex ejus funeſta morte quod ſi abſolvit eum homo; non abſolvit ſaltem à pœna temporali Deus, quam ei inflictam Annales dicunt, teſte Aynza anno* MCXXX. *Tum demum ſubiit Regem pœnitentia factæ* Raymundo *injuriæ, cujus, per reſtitutionem* Petro *faciendam expiandæ, non in efficacem voluntatem fuiſſe ex eo colligitur, quod* Ranimirus, *ipſius Alfonſi Regis frater, ejuſdemque anno* MCXXXIII *defuncti ſucceſſor, ex S. Pontii Tormeriarum monaſterio aſſumptum titulum geſſerit* Electi Barbaſtrenſis atque Rotenſis; *utique minime inanem, ſed ipſius Monachatu nequaquam diuturniorem. Poſt hunc ſuccedens* Gaufridus, *de quo ſupra, denuo litigare coactus eſt: ejus autem ſucceſſor* Guillielmus *Rotenſi Epiſcopatui pro* Barbaſtrenſi *junxit* Ilerdenſem: *de illo tamen videtur ceſſaviſſe controverſia.*

Honorius tamen 2 recuſavit illum confirmare:

Innocentius II forte iterum excommunicavit an. 1130.

Petro ſic reſtituto ſufficitur frater Regis.

25 *Exiſtimat porro Aynza, tunc quidem ceſſaſſe controverſiam; ſed reſuſcitatam ſub Innocentio* III; *qui ſedit ab anno* MCXCVIII *ad* MCCXVI: *idque liquere putat ex ejus Brevi, quod inſeritur Decreto lib.* I *lit.* 41 de in integrum reſtitutione, *atque Epiſcopo & Capitulo Oſcenſi inſcriptum, ſic incipit:* Tum ex litteris Cæleſtini Papæ prædeceſſoris noſtri, tum ex his quæ ipſorum temporibus geſta fuerint, gravem Ilerdenſis eccleſiæ intellexi-mus quæſtionem, per ſententiam Eugenii Papæ, ſuper eccleſiis quibuſdam prolatam, graviter ſe læſam querentis, & olim & nunc etiam conquerentis. *Sed quomodo mihi quis probabit ea jura, quibus, non obſtante definitiva Eugenii ſententia, declarat* Pontifex *præſentibus partibus* tractari poſſe, causâ reſtitutionis in integrum; *proveniſſe ex capite Eccleſiæ Rotenſis, ut eſſe potuerit de* Barbaſtro *quæſtio; & non potius ex capite ipſiuſmet eccleſiæ Ilerdenſis, tanto quam Rotenſis fuerit vetuſtioris, quæ ſub Eugenio* III *reſtituta in integrum, neceſſe habuerit alia quædam jura contra Oſcenſem vindicare apud* Pontificem; *& coram Eugenio ceciderit cauſa quapiam alia, quam revideri ab Innocentio petierit & impetrarit? Teneamus igitur, donec amplius probetur, contentionem de* Barbaſtro *citius quieviſſe: nec ultra annum* MCXLIX *fuiſſe protractam: & ſicut Rotenſis Domus ſeu monaſterium remanſit eccleſiæ Ilerdenſi, ita Barbaſtrum remanſiſſe Oſcenſi.*

B. ALOYSIUS GONZAGA

SOCIETATIS IESU ROMÆ.

LOcum hic habere debebat. Sed qui Acta ejus colligenda & illuſtranda ſuſceperat Conradus Janningus, medio in opere Romam evocatus ad communem cauſam, pro Dei Sanctorumque honore ſuſtinendam coram Apoſtolica Sede, dignata ejus cognitionem ſuſcipere; non ita cito inde potuit expediri ut inchoata abſolveret prius quam hic dies ad prælum depoſceretur. Cogimur igitur rem totam tranſmittere ad finem hujus Tomi, ubi omnia reperientur, in altera ſi qua fiat editione, huc retrahenda.

DIE

DIE VIGESIMA SECUNDA IUNII.

SANCTI QUI X KALENDAS IULII COLUNTUR.

SAnctus Julianus Martyr, Arimini in Italia.

S. Gamgalis
ſive Sandalicus,
S. Julianus,
S. Graptus,
Sancti DCCCCLXXIX
aut DCCCCXVI.
} Martyres Antiochiæ in Syria.

S Rufinus, ſive Rufus, Martyr Alexandriæ.

S. Pompejanus,
S. Galaction,
S Juliana,
S. Saturninus,
} Martyres Conſtantinopoli honorati.

S. Albanus Protomartyr,
S. Amphibalus Diaconus,
} Verolamii & Sancti circiter bis mille, vicinis locis in Britannia.

S. Albinus Martyr, Româ Coloniam delatus. Martyres crucifixi in monte Ararath.

Martyres Samaritani in Palæſtina ſub Goſroë.

S. Paulinus, Epiſcopus Nolæ in Campania Italiæ Prov.

S. Euſebius, Epiſcopus Samoſatenus in Syria.

S. Blaſius, Epiſcopus Veronenſis in Italia.

S. Exuperantius, Epiſcopus Comenſis, in Italia.

S. Nicetas ſeu Niceas, Epiſcopus Romatianæ Eccleſiæ,

S. Nicetas ſeu Niceas, Epiſcopus Aquilejæ in Italia.

S. Aaron Monachus, in littore Aremorico.

S Conſortia Virgo Cluniaci in Gallia.

S. Aprincia Virgo, Metis in monaſterio S. Clementis.

S. Sicildis Virgo, in Cœnomannenſi Galliæ diœceſi.

S. Rotrudis Virgo, in monaſteriis Gandavenſi & Bertiniano apud Belgas.

S. Eberhardus, Archiepiſcopus Salisburgenſis in Germania.

B. Chriſtina Stumbelenſis, Virgo, in diœceſi Colonienſi.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Opera & ſtudio R. P. Godefridi Henſchenii piæ memoriæ, niſi aliud indicent litteræ, additæ margini.

D. P. SAnctus Julianus Levita & Martyr *proprium hoc die Officium & Miſſam, cum inſigni Prafatione, habet in antiquis Breviario & Miſſali ritus Ambroſiani: & in illo clare dicitur maritus* S. Baſiliſſæ: *utriuſque vero Acta examinata habentur in Reſponſione ad exhibitionem errorum mihi perperam attributorum Art.* XV §. 28 *qualiacumque legi poſſunt* IX Januarii.

S. Joannes Epiſcopus Neapolitanus, quem B. Paulinus ad cæleſtia regna vocavit, *inſcribitur hoc die Romano Martyrologio, poſt primam anni* 1584 *editionem rurſum aucto. Miratur id in Notis Baronius, quia eum cui viſio illa oblata eſt, conſtat obiiſſe, quando etiam Neapoli colitur,* I Aprilis.

S. Jacobus Alphæi, Apoſtolus in Perſide *memoratur in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis & variis Mss. nonnulliſque excuſis Faſtis. De eo late egimus* I Maji.

S. Aptonius, *S. Auſonii Lemovicenſis Epiſcopi frater & ſucceſſor, dicitur in Supplemento Sauſſaji hodie cultum ſuum à majoribus obtinuiſſe; quod unde confirmem non habeo, & nomen à Lemovicenſibus Faſtis pridem abeſt: quidquid autem de eo dici poſſet, dictum eſt, ubi de fratre,* XXII Maji.

S. Attonis, Vallis umbroſæ Abbatis & Epiſcopi Piſtorienſis, *nomen inſcribitur Kalendariis Miſſalium ac Breviariorum, ſuperiori ſeculo impreſſorum ad uſum Congregationis Vallumbroſanæ & Hiſpanico Martyrologio Tamaji; occaſione ſcilicet Tranſlationis hoc die facta an.* 1337: *nunc vero feſtum agitur, quando & Romano Martyrologio inſcribitur, tamquam natali die,* XXII Maji.

S. Domitianus, Confeſſor Criſpinii, *à multis recentioribus hoc die relatus, communem cum Sancto ſuo Magiſtro Adelino tractationem apud nos habet* XV Junii.

S. Deodatus Epiſcopus, *colitur in Monaſterio Lati-* D. P

Latiniacenſi prope Pariſios, ob Reliquias eo olim delatas cum Reliquiis aliorum Sanctorum, commune Tranſlationis feſtum habentium (uti inter Prætermiſſos diximus) 11 Junii. *Neſcimus an is ſit, de quo, ut Epiſcopo Nivernenſi ac poſtea Abbate Vallis Galilææ in Voſago, egimus* XIX Junii.

S. Terentius Martyr Epiſcopus Iconii, S. Marcus conſobrinus Barnabæ, S. Jeſus appellatur Juſtus, S. Armatus Epiſcopus Lyſtræ, & Socii *memorantur in variis Mss. Græcis Menæis, relati à nobis* XXI Junii.

D. P. SS. Juliana & Demetria Virgines, Martyres Romæ *proferuntur à Galeſinio & ex hoc à Ferrario, tamquam ab Arianis excruciatæ. Ille in Notis citat Ms. & neſcio quem Arthimarum Monachum. Sed veremur, ne, ut alibi ſæpe Wandalos, ita hic Arianos finxerit Galeſinius; & alicubi invenerit pro* Bibiana, *ſcriptum* Juliana; *ſintque hæ ſanctæ ſorores, ſub Apoſtata Juliano paſſæ, de quarum poſteriore* Demetria *egimus* XXI Junii. *de* Bibiana *agemus* II Decembris.

D. P. B S. Marcus, S. Juſtus, S. Terentius, S. Artemas, *ut* Epiſcopi *referuntur in variis Menæis Mss. in aliis uti & in excuſis pridie* XXI Junii.

S. Albanus Martyr Namurci, *in Martyrologio Gallicano Sauſſaji. Eſt is Moguntinus, cui Namurci dedicata Cathedralis, & de hoc egimus* XXI Junii.

D. P. S. Anſoli Monachi *meminit Kalendarium Benedictinum Dorganii: neſcimus quis ſit. Ferrarius in Generali Catalogo addit eſſe diſcipulum S. Maini Abbatis: & hic* S. Mavennus, *de quo egimus* XXI Junii.

D. P. S. Hermolaus Epiſcopus Toletanus *apud Tamayum longa Acta habet, fundata in quadam interpolatione Paſſionis* Sanctorum Decemmillium (*de quibus infra hoc die*) *& in Pſeudo-dextrinis Chronicis: nobis gratis confictus videtur, & magis gratis Hiſpaniæ adſcriptus cum illorum pleriſque.*

Rufina & Jovita, ſanctæ Virgines, *proferuntur in ſcriptis additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, qui* æſtimant alibi poni. *At quo die ignoramus. Plures variis diebus* Rufinæ *occurrunt, ſed nulla cum* Jovita Virgine.

C S. Annianus Martyr, *colitur* apud Patres S. Georgii in Paggiali Bononiæ, ob caput anno 1660 Româ ex cœmeterio S. Cyriacæ eo delatum, *uti latius exponit Maſinus in Bononia perluſtrata.*

D. P. Theodoſius, Patriarcha Alexandrinus, XXXIII *à Jacobitis numeratus, licet numquam receptus, ſed exul defunctus. Hic à Coptis & Habeſſinis ejuſdem ſectæ aſſeclis, ut Sanctus fruſtra hodie colitur; id meriturus, ſi quæ hæreſeos & ſchiſmatis cauſa pertulit, pro Chriſti fide in Catholica unione tuliſſet. Vide plura in noſtro de Patriarchis iſtis tractatu.*

Gregorius Epiſcopus Toletanus, *extitiſſe inter Olympium & Audentium, & quidem* Sanctus *haberi, mortuus hoc* XXII *Junii, anno* 366, *aſſeritur à Tamayo Salazar in Martyrologio Hiſpanico, citatis Dextri & Juliani libris nuper inventis. Deeſt nomen in Chronologia Præſulum Toletanorum apud Garſiam Loiaſam ante Concilia Hiſpanica. Proinde cer-*

tiora argumenta deſideramus de ejus exiſtentia & veneratione. D

Heligaudus, Epiſcopus & Martyr, ordine nonus Ferdenſium Antiſtes, à Danis pro Chriſto occiſus, *refertur à Camerario in Menologio Scotico, qui citat Cranzium lib.* 1 *Metropolis, ſed eum non accurate legit: quia is Martyrem ſucceſſorem ejus Erlulphum appellat; de quo* 2 *Februarii egimus.*

S. Baſilii, Hegumeni Monaſterii Patelariæ, memoria *invenitur in tribus Mss. Synaxariis; duobus Taurinenſibus, Ducis Sabaudiæ; & uno Pariſienſi, Julii Cardinalis Mazarini. Optamus de perſona & loco plura diſcere, ac præcipue de ætate qua vixit; veremur enim ne ejus ſit temporis, quo talium plurium orthodoxia merito dubia habetur.*

S. Ortrudis Virgo, Giſnæ in Picardia, *profertur à Sauſſaio in Supplemento, ut diſtincta à* Rotrude Virgine, depoſita in cœnobio S. Bertini, *relata in ejus Martyrologio. Verum unam eamdemque eſſe, infra ad Vitam* S. Rotrudis *oſtendimus.*

Lambertus Abbas, in cœnobio Sithiù S. Bertini *ut* Beatus *inſcriptus Martyrologio Menardi & à Menardum ſecutis Sammarthanis in Gallia Chriſtiana ubi de cœnobio illo agunt. Plura auſus Sauſſaius in ſupplemento*, Sancti titulo eumdem honorat. *At contra Arnoldus Rayſſius, Auctario Molani ad Natales Sanctorum Belgii, ne quidem nomen inſcripſit. Fuit familiaris B. Joanni Epiſcopo Morinorum, in cujus Actis* XVII *Januarii ſæpius fit ejus mentio, ſed abſque titulo* Beati. E

SS. Quadraginta millia Martyrum ſub S. Bertholdo *referuntur ad hunc diem, in Acie bene ordinata Sanctorum ac Beatorum Ordinis Carmelitici, per R P. Philippum à Viſitatione cuſa ac recuſa aliquoties. Is in Mss. Nobis allegat Kalendaria Ordinis, ſed quæ editores Speculi novi Carmelitici, ubi talia ſtudioſe colliguntur, vel ignorarunt vel contempſerunt, citat etiam Palæonydorum lib.* 3 *cap.* 1 *ubi de Bertholdo dicit, quod* ſuo tempore multorum animas pro Chriſto paſſorum Fratrum in diverſis Terræ ſanctæ locis ſeu monaſteriis, corporali intuitu in cælum deferri vidit. *Eadem ex Palæonydoro ſcribit Wernerus Rollevink in Faſciculo temporum, & ex utroque Lezana in Annalibus; & nec* Martyres *nec* Sanctos *vocare audet ante Apoſtolicæ Sedis judicium; verum qui tantum expreſſerit numerum nec indicatur à Philippo, nec mihi hactenus innotuit. Non poſſet is tamen videri nimius credere valenti, quod Lovanii ſub quadam pictura in templo expoſita legitur, Humarus tyrannus, ad aſſumendas Barratas coëgit* Fratres, quos ferrum & flamma reliquos dimiſerant ex 7 millibus cœnobiorum; *ſed quam talis numerus eſt incredibilis pro una Provincia, ſec.* VII; *conſideranti multo minorem nunc numerum conventuum Ordinis toto licet orbe diffuſi; ſic iſte numerus Fratrum, pro ſeculo* XII. *Societas noſtra, non ſolum in Europa, ſed etiam in Aſia, Africa atque America laborans, mille dumtaxat, qua Domos & Collegia, qua Reſidentias & Miſſiones numerat, in iiſque Socios Sacerdotes & Sacerdotii expertes ad octodecim circiter millia; & credam in una Syria, Saracenis & Turcis circumſeſſa ac fere* D. P. F

A *ſeſſa tota fuiſſe ad quadraginta millia Carmelitarum? Fateor id mihi difficile videri. Minus exorbitavit (exorbitavit tamen) qui intra ſextum & decimum tertium ſeculum centum quadraginta martyrum millia ſui Ordinis numeravit* I. *Novembris in libello Flandrico cui titulus* Corolla florum Cármeli *menſtrue diſtribuendorum.*

S. Badulphus Epiſcopus & Confeſſor, *indicatur Hagiologio Gallo-Franciæ à Philippo Labbe primum edito cum Martyrologio Romano, Gallice anno* 1643 *excuſo, dein tomo* 2 *Novæ bibliothecæ ejus; in cujus Indice memoratur,* & S. Badulphus Epiſcopus, & Franciæ locus quidam. *Nos nihil aliud de eo aſſequi potuimus, & ad ulteriorem inquiſitionem aliis proponimus.*

D. P. SS. Paulinus, Archirion, & Onuphrius, Confeſſores Suteræ in Sicilia; *cum proprium nullum diem haberent, huc relati ſunt à Cajetano in Idæa propter* Paulinum *Nolanum unde etiam eorumdem Octava ibidem ad* XXIX *deſcripta reperitur. Plura de eorum cultu non ſuggerit ipſe, neque nos invenimus alibi.*

D. P. B Adam, Epiſcopus Cathaneſienſis in Scotia, *ut* beatus Martyr *refertur ab Hectore Boëthio, Bucelino & à Chalemoto inter Ciſtercienſes, aliiſque. Obiit an.* 1230: *& tamen nihil de eo legitur in Breviario vetuſto Aberdonenſi, diligenter omnes Scotiæ Sanctos colligente: unde arbitramur cultum nullum publicum habuiſſe.*

Theodoricus, Abbas ſecundus Veteris Campi, Ordinis Ciſtercienſis in dioceſi Colonienſi, familiaris S. Bernardo, hoc die anno 1177 mortuus, *inter* Pios *à Gelenio in Faſtis Agrippinenſibus relatus eſt; omiſſus ab Henriquez, Chalemoto & aliis.*

D. P. Arnoldus, Converſus Villarienſis in Brabantia, *ex Molani Kalendario Sanctorum Belgii, Raiſſii Auctario, aliiſque paſſim cum titulo* Beati *inſcribitur, Faſtis Monaſticis. Nullum interim apud ſuos cultum habet, dignus alioqui. Quare de eo lege Cæſarium Heiſterbacenſem, ex quo pius affectus ejus erga Ordinem innotuit. Oſſa tamen venerabiliter habentur, cum oſſibus aliorum, ſimiliter cum ſingulari ſanctitatis opinione iſtic mortuorum.*

Andreas Bobii Faventinus, Ordinis Prædicatorum, laudatus ab eximia doctrina ac

C virtute: qui à Cardinalibus deſtinatus in Walachiam, plurimos ab hæreſi ad veram fidem convertit, ac tandem ab hæreticis militibus in odium fidei in partes eſt ſectus, *uti aſſerit Ioannes de Rechac, in Triumpho Martyrum tract.* 5 *cap.* 6; *& ad hunc diem indicatur in Anno ſancto ejuſdem ordinis.*

Philippus, S. *Franciſci ſocius,* Raphaël Narſinus, *an.* 1540, Didacus Peregrinus, *anno* Franciſcus de Talavera 1392, Ioannes de Mauriena *Capuc.* Seraphinus *Meſſanæ an.* 1616 Altrudis *tertiaria Romæ* 1284 Iulia *Mediolani ad S. Urſulæ* } *clari vel mortui in Ordine Franciſcano; ab Arturo referuntur omnes, determinato hoc ad ejus arbitrium die, cum titulo* Beati *aut* Beatæ, *in Martyrologio ejus Franciſcano, & poſteriores duæ etiam in Gynæceo: ubi aliunde additur.* Iſabella Ludovici Ord. Prædic. Averii *an.* 1542.

D. P. *De* Iulia, *ſed abſque* Beatæ *titulo, agit Waddingus ad annum* 1463 *num.* 136: *multo autem prolixius Iacobus Graſſettus noſter in Vita B. Catharinæ Bononienſis,* 9 *Martii à nobis Latine datâ num.* 162 *& ſeqq. ubi & de revelationibus ab hac illi factis per annos* 30, *quas ipſa propria manu tribus libris deſcripſit; quorum autographum an adhuc maneat Mediolani, ut ille ſcribit; & ſolum ecgraphum acceperit à Bononienſibus matribus* Cardinalis *Paleottus, B. Catharinæ Canonizationem promoturus uti eſt apud Waddingum: an vero etiam reſtituerit; videant quorum intereſt. Ego negligendam rem non ſentio, ſciens quam multa ejuſmodi præſtantiſſima monumenta tali modo irrecuperabiliter perierint & etiamnum pereant: quare rogatos monaſterii iſtius curatores velim, ut ſi autographum adhuc inveniatur, curent inde ſcribendum ecgraphum nobiſque mittendum; & una cum pluribus aliis adhuc ineditis monumentis, aliquando dandum in lucem, aut ſaltem conſervandum quiſcumque caſus autographo accidat.* D

Philippus de Luxemburgo, *Epiſcopus Morinorum, dein Cenomanenſis, & S. R. E. Cardinalis Legatus à Latere in Gallia, mortuus anno* 1519, *ob ſanctitatis opinionem inter Pios adſcriptus in Supplemento Sauſſaii.* E

Ven. Joannes Fiſcherus, Epiſcopus Roffenſis & S. R. E. Cardinalis, *an.* 1535, *Henrici* VIII *Regis juſſu, ob negatum ipſi Capitis Eccleſiæ titulum, capite plexus fuit. Vitam ejus & mortem fideliter deſcriptam habemus: à Molano in editione an.* 1573 *refertur cum titulo* Beatæ memoriæ Martyris. *Abſtinebimus eo titulo donec reſtituta veteri Religione, Romano Pontifici integrum ſit cauſam & modum mortis cognoſcere, eique condignum titulum ſanctitatis martyriique decernere.* D. P.

Ioannes, cognomine Silvicola ſeu Sauvage, Ordinis Minimorum, ob gratiam dicendi & varias virtutes celebris, *laudatur à Sauſſaio in Martyrologio Gallicano; ſed ſolum Piis adſcribitur.*

SS. Ariſtocleas Presb., Demetrianus Diac., Athanaſius Lector, *relati in Synaxariis Pariſienſi & Taurinenſi ac Menæis excuſis: alibi* XXIII Iunii

B. Lietbertus, Epiſcopus Cameracenſis & Atrebatenſis *hoc die mortuus eſt. Ejus Vita datur* XXIII Iunii.

SS. Zenon & Zenas Martyres *hodie referuntur in Menæis excuſis, in pluribus Mſs. die ſequenti* XXIII Iunii. F

S. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis Inventio Reliquiarum, Catanzari in Calabria, *aſſignatur à Ferrario & Paulo Regio: de qua ad Vitam ejus agetur* XXVIII Iunii.

S. Kilianus cum ſociis ſuis *conſignatur in Ms. Trevirenſi S. Maximini. Horum Acta danda erunt,* VIII Iulii.

S. Iacobus Apoſtolus, frater Ioannis, qui Herodis juſſu decollatus eſt, *indicatur in Ms. Uſuardo Pariſienſi S. Victoris: ab aliis* XXV Iulii.

S. Hildegardis Virginis commemoratio, *ſic indicatur à Dorganio, ut addat quod principalior feſtivitas celebretur* XVII Septembris. D. P.

SS. Abraam, Iſaac, & Iacob Patriarchæ, XXVIII *Bunæ, qui huic* XXII *Iunii reſpondet; & quolibet menſe, die eadem ſolenniſſimum habent cultum in Faſtis Copticis & Habeſſinis,* D. P.

A *beſſinis, ſequente mox, ſimili per omnes etiam Commemoratione Nativitatis Dominicæ.* Abrahamum *Latini colunt* IX Octobris.

S. Martinus ſolitarius *inſcriptus eſt Ms. Florario. Quis ſit non ſatis cognoſcimus. Forte eſt Abbas Vertanenſis* XXIV Octobris.

D. P. S. Gregorius, Epiſcopus Agrigentinus, *ex hujus eccleſiæ Kalendario ponitur in Idæa Cajetani: proprius dies eſt, quo Romano Martyrologio inſcribitur,* XXIII Novembris.

Waltfridi martyris, Therafiæ uxoris ejus, & Rotfridi filii, tranſlatio in Friſia juxta Groningam *adſcripta eſt Additionibus Greveni & Molani ad Uſuardum, item martyrologio Canifii & Ms. Florario. At Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, ex lectionibus propriæ Eccleſiæ, refert aliquod compendium ad diem* III Decembris. D

Galgani Confeſſoris *nomen incribitur Additionibus Greveni & Ms. Rhinovienſi. Ego alium nullum novi, quam qui prope Senas colitur,* III Decembris. D. P.

DE S. IULIANO MARTYRE

PATRONO ARIMINI IN ÆMILIA ITALIÆ PROV.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P. De Actis S. Juliani Anazarbeni male ipſi aptatis, Tranſlationibus, eccleſia, cultu.

B *S. Julianus hic à Martyre Anazarbeno* *Laminia via, ab Urbe ad mare Adriaticum ducta, Æmiliæ verſus Inſubriam procurrenti, jungitur ad* Ariminum *vulgo* Rimini, *civitatem ſub Ravennati Archiepiſcopo Epiſcopalem, ab eaque initium ſumit Provincia,* Æmilia *antiquis, hodiernis* Romandiola *dicta. Hujus urbis Patronus præſenti die ſolenniſſime colitur* S. Julianus Martyr, *cujus corpus in ſua arca per mare creditur illuc appuliſſe, æra Chriſtianæ ſeculo* X, *tempore Ottonis Magni; ut habent Acta, ex veteri Ariminenſi Ms. una cum Hymnis propriis duobus tranſcripta, nobiſque illac Romam euntibus anno* MDCLX *donata, à noſtri iſtic Collegii tunc Rectore, R. P. Franciſco Via. Horum initio narratur Martyrium, plane ſimile Martyrio* S. Juliani Anazarbeni, *in Cilicia paſſi, & Antiochiam Syriæ delati, ubi annuam ejus Panegyrim ornavit S. Joannes Chryſoſtomus inſigni homilia, illuſtrata ab Henſchenio ad diem* XVI *Martii. Solum intereſt, quod hic* Cilix, *iſte* Iſtricus *fuiſſe dicatur; ab eodem tamen Præſide* Martiano, *in civitate* Flaviade, *(quæ ipſa quoque Ciliciæ civitas fuit) in judicium adductus, culeoque æque ac alter inſutus, ſed uſque Præconeſum in Propontide aquis ablatus, ibidem putetur ſeculis pluribus fuiſſe honoratus, quoad provoluta in mare rupe quæ arcam prædictam ſuſtinebat, ipſa Ariminum appulit undis ſupernatans; ſimili miraculo, quo jam alias vidimus Anconitanos & Altinenſes credere, SS. Liberii & Theoneſti corpora ad ſe pervecta.*

distinctus, cognomento Iſtricus.

C 2 *Tale miraculum cur ipſis credere nequeam, dixi ad* XXVII *Maji &* XXI *Junii: Ariminenſibus cur credatur, nihil obeſt ex parte circumſtantiarum, fictionem manifeſte prodentium: hujuſmodi enim circumſtantiæ nullæ hic apparent: potuitque res facta fuiſſe ut narratur; licet, ad firmam fidem adſtruendam, plus aliquid videatur requiri quam ſimplex traditio, poſt aliquot ſecula primum ſcripto ſignata. Porro ut illud potuit factum fuiſſe, ſic etiam poteſt factum concipi, ut idem* S. Julianus, *qui tempore S. Joannis Chryſoſtomi adeo celebrem cultum obtinebat in Syria, rebus iſtic peſſumeuntibus, terreſtri per Aſiam minorem via delatus ſit in Præconeſum, indeque Ariminum. Sed huic conjecturæ firmandæ obſtat ſilentium Synaxariorum Conſtantinopolitanorum, quorum nullum meminit alicujus cultus,* S. Juliano *delati in Præconeſo, adeo vicina Conſtantinopoli peninſula. Obſtant etiam Acta ipſa, inter locum, à quo & ad quem advecta arca dicitur, ſolius Adriatici ſinus latitudinem interponentia, &* Iſtricum Julianum *expreſſe nominantia.*

Hujus corpus in ſaxea arca trans mare veniſſe dicitur,

ſed quod ex Præconeſo vix eſt credibile;

3 *Nolim igitur, tam debili conjectura nixus, unum eumdemque credere, olim Antiochiæ, nunc Arimini cultum: ſed potius quod, propter nominis ſimilitudinem placuerit iis, qui primi corpus venerandum exceperunt, aptare illi paſſionem Anazarbeni Martyris: nam quod num.* 5 *dicitur Epiſcopus Joannes, qui circa an.* MC *vixit, arcam aperiens inveniſſe* libellum certaminis conſcriptum; *aliud non probat, quam iſtam duorum* Julianorum *confuſionem, ſeculo* XI *antiquiorem eſſe. Etenim longe aberat à conſuetudine lictorum, quibus tradebantur Martyres culeo inſuendi, ad omnem eorum abolendam memoriam; eorumdem nomina actaque plumbo vel ſaxo incidere, aut à Chriſtianis ſic inciſa accipere, eidem culeo includenda.* Anazarbus *aut etiam* Flavias, *civitates Ciliciæ mediterraneæ quidem, ſuper fluvios tamen ſitæ, qui injecta ſibi corpora ad mare devolverent; non adeo longe diſtant ab Ægis, urbe ejuſdem Ciliciæ maritima, quin hic ſtatim ſciri potuerit à Chriſtianis, quis ibi culeo inſutus occubuerit, quo nomine dictus, quæ tormenta & ſub quo judice paſſus: ſed de Ariminenſi Patrono, ſeculo primum* X *ad Italiæ littus appulſo, nihil ſimile præſumi poteſt. Tenendum ergo videtur, quod in Iſtria natus & honoratus fuerit, uſque ad tempus tranſlationis in Italiam: ubi ſi ejus Acta, antiquitus nota, & intra ſacri corporis arcam deſcripta latuiſſent, alia procul dubio locorum ac perſonarum nomina indicarentur, aliuſque modus paſſionis, ac forte etiam ſocii ſeptem, quorum intra eamdem arcam reperta ſunt capita. Hic vero in memoriam mihi etiam venit* S. Julianus, *cujus, apud Soranos vel Atinatis in Latio paſſi, martyrium ex Italico Latinum Bollandus fecit, ediditque* XXVII *Januarii; qui ex Dalmatia Anagniam adveniſſe dicitur, ætate juvenis etiam ipſe, & à Flaviano Campaniæ Præſide, ea quæ ibi narrantur paſſus. Eſt vicina Dalmatiæ Iſtria; ut mirum non foret, ſi uni ab altero acceſſerit aliquid, ut ſæpe contingit inter plures ſynonymos, quorum non ſatis diſtinguuntur Acta.*

aut quod inventus in arca ſit libellus Paſſionis qualis narratur.

E

F *Eſt & alius S. Julianus Dalmata in Latio paſſus.*

A AUCTOR. D. P. *Dantur tamen Acta ex Ms.*

4 *Sub his ergo cautelis, dabo quæ Arimino attuli Acta; ſub eademque conditione legi poterit eorumdem Compendium, à* Petro de Natalibus *inſertum* Catalogo *Sanctorum lib.* 5 *cap.* 141, *indeque tranſcriptum in Hiſpanico Martyrologio Tamaji, & Hagiologio Luſitano Cardoſi; ne ſcilicet capite, quamvis male aſſuto, careat narratio reliqua, de tranſlatione & miraculis variaque arcæ ſacræ inſpectione, quæ præcipuam Actorum partem conſtituunt, certiorique cum ſcientia ſcribi potuerunt. Aſſerunt illa, quod Chriſti* Athleta volavit in cælum decimo Kalendas Julii, *& tali die etiam hodie colitur, ut conſtat ex Kalendario, quod habemus anno* 1643 *ad præſcriptum Romani Breviarii editum, juſſu Angeli Cæſii Epiſcopi; ubi præſcribitur* S. Juliani Mart. Patroni Duplex majus; *ut manifeſtus ſit error Petri de Natalibus, quo legit paſſum* 9 Kalendas Julii. *Hunc tamen errorem ſecutus eſt, Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, licet elogium ſumere profiteatur* ex monumentis eccleſiæ Ariminenſis: *ſecuti ſunt etiam Tamayus & Cardoſus præcitati, perſuaſi eum Flaviobrigæ Hiſpanicæ adſcribere, auctoritate Pſeudo-dextri, in Martio noſtro ſatis rejecta. Ferrarius inſuper perſuaſus, ipſum eſſe Anazarbenum* Julianum, *ſecundum Græcos paſſum* XVI Kal. Aprilis *diem hunc eſſe alicujus Tranſlationis cenſet. Potuerunt etiam Ariminenſes, ex ſimili perſuaſione quam hodiedum retinent, ſeculo* XIV, *quo ſcripta videntur Acta, elegiſſe hunc diem* X Kal. Julii; *quia in antiquis Latinis Martyrologiis, ut mox videbimus, inter Antiochenos Martyres referebatur* S. Julianus, *olim pro menſe Martio Latinis ignotus: illi enim tunc de Græcorum Faſtis nihil vel ſciebant vel curabant.*

non 23 *Junii*

ſed 22, *quo colitur.*

B

5 *Ferdinandus Ughellus, tom.* 2 *Italiæ ſacræ, inter Epiſcopos Ariminenſes decimum quartum ſtatuit* Joannem; *aſſerens, quod* Ariminenſibus jus dixit anno DCCCCLXI; *& quod* in ipſo anno marmoreum ſepulcrum, quo corpus S. Juliani Martyris claudebatur, ad Ariminenſe littus Angeli deduxerunt per undas; temploque S. Petri, quod poſtea S. Juliani priſci dixerunt, honorifice intulere. *Hæc ille; quoad annum ſecutus Cæſaris Clementini hiſtoricam Collectionem de Ariminenſium originibus, Italice excuſam an.* 1617, *pag.* 241: *ubi tamen, non Angelis, ſed Epiſcopo adſcribitur invectio corporis in templum iſtud, ſicut etiam habetur in Actis. Verum ab his diſſentit* Clementinus, *dum* Ottonis I (*qui anno mox ſequenti Romæ coronam Imperialem accepit, & in reditu Arimino tranſiſſe dicitur*) *Joanniſque tempora conjungit; inter quos ipſa Acta num.* 5 multum temporis ſpatium *collocant. Huic phraſi inhærendo, videor mihi poſſe* Joannem *iſtum collocare inter Obizzum primum, anno* MLXI *electum; & Obizzum alterum, anno* MCXLIII *defunctum; nec enim aptior locus occurrit in toto illo Catalogo; nec alterutrius ulla proferuntur monumenta, per quæ conſtet eos ſibi immediate ſucceſſiſſe, ſimulque tenuiſſe Cathedram annis* LXXXII: *ſic arca quæ juxta ipſum templum ſeſqui ſeculo ſteterat, inducta in ipſum fuerit circa confinia* XI *&* XII *ſeculi; atque ex tunc cœperit certior haberi notitia rerum,* S. Juliani *cultum apud Ariminenſes ſpectantium.*

Arca an. 960 *Ariminum appulſa*

C

circa an. 1110 *delata in eccleſiam S. Petri*

6 *Eſt ad Euroboreale civitatis latus pons vetuſtiſſimus, Arimino, nunc Maricia flumini inſtratus, Octaviani Auguſti & Tiberii Cæſaris opus, per quem à Flaminia in Æmiliam tranſitur à civitate in Burgum ſive ſuburbium,* S. Petri *dictum, à veteri iſtic* S. Petri eccleſia. *Hujus eccleſiæ conditorem S. Gaudentium eſſe volunt, qui eam pro Cathedrali habuerit; nunc* S. Juliani *dictam; eamdemque ab Ottone præfato, intuitu Sancti prope depoſiti varie dotatam* Clementinius *aſſerit; quando autem cœperit Benedictinos monachos habere non indicat; ſolum duos iſtic Abbates nominat,* Lupicinum *&* Ioannem, *quos ſibi facit mutuo ſuccedere: mihi vero ſuſpicio incidit,* Lupicinum *Ottoni fuiſſe ſynchronum;* Joannem, *Joanni Epiſcopo æqualem, prout æqualem illi Acta faciunt; ita ut unus viderit ſacrum corpus trans mare advectum, alter in eccleſiam tunc opportune reſtauratam intulerit. Corpore autem ibidem* ſine præcipuo aliquo ornatu diu remanente, *ut habes num.* 6 *ipſum* honorabiliori loco poni curavit Petrus Abbas, *ſeculo fortaſſis* XIV, *quando pro uſu proprii Officii primum conſcripta videntur Acta.*

D

in burgo, poſt dicto S. Iuliani.

ACTA

Ex Ms. Collegii ſocietatis Ieſu Arimini.

E

1 TEmporibus Decii Cæſaris, in civitate *a* Flaviada, ſedente Martiano Proconſulari, Iulianus Iſtricus, nobili genere ortus, dum eſſet decem & octo annorum, fide prudentiaque conſpicuus, apud eum ut Chriſtianus accuſatur: ad cujus tribunal adductus, Præſes ſic eum alloquitur dicens; Sacrifica, Iuliane, & tuæ juventuti ſalutem acquire; nam aliter in tormentis finem vitæ accipies. Cui ille reſpondit: Ego Chriſtianus ſum. Ad quem Martianus: Non eſt licita reſponſio tua; ſed magis diis ſacrifica, & Regum *b* noſtrorum præcepta cuſtodi. Et ille: Ego Chriſtum adoro, quem colui, & in quem ſemper credam: & tum noli dicere deos, quoniam omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit, & quidquid cælorum ambitu continetur; hominemque creavit, cui & legem dedit, ut ipſum creatorem omnium diligeret & timeret. Martianus vero dixit: Unus quidem Deus, qui fecit & deos: quare oportet te Principibus victorioſiſſimis acquieſcere, & eorum parere F mandatis. Ad quem S. Iulianus reſpondit: Agnoſce juſtitiam, Conſularis, quia magis oportet obedire Deo quam hominibus: ego enim ſubditus ſum Deo omnipotenti Regi cælorum, cujus doctrinam à pueritia didici, cui & in ipſa juventute ſervio.

a Martiano Præſidi adductus octodecimis,

b Chriſtumque confeſſus,

2 Dixit ei Præſes: Et forſan Presbyter *c* vel Diaconus inter Chriſtianos amentes? Ad quem ille: Talis non ſum dignitatis. Et Martianus; Cujus generis es? ille: Chriſtianus ſum. Tunc Præſes irâ commotus tradidit illum miniſtris puniendum, ut permixtus ei dæmon (inquiens) ſic diſcedat. Et ille: Ego dæmonium non habeo. Et Martianus: Noli amplius inſanire, diis ſacrifica: ſin autem, tu cum malus ſis, peſſime morieris: & ait illi; Eſtne tibi mater? Cui ille eſt, inquit. Et Præſes: Ubi eſt? Et ille: Ubi me *d* comprehendiſtis. Tunc *d* Martianus juſſit eam adduci ad ſe, ipſum vero cuſtodiri. Cumque Aſclepiodora *e* genitrix *e* ejus

c fuſtibus dicitur cæſus:

A ejus ad Præſidem perveniſſet, ſic eam alloquitur dicens: Inſtrue filium tuum, ut ſacrificet: vides enim quantos patitur cruciatus. Tunc illa ad filium ſuum converſa, dixit: Fili, tu ſcis quod doctrinam optimam ſemper te docui: nunc ergo cuſtodi verba mea, ut ſalveris. Deinde dixit Conſulari: Dimittito illum mihi per tres dies, ut ſic commode eum inſtruere valeam. Et Martianus: In hoc triduo venenum illi propinare debes. Ad quem Iulianus: Melius eſt à te omnia mala ſuſcipere, quam quod mei occiſor exiſtam. Tunc Præſes: Si petitas dedero inducias, poſtea ſacrificabitis? Reſpondit B. Iulianus: In hoc tempore ſapientior efficiar. Conſularis autem annuens votis ſuis, ambos in carcere includi imperavit; ubi inter ſe confortantes, dominumque collaudantes, triduo ibi feliciter permanſere.

deinde ab adducta ad eum matre,

per triduum animatus in carcere,

3 Quarta vero die iterum Præſes illos ante ſe præſentari jubet, & ita ſecum alloquitur: Jam veſtræ pertranſierunt induciæ, diis igitur noſtris oblationes offerte. Cui Iulianus: Conſilio unanimi, mater mea & B ego, decrevimus ut in lege Domini meditemur uſque ad mortem, nec abeamus in conſilio impiorum, in cathedra peſtilentiæ ſedentes & mortis. His verbis Præfectus irâ permotus, præcepit ut cum ſerpentibus in ſacco conſueretur, & in profundo pelago demergeretur. Hujuſmodi verbis pæne expeditis, impiiſſimi ſatellites illum comprehendentes, crudeliſſimæ ſententiæ finem impoſuerunt. Tali igitur coronatus martyrio glorioſus Chriſti athleta evolavit in cælum decimo Kalendas Julii. Sed corpus in mari projectum à fluctibus in Inſulam Proconeſum *f* mirabiliter jactatur, & à Chriſtianis prope ſcopulum maris, in arca marmorea valde honorifice ſepelitur.

inſutus culeo ac mari merſus.

Corpus vero ad Proconeſum appuliſſe,

f

4 Cum vero jam diu, vel propter Chriſtianorum perſecutionem, aut per incolarum ignorantiam, benedicto corpori nullum præſtaretur obſequium factum eſt, ut, dum ſilerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet; tempore Ottonis majoris, æſtatis tempore, contra ſolitam conſuetudinem, *g* Adriaticum mare maximis cœpit fluctibus quati, nulla ventorum rabie impellente. Ictibus maris igitur aſſiduis fracto ſcopulo, arcam ſuper ſe placidè ſuſceperunt undæ. Incolæ vero ex ſtrepitu attoniti, cum vidiſſent arcam ibi cecidiſſe, putavérunt eam ſub undis remanſiſſe: ſed propter illam inſolitam maris perturbationem, Ariminenſes etiam obſtupuerunt omnes, nonnulli enim eorum magno gaudio felicem diei horam expectantes; aliqui vero apud littus pervenientes, ac verſus pelagum jugiter admirantes, maximum ſplendorem in Adriatico ſinu mirabiliter concernêre. Illis igitur magis magiſque coruſcam lucem commirantibus, arcam marmoream, velut navigium ibi eſſe comprehenderunt: & ſpectantibus cunctis, abſque ullo extrinſeco adminiculo, ad terram tandem mirabiliter pervenit, tranquillitaſque magna illico facta eſt.

g

C

indeque Ariminum in arca ſaxea,

5 Divinâ igitur gratiâ arca in littore ducta, apud Monaſterium Beati Petri, juxta civitatem, cum ſuppoſito rubri marmoris *h* ſaxo, requievit, ibique populi utriuſque ſexus magna frequentia fuit. Poſt multum *i* vero temporis ſpatium, Joannes civitatis *k* Præfectus arcam ipſam, cum univerſo clero & civibus, variiſque boum ordinibus ac aliis, ad Epiſcopatum trahere conabatur: quod non ſolum non obtinuerunt, ſed nec etiam eam aliqualiter movere potuerunt. Quid vero in ea eſſet videre cupientes, eam aperire attentare cœperunt; & hoc quoque ab eis fruſtra factum eſt. Omnibus itaque attonitis remanentibus arca ibi aliquamdiu permanſit. Denique Joannes præfati Monaſterii Abbas, convocatis Monachis atque amicis, inito jejunio, ac Dei auxilio implorato, ut ſi poſſent ad ſuum monaſterium arcam perducerent, de conſenſu Præſulis illuc ſe contulerunt: quod & facili fuerunt conſecuti labore. Quo ab Antiſtite audito, ipſe & clerus, omneſque Ariminenſes illico devenerunt; ſublatoque cooperto, intro aſpicientes, dilectiſſimum caſtiſſimumque corpus Beati Juliani, cum *l* pallii integritate ornatum, libellumque *m* ejuſdem certaminis conſcriptum, expoſite invenerunt: *n* necnon ſeptem ignota capita, quæ tamen Martyrum fuiſſe opinarunt.

h

i

k

quam Ioannes Epiſc. fruſtra conatus in urbem inducere,

D

poſuerit in ſuburbana eccleſia S. Petri,

l

m

n

6 Arca autem ibi ſine aliquo præcipuo ornatu diu remanente, diverſis tamen præclarâ miraculis, concives eam in honorabiliori loco templi ſaniſſime poni curarunt. Et Petrus *o* præfati Monaſterii Abbas arcam aperuit, ex qua ſuaviſſimus ac fragrans ador exivit: cum autem in nocte mirabilis theſaurus à civibus cuſtodiretur, *p* ne à furibus tolleretur magna adfuit Sanctorum copia, in quorum medio B. Julianus coronatus emicuit; taliſque ac tantus, in habitaculo refulſit ſplendor, quod vix attoniti extra fugêre cuſtodes. Mane autem facto, cuſtodes quamplurimis narrarunt viſionem; indieſque mirabilia magna coruſcarunt. Nam inter occurrentium multitudinem, quædam mulier Gerberia *q* nomine, nobilis vidua, moribus licet impar & obſcœnâ vitâ, ad videndum beatiſſimum corpus pervenit: & cum ſe illi appropinquare vellet, mox cœpit arca fluctuare atque in modum ſalientis cervi mirabiliter elevari. Præ timore autem omnes fugerunt: unde & illâ egreſſâ, mox arca requievit. Deinde laborantibus hominibus ad ipſius Eccleſiæ ædificium *r* optimum vinum ex robore opimè ſcaturivit. Altero vero die, Monachis Veſperum decantantibus, lampas oleo plena à culmine in lapideum pavimentum furibunde cecidit, necnon & plumbum, quo ad ima trahebatur, fracto funiculo in ea decidit. Quo audito omnes illico concurrentes, & nec fragile vitrum confractum, nec olei guttam experſam fuiſſe concernentes, ſed integram erectamque eam invenientes, magnopere admirarunt.

o

p

& deinde aperuerit Petrus Ab.

q

Huic appropians matrona impudica terretur,

E

F

r

lampas in noxie labitur,

7 Altera quoque mulier, in civitate divitiis abundans, cum jam ex ſenectute ſterilis effecta fuiſſet, cui antea quamplures liberi jam fuerant defuncti; perſæpe de prolis privatione mœſtiſſime plorabat. Sanctus itaque Julianus, nocte cuidam agricolæ ſplendidiſſimus apparuit, dixitque; Vade ad dominam tuam, & dicito ei: Si ad ſepulcrum meum adveniens, miſericordiam Domini noſtri Jeſu Chriſti devote imploraverit; de concepta jam maſculi prole jucunditatem accipiet, & puer Julianus nomine meo vocetur: ſitque hoc tibi ſignum. Nam in

ſterilis fœcundatur,

A die præſenti, hora nona, quædam domus igne
EX MS. ſuccenſa, magno labore ab incendio liberabitur; eo tandem extincto, invenietis hominem Dominicum nomine, ſubita ea morte defunctum. His denique undequaque expletis, promiſſum ſibi liberaliſſime obtinuit; illeque ſupervivens, necnon & ſui deſcendentes, Beato martyri diu felix deſervivit.

contractus curatur,

8 Fuit inſuper & alia femina, habitans civitatis mœnia, filium habens attractum, omnium membrorum motus poſſibilitate privatum, qui niſi portatus haud ſe movere valebat. Quare ad Sancti ſepulcrum quadam die eum mater adduxit, & ibi devote, magnoque clamore, ac denique multis profuſis lacrymis, Sanctum deprecata eſt, dicens: Suſcipe, Beatiſſime Juliane, filium, quem deſolatum apud te derelinquo; & quem mœſta mater adjuvare non valet, tu, pie Pater, adjuvare dignare. His dictis, & eccleſia egreſſa, filium ſe clamantem audivit: Jam nunc te ſequor: me igitur expecta, genitrix piiſſima. Et illa converſa, eum expectans, ambulantemque proſpiciens, omnipotenti Deo beatiſſimoque Ju-
B liano gratias reddidit immenſas.

punitur feſtum violans,

9 Die quoque quo S. Juliani celebrabatur feſtivitas, contigit, ut quædam ruſtica mulier, dum ſe ornaret, caputque incriſpare curaret; manus tanta fuit tenacitate conſtricta pectini, quod unum ab alio nequaquam divelli poterat. Hoc igitur animadverſo, magno clamore [ad auxilium] vicinarum clamavit; initoque conſilio, ad ſepulcrum B. Juliani, miſericordiam petitura pervenit; ibique precans & plorans, Monachis quoque intervenientibus, ſanitatem recepit. Quidam etiam adoleſcens per tri-

ſanatur paralyticus

ginta dies tanta fuit oppreſſus paralyſi, quod vix linguam movere valebat; tantoque parentes affligebat mœrore, ut ejus mortem potius optarent, quam tali modo viventem inſpicerent. Eum denique ad B. Juliani arcam adducentes, & ibi biduo plorantes atque orantes, eumque in Sancti obſequio offerentes, ſui geniti promeruere ſalutem.

s

10 Fuit & alius vir agricola, *s* in villa Muſtiana vocata, qui in eadem feſtivitate ad metendam ſegetem ſui agri mane fuit egreſſus: & dum ibi ardenter inſiſteret, ſtatim fuit
C viſione privatus. Unde vicini ad clamorem concurrentes, eum ad eccleſiam B. Juliani, in eadem villa conſtructam, perduxere; & ibi ad Deum preces & lacrymas profundentes, priſtinam ſanitatem eum recipere mirabiliter viderunt. Nonnullaſque alias gratias, ad ſancti Martyris ſepulcrum devote accedentes, indies plerique recipere merentur: mirabilis eſt enim Deus in Sanctis ſuis.

ruſtici in feſto metentis pœna & pœnitentis curatio.

ANNOTATA D.P.

a Flavias, *alias* Flaviopolis, *nunc* Fliopoli 30 p. m. *à mari: nec abſurdum eſt, Anazarbo oriundum, iſtic conſummaſſe Martyrium, quem S. Chryſoſtomus ait*, anno integro per univerſam Ciliciam circumductum; *ſed* Iſtricum Julianum, *ut habet titulus horum Actorum, & mox etiam textus, illuc adducere minus congruum videtur. Quæ de ſua* Flaviobriga, *quaſi iſtic natus ſit Sanctus, ad diem ſequentem comminiſcuntur Hiſpani, non fuit operæ pretium remandere, jam delibata & obiter rejecta* XVI *Martii ubi de Anazarbeno* Iuliano *egimus.*

b *Nomen* Regum, *Græcis uſitatum, non Latinis* (*qui* Imperatorum *ſcripſiſſent*) *ſuadet, hoc initium, ex Græco Latinum factum eſſe.* D

c *Non convenit hæc interrogatio ætati annorum* 18.

d *Puta Anazarbi: ſed quam hoc apte dicere potuit* Julianus Cilix, *tam idem inepte tribuitur Iſtrico, in Ciliciam traducto; quod id cogitetur de juvene in militiam adſcripto, non poteſt cogitari de muliere, quam caſtra ſequi diſciplina Romana non patiebatur.*

e *Ita etiam appellat* Petrus, Aſclepiodotam, *ſcribit Ferrarius.*

f Iulianus Cilix, *Ægas in Cilicia appulſus dicitur*; Iſtricus, *Ionio Ægeoque emenſis, per Helleſpontum adnataſſet Præconeſum; ſed jam indicavi cauſas ex ipſis actis ſumptas ob quas vix credibile ſit ex Præconeſo advectum Sanctum.*

g *Hic quaſi à ſomno incipit expergiſci auctor, & velut de* Iſtrico, *in* Iſtria *ſepulturam habente loqui; dum* Adriatici maris *fluctibus imputat avulſum à continenti ſcopulum, ſupra quem ſtabat ſepulcrum Martyris.* Iſtria *enim & Æmilia invicem ſibi objacent, interluente Adriatico diſcreta:* E *eſtque Iſtriæ ora tota ſcopuloſis obſepta inſulis, contra quam Æmiliæ littus totum planum ac læve. Adjacet etiam Iſtriæ inſula* Cherſo, *cui à forma potuit Præconeſi nomen aptatum fuiſſe, vel iſti ejus partique inſtar peninſulæ ei cohæret, diciturque* Lezina, *& Arimino directius obvertitur.*

h *Hoc ſaxum pro baſi arcæ fuiſſe, cum eaque pariter adnataſſe volunt: quod tamen ex contextu non ſequitur: potuit enim ab Ariminenſibus ſuppoſitum fuiſſe, ut altius ab humo arca extaret.*

i *Seſqui ſeculum ſaltem hæc verba indicant.*

k *Infra* Præſul *&* Antiſtes.

l *Italica Mſs. pro* Pallio *ponunt* Saccum, *ea ſcilicet ratione confirmatura, Patronum ſuum fuiſſe culeo inſutum, ſicut de Anazarbeno ſacco ſeu culeo, & arenam & angues ſimul cum corpore repertos fuiſſe, ſimulque ad martyrii genus comprobandum ſervari dicitur.*

m *Hunc ſcilicet ſcripſerant, arcæque impoſuerant, priores poſt eam advectam Monachi, pro exigua quæ ipſis aderat rerum peritia, indeque nata perſuaſione hunc eſſe Iulianum adeo celebrem in Oriente: neque ſane credibile eſt; tanto miraculo appulſam arcam, non fuiſſe uſque ad id tempus* F *apertam. Petrus ait, quod Abbas* Paſſionis Epitapium conſcriptum, ibidemque repertum, coram omnibus legit.

n *Clementinius* 25 Junii *id factum ait.*

o *Petri hujus tempus, Ariminenſibus hactenus ignotum, definire utcumque poſſumus ex particula* diu; *& ad ſeculum* 14 *rejicere, quo Acta & Hymni compoſiti ſint.*

p *Crediderim, moris fuiſſe, ut in die feſto, & per Octavam, arca aperiretur ad ſolatium accurrentis vulgi; interimque adhibitis noctu cuſtodibus ſolitam ſervari.*

q *Puto melius ſcribendum*, Gerberga.

r *Pulcherrimum illud fuiſſe, infra ex Clementinis videbimus. Ms. Italicum, plenius hoc miraculum exponens, ait accidiſſe foris in ſilva agentibus, lignaque ſecantibus: quod eſt credibile.*

s Hodie Muſen *inquit idem Ms. idem fortaſſis quod in tabulis* Miſanum, *ad* 7 p. m. *ab urbe verſus Euro-auſtrum.*

AP-

A

APPENDIX

Ex Ms. Italico & impreſſa Hiſtoria Clementini.

11 ANno MCCCCLIV, menſe Februario, cum R.P. Fr. Natalis Utricolanus, Ordinis Prædicatorum, cum ſociis octodecim graviſſima jactaretur tempeſtate ; facto in honorem S. Juliani voto, ceſſavit procella, & liberati fuerunt. Hoc autem ipſius Patris manu ſcriptum fuit, ad calcem hiſtoriæ ipſius Sancti.

Tempeſtas invocato Sancto ſedata,

12 Similiter anno MCCCCLXXVIII, quidam nomine Menghinus, de Caſtello-Abbatis (*diſtat illud in littore maris verſus Euroboream ad* 5 m.p.) loquelam amiſit, ſervato tamen auditu. Cui cum perſuaſum eſſet, votum facere Deo, Deiparæ Virgini, ac S Juliano, de Miſſis tribus muſice curandis ad altare Sancti, ſi ſanitatem recuperaret ; facto voto cubitum ſe veſperi contulit, ipſaque nocte conſpicuam habuit beatiſſimam Virginem, jubentem ut iret ad arcam S. Juliani ; ubi pauxillum dormitans, liberandus erat ab incommodo quod patiebatur. Experrectus ergo, & viſionis utcumque recordatus, ad civitatem ſe contulit, ac prius aliquot alias eccleſias pro ſua devotione viſitavit, domumque rediit. Tunc primum in memoriam ei venit mandatum dormitandi ad arcam miraculoſam : ibique ſupra pulvillum unâ circiter horâ dormivit. Deinde experrectus, totus attonitus ſtetit cum vehementi ſtomachi dolore ; moxque ſpumam quamdam evomuit & clamavit, S. Juliane adjuva me : atque exinde loquela expedita manſit ei, qui per triduum mutus fuerat. Miraculum hoc ſcriptum fuit manu propria R. Patris & Abbatis Commendatarii prædicti monaſterii, Fr. Antonii Aquilani, die XXIII Aprilis MCCCCLXXVIII.

triduum muto loquela reddita.

B

13 *Hactenus Ms. Italicum, unde conjectare poſſis, eccleſiam, de qua hic ſermo eſt, à Petro Abbate reſtauratam fuiſſe veroſimiliter uno ſeculo prius, quam in Commendam recideret Abbatia : quod anno* MCCCCXXX *factum ſcribit Clementinius, adeoque circa finem Martini Papæ* V ; *qui eam, mortuo Simone Ariminenſi, poſt Franciſcum Gualdi iſtic Abbatem, contulit Gabrieli Cardinali S. Clementis. Ante eam calamitatem, quam potens juriſdictione & poſſeſſionibus eadem Abbatia fuerit, declarat idem Clementinius, ex Bulla Innocentii* VI, *pro jurium ac bonorum illic enumeratorum recuperatione, datâ rogatu* Angeli, Abbatis monaſterii S. Juliani Ariminenſis, Ordinis S. Benedicti, ad Romanam Sedem nullo medio pertinentis : *qui Angelus anno* MCCCLXIII *etiam rexerit Monachas S. Euphemiæ, multoſque tum eccleſiaſticos tum ſeculares, utriuſque ſexus emphiteuſeos titulo habuit ſibi obnoxios, quorum iſtic licet legere enumerata loca & clientelæ profeſſiones. Idem meminit Donationis, anno* MLXI *Uberto Abbati factæ ab Opicio Epiſcopo, variarumque eccleſiarum, ex conceſſione plurium Epiſcoporum atque Pontificum, à dicta Abbatia ut à capite dependentium : de ipſa vero eccleſia, ſub Petro prædicti Angeli fortaſſis deceſſore aut ſucceſſore immediato reſtaurata, ſcribit, quod* intra eam decentiori loco poſita fuit arca, erecto ſuper eam in honorem Sancti altari, eo loco ubi nunc eſt altare S. Muſtiolæ : ibi enim terminabatur eccleſia, ubi inchoatur, hodierna ; & ſaxum rubri marmoris, quod arcæ pro baſi fuerat, converſum eſt in menſam altaris S. Luciæ ; itáque manſere, quoad eccleſia illa funditus deſtructa eſt, novaque erecta, qualis hodie cernitur. De veteris porro, ſeu potius medii ævi eccleſia, ſic ſcribit Clementinius.

Abbatia in Commendam data an. 1430.

C

D

14 Ex delineatione, effigiata ſupra portam minorem, intelligitur, ſtructuram fuiſſe pulcherrimam : quod & ſeniores referunt qui viderunt illius partem adhuc ſuperſtitem, ornatam columnis marmoreis, plures fornices ſuſtentantibus, porticuſque tam intra quam extra templum, quæ ſpeciem admirabilem operi addebant, præſertim circa Confeſſionem. *Talis ergo illa ſtetit, etiam ſub Abbatibus Commendatariis ; qui poſt* Gabrielem *eorum primum fuerunt*, Franciſcus Condelmerius, Cardinalis Epiſcopus Portuenſis & S.R.E. Vice-cancellarius, *concedente Eugenio* IV ; Beſſarion Cardinalis, *ex indulgentia Nicolai* V ; Sacramorus Sacromori Ariminenſis, Parmæ Epiſcopus, *beneficio Sixti* IV. Per illius porro mortem, eadem Abbatia tranſiit ad manus Marci Coccapani Carpenſis, Protonotarii Apoſtolici, qui ipſam reſignavit Alexandro VI, attribuendam Congregationi Canonicorum Regularium S. Georgii in Alga, prout factum eſſe anno MCCCCXCVI, conſtat ex ejuſdem Papæ Bulla. Ab eo ergo tempore ipſe eam adminiſtrarunt, magna cum religione ; ſolicitudine atque ſolertia, optimoque exemplo. Sane cum anno MDLII, illa præſcriptæ eccleſiæ pars, quam vidiſſe majores noſtri meminerunt, ruinam meditaretur etiam ipſa, Regularium iſtorum ſtudio & cura, jacta ſunt fundamenta majoris capellæ & eccleſiæ novæ die XXVI Martii ; operique intra biennium abſoluto acceſſit, die XV Julii MDLIII, turris campanaria ; & eodem tempore renovatus eſt fere conventus totus, noviſſimâ urbis obſidione miſerrime habitus à militibus, æque ac omnes Burgi officinæ tunc pariter reſtauratæ.

eccleſiæ ſub Petro Ab. novæ ſtructura pulcherrima,

cedit Canonicis Regularibus an. 1496

E

pro qua ruitura an. 1551 *ea quæ nunc eſt fabricatur,*

15 In principio operis retracta eſt arca ab altari majori : eccleſia enim prior eo loco ſtabat, ubi nunc cœmeterium eſt, cum parte conventus, verſus viam regiam, ipſiuſque porta Occidentem ſpectabat : in effodienda autem humo deprehenſi fornices aliquot, cum longis quadrati marmoris ſaxis, teſſellatique operis fragmentis, monſtraverunt Gentilium iſtic templum fuiſſe ; aperuitque portæ principalis frontiſpicium, hiſce litteris inſculptum, GENIO ARIMINENSIUM. Novam eccleſiam cum ara principe ſolenni ritu conſecravit, anno MDLXXVIII, die XIX Januarii tunc Dominica, Ioannes Baptiſta Caſtelli Bononienſis, Ariminenſium Antiſtes : alia vero altaria, anno MDLXXXIII, dedicata ſunt à Ioanne Franciſco Sormano Mediolanenſi, Montisfeltrii Epiſcopo.

F

conſecrata an. 1578

16 Anno MDLXXXIV, tertia Dominica Quadrageſimæ in diem XI Martii cadente, Prior monaſterii D. Gabriël Venetus, aſſiſtente ſibi Collegio toto, ſervatiſque in tali occaſione ſervandis, ſuſtulit operculum arcæ marmoreum, quantum opus erat ut ingredi illuc unus ipſorum poſſet, cum ſuper pelliceo & ſtola, ſcilicet D. Marinus Millani Ariminenſis ; apparueruntque per arcam ſparſæ multæ Reliquiæ, interque eas capſa lignea, tribus inſtru-

Arca aperitur an. 1584

A *oſtenditur caput;* ſtructa ſeris, ſed recluſis, & craticula ferrea ſatis ſpiſſa cum feneſtella, cui unica erat ſera, ſed aperta etiam ipſa, ex eo capite ubi ſanctum Martyris caput jacebat. Tum per jam dictam feneſtellam, juſſu Prioris, Caput ſanctum extulit D. Marinus, ipſumque Priori porrexit extra arcam; qui illud, ſuperpelliceo reverenter exceptum, nobis qui aderamus omnibus (*inquit Auctor Ms.*) reverenter exoſculandum obtulit. Accuratius vero ipſum intuentibus, apparuerunt capilli aliquot flavi, inſtar aureorum filamentorum, occipitio adhærentium; maxillæ autem integræ cum omnibus dentibus. Alia pars ſancti corporis nulla aforis videri potuit propter impedimenta prædicta: Dominus tamen Marinus aſſeruit, vidiſſe & tetigiſſe ſe humerum, brachium ac manum ſiniſtram, nec dubitare quin reliqua etiam membra videri ac tangi poſſent, ſi capſa tota aperiretur. Poſtea repoſitum eſt ſanctum Caput, priori quo antea jacuerat loco; ne uno quidem capillo imminutum, ſed ablato argenteo nummulo, deprehenſo hærere B inter os & cutem cranii, ea præciſe parte ubi erant capilli. De quibus omnibus rogatum ſcriptumque eſt publicum inſtrumentum, à Notario qui aderat, Dominico Vannuccio, anno & die prædictis, Pontificatus Gregorii XIII anno XII.

tactuque exploratur latus ſiniſtrum corporis.

17 Anno MDLXXXV Arimino tranſierunt Legati Iaponici, ab exhibita, Principum ſuorum nomine, Romano Pontifici obedientia revertentes; Mantius ſcilicet, Fiungæ Regis nepos; Michaël, Regis Arimæ conſanguineus; eorumque ſocii Martinus & Iulianus: qui cum ſingulari devotione arcam ſanctam viſitarent, inſtanter petierunt (quod audierant paſſim viros Principes facere, qui Romam vel Lauretum peregrini hac forte tranſirent) dari ſibi aliquid de ipſius arcæ raſura: quod cum deficiente idoneo inſtrumento excuſaretur, promittereturque ipſis ultro mittendum in hoſpitium ſuum; non deſierunt iteratis vicibus ſolicitare promiſſum, donec obtinerent die XIX Auguſti. Utiliter ſane ejuſmodi raſuram adhiberi, contra colicos dolores & infirmitates quaſcumque alias, crebra docuit experientia. Anno MDLXXXVI die XVI Februarii, diſſolutum eſt altare majus, & arca retroacta intra murum, ſicut hodiedum manet; novum autem altare anno MDLXXXVII conſecratum IV Maji, Dominica VI poſt Paſcha, per Vincentium Tophaninum Epiſcopum noſtrum, in honorem SS. Iuliani, Innocentiæ atque Margaretæ, Virginum Martyrum, quarum Reliquiæ iſtic tunc pariter incluſæ fuerunt; ſicut fuerant in ipſius altaris trunco, cum diſſolveretur, antea repertæ. *Hactenus Clementinius, ex Ms. ſuppletus: quibus addendum nihil habeo, niſi quod prædicta Georgianorum Canonicorum Regulari Congregatione diſſoluta ſit de mandato Clementis* IX, *anno* MDCLXVIII, *in eorumque locum ſucceſſerint Monachi Benedictini.*

D *Ex eâdem arca raſura petitur à Legatis Iaponiis 1585,*

eadem movetur an. 1586 propter novum altare.

E

DE SANCTIS MARTYRIBUS

GAMGALO SIVE GANDALICO,

IULIANO, GRAPTO ET ALIIS DCCCLXXIX AUT DCCCXIII.

ANTIOCHIÆ IN SYRIA.

G. H.

Notitia nominum & numeri ex Martyrologio Hieronymiano & aliis.

C *In antiquis Faſtis*

Unc diem XXII *Iunii antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa à Sanctis prætitulatis auſpicantur: & quidem vetuſtiſſimum Epternacenſe his verbis*: X Kalendas Iulii in Antiochia Syriæ, Gamgali, Iuliani, & aliorum octingentorum ſeptuaginta novem. *Apographum Corbeienſe eos ita conſignat*: In Antiochia Gandalici, Iuliani, Graphi, & Sanctorum Martyrum nongentorum tredecim quorum nomina habentur in libro vitæ. *In alio Ms. Corbejenſi ſcribitur*, Gantalici, *qui ibidem ſolus cum* Iuliano *indicatur*. *In apographo Lucenſi ita memorantur*: In Antiochia Gandalici, Iuliani, Graphi & Sanctorum octingentorum tredecim; quorum nomina Deus habet in libro viventium. *Ab hoc Blumianum ſolum diſſentit in nomine* Gantalicæ. *Notkerus eoſdem hoc modo ordinavit*: Antiochiæ nativitas Sanctorum Martyrum Agathalicæ, Iuliani, Graphi & aliorum octingentorum quatuordecim; quorum nomina Deus habet in libro viventium. *Mss. Richenovienſe & Rhinovienſe iſta habent*: In Antiochia, Gantali, Iuliani & aliorum octingentorum ſeptuaginta ſeptem Martyrum. *Mss. Florentina Magni Ducis & Strozzii Senatoris*: Apud Antiochiam, Sanctorum Martyrum Ganthalicæ, Iuliani & Grapi. *Quæ etiam ita leguntur in Ms. Auguſtano S. Udalrici, niſi quod ibi* Iulianæ *exprimatur, uti & in Pariſienſi Labbei, ubi prioris nomen* Cantoliæ *eſt*. *Mss. Trevirenſe S. Martini & Ultrajectinum Eccleſiæ S. Mariæ, ita habent*: Item Antiochiæ Iuliani & aliorum octingentorum & quindecim. *Grevenus in Auctario Uſuardi meminit* Iuliani, & aliorum multorum.

F

2 *En quanta ſub varietate nomen primi exprimatur*, Gamgali, Gantali, Gantalici, Gandalici, Ganthalicæ, Cantoliæ & Agathalicæ. *Pro* Iuliano *etiam* Iuliana *legitur; ita* Graphus & Grapus. *Aſt Anonymi præter* octingentos, *in Corbeienſi* nongentos, *ſunt* tredecim, *ſeu* quatuordecim *aut* quindecim, *in Epternacenſi* ſeptuaginta novem; *in aliis* ſeptuaginta ſeptem. *In titulo potiſſimum ſecuti ſumus antiquiſſimum Epternacenſe, & alia apographa Martyrologii Hieronymiani.*

varie expreſſa nomina & numerus Martyrum.

DE

A D

DE S. RUFINO SEU RUFO

MARTYRE ALEXANDRIÆ.

Ex ejuſdem Hieronymiani vetuſtis apographis aliiſque.

G. H. HUnc *Martyrem conſignant antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, ac Lucenſe & Blumianum hoc modo* : In Alexandria civitate S. Rufini Martyris. *In Corbeienſi nomen* Rufi *ſcribitur, uti etiam in Mss. Barberiniano & Trevirenſi S. Maximini. Et, palæſtra omiſſa, in Mss. Auguſtano S. Udalrici, Pariſienſi Labbei, & Florentinis bibliothecæ Medicææ atque Muſæi Strozziani. Verum in Ms. Aquiſgranenſi & Auctario Greveni ad Uſuardum, ita legitur* : Alexandriæ S. Rufini Martyris. *In vetuſtiſſimo Ms. Epternacenſi, adduntur ſocii plurimi hoc modo* : In Alexandria Rufini & aliorum octingentorum ſexaginta novem. *Verum quia ſimili fere numero adduntur hoc die ſocii* S. Albano Martyri ; *cujus nomen, in hoc Epternacenſi omiſſum, immediate ſubſequitur in aliis apographis, nos non fuimus auſi illi adjungere dictos ſocios : quod hic indicaſſe ſufficit.*

B E

DE SANCTIS POMPIANO, GALACTIONE

IULIANA ET SATURNINO FILIO

MARTYRIBUS CONSTANTINOPOLI HONORATIS.

G. H. Ex duobus Mss. Synaxariis noſtræ Societatis.

PErvetuſtum Synaxarium quod nos Divione in Collegio Societatis Jeſu reperimus, ſuggerit hos Sanctos, ſub triplici hoc titulo : Ὁ ἅγιος Πομπιανὸς ἐν τῇ θαλάσσῃ τελ‹ῶται, S. Pompianus in mari conſummatur : Ὁ ἅγιος Γαλακτίων ἐν τῇ θαλάσσῃ τελ‹ῶται, S. Galaction in mari conſummatur : Οἱ ἅγιοι Ἰουλιανὴ καὶ Σατορνῖνος ὁ υἱὸς αὐτῆς πυρὶ τελ‹ῶνται, S. Iuliana & Saturninus ejus filius igni conſumuntur. *Poſt ſingulos erant diſticha : ſed priora duo non poterant legi. At poſt* S. Iulianam *iſtud ſupereſt :*

C Ἰουλιανὴν, καὶ τὸ ταύτης παιδίον
Ἄνθος, ἀνθῆσαι ἄρτι, πυρὶ καταφλέγει.
Julianam & filium pubeſcentem,
Ætatis in flore, ignis exuſſit vorax.

De his, non expreſſe mortis genere, in pervetuſto Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ quod apud Collegium noſtrum Pariſiis aſſervatur ſic legimus : Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Πομπηιανοῦ, Γαλακτίωνος, Σατορνίνου καὶ Ἰουλιανῆς, τελεῖται ἡ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῶν, τῷ ὄντι πλησίον τῆς ἁγίας Μάρτυρος Εὐφημίας, ἐν τῷ Πετρείῳ. Certamen ſanctorum Martyrum Pompiani, Galactionis, Saturnini & Julianæ. Celebratur autem eorum ſolennitas in propria eorum eccleſia vicina ſanctæ Martyris Euphemiæ in Petreio, *quod ultimum* ἐν τῷ Πετρείῳ *deeſt Ms. Divionenſi. Eadem ſolennitas ad* XXI *Decembris, iiſdem plane verbis, apud Græcos in Menæis & alibi tribuitur* S. Julianæ Virgini & Martyri Nicomediæ paſſæ : *cujus Acta dedimus* XVI *Februarii ; cum tamen ea plane ab hac* Juliana matre S. Saturnini *diverſa ſit ; ſed fortaſſis propter hanc placuit etiam iſtam cum ſociis illuc inferre, ad vitandas contentiones ex ſynonymia naſcituras, ſi alibi conderentur ſicuti ob eam cauſam in ædem S. Dionyſii prope Pariſios illatum fuit corpus S. Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi. De* S. Euphemia *ejuſque pluribus Eccleſiis Conſtantinopoli erectis agendum erit* XVI *Septembris : interim poteſt videri Conſtantinopolis Chriſtiana Caroli Cangii, qui libro* 4 *cap.* 7 *num.* 12 *& tribus ſequentibus de hiſce Eccleſiis præclare diſſerit. In dicto Synaxario Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ dicuntur* Pompianus & Galaction in mari ſubmerſi ; *at* Juliana & Saturninus filius igne conſumpti. *Unde videtur colligi, eas forſan non ſimul uno in loco & eodem tempore martyrium paſſos ſed ſimul conjunctos coli, eo quod Reliquiæ ſimul ſint collocatæ.* F



ALBANO ET AMPHIBALO CLERICO
AC BIS MILLE CIRCITER SOCIIS
VEROLAMII ET VICINIS LOCIS ANGLIÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De variis eorum Actis, Miraculis & Analectis eo ſpectantibus.

G. H.

ANNO CCCIII

Palæſtra S. Albani Verolamium,

VErolamium, *urbs olim celeberrima apud Catyeuchlanos Britanniæ populos in hodierno Hertfordiæ Comitatu; Tacito, lib.* 4 *Annalium cap.* 33 Verulamium municipium *jure civium Romanorum donatum. Ptolemæus, lib.* 2 *Geographiæ cap.* 3 Οὐερολάνιον *ſcribit. Cambdenus vero,* Nulla re, *inquit*, æque celebre Verolamium erat, quam quod civem ſanctitate & fide in
B Chriſtum ſingulari protulerit Albanum: qui, cum Diocletianus Chriſtianam religionem exquiſitis ſuppliciis ex hominum memoria delere moliretur, invicta animi conſtantia mortem pro Chriſto primus in Britannia oppetiit. Unde & Stephanus noſter, & Britanniæ Protomartyr appellatur. *Hæc ibi. Verum in bellis Anglo-Saxonicis concidit penitus Verolamium: ſed Offa Rex, poſt inventum Corpus*

S. Amphibali Readburna.

S. Albani, *loco vicino monaſterium ampliſſimum in ejuſdem memoriam conſtruxit, & dein oppidum una ſurrexit* Fanum S. Albani *appellatum, elegans & amplum in eoque templum monaſterii magnitudine, elegantia & venuſtate ſuſpiciendum, quod in Monaſtico Anglicano duplici ſchemate repræſentatur tomo* 1 *pag.* 176. *Ab hoc oppido* S. Albani *tribus leucis verſus Occidentem diſtat* Readburna, *ubi* S. Amphibalum martyrio vitam finiiſſe, *docet ex Wintonienſium antiquitatibus Jacobus Uſſerius, de Britannicarum Eccleſiarum primordiis pag.* 166; *additque vicinum* Annable oppidum, ab Amphibalo nomen accepiſſe.

C 2 *Acta eorum habemus varia, ſed ex iis damus: primo, quæ venerabilis Beda lib.* 1 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 6 *&* 7, *de* S. Albano *ejuſque ſtatuto carnifice, ſed converſo & Martyre habet; tum ſubjungimus quæ per Stephanum Vitum Hibernum, è Societate Jeſu virum eruditum, curavit olim ad nos mitti memoratus Uſſerius Acta antiquiora; ex quibus potuit Beda aliqua decerpſiſſe. Fuit horum Actorum volumen antiquiſſimum, de quo in Vitis viginti trium S. Albani Abbatum, in Eadmaro Abbate* IX *iſta leguntur:* Iſtius Abbatis tempore, dum foſſores muros & abſcondita terræ rimarentur, in medio civitatis antiquæ, cujuſdam magni palatii fundamenta diruerunt: & quo tantorum veſtigia ædificiorum admirarentur, invenerunt in cujuſdam muri concavo depoſitum quaſi armariolo, cum quibuſdam minoribus libris & reculis, cujuſdam codicis ignotum volumen, quod parum fuit ex tam longæva mora demolitum. Cujus nec littera nec idioma alicui tunc invento cognitum præ antiquitate fuerat: venuſtæ tamen & manifeſtæ litteræ fuerant: quarum epigrammata & tituli aureis litteris fulſerunt redimiti: aſſeres quercus, ligamina ſerica, priſtinam in magna parte fortitudinem & decorem retinuerunt. De cujus libri notitia cum multum lateque fuerat diligenter inquiſitum, tandem unum ſenem jam decrepitum invenerunt Sacerdotem, litteris bene eruditum, nomine Unwonam: qui imbutus diverſorum idiomatum linguis ac litteris, legit diſtincte & aperte ſcripta libri prænominati ... In dicto libro ſcriptam invenit hiſtoriam de S. Albano Anglorum Protomartyre: quam Eccleſia diebus hodiernis recitat legendo. Cui perhibet egregius Doctor Beda teſtimonium, in
E nullis diſcrepando ... Solus ille liber, in quo hiſtoria S. Albani continebatur in Theſauro cariſſime reponebatur. Et ſicut prædictus Presbyter illum antiquo Anglico vel Britannico idiomate conſcriptum, in quo peritus extitit, legerat; Abbas iſte Eadmarus, per prudentiores Fratrum, in Conventu fecit fideliter ac diligenter exponi, & plenius in publico prædicando edoceri. Cum autem conſcripta hiſtoria in Latino pluribus, ut jam dictum eſt, innotuiſſet; exemplar primitivum ac originale (quod mirum eſt dictu) irreſtaurabiliter in pulverem ſubito redactum, cecidit annullatum.

Alia Acta Britannico ſermone inventa ſeculo 10

Latine reddita.

3 *Hæc ibi: mira ſane, & quæ haud immerito poſſint ſuſpicionem movere fictionis. Nolo tamen antiquæ credulitati præjudicium creare operoſiori examine ejus cauſæ per quam codex eo uſque integer, tam ſubito eſſe deſierit. Utut eſt contigerint illa circa annum* DCCCCLXX. *Deinde poſt annos ducentos prodierunt* Acta SS. Albani & Amphibali *forte eadem, ex Anglico ſermone à Guilielmo Albanenſi monacho in Latinum converſa, juſſu Simonis Abbatis* XIX, *anno* MCLXVI *conſtituti, & anno* MCLXXXVIII *vitâ functi. Auctor autem floruit circa annum* DXC, *cum Anglo-Saxones adhuc Pagani ibidem dominarentur; aſſeritque in Prologo,* ſe nomen non præpoſuiſſe, ne loquendo, nomen pariter & vitam amitteret; *& ſic* ſuppreſſo nomine, quod viderit, quod audierit, non vult tacere. *In Epilogo prædicit Paganos convertendos, dein dicit ſe* Romam proficiſci, ut illic lavacrum regenerationis adipiſcatur. *Uſſerius ex duplici Ms. Cottonianæ bibliothecæ illa Acta deſcripſit, & Præfationem Guilielmi interpretis, & Prologum & Epilogum Auctoris edidit pag.* 156 *&* 157. Nos ut diximus, ejus beneficio accepta illa Acta integra damus. *Eadem heroicis verſibus expreſſit Radulphus Stapulenſis; cujus Præfationem carmine elegiaco compoſitam edidit etiam Uſſerius pag.* 158 *quam Lector ibi poterit videre.*

Acta Anglice ſcripta circa annum 590, *Latine reddita ſec.* 12

F

ex Miſs. Cottonianis dantur.

4 *Poſt illa duplicia Acta damus Miracula* S. Albani, *apud Capgravium relata in Legenda Sanctorum Angliæ. Poſtea ſubjicimus Analecta ex variis, potiſſimum ex Hiſtoria Bedæ, Vita Offæ ſecundi Merciorum Regis, & Vitis viginti trium Abbatum S. Albani, quæ tribuuntur Matthæo*

Acta dantur ex Beda.

A *Idduntur Miracula & Analecta*

theo Parisio, atque editæ sunt cum ejus historia, ex qua etiam uti & ex historia Thomæ Walsinghami nonnulla proferimus. Varia ex hisce continentur apud dictum Capgravium, sed valde contracta. Antiquissima omnium Albani *mentio habetur apud S. Gildam Sapientem, de Excidio & conquestu Angliæ: cujus verba in Annotatis ad Vitam secundam commodius ad rei narratæ confirmationem proferimus. Habemus alia super Acta ex variis Mss. Sed fere ex Beda desumpta; ut & ex vetustissimo codice Claudii Puteani, Ultrajectino S. Salvatoris, & alio nostro. Tum etiam ex Ms. Trevirensi S. Maximini, sed in hoc varia adjunguntur de S. Albini translatione ad urbem Colonien sem huc nequaquam spectantia. Denique Acta utriusque Sancti,* Albani & Amphibali *accepimus studio D. Andreæ Maroquin descripta; sed quis hic fuerit ignoramus. Taceo libellum de Actis & translatione Coloniam, excusam anno* MDII, *quia de eo infra agemus, distinguentes S. Albanum hunc, Anglis relinquendum ab Albino Coloniam Româ advecto.*

mentio apud Gildam. Varia Acta Mss.

B *Elogium S. Albani ex Martyrologio Bedæ*

5 *Inter Martyrologos primum locum obtinet Venerabilis Beda cujus in genuino Martyrologio, à nobis ante tomum* 2 *Martii ex octo Mss. edito, ista habentur:* In Britannia S. Albani Martyris, qui tempore Diocletiani Imperatoris, in Verolamio civitate, post verbera & tormenta acerba capite plexus est: sed illo in terram cadente oculi ejus qui eum percussit pariter ceciderunt. Passus est cum illo etiam unus de militibus, eo quod eum ferire jussus noluerit, divino utique perterritus miraculo; quia viderat beatum Martyrem sibi, dum ad coronam martyrii properaret, alveum amnis interpositi orando transmeabilem reddidisse. *Hæc Beda: ex quo Rabanus, Usuardus, Ado, Notkerus, & alii sua encomia desumpserunt. In hodierno Martyrologio Romano ista leguntur:* Verolamii in Britannia S. Albani Martyris, qui tempore Diocletiani pro Clerico hospite, quem susceperat, seipsum tradens, post verbera & acerba tormenta capite plexus est. Passus est etiam cum illo unus de militibus, qui eum ducebat ad supplicium qui in via conversus ad Christum, sanguine meruit baptizari. *Est dictus Clericus hospes,* S. Amphibalus, *cujus Acta cum Actis Albani cohærent: seorsim vero ipse refertur ad* XXV *Junii in martyrologiis Anglicanis tam Richardi Wisfordi anni* MDXXVI, *quam Joannis Wilsoni hoc seculo: illum secuti sunt Ferrarius & Alfordus. Præterea in Mss. Romanis Cardinalis Barberini, & monasterii S. Cyriaci & Atrebatensi Cathedralis Ecclesiæ, ad elogium Bedæ ista adduntur.* Et cum eo alii numero octingenti novem (*in Atrebatensi* octo) positi in Cathalacum, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. *Verum in Actis num.* 36 *dicuntur fuisse* nongenti nonaginta novem. *Fuerunt hi occisi prope* Lichfeldiam, *quæ creditur ideo sic appellata, quod Lichfelt* Cadaverum campus *interpretetur. Iterum num.* 39 *dicuntur alii* mille *Redburnæ,* visa constantia S. Amphibali conversi, eoque intuente morti traditi; *ast anno* MCLXXVIII. *At* cum corpore S. Amphibali inventa fuisse corpora novem Sociorum *indicatur in Analectis num.* 38.

C *S. Amphibalus refertur 25 Maji*

unà Martyrizati dicuntur 699 Socii

atque iterum mille;

& Fastis Romanis.

6 *Hos omnes passos esse anno* CCCIII, *in magna persecutione Diocletiani, cum plerisque scriptoribus arbitramur. Interim Michaël Alfor-*

D *Tempus martyrii*

dus refert eos ad annum CCLXXXVII, *cujus rationes lector poterit expendere aliquas ejus Reliquias asservatas fuisse Londini in ecclesia Cathedrali, legitur in Appendice ad Historiam hujus ecclesiæ, à Gulielmo Dugdale edita; in qua pag.* 214 *inter alias Reliquias ibi adservatas, ista leguntur:* Item unum vas argenteum, deauratum, ad modum cupæ factum, continens Reliquias Sanctorum Oswaldi, Albani & Dunstani. *De S. Oswaldo Episcopo egimus* XXVIII *Februarii & de S. Dunstano* XIX *Maji. Colitur etiam* S. Albanus Martyr XXI Iunii Gnesnæ, Polnaniæ, Wladislaviæ, Cracoviæ, & *dicitur* in Anglia sub Diocletiano passus.

AUCTORE G. H.

ACTA MARTYRII

Ex Historia Bedæ lib. I cap. 6 & 7.

E *Sub persecutione Ecclesiæ immanissima,*

1 ANno incarnationis Dominicæ ducentesimo octogesimo sexto, Diocletianus, tricesimus tertius ab Augusto Imperator ab exercitu electus, annis viginti *a* fuit; Maximianumque, cognomento Herculeum, socium creavit imperii: & Diocletianus quidem in Oriente, Maximianus autem Herculeus in Occidente vastari ecclesias, affligi interficique Christianos, decimo post Neronem loco, præceperunt. Quæ persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atque immanior fuit: nam per decem annos incendiis ecclesiarum, proscriptionibus innocentum, cædibus martyrum inceſſabiliter acta est: denique etiam Britanniam, cum plurima confessionis Deo devotæ gloria, sublimavit. Siquidem in ea passus est S. Albanus, de quo Presbyter Fortunatus in Laude virginum, cum beatorum Martyrum, qui de toto orbe ad Dominum venirent, mentionem faceret, ait:

Albanum egregium fœcunda Britannia profert.

a

F *Albanus conversus*

2 Qui videlicet Albanus, Paganus adhuc, cum perfidorum Principum mandata adversum Christianos sævirent, Clericum *b* quemdam, persecutores fugientem; hospitio recepit: quem dum orationibus continuis ac vigiliis diu noctuque studere conspiceret, subito divinâ gratiâ respectus, exemplum fidei ac pietatis illius cœpit æmulari; ac salutaribus ejus exhortationibus paulatim edoctus, relictis idololatriæ tenebris, Christianus integro ex corde factus est. Cumque præfatus Clericus aliquot diebus apud eum hospitaretur, pervenit ad aures nefandi Principis, confessorem Christi, cui necdum fuerat locus martyrii deputatus, penes Albanum latere. Unde statim jussit milites diligentius eum inquirere: qui cum ad tugurium Martyris perveniſſent, mox se sanctus Albanus, pro hospite ac magistro suo, ipsius habitu, id est caracalla *c* qua vestiebatur, indutus, militibus exhibuit, atque ad judicem vinctus perductus est.

b

ultrò se offert ad mortem.

c

Constanſque in fide Christi.

3 Contigit autem judicem eâ horâ, qua ad eum Albanus adducebatur, aris assistere, ac dæmonibus hostias offerre. Cumque vidisset Albanum, mox irâ succensus nimiâ, quod se ille ultro pro hospite, quem susceperat, militibus offerre ac discrimini dare præsumpsisset; ad simulacra dæmonum, quibus assi-

A ſtebat, eum juſſit pertrahi: Quia rebellem, inquiens, ac ſacrilegum celare, quam militibus reddere maluiſti, ut contemptor divum meritam blaſphemiæ ſuæ pœnam lues; quæcumque illi debebantur ſupplicia, tu ſolvere habes, ſi à cultu noſtræ religionis diſcedere tentas. At S. Albanus, qui ſe ultro perſecutoribus fidei Chriſtianæ eſſe prodiderat, nequaquam minas Principis metuit: ſed accinctus armis militiæ ſpiritualis, palam ſe juſſis illius parere nolle pronuntiabat. Tum Judex: Cujus, inquit, familiæ vel generis es? Albanus reſpondit: Quid ad te pertinet, qua ſim ſtirpe genitus? Sed ſi veritatem religionis audire deſideras, Chriſtianum jam me eſſe, Chriſtianiſque officiis vacare cognoſce. Ait Judex: Nomen tuum quæro, quod ſine mora mihi inſinua. At ille: Albanus, inquit, à parentibus vocor; & Deum verum ac vivum, qui univerſa creavit, adoro ſemper & colo. Tum Judex repletus iracundiâ, dixit: Si vis perennis vitæ felicitate perfrui, diis
B magnis ſacrificare ne differas. Albanus reſpondit: Sacrificia hæc, quæ à vobis redduntur dæmonibus, nec auxiliari ſubjectis poſſunt, nec ſupplicantium ſibi deſideria vel vota complere: quinimo quicumque his ſacrificia ſimulacris obtulerit, æternas inferni pœnas pro mercede recipiet.

4 His auditis, judex nimio furore commotus, cædi ſanctum Dei confeſſorem à tortoribus præcepit, autumans ſe verberibus, quam verbis non poterat, cordis ejus emollire poſſe conſtantiam. Qui cum tormentis afficeretur acerrimis, patienter hæc pro Domino, imo gaudenter ferebat. At ubi Judex illum tormentis ſuperari, vel à cultu Chriſtianæ religionis revocari non poſſe perſenſit, capite eum plecti juſſit. Cumque ad mortem duceretur, pervenit ad flumen, quod muro & arena, ubi feriendus erat, meatu rapidiſſimo dividebatur: viditque ibi non parvam hominum multitudinem utriuſque ſexus, conditionis diverſæ & ætatis, quæ ſine dubio divinitatis inſtinctu ad obſequium beatiſſimi Confeſſoris ac Martyris vocabatur; & ita fluminis ipſius occupabat pontem, ut intra veſperam tranſire vix poſſet: denique, cunctis
C pæne egreſſis, Judex ſine obſequio in civitate ſubſtiterat. Igitur S. Albanus, cui ardens inerat devotio mentis ad martyrium ocyus pervenire; acceſſit ad torrentem, & dirigens ad cælum oculos, illico ſiccato alveo, vidit undam ſuis ceſſiſſe ac viam dediſſe veſtigiis. Quod cum inter alios etiam ipſe carnifex, qui eum percuſſurus erat, vidiſſet, feſtinavit ei, ubi ad locum deſtinatum morti venerat, occurrere divino nimirum admonitus inſtinctu; projectoque enſe, quem ſtrictum tenuerat, pedibus ejus advolvitur, multum deſiderans, ut cum Martyre, vel pro Martyre, quem percutere jubebatur, ipſe potius mereretur percuti.

5 Dum ergo is ex perſecutore factus eſſet collega veritatis & fidei, ac jacente ferro, eſſet inter carnifices juſta cunctatio, montem cum turbis reverendiſſimus Dei confeſſor aſcendit: qui opportune lætus gratiâ decentiſſimâ, quingentis fere paſſibus ab arena ſitus eſt, variis herbarum floribus depictus, imo uſquequaque veſtitus: in quo nihil repente arduum, nihil præceps, nihil abruptum, quem lateribus longe lateque deductum, in modum æquoris natura complanat; dignum videlicet eum, pro inſita ſibi ſpecie venuſtatis, jam olim reddens, qui beati martyris cruore dicaretur. In hujus ergo vertice S. Albanus dari ſibi aquam à Deo rogavit: ſtatimque incluſo meatu, ante pedes ejus fons perennis exortus eſt, ut omnes agnoſcerent, etiam torrentem martyri obſequium detuliſſe: neque enim fieri poterat, ut in arduo montis cacumine Martyr aquam, quam in fluvio non reliquerat peteret, ſi hoc opportunum eſſe non videret. Qui videlicet fluvius, miniſterio perſoluto, devotione completa, officii teſtimonium relinquens, reverſus eſt ad naturam. Decollatus itaque Martyr fortiſſimus ibidem, accepit coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe: ſed ille qui piis cervicibus impias intulit manus, gaudere ſuper mortuum non eſt permiſſus: nam oculi ejus in terram unà cum beati Martyris capite deciderunt. E

6 Decollatus eſt ibi etiam tum miles ille, qui antea ſuperno nutu correptus, ſanctum Dei confeſſorem ferire recuſavit: de quo nimirum conſtat, quia etſi fonte baptiſmatis non eſt ablutus, ſui tamen eſt ſanguinis lavacro mundatus, ac regni cæleſtis dignus factus ingreſſu. Tunc Judex, tanta miraculorum cæleſtium novitate perculſus, ceſſari mox à perſecutione præcepit; honorem referre incipiens cædi Sanctorum, per quam eos opinabatur prius à Chriſtianæ fidei poſſe devotione ceſſare. Paſſus eſt autem beatus Albanus die decimo Calendarum Iuliarum, juxta civitatem Verolamium, quæ nunc à gente Anglorum Werlamaceſtir *d* ſive Warlingaceſtir appellatur: ubi poſtea, redeunte temporum Chriſtianorum ſerenitate, eccleſia *e* eſt mirandi operis, atque ejus martyrio condigna, extructa. In quo videlicet loco, uſque ad hanc diem, curatio infirmorum & frequentium operatio virtutum celebrari non deſinit. Paſſi ſunt ea tempeſtate Aaron & Julius *f*, Legionum urbis cives, aliique utriuſque ſexus diverſis in locis perplures: qui diverſis cruciatibus torti, & inaudita membrorum diſcerptione lacerati, animas ad ſupernæ civitatis gaudia perfecto agone miſerunt. F

capite truncatur punito percuſſore:

decollatur etiam conversus prior carnifex.

d

e

Eccleſia S. Albani.

f

poſt verbera damnatur capitis,

ſuper aquas graditur,

eoque convertit carnificem;

fontem impetrat precibus,

ANNOTATA G. H.

a *Hi anni viginti ſumendi ab anno* 284, *quo cœpit regnum ad annum* 304 *quo imperium depoſuit.*

b *S. Amphibalum à poſteris appellatum.*

c Caracalla *veſtis quædam cum cuculla. Hinc S. Hieronymus epiſt.* 128 *deſcribit* palliolum miræ pulchritudinis, perſtringens oculos fulgore, in modum caracallarum ſed abſque cucullis. *Eucherius lib.* 2 *Inſtitutionum*: Ephod veſtis Sacerdotalis quæ ſuperindumentum vel ſuperhumerale appellatur: eſt autem velut in caracallæ modum ſed ſine cuculla.

d *Weſtmonaſterienſis ad an.* 313. *Quod, inquit*, civitas nomine cenſetur bifario, hæc ratio. Ab alveo enim qui Warlame dicitur, & ad Orientalem civitatis plagam defluit Warlanceſtria. A via autem regia, quæ Watlingeſtrete nuncupatur, & ad partem

A tem civitatis jacet Occidentalem, Warlingeceſtria nominatur.

e *Idem Weſtmonaſterienſis, dicto anno* 313, *aſſerit*, decem annos poſt Paſſionem elapſis eccleſiam fabricatam eſſe.

f *Inſcripti hi ſunt Martyrologio Romano ad Kalendas Julii. Vide de iis Alfordum ad an.* 287 *num.* 28.

ALIA ACTA

SS. Albani, Amphibali & Sociorum anno DXC Anglice ſcripta.

Interpr. Guilielmo monacho Albanenſi.

PRÆFATIO INTERPRETIS

C *Reverendo Patri & Domino cariſſimo Simoni, Willelmus in Domino ſalutem.*

Excuſatio ſcriptoris, obedientiam ſecuti.

1 CUm liber Anglico ſermone conſcriptus, Paſſionem beati Martyris Albani continens, ad noſtram notitiam perveniſſet; ut eum verbis Latinis exprimerem, præcepiſtis. Ego vero vobis non obedire nefas exiſtimans, dicto parui: non tamen ex aliqua præſumptione, ſed ne contemni jubentis auctoritas videretur. Quod opus nomini veſtro credidi conſecrandum, non inveniens cui magis oris mei primitias offerrem, quam Domini Sacerdoti. Si quid minus Latine forte ſonuerit apud doctas aures; interpretem novum obedientiæ, quæ viribus plerumque majora præſumit, excuſabit. Sciendum autem quod huic operi beati Clerici nomen adjecerim: quod non in libro, quem transfero, ſed in hiſtoria, quam Gaufridus Arturus de Britannico in Latinum ſe vertiſſe teſtatur, inveni. Sed ne verborum prolixitas hominis diſpliceat occupato: reſtat nunc, qualiter auctor operis ſui Præfationem dirigat, audiatur.

C PROLOGUS AUCTORIS.

Paganorum odia incurrit Scriptor Martyrii.

2 Quiſquis beatorum Martyrum glorioſa certamina tentaverit ad memoriam revocare, neceſſe eſt ſi tamen evaſerit odia ſuſtineat paganorum. Si quis enim de nece martyrum, de gloria Sanctorum, narrationem cœperit ordinare; mox qui eorum feliçitati invident, iraſci, fremere, & uſque ad mortem perſequi conſueverunt. Inde eſt, quod paſſionem beati Albani martyris qualicumque ſtylo poſteris traditurus, operi titulum non præpono: malens tacendo nomen, quam loquendo nomen pariter & vitam amittere. Quamvis igitur inſidiantium laqueis plena ſunt omnia, ſuppreſſo tamen nomine, quid viderim, quid audierim, non tacebo. Cives quondam Verolamii, ob elationem cordis ſui declarandam qualiter paſſus ſit beatiſſimus Albanus in muris ſuæ civitatis ſculptum reliquerunt: quam ſcripturam, longo poſt tempore, in muris eorum, jam ruinoſis & ad ruinam inclinatis, inveni: vidique mœnia præ vetuſtate jam labi, infra quorum ambitum

Suppreſſo ſuo nomine viſa & audita ſcribit.

B. Albanus graves in corpore pertulit cruciatus. Vidi locum repleri arborum denſitate, in quo Martyr invictus quondam pro Chriſto ſententiam ſubiit capitalem. Hæc inter cetera multorum relatione cognovi, qualiter vir ſanctus fontem in vertice montis orando produxerit; ut inimicis ſiti laborantibus, & jam de vita deſperantibus, aquarum beneficio ſubveniret. Omnem rei ſeriem diligenter inquiſivi, didici, & (ne lateret poſteris) in hunc modum ſtylo memoriæque mandare curavi. D INTERP. WILLEL.

CAPUT I.

S. Amphibali adventus in Britanniam. Converſio S. Albani.

3 CUm perſecutio, quæ ſub Diocletiano mota eſt in Chriſtianos, longè latèque deſæviret; *a* vir quidam meritis & doctrina clarus, nomine Amphibalus, *b* tranſiens in Britanniam, Verolamium Domino ducente pervenit. Qui ingreſſus urbem in domum divertens Albani, hoſpitium poſtulavit. Erat autem Albanus cives Verolamius, vir eminens in civitate, ex illuſtri Romanorum proſapia originem ducens: in quo divitiarum gloria & dignitas ſecularis, nobilitati generis reſpondentes, honorabilem virum omni populo reddiderunt. Hic ſanctum virum hoſpitio benigne ſuſcipiens, vitæ neceſſaria miniſtravit. Quem tandem, remoto ſervorum ſtrepitu, ſecretius allocutus; Quomodo, inquit, cum ſis Chriſtianus homo, per Gentilium fines tranſitum habere & ad hanc urbem illæſus pervenire potuiſti? Dicit ei Amphibalus: Dominus meus Jeſus Chriſtus, filius Dei vivi, iter meum jugiter proſecutus, ſecurum me inter diſcrimina cuſtodivit. Hic pro multorum ſalute me miſit ad iſtam Provinciam, ut videlicet fidem quæ in Chriſto eſt Gentibus annuntians, ei populum acceptabilem præpararem. Et quis eſt, inquit, iſte Filius Dei? Quid eſt quod Deus natus eſſe aſſeritur? Nova ſunt hæc & mihi hactenus inaudita. Noſſe vellem, quid ſuper hac re vos Chriſtiani ſentiatis.

a
b
E.
S. Amphibalum venientem in Britanniam

S. Albanus hoſpitio excipit:

F

4 Tum B. Amphibalus, Euangelicam ingreſſus diſputationem, dixit ei: Aſſertio noſtræ fidei hæc eſt, ut Deum Patrem, & Deum Filium eſſe dicamus; qui videlicet Filius, pro ſalute hominum carnem dignatus aſſumere, hoc procuravit, ut qui carnem fecerat, caro fieret; & qui creator Virginis extiterat, ipſe mirabiliter ex Virgine crearetur. Ut igitur exhibendæ hujus novitatis tempus advenit, cæleſtis ad Virginem nuntius deſtinatur: qui ingreſſus ad eam dixit; Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet; turbata eſt in ſermone ejus. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria; ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. Dixit autem

de fide inſtruitur

circa myſterium Incarnationis:

A INTERP. WILLEL. *Martyr futurus prædicitur:*

Maria : Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Hoc modo Virgo Deum, ancilla Dominum, Patrem filia meruit generare. Virgo mater facta eſt ; ſed virginitatis inſignia non amiſit. Hoc quoque futurum fuiſſe non latuit Prophetas ; ſed multis illud oraculis à ſeculo prædixerunt. Si hæc hoſpes ita eſſe credideris ; cuncta quæ ad fidem Chriſti pertinent circa te digne poterunt adimpleri : factus vero Chriſtianus, debilibus, ægrotis, & cunctis male habentibus, invocato Chriſti nomine, poteris ſubvenire : tibi nulla nocebit adverſitas, mors non appropinquabit, priuſquam ipſius voluntas fuerit Creatoris : tandem hanc vitam finies per Martyrium, felicique beatus exceſſu, de ſeculo migrabis ad Chriſtum. Idcirco hanc urbem ingreſſus ſum, ut in eâ præco tuæ fierem paſſionis : benignus enim dominus humanitatis officia, quibus inſiſtis, cæleſtis vitæ præmio recompenſat.

5 Dicit ei Albanus : Quid reverentiæ Chriſto, quid honoris impendam ; ſi Chriſti fidem forte ſuſcepero ? Et ille : Crede dominum Ieſum, cum Patre & Spiritu ſancto, Deum unum eſſe ; & opus magnum in ejus oculis peregiſti. Tunc dicit ei Albanus : Quid eſt quod loqueris : inſanis : *c* neſcis quid dicis. Aſſertionem tuam non capit intellectus, ratio non admittit. Si noſſent viri hujus civitatis te talia locutum fuiſſe de Chriſto, ſine mora blaſphemos ſermones ſecundum publicas legum ſanctiones capitis abſciſſione vindicarent. Ego vero omnino pro te ſolicitus, ne quid tibi contingat adverſi, priuſquam ex hoc receſſeris habitaculo, vehementer pertimeſco. His dictis ſurrexit, & abiit irâ commotus. Nullatenus enim adhuc patienter audire quæ dicebantur, nec aurem placidam præbere voluit admonenti. Solus in loco remanſit Amphibalus ; noctemque totam pervigil in oratione tranſegit.

B

c reliſtit ejus ſermoni,

& renuit plura audire:

6 Albano vero in ſolario quieſcenti, miranda quædam nocte illa divinitus oſtenduntur. Cumque novo viſu fuiſſet exterritus, ac inſolito perturbaretur aſpectu ; ſurgens continuo ad inferiora deſcendit ; & accedens ad hoſpitem, dixit : Amice ſi vera ſunt quæ de Chriſto prædicas ; veram mihi ſolutionem ſomni mei quæſo ne metuas indicare. Aſpiciebam, & ecce de cælis homo veniebat ; quem apprehendens innumera hominum multitudo, diverſa expendit in eum genera tormentorum. Manus vinculis conſtringuntur, flagellis corpus atteritur, & graviter laniatur, corpus ſaucium ligno ſuſpenditur, per tranſverſum ligni robur manus expanduntur. Homo qui torquebatur nudus erat, & calceamenta non habebat in pedibus : manus ejus & pedes clavis affiguntur. latus lancea perforatur ; ex cujus lateris vulnere, ut mihi viſum eſt, ſanguis & aqua profluxerunt. A dexteris ejus arundinem ſtatuunt, coronam ſpineam capiti ſuperponunt. Conſummatis omnibus quæ humana potuit inferre crudelitas ; cœperunt verbis illudere ei, dicentes, Ave Rex Iudæorum : ſi filius Dei es, deſcende nunc de cruce, & credimus tibi. Cumque multa convitia irrogarent ; adoleſcens ille non reſpondit eis verbum. Denique cum dixiſſent in eum quæcumque voluerunt : tandem exclamans voce magna dixit, Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum ; & his dictis, expiravit. Corpus exanime de cruce deponitur ſanguine de vulneribus adhuc largiter profluente : lapideo illud includitur ſarcophago, ſignatoque lapide cuſtodes deputantur. Mira res ! Cadaver extinctum remeavit ad vitam ; reſumptiſque viribus clauſo prodiit monumento : qui qualiter à mortuis reſurrexit, propriis oculis ipſe conſpexi. Viri niveis induti veſtibus de cælis adveniunt ; aſſumptoque ſecum homine, illuc unde venerant revertuntur. Subſequitur eum candidatorum infinitus exercitus, qui per omne illud iter laudes canere non deſiſtit ; & Patrem, neſcio quem, ejuſque Filium aſſidue benedicit : dicens ; Benedictus ſit Deus Pater, Filiuſque ejus unigenitus. Ingens inter eos gaudium ; lætitia ineffabilis, ut nulla huic digne valeat comparari. Hæc & multa alia, quæ nec volo, nec licet ulli mortalium indicare ; mihi nocte per viſionem ſunt oſtenſa. Quid illa ſignificent, obſecro te, ne celaveris mihi. Noli timere.

C

in viſione nocturna aſpicit tormenta Chriſto illata,

D

ejuſque Reſurrectionem & Aſcenſionem.

E

7 His auditis, B. Amphibalus, ſentiens cor ejus viſitatum à Domino ; ſupra quam cuiquam credibile eſt in Domino eſt gaviſus ; ſtatimque Crucem Domini, quam ſecum habebat, proferens, ait : Ecce in hoc ſigno potes manifeſte dignoſcere, quid viſio tua nocturna velit, quid portendat. Homo namque veniens de ſupernis, Dominus meus eſt Ieſus Chriſtus : qui crucis ſupplicium ſubire non renuit, ut nos à reatu, quo per prævaricationem primi parentis Adæ tenebamur adſtricti, ſuo ſanguine liberaret. Qui vero manus homini injecerunt, & diverſis pœnarum generibus affecerunt, populum ſignificant Iudæorum : qui cum promiſſum haberent, quia Deus eis filium ſuum de cælis mitteret, & tandem veniſſet quem diu expectaverunt ; non receperunt venientem, nec ſuæ ſalutis auctorem cognoverunt ; ſed in omnibus ei contradicentes, ſemper ei mala pro bonis, odium pro dilectione rependerunt. Denique invidiâ contra eum ducti, ad tantam nequitiam proruperunt ; ut hominem, in quo nullam cauſam mortis invenerant, comprehenderent, crucifigerent & occiderent. Sic benignus Dominus pretio ſanguinis ſui nos redemit, ſic mortis moriendo victor extitit, & in cruce exaltatus ad ſe traxit univerſa : ſed ad inferni clauſtra ſponte deſcendens, ſuos qui illic tenebantur abſolvit, & æternis nexibus diabolum alligans, ad infima tenebrarum loca dejecit.

Viſa exponit S. Amphibalus Crucem proferens,

de Chriſto Redemptore:

F

8 Tunc Albanus, ſuper ſermonibus illius vehementer admirans, in hæc verba prorupit, dicens : Vera ſunt, inquit, vera quæ de Chriſto memoras ; nec poſſunt ullatenus argui falſitatis. Ego enim evidenter hac nocte cognovi, qualiter Chriſtus diabolum vicerit, alligaverit, & ad inferni profundiora detruſerit. Propriis oculis ipſe conſpexi, quia catenarum nexibus teter ille jacet irretitus. In hoc cognoſcens quoniam omnia quæ locutus es vera ſunt, amodo fideliſſimum me tibi polliceor auditorem. Dic ergo obſecro (quia noſti univerſa) quid Patri, quid Spiritui ſancto facturus ſim, accedens ad Filii ſervitutem. Quibus ille auditis, cum ingenti

cui S. Albanus aſſentiens.

exul,

A exultatione dixit. Gratias ago Domino meo Jeſu Chriſto, quod hæc tria nomina per temetipſum proferre jam noſti. Tres igitur perſonas, quas aperte ſuis deſignaſti vocabulis. Deum unum crede, firmiter & fide-
d liter *d* confitere. Reſpondens autem Albanus; Credo, inquit & ex hoc fides mea eſt, quod nullus Deus niſi Dominus meus Ieſus Chriſtus, qui ob ſalutem hominum hominem dignatus aſſumere, crucis ſuſtinuit paſſionem; ipſe cum Patre & Spiritu Sancto Deus unus eſt;
e & præter eum non eſt alius *:e*

9 His dictis ſæpe proſternitur ante crucem: & quaſi pendentem in cruce Dominum Ieſum cerneret, veniam ſibi beatus pœnitens deprecatur. Sic pedes, ſic vulnerum loca aſſiduâ exoſculatione demulcet; acſi ad ipſius, quem crucifigi viderat, veſtigia procumberet Redemptoris. Sanguine mixtæ per ora volvuntur lacrymæ, ſuper illud venerabile lignum ubertim decidentes. Ego, inquit, diabolum abnego, omneſque Chriſti deteſtor inimicos; in illum ſolum credens, illi me
B committens, qui (ſicut aſſeris) à mortuis die tertiâ reſurrexit. [Quod cum conſtanter confiteretur Albanus; baptizavit eum Amphibalus in nomine ejuſdem ſanctæ Trinitatis, ex corde factum integrum Chriſtianum.] Dicit ei Amphibalus: Forti animo eſto: Dominus tecum eſt, & illius gratia tibi non deerit unquam. Fidem, quam ceteri mortalium homine tradente percipere conſueverunt, tu non ab homine, neque per hominem didiciſti, ſed per revelationem Ieſu Chriſti. Quare jam ſecurus omnino de te redditus, longius ire diſpono, viam veritatis Gentibus oſtenſurus. Nequaquam, inquit Albanus, ſed una ſaltem ſeptimanâ maneas apud me, ut interim dum mihi ſolicitudinem exhibueris Doctoris, cultum Chriſtianæ religionis plenius inſtructus agnoſcam. Amphibalus ergo, ſentiens quod diſceſſum ſuum graviter Albanus acciperet, trahitur ad conſenſum. Igitur diebus ſingulis cum jam in veſperam hora declinaret, magiſter & diſcipulus hominum frequentiam devitantes, ad domum remotiorem, quæ tugurium vulgo ſolet appellari, ſe proripiunt;
C noctem totam ibidem in Dei laudibus tranſigentes. Et hæc faciebant, ne ſecretum ſuum palam fieret infidelibus; qui cultores Chriſtianæ religionis, non in fide ſequi, ſed pro fide perſequi contendebant.

compunctus & pœnitens baptizatur,

apud ſe retinet S. Amphibalum.

ANNOTATA D. P.

a *Beda* Clericus, *in Ms. nobis ab Andrea Maroquin*; Abbas egregius, cultor & doctor ſanctiſſimæ Trinitatis.

b *Hinc* tranſmarinum *arbitramur origine fuiſſe, & in Britanniam ob perſecutionem* tranſiiſſe. *Interim ex* Urberlegionum *ſeu* Cair-leon extitiſſe oriundum *ſcripſerunt Ranulphus Ceſtrenſis ſeculo* 14 *lib.* 1 *Polychronici cap.* 48 (*quod nos Ms. habemus*) *& Giraldus Cambrenſis Seculis lib.* 1 *Itinerarii cap.* 52. *Alii poſteriores civitatis* Cantabrigiæ Rectorem *fecerunt.*

c *Apud Capgravium*, neſcio.

d *Idem* profitere.

e *Hæc de baptiſmo deſunt in antiquiore Ms. & apud Capgravium. Sunt in prædicto Ms. iſta,* Per amplius & perfectius catechizans eum tandem baptizavit in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.

D INTERP. WILLEL.

CAPUT II.

S. Albani captivitas, verbera, vincula, conſtantia in fide & execratione idololatriæ.

10 VErum aliquanto tempore interjecto, Gentilis quidam ad judicem audacter ingreſſus, quod factum fuerat indicavit. Nihil omnino reliquit intactum, quo facilius vel obeſſet innocentibus, vel judicem impelleret ad furorem. Quibus cognitis Iudex mox iracundiæ furore ſuccenſus, Albanum & Magiſtrum ejus ad ſuam præſentiam juſſit evocari, ut cum eâ quâ dignum erat reverentiâ diis ſuis victimas immolarent; nolentes autem, vî & violentia comprehendi, vinculis arctari, & aris deorum loco victimæ jugulandos imponi. Sed hujuſmodi decretum Albanum non latuit: E qui Principis inſidias modis omnibus cupiens prævenire *a*, hortatur Amphibalum ut urbe ſecedat; dans ei chlamydem auro textam, quo tutior ab hoſtibus redderetur: feſtis enim hujuſmodi tunc temporis tantæ apud omnes dignitatis erat, tantæque reverentiæ; ut illâ indutus cuneos hoſtium penetraret illæſus. Ipſe vero Magiſtri ſui caracallam ſibi retinuit, certiſſime ſciens, quod non æquis oculis eam ſævientes aſpicerent inimici. Igitur Amphibalus, Albani precibus acquieſcens, ante lucis exortum fugam arripuit, per viam tendens quæ de civitate vergit ad Aquilonem: Albanus vero eum deducebat, quam diu ambobus viſum eſt expedire. Cumque diſcederent ab invicem, & ultimum ſibi valefacerent; quis eorum lacrymas ſine lacrymis ad memoriam poſſit revocare. Itaque in Walliam Amphibalus ad martyrium feſtinat; Albanus, habitu magiſtri veſtitus, ut vel hoc modo Gentilium animos in ſe ſolum facilius provocaret, remeavit.

Albanus cognoſcens proditionem & ſententiam judicis,

a

S. Amphibalum dimittit

manet ipſe in habitu illius.

11 Ubi dies exortus eſt, ex improviſo equites cum magna manu peditum, efferatis F animis in ædes Albani irruunt; ſcrutantur abſcondita, ſtrepitu & tumultu univerſa pervenientes ad tugurium, illic illuſtrem virum Albanum reperiunt in habitu peregrino, nudis pedibus ante Crucem Domini precibus incumbentem. Mox catervatim irruentes, ubinam eſſet Clericus quem ſuſceperat, percunctantur. Quibus ipſe ait: Ecce cum Deo eſt; cujus præſidio circumfultus, minas hominum non veretur. Quid eum quæritis? Poſtquam vero qui poſcebatur nuſquam inventus eſt; miniſtri ſcelerum, immanitatem nequitiæ vertentes in Albanum, mox ei manus injecerunt. Rapitur, trahitur, diriſque conſtringitur nexibus catenarum: ab aliis veſtibus, ab aliis trahitur & capillis. Quem variis afficientes injuriis, & ſatis inhumanè tractantes, ad idola ſua perduxerunt; ubi tunc omnis civitas unà cum Judice fuerat congregata: Albanus, ut ſervum Crucis palam ſe cunctis oſtenderet, ſignum Dominicum jugiter in manibus præferebat. Gentiles ſignum novum & incognitum intuentes, turbati ſunt & exterriti. Iudex ve-

Non invento Amphibalo,

capitur & ad idola trahitur:

A vero, qui præerat civitati, truci vultu, minacibus oculis, beatum virum signumque salutis aspexit. Cujus iracundiam in tantum dicitur Albanus contempsisse, ut nec genus suum, nec cujus esset familiæ, dignatus sit ei confiteri: sed de singulis interrogatus, nomen tantum indicavit; Christianumque se esse libera voce respondit.

INTERP. WILLEL. *nomen & fidem profitetur:*

12 Quem Iudex hujusmodi verbis aggreditur, dicens: Albane, Clericus ubi est, qui nuper à Christo nescio quo huc directus, ut civibus nostris illuderet, hanc urbem latenter ingressus est? Si reatus eum conscientia non remorderet, si de causæ suæ qualitate non diffideret; sponte se nostris obtutibus ingessisset, ut pro se suoque discipulo magister egregius allegaret. Verum in ejus doctrina quanta latuerit falsitas, quantaque fraudulentia, suo tandem patefecit exemplo: quandoquidem eum, quem in causa tueri debuerat, inerti resolutus timore deseruit & aufugit. Qua in re (nisi fallor) satis evidenter intelligis, quam fatuo homini præbueris in errore consensum: cujus instinctu ad tantam devolutus es insaniam, ut omnia quæ mundi sunt repente desereres, & Deos magnos habere contemptui non timeres. Unde ne injuriam Deorum inultam præteriisse videamur, eorum contemptum in nece contemptoris placuit vindicare. Sed quia nemo est qui falli non possit; eorum poteris indignationem pœnitendo declinare: quorum gratiam hoc modo tandem promereberis, si hæc secta nefandissima fuerit à te penitus segregata. Igitur saluberrimis acquiesce consiliis, & diis magnis sacrificare ne differas; à quibus non modo peccatis veniam, criminibus indulgentiam, verum etiam urbes & gentes, exercitus, pecunias, Provincias, potestates, facile consequêris.

audit Iudicem debachantem in Amphibalum,

& promissis ad cultum deorum allicientem:

B

13 Albanus intrepidus inter minas, integer inter munera, Judici respondit: Verba tua, ô Judex, quibus diutius insudasti, quam vana sunt & superflua, satis in promptu est. Clericus enim, si bonum, si utile videretur, si denique utrique nostrum cordi esset; ad vestram utique audientiam occurrisset: sed adventus ejus mihi certe placere non potuit, qui sciebam populum hunc semper ad mala fuisse proclivem: nec ei Judices unquam placuerunt, qui verum in judicio non discernunt. Hujus doctrinam me fateor suscepisse: nec facti pœnitet. Quod enim non imperiti, non alicujus de plebe verbis fidem accommodaverim, ex posterioribus forsitan cognoscetis. Fidem hanc quam suscepi, debiles & ægroti, sanitati pristinæ restituti, veram esse salutis suæ testimonio comprobabunt. Hæc mihi fides carior est cunctis opibus quas promittis, pretiosior cunctis honoribus quos proponis. Licet enim quis ditatus fuerit supra modum, ad extremum tamen moritur vel invitus: nec valet aurum illud, tantâ diligentiâ conservatum, suum custodem ex mortuis revocare. Sed quid in longum sermo producitur? Diis vestris falsis & fallacibus non sacrifico; qui omne genus meum spe vana demulcentes, dum eis sedulo deserviret, miserabiliter deceperunt *b*. His dictis, fit subito dolor in populo, hinc luctus, illinc clamor insultationis exoritur: sed martyr beatissimus nec Judicis comminationem, nec circumstantis populi fremitum pertimescit.

excusat discessum Amphibali,

C

fidem profitetur:

idola spernit:

b

14 Statim conveniens turba Gentilium, sanctum virum collatis viribus ad sacrificia dæmonum cœpit impellere, jubens ut diis eorum quantocius immolaret. Sed unius viri mentem tanta nequit infringere hominum multitudo, ut nefandis ritibus in aliquo consentiret. Tunc ex præcepto Judicis apprehensus, extenditur ad flagella. Qui cum graviter cæderetur, ad Dominum conversus, hilari vultu dicebat: Domine Jesu Christe, custodi quæso mentem meam, ne vacillet, ne à statu decidat quem dedisti. Tibi, Domine, animam meam in holocaustum libenter offerre, fusoque sanguine testis tuus fieri concupisco. Hæc verba inter verbera resonabant. Cumque defatigarentur lictorum manus, & res effectum non haberet; sperans adhuc populus mentem Martyris à proposito quandoque revocandam (maxime cum soleat accessu temporis à suo rigore frequenter mens humana lentescere) facit eum sub custodia Iudicis mensibus sex & eo amplius detineri.

D

inter dira flagella Christum invocat:

detinetur in carcere 6 mensibus:

E

15 His ita gestis, mox injuriam martyris elementa testantur. A tempore namque comprehensionis illius, usque in diem quo carnis vinculis erat absolvendus, terram ros aut pluvia non infudit, venti non spirarunt; sed in dies singulos omnis regio sub sole ardentissimo torrebatur: nocturnis quoque horis æstus erat nimius & intolerabilis: non agri, non arbores quidquam fructuum protulerunt, orbe terrarum pro justo contra impios dimicante. Cives autem Verolamii plagam hujusmodi non ferentes, convenerunt in unum, & dixerunt: Prævalente maleficio artis magicæ, defecit germen, viror omnis interiit: Christus ille, quem colit Albanus, hoc agit, ut nulla nobis germina, fata nulla proveniant. Directis ergo nuntiis totius illius provinciæ, viri sapientia & honore & facultatibus præditi convocantur, salutis suæ negotia tractaturi. Quibus tandem in unum congregatis, beatissimus Albanus de squallore carceris ejectus, nudis pedibus procedit in medium. Quo viso, mox sapientes ad invicem colloquuntur, consentiunt universi, Albanus ab omnibus innoxius judicatur: injuriæ condolent, vinculis ingemiscunt. Sed & per parentes & genus ejus magnum & valde præclarum, quod erat in civitate, non minima perturbationis rabies & dissensionis exoritur. Injuriam namque tanti ac talis viri æquanimiter ferre non poterant; ut videlicet homo liber, acsi alicujus furti auctor extitisset, coram Iudice ferro staret oneratus: cum de moribus ejus nec saltem sinistræ suspicionis aliquando fama exorta sit; & certissimum apud omnes haberetur, hujusmodi eum scelera summo semper studio refugisse. Cumque seditio gravis oriretur in populo, & tumultus increscceret; vir beatus omnium judicio nexibus exuitur catenarum, quatenus liber à vinculis causam facti sui Iudici redditurus adstaret.

populis sterilitate punitis,

in publico consilio innoxius declaratur;

F

& vinculis solutus,

16 Hoc genus misericordiæ graviter Albanus accipiens, vehementer cœpit formidare, ne differretur à martyrio, ad martyrium præparatus. Et stans in medio multitudinis, cum gemitu suspexit in cælum: & proferens Crucem Domini adoravit & dixit: Domine Iesu Christe, ne permittas in hac parte adeo diaboli prævalere malitiam, ut per machinationes suas

Crucem adorat,

A suas callidas, & istius populi concordiam, meam impediat passionem. Conatus ejus à te quæso fiant irriti ; reprimatur audacia, virtus decidat in defectum. Dein ad populum se convertens ait : Quid sustinetis ? Videtis certe quod tempus sub hac dilatione prætereat. Si non nostis ferre sententiam, leges vestras consulite, civitatis vestræ statuta requirite : ipsa vobis insinuent, quid agere debeatis. Quid moras patimini ? Sciatis universi me deorum vestrorum gravem existere inimicum. Numquid honore sunt digni qui nihil divinitatis in se dignoscuntur habere ; cum sint opera manuum hominum ? Vos estis eorum testes ; quia nihil vident, nihil audiunt, nihil intelligunt. Optatne aliquis vestrum sic videre, sic audire, sicut dii quos adorat ? Nequaquam. Quid ergo dicemus de talibus, quorum similitudinem habere cultores sui contumeliam credunt ? O multum detestanda vanitas ! Ab his vitam sperare qui numquam vixerunt ; his offerre preces qui numquam audiverunt ; ab his salutem quærere quibus numquam bene fuit. Unde absolute pronuntio ; quia qui tales colit, insaniissimus est. Rogo, quid infelicius homine, cui sua figmenta dominantur ! Væ ergo idolis, & væ cultoribus idolorum. Quid vobis videtur ?

vanitatem deorum irridet.

B

ANNOTATA H.G.

a *Gildas Sapiens de excidio ista interserens*, Albanus, *inquit*, postquam caritatis gratia Confessorem, à persecutoribus infectatum, & jam jamque comprehendendum, imitans & in hoc Christum, animam pro ovibus ponentem, domo primum ac mutatis demum mutuo vestibus occuluit : & se discrimini, in fratris supradicti vestimentis, libenter persequendum dedit.

b *Apud Capgravium additur* : Nec etiam minas vestras, nec tormenta vestra, Dei mei fultus præsidio, pertimesco.

C

CAPUT III.

Martyrium S. Albani & alterius militis. Miracula fluvii exsiccati, fontis eliciti, & mortuorum resuscitatorum.

Albanus adjudicatur morti: a

17 His auditis, Gentiles mutuo colloquuntur, collatoque utrimque consilio, omnes unanimi consensu in sanctum virum mortis tulêre sententiam : illudque mox in loco qui vulgi consuetudine *a* Holmhorst vocabatur, fieri delegerunt, sed contentio inter eos ingens exorta est, non invenientes quonam mortis genere suum perderent inimicum. Quidam namque eum, tamquam discipulum Crucifixi, crucifigendum ; alii, quia deorum hostis extiterat, vivum terræ infodiendum ; nonnulli, evulsis oculis post magistrum suum dirigendum esse decreverunt : denique Iudex populusque civitatis universus, capitali eum sententiæ addixerunt. Igitur ex judicio vinculis iterum constrictus Albanus, ad supplicia trahebatur. Tunc populus, in civitate Iudice derelicto, certatim proruit ad spectaculum : qui sanctum virum convitiis jugiter infectantes ; Egredere, inquiunt, egredere hostis civitatis, deorum omnium inimice. Vade quo tua te vocant scelera ; ut meritis tuis digna rependatur vicissitudo : beatus vero martyr non respondit eis verbum.

educitur inter opprobria tacens :

D INTERP. WILLEL.

18 Tanta congeries illuc confluxerat populorum ; ut loca prius ampla & spatiosa, nunc præ hominum densitate angustissima viderentur : vis quoque tanta solis erat, ut nimiis ejus ardoribus terra sub itinerantium pedibus ureretur. Cumque iter ageretur ; tandem ad flumen rapidissimum pervenerunt : ad cujus ripam populo subsistente, non minima transeundi facta est difficultas. Dum enim ruunt sine ordine, dum alter alterum præire contendit ; nulli facilem transitum pontis angustia concedebat. Tunc quidam hanc dilationem non ferentes, sed vasto flumini se credentes, in ulteriorem ripam natatu celeri transmearunt. Alii vero, opus simile præsumentes, ab aquis vehementibus intercepti, vitam miserabiliter amiserunt. Quo viso, factus est dolor & luctus magnus in populo.

ob submersos aliquos ex multitudine accurrentium,

19 Albanus quoque hæc videns ingemuit, & pereuntis populi damna deflevit : & positis E in terram genibus, misericordiâ motus super populum, oculos ad cælum, mentem direxit ad Christum, Domine, inquit, Jesu, de cujus sanctissimo latere sanguinem simul & aquam manare conspexi ; fac quæso ut minorentur aquæ, fluenta recedant : quatenus omnis hic populus, sanus & incolumis meæ valeat interesse passioni. Mira res ! Cum genua curvaret Albanus ; *b* alveus ille repente siccatus est. Albani lacrymæ dum funduntur, aquas in flumine non relinquunt : orationis virtus flumen exhaurit, & inter undas viam populo patefecit. Crebrescunt miracula, & virtutibus virtutes dum succedunt, potentia Albani merita in populo clarius eluceścunt. Quos paulo ante fluminis impetus secum rapuit, involvit, atque perdidit ; hi nunc inventi sunt, nihil habentes læsionis, nec signum aliquid mortis in se præferentes.

oratione fluvium exsiccat:

b

& submersos resuscitat :

20 Tunc miles ille, qui Albanum trahebat ad supplicia, tandem per Albanum pervenire F meruit ad salutem *c*. Visis namque mirabilibus, quæ glorioše fiebant ab eo, pœnitentiâ ductus ensem projicit, pedibus ejus advolvitur, fatetur errorem, veniam deprecatur ; obortisque lacrymis ait : Albane serve Dei, vere Deus tuus Deus verus est, & non est alius. In illum me jam noveris credere, illum mihi tecum pro Deo vendicare. Fluvius iste, quem precibus tuis in momento perduxisti ad nihilum, quodammodo loquitur & testatur, quod non sit similis, potens & faciens mirabilia super terram. His auditis, scelerum ministris furor accrescit, invidiæ stimulis agitantur, & homines acerrimi fiunt acriores. Qui efferatis animis ad eum revertentes ; Non est, inquiunt, per Albanum (sicut asseris) quod flumen istud repente disparuit : sed nos, quibus deorum benignitas scientiam contulit secretorum, res ista quare contigerit novimus indicare : nos deum Solem colimus, & illi præ ceteris reverentiam deferimus ampliorem. Hic nostræ non immemor devotionis, propter nos aquam fluminis vi caloris absumpsit ; ut sani & numero integri necem inimici nostri lætis oculis cerneremus, tu vero, quia deorum benificia

c

his miraculis militem ad fidem convertit,

A ad alios ſiniſtra interpretatione torquere præſumis, dignam blaſphemiæ pœnam lues. His dictis hominem arripiunt, dentes excutiunt: & illud os ſacrum, quod teſtimonium perhibuerat veritati, graviter ab impiis laceratur. Sed cum tot manibus non ſufficeret una pars corporis; ad reliqua membra tranſeuntes, omnia illius membra confringunt: & cum nihil in corpore remaneret illæſum; fides tamen quæ fervebat in pectore, lædi non potuit. Toto igitur corpore laniato, hominem in arena ſeminecem reliquerunt; ad ſcelus de ſcelere tranſitum facientes.

INTERP. WILLEL. *plurima mox tormenta paſſum.*

21 Quis vero jam ſine lacrymis poſſit recordari, cum per dura lapidum loca, per vepres & aſpera quæque, B. Albanum homines crudeliſſimi ducerent ac reducerent: ſpinæ quoque & radices arborum etiam de pedibus avulſa ſecum fruſta diriperent, & ſaxa pretioſus ſanguis inficeret? Tandem cacumen montis aſcendunt; ubi Dei athleta curſum ſui certaminis erat impleturus. Jacebat illic hominum turba ſine numero; qui ſub ardenti ſole ſiti

Per vepres & ſpinas in montem aſcendit:

B æſtuantes, extremum ſpiritum jam trahebant. Hi cum vidiſſent Albanum, fremebant in eum, dicentes: Ecce malefico prævalente, tantis urgemur incommodis, ut nulla nobis ulterius remanſerit ſpes vivendi; per artes magicas, quas Albanus iſte non deſinit exercere, dies noſtri defecerunt, & ipſi defecimus. Quorum miſeriis Albanus intimo affectu condoluit, caritatiſque gratiâ fervens, pro ſuis perſecutoribus preces fundere non neglexit. Deus, inquit, qui hominem de limo creaſti, ne ſinas quæſo creaturam tuam mei cauſâ qualemcumque ſentire jacturam. Aëris adſit læta temperies, aquarum copia tribuatur; ventus incipiat ſpirare clementior; ut æſtus, quo populus laborat, tuo munere citius reſtinguatur. Adhuc ſermo in ore loquentis volvebatur; & ecce ſubito fons ante pedes ejus in medio vulgi circumſtantis erupit. Mira virtus Chriſti! Terra nimiis ardoribus ſolis torrebatur, & tamen de cacumine montis, de terræ pulvere, fons frigidus repente ſcaturiens, venis exundantibus largiter profluebat. Cumque rapido impetu rivus ad inferiora deſcenderet; occurrit populus, ut

oratione fuſa

C aquis refocillatus cladem tandem qua vexabatur evaderet. Quibus hauſtis, mox unius merito omnium ſitis extincta eſt: ſed adhuc tamen humanum ſanguinem ſitiebant. Æſtus quidem corporum relevatus eſt, ſed fervor furentium animorum non eſt imminutus: infirmi ſalutem adepti ſunt, ſed ſalutis auctorem minime recognoſcunt; Chriſtum quippe blaſphemantes; Laus, inquiunt, Deo magno Soli, qui ſervis ſuis in arcto conſtitutis tale dignatus eſt providere remedium, ut aquarum rivulus ſubito de terra proſiliens, nobis occurreret ad ſalutem.

fontem elicit:

22 His dictis ad fundendum ſanguinem populi furor accenditur: cincinnique Martyris ad ſtipitem religantur. Ex omni populo carnifex unus eligitur, qui ſcelus pro omnibus perpetraret. Qui mox expeditus, ſublatum alte conſurgit in enſem; eumque ſummis viribus librans in cervicem, uno ictu caput ſancti Martyris amputavit. Cadit in foveam cadaver exanime, præparatam cædi: pendet caput in ſtipite capillis irretitum. Crux vero quam vir ſanctus jugiter in manibus ferre conſueverat, felici

capite truncatur

jam cruore reſperſa, ſuper herbam decidit: eamque occulte quidam Chriſtianus, Paganis omnibus ignorantibus rapuit & abſcondit. Carnifex autem, cum adhuc ſtaret juxta corpus, luminibus ejus in terram cadentibus totus efficitur tenebroſus: nec potuit miſer objectu manuum oculis labentibus obſiſtere, nec lapſos in locum priſtinum revocare. Quo viſo plurimi Gentilium mutuo colloquentes vindictam hanc plenam juſtitiâ profitentur.

D *& carnifex oculis privatur.*

Debilitatus miles paſſus inſultationem ludicis,

23 Cumque hæc ita geruntur, ecce ex improviſo miles ille, quem paulo ante ſemivivum in inferioribus Pagani reliquerant, anniſu quo potuit montem manibus reptando conſcendit. Tunc Judex, quem illuc miraculorum, quæ per Beatum fiebant Albanum, rumor attraxerat; inſultans viri vulneribus; Eja, inquit, debilis obſecramus Albanum, ut oſſa tua dignetur in ſtatum priſtinum reformare. Curre, feſtina, reliquo corpori caput appone; ſtatimque plenam ab eo mereberis conſequi ſoſpitatem. Quid moraris? Sepeli mortuum, refer obſequium; nec dubium quin ſervi ſui manibus celerem conferat medicinam. At ille,

E *attactu capitis S. Albani ſanatus,*

fidei calore ſuccenſus: Ego, inquit, firmiſſime credo, quod B Albanus ſuis meritis integram mihi reddere ſanitatem, & ad clementiam poſſit perducere Salvatoris. Facile enim hoc, quod vos irridendo nunc dicitis, per eum circa me poterit adimpleri. His dictis, beati Martyris caput amplectens, ſanctam cæſariem reverenter exſolvit. Tunc pium onus fragilis vector aſſumens, illudque corpori manibus devotius apponens; mirum in modum mox convaleſcere, ac deſperatum cœpit robur corporis recuperare. Qui ſanitati priſtinæ dicto citius in integrum reſtitutus, Chriſti potentiam, & Albani meritum, omni populo audiente, non deſtitit prædicare. Et jam fortior ad laborem, propriis manibus debitum Sancto reddidit obſequium. Ipſe humo corpus operit; tumulum deſuper ipſe componit.

eum ſepelit:

24 Videntes autem Pagani quæ fiebant, repleti ſunt zelo: & conferentes ad invicem, dicebant; Quid faciemus? Homo iſte ferro non poteſt interire. Corpus ejus omne contrivimus; & ecce jam verſa vice vires priſtinas, primamque ſpeciem caro recepit. Et quid F amplius faciemus. Inite conſilium quid agere debeamus. Tunc unus ex eis in medium proſiliens; Homo, inquit, iſte gladio non poterit occidi, niſi membratim prius diſtrahatur. Magus enim eſt, & per artes magicas ferro ne ſibi noceat novit obviare: omnem ferri aciem hebetat nec audet gladius hominis malefici corpus attingere. Quibus auditis miles jubetur apprehendi, & vinculis arctari: & nimis horrendo ſupplicii genere, ſanctum illud corpuſculum diſcerpentes, ad ultimum gladio caput amputarunt. Sic beatus miles, uſque ad mortem in fide Chriſti perſeverans, unà cum ſanctiſſimo Albano coronâ martyrii ſolus ea die meruit ſublimari: & qui factus eſt conſors paſſionis, gloriæ quoque conſortia non amiſit. Peracta tandem Martyrum cæde, Judex ſoluto concilio populo dat licentiam abeundi. Diſcedentes autem, ſævitiam Judicis deteſtantur, & dicunt: Væ Judici, apud quem locum non habet æquitas, partes ſuas contra rationem exercet. Væ Judici, in cujus judicio dominatur furor, non juſtitia; ſen-

capite truncatur.

tentiam

A tentiam dictat non ratio, sed voluntas.

25 Nocte igitur insecuta, Dominus Jesus Christus famuli sui Albani merita signis evidentibus declaravit. Nam cum tempus quietis adveniisset ; ecce columna Crucis è tumulo beati Martyris in cælum usque extendebatur: per quam descendentes Angeli & ascendentes, noctem totam in hymnis & laudibus deducebant. Inter cetera vero quæ canebant, vox ista frequentius est audita : Albanus vir egregius, martyr extat glorioius. Cumque ad hoc spectaculum subito fieret concursus hominum, magis ac magis intuentium numerus augebatur. Qui stantes eminus lumine turbantur insolito, novitasque rei vertitur in miraculum.

Tumulus cælesti luce illustratur.

ANNOTATA G. H.

a *Usserius ait* Hurst apud Anglo-Saxones Silvam denotans, *ac postea* Deuiwoldinæ silvæ nomen obtinuisse, ibique oppidum S. Albani fuisse extructum, & ex Verolamii ruinis accrevisse : *hoc certum Saxonicum nomen Albani ætate posterius, ex interpretis sensu hic positum esse.*

B

b *Gildas ea ita describit :* Deo placens inter sacram confessionem cruoremque coram impiis, Romana tum stigmata cum horribili phantasia præferentibus, signorum miraculis adornatus est, ut oratione ferventi, instar Israëliticæ arentis viæ minusque tritæ, stante diu Arca testamenti prope glareas in medio Iordanis, iter ignotum, trans Thamesis nobilis fluvii alveum, cum mille viris siccо ingrediens pede, suspensis utrimque more præruptorum montium fluvialibus gurgitibus, aperiret.

c *Idem Gildas :* Et priorem carnificem, tanta prodigia videntem, in agnum ex lupo mutaret : & una secum triumphalem martyrii palmam sitire vehementius, & excipere fortius faceret. *Apud Capgravium appellatur ille* Heraclius.

CAPUT IV.

C

Martyres DCCCCXCIX *à Christo ad gloriam invitati. Corpora redintegrata, à lupo & aquila custodita.*

26 Tunc unus ex eis, cum præ timore omnes stare videret attonitos, ait : Hæc miranda quæ videmus, Christum Dei filium liquido constat operari. Dii quos hucusque coluimus, potius probantur esse portenta quam numina : quippe quibus virtus nulla, nulla divinitas inesse facile deprehenditur. Opera nostra, opera inutilia ; diesque nostri inaniter defluxerunt. Ecce noctis tenebræ cæli cedunt splendoribus ; superni cives eunt & redeunt, & ab his Albani sanctitas assidue commendatur. Tenebrarum caligine mundus involvitur, sed Albani claritas tenebras non admittit; Albani merita nequeunt obscurari. Nos, quia nihil utilitatis habet religio illa, quam hucusque tenuimus, veterem tandem damnemus errorem; de falsis ad vera, ad fidem de perfidia convertamur. Eamus & inquiramus Dei virum, qui (sicut nostis) Albanum, prædicando convertit ad Christum. Quam sint autem vera quæ de Christo loquitur ; ex his quæ per Albanum fiunt mirabilibus liquido potestis advertere. Opera quæ fiunt per discipulum, magistri procul dubio sermonibus attestantur.

Ab aliquo converso excitati ad horrorem idolorum,

D

INTERP. WILLEL. *& Christi cultum,*

27 Dum hæc & alia vir ille prosequeretur, laudabilem ejus sententiam omnium favor excepit : mox errorem pristinum detestantur, Christi fides ab omnibus prædicatur, iter in Walliam sub festinatione dirigitur, ubi Dei servus Amphibalus manere putabatur. Nec eos sua fefellit opinio ; nam procul adhuc positi, quod ibidem consisteret, famæ celebritate cognoscunt. Ad quem cum perveniissent, repererunt eum verbum vitæ regionis illius hominibus prædicantem. Cui adventus sui causam exponentes, Crucem, quam suo Albano quondam commendaverat, obtulerunt ; quæ beati Martyris recenti cruore perfusa, signa sui martyrii satis evidentia præferebat. Vir autem Domini gratias agens in omnibus Creatori, inclinat se & adorat, signumque salutare devotione debita veneratur. Qui dum novis auditoribus faceret de religione sermonem, mox omnes ei in fide consenserunt ; abjectaque superstitione vanitatis, signaculum quod in Christo est ab ejus sacris manibus alacriter susceperunt. Cumque dies plurimi præteriissent, fama facti per omnem diffunditur regionem : quæ processu temporis per loca singula convalescens, tandem Verolamium vario sermone replevit, aslerens, quosdam de civitate toto corde hominem sequi transmarinum, ejusque suasu deorum culturas & leges patrias abjeciisse. Quo audito concutitur civitas, turbantur universi ; requiritur qui abierint, & compertum est mille viros non adesse ; eorumque nomina mox jubentur annotari. Adversum quos nimio furore commoti, totis viribus se præparant ad insequendum : instructique armis bellicis, cum ingenti strepitu iter ineunt, acsi essent ad prælia processuri.

mille viri discedunt ad S. Amphibalum,

E

instructi baptizantur :

cum multa Verolamensium perturbatione.

28 Audientes autem celebre nomen Amphibali, ad eum post aliquot dies fama ducente perveniunt ; & in circuitu ejus, quos quærebant, intendentes verbis illius, inveniunt. Quibus visis, mox unus ex eis Sanctum Dei cum nimia severitate verbis aggreditur hujusmodi : Seductor pessime (inquit) cur istos imprudentes, & qui cavere tuas nescirent insidias, verborum fallaciis circumvenire voluisti ? Quid egisti ? Impulsu tuo leges calcare, deos contemnere præsumpserunt. Cur deos magnos irritare non metuis, quod tibi non cedet in prosperum ? Si suam in te cœperint injuriam vindicare, nulli dubium quin cito de terra dispereas : sed si vis, unà cum his quos in erroris tui vincula conjecisti, coram diis & hominibus inculpabilis apparere ; præcipe ut resipiscentes ab errore, simul nobiscum ad propria revertantur. Quod si tanta eis fuerit in errore pertinacia, ut nullatenus redire consenserint ; non remanebit ne unus quidem, qui non occidatur. Stat sententia.

F

à submissis revocantur ad idololatriam,

aliàs occidendi.

29 Tunc unus ex Christianis, fidei calore succensus, pro Clerico respondit, dicens; Hunc virum quem cernitis, cultorem esse veri Dei, forsitan hodie comprobabitis. Confidimus enim, quod

A quod in conſpectu veſtro, more ſolito, per
INTERP. eum infirmo alicui ſalus priſtina in Chriſti
WILLEL. nomine ſit reddenda. Ad illius profecti ſu-
Defendunt mus ſanctitatem, ut cunctis, quæ ad fidem
illi S. Amphibalum, Chriſtianam pertinent, circa nos rite peractis, æternæ vitæ nos faceret eſſe participes. Abſit à nobis hoc ſcelus; ut hujus ſancti viri veſtigia relinquamus, & vanis iterum vobiſcum ſuperſtitionibus involvamur. Vos potius à lite ceſſantes, noſtro ſaltem provocati exemplo, fidem Chriſti ſuſcipite: ut una nobiſcum ad
ſeque in fide conſtituros profitentur: ejus poſſitis gaudia pervenire. Mortem minamini: ſed quam pro Chriſto libenter amplectimur. Deus autem & Dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſervis ſuis faciat quod voluerit. Quid nos à propoſito bono & utili revocare conamini? Quid inaniter & ſuperflue laboratis? Quæ ſemel pro Chriſto dimiſimus, ad ea nullatenus denuo revertemur. Stat ſententia.

30 His auditis Paganorum furor magis accenditur: ad arma proſiliunt, extractiſque gladiis ſanguis funditur innocentium. Proh dolor! Miniſtri ſcelerum in ſua (ut ita dicam) membra deſæviunt, dum filius à patre,
B *mox trucidantur:* pater à filio trucidatur; dum fratres à fratribus, cives à civibus occiduntur. Non reverentia ſenum, non parentum miſeratio dura carnificum corda mollivit. Sancti vero Martyres certatim cervices ſuas gladiis objiciunt: & dum prior trucidatur, moras arguit ſecuturus. Ex hoc ſacro collegio unus omnino ſuperfuit, qui in via corporis infirmitate detentus adeſſe non potuit.

31 S. Amphibalus vallatus undique corporibus occiſorum, beatas animas lætus Domino commendabat. In quem carnifices cruenti omnem iracundiam ſuam refundentes, juraverunt, quia nihil cibi ſumerent, donec inimi-
S. Amphibalus nudis pedibus abducitur: cum deorum ſuorum ſeu vivum ſeu mortuum ad ſuam perducerent civitatem. Cujus brachia loris duriſſimis aſtringentes, ante equos ſuos eum ire impulerunt: illi quippe ſublimes in equis ferebantur, ſolus Amphibalus nudis pedibus iter peragebat. Sed quo magis ſuo Albano appropinquat, eo amplius aſperitas viarum & laboris injuria mitigatur. Carnifices
C vero ſemper ad locum cædis reſpicientes, ſeriâ jam pœnitentiâ ducti, ſuper cognatos & amicos ſuos, quos in furore ſuo trucidaverant, amariſſime flere incipiunt.

32 Dumque iter agitur, intuentur hominem languidum ſecus viam jacere: qui cognoſcens quod S. Amphibalus præteriret, cœ-
ægrum in via ſanat pit clamare & dicere: Serve Dei excelſi, adjuva me; ut qui propria jaceo depreſſus infirmitate, tua merear relevari interceſſione: credo enim quod invocato ſuper me Chriſti nomine, celerem mihi poſſis reddere ſoſpitatem. Carnifices autem, importunitatem clamoris illius non ferentes, hominem incipiunt irridere. Nec mora ſub oculis irridentium, qui jacebat exurgit; & per hominem vinctum, vinculis diutini morbi, quibus tenebatur, abſolvitur. His ita geſtis, cœpto itinere perrexerunt. Res geſta diu celari non potuit: ſed mox per univerſam regionem facti fama diffunditur. Mirantur & ipſi carnifices; in tantum ut quidam ex ipſis Deum glorificarent, dicentes: Quam magnus Chriſtianorum Deus, & quam magna virtus ejus! Denique cum ad natale ſolum perveniſſent, & ſuæ jam poſ- D
ſent mœnia cernere civitatis; paululum in lo- *cum admiratione carnificum.*
co deſerto fame & labore confecti requieſcentes, defigunt telluri haſtas & ſcuta reclinant. Ceteris autem quieſcentibus, ſolus Amphibalus inter vincula conſtitutus, requiem non habebat. Et licet gravibus vinculis eſſet coarctatus: ſuis tamen perſecutoribus verbum vitæ non deſtitit prædicare; Verbum quippe Dei non potuit alligari.

33 Interea nuntiatur in civitate, quod cives in patriam remeaſſent; & magiſtrum Albani, magnum & diis ſuis acceptabile ſacrificium adduxiſſent. Quod cum percrebuiſſet, *Lamentantur Verolamienſes ob cædem ſuorum,* ingenti gaudio civitas replebatur. Æſtimabant enim, quod eos, pro quibus ierant, incolumes ad propria revocaſſent. Sed dum inter eos mira fieret exultatio, quidam ex carnificibus adſunt improviſi, dicentes; omnes, pro quibus tam laborioſum iter aſſumpſerant, in externis finibus pariter in gladio cecidiſſe. Quo cognito protinus omnis illorum hilaritas & gaudium in luctum & triſtitiam convertuntur. Patres à pignoribus, ci- E
ves à civibus ſe queruntur deſtitutos: hic fratrem, ille propinquum ſe deflet amiſiſſe: matres quoque, cognita filiorum nece, ſparſis crinibus, veſte conſciſſa, ſubito mœſtam incendunt clamoribus urbem: ubique luctus, ubique gemitus: nec erat quem ad lamenta doloris non cogeret magnitudo. Et dicebant: Heu; cur venerunt ſuper nos hæc mala? væ nobis! Quid adhuc vitam trahimus infelicem? Ad mortem nos præceſſerunt, quos habere decrevimus ſucceſſores. Heu filii! quid egiſtis? Propter vos cunctis in circuitu nationibus facti ſumus in opprobrium: nec jam præ confuſione faciem hominum poſſumus intueri. Frequenter enim ante oculos noſtros revocabitur, quod filii noſtri deos ſuos deſeruerunt; & idcirco in externa patria procul ab amicis miſerabiliter fuerint interempti. Totis diſperſi agris jacetis exanimes, jacetis inſepulti, volatilibus in eſcam, beſtiis in devorationem. Proh dolor! Ad hoc reſervati ſumus? ad hoc ſuperſtites vobis exiſtimus? ut quod filii commiſerunt, parenti- F
bus imputetur. O miſeria! Periit ſpes noſtra: requies ſenectutis noſtræ ſublata eſt. Væ homini ſacrilego & fraudulento, qui dudum ab Albano receptus hoſpitio, illud Chriſti nomen execrabile noſtræ civitati primus invexit. Ille perturbavit omnia: ille cauſa necis omnium eſſe convincitur. Dii immortales, ſi vobis unquam ſervivimus, nefandum hominem diſperdite, & talem terris avertite peſtem. Cum damnis noſtris, & veſtras injurias in eo vindicate: & mala, quæ in nos commiſit, in caput proprium retorquete.

34 Cumque carnifices vidiſſent, quod populus intolerabili dolore conficeretur; proſilientes in medium, Nolite, inquiunt, cives, nolite flere, nolite ſupra modum contriſtari. *Sed à carnificibus monentur gaudendum eſſe* Reprimite lacrymas, conſolationem admittite: ne videamini filiorum gaudiis invidere. Non neceſſe eſt ſuper mortuos magnopere contriſtari, quorum mortem vita, quorum dolores gaudia proſequuntur. Nihil eſſe crudelius, quam parentes à filiis morte interveniente ſeparari, nec nos quidem abnuimus: ſed illic ubi morientes multam de ſe materiam gaudendi

A di posteris derelinquunt. Istis nequaquam condolendum est, imo magis congaudendum, quos semper beatè victuros constat in cælo regnare cum Christo. Non ergo dolere, sed gratias agere Christo debemus; qui tantam ex hac urbe multitudinem dignatus est assumere, & secum in cælestibus collocare. Non sunt quasi mortui plangendi in terris, qui feliciter cum Christo vivunt in cælis. Damna deflere, humanum quidem est; sed dolori nolle modum ponere, insaniæ proximum est. Audite quæ circa defunctos gesta sunt; & quia incassum plangitis, forsitan cognoscetis.

quod cum Christo vivant

35 Tunc jurantes, quia narrationi suæ nihil falsitatis admiscerent, ad omnem multitudinem locuti sunt, dicentes. Egressi (sicut scitis) ut parentes & amicos quæreremus; tandem in Walliam fama ducente pervenimus: ibique Clericum, ad fidem Christi Wallenses, Pictos, civesque invenimus exhortantem. Tunc sine strepitu parentes nostros à ceteris segregare, & sic nobiscum reducere cupientes; nunc monitis, nunc minis eos cœpimus convenire. Sed tanta inerat omnibus pertinacia, B ut nulla possent verborum industria vel ad horam ab illius viri consortio separari. Nos ergo in iram versi, ad arma prosilimus; & injuriam nostri contemptus, in cæde civium vindicamus. Ipsi vero certatim cervices suas gladiis objectantes, mortem pro Christo libenter excipiunt. Et erat spectaculum miserabile; cum filii in patres, patres in filios insurgerent, prosternerent, interficerent. Nulla ibi miseratio, nec reverentia senectutis. Proh dolor! quod dicturi sumus, sine gravi gemitu loqui non possumus. Dum patris vulnera filius alligaret, fratris manum, frater superveniens amputávit. Itaque funduntur parentes, carissimi trucidantur: inundant campi sanguine, cadaveribus obteguntur. Dum hæc agerentur, ecce Iesus ipse, pro quo ponebant animas, de cælo prospiciens, dixit clara voce: Transite ad me milites mei: ecce vobis aperta est janua paradisi; præparata est vobis beatitudo, quæ non minuitur, gaudia quæ terminum non noverunt. Quibus auditis, nos, qui cædem exercuimus, incredibile memoratu est quanto gaudio repleremur; intelligentes, quod amici C de mundo ad cælum, de morte migrarent ad Christum. Felices nobis esse videbamur, qui tales habuimus parentes; quorum jam concives Angeli, quibus ipse Christus occurrere dignaretur. Verum ex insolito divinæ vocis auditu conturbati sumus & perterriti.

& quod ipsi occisores

audiverint à Christo eos ad æternam beatitudinem invitari.

36 Volentes autem scire, quot in illa cæde corruissent, recensere cœpimus interfectos: & inventi sunt *a* nongenti nonaginta novem, omnes pro Christi nomine trucidati. Iacebant singuli equorum ungulis calcati, nec poterant propter vulnera & sanguinis copiam qui profluxerat recognosci. Sed dum vir sanctus hujus rei gratiâ Deo suo preces effunderet; subito præter spem redintegrantur omnium vulnera mortuorum. Sanguis in speciem lactis convertitur, cutis ad formam pristinam revocatur; adeo ut nec vestigium vulneris in eis potuerit deprehendi. Factumque est ut agnitionem humanam, quam nostra crudelitas prius abstulerat, oratio Justi denuò repararet. Tunc populus terræ, beneficia Christi sinistra interpretatione pervertens, divinis per omnia virtutibus contradicit; & ne in suis finibus D mandentur sepulturæ, qui fidem Christi susceperunt, vehementer obsistit. Supremum naturæ debitum defunctis negatur, & devorandi bestiis ac volatilibus exponuntur. Sed aderat Dei gratia, quæ servos suos post mortem quoque glorificans, dura furentium corda mollivit, & hostes circa mortuos reddidit mitiores. Ut enim liquido daretur intelligi, divinam Christi cultoribus non deesse custodiam; ecce lupus & aquila, ex improviso venientes, ad Sanctorum cadavera substiterunt. Lupus feras, aquila volucres abigebat: ut eos ad illorum missos esse præsidium facile sensus humanus intelligeret.

INTERP. WILLEL. *à lupo & aquila custodiuntur*

37 Quibus perspectis, mirantur Picti, Wallenses contremiscunt: humana rabies mitigatur, impugnare jam desinens, quos divina dextera defendebat. Undique visendi studio vicinia tota circumfusa ruit: Reliquias Martyrum piis amplexatur affectibus, & dignis obsequiis veneratur: & quos paulo ante habuerunt in derisum, nec pati poterant ut eos terra susciperet; nunc versa vice miris laudibus extollunt, & habere desiderant; gratias agentes E omnium Creatori, qui suam regionem tot taliumque virorum dignatus sit sanguine consecrare. Ad perpetuandam quoque memoriam occisorum, ab ipsis incolis eorum numerus & nomina describuntur. Hæc omnis multitudo quæ convenerat, priusquam ad propria remearet, vidit, audivit, & in his omnibus nobiscum testis extitit. Cum hæc & alia carnifices prosequuntur; sedantur lacrymæ populi, dolor mitigatur. Multi quoque qui audierunt, potentiam Christi collaudant; de parentum gloria lætantur, & dicunt: Magnus Deus Christianorum, qui servos suos ita reddit glorioso. Non posset homo peccator mortuorum vulnera in integrum reformare. Vere bonus medicus, qui tam subito servorum vulnera ad pristinam revocat sanitatem. Ex hoc manifeste colligitur, Clericus ille quanti sit apud Deum meriti, quamque amplectenda sit illius prædicatio; qui solis precibus cuncta quæ audivimus potuit obtinere.

& ab incolis honorantur:

& lætantur consanguinei.

ANNOTATA G. H. F

a *Apud Capgravium dicuntur* in ore gladii mille viri pro Christo occisi. *Sed non indicatur unus* ex hoc sacro collegio superfuisse, qui in via corporea infirmitate detentus adesse non potuit. *In Mss. Vaticano & alio S. Cyriaci martyrologio, ad Bedæ Martyrologium additur.* Et cum eo alii numero DCCCLXXXIX positi in Cathalacum, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ: *ubi arbitramur deesse numeros duos & scribendum* DCCCCXCIX. *At* Cathalacum *forte est* Charlem *seu* Streetlem *in Staffordiensi Comitatu prope* Lichfeldiam, *quam dictam volunt à cadaverum campo quasi ibi essent occisi: & potuit tempore Scriptoris* Staffordia, *necdum ab Anglis occupata, mediterraneis Britonibus annumerata fuisse; aut certe* S. Amphibalus, *iturus versus Walliam, ibi substitisse*

a Corpora 999 precibus S. Amphibali redintegrata & cognita,

A INTERP. WILLEL.

CAPUT V.

Martyrium SS. Amphibali & mille converſorum. Pœna lictorum & Judicis. Epilogus.

38 JUdex autem cum audiſſet hos ſermones; volens placere Paganis, in hæc verba furibundus erupit: Uſquequo patiemur hoc ſcandalum? Non eſt hic homo à Deo, qui ſermone ſuo perimit innocentes. Clericus ille quibuſdam verborum præſtigiis novit decipere oculos intuentium; ut ea quæ falſa ſunt, vera faciat æſtimari. Per illius verba deceptoria urbis noſtræ cives optimi perierunt. Præcipimus ergo, ut omnes qui ſequuntur hunc hominem, aut carnificum verba magnificant & mirantur, ubicumque fuerint reperti, gladio puniantur. Poſt hæc mandavit omni populo, dicens: Egrediamur univerſi, & inimico noſtro quantocius occurramus: ut qui B omnes cognoſcitur offendiſſe, ab omnibus ſibi vindictam ſentiat irrogari. Dicant omnes quod voluerint: ſed nos noſtræ civitatis injuriam negligere vel inultam relinquere non debemus. Hoc mandatum poſtquam in civitate divulgatum eſt; Gentiles hinc inde concurrunt, & quidquid teli furentibus venit in manus arripitur. Alter alterum ut velocius eat hortatur, & in ſuum ſeſe invicem excitant inimicum. Tendentes ergo per viam, quæ de civitate vergit in Aquilonem, urbem vacuam reliquerunt. Erat autem populi numerus infinitus, nec poterant plateæ multitudinem capere confluentem: & quia ſtipatis agminibus incedebant præ denſitate ſua lento gradu iter agere cogebantur.

Incitati à judice contra Amphibalum cives Pagani.

cum armis ei occurrunt:

39 Interea quidam ex eis hujuſcemodi moras non ferentes, animorum levitate ducti, à reliquo populo diverterunt: & ingreſſi ſemitam, cujus compendio ſtratæ publicæ obliquitatem declinarent; citius ad virum Dei in vinculis conſtitutum, & à ſociis ſuis longius remotum pervenerunt. Quem mox arripientes, & tractantes atrocius expoliaverunt, vilceraque ejus ferro patefacta, palo in terram defixo circumligantes, & flagellis nimiis San- C ctum Dei concidentes, in circuitu ejuſdem *a* *a* pali ambulare fecerunt. Cumque beatus Martyr, Dei munere, inter tot anguſtias conſtitutus, nulla daret doloris indicia; illi acriores effecti eum quaſi ad ſignum ſtatuunt, & cultellis lanceoliſque quod reliquum erat corporis confodiunt. Vir autem Domini, tamquam nihil mali pateretur, vultu hilari ſtabat conſtantior; & ſigna ſui martyrii toto jam corpore præferebat: prodigioſum cunctis de ſe præbens ſpectaculum, quod poſt tanta ſupplicia, poſt tot mortis genera, adhuc vivere potuiſſet.

palo circumactum exenterant,

dein cultellis confodiunt:

40 Eâdem horâ plurimi, quorum corda Deus tetigerat, compuncti ſunt corde; renuntianteſque idolis, Chriſtianæ ſe fidei ſubdiderunt, orantes Martyrem, ut ipſius interceſſione beatitudinis æternæ, quam illi Deus præparaverat, & quam ſe jam videre perhibebant, participes fieri mererentur; pro quo etiam omnes, animas ponere minime formidabant.

visâ ejus conſtantiâ mille converſi occiduntur.

Quo cognito, Princeps vocatis mox ſpiculatoribus, omnes qui deorum ſuorum culturam abjecerant, & doctrinam Clerici ſequebantur, jubet interfici. At illi ferale complentes edictum, mox mille viros morti tradiderunt: beato Amphibalo intuente, eorumque animas Domino commendante. D

41 Tunc unus qui ceteris audacior videbatur, ſic eum prior alloquitur: Crudeliſſime hominum, cur imprudentes illos perſuaſionis tuæ fraude decepiſti; & perverſis ac feralibus tuis monitis irretitos à cultura deorum ſubmoviſti? Quid in te civitas noſtra peccavit, ut eam ſuis civibus ſpoliares? Diligenter attende, vir bone, quid feceris. Tuorum ſubtilitate verborum parentes & amici noſtri in perditionem abierunt. Tu cauſa necis omnium: tu eos ad mortis laqueum impuliſti. Hinc juſtis odiis te perſequimur: maximè cum ipſa quoque juſtitia juſtitiæ adverſariis jubeat adverſari. Ubi te jam miſer eſſe conſpicis? Hoſtium undique vallaris agminibus, nec eſt locus evadendi. Sed quamvis deos & homines ad iracundiam ſupra modum provocaveris, E eorum tamen gratiam pœnitendo poteris promereri. Perfectæ vero pœnitentiæ hoc erit indicium, ſi ſectam illam quam hucuſque tenuiſti, deſerueris; & deos invictos, quos ignorans forſitan offendiſti, cœperis adorare: nec dolebis de facto; quia mox rerum omnium affluentiam conſequêris; inſuper omnes quos neci nuper tradidiſti, per ſuæ divinitatis potentiam dii noſtri à mortuis revocabunt.

S. Amphibalus objurgatus ob necem Martyrum,

& invitatus ad cultum deorum.

42 Dicit ei Amphibalus: Dum deos tuos, ô Pagane, nimiis laudibus conaris extollere; in verbo tuo te noveris offendiſſe. Solus enim Dominus Jeſus Chriſtus ſuſcitat mortuos & vivificat. Illos vero quos quaſi deos & potentes æſtimatis in cælo, potenter tormenta patiuntur in inferno. Illic deorum veſtrorum commoratio & manſio ſempiterna: ibi fletus & ſtridor dentium, ibi vermis qui non moritur & ignis inextinguibilis. Horum participes & ſocii fient in tormento injuſti, adulteri, maledicti, ceterique, qui dum hic viverent, ſimiles ſe dæmonibus per actus reprobos reddiderunt; ut quorum voluntatem ſecuti ſunt per convenientiam vitiorum, eorum quoque conſortio non careant in perpeſſione tormentorum: talium quippe cultores numinum talis decet retributio meritorum. Tu quoque, ô Pagane, tu cum ceteris cultoribus idolorum, niſi citius relicto gentilitatis errore ad fidem Chriſti convertaris, eiſdem doloribus habes ſubjacere. Sed dum vacat, abjiciatur vanitas, error condemnetur: miſericordia Dei noſtri magna eſt, nolite deſperare. A viis veſtris pravis reſipiſcite, & ad baptiſmi gratiam convolate. Quid vero baptiſmus conferat diligenter advertite. In baptiſmo peccata donantur, cælum homini reſeratur; & vetuſtate depoſita, nova quodammodo efficitur creatura. Qui enim prius erant per culpam filii diaboli, fiunt poſtmodum per gratiam filii Dei. Ad hanc ergo gratiam confugium facite; ut pœnas poſſitis evadere ſempiternas.

opponit virtutem Chriſti & pœnas peccatorum.

F

43 His auditis, hinc inde concurrunt: crudeles dexteræ lapidibus onerantur. Fervent impii in nece innocentis: & ut beatum ſpiritum ejiciant, totis viribus elaborabant. Sed licet

A cet Dei Martyr ſaxorum grandine graviter undique cæderetur : immobilis tamen in oratione perſiſtens, loco ſuo motus non eſt, nec in partem alteram vel ad horam declinavit. Denique cum invictum ſpiritum eſſet cælo redditurus ; elevatis oculis Jeſum ſtantem ad Patris dexteram intuetur : Angelorum quoq; concentum in cælis audivit : & inter eos Albanum ſuum recognovit. Quem ſibi in auxilium advocans, Sancte, inquit, Albane communem Dominum quæſo depreceris, ut mihi Angelum bonum obviam mittat ; ne mihi prædo truculentus obſiſtere, ne iter meum pars iniqua valeat impedire. Vix verba compleverat : & ecce duo Angeli cæleſti fulgore radiantes ad eum de ſupernis veniebant. Vox etiam cælitus hujuſcemodi ad eum facta eſt : Amen dico tibi, quia hodie cum diſcipulo eris in paradiſo. Pagani autem cæleſtem ſonum audientes, ſtabant ſtupefacti. Igitur Angeli beati viri animam, niveo candore fulgentem, ſecum aſſumentes in cælum, cum hymnis & laudibus detulerunt *b*.

lapidibus cæſus ;

S. Albanum invocat :

ab Angelis defertur in cælum.

b

B 44 Sed viri animo concitati, corpus exanime & in vinculis conſtitutum lapidibus adhuc obruere non ceſſabant. Nec poterant opem ferre morienti nec de manibus eruere ſævientium, duces ejus & comites, jejuniis & fatigatione confecti. Tunc grave inter Paganos certamen exoritur ; & uſque ad conflictum gladiorum, contentio nefanda procedit. Agmine denſo pars utraque cucurrit ; & ſupra membra beatiſſima gravis pugna committitur. Sed noluit nec permiſit Deus omnipotens ut fierent veridici, veritatis inimici ; qui dudum juraverant, quia ſanctum virum ſeu vivum ſeu mortuum ad ſuam perducerent civitatem. Dum enim tumultus increſceret, & inter ſe Pagani turbarentur ; quidam fidelis in Chriſto clam beati Martyris corpus auferens, ſub terram occuluit diligenter, quandoque (ut confidimus) divino munere in lucem proferendum.

Rixantibus Paganis

corpus à Chriſtiano aufertur.

45 Interim cæleſtis in populum vindicta deſævit, diſtorquentur labia, varia deformitas vultus apprehendit, obrigeſcunt digiti ; nervi officiis non funguntur : ardent linguæ, quibus beato Martyri fuerant illata convitia. Quid multa ! Brachia, manus, & omnium omnino membrorum flexibilitas ita repente diriguerat, ut ne lapidem quidem de terra levare jam poſſent. Variis ergo pœnis afflati, ſic demum à prælio quieverunt. Judex autem, amiſſo rationis intellectu, amens effectus eſt. Nec erat qui poſſet, ſe Domino Jeſu & ſervo ejus Amphibalo contumelias irrogaſſe, & tamen periculum evaſiſſe, jactando gloriari : quotquot enim manum erexerant contra Dominum, dignam pro meritis à juſto judice ſenſerant ultionem.

Lictores omnes in membris ſuis puniti

C

& Judex amens effectus ;

46 Res autem geſta diu celari non potuit. Exciti rumore vicini accurrunt ; quod auditu perceperant, oculis comprobantes. Mox fidem Chriſti civitas tota ſuſcepit, Deumque juſtum in ſuis judiciis collaudavit. Multi divini amoris inſtinctu ſua relinquentes, Romam adeunt : deflent commiſſa, fatentur errores, undamq; lavacri expetunt ſalutaris. Igitur à die illa & deinceps, omnis populus civitatis, deos quos coluerat vanos eſſe cognoſcens, Chriſtum Dei filium omni tempore colere ſtuduit & timere.

poſtea tota civitas ad Chriſtum convertitur

47 Hæc & alia multa, quæ divina pietas noluit hominibus occultare, diligenter litteris commendavi. Benedictus Deus. Deceſſit omnis ille cœtus infidelium, qui in B. Albanum mortis quondam tulêre ſententiam, nec jam de eis multum tractant homines aut loquuntur : Albani memoria non delebitur, ſed ejus laudabile meritum, ſi quid mea carmina poſſunt, longe lateque per orbem diffundetur. Tempus erit, ut confidimus, quo viri religioſi, viri Chriſtiani, ad prædicandum Gentibus venient in Britanniam. Iſti cum venerint, Dei magnalia hoc modo libris adſerta reperient, legent & ad notitiam deferent plurimorum. Tunc veritate cognita lætabitur inſula : tunc Gentiles errorum vinculis abſoluti multiplici gaudio replebuntur. Verum tempus prædicatæ viſitationis & gratiæ quando venturum ſit, quia certum non habeo ; iſtic hujus lætitiæ magnitudinem non expecto. Sed ne poſteri ſuper meo nomine reddantur nimium ſoliciti : ſciant quia ſi voluerint verum mihi ponere nomen, me miſerum, me peccatorem ultimum nominabunt. Romam autem proficiſcar, ut illic gentilitatis errore depoſito, & lavacro regenerationis adepto, veniam merear aſſequi delictorum : libellum quoque iſtum, qui habetur in manibus, afferam examini Romanorum ; ut ſi quid in eo ſecus quam debuit forte prolatum fuerit, hoc per eos dignetur in melius commutare Dominus Jeſus Chriſtus, qui vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Prologi Auctor prædicit Anglos converten-dos

D

INTERP. WILLEL.

E

ipſe Romam abit ibi baptizandus.

ANNOTATA G. H.

a *Hinc forte eum cujus nomen ignorabatur*, Amphibali *nomine dicere placuit : quo deinde etiam uſi ſcriptores, qui* S. Albanum *vel Angelos de eo locutos induxere.*

b *Harpsfeldus in ſex ſeculis cap.* 10. Cæſus eſt, *inquit*, vir Dei apud villam Rudburniam, tres mille paſſus à Verolamio diſtantem, quo loci uſque ad ſua uſque tempora duos grandiores cultros quibus martyrium conſecutus eſt, relervatos tradit Thomas Rudburnus, *ſcilicet lib.* 1 *hiſtoriæ cap.* 5, *qui floruit circa annum* 1480.

ANALECTA G. H.

F

CAPUT I.

Corpus S. Albani à S. Germano honoratum ; ab Offa Rege inventum & Tranſlatum. Monaſterium cum nova eccleſia conſtructum.

1 S*Anctus ac venerabilis Beda, cum capite* VII *narraſſet Martyrium* S. Albani, *ut ſupra relatum eſt, adjunxit* ; Redeunte temporum Chriſtianorum ſerenitate, eccleſiam, mirandi operis atque ejus martyrio condignam, eſſe extructam : *ad quam, ut refert cap.* XVIII, SS. Germanus Epiſcopus Autiſſiodorenſis & Lupus Epiſcopus Trecenſis, compreſſa perverſitate damnabili *hæreſeos Pelagianæ*, ejuſque auctoribus confutatis, atque animis

Eccleſiam S. Albani

A animis omnium fidei puritate compositis; B. AUCTOR. Albanum Martyrem, auctori Deo per ipsum G. H. gratias acturi, petierunt. Ubi Germanus, *honorat S. Germanus,* omnium Apostolorum diversorumque Martyrum secum Reliquias habens, facta oratione, jussit revelli sepulcrum, pretiosa ibidem munera conditurus: arbitrans opportunum, ut membra Sanctorum ex diversis regionibus collecta, quos pares meritis receperat cælum, sepulcri quoque unius teneret hospitium. Quibus depositis honorifice atque sociatis, de *aufert massam pulveris sanguinolenti.* loco ipso, ubi beati Martyris effusus erat sanguis, massam pulveris secum portaturus abstulit · in qua apparebat, cruore servato rubuisse, Martyrum cædem persecutore pallente. Quibus ita gestis, innumera hominum eodem die ad Dominum turba conversa est. *Hæc Beda.*

Fuit ea à Paganis Saxo-Anglis eversa. B 2 *Gesta hæc sunt seculo Christi quinto; quo eodem seculo, aliquot post obitum S. Germani annis, Anglo-Saxones in Britanniam venerunt, ejusque partem maximam (præter Walliam) in septem regna distribuerunt, heptarchiamque constituerunt, ipsi tunc Christianæ religionis hostes acerrimi: adeo ut auctor majoris Vitæ S. Albani, sub eisdem degens, nomen suum non fuerit ausus apponere, ne (uti inquit in Prologo)* loquendo *illud,* nomen simul & vitam amitteret: *et autem in Vita Offæ, secundi Merciorum Regis, auctore Matthæo Parisio, Monacho cœnobii S. Albani, legitur,* hac tempestate Ecclesia beati Anglorum Protomartyris Albani, inter ceteras regionis ecclesias, funditus est subversa; unde locus sepulcri & loci distincta cognitio penitus delebatur. *At quomodo sacrum corpus inventum fuerit, ita ibidem narratur.*

Revelatione Angelica facta Offæ Regi 3 Rex Merciorum Offa potentissimus, cum in urbe Bathonia residens post diei laborem, noctis quietem in strato regio caperet; Angelo nuntiante divino est admonitus oraculo, ut Sanctum Dei Anglorum sive Britonum Protomartyrem Albanum de terra levaret, & Reliquias ejus in scrinio dignius collocaret. Rex vero, divinis illico studens obtemperare præceptis, accito Humberto Merciorum Archiepiscopo (cujus Sedes apud Lichefeld nuper ab eodem Rege fuerat constituta) divinam ei voluntatem indicat de præmissis. Tunc Archiepiscopus, assumptis con- C tinuo secum Ceololfo Lindesiensi, & Untrona Legeceastrensi Episcopis, suis suffraganeis, cum innumera utriusque sexus & diversæ ætatis multitudine, Regi, die sibi statuta apud Verolamium occurrerunt. Rex vero, dum illuc iter expediret, lucis radium, in modum ingentis faculæ cælitus emissum, super locum sepulcri quasi fulminare conspexit. Hoc quoque divino miraculo manifeste ab omnibus aspecto, gaudentes tali indicio extiterunt, de visionis veritate effecti certiores. Tunc populo in jejunio & orationibus sanctificato, Antistites sacri Sacerdotalibus infulis adornati, affore sibi beati Martyris auxilium flagitabant .... Facta igitur, ut diximus, oratione à Clero & populo cum eleemolyna & jejunio, terram percutiunt, & passim Martyris sepulturam offendunt. Nec fuit necesse locum diu quærere, quem divina clementia dignata est cælesti lumine revelare. Martyris igitur corpus, astante Offa Rege Christianissimo, in theca lignea (in qua prius à Christi fidelibus, D propter barbarorum sævitiam fuerat tempore *invenitur* discriminis occultatum) reperiunt, cum ipsis *corpus,* sacris omnium Apostolorum diversorumque Martyrum Reliquiis, quas ibi dudum sanctus deposuerat Germanus, intercessione beati Martyris de Pelagianis triumphans. Movit hæc inventio tam Clerum quam populum universum ad lacrymas; & ob hoc maxime, quod fidem fecit Dominus de sanctorum Patrum Reliquiis, ibidem cum corpore Martyris, prout legimus, depositis: quas, ut pium est credere, voluit Dominus, quasi ad solatium ejusdem Martyris, corpori diu soli fuisse associatas. Roboravit insuper fidem Regis & ejus fidelium divinum testimonium, cum apud Weneslave lux, cum miri odoris fragrantia, cellam Præsulum orantium illuminavit, & Regis propositum certius solidavit. Plus tamen ceteris omnium corda erexit radius igneus, ab æthere missus super locum, & indies descendens, & solare sicut & lunare lumen adaugens; Regem cum suis sodalibus (quasi stella Magorum dux, donec staret supra domum, ubi erat puer Christus) ad lo- E cum perduxit, memoratis Reliquiis insignitum. Ut vere dici possit, Testimonia tua, Christe, credibilia facta sunt nimis; & idcirco domum tuam, Domine, tali loco fundandam, decet sanctitudo in longitudine dierum, hoc est in sempiternum.

4 Quem utique thesaurum, super aurum & topazion pretiosum, sub cespite diu absconditum, & jam divinitus inventum, Archie- *elevatum* piscopus Humbertus, cum suis Coëpiscopis & *transfertur* Clericis, astante Rege reverenter levantes de *ad ecclesiolam,* sepulcro, præcedente solenni processione, in hymnis & laudum præconiis, transtulerunt in quamdam ecclesiolam, ibidem extra urbem Verolamium à neophytis in honorem beati Martyris constructam: ubi Martyr percussus sanguinem suum fudit pro Christo: quam persecutores quia parvulam, ejecto locello corpus suum continente, diruere non dignabantur. Ibidem igitur, in eodem locello Reliquiis ordinate dispositis, & palliis involutis, & cranio aureo circulo à Rege circumdato, in quo scriptum fuit; Hoc est caput S. Albani, Anglorum Protomartyris, Missa solenniter celebratur. Et interim miracula, æternâ recor- F datione digna, ibidem celebrantur in conspectu Regis & Antistitum & omnium illic existentium. Nam mortui ad vitam revocantur, semineces ad sospitatem restaurantur, leprosi mundantur, paralytici solidantur, febricitantes curantur, contracti eriguntur; muti, surdi, cæci, & arreptitii, imo omnes languidi & se male habentes malorum remedia recipiunt. Quæ Dei beneficia usque in hodiernam diem fieri non desistunt, sine ea quæ pluris est animarum salute, quæ eodem loco devotis largiter impertitur. Rex igitur Offa Christianissimus, locellum memoratum, lami- *miraculis* nis aureis & argenteis gemmisque pretiosis, *clarum:* de thesauro suo magnifice sumptis, decenter adornari; & ecclesiam ipsius in qua, ut dictum est, collocabatur, picturis, aulæis, & aliis ornamentis, donec amplior, multis ditanda possessionibus & honoribus ædificaretur, jussit decorari. Acta sunt hæc à passione sæpedicti Martyris anno quingentesimo septimo,

ab

A ab adventu Anglorum in Britanniam trecenteſimo quadrageſimo quarto, Indictione prima, Kalendis Auguſti, *ſcilicet anno* DCCXCIII, *quo erat prima Indictio. Hæc Matthæus Pariſius, ante quem de hac inventione egit Malmesburienſis; & eodem cum ipſo tempore Radulphus de Diceto, & juniores Joannes Brompton, Wilhelmus Thorn, ac potiſſimum Matthæus Weſtmonaſterienſis, qui magna ex parte Pariſium deſcribit, & ſub initium interponit*, certum eſſe, Albanum, Britonem, non Anglum extitiſſe; *ſed quia Angli, Britonum hoſtes, eas regiones occuparint, videntur conati fuiſſe memoriam Britonum extinguere, & ſic juſſu Offæ Regis adſcriptum*; Hoc eſt caput S. Albani Anglorum Protomartyris. *Quæ deinde facta ſunt, ita proſequitur Pariſius.*

5 Eodem quoque menſe Rex ibidem provinciale ſtatuit concilium, cum Archiepiſcopo Humberto ſuiſque Suffraganeis & Primatibus ſuis univerſis. Cumque tractarent diligenter & efficaciter, de conventu monachorum in loco illo congregando, atque cœnobio conſtituendo, & magnifice ac regaliter

B *ab Offa Rege Romam profecto* privilegiando; ubi Protomartyris regni ſui, imò totius Britanniæ vel Angliæ Reliquias invenit, & quem locum ſuo ſanguine conſecravit; placet omnibus pium Regis propoſitum, eique Epiſcoporum conſulit prudentia, ut auctoritate Romani Pontificis (etſi alias hoc factum fuerit, quod non iterari inutiliter dicitur quod non ſcitur perpetratum) canonizetur ſimul, & privilegietur monaſterium, in honorem ejuſdem Martyris noviter conſtruendum. Et hæc omnia ut digniorem & firmiorem ſortiantur effectum, conſilium virorum ſanctorum & diſcretorum ſuſcipit & exaudit, ut per Legatos ſolennes à latere Regis deſtinatos, aut potius in propria perſona Rex ipſe, ſuper his cum Curia tractet Romana. Offa igitur Rex piiſſimus, ſuorum Magnatum ſano acquieſcens conſilio, divino ductus ſpiritu, tranſalpinum laborioſum & ſumptuoſum iter arripit ſine moræ diſpendio.... Romam tandem perveniens .... Adriano ſum-

approbatur cultus S. Albani, mo Pontifici ſui cauſam adventus explicans, & de loco ſimul & B. Albano canonizando & magnificando, cœnobioque conſtituendo,

C devote preces porrigens, petitioni ſuæ Romanam de facili Curiam inclinavit: præſertim cum Martyris inventio cælitus mortalibus ſit declarata ..... & cum benedictione devota ſummi Pontificis Rex ad propria proſpere remeavit. Tunc congregato apud Verolamium Epiſcoporum & Optimatum ſuorum concilio, Rex, unanimi omnium conſenſu & benevola voluntate, B. Albano amplas contulit terras & poſſeſſiones innumeras ... Monachorum quoque conventum ad tumbam congregavit, & Abbatem eis, nomine Willogodum præfecit.... & ſtatim eccleſiam cœpit ædificare, ponens primum lapidem in fundamento, dicens: In honore Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus ſancti, & Martyris ſui Albani, totius terræ meæ Protomartyris.

conſtruitur monaſterium cum nova eccleſia; 6 *Hæc aliaque plura Matthæus Pariſius, eumque ſecutus Weſtmonaſterienſis. Præter poſſeſſiones autem, ab Offa Rege dicto monaſterio S. Albani collatas ibidemque deſcriptas, aliæ indicantur lib.* 3 *Hiſtoriæ; eorumque chartæ & diplomata referuntur in Auctario Additamentorum pag.* 237 *&*

ſequentibus; & in Monaſtico Anglicano, tomo D
1 *pag.* 177 *& ſequentibus: priorique charta, poſt* AUCTORE
Offam Regem, ſubſcribunt decem in regno ſucceſſo- G. H.
res, & Epiſcopi quindecim: qua in re non multum eſt difficultatis, poſtquam Joannes Mabilio, in ſuo eruditiſſimo de re Diplomatica tractatu demonſtravit, ſolitos antiquitus Reges & Epiſcopos, Majorum ſuorum & Deceſſorum chartas, jam pridem factas, ſui nominis ſubſcriptione firmare. Major difficultas in eo eſt, quod Higberctus Archi- *cujus tamen rei charta ſuſpecta merito eſt.*
epiſcopus (quem paſſim alii ſcriptores aſſerunt primum & ultimum Sedis Lichfeldenſis Archiepiſcopum fuiſſe nominatum, eique ſubſtituunt Humbertum) primo loco ſubſcribat; quem tamen ſupra Pariſius *Archiepiſcopum nominavit, eumque ſecutus Weſtmonaſterienſis, ait* obiiſſe anno DCCXCV eique ſucceſſiſſe Higbertum. *Denique dicitur* hæc chartula ſcripta, anno DCCXCIII, Indictione III; *quæ convenit cum anno* DCCXCV: *& ſic pergit adhuc ſuſpecta manere dicta charta quod monuiſſe ſufficit.*

CAPUT II. E

Corpus S. Albani à Danis ablatum & reſtitutum. Occaſiones figmentorum de eo ad Elyenſe monaſterium delato. Eccleſia nova conſtructa.

7 A *Dduntur, apud præmemoratum Pariſium, Vitæ viginti trium Abbatum S. Albani: quorum quartus ſtatuitur* Vulnotus, *& iſta interſeruntur*: Hujus Abbatis tempore, (*Capgravius* annum DCCCCXIV *indicat*) debachantibus Da- *Corpus à Danis ablatum*
nis in Anglia, qui ſuperficiem terræ cooperuerant, inæſtimabile facientes exterminium, & ad S. Albanum hoſtiliter venientes; cum audiſſent, quod Angliæ Protomartyr extitit famoſiſſimus, oſſa ejus fractâ capſide, rapuerunt, & in ſuam regionem detulerunt: & ea venerantes in feretro pretioſo, ad hoc ſpecialiter fabricato, repoſuerunt in quadam domo Religioſorum, ſcilicet Monachorum nigrorum; ut ſicut in Anglia, ſic in Dacia conformiter veneraretur. Sed quia non placuit Sancto ibi commorari, ſed potius ubi ſanguinem ſuum F
pro Chriſto fudit, per induſtriam & *& reſtitutum,*
cautelam cujuſdam Monachi, nomine Egwini, ſuam procuravit repatriationem. *Hæc ibi. Videntur intelligi Monachi Corbejæ Saxonicæ, qui ſuum zelum exercebant circa limites Daniæ, & liberum exercitium Chriſtianæ religionis habebant Sleſwici atque in agro Holſatico, & maxime in Saxonia inferiore; ut videantur Oſſa ad dictas ditiones, aut forte ad Corbejam Saxonicam tranſlata, unde potuerunt commodius in Angliam referri. Capgravius* Owenſe monaſterium *appellat; & corpus facta S. Albani apparitione, relatum, affirmat.*

8 Abbas undecimus Alfricus, viſione præ- *cultu Sancti promoto*
monitus S. Albani, quomodo nunc cantatur, compoſuit hiſtoriam, & eidem Notam melicam adaptavit; & auctoritate fratris ſui Archiepiſcopi multis locis Angliæ fecit publicari, diemque ejuſdem Martyris honorari: ſtatuens, ut die Jovis, niſi præoccupatur legitimis temporibus, Miſſa de ipſo cum pertinentiis ſolenniter celebretur ....

9 In ſceptris agebat Rex Edouardus, piiſ-

AUCTOR. G. H.

A simus ac Deo acceptissimus. In cujus tempore se præparaverunt Dani cum Rege suo hostiliter Angliam intrare, ipsam feraliter vastaturi, vel suo dominatui subjugaturi ... Abbas igitur Alfricus fecit Reliquias S. Albani, muro quodam salvo & secreto, cum feretro recondi, scilicet sub altari S. Nicolai, paucis consciis de Fratribus, electis personis gravibus & honestis. Misit autem ex industria in propatulo ad Abbatem & conventum Elyensem, petens humiliter, ut penes se Reliquias S. Albani, donec pace reddita reposcerentur, reservarent. Erat enim eorum insula intransmeabilibus circumdata paludibus & arundinetis: unde hostium incursus nequaquam timuerunt. Verumtamen Abbas, sicut vir prudens & circumspectus, fraudem hominum pertimescens, ne forte cupiditate obcæcati Elyenses, ipsi Abbati contradicerent requirenti, si ipsas veras Reliquias committeret eis reservandas; transmisit illuc cujusdam Monachi sancti Reliquias, in capside pretiosa, acsi essent Ossa ipsius Martyris Albani; veras ejus Reliquias, in prædicto muro, ut dictum est, reservando, hujus intentionis prudentiâ, ut si forte pars adversa supervenientium barbarorum prævaluisset, & thesauros S. Albani perscrutarentur, eis opinio relata de prædicta asportatione satisfaceret, & furorem compesceret. Erant enim in Ely, cum dicta capside, multa ecclesiæ S. Albani ornamenta asportata; &, ut verum videretur, quod Reliquiæ beati Martyris illuc certissime transportarentur, quemdam panniculum villosum qui Gallice Villuse dicitur, dictus Abbas Alfricus cum memoratis Ossibus involutis, in ipso fecit transportari: asserens ad cautelam, ipsum fuisse B. Amphibali, B. Albani Magistri, caracallam.

corpus ob timorem Danorum secreto servatur,

alterius cujusdam Ossibus ad Elyenses missis

B

cum caracalla:

10 Dum autem supervenientium barbarorum hostilis adventus crederetur, & revera, ut transfretaret, præparabatur; Rex Danorum, dum de scapha in navem ascenderet, lapsus in mare submersus est, & illud sanctus Rex Anglorum Edouardus, apud Westmonasterium orans in Missa pro pace regni, vidit in spiritu, & gavisus modeste risit. Cum igitur, per merita S. Edouardi, submerso Rege Danorum, exercitus confusus frustrato proposito in suam rediit regionem, & Anglis pax & securitas est restituta; dictus Abbas Alfricus ea, quæ Elyensibus bona fide commiserat reservanda, sibi exigebat restitui, postquam apud eos fere per annum unum reservarentur. Inierunt autem Abbas & Conventus Elyensis iniquum consilium, quod scilicet sibi credita Abbati & Conventui S. Albani nequaquam resignarent. Et sic ea procaciter respondentes retinuerunt: forte credentes, tali violentiæ minime fraudem inesse aut impietatem, secundum illud Poëticum,

quæ ipsa cum frustra deinde repeterentur,

C

Facto pius & sceleratus eodem.

& similiter supposititia alia essent remissa,

11 Hanc autem ex piissimi Regis Edouardi senio & debilitate conceperunt Elyenses audaciam. Verumtamen instantibus S. Albani ad Elyenses missis, prece & admonitione multiplici, Monachis de concepta malitia admirantibus, & de tanta religionis & fidei læsione; comminati sunt eis, asserentes, quod tam Dominum Papam, quam Regem conquirendo super hoc lacrymabiliter, commoverent. Timuerunt igitur sibi Elyenses, & inter eos jam dissidentes, ortum est schisma gravissimum. Cogitantes igitur ipsi dolosi, qui fraudem conceperunt, & quosdam suorum Fratrum, quibus ipsa fraus displicuit & Monachos S. Albani pacare: clam eadem Ossa ad eos missa deponentes, & sibi reservantes; loco eorum, videlicet in locello ad eos missio de S. Albano, per quemdam posticum, qui desubtus fuerat, quædam Ossa adulterina supposuerunt. Et sic dolosi dolo pio decepti sunt Elyenses: pia fuit Albanienſium cautela, & dolus Elyensium detestabilis & facinorosus. Recipiebant igitur Albanienses feretrum illud, ne fraus Monachorum Elyensium scandalum in populo generaret, & sic tota religio sorderet diffamata. Et cum in proprium cœnobium pervenissent, illud quasi quiddam sophisticum in capside, quæ est super altare S. Oswini, picta (ubi. inveterata corporalia reservantur) reponebant. D

12 Jacuerat autem Martyr Albanus in illa lignea capside, quæ postea pingebatur, usque ad tempus istius Abbatis Alfrici, qui ipsum, ut dictum est, immutavit. Prudentissimus igitur Abbas memoratus Alfricus, compertam malitiam Elyensium, testimonio eorum, qui veritatis [conscii] erant, videlicet duodecim monachorum de senioribus cœnobii S. Albani, evidenter detexit; & rem gestam manifestando, extractum feretrum cum Reliquiis beati Martyris Albani, de muro ubi repositum fuerat, publice & solenniter in medio ecclesiæ collocavit. Elyenses vero Ossa sæpedicta, in villoso panniculo, quem caracallam vocant, sibi reservarunt, & in perpetuum sibi reservent. Et si idem Martyr Albanus proinde ibidem honoretur, & honoratus miracula operetur, desiderare deberent Albanienses, quod in qualibet celebri ecclesia Anglicana, sicut & ibi, jacere crederetur; ut plus honoris, & in locis pluribus eidem impenderetur. Fraus autem Elyensium prænarrata, postquam Regi Edouardo fida relatione innotuerat; iratus valde incanduit, quia B. Albano fuit amicissimus: & nisi præmatura morte in animam pretiosam resolveretur, talia præsumentes condigna morte castigasset; sed ipsos indignatione & maledictione detestans, terribiliter est insecutus, cum funesto lecto decubuisset. Abbas quoque Alfricus, cum parasset hujus perturbationis auctores potenter pesumdare, naturæ debita persolvit. E

corpus verum ex abdito profertur:

F

& apparitione S. Albani confirmatur

13 In cujus rei argumentum, tempore Gulielmi Abbatis, Magister Walterus pictor, memoratum feretrum à dicta capside extraxit: in cujus superficie [apparent] vestigia laminarum argentearum, quas Abbas Gulielmus fabricaturus illud nobile, quod adhuc est, intrinsecus deposuit ad opus novum; & extraxit dictus Walterus sacrista à ligno feretri undique clavos argenteos, qui dimidiam marcam ponderabant. Et tunc temporis cum decertarent quidam Fratres, ex quibus unus erat Dominus Gilbertus de Sisseverne, super hac materia; apparuit nocte sequenti eidem Domino Giliberto, exiens manifeste de feretro sancto suo. Et stans ante altare majus, scilicet suum, allocutus eum ait: Ecce ego Albanus hic quiesco. Nonne me videtis de meo feretro exire? At ille: Etiam Domine & Mar-

A Martyr. [Tum Sanctus], Hoc de cetero firmiter palam teſtificare. Et his dictis, rediit in locum ſuum. *Hæc omnia Pariſius. Quorum aliquod compendium habetur apud Capgravium. Dictus Gulielmus fuit Abbas* XXII, *conſtitutus anno* MCCXIV, *mortuus anno* MCCXXXV, *in cujus Vita pag.* 122 *narratur*, quod quaſdam ſtructuras nobiliſſimas circa majus altare conſtruxit cum quadam trabe, hiſtoriam S. Albani repræſentante, quæ totam illam artificioſam machinam ſupereminet. Quod quidem opus ſplendiſſimum Magiſter Walterus de Celeceſtria, non ſine magno ſtudio laborioſo & labore ſtudioſo, Abbate ſumptus miniſtrante, perfecit. *Sed ad priora tempora revertamur, in quibus memoratus S. Edouardus floruit, & regnavit ab anno* MXLII *ad annum* MLXVI, *& diem* V *Januarii quo ejus Acta ſunt illuſtrata. Fuerunt ejus tempore Reges Daniæ* Magnus *vulgo* Bonus *cognominatus*, & Sueno Eſthritius, *ut difficile ſit aſſignare quis Rex ſupra indicetur in mare lapſus & ſubmerſus. Fortaſſis autem aliquis ex familia regia hanc adornarit claſſem, itaque perierit.*

B 14 *Sed & alia fabula, de tranſlato corpore S. Albani ad Elyenſes ſic refertur à Pariſio.* Fretericus XIII Abbas *cum Guilielmi Conquæſtoris, ſuo tempore coronati, favorem non haberet*; de licentia Conventus, & conſilio, aſſumptis ſecum quibuſdam libris & pannis & viaticis neceſſariis, in inſulam clanculo fugit Elyenſem; ubi per aliquot dies graviter infirmatus, diem clauſit extremum, ibique corpus ſuum dicitur quieſcere. De quo Elyenſes, in capita ſua mentientes, aſſerunt ipſum ſecum oſſa B. Albani illud attuliſſe: non verentes crimen ſacrilegii viro ſancto imponere. Qui de licentia totius domus ſuæ, ut indignationem tyrannicam declinaret, licite ac licita ſecum aſportando receſſit.

fingitur à Fretherico Abb. ad Elyenſes portatum.

15 *Fritherico ſucceſſit* Paulus Abbas XIV, promotus IV Kalendas Julii anno MLXXVII. ... Iſte Abbas vir religioſus & eleganter litteratus, & in obſervantia Ordinis regularis rigidus & prudens, totius monaſticæ religionis normam caute & paulatim reformavit. Qui cum jam Abbas undecim annis extitiſſet, infra eoſdem annos totam Eccleſiam S. Albani, C cum multis aliis ædificiis, opere conſtruxit latericio, Lanfranco efficaciter juvante: qui, ut dicitur, mille marcas ad fabricam contulit faciendam ... Cum idem Abbas circiter duodecim annis Eccleſiam B. Albani ſtrenuè rexiſſet, obiit ejus optimus amicus Archiepiſcopus Cantuarienſis Lanfrancus: cui ſucceſſit Anſelmus Abbas Beccenſis, qui ut prior, factus eſt ei amiciſſimus ... Et vixit poſtea Abbas Paulus circiter quatuor annis, & omnia quæ incepit, laudabiliter conſummavit ... Obiit autem anno MXCIII Indictione prima, Wilielmi Regis ſecundi videlicet Rufi anno quinto ... Richardus Abbas decimus quintus eccleſiam B. Albani, quam prædeceſſor ejus Paulus immediatus fabricaverat, magnifice fecit dedicari anno gratiæ MCXV, ab Archiepiſcopo Rotomagenſi Gaufredo, Laudonenſi Richardo, Dunelmenſi Ranulpho, Lincolnienſi Roberto, Sarum Rogero, Epiſcopis; Abbatibus multo pluribus, præſente quoque Rege Henrico primo & bona Regina Mathilde, multiſque Comitibus, Baronibus & Magnatibus præclariſque perſonis, Archidiaconis, D Decanis, Presbyteris & eccleſiarum cuſtodibus, quorum numerus eſt incognitus præ multitudine copioſa quinto Kalendas Januarii feria tertia .... Quibus & cunctis in poſterum advenientibus ea die ad tantam ſolennitatem conceſſa eſt indulgentia multorum dierum.

Eccleſia nova conſtructa:

& anno 1115 *dedicata.*

CAPUT III.

In thecam novam tranſlata oſſa; eadem juſſu Papæ inſpecta & numerata, arca exterior aliaque ornamenta curata.

16 MOrtuo Richardo Abbate XVII Kalendas Junii anno MCXIX *ſucceſſit* Gaufridus Abbas XVI, *qui* B. Albano Patrono noſtro unam thecam glorioſam inchoavit anno prælationis ſuæ quinto: & cum circa opus ſuum ſexaginta libras expendiſſet, diſtulit inchoatum ..... Anno ſequente collectâ pecuniâ propoſitum ſuum in opere feretrali E diligentius & efficacius exequebatur. Et factum eſt ut fabricante Domino Anketello, hujus eccleſiæ Monacho, adeo proſperatum ſit opus & expeditum, ut intuentibus admirationem generaret. Fecit autem illud opere ductili & elevato & educto imagines impulit elevari, & concava cœmento ſolidavit, & elegantiam totius corporis feretralis in brevius culmen aſcendendo coarctavit, & ſic totius rei ſubſtantiam melius venuſtavit ..... Feretro igitur perfecto, Tranſlationi Abbas Gaufridus diligenter inſiſtebat. Porro quia Tranſlationis ſolennitas non poterat die Tranſlationis ejus competente celebrari, propter S. Petri ad Vincula, ejuſdem feſtivitatem in craſtino illius ſolennitatis, quæ de S. Petro eſt, ſolennitatem Tranſlationis B. Albani ex proviſione & unanimi Conventus aſſenſu fieri conſtituit. Præſentibus itaque Alexandro Lincolnienſi Epiſcopo; & Abbatibus Waltero Egneshamenſi, quondam Priori S. Albani & Roberto Horvicenſi, & Elia ſanctæ Trinitatis Eccleſiæ Rotomagenſis, & Andrea Novigenſis Eccleſiæ Abbatibus, cum toto Conventu monaſterii S. Albani, necnon & aliorum Religioſorum Clericorum, aſſiſtente frequentia, patefacta eſt beati Martyris antiquiſſima tumba. Verum, quia quoddam collegium in Dacia, & Elyenſe in Anglia, mendaciter aſſerebant, ſe corpus S. Albani ex integro ſeu partem corporis habere; proinde coram omnibus qui adeſſe poterant præ turba, dinumerata ſunt omnia Oſſa Martyris, & ſigillatim oſtenſa. Et caput eminentius in propatulo, manibus venerabilis Fratris Radulphi, tunc illius monaſterii Archidiaconi elatum, inventum eſt habere in occipite ſchedulam filo ſerico dependentem, & aureis litteris vetuſtiſſimis inſcriptam, Sanctus Albanus. Impoſuerat quidem venerabilis Rex Offanus circulum aureum circa cranium inſculptum litteris his: Hoc eſt caput S. Albani Anglorum Protomartyris. Amen: poſtea tamen incaute deletus eſt circulus ille, gratiâ materiæ ad fabricam feretri, ut dicitur. Factus autem fuit alius circulus, irato Abbate, ut loco prioris apponeretur .... X 2 17 Cum

Theca Reliquiarum S. Albani fabricatur anno 1123

ei imponuntur oſſa numerata: F

A AUCTORE G. H.

17 Cum autem diligenter numerata fuiſſent omnia oſſa Martyris, prout ab eis qui interfuerant accepi, defuit ſiniſtræ ſcapulæ os, reliqui corporis integritati. Sed qua ratione defuerit, vel ad quem locum deportata foret, nullius qui tunc aderat occurrit memoriæ. De hinc autem elapſis paucorum annorum curriculis, deſtinati à Naumucenſi Clero & celebri Eccleſia venerunt ad eccleſiam beati Martyris Albani, tempore ipſius Abbatis Gaufridi, duo viri litterati, moribus & ætate maturi; more ſuæ regionis, Canonici ſeculares: rogantes inſtantius Conventum loci necnon & Abbatem, quatenus mererentur accipere ab eis ſervitium, quo uti poſſent competenter & apte & proprie in Paſſione S. Albani; Eccleſiæque ſuæ inſtantiæ annectentes, dixerunt eſſe penes ſe unam de ſcapulis beati Martyris. Porro Fratres, qui tranſlationi nuper factæ interfuerunt, & unam de ſcapulis defuiſſe compererunt, diligenter qualiter ad eos perveniſſet, inquiſiverunt. *Hæc ibi, ubi ad marginem iſta leguntur*: Numerata ſunt oſſa Martyris, & de oſſe S. Albani in Hiſpaniam deportata: *quam dum circumluſtramus, ut ſequentibus adoptetur, arbitramur ſupra relatos* Naumucenſes *in Gallæcia habitaſſe prope Finem-terræ, ubi in Mappis Geographicis* Namaneos Terra *collocatur*. *Potuit autem* Rex Angliæ Cnuto, *dum anno* MXXXI *iter Romanum ſuſcepit*, actus tempeſtate adverſa, in hoc Ducatu appuliſſe, cum dux à Saracenis acrius infeſtaretur, *& ſimul copiis conjunctis* illos deviciſſet, *ac poſtmodum* filium Ducis ſecum in Angliam duxiſſe & ad S. Albanum tutelæ Abbatis commiſiſſe. Qui poſt obitum Ducis patris ſui rediturus, os humerale Martyris impetrarit, itidemque in eccleſia fabricata repoſuerit ad quam etiam facinoroſi confugientes, pacem obtinent ſecuram. *Quæ ibidem fuſe deducuntur. Hactenus Henſchenius cujus conjectura de* Naumucenſi Eccleſia S. Albani in Galæcia, *quæ nec Tamayo quidem Martyrologii Hiſpanici auctori in mentem venit, non poteſt mihi placere, nec ipſi credo placuiſſet, ſi videre potuiſſet quæ deinde ſcripſi in Commentario de S. Albano Martyre Moguntino apud* Namurcenſes *die præcedente num.* 25 *de alicujus Albani pervetuſta eccleſia* Namurci *cujus Eccleſiæ diu deſolatæ & ſeculo* XI *reſtauratæ Canonici intellecta S. Albani Moguntiæ celebritate ſuos illuc legatos miſerunt, fraternitatem & Reliquias poſtularunt & particulam cranii obtinuerunt. Quidni autem ſicuti iſti tunc recurrerunt Moguntiam, conjectantes eccleſiam ſuam S. Albani Moguntinenſis eſſe; ſic illorum anteceſſores, ſolum Angliæ Protomartyrem Patronum agnoverint, & in Angliam miſerint qui partem peterent Reliquiarum atque os ſcapulæ obtinuerint: quod tamen unà cum aliis multis ſacris pignoribus ante prædictam reſtaurationem perierit. Quidni etiam pro* Hasbania *in Belgio uſque ad Moſam extenſa & ipſum* Namurcum *olim complexa, Anglis obrepſerit* Hiſpania *nomine vulgo notiori, ſicuti in nonnullis Martyrologiis Mss.* S. Trudo Comes Hasbaniæ noſtræ, *toti Belgio notiſſimus adſcriptus invenitur* Hiſpaniæ, *eoque ſolo fundamento Sanctis Hiſpanis annumeratus à Tamayo.*

defuit os ſcapulæ

in Hiſpaniam delatum

B

tempore Cnutonis Regis,

D. P.

aut potius in Hasbania

C

18 *Gaufrido ſucceſſit anno* MCXLVI *Radulphus* XVII *& huic anno* MLI Robertus XVIII *Abbas, qui dum in* Curia Romana moraretur, in-

G. H.

ter colloquendum cum Papa, recolens jactantiam Elyenſium, qui ſe falſo aſſerunt Reliquias B. Albani penes ſe obtinere, ait; Pater ſancte .... ſcribat venerabilis Sanctitas Veſtra tribus Angliæ Epiſcopis, ut facta diligenti inquiſitione commenta detegant falſitatis ... Scripſit igitur Dominus Papa Epiſcopis, diſtricte præcipiendo & efficaciter admonendo, ut ſecundum Abbatis S. Albani petitionem, hoc negotium ſine moræ diſpendio proſequerentur ... Advenerunt hi corporaliter Ely: & oſtenſo Conventui in Capitulo Papali authentico, electi ſunt duodecim de Conventu ſeniores & diſcretiores: qui præſtito in diſtricto veritatis examine & virtute obedientiæ ſacramento, ut ſuper hoc rei veritatem confiterentur; proteſtati ſunt unanimi conſenſu ſe fuiſſe per dolum deceptos: nihilominus graviter deliquiſſe & ſacrilegium perpetraſſe, & ſic veri Martyris caruiſſe Reliquiis. De caracalla etiam ſimili cautela ſe fuiſſe deceptos crediderunt, quæ ipſo tempore in rerum natura creditur non fuiſſe. Non enim invenit eam S. Germanus in ſepulcro Martyris, ſed in quadam palla involuta oſſa pretioſa; ſed neque Rex Offa, qui poſtea ipſum Martyrem inventum levavit in eccleſia S. Albani integram & illæſam, nec adhuc feretro incluſa eſt: & cum hæc in propatulo manifeſtabantur quievit ſpiritus Abbatis certificatus.

D

Anno 115 *juſſu Papæ examinati Elyenſes, fatentur ſe corpus S. Albani non habere.*

E

19 *Obiit* Robertus *ille anno* MCLXVI, *eique ſucceſſit Abbas* XIX Simon, *de quo ſubſequenter Pariſius ſcribit, quod ex tempore conſecrationis ſuæ* cœpit provide & ſapienter theſaurum non modicum auri & argenti & gemmarum pretioſarum diligentiſſime adunare; & thecam exteriorem, quam nos feretrum appellamus (qua ipſo tempore nullam vidimus nobiliorem) præcepit per manum præcellentiſſimi artificis, magiſtri Ioannis aurifabri, fabricari: & tam laborioſum, ſumptuoſum, & artificioſum opus infra paucos annos feliciter conſummavit; & loco ſuo eminentiori, ſcilicet ſupra majus altare, contra frontem Celebrantis collocavit, ut in facie & in corde habeat quilibet, celebrans Miſſam ſuper idem altare Martyris memoriam: & idcirco in objectu viſus Celebrantis martyrium ejuſdem, ſcilicet decollatio, figuratur. In circuitu autem feretri, videlicet duobus lateribus, fecit vitæ beati Martyris ſeriem, quæ fuit arrha & præparatio paſſionis ſuæ, eminentibus imaginibus de argento & auro, opere propulſato, quod vulgariter levatura dicitur, evidenter effigiari. In capite vero quod reſpicit Orientem, imaginem Crucifixi cum Mariæ & Ioannis iconiis, cum diverſarum gemmarum ordine decentiſſimo, veneranter collocavit. In fronte vero, Occidentem reſpiciente, imaginem beatæ Virginis, Filium ſuum tenentis in gremio eminenti opere inter gemmas & pretioſa monilia aurea, in throno ſedentem, incathedravit. Et ſic ordine Martyrum, in lecto ut utrobique diſpoſito, theca in criſpam & artificioſam criſtam conſurgit, in quatuor angulis feneſtratis, cum ſuis mirabilibus tholis cryſtallinis, quadratur venuſta. In ipsâ igitur, quæ miræ magnitudinis eſt, ipſius Martyris thecâ (quæ quaſi ejus conclave eſt,

D. P.

Simon Ab. 19 exteriorem arcam

materia & opere pretioſam conſtruit:

F

&

A & in qua ipſius ſecreta oſſa recondi cognoſcuntur) ab Abbate Gaufrido fabricatâ convenienter reconditur.

Guilielmus Ab. 22 altare exornat,

20 *Anno* MCLXXXIII (*librario errore impreſſum eſt* LXXXVIII) *naturæ debitum perſolvit Simon cui mox ſucceſſit* XX *Abbas* Guarinus anno MCXCV *vitâ functus*, poſtquam eccleſiam B. Albani annis XI, menſibus VIII, & totidem diebus rexiſſet; *Guarino ſucceſſit* XXI Joannes; *Ioanni*, XXII Willielmus, *exeunte anno* MCCXIV. *Hic* quaſdam ſtructuras nobiliſſimas circa majus altare conſtruxit, cum quadam trabe, hiſtoriam S. Albani repræſentante, quæ totam illam artificioſam machinam ſupereminet: quod quidem opus ſplendidiſſimum magiſter Walterus de Coleceſtria, non ſine magno ſtudio laborioſo & labore ſtudioſo, Abbate tamen ſumptus copioſe miniſtrante, perfecit. Ad quæ etiam ſervanda & honorem Martyris ampliandum, conſtituit Abbas ſex cereos, in feſtis quæ in Cappis fiunt & maxime præcipuis, accendendos: ad quos ſuſtinendos unam marcam ex conſenſu

B Conventus aſſignavit .... Inſuper tempore iſtius Abbatis collati ſunt duo cerei, & proviſum eſt unde ſuſtineantur, per providentiam & acquiſitionem D. Walteri de Rameſeye, ut quotidie accendantur .... Abbas autem memoratus Wilielmus migravit à ſeculo anno Domini MCCXXXV, die S. Matthiæ, poſtquam eccleſiam annis viginti & menſibus fere tribus rexiſſet. *Suffectus porro eſt Abbas* XXIII Joannes *alter*, *cujus anno* XX *Domini* MCCLV, *hunc tractatum Pariſius finit*, *pergens nihilominus hiſtoriam ſcribere uſque ad annum* MCCLXXIII.

invenit veterem arcam S. Albani an. 1257.

21 *In hac ille ad annum* MCCLVII *narrat*, *quomodo* eodem anno contigit, ut propter quaſdam hiantes rimas, de quibus timebatur; pars orientalis eccleſiæ B. Albani, de conſilio Abbatis & Conventus, ut forma repararetur, in Adventu Domini diſſoluto tecto muri proſternerentur, & dum ligonibus in pavimento cæmentariorum miniſtri inſiſterent; per tinnitum inſtrumentorum & pedum ſtrepitum perpendebant aliquid ibi inſolitum & incognitum latitare. Profundius igitur

C ſcrutantes, invenerunt ſub terra, ſed non profunde unam tumbam lapideam, ſatis eleganter compoſitam, in loco qui fuit inter altare S. Oſwini, ubi ſcilicet conſuevit Miſſa matutinalis celebrari; & altare S. Ulſtani, ubi quoque collocatum fuerat antiquum feretrum pictum & quædam tumba marmorea cum columnis marmoreis: qui locus & tumba dicebatur, Vetus tumba S. Albani. In ipſo igitur mauſeolo tumulabatur S. Albanus, die qua decollatus eſt, ab amicis & parentibus ſuis & neophytis; occulte tamen & honorifice de nocte, propter metum Paganorum: ubi lux cæleſtis deſcendit & apparuerunt Angeli deſcendentes & aſcendentes. In quo etiam mauſeolo inventa eſt quædam lamina plumbea, in qua ſecundum antiquorum conſuetudinem, ſcriptus eſt hic titulus. In hoc mauſeolo inventum eſt venerabile corpus S. Albani, Protomartyris Anglorum. Hoc evenit in Octavis S. Stephani, in præſentia Domini Epiſcopi Bangor, & D. Abbatis Joannis, & D. Philippi de Ceſtria, principalis conſiliarii Comitis Richardi, & quorumdam nobilium de familia D. Willelmi de Valentia, D
fratris Regis uterini, & totius Conventus & AUCTORE
fidelium innumerabilium, quibus ſolenniter G. H.
hæc ſunt nuntiata. Et conceſſit Epiſcopus veniam quindecim dierum, omnibus ipſam inventionem præſentialiter venerantibus: & citò poſt D. Archiepiſcopus Eboracenſis illuc venit causâ orationis.

CAPUT IV.

Iterum Elyenſes coram Rege Eduardo II convicti. Apparitiones & miracula S. Albani.

Suſcitatur rurſum ab Elyenſibus controverſia

22 *Elyenſium arrogantia, in aſſerenda ſibi corporis* S. Albani *poſſeſſione, ſeculo* XII *ſic ut vidimus repreſſa; mortuis, qui omnium teſtes eſſe poterant, paulatim repullulavit intra ſeſqui ſeculum ſubſequens; donec renatam ſuper ea re quæſtionem diſſolvit Eduardus Rex ab ingreſſu Normannorum ejus nominis ſecundus, anno* MCCCXIII *uti ſcribit Thomas Walſingamus ad dictum annum, & una Regis in* S. Albanum *pietatem indicat, his verbis:* Rex venit in Vigilia Palmarum ad S. Albanum, & obtulit beato Martyri quamdam crucem auream, diverſorum Sanctorum Reliquiis inſertam & lapidibus pretioſis, commendans ſe & ſuos neceſſarios ejuſdem Sancti tutelæ & precibus Monachorum. Cumque ſuggeſtum fuiſſet ei, quod pater ſuus chorum S. Albani renovaſſe propoſuerat; deſiderium patris explere geſtiens, contulit mox centum marcas argenti, & manerium apud Dyneſleiam quærendum ad opus illud, jubens ut pecuniæ nullo modo parcerent, quin opus illud ad honorem Dei & B. Albani Anglorum Protomartyris irreprehenſibiliter conſummarent. In craſtino diei Palmarum Rex iter verſus inſulam Elyenſem arripuit: ubi ſolennitatem Paſchalem tenuit nobiliter & feſtive. Quo tempore Elyenſes, mentientes ſe corpus habere S. Albani Anglorum Protomartyris, manifeſtiſſime confutavit coram nobilibus & monachis dicti loci. Nam F
cum ad alleviandum moram ſuam in monaſterio oculis diverſa ſubjiceret, variaque videre vellet ibidem; tandem incidit menti ejus, *dein Elyenſes viſitans*, ut videret quid eſſet contentum in feretro, quod B. Albani vocatur in eccleſia memorata: dixitque Epiſcopo, qui tunc aderat, Elyenſi: Scis, inquit, quod Fratres mei apud S. Albanum corpus ejuſdem Martyris putant veraciter ſe habere; & in hoc loco dicunt monachi ſe dicti Sancti corpus tenere. Per animam, inquit, Dei, volo videre, in quo loco Reliquias ſancti corporis debeo potiſſimum venerari. Cumque Præſul verba Regis Priori & Fratribus retuliſſet; illi velut exangues effecti, quid reſponderent, quid facerent neſciebant: ex una parte timentes amittere tantum theſaurum, ſi verum eſſet quod apud eos foret; ex altera convinci de mendacio *cupit videre incluſa feretro*, metuentes, quia hoc prædicaverant ſe habere: neſciebant enim pro tunc, quid in dicto feretro continebatur. Epiſcopus videns ſuorum conſternationem, animavit eos, monens ut confiderent, quia non ad auferendum tantum theſaurum, ſed venerandum, Rex aſpectum Reliquiarum requiſivit.

Rex Eduardus an. 1313 honorat S. Albanum,

A AUCTOR. G. H.

23 Ventum est igitur in ecclesiam, & feretrum solùtum & apertum est per quemdam monachum, Alanum de Walsingham dictum, qui postea proficientibus meritis Prior factus est illius ecclesiæ : qui & ipse peritus erat in opere auri fabrili, & ideo ad solvendum feretrum tunc vocatus. Rex vero cum vidisset cunctos clavos extractos, ad feretrum patefaciendum, accessit & levavit operculum manu sua. Et ecce vident locellum illum, à summo usque deorsum, quodam panno villoso ita occupatum, ut nihil posset aliud continere. In superiori vero parte vestimenti conspiciunt cruoris coagula dense respersa, ita nova, ita recentia, quasi pridie fuissent effusa. Constat hanc vestem fuisse caracallam, quam S. Albanus in conversione acceperat à S. Amphibalo Magistro suo in signum religionis : in qua idem Martyr sententiam subiit capitalem. Et fas est credere, quod ad honorem Sancti divino miraculo sanguis ejus sit in hac veste servatus, sicut in pulvere sui sepulcri per multa secula legitur conservatus.

& solum reperit pannum villosum,

habitum pro caracalla S. Albani.

B Cujus pulveris massam, in qua rubebat adhuc sanguis Martyris, S. Germanus Altissiodorensis Episcopus secum abstulit & detulit ad natale solum secum, Altissiodori capellam construens in honorem Martyris memorati. Rex igitur & omnes assistentes de tanto miraculo stupefacti, proni corruerunt in terram. Et facta est non parva hæsitatio, quis accederet ad deponendum operculam & feretrum contingendum. Tandem Rex ipse ceteris animosior, operculum detrahit ad locum suum: & tunc primo cognoverunt Elyenses, quid de S. Albano haberent, quid non haberent, cum oculata fide cernerent in dicto feretro præter caracallam nihil omnino contineri. Rex vero hilarior de rei comperta veritate, dedit illic dona varia, residuum temporis, quo mansit ibidem, ducens in summa lætitia, frequenter conferens de merito Martyris Albani & gloria, & judicans non sine divina factum providentia, ut in duobus locis tam celebribus specialis veneratio Martyris haberetur. Et ait Elyensibus : Gaudete de Dei munere, gaudete de tanti Martyris meritis & sanctitate : quia si prout dicitis, hic Deus per illum plura facit miracula ratione Vestis, credatis quod apud S. Albanum ampliora facit miracula ratione Corporis illic sanctissimi quiescentis.

C

D. P. *Hæc Walsinghamus, cujus sinceritatem in scribendo laudant Pitseus & alii. Ex tali autem relatione consequi videtur, non esse verum quod supra num.* 19 *scripsit* Parisius, *quasi Alfricus, simulans se Elyensibus mittere* Reliquias S. Albani, *miserit eis* Reliquias cujusdam Monachi Sancti : *sed revera Elyensibus missam fuisse caracallam sacro cruore respersam quod cum memoriâ excidisset, putaverint posteri apud se esse Corpus* S. Albani *& credi voluerint contra Albanenses, aliquanto pertinacius quam decebat.*

24 Notandum *autem monuerat Parisius in Gaufrido Abbate*, quod *ipsemet Sanctus*, ut super hoc dubitantes certificaret, multis Fratrum pluries apparuit, multa ostendens veritatis argumenta. Ut autem de multis multa præteream, *inquit*, veritatis indicia, unum duxi huic opusculo inserendum. Dum Dominus Anketellus, qui fabricam feretri manu propria (auxiliante juvene quodam seculari, discipulo suo, Salomone de Ely) & incepit & consummavit, diligenter in suo opere aurifabrili & animo studuit & manu laboravit; improperavit ei sæpe discipulus suus, favens parti Elyensium, sæpius dicens: Utinam hæc sit domus ipsius Protomartyris Albani, quem vos creditis habere, circa quam fatigamur tot laboribus studiosis & sumptuosis. Cui magister Anketellus Amice, amice, desine talia fari : certus sum quod hæc domus (nec adhuc condigna est tam glorioso Martyre) conclave & reclinatorium erit ipsius Martyris Albani. Benedictus Deus, qui hanc ad sui honorem concessit operandi peritiam : ego indefessus & libens ipsi operam adhibebo, nec unquam victus aut fessus fluctuabo. Nocte autem una apparuit ei sanctus Martyr Albanus, vultu alacri & sereno, & quasi pro labore suo, & pro verbis quæ pro eo faciebat, gratias agens consolansque ait: Operare, fili mi & artifex specialis, advocate & hospitator meus; quia te manet, de qua non fraudaberis, merces copiosa : ego sum qui retribuam : ego, inquam, Anglorum Protomartyr Albanus; qui hoc ipso loco pro Christi confessione sententiam subii capitalem, egóque, usque ad diem magni judicii generalis, in hac tua fabrica requiescam, donec mihi detur à Domino stola repromissa pro mercede duplicata. Et his dictis cum lumine magno, quod eum sequebatur, evanuit. *Ita Parisius pro tempore fabricatæ arcæ, quæ utinam pro affectu non amplificata & hactenus verificata sint, sic ut arca illa cum sacro corpore adhuc superstit, sacrilegorum subtracta manibus; eaque vel humi defossa alicubi lateat, donec reflorescente apud Anglos* Catholica religione, *aliquando in lucem offeratur. Hactenus certe quid eâ factum sit necdum comperi.*

D

imprimis una facta arcæ sacræ fabro.

E

(quæ arca utinam adhuc supersit!)

Idem probant crebræ apparitiones Sancti;

25 *Insuper ad prædictæ veritatis confirmationem asserit Parisius loco præcitato, quod, si corpus S. Albani* furto retentum esset ab Elyensibus, & aliud loco ejus thecæ suppositum ..... signa quæ Sanctus facit multiplicia, & quæ multotiens innovavit, celebrata in loco ubi sanguinem suum pro Christo fudit abscisso capite, testimonium evidens non perhiberent. *Sed ejusmodi miracula nec ipse Historiæ suæ inseruit, nec eorum ab aliquo collectorum scriptorumve uspiam expresse meminit; solum in Ioanne Abbate* XXI, *agit de* quodam Clerico, nomine Amphibalo, quem Dominus quatriduanum, meritis SS. Albani & Amphibali, à mortuis suscitaverat; ut miraculis Sanctorum ipsorum testimonium fide perhiberet oculatâ : *unde suspicari quis posset, ipsum id fecisse non solum verbo (ad quod vitæ remissus dicitur, & quo plurimam pecuniam coacervarat, ad prosequendum opus novi frontispicii ecclesiæ, fabricari ab illo Abbate cœpti) sed etiam scripto posteris relicto. Certe ejusmodi quid habuit is, qui* Passionem Legendæ Capgravianæ *insertam scripsit; quando relata Elyensi controversia, ad narranda miracula sic processit :* Judicia præmissorum discutienda lectoribus peritis relinquens; quæ diversis in locis exarata reperi, sine invidia scribendo communicare decrevi. *Sunt autem sequentia.*

Item miracula crebra,

F

puta resuscitatio mortui quatriduani,

26 Quidam Tribunitiæ potestatis, nominè Thurstanus, quemdam viculum ecclesiæ S.

Al-

A Albani ſub annuo cenſu à Monachis accepit; & proceſſu temporis cenſum ſolvere renuens, terram illam ut ſuam propriam vendicavit. Et ecce eques quidam terribilis, in equo albo obviam ei veniens, & armis aureis renitens, eum haſtâ percuſſit, & eliſum in terra ſemivivum relinquens abiit. Reſumpto tandem ſpiritu reatus ſui pœnitens, omnem ſatisfactionem promiſit. Sed convaleſcens, ad ſcelus ſuum cum rediret; in medio convivantium cœtu duo viri incogniti ad eum feſtinando prorumpunt, & arripientes eum fortiter in terram præcipitant: qui, confractis cervicibus, coram omnibus expiravit: & protinus viri illi egreſſi, nuſquam comparuerunt. Cum domum quamdam vorax flamma invaderet, Monachi feretrum ignibus opponunt: & ſedatis flammis & extinctis, ædificia ab incendii periculo liberantur.

pœna illata vindicanti ſibi fundum S. Albani,

reſtinctum incendium,

27 Multi infirmi, variis languoribus oppreſſi, S. Albani ſuffragium poſtulantes, integram ſanitatem ſe recepiſſe lætantur. Naves etiam periclitantes in mari, ſedata tempeſtate ejus beneficia conſequuntur. Juvenis quidam homicidii reus, ad S. Albani præſidium confugit; ſed promiſſis cujuſdam deceptus, egreſſus capitur; Judici præſentatus convincitur; & latâ ſententiâ, oculorum pariter & genitalium mutilationi eſt addictus. Cumque lictores oculos ejus eruere niterentur, omnis eorum conatus caſſatur: Sanctus enim Albanus reum adamante duriorem effecit: ſicque ad eccleſiam currens grates Deo lætus exſolvit. Dives quidam, in Tranſlatione S. Albani, ad agrum cum meſſoribus ivit; & videns multos ad eccleſiam tendentes, dixit: Quare ad Albanum pergerem ego, qui ruſticus quidam fuit, ut ego; per poſteriora ſtercora egerens, ut ego. Dixit; & cibum, quo refectus fuerat, per os blaſphemum evomuit, & ſub forma ſtercorum egeſſit: per ſeptem annos quibus vixit, numquam, niſi per oris blaſphemi officinam, ventrem purgavit: & licet ditiſſimus fuerat, ad tantam demum pervenit inopiam, ut victus neceſſaria ante mortem vix haberet: uxor ejus, quamdiu vixit, oſtiatim mendicavit: filia ejus, ventris mulctata tumore, prægnante groſſior, in utero quod pareret non habens, monſtruoſum ſpectantibus præſtabat prodigium.

B

ægri naufragique adjuti.

liberatus à ſupplicio reus.

Punitus blaſphemus ruſticus,

C

28 Miles quidam, Herebertus Duket nomine, latrociniis aſſuetus, terram S. Albani nocturnis incurſibus deprædabatur. Factum eſt autem ut cum Domino ſuo in eccleſia S. Albani Miſſam audiret: & vocans Dominus milites ſuos, ait illis: Videtiſne Heribertum, ſolito minorem effectum? Videmus, inquiunt, & ſupra modum obſtupeſcentes miramur: & cœperunt inter ſe eum deridere. Egreſſis omnibus de eccleſia, ait Dominus; Heriberte, quid eſt, quod tam parvus effectus es? Vide ne B. Albanum in aliquo læſeris; qui, Britonum more, cito in male conſcios animadvertit. Heribertus vero confuſus, vix manibus ſtrepam tangere potuit, quam prius facillime pede tangebat. Et ſtatim ſigno Crucis humeris appoſito, peccata commiſſa Abbati cum lacrymis confitetur, veniamque obtinuit, & ſolitam ſtaturam recuperavit. *Huc ſcilicet manifeſte reſpexit Pariſius, cum loco præcitato ad miracula provocans.* Perhibeat, *inquit*, Herbertus Duketh, qui in præſentia uſque ad ſimilem decrevit ſtaturam, evidens teſtimonium & alii quam plures. *Pergit porro Capgravius:*

& miles injurioſus Sancto.

D AUCTORE G. H.

29 Peregrini dum per mare navigarent, orta tempeſtate maxima, quinque ex eis B. Albani ſuffragium flebiliter implorabant. Et ecce navis, vim ventorum ferre non valens, tabularum ruptis compagibus, fluctus admittit: perit navis: pereunt & qui in eâ fuerunt, his quinque exceptis, quos B. Albanum diximus invocaſſe: nam undæ maris, eos incolumes ſubvehente, in portum voluntatis eorum, cum omnibus rebus ſuis, expoſuerunt. Cum quidam nocte quadam ante altare Martyris Albani conſideret, Deum non timens nec Martyrem reveritus, cum ſumma feſtinatione calceos ſuos reſarcire cœpit. Cumque aliquantulum in opere jam proceſſiſſet; ecce, tam valida alapa ei inflicta eſt, ut à ſummo gradu, non ſolum ad infimum, verum etiam longius in pavimento devolveretur. Præ timore autem exterritus, relictis quæ præ manibus habuerat, de eccleſia quantocius aufugit.

Salvati & naufragi;

caſtigata irreverentia ſartoris.

E

CAPUT V.

Revelatio & inventio S. Amphibali & ſociorum, eorumdemque tranſlatio ex Pariſio.

30 *Matthæus Pariſius, in ſua Hiſtoria majore & geſtis Henrici ſecundi Regis, ad annum* MCLXXVIII, *inventionem corporis* S. Amphibali *ita deſcribit:* Eodem anno vir quidam, B. Albani Martyris Burgum inhabitans, & loci illius indigena, inter ſuos ſine querela vixit. Hic ab ineunte ætate, quantum ſubſtantiæ mediocritas permittebat, honeſte vivens, devotus eccleſiæ extitit frequentator. Dum igitur una nocte in ſtrato jaceret, circa gallicinium intravit quidam, decorus vultu & eleganti ſtatura procerus, thalamum ſuum interiorem: qui veſtibus indutus candidis, virgam in dextra pulcherrimam bajulabat. In cujus ingreſſu domus continua reſplenduit, & quaſi claritas ſolaris interiora cubiculi perluſtravit. Qui lecto appropinquans, jacentem vocavit, &, ſi dormiret, leniter requiſivit. Roberte, inquit, dormis? Expavit autem Robertus timore vehementi, & ſupra modum admirans ait: Quis es, Domine? Et ille: Ego ſum Martyr Albanus, qui ad hoc venio, ut annuntiem tibi Domini voluntatem, de Magiſtro meo, inquit, Clerico videlicet illo, per quem fidem Chriſti ſuſcepi: de quo inter homines ſermo frequens habetur, & ſpes fidelium ſit, quod futuris temporibus debeat relevari, licet locus ſepulturæ jam ab omnibus ignoretur. Surge ergo velociter, circumda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me, & oſtendam tibi ſepulcrum, pretioſis ejus Reliquiis inſignitum.

G. H.

S. Albanus apparens civi dormienti,

F

excitatum educit foras

31 Surgens ergo Robertus, velociter veſtitus & calceatus, ſecutus eſt eum: & verſus Aquilonem in ſtrata publica gradientes, perrexerunt pariter, donec ad planiciem quamdam, ab antiquo incultam, quæ ſita eſt juxta viam regiam, pervenerunt. Obiter colloquebantur, ut ſolet amicus cum amico coitinerante,

de magiſtri ſui paſſione multa narrans:

A rante, tum de mœniis dirutæ civitatis, tum
AUCTORE de ſtrata communi adjacente civitati, tum de
G. H. adventu B. Amphibali Magiſtri ſui in civitatem, tum de receſſu ab invicem lamentabili, tum de utriuſque paſſione. Et quæcumque Robertus interrogare volebat, Martyr prompta reſponſione diſſerebat. Contigit autem, ut inter loquendum quoſdam mercatores de Dunſtaple haberent obvios, qui mane intereſſe foro in pago S. Albani pro negotiis feſtinabant. Quorum adventum prædicens, ait Martyr: Divertamus pauliſper, donec pertranſierint adventantes, ne forte iter noſtrum impediant percunctando (iter enim ab eo coruſcavit) quod & factum eſt. Cum autem perveniſſent ad medium circiter itineris, ubi duæ arbores in medio ſtratæ fuerant, ait Martyr: Huc uſque duxi Magiſtrum meum B. Amphibalum, cum ultimo in hac vita mundiali lacrymabiliter colloquebamur, tunc ab invicem diſceſſuri. Et niſi ſplendor, qui à Martyre procedebat, obtutus Roberti reverberaſſet, & timor eum ſimpliciter refrænaſſet; ipſum Robertum de multis tam futuris quam præteritis Sanctus certificaſſet. Habebat autem locus ille gratam planitiem, tam paſcuis quam foſſis, in via hominibus ad pauſandum aptam, in villa quæ Redburnia nuncupatur, tribus ferme milliaribus à Sancto diſtans Albano. In hac ſane planitie duo colliculi eminebant, qui Colles vexillorum dicebantur, eo quod circa illos populares fiebant concurſus, quando populus fidelis ex antiqua traditione ſolennem annuatim proceſſionem eccleſiæ S. Albani debita cum veneratione perſolvere conſuevit.

oſtendit locum ubi ab invicem ſeparati fuerunt,

B

32 Tunc S. Albanus à via paulatim declinavit, & apprehenſa manu viri, duxit eum ad unum de colliculis, qui ſepulcrum beati Martyris continebat. Deinde converſo ad eum vultu, Hic, inquit, locus Magiſtri mei Reliquias tenet: hic ejus oſſa contegit & conſervat. Et ſic fatus, pollice viri terram adinſtar crucis aperuit; & everſa ceſpitis modica portione, quoddam ſcrinium reſeravit: ex quo ſplendor nimius exiens, orbem occiduum illuſtravit, & primos lucis ſuæ radios in mundi latitudinem copioſe diffudit. Quo facto capſa recluditur, & loci planities in ſtatum priſtinum reformatur. Stupet vir ille, & quid ſibi ſuper iis ſit agendum à Sancto poſtulat edoceri. Ad quem B. Albanus: Signa locum diligenter, ut, quæ in eo tibi revelata ſunt myſteria, firmius adhæreant menti tuæ: veniet enim è proximo tempus, quando hæc inſtructio tua ſpecialis generali profectui militabit, multiſque proderit ad ſalutem. Robertus vero aëris & planitei viſum dimetiens, lapides quoſdam, qui ibi jacebant, collegit, & ibidem quodam ſchemate locavit, dicens: His metis de hoc ſancto loco cras plenius edocebor. Et his dictis, Surge [inquit Sanctus] eamus hinc: & ad locum, unde receſſimus, revertamur. Illis autem per viam, qua venerant, revertentibus, cum venirent ante portam eccleſiæ (erat [enim] domus Roberti remotior) Sanctus ſuam intravit eccleſiam, & homo domum ſuam ingreſſus, proprio ſeſe lecto recepit. Iſtud non (ut quidam fingunt, detrahentes veritati) ut ſomnium evenit, ſed in veritate: cui teſtimonium perhibet finalis rei eventus; & cujuſdam Fratris, videlicet monachi eccleſiæ S. Albani Gileberti de Siſſenerne, teſtimonialis aſſertio; qui frequenter à prædicto Roberto rei veritatem ſciſcitabatur, & diligenter veritatem ſub atteſtatione tremendi judicii, utpote vir prudens & litteratus, medullitus exploravit.

& colliculum in quo Reliquiæ ejus conditæ;

C

Res geſta indicatur monacho S. Albani,

D

33 Vir autem mane expergefactus, in ancipiti poſitus fluctuabat, utrum ſub ſilentio præteriret; an aliis, quæ non viſu ſed re, ſine aliqua hæſitatione corporaliter geſta didicerat, revelaret. Si enim ſileret, peccare metuebat in Deum; ſi rem publicaret, ſannas hominum verebatur. Iſta tandem animo ſæpe revolvens homo, timore Dei timorem humanum abſorbuit: & licet adhuc verbum hoc communibus eſſet auribus abſconditum, domeſticos tamen & privatos ſuorum fecit conſcios ſecretorum. Illi autem quod dicebatur in tenebris, in lumine proferebant: & quod in aure audierant, ſuper tecta prædicabant. Factum eſt autem, ut hoc anno verbum iſtud per totam diſſeminaretur provinciam, adeo quidem, ut ipſius frequentia monaſterii beati Martyris Albani clauſtrum intraret. Denique fama deſiderata, quibuſdam perferentibus, ad Abbatem Simonem aſcenderat: cujus poſt Deum auctoritate negotium illud robur erat ſpecialiter habiturum. Qui protinus gratiæ Dei laudes perſolvit, & communicato conſilio electos de conventu Fratres aliquot ad locum, quem vir ille oſtenſurus erat, eodem viro prævio deſtinavit. Conventus domi devotis orationibus incumbebat, & Fratres ductorem ſuum ſequentes, videre Martyrum Reliquias properabant. Quo demum pervenientes, invenerunt ibidem fidelium multitudinem: quos Spiritus ſanctus de diverſis provinciis in unum proſpero prognoſtico collegerat, ut inventioni Martyris intereſſent. Illis eventum præſtolantibus, ſæpe dictus homo præcedebat, Fratribus planitiem oſtendens, Sanctorum corpora continentem. Erat autem feria ſexta ante ſolennitatem B. Albani, quando hæc facta ſunt: qua ejuſdem Sancti paſſio celebratur. Ab illo ergo die, uſque quo elevati fuerunt Sancti, loco illi cuſtodia non defuit: ſed Fratres jugiter cum laicis adfuerunt. Conventus interim abſtinentiam vitæ ſuſcepit arctioris, & ſtatuto cum proceſſione orationum ſuffragio, ſolenne jejunium populo prædicatur. Jam locus ille futuræ inventionis, nundinarum ſimilitudinem præferebat; & recedentibus aliis, quos fervor devotionis adduxerat, alii quotidie accedebant.

& domeſticis.

E

A Simone Abbate miſſi monachi cum Roberto

locum Reliquiarum diſcunt 17 *Junii.*

F

eumdemque reducit.

34 Porro ſignorum initia, quæ adhuc ſancti Martyres, in corde terræ latentes, in auſpitium ſpei melioris patrabant, multorum poterunt teſtimonio confirmari. Mulier namque quædam de Gateſdene, ſcapularum & renum debilitate per decem annos detenta, jam propter ægritudinis turpitudinem marito deſpectui habebatur: quæ proprios egreſſa fines, & per Redburnam tranſitum faciens, juxta ſanctorum Martyrum decubuit ſepulturam: nec de loco ſurrexit, donec ſanitati priſtinæ redderetur. Alia de Duneſtaplia, nomine Cæcilia, in hydropiſis ægritudine annis ſedecim tranſactis, habentis in utero ſimilitudinem præferebat. Hæc ad loca prædicta, ſuæ ſalutis avida perveniens, illico optatam recepit ſanitatem. Item puella quinquennalis, quæ num-

Sanatur 10 *annorum debilitas*

hydropiſis

& impotentia gradiendi.

A numquam a nativitate pedes inceſſerat, ſemper parentum miniſterio portabatur. Hæc, quod multi fidelium conſpexerunt, juxta locum præparatum collocata, cum paululum obdormiſſet, exilii inceſſit; parentumque ſuſpiria in lætitiam commutavit.

Blaſphemus in Sancto à dæmone arripitur,

35 Illuxit interea ſancta ſolennitas, B. Albano Martyri conſecrata; quam in ſe claram, iſtorum publicatio miraculorum reddidit clariorem. Admonentur fideles ad eleemoſynas largiores: ſingulis uſus parcior alimentorum indicitur, & iterata in craſtinum proceſſio inſtauratur. Sed interpoſiti quoque dies nequaquam otioſi tranſiere diſcurſu, ſed uſque in horam inventionis Sanctorum miraculis evidentibus coruſcabat. Nempe vir quidam de Kyngesberia, fodientes & Sanctos quærentes irridens, nocte cum aliis venit ad locum, pari quidem via ſed voluntate diverſa. Qui confeſtim arreptus à dæmonio, furioſum evidenter expreſſit, & veſtes dirumpens abjecit: & qui alios deridens, ſpectare venerat fodientes, ſpectaculum omnibus eſt effectus. Cumque B cunctis videntibus diutius torqueretur, corripientis Dei manus ceſſavit; & demum caſtigatus, incolumis ad propria repedavit. Alius autem, Sanctos quærentes verbis ſubſannatoriis illudens, ſtatim divinæ ſubjacuit ultioni: nam inter loquendum gravi correptus incommodo, in brevi blaſphemum ſpiritum exhalavit. Algarus de Duneſtaplia, cum ad locum eumdem dolium cereviſiæ plenum, ad vendendum, rhedâ portari feciſſet; acceſſit ad eum æger quidam & pauper, rogans ſimpliciter ob Martyris amorem, cujus interventionem populus expectabat, ut ſitim, qua premebatur, potu modico relevaret. Incanduit Algarus ad verba ægroti ira vehementi, aſſerens ſe illuc non causâ Martyris adveniſſe ſed ut lucrum quoque modo augeret. Adhuc ille pauperem in hunc convitiante; ecce, utroque fundo dolii impetuoſe evulſo, in platea cereviſia fundebatur: ſicque factum eſt, ut cujus portiunculam, Martyris nomine ſpreto, negaverat, procurante Sancto non ſolum pauper ille, ſed & alii multi cum eo, fixis in terram genibus, ſufficienter nullo prohibente potarent. Repreſſa igitur, Martyre procurante, perverſorum nequitia, devotio fidelium recipit quod meretur. Nam tribus continuis quæ ſequebantur diebus, decem utriuſque ſexus homines à diverſis infirmitatibus, ad laudem Dei & beati Martyris, receperunt priſtinam ſanitatem.

alius ſubita morte punitur,

alius effuſione cereviſiæ ſuæ.

C

Celebrante Miſſam Simone Abbate laborant foſſores:

36 Clareſcente interim die, quam Sanctorum inventio conſecrabat, venerabilis Pater Simon Abbas locum adiit ſanctiſſimum: & celebratis in capella S. Jacobi, loco illi contiguo, in venerationem beati Martyris Albani, noſtræ redemptionis myſteriis; monachis qui aderant ut diligenter quærerent, & pluribus adhibitis foſſoribus, ut cœptis inſiſterent, imperavit. Fuerat autem capella illa antiquitus in honorem Martyris fabricata, propter frequentes cæleſtis radios lucis, qui paſtoribus, vigilias noctis ſuper gregem ſuum agentibus, ibidem apparuerant: qua in honorem S. Jacobi principaliter & Sanctorum, pro quorum veneratione fulgor cæleſtis apparuit, ibidem fabricata venerabatur. Unde dictus Abbas in eodem loco divina celebrans Sacramenta, ſuper inſtanti negotio beati Martyris auxilium imploravit. Reverſo itaque domum Abbate, & jam cum Conventu ad prandium ſedente, legebatur paſſio beati Martyris, quem quærebant & ſociorum ejus; per quam carnis ergaſtulo ſoluti, promeruérunt gloriam ſempiternam. Dum igitur ſævitia Judicis, lictorum immanitas, Martyrum patientia & mors prolixius recitata, pias mentes Conventus in fletus & ſuſpiria commoviſſet; B. Amphibalum cum tribus ſociis ſuis repertum, accurrens aliquis nuntiavit. Quid ergo? Suſpiria mutantur in laudes, & triſtitiæ ſucceſſit lætitiæ magnitudo. Exſurgens à menſa Congregatio, ad eccleſiam feſtinanter procedit; & lætitiam corde conceptam elevatis laudibus proteſtatur. Inventus eſt autem beatus Martyr Amphibalus inter duos ſocios medius, & collateralis ambobus, tertio ſocio quaſi ex tranſverſo & ab oppoſito locum ſolitarium occupante. Inventi autem ſunt prope locum illum ſex ex ſociis Martyrum prædictorum, ita quod beatus Martyr Amphibalus decimus habebatur. Inter Reliquias athletæ Chriſti Amphibali, cultelli duo magni inventi fuerunt, unus in teſta capitis, & alter circa præcordia: ut verum eſſe inſinuent, quod in libello Paſſionis ejus ſcripto antiquis temporibus continetur apud S. Albanum. Ut enim habet paſſionis illius textus, alii occubuerunt gladiis cæſi, ipſe vero viſceribus primo patefactis & inteſtinis ejectis, & poſt lanceis confoſſus & cultellis, occubuit tandem lapidibus conquaſſatus: unde nullum fere ex oſſibus ejus integrum apparebat, cum ſociorum ipſius oſſa illæſa penitus extitiſſent.

inveniuntur corpora S. Amphibali & ſociorum

D AUCTOR. C. H.

E

atque ad baſilicam S. Albani deportantur:

37 Abbas autem, ut diximus, audito nuntio deſiderato, adjuncto ſibi Priore, cum aliquot Fratribus de Conventu, Sanctorum celeriter adiit ſepulturas; & effoſſas Reliquias erigens, in linteaminibus idoneis collocavit, metuenſque ſupra modum fraudem plebis, & vim turbæ undique confluentis, quam à compreſſione inventi theſauri arcere non poterat; placuit Abbati, ut Martyres ſancti in B. Albani baſilicam portarentur, ubi cuſtodia diligentior & ſecuritas amplior poterat adhiberi. Quid multa? Redeunt cum Abbate Fratres ſeparatim, Sanctorum pignora proceſſionaliter deferentes. Procedit Martyribus obviam cum proceſſione Conventus, corpus ſecum B. Albani Martyris deportantes. Quod cum aliquoties conſuevit, prout ejus portatoribus conſtat, ſatis exiſtere ponderoſum; tantam ſui facilitatem illâ horâ exhibuit, ut volare potius quam humeris ferentium incumbere videretur. Occurrit ergo Martyr Martyribus, Magiſtro diſcipulus, & jam palam Magiſtrum recepit revertentem, quem habebat olim clam fidei Doctorem in tugurio latitantem. Sed miraculum, quod in elementis ſuis Dominus oſtendere dignatus eſt, cum obviantes ſibi penitus Reliquiæ pariter convenerunt, non debet ſub ſilentio præteriri. Cum enim ſiccitas prolixior, exuſtis herbis & fructibus, diutius perduraſſet, & agricolas deſperatos reddidiſſet; eodem momento, cum in aëre nec minima appareret nubecula, tanta pluviarum inundatio prorupit, ut & copioſe

F

anno 1177 25 Junii

A AUCTORE G. H. descendentes imbres terram decorarent, & desperatæ messis spem promitterent lætiorem. *Et tamen (ut in Vita Warini alia occasione dicitur)* Induviæ festivales, quibus audacter Conventus induebatur, cum nulla aëris sereniſſimi immutatio, pallor, nubes, vel nubecula apparuisset; &, ut dictum est, terra arida & rimosa repentinâ inebriatione perfunderetur; Cappæ aurifrigiatæ & opere plumario pretiose redimitæ, nulla penitus la[illegible], deterioratione vel damnificatione lædebantur. Inventus est autem pretiosus Martyr Amphibalus cum sociis suis, & in ecclesiam B. Albani cum canticis & laudum præconiis solenniter delatus est, anno à passione sua trecentesimo octogesimo sexto, ab Incarnatione Domini milleſimo centesimo septuagesimo septimo, die Sabbati, Kalendis Julii. In præsentia autem sanctarum Reliquiarum ipsius, ad laudem Dei & gloriam Martyris, à diversis infirmitatibus sanantur ægroti, membra paralytica solidantur, multorum ora ad loquendum laxantur, cæcis tribuitur visus, surdis auditus, claudis firmatur gressus; &, quod magis magnificum est, arrepti à dæmonio liberantur; epileptici sanantur, leprosi mundantur, & ad vitam mortui revocantur. Si quis autem miraculorum, quæ per Sanctos suos divina operatur clementia notitiam habere desiderat, libellum legat, in quo de signis ejus & virtutibus clarius habetur, & nos ad alia festinantes, à lectore veniam postulamus. *Hactenus Matthæus Parisius. Utinam qui sub finem allegatur libellus de miraculis inveniatur & ad nos transmittatur, saltem cum Supplemento operis imprimendus.*

clarent miraculis.

B

CAPUT VI.

Ejusdem rei narratio alia ex Joanne Bromptono: ædificata ecclesia, translatæ aliquoties Reliquiæ.

D. P. 38 *Parisium, vel eumdem quem ipse auctorem, secutus Matthæus Westmonasterienſis, ad annum* MCLXXVIII, *rem in pauca contraxit, ex multis tunc factis unum addens miraculum; idem (ut putò) cujus supra meminimus ex Parisio num.* 25, *quo scilicet* Mortuus quidam quatriduanus, ita scilicet quod à die mortis quatuor dies haberet & dimidium, ibidem resuscitatus, omnes videntes ad gloriam Dei & laudem Martyrum juvantium ibi efficaciter procuravit. *Similiter rem eamdem contraxit Capgravius pag.* 9, *insuper definiens, quod* Robertus *ille, post habitam visionem,* proprio lecto se recepit; *nec nisi* elapsis duobus annis, idem vir divinitus admonitus, Abbati ordinem rei gestæ denudavit, & Fratribus locum ostendit. *Quæ omnia ex ipsorummet Albanensium monumentis accepta, longe certiorem videntur mereri assensum, quam quæ Joannes Brompton, Jorvallensis Abbas in agro Richemondensi, leucis Anglicanis* CLX *& amplius à S. Albani monasterio, scripsit, ex minus certa narratione rei, totâ Angliâ celebratissimæ, sed varie à variis relatæ, licet proprior iis temporibus fuerit uno fere seculo quam Parisius, utpote qui sub Eduardo* III *in anno* MCXCVIII *finem scribendi fecit. Detur tamen antiquitati hæc reverentia, ut id etiam transcribatur.*

Historia à quibusdam contractius edita

C

à Joanne Bromptono, seculi 12 *scriptore,*

39 Eodem anno (MCLXXVII) in hebdomada Pentecostes (*celebratæ* XII *Junii, Parisius autem sequentem annum ponit, quo Pentecoste cecidit in* XXVIII *Maji*) Angelus Domini cuidam in somno apparuit, dicens; Hæc dicit Dominus Deus. Volo ut corpora Sanctorum, scilicet corpus S. Amphibali, qui Magister S. Albani extiterat, & eum à pagano errore ad Christianam veritatem converterat; & aliud sanctum corpus, illius videlicet, qui cum à nequissimo Rege, ad B. Albanum necandum, missus fuisset, in eum manus mittere nolebat; sed de Pagano errore ad fidem Christi conversus, sententiam subiit capitalem; & Martyr Christi effectus, cælos penetravit; transferantur de loco, ubi sepulta sunt, ad ecclesiam S. Albani, & ibi cum digna reverentia recondantur. Et ad hæc Angelus subjunxit, dicens ei: Vade cito ad Abbatem & Conventum ecclesiæ S. Albani, & hanc eis indica visionem; & præcipe eis, ut in quodam loco qui dicitur &c. fodere faciant, ut ibi possint Sanctorum corpora invenire. Vir autem ille, tanta visione Angelica expergefactus, apud se diu meditabatur, utrum Abbatem & conventum S. Albani, sicut Angelus ei præceperat, verbis aggrederetur, an non. Cumque diu in hunc modum animum suum affligeret, tandem ei placuit ut non iret, & sic suo recubuit in grabato. Et ecce Angelus secundo & tertio ei apparuit eumdem sermonem dicens; & nisi iret celerius, minas addens. Talibus ergo minis vir ille perterritus, ocius à cubili suo surgens, ad Abbatem & Conventum perrexit, & eis illud cæleste mandatum & visionem Angelicam indicavit. Cujus dictis Abbas & Conventus fidem dederunt, quia in Annalibus suis, ubi Miracula & Passio B. Albani scribebantur, nomina & passiones dictorum Martyrum legebantur: sed ignotum erat eis, quo in loco eorum corpora humabantur. Convocatis igitur Comprovincialibus, præfatus Abbas & homo ille cui Angelus apparuit, ad dictum locum, ubi corpora Martyrum sepulta erant, procedentes, circumquaque fodere præceperunt. Cumque illi circumquaque fodientes, jam per octo dies incassum laborassent; ecce odor suaviſſimus, de tumulo Martyrum erumpens, eos ad fodiendum ibi mirabiliter provocavit. Assiduis ergo orationibus insistentes, & omnipotentis Dei auxilium invocantes, ad locum unde odor ille prorupit ocius accesserunt: & ibi fodientes, sarcophagos, in quibus Martyrum corpora sepulta fuerant, invenerunt. Corpora vero tollentes, in crastino nativitatis S. Joannis Baptistæ VII Kal. Julii, ad ecclesiam S. Albani cum hymnis & canticis detulerunt: ubi illis honorifice reconditis, cæci visum, & alii plures sanitatem à diversis languoribus receperunt.

D

haud paulo aliter narrata,

quoad modum revelationis,

E

& inventionis.

F

40 *Ad annum* MCLXXIX *Westmonasterienſis præfatus describit iter Ludovici* VII *Regis Franciæ in Angliam, ad sepulcrum S. Thomæ Cantuariensis, & ista subdit*: Quia Christianissimus Rex Ludovicus magnalia Dei audivit in B. Amphibalo Martyre & Sociis suis nuper inventis celebrari, proposuit illuc ire: sed consilium suorum non permisit eum à terra tantum elongari: super quo dolens, sed contradi-

G. H.

Rex Franciæ eo mittit munera

A dicere nolens, misit illuc quasi vice vicaria Capellanum, dona eximia pro oblatione deferentem. *Porro Sanctorum Translatori Simoni, ut jam diximus, anno* MCLXXXIII *successit* Garinus *seu* Warinus *Abbas* XX. *in cujus Vita dictus Parisius ista habet pag.* 96. Apparuit Waldemgevæ venerabilis persona, videlicet Clericus adinstar radii solaris perlucidus: qui requisitus asserebat se esse S. Amphibalum, B. Albani Anglorum Protomartyris Magistrum & Conversorum, in quo sibi bene complacuit, & in ipsius gloria congloriabatur. Dixit insuper & asseruit, locum ipsum (in quo contigit ut idem Amphibalus cum suis Sociis inveniretur, & eorum Reliquiæ versus S. Albanum deportarentur, & obviam feretrum B. Albani veheretur) venerabilem fuisse & Deo & Sanctis Martyribus ipsis carissimum. Et addidit, Vade igitur ad Abbatem Warinum, & vice mea dic ei, ut locum ipsum condigna extollat veneratione. Venit igitur fidelis ille nuntius, & omnia prædicta quibusdam intersignis confirmata Abbati seriatim retexuit. Abbas autem ipsi viro non tantum fidem, sed & favorem adhibuit .... Ædificaturus igitur cœpit fundamentum ita initiare, ut infra breve tempus cœptum perficeret, dotaret, dicaret, religiosis inhabitaret & instrueret religione ... Ædificata igitur Ecclesia & dedicata, constructisque decenter officinis, pia consideratione constituit quasdam mulieres leprosas ibidem includi, & velatas quibusdam limitatis regulis arctavit, ne vagæ secularibus erroribus involverentur.. . & B. Mariæ de Pratis nomine intitulavit ....

monitu S. Amphibali apparentis

ædificatur ecclesia S. Mariæ de Pratis.

B

41 Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octogesimo sexto, ex præcepto Domini Warini Abbatis ecclesiæ S. Albani, per Suppriorem ejusdem ecclesiæ, & Adam Cantorem, & Gilebertum & Baldwinum Sacristas, & Rogerum de Hospitali custodem Reliquiarum S. Amphibali sociorumque ejus, octavo Kalendas Julii, translatæ sunt Reliquiæ prædictæ de locello, in quo primum conditæ fuerant sub Domino Simone Abbate, in feretrum novum, ad hoc specialiter adaptatum, & ad honorem eorumdem Martyrum & decorem domus Dei, auro & argento arte excusoria splendide adornatum: quod nimirum feretrum medius quidem paries interfecat interius: & in ea parte cujus frons intrinsecus passionem S. Albani exprimit, repositæ sunt Reliquiæ ipsius Martyris & trium sociorum ejus (qui simul consepulti, inventi sunt) singulæ in singulis ligaturis. In reliqua vero parte Reliquiæ sex reliquorum sociorum ejusdem, quorum sepulturæ seorsum inventæ sunt, singulæ in singulis ligaturis colligatæ. In locello autem illo, qui præfatas Reliquias continebat, aliquantula portio earumdem Reliquiarum remansit, simul cum multa numerositate corporalium venustorum, quæ ob sui reverentiam honeste ibi collocata sunt. Ille quoque locellus cum alio consimili, in dextra parte altaris in presbyterio super murum collocatus

Anno 1186 24 *Iunii transferuntur Reliquiæ in novum feretrum:*

C

est: in primo sunt prædicta, in alio pulvis & ossium particulæ minutissimæ (in quem pulverem carnes sanctorum Martyrum creditur fuisse resolutas, nam in earum sepulcris cum ossibus inventus est) reponitur. *Hæc ibi.*

D

iterum transferuntur ad altare consecratum:

42 *Guarino subrogatus est sicut etiam dictum est supra anno* MCXCV *Joannes primus sub quo* manu Fratris Gulielmi picta est tabula ante altare S. Amphibali, *uti & variæ tabulæ aliæ. Anno autem* MCCXIV *succedens* Gulielmus, *qui* feretrum cum Reliquiis B. Amphibali sociorumque ejus, à loco ubi prius collocatum fuerat (videlicet secus majus altare juxta feretrum S. Albani) à parte Aquilonari, usque ad locum, qui in medio ecclesiæ includitur pariete ferreo & craticulato, solenniter transtulit altari decentissimo ibidem constructo, cum tabula & super altari pretiose pictis: fecitque ipsum altare solenniter dedicari in honorem S. Amphibali sociorumque ejus, quia ibidem eorum corpora requiescunt, ab Episcopo Harefordensi Joanne. Et ab eodem fecit Crucem magnam ipsi altari suprapositam cum suis imaginibus consecrari. Abbas quoque Gulielmus postquam hæc decenter omnia consummaverat, duo feretra deaurata, in quibus primo ante tempus Warini Abbatis reconditæ fuerunt Reliquiæ beatorum Martyrum Amphibali sociorumque ejus, cum illis quæ in eis continebantur, contulit ecclesiæ eorumdem in Redburnia, ob honorem & reverentiam loci illius, in quo ipsi sancti Martyres sui agonis cursum consummaverunt. Constituitque ibidem custodem perpetuum, Monachum videlicet vigilem & diligentem, nocte dieque ibidem assistentem thesauro illic reposito, tali custodia condignum. Hic autem Monachus ibi assignatus, indultu Abbatis postea sibi socium acquisivit, dum operibus indulgebat peragendis. Istam autem Translationem honorabilem quamplurimum credimus Deo complacere, propter manifesta miracula, quæ Deus ibidem tunc in honorem dictorum Sanctorum in propatulo celebravit .... Inter alia quoque pietatis opera ecclesiam B. Amphibali Martyris sociorumque ejus, ob reverentiam loci illius, in quo idem cum Sanctus sociis suis martyrium celebravit, solenniter ab Episcopo Joanne, sicut & alias plures Ecclesias vel capellas in nostra diœcesi fecit ipso præsente Abbate Pontificalibus redimito, relaxatione quadraginta dierum concessa, Domino Gileberto de Sifleverne tunc ibidem Priore, dedicari ....

E

aliquæ in Redburniam portantur

miraculis claræ

& ecclesia dedicatur.

F

43 Crucem quoque S. Amphibali, quæ diuturno tempore Loudoniis latuit abscondita, & quæ in possessiones multorum, videlicet patrum in filios transmigraverat, nobis prudenter acquisivit Abbas Gulielmus memoratus. Quæ quidem Crux, talis existens schematis, tanto carius habet custodiri, quod (sicut historia de SS. Albino & Amphibalo protestatur) sanguine B. Albani in decollatione ejus fuit delibuta, & prima quæ in Britanniam fuit apportata. *Hæc ibi. Mortuus est dictus Gulielmus Abbas anno* MCCXXXV

Crux S. Amphibali reperitur.

DE S. ALBINO MARTYRE,

ROMA COLONIAM DELATO.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

De præsenti corporis statu, translatione Româ Coloniam, & an verosimile sit ipsum prius ex Anglia allatum Romam esse corpus S. Albani Protomartyris Angliæ.

G. H.

Corpus S. Albini nobis Coloniæ ostensum,

B

Um anno MDCLX *Romam e Belgio per Germaniam uer haberemus, substitimus ad plures dies Coloniæ, gratissimi hospites Reverendo Patri Hieronymo Warmoldo Rectori ac reliquis collegii Societatis nostræ Patribus, inter quos eminuit humanissima caritas Rev. P. Hermanni Crombachii qui nos deduxit ad omnia sacra, quæ plurima illa in urbe sunt, accurate perlustranda, ac potissimum curavit ut sibi nobisque exhiberentur sacræ Reliquiæ S. Albini: quod insigni humanitate præstiterunt Religiosi loci. Eadem ergo quæ dictus Hermannus Crombach de sancto corpore à se antea viso scribit, lib.* XI *Historiæ pag.* 1105, *nobis cupimus applicari.*

prout illud describit Hermannus Crombach.

2 Nescio, *inquit*, an jucundius, & ad fidem orthodoxam stabiliendam aptius spectaculum, oculi mei hauserint, vidi magno animi gaudio, non sine sacro ad tale prodigium stupore, venerandum caput, undique carne cuteque circumdatum; glabrum tamen, nam quod trecentis abhinc annis carvitium cum brachiis sacri corporis repertum est, aliis donatum locis cum eisdem existimo; cum apud Machabæiticas Virgines Coloniæ os unum S. Albini, carne satis crassa & cute circumseptum, viderim aliàs. Facies etiam carne vestitur, palpebræ reconditis introrsum oculorum orbibus apparent clausæ: nasus extremûs defluxit paululum. Hiat os sacrum elingue, labris contractis mento carne cooperto. Cervix vero resecti recens capitis figuram exhibet: ita caro sanguinolenta tegit omnia, qua caput collo committitur, ut extrema venarum, C arteriarum, ac nervorum fere liceat discriminare. Scapularum altera supereſt carnea, ut ossium nihil promineat. Pectus vero & venter totus, carne & pelle quaquaversum obtegitur, aridâ & extucâ; quæ à latere dextro aperta, ac fuscinulâ argenteâ levata, pectoris intima pandit: in quo viscera quædam indurata monstrat. Tota posterior corporis pars, utrumque femur, tibiæ, pedesque desiderantur: quæ Angliæ cœnobium Albanense pie religioseque adservavit, variis etiam prodigiis decorata. Egregium sane divinæ potentiæ argumentum, & fidei contra heterodoxos, cultusque Sanctorum asserendi evidens testimonium, annuis fere miraculis nostra ætate nobilitatum, quæ cum authenticis documentis erunt confirmata, posteris non invidebo. *Hæc ibi. Miracula ista, si nobiscum communicentur, sub finem subjiciemus. Ceterum dictus Crombach singula, ut accurate descripsit, nobis ostendit. De* S. Albano, *Martyre Verolamiensi in Anglia, ejusque sacris Reliquiis in propria ibidem ecclesia adservatis supra egimus. Quas easdem esse, quæ Coloniæ servantur credebatur ibidem ab anno saltem* MCLXXXVI, *quando loculo aperto ostensæ fuerunt Reliquiæ, uti ab Auctore oculato tunc scriptum testimonium habemus ex codice ipsius monasterii S. Pantaleonis, sed rem totam accuratius explicat diploma elevationis* S Albini *factæ, anno* MCCCXXX *quod Ægidius Gelenius edidit in magnitudine Coloniæ lib.* 3 *syntagmate* 12 53 *excuso hoc modo.*

Reliquiæ anno 1330 *in novam capsam translatæ,*

3 In nomine Domini. Amen. Nos Theodericus Dei gratia Abbas, Prior, totusque Conventus monasterii S. Pantaleonis Coloniensis Ordinis S. Benedicti, universis Christi fidelibus, & præcipue Ecclesiarum Prælatis, Rectoribus, Plebanis, necnon de Ordine Prædicatorum, Minorum, Carmelitarum & S. Augustini Fratribus, salutem in Domino omnium Salvatore. Cum secundum Prophetam, Dominum laudare decet in Sanctis ejus &c. Psal. 150. 1 hinc est quod nos, peccatores licèt indigni, tanti Patroni glorioſi Martyris S. Albini, militis, primi in Britannia martyrium passi: cujus Reliquiæ primo à B. Germano Episcopo à Britannia in urbem Romanam, & postea per Imperatricem Theophaniam, Imperatoris Ottonis tertii matrem, à Roma Coloniam ad nos translatæ, trecentis & quinquaginta annis apud nos sunt reconditæ, & nunc, Dei nutu præcipue, & propter causam evidentem, à capsa, in qua erant reconditæ, exceptæ & apertæ, fideli populo ad excitandam devotionem, ut in sancto tuo Martyre honorificetur & laudetur Deus, ad videndum ostenduntur: cujusque à passione usque nunc, cum sint mille & viginti anni, suis tamen meritis apud Christum exigentibus, ipsius Reliquiæ adeo pretiosæ videntur ac recentes, acsi non longo tempo- *apparent recentes,* ris intervallo mortem subierit temporalem: nam caput cum barba, cervicem passionis adhuc sanguine infectam, brachia & manus ac scapulas, pelle & carne protectas, pectus cum tractibus laterum, & spina dorsi cum renibus; pannus etiam, quo sacrum corpus ejus trecentis & quinquaginta annis apud nos involutum & contectum fuit, adinstar nivis candidus & incorruptus est, acsi impositus esset recenter. Præterea de miraculis & signis, nunc noviter per divinæ misericordiæ largitatem apud nostram ecclesiam magnifice factis, veritatem vobis duximus intimandam. A Dominica enim die ante festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ anno Domini MCCCXXVII usque nunc, ejus Reliquiæ sanctæ & venerandæ populo publice ostenduntur, tam paralytici quam alii claudi cruribus incurvati, alii

D E F

A alii contracti, alii super terram reptantes, alii gibbosi dorso & incurvati, alii cæci nati, alii muti, alii dæmoniaci, alii manci, alii febricitantes & diversis languoribus oppressi, & plures mortui & aquis suffocati, ad numerum quingentarum & amplius personarum utriusque sexus, meritis ipsius Albini, per divinam misericordiam & largitatem; apud nostram Ecclesiam sunt curati. Non solum autem à languoribus hominum, sed etiam in pallefridis, equis & jumentis curationis & sospitatis gratia est multipliciter ostensa, testimonio non solum nostro, sed multorum fide dignorum, & totius civitatis Colonienſis & circumiacentis patriæ, pulchro & vero testimonio possunt veraciter comprobari: super quo dignum & justum est, sanctam & individuam Trinitatem, per totum orbem Christianum, de his misericordiæ suæ gratiis ac beneficiis honorari & laudari, quod nostris temporibus talia ac magnifica suæ misericordiæ beneficia percipere nos dignetur. Hoc vobis nostro sigillo scribimus, ad excitandam devotionem plebi fideli vestris in ecclesiis prædicando. Datum in Vigilia Pentecostes anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo.

miracula patrata.

B

4 *Hactenus illud diploma, secundum cujus supputationem corpus* S. Albini *fuisset Româ Coloniam deportatum anno* DCCCCLXXX. *Florebat tum Theophano Imperatrix, uxor Ottonis* II, *quo sub annum* DCCCCLXXXIII *mortuo, Ottonem* III *filium parvum juvit & in administrando Imperio, & anno* DCCCCLXXXIX, *inquit Lambertus Schafnaburgenſis*, Theophania Imperatrix Romam perrexit, omnemque illam regionem Regi subiecit. *Quidni tunc à Romano Pontifice Joanne* XI *pretiosum illum thesaurum dimidii corporis* S. Albini *acceperit, atque anno* DCCCCXI *Coloniam detulerit; quo anno* sol defecit XII Kalendas Novembris quinta diei hora. *Hoc addo: quia ista eclipsi indicata, scribit Ditmarus lib.* 4 *Chronici*: Insequenti anno, consummato in bonis vitæ suimet cursu, in Neumagen Theophano infirmatur Imperatrix, atque ab hac vita XVII Kalendas Julii discedit, sepulta ab Evergero, sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopo, in monasterio S. Pantaleonis (quod datis impensis Bruno Archipræsul ibi requiescens construi præcepit) præsente filio, ac multa pro remedio matris his Confratribus largiente. *His omnibus ita discussis, arbitramur corpus illud* S. Albini *à dicta Imperatrice ad monasterium S. Pantaleonis relatum. Sed quod illud sit corpus* S. Albani, *a S. Germano delatum Romam, necdum possumus credere. Alia audiamus instrumenta.*

Tempus ejus Româ accepti.

C

5 *Est Coloniæ excusa anno* MCCCCLXXXIII, *& biennio post Lovanii recusa Historia Sanctorum, in qua post Vitam* S. Albani Martyris, *pag.* 88 *recensetur Vita* S. Albani *in Britannia passi; & post relata ex Beda Acta martyrii, ista adduntur*: Corpus hujus Albani Romam delatum est, donec Otto tertius adhuc puerulus imperavit cum matre sua. Hæc autem à Papa corpus S. Albani obtinuit, & prospere Moguntiam cum eo venit: ubi tunc temporis Episcopus, tam corpus S. Albani, quam ipsam Imperatricem honoravit, & quia Sanctum suum Albanum isto S. Albano fuscari, per æquivocationem nominis (vocabatur enim

Et mentio in historia anno 1483 *excusa.*

uterque Albanus) petiit ab Imperatrice istum Sanctum ad differentiam alterius Albinum nominari. Tunc Imperatrix Albinum in Coloniam duxit, & in loco ubi nunc veneratur, deposuit, sibique sepulturam ante altare composuit. *Hæc ibi, in quibus mutatio nominis apposita est, cujus in priore relatione nulla facta est mentio. Eadem mutatio asseritur etiam in Ms. Trevirensi S. Maximini, ubi ista adduntur*: Postea vero, cum Letaniæ solenniter cum Sanctorum Reliquiis Coloniæ celebrarentur, & Apostolicus Leo simul & Imperator Henricus cum ejusdem Sedis Præsule Herimanno præsentes haberentur, hunc de quo agimus, proprium suum Martyrem à Romanis Albanum appellari audivimus, Romæq; ab Apostolicæ Ecclesiæ ædituo eadem ipsi percepimus. *Est hic* S. Leo Papa nonus *cujus Acta accurate discussimus ad diem ejus natalem* XIX *Aprilis, diximusque ex Hermanno Contracto, eum* anno MXLIX cum Henrico Imperatore Coloniam venisse, in Apostolorum Petri & Pauli natalitio, *& additur in Actis lib.* 2 *num.* 12 *eum Herimanno Archiepiscopo varia privilegia concessisse, sed absque mentione Litaniarum & Reliquiarum* S. Albini.

D

AUCTORE G. H.

E

6 *Excusus est libellus Coloniæ anno* MDII de incliti & glorioſi Protomartyris Angliæ Albani, quem in Germania & Gallia Albinum vocant, conversione, passione, & miraculorum coruscatione, *& dicatus est Henrico* VII *Regi, sub hac inscriptione*:

Libellus anno 1502 *editus,*

Illustrissimo Principi, Domino Henrico, Angliæ, Franciæ, Regi invictissimo,
Ac Hiberniæ Domino, nostro semper Domino gratiosissimo.

cum præfatione ad Regem Angliæ:

Serenissime maximeque Rex, cum jam ex multis retro temporibus in civitate Colonienſi monasterio nostro S. Pantaleonis, ex Britannia, quam nunc Angliam vocamus, oriundus, in natali solo ad martyrium usque perductus, beatus Angliæ Protomartyr Albanus, celebri veneratione colatur, ac pia populi devotione, tam pro sacri corporis Reliquiarum, quam virtutum ipsius præsentia frequentetur; quemadmodum præter alios multi quoque præclari viri, ex vestræ Celsitudinis regno, Ecclesiastici & seculares, & sæpe antea & nuper, qui hac forte transierunt, intuiti sunt; animum subiit, quotquot ejus vitæ, miraculorum, translationis, veris nobis testimoniis innotuit, breviter colligere atque edere, quo ejus nomen, sicut etiam gratia, latius diffundatur; atque hoc ipsum vestræ Regiæ Celsitudini obsequentissimo animo offerre, ut ex ejusdem gratia, venia & permissu, de quo bonam spem habemus, in vestro regno vulgari possit. Nam sicut ejus martyrium & alia nonnulla ex vestris scriptoribus, præcipue venerabili Beda didicimus; non absurdum videbitur, si, velut gratiam referentes, quæ à nostris accepimus, illorum scriptis adjungeremus: ut quemadmodum una in cælis anima Martyris glorioſa, corporis sui Reliquias disjungi passa est, è diverso una iterum historia in animos hominum totam ejus, quantum per nos ipsius zelatores licet, laudem gloriamque connectat. Quod felici fauſtoque homine contigisse nobis, vestri regni temporibus, Serenissime Rex, non ambigimus: cujus non minor est erga Deum & Sanctos religio,

F

A ligio, quam in imperio prudentia & æquitas, adversum hostes felicitas & fortitudo. Accipiat ergo, Sereniſſime Rex, veſtra Celſitudo ab humilibus & devotis veſtris hujus ſancti Martyris Albani connexam hiſtoriam : ut ad ea quæ in ipſius patria comperta ſunt, qualis quantuſq; hic (ubi ſui quoque partem eſſe voluit) habeatur, pia mente Veſtra Celſitudo condiſcat. Ex Colonia. Anno Domini MDII Idibus Januarii.

Veſtræ Regiæ Celſitudini deditiſſimi ; Abbas & Conventus monaſterii S. Pantaleonis, in Colonia Agrippinenſi.

7 *An ad hanc epiſtolam & additum opuſculum reſponſum ullum, & quale datum fuerit, nuſquam apparet. Interim animadvertat Lector quod qui hactenus* Albinus *Martyr appellatus eſt, in jam dicta epiſtola primum cœpit* Albanus *appellari ; ut ſic aliquanto veroſimilior ad Martyrem Anglicanum ſeu Britannicum daretur acceſſus. Ceterum quæ § primo* de converſione & paſſione *in dicto opuſculo habentur, omittimus, jam ſupra ex Bedâ vulgata. Dein §. ſecundo quæ* de Inventione ſui ſacratiſſimi Corporis in Anglia *habentur, expoſuimus in Analectis à num.* 2 *uſque ad finem capitis primi, ex Vita Offæ Regis, qui anno* DCCXCIII *illud invenit, poſt revelationem Angelicam factam, & quidem (ut in hoc opuſculo etiam habetur) his verbis :* Invenies venerabile corpus B. Albani, Anglorum Protomartyris, & conſtrues ei cœnobium, collocans ſacras ejus Reliquias veneranter in capſide pretioſa. *Rebus autem omnibus peractis ita ibidem concluditur :* Ipſe Rex ſuper altare B. Albani offerens munera, Deo ſuæque Matri, devotiſſime ſupplicavit, ut ipſa in S. Albani honorem dicata Eccleſia felix ſemper ſuſcipiat incrementum.

Qua indicatur corpus ab Offa Rege inventum, B

8 *Deinde ſequente §. tertio, in quo myſterium continetur, ſcilicet* Quomodo corpus B. Albani ex Anglia Romam pervenerit : *dicitur illud* corpus, *quod* anno DCCXLIII in Anglia ab Offa Rege inventum fuit, *trecentis annis citius (mirum & paradoxum)* à SS. Germano Autiſſiodorenſis & Lupo Trecaſſinæ civitatum Epiſcopis *ablatum, ſcilicet* ſuſceptis ſancti Martyris Albani Reliquiis, cum tendentes Romam attigiſſent Ravennam à Valentiniano Imperatore ſuſcepti ſunt honorifice. Sancto autem Germano ibidem ad Chriſtum migrante, prædicti Martyris Reliquiæ à venerabili Regina Placidia, matre ſcilicet Valentiniani, debita cum devotione Romam delatæ, in maxima veneratione ſunt habitæ : uſquequo monarchiam Otto tertius obtinuit, qui defuncto patre cum matre ſua Theophano regni gubernacula adminiſtravit. *Hæc ibi. At venerabilis Beda in Analectis num.* 1 *iſta ſcribit :* Germanus Epiſcopus de loco ipſo, ubi beati Martyris effuſus erat ſanguis, maſſam pulveris ſecum portaturus abſtulit, in qua apparebat cruore ſervato, rubuiſſe Martyrum cædem : *addunt alii detuliſſe ipſum hujuſmodi maſſam Altiſſiodorum, in cujus & eccleſia & diœceſi celebratum fuit feſtum* S. Albani & Sociorum Martyrum, *ſumptis tribus lectionibus ex relatione Venerabilis Bedæ, apud quem Germanus dicitur* juſſiſſe evelli ſepulcrum S. Albani *addiditque varias Reliquias Sanctorum, ut* quos pares meritis receperat cælum, ſepulcri unius teneret hoſpitium. *Quæ eadem Conſtantius habet in Vita S. Germani* XXXI *Julii. Reliquit ergo Germanus Verolamii corpus* S. Albani, *poſtea ab Offa Rege elevatum & tranſlatum ; cujus oſſa omnia anno* MCXXIII *numerata aſſerit Pariſius ſupra num.* 27, prout ab eis qui interfuerant accepit, & defuit ſcapulæ ſiniſtræ os reliqui corporis integritati, *quod in* Hiſpaniam (*imo* Hasbaniam) *fuiſſe delatum additur.*

300 annis citius Romam delatum, C

ſed oſtenditur in Anglia relictum :

D

9 *Quæritur ergo quanam potiſſimum occaſione crediderint Colonienſes monachi S. Pontaleonis, illud corpus* S. Albini *quod Theophano Roma attulerat, fuiſſe illud idem* S. Albani *quod Verolamii in Anglia aſſervabatur. Pro reſponſo videntur plura dici poſſe ; ac primo elevationem ſeu tranſlationem forte factam fuiſſe hoc* XXII *Junii, eoque die annuam ſolennitatem habitam, ac proinde facilius creditum unum idemque* S. Albini & S. Albani *corpus extitiſſe ; aut certe communi hujus temporis adhuc errore, quo poſt acceptas Româ Reliquias arripitur dies, ejuſdem nominis Sancto adſcriptus in Martyrologio Romano, uti in hoc noſtro opere ſæpiſſime monſtratur. Deinde excogitari debuit ratio, qua tale corpus ex Anglia fuiſſet Romam deportatum, ideoque in diplomate anni* MCCCXXX *ſuperius relato, dicuntur hæ* Reliquiæ primo à B. Germano Epiſcopo à Britannia in urbem Romanam tranſlatæ. *Verum quia ex Vita S. Germani conſtat eum Romam non perveniſſe, ſed tantum Ravennam, ibique diem extremum obiiſſe : ideo in libello anno* MDII *excuſo, dicuntur hæ* Reliquiæ à Placidia Imperatrice Ravennâ Romam delatæ. *Porro hæc Romæ è vita deceſſit annis duobus poſt obitum S. Germani. Sed qua certitudine illud poſt mille & plures annos aſſeri potuerit, necdum comprehendimus. Præterea ubi & quo in loco ſive Eccleſia ibidem Romæ depoſitum, & per quingentos & plures annos adſervatum dicetur ? Conferantur hæc cum inſtrumentis Anglicanis, ideo majore cum diligentia à nobis prolatis ; ac facile unuſquiſque judicabit alium omnino fuiſſe* S. Albanum Martyrem Verolamii, *& alium* S. Albinum Martyrem Romanum, *cujus glorioſum Corpus à Romano Pontifice accepit Theophano Imperatrix.*

qua occaſione dicatur S. Albani Britanni corpus Coloniæ eſſe.

E

F

10 *De hujus tranſlatione dum in dicto libello* §. 4 *agitur, dicitur* Equus exuviarum ſanctarum bajulus, in Alpibus ſummis repente corruiſſe, & per præceps devolutus in montis radicibus ſubſtitiſſe. Qui cum Imperatricis & omnium qui aderant mœrore maximo quæreretur, & jam minutatim diſruptus æſtimaretur, ſanus & incolumis repertus eſt in vallibus imis, illæſis etiam, ubi Reliquiæ viri ſancti condebantur, ſcriniis. Ibi Eccleſiâ in honorem S. Albani conſtructâ, digno honore ejus feſtivitas nunc colitur, & martyrium celebri memoria celebratur, quæ vulgariter Silymon dicitur. *Hæc ibi. Quæ etiam in Ms. Trevirenſi S. Maximini habentur. Dein §. quintus eſt* de mutatione nominis ipſius, facta Maguntiæ ad inſtantiam Archiepiſcopi, intuitu alterius S. Albani, qui Maguntiæ quieſcit & colitur. *Sed de hiſce in prima relatione nihil habetur & ubique* Albinus *appellatur, quod & nos facimus. Quæ §. ſexto narrantur, potiſſimum deſumpta ex ſuperiore relatione ſunt, ac tandem pro concluſione quæritur* quales Reliquiæ in Anglia remanſerint ; *quæ inde ſupra ab Hermanno Crombach referuntur, & ex jam dictis ſatis refutantur.*

Corpus cum equo in Alpibus lapſo dicitur ſervatum

11 *Idem Crumbach, tomo* 3 *Hiſtoriæ trium Regum Magorum lib.* 3 *cap.* 54, *refert Tranſlationem*

A *tionem horum Corporum ſeculo* XIV *factam, & capſas Reliquiarum civitatis Colonienſis tunc in ſolenni proceſſione circumlatas, quando* capſam S. Albini, quæ eſt ad S. Pantaleonem, portabant Scabini. *Sed hæc* capſa S. Albini dum venit apud Albas Virgines, non poterat ultra portari, nec moveri de loco illo; ſed iterum reportari debuit ad Eccleſiam S. Pantaleonis, & loco S. Albini portatur capſa S. Maurini, ejuſdem monaſterii Abbatis. *Reliquiis iſtis, dum circumferuntur, nunc addi poſſet* Caput S. Sabariæ, *quod cum nonnullis ejus Reliquiis, in ſacculo pretioſioris materiæ, repertum fuit Coloniæ, anno* MDCXC, *ſub altari majori eccleſiæ S. Pantaleonis. Et ſacculo quidem inſcriptum erat,* Reliquiæ glorioſæ Sabariæ Virginis: *intus vero alius titulus repertus, ubi, loco* Glorioſæ, *ponebatur* B. *id eſt* Beatæ. *Interrogatus quid de eis ſentirem, reſpondi, tali loco & modo repertas, indubie poſſe ut* Sanctas *coli, nec male ex arbitrio Ordinarii aſſignandum ejus cultui diem ſpecialem, quandocumque placeret ſolennem aliquam earumdem elevationem ſeu tranſlationem inſtituere. Si adderetur titulus* Martyris *præſumi poſſet una ex Sociabus S. Urſulæ eſſe: is cum deſit, temeraria foret conjectura. Interim ejus hic facere mentionem volui, quia aptior locus nullus in hoc opere occurrit, ad eorum quos attinet diligentiam commemoratione hac excitandam.* D

Reliquiæ in Proceſſione publica immobiles.

DE SS. DECEM MILLIBUS CRUCIFIXORUM IN MONTE ARARATH

ITEM DE MCCCCLXXX MARTYRIBUS

B E

SUB REGE PERSARUM CHOSROE IN PALÆSTINA.

D. P.

COMMENTARIUS CRITICUS.

Quid intendat critica

Artyrologii præſertim Romani ordinem, operi huic propoſitum ſequenti non licet quemquam præterire eorum qui iſtic referuntur nedum tam multorum quot continent in titulo poſitæ claſſes duæ quin Actorum huc ſpectantium contextus quam poſſumus antiquiſſimos proferamus ſimulque ſcrutemur num qua vetuſtior auctoritas eos valeat erudito Lectori credibiles reddere. Fecit hoc in ſuis ad Martyrologium Notis Cardinalis Baronius: feci & ego non tantum ſecundum, ſed etiam primum. Quæris quo ſucceſſu? Reſpondebunt pro me Acta ipſa, articulatim excuſſa, & ad oculum demonſtrata talia; ut, ſi ipſorum iis deſcriptorum Martyrum cultus, alio nullo nitatur fundamento quam credulitate iiſdem decurſu paucorum ſeculorum data, omnino videatur dubitari poſſe utrum tales revera extiterint in rerum natura. Hoc dum invitiſſimus facio nemo me dicat hominem privatum, cenſorem aut reformatorem agere operis publica auctoritate Eccleſiæ ad communem fidelium uſum tantiſp approbati donec eadem eccleſia iteratæ illius recognitioni allaborandum judicet. Conſultorem etiam privatum admittit Magiſtra veritatis, modo is inventa à ſe documenta & monumenta ſic proponat ut nihil ipſe definitum velit quacumque demum phraſi utatur, niſi quod ipſa tandem ſtatuerit. Equidem cogitaveram prætitulatos Martyres, communi ordini aliorum magis certorum exemptos referre per modum Appendicis ad hujus diei XXII *finem: ſed qiua id in S. Meletio ſociſque à me factum die* XXV *Maji licet probaverint plerique; audio nihilominus improbari Romæ ab aliquibus quaſi ea eſſet expreſſa reprobatio cultus in Romano Martyrologio probati: quod ego ſane neutiquam intendi. Ne vel hinc præbeatur occaſio obloquendi, hos de quibus nunc agitur ſuo ordine refero; nunc, ſicut & tunc humiliter me meaque ſcripta ſubjiciens Sedis Apoſtolicæ judicio, itaque incipio*

circa Sanctos hic propoſitos

C

ut minus certos.

prælo dare quæ poſt Henſchenium commentatus de hoc argumento in chartam contuli.

PARS PRIMA

De Sanctis in Ararath crucifixis.

§. I. *Quam minime antiqua Occidentalibus, Orientalibus autem ne nunc quidem extra Armeniam cognita ſit ejuſmodi paſſio.*

F

D. P.

SUB ADRIANO IMP.

2 ARmenia, *regio Aſiæ apud Scriptores notiſſima, ab Hebræis* Ararath *appellata: cujus vocis etymon illic eſt* Aram, *quod* altum & excelſum *ſignificat. Et eſt* Armenia *regio valde alta: in cujus montibus arcam Noe poſt diluvium ſediſſe, indicatur. Geneſeos capite* VIII, *verſu* IV: *ubi dum dicitur* ſediſſe in montibus Armeniæ, *Hebraice eſt* in montibus Ararath *& inde paſſim non pro* Armenia, *ſed pro aliquo particulari monte Armeniæ ſumi cœptum nomen: cujus ut ſic apud alios antiquos ſcriptores nulla reperitur mentio nec etiam apud recentiores niſi quod Tavernerius apud Baudrandum dicat nunc* Meſelouſar *id eſt* montem arcæ *indigenis dici dicatque* partem *eſſe* montis Caſpii prope Mediam inter Artaxadam & Arſiſſam paludem. *Atque hinc prima circa hujus Martyrii veritatem controvertendi occaſio ſumitur. Martyrologii Romani ſub Gregorii* XIII *recognitores eidem ipſum adſcripſerunt die* XXII *Iunii his verbis:* In monte Ararath, paſſio ſanctorum Martyrum decem millium. *In Notis citatur Martyrologium Bedæ. Hoc nos genuinum edidimus ante tomum* 2 *Aprilis, ex plurimis & optimæ notæ codicibus: & ibi ſolum agitur de S. Albano, in Britannia Martyre*

Armenia Ararath dicta,

pro monte hic ſumpta:

cui Martyres 10000 *crucifixi tribuuntur*

A AUCTORE G. H.

tyre [*nihil etiam de tali Martyrio in ſuis Additamentis ad Bedam Florus ; nihil Ado, Uſuardus, Rabanus, atque Notkerus, nec ullus ſeculo* XI *antiquior*] ; *ſolum in Martyrologio, ſub nomine Bedæ in lucem protruſo, (quod aliud non eſt quam Adonis compendium, additis aliunde Sanctis nonnihil auctum ſeculo* XII *aut* XIII*) ſub finem leguntur iſta verba :* Paſſio Sanctorum decem millium Martyrum. *Quæ tamen verba delevit noſter Heribertus Roſweidus, eo quod deeſſent codici Ms. Richebergenſis monaſterii in Bavaria, cum quo totum contulerat. Martinæus de antiquis Monachorum Ritibus lib.* 4 *cap.* 6 *allegat Dionyſiani Monaſterii Conſuetudines in quibus legitur* Natale SS. X millium Martyrum trium Lectionum *& Codicem Colbertinum atque Conſuetudines S. Cornelii Compendienſis ubi* XII Lect. *præſcribuntur : in Kalendario autem Lyrinenſi tres Lectiones* S. Achacii Sociorumque ejus *quæ omnia non ſunt vetuſtatis & auctoritatis magnæ.*

3 *Aliquod elogium eorumdem Martyrum edidit Petrus de Natalibus, lib.* 5 *Catalogi cap.* 137, *quem Catalogum abſolvit Plebanus Eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum Venetiis ; ergo ante* XVI *Maji anni* MCCCLXXI*, quo Petrus creatus eſt Epiſcopus Equilinus. Hunc auctorem ſecuti ſunt plurimi in ſuis Martyrologiis, tam manuſcriptis (quæ non lubet proferre) quam aliis prælo excuſis. Inter hæc cenſeri poteſt Martyrologium Bellini, ſecundum morem Romanæ Curiæ Venetiis anno* MCCCCXCVIII *excuſum, ubi iſta leguntur ad hunc* XXII *Iunii:* Apud Alexandriam in monte, qui vocatur Ararath, Paſſio ſanctorum decem millium crucifixorum. *Secuti mox ſunt alii Martyrologi, Grevenius, Maurolycus, Felicius, Galeſinius, Caniſius, & eiſdem cum Bellino verbis Molanus in Auctario Uſuardi : qui ſub finem Annotationum iſta adjungit :* Decem millium Paſſioni Ms. inſcribitur quoad verſionem Anaſtaſii Bibliothecarii. Doctis tamen diſplicent quædam. in ea.

4 *Sub hoc generali quorumdam* Doctorum *titulo, videtur comprehendi Radulphus de Rivo, Tungrenſis Decanus ; qui ſcripſit exeunte ſeculo* XIV *librum de obſervatione Canonum : ubi Propoſitione* XI *enumerat variorum Sanctorum Acta apocrypha, & in Eccleſia nequaquam legenda ; puta Paſſiones* SS. Barbaræ & Catharinæ; Et, *inquit*, de decem millibus Martyrum, quæ (fabuloſe dicam, donec aliud videro) finguntur omnia genera paſſionis Chriſti perpeſſi fuiſſe in monte Ararath prope Alexandriam : nec ipſorum paſſio in aliquo Martyrologio authentico annotatur, nec ipſorum diem Romæ in aliquo Kalendario potui reperire. *Dicitur quidem* Anaſtaſius Bibliothecarius *Paſſionem illam è* Græco tranſtuliſſe ; *ſed merito dubitamus, utrum verè : hactenus enim ejuſmodi Acta Græca nuſquam potuimus reperire, nec minimum quidem eorumdem alicubi latentium vel cuiquam viſorum indicium aut veſtigium deprehendere. Talia autem unquam Græce extitiſſe, quomodo credemus, qui in tot Menæis aut Synaxariis Græcorum, Arabum etiam Coptorum atque Æthiopum, præteritos omnino Martyres illos videmus, necnon à quibuſcumque aliis hiſtoricis Græcis quos omnes, præſertim Synaxariorum collectores quis dixerit iis abſtinuiſſe eo quod Acta judicaverint fabuloſa ? cum paſſim legendas exhibeant Epitomas Actorum atque fabuloſorum ut ſunt Acta S. Meletii ſociorumque undecies mille ducentorum & octo, quæ Græco-Latina dedimus per modum Appendicis ad* XXIV *Maji ; & Acta vigeſies mille civium Anthiochenorum, qui finguntur in nocte natalis Domini in eccleſia congregati, ſimulque cum ipſa à Diocletiano combuſti. Utroſque ex fide Græcorum in Romanum Martyrologium receperunt ejus reformatores, prædicti, utroſque omiſſos fuiſſe præſtitiſſet ; quod in Meletio demonſtravi ſatis, in Anthiochenis facile demonſtrabunt poſteri, ſi vel hoc ſolum attendant, quam parum ſit credibile, habuiſſe Chriſtianos, fervente perſecutione, eccleſiam multitudinis tam enormis capacem ; aut Diocletianum, plus quam par erat cautum providumque, in eadem urbe, ubi fortuitum ſui palatii incendium, Chriſtianis imputatum, tam ſeveris quæſtionibus fuerat proſecutus, ultro excitaturum fuiſſe rogum tam immanem, unde civitas tota vel magna ejus pars potuiſſet conſumi, præſertim hyeme, cum validiores venti regnant.*

5 *Hæc & his abſurdiora alia, cum ſine ſcrupulo receperint Synaxariorum compilatores ; non debemus exiſtimare eos à decem millibus Crucifixorum abſtinuiſſe, propter Actorum fabuloſitatem; ſed ideo tantum, quia nullam ipſorum habuerunt notitiam; proinde credi debet apud Latinos nata, apud quos ſolos fuit cognita ejuſmodi narratio qui Latini hanc ſeculo* XII *&* XIII *Armenis Chriſtianis communicaverint occaſione ſacrorum in Syria bellorum ad Romanæ Eccleſiæ unionem adjunctis, quibus omni fere litteratura deſtitutis, eandem nunc decantatiſſimam eſſe aſſeruit nobis quidam eorum Archiepiſcopus anno* MDCIC *Antverpiam excurrens : ita nos exiſtimare facit Clemens Galanius : qui pæne ab adoleſcentia verſatus in Miſſione Apoſtolica apud Armenos, linguarumque Orientalium Turcicæ, Ibericæ, Colchicæ, & Armenicæ ſcientiâ imbutus, gentis Armenæ hiſtoriam Eccleſiaſticam, ex ejus Codicibus undecumque quæſitis, multorum annorum ſtudio conatus eſt excerpere. Hic enim in eo opere, quod Romæ edidit lingua utraque anno* 1650 *ſub titulo Conciliationis Eccleſiæ Armenæ cum Romana ad cap.* 2 *num.* 3 *agens de Martyribus quorum notitiam gens illa habuit ante S. Gregorium, ſub Conſtantino Magno paſſum ; primo quidem loco illa decem millia Martyrum ponit ; ſed ex ſola fide Romani hodierni Martyrologii, quaſi omni alio ad eorum Martyrium corroborandum præſidio deſtitutus. Quod autem ad interpretem Anaſtaſium à Baronio in Notis laudatum, attinet ; haud facile eum vere profeſſi crediderit, quicumque conſiderabit, nec in hac paſſione, nec in alia S. Petri Alexandrini, quam eidem Anaſtaſio adſcribit Baronius, ullam inveniri ſimilitudinem ſtyli, cum Vitis Pontificum Gregorii* IV, *Sergii* II, *Leonis* IV, *Benedicti* III *ac Nicolai* I, *quæ, judice Ioanne Ciampino, in Examine Libri Pontificalis, ipſius haud dubiè ſunt. Cum ergo ex Auctore Græco de iſtorum* X *millium veneratione non poſſimus quidquam expiſcare ; cogimur fateri apud ſolos Latinos eorum reperiri notitiam, nec aliunde acceptam quam ex Actis, undequaque ut mox oſtendetur, vacillantibus.*

6 *Apud Laurentium Surium mortuum an.* 1578, *in prima & ſecunda editione Vitarum Sanctorum, nihil omnino de talibus Martyribus editum eſt. Sed tandem anno* MDCXVIII *vulgata aliqua Acta ſunt ex Ms. codice Collegii Colonienſis Societatis Jeſu, cum longa apologia, qualis etiam extat in Notis Baronii : quæ omnia ibidem videri poſſunt. Interim placet indicare loca, in quibus dicta Acta*

in quibus tamen aliorum fabuloſa Acta non deſunt.

Sed neque Armenis nota eſt niſi ex Latinis ſcriptoribus.

Originaria paſſio invenitur in editione Surii

Tc-

B *à Petro de Natalibus*

& aliis recentioribus.

Hiſtoria talis Martyrii

C

non reperitur Græcè

nec epitome in Synaxariis,

D

E

F

AUCTOR D. P. & excipit in variis Mss.

reperiuntur. Guilielmus Cambdenus, qui hoc seculo XVII *floruit, & anno* MDCVI *erudito suo calamo Britanniam illustratam vulgavit Londoni; reperisse se asserit* Passionem decem millium Martyrum, crucifixorum in monte Ararath, *eamque transmisit Heriberto Rosweido: hic enim anno* MDCVII *ediderat* Fastos Sanctorum, quorum Vitas in Bibliothecis Belgicis *repererat, ipsoque suo de illis silentio satis indicarat, necdum sibi visam ejusmodi Passionem. Nos eam, ut missa à Cambdeno erat, postea contulimus cum insigni codice Ms. à Nicolao Belfortio nobis submisso: itemque cum aliunde acquisitis codicibus nostris, à mense Majo usque ad finem Decembris varias Vitas Sanctorum continentibus. Et in his tribus Mss. locis* Anastasii *dicitur è Græco transtulisse* Athanasius summæ & Apostolicæ Sedis Bibliothecarius; *sed librarium sphalma id esse videtur: certe Joannes Ciampinus, post examen Libri* Pontificalis *Romæ editum an.* 1688, *in Catalogo colligens nomina omnium qui inveniri hactenus potuerunt Bibliothecariorum S. R. E. nullum uspiam* Athanasium reperit. *Eadem aut similia Acta habuit olim Jacobus Sirmondus, & obtulit nobis. Extant etiam in Ms. codice* LXXIX *Reginæ Sueciæ, uti & Romæ in Bibliotheca Vallicellana Patrum Congregationis Oratorii in Lectionario A. & Susati in Marchia Westphalica apud Patres Prædicatores.*

qualem Latine vertisse

B

Anastasius vel Athanasius Bibl.

7 In codice vero Ms. Prologus venerabilis Anastasii Armaristæ, id est, Custodis librorum Apostolicæ Sedis, ad venerabilem Patrem Episcopum Sabinensem, S. R. E. Cardinalem super Passione decem millium Militum & Martyrum crucifixorum, de quibus Hieronymus in suo Martyrologio x Kalendas Junii. *Sed frustra allegatur Martyrologium S. Hieronymianum, cum in apographis quatuor, nunc palam extantibus, nulla eorum mentio reperiatur; uti neque in aliis primariis Martyrologiis, sive (ut Radulphus appellat) authenticis id est antiquitate aliqua & auctoritate venerandis.*

& dedicasse Petro Ep. Sabinensi vel Gabinensi dicitur:

sed Petrus Sabinensis nullus fuit ante 1216,

8 *Porro is qui in præfato Ms. Osnaburgensi, cum titulo* Patris *indicatur* Episcopus Sabinensis, *alibi dictus* Petrus; *sed absque mentione* Cardinalatus, *nec apud Ciacconium nec apud Oldoinum habetur. Ferdinandus Ughellus, pro tomo* I *Italiæ sacræ ejusque Appendicibus, undequaque rimatus nomina Sabinensium Episcoporum; eaque à tempore quo vixit Anastasius Bibliothecarius satis feliciter assecutus, absque notabili ullo hiatu, nullum invenit* Petrum *ante annum* MCCXVI; *cui eodem & sequenti seculo mox alii sex eodem nomine successêre. Horum alicui posset Versio ista dicata credi, si tunc aliquis* Athanasius *vel* Anastasius *inveniretur, qui eam fecisset. Baronius dum eorumdem Actorum meminit, ut à se in monasterio S. Cæciliæ trans Tiberim repertorum, ait ibi legi Petrum* Gabinensem: *& sic etiam reperisse testatur Joannes Mabilio, Musæi Italici pag.* 80, *ut ne putes typographicum mendum obrepsisse loco præcitato Baronii. Fuerunt* Gabii, *ante Romam conditam opulenta civitas, & sub Tarquiniis Regibus media inter Urbem & Prænesten, uti eam describit Appianus: sed ita defecerant, jam olim à Tarquinio dissipati, ut Augusti Cæsaris tempore, quo Dionysius Halicarnassæus vixit* non tota *eorum* civitas habitaretur, sed ea tantum pars quæ ad viam frequentatur diversoriis. *Postea ipsos resurrexisse eatenus, ut Episcopum habere mererentur, nullo ostenditur argumento: nunc autem adeo evanuit memoria, ut ubinam fuerit ea civitas inter eruditos controvertatur. Invenitur quidem in corpore Conciliorum, sub Hilaro Papa anno* CCCCLXV, Asterius Gabinas, *itemque anno* DI *sub Symmacho,* Mercurius Gabinas; *sed cum* Sabinas *inter ibi nominatos nusquam appareat, quis non videat fieri potuisse ut in prima littera errarit librarius? Maxime cum* Sabinensem Episcopatum *antiquissimum esse constet,* Gabinensis *alibi nusquam nominetur. Præter Compendium, quod à Petro de Natalibus relatum dixi, extat unum, ante ducentos annos editum à Bonino Mombritio; alia vero tria habemus descripta ex Codice Ultrajectino S. Salvatoris, Trevirensi S. Maximini, & monasterii Richebergensis. Descripsimus etiam, ex bibliotheca Vaticanæ codice* 6075, Passionem Sanctorum mille quadringentorum octoginta Martyrum *quot præcise referuntur fidem Christi arripuisse, atque Imperatoribus accusati, velut rejectis idolis Christiani effecti: & hic numerus notatur in Ms. Vaticano num.* 3 *&* 4; *ibidem tamen num.* 18 *ac deinceps memorantur* decem millia Martyrum. *Unde dicta varietas fuerit exorta, non constat. Quid si dicantur Acta accepta ex variis Mss, quorum aliqua non habuerint nisi* Passionem Sanctorum mille quadringentorum octoginta? *Talis certe numerus & non major invenitur in Sacramentario, cuius, velut ante septingentos annos scripti, meminit Mabilio pag.* 69, *ubi hæc inveniri notavit;* Mense Junio die XXII Sanctorum Martyrum Mille CCCCLXXX. *Idem numerus similiter habetur in vetustiori Ms. Casinensi, apud eumdem Mabilionem, pag.* 80.

Aliqua Acta solum habent 1480 martyres.

C D E

§. II. *Qualis auctoritas ejusmodi passioni accedat ex hodierno Romano etiam post consideratum antiquorum silentium de illa, ipsorumque Actorum fabulositatem agnitam.*

Hactenus cœperat commentari Henschenius,

Godefridus Henschenius, priusquam anno MDCLXXX *mense Octobris paralysi corriperetur, nonnihil fuerat de hisce Martyribus commentatus, ex recentioribus, ubi eorum memoriam invenerat, Martyrologiis; dissimulans quid ipse de re tota sentiret. Verum postea cum, sibi utcumque restitutus per veris clementiam, in ipsomet valetudinario recognosceret Acta reliqua dimidii Maij, suo meoque labore parata ad prælum; ac vehementer probasset meum ad* XXIV *diem consilium, de S. Meletii ac sociorum Actis ad illius diei finem rejiciendis refutandisque; tale quid hic etiam sibi faciendum censuit, si quando gradiendi facultate aliqua recepta ad Musæum reverteretur. Reipsa autem quod proposuerat cœpit, decem vel duodecim diebus ante mortem, scribens partem aliquam Paragraphi prioris, sed quæ parvo usui mihi fuit multa alia necdum ipsi observata habenti. Supererat autem præcipuus labor, quo demonstraretur Acta ipsa quæ jam ille agnoverat minime esse antiqua, toti autem Orienti semper fuisse ignota, à Latino quopiam scriptore conficta, sub ementito Interpretis Anastasii nomine, quasi ex Græco; idque tam licenter, ut Græcorum de Meletii passione figmenta videatur voluisse multis parasangis antecedere. Hoc cogitans novo paralysis accessu tactus est, finemque pæne simul scribendi & vivendi fecit octogenarius senex, uti in ejus vita explicui ante ultimum to-*

volens rem totam ut apocryphan rejicere ad Appendicem:

F

A AUCTOR. D. P.

Ego ab exordio resumo scriptionem

certus non agi de istis crucifixis in Menologio Græco quod Baronius

B

nec in Horologio quod Galesinius allegant;

nullum etiam fuisse in quo referretur hæc passio, Romanum Martyrologium,

C

quando obiit. ipsa Acta reprobans Rodulfus de Rivo an. 1403.

mum Maij num. 34, lampadem porro mihi defe-rendam tradens.

10 *Ingressus in materiam, ante omnia legenda mihi censui, quæ Card. Baronius in suis ad Martyrologium Romanum Notis congerit, ad speciem aliquam verosimilitudinis inducendam Martyrio tali, jam in prædicti Martyrologii tabulas recepto. Ac primo vehementer obstupui, cum legi, quod* Græci etiam de iis *decem millibus Crucifixorum,* agunt in Menologio hac die. *Sciebam enim nihil tale haberi, non modo in ullis quæ Romæ vidi omnia & Mediolani Græcis Menologiis; sed nec in eo, quod Guilielmus Sirletus tumultuariâ satis operâ Latine concinnaverat, ad usum eorum, qui Romanum erant aucturi Martyrologium Græcæ linguæ ignari; quod Menologium deinde Henricus Canisius imprimi fecit, anno 1602 tomo 2 Antiquæ Lectionis, ex Sirleti autographo. Citabatur etiam à Baronio præter Maurolicum,* eruditus Petrus Galesinius: *haud magnæ alias auctoritatis apud ipsum, sæpe expertum nimiam ejus in asseverando fiduciam: volui tamen videre quid Galesinius in suis Notis hic haberet, & legi;* SS. Acatii & X millium Martyrum, ut Græce scriptum extat in Horologio. *Edidit suum Martyrologium Galesinius Venetiis anno* MDLXXVIII, *eo ergo antiquius fuerit, si quod ille vidit, vel manu scriptum vel typo cusum* Horologium. *Tale nullum nos vidimus: sed, si liceat argumentari ex eo quod ibidem excusum est anno* MDCVII *æque gratis allegatur à Galesinio Horologium, atque à Baronio Menologium, & neutrum illi suis oculis viderunt. Etenim in eo quod habemus, ut dixi Horologio bis recensentur Sancti singulorum mensium, & utrobique S. Eusebius Samosatenus invenitur solus hoc die. Ejusmodi autem libri quoties recuduntur solent augeri potius Sanctis quam minui. Merito igitur suspicabimur, memoriâ lapsum Galesinium non quod legerat, sed quod legisse sibi falso imaginabatur, ibi scripsisse.*

11 *A producendis Auctoribus (quorum exiguum numerum Baronio incipit supposititius Beda) in præcitatis Notis proceditur ad Radulfum & verba ejus supra num. 3 allegata citantur, asserentis, (donec aliud viderit)* fabulosè fingi *quæ habentur* de decem millibus Martyrum, *addentisque quod eorum* Passio, nec in aliquo authentico Martyrologio annotatur, nec ipsorum dies Romæ in aliquo Kalendario antiquo reperiatur. *Ad quæ Baronius;* Miramur, *inquit,* virum alioqui eruditum & gravem, tam festinam de his Martyribus protulisse sententiam, qui Romani saltem Martyrologii auctoritate contineri debuisset; nec frustra excipere de Kalendario Romano: cum alia sit ratio Martyrologii, alia Kalendarii, ubi tantum illi Sancti scribi consueverunt, quorum recitatur Officium ecclesiasticum. *Festinus profecto hic ipse Baronius dici posset, salva reverentia ei debita.* Anno millesimo quadringentesimo tertio, in die S. Humberti, videlicet tertia die mensis Novembris, obiit Mag. Radulphus de Breda, alias de Rivo, Decanus dum vixit ecclesiæ beatæ Mariæ Tungrensis, patriæ & diœcesis Leodiensis; *sicut* in Tungrensis ecclesiæ Kalendario reperitur, *teste Melchiore Hittorpio, qui ipsius Radulfi librum Parisiis an.* 1610 *inseruit Collectioni vetustorum scriptorum de divinis Catholicæ Ecclesiæ Officiis & Mysteriis. Scripsit ergo is seculo* XIV. *Atqui tunc nullum adhuc nominabatur* Romanum Martyrologium: *sed tota Urbe legebatur Usuardus ex cujusque transcribentium arbitrio auctus, in cujus tamen exemplari nullo Martyres istos à se repertos asserit* Radulfus; *& in hoc* vir eruditus & gravis (*quod opera testantur*) *fidem omnino meretur invenire: nec frustra etiam Kalendaria nominavit. Sicut enim variæ tunc Romæ ecclesiæ colebant aliquos proprios sibi Sanctos, necdum inscriptos Martyrologio Usuardi; sic etiam poterant aliquæ Kalendariis suis* X millia Martyrum *inscripsisse, si aliquod de iis fecissent Romæ Officium, quale Polonos alicubi assumpsisse videbimus infra.*

D *Usuardo omnes utebantur,*

12 *Primus Bellinus de* Padua *Augustinianus, ab aliquo Pontificiæ* Capellæ *Magistro (quod munus tunc penes Augustinianos erat estque etiam nunc) ejus Martyrologii exemplar nactus, quo forte tunc utebatur Capella illa; Usuardo circa finem seculi* XV *recudendo, præfixit titulum* Martyrologii secundum usum Curiæ Romanæ; *an autem ei nihil addiderit de suo, nobis non liquet: hoc scimus, ex tali principio cœptum nominari* Martyrologium Romanum, *quod aliud non erat quam Usuardus modice & privata solum auctoritate interpolatus: in quo cum peccari multa, deesse plura, passim dolerent celeberrimæ quæque per Italiam Ecclesiæ, & Tridentini decreto, ad Romani Breviarii atque adeo & Martyrologii usum conformare se cupientes; placuit Gregorio* XIII *mandare quibusdam eruditis ac piis viriis, quorum fere præcipuus fuit Baronius, non solum recognoscerent Martyrologium eatenus usitatum, & ab erroribus si qui invenirentur repurgarent; sed etiam supplerent deficientibus magni nominis Sanctis. Fecerunt hoc illi sane liberaliter, ex Sirleti Ms. Menologio, ex Molani ad Usuardum Additionibus, ex Tabulis peculiarium Ecclesiarum; quin etiam multos assumpserunt, quorum eatenus nullus in aliqua Ecclesia cultus extiterat, nec mortis dies sciebatur; sed virtus & sanctimonia singularis inveniebatur à sacris scripturis vel Sanctis Patribus commendata.*

quod sub an. 1498 *Bellinus secundum usum Curiæ Romanæ recudi fecit*

E *quodque Gregorii* XIII *auctoritate vehementer auctum,*

13 *Ita compositum opus, & pro temporis angustia, quo ei vacare licuit, accuratum diligenter, vulgandum sanxit Romanus Pontifex; sicut antea jusserat vulgari simili modo recognitum auctumque Breviarium; de diligentia pro tempore adhibita testatus, quod vere testari poterat; de singularum vero istic delibatarum historiarum certitudine, nihil: alias neque locus fuisset tot postea factis in utroque correctionibus, neque foret tot novis, quas adhuc faciendas superesse sacrorum Rituum Præsides Cardinales, eorumque Secretarii, haud gravate agnoscunt. Integram & perfectam correctionem, tum demum sperandam censuit eruditissimus Florentinius, in Admonitionibus ad vetustius Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium præviis pag.* 51, cum, *perfecto quod pergimus moliri opere, post unum scilicet seculum,* sapientissimus alius Pontifex iterum Romanum Martyrologium emendari & locupletari mandabit. *Itaque hujus quo nunc utimur auctoritate, adeo non prohibemur, si qua sint dubia falsaque notare; ut magis etiam stimulemur ad omnes vires contendendas in subsidium tam optatæ correctionis. Atque hæc iis dicta sint, qui nimia vel animi imbecillitate, vel ad propria quædam præjudicia tuendum pertinaciâ dolent, non omnia quæcumque in Martyrologio Breviarioque nunc leguntur, excipi clausis oculis, & veluti canonizata haberi, contra notam nobisque sæpe indicatam Romanorum Pontificum, conatibus nostris faventium mentem.*

non caret multis quæ adhuc corrigi possint erratis;

F *nec potest haberi pro regula historiæ de Sanctis tenendæ,*

A

dum exempla ad numerum probandum adducta nihil prosunt.

14 *Nunc dum sic undique ruit prætensa vetustas testium,* X millia Crucifixorum *asserentium; nihil magnopere, ad verosimilitudinem numeri firmandam, facit illa multitudo Judæorum, quorum indies quingentos Romani crucifigebant, durante obsidione Hierosolymitana; vel bina eorumdem millia, ab ipsorummet Rege Alexandro, aut totidem millia Tyriorum, ab Alexandro Macedone; vel denique sex millia servorum, ab Augusto Cæsare, si Orosio credimus affigi crucibus jussa. Nam Orosio, seculi* V *scriptori, quis credat de tanta carnificina, Principum mansuetissimo adscripta, in silentio tot propinquorum resque Augusti accuratissime tractantium scriptorum. Judæorum sub Tito tanta copia, successive tamen, crucifigendorum; alia longe apparet causa; ceteri, iique forsan multum supra veritatem exaggerati, solum quinta eorum pars sunt, qui dicuntur in* Monte Ararath crucifixi. *Ut autem decem & amplius seculis post Adriani Imperatoris tempus, primum edita in lucem talis Martyrii historia, alicui credibilis pro numero, si non præcise isto, magno tamen aliquo videretur; numquid eam saltem oporteret talem esse, quæ in aliis circumstantiis certiori illius temporis historiæ consona, nihil haberet præter numerum de quo dubitare quis posset? Atqui nec ipse audet negare Baronius,* in his *Actis* inesse aliqua quæ indigeant emendatione quadam *sed* levi, *incusit ille,* quod in aliis fere omnibus contingit. *Hoc ergo videamus an ab eo qui attente singula legerit, quod properanti Baronio forsitan non vacavit, prudenter sic æstimari potuerit, talia illa esse, ut levi solum correctione egeret.*

præsertim historiæ tam dubiæ ut hæc est:

B

15 *Primas in hac tragœdia partes agunt* Hadrianus & Antoninus Imperatores, *nihil inter se commune habentes, nedum Imperium, nisi quod hunc ille, sex mensibus ante mortem, anno* CXXXVIII *obitam, adoptaverit Cæsarem cum jure successionis. Istis rebellasse dicuntur* Gadareni & Euphratesii, *quorum hi ultimam versus Boream Syriæ provinciam, alias Comagenam; isti primam versus meridiem in Cœlesyria tenuerunt; utique totius fere Syriæ intervallo, atque adeo leucarum fere octoginta spatio, seu* CC *& amplius* P. M. *ab invicem discreti. Contra hos cum novem millibus progressi Imperatores, & ad inopinatum centenorum millium occursum pavefacti, cum septem tantummodo virus fugam iniverint, novem millibus in campo permanentibus; atque post susceptam Christi fidem, sibi ipso in loco prædicatam ab apparente Angelo, hostem intrepide aggredientibus & fundentibus. Et tale tamque periculosum bellum, à tam paucis tam cito confectum, nullum Romanis in historiis locum meruerit apud Dionem, Xiphilinum, Capitolinum, eosdem scilicet qui victoriam divinitus relatam de Marcomannis, sub Marco Aurelio Antonini successore tam magnifice descripserunt; licet dissimulent eam obtentam fuisse precibus Christianorum, quibus constabat tota una Legio, ab eventu dicta Fulminatrix? prout fuse prosequitur ipsemet Baronius ad annum* CLXXVI.

ubi male junguntur Hadrianus & Antoninus

Gadareni & Euphratesii:

C

de quibus miraculose relata sit hactenus inaudita victoria,

16 *Parta sic victoriâ,* deduxit Angelus Domini Sanctos in verticem montis Ararath, qui eminet supra omnes montes Armeniæ, & distat quasi stadiis quingentis, *id est horariis leucis circiter* XXIV à civitate Alexandrina. *Hoc spatio distat Alexandria Syriæ à Tauro, monte minoris Armeniæ, qui inde, continuatis per Majorem Armeniam jugis, connectitur Caucaso sive montibus Caspiis, ubi resedisse creditur Noëtica arca. Moyses Geneseos* VIII Montes Ararath *scripsit linguâ suâ, quod vulgata lectio* Montes Armeniæ *vertit; ut non montis sed regionis nomen istud esse videatur, & quidem soli Hagiographo* XIV *seculis prius usurpatum quam Christus nasceretur: postea autem nulli tot veterum Geographorum gentilium notum, ac ne Christianis quidem Auctoribus, nisi quatenus istum Scripturæ locum sibi sumunt explicandum, & locum Arcæ requiescentis exquirunt, à quo prædicta* Alexandria *non stadiis, sed milliaribus quingentis distat. Plane ut videatur peregrinum nomen affectasse Auctor, in appellandis Tauri montis juxta Syriam radicibus, inepte prorsus atque extra tempus. Sed hoc inter leviora censeatur.*

D

AUCTORE D. P.

à 9 millibus postea in montem Ararath ductis ab Angelo:

17 *Gravius est, nec ullo quamvis ferreo stomacho digerendum, quod* Hadrianus *& Antoninus Imperatores, contra quæsitos milites suos inventosque Christianos, atque à suscepta religione inflexibiles, scriptis litteris evocaverint Reges alios quinque;* Saporem *scilicet* Maximum, Hadrianum, Tiberianum atque Maximianum. *Hi autem intra trigesimum diem, ex quo montem conscenderant Sancti, collegerint adduxerintque exercitum, in quo numerabantur* Milites cum rustica manu centena millia quinquaginta; *quibus præter ipsos Reges erant* Præfecti decem, Patricii quinquaginta, Comites & Magistri militum & Tribuni ducenti. *Insulsum enim vero scriptorem, qui tam brevi tempore quod perferendis in diversa regna litteris vix sufficisset, collectam crediderit multitudinem tantam! ineptiorem, quod tantis in propinquo paratis copiis Imperatores eduxerit, cum solis novem millibus, contra rebellium centena millia. Cetera inconcinnæ fictionis menda ne dicam mendacia, per sese Lector facile dijudicabit; neque dubito quin omnibus expensis censeat, nulla correctione emendabilem esse fictionem totam, ut aliquam verosimilis historiæ speciem induat.*

contra quos evocati Reges quinque adduxerint 5000000 *intra dies* 30.

E

18 *Sed quoniam nulla fere est fictio, quæ non habeat aliquod alibi fundamentum; neque hactenus divinare valeo, cur prædictis* Crucifixis *assignatus sit dies* XXII *Junii, nusquam in Actis qualibuscumque expressus, sed solum in titulo; suspicari libet Socios aliquos ejus Sancti* Acacii *vel* Agathii Militis, *de quo ut Byzantii passo egimus* VIII *Maji, traductos in Italiam fuisse; cumque ipsorum ac Ducis eorum nulla extarent Acta (nam quæ nunc Græco-latine dedimus minime antiqua videntur, & judicio quidem majori, sed notitia nihilo certiori composita, ut Græca pleraque) cum, inquam nulla extarent Acta, istius S. Acacii, fuisse qui propria quædam comminisceretur, tam infeliciter ut vidimus; animatum fortassis successu Actorum S. Meletii, passim receptorum licet fabulosissima sint. Cum iis certe communem habet uterque* Acacius *Adrianum Imperatorem & Maximum Ducem sive Regem; visitationes voceseque cælestes, & Angelico ministerio curatam omnium sepulturam. Fieri etiam potest, ut sicut iste* Acacius *cum sociis passus Byzantii est; sic alius cum plurium comitatu passus sit in Armenia; & Reliquiæ sacri belli tempore in Europam pervectæ Scyllacium in Calabriam; ibique (nam Græcæ linguæ rituque oppidum erat) scripta Græce sint tam absurda Acta quæ impostor aliquis sub nomine Anastasii vel Athanasii Bibliothecarii Latine verterit seculo* XIII.

Fabula videtur sumpta

F

ex Actis S Acacii & Maji.

A AUCTORE D. P.

§. III. *Horum tam dubiorum Martyrum cultus quomodo propagatus apud varios ſit, quin & Reliquiæ haberi creditæ: & in Hiſpaniam tracti plerique.*

Propterea quæ morituri oraſſe finguntur,

19 *Quiſquis Actorum hactenus ventilatorum extitit Auctor, aptiſſimo uſus invento eſt ad popularem devotionem movendam, quod Martyres prætenſos fecerit (ſicut & ceteri Sancti finguntur feciſſe, quos paſſim* Auxiliatores *nominamus) à Deo, ſub tempus paſſionis ſuæ petere,* ut quicumque memoriam paſſionis eorum cum jejunio celebraverint & ſilentio, mereantur .... ſanitatem corporum & animarum & in domibus eorum bonorum omnium ubertatem, dieſque illius jejunii unum annum pœnitentialem concludat ſe obſervantibus. *Hoc autem cum maximi fieret eo tempore, quo ſimilium Indulgentiarum petendarum invaleſcebat uſus & ſtudium; credulos paſſim fideles habuit, accedente veroſimiliter alicujus Pontificis approbatione. Ita in Sacramentario annorum, ſi non ſeptingentorum, certe quingentorum, quod Romæ vidiſſe Mabilio aſſerit, aliiſque Faſtis ſcriptum ſit ad hunc diem* XXII *quod eorum* Vigilia, (*ſcilicet* mille CCCCLXXX, *ubi numerus* decem *ante* mille *potuit ſocordia librariorum excidiſſe*) cum jejunio & ſilentio eſt celebranda; conceſſumque eſt eis, *qui ſic celebraverint, vel ipſiſmet Martyribus id precatis*, annum unum dimittere de pœnitentia.

Sanctis Auxiliatoribus annumerantur Martyres 1048o

20 *His ſic petitis & impetratis (ut præſumebatur) privilegiis, cum alia plura adderent alii, de quibus infra, per omnes fere Occidentis Eccleſias ipſorum æque ac aliorum, quos* Auxiliatores *ex ſimili cauſa vocari jam indicavi, invaluit celeberrimus cultus, uſque in Daniam Sueciamque. Sic intelligimus feſtum celebrari, & quidem ſub ritu duplicis cum Officio* IX *Lectionum, in Polonia Cracoviæ & Vladiſlaviæ; ſic Pariſiis in eccleſia Patrum Cæleſtinorum, hæc Gallice leguntur:*

Reverendus Pater in Deo, Dominus Carolus de Bourbon Cardinalis Archiepiſcopus Lugdunenſis, poſuit primum lapidem hujus eccleſiæ, in honorem & reverentiam decem mille
C Martyrum, quorum feſtum celebratur ante Vigiliam S. Joannis Baptiſtæ. *Ita Jacobus du Breuil lib.* 3 *Antiquitatum Pariſienſium pag.* 918, *referens conſequenter duo Diſticha ſic deſcripta,* in ipſorum Sanctorum Capella, cujus Dedicatio recolitur X Octobris:

Pontificis digni Ludovici Pariſienſis,
Fabrica quam cernis ore dicata, nitet,
MCCCCLXXXII.
Millibus hæc denis Crucifixis diva capella,
De populi donis ultro patrata fuit.

Eſt is Ludovicus de Bello-monte *ordinatus anno* MCCCCLXXIII, *defunctus* XCII *ejuſdem ſeculi: Borbonius ab anno* MCCCCLXX *ad* LXXXVIII *Lugdunenſem Eccleſiam rexit.*

cœperunt variis locis ſolennius coli;

21 *Habeo etiam antiquitus impreſſi Miſſalis fragmentum, ubi inter alias plures ſequentias ponitur propria* decem millium Martyrum, *eaque bene longa hoc principio*

Concentus vox jubilei, ſolennizans regnum Dei,
Penetret cæleſtia.

&, poſt deſcriptam ſimili rythmo eorumdem Paſſionem, ad extremum illa ſic concluditur: D

Tamquam oves victimantur, conſpuuntur, flagellantur,
Vincti ſpinis coronantur, caritatis balſamum:
Crucifixi, lanceati, læti mortis mortem pati,
Sponſi ſine patre nati properant in thalamum,
Quidquid volunt impetrare poſſunt apud Salutare, *cum propriâ ſequentiâ,*
Supplicibus ſuis dare quæſita præſidia.
O qui tot triumphis eſtis compotes aulæ cæleſtis,
Nos, intentos veſtris feſtis, eximite (nam poteſtis)
Ab omni pernicie:
Ne repulſam toleremus, dum dies adeſt extremus,
Ne cum reis exulemus, ſed cum dignis impetremus
Optionem gloriæ. Amen.

Ex alio Miſſali accepit Roſweidus noſter Miſſas duas proprias, unam pro Vigilia, alteram pro feſto: & in hac prior Oratio talis eſt: Adjuvet Eccleſiam tuam, Deus, glorioſa Martyrum obſecratio Sanctorum: & quorum ho- E *propriaque Miſſa.*
dierna die mirabilem excipimus triumphum, eorum interventionem apud tuam clementiam ſentiamus. *Tum ad Præfationem, poſt* Omnip. æt. Deus, *addendum præſcribitur:* Qui ſanctorum Martyrum tuorum pia certamina ad copioſam perducis victoriam, atque perpetuum iis largiris triumphum, ut Eccleſiæ tuæ ſemper ſint in exemplum. Præſta nobis Domine, Rex æterne, ut per interceſſionem eorum, quorum feſta hodie celebramus, pietatis tuæ munera ſentiamus per Chriſtum Dominum noſtrum. Et ideo. *Denique poſt Ultrajectinum Compendium hæc Collecta legitur.* Deus qui ad imitandum ſanctæ Paſſionis tuæ exemplum, decem millia Martyrum crucis patibulum ſubire feciſti; concede propitius, ut qui eorum paſſionem veneramur, paſſionis tuæ remedia conſequamur.

Quid porro Sentiendum de Reliquiis Pragæ?

22 *Porro ex ſupra poſitis conjecturis ferme apparet, quid reſponderi poſſit Eccleſiis variis quæ* S. Achacii *vel* Acacii Sociorumque Reliquias *habere ſe putant, & religioſe venerantur; ſcilicet, vel alterius eas* Acacii *eſſe, vel aliorum Anonymorum Martyrum, ſub iſta nomenclatione traditorum acceptorumque, bona, ſed ſimplici nimium fide; talemque cultum, ſine cujuſquam injuria & cum certa Dei ac Sanctorum laude, continuari etiam pro hoc die. Pragæ, in Metropolitana S. Viti eccleſia, ſcribit ejus Decanus haberi* unum caput & fruſtula aliquot, in ſacculo colligata; & duas inſignes partes. Item reliquiarium unum ligneum inauratum, plenum eorumdem oſſibus notabilis quantitatis: aliud quoque ligneum cum vitro, plenum eorumdem Sanctorum Reliquiis. Inter Carelſteinenſes quoque diverſas partes, ac ſigillatim de mandibula. *Collegium noſtrum Embricenſe habet inter eas Reliquias, de quibus ex ſolo nomine affixo conſtat, nec ſcitur unde vel à quibus allatæ ſint,* os ex coxendice latum, & aliud fere integrum ex Societate S. Achacii; *eaque,* incluſa ciſtæ cupreæ affabre factæ, exponit in altari *hoc die. Avenione etiam accepimus, in eccleſia Metropolitana S. Mariæ de Donis, haberi* brachium unius *ex illis, ideoque Officium duplex fieri. Item Romæ in eccleſia Gallicana*

S.

A *S. Ludovici, & Bononiæ in Variis ſacris ædibus, teſte Maſinio: Abbavillæ quoque in Normannia, atque Coloniæ Agrippinæ ad Rhenum. Imo Viennæ in Auſtria apud Cathedralem Baſilicam* quatuor Corpora *haberi creduntur, ut nobis innotuit ex Lipſanographia inde miſſa. Idem opinari licet de Anicienſi Eccleſia in qua feſtum duplex celebratur* XXIII *Junii. Et illi quidem ac alio forſan plures necdum mihi noti, Anonymos eſſe patiuntur illos, quorum Reliquias tenent. Aſt Suterenſes in Sicilia, teſte Roccho Pirro tom. 2 pag.* 150, *gloriantur ſe habere* S. Achirionis, unius ex decem millibus Martyribus, duo oſſa, & ex digitis *aliquod. Ego vero, agens de* S. Paulino *illius comparono, ad Vitam S. Paulini Nolani, cenſui* Achirionem & ſocios *duos, ibi nominatos, nihil habere commune cum* Acacio, *prædictorum* X *Millium Primicerio, uti appellant Acta; ſicuti nec cum* S. Paulino *Nolano.*

Embricæ Viennæ & alibi

item in Sicilia,

B 23 *De Hiſpanis jam dixi, ad Maji num.* 10, *ante Acta* S. Acacii *Byzantini: credere ipſos, quod ejus Reliquiæ ſint, quas habent in eccleſiis Abulenſi & Conchenſi: Luſitani autem, ut eſt apud Cardoſum, putant ſe habere ejus* Acacii *Reliquias, qui colitur hoc die: unde in Annotatis ſic ſcribit.* In eccleſia S. Trinitatis Ulliſponenſis, habebatur illius olim pars tam notabilis, ut Religioſi feſtum ſub ritu Duplicis celebrarent; quæ pars deinde tranſlata eſt licet per pium furtum valde imminuta, in capellam Sanctorum omnium. Sed & Barraúci, in Epiſcopatu Conimbricenſi, ſervatur ejuſdem Reliquia, incluſa ſtatuæ pectorali inauratæ; variiſque miraculis celebris, magno concurſu honoratur, prima Octava Paſchatis Florum, propter Jubilæum quod loci Prior Roma impetravit; & propter nundinas publicas. *Ubi* Paſcha Florum *videtur dici, quod Italis* Paſcha Roſarum, *id eſt* Pentecoſte: *nam* Dominica Palmarum, *alias etiam ſolita* Paſcha floridum *dici, quam habere Octavam poteſt? Pergit Cardoſus* Sancti quoque Eliodi, proximi poſt Acacium Ducis, caput habetur in conventu Clariſſarum Cetrobricenſi, una cum indulgentia pro hoc die conceſſa à Paulo V, ſub data anni MDCVII. *Sed unde tunc ſciebatur is ad hunc diem pertinere, cum viginti annis antea de illo Conventu ſcribens Franciſcus Gonzaga, tunc Generalis Ordinis dicat pag.* 1014, *ibi cuſtodiri* caput cujuſdam Chriſti Martyris incogniti, ut plurimi volunt, vel Divi Eliodi, qui ſanguinem pro fide Catholica fudit. *Socius autem Acacii in Actis non* Eliodus, *ſed* Eliades *appellatur. Denique* Sanctimoniales Cellenſes, *inquit idem Cardoſus,* in territorio Conimbricenſi devotiſſimæ ſunt iſtis ſanctis Militibus, ab immemorabili tempore celebrantes hoc ipſorum feſtum; propter multa quæ continuo operantur miracula per ſuas Reliquias, una cum aliis aliorum Sanctorum ſervatas in eleganti argentea capſa, quam anno MDXXXII fabricandam curavit Domina Abbatiſſa ejus loci, Eleonora Vaſconcellia.

& Hiſpania,

ac Luſitania.

C 24 *Exciderat fabulæ totius Auctori, nominare patriam tot taliumque Martyrum; itaque non omittenda ea viſa eſt occaſio Dextrinorum figmentorum compilatoribus, & audendum aliquid quo vel omnes vel partem eorum traherent in Hiſpaniam ſuam. Cum ergo in Palentino, aliiſque nonnullis Hiſpaniarum Breviariis antiquis, legeretur quædam Actorum, ſub Anaſtaſii nomine vulgatorum* Epitome; *ubi præter, imo contra ipſorum Actorum ſenſum dicebatur, quod* paſſus eſt cum eis *decem millibus*, Sanctus Hermolaus Epiſcopus (*Rebdorffii Codex* Archiepiſcopum *dicit*) qui ſanctos Martyres baptizaverat; *cujus etiam meminerunt proprii Hymni, ex Compoſtelano Breviario editi per Tamayum; cum, inquam hæc ibi legerentur, juſſus eſt ipſorum Pſeudo-Dexter ſic ſcribere, ad annum* CXXXIV; Decem millia Martyrum in Ararath, Magiſtro & Socio Hermolao Archiepiſcopo Toletano: *quibus addidit æque Pſeudo-Maximus,* Erant iſti ſancti Milites majori ex parte Hiſpani; *& Pſeudo-Julianus,* quorum ille bonam partem prædicatione ſua ad fidem converterat, vel in Hiſpania baptizaverat: quare, relicto ſuæ diœceſeos Aulo Pelagio Agrippa ſucceſſore, Romam ſequitur, & inde ad Armeniam.

His non contenti Pſeudo-Dexter & ſequaces

& ab Hermolao Archiep. Toletano inſtructos

25 *Hæc omnia ut cum Actis conciliaret Tamayus finxit, juvenem illum, qui prælium inituris victoriam ſpopondit, ſi Chriſti fidem amplecterentur, quique poſt victoriam reductos in montem plenius erudivit, Angelum ſe faſſus; fuiſſe* Hermolaum: *qui* tamquam Angelus Domini ſtetit inter eos. *Deinde, præeunte ſibi pſeudo-chronico Juliani, addit Tamayus quod,* poſt multum temporis Audentius, Toletanus Epiſcopus (*neſcio quis*) exules in Armeniam ſecutus, ſciens quod ejus (*Hermolai*) pignora abſque honore tumulata jacerent (*cum tamen in Actis fingatur quod omnium pariter* Reliquiæ illic manibus Angelicis meruerunt ſepulturam) illa fecit honorifice collocari ad annum CCCXCVI. *Et hinc forte Epiſcopus Abulenſis Sancius Davila, tam firmiter credidit, in ſuo Oratorio ſe habere* duo capita & aliquid de veſtibus, *puta allata ab Hermolao, in Hiſpaniam regreſſo: quod idem potuiſſet æſtimare de ceteris, quæ ſub eo titulo per Europam haberentur, Reliquiis aliis. Interim nihil de* Hermolao, *nihil de* decem Millibus *ſciebant veteres Armeni (uti dixi); quod ſolum fere poſſet ſufficere ad rem totam ſaltem ſuſpectam habendam. Ne tamen id ſolum ſuſpiceris, ſed etiam ſcias; eccum tibi ipſamet Acta.*

atque ab Audentio ſucceſſore ſepulta corpora.

finxerunt pleroſque Hiſpanos fuiſſe,

D AUCTORE D. P.

E

F

A AUCTOR. D. P.

ACTA

Ex Membraneo noſtro, olim Valcellenſi, collato cum variis.

INCIPIT PROLOGUS

a *Athanaſii* a (*ſeu Anaſtaſii*) *Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii. In Paſſione decem millium* (*aliàs mille quadringentorum*) *Martyrum*

b c Petro *b*, egregio ſanctæ Savinenſis *c* Eccleſiæ Epiſcopo, Anaſtaſius, ſummæ & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarius, in Domino ſalutem.

1 POſt tranſlatam à me, ad petitionem tuæ Sanctitatis Paſſionem præcipui Doctoris ac Martyris *d* Petri Alexandrinæ Urbis Patriarchæ, placuit Tibi præ- *e* cipere mihi, ut Paſſionem ſanctorum *e* multorum, quorum apud Græcos habetur inſigne, Latino traderemus eloquio. Sed conſiderans ego imperitiam ſcientiolæ meæ, primum quidem hoc aggredi non præſumpſi; dehinc vero, Paternitati tuæ refugiens apparere inobediens, parui; & quod juſſiſti celitus adjutus explevi; malens apud doctos de inſcientia reprehendi, quam apud Paternitatem tuam pro inobedientia culpabilis exhiberi: præſertim cum tua Sanctitas, in amore horum Martyrum flagrans, non ruſticitatem attendat linguæ peregrinæ, transformatam in Atticam locutionem, qua & Apoſtolos ante vocationem non caruiſſe manifeſtum eſt; ſed triumphos eorum, qui ex ipſa minus urbana peritia utcumque ſcire poſſunt, conſiderare valent, qualiter horum ſanctorum multitudini maximam exhibeant venerationem, qui eorum participes eſſe in regno cælorum optant. Bene diutius valeat tua Paternitas in Domino, ac pro nobis ſemper orare dignetur. Amen.

B *Interpres poſt reddi-tam Latine Vitam S. Petri Alexandrini*

aggreditur hanc quoque paſſionem vertere.

Sume, Pater, placidus, multorum geſta piorum:
Ruſticus ex tomo calamus quæ vertit
f Achivo *f*.

C

ANNOTATA D.P.

a Athanaſius *in noſtro*, Anaſtaſius *in Vaticano Ms. Hic ſolum* 1400, *iſtic* 10000 *cenſentur: & idem numerus, utrobique iteratur ſub eadem diverſitate, ante principium & poſt finem Actorum.*

b *Ms. noſtrum perperam* e regione: *alibi etiam pro* Petro *eſt* Patri Egregio, *quid ſi legendum* Patri Gregorio? *quod nomen ſcriptores corruperint. Tales certe inter Sabinenſes inveniuntur quatuor ſeculis conſequenter videlicet anno* 826, 929, 1078, *&* 1163.

c *In noſtro Ms.* Savinenſis *in Vaticano* Gavineníis *utrobique per* u *loco* b, *pro uſu medii ævi quo hæc primum ſcripta ſeu ficta.*

d *Acta Græca antiqua S. Petri edidit Franciſcus Combefis ſatis diverſa ab iis quæ paſſim Latina habentur, dubitatque num illa ſint quæ Anaſtaſius vertiſſe ſe dicit: quod poterit ad* 26 *Novembris examinari; interim jam moneo vulgata Latina ſtylo differre ab iis Pontificum Vitis, quas Anaſtaſii Bibliothecarii eſſe conſtat.*

e *In Vatic. hic tantum ſcribitur* Sanctorum quadringentorum octoginta Martyrum, *omiſſo etiam millenario.*

f *Hi verſus habentur in ſolo Vaticano, tomus autem Græcus nuſquam hactenus potuit inveniri; & an ullus unquam fuerit, merito dubitatur.*

D

E

CAPUT I.

F

Victoria à Sanctis de fide inſtructis relata: eorumque oratio, intellecto adventu ſeptem Regum contra ſe.

2 SAlvatore igitur noſtro Jeſu Chriſto Domino, æterni & veri Dei filio apparente in mundo, ut Pſalmographus cecinit, Veritas de terra orta eſt, & magna Juſtitia de cælo effulſit ſupra terrigenas, juſtos excitans ad pietatem: de quorum numero extiterunt beatiſſimi viri Achatius *a* Primicerius, & Eliades Dux, & Theodorus Magiſter Militum & Carterius *b* Campi-doctor, cum aliis contubernalibus ſuis denis millibus, qui ſub uno die pro Chriſti nomine interempti ſunt. Sed qualiter paſſi fuerunt, quo etiam ordine ad ſedes cælicas pervenire meruerunt, ſermo ſubſequens accelerat fideliter depromere. *c*

Pſ. 84, 12.

a

b

3 Adrianus *d* & Antoninus cum Imperii Romani gubernarent habenas, Gadareni & *e* Eufratenſes de eorum dominatione ſe ſubtrahentes, rebellare cœperunt. Quod dum præfatis Imperatoribus divulgatum fuiſſet, nimiâ iracundiâ commoti, illico adverſus hoſtes caſtra metati ſunt, habentes in exercitu ſuo novem *f* millia virorum, maxima virtute robuſtorum, quos ſecularis militia habebat ſtrenuos in rebus bellicis. Venit itaque dies pugnæ: & ecce utræque acies ad dimicandum in campum venerunt. Habebant autem dicti Imperatores ſecum ſimulacra Apollinis & Jovis, quibus adipiſci ſe poſſe victoriam de ſuis hoſtibus confidebant. Sed cum cernerent multitudinem hoſtium permaximam (centena enim erant millia) languore valido tacti, & intrinſecus nimia perculſi formidine, cum ſeptem *g* tantummodo viris fugam arripiunt.

c

d

e

Imperatores duo cũ 9000 profecti contra rebelles, *f*

ad 100000 *venientes in campum fugam ineunt.* *g*

4 Verſis Imperatoribus in fugam, Primicerius nomine Achatius & Eliades Dux, converſi ad novem millia, dixerunt: O viri fratres, quid videtur vobis, aut fugam arripere aut ſtare ut fortes milites? Venite ergo & ſacrificemus diis noſtris, ut per eos de hoſtibus ob

Fugit etiam eorum exercitus,

A obtinere valeamus triumphum. Et ſacrificantibus eis unum hœdum de capra, abundantiori formidine ſunt conſternati, ita ut fugæ impetum arriperent. Cum autem in fugam verterentur, adeſt Angelus Domini ante eorum faciem, currens velut adoleſcens: qui dixit Achatio: Cur pavor vos invaſit, ſacrificantes diis veſtris, ita ut cogeremini in fugam, de vobis ipſis magnum præſtando ridiculum? Sed audite me, viri; & hoc, quod vobis pando, feſtini explete. Probate Deum cæleſtem invocare, qui cælorum extendit cameram, & fundavit terram ſuper ſtabilitatem ſuam; qui etiam per ſuum Angelum centum & octoginta quinque millia, de exercitu Senacherib Regis Aſſyriorum, interfecit, & eum in fugam vertit. Igitur credite, Jeſum Chriſtum Dei eſſe filium, Regem immortalem; & ipſe pugnabit pro vobis, & vos ſalvos faciet.

ſed ab Angelo monitus Chriſtum invocare,

5 Hæc ubi dicta Angelus in eorum auribus contulit; Achatius dixit Eliadi & ceteris contubernalibus ſuis: Quid inde, Fratres, videtur vobis? Eliades ait: Probemus experimentum hujus rationis; &, ſicut hic juvenis

B nobis eſt locutus, faciamus. Tunc omnes ex uno ore exclamaverunt, dicentes: Credimus in te, Domine, & ea, quæ nobis iſte juvenis reſeravit facturos nos eſſe promittimus in tuo nomine. Credentibus autem Sanctis in Domino, impetumque in inimicos facientibus, cuncti eorum adverſarii, Angelo ſuo auxilium ferente, deciderunt, & multi perierunt in lacu qui erat proximus, alii vero præcipitio perierunt. Conſumptis vero adverſariis diverſis mortibus, Angelus Domini accipiens Sanctos, deduxit in verticem montis qui dicitur Ararath, gloriantes in potentia Domini: diſtat vero mons Ararath à civitate *h* Alexandriaca quaſi ſtadiis *i* quingentis.

reportat victoriam.

Tranſlatus ab eodem in M. Ararath,

h

i

6 Sedente autem Angelo in medio Sanctorum, aperti ſunt cæli, & deſcenderunt ſeptem Angeli inter ipſos: quos cum vidiſſent Sancti, magno terrore conſternati ſunt. Angelus autem, qui primus illis apparuerat, corroborans eos; Ne paveatis, inquit: Angeli namque ſunt. Tunc primum & ille Angelus, qui loquebatur Sanctis, agnitus eſt ab

C eis; illi vero Angeli ita ſe manifeſtare curaverunt, ſicuti capeſcere valet humanæ conditionis fragilitas. Docenteſque eos atque dicentes: Beati eſtis vos, qui credidiſtis viventi Deo: denuntiamus itaque vobis, quæ futura ſunt. Poſt tertium diem quæremini & in conſpectum Regum deducemini: ſed ne paveatis, quia Deus vobiſcum eſt: cuſtodit enim oſſa eorum, qui in ſe credunt. Cum hæc Angeli peroraſſent, ab oculis eorum ablati ſunt. Tunc terrore correpti Sancti, magna voce peccata ſua confitebantur.

& confirmatus in fide.

k

7 Diebus autem *k* tribus tranſactis, perquiſierunt eos Imperatores, dicentes: Quid putas milites facti ſunt illi? Nos denique fugientes nullo modo prævaluimus. Quid igitur dicturi erimus? aut quid faciemus? Poſt hæc milites quoſdam miſerunt ad perquirendum eos. Qui euntes pervenerunt ad montem, in quo Sancti erant: & intuentes eos, agnoverunt quod eſſent Chriſtiani: audierunt enim eos glorificare & benedicere Dominum: & deſcendentes de monte, renuntiaverunt Imperatoribus. Quod cum audiſſent

Imperatores eo audito,

nimio dolore conſternati, poſuerunt cinerem D & pulverem ſuper capita ſua, & per quinque dies nec potum ſumpſerunt, diro luctu tabefacti. Tranſactis autem diebus quinque, tractabant inter ſe, ut convocarent alios Reges quinque, & coram Regibus ſeptem fieret examinatio iſtorum Sanctorum. Et ſedentibus illis, ſcripſerunt epiſtolam, continentem hunc ſenſum: Regibus invictiſſimis Sapori, Maximo, Adriano, Tiberiano atque Maximiano, Auguſti *l* clariſſimi Romanorum Adrianus & Antoninus, ſalutem. Intimamus vobis, quoniam habuimus bellum adverſus Gadarenos & Euphrateſios, in quo novena millia fortiſſimorum habuimus: at ubi conſpeximus multitudinem adverſariorum, valde exterriti fugæ præſidium arripuimus cum ſeptem militibus; *m* manſerunt autem in certamine novena millia pugnatores: & pugnam committentes, quod eſt mirabile auditu, proſtratis centenis millibus adverſariorum, victoriam obtinuerunt. Hæc nos audientes, magnas hoſtias libavimus diis noſtris, pro tanta victoria celebrata & magno gaudio gaviſi ſumus. Sed poſtea cecidimus in anguſtiam peſſimam, audientes quod Chriſtiani ſunt effecti, & ſupra montem excelſum habitant, qui eminet ſupra ceteros montes E Armeniæ. Venite igitur ad nos uſque, & exinde quid agendum nobiſcum petractate. Valete.

alios 5 Reges accerſunt.

m

miſſis ad eos litteris de re acta

8 Suſceptis itaque epiſtolis quinque Reges & perlectis, magna triſtitia ſunt præoccupati: & congregantes maximum *n* exercitum virorum fortium, pervenerunt ad præfatam *o* civitatem, in qua conſiſtebant jam dicti Imperatores. Primum quidem victimas diis immolaverunt, & poſtea pranſi ſunt ac deinde novos milites Chriſti perquirere ſatagebant. Qui autem miſſi fuerunt, verticem montis conſcenderunt, in quo Sancti degebant Dominum exorantes. At ubi eos ad ſe venire perſpexerunt, Achatius dixit ſuis contubernalibus, Surgite, fratres, & orationi operam demus: diabolus enim direxit ad nos proprium exercitum.

n

o

Adſunt illi cum exercitu maximo.

9 Inclinantes autem ſuas cervices, orabant poplite flexo, dicentes; Deus incomparabilis & incomprehenſibilis, qui hominem de limo terræ formaſti, & contuliſti ei honorificen- F tiam tuæ imaginis; qui direxiſti Spiritum ſanctum tuum ad virginem Mariam, ut eam obumbraret, quatenus ex ea naſceretur cariſſimus Jeſus Chriſtus, filius tuus, Dominus noſter. Exaudi nos omnipotens Deus, qui ad nos dignatus es mittere Angelum tuum Sanctum, ut nobis viam veritatis demonſtraret: per quem etiam de hoſtibus noſtris tuis famulis, conceſſiſti victoriam, & eduxiſti nos in hujus cacumen montis, & enutriſti nos cibo cæleſti triginta dierum circulo. Ne permittas nos ſub ſervili decidere laqueo inimici, ne ejus audacia valeat vincere conſtantiam ſervorum tuorum; ut minime inſultans poſſit dicere contra nos, Prævalui adverſus eos. Veni, Domine Jeſu, & communica nobiſcum in noſtris paſſionibus, & eripe nos à conturbatione & formidine, & extingue ferocitatem Regum iniquorum. Tu, Domine, qui dignatus es dicere & pronuntiare per Angelum tuum, judicandos nos eſſe coram ſeptem Regibus. Ex hoc nunc, & uſque in ſeculum, laudes & gratias ineffabiles, tibi Deo omni-

Quæri ſe intelligentes Sancti

petunt à Deo conſtantiam

po-

A potenti referimus. Amen. Hæc dicentibus Sanctis, vox delapſa de cælo eſt, dicens eis: Ego Dominus, glorioſus in concilio Sanctorum, audivi quæ orantes petiſtis: & non paveatis eos qui corpus occidunt, animæ autem nullatenus facere prævalent impedimentum: ego enim Dominus vobiſcum, confortans vos. Audientes autem Sancti hanc vocem ſibi datam de cælo, gaudio magno gaudebant & exultabant in Domino.

EX MSS. & voce cæleſti animantur.

ANNOTATA, D.P.

a *In Vaticano ſemper* Acatius, *vel* Acacius.

b *De* Campi-doctoribus *vide Cangium in Gloſſario: errant qui* Campi-ductores *ſcribendos putant: quamvis & hi noti ſint in antiquis ſcriptis.*

c *Ms. Vaticani exordium paucis ſic abſolvitur* Salvatore noſtro Jeſu Chriſto apparente, orta eſt magna juſtitia, excitans juſtos ad pietatem. Dicam autem quomodo paſſi ſunt ſancti
B Martyres; qua etiam occaſione hujuſmodi gratiam meruerunt. *Atque ita ſæpius per decurſum invenitur contractum Ms. iſtud; & ideo noſtrum, licet recentius, ſequi malui.*

d *Licet uno ante mortem anno, Chriſti* 138 Antoninus *adoptaverit* Adrianum; *non ea tamen erat valetudine, utpote hydrope gravis, ut proficiſci ad bellum poſſet, de quo vide Ælium Spartianum.*

e *Solos* Euphratenſes *nominat Ms. Vatic. num. 7 præmittuntur illis* Gadareni, *unde appareret ſocordiâ librarii hic omiſſos.*

f *Idem*: Elegerunt viros mille quadringentos octuaginta, potentes in fortitudine, *& tamen dicitur* Acatius *mox infra alloqui* novem millia.

g *Ibidem.* Cum ſeptem millibus: *& hoc etiam infra num.* 17 *iteratur, eſſetque congruentius ad novem millia, in campum educta.*

h *Idem*: Diſtat autem mons Aratha civitate, *cujus civitatis nulla uſpiam notitia: Alexandria vero quantum ab Armenia diſtet (proxima ſcilicet Syriaca, nam aliæ alibi longius abſunt) jam præmonui.*

i *Vaticanum* quaſi ſtadiis quinque; *& certe ſitum montis indicare volens auctor, debebat propinquam*
C *civitatem nominaſſe: ſed in Armenia nulla eſt* Alexandria.

k *Idem* quatuor, *minus congrue ad numerum prænotatum.*

l *Ineptius legitur in Ms. Vaticano* Auguſtis clariſſimis, *& ſcribentium nomina præter conſuetum omittuntur. Non eſt tamen alienum ab Adriani Imperio* Reges *nominari: nam Ælius Spartianus in ipſius Vita varios nominat, quibuſcum amicitiam ille coluerit, &* omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit exemplo Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant .... Armeniis Regem habere permiſit. Albanos & Iberos amiciſſimos habuit, quod Reges eorum largitionibus proſecutus eſt. Reges Bactrianorum legatos ad eum amicitiæ petendæ causâ miſerunt. *Sed ridiculum, quod omnibus nomina dantur Latina, præterquam primo eorum* Sapore.

m *Hic rurſum, & deinceps aliquoties, in Vaticano eſt,* cum ſeptem millibus; *& qui* remanſerunt *dicuntur fuiſſe* mille quadringenti octuaginta.

n *Infra num.* 12, centena millia quinquaginta: *aſt Compendium Ultrajectinum dicit* quod Regum exercitus fuerit xxx millia. D

o *Vatic.* in civitatem Aratham, *ut ſupra.*

CAPUT II.

Conſtanter fidem profeſſi coram tyrannis Sancti. flagellantur & ſpinis coronantur.

10 TUnc accêſſerunt ad eos milites Regum, dicentes: Miſerunt nos ad vos Imperatores, & Reges qui cum eis ſunt, ut venientes deſcendatis ad eos. Et deſcendentes de monte, ſteterunt coram ſigno Regis, habentes ſpem integram in Dominum Jeſum Chriſtum. Videntes autem Reges lacrymati ſunt. Et dixit eis Adrianus: Quid, boni milites, hoc facere voluiſtis? Patefacite mihi, quis vobis perſuaſit derelinquere Deos, & credere Crucifixo? An neſcitis quia poteſtatem habemus mortificare vos hodie? B. Achatius reſpondit: Bene, Rex, locutus es, quia vobis poteſtas data eſt mortificandi: vere enim mortem corporis inferre poteſtis; animam autem nemo poteſt mortificare niſi Chriſtus, qui poteſtatem habet mortificandi & vivificandi. Sed ſi vultis ſcire, quomodo Chriſto credimus, nunc vobis omnem veritatem rei innoteſcimus.

Sancti, Regibus exhibentur:

E

quorum Dux Achatius,

11 Euntibus nobis in prælium, Adrianus & Antoninus, metuentes multitudinem adverſariorum, arripuerunt fugam una cum ſeptem militibus: nos vero, habentes ſimulacra Jovis & Apollinis, hœdum unum eis ſacrificavimus, putantes nobis eorum auxilium affuturum: ſed nihil nobis profuit, ita ut majori formidine invaſi arriperemus fugam. Angelus autem Domini, in ſpecie viri nobis apparens, corripuit nos, cur formidaremus ſacrificantes idolis. Cui reſpondentes diximus, quia nullum auxilium ab eis reperire potuiſſemus. Qui dixit nobis, Credite in Deum cæli, qui potens eſt in prælio. Cumque nobis euangelizaſſet Chriſtum Dei filium, credidimus in eum: F & ſub ipſa hora corruerunt hoſtes noſtri: & ceciderunt in profundum lacum, & nonnulli ex eis præcipitio interierunt: & ſublatis omnibus hoſtibus, Angelus Domini ſuſtulit nos in montem Ararath. Stantibus autem nobis in vertice montis, vidimus apertos cælos, & deſcenderunt in medium noſtrum ſeptem Angeli. Et timentibus nobis, Angelus qui nobiſcum erat, dixit: Nolite timere: quippe Angeli ſunt, fratres mei. Hi namque dixerunt nobis: Beati eſtis vos, qui credidiſtis viventi Deo. Prophetizamus itaque vobis ea quæ poſtmodum paſſuri eſtis. Poſt tres dies perquirent vos Imperatores; & in conſpectu ſeptem Regum judicabimini. Sed non eos pertimeſcatis, quia Deus omnipotens, veſter per omnia erit adjutor. Hæc locuti Angeli, receſſerunt à nobis, & aſcenderunt in cælum. Nos vero ſuſtentabamur cibo cæleſti in monte iſto. Hæc eſt certa notitia, per quam agnovimus Deum cæleſtem: & inde eſt illud quod de veſtris minis atque tormentis minime curamus.

exponit quomodo lint converſi ad Chriſtum.

& minas eorum ſpernit.

A

Iisdem insultant Eliades.

12 Adrianus Imperator dixit Achatio : O inimice deorum noſtrorum, quantum philoſophaſtis, ita ut noſtris auribus ſurditatem inferre non timuiſſes, qui exiſtimamur eſſe dominatores cæli & terræ. Achatius reſpondit: Vos ſeptem Reges, ſeptem vulpibus aſſimilamini dominantes gallinis, qui ſemper poſiti in inſidiis, nihil aliud agitis niſi ut quemlibet capiatis fraudum offendiculo. Qui enim cæli & terræ habet poteſtatem, totius ſuæ creaturæ Dominus & Rex ſeculorum & Judex vivorum & mortuorum eſt. Audientes hæc Reges, turbati ſunt adverſus Sanctos. Tunc Eliades ait : O Reges, quid fruſtra turbamini, ſuper veritate prolata? Adrianus vero furiâ ſuccenſus, dixit Sanctis : Teſtor omnes deos meos, quoniam non effugietis manus meas : & quia vos cuncta creditis Chriſto, procul dubio illius ſuſtinebitis pœnas. Unus autem ex collegio Sanctorum Pharetrius nomine, Campidoctor, reſpondit : Beati erimus, ſi digni fuerimus expiari talibus tormentis, quia merebimur communicare paſſionibus Chriſti. Erat au-

& Pharetrius.

B

tem multitudo maxima quæ tunc erat conglobata ; id eſt, ſeptem Reges, Præfecti decem, Patricii quinquaginta, Comites & Magiſtri militum & Tribuni ducenti, milites vero cum ruſtica manu centena millia quinquaginta ; qui omnes una voce exclamabant, dicentes, Tollantur hi de medio cum ſuis præſtigiis.

13 Facto ſilentio Adrianus Imperator dixit S. Achatio : Achati, numquid non audiſtis clamorem multitudinis? Ite & ſacrificate diis, ut non ulterius fiat clamor hujus populi contra vos. Achatius dixit : Non conturbat nos clamor populi hujus : ſed audite Reges, viſionem quam vidi. Videbam in viſione quaſi novena millia aquilarum, volantium in aëra; vidi autem & avium multitudinem copioſam in terra : ſed aves, ubi perſpexerunt aquilas, fugam arripere ſtuduerunt ; uſquequo vero fugiant, oportet eas manifeſtari & diſcerpi ab aquilis. Reges vero hæc audientes, dixerunt : O quam malum collegium, quod ſeptem Reges, non tantum vulpes, ſed etiam gallinas appellare non metuit ! Adrianus Imperator, ad hæc irâ ſuccenſus, juſſit Sanctos obrui lapidibus, dicens : Animadverſionem Jeſu Chriſti, illius Nazareni, inferam ſuper vos. Sancti vero cum lapidarentur, lapides vertebantur in facies lapidantium. Et dixit Adrianus Sanctis, Quid vobis proderit hæc vanitas? ſacrificate diis, & liberamini à tormentis. Stantes autem Minas nobiliſſimus Signifer & Achatius Primicerius dixerunt : O inimice Dei, & omni veritati contrarie, non ſufficit tibi & Antonino judicare nos? Sed quinque Reges cum ſuis provocans exercitibus, nos terrere æſtimaſti, & deviare à via Chriſti ? ſive in multis, ſive in paucis tenebimus eamdem fidem quam accepimus.

Conclamantibus contra eos 1050 *millibus,*

& lapides jacientibus fruſtra.

C

14 Antoninus dixit, O inimici totius religionis, vos putatis, vel qui vobiſcum ſunt, effugere noſtras minas ? Et ſtatim juſſit congregari Sanctos. Et appropinquantibus eis dixit : Pueri ſacrificate diis. Speuſippus Comes, maximus inter quatuor qui erant in exercitu Sanctorum, dixit Imperatori : Recede à nobis vir inique, quia deſiderium tuum diabolicum eſt ; manducans panem ſuſpendii & bibens calicem inſidiæ, non audes pro-

Flagellantur Sancti

ferre ſententiam adverſius nos. Audiens autem hæc Imperator, fremuit in ira contra Sanctos, & juſſit eos flagellari. Et cum cæderentur ſancti Martyres, dixit quidam, Drachorius nomine, *a* qui erat germanus SS. Achatii & Eliadæ : Orate, viri ſancti pro nobis, quia gravia tormenta ſunt quæ patimur. Cui dixit Achatius, Perſeverate, Fratres in hac confeſſione, qua nunc ſtatis : qui enim (ut ait Salvator) perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Et oravit Dominum, dicens : Domine Deus, magne & æterne, judex vivorum & mortuorum, qui non deſpicis eos qui ſperant in admirabile nomen tuæ cognitionis : qui fortitudinem diaboli in cruce confregiſti, qui obturaſti ora leonum & eripuiſti famulum tuum Danielem; exaudi nos peccatores, Dominator Dominus, & erue de manu iniquorum : quia tua factura ſumus, opera manuum tuarum. Tu concede nobis perſeverantiam perfectam, & accelera nos in tua miſericordia, quia tu es Deus noſter benedictus, per cuncta ſecula ſeculorum. Amen. Hac oratione finita factus eſt terræ motus, & continuo arefactæ ſunt manus flagellantium Sanctos.

D

EX MSS.

a ad quorum preces

tremente terra,

E

15 Erat ibidem in exercitu *b* Maximiani Regis, Magiſter quidam militum, nomine Theodorus, habens ſub ſe milites mille : qui ſtupore miraculi hujus perculſus, exclamavit ad Dominum, dicens : Domine Deus, Rex cæli & terræ, qui opem tuæ miſericordiæ contuliſti novem millibus, Domine, apud quem eſt miſericordia ſine invidia ; dignare nos peccatores connumerare cum tuis Martyribus. Hæc dicens & vocem ſuſtollens & inſignium, cum ſuis militibus mille, tranſtulit ſe ad Sanctos : & ſic omnipotens Deus complevit vitem ſuam palmitum decem millium. Hoc cum vidiſſent Imperatores turbati ſunt. Maximianus dixit ad Adrianum & Antoninum : O Imperatores, quantam à vobis patior injuriam ! Ecce enim meus exercitus receſſit à me. Cui Adrianus ait : Patienter fer Domine Rex : qui enim meum exercitum abſtulit, ipſe & tuum ademit. Verumtamen minime concidat cor tuum per hoc: nam ſi tuæ celſitudini placet, paratus ſum tibi dare millenas libras auri : ſin vero, mille viros do tibi. Hæc audiens Maximianus mitigato furore conticuit, & jubet ſibi præſentari univerſum collegium Sanctorum.

b

convertitur Theodorus cum aliis 1000

atque ita jam pleno numero 10000

F

16 Euntibus vero Sanctis adſunt cum illis Angeli Domini comitantes. Et adſtantibus illis, Maximianus ait ad Theodorum; Quid lucratus es, Theodore, me deſerendo ? Theodorus reſpondit : Multa bona lucratus ſum, agnoſcendo Deum verum. Maximianus converſus ad reliquos, ait : Audite me, dena millia, ne putetis vos leviter poſſe finiri: ideo hortor vos, ut ſacrificetis & vivatis ; & effugiatis meam iram, ne male pereatis. Achatius dixit : Furor culicinus non prævalet adverſus cervicem taurinam : Deum enim vivum habentes, nil curamus tui. Furore itaque nimio accenſus *c* Maximianus, juſſit fieri multitudinem clavorum trigonorum acutiſſimorum, & ſpargi per triginta ſtadia, ut exercitus Dei incederet ſuper eis nudis plantis. Illis autem ad incedendum paratis ſuper hoc genus tormenti ; Angeli miſſi à Deo, ante-

coguntur per tribulos ferreos nudipedes gradi:

c

A cedentes incedebant, facientes tumulum ex fixis clavis evellentes eos & coacervantes eos
EX MSS. *ſed tribuli ab Angelis diſſipantur.* in unum, ne infigerentur in pedibus Sanctorum. Sancti autem hoc cernentes, referebant laudes Deo, dicentes ; Gratias tibi agimus, omnipotens Deus, qui nobis famulis tuis dignatus es conferre varia & tam inaudita omnibus ſeculis miraculorum prodigia. Cum autem agnoviſſent Reges hoc miraculum, dixerunt : Dii noſtri hoc agere voluerunt per ſuam providentiam, ut manifeſtarent ſe denis millibus, quod dii omnipotentes ſint. Beatus Eliades dixit Imperatoribus : O ſine corde & abſque intellectu, quos cæcavit ſathanas, ut minime valeant cognoſcere opera Domini.

17 Turbatus Cæſar Maximianus à conſtantia Sanctorum, dixit miniſtris : Audivi de Chriſto crucifixo, quem iſti vocant Deum, *d* quia capite geſtavit ſpineam coronam, & *e* quia latus ejus lancea, vel ut alii volunt *e* aſſeverare calamo fuerit apertum : ſimili modo præcipimus, ut hi ſceleſti patiantur eamdem pœnam. Tunc miniſtri compoſuerunt totidem coronas ex ſpinis, ſicut eis juſſum fuerat ..... *f* Tenentes itaque in manibus acutiſſimos calamos, aperiebant latera Sanctorum, & ponebant ſingulis coronas ſpineas in capitibus eorum. Poſtea tulerunt dena millia virorum, & bis per univerſam civitatem, *g* verberantes illos flagris, *g* & nimiis injuriis. Sancti vero Martyres, patienter ſuſtinentes illatas ſibi injurias, referebant laudes Deo, dicentes ; Gloria tibi Chriſte : quia eſſemus indigni, dignos nos feciſti ſuſcipere paſſiones tuas.

B *Coronati ſpinis Sancti*

18 Deducti ergo ad Imperatores in palatio, *h* cœperunt eis inſultare, & omne vulgus, dicentes : Avete Reges Judæorum : quid vobis profuit Chriſtus ? Numquid poteſt vos eruere à cruciatibus & injuriis vobis illatis ? Ad hæc decem milla Sanctorum, quaſi uno ore Imperatoribus dicebant : O Dei imagines, filii autem diaboli, exiguæ & importunæ muſcæ! O cogitatio ſathanæ, quæ vos quotidie ſeparat à Deo ! O rete maximum erroris maligni, in quo vos quotidie alligamini! O opus Dei, diſſolutum ab idolis ! O magnum vulgus, quod decipit diabolus! O populus multus, & à maximis peccatis violatus ! O mala meſſis, ex qua germinantur zizania, & fructus gehennæ pullulat ! O Imperatores inſaniſſimi & inanes, populuſque multus & gravis, qui minime Deum verum agnoſcitis, ſed colitis lapides & ligna, opera manuum hominum. Hæc dicentibus Sanctis, defluebat ſanguis eorum in terra de lateribus. Quem illi ſumentes in manibus cœperunt perungere corpora & capita ſua, dicentes ad Dominum : Dominator Domine Deus : fiat nobis hic ſanguis myſterium baptiſmatis, in remiſſionem peccatorum. Et facta eſt vox eâdem horâ dicens : Sicut petiſtis, mei amici cariſſimi, ita contingat vobis. Audientes autem Imperatores & turbæ hanc vocem, dixerunt : Terræ motus factus eſt cum tonitruo.

h *inſultant tyrannis.*

C

ANNOTATA D. P.

a *Vatic.* dixerunt Germanus & Drachorius.

b *Ita Ms. Vaticanum in noſtro tum ſupra num.* 7 *tum hic & deinceps ſemper ſcribitur* Maximus, *& ſic ponuntur duo Reges* Maximi *dicti : nobis magis placet diſtingui nomina, ut diſtinguantur perſonæ.*

c *Ibidem*, Imperator : *& hic infra num.* 17 *vocatur* Cæſar, *ſed in Vaticano iterum* Imperator.

d *Addit Vatic.* Indutum fuiſſe purpuram.

e *Quam ridicula hoc loco in tali perſona accuratio, quæ vix caderet in hominem laicum Chriſtianum, quamtumvis Euangelicæ hiſtoriæ gnarum.*

f *Expungo quæ ſenſum noſtri Ms. interturbant verba hæc*, Quia decoratus exercitus Sanctorum videbatur in perſonis.

g *In Vatic* Pompis illudebant eis.

h *Idem* Diſſolventes autem eos à pompis, venerunt ad Imperatores. Videntes autem eos Imperatores, inclinaverunt capita ſua cum turbis, dicentes, Gaudete Imperatores Judæorum & totius orbis.

D

E

CAPUT III.

Crucifixi Sancti multa petunt cultoribus ſuis : mortui ſepeliuntur ab Angelis.

19 UNius autem horæ ſpatio tranſeunte, Sapor dixit ad ſanctos Martyres : Pœnitemini de malis actionibus veſtris, & convertimini ad Deos veros omnipotentiſſimos, per quos univerſa ſunt creata *a*. Ad hæc quidam juvenis, nomine Carterius, Campidoctor, ait : Si mihi juſſerint majores noſtri, diſputabo tecum. Dixit S. Achatius : Loquere adoleſcens, decet enim te verbum Dei prædicare. Ad hæc Carterius ita exorſus eſt loqui, dicens : O ſapientia Regis quæ eſt horror & perditio ! Non audiſtis Scripturam dicentem, Idola gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, ſimiles illis fiant qui faciunt ea ? Dic mihi, Rex *b*, quis anterior efficitur, domus an homo ; Sapor Rex dixit : O amens primo quidem homo naſcitur, & tunc domus fit. Carterius reſpondit : Si ergo homo domo judicatur eſſe anterior, manifeſtum eſt quia ſimiliter & delubro. Sicut enim domus fit per hominem, ita & ſimulacra per artem hominum efficiuntur. Ecce ſapientia qualiter abſorpta eſt *c* iniquorum ! Chriſtus enim veniens in hunc mundum, natus eſt per Virginem, ut quæ veteri Teſtamento deerant, adimpleret : ipſe enim Legis eſt plenitudo, qui fecit utraque unum, qui etiam in abyſſum damnabit impios. Homo itaque à Deo eſt, & ab ipſo accepit ut bonus eſſet, & ut ejus ſemper voluntatem faciat.

Carterius explodit idolorum vanitatem, *a* *b* *c*

F

20 Audiens hæc Rex Sapor, in ſanctum Dei Carterium diro exæſtuabat furore, & truci vultu exterminare eum ſatagebat, pro his reſponſionibus. Cui B. Carterius, adoleſcens quidem ætate, ſed moribus grandævus, reſpondit dicens : Sermo quem protuli, in auribus mortuis ſonuit, quoniam in malevolam animam non introibit ſapientia. Sapor Rex, ſuper hujuſcemodi verba exardeſcens furore, perſuaſit Imperatoribus & Regibus & exercitibus, ut Sanctorum decem millium virorum corpora ſimul in unum crucifigerentur.

& omnes ad crucem damnantur :

A tur. Data autem ſententia, fiducialiter Sancti iter ad paſſionem, veluti invitati ad thalamum, cum exultatione & cordis hilaritate ſuſcipiunt: & cum eis crucifixores bis dena *d* millia, præmiſſis innumerabilibus turbis ad ſpectacula tantorum Martyrum confluentibus uſque ad montem Ararath, ubi juſſi fuerant crucifigi. Venientes illuc ligaverunt illos ad ſtipites affixos ſaxis, quouſque univerſi crucifigerentur. Eſt autem mons ipſe ſcabroſus & aſperrimus. Milites vero ſanctos Martyres crucifigentes, cuſtodiebant eos, ſicut juſſum fuerat eis.

d *Ducti ergo ad montem Ararath,*

21 Erant autem in exercitu eorum Primicerius unus, Dux unus, Magiſtri-militum quatuor, Comites quinque, Tribuni novem, Principes undecim, Campidoctores duo, Domeſtici & Cornicularii viginti. Aperiens vero os ſuum S. Eliades: poſtquam crucifixi fuerant, Primicerio Achatio dixit: Quia in Cruce Chriſti triumphantes exultamus, obſecro te, ut exponas nobis aliquid de fide. S. Achatius ita ad univerſos ſuum aggreſſus eſt ſermonem dicens: Vaſa ſacra & purificata, audite fidei meæ locutionem. Sicut enim unumquemque fidelem corde oportet credere, ita quoque ipſam interiorem cordis credulitatem ore extrinſecus debet quotidie dicendo proferre. Credo in Deum Patrem omnipotentem, & unigenitum Filium ejus Jeſum Chriſtum, redemptorem mundi; & in Spiritum ſanctum, à Patre & filio procedentem, quia ex ſubſtantia Patris effulſit. Verbum Patris miſſum eſt in terram, & qui illud miſit Deus Pater eſt, & qui miſſus eſt Dei filius eſt. Hic ex Maria Virgine natus eſt; carne indutus, carnalem recreavit hominem: qui & per Prophetas annuntiatus eſt & per Apoſtolos demonſtratus eſt & crucifixus, mortuus & ſepultus. In ſepulcro ſic requievit, ut die tertia reſurgens dolores ſolveret mortis & reſurrectionem mortuis demonſtraret. Aſcendit ad cælos ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Idem ipſe veniens in ſecundo adventu judicare vivos & mortuos & omne ſeculum, & reddere unicuique ſecundum opus ſuum. Qui

& de fide plenius inſtructi ab Achatio,

B

C poſſidet hanc fidem per operationem bonam, ejus erit portio cum Dei Angelis. Hæc eo dicente venit eis vox de cælo dicens: Bene dixiſti, Achati: ita enim ſe habet veritas.

22 Horâ vero ſexta diei illius terræ motus factus eſt magnus: & terra & petræ ſciſſæ ſunt. Sancti vero Martyres, fundentes ad Dominum orationem, *e* dixerunt; Domine Deus, memento noſtri in hoc patibulo crucis, & ſuſcipe petitionem noſtram, & ea quæ à te poſcimus; ut quicumque memoriam paſſionis noſtræ cum jejunio celebraverint & ſilentio, mereantur à te conſequi fructuoſam mercedem, tribuendo eis ſanitatem corporum & medicamentum animarum; & in domibus eorum bonorum omnium ubertatem concede, dieſq; jejunii noſtræ Paſſionis unum annum pœnitentialem concludat ſe obſervantibus. Hoc expoſcimus à te Dominator Domine Deus. Diſſipa Domine omnem occupationem ſathanæ & omnem immundum ſpiritum, & omnem infirmitatem expelle quia glorioſum & laudabile eſt nomen tuum per cuncta ſecula ſeculorum. Et reſpondentibus omnibus, Amen, facta eſt vox de cælo dicens: Quæ petiſtis, dilectiſſimi Dei, ſcitote vos impetraſſe: gaudete quoque & lætamini, ſcientes quia orationes veſtræ, coram Chriſto immortali Rege, ſunt exauditæ.

e *orant pro celebraturis ſuam Paſſionem,*

D EX MSS.

23 Circa vero horam nonam Sanctorum animæ ad cælica tranſlata ſunt palatia, & aperti ſunt cæli & lumen magnum ſuper Sanctorum corpora emicuit. *& pariter mortui*

Mox autem Dominus, præmiſſo lumine cæli
Affuit, Angelicis ſtipatus rite catervis,
Sanctorum medio perſtans in vertice montis.
Lætantur Sancti tanto ſolamine ſepti,
Quorum dat cælis animas, & corpora terris *f*.

Et rurſus exortus eſt terræ motus, in monte ipſo, ita ut Sanctorum corpora patibulis ſolverentur, per Domini juſſionem; & Reliquiæ meruerunt ſuſcipere ſepulturas illic Angelicis manibus, quarum animæ pariter cum Deo & Angelis gloriantur in cælis. Omnipotenti Deo Patri, cum Filio Spirituque ſancto, ſit laus, honor, decus, poteſtas, virtus atque victoria, per omnia ſecula ſeculorum, qui ſuos provehit aſſidue milites & honorificat. Amen.

f

ſepeliuntur ad Angelis.

E

ANNOTATA D.P.

a *Vatic. Saporem ſic loqui facit.* Reſpicientes ad ſplendorem potentiæ & ad maximos Deos, pro eo quod ipſorum ſunt omnia. Cælum enim Jupiter fecit, terram autem Apollo; figmentum hominum Æſculapii eſt, & ſol Artemidis, & luna & ſtellæ Veneris: jumenta & beſtias & volatilia cæli Serapis poſſidet. Si eſt ſapiens in vobis, reſpondeat mihi ad hæc. Carterius Campi-ductor dixit &c.

b *Idem ſic proſequitur:* Ecce, Rex, prius eſt homo & poſtea ſimulacra: quomodo tu dicis, Plaſma hominum Æſculapii, ita & Manichæi dicunt ex Aſcalone eſſe hominem. Confundimini iniqui, lugete & plorate & convertimini qui eratis, primitus filii gehennæ, deinde Manichæi. Dic mihi Rex, Domus eſt &c. *Sed quam inepte hic inducuntur Manichæi quorum nomen primum audiri cœpit ſeſquiſeculo poſt Imperium Adriani?*

F

c *Ibidem* Paganorum, *& ſequitur* Dicam autem & ad Manichæos. Ipſi dicunt ex Aſcalone eſſe hominem. Aſcalo dæmonium eſt inconſtans. Audite, Manichæi, quod dicit Propheta: Ego Dominus primogenitus: & poſt hæc: Chriſtus enim &c.

d *Ibidem* Novies dena millia: *in Ms. autem Ultrajectino additur* quod dum crucifigerentur, hoſtes integram ſilvam exciderunt: & tandem ad ultimum defuit una crux, & Angelus portavit crucem ut ſimiliter crucifigeretur.

e *Hæc oratio, & orationis exauditio, in Vaticano ponitur paulo ante clauſulam totius Legendæ, hoc modo.* Vultis autem ſcire merita Martyrum? Dicam vobis & orationem qua ſancti Martyres oraverunt ad Dominum horâ finis eorum: Domine Deus &c.

f *Hæc omnia in proſa & paucis habet Ms. Vatic. & additur in fine*: Sic autem finierunt ſan-

A ſancti Martyres paſſiones ſuas, & perrexerunt
EX MSS. ad Dominum : ipſi enim decet &c.

g *In Mss. Anglicano & Ultrajectino continuantur verſus.*

Rurſus mons tremuit concuſſus funditus omnis:
Stipitibus fixa ſolvuntur corpora ſancta:
Angelicis manibus firmatur terra ſepulcris;
Et cuncti propriis conduntur monte locellis.
Jam retinent regnum, te Chriſto duce, ſupernum.

PARS II.

De Martyribus MCCCCLXXX *in Palæſtina Jub Choſroë.*

ANIMADVERSIO PRÆVIA.

B 1 *IN noſtra Patriarcharum Hieroſolymitanorum Chronologica Hiſtoria, ante Tomum* VIII *Maji edita, inveniet Lector quomodo anno Domini* DCXIV, Perſæ Jordanis loca, Palæſtinam, & ſanctam civitatem, armorum vi ſubegerunt ; & manibus, ut quidam aſſerunt Judæorum, ad nonaginta Chriſtianorum millia trucidarunt, *teſte Theophane. Ibidem invenietur Epiſtola S. Modeſti, pro abducto in captivitatem Perſicam Zacharia inter everſæ urbis ruinas conſidentis, civiumque reliquias foventis; in cujus principio cum oſtendiſſet, quod ibi relicti* fere gravius, quam qui captivi abducti fuerant, dolebant ; cum ſcilicet ſalutares ædes ſolotenus dirutas oculis aſpicerent, ac ſe Cruce, Paſtore, Grege, ſimul ac uno fere momento deſtitutos viderent; neque id modo ſed & multitudo cadaverum in civitate, & quem illa exhalabant fœtor, non leviter excruciabat, eorum præcipue quæ noſſe potuerunt.

Perſis loca ſancta invadentibus an. 614

trucidantur 90 *millia Chriſtianorum,*

2 *His præmiſſis* Horum, *inquit* quæ diximus teſtis eſt præclarus, junior noſter Nicodemus, illiuſque fere conjux Magdalena, egregium par ac ſtudioſum : qui nimirum facinus, memoria ac litterarum monumentis dignum plane ediderunt. Hos qui velint, C interrogent ; ac clare diſcent tunc Hieroſolymis geſta. Hi nempe, hi virtutum cultores ac Dei, ubi hoſtes exiiſſent inque Perſidem abiiſſent, totam circum urbem ac vicos luſtrantes, ſicque Fratrum reliquias jacere conſpicientes, mercedem ſibi parant, æternâ memoriâ conſecrandam. Projecta enim ſparſim ubique cadavera ſimul acervantes, in ſpecu deponunt, quæ eſt ante portam, ad ſexaginta quinque millia. Si quis igitur, quæ certo ſciunt noſſe velit, ex illis requirat : palamque docebunt ac dicent quæ nos quoque aſpeximus qua nempe forma atque habitu proſtarent Beati ſolo ſtrati, qui ſub idem tempus Hieroſolymis meruerunt occidi. Alter à capite ad cor uſque gladio vulnus acceperat, alter ab humeris aduſque ventrem. Alius quinque decemve ictus in inteſtinis habebat ; alius diſſectus medius inque duo diviſus erat. Alii, ventre enſe perfoſſo, inteſtina omnia effuſa erant ; alium, ovis inſtar in macello, diri carnifices in fruſta plura conciderant. Quid vero miſerabiliora alia ? Alii in lateis ſpectaculo proſtabant, alii in oratoriis necabantur : alii, cum in Sancta ſanctorum opis causâ confugerent ; alius Dominicum Corpus, alius Chriſti tenens Crucem. Alter in Fontem baptiſmalem ingreſſus jugulabatur, alter ſubtus altare latitans, fiebat victima.

& acervatim ſepeliuntur.

Horribilis illa ſtrages!

D

3 Hæc omnia, non multa anni parte, nec toto menſe, ſed intra paucos dies contigere, *inquit Chronici, vulgo dicti Alexandrini compilator in anno* DCXXXII *finiens, adeoque rei geſtæ proximus : contigiſſe autem ait* Περὶ μῆνα Ἰάνιον circa menſem Junium ; *fortaſſis* XXII *Maji, conſtat enim Monachos quadraginta quatuor Martyres monaſterii S. Sabæ trucidatos fuiſſe* XVI *Maji*, una ſeptimana antequam ſancta civitas fuiſſet occupata, *ut ait Antiochus Monachus tunc vivens & ſcribens. Iſtius ergo diei numero hebdomadem dierum appoſuerint aliqui &* XXII Maji *cladem Hieroſolymitanam adſcripſerint. Alteram deinde menſem, eumdemque diem ſumpſerit fabulæ hujus Auctor, quo Samaritanorum Chriſtianorum per Choſroæ miniſtros tentata conſtantia ſit, atque illi demum Hieroſolymam ducti, quaſi ad ibi tunc regnantem tyrannum ; licet ex dictis jam conſtet nullam eum ibi moram feciſſe, niſi quantâ opus erat ad theſauros & captivos colligendos quos in Perſidem tranſportaret traduceretque. Fabulam dico, licet enim veroſimile ſit Perſas, nihilo clementius egiſſe Samariæ, atque per reliquam Palæſtinam, quam egerant Hieroſolymis, fruſtra conato Heraclio per Legatos miſſos obtinere, ut humano ſanguini parcerent ; res tamen non potuit magis in ſpeciem fabulæ deduci, inептioribuſque veſtiri circumſtantiis, quam hoc Samaritanorum Martyrium palliavit, qui prætitulatam Legendam compilavit, qualem ex Ms. Legendario Urbevetano Romæ invento, ſumpſimus ſub hoc titulo :* Menſe Junii die vigeſima ſecunda, Paſſio Sanctorum Martyrum MCCCCLXXXIV : *itemque aliunde eo miſſum ecgraphum, aſſervatum in Bibliotheca Vallicellana tomo* X, *ubi* Paſſio Martyrum multorum, *qui in contextu dicuntur* promiſcui ſexus numero mille quadringenti octoginta : *iique non Civitatis ſanctæ, ſed* Samariæ habitatores & quidem recens ad Chriſti fidem converſi, quod eſt incredibile.

intra paucos dies patrata

diei 22 *Maji videtur adſcripta fuiſſe.*

E

Hinc finguntur uno menſe poſt, ducti in Ieruſalem Samaritani,

ad 1484 *ſimilia paſſi;*

4 *Porro non concepit rem Auctor, veluti paucis diebus furore militari peractam : ſed lento progreſſu miſſis ſemel iterumque legatis, qui Samaritanum populum ad defectionem à Chriſtianiſmo ſollicitarent : ſed cum iſti quoque Chriſto nomina dediſſent, baptiſmumque ſuſcepiſſent, Sacerdotum paſculorum iſtic Catholicam rem curantium miraculis rationibuſque victi ; tandem ipſum* Choſroen, *cum filio, non* Mardeſane *quem patri comitem veniſſe conſtat, ſed* Maxentio *inducunt poſt occupatam Hieroſolymam adductus eo aliunde Chriſtianos judicantem pro tribunali, cum iiſque altercantem eo fere modo, quo paſſim Romanorum Martyrum agones deſcribuntur, in quibuſdam ſequioris notæ ac fidei minoris Actis. Tota autem narratio nihil habet commune cum ea tragœdia, quæ dicitur acta in monte Ararath, niſi quod ſimiliter Samaritæ, de quibus hic quæritur, finganturante obitum vota feciſſe pro iis* qui jejunaverint vigilias *ipſorum,* & celebraverint diem feſtum : *& ſimiliter* vox de cælo audita eſt, *dicens* Athletæ Dei, exauditæ ſunt orationes veſtræ. *Interim in Romano Martyrologio, poſt iſta decem millia in monte Ararath crucifixa reperiens in Romano Martyrologio notata hæc verba,* Samariæ Sanctorum mil-

F

idque ſub Maxentio Regis Choſroë filio qualem hic non habuit.

Ex tali tamen narratione

mille quadringentorum octoginta Martyrum, sub Chosroë Rege Persarum : *cogor, sub eadem qua priorem Passionem examinavi cautela, istorum quoque Passionem examinandam suscipere, eam scilicet, quam Baronius in notis extare asserit* in eodem *quem de Crucifixorum decem millibus legi dixerat*, pervetusto codice manuscripto monasterii S. Cæciliæ trans Tiberim positi, Breviusque haberi apud se enarrata. *Plus aliquid si reperisset Baronius, ad ipsorum veritatem stabiliendam haud dubie allegasset: ego vero insuper codicem Urbevetanum jam notavi : & in comment. prævio ad Acta* 10 *millium numero* 8 *indicavi horum quoq; Passionem loco non uno præferre minorem istum numerum mille quadringentorum octoginta : quin etiam ex Mabilione docui hunc eumdem numerum ante annos septingentos in veteri Sacramentario exhiberi, necnon in vetustiori Casinensi. Atque hinc primum noto id fieri sine ulla Chosroæ vel Samariæ mentione adeo ut vetus illam talis numeri notitia pro die* 22 *Junii sola videatur præluxisse posterioribus utrorumque Actorum compositoribus quorum priora pro sua majori admirabilitate quam præferunt, latius sparsa fidem etiam repererint apud recentiores, ut dixi, Martyrologos ; alia ab iis non fuerint recepta ante Gregorianam Martyrologii Romani recognitionem, diligentibus iis quæ Baronius monstrabat Actis. Mirum autem est hoc facientibus tam perfunctorie ipsa esse lecta, ut Samariæ Passionem adscripserint quam illa num.* 19 *adscribunt Hierosolymis, quo omnes tandem jussi fuerant duci ligati collo ad collum, & in natatoria Siloë recludi : qua autem verosimilitudine, seu potius quam evidenti cum falsitate, id sola eorum lectio poterat doceri. Itaque videtur operæ pretium hanc quoque compositionem legendam exhibere, & sacræ Congregationi æstimandum relinquere utrum digna sit ex cujus fide tot alias ignotis Sanctis auctum Martyrologium fuerit. Qualescumque in hoc genere errores facile excusat brevitas temporis ad recognitionem prædictam concessi & impensi : sed numquid eadem excusare non poterit imo vehementer commendare deberet Ecclesiæ studium eorum, qui toto uno seculo (nam Heribertus Rosweidus huic ante Nos se applicuit annis pluribus) hoc saxum volvunt ut novæ recognitioni Martyrologii materiam suggerant quemadmodum Alexander* VII *optavit ipsos facere cum omni diligentia & fide? Hac igitur fiducia secundum hoc examen aggredior.*

in uno alterove Ms. reperta

relati sunt 480 *in hodiernum Romanum.*

ACTA.

Ex Ms. Passionario Urbevetano.

a 1 TEmporibus Chrosroæ impiissimi tyranni, ipse & filius suus *a* diabolico super sanctam civitatem Hierusalem [incensus furore, cœpit] persequi eos, qui sacratissimo Domini sepulcro deserviunt, & in templo Domini sunt : & lignum Sanctæ Crucis perdere, & nomen Domini de terra delere prodibant. Nam cum omne regnum suo subjugasset Imperio, circuire cœpit omnes civitates, mandans [per] epistolam cum sigillo annuli sui, inquirere Sanctos, ut adorarent deos suos, Jovem, Apollinem *b* & Dianam : & quicumque non veniret in suum adjutorium ad delendum Christianos, & nomen Jesu Nazareni de terra, vivum ardere, seu *c* secari serra, aut gladio necari præcepit. Et venerunt utique in Samariam *c* civitatem, ubi erant omnes confidentes in Dominum Jesum Christum.

Chosroës deleturus omnes Christianos,

2 Tunc Præses dixit ad eos : Chosroës, piissimus Imperator noster, direxit me ad vos, ut veniatis in suum adjutorium Christianos delere, & nomen Nazarenum perdere, quem [Judæi] ante tempus *d* modicum crucifixerunt, & spineam coronam super caput ejus imposuerunt, & lanceâ latus ejus pupugerunt, & mortuum sepelierunt, & discipuli ejus furati sunt eum, & dixerunt quia surrexit. Respondit ei *e* Arthios Sacerdos, & dixit : Cur non dixisti ? quia ille quem Judæi crucifixerunt, multa mirabilia in illis fecit, cæcos illuminavit, paralyticos curavit, surdos audire fecit, Lazarum quatuor dies in monumento habentem suscitavit : Respondit Saton Præses & dixit : Si ista mirabilia in illis fecit, quare crucifixerunt eum?

d auxilium ad hoc petit à Samaritanis :

3 Responderunt Sacerdotes Arthios, Messias, Sophyr, Manuël, & Adonas ; dixeruntque ad Saton Præsidem : Ista & alia multa signa in illis fecit, qui olim pro illis decem plagas Ægypto dedit, & eis per Mare rubrum viam fecit, & Pharaonem & exercitum ejus in mare projecit. Quadraginta annos in deserto de cælo manna pluit illis, & innumerabilia miracula pro illis operatus est : post multa vero tempora, sicut Joannes Euangelista testatur, in propria venit, & sui eum non receperunt. Venit Dei filius in uterum virginis, & non credíderunt in eum parentes sui : quia cæci sunt in animo. Nam & dii vestri, quos colitis & adoratis, vani sunt : de quibus scriptum habemus in Psalmo, Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Respondit Saton Præses, & dixit ad eum : Bene dixisti, quia similes illis sumus, participando cum eis. Responderunt Sacerdotes : O Saton Præses, quare non agnoscis Deum vivum & verum ? Age pœnitentiam, quia venisti sancta delere ; & gaudebis in regno cælesti, ubi sunt Angeli & Archangeli, & ubi Sancti & Justi, ubi est odor inæstimabilis, & gloria sine fine.

E Sacerdotes quinque fideles,

cum Præside ad id misso disputant

4 Ipsa autem nocte Saton vidit cælum apertum in somnis, & civitatem Sanctam Hierusalem, & lignum sanctæ Crucis Domini, quod impius Chosroës volebat perdere : & ex ore suo ignis horribilis exibat, & ignitam catenam ferream in collo ejus tenebat, & circumquaque eum trahebat. Videns Præses contremuit, & excitatus misit ad Sacerdotes, & cum ingenti pavore dixit ad eos : Per Deum vos conjuro, qui crucifixus est & resurrexit ; ut qualem legem vos accepistis, talem mihi detis : quia in somnis cælum apertum vidi, & sua judicia Deus mihi revelare dignatus est. Prosternentes se Sacerdotes in terra, adoraverunt ; glorificantes Deum & dicentes ; Deus qui dispersa congregas, & congregata conservas, qui misisti filium tuum unigenitum in terra, qui patibulum crucis pro nobis sustinuit, & nos liberare dignatus es de manu diaboli ; qui fundásti terram, & mari terminum posuisti, & cælum extendisti ; qui misisti soporem tuum in Adam, & Evam de costa ejus formasti, & de ejus origine separavisti omnes homines : dignare mittere amorem tuum cælestem in nos, ut

F qui viso horribili territus,

converti-tur ad fidem Christi :

A EX MSS. cognoscamus omnes quia tu es verus Dominus, qui cum unigenito filio tuo & Spiritu sancto, vivis & regnas per immensa secula seculorum. Amen. Et responderunt omnes viri & mulieres cum magno gaudio : Amen.

simul & populus Samariæ,

5 In illa hora cœperunt Sacerdotes gratias agere Deo, qui dignatus est jungere impios inter choros Sanctorum : & venerunt Arthios, Messias, Sophyr, Manuël, & Adonas Sacerdotes, & dixerunt ad populum, Audite nos, viri & mulieres, parvuli & seniores. Estote parati, quia omnes unum Deum habemus. Vigilate in oratione, vigilate in jejunio, in castitate, in silentio : quia Deus noster sicut fur in nocte ita veniet. Et jejunaverunt pariter viginti quinque dies in Domino, & cœperunt Sacerdotes inter se quærere, quam legem accepturi essent. Respondentes Sophyr & Manuël, dixerunt : *f* Dominus dixit ad Nicodemum ; Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non introibit in regnum Dei. Et cœperunt cogitare qualem baptismum, & venerunt ad fluvium Excutium, *g* qui procedit de una cisterna : & ibi est lacus altus, & benedixerunt aquam, omnes pariter credentes dederunt nomina sua, & baptizati sunt in Domino. Tunc Sacerdotes obtulerunt Corpus & Sanguinem Domini, & communicati sunt omnes, & in Domino confortati : & baptizati sunt promiscui sexus numero mille quadringenti octuaginta quatuor, & cum gloria reversi sunt ad propria.

f qui pariter baptizantur ad 1484

B *g*

& in Ierusalem adducti Maxentio,

6 Tunc Julius & Marciſco, Joannes & Agapitus oraverunt ad Dominum : Domine Jesu Christe, Pastor bone, qui discipulis tuis dixisti ; Nolite cogitare, cum steteritis ante Reges & Præsides, quomodo aut quid loquamini, quia Spiritus Patris vestri loquetur in vobis. Da, Domine, consilium tuum & scientiam tuam super nos, non permittas errare, sicut oves non habentes pastorem. Igitur mandavit impiissimus Chosroës & Maxentius filius ejus, ut Saton Præses veniret cum omni exercitu suo, & super Hierusalem & super Samariam, & deleret Nazarenum de terra. Saton Præses, cum Sacerdotibus & cum omni populo, dixerunt : Deleat eum Deus de libro vitæ, qui delere vult nomen Domini de

C terra. Nam cogitet iniquus Chosroës, quod Socius est Annæ & Caiphæ, Judæ & Herodis, quia quod de illis factum est, hoc de se fiet : & ecce illi sepulti sunt in inferno. Responderunt populi iniqui & dixerunt ad Principes : Alii capite puniantur, atque alios vivos ardere faciatis : quia si isti vivunt, omne regnum sibi subjugabunt.

constanter fidem profitentur

7 Et verba dulcissima locuti sunt ad Saton Principem : Insensate, stultus factus es, quia recessisti à regno decoris, & perdere vis florem tuæ juventutis : accede & adora deos qui te salvare possunt, & recede ab homine mortuo. Responderunt Sacerdotes, Arthios & Messias, & Saton Præses, & dixerunt : Bene dixisti, ut credamus in Deum Salvatorem mundi, & idola vana & surda respuamus, quæ nec sibi nec aliis prosunt. Responderunt

h Marcius *h* & Marcellianus, qui missi sunt à Chosroë Imperatore, & dixerunt ad populum : Qualia mirabilia in vobis fecit, quia vos in illum creditis ? Populi dixerunt, multa mirabilia Dominus fecit, cæcos illuminavit, mortuos suscitavit, & nobis magna mirabilia ostendit, quando in pectora nostra revelare dignatus est suam sanctam sapientiam. Erat autem quidam, Stephanus, à vidua matre sua nomine Theones, quem loqui fecerunt, & verbum vitæ prædicare, qui erat duorum annorum & trium dierum.

D *& puerum bimulum loqui pro se faciunt.*

Paret ille & confundit ministros Regis.

8 Marcius & Marcellianus ut eum tanta dicere viderunt & talia, subridentes ad eum dixerunt : Loquere nobis tu, Puer. Stephanus respondit : In Euangelio sancto Dominus dicit, Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant. Et dixit : Filioli, non vos seducatis, sed credite in nos, & baptizemini, & accipite pœnitentiam, quia blasphemastis Deum verum & vivum. Marcius & Marcellianus patienter auscultabant verba ejus, & ingeniose simulantes, dixerunt : Stephane, si tu puer nobis credis, & desinis sic agere, aurum & argentum, & inæstimabiles vestes dabimus tibi. Stephanus respondit eis, dicens : Si vos creditis in Dominum meum Jesum

E Christum, aurum & argentum vobis dabo, & perpetuum regnum vobis promitto. Tunc eum circumvenire cœperunt, quomodo eum subripere possent ; quantoque plus illi cum eo pugnabant, eo magis scientia & sapientia ex ejus ore audiebantur.

ipsosque convertit,

9 Marcius & Marcellianus talia mirabilia in Stephano videntes, cucurrerunt ad pedes Sacerdotum, & cum fletu rogare cœperunt, ut baptizarent eos. Tunc Saton Præses, cum Arthio & Messia Sacerdotibus, gloriam dederunt & dixerunt, Gratias tibi agimus, omnipotens Deus, quod nobis per misericordiam tuam donasti, ut homines qui in dæmoniis crediderunt facias eos reverti ad se. Filii, jejunemus & oremus ad Dominum, ut nos recipiat inter servos suos. Et jejunaverunt sex dies : die autem sancto Dominico baptizati sunt Marcius & Marcellianus, cum aliis promiscui sexus viginti quinque. Elevatis oculis in cœlum, Marcius & Marcellianus viderunt Dominum sedentem in throno, duas quidem coronas in capite eorum ferentem & odor suavissimus erat in coronis, & viderunt Regem Chosroën cum suo exercitu, sicut horribiles muscas, inter pedes Sanctorum euntes circumquaque.

F *quo audito Chosroës,*

10 Cum audisset Chosroës quod Marcius & Marcellianus credidissent, & baptizati essent ; nimis iratus & inflammatus adversus Sanctos, misit per omnes exercitus suos, & direxit illos ad civitatem illam, ut omnes gladio punirentur ; quia omnes habitantes in ea cognosco quia credunt & adorant Nazarenum, & cum illis intereant Saton Præses, simul Marcius & Marcellianus : majores & minores, omnes gladio feriantur. Quod audientes Arthios, Messias, Sophyr, Emmanuël & Adonas Sacerdotes, Marcius & Marcellianus, Julius & Marciſco, Joannes & Agapitus, coadunaverunt cunctam civitatem illam ; & dixerunt ad eos : Filii & Fratres & Sorores, estote parati ; quia ecce venit tempus, quo accepturi estis coronam martyrii. Confortate vos, & state in fide ; & nolite timere eos qui corpus occidunt, animam & corpus non possunt perdere in gehennam. Responderunt populi & dixerunt : Ecce gloriam, quam semper desideravimus : nos non habemus fiduciam & spem, nisi in Deum & Dominum

mortem omnibus decernit,

Je-

A Jesum Christum, qui fecit cælum & terram. Nam omnes nos parati sumus ad palmam martyrii introire. Ecce nos quotidie optavimus ad istam gloriam pervenire.

& Ierosolymam veniens

11 Igitur impiissimus & nequissimus adversarius advenit Chosroës, cum suo exercitu: & intravit in sanctam civitatem cum filio suo Maxentio: & nimio furore repleti apprehenderunt cunctum populum, & versis manibus ligatos omnes alapis percutiunt: & irati dixerunt ad eos, Ecce excæcati estis, insensati; & stulti, quia adoratis Nazarenum mortuum, & dereliquistis Deum Jovem & Apollinem: & jussa Regis contempsistis. Sancti autem clamabant: Christe, adjuva nos, quia non adoramus nisi Patrem & Filium & Spiritum sanctum; idola vana, muta & surda respuimus manufacta, non se nec alios juvant, sed damnant; Regisque jussa nullatenus faciemus. Beatus Stephanus clara voce dixit, Nolite margaritas vestras ante porcos jactare, Fratres, quia calcant eas pedibus suis. Tunc Maxentius furore plenus dixit: Ergo & nos porci sumus? Et jussit eos statim cum impetu fustibus cædi.

puerum Stephanum fustigari mandat:

B

animat eum Theones mater:

12 Mater ejus Theones, cum vidisset Stephanum filium suum cum ceteris Sanctis fustibus cædi, erigens manus ad cælum, pectus tundens pugnis, caput percutiens ad terram, una osculando dicebat: gratias tibi ago, Christe salvator & Rector, quia filium meum video servum tuum esse & participem regni cælestis, deprecor te, Domine Jesu Christe, ut non separer ab unico filio meo, neque in hoc sæculo neq; in futuro. Statim autem Theones ante præsidem adducta est: cui dixit Præses: Videtis magica arte delutos filium & matrem, deos eum præciteris contemnunt, nec timent præcepta Principum nec custodiunt. Tunc Maxentius simul & præses dixerunt: Statim adducite puerum ad templum Martis foras; quod si noluerit sacrificare, capite puniatur. Theones cum ceteris Sanctis una voce dixerunt: Noli expavescere, fili, quia hodie accipies coronam vitæ. Tunc cum lapidibus os Theones tundentes, dimiserunt eam; & B. Stephanus ductus est extra civitatem ut adoraret.

C

i

& cum illo ad bestias ducitur:

13 Jusserunt Imperatores venire ursos & leones in amphiteatrum, ut impetum facerent in Theonem & reliquos Sanctos. Theones ut vidit timuit. B. vero Stephanus dixit *i*: Noli timere furorem bestiæ, mater, quia Dominus conteret dentes bestiarum, & reprobat consilia Principum. Cum autem ad templum B. Stephanus Martyr veniret, ait. Quare, miseri, vos coarctat diabolus, qui dicitis ad hominem Christianum, ut derelinquat Dominum creatorem suum, & adoret statuas lapideas & surdas & mutas. Tunc Sacerdotes sancti, & Saton Præses in abscondito oraverunt: Domine Jesu Christe, qui supra mare ambulasti, & ipsum tacere fecisti & quiescere, permitte istos leones & ursos & furores eorum quiescere & tacere; ut cognoscant isti, qui superbi & tumidi sunt, quia tu es vivus & verus, qui regnas in secula sæculorum. Amen. Dimissi sunt autem ursi duo & leones tres. Stephanus & Theones mater ejus in medio steterunt. Cucurrerunt ursi & leones ad pedes B. Stephani & Theones matris ejus, & lingebant & osculabantur pedes eorum. Inflammati vero Reges adversus eos, leones & ursos jusserunt occidi. Videntes Christiani hoc factum, confortati in fide, clamaverunt: Benedictus Dominus, qui confortavit servos suos. Populi autem astantes & cognoscentes virtutem Domini, crediderunt in Domino, viri duodecim; locum expectantes ut introirent ad Sanctos.

ambo illæsi permanent.

D

EX MSS.

His & Sacerdotibus alio ductis,

14 Tunc jussu Imperatorum patris & filii apprehensi sunt Arthios, & Messias, Sophyr, Emmanuël, Saton Præses & Marcus, Julius & Marciseo, Joannes & Agapitus, Stephanus & Theones: & separati sunt isti à ceteris Sanctis. Populus autem videns istos à se segregatos cæperunt plangere, & osculati sunt se pariter, & dicebant: Ecce vos pergitis ad vitam æternam, & nos miseri quid faciemus? Responderunt Arthios & Messias Sacerdotes, & dixerunt ad populum: Filii, nolite flere, quia non separamur à vobis, sed imus præparare vobis cælestes mansiones. Ecce tempus quod semper desideravimus, & optavimus ad istam gloriam pervenire.

E

populus ad defectionem solicitatur:

15 Accessit impiissimus Rex ubi erat tota congregatio Christianorum, & clara voce dixit ad eos: Ecce stulti, quare non receditis ab amentia vestra, & quæ præcipio vobis facitis, sicut Sacerdotes vestri? Ipsi mihi consenserunt, & jussa mea adimplentes vos dereliquerunt, & Deum propitiatorem Jovem adoraverunt; facultates suas receperunt, & incolumes facti sunt & amici nostri, fruuntur bonis nobiscum. Facite etiam vos meam voluntatem, & adorate Deum nostrum, & fruimini pariter bonis vestris: quia si non creditis mihi, per Deum Jovem vos faciam incendi. Cui sanctus Verillus respondit: Impie tyranne quare non erubescis tanta mala dicere, quia tales sunt frontes tuæ sicut canis qui non erubescit? quia dicis ut deseramus auctorem nostrum Dominum Jesum Christum, & adoremus statuam lapideam manufactam. Iratus Chosroës statim jussit abscindi linguam beati Verilli; quod sanctus Verillus gaudenter patiebatur: & cum diu cæderetur, elevans oculos ad cælum, dixit: Gratias tibi ago, omnipotens Domine, quia dignatus es me conjungere inter servos tuos. Populus autem, ut vidit mirabilia quæ facta sunt, benedixit Dominum, qui salvos facit sperantes in se.

respondet pro cunctis Verillus,

F

& convertit aliquos ex gentilibus.

16 Illi autem duodecim, qui credebant in Dominum, cœperunt quærere à Rege Chosroë, ut eos illis daret in custodiam: quia si noluerint sacrificare, capitalem subirent sententiam. Audiens hoc Rex gaudens effectus est, & jussit statim apprehendere Sacerdotes & mitti in potestate eorum. Cumque ducerent eos in domum suam, lavantes & osculantes pedes Sanctorum, dicebat: Adjuramus vos per omnipotentem Deum, ut detis nobis Legem vestram, quia magna est; & Deum vestrum magnum & glorioſum esse cognovimus. Responderunt Sancti & dixerunt: Magnus & verus Dominus Jesus Christus est, nos autem talem legem habemus, credere in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ut baptizemini & derelinquatis diabolum & pompas ejus. Responderunt Georgius & Sergius, Donatus & Petrus Exorcista, *k* & Marcel-

k

A cellinus frater ejus : Nos omnes credimus in Deum vivum, ut dignetur nos recipere per misericordiam suam.

17 Responderunt Sancti : Scimus quia misericors est Dominus & non vult mortem peccatorum, sed ut convertantur & vivant ; & non venit vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. Responderunt Georgius & Sergius : Cognovimus quia verus est, ursos & leones superavit, & sine lingua hominem loqui fecit. Sancti Dei dixerunt : De Domino nostro legimus, Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem, nam si creditis in Patrem & Filium & Spiritum sanctum ex toto corde, poteritis vitam æternam adipisci & remissionem peccatorum. Georgius & Sergius dixerunt, Nos semper desideravimus sacrum baptismum percipere in nomine sanctæ Trinitatis, gratuito animo. Arthios & Messias Sacerdotes oraverunt ad Dominum, & dixerunt : Gratias tibi agimus, omnipotens Deus, quia nobis dedisti gratiam tuam superare diabolum, & Chosroën adversa-
B rium qui nos perdere desiderat. Respice in nos, Domine, secundum misericordiam tuam. Et statim catechizaverunt eos : & acceptâ aquâ benedixerunt, & dixerunt ad eos : Si creditis in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Responderunt, Credimus. Et in Jesum Christum filium ejus, unicum Dominum nostrum, natum & passum. Responderunt, Credimus. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, carnis resurrectionem. Responderunt, Credimus.
l Et acceperunt *l* nomina, & baptizati sunt, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen. Elevatis oculis Georgius & Sergius in cælum, gloriam Dei aspicientes, dixerunt : Gratias tibi agimus, omnipotens æterne Deus, quia dignatus es nos conjungere inter servos tuos, quia demonstrasti nobis misericordiam tuam.

Quibus etiam baptizatis,

18 Rex vero Chosroës mandavit Georgio & Sergio dicens, ut ad palatium perducantur ad sacrificandum diis immortalibus. Georgius & Sergius dixerunt ad Arthion *m* & Messiam, Saton Præsidem & Marcium & Marcellianum : Chosroës impiissimus mandavit, ut vos ad palatium perducamus. Responderunt Sancti & dixerunt : Filii, estote parati, quia ecce tempus accipiendi vitam æternam. Responderunt Georgius & Sergius, Quare nos non vociferamur, quia nos Christiani sumus. Sancti Dei dixerunt : Filii, non vos seducant blandimenta hujus seculi, sed estote parati in Domino, & quando clamabimus vos, veniatis ad nos ; & soliciti estote quando moriemur, & sepelite nos, & postea clarificate nomen Domini. Tunc Georgius & Sergius acceperunt benedictionem ab Arthio & Messia Sacerdotibus, sumpseruntque cibum cum exultatione, & venerunt ad Regem dicentes : Ecce isti quos nobis dedisti. Chosroës ait : Sacrificaverunt diis immortalibus ? Respondit Georgius : Loquere tu cum illis. Ait Rex Marcio & Marcelliano, Sacrificate diis immortalibus, & estote amici nostri, & gaudeat anima vestra, & vivetis in æternum. Responderunt Sancti : Quare coarctat vos diabolus, quia dicitis ut derelinquamus Deum vivum & verum, qui fecit cælum & terram ? Audito hoc Rex, iratus dixit. Per Deum invictissimum Jovem & Apollinem seu Dia- D nam, quia nemo vos de manibus meis eruet, sed vivos vos faciam igne cremari. Responderunt Sancti Dei : Quod dicis, impie, facito, quia nullatenus jussa tua explebimus.

m & fidem Christi libere confitentibus,

C

19 Statim impius Rex, jussit ligari Sanctos collo ad collum, ut ad civitatem Hierusalem eos adducerent, & recluderent eos in natatoria Siloë, & ligaverunt eos ibi. Chosroës cœpit civitatem sanctam Hierusalem circuire, & cum dolo pacem falsam fecit, & intraverunt milites sui in sanctam civitatem, & desolaverunt eam, & facta est desolatio magna : apprehenditque aurum & argentum de templo Domini, & lignum sanctæ Crucis, & lapides pretiosos. Et jussit turrem ædificare ex auro & argento & lapide pretioso quæ de templo Domini tulerat : & in summitate turris vitreum construi *n* cælum, & aquam ibidem per fistulam ascendere præcepit ; equorum simul & porcorum cursus ibidem fecit, & quasi tonitrua vocis audiebantur. Ligari prope se lignum sanctæ Crucis constituit ; coronatus sedebat aquas fundere ex ipso vitreo cælo per artem præcepit vocibus & tonitruis. E

aggressus Hierusalem Chosroës

in ea dolose occupata vult adorari ut Deus.

n

20 Hæc videntes Populi dicebant : Quia non est alius Deus præter Chosroën, qui pluviam dat & tonitrua facit. Cui Sancti dixerunt, O stulti, cur excæcati estis, qui derelinquitis Deum verum & vivum qui fecit cælum & terram ; & adoratis hominem qui est stercus & vermis, & Deo vos eum similatis. Nam si ille, ut simulatis, Deus est, aut infirmum sanet, aut mortuum suscitet. Hoc audiens Rex, nimis iratus, jussit ut Sancti Dei fustibus cæderentur. Et dum diu cæderentur, vox de cælo audita est : Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Sancti audientes hoc, dixerunt : Gratias tibi agimus, Domine Jesu Christe, quia dignatus es consolari servos tuos. Tunc Marcius & Marcellianus dixerunt Chosroæ : Stulte & insensate, quare non agnoscis vivificæ & Sanctæ Crucis lignum, quod post te habes, in isto seculo ; sed damnatio tibi erit in futuro, & præparatum tibi erit æternum supplicium.

Quam ejus insaniam explodentes Sancti,

21 Tunc Rex cum filio suo Maxentio jusserunt sibi sedem præparari ante templum *o* Martis, & præsentari Sanctos Dei ligatos, quibus dixerunt, Per virtutem Dei Apollinis & Dianæ, si non sacrificaveritis, mox meo gladio peribitis. B. Stephanus dixit : Ventus est ira tua, Rex, & nihil nobis nocebit : quia à Deo nostro præparatum habemus regnum & gloriam sine fine. Iratus impius Rex misit, & jussit venire milites gladiatores, & ut omnes transverberarent Sanctos longe à se. Venerunt autem ad locum destinatum Arthios & Messias, Sophyr & Emmanuël, & Saton, Marcius & Marcellianus, Julius & Marcisco, Joannes & Agapitus, & cœperunt adorare ad Dominum dicentes ; Domine Jesu Christe, mitte super nos misericordiam tuam : & ne confundas nos, sed fac nos ad tuam misericordiam pervenire. Sed deprecamur te, Deus omnipotens ; ut quicumque jejunaverint vigilias nostras, & celebraverint diem festum nostrum, scribe eos Domine in libro vitæ, & deleas eorum peccata, & de quacumque tribulatione clamaverint ad nos Domine exaudi

o

F

& minas tyranni contemnentes,

ad mortem se offerunt,

A di eos, qui vivis cum Patre & cum Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum ; & reſponderunt Sancti , Amen. Et vox de cælo audita eſt, Athletæ Dei , exaudiţæ ſunt orationes veſtræ.

22 Tunc Sancti Dei cervices tendentes crudelibus ſpiculatoribus, ſanguinem ſuum fundentes, decollati ſunt, & turba magna Sanctorum decollata eſt. Præcipientibus impiiſſimis Regibus Choſroë & filio ſuo Maxentio tyrannis, gladio paſſi ſunt viri & mulieres, numero mille quadringenti octoginta quatuor: corpora vero Sanctorum, à canibus comedenda, & à beſtiis & volatilibus dilaceranda, in ipſis locis relicta ſunt ; nulluſque eſt auſus ea ſepelire ; ſed per totum diem cuſtodita ſunt. Georgius autem & Sergius noctu, cum duodecim viris qui à ſanctis Dei baptizati ſunt, collegerunt ſanctorum corpora Martyrum, & miſerunt ea in baſternas : & ubi baptiſmum perceperant, cum ſumma diligentia ſepelierunt, ubi eorum orationes *p* florent uſque hodier-

p num diem. Beati vero martyris Stephani, filii Theones, facto crine per ſingulos annos

B cæſaries capitis *q* tondetur, uſque in hodier-

q num diem . Decollati ſunt ſancti Dei martyres gladio, decimo Kalendas Julias, regnante Domino & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, cum Patre & Spiritu ſancto , per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

& cum reliquis capite plectuntur.

ANNOTATA D. P.

a *Choſroë filius infra* Maxentius , *revera* Mardeſanus *ductus*.

b *Romanorum hi dii erant , non Perſarum : itaque aliud Ms. jubet adorari* Solem.

c *Ecgraphum noſtrum* Sanctam ; *ſed aliud Ms.* Samariam *ſuggerit* .quæ Sameron antiquitus dicebatur ; *& correctionis neceſſitas patet infra num. 6 ubi* Hieruſalem *&* Sancta *nominantur velut civitates diſtinctæ : ac rurſum num. 19 ubi jubentur Sancti à ſua civitate duci in Hieruſalem.*

d *Imo ante annos ferme ſexcentos.*

e *Cur non potius* Zacharias , *tunc Patriarcha?*

f *Quaſi vero nondum omnes Chriſtiani eſſent & baptizati.*

g *Aliud Ms.* Abanna , 4 *Reg.* 5 Abana & Pharphar *fluvii Syriæ dicuntur ; ſed hi Damaſcenum agrum irrigantes , duplo longius abſunt Samaria , quam ipſa Hieruſalem.*

h *Saltem Perſica nomina Legatis hiſce impoſuiſſet fabulator.*

i *Quomodo hic ibi aderat jam ductus extra civitatem?*

k *Videntur hi mutuo ſumpti ex 2 Junii , quo coluntur* Marcellinus Presbyter & Petrus Exorciſta, *Martyres Romæ ſub Diocletiano.*

l *Quaſi univerſim mos fuerit nova nomina in baptiſmo accipere.*

m *Scriptum hic erat* Arthemium , *quod magis placeret ſi ſæpius recurreret.*

n *Tradućta huc ea ſunt ex Cedreno qui an.* 13 *Heraclii narrat , quomodo Heraclius Gazacum Mediæ urbem cœpit , ubi Cræſi theſaurus à Cyro repoſitus fuerat ; ibique* invenit Choſroæ ſimulacrum & effigiem, ejus in tholopalatii formam globi referente, tamquam in cælo reſidentem. Circum E erant Sol & Luna & Aſtra , à quibus infelix ille coli ſe tamquam Deum faciebat , circumſtantibus ſibi Angelis ſceptriferis. Machinas porro impius paraverat , quæ ex eo loco guttas pluviæ inſtar emitterent , ſonitumque tonitrui æmulum redderent. *Ubi dum Græce legitur οις ὡς θεοῖς ἐλάτρευε quod eſſet* quibus ut Deis ſerviebat ; *omnino puto mendum eſſe , legendumque οἷς ὡς θεος ἐλατρευετο* , à quibus ut Deus adorabatur.

o *Quis , niſi delirus totus , tempore Choſroæ templum Martis concipiat extitiſſe Hieroſolymis?*

p *Communis hæc pleriſque Legendis , diu poſt ſcriptis formula , quam non vere huc aptata ſit ; ex præcedentibus collige.*

q *Etiã mortuis capillamenta creſcere viſa aliquando legimus & audivimus : non item ſic , ut ſemel detonſa recreſcerent ; & quidem identidem ; an id de aliquo Sancto verum ſit, unde id accipi potuerit, neſcio.*

DE S. PAULINO EPISCOPO

C *NOLÆ IN CAMPANIA ITALICA.* F

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P. ### §. I De cultu Sancti deque Actorum ſcriptoribus , Uranio coævo, & Sacchino atque Chiffletio S. I. Presbyteris.

AN CCCC-XXXI.

Elogium primus ſcripſit Florus Lugdun.

NOlanæ *civitatis decus*, Paulinum *ejus* Epiſcopum, *Sanctorum Faſtis adſcriptum reperio in antiquiſſimis Codicibus ; & in Epternacenſi , quo ante annos circiter mille exarato uſus eſt , ſi non ipſemet illud ſcripſit S. Willibrordus, poſt Hieronymiani Martyrologii Sanctos , omnibus ecgraphis communes, ſic eodem charactere legitur*, In civitate Nola , Paulini Epiſcopi : *pro quibus in Corbejenſi , ſed manu recentiori , eſt additum* In Nola civitate , Natalis S. Paulini Epiſcopi & Confeſſoris : *quæ eadem fere in Lucenſi ac Barberino paulo recentioribus ideoque eadem qua cetera manu , tranſcribuntur ; niſi quod Barberinum Ms. omittat titulum* Confeſſoris ; *Blumianum vero ſolum habet*, Nola Natale S. Paulini. *Corbejenſe Kalendarium in Gallia* Paulini Hortulani, (*imo* Nolani) Epiſcopi & Confeſſoris. *Brevius etiam Auguſtanum S. Udalrici , & Gellonenſe ,* Paulini Confeſſoris. *Florus Lugdunenſis, vacantes in genuino Bedæ Martyrologio dies quadamtenus ſupplens , circa ſeculi* VIII *ac* IX *confinia* (*quem deinde Uſuardus, Ado , & ceteri veteres ac novi , ipſiuſque Romani Martyrologii compilatores certatim ſecuti ſunt, contractiori alii , alii prolixiori phraſi*) *Florus inquam Lugdunenſis addidit nomini prolixius elogium, poſt verba Bedæ de S. Albano Britanniæ Protomartyre , idque hujuſmodi in tribus apographis , Atrebatenſi, Latienſi ac Tornacenſi:* Eodem die, Nolæ depoſitio S. Paulini , Epiſcopi & Confeſſoris , qui valde dives & locuples , ad verbum

Nomen in antiquiſſimis Mſſ. Mrliis.

A AUCTORE D. P. *Epiſtolam de obitu Uranius Presb. ſcripſit:*

bum Domini vendidit omnia quæ habebat, & dedit pauperibus Deinde Epiſcopus factus, tantum virtute multiplicata in gratiarum charismatis reſplenduit, ut in obitu ſuo S. Martinum, & S. Januarium Epiſcopum Italicum, priuſquam ſpiritum redderet, corporeis oculis contemplaretur: prius enim eo de hoc mundo migraverunt; *Martinus quidem ante finem ſeculi* IV, *Januarius vero ſub ejuſdem initium: ipſe vero, uti teſtatur* Uranius Presbyter *familiaris, qui de* obitu *ejus* ad Pacatum *ſcripſit*, obiit X Kalendas Julii, Baccho & Antiocho viris clariſſimis Conſulibus, *id eſt, anno* CCCCXXXI.

Vitam à Roſweido editam diu Anonymus,

2 *Si idem Uranius, eâdem qua obitum, etiam vitam ſcribere diligentia curaviſſet, non fuiſſet in ea ordinanda viris eruditis laborandum. Primus id fecit, ſed Anonymus manere optavit eruditus noſtræ Societatis Sacerdos, cum Heribertum Roſweydum acceptiſſet intendere illuſtrandis & excudendis Sancti operibus, prout ea ex prælo Plantiniano prodierunt* MDCXXII. *Ibi inter Opera Paulini & Amœbæas Notas Frontonis Ducæi ipſiuſque Roſweidi, legitur* Vita *Sancti*, ex ſcriptis

B ejus & veterum de eo elogiis concinnata, *ſub hac Roſweydi ad Lectorem Præfatiuncula.* Uti Româ hanc Vitam, ab amico Socio concinnatam, accepi; ita tecum communico. Voluit nempe ille latere magis, quam inclareſcere: ita cum Paulino colorem ſuum dat, ab eodem calorem hunc traxit. Nec meum fuit fidem violare, qua me obſtrictum voluit. Modo Paulinus in publicum utilis, ſat fructuum ad ſe rediiſſe exiſtimat; ſi conſcientiam ſolam teſtem habeat. *Sed ut ille latere voluerit, ſecretique fidem ſervaverit Roſweidus; patuit tamen arcanum totum ex primo ſeculo ſeu Bibliotheca Scriptorum Societatis Jeſu; ſive hujus collector Philippus Alegambe Auctorem cognoverit, ex aſſervato Romæ autographo & notiſſima iſtic manu; ſive Bollandus noſter, Antverpiæ curans impreſſionem ad* Franciſci Sacchini *nomen, reliquis ejus Philippo enu-*

deinde notus Franc. Sacchinus:

meratis ſcriptis, adjecerit S. Paulini Vitam ab Heriberto Roſweido vulgatam, *certus ipſum eſſe auctorem, ex utriuſque inter ſe Epiſtolis, ſupra ea re poſt mortem utriuſque repertis inter Roſweidi ſchedas. Nec difficile eſt Hiſtoriæ Societatis*

C *ſecundam, tertiam, quartam, ac quintam partem, à Sacchino elaboratas pervolventi, ſtylum iſtic & hic eumdem deprehendere; imo eaſdem non raro phraſes: equidem, cum num. 6 hic legi, quod Auſonius* Paulinum *inſtruendum ſuſcepit*, ſedulitate induſtriaque præceptoris, humanitate patris ac pietate, *recordatus continuo ſum, ſæpius à me lectum in Vita B. Staniſlai Koſtka, ſub annum* MDCXII *Romæ vulgata à Sacchino, quod ſanctus ille juvenis, in colendo ſuo germano Paulo*, ut amorem ſuperabat fratrum, ſic obſequia vicerit famulorum. *Fuit autem* Paulini Vita *ultimus fere litterarius Sacchino labor, cum enim provecto quousque licebat Hiſtoriæ opere à Generali Mutio Vitelleſco eſſet aſſumptus in Secretarium, ſubciſivis horis oppellam iſtam amico veteri dedit, & triennio poſt obiit, anno* MDCXXV, XVI *Septembris, initæ Societatis* XXXVII.

3 *Alter in eodem argumento verſatus, ſed hiſtoriæ nodos evolvere magis quam Vitæ hiſtoriam contexere ſolicitus, fuit item noſter* Petrus Franciſcus Chiffletius, *in opere quadraginta poſt annos excuſo, cui titulum fecit* Paulinus illuſtratus; *quod voluit pro Appendice ſervire operibus, ſi quando aliquis ea ſumeret, ex ipſius præſcripto corrigenda, ordinanda, atque ſupplenda, id enim ei tunc facere non licebat. Is qua ratione, quove conſilio animum ſcriptione tali adjecerit, ſic paucis aperit.* Venerunt mihi in manus Paulini opera aliquot, manu exarata. His à me collatis cum editione Plantiniana, omnium accuratiſſima; vidi primum, huic deeſſe Paulini Epiſtolam ad Eucherium & Gallam, tunc in Lero inſula degentes; brevem quidem illam, ſed gemmarum inſtar in exigua molé pretio maximum. Intellexi ex hac Epiſtola, apertum mihi campum ampliſſimum, ad eos profligandos, qui Eucherium juniorem Lugdunenſem Epiſcopum ſibi finxerant, Gallæ maritum; quam tamen Eucherio Seniori, imo ejus nominis inter Lugdunenſes Epiſcopos unico conjugem, Paulini hæc Epiſtola oſtenderet. Ad hæc ex eiſdem Mss. codicibus, atque ex Flori Lugdunenſis Collectaneis in omnes Apoſtoli Pauli epiſtolas, deprehendi imperfectam eſſe in vulgatis Epiſtolam, quæ ad Pammachium prænotabatur: atque ad eumdem Pammachium datam fere eſſe totam Pau- E
lini Epiſtolam, quæ inſcripta eſſet ad Alethium; *cum auctario Epiſtolarum*
unde indolui turbatam Paulæ Romanæ familiam, etiam à doctiſſimis viris, qui ex hac male percepta, ac præpoſtere digeſtâ Epiſtolâ, Alethium Paulæ generum, Ruffinæ porro ejus minimæ natu filiæ maritum affirmabant: cum tamen Ruffinam ex Hieronymo conſtaret morte immaturâ ſublatam, in ætate quidem nubili, ſed veroſimilius ante nuptias; certe Alethio Cadurcenſi numquam fuiſſe uxorem. A compactorum oſcitantiâ eam labem cognovimus duabus Paulini ad Pammachium & Alethium Epiſtolis jam olim affuſam, quæ remotioris antiquitatis certis teſtimoniis eluenda eſſet.

4 Animadverti præterea, ex iiſdem Mss. codicibus, vulgatam Paulini ad ſanctum Amandum Epiſtolam in duas diffindendam eſſe; ſicut & Epiſtolam ad Romanianum, *& correctione earumdem,*
quæ alteram carmine ad Licentium ejus filium datam includit. Diverſas denique ab editis lectiones, in omnibus pæne Paulini Epiſtolis, ex iiſdem manu deſcriptis in veteri membrana exemplaribus, obſervavi; quæ Paulini genium atque ingenium præ vulgatis præferrent. Quid plura; Paulini Conſulatum, Baptiſmum, Monachiſmum, Sacerdotium, Epiſcopalem ordinationem, Natales S. Felici dicatos, Melaniæ Senioris & Nicetæ Dacorum Epiſcopi per Nolam tranſitus, alienis temporibus à pleriſque adſignari animadverti. Captivitatem quoque ejus.... nec ſuo tempori reddi, nec ejus narrationem (quæ Gregorii Papæ eſt) Uranio vere adſcribi; & quidquid fere vir tantus vel egiſſet vel ſcripſiſſet, in chronologiam præpoſtere; etiam à recentiorum eruditiſſimis digeri. *atque hiſtoriæ inde pendentis elucidatione,*
Quid commemorem viſionem S. Paulini, Ioanni Epiſcopo Neapolitano triduo ante obitum oblatam; quam ab aliquot Scriptoribus Italis, imo & Neapolitanis, perperam tribui videbam Ioanni, inter Epiſcopos Neapolitanos ejus nominis quarto, qui octingentis fere abhinc annis floruit; cum eam antiquiori Ioanni, hujus nominis primo tribuendam, in aperto ſit; qui proximo poſt Paulini obitum anno, æræ Chriſtianæ CCCCXXXIV die

D *alteram Petrus Franc. Chiffletius*

F

A die Sabbati ſancti, menſis Aprilis ſecundâ, ad Superos evolaſſet? Hæc & alia de S. Paulini rebus à me obſervata, parum abfuit quin me permoverent, ad novam ejus Operum moliendam editionem, cui, poſt Heriberti Roſweydi & Frontonis Ducæi amœbæas Notas, tertio loco meas apponerem; ut ex omnibus aliquid exiſteret, quo tam diſerti ac tam ſancti Scriptoris ſtudioſis fieret ſatis: mentemque illis injicerem, ad Magni Theodoſii Panegyricon, ceteraque nondum edita ejus opera, per omnes veterum bibliothecarum latebras diſquirenda. Sed inhibuit præſertim manſionis meæ Divionenſis, ad accuratiorem typographiam perquam inopportunæ, conditio: ſeditque animo tandem, quæcumque mihi ad Paulinum illuſtrandum comparata erant, in hunc libellum conjicere, integram (ut ſpero) ejus Operum impreſſionem aggredienti aliquando profutura. Si conſilium meum probaris, ac notulis meis, majora tu ipſe aggreſſus uti volueris, adquieſcam.

in ordine ad novam editionem operum,

B 5 *Hactenus illa Præfatio, in qua potuerat etiam* Henſchenius *noſter commemorari, propter operam minime contemnendam ab eo navatam, ut rogabatur, in Epiſtola Uranii conferenda cum Sanmaximinienſi & Scheckingiano Ms. explicandaque Neapolitanorum Epiſcoporum chronologia, & duplicis Joannis ætate, unde multum ſe adjutum Auctor profitetur, in Epiſtola deſuper euchariſtica quam habeo; idemque patet ex autographis Henſchenii animadverſionibus quas recepi. Sequitur autem Præfationem Elenchus Partium & Capitum, ex quo ad primum oculi jactum diſcit Lector quod* Pars I de operibus S. Paulini *ſit, præſertim de Epiſtolis*; Pars II, de rerum geſtarum & ſcriptorum Chronologia: *quam deinde cap.* 35 *in ſynopſim colligit haud inutiliter hic apponendam.*

non ſine auxilio G. Henſchenii.

6 Anno Chriſti CCCLIV Burdigalæ in Aquitania natus eſt S. Paulinus.

Ex illo vitæ chronotaxis.

CCCLXXVII Mortuo Imperatore & conſule Valente, V Idus Auguſti ſuffectus eſt in Conſulatu Paulinus ad reliquum annum.

CCCLXXX Intereſt Paulinus Nolæ ad diem Januarii XIV Sancto Felici ſacram, eumque ſibi Patronum adoptat.

C CCCLXXXIX Hoc minimum anno, ante ſuſceptum Sacerdotium quarto, Paulinus Burdigalæ à Delphino Epiſcopo baptizatus eſt.

CCCLXXXXIII S. Paulinus in Hiſpaniâ, effuſis in pauperes facultatibus, monaſticam vitam aggreditur.

CCCLXXXXIV Primâ die hujus anni, ſecundum Dionyſium à Chriſti Natali deducti, quæ dies in Dominicam incurrit, conſecratus eſt Presbyter à Lampio Barcinonenſi Epiſcopo Paulinus: qui ejuſdem anni Januario primum Natalem cecinit S. Felici Nolano; & exinde alios ad quindecim, annis ſingulis ſingulos, eidem patrono ac dominædio ſuo velut tributum perſolvit. Idem hujus anni exordio ſextam ad Severum Epiſtolam, ac paulo poſt, circa veris initium quintam dedit. Poſt Paſcha Mediolanum venit ad S. Ambroſium Epiſcopum: inde Romæ aliquamdiu verſatus, Nolam denique ex voto ad S. Felicem ſe recepit.

CCCLXXXXV Theodoſio Imperatori ad XVI Kalendas Februarias vitâ functo, Paulinus panegyrico pereleganti parentavit. Eodem anno ad Severum primam & ſecundam, item ad Auguſtinum nondum Epiſcopum primam & ſecundam Epiſtolas dedit. Ipſe Auguſtinus menſe Decembri, vivo adhuc Valerio ſeni Hipponeregio ordinatus eſt Coëpiſcopus. D

CCCLXXXXVI Datæ ſunt hoc anno Paulini ad Romanianum, & ad Licentium Epiſtolæ: item ejuſdem ad Severum tertia & quarta.

CCCLXXXXVII S. Paulinus videtur conſecratus fuiſſe Epiſcopus Nolanus menſe Januarii, nec multo poſt Conſolatoriam dediſſe ad Pammachium ſuper obitu Paulinæ conjugis. Ad hunc ipſum annum referendæ ſunt Epiſtolæ Paulini ad Severum XIII, & ad Iovium XXXVIII.

CCCLXXXXVIII Nicetæ Dacorum Epiſcopi primus Nolam adventus ad Natalem S. Felicis. Anno eodem Melania ſenior Romam è Palæſtinâ rediens, Paulinum ex itinere Nolæ inviſit. Adhæc datæ ſunt Paulini ad Severum Epiſtolæ VII & XIV.

CCCLXXXXIX Hoc anno emiſit Paulinus Epiſtolas, ad Alethium XXXIII, ad Deſiderium XXXV, ad Sebaſtianum XL, ad Delphinum II; item ad Severum VIII, IX & X: quarum nonnullas jam ex anno præcedenti conſcripſerat. E

CCCCI Data eſt Paulini Epiſtola ad Delphinum tertia.

CCCCII Nicetæ Dacorum Epiſcopi ſecundus Nolam adventus, ad S. Felicis Natalem. Scriptæ ſunt anno eodem Epiſtolæ Paulini ad Severum XI de Cruce, & XII de baſilicis.

CCCCIX Roma obſidetur ab Alarico & auro redimitur; ſequenti capitur & ſpoliatur, alterutro autem S. Paulinus in Africam captivus abducitur, unde poſtea cum ſuis civibus remittitur Nolam.

CCCCXVI Circa hunc annum data eſt epiſtola Paulini ad Auguſtinum IV, qua & Melaniæ ſenioris filium in Africa defunctum & ipſam parentem ſuperſtitem commendat.

CCCCXIX Honorius Imperator Paulinum, magnis ornatum laudibus, ad Synodum invitat.

CCCCXXXI Baſſo & Antiocho Coſſ. X Kal. Julii, circa horam quartam noctis obiit S. Paulinus. *Hactenus Chiffletius, à cujus Chronologia nihil diſſentio, niſi quoad annum Ordinationis, quem infra ſtatuo differendum uſque ad annum* CCCCIX *vel ultra: & quoad ſervitutem Wandalicam in Africa quam alterius* Paulini, *etiam Nolani Epiſcopi ſed integro fere ſeculo junioris eſſe demonſtraturum me puto in Analectis.* F

Reliquæ partes opuſculi Chiffletiani indicantur:

7 *Caput* XXXIV *& ultimum hujus Partis* II, *conſtituunt* Scriptorum, prælertim veterum, de S. Paulino teſtimonia, quibus fere adſtruuntur quæ de ejus rebus geſtis in hoc opere diſputata ſunt. *In his primum locum merito obtinet* Epiſtola Uranii, ex Ms. Trecenſi emendatior eâ quam edidit Surius; *quo etiam contulerint variæ Lectiones ex Mss. Belgicis collatæ ab Henſchenio ut diximus: præter quæ ipſe ex Medicæo Florentiæ Ms. accepit, & nobiſcum communicavit, ejuſdem Epiſtolæ, ex Gregorio Magno interpolatæ ecgraphum, ad quod ipſam ex Chiffletii editione dandam etiam conferam eamdemque pæne integram reddam, & quidem primo loco idque privilegio*

A AUCTOR. D. P. & Carmen votivum Iusti Rycquii.

collegio antiquitatis auctoritatisque maximæ, licet de obitu fere solum agat, & pæne verbotenus contineatur in Vita à Sacchino nostro compilata, deinde ipsi Annotationes, seu Illustrationes, & quatenus opus fuerit etiam correctiones capitatim interponam & finiam cum Votivo Carmine Justi Rycquii Belgæ *Romæ per Jubilæum anni* MDCXXV *editum quod si ab auctore sibi amico citius accepisset Rosweidus, haud dubie additum voluisset* Paulini *operibus eo quod synopsim vitæ elegantissimam contineat. Ipsum vero carmen eo produco libentius quod eruditum hunc Belgam videam præteritum Auberto Miræo seculi* XVI *ac* XVII *scriptores diligenti cura collectos exhibenti, necnon nepoti ejus Auberto vanden Eeden eosdem in lucem danti. Meminit quidem Rycquii Andreas Valerius in Bibliotheca Belgica pag.* 604 *ubi iterum Romam profectum ait anno* MDCXXIV *atque Urbani Papæ* VIII *auspiciis & invitatu Cardinalis Cobellutii, fortunarum sedem elegisse Bononiam, ubi triennio post mortem immaturam obierit : sed edita ab eo opera multa enumerat Valerius, tacet* Votivum *istud* Carmen.

B *Celebris Nolæ domus Sancti.*

8 *Ambrosius Leo, linguâ Græcâ Latinâque eruditus, medicusque & Philosophus celeberrimus, initio seculi* XVI, *inter alios plures quos vario in genere scripsit libros, in Bibliotheca universali Gesneri & Neapolitana Toppii recensitos ; in libello de Nola patria sua, Venetiis excuso sub nota anni* 1614, *uno fere seculo post ejus mortem (nisi Toppius erravit in cyfra) lib.* 2 *cap.* 13 *apud Chiffletium, narrat aliquid de Nolana* S. Paulini *domo nequaquam prætermittendum hoc Paragrapho qui est de cultu ipsius. Nolæ* Sacellum, *inquit* Divi Paulini ubinam sit, clarum est. Ædes sola est, & absque cella. Hæret illi magna domus, quæ nobis pueris hospitium mendicorum solummodo adventantium erat, Hospitale eam ob rem appellatum : nunc vero in cœnobium commutata est, in quo Divi Augustini Sacerdotes inhabitant. In eo vero sacello, quotannis ceremoniæ atque nundinæ aguntur, cum pompis, spectaculis, atque Magistro nundinarum ..... Existimo interim S. Paulini domum dici non quia ipsam habitaverit Episcopus cui habitatio esse debuit eadem quæ decessoribus suis aut æque vicina Cathedrali ecclesiæ ; sed quia ipsam ædificari fecerit usui pauperum &

C peregrinorum, ut in ea per se ministraret vel quia eam adhuc Presbyter locatam habuerit, similis pietatisque operibus ibi exercendis intentus. *Celebrantur autem nundinæ illæ* à XVI Kal. Julias, usque ad x ante easdem. *Hæc Leo.*

§. II. *De anno Ordinationis.*

Natus circa an. 344

9 DImidium ferme ætatis, *inquit Sacchinus num.* 2, hoc est ad annum circiter duodequadragesimum, humanæ reipublicæ vixit Paulinus ; ex eo tempore ad annum septimum supra septuagesimum, hoc est ad extremum usque spiritum, religioni & sanctitati. *Justam hanc esse partitionem probatur ex* Paulini *Epist.* 41 *ad Augustinum, quam sequitur* 42 *ad eumdem, utraque ad nondum Episcopum scripta ; meminit enim in ea officii sibi cum illo communis, id est* Presbyteratus, *& Episcopum Aliorum* Patrem communem *appellat. Respondet vero utrique Augustinus per Epistolam* 32 *&* 34, D *atque in posteriore indicat, recens se creatum Episcopum. Creatus est autem mense Decembri anni* CCCXCV. *Mensem indicat ipse Homil.* 25 *inter* 50 *cap.* 3 *cum in ea quam habuit in anniversario suæ ordinationis dicat Natali Domini* imminente. *Annum designat* Prosper *in* Chronico Olybrio & Probino Coss. *Isto autem anno ætatis annum* XL *expleviss e se indicat* Paulinus *Augustino infra num.* 15 *& agere conversionis suæ secundum : inde à quo si procedas ad an.* CCCCXXXI, *habebis annum ætatis* LXXVII *saltem inchoatum & anno* CCCXLIV *vel paucis mensibus citius natus fuerit* Paulinus, *unum vero annum serius, si placet accedere ad sententiam Pagii in Criticis, ordinatum Augustinum tenentis anno* CCCXCVI.

& an. æt. 38 *conversum à seculo.*

10 *Difficilius est assignare certò annum Ordinationis Episcopalis, ideoque Sacchinus num.* 65 *ingenue fatetur*, quo tempore, quave ratione creatus Episcopus *Paulinus sit*, plane incompertum *sibi esse. Chiffletius cap.* 12 *putat, ex ipsius scriptis deprehendi posse*, hanc ejus dignitatem, plus minus biennio ab ejus secessu Nolano *initium sumere ; secessit autem Nolam Barcinone Sanctus, ubi fuerat populari violentia coactus suscipere* Presbyteratum, *anno* CCCXCIV *exeunte. Primum argumentum sumit ille ex Epistola ad Pammachium, scripta (ut ipse ostendit) an.* CCCXCVI *vel ineunte* CCCXCVII : *ubi loquens de scriptis*, Episcopi Olympii, *non utitur titulo* Patris (*ut inferioris Ordinis Presbyterum decebat*) *sed* Fratris nostri : *fatetur tamen codicem* Puteanum *ad nomen Olympii carere* Episcopi *titulo. Secundo, quod Natali* 4, *quem S. Felici composuit Paulinus, anno* 396 *aut ineunte* 397 *meminerit etiam Natalis proprii, in quo* innumeris sint gaudia publica turbis ; *diem utique intelligens non suæ nativitatis, quem secularium more non celebrabant Episcopi conviviis & ludis, sed Ordinationis, ad quem sacris concionibus & solennibus Officiis celebrandum populum totius diœceseos invitari solitum testantur Patres, comparentibus saltem eorum Presbyteris, cum quibus & Synodus celebrabatur ; uti notissimum est ex Romanorum Pontificum Actis ; qui ceteris solennius tali die, aut potius infra octavam (nam toto octiduo durabat festivitas) Synodum agebant vicinorum quotquot convenerant Episcoporum, Abbatum & Presbyterorum.* Paulini *versus hi sunt.*

Episcopum ordinatum existimat Chiffletius circa an. 396 E

quia videtur isto anno meminisse sui Natalis :

Annua vota mihi remeant, simul annua linguæ
Debita, Natalis tuus, ô clarissime Christo
Felix, Natali proprio mihi carior ; in quo,
Quamlibet innumeris sint gaudia publica turbis,
Est aliquid speciale tuis : quod nos tibi Christus
Esse dedit, viles caro largitus amico.

qui fuerit 18 *Ianuarii ;*

sed per conjecturam valde incertam.

11 *Sed si recte Paulini sensum capio, non adscribit ipse* publica gaudia *Natali suo proprio, sed Natali S. Felicis, quem potuit & debuit præ suo in carne Natali æstimasse* Paulinus, *necdum Episcopus, & nullum adhuc alium Natalem numerans. Alterum Natalem Ordinationis videlicet, infra octavam ejusdem S. Felicis cecidisse nescio unde suspicari potuisset Chiffletius : quare solum dico eam factam* in Sabbato : quod lucescit in prima Sabbati vel ipso dominico die *sicut Leo Papa loquitur hoc solum legitimum tempus appellans. Pro anno plus fortassis elicere volet Chiffletius*

ex

A *ex verbis, quod ſibi præ* innumeris turbis *gaudendum ſpecialius dicat Paulinus, cum aliis Sancto magis propriis & quaſi domeſticis expreſſis particula* Tuis; quod nos tibi Chriſtus eſſe dedit; *nec enim quidquam Felici* Paulinum *obſtrinxit arctiori nexu, quam quod illum Chriſtus Epiſcopum Nolanum in S. Felicis eccleſia eſſe voluerit. Verum valde infirma ea conjectura eſt, cum jam indè à ſui Nolam acceſſûs initio ſervitutem Martyri obligatam profeſſus ſit* Paulinus. *Addit Chiffletius, videri ſibi* Natalem Paulini *cecidiſſe infra Octavam natalis S. Felicis, qui cum anno* CCCXCVII *actus fuerit Feria* IV, *ſi ordinatus Paulinus fuit Dominica infra Octavam, Natalem habuerit* XVIII *Januarii quo & Cathedra S Petri celebrabatur.*

Alii præferunt annum 409

12 *Alium omnino annum deſignat ultimus operum S. Paulini editor Joannes Baptiſta le Brun anno* 1684 *Pariſiis in epitome vitæ quam ab illo ſumptam inſeruit Caſimirus Oudin ſuo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſupplemento. Ibi ait ille* quod Sanctus Nolam venit & in morbum incidit

B 395 ..... & in illius gratiam ſcribit Anaſtatius Papa 399 ad Epiſcopos Campaniæ, eodemque tempore iterum gravi & diutino morbo laborat Paulinus. Anno 402 à Niceta Dacorum Epiſcopo & à Melania ſeniore inviſitur, Baſilicas anno 403 Nolæ ædificat ..... Anno 409 exeunte Nolæ creatur Epiſcopus, ætatis anno 56. *Eumdem ordinationis Paulinianæ annum aſſumit Ludovicus Antonius Muratorius Ambroſianæ Bibliothecæ Mediolani Præfectus Tomo Primo Anecdotorum ſuorum anni* 1697 *quatuor S. Paulini Poëmata hactenus in edita complexo, quas ille notis ac diſquiſitionibus augens præmittit etiam ipſe brevem vitæ Chronologiam, diſſertatione autem* XII *hunc ponit titulum* De tempore ſuſcepti à Paulino Epiſcopatus.

ante quem non fuerit Sanctus ordinatus

13 *Lucubrationem prælaudati le Brun necdum mihi videre contigit neque illi expectandæ neceſſariam moram indulget feſtinatio præli; maxime cum jam Româ acceperim Muratorii diſſertationes huc ſpectantes; in quibus tanta accuratione refutantur Chiffletii rationes, ut in iis verificari poſſit Græcum hoc αἱ δευτέραι φροντίδες σοφωτέραι,* Secundæ curæ ſapientiores. *Si quid oblatum melius fuerit ſub finem hujus impreſſionis, locus dabitur in Appendice vel Supplemento.*

idque argumentis

14. *Probatur autem vel ideo prædictus annus*

C CCCCIX *vel alius poſterior quod evadat duplicem difficultatem Chiffletio minime explicabilem; quarum prima ſumitur ex epiſtola ad Severum cui intexta epigrammata deſcribunt Paulum Epiſcopum Nolanum Paulini deceſſorem in extructa ab hoc noviter S. Felicis baſilica concionantem, ac dedicationis ritus peragentem; unde* Paulum *tunc adhuc vixiſſe colligas; gratiſque ſibi fingere videtur Chiffletius, hæc ibi ſic à* Paulino *ſcribi, quia* Paulum, *licet mortuum, ibi fingi fecerit gemino iſto in actu. Cum enim dicitur quod atria novæ baſilicæ.*

Paulus in æternos Antiſtes dedicat uſus.

ex parte deceſſoris Pauli an. 401 *eccleſiam conſecrantis,*

non de alia quam Feliciana baſilica intelligi poteſt: hæc autem operis tempore & voti genere conjuncta *dicitur, &* jam dedicata, *cum baſilicâ quam Severus illo ipſo vel præcedenti anno S. Martino ſtruxerat & dedicarat. Non potuit igitur* Paulus *iſte mortuus fuiſſe ante annum* CCCXCVII, *ut Chiffletius præſumit: quia tunc mortuus, non debuit pingi velut eccleſiam dedicans, quæ primum anno* CCCCI *eſt conſecrata.* D

AUCTORE D. P.

15 *Altera difficultas petitur ex epiſtola* 16, *qua Sanctus ſcribit Amantio, quod ipſum* Anaſtaſius Papa (*fuit autem hic ordinatus* V *Decembris anni* CCCXCVIII interpoſito tempore (*puta poſt annum* CCCC) etiam ad Natalem ſuum (quod Conſacerdotibus ſuis tantum ſolet) invitare dignatus eſt; *quaſi illis ſeſe non adnumerans, adeoque necdum Epiſcopus. Excipit quidem ab hoc ſenſu Chiffletius, propter* TÒ ſuos; *quaſi eo ſoli intelligi debeant* Romanæ provinciæ Epiſcopi, *ad quam non ſpectabant Epiſcopi Campaniæ. Sed illi venire obligati tamquam ſubditi, non videntur ſoliti invitari; igitur invitationis honor externos ſpectabat; quo etiam dignum habitum* Paulinum, *licet dumtaxat Presbyterum, maius quid erat.*

& Anaſtaſii Papæ Paulinum Presbyterum inter Epiſcopos invitantis:

alia addit Muratorius.

16 *Hæc eadem, à me jam pridem mente concepta, ex Bruno aſſumit contra Chiffletium Muratorius; ipſaque nervoſe porro confirmans addit:* Alia porro & ego argumenta ſuppeditabo. Scribens ad Delphinum Epiſcopum Burdigalenſem, eum ſemper, annoque potiſſimum 403., *venerabilem Patrem* appellat, quod non feciſſet Epiſcopus; moris enim erat iis temporibus, ut Epiſcopi ſe *fratres* invicem appellarent. Contule quæſo Epiſtolam XVI E ad Delphinum 2., ubi ait: *Mediolanenſis quoque Epiſcopus filius veſter hucuſque, nunc frater Venerius ſcripſerat &c.* Vides Venerium, ſtatim ac ad Epiſcopatum venit, fratrem Delphini cœpiſſe nuncupari, & eum ab iſto quoque ſe diſtinguat Paulinus, utique Epiſcopalibus infulis nondum cingebatur. Sed clariora proferamus. Anno 404 Natalem XI recitavit Paulinus. In eo vero multa de fure habet, qui ſacra nuper expilarat. Captus non ſine miraculo improbus latro ad S. Felicis ducitur.

Poſt ſacra jam ſolvente pios Antiſtitite cœtus.

Sunt hæc vatis noſtri verba, qui ſe propterea à Nolano Epiſcopo tum temporis diverſum facit. Natalis quoque decimus tertius rem evidenter prodit. Cum Nolanis aperiendi tumuli, ubi S. Felicis oſſa quieſcebant, animus obveniſſet, ait Paulinus:

—— Cunctos tranſmittit Epiſcopus ad nos Presbyteros. His fabra manus ſpectantibus inſtat Iuſſa Sacerdotis facere. —— F

Hunc Natalem anno 406 elucubravit Paulinus. Rem verò ibi memoratam nuper acciditſe certum pæne eſt mihi; non enim tantum opus diu ſilentio preſſiſſet Poëta ſanctus. Igitur, cum Antiſtes alius Nolæ ſedens ibi diſerte dicatur, ne anno quidem 406 Epiſcopalem Cathedram Paulinus aſcenderat. Deinde cur eximiam hanc dignitatem, ſi ſibi contigiſſet, præteriturus in Natale XIII fuiſſet Paulinus? Nullis ibi parcit verbis, ut honores in ſe collatos, vitæque peractæ geſta recenſeat; & maximum hoc munus inſalutatum dimiſiſſet? Ne credas. An tamen Epiſcopus anno ſolum 409 proceſſerit, latere procul dubio arbitror. Eruditiſſimi nihilo ſecius Brunii ſententiæ acquieſcendum nunc eſt, à quo non ſine validis rationibus, apertiſve ſaltem conjecturis hoc affirmatum mihi perſuadeo. Quod autem aſſeruit Ambroſius Leo lib. 2 cap. 12 de Nolâ, videlicet Paulinum Fundanæ Eccleſiæ Antiſtitem ante fuiſſe; Auctoris alioquin eruditi ſomnium habeatur. Reliquas Paulini res geſtas, ejuſque

A mirandam ſanctitatem proſequi ſtatuta mihi brevitas non finit. Si tamen hanc quis adornandam ſuſciperet ſpartam, uberem meſſem è Natali XIII hauriet.

EPISTOLA URANII PRESB.

De obitu S. Paulini ad Pacatum.

Ex Ms. Trecenſi edita à Chifflet., & cum aliis Mss. ecgraphis collata.

1 DOmino illuſtri & in Chriſto merito venerabili Pacato, *a* Uranius Presbyter. Litteris Nobilitatis tuæ iterata vice ſolicitor, ut tibi obitum S. Paulini fideliter referam. Faciam quidem quod præcipis, ſed timeo, ne non tam efficaciter ut vis, faciam, quod facere cupio. Tamen quia jubere dignaris, fi-
B deliter & ſine mendacio faciam. Novi etenim melius eſſe linguam ſilentio premere, quam ad peccatum animæ falſa narrare, dicente ſcriptura: Os, quod mentitur, occidit animam. Et ideo venerationem tuam plurimum quæſo, ut imperitiæ meæ veniam dare digneris. Alioquin ſi tibi ſermonis mei *b* vilitas cœperit diſplicere, non mihi, ſed tibi rectius imputabis, qui aquam puriſſimi fontis à cœnoſo rivulo poſtulaſti. Sed hæc breviter dicta ſint. Nunc autem veniamus ad ea, quæ tibi, qui vitam ejus verſibus illuſtrare diſponis, dicendi materiam ſubminiſtrent.

a *Præfatio.* Sap. 1, 11

b

2 Igitur S. Paulinus Epiſcopus Burdegala oppido Galliarum oriundus fuit, ſed in Campania *c* ad beatiſſimum Felicem Confeſſorem glorioſo fine defunctus atque ſepultus eſt. Ejus vitam ex merito mortis agnoſcimus, cujus & mortem de converſatione vitæ probamus. Denique cum * ante triduum quam de hoc mundo ad cæleſte habitaculum vocaretur, cum jam de ſalute ejus omnes deſperaſſent, & duo ad eum Epiſcopi viſitandi ſtudio conveniſſent, id eſt, ſanctus *d* SYMMACHUS, & benedictus *e* ACINDYNUS; ita in eorum adventu recreatus atque refectus eſt, ut oblitâ omni carnali
C infirmitate, totum ſe eis ſpiritalem atque angelicum exhiberet. Et quaſi profecturus ad Dominum, jubet ſibi ante lectulum ſuum ſacra Myſteria *f* exhiberi: ſcilicet ut una cum ſanctis Epiſcopis oblato ſacrificio, animam ſuam Domino commendaret: ſimul etiam & eos, quos pro diſciplinâ eccleſiaſticâ à communione ſacri myſterii extorres eſſe præceperat, ad pacem priſtinam revocaret.

c *Triduo ante mortem*

d

e

f *jubet ſibi extrema miniſtrari:*

3 Et cum hæc omnia ſanctus Epiſcopus læto atque perfecto ordine celebraſſet; ſubito clarâ voce interrogare cœpit, ubi eſſent Fratres ſui. Tunc unus ex circumſtantibus, qui putavit quod Fratres ſuos, id eſt, Epiſcopos qui tunc aderant, quæreret; ait illi; Ecce, hic ſunt Fratres tui. At ille; Sed ego nunc Fratres meos JANUARIUM atque MARTINUM dico, qui modo mecum locuti ſunt, & continuo ad me venturos ſe eſſe dixerunt. E quibus JANUARIUS Epiſcopus ſimul & Martyr, Neapolitanæ urbis illuſtrat Eccleſiam; MARTINUS autem vir per omnia apoſtolicus, cujus Vita ab omnibus legitur, Galliarum Epiſcopus fuit. Et his dictis, extenſis ad cælum manibus, hunc Pſalmum Domino decantavit, dicens; Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. Deinde collectâ oratione, commonitus eſt à ſancto *g* Poſtumiano Presbytero, quod pro veſtimentis quæ pauperibus fuerant erogata, quadraginta ſolidi deberentur. Quod cum audiſſet S. Paulinus, leviter ſubridens ait; Securus eſto, fili; crede mihi quia non deerit qui debitum pauperum ſolvat. Et ecce, non longâ morâ, ingreditur quidam Presbyter, de Lucaniæ partibus veniens, miſſus à ſancto Epiſcopo *h* Exuperantio, ſive à viro clariſſimo fratre ejus Urſatio, qui ei per ipſum muneris gratiâ quinquaginta ſolidos miſerant. Quos cum accepiſſet ſanctus Paulinus, benedixit Dominum dicens; Gratias ago tibi, Domine, qui non dereliquiſti ſperantem in te. De his autem quinquaginta ſolidis iple Presbytero qui eos exhibuerat, manu ſuâ duos *i* dedit; reliquos vero negotiatoribus qui veſtimenta pauperibus dederant, reddi mandavit.

D A. URANIO. COÆVO

g Pſ. 120, 1, 2.

ad ſolvenda debita pro pauperibus contracta

h *inſperato accipit ſolidos 50:*

E

i

4 Inter hæc autem cum jam nox diei ſucceſſiſſet, uſque ad mediam noctem paululum quieti conceſſit; donec crudeſcente dolore qui lateri ejus nimius inerat, excitatus, multis etiam ex ſuperfluo archiatrorum uſtionibus fatigatus, uſque ad quintam *k* horam noctis laſſum atque anhelum pectus duxit. Deinde adveniente luce conſuetudinem ſuam vir ſanctus agnovit. Itaque, ut ſolebat, excitatis omnibus, Matutinum ex more & ordine celebravit. Factâ autem die, Presbyteris & Diaconibus atque omnibus clericis, exemplo dominico pacem hereditariam *l* prædicavit: deinde quaſi ex ſomno excitatus, lucernariæ *m* devotionis tempus agnoſcens, extenſis manibus, lentâ licet voce, Paravi lucernam Chriſto meo, Domino decantavit. Tunc deinde facto aliquamdiu ſilentio, * circa horam quartam noctis omnibus qui aderant ſolicite vigilantibus, ſubito tam ingenti cellula ejus terræ motu concuſſa eſt, ut hi qui lectulo ejus aſſiſtebant, exterriti atque turbati ad orationem ſe cuncti jactarent; nihil tamen ſcientibus his qui pro foribus conſiſtebant: neque enim publicus ille, ſed privatus in cellulâ fuerat terræ motus. Ille angelicis ſuſceptus manibus debitum Deo ſpiritum exhalavit.

noctem & diem ſequentem

k

orando tranſigit

l

m Pſ. 131, 17.

tertia nocte moritur tremente cubiculo

F

5 Vidimus (fili cariſſime), vidimus, & inter lacrymas atque ſingultus vidiſſe gaudemus; vidimus quomodo tollitur juſtus, & nemo intelligit: & viri juſti tolluntur, & nemo conſiderat. Neque ulli Chriſtianorum incredibile debet videri, ſi in tranſitu Sancti Paulini, unus angulus ſpecialiter terræ motu concuſſus eſt, in cujus obitu totus pæne orbis ingemuit. Et ſane quis locus eſt in orbe terrarum tam remotus aut abditus, quem tranſitus Domni Paulini non commoverit? Flevit plane Eccleſia, quod talem ſacerdotem amiſit; ſed exultat paradiſus, quod talem Sanctum ſuſcepit: plangunt populi, ſed lætantur Angeli: gemunt provinciæ hominum, ſed gaudent loca Sanctorum ad quæ quotidie evolare cupiebat, cum diceret; Quam amabilia ſunt

magno cum ſuorum dolore,

viſitatur à SS. Ianuario & Martino;

Pſ. 83, 2.

A ſunt tabernacula tua, Domine Deus virtutum concupiſcit, & deficit anima mea in atriis tuis.

6 O virum ſanctum, & omnium ore laudabilem, qui ſic vixit ut non ſibi tantum, ſed omnibus viveret! Et ideo quia multis vixit in hoc ſeculo, nunc ſibi vivit in Chriſto: & tamen non ſibi tantum, ſed etiam nobis, quia quotidie orat pro nobis. Fuit denique lucerna ardens in domo Dei, non ſub modio poſita, ſed ſuper candelabrum conſtituta; ita ut etiam multas lucernas ſuo præclaro lumine redderet luminoſas. Suavis enim & mitis fuit, etiam cum in ſuperbiâ ſeculi verſaretur. Cum autem ad Chriſtum converſus eſt, aperuit horrea ſua pauperibus, apothecas ſuas advenientibus patefecit. Nam parum ei erat proximos alere, niſi etiam undique evocaret quos paſceret atque veſtiret. Quantos captivos redemit! quantos intricatores *n* debiti, à creditoribus ſuis redditâ pecuniâ liberavit! unâ ſcilicet pietatis negotiatione & planctus debitorum exterſit, & creditorum gaudia reparavit.

utpote etiam ante Epiſcopatum ſanctus.

& eximie largus erga pauperes.

n

B 7 Cum autem ad ſummum Sacerdotii gradum provectus eſſet, noluit talem ſe exhibere Epiſcopum qui ab aliquo timeretur; ſed talem ſe reddidit Sacerdotem qui ab omnibus amaretur. Numquam ſic iratus eſt, ut non in irâ miſericordiæ memor eſſet: neque enim poterat vir ille iraſci, qui contumelias deſpiciebat, & odia vitabat. Numquam in judicio ſine miſericordiâ ſedit, quia noverat miſericordiam meliorem eſſe quam ſacrificium: miſericordiâ veſtiendum eſſe omne Chriſtianorum judicium dicente venerabili Scripturâ; Miſericordiam & judicium cantabo tibi Domine. Juſtitiam quoque votis benignioribus temperabat; ſciens quoniam Spiritus ſanctus quantum æquitati & juſtitiæ favet, tantum ſuis gratiam pietatis benignus indulget: & ideo tenebat rigorem in examinatione juſtitiæ, miſericordiam autem in definitione ſententiæ proferebat.

Epiſcopus autem factus

excelluit virtutibus eo gradu dignis,

8 O admirabilem virum, atque omnium virtutum *o* laude cenſendum! Hic etenim omnium Patriarcharum exempla ſecutus, fuit fidelis ut Abraham, credulus ut Iſaac, benignus ut Jacob, munificus ut Melchiſedech, providus ut Joſeph, rapax ut Benjamin: rapuit enim divitibus, & pauperibus erogavit; & tamen plus divitibus quam pauperibus profuiſſe cognoſcitur; quia pauperibus in hoc ſeculo profuit, divitibus autem in futuro providit. Ergo (quia dicere cœperam) fuit manſuetus ut Moyſes, ſacerdotalis ut Aaron, innocens ut Samuel, miſericors ut David, ſapiens ut Salomon, apoſtolicus ut Petrus, amabilis ut Joannes, cautus ut Thomas, doctor ut Paulus, videns ut Stephanus, fervens ut Apollo: de ſolicitudine autem & curâ Eccleſiarum, in fide & caritate omnes Apoſtolos & Epiſcopos imitatus eſt. Hæc omnia in ſe habuit, hæc in tempore converſationis ſuæ fideliter cuſtodivit. Et ideo cum de hoc corpore ad cæleſte habitaculum vocaretur, (ſicut ſuperius dixi) doluit terra, ſed lætatum eſt cælum; flevit caro, ſed ſpiritus gloriatur.

o

C

non minus Sanctorum in ſe transferens exempla;

9 Denique non ſolum Chriſtiani, ſed etiam Judæi atque Pagani, ingenti fletu, ſciſſis etiam veſtibus ad Domni Paulini exequias convenerunt: ereptum ſibi patronum, defenſorem, tutorem unâ omnes nobiſcum voce planxerunt. Et vere talis erat, ut ab omnibus amaretur: vixit enim cunctis in exemplum acquirendæ ſalutis, & in refrigerium conſolationis. Neque enim ſolius hæc mea vox eſt: teſtes ſunt omnes provinciæ, teſtis eſt omnis terra quam Romanus orbis includit; teſtes etiam ſunt barbaræ nationes, ad quas fama Domni Paulini pervenerat. Nec immerito ab omnibus amabatur, qui aderat omnibus. Quem enim jacentem non ſuâ dexterâ erexit? quem interpellantem ſe, non piâ voce conſolatus eſt? Erat enim pius, miſericors, humilis, & benignus: nullum ſpernens, nullum deſpiciens; omnibus tribuebat, omnibus indulgebat: animabat trepidos, mitigabat violentos; hos verbis, illos ædificabat exemplo: alios epiſtolis, alios ſumptibus adjuvabat. Nullas opes, nullas divitias, niſi quas Sanctis ſuis Chriſtus promiſerat, mirabatur. Aurum atque argentum, & cetera ſic diffiniebat, ut ea ſibi ad largiendum liberalitas, non ad retinendum cupiditas vendicaret. Et, ut breviter dicam, omnia bona in ſe habuit, quia Chriſtum amavit: habuit enim fidem, manſuetudinem, curam proximorum; jugem pro miſeris ſolicitudinem, compaſſionem pro infirmis; nihil aliud reſpiciens niſi pacem & caritatem: ſolus namque mendicabat, ut omnibus abundaret. Denique quis locus eſt in orbe terrarum, quæ ſolitudo, quæ maria, quæ S. Paulini beneficia non ſenſerunt? Omnes eum agnoſcere cupiebant, omnes videre deſiderabant. Quis ad illum non lætus advenit? aut quis ab illo non deſideraturus abſceſſit? Nam qui corpore eum videre non poterant, ſaltem ejus epiſtolas contingere cupiebant. Erat enim ſuavis & blandus in litteris, dulcis & bene ſuavis in verſibus. Quid plura? Vix quæcumque de illo dicuntur, admitteret credulitas fidei, niſi propellerent ſua facta mendacium. Taceamus generis nobilitatem, paternis maternisque natalibus in Senatorum purpuras admirabiliter rutilantem: præterea & opulentias divitiarum, quas propter Deum pauperibus erogavit. Nunc veniamus ad ea *p* quæ de obitu ejus dicere cœperamus.

D

A. URA-NIO. COÆVO

ideoque etiam à Paganis deploratus;

ubique celebris

F

& de omnibus benemeritus.

p

10 Igitur cum Sanctus Paulinus debitum Deo ſpiritum reddidiſſet, ita niveo candore vultus ejus & omne corpus affectum eſt, ut omnes inter ſingultus & lacrymas benedicerent Dominum Deum noſtrum, qui educit Sanctos ſuos in magnificentiâ, ut oſtendat ſervis ſuis quia hæc eſt gloria omnibus Sanctis ſuis: & ideo laudetur in Deo anima ejus, & revelentur opera ejus in omnibus timentibus Deum, quia concupivit in mandatis Dei ſui, & intellexit ſuper egenum & pauperem, ut potens eſſet in terrâ ſemen ejus, & juſtitia ejus maneret in ſeculum ſeculi.

E

Corpus mortui mira nitet candore:

11 Verumtamen & hoc quod ad meritum ſancti Paulini pertinet, Veneratio Tua debet agnoſcere, quod etiam ſanctus Ioannes *q* Neapolitanæ urbis Epiſcopus, à Domno Paulino de hac vitâ ad Chriſtum accerſitus atque evocatus agnoſcitur. Nam ante diem tertium quam de hoc mundo Sanctus Ioannes ad Dominum migraret, retulit ſe vidiſſe ſanctum Paulinum, angelicâ dignitate veſtitum atque ornatum, totum niveum, totum ſidereum,

q

Ioannes Neapolitanus Ep.

atque

A atque odore ambrosio renidentem : favum etiam candidissimum mellis in manu tenentem, ac dicentem sibi ; Frater Ioannes, quid hic facis ? Solve vincula tædiorum tuorum, & jam ad nos veni : hæc enim esca quam in manu teneo, apud nos satis abundat. Et cum hæc dixisset, complexus est eum, & immisit in os ejus partem favi illius : cujus dulcedinem atque odorem ita sanctus Ioannes concupisse se dixit, ut si sibi in ipsâ revelatione potestas fuisset, ab ejus vestigiis nullo modo recessisset. Et tamen non diu dissimulavit : nam excitatus à somno, eâdem die, id est, quintâ feriâ, juxta consuetudinem suam remunerans omnes clericos atque pauperes, sanus dominicam Cœnam celebravit : sextâ vero feriâ orationi vacavit, Sabbato autem, secundâ horâ diei, ad ecclesiam lætus processit, & ascenso tribunali ex more populum salutavit : resalutatusque à populo, orationem dedit: & collectâ[r] oratione spiritum exhalavit. Eâ tamen nocte in ecclesia vigilatum est. Postera autem die, id est Paschæ, illuminatis lampadibus, cum ingenti Neophytorum[s] pompa, prosequente etiam multitudine populorum, usque ad sepulcrum, gloriosam atque laudabilem sepulturam adeptus est.

ab eo sibi apparente visitatus,

sancte moritur pridie Paschatis,

r

ipsoque die honorifice sepelitur.

B *s*

t 12 Hæc ideo[t] commemoravi Nobilitati Tuæ, ut etiam hic meritum S. Paulini agnosceres : habes enim materiam dicendi, si tamen non desit fides credendi. Et ideo quæso Nobilitatem Tuam, ut, sicut promittere dignatus es, præclari operis munus accelerare digneris ; consecuturus præmia laudis & gloriæ, si vitam sancti Viri, posteris profuturam, versibus illustraveris. Utinam antequam proficiscar, hujus operis lectione dignum me facias : quia si Christo placuerit, continuo navigare dispono. Obiit S. Paulinus Episcopus decimo Kalendas Julii, Basso & Antiocho VV. CC. Consulibus[u].

Conclusio ad Pacatum hæc versibus redditurum..

u

ANNOTATA D. P.

a *Vossius de scriptoribus Latinis pag.* 224 Parato *scribit, nescio unde ; cum edita & Mss. passim scribant* Pacato. *Invenitur autem* Latinus Pacatus, *ut notat Chiffletius*, qui Theodosio
C Imperatori Romæ panegyricum dixit, post mortem tyranni Maximi, *an.* 411. *Hujus fortasse filius (secularem potius laicum crediderim, quam Clericum)* Pacatus, *adeo florenti vena fuerit, ut erudito isto seculo præsumeret* Paulinum *versu laudare ; eoque sensu ab Uranio dici num.* 5 Filium carissimum : *ipsum vero* Uranium, *qui Sancto morienti adfuit, quia (ut in fine dicit) prima occasione festinabat abnavigare, conjectavit Chiffletius eum esse, quem an.* 401 *se à Delfino Burdegalensi Episcopo tota æstate præstolatum scribit Sanctus. Tunc enim juvenis Presbyter, postea senior potuit ex aliqua occasione navigasse in Italiam, ad veterem amicum visendum, & hanc Epistolam Nolæ domum scripsisse, ubi* Pacatus *degebat. Malim tamen juniorem ac forte nepotem alterius Auctorem Epistolæ.*

b *Surius* Utilitati., *minus recte.*

c *Id est*, apud ecclesiam S. Felicis : *hic autem colitur* 14 *Ianuarii. Ms. Medicæum addit &* Martyrem : *sed licet Bollandus duos* Felices *Nolæ* Presbyteros *distinguendos doceat ; unum, filium Hermiæ Syri, Nolæ natum ; Romanum alterum ; utrumque tamen tenet solum* Confessorem D *fuisse : agitur autem hic de primo, secundus autem fuit etiam frater alterius* Felicis *Martyris, unde nata confusio.*

d *Michaël Monachus, Sanctuarii Capuani pag.* 191, *testatur, quod in Ms. Kalendario Thesauri Capuani hæc verba legerit :* XI Kal. Novembris, S. Salomæ, S. Symmachi, Episcopi Capuani & Confess. *& quia anniversario is colebatur ecclesia S. Mariæ Majoris in Diœcesi, spectandum exhibet musivum, in quo scriptum :* SANCTA MARIA. SYMMACHUS EPISCOPUS ; *quod non nisi eo vivente sic scriptum est ; ipsaque ecclesia non videtur posse antiquior credi novâ Capua, intra quam consistit. Censet ergo Monachus eum* vixisse post annum DCCCC, & fortassis circa DCCCCL. *Quasi vero in restaurata seculo* X *ecclesia non potuerit superfuisse musivum aliquod seculi* V. *Hoc ille postea considerans, apud Ughellum in Episcopis Capuanis num.* 38, Si quis, *inquit*, certa ratione motus, vel probabili conjectura ductus, putaverit S. Symmachi nomen inter Episcopos veteris Capuæ numerandum, ego jam nunc libenter adhæreo : & is cogitet ro- E go, num S. Symmachus videri possit esse ille Symmachus, qui S. Paulino Episcopo Nolæ morienti adfuit. *Solo* XXI *millium seu septem horarum spatio distant* Nola *&* Capua ; *ut nihil sit pronius, quam adeo vicinum Episcopum evocatum in tali casu ; nihil autem absimilius vero, quam Episcopum, qui tali in urbe tam solennem habuit & etiam nunc habet cultum, ut ibi explicatur, vixisse seculo* X, *& de ejus vita ac miraculis sciri fere nihil : ne quid autem Capuano* Symmacho *obstet* Julianus, *apud Gennadium vulgatum dictus pro hoc tempore* Capuanus Episcopus ; *notat Chiffletius, in Gennadio Ms. legi* Campanus : *& hoc verosimile facit Prosper, qui pro anno* 339 *nominatur* Julianus Atellanensis, jactantissimus Pelagiani erroris assertor.

S. Symmachus Ep. Capuanus 25 Octobr.

e *Ut Symmachus adjective* Sanctus, *ita Acindynus hic dici videtur* Benedictus, *titulis cuivis Episcopo olim cum viverent aptabilibus : interim substantive id accepit Surius, addens veluti adjectivum* Hyacinthinus, *pro quo Baronius in Annalibus conjectavit legendum* Hydruntinus, *licet Hydruntum fere* CC. P. M. *Nolâ distet. Nec tamen videtur propium Episcopi nomen* Hyacinthinus *esse,* F *nusquam alibi inveniendum. Placet ergo Chiffletii conjectura, ex eo quod ecgraphum Medicæum habeat* benedictus ac indignus, *legendum suggerentis* benedictus Acindynus. *Habebat tunc Nola (præter Neapolim, cui Joannes* I ; *& Atellam, cui prædictus Iulianus præsidebant) vicinas urbes Episcopales in Campania quidem Acerram Cumas & Puteolos ; in Principatu autem ulteriori citeriorique Noceram, Cusentiam, Salernum, Avellinum, & Beneventum : nulli earum assignatur Episcopus, quem certo dicere possis vixisse an.* 431 : *unicus Iulianus Puteolanus pro anno* 449 *accedit propius : quid ni ergo alicujus illarum civitatum Episcopus tunc* Acindynus *fuerit ?*

f *Ita plures : Trevirensis codex* Ministeria ; *infra,* Ministeriis.

g *Vides hic titulum* Sancti, *non solum Episcopis, sed & Presbyteris dari : ac fortassis inveniantur exempla, quibus ea appellatio toti Clero fuisse communis doceatur.*

h *Nullus* Exuperantius, *aliàs etiam* Exuberantius, *occurrit toto tomo* 7 *Ughelli, Episcopos Lucaniæ & Apuliæ, quotquot inveniri potuerunt, complexo.*

i

A i *Surius eumque ſecutus Baronius, notarunt in margine, non* duos, *ſed* decem *legendum videri; quaſi pretium itineris juſtum tunc temporis videri nequeant duo. Ego nil mutandum cenſeo cum Chiffletio.*

k *Theodoſius Rubeus, Horarium univerſale perpetuum condidit, ubi pag.* 277 *notans pro Polo Boreali elevato grad.* 41 *&* 43 (*inter quos eſt* Nola, *habens elevatum Polum grad.* 42) *definit noctis ſpatium, à ſolis occaſu uſque ad ortum, pro die* 21 *Junii; horis* 8 *&* minutis 56; *unde conſequens videtur, jam tum Nolanis horas numerari cœptas ab occaſu ſolis, uti hodiedum faciunt omnes Itali, contra communem ceterarum gentium tranſmontanarum uſum, à media nocte horas numerare incipientium: ſic enim horâ quintâ diem habuiſſent Nolani; nunc autem tali die, hora quinta iis comparabitur cum hora prima poſt noctem mediam.*

l Hereditariam *intelligo*, perpetuam, *vel qualem Chriſtus ſuis pro hereditate ſe relinquere dixit, Joan.* 14, 27.

B m Lucernarium *Latini, Græci* Λυχνικὸν *dicebant, preces fundendas, cum occidente ſole accendebantur Lucernæ; quas preces Veſperis præmitti ſolitas docet Magrius. Nunc cum Veſperæ ante ſolis occaſum perſolvuntur, Lucernarii loco ſucceſſit* Completorium, *poſt Veſperas dicendum.*

n *Omnibus exemplis hic convenientibus, non audeo mutare & legere,* intricatos debitis; *ergo* intricatores debiti *eos intellige, qui, quia ſolvendo ſe ſentiunt non eſſe, ipſum debitum ſtudioſe intricant. & huc ſpectare etiam videtur* gaudium creditorum, *moleſtis illis tricis expeditorum.*

o *Ms. Medicæum,* Omnium Sanctorum, *quod æque hic congruit.*

p *Idem ſolum hic interſerit, quæ de ſervitute Wandalica habet Gregorius in Dialogis, & quidem ut ab Uranio ſcripta quod* Poſſivinum *in apparatu decepit; cum ipſe Gregorius alleget auditos à ſe rei illius teſtes* quorum, *inquit*, me neceſſe eſt grandævitati tam certo credere, acſi ea quæ dixerunt meis oculis vidiſſem: *aliter vero loquitur Gregorius de terræ motu quo cubiculum tremuit,* De cujus, *inquit*, etiam obitu apud
C ejus eccleſiam ſcriptum eſt, *nempe in vel ex hac Uranii epiſtola. Apparet etiam aſſuti aliunde panni hiulca connexio dum dicitur:* Nunc veniamus ad ea quæ geſta ſunt. * Dum ſævientium Wandalorum tempore. *Ubi ſi pro Puncto ſubſtituas* Comma, *reliqua periodus, quæ apud Gregorium ad * inchoatur nova, imperfecta pendebit, & quaſi ſuo carebit capite. Finito autem interpolamento reſumuntur hic interciſa verba, repetendo priora;* ſed nunc veniamus ad ea; *& ſubjungendo his immediate ſequentia,* quæ de obitu ejus dicere inceperamus.

q *Chiffletius cap.* 30 *pluribus diſputans, oſtendit* Joanni non IV, *ſed* I *hæc convenire, contra recentiores quoſdam, hæc interpolata eſſe cenſentes, quia Uranii epiſtola in aliquot vetuſtiſſimis Mss. reperitur abſque hac de* Joanne *narratione; qua etiam abſtinet S. Gregorius Turonenſis, fere verbatim Uranium deſcribens. Sed ut potuerit epiſtola hæc interpolari, potuitne etiam Ioannes Diaconus, qui Epiſcoporum Neapolitanorum Chronicon concluſit in Athanaſio Iuniore, Ioannis* IV *ſucceſſore, huic (cujus vitam prolixe deſcribit,*

Ioannes I Ep. Neapolitanus confuſus cum IV.

qualis à nobis data eſt 1 *Aprilis) detrahere tam* D *inſignem laudem & adſcribere Primo; nec in epiſtola Uranii recentiſſimum interpolamentum agnoſcere? Vixit autem Ioannes* IV *uſque ad an.* 853, *& Diaconus ſub exitum ſeculi ejuſdem ſcripſit. Fieri tamen poteſt, ut Uranius (quem ægre crediderim mortuo* Paulino *ad integrum annum Nolæ hæſiſſe, ut hæc poſt anni proximi Paſcha ibi ſcriberet) fieri inquam poteſt, ut Uranius pridem ſcriptæ & ad Pacatum miſſæ Epiſtolæ, hoc de Ioanne poſtea addiderit cum ei reverſo Burdegalam ex Italia nuntiata eſſet res acta Neapoli, non dico ſequenti poſt diſceſſum anno, ſed poſteriorum aliquo. Atque hinc orta ſit illa exemplarium, à Cioccarello allegatorum, diverſitas. Quod autem Ioannes Cimeliarcha, in altera dicti* Ioannes IV *Vita, quaſi Diaconi errorem correcturus applicavit ei apparitionem* Paulini, *non multum nos commovet, quia Cimeliarcha iſte ſcripſit an.* 1362, *adeoque multo minoris eſt fidei. Dixerim ergo* Ioannem I, *qui defunctus in Sabbato ſancto, depoſitus ſive ſepultus tamquam Sanctus fuit ipſo die Paſchæ, colitur autem* 1 *Aprilis; non* E *obiiſſe an.* 432, *proximo poſt obitum* Paulini, *ut paſſim ſcriptores volunt (iſte enim annus habuit Paſcha* 3 *Aprilis) ſed potius an.* 440, 31 *Martii quando celebratum fuit Paſcha* 1 *Aprilis, unde etiam Kalendarium unum quod vidit Cioccarellus, ipſum ponit die ultima Martii licet alii maluerint diem ſolennis depoſitionis tenere.* Joannes *vero* IV, *quo præciſe anno & die obierit, ignorari exiſtimo tacente id Diacono; ideoque aſſumptum diem, quo inveniebatur Faſtis adſcriptus Primus; idque auctoritate Ioannis Cimeliarchæ, credi volentis tunc ſepultum Quartum: unde corrigas quæ minus diſtincte diximus de utroque* 1 *Aprilis. Agnoſco autem vetuſtiorem cultum* Primi *obliteratum fuiſſe cultu Quarti, cujus notior erat quam primi Vita, ideoque etiam celebrius nomen; ſed ætate Cimeliarchæ fuerit inſtituta veneratio annua Quarti, & quidem cum præjudicio* Primi.

r Orationem colligere *is puto dicitur qui pluribus precibus recitatis demum ſubjungit,* Per Dominum noſtrum *&c. unde &* Collectæ *dicantur, quia poſt alteram principalem in ſacro ſic collectim leguntur, ſub uno (ut vulgus loquitur)* Per Dominum. F

s *Merito hic quærit Chiffletius, quænam illa eſſe potuerit* pompa Neophytorum, *tempore* Joannis IV, *quando Neapolis tota erat Chriſtianiſſima, neque ad ætatem adultam differebatur baptiſmus, ſicut tempore Primi.*

t *Hæc concluſio non minus apte legetur poſt num.* 10, *quam poſt hunc* 11, *ut vel inde veroſimilius fiat, eam ab Uranio, vel Nolano aliquo ipſi coævo, ſtatim poſt rem geſtam ibi poſitam eſſe, non ab initio adfuiſſe.*

u *Id eſt, anno Chriſti* 431.

A

VITA

à Franciſco Sacchino Soc. Ieſu Romæ, ex Sancti ſcriptis & Veterum elogiis concinnata; & ab Heriberto Roſweido ejuſd. Societatis Antverpiæ una cum operibus edita.

VETUS PARTITIO.

Quamquam aptiſſime degeſſivit Auctor opuſculum hoc ſuum in Partes quatuor, ſic ut Prima doceat, Qualis Paulinus fuerit in vita ſeculari, *uſque ad num.* 17; *ſecunda*, Qualis Monachus, *uſque ad num.* 65; *Tertia*, Qualis Epiſcopus, *uſque ad num.* 75; *Quarta denique* de operibus *ejus agat*; *incommoda tamen eſt ejuſmodi diviſio inſtituto à nobis operi, æqualia fere Capita hactenus ſectato; eaque, non tam minuta, ut pluribus titulis hiare paginas ſingulas ſit neceſſe; neque tam prolixa, ut non alternis ſaltem foliis reſpirare lector poſſit, & quid porro ſequatur ictu oculi cognoſcere, ex titulo novi Capitis. Sit ergo noſtro more.*

B

CAPUT I.

Paulini Patria, nobilitas, poëtica & oratoria facultas, Conſulatus.

1 QUo fine ſanctus Athanaſius Magni Antonii claudit, eo nobis exordio licet Pauli Magni (hac enim præfatione dignus eſt) Nolani Epiſcopi, inchoare Vitam. Salvator noſter Jeſus Chriſtus, inquit ille, glorificantes ſe glorificat, & ſervientibus ſibimet, non tantum regna cælorum, ſed etiam hic in ipſis montium ſecretis latere cupientibus, famæ tribuit nobilitatem: ſcilicet, ut & ipſi fruantur laude meritorum, & ceteri eorum provocentur exemplis. Hæc in Paulinum aptiſſime tum ex ea parte conveniunt, quod egregie Chriſto Jeſu ille ſervivit, & illuſtrem nomini ejus laudem peperit; tum ex altera, quod clementiſſimus Dominus ipſum, obſcuritatis Euangelicæ peramantem, magnifice glorioſum, non modo inter Superos, ſed etiam inter mortales fecit. Hæc utraque pars ex ipſius explicatione Vitæ patebit, quæ tripartita fuit; primum, in ſtatu populari atque communi; tum in monaſtico; poſtremo in epiſcopali: accedit quarta de ejus ſcriptis.

PARS I. *Vita hæc exemplo utilis,*

Cap. 62

quadripartita datur.

C

Gradus ætatis Paulini, *a*

2 Dimidium ferme ætatis, hoc eſt, ad annum circiter duodequadrageſimum, humanæ reipublicæ vixit: ex eo tempore ad annum ſeptimum *a*, ſupra ſeptuageſimum, hoc eſt, ad extremum uſque ſpiritum, religioni & ſanctitati; per gradus ita proficiens, ut ex magno Senatore major Monachus, inde maximus plane Epiſcopus fuerit; quo moderatior & infra merita videri titulus poteſt, ſi Magnum ſemel dixerimus.

3 Humanæ vitæ ornamenta, quæcumque cadere in hominem poſſunt, cumulate poſſedit. Nobiliſſimus idem & locupletiſſimus, oris ſpecie liberali, corpore paulo infirmiore, ſed habili ad munia animi; ingenio præſtanti, natura cum primis bona beneficaque, & moribus ſuaviſſimis. Adhæc liberali omni doctrina excultus ac facultatibus, quæ gratiam maxime & admirationem popularem conciliant, Poëtica & Oratoria excellens. Deniq; ſummos honores, celeberrimam famam, amorem omnium & favorem adeptus eſt. Quæ conſtat eo tandem ſolum magni feciſſe, ut haberet quod pro Chriſto deſpiceret, quodque nomini ejus velut ſacrificio conſecraret. Hanc enim unam talia amandi cauſam eſſe docet Nazianzenus, & ipſemet Paulinus eleganter his verbis exponit: Ergo nihil in hunc mundum inferentibus, ſubſtantiam rerum temporalium, quaſi tonſile vellus apponit; non ut ſarcina impediat, quos expeditos naſci jubet, ſed ut materiam nobis virtutis ad merita parienda proponat; & ſit unde documentum noſtræ in Deum (id eſt, verum Patrem ac Dominum) fidei atque pietatis edamus, ſi ſuppetant nobis cara vel dulcia; quæ, præferentes Deum, magno præmio negligamus. Eodem pertinent, quæ, dum Melaniam laudat, ac ſtudium pariter opuſque ſuum, minime id quidem agens ſentienſque, commendat, de nobilitate ita diſſerit: Perſpicuum eſt id quoque ad operis ſui gloriam Dominum contuliſſe, quo magis confunderetur iſte mundus, qui talibus titulis gloriatur; ut, quo vanitas hominum ad contemptum mundi uteretur: ſimul & major ſalutaris exempli auctoritas (quo ſcilicet in illuſtriore perſona clarius emicaret) humiliandis ſuperborum oculis proderetur.

D

humana decora.

Epiſt. 5

Epiſt. 10 ad Severum.

E

4 Patriam habuit gentium principem Romam; Patricium & Conſulare genus; neceſſitudines quoque & affinitates ampliſſimas: nam & Seniorem Melaniam *b*, quam Conſulibus avis nobilem, terrenæ ſe nobilitatis deſpicientia nobiliorem feciſſe ait, ſanguine ſibi propinquam fuiſſe ſignificat. Sunt qui & ad Aniciam gentem referant, quod inter Aniciorum monumenta aliqui Paulini legantur. Quod ita ſi eſt, ſacrum quoddam generi ſtemma acceſſerit, quod prima illa gens inter Romana faſtigia ad Chriſtum evecta, cæleſti ejus apice humanam excelſitatem exaggerarit. Pontius haud dubie prænomen habuit, quo ſæpe modo ab Auſonio nuncupatur: item Meropius alicubi, tum in editis prælo, tum in exaratis manu libris inſcribitur, & apud quoſdam Eutropius. Itaque tota appellatio, Meropius Pontius Anicius Paulinus erat.

Patria & Genus.

b

Epiſt. 10 ad Severum.

Baron. An. 394.

F

Prænomen

5 Natus eſt in Aquitanis, ſeu Burdegalæ, ubi domum habuiſſe ex Auſonio conſtat, & diſerte Uranius tradit (qui Presbyter *c* ipſius Paulini cum fuiſſet, ejus poſtea vitæ ſummam, aut potius mortem in litteras miſit) ſeu *d* Hebromagi, ut aliis videtur, quam & patriam ipſe Paulinus appellat. Paternum id oppidum erat haud Burdigalâ procul, impoſitum amni Garumnæ. Quippe ea tempeſtate civium Romanorum haud pauci, quibus in provinciis latifundia poſſiderent, in iis & domicilia collocabant. Inde factum opinor, ut Paulinus Aquitanus patria cenſeretur; eoque veluti ſuo cive non injuria Galli ſemper gloriati ſunt hodieque gloriantur. Quamquam apud S. Ambroſium dum legimus ita ſcriptum, Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nul-

c

d

Locus nativitatis.

Epiſt. 5 ad Severum.

li

A li ſecundum, minime putamus comparari cum
Epiſt. 36. Aquitana nobilitate, ſed ſolum deſignari locum, ubi Paulinus degebat, & vendiderat facultates: & fortaſſe, ut ingens Scriptor virque optimus ſuſpicatur Cæſar Cardinalis Baronius, verborum ſeries à librariis immutata eſt, cum ſcribere debuiſſent, Paulinum ſplendore generis nulli ſecundum, in partibus A-
ubi ſupra quitaniæ venditis facultatibus, & quæ ſequuntur. Hic enim ſplendor erat generis Paulini, non qui nulli Aquitanorum, ſed qui vix ulli omnium cederet. Quod & ex Prudentio conſtat, qui adverſus Symmachum ſcribens, dum Romanam, quæ ad Chriſtum tranſierat, nobilitatem recenſet:

Libr. 1 Non Paulinorum, inquit, non Baſſorum dubitavit
Prompta fides dare ſe Chriſto, ſtirpemque ſuperbam
Gentis patriciæ venturo attollere ſeclo.

Divitiæ. Patrimonium ei peramplum, ingentiaque prædia fuiſſe, cum alii teſtantur omnes, tum ſatis oſtendit Auſonius, dum Paulinum ab ſeceſſu Hiſpanico revocans, inter alia ingerit:

B Ne raptam ſparſamque domum, laceratague centum
Per dominos veteris Paulini regna fleamus.

Epiſt. 23. Quibus ex regnis quantumvis multum Poëtica demat hyperbole, plurimum tamen ſemper in patrimonio reliquum fiet. Nec ſolum in Aquitania Hebromagum, & alias poſſeſſiones, itemque Narbonæ alias, ſed & in Italia Fundis, & apud Nolam habuit: unde etiam Romana ſtirps affirmatur.

Quo tempore natus? 6 Seculo aureo cum juxta virtutes litteræque, præſertim ſacræ, plurimum colerentur, ſub annum ſalutis humanæ trecenteſimum quinquageſimum tertium ortus eſt, ut ſplendidiſſimo ſeculo & hoc lumen accederet; viciſſimque ipſi copia foret ex aliena luce multiplicandæ ſuæ. Ita factum eſt, ut ad excolenda magnarum laudum ſemina, acre judicium, ſolers ac ferax ingenium, bonam atque tractabilem mentem, quæ natura excellens indiderat, egregium magiſtrum nanciſceretur. Decius Magnus Auſonius is fuit, Poëticis idem
Auſonius Gallus ejus Magiſter. & Oratoriis virtutibus inclytus inter ejus ævi primos. Is cum ſua ſponte, tum Paulini docilitate ac moribus, ad hæc veteri parentum inter ſe utriuſque neceſſitudine & caritate
C compulſus, ita inſtituendum regendumque nobilem puerum ſuſcepit, ut ſedulitate induſtriaque præceptoris, *e* humanitate patris ac pie*e* tate docuerit formaritque: nec aliter poſtea, quam filium conſueverit nominare. Paulinus ſequi manum fingentis, avide in ſtudia rapi, nulla non Scriptorum monumenta terere; parcius tamen Hiſtoricos verſabat: in Oratoribus ac Poëtis totus erat. Denique ita profecit, ut in utraque facultate, ſive Oratoria ſive Poëtica, vel adæquarit docentis gloriam, vel etiam ſuperarit.

7 De Poëtica excellentia teſtimonium Auſonii in promptu eſt:

Paulinus quam excellens Poëta. Et quæ jamdudum tibi palma Poëtica pollet,
Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret.

Epiſt. 20 Cedimus ingenio, quantum præcedimus ævo:
Aſſurgit Muſæ noſtra Camœna tuæ.

Quippe eſt nemo qui neſciat, victoribus ſacrorum certaminum præmia fuiſſe palmas: D
quibus ſi tæniæ quædam ac vittæ, quæ primo A. FRAN.
ex phylira, deinde ex materia pretioſiore fieri SACCHIN.
cœptæ, additæ eſſent, decus ſimul & auctoritas accedebat. Id genus tæniis lemniſci erat nomen. Inde clariores lemniſcatæ palmæ, quam puræ. Porro Domitianus Romæ certamen inter Oratores quoque & Poëtas inſtituit Ergo ſeu vere proprieque palmam lemniſcatam ex tali quopiam certamine inter Poëtas retulerit Paulinus, ſeu (quod libentius crediderim) per colorem ſic nominet Auſonius, intelligere eſt, quantum adeſſet Paulino ex Poëſi celebritatis, qui Auſonio per id tempus ſummo vate major haberetur. Neque enim id per aſſentationem ab magiſtro, aut per paternam in alumnum indulgentiam, potius quam vere dictum exiſtimabit, qui ipſorum inter ſe ingenia ſtylumque componat. Haud dubie Paulini lenior, ac ſuavior, itemque magnificentior natura ac vena erat; cui, ut idem teſtis eſt Auſonius, mellea quædam inerat modulatio; vegeta & ſublimis alacritas, ſic appetenti ſum- Epiſt. 19
ma, ut non decideret. Nec vero Poëtæ flo- E
rentis facultas exiſtimanda eſt ex his quæ extant carminibus, ex Euangelica ſimplicitate conditis poſt abdicatas Muſas: ſed cogitandum, hæc ipſa cum tamen talia ſint, profecto dum ferveret ambitio, placendi ſtudium, & cupido famæ ſtimularent, atque exacuerent curam; dum omnia Poëtarum myrotheciæ ſcrutaretur; ſimulque hinc alti vigor ingenii dictionem attolleret, inde nobilitas morum ac lenitas temperaret; extitiſſe aliquid valde perfectum, quod merito & doctis & multitudini perplaceret.

8 Quid autem ſoluta numeris oratione poſſet, inſtar omnium ſancti Hieronymi elogium *Quantus Orator.*
eſt. Ingens ille Doctor, qui toti erat miraculo orbi terrarum, ita Paulinum admirabatur, ut, cum enumeraſſet Scriptorum Eccleſiæ Latinorum prima lumina, Tertullianum, Lactantium, Victorinum, Hilarium, Cyprianum, neque eos, qui tum vivebant florebantque, excepiſſet; oſtendiſſetque, ſingulis ad perfectionem aliquid deeſſe, unum ſtatuat Paulinum, in quo nihil deſideretur: prædicens fore, ſi interior accederet divinarum ſcientia litterarum, ut Scriptores cum Latinos
omnes, tum etiam Græcos, non ita olim F
prægrederetur. Interque cetera, O ſi mihi liceret, inquit, iſtiuſmodi ingenium, non per Aonios montes & Heliconis vertices, ut Poëtæ canunt, ſed per Sion, & Itabyrium, & Sina excelſa ducere; ſi contingeret docere Epiſt. 13
quæ didici, & quaſi per manus myſteria tradere Scripturarum; naſceretur nobis aliquid, quod docta Græcia non haberet. Et mox: Si quaſi extrema manus operi tuo induceretur, nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihilque latinius tuis haberemus voluminibus. Addit: Magnum habes ingenium, & infinitam ſermonis ſupellectilem; & facile loqueris, & pure; facilitaſque ipſa & puritas mixta prudentiæ eſt. Capite quippe ſano, omnes ſenſus vigent. Huic prudentiæ & eloquentiæ ſi accederet vel ſtudium, vel intelligentia Scripturarum, viderem te brevi arcem tenere noſtrorum. Hæc ſcripſit ille, quam acris judicii, tam liberi oris Doctor, de Paulino, haud longo tempore poſtquam is totum

A fe ad pietatem contuliſſet, etiamnum tirone
A. FRAN. ſacris in diſciplinis : propterea ſubjicit : Qui
SACCHIN. talla habes rudimenta, qualis exercitatus mi-
S. I. les eris ? Sed Paulinus præ animi ſubmiſſione, ut ſuo tradetur loco, etiam illum in Chriſtiana ſapientia poſthabuit principatum.

9 Interim tamen, antequam ſe abſconditæ mundo ambitioni, humilitatis Cruciſque obſequiis penitus manciparet, cum talia haberet ingenii, doctrinæ, ac linguæ ornamenta ; quæ natalium ſplendore illo, ac divitiarum copia longe clariora ad vulgus & mirabiliora efficiebantur ; haud mirum eſt ſi tamâ clariſſimâ, ſi gratiâ maximâ, & honoribus quoque ſummis floreret : & Conſulatum, eumque *f* ordinarium, qui primus ab Imperio gradus honoris cenſebatur, in flore juventæ, ante Auſonium, longe ætate præeuntem, conſequeretur. Non inficiatur Paulinus hanc honorum ſuorum feſtinationem : ſed undecumque profectus & abiiciendi ſeſe materiam ſolitus rapere, id quoque ad elevandam ſui ab ſeculo receſſus admirationem refert, tamquam ſaturatus abierit, & honorata à primis annis perſona, ut ad Severum ſcribit, maturare ſibi potuerit gravitatem. Auſonius vero diſerte præiviſſe ſibi Paulinum honoribus profitetur, dum, quare contra temporis morem, ejus nomen in epiſtola præpoſuerit ſuo, his verbis excuſat :

Quam gratioſus.

f Fit Conſul.

Epiſt. 1 ad Severum.

B

Paulino Auſonius. Metrum ſic ſuaſit, ut eſſes
Tu prior, & nomen prægrederere meum:
Quamquam & Faſtorum titulo prior, &
Epiſt 20 tua Romæ
Præceſſit noſtrum ſella curulis *g* ebur.

g Ceterum Auſonius idem ita præferebat ſibi Paulinum, ut pariter ab ſe profectum videri vellet, ſeque veterum ejus honorum largitorem appellet. Quæ nequaquam crediderim ea ſolum cauſa dici, quod honoribus dignum, præceptis & inſtitutione reddiderit ; verum etiam, quod à Valentiniano ſeniore ad docendos ejus liberos Gratianum & Valentinianum in aulam ccitus, eaque re gratiam Principum meritus, Paulinum maxime habuerit, quem & caritatis ſtudio, & ad ſuarum incrementa rerum proveheret.

Quomodo provectus ab Auſonio.

Epiſt. 24

10 Matrimonium quoque Paulino felix contigit, locuples femina, & ſapiens, mireque conſentiens, & (quæ prima gloria eſt) apprime religioſa. Nomen ei Theraſia. Una fœcunditas defuit ad cumulum terrenæ felicitatis : ſed ideo fortaſſe defuit, ut de ſterilitate corporum, fœcunditas augeretur animorum ; & inde felicitatis æternæ cumulus naſceretur, unde manca erat humana. Quippe poſt longa vota, ſoboles tandem virilis, cum agitantibus in Hiſpania obtigiſſet, ea vitalis non fuit. Itaque ſub octavum ab ortu diem rapta Compluti, admonuit ſcilicet parentes, ſimulque viam expedivit, ut meliorem recte factorum progeniem, & minime caducam meritorum poſteritatem deſiderarent, quemadmodum ſanctus Ambroſius interpretatur.

C

Theraſia Paulini conjux.

Amittunt infantem filium.
Epiſt. 30

ANNOTATA D. P.

à *Ad marginem, pro eo quod textus totum Vitæ tempus finit per* annum ſeptimum ſupra ſeptuageſimum, *notabatur* ſecundus ſupra octogeſimum : *& hac ratione videtur Roſweidus, diverſam ſuam à Sacchini calculo opinionem ſignificatam voluiſſe.*

b *Hieronymus in Chronico ad annum Valentis & Valentiniani* x, Melania nobiliſſima mulierum Romanarum, Marcellini quondam Conſulis filia. *Sed* Paulinus, *cui notior eſſe debuit*, Marcellino Conſule avo *natam dicit : ſanguinis tamen cum* Paulino *propinquitatem, necdum aliter in ea epiſtola indicatam reperi, quam quod illius hoſpitio Nolæ ſit uſa cum ſuo comitatu, anno (ut cap.* 11 *docet Chiffletius)* 398. D

c *Exiſtimem potius* Burdegalenſem *Presbyterum* Uranium *fuiſſe*.

d Ebromagus, *vulgo* Embraú *in Xantonibus, ad Garumnæ æſtuarium prope Blaviam, infra Burdegalam 7 leucis.*

e *Hic mihi primum ſe prodidit Auctor Sacchinus ex recordatione ſimilis phraſis in Vita B. Staniſlai : & congruit ætas qua ille ſcripſit jam Secretarius Societatis, & ab hiſtoria ſcribenda amotus, eoque forſan nomen ſupprimi voluit ; vel quia vicinam mortem cogitans, nihili faciebat apud homines nominari.*

f *Ita ille ex mente Baronii an.* 375 *num* 1, *exiſtimantis eum annum*, poſt Conſulatum Gratiani Aug. 111 & Equitii *ſolitum nuncupari in Faſtis, Paulini Conſulatui poſſe aſſignari ; cum tamen expreſſe dicant Hieronymus & Proſper, quod* Quia ſuperiore anno Sarmatæ Pannonias vaſtaverunt, iidem Conſules manſere, *ne ſcilicet novorum Magiſtratuum lætitia nimis cito aboleret mœrorem è clade conceptam, & vacaturis ideo Faſtis ſignandam. Contra eos tamen, qui omnino* Conſulem *negant fuiſſe* Paulinum ; *& Auſonii verba alio torquent, aſſerit Chiffletius*, Suffectum *ſaltem fuiſſe in reliquum annum* 378, *quo idem Imperator & Conſul Valens*, v *Idus Auguſti cæſus à Gothis, & combuſtus eſt. Conſtat autem in iis Faſtis, qui annorum ſupputandorum cauſa paſſim terebantur manibus, nullam ſuffectorum habitam rationem ; alios autem antiquiores, quo ſinguli cujuſque annui Magiſtratus ſcribebantur, fruſtra nunc requiras.* E

g Prætoram Urbanam, *inquit Chiffletius*, ſolebat biennio præcedere Ædilitas curulis ; *cum ergo ex Codice Theodoſiano, l.* 4 *&* 5 *de Scenicis, pro anno* 380 *habeamus* Paulinum Prætorem Urbanum, *conſequens foret ipſum anno* 378 *iſtud fuiſſe, atque ab Ædilitate eodem anno ad Conſulatum transiſſe, ac deinde factum Prætorem ; eſto ex legibus non ante annum ætatis* 37 Ædilis, *nec ante* 39 Prætor *fieret ; nam ab illis legibus labente Imperio facilis erat exemptio : anno autem* 378 *vix plus quam* 24 *annos numerabat* Paulinus, *ex calculo præſcripto.* F

CAPUT II.

Paulini Baptiſmus Burdegalæ ſuſceptus, Monachatus in Hiſpania aſſumptus.

11 UNiverſa Paulini decora conſummabat, & jucundiſſima quadam luce gratiaque reſpergebat ac publicabat mira viri ſuavitas, lenitas, & beneficentia : quæ tanta erat, ut, ſi quid nanciſceretur quod gratum ſperaret amicis fore, mallet iis gratificari, quam genio indulgere ſuo. Inde illa Auſonii ex frequenti experimento grata exclamatio : Quid autem tam amabile, tamque hoſpitale, quam

Paulini ingenium mire ſuave ac benignum.

A quam quod tu, ut me participes, delicias tuas in ipſa primitiarum novitate defraudas? O melle dulcior, ô gratiæ venuſtate feſtivior, ô ab omnibus patrio ſtringende complexu! Ergo vir adeo mirabilis, perindeque amabilis, non eſt tardum conjicere, quantis affectatorum turbis coleretur; quantum apud proceres exiſtimationis, apud multitudinem favoris ac plauſus haberet. Decus patriæ, curiæ lumen, idem ſenatus columen cenſebatur. Atqui talia fortunæ, ut vulgus nominat, id eſt, humanæ proſperitatis blandimenta, quo majora ac plura erant, eo pluribus atque tenacioribus Paulinum ſibi devinctum catenis ſeculi vanitas detinebat. Nimirum ut Chriſti gloria tanto fieret illuſtrior, ejuſdemque vis gratiæ potentior appareret, cum tantus Senator univerſa illa pro detrimento duceret, & arbitraretur ut ſtercora, quo ipſum lucrifaceret Chriſtum.

Epiſt. 12 ad Paulini.

Ejuſdem celebritas.

12 Iuvat inveſtigare quibus adjumentis & machinis divina gratia uſa ſit ad arcis ejus expugnationem, utque ſuperbiæ apparatum tantum Crucis humilitati ſubjiceret. Sed prius indicabo, quibus in locis, quibuſque muneribus ætatem egerit, antequam in receſſu Nolano conquieſceret. Pueritiam haud dubie, itemque adoleſcentiam, in ſtudiis liberalibus traduxit Burdegalæ. Ibi enim Grammatices atque Rhetorices ſcholam Auſonius rexit. Quo tranſſato in aulam Auguſti, Paulinus ad agendas cauſas in fori ſtrepitum & curiæ lucem proceſſit; tum ad honores evectus, aliquamdiu Romæ vixit. Inde per annos fere quindecim peregrinatus eſt per Italiam, Galliam, Hiſpaniam, terra marique; partim publicis rebus, partim (niſi me conjectura fallit) domeſticis occupatus. Quos inter errores Mediolani fuit per idem tempus, quo ſanctus Auguſtinus ibidem & Alypius verſabantur: & cognitus Alypio eſt, quamvis ipſe Alypium ignorarit. Sic enim fieri videmus, ut magnæ perſonæ prope omnibus notæ ſint, nec ita multos norint. Eodem temporis tractu, pietate ſenſim in animum admiſſa, Burdegalæ baptizatus, Barcinone Sacerdos creatus eſt, inde Nolam demum migravit, ut jam per ſingula enucleatius exponemus.

B *Summa Vitæ ante Nolanum ſeceſſum.*

13 Prima ſecundum Deum converſionis Paulini gloria ſanctiſſimo Presbytero Felici deberi videtur. Hujus invicti Confeſſoris, aut potius Martyris, ut Paulinus & ſancta Eccleſia appellat, (nam quamquam non eſt mortuus in tormentis, ad mortem tamen pro Chriſto eſt tortus) latiſſime nomen celebrabatur. Ad ejus venerandum corpus magna prodigia & plane evidentia patrabantur. Torquebantur graviſſime mali dæmones, & ſpectacula mira edebant in iis, quorum corpora obſediſſent. Quas ob res undique Nolam ad S. Felicis ſepulcrum concurrebatur. Adiit & Paulinus, eò opportunius, quod paternos circa fundos poſſidebat. Animum ſibi juvenis beatus Martyr ita devinxit, ut ſtatueret quietam apud eum ſanctamque vitam exigere. Sub annum hæc ætatis ſeptimum ac vigeſimum apud ſe decrevit, tribus *a* luſtris antequam re demum ipſa præſtaret. Inde primo Natali, quem iter Nolam ex Hiſpania parans, condidit, ſanctum rogat Patronum, ut conſulat.

C *Converſio ejus debetur præcipue S. Felici.*

a

Natal. 1 Iam deſideriis immenſo tempore feſſis.
ſoſpitemque ad ſeſe producat. Et ſequenti Natali jam præſens ita cecinit:

O pater, ô domine indignis licet optime ſervis,
Tandem exaratum eſt inter tua limina nobis,
Natalem celebrare tuum. Tria tempore longo
Luſtra cucurrerunt, ex quo ſolemnibus iſtis
Coram vota tibi, coram mea corda dicavi.

D A. FRAN. SACCHIN. S. I. Natal. 2

Ergo jamdudum etiam ante Baptiſmum conſilia perfectæ vitæ coquebat: & protinus addit, ex quo tempore illam ſibi vitam ad ſancti Felicis agendam propoſuerit, perpetuo ipſum, ſibi inter varios terræ & maris labores adiuiſſe. Itaque S. Felici imprimis debetur S. Paulinus. Tanti intereſt Cælitum aliquem Patronum adſciſcere, quem præcipuo cultu & conſtanti pietati venereris, cui te totum dedices, cujus omni tempore opem implores.

Iuvit conjux Theraſia,

14 Inter mortales, adjumento fuiſſe Theraſiam conjugem, glorioſa Auſonii contumelia docet, dum Paulinum carpens tamquam parum in amicitia conſtantem, cauſam in eam velut abducentem confert, Tanaquilem appellans, quæ ſapientia & religionum peritia ſeſe præferret, imperitaretque viro; & ob eam rem timeretur à Paulino. Sic enim latrat:

Si prodi, Pauline, times, noſtræque vereris
Crimen amicitiæ, Tanaquil tua neſciat iſtud.

E Epiſt. 24 ad Paulinum.

Et ſane divina matronæ ſapientia, & virilis conſtantia inde fit manifeſta, quod in paupere ac duram vitam viro certe conſenſit: & quidquid ſive dotalium, ſive aliarum habuit facultatum, vendidit, & in egentes conſilio Chriſti pretium erogavit. Ad hæc abundabat illa ætas magnis quibuſdam & illuſtribus cum ſapientia, tum ſanctitate Epiſcopis. Ambroſius Mediolani, Turone Martinus, Burdegalæ Delphinus, alibique aliæ Euangelicæ lucernæ ardentes lucenteſque ſupra candelabrum poſitæ, longe lateque fundebant cæleſte lumen: & Paulinus, quantum argumentari licet, talium ſemper virorum conſuetudinem adamavit. Enimvero ingens ad ſanctitatem eſt gradus, uſu delectari & familiaritate Sanctorum. Ergo trium maxime, quos nominavi ſanctiſſimorum Antiſtitum, Paulinus exemplis, conſuetudine, ſtudioque profecit.

& ſanctus Ambroſius Epiſt. 45. ad Alip.

15 Ambroſius jam ſenior, videns præclaram juvenis indolem, ſuaviſſime diligebat. Itaque ipſemet Paulinus ad Alypium ſcribit, Ambroſii dilectione ſe ſemper ad fidem nutritum eſſe. De ſancto Turonenſi Martino, illud eſt conjecturæ, quod oculum quoque ægrum ei ſanavit. Paulinus vero (inquit Severus) vir magni poſtmodum futurus exempli, cum oculum graviter dolere cœpiſſet, & jam pupillam ejus craſſior nubes ſuperducta texiſſet, oculum ei Martinus peniculo contigit, priſtinamque ei ſanitatem ſublato omni dolore reſtituit. *b* Quis vero dubitet, quin præclara S. Martini euangelicæ perfectionis documenta multum valuerint ad illuſtrandos ei oculos mentis, cui tantum peniculi contactus valuit ad corporis lumen redintegrandum? Sed maxime omnium ad rem eamdem repræſentandam & redigendam in opus, S. Delphinus *c* valuit, à quo & ſacro Baptiſmate expiatus eſt. Profitetur hæc Paulinus in epiſtola ad eum ſcripta, dum ait: Memineramus te non ſolum patrem, ſed & Petrum nobis eſſe factum: quia tu miſiſti hamum ad me profundis & amaris hujus ſeculi fluctibus extrahendum, ut captura ſalutis efficerer; &, cui vivebam, naturæ morerer; & cui mortuus eram, viverem Domino.

F *& ſanctus Martinus,* Lib. de vitâ S. Martini cap. 21. *b*

c *& ſanctus Delphinus.* Epiſt. 16 ad Delphinum 2.

16 Mos erat iis temporibus, differre in multam ætatem genitale lavacrum. Quare

A & Paulinus non ante annum circiter duode-
A. FRAN. quadrageſimum nova genitus origine eſt à
SACCHIN. Delphino Burdegalæ : quam ob cauſam illum
S. I. Patrem appellat : ſimulque Petrum vocat, quod
Quoto ætatis anno baptizatus. ſanctis ejus cohortationibus ad curam ſalutis perductus ſit, tamquam à piſcatore hamo vitali captus. De ætate Baptiſmi conſtat ex primæ ad ſanctum Auguſtinum epiſtolæ verbis : Rege ergo parvulum in terra reptantem, & tuis greſſibus ingredi doce. Nolo enim in me corporalis ortus magis quam ſpiritalis exortus ætatem conſideres : quippe ætas mihi ſecundùm carnem ea jam eſt, qua fuit ille ab Apoſtolis in porta Specioſa verbi poteſtate ſanatus (id eſt annorum amplius quadraginta) in natalibus autem animæ, illius adhuc mihi tempus
Epiſt. 41 infantiæ eſt, quæ intentatis Chriſto vulneribus immolata digno ſanguine Agni victimam præcucurrit, & Dominicam auſpicata eſt paſſionem (id eſt bimatus Innocentium). Non enim paſchalis agnus ſignificatur anniculus, ſed infantia Innocentium : quæ pulchre dicitur intentatis Chriſto vulneribus immolata,
B quod in unoquoque eorum Chriſtum mactare ipſum Herodianis carnificibus deſtinatum erat. Atque idcirco immaculati Chriſti victimam ſic immolata infantia digno ſanguine præcucurrit, & Dominicam auſpicata atque exorta eſt paſſionem ; quod jam tum necem in infantibus pati Chriſtus inciperet, ad quam quidem natus erat. Sed cum hauddum tempus adeſſet interitus, vicarios ſibi illos ſubjecit. Ergo ſi quadragenarius ætate corporis, bimus ferme erat natalibus animæ, conſtat ſub annum octavum atque trigeſimum in meliorem vitam exortum *d*.

d *Statim à Baptiſmo cogitat Monachatum.*

17 Sub idem quo renatus eſt tempus (quod divus Auguſtinus fecerat, nec pauci ea tempeſtate factitabant) ad monaſticam diſciplinam feſtinavit. Solebant quippe nonnulli, exactam Chriſtianæ legis innocentiam conſiderantes, contenti Catechumenorum ordine, reſervare in tempus illud Baptiſmum, quo ſe magis idoneos ad eam præſtandam arbitrarentur ; indigniſſimum rati, obligare Deo fidem, ac fallere, cum tantum flagitium ſit dictum homini violare Sacramentum. Simul ergo per vitales undas renaſci animum inducebant, &
C ad conſervandam cæleſtis originis dignitatem, idque præſtandum quod in divina ablutione ſpoponderant ; hoc eſt, ut ſatanæ & mundo, & pompis eorum renuntiarent (quod in populari depravatione perægre fieri videbant poſſe) ſeveriorem diſciplinam capeſſebant.

Non me fugit, viros perdoctos, natales animæ interpretari ſuſceptionem Monachiſmi, & ponere baptizatum multo ante fuiſſe. Ceterum, niſi magnopere fallor, Paulinus idem ſatis hæc duo ad Alypium diſtincte memorat. Verba ſunt talia : Sed de me, ne quid ignores, ſcias antiquiſſimum peccatorem, non ita olim de tenebris & umbra mortis eductum, Spiritum auræ vitalis hauſiſſe. Baptiſmum manifeſte deſcribit. Nec enim adeo affirmate potuiſſet de Monachiſmo pronuntiare, per eum ſe ſpiritum auræ vitalis hauſiſſe. Nam ut religioſæ profeſſionis aſſumptio ſoleat comparari Baptiſmo, modeſtia tamen non fert, ut quiſquam de ſe prædicet perinde atque per eam renatum : & inde natales animæ nume-
Baron. An. 394

ret : quod eo minus Paulino conveniebat, quia D
quo tempore ad Alypium ea ſcripſit, necdum Epiſt. 45
facultates vendiderat : nec ulla ſe intra cœ- ad Alip.
nobii ſepta ſub alieno imperio victurus abdiderat. Denique rudimentum tentabat potius ineundæ militiæ, quam militiam erat aggreſſus. Protinus autem ubi dixit de ſpiritu auræ vitalis non ita olim hauſto, hoc eſt, de Baptiſmo ſuſcepto, ſubdit : Nec ita olim poſuiſſe in aratro manum, & crucem Domini ſuſtuliſſe ; quam ut in finem perferre valeamus, orationibus tuis adjuvemur : quæ plane perfectionis Euangelicæ inſtitutum demonſtrant.

18 Ceterum ad hunc celſiſſimum conſummatæ ſapientiæ verticem, ne quid per inconſultum ardorem aſſumeret, quod inſuetum opprimeret, nequaquam repente tranſiliit : ſed *Senſim ad perfectionem progreditur.* paulatim ſenſimque tentando ſe, præparandoque, quaſi per gradus aſcendit. Id ipſemet quo candore ſolet orationis & animi profitetur : ſed ita, ut inde quoque Severum ſibi præponat, quem in medio ſeculi æſtu, abruptis potius vinculis quam ſolutis, ad Chriſtum E
ait miraculo majore converſum. Denique, inquit, ut à calumniis & peregrinationibus requiem capere vitus ſum, nec rebus publicis occupatus, & à fori ſtrepitu remotus, ruris otium & eccleſiæ cultum placita in ſe- Epiſt. 1
cretis domeſticis tranquillitate celebravi : ut ad Seve-
paulatim ſubducto à ſecularibus turbis animo, rum.
præceptiſque cæleſtibus accommodato, proclivius ad contemptum mundi, comitatumque Chriſti, jam quaſi de finitima huic propoſito via demigraverim. Ergo ſub idem tempus ex aqua renatus & ſpiritu, & amore ſuccenſus perfectæ virtutis, cogitare ſeceſſum cœpit. Obtulit ſe, fortaſſe invitatus ab eo & allectus, ſocium conſilii ejuſdem Sulpicius Severus ; quamquam maluit poſtea vel ſanctum Martinum ſequi, vel familiam ipſe ſuam ducere.

19 Sed ante omnes ſecuta illum Theraſia eſt
conjux, non jam dux ad mollitudinem (juvat Au- PARS II.
guſtini ad Paulinum, & hujus ad Aprum verbis uti) vel avaritiam viro ſuo, ſed ad continentiam & fortitudinem redux in oſſa viri ſui: *Secedit in Hiſpaniam cum Theraſia.*
quam exinde charitas Chriſti tanto illi firmioribus, quanto caſtioribus nexibus copularet: F
ut eſſent iidem conjuges qui fuerant, ſed non ita conjuges uti fuerant : eſſent ipſi, nec ipſi; nempe qui ſicut Chriſtum, ita ſemetipſos jam ſecundum carnem non noſſent. Cum Theraſia *e* igitur, jam non carnis tam conſorte quam *e*
ſpiritus, in Hiſpaniam ſeceſſit ; eam videlicet Epiſt. 32
ob cauſam, ut egreſſus de domo & cognatio- & 31.
ne paterna, procul ab amicis ac notis, ad Domini ſervitutem ſe compararet. Homini enim neceſſitudinibus tam multis implicito, inter ſuos ita culto, cujus gratiam ita certatim omnes ambirent, omnino neceſſaria fuga erat. Sed hic animadvertendum, bis in Hiſpania videri fuiſſe : primum, negotiorum causâ, cum varia loca inter pelagi ac viæ labores pervagatus, filium Compluti ſuſcepit & amiſit, uti ſupra memoravimus ; deinde, ad ponenda vitæ Monaſticæ rudimenta. Nam ut ob negotia profectis, ubi filius mortuus eſt, monaſticæ vitæ conſilium ſteterit, non admodum probabile putarim : ſed enim tum eveniſſe crediderim, quod Gregorius Turonenſis nar-
rat

A rat, ut, dum ſacras latebras captat, conquireretur à ſuis, quo ſe abdidiſſet ignorantibus: &, ut humilem aſperamque vitam inſtituerat, pro homulo è plebe haberetur ab iis apud quos degebat, donec agnoſceretur caſu, & proderetur à negotiatore. Nam, poſtquam Nolam ſeceſſit, non ita videtur Nolanos, quibus jampridem erat cognitus, latere potuiſſe.

de Gloria Confeſſor. Cap. 107.

ANNOTATA D.P.

a *Imo* duobus *plenis dumtaxat, ex noſtro ſuperiori calculo, quo converſum ponimus expleto anno ætatis* 38, *Chriſti* 393 *currente, quod & Chiffletius tenet cap.* 5. *Eoque facit, quod mox ipſe dicat in Natali S. Felicis ſecundo, id eſt an.* 398, *æt.* 43 *expleto, à tempore primi propoſiti Nolæ concepti* tria luſtra *ſibi cucurriſſe.*

b *Quærit Chiffletius cap.* 3, *quo loco & tempore id acciderit; & ex Epiſtola ad Victricium* 2 *eruere ſe locum putat: ſic enim ibi ſcribit Paulinus*, Meminiſſe credo dignaris, quia Sanctitatem tuam Viennæ apud beatum Patrem noſtrum Martinum viderim: *quaſi non niſi uno illo loco Martinum vidiſſe potuerit* Paulinus. *De tempore Chiffletius nihil addit, niſi quod etiam ex Severo putet, tunc adhuc Laicum fuiſſe: idque omnino eſt veroſimile, ac pæne certum; cum mox à ſuſcepto baptiſmo in Hiſpaniam abierit, & inde Nolam profugerit, nec Gallias unquam repetiiſſe ſciatur* Paulinus.

B

c S. Delphinus *inſcribitur Rom. Martyrologio ad* 24 *Decembris.*

d *Hæc, ut dixi, ſcripſiſſe creditur Auguſtino Sanctus eodem anno, quo exeunte ille factus eſt Epiſcopus* 395. *Sed Pagius in Criticis putat ſe evincere, Ordinationem Auguſtini uno anno poſtponendam: quo poſito poſſet, imo deberet* Paulini *ætati annus unus detrahi. Mihi necdum convincens viſa eſt ratiocinatio Pagii, contra Proſperum opinionemque communem.*

e *Quærit Chiffletius cap.* 34, an fuerit marito ſuperſtes Therafia, & cum illo in Canonem Sanctorum relata. *Primum ille videtur negare, ex Uraniâ de illa ſilentio; ad ſecundum dicit, ſaltem libro vitæ inſcriptam poſt mortem, cujus tanta dum vixerit virtus laudatur. Plus aliquid audent recentiores Hiſpani, Pſeudo-dextri ſui figmentis ſubnixi: & Tamayus* SS. Paulinum, Therafiam, Celſum *eorum filium, ut Sanctos, ſimul inſcribit Martyrologio ſuo: quin &* Therafiam *origine Hiſpanam fuiſſe aſſerit ex Bivario*; cum nullibi, præterquam in Hiſpaniis, Therafiæ nomen in uſu fuerit. *Sed cum Græcum id nomen ſit, à* Θηράω venor, *ſicut à* Γελάω rideo *fit Gelaſius; quis credere poſſit ipſum nomen in Hiſpania natum, & non aliunde etiam in Gallias invectum eſſe? Uſus communior nunc* Tereſiam *ſcribit. Nolam quoque virum ſecutam* Therafiam *indicat Ambroſius infra num.* 19; *unde & veroſimile ibi prædefunctam, ſed ita ut nulla ſuperſit memoria alicujus cultus.*

Therafia uxor Paulini an Sancta?

C

D

A. FRAN. SACCHIN. S. I.

CAPUT III.

Paulini in ſuſcepto novo vitæ inſtituto conſtantia, fruſtra oppugnata à mundanis, laudata à Sanctis.

20 IN Occidente rari tum erant, præſertim è nobilitate, qui rebus abdicatis omnibus, ad attentiorem Religionis cultum prorſus ab humano uſu ſecederent: quin adeo id qui facerent, pro ſocordibus & emotæ mentis hominibus, & Bellerophontæo vitio laborantibus (ſic enim Rutilius ejus ſeculi Poëta deſcribit) deſpectui atque irriſui erant. Cumque multi Senatorum ac Procerum adhuc ſuperſtitiones Ethnicas obtinerent, hi maxime Chriſtianæ perfectionis ſtudioſos inſectabantur, cum ipſius vituperatione diſciplinæ, quæ talem ſectam, velut humanæ ſocietati publicæque rei pernicioſam, edidiſſet. Itaque S. Ambroſius, ubi Paulini conſilium (litteris opinor ejuſdem) certo cognovit, qui parati clamores eſſent, poſtquam res in publicam emanaſſet notitiam, in hunc modum ad Sabinum deſcribit: Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum, venditis facultatibus, tam ſuis quam etiam conjugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, ut ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam; & ipſe pauper ex divite factus, tamquam deoneratus gravi ſarcina, domui, patriæ, cognationi quoque valedicat, quo impenſius Deo ſerviat. Elegiſſe ſecretum affirmatur Nolanæ urbis, ubi tumultum fugitans, ævum exigat. Matrona quoque virtuti & ſtudio ejus proxime accedit, neque à propoſito viri diſcrepat. Denique tranſcriptis in aliorum jura ſuis prædiis virum ſequitur: & exiguo illic conjugis contenta ceſpite, ſolabitur ſe religionis & charitatis divitiis *a*. Soboles eis nulla, & ideo meritorum poſteritas deſiderata. Hæc ubi audiverint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa indole, tanta præditum eloquentia migraſſe à Senatu, interceptam familiæ nobilis ſucceſſionem, ferri hoc non poſſe. Et, cum ipſi capita & ſupercilia ſua radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra; ſi forte Chriſtianus vir attentior ſacro ſanctæ religioni, veſtem mutaverit, indignum facinus appellant. Equidem doleo tantam eſſe in mendacio obſervantiam, in veritate negligentiam, ut confundantur plerique attentiores ad ſacroſanctam religionem videri, non conſiderantes vocem dicentis; Qui me confuſus fuerit coram hominibus, confundar & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cælis. Hactenus S. Ambroſius.

Quis motus in Paulini converſione:

Itiner. l. 1 E

Epiſt. 30

a

F Matth. 10, 33

21 At Paulinus, hæc repoſita ſibi ludibria ſatis gnarus, ita non expavit, ita non erubuit Euangelium, ut hac maxime conſtantia & libertate mirificus ſit; & credere liceat, ob id in primis meritum, tantam illi viciſſim ab indulgentiſſimo Domino repenſam etiam inter homines famæ celebritatem. Ante alios oblatravit famulo Chriſti, perque omnia ingenii artificia ejus tentavit conſtantiam Decius Au-

ejuſdem conſtantia.

A Ausonius. Hispanicum enim secessum cum perægre tulisset, ac spoliari se veteri discipulo, jamque tam claro caroque amico, nec minus opulento perdoleret; non aliis super alias interpellari litteris cessat, veterum honorum & patrimonii damna proponens; non proditæ crimen amicitiæ objectare dubitat, non sanctæ conjugi Therasiæ parcit; non mordere acrius, & tamquam leviter immutatum incusare ipsum veretur, occinens inter alia:

Acriter oppugnatur ab Ausonio.

Vertisti, Pauline, tuos dulcissime mores.
Epist. 25 Ergo meum patriæque decus, columenque Senatus,
Bilbilis, aut hærens scopulis Calagurris habebit?
Hîc trabeam, Pauline, tuam Latiamque curulem
Constituis? patriosque istic sepelibis honores?

Quæ diversis annis carmina, seu potius incantamenta missa, fecit Deus (scilicet famuli sui interim vel latitantis, vel loca mutantis tranquillitati consulens) ut sero admodum eodem
B tempore omnia redderentur, quarto anno, ex quo nihil ab eo litterarum acceperat.

22 Testatur id illud Paulini exordium,
Epist. 1 ad Auson. dum ad litteras simul omnes responsum meditatur:

Quarta redit duris hæc jam messoribus æstas,
Et toties cano bruma gelu riguit,
Ex quo nulla tuo mihi littera venit ab ore.

Tum fallaces blanditias & dolosas querelas nobilis tiro veterana firmitate confutat. Non ire inficias se omnia illi debere: coluisse semper, culturumque pietate etiam mansura post mortem. Ceterum si quid in alumno esset quod Christus amaret, lætari & ipsum oportere, ad quem, ut ad magistrum, pars laudis & præmii pertineret. Incolere sola loca usitatum esse Philosophis, & Poëtis & sanctis Anachoretis; quare vitio sibi ne verteret; quamquam ipse vota potius quam rem Monachorum haberet. Atq; utinam, inquit, concederetur vere sub nomine Christi probra perferre! Quippe menti, quam Numen firmarit, nequaquam teneram esse frontem; & laudem hîc contemptam redire Christo judice. Non igitur Bellerophontis insaniam sibi, nec Tanaquilem, sed Lucretiam conjugem esse. Non oblitum se patrii
C cæli; cum, qui Deum unum colit, ille verè sit cæli memor: neque impium posse dici, cum perinde sit, Christianum esse, & pium, contraque, non Christianum, & impium. Cùm autem immutatum se audit, non statim prosilire ad morsus debere, sed pervestigare, quæ mutatio sit, cùm quædam crimine vacet. Quodsi perversum deprehenderit, tum succensendum, enitendumque ut in rectum statum reponat lapsum amicum: sin autem cognoverit devovisse Deó pium pectus, eidemque credidisse confirmanti, æterna parari præmia præsentibus damnis empta,

Epist. 4 ad Auson. Non reor, inquit, id sano sic displicuisse parenti,
Mentis ut errorem credat, sic vivere Christo,
Ut Christus sanxit. Juvat hoc, nec pœnitet hujus
Erroris; stultus diversa sequentibus esse
Nil moror, æterno mea dum sententia Regi
Sit sapiens.

Sed liberrime Christum confitetur & rebus & verbis.

Illum se timere judicem: supremæ illius tubæ
D cieri terrore: id providere, ne imparatum mors ibidem. opprimat; sed ut eam securo liceat animo expectare. Denique præclaram Christi confessionem ita claudit, & quasi trabali clavo figit:

Si placet hoc, gratare tui spe divite amici:
Si contra est, Christo tantum me linque probari.

23 Sed illud ex divino jambico, de gratia Christi totum immutante hominem, ostendit, quam ipsum sibi Paulinum penitus vendicasset.

Efficacia Christi gratiæ.

Hic ergo nostris ut suum præcordiis
Vibraverit cælo jubar,
Absterget ægrum corporis pigri situm,
Habitumque mentis innovat
Exhaurit omne quod juvabat antea Epist. 2 ad
Castæ voluptatis vice; Auson.
Totulque nostra jure domini vendicat
Et corda, & ora, & tempora.
Se cogitari, intelligi, credi, legi
Se vult, timeri, & diligi.
Æstus inanes, quos movet vitæ labor
Præsentis ævi tramite, E
Abolet futuræ cum Deo vitæ fides:
Quæ, quas videmur spernere,
Non ut profanas abicit aut viles opes,
Sed ut magis charas, monet
Cælis reponi creditas Christo Deo,
Qui plura promisit datis.

Prima virtus Monachi, contemptio humanorum judiciorum.

Hæc autem omnia, Paulinus quam præstans fuerit Monachus, plane demonstrant. Nam prima virtus Monachi est, ut sanctus Hieronymus docet, hominum judicia contemnere. Ergo qui talia fundamenta posuit, facilem totius molis æstimationem præbet.

23 Enimvero vituperantium linguas, non ipse modo constantia & æquitate animi summa vicit; sed etiam, ut fortis idem dux ac sapiens magister, ad eamdem alios pugnam egregie confirmavit & erudivit; nec alia nervosius argumenta tractavit. Testimonio sunt quæ in eo genere extant epistolæ duæ sexta ad Severum, prima ad Aprum. Quarum specimen huc afferri, & ad Paulini notitiam, & ad imitationem, ut in re in qua summa ferme religionis vertitur, interesse sum arbitratus. Vetat Severum vel disputare cum iis, qui consilia perfectionis Christianæ F reprehendant, ut quæ non ratione humana defendenda sint, cum auctoritate nitantur divina. Aprum admonet, talia odia & convitia vivendo melius quam loquendo revinci. Si stultum, inquit, putant esse quod gerimus, gratulare conscius tibi, quia opus Dei & præceptum Christi geris; & reminiscere, quoniam stulta mundi elegit Deus ut confundat sapientia: & quoniam quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Talibus autem velle purgari, idem est quod posse Christum ipsum negare; qui erubescentes nomen suum coram hoc mundo, erubescet invicem coram Patre confiteri suos. Tu igitur qui laboras (ut scribis) rationem pro meo ac tuo facto reddere, quid facies, Epist. 6 si non persuaseris hominibus, non ad ædificationem suam, sed ad destructionem tuam tecum de opere Dei disputantibus? Jam erubesces, jamque pallebis, ut causæ pejoris adsertor: & motus gradu titubabis in via Do-

Paulini de hac re egregia præcepta.

mini,

A mini ; & de cælo in terram relaberis, ſi quæ ædificaſti deſtruis. Et mox : Utinam, mi frater, digni habeamur qui maledicamur, & notemur, atque etiam interficiamur in nomine Jeſu Chriſti, dum non ipſe occidatur Chriſtus in nobis. Tum demum ſuper aſpidem & baſiliſcum ambularemus, & conculcaremus caput draconis antiqui. Sed adhuc amico (quod pejus eſt) ſeculo ſolvimur, & in Chriſto deliciamur : laudari tantum in nomine ipſius amantes ; contriſtari & tribulari, quod eſt utilius, recuſantes.

24 Hæc & ſimilia his plura ad Severum; Epiſt. 26 illa ad Aprum : O beata injuria, diſplicere cum Chriſto! Magis nobis timendus eſt amor talium, quibus ſine Chriſto placetur. Et infra : Nos igitur taceamus iſtis, loquentes ad Dominum ſilentio humilitatis, & tunc ipſe qui invictus eſt, pugnabit pro nobis, & vincet in nobis. In hujuſmodi autem quid facere debeamus, Propheta nos docet, dicens ; Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebam me cilicium, & humiliabam in jejunio animam meam : videlicet, ut obtrectatores
B noſtros, ea ipſa qua commoventur, humilitatis ſpecie deſtruamus ; tantoque magis confundantur coram Domino, in antiquæ adhuc
Pſ. 34, 13 ſuperbiæ crimine permanentes, quanto magis nos ipſi gloriamur, in quo confunduntur in nobis. Proinde ſtabiles in fide veritatis & operatione juſtitiæ, talium vel odia vel convitia vivendo melius quam loquendo arguimus ; quia rejiciet ſermones tuos poſt ſe, qui odit diſciplinam ; & qui inſipientem arguit (ut tenes ſcriptum) ſumit ſibi contumeliam. Sibi habeant litteras ſuas Oratores, ſibi ſapientiam ſuam Philoſophi, ſibi divitias ſuas divites, ſibi regna ſua Reges : nobis gloria, & poſſeſſio, & regnum Chriſtus eſt : nobis ſapientia in ſtultitia prædicationis, nobis virtus in infirmitate carnis, nobis gloria in Crucis ſcandalo, quo mihi mundus occiditur & ego mundo, ut vivam Deo ; non autem jam ego, ſed in me Chriſtus ; cui conſepulti ſumus, in quo nunc abſcondimur hujus mundi oculis, ut confuſioni ejuſdem cum ipſo revelemur : quando
C horum quæ nunc nobis objicit memor, dicet ; Hi ſunt quorum vitam æſtimabamus inſaniam, quomodo reputati ſunt inter filios Dei ? Quibus ex verbis apparet, quam pleno loqueretur ex pectore.

25 Multo autem magis (quo ſcilicet rerum teſtimonium majus eſt) ex factis, quibus verba comitabantur, apparet quam vere S. Hieronymus eam præ ceteris Paulino laudem tribuat, ut ferventiſſimæ fidei Presbyterum appellet. Et junior Paulinus, is qui Vitam ſancti Martini heroico verſu condidit, inſignis fidei gloria nobilitatum affirmet, dum in ſecundo volumine canit:

Fides Paulini inſignis.

Epiſt. 34 ad Iulianum.

Lib 2 Vitæ ſanctæ Martini.

Quin & Paulino ſimilis medicina ſalutem
Reddidit, inſignis fidei quem gloria late
Extulit.

Non enim ſine fidei fervore ſummo tanta conſtantia eſſe potuit ; quod ipſe Paulinus quoque declarat, cum ait : Memento granum ſinapis (de quo ſemine ſumus) ſi conteratur, accendi magis, & tum demum in vim ſuam excitari. Quamobrem debemus quaſi naturæ noſtræ in hoc reſpondere, ut

Epiſt. 6 ad Severum.

adverſis ſermonibus contriti, inardeſcamus ad D
fidem ; & eos ipſos, qui nos, ut minimos A. FRAN. hominum, ſcilicet quaſi granum ſinapis, SACCHIN. quod minimum eſt ſeminum, frangere co- S. I. nantur, uramus. Et ad Aprum : Perſpi- Epiſt. 29 cuum eſt quam fortiter credideris in Chriſto, cui jam donatum eſt pro Chriſto pati. Quin & videtur cunctarum abdicatio rerum, & ſanctioris vitæ ſuſceptio attributa fidei præci- de glor. pua ratione olim fuiſſe, & opus fidei, vel fi- Confeſſ. des nuncupata. Gregorius quidem Turonen- Cap. 107 ſis converſionem Paulini ita deſcribit, tamquam auditis Euangelii verbis ; ad ea vertenda in opus ſtatim aggreſſus ſit : quod nihil (ut reor) aliud ſignificat, quam Euangeli- *Sententiæ* cas voces, quibus Chriſtianorum aures aſſidue *ejus pul-* perſonant, ſed ſterili ignavoque ob eorum vi- *cherrimæ,* tium ſignificatu, prompta efficacique fide in Paulini mentem penitus deſcendiſſe. Hauſit igitur à primo Euangelium toto pectore. Et quia (ut dulciſſimis ejus formulis dicam) ſa- Epiſt. 32, por mentis in ſermone guſtatur : ſermo viri 37, & 33 mentis eſt ſpeculum, & theſaurus pectoris publicatur eloquio. Inde eſt, quod divina E Chriſti placita atque decreta, de perfecta & ad ſummum perducta virtute, adeo ubique magnifico ore fundit.

26 Hinc lumina ſive oracula illa, de Euangelica morte, Natal. 10

Vita prior pereat, pereat ne vita futura. Et:
—— Moriamur ne moriamur.

Letalem vitam vitali morte tegamus.

De cordis humilitate : Humilis corde, cor Chriſti eſt. De condonandis injuriis : Vicem Epiſt. 2 ad injuriæ reddere, humana ultio eſt; at inimi- Severum. cum etiam diligere, vindicta cæleſtis eſt. De Euangelica paupertate, Nihil habemus Epiſt. 5 ad niſi Chriſtum ; & vide ſi nihil habeamus, Severum. qui omnia habentem habemus; & alia paſſim horum ſimilia ; ſemper in eo fixus, ſequendum Chriſtum, eique vivendum, lege quã *Chriſto* docuit & ſanxit, & forma quam prætulit. *ſervien-* Quæ quidem Chriſtianis omnibus ante alias *dum ita,* curas, imo ſola cura eſſe deberet. Nam ſi *ut vult ille* mundana ſapientia ita ſuis gloriatur erroribus *ſibi ſervi-* (inquit S. Leo) ut quem ſibi quiſque ducem *ri.* elegerit, ejus opiniones, & mores, atque omnia inſtituta ſectetur ; quæ nobis erit com- F munio nominis Chriſtiani, niſi ut ei inſeparabiliter uniamur, qui eſt (ut ipſe inſinuavit) via, veritas & vita ? Quid igitur aliud Ser. 2 de oportet facere (ut hoc quoque ex Nyſſeno Reſurr. adjiciam) qui magno Chriſti cognomine dignus effectus eſt, niſi ut omnia ſua tum cogitata tum dicta tum facta diligenter exploret, &, utrum eorum ſingula ad Chriſtum Joan. 14 tendant, an ab illo ſint aliena, dijudicet ? Hoc itaque faciebat ubique S. Paulinus, ut, quoniam Chriſti ſe dedicarat ſervitio, ad ejus leges ac nutus totum ſeſe componeret. Contra quam plerique perverſiſſime faciunt, ad Olymp. non modo exitiali ſed & pudendo flagitio; qui ita vitam ac mores temperant ſuos, tamquam non Chriſtum, ſed mundum & ſatanam, pro duce ac Deo ſequantur ; & inde nomen accepiſſe contenti, hinc leges accipiant. Sed ad narrationis ordinem revertamur.

A

A. FRAN. SACCHIN. S. I.

CAPUT IV.

Sacerdos Barcinone ordinatus Paulinus, Mediolano Româ Nolam venit totumque se tradit cultui S. Felicis.

27 EX datis invicem Ausonii Paulinique epistolis, præcipueque ex illa, cujus initium est, Quarta redit duris hæc jam mes-
Epist. 1 ad Auson. soribus æstas, aperte constat, quatuor ferme in Hispania annos Paulinum fuisse, totum Deo deditum, cælestisque militiæ suæ tyrocinia, maximo ardore & attentissima cura ponentem. Ibi vero dum agit plerumque Barcinone, quamquam solitudinem latebrasque pias amaret, tamen abscondi non potuit civitas supra montem excelsissimæ virtutis posita. Omnium in se oculos Euangelicæ splendore lucis convertit. Itaque dum populus miratur æque eum ac veneratur, ita caritate exarsit, ut ad Sacerdotium pia vi compulerit. Vigebat is mos ea tempestate, nescias religiosior an violentior, ut quorum sanctimoniam longe eminere supra communem modum animadverterent, quosque vehementer amarent, eos populi cogerent in sacram militiam dare nomen. Ita Mediolani S. Ambrosius cooptatus Episcopus: ita Pinianus ut Presbyter crearetur. Hippone contentio tumultuosa extitit, quæ S. Augustino negotii sane multum molestiæque concivit: ita frater S. Hieronymi Paulinianus, comprehensus, & ore compresso ab Epiphanio initiatus: ita Maximum Palatinum Sacerdotio civicus amor (ut Sidonius loquitur) illigavit: ita demum noster Paulinus, per vim inflammatæ subito plebis, ab Episcopo Lampio sacratus est die natali Domini, biennio ferme post Baptismum.

B

Paulinus ad Sacerdotium à populo adigitur.

I. 4 Epist. 24

28 Porro cogendus fuit, non quod à divinis ministeriis mentem alienam gereret, sed ob causam duplicem. Primum, quod monasticam meditaretur humilitatem, & obscurum secessum; ut qui elegerat adjectus esse in domo Dei. Deinde, quod si tandem ad Sacerdotium animum appelleret, cum indignum se augusta muneris sanctitate duceret, nihilque eximii & extra leges ferre posset, per gradus paulatim evehi, perque longam servitutem se reddere digniorem vellet. Quæ omnia Severo familiariter exponit his verbis: Nos modo in Barcinonensi (ut ante scripseram) civitate consistimus. Post illas litteras, quibus rescripsisti, die Domini *a* quo nasci carne dignatus est, repentina (ut ipse testis est) vi multitudinis, sed credo ipsius ordinatione correptus, & Presbyteratu initiatus sum; fateor, invitus, non fastidio loci (nam restor ipsum, quia ab æditui nomine & officio optavi sacram incipere servitutem) sed ut alio destinatus, alibi (ut scis) mente compositus & fixus, novum insperatumque placitum divinæ voluntatis expavi. Ceterum, quia Monasticæ vitæ consilium fixum hærebat pectori, tametsi tandem se consecrari permisit, excepit tamen diserte ne diœcesi certæ alligaretur, in Sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum Ecclesiæ de-

Quanta pietate Sacerdotium susceperit ac tractarit.

C

a Epist. 6 ad Severum.

dicatus. Quo vero sensu animi, quanta sub- D
missione, qua reverentia divinissimo jugo col- Ibidem.
la subdiderit, idem ipse ita persequitur: Data igitur cervice in jugum Christi, video majora me meritis & sensibus opera tractare: jamque arcanis & penetralibus Dei summi receptum & insertum communicare cælestia, & Deo propius admotum in spiritu ipso Christi, & corpore & splendore vertari. Vix adhuc intellectum sacræ molis capio mentis angustiis; & onus muneris mei, conscius infirmitatis, horresco. Sed is, qui sapientiam parvulis dedit, ex ore infantium atque lactentium perficit laudem sibi, potens est in me etiam opus suum perficere, & munus ornare, ut se dignum faciat, quem ab indigno vocavit.

29 Creatus Sacerdos jam totus erat in eo, ut intime cum Deo conjungeretur; eamque ob rem, ut sese facultatibus & ceteris humanis bonis, velut peccatorum materia & à summo bono distrahentibus, liberaret. Quod (ut alia) jucundum fuerit, ex graviissimo ejus dulcissimoque sermone didicisse. Sic enim ad Augustinum loquitur: Interea me, de periculis vitæ istius & profundo peccatorum evadere nitentem, orationibus tuis tamquam tabula sustine; ut de hoc mundo, quasi de naufragio nudus evadam. Idcirco enim me levare sarcinis & vestimentis onerantibus exuere curavi, ut undosum hoc, quod inter Epist. 41
nos & Deum peccatis interlatrantibus separat, præsentis vitæ salum, omni amictu carnis, & cura diei sequentis, jubente & adjuvante Christo, expeditus enatem. Neque id me perfeciisse glorior; quod etsi gloriari possem, in Domino gloriarer, cujus est perficere, quod nobis adjacet velle: sed concupiscit ad huc anima mea desiderare judicia Domini Talia cum meditaretur, ut eadem primo quo que tempore in rem conferret, in Galliam, ut arbitror, remeavit. Hîc (ut loquitur Uranius) aperuit horrea sua pauperibus, apothecas suas advenientibus patefecit. Nam parum ei erat proximos alere, nisi etiam undique evocaret quos pasceret atque vestiret. Quam multos inique oppressos erexit? quam multos pro ære alieno mancipatos, persoluto ære, è creditorum servitute liberavit? quam aliis præterea multis æs alienum dissolvit; una negotiatione creditores juxta ac debitores exhilarans, sibique obstringens; hos à miseria eximens, illis sua restituens. Rebus in Gallia compositis, vel potius Domino restitutis, Italiam ingressus, Mediolanum ad sanctum Ambrosium accessit; à quo ita exceptus est amanter & honorifice, ut de suo Clero (quoniam aliter tenere non poterat) etsi diversis locis degeret, censeri voluerit; minime aliena conjectura putantium id factum, quod illum sibi Ambrosius senectute jam gravi destinaret & cuperet successorem.

Statuit omnia sua vendere & dare pauperibus.

E

In Galliam redit, ac re ipsa distribuit universa.

F

Epist. 45 ad Alipium.

Mediolanum abit.

Baron. An. 394

30 Mediolano Romam venit. Hîc vero diversis acceptus est animorum studiis, honore ac veneratione ingenti à populo, ab nonnullis è Clero, & à Pontifice ipso, haud sine specie quadam livoris, aut certe parum considerati zeli. Siricius erat Pontifex, parum ea re (ut dicatur mitissime) fortunatus, quod apud eum sanctus quoque Hieronymus, ut Baronius Cardinalis observat, of-

Romam venit, & vexatur.

fen-

A fendit. Vehementer incubuerat, ut graſſantem per ea tempora pravum morem elideret,
Baron. An. 394 quo laici homines, aut etiam Neophyti raptim in Sacerdotes conſecrabantur ; & certa ſtatuerat intervalla, per quæ ſenſim ad ſacræ militiæ Ordinis aſcenderetur. Ergo, dum Roma univerſa in Paulinum convertitur, & quem jam ſuſpexerat Conſulem, jam Presbyterum, ac prope Monachum admiratur ; Siricius (quantum conjici licet) ſivit emanare ſermonem, ejus ſe conſuetudinem nolle; ſcilicet, ne repentinam hominis conſecrationem probare, & latas ab ſe ipſemet enervare leges videretur. Nihil ultra geſtum ſatis oſtendunt illa Paulini ad Severum verba, Qui nos odiſſe, & à conſortio ſanctitatis ſuæ ſegregare dicuntur. Idipſum tamen in magnum divinæ gloriæ cedebat impedimentum,
Epiſt. 1 & Dominicæ gratiæ detrimentum faciebat, cum ab ſequendis Paulini veſtigiis non paucos rumor ille de alieno Pontificis animo retardaret: cum quidem eo dignior omni venia Paulinus eſſet, quod nihil per contumaciam
B commiſiſſet, ſed inflammatæ vim multitudinis declinare non potuiſſet. Ceterum eo maturius filius pacis in ſui Felicis optatum ſinum abdidit ſe; ut invidia, quæ conſpectu & præſentia alebatur, ſubducto fomite, quod evenit, extingueretur. Quodſi quid obtrectationum in paucis è Clero reſedit, earum vix
Ibidem. fama tenuis in Campaniam aſpirabat : ut non ſecus atque aura frigida, vel importunum vacui culicis murmur (ſic enim eas Paulinus appellat) ab auribus ſpinarum ſepe munitis excluderetur. Nam, quod ad me pertinet, inquit, cum ipſis quoque qui oderunt pacem meam, mente pacificus ſum ; ſi quis enim vult contentioſus eſſe, hoc conſuetudo noſtra non recipit.

31 Amœno in agro ad quingentos ab urbe
Recedit Nolam ad S. Felicis. Nola paſſus oſſa beati Felicis Martyris quieſcebant, hodieque ſervantur. In eum veluti portum ubi Paulinus ab ſeculi æſtu feſſam ratem invexit, haud ſperem equidem conſequi poſſe dicendo, ut reſpirarit, quibus gaudiis exundarit, ut amantiſſimo ſe Patrono totum dicarit permiſeritque, ac totum in omnem ſanctitatis præſtantiam effuderit. Jam
C regnare, jam terrenis omnibus eminere ; ante omnia perſolvere, quod votivo nuper carmine illo receperat:

Natal. 1 Pande vias faciles, da currere mollibus undis ;
Et famulis famulos à puppi ſurgere ventos:
Inque tuo placidus nobis ſit limine portus.
Illic dulce jugum, leve onus, blandumque feremus
Servitium ſub te domino : etſi juſtus iniquis
Non egeas ſervis ; tamen & patiere, & amabis
Qualeſcúmque tibi Chriſto donante dicatos :
Et foribus ſervire tuis ; tua limina mane
Munditie curare ſines, & nocte viciſſim
Excubiis ſervare piis, & munere in iſto
Claudere promeritam defeſſo corpore vitam.

Quam pius in S. Felicem. Hoc fideli obſequio cæleſti Patrono famulans, totus ab illo pendere, omnia in illo ſita habere, accepta omnia illi ferre, maxime in ſanctitate profectum. Quæ quaſi divino inſtinctus afflatu venuſtiſſima cum ſanctitate deſcribens canit:

D A. FRAN. SACCHIN. S. I.

Tu pater, & patria, & domus, & ſubſtantia nobis;
In gremium tranſlata tuum cunabula noſtra, Natal. 4
Et tuus eſt nobis nido ſinus ; hoc bene foti
Creſcimus, inque aliam mutantes corpora formam,
Terrena exuimur ſtirpe ; & ſubeuntibus alis
Vertimur in volucres divini ſemine verbi.

Nihil dubitabat amari ſe à Martyre, ſaltem ut dominus amore dignatur catellum.

Cum, inquit, mihi vita, domus, res, gratia, gloria, panis Natal 9
Sit Felix donante Deo ——

Summum quoque erga ſanctum Patronum ſancti clientis ſtudium verba ad Severum illa declarant : Habes ergo libellos à me duos, unum verſibus Natalitium de mea ſolemni ad Dominædium meum cantilena : cui corpore ac ſpi- Epiſt. 9
ritu quotidie, lingua autem quotannis penſito dulciſſimum voluntariæ ſervitutis tributum, F
in die feſto conſecrationis ejus immolans Chriſto hoſtiam laudis, & reddens Altiſſimo vota mea.

32 Tanta Paulini erga beatum Confeſſorem & Martyrem pietas, inclitum jam late per terras Felicis Nolani nomen, multis modis clarius fecit : primum carminibus, quæ totum ſpargebantur per orbem terrarum : ex quibus & nos totam Martyris vitam, & ſacra certamina, & geſta ad ſepulcrum ejus prodigia habemus. Et haud dubie plura ſcripſit quam extent, cum Natales ad nos pervenerint tantum decem : ac certum videatur, à Paulino, qui novum quotannis quaſi votivum ſolvebat, ſpatio ferme quinque & triginta annorum, quibus apud ſancti Felicis vixit, conditos multo plures. Deinde ædificatis excultiſque Baſilicis, & ſacra pictura è veteri ac novo Teſtamento ornatis. Quæ ſacra magnificentia mire valuit & ad frequentandas advenarum catervas, & ad ſacrum Natalem Martyris religioſe colendum. Hac enim ſalutari induſtria viſum eſt Paulino capi poſſe detinerique hominum lumina ac mentes ; & E
comeſſationes ſenſim tolli, quæ ex ethnica ſuperſtitione paſſim inter Chriſtianos retinebantur ; nec è mortalium, præſertim ruſticorum, eradi moribus poterant. Addiderat picturæ titulos, & rationem conſilii ſic explicat.

Illuſtriorem eum reddidit primum carminibus.

Secundò, Baſilicarum magnificentia.

——Ut dum picta viciſſim
Oſtendunt releguntq; ſibi, vel tardius eſcæ
Sint memores, dum grata oculis jejunia Natal. 9
paſcunt:
Atque ita ſe melior ſtupefactis inſerat uſus,
Dum fallit pictura tamem; ſanctaſque legenti
Hiſtorias, caſtorum operum ſubrepit honeſtas,
Exemplis inducta piis ; potatur hianti
Sobrietas, nimii ſubeunt oblivia vini.

33 Multo autem maxime illuſtravit ſanctiſſimum Sacerdotem domicilio ſuo, inſtitutoque vitæ mirabili, & ſapientia, & ceterarum virtutum ornamentis. Accurrebatur enim è remotiſſimis oris non tam Felicis, quam Paulini viſendi cupidine. Sanctus Epiſcopus Nicetas, ſemel atque iterum uſque ab Dacis eâ causâ venit : quem & Natali nono Pauli-

Tertio, auctoritate & ſanctitate ſua.

A nus miris laudibus ſecundo venientem exci-
A. FRAN. SACCHIN. S. I. pit, nec minoribus ante triennium erat pro-
ſecutus abeuntem Sapphico propemptico. San-
ctus Auguſtinus, cum permoleſta incidiſſet
Auguſtin. Epiſt. 137 cauſa inter Bonifacium presbyterum ſuum, &
ejus accuſatorem, neque conſtare veritas poſ-
ſet; illo rogante, hoc urgente crimen; pro
more ejus ætatis, quo finiri tales controverſiæ
jurejurando ad Martyrum ſepulcra concepto
ſolebant, utrumque Nolam ad ſanctum Feli-
cem miſit: afferens cauſam, cur è Martyri-
bus, ad quorum monumenta in eo genere
miracula edebantur, Felicem præcipue dele-
giſſet, Multis, inquit, notiſſima eſt ſanctitas
loci, ubi Felicis Nolenſis corpus conditum
eſt; quo volui ut pergerent, quia inde no-
bis facilius fideliuſque ſcribi poteſt, quidquid
in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum.
Qua oratione amicitiam, pietatem, fidemque
Paulini deſignat, quem Auguſtinus quammaxi-
me diligebat, ac mirabatur. Ita clientis exiſti-
matio & fama, quod optatiſſimum Paulino
accidebat, amplificandis Patroni honoribus &
B cultui dilatando proficiebat. Inde factum non
modo ut Nola civibus augeretur, ſed & ad
ipſum ſepulcrum, ubi principio pauper con-
geſtus erat tumulus, jam ſpecies urbis ex-
taret.

34 Verum non multis poſt temporibus,
Natal. 6 quam ad ſanctum Felicem Paulinus venerat,
tamquam novi ædificii fundamentis patientia
ſolidandis, in gravem morbum implicitus eſt.
Per mor-bum incla-reſcit. Voluit mirus rerum arbiter ac temperator
Deus, per vexationem illam, non modo exer-
citationem quæſtuoſam athletæ ſuo, ſed &
multiplex ſolatium afferre; & ante omnia,
acceptam Romæ contumeliam reſarcire; mœ-
roremque Paulini abſtergere, verentis ne opus
inde divinum impediretur. Solutus eſt igitur
tali ſolicitudine per eam occaſionem: nam cog-
nitus circa morbus, accolarum animos erga
virum Dei nudavit. Narrat rem ipſe Severo,
ut gloria Deo ſit, & cognoſcatur ſummæ ejus
bonitatis opus. Viderunt, inquit, pueri tui
Paulinus Epiſt. 1 ad Sever. quam aſſidua nos, quam ſedula ſolicitorum fra-
trum monachorum, antiſtitum, clericorum,
atque etiam ipſorum ſæpe ſecularium officia,
C toto illo noſtro ægritudinis tempore celebra-
verint. Quod apud unanimitatem tuam, de
Dominica tamen gratia (cujus hoc quoque
opus & munus eſt) gloriari licet. Nemo
propemodum tota Campania Epiſcoporum
non viſitare nos fas exiſtimavit ſibi. Et quos
infirmitas vel neceſſitas aliqua devinxerat,
miſſis vice ſua clericis & litteris adfuerunt.
Afri quoque ad nos Epiſcopi reviſendos prima
æſtate miſerunt.

ANNOTATA D. P.

a *Vide Chiffletium Cap.* 4, *ubi ex Epiſt.* 6 *ad Severum, data ſub initium anni* 394, *& curſu litteræ Dominicalis* B, *eodem anno Dominicam diem cum feſto Nativitati Chriſti componente, concludit, rem actam anno* 393 *exeunte, primo adhuc anno converſionis.*

D

CAPUT V.

Paulini cum Afris Epiſcopis præſertim Auguſtino amicitia, aliorum Sanctorum judicia de ejus exemplo, ad mundi contemptum efficaci.

35 PORro quod poſtremum dixit de Afrorum legatione Epiſcoporum, ita res habuit. Iampridem (uti ſupra eſt indicatum) Paulinum Alypius, quamquam ignotus, norat Mediolani. Is jam Epiſcopus tam inſignem viri mutationem ut audivit (nam celerrime fama longiſſime pervagata eſt) ſalutandum ſibi per litteras officio Chriſtiano putavit: donoque miſit S. Auguſtini quinque libros contra Manichæos. Horum lectione voluminum ita captus eſt Paulinus, ut non modo gratias Alypio ſummas egerit; ſed & ultro ad Auguſtinum, ejus plenas laudibus ſuaque modeſtia litteras deſtinarit, miſſo puero, per quem alios quo- E que inſignes Africæ viros ſalutaret. Quæ lit- teræ ubi perlatæ ſunt in Africam, & ſapien- tiæ viri ſanctitatiſque ſpecimen præbuerunt, mirum quam cupide lectæ vulgatæque ſunt, & adverſus ipſum Paulinum quam incredibilia concitarunt Africanorum ſtudia Sacerdotum & Monachorum! Ante omnes ipſorum inter ſe Paulini & Auguſtini, ut Davidis & Ionathæ, conglutinatæ ſunt animæ. Quæ nec fidelius deſcribi, nec dulcius à quopiam poſ- ſunt, quam ipſa Auguſtini, id eſt, illa veri- tatis lingua & caritatis exequatur: qui ſane & præcipuo ſtudio accuraſe deſcriptionem vi- detur, eique mellis ſui quaſi medullam largi- ter inſperſiſſe. Sic exorditur: O bone vir, ô bone frater, latebas animam meam: & ei dico ut toleret, quia adhuc lates oculos me- os & vix obtemperat, imo non obtempe- rat.

Africani Epiſcopi Paulinum ſalutant.

Auguſtini & Paulini mutua charitas.

Auguſtini de Paulini litteris iudicium.

36 Deinde interpoſita diſputatiuncula de dolore, quod eum de facie ignoraret, ſubjicit: Quomodo ergo non doleam, quod nondum faciem tuam novi, hoc eſt, domum animæ F tuæ, quam ſicut meam novi? Legi enim *epiſtolâ* litteras tuas fluentes lac & mel, præferentes *32 expreſ-* ſimplicitatem cordis tui, in qua quæris Do- *ſum.* minum, ſentiens de illo in bonitate, & affe- rens ei claritatem & honorem. Legerunt fra- tres, & gaudent infatigabiliter & ineffabili- ter tam uberibus & tam excellentibus donis Dei, bonis tuis. Quotquot eas legerunt, rapiunt; quia rapiuntur, cum legunt. Quam ſuavis odor Chriſti, & quam fragrat ex eis? Dici non poteſt, illæ litteræ cum te offerunt ut videaris, quantum nos excitent ut quæ- raris: nam & perſpicabilem faciunt & deſi- derabilem. Quanto enim præſentiam tuam nobis quodammodo exhibent, tanto abſen- tiam nos ferre non ſinunt. Amant te omnes in eis, & amari abs te cupiunt. Laudatur & benedicitur Deus, cujus gratia tu talis es. Ibi excitatur Chriſtus, ut ventos & maria tibi placare tendenti ad ſtabilitatem ſuam dig- netur. Ibi conjux excitatur, non dux ad mol- litiem viro ſuo, ſed ad fortitudinem redux in oſſa viri ſui: quam in tuam unitatem re- dactam & redditam, in ſpiritualibus tibi tan-

to

A to firmioribus quanto caſtioribus nexibus copulatam, officiis veſtræ ſanctitati debitis in te, uno ore ſalutamus. Ibi cedri Libani ad terram depoſitæ, & in arcæ fabricam compagine caritatis erectæ, mundi hujus fluctus imputribiliter ſecant. Ibi gloria, ut acquiratur, contemnitur; & mundus, ut obtineatur, relinquitur. Ibi parvuli, ſive etiam grandiuſculi filii Babylonis eliduntur ad petram, vitia ſcilicet confuſionis ſuperbiæque ſecularis. Hæc atque hujuſmodi ſuaviſſima & ſacratiſſima ſpectacula litteræ tuæ præbent legentibus, litteræ fidei non fictæ, litteræ ſpei bonæ, litteræ puræ caritatis. Quomodo nobis anhelant ſitim tuam, & deſiderium defectumque animæ tuæ in atria Domini? Quid amoris ſanctiſſimi ſpirant? Quantam opulentiam ſinceri cordis exæſtuant? Quas agunt gratias Deo? Quas impetrant à Deo? Blandiores ſunt, an ardentiores? luminoſiores, an fœcundiores? Quid enim eſt, quod ita nos mulcent, ita accendunt, ita compluunt, & ita ſerenæ ſunt? Quid eſt, quæſo te, aut quid tibi pro eis
B rependam, niſi quia totus ſum tuus in eo, cujus totus es tu? Si parum eſt, plus certe non habeo.

37 Ergo litteris hiſce Paulini, cum tanta adverſus eum excitata eſſent ſtudia, alteræ ſupervenerunt ab eodem litteræ, nec pietate prioribus, nec caritate abſimiles: & interim Auguſtinus à Valerio cooptatus adjutor, & creatus eſt Coëpiſcopus. Tum omnes ſimul, *Paulini ad Licentium cohortatio.* Valerius & Auguſtinus Hipponenſes, Alypius Tagaſtenſis, Profuturus Calamienſis, & Severus Milevitanus Epiſcopi, litteris ſuis Paulinum officioſiſſime reviſerunt. Commendarat eidem prioribus Auguſtinus litteris Romanianum, & ejus filium Licentium, Alypii patruum illum, hunc patruelem; ut utrumque, ac præſertim Licentium, ad perfectionis ſtudia conaretur adducere. Venerant ambo Romam ex Africa, & Nolæ Paulinum ſalutarant. Is ergo cultor Chriſtiani officii diligentiſſimus, poſtridie quam litteras ab Epiſcopis Afris accepit, ſcripſit ad utrumque lætitiâ geſtiens, ac præcipue gratulans de Auguſti-
C ni Epiſcopatu: & Licentium non modò proſa ad Chriſtianas virtutes & ſeculi fugam, ſed & carmine adhortatur, quod delectari juvenem poëſi cognorat. Adeo caritas in alliciendis ad pietatem mortalibus ſolers eſt: & ad cujuſque ſe guſtum accommodat, ut eſcam vitalem bona illecebra capti hauriant. Quæ omnia Cardinalis Baronius geſta ponit anno ſalutis CCCXCV, quo maxime anno etiam in Oriente Paulini nomen inclaruit.

38 Deceſſerat ejus initio anni ſenior Theo- *Ejuſdem Panegyricus de Theodoſio.* doſius Auguſtus: quem cum Ethnici Scriptores indigne criminarentur, Paulinus Endelechii ſancti admonitu, amicitiâ ſibi conjunctiſſimi viri, defendendum ex meritis ſuis ornandumque ſuſcepit; eo maxime conſilio, ut in Theodoſio non tam Imperatorem quam Chriſti ſervum; non dominandi ſuperbia, ſed humilitate famulandi potentem; nec regno, epiſt. 9 ſed fide principem, ut ipſemet loquitur, prædicaret; vel, ut plane ſimpliciterque Gen- Catal. Illuſtr. vir. c. 48. nadius, ut demonſtraret, ipſum Chriſtianum Imperatorem de Tyrannis fide magis & oratione quam armis victoriam reportaſſe. Et ſane Theodoſii fidem magnifice ſanctus Ambroſius in Oratione de ejus obitu prædicat. Idem- D que olim in Procœmio libri primi ad Gratianum ſcripſerat. Petis, inquit, à me fidei libellum, ſancte imperator, profecturus ad prælium. Noſti enim fide magis Imperatoris, quam virtute militum quæri ſolere victoriam. Eam laudationem Paulinus per Vigilantium, qui tum Monachus ſpecie laudandus, poſtea hæreticus teterrimus fuit, ad S. Hieronymum miſit in Palæſtinam, adjectâ epiſtolâ, in qua & Vigilantium commendabat, & præcepta vitæ ſibi degendæ poſcebat; S. Hieronymi felicitatem extollens, quod in Chriſti veſtigiis ſibi domicilium delegiſſet. Ad quam epiſtolam dum reſpondet S. Hieronymus, & præcepta Monaſticæ vitæ quædam dedit; ſuaepiſt. 13 dens ut prope urbes magis & in ſolitudine, *Hieronymi de eo judicium.* quam in frequentia & in ipſa Jeroſolyma habitaret; non enim Jeroſolymis fuiſſe, ſed Ieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſſe: & de Theodoſii defenſione ita pronuntiat: Librum tuum, quem pro Theodoſio Principe prudenter ornateque compoſitum tranſmiſiſti, libenter legi: & præcipue mihi in eo ſubdi- E viſio placuit: cumque in primis partibus vincas alios, in penultimis teipſum ſuperas. Sed & ipſum genus eloquii preſſum eſt & nitidum; &, cum Tulliana luceat puritate, crebrum eſt in ſententiis: jacet enim, (ut ait quidam) oratio, in qua tantum verba laudantur. Præterea magna eſt rerum conſequentia; & alterum pendet ex altero. Quidquid aſſumpſeris, vel finis ſuperiorum, vel initium ſequentium eſt. Felix Theodoſius, qui à tali Chriſti Oratore defenditur. Illuſtraſti purperas ejus, & utilitatem legum futuris ſeculis conſecraſti. His acrem cohortationem ad colenda ſtudia Scripturarum, quam nos ſupra poſuimus, adjecit. Neque eo abſtinuit: Nobilem te Eccleſia habeat, ut prius Senatus habuit.

39 Ita cum celebraretur Paulini nomen, *Quantum Paulinus illuſtrarit conſilia Euangelica.* difficile quidem eſt cogitatione aſſequi, quantum Religioni ſuo facto ſplendoris, quantum auctoritatis conſiliis Euangelicis comparavit. Exiſtimare tamen licet, cum ſervi homines, ſi fideles modeſtique ſint, doctrinam Salvatoris noſtri Dei, ut ſanctus Paulus loquitur, F ornent; quantum ejus loci Senator eo vitæ Ad Tit. 2 genere exornaret. Ex ipſa Urbe ſummus Pontifex Anaſtaſius, cum Siricio ſucceſſiſſet, ex his quæ ad ornandum hominem pertinerent, nihil reliquum fecit. Narratur id epiſtolâ ad Delphinum ſecundâ: Sciat veneratio tua, Papam urbis Anaſtaſium amantiſſimum eſſe humilitatis noſtræ: nam ubi primum poteſtatem caritatis ſuæ nobis offerendæ habere cœpit, non ſolum ſuſcipere eam à nobis, ſed ingerere nobis piiſſima affectione properavit. Nam brevi poſt ordinationem *a* ſuam, *a* epiſtolas de nomine noſtro, plenas & religionis, & pietatis, & pacis, ad Epiſcopos Campaniæ miſit; quibus & ſuum declararet affectum, & aliis benignitatis ſuæ præberet exemplum. Deinde nos ipſos Romæ, cum ſolemni conſuetudine ad beatorum Apoſtolorum Natalem veniſſemus, tam blande quam honorifice excepit. Poſtea quoque interpoſito tempore etiam ad Natalem ſuum, quod Conſacerdotibus ſuis tantum deferre ſolet, invitare dignatus eſt. Eadem benignitate Venerius, qui poſt Simplicianum, anno ſalutis CCCC *b* *b*

A Mediolanenſes induit infulas, ſimul primum
A. FRAN. SACCHIN. S. J. eſt conſecratus, Paulinum ſibi ſalutandum putavit. Nec vero laudatores modo clariſſimos viros, ſed etiam imitatores habuit, imprimiſque ipſum Severum, cujus ad interiorem ſapientiam tranſitum modeſta interpretatione Paulinus anteponit ſuo. Tu frater dilectiſſime, inquit, ad Dominum miraculo majore
epiſt. 1. converſus es, quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonii levior, ſubſtantia facultatum non egentior, & in ipſo adhuc mundi theatro, id eſt, fori celebritate diverſans, & facundi nominis palmam tenens repentino impetu diſcuſſiſti ſervile peccati jugum, & letalia carnis & ſanguinis vincula rupiſti.

40 Valuiſſe multum, opinor, Paulini exemplum ad Pammachium quoque poſt obitum
Quanta vis & celebritas in Paulini exemplo. uxoris, ex nobili Patritio nobiliorem in Monachum commutandum. Itaque cum cæleſtis philoſophia per hominum florem ac ſenatorium apicem ita jam vulgaretur, merito S. Hieronymus ad eumdem Pammachium gratulans ſcribit: Noſtris temporibus Roma poſſidet,
B quod mundus neſcivit. Tunc rari ſapientes,
Hieron. epiſt. 26. potentes, nobiles, Chriſtiani: nunc multi Monachi ſapientes, potentes, nobiles. Verum quod infra dicit, Quod Patritii generis primus inter primos Monachos eſſe cœpiſti, nihil officit Paulini gloriæ, tamquam vel non è Patritio ipſe genere, vel non prior Pammachio ad Monachiſmum aſcenderit; ſed id tantum ſignificat, qui fuerat inter primos Patritios, jam inter primos Monachos numerari. Quam gloriam etiam inter homines eſſe majorem, quam profanus antea plendor eſſet, egregie ibidem docet: Antequam, inquit, Chriſto tota mente ſerviret, notus erat in Senatu, ſed multi alii habebant infulas Proconſulares: totus orbis hujuſcemodi honoribus plenus eſt: primus erat, ſed inter primos: nunc omnes Chriſti Eccleſiæ Pammachium loquuntur. Miratur orbis pauperem, quem hucuſque divitem neſciebat. Quare concludit: Plus ergo accipimus, quam dedimus. Parva dimiſimus, & grandia poſſidemus: centuplicato fœnore Chriſti promiſſa redduntur. Quæ in Paulinum recte con-
C veniunt, tanto etiam magis, quanto is plura ad Chriſtum attulit mentis & oris ornamenta, temporeque etiam & animi ardore præceſſit.

42 Uſque eo valebat exemplum ejus, ut ſanctus Auguſtinus magnopere optaret, ut
Celebratur à ſancto Auguſtino, coram ſe ſpectandum Afris præberet. Non impudenter, inquit, ego rogo vos, & poſtulo, & flagito, ut in Africam majore talium
epiſt. 34. hominum ſiti, quam ſiccitatis nobilitate laborantem venire dignemini. Scit Deus, quia non ſolum propter deſiderium meum, neque ſolum propter eos, qui vel per nos veſtrum propoſitum, vel undecumque fama prædicante didicerunt; ſed etiam propter ceteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen poſſunt comperta diligere, vos iſtis terris etiam corporaliter adeſſe cupimus. Hanc ergo Chriſti gloriam & oculis noſtrorum hominum cupimus admoveri, in uno conjugio propoſita utrique ſexui calcandæ ſuperbiæ, non deſperandæ perfectionis exempla. Et ad Licentium ſuum ſcribens, Vade in Cam-
D paniam, inquit, diſce Paulinum egregium & ſanctum Dei ſervum, quam grandem faſtum & epiſt. 39
ſeculi hujus tanto generoſiore, quanto humiliore cervice incunctanter excuſſerit, ut eam ſubderet Chriſti jugo, ſicut ſubdidit: & nunc illo moderatore itineris ſui quietus & modeſtus exultat. Vade, diſce quibus opibus ingenii ſacrificia laudis ei offerat, refundens illi quidquid boni accepit ex illo, ne amittat omnia, ſi non in eo reponat à quo hæc ſunt. Idem Presbyterum ſuum nomine item Paulinum, cum ad hunc noſtrum perveniſſet, jubet Deo gratias agere, quod talem magiſtrum excipiendis rudimentis ejus ac nutriendis dediſſet. Et Paulinum noſtrum ſic affatur: Non enim uberiore fructu legit vel audit me do-
epiſt. 59. centem, ac diſſerentem, ac vel quibuſlibet exhortationibus accedentem, quam inſpicit te viventem.

43 Sanctus Hieronymus, dum Julianum ad perfectionem hortatur, claros viri natales, &
à S. Hieronymo, amplam rem, munimenta ſeculi oppido firma, hâc eâdem machinâ quatit. Nec eſt, quod
E excuſes nobilitatem, & divitiarum pondera; reſpice ſanctum virum Pammachium, & ferventiſſimæ fidei Paulinum Presbyterum, qui
epiſt. 34. non ſolum divitias, ſed ſeipſos Domino obtulerunt: qui contra diaboli tergiverſationem nequaquam pellem pro pelle, ſed carnes, & oſſa, & animas ſuas Domino conſecrarunt: qui te & exemplo & eloquio, id eſt opere & lingua poſſunt ad majora perducere. Nobilis es? & illi: ſed in Chriſto nobiliores. Dives & honoratus? & illi: imo ex divitibus & honoratis pauperes & inglorii, & idcirco ditiores & magis inclyti, quia pro Chriſto pauperes & inhonorati. Apud eumdem Hieronymum Auctor epiſtolæ tertiæ volumine nono, æqualis illorum temporum Scriptor non indoctus, virum ſingularem (ſic enim nominat) Paulinum, qui Senatum, honores, divitias relinquendo, inſtar Abrahæ ſepulcrum ſibi comparaſſet, in quo una cum ſua matre familias mortuus ſeculo, ab operibus mundialibus
à S. Eucherio, quieſcebat, imitandum proponit filiabus Geruntii, quas ad negligendam hereditatem, &
F ſimile ſibi parandum quietis ſepulcrum hortatur. Paucis poſt temporibus ſanctus Eucherius, dum honeſtamenta cæleſti philoſophiæ conquireret, ut ad eam ab inanibus curis Valerianum traduceret propinquum ſuum, in prima acie collocat Paulinum, quem peculiare ac beatum ſuæ Galliæ exemplum vocat. Iſaiæ 49, 2
Adeo quiſquis ſeculo bellum per ea tempora moveret, tamquam ſagittam electam, cui nullum impenetrabile pectus obſiſteret, Paulinum è pharetra divina promebat.

44 Sed præſtat cognoſcere quanta gravitate, quantaque magnificentia ille adeo mi-
à S. Martino. rificæ ſanctitatis Antiſtes, cujus pro oracolo nutus erant, Turonenſis Martinus, non modo laceſſere, qui ſe adirent, auctoritate atque admiratione Paulini conſueſſet; verum etiam beatum præſens exiſtimaret ſeculum, cui tale ſpectaculum contigiſſet. Sermo autem illius, inquit Severus, non alius apud nos fuit, quam mundi hujus illecebras & ſeculi onera relin-
cap. 20. quenda, ut Dominum Jeſum liberi expeditique ſequeremur: præſtantiſſimumque nobis præſentium temporum illuſtris viri Paulini, cujus ſupra mentionem fecimus, exemplum in-

A ingerebat, qui ſummis opibus abjectis Chriſtum ſecutus, ſolus pæne his temporibus Euangelica præcepta compleſſet. Illum nobis ſequendum, illum clamabat imitandum: beatumque eſſe præſens ſeculum tantæ fidei virtutiſque documento, cum ſecundum ſententiam Domini dives & poſſidens multa, vendendo omnia & dando pauperibus, quod erat factu impoſſibile, poſſibile feciſſet exemplo. Ita S. Paulinus virtutis Apoſtolicæ dignitatem, humanis vitiis obſcuram, Senatoriæ claritate lucis aperuit: abjectam vulgo Euangelicam margaritam tamquam è luto extraxit, ſordes abſterſit, horrorem excuſſit, cæleſte pretium ejus & fulgorem blandiſſimum publicavit.

Fructus boni exempli,

45 Notos atque ſpectantes feriebat novi operis magnitudo, oculis mentibuſque ſubjecta: fama percellebat ignotos, ad quos latiſſime per alia atque alia ſapientum ora pervulgabatur. Inde fiebat, ut uberrimam à Deo gratiam Conſularis Monachus mereretur, non pro iis tantum quæ ipſe faciebat; ſed & pro
B iis, quæ facere imitatores ejus & aſſeclæ conabantur: neque Deum una ſolum mente linguaque una, ſed mille ac longe pluribus collaudaret; idque non in angulo tantum Nolano, ſed per cunctam Italiam, & Galliam, & Daciam, & Africam, & Palæſtinam, & alias terrarum remotiſſimas oras. Quin etiam eminens virtus in admirationem ſui, & Chriſti Dei prædicationem, ut auctoris atque magiſtri, barbaros quoque & Chriſtianæ religionis ho-
Homil. 13 in Gen. ſtes alliciebat. Quæ cum Sanctus Chryſoſtomus cujuſvis illuſtris exempli bona ſapienter enumeret, tanto cumulatiora Paulino redibant, quanto plus gerebat exemplum ejus & majeſtatis & ponderis: quod ipſa ſimul Theraſiæ ſanctitas ad feminarum ſingulare incitamentum, & in tali conjugio tanta pertectionis conſenſio fructuoſius pariter ac ſpecioſius faciebat. Sed tamen ad hæc omnia, & ad operum vocaliſſimam tubam adjiciebat Paulinus oris quoque voces ac ſtyli, cum ſermonibus ardentiſſimis præſentes, tum acerrimis epiſtolis & lucubrationibus aliis ad perfectionem abſentes inſtigans; cominus juxta atque eminus, ore manuque potens, æquans facta ſermone, ſermonem factis, utriſque divitem contumaciam mundi, atque ſuperbas divitias in obſequium paupertatis & humilitatis Chriſti captivans. Ceterum, quos amat Pater cæleſtis, numquam eis res ita ſecundas facit, quin probandæ virtutis durandæque ad patientiæ incudem relinquat materiam.

cui etiam adhortationem addebat Paulinus.

C

ANNOTATA D. P.

a *Succeſſit Siricio* Anaſtaſius *an.* 398, 2 *Decembris.*

b *Eumdem calculum confirmatum vide in noſtro de Epiſcopis Mediolanenſibus Tractatu, num.* 24 *ante ultimum Tomum Maji.*

CAPUT VI.

Paulini patientia, humilitas, gratitudo, ſtudium paupertatis.

46 INter eos plauſus Paulinus non Ethnicos modo obtrectatores habuit, non modo ipſum inter amicos primum cariſſimumque magiſtrum Auſonium, uti ſupra eſt demonſtratum, nec ſolum Romæ invidorum malevolentia pulſatus eſt; ſed etiam derelictus à ſuis. Nam, ut commercia ſeculi terme re ac ſpe conſeruntur & continentur, ubi quis ad Chriſti paupertatem tranſit, nimirum velut jam fruge caſſum putamen, aut ſupervacaneum cadaver, amici plerumque & propinqui & clientes abjiciunt. Ita Paulinus eveniſſe teſtatur ſibi, dum Severum ita compellat: Præterea peto, quia ſummum animi tui jus habere me confido, ut, ſi neceſſe fuerit deficientibus à me & libertis, & ſervis, & fratri-
Epiſt. 1 bus, tuam curam impendas, & ordinare digneris, qualiter ad nos vinum vetus, quod Narbone adhuc nos habere credimus, pervehatur. Ne timeas, frater ſancte, damnum, ſi
Epiſt. 5 nos feceris etiam pecuniæ debitores. Omnes enim noſtri à nobis declinaverunt: ſimul impii facti ſunt, & inimici hominis domeſtici ejus. Et alibi: Ubi mihi nunc conſanguinea germanitas? ubi amicitia vetus? ubi priſtina
E contubernia? Evanui coram illis omnibus. Sed talia humilitatis aſſeclæ pro lucro numerabantur.

Paulinus obtrectatores patitur, ac deſpicitur.

D

A. FRAN. SACCHIN S. I.

At laudes reformidabat, averſabatur, ferre non poterat, quibus & ſua aggravari peccata dicebat. Unde querimoniæ illæ ad Severum: Quid igitur miſeri facimus, hinc etiam rationem & pœnam debituri, quod honores accipiamus immeritos: &, qui auditores tantum legis ſumus, à factoribus prædicemur? Quo magis ſcilicet exprobretur nobis condemnandæ torpor ignaviæ. Et: Te multa dilectio uſque ad mendacii peccatum trahit. Vide ne
Epiſt. 2 contra ejus (id eſt caritatis) regulam videaris operari malum proximis, quibus ſarcinam peccatorum pondere indebitæ laudis accumulas. Quo loco notare commodum eſt, Sanctorum inter ſe quam conveniat ſenſus. Magnus enim Gregorius eamdem ſententiam, & fortaſſis lectione Paulini admonitus, ita expreſſit
lib. 1 Reg. ad Anaſtaſium: Quod vero me os Domini, Cap. 7 quod lucernam dicitis, quod multis prodeſſe perhibetis, hoc quoque ad iniquitatum mearum cumulum accedit; ut, cum vindicari in
F me iniquitas debuit, laudes pro vindicta recipiam.

Reformidat laudes,

47 Ergo Paulinus, ne commendatione hominum, qua ſe rebatur indignum, apud Deum condemnaretur, ita laudatores averſabatur, ut incaſtigatos nequaquam dimitteret. Exemplo eſt libertas, qua Severum, hominem ſanctum, quod interdum abripi ſe caritatis æſtu longius ſineret, non ſemel reprehendit. Præter uſitatum ea tempeſtate morem (deinde enim urbanius quam verius receptus eſt) in titulo litterarum Severus ſervum ſe adſcripſerat. Paulinus novam præfationem haudquaquam
Epiſt. 1 tacitam prætermiſit. In Epiſtolæ titulo, inquit, imitari præſtantem in omnibus mihi fraternitatem tuam timui: quia tutius credidi vere ſcribere. Cave ergo poſt hæc ſervus Chriſti in libertatem vocatus, hominis, & fratris, & conſervi inferioris ſervum te ſcribere: quia peccatum adulationis eſt magis, quam humilitatis juſtificatio. Alio tempore Severus idem poſtulavit, ut imaginem ſui pictam ad ſe Paulinus mitteret. Is vero non leviter ad eam poſtulationem excanduit: atque non animum, ſed

& laudatores ſuos caſtigat.

A ſed verba imitans eorum, qui dixerunt olim
A. FRAN. Apoſtolo: Multæ litteræ te ad inſaniam per-
SACCHIN. duxerunt; Severe, mi Severe, inquit, multa
S. I. te caritas pæne delirum facit: & circa me
Actor. 26 non ætate, ſed ſenſu parvulum tuum tamquam
avus circa ſerum nepotem, nimia pietate (quod
tamen pace prudentiæ tuæ dixerim) ſtultus ef-
Epiſt. 8 ficeris. Et ſubdit: Qualem cupis, ut mittamus
imaginem tibi, terreni hominis, an cæleſtis?
Scio, quia tu illam incorruptibilem ſpeciem
concupiſcis, quam in te Rex cæleſtis adama-
vit. Et mox: Quomodo tibi audebo me
pingere, cum cæleſtis imaginem inficiari
prober corruptione terrena. Utrimque me
concludit pudor: erubeſco pingere quod ſum,
non audeo pingere quod non ſum. Ita ſagax
modeſtiæ cuſtos inde laudes excludebat, hinc
abjiciendi ſeſe atque deſpiciendi cauſas vena-
batur.

48 Faciebat ubique hoc Paulinus, ut ex
Undique captat humilitatis materiam. laudibus ſuis non elatior, ſed vilior ſibi fie-
ret. Itaque cum accepiſſet, una ſe cum S.
Martino ad Baptiſterium à Severo pictum,
B factumque doluiſſet, tandem excuſat ea ra-
Epiſt. 12 tione, ut peccator (ſeſe intelligebat) juſto
compoſitus magis ſordeat, & peccatore col-
lato magis juſtus (hoc eſt Martinus) elu-
ceat. Denique, quia ſubſcribendos etiam pi-
cturæ verſus poſtularat Severus; Hac tantum
gratia parui tibi, inquit, ut conſilii tui ratio
proderetur, qua ſalubriter novorum hominum
informationi ſtudens, diverſas longe ſibi ima-
gines propoſuiſſes, ut emergentes è ſacro
fonte, & vitandum & ſequendum pariter
conſpicarentur. Præterea, quod ſanctiſſimi
viri docent, ad humilitatis noſtræ cuſtodiam
aſpicienda in aliis quæ eos attollere, in no-
bis vero quæ nos deprimere poſſint, id adeo
ſolerter in loco ac ſcite facit Paulinus ut ap-
pareat etiam humilitatem ingenioſam eſſe;
præſertim dum Severum ſibi præferens, mi-
Epiſt. 1 raculo dicit majore converſum, & inter ce-
tera etiam illa numerat: Mihi ætas prove-
ctior, à primis annis honorata perſona, cor-
pus infirmius. Quæ omnia cum ex aſſuetu-
dine & imbecillitate magis arduam virtutis
viam redderent, eoque juſte ad laudem am-
plificandam pertinerent; ille tamen ad mi-
C nuendam refert. Addit deinde etiam, Seve-
rum oneribus patrimonii fuiſſe leviorem: tam-
quam Paulino optandum magis fuerit iis re-
levari. Et quoniam haud omnino poſſeſſio-
nes idem Severus abdicarat, extollit ejus con-
ſtantiam in curis quidem retinendis, fructi-
bus autem in Dei obſequium conferendis.
Ita demum amatores veri modeſtiæ, oculos
removent ab alienis vitiis, & conferunt in
virtutes: in ſe autem non, ſi quid inſit bo-
ni & laudabilis, ſed quidquid vile ac vitu-
perandum eſt intuentur.

49 Ex eadem ſubmiſſione ſuique exiſtima-
Magni facit omnium erga ſe quæcumque officia. tione infima, oriebantur encomia, quibus hu-
milis corde, hoc eſt cor Chriſti Paulinus,
qui aliquo erga ſe officio fungerentur, depræ-
dicat. Cenſebat enim cunctis ſe bonis indi-
gnum, potiuſque ab omnibus proculcari de-
bere. Inde benevolentiam ſuſpicit, ac virtu-
tem eorum, quod adeo ſe (ut perſuaſum ha-
bebat) abjectum & deſpectum non exhorre-
rent. Immenſis laudibus Victorem effert,
Monachum quidem pium, at unum è vulgo,
qui ſibi quædam ex caritate miniſteria ad-
hibere voluiſſet. Quare ingemit: Servivit er- D
go mihi, ſervivit, inquam: & væ miſero
mihi, quod paſſus ſum. Servivit & peccato-
ri, qui non ſerviebat peccato. Sed hinc mihi
levamen aliquod tanti ponderis ſpero (diſca-
mus Religioſi, quo ſint animo excipienda Epiſt. 3 ad Severum.
fratrum obſequia) quod ſancti fratris famula-
tum non ſuperbia vendicavi, ſed conteſtandæ
caritatis more, & fide capiendæ benedictio-
nis admiſi. Addit, quia idem & pedes lava-
re ſibi voluit, ſemel tantum Apoſtolico ex-
emplo ceſſiſſe, quod in Victore Chriſtum
veneratus optaret, ut ad infirmitatis reme-
dium melior ſe conſervus attingeret. Cete-
rum, non hæc ſolum vocis præconio remu-
nerari obſequia ſatis habebat, ſed mutuum
manu ſua rependebat famulatum, dolens
quod bonus Victor ſervilium præreptor ope-
rum, vix aquam miniſtrari à Paulino ſuis
manibus ſineret. Quod tamen ſe nominatim
uſurpaſſe teſtatur, ut S. Martinum imitare-
tur, qui adeunti ad ſe Severo (ut idem ip-
ſe auctor eſt) manus abluiſſet. Quippe in- E
ter cetera caritatis officia iis temporibus Epiſt. 24
ſancti viri de ſuis quempiam miſſitabant cum
litteris invicem ſalutatum. Hos, ut adveniebant, incredibili caritate excipiebat, &
dulciſſimis ſtringebat amplexibus Paulinus:
eoſdem ſuæ menſulæ adhibebat, omni obſe-
quio demerebatur. Cardamatem quemdam,
hominem ſervum, ac prope ſcurram, &
male ſobrium, quia ultro citroque commeans
in Galliam & Italiam, ea caritatis pignora
ad Sanctos deferebat, ita commendavit & ſci-
licet dedolavit, ut & libertate donatus, &
in Clerum aſcitus ſit Exorciſta; ac demum
inde collaudat, quod prope quotidianus con-
viva ſibi eſſe non fugerit.

50 Ex eadem ſuæ vilitatis opinione fiebat,
ut monita ac præcepta degendæ vitæ paſſim
exquireret, ab Hieronymo, ab Auguſtino,
à Delphino, ab Amando, ab aliis; itemque *Monita expetit.*
omnium precationes pro ſe ſine ulla intermiſ-
ſione flagitaret. Nec diſcrepabat à dictis
factiſque externus apparatus. Omnia ſimpli-
cia, vilia, ſpirantia humilitatem erant. Su-
pellectilem argenteam à principio, in ligneam *Vili ſupellectile utitur,*
mutavit ac fictilem. Ideo ſcutellam buxeam F
ad Severum mittens, ait: Miſimus teſtimo- epiſtol. 1.
nialem divitiarum noſtrarum ſcutellam bu-
xeam; ut apophoretum voti ſpiritualis acci-
pies, habiturus exemplo, ſi necdum ſimili
argento uteris. Et petit ſibi mitti fictilia,
quæ amare ſe dicit, quod ſecundum Adam
cognata nobis ſint, & Domini theſaurum in
talibus vaſis commiſſum habeamus. Menſa *& menſa tum vili, tum parca.*
porro qualis eſſet, apparet ex eo, quod mo-
do dicere de Cardamate inſtitueramus,
quem inde miratur, quod menſulæ ſuæ mo- epiſt. 24.
dum non faſtidiebat: Cumque raris ac minu-
tis calicibus aſpergeretur, quibus labra ſum-
ma vix tingeret, nihil de vacui ventris aut
ſicci gutturis injuria querebatur. Et alibi: epiſt. 17
Aſſiduus menſulæ noſtræ particeps ita ſe ad
menſuram noſtri gutturis arctavit, ut nec
oluſcula nec pocula noſtra vitaverit. Itaque
continentia & frugalitas viri Conſularis jam
erat hujuſmodi, ut mirabiles eſſent, qui de *Paupertas Paulini mirabilis.*
vulgo Monachorum pati eam poſſent. Ve-
rumtamen, quod mortales maxime mirabantur, & aſcetæ etiam nobiles (ut quidem Severus de ſe profitebatur) imitari ſe negabant poſſe,

A
A. FRAN. SACCHIN. S. I.

posse, summa erat ex divitiis paramplis inanitas. Itaque merito illum S. Augustinus cum ea Præfatione nominat; Paulinus noster, ex opulentissimo divite, voluntate pauperrimus, & copiosissime sanctus. Hortulum colebat initio: cujus causâ per jocum Severus, Hebromagum relictam ab eo cum dixisset, respondit Paulinus: Hebromagum non hortuli causâ, ut scribis, reliquimus, sed Paradisi. Illum hortum prætulimus & patrimonio, & patriæ; quia illic magis domus vera, ubi æterna: ibi verius patria, ubi originalis est terra, & principalis habitatio. Nam si credis propitio Christo, propter quem si nil habeamus, in ipso omnia possidemus; nunc in ista spinarum & laborum humo, ne in hortuli quidem glebula nos terræ limus tenet. Sed utinam ita nullus à peccato nobis pulvis hæreret. En quam perfecta nuditas Paulini, quam limo terræ soluta mens erat.

l. 1 de Civ. Dei. Cap. 10

Epist. 5.

51 Existimabat tamen nihil magnum ab se vacuitate illa perfectum. Rudimenta hæc ducebat militiæ suæ, ut sanctus Hieronymus vocat. In hunc modum differebat: Facile nobis bona vel onera apposita pallium remittentibus exciderunt: &, quæ nobiscum non intuleramus in hunc mundum, nec poteramus auferre nobiscum, quasi mutuata reddidimus: nec ut cutem à carne distraximus, sed ut vestem posuimus. Nunc opus est, ut quæ vere nostra sunt, dependamus Deo, hoc est, cor, & animam, & opera nostra exhibentes, in hostiam vivam. Temporalium, quæ in seculo habentur, bonorum relictio sive distractio, non decursus stadii, sed ingressus; nec ut meta, sed janua est. Non enim athleta tum vincit, cum exuitur: qui ideo nudatur, ut incipiat dimicare, cum legitime certaverit coronandus. Et natator amnem interpositum superaturus exuitur: nec tamen hoc tanto apparatu quod se dispoliaverit, transnatabit, nisi totius corporis nisu, & omnium scita mobilitate membrorum, & propulsu pedum, & remigio brachiorum, & lateris illapsu, torrentis impetum scindat, & laborem natationis exhauriat. His cogitationibus continenter sese ad certamen extimulabat. Alias vero, cum repositæ apud Deum mercedis amplitudinem intuebatur, exclamabat: O miseri homines! largiri nos aliquid credimus. Negotiamur; & liberales habemur, qui avarissimi esse convincimur: & quidem tanto avariores cupidissimis terræ fœneratoribus, quanto amplius est cælestia de terrenis, & beata de miseris egenisque rebus emere; quam terrena terrenis & labentibus lapsura mercari, & Dominum quam hominem fœnerari. Nec minore admiratione illa interdum addebat:

B
Sed rudimentum eam putat, non perfectionem.

Epist. 2.

C

Epist. 12 ad Severum.

Nec se largiri Deo, sed negotiari.

Natal. 9

——— Et res magna putatur
Mercari propriam de re pereunte salutem?
Perpetuis mutare caduca; & vendere terram,
Cælum emere? Ecce Deus, quanto me carius emit
Morte crucis? passus, dejectus imagine servi,
Ut viles emeret pretioso Sanguine servos.

52 Ceterum, ex obedientia, quam ipse consilio Euangelico exhibuerat, & benignitatis divinæ consideratione, illa fideli servo extitit precandi fiducia, quam S. Augustinus commemorat. Namque sub annum salutis CCCCX Nolam Gothi cum cepissent, vastarentque, & Paulinus ab eis teneretur, sic in corde suo (inquit Augustinus) ut ab eo postea cognovimus, precabatur: Domine, non excrucier propter aurum & argentum: ubi enim sunt omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, ubi thesaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo ventura prædixerat. Et auditas credere par est pias preces. Nam quamquam fortasse vexatus vir Dei; tamen in urbe relictus est. In tanta vero mendicitate numquam buccellam omittebat suam cum mendicis dividere, non raro se minus egentibus. Nec discrepabat fidelis conserva, sub jugo meliore jam conjux. Fuit tamen, cum roganti mendico jussa dare stipem, renuntiavit Paulino, unicum domi panem esse: & eum ipsum dare cum ille jussisset, præter morem suum nimium provida, non dedit; argumentans (ut verosimile est) in pari necessitate digniorem esse qui vesceretur illo Paulinum, ac proinde ei servandum. Sed brevi didicit, fides Paulini quanto esset locupletior, quam timida suæ curæ solicitudo. Adfuerunt subinde viri, qui se missos ab suis ajebant dominis, ut ad Paulinum vini triticique annonam deferrent: ideoque moratos, quod tempestas unam navium onustam tritico demersisset. Quæ audiens Paulinus, ad Therasiam conversus, Intellige, inquit, te illi pauperi unum panem fuisse furatam, & ideo hanc navem esse demersam.

D

l. 1 de C vit. c. 10

Pro pane subtracto pauperi perit navis annonam ferens.

E

Turonens. De glor. Confess. Cap. 107

53 Sed qui, quibus nihil debebat, adeo erat benignus; proclive intellectu est, quam esset gratus & effusus in eos, quibus debere aliquid videretur. Quam prolixe Ausonio, quam honorifice defert omnia? Quam pie ab se crimen impietatis, temere ab illo objectum repellit?

Paulinus quam esset gratus.

Pietas, inquit, abesse Christiano qui potest?
Namque argumentum mutuum est
Pietatis, esse Christianum: & impii,
Non esse Christo subditum.
Hanc cum tenere discimus, possum tibi
Non exhibere, id est Patri?
Cui cuncta sancta jura, cara nomina
Debere me voluit Deus;
Tibi disciplinam, dignitatem, litteras,
Linguæ, togæ, famæ decus,
Provectus, altus, institutus debeo,
Patrone, præceptor, pater.

Epist. 2.

F

Delphinum vero, à quo & Christianis fuerat undis aspersus, & ad pietatem incensus, ita datis cum ad ipsum tum ad Amandum litteris affatur; commendat, rogat permistis quibusdam cum sancta ingenuitate quasi blanditiis, ut observantius nihil fieri, nihil suavius aut amabilius queat. Commendarat eidem Delphino atque Amando presbyterum senem & inopem, cui per injuriam domus erepta erat. Valuit commendatio; sed operæ pretium est cognoscere, quanta vi beneficium prædicet Paulinus eorum, à quibus est impetratum, ut domum non suam, quamque jure debebant, redderent.

Epist. 18.

54 Pro ipsis fratribus nostris, quos ante rogari popposceramus, nunc unanimitatem vestram petimus (Amandum & Delphinum alloquitur) ut eos ultra solitum affectum diligatis: &, si forte ipsi Burdigalam, ut solent, ve-

venerint, præſentibus etiam de noſtrorum
A. FRAN. ſenſuum ac viſcerum affectione reddatis. Aut
SACCHIN. ſi tarda fuerit eorum copia, cum prima fuerit
S. I. occaſio, dignemini eis gratulationem debitam,
Hom. 2 in epiſt. ad Epheſ. & meritam benedictionem operis ſui mittere; ut ſciant & intelligant, quam acceptum Deo ſacrificium dederint, &c. Nam etſi debitum fecerint agnoſcendo juſtitiam, ut alienum reddi juberent; tamen gratia largiter habenda digni ſunt, pro ipſo bono voluntatis affectu, quo potuerunt tranſgredi, & non ſunt tranſgreſſi. Hic videlicet Dei mos eſt, qui, ut ait Chryſoſtomus, noſtram ſalutem, hoc eſt, *Quam clemens.* ut ſalvi eſſe velimus, emit à nobis. Ita Deum Sancti imitantur, in beneficio numerantes ſi quis ipſorum monitu culpis abſtineat, cum revera beneficium incomparabile is qui monetur à monitore accipiat. Sed Paulinus ut benignus in calamitoſos, ita clemens in reos, Epiſt. 36 cum quem affectum injuriâ defendendum ſuſcipiebat, ita ſuccurſum innocenti volebat, ut
B nocenti concederetur. Itaque epiſtolæ ad Macarium ea eſt clauſula: Hoc moderamine intervenire debemus, &c. ut pari labore defendas & excuſes optimo Senatori, id eſt, Chriſtiano viro reum ſuum; ita ut prædoni ipſi ſufficiat impunitatis lucrum, nobis ab ipſo Dei munera recipere contentis.

CAPUT VII.

Ceteræ Paulini virtutes, imprimis veneratio erga Sanctos, vivos & mortuos. Incendium ab eo reſtinctum.

55 SAnctorum amicitias non ceterâ modo obſervantiâ, ſed miſſitandis quoque munuſculis diligenter colebat, præcipue ſacri panis, quæ Eulogiæ dicebantur: cum tamen ab ſe panem mitti diceret, quem accipientis dignatio Eulogiam faceret. Agnoſcere erat Paulini probum ingenium & candidiſſimam animam etiam in eo, quod, qui bonitatis ſpeciem præſeferrent, facile bonos exiſtimabat. Itaque & Vigilantium, & Ruffinum, & Pe-
C lagium, & Julianum, antequam in apertum fallaciæ eorum & hæreſes proferrentur, in amicis ſimpliciter numeravit & commendavit, ut S. Hieronymus cum Vigilantio loquens, quod primo non eum detexerit, excuſet iis verbis: Quid tibi faciam? Credidi ſancti Presbyteri Paulini epiſtolis, & illius ſuper nomine tuo credidi non errare judicium. Igitur Epiſt. 75 alienos mores de ſuis æſtimans, qualem ſe quiſque ferret, talem habebat.

56 Nequaquam tamen ſi quæ minus probanda in familiarium quopiam videret, per incuriam aut aſſentationem diſſimulabat: ſed verum ſe amicum præſtans (amicus enim bonus, ut idem ait, medicina cordis eſt) operam dabat, ut libera eos modeſtaque admonitione ſanaret. Docent hoc omnes ad Auſonium verſus, docent multæ ad Severum epiſtolæ, & ille præter alios à nobis ante productos, locus è quinta: quoniam nullum faciebat finem Paulinus Severum ad ſe vocandi, idemque paupertatis ſtudio adeo ſeſe nudabat, ut nihil ad varietates ac neceſſitates temporum reſerva- D
ret. Severus, joco haud dubie, ſcripſerat ad id Epiſt 5 redigendum inopiæ, ut tandem ad ſe illum invitare deſineret. At Paulinus, ne jocis quidem locum eſſe ratus, ubi de ſanctiſſimis Chriſti conſiliis ageretur; Quomodo convenit, inquit, ut idem tu paupertatem, quam te admirari profiteris, horrere fatearis? Si credas hanc mihi donatam eſſe virtutem, quam te velle nec poſſe aſſequi confiteris, ut habens Luc. 9, 23 victum & veſtimentum hoc contentus ſim, nihil ultra diem cogitem; cur vel me inopiæ neceſſitate ſuperandum putas, ut te, quem non deſiderare non poſſum, invitare deſiſtam? aut te tam infirmum diffidentemque Chriſto prodis, ut timeas ad hujuſmodi, qualem prædicas, amicum venire, ſi in veritate ſequeris illum, qui dixit: Tolle crucem tuam, & veni, ſequere me? Quomodo aliter putas Chriſtum ſequendum, niſi lege quam docuit, & forma quam prætulit? qui cum in ſua ve-
niſſet, reclinandi tamen capitis locum inter E
ſua non habuit. Et poſt venuſtiſſimam & gra- Pſal. 15, 5
viſſimam reprehenſionem ſubdit tandem: Opto igitur ut tuæ potius comitatis hic jocus, quam infirmitatis fides fuerit. Ad extremum dignam fide ſua auream clauſulam apponit: Tu, ſi hoc bonum (id eſt, pro Chriſto miſſa omnia feciſſe) ita credis ut prædicas; & in eo me eſſe credis, ut te credere ſcribis; & ſegnius me deſideras; jam non in me peccatorem ſemper, & ſemper indignum conſpectu tuo, ſed in Dominum ipſum committis; ſi putas tum demum defuturam nobis vitæ mortalis alimoniam, cum nobis cœperit Deus eſſe poſſeſſio.

57 Ex his quæ hactenus memorata ſunt, incipit elucere ſpecies ac forma Paulini Monachi, in omnes partes abſoluta, & quodam- *Summa virtutum Paulini tã erga ſe & proximos,* modo ex omni latere conquadrata. Ante omnia inerat ei ardentiſſima fides, ut non ſurdis auribus & torpido corde Chriſti voces audiret; ſed pro norma acciperet (uti ſunt) & certa lege vivendi. Ex vivida acrique fide ceteræ virtutes, velut ex radice, vitalem ſuccum vigoremque trahebant; atque nominatim illa Monachi prima virtus, opinionem ſeculi & rumuſculorum generoſa deſpectio; fidenſque, libera, demum inconfuſibilis cunctis locis F
profeſſio Euangelicæ ſanctitatis. Inerat ſumma nuditas rerum omnium humanarum, ſumma abjectio & contemptio ſui. Adhæc benignitas in egentes & calamitoſos nullis circumſcripta terminis: in bene merentes grati animi memoria conſtans, aperta, munifica: adverſus amicos obſervantia liberalis: prona in meliorem partem exiſtimatio: ſimplex, ubi res poſceret, admonitio; quæ res qualis erga ſe, qualis erga proximos eſſet, oſtendunt. Supereſt ut erga ſancta atque divina quemadmodum ſe gereret, adumbremus.

58 Quibus etiamnum inter vivos præcipua cum Divinitate conjunctio eſſe videretur, eos ſubmiſſione incredibili, & omni officii genere venerabatur ..... Nicetam *quam erga ſanctos vivos.* vero qua pietatis ſuavitate, qua orationis magnificentia celebrat? Immortalitati memoriæ illum tranſcripſit. At Victricii, poſtea Rothomagenſis Epiſcopi, quem Martyrem vivum appellat, haud minus eloquen-
ter

Quam officioſus Paulinus.

Quam bene de omnibus exiſtimans.

Quam liber in admonendis amicis.

A ter quam sancté descriptum certamen, una Paulini epistola ab oblivionis interitu vindicavit. Epist. 28 Quam narrationem ubi ita concluſit, Dubitemus etiamnum an perfectus ſis, qui de perfectione cœpiſti? &, ſi legitime coronandus ſis agone decurſo, cum currere cœperis à corona? dolens quod ejus frui conſpectu non liceat, æque dulciter ac religioſe illa ſuſpirat: Quis daret nobis pennas ſicut columbæ, & volaremus ad te, & requieſceremus in conſpectu ſanctitatis tuæ, coram in ore tuo Chriſtum Deum admirantes atque venerantes. Tergeremus capillis pedes illius in tuis pedibus, & lacrymis rigaremus; & in illis cicatricibus tuis, quaſi Dominicæ paſſionis impreſſa veſtigia lamberemus. Id autem, quod exhibere coram Victricio cupiebat, tempus incidit ut ſeni cuidam bono, quem Victorem nominat, cumulate præſtaret: cujus mirabilem Epist. 36 ex naufragio liberationem epiſtola ad Macarium deſcribens, cum ei Dominum ipſum apparuiſſe in navi, & incredibili benignitate ſinum ad requieſcendum præbuiſſe, & aurum B ad excitandum vellicaſſe dixiſſet, Fateor tibi affectionem meam, inquit, dum nimium tam inſignia in noſtri temporis homine Dei geſta admiror & diligo, pæne in ipſum ſenem fuiſſe crudelem. Nam tam aſſidue aurem ipſius retractavi, ut pæne detriverim. Voluiſſem quoque vel unius partem auris abſcindere, niſi in illo vulneris, quæ mihi pignoris res fuiſſet.

59 Hac pietate Paulinus in homines Deo caros etiamnum mortalitate circumdatos ferebatur: Chriſtum in eorum pectoribus, velut in theſauris pretioſis, ſed adhuc fictilibus agnoſcebat: deſiderabat abſentes, præſentibus fruebatur: captabat occaſiones præclara eorum facta virtuteſque vulgandi. Ita præter jam dictos Victricium atque ſenem Victorem, majoris Melaniæ, quam Origenis depravatam erroribus ignorabat (reſipuiſſe ad extremum bona conjectura eſt) ſtudioſe perſequitur laudes. Ita ex Alypio rogavit, ut ad ſe ſcriberet genus ac vitam ſuam. Quod cum Auguſtinus facturum ſe cumulatius pro eo reſpondiſſet, argumentatur acute Baronius, non modo id præſtitum ab Auguſtino, & à Paulino celebratas Alypii res, ſed multo magis ab eodem expetitam vitæ hiſtoriam ipſius Auguſtini; ex eoque factum, ut is formam excogitaret, qua modeſte eam & utiliter explicaret in Confeſſionum libris. Quodſi ita ſit, haud ſane mediocriter hoc uno nomine poſteritas debet Paulino.

60 Ille vero Sanctis jam cælo receptis atque Beatis quod genus obſequii piique cultus non adhibebat? Felicem ſuum ut coluerit, ut ornarit, ut celebrarit, memoratum eſt ſatis. Haud ambigam multorum ab eo perſcriptas Hiſtorias. Certe de Arelatenſis Geneſii martyrio quæ extat brevis narratio, nomine Paulino Nolani inſcribitur, & ſtylus omnino conſentit. Age, adverſus Apoſtolorum principes Petrum & Paulum quanta pietas erat, cum quotannis ad ſacra eorum corpora coram veneranda ipſorum natali die Romam adiret, nec viæ retardatus labore, nec graviore jam ferme per id tempus Romano ob æſtum cælo deterritus? Quod officium ita conſtanter tenebat, ut ſolemnem morem, & annuum ſibi illud votum atque iter vocet. D Interdum tamen præveniſſe Natalem Apoſtolorum, ex epiſtola illa patet, quam ad ſanctum Auguſtinum reverſus jam ex peregrinatione Romana Idibus Maji dedit. Romæ porro quid gereret, quemadmodum acciperetur, epiſtola ad Severum tertia decima conjiciendum proponit. Expediebat ſeſe celerrime. Tempus ante meridiem in votis, quorum causâ venerat, per Apoſtolorum & Epiſt. 13 Martyrum ſacras memorias conſumebat: deinde ut ad hoſpitium rediiſſet, innumeris frequentationibus, quas partim amicitia, partim religio contrahebat, ſic erat occupatus, vix ut veſpera ſolveret cœtus.

Idem in conquirendis, colendis, decorandis cum ſumptu tum aurea ſua lingua Beatorum ſacris Reliquiis, multus erat, quarum ab S. Ambroſio quaſdam accepit. Nec ſolum ad S. Felicis, quem ſemper Patronum & dominum, & Dominædium ſuum, tamquam dominum ædium gaudens appellat, magnificas baſilicas, ſed & Fundis ædem ſacram ex- E truxit, haud minus ea re benignus in homines, quam pius in Deum. Per occaſionem paternæ in eo tractu poſſeſſionis, familiariter uſus oppido erat. Ergo vel ad pignus, inquit, quaſi civicæ caritatis, vel ad memoriam præteriti patrimonii, baſilicam dare in ipſo oppido, quoniam & indigebat, ruinoſam & parvam habens, voti fuit.

colligendis ornandiſque Reliquiis,

Natal. 9 *extruendis Baſilicis.*

Epiſt. 12

61 Ceterum ſacro-ſanctas Crucis Domini Reliquias, & religione, ut debuit, ſumma eſt veneratus, & unus omnium maxime earum gloriam poſteritati ſuis litteris patefecit. Miſerat per Melaniam illi Joannes Epiſcopus Jeroſolymitanus fragmen è ſalutari pignore. Paulinus opportunitate uſus, & vulgavit hiſtoriam repertæ Crucis (quæ nunc legitur in epiſtola undecima ad Severum) & ſingulare illud ejuſdem nihil imminutæ, quantumvis ex ea demeretur, miraculum prodidit: ut ex quo tempore inventa erat, innumeris pæne quotidie hominum votis lignum ſuum commodans, detrimenta non ſentiret, & quaſi intacta permaneret; quotidie dividua ſumentibus, & tota venerantibus. Unde intelligere eſt quo F pacto vitalis trunci tanta per omnem Chriſtianum orbem propagari copia ſpargique potuerit. Miſit & nomine Theraſiæ (quam conſervam in Domino appellare conſuevit) ad Severum & Baſſulam ſocrum ejus magnum in modico munus, & in ſegmento pæne atomo aſtulæ brevis, munimentum præſentis, & pignus æternæ ſalutis. Ita deſcribit partem ex donata ſibi particula ſanctæ Crucis. Miſit autem aureolo incluſam tubello, addita interpretatione, expreſſam tali paratu formam ipſorum. Quippe ipſos aurum ignitum eſſe, qui intra ſe haberent regnum Dei, hoc eſt, fidem Crucis. Ex ejus vero portiunculæ, quam ſibi reſervaverat, poſſeſſione cultuque multiplicem ſane fructum percepit cum aliàs, tum maxime, cum incendium ingens extemplo, ut contra eſt objecta, reſtinxit. Deſcribitur res Natali decimo, & miraculum duplex notatur.

Culcus ligni Crucis Domini.

Epiſt. 1 & 2

62 Pro foribus extructæ ornatæque ab ſe ſancti Felicis baſilicæ, ſtabant tuguria duo ex rudi materia, quæ loci deformabant faciem, & adeunti populo velut offendiculum occurrebant. Obſtinarant animos nequaquam cedere

Celebrant laudes hominum virtute præſtantium.

Paulin. Epiſtol. 10 ad Severum.

Epiſt. 45 C

Auguſtin. Epiſt. 32

Baron, An. 395

Mortuos honorat ſcriptis,

peregrinationibus,

A loco, qui tuguria incolebant. Modeſtiſſimo viro grave erat lite jus perſequi, & vel vincere per contentionem. Hæc ita cum eſſent, ædicularum in altera ſub primam quietem illapſa in fœnum ſcintilla, repente magnum incendium ſuſcitat; clamores gemitumque viciniæ. Excitatus Paulinus, videt omnia ita fervere igni, ut ipſam quoque ardere baſilicam opinaretur. Trepidi ſuarum quique rerum, aquam certatim, & quæcumque apta opprimendæ peſti ſuggerere: ſed nequidquam ſudabatur: irritabatur malum remediis: victrix flamma, quidquid ingeſtum eſſet, in alimenta vertebat. Paulinus non ad mortalis aquæ, ſed ad miſericordiæ divinæ fontes accurrit. Feſtinat precatum ad S. Felicis corpus, & ad alia monumenta Sanctorum. Inde domum rapidus fiduciaque plenus evolat, Reliquias ſanctæ Crucis aſſumit, manuque tenens pro pectore quaſi ſcutum, quo tegeret ſe, hoſtem umbone elideret, adverſus furentes faces conſiſtit. Ecce autem continuo vis Crucis ignem

A. FRAN. SACCHIN. S. I.

per ejus particulam incendio objectam

ipſum reſtinguit Paulinus

B Terruit, inque loco, de quo ſurrexerat, ipſo,
Ut circumſeptam præſcripto limite flammam
Natal. 10 Sidere, & extingui fremitu moriente coëgit;
Et cinere exortam, cineri remeare procellam.
Quanta Crucis virtus, ut ſe natura relinquat?
Omnia ligna vorans ligno Crucis uritur ignis.
Multa manus crebris tunc illa incendia vaſis
Aſpergens, largis cupiebat vincere lymphis:
Sed licet exhauſtis penſarent fontibus imbres,
Vi majore tamen, laſſis ſpargentibus, omnem
Vicerat ignis aquam: Nos ligno extinximus ignem.
Quamque aqua non poterat, vicit brevis aſſula flammam.

C 63 Mirabiliter extincto igni cum plurima putarentur cremata tecta, poſtridie ubi diluxit, unum dumtaxat è duobus tuguriis abſumptum viderunt: quod manu & labore fuerat demoliendum, niſi occupaſſet flamma; & compendium feciſſet. Tum vero animadverſa re Dominus, & cognita cæleſti pœna, reliquum tugurium ipſemet evertit, & mora importuna S. Felicis baſilicam liberavit.

& contiguas domos ſervat:

Hunc nobis, inquit Paulinus, ſine lite videns ceſſiſſe triumphum,
Se tantum miſer accuſat, quem gratia nulla
Manſerit obſequii, & maneat confuſio pœnæ.

Caritas ejus in Deum.

Igitur non minore prodigio factum eſt, ut obſtinati hominis pectus malo perdomaretur, quam ut vitalis objectu ligni vorax flamma momento conſideret. Utroque Paulini fides, modeſtia, pietas, tamquam ſuffragio divino probata eſt. De cujus erga Deum caritate, & præcipuo quodam erga Chriſtum Dominum ſtudio, ſupervacaneum eſt nominatim dicere; cum quæ extant ejus ſcripta id locquantur unum, quæ ſanctus Auguſtinus vere dicit fragrare odore ſinceriſſimo Chriſti. D

CAPUT VIII.

Qualis Epiſcopus fuerit Paulinus.

64 QUo tempore, quaque ratione creatus Epiſcopus ſit, plane eſt incompertum. PARS III.
a Haud pro dubio poſuerim, uti Barcinone per ſubitam vim & multitudine ſtrangulante Presbyter conſecratus eſt, ita Nolæ ſimul primum deceſſit Antiſtes, communi ſtudio & ardore civium in Epiſcopalem ſedem adactum fuiſſe. Quæ extant ejus Opera, veſtigium talis muneris vix ullum offerunt, ſive quod pleraque ante Epiſcopatum ſcripta ſint, ſive quod mallet ubique ſe peccatorem, ſe tenuem ingenio, corde craſſum, ore jejunum profiteri, aliterque deprimere, quam ſuarum quidquam laudum attingere. Verumtamen graviſſimi molem oneris quam vera amplaque exiſtimatione ponderaret, & bene ſuarum omni conniſu virium conaretur, documento ſunt, quæ Sacerdotio minore, quamquam nulli addictus paſcendo gregi, ſuſcepto cogitabat, & cum Amando communicata legimus. Quod miniſterium, inquit, ut bene miniſtrem, & gradum bonum mihi acquiram, & ſciam qualiter oporteat me in domo Dei converſari, & tractare myſterium pietatis, tu Domine venerabilis & frater & Domine in Chriſto nobis ora Dominum, in omni bono divitem, ut abundemus fide, & ſermone, & ſcientia, & omni ſolicitudine. Quæ poſtrema verba totam continent perfecti Præſulis formam. Nam ſi ad ſanctitatem vitæ, quæ in fide ſignificatur, per quam velut idoneus ſequeſter, acceptus Deo, venerandus populo ſit, eloquentia acceſſerit ad exhortandum, & ſcientia ad recte docendum, & impenſa ac ſolicita cura ad ceterum miniſterium; nihil profecto reliquum fiet, quod ad explendas ſacri paſtoris partes deſideretur. F

a De cura animarum quid ſentiret, Epiſt. 23

65 Hæc autem ſi Paulinus Paſtorali liber Sacramento verſabat, quanto impenſius jam obligata fide, valque pro hereditate Dei & Sanguine Chriſti factus, illa meditabatur, quæ paulo infra in epiſtola eadem adjungit? Igitur quia facti ſumus de hoſtibus cives, de longinquis proximi, de ovibus paſtores, & poſiti ſumus in fundamento Apoſtolorum & Prophetarum; erudite & confirmate manus ad ædificandi ſcientiam, ut ad lapidem, qui factus eſt in caput anguli, diſcam parietem utrumque connectere; & in templum ſanctum atque in habitaculum Dei, corpora & corda fide mundata conſtruere; per arma Apoſtoli potentia Deo omnem elationem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei captivam ducere; omnem intellectum ad obediendum Chriſto perducere; Euangelicam ſecurim arborum radicibus admovere; & gladio ſpiritus, id eſt, verbo Dei, interficere peccatores terræ, & ſcuto Catholicæ Fidei omnia jacula candentia nequiſſimi extinguere; & certamine decertato curſuque decurſo, fide ſervata, miniſterio impleto, expectare illud quod Dominus

etiam ante Epiſcopatum.

in

A in illa die juſtus judex reddet omnibus, qui
A. FRAN. SACCHIN. diligunt adventum ejus. Hæc habemus tamquam lineamenta Epiſcopi Paulini, ab ipſomet nobis adumbrata. Sed & accuratæ adeo
§. I. *Quæ præcipue doceret tractarentque.* ad abſentes & ad alienos exhortationes, quam ad præſentes atque ad ſuos edocendos cohortandoſque ſedulus & acer eſſet, haud obſcure declarant; ac nominatim oſtendunt, quam ille creber miſericordiam in egentes, libertatem confitendi Chriſti, & humanorum deſpicientiam judiciorum, cælitum cultum, ſacro-ſanctæ Euchariſtiæ venerationem: ſuavitas enim & amplitudo, qua de adorando hoc myſterio loquitur, præcipuum erga illud animi ſtudium palam facit. Nec ſane mirum, qui vias ſcrutabatur omnes ſanctitatis, in vena potiſſimum & capite inhæſiſſe; denique magnificentiſſimas Chriſti laudes, immenſoſque theſauros caritatis ejus & gloriæ, quanta gravitate ac majeſtate tractaret.

67 Conſtat aſſiduum in decantandis Deo laudibus noctes ac dies cum Monachis, quos à principio ſibi adjunxit, & Clero ſuo fuiſſe: B adeo ut ne moribundus quidem conſuetudinem intermiſerit, ſed matutinam pſalmodiam, *Aſſiduus in canendis Deo laudibus.* anhelo licet, tamen læto ſpiritu, juſſis in tempore excitari omnibus, ad ſeque acciri, peregerit. Et quamvis nihil eo fieri manſuetius, nihil beneficentius poſſet; tamen accepimus diſciplinæ tenacem ita fuiſſe, ut in quos oporteret, tela etiam ſacræ cenſuræ fortiter expediret. Quo in ordine ſub deceſſum è vita ſuum, quicumque fuerunt, reconciliari pius pater voluit; ſperans, opinor, pro ſua *Diſciplinæ amans, benignus tamen.* humilitate eo pacatiorem Dominum ſibi futurum, quo benigniorem ſe præbuiſſet ipſe conſervis. Demum conſtat, adeo mirabilem viri ſanctitatem fuiſſe, ut venerationi barbaris quoque populis, & alienis à Chriſto Iudæis atque Ethnicis eſſet.

Uranius qualem Epiſcopum deſcribat Paulinum. Apud Sur. Tom. 3 22 Iunii Sed jam qualem Uranius, tametſi plus nimio brevi ſumma deſcribat, Auctoris ſtylo prodamus. Non enim nihil intereſt oculati teſtis etiam verba noſſe. Cum autem ad ſummum Sacerdotii gradum provectus eſt, inquit, noluit ſe talem exhibere Epiſcopum, qui ab aliquo timeretur; ſed talem ſe reddidit ſacerdotem, qui ab omnibus amaretur *b*.... Nec *b* C merito ab omnibus amabatur, qui aderat omnibus. Quem enim jacentem non ſua dextera erexit? quem interpellantem ſe non pia voce conſolatus eſt? Erat enim pius, miſericors, humilis, benignus, nullum ſpernens, nullum deſpiciens. Omnibus tribuebat, omnibus indulgebat. Animabat trepidos, mitigabat violentos: hos verbis, illos ædificabat exemplo: alios epiſtolis, alios ſumptibus adjuvabat: nullas opes, nullas divitias, niſi quæ Sanctis ſuis Chriſtus promiſerat, mirabatur.... Quid plura? Vix quæcumque de illo dicuntur, admitteret credulitas fidei, niſi propellerent ſua facta mendacium.

68 Hactenus Uranius ea quæ viderat perſecutus. Quæ maxime ſuſpicor Romanam poſtmodum Eccleſiam in Gregorii Magni ſacris Vigiliis, ob ſimilitudinem ſapientiæ & ſanctitatis, recitare ſolitam. Docet enim Pau- *Paulini vita olim lecta in Gregorii Magni ſolennibus.* lus Diaconus in Procœmio ab ſe ſcriptæ Vitæ ſanct. Doctoris, Romanos diu caruiſſe Lectionibus, quæ ſancti Gregorii res continerent, & de Paulino civitatis Nolanæ Præſule ſubſtitui eas conſueviſſe. Nec eſt gloria mo- D dica Paulini, vitam ejus tamquam pro forma habitam vitæ Magni Gregorii. Haud dubie inclyta fama viri, quæ tam longe lateque ex Monachi ſecreto ante pervagabatur, aliquanto facta eſt Pontificalis adjectione claritatis illuſtrior; eo magis, quod per id tempus florebat inter primas urbium Nola, & cathedram quoque ſatis opulentam habebat. Ita ſapiens Dominus bonum ſervum, qui fuerat fidelis in modico, ſupra multa conſtituit. Nam quidquid pecuniæ, quidquid honorum eſt profanorum, comparatione cæleſtium exile ac vile eſt, cum pretium illis humana fere æſtimatio faciat, his Chriſti Sanguis. Exaltatus eſt igitur, qui ſeſe demiſerat: & fideli erogatori facultas erogandi ſubminiſtrata nova *Facultatibus ſacris quomodo uſus Paulinus.* eſt, ſi non amplior, certe ſanctior, eademque perpetua; addito etiam ex munere Paſtoris incitamento, ut quod voluntate faciebat, jam quadam neceſſitate præſtaret. Et ille ſacras facultates ita non reſpuit nec contempſit, ut inde oſtendat ſanctus Proſper ſine perfectionis impedimento ab Epiſcopis poſſideri. E Sic enim diſputat. Sanctus Paulinus (ut ipſi melius noſtis) ingentia prædia, quæ fuerunt ſua, vendita pauperibus erogavit: ſed cum poſtea factus eſſet Epiſcopus, non contempſit Eccleſiæ facultates, ſed fideliſſime diſpenſavit. Quo facto ſatis oſtendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & ſine impedimento perfectionis poſſe quæ ſunt communia Eccleſiæ poſſideri. Mox cum idem factum à ſancto Hilario quoque docuiſſet, ſubdit: Quod utique homines tam ſecularium quam divinarum litterarum ſine ambiguitate doctiſſimi, ſi ſcirent res Eccleſiæ debere contemni, numquam eas debuerant, qui ſua reliquerant, retinere. l. 2 De vit. contempl. Cap. 9

69 Retinuit igitur & cuſtodivit bona Eccleſiæ Paulinus, ſed ad erogandum, non ad fruendum; ſide miniſtri, non poſſeſſoris arbitrio ..... *c* & morientis theſauri fuerint æs alienum in pauperum veſtimenta contractum, nulla reliqua re unde diſſolveretur. Quibus virtutibus quantum auctoritatis veterano Epiſcopo acceſſiſſet, docet epiſtola Imperatoris Honorii, per quam illum in Urbem ad Concilium vocat. Quod cum in gravi perturbatione Eccleſiæ, ſchiſmatiſque magni diſcrimine cogeretur, dilatum propterea dicit, quod abſente illo propter invaletudinem, exiſtimatum ſit nihil poſſe definiri. Eſt autem epiſtola talis:

c *Quanta exiſtimatio Paulini apud Imperatorem, & alios primos.* F

Sancto ac venerabili patri Paulino Epiſcopo. Tantum fuit apud nos certa ſententia, nihil ab his Sacerdotibus, qui ad Synodum con- Baron. Anno 409 venerant, poſſe definiri, cum Beatitudo tua de corporis inæqualitate cauſata, itineris non potuit injuriam ſuſtinere. Et propter abſentiam tancti viri, non quidem obtentura, interim tamen vitia gratulantur, cum prava & vetus ambitio & cum benedicto viro ſanctæque vitæ diu velit habere certamen, ut contra hæc Apoſtolicæ inſtitutionis bona, de præſumptis per vim parietibus exiſtimet confidendum. O vere digna cauſa, quam non niſi coronæ tuæ beata vita deſignat! Dilatum itaque judicium nuntiamus, ut divina præcepta ex venerationis tuæ ore promantur, qui ea ſecutus impleſti: nec poteſt alius eorum

præceptorum lator exiſtere, quam qui dignus Apoſtolicis diſciplinis eſt approbatus. Speciatim itaque Domine ſancte, merito venerabilis Pater, juſtus Dei famulus, divinum opus, contempto labore, tributum hoc nobis viſitationis tuæ (ſi ita dicendum eſt) munus indulge, ut poſtpoſitis omnibus, quantum temperantia his & tranquillitas ſuffragantur, Synodo profuturus, ſine intermiſſione etiam deſideriis noſtris; & benedictioni quam cupimus, te præſtare digneris [c].

A. FRAN. SACCHIN. S. J.

70 Quoque propius ad ætatem extremam accederet, hoc promptiora cunctis ad fruendum ſua præbere bona Paulinus; inſtar pomiferæ arboris, quæ graves fructibus ramos, quo propius ad maturitatem provenit, eo pronius, velut ad legendum invitans, incurvat & offert. Nec ſua modo præbere, ſed & quidquid (vel mendicorum cauſa ſeſe mendicum faciens) undique poſſet ipſe corradere, vel ad eum jam pro nota miſericordia tamquam ad benignitatis publicæ præfulem, & inopum annonæ curatorem, ultro ſubmitteretur. Denique nihil dubitare, cum omnia defeciſſent, nomina facere, de fide ſecurus, ut qui præde fidebat Deo; cujus arca ſumptu locupletatur; eique patet & exuberat maxime, qui creberrime & plurimum ſumpſerit. Itaque ubi decedendi dies appetiit, nihil repoſitum inventum eſt; vacua horrea, cellæ exhauſtæ, loculi inanes, nuda plane domus. At animam magnam jam penitus fides ac beata ſpes, jam caritas, jam gaudia cæli, & immortales divitiæ, & Dei ſingularia dona complerant.

Paulinus æs alicuium facit pauperum cauſa.

71 Sanctiſſimi Antiſtitis migrationem mirabilem Uranius, cui præſenti datum eſt intereſſe, nobiſcum hac deſcriptione communicavit: *d* ..... Circa horam quartam noctis, omnibus qui aderant ſolicite vigilantibus, ſubito tam ingenti cellula ejus terræmotu concuſſa eſt, ut hi qui lectulo ejus aſſiſtebant, exteriti atque turbati, ad orationem ſe jactarent, nihil tamen ſcientibus his, qui pro foribus conſiſtebant: neque enim publicus ille, ſed privatus in cellula fuerat terræmotus; nam ille Angelicis ſuſceptus manibus debitum Deo ſpiritum exhalavit. Hujus terræmotus meminit etiam lib. 3 Dial. c. 1 Sanctus Gregorius *e*, ad hanc Urani, ut reor, narrationem reſpiciens *f* .... Deceſſit ſanctus Paulinus anno ſalutis humanæ CCCCXXXI decimo Kalendas Iulias, quo die memoria ejus ſacris Romanæ Eccleſiæ Faſtis cum præclaro elogio indita eſt in hæc verba: Apud Nolam Campaniæ urbem natalis beati Paulini Epiſcopi & Confeſſoris; qui ex nobiliſſimo & opulentiſſimo factus eſt pro Chriſto pauper & humilis *g* . . . . . Claruit autem non ſolum eruditione & copioſa vitæ ſanctitate, ſed etiam potentia adverſus dæmones: cujus præclaras laudes ſancti Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & Gregorius ſcriptis ſuis celebrarunt. Ejus corpus Romam tranſlatum, in Eccleſia ſancti Bartholomæi in Inſula una cum corpore ejuſdem Apoſtoli honorifice aſſervatur. Ad potentiam adverſus dæmones hîc deſcriptam pertinere crediderim multa ex iis, quæ Paulinus ipſe narrat ad S. Felicis geſta corpus. Namque mos eſt Sanctorum, in Sanctos alios ab ſe laudes avertere: ut ſanctus Benedictus Mauri ſuper aquas inceſſum, obſequio tribuebat diſcipuli; is in merita referebat Magiſtri.

d Pſal. 131

Terræmotus in ejus migratione.

e

f

Encomium ex Martyrologio.

ANNOTATA D. P.

a *Jam ſupra oſtendi id factum videri an.* 409.

b *Cum Uranii contextum integrum ſupra dederim, placuit contrahere periodos prolixiores, verbotenus tranſcriptas à Sacchino.*

c *Hic incipiebat Auctor commendare Sancti caritatem tantam, ut exhauſtis quæ largiretur ceteris, ſeipſum quoque impenſum voluerit vicariam pro filio Viduæ apud Wandalos in Africa captivo, ſervitutem ſubeundi & verbotenus ſubtexit hiſtoriam ex initio lib.* III *Dialogorum Gregorianorum acceptam: ſed hanc in appendice oſtendam ad Paulinum* III *& ſeculum* VI *pertinere. Quare à pagina* 721 *ad pag.* 725 *tranſeo.*

d *Hic deſcripſerat Sacchinus ex Uranio, quidquid habes ab his verbis, num.* 2. *aſteriſco* * *ſignatis.* Ante triduum quam de hoc mundo ... vocaretur, *quæ ibi legi poſſunt, uſque ad alterum aſteriſcum* * *num.* 4.

e *Verba Gregorii hæc ſunt:* De cujus etiam morte, apud ejus eccleſiam ſcriptum (*utique in præcitata Uranii epiſtola*) quia cum dolore eſſet lateris tactus, ad extrema perductus eſt; dumque ejus omnis domus in ſua ſoliditate perſiſteret, cubiculum in quo jacebat æger facto terræmotu contremuit, omneſque qui illic aderant nimio terrore concuſſit; ſicque ſancta illa anima carne ſoluta eſt.

f *Cetera apud Uranium ſupra lege, uti etiam illud de* Joanne Neapolitano.

g *Reliqua Martyrologii verba hic omiſſa, compendio tradunt id quod prolixe Gregorius narrat de Wandalica ſervitute, & ad alium Paulinum ſpectare multo juniorem, jam dixi.*

CAPUT IX.

De operibus ſancti Paulini, ſervatis & amiſſis.

72 MOnumenta Paulini ſapientiæ pro viri magnitudine, ſane modica extant. Cauſa duplex videtur. Primum, quod multa interierunt: deinde, quod ad ſcribendum ex inſtituto contemplatione poſteritatis animum ipſe non appulit. Interiere quæ ſcripſit ante progreſſum ad vitam ſeveriorem, haud dubie nec numero pauca, & genere nobilia, cum tantam Oratoriæ & Poëticæ facultatis gloriam adeptus eſſet. Neque enim is erat, qui ea ætate à ſcribendo abſtineret. Quod ſignificat Auſonius, dum interrupta ſecum litterarum & carminum dolet commercia; dum privatim litteras quaſdam commendat, quas oppido quam litteratas appellat; & poëma deprædicat, quo tres de Regibus Suetonii libros in compendium redegerat tanta elegantia, ſolus ut videretur aſſecutus (quod contra naturam eſt) brevitas ut obſcura non eſſet. Alia vero epiſtola de Poëmate alio idem Auſonius: Illud de epiſtolarum tuarum eruditione, de Poëmatis jucunditate, de inventione & continuatione,

PARS IV *Opera Paulini pauca extant,* F

quia multa perierunt

verſu,

A juro omnia, nulli umquam imitabile futurum, etsi fateantur imitandum. Hæc itaque
epist. 21. Poëmata nulli imitabilia perierunt. Scripsit etiam Paulinus statim, opinor, ut sanctitatem penitus intravit, aliquot Hymnos, quos laudatos ab Alipio significat idem, dum ex
rhytmo, eo quærit, quem nam è suis Hymnis viderit. Præterea multo plures quam extent condidisse S. Felicis Natales, apud me indubitatum est, ut supra quoque notavi, cum quotannis votivum veluti munus persolveret, &
epist. 45. tot annos ibi vixerit. Et quidem Dungalus (quod nuper animadverti) in Auctario Patrum editus, in libro adversus Claudium Taurinensem, quindecim enumerat: & præclara etiam quædam ex iis, quæ non exstant
a fragmenta profert, quæ nos addenda huic *a* editioni curavimus.

73 At è solutæ orationis operibus, ante
& prosa omnia intercidit Liber pro Theodosio, cujus desiderium doctis viris intolerabilius reddit
b magnifica illa S. Hieronymi approbatio. *b* Alipii res, uti supra diximus, à sancto Augustino missas ad Paulinum (sicut receperat)
B & traditas ab eo memoriæ, simile vero est: neque enim probabile quidquam succurrit, unde consilium benevolentiæ plenum, & honestatis impeditum immutatumve sit. At eam quoque lucubrationem desideramus. Uti sancti Genesii res, ejus, qui apud Arelatenses martyrium fecit, ne paulatim interciderent, ipse litteris illigavit, ita nihil apud me dubii est, quin eodem studio historias id genus alias scriptitarit. De Gazophylacio, non epistola, sed cohortatio est popularis. De eo genere certum haberi debet multa elaborasse, quæ ævi vetustas, & publicæ calamitates, & hominum incuria aboleverint. Nam qui tam benignus erat in pascendis corporibus, eum injurium sit suspicari fuisse in pascendis animis negligentem, præsertim postquam creatus est Pastor. Scripsisse etiam contra Ethnicorum impietatem, significant illa de S. Augustini epistola, Ad-
C versus Paganos te scribere didici ex fratribus. Siquid de tuo pectore meremur, indifferenter mitte, ut legamus: nam pectus tuum tale
epist. 34. Domini oraculum est, ut ex eo nobis tam placita & adversus loquacissimas quæstiones explicatissima dari responsa præsumamus. Fortasse tum scribebat ad Jovium ea quæ extant oratione tum soluta tum vincta. Jam epistolarum ingentem numerum *c* excidisse, satis liquet ex epistolis quæ supersunt ejus, & aliorum ejusdem temporis.
c

74 In summa, operibus cujusque generis nos carere multis, quæ tererentur sua ætate, docet sanctus Eucherius illustri illo præco-
S. Eucherii testimonium. nio, Paulinus quoque Nolanus Episcopus, peculiare & beatum Galliæ nostræ exemplum, ingenti quondam divitiarum censu, uberrimo eloquentiæ fonte, ita in sententiam nostram propositumque migravit, ut etiam cunctas admodum mundi partes eloquio operibusque respersit. Gennadius vero hunc Operum ejus indicem texit: Paulinus Nolæ
epist. Parænet. ad Valerian. Campaniæ Episcopus composuit versu brevia, sed multa: & ad Celsum quemdam epitaphii vice consolatorium libellum super morte Christiani & baptizati infantis spe Christiana munitum: & ad Severum plures epistolas: ad Theodosium Imperatorem ante Episcopatum
D prosa Panegyricum super victoria Tyrannorum, eo maxime, quod fide & oratione plus quam armis vicerit. Fecit & Sacramentarium,
Gennadii index & Hymnarium. Ad sororem quoque epistolas de contemptu mundi dedit, & de diversis causis disputatione diversa tractatus edidit. Præcipuus tamen omnium Opusculorum ejus, est liber de Pœnitentia, & de Laude generali omnium Martyrum. Claruit temporibus Honorii & Valentiniani, non solum eruditione & sanctitate vitæ, sed & potentia adversus dæmones Hæc Gennadius: qui aptius dixisset, Epitaphium de Celso puero, & Panegyricum pro Theodosio Imperatore scriptum.

75 Suspicati sunt quidam, inter sancti Augustini epistolas duodequadragesimam, quæ *De epistolis ad Lætum Armentarium,* ad Lætum inscribitur, & quadragesimam quintam ad Armentarium & Paulinam, itemque inter epistolas S. Hieronymi quartamdecimam de Institutione matris familias ad Celantiam, nostri Paulini esse. Nulla nobis satis videtur, quamvis auctorem præferant eloquentem ac pium. Minus tamen de ea, quæ
E ad Celantiam est, dissentimus. Habet enim *Celantiæ,* multas Pauliniani styli notas, & quasdam familiares ei figuras. Quod autem compositio minus interdum adstricta sit, de industria fortasse, cum ex instituto & præcepta ducendæ vitæ, & ad matronam scriberet, suam illam implexam concinnitatem remiserit. * Denique digna nobis visa est usum spectantibus, quæ in hæc Opera insereretur. Marianus Victorius, inter epistolas incerti Auctoris, quas S. Hieronymo falso adscriptas in *& iis quæ ex 9. Tomo S. Hieronymi Paulino attribuuntur:* Operum illius Tomum nonum rejecit, plurimas censet stylum Paulini redolere, & nominatim quartam ad Marcellam, de tolerandis adversis; quintam ad Virginem, in exilium missam; vigesimam tertiam, in qua redarguitur quidam, quod Levitam lapsum consolatus non sit; & vigesimam quartam ad Militem, ut ad Christi militiam transeat. Hæc
F postrema extra controversiam est, jamque diu inter Paulini epistolas edita legebatur. * Ceterarum quarta maxime accedere ad dictionem Paulini videtur, proptereaque edidimus & illam hic: aliis, quamquam non prorsus indignas Paulino, tamen quod ejus esse non censebamus, operæ non duximus volumen onerare.

76 Quo loco & illud monuerim, epistolam *De S. Hier. ep.* sancti Hieronymi de sacræ Scripturæ libris, 103. *ad* plane videri ad nostrum Paulinum datam, *Paulinum* quamvis maximus Scriptor ob eam conjectu- *de Scripturæ libris.* ram neget, quod & aliquantum discrepet ab epistola de professione Monachi ad eumdem Baron. ante scripta, & nullam illius faciat mentio- Anno 394. nem. Quam conjecturam inscriptio primum refellit, ad hoc tempus à doctis recepta: deinde, quod ad Monachum scribitur, qui patrimonium de Euangelii consilio vendebat erogabatque; cujus morum honestas, contemptus sæculi, fides amicitiæ, Christi amor laudatur: præterea quod inscribitur ad hominem eloquentem, cujus prudentiam, & eloquii venustatem ipsa ejus ad Hieronymum epistola prætulisset; qui multum proficere in divinis litteris posset: denique, qui non modo litteras suavissimas, sed & munuscula miserat, qui mos erat perpetuus Paulini Nolani. At-

que

A que hæc omnia ita in eum cadunt, ut in ne-
A. FRAN. minem aptius. Nec vero inter priores litte-
SACCHIN. ras atque posteriores discrepantia major, quam
S. I. convenientia est. Haud enim obscure invitarat ad se epistola quoque priore Paulinum Hieronymus; quem ubi artificiosa insinuatione nihil pellectum vidit, tum scilicet ad apertam commonitionem processit. Quod vero ad extremam epistolam de patrimonio haud lente dividendo monet; non idcirco, quod in ea re lentior Paulinus fuisset, memorat; sed quod ad condendas Fundis & Nolæ basilicas cum aliquid reservasset, minus sincera fortasse rei fama ad Hieronymum in Bethlemium receſſum penetrarat.

77 Quærat aliquis, quid ita tantæ vir expectationis & facultatis magna Opera molitus non sit, vel certe cur linguæ præclaras opes, & rarum illud lumen ingenii non ad illustranda ex instituto divina monumenta contulerit: itemque quid sit, quod tam facile
B quæ condidisse scimus, effluxerint. Respondeo, utriusque causam rei eamdem esse, mirabilem viri humilitatem, & contemptum sui, ut magna ex parte quadret in eum quod de sancto Pamphilo Martyre scriptum ab Eusebio refert sanctus Hieronymus: Et ipse quidem proprii operis nihil omnino scripsit; exceptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat: in tantum se humilitate dejecerat. Veterum autem tractatus Scriptorum legebat studiosissime, & in eorum meditatione jugiter versabatur. Certe Paulinus non modo veterum, sed tempore eodem florentium Doctorum scripta cupidissime perlegebat, maxime autem sancti Augustini. Ipse vero permagni fiebat non ab aliis modo, sed etiam ab ipso S. Augustino, qui & consulebat eumdem in rebus obscurioribus quibusdam, & consultus ab eo profitebatur se proficere per illius interrogationes, de quibus ajebat: Cum interrogando disputas, & quæris acriter, & doces humiliter: cujus etiam pectus, ut paulo ante demonstratum est, oraculum Domi-
C ni appellabat. At Paulinus latendi cupidus, nec se idoneum ducens qui sacramenta Christiana Doctoris auctoritate tractaret, Opusculis levioris operæ contentus erat. Desiderio, qui explicationem postularat verborum, quibus Patriarcha Jacob filiis benedixit, ingenue respondet, tantorum nominum & mysteriorum pondera se ne digito quidem ausum tangere. Legi enim, inquit, In malevolam animam non intrabit sapientia: & ideo malitiæ meæ conscius, non potui divinæ revelationis habere fiduciam, cum prudentiæ lucem tenebroso corde non caperem.

Cur is magna Opera non scripserit.

epist. 67.

Quanti fieret à S. Augustino.

epist. 59.

epist. 35.

Quam se ipse despiceret.

Sap. 1, 4.

78 Quo loco subit nostrorum calamitas temporum, cum leviſſimi & nequissimi hominum non attingere modo cælestium arcana litterarum audeant, sed & sibi unis, contra sancta veterum Doctorum oracula, contraque firmamentum & columnam veritatis Ecclesiam credita & patefacta, corde impio & ore polluto jactent. At Paulinus non ab impia solum arrogantia, sed & à reconditarum ferme inquisitione rerum, quarum tenuia vestigia divini prodiderunt codices, quamvis sancti eas Doctores pie scrutarentur, abstinendum sibi putabat, cura prope omni ad actionem ab cognitione traducta. Itaque sancto ipsi Augustino ita respondet: Quæ vero post D
resurrectionem carnis in illo seculo Beatorum futura sit actio nostra, tu me interrogare dignatus es. At ego de præsenti vitæ meæ statu & medicum & magistrum spiritualem consulo, ut doceas me facere voluntatem Dei, tuisque vestigiis ambulare post Christum: & mortem istam Euangelicam prius emori, quâ carnalem resolutionem voluntario præveniamus excessu; non obitu sed sententia recedentes ab hujus seculi vita, quæ tota tentationum plena; vel, ut tu aliquando ad me locutus es, tota tentatio est. Nec tamen postea omittit ad propositam quæstionem pie docteque, quod succurrebat afferre.

79 Et Augustinus ad sensum accommodans se modestissimi viri, epistola sequenti multas ei dubitationes, quæ non tam ad scientiam ep. 250.
quam ad conscientiam pertinerent, & ad do- *Quæstio considerandа curatoribus animarum.*
cendum totam vitam tentationem esse, proponit, initio ex ea ducto, Omnis quæstio, quæ agentes quærentesque conturbat homines, qualis ego sum, illa est, Quonam modo vivendum sit, vel inter eos, vel propter eos, qui nondum vivere moriendo noverunt, non resolutione corporis, sed quodam se à corporalibus illecebris evertentes mentis affectu. Plerumque enim videtur nobis, quod nisi eis aliquantulum congruamus, ad ea ipsa, unde extrahi illos cupimus, nihil cum eis salubriter agere poterimus. Quod cum facimus, talium delectatio subrepit & nobis; ut sæpe etiam loqui vana delectet, auremque præbere loquentibus; non arridere tantum, sed etiam risu vinci, ac solvi. Ita pulvereis quibusdam, vel etiam luteis affectibus nostras animas aggravantes, laborosius & pigrius levamur ad Deum, ut vivamus Euangelicam vitam, moriendo Euangelicam mortem. Quam vellem ad hanc, & subjectas id genus quæstiones, & ad eam quam epistola sexagesima quinta de agnoscenda Dei voluntate eidem proposuit, extarent Paulini responsiones! haberent profecto solatii multum ac lucis, qui idem ad F
celsiorem sapientiam iter per easdem difficultates carpunt. Inde tamen elucet, illæ sanctissimæ & eruditissimæ animæ, quas aureo inter se nodo Christi caritas copularat, quibus officiis, quibus negotiis commercia litterarum necterent; quam accurrate in expoliendis sese ad religionem purissimam, quam submisse & candide communicantes invicem animorum statum, petentesque & conferentes opem, insisterent.

84 Porro Augustinus ut Paulino morem gereret, qui scisitatus erat, ecquid prodesset *Augustini ad Paulinum libri* apud Sanctorum humari corpora, librum edidit, qui extat de Cura gerenda pro mortuis. Ad eumdem est, par libro sane ponderoso epistola adversus Pelagianos: cujus idem in libro de Bono perseverantiæ, & Prosper adversus Collatorem meminere. Hanc autem scripsit propterea, quod Nolæ audierat esse Pelagianos adeo pertinaces, ut citius ipsum Pelagium, si Catholicis (quod simulaverat) consentiret, quam haustam jam animo ejus hæresim deserturos ferrent. Ergo quo munitior Paulinus ad expugnandam hominum pertinaciam, & redarguendos errores fieret, Augustinus si quid posset adminiculi suggerendum putavit, ut ipsemet sub finem testatur, cum se quoque

A quoque Paulini epiſtolis juvari in eam facultatem diceret: profertque ex octava ad Severum epiſtola locum illum, in quo Paulinus Severo de poſtulata ab ſe picta imagine ſui reſpondens, quam vitiata natura ſit, & quantopere divina gratia egeat, profitetur. Unde duo conſtant: primum, quam epiſtolæ Paulini ſpargerentur, cum & familiariter datæ in Galliam, uſque in Africam differrentur. Quamobrem etiam Uranius ſcriptum reliquit, cum omnes cuperent virum Dei tantum videre, quibus hoc potiri non dabatur, ſaltem cupiiſſe aliquid ejus epiſtolarum nanciſci. Deinde, quam ſine cauſa illa ſancti Auguſtini contra Pelagianos epiſtola ad Bonifacium inſcribatur.

Paulinus quam negligens Scriptorum ſuorum

80 Sed ad Paulini ut Opera redeamus, is illa uſqueadeo negligebat, ut paucarum quæ ſuperſunt (ſi tamen illæ ipſæ ſuperſunt) epiſtolarum, Sancto & Amando, qui collegerint, præcipua gratia debeatur. Quod ita præter opinionem Paulini eſt factum, ut eos ſic alloB quatur in epiſtola, quam nunc primum Plantinianæ editioni inſeri curavimus. Legimus, inquit, in tergo epiſtolæ annotationem epiſtolarum, quas meas eſſe indicatis: nam vere prope omnium mearum epiſtolarum ita immepiſt. 26. mor eram, ut meas eſſe non cognoſcerem, niſi veſtris litteris credidiſſem. Unde majus accepi documentum caritatis veſtræ, quia plus me vobis, quam mihi notum eſſe perſpexi. Itaque cum vir totus ad agendum converſus, adeo prope contemptim ſcriptitaret, & ſcripta negligeret, haud mirum eſt, ſi partus velut à parente deſerti præmortui ſint, magna ſane noſtra jactura. *Illud quoque monere viſum, extare nomine Paulini ad Ruffinum epiſtolas duas Operibus ejus præfixas, quas paſſus ſum Paulinianis addi; quamquam ſtylus, magis affectatus à quopiam ad ſimilitudinem Paulini, quam genuinus ipſiuſmet Paulini videatur. Porro ſcriptorum Paulini ea propria laus eſt, ſancti Auguſtini judicio, ut ſuavi fragrarent odore Chriſti. Apollinaris autem Sidonius, dum alias aliis Scriptoribus laudes attribuit, Paulinus, inquit, provocat. Quod de ſingulari acrimonia interpretor, vique ſuaviſſima, qua legentes ad obſequium Chriſti, & exactam conſiliorum ejus cuſtodiam provocat, allicit, atque incendit. Ad extremum, meminiſſe illud oportet, hæc ipſa quæ habemus, multo eſſe inferiora plauſibili illo viri eloquentiſſimi ingenio & ore: quia per id tempus, qui ſerio dedicabant animum pietati, religioſum quoddam non ceterarum modo rerum, ſed etiam eloquentiæ temperamentum aſſumebant, quod de ſancto Cypriano nominatim ſanctus Auguſtinus ſcriptum reliquit. Præterea in tanta profanarum litterarum eruditione omnino mirum eſt, quam parce illa Paulinus, quam conſiderate utatur; adeo jam nihil ſe niſi cum Paulo Chriſtum, & hunc crucifixum, ſcire arbitrabatur. Quin etiam, quatenus in illis verſandum ſit litteris, & quatenus earum ope utendum, pulchre docet, & obſervatu dignum eſt in epiſtola ad Iovium, quem traducere ad Chriſtum ſtudebat.*

Ep. 32 C *licet aliis laudatus.*

lib. 4 epiſt. 3.

de Doct. Chriſt. l. 4. cap. 21.

Mirus contemptor Ethnicæ eruditionis.

ANNOTATA D.P.

a *Tali admonitu alios quoque Natales Pauli-Junii Tomus IV.*

num procudiſſe innotuit. Sitim autem movit Muratorio fragmentorum pretium, viſiſque aliquot undæ guttis, continuo totus illi in votis fons fuit. Itaque dum uberrimam manuſcriptorum Codicum ſeriem luſtrat, quæ in Bibliotheca Ambroſiana aſſervatur, incidit illi in manus antiquiſſimum volumen, in quo Venantii Fortunati, Proſperi, Iuvenci, Aratoris, aliorumque veterum Chriſtianorum carmina continebantur; tres & decem S. Paulini Natales ibi exaratos invenit; quos cum Dungali fragmentis collatos germanum protinus tanti ſcriptoris fœtum ſibi & orbi litterario eſt gratulatus. Codex venerandam ſapit vetuſtatem, characteres quadrati ac minutiſſimi, miraque venuſtate rectis lineis inter ſe diſtincti ſeculo ut arbitratur Muratorius nono elaborati fuêre. Quindecim porro Natales Paulinum ceciniſſe hucuſque creditum; cum expreſſe carmina Dungalus tum ex XIV *tum ex* XV *citarit. Verum Auctor iſte, aut librarii in illo exſcribendo decepti fuêre: quæ enim carmina ex Natali* XIV *hauſta referuntur omnino rejicienda in* XIII, *codex inventus & rerum ordo evincunt. Itaque Natalis apud Dungalum* XV *hinc inſcribendus erit decimus quartus, quem in Membranis iſtis deſcriptum non fuiſſe vehementer dolemus. Subſequebatur in prædicto codice aliud Paulini poëma abſque titulo; quod, uti ſumma refertum eruditione, producendum quoque exiſtimavit Muratorius: ex cujus diſſertationibus & Chiffletii animadverſionibus circa Paulini epiſtolas nonnulla fortaſſis obſervari poſſent ad hoc Vitæ caput utilia, ſed non licet modo talibus immorari.*

b Felix Theodoſius, *inquit Hieronymus ad Paulinum*, qui à tali Chriſti oratore defenditur. Illuſtraſti purpuras ejus &c. *ad quæ verba animum advertens Chiffletius,* Vix de mortuo quis ſic loquatur, *ait*, ut quem purpuris ſuis mors exuerit, & extra hoſtium tela eo tranſtulerit, ubi opus non habeat defenſore. *Igitur*, vivumne an mortuum Theodoſium Paulinus laudarit, in dubio *relinquit. Quia tamen oratio illa*, è Nolanis emerſit latebris, in quas exeunte anno 394 ſeſe abdiderat *& Theodoſius obiit an.* 395, 17 *Ianuarii; veretur idem Chiffletius* ut vivo adhuc Theodoſio cudere per tempus licuerit opus tam laudatum.

c *Hæc verba Roſweydi procul dubio ſunt, uti & quæ ſequuntur notata aſtericis: ac fortaſſe totum hoc Caput.*

d *Earum aliquas eruderavit Chiffletius, quarum prævie mentionem feci ex ejus Præfatione; ceteras multipliciter illuſtravit.*

Hic finieram, cum in manus venit Carmen votivum Paulino Nolano, anno Jubilæo MDCXXV, auctore Juſto Riquio Belga: item Ode ejuſdem argumenti, ad Illuſtriſſ. Petrum Cardinalem Valerium, Patavinum Epiſcopum, *excuſa* Romæ typis Andreæ Phæi 1626, *quæ Heriberto Roſweido, de Paulini operibus ante quadriennium tam bene merito*, Auctor obſervantiæ ergo dono mittit, *uti hujus manu adſcriptum lego. Præfatur ille*, quod jam aliquot ab annis faciebat, anno jubilæo feciſſe paulo ſolennius ut Divi Paulini Antiſtitis ſanctiſſimi Natalem verſibus celebraret. *Ode ſtropharum quatuordecim minoris momenti eſt operæque levioris, ut & ea qua Cardinalem rogarit Auctor, tueri velit* verſiculos, projectos, ſubitaneos, & fortaſſe inconditos. *Sufficit ergo Carmen quod accuratioris plane ſtudii eſt.*

A

IUSTI RIQUII BELGÆ

CARMEN VOTIVUM.

HOſpes ab extremis Belgarum finibus, aras
Advenio, Pauline, tuas, quas Dardana rerum
Conſtituit Regina caput, populiſque colendas
Exhibet, & tanto jam ſe metitur alumno.
Non ego tam fulvo laquearia craſſa metallo,
Marmoreoſque tholos, Auguſtaleſque paratus,
Saxaque Phlegræos quæ dedecuiſſe lacertos
Haud poterant, viſurus adii; quam pignora divûm
Romuleis aptata locis, quam caſta ſepulcra
Clavigeri ſenis, & Divinæ interpretis auræ
Tarſiadæ, cinereſque tuos Nolane Sacer-
B dos.
Eſt locus Urbe ſacer media, quo Lydius amnis,
Serranis intortus aquis, impellit, & undas
Miratur nil poſſe ſuas. Si priſca monentem
Urgemus famam, primæ venerabilis illic
Libertatis honos: nam Regibus illa fugatis
Inſula Tarquinias meſſes, ſegetemque nefandam
Compoſuit, tumuloque graves aggeſſit arenas.
Talis in Ortygio (ſi vera eſt fabula) Ponto
Errantes potuit terras Natura profundis
Commendare fretis, ſaxiſque affigere Delon.
Olim marmoreæ laterum compage carinæ
Effingit ſpeciem, nec Divum ſedibus uſquam
Tota vacat: viſa eſt tum relligionibus apta.
Ergo Lycaonii templum Iovis, atque colubri
C Culmina Phœbigenæ ritu indignata vetuſto eſt;
Bartolomææ ſed poſtquam ſuſtinet urnæ
Pondera, Paulinoſque ſitos, purgatior obſtat
Fluctibus, & ſanctos jam non mentitur honores.
Fortunate error, tanto qui mœnia ditas
Romula depoſito, Tiberinaque flumina ſtellis
Inſeris, Eridano non dedignante priorem!
Vix aliter potuit biſſeni rara Senatus
Gloria, non aliter potuit Paulinus haberi.
Illum ſiderei pandentem myſtica Verbi
Gentibus innumeris, quas matutinus Eoo
Sidére Phœbus adit, fuſco gens Memnone creta
Suſpexit, Parthique truces, extremaque rerum
India: at hunc puris Oenotria dedicat aris,
Paulinum, Nolæ columen, magnæque Quiritem
Stirpis, quo Latii tumuerunt Conſule Faſti.
Mox poſitis regni exuviis per opaca latentem
Heſperię nemora, & tacitarum luſtra ferarum,
Conjuge cum caſta. Quis tum tibi ſenſus D
amico,
Auſonie, amiſſo? quantis heu! fletibus illum
Urgebas, vane miſerans, ut ſaxa Pyrenes
Horrida Pieria mutaret Phocide, & iſtas
Quas coluit, ſilvas cum lauriferi Aonis umbris,
Bellerophontæi cauſatus ſemina morbi?
At ſacrata Deo felicia pectora ſtultas
Irriſere preces: Phœbo Muſiſque negatur
Quæ Chriſto mens tota patet. Quis conferat horti
Finibus exigui contentum Epicuron, & umbras
Aegeriæ vallis, Pandioniique receſſus?
Quis Libycos vates nemoroſa ſede latentes,
Aeſtibus in mediis? non hic oracula cæ- F
cas
Nexa per ambages, non ſomnia vana, Sophoſque
Ambiguum; at ſuperis demiſſus ab arcibus ignis;
Perpetuo mentem vero, & conſtantis honeſti
Inflammat radiis, dioque accendit amore.
Non aliter (nec vana fides) Mareotide ſilva,
Alite ab ætherio paſtus, renovavit honores
Thesbiacos Paulus, magnumque inſtaurat Eliam
Ac veluti, radio jam ſub majore videndus,
Quem paulum terris nebuloſa inviderat umbra,
Nubibus è mediis oſtenditur auricomus Sol,
Et totum roſeo colluſtrat lumine olympum;
Sic populi lucis raptum ſapientibus, at- E
que
Multa renitentem, placitæque umbracula vitæ
Nequicquam ardentem, Nolanæ ſedibus arcis
Delegere Patrem. Non ſic per devia rura
Mænalius tenerum paſtor tutatur ovile,
Seu luſtris Erimanthe tuis, ſeu rupibus alti
Stymphali, pavidumque feris immanibus arcet;
Nuſquam oculo amittens fido: quam perpete cura
Dilectum ſervare gregem, Pauline, laboras.
Te ſtygii tremuere lupi, te lucibus arduo
Inſtantem, te nocte operi, vigilique tuentem
Omnia præſidio, horriſoni tremuere leones
Tænariæ ſedis. Nec tam vigilantia miror
Lumina, ſolicitaſque preces, & Numen amicis

Placa-

Placatum populis ; quam (quæ tua maxima virtus)
Munificas largo ære manus : quam prædia , cenſus ,
Attalicas veſtes, auri , argentique, talentique , talenta
Diſpenſata viris , quos vel mala turpiter urget
Eſuries : quos fœnus edax, quos durus acerbat
Creditor , & multa numeroſi prole penates
Ecquid Erechtæum nobis nunc, Fama , Solonem
Objicis , addictis numerantem civibus æra
Largiter , aut Latios , Aſiatica terra, Lucullos ?
Major venit honos : donec pia Roma, poluſque
Stabit , & æquorea tellus pulſabitur unda ;
Semper honos , Pauline , tuus , laudeſque manebunt.
Et tamen hæc poterant minus admiranda videri,
Si fuerint collata tibi. Quænam illa voluntas
Pectoris egregii , cum deficiente metallo,
Regifico & cenſu , pro caro ergaſtula cive
Formidanda ſubis ? Scivit peregrina tremiſcens
Sceptra ferox Libye , quæ te (quis credere poſſet ?)
Compedibus ſervire gravem , duroque ligone
Jugera findentem Domini conſpexit in hortis.
Felices horti, felicia jugera, tali
Delaſſata manu , queis vos ego laudibus ornem ?
Vobis Mopſopii fruſtra certarit Hymetti
Gloria, ſive aura ſparſi Zephyritide campi
Vertice in Idalio ; aut Phæacum ditia rura
Dulichio calcata ſeni, Campanave tellus,
Aut Lacedæmonio regio poſſeſſa Phalanto.
I nunc, Latonæ ſobolem fer, Græcia mendax
Admeti paviſſe gregem, cum Cynthia fratre
Erubuit viſo : vel qui Tirynthia membra
Incingant nexus pollutis ſanguine muris
Anguigenæ populi Paulinum crimina nulla
Exagitant, nullæ torquent ſub pectore diræ ;
Sed diæ Pietatis amor, populique regendi
Cura vigil, ſanctos ſtimulant adiiſſe labores.
Nec tamen indignos longum tolerare labores
Divorum voluit genitor, quin barbaricus Rex
Jam notum venerans (nocturnaque viſa monebant)
Magnificis auctum donis, & pube ſoluta
Fertilis Auſoniæ, patrias dimittit in oras.
Quæ fuit illa dies, cum te pro littore ſtantes
Auſonii feſta reducem adſpexere carina ?

Cum pavidæ matres natos, natique parentes
Amiſſos, ſociumque thori lætiſſima conjux
Accepit, pridem quos triſtia vincla coërcent ?
Id cælo clamorque virum, plauſuque frementis
Lætitiæ ſcopuli & campana remugiit unda.
Tunc dulces paſſim amplexus, paſſim oſcula, & udis
Lumina preſſa genis, hilari manantia fletu.
Nec ſatis eſt preſſiſſe ſemel ; juvat uſque reverti,
Et notos ruere in vultus, Superumque benignam
Explorare fidem : Paulinum littora tota,
Paulinum maria atque urbes & rura loquuntur.
Quanta tuæ Nolæ tum gaudia, Magne Sacerdos !
Quam timuit vinci , dum mœnia cuncta Parentem
Agnoſcunt, certatque tuo locus omnis honori !
Cognovit tamen illa ſuum, & conſtantia ſancti
Pectoris officia propiori amplexa favore eſt.
Talis ab Elææ rediens certamine palmæ
(Si minus alta juvant) apio præcinctus amaro
Grande caput, glaucave comam redimitus oliva,
Cognato excipitur plauſu, perque oppida, perque
Celſior it populos, curru ſpectabilis aureo
Albijugus, tantumque capit vix patria civem
Sed quo Calliope tendis ? decurrere totum
An plectris Heroa velis, ſicque ire per omnem
Paulinum ? quin, Muſa, cave : male credula cymbæ
Ibis in æquorei ſtagnantia dorſa profundi,
Imbellique petes Hyperionis aſtra volatu.
Et, duce te, quædam cantata prioribus annis
Dum lux ſancta redit, majorque ſequentibus inſtat
Paulinus : nonnulla ſuis dicentur in annis,
Si liceat ; revireſcit honos, laudandaque virtus,
Et nihil è tanto laudum decreſcit acervo.
Te potius fidibus ſpretis Divine precabor,
Antiſtes, Stygii mentem quæ vincula ſtringunt
Servitii, & dura miſeram ſub compede verſant,
Diſrumpas placide, Libyca ceu noſceris arce
Concaptivorum patrios ſolviſſe maniplos
Scilicet hoc veteris Myſteria ſacra jubeli,
Chriſtigenûm populo Magnum repetenda ſub Annum.
Adſpirare jubent : jubet hoc tua ſancta voluntas
Fidere, & immenſum. Pietas teſtata per orbem.
Chriſtigenas etiam populos, quos triſtia rerum
Diſcidia, & belli vexat furialis Enyo,

A Urbani auſpiciis, tuta in ſtatione reponas:
Aurea pacato revocentur ut otia Mundo,
Criminaque, & fontes, bellorum ſemina, cauſæ,
Et maleſuada odia, atque ullum ſufferre priorem
Indocilis faſtus, felicia regna relinquant.
Tunc tumulis ſeſe veſtris Evandria Roma
Lætior adfundet, civemque in vota vocabit
Promptius, & cunctis libamina porriget aris.
Tunc tibi, quas Chriſto innocuas ſervire Camœnas
Juſſiſti, caſtam violam, & pallentia ſerta
Frondis Hyantææ, niveis intexta liguſtris,
Dona ferent: ſemperque tuo chelys aurea Templo,
Semper Echionii reſonabunt carmina plectri.

B *Scripſi Romæ* X. *Kal. Quinctil. Natali Paulinia-no, anno Iubilæo* MDCXXXV.

APPENDIX

De tribus Paulinis Nolæ Epiſcopis Sanctis.

§. I. *De Senioris Paulini ſucceſſore immediato, Paulino Juniore; tertioque Paulino ſub initium ſeculi 6, eorumque ſcriptis.*

Paulinus Iunior

1 R*Everendus Abbas Andreas Ferrarius Canonicus & Theſaurarius Eccleſiæ Cathedralis Nolanæ, anno* MDCXLIV, *Neapolitanis typis & Italicâ linguâ Commentarium edidit de Cœmeterio Nolano & nonnullis Sanctorum Martyrum & Epiſcoporum iſtic olim ſepultorum vitiis. Hic ille Cap.* XII *complurium Epiſcoporum vetera Epitaphia recitat qualia ſepulcralibus urnis marmoreis inſculpta ſuo adhuc tempore legebantur: & ſic in hujus S. Paulini arca aſſerit ſpectari ejuſmodi litteras.*

ex Epitaphio notus C

DEP. S. PAULINI IUNIORIS EP. IV Id. Septb. Fl. Dioſcoro Vic. Cons.

2 *Si prælaudatus ſcriptor tam fuiſſet expertus in legendis ejuſmodi antiquis monumentis quam fuit fidelis in deſcribendis, non poſtpoſuiſſet hunc Juniorem Paulinum S. Felici Juniori, mortuo (ut ipſe cenſet) in confinio ſeculi* 5 *&* 6, *neque feciſſet ei ſuccedere Leonem* I *circa annum* 535; *ſed Epitaphium ipſius ſic legiſſet.* Depoſitio *vel* Depoſitum S. Paulini Junioris Epiſcopi quarto idus Septembris Flavio Dioſcoro viro clariſſimo Conſule: *inveniſſet autem quod ſit Dioſcorus hic* Dioſcorus Eu-doxius *nobilitatis causâ prænominatus* Flavius; *in Conſularibus Faſtis apud Bucherium noſtrum emendatis ſignans annum* CCCCXLII; *qui eſt annus duodecimus poſt obitum Paulini Senioris: iſtum vero qui ab eo refertur ad finem ſeculi* 5 *eo quod coævus fuerit S. Perpetuo Turonenſi, credidiſſet ab utroque diſtinctum fuiſſe.*

obiiſſe anno 442

hic ſcripſerit vitam S. Ambroſii

3 *Interim reperta à Ferrario duplicis Paulini diſtinctio, & obſervata à nobis immediata poſt invicem ſucceſſio magnam præbent commoditatem ad ſalvandam vitam ſucceſſoris S. Deodati,* 27 *hujus profe-rendam. Hujus enim causâ iſte Mediolanum profectus ad Valentinianum Juniorem dicitur, ut calumniæ eximeret innocentem illum Archipresbyterum ſuum, eo tempore quo imperator jam filiam genuerat adeoque non ante annum* 437. *Vehemens autem mihi ſuſpicio eſt quod Junior hic* Paulinus *ſenioris ex fratre nepos aut aliter conſanguineus, ejus exemplo ad eccleſiæ miniſterium ſeculo dimiſſo tranſierit; & S. Ambroſio ſeſe conjunxerit eique morienti adfuerit ordinatus ab eo Diaconus ac denique vitam ipſius quæ extat ad Auguſtinum ſcripſerit; poſtea vero audita Senioris Paulini apud Nolanos promotione ad Epiſcopatum ac celebri ubique fama virtutis illuc properaverit, dignus denique qui in cathedram ejus anno* 431 *mortui ſufficeretur. Et quia nullo argumento colligitur Senior Paulinus poſt ſuam ordinationem Epiſcopalem unquam rediiſſe in Gallias, veroſimile mihi fit Juniorem eſſe qui oculorum uſum recepit ad S. Martini ſepulcrum jam ſenex, per occaſionem proficiſcendi Mediolanum Turonas excurrens tali beneficio tanto dignior quanto major caritas fuit quæ Mediolanenſe iter & cæco vel cæcutienti tam incommodum, relegere compulit; cujus etiam præmium poſt annos paucos receperit mortuus uti dictum eſt anno* 442. *Tertius porro Paulinus neceſſario eſt admittendus propter auctoritatem duplicis Gregorii, Romani & Turonenſis necnon Venantii Fortunati in iis quæ narrant de S. Paulino Nolano Epiſcopo, quæque non ad primum (ut hactenus creditum) neque ad ſecundum ſed ad tertium relata nullam ex ullo capite patiuntur difficultatem. Gregorius Turonenſis de miraculis S. Martini caput ſecundum ſic orditur.* Paulinus quoque beatus Nolanæ urbis Epiſcopus, poſt ſcriptos verſu de virtutibus ejus, quas Severus complexus eſt, quinque libros, illa comprehendit miracula, quæ poſt ejus geſta ſunt tranſitum, id eſt in ſexto operis ſui libro. *Relatis deinde quibuſdam ſub finem iſtius capitis ſic loquitur.* Hæc Paulinus in ſexto operis ſui libro verſu conſcripſit, accepto à S. Perpetuo Epiſcopo de his indiculo. *Baronius ad annum* 402 *n.* 52 *hæc citans non dubitat aſſeverare Gregorium* plane decipi; *in eoque conſentientem ſibi habet Andream Ferrarium ejus ſententiis paſſim ſolitum inhærere: hic autem eo libentius quod ſuum aſſertum Baronius videatur evidenter demonſtrare ex ipſomet operis prælaudati auctore qui libro ſecundo poſt varia S. Martini miracula ſic progreditur:*

ſenioris forte nepos

D

E

qui Mediolani factus Diaconus,

Quin & Paulino ſimilis medicina ſalutem
Reddidit, inſignis fidei quem gloria late
Extulit, obducta cujus cum nube latebat
Viſus, & infuſis caligo extenta tenebris
Arcebat cunctam macularum tegmine lucem
Quam levis & tenui tactu ſuſpenſa fugavit
Spongia, vicino benedictæ munere dextræ
Vix admota oculo didicit jam reddita lucem
Ferre acies, lumenque novum mirata recepit.

diverſus fuerit à ſcriptore carminum de S. Martino

Hæc inquam de Paulino Seniore proſecutus pro ſeipſo ſic precatur:

Atque utinam noſtri tenebras contingere cordis
Tali luce velit ſancti medicina Patroni
Reddat ut antiqui rurſum myſteria facti:
Nomen idem, medicus idem, par cauſa medendi.

vel potius Iunior.

à quo ultimus petit illuminari

F

Non poterat multo clarius diſtinguere perſonam deceſſoris Paulini, jam olim à Martino curati à ſua librum ſcribentis & ſimiliter in ſpiritu curari optan-

ſicut illuminatus fuerat Paulinus ſenior

A tantis. *Utinam æque clare distinxisset conditionem tunc suam ab ea quam habebat alter Paulinus; quando medicam S. Martini manum est expertus.*

Tertius ille scripserit carmine vitam S Martini

Si tamen id primo factum est, oportuit fuisse cum ille adhuc secularis esset, fortassis nec baptizatus sed solum cathecumenus, Sin vero miraculum accidit alteri quem vocant Juniorem sicuti nostra conjectura habet; distinguendus hic nihilominus erit ab eo qui accepit indiculum miraculorum S. Martini, sicuti supertus vidimus à Turonensi asseri. Id quidem nusquam illo in opere indicatur; non potuit tamen erravisse Gregorius in tam vicini sibi decessoris nomine, qui ejus ordinationem circa annum 575 factam seculo non integro præcessit, ordinatus Episcopus circa annum 460, & Episcopatum tenuit usque ad annum 490. Atque ita solvitur difficultas Baronio visa insolubilis uti revera erat respectu Paulini Senioris; quamquam etiam hic videatur Baronio solicitatus fuisse, ut quæ de S. Martino scripserat prosaice Severus Sulpitius, ipse suis his versibus exornaret. Sic enim (ut notat Baronius) ad calcem Dialogorum de S. Martino loquitur ipse Severus de Paulino : Ille Martini non

B invidus gloriarum, Sanctarumque in Christo virtutum piissimus æstimator, non abnuet Præsulem nostrum cum suo Felice componere. *Plus aliquid Baronio visus est indicare atque adeo falli Venantius Fortunatus quando circa annum 600 ita cecinit :*

opus à Venantio Fortunato laudatum.

Stemmate, corde, fide, pollens Paulinus; & arte
Versibus explicuit Martini dogma Magistri:
Cujus prosaicus cecinit prius acta Severus;
Versibus intonuit Paulinus deinde beatus.

5 *Verumtamen non video cur hic censeri debeat erraſse etiam Venantius circa nomen Paulini, cum nobilitas, fidelitas, virtus quibus primus claruit potuerint etiam fuisse in tertio æque ac poëtica facultas; solumque supereſt ut hunc ostendamus fuisse S. Perpetuo Turonensi coævum, ut ab eo potuerit accepisse prædictum miraculorum indiculum. Hoc ut fiat texenda est series successorum. Texitur autem hoc modo : Successit Paulino Juniori* S. Deo-

Eum præcesserunt

Deodatus & Felix,

C datus *ejus & forte etiam senioris Archipresbyter, sedemque tenuit annis triginta; atque adeò usque ad annum* CCCCLXII. *Deodato mediate vel immediate successit Felix* II, *cujus tale reperitur Epitaphium.*

dein sede vacante Ioannes Ep. Alexandrinus

DEP. SANC. FELICIS EPISC. V. ID. FBRS. POS. CONS. FAUS. FL. V. C. *id est.* Depositio S. Felicis Episcopi V Idus Februarias post Consulatum Fausti Flavii viri clarissimi, *id est: anno* CCCCLXXXIV. *Interim contigerat ut* Joannes Talaia (*sicut narrat Liberatus Diaconus in suo Breviario Causæ Nestorianorum & Eutychianorum cap.* XVIII) *sede sua pulsus à Zenone Imperatore Romanum appellaret Pontificem. Cumque hic causam illius tractans obiisset, sufficeretur Felix Papa* II *& nihil proficeret.* Joannes habens Episcopi dignatem remansit Romæ : cui Papa Nolanam dedit Ecclesiam, quæ est in Campaniæ regione (*utique per mortem Felicis præfati vacuam*) in qua plurimos residens annos, in pace defunctus est.

ad tempus rexit saltem Græcos Nolæ

6 *Vix dubium mihi est quin Nolana Ecclesia æque ac Neapolitana aliquos tunc haberet ritus Græci Parochias tam intra quam extra civitatem; ut utriusque linguæ fidelibus promiscue habitantibus subveniretur in Sacramentorum administratione. Quapropter non cunctabor credere quod Nolani Latinis Episcopis Cathedralem sub Latino ritu tenentibus* D *assueti, cito impetraverint proprium sibi Episcopum institui, sub quo Joannes, assignata sibi congrua pensione ad victum, Græcis deserviret, & post quamplurimos annos, (de quorum numero nihil possumus definire) Nolæ transactos, in earumdem aliqua ita sit tumulatus, ut nullum monumenti indicium adhuc uspiam sit repertum.*

7 *Primus qui ipso ibidem agente ordinatus Latino ritu Episcopus post Felicem* II *fuit, censeri potest Theodosius, cujus sepulcrum Ferrarius asserit pag.* 74 *conspici ad gradus ambonis seu pulpiti cum hac inscriptione :* DEP. THEODOSII EPISCOPI *die* VII *Idus Decembris Fausto Juniore Vic. Cons. Quamvis enim hujus Junioris Fausti Consulatus non reperiatur in Fastis, verosimiliter quia suffectus ille fuit alicui per decursum anni alterius consulis nomine signari cœpti; puto tamen haud inepte judicari quod consulatus filii non longe à Patris consulatu successerit atque ita Theodosio isti perquam convenienter locum dari inter Felicem* II *& Serenum Conciliis Romanis subscriptum sub Symmacho Papa anno* CCCCXCIX *&* DI. *Ne autem ipsum quoque Felicis epitaphium suspectum quis habere velit quia annus post consulatum Fausti adscriptus depositioni Felicis proprios habebat consules, videlicet* Theodericum, *Gothorum Regem &* Venantium, *noto quod videantur Nolani una, cum Neapolitanis necdum plene subacti à Gothis, Gothicos Consules flocci fecerint: Zeno autem Imperator, qui saltem poterat Consulem Orientis nominare, id facere contempserit, cum Occidenti quoque eum dare non posset. Sic* I *Concilium Romanum sub Symmacho anno* CCCCXCIX *intitulatur* P. C. Paulini, *licet is annus in Occidente habuerit* Joannem Gibbum; *& quintum Concilium anni* DI P. C. Avieni, *quo Dexiocrates in Oriente, Volusianus in Occidente nominabantur; imo Pagius in dissert. Hypat. pag.* 316 *& seqq. variis exemplis docet, liberum fuisse Postconsulatibus signare scripta seu publica seu privata, præsertim* V *ac* VI *seculo.*

Latinis autem præfuit Ep. Theodosius

usque ad Consulatum Fausti Junioris

non diu post Consulatum Fausti senioris

8 *Utut tamen ista se habeant, & quocumque tempore sederit Theodosius; mihi certum videtur & ex infra dicendis apparebit spatium medium inter Felicem* II *& Severum non satis idoneum esse Paulino* III : *esto quod hujus tempus sic conveniret cum tempore Perpetui Turonensis qui fuit ab anno* CCCCLXI *usque ad* CCCCLXXXXI, *sed potius ipsum collocaverim seculo* VI *inter Severum & Leonem* I. *Quamquam enim non constat quo anno hic cœperit iste desierit; facile tamen apparet inter annum* DI *&* DXXXV *quibus prima hujus, istius ultima mentio invenitur, facile est concipere annos viginti aut plures, quibus Paulinus* III *sederit & non solum scripserit carmina de S. Martino; sed etiam in Africa Wandalicam servierit servitutem, de qua ad Paulinum* I *relata tam anceps hactenus fuit inter eruditos disseptatio, ut Ludovicus Antonius Muratorius, Ambrosianæ bibliothecæ Mediolani Præfectus Anecdotorum suorum initium faciens à quibusdam noviter repertis Senioris Paulini Poëmatis easque illustrans eruditis commentariis;* maluerit *ut ipse mihi scribit* ab hujusmodi quæstione jejunus abscedere, quam rem difficillimam pertractare, è qua cum honore evadendi nulla spes erat : utpote in qua facilius erat alienam refutare sententiam quam propriam recte statuere.

adeoque ante Severum Ep.

Synodis Rom. subscriptum 499 *&* 501

9 *Torsi & ego me, fateor, in omnes partes, quamdiu unum dumtaxat Paulinum præ oculis habui:*

A bus: *ſed cum ſuggerente Muratorio cogitare cœpi de diſtinguendis pluribus, quorum primus ab ultimo diſtaret integro fere ſeculo; vidi in Gregoriana de Paulino narratione tam rectè congruere omnia cum Wandalorum hiſtoria, ut vel hic ſtandum eſſet vel nuſquam: nam quod ad Perpetui Turonenſis indiculum attinet, verba Gregorii itidem Turonenſis de eo in principio relata, potuit hinc ab illo accepiſſe Paulinus adhuc plane juvenis multo prius quam Epiſcopus eligeretur, cum ſibi propoſuiſſet in S. Martini Actis exercere ſtylum, nec tamen opus abſolviſſe ac Turonas miſiſſe ante maturam ætatem Epiſcopali ordinatione ſuſcepta circa annum* DV *vel* X. *Porro ſicut præfati Severi nullum invenitur Epitaphium, ſic mirum non eſt neque Paulini* III *ullum indicari. Quid autem ſi peregre mortuus uterque peregrinam nactus ſit ſepulturam?*

cui ſucceſſerit Paulinus III

10 *Certe Leo* I *præfatus; ſepulcrum ſibi ipſi confecit quod Ferrarius allegat ſic inſcriptum.*

ante Leonem

LEO PRIMUS CREDO RESURGERE.

Quod principium Chriſtiani epitaphii, mirum eſſet à nemine fuiſſe poſt mortem illius ſuppletum, ſi is Nolæ mortuus & ſepultus fuit.

anno 535 notum.

B

§. II. *De Wandalica ſervitute quam in Africa non Senior nec Junior Paulinus ſed tertius ſeculo* VI *ſervierit.*

11 *INter cetera egregiæ pietatis opera quæ S. Gregorius Papa* I *Eccleſiæ catholicæ legenda dimiſit, haud minimam utilitatis laudem habent libri Dialogorum, quos etiam Græci, Græce redditos à Zacharia Papa ſtudioſius lectitant, ipſumq; eorum auctorem ex operis titulo cognominant* Dialogum *ſicuti* Joannem ἀπὸ τῆ̃ Κλιμακ῀ *id eſt* Scala (*qui operis ad perfectionem ducentis titulus eſt*) *Climacum indigitant. Libri tertii hoc eſt principium*: Dum vicinis valde partibus intendo, majorum facta reliqueram; ita ut Paulini miraculum Nolanæ urbis Epiſcopi, qui multos quorum memini virtute & tempore præceſſit, memoriæ defuiſſe videatur. *Hoc ergo ſumit auctor Capitis* I *argumentum, accurateque per omnes circumſtantias deducit eo tenore, quem prius placet verbotenus tranſcribere, quam in tempus rei geſtæ quæſtio inſtituatur. Eſt autem hiſtoria talis.*

Gregorius Papa lib III Dialog

narrat quomodo Paulinus Nolæ Epiſcopus

C

12 Cum ſævientium Wandalorum tempore fuiſſet Italia in Campaniæ partibus depopulata, multique eſſent de hac terra in Africanam regionem traducti, vir Domini Paulinus cuncta, quæ ad Epiſcopi uſum habere potuit, captivis indigentibuſque largitus eſt. Cumque jam nihil omnino ſupereſſet, quod petentibus dare potuiſſet, quodam die quædam vidua advenit, quæ à Regis Wandalorum genero ſuum filium in captivitatem fuiſſe ductum perhibuit, atque à viro Dei ejus pretium poſtulavit; ſi forte illius Dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir Dei magnopere petenti feminæ quid dare potuiſſet inquirens, nihil apud ſe aliud niſi ſe invenit: petentique feminæ reſpondit, dicens: Mulier, quod poſſim dare non habeo; ſed memetipſum tolle; ſervum me juris tui eſſe profitere; atque ut filium tuum recipias, me vice illius in ſervitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irriſionem potius credidit, quam compaſſionem. At ille, ut erat vir eloquentiſſimus, atque apprime exterioribus quoque ſtudiis eruditus, dubitanti feminæ citius perſuaſit, ut audita crederet, & pro receptione filii ſui, in ſervitium Epiſcopum tradere non dubitaret. Perrexere igitur utrique in Africam. Procedente autem Regis genero, qui ejus filium habebat, vidua rogatura ſe obtulit; ac prius petiit, ut ejus filium donare debuiſſet. Quod cum barbarus vir, typho ſuperbiæ turgidus, & gaudio tranſitoriæ proſperitatis inflatus, non ſolum facere, ſed etiam audire deſpiceret; vidua ſubjunxit, dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium præbeo, ſolummodo pietatem in me exhibe, mihique unicum filium redde. Cumque ille venuſti vultus hominem conſpexiſſet, quam artem noſſet inquiſivit. Cui vir Dei Paulinus reſpondit, dicens: Artem quidem aliquam neſcio, ſed hortum bene excolere ſcio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in nutriendis oleribus quia peritus eſſet audivit.

lib 3. Dialog. c. 1.

ſervitutiſe in Africa offerens

D

13 Suſcepit itaque ſervum, & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africa regione diſceſſit; Paulinus vero excolendi horti ſuſcepit curam. Cumque idem Regis gener crebro ingrederetur hortum, ſuumque hortulanum quædam requireret, & ſapientem valde hominem videret; amicos cœpit familiares deferere, & ſæpius cum ſuo hortulano colloqui, atque ejus ſermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad menſam olera virenteſque herbas deferre conſueverat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius ageret, quadam die ſuo domino ſecum ſecretius loquenti ait: Vide quid agas, & Wandalorum regnum qualiter diſponi debeat provide; quia Rex citius & ſub omni celeritate eſt moriturus. Quod ille audiens, quia ab eodem Rege præ ceteris diligebatur, ei minime tacuit; ſed quid à ſuo hortulano, ſapiente ſcilicet viro agnoviſſet, indicavit. Quod dum Rex audiſſet, illico reſpondit: Ego vellem hunc, de quo loqueris, hominem videre. Cui gener ejus, venerabilis Paulini temporalis dominus, reſpondit, dicens: Virentes herbas mihi ad prandium deferre conſuevit: has itaque ad menſam eum deportare facio, ut quis ſit qui mihi hæc locutus eſt, agnoſcas. Factumque eſt: & dum Rex ad prandendum diſcubuit, Paulinus ex ſuo opere olera quæque & virentia delaturus advenit. Cumque hunc Rex ſubito conſpexit, intremuit; atque accerſito ejus domino ſibi per filiam propinquo, ei ſecretum, quod prius abſconderat, indicavit, dicens: Verum eſt quod audiſti: nam nocte hac in ſomnio, ſedentes in tribunalibus contra me judices vidi; inter quos iſte etiam ſimul ſedebat; & flagellum quod aliquando acceperam, eorum mihi judicio tollebatur. Sed percunctare quiſnam ſit, nam ego hunc tanti meriti virum, popularem, ut conſpicitur, eſſe non ſuſpicor.

addictus ſit excolendo horto.

E

Prædicta quæ ibi Regis morte,

14 Tunc Regis gener ſecreto Paulinum tulit, & quiſnam eſſet inquiſivit. Cui vir Domini reſpondit: Servus tuus ſum, quem pro filio viduæ vicarium ſuſcepiſti. Cumque inſtanter ille requireret, ut non quis eſſet, ſed quis in terra ſua fuiſſet, indicaret, atque hoc ab eo iteratione frequentis inquiſitionis exigeret; vir Domini conſtrictus magnis conjurationibus, jam non valens negare quid eſſet,

Epiſco-

A *liberatur una cum captivis ſuæ civitatis.*

Epiſcopum ſe fuiſſe teſtatus eſt. Quod poſſeſſor ejus audiens, valde pertimuit, atque humiliter obtulit, dicens : Pete quod vis, quatenus ad terram tuam à me cum magno munere revertaris. Cum vir Domini Paulinus ait : Unum eſt, quod mihi impendere beneficium potes, ut omnes civitatis meæ captivos relaxes. Qui cuncti protinus in Africana regione requiſiti, cum onuſtis frumento navibus, pro venerandi viri Paulini ſatisfactione, in ejus comitatu laxati ſunt. Poſt non multos vero dies Wandalorum Rex occubuit, & flagellum, quod ad ſuam perniciem, diſpenſante Deo, pro fidelium diſciplina tenuerat, amiſit. Sicque factum eſt, ut omnipotentis Dei famulus Paulinus vera prædiceret : &, qui ſe in ſervitium ſolum tradiderat, cum multis à ſervitio ad libertatem rediret. Illum videlicet imitatus, qui formam ſervi aſſumpſit, ne nos eſſemus ſervi peccati, cujus ſequens veſtigia Paulinus, ad tempus voluntarie ſervus factus eſt ſolus, ut eſſet poſtmodum liber cum multis. *Hæc S. Gregorius præfatus quod* ſicut bonorum facta innoteſcere citius ſimilibus ſolent,

B ſenioribus per juſtorum exempla gradientibus, prædicti venerabilis viri celebre nomen innotuit ejuſque opus admirabile ſe ad eorum inſtruenda, ſtudia tetendit; quorum, *inquit*, me neceſſe fuit gravitati (alias grandævitati) tam certo credere, acſi ea quæ dicerent meis oculis vidiſſem.

15 *Quis hic non intelligit non potuiſſe Gregorium tam certa fide tradere prædicta omnia, acſi ea ipſe ſuis vidiſſet oculis, niſi ab iis immediate acceperit qui viderant hominibus grandævis & fide digniſſimis. Tales haud dubie fuerunt qui nati ſub initium ſeculi* VI *Gregorio ſub annum* DXL *in lucem edito & anno* CCCCXCIII *Dialogos ſcribenti prædicta narraverunt, homines tum ferme centenarii, ita ut ſufficiat Acta iſta fuiſſe haud multis annis ante nativitatem Gregorii; & ſiquidem de* Paulino III (*qualem ſupra deſcripſi*) *intelligantur omnia ante ordinationem Leonis* I *factam ante annum* DXXXV.

Hæc ille ut accepta à teſtibus oculatis,

16 *Saccinus noſter ſicut vulgatam eatenus opinionem etiam Romani Breviarii ſuffragio confirmatam ſecutus, nihil dubitavit quin tota res ad* Paulinum I *eſſet referenda, ita numquam cogitavit vel certe non expendit quam difficulter fieri potuerit ut S. Auguſtinus, ſub cujus propemodum oculis res acta fuiſſet, aut familiaris* Paulini *Uranius, ambo effuſi in commendanda Sancti erga afflictos miſericordia, & erga egenos liberalitate aliique coævi Paulino ſcriptores ſimul & laudatores ejus nuſquam voluerint (ſi verè potuerunt) meminiſſe caritatis, cujus fama propter exempli novitatem per Europam & Africam debebat fuiſſe celeberrima. Eadem etiam perſuaſione ductus idem Saccinus Hiſtoriæ ex Dialogis verbotenus tranſcriptæ ejuſmodi non ineruditam animadverſionem & ex Senioris* Paulini *ingenio ſumptam ſubtexuit his verbis :* Hoc dumtaxat lucis addiderim, haud temere Paulinum barbaro ſatrapæ profeſſum horti colendi ſcientiam ſibi eſſe. Nam delectatum Nolæ tali cultura, tum ex appoſito ſupra num. 50 Sulpitii joco apparet ex frequenti ejus mentione colendorum agrorum, unde docet qua ratione ſuus cuique colendus ſit animus. Quo de genere admonitio commodiſſima eſt illa ad Aprum : Igitur cum in agro es, & rus tuum ſpectas, te quoque ipſum Chriſti agrum eſſe cogita : & in te, ſicut in agrum tuum reſpice.

C *proinde Paulino I male tributa* *hortorum quidem amanti,* *ſed cum Wandalis anno 427 Africam ingrederentur*

Qualem agri tui ſpeciem fieri à villico tuo poſtulas, talem Deo Domino cordis tui redde culturam, & intellige quidquid in agro tuo tibi diſpliceat aut placeat, idem in anima tua placere Chriſto aut diſplicere.

D AUCTOR. D. P. *ſeptuaginta annis majori.*

17 *Belle omnia : ſed ut hoc apte notatum ſit de Paulino Seniore, ejus ſtudium ad hortorum culturam potuit etiam tertius imitatus fuiſſe, ſicut imitatus eſt eum in cultu Poëtices. Dum autem* venuſti adhuc vultus homo *dicitur barbaro viſus idoneus ad horti culturam; ſatis clare indicatur non agi hic de ſene grandævo qualis erat Paulinus* I, *quando in Africa dominabantur Wandali illuc primum ingreſſi anno* CCCCXXVII *ætatis Pauliniana* LXXIV. *Hæc conſideratio Cardinalem Baronium ad annum* CCCCXXXI *quo Paulinus obiit ancipitem tenuit. Ne tamen fidem omnem derogaret Gregorianæ narrationi de morte Wandalorum Regi per Paulinum prædicta neque impingeret in Regem Geizericum à quo conſtabat Wandalos in Africam deductos & totis* XXXVII *annis gubernatos fuiſſe, id eſt uſque ad annum Chriſti* CCCCLXIV, *reſpexit ad ejus fratrem Guntharim ſimul cum illo & quidem potiori jure (utpote legitimum Godegiſcli patris in Hiſpania mortui filium) & huic mortem à Paulino prædictam credi poſſe putavit. Verum Guntharim primis Africæ annis fraude fraterna ſublatum ſatis conſtat; neque per eam mortem quidquam in regimine mutatum quod exigeret ejus curam cui Paulinus ſerviebat qualem hunc ei commendaſſe inſinuat Gregorius.*

Quorum etiam tunc Regi *non potuit mortem prædixiſſe Sanctus,*

E

18 *Chiffletius noſter exiſtimans extremos Paulini annos non convenire Hortentii labori ejus in Africa, ſervitutem referre maluit ad tempora Gothicæ in Italiam irruptionis ſub Alarico Rege ad annum iſtius ſeculi* XV, *ſub quo Wandalorum aliquis militans, domicilium autem in Africa habens, eò abduxerit captivum juvenem pro quo Paulinus ſervum ſe obtulerit annos natus circiter* LXII; *in quo quam multa incongrua ſint facile intelliget quiſquis Gregorium legit. Igitur dimiſſo inani labore Wandalicam ſervitutem cum Paulini Senioris ætate componendi, perrexi apud Procopium ut eſt ab Hugone Grotio editus ſcrutari ſucceſſionem Wandalicorum in Africa Regum, & reperi quod Geinzerico ſuccedens crudeli patre crudelior filius Hunericus tyrannidem tenuerit uſque ad annum Chriſti* CCCCLXXIV *per annos* VIII; Hinc regnum pervenit ad Gundemundum Genzonis filium Geizerici nepotem; qui afflictis peſſime Chriſtianis interiit affecto jam regni anno duodecimo *Chriſti* CCCCLXXXVI *circiter.*

multo minus pluribus annis ante: *verum poſt regnum Geinzerici,* *Hunerici,* *Gundemundi,*

F

19 Frater Traſimundus ſucceſſor ejus fuit, forma, ingenio, animique magnitudine excellens; Chriſtianos vero ad patrium ſibi dogma transferre cupiens, non vi in corpora inceſſit ut priores, ſed honores magiſtratuſque oſtentans, pecuniæ quoque in obſequentes largus, qui eſſent, noſſe diſſimulans; quin & ſi qui aut conſilio aut fortuna gravibus delictis ſe implicuerant, his ſectam mutantibus impunitatem criminum dabat. *Blanda perſecutio, tantoque nocentior, quanto minus timebatur. Aliter longe Traſimundus ille Gunderici filius quem in Hiſpania dominante deſcribit Gregorius Turonenſis lib.* II *& ait quod* totam *illam* ut ad perfidiam Arianæ ſectæ conſentiret tormentis ac diverſis mortibus impellebat. *Sed hujuſmodi Wandalorum in Hiſpania Reges neque Procopius neque S. Iſidorus Hiſpalenſis neque alii ejuſdem ævi ſcriptores noverunt, ſoli Godegiſclo Geinzerici patri ad-*

invenitur Traſimundus, *ab eo quem Turonenſis nominat diverſus* *cui ſub annum*

A *adſcribentes totum illud annorum* XVI *ſpatium, quo in Hiſpania Bætica ſubſtiterunt Wandali ut fateri cogamur fabuloſa quapiam narratione deceptum Turonenſem videri.*

20 *Non tamen ideo minus mitis ille in ſpeciem Traſimundus impune tulit excrabilem illam & Juliano Apoſtatæ olim uſitatam contra animas potius quam corpora crudelitatem; ac primo cum ſua gente ſacrilega graviſſimam cladem pertulit à Mauris: deinde regno per annos viginti ſeptem poſſeſſo, exui meruit per mortem, ipſi ut credimus præmonſtratam à S. Paulino non primo ſed tertio, cujus Epiſcopatum in hæc tempora optime conferri exiſtimo, quibus prædictus Traſimundus obiit anno* DXI. *Jam enim vidimus, commode* Paulinum *iſtum ultimum ſtatui ſucceſſorem Severi; neque obeſſe quidquam ex parte ætatis, quo minus in Africa fuerit paulo ante obitum Traſimundi Regis annos natus* XL *aut* L *id eſt virili prorſus ætate, & quantumvis magnis laboribus pari quod in* Paulino *Seniore numquam invenietur. Vixerit autem poſt reditum à ſervitute ſedemque tenuerit ad annos* XXV *aut plures quandoquidem prioris proxime ordinati nulla extet notitia ante annum* DXXXV.

DXI Paulinus III viſus ſit mortem minari

ac deinde vixerit annis XX aut pluribus.

B 21 *Hujus autem* Paulini *meritis adſcribi etiam poteſt quod res Chriſtiana, ſub præfatis quatuor Regibus tantopere afflicta, per Africanas Provincias Romano quondam ſubjectas imperio, reſpirare cœperit quando regnum pervenit ad Hildericum Hunerichi filium, Gizerichi & ipſum nepotem;* qui *teſte Procopio,* clemente animo, neque Chriſtianis neque alii cuiquam gravis fuit. *Contra hunc tamen ut regno æque ac bello inutilem, inſurgens proximus conſanguineus Gelimer, parricidio partum regnum totum perdidit, Juſtinianique Imperatoris Ducibus occupandum reliquit, plus ſemel in captivitatem ductus cum tota conſanguinitate ſua ac denique mortuus Conſtantinopoli. Ita Wandalicum regnum in Africa, centeſimo fere ex quo cœperat anno, finem habuit; ulciſcente Deo continuam ferme toto uno ſeculo tyrannidem, à crudeli & barbara gente in Chriſtianos exercitam.*

§. III. *Quomodo ad reditum Paulini* III *ex Africa ſpectare videatur Anniverſarius Parochorum Diœceſanorum ad Epiſcopum Nolanum proceſſus.*

C 22 *Poſtquam Saccinus noſter præmiſſum Gregorii locum de ſervitute Paulini in Africa verbotenus tranſcriptum obſervationcula non inepta illuſtravit, ſic proſequitur.* Reverſum ab ſervitute in patriam Paulinum cum refertis annona navibus, & liberatorum turba civium, adhæc immortali illa fulgentem corona, & rara gloria triumphantem, quod ſeipſum popularis ſui vicarium præbuiſſet; promptum eſt cogitationi ſubjicere, quo cives accolæque ſtudio, qua gratulatione, quo plauſu lacrymis miſto ſuſceperint. Ille vero, uti amantiſſimus pater dulciſſimos filios, amplexari omnes, affari ſuaviter, exoſculari, adhortari ad agendas Deo gratias, ad conſervandam pietatem, ad omne officii Chriſtiani decus: priſtinum ſimul benigne faciendi morem repetere, & augere.

Feſtiviſſime receptum Sanctum dubitari nequit.

23 *Verum hæc recte quidem concepta omnia ſed generalia valde ſunt. Plus aliquid videmur intelligere poſſe ex illa pompa quam die* XXV *Aprilis Epiſcopo ſuo ducunt* Parochi *Diœceſani eum in ſinem Nolæ collecti: quapropter operæ pretium fuerit illam minutim deſcriptam proponere ex eo quem in Commentario prævio num.* 8 *laudavimus Ambroſio Leone apud Ughellum in Epiſcopis Nolanis Tomo 6 Italiæ ſacræ col.* 284. Antiquus, *inquit,* mos Nolæ incubuit, ut omnes Sacerdotes Epiſcopales, quos Presbyteros vocant, tam qui in urbe quam qui in conterminis oppidis commorantur, ad urbem Epiſcopumque ſe conferant. Verumtamen non licet Clericis urbem intrare, niſi coronatis atque ordine canentibus, cum pluſculis tibicinibus. Cantus ſunt Dei ac Sanctorum hymni; corollæ vero contextæ roſis floribuſque citreis aliiſque, quos pulcherrimos ea dies producere ſolet; manu quoque ferentibus faſciculos roſarum affabre contextos, atque arte diſtinctos. D

24 Eo itaque modo ornati Sacerdotes, urbem templumque Epiſcopi ingrediuntur (ſingulæ vero turmæ eorum, à ſingulis oppidis adventantes [in anteriori templo conſiſtunt]. Deinde ubi omnes in choro congregati ſunt, ſingulatim vocantur ad Epiſcopum. Is vero tum ſedet in ſolio quodam alto, quod ſitum eſt ſub parva teſtudine: teſtudo autem hæc inter majorem cellam (*id eſt capellam*) atque minorem lævam erecta eſt, à duabus columellis atque pariete tribus arculus parvis interjacentibus; ſuſtentatur quoque per ſolia, atque per imagines quaſdam faſtigiatur: ſed hoc ſolium, quod in cella majore eſſe deberet, expoſitum eſt eo pacto quo dictum eſt. Vocatur igitur Sacerdos, de ordine ac turma ſua ſolus, ab æde ad cellam, & à choro ad Epiſcopum accedit coronatus atque floribus redimitus. Deinde ſolium aſcendit, ac genu flexo extractaque capiti corolla Epiſcopum veneratur, corollamque & ac faſciculos florum omnes illi largitur, & exoſculata manu accedit ad ſuos. Epiſcopus vero ubi pluſculæ corollæ fuerint collectæ, eas mittit ad primarias urbis matronas; populus enim omnis, ad hunc veluti triumphum ſpectandum collectus eſt. Inter hoſce vero Sacerdotes unus à ſtabiis mittitur, qui agnum bajulo portante conducit, (agnus eſt magnus candiduſque, atque cum cornibus auratis) quem ille dono ad Præſulem ducit, ut alii ſerta roſaſque largiuntur. Facto itaque eo pacto cenſu Sacerdotum, communi omnium eorum cantu ſacræ Rogationes finiuntur, domumque cuncti ſuam hilares revertuntur. E F

& hinc fluxiſſe potuit annuus proceſſus ad Epiſcopum 25 Aprilis

clero flores ferente & à ſtabiis agnum.

25 *Pergit deinde Ambroſius Leo inquirere in originem pompæ; &* Ea res, *inquit,* atque Clericorum quaſi cenſus, uſum Baſilicæ antiquum auctoritatemque deſignat; *quem ipſe derivare videtur, tum ab uſu Prætoris Romani, in æde Nolana ſeu Palatio, collecto quotannis populo, ſuum etiam in circumjecta oppida imperium ſic demonſtrantis; tum à fœdere quodam inter Nolanos & Stabianos olim icto, & per immolationem agni ſolito innovari, cum Gentiles adhuc utrique eſſent: quæ deinde omnia ad Epiſcopum ſint tranſlata. Ego vero veroſimilius cenſeo ex priſco ad Natales Epiſcopales conveniendi ritu cœptum morem, & eatenus (ut alii aliique ſucceſſive ordinabantur) vagum, fixum hæſiſſe in Natali* Paulini: *idque cum magno feſtivitatis incremento, atque inſolito alias corollarum apparatu, poſtquam Sanctus reverſus à Wandalica ſervitute, ubi hortum in eoque flores coluerat, cum concaptivorum civium multitudine,*

A AUCTORE D. P.

tudine, meruiſſe videbatur, ut redemptorem ſuum extraordinaria illa ratione veneraretur plebs offerendis hortorum primitiis, non tantum in ejus perſona, quoad viveret; ſed etiam in ejus ſucceſſoribus Epiſcopis; eſto horum Natales, ſuo cujuſque die, non ideo deſinerent honorari, Synodis conſuetis Presbyterorum agendis, ut dictum eſt. Quod autem à Stabiis agnus offerebatur, id (niſi mea conjectura me fallit) eo ſpectarit; quod juvenis, cujus vicariam ſervitutem ſervivit Sanctus, Stabienſis fuerit: quem quia juſtum erat, nec tamen opportunum perpetuo redemptoris ſui mancipari ſervitio, placuerit pro eo agnum, jam cornua ferentem offerre; cum reſpectu ad arietem illum, qui Iſaaco immolando ſucceſſit victima in holocauſtum, Geneſeos XXII. Sintne Stabiæ hic memoratæ illæ quæ in littore maris poſitæ hodie nuncupantur & notantur in tabulis Geographicis Caſtellum ad mare, civitas aliquando Epiſcopalis: an vero mediterranea aliqua Parochia Nolanæ diœceſis; ſed in mappis præterita cupio diſcere.

Alio ſpectare videntur nundinæ

26 Idem Ambroſius non animadvertens quam apte prædicta pompa ad Paulini ex Africa reditum referri poſſet, maluit eo quem in Commentario prævio num. 8 deſcripſimus loco, illuc referre nundinas ibidem deſcriptas & celebrari ſolitas ad ædiculam S. Paulini à XVI Kalendas Julias uſque ad X ante eaſdem cum ludis & ſpectaculis, quæ nihil habent quo referantur ad S. Paulinum præter locum & tempus idque ex communiſſimo more plerarumque civitatum & oppidorum, præcipui ſui cujuſque Patroni feſtum adjungentium annuas nundinas, ad quas ut frequentiores accurrant faciunt ludi & ſpectacula præſertim currentium ad bravium. E contrario prænarratus proceſſus Parochorum ad ſuum Epiſcopum die I Maji plus habet religionis optimeque fuerit inſtitutus pro illo die quo redux ex Africa Paulinus fuerat à ſuis exceptus; qui etiam dies poteſt fuiſſe Paulini III Natalis ſive in Epiſcopatu ſive in cælis. Fortaſſis etiam hujus fuit domus quæ ſacello Pauliniano adhæret non Paulini Senioris.

B

circa feſtum Sancti.

§. IV. *De Corpore & Reliquiis S. Paulini, Romæ & alibi aſſervatis.*

C 27 *Chronici Caſinenſis uſque ad annum* MLXXXVI *perducti Auctor Leo Oſtienſis lib.* II *cap.* XXIV *dicit quod* anno tertio Abbatis Joannis, qui eſt milleſimus ab Incarnatione Domini, Otto III Imperator Beneventum venit; & causâ pœnitentiæ, quam illi B. Romualdus injunxerat, abiit ad Montem Garganum; reverſuſque conſequenter Beneventum, petiit ab eis Corpus S. Bartholomæi Apoſtoli. Qui nihil tunc illi negare audentes, callide pro corpore Apoſtoli, corpus B. Paulini Nolani Epiſcopi, quod ſatis decenter apud Epiſcopium ipſius civitatis erat reconditum, oſtenderunt; & eo ſublato, receſſit tali fraude deceptus. Quod poſtquam reſcivit, nimium indignatus; corpus Confeſſoris, quod detulerat, honorifice ſatis apud Inſulam Romæ recondidit.

Otto III anno 1000

transfert Romam corpus S. Paulini,

28 *Hactenus ille non ſolum tempore, ſed etiam loco tam vicinus ſcriptor (medius enim inter Romam & Beneventum Caſinus eſt, hinc inde bidui itinere diſtans) ut illi fidem non habere verecundia ſit ſaltem quoad Corpus S. Paulini; maxime cum nec Beneventani quidem de illo diſſentiant.*

primi an tertii

Solum ergo dubitabitur, ſuppoſita & jam ſatis probata plurium ejus nominis apud Nolam Epiſcoporum diſtinctione, utrum illud Corpus Paulini Senioris ſit, quem Nolæ mortuum & ſepultum fuiſſe conſtat ejuſque ibidem adhuc multas Reliquias haberi & pridie feſti proceſſionaliter circumferri aliquas, aſſerit Andreas Ferrarius; an vero Tertii cujus nulla iſtic monumenta ſuperſunt; ita ut, quemadmodum ſupra notavi, judicari hic poſſit peregre mortuus ſepultuſque fuiſſe & propter magnæ ſanctitatis famam, inſigni caritatis opere comparatam, pro ſancto habitus cultuſque etiam ipſe tunc quoque cum utriuſque diſtinctior notitia defluxiſſet ex hominum memoria.

D

29 *Ferdinandus Ughellus Tomo 6 Italiæ ſacræ, unum tantum. Paulinum ſciens, cum dixiſſet ejus* Corpus tranſlatum eſſe Beneventum credo, *inquit,* occaſione alicujus barbaricæ incurſionis vel deſtructionis illatæ urbi Nolanæ. *Verum conſideranti mihi Corpus S. Felicis, primarii Urbis Patroni quem S. Paulinus tot præclaris carminibus & nova baſilica condita honoravit, etiamnum manere ſub altari, ſub quo hic illud condidit, teſte qui uſque in præſentem diem inde ſcaturit miraculoſo liquore; ſicut ad* XIV *Januarii noſtri legere eſt comment. Prævio* §. VII: *id inquam conſideranti ſimulque memorias tot aliorum Epiſcoporum ibidem adhuc cum corporibus integras; ægre adducor ut ejuſmodi tranſlationem Nolâ Beneventum recipiam, & non magis propendeam in favorem Tertii hactenus incogniti: eſto quod Nolanus ager & ipſa quandoque urbs Nolana paſſa aliquid ſit à Wandalis, Gothis, Longobardis qui ipſam pluresque aliis mœnibus exuerunt, Campaniâ divisâ in Capuanum, Salernitanum, & Beneventanum Principatus.*

Beneventi an Nolæ mortui?

E

30 *Quod ad Corpus S. Bartholomæi attinet, utrum idem Otto, Beneventanis ob fraudem ſibi factam indignatus, contra ipſos reverſus ſit urbemque obſeſſam diutius, nulla re peracta fuerit coactus dimittere, ſicuti conſequenter aſſerit præfatus Leo, nimium fortaſſis credulus Beneventanis aſſerentibus ipſum corpus apud ſe remanſiſſe, an vero ipſum volentes nolenteſve conceſſerint Romam auferendum ſicuti prætendunt Romani Germanique ſcriptores; non eſt meum diiudicare. Eminentiſſimus Urſinus hodiernus Archiepiſcopus Beneventanus eo à ſe nuper ut credit refoſſo, contendit numquam Benevento motum fuiſſe: Romani ipſum ſe habere ſeptem ſeculorum poſſeſſione affirmant. Si ſacra Congregatio rituum cauſæ cognitione ſuſcepta ſacras utriuſque loci capſas aperiri jubeat & quid utrâque contineatur fideliter referri; fortaſſis invenietur utrobique pars magna ejuſdem eſſe corporis. Certe ſi Beneventum eâ causâ repetiit Otto urbemque obſedit ut ſcribit Oſtienſis; veroſimile non eſt obſidione dimiſſa omnino vacuum rediiſſe; nec etiam Beneventanos eo terrore compulſos totum dimiſiſſe; ſed potius tam carum pignus cum Imperatore partitos retento apud ſe veteri ſcrinio cum præcipuis aliquot oſſibus, & epigraphis quales erant ſervatis; alteram partem Romæ depoſitam fuiſſe velut corpus integrum, ut paſſim in talibus fieri aſſolet.*

An etiam cum corpore S. Bartholomæi?

F

31 *Utut eſt habet Roma alicujus S. Paulini Corpus; & veroſimiliter Nolani Epiſcopi; qua de re Baronius in Notis ad hunc diem ex ſuo quodam Ms. de Vitis Sanctorum:* Corpus nunc videtur eſſe conjunctum Corpori S. Bartholomæi, in inſula Lycaonia, in eccleſia S. Adalberti, quæ nunc vocatur S. Bartholomæi: quorum trium Sanctorum meritis ibi plurima præſtan-

A tur beneficia. *Octavius Pancirolius, inter Theſauros abſconditos urbis Romæ, de illis corporibus agens, ipſam eccleſiam reſtauratam ait à Paſchali* II, qui anno MCXIII confirmarit illic revera adeſſe corpora SS. Bartholomæi & Paulini; conſecratam *vero* ab Alexandro III, *ſub annum* MCLXXIX.

AUCTOR. D. P.

32 Cum *autem* anno MDLVII Eccleſia S. Bartholomæi in Inſula de Urbe, vi fluminis, quod illo anno fere univerſam urbem Romanam inundavit, notabilem ruinam, tam ipſius eccleſiæ quam monaſterii paſſa fuiſſet, adeo ut Fratres d. eccleſiæ inde recedere coacti fuerint; & eccleſia, diruptis parietibus undique aperta, claudi non poterat; Paulus Papa IV, ne Reliquiæ Sanctorum, quæ in eadem eccleſia erant & venerabantur, ſine ſolita eccleſiæ clauſura & Fratrum cuſtodia inibi tunc remanerent; illas ad baſilicam S. Petri de Urbe transferri fecit; & inibi in cuſtodiam Canonicorum & Capituli d. Baſilicæ per inventarium conſignatæ fuerunt, *uti ex publico inſtrumento deſuper confecto narrat* B Pius Papa IV *in Brevi quo mandat Canonicis S. Petri, ut, quandoquidem* Fratres prædicti ex fidelium eleemoſynis d. eccleſiam clauſerint, eaſdem Reliquias quotieſcumque fuerint requiſiti, eiſdem Fratribus & Conventui, ad eccleſiam S. Bartholomæi, proceſſionaliter, ut moris eſt, deferendas reſtituant & conſignent. *Breve iſtud accipiens ex Illuſtriſſ. Ciampini opere de ædificiis Conſtantini, cogor vereri, ne Pancirolius præter hanc inundationem, male notet aliam anni* MCLVII, *per unius litteræ perperàm variatæ errorem; fide dignior in eo quod ait*, anno MDXCVIII exundante ultimum Tiberi (*ſcribebat autem ſub initium præſentis ſeculi*) non fuit ejuſmodi cautelâ opus eo quod ipſe ſanctus Apoſtolus prohibuerit circumſiſtentes aquas, ne arcam attingerent ab intervallo palmorum aliquot, qua de re publicum inſtrumentum habetur.

Iſtud an. 1557 tranſlatum in Vaticanam

fertur ad eccleſiam S. Bartholomæi

& an. 1598 ab aquis ſervatum miraculo fuit.

33 *Ad introitum Sacelli S. Paulini pendet in pariete affixa parva tabella, in qua habetur ſequens ſcriptura* in pergameno: Anno Domini MDCI die XXVII Aug. ſedente Clemente VIII ſummo Pontifice Corpus S. Paulini Epiſcopi Nolani, & partes corporum S. Adalberti Epiſcopi Pragenſis & Mart. & SS. Exuperantii & C Marcelli Diaconorum MM. quæ primum erant in hac Eccleſia, in hoc Altari, loco magis ſublimi & decentius ornato, transferenda, atque altare ipſum ad honorem Dei, & S. Paulini memoriam, cum ſenio impeditus obſequium hoc Patrono meo Sanctiſſimo inutilis ſervus ipſe præſtare nequiverim; per Reverendiſſimum D. Leonardum Abel Epiſcopum Sidonienſem, ſacris ritibus conſecrandum curavi ego Franciſcus Maria, hujus tituli S. R. E. Presbyter Cardinalis Tauruſius, Senarum Archiepiſcopus. *Item in Sacello S. Paulini ad latus dextrum habetur ſcriptura Italice in marmore albo. Quam ſic latine reddo*: Capella opificii Molitorum, ab eodem à fundamentis exſtructa, per Gabrielem Criſpiati tamquam ipſius opificii Camerarium, tempore Julii Papæ III fel mem. anno MDCXXVI atque à Franciſco Morretto, & Alphonſo Herculani deputatis & anno MDCXXVI Conſulibus prædicti Opificii, reſtaurata nomine & impenſis ipſius. *Ita mihi ſub annum* MDCXCVII *R. P. Aurelianus de Baenſt tunc pro Belgica natione Pœnitentiarius Pontificius Romæ ad S. Petrum, nunc Collegii noſtri Aloſtani Rector.*

Tranſlata oſſa ipſius & aliorum anno MDCI

& nova capella erecta ſub Julio III,

34 *Ægidius Davila, in Theatro Eccleſiæ Segobienſis, ſcribit, quod loci Epiſcopus Joannes Vaſquii de Cepeda, permiſſu Joannis Regis Romam profectus ad annum Jubilæum* MCCCC, *facta ſibi in tranſitu à Joanne* XIII *apud Avenionem poteſtate, transferendi quæ poſſet Sanctorum corpora; ſumpto in Inſula hoſpitio, eo fine ut Apoſtoli corpus auferret; cum intereſſet reſerationi cujuſdam arcæ, multa Sanctorum corpora continentis, acceperit inde* corpus S. Paulini Epiſcopi Nolani, *ſanctorumque Martyrum* Marcellini & Exuperantii, *eaque honoranda depoſuerit in Cartuſia Aniagenſi; idque haberi ex ratione itineris reddita Regi. De Martyribus videbimus* XXX *Decembris, quando eorum feſtum agi ſcribit Tamayus, ſcilicet quia tum inſcribuntur Martyrologiis* SS. Marcellus & Exuperantius: *ſed hi, ut jam vidimus, adhuc Romæ erant initio hujus ſeculi; quomodo autem illuc allati ſint Spoleto ubi cum S. Sabino Epiſcopo ſuo paſſi fuerant, cupio diſcere in diem quo coluntur* XXX *Decembris. Ibidem etiam tunc fuiſſe corpus S. Paulini ſcimus neque hoc vel illa furtive in Hiſpaniam eſſe tranſlata facile credemus ex tali relatione; quam eſſe oportet ſuppoſititiam, quæ* Joannem XXIII (*ſic enim ſcribere oportuit non* XIII) *dicit repertum Avenione, ubi fuit numquam; idque anno* MCCCC, *cum primum factus ſit Papa anno* MCCCCX, *eodemque anno* III *poſt mortem Regis* Joannis. *Facilius credideris, vere* Nolani *eſſe* duas partes oſſium, *inter Reliquias monaſterii S. Salvatoris Antverpiam allatas ex Luſitaniæ Regum ſacrario; ſed illæ huc devenerunt per donationem anno* MDXVI *factam à Franciſco* I, *Emmanuele item* I, *ſicut explicatur in Appendice ad 2 Aprilis de S. Maria Ægyptiaca num. 2 & 3.*

An etiam corpus in Hiſpania?

D

E

F

§. V. *De ſacris Nolæ ædificiis à Paulino Seniore extructis & verſu ornatis.*

35 *Poſtquam Muratorius ſuam de S. Paulino non ante annum* 409 *ordinato ſententiam ſatis ſibi viſus eſt ſtabiliviſſe diſſertatione* XII, *ad Commentarium prævium noſtrum relatam; tranſit ad diſſertationem* XIII *De ſacris Nolæ ædificiis, cum qua ideo libentius hanc Appendicem finio, quod convenientius exiſtimem finiri in Argumento certiſſime proprio huic, cujus cauſa de duobus ſynonymis ſucceſſoribus prægreſſas quæſtiones tractavimus, merito cunctati omnia tribuere uni quæ in plures dividi debent, ut antiquis de illo nomine ſcriptoribus ſua ſtet auctoritas, neque turpiter dicantur hallucinati circa perſonam, tam celebrem & ſuæ ætati tam vicinam. Deinde ex ipſius Sancti epiſtola* XII *ad Severum addam epigrammata quibus ſuas ſtructuras Sanctus ornavit, daturæ ſpecimen reliquorum poëmatum tanti viri, circa quæ illuſtranda tot eruditi homines magna cum laude verſati ſunt; & ad hos remiſſurus quemcumque lectorem majoris circa ipſa lucis cupidum. Muratorius diſſertationem ſuam ſic pertexit.*

36 Tres minimum adventus Paulini Nolam ſunt enumerandi. Prior contigit, cum adhuc puerili in ætate verſaretur, vixque è Galliis in Italiam adveniſſet: quod innuit ille his ad S. Felicem carminibus:

Nam puer Occiduis Gallorum advectus ab oris,
Ut primum tetigi trepido tua limina greſſu &c.

Hinc eſt quod ipſum S. Confeſſorem alloquens, iterum canit: *Tibi*

A ——— *tibi me*
Mancipium primis donavit Chriſtus ab annis.

deinde Conſularis Campaniæ;

Alterum Nolam inſtituit iter, cum à geſto Conſulatu Campaniam Conſularis factus regendam ſuſcepit; ſic enim inquit:

Jam tunc præmiſſo per honorem pignore ſedis
Campanis metanda locis habitacula fixi,
Te fundante tui ventura cubilia ſervi.

Diu Nolæ verſatus eſt Paulinus, quod expoſcebat ſuſcepta dignitas; cumque quotidie patrata per S. Felicem miracula ſub ejus oculis ſtarent, tum ad Chriſtianam fidem ex Ethniciſmo ſe convertere meditari cœpit. Inter Cathecumenos itaque conſtitutus, ut arbitror, quædam pietatis opera continuo ſibi peragenda cenſuit. Quingentos circiter ab urbe Nolâ paſſus S. Felicis oſſa quieſcebant, ubi etiamnum illuſtris Baſilica viſitur. Illuc propterea ducentem viam munivit Paulinus, ut affluentium populorum commodo conſuleret. Sic

munit viam ad ædem S. Felicis,

B ipſe S. Felicem alloquitur:

Cum tacitâ inſpirans curam mihi mente juberes
Muniri, ſternique viam ad tua tecta ferentem.

ibique hoſpitale ſtruit;

Neque his contentus vir pius apud eamdem B. Felicis ædem procudi magnificam domum voluit. Longo tractu protendebatur hujuſmodi ædificium, primumque uſui pauperum deſtinatus eſt locus, ut hinc etiam diſcas, quanta Paulini pietas foret, licet in Chriſti gregem nondum per Baptiſmatis undas eſſet perductus. Audiamus ita ſubſequentem:

Adtiguumque tuis longo conſurgere tractu
Culminibus tegimen, ſub quo prior uſus egentûm
Incoluit. ———

ac denique converſus à ſeculo

37 Tertius demum Paulini ad urbem Nolanam adventus contigit, cum ejurato ſeculo, opibuſque in pauperes effuſis, receſſum Nolanum elegit, ut ibi Chriſto uni dicatus ſanctiorem inſtitueret ac proſequeretur vitam. Hoc anno 394 Actum. Tum Paulinus in omnia pietatis officia ſe vertit, nihilque antiquius habuit, quam ea promovere, quæ S.

C Felicis cultum augerent. Primus illi labor fuit, quemadmodum reor, conditam in ſecundo adventu domum amplificare. Alia igitur ſuper priores muros tecta molitus ita veteres excoluit ædes, ut ſibi decenter in habitaculum cedere potuerint. Pauperibus in cellas ſub porticu conjectis, ipſe in ſuperiori tecto hoſpitium ſibi conſtituit. Hinc ita canit:

illud amplificat

———*Poſt hæc geminato tegmine crevit*
Structa domus, noſtris quæ nunc manet hoſpita cellis:
Subdita pauperibus famulatur porticus ægris,
Quæ nos impoſitis ſuperaddita tecta colentes
Suſtinet hoſpitiis ———

& in eo ſibi ſuiſque habitaculum

Hujus porro ædis venuſtatem infra extollit:

Ecce mihi per tot benedicti Martyris aulas
Et ſpatiis amplas & culminibus ſublimes,
Et recavis alte laquearibus ambitioſas,
Irriguas & aquis, & porticibus redimitas &c.

Ita tamen ædificium Paulinus conſtituerat, ut in ipsâ ejus amplitudine ſibi ſuiſque hoſpitibus humiles cellas eſſe voluerit, nimirum quæ nullam ſaperent ambitionem, ſed quæ potius immania potentum tecta arguerent. Hinc de

Sed humile.

illuſtribus hoſpitibus ſuis, ad populum inquit:

———*Quos cernitis, & modo in ipſis*
Felicis tectis mecum metata tuentes
Hoſpitia, oblitos veterum præcelſa domorum
Culmina, & anguſtis vicino Martyre cellis &c.

His enarratis Paulinus aliud opus addit: D

Omnibus extructis operum, quæ ſtare videntur.
Diverſis compoſita modis, excelſa per aulas,
Et per veſtibula extentis circumdata late
Porticibus, ſolum ſimul omnia munus aquarum
Tecta videbantur mœſtis orare colonis, &c.

Eodem aquam ducit

38 Optatum propterea aquæductum temporum vetuſtate interruptum ab oppido Abellâ ad S. Felicis Baſilicam perducere in animum induxit. Longus interponebatur viæ tractus, nempe quinque paſſuum millia. Sed operis difficultate non territus vir ſanctus, amnes canales, reluctantibus nequidquam, ſacræque

ad v. P. M.

ædis beneficium reſpuentibus Nolanis, reſeravit. Operas illi ſuas Abellani ad laborem contribuere; adeoque is incaluit, ut ingentem aquæ vim tandem deſtinatum ad locum perduxerit. Hæc fuſiſſime in laudato ſemper Natali XIII habentur. Alia vero Paulini ædificia me proſequi propoſitum brevitatis inſtitutum non patitur. Tantum meminero plures ab eo conditas fuiſſe Baſilicas, quas omnes ex Ep. XII. ad Severum ab ipſo deſcriptas petere potes. Potiorem inter has locum

E

Fundat etiam plures Baſilicas;

obtinuit illa, *quæ ad Dominædium* (ut is inquit) *communem patronum in nomine Domini Chriſti dedicata eſt*. Ambroſius Leo lib. 2 cap. 11 de Nola, Baſilicam hanc D. O. M. dedicatam à Paulino autumat, *Deus enim*, ait, *tum Dominædius vocabatur, quod verbum in ore jurantium, ac invocantium Deum uſque ad noſtra tempora ſervatum audimus*. Sed veram vocis ſignificationem ille non tangit, ſiquidem pro *Dominædio* S. Felicem Paulinus intelligit. Hu-

in primis S. Felicis

juſmodi vox pure *Dominum* aut *Patronum* ſignificat, quod itidem per me probabitur in quodam S. Maximi Taurinatis Sermone, quem una cum pluribus aliis ejuſdem Epiſcopi inedítum in reliquis Anecdotorum libris produ-

quem dominædium vocat:

cam. Ibi vero *Domnædius* pro *Domino* uſurpatur. Paulinus quoque ſe S. Felicem innuiſſe oſtendit in Ep. 9 ad Sever., ubi Natalem in ejuſdem S. Confeſſoris honorem elaboratum,

F

ſolennem ad Dominædium cantilenam vocat: & in Ep. 28 ad Victricium, *Sancti ſui Confeſſoris dilectiſſimi Felicis Dominædii* meminit. Id autem alibi occurrit. Neque melius loquitur idem Leo lib. 2 cap. 12, cum S. Felicis

diſtat hæc Nola ad M. P.

Baſilicam antiquitus intra urbis Nolæ ambitum ſitam affirmat, ab ea namque enormi aberat ſpatio, nimirum mille circiter paſſus. Hæc eadem nunc tamquam eximium ſanctitatis penetrale viſitur in loco, quod Cœmeterium (vulgo *Cimitino*) nuncupatur. Ejus porro deſcriptionem petere licebit à Capaccio in Hiſt. Neap. lib. 2 in fine, à V. Cl. Sarnello in Cleric. Speculo ad Vitam S. Felicis, à Pacichello in Italicis ejus Epiſtolis, & ab aliis pluribus.

ad quam ducens nova

39 *Hactenus Muratorius: ab hoc tranſeo ad promiſſam ſupra partem epiſtolæ XII ad Severum à Paulino datæ ad quam ille nos remittebat; ubi Sanctus ſuas Nolæ ac Fundis molitiones ſtrictim deſcribit ut amico ſuo, paria Turonibus molienti, & ſuis ædificiis ornandis Paulini epigrammata requirenti, & hæc mittit & illis inſcripta vel inſcribenda communicat prout optaverat, ſic fere exordiens*, Gratulor, quod unam cordis & corporis noſtri, operum quoque & votorum ſimilitudinem oſtenderimus, eodem tempore baſilicas Dominicis adjicientes ovilibus. Tu vero

A etiam baptisterium basilicis duabus interpositum condidisti : ut nos in horum quoque operum, quæ visibiliter extruuntur, ædificatione superares. *Hinc effusus in mutui amoris testificationem & laudabilis utrimque studii commendationem, cum multa propria tenuitatis testificatione conjunctam, exponit versus ejus jussu compositos & novo illi baptisterio inscribendos, dignos omnino qui hic quoque legerentur, nisi judicio de ipsis ferendo sufficerent ii quos propriis ipse basilicis composuit quosque ideo se eodem jus epistolæ serie quo priores libello sive epistola complexum,* ut in hoc quoque ipsorum conjunctio figuraretur, quæ, inquit, ut jungitur animis, & distat locis; sic & ista, quæ in nomine Domini eodem Spiritu elaborata construximus diversis adjuncta regionibus, ... sibi tamquam contiguata visentur.

inscribitur versibus ad Severum missis,

40 Basilica igitur illa quæ ad dominædium nostrum communem Patronum in nomine Domini Christi dedicata celebratur, quatuor ejus basilicis addita, reliquiis Apostolorum Martyrum intra apsidem, trichora sub altaria sacratis, non solo Beati Felicis honore venerabilis est. Apsidem solo & parietibus marmoratam camera musivo illusa clarificat, cujus picturæ hi versus sunt:

sub apside

B

Pleno curuscat Trinitas mysterio,
Stat Christus Agno : Vox Patris cælo tonat :
Et per columbam Spiritus sanctus fluit ;
Crucem corona lucido cingit globo ;
Cui coronæ sunt corona Apostoli,
Quorum figura est in columbarum choro.
Pia Trinitatis unitas Christo coit,
Habente & ipsa Trinitate insignia:
Deum revelat vox paterna, & Spiritus :
Sanctam fatentur Crux & Agnus victimam:
Regnum & triumphum purpura & palma indicant.
Petram superstat ipse petra Ecclesiæ,
De qua sonori quatuor fontes meant
Euangelistæ, viva Christi flumina.

in qua pictus Christus cum Apostolis

aliaque symbola;

41 Inferiore autem balteo, quo parietis & cameræ confinium interposita gypso crepido conjungit aut dividit, hic titulus indicat depositæ sub altari Sancta Sanctorum.

C

Hic pietas, hic alma fides, hic gloria Christi,
Hic est Martyribus Crux sociata suis.
Nam Crucis è ligno magnum brevis astula pignus
Totaque in exiguo segmine vis Crucis est.
Hoc Melanæ sanctæ delatum munere Nolam,
Summum Jerosolymæ venit ab urbe bonum.
Sancta Deo geminum velant altaria honorem,
Cum Cruce Apostolicos quæ sociant cineres.
Quam bene junguntur ligno Crucis ossa piorum,
Pro Cruce ut occisis in Cruce sit requies!

& in lymbo sub quo posita particula Crucis

& SS. App.

Totum vero extra concham basilicæ spatium, alto & lacunato culmine geminis utrimque porticibus dilatatur, quibus duplex per singulos arcus columnarum ordo dirigitur. Cubicula intra porticus quaterna longis basilicis lateribus inserta, secretis orantium vel in lege Domini meditantium, præterea memoriis Religiosorum ac familiarium accommodatos ad pacis æternæ requiem, locos præbent. Omne cubiculum binis per liminum frontes versibus prænotatur, quos inferere his litteris nolui: eos tamen quos ipsius basilicæ aditus habent, scripsi quia possent, si usurpare velis, & ad tuarum basilicarum januas convenire, ut istud est:

Basilicam circumit duplex porticus cum cubiculis.

Pax tibi sit quicumque Dei penetralia Christi D
Pectore pacifico candidus ingrederis.

Vel hoc, de signo Domini super ingressum picto hac specie, quam versus indicat:

Alii versus supra vestibulum & sub Cruce.

Cerne coronatam Domini super atria Christi
Stare Crucem, duro spondentem celsa labori
Præmia : tolle crucem qui vis auferre coronam.

32 Alteri autem basilicæ, qua de hortulo vel pomario quasi privatus aperitur ingressus, hi versiculi hanc secretiorem forem pandunt:

Item ex utraque facie ostioli ad hortum,

Cælestes intrate vias, per amœna vireta,
Christicolæ ; & lætis decet huc ingressus ab hortis,
Unde sacrum meritis datur exitus in Paradisum.

Hoc idem ostiolum aliis versibus ab interiore sui fronte signatur:

Quisquis ab æde Dei, perfectis ordine votis,
Egrederis ; remea corpore, corde mane.

Prospectus verò basilicæ, non ut usitatior mos est orientem spectat, sed ad Domini mei beati Felicis basilicam pertinet, memoriam ejus E aspiciens : tamen cum duabus dextra lævaque conchulis intra spatiosum sui ambitum apsis sinuata laxetur, una earum immolanti hostias jubilationis Antistiti patet, altera post Sacerdotem capaci sinu receptat orantes. Lætissimo verò conspectu tota simul hæc basilica in basilica memorati Confessoris aperitur trinis arcubus paribus perlucente transenna, per quam vicissim sibi tecta ac spatia basilicæ utriusque junguntur. Nam quia novam à veteri paries apside cujusdam monumenti interposita obstructus excluderet, totidem januis patefactus à latere Confessoris, quot à fronte ingressus sui foribus nova referabatur, quasi diatritam, speciem ab utraque in utramque spectantibus præbet, sicut datis inter utrasque januas titulis indicatur. Itaque in ipsis basilicæ novæ ingressibus hi versiculi sunt :

& ad cruces utrimque pictas,

Alma domus triplici patet ingredientibus arcu,
Testaturque piam janua trina fidem.

& super medianum arcum ex adverso basilicæ veteris; F

Item dextra lævaque crucibus minio superpictis hæc epigrammata sunt :

Ardua floriferæ Crux cingitur orbe coronæ,
Et Domini fuso tincta cruore rubet.
Quæque super signum residens cælestis columbæ,
Simplicibus produnt regna patere Dei

Item de eodem :

Hac Cruce nos mundo & nobis interfice mundum
Interitu culpæ vivificans animam.
Nos quoque perficies placitas tibi, Christe, columbas
Si vigeat puris pars tua pectoribus.

42 Intra ipsam vero transennam (qua breve illud, quod propinquas sibi basilicas potius discludebat, intervallum continuatur) è regione basilicæ novæ super medianum arcum hi versus sunt:

& super arcus lateris utriusque

Ut medium valli pax nostra resolvit Iesus,
Et Cruce dissidium perimens duo fecit in unum ;
Sic nova, destructo veteris discrimine tecti,
Culmina conspicimus portarum fœdere jungi.
Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lavat amne ministro.
Plebs gemina Christum Felicis adorat in aula,
Paulus Apostolico quam temperat ore Sacerdos.

Hæc verò binis notata versiculis epigramma-

ta

A ta ſuper arcus alios dextra lævaque ſunt:

In uno hoc:

Attonitis nova lux oculis aperitur ; & uno
Limine conſiſtens geminas ſimul aſpicit aulas.

In altero hoc:

Ter geminis geminæ patuerunt arcubus aulæ,
Miranturque ſuos per mutua limina cultus.

44 Item in iiſdem arcubus à fronte, quæ ad baſilicam Domini Felicis patet mediana, hi ſunt:

Quos devota fides denſis celebrare Beatum
Felicem populis diverſo ſuadet ab ore,
Per triplices aditus laxos infundite cœtus:
Atria quamlibet innumeris ſpatioſa patebunt.
Quæ ſociata ſibi per apertos comminus arcus
Paulus in æternos Antiſtes dedicat uſus.

In aliis iſti bini:

deinde ad ſecretaria duo.

Antiqua digreſſe ſacri Felicis ab aula
In nova Felicis culmina tranſgredere.

Item.

Una fides, trino ſub nomine quæ colit unum,
B *Unanimes trino ſuſcipit introitu.*

In ſecretariis vero duobus, quæ ſupra dixi circa apſidem eſſe, hi verſus indicant officia ſingulorum.

A dextra apſidis:

Hic locus eſt, veneranda penus qua conditur, & qua
Promitur alma ſacri pompa miniſterii.

A ſiniſtra ejuſdem:

Si quem ſancta tenet meditanda in lege voluntas
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

DE FUNDANA BASILICA.

45 EGrediamur jam Nolana hac baſilica, & in Fundanam tranſeamus. Fundis nomen oppido eſt quod æque familiare mihi fuit, dum maneret poſſeſſio, quam illic uſitatiorem habui. Itaque vel ad pignus quaſi civicæ caritatis, vel ad memoriam præteriti patrimonii baſilicam dare in ipſo oppido (quoniam & indigebat; ruinoſam & parvam habens) voti fuit. Propterea & hos verſiculos adjiciendos putavi, quos illi in hoc oppido dedicandæ baſilicæ paravimus ; nam adhuc in opere eſt, ſed propitio Deo dedicationi propinqua. Quod tamen ea mihi maxime ratio perſuaſit, quia & in hujus apſide deſignatam picturam meus Victor adamavit, & portare tibi voluit, ſi forte & eam de duabus elegeris in hac recentiore tua pingere, in qua æque apſidem factam indicavit. Sed de hac apſide an abſide magis dicere debuerim, tu videris: ego neſcire me fateor, quia hoc verbi genus nec legiſſe reminiſcor. D

Fundanæ quoque baſilicæ aptati verſus

C

46 Verum hanc quoque baſiliculam de benedictis Apoſtolorum & Martyrum Reliquiis ſacri cineres, in nomine Chriſti, Sanctorum Sancti, & Martyrum Martyris, & Dominorum Domini conſecrabunt. Ipſe enim teſtatus eſt ſe viciſſim Confeſſorum ſuorum Confeſſorem futurum. Idèo ſuper hac præter picturam gratia geminatus eſt titulus.

explicant picturam apſidis & indicant Reliquias ſpoſitas iſtic.

De pictura:

Sanctorum labor & merces ſibi ritè cohærent,
Ardua Crux, pretiumque Crucis ſublime corona.
Ipſe Deus nobis, Princeps Crucis atque coronæ,
Inter floriferi cæleſte nemus paradiſi
Sub cruce ſanguinea niveo ſtat Chriſtus in agno;
Agnus ut innocua injuſto datus hoſtia leto. E
Alite quem placida ſanctus perfundit hiantem
Spiritus, & rutila genitor de nube coronat.
Et quia præcelſa quaſi judex rupe ſuperſtat,
Bis geminæ pecudes; diſcors agnis genus hædi,
Circumſtant ſolium : lævos avertitur hædos
Paſtor, & emeritos dextra complectitur agnos.

De Reliquiis

Ecce ſub accenſis altaribus oſſa piorum
Regia purpureo marmore cruſta tegit.
Hic & Apoſtolicas præſentat gratia vires
Magnis in parvo pulvere pignoribus.
Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas,
Martyr & illuſtris ſanguine Nazarius;
Quoſque ſuo Deus Ambroſio poſt longa revelat
Secula, Protaſium cum pare Gervaſio;
Hic ſimul una pium complectitur arcula cœtum,
Et capit exiguo nomina tanta ſinu.

47 Hæc interim mi Frater, & alia hujuſmodi opera viſibilia de terrenis in terra laborem molieram : ſed benedictus Dominus die quotidie, qui facit mirabilia ſolus: ſicut convertit petram in ſtagnum aquæ, ſic & terrena cæleſtibus mutat, & hanc nobiſcum (quamquam de ſuis hic & ibi rebus) permutationem facere dignatur, ut quæ corporaliter molieram in terris, latenter in cælis per ipſum ædificentur ; tunc revelanda nobiſcum ſpecie videbimus, quæ nunc per fidem promovemus. F

DE SANCTO EUSEBIO

EPISCOPO SAMOSATENO IN SYRIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De cultu Sancti, præſertim apud Græcos.

F. B.
AN. CCC-
LXXIX.

In Romano Mrlio relatus ad XXI *Iunii,*

reddıtur huic proprio ſuo diei XXII 3

INter illuſtriores Sanctos, qui contra Arianam perfidiam fortiter decertarunt, merito numerandus Euſebius Epiſcopus Samoſatenus. *Fuit autem* Samoſata urbs Syriæ *ad Euphratem fluvium, Comagenes Regionis caput, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hierapolitano, nunc diruta. Hunc Sanctum die præcedenti in Martyrologium Romanum retulit Baronii auctoritas : exiſtimabat enim* Euſebium *in antiquioribus Martyrologiis ea die repertum, eumdem eſſe quem hoc die colendum referunt Græcorum Menæa : aliis Euſebium Cæſareenſem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ auctorem eum eſſe opinantibus contrà ſentiente Florentinio, & tertium Euſebium producente, Cæſareenſem in Cappadocia*

A cia Episcopum S. Basilii Magni decessorem; ut dictum est fusius die præcedenti. At quidquid sit de Eusebio isto Cæsareensi & sententia Baronii, Florentinii aut aliorum; consultius judicabimus, Eusebium Samosatenum hac die proponere cum Menæis Græcorum: qualecumque enim fundamentum adferat nomen Eusebii vigesima prima Junii, ad cultum Samosateni eidem diei vendicandum; id totum evertit appositum Cæsareæ nomen, sive Palæstinæ, eam esse intelligas, sive Cappadociæ; neutro enim loco Samosatenus aut vixit, aut mortuus est, aut cultum aliquem præcipuum obtinuit: ita ut verba illa de eo accipi non possint.

quo in Arcadiamis C. P. colitur,

2 *At vero hoc die* XXII *Junii memoriam ejus celebrat Græcorum Synaxarium spectans ad Collegium Parisiense Societatis Jesu, addito etiam loco solennioris cultus, his verbis:* Τελεῖται ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ προφητείῳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ ἐν Ἀρκαδιανῶν. Celebratur autem Synaxis ejus in Prophetico S. Joannis prope Arcadianas, *scilicet Thermas ab Arcadio Imperatore, ut habet Codinus apud Cangium; vel ab Arcadia ejus filia ut apud eumdem alii extructas. Prophetæum autem templum vel oratorium* B *significat sancto Prophetæ qualis est etiam S. Joannes Baptista, dicatum. In Menæis Græcorum apud Venetos excusis, ita mors ejus annuntiatur ex Euphemeride metrica.* Εἰκάδι δευτερίῃ κεφαλὴν θλάσαν Εὐσεβίοιο Comminuit caput Eusebio bis dena secunda. *Præscribitur eadem die Officium de Sancto, quod inchoant ad vesperas* στιχηρὰ προσόμοια *id est Versus similares; ubi laudatur* Sanctus Eusebius *ut* verus Antistes, Orthodoxorum robur, Ecclesiæ oculus, Luminare immittens lumen intelligentiæ, Martyrum felicitatem possidens; veritatis propugnator; magnus impugnator falsitatis, fluvius sapientiæ egrediens de Eden, & irrigans terram fluentis spiritualibus; crater retundans divino latice submergendis Arii asseclis; columna ignis deducens novum populum, divinâ gratiâ pietatem fovens, impietatem dissipans; præmiandorum pulchritudo, Sacerdotum gloria, falsæ exscindens zizania, triticum autem cæleste congregans; tons miraculo- C rum jugiter manans, ignis exsiccans morbos.

Officio integro

& pleno ejus laudibus,

3 *Ad Matutinum ponitur canon, quem à S. Josepho hymnographo concinnatum testatur nomen additum acrostichidi huic:*

Τῆς Εὐσεβείας, τὸν φερώνυμον σέβω.

tam in Vesperis quam Canone Matutinali.

Nomen ferentem laudo pietatis virum, *ubi alluditur ad significationem nominis* Eusebius, *quod pius & religiosus Latine redditur. In prima & tertia ode Canonis istius dicitur* Sanctus amore Christi incensus à juventute appetitus carnis Spiritui subjugasse. Gratiæ unguento unctus, deduxisse populum in pascua sanctitatis; & tandem stola ex sanguine purpurea decoratus, sursum direxisse cursum suum in Sancta; atque propter impia Arii dogmata, persecutionem passus violentamque mortem, dignus habitus immortali gloria. *Talibus etiam encomiis in aliis ejusdem Canonis sacris odis laudatur Sanctus quibus nihil opus est immorari. Distychon, quod elogio præmittitur, mortis genus denotat.*

Κέραμε Εὐσέβιε μάρτυς κυρίου
Εὐθὺς δὲ καὶ στέφανε ἐν τῇ σῇ κάρᾳ.
Eusebie Martyr Christi est tegula tuo
Corona capiti Regia.

Elogium ex Menæis

Sequitur hoc Elogium: Οὗτος ὑπῆρχεν ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως· ζηλωτὴς διάπυρος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Τοσοῦτον δὲ ἦν αὐτῷ ἀνδρεία ψυχῆς, καὶ τῶν παρόντων ὑπεροψία, καὶ ὅλα σπουδῆς ἐπιεικῆ, ὅπως τὰ τῆς εὐσεβείας καὶ ὀρθοδοξίας εἰς ἐπίδοσιν ἔλθοι. Καίτοι τοῦ βασιλέως ἀντιδοξοῦντος ὡς οὐχ ἑτέρωσις, καὶ τύπῳ τοῦ Κωνσταντίου τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα τεμεῖν ἀπειλήσαντος εἰ μὴ τὸ ὑπὸ τοῦ μεγάλου Μελετίου ψήφισμα κατέχων αὐτὸς προτείνοιτο καὶ προδοῖ, ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας ἐπανατεῖναι, ὡς ἡδέως αὐτῶν δεξαμενος ἐκτομὴν, ἢ τὸ ζητούμενον προδοῦναι αὐτῷ τὴν εὐσέβειαν. Τοῦτον τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν μετὰ Κωνσταντίου καὶ Ἰουλιανὸν, Οὐάλης τὴν ἀρειανικὴν κακοπιστίαν νοσῶν τοῦ θρόνου ἐξήλασε, καὶ διάγειν ὑπερόριον παρὰ τὸν Ἴστρον ποταμὸν καταδικάζει. Οὗ μετὰ τὴν τελευτὴν πρὸς τὴν Λαχοῦσαν πόλιν ὁ Ἅγιος ἐπανιὼν μυρίους τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς νίκας μαρτυρικῆς ἔτυχε τελευτῆς. Γυναικὸς κακοδόξου, καὶ τὰ ἀρειομανῆ φρονούσης, κέραμον ἀπὸ τοῦ στέγους τινὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἁγίου βαλούσης ἦν καὶ συγγνώμης ἠξίωσε τὸν ἴδιον δεσπότην, καὶ τὸν πρωτομάρτυρα μιμησάμενος Στέφανον. *Quæ sic Latine reddo.* D E

Floruit sub Constantio Imperatore, zelator ardens orthodoxæ fidei. Tanta autem erat ejus magnitudo animi & præstentium rerum despicientia, tantaque pro religione solicitudo, ut pietas & orthodoxa fides magnum incrementum caperent. Cumque Imperator hæreti- *ejus pro fide certamina*

& mortem explicans;

cus non extraneus quispiam, sed qui tunc imperabat Constantius, jussisset dextram ejus amputari, nisi decretum quod pro Magno Meletio scriptum fuerat, quodque ipse penes se servabat, porrigens proderet redderetque; utramque manum extendit alacriter, libentius exhibens abscindendam, quam proderet ipsi, quod quærebat pietatis testimonium. Hunc sanctum Patrem nostrum, post Constantium & Julianum, Valens Arianam perfidiam ceu seditionem quamdam promovens, throno potitus in exilium abegit: cujus tempore ad

sed male eam Lachusæ adscribens

Istrum fluvium, vitam traduxit. Mortuo Imperatore reversus Sanctus in civitatem Lachusam, post multa certamina & per certamina victorias, Martyrii præmium consecutus est; muliere hæretica sectæ Arianæ in caput Sancti tegulam de tecto projiciente, cui tamen Sanctus veniam delicti donavit, in eo Dominum suum & Protomartyrem Stephanum imitatus. *Eodem fere modo laudes Sancti complectitur Menologium Cryptæ Ferratæ, conscriptum jussu Imperatoris Basilii Porphyrogennetæ, absque errore illo qui in Menæa irrepsit; scribentia* Lachusam *pro Dolicha.* civitatem; *qualis nulla est quod sciam. Theodoretus, ut infra videbimus* Dolicham *vocavit ubi Sanctus occisus est, quæ urbs Syriæ episcopalis est in Comagene regione ad Marsyam fluvium.*

4 *Hæc sunt quæ ex Menæis de cultu & virtutibus tam præclari Martyris colligere potui. Miror autem nullam apud sacros Historicos præterquam Theodoretum ejus extare memoriam, qui tamen abunde sufficiet in narrandis gestis ejus. Alia quæ ex S. Basilii Actis repetenda essent, quomodo scilicet pro Basilii electione laboraverit unà cum utroque Nazianzeno Gregorio; quomodo legationum in Occidentem mittendarum curam cum Basilio susceperit eique exul commendatam voluerit ecclesiam suam ab eoque consolatorias acceperit; quoniam Basilium proprie spectant, satis esse existimavi si ibi suo loco legerentur. Ea quæ proprie Eusebium spectant, omnia ad tria capita rediguntur sub*

Acta ex Theodoreto

A *ſub totidem diverſis Imperatoribus : ſub Conſtantio egregium pro Eccleſia certamen, ſub Valente glorioſum exilium, ſub Theodoſio præclarum Martyrium.*

ACTA

Ex Theodoreto.

CAPUT I.

Conſtantia Euſebii in ſervando decreto apud ſe depoſito.

1 QUo tempore Conſtantius Antiochiæ morabatur, reparatis induciis finitoque Perſico bello, Epiſcopos iterum ille congregavit, & cunctos tam conſubſtantialis quam diverſus ſubſtantiæ vocabula rejicere coëgit. Erat tunc Antiochena Sedes Paſtore deſtituta; cum Eudoxius, qui poſt Leontium Antiochenam Sedem occupaverat, inde expulſus fuiſſet, ac poſt multas Synodos Conſtantinopolitanam eccleſiam illegitime obtineret. Epiſcopi igitur, qui tum eo convenerant (erant autem plurimi ex diverſis Provinciis congregati) prius quidem Paſtorem gregi præficiendum eſſe dixerunt, deinde una cum illo de doctrina fidei conſultandum. Per idem tempus divinus Meletius, cujuſdam urbis in Armenia Epiſcopus, cum Gregis ſui contumaciam ferre non poſſet, alio migraverat, ibique in otio degebat. Hunc Ariani conſentire ſibi & dogmatum ſuorum participem eſſe arbitrati, petierunt à Conſtantio ut Antiochenſis eccleſiæ adminiſtrationem ei committeret; cunctas enim leges audacter violabant, dum impietatem ſuam confirmare niterentur: & legum transgreſſio, fundamentum illis erat blaſphemiæ : hujuſmodi certe multa multis in locis innovarunt. Apoſtolicorum vero dogmatum defenſores, quibus Magni Meletii & ſanitas doctrinæ, & vitæ ſanctitas, & virtutum copia probe cognita erat conſenſum præbuerunt; ſummoque ſtudio curarunt, ut Decretum ea de re perſcriberetur, & cunctorum ſubſcriptionibus firmaretur: atque id Decretum, tum hi, tum illi tamquam commune factum Euſebio Samoſatenſi Epiſcopo ſervandum tradiderunt, generoſo veritatis propugnatori.

Eudoxio Antiochia C. Polim tranſlato, B

Ariani Meletium ſubſtituendum curant,

decretumque tradunt Samoſateno. C

2 Cumque Magnus Meletius acceptis Imperialibus litteris adveniſſet, univerſi Epiſcopi obviam ei proceſſerunt : ſed & reliqui Eccleſiæ Ordines & univerſa populi multitudo obviam occurrerunt : aderant etiam Judæi ac Gentiles, celeberrimum illum Meletium videre cupientes. Imperator vero, & illum & alios qui dicendi facultate præſtabant, hortatus eſt, ut verba illa, Dominus creavit me initium viarum ſuarum ad opera ſua, populo exponerent. Et ſingulorum dicta à notariis excipi juſſit; ita futurum credens ut accuratior expoſitio à ſingulis afferretur. Ac primus quidem Georgius Laodicenus Epiſcopus, hæreticum virus evomuit. Poſt hunc Acacius Epiſcopus Cæſareenſis mediam quamdam protulit expoſitionem, quæ ab illorum quidem blaſphemia diſtabat plurimum, puram tamen ac ſinceram Apoſtolicæ doctrinæ notam haud quaquam retinebat. Tertius demum ſurrexit Magnus Meletius; & quænam eſſet recta Theologiæ regula demonſtravit. Ad veritatem enim tamquam ad amuſſim cuncta dirigens, ne quid plus, neve minus juſto diceret cavit. Cumque ingens plauſus & acclamatio multitudinis ſecuta eſſet, cunctique illum orarent ut compendiariam ipſis doctrinam traderet, oſtenſis tribus digitis, ac deinde duobus compreſſis, unoque ut erat relicto, memorabilem illam protulit ſententiam : Tria ſunt quæ intelliguntur, ſed tamquam unum alloquimur.

Epiſcopis in fidei expoſitione varianti-bus,

D AUCTORE F. B. *Meletius orthodoxam profert*

cum magno populi applauſu

3 Verum ii quorum animos Ariana labes infecerat, adverſus hanc doctrinam linguas ſuas exacuerunt & calumniam texuerunt divino Meletio, quaſi is Sabellii dogma ſequeretur. Et Euripo illo, qui huc atque illuc temere ferebatur, in ſententiam ſuam pertracto, effecerunt ut ille in patriam ſuam relegaretur : ſtatimque Euzoïum in ejus locum ſubſtituerunt, qui opinionibus Arii patrocinabatur : hunc enim adhuc Diaconatus officio fungentem Magnus Alexander una cum Ario damnaverat. Mox igitur ſanior pars populi ab iis qui Ariana labe contacti erant, ſeſe abrumpens, in Apoſtolica eccleſia quæ in veteri ut vocant urbe ſita eſt congregari cœpit. Etenim poſt inſidias eximio illi Euſtathio ſtructas, triginta deinceps annos impietatem Arianorum pertulerunt, res in meliorem ſtatum mutatum iri ſperantes. Sed cum impietatem magis magiſque apud ſe creſcere viderent, & eos quidem qui Apoſtolicam doctrinam ſervabant, tum aperte oppugnari tum occultis inſidiis peti; ac divinum quidem Meletium exturbari, Euzoïum vero patronum ſectæ Arianorum in ejus locum ſubſtitui, recordati tunc ſunt eorum quæ dicta ſunt olim Beato Loth, Servans ſerva animam tuam. Memoria quoque repetierunt Euangelicas leges, quæ diſerte præcipiunt; Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue illum & projice abs te. Eamdemque legem de manu ac pede Dominus tulit, hæc addens : Melius enim eſt tibi ut pereat unum ex membris tuis, quam ut totum corpus mittatur in gehennam. Et Antiochenſis quidem Eccleſiæ diviſio contigit in hunc modum.

& fremitu Arianorum;

E *qui ipſo expulſo Euzoïum ſubſtituunt:*

unde natum Antiochiæ ſchiſma.

4 Porro admirandus Euſebius, cui, ut ſupra retuli commendatum fuerat commune Decretum, cum pacta conventa violari cerneret, in urbem ſibi commiſſam reverſus eſt. Ariani vero metuentes ne propriis ſubſcriptionibus convincerentur, ſuaſerunt Conſtantio ut mitteret quemdam, qui Decretum illud repeteret ab Euſebio : quibus obſecutus Imperator, unum ex iis miſit, qui permutatis equis publicis itinera conficere, & quam celerrime reſponſa perferre ſolent. Is cum ad Euſebium veniſſet & Imperatoris ei mandata expoſuiſſet, tunc admirandus Euſebius; Non poſſum, inquit, commune Depoſitum reſtituere, niſi congregatis prius univerſis Epiſcopis, qui mihi illud commendarunt. Et nuntius quidem hæc ad Imperatorem retulit. Hic vero iratus, ſuccenſus, denuo ſcripſit, Decretum reddi jubens : adjicitque mandaſſe ſe, ut dextra illi manus abſcinderetur, niſi Decretum reddidiſſet. Verum hæc terroris tantum incutiendi causâ ſcripſerat : perlatori enim epiſto-

F *Euſebius Samoſatam regreſſus*

& Decretum pro Meletio factum reddere juſſus,

niſi velit dexteram amittere,

A epistolæ mandavit, ne id quod ipse minatus
AUCTORE fuerat exequeretur. At Divinus ille vir perle-
F. B. ctis Imperatoris litteris, cum supplicium quod ipsi intentabatur didicisset; una cum dextra sinistram quoque manum protendit, ambas abscindi jubens: nam Decretum, inquit, non reddam, quo Arianorum improbitas apertissime convincitur. Hanc ejus fortitudinem cum Constantius cognovisset, & tunc laudavit plurimum, & postea mirari non desiit. Nam & inimici excellentem adversariorum virtutem admirantur, rerum gestarum magnitudine compulsi. Per idem tempus Constantius cum accepisset Julianum, quem in Europa Cæsarem constituerat, res novas moliri, & contra auctorem suum copias cogere; is Syriâ digressus in Cilicia extremum diem obiit. Neque enim eum adjutorem habuit, quem pater ipsi reliquerat; quippe qui paternæ pietatis hereditatem integram atque illibatam non servasset. Quam ob causam moriens acerbe lamentatus est, quod fidem immutavisset. *Hæc acta sunt*
B *anno* CCCLXI *ante mensem Novembrem, nam tertiâ Novembris Constantius obiit.*

manum utramque offert.

Moritur Constantius.

CAPUT II.

Relegatur Eusebius in exilium.

Valens Arianismum tueri juratus,

5 EUdoxius, qui eo tempore ecclesiæ Constantinopolitanæ adhuc clavum tenebat, non regens navem, sed potius submergens; cum Valentem Baptismi Sacramento initiaret, jurejurando miserum ad hoc obstrinxit, ut in impietate dogmatis perseveraret & contraria sentientes omnibus locis expelleret. Ita Valens, relictâ Apostolicâ doctrinâ, adversariorum partibus se adjunxit. Dehinc interjecto brevi tempore reliqua quæ sub jurisjurandi fide promiserat, adimplevit. Nam ex urbe quidem Antiochena Magnum Meletium; Samosatis vero divinum Eusebium dejecit: Laodicensem autem ecclesiam egregio Pastore orbavit Pelagio.... & hunc quidem in Arabiam relegavit; Magnum autem Meletium in Armeniam, Eusebium vero in Thraciam deportari jussit, virum apostolicis sudoribus exercitatum. Hic
C namque cum multas ecclesias Pastoribus viduatas esse comperisset, militarem habitum sumens, & tiara capiti imposita, Syriam, Phœnicen ac Palæstinam peragravit; Presbyteros ordinans ac Diaconos, aliosque Ecclesiæ Ordines supplens: ac si quando Episcopos eamdem cum ipso doctrinam fidei profitentes reperisset, eos Antistites Ecclesiis indigentibus præficiebat.

Eusebium jubet deportari in Thraciam.

Hic silere jusso nuntio ejus vitæ consulit

6 Quantam porro magnitudinem animi ac prudentiam ostenderit, tunc cum Imperatoris litteras accepit, quibus proficisci in Thraciam jubebatur, necessarium esse existimo ut discant ii qui ignorant. Venerat forte sub vesperam Minister Imperialis præcepti: Eusebius vero eum monuit, ut sileret, causamque adventus sui celaret: Nam si plebs, inquit, Divino zelo prædita, istud resciverit; te quidem submerget, à me vero mortis tuæ exigetur pœna. Hæc cum dixisset, & vespertinum Officium ex more celebrasset, sub ipsa somni primordia, uno famulo confisus, solus egressus est, senex pedibus incedens. Sequebatur eum famulus, D
cervical dumtaxat & codicem ferens. Cumq; ad ripam fluminis perveniisset (Euphrates enim ipsa urbis alluit mœnia) navigium conscendit, & remigibus præcepit ut Zeugma versus contenderent. Orta luce ipse quidem Zeugma ingressus est; Samosatensium autem civitas lamentis ac luctu interim plena erat. Nam cum famulus ille necessariis Eusebii ea quæ jussa fuerant indicasset, & quos ille secum proficisci, quosnam codices sibi afferri vellet; omnes Pastoris sui absentiam lamentari cœperunt, & fluminis alveus completus est navigantium turbâ. Cumque Zeugma perveniissent, & desideratum Pastorem cernerent; ejulantes mœrentesque, & in lacrymas effusi persuadere ei conabantur ut remaneret, nec Gregem suum lupis exponeret: sed cum flecti non posset, legemque Apostolicam iis recitaret, quæ diserte præcipit obediendum esse Magistratibus ac Potestatibus; alii aurum & argentum, alii vestem, alii famulos obtulerunt, ut in exteram ac procul
E dissitam regionem abeunti. At ille, paucis quibusdam rebus ab iis qui magis ipsi familiares erant acceptis: cum universos prædicationibus suis atque orationibus communisset, hortatusque esset, ut pro Apostolica doctrina fortiter pugnarent, ad Istrum perrexit; illi vero ad urbem suam reversi, & se mutuis exhortationibus incitantes, luporum incursus expectabant.

sub noctem in Zeugma trajicit;

ubi venientibus ad se civibus valedicit.

7 Ego vero illorum quoque fidei ardorem ac sinceritatem hoc loco commemorabo: injuriam me facturum existimans nisi eorum virtutes ad perpetuam posterorum memo- *Substitutus*
riam scriptione mea consecrarem: nam cum *ei Eunomius.*
Ariani, post ademptum Gregis eximium Pastorem, ejus loco alium substituissent, nemo ex incolis civitatis, non pauper, non dives; non servus, non opifex; non agricola, non hortulanus; non vir, non femina; non adolescens, non senex, conventus *vir mitis,*
Ecclesiasticos ex more frequentavit. Solus ipse degebat, cum nemo eum videre, nemo alloqui vellet. Ajunt tamen illum non mediocri mansuetudine præditum fuisse: cujus rei certissimum argumentum est, id quod dicam. Cum lavare aliquando vellet, servi balnearii fores occluserunt, eos qui ingredi vellent adi- F
tu prohibentes; ipse vero plebem pro foribus stantem conspicatus, eas jussit aperiri, & *civium*
cunctos promiscue secum lavare. Idem etiam *odia non*
intus in tholis balneorum præstitit: nam cum *ferens discedit:*
lavanti sibi quosdam astantes vidisset, eos ut aquis calidis secum una uterentur, rogavit. Cumque illi taciti consisterent, ille honoris ipsius causâ stare eos suspicatus, surgens è balneo ocius abscessit. Tum vero illi aquam, hæreseos piaculo contaminatam esse rati, eam in subterraneos pecus immiserunt; aliam vero sibi affundi jusserunt. Hoc ille comperto è civitate discessit, stultum esse ducens, planeque inconsultum in ea urbe degere, quæ ipsum aversaretur, & publico prosequeretur odio. Digresso Samosatis Eunomio, sic enim *successor*
iste vocabatur, Ariani ejus loco Lucium con- *ejus Lucius nihilo*
stituerunt; lupum plane & Gregis insidiato- *minus exo-*
rem. Sed Grex, licet Pastore orbatus, Pa- *sum se ex-*
storis tamen officium complevit; Apostoli- *periens.*
cam enim doctrinam integram atque inviolatam perpetuo servavit. Qualiter verò cives universi

A versi istum quoque aversati sint, altera hæc docebit narratio. Quodam die adolescentes pilam inter se jactabant in foro, eo se ludo oblectantes. Forte contigit ut prætereunte illac Lucio illapsa pila inter pedes asini illius pertransiret. Tum verò exclamarunt adolescentes, pilam contaminatam esse arbitrati: quod cum ille intellexisset, uni ex famulis qui sequebantur, præcepit ut subsisteret, & quid acturi essent observaret. At pueri accenso rogo, pilaque per flammam trajecta, eam ita expiari crediderunt. Equidem non ignoro, puerile id facinus fuisse, & vetustæ consuetudinis quasdam reliquias: sed tamen ex eo abunde conjici potest, quam gravi odio civitas illa prosecuta sit sectam Arianorum.

plures Orthodoxos expellit frustra

8 Ceterum Lucius mansuetudinem Eunomii haudquaquam imitatus est: sed persuasit Præsidibus, ut complures alios Sacerdotalis Ordinis viros in exilium mitterent; eos vero qui divina dogmata acrius quam ceteri defendebant, in ultimas oras Imperii Romani relegavit: Evolcium quidem Diaconum, in Oasim desertum oppidulum. Antiochum vero & Magni Eusebii propinquitate (erat enim fratris ejus filius) & multis facinoribus clarum atque insuper Sacerdotii honore decoratum, in quemdam Armeniæ angulum. Qualiter vero iste pro divino dogmate decertarit, sequentia demonstrabunt. Nam cum divinus Eusebius post multa certamina totidemque numero victorias, Martyrio vitam consummasset, convenit ex more synodus Provinciæ: accessit etiam Iovianus, qui tunc erat Episcopus Pergæ, qui exiguo admodum tempore communionem Arianorum admiserat. Cum igitur universi Antiochum successorem patrui elegissent, & ad altare eum adducerent, & genua flectere cogerent, conversus ille, postquam Jovianum vidit manum capiti suo imponentem, dextram ejus repulit, eumque ex numero Consecrantium removeri jussit; negans se dextram illam ferre posse, quæ Sacramenta per blasphemiam confecta susceperet. Verum hæc quidem non diu postea contigerunt; tunc vero in ulteriorem Armeniam abductus est. Divinus autem Eusebius ad Istrum degebat, Gothis Thraciam populantibus, urbesque oppugnantibus, quemadmodum ex scriptis ejus cognosci potest.

interque eos Antiochum propinquum Eusebii

B

exulantis in Thracia ab anno 373,

C

9 *Videbitur fortassis quibusdam hæc ita narrare Theodoretus quasi statim à suscepto sacrilege Baptismate, Valens Eusebium in exilium ejecerit: verumtamen ita intelligi non debet; sed quod ab initio perjurium impie emissum per facinora magis impia implere satagens, orthodoxos persequi cœperit modo hunc modo illum in exilium proscribendo, & ita continuata persecutione Eusebium quoque eâdem pœnâ mulctaverit circa annum* CCCLXXIII *quando ipsi in Thracia degenti hoc exilium, tamquam præclaram virtutibus suis & pro Christo afflictionibus coronidem gratulatur Magnus Basilius, in hæc verba ad ipsum scribens:* Factus es superior persequentibus te, tum cum de patrio solo non illibenter, sed magno plane animo secederes exul. Natale solum alii quilibet suum incolant, nos supernam civitatem illam obtinemus. Episcopale fortassis solium nostrum occuparunt alii, nos Christo ipsum exhibemus. O quæ & qualis negotiatio! quanta reportabimus pro qualibus despectis! Per ignem & aquam transivimus: speramus quod exibimus & in refrigerium, neque enim derelinquet nos in finem Deus, nec veritatem persecutione prostratam intuebitur & patietur; sed secundum multitudinem dolorum nostrorum consolationes ipsius lætificabunt animam nostram.

interimque S. Basilii litteris confortati.

D AUCTOR. F. B.

CAPUT III.

Reditus Eusebii & Martyrium.

ANno CCCLXXVII *Valens, Antiochiâ exire compulsus, Gothis Thraciam devastantibus; quemadmodum invalescente hoc bello, aliis curis distractus destiterat ab illis in exilium mittendis, qui fidem Consubstantialis complexabantur; ita nunc multo magis, agnoscens forte vindicem Dei manum, sed serâ pœnitentiâ ductus, Orthodoxos ab exiliis revocat: redire ergo cœpit inter eos Eusebius, sed ante Gratiani imperium Samosatam non pervenit. Interim* qualiter Dominus Deus, homines furore atque insania contra ipsum elatos, diutissime sustineat, & qualiter puniat eos qui ipsius abutuntur patientiâ, Valentis exitus perspicue demonstrat; misericordiâ enim ac justitiâ, velut quibusdam libris ac trutinis, utens Clementissimus Dominus, ubi aliquem viderit magnitudine scelerum clementiæ modum excedere, impetum ad ulteriora tendentem justa animadversione comprimit.

Valens sero pœnitens revocat exules anno 376

E

& male perit.

10 Gratianus verò Valentiniani filius cujus Valens patruus fuerat, Imperii Romani summam obtinuit. Jam enim antea Europæ sceptra post obitum patris sui susceperat. Sed & ab illo adhuc superstite in consortium imperii fuerat adscitus: Valente vero absque liberis extincto, Asiam quoque & residuam Africæ partem imperio suo adjunxit. Statim ergo pietatem, quam in animo insitam habebat, manifestiorem reddidit; & imperii sui primitias summo omnium Imperatori consecravit. Lege enim lata præcepit ut Pastores qui in exilium missi fuerant redirent, suisque Gregibus restituerentur, utque ædes sacræ iis traderentur qui cum Damaso communicarent. Hic autem Damasus Episcopus erat urbis Romæ, qui post Liberium Ecclesiæ illius curam susceperat; vir sanctitate vitæ conspicuus & qui pro Apostolica doctrina nihil non dicere paratus esset. Porro simul cum lege Saporem quoque Magistrum militum misit, qui tunc celeberrimus habebatur: & Arianæ quidem blasphemiæ prædicatores, tamquam feras quasdam, à sacris ædibus excludi jussit; optimis autem Pastoribus ac divino Gregi eosdem restitui. Atque id quidem in singulis Provinciis sine controversia executioni mandatum est.

Succedit Gratianus,

quo Episcopos restituit

& Ecclesias catholicis reddi jubente,

F

11 Tunc Magnus Eusebius, ab exilio reversus, Berœæ quidem Acacium, cujus celebris fama est, Episcopum ordinavit; Hierapoli vero Theodotum, cujus religiosa conversatio omnium sermonibus etiamnum prædicatur. Eusebium præterea Chalcidi & Isidorum Cyro nostræ Antistites dedit; utrumque admiratione dignum, & divino zelo insignem, sed & Eulogium, qui pro Apostolica doctrina fortissime certaverat, & in oppidum Antinoum una cum Protogine fuerat re-

Eusebius redit,

varioſque Episcopos ordinat

A relegatus, Epiſcopum Edeſſæ ab illo ordinatum ferunt Barces enim ille admirandus jam è vivis exceſſerat. Porro Eulogius Protogenem, qui certaminum ipſius particeps fuerat, Carrhis Epiſcopum conſtituit, urbi male habenti ſalutarem medicum tribuens. Poſtremus omnium Maris à divino Euſebio Dolichæ Epiſcopus creatus eſt. Urbs eſt exigua, quæ tunc temporis Ariana labe erat infecta: hunc igitur laudabilem virum & multis virtutum inſignibus refulgentem, cum illic in Sacerdotali ſolio collocare vellet Magnus Euſebius, Dolicham ingreſſus eſt. Ingredienti mulier quædam, Arianâ labe maculata, tegulam è ſuperiore ædium parte immiſit; quæ caput ei contrivit, nec multo poſt ad meliorem vitam illum tranſmiſit. Sed hic moriens eos qui aderant jurejurando obſtrinxit, ne à muliere pœnas hujus facti ullas exigerent: imitari enim ſtudebat Dominum ſuum, qui pro illis à quibus crucifixus fuerat, dixit: D Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt; & conſervum ſuum Stephanum, qui poſt lapidum denſiſſimum imbrem, clamabat; Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Hunc exitum vitæ, poſt varia tandem certamina, ſortitus eſt Magnus Euſebius: & qui Barbaros in Thracia degentes effugerat, impiorum hæreticorum manus vitare non potuit; ſed eorum operâ Martyrii coronam adeptus eſt. Et hæc quidem geſta ſunt poſt reditum Epiſcoporum. *His porro nihil addendum ſupereſt, deficiente Antiquiorum auctoritate. Hoc tamen dicere per conjecturam liceat, occaſione quadam hactenus nobis ignota corpus ejus tranſlatum Conſtantinopolim ad eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ ibidem ſignis claruiſſe; quandoquidem in hymno divini Officii dicatur* Fons miraculorum jugiter manans & ignis exſiccans morbos.

quod Dolichæ facturus,

jactâ in caput tegulâ læditur

& moriens pro auctore necis ſuæ orat.

Corpus Transfertur Conſtantinopolim.

DE SANCTO BLASIO

B

EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.

E

G. H. Notitia cultus ex Valerio Epiſcopo & aliis.

Elogium, AUGUSTINUS Valerius, *virtute & doctrina præſtans, ordinatus Epiſcopus Veronenſis anno* MDLXV; *ac deinde creatus S. R. E. Cardinalis, & vitâ functus anno* MDCVI, *reliquit inſignem librum de Sedis ſuæ Veronenſis Sanctis Epiſcopis: ubi inter alios* de S. Blaſio illorum uno *hoc edidit elogium.* Blaſius Epiſcopus Veronæ, Epiſcopalibus virtutibus præſtitit, & in ſublevanda egenorum inopia mirifice excelluit: quippe qui nulli, quantum in ſe eſſet, ejus opem imploranti unquam defuerit. In eo cum ſumma integritate, eximia doctrina & ſancta quædam lenitas fuit. Obiit egregius Epiſcopus decimo Kalendas Julii: ejus corpus conditum eſt in eodem ſepulcro, in quo conditus fuerat S. Alexander Veronæ Epiſcopus, ſub altari de C amborum nominibus conſecrato, in crypta baſilicæ S. Stephani. *Hæc Valerius. De S. Alexandro egimus quarta hujus menſis Junii, ad quam diem plura de utroque retulimus ex dicto Valerio, & quidem* ex tabula vetuſta ſacrarii *diximus*, in Confeſſione ipſius Eccleſiæ, in altari S. Blaſii, corpus S. Blaſii Epiſcopi Veronenſis *aſſervari; & ibidem*, tam in menſa quam ſtypite altaris *contineri iſta verba*: Hic ſanctorum Epiſcoporum Veronenſium Blaſii & Alexandri corpora veneratur antiquitas. *Præterea in* palla altaris eſt imago depicta cum his litteris. S. Blaſius Epiſ. Veron. *Denique inter Reliquias Eccleſiæ S. Stephani cenſetur* corpus S. Blaſii Epiſc. Veron.

altare, & corpus;

2 *Onuphrius* Panvinius, *lib.* 4 *Antiquitatum Veronenſium cap.* 7, *collocat ordine Alphabetico cum S. Alexandro etiam* S. Blaſium *inter Epiſcopos Veronenſes ex Kalendario, incerti temporis & Ordinis; ſolum addens*, obiiſſe XXII Junii, & ſepultum ad S. Stephanum. *Eumdem commemorat Philippus Ferrarius, tum in Nova topographia ad Martyrologium Romanum, tum in Catalogo generali, & in alio Sanctorum Italiæ; ubi addit elogium, ſed ex Valerio deſumptum: quod etiam habet Ughellus in Epiſcopis Veronenſibus, ubi poſt S. Alexandrum conſtituit* XXII *Epiſcopum, adeoque ſecundum ejus calculum videri poſſet floruiſſe ſub finem ſeculi quarti.*

memoria apud alios.

3 *Brautius, Epiſcopus Sarſanenſis, hoc eum* F *verſu honorat:*

Exemplum vitæ, ſtudium, caſtoſque Verona
Pontificis mores, quos imitetur, habet.

Die præcedenti XXI *Junii Galeſinius in ſuo Martyrologio celebrat memoriam* S. Blaſii, Epiſcopi & Confeſſoris Veronæ: *& allegat in Notationibus* Tabulas Sanctorum Eccleſiæ Veronenſis, & conſtitutionem Synodalem. *Verum facile potuit error unius diei obrepere homini etiam accuratiori quam fuerit Galeſinius.*

DE

A D

DE SANCTO EXUPERANTIO

EPISCOPO COMENSI IN ITALIA ALPESTRI.

G. H.

Ex memoriis, à Comenſium Chronographo Tatto ſubminiſtratis.

CIRCA DXII.

Elogium ex Martyrol. Comenſi.

PRimus *Aloyſius Tattus, jam ſæpius circa Sanctos Comenſes a nobis laudatus, hunc quartum Epiſcopum Sanctum hoc menſe Junio indicat, & citato Breviario Eccleſiæ Novocomenſis tale elogium ad hunc* XXII *Junii profert:* Decimo Kalendas Julii Novocomi, in eccleſia S. Abundii, natalis S. Exuperantii, Comenſis Epiſcopi & Confeſſoris: qui genus ducens ex Græcia, & Novocomum adveniens, ob eximiam vitæ ſanctimoniam, S. Conſuli vitâ functo ſucceſſit. Eccleſiæ ſuæ regimen in ſumma temporum iniquitate & barbarorum excurſu nactus, eamdem ſtrenuus athleta, fidei & Catholicæ religionis columna, contra Arianæ impietatis aſſertores propugnavit. Hanc cum aliquot annos admirabili prudentia & eruditione rexiſſet, ad laborum ſuorum mercedem evocatus in cælum evolavit. *Hæc ibi Tattus: quibus ſimilia habet idem lib. 7 Annalium Comenſium. Ferdinandus Ughellus etiam, tomo 7 Italiæ ſacræ, in Epiſcopis Comenſibus num. 6; Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ & in Catalogo generali, aliique plures, à Tatto in Notis ad Martyrologium ſuum indicati, atque alibi à nobis relati. Unum ille diſputat de die obitus: & rejectis aliorum ſententiis, illam ſibi præ ceteris arridere ait,* eamque certiorem ac veritati conſentaneam exiſtimat, quæ eum deceſſiſſe affirmat anno DXII: *à quo tempore requievit in eccleſia S. Abundii uſque ad annum* MDLXXXVII, *quando corpus ejus inventum eſt. Deinde anno* MDXC *fuerunt tranſlata ſolenni pompa ſex Sanctorum Epiſcoporum corpora, de quibus nonnulla deduximus ad diem tertium Junii, quo S. Adelbertus Epiſcopus Comenſis colitur: cujus ſacrum corpus, ſicuti & S. Exuperantii fuit tranſlatum. Id huc ſpectare videtur, quod Felicianus tunc Epiſcopus, de hac ſolennitate agens, hiſce verbis utatur:* Illud præterire minime poſſumus, quod divinitus Quintellio, homini nobili ex Odeſcalchorum familia, præſtitum eſt. Is enim cum multos jam dies gravi febri oppreſſus decubuiſſet; ac ſingulari devotionis ſtudio erga Sanctos, quorum corpora transferenda erant, accenſus, firma fide ſperaret, priſtinam ſanitatem ſe illorum meritis ac interceſſione recepturum; dummodo proceſſioni, ad quam fuerat invitatus, & in numerum Nobilium adſcriptus, E per quos umbellas deferri oportebat, intereſſe poſſet; conjugis etiam cohortatione inflammatus; ut erat infirma atque ægra valetudine, adiit templum. Cumque animi magnitudo ac mentis fiducia corporis infirmitatem longe ſuperarent; unum ex baculis umbellæ S. Exuperantii, qui ei obtigerat, geſtare cœpit: atque ubi paulum proceſſit, tacta devote capſa ipſius Sancti, illico ſanitatem vireſque recepit. Cumque eodem tempore conſtituiſſet, ſi proles maſcula ſibi naſceretur, illius Sancti nomen cujus beneficio & ope reſtitutus fuerat, ei ſe impoſiturum memoriæ & honoris cauſa; non multos poſt menſes ei uxor filium peperit, qui è ſacro Fonte Exuperantius eſt appellatus: cujus ſucceſſus, ut modo retulimus, veram informationem per Dominum Tobiam Vicarium noſtrum generalem ſumi curamus. *Hæc Felicianus Epiſcopus Comenſis.*

inventio corporis & tranſlatio.

Febris capſæ tactu ſublata.

Tempus obitus,

B

DE S. NICETA SEU NICEA

EPISCOPO ROMATIANÆ IN DACIA

ALIOQUE AQUILEIÆ IN ITALIA.

C

G. H.

Sylloge de cultu, actis, ætate.

SEC. V.

Sedes Epiſcopalis in Dacia.

IN *Geographia ſacra Caroli à S. Paulo Fulienſis, pag.* 210 *indicatur* Provincia Sardicenſis, in Dacia utraq; & Mœſia ſuperiore; *& poſt nominatam* Sardicam *metropolim, proxime ſubditur* Remeſſiana Hierocli. Manuſcriptum addit in Dacia. Diogenianus Remeſſianæ Epiſcopus adfuit Concilio Chalcedonenſi, *ubi Actione prima, in editione Labbeana columna* 118, *inter ceterorum Epiſcoporum nomina habetur,* Διογενιανὸς Ρεμεσιανῆς τῆς Δακίας. *Ab eodem Carolo in notitia antiqua, ad calcem dictæ Geographiæ, in Provincia Daciæ Mediterraneæ, inter alias Epiſcopales urbes nominatur pag.* 25 Ρεμεσιανά. *Sita hæc fuit inter dictam Sardicam & Naiſſum, quæ in Tabula Peutingeriana* Romeſiana *dicitur. In Martyrologiis vero* Romatiana, Rometiana *&* Romaciana *appellatur. Hæc videntur ſumi poſſe de Palæſtra Sancto adſcripta: nunc de nomine ipſius inquirimus. Habuimus hic Antverpiæ bibliothecam Reginæ Succiæ, in qua inſignis codex Martyrologii Adonis, ſeculo Chriſti duodecimo exaratus, ad hunc* XXII *Junii offerebat hæc:* Ipſo die depoſitio Beati Nicetæ, Romatianæ civitatis Epiſcopi. *Aſt loco* Nicetæ, *in excuſo Adone & apud Uſuardum & Bedam ſuppoſititium exprimitur nomen* Niceæ; *omiſſa ſcilicet unica littera per oſcitantiam forſan amanuenſium: hoc tamen ſecuti ſunt paſſim recentiores. Verum arbitramur præferendam lectionem Ms. Adonis, de quo actum* XV *Februarii in Præfatione noſtra ad Vitam SS. Fauſtini & Jovitæ*

Nomen S. Nicetas ſeu Niceas,

A AUCTOR. D. P

num. 14 & 15. *Petrus de Natalibus, ante trecentos & plures annos, lib. 5 cap. 140, de hoc Sancto inſeruit tale elogium.*

Elogium ex Petro de Natalibus

2 Niceas, Epiſcopus Romatianæ civitatis, ſanctitate & morum honeſtate compoſitus, ac doctrina ſublimis & facundia præclarus apparuit. Qui ſex, ad baptiſmum venientes competentibus inſtructionibus informans, libellos edidit. Quorum primus continet quid agere debeant, qui ad baptiſmi gratiam venire cupiunt. Secundus de Gentilitatis erroribus. Tertius de fide unicæ Majeſtatis. Quartus adverſus Genealogiam. Quintus de Symbolo, ſextus de Agni Paſchalis victima. Ad lapſam etiam Virginem libellum emendationis, omnibus inſignem laudibus, miſit. Quievit autem in Domino x Kalendas Iulii. Hæc Gennadius de illuſtribus, *ſcilicet Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 22. Petrum de Natalibus ſequuntur Maurolycus, Felicius, Galeſinius, Caniſius, aliique. Lucas Holſtenius in Animadverſis ad hunc Martyrologii Romani diem, indicat*, admirandum illum codicem Gennadii, ad S. Andream de Valle, Nicetam, non Niceam ſcribere, *ſicut ſupra monuimus in pervetuſto Ms. Adone Reginæ Sueciæ etiam* Nicetam *haberi; & per errorem amanuenſium littera omiſſa Niceam ſcribi. E contrario Baronius in Notis Martyrologii ad hunc* XXII *Iunii, indicat* alicubi Nicetam pro Nicæa legi: *Hieronymiani Martyrologii apographa omnia, & cetera cum ipſis ſuperius in S. Paulino allegata vetuſta Mss. poſt ipſum ſtatim ſubdunt*, Et alibi depoſitio ſanctæ memoriæ Niceti Epiſcopi, *uti Epternacenſe & Corbejenſe; Lucenſe vero* Nicei, *Blumianum & Gellonenſe* Nicæ, *Auguſtanum denique* Niceti Confeſſoris, *nullo alio verbo præmiſſo.*

Nicetas apud Gennadium

B

inſcriptus diverſimode antiquiſſimis Martyrologiis cum S. Paulino,

3 *Hæc conſtantiſſima antiquiſſimaque conjunctio utriuſque Sancti ab annis plus quam mille ita ſimul adſcripti Hieronymiano Martyrologio, omnium vetuſtiſſimo, ut Adonem, Uſuardum, & recentiores quoſdam taceam, facta eſſe videtur vel quia eodem ambo die, licet non eodem anno, obierint; vel potius quia verus* Nicetæ *Natalis ignorabatur, & tam unanimes amicos placuit commemoratione adunare. Ado, Uſuardus & alii expreſſius* Nicetam in Dacia *ſcribunt, ſentientes haud dubie id, quod & ſenſit Holſtenius*, eſſe hunc Nicetam celeberrimum illum hoſpitem S. Paulini, quem Baronius VII Ianuarii poſuit ... quem tamen nullum Martyrologium editum vel manuſcriptum eo loco agnoſcit: ideoque quæ illic notavit ille huc transferenda eſſe. *Hæc Holſtenius. Nos more noſtro, ob auctoritatem Martyrologii Romani*, de S. Niceta Dacorum Epiſcopo, *eodem* VII *Ianuarii egimus, ejuſque Acta per tria capita deducta, & potiſſimum ex S. Paulini ſcriptis excerpta illuſtravimus; eaque cum hoc voto concluſimus:* Utinam res ab eo præclare geſtæ litteris mandatæ eſſent! Illuſtre procul dubio Apoſtolici præconis exemplar in iis haberemus expreſſum. *Petrus Franciſcus Chiffletius noſter, ſæpius à nobis memoratus, duplicem* S. Nicetæ *adventum in urbem Nolanam ad S. Paulinum par. 2 cap. 11 ita aſſignat, ut prior adventus contigerit anno* CCCXCVIII, *quando Vitam S. Martini, à Severo ſcriptam, ipſe epiſtola* X *ad Severum, aſſerit* ſe revelaſſe venerabili Epiſcopo atque doctiſſimo Nicetæ, qui ex Dacia, Romanis merito admirandus advenerat. *At ſecundus ejus adventus notatur à Chiffletio ad annum* CCCCII. *Nam Paulinus in Natali* IX *ita præſentem* Nicetam *compellat.*

& ab hoc inſigniter laudatus;

C

Romano autem etiam adſcriptus 7 Januarii, velut alius.

Inviſit Paulinum an. 398

D

& 402.

Veniſti tandem, quarto mihi redditus anno. *Eum autem, quem Gennadius & Petrus de Natalibus ſupra referunt, non alium eſſe à Paulini amico cum Holſtenio arbitramur: quia illa opuſcula à doctiſſimo Pontifice, uti à Paulino appellatur, plane videntur eſſe compoſita. Uterque autem* Nicetæ *tranſitus per urbem Nolam, contigit dictorum annorum exordio, ad feſtum diem S. Felicis Nolani* XIV *Januarii. Quamdiu poſtea vixerit, necdum potuimus reperire.*

4 *Cardinalis Baronius in Notis ad hunc* XXII *Junii littera* f, fatetur ſe diu multumque, quænam fuerit iſta civitas Epiſcopalis Romatiana quærendo, laboraſſe; ac tandem (ni fallor) *inquit*, rem mihi videor aſſecutus. Cenſco illam eſſe Aquilejam; Niceamque vel Nicetam eſſe ejuſdem civitatis Epiſcopum, ad quem extat S. Leonis Papæ epiſtola 79. Succeſſit hic S. Chromatio, de quo frequenter meminit S. Hieronymus, cujus tempore Nicæas ipſe erat ejuſdem Eccleſiæ Subdiaconus, ad quem extat illius epiſtola 42 cum hac inſcriptione Hieronymi ad Nicæam Hypodiaconum Aquilejæ. *Verum hi* Nicetæ *ſeu* Niceæ, *à S. Leone & à S. Hieronymo memorati, videntur & inter ſe diſtinguendi, & à* S. Niceta Epiſcopo Daciæ, (*quod huc ſpectat*) *plane diverſi cenſendi, ea latiſſime deducit Paſchaſius Quênel, in ſuis obſervationibus ad epiſtolam S. Leonis centeſimam vigeſimam nonam; & contra Baronium negat Aquilejenſem civitatem appellatam ab Hiſtoricis* Romam, *multo minus* Romatianam. *Reperimus Romæ in Bibliotheca Vallicellana Patrum Congregationis Oratorii, in Codice ſignato litterâ* N, Kalendarium antiquum Aquilejenſe, *quod deſcripſimus: ubi nulla uſpiam mentio ſit* S. Nicetæ *ſeu* Niceæ; *& ad hunc* XXII *Junii celebratur memoria* Pauli, *credo* Paulini Epiſcopi, Arcatii & ſociorum ejus; *& dies* XXI *&* XXIII *vacant, ad quos potuiſſet referri; ſi dictis Sanctis ille* XXII *fuiſſet occupatus. Poſtea quoque nacti fuimus excuſum pro anno* MDCLXXIV Kalendarium Eccleſiæ Metropolitanæ Aquilejenſis, *in quo ad hunc* XXII *Junii præſcribitur Officium* Niceæ Patriarchæ Aquilejenſis *ſub ritu duplici, & lectiones ſecundi & tertii Nocturni ſumuntur de Communi. Nos obtinuimus Romæ in dicta Bibliotheca Vallicellana Lectionem quartam & quintam, recitandam in feſto* S. Niceæ Epiſcopi Aquilejenſis, *quam addimus, prout ibidem deſcripſimus ex Collectione Auguſtini Manni, à quo editæ ſunt ſelectæ Hiſtoriæ Rerum memorabilium. Et hoc modo abſque præjudicio Eccleſiæ Metropolitanæ Aquilejenſis omnia permittimus ulteriori examini virorum eruditorum. Sunt autem dictæ Lectiones hujuſmodi.*

Baronius hic relatum Aquilejæ Epiſcopum fecit,

E

ideoque nunc ibi colitur ſub ritu duplici

F

5 Niceas Epiſcopus Aquilejenſis, iis temporibus Eccleſiæ illius gubernacula tenuit, quibus per ejus ſummam ſanctitatem Chriſtianæ fidei fundamenta Aquilejæ divina clementia omnino dirui non permiſit. Ita enim creverant illius populi peccata, ut ira Dei, per orationes, jejunia, vigilias, & lacrymas ſancti viri Niceæ diutius retardata, amplius averti minime poſſet. Dum autem beatus Epiſcopus aſſidua prædicatione depravatos ſui gregis mores emendare ſtudet, atque à Deo

L. IV

cum 2 Lectionibus propriis de Vita,

patre

A patre miſericordiarum impetrare conatur populo ſuo ſpiritum veræ ſapientiæ & intellectus; erumpente in Italiam Attila, qui flagellum Dei dictus eſt, Hunnorum Rege cum exercitu formidabili, admonitus à Deo de everſione illius civitatis, Sanctorum Reliquias, ſacras Virgines, viduas, pupillos, & Chriſti pauperes, ad Gradenſem proximam inſulam, natura loci contra barbarorum procellas ſatis munitam, tranſtulit: gregemque ſic ſervatum à furore hoſtium, eximiæ ſtudio caritatis mirabiliter ibidem aluit. Urbem vero Aquilejam eodem anno quo Niceas ad Gradenſem inſulam profectus fuit, Attila immaniſſime devaſtavit.

Ex Ms. 6 Ad hanc porro bonus Paſtor cum ſervato grege rediens ſexennio elapſo, quamvis eſſet il-
L. V. lius civitatis & Eccleſiæ incredibili ſtrage perculſus, iis tamen qui ſupererant ſuſtentandis, & opere & ſpiritu numquam defuit, totiſque viribus curavit, per aſſiduas prædicationes & hortationes, ut populi illi tanta
B calamitate excitati, ad Deum tandem reverterentur. Quocirca plurima ſanctiſſime decrevit, quibus Chriſtianæ diſciplinæ mores corruptos magna ex parte reſtituit: qua in re quantum exarſerit Niceæ paſtoralis zelus, colligimus ex epiſtolis ſancti Leonis Papæ, qui ad ejuſdem conſultationes reſpondit. Sic glorioſus Epiſcopus, inter aſſiduas curas ſpiritualis inſtaurationis Eccleſiæ ſuæ ne latum quidem unguem ab ante actæ vitæ ſevera diſciplina, & ſui corporis caſtigatione numquam diſcedens, miraculis clariſſimus, Aquilejæ migravit ad Dominum anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimo octavo, decimo Kalendas Julii quo etiam die memoria in Martyrologio Romano celebratur.

DISSERTATIO CRITICA

An veroſimile ſit, Aquilejam in Martyrologiis dici civitatem Romatianam, & illius Epiſcopum fuiſſe S. Paulini hoſpitem?

C

D. P. 7 *CUm Romanum Martyrologium in Lectionibus allegari vides, Lector; haud dubie agnoſcis, non eſſe ipſas antiquiores Gregoriana illius reformatione, vel ſaltem ſeculo* XV, *quando curante Bellino de Padua, edita Venetiis ac porro Pariſiis Uſuardi Martyrologia, cœperunt in titulo præferre, quod eſſent ordinata* ſecundum morem Romanæ Curiæ: *in his autem ultimo loco ſolum legitur*, Item depoſitio S. Niceæ Romacianenſis Epiſcopi. *Galeſinius deinde, cum pro libris à ſe editis & edendis, in quibus dicebatur futurum* Martyrologium de Sanctorum Vitis, quorum nomine Mediolani in ejuſque diœceſi vel templa vel altaria conſecrata ſunt (*quod opuſculum numquam deinde prodiit*) *accepiſſet à Gregorio* XIII *Privilegium anno* MDLXXIV, *ne cui eos intra decennium recudendi poteſtas eſſet; præſumpſit grandius opus aggredi ſcilicet ampliſſimum ac univerſale* Martyrologium ſanctæ Romanæ eccleſiæ uſui accommodatum, *eidemque Gregorio poſt quadriennium offerre, præfixo quod dixi Privilegio tamquam eo ſpectante. Non placuit Romanis modus tale quid edendi inconſultâ Curiâ, & multo minus ipſum opus, prolixitate ſua grave futurum Clero, nec unius ſolius hominis judicio committendum: ſed viſum eſt novum Martyrologium cudendum credere pluribus eruditis viris, quos palam eſt Galeſinii labore in multis uſos. Verumtamen nec Galeſinius, nec ipſi, aliam civitatem quam* Romatianam *nominarunt, nec aliunde quam à* doctrina ſanctiſque moribus *laudem Epiſcopi petierunt: ſatis autem oſtendit Baronius in Notis, primum ſeſe eſſe qui putaverit* Aquilejenſem *pro* Romatianenſi *ſumi poſſe.* D

Cum nullum Romanum Martyrologium

Romatianæ civitati identificet Aquilejam

8 *Hoc ejus judicium ſecutos Aquilejenſes, tamquam Romanæ ſedis permiſſu in Notis illis vulgatum, nolim equidem arguere, nec obſiſtere cultui, quem ut ſuo* Epiſcopo Nicetæ *hoc die illi deferunt, quantumlibet ſolennem. Interim ejus ſanctitatem ſatis perſuadent calamitas temporum, ſub quibus vixit ille; & zelus in reſtauranda eccleſiaſtica diſciplina, cognoſcendus ex S. Leonis Papæ reſponſis datis anno* CCCCLVIII *Chriſti, poſt Aquilejæ vaſtationem* VI, *ad ejus quæſita* de feminis, quæ, occaſione captivitatis virorum ſuorum aliis nupſerunt; & de his, qui captivi cum eſſent, idolothyta fame vel metu compellente comederunt; aut metu vel errore baptizati; *aut demum* ſemel baptizati ſunt, ſed ab hæreticis. *Non repugnabo etiam quo minus* Niceam Hypodiaconum Aquilejæ ad quem S. Hieronymi Epiſtola 42 *credant eſſe* Nicetam, *qui poſt S. Chromatium factus ſit deinde Epiſcopus, & ultra annum* CCCCLVIII *vitam protraxerit: quamvis fieri poſſit ut hic diu poſt vixerit, nec poſſit cum Hieronymi* Niceâ *componi. Tantum rogo, ut ne inique ferant Aquilejenſes porro à me diſcuti, id quod jam ſenio fatiſcens Henſchenius detrectavit, & cum Quenello examinari fundamentum, quo nixus Baronius* Aquilejam & Romatianam *ſeu* Rometianam *urbem vel* Romeſſianam, *ab Hierocle & Peutingeriana veteri tabula tam diſtincte adſcriptam* Daciæ (*quod tamen Baronius ſine nota negligentiæ ignoravit, qui Ms. illud tabulamque numquam viderit*) *pro una eademque civitate habuit, totis pannoniis interjectis veroſimiliter diſcretas.* E

quærere licet quam id recte Baronius fecerit.

9 *Quodnam autem Baronii ad iſtiuſmodi novitatem ſuperſtruendam fundamentum?* Romanarum Coloniarum nobiliſſima fuit Aquileja; *&, ſicut* Auſonius *in Carmine* de nobilibus urbibus Arelatem nominat, Romam Gallicam; *ita* Leander recens Coſmographus, dum agit de Aquilejenſi civitate, eam ſecundam Romam vocatam dicit. *Eſt is Fr. Leander Albertus Bononienſis, Ordinis Prædicatorum, qui Deſcriptionem totius Italiæ Italice ſcripſit, editam Bononiæ an.* 1550 *quod opus Latine reddidit Guilielmus Kyriander, & Coloniæ imprimendum dedit an.* 1566. *Originalis textus ad manum non eſt; Latina verſio ſic habet*: Aquilejæ Cæſarem Auguſtum controverſias Herodis & filiorum audiviſſe, judiciumque dediſſe, Joſephus refert; Tiberio hic cum Iulia conjuge commorante, partum illa immaturum edidit; Imperatorem etiam Aquilejæ Veſpaſianum à Legionibus ſalutatum legimus: quas ob cauſas tantum urbs incrementi ac decoris, cum opibus tum ædificiis, adepta eſt, ut altera diceretur Roma. *Audio: & dici potuiſſe oratorie ac poëtice video; ſed cedo mihi, non dico Hiſtoricum, verum etiam Poëtam vel Rhetorem, antiquum aut novum, qui ſic locutus ſit, præter iſtum Leandrum, in re tam antiquæ* F

Ponit is ipſam dictam alteram Romam,

ſed ſine te-ſte alioneo:

A AUCTOR. D. P. *nihil ſine teſte probaturum.* Aquilejam *toties Martyrologia nominant: hoc uno loco, eam appellaſſent nomine non ſuo? ac ne* Romam *quidem, ſed* Romatianam. *Quis tam barbarus uſpiam, ut ſic loqueretur & ſcriberet?*

quemdam Chromatium dici Epiſcopum Romanum,

10 *Inſtat Baronius, &* Huic veritati maximopere ſuffragatur, *inquit,* quod S. Chromatius, prædeceſſor S. Niceæ de quo agimus, in egregio commentario quem ſcripſit de octo Beatitudinibus, in ejus titulo inſcriptus reperitur Chromatius Epiſcopus Romanus. Quamobrem hallucinatur plane Sixtus Senenſis, dum ait Chromatium dictum reperiri Romanum Epiſcopum, eo quod Romanus patria eſſet. *Hallucinatur ille omnino: nam* ubi quæſo (*utor verbis Baronii*) ejuſmodi nomenclaturam invenit *Sixtus*, ut civis Romanus, factus alicujus civitatis extra urbem Epiſcopus, diceretur Romanus Epiſcopus? *Sed non multum hallucinabitur, cui ſuſpectus ſit titulus libri, neque Hieronymo, Chromatii Aquilejenſis familiari, neque Gennadio Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogum annis poſt illum octoginta ſupplenti. Quis neſcit ejuſmodi titulos ſæpe ex librariorum arbitrio ſcriptos? & non videat, facile, ſed ignoranter,* Chromatio *iſti, vere* Romano, *allini potuiſſe titulum* Epiſcopi; *cum quo ſcilicet nomen iſtud paſſim reperiebatur in Epiſtolis, hujus & Heliodori ad Hieronymum, & Hieronymi ad illos, præfixis antiquiori Martyrologio? Quis item non videat, unius litteræ mutatione ex* Comano *fieri potuiſſe* Romanum? *Eſt autem* Comana civitas *Epiſcopalis duplex, in Armenia una, in* Ponto *altera. Eſt* (*ut intra Latini ſermonis provincias maneamus*) Comania *ad Danubium*, Comenia Ptolomæo, *pars hodiernæ Walachiæ aut Moldaviæ, Regis Hungariæ titulis adnumerari ſolita; quæ ſuum haud dubie Epiſcopum habuit aliquando proprium, à gente potius ſua quam ab urbe Epiſcopali nominatus, ſicut Nicetas* Paulini *amicus Epiſcopus Daciæ; ac fortaſſis idem ſi non perſona & tempore, certe regione & dignitate (ut de nomine taceam) cum* Comania *veteris* Daciæ *pars ſit.*

quid ſi ille ſcribi debeat, non Romanus, ſed Comanus Epiſcopus,

11 Demus tamen, *inquit Quenellius* Romanum *quoque* appellatum eſſe Epiſcopum Aquilejenſem: iſtud, ſi contigit, poſt multos annos contigiſſe arbitror: qua autem ratione contingere potuerit, videor mihi ſatis feliciter ex Paulo Diacono eruere. Nimirum Longobardorum vaſtitatem (*ſeneſcente ſeculo* VI) fugiens plebs Aquilejenſis, in proxima Gradus inſula ſedem elegit. (*Idem ſub Attila factum gratis dicitur in Lectionibus; ſed ſcitur quod ex illius temporis fuga Venetiarum civitas ſuum ſumpſit exordium*) Fugiens, *inquam* plebs Aquilejenſis Gradum, ſuum ibi deinceps Epiſcopum creavit; *Helia qui pariter fugerat & Severo, qui poſt eum fuerat ordinatus, mortuis. Horum ſucceſſores explicantur ab Ugello tom.* 5 *col.* 1165 *uſque ad col.* 1223, *& ab anno* DLXXXIX *uſque ad* MCCCCXLV, *quando Patriarchatus Venetias tranſlatus eſt. Sic creatum*, ad diſtinctionem ejus qui in veteri Aquileja creabatur, (Gradum *enim* Aquilejam novam *appellare placuerat*) Romanum forte vocitaverint, ut pro Romanis, vel à Romanis creatum. *Paulus Diaconus, in quo ſe fundat Quenellius lib.* 4 *cap.* 34 *ſic ſcribit.* His diebus, defuncto Severo Patriarcha *apud Gradum anno* DCV, ordinatus eſt loco ejus Ioannes Abbas Patriarcha in Aquileja vetere, cum conſenſu Regis Agilulfi & Giſulfi Ducis; in Grado quoque ordinatus eſt Romanus (*aliàs* Romanis) Candidianus Antiſtes .... Candidiano quoque defuncto apud Gradum ordinatus eſt Patriarcha Epiphanius, qui fuerat Primicerius Notariorum, ab Epiſcopis qui erant ſub Romanis: & ex illo tempore cœperunt eſſe duo Patriarchæ. *Eligat quod voluerit Lector, non cogetur credere* Aquilejam *olim* Romam *aut* Romatianam *fuiſſe appellatam. Quod etiam illum qualemcumque* Chromatium *Baronius faciat & vel* Romanum *hoc ſenſu, vel* Comanum Epiſcopum, *Auctorem Commentariorum in Matthæum, ut vult noſter Miræus in Auctario ſcriptorum ex quibus habeatur Diſſertatio in Caput* 4 *&* 5, *quam aliis placuit de Beatitudinibus nominare, Hieronymo & Gennadio juniorem longe, propter eorum de opere iſto ſilentium; nihil omnino id faciet ad alterutrum, de quo nobis ſermo eſt; neque juvabit* Nicetam Aquilejenſem *ad quem ſcripſit Leo, ut credatur ſub nomine* Nicetæ Romatiani Epiſcopi *jam olim habuiſſe locum in Martyrologiis.*

iſque junior Chromatio qui ſub Attila vixit?

ſed non probat ipſum eſſe Aquilejenſem Epiſc.

B

C

aut intelligi Romanus, ut Aquilejenſi oppoſitus Longobardo in Grado ſedenti?

12 *Itaque ſalvo Aquilejenſibus jure, recentius acquiſito, colendi* Nicetam *ſuum ſub Attila fugitivum, veluti Sanctum, etiam hoc die; qui alias jure præſcriptionis debetur* Nicetæ Romatianenſi; *teneamus hunc, non iſtum inſcriptum fuiſſe Martyrologiis, etiam Romano reformato; & ſolum hoc quæramus, ſitne veroſimile, hunc ipſum eſſe, qui S. Paulinum Nolanum bis viſitavit, vir à ſanctitate & doctrina laudatiſſimus. Diſtinguere eos mallet Quenellius: ego diſtinctionis neceſſitatem nullam video; imo ſuſpicor Paulinum ipſum, Epiſtola* X *ad Severum, ubi* Nicetam qui ex Dacia advenerat, *vocat* Romanis merito venerandum, *vel ſcripſiſſe* Romatiis *aut* Romatianis, *ſed in hoc corruptum à librariis, mendum ſuſpicatis; vel barbaræ vocis faſtidio uſurpaſſe nobiliorem idemque valentem, neque de ullis minus quam de Romanæ urbis civibus cogitaſſe Paulinum; quamvis & de his cogitare potuerit, ſi Româ veniebat* Nicetas, *ſicuti gratis, velut ex Paulino, aſſumit Baronius, Paulinus vero nuſquam id invenietur dixiſſe, ſi bene verba expendantur. Dixi autem præſcriptionis jure diem hunc deberi* Nicetæ Romatianenſi: *exiſtimo enim antiquos Martyrologos, ſupra num.* 2 *ſub finem ab Henſchenio relatos ideo dumtaxat hoc die conjunxiſſe Paulino* Nicetum, *melius* Nicetam *dicendum, quia proprium mortis vel cultus diem neſciebant. Hoc autem titulo excuſabiliores ſunt Romani Martyrologii reformatores Gregoriani, qui nihil cogitantes de identificando* Daciæ & Romatianæ Epiſcopo; *ad hunc* XXII *Iunii recurſuro ſub ignotiori ſibi titulo, ipſi, ſub notiori ſibi appellatione, aſſignaverunt* VII *diem Ianuarii, quamvis antiquioribus nullis Faſtis ſic antea inſcriptum; ea licentia ſcilicet, qua ſanctos multos Patres, quorum dies ignorabatur & memoria videbatur Martyrologio digna, eidem inſeruerunt, beneplacito ſibi die, nec alibi uſquam reperto.*

D

Romatianenſis fuiſſe poteſt

E

Paulini hoſpes, Daciæ Epiſcopus.

cui noviter aſſignatus eſt dies 7 Ianuarii,

F

13 *Novo ergo in Ianuario die contentus ille, haud illubenter* (*credo*) *hunc* XXII *Iunii cedet alteri Sancto ſibique cognomini Aquilejenſi, licet ab antiquis martyrologis noviſque præterito; de cujus doctrina & ſanctitate utinam æque clara & illuſtria extarent teſtimonia! Quod ſi mihi Deus conceſſerit deſtinatum Ianuarii ſupplementum abſolvere, aut etiam novam illius editionem, deficientibus exemplaribus ejus quidem futuram neceſſa-*

ſub iſto notiori paſſim titulo,

A *ſicuti Theophilus dictus & Epiſcopus Gothiæ,*

ceſſariam, ſed propter temporum calamitates non tam cito ſperandam; jubebo ad Ianuarium transferri, quidquid ex Martyrologiis colligi poterit, de antiquiori Niceta *vel* Nicea, *hoc die occurrente, tamquam veroſimillime eodem. Nam quod eum Paulinus,* Daciæ *potius, quam* Romatianæ *Epiſcopum dixerit; eo factum puto, quod gens Dacorum, Scythico ferme modo vivens, nullam certam haberet regiam; & ſic eorum Epiſcopus, licet haberet Cathedram certo loco poſitam, puta in civitate* Romatianâ, *ſæpe tamen nuſquam minus quam illic degeret, Apoſtolico intentus muneri. Ita Nicæno Concilio te-* D *licet non careret propria civitate.*

gitur interfuiſſe Theophilus Epiſcopus Gothiæ: *ſic enim nominata eſt Dacia, quamdiu in illa Gothi habitarunt, quæ iis digreſſis iterum* Dacia *dicta eſt, donec ſub Romanis fuit. Ut autem veteris* Daciæ, *Ptolomæi ætate* civitas Regia Sarmigethuſa *nuncupabatur, ſic recentioris & ad Romanos regreſſæ Daciæ Metopolis,* Paulini *tempore, forſitan dicta fuerit* Romatia *vel* Romeſia aut Romatiana *terminatione quidem barbarica, ſed idem valente, acſi Latine diceremus* Romana. *Metropolis,*

DE S. AARONE MONACHO,

IN INSULA LITTORALI BRITANNIÆ ARMORICÆ.

SYLLOGE HISTORICA.

D. P.

De cultu, ætate, & anachoreſeos loco.

SEC. VI

B *Notus ex Vita S. Machutis,*

Letenſis Epiſcopi S. Machutis *ſive* Maclovii *Vita,* XV *Novembris illuſtranda, in omnibus ubique exemplaribus ingerit nobis prætitulati Sancti notitiam; ab ejuſque nomine dictam aſſerit inſulam quam incoluit, & ubi ſepultum fuiſſe par eſt credere, & cultum etiamnum ſuum habere. Habuit certe illum ſub ritu Semiduplicis in proxima Alethenſi ſive Maclovienſi Eccleſia, vulgo* Saint Malo *dicta, licet non etiam in reliqua diœceſi uti nobis conſtat ex Breviario, juſſu Joannis du Bec Epiſcopi recognito ſub annum* MDCIII. *Poſtea tamen auctus eſt ritus: habemus enim Officia propria Sanctorum Eccleſiæ Maclovienſis, abſque anno quidem impreſſionis, ſed tali charactere, ut facile appareat præcitato Breviario recentiorem eſſe impreſſionem, ubi dicitur, quod die* XXII *Junii* fit Officium S. Aaronis, Abbatis Confeſſoris: Duplex majus. *Dicitur de loco primæ ſepulturæ corpus elevaſſe* S. Machutes, *ipſumque tranſtuliſſe in ſuam Cathedralem in ſepulcro ſeu monumento alte ſupra terram eminenti: poſtea vero caput & brachium argenteis thecis pretioſis fuerunt incluſa, inter ceteras ejuſdem* Cathedralis *Reliquias ſervanda. Ita Albertus le Grand, in opere de Sanctis Britanniæ Armoricæ ad hunc diem, ex prædictis de eodem Sancto Lectionibus, ubi hoc ſolum legitur:* Cujus in eccleſia Maclovienſi Reliquiæ Sacroſanctæ, capite & brachio inter cetera membra auro & argento munitis, honorifice requieſcunt.

& ad hujus eccleſiam tranſlatis Reliquiis,

C 2 *Putatur* S. Machutes *Epiſcopus fuiſſe inſtitutus, Aletæ ætatis ſuæ anno* XL, *Chriſti* DXLI; *quod modo non poſſumus ex hujus Vita definire. Hanc habemus ex duobus optimæ notæ Mss. Manaſteriorum Silvæ-Majoris in Burdegalenſi, & Vallis-lucentis in Senonenſi diœceſibus: & in ea dumtaxat legitur, quod Sanctus, volens cum ſociis pii propoſiti transfretare, non invenit niſi* opificium cujuſdam navis, hominibus quidem vacuæ, ſed Chriſti corporali ſpecie prælentialiter plenæ: nam Chriſtus, ſub hominis ſpecie, in ipſa navi apparebat: quo invitante & ſuadente introivit navim illam beatus Machutes ſuique commanipulares. Inter navigandum vero interrogavit ille homo, re autem vera Chriſtus Dominus qui videbatur, B. Machutem, quonam deliberaverit tranſnavigare. Reſpondit ſe hoc neſcire, niſi quo eum Dominus dignaretur dirigere. Hæc dicens ignorabat eum, cum quo loquebatur Chriſtum eſſe. Cui ait Dominus: Eſt inſula in hoc mari, quam quidam inhabitat Monachus, nomine Aaron: ad hunc te dirigam per Angelum meum, indicans illi te affectuoſe & honeſte excipere. E

floruit ſec. 6

ipſumque Sanctum inſula excepit,

3 Extemplo ut hæc audivit ..... Machutes, intellexit non modo hominem qui loquebatur, verum Angelorum & hominum plaſtem: & ſine ulla hæſitatione & dilatione cecidit ad pedes ejus, & adoravit eum. Dominus autem deſiit ſtatim apparere conſpectibus ejus. Tum proſpera navigatione directus ad inſulam, ex nomine Aaronis Monachi nuncupatam; exceptus eſt ab ipſo Aarone Monacho officiſſime humaneque habitus: manſitque cum eo .... tamdiu, donec Epiſcopatus civitatis Britanniæ, quæ vocatur Aleta, eidem divinitus extitit adapertus & deſtinatus: non enim erat eadem civitas longe ab inſula Aaronis. *Hactenus Vita illa; nec ullum amplius de* Aarone *verbum: quem eatenus Solitarium iſtic vixiſſe præcitato textui conformius eſt, quam quod (ſicut in prædictis Lectionibus dicitur)* S. Maclovius, batiſſimo Aarone mortuo & ad cælica tranſlato, cœnobium illius regendum ſuſcepit, & Monachis multis ibidem aggregatis auxit: *Auctor enim Lectionum præfatur, quod illas accepit* ex Legenda S. Maclovii; *in qua tamen iſtud non reperitur. Interim in Proprio quod dixi, datur* Aaroni *titulus* Abbatis & Confeſſoris. *Solitarius ibi vivens,* F

4 *Satis ſit dicere,* Aaronem *Maclovio ac ſociis pariter advectis præſtitiſſe officium Patris ſpiritualis;* & Maclovio *poſt paucos anachoreſeos inſularis annos ad Epiſcopatum rapto, reliquos ſub* Aaronis *diſciplina permanſiſſe, quoad hic vixit: quem potuit jam Epiſcopus* Maclovius *Abbatem ordinaſſe, ſed nolim hoc ſine teſte aſſerere, cum id minime neceſſarium fuerit; eſto quod locus Abbates fortaſſis poſtea acceperit. Non etiam dixerim temere, mortui magiſtri corpore, privatos à Sancto diſcipulos fuiſſe: ſed tranſlationem illam potius factam crediderim ſeculo* IX, *propter piraticas Normannorum incurſiones: quæ tamen non* *nec temere dicendus Abbas.*

Corpus quando in urbem allatum?

A *non ita videntur desolasse insulam, quin postea iterum cœperit à Monachis habitari, à quibus nunc quoque nomen obtineat, abolito veteri nomine* S. Aaronis.

Ejus insula an Monke, vel Arem?

5 *Non repræsentat quidem ejusmodi insulam Topographica Britanniæ Aremoricæ tabula, ubi sola nominatur* Insula Sezembre, *cum quinque anonymis scopulis sinum Aletensem obvallans: sed hydrographica Jansonii inter urbem atque Farseyam sive Cæsaream insulam, quinque leucis à littore distantem, notat vadosum scopulum sub nomine* Monke, *id est* Monachi, *quem suspicari possumus esse* Aaronis. *Est tamen etiam inter Garnzeyam & Ornajam insulas, leucis fere decem remotas à littore, alia,* Arem *dicta; quæ nonnullam ad* Aaronis *nomen affinitatem cum habeat, nolo firmare priorem conjecturam, sed ulteriorem quæsitæ insulæ illustrationem Armorici littoris peritis relinquo. Interim optare licet, ut freti Britannici peculiarem descriptionem, singularumque in eo insularum, exhibeat aliquis; non minus navigantibus commodam quam historicis futuram; nam ea hactenus desideratur, & tabulæ Jansonianæ pars minima freto relinquitur utpote Brutannicas omnes simul insulas complexæ.* D

DE SANCTA CONSORTIA,

VIRGINE CLUNIACI IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H. B SUB FIN. SEC. VI.

De ejus cultu, translatione, actis, parentibus & ætate. E

Cultus S. Consortiæ Virginis,

Occurrunt circa hanc sanctissimam Virginem nonnulla intricata, quæ evidentius clariusque proponentur Lectori, si ab ejus cultu, quia nihil apparet commodius, rem ipsam auspicemur. Martyrologia Mss. Usuardi, sed aucta, Parisiense monasterii S. Victoris, & aliud Reginæ Sueciæ, item Ms. Florarium Sanctorum, & Martyrologium Bellini de Padua secundum morem Romanæ Curiæ, Venetiis anno 1498 *excusum, & Parisiis anno* 1521 *recusum nudam proferunt memoriam* S. Consortiæ Virginis. *Idem fecit Molanus in Additionibus ad Usuardum primæ editionis, qui in secunda & tertia editione adjunxit* in Cluniaco monasterio. *Præiverant auctor Martyrologii Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *impressi, Grevenus in Auctario Usuardi anno* 1515 *& 1521 vulgato, item Maurolycus & Felicius, his ubique verbis:* Monasterio *seu* cœnobio Cluniaco, Sanctæ Consortiæ Virginis. *Eadem habet Galesinius; addens in Notis,* Ex tabulis monasterii Cluniacensis. *Eadem inscripta sunt Martyrologio hodierno Romano; & à Baronio allegatur Bedæ Martyrologium, sed suppositititium, in quo nudum* Consortiæ Virginis *nomen est excusum. Eamdem refert Arnoldus Wion in Martyrologio monastico Benedictino, addens,* Quo claruerit tempore, cujusque cœnobii monialis fuerit, hactenus se latere. *Secuti Dorganius & Bucelinus.*

Cluniaco adscriptus:

C

2 *Hæc de hujus Virginis veneratione, & quidem ut apud Cluniacenses cultæ, reperimus. Cum autem monasterium illud à suo exordio fuerit virorum Monachorum, uti sæpius de Sanctis illius diximus, solennis S. Consortiæ cultus videtur induetus aliunde, una cum sacris ejus Reliquiis. Monuimus nos ad diem* XIII *Martii, agentes de prætermissis & in alios dies rejectis,* S. Consortiam Virginem Cluniacum translatam, festum ibidem isto die obtinere, & in variis Martyrologiis memorari. *Ac primo in citato Martyrologio Bellini ista leguntur:* Ipso die monasterio Cluniaco, translatio S. Consortiæ. *Quæ eisdem verbis descripserunt Maurolycus, Molanus, Galesinius, Ferrarius, & suo idomate Canisius atque in monasticis Wion, Dorganius, Bucelinus, qui elogium affinxit. Fuimus nos anno* MDCLXII *in ipso monasterio Cluniacensi, magna cum caritate excepti, & varia descripsimus, ac solum ex Ms. Usuardi ad usum dicti monasterii aucto, annotavimus ad diem* XIII *Martii eadem jam relata verba;* Ipso die monasterio Cluniaco translatio S. Consortiæ: *ad hunc vero* XXII *Junii, nihil de ea. Hinc primum dubium possit oriri, an hæc* Consortia, *&* Consortia Virgo *apud Bellinum relata, sit eadem censenda. Favent Ferrarius, Wion, & Bucelinus, dum ad diem* XIII *Martii* Consortiam *translatam etiam appellant* Virginem; *& Canisius ad dictum* XIII *Martii addit, de eadem agi ad* XXII *Junii, quod & nos etiam ad dictum* XIII *Martii fecimus; & res satis apparet probabilis.*

festum Translationis 13 *Martii.*

3 *Aliud movet dubium Baronius in Notis ad hunc* XXII *Junii cum ait:* Fuerunt Consortia & Tullia duæ filiæ S. Eucherii, postea Episcopi Lugdunensis. Meminit de his Ado ad XVI Kalendas Decembris cum agit de S. Eucherio. An tamen Consortia, de qua agimus eadem sit, condita postmodum in Cluniacensi cœnobio, nobis hactenus incompertum habemus. *Ferrarius in Topographia in Martyrologium Romanum, verbo Cluniacum, asserit* videri Consortiam fuisse filiam S. Eucherii. *Verum ubi postea in Catalogo generali agit ad* XIII *Martii de Translatione* S. Consortiæ *de Eucherio, quodque ipsa ejus filia fuerit planæ silet. Saussaius nihilominus in Martyrologio Gallicano, ad* XIII *Martii, scribit* S. Consortiam S. Eucherii filiam, *& hoc* XXII *Junii ait:* quam ferunt filiam fuisse S. Eucherii. *Sed quinam ita ferant non explicat. Arripuerunt tamen occasionem id attingendi Acherius & Mabilio tomo primo de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, dum* Vitam S. Eucherii patris & Consortiæ filiæ *referunt, adscribentes eam diei* XXII *Junii. Hic interim sub finem monet* S. Consortiam monialem non fuisse, eamque ex Martyrologio Benedictino à Menardo merito expunctam: *ac proinde eam Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, à se non interponendam.* *Non videtur filia S. Eucherii Episc. Lugdun.* F

4 *Arturus du Moustier, dum de* S. Consortia

tia *in Gynæceo ſacro hoc die agit*; *iſta in Notis addit* : Extat in diœceſi Lugdunenſi Eccleſia parochialis ſub ſanctæ hujus Virginis invocatione, ad bimilliare Occiduum civitatis, apud quam ex provinciæ viciniis frequens fit clientum devotorum concurſus, pro ſanguinis fluxu comprimendo, beatæ hujus Virginis ſubſidium depoſcentium. *Similis cauſa Anicienſibus occaſionem dediſſe potuit, eamdem ſanctam Virginem in ſua Cathedrali B. Mariæ eccleſia hoc quoque die recolendi, ſub ritu Officii duplicis, ſicut habet Catalogus feſtorum propriorum inde tranſmiſſus.*

licet ejus ſit in Diœceſi Lugd. parochia.

D. P. *Non enim primi qui obiit* 449:

5 *Ea religio facile iſtuc potuit* Cluniaco *adducta fuiſſe, cum Monachi Cluniacenſes tota Gallia & ultra illam ſuos haberent Prioratus, ab Archimonaſterio dependentes, nedum in Lugdunenſi & Anicienſi proximis diœceſibus. Sed fieri nequit, ut quæ poſt obitum* Lotharii I Francorum Regis, *id eſt poſt annum* DLXI, *ſub ejus filio* Sigeberto *adhuc nubilis erat; filia fuerit* S. Eucherii Lugdunenſis Epiſcopi, *non ſolum ejus quem ſolum noverunt Faſti eccleſiaſtici, mortuum anno* CCCCXLIX, XVI *Novembris; ſed nec Junioris quidem, quem ſibi fingunt inter Lugdunenſes* Senertus, Raynaudus, *& alii recentiores, eo quod* Eucherius *quidam, licet abſque ullius Sedis nomine, inveniatur ſubſcriptus Conciliis quatuor ſub S. Cæſario Arelatenſi celebratis; videlicet, Aurelianenſi* IV *anni* DXXIV, *loco duodecimo; Carpentoratenſi*, DXXVII, *loco ſecundo; Arauſionenſi* II, DXXIX, *loco quarto, & Viennenſi* III *anni ejuſdem loco* III. *Fingunt, inquam; quia ſubſcriptiones fieri ſolebant ſecundum ordinem ætatis Epiſcopalis, & prius ordinati prius ſubſignare: nemo ergo mihi perſuadebit, unum eumdemque eſſe qui ordine tam præpoſtero ſubſcripſerit quatuor iſtis Conciliis. Quemcumque autem ex iſtis voluerit quis eligere, atque in ſeriem Lugdunenſium ingerere, necdum inveni & aptum, ut diu poſt ante Epiſcopatum (quod tamen oporteret) fuerit* S. Conſortiæ *pater.*

B *non etiam ſecundi*

qui fingitur uſque ad 529 ſedi ſſe:

6 *Reſtaret ergo nominandus tertius aliquis; & hunc ſuggerere videtur Vita S. Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi, auctore Cypriano ejus diſcipulo ſcripta. Sed ex Sirmondi relatu notat Chiffletius, in melioribus ac vetuſtioribus illius Vitæ exemplaribus deeſſe titulum* Lugdunenſis: *& ſi omnino Lugdunenſis fuerit Ætherius S. Cæſarium per Alpes comitatus, adeo juvenis is fuit, ut Sanctus illum de inobedientia increpare poſſet. Putat Chiffletius, fuiſſe erratum in nomine; ſcribendumque* Ætherium, *tunc adhuc laicum & necdum Epiſcopum, ſed primum id factum poſt Cæſarii mortem; per prolepſim tamen ita hic vocatum: qui propter ſimilitudinem nominis etiam* Eucherius *ſcriptus inveniatur. Verum nec is potuerit fuiſſe pater* Conſortiæ. *Ex Gunthramni namque Burgundiæ Regis Conſiliario aſſumptus is ad regimen eccleſiaſticum, poſt annum* DLXXXV, *& ante* DLXXXIX, *vixit (ut conſtat) uſque ad annum* VII *Theodorici Regis, id eſt annum Chriſti* DCII, *eumdemque* XLI *à morte* Clotharii I; *cum tamen dicatur* S. Conſortia, *mortuis parentibus, a Sigeberto Clotharii filio ad nuptias permiſſa Regio Procuratori.*

C *non etiam tertii qui fingi poſſet loco Ætherii.*

7 *Chiffletius, in ſuo Paulino illuſtrato, produxit eruderatam à ſe epiſtolam, quam* ſanctis, ac merito prædicandis, atque venerandis & dilectiſſimis filiis, Eucherio & Gallæ, *ſcripſit* Paulinus Epiſcopus, *poſtquam illi* perpetui conjuges & parentes, cum benedicta à Deo progenie, *Salonio & Verano, in Lerum inſulam Lerino vicinam ſeſe receperant, ſub magiſterio S. Honorati in proximo degentis vitam ducturi eremiticam, unde* Eucherius *poſtea aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Lugdunenſem. Occaſione porro iſtius epiſtolæ, tam opportune repertæ, ad cognoſcenda nomina, tam uxoris quam inſulæ ad ſeceſſum electæ (filiorum nomina ex Gennadio, patris ad ipſos ſcripta allegante, innotuerunt) tali, inquam occaſione idem Chiffletius cap.* 18, *ex antiquiſſimo Iurenſi Codice, ab annis fere nongentis ſcripto, & collato cum tribus Lugdunenſibus unoque Gigniacenſi, producit tractatulum, cui titulus,* Converſio S. Eucherii Epiſcopi & Gallæ uxoris ejus, & vita duarum filiarum Tulliæ atque Conſortiæ Virginum: *quem titulum Biographi Benedictini, prælaudato ſeculo ſuo* I *ut dixi, ſic inverterunt,* Vita S. Conſortiæ Virginis & converſio B. Eucherii Epiſcopi Lugdunenſis, & Gallæ uxoris ejus. *Auctorem utrique coætaneum agnoſcunt, hi ex toto, ille ex parte, propter hæc num.* II *relata verba:* Quoniam longum eſt narrare omnia, quæ per ſervos ſuos Eucherium & Gallam & filiam eorum Tulliam Dominus mirabiliter operatus eſt; pauca de geſtis B. Conſortiæ referam, quæ ſanctis Fratribus Uranio Presbytero & Celſo Subdiacono audivi, qui ei dum adviveret adhæſerunt, necnon & Aureliano Presbytero, qui uſque nunc ad ſepulcrum ejus Deo ſervit, referentibus audivi.

D AUCTORE D. P. *Occaſione Epiſtolæ Paulini ad Eucherium & Gallam*

edita Acta quaſi à coævo ſcripta,

E

8 *Benedictini rem totam ſibi ſalvam eſſe exiſtimaverunt,* Eucherium Iuniorem *intelligendo, inſuper habita Chiffletii opinione, exiſtimantis interpolatum opus eſſe, & partem quidem ſecundam ſinceram haberi; ſed Reges* Clotharium ac Sigebertum, *Reges fuiſſe Alanorum, in Provincia adhuc dominantium, non Francorum: primam vero partem male illi aſſutam, ex Hiſtoria S. Eucherii, ab eremitico ſeceſſu ad Epiſcopatum Lugdunenſem rapti. Verum hic dicitur, non* filias *ſocias habuiſſe, ſed* filios *licet id crediderit Ado Viennenſis, in Martyrologio ad* XVI *Novembris, Vitam* S. Conſortiæ *ſic interpolatam ſecutus; neque demonſtratur vel in cominenti* ſuper fluvium Durentiam *habuiſſe anachoreſios ſuæ locum, ſed in* Lero inſula, *vel ad Epiſcopatum ea qua dicitur ratione raptus. Alio igitur me converto, & conjectare libet, ex ſitu loci, ubi pater* S. Conſortiæ *vixit, prope Manuaſcam, ipſum Regienſis urbis, quinque ſolum leucis Manuaſca verſus Orientem diſtantis, fuiſſe Epiſcopum; illum qui proximus poſt Fauſtum* II, *anno* DXLIX *Synodo* V *Aurelianenſi inſcriptus, ſolo nomine hactenus notus eſt* Emeterium; *quod nomen vulgo minus notum, antiquus librarius verterit in* Eucherium; *motus vitæ ſimilitudine, & nomine conjugis* Gallæ, *licet cetera omnia diſcreparent, imprimis tempus; atque conſequenter pro* Regienſi, *ſcripſiſſe* Lugdunenſem; *quod paſſim deinde ſecuti ſint alii ab Adone decepti, niſi forte hic primus corrumpendi textus alii exemplum dedit. Quidni autem, ſicut ex* Emeterio *factus præſumitur* Eucherius, *ſic ex* Giſla *facta ſit* Galla? *Nolim ego tam ſcrupuloſus eſſe: neque vadem me præſtare, quod Fauſti Regienſis* II *ſucceſſor dictus fuerit* Emeterius *non* Eucherius, *quia non hoc,*

quæ Chiffletius temere conſarcinata putat.

F

Potius creditur Emeterio ſive Eucherio Regienſi nata.

A *ſed iſtud nomen ſcribitur apud Claudium Roberium & Sammarthanos; ſic enim illi ſcribunt abſque teſte vel probatione ulla.*

cui æque ac Lugdunenſi conjux Galla fuerit.

9 *Non etiam video difficultatem tantam in eo ut concipiatur par duplex conjugum, iiſdem nominibus appellatorum ſeculo* V *&* VI, *eâdemque fere fortunâ uſorum. Cur enim id magis mirum videatur, quam nunc duabus in civitatibus, & temporibus diverſiſſimis, ſimili fere fortuna duplex par conjugum reperiri, quibus nomen ſit* Petrus *&* Joanna? *Ut enim hæc nunc, ſic communia tunc nomina erant* Eucherius & Galla. *Tria paria fratrum Medicorum Sanctorum, quibus nomen fuerit* Coſmas & Damianus, *credere ſuadent diverſiſſima eorum acta, tempora, loca: Deo ſic diſponente, & primorum Anargyrorum, id eſt, Gratis-curantium exemplum renovatum ſub eiſdem nominibus volente. Idem accidiſſe credamus in duobus conjugum paribus, ſimili exemplo dimittentibus ſeculum, & ad ſolitudinem ſe recipientibus, unde vir uterque ſit evocatus ad Epiſcopatum; & ſubſidet omnis difficultas: modo* pro Lugdunenſi *eccleſia, cui impoſſibile ſit ſecundum aut tertium* Eucherium *dare; ſupponere liceat* Regienſem, *cujus, præter utrumque Fauſtum, & inter illos medium* Contumelioſum, *nullus nominatur Epiſcopus, ante Claudianum anno* DLXXIII *ſubſcribentem Concilio Pariſienſi* IV, *qui Claudianus potuit noſtri vel* Emeterii *vel* Eucherii *fuiſſe ſucceſſor. Igitur ſub hujuſmodi cautela, non ut docere volens, ſed ut paratus diſcere, dabo Vitam* S. Conſortiæ, *jam bis prælo ſubjectam, ſolo nomine* Lugdunenſis *eccleſiæ & urbis commutata: nam qui hoc tenere volet, totam hiſtoriam neceſſe eſt, ut evertat.*

B *&ſimilis fere utrorumque fortuna.*

VITA

Ex editionibus Chiffletii & Mabilionis.

a Pater Sanct. nobili junctus conjugi,

C 1 FUit quidam vir ex ordine Senatorio *a*, Eucherius nomine, habens uxorem nobilibus ortam natalibus, nomine Gallam; quos quidem ampla poſſeſſio, & numeroſa familia, theſaurorumque copia claros in ſeculo fecerat; ſed timor Domini, qui eſt initium ſapientiæ, in conſpectu Conditoris omnium clariùs exornabat. Cumque liberos non haberent, deprecati ſunt Dominum, & exaudivit deprecationem eorum, dans eis filiam, quam votivo nomine Conſortiam vocaverunt, heredem videlicet illam & propagatricem ſui ſanguinis habere cupientes. Cumque eam in timore Domini educarent, & illa in annis puerilibus poſita, religioſum animum habere cœpiſſet; nimirum Domino eam ad conſortium regni cæleſtis, ſecundum præſagium vocabuli ejus, occulta inſpiratione vocante; aucta eſt ſpes illorum acceptâ aliâ filiâ, quam Tulliam vocaverunt, dixeruntque: Multiplicabit Dominus per Conſortiam & Tulliam ſemen noſtrum, ſicut multiplicavit per Liam & Rachel in domo Jacob futuræ repromiſſionis heredes.

duabus filiabus genitis,

2 Poſthæc quod multo tempore moliebatur animo Eucherius, opere geſtiens adimplere, ait uxori ſuæ: Audiſti, credo, dulciſſima, & fideli animo retines, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per Euangelium ſuum ſalubriter admonentem, ubi ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Quapropter tam dulcibus promiſſis ejus religioſum admoventes auditum, cur non obſervamus præcepta ejus, præſertim cum ille nobis dederit quæ poſſunt jure noſtras facultatulas regere *b* ac poſſidere? Si ergo tibi non diſplicet, comam capitis mei tondere decrevi, & vitam ducere ſolitariam in ſpecu, quam juxta voluntatem meam Dominus oſtendit mihi, ſitam in territorio Aquenſi in agro noſtro, quem Montem-Martium *c* appellamus, fluvio Duranciæ imminentem.

D Matth. 11. 29.

à conjuge diſceſſum petit:

b

c

hæc comitem ſe offert.

3 Galla hæc audiens, & in corde bono & optimo ſpiritale ſemen devota ſuſcipiens, projecit ſe ad pedes ejus, gratias agens roganſque per Dominum, qui tanti conſilii auctor eſſet, ne ſe deſereret deſolatam; ſed ageret potius ut poſt conjugale vinculum, quo fuerant duo in carne una, pari ſtudio atque propoſito uno in Dominum ſpiritu necterentur, dicens; Si tu in ſpecu te cupis retrudere, permitte quæſo, ut mutato habitu ego tibi ad vicem ancillæ deſerviam.

E

&l poſt facultates diſtributas,

4 Acceleratur igitur votum, paratoque magno convivio, vocantur affines & amici. Manifeſtat cauſam B. Eucherius, contradicunt illi; ſed Sanctorum animus, in ſuo propoſito perſeverans, nequaquam conſentit, manu ſemel in aratrum miſſa retro reſpicere. Quid plura? De omnibus quæ poſſederant tres partes efficiunt, quarum unam pauperibus erogant, alteram famulis ſuis dividunt, tertiam filiabus relinquunt.

ipſe in ſpecu ſe recludit, uxore miniſtrante.

5 Ingreſſus itaque præfatam ſpecum S. Eucherius, ſic undique locum obſtruxit, ut nullus ad eum valeret ingredi, beatâ ei Gallâ per feneſtellam quotidie cibos ad veſperam miniſtrante, ut ipſa petierat. Poſt non multos vero dies converſionis illorum, filia eorum Tullia, in virginitate permanens, migravit ad Dominum, ſepultaque eſt in agro ſuo, qui dicitur Thele *d*, in ſpelunca duplici. Quo audito S. Eucherius ait: Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſit nomen Domini benedictum: ſicut Domino placuit ita factum eſt; exhortabaturque Gallam ne ſuper hac re contriſtaretur.

d

F Job 1.

Mortua filia Tullia paret matri, multa prædicens.

6 Cumque illa nullo modo conſolationem reciperet; una die cum poſt Matutinos hymnos membra ſopori dediſſet, vidit in ſomnis B. Tulliam, ſtolâ candidâ & chlamyde aurea fulgente indutam, adſtare ſibi ac dicere; Cur me velut amiſſam luges, quam Dominus in conſortium ſanctarum Virginum introduxit? Te quoque me ad Dominum ſecuturam ſcito; præparavit enim tibi coronam, quoniam impleſti mandata ejus. Meus etiam genitor, Pontificali Cathedra ſublimatus, poſt nos veniet, & erit magnus in conſpectu Dei: porro ſoror mea Conſortia manebit in virginitate, pro qua multa paſſura eſt, donec & ipſa coronam vitæ percipiat. Quæ cum poſt quietem S. Eucherio retuliſſet, ille in voce exultationis & confeſſionis erumpens ait: Gratias tibi ago, Paſtor bone, quia non eſt ſimilis tui conſolator, qui dignatus es conſolari ſervos

tuos,

A tuos, & reddere gaudium poſt lamentum; & ultra noluerunt eam flere.

S. Conſortia virum recuſat.

7 Factum eſt autem poſt hæc verba, ut quidam juvenis, Aurelius nomine, pergens ad ſanctum Eucherium, peteret ab eo filiam ejus Conſortiam in uxorem. Quod ille audiens, timenſque de revelatione, quam per S. Gallam compererat, & rem tacitus conſiderans; Puella, inquit, quam ſponſam petis, ætatem habet, ipſa pro ſe loquatur: in ejus quippe dimiſi poteſtate, ut vel nubat, vel in virginitate permaneat. Cumque in conſpectu eorum adducta S. Conſortia, ſuper hoc interrogaretur: Nec promittendi, ait, mihi facultas eſt, nec negandi poteſtas: ſed omnia in manu Dei ſunt: nam ſponſum habeo Chriſtum, qui me non derelinquet, donec introducat in thalamum ſuum. Quod juvenis ille audiens, ad præſens quidem ſiluit; poſtea vero miſit ad eam matronas nobiles affines ejus, ut eam blandis ſermonibus ad ineundum conjugii copulam promoverent. Quæ cum ei eſſent moleſtæ, popoſcit ſeptem dierum inducias, ut
B Dei conſuleret voluntatem.

S. Eugeniæ exemplo:

8 Abeuntibus ergo illis, S. Conſortia orationibus, jejuniis & vigiliis vacans, cum lacrymis Dominum deprecabatur, ut eam voluntate ſua dirigeret. Inter hæc venerant in
e manus ejus geſta B. Eugeniæ *e* Virginis, in quibus cum legiſſet, quod illa de Paganis parentibus procreata, fugiens ab eis & ad Chriſtum converſa, tonſis crinibus, multo tempore, in habitu virili, inter Dei ſervos fuiſſet in monaſterio converſata; dixit in corde ſuo; Si illa Paganos parentes abjiciens, ad Deum converſa in virginitate permanſit, atque ad Martyrii palmam pervenit: quanto magis ego, de Chriſtianis parentibus orta, & ſanguine Chriſti redempta, debeo in eo quod propoſui perdurare? Orabat etiam dicens: Domine, qui illam ab idolorum cultu ad te convertiſti; fac me, quam ab incunabulis ſalutari lavacro conſecraſti, ad ejus pervenire conſortium. Et confortabatur cor ejus in Domino.

C *novâ induſtriâ fugit nuptias:*

9 Die autem ſeptimo, veniente ad ſe Aurelio juvene illuſtriſſimo, cum matronis quas pridem ad illiciendum ejus animum deſtinaverat; & interrogantibus quid intra indultas deliberaſſet inducias, reſpondit: Dixi vobis jam, nec promittendi mihi facultas eſt, nec negandi poteſtas, ſed omnia mea in manu Dei ſunt. Sed, ſi vultis, pergamus pariter ad eccleſiam: agatur Miſſa, ponatur Euangelium ſuper altare; & communi oratione præmiſſa codice patefacto, inſpiciamus Domini voluntatem *f* ex illo capitulo quod primum occurrerit. Quod ut factum eſt, revoluto codice, Dei famula cœpit legere: Dixit Dominus Je-
Matth. 19. ſus diſcipulis ſuis; Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus. Et magno impleta gaudio gratias Deo agens dixit ad juvenem: Tu tibi quære ſponſam ſecundum voluntatem tuam: nam ſponſus meus Chriſtus eſt, qui non me vult derelinquere. Quo ille audito triſtis una cum evocatis matronis abiit in domum ſuam: ſancta vero Conſortia ſacro velamine ſuſcepto *g* perrexit ad
g ſpecum, in qua erant genitores ejus, & una cum eis orationi vacabat.

10 Accidit eo tempore ut Pontifex Eccle-

ſiæ *h* Regienſis migraret ad Dominum. Mos autem erat præfatæ Eccleſiæ, ut quoties lege cunctis mortalibus debita, ſuo viduaretur Epiſcopo, in eligendo ſucceſſore revelationem *i* Domini expectaret. Tunc ergo triduano à cunctis præmiſſo jejunio, cuidam puerulo apparens in viſu Angelus Domini; Eſt, inquit, Senator quidam, Eucherius nomine, ſuper fluvium Druentiam retruſus in ſpecu, qui relictis omnibus quæ poſſidebat, ſecutus eſt Dominum: ad hunc adducendum pergite, & vobis Paſtorem illum conſtituite, quoniam à Domino eſt electus. Quod cum puer ſenioribus diluculo retuliſſet, omnipotenti Domino, cunctis Fratribus convocatis, gratias egerunt, miſſoque cum Clericis ad præfatum locum Archidiacono, qui tunc Eccleſiæ curam gerebat, invenerunt eum ſicut eis Dominus revelarat. Cumque illi Archidiaconus rem propter quam venerat indicaſſet; cœpit cum juramento dicere, ſe voluntarium de ſpecu non egreſſurum; nec cum eo, niſi ligatus duceretur, iturum. Cum- E
que talia diu repeteret; Archidiaconus, effracto muro ſpeluncæ, eduxit eum; & juxta quod ipſe juraverat, vinctum perduxit ..... *k* *k*
Quem pari animo unoque conſenſu Clerus & populus ſibi eligens Sacerdotem, in Pontificali Cathedra ſolenniter collocavit. Galla vero uxor ejus eum locum ſpeluncæ ingreſſa, in quo vir Dei latuerat, reliquum vitæ ſuæ tempus ut cœperat religioſe peregit, filiâ ejus Conſortiâ quotidianum victum ei ſubminiſtrante, ſicut ipſa prius fecerat viro ſuo.

h *i* *patre in Epiſcopum electo,*

matri in ſpecum ſuccedenti miniſtrat:

11 Et quoniam longum eſt narrare omnia, quæ per ſervos ſuos Eucherium & Gallam, & filiam eorum Tulliam, Dominus mirabiliter operatus eſt; pauca de geſtis B. Conſortiæ referam, quæ à ſanctis / Fratribus, Uranio Presbytero & Celſo Subdiacono, qui ei dum adviveret adhæſerunt; necnon & Aureliano Presbytero, qui uſque nunc ad ſepulcrum ejus Deo ſervit, referentibus audivi.

l

12 Cum igitur defunctis genitoribus ſuis ſancta Conſortia in ſua poteſtate eſſe cœpiſſet, conſtruxit eccleſiam in agro ſuo, qui vocatur F
Matton vicus, in honore *m* S. Stephani Pro- *m*
tomartyris, & xenodochium ibi de rebus ſuis inſtituit: quod vero ſuperfuit pauperibus erogans, theſaurum ſibi collocavit in cælo; familiam vero ſuam liberam eſſe conſtituit. His ita diſpoſitis, ad Chlotharium *n* Regem Francorum ire perrexit, petitura ab eo ut per juſſionem ejus quieta in regno illius manere poſſet, & in Virginitate Domino deſervire. Cumque illa palatio poſt multos viæ labores appropinquaſſet, Dominus per viſum præfato Regi, cujus filia multo jam tempore ægrotabat, apparere dignatus eſt, dicens: Quare triſtaris ſuper filia tua? Ecce una ex famulabus meis ad te venit, cujus nomen vocatur Conſortia, quæ filiæ tuæ reddet priſtinam ſanitatem; vide tamen ut libenter ei præſtes quidquid à te petierit. Cum ergo Rex evigilaſſet à ſomno, vocatis fidelibus ſuis, cuncta quæ per viſum audierat, narravit, & ait; Ite & perquirite præoſtenſam mihi famulam Dei, ſicubi eam forte reperiatis, & adducite eam ad me. Quæ cum ab eis eſſet inventa, & interrogantibus nomen ſuum & patriam indicaſſet, illi feſtinato in-

Conſortia eccleſiam & xenodochium conſtruit:

n

Chlotharium Regem adit.

troduxerunt illam ad Regem. Quæ flebat
EX IMPR. dum duceretur, & orabat, metuens ne concupiſceretur à Rege, qui eam tam ſolicite præcepiſſet inquiri. Sed cum veniſſet in palatium, ſurrexit Rex de ſolio ſuo, & pergens ei obviam ait: Ora pro me, famula Dei, & redde filiæ meæ priſtinam ſanitatem, ſicut mihi hac nocte Dominus revelare dignatus eſt. Cumque illa diceret ſe nihil tale mereri, cum talia agere Sanctorum ſit: nihilominus Rex certus de promiſſione Domini, cubiculum fecit eam intrare, ubi puella febribus correpta jacebat.

13 Compulſa igitur poſitis genibus oravit cum lacrymis: inde conſurgens ſalutavit puellam dicens, Pax tecum. Cui illa, quæ jam ſermonis officium viſa fuerat amiſiſſe, reſumpto ſpiritu reſpondit: Scio quia pax mecum eſt, quoniam videre te merui: ſtatim quippe ut tu in palatium introiſti, me febris dimiſit quâ torquebar, & ecce ſana effecta ſum. Precor itaque ut benedicas mihi, & recrees me cibis tuis, quibus tu quotidie veſceris. Dedit ergo ei ancilla Chriſti fragmen panis hordeacei, & nucés amigdalinas: hic enim erat quotidianus cibus ejus.

ejus filiam ſanat:

B

14 Rex vero audiens quod convaluiſſet filia ſua, velociter ad eam intravit, dixitque S. Conſortiæ: Quidquid in regno meo à me petieris, fiet tibi. Aurum quoque vel argentum quantum volueris libens tribuo. Illa autem ejus genibus provoluta; Obſecro, ait, Domine mi Rex, ut ea quæ mihi promittis pauperibus eroges, mihique permittas, quod vel maxime peto, abſque ullius inquietudine in cœpto Virginitatis propoſito permanere: & quidquid in loca Deo ſacrata, vel in meos famulos contuli vel contulero, per veſtram munificentiam ratum permaneat. Cujus petitioni Rex libenter annuens, præſtitit quæ voluerat; epiſtolas per ſuos fideles dirigens, ut cuncti cognoſcerent quod ſi quis contra eam mali aliquid moliretur, tanti Principis offenſam incurreret; ſi quid autem de ſuis vellet agere facultatibus, inconvulſum omni tempore perduraret. Et ſic Dei famula ad propria remeavit.

obtinet liberam de ſuis diſponendi à Rege facultatem.

15 Non poſt multos dies mortuo Rege Chlothario, miſſus eſt unus ex primoribus palatii, Hecca nomine, à Sigeberto qui patri ſuo in Regnum ſucceſſerat, ut Provinciam Maſſiliæ diſponeret. Qui dum hoc ageret, quemdam ex loci incolis diabolus in organum ſuæ fraudis aſſumens, dixit ei: Eſt in his locis puella quædam, ſpecioſa nimis nomine Conſortia, nobilibus orta parentibus, quibus unica ſupereſt, habens poſſeſſiones multas ac pecunias innumerabiles *p* & miniſteria copioſa, virumque non novit. Quod audiens Hecca, præmiſſo puero qui eum venturum nuntiaret, concitus ad Dei famulam venit. Cumque eam verbis ſimplicibus ſalutaſſet, poſt collocutionem ſumpſerunt cibum. Inter hæc autem intuens eam curioſius, admiratus ejus pulcritudinem *q* & ſermonum prudentiam, tantus in corde ejus concupiſcentiæ ignis exarſit, ut vix ſemetipſum poſſet reprimere. Nullatenus vero ei ſuum animum patefaciens feſtinus ad Regem regreſſus eſt. Cui cum omnia, propter quæ miſſus fuerat, proſpere acta renuntiaſſet, adjecit: Domine mi Rex, eſt in illis partibus puella abſque viro, quæ amiſſis parentibus unica in eorum prædiis habitat, quam obſecro ſi inveni gratiam in oculis tuis, permittas mihi accipere in uxorem.

C *In matrimonium iterum exoptata,*

p

q

D

16 Quod cum ſicut petierat impetraſſet, miſit ad S. Conſortiam nuntium cum uno de pueris qui aſſiſtebant Regi, ut indicaret illi quod ſibi eſſet à Rege conceſſa; quatenus præpararet ſe ad nuptias die triceſimo celebrandas. Illa, his auditis, affatim contriſtata reſpondit: Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Ego Regis ancilla ſum, poteſtati ejus reſiſtere nequeo: ſed quidquid juſſerit implere ſtudebo. Dicebat autem hæc de vero Rege, Domino ſcilicet Ieſu Chriſto. Nuntii vero exiſtimantes quod de Sigeberto Rege diceret, revertentes narraverunt quæ audierant illi qui miſerat eos; qui gaudio multo repletus præparavit ſe, ut ad eam citius perveniret.

modeſte reſpondet:

Rom. 13, 12.

17 Interea famula Dei, jejuniis & vigiliis vacans, orabat dicens; Domine Ieſu Chriſte, qui me hucuſque immunem ab omni pollutione ſervaſti; Domine, cui ab adoleſcentia mea tota devotione deſervio; ne derelinquas me, ut non prævaleat adverſus ancillam tuam ſerpens ille antiquus, qui Evam verborum blanditiis & pulcritudine ac ſuavitate ligni vetiti decepit: quoniam non derelinquis ſperantes in te: ſed fac me immaculatam ad Sanctorum tuorum conſortium pervenire. Tantaque inerat famulæ Dei triſtitia, ut præ anguſtia ſpiritus pæne exanimaretur. Cum igitur tali tædio afflicta, quadam die cum una ancillula, ingreſſa ſupra memoratum S. Stephani Oratorium, ſeſe in orationem cum fletu proſtraſſet, contigit ut obdormiret: & ecce Angelus Domini apparuit ei in ſomnis, dicens: Conſortia, cur affligeris? non te derelinquet Dominus cui ſervis: nam ſponſus, quem tibi Rex mittit, ad te non perveniet. Parato itaque convivio voca pauperes, & jube in iſto quo accumbis loco ſepulturam parari, in qua eum defodias, qui ſponſam Chriſti ſibi vult uſurpare. Tres enim dies ſunt, & nuntiabitur tibi venire. Tu itaque audito nuntio egredieris ei obviam cum pauperibus pſallens: quod cum aſpexerit ille, gladio *r* proprio præ gaudio interibit.

E *ad Deum confugit;*

ab Angelo confortata,

F

r

18 Evigilans Chriſti famula dicit ancillæ ſuæ: Non ſenſiſti aliquem loquentem mihi cum ſopore deprimerer? Cui illa; Vidi, ait, hominem incognitum, veſtibus albis indutum, cujus vox tecum loquentis non motis labiis, meis auribus ſonuit, ſed eum nullatenus intellexi. Intellexit illico S. Conſortia Angelum Dei ſibi apparuiſſe, & præ gaudio ait: Gratias tibi ago, Paſtor bone, quia non derelinquis ancillam tuam; ſed liberas eam à perſequentibus ſe. Fecit itaque cuncta quæ præceperat ei Angelus Domini. Jam advenerat dies tertia, & ecce præcurrens quidam nuntiat, in ulteriore ripa Durentiæ ſponſum conſiſtere. Egreditur ei obviam induta feſtivo habitu, pauperum pſallentium agmine conſtipata. Hecca hæc videns, navim præ gaudio incautus egreditur, ſublapſiſque pedibus, lanceâ quam forte manu tenebat confoſſus, corruens expiravit. Quod cer-

obviam proco vadit,

eumque proprio telo confoſſum ſepelit.

A cernens famula Dei ita impletum esse ut ab Angelo audierat, cum lacrymis agens gratias Deo, levavit corpus ejus, & involutum linteaminibus in loco quem ei paraverat sepelivit. Pueri namque ejus inhumatum corpus relinquentes, ad Regem festinato regressi, nuntiaverunt quæ viderant.

19 Erat ille dies natalis Regis, & germana ejus, quam sancta Consortia ab infirmitate curaverat, circa Regem discumbens, cum videret eum de nuntio contristari, inquirit ab eo causam. Cui cum Rex narrasset quæ audierat, illa respondit: Puto quod puella pro qua, ut audio, tam subita morte Hecca interiit, ipsa sit Consortia Virgo sacra, quæ de Provincia Massilienſi genitore nostro vivente huc veniens, me per orationes suas à febribus liberavit. Vide ergo, ne propter eam fiat in regno tuo ruina, si contra illam temere aliquid permiseris fieri: pater enim tuus valde diligebat eam. Cum ergo resciſiet Rex, & inveniſſet quod ipsa erat, misit epistolas ad Principem præfatæ
B provinciæ, præcipiens ut nullus molestus esset S. Consortiæ: sed liceret ei uti privilegio, quod illi pater ejus indulserat.

Exhinc sibi permissa

20 Ab illo ergo die tantam famulæ suæ gratiam coram hominibus Dominus dedit, ut quasi unum ex Angelis eam cuncti haberent. Erat enim vultu placida, suavis alloquio, & omnium virtutum gemmis ornata, irascentes uno sermone mitigabat, discordantes ad concordiam revocabat. Creverat etiam in illa superni muneris largitas in ostensione signorum; fugabat dæmones ex obsessis corporibus, cæcos illuminabat, reddebat languidis pristinam sanitatem, multaque alia per eam Dominus mirabilia operatus est, quæ longum est narrare.

& miraculis clara.

21 Verum cum Dominus eam vellet à laboribus transferre ad requiem, apparuit ei per visum dicens: Consortia, fideliſſima dispensatrix, super pauca fuisti fidelis, veni ut super multa te constituam. Tempus est ut requiescas à labore tuo, & accipias coronam quam ab adolescentia per multas tribulationes adquisisti; die autem octava venies ad me: occurret tibi chorus Virginum cum
C multitudine Angelorum, obviis manibus te excipiens intrantem in gaudium Domini tui. Cumque evigilasset, gratias Deo agens, per triduum facto convivio, vocavit Sacerdotes & pauperes. Affuerant etiam vicini fideles, & omnem substantiam suam distribuens ait: Scitote, patres & fratres mei, imminere obitum meum; quinta enim die, secundum quod Dominus significavit mihi, egrediar de corpore: orate quæso pro me, ne occurrat mihi potestas tenebrarum, sed ab Angelis lucis susceptа in Sanctorum requiem introducar; corpusculum vero meum in Oratorio S. Stephani sepelite. Post hæc correpta febribus, die qua ei prædixerat Dominus migravit ad cælos, sepultaque est, ut petiit, in Oratorio quod ipsa construxerat.

monetur de morte instante;

& mortua sepelitur.

ANNOTATA D.P.

a *Ut nomina sic forte etiam* Senatorius ordo, *à S. Eucherio Lugdun. Episcopo translatus huc est, non tamen necessarium censeo eum expungere: cum constet ex eo ordine plures ad vitam ecclesiasticam, vel etiam eremiticam transiisse.* D

b *Hæc phrasis significat ætatem filiarum, ad pubertatem provectarum.*

c *Vulgo* Mont-Maur, *inquit Mabilio in Margine. Noster Joannes Columbi, lib. 2 de gestis Episcoporum Vivariensium in Bernoino*; Is ager, *inquit*, creditur vicos San-Tullianum & Bellimontensem, Druentiæ impositos, haud procul Manuasca urbe, complecti: & spelunca beatissimi viri, cum plures centenos annos sepulta fuisset, ruderibus saxisque temere congestis, fertur nuper inventa in Bellimontani collis radicibus: & nunc suum inhiatum aperta, pluribus coruscare miraculis. *Ita ille libro excuso sub an.* 1651. *Distat autem ab Aquensi metropoli Manuasca leucis 7 versus Euroboream.*

d *Alias* Tete, *verosimiliter ab ipsa nunc nomen habens*, San-Thullei, *sesquileuca infra Manuascam: restat scire quo die ipsa* Tullia *ibi colatur.*

e *Colitur* S. Eugenia 25 *Decembris, cujus* E *Acta sincera si qua fuerint periere, nam quæ nunc exstant, famulosa esse demonstravi in Responsione ad exhibitionem Errorum mihi imputatorum Art.* XVI *num.* 90.

f Solemne, *inquit Mabilio in Notis*, his temporibus erat, ex Euangelio sive Scriptura sacra, sic observata, res futuras vel faciendas explorare. *In Vita S. Martini Episc. Turon. à Severo scripta cap. 7.* Cum fortuito lector, cujus legendi eo die Officium erat, intercluſus à populo defuisset; turbatis Ministris quia non aderat, unum è circumstantibus sumpto Psalterio, quem primum invenit versum arripuit. Psalmus autem hic erat: Ex ore infantium ..... ut destruas inimicum & defensorem. Quo lecto clamor populi tollitur *nempe adversus Defensorem, qui S. Martini electioni resistebat. Est & alter locus insignis de Chlodoveo, apud Gregorium Turon. lib. 2 Hist. cap.* 37.

g *Utique non ut* Monacha *claustralis; sed ut* Virgo, *Deo consecrata per manus Episcopi, pro illius temporis usu & more.*

h *Ubique scriptum & impressum* Lugdunensis: *causam mutationis, hic saltem necessariæ, dedi.*

i *Nihil tale de Ecclesia Lugdunensi usquam legeris, cum tamen plurium ejus Episcoporum Sanctorum habeantur Vitæ: & Ado Viennensis in Chronico non pauca attigerit de eorum ortu obituque. Theophilus quoque Raynaudus noster, in suo Sanctorum Lugdunensium indiculo, duos* Eucherios *distinguens, & de singulis memorabiliora quæque attingens, locum hunc (haud dubie sibi lectum) cavit attingere. Pro* ecclesia Regiensi, *nihil magnopere obstat, quo minus tale privilegium (quale & Ravennatensem habuisse inconcussa hactenus traditio refert) ipsa habuerit à Deo.* F

k *Expungo* Lugdunum; *donec ostendatur id accidisse S. Eucherio Seniori, atque adeo totum locum spectare ad hunc, non autem ad Patrem* S. Consortiæ.

l Fratribus, *id est*, Clericis, *qualis etiam fuerit ipse scriptor.*

m *Infra dicitur venisse Virgo* de Massilienſi Provincia: *Topographica autem Provinciæ tabula ostendit, 5 leucis supra Manuascam versus Septemtrionem, vicum hodie dictum* S. Stephani; *& una leuca ulterius* Hospitaletum: *quæ possent hic indicata credi.*

A n *Regnavit hic ab an.* 511 *trans Somonam in Auſtraſia, Monarcha autem fuit ab anno* 558.

o *Notat Carolus le Cointe, diviſionem regnorum inter filios Clodovæi ſic factam, ut Provincia indiviſa manſerit; eo quod nondum eſſet à Gothis tota recuperata; Mabilio autem ex Turonenſi lib.* 4 *cap.* 30 *& lib.* 8 *cap.* 12 *notat, Phocidis ſeu Maſſilienſis Provinciæ partem adhuc aliquamdiu pertinuiſſe ad Sigebertum, Chlodovæi Magni ex Clothario nepotem, licet hujus patruus Guntramnus totam poſtea adjunxerit Burgundico ſuo regno.*

p *Hæc ita exaggerata, non obſtant, quo minus* D *Sancta, mortuis parentibus, ut ſupra dicitur, mobilia omnia in pauperes elargita ſit, ſervatis ſcilicet fundis, & congruo iis miniſterio, ad uſus loci à ſe fundati.*

q *Etiam tricenariæ, qualem nunc convenit fuiſſe, potuit ſupereſſe eximia forma, maxime in oculis hominis avari, & (quod veroſimile fit ex officio commiſſo) minime juvenis, ac forte aliquot annis vidui.*

r Gladio, *id eſt*, telo *: nam infra dicitur ſuâ confoſſus lanceâ; hujuſmodi autem caſus etiam alibi legiſſe memini.*

DE S. APRINCIA VIRGINE

METIS IN MONASTERIO S. CLEMENTIS.

D. P.

Notitia Reliquiarum, à Wilthemio noſtro ſuggeſta.

B

Cultus ſub ritu Duplicis,

EX *celebri S. Clementis apud Mediomatrices monaſterio, ad nos pervenit ſcheda, veluti ex Sacrario loci, ſive ex Ordine divini Officii per annum iſtic obſervando, deſcripta his verbis:* Vigeſimo ſecundo Junii S. Aprinciæ Virginis Duplex tertii Ordinis: cujus Reliquiæ extant in capſa ænea, encauſto picta, quæ aſſervatur in Sacrario, & debet exponi ſuper majus Altare à primis Veſperis. In Miſſa dicitur Credo.

capſa ænea 18 *ſanctorum ſtatunculis argenteis circum ornata:*

2 *Capſam ipſam vidiſſe ſe, & manu tenuiſſe, Luxemburgo ad nos ſcripſit Alexander Wilthemius, eamque lineamentis ſic expreſſi ichno-ac-ſciographice ut appareat habere ſimilitudinem eccleſiæ, procurrenti ad latus utrumque ædificio cruciformis. Cingunt eamdem ex omni parte ſtatunculi argentei omnino octodecim eorum Sanctorum, quorum vel ibi continentur Reliquiæ, vel in eccleſia S. Clementis honorantur. Sunt autem illi, in primo latere ſuis deſuper expreſſi nominibus*, S. Petrus Apls, S. Clemens Eps, S. Cæleſtis Eps. S. Felix Eps: *in ſecundo*, S. Victor Eps, S. Symeon Eps. S. Rufus Eps, S. Firminus Eps: *in tertio*, S. Felix Eps. S. Eduiſus Eps, S. Adeltus Eps. S. Aprincia Virgo (*& hæc in capite coronam geſtat, in manu pedum, ut argentarius videatur Abbatiſſam ſanguinis Regii exprimere voluiſſe*) S. Kadroë Abbas; *in quarto* S. Terentius Eps, S. Sperus Eps. S. Æpletius Eps, S. Petrus Eps. *De* S. Kadroë *egi* VI *Martii; de Metenſibus Epiſcopis hic expreſſis partim egimus partim acturi ſumus, prout cujuſque occurrit vel occurret dies.*

C *in quibus Aprincia ut Abbatiſſa regiæ ſtirpis.*

In eam, occaſione Corporis S. Legontii

3 *Qua occaſione capſa illa confecta ſit, & quid contineat, in antiquiſſima & autographa membrana ſic deſcriptum Wilthemius reperit:* In hoc ſcrinio continentur Reliquiæ Sanctorum Confeſſorum, pariterque Metenſium Pontificum, Victoris itemque alterius Victoris, Legontii, Speri, atque Aprinciæ Virginis: quarum è diverſis locis collectionis atque in unum repoſitionis cauſa hæc fuit. Eſt in diœceſi Metenſis Eccleſiæ locus pertinens ad S. Georgium, juxta Saleburc, qui vocatur Luchiſin, ubi erat plurima multitudo fidelium, monachorum, converſorum, ac devotarum mulierum, ad ſerviendum Deo aggregata, pro religione & ſanctitate vitæ non modicum, circumcirca famoſiſſima. Hujus itaque Prior, cum ſolicitus erga Gregem & locum ſibi commiſſum foret, ac quæque illi neceſſaria & animabus præcipue utilia procuraret; videns eccleſiam ſuam patrociniis Sanctorum carere, utpote quæ noviter conſtructa necdum ſatis fuerat Reliquiis Sanctorum adornata vel munita; Domnum Stephanum Metenſem Præſulem adiit, & ut in hoc ſibi ſubveniret multis precibus exoravit. Cujus precibus cum ſatisfacere prædictus Pontifex vellet, & ubi invenire poſſet quæ petebantur anxius mente dubia volveret; ab adſiſtentibus ſibi, eccleſiam S. Clementis ſepulturis Sanctorum, qui in eadem urbe tranſierunt, inſignem eſſe accepit, quæ petita præbere ſibi ſufficienter ſine ſui detrimento valeret; & unde jam nonnulla Sanctorum pignora ſumpta, & ad alias eccleſias tranſlata, honorifice venerarentur. Confeſtim igitur accerſitis Abbatibus S. Vincentii atque S. Arnulphi, mandavit Fratribus S Clementis, ut Corpus S. Legontii, quod apud eos eatenus tumulatum jacebat, effoſſa humo detegerent; & ſe, prædicti Confeſſoris Reliquias levaturum, in proximo præſtolarentur, quæ huic operi neceſſaria forent omnibus præparatis; F reticens quod tradere ſupradicto Priori diſpoſuerat. Quod cum Fratribus cognitum fuiſſet, petitis induciis, ut de quibus fuerant interpellati inter ſe conferrent ac reſponderent; tandem communicato conſilio, timentes tanto privari Patrono, hujus prædictorumque undique collectis Reliquiis Sanctorum, diſtincte atque ſeparatim in hoc ſcrinio repoſuerunt, ſingulis reliquiis, ſingulis aſſignatis brevibus. Sunt autem caput cum ceteris corporis membris S. Speri, nullis involutis linteaminibus, ſed ſparſim per ſcrinium diſpoſitis & deſuper ſupradictorum Sanctorum Reliquiæ ſeparatim, cum brevibus ſuis adaptatæ, & linteis involutæ. Acta igitur ſunt hæc anno ab Incarnatione MCXLII, menſe junio, indict. V.

ab Epiſcopo petiti,

plurium ſimul collocatæ Reliquiæ an. 1142

4 *De* S. Legontii *Natali & Tranſlatione, alia quam Epiſcopus deſtinaverat, egimus* XVIII *Februarii*; S. Sperus, *aliis* Heſperius, *obiiſſe fertur* XXII *Novembris ſeculo Chriſti* VII, *quando de illo agetur. Utinam tantumdem hic facere* lice-

A liceret de S. Aprincia : *nam in Meurissii historia Episcoporum Metensium, hactenus non potui nomen invenire, nusquam expressum in Indice, forte nec uspiam reperiendum in libro, quem non vacat hac de causa totum evolvere. Vicini Tullenses colunt* XV *Julii* S. Aproniam *Virginem, sororem sui sancti Episcopi Apri, cujus & caput habebant pridem, & corpus Trecis ubi obierat, acceperunt per S. Gerardum, Episcopum circa an.* DCCCLXIII *ordinatum, cujus Vitam illustravimus* XXIII *Aprilis. Sed quis suspicari ausit, istius Reliquias ad S. Clementis delatas, à tam vicinis alio die ac nomine quam istic coli ? Ipsam ergo hic relinquimus, sicuti Metis accepimus. Addo autem prædictum* Saleburc *male scriptum videri, & legendum* Sarebruc, *super Sarum fluvium; non illud inferius in Trevirensi diœcesi, sed superius in finibus Metensibus versus Ducatum Bipontinum : supra quod duarum leucarum intervallo notatur* Lorquin, *hic* Lucherin *nihilo melius scriptum ; ac rursum pari ab ipso ac flumine spatio locus* S. Georgii ; *ubi fuerit prædicta personarum religiosarum Congregatio.* D

An eadem alias Aproniа ?

Loca hic signata.

DE S. ROTRUDE VIRGINE

APUD BELGAS IN MONASTERIIS ANDRENSI ET BERTINIANO.

G. H.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§. I. *Andrense monasterium constructum. Corpus S. Rotrudis in eo depositum.*

XXII JUNII B

Anno 1084

Extat Chronicon Andrensis monasterii, Ordinis S. Benedicti in diœcesi Tarvanensi sive Morinensi, nunc Bolonienſi auctore, Willelmo Abbate, ab anno MLXXXII *ad* MCCXXXIV *deductum; quod nos habemus manuscriptum, & Lucas Acherius tomo* IX *Spicilegii excudit, ex quo etiam Andreas du Chêne plurima deduxit in Probationibus Historiæ Genealogicæ familiarum Ghisnensium, Andrensium, Gandensium & Couciacarum. In ea historia de dicti monasterii fundatione ista narrantur :* Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIV, piæ recordationis Comes Ghisnensis Balduinus, Flandrensis Comitis Caroli cognatus & fidelis amicus, & Flandrensium carissimus, Andrensis ecclesiæ cœnobium instauravit & Monachos instituit : in quorum Ecclesia corpus Beatæ Rotrudis Virginis, divinitus, evidentissimis miraculorum ostensionibus prodentibus, sibi collatum; non sine maximo nobilium simul & plebejorum honore & reverentia & magnificentia, cum jucunditate collocavit & gloria.

in ecclesia Andrensi collocatur corpus S. Rotrudis.

2 De hac sancta Virgine Petrus, Andrensis Abbas quintus, libellum scripsit, quem ad prandium in ejus solennitate decimo Kalendas Julii legi fecit, & in Andria monasterio constituit : *ut* ex manuscripto libro Ecclesiæ Morinensis *refert Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad hunc diem. Tunc, inquit, Willelmus Abbas*, crescente paulisper religione, cum bonis spiritualibus, temporalia (sicut mos est) creverunt ; cum non solum de Comitatu Ghisnensi, sed etiam de Bolonienſi potentes & nobiles viri & mulieres, prædia & facultates, nemora, reditus & censuales, Deo & B. Rotrudi, ad sustentationem in hoc loco Deo servientium, certatim & catervatim dederunt. Vidit hoc & invidit Balduinus Bochard, Andrensis pagi Dominus, & (sicut bonæ memoriæ Dominus Petrus, hujus loci Abbas quintus, prudens, discretus & litteratus, in suo tractatu plenius describit) verens infelix, ne ejus possessiones paulatim labefactarentur, & ad jus Ecclesiæ redigerentur, libellum de Vita B. Rotrudis conscriptum, felle livoris commotus, excidit, miraculis detraxit, sanctitatem extinguere per libelli demolitionem pu-

C *Vita scripta,*

per invidiam discerpitur,

tavit, & multos simplices B. Rotrudi devotos à servitio ejus precibus & minis avertit : & tandem religiosum Comitem ad hoc induxit, ut per ignis judicium, sanctum Dei famulæ corpus examinaretur : & die statuto ad hoc spectaculum totius populi universitas per edictum publicum convocaretur. Quod & factum est. Sed quidquid livor hostilis B. Rotrudis præcogitavit ad contumeliam, totum ei cessit ad gloriam. Quia, sicut à venerabili Patre præfato Petro plenius digestum est, ignis sacrum os in se projectum coram omnibus glorificavit, quod infidelis vicinus quantum in se fuit, & quantum ab aliis fieri impetraverat, dehonestavit. Et hoc invidiæ morbo erga B. Rotrudem & ejus ministros, totam ejus posteritatem respersam audivimus, qui in nostra ætate septimum à præfato Balduino Bochard heredem vidimus. De quibus nobis constat, quod, quamdiu vixerunt, Ecclesiam nostram persecuti sunt ; in morte vero, etiam inviti, de suis eam bonis ampliaverunt. Denique per præfatum Balduinum Bochard Vita Rotrudis discerptâ & demolitâ, licet plurimis postmodum claruerit signis aliorum more Sanctorum, pauca penes nos ipsius gestorum habentur insignia, exceptis illis, quæ à memorato & merito memorando Abbate Petro veraci & eleganti stylo sunt composita.

E

os unum per ignem probatur,

ipsique adversarii eam honorant in morte :

F

3 *Hactenus Willelmus qui nihil de rebus à* S. Rotrude *in vita gestis, nihil de ejus prosapia, loco nativitatis, educatione & statu genereque vivendi, nihil denique de felici ejus ad Christum migratione, nihil de miraculis, sive in vita, sive post mortem patratis indicavit : quæ omnia si ab Abbate fuerint scripta, per malevolam dicti Balduini Bochard invidiam sunt sublata : solum autem aliqua de Translatione corporis ad Tervanensem seu Morinensem ditionem interserit suæ historiæ, sed suo dein glossemate dehonestat, dum hanc* Virginem Rotrudem, *cum* S. Rictrude vidua, & matre S. Mauronti, atque trium Sanctarum Virginum, Clotsendis, Eusebiæ & Adelsendis *unam eamdemque feminam constituit, & dictæ* S. Rictrudis *corpus asserit in Andrensi cœnobio asservatum. Acta S. Rictrudis illustravimus ad diem* XII *Maji, & in nostro commentario prævio hanc controversiam deduximus, ostendimusque, aliam à*

ejus cum S. Rictrude de perpetua confusione corpus

S. R-

A S. Rictrude vidua *esse* S. Rotrudem Virginem,
AUCTOR. *illiusque corpus tunc in Marcianensi Ecclesia fuisse*
G. H. *& hactenus permansisse, quando corpus* S. Rotrudis *fuit in Andrensi Ecclesia summa cum veneratione habitum : quæ ibidem relata, non sunt hic repetenda. Potuit interim corpus* S. Rotrudis Virginis *apud Marcianenses olim depositum fuisse, uti in Chronico Willelmi legitur : quod tamen lectoris judicio relinquimus. Ita is scribit.*

4 Dum adhuc in ipso cœnobio Marcianensi Moniales residerent ; & , sicut eidem sexui est inolitum, in rebus gerendis & disponendis minus provide se haberent ; quidam ejusdem loci ædituus, quem nostro more Custodem vocamus ; natione Anglicus, corpus gloriosæ Rotrudis furtim auferre disposuit, & ad natale solum transferre : pro eo quod miraculis crebro coruscantibus, de ejus meritis nullatenus valuit dubitare. Affectum igitur ad effectum perducens, & sacrum corpus cum Vita nobilis matronæ sibi commendatum subripiens, fugam parat, terram circuit & perambulat, Ghisnense territorium intrat, & statim
B occulto Dei judicio infirmatur, Sacrum corpus sub quadam spina, B. Rotrudis hactenus nomine vocata, ab eo occultatur. Moritur bajulus, & multo tempore venerabilis Matronæ tam corpus quam vita vel meritum, ab hujus regionis incolis adhuc raris, ignoratur. Tandem hujus nostri Occidentis tenebras Deus volens Marcianensi lumine misericorditer illustrare ; primo quidem, per lumen cereorum crepusculo & nocte, meritum sub spina quiescentis pastoribus revelavit : postmodùm per somnia & visiones ægrotos attraxit, & optata sospitate donavit. Ad ultimum Principem terræ Comitem Balduinum, hujus nominis primum, ad inventionem corporis sacri, in corio cervino consuti, cum tota terræ nobilitate & promiscui sexus universitate coadunavit. Statim omnibus constitit astantibus, de merito thesauri inventi, tam per evidentia scriptorum indicia, quam per miracula multipliciter patrata.

dicitur è Marcianensi cœnobio relatum,

sub spineto occultatum,

quod lumine nocturno illustratum,

5 Comes jubet thesaurum sublevari, & ad castrum suum Gisnense transferri, & in capella sua reponi : nec valet ullatenus à loco sublevari. Suburbium sui castri, ubi in ejus honore Abbatia Monialium Comes nominat,
C vovet & Sanctæ donat : & sic iterum conatus, attentius, sed in vanum laborat. Diversis interim diversa sentientibus, & multiplex consilium dantibus, de cujusdam sapientis & antiqui consilio, Comes de novo bigam jubet præparari, par boum jugo eatenus insuetum bigæ apponi & præponi, sacrum corpus bigæ superponi, sine aurigæ officio subvehendum, ubicumque illud Divina providentia dirigi vellet & transferri. Comiti jubenti clientela frequens obtemperat. Thesaurus diu occultatus ex facili subvehitur, plaustro recenti decenter imponitur, solo Deo auriga ad capellam B Medardi, sitam super clivum, nunc intra Andrensis monasterii sepia concluſum, par boum progreditur ; & ibidem immobilis Dei nutu tenetur. Thesaurus deponitur, & ibi honeste ac devote reponitur : & ita in brevi capella in ecclesiam convertitur. Inchoatam ecclesiam Comes de bonis suis ditat & donat : Baronum & Optimatum nobilitas donis suis Comitis donum nobilitat. Diœcesa-

ac diu immobile,

nus quoque Episcopus Gerardus, in facto re- D
centi Deum glorificans, factum approbat, locum veneratur & honorat : ecclesias eidem confirmat, & tam Comitem quam subditos ejus, ut ecclesiæ promovendæ viriliter insistant, monet, hortatur, & excitat. *Hæc Willelmus Abbas, etiam ab Andrea du Chêne relata : quorum aliqua elucidamus. Ac primo animadverto quod dicantur apud Marcianenses in locum Sanctimonialium introducti Monachi, eisque datus abbas Ledwinus anno* MXXIV ; *ante quem annum fuisset corpus* S. Rotrudis Virginis *translatum ad territorium Gisnense. ac* multo tempore, *id est annis circiter sexaginta*, sub spina occultatum, ab incolis ignoratum. *Balduinus vero primus istius nominis, anno* MLXV, *successerat Eustachio patri in Comitatu Gisnensi : qui post inventum corpus* S. Rotrudis, *& translatum ad capellam S. Medardi anno* MLXXXIV, *Andrense cœnobium instauravit ac Monachos induxit, ut supra indicavimus primo loco, volentes ea ratione inducere Lectorem ad certiorem notitiam* S. Rotrudis *& cultus ejus viamque commodiorem ad reliqua proponenda sternere. At Gerardus Episcopus Morinensis, qui factum approbavit, præfuit Ecclesiæ suæ ab anno* MLXXXIV *usque ad annum* MCIX, *quo ille depositus successorem habuit B. Joannem, ut ad hujus Vitam* XXVII *Januarii cap.* 3 *indicatur.* E

miraculo pervectum sit ad Sacellum S. Medardi.

§. II. *S. Rotrudis prosapia virtutes, translatio in novam capsam.*

6 *Einardus in Vita S. Caroli Magni Imperatoris, à nobis ad diem* XXVIII *Januarii illustrata inter filias ex Hildegarde conjuge procreatas, primam refert* Rotrudim, *quæ anno* DCCLXXXI *fuit desponsata Constantino Imperatori Orientali ; sed ea desponsatione soluta, alteri nupsit. Nam ut in Annalibus Francorum Bertinianis legitur*, anno Domini DCCCLXVII, Ludovicus Abbas monasterii S. Dionysii, & nepos Caroli Imperatoris, ex filia majore natu Rotruda, v Idus Januarii obiit. *Iacobus Malebrancus lib.* 5 *de Morinis cap.* 34, *cum non posset stabilire* S. Rotrudem Virginem, *quæ fuerit* filia Caroli Magni, *aliam adinvenit* Rotrudem, *quam putat* S. Rotrudem Virginem *fuisse*. Siquidem, *inquit*, comperitur alia Caroli Magni soror, nomine Eufetia quæ ex probabilibus arguitur, Miloni, Fromondini Bononiæ Comitis fratri, data in matrimonium, genuisseque Rotlandum Britannici nostri litteris Prætectum, Rotrudem hanc, & Lebtrudem ... Igitur quod de Karolina Rotrude narratum, congruentius huic nostræ quadret : utpote quæ in paterno prædio silvaque, thalamos fugiens, primo eremiticam sedem in peregrina veste sibi quæsierit, dein monasterium erexerit .... Pro Rotrude, primum argumento sit ipsum monasterium, situm fere in Gisnensis territorii meditullio quod aliqua ex parte transcribit Bertinensis Lebtrudis, *illius soror credita*. Deinde S. Medardi sacrarium, regia stirpe oriundam non incongrue facit ; siquidem in argentea capsa, quæ Audomaropoli etiamnum apud Bertinenses visitur, loculamentum alterum Virginem repræsentat, arrectis auribus stantem inter duos venerabiles viros .... ubi qui

Rotrudis filia Caroli Magni

F

sed conjugata,

si-

A siniſtrum ſtipat latus, dici aliquo modo poteſt S. Medardus, olim Sueſſionem Epiſcopus, de ſuperato nobiliori connubio palmam
aliæ ejus ex ſorore neptis pro S. Rotrude protruditur: offerens, quandoquidem ei ſacram ædem ſuam fecerit .. alterum capſæ argenteæ loculamentum repræſentat Rotrudem, ab Angelo invitatam ad domicilium in frondoſo loco figendum uti fuit monaſterii exædificati locus ... Plura de hujus monaſterii inſtitutione ac progreſſu temporum injuriæ denegarunt. Namque ita Normannorum flammis abſumptum eſt, ut anno MLXXXIV in breve S. Medardi ſacrariolium redactum, *ſuſceperit* (*ut ſupra dictum eſt*) corpus S. Rotrudis Virginis. *Hæc Malebrancus* ex probabilibus, *ut arbitratur*, *auſus eſt proferre. Adjicitur inter Heroïcarum fabularum rhapſodias, quas Romancias appellant*, Berta nupta Miloni, genuiſſe Nolandum Comitem Cenomanenſem, in Pyrænæis occiſum. *Sed quæ ibi* Berta, *Malebranco* Eufetia *eſt*, & Rolandus maris Britannici Præfectus. *Proinde certiora ad plenam fidem faciendam optaremus inſtrumenta.*

B *fertur addicta eleemoſynis,* 7 *Forſan magis authentica poterunt cenſeri ſequentia* tria *quæ, ut ille ait,* In Giſnenſi Martyrologio præſertim adnotantur, quibus ſe Deo gratam totique patriæ admirandam præſtiterit. Numquam inopum manus ſinebat abire vacuas, quas comparabat opes, non ſibi ſuiſque, ſed eas egenis quodammodo deſtinari rata. Quamcumque in partem ſe volveret, Crucis imago ſe quaſi præſentiſſima offerebat intuenti; & dulciſſimum Ieſum indigniſſima Crucis morte mulctatum in memoriam revocans, illico in lacrymas & pium orationis ſtudium reſolvebatur. Eam rerum omnium deſpicientiam erat adepta, acſi corporis ſenſu fuiſſet deſtituta; tantuſque bonorum contemptus, ut non Regis neptem, ſed opilionis filiam dixiſſes. *Hæc Malebrancus, citato Martyrologio Giſnenſi, cujus utinam nuda verba protuliſſet.*

paſſioni Chriſti,

& ſui contemptui:

corpus latuit 200 *annis,* 8 *Idem lib.* 8 *cap.* 70 *aſſerit*, S. Rotrudis monaſterium fœda Normannorum tempeſtate in favillas abiiſſe, ſalvo tamen Divæ corpore, quod jam prope ducentis annis in obſcuro cognitumque nulli, Giſnas inter & Promontorium, nunc Montorium, ſpinetum quoddam viſebatur, grandeque jam ſenium induerat, quod locus ille haud frugifer raro admodum incola habitaretur, crebris tamen aculeis inhorreſcens arcebat à ſe prætereuntes;
C *aut forte ſolum* 60. donec tandem de nocte vel ipſo crepuſculo, ovibus quandoque iſtorſum aberrantibus, animadverterunt opiliones inter ſpinas quaſi cereorum lumen promicare *&c. Quæ ſupra ex Willelmo dedimus, ſecundum cujus relationem, ſi corpus è Marcianenſi eccleſia furtim ſublatum eſſet, non ducentis annis, ſed ſolum ſexaginta circiter latuiſſet ut ſupra oſtendimus.*

9 *Hæc ſunt omnia quæ de vita aut tranſlatione* S. Rotrudis, *anno* MLXXXIV *facta, à variis relata: quibus addit Willelmus in Chronico Andrenſi, illuſtria dona ſive poſſeſſiones traditas à Gerardo Epiſcopo Morinenſi, Balduino Comite Giſnenſi, & aliis circiter triginta illuſtribus viris, quæ ſub finem iſtis verbis concluduntur*: Hæc dona ſupradicta attributa ſunt ſancto Salvatori & S. Rotrudi de Andernes, vivente Balduino Comite Giſnenſi & concedente, & concedentibus filiis ejus Manaſſe, Fulcone, Widone, coram iſtis teſtibus, Arnulpho de Arda, Wandelmodo, Ernulfo de Lodebrone. Hoc autem totum factum eſt in generalibus placitis apud Geſnes, præſentibus Militibus & Laicis regionis Giſnenſis: & unuſquiſque ſupradictorum teſtis eſt doni alterius. Nunc autem Comes Manaſſes, filius Balduini Comitis Giſnenſis, Spiritus ſancti gratia illuſtratus & beneficio patris ſui compunctus, conceſſit, ut unuſquiſque Militum ſuorum uſque ad carrucatam unam, ſancto Salvatori & S. Rotrudi, vel uſque ad centum ſolidos reditus libere attribuat. Hoc autem dedit in manu Domini Petri Carrofenſis Abbatis coram Militibus ſuis. *Deinde enumerantur quatuor & viginti, qui ſua dona* ſancto Salvatori & S. Rotrudi in præſentia Comitis Manaſſis *ſub clauſula ſupra relata obtulerunt: & hactenus relata, dicuntur* anno MLXXXIV *peracta. Dein ad Giſleberti primi Abbatis Andrenenſis cœnobii petitionem, referuntur plurima dona & poſſeſſiones collatæ, etiam pro conſtructione Domus eleemoſynariæ, intuitu* ſancti Salvatoris & S. Rotrudis, anno MCIV ſub Manaſſe Comite: *iterum anno* MCVII *& aliis ſequentibus, ſæpius repetito nomine* ſancti Salvatoris & S. Rotrudis. *Poſtea* Domnus Reinaldus *præficitur Abbas, & à B. Ioanne Morinenſi Epiſcopo benedicitur; qui privilegio ſuo confirmavit illi dona & poſſeſſiones, oblatas in* honorem ſancti Salvatoris Sanctæque Rotrudis. *Eorumque rogatu Paſchalis* II *& Calixtus* II *Pontifices Romani* monaſterium ſancti Salvatoris & S. Rotrudis *in* Apoſtolicæ ſedis tutelam ſuſceperunt, & poſſeſſiones confirmarunt.

D AUCTOR. G. H

iterum anno 1104, 1107 & *ſeqq.*

E *quæ confirmantur à Paſchale* II & *Calixto* II.

10 *Sed aliis omiſſis tranſimus ad annum* MCLXI *quo* Petrus *aliquis, dicto monaſterio præpoſitus eſt Abbas, qui ut* Paſtor providus, ne vacaret & à bono opere torpeſceret, ad fabricandum feretrum B. Rotrudis operam dedit, artifices conduxit, & ſicut prænominatus Domnus Gregorius, in opere hujuſmodi exercitatus, tempore ſuæ electionis durante illud inceperat, ad finem debitum perducens, egregie confirmavit. Dum vero idem feretrum fieret, & corpus præfatæ Dominæ juxta majus altare in quadam arca repoſitum requieſceret, pernoctante ſæpius in orationibus Domno Petro circa ipſum altare, & tam ſe quam ſibi ſubditos Chriſto & ſuæ ſponſæ devote & intente recommendante; tanti ſtrepitus, tam mirandi & pavendi ictus in arca & circa arcam ab ipſo ſunt auditi, quod manifeſte intelligebat, B. Rotrudem pro ſui humiliatione & dejectione indignari. Ipſe autem, tamquam vir timoratus, & erga eam devotus, ſæpius interrumpens orationem, flexis genibus & expanſis manibus voce lacrymabili clamabat: Domina, Domina, expectato tempus adhuc modicum, quia quanto citius valebo, pro viribus accelerabo opus noſtrum. Quotieſcumque opus novum volebat incipere, quotieſcumque pro Eccleſiæ negotiis eum oportebat alicubi pergere, & à Principibus ſeu Prælatis quidlibet optabat impetrare, ſe & cauſam ſuam B. Rotrudi recommendabat, & pro adepto deſiderio ei ſtatim grates debitas referebat ....

Petrus Abbas dum curat capſam novam fieri,

audit ſtrepitus circa arcam, F *Sanctam ſæpe invocat;*

11 Tertio autem anno à Prælatione Domni Petri explicito, & opere feretri, ut ſupra ſi-

Varia dona & poſſeſſiones ei offeruntur anno 1084,

A AUCTOR. G. H. sicut dictum est, expleto, convocatis cum Episcopo Milone totius Episcopatus Abbatibus, in die festo S. Rotrudis totum corpus ejus in feretro honorifice fuit reconditum, & caput omni populo ab Episcopo ostensum, Domino cooperante & Translationem confirmante sequentibus signis, sicut in ejus Legenda est expressum. *Hæc Willelmus, qui se oculatum testem & vidisse asserit. Dolemus autem hanc de miraculis Legendam interiisse. Dictus Episcopus fuit* Milo *secundus, qui patruo suo Miloni primo successit anno* MLIX *mortuus anno* MLXIX. *De eo ex libro Ms. Ecclesiæ Morinensis apud Molanum ista leguntur:* Rotrudis hujus reverendum sanctæ Virginis Rotrudis corpusculum populo demonstravit & inferetravit Episcopus Tervanensis Milo secundus. *Scripserat ante dictus Willelmus* festum S. Rotrudis decimo Kalendas Julii recoli ob ejus adventum & duplicem translationem, quarum prima facta fuit sub Comite Balduino primo, secunda vero ab Abbate Petro tertio. Addendum *asserit Malebrancus lib.* 8 *cap.* 70, altero monasterio sed femineo in ejus honorem Gisnas adauctas, de quo postmodum. *Verum lib.* 9. *cap.* 42 *illud scribit S. Leonardo fuisse dicatum.*

curat translationem faciendam.

B

§. III. *Translatio corporis ad monasterium S. Bertini. Memoria in variis Fastis.*

12 *De tempore & causa quibus corpus* S. Rotrudis *translatum sit ad Ecclesiam S. Bertini, nihil certi reperimus. Malebrancus lib.* 10 *cap.* 20 *describit* corpus S. Rotrudis à Milone cum ossibus suis, vino nitide prolutis mundaque linea involutis, in argenteam capsam translatum, & *dein solum addit*: Hodie eam possident Bertinenses. *In supra citato codice Ms. Ecclesiæ Morinensis apud Molanum ista sic proferuntur:* Modo ab immemorabili tempore sacratissimum corpus in pago Tervanensi in ecclesia S. Bertini requiescit: quod populo & Clero me vidente propalavit dudum Antonius Abbas, mensis Augusti die quinto, celebrata prius Missa. *Hæc ibi. Dictus Abbas fuit* Antonius de Bergh ad Zomam, *ex regimine monasterii S. Trudonis in Hasbania assumptus, ac mortuus anno* MDXXXI. Immemorabile tempus *dici à Molano videntur centum aut ducenti anni: imo forsan plures possent dici effluxisse, à quibus ea translatio facta sit. Nam certum est corpus fuisse in Monasterio Andrensi ad annum usque* MCCXXXIV, *quo finitur Chronicon Andrensis monasterii, in quo refertur charta Innocentii Papæ* III *signata anno* MCCVIII, *cum mentione* monasterii sancti Salvatoris & sanctæ Rotrudis Virginis; *& ad annum* MCCXI *fit mentio* festivitatis S. Rotrudis: *nec omisisset Auctor occasionem commemorandæ translationis ad Bertinianos, si ante eum annum contigisset. Itaque id in destructione monasterii factum videtur, bellis Anglos inter & Francos ardentibus, potissimum ex quo ab Edouardo* III *Rege Anglorum, Caletum, post longissimam obsidionem, captum est anno* MCCCXLIII, *nec procul inde Andrense monasterium vulgo* Andre, *Andam inter & Gisnam situm.*

Corpus ad eccleſiam S Bertini

translatum post annum 1234,

C

forsan circa an. 13-43

13 *Quod Molanus ad tempora* Sifridi Dani *respexerit, contigit per lapsum memoriæ: cum Sifridus ante Inventionem corporis annis centum & quinquaginta vixerit. Idem Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii* S. Ortrudis Virgo sive Rotrudis in Andria Angliæ (*imo Morinorum*) Monasterio quievit, sed nunc quiescit ad S. Audomarum in S. Bertini monasterio. Natalis est die XXII Iunii. *Ad quem diem sub nomine* Ortrudis *idem* Molanus *de illa agit in Additionibus ad Usuardum; & in suis Natalibus asserit sic legi in Martyrologio Bertiniano, litteris primis per errorem transpositis. Molani auctoritate abreptus Saussaius, Martyrologii Gallicani conditor parum accuratus;* In cœnobio S. Bertini, *inquit*, agro Audomaritano susceptio purissimi corporis S. Rotrudis Virginis, ex Andrensi in Anglia monasterio; *& in Supplemento ad eumdem diem;* Gisnæ in Picardia S. Ortrudis Virginis Deo caræ, cujus corpus sacrum ibidem religiose conditum est. *En una eademque in duas Virgines distincta &* Andrense *Morinorum* monasterium *ab homine Gallo non inerudito, sed juveniliter præcipiti in Anglia collocatum*; Gisnæ *in Picardia, cum Artesiæ esset attribuenda. Sed & Wilsonus in prima & secunda editione Martyrologii Anglicani, & cum illo Alfordus in Annalibus Anglicanis præfati Molani ductum secuti* S. Rotrudem *suæ nationi attribuerunt, & iste ad annum* 875 *num.* 7 *post relatas irruptiones Danicas, addit:* Interim Icenorum pientissimi Ortrudis Virginis corpus, è Suffolciensi provincia subductum, in Belgium detulerunt: quod Milo secundus Tervanensis Episcopus in feretro decenter collocavit, ut habet Miræus in Fastis ad XXII Iunii. *Verum est quod Miræus de Milone agat, sed nihil de Anglia habet: procul autem distat citatus annus* DCCCLXXV, *ab anno* MCLXIV, *quo Milo illam translationem fecit. Allegat etiam dictus Alfordus utrumque Saussaii locum, ac dein sic concludit:* Verum quod de Andrensi monasterio in Anglia dicitur, vereor ut subsistat. Opinor enim Virgineum corpus ex Anglia elatum, Gisnæ primum quievisse in Andrensi monasterio, quod Balduinus Comes erexerat; inde vero Audomaropolim migrasse. *Poterat etiam & merito* vereri ut subsistat ejus habitatio in Anglia. *Sic eadem absque scrupulo inscripta est Martyrologiis Benedictinis, & Arnoldus Wion asserit* Anglam natione, & sanctimonialem Andriæ in Anglia. *Sequitur Bucelinus; eamdemque referunt Dorganius & Menardus. Laudo quod venerentur* S. Rotrudem, *cujus corpus est in monasterio Ordinis sui, quod* Anglam, *vel* sanctimonialem *faciunt, approbare non possum; quia occasio ipsam Anglis adscribendi non fuit alia, quam quod Andrensi monasterio per Anglicanas irruptiones dissipato, corpus ad Bertinianos translatum videatur.*

D

perperam Angliæ adscripta,

uti etiam Ordini Benedictino.

E

F

14 *His ergo discussis teneamus* Virginem sanctam, *non* Ortrudem, *sed* Rotrudem; *non* sanctimonialem monasterii Andrensis in Anglia; *sed depositam & publicæ venerationi expositam, miraculisque claram,* in monasterio Andrensi in diœcesi Morinensi seu Tervanensi, *& inde* ad Bertinianum monasterium translatam. *Porro præter varios Martyrologos, qui eam ad hunc* XXII *Iunii retulerunt, Canisius ad diem sequentem* XXIII *Iunii suo Martyrologio Germanico ipsam inscripsit. Aliqua etiam Reliquiarum* S. Silvini Episcopi & S. Rotrudis

Oſtenſio Reliquiarum

oſten-

A ostensio *facta est* V *Augusti* ; *de qua egimus* XVII *Februarii ad Vitam S. Silvini*, *ex Mss. Annalibus recentioribus monasterii Sithiensis*, *unde verba ista dedimus* : Insignis Pater Antonius à Bergis, S. Bertini Abbas, mensis Augusti die quinto, Indictione IV anno MDXVI, coadunato Conventu, qui apud Salbrucam fuerat ad recreandum, corpora Sanctorum Silvini glorioſi Præſulis & S. Rotrudis Virginis oſtendit populo & Clero circumſtantibus. *Arnoldus Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 97 *aſſerit*, monaſterium S. Bertini adhuc poſſidere corpus S. Rotrudis Virginis Giſnenſis, ad hoc cœnobium devectum ex Andrenſi Bolonienſis diœceſis monaſterio, *& pag.* 10 *addit* coſtam unam glorioſæ Virginis Rotrudis *aſſervari in Alciacenſi Ordinis S. Benedicti apud Heſdinium cœnobio : quam Dominus Oliverius Abbas à dicto Antonio Abbate, cum in prædicta oſtenſione adeſſet, una cum mandibula inferiore S. Silvini accepiſſe dicitur in dicta Vita S. Silvini.*

facta an. 1516

coſta Alciaci.

D

DE S. SICILDE VIRGINE,

IN CENOMANNIA GALLIÆ PROVINCIA.

D. P.

Ex Notitiis à Claudio Caſtellano Canonico Pariſienſi ſubmiſſis.

SEC. VIII.

B

ANiſolenſe S. Carileſi *apud Cenomannos* monaſterium, *quo de multa dicenda nobis erunt ad illius Vitam* I *Julii*, *ab omni retro-memoria coluit prætitulatam Sanctam* ; *atque in antiquis Mss. Miſſalibus*, *Breviariis*, *Ordinariis ad hunc* XXII *Junii notatum habuit Officium* Sicildis Virginis *trium* Lectionum. *Ibidem in grandi membraneo Uſuardi Martyrologio*, *ſimiliter adſcriptum ad eumdem diem*, *ante non multos annos legebatur* : Item Sanctæ Sicildis Virginis ; *& in margine addebatur* III Lect. *Dico* legebatur (*inquit Canonicus Caſtellanus omnia ſcrutatus*) quia pulcherrimo illius Ms. pars magna diſciſſa eſt anno 1684, agglutinanda valvis organi ; ægreque prohibui ne altera ſimiliter diſcerperetur : quod idem Miſſalibus quoque metuendum erat ; quia Religioſi iſti uti cœperunt monaſticis novi ritus Breviariis Miſſalibuſque ; in quibus ex veteri ritu ſoli illi retenti ſunt Sancti quibus antea fiebat Officium novem Lectionum ; abolitis iis omnibus quibus ſolum tres dabantur. Sane nequaquam probanda licentia ea fuit. Cur enim unos non fecerunt coli ſub ritu Simplicis, ſicut alios decreverunt colendos ſub ritu Semiduplicis ? Nempe videntur hoc ſolum cordi habuiſſe, ut excuterent ſive minuerent onus recitandi parvi Officii de Beata, à quo Simplicia non abſolvunt, uti faciunt Semiduplicia.

Aniſolæ cultus antiquus

3 *lectionum nuper abrogatus*,

C

2 Verum, ſi per hanc tam ineptam rubricam ceſſat Aniſolæ cultus Sanctæ ; non ceſſat in proprii nominis eccleſia quæ duabus circiter leucis diſtans à monaſterio, Patronæ ſuæ feſtum ſolenniter agit, ceſſantibus ab opere omnibus totius burgi incolis ; quod quo nomine diceretur antequam in nomen ſuæ Patronæ tranſiret, vulgo SAINTE SEROLDE dictum, nullo indicio hactenus potuit deprehendi, ut oporteat vetuſtiſſimam eſſe appellationem. Eccleſia una ex pulcrioribus Franciæ eſt, haud dubie quin ex eleemoſynis, per crebra Sanctæ beneficia provocatis, ad eum provecta ſplendorem ; quamquam haud parum eodem contuliſſe videntur Domini de Sintrailles, antiquæ nobilitatis familia, locum hereditaria poſſeſſione obtinentes : qui etiam undique fecerunt requiri memorias Sanctæ ſiquæ uſpiam reperirentur : ſed hactenus nullæ detectæ ſunt ; majoris tamen altaris tabula ipſam repræſentat in habitu Religioſæ.

perſeverat in eccleſia propria

abſque peculiari notitia :

3 Officium totum de Communi fit, in eoque ad noſtram uſque memoriam non niſi S. Sicildis nominatur : ſed qui hunc præceſſit Parochus inſtituit barbare SERAUTAM dicere, eo quod diphtongo AU, ſecundum vulgarem pronuntiationem, reſpondeat vocalis O : notum eſt autem, quod nomina in ILDIS, dum Gallice redduntur, terminentur per AUT. *Sic* Brunichildis, Mathildis *&c vertuntur* Brunehaut, Mahaut. *Cenomannorum autem idiotiſmus eſt*, *pro littera* S, *inter vocales poſita*, *uſurpare caninam* R, *puta* Maiſon, Pâ Moiſon *&c*, Mairon, Pamoirôn. *Dum ergo ex* Sicilde *alii facerent* Sezaut, *ipſi faciunt* Seraut, *& pronuntiant* SEROTE. *Qui modo Parochiam adminiſtrat Presbyter*, *per magnam quamdam ſimplicitatem*, *primum ſibi*, *deinde parochianis ſuis conatus eſt pro concione ſuadere*, *nomen illud idem eſſe cum nomine* S. CONSORTIÆ, *de qua jam egimus*. Sed ea novitas necdum fidem invenerat apud incolas, cum ego illic eſlem, *inquit Caſtellanus*, anno MDCLXXXIII : poſtea autem homini ſcripſi, erroremque dedocui, oſtendens quam ſit impoſſibile, ut CONSORTIA aliter reddatur Gallice, quam CONSORCE.

E

nomen vulgare S. Serote,

unde ſit ?

4 *Dedit Bollandus ad* XVII *Februarii Vitam* S. Silvini, *incertum cujus aut potius nullius ſedis*, *ſed ad Euangelii prædicationem* Epiſcopi *Apoſtolici*, *circa annum* DCCXX *defuncti in Belgio Alciaci prope Heſdinium*. *In ea Vita per familiarem ejus comitem Antenorem ſimiliter Epiſcopum ſcripta*, *num.* 21 *ſic legitur* : Poſt expletum Officium funeris, Adalſquarius quidam, vir prudens ſatiſque devotus, ejuſque conjux Aneglia nomine, de nobiliſſima proſapia exorta Francorum, præparaverunt convivium magnum, ad opus eorum qui ad ſepeliendum Sanctum convenerant corpus ... Iſti etiam conſtruxere baſilicam Alciaci cœnobii in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ ; ubi etiam, ante adventum B. Silvini eorum filia, SICCIDIS nomine, depoſito ſeculari habitu jam Deo ſacrata inerat. Quæ poſt tranſitum ejuſdem famuli Dei, ornavit eccleſiam coronis & lampadibus, ſepulcrum ejus fabricari fecit ex auri & gemmarum ſplendoribus ; inſuper baculum recurvum, quem vir Dei manibus ferebat, auro & argento circumduxit per totum, reponens in

F

Potuit iſta fuiſſe Alciacenſis Monacha

curatrix corporis S. Silvini.

A ipſa ſancta domo. *Profecto perquam veroſimile eſt, hujus Alciacenſis ſanctimonialis nomen, ſecundum Teutonicorum & Francorum nominum primigeniam formam, ſcribendum integre fuiſſe* Sicildis *ſive* Sichildis.

5 *Malbrancus ait, ut eſt in Comm. prævio apud Bollandum num.* 29, S. Siccidis, *parentumque ejus* Adalſquarii *&* Anegliæ *corpora in Bertiniano cœnobio apud Audomaropolim tumulata credi. Et in Beſuenſi Chronico legitur, poſt Normannicas incurſiones,* Beſuam *allatum* B. Silvini corpus, cum B. Aneglia ejus familiariſſima, *quæ haud dubio* Aneglia *Antenoris eſt, Gallice* Ognies *dicta. Ut autem* S. Silvini *corpus ex Sithuenſi S. Bertini cœnobio, per varios eorum temporum caſus, delatum in Burgundiam eſt, cum* S. Anegliæ *corpore, matris* S. Sicildis; *ſic indidem in Campaniam ad Aniſolenſe monaſterium potuit tranſlatum fuiſſe corpus ipſius* S. Sicildis, *aut ejus tam notabilis pars, ut inchoando cultui, appellandæque iſtic ubi depoſitum fuit eccleſiæ, fundamentum dederit. Sic autem non ſolum Virgo, ſed ſanctimonialis Virgo* Sicildis *fuerit qualem pictura altaris repræſentat; aut etiam Abbatiſſa ipſiuſmet monaſterii: ſed hoc ultimum ex dictis non ſequitur irrefragabiliter: eſt tamen veroſimile ex uſu iſtius temporis, quo viri principes filiabus ſuis condebant aut dotabant monaſteria, quibus illas deinde Abbatiſſas præficiendas curabant. Nec obſtat quod Alciacenſe monaſterium virorum ſit: quia non eſt novum ut cœnobia primum ſanctimonalium, his extinctis, Clericos acceperint, ac deinde Monachos. Interim iſtis poſitis ſatis apparet, quid cauſæ poſſit ac debeat concipi, tam exiguæ vel nullius notitiæ Aniſolam allatæ, & tamen ſtabiliti cultus, tamquam certæ atque indubitabilis Sanctæ; Actis, ſiqua fuerant, non pariter allatis, ac denique prorſus deperditis.*

quæ ex monaſterio Sithiu

& vixerit ſec. 8.

6 *Ex iſta porro conjectura ſequeretur, eam quæ S. Silvini corpus curavit, uſque ad annum circiter* DCCL *vixiſſe. Cum autem Normanni cœperint infeſtare Gallias uno ſeculo poſt, cultus ille* S. Sicildis *apud Cenomannos, cujus initium quæritur, ipſum habuerit ante annum* DCCC *de quo nihil ultra auſim definire. Ceterum hic non omiſerim annotare, quod quantum à monaſterio Aniſolenſi diſtat vicus* S. Sicildis *tantumdem porro diſtet alius à S.* Oſmanna *nominatus, quam incolæ colunt* IX *Septembris &* XII *Novembris, atque Hiberniæ Regis filiam fuiſſe credunt; licet nomen Saxonicum potius quam Hibernicum ſit. Ejus Reliquiæ in San-Dionyſiano prope Pariſios monaſterio nunc ſervari dicuntur; quemadmodum & ipſius* S. Sicildis *reliquiæ ſiquæ (ut exiſtimo) in ſua eccleſia fuerunt, vel alio tranſlatæ ſunt, metu Hugonottarum ſacra omnia diſſipantium, vel in communi clade perierunt, diſſipatæ furore ſathanico. Interim loci utriuſque incolæ non ceſſant circa nomina movere rixas; dum Oſmanenſes Serotenſibus objectant, eorum Patronam fuiſſe ſuæ Patronæ famulam; zelo, utrique Sanctæ perquam ingrato. Malim ego de* S. Oſmanna *certius aliquid diſcere: quæ ſi quid habuiſſe oſtendatur commune cum* S. Sicilde, *ut ſimul ambæ in Galliam venerint ex Britannia ibique vixerint, tum illam de Alciacenſi* Sicilde *conjecturam abjiciam libens.*

Alii S. Oſmanæ famulam fuiſſe faciunt

7 *His ſcriptis accepi à Claudio Caſtellano quidquid de* S. Oſmanna *invenitur in monaſterio San-Dionyſiano, veteri membrana deſcriptum; ubi Regia quidem ſtirpe, ſed gentilibus parentibus edita* Oſmanna *dicitur; & cuidam Hiberno juveni deſponſanda, patriam dereliquiſſe, comitante ancilla cui nomen Aclitenis; itáque veniſſe ad Ligerim flumen: quæ eadem omnia ac multo plura leguntur apud Capgravium, niſi quod ibi dicatur genita in Hibernia; quod probare nequeo; ſed pergo opinari, in majori Britannia natam* Oſmannam, *parentibus Anglo ſaxonicis ſeculo Chriſti* VI, *priuſquam gentes illæ Chriſti fidem ſub Pontificatu S. Gregorii cœpiſſet admittere; nomen autem ancillæ, quam ſecum duxit, adeo diſſimile eſt nomini* Sicildis, *ut ſive verum ipſum ſeu fictum ſit, nullum fundamentum præbere potuerit prænotatæ controverſiæ. Maturius diſcuti hæc omnia poterunt ad* X *Septembris; & conferri cum iis quæ* XVI *hujus Iunii referuntur revelata S. Luitgardi de S. Oſanna virgine, in Iotrenſi monaſterio quieſcente lib.* 2 *num.* 34. *Interim nunc minus placet quod in notis ad hunc locum cenſuerim fieri poſſe ut San-Dionyſiana Oſmanna eadem ſit cum Oſanna Iotrenſi.*

ſed hæc dicitur Aclitenis vocata.

DE SANCTO EBERHARDO

ARCHIEPISCOPO SALISBURGENSI IN GERMANIA.

G. H.

Commentarius prævius de Vita ejus ſcripta & cultu.

ANNO MCLXIV.

Archiepiſcopus Eccleſiæ Juvavenſis ſeu Salisburgenſis Eberhardus, *generis nobilitate, pia educatione, inſtitutione monaſtica, & ſanctitate vitæ clarus, effulſit ſeculo Chriſti duodecimo, natus circa annum Chriſti* MXC, *uti mox ex ſequentibus vitæ annis conſtabit. Poſt annos vitæ quadraginta per varia ſtudia in ſtatu Canonicali & vita monaſtica, & deinde apud parentes & conſanguineos modeſte tranſactos, circa annum* MCXXX *denuo monaſticam reſumpſit in Prufeningo prope Ratiſponam monaſterio: anno autem* MCXXXIII *in monaſterio Biburgenſi Abbas conſtitutus, eique poſt quinquennium Romæ ab Innocentio* II *Papa inveſtitus & conſecratus; anno deinde* MCXLVII *in Archiepiſcopum Salisburgenſem aſſumptus, tandem* MCXLIV *hoc* XXII *Junii naturæ mortali conceſſit, in cælo æternum victurus.*

Tempus vitæ & mortis

3 *Res præclare ab eo geſtas aliquis* ex diſcipulis ejus antiquis *ſe ſcripſiſſe ſub finem vitæ num.* 23 *atteſtatur, & ante num.* 8, Deus *inquit,* & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti ſcit, quod non mentior quæcumque ſcribo ... Dicam quod vidi, quod multorum atteſtatione, quod proprio experimento didici. Imo *quæ adduntur Capite* 5 *miracula, poſt mortem patrata, potuerunt ab eodem poſtea adſcripta fuiſſe: quando ſecutus ſenſum omnium paſſim* B. Eberhardum, S. Eber-

Vita à diſcipulo ſcripta.

A S. Eberhardum & Sanctum *appellat. Edita fuerunt hæc ejus Acta ab Henrico Caniſio tomo ſecundo Antiquæ Lectionis, & inde tranſlata in editionem ultimam Laurentii Surii, quam & nos neceſſariis Annotationibus illuſtratam damus.* Sanctus *in utraque editione continuo appellatur : quo etiam* Sancti *titulo honoratur à Zacharia Lippeloo aut Cornelio Graſſio in Compendio Vitæ, ad hunc* XXII *Iunii Vitis Sanctorum inſerto, & anno* MDCXVI *Coloniæ excuſo. Eodem titulo ipſum honorant Hugo Menardus & Gabriel Bucelinus in ſuis Faſtis Benedictinis, & cum iis Philippus Ferrarius in Catalogo generali, allegans* tabulas & Kalendaria Eccleſiæ Saliſburgenſis*: ſed quænam illa ſint non ſatis nobis conſtat jam ſæpe expertis Ferrarii levitatem, ad allegandas quas numquam viderit tabulas, ſed haberi præſumpſerit ; maxime cum habeamus* Proprium Sanctorum Archidiœceſis Salisburgenſis, anno MDCXLVII Salisburgi auctoritate Paridis Archiepiſcopi *excuſum ; in quo mentio* S. Eberhardi *reperitur omnino nulla. Wiguleus Hundius in Metropoli Salisburgenſi aſſerit*, pro

B illius Canonozatione Burckhardum de Weiſpriack, Cardinalem & Archiepiſcopum, adeo multum laboraſſe, ut omnia teſtium ſufficientium examina in Conſiſtorio Romæ ſint producta ; ſed morte prævento eodem Burckhardo anno Domini MCCCCLXIV, rem manſiſſe inexpeditam. *Interim Chriſtophorus Gewoldus, in Notis ad Hundium, pergit eum dicto* Sancti *titulo honorare, quod etiam facit Cardinalis Baronius in Appendice tom.* XII *ad annum* MCLXIV, *unde & nos arbitramur poſſe ipſum hic cum eodem titulo collocare. Utinam interim examina ſive Proceſſus, à prælaudato Burckhardo formati, & Romam miſſi alterutro loco adhuc invenirentur ! poſſet ex iis procul dubio commentarius hoc opere non indignus colligi ; ſed id optari facilius, quam ſperari prudenter poteſt ; cum multa longe recentioris memoriæ documenta, etiam originalia, causâ ob quam miſſa fuerunt non procedente, facillime pereant Romæ ; nimiamque eorum arguant ſecuritatem, qui non curaverint eorum exempla penes ſe aſſervare. Varia etiam, præſtita ſunt beneficia à* S. Eberhardo *Reichersbergenſi monaſterio Canonicorum Regularium S. Auguſtini ad Oenum fluvium ſito : quorum chartæ ſeptem ſunt excuſæ tomo 3 Metropolis Salisburgenſis pag.* 235 *& ſequentibus.*

Sancti titulus ei ab antiquo tributus

& de Canonizatione actum.

C

VITA

Auctore ejus diſcipulo.

CAPUT I.

Ortus, ſtudia. Vita Canonicalis & monaſtica, dignitas Abbatialis.

Prologus. 1 CUm vitas multorum de popularibus ſeu privatis perſonis deſcriptas attendimus, ita ut non tam dignitas geſtorum ſeu copia, ſcriptorum benevolentia apicibus appareat, in reſpectu horum vitam glorioſi Eberhardi, ſanctæ Salzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ſtylo ſatis ſuperque ſuppetere vidimus ; & hanc ſub ignorantiæ D modio linquere, dedecus nobis, illi injuriam duximus. Unde omnium extremi, quibus aut proprie Epiſcopus, aut notus tantum convictu, aut meritorum etiam magiſter olim extitit, paginis Patrem reponere aggredimur ; non tam ſcientiæ quam dilectionis præſumptione inducti, ne minimæ res ab aliis omitterentur, timentes. Caritas omnia non ſperat, de incertis veretur.

2 Igitur Eberhardo patria *a* Norica, clariſſimum *b* genus, pater bene Chriſtianus, *b* ceterum in ſeculi honoribus ; mater vero in optimis operibus extitit, quæ eleemoſynis, orationibus, jejuniis pæne continuis ſe tranſiens, ciboque, præter legumina raro indulſerat. Ferrea virtus : cujus bene geſta commendare hoc uno ſufficiat, quod eccleſiam in honore S. Mariæ perpetuæ virginis cum viro in curte propria ſtatuens, dimidio ferme milliario nudipes ad eam propriis humeris lapides ferre ſolebat. Hujuſ- E modi actis jam nobilitatem illam ſeculi abdicaſſe totam videbatur, niſi quod ſumma ingenuitas in ſervitute Chriſti comprobatur. Trahebat ibi, cum pediſſequis ſuis, mulierum utriuſque conditionis non parvam turbam, ſaxa portantium. Ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecerat ceteras. Ita ſe natura habet, juxta formam majorum, minores ſe gerunt. Cernere erat longius per circuitum, unius imitatione, femininum genus melioratum. Sancte hoc opus fecit matrona. Hinc meruit filium, *c* de quo *c* nunc agitur, digna dignum ; qui optime in pueritia ornatus, diſciplinis ſcholaribus conſecratur, & in *a* Babenbergenſi Eccleſia libe- *d* ralibus rudimentis traditur imbuendus. Ubi docilis, attentus & benevolus auditor, quantum magiſtræ Philoſophiæ impenderit, tribus ex ea partibus nactis, Phyſica, Ethica, Logica, oſtenditur. Hic itaque ævo tener, in tantum generis ſui nobilitatem morum virtute tranſcendit, ut jam non puer, ſed ſenex ; non levis, ut in tali ætate aſſolet, ſed morum gravitate ſapiens diceretur & canus. Et ſi aliquando carnalibus deliciis eſt veritatus, Dei mediante gratia, F non eſt abſtractus neque illectus : in his enim artibus, vel ſuis ſpeciebus nulli poſtmodum facile inveniebatur ſecundus. Succeſſit deinde felix adoleſcentia, ubi Pythagoricæ litteræ proportio, à ſtipite indiſcretæ pueritiæ, ceream ætatem, vel dextro ramo ad beatam vitam convertit ; vel lævo ramo, qui & declivior, ad terrena & declivia flectit.

a

Natus claris & piis parentibus,

cum litteris virtutem imbibit :

3 Hinc quia dignus conſpicitur, *e* Canonicam præbendam in eadem Epiſcopali ſede *e* ſortitur. Ibi vero honeſtiſſimus juvenis in dextro ramo Mariæ optimam partem elegit, & clam Præpoſito, *f* qui Tironem eatenus *f* foverat, ad monaſterium S. Michaëlis convolans, monachalem habitum petiit & accepit. Regnum cælorum etiam juvenes diripiunt. Major pars ad malum proni ſunt ab adoleſcentia ſua, ſed Eberhardus regno cælorum vim fecit, & vim paſſus eſt. Quid enim Præpoſitus ageret ? Ad nutum ejus campanæ omniſonæ diſſonè conſonant, procedit ipſe

ex Canonicis tranſiens ad monachos,

A per ſemetipſum cum univerſo choro templi ad monaſterium, Fratrem reddi imperant magis quam rogant, eripiunt magis quam recipiunt. Quia vero chorum Clericalem monaſtice tonſus non decuit, ſumptibus datis, in Franciam cum magiſtro ſuo directus eſt: ubi in tantum profecit, quod ſibi ſeniores ſuos ſenſu creſcente ſubegit. O quam felix exivit! ſed multo felicior rediit: imo & futuræ felicitatis ſuæ, ſignum jam reverſus videre meruit, & aliis præmonſtravit.

A. DISCIPULO. *ab illis retrahitur;*

4 Cum enim quadam die poſt reverſionem parentibus ſuis in domo conſedit, gallina adveniens, ſub veſtimento ipſius ovum magnum poſuit; quaſi quid in ipſo ſperari poſſet populo declarans, exeundo ut aſſolet vociferavit. Craſtina quoque die in conſpectu omnium indumento ipſius ovum, ſed priore groſſius repoſuit: in quo bis facto, quod primo Abbatis, & poſtea Epiſcopi vice fungeretur, ut credi poteſt ſignificaverit. Verumtamen ſemper monaſticum poſtea in animo affectans ordinem, juxta illud Poëtæ; *ſed fruſtra*

B Naturam expellas furca, tamen uſque recurret.

Animus adoleſcentis cum eſſet natura optimus, à propoſito diſſiluiſci non potuit; donec factus *g* quadragenarius, Epiſcopi ſui Ottonis & Fratrum conniventia *h* monaſterium ſubiit, & directus eſt Spiritus Domini in eum à die illa & deinceps, ut in omni religione fieret noviſſimus primus. Corpus ſuum jejuniis macerat, orationibus protractis invigilat, divinis officiis totus inhiat; non murmurare ſuperfluus, ſed potius cum paupere Chriſto pauper eſſe deſudat. Appoſita cui imprimeretur forma, erat Abbas ſuus *i* Erbo, quem laudare ſatis, niſi alterum pæne Ioannem, vel Eliam æſtimando neſcimus.

g
h
i

5 Per idem tempus *k* germanos ſuos ſeculares, genere, ſtatu, rebus æque ſpectabiles, cum quibuſdam propinquis unus ſpiritus invaſit, in proprio fundo monaſterium monachorum, de ſuis hereditariis rebus conſtruere. Delegatur in id operis abſque mora Biburgenſis locus *l* mundiburto memorati reverendiſſimi Epiſcopi: quo validius res effectum, effectus firmitatem haberet. Deſtinatur eo digniſſimus Eberhardus, tam nolens, ut conſecrationem quinque annis refutaret. Sola enim cogitatio inhæſerat, genus monachorum, & monachorum ordinem creare, ædificia eccleſias; moxque in eremum ſive cœnobium ſemet privatum deponere. Numquam ſibi ſatisfacit humilitas, nec voto ſatiatur virtus, ſicut & vitium. Poſt quinquennium cum Epiſcopo ſuo Babenbergenſi Romam trahebatur; erat enim cui nihil deerat, quod idoneum, quod clarum ad Curiam. Affuit in illo ipſo Comitatu ſereniſſimus *m* Eberhardus, tunc Præpoſitus, poſt paulum verò in eadem Babebergenſi Eccleſia ſucceſſor creatus. Hic Eberhardi noſtri fidiſſimus ſemper & unum par fuerat. Qui diligit juſtum in nomine juſti, non perdet mercedem. Huic pergenti, negotium Biburgenſes de conſecratione Abbatis injungunt magnopere. Pollicetur operam ſuam, nec minus exequitur, donec ipſe per ſe Apoſtolicus *n* Innocentius inveſtivit Abbatem & conſecravit, dicens: Confortare & eſto robuſtus, in omnibus tecum ſum.

k
adultior deſignatur Abbas.
l
C
m
Romæ ab Innocentio II conſecratus.
n

6 Alio tempore cum Romam pergeret, Apenninum montem acceſſit, cujus altiſſimo dorſo arctiſſimo tramite vix tranſitus panditur. Ibi ſub ipſius radicibus mulierculam conſpicatur, martyrem inopia, pluſquam martyrem ægritudine; quæ montem tranſmittere volens, voluntate & difficultate cruciabatur. Vidit inferius Abbas moribundam. Fratremque comitantem appellat, dicens: Quid facimus pauperi Chriſto, ne in noviſſimo veniens ſuggillet nos? At ille idiota, utpote idiota, minus urebatur & dixit: Nihil mulieribus & nobis in tali articulo. Sed enim Philochriſtus *o* *o* rucino ſuo impoſitam, innitens ipſe manu retrorſum cauda equi, tranſvexit, Felix qui diligit proximum plus quam ſeipſum. Cumque tranſduxiſſet onus, pietate adhuc urebatur, & dixit fratri: Quid tandem agimus? Miratur ruſticitas, & ait: Tempus tacendi Pater. Tum ſuſpirans, quod ſolum poterat eleemoſyna data afflictam ſibi dimiſit. D *moribundam equo impoſitam pedes tranſvehit:*

ANNOTATA D.P.

E

a Norica, *medio ævo cœpta vocari pars Franconiæ, unde* & Norica, *ſive* Mont-Noricorum *appellatur celeberrima Germaniæ urbs* Norimberga.

b Ex nobili familia Comitum de Hippolſtein in Franconia *inquit Wiguleius Hundius in Metropoli Salisburgenſi. Eſt* Hippolſtein *ſeu* Arx Hippolyti *confiniis Franconiæ & Palatinatus Bavariæ ad Rotum fluviolum qui quidem alluit Rotum oppidum & poſtea influit in Reduitzum fluvium; & hic Bambergæ in Mænum dilabitur, unde ipſum Hippolſtein diſtat leucis* 12 *Germanicis, uti Norimberga quatuor.*

c *Natum circa annum* 1090, *ut ex ſupra relatis conſtat.*

d Babenberga, *contracte* Bamberga, *urbs Epiſcopalis in eadem Franconia, circiter leucis octo Norimberga.*

e *Scilicet ſub S. Othone Epiſcopo Bambergenſi aſſumptus, præfuit annis* 15, *à* 1103 *ad* 1139, *quo obiit die* 2 *Iulii.*

f *Impreſſum*, qui Turorum eatenus fuerat: *quem locum haud dubie ſcriptorum ſocordiâ depravatum, & à me ex conjectura correctum indico. Eſt vero* Monaſterium S. Michaëlis *in urbe Bambergenſi à S. Othone ampliori ſtatu reædificatum, uti dicitur in hujus vita, idque hic intelligi arbitramur. Conſule Vitam S. Othonis à Gretſero editam lib.* 1 *cap.* 27, & *cap.* 19 Wolframus Abbas *datur huic monaſterio.* F

g *Circa annum* 1130.

h Monaſterium in Prufening prope Ratiſponam *aſſerit ſupra indicatus Hundius, qui illud tomo* 3 *pag.* 124 *deſcribit, ſitum* ad confluentes Danubii & Nabi, fundatum anno 1109 à S. Othone *hic adjuncto. Ejus Primus Abbas fuit* S. Erminoldus, *cujus Vitam illuſtravimus ad diem* 8 *Ianuarii: eratque dicatum S. Georgio Martyri.*

i Erbo *mortuo S. Erminoldo anno* 1121 *ſubrogatus præfuit annis* 42 *mortuus anno* 1162, *die* 4 *Iulii.*

k Conradus & Erbo fratres B. Eberhardo, cum ſorore Bertha, *fundarunt hoc monaſterium* B. Mariæ de Biburg; & *anno* 1133 *compleverunt conſecratum* 28 *Octobris; quo tempore* Eber-

A Eberhardus, *fundatorum frater, ſit Abbas: uti ea pluribus apud Hundium tomo 2 pag. 200 leguntur ex libro fundationis deſcripta. Obiit* Bertha *anno* 1151, *cum opinione ſanctitatis. Eſt vero* Biburgum *ad Apſum fluviolum, decidentem in Danubium inter Ingolſtadium & Ratiſponam.*

l Mundiburtum *ſeu* Mundiburdum, *patrocinium, tutela, ita* Mundiburdus, *Patronus Tutor. Qua fere utimur voce in lingua Teutonica* Mom-boor.

m Eberhardus *creatus Epiſcopus anno* 1145, *mortuus* 1172.

n *Hic eſt* Innocentius II, *qui præfuit Eccleſiæ ab anno* 1130 *ad* 1143, *atque circa annum* 1138 *S. Eberhardum inveſtivit & conſecravit Abbatem.*

o Rucinus, *aliis* Runcinus *Equus minor: quam vocem à Germanico* Roſſ *equus, deducunt nonnulli.*

B

CAPUT II.

Illuſtres virtutes. Archiepiſcopatus Salisburgenſis per viſum deſignatus, & aſſumptus.

7 JAm tunc multorum bonorum præconio futurum ſe audiebat Epiſcopum, quod in uno probatum iri ſat erit. Præfuit in vicino *a* Abbas nomine *a* Eppo, cujus vita magna, probitas major, familiaritas maxima cum Patre noſtro pollebat. Hunc invenit Deus, cui de ſchiſmate futuro poſt multos annos contra Papam Alexandrum prædiceret, quamque firma anchora ſolius tunc Eberhardi ex omnibus Allemanniæ Epiſcopis ſtaret; & horum formam vidit per ſomnium prædictus Abbas: & ecce vidua quædam videbatur: & viduam Rex quidam impugnabat, & qui viduam adjuvaret non erat, niſi de Iuvavo monachus quidam. Hic Eberhardus videbatur: hic obſtare ſolus pro vidua videbatur, hæc lucta ſeu luctæ imago utrimque fervebat, donec in chalybem mutatus eſt monachus. Proportionaliter ferrum duritiam, duritia invincibilem ſignabat. Furebat autem non minus in illum, quam in viduam C Rex, donec & ipſe in canem verſus apparuit. Qui habet aures audiendi audiat argumentum à ſimili. Quod intelligens qui viderat, retulit in auribus Abbatis, & dixit: In veritate Iuvavo præſidebis, & erit tempus, *b* quo ſolus ex Eccleſiaſticis *b* Alpinam ſuſtentes. Sufficit tempori illi malitia ſua.

a *Per viſum deſignatur Epiſcopus Salisburgenſis,*

8 Inter hæc ille parvus erat in oculis ſuis, & extra carnem in carne apparebat. Cernere erat carnalibus & ſpiritalibus, novellum locum mirabiliter ſurgere; de nobilibus ac mediocribus, Fratrum, Sororum, *c* monachorum, quibus nihil deeſſet in ulla gratia & probitate, ſubitum examen fervere. Quid de converſationis altitudine dicam? De Abbatis dignitate hæc omnia veniebant. Hic [non ſolum] caritate, prudentia, diſcretione, miſericordia, omnibuſq; virtutum chariſmatibus cunctis admirationi, ſed & amori, ſed timori, ſed exemplo extabat. Timebatur ſed filiali timore; de ſervili metu nihil ſciebatur. Laboribus deliciabatur, non requie; intelligens jam illud Philoſophi, Generoſos animos labor nutrit. Per ſe pauperum frequentius domum viſitare nil præpediebatur. Illic inopum, maxime languentium, lavare capita & pectere in ſinu ſuo, pedes etiam abluere ac deoſculari, cibum ipſe potumque ad os mandare ſolebat. Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti ſcit, quod non mentior quæcumque ſcribo. Quin imo plura tranſiliens in dicendo, & tacendo brevitati contendo; dicam quod vidi, quod multorum atteſtatione, quod proprio experimento cognovi. Prædicationis efficacia ei mira nimis aderat, cunctis auditoribus commotionem ſemper cordis, quamplurimis etiam fletum excutere, melius fabuloſo Orpheo, qui modulationis dulcedine, ſaxa, ſilvas & feras attraxit, manes quoque inferni, (mirum dictu!) in lacrymas movit.

c *in omni virtute excelſus,*

D A. DISCIPULO. *erga pauperes benignus,*

in concionibus efficax.

9 Hoſpitalitatem namque ſectabatur, quantum oſtendit in milite, qui in cellam divertens, potum domino ſuo tranſeunti cum poſtulaſſet, monacho cuſtode hoſpitum magis dominum interius vocante, receſſit. Comperta culpa, Abbas monachum peditem vini ſcyphum Ratiſponam ferre petitori præcepit. Quid ageret manachus? Grandævus erat, & nudiuſtertiano die venam minutus. Fratrem ergo comitem petiit pro teſtimonio, ſi forte in via deficeret. Quo dato vinum per tres leucas ſcholaſtico *d* Friſingenſi, miranti & lugenti quod propter ſe accidit, jejunus *e* Imbripolim detulit. Quis non obſtupeſceret miraculum in tertiana minutione? Plane obedientia ſignum feciſſe viſa eſt, & omnes qui audierunt ſimile illi plaudebant gentili.

E *Hoſpitalis, jubet vinum petenti ferre*

d

e

Quære quid eſt virtus, & poſce exemplar honeſti.

Et vocaverunt Magiſtri in urbe potum illum, potum obedientiæ. Nemo autem hæc audiens crudeliorem æſtimet, quam miſericordiorem: nam miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus, utpote qui jam labores, neceſſitates, frigora, famem, vigilias, magis experientiâ noverat. Quæ experientia in omnibus quoque Rectoribus ad omnia maxime conduceret, nam bella, qui numquam pugnaverunt; patientiam, qui pauca tulerunt; infelicitatem, felices; quieti, labores docere cum debent, parva res agitur. * Igitur ad ſummam magiſterii exempla ſagittæ, experientia ars eſt, juxta illud Didonis apud Maronem.

expertus labores,

F

Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Hinc prædictum exemplum patris in milite, potius de miſericordia fuit.

10 Alias implebat, quod ait Chryſoſtomus: Vis apparere ſanctus, circa tuam vitam eſto auſterus, circa aliorum autem benignus. Hinc, quod etiam ipſe ſcribens admiror, non loci ſui novitatem conſiderabat, non antiqua & ditiora monaſteria, quid poſſent, quid non facerent; ſed frumenta Fratrum, ad meſſem uſque computari præcipiens, reliquam menſuram, pauperioribus monaſteriis in vicino ſolebat tranſmittere. Ita in omnibus aliis, ne quid nimis evitans, paupertatem tamen nimis amabat; adeo ut cogente ſancto Epiſcopo Othone, decimas novalium in Tangintile, multas valde, ad neceſſaria Fratrum nullatenus ſuſciperet. Quare hæc? Ubi onus

ſibi auſterus, benignus aliis;

penu-

A penuriæ quanti vel quales victuri sunt ;
A. DISCIPULO. bona ergo sufficientia propter plures salvandos : si quo minus, teste Hieronymo, sicut divitiæ, ita paupertas sæpe tentatio est, impatientiam aut solicitudinem faciens. Hæc generaliter dicta sunt.

11 Post annos, cum placuisset Deo dicere, Amice ascende superius ; *f* Chunrado Salzburgensi Archiepiscopo incomparabili de medio facto, unanimitate Prælatorum Clericorumque cum populo, circa Paschalem *g* solennitatem, Biburgensis Abbas matrici Ecclesiæ ascitur Episcopus. Specialis felicitas Juvavensis Matris, quod talibus numquam viduatur Episcopis. Requiratur longe supra nostram ætatem, & præstantes suo tempore, omnibus Germaniarum Episcopis in Juvavo, ut soles Episcoporum videbis. De motu Biburgensium dicere non possum. Non erat quem *h* mulceret honor oblatus ; quin territus nuntio, fugere & latere velle, ut non esset Dominus, cœpit. Sed hæc frustra tentata, cum venientibus primis Ecclesiæ invenitur, transfertur, ungitur, & exosa cornua *i* Metropolitani frontem insigniunt.

f *Fit Archiepiscopus Salisburgensis*

g

B *h*

i

12 Quanto tunc magnus, humiliabat se in omnibus. Vigiliis, orationibus, abstinentiæ, operam dabat, Scripturæ sanctæ, præter in mensa & in equo, non diebus neque noctibus ex oculis migrabant & manibus. Fregit esurienti panem suum, & egenos vagosque induxit in domum suam ; nudos quos vidit operuit, & carnem suam non despexit : pupillos enim, ut pater aluit, & viduas de tribulatione eripuit ; attendens illud Apostoli: Hæc est religio munda, & immaculata apud Deum, visitare pupillos & viduas in tribulationibus eorum. Pro istis & his similibus, stabilita sunt bona illius in Domino, & elecmosynas illius enarrabit omnis ecclesia Sanctorum. Contra morem Pharisæorum omnia opera sua facere studebat, ne videretur ab hominibus. Perhibebant enim servientes ejus, postea monachi facti, secretas venias in ecclesia, nudis cruribus adeo terere solitum, ut defricata in pavimento cute & carne, genua sanguine invenirent fluentia. Ita eis, cum præ lassitudine interdum obdormisset, sors prodidit. Elecmosynarum largitati, virtutes omnes cessêrunt.

addictus elecmosynis,

Jac. 1

latere cupit,

C

13 Secundum Matthæum, termo ejus erat quasi potestatem habentis super ægros, vel etiam dæmones, ita ut verbum faciens in ecclesia, cum ejulatus dæmoniacorum omnia repleret, terreret, confunderet, uno tantum indignationis dicto, statim vocem eis insuper motum quoque omnem auferret. Hæc fuit nostro Antistiti communis cum beatissimo Papa *k* Eugenio virtus, in cujus moveri præsentiâ, vel se insinuare præsentia non audebant dæmonia. Non minus obedire ægritudines aliquando auctoritati Præsulis & abire noverunt. Denique apud monasterium S. Petri, quamdam Sororum diutina ægritudo confecerat, ita ut curari à nullo valeret. Hanc in conspectu suo cum multa spe & desiderio oblatam, in nomine Domini benedixit, & jacenti ex templo perfecta incolumitas rediit : quæ post aliquod tempus denuo venienti ovanter se repræsentans, cum gratias agere pro sanitate cœpisset, ad primam vocem refutata & lingua oppressa est.

Matth. 7

k *sanat ægros & dæmoniacos,*

D

14 Profecto, cum asserit beatus Gregorius, Prælatos à subditis, subditos à Prælatis juvari vel lædi ; felices manere discipulos, hujus quondam Abbatis manifestatum aliquando est. Adeo enim Patris merita redundarunt in filios, ut morientes interdum sui salvarentur, quoniam sui fuerunt, quod in uno monstrari operæ pretium est. Cum adhuc monasterio præesset, grandævus quidam, quasi annorum centum, cum ore & substantia non minima, apud eum conversus cappam induit ; quæque retro sunt oblivíscens, jam nil pæne præter ecclesiam & orationes continuas noverat. Mirareris unde decrepito ea alacritas in studio, ad studium sensus. Taliter sub pio Eberhardo & successore ejus circiter annos duodecim conversatus, mense Ianuario ad matutinum signum, in stratu repertus est mortuus. Odiosum genus mortis, anceps, lubricum ; attamen non potest male mori qui bene vixit. Ipsa enim nocte & hora transitus prædicti Fratris, vidit per somnium quidam Confratrum, dæmones grege facto cellam infirmorum suo more petentes, & aliis ad fores operientibus, aliis intro ad suscipiendam animam senis irruentibus, post paululum ad colegas egressi, horrendum elatrantes concrepabant : Ah dolor virum amisimus : Frater Eberhardi Episcopi erat. Tum infelix acies ejulans & blasphemans disparuit. Quidni ergo felices Eberhardi, Benedicti, Antonii discipuli.

procurat salutem suorum.

E

ANNOTATA D. P

a *Meminit hujus visionis Andreas Brunner par.* 3 *Annalium Bojorum, &* Epponem *etiam* vicinum Abbatem *appellat non indicato monasterio.*

b *Sensum non capio, & omnino suspicor vel deesse aliquid, vel legendum esse* Apostolicum, *id est Pontificem Romanum. Sic etiam infra num.* 9. *ad* * *dicitur quod* Ad summam magisterii exempla sagittæ, experientia ars est. *Quæ verba Oedipo opus habent : necnon alia quædam relinquenda ut inveniuntur.*

c *Erat ibidem monasterium sanctimonialium, quod anno* 1278 *combustum fuisse additur apud Hundium.*

F

d Scholasticus *inter Canonicos dicitur, qui Scholis Ecclesiæ præsidet, & inter Dignitates numeratur : hinc ille infra gradum suum esse putavit, potus causâ introvenire, & stomachabundus recesserat.*

e Imbripolis *est ipsa* Ratispona, *Germanis* Regensburck, *propter* Regem *fluvium, qui ibidem Danubio immiscetur : & quia* Regen *etiam* Imbrem *significat, hinc conflctum nomen* Imbripolis, *ex Latino & Græco.*

f Corradus Baro de Arensberg, electus anno 1106 mortuus senex ac plenus dierum, vir sanctus ac pius anno 1147. *Ita Hundius.*

g *Anno* 1147 *fuit Pascha* 20 *Aprilis.*

h *Impressum iterum erat,* non : *quod expungo : quia non de Biburgensibus, sed eorum Abbate agi censeo.*

i *Id est Mitra Episcopalis bicornis : impressum erat* insignitur : *hinc additum margini* pretiosa corona *quasi hic melior sensus esset.*

k *Videtur intelligi* Eugenius III, *qui sedit ab anno* 1145 *ad annum* 1153, *ad quem S. Eber-*

A *Eberardus ſcripſit de Conſideratione, poſt quem invenimus deſcripta quædam ejus miracula, ſicut ea legi poterunt in tractatu Papebrochii de Pontificibus; nullum tamen in iis dæmoniacos ſpectat.*

CAPUT III.

Conſtantia in ſchiſmate. Acta pro Epiſcopis Ratiſponenſi & Poſſanenſi.

In ſchiſmate ab Frederico. Imp. conflato,

15 PRocedente tempore juxta dictum Gentilis, Omnia mala ex rebus bonis orta ſunt, ortum de Apoſtolici electione ſchiſma, ineffabile ex bono malum fecit, divina & humana confudit, væ quos involvit illud contagium! Ubi unctus legitimus? Ecce hic, ecce illic. Novit Petrus qui ſint ejus. Imperator, Alexandro, *a* quem conjuraſſe prius contra ſuam rempublicam querebatur, alii æmulo totis viribus cum adhæreret, ex majori parte Italiam poſt ſe, & Alemanniam traxit, reliqua Eccleſia in obedientiam Papæ Alexandri conceſſit. Fuerunt quamplurimi aliquot annis neutrum ſuſcipientes, tum odio partium, tum quod neuter ſincere per omnia & ſimpliciter intraſſe videretur. Inter hæc erat videre triſte juſtitium, & miſeriam late: ſimulari, intrudi, expelli, nec pacem nec bellum ex jure; & Apoſtolicus noſter interim fuit quaſi non eſſet. Atque Iuvanenſem & Brixinenſem Epiſcopos cunctorum mortalium, quos tunc novimus ſanctiſſimos, nemo cum neſciat in tanta partium caligine, queſtione & conqueſtione in tanta omnium dubitatione, tantorum veſtigia Patrum, tuto ſequi nos poſſe credidimus.

a

B

16 Poſt longam nempe conſiderationem metropolites noſter, ſolus ex omnibus Epiſcopis Alemanniæ, præfatum Brixinenſem Epiſcopum *b* Hartmannum Reverendiſſimum, poſt ſe trahens, Papam Alexandrum laudavit; unde nobis, poſtmodum inter multos audientibus, aliam rationem non dedit, niſi quia tota Eccleſia, cum his & his regnis, in Alexandrum conſenſit, juſtiorem hunc æſtimamus: quod quia præſagus futurorum dixerit, exitus poſt multos annos probavit. Sic Auguſti tunc ſolus fata impediens, non tamen Auguſti in ſe manus commovit. Quam diverſe, quantis adverſis prædeceſſores ſui rem tantam in Cæſares Heinricos præſumpſerant? Et ecce plus Heinricis hic furebat bile, & nunc in noſtrum Eberhardum Auguſtus, & ſuam ipſius animam pertranſivit gladius; ſed ubi in præſentiam veniſſet, reverentia ſanctitatis ſpiritum ejus reprimebat. Dignitas quædam Angelica in vultu, & pondus tale oculos ac mentem obibant, ut niſi timere plus quam mortalem, & contremere & parcere, & venerari non poſſet. Hæc de ſemetipſo confiteri Princeps ſolebat. Oderat nimis ſemper ſanctiſſima anima proſperitatem ſuam temporalem & gloriam, ardebatque prædicta vel qualibet occaſione, quælibet adverſa, ſive exilii, ſive etiam mortis ſuſtinere pro Domino: ſed ſic eum volebat manere donec veniret.

b adhæret Alexandro III

C

& manet in veneratione Imperatoris,

17 Interea more ſuo pacem reficere in Ratiſpona laborabat, populoſiſſima urbe, neque enim apud Germanos populoſiorem urbem tametſi latiorem, teſtantur qui norunt. Dux autem Bavariæ, perſpecta ſimplicitate Imbripolenſis *c* Epiſcopi, qui per ſubreptionem tunc præfuit, inſatiabili avaritia, maximum fiſcum Epiſcopii, id eſt, *d* caſtrum quoddam cum omnibus pertinentiis ſuis uſurpavit. Epiſcopus primo furere, obſtrepere, cælum turbare, nil penſi habere ab utroque totus pæne Epiſcopatus cœpit incendiis & rapinis vaſtari. Urbani inter alterutros diviſi abierant. Hæc pater patriæ anxius cum animo ſuo trahens, tum pro pace, tum maxime pro urbe, ne læderetur ſatagebat, quomodo quidem hæc Mater provinciæ, & aſpectus ejus in univerſam terram, & omnium fructus foret in ea. Dux obedientiam promittebat in omnibus: Epiſcopi ſtultitiam piget exponere, quomodo damnum maximum & confuſionem quam utilitatem maluerit. Pater tamen à Duce vitam captivis, remiſſionem urbi, memoriam æternam labori ſuo obtinuit; poſtmodum divinæ revelationis gratiâ, obitum ſuum longe ante præſcivit, ſubjecta declarant.

D A DISCIPULO.

c

d patrocinatur Epiſcopatui Ratiſponenſis

18 In Friſingenſi *e* civitate mulier degebat incluſa, quæ ante annum tranſitus Epiſcopi, orationibus ſolito cum incumberet, rapta in ſpiritu, ad contemplanda illa æterna & inviſibilia viventibus mortalibus eſt. Vidit itaque ſupplicia reproborum, varia & horrenda, quæ in cor hominis aſcendere non poſſunt. Vidit deinde manſiones beatorum & gaudia, quæ impoſſibile eſt homini loqui. Super hæc omnia contemplabatur apud Superos glorioſam ſedem, cujus opus & ſpecies omni famine mirabiliora, ſedique hujuſmodi S. Petrum & S. Rudbertum altrinſecus ſuperſtantes cuſtodes. Cum miraretur ſuper magnitudine horum, reſponſum à Sanctis illis audivit: Hæc eſt ſedes Eberhardi Archiepiſcopi, quam ad ejus uſque cuſtodimus adventum: prope eſt ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Hæc mulier per familiarem nuntium mandat, & uſque ad mortem Pontificis, in ore trium res latet.

e

E

Mors beata ab anno revelata;

19 Appropinquante igitur vocationis ſuæ tempore, cum jam pridem viribus corporis cœpiſſet deſtitui, de pace itidem negotium habuit; bonam hanc virtutum ſuarum conſummationem exiſtimans, ſi pacem Eccleſiæ redditam reliquiſſet. *f* Diſſidebant more ſuo inter ſe. Dux Orientalis Bavariæ, necnon & frater ſuus valde excellentiſſimus tunc Patavienſis Præſul, mox autem Eberhardi noſtri ſucceſſor, Iuvavum tranſlatus Metropolim. Conſulto, ni fallimur, hanc tranſlationem arbiter illi temporum Deus indulſit; ut congruo magis & dignum, in quo ſolo tota procella temporis conſumeretur, finis docuerit. Hinc concordare fratrem, in viſu beatus Præſul non leviter, utpote in mortis vicinia, laborabat. Quid frater? Quam infraterne, quam procul à conſtituto colloquio aberat? Sed adhuc longius ſequens Dominus, homini ſuo deferebat pacationem; unde humiliter ſubmonitus à ſuis, cum magna dulcedine allegabat dicens: Scio cariſſimi, qui de cælo deſcendit ad terras. Quid nos? Et adhæc quis idoneus? Adiiciensque aiebat ſuis: Fateor, ſpem in hoc maximam habeo, ſi mori in negotio pacis, vel ante capere tanti boni ſaltem initium quivero. Beati enim paci-

F

f curapacis inter diſidentes fratres.

Prov. 10. 24

A fici : & quod ſequitur ? Quoniam filii Dei
A. DISCIPULO. vocabuntur. Deſiderium vero ſuum juſto datum, juxta Salomonem, eſt & inter pacis actiones ad æternam pacem tranſlatus. Unde omnium puncto notatus eſt Martino ſimilis, pro eo vel maxime, quod caſtrum Epiſcopii vir clariſſimus Otocher Marchio eadem tempeſtate obſederat, miniſterialem Eccleſiæ Præfectum oppido perſequens. Aliena res (cum diutinum Eccleſiæ, vel etiam perpetuum, capto oppido malum reniret) tragœdia in ore omnium erat. Vix opus compulit advenire Antiſtitem : ſine operæ pretio triſtis res agitur. Tum demum confirmatus Pater proloquitur : Iam ecce in caſtrum meum aſcendam : quis obſtet, videbo. Occupat Sereniſſimus Marchio, neceſſarios conſulit, obſidionem ſine ulla pactione ſolvit, dignum honorem cedit Epiſcopo. Reddidit hæc Pater, ut miniſterialem conditionibus ſatisfacere tandem perſuaderet. Erantque hæc opera ejus noviſſima, cum jam morbo
g decurrente migraturus, quatuor equis g in
B traha iter faciebat. Faciebat autem hæc acſi jam moriens palam omnibus diceret ; Pacem relinquo vobis.

ANNOTATA D. P.

a *Mortuo anno* 1159 *Hadriano* IV *electus eſt Rolandus Senenſis, & appellatus* Alexander III, *contra quem aſſumptus Antipapa Octavianus de Monticello Romanus, & appellatus* Victor IV, *qui antea fuerat Legatus ad* Fredericum *Ænobarbum, atque jam ab eo propugnabatur in ſchiſmate, in quo mortuus dicitur Idibus Aprilis anno* 1164.

b B. Hartmannus *creatus Epiſcopus anno* 1642, *mortuus anno* 1165 *die* 23 *Decembris, quando varia ejus Acta, quæ habemus Mss. elucidanda erunt, conſule interim Epiſcopos Brixinenſes ab Hundio editos.*

c *Hic erat* Hartwicus II, *de quo & de hac controverſia, & compoſitione per* B. Eberhardum *facta, conſule Hundium in Epiſcopis Ratiſponenſibus. Mortuus Hartwicus eſt anno* 1164.

C d *Caſtrum Stauff appellat Hundius*, Thonawſtauff *Merianus, quem conſule.*

e Friſinga *urbs Epiſcopalis in meditullio Bavariæ. Legebatur* Friſienſis *loco* Friſingenſis *quod correximus.*

f *Andreas Brunner in Annalibus Bojorum hoc ultimum Eberhardi ſtudium pacis pag.* 444 *ita deſcribit :* Ultima operum illius, Henrici Auſtrii cum Conrado Batavenſi germani fratris reconciliatio, & Ottocari Styriæ Marchionis pacificatio fuere. Hic in clientem Eberhardi, & ab eo urbi præfectum exarſerat, iram non niſi illius morte & excidio urbis extincturus : ultima obſeſſo minabatur, & ſuppetebant vires, quibus deſtinata exequeretur. Nulla niſi in Eberhardo ſpes : quem ipſum tamen, quoad internuntiis uſus eſt (tantâ vir iracundiâ fuit) Marchio ſpreviſſe viſus eſt. At ubi per medias armatorum acies affectantem iter in urbem aſpexit ; illico innocentiæ inermis aſpectu exarmata ferocia eſt, ſoluta obſidio, & litis arbitrium Epiſcopo permiſſum. Eâ compoſitâ ad Runenſe monaſterium inde recta ad cælum x Kalendas Iulii abiit. *Hæc ibi : ubi* Dux Orientalis Bavariæ Henricus Auſtrius *fuit vocatus.* D

g Nullus impreſſis ſenſus erat, cum jam morbo decurrens migraretur, quatuor equis intrahere faciebat. *Eſt autem* Traha, *Virg.* 1 *Georg.* Trahea, *vehiculum ſine rotis, aptum ægris, ſuccuſſionem non ferentibus.*

CAPUT IV.

Pius obitus, laus, & gloria poſtuma.

20 PErducitur inter hæc ad *a* Runenſe mo- *a*
naſterium : ubi *b* ſynodocho, ut cœperat, *b*
aliquamdiu laborans, poſt tertium diem, ſudore exundato, magis defecit. Hinc paulu- *Moritur Sanctus* 12
lum ſuſtinens ait : Modo auditum amiſi. Quo *Junii an.*
ſenſu, ſcilicet auditus, ut ita dicam, ſupra 1164;
naturam hominis ſemper viguerat, ſic ut
procul ſuſurrantes audiret & proderet. Sequenti die Dominica ad veſperam, vocante E
Domino x Kal. Iulii, naturæ conceſſit, anno Epiſcopatus ſui decimo octavo, menſe ſecundo, anno ab incarnatione Domini, MCLXIV ab ordinatione Papæ Alexandri, VI; & Imperatoris Friderici, XII. Mors ejus pro tempore lamentabilior fuit. Languebat mater Eccleſia in omnibus membris, & cum hic caput totius extaret *ſepelitur in Cathedrali*,
imperii, ſanctitate & gloria ſanum caput interim infirma juvabat. Quæ ſpes temporis ? Quæ ſpes futuri ? Melius eſt habere quod cupias, quam deſiderare quod neſcias. Quid plura ? Transferebatur defunctus longo & aſpero itinere ad matricem eccleſiam, & exequias mire pauperes celebrabant, genus illud Deo propinquum. Quid de ceteris dicam ? Iſtud novum. Hunc beatum gementes dixerimus coiiſſe leprotos & planctu, oblationibus, eleemoſynis, orationibus ſuprema juſta ei feciſſe. Rarum genus : inopes in cælum reboabant : Patrem amiſimus : O perniciem noſtram ! Ipſi potentes, alius dominum, pars amicum vel patrem ſe amiſiſſe dolebant. Exemplo ſit præcellentiſſimus, & noſtris temporibus eruditiſſimus [Eberhardus Babenbergenſis, ſic ſcribens] : F
c
21 E. Babenbergenſis *c* Eccleſiæ qualiſcumque miniſter ; Venerabilibus & in Chriſto plurimum dilectis Fratribus & amicis, Hu- *laudatur ab Epiſcopo Bambergenſi.*
goni Salzburgenſi, Udalrico Kumſenſi Præpoſitis. Coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. In commemoratione beatiſſimi Patris noſtri ac Domini Archiepiſcopi jugiter in mentem venit, imo à memoria noſtra non rece- 4 Reg. 2
dit, quod diviſo à ſe Domino ſuo & curru igneo ſubvecto, vernaculus & individuus ille comes Prophetæ poſt eum clamavit, dicens : Pater mi, pater mi ; currus Iſrael, & auriga ejus. Numquid enim magnus iſte Sacerdos noſter, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus, currus non fuit ; dum neceſſitates & infirmitates alienas, præſertim onera peccatorum & inopiam pauperum, paterna conſolatione & compaſſione ſublevavit ? Quaſi diceret. Quis infirmatur & ego non infirmor ? Vel numquid auriga non fuit, qui creditos ſibi rexit & direxit in viam veritatis, exemplis pariter & documentis ? Oculus

fuit

A fuit cæco, & pes claudo. Manus ejus non eſt averſa ab ullo paupere, cum quo cordi erat jocari, conrixari, & tandem ab invalida manu exſuperari. Inſuper ut omnibus omnia fieret etiam ſupra legem non contra legem, halitum leproſi & tactum lepræ non abhor
Sap. 4, 11 ruit. Raptus ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius, ſed conſummatus in brevi explevit tempora multa, ſicut ſcriptum eſt; malitia ſiquidem remanentium meretur, ut hi qui prodeſſe poterant, feſtine ſubtrahantur. Atqui memorabilis ille aſſecla Prophetæ magnificam duplicis ſpiritus habuit conſolationem: nobis autem in tranſitu viri ſanctiſſimi, præter luctum nihil aliud & amplius derelictum eſt. Niſi forte indigni eſſemus apud Deum tanto ſublevari patrocinio, talis decebat ut nobis eſſet Pontifex, cui vivere & mori Chriſtus erat lucrum. Propoſitum quidem nobis erat, feſtinandi eum videre; ſed pro dolor! peccatis noſtris exigentibus, extremum hoc beneficium percipiendæ ab eo benedictionis, nobis divinitus denegatum eſſe lamentabiliter
B conquerimur: & infra; Conſolemur invicem, Pater noſter piiſſimus intravit in gaudium Domini ſui. Ipſe autem Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis conſoletur vos, & abſtergat omnem lacrymam ab oculis veſtris. Hæc ſereniſſimus Babenbergenſis Epiſcopus. Sed redeamus ad propria: ſepulti enim merita Dominus declarare non diſtulit.

22 Mulier hydropica, quam ſuo more Beatus vivens aluerat, ad ſepulcrum defuncti, tanto afflictior, quanto coactior, fuſa cælos vexare lamentis non deſiit: Ut quid me, Pater, ait, deſolatam relinquis? Aut cui amantiſſimum gregem pauperum commiſiſti Pater & Paſtor? An potius quaſi orphanos dereliquiſti? Et dixiſti: Quod moritur, quod ſuccciditur? Sed nunc peto per illum qui te aſſumpſit, ut miſeriis meis, quomodo hactenus corpore, ita modo per ſpiritum digneris ſuccurrere. Hæc deprecata & exaudita, ſanata egreſſa eſt.

Hydropica ſanatur.

23 Præterea reverendi cujuſdam de cœnobio Iuvavenſi memoratu digna viſio exiſtimata eſt. Videbatur hic ſibi per ſomnium,
C dum ſiti urenti circumageretur, eccleſiam miri decoris errabundus intrare. Illic beatam Dei genitricem Mariam, vultu ut eſt digniſſimo eminus conſediſſe; & velut puerum in gremio caris amplexibus conſpicatur tenentem. Agnovit Dominam: de pueri perſona & gloria hæſitans erat atque admirans: cui mater miſericordiæ paucis dignata eſt hæc ad verbum proferre: Hic eſt filius meus Eberhardus, qui nihil mihi unquam negavit. Hujus rei tot teſtes, quot decuriones Antiſtitis ſunt. Omni petenti tribuere ſolebat, quod S. Mariæ nomine petitum fuiſſet. Ecce qualis mater, talis filius, ſibi fieri, quæ propter ſe fieri teſtantur. Poſt hæc videbam ſeniorem, & pincerna calicem myſticum, poculum geniminis cæleſtis propinans, ingrediebatur. Libavit Regina, deinde puer qui videbatur, Domina præbente. Ut puer vino indulſit, ultimus ſenior, propere ſubiens ut acciperet dum ad ſe ventum fallitur, Deique genetricis audivit ſententiam: Non

Gloria ejus aliquâ viſione indicatur.

potes adhuc interim de tali poculo accipere. D
Videtis quam diſtricta vox. Beatiores ergo A DISCImortui, qui in Domino moriuntur. Poſt id PULO.
locorum excitus ſomno ſenior, tam ipſe, quam omnes qui audierunt, congratulari viſioni cœperunt. Plura memorari hujuſmodi copia non deerat, ſed commentationi Patris noſtri pauca hæc, pauca non erunt. Breviloquium ſemper amavimus & modum in rebus. Si cui ad notitiam ſaltem beatiſſimi Domini noſtri hæc ſuavia erunt: hoc eſt totum pro quo laboravimus. Si quis exſufflat, fortaſſe illi, aut omnia ſcripturarum inſuavia erunt, aut ſcriptoris indignitas acceptione hic caruit. Atqui ſicut ſcriptum eſt, cognationem inter ſe maximam habent amor & poteſtas: utraque enim principaliter præſunt, utraque per auctoritatem ſemper loquentur. Non poteſtate igitur, verum amore peculiari, cum venia potentium, iſtud ſcribendi miniſterium, forſitan merito, utpote ex diſcipulis ejus antiquis, cariſſimi & infimi, vendicaverimus. Quid plura? Reſtat ſuſpirare poſt tantum Cælitem, & convictores per eum jam minus
E velle hanc vitam. Hi nempe vel ſola ejus forma ſciunt, quid ſit bonum, & cælum, & virtus, & in terra ambulantes converſari in cælis, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens & regnans, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a Runa *vulgo* Rayn, *monaſterium Ordinis Ciſtercienſis in Styria, anno* 1130 *fundatum ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, haud procul verſus Occidentem à primaria urbe Græcienſi.*

b Synodochos *uti* Synochus *pro febri continua ſumitur.*

c Eberhardus *ſupra ejus comes itineris Romani: cujus nomen, per intitialem* E *more iſtius ſeculi expreſſum initio epiſtolæ, latuit editores: ſed & excidiſſe oportet verba aliqua, quorum defectum hic utcumque ſupplevi.*

CAPUT V.

Miracula poſt mortem.

F

24 POſt obitum igitur Deo dilecti Antiſtitis Eberhardi, tot miraculorum Chriſti Eccleſia clarere cœpit inſignibus, quot *a* Sanctus adhuc vivens virtutum abundabat *a*
operibus: & qui mundo tunc latere diſpoſuit, ſignis quæ jam per ipſum fiunt, ap- Iſai. 24
probatur quis fuerit. Qui enim tunc dixit cum Iſaia: Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi, & ne elatione tentaretur quæſivit latibulum; ad Angelorum ecce & hominum deductus eſt commune ſpectaculum. Quod etiam in occulto mentis ſecretario factum eſt, jam ſupra tectum prædicatum eſt: nihil opertum quod non reveletur, & occultum quod non ſciatur. Qui enim tunc abſcondit eleemoſynam in ſinu pauperis, nunc per ipſam habetur excuſatus in conſpectu ſummi judicis. Decebat ideo, ut quem honore ditavit in cælis, ſignorum vel magis beneficiorum claritate Dominus magnificaret in terris. Quænam vivens fecerit, nonne hæc

Prologus ad miracula

A scripta sunt in notitia singulorum? Nisi tamen præteritorum scriptura commemoraret,
A. DISCIPULO. non est in futuro, qui Deum in Sanctis suis glorificet. Unde est illud: Cito fecerunt
Matt. 23 & obliti sunt. Quæ enim scripserunt scimus, & quæ prætermiserunt nescimus. Non equidem legimus in tota veteris Testamenti serie, quis fuerit ille Zacharias, qui occisus est inter templum & altare: si sciretur quis esset, Deum in ipso plebs glorificaret. Necessarium ergo est, ut ab initio propositi loquamur, quanta audivimus & cognovimus ea, & fideles narraverunt nobis. Signis quidem
Ps. 73, 9 fides populi fundatur, unde est illud; Signa nostra non vidimus, jam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius. Ut ergo sciant omnes, quod B. Eberhardus cum Christo regnat, beneficia Dominus declarat in mortuo, in quo sibi complacuit adhuc vivo. Igitur ô lector, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum, si humanum negaveris testimonium, miraculis saltem quæ
B fiunt fidelem præbeas assensum. Probant quidem Sanctum miracula, & populo sanctitatem ejus revelant Domini beneficia. Imprimis autem manifestavit eum Dominus sic.

25 Homo quidam, diabolo instigante,
Furatus res sacras ecclesiæ majoris feras temerario furore irrupit, & detestabile furtum in ea commissurus intravit, & scrinium cujusdam Canonici securi violenter confregit; ex qua duas casulas cum reliquis Sacerdotalibus ceteriscque bonis surripuit, saccoque delaturus imposuit; sed exiturus, virum ætate canum, veste candida circumamictum, sibi cominus assistere conspexit. Unde quidem non mediocriter territus, sed nequitiam suam necdum persolvere veritus,
immobilis redditur. cum onere processit in medium; sed prope sepulcrum B. Eberhardi duobus passibus distans immobilem fixit statum. Sanctus enim, ut creditur, qui ecclesiastica protexit vivus, jam cum Christo melius valens, ecclesiæ damna non passus est mortuus. Tamdiu igitur nutu Dei stetit inconcussus: donec à populo cum sarcina captus, rem gestam publice profiteretur confusus.

26 Accidit autem, ut quidam puer de Mattzee, nutu divinæ prædestinationis à nativitate cæcus, ad limina *a* B. Rudberti de*a*
C ferretur; sed S. Eberhardi tumbæ superpositus, prece omnium qui aderant, oculorum
Sanantur cæcus natus perfusus est luce. Puella quoque quædam de Gruscharn, duodennis, surdum & mutum habens spiritum, beati viri sepulcro advolvitur, sed fidelium interpellatione, auditu
surda & muta, simul & voce reparatur. Item Miles quidam Domini Archiepiscopi nomine Rudigerus filiam habuit, paralysi uno brachio destitutam imo præmortuam, pro cujus sanitate mater sæpe frustrabatur in medicis: sed ecce ad me-
paralytica, lius conversa, beati Pontificis gratiam experitur & dona. Christum compuncta petit & Sanctum, luminare parans metitur brachium, tumbæ Sancti præponit ut ardeat, domumque reversa sospitam filiam invenit, De-
calculo laborans: umque in Sancto suo glorificat. Mirum in modum mulier in templo, Sanctus in Domo; illa accendit candelam, iste sanat filiam; cera liquendo decrescit, sed virgo meliorans invalescit. Similiter & quædam sanctimonialis femina, ex calculorum longa ægritudine fere consumpta, ante sepulcrum sancti viri pro- D
strata compungitur; & dum pie supplicat, meritis Sancti calculus dilabitur, & ipsa sanitate percepta gratulatur. Dignum quippe erat, ut qui duros hominum actus emollivit ut saxa, sic quoque in prosperum supplex ipse, supplicum commutaret adversa.

27 In Cœna quoque [Domini] quædam dæmoniaca jam diu obsessa adducitur, supra quam cum exorcismus legeretur, spiritus nequam, qui inerat, variis linguis fabulatur. Dum vero fit illi comminatio à Clero per B. Virgilium *b*, dæmon Clerum subsannat, & *b*
se Virgilium magistrum suum jam tertia die in inferno reliquisse clamat. *dæmoniaca* Quæritur ergo, Quis vel cujas ille Virgilius sit? At ille Mantuanum Poëtam fuisse respondit. Tunc interrogatur, ubi vel per quem sit exiturus? dixit: Quod cum ad Patrem pauperum venerit, jam amplius illi remanendi locus non sit. Tunc summo diluculo cum antiphona; Traditor autem *c* &c. diceretur, sub specie vespertilio- *c*
E nis egredi visus est. O miræ virtutis, vel potius piæ paternitatis indicium! die qua seipsum [Dominus] panem salutarem discipulis proposuit, tunc B. Eberhardus mortem effugans, vitam condonat ovibus suis. Sed ex dæmonis fœtore Archiepiscopus noster, simul cum Ratisponensi Episcopo de sede sua propulsi sunt.

28 Non diu post hæc quidam Miles, de nemore *d* S. Leonhardi, uxorem suam *d*
sepulcro pii Patris applicuit, quam nutu Dei & Sancti meritis, licet diu contra- *contracta*
ctam, cito erectam lætus obtinuit. Simili quoque modo mulier quædam de Gtrasprayfen humorum ariditate seu nervorum contractione, manuum officio destituta, invocato nomine Sancti, pristinam sanitatem est *cæca*
adepta. Subsequenti tempore, puella quædam de Riwenburg *e* Marchionatu, cæca, *e*
patre comitante advenit; sed Sancti sepulchro advoluta, adstantium supplicatione, visum felix obtinuit. Item femina quædam *dæmoniaca*
de Engelbrechtheim, pluribus annis obsessa, à devotis fidelibus monumento Præsulis adjungitur; & ipse mutus Sanctum confitetur corde, quem non potuit ore; sed virtute *calculosus,*
Sancti instruitur, quid loquatur & voce. Miles quidam calculosus, diu languens & F
pallidus, tamen nomine Patris invocato, sic calculum digerit, quod nullam molestiam amplius sensit.

29 Similiter & mulier de Riemsee *f*, ar- *f*
reptitia adducitur; sed meritis supradicti Pontifi- *tres Dæmoniacæ*
cis, de potestate dæmonis celeriter emancipatur. Posthæc paucis mensibus decursis, in præsentia Archiepiscopi *g* Chunradi III *g*
& Brixinensis Episcopi, Marchio minor Dietboldus de Bocheburg, S. Eberhardi aliquando nutricius, mulierem decem & octo annos energumenam adduxit; & pro ipsa tota nocte vigilans, quam sanandam in Sancti sui glorificatione usque adhuc distulit, à Domino suo curatam obtinuit. Mulier quædam de Mulldorff, à spiritu nequam vexata, adducta est, sed sanitatis gratiam quam quæsivit, fidelium prece, ab ipso Patre citius nacta est.

30 Audita igitur fama miraculorum B. Eberhardi, ceterorumque Iuvavensium Sanctorum, velut ex vehementi tonitruo, ab in-

*

A incredulitatis ſomno citius velut excitatur caritate tepentium multitudo. A remotis accedunt provinciis, & ab alienis adveniunt regnis; miraculorum ſurgunt fulgura, hic juvamen quærere, quod fides non obtinuit apud ſe. Inter illos videlicet quædam mulier venit de Bursburg *h*, luminis cauſa, cæca petit merita pii Patris experiri. Dum ergo apud Iuvavum jam diutius moratur ſalutis cupida, tandem ex improbitate pietatis *i*, ei aperitur janua. Triplicis *i* fidei percepit alimenta, ſic paſcitur per fidem, quod corporis & animæ recepit ſanitatem; mirum in modum oculis carnis experitur ut videat, & oculis cordis experitur quod credat. Dixit quidem, Vidi eum in carne manentem, ſed nunc experiar in cælo regnantis virtutem. Feliciter experta eſt, quia quod petiit adepta eſt: acceſſit enim ducta per alterum, ſed ecce regreditur ſibi præmonſtrans iter ſuum; & quæ acceſſit contriſtans, læta revertitur Deum in Sanctis

B ſuis glorificans.

cæca

h

i

miſere contractus:

31 Poſthæc non diu, duo venerunt milites, ducentes contractum per ſingula, [membra] cupientes experiri ſi vera eſſet virtus B. Eberhardi, ut fama erat. Æger itaque ille jam pridem miles & prædo nequiſſimus, & ex inceſtu cum uxore ſcilicet fratris ſui fornicando, per prædictum Antiſtitem erat excommunicatus. Cum ergo uſque poſt mortem ita perſeveraret impœnitens, qui potuit pœnitere voluntarius & non fecit, infirmitate pœnitere coactus eſt nolens. Corpus quidem ſuum uſquequaque contrahitur, & velut ex lepra ſicca quadam ſcabie ſordidatur. Audita igitur pii Patris virtute, acceſſit confiteri mortuo fide tactus ut placeat, cui noluit vivo. Cum ecce jam tumbæ appoſitus, devotionis offert pretium: at Sanctus ſolvit peccati vinculum, & contractum erigens reddidit ſanum. Vox ecce populi in laude ſuſtollitur, Chriſtus in Sancto, & Sanctus in Chriſto benedicitur, qui ægro peccanti tam mirifice propitiatur. Socii vero ſui ſanato applaudunt, ſed ab ejus menſa, quia adhuc livida ſcabie maculoſo ſe ſubtrahunt, in ipſa tamen memoriam S. Eberhardi celebrando commendare non deſinunt. At ille infeliciter inquit: Mallem ut primo contrahi, quam ſic à vobis erectus deſpici; quoniam ſi plene ſanaſſet, applauderem; ſed jam deſpectus doleo propter hanc erectionem. O quam terribile dictu, in craſtino mentum contrahitur uſque ad genu: & qui ſanari doluit, jam ſolito infirmior fit. O mira Paſtoris ſententia! mortuus mortalia ſolvit vincula, ſolvit anima nexum corporis, virtutem Paſtoris experitur ovis. Paſtorem igitur non irritare diſcat ſubjecta conditio, diſcat non irretiri peccati vinculo; ne ſi mors præmineat, abſit omnis propitiatio.

receptæ ſanitati ingratus iterum contrahitur:

C

adultera dæmone correpta liberatur,

32 Mulier quædam de Enſee, virum relinquens legitimum, joculatori ſe jungit ad vitium, inſatiabilem fovere cupiens appetitum. Iuvavum ergo veniens laſciviter, ut ſtolida garrit, & joculatur ut ganea, legitimi fœderis adulteratur oblita. Tandem ad ſepulcrum B. Eberhardi accedit, ut compoſita cum chirothecis offert elata, ſed ultione divina percutitur, & fit arreptitia. Solita rimatur ludicra juſtitiæ, blaſphemat ut garrula, huc & illuc ſe revolvit in aëra, quomodo ſic à dæmone vexabatur obſeſſa. Educitur ergo & trahitur in templum, & à Clero circumſtante exorcizatur dæmonium; & mulier delicta confitetur ne pereat; & emendare promittens, Deum liberata glorificat.

D

A. DISCIPULO

33 Laudetur ergo Chriſtus in Sancto, laudetur Sanctus in Chriſto, qui ſic diſpenſat ut laborent infirmi; ut ſanitatem eis redditam, Sanctorum ſuorum adſcribant meritis & ſuæ virtuti: quidquid enim fit per Sanctos, Deus facit in ipſis: unde eſt illud: Sine me nihil poteſtis facere: operatur enim omnia in omnibus, dividens ſingulis prout vult. Omnium etenim potens eſt Dominus, & hæc facit ut Sanctum glorificet, & notam faciat nobis potentiam ſuam, dicens per Prophetam: Videte quod ego ſim ſolus, & non eſt alius Deus præter me. Excutit enim Pharaonem & virtutem ejus in mari rubro. Quis eſt iſte Pharao, niſi diabolus, qui eſt Ægypti, id eſt, tenebrarum Rex? Ipſe quidem quos poteſt exterminat, id eſt, extra terminos patriæ ducit & necat. Quæ eſt virtus ejus, niſi tentationum ſuarum fortis tumultus? Quid eſt mare rubrum, niſi martyrium, vel Chriſti paſſionis ſacramentum? Quaſi enim Pharao cum exercitu ſuo in mari rubro ſubmergitur, cum diabolus & vitia ſua, Chriſti & Sanctorum ſuorum paſſione convincuntur. Ideoque glorioſus Deus in Sanctis ſuis, mirabilis in Majeſtate ſua, terribilis & laudabilis, & faciens mirabilia ſolus. Et hæc facit ad laudem & gloriam nominis ſui, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Epilogus.

Deuter 32.

E

F

ANNOTATA D. P.

a S. Rudbertus *aliis* S. Rupertus *primus Epiſcopus Salisburgenſis, cujus Acta dedimus 27 Martii. Diſtat autem* Mattzee, *oppidum ad lacum cognominem, 3 Germanicis milliaribus Salisburgo verſus Septemtrionem.*

b Virgilius Salisburgenſis Epiſcopus *colitur 27 Novembris: ſed nugax damon* Virgilium Poëtam *intelligit.*

c *Hæc Antiphona recitatur ad* Benedictus *Feria v hebdomadis Sanctæ, unde apparet quam recte ſupra, ad verbum* Cœna, *appoſuerim* Domini, *quod exciderat; & rurſum num. 27* Dominus.

d *Credo eſſe vicum qui in tabulis ſub nomine illius Sancti notatur, 4 ab urbe milliario Germ. verſus Occidentem.*

e *Nunc Ducatus ſui nominis caput ad Danubium, 4 Milliariis ſupra Ingolſtadium.*

f *Lacus hic, cum inſula & oppido ejuſdem nominis, ultra vicum S. Leonardi ſitus eſt. Cetera hic nominata loca vel longius abſunt, vel in tabula diœceſis Salisburgenſis non inveniuntur, nec vacat operoſius quærere.*

g *Conradus* III *præfuit Eccleſiæ Salisburgenſi circa annum* 1180 *uti Gewoldus in ſuis Notis ad Hundium diſſerit pag.* 74.

h Wurtzburg *Latini* Herbipolis, *præcipua urbs Epiſcopalis Franconiæ.*

i *Non ſatis capio quid hic dicatur* Triplex fides, *niſi forte,* Fides ſanctiſſimæ Trinitatis, *alii aliter interpungunt, ſed quoque ſic minus clarus ſit ſenſus, fortaſſis deeſt aliquid.*

A D

DE B. CHRISTINA STUMBELENSI,

VIRGINE DEVOTA ORDINIS PRÆDICATORUM,

IN ARCHIDIOECESI COLONIENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

§. I. *Acta à familiaribus. Vita à suppare scripta.*

ANNO MCCCXII.



Ucia Narniensis, *de qua ut* Beata *agendum nobis erit* XV *Novembris*, Fundatrix monasterii S. Catharinæ Senensis Ferrariæ, *anno* MCCCCXCVI, *die* XXVII *Aprilis, Viterbii adducta in judicium*, dixit & affirmavit ingenue, quod S. Catharina Senensis, precibus & orationibus obtinuit à D. N. Jesu Christo, ut stigmata ipsius Luciæ, *anno præcedenti die ultimo Februarii ipsi impressa*, essent visibilia & palpabilia, in fidem & testimonium stigmatum ipsius S. Catharinæ. *Acta sunt hæc eo ferè tempore, quo coram Apostolica sede agebatur de reformanda seu mitiganda (sicuti reformata & mitigata etiam fuit) non diu post, Bulla Sixti* IV, *prohibente imagines omnes, in quibus Sancta exprimebatur Christi vulneribus insignita. Extant Herculis Ferrariæ Ducis, Doctorum ab eo adhibitorum quatuor, Petri Episcopi Telesini Ferrariæ Suffraganei, Hippolytique Cardinalis Estensis jurata testimonia, oculari fide attestantium anno* MDI, *visa sibi, in carne viventis etiam tum* Luciæ, *stigmata ista. Quemadmodum autem ea sic fieri ordinavit Deus, ut antiquiori in Senensi Catharina miraculo ante ducentos & amplius annos patrato, fidem faceret indubitatam; ita mihi videtur seculo* XIII *egisse cum* B. Christina Stumbelensi *eadem providentia; quæ* S. Christinam, *vulgo dictam* Mirabilem *anno* MCLXXXVI *suscitarat à mortuis, ut in carne mortali, supra conditionem humanæ fragilitatis, pro peccatorum conversione & animarum purgantium refrigerio pateretur ea, quæ passam esse per annos* XLII *vulgo notissimum erat, & octavo ab ejus morte anno, Christi* MCCXXXII *scripsit* Thomas Cantipratanus, *data* XXIII *Julii. Etenim anno post hæc scripta decimo, nata est alia Virgo, similiter* Christina *dicta; in qua Deus etiam ante primam ac naturalem mortem, eadem aut majora eumdem in finem operaturus erat miracula,* Stumbelæ *duabus leucis infra Coloniam; quæ operatus fuerat in Hasbania Brabantiæ parte circa Trudonopolim, solum* XXXIV *leucis distante à Stumbela.*

Sicut B. Luciæ Narniensi stigmata visibilia Deus impressit

ad certificanda stigmata S. Catharinæ Senensis,

sic & Christinæ Hasbanicæ mirabilia, voluit per Stumbelensem confirmari.

B C

2 *Acta Junioris istius* Christinæ, *cui æque ac priori* Mirabilis *nomen vulgus fecit, alii autem, ad distinctionem,* Colonensis *addidere cognomentum, ipsâmet adhuc vivente, ex parte scripsit oculatus testis* Frater Petrus de Dacia, Ordinis Prædicatorum, qui fuit maximæ scientiæ & auctoritatis, & Lector præcipuus inter Lectores Prædicatorum *in Gotlandia patria sua, bis etiam Prior*; & qui dictæ puellæ Christinæ fuit divinitus datus in amicitiam, tutorem, & curatorem, necnon consolatorem specialem & spiritualem, *uti legitur ad titulum libri* 2, *qui nobis primus erit. Aliam partem Actorum in Dania absens, scripto accepit idem Petrus ab ejusdem Virginis familiaribus, ipsa dictante. Omnia hæc cum multis Epistolis eodem spectantibus, & à me in ordinem naturalem suo cujusque tempore redactis, post* librum de virtutibus Sponsæ Christi Christinæ, compilatum ab eodem Fr. Petro, *in magno volumine membraneo descripta, simul cum Virginis corpore servat Collegium Canonicorum Juliacensium.*

Acta scripsit familiaris huic Petrus Ord. Prædicatorum,

3 *Poterat hic* Petrus, *de* Christina *sua scripturus, eadem præfari, quæ* Thomas *de suâ*: Ego indignus Frater Ordinis Prædicatorum, ob ædificationem legentium, & specialiter Christi laudem, hæc, licet imperito sermone descripsi; certus utique de relatione narrantium (*adderet tamen Petrus; deque iis quæ vidi ipse & manibus meis contrectavi*) Nec immerito certum me dixerim, cum tot plane testes habeam (*præter oculos proprios, diceret Petrus*) in pluribus quæ descripsi, quot tunc temporis in oppido S. Trudonis (*dicat ille, in Suimbele*) uti ratione potuerunt. Nec tantum temporis transiit, quod ea absorbuit & sepelivit oblivio; cum non eo amplius quam octo anni sunt, quod hæc scripsi, post mortem ejus (*Diceret Petrus, ipsamet* Christina *adhuc vivente*) alia vero, quæ nemo hominum scire potuit nisi ipsa, ab illis proprie audivi, qui ea ab ore illius se percepisse testati sunt (*pleraque vero ex ejusdem ore audivit ipsemet Petrus*) Et noverit quicumque legit hæc talibus me testibus credidisse, qui nequaquam à centro veritatis, etiam pro amputandis capitibus deviarent; *quemadmodum nec deviaturum sponte fuisse ipsummet Petrum, satis apparebit ex scriptis ejus, religiosissimum viri animum testaturis.*

E

eâdem quâ Cantipratanus ac priori certitudine.

F

4 *Obiit* Christina, *de qua agere instituimus annis circiter* XXV *post dictum* Petrum, *anno scilicet Christi* MCCCXII; & *humiliter in cœmeterio Stumbelensi sepulta, tantis mox cœpit clarere miraculis; ut Comes Clivensis Theodoricus, ditionem illam adeptus anno qui Virginis mortem præcessit, honestius collocanda ejus ossa censuerit. Huic rei dum præsens ipse intendit, salutiferoque liquore, qui inter digitos ipsius fluebat ex ossiculo ejus uno, cum fiducia sese inungit; fuit ab incurabili paralysi sanatus; & in equo rediens, qui fuerat carrucâ advectus, credi potest (quis enim potius?) Domino Papæ, tunc Innocentio vel Honorio tertiis, supplicavisse ut canonizaretur, prout supplicatum fuisse legitur, in fine Vitæ, quam Rosweidus noster descripsit ex prima parte Novalis Sanctorum, seculo* XV *collecta à Joanne Gillemanno, Canonico Regulari Rubeæ-vallis prope Bruxellas. Eam Vitam post Acta dabo, utpote fidei fere nullius futuram, nisi hæc præmitterentur. Ejus enim nec Auctor nominatur, nec auctoritas astructus ullo eorum signorum quibus illa solet concilia-*

Obiit illa, post ista scripta an. 25, Christi 1312.

propter crebra miracula mox habita Sancta,

A *ri, cum ſcriptor indicat, unde & qualiter, quomodo & quando, ſcribenda acceperit. Quia tamen ex ultimis ejus lineis conſtat, ſcriptam ipſam eſſe priuſquam oſſa elevarentur (hæc autem elevata fuerunt, ut infra lib.* V *Actorum num.* 58 *oſtenditur, à* Comite Theodorico *; adeoque aliquamdiu ante annum* MCCCXXV, *quo obiit) quia inquam conſtat ſcriptam eſſe Vitam ante elevationem ſacrorum oſſium ; conſtat etiam ſcriptam eſſe paucis annis poſt mortem Chriſtinæ : eſſet ergo hujus Vitæ ex tali hypotheſi auctoritas etiam maxima: ſed neque, hypotheſi illa negata, parva eſſet ipſius Vitæ antiquitas; adeoque nec auctoritas quandoquidem in Prologo ſic legatur :* Hæc Virgo Chriſtina, Mirabilis vulgata locutione non inconvenienter nuncupatur ; quoniam adinſtar illius Chriſtinæ Mirabilis, quæ nuper floruit in Hasbania .... mira & innumera perfeſſa fuit à ſpiritibus malignis, propter honorem Dei & propter neceſſitatem animarum in periculo conſtitutarum : *ubi* TO Nuper *non videtur ultra ſeculum unum à morte prioris longe poſſe extendi.*

ſcriptâ etiam Vitâ, quæ datur ex Ms.

B 5 *Utinam tamen hoc opus ſuſcepiſſet eorum aliquis, qui poſt quietem à tentationibus conceſſam Virgini, arcanorum ejus per annos deinde* XXIV *fuerunt conſcii ! Utinam ſaltem tales ad memoriam ſuam propriam curaviſſent mandare codicillis, quæ viſu audituque privatim compererunt, partim de beneficiis per ipſam ad alios derivatis, partim de virtutum internarum externarumque operationibus, ac denique de felici ipſius tranſitu ! Nunc ea omnia prætermiſſa dolemus in Vita ab homine, qui nuſquam indicat viſam ſibi auditamque Beatam ; ſed Anonymus manens videtur ſatis habuiſſe, quod à ſe ſcripta poſſet, partim ex præmemoratis Actis, partim ſubſcribendis in fine nominibus teſtium certa facere. Etenim veroſimile ſatis eſt, Vitam illam, in ordine ad Canonizationem fuiſſe compilatam ab aliquo Colonienſium Prædicatorum; ad quem miſſa fuerint Acta, cum nonnullis additionibus marginalibus, notabiles aliquas perſonarum atque locorum circumſtantias, ibi non ita expreſſas, ſuggerentibus. Hic autem, poſt narratam breviter mortem, proſecutus fortaſſe ſit eodem in tractatu (nam quæ habemus carent viſitata in talibus clauſula, cum glorificatione ſanctæ Trinitatis) proſecutus ſit, inquam, etiam miracula, per viventem mortuamque patrata ; uti moris erat fieri in iis, quæ ad Curiam mittebantur Vitis, probandæ ſanitatis ſervituris : in iiſdem etiam mos non erat nomen ſcriptoris exprimere, propterea quod ejuſmodi relationes mittebantur tamquam commune omnium, pro canonizatione ſupplicantium, teſtimonium. Iſtam vero partem de miraculis, ut ſæpe alias, omiſerint illi, qui Gillemanno Sanctorum Vitas colligere profeſſo, Vitam ſufficere crediderunt eo facilius, quanto ipſa etiam abſque illis erat prolixior.*

Vitæ huic cur deſint 24 annorum Acta,

& miracula poſt mortem,

C 6 *Ordo & modus, ipſáque fides qua ſcripta ſunt Acta, necnon tempus partium ſingularum per ſe patebunt Lectori, adjuvantibus quas addimus Notis, tam marginalibus quam poſt capita quæque ſubjectis. Tranſlationes oſſium ſacrorum, ex cœmeterio in eccleſiam, ex Stumbele Nideckam, ex Nidecka Juliacum, cum promoto ſucceſſive cultu, explicabuntur cap.* VII *libri* V. *Sequetur liber* VI *de virtutibus, in Ms. codice primus ; quem neque integrum Bollandus reperit ; nec ſi integrum habuiſſet, voluiſſet deſcribere ; quia totum* ſub tectis verbis *concinnavit Auctor* Petrus, *ſic, ut*

Liber de laudibus ejuſdem omittitur,

ac nomen auctoris.

neque gens *ejus quam laudat* ſignificetur; neque numerus, neque caſus, neque tempus, neque modus *virtutum ſingularum* ſervetur ; *dum* aliquando factum narratur, aliquando de factis conjecturatur, aliquando conſiliis informatur; aliquando dictum per Sanctorum Patrum auctoritates probatur, aliquando materia à ſimili confirmatur. *Unde patet nihil hic fuiſſe quod hiſtoricum juvet ; & illa, ſi nunc tranſcriberentur, Oedipo fortaſſis opus haberent, qui ſingula in* Chriſtinam *quadraret. Idem facile eſt intelligere, ex Joanne Magiſtro ſcholarum Stumbelenſium, quo vice Notarii illa utebatur ad ſcribendas litteras : qui concludens earum unam ad Petrum, facturam caput* 3 *&* 4 *libri* 3, *& ipſius libelli proſecutionem ſibi mitti poſtulans ;* Hoc autem ſcitote, *inquit num.* 37, quod illam partem, quam habeo in ſimilitudine cujuſdam filiæ veſtræ, Chriſtinæ expoſui totaliter ; de quo ipſa fuit mirabiliter conſolata, & in tanta ſimplicitate audivit, ut etiam de vobis, quare de illa filia mentionem non feceritis, miraretur ; *utique nihil inde capiens, unde ſuſpicaretur, ſe illam eſſe quæ deſcribebatur.*

utpote nihil minus quam hiſtoricus

& ſcriptas quaſi de alia.

D AUCTORE D. P.

E

§. II. *Acta unde & quomodo tranſcripta ? Dies obitus & tranſlationis ac cultus.*

Acta Garnefeldio Carthuſiano fruſtra optata,

7 HAbeo *exemplar epiſtolæ, quam à R. P. Wernero Weier, Colonienſis Carthuſiæ profeſſo, ad ſe ſcriptam R. P. Jacobus Polius, Ordinis Minorum Recollectorum in Provincia Colonienſi Chronographus, Bollando noſtro communicavit in hæc verba :* Quandoquidem intellexi Reverentiam veſtram aliquod opus præ manibus habere, rogarem humiliter ut non minorem curam adhiberet in ſcribenda hiſtoria B. Chriſtinæ Stummelenſis, admirabilis prorſus Virginis : quam quidem Pater noſter Garnefelt defunctus, libenter adornare voluiſſet: ſed libros manuſcriptos de illa habere non potuit: qui adhuc vivens mihi dixit, quod R. D. Trivius Decanus Juliacenſis, prædeceſſor hujus, in infirmitate ſua beatæ Virgini votum voverit de ſcribenda hiſtoria ſi ſanitatem recuperaret : poſtea ſanus quia omnia fragmenta habere requivit (*deerant nempe initio codicis ubi de virtutibus liber is quem dixi, folia implens viginti tria*) morte præventus commendavit negotium R. D. Hack, Canonico S. Severini & patri ſpirituali Virginum S. Cæciliæ, nepoti ſuo ; quæ Virgines de vita & geſtis B. Chriſtinæ in ſuo monaſterio habent librum Ms. quem P. Garnefelt ſibi commodari precibus nullis obtinere potuit.

F

& Confeſſori Monacharum S. Cæciliæ commendata,

Juliaco Bollandus obtinuit tranſcripſitque an. 1641.

8 *Felicior illo fuit noſter P. Joannes Kritzradt tunc reſidens Sittardiæ, in extimis finibus Ducatus Juliacenſis verſus Moſam, ſive ſibi facta à R. D. Bertramo Schreiber Canonico Juliacenſi, ſub cujus cuſtodia liber erat, accipiendi illum pro menſibus aliquot commodatum. Perſuaſit enim Decano & Capitulo ut liber mitteretur Aquiſgranum, iſtic à ſe deſcribendus ad uſum noſtrum : cum autem impediretur eo proficiſci, impetravit ut idem transferri poſſet Aquiſgrano Antverpiam, prout factum eſt anno* MDCXLI, *adnitente R. P. Godefrido Otterſtet tunc Aquiſgranenſis Collegii Rectore : quem mox manu ſua propria Bollandus tranſcripſit, autographumque remiſit. De libro Co-*

loniæ

A AUCTOR. D. P. *frustra quæsitum Ms. Coloniæ ad S. Cæciliam servatum,*

loniæ apud Cæcilienses Monachas asservato, nescio an cura ulterior Bollando fuerit, præsumenti convenire cum Codice Juliacensi vel Bruxellensi : de quo tamen cupiens ego certi aliquid discere, dum hæc prælo pararem anno MDCXCI, *rogavi nostrum Coloniæ adjutorem sedulum R. P. Joannem Vietorem, ut Codice ipso inspecto cognosceret distinctius quid eo contineatur : sed facta inquisitione cognovit, talis Ms. nec memoriam quidem amplius supereſſe.*

Prædicatorum cum Virgine familiaritas

9 *Juvat porro animadvertere, unde Sanctimonialibus Cæcilienſibus ſpecialis illa erga* Chriſtinam *devotio; & Prædicatoribus tam intima rerum illius notitia obvenerit. Habebat earum Abbatia, habetque etiamnum, curtim in Stumbele cum ipſius villæ dominio, ubi frequens agebat, ſalubrioris forſitan aëris cauſa Abbatiſſa earum, nomine* Geva. *Hæc, uti ſcribit Petrus lib.* I *num.* 48, *erat* Mater quaſi Fratrum, & præcipua benefica, virgo honeſta & per omnia optimæ famæ, & ætatis admodum provectæ. *Tali autem cum eſſet erga Prædicatores affectu, identidem ad illam meabant ac remeabant illi ex Colonienſi conventu ; ubi ab anno* MCCLXII *reſidebat S. Albertus Magnus, Ratiſponenſi Epiſcopatu abſolutus, & uſque ad* LXXX *iſtius ſeculi annum ſuperſtes. Hac ergo occaſione, propter eam qua Abbatiſſa prædicta* Chriſtinam *quoque amplectebatur benevolentiam, non potuit hæc Prædicatores, ad ipſam ſæpe ventitantes, latere diu dum hujus mirabilia à ſe viſa auditaque domum referrent, ipſum S. Albertum frequenter haud dubie ſuper iis conſuluerunt. Quare videmur porro intelligere huic quoque probatum fuiſſe ſpiritum* Chriſtinæ : *nec enim alias permiſiſſet vir ſapientiſſimus, ut commiſſi ſuæ curæ Fratres, ejus ſolatio & directioni tam diligenter ſeſe impenderent; cum non deeſſent Fratrum Minorum obloquia, ex originariâ quadam inter utrumque Ordinem æmulatione, non ſatis bene ſentientium & loquentium de* Chriſtina, *Prædicatoribus devota. Ob hanc denique cauſam puto, ipſam adſcribi poſſe Beatis Dominicanæ familiæ Virginibus licet neque Regulam S. Dominici profeſſa ſit, neque Tertiariarum Ordinis habitum geſtarit, ſaltem palam ; ſed in ſemel aſſumpto Beghinali ad vitæ finem perſeveraverit.*

B *per Abbatiſſam S. Cæciliæ Gevam.*

C *Dies obitus 6 Novembris*

10 *Obiit ea quidem die* VI *Novembris ; & in Martyrologio Germanico quod Adamus Walaſſer Dilingæ compilavit, paſſim autem P. Petro Caniſio adſcribitur, quia Auctoris rogatu ipſum is recognovit & inſigni Præfatione ornavit, ſic de illa legitur :* Item beata memoria Chriſtinæ Stumbelenſis, Nidecæ in Juliacenſi Ducatu quieſcentis. *Deſcribens tamen ejus Acta Bollandus, ad* XXII *Junii ipſa repoſuit adſcriptâ ejuſdem diei notâ; credo quia intellexerat, ſpecialem aliquam* Chriſtinæ *memoriam tunc potius, quam die obitus fieri. Poſtea videlicet anno* MDCLXIII, P. *Theodorus Rhay Neoburgi ad Danubium edidit ſpeciali libro* Animas illuſtres Juliæ, Cliviæ, Montium, annexarumque Provinciarum ; *atque ad* XXII *Junii ſic ſcripſit.* Anniverſarius B. Chriſtinæ Stommelenſis, vita & miraculis illuſtris, quæ in Stommelen ad annum uſque MCCCXII quievit, quo à Wilhelmo, primo Juliæ Marchione, auctoritate fratris Walrami Archiepiſcopi Colonienſis, Nidekam ; indeque Juliacum à Wilhelmo, Cliviæ, Juliæ, Montium Duce, anno ſalutis MDLXVIII, una cum venerabili Capitulo tranſlata eſt. Ubi hodie tumulus ejus ad Chori oſtium elevatus viſitur. *Non potuit ignoraſſe Theodorus, in ipſo quod allegat* Necrologio ejus loci, *obitum Virginis Novembri aſſignari. Hic igitur ab eo ſignatus tam diſtincte* Anniverſarius, *etiam cum præteritione diei obitualis, non debet cenſeri alius quam tranſlationis Nidekæ Juliacum, præ illo Juliacenſibus commemorari & honorari ſolitæ ; quem ideo in præſentiarum libentius tenemus quod Bollandi ecgraphum, evaneſcenti paulatim atramento ſcriptum atque jam nunc multis locis difficile lectu, ætatem ferre nequeat quantam oporteret, ut poſt dimidium & amplius ſeculum uſui eſſe poſſit Novembrem edituris.*

tranſlationis 22 Junii cur pro illo hic teneatur.

D

§. III. *Dæmonibus in Chriſtinam divinitus permiſſa poteſtas, recentioribus duorum inſignium Dei ſervorum exemplis illuſtrata.*

E *Ex Mathia Tannero noſtro*

11 PRiuſquam ad tam multa mirabilia ac fidem pæne ſuperantia accedam; placet divinæ bonitatis, erga animas quaſdam, ſibi ſingulariter dilectas, luſum (ut ſic loquar) extraordinarium, permiſſa dæmonibus in ipſas poteſtate, illuſtrare duobus recentioribus domeſticiſque exemplis; quæ mihi ſuggerit noſter P. Mathias Tanner, in opere poſtumo, quod anno MDCXCIV prodiit Pragæ, continens Geſta præclara & virtutes eorum, qui in procuranda animarum ſalute ſpeciali zelo deſudarunt in Europa. Hic ille, ex Nirembergii viris illuſtribus, agit de P. Joanne Sebaſtiano del Campo, Saſſari in Sardinia defuncto, VI *Auguſti* MDCVIII *de cujus Vita & Miraculis confecti juridici Proceſſus (ſicuti in Parergo ad cap.* III *de Vita S. Joannis à S. Facundo* XII *Junii, dicere memini) inter alia multa memoratu digna, probant id quod ſequitur, verbis Tanneri relatum Latinè.*

Hiſpanum Nirembergium Latine ſecuto,

refertur qualiter Jo. Sebaſtianus del Campo in Sardinia;

12 Quanto liberalius ſua in P. Sebaſtianum dona effundebat cælum, tanto infeſtior technis & armis ſuis illum orcus proſequebatur; & quidem aperte & viſibiliter, multis verberibus arcendo, & variis formis belluarum ſpectrorumque infernalium exterrendo. Ita noctibus pleriſque audiebantur à vicinis in cubiculo Patris immanes rugitus, ictuſque reſonantes plagarum, & catenarum tractus vocesque illius, poſt multos gemitus dæmonibus inſultantis : Agite quod Deus vobis permittit : ego enim ad omnia ferenda paratus ſum.

F

à dæmonibus vexari ſolitus,

13 Una vice, omnibus jam ad quietem digreſſis, is qui contiguum ſervo Dei cubiculum incolebat, orandi an ſtudendi cauſa, lumen retinuit : ad quem paulo poſt, ſuam accenſurus lampadem, quod eam dæmon extinxiſſet, acceſſit P. Sebaſtianus : cumque id ſecundo ac tertio faceret, miratus hic, quì toties Patri lumen periret, explorare per ſeipſum voluit. Igitur egreſſus, dum januæ ipſius appropinquat, audit vocem ſeſe inclamantis : reſerataque porta, reperit Patrem utraque manu fortiter ad eamdem januam ferro adſtrictum, ut nullatenus ſe liberare poſſet : quærit proinde, quis ejus crudelitatis auctor eſſet. Nihil refert, reponit pater, te ſcire, quis ferrum mihi injecerit, ſed hoc me abſolvas. Edicito priuis, inſtitit alter, ſceleris auctorem,

aliquando repertus ſit

ferro vinctus;

A si solvi à me desideras ; ursitque eo usque Patrem, dum eum proderet, dicens ; Illa bestia hoc fecit. Alias vero tanta crudelitate, fustibus, raptationibus, in senem desæviebant, ut semimortuus remaneret.

alias dire raptatus & contusus ;

14 Accidit semel ut Collegium accederet homo ex civitate, Confessarium pro ægro postulaturus ; ad cujus januam audiens immanem cieri strepitum observare cœpit per ejusdem foramen, craticulâ obductum, quid intus ageretur. Et ecce videt P. Sebastianum à quatuor ferocibus Mauris raptari, & pilæ instar jactari ab una parte in alteram ; & modo allisum solo calcari, modo pugnis & fustibus contundi, tantâ furiâ, ut semianimis Pater exclamaret : Sinite me, neque enim amplius quid in me Deus vobis concessit. Hæsit aliquamdiu, attonitus atroci spectaculo, ad januam explorator ; tandemque cupiens Patri succurrere, proprio illum nomine compellavit. Verum eodem momento tantus hominem pavor invasit, ut præcipiti fuga domum se proripuerit, plures dies loquelæ & pæne omnis sensus expers ; donec sibi restitutus, quæ viderat aliis enarravit. Nonnumquam Fratris Janitoris mentito vultu, ad diversa agenda, vel ægros invisendos, qui tamen nulli in ædibus designatis erant, Patrem evocabat : modo ipsius superioris personam assumens, ejectionem de Societate illi intentabat; quo nihil gravius primis vicibus servum Dei percellere poterat : sed deprehenso astu dæmonis, tanto validius in religiosæ vitæ proposito fixum solidabat. Alias, equi specie vel asini, calces Patri illidebat : quem tamen unica hac voce abegit : Qua ratione factum est, ut tam speciosus quondam & superbus Angelus, in turpem adeo formam degenerares?

B

qui & ejiciendum Societate minabantur

15 Sed neque in Missæ sacrificio quietum & fraudium suarum immunem patiebantur ; partim Missale ab ara auferendo, vel in terram dejiciendo ; partim indices, quibus dicenda in sacro annotaverat, perturbando. Semel iter agentem lapidare aggressus, densum adeo saxorum imbrem depluit, nemine advertente unde vel quo auctore jacerentur; ut Pater toto corpore concussus, fractis veluti ossibus humi procumberet : cum tamen, præter ingentem ab ictibus dolorem, nulla plaga noxave in membris remaneret. Alguerii autem ad vindemiam missus, dum uvas colligentibus monita salutis quasi per otium inculcat, exortus repente sereniſſimo cælo vehementissimus turbo, cœpit domus vineæ fenestras & portas ingenti strepitu concutere; tantusque inde mugitus audiri, quasi domus tota à fundamentis subrueretur. Jussis inde sibi nihil metuere operariis, sed laborem prosequi, ipse domum ingressus est : unde mox cœperunt audiri plurium dissonæ voces, quasi invicem exprobantium & contendentium, dum magno clamore oggereret Pater ; Quid tibi hoc loco vis, bestia infernalis ? quid quæris ? facesce hinc. Quæsiere dehinc operarii, unde tantus ille domûs tumultus, quisve illius concitator : verum aliud non reposuit Pater, quam hortando ut labori suo intenderent.

C

& Missam dicenti molesti erant,

ab illo tamen contemnebantur

16 His aliisque innumeris modis, per totam Religionis vitam, à dæmonibus vexatus, continuum pati videbatur martyrium ; à quo tamen numquam à Deo liberari postulavit, sed magna cum hilaritate & gratiarum actione sustinuit, licet alios à simili infestatione unica oratione liberaret. Ita personam quamdam, iisdem spectrorum affectionibus subjectam solaturus ; magnopere hortatus est, ut potius gaudii inde materiam sumeret quam doloris ; neque ab iis liberationem, sed patientiam magis ad perferendum exoraret. O si scires, adjiciens, quam atrociter quemdam, mihi optime notum, persequantur infernales hæ bestiæ ! quam crudeliter contundant, vinciant, proculcent ! & tamen semper recedant victi & confusi. Quia tamen eadem persona, post quadriennii in ejusmodi certamine tolerantiam, ab eo eripi precibus Sebastiani cupiebat ; fusa ad Deum oratione, plenam quietem afflictæ conciliavit. Sed & aliàs mirum in dæmones exercuit imperium ; neque solum in vita locis variis & corporibus obsessorum potenter exegit ; sed & à morte terrori fuit, ut nullibi auderent consistere, ubi quidpiam de ejus Reliquiis haberetur. Expertus id est vir pius, in quem totis subinde noctibus crudeliter sævire consueverant ; ubi tamen frustillum, de solo vestitu Sebastiani, collo appendit ; insultavere quidem aliquamdiu eminus, variis modis & rugitibus ; propius tamen accedere vel contingere numquam præsumpserunt.

D

AUCTOR, D. P.

ita ut liberari numquam petierit,

ipse ad alios liberandos multum valens.

E

17 *Hactenus de P. Sebastiano Tannerus ; mirabilior etiam probatio fuit, qua pientissimus Jesus ejusque amabilissima Mater Maria, eumdem amoris ludum ludentes, exerceri voluerunt* P. Joannem del Castillo *Vallisoleti annis novem prius quam Sebastianus defunctum, sub exitum prioris seculi die* IV *Maji. Fuerat hic jam inde à pueritia Deiparæ ex parentum voto devotissimus, ipse ab aula Episcopi Asturicensis ad Societatem nostram transgressus Sacerdos, missusque ad Villa-Garciense tirocinium.* Necdum medius annus novitiatus illi effluxerat, *inquit pag.* 318 *Tannerus,* cum Dominus altiori orationis spiritu à sensibus elevato donatum, miris illustrationibus & solatiis implebat ... experiebaturque in hac extaticæ orationis methodo, miros favores à Deipara, cujus tanto amore inflammabatur, ut summopere averet adversa quælibet & gravissima perpeti. In his affectibus dum totus est, suggeri animo validissimis impulsibus sensit, ut, si desideraret amore Deiparæ suique filii, vere & ex toto divinæ voluntati conformari, paratum se offerret tradi in dæmonum potestatem, si ita Deo placitum esset, ut ab eis omni crudelitate & furiis exagitaretur.

Similiter P. Joannes del Castillo Hispanus,

post primum novitiatus semestre,

F

18 Affligebant incredibiliter instinctus hi, & in diversa rapiebant tironis animum, tum importunitate sua, qua agenti quidlibet vehementissime ingerebantur ; tum ob summam rei tam horrendæ atrocitatem, quam à se exigebant ; neque poterat assensum, in certamen adeo tetrum & infernale, ab sese impetrare. Verum cum nulla quies ab ea suggestione concederetur, & oraturo prima sese mox animo ingereret, amariſſime exprobrans, numquam ex toto Christi & Mariæ servum futurum, si id abnueret ; instituit totum negotium ardenter utrique commendare, & lumen in tantis tenebris cæleste expetere. Quod dum in Sacro ferventius solito die quodam agit,

valido instinctu monitus se Deo permittere.

AUCTORE D. P.

A agit, tenens in manibus, ut eam mox ſumeret ſanctiſſimam Hoſtiam; ſenſit Chriſtum Dominum verbis amantiſſimis intime ſe alloquentem; & difficultates poſtulatæ reſolutionis, quam tantopere exhorreſcebat, emollientem. Quid tandem magni eſt, ajebat Dominus, ſi, certus de mea protectione & auxilio, amore mei meæque Matris, contentus ſis tradi in manus & poteſtatem dæmonum? Quibus incredibiliter animatus, plene ſe voluntati divinæ permiſit, paratus etiam infernalibus pœnis & furiis exerceri, ſi ita Deo alluberet.

etiam à dæmonibus exercendum,

19 Paucis inde diebus in ſumma animi quiete, ex heroica ſui reſignatione agenti, adfuit conſpicua cæleſti ſplendore & pulchritudine S. Agnes, animos eidem, nomine Chriſti Domini & ſanctiſſimæ Virginis addens, ad dura quælibet & aſpera perpetienda; multumque collaudata ejus ſubjectione, oſtendit, quantum illius ſaluti & Dei gloriæ conduceret, tradi cruciandum à malis geniis; ſiquidem numquam in illo certamine defuturus eſſet Chriſti favor & Deiparæ auxilium. Ita novo firmatus ad quævis tormenta ferenda robore, ut primum ſancta Virgo diſparuit, ſenſit irrumpere in cubiculum totas dæmonum legiones, qui ingenti tripudio geſtientes, magnum ciebant ſtrepitum & tumultum; penituſque ejus corpus inſidentes, acerbiſſime exagitabant. Graviſſime inde conturbatus conſternatuſque, totum tirocinii Magiſtro aperuit: qui non minore ſtupore perculſus, hærebat anxius, quid de novo hoc planeque exotico Dei ductu ſentiret vel pronuntiaret: dixit tamen ſe totum negotium impenſe Deo commendaturum, & lumen à cælo, ad ſpiritum tam inſuetum diſcernendum, petiturum. Creſcebant interim atrocius cum orco certamina, quibus non levius quam à dæmone poſſeſſus (quod tamen in corpus Patris malo ſpiritui numquam Deus indulſit) in animo & corpore exercebatur; unaque paribus incrementis augebantur ſingulariſſimi à Deo & Deipara favores, quibus eum non tantum in animo cæleſtium guſtu afficiebant, ſed ſpectabili non raro forma inviſebant, ſolabantur & animabant.

cum tandem paruiſſet

B

eorumdem poteſtati permiſſus fuit,

C

20 Et primo quidem moleſtiſſimi erant diurnis nocturniſque ſuggeſtionibus, ut Societatem deſereret; perpetuo idem auribus inſuſurrando, adjunctis modo blanditiis, modo terroribus & minis. Defere, ajebat dæmon, Religionem hanc, vel etiam quamcumque delige; faciamque te prodigium doctrinæ, ut nemo tibi ſapientia & eruditione antecellat, & proveham te ad dignitates, quibus majores nec deſiderare poſſis. His vero cum nihil proficeret, minabatur ſe non deſtiturum, donec Societate vel invitus à Patribus extruderetur. Verum divino promiſſo ſecurus, cum hæc omnia floccifaceret, tantoque impenſius orationi & rebus divinis impenderetur; ſaltem his, quoad poterant, impedimenta poſituri, ſi ſe ad meditandum componeret, muſicam repente ſonantiſſimam moliebantur, vel geſticulationibus mimicis & formis inſuetiſſimis à propoſito dimovere conabantur. Neque raro, dum mane ſurgendum eſſet, manibus & pedibus captum lectulo adſtringebant, ut levari non poſſet, neque conſuetis Novitiorum exercitiis intereſſe. Quæ omnia cum directorem ſui ſpiritus admodum perplexum redderent, voluit Dominus ipſum id quadamtenus experiri. Exiverat aliquando, hoc ipſo tirone ſocio in campos: & ecce in montis deſcenſu, ſenſit ſe ita repente membris omnibus una cum tirone conſtrictum, ut nullam in partem commoveri poſſent, donec poſt notabilem moram à dæmone dimitterentur, partim attonito, partim lepidum eventum ridente Magiſtro.

ac primum ad dimittendam Societatem tentatus,

quaſi vel invitus ejiciendus,

D

21 Quoties autem ſolus verſabatur in cubiculo, tantis vociferationibus miſerum affligebant, ut obſurdeſceret, & à blaſphemiarum atrocitate caput diſſilire videretur. Demum tot tamque diverſa à malis geniis patiebatur, ut Magiſter omnino poſſeſſum ab illis credens, ſecreto P. Jacobum Garcia, ſingulari in dæmones pellendos virtute præditum, Salmanticâ evocaret: à quo adjuratus ſacris carminibus dæmon, (permittente ita ad majorem ſervi ſui confuſionem & probationem Deo) varie illum jactabat & allidebat, ut Patres talem eſſe nihil addubitarent; præſertim cum juſſus eum deſerere, ſignum etiam ſui diſceſſus quod deſcribebatur, edidit; lampade ſacelli, in quo hæc agebantur, ſubito extincta. Summa hinc naſcebatur in tirone erubeſcentia; quod neque fraudem dæmonis confutandi ſpes eſſet, contra tam manifeſta dæmonis in oppoſitum data indicia: quare tota fiducia in Deiparam conjecta, ubi in cubiculum rediit, maximis tripudiis & cachinnis geſtire ſpiritus infernales deprehendit; tum quod infamiam atrociſſimam, velut à dæmone poſſeſſo, conſciviſſent; tum quia Magiſtro ipſius, ut eum plane à ſuis furiis liberatum crederet, impoſuiſſent. Verum multo poſt clare patuit iiſdem malis ab orco impeti, neque aliunde quam Dei permiſſu talia irrogari. Ubi autem prima vice compertum eſt, nihil ſacris carminibus profectum, cenſuere Patres, Joannem Societatis inſtituto & muneribus ineptum eſſe, parumque abfuit, quin ad ſeculum remitteretur, niſi fidelis in verbis ſuis Deus illum ſpecialiter ad ſuum obſequium delegiſſet.

deinde creditus dæmoniacus eſſe,

E

omnia ſuſtinet patienter:

F

22 *Hinc progreditur Tannerus explicare, quomodo non obſtantibus malignorum ſpirituum intemperiis ad Apoſtolica domi foriſque circa proximum exercitia fuerit applicatus* Joannes, *& ſic concludit*. Porro ſicut nullus illi dies vacuus laboris & lucri Apoſtolici occubuit; ita nulla fere nox ſucceſſit pugnarum cum erebo expers, quas integre legiones & cohortes dæmonum movebant: ubi tamen primum ad novos pro animabus labores dilucuit, exiliebat perinde (robur ſuggerente cælo) vegetus & validus, acſi quiete ſuaviſſima eſſet perfruitus. Excurrerat vice quadam in viciniam, dictionem habiturus feſto S. Magdalenæ, directam ſingulari efficacia ad obſtinatorum converſionem: quem idcirco cum tota nocte diriſſime adverſarii habuiſſent, finito ſermone cœpit ardentiſſima febre laborare, & in regreſſu ad hoſpitium novis ab hoſte plagis vapulans coactus eſt decumbere. Apparebat malum eſſe mortiferum; ideoque, nuntio ad Collegium perlato, miſſus eſt P. Sebaſtianus Sarmiento (is qui multorum oculatus teſtis multa ex ipſiuſmet ore deſcripſit) ut ægro ad

Apoſtolicis functionibus adhibetur,

eadem interim quot noctibus patiens,

cumque innotuiſſet divinitus iſta permitti

ad Collegium deportando obſequiis adeſſet.

23 Evocatus medicus Doctor Oliva, ſingularem curam adhibuit, quod morbus eſſet acutus, creſceretque ejus malitia uſque ad pervigilium S. Annæ, cui, tamquam ſanctiſſimæ Virginis matri addictiſſimus, ſingulari affectu ſe commendabat. Senſere id ſpiritus maligni, juſſereque noctem dumtaxat operiri, quam illi feſtivam facturos ſpondebant. Omnibus ad quietem compoſitis adeſt magno cum tumultu & rugitu crudelis illorum cohors, extinctaque lampade, veſtes à corpore, & ſtragula è lecto direpta per cubiculum temere dejicit; infirmum, diu raptatum verberatumque, unguibus lacerat, quorum luculenta ſigna mane P. Sarmiento deprehendit in pedibus, brachiis ac ſuris. Pater ſibi relictus, collectis ut poterat viribus, diſperſas veſtes & ſtragula colligere cœpit, ne veſtigia ejus ludi à domeſticis deprehenderentur: cum denuo furibundi adſunt dæmones, veſteque nudatum flagellant & contundunt, donec campana ſignum domeſticis ſurgendi daret. Accurrens illico P. Sarmiento, reperit illum graviter trahentem ſpiritum, delaſſatum, peſſimeque vulneribus unguium affectum, à quo & ſeriem hiſtoriæ intellexit. Supervenit medicus, tactaque arteria pavefactus, edixit, peſſimum infirmi ſtatum eſſe, ac interim pharmacum ſudori eliciendo præſcripſit.

aliquando etiam uſque ad mortem exinde æger

depoſituſque à medico,

B

24 Redux ſub veſperam, ubi Patrem caloris omnis expertem, pulſum legitimum, & febrim omnino depulſam deprehendit: ſtupore plenus unum ex Sacerdotibus domeſticis interrogat, quid hominis æger eſſet. Cumque reſpondiſſet, eſſe Sacerdotem ejus collegii, reliquis ſimilem; non eſſe poſſibile, ſubjecit; ſed homo neceſſario eſt quidam cæleſtis & prodigioſus; ſiquidem citra miraculum, ex medicinæ certiſſimis principiis, accidere non poterat ut tam ſubito, ex ſupremo malo, tanta fieret in bonum mutatio. Rogatus à convaleſcente P. Sarmiento, ut ſecum aliquot noctes remaneret, dum aliquantum ad vires rediret, prima nocte miros intra cubiculum ſtrepitus notavit, altera vero, dum ſanctiores de Domina noſtra miſcerent ſermones, juſſus auſcultare quid objicerent dæmones, audiit ſubmurmurantes; Silete, canes, nolite de hac muliere loqui. Cur nos excruciatis. *Hactenus Tannerus, à quo ſubminiſtrata exempla duo ideo tranſcripſi libentius & hujus* B. Chriſtinæ *Actis præmiſi; quia notum omnibus puto, quam minime faciles Societatis noſtræ homines ſint ad relationes hujuſmodi recipiendas, niſi uſquequaque certiſſimas, pœne ad exceſſum incredulitatis duri; ut qui talia in viris eiſque Sacerdotibus permiſſa dæmonibus credent, minus laborent in recipiendis iis quæ de utraque Chriſtina legent.*

ad hujus ſtuporem ſubito convaleſcit.

C

ACTA

à Fr. Petro de Dacia Ord. Prædicat. aliiſque familiaribus & coævis collecta.

Ex veteri Ms. Canonicorum Juliacenſium.

PROLOGUS.

Cum initio Vitæ uſque ad annum ætatis XX, *ipſamet dictante, & D. Joanne Paſtore Stumbelenſi excipiente, deſcripto.*

D

1 MAgnum Dominum & magnam virtutem ejus merito laudarem, ſi indignitas non obſtaret; ut divinæ gratiæ eo gratior fierem, quo per me ad fontem gratiarum fluvius gratiarum refluereret, unde largiter effluxerat; ut ad gratiarum actiones eo alacrior aſſurgerem referendas, quod me non antiquorum tantum exempla, ſed & in proſpectu viſorum recordarer mirabilium. Quamvis ergo plurima ſint & incomprehenſibilia, quæ de Dei bonitate poſteris antiquorum mandaverit auctoritas; parvitas tamen mea, ex immenſis minima, ex ſummis infima, ex æternis caduca percipiens, advertit, quod [qui] ſe in productione creaturarum oſtenderit omnipotentem, cujus dicere eſt cuncta facere; in continentia Scripturarum ſe probaverit ſapientem; in effuſione gratiarumque recompenſatione, ad menſuras laborum præmium menſurans, ſe demonſtrabit largum & benignum. Ideò quod mihi indigniſſimo oſtendere dignatus eſt, perpaucis verbis ſcripto commendatis, propono elucidare; in quibus tamen ſi advertatur, & potentia, & ſapientia, & benevolentia Omnipotentis clare (ut æſtimo) intelligi poterunt.

F

Auctor indignitatis ſuæ conſcius,

proponit ſcribere, quæ ſibi divinitus oſtenſa.

2 *Hactenus* Fr. Petrus, *deſcripturus* (*ut ad calcem hujus primi Tractatus ſeu Libri num.* 83 *ait*) quæ à fine anni MCCLXVII, id eſt à feſto B. Thomæ Apoſtoli (*quando Virgo annum ætatis vigeſimum quintum agebat*) uſque ad Dominicam III poſt Paſcha anni MCCLXIX, contigerunt, *teſtis plurium oculatus. Ne autem acephala narratio ſit, placet ex Epiſtola* XV *libri* II, *priorem partem excerpere, ſicut illa ibidem habetur, cum hoc ad marginem titulo*; Incipit de initio vitæ, cariſſimæ Sponſæ Chriſti Chriſtinæ, conſcripto à D. Ioanne Paſtore in Stombele, *idque in eo quaterno, quem ipſamet, ex favore ſpeciali ad* Fr. Petri *votum dictavit anno* MCCLXX, *cum hic Pariſiis per Stumbele rediret in provinciam ſuam* Daciam, *ibidem Lectoris munere functurus. Hic enim deinde rogatus, ad ſolatium* Chriſtinæ, *eodem reverti; congruum cenſuit, prius ea quæ viderat ſcripto mandare; ut coram de iiſdem cum ipſa conferens, ſicut fecit anno* MCCLXXIX, *eadem ſuppleret vel corrigeret ex ore ipſiuſmet* Chriſtinæ. *Anno igitur à prima Viſitatione* XI, *id eſt ipſo anno* LXXIX *jam dicto, primum librum conſcripſit, cui ſucceſſive ſecundum*

F

An. 1270 *dictat ipſa Chriſtina,*

A *ac tertium addidit.* Tenor *autem* quaterni *supra-*
A. PETRO *memorati talis erat:*
COÆVO
EX MS.

3 Cariſſime Pater rogo vos, intuitu Dei & ſuæ paſſionis, quatenus ea quæ vobis narrare propono de amicâ veſtrâ, diebus vitæ meæ numquam alicui homini reveletis, ita quod poſſim ex hoc incurrere perturbationem, quia vos ſcitis meam intentionem. Quando fuit decem annorum, una nocte vidit in ſomnis pulcherrimum juvenem (quo viſo territa fuit, quia viri prætendebat faciem) qui ait ad eam: Cariſſima filia, ecce Ieſus Chriſtus ſum, promitte mihi fidem tuam, ita quod mihi ſemper ſervias. Si quis de cetero te de altera fide requiſierit, dicas, quia Ieſu Chriſto eam promiſiſti in ſuas manus. Quando ſibi promiſit, [nondum] *a* cum Beginis manebat: tota autem die ſenſit quaſi manus ſibi impreſſa fuiſſet. A die illa numquam poterat mens ejus pacificari, quin ſupra modum anxiaretur qualiter ad Beginas veniret. (*b Anno Domini* MCCLXXIX, *cum iterum vidiſſem eam, contuli ſecum de prædicta viſione, & dixit mihi: In tantæ gloriæ ſplendore, & decore vidi dilectum meum, ut ſenſus humanus illum non poſſit ſuſtinere; unde mente exceſſi, & corporaliter nihil ſenſi tribus diebus & tribus noctibus.*

quomodo fidem Chriſto decennis dederit:

a

b (ſicut an. 1279 iterum ex ea audivit Petrus)

B

4 Cum eſſet annorum undecim, & deberet ſuum Pſalterium *c* diſcere; ſemper quando legit, videbatur ei quaſi loqueretur illi cui fidem promiſerat. Unde ſupra modum ex quadam dulcedine flevit, tamen ignorans de regno cælorum & de omnibus aliis. Quando fuit tredecim annorum, ſuis parentibus ignorantibus, cum magno gaudio ivit Coloniam: mater autem ejus flendo veniens, non poterat animum ejus flectere. Ab illo tempore uſque ad anni circulum nihil ſibi miniſtrabat. Et dixit, quod quadam die, dum mater ſua non eſſet in domo, linteamen unum poſuit ſuper caput ſuum; & nihil plus habens ſolatii de rebus paternis, cum quadam femina venit Coloniam, & quia inexperta erat, & naturaliter verecunda, plurimum in via timuit, ne ductrix ſua eam proderet, & ad aliquem locum infamem deduceret, ubi ei aliqua confuſio vel infamia poſſet evenire. Multis diebus fuit quando non habuit panem, & perpeſſa eſt magnam eſuriem, donec Beginæ quædam inſtabant quod rediret ad ſuos parentes. Quæ renuit, eligens potius eſſe cum Deo in paupertate, quam cum parentibus in deliciis permanere.

c undennis cœperit ex devotione lacrymari,

tredennis Coloniam fugerit,

C

5 Inter Beginas manens, ſemper ſola ſedit, ſola oravit, ab omni conſortio omnis conſolationis ſe alienavit: ſemper in corde habuit quod libenter eſſet in regno cælorum, unde non curavit conſolari, ſed orare. Omni ſeptimana in pane & aqua jejunavit; omnes vigilias Sanctorum per circulum anni jejunavit in pane & aqua: lineis non utebatur, cingulo nodoſo utebatur, quod frangebat totum latus ejus. Sola dormivit, ſuper lignum & lapides recubuit, pro eo ut citius ad orandum evigilaret: omni nocte ducenties flexit genua; de die oravit omnes Sanctos, quos nominare poterat, ut obtinerent ei quod caritatem poſſit adipiſci. Conſuetudinarie dixit omnes ſuas Horas in veniis; continue nudis pedibus inceſſit in calceis abſque ſoleis; jejunavit dimidium annum ſine carnibus; aquam bibit, & potum tenuem, & rariſſime cerviſium. Omni ſexta feria dixit ſuas Horas in modum crucis, & in eodem ſe ad lectum depoſuit. Quidquid ei mollitiei fuit & quietis, contra ſuum cor fuit: quia omnes ſenſus ſui ſine intermiſſione fuerunt occupati (cogitando) *d* quæ & quanta paſſus eſt Chriſtus. *De iſto ſecum contuli, (& dixit, quod hoc contigit in Fratrum Prædicatorum eccleſia Coloniæ: & dixit ſe tantum fuiſſe à ſenſibus raptam, quod de eccleſiâ in hoſpitium ſuum deportata fuit)* & exceſſus ille mentis tribus diebus continuis duravit. Beginæ autem, ſecum commorantes & non intelligentes, putabant quod inſaniret vel morbum caducum pateretur; unde tamquam fatuam eam habebant. Quadam vice cum ſederet, & inciperet ardentius cogitare de Paſſione Domini, inſolite ſupra modum incepit flere; & in flendo videbatur ei, quod appareret quædam imago Paſſionis, & etiam ipſa nocte; unde poſtea mirabiliter (quod ante non fuerat) fuit ei dulce cogitare, ſcilicet, de Paſſione Domini. Ab illo die uſque ad diem qua aperiebantur manus ſuæ, fuit ſemper in deſiderio quod haberet in quo poſſit recordari dictæ paſſionis. Hic tamen dico (*per hoc ego Scriptor certitudinaliter habeo*) petit ipſa, quia taliter vobis revelat, mirabiliter dolet, niſi propter veſtrum deſiderium: quia ſi non multum diligeret, nullo modo hoc ab ea obtineretis.

D

& in rigida pœnitentia vivens:

d

interim extaſim triduanam paſſa,

dulciter meditatur Paſſionem.

E

6 Duobus annis ſic vixit antequam tentationes eam invaderent. Una nocte, cum jaceret in ſua oratione, venit dæmon in ſpecie S. Bartholomæi: & cum ſtaret ante eam, dixit: Filia, tu multum oras, & deſiderium magnum habes veniendi ad regnum cælorum: ſcias pro certo te hoc habituram, ſi te occidas: quia hoc ſtatim factum eſt, & ſine omni pœnalitate tranſibis ad regnum. Ab illa hora uſque ad dimidium annum hæc tentatio in corde ejus volvebatur; omni hora qua fuit ſola, nihil libentius quam quod ſeipſam occidiſſet, feciſſet: & videbatur quod cor ejus non diutius duraret, niſi hoc faceret. Quando fuit juxta puteum, idem voluit: quando fuit in eccleſia, præ maxima pœna ad hoc ipſum faciendum exivit. Et cum jam diutius non poſſet continere, venit in cor ejus verbum quod audierat, ſi hoc faceret quod deferretur ad inferos; & hoc ipſam abſtinere fecit. Semel cum deberet minuere ſanguinem, incepit cogitare quod ex nimio fluxu ſanguinis deberet mori. Cum ſola erat, volebat iterum venam aperire, & magna nigredo brachium ſubſecuta eſt: ita quod horruit, & cogitavit quod male faceret. Multis noctibus venit celeriter vox, dicens: Surge velociter; voluntas Dei eſt ut te occidas. Quod ſi non feceris ſtatim ſuffocaberis, & condemnaberis. In tentationibus iſtis diverſas conſuluit vias, qualiter hoc faceret: illa autem ſemper credidit eſſe à Deo.

Sic expleto ætatis an. 15, venit ad eam dæmon in ſpecie S. Bartholomæi;

F

eique ſuadet ut ſibi mortem inferat, mox viſura Deum:

7 Poſt hanc tentationem modicum [tempus elapſum eſt, quando invaſit] eam tentatio de Corpore Domini quod hoc nullo modo poterat [Deus] facere: nec credidit

A dit Deum aliquid creaſſe; nec credidit Deum nec Sanctos ſuos aliquid ſcire de perſona ejus. Propter hoc nihil boni poterat facere, nec orare, nec eccleſias frequentare. Decem & octo ſeptimanis fuit, quod non fuit confeſſa. Quadam vice, cum ſtaret in eccleſia intra Miſſam, petivit; Domine, quia ſemper intellexi quod verum corpus tuum ibi eſſet, oſtende mihi hodie id, quo dubietas à corde meo cedat. Statim in elevatione Hoſtiæ vidit puerulum in manibus Sacerdotis: qui dixit; Ego ſum Ieſus. Illa hoc videns & hoc audiens, præ admiratione defecit à corde: & cum ad ſe reverteretur, aliquantulum luminis ſenſit. Sequenti die, cum communicaret, omnino receſſit tentatio, quaſi numquam habuerit eam. Poſt hanc venit alia tentatio. Quandocumque debebat comedere, videbatur ei quod bufo, ſerpens vel aranea ſuperſederet & cibus eſſet. Tunc ſtatim rejecit, & non poterat comedere, nec audebat; & propter hoc paſſa eſt magnam eſuriem. Et cum timeret deficere & perire, ex conſilio Sacerdotis poſuit cibum in os: & cum ſentiret frigiditatem illorum corporum animalium, ſuper omne quod dici poteſt doluit, & vomuit quidquid ante ſumpſerat. Et cum ſorbitium faceret, ſtatim plenum fuit vermibus. Et cum deberet bibere, reſpondit ex amphora, Si biberis me, diabolum bibes. Et cum introſpiceret, vidit ſupradictas beſtias. In elevatione Hoſtiæ viſum fuit ei, quod diſpoſitio talium eſſet ibi: & cum communicare deberet, ante magnam ſuſtinuit pœnam in corde ſuper eo, quod timuit bufonem ſumere; & cum deberet accedere, adhuc timuit. In hac tentatione diverſæ fuerunt hujusmodi formæ, quas non omnes ſufficit enarrare. Iſtæ tentationes tres [fuerunt graviſſimæ &] unaquæque duravit dimidio anno.

poſtea tentatur de veritate Euchariſtiæ,

& in omni cibo videtur ſibi ſumere bufones &c.

B

Talia ſeſquianno paſſa,

8 Poſt hæc, dum adhuc maneret apud parentes ſuſtinuit plura: quia male ſe parentes ergo eam habebant, quia receſſerat ab eis contra eorum voluntatem, nec cupiebant ei panem: & omnes Beginæ deridebant omnia opera ejus. Quidquid orabat, quidquid de veniis quæſivit, omnia vilipendebant. Sic in domo & extra domum neminem invenit, qui conſolaretur eam. In omnibus quæ debuit facere, dixerunt, quod prætenderet ſanctitatem: inde fuit mirabiliter turbata. Poſtea deſiderium magnum habuit communicandi ſæpius: & quia non audebat facere nec petere, aliquando tantum doluit, quod effuderit ſanguinem de ore & naribus, & decubuit per quindenam & amplius, quod inflata fuit in ventre præ magno deſiderio. In infirmitate quadam fuit ſemel, in qua omnino fuit occupata Paſſione Domini bene per ſex hebdomadas: & videbatur ei, quod in conſpectu ejus ſuus occideretur amantiſſimus. Inde jacens in contemplatione maxima, aliquando rigida manſerunt ejus membra, nobis videntibus (*dicit ſcriptor*) nec quaſi omnino guſtavit cibum. In qua infirmitate ſæpiſſime apparuit ſibi dæmon in ſpecie pulcherrima, conſolans eam & dicens, Cariſſima, bene te habe, Dominus tecum eſt. Et multum eam commendans, tandem dixit: Vide quia jam in natura defeciſti; abſtineas adhuc à cibo duobus diebus, & ſtatim videbis Deum tuum in gloria. Illa ſtatim à ſpiritu ſancto edocta, petivit cibum: & ille confuſus receſſit. In omni Vigilia *e* B. Bartholomæi, ſuſtinuit magnam pœnam, ita quod ungues ejus aperiebantur, & pectus ejus rumpebatur. (*Quando cum ea de hoc contuli, dixit, ſe B. Bartholomæum præ omnibus Sanctis diligere, & eum pro ſpecialiſſimo Patrono habere; quia frequenter fuit experta eum in ſuis tribulationibus ſibi aſſiſtere*) Numquam hæc inutilem cogitationem habuit, ſed cogitans de Deo mox non curavit de cujuſcumque morte nec vita: ſic annis tribus vixit in tranquillitate cordis: nec adhuc, niſi quod eſt recitatum, aliquid patiebatur.

à parentibus etiam & Beginis afflicta,

C

D A. PETRO COÆVO EX MS.

e

de reliquo ſecura uſque ad an. æt. 19:

9 Poſt hæc venit dæmon, quaſi Apoſtolus Dei Bartholomæus eſſet, leniſſima voce dicens: Cariſſima filia opera tua bona ſunt coram Deo, cui ſupra modum places: per aliquod tempus in tranquillitate cordis & corporis tuiſti, nunc ſupereſt unum quod deſiderio deſideras venire ad tuum Dilectum, quod aliquid patiaris in tuo corpore. Per menſem die ac nocte quaſi omni hora in conſpectu ſuo fuit, eadem verba dicendo: unde tandem detulit ſecum ſpinas, quæ dicuntur *f* hulſt, & obtulit ei dicens: Quia nimis mollis fuiſti hactenus, propter hoc tibi offero hæc, ut corpus tuum in honorem Dei caſtiges: quia hoc ſumme placet Deo. Hoc fecit tempore Matutinarum, & tempore Completorii. Illa autem edocta à Spiritu ſancto cogitavit: Hic dæmon eſt: quia bene ſentis, quia male virgam diſciplinæ ferre potes, quanto minus tales? Hæc ſecum cogitans, reſpondit illi: Male ſuades, quia ſuaſio falſa eſt: quia Deus vult quod omnia cum diſcretione fiant. Et licet ipſo præſente reſiſteret, tamen corde ſuper eo mirabiliter tentabatur ſic: Quare non admiſiſti tale conſilium? forte Dei voluntas fuit. Et hoc erat in corde ejus magna afflictio: quod cum per unum menſem manſiſſet, evanuit. Poſtea venit dæmon octo noctibus affligens eam dictis ſpinis, ita quod non eſſet in carne ſanitas. Nam tempore Completorii Hilla, dicta *g* de Monte, neſciens depoſuit eam quaſi ſemivivam ſuper lectum. Reſpondit dæmon: Quia non obediſti præcepto Dei, propter hoc vult Deus ut occidaris: & anima tua ibit ad inferos. Reſpondit: Non haberes in me ullam poteſtatem, niſi deſuper tibi datum fuiſſet. Ego autem modo ſentio intentionem ſuam, quia non poteris mihi auferre vitam quia Deus pro me eſt.

E

quando apparent iterum in ſpecie Apoſtoli dæmon,

f

hortatur ut ſpineis flagris utatur:

F

g

nec perſuadens, ipſe illam iiſdem cædit.

10 Aliquando poſt illud tempus in ſua oratione venit in ſpecie galli, cantando, ſicut gallus, & alas ſuas movendo: & acceſſit ad pedes ejus, ipſam impediens & ad impatientiam incitans. Tandem ipſa dixit: Numquid tu dæmon es? vade ſathana. Et facies ſignum crucis: ille clamavit alta voce quaſi gallus. Hæc pœna duravit tribus ſeptimanis. Circa finem iſtius pœnæ dixit illa: Præcipio tibi in virtute paſſionis

& infirmata, ſolicitatur à dæmone ut inediam continuet;

Idem in forma galli turbatorem,

A Christi, quod recedas à me, & amplius
A. PETRO non inquietes me. Ille quasi pullus suis pe-
COÆVO dibus dilaceravit sua crura usque ad sanguinis
EX MS. effusionem. Post hæc, venit tentatio pe-
deinde eam pediculis oppletet: diculorum qui læserunt eam sex noctibus. Et cum surgeret ad Matutinas, ipsa & reliquæ sociæ putabant quod Hilla accederet ad suum lectum, & de ea fierent tales vermes. Tandem, quasi impatiens facta, requisivit [ab una earum]: Quare sic accedis ad lectum, & facis mihi tot vermes? Negavit illa omnino: unde conjecit, quod dæmon fuit. Quando illa ascendit ad orationem, ille ascendit lectum, quasi nigerrimus hominum; habentque panniculos plures in corpore quassavit illos, & ridendo recessit. Illa de mane invisens [lectum], invenit innumerabiles vermes in suis linteaminibus. De die nihil poterat facere boni ex impedimento illorum: nec omnino poterat se movere existens occupata cum talibus. Tandem omnes aliæ viderunt oculis suis. Una autem existens cæca, Aleidis [nomine] non credidit: illa autem postea fiebat plena talibus.

B 11 Postea [dæmon] quidquid habuit ad caput reclinatorii subito extraxit: unde ca-
tum quietem dormientis pertinaciter turbat, put ejus cecidit ad ciftam quæ ibibem fuit. Aliquando intravit cussinum, & ibi tantum fecit tumultum, quod illa non potuit dormire. Aliquando posuit lapidem sub caput ejus, & deposuit tegumenta ejus. Et cum iterum resumeret, iterum amovebat. Unde ipsa tandem quasi impatiens efficiebatur, quia sine intermissione eam vexabat sæpe in die. Aliis sedentibus & colloquentibus, venit dæmon in specie canis, dicens; Quid facis? Illa autem territa supra modum respondit, Cur me vexas? Respondit: De quo intromittis te? Ecce omnes consiliarii tui deceptores sunt quidquid loquuntur. Ante quatuor Dominicas Adventus, prima Do-
h minica *h* Adventus venit dæmon, cum ja-
& ipsam vexat per totum Adventum, ceret in sua oratione, & defœdavit faciem suam, & brachium suum. Illa dicens semel Pater-noster, percussa est cum flagello nodato. Illæ quæ ibi erant personæ, mirabantur de tali sono ictuum, quod non audiretur per totam villam. Cum jam diutius non posset sustinere, defecit à corde & viribus. Tandem dixit: Domine Iesu,
C rogo vos, per vestram Passionem, quate-
nus dæmoni præcipiatis quod abstineat à verberibus, quia diutius sustinere non possum; vel detis mihi proventum, ut possim sustinere. Hoc dicto defecit à corde:
varie eam percutiens. & cum esset reversa ad se, cessarat tunc afflictio. Postea deglutivit ei crura, usque ad genua. Quæ cum non posset sustinere, dixit; Præcipio tibi, dæmon, ut recedas per virtutem Passionis Christi: tunc ille recessit. Sequenti die intrans ipsa stabulum, percussa est virgâ circa manum unam, in qua stigma non fuit, ita quod fluxit sanguine; unde ipsa flevit supra modum; non quia invite sustineret, sed quia vidit quod pœnam sequentem sine consolatione multorum male sufferre potuisset; & quia oportebat illam cedere ab illa domo, & se transferre in aliam. Sic percussit eam diversimode; aliquando ad caput, aliquando ad dorsum; aliquando ad pectus ita quod de-
fecit à corde suo sæpius, & illi ictus fuerunt D
adeo horribiles, quod fere in platea audiebantur. Tenuibus unguibus dilaceravit pedes ejus, ita quod una die tota parochia convenit, & viderent oculis suis plagam illam magnam.

12 In vigilia Nativitatis Domini, cum
Exinde turbat Virginem in specie tauri, esset in domo patris sui, audivit vocem quasi tauri: & cum inciperet horrere, subito venit, & deglutivit caput ejus: & cum absorbuisset, dimisit salivam in faciem suam, ita quod fere suffocata fuit: & recessit. Venit iterum quædam tentatio, quia quandocumque audiebat Missam vel tantum de Deo, vel loqui de Deo, vel quod personaliter oravit; tunc semper rugitus maximus fiebat ad aures ejus, quod tunc temporis omnino obsurduit. Propter hoc, tædio afficiebatur in oratione, & doluit supra modum, quia sic afflicta erat. Hæc pœna duravit quatuor septimanis; tandem rogavit Deum ut auferret ab ea hanc plagam. Statim audivit vocem optimam de
E Deo psallentem, & venit in cor ejus gau-
& diversimode impedit ejus devotionem: dium, quale de cantu numquam habuit. Alia vice, quando debuit dicere orationem, omnino obmutuit. Si quis aliquid locutus fuisset de Deo, vel de rebus quæ pertinebant ad eam, statim illa mirabiliter doluit caput, nec potuit aliquid respondere, sed omnino obmutuit. Quando libenter dixisset, Domine Deus, vel, Deus miserere mei, vel, Dilectissime; tunc cor ejus tantum affligebatur, quod quasi per quindenam præ nimio dolore rumpebatur pectus ejus, & vomuit sanguinem. Tunc venit dæmon, & dixit: O stulta, ubi nunc est Deus tuus? Et apparuit ei in pulcherrima specie dicens; Si Deum habes, hunc adora, vel invoca: quia vides, quod ego sum creator rerum omnium. Tunc illa nimis affligebatur, quia non poterat ei de Deo respondere. Multis vicibus sic locutus est ad ejus molestiam.

13 Quadam vice tentabatur sic: Omni
inquietat etiam illam, indicando peccata aliorum, tempore & omni hora in aures ejus susurravit quidquid criminis mundus agebat, & hoc sine intermissione ita quod alteri detraxit, illos cum nomine ei revelans & dicens, Ille fur est, & hoc furatus: & minabatur ei, quod vellet clamare in ecclesia, quod F
ipsa omnia perdita furata esset. Hæc pœna duravit tribus septimanis, in quibus die & nocte nihil dormivit, nec potuit: quia talis strepitus in ejus auribus sine intermissione fuit. Illo tempore decurrente, recessit tentatio omnino. Illa timuit quod talia verba deberent ei in posterum nocere: quæ tamen, Deo juvante, non nocuerunt, quia
& objiciendo ubique eius oculis speciem ignis. & memoria illorum à corde ejus recessit. Iterum tentabatur, quandocumque debuit in libro orare quod videbatur liber statim comburi. In quocumque oravit, videbatur ei quod totus combureretur. Quando debebat confiteri, visum fuit ei quod Sacerdos combureretur. Quando debebat communicare, fuit ignis succensus in conspectu suo quasi fornax, & videbatur ei quod deberet ignem illum pertransire; & hoc fuit ei maxima afflictio. Hæc tentatio duravit per quindenam.

14 *Mox*

A 14 *Mox autem agitur* de clavis in corpus ejus infixis : *cui tormento* Petrus *ipſe (ut ſtatim patebit) præſens interfuit, in nocte feſtum B. Thomæ Apoſtoli ſequente : proinde reliqua quaterni Stumbelenſis parte, iſtic ubi à* Petro *collocatur relicta, ut ſequitur lib.* 2 *num.* 46, *pauca hic annoto. Ac primo quoniam Auctor Vitæ inferius dandæ ſcribit,* Septuagenariam fuiſſe, *cum obiit ann.* MCCCXII ; *confirmatur quod dixi, egiſſe Virginem ætatis ſuæ annum* XXV *circiter, quando primam iniit cum ea notitiam* Petrus *ſcriptor, natâ ſcilicet ſub annum* MCCXLII, *fortaſſis in die* S. Chriſtinæ Virginis & Martyris, XXIV Julii, *ut inde nomen traxerit ; atque adeo Chriſtum ſibi ipſam deſpondiſſe anno* MCCLII, *& eamdem ann.* MCCLXV *fugiſſe Coloniam ad Beginas ibidem. Harum ea deinceps habitum totâ vitâ geſtavit, licet ſub annum ætatis* XVIII *remiſſa ſit ad parentes, poſt ternas tentationes dimidii anni ſingulas, ſecutamque infirmitatem. Nec recepta unquam poſtea fuit in contubernium Beginarum Stumbelenſium, propter extaſes quas patiebatur, necdum ſatis probatas, continuaſque dæmonum infeſtationes. Hinc porro coacta* Chriſtina *fuit manere in domo patris* Henrici Bruzonis, *uti appellatur lib.* 4 *num.* 93, *hominis in ſua conditione ruſticana divitis, & prædia plura poſſidentis (ut ibidem num.* 90 *habetur) atque poſt everſas deinde fortunas, retinentis domum & familiam, etiam tunc honeſtam; cum num.* 61 *lib.* 3 *legamus* Chriſtinæ, *ipſo mortuo orphanæ, quinque equos occiſos à dæmone. Cetera notanda ex more ſubjicio, ut indicantur, per litteras.*

Vitæ à Virgine actæ Chronotaxis.

B

ANNOTATA D.P.

a *Feſtinanti ſcriptori aut tranſcriptori videntur ſubinde excidiſſe voces aliquæ, quas in gratiam lectoris, uncis [ ] includendo, ſupplere decrevi.*

b *Quia* Petrus, *Tractatus ſeu Libri* II *Collector, quædam de ſuo interſerit, aliunde ſibi nota; placet hujuſmodi interpolamenta, parentheſi inſerta, etiam charactere diſtinguere. Ipſe autem lib.* III *num.* 9 *ſic loquitur* : quaſi totum quod prius ſcribi fecerat in quaterno, ex ore ejus audivi: quibus & plura addidit, ex quibus illa, quæ prædictis uncis interpoſui, ſunt accepta.

c *Simul cum* Pſalterio *videtur tantum didiciſſe linguæ Latinæ, quantum ſatis erat, non ſolum illi legendo, ſed etiam epiſtolis ad ſe Latine ſcriptis pro parte intelligendis, ac viciſſim dictandis : nam ſcribendi ignaram fuiſſe habes lib.* 2 *num.* 6.

C

d *Longior hic forte hiatus eſt, quem difficile ſit abſque alio vetuſto exemplo reſarcire.*

e *Feſtum* S. Bartholomæi *agitur* 24 *Auguſti : hujus autem, dirius quam ceterorum Apoſtolorum quiſpiam excarnificati, pelle (ut creditur, detracta, aptius quoque fuit patrocinium* Virgini, *per omnem vitam tam crudelia tormenta toleraturæ.*

f Hulſt, *Teutonibus dicitur, quod* Aquifolia *Latinis ſeu* Laurus ſpinoſa ; *infra in Vita num.* 17, Ruſcus.

g *Hujus* Hillæ de Monte, *unius ex Beginis Stumbelenſibus* Virgini *familiarioribus, frequens infra mentio occurrit, & laus præcipua num.* 28, *ubi dicitur fuiſſe* Cognata Chriſtinæ. *Videtur autem quod hæc tunc fuerit in domo paterna* Chriſtinæ, *ut vexatam à dæmone cuſtodiret; eo modo, quo ejuſmodi profeſſionis Virgines permittuntur, ad conſanguineorum proximorumque ſolatium & auxilium, in ſimilibus caſibus, dimiſſo tantiſper communi contubernio, cum iiſdem morari,*

h *Si annum* 1267 *hæc ſpectant, uti ſpectare arbitror, erat tunc littera Dominicalis* B, *atque adeo* I *Dominica Adventus fuit* 4 *Decembris.*

D

LIBER I.

Continens res geſtas à XX Decembris anni MCCLXVII, uſque ad XIV Aprilis anni MCCLXIX.

CAPUT I.

Occaſio primæ notitiæ Auctoris cum Virgine & mira circa eam viſa, anno 1267, 21 *Decembris.*

15 QUantum ad memoriam poſſum reducere, à primævo ætatis meæ diluculo, quando vitam & mores, paſſiones & mortes Sanctorum, & præcipue Chriſti Domini & glorioſæ Matris ejus audivi, in audiendo medullitus delectabar, & in recolligendo audita ex corde conſolabar ; ita ut ex tunc inciperet mihi mundus vileſcere cum ſuis delectationibus, & ex tunc cum Fratribus meis ſecundum carnem ſæpius tractarem, ut mundo renuntiaremus. Inter hæc cordi meo cogitationibuſque quoddam deſiderium innaſcebatur : cœpique deſiderare & optare, ut Dominus me ſuâ gratiâ in hac parte dignaretur viſitare, ut aliquem ſervorum ſuorum mihi oſtenderet, in quo converſationem Sanctorum ſuorum, non ſolum verbis, ſed factis & exemplis ſecure & planè addiſcerem ; cui caritate ex corde conjungerer & conſociarer, cujus moribus informarer, cujus devotione inflammarer, & ab acediâ quæ me à pueritiâ depreſſerat excitarer : cujus collocutione illuminarer ; cujus familiaritate conſolarer, cujus exemplis de omnibus certificarer dubiis, maximè quæ ad converſationem pertinent Sanctorum.

E *A puero devotionis addictus Petrus,*

optat ſibi oſtendi verum ejus exemplum.

16 Sub hoc affectu meo fluxerunt tempora multa, & dies plurimi, & anni (ut puto) ultra viginti : in quibus Dominus, ex ſuâ liberaliſſimâ benignitate, non meis meritis vel deſideriis exigentibus, plures utriuſque ſexus perſonas demonſtravit mihi, quibus cor meum ſæpius lætificavit ; non tamen intentionis meæ appetitum ſatiavit, ſed nec cordis motum quietavit. Quas [perſonas] tanto diligentius conſideravi, quanto amplius intueri deſideravi : quantoque plures vidi, tanto plures videre concupivi : quia in nullâ inveni quod quærebam, & ideo affectum meum ſemper famelicum inveniebam. Tandem autem Pater miſericordiarum, per viſcera miſericordiæ ſuæ me viſitans, cui videbat merita non ſuppetere ; ex inopinato mihi perſonam quamdam hoc modo oſtendit, cujus aſpectu ſimul & affatu me multipliciter lætificavit, non ſolum per præſentiæ exhibitionem, ſed & per memoriæ recordationem. Domina Altradis, genere nobilis mariti præclari conjunctione honeſtata, infirmata graviter, miſit pro Fratre Waltero, confeſſore ſuo ab antiquo : qui me aſſumens in ſocium, in vigiliâ B. Thomæ

F *cujus voti poſt annos 20 compos redditur;*

occaſione cujuſdam infirmæ prope Coloniam viſitandæ,

Apo-

A. PETRO COÆVO EX MS.

Apoſtoli, ad eam profectus eſt. Cum autem tardè veniſſemus, & ipſe ſederet, & confeſſionem dictæ Dominæ audiret; acceſſit ad me in eadem domo ſedentem Beghina quædam, nomine Aleidis, & quærebat unde veniſſem. Cui cum reſpondiſſem de Coloniâ, adjecit: Utinam fuiſſes in villâ noſtrâ, & mirabilia quæ ibi fiunt in quâdam Puellâ vidiſſes.

17 Contigit autem ſequentis diei veſpere nos, ſecundum ordinationem prædicti Walteri, ad domum Plebani Parochiæ declinare; ubi & prædicta Puella tunc temporis [erat], propter inſtantis tribulationis neceſſitatem; propter cujus etiam viſitationem Frater prædictus, qui fuerat Confeſſor ſuus quaſi à pueritiâ, ad domum prædictam intravit. In veniendo autem, in corde meo ſtatui, ut ſi quæ inuſitata aut mirabilia ibi contingeret me videre, de iis omnino tacerem, quia cujus eſſent pretii apud præſentes neſcivi. Domum ergo præfatam ingreſſus, vidi in eâ pauperem ſuppellectilem, familia triſtem, Puellam unam, pallio coopertam habentem faciem, ſeorſum aliquantulum ſedentem. Quæ cum Fratri Waltero aſſurrexiſſet, dæmon in continenti inter verba ſalutationis retrorſum [eam] projecit & caput ad parietem tam graviter alliſit, ut paries totus ſit commotus. Inter hæc turbabantur præſentes ſuper eo quod acciderat, ſed multo plus timebant ſuper futurâ tribulatione, quam ſecundum inolitum curſum certitudinaliter expectabant. Cunctiſque dolentibus qui aderant ſuper malis illatis, & timentibus ſuper pejoribus expectatis, ſolus ego gaudio quodam inuſitato perfundebar, intimeque conſolabar, & in ſtuporem mentis ſuſpendebar. Quod valde admiratus, quid acciditet verecundabar; quia timui de hoc notari: adverti enim aliquid inſolitum mox futurum: nihil enim talium ſenſibus forinſecus offerebatur, quod cordi tantum intrinſecus gaudium poſſet cauſare: quin potius, ut prædictum eſt, dæmonis adeſſe ſentiebatur præſentia, timebatur lævitia, familiæ audiebatur mœſtitia, puellæ præmemoratæ facile adverti poterat triſtitia: & inter hæc, quæſo, unde oriri poterat lætitia & immutatio tam inſolita?

declinans in Stumbele:

ubi Criſtinam videt allidi parieti,

in aliorum metu lætus ipſe.

18 Ad occultandum ergo quod ſenſi; cum familiâ, hoc eſt, cum Domino Plebano, matre ejus & ſororibus, & aliis perſonis præſentibus in eadem domo, me occupavi; in quâ Socius meus cum prædictâ Puellâ aliquantulum ſeorſum ſedit, & ei de Chriſti & Sanctorum patientiâ recitavit exempla diverſa. Supra memoratæ autem lætitiæ tam fortis in me venit impreſſio, ut uſque nunc, cum jam undecimus vertatur annus, apud me non ſolum ejus remaneat memoria, ſed certa præſentia perſeveret: Dei enim in ipsâ horâ, ut æſtimo, influentiam qualemcumque ſuſcepi. Cumque prædicto modo ſederem, verba familiæ audiens, jociſque ſeria intermiſcens; ibi tamen erat oculus, non ſolum corporis, ſed & intentio cordis, ubi Perſonam eſſe ſciebam, cujus præſentia me credidi immutatum: non enim perſona, tam dilecta in futurum, me latebat, cujus gratiâ Dominus tantum donum in præſenti contulerat. Inter hæc ergo, ſocium meum & Puellam prædictam cum diligenter conſiderarem; vidi, quod diabolus eam ſepties projecit; quater ad parietem, qui erat à tergo eorum; & ter ad ciſtam quamdam, quæ erat ad ſiniſtram Puellæ poſita, tam validè, ut ſonus ciſtæ, & ſtrepitus parietis à remotis poſſet audiri. Ad hæc cœpi admirari, quod inter tot ictus & tam graves, nullos audivi puellam emittere gemitus vel ſingultus; ſed & quod nec alicujus alterius, non dico impatientiæ, ſed nec doloris ſigna in verbis vel factis depromebat; ſed immobilis permanſit: non murmur nec querimoniam reſonat. Dixi ergo Fratri Waltero, amplius diſſimulare non valens: Cariſſime Pater, neſcio ſi advertitis, quod dæmon puellam quæ juxta vos ſedet, tam graviter affligit; melius eſſet quod remotius ſederetis à ciſtâ & pariete, & poneretis aliquod pulvinar inter eam & dicta obſtacula; ut ſi eam amplius projecerit, à mollibus objectis ſuſcipiatur: factumque eſt ita.

illa nec gemitum quidem emittit;

19 Et cum ſic ad tempus modicum ſediſſemus, audivi dictam Puellam ſuſpirantem, quaſi ex inopinato aliquid doloris ei eveniſſet. Quod & mulieres circa eam ſedentes cum advertiſſent, inquirebant prædicti ſuſpirii cauſam. Reſpondit; In pedibus ſum vulnerata. Quæſitum eſt, & ita inventum: in utroque enim pede vulnus, recenti ſanguine fluens, invenerunt. Cumque ſic ſucceſſive quater ingemuiſſet, compaſſione quadam commotus, inter aſſidentium compaſſionem & lacrymas, qui ad quemlibet gemitum nova viderunt vulnera, ſurrexi & ego; atque (ut credo) vicibus duabus ultimis reſpexi; & tam recentia vidi vulnera, quod puto quod viſu ſanguinis fluxum prævenerim: ſolet enim inter vulnus inflictum & ſanguinis exitum morula quædam intercedere. In hoc autem fine hoc negotium eſt concluſum, quod in unius pedis parte ſupremâ vidi quatuor vulnera, ſanguine fluentia; & in pedis alterius eadem parte tria, recenti cruore madentia. Quia autem bis ſurrexeram, & negotium mihi cordi multum inerat; adverti quod in qualibet vice vulnera numero multiplicabantur. Dum autem hæc fierent, nox in ſuo curſu proceſſit, quam immediate feſtum B. Thomæ Apoſtoli ſequebatur: cœpique compaſſione permoveri, qui prius fueram gaudio commotus: viſumque fuit Fratri Waltero, cui ſocius datus eram, ut Completorium diceremus. Quod cum in præſentiâ dictæ Puellæ dixiſſemus, cum omnibus attinentiis ſecundum ordinem; poſuit dictus Frater Walterus utramque manum genibus flexis ſuper caput puellæ, & dixit Euangelium, In principio erat verbum, in tutelam contra iniquiſſimi inimici Lævathan ſævitiam.

donec vulnerata in pedibus,

plagas recenti ſanguine manantes oſtendit.

20 Quo facto petivi ab eo licentiam ut cum familia poſſim per noctem vigilare. Qua obtenta ſequebar eum ad lectum, qui infra eamdem domum erat præparatus, propter ſuæ ætatis & religioſitatis reverentiam; erat enim vir valde religioſus, ætate pariter & gratia provectus, capite canus, vultu decorus, & ab omnibus religioſis & ſecularibus approbatus. Cum ejus ergo licentia ad ſupramemoratam Perſonam veniens,

ut

A ut eam & per eam consolarer in Domini mirabilibus ; duo lumina, quæ usque ad diem ardebant, in hospitio inveni ; cum septem personis : quæ usque ad diem, non vicissim, sed omnes simul, custodiebant vigilias noctis, nullo interposito interstitio, nullaque persona ad dormiendum collocata. Necessitas enim hæc erat vigilandi : quia quilibet præsentium, non solum de rebus, sed de vita timere poterat, propter dæmonis sævitiam simul & malitiam, quæ tam graviter, & viribus humanis tam importabiliter crudeliterque grassabatur. Re gressus ergo, & cum magno solatio assidentium susceptus, cum me ad eorum instantiam in loco, de quo Socius meus surrexerat, collocassem, & tacitus ad tempus sedissem ; dixit mihi sæpius jam memorata Puella, Quod est nomen vestrum ? Respondi, Petrus vocor. Adjecit illa : Bone Frater Petre, dicatis mihi aliquid de Deo : quia libenter audio, quamvis propter

His visis Petrus petit apud illam vigilare cum ceteris,

initâque notitiâ pium sermonem instituit ;

B instantem necessitatem non multum possum intendere, de quo doleo. Ad ejus ergo instantiam & assidentium, licet idioma perfecte nescirem, retuli tamen duo ædificatoria (ut mihi videbatur) exempla, sumpta de Vitis-Fratrum ; unum, quomodo beata Virgo quemdam Carthusiensem docuit sibi servire & se amare ; & alterum, quomodo Frater Ordinis Prædicatorum liberatus fuit de purgatorio xv annorum, propter Missam cujusdam Fratris senioris, sibi multum familiaris.

21 His pernarratis silui modicum ; & ecce Puella præmemorata cœpit subito ingemiscere solito gravius. Et cum ab ea quæsivissem quid accidisset sibi, respondit : Juxta genu vulnerata sum. Modica autem morula interposita, in quanta unum Miserere mei Deus dici posset, iterum ingemuit ; & dextram manum per manicam ad interiora retraxit, & clavum ferreum sanguine recenti perfusum protulit, & in manu mea posuit. Morulæ autem interpositæ hæc erat ratio, quia quodcumque illud erat, sive ferreum sive ligneum instrumentum, per quod dæmon eam vulneravit, illud de vul-

sub quo circa genu vulnerata Christina,

C nere nemo poterat nisi ipse dæmon extrahere & evellere, quod infra evidenti probabitur argumento. Clavum autem, tali modo mihi datum, sensi tactu fore calidiorem, quam ex carne humana potuisset fieri, sive fuisset in manu retentus sive in sinu gestatus. Cum autem media nox advenisset, secundum meam opinionem ; accessi ad Socium meum, pro Matutinis secundum modum Ordinis dicendis. Et cum diceremus Matutinas de beata Virgine, & Laudes earumdem incepissemus ; murmur totius familiæ in tantum insonuit, ut præ admiratione interruptis Matutinis, nuntium prævenientes, ad personam sæpe dictam & sibi assidentes accederemus, & causam quæreremus quid accidisset. Dictumque [est] nobis, quod Puella, cujus supra sæpius habita est mentio, graviter esset vulnerata. Et cum Socius meus ad eam accessisset, & se juxta eam collocasset consolandi gratiâ, invenit eam graviter afflictam & pæne deficientem. Post modicum autem resumpto

clavum quo plaga facta ostendit ;

ac deinde alium similiter cruentum.

D spiritu, altera manu modo superiori ad interiora retracta alium clavum, cruore recenti infectum & præcedentis clavi caliditate accensum, sed multo horribiliori forma vestitum, protulit, & in manu Socii mei posuit, dicens : Ecce quo vulnerata sum. Omnibus autem qui aderant clavum consi-

A. PETRO COÆVO EX MS.

quem obtentum Petrus reverenter servat :

derantibus, & ob horrorem ejus stupentibus pariter & timentibus, petivi eum mihi dari, pro magno munere & perpetuo memoriali : quem impetratum usque in hodiernum diem penes me conservavi, imprimens in eo signum infallibile, quantum in femore Virgineo fuisset infixus : caro enim clavo adhærens, & sanguis eum perfundens, certissimum hujus rei testimonium perhibebat. Et sic nox prædicta [est] terminata, quoad ea quæ visui assidentium apparebant ; ut de iis ad tempus taceatur, quæ Dominus familiariter est operari dignatus : nam eorum inferius mentio fiet specialis.

22 Mane autem facto Coloniam redii, ex E qua exivi : sed nescio, si in tota vita mea, usque ad illam horam, talem sensi cordis mei dispositionem : ita quod tunc nihil libentius feci̇ssem, quam Missam de beata Virgine celebrassem, pro donorum divinorum collationis gratiarum actione, quamvis mihi tunc temporis hujus solatii opportunitas data non fuisset. Videbatur ita mihi quod tunc intelligerem, quod dictum esset, Et nox illuminatio mea in deliciis meis, quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, & tenebræ ejus sicut lumen ejus. O felix nox ! ô beata nox ! quæ divinarum illuminationum, quæ noctis & dici differentias nesciunt, mihi principium extitisti. O dulcis & delectabilis nox ! in qua mihi primum est degustare datum quam suavis est Dominus. Hæc nox est, in qua Domini mei Sponsam primo videre merui : & quod Chrysostomus [ait] in Sermone de Innocentibus, ut videtur mihi, tunc primum intellexi ; Cessant humana cum divina tractantur : & infra, Necesse est enim terrena succumbere, cum cælestia prædicantur ; naturalia silere, cum virtutes loquuntur. Et cum omnia noctis prædictæ interstitia vel spatia placuerint, licet satis pœnaliter pertransierint, duo tamen molestiam mihi aliqualem intulerunt ; videlicet moræ brevitas, & nominis nocuitas. Nox enim, eo quod oculis noceat, nomen accepit : quæ ergo lumen intellectus ingessit, cordi jucunditatem multiplicavit, quare nox vocata est ? dies enim magis debuisset appellari quam fecit Dominus, in qua Propheta dicit Exultandum & lætandum : cui & ego consentirem, nisi mysteria noctis adverterem, & eorum similitudinem in me qualemcumque recognoscerem. Novi Iudam de collegio discipulorum Christi nocte exisse ; credo Virginem gloriosam nocte Dei filium peperisse, & Euangelio narrante nocte Dominum de mortuis resurrexisse. Quod utinam, ut æstimo, in me sentirem impletum ! Opto enim quod Iudas cum infidelitate sua sic de corde meo exeat, & laqueo suspensus sic intereat, ut omnibus ponatur in exemplum.

& regressus Coloniam,

Ps. 138, 11

ingentique consolatione perfusus,

F

benedicit nocti, Ps. 117, 23

23 Utinam peccatrix anima mea novum

A puritatis concipiat affectum, & tamquam
A. PETRO COÆVO EX MS. Virgo filium generet! utinam in novam transformatus naturam, ſic reſurgam in novum vivendi modum, ut numquam amplius mortem guſtem in æternum! Et quamvis horum rem nondum teneam, ſpem tamen habeo, quod ex tunc à facie [Perſonæ prædictæ] Deum conceperim, & quaſi parturierim ſpiritum ſalutis. Unde & per totum feſtum natalis Domini immediate ſequens, quaſi parturiens fui; nihilque tunc libentius feciſſem, quam quod tunc cum Perſona prædicta fuiſſem, cujus præſentia ſemen animæ meæ prædictum injecerat. Æſtimabam enim, eo citius illud in fructum pullulaturum, ſi fuiſſet calore genitricis confotum: & ideo deſiderio deſideravi mirabilibus Dei intendere & intereſſe, quæ in perſona prædicta lucide & multifarie oſtendebantur, cui jam in ſpiritu veritatis & dilectionis ſinceritate anima mea erat conglutinata, in tantum ut vix potuerim Dei recordari ſine illius recordatione. Videbatur
B enim mihi inter nos quædam ſumma familiaritas eſſe, cujus etiam quemdam guſtum cor meum ſibi ex tunc inbibit, quo plenarie inebriari deſideravit; licet opportunitas tunc non daretur, propter aliorum Fratrum ſimilem & forte majorem devotionem, quibus cedendum judicavi quia erant notiores.

quaſe novum ſpiritum conceptſſe agnoſcit,

cum ingenti affectu erga Criſtinam.

CAPUT II.

Secunda & tertia Chriſtinæ viſitatio per Fr. Petrum.

24 DEinde in prima immediate ſequenti data opportunitate, redii ad locum præmemoratum & deſideratum, cum Fratre Gerardo de Grifone, Confeſſore prædictæ Puellæ, viro morum honeſtate decorato, laudabiliter litterato, & devotionis gratia præ multis privilegiato, Magiſtro ſtudentium in domo Fratrum Prædicatorum Coloniæ. Venimus autem, ſabbatho ante *a* primam Dominicam Quadrageſimæ, ad lo-
C cum prænominatum. In Dominica autem Dominus Plebanus ſupramemoratus, propter Fratrem Gerardum cui familiariſſimus erat, invitavit Filiam ſuam, Puellam cujus in ſuperioribus ſæpius facta eſt mentio, ut cum eo comederet. Quæ Patris ſui petitioni conſentiens, ſecum comedit: de quo plurimum conſolabar, quia ex tunc incepi mores ejus & geſtus ſolicite conſiderare & examinare, & in quantum potui, lance rationis ponderare, ſicut prius patientiam & modeſtiam ſui contemplatus. Et quamvis pleraque circa ſtatum ejus invenerim rationi meæ impervia & inſcrutabilia, & meo judicio mirabilia, in tantum ut conſideratio mea, improportionati luminis claritate reverberata, in ſinum ſuum reverteretur & diceret; Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt & non potero ad eam; ex tanto tamen, hoc eſt ex minimo quod intelligere potui, vidi eam, mirabili, & pluribus qui non viderunt incredibili abſtinentia præditam, decenter affabilem & religioſe jucundam; inter hu-

Petrus cum Confeſſore egreſſus an. 1268, 24 Febr.

Chriſtinæ ſecum prandentis mores conſiderat,

miles humillimam, & de abjectione & contemptione ſui lætam; per ſe pauca, ſed ædificatoria loquentem, & modeſte ad interrogata reſpondentem; jocunda interdum, ſed otioſa numquam proferentem. Habitu religioſo induebatur, in quo nihil ſuperfluitatis vel fictæ humilitatis notari poterat. Mirabili honeſtate morum pollebat, quibus ſe intuentes & ſecum converſantes plurimum in Deo ædificabat: quia quantum ſecundum Deum potuit mores ſuos [ceteris] conformabat, & in hoc aliorum paci providebat. Sed de iis & de ſimilibus quæ notavi, in Verſibus *b* quibuſdam quos ſcripſi col- *b*
legi.

25 Ex tantillo ergo quod tunc vidi, tacitus ex præcordiis delectabar, & in corde Deum benedicebam; ſperans quod jam deſiderium meum exaudiſſet, & implere inchoaſſet. Facto prandio, dum Plebanus infirmum viſitaret, accidit quod perſona quædam ex devotione coram nobis cantaret, Ieſu dulcis memoria, *c* & Teutonica verba *c*
devotiſſima interpoſita ſimul concineret, quæ E
& me ſæpius ad lacrymas permoverunt. [Tunc] rapta eſt prædicta Puella in tantum mentis exceſſum, ut in omnibus ſenſibus immobilis facta, & toto corpore indurata, nullum vitæ ſenſibilis præferret indicium: & quod plus addidit ſtupori, nec perpendi poterat quod attraheret ſpiritum. Fatcor, dum hæc fierent, præ gaudio flebam, & præ miraculo ſtupebam, & pro tanto divinæ influentiæ dono gratias largitori referebam: nihil enim de iis naturæ vel humanæ induſtriæ attribuebam, ſed divinam præſentiam in hoc facto ſum veneratus, & de hoc quod ſenſi & pro quo habui, inferius dicetur. Cum ergo talem diſpoſitionem in homine mortali numquam vidiſſem, putabam hoc eſſe quod in Apoſtolo legi, Sive mente excedimus: nulli enim alii rei mihi quod vidi videbatur eſſe ſimilius: cœpique tanto ſolicitius cuncta conſiderare facta, auſcultare verba, motus & geſtus ponderare, & memoriæ altius recommendare, quia privilegio gratiæ ſingularis omnia eſſe judicavi attribuenda. F

& vehementer probat.

2 Cor. 5

26 Cum ergo ſic ſediſſet inclinata aliquantulum ſuper quoddam ſcamnum, & faciem & manus peplo velatas haberet, ad trium vel quatuor horarum ſpatium; ſingultando ingemuit, ita ut in toto corpore modicum moveretur: & poſt cœpit aliquantulum ſpirare, multo tamen rarius & minori motu, quam ſoleant homines communiter ſpirando ſpiritum attrahere. Fuit autem ſpirationis motus adeo modicus, quod non poſſet adverti, niſi præcipuâ diligentiâ obſervaretur, quia modo communi non fiebat. Erat enim, ut dictum eſt, minor motus ſpirationis, quam ſolcat fieri communiter; & majus ſpatium inter inſpirationem & reſpirationem: quæ tamen ſibi invicem videntur contrariari. Et cum ſic ad horam duarum Miſſarum ſediſſet ſub hoc modo vitæ; cœpit paulatim apertius ſpirare, & ad modum communem quodammodo in hac parte venire hominum. Poſt hæc cœpit loqui, adeo tamen ſubmiſſe, quod ab auſcultante diligenter vix poterat percipi: nota

Videt deinde eam rapi in extaſim:

quæ ſibi poſt horas 3 vel 4 reddi incipiens,

A non tamen oratione perfectâ, ſed uno enuntiato verbo dulci & amatorio, ut eſt, Amantiſſimus, Dulciſſimus, vel Præcordialiſſimus, Intimus vel Sponſus, tanto & tam inuſitato exultavit tripudio, ut toto corpore tremefacto, plus longe quam ſoleat ridentibus accidere, ad moram unius, Miſerere mei Deus, ſub uno ſpiritus attractionis motu in hoc permanſerit, & poſt æquali temporis ſpatio quaſi immobilis perſeveravit. Perduravit autem & modus riſus vel tripudii, exultationis vel gaudii (neſcio enim quo nomine debeat cenſeri, quia hujus ſimile nihil prius vidi) ad moram, ut puto, duarum Miſſarum.

auditur nonnihil loqui;

tum in mirabiles affectus erumpere;

27 Ceſſante autem & hoc modo, qui pleroſque ſecus eam ſedentes commovit ad fletum, propter excellentis devotionis & ardentis dilectionis multiplex indicium; cœpit plura in loquendo verba continuare, & orationes quaſi ex integro formare, in quibus gratiarum actio & vox laudis reſonabat. Memoriam enim quamdam faciebat ſtatus
B in quo fuerat, & beneficiorum quæ perceperat in generali, licet ad ſpecialia non deſcendebat. Dulciſſimum hoc fuit audire, quomodo ſuam recognovit vilitatem, & ſui Sponſi magnificentiſſimam largitatem, & familiariſſimam benignitatem. Hinc inde enim oratio procurrebat: nunc enim ſonabat propriam humilitatem & indignitatem, nunc Dei magnificabat bonitatis immenſitatem. Duravit autem & hic modus ad ſpatium unius Miſſæ: qua ceſſante, exilii ſui multiplices miſerias cœpit, cum maxima cordis amaritudine & lacrymarum profuſione, conqueri, ut talem lacrymandi modum numquam prius viderim. Unde quod pedes Domini rigati fuerint lacrymis mulieris, quamvis prius & crediderim par ante Euangelio; ex tunc tamen fortius cordi impreſſi tali monitus exemplo: puto enim, quod non tantum pedes, ſed & manus & caput lacrymis rigaſſet, ſi opportunitas data fuiſſet. Hac quoque hora per ſe pertranſeunte, cœpit, quaſi homo devotus, ex intima devotione recommendatos ſibi, Deo affectuoſiſſime re-
C commendare. Quod ideo taliter pono, quia hic primum adverti, quod humana ratione & inſtinctu naturali movebatur: hujus autem exemplum, quamvis diminutum, prius videram inter mortales. Et cum amicos & benefactores, in quocumque genere beneficii ei ſubveniſſent, attente recommendaſſet; pro inimicis ſumma inſtantia, ſi qui eſſent, devotiſſime Dominum exoravit, ut eis indulgeret, ſive ex induſtria ſive ex ignorantia in eam peccaſſent: & idcirco hoc addidit, quia quidam factis ſuis detraxerunt, quia veritatem non intellexerunt.

deinde lacrymari uhertim,

& amicos inimicoſq; commendare;

28 Iis ſic ſive per Deum ſive per eam completis, cœpit hominibus loquentibus ſibi reſpondere, & vitæ humanæ modum tenere, præteritorum nullam omnino faciens mentionem; quin potius ægre videbatur ferre, ſi de iis aliquem audivit loquentem. Infra tempus autem quo ibi morabar, quærebam ab ea quomodo valuiſſet, poſtquam eam vidi ante Natalem Domini: & reſpondit, Competenter, & addidit: Octo diebus ante Purificationem, cum eſſem in oratione poſt Completorium ante lectum meum, audivi ſonum bufonis, & præſentiam adeſſe intellexi dæmonis: ad cujus vocem in primis territa fui: ſed ad cor rediens manſi in eodem loco, in oratione quam inceperam: & audivi quod mihi appropinquavit, tandemque ſenſi [quod] ſub veſtes meas intravit. Poſt hoc probavi, quod paulatim per membra mea ſcandebat, & ultimo ſe in pectore meo collocabat: erat autem adeo magnus, quod fere totum pectus meum cooperiebat: adeo etiam fortiter ungues ſuos carni meæ impreſſit, quod gravia vulnera poſt ſe reliquit. Sic ibidem, quocumque ibam, per omnes octo dies remanſit; ſive Eccleſiam frequentarem, ſive aliud quid facerem: erat autem hoc mihi pœna non parva. Cum autem in veſpere ante vigiliam prædicti feſti eſſem in oratione, & intellexiſſem quod Deus vellet me liberare à prædicta tribulatione; manum meam traxi ad interiora per manicam, & poſui digitos meos inter pectus meum & ventrem
E bufonis, & violenter eum evulſi, & à me in pavimentum projeci: & ſonuit quaſi calceus antiquus fuiſſet projectus: & dixi ei quaſi ex indignatione: Infelix, cur tam cito revertebaris? nonne in Adventu me ſatis afflixiſti & ſatis crudeliter perſequebaris? Et reſpondit mihi dæmon de bufone: Non ſum ego ille: alterius crimen mihi imponis. Ego enim numquam plus ad te veni, ſed & nunc ſic devictus ſum & confuſus, quod numquam revertar. Et adjeci, Fuge, miſer: qui ſtatim fugit: ſed & bufo diſparuit. Et poſt hoc ad me loquebatur, Nunc quarta vertitur *d* ſeptimana poſtquam hæc acciderunt, & adhuc in pectore meo vulnera, quæ dæmon inflixit, perſeverant.

D A. PETRO COÆVO EX MS.

cui & narrat vexationem à dæmone ſub ſpecie bufonis illatam.

d

29 Cum Frater Karolus *e* reverteretur de Pariſius in Daciam, & veniſſet Coloniam, ubi ego tunc causâ ſtudii commorabar, & ad ædificationem ſuam quædam narraſſem de perſona memoratâ; in tantam accenſus eſt devotionem, ut omnino eam vellet viſitare & corporaliter videre. Cum autem, pro ſigno certitudinis dictorum, clavos ferreos viſu horribiles, quos dæmon dictæ Puellæ tibiis infixiſſet oſtendiſſem; petivit inſtantiſſime unum ex eis, quem & ego dedi, & ille accepit pro magno munere. Ut ergo & ipſam perſonam videret, licentiam petivit & accepit à Priore Colonienſi, cui datus fui in ſocium: & ſic tertiâ vice ad præfatam veni perſonam in die Annuntiationis Dominicæ poſt tempus Completorii, quæ tunc in *f* Sabbatho celebrabatur. Intrantes ergo domum Domini Plebani, qui Fratres ſolebat infatigabiliter hoſpitio recipere, manſimus illic per noctem. Cum ergo negotium noſtrum Plebano dixiſſem, & modum quæſiviſſem quomodo Frater Karolus perſonam quam videre volebat, poſſit invenire; reſpondit honeſte ſatis (erat enim vir multarum gratiarum, magnæ puritatis & morum honeſtatis, ſimul & largitatis & præcipue devotionis, quæ aperte in eo fulſerunt): Invitate eam cras ut comedat nobiſcum. Ad quem dixi: Non eſt meum aliquem invitare. Reſpondit: Ipſa libentius veniet, ſi vos eam invitaveritis.

e

III Viſit. *Ad inſtantiam Fr. Caroli*

F

regreſſus cum eo Petrus 24 Martii,

f

30 Quod cum factum eſſet in craſtino, & ad prandium deberemus accedere; invenimus

A. PETRO COÆVO EX MS.

A eam paratam, primo ad aquam manibus noſtris infundendam ; & cum nos invitaret ad aquam accipiendam, ſubito in verbis beatæ Eliſabeth prorupi, dicentis : Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me ? indignum enim judicavi ut aquam manibus meis adminiſtraret : humilitatem tamen ſuam & devotionem attendens, ſedi tacens, quamvis verbum emiſſum circumaſtantes notarent. Facto ergo prandio, cum ſederemus ad ignem ſecundum morem Teutonicorum, & in memoriam revocarem, ut attenderem manum ejus ſiniſtram (ſecundum quod prænonitus fui in præcedente veſpere) quam & in comedendo & bibendo adverteram, & propter cuſtodiam ejus nimis ſolicitam nihil quod videre volui vidi ; accidit ut rogaret me ut de Deo ei aliquid dicerem. Cum ergo quatuor vel tres primas proprietates Seraphin poſuiſſem ſecundum B. Dionyſium *g* (ſciebam enim quod de Dei dilectione libenter audiret) in tantam venit affectionem cordis, ut famulæ matris ſuæ, ad ſe miſſæ, ter loquenti, non adverteret ad interrogata reſpondere. B Quod cum advertiſſem, tacui : & modico intervallo facto, dixi ei, modi ſui adhuc ignarus : Quare non expediviſti famulam matris tuæ ? Reſpondit : Si omnia quæ ad matrem meam pertinent periclitarentur, nunc de ſuis negotiis me neſcirem intromittere.

ipsa manibus ſuis aquam fundente, pie afficitur ;

g & inter loquendum de Seraphinis, abſtracta miratur ;

31 Dum ſic occupata erat ſpiritu, aperuit manum ſiniſtram : & rem vidi ab infantiâ deſideratam, & neſcio ſi uſque ad illam horam rem aſpexi tam devotam, & tam decoram, & quæ cor meum tantum lætificavit & ædificavit. Vidi enim in manu virgineâ candidâ Crucem Dominicam, colore ſanguineo rubentem. Quam pulchra fuerit hæc convenientia, vix poterit æſtimare, cui non fuerit datum contemplari. Erat enim Crux illa, non colore nec cruore tantum depicta, ſed carni ipſi cum vulnere manifeſto impreſſa ; non ſimpliciter formata, ſed decentibus & pulcherrimis floribus adornata ; & adeo mirabiliter ordinata, quod cuilibet aſpicienti patuit, quod eam ars humana numquam effigiaſſet, quamvis in hoc totum ſtudium ſuum expendiſſet. C Hanc Crucem oculis vidi, ſed virtutem ejus cordi meo intrinſecus percepi. Nam ab illâ horâ quâ Dominus me tali miraculo dignatus eſt conſolari, familiarius mihi fuit de Cruce & Crucifixo meditari. Sed de iis altior ratio. Frater autem Karolus, cujus eram Socius, ex aſpectu & præſentiâ præmiſſorum plurimum ædificatus, in craſtino receſſit : & quia audivit quod dæmon violenter abſtulerat, & de manibus potenter libellum *h* eripuerat Puellæ præmemoratæ in die Converſionis Apoſtoli Pauli, quem ſolum poſſidebat ; dedit ei, in ſignum ſpecialis devotionis & dilectionis, Pſalterium valde pulcherrimum, ſed parvum, quod pro ſe Pariſius procuravit. Cui & ego arridens dixi ; Plus vult Deus dare, quam diabolus poterit tollere : & protuli Diurnale parvulum, quod mihi felicis memoriæ, Frater Abſalon Provincialis Daciæ dederat in novitiatu, & dixi : Ecce, ex quo diabolus abſtulit tibi unum libellum, dedit Deus tibi duos : & Diurnale

videtque in ejus ſiniſtra Crucem ſanguineam,

& ornatam floribus :

eiq; Diurnale ſuum donat.

h

prædictum ſibi contuli : & ſic receſſimus ædificati. D

ANNOTATA D. P.

a *Anno* 1268 *Biſſextili Paſcha celebratum eſt* 8 *Aprilis, atque adeo* Sabbatum ante 1 Dominicam Quadrageſimæ, *cadebat in feſtum S. Matthiæ ; tunc per intercalationem diei unius ad* 25 *Febr. dilatum.*

b *Hi verſus ſunt argumentum in Codice Clivenſi ampli Tractatus, in fronte ſub hoc titulo poſiti,* Incipit liber primus de virtutibus Sponſæ Chriſti Chriſtinæ, compilatus à Fr. Petro de Ordine Prędicatorum ; *& ſic conſequenter is quem præ manibus habemus* Tractatus *ipſimet Auctori nuncupatus* Primus, *in illo Codice nominatur* Liber ſecundus de Vita benedictæ Virginis Chriſti Chriſtinæ. *Nos ipſos verſus, cum ſpecimine ſeu parte Tractatus, ſingula eorum verba diffuſius explicantis ponemus ad calcem totius Commentarii.*

c *Ita incipit ſuaviſſimus & paſſim notiſſimus* Iubilus S. Bernardi. E

d *Conſonat hoc cum jam notata ratione temporis, ſecundum Paſchales calculos : nam ab initio Februarii uſque ad* 22, *tres effluxerant hebdomadæ, & exinde quarta volvebatur.*

e *Hujus* Fr. Karoli *ſæpius infra recurret mentio.*

f *Feſto ſcilicet anticipato, quia ipſa* 25 *Martii impedienda erat Dominica Paſſionis. Secundum morem porro hic cœptum, pergam diem menſis notare in margine, licet in textu non ſpecificetur ; quando feſtorum ratio, aut feriarum concurſus eumdem nobis indicabunt ; ne Notas opporteat ea cauſa multiplicare.*

g Proprietates Seraphim *explicantur à Dionyſio.*

h *Quomodo hic libellus poſtea relatus à dæmone ſit, vide infra num.* 43.

CAPUT III.

Quartæ & quintæ Viſitationis acta.

32 QUartâ vice hoc modo contigit me Perſonam, de quâ narro, viſitare. F Ante feſtum Paſchæ ejuſdem anni, dixit mihi Prior Colonienſis, ut cum ſupra memorato Frater Gerardo de Grifone exirem. Cum ergo obedientiam impleremus non inviti ; in Vigiliâ Paſchæ de domo Fratrum facto prandio eximus. Et dum poſt meridiem ambularemus, & inter nos de Deo & de ſtatu Puellæ, cujus ſæpius mentio habita eſt ſuperius, tractaremus ; incaluit intra nos cor noſtrum, præ admiratione operum mirabilium quæ videramus circa prædictam Puellam ex parte Dei, & miſerabilium & nimis pœnalium ex parte diaboli : Mirabilem autem Deum ambo laudavimus in Sanctis ſuis. Cum ergo de iis loqueremur, & juxta paludem quamdam, in quâ ranarum erat magna multitudo coaxantium & nos impedientium, iremus ; dictus Frater Gerardus, tædium paſſus, elevavit in altum brachium dextrum, & fecit ſignum Crucis, & dixit : Præcipio vobis ranæ,

IV Vilit. *Iterum circa Paſcha eodem rediens Petrus,*

poſt indi-Etum ranis à Socio ſilentium,

A ranæ, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, ut taceatis. Et ſtatim, teſte Deo, omnes ſiluerunt, acſi non fuiſſent ibidem, nec amplius ſonum aliquem emiſerunt; cum tamen adhuc, juxta eamdem paludem, viam per longum ſpatium proſequeremur. Dixi autem ad prædictum Fratrem : Quid factum eſt de ranis iſtis, quæ tantum tumultum fecerunt ? At ille parum ſubriſit, ſed nihil reſpondit : quod & ego advertens, ad aliam materiam verba mea converti.

intelligit ſigna Paſſionis apparere in Chriſtinâ:

33 Cum autem ad illam quo ibamus veniſſemus, ad hoſpitium Plebani iter direximus, qui nos vocaverat. Et ecce, antequam limen intraremus, occurrit mihi mater Plebani, mulier ætatis admodum provectæ ; & dixit mihi, filium me vocans, noverat enim me jam pridem ; Cariſſime fili, doleo quod heri non fuiſti hîc : vidiſſes enim Dei mirabilia, ſi adfuiſſes. Cui cum reſpondiſſem quaſi jocando, Forte cras ſimilia potero videre; illa reſpondit : Numquam in terrâ iſtâ
B temporibus noſtris visâ fuerunt, & credo quod vix amplius videbuntur. Cum ergo rem tantum ponderaret, & ex quodam fervore cordis verba pronuntiaret ; cœpi advertere in eâ quamdam inſolidam diſpoſitionem, quaſi de magno aliquo eſſet locutura, & dixi : Quæ nova acciderunt, de quibus tantam facis mentionem ? & cœpit mihi recitare dicens: Heri in quadam Puellâ, in villa hac, expreſſè apparuerunt ſigna Dominicæ Paſſionis. Et cum aliquid mihi de modo dictæ apparitionis dixiſſet, quamvis diſſimulaverim, corde tamen commovebar. Et tunc temporis Perſonam, de quâ audieram, libenter viſitaſſem, ſi opportunitas data fuiſſet ; quæ negata fuit, propter Socii mei debilitatem.

quam ipsâ Dominicâ viſitans,

34 In die autem Paſchæ, cum Perſonâ, de quâ mihi relatum fuit, de ſummo manc communicaſſet; & poſt factum prandium ad eam cum Domino Plebano veniſſem; invenimus eam in lecto jacentem, coopertam cum peplo ex diligentiâ faciem habentem. Quod tam Dominus Plebanus, quam ego advertimus quod aliquid ſignificaret : & collocavimus nos, ipſe ad caput lectuli ſui, & ego
C ad pedes. Et cum ſic ſederemus, adhibui omnem diligentiam, ut faciem ſuam poſſem intueri; non curioſitate motus, ſed dilectione paſſionis Chriſti, cujus ſigna in eâ audieram jam de novo apparuiſſe. Scivi etiam quod nullâ precum importunitate hoc poſſim ab eâ obtinere, ut voluntarie faciem ſuam, ut

inter loquendum de Agno Paſchali,

tunc erat diſpoſita, mihi oſtenderet: nam & de illâ aliquid audieram. Dixerat enim mihi mater Plebani inter cetera, quod facies ſua tota eſſet livida, quaſi cum baculis eſſet graviter concuſſa. Ut ergo veritatem hujus dicti poſſem probare, prædictam adhibui ſolicitudinem ; ſed & Deus omnipotens, qui donum, quod dederat quodque impreſſerat, voluit manifeſtare ; hac mihi oſtendit illud occaſione. Cum dominus Plebanus ſic ſedens conferret cum eâ de Agno Paſchali, qualis fuiſſet quem ſumpſiſſet ; & inter verba ex devotione parum riſiſſet, præ abundantiâ gaudii quod ſenſerat, reſpondit: Qualitercumque mihi ſapiebat ; ad minus videtur quod vos eum valde dulcem ſenſeritis, ex eo quod ſenſiſtis. Inter hujuſmodi ergo verba, quæ non erant multitudine numeroſa, ſed dulcedine D
plurimum ſaporoſa, non puto caſu, ſed naturâ cogente, & Dei providentiâ procurante, cum dicta Perſonâ debuit ſpuere, peplum quo facies tecta erat elevavit : & quia ad pedes ſedi, intuitus ſum ſub peplo vultum ejus, utique non vultum Angeli, ſed tamquam nullum ſimiliorem vultui ſummi Pontificis [id eſt Chriſti], quo quis aſpecto poterat mente vulnerari. Erat enim totaliter lividus, & quaſi ad ingredinem declinans, qualem faciem humanam numquam aſpexi ; quaſi cum baculo totus fuiſſet concuſſus.

A. PETRO COÆVO EX MS.

detectum forte vultum ejus totum lividum vidit,

35 Ad hanc viſionem ſecundo iteratam erat ſtupor quidam in oculis meis, & admiratio, & mira ad Chriſtum paſſum in corde meo naſcebatur compaſſio : & neſcio, ſi ad illud tempus, de viſis vel auditis, lectis vel ſcriptis, uſque ad illam horam, aliquid cor meum ſic penetravit, & Chriſti Paſſionem in eo ſic profundavit. Cogitavi enim, & quaſi per rationem viſum examinavi : Si ex eo quod crucifixores Judæi Dominum Chriſtum arundine percuſſerunt, & palmis ceciderunt, facies ſua ſic livida fuit ex percuſſionum gravitate vel multiplicitate ; quale putandum eſt fuiſſe dorſum ex flagellorum acerbitate, quæ tanta erat, ut per eam etiam crudelis & impius Pilatus, judex injuſtus, inimicos ſuos, id eſt Chriſti, intenderit ad miſericordiam emollire ; in quâ judicantis cogitavi ſævitiam, flagellantis immiſericordiam, ſed populi aſpicientis horrui deteſtabile ſuperbiam. Fervorem ergo, vel ut apertius dicatur, dolorem quemdam cor meum ex eo concepit, accenſuſque eſt in corde meo ignis quidam : ſed & in promptu fuiſſet imber copioſus lacrymarum, niſi morem geſſiſſem [reſpectui] circumſedentium, & timuiſſem notari, ac pro hoc & ignem extinxiſſem & fluvium lacrymarum repreſſiſſem. Sed iis ſopitis, ivi cum Domino Plebano ad Officium veſpertinum peragendum. Cum autem in viâ Frater Gerardus nobis occurriſſet, cum pluribus perſonis utriuſque ſexus ; inter ceteros advenit & quædam femina, Chriſtina nomine ; & quæſivit à me jocando, an Chriſtinam diligerem, ſeipſam notans. Cui cum dicerem F
(verba ſua parum ponderans, ſed potius flammam cordis celare non valens) Diligo ; ridendo ſubdidit, Non eam notas ? Quod & verum erat : Perſonam enim, de quâ receſſi, notavi. Unde quamvis illa ex pueritiâ Chriſtina ſit vocata, ego tamen eam ab eâ horâ Chriſtinam vocare ſtatui, quia in eâ Chriſti ſtigmata, numero & loco debito, Domino concedente reſpexi : de cujus dilectionis ratione infrà dicetur.

cum inſolito devotionis magnæ ſenſu;

& Chriſtinam meritò dici cenſet.

36 Officio ergo veſpertino, ſecundum morem patriæ, mane complero, ut vix dici poſſit, Quoniam adveſperaſcit, & Fratre Gerardo & Plebano ad Chriſtinam redeuntibus, & me ſequente eos ; invenimus alios duos Fratres in viâ, videlicet Fratrem Ioannem de Muſtindorp, & Fratrem Nicolaum. Nos ergo quatuor Fratres prædicti, cum quibuſdam aliis perſonis devotis, ad dictam Chriſtinam intrantes, & eam viſitantes & ſalutantes, ſupradicto modo in lecto jacentem ad modicam morulam ſecum loquebamur Inter cetera autem Chriſtina dixit Fratri Gerardo

Feria 2 Paſchæ juſſus apud illam præ dere :

A rardo : Cur me prius non viſitatis, in tantâ
A. PETRO COÆVO EX MS. neceſſitate conſtitutam ? Illo autem ſe excu-
diſtinctius videt ſignatas ejus manus ; ſante, ſic poſt cetera determinaverunt ; ut Frater Gerardus & Frater Ioannes in craſtino comederent cum Advocato antiquiore, & Frater Nicolaus & ego cum dicta Chriſtina comederemus. Quæ ordinatio mihi plurimum placuit : ex corde enim deſideravi, ſi mihi Deus dignaretur oſtendere, ſupramemoratæ matris Plebani relationis veritatem comprobare, cujus Dominus jam partem mihi manifeſtaverat. In craſtino ergo, Officio divino in eccleſia peracto, tempore prandii adveniente, venimus, Frater Nicolaus & ego, ad domum Chriſtinæ : & Officiis de ſpiritu ſancto & beata Virgine coram ea lectis, quia Officium ſine libro ignoravimus, conſedimus ante lectum ſuum ad comedendum : & tempore quo cum ea comedimus, tertia vice ſigna ſalutiferæ Paſſionis Chriſti in manibus ejus ſum contemplatus : quorum modus hic erat. In medio palmæ utriuſque manus vidi vulnus, caro enim nuda apparuit ad latitudinem unius
B ſterlingi, formam habens rotundam ; non pictam, ſed carni abſque notabili profunditate impreſſam : quod & per octo dies continuos perſeveravit, licet ſucceſſive & paulatim per ſingulos dies minueretur.

37 Erat autem & in exteriori manus parte vulnus, interiori in quantitate & loco
& per totam Octavam ibi manens, reſpondens proportionaliter, acſi veſtigium eſſet clavi manum penetrantis. Et, ut verum fatear, aſpectus hujus vulneris erat mihi gratius ferculum in menſa, ita ut præ dulcedine illius facile cetera viluiſſent, etiam ſi plura fuiſſent & lautiora. Octo autem diebus ſequentibus, ut puto, quotidie ſuus fui commenſalis, in quibus ſatis quantum licuit de prædictis perſcrutabar. Sed præter ea quæ vidi, ea quæ à familiaribus
ex familiaribus Virginis, audivi etiam hic recitabo : quamquam eam nec uno verbo audivi de iis facere mentionem. Sed ſic faciebat, acſi ei nihil accidiſſet ; ſicque diſſimulabat, acſi negotium omnino ignoraret ; imo, quod plus eſt, multum ei diſplicebat, & quaſi offenſam ſe oſtendebat, ſi quis coram ea de hoc mentionem faciebat. Verumtamen ego, qui placere non ſtudebam, & diſplicere non formidabam, familiariter contuli cum perſonis quæ præſentes adfuerant, audierant, & viderant univerſa.
C

38 Erant autem hæ præcipuæ : Hilla de
Hilla de Monte, Monte, cognata ſua, & in omnibus tribulationibus & conſolationibus ſuis comes individua, cujus faciem inter adverſa & proſpera numquam vidi mutatam ; Virgo per omnia laudabilis, ad triſtia imperterrita, in lætis & proſperis cauta ; Virginem actu, habitu, affatu ubique præferens. Iocus erat ſerioſus, & ſerium videbatur jocoſum, propter verborum & morum æquanimitatem. Poſt Chriſtinam neſcio ſi vidi
Gertrude Plebani ſorore, puellam tantæ puritatis : videbatur enim mihi quod peccare neſciret : & ipſe Deus ſcit, quod geſtum, ſignum, vel verbum laſciviæ in ea, quamvis multum conſideraverim, numquam adverti, quamvis familiariſſime ſecum fuerim ſæpius & diutius converſatus, ut infra patebit. Secunda erat Gertrudis, ſoror Plebani, morum & ipſa D honeſtate præclara, de qua inferius dicetur. *Aleidis cæca,* Tertia Aleidis cæca, quæ plorando (ut creditur) oculos amiſerat, & eorum amiſſionem non doluit ; & inſuper in lecto ſeptem annos decubuerat & mirabilem patientiam in omnium virium deſtitutione exhibuerat : virtus ejus non eſt ſcripto enumeranda, maxime ei qui novit perſonam, nam *& parvula quadam ;* putabit omnem laudem factis ejus inferiorem. Quarta erat puella parvula, bonæ indolis, voto caſtitatis ex corde voluntario in ſeculari habitu obligata. Cum iis ergo perſonis Deo ſacratis, quia omnes pro Virginibus habebantur, & vere (ut credo) ſic erant, ſeorſum & diviſim contuli ; & omnes una voce de præmiſſis magnalibus ſic reſpondebant.

39 Poſt Matutinas dictas de Paraſceve prius [quam finiretur veſpertinum] crepuſculum in die Cœnæ, cum ad hoſpitium Aleidis Chriſtinam deduxiſſemus, in quo omnia præmiſſa hujus tractatus contigerunt, cœpit nobis inuſitato modo loqui & dicere; E Cariſſimæ ſociæ, neſcio quid mihi incon- *intelligit Chriſtinam nocte ante Paraſcevensanguinem ſudaſſe ;* ſuetum accidit. Et cum hoc dixiſſet, cœpit graviſſime pavere, & medullitus conturbari : in tantum autem excrevit turbatio, quod parum ante mediam noctem ſudavit ſanguinem ; & hæc turbatio uſque in diem craſtinum perduravit, donec propter Officium diei ad eccleſiam omnes iremus. Aleidem autem, quæ propter cæcitatem & virium debilitatem ſola remanſerat, cœpi deinceps ſingulariter interrogare: Bona Aleidis, audiſti aliquid vel intellexiſti de iis quæ geſta ſunt circa Chriſtinam in Paraſceve, tempore Officii quo ſola ſecum fuiſti ? Et reſpondit : Sonum magnum audivi, acſi unus homo in tantum fuiſſet *auditaque oſſa ejus extendi.* extenſus, ut omnia oſſa ſua à compagibus ſuis diſſolverentur. Et cum interrogarem, ſi vocem aliquam audiviſſet ; reſpondit : Voces & verba audivi, quæ numquam dum vixero revelabo. Et ſic terminata eſt collatio reſpondentis & interrogantis, non ſine utriuſque exultatione & ædificatione.

40 Poſt feſtum Paſchæ, cum ad domum fuiſſemus reverſi, conſervavi omnia prædicta, & multo plura, conferens de eis in corde meo, F & hinc inde cogitationes meæ oriebantur: *Coloniæ 28 Aprilis ſalutatus à Chriſtina Petrus,* nunc enim de viſis Dei admirabilibus admirabar, nunc Deo pro ſuis beneficiis regratiabar, nunc de meis defectibus in conſpectu ejus humiliabar. In vigilia autem B. Petri Martyris de Ordine Prædicatorum vocatus ſui ad portam, quod mihi perraro contigit : & inter ceteras perſonas quæ mihi loquebantur, etiam prædictam Chriſtinam vidi & ſalutavi, quæ ob devotionem feſti in Coloniam venerat, ad eccleſiam Fratrum viſitandam, ut participationem Indulgentiæ reportaret. Cum ergo dixiſſem, quod Frater Mauritius me rogaſſet, ut aliquibus diebus cum eo exirem ; rogavit nos ambos, ut ad villam, in quâ manebat, declinaremus : quod & factum eſt. Nam in vigiliâ ſanctæ Crucis ad eam venimus, & tam ab ipſa quam ab aliis villanis recepti fuimus benignè. In craſtino autem, hoc eſt in die ſanctæ Crucis, cum facto prandio coram pluribus, gradus contemplationis, ſecundum Ricardum de

A V Visit. *cum eaque 3 Maji deambulans,* S. Victore, exponerem; adverti ego cum aliis, quod Christina in mirabilem devotionem & exultationem per prædictos gradus fuit deducta; in tantum quod gaudium suum non poterat occultare, quin illud verbis & gestibus manifestaret. Facta autem collatione, cum placuisset pluribus qui aderant ut modicum deambularemus ad quamdam aquam; contigit, duobus simul quasi in processione euntibus, me Christinam associare.

41 Dum autem sic iremus, & de Dei dulcedine tractaremus; inter cetera quæsivit Christina à me, quare quidam Sacerdotes diutius, [aut] celerius quam alii celebrarent? At ego respondi per similitudinem. Qui manum plenam semine papaveris projiceret in os suum, & singulorum dulcedinem vellet degustare, oporteret eum diutius masticare quam qui grana integra deglutiret: sic qui singulorum verborum mellifluorum in Canone positorum suavitatem vult sentire, necesse est eum in quolibet verbo aliquam morulam contrahere in proferendo. Placuit ei solutio, & secundam movit quæstionem dicens: Bone Frater Petre, non displiceat tibi quod à te quæro: quomodo est tibi cum celebras? Et ego respondi: Bene & optime. Quod cum dixissem, utrumque genu in terram fixit, & quasi se totam in terram inclinando coæquavit. Cum autem surrexisset, & ad hospitium de quo exieramus reversi fuissemus; invenimus ante nos duos Fratres Henricum de Beitbur, & Socium ejus. Cum quibus cum cœnassemus, cum dictâ Christinâ intravimus pomarium cœnaculo adjunctum: & me, ad petitionem eorum qui affuerunt, exponente quod de Virginibus cantatur; Post te canentes cursitant; & magnitudinem cæli probante per illud. O Israël quam magna est domus Dei; & per opinionem Ptolomæi qui dicit, omnes stellas æquali tempore æquale spatium pertransire, nullamque esse aliam causam quod Luna transit circulum suum viginti septem diebus, & stella quæ dicitur fixa triginta sex millibus annorum, nisi diversam latitudinem circulorum suorum; esseque tantam differentiam inter sphærarum latitudines in quantitate continua, quanta est in quantitate discreta inter XXVII [dies] & XXXVI millia [annorum], hoc addito, quod XXVII duodecies sumptum, non perficit numerum dierum.

docet quomodo alii celerius, alii tardius Missam absolvant;

ac cæli magnitudinem demonstrant: Bar. 2, 24

B C

42 Postquam hæc dixeram puellæ quæ circa Christianam sederunt, eamdem mentem excessisse humana invenerunt; eramus autem in modum coronæ simul consedentes, personæ circa numerum duodenarium. Interrupto ergo verbo, propter insolitum eventum qui contigerat, quem quidam ex nobis non viderant prius; cœpimus omnes modum illius eventus & circumstantias considerare. Nescio quo nomine, quod vidi, debeat vocari; nisi quod à Clericis qui affuerunt audivi, quod Raptum illud nominare consueverunt. Modum ergo dicti raptus, si ita debeat dici, considerans, eumdem inveni quem supra in secundâ visitatione exposui, & eumdem revertendi ad se modum; hoc superaddito, quod diffusio miri odoris & suavissimi omnes præsentes & circumsedentes lætificavit, & ad stuporem provocavit. Mansit autem in hac devotione à solis occasu fere usque ad ortum diei, & supradicto modo ad seipsam rediit. Mane autem facto eam salutavimus, & sic recessimus: terminataque in hoc est quinta visitatio.

inter quæ dum rapitur Christina,

raptus illius modum observat Petrus.

D A. PETRO COÆVO EX MS.

CAPUT IV.

Sextæ & septimæ visitationis successus.

43 SExtæ visitationis hic erat modus. In festo Pentecostes, cum de mandato Prioris Colonienſis venissem in Stumbele, in villam ubi Christina manebat cum Fratre Gerardo de Grifone, cujus supra mentio habita est; & ipta Christina in Missâ post omnes communicantes communicasset, cum summâ devotionis reverentiâ, nullis tamen motibus vel gemitibus vel singultibus forinsecus ostensis; & iviſſet ad partem Orientalem altaris, & se inter murum ecclesiæ & altare collocasset; mansit ibidem usque longe post Completorium. Dispositio autem sua talis erat. Ad truncum unum quasi sedens in oratione jacebat, & quasi jacens sedebat, sicut mos est Beginis in Coloniæ partibus orare: faciem peplo opertam habebat, & pallio manus: insensibilis autem omnino sic erat, quod nullo sensu sentiebat, & toto corpore indurata, eo modo quo supra in secundâ visitatione est explanatum: hoc addito, quod longior fuit mora excessus, & odor suavissimus per totum presbyterium est diffusus. Cum ergo tempus vespertinum advenisset, & vesperis [absolutis, in] Completorio addito inciperemus, ecce nunc benedicite Dominum omnes servi Domini: ecce liber Christinæ, quem ei violenter in die Conversionis Apostoli Pauli, ut supradictum est in visitatione tertiâ, dæmon abstulerat, venit volans ab Occidentali parte ecclesiæ, plerisque qui in ecclesiâ fuerunt videntibus: & ad parietem orientalem sanctuarii, ubi Christina jacebat, adeo valide est percussus, quod propter strepitum omnes psalmodiam dimisimus, respicientes nos mutuo, ignorantes quid accidisset: putabamus autem, quod scholares, qui ex opposito mei sedebant, id est à parte meridionali altaris, aliquid inter se ex levitate projecissent; donec libellum ante pedes meos projectum aspexi; quem tamen tollere dissimulavi, expectans plurium testimonium.

VI Visit. *In Pentecoste 27 Maji regressus Petrus,*

E F

dum illa post Communionem manet in raptu.

videt reconciliatum ferri ejus librum, ante 4 menses à dæmone sublatum:

44 Cum ergo Plebanus ultra Fratrem Gerardum, qui medius inter nos sedit, ad me oculos convertisset; vidit librum in sacculo suo in pavimento jacentem, & altâ voce inclamans dixit: Frater Petre, tolle librum: novit enim librum quem scripserat, & sacculum quem sæpissime viderat. Jacuit autem liber ante omnium nostrûm prospectum: quem cum extenta manu accepissem (adeo enim prope me cecidit & jacuit, quod non erat opus surgere pro ejus acceptione) & cum Plebano porrexissem, etiam sedendo, propter mei ad eum vicinitatem; videns eum, more patriæ suæ juravit, dicens: Per animam patris mei iste est liber Christinæ. Erat autem sacculus totus madidus, ac vilissimo fœtore, acsi in cloaca jacuisset, perfusus. Librum ergo extraxi ad extremam partem ca-

& cum sociis miratus in madenti ac fœtenti sacculo integrum

A camisiæ suæ invenit madidam, sed librum ipsum totaliter illæsum, & optime conservatum, cui nec fœtor etiam inerat memoratus. Cum ergo vidissemus hæc, & stupore simul ac fervore quodam perfusi fuissemus, completo Psalmo quem omiseramus, incepimus altâ voce hymnum, Veni creator: quem adeo solenniter fuimus persecuti, ut omnes audientes, qui tamen ignorabant, admirarentur: plures enim affuerunt, quia ecclesia plena populo esse videbatur. Dicto ergo Completorio, & facto à fratre Gerardo sermone ad populum; idem Frater Gerardus, [librum] quem à Plebano ante sermonem sumpsit, cum sacculo posuit, ad olfaciendum sacculum, ante nares quarumdam personarum, quæ prius Christinæ detraxerant, & sacculum recognoscentes fœtorem horrucrunt, & plurimæ ex eis de præteritâ detractione pœnituerunt. Sub iis omnibus Christina omnino jacuit immobilis, & supradicto modo insensibilis in suâ devotione.

A. PETRO COÆVO EX MS. *intelligit, omni populo inspectante rem actam.*

45 Cum autem nos solos, qui in presbyterio fuimus dum hæc agerentur, prædictorum crederemus esse conscios; & quilibet alii diceret, ut pro secreto, quod viderat, teneret; egressi ad cœnandum in villam, audivimus quasi publicam, non solum fabulam, sed & famam, & de supradictâ libri projectione plerorumque ora loquebantur. Et cum ab aliquibus eorum quæreremus, unde scirent, dixerunt: Cæci adeo non fuimus, quod non potuimus librum ante oculos nostros volantem videre: & motum quo liber volavit, quem solos nos scire credebamus, ab eis didicimus. Dicebant enim quod viderunt librum venientem, quasi projectus fuisset ab ostio Occidentali, per totam ecclesiam, donec ei occurrisset paries Orientalis; ad cujus concussionem strepitum fecit supramemoratum, quod nos ignoravimus qui sedimus in presbyterio. Quatuor autem diebus post hoc ibidem peractis, ad domum Fratrum fuimus reversi, in quibus & post quos, nihil verius aliud, quamvis investigaverim, potui percipere de præmissis. Per prædictum autem festum cordibus nostris inerat gaudium speciale, dico autem Plebani, Fratris Gerardi, & meo, quod ex signis & verbis eorum conjeci: facile enim erat probare quod visu apparuit.

B

Cum Fr. Albrandino revertens Petrus,

VII Visit. 22 *Iulii,*

C

46 De præmissis & aliis plurimis rumor ortus plurimorum aures perculit, quorum oculi, supradicta non viderant: Erat autem tunc temporis Coloniæ studens, pro provinciâ Tusciæ, Frater Albrandinus, vir litteratus & bonus Prædicator: qui rumoris fama prædicti commotus, rogavit me ut eum ad Christinam deducerem: putavit enim ei esse me familiarem, quia scivit me eam sæpius visitasse: & vere sic erat, ut opinor: notitiam enim villanorum acquisieram aliqualem & præcipue apud Dominam villæ, videlicet Abbatissam *a* S. Cæciliæ. Licentia ergo accepta per Fratrem Albrandinum à Priore, & me sibi dato in Socium, in die B. Mariæ Magdalenæ venimus, non curiositatis causâ, sed devotionis, in villam ad quam ire intendebamus: & tempore Officii vespertini ecclesiam intravimus. Quo completo mutuo nos salutavimus, & post hæc ad hospitia destinata singuli revertebamur: sed & post illam horam Domina Abbatissa cum suis puellabus villam intravit. In crastino autem mane facto, cum ad ecclesiam venissemus, & Dominam Abbatissam cum Missa expectaremus; ivi in ecclesiam ad Christinam, & salutavi eam, & inter cetera quæsivi ab ea, quomodo haberet. Et respondit: Debilis sum in capite, quia in quatuordecim diebus & noctibus non dormivi. Et rogavit ut pro ea Dominum orarem: & addidit, causam vigiliarum tantarum exponens, Quando depono me in lectum ad dormiendum, tantus calor me invadit, acsi ponerer in aquam bullientem; unde & corpus meum totum est plenum pustulis, erumpentibus propter calorem: & hæc necessitas vigilandi. Consolabar ergo eam, quantum scivi & tunc potui, & ad patientiam hortabar, & presbyterium intravi eâ relictâ: & audivi unam Missam pro Defunctis, & aliam [b] dixi de Angelis, secundum consuetudinem meam: erat enim secunda feria, in qua de Angelis solebam celebrare, nisi aliqua legitima causa impediret. Memor autem petitionis Christinæ & meæ promissionis, memoriam sui habui specialem.

D

b

E

47 Dictis autem Missis & facto prandio cum Domina Abbatissa, institit Frater Albrandinus Plebano, ut secum vellet ire ad Christinam, visitandi eam gratiâ. Quod cum factum esset, & domum in qua erat intrassemus, invenimus eam in lecto jacentem, & (ut videbatur) dormientem. Quæ cum ad vocationem Plebani surrexisset, & nobiscum sedisset; adeo cogitationibus occupabatur, quod vix attendit loquentibus sibi respondere. Quod advertens, dixi ei: Quid tibi est, quo sic occuparis? Respondit; Somnium vidi dum dormivi, & circa illud occupor. Et mihi roganti ut illud mihi diceret; respondit, Non est necesse, quia oculis tuis ejus videbis impletionem. Dixi: Narra mihi quod vidisti, & dico ego etiam tibi somnium quod ante octo dies vidi. Respondit: Partem ejus tibi dicere possem, si esset necesse: sed totum nulli unquam dicam viventi. Et in hoc collatio terminata est, quod nec ego ei dixi meum somnium nec ipsa suum mihi revelavit.

quæ deinde sopita, de instanti vexatione præmonetur.

F

48 Ante ergo tempus vespertinum ab ea recedentes, cum Veseras dixissemus, supervenerunt alii duo Fratres, constudentes Fratris Albrandini, de Colonia, videlicet Frater Baldwinus de Flandria, & Frater Mauritius de Revalia provincia Daciæ; & facta cœna cum Domina Geva, dicta Abbatissa de S. Cæcilia, quia mater quasi Fratrum erat, & præcipua benefica, virgo honesta & per omnia bonæ famæ & ætatis admodum provectæ; ibat Domina Abbatissa ad campum pro deductione cum suis puellis & domicellabus: quam & nos Fratres quatuor, ad petitionem suam, sequebamur. Erant autem Dominæ de Ordine suo sex, virgines nobiles & bene litteratæ, quas Dominas nominaverim pro professione, sed Domicellas pro nobilitate & quorumdam juniorum ætate. Completa autem deambulatione, Domina Abbatissa in col-

Petrus cum sociis cœnatus apud Abbatissam S. Cæciliæ,

23 *ejusdem solatur quærentem de somni defectu per dies* 14: *a*

dum coram ea tractat propositam de SS Petro & Ioanne quæstionem,

A colle quodam ante suam curiam super sedem resedit: circa quam & nos Fratres & dictæ Domicellæ resedimus. Inter cetera autem quæ hinc inde dicta fuerunt, dixit Plebanus Dominæ Abbatissæ: Domina, ecce in præsentia vestri sunt quatuor studentes litterati de Ordine Prædicatorum, diversarum provinciarum; dicatis eis ut aliquam [quæstionem] Theologicam coram nobis tractent. Qua me vocante, non propter scientiam, sed quia mei majorem habuit notitiam; & mandante ut de aliqua quæstione conferremus; rogavi eam ut nos supportaret: timui enim, ne inde, ut assolet, fieret tumultus inter disputantes. Et cum petitionem meam non acceptaret, quia curiositas quædam eam movit, quia numquam disputantium audierat collationem; vocatis Sociis proposita est dubitatio à Domina Abbatissa, ad instinctum Domini Plebani, utrum plus fuit quod Dominus cōmisit Petro Ecclesiam, an Ioanni cui commisit Virginem gloriosam matrem suam.

intelligit Virginem à diabolo injectam cisternæ;

B 49 Et cum Frater Albrandinus, inter nos senior & in patrimonio B. Petri natus, staret pro Petri dignitate, & ego pro Ioannis puritate & familiaritate; & argumenta & solutiones eorum hinc inde personarent, adjuvantibus nos aliis constudentibus nostris duobus prædictis; ecce subito puella currens & gemens venit, & Plebanum voce sedula vocitavit, dicens & rogans ut veniret. Et cum omnes opinaremur, quod ad aliquem infirmum, cui mors immineret, vocaretur; cum ipse ad eam venisset, & negotium intellexisset, alta voce me vocavit: & ut assumpto socio venirem celeriter, rogavit. Tractatu ergo omisso, & Fratre Albrandino socio assumpto, cum ad eum venissem, dixit mihi: Diabolus projecit Christinam in cisternam luto plenam, & timeo quod submerget eam, nisi cito veniamus. Quo audito cucurri quantum potui, ita ut aspicientes in via mirarentur omnes: quia qui me sequebantur præveniens, inveni Christinam, immersam in luto immundissimo totam, excepto capite, quod Hilla de Monte, in sola camisia & pelliceo sine manicis nudis pedibus stans, sustentavit. Erat autem lutum usque ad genua: in quod cum calceis insiliens, conabar eam cum Hilla levare de luto; sed non prævalui, donec Dominus Plebanus & Frater Albrandinus supervenerunt. Extractâ autem eâ de luto, exui me cappâ meâ, & projeci super stramina, & eam super eam posuimus; & domum intravimus, ut à supervenientibus negotium occultaremus; qui propter celerem cursum nostrum & inusitatum admirati, nos fuerant secuti. Illis autem ad propria reversis, & nihil de casu intelligentibus, Christinam in domum deportavimus; ita ut Frater Albrandinus caput sustentaret, ego humeros portarem & brachia; puellæ autem quæ aderant pectus & membra deferrent.

indeque sublatam domum ipse refert.

C 50 Cum autem eam in lectum collocassemus, erat omnino insensibilis supradicto modo, ut in secunda visitatione & quinta est declaratum; excepto eo quod corpus suum non fuit tactu durum vel induratum: & per totum tempus quo in luto jacuit, & quo deportata fuit, sic insensibilis manserat. Cum in lecto ad dimidiam horam jacuisset, ad se, quasi ex quodam defectu, sine præmissis gradibus, cœpit redire, & statim amarissime flere: & iis verbis, quantum advertere potui, conquerendo valde submisse loquebatur Domino: Carissime & amantissime Domine, dulcissime Sponse, tantam honestatem de te audivi, & tantam bonitatem in te sum experta, quod non credidissem, quod me miseram & abjectam ancillam tuam permitteres ad tantam ignominiam pervenire, ut virorum manibus tractarer & portarer. Super omnia mihi grave est sic confundi; perfacile mihi esset quidquid me præciperes pati, etiam quantumcumque grave sentiretur, quod, te solo teste conscio, me contingeret sufferre: verumtamen, dulcissime, omnem confusionem & verecundiam, quam mihi unquam evenire præcipis, pro tui nominis amore non contemno. Fac de ancilla tua precor, dulcissime Domine, quidquid tibi placet: honorabile debeo judicare quidquid de me facere decreveris. Verba hæc & multo plura cum tanto dixit pondere, & cordis devotione, & lacrymarum effusione; quod puto neminem affuisse, qui ad lacrymas non fuerit provocatus. Post hæc ergo verba, & plurimas effusas lacrymas, quæsivi cur sic turbaretur. Respondit: Mirari non debes de mea turbatione: quomodo enim me decuit manibus virorum tractari & portari? Et cum eam consolarer per hoc, quod in ea nihil indecens sit visum vel gestum; consolationem meam non acceptavit, sed Dei ordinationem in omnibus magnifice commendavit. Providerat autem Divina clementia, quando eam diaboli sævitia & malitia projecit, quod totaliter fuit decenter cooperta, ita quod in ea nihil nudum apparuit, neque etiam facies neque manus; erat enim induta tunicâ albâ, quæ ultra pedes extendebatur, qua ad carnem uti solebat. Caput & collum peplo tegebantur, quo & manus, ante faciem elevatæ, erant involutæ. Sic ergo eam in lecto dimisimus jacentem, & ad hospitium nostrum cum Plebano sumus reversi.

Illa sibi reddita, dolet à viris se contactam:

D

de quo solatus eam Petrus;

E

51 In crastino, id est, in die B. Christinæ & in vigilia B. Jacobi Apostoli, Fratres omnes prædicti cum Plebano reversi, quos & ego sequebar, cum eam salutassent, benigne eis respondit. Inter cetera autem quæsivi ab ea, quid priori die viderat. Dixit: Hoc ipsum vidi inter alia, quod postea sum experta: non tamen putabam quod adeo cito mihi hoc deberet evenire. Cui ego respondi: Mihi etiam ante octo noctes, in dormitorio Fratrum, dum dormirem, [visum est, quod in cisternam cecideras] & te de aqua extraherem, & totam madidam inter brachia mea deportarem. Iis dictis ivimus ad ecclesiam pro Missis dicendis: & post Missam Fratris Albrandini, celebravi ego Missam de Spiritu sancto. Et cum memoriam facerem Christinæ, afflictæ & projectæ, datus est mihi imber lacrymarum, cum inexperta quadam cordis dulcedine, quantum numquam prius in tota vita mea sensi. Dum autem hæc fierent, Plebanus ibat ad communicandum dictam Christinam. Expeditis autem Missis, institit mihi Frater Albrandinus ut iremus, & Christinam videremus: audierat enim, quod post Communionem solebat mente supradicto modo excedere, & ndurato

24 Iulii intelligit id fuisse, quod somnio dixerat etiam ipse;

F

A corpore jacere. Factum audierat, sed nondum
A. PETRO COÆVO EX MS. intellexerat modum, quem hoc modum datum est ei videre. Ad instantiam ergo suam, quo petiit ibamus : & dum ille in via sepem scanderet, nescio quo casu manum meam sinistram aspexi, & ita rubea signa parvula in ea consideravi, quæ prius numquam conspexeram ; quorum duo adhuc usque manent, cum jam undecimus annus vertatur. Quorum significationem aliam nescio, nec tunc aliam scivi, nisi pro quodam data mihi fuissent memoriali ; scilicet, ut memor essem Personæ, in qua Dominicæ passionis expressissima videram vulnera. Ex visis ergo stupefactus, sed in corde lætificatus, & animo quodammodo certificatus sum, quia à Domino erat quod sic circa Christinam sincera quadam dilectione afficiebar. Omninò tamen omnibus mortalibus illud secretum occultavi, donec post tres annos, sine scitu meo, illud cuidam personæ Deus revelavit, cui numquam tanti secreti dedi cognoscendi occasionem.

& memoriale cruentum, sinistræ suæ impressum invenit:

52 Ut ergo negotium prosequar inchoatum ; domum intravimus in qua Christina fuit,
B quam Frater Albrandinus visitare & videre volebat. Intrantes autem invenimus eam in lecto jacentem, faciem peplo velatam habentem, tam immobilem ut nec spirare eam potuerimus advertere : totum autem corpus reliquum suum coopertorio lecti erat decenti, licet pauperi modo, contectum. Postquam ergo, cum reverentia stantes in pavimento, hoc considerassemus ; Frater Albrandinus ad lectulum suum accessit, & humerum suum tetigit, ut an induratus esset, ut sibi fuit dictum, experiretur. Et cum tensisset, quod non erat ultra modum humani corporis induratus, conversus ad me cum indignatione prorupit in hæc verba (erat enim homo multum fervidus). Frater Petre, mendacium est, quod de ista puella mihi est relatum, quod in tantum rapiatur, quod corpus ejus induretur. Cui respondi ut modicum expectaret, quia nondum venit hora illa juxta solitum. Solebat enim aliquando mora admodum longa intercedere, aliquando brevis, inter communionem & corporis indurationem: quod Frater Albrandinus ignorabat, & ideo turbatus recedebat, conquerens falsum sibi fuisse relatum : quod mihi satis displicuit. Facto ergo prandio in nona cum domina Abbatissa ; iterum Frater Albrandinus me solicitavit ut Christinam visitaremus. Dixi quod nollem : tandem tamen, ad nimiam instantiam ejus, assumpto Plebano sumus reversi : & eam eodem modo, quoad situm corporis, ut prius invenimus jacentem, faciem conversam ad parietem habentem. Posuit ergo se Frater Albrandinus ad caput lectuli, & ea quæ fiebant examinavit. Cum autem nullum in ea signum vidisset, sed nec spirationis motum vel sonum percepisset ; posuit iterum manum suam super humerum ejus, & tantam duritiam vel rigiditatem sensit, acsi mortua fuisset : & cœpit ille ex illa indurations quam tetigerat ad cordis mollitiem pervenire.

ipsamque Virginem domi suæ raptam

C
& mox toto corpore rigidam socio ostendit :

53 Cum ergo sic taciti diutius sedissemus, Christina aliquantulum ad se reversa, hoc est non ad particularium sensibilium cognitionem, sed ad spiritus attractionem & corporis motionem ; sinistram manum, palma aliquantulum aperta, extendit : quod Frater Albrandinus plurimum desideravit intueri. Respexit ergo, & in medio palmæ ejus vidit Crucis figuram pulcherrimam, cum floribus adornatam, qualem descripsi supra visitatione tertia: & cœpit ex vehementia commotionis cordis subitò alta voce clamare, Heu me infidelem! heu me infidelem! qui unquam ausus fui tantæ sanctitati derogare : numquam talia vidi, nec narrantibus credidissem, si videre datum mihi non fuisset. Heu me ! quid in tantam prorupi insaniam, ut tantæ sanctitati derogarem ? Vere totus mundus nec scit, nec potest talem facere crucem Cum ergo hæc & similia sæpiùs ex corde [diceret] maximo motu, omnes qui affuimus abundantissimè flevimus, propter devotionem ejus qui prius non crediderat, & propter mirabilia Dei quæ intuebamur. Ipse autem Frater Albrandinus usque ad tempus vespertinum continue flebat, cum quibusdam verbis nunc seipsum increpans, nunc Dei magnalia commendans, incedens quasi spiritu esset inebriatus. Cum autem ex devotione manum suam posuisset circa manum Puellæ, ut signum Crucis prædictum desiderabile & desideratum perfectè contemplaretur; erat enim pulcherrimum videre signum Sponsi in manu Sponsæ, hoc est crucem Dominicam in manu virginea, & facile affectum aspicientium in se convertit, imo rapuit totum. Cum ergo in iis contemplandis Albrandinus afficeretur, iterum Puella rapta est, & extendit celeriter manum suam ad parietem : sicque accidit ut manus Fratris Albrandini inter manum ejus & parietem adeo fortiter concluderetur : quod eam omnino non potuit retrahere ; donec Puella iterum ad se reversa manum suam contraxit.

D *cui etiam conceditur crucem in ejus palma descriptam videre,*

E *itáque is à sua incredulitate respiscit :*

54 Tempore vero vespertino adveniente, recessimus ab ea, & ivimus ad ecclesiam, & in via invenimus Abbatissam sedentem in ostio domus suæ, quæ Christinam quasi mater filiam diligebat & multum ei benefaciebat. Quæsivit an Christinam vidissemus. Respondit Frater Albrandinus : Magnifica & mirifica Dei opera vidimus hodie : non credidi quod talia fierent his temporibus. Et narravit ei omnia memorata. Cum autem venisset ad hoc quomodo manus ejus fuit ad parietem concluſa, addidit, Vere tota illa compressio non fuit naturalis : nam si naturalis fuisset, omninò in manu premente sensissem motum intensionis & remissionis in premendo : nunc autem hoc non sensi, sed sic immobiliter manum meam detinuit cum dolore, quasi cum clavo me confixisset : unde hoc credo fuisse supernaturale, & multum Deum magnificavit. In crastino facto prandio, & licentiâ acceptâ à Domina Abbatissa ut Coloniam rediremus, intravimus ad Christinam, ut eam salutaremus, & debilem eam invenimus, modum tamen vitæ humanæ communem gerentem : à qua cum inter cetera quæsissem, quomodo hoc contigit quod diabolus eam projecit, respondit : In vigilia B. Christinæ, postquam à me recessisti, invasit me tantus horror & tanta cordis anxietas, quod mirabar quid mihi accidisset. Ut ergo illud tædium à me expellerem, exui tunicam meam superiorem, & stravi lectos sociarum mearum. Et cum hæc perfeciſſem, & dolor cordis nec sic quidem abcessisset ; exivi camerulam in qua eram cum sociabus, & flexi

& quæ vidit mirabilia deprædicat.

Ipsa discessuris narrat quomodo fuerit in cisternam projecta.

A flexi genua coram quadam ciſtâ quæ ſtabat in domo majori, prope tamen oſtium hoſpitii de quo exieram. Et cum ſic orarem ut Deus tribulationem mitigaret, vel patientiam daret; ecce ſubitò videbatur mihi, quod per oſtium orientale majus domus majoris, nubes nigra & horribilis ingrediebatur, & veniebat ſuper caput meum. Quid amplius circa me accidit, neſcio, donec adverti me in lecto collocatam. Tali autem percepta ratione, reverſi ſumus Coloniam.

a *Eſt* Abbatia S. Cæciliæ, *Coloniæ, cui curtis erat in Stumbele ubi tunc ex occaſione reſidebat Abbatiſſa: atque hinc monaſterio illi perſeverat devotio erga Chriſtinam.*

v. App. *

CAPUT V.

Viſitatio octava & nona: ſub quarum ultima, tam Chriſtina quam præſentes, ab importuno dæmone ſæpius fœde ſordidantur.

B

55 OCtava viſitatio hunc habuit modum. Ante feſtum omnium Sanctorum Plebanus invitavit Fratrem Albrandinum & me ad dictum feſtum: mirâ enim devotione Frater Albrandinus circa Chriſtinam movebatur, & libenter eam ſæpius viſitaſſet, ſi opportunitatem habuiſſet. Hac ergo opportunitate obtentâ, venimus in vigiliâ feſti ante Miſſam ad villam intentam, & benignè & humanè fuimus recepti. Cum autem ad prandendum fuiſſemus vocati, requiſivit Frater Albrandinus ubi Chriſtina eſſet: & dictum fuit ei, quod ideo non veniſſet, quia in devotione & oratione eſſet, quia in craſtino proponeret communicare. Placuit ei excuſatio. In craſtino autem, omnibus ſecundum morem feſti uſque ad Veſperas completis, cum Chriſtina in Miſſa poſt alios, modo quo ſupra dixi viſitatione prima, communicaſſet; ibat, & poſuit ſe inter altare, & parietem templi orientalem, & (ut videbatur) ſe in oratione collocavit; & ibi manſit in ſuâ devotione, cujus ſuperius modus eſt expoſitus, uſque longe poſt Completorium. Dictâ ergo Nonâ, dum ad prandium ivimus, eccleſia ſuper eam ſerata fuit. Facto ergo prandio, ivimus ad eccleſiam pariter cum Plebano, ut aliquid ædificatorium poſſemus vel videre vel audire. Cum ergo ad eccleſiam veniſſemus, & clauſam eam inveniſſemus & ſeratam, & cuſtodem cum clavi habere non poſſemus; manſimus ad horam ante fores & auſcultavimus. Et ecce vocem quamdam dulciſſimam, humanam tamen, (ut puto), ſed non humano modo formatam, in modo & dulcedine & ſubtilitate humanum modum excedentem: unica tamen eſſe audiebatur eratque modulatione ordinata, ſed non in verba diſtincta; adeò ſubtilis & dulcis, ut quaſi ſonus melle commixtus eſſet cum voce humanâ, quaſi chordæ melleæ in gutture humano ſonarent, huic ſimile videbatur quod audivimus. Intrantes autem eccleſiam, nullum intus invenimus niſi ſolam Chriſtinam, in loco ubi eam dimiſeramus jacentem, inſenſibilem eo modo quo ſuprà expoſitum eſt, & toto corpore rigidam, pallio faciem habentem contectam. Ad eam ergo accedentes, auſcultavimus, ſi vocem prædictam poſſemus audire: & poſt modicum advertimus, quod ſonus ſupradictus audiebatur quaſi in pectore eſſet Chriſtinæ, nihilque verius potuimus judicare: & ſic diſpoſita manſit uſque ad Officium veſpertinum. D A. PETRO COÆVO EX MS.

Regreſſi ad feſtum Sanctorum Petri & Albrandinus,

ſuſceptâ Communione raptam in eccleſia Virginem C

audiunt ſuavissime canere:

56 In craſtino ſuſcitavit diabolus turbationem magnam, per matrem & ſororem Plebani, contra Chriſtinam: cujus remedium Frater Albrandinus & ego efficacius non invenimus, niſi quod Chriſtina ad tempus Coloniam iret, & currenti cederet furori: quod & factum eſt. Cum autem ego ad domum Fratrum veniſſem, incepi examinare mecum cujuſmodi vox eſſet quam audieram; & nulli in Scripturis ſimiliorem inveni, quam jubilo; ſecundum illum modum, quo Gloſſa ſuper ſecundo Jubilate, exponit, inter cetera dicens; Iubilatio vera fit corde & voce, quaſi ſi jubilat vox exterius cor intelligat interius; jubilus eſt ſonus lætitiæ ſine verbis, quia eis lætitia animi non poteſt explicari; quando videlicet homo gaudens ex iis quæ non poſſunt explicari verbis, erumpit in vocem quamdam exultationis ſine verbis, ita ut appareat eum ipſâ voce gaudere, ſed quaſi repletum intimo gaudio non poſſe verbis explicare quod gaudet. Et infra: Iuſti gaudent, videntes mundo corde, quis Deus, quanta, & quo ordine, & quam mirifice fecit: unde exultantes cantant, & iſta jubilatio eſt coronanda. *quam vocem jubilantis cordis fuiſſe definit Petrus.* E

57 Nonæ viſitationis hic erat modus. Ante Adventum Domini modicum venit pater Chriſtinæ carnalis ad me Coloniam, & duxit me in Capitulum Fratrum, & loquebatur mihi. Præmiſit autem ſalutationis verba, hunc modum continentia: Chriſtina, filia tua, te ſalutat: mœrorem quem animo gerebat non valens diſſimulare, quin eum facie & geſtu oſtenderet. Cui ego reſpondi: Noli ſic dicere: te enim recognoſcit patrem. Reſpondit: Negare non poſſum; attamen ſi erga nos aliquâ moveris pietate, veni & viſita nos: ſumus enim in periculo conſtituti. Sed ſicut de te confidimus, non pigriteris nos conſolari. Quæſivi cur ſic turbaretur? & dixit: Adverſarius nimis fortis nobis advenit, propter cujus ſævitiam in periculo ſumus rerum & perſonarum. Quæ cum audiſſem, ad compaſſionem commotus ſum, quamvis lætum vultum forinſecus oſtendi: ſcivi enim quod gravibus tribulationibus fuerat aſſuetus, & quod niſi ob magnam cauſam ad me non veniſſet. Finaliter tamen dixi, Vade cum Deo, Dominus vos conſoletur: ad quod verbum triſtis abſceſſit. Poſt octo autem dies rediit, verba ſimilia prioribus referens, longe tamen cum majori cordis, amaritudine & dolore & vultus triſtitiâ. Et cum ſimilem ei reſponſionem priori dediſſem, ſecundo mœſtus receſſit. Facto iterum intervallo ſex dierum rediit, & me ſolicite quærens tandem invenit. Poſt verba autem ſalutationis, ſecundum formam præſcriptam ſatis lugubriter emiſſam, adjecit: Rogat te filia tua ut ad eam venias, ſicut eam in Domino diligis; quod & ego & mater ſuâ obnixè rogamus, ſi non vultis ut omnia noſtra à dæmone & incendio devaſtentur. Audivi verba, ſed ipſis *ad compeſcendum infeſtum toti familiæ dæmonem,* F

IX Viſit. *Idem circa Adventum rogatus in Stumbelen venire.*

cum ſemel iterumque excuſaſſet,

A PETRO COÆVO EX MS.

sis me plus modus prolationis & triſtitia proferentis ad compaſſionem commoverunt, & poſt cetera dixi : Si licentiam habuero, libenter vos viſitabo. Quo accepto reſponſo, aliquantulum hilarior receſſit.

58 Cum ergo hæc Fratri Albrandino retuliſſem, commotus eſt corde & exarſit ſpiritu, & ambo communi ſenſu ivimus ad Fratrem Hermannum de Havelbrecht, qui tunc fuit Prior Colonienſis, & dixit ei Frater Albrandinus : Reverende Pater, licet nobis ire in Stumbele & videre mirabilia Dei, quæ nobis narrantur quod fiant in quadam puellâ ibidem commorante ? Novit enim quod eorum fama ad eum pervenerat. At ille nobis benigniſſimè reſpondit: (erat enim vir miræ manſuetudinis & excellentis benignitatis, omnium virtutum decore præfulgens, qui
a fuerat diu Socius Magiſtri Ordinis *a* Ioannis primi, & decem Provincias cum eo viſitaverat, ut dicere interdum ſolebat, & bis extiterat in Teutonica Prior Provincialis) Cariſſimi filii, optimè vobis cupio, ut ad locum
B eatis prædictum, ut videre Dei magnalia poſſitis. Tanta de Puellâ eâdem audivi mirabilia, quod libentiſſimè ad eam videndam vobiſcum irem, ſi mihi vacaret : ſed vos dilectiſſimi, qui juvenes eſtis, & de remotis partibus veniſtis, eatis & videatis res mirabiles & ædificatorias, quas in partibus veſtris, etiam in ſenili ætate, poſſitis aliis ad ædificationem pro tempore narrare. Multum gaudeo, quod in talibus delectamini, & quod circa res divinas & opera Dei eſtis curioſi examinatores : in ſolis enim divinis negotiis ſancta eſt curioſitas & laudanda, dummodo ſtuduerit humilitati, veritati & utilitati.

tandem obtenta facultate,

59 Acceptâ autem licentiâ, cum Frater Albrandinus fuiſſet propter occupationes impeditus, aſſumpto Fratre Wiperto Boëmo, de provinciâ Poloniæ, profectus ſum. Et cum longè poſt crepuſculum ad locum quem quærebamus veniſſemus, cum magnâ quidem cordis lætitiâ, ſed non ſine afflictione corporeâ, propter imminentiam pluviæ & profunditatem viæ; intrantes domum ubi Chriſtina manebat, invenimus in hoſpitio cum eâ Do-
C minum Godefridum Priorem de Brunwilre,
b *b* nigrorum Monachorum de regulâ B. Benedicti, virum famæ per omnia bonæ, & magnæ modeſtiæ, & honeſtatis morum præcipuæ, in tantum, ut abſque diminutione ſanctitatis ceterorum, non recolam me de Ordine ſuo virum vidiſſe tantæ perfectionis : cujus Socius erat Dominus Cellerarius ejuſdem monaſterii, vir provectæ ætatis & magnæ diſcretionis, ſimul & commendabilis maturitatis. Iſtis adjunctus erat Dominus Ioannes Plebanus de Stumbele, cujus ſuperius ſæpius habita eſt mentio, vir devotus, & tantæ caſtitatis ut virgo credatur obiiſſe. Ii omnes Sacerdotali officio fungebantur pariter & decorabantur, quod jam exercuerant tempore longiori. Sub horum teſtimonio geſta ſunt quæ narro : Ingreſſi ergo hoſpitiolum Chriſtinæ, invenimus eam in lecto ſedentem, non enim ei licuit jacere, propter inſtantes tribulationes ſine interpolatione. Et cum eam ſalutaſſemus & omnes ſecum commorantes, exivimus ad ignem qui ante oſtium ejus camerulæ ardebat, ut veſtes noſtras exſiccare-

eo tendit cum Fr. Wiperto.

Ibi apud Virginem invenit Plebanum, Priorem, & Cellerarium Brunwilrenſes :

mus. Et cum ſic ad modicum tempus ſederemus, & dominus Cellerarius nobiſcum ſedens pedem ocreâ calciatum ad ignem extenderet ; ecce ſubito, nobis omnibus videntibus, percuſſus eſt cum ſtercore humano ſuper ocream ad latitudinem palmæ humanæ. D

cum quibus dum igni aſſideret,

60 Mirantibus autem nobis, qui de novo adveneramus, & quid ageretur ignorantibus ; cum hoc dominus Cellerarius advertiſſet, dixit : Fratres oportet nos ad talia aſſueſcere. Et modico facto intervallo, audivimus eos qui erant intra camerulam inter ſe querulantes. Cujus cum cauſam quæreremus, intelleximus, quia dæmon, ſecundum morem quem toto Adventu exercuerat, Chriſtinam defœdaſſet. Quo audito omnes qui extra fuimus, ex inopinato eventu commoti, intravimus & ſic invenimus, ut nobis fuit narratum. Ingreſſus autem poſui mè ſuper terram ante lectum Chriſtinæ, Domino Priore Godefrido ad caput lectuli ejus, hoc eſt ad Orientem ex parte mei, & Domino Cellerario ad pedes lectuli hoc eſt ad Occidentem ex parte mei poſitis ; Domino autem Plebano à pari ſitu, hoc eſt ad Aquilonem poſito mecum : paries autem camerulæ erat meridionalis. Iis ergo cuſtodibus ſignato lecto (qui melius monumentum dici poſſit, quorum quilibet non ſolum lectum, ſed & perſonam in lecto manu contingere poſſit ſi eſſet neceſſe, quia prope omnes ſederunt) quantum ego advertere potui, dæmon Chriſtinam plus quam viginti vicibus diverſis modis defœdavit. Hanc enim pœnam præſentes pro tempore illo ſolebant nominare defœdationem, eo quod per fœdiſſimam materiam, ſcilicet ſtercus humanum, infligebatur. Et dæmon eam hac materiâ aliquando totam ſub tunicâ perfudit, aliquando ſolam faciem perfudit ; aliquando in capite ſuo ſub peplis quaſi quamdam paſtam poſuit : & quod mirabilius videbatur, inter oculos & pupillas ſpiſſam immunditiam compoſuit ; aliquando etiam os ejus prædictâ immunditiâ implevit ; aliquando inter dentes ejus eam adeo fortiter vel tenaciter impreſſit, ut vix cum panno poſſet evelli & emundari. Falſum dico, ſi hanc immunditiam, ſic adminiſtratam, manibus meis F
de locis prædictis non excepi. Mirabiliſſimum autem videbatur eſſe & fuit ; quod, cum prædictâ materiâ non ſentiretur ab aliis niſi tepida, Chriſtinæ tamen adeo erat fervida, ut magnæ puſtulæ in ejus corpore ad ejus contactum orirentur.

experitur dæmonem, pejus jaciendo ſtercore ſæviens-tem ;

61 Cum ergo inter hæc, & multo plura quæ non occurrunt memoriæ, nox fuiſſet tranſacta ; adveniente die, Domini Prior & Cellerarius ad monaſterium ſuum redierunt : ſed & tentatio prædicta cum ortu diei abſceſſit. Hæc ſi quis vidiſſet, dicere potuiſſet, quantum opus immundi ſpiritus fuiſſet : mane verò facto, & Miſſis à me & Socio meo ſecundum morem celebratis, dies illa pertranſiit ſine manifeſtâ dæmonis moleſtatione & afflictione. Poſt occaſum verò ſolis, cum dies jam abſcederet, & nox cum ſuis tenebris adveniret ; rediit ille qui ab æternâ & internâ luce ceciderat in tenebras exteriores æternas, ille immundorum operum adminiſtrator, ut ab immunditiâ operis in confuſionem ſui immundus ſpiritus poſſit dici : & ſecundum mo-

potiſſimum in Chriſtinam nocte tota :

idem accidit nocte ſequenti,

modum afflictionis prioris noctis Christinam multipliciter, quoad modum & numerum, defœdavit, licet semper cum materiâ prænominatâ, quia non ex facili inveniſſet fœtidiorem. Circa mediam autem noctem quæſivi à Christinâ ſi dæmonem videret, cujus opera tam immunda omnes qui aderant toties & tam manifeſtè ſenſerunt, non uno tantum ſed pluribus ſenſibus: oculis enim poterant videre, naribus olfacere, & manibus tangere, & aliquando etiam auribus, ut infrà patebit, poterant ſonum ejus percipere. Reſpondit illa modeſtè ſatis: Ego continuè dæmonem video, etiamſi oculos claudam aut velamen eis circumponam. Et ego addidi: Cujus figuræ tibi eſſe videtur? Reſpondit: Impoſſibile æſtimo alicui eſſe ut transfiguraciones ejus muitiplices & varias explanet: ſed quantum ad præſens nunc video, faciem unam video turpiſſimam, nec plus de partibus ejus video. Et quamvis adeò deformis ſit, ut non credam aliquem talem poſſe fieri per naturam, tamen nulli rei videtur eſſe ſimilior quam humanæ faciei, excepto quod vultus dæmonis habet duo cornua prominentia. Hoc dicto, ſecundam propoſui quæſtionem: In quo loco nunc eum vides? illa inquit, Inter illas duas puellas: & extendit manum ad Aquilonem, ubi Hilla de monte & Gertrudis ſoror Plebani ſedebant, ad diſtantiam à lecto ſuo ad duos vel tres cubitos in eadem camerula. Quæ verbum audientes horruerunt, & ſe ab invicem diviſerunt, & ego dixi: Numquid dæmon non fugeret, ſi camerulam aquâ benedictâ aſpergeremus? Et illa: Fugeret; inquit, ſed ſtatim rediret, ſub momento in ictu oculi.

Virgine dæmonem continuo vidente

in forma horribili

juxta lectulum;

62 Cum ergo ſic nox mirabiliter, cum multis tædiis tranſiſſet, quia diabolus Chriſtinam in eâ nocte plus quam viginti vicibus, ut æſtimo, defœdavit (Non enim diſtinctè licuit numerare, præ multitudine & cordis occupatione) adveniente tandem die pax quaſiſcumque reddita eſt, & prædicta tribulatio ceſſavit, quantum ad apparentiam exteriorem & corporalem afflictionem. Nocte autem tertia adveniente, quæ præcedebat Dominicam tertiam Adventus, affuit ille divinæ Trinitatis deſertor & contemptor, & ſolitis tribulationibus & immunditiis Chriſtinam afflixit, nihil de numero & modo afflictionum præcedentium noctium diminuens. Et cum ego ſederem ad caput lectuli, & Frater Wipertus ad pedes; & Dominus Plebanus, à latere lecti aliquantulum à lecto remotus & ego, nos mutuo reſpiceremus, & ad invicem conferremus; audivimus omnes ſtrepitum quemdam, ſub banco concavo, ſuper quem ſedit frater Wipertus, quaſi aliquis confunderet ova ad ſorbitum parandum; & conjecimus hoc dæmonis eſſe tumultum. Et cum Frater Wipertus ſonum ſub banco audiret, accepit baculum ſuum arundineum, quem de partibus Tuſciæ detulerat, quia de novo de Curia *c* redierat; & fortiſſime cum ſtimulo baculi truſit ſub bancum, dicens & ſæpius iterans: Viliſſime dæmon, ego eruam tibi oculos. Et cum nec ſic ſtrepitus præmiſſus ceſſaret, dixit Frater Wipertus domino Plebano: Cariſſime, ſciſne aliquas adjurationes, quibus iſte adverſarius noſter poſſit expelli! Et ille dixit, Ad minus illam ſcio, quâ pueri exorcizantur: ergo, maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & cetera. Et ille: Legatis illam, & ego eam poſt vos cum intentione repetam, ut iſtum immundum ſpiritum poſſimus effugare.

quemadmodum & nocte tertia:

c quando Fr. Wipertus,

63 Dum hæc illi inter ſe tractarent, dixit mihi Chriſtina: De quo conferunt, & quid facere intendunt? Reſpondi: Dæmonem volunt adjurare, ut fugiat. Et illa: Dicite eis, inquit, ut non conentur fruſtrà contra Dei permiſſiones: quamdiu enim Dominus voluerit oportet me iſta tolerare. Audivit hæc Frater Wipertus, & tamen à ſua non deſtitit intentione. Cum ergo Dominus Plebanus, ad petitionem ſuam, dictam adjurationem legeret, & ille ſingula verba poſt eum repeteret, & jam fere uſque ad finem perveniſſent; ecce ſubito ſtrepitus magnus & horribilis inſonuit in camerula in qua eramus, aeſi per ſubitam compreſſionem aliquis veſicam rupiſſet; & extinxit candelam, quæ ad duos cubitos ſtabat ſupra caput meum. Hoc ſtrepitu Frater Wipertus timore perculſus ſurrexit, & voluit exire. Et ecce in medio pavimenti occurrit ei diabolus, & percuſſit eum, & prædictâ immunditiâ perfudit adeo fortiter, ut clamaret & ſæpiùs repeteret; Væ mihi! ego perdidi unum oculum. Væ mihi! Et hoc [dicto] iterum exivit ad ignem, qui erat ante oſtium camerulæ copioſus, immediate ardens, ut ſi quis à dæmone defœdatus eſſet, in promptu haberet aquam calidam, qua poſſit purificari ab immunditia. Cum ergo fuiſſet egreſſus, puellæ quæ ibi erant laverunt ſcapulare ſuum: turpiter enim fuerat tractatus: perfudit enim diabolus dimidium faciem ſuam à ſummo uſque ad deorſum, & alterum oculum & dimidium naſum ſimiliter, & dimidium pectus uſque ad baltheum, & alterum humerum & brachium ſtercore humano aliquantulum liquido, quaſi ex ſolutione [ventris] fuiſſet emiſſum. Lotus autem ad nos ingreſſus eſt, abundanter ridens, quaſi ei aliquid ſolatioſum occurriſſet: & renidentem interrogavi quid ſibi accidiſſet, & cur ſic rideret. Reſpondit: Dæmon me defœdavit, & adeò fortiter percuſſit, quod putabam, eum unum oculum mihi eruiſſe. Inſuper & in corde gaudio magno & prius incepto, ſum perfuſus, & ideò à riſu me non poſſum continere.

contra Virginis conſilium

exorciſmos adhibens, fœdatur etiam ipſe,

tota media facie & latere uno;

64 Dixit autem mihi Chriſtina: Multum gaudeo quod Frater Wipertus tam hilaris eſt: niſi enim gaudium ſenſiſſet, timeo quod ad diſplicentiam fuiſſet provocatus. Sed & ego in hoc plura ſum ſuſpicatus, videlicet repreſſam Fratris Wiperti audaciam, in timoris incuſſione; oſtenſam diaboli malitiam, in ejus percuſſione & defœdatione; probatam Chriſtinæ meritorum efficaciam, in conſolationis impetratione; ſed Chriſti manifeſtatam clementiam, in gaudii communicatione. Quis inter tot fœtores & ſqualores lætus eſſe poſſit niſi Chriſtus daret, & Chriſtina impetraret? Hujus autem argumentum, quod in me ipſo etiam ſenſi, hoc fuit. Quicumque intra camerulam Chriſtinæ erant, ſecuri erant & intrepidi: qui autem cameram exibant, horrore & terrore dæmonis percutiebantur: unde cum ſemel exiſſem, timore concuſſus reingredi feſtinavi. Sub talibus ergo & multo pluribus tribulationibus nox illa pœnoſa peracta eſt. Appropin-

lætus nihil lominus ex præſentia Chriſtinæ,

ſicut & alii, extra eam pavidi:

A. PETRO COÆVO EX MS.

A quante autem die diximus Matutinas noſtras, in camerula coram Chriſtina: non enim, dum dæmonis furebat inſania, dicere licebat; de cujus immunditiis non modicus fœtor exhalavit.

Illa poſtero mane,

65 Dum ergo Matutinas diceremus, Chriſtina ſe depoſuit ad jacendum in lecto, in quo & cum quo toties fuerat defœdata, nulla adhibita vel præhabita ſui vel veſtium lotione, nulla lectiſterniorum facta immutatione. Operuit autem faciem ſuam peplo, totum verò corpus ſuum reliquum coopertorio lecti erat tectum, & convertit ſe ad parietem & oravit. Finitis Matutinis cum Prima, dixi Fratri Wiperto: Cariſſime, appropinqua ad lectum ante quem ſtamus, & conſidera quomodo ſe habeat Chriſtina. Acceſſit ille, & inclinavit ſe ad parietem ultra caput Chriſtinæ, ſine contactu tamen ejus: poſt modicam morulam ſe erexit, & ex magno cordis motu & affectu mihi dixit: Bone frater Petre, ſtupenda ſunt quæ hic ſentio, & omni humanæ arti impoſſibilia. En, in loco iſto & lecto, toties per fœtidiſſima madidato, odorem ſentio omnibus aromatibus meliorem, & omnibus compoſitionibus ſuaviorem. Audivi & tacui, & rogavi eum ut diſſimularet, & Chriſtinam non inquietaret; qui & verbis meis acquievit. Poſt modicum & ego acceſſi ad lectum, & iis credidi quæ audivi, & quæ Frater Wipertus mihi dixerat. Et ego dixi Chriſtinæ: Intendis hodie communicare, ſicut heri mecum contuliſti? Reſpondit: Intendo. Et ego ad illam: Omni ergo ſolicitudine cor tuum cuſtodi, ut de nullo alio cogites niſi de Domino Jeſu quem es acceptura. Et illa: Moleſtum, inquit, mihi eſſet, ſi de alio aliquo cogitarem. His dictis, ivimus ad eccleſiam; & horâ competenti ambo celebravimus, ego ſcilicet & Frater Wipertus. Dum autem nos circa divinum Officium occupabamur, Plebanus ivit ad communicandum Chriſtinam: & completis omnibus quæ tunc temporis erant facienda, ibamus cum Plebano ad domum ſuam ad prandendum.

citra ablutionem invenitur munda, & abſque fœtore:

B

ſeque parat ad Communionem:

66 Et facto prandio, quia voluimus recedere, ivimus viſitare Chriſtinam: quia ſperabamus nos ibi aliquid divini prodigii viſuros, ut eſſemus participes conſolationis, ſicut fuimus & compaſſionis. Et benedictus Deus, quia non ſumus à deſiderio noſtro defraudati: ante enim quam intraremus camerulam Chriſtinæ, in ipſo introitu oſtii occurrit nobis tantus odor ſuavitatis, ut obliti omnium fœtorum quos prius ſenſeramus, læti in apothecam odoramentorum cæleſtium ingrederemur, paradiſum utique Domini & thalamum Sponſi; camerulam dico Chriſtinæ, quæ immediate in nocte præcedenti cloaca fuerat, (ut videbatur), ſi dicere liceat, ſtercorum humanorum. O mutatio dextræ excelſi! omnia enim transformata ſunt in faciem meliorem: nam odor ſuaviſſimus, pro horrendo fœtore; dulciſſima quies, pro multiplici labore & dolore; laus & jubilus, pro afflictione & timore; decor honeſtatis & munditiæ, pro viliſſimo ſtercore ſunt immutata. O anima mea, recordare eorum quæ illo tempore vidiſti & ſenſiſti, ut ſaltem memoriam ſuavitatis illius eructues, quia præſentiam retinere non meruiſti ut ex iis reliquiæ cogitationis divinæ diem feſtum agant tibi. Ingreſſi ergo invenimus teſtes conſolationis, quos habueramus deſolationis; videlicet Hillam de Monte, Hillam ſororem Chriſtinæ, Hillam de Hingindorp, & Gertrudem ſororem Plebani: Chriſtinam autem invenimus in lecto jacentem, decenter ſatis coopertam, licet modo pauperum, mentis exceſſu omnino immobilem, & eo modo quo ſupra poſitum eſt inſenſibilem. Dum autem ad aliquantulam horam ſediſſemus, Chriſtina ad ſe rediit, quoad membrorum motum, non quoad ſentiendi actum; & extendit manum ſiniſtram aliquantulum apertam, & omnes vidimus ſignum Crucis glorioſum in medio palmæ ſuæ triplicatum, quaſi una Crux eſſet principalis, & duæ minores de brachiis illius procederent. In hunc modum has curioſe ſatis, & (ut puto) devotè omnes, qui affuimus, conſideravimus: perfuſi enim fuimus inſolito quodam cordis affectu, & data eſt nobis abundantia lacrymarum; pro tot mirabilium, quæ vidimus & ſenſimus contemplatione, & tam inſperata rerum mutatione. Iis geſtis Frater Wipertus & ego receſſimus, Chriſtinâ in ſuâ devotione remanente, & nihil de receſſu noſtro percipiente.

invenit illam conſolatione plenam,

& in ejus palma ſignum Crucis.

C

D

E

ANNOTATA D. P.

a Joannes *hic dictus Teutonicus Prior Generalis* IV, *rexit Ordinem Prædicatorum ab anno* 1241 *ad* 1244: *dicitur autem* Primus, *reſpectu* Ioannis Vercellenſis, *electi* 1264.

b *De* Brunwilre *monaſterio, duobus cum dimidio leucis trans Rhenum ad Occidentem diſſito, pluribus egimus ad* 21 *Maji, in Actis Fundatorum Erenfridi & Mathildis.*

c *Annum* 1268 *Clemens* IV *cum Curia ſua egit Viterbii, ubi etiam obiit* 29 *Novembris, apud Prædicatores ſepultus.*

CAPUT VI.

Viſitatio decima, & variæ ſub ea vexationes.

Petrus rediens cum Virginis Confeſſario 22 Decembris,

67 DOminicâ quartâ Adventus ejuſdem, quæ immediate præceſſit Vigiliam Natalis Domini, quæ tunc erat in ſecunda feria, aſſumpſit me Frater Gerardus de Grifone in ſocium, de mandato Prioris Colonienſis Fratris Hermanni, & duxit me in Stumbele. Ingreſſi autem domum Chriſtinæ, quia pluvia fuerat, exuimus cappas noſtras, & tradidimus illis qui erant ad ignem ad ſiccandum, & intravimus camerulam Chriſtinæ. Poſtquam ergo Frater Gerardus, Ioannem de Muſſindorp & ſocium ſuum, & Dominum Plebanum, & Chriſtinam, & ſecum commorantes ſalutaſſet; addidit jocando: Domine dæmon, non me defœdes, quia ego ſum amicus tuus. Et ego reſpondi: Si tu es dæmonis amicus, & ego tuus & illius ſum inimicus. De iis verbis, qui audierunt, ſubriſerunt: & voce concordi optaverunt, ut diabolus amicum ſuum cum aliquo *a* clenodio, prout ſolebat, ſalutaret. Poſt hæc depoſuit ſe Frater Gerardus ad pedes lectuli, in quo Chriſtina ſedebat, ad ſedendum: & ego ad ca-

F

X Viſit.

put

A put prope oſtium reſedi. Ecce cum ſic quaſi à pari ſederemus, ſubito ex angulo in quo nullus ſedit, venit cum impetu humor colore albus & valde tenuis, ſed cujus ſubſtantiæ neſcio, quaſi de ſcutella effunderetur: & perfudit humeri mei dextri & naſi extremitatem; ſed & oſtium, quod prope me erat, quaſi totum perfudit. Hoc facto ivimus ad cœnandum, & ſub cœna nihil de dæmonis operibus ſenſimus, niſi hoc ſolum, quod quotieſcumque Chriſtina orabat, ille alta voce, quam omnes audivimus, ſibilabat. Poſt cœnam Frater Gerardus ſurrexit, & voluit ire ad ignem, qui (ſicut ſupradictum eſt) ante oſtium camerulæ continue ardebat, indutus ſcapulari novo & candido, quod illa die prima vice induerat. Dum ergo ad medium pavimenti venerat, perfudit diabolus faciem ſuam & caputium ſcapularis atque totum pectus viliſſimo ſtercore, liquido, humano, fœtente, in tanta copia, ut ſtans in medio pavimenti, in conſpectu omnium noſtrum, faceret de facie ſua & naſo prædictam immunditiam diſtillare: Quod quibuſdam non diſplicuit, quod eum qui ſe amicum ſuum vocaverat ſic deturpavit.

fœdo humore perfunditur;

Confeſſarius autem fœdiori ſtercore.

B

68 Quid amplius? Dæmon cum ſuis immunditiis in tantum inſanuit, quod præ gravitate imminentium tribulationum oblivioni traditæ ſunt anguſtiæ priores: Gravia enim inferebantur, & graviora cum metu expectabantur. Parvipendebamus jam ſtercora & immunditias, ad eorum ſqualores & fœtores aſſueti: ſed ignis inſtrumenta & tormenta nunc expectabamus: dixerunt enim qui illa nocte fuerunt præſentes, quoniam ſex præcedentibus noctibus dæmon cum ignitis lapidibus Chriſtinam combuſſiſſet; & hanc pœnam cum mœſtitia quadam præſtolabamur. Circa mediam autem noctem, cum ego juxta Chriſtinam ſederem, & eam quantum ſcivi verbis conſolarer; ſubito cœpit ſe contrahere, & tota tremere, & multum ſudare. Et adverti inſolitum modum inceſſus ejus, & dixi ei: Quid accidit? Cur ſic anguſtiaris & tantum ſudas? Reſpondit: Non mireris ſuper hoc, quia hic ante oculos meos & tuos video horribilem dæmonem ſtantem, & lapidem ignitum in manibus habentem, quo vult me comburere, ut comminatur. Conſolabar eam quantum potui, & ad patientiam provocavi. Et poſtquam ſic tremuiſſet & ſudaſſet ad longam moram; dæmon quod comminatus fuerat malitia ſua, opere implevit: Poſuit enim ad carnem ſuam intra veſtes, in latere ſiniſtro, lapidem ignitum ad quantitatem humani pugni; & tam fortiter impreſſit, ut omnino eſſet immobilis, acſi eodem loco fuiſſet incorporatus. Heu me! tantam tunc vidi pœnam in Chriſtina, quantam non recolo me in aliquo vidiſſe. Erat enim horrendum certamen, dæmonis ſcilicet, affligentis per fervorem ignis adurentis; Virginis, patientis per fervorem [amoris] propter interiorem & exteriorem dolorem. Omnibus autem qui aderant lapidem tangentibus, dæmon poſt longam moram de omnium eorum manibus eum ſuſtulit, & ſuper humerum Chriſtinæ dextrum eum collocavit: qui & illic manſit, donec

Deinde dæmon Chriſtinæ apparens

cum lapide ignito,

C

cum lateri & humero ejus applicat:

gallus cantavit. Sub hac pœna gemitus & ſuſpiria audiebantur, & lacrymæ non paucæ effundebantur, tam compatientium quam patientis. Facto gallicinio hæc pœna ceſſavit; & (quantum perpendere potui) ultra non rediit per modum eumdem: fuitque qualiſcumque pax uſque mane.

D

A PETRO COÆVO EX MS.

69 Facto mane, ſciens diabolus quia tempus breve haberet, & quia hora eum ad ceſſandum urgeret; cœpit contra morem præcedentium dierum acrius deſævire, & atrocius inſanire; in tantum, ut omnes qui affuimus attoniti & admirantes diceremus: Quidnam vult hoc eſſe? Cum [autem] omnes qui aderant turpiter modo dicto macularet, in tantumque debaccharetur ut timeremus Chriſtinam dimittere ſolam; deliberavimus ut Frater Ioannes & ſocius ſuus irent ad eccleſiam, & populo de Confeſſionibus & aliis negotiis ſatisfacerent; & Frater Gerardus & ego cum Chriſtina remaneremus. Illis autem abeuntibus, in tantum diabolus defœdationes & immunditias ſuas continuavit & multiplicavit, quod tæduiſſet nos vivere, niſi divina conſolatio affuiſſet, & liberationem à tali miſeria ſperaremus celeriorem: non enim in iis erat modus, ſed & numerus propter continuationem non potuit attendi. Ut enim de Chriſtina taceam quæ totum pondus afflictionis ſuſtinuit; Frater Gerardus quater, & ego tribus vicibus fuimus turpiter defœdati, in tantum ut vix veſtem, habuerimus quam induere poſſemus. Inter hæc dixit nobis Chriſtina; Parcite verecundiæ meæ, & ad modicum exite, & oſtium poſt vos claudite; nimium enim turpiter & viliter fuit tractata. Fecimus ut rogavit, & ſtetimus extra ante oſtium: noluimus autem nos ab ea elongare, timentes ne diabolus adhuc majora attentaret, ſi Chriſtinam ſolam inveniret: minus enim ſævire præſumpſit, ubi cuſtodia Sacerdotalis affuit, ut in pluribus probabitur exemplis. Dum ergo ad brevem horam maneremus ante oſtium, factus eſt tantus ſtrepitus intra camerulam, quod vehementer timuimus, quod dæmon aliquid contra Chriſtinam moliretur: diximuſque ad invicem, Non tantum verecundiæ pareamus, ut vitam negligamus. Et iis dictis celeriter intravimus, & quid accidiſſet inveſtigavimus. Et dixit, Nihil ultra ſolitum, excepto eo quod dæmon ſuper ciſtam, quæ ſtat ad pedes meos, chorizavit adeo fortiter, quod magnum ſtrepitum fecit.

poſtero mane incle mentius ſævit jaciendo ſtercore,

in ipſam & Fratres:

E

F

70 Cum ergo dubitaremus, quid in tanto periculo eſſemus facturi, quia jam tempus meridiei appropinquarat, & Fratres non erant reverſi; elegimus ſub hoc eventu magis Miſſâ carere, quam Chriſtinam deſolatam deſerere; & convenit nobis in hoc, ut Officium de beata Virgine diceremus. Inchoantes autem Officium, *Rorate cæli deſuper b*, cum ad Euangelium veniſſemus, *Miſſus eſt*; ut eo magis virtus ſacrorum verborum Chriſtinæ imprimerentur, utrumque genu in terram coram lecto flexi, & utram que manum ſupra caput Chriſtinæ poſui Et cum fere Euangelium perfeciſſem, ecce ille immunditiæ adminiſtrator, qui primum fuit malitiæ inventor, non veritus Dei om-

etiam in ter ſacra preces

b

nipo

A. PETRO COÆVO EX MS.

A nipotentiam, nec attendens ſacrorum verborum contimentiam, multipliciter beatiſſimæ Virginis commendantem gratiam & munditiam ; ſub manibus meis , per totum caput Chriſtinæ , tortam , ad latitudinem dimidii digiti ſpiſſam , inter pepla & caput , de viliſſimo ſtercore ſed ſpiſſo poſuit : quam pro parte poſt Officium digitis meis evulſi , & erat ad modum paſtæ ſpiſſa. Sub talibus & pluribus infeſtationibus fuimus , donec Dominus Plebanus de eccleſia ad nos venit, annuntians nobis Fratrum noſtrorum celerem adventum : unde & nos ſub hac ſpe ivimus ad eccleſiam , Miſſam celebraturi ; gaudentes , quod , ad ſolatium Chriſtinæ , potuimus poſt nos relinquere Sacerdotem.

Interim ſupervenit Fr. Ioannes cum ſocio ,

71 In via autem nobis occurrit Frater Ioannes cum ſocio ſuo , totus in facie rubicundus & quaſi ignitus : & quæſivit à nobis , quomodo ſe res haberet circa Chriſtinam. Et reſpondimus , Nimis pœnaliter. Et ille inquit in ſpiritu quodam vehementi , Eamus illuc , cum dæmone conflicturi : & verbo dicto receſſit cum feſtinatione , quaſi devotione quadam inebriatus , & fiduciâ confortatus. Nos vero ad eccleſiam ivimus , Miſſam celebravimus ; &, ſuperveniente Plebano , ſecundum morem patriæ , Veſperas c Miſſæ continuavimus. Interim dum Plebanus nobiſcum fuit , accidit hoc ſtupendum mirandumque prodigium , ſub teſtibus præſentibus & nobis poſtea eventum rei exponentibus , videlicet Fratre Ioanne & ſocio ejus , Hilla de Monte & Gertrude ſorore Plebani. Ille enim dæmon , hoſtis antiquus & ſuperbus & temerarius , qui in cælo Deo aſſimulari voluit ; ille in tantam audaciam, ſuperbiam , & blaſphemiam in terris proruit , ut lectum Chriſtinæ ſubintraret , & totum ſtratum evidenter & fortiter concuteret , & verba blaſphemiæ , cum cantus melodia , & verborum conſonantia , ut fit in rhitmis , alte & arroganter decantaret : Ubi eſt Deus tuus nunc ? ubi eſt Deus tuus ? Et cum hæc multoties & interpoſita morula interpolate repetiviſſet ; ipſe ſibimet reſpondit ; auſuſque eſt ille ſpiritus immundiſſimus & maligniſſimus nomen divinitatis , infinitæ majeſtatis & bonitatis , arroganter ſibi adſcribere , quaſi juris nihil haberet , prius quam vilia & immunda opera exercuerat , quæ longe à divina memoria elongantur. Dixit ergo infelix ille, omnium malorum reus : Ego ſum Deus tuus : ego ſum Deus tuus. Et poſt horum crebram & blaſphemam repetitionem adjecit : Saltem nunc recognoſce , quia ego ſum Deus tuus : quia poteſtatem habeo de te facere quidquid mihi placet. Cum ergo nomen Dei, quod eſt ſuper omne nomen , blaſphemaſſet ; ad injuriam quoque ſervorum Dei ſermonem convertit , dicens : Ubi ſunt raſi Fratres qui tecum fuerunt ? nunc ego eos ſic tractabo , quod tibi non audebunt appropinquare. Longiſſima mora pertranſivit ſub verbis præmiſſis , cum melodia cantatis , ſub qua Chriſtina in lecto jacebat, quem dæmon concutiebat.

coram quibus Virgini inſultat dæmon ,

velut à Deo derelictæ :

72 Poſt hæc ergo verba , & multo plura nimis horrenda , Chriſtina, omnibus circumſedentibus audientibus , dixit , ex blaſphemia nomini Dei illata (ut arbitror) commota ; Adjuro te dæmon, per virtutem Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti , ut à te dictorum verborum elucides veritatem. At ille infelix ad hanc vocem verba mutavit, cantum dimiſit & modum rhitmicum neglexit : & qui ante , quaſi pugil de duello cum victoria reverſus , cum pompa & cantus reſonantia & verborum conſonantia alte decantaverat ; deinceps , quaſi vetulus decrepitus , vix tremula voce cum raucedine cœpit ſimplicibus verbis veritatem profiteri , & ſe mentitum fuiſſe confiteri , dicens : Vere omnia ſum mentitus , quæ ſum locutus: non enim Deus ſum ego , cujus non ſolum non participo naturam , ſed & ejus beatitudinis communionem juſte & irrecuperabiliter perdidi : malitiæ tamen meæ exequendæ in vos [& corpus] tuum ab eo auctoritatem accepi , & ſtudioſe ſum executus , ut ultra vel citra divinam permiſſionem nihil diminuerim vel ſuperaddiderim : & quia me per virtutem paſſionis Domini adjuraſti, veritatem non poſſum negare. Quamvis ergo multa tibi pœnoſa & ignominioſa intulerim , quia tamen de te nullam potui obtinere victoriam , certus ſum quod hæc in meipſo cum centupli augmentatione in æternum recipiam , cum ſociorum meorum perpetua irriſione. Deſpicient me , tamquam ignavum ; quia contra unam puellam non prævalui. Et his & ſimilibus pluribus dictis , ſtrepitum magnum fecit , quaſi veſicam rumperet ſubito comprimendo : & ſic receſſit : motus autem vel concuſſio lecti , ſtatim , ad vocem adjurationis , conquievit.

ſed ab ea tandem adjuratus ,

mentitum ſe fatetur.

Dæmone digreſſo ,

73 Minimo facto intervallo poſt dæmonis receſſum , Plebanus & Frater Gerardus & ego camerulam intravimus , ita ut præſentes mirarentur quod diximus nos ſtrepitum præmiſſum non audiviſſe : & invenimus omnes qui cum Chriſtina in camerula erant , eſſe in mirabili devotione & lacrymatione ; ipſam autem Chriſtinam in uberrima gratiarum actione , quæ nunc referebantur pro malorum evaſione , nunc pro bonorum collatione , nunc pro communicata divina conſolatione. Et hæc varietas gratiarum actionum tam dulcis erat & delectabilis , ut omnes præſentes ad lacrymas permoveret. Iis ſic expletis , ivimus omnes nos quatuor Fratres cum Plebano ad domum ſuam ad prandendum ; & Chriſtinæ ante oſtium camerulæ ſuæ calida aqua in dolio ad lavandum parabatur ; qua ſecundum hominem plurimum indiguit , quia per totum Adventum in immunditiis , quas dæmon adminiſtraverat , ſine lavacro jacuerat. Puellæ autem quæ eam juverunt , dixerunt , quod in corpore ſuo plurima vulnera invenerunt , facta per lapidum combuſtionem , adeo profunda aliqua , quod prunum poſſint continere : quæ tamen omnia ſine humana cura ſunt curata , per Dei mirabilem clementiam ; ſicut fuerant inflicta , per dæmonis deteſtabilem malitiam. Dictis autem Matutinis in die Natalis Domini & Miſſa prima , Plebanus ivit , & Chriſtinæ corpus Domini adminiſtravit : in ortu autem diei , longo facto ſpatio à Communione prædicta , ibat Frater

præſentes magno perfunduntur lætitia ;

& Chriſtinam aduſtionibus ,

A ter Ioannes, quem & ego sequebar, ad
vident die Nativitatis in extasi positam. Christinam; & invenimus eam in lecto jacentem, modo supra expositò induratam, & modum vitæ humanæ mente excedentem: quæ & in devotione sua per totum diem Natalis, usque in profundam noctem sequentem, permansit. Cum qua postea in reliquis diebus prædicti festi comedimus, & divinæ consolationis, & internæ dilectionis plura signa vidimus; ut aperte possimus conjicere, quia super multitudinem dolorum, quos passa fuerat, consolationes Dei ejus animam lætificaverint.

ANNOTATA D. P.

a Clenodium *Teutonice originis vox, à* Kleet *vestis*, & Nood *necessitas: & plerumque sumitur pro monili aliaque re idonea ad ornatum vestium: sunt qui dici putent quasi* Kleyn-nood, *parva necessitas, ut significetur res, commoda quidem, sed parum necessaria.*

B b *Officium B. Virginis parvum pro Ordine Prædicatorum: alias Commune Ritus Romani Officium ante Nativitatem, incipit* Missus est Angelus; *post Nativitatem*, O admirabile commercium.

c *De Vesperis cum Missa continuandis jam supra num.* 36 *sic legeramus*: Officio vespertino, secundum morem patriæ mane completo.

CAPUT VII.

Christi vulnera Christinæ in Paschate anni 1669 *communicata: Petri discessus Parisios.*

XI Visit. *Coloniâ Parisios mittendus Petrus anno* 1269, C 74 CUm jam tertius annus fini appropinquaret, postquam Coloniam [veni] ob studii exercitationem, & rumor ad me venisset quod Parisius deberem proficisci; cogitavi, ut exirem & amicos meos salutarem. Accepta ergo licentiâ & assumpto Fratre Ioanne Daco, dicto Hespe, ibam in Quadragesima visitare Christinam. Quæ, cum una dierum circa Completorium dixissem ei quædam devota; in magnum cordis accensa est affectum ut ex verbis suis poterat probari: & rogavit me, ut in crastino Missam de beata Virgine cum nota celebrarem. In crastino ergo, dum Missam, *a Rorate cæli desuper*, dixissem, cum omnibus attinentiis & ad illud Officium spectantibus, quia ad illud Officium speciali movebar devotione, propter filii Dei incarnationem & gloriosæ Virginis matris ejus multiplicem commendationem, quæ in illo Officio tam Prophetice quam historice pleniſſime & dulcissime enarrantur; populus exibat, excepta Christina, quæ immobilis in suo loco manebat. Dixitque mihi Plebanus: Videtur mihi quod Christina sit rapta. Assumpsi Fratrem Ioannem, & ivimus ad considerandum: & Deo teste, ipsam quidem omnino immobilem & induratam [invenimus]; sed pallium suum, quo caput cooperuerat, plenum subtilissimo humore quasi rore; quem omnes vidimus, & pro rore habuimus: erat autem humor ille tantum super illa parte pallii quæ caput tegebat: cum autem Frater Joannes, ad quatuordecim dies & amplius, quamdam excrescentiam in junctura pugni, & brachii sensisset, quæ ad quantitatem dimidii fere ovi excreverat, de qua timuit quod usum manus deberet impedire; accessit & aliam manum in humore illo madefecit, & super excrescentiam posuit: quæ ab illa hora citius incepit decrescere quam prius potuit crescere, ita ut infra paucos dies omnino deficeret: Christina autem in sua mansit devotione usque ad tempus Completorii. Nos autem in mane sequentis diei versus Coloniam sumus profecti, licet Dominum Priorem in Brunwilre visitaremus.

a Christinam revisit in Quadragesima; *raptamque invenit & perfusam cælesti rore,*

D A. PETRO COÆVO EX MS.

cui manum tumentem intingens sanatur.

75 Sed cum nuntii, qui me Parisius deducerent, ante festum Paschæ non venissent; contulimus ad invicem Frater Albrandinus, Frater Mauritius & ego, de mirabilibus, quæ in præcedenti Pascha contigerant circa Christinam: & deliberavimus, quod in festo Paschæ, quod jam imminebat, possemus sic ordinare, ut mirabilia Dei possemus contemplari, si Deus aliqua in eadem persona ostendere dignaretur. Factum est autem ut Frater Ioannes de Mussendorp, qui à Domino Plebano ad festum fuerat vocatus, me in socium assumeret de mandato Prioris Colonienſis Fratris Hermanni supradicti; & Fratres Albrandinus & Mauritius licentiam ab eodem Priore acciperent, ut nobiscum ire possent. Obtentâ ergo licentiâ omnes quatuor simul, in Cœna Domini, facto prandio, exivimus, & circa Completorium in Stumbele venimus. Et cum ecclesiam ingressi fuissemus, & Reliquias Sanctorum, vel potius Sanctos quorum Reliquiæ ibi continebantur, salutassemus; accessi ego ad Christinam, quæ multum debilis ante altare beatæ Virginis residebat: communicaverat autem eodem die, & post Communionem summam lætitiam perceperat, de qua de novo redierat, ita quod postea ecclesiam non exierat: debilitatem autem non ex Communione vel lætitiæ perfruitione incurrerat, sed ex dæmonis afflictione, ut infra dicetur. Postquam ergo eam salutaveram, dixerunt mihi Virgines, quæ circa eam sederunt, & conditiones suas diligenter adverterunt, Solicite advertas, si palmam sinistræ manus ejus possis intueri; est enim mirabiliter quasi depicta. Cum ergo manum prædictam, ex devotione magis quam ex curiositate, diligenter observarem; accidit ut illa præ debilitate deficeret, & manum non observans eam aliquantulum apertam extra pallium suum relinqueret: & vidi rem mirandam, visu pulchram, sed significatione ignotam. Aspexi enim in manu Virginea quindecim signa, dimensione modica, aspectu subrubea, forma rotunda, situ ordinatissima. In medio palmæ erat signum rotundum, sterlingo minus, sed omnibus aliis signis majus: circa quod erant quatuor in modum Crucis in hunc * modum disposita, aliquantulum primo minora, sed reliquis decem majora, ita ut quantum à primo excedebantur, tantum reliqua excedebant. Quinque ergo prædicta erant in car-

XII. Visit. *eodemque rediens in Cœna Domini* 21 *Martii*, E

deliquium in ecclesia patiente Virgine. F

inspicit sinistram ejus palmam pulcherrime notatam.

*

A ne palmæ depicta, reſidua autem decem per
A. PETRO quinque digitos manus erant ſic diviſa, ut
COÆVO cuilibet digito duo ineſſent, in medio il-
EX MS. lorum articulorum qui palmæ erant propin-
quiores ; ita tamen quod uno tantum ſig-
no quilibet articulus decoraretur : quod ad-
eo erat pulchrum videre, quod non credo
me vidiſſe manum tanta pulchritudine inſi-
gnitam. Fateor in aſpectu delectabar, ſed
in affectu immutabar, & quid dicere poſ-
ſem ignorabam : omnem enim corporis ſen-
ſum & cordis intellectum res viſa ſupera-
bat.

76 Completorio autem dicto, & Matu-
tinis ſecundum morem patriæ circa crepu-
Interim ob tumultum in eccleſia excitatum, ſculum inchoatis, dum cantaremus poſt Be-
nedictus in tenebris, Kyrie Eleiſon, qui-
dam in eccleſia ex diſſolutione concitave-
runt magnum clamorem & diſſolutionem
ſtrepitus, per quem nos in choro non mi-
nime impediverunt, ſed non abſque confu-
ſibili vindicta. Nobis enim cantantibus &
Paſſionis Chriſti memoriam celebrantibus,
illis autem diſſolutionem excitantibus ; affuit
B etiam inter eos ſathan, & magnam partem
plebis in eccleſia defœdavit, cum materia
quæ ſæpius eſt nominata, de qua fœtor peſ-
ſimus exhalavit. Et fuit mirabile : quia cum
pleræque perſonæ, quæ circa Chriſtinam fue-
runt ab ante & retro, à dextris & ſiniſtris
fuiſſent defœdatæ ; quædam in tunicis, quæ-
dam in palliis, quædam in peplis ; Chriſti-
nam in medio eorum conſtitutam nec una
gutta immunditiæ contingebat. Hæc nos,
qui fuimus in choro, dum fiebant, late-
omnes circa Virginem fœdantur, exceptâ ipſa : bant ; qui dictis Matutinis & candelis reac-
cenſis, intelleximus fuiſſe perpetrata : tunc
enim quilibet ſibi proximo vel proximæ
de injuria & contumelia conquerebantur ;
attamen etſi omnes tacuiſſent, fœtor ta-
men peſſimus opus immundum prodidiſſet.
Cum ergo Plebanus & Fratres in turbam tu-
multuantem exiſſent, viſu & obfactu rela-
tioneque & querimonia plurium rem factam
cognoverunt. Fuerunt autem qui dixerunt,
quod hæc defœdatio ideo eſt à Deo fieri
C permiſſa, & à diabolo adminiſtrata, quia
plurimi fuerunt qui Chriſtinæ detraxerant,
quaſi falſum eſſet & fictum quod ipſa fuiſ-
ſet per defœdationes afflicta : & dicebant,
quod nunc illæ perſonæ turpius fuerunt tra-
ctatæ, quæ illi plus derogaverant.

78 Dum ergo hæc fierent, accceſſi ego ad
Chriſtinam, quæ adhuc in loco orationis con-
quæ domum reducta, ſueto jacebat, & quæſivi ab eâ quid popu-
lus tumultuans haberet. Et illa reſpondit, Ig-
noro : audio tamen quod plures conqueruntur,
quod turpiter ſint maculati. Finito autem tu-
multu, ibant ſinguli ad ſua hoſpitia : ſed &
pater Chriſtinæ eam ad domum ſuam duxit,
quia per ſe ire non poterat præ debilitate,
quem & ego adjuvi uſque ad bivium, ut a-
liâ me ad domum Plebani declinarem. Fuit
autem Chriſtina totâ nocte illâ in quadam
extaſi, propter cordis occupationem circa
Chriſti Paſſionem, in tantum ut ſe alloquen-
tibus non attenderet reſpondere ; quia nihil
manet tota nocte in extaſi. aliud verba ſua ſonabant, quamvis pauca di-
ceret, niſi Chriſti Paſſionem. Hæc ab eis au-
divi Virginibus, quæ circa illam illâ nocte
vigilabant. Mane autem facto in die Paraſce-
ves, dixerunt Fratres Albrandinus & Mauri- D
tius, quod vellent redire Coloniam, & ro-
gaverunt Plebanum ut cum eis Chriſtinam
viſitaret : quod & fecit. Qui, quantum à
Plebano & etiam ab ipſis poſtmodum in-
tellexi, nihil aliud viderunt niſi Chriſtinam
in lecto jacentem, toto corpore trementem,
faciem peplo & lecti coopertorio velatam ha-
bentem ; & hoc viſo diſceſſerunt.

79 Frater autem Ioannes & ego circa ter- *Ipſam ſic inveniens poſtero mane Petrus,*
tiam ivimus ad Chriſtinam viſitandam, &
ſupradicto modo eam invenimus jacentem,
hoc addito, quod omnino facta fuit immo-
bilis & omnibus membris rigida, ut ſolent
eſſe corpora defunctorum, in quâ nullum ſi-
gnum vitæ potuimus perpendere. Quo audito
& conſiderato, ivimus ad eccleſiam ; & iis
qui ad Officium illius ſecundum morem per-
tinebant completis, poſt meridiem reverſi
fuimus cum Plebano, ad ea quæ circa Chri-
ſtinam gerebantur conſideranda. Et cum ca-
merulam intraſſemus, & Chriſtinam ſupra-
dicto modo reperiſſemus ; facta oratione à
nobis tribus, ut Deus nobis aliquid ex iis
oſtendere dignaretur, quæ circa Chriſtinam E
facta ſuſpicabamur ; dixi ad illos duos : Vo-
bis liberum eſt tempus, ſed ego receſſurus
ſum, & numquam ſpero me hac die reditu-
rum ad hunc locum vel perſonam, & ideo
multum doleo ſi conſolatione debeo defrau-
dari, quam ſperabam me hîc habiturum : *curat ejus plantas explorari ;*
credebam me de iis quæ audivi alio anno
nunc debere certificari. Et dixi Plebano,
audiente Fratre Ioanne : Optimè noſti, quia
nec curioſitas nec carnalitas nos movet ad
Puellam iſtam viſitandam & conſiderandam ;
ſed Chriſti caritas, & ut geſtorum ejus poſ-
ſit veritas delucidari, & omnis falſitas & du-
bietas propulſari : extende ergo manum tuam,
& tange plantam pedis ejus ad inſtantiam
meam. Fecit hoc valde timoranter, & manum
retraxit totam ſanguine perfuſam. Et ego
dixi : Vocemus unam puellam, quæ extre-
mitatem pedum detegat, ut videre poſſimus
quid iſta ſignificant. Illis conſentientibus,
vocavi Hillam de Monte, & rogavi eam ut
extremitatem pedum Chriſtinæ revelaret. F
Quæ licet ſe excuſaret, prece tamen & ra- *quarum uni impreſſa plaga deprehenditur,*
tione victa, cum magnâ reverentiâ & timore,
quod petii fecit. Et nos quatuor vidimus
quod ſcribo, in medio pedis dextri, in parte
ſuperiori & inferiori, vulnus erat latius ſter-
lingo aliquantulum ; de quo quatuor rivi ſan-
guinis, non ad pedicas, ſed per tranſverſum
pedis fluxerunt, in latitudine non modicâ
Quo viſo, quilibet noſtrum locum fletui ap-
tum quærebat, eo quod Chriſto paſſo com-
patiebatur, cujus expreſſa vulnera in Chri-
ſtinâ intuebamur.

80 Finito fletu ad domum Plebani ivimus ;
& facto prandio illi diei debito, parum ante
horam Completorii ad domum Chriſtinæ fu-
mus reverſi, & adhuc nullum vitæ ſenſibilis
in Chriſtinâ invenimus ſignum ; quia nec ſpi-
rabat, nec movebatur, ſed adhuc tota rigida
permanebat. Dixi ergo Plebano : Probemus
ſi aliquod ſignum ſimilitudinis paſſionis Chri-
ſti poſſimus in Chriſtinæ capite reperire.
Et ille dixit : Modum non video quo hoc
poſſit fieri : quia facies ſua ſimul cum capite
cum magnâ diligentia eſt cooperta : poſuerat
enim

A enim per modum crucis brachia ſuper pectus ſuum, & pugnum manus dextræ ad maxillam ſiniſtram, & ſiniſtrum pugnum ad maxillam dextram collocaverat modo cancellato, & inter digitos peplum ex parte ſuperiori ſtrinxerat, quibus caput & faciem velaverat ſatis diligenter & artificioſè. Ad inſtantiam tamen meam tentavit Plebanus circa aurem dextram caput diſcooperire, & quantum advertere potui, ibi nullum ſignum valuimus invenire. Cum autem anteriorem partem capitis diſcooperuiſſet, invenimus tres rivos quaſi de uno fonte ſanguinis defluere, quorum quilibet tenebat latitudinem duorum digitorum: ex quibus duo extremi tendebant ad ipſa [tempora]; medius medium iter adverſus naſum tenebat. Divinæ ergo præſentiæ, quæ ſe per ſigna tam evidentia prodiderat, honorem exhibentes, amplius divinum myſterium formidavimus perſcrutari.

& frons ſanguine fluens:

81 Poſt diem autem Paſchæ audivimus à Virginibus ſecretariis ſuis, quod veſtis ſua intima, corpori proxima, erat ſanguine perfuſa ad latitudinem palmæ humanæ, circa
B locum quo ſitum cordis attingebat. Sed & ſigna in manibus ejus evidentia intus & extra, ſterlingis latiora ſed rotunda, omnes qui comedimus & bibimus cum eâ, per totos octo dies diligenter contemplabamur: modicùm autem ante ſolis occaſum, cum ad ſe fuiſſet Chriſtina reverſa, quod modus attractionis ſpiritus indicabat, dixi ei: Quomodo habes? Reſpondit. Debilis ſum plurimum: noli mihi plura loqui, quia non valeo tibi reſpondere præ oris & palati amaritudine. Et diligenter conſideravi, quod hæc ipſa verba cum magno conamine formavit; & quamvis laboraverit, adeo tamen eâ ſubmiſſè protulit, quod vix poterant etiam aure appoſitâ percipi. Rediit autem ad ſe ſine ſingultatione, & ſine quibuſlibet verbis quæ à circumſedentibus poterant audiri. Nos autem eâ relictâ revertebamur ad eccleſiam, nec eam vidimus prius, quam circa Completorium in ſabbatho ſancto. Et cum ante lectum ſuum ſederem, & Frater Ioannes Confeſſiones audiret,
C lætitiam cordis Chriſtinæ magnam adverti, per ſigna evidentia tam verborum quam factorum vel geſtuum. Oratio enim & collatio inter nos de Dei dilectione & contemplatione percurrebat, cujus Chriſtina materiam abundantem miniſtrabat, & miniſtratam augumentabat.

deinde intelligit, etiam veſtem ad pectus cruentam eſſe repertam.

Ipſa ad ſe paulatim reverſa,

in Paſchate communicat.

81 Summo autem mane, in die ſancti Paſchæ, à patre ſuo in equo ad eccleſiam eſt deducta ſub habitu ſeculari: erat enim linteo exterius cooperta loco pallii, quia propter vulnera pedum non potuit ambulare, & ut quod contigerat omnino occultaret. Nam in priori anno fama percrebuerat quod ſibi acciderat: quod ex eo præcipue contigit, quia in domo propria communicavit. Hac ergo arte uſa eſt ne cognoſceretur, neque quod factum eſt circa eam divinitus divulgaretur Cum autem in primâ Miſſâ communicaſſet, immobilis in omnibus membris & rigida permanſit ultra meridiem; nec ad particularium ſenſatorum diſcretionem rediit ante Completorium: devotionis autem ſigna & exultationis plura vidimus in Chriſtinâ. Una autem dierum in ſeptimanâ Paſchæ, prædicante Fratre Wiperto, rapta eſt Chriſtina, D & illo die manſit ſupradicto modo inſenſibilis A. PETRO COÆVO EX MS. uſque ad Veſperas. In ſabbatho autem ante Dominicam in Albis, venit Frater Salomon Hungarus in Stumbele, meus familiariſſimus, iturus Pariſius ad ſtudendum. Et cum à me audiſſet quæ contigerant illis diebus circa *aſtu quodam videt etiam ipſe vulnera,* Chriſtinam; rogavit me, ut dicerem ei, qua ſubtilitate uti deberet, ut eam videre poſſet. Cui dixi: Noli eam ſuper hoc rogare, quia manus ſuas ſtatim abſconder: ſed potius aliquid reſuendum in veſtibus tuis require, & roga eam ut illud reficiat. Quæſivit ille, & rupturam in cappâ ſuâ invenit: quam cum illa reſueret, vidit Frater Salomon quod deſideravit, videlicet in medio utriuſque manus, intus & extra, ſigna de quibus ſupra feci mentionem. Hac ergo arte uſus pie eam circumvenit, ut ignorans ſecretum proderet, quod volebat eſſe occultum.

Dominica in Albis 13 Fratres ſimul

82 Circa Veſperas in Dominicâ in Albis Frater Hermannus Prior Colonienſis, & Frater Arnoldus de Sanctis Prior Argentinenſis, E tunc Definitor Capituli generalis, cum ſociis ſuis venerunt in Stumbele in viâ ad Capitulum *b* generale, quod in proximo feſto *c* pentecoſtes Pariſius erat celebrandum: quos Dominâ Abbatiſſâ de S. Cæciliâ *d* prævenerat cum ſuis domicellabus, ut eos colligeret: quod & factum eſt: eramuſque in domo ſuâ tredecim Fratres collecti & honeſtè recepti. In craſtino autem cum Frater Hermannus Prior Chriſtinam vidiſſet, quam numquam prius aſpexerat, hoc de eâ protulit teſtimonium: Hæc facies non eſt hominis ſuper terram converſantis. Et verò teſtimonium hoc verum erat. In facie illâ quidam nitor etiam corporaliter relucebat, cujus ſimilitudinem *Chriſtinam rapiam videnti.* numquam vidi in vultu alicujus mortalis, excepto uno. Cum Miſſam de beatâ Virgine celebrarem, & Prior Arnoldus prædicaret de Euangelio, *Stabat juxta Crucem Ieſu*, quod illo tempore ſolent de beatâ Virgine legere Seculares; rapta eſt Chriſtina, & uſque ad veſperam immobilis & inſenſibilis permanſit: quam plerique Fratres conſiderantes in devotionem ſunt accenſi. Facto autem prandio, F Fratres quidam Pariſius ibant, quidam Coloniam revertebantur, inter quos fuimus Frater Ioannes & ego: reliquimus autem Chriſtinam in ſuâ devotione permanentem.

Pariſios proficiſcens Petrus,

83 Facto intervallo quaſi quindecim dierum venit Coloniam Frater Nicolaus Henricus de provinciâ Daciæ tunc temporis Definitor Capituli generalis; & dixit mihi, Quod miſſus eſſem Pariſius ex parte provinciæ pro ſtudii exercitatione. Et quiâ eum ſequi tam ſubito non poteram, quiâ feſtinavit, aſſumpto Fratre Mauritio eum ſubſequebar. Et quia non longe erat à viâ divertimus in Stumbele, ut ibidem amicos noſtros ſalutaremus. Cum ergo ſequenti nocte ibi pernoctaſſemus, in craſtino facto prandio profecti ſumus, proſequente iter noſtrum domino Plebano, & Chriſtina, & pluribus aliis, uſque in Ingendorp: & ibi corporaliter à Chriſtinâ, dilectâ mihi in Domino, ſum ſeparatus, non abſque ſui cordis & mei intimo dolore ut litteræ intrâ poſitæ atteſtantur. *Chriſtina valedicit 14 Aprilis* Veni autem Pariſius ſextâ feriâ ante feſtum Pentecoſtes, anno Domini *e* MCCLXIX. Omnia *e*

Fr. Salomon, eodem accedens 30 Martii,

A nia autem quæ à principio usque huc po-
A. PETRO CÆVO ex MS. sitâ sunt à fine anni MCCLXVII, id est, à festo B. Thomæ Apostoli usque ad Dominicam tertiam post Pascha anni MCCLXIX, contigerant temporibus prænominatis : unde
f hic terminatur tractatus primus *f*.

ANNOTATA D. P.

a *Missa* Rorate *in Romano Missali, præscribitur sacrum Votivum de Diva, ab Adventu ad Nativitatem Domini ; & postea usque ad Purificationem, incipit* Missa, Vultum tuum; *exinde vero per reliquum annum, atque adeo etiam in Quadragesima, dicitur,* Salve sancta Parens.

b *Capitula Generalia celebrantur in Ordine Prædicatorum,* una vice ultra Montes altera vice citra alternatim de triennio in triennium, *ut habent Constitutiones Ordinis dist. 2 cap. 8. Generalissimâ vero Capitula de quibus agitur cap.* 10 non nisi quando major pars Provinciarum petierit vel Magistro cum media parte
B Provinciarum visum fuerit expedire.

c *Pentecoste anni hujus* 1260 *celebratum fuit* 12 *Maji.*

d *Ea cap.* 4 *nominabatur* Geva *uti & in Vita num.* 35. *Est autem* Abbatia S. Cæciliæ *Coloniæ eo loci, ubi prima Cathedralis fuerat, fundari cœpta ab Hildebaldo Episcopo, & an.* 888 *à Wiliberto absoluta. Curtim vero in Stumbele ut supra dictum est, habebat eadem Abbatia, cujus causâ frequens ibi erat Abbatissa.*

e *Supra numeros, hac ratione scriptos, scriptum erat, vel* LXXIX *& similiter infra* LXXVII, LXXIX : *& huic calculo conformiter suprà num.* 18, *ubi annus quo hæc scribebantur numeratur* undecimus *à tempore primæ Visitationis, istic in margine notatur* 1290 ; *qui novus est error, quasi calculus ab ultima non à prima visitatione sumendus foret. Prior autem & potior error evidenter redarguitur per calculos Paschales, secundum quos Pascha anni* 1278 *&* 1279 *celebratum fuit* 17 Aprilis *litt. Dom.* B, *&* 2 Aprilis, *litt. Dom.* A *quorum nihil convenit characteribus hic per decursum notatis.*

f *Sequentis tractatus hic erat titulus in Ms.* Incipiunt epistolæ ejusdem Fr. Petri, ad sæpissime prædictam carissimam sponsam Christi Christinam, & è converso ; & cetera, prout patebit per processum.
C

LIBER II.

Continens Acta usque ad Pascha anni MCCLXXII cum quodam priorum annorum supplemento.

CAPUT I.

Petrus Parisios appulsus, ternas de Virginis statu litteras accipit.

1 *Dicto de iis quæ oculis vidi & auribus audivi, tempore quo Coloniæ studui ; nunc illa subjicienda sunt, quæ scripto illorum intellexi, qui interfuerunt, dum ego Parisius morabar. Et ut lucidiùs illa intelligantur, necessarium visum* D *fuit mihi, ut ea quæ scripsi ego, vel saltem partem eorum huic interponerem narrationi ; ut ex iis intentio cordis mei intelligatur, & rei gestæ plenaria cognitio habeatur. Postquam ergo veni Parisius sexta à feriâ (ut dictum est) ante Pentecosten, cum Fratre Mauritio ; cum eodem, post festum Coloniam redeunte, talem rescripsi litteram a.* a

Parisios appulsus Petrus 10 *Maji,*

Carissimæ in Virginis filio Virgini Christi Christinæ, in visceribus caritatis in Spiritu sancto in æternum dilectæ, Frater Petrus sinceræ caritatis augmentum in Spiritu sancto. Cum certitudinaliter conjiciam in corde meo, quod vobis verbis exprimere non possum, & forte non decet, quod sentio ; ingens mihi est certamen, utrum omninò silere debeam, an aliquid dicere vel scribere insufficienter. Sed decrevi, postposità verecundiâ, & neglectâ insufficientiâ, aliquid vobis de statu meo significare. Cum mihi in memoriam venerunt dies præteriti, in quibus in domo Dei ambulabamus, non solum cum consensu spirituali, sed & cum consolatione multiplici (quia ut puto in conversatione religiosa proficiebamus ; quando interdum, licet rarò & modicè, E
ab ubertate domus Dei inebriabamur, & torrente voluptatis potabamur) quibusdam nunc tenebris, tædiis & angustiis involvor. Nec mirum : quia mutatio, subitò facta contra voluntatem de contrario in contrarium, tristitiæ plurimum ingerit & turbationis. Et licet hoc sit omnibus generale, mihi tamen nunc ut tormentum infligitur speciale : utique cui seu jussio humana, seu permissio divina, peccatis tamen meis exigentibus, tantum bonum cordis mei, dilectionis devotionem & consolationem, ad tempus subtraxit ; & exilium, tædium & laborem continuum subire injunxit.

scribit Christinæ, Epist. 1.

significans quantum senserit ab ea divelli;

2 O commutatio lacrymosa, tædiosa, laboriosa ; ubi pro cordis gaudio, voluntatis desiderio, mentis jubilo, conscientiæ solatio, dolor, labor & mœror immutantur. Nam hujus gravissimæ immutationis, vel potius desolationis, ut nunc datur intelligi, prænuntiæ fuerunt illæ piissimæ lacrymæ vestræ, commixtæ utique cum cordis mei gemitu, quas tam inconsolabiliter in meo recessu effudistis. Quas, utique præcordiis meis infixas medullitus, nulla unquam delebit oblivio : quin potius eas in conspectu Domini obtuli, & offeram ; frequenter & ferventer rogans & supplicans, quod vos, mei causâ tam graviter turbatam, sua velit dulcedine, omnem tollente amaritudinem, consolari ; & in sua consolatione delectatam conservare jugiter dignetur. Quare autem hæc & his similia vobis in meo recessu non revelavi, nec vos familiariter salutavi ; puto vos causam, quam sæpissime experta estis, non latere. Nam verecundia ex parte mei, & dolor (ut videtur) ex parte vestri, nec me loqui, nec vos (etiamsi dixissem) audire permiserunt. Ceterum hæc de præteritis ad præsens dicta sufficiant, ne me iterum vos de novo contingat perturbare, quam intendo consolari. In his ergo sit finis ; quod vobis sine fine, pro præteritis beneficiis & familiaritatis præcipuis indiciis, Dominus, secundum divitias bonitatis suæ, retribuere dignetur. Sed & ego ex intimis præcordiis animæ meæ, non quales teneor, sed quantulascumque possum gratiarum vobis refero actiones ; certissimè F

quantumq; ejus lacrymis sit compassus,

licet id tunc dissimulaverit.

vos

A vos certificans, quod qualis fui præſens, talis ero & abſens : & opto quod vobis poſſum eſſe fidelior & devotior.

3 Huic litteræ duas litteras reſpondentes accepi, in die Aſſumptionis beatæ Virginis, in hunc modum.

Cui reſpondens illa,

Epiſt. II. Dilecto Fratri Petro Daco, Pariſius exiſtenti Chriſtina filia ſua in Stumbele, ſuas in Domino orationes. Noveritis, quod de receſſu veſtro ultra quam credidiſſem fui perturbata : quia fidelitatem veſtram, licet non multum referrem vobis, multum conſideravi; & ſperabam, ſicut adhuc ſpero, vos me debere ſepelire. Quædam requiſiviſtis à me, quæ vobis non revelavi, unde poſteà dolui : & ſcio mihi bonum fuiſſe, illa & alia plura vobis recitaſſe. Scire etiam debetis, quod à feſto Ioannis Baptiſtæ non poſſum orare neque confiteri, quin dæmon ignito ferro comburat & puſtulas mihi faciat extra, in apparentia, foris & intus : & hoc credo durare debere uſque ad Aſſumptionem beatæ Mariæ Virginis. Et quoniam mihi fidelis fuiſtis in omnibus, quos mihi ad amicitiam requirere potuiſtis; rogo precum mearum inſtantiâ, quod vos mihi acquirere plures velitis amicos, pro me intercedentes. Duo Corporalia miſiſſem vobis per latorem præſentium, ſi voluiſſet deferre. Et quidquid volueritis mihi demandetis, quæ omnia parata ſum facere. Valete cariſſime. Salutat Dominus Plebanus vos, & intercedite pro patre meo, ſicut vobis commiſi. Et ſcire debetis, quod non eſt homo quem libentius viderem. Unde, ſi vobis placuerit, me videatis, quando poteſtis. [Altera epiſtola erat Fr. Gerardi ſic ſcribentis.]

ſignificat quod dæmon ſibi à 24 Junii ferro ignito infeſtus fuerit.

B

Epiſt. III.

Scribit etiam Confeſſarius Virginis,

4 Dilecto ſibi in Chriſto Fratri, Petro Gothenſi, ſtudenti Pariſius, Frater Gerardus de Grifone quidquid honoris & felicitatis poterit exoptari. Noverit, Cariſſime veſtra mihi cara fraternitas, quod dilecta veſtra Chriſtina, poſt receſſum veſtrum, uſque circa Octavas ſanctæ Trinitatis, competenter valuit; &, ſecundum curſum ſtatus ſui, in ſatis tolerabili tranquillitate carnis [& ſpiritus requievit. Poſt Octavam vero Trinitatis febres habuit tertianas, quæ tenuerunt eam fere tribus ſeptimanis, & valde graviter afflixerunt. Quibus aſcendentibus, ille nequiſſimus & antiquus omnium malorum inventor acceſſit : qui eam, ſicut ei videtur, ſuper omnes pœnas præteritas crudelius nunc moleſtat. Semper enim quando vult orare, vel quidquam boni meditari, vel ſuas negligentias confiteri, apparet ei in horrore intolerabili; & lanceis & cultellis eam perforare nititur & minatur, & hæc jam verſa eſt in tædium omnis boni. Accidit quoque nuper, cum ſederet ante recluſorium *b* cum multis perſonis aliis, & aliquid orare vel meditari conaretur; venit diabolus, & ſenſibiliter ei lanceam infixit in ore : ita quod continuo, videntibus cunctis qui aderant, in magnâ quantitate evomuit ſanguinem, quaſi de recenti vulnere manantem. Inſuper & quod ſibi gravius reputat omni malo, videtur ei quaſi omnino eam dereliquerit Deus : quia jam aliquoties conſuetas dulcedines in Communione non ſenſit. Unde, quod ex iſtis graviter tribulatur, rogo vos quatenus oretis pro eâ diligenter : quod tamen facietis, ſicut credo.

eam à 27 Maji laboraſſe tertianis,

C

b

& lanceis à dæmone vulneratam fuiſſe.

5 His duabus litteris conjuncta erat littera tertia [ſimilis] quoad materiam, quia omnes agunt de tribulationibus, quas Chriſtina ſuſtinuit à feſto Joannis Baptiſtæ uſque ad Aſſumptionem Virginis glorioſæ : quam accepi in Vigiliâ *c* B. Franciſci ejuſdem anni. Tenor autem ejus erat talis.

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

c

Epiſt. IV. Dilectiſſimo ac præcordialiſſimo in Chriſto Ieſu Fratri Petro Daco, de Ordine Prædicatorum, Pariſius exiſtenti, Chriſtina filia ſua de Stumbele, totum ſuum affectum & ſuarum precum effectum, etiam poſſe proprium. Cum quadam vice ex tenore litterarum veſtrarum cognoſcerem, qualiter ſpecialiter ad me habetis affectum (nec oporteret mirari, ſi hoc vel ſaltem ore, vel manu vel pennâ deberetis producere in effectum, quod coram oculis Domini intus in cordis lateret affectu) ſcire debetis quod non miror, ſed omnino idem eſt ad vos mihi coram Deo affectus in abſentiâ, quem unquam in veſtri præſentia fui experta : quia raro eſt cum veſtri memor ſum in concione, quin oculi mei deducant fontem lacrymarum, recordans veſtræ fidelitatis & in Chriſto dilectionis. Litteras veſtras cum audirem *d* legere, non potui ſuſtinere ſine lacrymis; tum propter hoc, quia cognovi commendationis verba ad me non pertinere; tum propter hoc, quia veſtram fidelitatem in illis cognoſcens, ad plenum mirabiliter fui conſolata. Cum etiam Frater Mauritius ad me veniret, totâ die fui contriſtata, pro eo quod ipſe fuiſſet vobiſcum in receſſu veſtro; & quia repente receſſiſtis, & non potui præ magnâ triſtitiâ vobis loqui ſicut deſideravi. Et cum Fratres de terrâ veſtrâ veniunt, deſolor pro eo, quod longe à me in exilio permanetis, quia etiam de verbis veſtris ſpecialem ſæpius habui conſolationem : & quando loquebamini de Dilecto, vidi vos accenſum in tantum, quod reſolvebar in jucunditatem cordis mei, & in quamdam hilaritatem exteriorem, & prorupi in quædam verba : quam jucunditatem & quę verba coram nullo hominum potuiſſem exhibuiſſe, niſi coram vobis, quia vos novi meam intelligere intentionem.

Dictat illa etiam alteram epiſtolam,

ſignificans quod Petri litteras non audiat legi ſine lacrymis,

E

d

quamque doleat de ejus abſentia

neminem habens cui ſic fidat ut illi.

6 Propter quod contriſtata ſum, quia poſt receſſum veſtrum nullus eſt, coram quo poſſim vel audeam ita facere : cum omnes timeam, & non ſit mihi cum eis ſicut vobiſcum. Cum aliquando eſſem tribulata, & vos mihi familiarius [ſolatium] exhibuiſtis & ego vobis [moleſtiam exhibui;] ſcire debetis quod tunc non propter vos ita inceſſi, ſed propter alia in corde meo exiſtentia. Quare rogo ne hoc velitis in [malum] vertere, quod ego me talem vobis exhibui. Verumtamen licet hoc rogem, tamen ſemper confido de vobis, quia nullus eſt quem in meis tribulationibus libentius haberem, quia ſemper paratus fuiſtis cum tribularer ad me venire : propter quod contriſtata ſum, quia poſt veſtrum receſſum plura paſſa ſum & in corpore & in corde : quæ omnia libentius vobis ore quam litterâ referrem. Octo diebus ante feſtum Joannis Baptiſtæ uſque ad Aſſumptionem beatæ Mariæ Virginis, continue fui in tribulatione. Statim poſt Communionem alterâ die ad Completorium territa fui candenti ferro; & cum confiterer; ita quod oblivioni tradidi quæcumque dicere debui.

F

Deinde declarat quomodo à 17 Junii ad 15 Auguſti tribulata,

e

Hic Chriſtinæ contextum interrumpens Petrus,

A *dicit quod tentationis e* (Hujus expoſitionem
A. PETRO à Confeſſore ſuo quæſivit, & talem audivit.
COÆVO Omni tempore quando rapta fuit poſt Com-
EX MS. munionem, libera illâ die quâ communicavit,
per quindenam viderit dæmonem, minantem ferrum candens, & ſequenti uſque ad Completorium fuit, quocumque genere tentationis vel tribulationis eam [dæmon] præſumpſit moleſtare. *Hactenus Petrus: Chriſtinæ autem epiſtola ſic porro continuatur.* Aliquando cum proponerem communicare, in tantâ fui pœnâ, ex horrore & ex viſione dæmonis illâ nocte, quod putabam me ſanguineas ſudare guttas. Illud duravit per quindenam. Poſteà non delectabar audire Miſſam, nec verbum Dei; nec loqui de Deo, nec orare ullo modo potui ſine terrore ferri igniti. Statim corpore Domini ſuſcepto, cum irem ad locum conſuetum, cor meum omnino manſit inconſolatum; unde mihi ſupra modum tribulatio fuit, & hoc in omni meâ Communione uſque ad dictum feſtum.

B 7 Tandem combuſta ſum extra in ore viſibiliter ita quod videbantur mihi puſtulæ al-
quo deinde fuerit uſtulata per ſingula membra ſucceſſive; bæ circa mentum: & toto illo tempore numquam fui rapta. Illâ combuſtione per aliquod tempus durante, & tandem ſanata, aliâ quadam nocte combuſtæ ſunt mihi aures. Illâ ceſſante, combuſti ſunt oculi & frons: & hoc adeo miſerabiliter, quod in oculis amicorum meorum videbatur miſerabile, cum oculi eſſent ex læſione turgidi, & puſtulæ magnæ deſuper. Et poſteà naſus in plateâ, Fratre Wilhelmo Bonentant & Fratre Godefrido Werde præſentibus. Et cum iſta fuiſſet pœna [magna] in corpore, nihilominus majorem habui in corde per tentationem: conſuluit enim mihi dæmon quod negarem Deum meum, & quod eſſem ſicuti reliqui homines. Et cum perpenderem me eſſe in afflictione cordis & corporis, & omnino carerem divinâ conſolatione, ità fui deſolata, quod aliquando videbatur mihi quod quaſi à Deo meo eſſem omnibus modis derelicta, ita etiam quod nuſquam potui me continere, ſicut aliquando
& ad negandum Deum ſolicitata, etiam vidiſtis. Aliquando, cum orare deberem vel confiteri, videbatur mihi quod totum corpus meum combureretur, & liber
C quem manu tenui, & ipſe Dominus meus Plebanus cui confitebar. Tandem, cum ſoror mea Gertrudis dormiret mecum in lecto, unâ nocte combuſta eſt illa in naſo, unde ſequentibus noctibus à me receſſit. Ultimâ nocte, à primo galli cantu uſque mane, parum ante diem, fui in miſerabili bello. Venit dæmon, & ferens ferrum ignitum perforavit mihi aures: & cum teneret ferrum in auribus, clamavit, utrum adhuc vellem negare Deum meum; vel ipſe vellet me ſtatim occidere, cum haberet poteſtatem hoc facere. *Hic iterum interloquens Petrus,* (Ejus *inquit*, expoſitionem talem audivi ab iis qui vulnera
ac denique totam faciem combuſta; viderunt. Ferrum longum erat, quod diabolus non auribus tantum infixit, ſed per tranſverſum ab aure in aurem caput transfixit.) *Hinc porro Chriſtina*, Reſpondi, *inquit*, quia fruſtra laboraret, quia parata eſſem mille mortibus propter Chriſtum ſubjacere. Hoc dicto venit ignis quaſi ex fornace, & combuſſit totam meam faciem, unde jacui quaſi neſciens ubi eſſem per totam noctem: & caput combuſſit circumquaque, & in gutture [fecit] puſtulas. Et cum ſic jacerem, & cum D
venirem ad meipſam, ita fuit mihi quod voluiſſem iterato talia ſuſtinuiſſe, & pœna cordis & corporis à me penitus fuit avulſa.

8 Ipsâ nocte apparuerunt mihi quatuor *donec 4 dæmones victos ſe faſſi, receſſerunt,* dæmones, ſtantes quaſi coacti eſſent ad apparitionem: & unuſquiſque dæmon nomen ſuum ibi dixit, (quæ nomina exponebant quatuor pœnas illo tempore mihi illatas) & fatebantur, licet inviti, quod Altiſſimus dedit eis poteſtatem hoc facere, & multum Deum magnificabant, & quod ipſi erant propter hoc majorem pœnam conſecuturi. Tandem imperterrita dixi: Conjuro vos per virtutem Paſſionis Chriſti, quare ſic me combuſſiſtis? Qui reſponderunt; Apparenter quod Deus vellet purgare ſenſus meos ad feſtum. Et cum inciperent me commendare, repoſui me ad orationem: [illi autem] inceperunt quaſi flere; & cum rugitu magno, quaſi tectum ſecum deferrent, receſſerunt. Sequenti die apparuit facies mea combuſta omnino; maxillæ, oculi, naſus,
E frons & puſtulæ erant magnæ; ita quod omnibus viſa fui quaſi non haberem faciem, ſed apparerem quaſi leproſa & percuſſa à Deo. *Addit autem Petrus:* (Dixit mihi Dominus Joannes Plebanus, quod facies ſua adeo turpiter erat læſa, quod eam nullo modo cognoviſſet, niſi per alias conditiones quaſdam ſanaretur). *Tum Chriſtina, cæptam narrationem proſequens:* Et ante habui, *inquit*,) afflictiones multas in facie, & adhuc apparent ſtigmata.

9 Poſt hæc omnia apparuit mihi dæmon duabus vicibus, in ſpecie *f* Beggardi. Requiſivi quid intenderet, quare me perſequeretur. Reſpondit dicens: Propter hoc perſequor te, ut poſſim te provocare ad iram vel alia peccata. Tu autem ſtatim elevas manus ad Deum, & petis remiſſionem peccatorum; ipſe autem miſericors indulget tibi, & ſic in vanum laboro. Quartâ feriâ poſt exaltationem ſanctæ Crucis, cum ego proponerem ſequenti die communicare, de ſero venit ipſe in ſpecie Fratris mei Coloniæ manentis, in ſuo
g Wambaſio, candela ardente, ſuper cathedram juxta lectum meum apparens, multum vulneratus & plenus ſanguine; & dixit mihi: Ne terrearis, ſoror mea cariſſima: ecce cum
F deberem huc venire, ſicut conſuevi, aliquo *ipſique deinde vulneratæ abſtulerit librum.* tempore venerunt inimici & vulneraverunt me: juva rogo ligare me vulnera mea, & celes ne mater mea intelligat. Reſpondi, corruens in terram, & intelligens quia ipſe eſt, dicens: O cruenta beſtia, quid me perſequeris? Qui dixit: Video in te eſſe aliud conſilium: vulnera hæc tu mihi feciſti: & ſic diſparuit. Nuper contigit mihi, cum jacerem in eccleſiâ, fracta eſt pars januæ, & vulnerata fui, & inſuper perdidi pepla mea, & liber meus ablatus eſt & perditus, quem vos mihi ſatis pulchrum feciſtis. (Et, iſte eſt liber *inquit Petrus*, quem diabolus prius abſtulit, & in die Pentecoſtes retulit, ut ſupra dictum eſt viſitatione tertiâ * & ſextâ; * num. 3. & 43. quem poſteà feci extra cum aureis floribus ornari & cum argenteis tenaculis & pulchris tecturis & regiſtris.) Poſteà per octo dies, propter dolorem vulneris, ire non potui: & timeo ſemper habere dolorem propter hoc

f *Item quod bis ſibi apparuerit dæmon ſpecie Beggardi,*

g

A 10 Hæc omnia vobis ſcripſi, ut multum regratiemini Deo ſuper omnibus ſuis beneficiis, qui ſemper mihi in tribulatione ſuccurrit, & bonum finem mihi ſemper in ipſa facit. Scire debetis quod neminem ſcio, quem libentius vellem ſcire de his & de omnibus mihi contingentibus: quia videtur mihi, quod multum profit mihi cum vos ſcitis. Valete, mille bene-valete habete. Salutant vos multum Plebanus, mater mea & pater, de quorum debitis aliquantulum ſum tribulata; unde rogetis pro eis Dominum. Salutant vos ſoror mea Hilla, & Hilla de Monte, & Hilla neptis mea, & Aleidis cæca, & Engilradis ſua neptis. Clenodia vobis mitto per latorem præſentium. Pileum *h* quem perſonaliter portetis, & *i* campanam: [cui] inſunt herbæ ſpecies, quas comedetis. Scire debetis, ſi aliqua haberem clenodia quæ vos deſideraretis, vobis libenter tranſmiſiſſem. Hilla de monte mittit vobis peplum *k* ſuum. Rogo vos per amorem Dei, ſi aliquid à me habere vultis, mihi B demandetis. Multum crucior ſuper hoc, quod neſcio quamdiu ibi ſtare debetis, & numquam niſi cum tormento cordis. De ſtatu veſtro ſolicitor quomodo valeatis, & hoc libenter ſcirem: & hoc mihi quantocius demandetis. Rogo etiam vos per amorem Dei mei, ut, ſi recedatis de hoc ſeculo, quod ſi poteſtis me diu poſt vos in exilio non permittatis. Iterum dico valete. Sitis mihi fidelis ad omnes amicos. Salutant vos Recluſæ multum: oretis pro eis, quia mihi benefaciunt. Oretis pro Fratre Gerardo de Grifone, quia multum infirmatur, & timemus de morte ſua: ipſe enim mihi multum eſt fidelis.

Salutat Petrum ex parte ſuorum;

h i eique munuſcula quædam tranſmittit.

ANNOTATA D.P.

a *Quamquam Italico ſive Currenti, ut appellant charactere, in hoc & ſequenti libro cæperim & porro intenderim exprimere verba* Petri, *contextus Epiſtolarum, unde libri integrantur, connectentis inter ſe vel interpolantis, causâ explicationis diſtinctioris: mutato tamen mox conſilio ipſa quoque Romano charactere reddi juſſi; eo quod animadverterem hiulcum nimis terrere ſenſum, quando à perſona ſcribentis epiſtolam tranſitur ad verba eam interpollantis abſque ullo talis tranſitionis indicio: ſolumque ea curſivo charactere expreſſi quæ ipſemet interponere debui ad ejuſmodi tranſitionem explicandam.*

C

b Recluſorium *hoc eccleſiæ ipſi conjunctum infra num.* 10 *intelligitur*, Recluſas *habuiſſe & num.* 19 *earum una dicitur fuiſſe* Begina: *ſed lib.* 4 *num.* 42 *indicatur, quod anno* 1282 *ibi ſtetit* Recluſus, *qui num.* 72 *appellatur* Ioannes.

c *Id eſt* 3 *Octobris, diebus poſt Aſſumptionem* 48.

d *Hinc conſequi videtur, quod Virgo non ultra fuerit perita legendi, quam ſufficeret ad uſum Pſalterii vel Diurnalis, patrio charactere elegantius exarati: non item ad alios quoſcumque uſuales characteres, qualibus in familiari ſcriptione varii variis utuntur, & ſæpe valde imperfectis, ut difficilius legi poſſint, præſertim à modice verſatis in grammatica, ut ferme ſunt feminæ. S. Si Latinæ linguæ etiam ignara Chriſtina fuit, non ſolum lectore, ſed etiam interprete opus habuiſſet: quod cum nuſquam indicetur, in hoc noſtra fundatur conjectura de ſcientia iſtius linguæ, acquiſita* Chriſtinæ *per hominem vel per Deum, qualem* 22 *Maji vidimus in B. Humilitate Abbatiſſa. Nec obeſt quod infra num.* 56 *ipſa dicat delectari ſe* expoſitione *litterarum Petri audienda; quodque Fr. Laurentius lib.* 3 *n.* 3 *juſſum ſe dicat epiſtolam Petri* perſonaliter *Chriſtinæ* exponere: *hoc enim potuit neceſſarium fuiſſe, vel ſaltem utile, propter phraſim ſublimiorem, aut argumenti ſupra vulgi captum elevati ſpecialem rationem.*

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

e *Quæ Parentheſi ( ) incluſa poſt hac videbis, ipſius Petri interpolamenta ſunt.*

f Beggardi *in Belgio dicuntur Religioſi Tertiarii S. Franciſci.*

g Wambaſium, *vox Teutonica ſignificat* thoracem *cingulo tenus abſque toga vel pallio.*

h Pileolum *intelligo, qualis ſub cappa vel galero paſſim geſtatur, etiam à Religioſis;* ſecundæ intentionis *appellant aliqui, eoque verticem tectum retinent, etiam alii alias condetecto capite adſtare convenit, puta in eccleſia vel apud magnates.*

i Campanæ *nomine hic videtur intelligi vaſculum campanæ formam habens; non autem muliebre illud peplum quod à ſimili forma vulgo* Klockam *vocant, caput & humeros uſque ad ſingulum obtegens; & in hoc diverſum ab* Huka *quæ uſque ad talos defluit.*

E

k *Quæres cui uſui? Reſpondeo, ad conficienda ſudaria tergendo vultui, vel etiam corporalia ſacra: intelligo enim amplum illud lineum velum, quo per æſtatem loco pallii utuntur Beginæ, totumque corpus operiunt.*

CAPUT II.

Reſponſum Petri ad priores Chriſtinæ: & hujus aliæ ad eumdem, de geſtis circa ſe, uſque ad initium anni MCCLXX.

11 AD duo verbâ, in littera præmiſſa poſita, videlicet quod ſibi ſic non eſſet mecum ſicut cum aliis hominibus, & de abſentatione ſui dilecti ſic per duas litteras reſpondi. F

Epiſt. v

Quantum ad primum ſic.

Cariſſimæ in viſceribus caritatis Chriſti, Sorori Chriſtinæ, præcipuo amori digniſſimæ, non in Stumbele & in præſenti tempore, ſed in loco & in diebus æternitatis, Frater Petrus, utinam ſic intentione ut nomine notus; Salutem, & præter divinum amorem alienum non ſolum non ſuſcipere, ſed nec ſentire quidem. Cariſſima, non miremini quod huic forte inuſitatæ ſalutationi inuſitatam propoſui optationem, qua peto ut ſic meam penetretis intentionem, ut nomen. Quod utique ſic volo vos intelligere, quod licet vos aliquando viderim, aliquando vos viſitaverim; numquam tamen intendi quod affectionem veſtram circa me occuparem, vel ſaltem ad me inclinarem: quin potius, quantum ſcivi, laboravi verbis, oſtendi ſignis, ut in Chriſti tota ferremini affectum, transferremini amplexum; quem toties, non ſolum non formidando, ſed & jubilando Sponſum nominatis; ipſoque intimo gaudio, non ſolum

Reſpondet Petrus.

quod numquam intenderit ejus affectum ad ſe inclinare;

A lum nomen, ſed & ipſam rem vobis vendi-
A. PETRO COÆVO EX MS. catis. Quomodo enim ſolum nomen tantum cauſaret gaudium, in tantum reſolveret tripudium, tantum faceret aliorum faſtidium,
ſed firmiter defigere in ſponſum, tantum obtineret non ſolum exteriorum ſed & interiorum triumphum; ut oculus vigilans nil aliud videat, auris nihil aliud audiat, & generaliter nullus ſenſus aliud ſentiat? Probatum eſt apud Philoſophos, & approbatum apud Theologos, quod non poteſt ſenſus non ſentire præſens ſuum ſenſibile, ſed nec poteſt in proprio objecto errando diſſentire, niſi forte potentiæ ſuperiores in tantum in ſuis actibus intendantur, ut inferiores à ſuis judiciis abſtrahantur. Sed hoc ſolum volo, ut frequenter cogitetis, intime ametis, ferventer deſideretis, quidquid illud ſit quod eſt tam victorioſum, ut naturalia triumphet; tam intimum, ut omnes ſenſus exteriores in interiora introducat; tam jucundum, ut ſuiipſius oblivioſum vel potius omnino inſenſibilem faciat; tam gaudioſum, ut ſe in ſe continere non valeat,
ſuper omnia amabilem; quin verbis & geſtibus prodat invitus, quod vult omnibus eſſe occultum: quod utique gaudium non ſolum vos lætificavit, cui ſe non ſolum exhibebat, ſed & medullitus infundebat, imo & quam implebat, & inebriabat, & eructare faciebat; ſed & me quoque, indignum & in longinqua regione diſſimilitudinis poſitum, non modice, non ſemel ſed multoties, lætificabat. Quomodo enim non lætificarer in bono ejus, quam ſicut me diligebam? cujus bonum tantum ſicut meum fovebam? cui bonum utique non aliud quam mihi neque minus cupiebam? Vos utique eſtis in Deo & poſt Deum principium & finis lætitiæ meæ, & præcipuæ ſpiritus mei primitiæ.

12 Sed &, ſi non ſic fuerit uſque in finem, obliviſcatur mei dextra mea. Dicit
in quo ſolo ipſam viciſſim amare velit, quidam quod amicus ſponſi gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Et quid quæſo faceret ſi ipſius quoque ſponſæ interdum vocem audiret, de qua dicitur, Vox tua dulcis & facies tua decora; ſponſus enim & ſponſa dicunt, Veni. Qui, inquam, audiret, numquam non gauderet. Audeo dicere, non
C ſolum gauderet, ſed & jubilaret, ſed & verbum bonum eructaret, quia & qui audit dicat Veni: maxime certe ſi ei daretur interdum prævento dilectione, imbuto devotione, induto cognitione, talibus nuptiis intereſſe, thalamum cum obſequio & reverentia introire, epithalamium intente & devote audire. O Deus, Deus meus! quid tunc erit, imo quid tunc non erit, cum Deus omnia in omnibus erit? quando mutuo ſibi occurrent ſponſus & ſponſa; & ſponſus quidem, de obtentis optatis nuptiis exhilaratus, propter tantum feſtum præcipuis ornamentis decoratus, pro tam deſiderabili conjunctione in diſtributione donorum magnificatus, multitudine miniſtrorum honorificatus: cui ſponſa occurrit ab omni peccati macula purificata, omni virtute decorata, omni gratia gratificata, omni virtutum exercitio ditata, præcipua familiaritate
ut eidem intime junctam & caram: privilegiata, ſponſi ſanguine qualibet purpura pretioſiore & ſpecioſiore ornata, ſecretorum cognitione illuminata, ſponſi convictu & conſeſſu ſublimata. Quam mirificus occurſus, quam floridus aſpectus, quam jucundus affatus, quam devotus & mundus affectus, quam delectabilis convictus, quam familiare colloquium, quam delicioſum convivium, quam intimum oſculum! utique non forinſecus oblatum, ſed in præcordiis celebratum; non labiis expreſſum, ſed medullis cordis impreſſum; non os ori tantum conjungens, ſed Chriſto Chriſtinam uniens, ſed unum ſpiritum cum eo efficiens; non Chriſtum ad infima dejiciens, ſed Chriſtinam quod in Chriſto eſt ſentire faciens. D

13 Ipſe enim ſe cordi imprimit per dulcorem, intellectui ſe infundit per ſplendorem, in membris inſignia ſua oſtendit per ſtigmatum decorem: in verbis auditur, in factis percipitur, in moribus præſens eſſe
unde eam felicem prædicat, cernitur: efficacia autem præſentiæ ſuæ ex hoc percipitur, quia ipſe vulnera ſanat, dolores mitigat, timores propulſat, fugat tentationes, ſedat [afflictiones]; inimici rugientis fævitiam ſuperat, ſuperbiam ſubjugat, malitiam punit & damnat; oblivionem malorum toleratorum generat, audaciam tolerandi donat, inuſitata gaudia inſpirat, dulcedinem præſentiæ ſuæ ei communicat, ſecreta ſua ei manifeſtat; inter brachia ſua eam collocat, & in ſinu ſuo recreat, quando in abſcondito faciei ſuæ à conturbatione hominum eam occultat. Ibi legitur & intelligitur, Deus caritas eſt, & qui manet in caritate in Deo manet, & Deus in eo. Quis poterit æſtimari dulcior inhabitator quam ipſe Deus, qui ex eo quod eſt dulcis hoſpes animæ commendatur? Quæ vero poterit dulcior habitatio inveniri, quam idem ipſe Deus quia ei & de eo dicitur ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te? Manenti ergo in caritate Deus ſeipſum hoſpitium exhibet, & in eo vice verſa re-
quæ in eo bona omnia poſſideat; quirit domicilium. O felix familiaritas! ô dulcis vicinitas! ubi Deus recipit & recipitur. Felix hoſpes recipiens & receptus: & ut ſumma notetur familiaritas, uterque dicitur recipiens & uterque receptus; Deus ſcilicet & ejus amicus, quia uterque amat & amatur. Eſt autem amor divinus extaſim faciens, ut dicit D. Dionyſius, non *a* ſinens ſui eſſe, ſed amatorum. Quid quæſo *a* negare poterit Deus habitanti in ſe, & ſibi hoſpitium præparanti in ſe? cui utique ſeipſum donavit, quomodo non omnia ſecum donabit? numquid aliquid aliud a ſe pretioſius ſe æſtimabit, ut ſe det, & illud retineat? Abſit. Quin potius venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, dicit ille præcipuus amator, qui præmiſerat; Hanc amavi & exquiſivi à juventute mea, & amator factus ſum formæ illius; quæſivi eam mihi ſponſam aſſumere. E F

14 Cariſſima Chriſtina, Chriſti ſponſa, liceat mihi tecum parumper confabulari. Dicatis mihi quæſo, ubi manetis quando nec
quæq; præ eo deſpiciat omnia; voſmetipſam ſentitis? Puto quod neſciatis, an in corpore, an extra corpus: imo quod plus eſt, ſcio quod neſcitis, an in mundo an extra mundum. O dulciſſima, cui mundus anguſtus eſt, & immundus ad habitandum, ubi te quæram, & ubi te inveniam? Cui anguſta eſt omnis creaturæ lati-

tudo

A tudo, despecta quasi sub pedibus jacens ; omnis creata altitudo brevis cernitur & transitoria. Quantacumque ejus longitudo despectabilis æstimatur, omnis ejus pulcritudo amara sentitur, & fallax ejus dulcedo. Si in his non invenitis ubi requiescat pes affectus vestri, quin ab iis omnibus & super hæc mente excedatis; indicate mihi ubi in meridie cubetis & pascatis. O carissima; cum illo tempore nesciatis an sitis in corpore vel extra corpus ; certus tamen sum quod scitis, an sitis in Deo vel extra Deum. Numquid ergo, Carissima, magis est anima vestra conjuncta Deo tempore illo, quam corpori proprio, ut in illo se esse sciat & in corpore esse nesciat ? Utique. Unde hoc quidam dicit; Illius anima verius est ubi amat ; quam ubi animat. Unde secundum Dionysium, magnus Paulus extasim passus dicit : Vivo ego, jam non ego, vivit vero
B in me Christus. Carissima, quando Christum scitis & vos ipsam nescitis, audire vellem an vos vivatis vel Christus vivat in vobis. Sed, ut mihi videtur, vivitis quidem, sed non vos, sed Christus in vobis : quia non vivitis humano, sed Christi modo : imo non vestra vita, sed Christi vita : & hæc est vita vitarum, vita vitalis omnium vitarum melior ; in tantum dulcis, ut vita naturalis non sentiatur ; in tantum efficax, ut omnis sensus ab actu suo ejus prædominantiâ rapiatur ; in tantum secura, ut tunc temporis nihil timeatur ; in tantum stabilis, ut longitudo vel brevitas ejus non discernatur : vita enim illic fixa est & permanens in secula seculorum, & est melior vita secundum sapientem.

& in eo, non in se-ipsa vivat,

15 In Deo ergo, Carissima, tempore illo manetis, quando non solum alias creaturas, sed & vos ipsam negligitis, relinquitis, & superexceditis: sed & ipse in vobis manet, cum suæ præsentiæ tam evidentia signa, tam mirifica insignia in vobis relinquit. Vide, dictum est à quibusdam, si tunica filii tui sit, an non ? Sed & ipse Dominus dicit ; Cujus est hæc imago & suprascriptio, & dicentibus, Cæsaris, Dominus judicium protulit ; Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari ; & quæ sunt Dei, Deo.

sicut Sponsus in ipsa:

C Carissima, numisma video, subscriptionem lego & relego ; sed præ admiratione stupeo, præ multiplicitate figurarum perlegere non sustineo, præ sublimitate & subtilitate intelligere non valeo, præ continentiæ veritate dubitare non præsumo. Tunicam video, imaginem aspicio, & subscriptionem lego ; dum non picta stigmata, sed sanguine fluentia vulnera considero, proportionatis locis sita, sed & numero congrua. Sed de iis altior consideratio. Gloriatur autem quidam dicens : Stigmata Domini in corpore meo porto. Et hanc credo esse vestem nuptialem, quam qui corde, fide, & dilectione portare neglexerit, de nuptiis absque dubio in exteriores tenebras ejicietur. Fateor quod de tali habitu non possum gloriari, sequor tamen si quo modo apprehendam : & opto, ut saltem post præsentem miseriam, Dominus me in thalamum suum introducere dignetur, & æternalibus nuptiis interesse concedat, cui jam spiritualium nuptiarum

cujus in ea imaginem agnoscens & vulnera,

qualemcumque in aliis ostendit prælibationem, & hoc extremam quamdam contulit participationem. Confiteor enim quod, quamvis Sponsi non meruerim verba audire, quibus intrinsecus loquitur pacem in plebem suam, & super Sanctos suos, & in eos qui convertuntur ad cor, intra quorum numerum non audeo me computare ; ex verbis tamen vel responsis Sponsæ quæ pluries audivi, dicta ejus vel promissa conjeci. Sed inter hæc quis quæso fuit cordis mei affectus? Vere stupebam præ admiratione, gaudebam præ consolatione, ardebam præ dilectione, magnificabam Deum pro tot mirabilium & supernaturalium ostensione, tot familiaritatum exhibitione, tot charismatum infusione : & hoc utique accepi & acceptavi pro clenodiis nuptialibus, xeniis & vestibus.

D A. PETRO COÆVO EXMS.

optat ejusdem sortis utcunque particeps fieri :

15 Hæc igitur fuit mea intentio cum vos visitavi, vel congaudere vobis Sponso præsente & nuptias celebrante, vel saltem in
E ejus absentia de tam delectabilis præsentiæ carentia vos qualitercumque consolari. Nam licet per experientiam non novi, per Scripturam tamen cognovi, quam amarum sit & acerbum talibus deliciis frustrari, talibus consolationibus defraudari, ei qui semel talia degustavit. Salva igitur in omnibus sit mea intentio, ut vestra totaliter & integraliter circa vobis dilectum specialiter & singulariter occupetur affectio, & in eum congregetur, uniatur, & perficiatur : oratio autem vestra & compassio subveniat indigentibus, veniam impetret delinquentibus, & vehiculum fiat proficientibus. Consulo igitur & sinceriſſime exhortor, ut summo studio, ingenti desiderio, & continuo exercitio laboretis, ut talis esse mereamini ut vita vestra vobis sit in meritum, amicis vestris in solatium, omnibus in exemplum, Angelis & hominibus in spectaculum, Deo in laudis præconium ; mors autem vestra sit in laborum & dolorum terminum, omnium tentationum triumphum, & æternæ gloriæ introitum. Quod si fuerit completum, impletum erit desiderium meum præcipuum cordisque mei gaudium, & ex hoc spero quod inchoabitur mihi æternitatis præmium. Hæc pro eo scripsi quia scripsistis, quod non vobis mecum est sicut cum F aliis : ut sciatis, vel potius conjiciatis, quomodo mihi est vobiscum. Valeat & vigeat in vobis Christi caritas, vivat humilitas, excrescat familiaritas ; finem hujus pariter audiamus. Orate pro invicem, ut salvemini.

eaque solum intentione ipsam a se diligi profitetur.

17 Antequam ponam litteram meam secun- Epist. VI
dam, prius ponam ea quæ mihi significata sunt, de iis quæ Christinæ accederunt in Adventu Domini, immediate post præmissa sequente.

Carissimo suo Fratri Petro Gothensi, Parisius studenti, Frater Mauritius, Coloniæ studens, Salutem cum sinceræ dilectionis affectu. Carissime, significo vobis quod intellexi de Stumbele, quod mater & soror Plebani cum Plebano sunt reconciliatæ. Retractaverunt enim verba maledica, quæ de ipso & aliis locutæ fuerunt, coram personis illis ubi ipsum infamaverunt, dicentes se à diabolo instigatas ad hæc facienda. Christina novum tortorem & nimis audacem mo-

Intelligit ex Fr. Mauritio.

A. PETRO COÆVO EX MS.

A do habet per Adventum *b* istum, qui miris & novis tormentis eam affligit nimis vehementer; ita ut omnes qui circa eam sunt, pater & mater, & Fratres nostri, tribulentur & affligantur. Mordet enim carnes corporis ejus more canino, & frustratim extrahit; vestes ejus comburit in corpore, quando induta est; & horribilibus aspectibus se ostendit. Non enim sufficit adversario sua deformitas, sed etiam caput hominis mortui, cranium videlicet assumens, non solum apparet ei per oculos & loquitur; sed & aliis hominibus, qui caput illud nudum & decalvatum vident. Deum non timet, & homines non reveretur. Fratres nostros aliquos læsit, & vulneravit: Priorem de Brunwilre multis vulneribus afflixit, & alios viros & mulieres; præcipue quemdam Judæum & uxorem suam, qui eum volebant fugare, ita lapidando fugavit, quod de cetero ad curiam Plebani non accedent; & alia multa operatur, quæ longum est scribere. Orate pro ipsa. Spero quod Deus tranquillum faciet, sicut solet; post tempestatem.

b *Virginem toto Adventu vexatam fuisse à dæmone,*

qui & alios plures læserit.

B

Epist. VII

18 Huic quantum ad materiam conjuncta erat alia littera, per hunc modum:

Ipsa iterum eidem scribens,

Præcordialissimo suo amico & fidelissimo suo Patri in Christo, Fratri Petro de Dacia, Parisius existenti, Christina sua filia, magnum suum affectum cum oratione. Carissime, non sufficio vobis regratiari pro vestris litteris, quas *c* sæpius, postquam à me recessistis, mihi misistis. Scire debetis, quod nescio mihi majus solatium extrinsecus esse, quam audire & percipere de vobis: unde & ipsas sine lacrymis audire nequaquam possum. Omnes litteras vestras habeo, & reservo usque ad adventum vestrum. Habui litteras quarta feria post Dominicam Gaudete, in quibus conquerebamini, qualiter nuper non esset remandatum de elenodiis missis, & de statu meo. Scire debetis, quod nuntius nimis celeriter recessit. Sciatis etiam, quod si nuntium haberem, multo frequentius vobis de statu meo remandarem. Litteras Fraternitatis Ordinis vestri habeo, pro quibus multum vobis regratior. De pœnis meis quæritis, quas libenter sciretis.

c

ad acceptas 18 Decembris,

excusat quod citius non scripserit;

C

19 Sciatis, quod ante festum omnium Sanctorum, per quindenam habui quamdam tentationem, ita quod videbatur mihi quod quidquid oravi, in nomine dæmonis orarem, & hoc fuit mihi passio maxima; & hoc idem dæmon loquebatur, & sicut scitis quam magnæ mihi solent esse tentationis. In elevatione Hostiæ non potui corpus Domini videre: sed apparuit mihi dæmon coram oculis, dicens, Ecce nunc vides quia ego sum Deus tuus. Et illo tempore quando debebam genua flectere, trusit me ad genua, ita quod non poteram de loco recedere. Quarta feria ante festum, cum essem in ecclesia, venit dæmon, & abstulit duo halecia, & defœdavit scutellam, quam percussit cum stercore in recluforium ipso clauso & defœdavit illud: & dixit mihi, quod infra clausuram recluforii abstulit cuidam Beginæ antiquæ, meæ æmulæ, ad decem solidos Colonienses; & quod deportavit in cloacam Prædicatorum. Postea illa invenit ita factum. Ipsa nocte mansi in ecclesia, una cum patre & amicis meis: in qua nocte confregit omnia membra mea, & calceum unum de pede meo abstulit, quem postea manifeste in domo patris mei projecit ad caput famuli. Fenestram projecit in domum ita horribiliter, quod frater meus fere insanus effectus est. Quando orabam, cum ferro læsit me in naso ad sanguinis effusionem. In Vigilia omnium Sanctorum recessit cum magno rugitu & defœdatione recluforii, præsentibus Hilla de Engindorp & reclusis: & nominabat se, illis audientibus, Berlabam, & recessit. In die omnium Sanctorum desolata omnino à Deo remansi, & postea raro sum consolata.

& indicat à 19 Octobris

varie vexatam se fuisse à dæmone,

D

qui in Vigilia omnium Sanctorum recesserit,

20 Ab illo tempore usque ad Nativitatem Domini semper fui in afflictione (quod numquam accidit mihi) quæ talis fuit. Sine intermissione ascendebant cogitationes in cor meum de Deo, qualiter ipse esset dispositus sicut alius vir. Hanc pœnam nullus hominum nisi vos scire licebit. Unde & ex iis aliæ cogitationes descendebant, ita quod sine intermissione ipse meus Dilectus vitâ indignus mihi [visus] fuit, licet mihi id esset nimis molestum, & ultra quam credi possit me affligeret. Volebat enim tentator, quod cor meum ipsum malediceret, & blasphemaret nomen sanctum ejus. Quin postea à pluribus auditum est, & à Fratribus vestris, qualiter dæmon per os meum aperte obloquebatur Deo, & ita fuit mihi meus Sponsus, qui tanta bona fecit, res indigna visa, quasi qui alium odit. In qua resistentia tanta perpessa sum, ita quod fluxi sanguine ex ore & naso. In Communione idem fuit mihi: unde qualis mihi tunc amaritudo fuit, vos scire potestis. Hæc sicut fideli meo conqueror. Et territa sum supra modum ita, quod quidquid mihi accidit consolationis & gaudii, totum mihi amaritudo fuit, recordanti qualiter aliquando cum isto fuit. Alia fuit mihi tentatio de Domino meo Plebano: quidquid egit audiendo meam Confessionem [quando] dedit mihi corpus Domini, non placuit mihi, quod antea placere solebat, & quasi indignus mihi fuit. Super omnia hæc fuit una tentatio mihi, quam nec Domino Plebano, nec alicui hominum revelavi, nec potui revelare: super qua, sicut vobis confido, oretis Dominum.

ipsa nihilominus desolatâ manente usque Natalem Domini,

E

& dæmone impellente ad maledicendum Deo:

F

21 De pœnis exterioribus hæc vobis scribo. Statim post primam Dominicam Adventus, venit dæmon, projiciens cameræ januam in domum; ita quod videbatur iis, qui ibi fuerunt, quasi domus caderet. Caput defuncti attulit, projiciens huc & illuc: & per oculos illius me horribiliter aspexit, & [ipsum] sorori Plebani Gertrudi ad caput projecit, & servo nostro ad latus, & eidem in collum fixit, & tandem nobis illud reliquit: unde quasi tota parochia in admirationem movebatur. *Hic intertoquens Petrus subjungit sequentia.* Dixit mihi Plebanus, quod caput [illud] aliquando dæmon posuit in terram, aliquando elevavit supra crates domus, prout voluit. *Hinc pergit Christina*: Postea cum lapidibus horribilibus pluries projecit patrem meum dilectum in ca-

quoad pœnas autem corporales. nuntiat,

A caput, & inflixit ei duo vulnera in brachio. Sororem Plebani Gertrudem vulneravit in fronte horribiliter. Iudæam quamdam advenientem, & non curantem, & loquentem quasi sibi non auderet facere, projecit in caput cum magno lapide. Unde quod homines sic læsit, etiam mihi adhærentes, turbabar non modicum. Postea inter duos Fratres, Henricum de Bethbure & Nicolaum, projecit magnum lapidem. Priorem de Brunwilre in manu sua momordit undecim vulnera : Fratrem Ioannem de Mussindorp læsit uno magno vulnere, in manu sua, Plebanum momordit, cujus cicatricem vidi, longitudine trium digitorum supra junctura pugni. Cuidam alii monacho quinque vulnera [intulit] : quamdam Beginam de Brunwilre, Adolphum filium vestrum, scholarem Domini Decani majoris ecclesiæ Colonienſis, [similiter vulneravit].

oblatocranio se & familiam varie vexatam,

& læsos à dæmone complures sua causa,

22 Tandem mihi institit, projiciens me in caput cum lapide; & mihi vulnus in caput inflixit quatuor vicibus, ad genua sex vicibus, & tandem vulnus ibi fecit : quinque vicibus supra dorsum meum, fricans cum frusto

B *d* cruselini, *d* [etiam] mihi recens vulnus in genu [fecit]. Tandem projecit me cum lapide, pondere quatuor *e* talentorum, inter scapulas,

e *necnon seipsam multimodis;* quod vomui sanguinem. [Projecit etiam in me] quinque genera lapidum, & ossa pecudum. Quinque vicibus ligavit me, pueris videntibus, in digitis & in cruribus, usque ad sanguinis effusionem. Pedicas meas quasi ferrea manu compressit, ita quod sanguis de unguibus effluxit. Brachium quasi in alium locum compressit. Specialem autem pœnam fecit, quæ duravit per totum tempus, mordens dorsum meum, infigens innumera vulnera, & semper in eodem, ita quod sanguis de lateribus & dorso mirabiliter fluxit in pedes, in tantum, ut duo dentes infra guttur semper sibi occurrebant; & hoc in extento morsu, iterans semper morsum in talum & in crura; ita quod, videntes sanguinis effusionem non continebant lacrymas. Ultima septimana tulit cattum decoriatum, trudens mihi in os, & ibi relinquens. Sequenti die posuit mihi caput catti in os meum sanguinolentum;

C ita quod circumsedentes viderunt illud exire de ore meo; & carnes de cadaveribus posuit in os meum. Trusit me contra cathedram cum pedibus, ita quod me ab ipsa nemo poterat evellere; Fratribus præsentibus combussit pelliceum meum à dorso meo, & partem parvulam circa collum dimisit : tunicam combussit & rupit meliorem; tunicam, cum deberem exuere, aliis videntibus, abstulit. Sulphur invisibile effudit in os meum; ita quod non nisi ille sapor fuit mihi; & quasi flamma tota nocte apparuit, quasi hoc immitteret in os meum. Et cum terribilibus dentibus, quasi cupiens me devorare, diversimode mihi apparuit; quæ magnum mihi incusserunt terrorem. Voces auditæ sunt quasi bovis & ovis. Multoties loquitur sublimia de fide, inducens Scripturam : quæ omnia non habui tempus vobis scribere.

23 Carissime, quid creditis, quanta pœna mihi fuit? cum vos in iis tribulationibus non habeam, qui semper mihi fidelis estis. Cor meum innumerabiles producit lacrymas; cum recordor quam propitius, quam misericors, quam utilis coadjutor mihi fuistis. Iterum conqueror vobis de absentia mei Dilecti, cum nullum scio qui de tanta acerbitate mihi sit adeò credibilis *f* sicut vos : tamen nunc aliquantulum dies clara affulsit. De tunica valde mihi dilecta regratior, & de clenodiis vestris : ostendistis enim quasi [velle] quidquid mihi bonum quod hoc ad effectum produceretis; non solum pro iis fecistis mihi, sed & pro omnibus amicis meis. Hæc omnia vobis scribo, quasi cui confido. Valete, dilectissime in Domino; oretis pro patre meo & matre. Vobis, sicut mihi est in corde, non possum propter erubescentiam, quam scitis in me esse, intimare. Demandat vobis Plebanus ut hoc notetis. Hoc scire autem debetis, Frater Petre, quod filia vestra Christina honeste in Vigilia Nativitatis liberata est : clamavit enim dæmon multis præsentibus & audientibus Fratre scilicet Gerardo de Grifone, cum suo Fratre, & Priore de Brunwilre, & sociis suis & pluribus aliis, quod Deus bonus esset, & seipsum fuisse mentitum, & quod Scutericht E *g* appellaretur, & ab aliis tentationibus liberata est, & reversa est Dei gratia in ipsam abundanter. D

cui non possit omnia scribere ut sunt in corde suo.

A. PETRO COÆVO EX MS. *in quibus dolet non habuisse præsentem Petrum, f*

D

ANNOTATA D.P.

a *Dionysius de divinis Nominibus* §. 13 *in editione Corderii*, Ἐστι ὃ καὶ ἐκστατικὸς ὁ θεῖος ἔρως, οὐκ ἐῶν ἑαυτῶν εἶναι τὰς ἐρασὰς ἀλλὰ τῶν ἐρωμένων. Non sinens sui juris esse amantes, sed eorum quæ amant.

b *Adventus anni* 1269, *habentis litteram Dominicalem* F, *cœpit* 1 *Decembris.*

c *Hoc est quod superius innuit*, partem eorum *dumtaxat*, *quæ* Christinæ *scripsit*, *interponi narrationi*; *certe ultima Epistola*, *cui hæc respondet*, *nusquam comparet.*

d Crusclinum *Cæsarius lib.* 12 *cap.* 41, vas parvum & fictile .... quali in tabernis potari solebat : *est autem diminutivum à Teutonico* Krous, Krouselin, *schyphus*, *schyphulus.*

e Talentum *pro* libra *seu* pondo *vide Cangium in glossario.*

f *Nempe alii vel suspectam habebant ipsam factorum talium veritatem*, *vel metuebant ne quid commercii intercederet ipsi* Christinæ *cum dæmone*, *per quod talia huic licebant in & circa illam*, *dubitantes de vera ejus sanctitate.*

g Scutericht *id est* Quassator, *à* Schutten, *belgis* Schudden, *quassare.*

CAPUT III.

Insignes Petri epistolæ duæ, de amando Deum suique erga Christinam affectus puritate.

24 HAnc litteram scriptam manu Confessoris sui recepi die tertio ante Purificationem. Huic litteræ perplures litteras respondi; quia non modicum cor meum commovit ad compassionem, propriæ fragilitatis cognitionem, & ad Christinæ dilectionem & devotionem. Quarum prima erat talis.

Præcedenti epistolæ, redditæ 30 *Ianuarii* 1270,

A. PETRO COÆVO EX MS.

Epiſt. VIII *reſpondet Petrus pluribus litteris,*

A Cariſſimæ filiæ & amicæ Chriſtinæ, Frater Petrus ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum orationibus plenum. Regratior vobis, quod me, licet indignum, tantorum judicaſtis dignum fore conſcium ſecretorum; de quibus quidem compaſſione, & congratulatione pariter & timore moveor non mediocriter: compaſſione quidem, pro tribulationum multiplicitate, diuturnitate, horribilitate, acerbitate; congratulatione, pro patientiæ longanimitate triumphorum numeroſitate, & optatæ pacis redditâ tranquillitate: timore autem vehementer concutior, quia ſi ſic examinantur, cruciantur, tribulantur, quos Dominus diligit, de quorum vos fuiſſe & eſſe ſemper credidi & credo collegio; impius & peccator ubi erunt, vel quid ſuſtinebunt, de quorum numero doleo me fuiſſe & timeo adhuc eſſe. O dilectiſſima & dulciſſima, quæſo compatiamini mihi miſero, & ſaltem de portâ inferni eripere me non diſſimulctis; ne in exopinato in profundum demergar, ubi nulla eſt redemptio; & fruſtrà poſteà pro venâ poſtuletis, quando tempus tranſierit miſerendi. Cariſſima, hæc non ficte nec figuraliter rogo, ſed ex intentione plenâ & deliberatione ſerioſâ. *Alia.*

ſe eidem compati ſimul & gratulari, ſibi autem ipſi timere:

B

Epiſt. IX *expendit etiam paucitatem verborum ejus,*

25 Dilectiſſimæ ſibi in Chriſto ſorori Chriſtinæ, ſuus Frater Petrus, ſinceræ caritatis plenitudinem in ſpiritu ſancto cum orationibus. Noſſe vos credo, & expertam eſſe non dubito, quod quanto plus intentior fuerit & intimior caritas, tanto paucioribus, ſed tamen affectuoſioribus contenta erit verbis. Scit enim quod ſenſit exprimere ſe non poſſe, & ideo ſe de ſuâ paupertate conſolatur, quam impoſſibilitas excuſat. Patet hoc in litteris veſtris, quas mihi miſiſtis: quas cum legerem, lætanter adverti, quod ubi de Dilecto (Deo dico) oratio inſonuit, mox deſiit: cum adhuc libentiſſimè auſcultarem, quia credebam me magnum aliquid percepturum & auditurum: quod utique de nullius corde libentius audirem, quam de veſtro. Sed oratio, mox ut ſonuit, ſiluit; quaſi magis appetitum irritaret, affectum ſauciaret: acſi non legenti ſed intelligenti; non dicto vel ſcripto, ſed facto ſignificaretur. Dilectus meus mihi & ego illi. Quid quæſo ille vobis, & quid nos illi? O utinam hæc mihi legere liceret! Sed o utinam! & utinam ſentire daretur! Sed quoniam menſuram meam ſcio, & prohibitum eſſe cognoſco ne ſanctum quis immundus ingrediatur, & ne ſecretum cæleſte indignis aperiatur; & præceptum eſſe, ut præſumptuoſe ſe ingerens in tenebras exteriores ejiciatur; malo in paupertate meâ vivere ſecurus, quam aliena & altiora me appetendo ejici contumelioſus.

ex magno erga Sponſum affectu;

C

26 Sed ut ad propoſitum redeam. Quid ſibi volunt verba quæ in litteris veſtris legi? Vobis, ſicut mihi eſt in corde, non poſſum ſcribere: & iterum, Conqueror vobis de abſentiâ dilecti: & poſt pauca, Tamen nunc aliquantulum clara dies affulſit. Sed, ut ad primum verbum, breve quidem, ſed dulce redeam: quid quæſo eſt, Sicut mihi eſt in corde, non poſſum ſcribere? Vellem enim libentiſſimè ſcire, utrumne & hoc legere poſſitis, an ſit littera ita minuta, ut nec legi poſſit; aut adeo ſubtilis, ut non poſſit intelligi; aut adeo intima, ut non poſſit educi; aut adeo grandia continens, quod non poſſint exprimi; aut ſit in corde ſcriptura adeo pulchra, quod in chârta ſimilis non poſſit formari; aut ſit adeò ſingularis & familiaris, ut non debeat communicari. Sed, ut videtur mihi, legi quidem poteſt, & intelligi, ſimul & ſentiri: alias enim non diceretur, Sicut mihi eſt in corde. Sed à quo legi & intelligi poteſt? Utique à ſpiritu Dei & à ſpiritu tuo: nam ii ſoli ſcrutantur cordis tui interiora. Sed ulterius vellem ſcire quis eorum ſcripſerit, an forte ambo. Sed certum eſt Deum poſſe exprimere, quod ex ſe poteſt concipere. Ex iis ergo videtur, quod alius ſpiritus ſcripſerit, & alius exprimere non potuerit: tamen ex dono ſpiritus ſcribentis, legere & intelligere. Et hoc videtur Apoſtolus dicere ad Corinthios, Epiſtola eſtis Chriſti, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Et ideò Apoſtolus alibi dicit, conatum ſuum oſtendens in expoſitione hujus epiſtolæ, Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthii; cor noſtrum dilatatum eſt. Sed, quæ utilitas hujus ſcripturæ ſi exprimi non poteſt à ſuſcipiente, nec audiri ab indigente, & conſolationem & inſtructionem requirente? Si nec in libris poteſt ſcribi, vel verbis exponi, vel ex intimis educi? Vel forte poſſunt hæc aliqualiter fieri, non tamen ſicut ibi ſunt; quia non cum tanto intellectus ſplendore, nec cum tanto guſtus dulcore, nec cum tanto affectus fervore, nec cum tanto experientiæ ſapore. At ſufficiat catellis edere de micis cadentibus, & bibere de ſitulâ non de fonte camelis.

D

& quærit, quomodo intelligat, quod ſcribere nequeat, ſicut eſt in corde ſuo:

27 Et hæc de primo verbo. Subditur autem: Conqueror vobis de abſentiâ Dilecti. Quæſo, an nomen habeat [Dilectus ille] vel nominari debeat? vel notum mihi eum eſſe confidas, & ideo nominare non oporteat? O utinam intelligerem quis eſt iſte Dilectus; tam dulcis, ut de eo taceri non poſſit; tantum amabilis, delectabilis & ineffabilis, ut effari nequeat. Adverto in iis ſummam Dilecti bonitatis influentiam, quæ non poteſt enarrari; præcipuam familiaritatem, quæ cuilibet non debet propalari; tantam dulcedinis infuſæ experientiam, quod non valeat verbis ſignificari; tam ſingularem hujus unici & unice dilecti caritatem, ut alter non poſſit ſuſpicari; tantam in eo amicitiæ præhabitam experientiam, ut ſine dubitatione, ſine trepidatione vel hæſitatione dilectus debeat & poſſit nominari. O cariſſima, magnum verbum, ſed multiplici ratione ſuffultum & evidentibus ſignis probatum. Sed tamen intelligere vellem an ideo vocetis eum Dilectum quia vos diligit; an ideo quia vos eum diligitis? Sed, ut mihi videtur, utrumque oportet adeſſe: quia ille Dilectus tuus dicit, Ego diligentes me diligo: & ille, præcipuo amore dignus, dicit; Diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos; ne ergo occaſio mihi opinandi daretur quaſi vos eum præveneritis in dilectione; diligatis diligentem; & Dilectum vocetis amatorem veſtrum, in diligendo prævenientem, imo & quod diligere poſſitis, velitis, & debeatis tribuentem. Vere ut æſtimo, ipſe vos magis Dilectam poteſt vocare: quia vos in amando prævenit, & vobis

& quomodo conqueratur de abſentia Dilecti;

E

F

A bis illum tam intime amare conceſſit. Sed de amore veſtro mutuo altior habenda eſt ratio, & familiarior adhibenda eſt diſcuſſio. Sed hoc ſolum pro præſenti velim ut diceretis: quomodo, ſi diligit & diligitur, ſe abſentat; & ſi ſe abſentat, quomodo vos eum diligere delectat, an forte, quia ſolatium ſubtrahit, & recognitionem proprii defectus relinquit, ut ſic ſuum adjutorium magis neceſſarium declaret, dum homo illius advertit bonitatem, & ſuam recognoſcit infirmitatem?

28 Sed quid ſibi vult quod additis? Tamen nunc aliquantulum clara dies affulſit. Quæ, quæſo, eſt hæc dies? vel quis ſol, eam efficiens? Quod cælum, in quo oritur? & quæ terra ipſo luminoſa efficitur? Secundum inſipientiam dico. Diem hunc intelligo, Dilecti præſentiam; ſolem, Dilecti eſſentiam; Cælum, juſti animam vel conſcientiam; Terram, exteriorum ſenſuum quinariam officinam; Effectum vel utilitatem hujus diei interpretor, interiorum ſecretorum intelligentiam, bo-
B norum operum abundantiam, & intimam cordis lætitiam. Quod & ſi vos hoc modo diem accipitis, gaudeo de vobis collato beneficio, exulto de infuſo gaudio, & congratulor de communicato mihi ſecreto, licet verbo ſatis obſcuro. Sed qualitercumque cetera accipiantur, adverto quod Diem hunc de Dilecti præſentiâ interpretamini cauſari: & ideo rogo & conſulo, ut diligenter advertatis, quanta ſit in hac die claritas cognitionis, cum ipſe ſit fons ſapientiæ in excelſis; quanta vigorôſitas dilectionis, cum crucifixus ſit amor cujuſlibet amatoris fidelis; quanta jucunditas conjunctionis, cum deliciæ ejus ſint eſſe cum filiis hominum; quanta familiaritas communicationis, quia, Ego Dilecto meo & ad me converſio ejus; Quanta ſocietas unionis, Ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus, ego in eis, & tu in me, ut ſint converſati in unum; quanta largitas influxionis; quomodo non omnia cum illo nobis donavit, Venerunt omnia bona pariter cum illâ. Vere dies iſta melior ſuper millia: exultemus ergo & lætemur in eâ. Et hoc pro
C verbo tertio, Cariſſima, Quantum me litteræ veſtræ conſolentur ſimul & delectent, & in amorem Dei accendant ex parte, puto vos advertere poſſe ex hac litterâ, quæ tantum ex tribus verbis veſtris eſt contexta. Quid quæſo faciunt alia quæ mihi ſcribitis, de veſtris pœnis & triumphis nec non de affectu quem circa me indignum vos profitemini habere? *Alia.*

Epiſt. x *Significat fructum & ſolatium ex Sponſi præſentia,*

29 Dilectiſſimæ ſuæ, & inter cariores cariſſimæ, omni caritatis nomine digniſſimæ, ſive filiæ, ſive ſorori, ſive amicæ ſuus quidquid elegerit, dum hoc conveniens ſecundum Deum fuerit, ſecretarius, amicus, & intimus; ſalutem, & Dilecto ſuo, quem affectuoſius deſiderat, Chriſto dico, perfrui perpetuo. Si vita uniuſcujuſque eſt id quo magis delectatur, ſecundum Philoſophum; negare nec volo nec poſſum, quin mihi de rebus ſub aſpectum cadentibus in vitâ præſenti, veſtræ præſentiæ, imo Dei in vobis exhibitio, converſatio, & conſolatio ſit pars vitæ meæ, vel potius vita mea; & pars utique non minima, ſed in conſpectu meo plurimum pretioſa. Et præſentiæ quidem exhibitio defectuum meorum eſt recordatio: unde adverto in D
me ad impletum, Reſpiciens homines, dicet, A. PETRO
Peccavi. Converſatio autem, morum meo- COÆVO
rum eſt informatio, ut ſic poſſim operari ſe- EX MS.
cundum exemplar quod mihi in monte ſancto monſtratum eſt. Sed conſolatio interiorum, imo intimorum meorum eſt lætificatio & exultatio; quia delectaſti me Domine in factură tuâ. Vere conſolationem veſtram [adſcribere] neſcio alicui alii operi vel arti, fa- *non conſiſtere in delectatione ſenſuali,*
cultati vel ſubtilitati, niſi divinæ benignitati: planum enim eſt quod non ſit à carne, quia in delectatione vel conſolatione carnali, ſenſus carnis in ſenſu carnis intenduntur & acuuntur. Nec videtur eſſe à mundo: quia in conſolatione mundanâ ſenſus corporis occupantur & diſtrahuntur; & quanto ad plura dividuntur, tanto magis ad ſingula minuuntur. Sed minime videtur eſſe à diabolo (ſi tamen aliqua conſolatio ab eo eſſe dici debet) quia in operibus diaboli ſenſus ſeducuntur & falluntur. Ubi ergo ſenſus in actibus naturalibus remittitur, patet quod ibi non E
damnatur carnis delectatio; ubi ſenſus à multis in unum colliguntur, non prævalet mundi conſolatio; ubi ſenſus fallaciâ non premuntur, ſed ad divina & ſupernaturalia ſubvehuntur, patet quod non eſt diaboli tentatio, ſed magis divina dignatio.

30 Quomodo ergo de veſtrâ conſolatione non gauderem & vobis gaudentibus non congratularer? cum, quamvis contra multorum opinionem, vos tunc mihi credo fore utilio- *ſed divina:*
rem, quando non ſolum mei, ſed & veſtri, vos gaudeo præ dulcedine Dilecti veſtri eſſe oblitam. Quis audivit unquam tale, aut quis vidit unquam ſimile? ut Virgo delicata tantum cum Dilecto ſuo occuparetur, ut ſui penitus obliviſceretur; nil præter Dilectum quæreret, nil cuperet, nil ſaperet; nullo alio conſolaretur, nullo alio delectaretur; præ dulcedine ejus obſtupeſceret ſenſus, inſenſibile jaceret corpus, in ignorantiam caderet mundus univerſus; non ſolum non timori, ſed nec memoriæ occurreret diabolus. O cariſſima! ô dilectiſſima! numquam cognatior ille vobis, quam vos nobis. Numquid intimior, numquid F
utilior, numquid delectabilior? ut nos contemnatis, & illum diligatis; ut nos negligatis, ut illum teneatis; ut à nobis exeatis, ut ad illum veniatis; ut tædium noſtri patiamini, ut in illo gaudeatis? Vere utique defecit cor meum & caro mea; ait quidam, Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. Prius ergo oportet ut cor deficiat, antequam Domini ſui partem inveniat; & neceſſe eſt prius *in qua cor & caro deficit;*
carnem in melius commutari, prius quam cum parte, qui Deus eſt, valeat innovari. Sed ne in partem ponamus Deum, qui ſecundum D. Dionyſium & totum eſt & neque totum eſt, neque pars Deus cordis efficitur & pars fruentis, cum cor & caro à propriâ naturâ non deſtituitur, ſed tamen ab eis omnis indignitas & infirmitas, concupiſcentia & immunditia tollitur, & divina participatio & fruitio conceditur. Efficiuntur enim tunc per gratiam unum, quæ ſecundum naturam diſſimilia, & in infinitum diſtantia eſſe probantur.

31 O mira & nimium miranda divina dignatio! Creavit Deus ſpiritum rationalem ad

A. PETRO COÆVO EX MS.

A sui imaginem & similitudinem ; & eum tantæ amicitiæ fœdere limo terræ copulavit, ut nec sub quantacumque miseria ab eo velit separari : & nunc, quasi oblitus præteritorum operum, eumdem spiritum tantâ dulcedine allicit ad se, & seipso afficit & illicit, ut non solum limi, sed & sui obliviscatur ; omniaque reputat ut stercora, ut Christum lucrifaciat. O dulcissime Jesu! O violentissime amor & amator ! Numquid dissolvere vis, quod bona ratione compactum est ? Non, ait: sed volo hac arte corpus, cujus sensus in malum ab adolescentiâ suâ proni sunt , per spiritum in affectum ad me convertere & attrahere, ut meo degustato spiritu desipiat omnis caro: quod ex eo manifestissime comprobabo, si etiam in vitâ præsenti alicui tantam contulero meæ beatitudinis & dulcedinis exuberantiam, ut mente excedat propriam naturam; ut magis velit esse mecum quam secum, cupiatque a se & in se dissolvi, ut me possit perfrui. Tali enim arte ad me traham spiritum, meâ imagine insignitum ; & per eum lucrabor limum, ex omni elementorum genere compositum ; ut sicut à me creata sunt corporalia & spiritualia, sic utraque secundum modum sibi possibilem pro me & in me beatificentur, & à se quodammodo alienentur, ut in me transformentur. Joannes Scotus primo lib. de naturâ : Sicut aër à sole illuminatus nihil aliud videtur esse nisi lux ; non quia sui naturam perdat, sed quia lux in eo prævaleat, ut id ipsum lucis esse æstimetur : sic humana natura, Deo adjuncta, Deus per omnia dicitur esse ; non quod desinat esse natura, sed quod Deitatis participationem accipiat, ut solus in ea Deus esse videatur. In carne, inquit, mea videbo Deum Salvatorem meum, acsi dixisset : In hac carne meâ quæ multis tempestatibus affligitur, tanta gloria futura est; ut, quemadmodum nil in eâ nunc apparet nisi mors & corruptio ; ita in futurâ vitâ nihil in ea apparebit nisi solus Deus, qui vere est vita immortalis & incorruptio.

sui que ipsius homo oblitus, rapitur totus in Deû,

qui est omnia in omnibus.

B

32 Hujus futuræ & beatæ vitæ expressiorem [invenio] similitudinem in vobis, quam in aliquo alio mortalium. Quis mihi det, ut desiderium meum audiat Omnipotens, ut tali possim vivere vivendi modo, vel ut verius dicam divino dono, sicut vivitis, quando abscondimini in divinæ faciei abscondito, & protegimini in tabernaculo ab hominum conturbatione & linguarum contradictione : Si, inquam, hujus vitæ aliqua vel extrema participatio daretur mihi, quam patienter & diligenter auscultarem ? quam intime jucundarer ? quam affectuose congratularer ? de vestro & vestri Dilecti concursu & convictu, conjunctione & conjucundatione duorum mihi tam dilectorum & desideratorum, sibi invicem carissimorum ; cum ex parte vestrâ audirem vota devotionis, verba dilectionis, sonos obeditionis, preces expectationis, gaudia susceptionis, exultationis , perfruitionis, desideria remansionis, suspiria separationis, & fletus desolationis ; ex illo adverterem continuam & solicitam custodiam, etiam in adversis exhibitam, tutelam & cautelam, interdum quoque oblatam desideratam præsentiam, totius bonitatis exuberantiam, totius gratiæ influentiam, totius lucis resplendentiam, totius gaudii abundantiam, totius beatitudinis substantiam & perseverantiam. Si, inquam, mihi daretur talibus interesse conviviis, vel potius tam sacris & secretis nuptiis, tam desideratorum perfrui præsentiis, quales creditis quod in corde meo verterentur cogitationes, orirentur affectiones, multiplicarentur æmulationes ? Numquid non itti, quamvis prius dilectæ , indignarer, irascerer, inviderem ? eo quod præripuit mihi meum maritum intimum, amicum jucundissimum, cordis gaudium, & præcordiorum meorum desiderium ; & illi offensus objicium & impatienter murmurem, quare ad alium & non ad me [suâ gratiâ] declinavit, suâ præsentiâ lætificavit, sua dignatione honoravit ? Numquid audebo dicere ? Ad me intrabis, quia mercede conduxi te.

C

Hujusmodi vitam sibi optans Petrus,

gratulatur eam Virgini:

D

non tamen se ei postpositum queritur,

33 Non utique : quia omnino pauper & inops sum, nec habeo unde hanc mercedem solvam, puritatem dico & caritatem, devotionem simul & honestam conversationem, jugem & ferventem orationem, sublimem & affectuosam contemplationem : cui enim præstita sunt hæc, areola est aromatum ad quam Dilectus descendit, & sartum liliorum in quibus pascitur, & quæ colligit. Ideo utique soror mea, quæ iis abundat bonis, junior quidem ætate, formosior caritate, amabilior puritate, locupletior omnium bonorum copiositate, jucundior conscientiæ suavitate, delectabilior voti & voluntatis conformitate, subripuit maritum meum mihi. Et utique, satis digne : quia & illi sponsus est, pro meritis convenientior, pro beneplacitis conformior, pro secretorum communione familiarior. Sed & soror est ei, in multiplicatione bonorum operum, quasi filiorum procreatione fœcundior. Quid igitur mihi restat, qui annis antiquior, nuptiis jam factus ineptior ; quia corde frigidior, facie rugosior, mercede pauperior, fœtu sterilior, superductione junioris fororis despectior, nisi ut qui in me placere non merui, saltem caveam displicere?

quin potius gaudet ad ipsam declinasse Sponsum,

ut ad Sponsam se dignam;

34 Scio quid faciam. Exhibebo me sorori meæ familiarem, & sponso ejus devotum & obsequiosum : ut & hæc mihi saltem de effluentia gaudiorum & scientia secretorum aliquid communicet ; & ille eo libentius, frequentius, festivius & familiarius veniat, dum in una sororum paratum inveniat thalamum cordis, & in alia promptum reperiat obsequium corporis, in utraque autem desiderium devotæ expectationis. Sic igitur placabo sponsum precibus, placabo muneribus, placabo obsequiosis operibus : & dicam, ut facilius alliciam, efficacius suadeam , & fortius traham; Habeo sororem juniorem & venustiorem ; ad illam ingredere, illi conjungere, illam amplectere, ut vel sic memoria mei ab affectu ejus non deleatur. Tu autem, Soror mea carissima , saltem tunc memento mei cum bene tibi fuerit. Et, ô quam bene ! ut suggeras Dilecto, ut de isto carcere tædii & laboris, exilii & doloris me educat, quo in hoc corpore mortis detineor captivus. Et si Factori [meo] non placet, quia nondum merui, ut in locum lucis & refrigerii me inducat ; saltem in statum pristinum me reducat, ut aliqua vel interrupta solatia , spiritualisque matrimonii signa & intersignia intelligere & percipere me-

F

de cujus abundantia participare vel modicum satis ipse habeat,

petitque ut meminerit sui,

A merear, simul & sentire, & delectabili perfrui præsentiâ meæ sororis & sui amatoris simul & consolatoris ; & sibi congaudere in eorum consolationibus, qui de meis desolationibus non sufficerem, si adverterem, plangere & dolere. Quomodo non invitor ad planctum & luctum, fletum & cilicium, qui jam de novo expulsus de paradiso, cogor carcerem horrendum intrare, & exilium ipsâ morte gravius subire ? Quid enim sum ego mihi ipsi derelictus, nisi carcer horrendus ? Educ, ait quidam incomparabiliter me sanctior, de carcere animam meam : & alius non inferioris sanctitatis : Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ? Sum ergo ego mihi, sine sponso tuo & te, carcer tenebrarum, & corpus mortis, qui est finis infinitarum præcedentium aliarum pœnarum : minimeque mihi ; in me & ex me, aliquod invenio laborum remedium vel dolorum solatium.

quasi in exilio & carcere constituti.

Ps. 141, 8

Rom. 7, 24.

35 Et quamvis vos intelligo meam intelligere intentionem, propter quorumdam tamen carnalium & carnaliter dijudicantium vitandam depravationem, ex superfluo addo : quia & vos, sinè vestro Dilecto & meo, estis ut domus scopis mundata : quia multiplicibus pœnis purgata & ornata, quia multifariâ virtutum serie decorata ; Domino tamen domus orbata. Quæ poterit autem esse familiæ sine Domino lætitiâ ? quæ obedientia ? quæ ordinatio recta ? quæ executio legitima ? quæ recompensatio laborum justa ? Carissima, hæc omnia, absente Domino domus, nutant & vacillant : & ideo nec in vobis sine vestro Dilecto invenit animâ mea requiem sibi. Eo autem adveniente, & manum largitatis suæ aperiente, & omne animal benedictione implente ; quis paradisum non æstimet, locum lucis & refrigerii, in quo cum sponso tuo tam deliciose conversaris, tam familiariter confabularis, tam intime collætaris, tam utiliter & sinceriter fœcundaris, tam privilegiosis muneribus gloriaris, tam expresse etiam corporaliter illi assimularis ? ubi nihil auditur nisi laus Sponsi, nihil videtur nisi sanctitas sponsæ ? Nam ibi Sponsus vehementiam sui prodit amoris, in familiari cohabitatione, secretorum revelatione, privilegiatorum gaudiorum communicatione. Sed & Sponsa, quamvis præ verecundiâ opera sua occultet, tamen præ violentiâ dilectionis facit apertum, quod omnibus cupit esse incognitum. Inde est quod in absentia Sponsi altissima suspiria audiuntur, abundantissimæ lacrymæ effunduntur, abstinentiæ vigiliis, orationes disciplinis conjunguntur ; ut vel sic ad misericordiam flexus revertatur : in præsentia autem, verba amatoria, dulcia & dulcisona proferuntur, risus & jubilus, gaudium & tripudium, non solum intus sentiuntur, sed & extrinsecus exprimuntur ; odor mirificus, & odor deificus etiam ad circumstantes mirabiliter & supernaturaliter sparguntur.

solatium sibi ferre non posse,

quæ sine eo vacua est :

jubetque de dilecti absentia, non sibi, sed illi queri :

36 Inter hæc nescio quid vobis rescribam de hoc quod scripsistis, Conqueror vobis de absentiâ Dilecti. Verbum enim est nimiæ amaritudinis. Omnia simul in te uno habentes, ait quidam : Te non debuimus demittere ire à nobis : de quo quasi dissimulo rescribere, quia non valeo intelligere. Non enim potest de absentiæ acerbitate judicare, qui dulcedinem præsentiæ non meruit degustare. Conquerimini invicem, quod me in vestris tribulationibus non habuistis præsentem : de quo & ego ex intimis præcordiis meis doleo quia Deus me hac gratiâ permisit frustrari : qui licet in parvo, vel in nullo vobis profuissem, certus tamen sum quod non obfuissem. Scire vos credo, quod corde vobiscum semper præsens sum : vel ut apertius dicam, vos semper præsens estis cordi meo, imo & in corde, sicut utique decet : imo necesse est mutuo amantem in amatum transformari. Hoc ideo dico, quia non solum diligere, sed & diligi me sentio. Superest adhuc, inter verba plurima dulcisona, quæ mihi mandastis, quod scripsistis : Vobis, sicut mihi est in corde, non possum scribere. Conjicio enim de quo exierit caritatis fervore, & quo continebatur verecundiæ virginalis pudore, acsi hoc sit quod dicitur, Absque eo quod intrinsecus latet. Litteras vestras memoriter teneo, frequenter perlego, abundanter fleo, & intime gaudeo. Quæ quomodo conveniant, qui legit, intelligat. Rogo vos, intuitu divinæ dilectionis, æternæ remunerationis, & meæ consolationis in perpetuum, ut mihi scribi faciatis de statu vestro, quantum colligere potestis in unum quaternum.

D A. PETRO COÆVO EX MS.

& ut de statu suo scribi ad se faciat.

E

Cant. 4, 3.

CAPUT IV.

De gestis circa Christinam, usque ad Pascha anni MCCLXX.

Ep. XI.

36 Litteræ deinceps subjiciantur continentes ea quæ contigerunt circa Christinam à Nativitate Domini usque Pascha.

Scribunt Petro Fr. Mauritius 16 Febr. 1270

Carissimo suo Fratri Petro, studenti Parisius, Frater Mauritius, suus intimus, salutem cum sincera dilectione. Diabolus omnes vestes Christinæ abstulerat circa Natale Domini, quas omnes retulit confusus in Purificatione ; & alias quasdam ei fecit pœnalitates Scripta festinantur in Dominica, Exurge quare obdormis ? Hanc recepi, *inquit Petrus*, in die B. Georgii. *Alia epistola.*

Ep. XII.

37 Dilecto in Christo Fratri Petro de Dacia, Parisius existenti, Ioannes Plebanus in Stumbele, quidquid poterit honoris & dilectionis. Dilecte, litteras vobis scripsi, quas omni affectu meo scripsi. Et scire debetis, quod filia vestra Christina in afflictione magna est : tamen Dominica Reminiscere, prædicante Fratre Gerardo de Grifone de Passione Domini, recepit ipsa quinque vulnera, & in capite coronam, & felle potata est. Hæc vobis, ipsa nesciente, notavi. Haguigi est ablatum suum psalterium à dæmone. Hanc litteram *inquit Petrus* cum sequenti recepi in die B. Petri Martyris.

F *& Ioannes Plebanus,*

quod Christina 9 Martii recepit 5 vulnera :

Ep. XIII.

38 Dilectissimo in Christo Iesu Fratri Petro de Dacia, Parisius existenti, Christina sua filia vel soror in Stumbele, salutem & quidquid in Domino vel melius vel utilius possit exoptare. Carissime, scire debetis quod pro vobis intime solicitor : & licet vobis sæpius scripserim, tamen adhuc dimittere non possum, quin vobis scribam, quantum meum sit desiderium circa vos, videlicet habendi ve-

ipsa vero nuntiat, quantum optet iterum videre Petrum.

A vestram præsentiam, quæ mihi ita bona fuit;
A. PETRO & quomodo vos cupiam in visceribus Iesu
COÆVO Christi, & quomodo desidero vos videre
EX MS. invicem in regno Dei nostri. Unde rogo
vos intime, quatenus, si aliquo modo pro-
curare potestis, quod Coloniæ per aliquod
promittit tempus stetis. Insuper vobis numquam suf-
res suas ei ficio regratiari super consolatione mihi missa
describendas curare, per litteras vestras, quæ ita bona mihi fuit,
quod Deus vobis reddat in æternum. Præ-
terea, ea quæ mihi scripsistis nuper, quali-
ter jam dudum desideraftis scire de statu meo,
& notari in quaternum; scire debetis, quod
hoc propono quantum possum: & in hoc
habetis prærogativam, quia nemini sub cæ-
& petit ut lo facere hoc bene possem. Propter hoc sic
multas sibi vobis promitto, quia confido vobis: quia
intercessores conciliet, sicut ego meipsum, vos me in omnibus con-
suevistis custodire. Super hæc omnia, fide-
lissime, vos rogo, quatenus mihi, quan-
tos habere potestis intercessores procuretis,
& vos pro me, sicut de vestris habeo con-
B fidentiam orationibus, intercedatis: quia ma-
gna mihi incumbit necessitas: quia omni
nocte in tanta sum passione, quod videtur
mihi quod non possim vivere; quia de me
tanto tœdio afficior, quod videtur mihi quod
in gravi illi qui in seculo sunt meliorem habent vi-
sua lucta, tam; & despero de Deo, licet mihi mo-
lestum sit. In iis plus crucior, quam vobis
ad præsens scribere velim: & in tantum re-
luctor, per Dei adjutorium, usque ad effu-
sionem sanguinis, naris & oris: nec etiam
delector in aliquo bono: pro quo miseremi-
ni mei. Debilis sum in corpore, in pectore,
& in capite; exteriorem autem pœnam à
dæmone à Nativitate non habui. Quarta
deinde in- feria post Invocabit, venit multitudo dæ-
dicat quid monum in meam cameram, & me audien-
sit passa 2 te à principio, unus primo ad alium loque-
Martii. batur, quantum malum mihi fecerant, &
quibus tentationibns vicissent, & quibus vi-
cti essent, & quæ eorum pœna fuisset.
Tandem in recessu dimiserunt frusta pellicei
ibi, quod combusserant. Rogo vos intimo
corde, quatenus mihi sæpius de statu vestro
scribatis: quia si sciretis, quantum mihi gau-
dium esset videre litteras vestras, libenter
C faceretis. Salutant vos pater meus & mater
mea. Rogo vos, sicut vos pro me, ita pro
eis oretis.

EP. XIV. 39 Hanc cum præcedenti recepi in die
B. Petri Martyris. Huic litteræ per duas lit-
teras respondi: quarum prima est de sæpius
Rescribit scribendo, secunda de statu meo.
illi Petrus, Carissimæ & omni caritatis affectu digniss-
gaudens se simæ sorori, Christinæ, Frater Petrus, co-
ab ea intel- piosæ caritatis in spiritu sancto sinceritatem
ligi, cum orationibus. Quoniam novi, quo spi-
ritu familiaris dilectio inter nos concepta est,
& quo conservante custodita, & quo con-
cedente (ut spero) conservabitur in æternum;
ideo vobis familiarius, frequentius, & fer-
ventius scripsi, prout mihi cor suggessit;
credens vos, eodem spiritu præventam &
impletam, faciliter intellecturam quod scri-
bebam. Et gaudeo, & in æternum gaudebo:
quia, sicut credebam, evenit mihi: quia,
licet nunc monendo, nunc quasi arguendo,
nunc exhortando, nunc commendando pro
libito scripserim, & verbis satis obscuris,
& sententiis quasi interruptis; quod tamen D
te unctio docuit de omnibus intelligendis, &
secundum intentionem [meam] interpretandis.
Unde expositionem meam gaudeo verificatam *quoad mo-*
super illo, Nonne cor nostrum ardens in *dum suæ*
nobis erat? Verum licet vos non lateat, quod *dilectionis*
in cordis mei intimis monitorem & effica-
cissimum motorem habeam vestri; scilicet
in divina dilectione, sancta conversatione,
& spiritu Sancti consolatione profectum; sed
& mutuæ caritatis, sinceræ familiaritatis,
& præcordialis in Deo Societatis affectum,
sed & nihilominus futuræ gloriæ, commu-
nis lætitiæ, spiritualis amicitiæ concors de-
siderium.

40 Addidistis tamen huic triplici tripli-
citer triplicato funiculo (qui difficiliter rum- *cuius conso-*
pitur, nisi prius nos rumpamus) fortem *lationi per*
agitatorem & continuum solicitatorem, scili- *litteras li-*
cet vestram postulationem; assignantes ratio- *benter sub-*
nem, eam quam ex litteris meis habetis con *servire ve-*
solationem, ut vobis sæpius scriberem. No- *lit;*
stis autem quod consolationi vestræ non pos- E
sum deesse, dummodo cognovero eam vo-
bis prodesse, & nulli obesse: hoc est dum-
modo vobis expediat, & me deceat, &
utrique salubris existat. Nam ex vestra con-
solatione tanto aliquando repletus sum gau-
dio, ut magis jubilum quam gaudium di-
xerim. Rogo ergo vos, dilectissima soror *modo sibi à*
mea, ut intente Deum rogare velitis, ut *Deo impe-*
mihi gratiam velit donare, & facundiam *tret gra-*
loquendi, & scientiam scribendi, & gu- *tiam ido-*
stum sentiendi; ut & velim, & possim, & *nei verbi.*
sapiat mihi vobis sæpius scribere, quod &
vos in Dei amore accendat simul, & audi-
re delectet. Carissima soror mea, & in vi-
sceribus Christi Iesu dulcissima, regratior
vobis ex intimis cordis pro litteris vestris,
& specialiter pro illis quas mihi misistis in
Quadragesima. Super omnia autem me con-
solatur vestra promissio, quod scilicet face-
re velitis de quo vos rogavi, videlicet ut
aliqua de statu vestro in unum quaternum
mihi notari faceretis. *Alia.*

41 In visceribus caritatis Christi Christi- EP. XV.
næ carissimæ sorori, præcipuo dignissimæ
amore, Frater Petrus, professione Prædica-
tor sed re & actu humilis & vilis peccator F
salutem, & in spiritu salutari salutem æ- *De statu*
ternam prospere negotiari, dulciter medita- *quoque suo*
ri & in ea jugiter & per eam dulciter con- *significat*
solari. Quoniam rogastis me ut vobis de *Petrus,*
statu meo significarem, sed & petitio ve-
stra cordis mei penetralia pertransiit; Ideo
vobis notifico, quod, quamvis ex præsen-
tia vestra aliquando fuerim intime conso-
latus, & ex Deo cohabitante vobiscum me-
dullitus refocillatus, & præcordialiter (si
dicere licet) illuminatus, & divinitus in-
flammatus; fateor tamen, & Deo gratias *scilicet se*
agens confiteor, quod mihi interdum, li- *Parisiis*
cet forte rarius, hoc vestri confert memo- *vivere in-*
ria, quod præsentiæ conferre solebat: at- *ter optimos*
tamen in tantum diminutius, in quantum *Fratres,*
differentius hæc præ illa delectat, & simi-
litudo ipsa rem ipsam repræsentat. Ceterum,
ut petitioni vestræ satisfaciam, noveritis,
quoniam in Parisius sunt Novitii devotissi-
mi, studentes litteratissimi, Conventuales re-
ligiosissimi, & Prælati benignissimi: inter
quos,

A quos, ut lapides ignitos, viros ſplendidos, quaſi opprobrium hominum & abjectio plebis converſor; in tantum, ut cum illi ſint quibus dignus non eſt mundus, ego utique talis ſim qui mundo non ſum dignus. O igitur, cariſſima Virgo Chriſti Chriſtina, quæ Chriſti pietatem nomine prædicas, moribus vendicas, miſeremini mei, qui in tanta & tantorum devotione aridus, tam multorum ferventi dilectione frigidus, tam ſtrenua converſatione remiſſus, tam rigida religione diſſolutus converſari non formido. Si quæ igitur in vobis eſt mentis conſolatio, ſi quæ cordis compaſſio, ſi qua viſcera pietatis, ſi quis affectus caritatis, orate Deum, ut me ab hoc inſenſibilitatis torpore, negligentiæ tepore, inhærentiæ ſopore dignetur ſuâ gratiâ excitare.

quibus optat dignus reddi Chriſtinæ precibus;

42 Hæc eſt igitur mea continua diæta, quotidiana peſtilentia, & dolenda nimium miſeria. Sed licet cor habeam induratum, ſenſum obduratum, affectum infrigidatum; cogor tamen ſecundum Apoſtolum Gaudere B cum gaudentibus, vel ſaltem gaudium dolens prætendere. Unde noveritis, quod licet rara hora & parva mora illuceſſit; tamen interdum [illuceſſit] dies ſerenior, aſpirat aura ſalubrior, reſplendet ſol jucundior, ſentitur devotio cordis dulcior; & præcipue cum ſol juſtitiæ manibus meis toties tangitur & geritur, quam [ſol corporeus] oritur. Tunc enim cor modicum incaleſcit, oculus madeſcit, intellectus illuceſcit, mundus vileſcit, omnis aliena delectatio evaneſcit, omnis tentatio obmuteſcit, omnis inordinatus appetitus quieſcit. Tunc nova progenies cælo dimittitur alto, tunc redit & Virgo. Heu mihi, dilectiſſima! quid dixi? & quid memini? nam tranſierunt omnia hæc tamquam umbra, & vix ſui memoriam reliquerunt, præſentiam penitus ſubtrahentia. O quam jucundum & quam fœcundum eſſet in iis commorari deliciis, talibus ſaturari conviviis, talibus deliciari epulis; niſi pigritia impediret, negligentia retardaret, peccatorum multitudo obſtaret. Sed hæc & his ſimilia devotionis impedimenta plurima, quæ in me ſentio & defleo, ſpero veſtrâ compaſſione debere evaneſcere. C

aridus alioqui,

Rom. 12,15

præterquàm in Miſſa.

CAPUT V.

Decima tertia & quarta Viſitatio Petri, Pariſiis in patriam Coloniâ redeuntis, & ad Virginem excurrentis.

42 QUoniam à Paſchâ *a* uſque poſt feſtum *b* B. Jacobi Majoris continue in Coloniâ ab amicis meis expectabar; ideo mihi nihil ſcriptum de iis quæ à Paſchâ uſque ad illud tempus contigerunt circa Chriſtinam, excepto eo quod inferius ponetur de ſerpente, qui purgavit eam intus, & contigit ante feſtum Pentecoſtes. Audivi tamen, quod in die Paraſceves inſignia Dominicæ Paſſionis, more annorum præcedentium, in eâ apparuerunt. Hoc ergo tempore ignorantiæ peracto, cum ego Dominicâ proximâ poſt feſtum B. Jacobi de Pariſius exiviſſem, & in

a
b

Petrus intelligit Chriſtinam 11 *Aprilis recepiſſe ſacra ſtigmata:*

die præcedente Vigiliam Aſſumptionis beatæ & glorioſæ Virginis in Stumbele veniſſem, in ipſâ Vigiliâ Chriſtinam verbis paucis ſalutavi. Et cum Frater Nicolaus, qui mecum pariter de Pariſius venerat, eodem die vellet Coloniam accelerare, ut in feſto Aſſumptionis cum Fratribus eſſemus Coloniæ; nihilominus ſecundum conſilium Fratris Hiddonis remanſimus ibidem cum Dominâ Gevâ, Dominâ Abbatiſsâ de S. Cæciliâ, per feſtum præmemoratum. Prædictus autem Frater Hiddo vir erat miræ maturitatis, & morum religioſorum culmen attigerat, famâ quoque & ſcientiâ illuſtris qui novem annorum fuit Prior provincialis in Theutoniâ, qui & prædictæ Dominæ Abbatiſſæ erat Confeſſor & conſiliarius ſpecialis. In die autem aſſumptionis, facto prandio & licentiâ obtentâ, cum Fratre Hiddone conventum Fratrum Coloniæ commorantium intravi. In vigiliâ autem prædictâ, cum loquerer Chriſtinæ, quæſivit à me an moram deberem Coloniæ facere. Dixi, quod non, niſi per infortunium impedirer. Reſpondit: Utinam ſub quocumque eventu deberes morari! Cum ergo duabus noctibus fuiſſemus Coloniæ, & Frater Nicolaus omnino in craſtino intenderet recedere; ecce ipsâ nocte apprehendit eum febris validiſſima, & ſeptem ſeptimanis uſque ad deſperationem vitæ afflixit. D

A. PETRO COÆVO EX MS.

XIV Viſit & 27 *Iulii digreſſus Pariſiis, venit in Stumbele* 13 *Aug.*

ibique celebrata Aſſumptione B. M.

E

43 Sub illo tempore, ego Fratrem Mauritium & Fratrem Andream Acienſem, * euntes Pariſius ad ſtudendum, uſque in Stumbele proſequebar. Sed impeditus propter Nicolai infirmitatem, prohibitus ſum ibi pernoctare. In illis diebus Chriſtina venit Coloniam: & dum ibi eſſet, diabolus ei abſtulit octo ſolidos Colonienſium, quos mihi dare intendebat, ut ex iis tunicam mihi procurarem, quâ me intellexerat plurimum indigere: ſed diabolus nec ſuam beneficentiam nec meam indigentiam ex hac parte ponderavit. Cum autem Frater Nicolaus vires reſumeret, præveni & præceſſi eum in Stumbele, ut ibi amicos meos ſalutarem. Et dum in die S. Michaëlis conferrem cum Chriſtinâ de Deo & ejus dilectione; illa inter cetera ſubintulit: Frater Petre, quia jam à me es receſſurus, interrogo te de quodam familiari ſecreto: ſi ſcis, dic mihi cauſam mutuæ dilectionis noſtræ? Reſpondi, admirans quid intenderet: Deum actorem & auctorem credo noſtræ ad invicem caritatis ſimul & familiaritatis. Et illa: Non, inquit, dubito de hac reſponſione: ſed requiro, an aliquod ſuper hoc recepiſti evidens experimentum & ſpecialem gratiam. Cui cum diſſimularem reſpondere, quia nolui dicere falſum, & timui conſcientiæ remorſum, propter ea quæ ſupra poſita ſunt in viſitatione ſeptimâ; illa adjecit: Scio quia in proximo inſtat tempus noſtræ ſeparationis, & meæ deſolationis: & ideo tibi ſecretum revelo, quod tibi aliàs non manifeſtarem. Habetiſne in memoriâ, quod quando vos primo ad me veniſtis, cum Fratre Waltero bonæ memoriæ, circa crepuſculum, quando vos primo vidi, quod parum me ſupra quemdam cuſſinum juxta vos collocavi me inclinando? Cui cum dicerem, Memor ſum; illa adjecit: Illo in tempore Dominus mihi apparuit, & Dilectum meum F

juxta prophetiam Virginis, manet Coloniæ 7 hebdomadis:

* *an* Dacienſem

quo interim ad illum venit Chriſtina,

XIV Viſit.

& ipſe eâ reviſit 29 *Septemb.*

A vidi, & audivi dicentem mihi : Christina,
A. PETRO COÆVO EX MS. virum, prope quem es inclinata, agnoscis, & conditiones ejus dijudicasti ? Cui cum dicerem : Domine, virum hunc non novi prius corporaliter, & faciem ejus numquam aspexi corporalibus oculis ; Dominus adjecit : Considera hunc hominem diligenter, quia amicus tuus est, & erit, & multa pro te faciet: sed & tu pro eo facies ea, quæ pro nullo alio mortalium es factura. Sed & scias, quod tecum commansurus est in vitâ æternâ : & hæc est causa, Frater Petre, quare te diligo, & familiarem me vobis exhibeo. Quod ideo nunc tibi, & non prius revelo ; quia nunc in brevi corporaliter ab invicem *c* separabimur, & nescio si amplius in hac vitâ nos mutuo poterimus videre, ut ex iis possitis consolari.

revelat ei Christina, quomodo ipsum in Visit. cognoverit sibi datum divinitus adjutorem; 1

c

42 Cum Christina hæc diceret, cum lacrymis Deo regratiabar, quod me tantæ personæ dignatus est facere familiarem, & quod me voluerit esse conscium tantorum secretorum, & tam divinorum mysteriorum : verumtamen clausa hæc in corde meo conservavi, quæ intimè mihi fuerunt causa consolationis. Et quomodo non consolarer in amicitia Christinæ, quam ipse Christus in sponsam elegit, & arrhâ tam nobili & evidenti insignivit ? Quamvis enim adverti præmissa longe excedere mea merita; sperabam tamen, & adhuc spero, per Christinam Christi amicam posse obtinere & veniam peccatorum & gratiam exercitii bonorum operum. In crastino autem, hoc est in die B. Hieronymi, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo ; Cum Frater Nicolaus & ego de Stumbele profiscisceremur, Frater Joannes Hespe & Frater Helinricus, studentes de provincia Daciæ, Dominus Plebanus & Soror sua Gertrudis, & Hilla de Monte, & Christina, & aliæ plures personæ, iter nostrum ad tempus sunt consecutæ. Et cum ego cum Christinâ ambularem dedit illa mihi quaternum, in quo plura de statu suo continebantur, quæ ipsa ad petitionem meam in eo fecerat notari : & hoc interpretor esse quod supradictum est, quod pro me deberet facere quod pro nullo mortalium esset factura. Quaterni autem prænominati continentiam infra isti tractatui interponam. Cum ergo duo iremus pariter, mœsti & tristes de imminenti separatione, & plura suspiria quam colloquia commiscueremus, dixi : Carissima Christina, tempus advenit, ut ab invicem separemur. Vale in Domino, carissima. Quæ hæc audiens nihil respondit, sed pallio faciem operuit, & super terram resedit, flens amarissime & abundantissime. Quod videns, Fratrem Nicolaum vocavi, qui paululum præcesserat : & dixi ei ut rediret, & Christinam salutaret, & sic iremus. Cui redeunti Christina assurrexit ; & invicem nos salutantes, & mutuis orationibus nos recommendantes cœptum iter carpebamus. Dedit autem Nicolaus Christinæ suum Pater-noster, quod personaliter quatuor annis portaverat : erat enim ipse in magnâ devotione per Christinæ aspectum promotus, ut ipse fatebatur. Quando ergo ab eâ recessimus, non absque cordium conturbatione & lacrymarum profusione, illa iterum resedit, & faciem pallio cooperuit, & abundantissime flevit, ut infra in suis litteris patebit. Nos vero viam continuavimus inchoatam.

& postero die abeuntem aliquo usque deducens

B

ac mœsta valedicit.

C

D

45 Nunc tempus esse videtur opportunum, ut ea quæ mihi Dominus revelare de statu sponsæ suæ dignatus est, hic interseram, rogans & exhortans lectorem simul & auditorem, ut devote dicendis intendant, benigne suscipiant, & in corde suo frequenter revolvant & recolligant, Deo pro innumeris beneficiis gratias agant, Christinæ passiæ & patienti orationibus suis subveniant, & compatiantur. Tenor ergo quaterni supramemorati *scriptore ipso exordiente* talis erat.

In quaterno illo narrabatur,

Carissime Pater, rogo vos, intuitu Dei, & suæ passionis, quatenus ea quæ vobis narrare propono de *d* amica vestra, diebus vitæ meæ numquam alicui homini reveletis ita quod possim ex hoc incurrere perturbationem. Quando fuit decem annorum vidit in somnis pulcherrimum juvenem &c. *Prout supra ante librum* 1 *post Prologum ubi explicatur Vita Christinæ ab anno* X *ad annum circiter* XX *ætatis ad quod tempus etiam spectant nonnulla mox sequentia, istic non necessaria, & hic commodius citra novam interruptionem continuanda.*

d

E

46 Sequentem tentationem, de clavis in corpus ejus infixis, vos scitis, quia quædam personaliter vidistis & audistis : & propter hoc non est necesse vobis scribere : quia tentatio hæc quando eam primo visitavi contigit. Præterea quæ ego supra posui in visitatione primâ, quæ oculis vidi ; dignum mihi videtur etiam ea apponere quæ ab iis audivi qui interfuerunt.

quomodo per adventum anni 1267

In adventu ergo illo Frater Gerardus de Griffone, & Frater Iacobus de Andernaco Christinam prædictam visitaverunt : & tribus noctibus in hospitio ubi fuit hospitabantur, qui hæc quæ scribo narraverunt, consentiente eis tota familiâ. Cum ergo debuisset, cum Gertrude & Hadewige sororibus Plebani, Christina lectum intrare, rogavit eas ut in medio earum posset jacere. Quibus annuentibus dixit ; Nolo pelliceum meum exuere, erat enim frigus intensissimum. Dum ergo incepissent omnes dormire, ecce subito strepitus magnus venit in domum, qui omnes excitavit & omnes perturbavit. Insuper & tria ostia domus in impetu spiritus patefecit : Christinam autem dæmon rapuit, de medio puellarum quæ in eo lecto secum jacebant, & per omnia tria ostia eam extra domum projecit. Surgentes ergo dicti Fratres cum totâ familiâ, cum candelis & faculis eam inquirentes, tandem eam semivivam invenerunt in loco, in quem dæmon eam projecerat.

tradit ei quaternum de vita sua,

Virginem dæmon noctu raptavit è lecto,

F

47 Una etiam die advesperascente, cum dicti Fratres circa Christinam sederent, unus ad dextram & alter ad sinistram ; dixit illis prædicta Christina : Rogo vos, carissimi Domini, ut verecundiæ vestræ & meæ condescendatis, & à me ad tempus recedatis : quia dæmon comminatur quod velit me denudare. Cui respondit Frater Gerardus in spiritu vehementi (erat enim homo magni fervoris) Verè, si ille denudaverit, ego te induam cappam meam : sed in tali necessitate nullo modo te solam derelinquam. Cumque sic loqueretur, ecce dæmon abrupit utramque manicam tunicæ ejus ab humeris ejus, & secum detulit. Modicoque intervallo facto venit, & dilaniavit tunicam ejus à brachiis ejus usque ad ex-

& aliàs laceratis vestibus denudarit.

A tremitatem ejus, & hoc à latere utroque. Tunc illa ſubriſit parumper, dicens: Quid ille miſer intendit, hæc mihi inferendo? neſcit infelix, quod facile eſt patri meo aliam mihi tunicam conferre? Tertio dæmon rediit, & ambas manicas pellicei ſui ſubito abrupit, & ſecum detulit: verumtamen tunc temporis ampliora facere non præſumpſit. Sub hoc defectu mirabilia contigerunt, ſuper quibus me obligavit ne alicui mortalium eâ vivente revelarem, quæ illa mihi dixit in ſecreto: pro quibus Deus ſit laudabilis æternaliter, qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mirabilis pariter & laudabilis.

c 48 In quadam *e* Quadrageſima tentabatur de paſſione Domini, ita quod non credidit Deum omnino fuiſſe paſſum. Quando in eccleſiam intravit, & reſpexit Crucem; cogitavit, Si hæc eſt pictura, quid prætendit? nihil veri prætendit; unde cor ſupra modum affligebatur in reluctando, & de hoc etiam multum doluit: quia Paſſio Domini ſemper refugium in omni ſua tribulatione fuit. Tunc B dæmon propoſuit ei ſtatim, dicens, Credis Deum tuum paſſum fuiſſe? Non eſt verum; quidquid de illo dicitur, non eſt verum: quid de illo clerus faceret? Nec in Communione aliquid boni ſenſit, nec etiam in oratione ſuum Dilectum omninò ſentire potuit. Unde ipſa, martyrizata in hac reluctatione, vomuit aliquando ſanguinis magna fruſta. Octo diebus ante Cœnam Domini, cum eſſet in ſuis Matutinis, rogavit ſuum Dilectum, dicens: Dilecte mi quia tu ſemper mihi adjutor fuiſti, & ſcis quia tua Paſſio magna fuit mea conſolatio, libera me nunc ab iſtâ tribulatione, quia diutius iſtam infidelitatem ſufferre non poſſum. Ipsâ horâ deſideravit quod Deus oſtenderet ei aliquod ſignum Paſſionis ſuæ, & ſtatim venit quaſi ſpinea corona per totum caput ejus, & imprimebatur ei, ita quod fluxit ſanguis in totam faciem ejus, & in collum ejus: ſic ſtatim defecit à corde. Tunc qui ſecum erant, videntes ſanguinem, ſtupefactæ timebant, quod dæmon eam læſerit. Cum autem ad ſe reverſa fuiſſet, evanuit omnis illa infidelitas. Ab illâ horâ uſque ad Paſcha non potuit aliud C cogitare niſi de Paſſione Domini. In Cœnâ Domini de ſero cœpit ex improviſo anxiari, & tremebat totum corpus ejus. Tandem fluxerunt ſanguineæ guttæ de ejus corpore. Hæc anxietas non minor erat, quam quod expectaret in continenti occidi; quæ duravit uſque in Paraſceven uſque ad Nonam. Tunc aperiebantur quinque vulnera, in latere, pedibus, & manibus, & in capite ſpinea corona & felle fuit potata, nec poterat propter acerbitatem palati guſtare aliquem cibum; & jacuit quaſi ſemiviva per illos dies. Ab illo tempore uſque in hodiernum diem, quandocumque cogitaret vel audiret loqui de Paſſione Domini, niſi aliæ tentationes occuparent eam, deficiebat à corde.

Hic dicit ſcriptor quod in die Paſchæ in tanto erat tripudio & jubilo, quod mirum erat; & in tanto poſtmodum lumine erat, quod ſcripturam aliquam intellexit; & videbatur ei, quod poſſet obtinere quidquid petiſſet à Deo: & cum ſibi loquerentur homines, ſemper in corde intellexit quâ intentione hoc facerent. [Similia ego quoque Fr. Petrus anno MCCLXVII] *f* pro parte vidi: quia in vigiliâ Paſchæ ad villam in quâ fuit veni, & in die Paſchæ eam viſitavi, & cum eâ in craſtino Paſchæ comedi: de quo intelligitur quod in * quartâ viſitatione ſupra eſt notatum. *Pergit porro epiſtolæ ſcriptor.* D

49 Quædam tentatio fuit, quod ſine intermiſſione apparuit ei quaſi paſſio Domini: unde quando hoc vidit, ſupra modum flevit & ſine intermiſſione. Tandem ad cor rediens, requiſivit à ſuo Sacerdote, utrum poſſit eſſe tentatio: reſponſumque eſt ei quod poſſet. Unde cogitavit illa, quod ille, ſcilicet dæmon, niteretur ad ſuam deſtructionem, & minime attendit. Octo diebus duravit. Quando autem illa non attendit, de cetero non comparuit, & ſic tentatio illa receſſit. Quædam autem tentatio fuit [talis]. Dixit dæmon ad illam: Ecce tu vides, quia tu peſſimam & pœnaliſſimam habes vitam; tu vides, quia nullam habes quietam diem: illi qui ſunt in ſeculo, delicatiſſimam habent vitam, in parentibus & amicis, & filiis & maritis: tu vides quia habent divitias multas. Et hoc dicto, E oſtendit ei infinitos denarios, dicens: Si velles ſicut ſeculares vivere, & abrenuntiares huic vitæ, vellem te facere divitem; & vellem facere, quod non poſſes timere mortem, & vellem tibi prolongare vitam tuam quamdiu velles. Reſpondit illa: Maledicte, tu mentiris. Nullam pœnam formido propter Deum: quæcumque promittis non poteris adimplere. Reſpondit: Religioſi, & Clerici, & omnes continentes decepti ſunt; quia hæreſis eſt ſic vivere; quia Deus à principio ſic ordinavit ut omnes viverent in matrimonio: quod ſi faceres, benè & melius poſſes ſalvari. Omni nocte venit cum duobus ſociis: alter in ſpecie mulieris quæ puerum ſecum detulit, & habuit in ſinu ſuo. Cum ſic ſimul eſſent, nimis carnaliter ſe invicem tractaverunt: poſtea mulier illa amplectebatur puerum, ſecundum quod mulieres ſolent pueris facere: & dixit, Non eſt delectatio, ſuper iſtâ delectatione, qua vir conjungitur mulieri: & non eſt delectatio, ſicut illa quam F habet mulier ad puerum. Ex iis verbis & factis, quæ audivit, mirabiliter fuit tentata: & licet abſconderet oculos, nihilominus talia vidit. Hæc tentatio duravit ſex ſeptimanis, in quâ cogitavit: Tu habes pro parte malam vitam: fortè poteſt eſſe, quod illi optimè poſſunt ſalvari. In hac reſiſtentiâ mirabilem pœnam cordis eſt perpeſſa: ex hac tentatione tædio afficiebatur, in ſuâ oratione, & in omnibus quæ facere proponebat.

50 Ex illâ viſione invaſit eam quidam timor, quod timebat ſibi de futuro malo; propterea dedignabatur multum, quando vidit ſeculares homines & eorum decorem & gaudium, nec amiciſſimos ſuos viros (conſanguineos & notos dico) poterat illâ vice pati. Dixit illi dæmon: Ex quo me non ſequeris, ſcias pro certo quod te confundam: dicam toti mundo quod fuiſti familiaris viris, & confundêris. Unde magnum timorem in omnibus locis ſuſtinuit: timebat enim quod [dæmon] manifeſtè deberet clamare, Adhuc puerum parvulum ponam in eccleſiam coram te, & confundêris, & dicam quod tuus ſit: & pro-

Quodque in Quadrageſima tentata de fide Paſſionis Chriſti,

ſpineæ ejus coronæ particeps facta

& experta ſit reliqua tormenta,

magnoque jubilo repleta in Paſchate.

A. PETRO COMÆVO EX MS.

f

** l. 1, n. 30*

Detecta fraude dæmonis, fletum nimium cientis,

tentatur de tenenda vita communi ſecularium,

objectis etiam impuris phantaſmatis

& incuſſo confuſionis turpis metu,

A. PETRO COÆVO EX MS.

A propoſuit de duobus viris, etiam religioſis ſibi familiaribus, quod eam vellent confundere; unde tantum torquebatur [quod vix poſſet ſuſtinere: &] in eccleſia, ſi audivit rugitum vel ſtrepitum, ſemper timebat, nec poterat orare. Tribus vicibus, quando tentatio duravit, quando debebat communicare, videbatur ei, quod audiret ſtrepitum, quaſi homines dicerent; Ecce illa viliſſima deceptrix, quomodo decipit homines? modo apparent ſuæ truſtæ, quod ſic genuerit filium. Inde omne deſiderium communicandi & voluntas receſſit à corde ejus, & timebat ſi procederet ad altare, quod deberent inclamare eam quomodo auderet accedere. Tandem reſtitit, quod cogitavit; Si clamaverint, Deus ſcit quod innocens es. Unâ vice contigit ei, quando de mane propoſuit communicare, tunc vidit in ſomnis qualiter diceret: Dilecte mi, compatiamini mihi in hoc timore poſitæ, & auferte à me tentationem hanc, quia diutius ſufferre non poſſum. Statim reſpondit vox quædam dicens: Cariſſima filia, patiens eſto: B tua pœna hodie habebit finem: tuus Sponſus dabit tibi tantam mercedem, pro timore quem habuiſti pro tuâ confuſione, quantam dediſſet ſi totus mundus clamaſſet ad tuam confuſionem. Tunc reſpondit, Benedicte dulciſſime, ego ſum miſera, ſed tuâ gratiâ felix. Et cum eſſet expergefacta, evanuit ab ejus corde omnis illa tentatio, & omnis timor ab eâ receſſit. Sequenti die in Communione habuit tale gaudium, quod tribus diebus non guſtavit cibum, nec potum, nec loqui poterat.

per impingendum ipſi crimen ſtupri.

51 Quadam vice venit dæmon dicens: Quomodo ſic agis? quondam multum orabas, multum tacebas, & jejunabas; ſemper ſola fuiſti, non potuiſti ſuſtinere viros; modo nimis es eis familiaris, cum fratribus & aliis nimis fabularis in eccleſiâ & extra eccleſiam, nimis es deſidioſa: ſic ad regnum cælorum venire non poteris, & cum tali commodo. Si poſſem ego adeò bene ſervire Deo ſicut tu, omnes pœnas ſeculi vellem ſuſtinere. Non noſcis Deum: ſi ſcires tu qualis ipſe eſt non C. ſic faceres. Quidquid ipſa negligentiæ, teporis vel peccati fecit, ſemper ei oſtendit, dicens: Hoc & hoc feciſti hodie, quamvis non faceret. Quadam vice cum vigilaret, ſicut ſemper ſolebat quando communicare debebat, jacens & expectans ſuum Dilectum; venit ille antiquus malorum dierum dicens: O cariſſima filia: & cum quadam voce leniſſima, ſicut eſſet Angelus de cælo, dicens; Cariſſima, tu proponis communicare: hoc non facies propter tres cauſas. Prima eſt, quia ſi tu hoc feceris, malè facies: quia cum imponet tibi in os Corpus Chriſti, corruet Hoſtia ad terram, & erit confuſio magna. Alia eſt cauſa, tu merito debes te cognoſcere peccatricem, & omnino indignam. Tertia cum tali conſcientiâ Plebanus ad hoc inductus eſt, quod tam malæ eſt voluntatis. Illa credens hunc eſſe Angelum, & tamen dubitans, tunc ultimo rogavit ſuum Sponſum, ut oſtenderet ei ſi hæc vox ſit ab eo, an ab alio: [& dæmon] in continenti cum maximo ſtrepitu receſſit. Illa mane veniens, nec auſa communicare propter has cauſas; reſponſum eſt ei, quod dæmon vo-

Alias incuſat eam dæmon nimiæ mollitiei,

& à communione abſterret vano metu.

luiſſet eam impedire: & ſic communicavit D cum tremore.

52 Quadam vice tentabatur à dæmone, qui dixit ei omnes voluptates ſeculi. Unde tentabatur de quodam viro, mirabili & horribili homine deſiderans eum videre, & ſecum loqui, niſi faceret contra cor. Hunc hominem *inquit Petrus*, ego novi, qui erat facinoroſiſſimus & latro publicus; ſed & cum Chriſtinâ fui cum Fratre Mauritio, quando hæc tentatio incepit quando de Nuſſia *g* revertebamus, *g* deducto Fratre Carolo ut ſupra habetur in Viſitatione III. *Nunc proſequitur ſcriptor cœptam narrationem hoc modo*. Et quia ſuo non conſenſit deſiderio, ita doluit, quod videbatur quod cor ejus frangeretur: & quia in nullo malo eum dilexit, mirabatur quomodo hoc eſſet quod tam ſecularem hominem, & quem antea tamen ſicut hominem malum horrebat, & cujus vocem ſicut dæmonis abominabatur, deſideraret videre & loqui cum illo. Poſteà venit dæmon omni nocte in ſpeciè illius mali hominis, dicens ad eam: Dilectiſſima, ecce ego ſum: intravi: domus a- E perta eſt: nec pater nec mater ſciunt me hic eſſe: Noli timere. Cum ſic loqueretur, credebat omninò illum eſſe, & ſic cœpit eam amplecti & tangere ſuas manus. Illa hoc ſentiens, retraxit ſuas manus, defendens ſe totis viribus ſuis, dicens: Si me tetigeris, ſcire debetis quod diabolus vos interficiet. Et clamans voce magnâ, ſicut ei videbatur, cum magnâ acerbitate cordis, monuit eum per omnes Domini paſſiones quod dimitteret eam. Reſpondit ille: O præcordialiſſima, numquam dilexi hominem ſicut te. Si me ſolum libenter videres, nolo diutius eſſe malus; ſed ſi volueris, ero bonus; ſi nolueris, ero malus. ſemper. Te faciam Dominam, emam tibi pulchras veſtes, & denarios dabo quot volueris, & nullius rei habebis indigentiam, & ducam te ſine ſcitu parentum ad nobiles & delicatos homines, ubi tibi nimis bene erit.

In ſpecie viri flagitioſi apparens,

l. 1 *n.* 19

eam ſollicitat ad ſui amorem,

promittens vitæ emendationem:

53 Interea dum ſic ille loqueretur, cœpit ipſa ſe comprimere, & ſine intermiſſione cogitare de Domini paſſione. Et cum il- F le videret quod nil reſponderet, cœpit ejulare & flere dicens: Dilectiſſima, vis tu me occidere? jam morior, ſi non compateris mihi, quod ita anxius ſum pro te quod nec dormire nec comedere poſſum causâ tui. Hoc dicto, cum hoc videret quod ipſum ſperneret, dixit: Niſi tu ſis diabolus, ego tecum faciam meam voluntatem: & comprehendit eam violenter, ita quod videbatur illi quod ab ea deberet auferre vitam. Illa autem invocans ſuum Sponſum, compreſſis manibus dixit ei: Domine Deus, conforta me in hac hora: & omnibus verbis dulciſſimis, quæ poterat invenire, alloquebatur Deum: nec tamen aliquid dulcedinis in corde ſenſit, nec putabat quod à Deo audiretur. Multas ei intulit pœnas, depoſuit ei pepla, dilaniavit ei tunicas, dicens; Ex quo mihi non das reſponſum, proclamabo ad omnes, quod tu feceris meam voluntatem. Reſpondit illa: Nec mortem, nec ſcandalum ullum vereor: dæmonis vocem libentius quam veſtram audirem. Tunc ille extraxit cultellum, & poſuit ſuper cor-

deinde vim intentans,

ejus.

A ejus, dicens: Cum hoc cultello occidam te ſtatim, niſi dicas quod me omnino ſequaris. Reſpondit: Dominus meus Ieſus Chriſtus ſponſus meus eſt, cui fidem meam promiſi, in cujus nomine mori deſidero. Reſpondit: Non. Et dixit, Pater tuus & mater, primi erunt. Omnes in hac domo occidam, te autem adhuc reſervabo. Et exemit gladium, & videbatur ei quod omnes occideret; quia audivit, ſicut viſum fuit ei, quod omnes flerent miſerabiliter, ſicut qui occiduntur. Tunc reſpondit pater ad illum: Expecta, ego inducam eam quod tibi conſentiat, ante quam occidas. Venit ergo pater, dicens: Cariſſima filia, recordare quia numquam dilexi hominem nec puerum ſicut te: ut meam obtineam vitam conſentias iſti, numquam recuperabis adverſus Deum, ſi tui causâ occidar. Reſpondit: Pater, dicitis quod Deum derelinquam: neſcitis quia Deus pro nobis mortuus eſt? lætanter accedatis & patiamini mortem. Et ſic ille

B invaſit patrem, occidens illum. Tunc pater, ſonans in gutture ex ſuperfluitate ſanguinis, mortuus *h* eſt.

& mortem parentibus ejus comminans:

54 Tunc appropiavit illi: illa autem ſtatim arripuit cultellum, trudens eum in propriam carnem. Hoc fecit ea intentione, ne cor ejus perverteretur, ſi violentiæ aliquid facere voluiſſet, quia pœnam corporis ſenſit. Tunc in reſiſtentia omnia membra ejus ſanguine perfundebantur. *Hic vero interponit Petrus*: Cultellum iſtum, cum quo ſe truſit in femur, ſæpius vidi, & cum eo frequenter comedi; nam erat cultellus, cum quo ipſa comedere conſuevit, quem Dominus Plebanus ab ea propter devotionem mendicavit & accepit, & longo tempore utebatur. Hæc tentatio, *inquit ſcriptor*, duravit per unam Quadrageſimam: in qua numquam potuit illa vice credere, quod dæmon eſſet; licet à ſuis Confeſſoribus veraciter diceretur, quod dæmon eſſet: defectio tamen eadem cordis ei fuit, licet ſic reſiſteret. Et ſic ille confuſus receſſit, relinquens ibi materialem gladium, qui inventus fuit ibi: illa autem jacuit deficiens à corde ſuo omnino. Poſtea vulnus quod fecerat fluxit ſanguine, tribus diebus & tribus noctibus: illa autem, timens mori flevit,

C & mirabiliter cruciabatur, ſuper eo quod timuit ſeipſam occidiſſe. Et cum ſic jaceret & fleret, venit pulcherrimus juvenis, dicens: Noli timere, cariſſima filia: ecce ego Ieſus Chriſtus, cui promiſiſti fidem tuam, antequam venires ad Beginas, in manus meas pannum plenum hoc ſanguine vidi, & fuit mihi pro magno clenodio oblatus. Noli turbari, hoc vulnere non morieris; hoc tempore mihi fidelis fuiſti: video quia nullum elegiſti ſponſum præter

i me: & ſicut Catharina *i* ſuſtinuit mortem quia contempſit ſeculum propter me, & pretioſa fuit mors ejus in conſpectu meo; ejuſdem meriti fuiſſet, ſi tali intentione propter me mortua fuiſſes. Sic faciens ſignum Crucis ſuper vulnus, ſtatim ſtetit ſanguis, & dolor ejus evanuit. Hoc ipſa non pro aliquo reputavit, ſed Deo gratias egit, qui eam ſic conſervavit. Hæc tentatio vobis ſcripta eſt, quam pro parte ſciviſtis, quia deſi derat quod vos ſciatis meram veritatem. Tempore quo prædicta tentatio ſcribebatur ab ore ejus, in remotis affui *inquit interloquens Petrus*, & vidi quod præ verecundia multum laboravit in exponendo ſingula uſque ad ſudoris effuſionem. Contigit autem anno Domini MCCLXIX. Quam pulchre autem terminata fuit, patet ex viſitatione XII. *His interpoſitis ſic continuatur cœpta narratio.*

cui illa reſiſtens ſeipſam lædit,

Chriſtus autem eamdem ſolatur.

Et hæc per Quadrageſimam anni 1269 *contigerunt.*

& recedit dæmon relicto apud eam gladio:

55 Tribus noctibus in lecto fuit, quod vidit omnes pœnas inferni; omnem ejulatum & fletum & malleos percutientes, caloris pœnam & frigoris, bufones & ſerpentes, fœtorem & fumum & quamplures pœnas, quas dictis prodere non poteſt. Propter hanc viſionem tantus eam invaſit horror, propter ſua peccata, quia vidit quod propter modicum quid & in inferno & in purgatorio intolerabiles pœnæ fuerunt præparatæ: propterea invaſit eam quoddam deſiderium de ſerpente quodam, quem viderat, ſi eſſet voluntatis divinæ, quod eam ſerpens purgaret pro ſuis peccatis; ſi poſſibile eſſet, quod per hoc evaderet pœnam purgatorii. Poſt has tres noctes vidit in ſua oratione ſerpentem ante pedes ſuos. Mirabiliter ille inceſſit, & inſufflavit eam: propter hoc in tantum horruit, quod neſcivit quid oravit, in eccleſia & in omni loco. Talis horror duravit octo diebus. Poſt hæc ſerpſit per omne corpus ejus, & compoſuit ſe circa crura ejus, & ibi manſit; [ipſa vero] frigiditatem ſerpentis ſenſit. Poſtea ſufflavit ei in aures ſine intermiſſione quaſi tuba: intravit etiam oculos & aures. Propter has acerbitates incepit clamare, ita quod nullus fuit in domo qui non inquietaretur. Circa finem intravit in interiora corporis ſui, & comedit; & hæc fuit pœna ſuper omnem æſtimationem, & credebat omnibus modis mori & fregit eam, ita quod tribus diebus fluxit ſanguine. Quod ſic eam voravit, octo diebus duravit. Ultima nocte, quando debebat recedere, reliquit ibi tantum de ſua immunditia, quod quaſi quarta vini receſſit de corpore ejus. Poſt hæc vidit in ſomnis quod beata Virgo apparuit ei, & detulit ſecum quaſi calicem, & poſuit ei ad os, & dixit: Accipe, cariſſimâ, & bibe, ex hoc enim recipies ſanitatem, & dolor quem habes in corpore fugabitur. Potus ille videbatur dulcior omni melle. Poſt hunc non habuit alium ſaporem tribus diebus quam iſtum. Præcordialiſſime, ſint vobis hæc in omni bono commiſſa. Hic ergo, *inquit Petrus ad calcem præmiſſi tractatus, fuit* tenor prædicti quaterni: & hic finit, quem de manu Chriſtinæ accepi, in die B. Hieronymi anno Domini MCCLXX, ſcriptum manu Domini Ioannis Plebani de Stumbele Confeſſoris ſui, ex ore ipſius Chriſtinæ.

Ipſa, viſis inferni & purgatorii pœnis,

D

A PETRO COÆVO EX MS.

l. 1 n. 75

E

ut has evadat, Serpentem à quo torqueatur impetrat.

ac poſtea curatur à Deipara.

F

ANNOTATA D.P.

a *Paſcha anni* 1170 *celebratum fuit* 13 *Aprilis: adeoque*, Dominica Exurge *id eſt Septuageſimæ, initio capitis præcedentis indicata, convenit in* 16 *Febr. ſicut ibi notavi in margine & hic conſequenter notabo.*

A b *Colitur* S. Jacobus Major, *sive Zebedæi,*
A. PETRO *frater Joannis, 25 Julii.*
COÆVO c *Scilicet ad longius tempus, non minus quam*
EX MS. *novem annorum: potest etiam intelligi major separatio localis: nam Colonia Parisiis distat solum itinere dierum 16 aut 20; & ex præfatis apparet continuas fuisse Studentium commutationes hinc inde, propter celebritatem Studii utrobique constituti. Omnino autem videtur non excurrisse Parisiis* Petrum *causâ* Christinæ *visitandæ; sed absolutis omnino studiis redeuntem in Patriam hac transiisse; sicut lib. 1 num. 29 dicitur*, Cum Fr. Karolus reverteretur de Parisius in Daciam, & venisset Coloniam.

d *Ita semper de se in tertia persona loquitur Virgo, hæc dictans.*

e *Verosimile est agi de Quadragesima aliqua, prægressa primam Visitationem; & occasione apparentium in* Christina *vulnerum* Beginam Aleidem *lib. 1 num. 16 optasse, ut* Petrus *vidisset mirabilia quæ fiebant in Stumbele.*

f *Sensum hiulcum per conjecturam suppleo, donec ex alio Ms. certius integretur; alioqui maneret dubium, utrum hic non indicetur, quod Christi stigmata Virgo acceperit ipsa Quadragesima, primam immediate prægressa Visitationem.*

B g Nussia, *vulgo* Nuyts *alias* Novesium, *distat Coloniâ leucis horariis 7*, Stumbelâ *autem 6.*

h Mortuus est *id est visus est mori, revera enim totum phantasma diabolicum erat.*

CAPUT VI.

Acta usque ad Pascha anni 1272 perscripta ad Petrum, jam Lectorem in patria.

Christina an. 1272 scribens Petro, a Ep. XV.

56 POstquam ergo ab ea separatus fui corpore, licet non animo, transierunt fere duo anni, priusquam litteras merui recipere desideratas. Ad Capitulum ergo Arusiense in Jutia *a* venerunt mihi plures litteræ, à Christinæ destinatæ. Primæ autem tenor talis erat.

Singulariter dilecto sibi, Fratri ac Patri
b Petro, Lectori Skenigiæ *b*, Ordinis Præ-
C dicatorum; singulariter dilecta ac diligens Christina de Stumbele, sincerum caritatis affectum ex intimo corde, in fervore & dulcore Spiritus sancti, in splendore & decore Iesu Christi. Dilectissime, quando nuperrime separabamur, scire debetis, quod tantum fui perturbata, quod per duos dies oculi mei non cessaverunt à fletu, cum recordarer solatii, mihi in Christo à vobis exhibiti, meque eo debere carere. Postea numquam vidi Fratres, de terra aliena existentes, quin graviter perturbarer de carentia vestræ personæ. Sed heu! post vestrum recessum, exul & sine spe abii, destituta omnino à fidelibus amicis: quia nullum inveni cordi meo tam aptum, qui sciret compati meis infirmitatibus, expertum per omnia; quia vos solus fuistis de quo confidebam; & confisa fuissem plura cordis mei secreta, plus quam alicui homini sub cælo, si concessum mihi fuisset apud vos manere. Fratres plures sunt mihi familiares: nihilominus

Indicat sensum de ejus absentia,

non sunt mihi adeo convenientes sicut vos. D
Causam scitis. Octo paria litterarum *c* mihi *c*
transmisistis, unde vobis diebus vitæ meæ non sufficio regratiari; quia inter multa & innumerabilia bona quæ mihi fecistis, hoc *& quod eum occisum falso nuntiarit dæmon.* quoque unum maximum de multis bonum mihi fecistis. Numquam audivi expositionem dictarum litterarum, quin ego multum flerem, cum propter delectationem auditus verborum vestrorum, tum etiam quia vestræ cognovi fidelitatem caritatis. Nunc vobis significo, quod transactis quatuordecim diebus post vestrum recessum, dixit mihi hostis antiquus: Frater Petrus in itinere à latronibus occisus est. Unde octo diebus, super eo nimis credula & timens, supra modum fui perturbata: & rogavi Deum dicens; Domine Deus, qui solus es veritas, ostende mihi utrum sit verum dictum dæmonis: & hoc feci profusis lacrymis. Postea in somnis apparuit mihi beata Virgo Maria, & dixit: Noli turbari, Petrus vivit adhuc: dæmon decepit te. In E
hoc excessisti, quia supra modum turbabaris: non debes adhibere fidem verbis dæmonis. Ceterum, carissime, verba aliquando dubitationis mihi scribitis, me vestri fore oblitam. Scire debetis, quod, sicut promisi, sic per Dei gratiam implebitur, quia spero una vobiscum me æternaliter victuram.

57 Sæpe dolui, quod ita raro innotesco vobis meum statum. Scire debetis, quod vobis libentius quam vos mihi, si daretur mihi facultas nuntii, scriberem & scripsissem. Sciatis etiam, quod si personaliter scirem scribere ea, quæ modo non decet mihi ali- *Excusat raritatem suarum ad ipsum litterarum,* cui revelare, vobis revelassem: & secundum vestra dicta, pluribus intentus minor est ad singula sensus: sic è converso desidero, sicut affirmatis, me solam esse vestri. Carissime, quam gravis dolor cor meum penetrat propter vestram absentiam, dicere non sufficio. Est etiam unum tormentum maximum, quod non datur mihi facultas vobis scribendi de statu meo pro mea voluntate. Sed, heu! dilectissime, non est sicut heri & nudiustertius, quando cum Fratre Albrandino mecum *d* in Offindorp dignabamini ire, exhiben- *d* F
tes multam & acceptissimam consolationem. Talia & plura alia mirabilia bona, fuerunt mihi semper via ad majus bonum. Regratior non modicum super pluribus vestris beneficiis, quia numquam expensas ponderastis, sed plus & ultra quam volebam ultro feciſtis. *memor bonorum per eum acceptorum;* De sanctuario vestro & tunica regratior, quam numquam nisi circa festa induo, hac intentione, quod volo ea uti, si Deus voluerit, diebus vitæ meæ. Eja, carissime, quid nocuit mihi vobis præsente? cum non timebam vos; nec vos verba mea, nec gestus, nec gaudium, neque tristitiam sinistre interpretabamini, sed omnia in bonum convertistis, quasi amicus sciens faciliter meam intentionem. Sed non est modo ita: sed impono ori meo silentium, quia vobis similem *e* non invenio, nec curo invenire. Super omnem pœnam reputavi mihi nimis magnam, quod vos ita exul & sine spe exteriori recessistis à me.

58 Cum fuistis in via, semp[illegible] solicitabar

de

A de aura & de moleſtia viæ, & prolixitate & infortunio, & de hoſpitio & receptione hoſpitum; ſemper rogans Deum, ut ſemper proſperum faceret iter veſtrum. Summum eſt etiam deſiderium meum, ſicut ſcitis, quod vos plures mihi procuretis amicos, qui pro me apud Deum intercedant: & procurate mihi poſt veſtram mortem, ſi ſupervixero, adeo fidelem amicum, ſicut vos mihi fuiſtis. Inſuper conjuro veſtram dilectionem, quatenus ſic apud veſtrum Dilectum fideliter & ſicut ſcitis me deſiderare, obtineatis, ut poſt veſtrum tranſitum non me diutius vivere ſinat: quin me veſtris bonis participem, una vobiſcum faciat niti ſuper Dilectum, quouſque perveniamus ad regnum cælorum. Licet hæc dicam, tamen rogo & opto, ſi aliquo modo unquam fieri poteſt, recordamini caritatis & dilectionis quam habemus ad invicem, quatenus velitis me indignam ante veſtrum obitum viſitare; tum propter hoc, quia ſupra modum vos videre deſidero; tum propter hoc, quia neceſſe habeo vobis multa

B revelare, quæ nulli niſi vobis revelabo. Si aliquid eſt quod deſideratis, non parcatis quin omnia mihi ſignificetis: quia parata ſum omnia ad veſtram voluntatem procurare. Valete in Domino Jeſu Chriſto. Orate rogo, cariſſime, pro meo Domino Ioanne, ſcriptore harum litterarum.

atque pro ipſo ſolicita,

ſui curam ei viciſſim commendat.

EP. XVII. 59 Prædictæ litteræ, plurimæ conſolationis & immenſæ dilectionis conjuncta erat littera intolerabilis deſolationis, talis tenoris.

Aliâ epiſtolâ eidem ſignificat, Dilectiſſimo & jure diligendo Patri ſuo & amico ſpeciali, Fratri Petro Ordinis Prædicatorum, lectori Skenigiæ, Chriſtina de Stumbele quidquid poterit honoris & dilectionis. Cariſſime, de pœnis meis, poſt receſſum veſtrum mihi contingentibus, ſcire vos cupio, quod ſtatim ante feſtum omnium Sanctorum tentata fui malo conſilio dæmonis: cui cum nollem conſentire per Dei miſericordiam, minabatur mihi, quod vellet me trahere in aërem crinibus: [& hoc] tandem complevit opere, quia traxit me per crines ſuper teſtudinem cameræ meæ, quam vos ſcitis, ibi trudens corpus meum ad tectum. Ante hoc factum exemit gladium, quo læſit dorſum Hillæ,

C ſcindendo tunicam ejus. Cum autem ſic jacerem ſuprà cameram, vibravit gladium omnibus illic præſentibus & videntibus; quouſque pater meus cucurrit pro meo Domino Plebano. At ille accurrens ſtatim, audivit in curiâ noſtrâ ſonum gladii. Cum autem intraret, vidit gladium vibrari ſine manibus ſuper teſtudine: & cum apponeret ſcalare, volens aſcendere, prohibitus eſt, quia dæmon percuſſit caput ejus multis ictibus. Pater meus cum haſtâ removit retrorſum gladium, & ipſe percuſſit in haſtam. Tandem cum audacter Dominus meus vellet accedere, dimiſit gladium, & accedentes depoſuerunt me.

quod exeunte Octobri anni 1270,

raptata fuerit ſupra fornicem cameræ ſuæ à ſævo dæmone;

quì deinde apparens in ſpecie Confeſſarii,

Poſteà, cum deberem confiteri Fratri Ioanni de Muſſindorp, venit dæmon, & percuſſit me ad oculum. Hic poſteà apparuit, & dixit ad me in ſpecie ejuſdem Fratris ſtatim: Cariſſima filia, hac tentatione quâ tu læderis, ego lædor: quia propono omnibus modis tecum exire Ordinem. Reſpondi: Quid dicitis, Domine: putatis vos, quod propter hoc dixerim vobis meas tentationes,

ſolicitavit eam ad apoſtaſiam;

quod velim eis conſentire? Scire debetis, D quod valde indignum eſt mihi. Ego putabam, A. PETRO quod conſolari me deberetis: neſcitis quod CŒVO prius mori eligerem, quam derelinquere EX MS. Deum meum? Audivit Frater Ioannes verba mea, & valde contriſtatus eſt; timuitque quod deberem clamare, & eum confundere; & neſcivit quod dæmon commovit litem.

60 Poſteà in Adventu Domini ſic fui tentata, quia dæmon cum duabus manibus armatis, poſitis ſuper humerum meum, quaſſavit totum corpus meum; ita quod fere ſuffocata eram, & quod multi Religioſi non poterant me continere. Inſuper linguam meam detraxit de ore meo, omnibus videntibus; & ita rigida manſit, quia nemo poterat eam removere. Quando dixi & oravi, Crucem cum pollice faciens ſupra linguam meam, & dicens; Domine Ieſu Chriſte, ſi hæc linguam unquam te dignè laudavit, præcipe iſti malo hoſti ut dimittat linguam; ſtatim dimiſit eam: & ego muta facta fui fere per quindenam. Fratri Ioanni inſcidit magnum vulnus in manum; Fratri Ioanni de Crucinburch inſcidit duos digitos; & cum idem ſederet & legeret librum ſuum cum candelâ, percuſſit eum cum lapide magno ad caput ſuum, & rejiciens librum projecit eum, indutum cappâ ſuâ, extra cameram. Sororis Plebani inſcidit pollicem; ſecularis viri abſciderat fere pollicem. (*Hoc porro quod ſequitur dicit ſcriptor.*) *f* Quando laboraverat propter quaſſationem & innuerat quod daretur ei bibere non potuit obtinere quod biberet, licet quinque Sacerdotes manus apponerent. Tandem quando ipſa in ſilentio oravit, ita quod vix potuimus percipere; Domine Deus præcipite iſti quod me bibere dimittat; depoſuimus omnes manus, & libere bibit. *Pergit Chriſtina.* Eodem tempore innuit mihi, quod dæmon in eccleſiâ devoraſſet in ciſtâ matris meæ omnes pannos ejus. Quod verum fuit, quia inveni ita factum eſſe. *Sequentia rurſum ſcriptoris ſunt.* In Vigiliâ nativitatis Domini quaſſavit corpus ejus ſine intermiſſione. Tandem cum deberet recedere dixit. *Lovelois Scheindhof*, hoc eſt, Sine laude confuſor curiæ; poteſtas mihi data fuit, ut tentarem te: cum confuſione recedam, & dignam pro meritis accipiam F mercedem.

& in Adventu niſus ſit ipſam ſuffocare,

f Addit ſcriptor

quomodo dæmon victus receſſerit;

61 Sequenti die communicavit cum conſolatione: poſteà in Quadrageſimâ invaſit eam febris acutiſſima, quæ duravit uſque ad diem *g* Cœnæ Domini. Et cum ego cogitarem, quid faciet ex quo eam ſic febris agitat maxime hoc feſto; audivit ſoror mea Gertrudis quod totâ nocte rogavit ſuum ſponſum quia immineret feſtum quod vellet auferre febres ab ipsâ. Audivit Dominus orationem ſuam, quia de mane Cœnæ Domini receſſit ab eâ febris, & ipsâ horâ diei quâ eam ſolebat invadere, invaſit ſuam germanam Hillam, & eodem omnino modo illa ſupra modum mirabatur, qualiter tantus dolor eam invaderet. Poſt veſtrum receſſum ſtatim factum eſt Interdictum *h* in terrâ noſtrâ, & & oportuit eam alibi communicare. Minabatur ſibi dæmon quod deſiſteret ab eundo, quia ſibi aliter multas moleſtias vellet inferre, & procurare quod confunderetur in eccleſiâ *i* Brunwilre. Quadam vice cum deberet,

g & Chriſtina, per Quadrageſimam anni 1271 *febri laborans,*

h ſub finem liberata ſit, ut poſſet communicare;

i

com-

A communicare, & confeſſa fuiſſet Domino
A. PETRO COÆVO EX MS. Priori bonæ memoriæ, in momento depoſui t
calceos de pedibus ejus, & in fruſta conſci-
dit; caput ejus percuſſit contra parietem, &
quod etiam altas cum magna moleſtia fecerit: depoſuit à pedicis uſque ad plantam omnino
pellem de ſuis pedibus. Cum tali pœnâ acceſ-
ſit de altari: unde longo tempore doluit pe-
des.

62 In Adventu præterito, tentatio invaſit
eam, quæ talis fuit: quia ſemper quando
& quomodo per pedes fuerit ſuſpenſa ex arbore, ſemel oravit, videbatur ei quod aperiretur abyſſus,
& infiniti dæmones traherent eam ad ſe.
Aliquando traxit eam dæmon, caput ad ter-
ram & pedes in altum gyrans. Octo diebus
ante Nativitatem, unâ nocte transfixit pedes
ejus duabus virgis de ſalice; & eam omni-
no traxit per feneſtram ſuam, & ultra hor-
tum & ultra ſepem, & ſuſpendit eam in altam
arborem, ligans eam pedibus in arborem, &
manus ſurſum in arborem; ibique per horam
pependit, antequam ſcirent qui præſentes
erant, & tamdiu quouſque pro me irent.
Et cum ego venirem, inveni eam pendentem
B tem in arbore, & juxta eam matrem ejus
ſolam, quæ flens & ejulans ſtabat. Flebant
omnes ſui & depoſuimus eam de Cruce. In
iterumque; die Thomæ Apoſtoli circa meridiem iterum
virgis transfixit pedes ejus, & traxit per fe-
neſtram, & ligavit eam ad terram in aliam
arborem, in ſua camiſia exiſtentem; quo-
uſque ego & Dominus Apollonius Cellera-
rius de Brunwilre venimus & deponeremus
eam: & hoc multis de parochia videntibus
k *k. Addit Petrus.* Frater Ioannes de Muſſin-
dorp dixit mihi, quod de extremitatibus
l virgas fecit, quaſi quaſdam *l* flexas, ſicut
mulieres ſolent facere de crinibus ſuis, quas
ipſe manu propria abſcidit, & virgas
extraxit. Arborem prædictam vidi: hu-
& in Natali Domini liberata ſit à tentatore. jus autem talem audivi expoſitionem quia
mater ejus, videns eam nudam ſuſpen-
ſam, accepit pallium ſuum & cooperuit
eam: & quia eam deponere non valuit, fle-
vit. *Pergit porro ſcriptor.* Sic transfixit virgas
per dorſum & collum, eas ſumma vi tra-
hens & retrahens, ad ſuum maximum tor-
mentum. In Vigilia Nativitatis oravit, poſt ma-
gnam pœnam, ſic dicens: Domine auferte à
C me tentationem; & ſtatim abſolutum eſt vin-
clum cordis. Tandem gratias agens pro
liberatione cordis, dixit & oravit, ut aufer-
retur exterior tentatio, dicens: Domine, hoc
fiat cum ſilentio, ne inanis gloria cor meum
ſubvertat. Et ſic dæmon, affligens ſupra mo-
dum, receſſit: unde ſtatim Spiritu ſancto
adveniente reficitur. Adhuc [virgæ] trans-
fixæ ſtabant in pedibus, nec aliquis hoc aſpi-
ciens audebat præ puſillanimitate cordis illas
avellere: ſed ipſa, confortata à Domino,
nobis omnibus videntibus, cum maximâ diffi-
cultate extraxit: propter hoc nos omnes qua-
ſi à corde defecimus, poſtea in brevi ſanata
eſt. Valete.

63 Ipſis duabus litteris conjuncta erat ter-
tia, in quâ conqueritur de infortuniis & mor-
te amicorum ſuorum & ſibi attinentium, ta-
lem habens tenorem:

EP. XVIII. *Tertiâ epiſtolâ ſignificat* Caro, cariori, cariſſimo Fratri, Petro Lecto-
ri Prædicatorum in Skenigiâ, Chriſtina ſua
tota de Stumbele, ſalutem in vero Salutari.
Poſt receſſum veſtrum, cum carerem longo
tempore Dilecto, tantum fui afflicta, quod D
magna fruſta ſanguinis, multis videntibus, de *obitum Prioris Brunwilrenſis* ore meo emiſi. De amicis meis, de quorum
perturbatione afflicta ſum, conqueror. Meum
dolorem ſcire debetis de dilectiſſimo meo Do-
mino Priore de Brunwilre, qui poſt Aſſump-
tionem beatæ Virginis obiit: qui ſe mihi in ſuâ
infirmitate commiſit tam miſerabilibus verbis,
quod ſine fletu nullatenus poſſum enarrare. (Iſte
eſt *inquit Petrus* de quo mentio fit in * nona *l. 1 n. 59
viſitatione qui mihi propter Chriſtinam fuit
familiaris.) Idem Prior deſideravit quod ſcri-
berem vobis, quod intercederetis pro eo: &
hoc ego peto, quatenus ei, ſecundum quod
confido de vobis mihi faceretis, ſi decederem,
hoc animæ ejus faciatis: quia neſcitis quanta
bona mihi impendit diebus vitæ ſuæ. Poſtea *diceſſum Confeſſarii;*
receſſit Frater Gerardus de Griffone, & effe- *m*
ctus eſt Prior in Confluentiâ *m* ad cumulum
dolorum meorum, & ſic quaſi omnes amici
mei me dereliquerunt. (De iſto *inquit Petrus*
ſæpius in ſuperioribus facta eſt mentio).

64 Præterea alia tribulatio fuit maxima
de amicis meis aliis & parentibus, qui E
ad tantam pervenerunt paupertatem, quod
pater meus, causâ fidejuſſionis inter Judæos & *patris ſui depauperationem;*
Chriſtianos, omnino perdidit quod habuit: unde
non audens manere, receſſit à villâ tribus men-
ſibus. Conſideratè ergo, cariſſime, cum pater
meus, qui mihi tanta bona fecerat, deſtitu-
tus ab omni bono ſic recederet, quanta mihi
fuerit tribulatio. Et cum eſſet Coloniæ, opor-
tuit me ſolicitari de eo quid ageret, & ire
ad eum: & quando vidi eum eſſe afflictum,
effudi multas lacrymas. In die Innocentum,
cum mater mea deberet ire Coloniam, causâ
videndi patrem meum, cecidit de carrucâ,
frangens ſuum brachium; & infligens ſuo ca-
piti maximum vulnus, receſſit Coloniam. Hoc
iterum fuit mihi magna tribulatio, quia opor-
tuit eam diu decumbere & multas expenſas
habere: & ad hoc acutam [febrem] habuit, *fractum matri ex lapſu brachium;*
& Fratres veſtri inunxerunt eam: inſuper
puſtulas habuit, ita quod nemo recognovit
faciem ſuam. In talibus afflictionibus manſit
ſex ſeptimanis ibidem: unde ego ſtatim poſt
Nativitatem Domini, non valens induere cal-
ceos propter recentia vulnera mea, in maxi-
mo frigore & in magno tormento corporis D
& animi, ivi Coloniam. Et cum reverterer
aliquando, inveni curiam & domum ſine
habitatore: & quaſi exul & miſera, nihil in-
veniens in eis, remanſi, & ſic oportuit me
ire in omni pœnâ huc atque illuc.

65 Talibus pœnis hodiernâ die plena ſum,
& majores expectans: tamen me oportet ſo- *deſolationem domus ſuæ,*
licitari, & tota die ſeparationem inter nos
expecto. Unde, cariſſime, attente rogo vos
& moneo, quatenus causâ mei velitis interce-
dere pro me: quia, ſecundum quod jam in-
telligitis, neceſſitas mihi maxima incumbit;
ut Deus me in iſtis tribulationibus ſine pec-
cato conſervare dignetur; nihilominus ſuam
gratiam propter diſtractionem non auferendo;
ut mea tribulatio tandem in gaudium, quod
nemo auferre poterit, commutetur. In hac *& anno 1272 ablatam ſibi in Quadrageſima conſolationem.*
Quadrageſimâ, in quâ has litteras vobis ſcri-
bo, ſcire debetis, quod ablata eſt mihi om-
nis gratia, & omnis delectatio orandi: ni-
hilo minus tentationem cordis habeo maximam.
Inſuper cum oro, venit dæmon in ſpecie ara-
neæ

A neæ magnæ, ſicut ovum, volitans in meam faciem me moleſtando. In digito meo jam infixit puſtulas, quas timeo plures ab ipsâ araneâ me paſſuram. Cariſſime, iterum rogo vos, ſi fieri poteſt, quando poteritis dignemini me videre: quia veſtro indigeo conſilio, & libenter vos viderem. Valete in Domino Jeſu Chriſto.

65 Quarta, *inquit Petrus*, à Chriſtinâ miſſam litteram accepi, hæc continentem.

Ep. xix. Dilectiſſimo Patri, & cariſſimo amico, Fratri Petro, Lectori Skeningenſi, Chriſtina ſua filia de Stumbele, cæleſtibus ſemper corde intereſſe conviviis, affluere deliciis, elevari miris, & delectari influentiis. Sæpius me ſuper eo quod vobis non ſcriberem arguiſtis: nuper tamen vobis ſcripſi quatuor litteras, quæ miſſæ vobis fuerunt à Fratribus (neſcio tamen utrum illas acceperitis) in quibus intimavi vobis multa, poſt receſſum veſtrum mihi per dæmonem facta, & ex parte amicorum meorum. Et quia deſiderium veſtrum

B in hoc agnoſco, ſcire debetis, quod libentiſſime vobis ſcriberem, ſi facultatem nuntiorum haberem. Quæ contigerunt mihi uſque ad Adventum, ſcripſi vobis: poſtea in Quadrageſimâ, in oratione meâ ſemper venit dæmon in ſpecie araneæ, impediens me quantum potuit. (*Hoc quod ſequitur dicit Plebanus.*) In die Paraſceves, *n* omnia quæ vidiſtis aliquando contingebant illi in quinque vulneribus, & in die Paſchæ ultra modum conſolabatur, & ultra non apparebant ſtigmata, unde gaudebat ſupra modum: & credo quod hoc obtinuit à Deo, licet nobis non revelavit.

66 Ante Aſſumptionem beatæ Virginis diu ſubtracta fuit ſibi gratia, & quaſi Deus numquam benefecerit ei: & in die B. Laurentii, cum diu ante eadem & plura alia perpeſſa fuiſſet, infeſtabatur. Et de nocte, cum reſiſteret tentationi, contra interiora cordis pugnans, uſque ad conglutinationem ſanguinis interioris; dæmon combuſſit ei crines, ita quod fœtebant per totam domum. Poſteà intruſit gutturi ejus ferrum ignitum, extrahens, & iterum ponens in ſua viſcera. Mira & inenarrabilia ſuſtinuit tormenta. Ipſa autem propoſuit communicare ſequenti die, & dixit:

C Dico tibi, dæmon quia cras propono Dilectiſſimum meum ſumere. Reſpondit dæmon: Si hoc feceris, extendens cultellum truſalem, trudam in linguam tuam, & impediam propoſitum tuum. Cum autem in propoſito perſeveraret, truſit cum cultello in linguam ſuam, & ibi eum dereliquit. De mane viſibiliter fluens ſanguine venit ad eccleſiam, & poſteà apparebant puſtulæ intus & extra. *Hactenus Plebanus: progreditur Chriſtina.* Rogo, Cariſſime, ut ſitis mihi fidelis quia ſupra omnem hominem de vobis confido, & deſidero vos videre ultra quam creditis mihi. Utinam hoc contingeret ante mortem meam. Prior mortuus eſt in Brunwilre, meus intimus amicus. Cariſſime, ſitis ei fidelis, & orate pro meis parentibus, qui ſunt in turbatione maximâ. Modò cum faceret ſcribere litteram (*addit Plebanus*) non poterat plus loqui, quia in continuo fuerat jubilo. Omnes præmiſſas res, *inquit Petrus* ſcripſerat Dominus Ioannes Plebanus de Stumbele manu ſuâ, quia illè erat Chriſtinæ familiariſſimus, & benefactor præcipuus ſimul & confeſſor.

Quarta prioris argumentum proſequitur;

cui addit Plebanus, renovata ei ſtigmata in Paſchate 1272; n

& quomodo nisus ſit dæmon impedire Communionem ejus.

ANNOTATA D.P.

D A. PETRO COÆVO EX MS.

a Jutia, *Daniæ pars ſeptemtrionalis, peninſulæ formâ procurrentis in mare; ubi ultra Fioniam Inſulam eſt* Aarhus *civitas Epiſcopalis, una ex quatuor inter quas illa dividitur.*

b Skeniga, *infra etiam num.* 63 Suenigia *&* Strenigia *atque* Streningia: *ſed ubique legendum eſſe* Skeningia *perſuadet Joannes Magnus hiſt. Suconum lib.* 19 *cap.* 15 *agens de* Concilio Scheningenſi *ſub annum* 1247 *celebrato: eam tamen hactenus in tabulis non reperio, de ipſo concilio agit Labbe Tom.* XI *p.* 1. *col.* 695.

c *Harum litterarum aliquæ invenientur in Collectione ultima Epiſtolarum, librum nobis factura.*

d *Videtur hoc ſpectare ad tempus Viſitationis octavæ relatæ num.* 55: *diſtat autem Stumbele* Oſſindorp *trans Rhenum horarum duarum itinere.*

e *Hoc etiam de quo,* Petro *in Daciam decedente, conſolari* Chriſtinam *voluit Fr. Albrandinus, per Epiſtolam dandam libro* 5. *num.* 5. E

f *Cetera, uſque ad finem Epiſtolæ, Ioannis Scriptoris ſunt.*

g *Anno* 1271 *Paſcha celebratum fuit* 5 *Aprilis, adeoque* 2 *menſis fuit Cœna Domini.*

h *Interdictum an.* 1279 *in vicinia & urbe Colonienſi poſitum fuerit ab Engeberto Valkenburgio, quia civitas contra ipſum fœdus inierat cum Duce Juliacenſi: ut legitur in Chronicis urbis vulgatis; ubi dicitur poſt varias utrimque clades, anno mox ſequenti per S. Albertum Magnum, Ratiſponenſem Epiſcopum, reconciliatio procurata.*

i *Quæ ſcilicet eccleſia, immediate tunc ſubjecta Pontifici, Interdicto non ſubjacebat: diſtabat autem Stumbele leucis non integris* ~~tribus~~.

k *Hæc omnino videntur à* Petro *collectore interpoſita.*

l Flexa *id eſt plexus capillorum, vulgo* Tuyte.

m Confluentia, *civitas ſupra Coloniam ad Moſellæ Rheno influentis oſtium leucis* 15 *ſupra Coloniam.*

n *Paſcha anni* 1272 *celebratum fuit* 24 *Aprilis, Paraſceve* 22.

CAPUT VII.

F

Epiſtola Petri conſolatoria ad præmiſſas.

67 QUámvis autem ego ad præmiſſas litteras plurima reſcripſerim: per negligentiam tamen meam tradita ſunt oblivioni exceptâ unâ littera cujus tenor talis erat. Amicæ præcordiali, ſociæ ſpeciali & ſorori Spirituali, cariſſimæ ſibi Chriſtinæ in Chriſto, caritatis inſpiratore, amicitiæ præventore & exhibitore, vel (ſi melius placet) cordi ſuo & animæ dimidio, Frater Petrus, nomine & affectu non ignotus, cum Spiritus ſancti fervore ea quæ ſunt Spiritus ſemper ſentire, amplecti & imitari. Cum Spiritus ſancti (qui eſt dilectio) efficacia, non poſſit præ vehementiâ, nec debeat ſub pigritiâ, nec deceat ſub diſſimulationis ignaviâ, in ſolius corde latere vel jacere conſcientiâ; quin potius tanto verior, efficacior & gratioſior eſſe probatur, quanto plura, majora & difficiliora

Ep. xx.

Reſpondet Petrus,

ex ſpeciali ergà ipſam caritate

A liora pro dilecto agit vel patitur; quia cari-
A. PETRO tas operatur magna, si est; si autem operari renuit, caritas non est; & probatio dile-
COÆVO EX MS. ctionis, est exhibitio operis. Cum igitur mihi spiritus, & (ut æstimo) divinus specialem circa vestram personam dederit affectum; mirari neminem oportet (quia corporali præsentiâ, operum efficaciâ, vel verborum affluentiâ hunc affectum non valeo manifestare) si saltem manu vel pennâ ostendam, quod in corde occultum teneo & sentio.

Scribere se ei.

68 Si verum fatear, nec os nec lingua potest invenire verba, nec manus potest exarare in chartâ, quod sentio. Dicam tamen & scribam, quod possum; & in hoc gaudeo & gaudebo, quod latius est mihi cor ad sentiendum, quàm os ad loquendum. Quantum circa statum vestrum solicitus sim in conspectu Domini, puto vos ex præteritis posse conjicere præsentia vel futura: nam qualis fui in præterito, talis in præsenti perseverо, & in futuro perseverabo; & qualis fui præsens, talis maneo absens, & manebo. Nec mirum, præ-
B sertim cum nec futurum, nec absens, *Caritatem autem istâ totam esse in Deo,* nec præteritum sit, quod amo, & quod aliter non diligo, nisi in quantum illud est in Deo & Deus in eo: & illud, in quantum tale est, semper perseverat, propter primum; & ubique se repræsentat, propter secundum. Quod autem semper est, neque præterit neque advenit: quod autem ubique est, nusquam aufugit: nec (ut apertius dicam secundum Sapientem) Amicus meus numquam *Semper præsente,* moritur; quia virtutes, quas vel solas vel maximè dilexi, numquam moriuntur. Iterum nec absens esse potest, quia quod amo, in corde porto, affectu teneo, desiderio amplector, gaudio in Domino perfruor.

69 Sed scire forsitan quis cupit, quid est de cujus amore glorior pariter & consolor: quod est tam spirituale ut interiora cordis penetret, tam immensum ut ubique se repræsentet, tam durabile ut in æternum perseveret? Ad quod respondeo: Est divinitatis imago in te expressa, Christi similitudo tibi tam lucide impressa, virtutum omnium perfectio tibi concessa, & quasi in te compressa. Te enim Deus Pater, Filii sui sponsam futuram,
C nobilissime in naturalibus donis ditavit & decoravit; Te filius, ut sponsam suam, præcordialiter amavit & signa victoriæ suæ communicavit; Te spiritus sanctus, ut suum habitaculum, & Filii Dei thalamum, virtutibus & donis honoravit & multipliciter & privilegiate locupletavit. Deum ergo & Dei munera in te diligo: sed & te & tua virtuosa opera in Deo diligo. Cum ergo ex utraque parte Deus sit causa affectionis & ratio dilectionis, non Deum à te separo in diligendo; sicut nec te à Deo, in cogitando & sentiendo: fateor enim te sic conjunctam esse Deo in corde meo, ut quasi numquam vel raro tui mihi occurrat memoria, sine Dei recordatione intima; sed & Dei vix unquam recordor sine tui memoriâ dulcissimâ. Tu es ergo quædam excitatio cordis mei, ad Deum inveniendum; quædam æmulatio, ad Deum retinendum; quædam consolatio, ad Deo perfruendum.

ejusque sponso,

70 Sed & ipse Deus meus tota ratio est ad te diligendum, quia ipse te prior dilexit; ipse ratio ad te inspiciendum, quia te tam D
mirabilem & in pœnis & gratiis effecit; tota causâ ad tecum sinceriter convivendum, quia te suâ præsentiâ replevit; tota opportunitas *qui tota ratio sit ipsam diligendi;* ad te imitandum, quia vias suas rectissimas in tuis moribus & actibus expressit. Te ergo, ut Deitatis expressum signaculum, diligo; ut Christi passionis vexillum, inspicio; ut nuptialem ejus thalamum, revereor; & ut propitiationis tabernaculum, amplector. Hunc ergo modum cognoscatis meæ dilectionis, hoc objectum meæ affectionis, hunc finem meæ intentionis. Si ergo & vos talis estis, gaudeo nec me vos decepisse, nec in vobis me deceptum fuisse. Quod si aliter est, quod absit, non me vos, sed aliquid sub specie vestri noveritis dilexisse. Sed certum sit vobis, nisi aliquid certi haberem de status vestri conditione, numquam tantum vobis scripsissem de cordis mei affectione.

quemque solum amari volens,

71 Proinde si qua sunt in vobis viscera E
pietatis, quæ carnalitas numquam infecit; si quis affectus caritatis, quem Christus accendit; si qua compassio benignitatis, quam Christus exhibere miseris præcepit; vicem dilectioni meæ rependatis; & maximè in hoc, ut oretis Deum, ut ipse me talem efficere dignetur, ut dignè me diligere velitis, & possitis gaudiosè, & à me diligi valeatis fructuosè. Nam non parva facienda est vis in eo, *non optaverit ab ipsa redamari,* quod quis diligit: ea enim vis est amoris, ut amantem transferat in amatum. Sola ergo illa diligamus, quibus assimulari vel ea fieri non sit damnosum, quin potius gaudiosum & glorioſum: quorum societate vel identitate melioremur, informemur & beneficiemur. Et hæc fuit sola vel potissima causa, quare vos numquam ad mei dilectionem invitabam, cum tamen vos affectuosissimè diligerem: quia sperabam vestri, utpote melioris, dilectione in potiora, sublimiora & Deo familiariora posse transformari; sed metue- *sed per ipsam ascendere ad Deum.* bam, unde non erat timor, vos mei familiaritate prolabi ad inferiora. Cum ergo dilectione vestrâ, quasi quadam usus fuerim scalâ, sperans & desiderans ex meritis vestris me de die in diem in eâ profecturum, & ascensiones per eam, quin potius in eâ, in F
Dei dilectione dispositurum, donec nobis occurreremus ad videndum Deum deorum, desiderium desideriorum, finem suspiriorum, gaudium præcordiorum in Syon; qualis credis dies illa erit, qua Regum mamillâ lactabimur? quam desiderata, quam beata, quam amata, quam delicioſa, quam speciosa, quam luminosa? O præcordialissima & amantissima sponsa Christi Christina, elevemus aspectum, inflammemus affectum, augmentemus desiderium Deo fruendi.

Hortatur ut idem ipsa faciat,

72 Si Iacob Patriarcha, à Deo impetratus, & secundum quosdam in utero sanctificatus, & innocenter conversatus, dies exilii remotioris, tædii prolixioris, laboris gravioris, mercedis incertioris, temporis diuturnioris, paucos æstimavit præ amoris magnitudine, omniaque hæc, & multo plura & forsan graviora, in semetipso, præ unius puellæ amore & desiderio, triumphavit; quidnam vobis æstimandum? vel quomodo vobis desideriis & suspiriis est æstuandum, quibus in præmium proponitur & promittitur, ut Deum non so-

lum

A lum habeamus, ut patrem amicum & ſponſum, ſed ut conformes divinæ naturæ fiamus. Quod quæſo tædium, quod ſupplicium, quod exilium, quod carorum diſſidium, quod temporis ſpatium, non poterit nobis tantorum bonorum deſiderium, talis hereditatis patrimonium triumphare? Si ergo aliquid grave occurrerit, ſi quid difficile evenerit; illuc oculum attollamus, deſiderium intendamus, continuemus ſuſpirium, unde ſperamus auxilium, & ubi collatum credimus noſtri laboris præmium: & advertamus quantum differunt æterna à tranſitoriis, immenſa à minimis, ſuprema ab infimis. Secundum altitudinem cæli à terrâ corroboravit miſericordiam ſuam: &, Quantum diſtat ortus ab Occidente, longe fecit à nobis iniquitates noſtras.

tota intentione in Deum erecta,

73 Illuc ergo erigamus mentis intuitum & affectum, ubi dulciſſimè videbimus, quæ nunc latent; perfectè perfruemur iis, quæ nunc ex parte, ſed minimâ, placent: videmus enim nunc per ſpeculum, & ex parte cognoſcimus, & idcò etiam fruimur imperfectè; ibi autem videbimus divinam eſſentiam, & affluemus propter nimiam ejus influentiam; mirabimur propter excellentiam, & dilatabitur cor noſtrum propter tantæ bonitatis præſentiam. O quale videre & affluere! quale mirari, & quale dilatari! videre erit creatorem, & creata cognoſcere: qui enim videntem omnia videt, quid erit quod non videat? Affluere, erit in bonis Domini gaudere; quia abundantiâ perfruetur [bonorum] malorum timore ſublato: ſuper [omnia] enim bona ſua conſtituet eum. Mirari autem eſt vel erit, divinam præſentiam habere & intueri, nec tamen poſſe comprehendere; ſemper deſiderare, & numquam anxiari; ſemper ſatiari, & numquam faſtidire. Dilatari autem erit, creatorem cum creatis contemplari, & in nullo anguſtiari, ſed in omnibus delectari, & de omnibus gloriari. Ibi dabunt in ſinum noſtrum menſuram bonam, propter animæ beatificationem; & confertam, propter corporis glorificationem; & coagitatam, propter totius creaturæ ad gloriam cooperationem; & ſupereffluentem, propter Deitatis beatificam contemplationem. Ibi amabimus, & laudabimus, & delectabimur, & ab ubertate Domus Domini inebriabimur.

B

donec illo fruatur in cælis:

C

74 Et ſi illuc me præveneris, & in gaudium Domini prius intraveris; per ſanguinem Chriſti vos adjuro, ut annuntietis Dilecto, quia amore langueo, ne me hic poſt vos derelinquat. Quomodo enim (ex quo nobis eſt cor unum & anima una in Domino) poterit animæ dimidium beatificari, reliqua parte in miſeria remanente? Quam læto autem vultu, quam jucunda facie ſuſcipies me! Quam dulcibus & affectuoſis verbis me ſalutabis! Æſtimo quod convocabis amicas & vicinas, dicens: Congaudete mecum & congratulamini, quia amicus meus venit ad me de via; Pater meus liberatus eſt de miſeria; cuſtos & conſolator meus & coheres regni ſuſceptus eſt cum gloria, nobiſcum manebit in lætitia, divinâ perfruetur præſentiâ. Hæc quæſo, Virgo Chriſti, cariſſima Chriſtina, recogita, & ſedulò mente pertracta: quoniam melior eſt dies illa ſuper millia. Et ſciatis, numquam me vobiſcum futurum perfectè lætum, donec in Domini gaudium, in ſponſi thalamum ſimul introierimus. Tunc enim ſecuros in amplexus veniemus, & oſculabimus in oſculo pacis. Quomodo vero non erit ſecurus amplexus, ubi nulla erit carnis concupiſcentia, nulla membrorum indecentia; ſed altrinſecus utriuſque patebit conſcientia, & ex hoc communis conſurget lætitia & augmentabitur gloria? Item quomodo non pacis erit oſculum, quod erit tam individuæ ſocietatis indiviſibile vinculum? Qui poſuit, inquit, fines tuos pacem; ubi nullus erit mutuæ familiaritatis perverſus interpretator, nullius familiaris colloquii malitioſus obſervator, nullus adulans affectionum callidus perſcrutator, nullus morum vel factorum detractor, nullus bonorum diminutor, nullus vitiorum ab intra vel extra incentor, nullus ſerenitatis intimæ & mutuæ perturbator. Tunc enim iam id, quod in membris noſtris adverſarium rationi portamus, extinguetur; cum noviſſima omnium extinguetur mors, & vita redierit in æternum victura.

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

qua ipſi integre & ſecure jungatur;

E

citam quoque diſſolutionem ſibi impetret,

75 Ceterum, cariſſima, donec dies illa advenerit, pacis ſecuritas, ſcientiæ claritas, & cordis jucunditas; ſimus interim ſtantes ſuper cuſtodiam noſtram, ut nullus de noſtro conſenſu vel conſeſſu ſive affectu deædificetur: quin potius ſic luceat lux noſtræ cæleſtis converſationis, ut aliorum corda vita noſtra illuminentur in Dei dilectione, & devotione informentur, & errantia reformentur: quia ſumus de hoc certiſſimi, quod, quot & quantos noſtris operibus vel exemplis ædificaverimus, de tot & tantorum meritis glorificabimur: & quot noſtris moribus ſcandilizaverimus, tot pœnarum ſuppliciis puniemur. Caute igitur eſt ambulandum, cum ante oculos omnia agamus Judicis cuncta cernentis. Valete in Chriſto cariſſima Chriſtina.

interim vigilare monet in exercitio virtutum.

LIBER III.

Continens acta ab anno MCCLXXXII.

F

CAPUT I.

Occaſio & hiſtoria Viſitationis decimæ quintæ anno MCCLXXIX.

Anno 1277 defuncto Ioanne Plebano a

1 LItteram, de morte Domini Plebani Joannis, Frater Nicolaus de Weſtrados mihi attulit, qui circa feſtum Petri & Pauli obiit *a* anno Domini MCCLXXVII, unde litteram, quæ immediate hic ſubjicitur, ſcripſit Frater Laurentius Sweus ſtudens tunc temporis Coloniæ.

Reverendo in Chriſto Patri, ſibique omnium reverendiſſimo & amantiſſimo, ſuarum filiarum minima, cum orationibus, ſi quid ſalute melius, & ſeipſam, per fidelem vobis filium, Fratrem L. *b* Veſtra recepta littera, & plenius intellecta, poſt amicorum & rerum amiſſionem, ac corporis graviſſimam afflictionem, revixit nimirum Spiritus

EP. XXI.

A. PETRO COÆVO EX MS.

A tus cordis mei, & ab animi laſſitudine incepi paululum reſpirare. Quam quidem veſtræ duleiſſimæ paternitatis litteram quanta devotione ſuſceperim, quanta etiam alacritate, non abſque diſpendio corporis & gravamine, excurrerim, fide dignus utriuſque internuntius teſtis erit. Quid enim miri, ſi ejus jucunda fuerit præſentia litteralis, cujus tam dulcis extitit corporalis? ob quam utique mira dulcedine delectabatur ſpiritus, & tormenta humanæ prorſus fragilitati, puellarique imbecillitati intollerabilia, tepuerunt. Sane ſtatum meum, quem veſtræ paternitati intimari petiſtis, nimis turbulentum eſſe noveritis; veſtræque felicitatis proſperitati, quam vigor divinæ virtutis adaugeat, diſſimilem & omnino contrarium. Nam temporalium tanta eſt penuria mihi, ut omnibus pæne conſumptis, curia *c* quoque noſtra in poſſeſſionem alienorum ceſſerit, domus quoque major, in qua continue manſimus, quæ, non abſque perſonarum periculo, præ vetuſtate corruit, reædificari minime per nos poteſt: amicorum etiam, tam beneficorum quam ſolatioſorum adjutorio ſum penitus deſtituta.

ſcribit iterum Chriſtina,

& ſignificat ad maximam paupertatem delapſam familiam,

c

B

ſcque graves paſſam à dæmone perſecutiones;

2 Perſecutiones etiam graviſſimas & vexationes ab adverſario patior, in tantum quod de novo per ipſum duo dentes molares cum forcipe mihi crudeliter ſunt extracti; præter alias infinitas tribulationes, quas præ verecundia exprimere non valeo, niſi forte ore ad os vobis loquerer, quod ex toto corde ſuper omnia deſidero. Hoc autem me præ omnibus moleſtat, quod in villa noſtra, ubi maneo ſicut prius, penitus perſonam non habeo, cui cor meum, quantum ad ea quæ circa me mirabiliter gerunrur, audeam *d* revelare. Propter quod plura in corde meo ſepulta teneo, quæ ſolus ſcrutator cordium mecum novit: quem etiam bonæ conſcientiæ teſtem invoco. Nihil mihi in hac vita evenire poſſe æſtimo jucundius, quam quod hæc ipſa valerem vobis, antequam morirer, revelare. Quod qualiter contingat, non video: nam ad vos tranſire, ſecundum fideliſſimam ſanctitatis veſtræ *e* exhibitionem, nullatenus tentarem: quamquam hoc libentiſſime facerem, ſi mutuo vobiſcum habito colloquio mihi hoc conſuleretis, poſt plenariam notitiam ſtatus mei. Pro hac vero veſtra exhibitione ipſe vos remuneretur, qui eſt ſpes deſolatis, magnaque conſolatio in tormentis. Valete, Pater dulciſſime, unice & fideliſſime. Animas Patris *f* mei & Domini Plebani vobis intime recommendo. Iterum valete.

d non adhuc tamen audere ſe ad ipſum tranſire:

e

C

& commendat Patrem ſuum ac Plebanum defunctos.

f

Addit Fr. Laurentius Sweus epiſtolam ad Petrum,

EP. XXII.

3 Cum prædicta littera *inquit Petrus*, in eadem littera, ſcripta erat alia littera, in hunc modum:

Cariſſimo in Chriſto Patri, Fratri Petro, Lectori Skenigienſi ſuorum filiorum minimus. Sex litteras veſtras ſimul conſcriptas, quarum una mihi, altera vero Chriſtinæ mittebatur, recepi per fratrem Helinricum, venientem *g* de Pariſius, qui eas recepit à Fratre Olavo *h* Skarenſi. Ceterum noveritis, quod cum Diffinitor veniſſet ad nos ſexta feria poſt *i* Margaretæ, ſequenti die poſt memoriale miſi in Stumbele, mandans ei me habere litteras ſibi miſſas, à me perſonaliter exponendas: & quod niſi modo, non daretur occaſio reſpondendi forte iſto anno: quæ ſtatim ſequenti die venit Coloniam, aſſumpta Hilla cognata ſua, quæ vos ſalutat: & hoc non ſine diſpendio, cum eſſet tempus *k* meſſium. Ipſam autem litteram, à me prout melius valui expoſitam, quanta devotione ſuſcepit, large profuſæ lacrymæ teſtabantur. Notate de caſu domus: quod, cum tota familia in domo eſſet, & valde parvi pueri, & ignis copioſus ſuccenſus, ſubito corruit: nec tamen aliquem læſit, nec ignis nocuit: quod miraculo adſcribitur à quibuſdam. Totaliter etiam corruit, præter camerulam, in qua Chriſtina manſit: cum tamen & ipſa ſupra ſe cadentium trabium ſuſtineret graves ictus. Multas etiam & malas tribulationes ſuſtinuit dicta Chriſtina à matre Plebani, dicente ipſam bona Plebani diſtraxiſſe. Scripta in feſto Mariæ Magdalenæ.

D

k ſignificans quomodo ipſius Epiſtolam Chriſtinæ expoſuerit.

4 Cum prædictas litteras legiſſem, & plura alia de Chriſtinæ turbatione & deſolatione intellexiſſem, quam Dominus mihi in tanta dulcedine commiſerat, & præcordiis meis tam excellenter & ſingulariter impreſſerat, & cujus ſecreta tot & tanta mihi revelaverat; efferbuit ſpiritus meus, & cor meum conturbatum eſt, cogitatioque cordi meo innaſcebatur, quomodo eam aliqualiter poſſim conſolari: adiique Fratrem Auguſtinum Priorem Provincialem, ut licentiam eundi Coloniam obtinerem. Cujus itineris cauſa fuit triplex: prima, quod deſideravi curari à defectu cordis, quem diu ſuſtinueram, & ſæpius me etiam ad deſperationem vitæ afflixit. Secunda, ut glorioſos Patronos, Martyres & Virgines Coloniæ quieſcentes viſitarem, & de eis Reliquias procurarem, & ad patriam meam reportarem; ad quos ſpecialem concepi devotionem, quando Coloniæ morabar ob ſtudii exercitationem. Tertia ut Chriſtinam, mihi in Chriſto cariſſimam & ſumme deſideratam viderem, & eam in Domino conſolarer ſecundum ſuum deſiderium & devotionem meam & compaſſionem, quam ex litteris ſuis & multis tribulationibus, quæ eam circumdederant, concepi; & ut eam conſolarer, & ab ea illuminarer. Cooperante autem Deo, & meritis Chriſtinæ (ut certiſſime ſpero) coadjuvantibus, omnia quæ deſideravi mihi proſpere ſucceſſerunt: expertuſque fui, quod amor improbus omnia vincit. Egreſſus ergo de Weſtra-aros *l* in ſecunda feria Pentecoſtes, veni in Gotlandiam: & ibi aliquamdiu commoratus, tandem veni Lubec. Et vere, qui prius bis vel ter defeceram in dimidio milliari, inter Onſtrio *m* & Habitave, ivi una die abſque gravi labore in craſtino Octavæ B. Laurentii.

E

Ille, tot infortunia Chriſtinæ intelligens,

an. 1279 petit & impetrat licentiam eundi Coloniam,

F

l

m

5 Tandem in Octava Nativitatis beatæ Virginis venimus in Stumbele, locum utique deſideratum, & multis bonis Deo decoratum, ſpecialiter autem inhabitantium devotione. Cum ergo villæ prædictæ appropinquaremus, vidimus à remotis populum de Miſſa redeuntem: erat autem *n* ſexta feria, & in ultimo duas Beginas, & dixi ad fratrem Folquinum ſocium meum: Ecce ubi Chri-

& venit in Stumbele 15 Septemb.

n

A Christina vadit : nam & ipse eam videre desideravit. Discerni autem poterat Christina ab aliis ; sicut religiosior convictu , & devotior aspectu , sic erat & in incessu maturior : & (ut breviter dicam) in omni actu, gestu , motu , & incessu ejus decor quidam relucebat gratiæ specialis ; in tantum quod quicumque ex devotione mores ejus consideraret , dubitare nullo modo posset quin divina gratia & præsentia ei adesset & inesset. Cum ergo venissemus ad curiam Plebani , ut necessaria pro Missa procuraremus ; stetit uxor Campanarii , & me solicite inspexit ; tandem dixit mihi : Quod est nomen vestrum ? Petrus vocor , respondi. At illa : Unde estis ? Et ego : De Dacia. Quæ statim exiliit in plateam , & magna voce cœpit clamare : Christina , Christina , revertere , si vis Missam audire. Cum ergo & nos exivissemus in plateam , occurrimus Christinæ revertenti.

ubi eminus notat Christinæ de templo exeuntis modestiam ;

B 6 Quam cum salutassem , quasi in stupore quodam cordis posita , vix scivit quid responderet. Tandem dixit : Unde venitis ? Et ego respondi : A Domino Deo missus veni. Et sic à socio meo & me Missis dictis , comedimus cum Christinâ in recluſorio , procurante nos Magistro Ioanne *o* viro devotissimo. Sed & Dominus Plebanus nos associavit. In crastino autem post Vesperas , cum ad instantiam Christinæ exposuissem illud verbum: Mensuram bonam , & confertam , & coagitatam , & supereffluentem dabunt in sinum vestrum ; ipsa in tantum mentis excessum venit , quod cœnare nullo modo potuit , nec loqui. Tandem etiam in tantum crevit sua devotio , quod nec intendit iis quæ sibi dicebantur : sed tota erat occupata circa suum Dilectum , nihil aliud sentiens neque proferens nisi verba devotionis , & ex tantæ dilectionis sponsi nullo utens sensu , neque sensibilium distinctione discreta. Inter hæc autem altâ voce dixit bis : Carissimi , diligamus Deum , quoniam nimis est amabilis. Carissimi quid faciemus ei pro tantis quæ nobis ostendit & impendit ? Erat hoc audire delectabile , & videre mirabile , quantus erat ardor in corde Sponsæ , & quantus dulcor & influentia Sponsi. Supra modum humanum erat quod audiebatur & videbatur. Tandem cum aliquantulum ad se rediit , Magister Joannes & Aleidis eam ad suum hospitium deduxerunt , & ego cum semel juxta eam irem quæsivit quis essem : dictumque est ei , Frater Petrus. Et illa : Frater Petre , Si vis loqui de Deo , bene veneris : sin autem , ad quod venisti potes te cito expedire & ire : quia aliàs de te cito habebimus tædium.

& lætanter exceptus ,

o

ab eadem extatica rogatur de solo Deo loqui.

C 7 Totâ autem illâ nocte ipsa in tali devotione perduravit : in crastino autem cœperunt , qui audierunt prædicta , quasi conquirendo proponere quasi mihi aliquis fuisset injuriatus. Illa respondit : Vere , quicumque talia dixit , nimis audax fuit : nullam enim habuit memoriam eorum quæ in sero dixerat.

Item Coloniæ à Fr. Gerardo ibi tum Suppriore ;

8 Fuimus ergo ibi tribus diebus , & ita intravimus in Coloniam , plurimum ex præsentia Christinæ ædificati & consolati : ubi benigne à Fratribus recepti sumus , & specialiter ab iis qui me noverant dum studens inter eos conversabar ; specialissime autem à Fratre Gerardo de Grifone , tunc existente Suppriore , & Fratre Joanne Musseldorp. Et dixit mihi Supprior : Numquid Christinam vidistis ? Fuit enim , ut ex superioribus patet , devotionis meæ , quam ad eam habui conscius. Qui respondi : Utique Pater. Et ille subridendo adjecit illud Hieronymi ad Paulinum: Habuit illa ætas in auditum in omnibus seculis celebrandumque miraculum , ut urbem; tantum ingressi aliud extra urbem quærerent & quos ad contemplationem sui Colonia non traxerat , unius hominis fama perduxit. Adjecit : Quomodo valet Christina ? & quomodo vobis placet status suus ? Respondi : Per omnia bene , & plurimum fui consolatus , quia post meum recessum plurimum in sanctitate profecerat. Et vere sic erat : nam notabiliter hoc adverti. Et ille : Vere , Frater Petre , ego idem sentio : & sciatis affectum meum circa eam , nec ad unum crinem esse diminutum. Quod autem eam rarius visito , ratio est : quia illi qui Fratres colligere consueverunt , plerique mortui sunt. Fui ergo Coloniæ quasi per unum mensem , & per Dei gratiam à defectu cordis fui curatus. Sed & novem capita Virginum , & unum de Legione Thebæorum procuravi ; procurantibus mihi in hoc Fratribus Coloniensibus , & Fratre Folquino colaborante.

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

eidem de Christina affectuose locutus ,

varias Reliquias impetrat.

E

9 Medio autem tempore , id est in crastino B Michaëlis , redii cum Fratre Folquino in Stumbele ad Christinam : & invenimus eam super lectum suum recumbentem , valde debilem , quæ de adventu nostro valde exultavit. Et cum ab eâ quærerem cur sic debilis esset ; respondit : Dæmon in præsenti septimanâ extraxit de toto dorso meo cutem , insuper & gravissima vulnera mihi inflixit , in tantum quod mirum est quod aliquis potest vivere cum talibus plagis : lætabatur tamen , quasi omnium malorum suorum fuisset oblita. Et cum quæsissem causam debilitatis ejus à Magistro Ioanne ; ille respondit : Ipsa communicavit pridie , & in tantâ fuit devotione & raptu , quod usque nunc ad communem statum non rediit. In crastino autem cum familiariter conferremus , secreti mei eam conscium feci , & ostendi ei signum illud in sinistrâ meâ , quod mihi Deus in die crastino in Missa impressit , ob ejus memoriam sedulo habendam , ut supra patet in * septima visitatione : quod illa cum mirabili devotione suscepit & aspexit : unde & de hoc quasi animata , incepit mihi plura de statu suo recitare. Unde quasi totum quod prius fecerat inscribi in quaterno ut patet in * decima quarta visitatione ex ore ejus audivi : quibus & plura addidit , ex quibus illa , quæ prædictis interposui , sunt accepta.

ipsa eidem 30 Septemb. cum fr. Folquino adse reverso

ostendit signum manuisuæ divinitus impressum:

F

*1.1,n.51

*1.2.n.44

10 Dixit etiam , quod ante signum , quod accepit divino munere in sinistra sua (quod & tunc actu habuit quando hoc protulit) quod quadam vice dum in raptu esset , & in omnibus membris rigida jaceret , personæ quæ circa eam jacebant , non intelligentes , vulneraverunt eam in suo brachio tribus vulneribus , experimentum quærentes an sentiret. Quæ dum immobilis permaneret , & de iis non sentiret , postquam ad se redivit , incepit sentire dolorem vulnerum , & mirabatur vehementer quidnam esset. Et hæc vulnera

& quomodo in raptu fuerit ab ignaris vulnerata;

A in omni suâ Communione, bene ad duos annos, multum sanguinem effuderunt: quod eam plurimum gravavit. Primo, quia fluxus hic eam multum debilitavit: secundo, quia timuit ne causa de hoc notaretur.

A. PETRO COÆVO EX MS.

11 Huc accedit, quod à Fratre Gerardo de Grifone & Domino Plebano Ioanne, & fere omnibus notis Christinæ audivi sæpius relatum. Quadam die cum post Communionem Christina, rigida in omnibus membris, rapta jaceret; quædam Begina cum forficibus suis eam in sura pedis graviter vulneravit: de quo vulnere, dum illa rapta fuit, nec ipsa doluit, nec sanguis exivit. Quæ ad se reversa cœpit vehementer dolere, sed & sanguis cœpit effluere. Attamen, quia non apposuit medicinam, cœpit tibia graviter inflari, & vulnus putrescere; quæ tandem compulsa fuit prædicto Fratri Gerardo conqueri, quod vehementer timuit sibi ex hoc grave dispendium imminere: cujus consilio factum est, ut iret in Coloniam, ut ibi curaretur.

Idem cum Begina quædam fecisset,

nolens Virgo curationis causâ denudare chirurgo tibiam

B Quo cum venisset, dixit Fratri Gerardo: Quid factura sum, ut curer? At ille, Oportere ut chirurgus ad eam veniret, & tibiam suam videret & vulnus incideret. At illa quasi indignata dixit; Debet vir videre tibiam? Et ille, Æstimo quod aliter eam non possit curare. At illa; Vere mallem quod totaliter putresceret, quam eam unquam vir secularis videret, & sic recessit. De nocte autem, dum esset in oratione, curavit eam Dominus suâ virtute: & mane rediens ad prædictum Fratrem, dixit: Non oportet vocare chirurgum: quia Dominus me sua benignitate curavit.

sanatur divinitus.

12 Quartâ feriâ cum omnes Beginæ de Stumbele convenissent, & Fratri Folquino & mihi pulchrum prandium procurassent (cui interfuit Dominus Plebanus, & Gerardus filius Advocati, & Magister Ioannes) & post prandium feci ssem collationem de lætitiâ spirituali, de hoc verbo, Lætare Ierusalem; cœpi cum Christinâ specialem habere collocutionem in ecclesiâ, coram pluribus: cujus occasio fuit quoddam miraculum, quod Frater Folquinus recitaverat; quomodo Sacerdos

Petrus 4 Oct. cum eadem colloquens,

p C B. Agnetem *p* per annulum desponsavit: cujus imago annulum acceptavit, & digitum suum de pariete porrexit, in quo usque hodie annulus perseverat; quia cum hæc dicerentur vidi in Christinâ lætitiæ evidentia signa, & audivi eam dicentem, Exemplum illud audivi nimis libenter. Cujus dicti causam cum quæsiviss em, adjecit: Quia hujus rei aliquam similitudinem in nobis esse cognosco. Et cum ei multum institiss em, post plura ait: Rem tibi secretam prodam, quam numquam homini viventi revelavi. Ab infantia mea vos cognovi in spiritu, & faciem & vocem discrevi, & plus vos omnibus hominibus dilexi; in tantum quod vehementer timui, quod de hoc mihi aliqua tribulatio tentationis deberet pro tempore insurgere. Numquam enim in oratione mea potui vestram personam ab intentione mea separare, quin tantum pro vobis quantum pro me orarem, & in omnibus tribulationibus meis vos semper habui consortem.

intelligit se ipsi divinitus jam olim innotuisse;

13 Et cum hujus causam apud Deum suppliciter investigarem, an ab eo esset, per plurimum temporis; in die B. Agnetis de hoc fui certificata. Nam in Communione mea datus mihi fuit visibiliter *q* annulus, & in digito meo insignitus. Et quando vos primo me salutastis, & ego vos primo vidi, vocem tuam discrevi, & faciem tuam distincte recognovi, & plurimum stupefacta sum, cum Dominus apparuit mihi (sicut dictum est in * visitatione decima quarta) & lætificata. Plurima sunt hujus rei argumenta, mihi divinitus data, quæ præ verecundia tibi non possum revelare: nam annuli figuram in hujus rei certitudinem sæpius accepi. De hoc autem annulo, quid ab aliis audierim interponam: Dixit Dominus Ioannes Plebanus, felicis recordationis, quod figura annuli non erat in digito picta, sed carni inscripta, cum diversis ornamentis. Nam aliquando habuit in supremo figuram Crucis; aliquando insignitus fuit glorioss imo nomine Iesu Christi, & hoc interdum litteris Hebræis, aliquando Græcis, aliquando Latinis. Similia dixit mihi Magister Ioannes. Et cum ego ei dicerem: Æstimo vos in eodem digito habuisse annulum, quia hoc mihi dixit Magister Ioannes, in quo ego habeo mutui amoris indicium; illa me humillime rogavit, ut numquam Magistro Ioanni aliquid de hoc dicerem. In hoc ergo terminata fuit nostra collatio, quod ab invicem separabamur consolati, & de hoc de quo prius dubitavimus certificati. De quo quid dicam vel scribam ignoro, nisi laudem tribuam Domino pro omnibus quæ reddidit nobis bonis. Et subjeci & dixi: Benedictus Deus: recognosco me optime laborem meum collocasse, ex quo datum est mihi tantum intelligere secretum.

D

q

eamdemque, accepto post Communionem annulo,

** l. 2 n. 43*

certificatam de mutuo Ipsorum amore.

E

14 Tertio iterum redii in Stumbele in die undecim millium Virginum, in procinctu redeundi in provinciam meam: unde cum in crastino invitasset nos Dominus Plebanus, & soror sua Domina Benigna, habitu & actu Begina; cum immensa de Reliquiis, quas obtinui Coloniæ, loqueremur; advertens dicta Begina devotionem meam ad Reliquias, ait: Si sciviss em hoc, libenter dediss em vobis Caput unius Virginis, quod habeo Coloniæ. Et cum ego assererem quod libenter illud mihi vindicarem; ait: Ego libenter vobis illud darem, si scirem quomodo illud habere possitis. Et Dominus Plebanus addidit: Antequam Capite illo careat, ego prius vadam in Coloniam pedes. Quod & in crastino summo mane fecit, & ante crepusculum rediit, portans dictum Caput in collo suo: quod summa aviditate accipiens, de Stumbele usque in Lubec in collo meo portavi, & magnam cordis dulcedinem ex præsentia illius Capitis sæpissime sensi.

Iterum 21 Oct. rediens ad illam,

F

impetrat caput unius Ursulanæ:

15 In vespere ergo præcedentis diei, ante quam finaliter de Stumbele recederemus, dum Christina Vesperas suas diceret, & iter nostrum Domino commendaret; multum consolata fuit, etiam in tantum quod hoc non potuit celare: nam in cœnâ jucundior fuit solito. Cum ergo post cœnam hujus jucunditatis [causam] investigass em, ait: Iam biduo graviss imè fui afflicta de vestro recessu: & cum jam dicerem Vesperas sub quadam ar-

seque incolumem reversurum intelligens, ex revelatione facta Christinæ,

A arbore, & vos cum magnâ cordis amaritudine Deo recommendarem, dixit mihi Dominus; Noli turbari: ego cum Fratre Petro fui in veniendo, & dux ejus ero in redeundo: & *discedit 25. Octobris.* plura dixit mihi, de quibus sum consolata, inter cetera addens: Ego amorem vestrum mutuum in me plantavi, & in me eum conservabo. Hâc ergo acceptâ opportunitate, incepi ego loqui de dulcedine divini amoris: & tantum Christina in devotione defecit, ut à me recederet, & tota à sensibus raperetur, & indurata in membris omnibus immobilis jaceret. De mane autem, in die Crispini & Crispiniani, dictis Missis & facto prandio, cum collationem feciſſem [super his verbis] Convertere anima mea in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi; valedicens Christinæ & commorantibus cum eâ, profecti sumus, mutuo nos Domino recommendantes: & in r hoc visitatio *r* decima quinta est terminata anno Domini MCCLXXIX.

B ANNOTATA D.P.

a *Nescio quam accurate expressus sit hic annus: fortassis enim in originali relictum est spatium vacuum, quod alius postmodum per zyfras supplèverit, & quidem ambiguè scriptas. Bollandus ecgrapho suo geminos numeros hoc modo inscripsit* 1258 *&* 1278, *qui numerus alio atramento deinde correctus in ultima littera* 8, *factumque est* 7. *Sic autem anima ejus fuisset* 3 *annis in Purgatorio: nam eam liberatam primum intellexit Christina in ejus Anniversario* 5 *Julii an.* 1280 *ut infra legetur num.* 42. *Porro annorum aliquot intervallum, à supra descriptis, ad Visitationem sequentem, occasionem nobis dedit partiendi hic Tractatus secundi (ut eum vocat* Petrus) *& exordiendi tertium Librum, uti hic visum est appellare.*

b *Hic intelligere possumus per* L, *ipsum* Fr. Laurentium.

c *Curia prout contra distinguitur à domo mox nominata est pars anterior prædii villatici*; Cortem *Latini veteres, posteriores* Curtim *dixe-*
C *runt vel* Inferiorem *aut* Bassam-curtim; *indicaturque creditoribus vindicata proprietas fundi, qui remanserat* Christinæ *parentibus, præter domum quam inhabitabant; vel legendum erit pluraliter* Curiæ nostræ: *plures enim possessiones eorum in Stumbele fuisse, scimus ex lib.* 4 *num.* 90.

d *Hæc causa fuerit, cur* Petrum *latuerint, & non lateant omnia annorum sex vel septem acta,* Joanne Plebano *fortassis per extremos vitæ annos agro, nec cœptum officium continuare valente; post mortem vero ejus serius reperto, qualem optabat.*

e *Invitatam* Christinam *pluribus litteris, ut veniret habitatura in Daciam, ad novum ejus Ordinis Sanctimonialium conventum, videbimus infra lib.* 5.

f *Quo anno obierit* Pater Christinæ, *non invenio unde definiam; uti etiam nihil de obitu matris. Animarum utriusque liberationem, satisfaciente pro ipsis filia, invenies lib.* 4 *num.* 95, *&* 82.

g *Similiter inveniemus plures litteras tali circuitu circumlatas; fortassis Westphaliâ totâ bellis ardente, cum ceteris per quas rectum iter erat provinciis.*

h Skara, *Urbecula Episcopalis in West rogothia, Sueciæ provinciâ occidentali.*

i S. Margareta *colitur nobis* 20 *Iulii, in diœcesi Coloniensi* 13 *Iulii qui si fuerit proximus à morte Plebani mensis, & annus mortis recte habeatur notatus; fuerit hæc* feria VI, *dies* 16 *mensis, cum annus* 1277 *habuerit litteram Dominicalem* C. D A PETRO COÆVO EX MS.

k *Necdum ergo* Christinæ *perierat tota sua hereditas, etsi multum accisa & obærata.*

l *Inter Gothiam & Lubecam, quo iter erat, intercedunt Sleswicensis Episcopatus, nunc Ducatus, integraque Holsatia; toto tamen illo intervallo nusquam nomen* Weltwaaros *potui reperire in tabulis novissimis & accuratissimis: forsitan mari iter fuit. Pentecoste autem anni* 1279 *fuit* 21 *Maji, cum Pascha celebratum esset* 2 *Aprilis.*

m Onstrio & Halitave, *rectène hic scribantur, non divino: quia nomina necdum reperio.*

n *Optime convenit concursus feriæ* VI, *cum Octava Nativitatis istius, anno* 1279, *& Chronologiam firmat.*

o *Hic est* Magister scholarium *sed* puerorum (*ut infra dicitur num.* 54 *& l.* 4 *n.* 41) *tunc simplex Clericus, postea majoribus Ordinibus initiatus num.* 63; *& Sacellanus, imo Secretarius* Christinæ, *in scribendis ejus mirabilibus.* E

p *Miraculum istud* S. Agnetis *refert Jacobus de Voragine, ex eoque Bollandus ad* 21 *Januarii.*

q *Gratiæ huic occasionem dedisse potuit, id quod legerat in ipsius* S. Agnetis *Officio* 21 *Januarii, Antiph.* 3, Annulo suo subarrhavit me Dominus meus Iesus Christus: *licet id ibi solum metaphorice dicatur; uti de* corona *&* margaritis.

r *Per modum scilicet unius accipiendo visitationes tres, modicis intervallis discretas, contra quam alias factum erat.*

CAPUT II.

Gemina Epistola Fr. Petri ex itinere ad Christinam.

16 DE Stumbele ergo profectis omnia nobis prosperè succesſerunt. De Lubec *a* autem Christinæ de statu meo rescripsi, secundum quod ipsa me instantissimè rogavit: *a Petrus Lubecâ scribit ad Christinam,* F EP. XXI.

Præcordialiter dilectæ & in æternum diligendæ Christinæ, Christi Sponsæ carissimæ, Frater Petrus salutem, & salubriter inter prospera & adversa incedere, in Spiritualibus proficere, & ad æterna feliciter pervenire. Magna est mihi materia vobis scribendi, sed & valida & multiformis ratio nos invicem diligendi. Optimè autem nostis, quod ratio nos mutuo diligendi, & inter nos scribendi, nulla alia est nisi communis amici nostri amor & decor, & honor & dulcor; ut nos mutuo excitemus & invitemus, ad illum amandum & contemplandum & honorandum, & ad degustandum quam dulcis est Dominus, & ad nos mutuo in illo consolandum: quod vos expertius experta estis, quæ jam in cellarium vinorum cum eo introire meruistis. Quod ex eo probatur: quia mente exceditis Deo frequenter, & in vobis caritatem ordinat decenter. Unde, carissima, miseremini, miseremini miseræ animæ meæ; quæ de novo paradiso expulsa & ejecta, cogitur carcerem horrendum & abominandum subire, & exilium ipsâ morte gravius introire. Quis paradisum fore dubitet locum lucis & deliciarum, in quo cum Spon-

eamque invitat ad mutuum in Deo amorem:

ac se velut de paradiso expulsum dolet,

A Sponso tuo tam dilfioſè converſaris, tam fa-
A. PETRO miliariter confabularis, tam intimè conjucun-
COÆVO daris ? Fateor, quod, niſi Dominus reli-
EX MS. quiſſet animæ meæ ſemen hujus recordationis, facta eſſet quaſi Sodoma, & Gomorræ merito aſſimularetur. Nunc autem vivit, & interim læta efficitur, ob gratiam & memoriam veſtri.

17 Scire enim debetis, quod ſtatus veſtri conſideratio, frequens eſt cordis mei meditatio: quam in intimis præcordiis meis dilectio perfundit, & multiplicitas varificat, & magnitudo vel mirabilitas continuat; quia priuſquam unam poſſim terminare, ſibi altera continuo ſuccedit; quam avidè protinus mens ſuſcipit cum quadam dulcedine, & eâ occupari delectatur. Et quamvis ſecundum diverſitatem conſiderationis, diverſitas oriatur affectionis; nullam tamen poſſum advertere maculam infectionis, vel ſaltem impedimentum diſtractionis: quin potius in omnibus invenio ſpiritualia chariſmata, divina ſimul & internorum expreſſa exemplaria. In
B iis lego & relego, & perlegere non ſufficio, quæ vel quanta ſit patientia Sanctorum in tolerandis, quanta prudentia in agendis, quanta providentia in cavendis, quanta examinatio in diſcernendis, quanta concupiſcentia in divinis ſapiendis, quanta lætitia in perfruendis. Illic contemplari libet, quomodo diabolo illuditur, mundus deſpicitur, corpus ſervituti ſubjicitur, vitiis bellum indicitur, corona pro victoriâ repromittitur. Quantum ad primum, diabolo illuditur, falſa veris commiſcenti, blanda promittenti, pœnalia exhibenti, crimina ſuadenti, ſeductioni continuo intendenti, tentato nullam requiem concedenti, mille artibus nocere cupienti; dum verum à falſo diſcernitur, blandis reſiſtitur, pœnalia patienter ſufferuntur, crimina evaduntur, ſeductiones præcaventur, & infatigabiliter bella geruntur. Sed & mundus illic deſpicitur; dum divitiæ ejus contemnuntur, honores non appetuntur, brevitas ejus & fallacitas advertuntur & declinantur. Sed & corpus illic ſubjicitur; dum concupiſcentiis ejus reſiſtitur, jejuniis & vigiliis atteritur, aſpero veſtitu affligitur. Illic etiam con-
C tinua pugna contra vitia geritur: nam ſuperbia humilitate comprimitur, gula abſtinentiâ vincitur, luxuria virginitate expellitur; avaritia contemptu terrenorum abbigitur, acedia continuo ſpirituali exercitio dominari non permittitur, ira per patientiam emollitur. Illic etiam non ſolum corona promittitur, ſed jam præludium quoddam immittitur; dum deguſtari datur quam dulcis eſt Dominus, incorruptio habetur in virginitate, cognitio poſſidetur in contemplationis limpiditate, fruitio ſentitur in jucunditate, æternitas præguſtatur in tranquillitate, licet diminute. Cum autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt.

ſolatium tamen ex memoria illius ſumit,

multiplicem inde fructum capiens,

18 Quamvis autem prædicta in ſcriptis legerim, numquam tamen ea ſic datum eſt corporaliter & ſpiritualiter intueri ſicut in ſtatus veſtri varia diſpoſitione. Ibi enim pro tempore excellentior ſentitur Dei gratia, lucidior & manifeſtior apparet divina præſentia, virtuoſior cernitur ejus efficacia. Item D
ibidem pro tempore crudelior fuit dæmonis ſævitia, aſtutior inſurgit nequitia, pertinacior debachatur malitia. O quam diſſimilia ſunt hæc! Nam dæmon, quando ei licentia datur, concutit terroribus, concidit vulneribus, affligit verberibus, ſpoliat veſtibus, percutit & comburit lapidibus, terret imaginibus, falſis involvit opinionibus, & mille non deſiſtit inſurgere machinationibus. Sed Sponſus tuus curat vulnera, ſedat verba, detegit figmenta, tollit tormenta; præſentiam ſuam manifeſtat, dulcedinem commutat, ſecreta revelat, virtutes inſpirat, audaciam condonat, perſeverantiam conſervat; inſuper Sponſam ſuam interdum inter brachia ſua collocat, cum ſuper Dilectum ſuum ſe inclinat, & jucundiſſime ei cohabitat. Hæc meditari, dixi Sapientiam, in iis conſervari ſummam prudentiam, & ſuper omnem humanam fore æſtimo induſtriam. Solius enim hæc ſunt Sponſi dignationis, ſolius Sponſæ hæc ſunt privilegia dignitatis. Sed, E
heu me! qui à talium ſaltem extrema participatione cecidi & receſſi: miſeremini mei, ſaltem vos, amica mea; & memor eſſe mei dignemini, dum bene vobis fuerit cum Sponſo veſtro; & ô! quam bene! imo optime in optimo. Valete in Chriſto, Cariſſima Chriſtina.

quodque aliis legerat in ipſa intuens.

19 Huic litteram ſubjeci *inquit Petrus* quam miſi de Kalmariâ. *b*

b EP. XXIII.

Cariſſime ſibi in Chriſto filiæ, & amicæ Virgini Chriſti Chriſtinæ, Frater Petrus, Lector Gothenſis, ſpiritualis & ſpecialis dilectionis augmentum in Spiritu ſancto. Hanc vobis ſecundam ſcribo litteram, poſtquam à vobis ſeparabar, in qua ſummatim repeto de ſtatus mei diſpoſitione, & tua in Sponſo tuo dilectione. Quintâ feriâ poſt Luciæ redii in meam Provinciam, non ſine gravi vitæ periculo, quod in nocte B. Luciæ pertuli, propter tempeſtatem: ſed benedictus Deus, qui me liberavit pro ſuâ miſeratione & veſtrâ conſolatione. Noveritis enim, quod in periculo mortis non fui veſtri oblitus: ſed magis confidebam de veſtris meritis & orationibus, erantque in corde meo duæ affectiones, ad
F ſe invicem compugnantes. Libenter mortem ſuſtinuiſſem, in viâ quam pro veſtrâ agebam conſolatione: ſed & mortem horrebam, utique & pro veſtrâ conſolatione: ſciebam enim ſi me mori contingeret vos graviter debere turbari. Sic ergo advertitis, Cariſſima, vos eſſe, pro cujus conſolatione libenter viverem, & libenter mortem ſuſtinerem: unde credo, quod propter veſtrum ſolatium, non propter meum deſiderium, Deus vitam mihi conceſſit longiorem. Cariſſima, rogate Sponſum veſtrum, & nos adhuc ante mortem de mutuo aſpectu in ſeipſo dignetur lætificare.

Petrus iterum ſcribit Kalmariâ,

regreſſus in Provinciam 14 Decemb.

optatque Chriſtinam revi-ſere ante mortem.

20 In ſeipſo, dico: quia ſine ipſo, omne dulce amarum, omne pulchrum fœdum, omne quantacumque duratione extentum breviſſimum eſt, aut nihil, aut prope nihil. In eo ergo eſt noſtra pulchritudo & dulcedo, à quo & ipſâ exiſtentiæ noſtræ menſura dependet. Cariſſima, ſi creata pulchritudo & dulcedo adeo delectabilis eſt, ut eam plurimi

ament

A ament & amplectantur; quam dulcis & delectabilis est pulchritudo, quæ omnia pulchra formavit? & dulcedo quam dulcis, quæ omnia dulcia creavit? Si vita præsens, cunctis malis obsita, peccatis obnoxia, pœnis attrita, miseriis plena, periculis anxia, utilium quasi ignara, futurorum improvida, temporis mortis nescia, sed de sententia tristissima deque æternæ damnationis inflictione timida, adeo est dulcis, ut eâ nullus de numero mortalium velit carere; quam dulcis æstimanda est vita æterna, quæ de Deo, cum Deo, & in Deo erit? Deus enim solus est vitæ illius causa, propter primum; solus conviva lætificans, propter secundum; solus habitatio & continuatio, propter tertium. Festinemus ergo in illam vitam ingredi, cujus causâ solus Deus, conviva Deus, & omnis boni conservator solus Deus. Et quamvis de iis tribus sit particulariter exemplatum; utiliter tamen est ab Apostolo pronuntiatum, Erit Deus omnia in omnibus. Verbum hoc dictu est mirabile: sed si ratio advertatur non est incredibile. B Omne enim bonum Deus est, & à Deo est, & in Deo est. Primum respicit præstantiam, secundum causandi efficaciam, & tertium conservationis permanentiam. Et quoniam id quod nos sumus proximum est nobis, non opus est exempla à remotis assumere, sed in intimis inquirere. Sive ergo à vobis ego, sive vos à me quæratis an vos diligam vel à vobis diligar; certitudinaliter responderi potest ab utroque: Quia diligo, & diligor: & ideo tertiam inducam personam, ut facilius elucidem veritatem intentam. Si quis ergo à me quæreret an Christinam diligerem; totâ fiduciâ responderem, Diligo. Et si amplius prosequeretur, dicens & inquirens dilectionis causam, & rationem cur Christinam diligerem: ex optima conscientia dicerem; Quia propter Christum. Amplius si instaret, quomodo Christinam diligerem investigans; intrepide confiterer; Sicut Sponsam Domini mei, & coheredem regni.

& in Deo cum ipsa vere ac solide consolari,

per mutuum amorem,

in Christo propter Christum:

21 Ad quorum elucidationem notandum, quod in primo inquiritur de conditione diligibilis, secundo de fine dilectionis & intentione diligentis, tertio de mensurâ affectionis: & C hæc, licet non eodem ordine, explanabo. Cum ergo anima mea perscrutaretur omnia interiora sua desideria & præcordia, in conscientiâ purâ; & ab eis investigaret, quo tenderent, & quid quærerent, aut quid intenderent; responderunt unanimiter, Christum quærimus, Christum serioſe volumus, Christo uniri appetimus, & illo frui cupimus. Quod cum audîssem, & experimento sensîssem; ab eis quæsivi, quâ arte vel quo compendio sperabant posse impleri, quod summè desideraverunt consequi. Et circumspexerunt omnia quæ sensus corporis foris circumstabant: & multâ longâque factâ collatione, examinatione & comparatione, & (ut videbatur) non parvâ interjectâ dubitatione & disputatione; post longa silentia & plurima scrutinia, post multos circuitus errorum & opinionum; tandem, quasi nocturnâ quâdam visione illuminata, & quadam dulcedine interiori affecta, dixerunt, Per Christi Sponsam Christinam. Quod audiens, corde factus sum hilarior, mente securior; advertens in nomine Christinæ ad

post serium examen satis certus

unum illum se in Christina diligere,

Christi nomen dulcissimum conformitatem, D & in Sponsæ vocabulo ad Sponsum familiaritatem; cœpi dilectionem Christinæ toto pectore admittere: & dixi animæ meæ & conscientiæ; Diligendáne ergo est Christina? Et dixerunt: Utique, quia expressa est Christi similitudo. Nam in verbis ejus Christus auditur, in præsentia ejus Christi figura cernitur, in convictu ejus Christus sentitur; & (ut cuncta brevi verbo concludamus) ecce Christus in eâ omnia factus est, vel potius omnia fecit. Et quoniam secretariam Dei te esse sentio, deinceps ad vos, carissima Christina, sermo est dirigendus: quoniam negotium mihi multum cordi à vobis quæro, an Christi Sponsam Christinam diligere debeam, quam omnia interiora mea protestata sunt ad Christum viam esse directam & certam? An fortè sit contemnenda? Sed quis adeò insensatus est, qui dicat, Christi Sponsam non esse casto amore diligendam? Clamet ergo mundus, irrideat, detrahat, irascatur, & dehortetur; Sponsam tamen Domini mei ex intimo corde meo diligam propter Sponsum ipE sum: sed pro regula ponitur, Propter quod unumquodque, ipsum magis. Si ergo Christinam propter Christum diligo, ergo plus Christum quam Christinam diligo: & hæc conclusio non solum necessaria est sed & vera. Si ergo Christum plus diligo, numquid Christinam eo minus diligo, quia Christum ei in dilectione præpono? Verè, non: imò eam inordinatè diligerem, si Christum ei non præponerem. Quare? Quia tota ratio dilectionis Christinæ Christus est: nulla utique alia præter eum: quia nescio ad quem usum vel fructum valeat, nisi ad inveniendum Christum. Christina ergo, quia ad Christum diligendum, inveniendum & perfruendum mihi via facta est, & in viâ prævia; ideo mihi nimis amabilis & desiderabilis est effecta. Valete: in æternum valeatis.

A. PETRO COÆVO EXMS.

& plus quam ipsam, quia non nisi propter illum.

ANNOTATA D. P.

a Lubec *Imperialis civitas, in finibus Holsatiæ & Mechlenburgii, ad fluvium Travam.*

b Kalmarnia, *ad confinia Daniæ ac Sueciæ portu opportuna urbecula, in Smalandiæ provincia; adjacenti freto inter hanc & Oilandiam insulam,* Kalmar-sund *nomen faciens.* F

CAPUT III.

Epistola Virginis de Actis circa ipsam post discessum Fr. Petri ac primo usque ad finem anni MCCLXXIX.

22 ANno Domini MCCLXXX in vigiliâ B. Laurentii accepi subditam litteram in *a* Aslonîâ in Capitulo Provinciali per Fratrem Ioannem Estbi, scriptam manu Magistri Ioannis in Stumbele.

a Anno 1280, 24 Maji scribit Petro Christina, EP. XXIV.

In Christo Jesu, sempiterno Sponso & Amico dilectissimo, Patri ac specialissimo amico, Fratri Petro Lectori, Christina in Stumbele, devota ejus filia & amica in Christo intima salutem. Per illud ineffabile cordis gaudium, quo Sponsa Christi, ob ejus dilectissimi Sponsi absentiam, diu in-

A. PETRO COÆVO EX MS.

A consolabiliter languida in ipsius delectabili præsentiâ jucundatur. Divinorum miraculorum arcana illis panduntur non immeritò, qui ea non solum devoto cordi inserunt, verum etiam ad honorem & gloriam Dei & proximorum utilitatem nituntur *b* litterali memoriæ commendare. Hinc est, quod vestri cordis piissimum affectum circa Deum considerans, vestræ caritati decrevi quædam divinæ operationis mirabilia declarare. Igitur post vestrum recessum, cum Christina, filia vestra, gaudium cordis ab ejus dilectissimo Sponso intimè celebratum, & per vestram præsentiam & piam consolationem ampliatum usque ad festum omnium Sanctorum continuasset, necnon & in ipsius festi Vigiliâ in recordatione Sanctorum omnium mirabiliter exultasset; in eadem nocte, cum se ad Communionem præparare devotis orationibus debuisset, more solito affuit ille callidissimus tentator & saevissimus persecutor prius ipsam adulationibus & blandis sermonibus aggrediens. Quibus B dum mentem, in Christo fundatam, minimè flectere potuisset, acrius insistebat, minis quoque & terribilibus aspectibus ipsam perterrebat; tandemque duris verberibus affligens, corpus ejus ferreâ cuspide per auriculas transfixum terræ infigebat: ibique tamdiu miserabiliter torquebatur, quousque virtute divinâ liberata, & à Domino confortata, resumptis viribus mane ad ecclesiam usque properavit. Ubi percepto corpore Domini, non solum sacramentaliter, sed & realiter sibi abrepta est, suo Sponso benignissimo sociata, & in ejus dilectissimo corde ineffabiliter consolata.

b litterali memoriæ commendare.

eique declarat, quod post ejus discessum consolata,

31 *Octobris graviter jueri cruciata*

23 Ex tunc usque in Vigiliam Natalis Domini fuit gravissimè tribulata, & à dæmonibus multipliciter persecuta. Nam ille dulcissimus Sponsus suam subtraxit consolationem & præsentiam, relinquens adhuc Sponsæ recordationem sui & confidentiam. Nempe in festo B. Catharinæ, cum iterum communicare proposuisset; in nocte præcedenti venerunt dæmones, qui eam solitâ fraude venenosis persuasionibus impetebant. Quam dum immobilem cognovissent, sævientes in ipsam dicebant, quod propter ejus inordinatam vitam & obstinantiam sibi dominarentur: & ideò, si eorum consiliis non acquiesceret, gravissima tormenta minabantur. Ipsa verò, ut fortis athleta Christi, minas eorum cum blanditiis respuebat. Quapropter irruentes in eam dæmones variis tormentis affligebant: trahentes quoque ipsam extra suum thalamum, in locum quo fures & malefici suspenduntur, illic quoque more latronum ipsam condemnantes, ac super incudem ponentes, singula membra ejus malleis ferreis confringebant; & rotæ innectentes, circumgyrando diutissimè torquebant; donec eam divina virtus eripuit; &, membris redintegratis & confortatis, vires ad ecclesiam eundi tribuit.

ac rursum post 1 *Novemb. usque ad* 24 *Decembr.*

C

raptata à dæmonibus & malleis contusa

24 Sed adhuc venenosi serpentis astutia non cessavit, qui in speciem equi ferocissimi se transfiguravit; & ipsi ad ecclesiam eunti ad communicandum, sicut proposuit, retro villam cursu rapidissimo obviavit. Cujus fraudem ex improviso, dum ipsa divinis intenta meditationibus minimè consideraret, equum effrænem fore existimabat: unde perterrita cessit à viâ, volens suo cursui dare locum. D Ille autem cupiens ejus communicandi propositum impedire, evomens ab ore flammam sulfuream, ipsam magnâ ferocitate impetiit; & insiliens anterioribus pedibus super humeros ejus, caput per dentes suos acerrimos arripuit, circumgyrans ipsam & conculcans. Tandem verò velaminibus detractis, frustum ab ejus capite, ad modum unius palmæ, cum crinibus evulsit; tantum horrorem & strepitum cordi ejus incutiens, ut ipsi villa esse subversa cum domibus videretur: sed postquam dæmonis malitiam agnoscebat, in nomine Jesu Christi eum discedere admonebat. Ad hujus dilectissimi nominis invocationem dæmon confusus, in fœtidissimam nebulam resolutus evanuit. Tunc illa, videns tantam nominis Jesu efficaciam, in virtute ejus confortata, vires resumpsit: & velamina dispersa recolligens, caput velavit: &, licet toto corpore tremebunda, ad ecclesiam properavit: & communicans, diem illum in gemitibus & lacrymis amarissimis continuavit; nullam à suo dilectissimo Sponso consolationem percipiens, nisi quod de suis tribulationibus voluntatem ejus scire meruit, & usque ad tertium diem diabolicas persecutiones non persensit.

deinde velut ab equo ferociente admorsa, vestibus laceratis.

25 Post hæc verò Sponsæ Christi tribulatio crescebat, & dæmonum persecutio gravior imminebat. Quidquid enim consolationis, per recordationem & fiduciam tam dilectissimi Sponsi, in corde Sponsæ hactenus permanserat, circa *c* Adventum Domini totum in contrarium vertebatur. Nam inter ceteras graves tribulationes, pugna gravissima cordi ejus, ex divinâ permissione, à spiritu blasphemiæ parabatur. Ille siquidem omnium dæmonum nequissimus, omnes actus ejus, passiones & consolationes divinas penitus pervertebat; omnem quoque ejus vitam & conversationem inordinatam & inutilem fore affirmabat; & hoc multis argumentis, & per religiosas personas qui sic non viverent, mendaciter confirmavit. In hac gravi cordis afflictione, per primam hebdomadam Adventus, absque omni corporis cruciatu continuè luctabatur; & derelictam se à Domino, quia corporaliter non affligebatur, miserabiliter querebatur. Transactâ itaque primâ hebdomadâ, superadditur dolor dolori. Nam post secundam Dominicam, eadem nocte adversus Sponsam Christi multitudo dæmonum consurgebat, qui eam singulis noctibus, licet intolerabile fuit gelu, vestibus expoliantes, nudam à cubili suo, per sepes, spinas & glebas congelatas, nunc per caput, nunc per pedes, ad quamdam paludem vicinam *d* silvæ pertrahebant: illic quoque mentem ejus disputationibus, comminationibus, blasphemiis & diversis injuriis torquentes, ipsam potestati eorum fore traditam asserebant: tandemque judiciali sententiâ condemnatam ipsam, per collum rapiebant; & corpus ejus per tres noctes, ad modum bovinæ pellis diutissime cæsum, quasi exanime super glaciem projiciebant: & hoc facto, victi discedebant.

c *Item quod in Adventu omni privata consolatio,*

post 1 *Decembr.*

F

quot noctibus fuerit raptata per gelu nuda,

d

26 Sed quid tunc actum fuerit solicitè audiamus. Adimpletum est illud Euangelium, quod de ipso Sponso legitur: Reliquit eum tentator, & accedentes Angeli ministrabant ei. Matth. 4, 11.

A ei. Quoniam quidem ille dilectiſſimus Sponſus & fideliſſimus Amicus, Sponſam ſibi dilectam in hac neceſſitate, ſicut & in omnibus, non deſeruit; & licet ſuam præſentiam & omnem conſolationem cordi ejus ſubtraxit, tamen ipſam per ſuos fideles nuntios conſolari dignatus eſt; fidem in infidelitate ſervavit, & ſuæ Sponſæ in conſolationem & miniſterium duos Angelos deſtinavit; qui tollentes corpus ejus, ſingulis noctibus à læſionibus curabant, & à frigoribus leviſſimo atque calidiſſimo pallio obumbrabant; mentemque ejus divinis conſolationibus confortabant, & ſe omnibus paſſionibus ejus affuiſſe, & patientiam vidiſſe affirmabant: necnon & in tam miris conſolationibus & piis exhortationibus ipſam domum reducebant, quod præ nimia admiratione, neque viam, neque modum reductionis perpendere valebat: quibus tamen recedentibus ſe in ſuo cubiculo inveniebat. Angelos illos & pallium corporalibus oculis non videbat: ſed calorem, lenitatem, & obumbrationem pallii realiter ſentiebat: & Angelorum

B curationes & conſolationes in corde ſuo ſpiritualiter & veraciter cognoſcebat. Sed heu! tam mirifica conſolatio ſtatim ipſi in contrarium vertitur.

ac deinde curata per Angelos:

27 Nam ſequenti nocte advenientes dæmones, illam conſolationem ab ipſis factam fuiſſe mendaciter aſſerebant: & comprehendentes eam nudam, ſicut anteà, ad horrenda loca nemoris pertrahebant; ibique, ſicut in præcedentibus, mentem ejus diverſis injuriis & moleſtiis affligebant: & inſultantes ei, dicebant; Nunc vides, quam poteſtatem habemus mortificandi & revificandi te. Si enim hic Deus eſſet, cui tu ſervis & confidis, utique liberaret te de manibus noſtris. Hæc & plurima iis ſimilia exprobrando dicentes, ipſam in altam arborem ſuſpenderunt: & quidam eorum ſuper arborem aſcendebant; alii autem ſeorſum in terrâ ſtabant, uncos ferreos in corpus ejus infigentes, & tamdiu corpus invicem lacerando attrectabant, quouſque oſſa carnibus ſpoliabant. Tandem ſuperior turba dæmonum inferioribus dicebat: Nos digitos ejus firmiter ſervare volumus: vos autem trahendo acrius inſiſtite. At illi cum tantâ fortitudine traxerunt, quod digiti diviſi à corpo-

C re manſerunt ſurſum in arbore; reliquum vero corpus in terram corruit moribundum. Sic ergo trahendo, comminando, blaſphemando, condemnando, potentiam illam qua ſingulis noctibus reformabatur ſibi aſſcribendo, ad arborem ſuſpendendo, carnes ungulis laceran-

e do, per ſingulas noctes uſque ad vigiliam nativitatis Domini inſiſtebant; donec ſingula membra ejus, ſcilicet digitos, *e* pedicas, brachia & crura, mamillas, oculos, linguam, naſum, aures, & caput, eo modo quo ante digitos, à corpore dividebant: ita quod in primâ nocte digitos, ſecundâ pedicas, & ſic deinceps in omnibus iis ad augmentum doloris diſcernendi ſenſum habebat, ita quod horrorem locorum, nuditatem membrorum, ſimul & turbam dæmoniorum cognoſcebat. Inſuper eam dæmones in corde taliter illudebant, quod ad ſpectaculum tormentorum ſuorum multitudinem populi adeſſe credebat. Hoc enim comminando ipſi ſæpius promittebant, quod ad confuſionem ſui viros totius villæ convocare

quorum opus ſibi mox adſcribentes dæmones,

ipſam membratim diſcerpſerint,

deberent. In qua tamen promiſſione, ſicut D
in multis, Dominus mendaces eos oſtendit. A. PETRO
In omnibus iis tribulationibus veſtram præ- COÆVO
ſentiam ſæpius optavit: ſperabat enim ve- EX MS.
ſtris conſolationibus ſublevari, & orationibus adjuvari.

28 Circa finem hujus certaminis, hoc eſt in illa nocte quæ Vigiliam Natalis Domini præcedit, cum jam ſingula membra, excepto capite, eo modo quo ſupra dictum eſt cruciata fuiſſent; venerunt dæmones ſolito acriores, corpus ejus trahentes, mentem quoque blaſphemiis & injuriis torquentes, & inſultando ſeipſam mortificaſſe, revivificaſſe, & adhuc peperciſſe teſtabantur. Et niſi velociter ab erronea vita reſipiſceret, non ultra parcere, ſed penitus ipſam exterminare minabantur. Cumque diu in hujuſmodi comminationibus morarentur, nec ipſam ad unam cogitationem à ſuo propoſito avellere potuiſſent; comprehendentes denique ipſam, in altam arborem ſuſpenderunt, & carnibus (ut ſupra dictum eſt) ungulis laceratis, ad truncationem capitis ſæviebant. In his omnibus anguſtiis Sponſa Chriſti Dilecto ſuo benigniſſimo immobiliter, E
licet inſenſibiliter, adhærens; cor ejus contritum & humiliatum, in ſui Sponſi cor dulciſſimum commendavit. Et hoc dicto caput ejus continuo, quomodo prius alia membra, à dæmonibus truncabatur. Ad quem illa beata *f* anima, per tot genera tormentorum expulſa à corpore, tunc potius confugeret, quam ad illum qui mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit; pro cujus etiam amore tanta ſupplicia ſuſtinuerat patienter? In omnibus iis tormentis, ſingulis noctibus, ſimiliter ut ſupra dictum eſt, per Angelos abſolvebatur, pallio tegebatur, & magnis conſolationibus mirabiliter ad ejus thalamum reducebatur. Numerus quoque dæmonum, qui eam à feſto omnium Sanctorum uſque ad
Vigiliam Nativitatis Domini vexaverant, duodecim fuerunt: qui omnes, divinâ virtute compulſi, in ipſa nocte quæ Vigiliam præcedit, confuſi ante conſpectum Sponſæ Chriſti convenerunt; exponentes ſinguli perſuaſiones, operationes, & intentiones eorum mortiferas, ſe mendaces per omnia, & omnino ab ipsâ ſuperatos fore affirmabant: & Deum, quem
variis exprobrationibus blaſphemabant, nunc F
eximiis laudibus commendabant: ſe quoque, propter eorum nequitiam, affligi pronuntiabant, & ſe ab ipsâ dimitti ſuppliciter poſtulabant: tandem vero, ipſa ſub virtute nominis Ieſu Chriſti jubente, non ſine magnis ululatibus diſcedebant. Tunc devota Sponſa Chriſti adventum ſui dilectiſſimi Sponſi, uſque in ſecundum diem, hoc eſt in diem Nativitatis Chriſti, cum magno deſiderio expectabat. In quo videlicet die, poſt perceptionem corporis Dominici Sponſo adveniente, tantâ aviditate & celeritate cum eo ad nuptias introivit, quod ad locum retro altare, ubi ſemper poſt Communionem recumbere ſolet, procedere nequivit. In quibus nuptiis, tantis mirabilibus gaudiis & deliciis affluebat, quod uſque ad diem tertium nullius rei diſcretionem habebat, neque cibum infra [illud tempus] ſumebat.

ac tandem etiam caput abſtulerint;

victos denique ſe faſſiſint;

ipſa vero in Natali Domini conſolata manſerit.

ANNOTATA D. P.

A PETRO COÆVO EX MS.

a Assonia *fortasse est* Aslens, *Fioniæ insulæ oppidum Occidentale.*

b *Hinc apparet*; Christinâ *conscià & consentiente, &, quoad primum librum, inscià se scriptum, approbante, hæc omnia, à* Fr. Petro *collecta haberi: sed in tertia persona loqui eam facit novus hic scriptor suus: & hunc porro stylum continuat.*

c *Anno* 1279, *habente litteram Dominicalem* A, *inchoabatur* Adventus 3 *Decembris.*

d *Palus hæc in tabula topographica nusquam exprimitur, crediderim exiguam & Stumbelæ propinquam esse.*

e Pedicas *intelligi* digitos pedum, *clarius habetur infra: quam notionem Cangio necdum lectam, ejus Glossario addas licet.*

f *Manseritne beata istæc anima, in hoc & aliis identidem recursuris casibus, unita partibus quantumvis separatis, vel earum præcipuæ; an vero ad modicum separata (uti videtur ferme scriptor supponere) moxque iterum unita, restauratis saltem iis organis, sine quibus vita naturaliter servari non potest; nihil attinet conjectando definire, scienti quod non sit impossibile apud Deum omne verbum; & credenti, ab eo electam hanc Virginem, in qua triumpharet de octoginta sex millibus dæmonum: quorum turmæ, majores minoresque hic successive numerantur; quosque permisit Deus id totum in eam exercere, quod malitia ipsorum poterat adinvenire, salvis virgineo ejus honore & castitatis illibatæ fama: ut quod in Jobo factum est semel, per tot annos fieret identidem, & pluribus consequenter noctibus; & nec vitæ quidem juberentur parcere, quam vellet possetque identidem aut restaurare, aut præter naturæ ordinem servare naturæ Conditor, vitæ ac mortis Dominus. Quamvis enim pleraque hic relata ex ejus unius ore habeantur: ea tamen quæ sæpe fiebant coram pluribus testibus & pleno die; & vulnera quædam etiam post redintegrationem reliqui corporis relicta, recentique per dies aliquot manantia sanguine; tum materiales clavi, crania, gladii visi & reservati post tormenta; raptatio denique in cisternam lib. 1 num. 49, & suspensio de arbore lib. 2 num 62, unde tolli eam domumque referri oportuit, & alia similia plurima, fidem adstruunt iis quæ patenter gesta non fuerunt. Quamdiu autem ultra annum* 1287 (*ultra quem nil scriptum invenitur*) *duraverint illa tam mirabilia, atque tam mirabiliter iterata certamina, non habeo dicere.*

CAPUT IV.

Prosecutio prioris Epistolæ, pro anno MCCLXXX *usque ad Paschæ.*

a 29 EX tunc, usque post primam *a* Dominicam Quadragesimæ, exceptis paucis diebus, jugiter in magnis consolationibus perseveravit: inerat enim cordi ejus ad suum Dilectum tam vehemens caritatis conversio. Cum aliquando collationes de Deo invicem haberemus, verborum tam à me quam ab ipsa in continenti dictorum sæpius

Duravit consolatio usque ad Quadragesimam anni 1280,

B

C

obliviscebatur, & me eadem continuo repetente, se dixisse vel meminisse penitus dissitebatur. Præterea, sicut incessanter, cum vigilaret, cordi ejus, ex beneficiis sui Dilectissimi, influerunt mirabilia infinita; ita nihilominus per singulas [noctes] dum pausaret corpore, visiones delectabiles apparuerunt: inter quas unam de vobis visionem mirabilem vidit quam mihi cum magno gaudio narravit, & ut vobis eam scriberem postulavit. Quadam enim nocte vidit vestram personam sibi assistere, & cuidam digito vestro perspicuo, & ad modum auri splendido annulum pulcherrimum intrinsecus insertum: in cujus summitate erat gemma clarissima, in qua continebatur: Iesus Christus est vestrorum amborum fides æterna. Illud autem quod in interiori parte annuli continebatur, narrare mihi nullatenus voluit, sed vos ipsam forsan debere convincere retulit.

etiam per visiones nocturnas delectabiles.

D

30 De hoc autem quod supradictum est, exceptis paucis diebus, diligenter [debes] advertere, quod post diem Conversionis B. Pauli usque ad Purificationem beatæ Virginis, filia vestra singulis noctibus graviter affligebatur à duobus dæmonibus: qui venientes in illa nocte quæ est ante diem Purificationis, diversis eam blandimentis & adulationibus impetebant, & ab erronea vita hactenus recedere persuadebant. At illa, ut mentionem vitæ fieri audivit, audacter & intrepide respondit: Bene monuistis, quia tempus est ut ad veram vitam, quæ Christus est, me convertam. Blandimenta enim vestra & adulationes despicio, tormenta & comminationes non solum non paveſco, sed cum magno desiderio expecto. Et impatiens moræ dixit: Nolite tardare, sed quidquid vobis à Domino præceptum est festinanter perficite, nil parcendo. Tunc quidam illi, mutatis aspectibus horridiores, apparuerunt, & adversus ipsam atrociter sæviebant: tenentesque in manibus uncos simarios, post longas comminationes ipsos ejus corpori infigebant. Cum quibus corpus à terra levantes, tandiu comminando, corpus invicem lacerando instituebant, donec de carne ejus duo frusta, ad modum cubiti longa, abstrahebant. Quæ tali gaudio, quale se numquam in passionibus recepisse meminit, in utrasque manus arripiens, cadensque ad terram, suo dilectissimo Sponso post immensas laudes & gratiarum actiones hæc offerebat, & devotis orationibus insistebat. Quanta autem hujus laudationis & orationis efficacia fuerit, miraculi novitas declaravit, Divina etenim virtus illum orationis locum mirifico lumine illustravit: ad cujus splendorem exterriti dæmones & confusi, retro abierunt; & exclamantes voce magnâ, dixerunt: Christina, ancilla Dei omnipotentis, dimitte nos: orationes enim tuæ nos exurunt: aperientes quoque eorum nequitias, mendaces se per omnia, victosque ab ipsâ, & numquam ultra impetituros pronuntiabant: & quidquid antea ad injuriam Dei insultando blasphemabant, cum magna sui confusione modo negando excusabant: insuper & tanta de virtute & bonitate Dei mirabilia prædicabant, quatenus ipsa, licet de-

nisi quod à 26 Januarii ad 1 Febr.

E

dæmones illam quot noctibus torserint,

F

semper tamen victi & confusi.

A debilis corpore, ad audiendum iterato hujuſmodi ſermonem de Deo, ad locum remotum ſe velle pergere fateretur. Mane autem facto Sponſa Chriſti, licet ſanguine perfuſa, vulnera tamen præ nimia jucunditate & admiratione non ſentiens, vel potius ſentire deſpiciens; pro Corpore Domini percipiendo ad eccleſiam properavit: quo percepto, dicto citius in amplexus ſui Sponſi rapitur, & ibidem ineffabiliter conſolatur.

31 Ab illa autem die, uſque ad noctem quæ eſt poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, in magna conſolatione continuè perſeveravit. In qua quidem nocte, abſentante ſe Sponſo, mirabilis Sponſæ exultatio ſubito convertitur in mœrorem, & inæſtimabilis conſolatio in languorem. O quam gratioſa & cara Sponſo; Sponſæ verò fructuoſa, licet amara, abſentatio! per quam Sponſa ad quærendum avidius Sponſum incitatur, necnon ad fruendum delectabilius, ad tenendum ſtabilius invitatur; per quam etiam cor Sponſi dilectiſſimum vulneratur, & nihilominus fides utrorumque & dilectio veraciter probatur. Igitur tunc Sponſa Chriſti, cum pœnitentibus à thalamo Sponſi excluſa, multiſque doloribus & anxietatibus incluſa, in variis tribulationibus & affectionibus mentis & corporis, uſque ad Cœnam Domini perduravit. Erat autem per primam hebdomadam Quadrageſimæ, abſque perſecutione dæmonis & afflictione corporis, in tanto tædio poſita, & maxime tempore orationis, quod hujus tædii gravitas tormento mortis poſſit non immerito comparari. In qua omni tribulatione Virgo Chriſti, nec orationem negligens, neque viribus parcens, nec ſomnum oculis indulgens, viriliter decertavit. Tranſactâ itaque primâ hebdomadâ, Chriſtus dilectam ſibi Sponſam diligentius examinare, & fidem illius plenius probare volens; ipſam expoſuit, contra turbas dæmonum pugnaturam. Duo ſiquidem dæmones, in ſpecie duorum Fratrum Prædicatorum, ſibi cariſſimorum atque fideliſſimorum, necnon & ſecretorum ejus magis conſciorum, veſtri ſcilicet & Fratris Gerardi de Grifone, ſingulis noctibus, à ſecundâ Dominicâ Quadrageſimæ uſque ad Cœnam Domini, venientes, variis diſputationibus & argumentis mentem ejus cruciabant: & exponentes ei plurima ſecreta cordis ſui, ipſam in omnibus deceptam fore affirmabant; & ut ad vitam rationabilem ſe converteret, fallacibus conſiliis informabant: tanto autem ipſam amplius eorum iniqua conſilia affligebant, quanto verius ipſos non dæmones, ſed amicos Dei, ſpecialiſſimos eſſe confidebant. Neque enim hoc ipſi, ad cognoſcendum aſtutias dæmonum, proficiebat, quod die ſuperveniente vos in longinquis partibus poſitum, reliquum vero Fratrem tunc temporis adeſſe nequaquam potuiſſe, ſed dæmones ipſos fuiſſe, veraciter agnoſcebat.

32 Cum autem, ut ſupradictum eſt, dæmones illi, diſputationibus, conſiliis & exhortationibus diu inſiſterent: & mentem ejus, licet per verba ejuſmodi miſerabiliter afflictam, à ſuo propoſito flectere minime potuiſſent; continuo turba dæmonum horribilis, adverſus ipſam conſurgens, diverſis eam tormentis ſingulis noctibus affligebant. Erant autem tria genera graviſſima tormentorum, quibus eam dæmones, à ſecundâ Dominicâ Quadrageſimæ uſque ad ſextam feriam quæ eſt ante Dominicam in paſſione Domini torquebant. Unum ſcilicet, quod, cum poſt longas vexationes duorum dæmonum, in ſpecie Fratrum Prædicatorum ſe oſtendentium, Sponſa Chriſti cum magno tædio & gravitate cordis orationibus inſiſteret; venientes duo dæmones, & ipſam comminationibus & pœnarum promiſſionibus ab orationibus retardare volentes, ignem etiam validum ante conſpectum ejus exhibebant. Quem ipſa, licet nullam conſolationem à ſuo Dilecto ſentiret, cum magno impetu animi ingrediens, genuflexiones etiam intra ipſum faciebat: quamobrem exurens flamma ignis, totum corpus ejus uſque ad collum comburebat: & ne ille ignis putetur phantaſticus, genua ejus exuſtis puſtulis turgebant. Secundum autem genus tormentorum fuit, quod, poſt exhorationes duorum dæmonum prædictorum, venerunt quatuor dæmones, corpus ejus alii per caput, alii per brachia, alii per pedes rapientes, ad modum porci mactati igni valido involvebant; & infigentes ſibi uncos ferreos, huc atque illuc ſæpiſſime revolvebant: & quidam eorum ſalientes pedibus ſuper ipſam, flammæ penitus immergebant. Tertium vero genus, quod, poſt longas afflictiones duorum dæmonum ſæpe dictorum, dæmones tres ipsâ orante venerunt, qui os ejus immiſericorditer expandentes, picem ei cum bullienti ſulfure infundebant. Quoties autem unumquodque iſtorum tormentorum evenerit, vobis notificare non valeo.

33 Hoc tamen notate, quod quotieſcumque ſecundum tormentum evenit, toties corpus Virginis Chriſti cæleſti rore ab Angelis perfundebatur, & mirabiliter ſanabatur: quoties autem tertium genus accidit, toties illa glorioſa Chriſti ſui dilecti filii genitrix Maria, ſponſæ reverentiam exhibens, calicem ei miræ dulcedinis propinavit; quo guſtato omnis dolor & amaritudo ſubito evanuit: in primo vero genere tormentorum nullum remedium, ſed dolorem continuum ſentiebat. Sed heu! tam mirifica conſolatio & ſubita curatio cordi ejus ſolatium non præſtabat, ſed potius triſtitiam augmentabat: nam illi mendaciſſimi dæmones, illam curationem & conſolationem à ſe factam fuiſſe pronuntiabant. Hæc tria genera tormentorum durabant per ſingulas noctes, à ſecunda Dominicâ Quadrageſimæ, quæ eſt ante ſextam feriam prædictam: in illa enim nocte Virginis pugna cum tortorum numero creſcebat. Siquidem viginti & ſex dæmones eadem nocte ad puniendam ipſam conſurgebant. Inter illos duo dæmones in ſpecie Fratrum Prædicatorum veniebant, mentem ejus diverſis propoſitionibus & iniquis perſuaſionibus affligentes, & à vitâ erroneâ reſipiſcere admonebant. Cumque in his ſermonibus diu morantes nihil proficerent, duo alii dæmones horribiles confeſtim apparebant, qui tollentes corpus ejus, quaſi nudum projiciebant ad terram, & duobus lapidibus frigidiſſimis illud diutiſſime, unus à pectore, alter vero à tergo contundentes, pæne ad expirationem perducebant.

Poſt 10 Martii deſolata Chriſtina,

19 ejuſdem incipit vexari à dæmonibus, in ſpecie Prædicatorum apparentibus,

& illuſam proteſtantibus, atque ad vitam communem invitantibus;

deinde, cum nil proficerent, eam torquentibus:

qui primum corpus ambirebant,

tum liquatam picem ori ejus infundebant,

ac denique curationem ejuſdem à Dei para factam arrogabant ſibi,

eamque lapidibus tundebant:

A. PETRO COÆVO EX MS.

A. PETRO COÆVO EX MS.

34 Quo facto, reliqua turba dæmonum conveniebat, numero septuaginta sex quatuor, prioribus simul copulatis : qui omnes consilium inierunt, qualiter ipsam variis supplicii exterminarent. Et unus quidem ex ipsis, qui ipsam lapidibus tutuderat, insultabat ei dicens : Nonne vides, quod potestatem habemus cruciandi te & sanandi ? Parcimus tibi & sanamus, ut graviora tormenta inferamus. Tenentesque ipse & socius ejus bipennes in manibus consilium dederunt reliquis, dicentes : Placet vobis ut dorsum ejus ad modum porci mactati dissecemus his bipennibus, & taliter ipsam exterminemus ? Reliqua vero turba respondit : Non sola ipsa pœna sufficit, sed nos singula membra ejus prius truncare volumus. Et cum hæc & plura hujusmodi comminando invicem inferrent, tenentes singuli cultellos carnificum in manibus, ipsam crudeliter invaserunt : & decem ex ipsis abscindentes ei singuli singulos digitos, alii vero decem pedicas, quatuor autem alii dæ-
B mones cetera membra, scilicet manus, brachia, scapulas, pedes & crura abscindebant : reliqui vero cum bipennibus dorsum ejus dissecabant à summo usque deorsum. Hoc facto, corpus cum partibus truncatis in ignem maximum præcipitabant. Talibus vero supplicii iidem dæmones, ab illâ nocte, quæ est ante sextam feriam quæ Dominicam Passionis præcedebat, ipsam per singulas noctes cruciabant, hoc excepto, quod post illam primam noctem, membra ejus cruciata amplius in ignem non præcipitabant. In his omnibus tormentis membra ejus truncata singulis noctibus recolligebantur ab Angelis, & mirabiliter sanabantur : quæ tamen sanatio continuo ipsi à dæmonibus pervertebatur. Inter omnes istas gravissimas tribulationes duabus vicibus Sponsa Christi communicavit : in quibus tamen nihil consolationis percepit, neque etiam voluntatem sui dilectissimi Sponsi de suis tribulationibus scire meruit : sed per illos dies in quibus communicavit, in gemitibus & lacrymis amarissimis perdurans, inter cetera doloris verba totum illum Psalmum, Domine Deus salutis meæ, voce lacrymabili recitavit : jam enim nomen Sponsi in ore
C Sponsæ non sonabat, sed Patrem dilectum ipsum tantummodo appellabat. Et quid plura ? Quidquid de passione ipsius Sponsi per omne illud tempus Prophetarum & Euangeliorum sermo declarabat, hoc ipsum in ore Sponsæ sæpissime retonabat. Erat tamen & est semper, in quacumque tribulatione posita fuerit, à persecutione post Communionem usque ad tertium diem libera.

35 In fine autem hujus certaminis, hoc est in illa nocte quæ est ante Cœnam Domini, advenerunt omnes illi dæmones qui eam per totam Quadragesimam vexaverant, simul & plures cum ipsis : erat autem numerus eorum in universo nonaginta & unus. Et accedentes duo ex ipsis, illi scilicet qui eam in specie Fratrum Prædicatorum ab initio vexaverant, acrius ejus mentem disputationibus & fallacibus persuasionibus saucìabant : quo facto duo alii dæmones cum saxis durissimis pectus suum, sicut præmissum est, contundebant. Hoc facto, horribilis illa turba dæmonum universaliter adversus eam commina-
D tionibus & exprobrationibus consurgebat,& diversis eam sententiis condemnantes, ream mortis esse dicebant ; & portantes singuli lanceas in manibus suis, ipsas singulis membris ejus infigebant ; ita tamen, quod decem dæmones decem digitos, alii vero decem pedicas, residui autem cetera membra, scilicet caput, oculos, nares, os, aures, collum, scapulas, brachia, manus, crura, & pedes, simul & pectus, lanceis acutissimis singuli singula transfigebant : similiter & illi duo cum bipennibus dorsum ejus scindebant, & sic membra transfixa disjungebant. Quis teneram puellam in tantis tormentis multoties fuisse mortuam dubitaret, nisi eam ille, qui est vita viventium, salus omnium in se sperantium, suo vivifico robore reformaret ; & ad recolligendum ejus membra & sanandum, de cælo Angelos destinaret ? Eadem vero nocte, post gravissimas afflictiones, omnes illi dæmones, à quibus per totam Quadragesimam afflicta fuerat, ante conspectum ejus confusi
E convenerunt ; & exponentes singuli opiniones & intentiones eorum pessimas, mendaces se per omnia hac ab ipsa superatos pronuntiaverunt, & quod eorum in singulis tormentis fuerunt, simul & nomina ipsorum prodiderunt. (Ista enim prius ipsi cognita non fuerunt, scilicet numerus dæmonum & nomina) Insuper & Deum mirabiliter commendantes, tandem cum magnis ululatibus discedebant.

36 Tunc expleto tempore pœnitentiali, Sponsa Christi in thalamum sui dilectissimi introducitur Sponsi, ubi non solum promeruit peccatoribus remissionem, verum etiam sui Sponsi desiderabilem visionem, & intimam cordis exultationem : illam, inquam, exultationem quam nemo tollet ab ipsa. Erat enim in Paraseeve per totum diem suo thalamo inclusa : neque enim eam quisquam videre potuit. In quo quidem (sicut postea intellexi) eisdem horis, quibus Sponsus patiebatur, sponsa simul ipsi compatiebatur : & horâ suæ expirationis, ipsa aperto latere ruptoque corde expiravit. Cum quo etiam re-
F surgens in vigiliâ Paschæ, sequentem diem cum magno desiderio expectabat : in quâ communicans, in sui dilectissimi Sponsi amplexus est translata, & in ejus benignissimo corde consolata. Hæc secreta vestræ Caritati notifico, quæ mihi non ab homine, sed divinitus sunt manifestata. Nec mirum : cum enim de ministris Dei generaliter dicatur, Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis, multo verius de Sponsâ hoc intelligendum est ; & maxime illo tempore, cum recenter de thalamo Sponsi proficiscitur, & non solum omnium rerum, verum etiam sui ipsius obliviscitur. Hoc vobis scribo, ut sciatis, quia Christina vestra filia, sui compos, nihil horum quæ scripta sunt, præter pauca, de passionibus suis mihi retulit : *b* quod tamen omnino non feciset, si non me quasi conscium pro his requirere audivisset.

37 Salutat vos Christina, filia & amica, ex intimo corde, pro beneficiis & consolationibus animæ & corporis sibi exhibitis, vobis regratians, atque ad regratiandum suum dilectissimum sponsum solicitat ; rogans etiam, ut vestro Amico pro ipsa hostiam salutationis

&

tandem ad 76 congregati contra illam,

membra ejus singula transfigebant lanceis.

Post quæ, illis se victos fassis,

ipsa in Paraseeve Sponso junguur.

His Petro relatis,

Matth. 20.

b

petit ipsa Christo per eum commendari,

(quæ interim solum bis & citra solatium communicavit.)

Ps. 76.

Denique 18 Aprilis aucti dæmones ad 91,

bipennibus cava dissindebant,

A & laudationis offeratis. Præterea rogat, ut
deſiderium ſuum, quod de Fratre ejus vo-
c bis expoſuit *c*, ſi aliquo modo poteritis,
impleatis, & per litteras veſtras hoc ei de-
mandetis. Regratior etiam veſtræ caritati
& mittiſibi promiſſum libellum, ego Ioannes, veſter ad omnia ſervus, quod
me ſalutationi & litterarum viſitationi dignum fore judicaſtis; rogans intime, ut mihi peccatorum remiſſionem, & virtutum augmentationem à veſtro Amico impetretis. Rogo etiam cum filia veſtra Chriſtina inſuper & comminor, quia ſi unquam litteram manu mea ſcriptam recipere, & apud amid cam veſtram conſiſtere volueritis, libellum *d* mihi promiſſum, cum ceteris quæ nobis ad
neſcia quod is deſcſit. ſolatium congrua noveritis, breviter tranſmittatis. Hoc autem ſcitote, quod illam partem quam habeo, in ſimilitudine cujuſdam filiæ veſtræ, Chriſtinæ expoſui totaliter, de quo ipſa fuit mirabiliter conſolata: & in tanta ſimplicitate audivit, ut etiam de vobis, quare ſibi de illa filia mentionem non fece-
e ritis, *e* miraretur. Salutat vos Plebanus, Hil-
B la de Monte, cum ceteris veſtris amicis, regratiantes vobis de veſtris litteris, & petentes ut Deum pro ipſis oretis. Recepimus autem tria paria litterarum veſtrarum, ſci-
f g licet de Soſato *f*, de Minda *g*, de Lubec; illas autem de Lubec poſt Paſcha recepimus. Scripta eſt hæc littera ſextâ feriâ ante
h *h* Urbani, anno Domini MCCLXXX. Salutate Fratrem Folquinum ex parte omnium noſtrûm.

ANNOTATA D. P.

a *Paſcha anni* 1280 *biſſextilis habentis litteras Dominicales* G F, *celebratum* 21 *Aprilis*, *fecit* 1 *Dominicam Quadrageſimæ ipſum præcedentis*, *cadere in* 10 *Martii.*

b *Infra etiam num.* 55 *clarius dicit quod talia* ſcribere non potuiſſet, *ſi non* magis *Chriſtinæ* poſt Communionem ſelix alienatio, quam ipſius conſcientiæ relatio ea oſtendiſſet.

c *Oretenus ſcilicet cum ab invicem ultimo ſeparabantur; quomodo autem idem deinde per litteras actum ſit, ac denique* Sigwinus (*ſic enim vocabatur frater ille*) *curante* Petro *receptus ad*
C *Ordinem Prædicatorum in Provincia Daciæ fuerit anno* 1282, *invenietur infra num.* 43 *& lib.* 5 *num.* 38.

d *Hic eſt* liber de virtutibus Sponſæ Chriſti Chriſtinæ, *primo loco poſitus in Codice Cliveni, & prior compoſitus, aut ſaltem componi cœptus, ut patet ex num.* 24 *lib.* 1.

e *Nempe* (*ut in argumento metrico ipſius libri legitur*) ſub tectis verbis *totus præcedit*; *atque* (*ut deinde proſaice additur*) neque gens ſignificatur, neque numerus, neque caſus, neque tempus, neque modus conſervatur; *ut mirum non ſit*, *ſi* Chriſtina *non animadverterit*, *pro ſua inſigni humilitate*, *ſe iſtic deſcribi*, *licet multa ſimilia ſibi quoque accidere & accidiſſe non ignoraret.*

f Soſatum *vel* Suſatum, *vulgo* Soeſt *oppidum Marchiæ verſus Paderbornam procurrentis*, *Monaſterio propinquior inter Lippam & Mœnum Weſtphalicum.*

g Minda *circuli Weſtphalici civitas Epiſcopalis ad Viſurgim*, *cum adjuncta ſibi diœceſi*, *media inter diœceſes Oſnabrugenſem atque Hildeſienſem*, *Paderbornenſi vero ad meridiem attigua.* D

h *Colitur* S. Urbanus Papa Martyr 25 *Maji*, *qui dies iſto anno fuit in Sabbato. Utinam vero ceteris Epiſtolis addita foret hujuſmodi nota! nihil laboraremus in ordinando libro* V: *ſed hæc rara eo tempore diligentia erat*; *& plerumque ſolebat omitti in familiaribus epiſtolis dies datæ.* A. PETRO COÆVO EX MS.

CAPUT V.

Auxilium animæ Plebani defuncti, & ſolicitudo Fratri ad religionem adducendo impenſa, cum interpoſita Epiſtola Petri de ejus erga Virginem dilectione.

38 EOdem anno XII Kal. Decembris accepit litteram, immediate ſequentem, ſcripta manu prædicti Magiſtri Ioannis, Capellani ſanctæ Virginis Chriſti Chriſtinæ.

In abyſſo caritatis Dei cariſſimo Patri ac Ep. XXV.
ſpirituali amico, Fratri Petro Lectori, Chri- E
ſtina in Stumbele, ſalutem & in mirabilibus Dei ſemper novis gaudiis exultare. Quamquam veſtræ Caritati litteram magnam, ex *Iterum ſcribens per Mag. Ioannem,* utraque parte ſcriptam, continentem mirabilia de paſſionibus & conſolationibus, quæ veſtræ cariſſimæ filiæ & amicæ, à feſto omnium Sanctorum uſque in feſtum Paſchæ acciderant, per quoſdam Fratres veſtri Ordinis tranſmiſerim, tamen caritas Dei & cordis ſincera devotio me inducit, vobis quædam magnalia Dei, quæ infra in veſtra filia cognovi, declarare. Siquidem cum poſt multas & graviſſimas tribulationes mentis & corporis, quas propter abſentiam ſui dile- *nuntiat quod in Paſchate quiete fruentem ipſam.*
ctiſſimi Sponſi per totam Quadragèſimam perpeſſa fuerat veſtra filia, circa feſtum Paſchæ in thalamum Sponſi recepta fuiſſet; & fugatis totius diffidentiæ & ignorantiæ tenebris, veritatis & juſtitiæ ſol Chriſtus, verus Sponſus & Amicus, ſuæ Sponſæ cordi illuxiſſet; vel potius, quod jucundius eſt, per ſui luminis immenſitatem ipſam à ſuo corde penitus expuliſſet; in tertia hebdomada poſt Paſcha, cum filia veſtra quadam die communicare propoſuiſſet, venerunt dæmones, qui F
ipſam ab oratione retardare volentes, variis *rurſus circa 8 Maji dæmones aggreſſi, ſubulis diſpunxerint:*
etiam comminationibus inſiſtebant. Quibus dum ſe nil proficere videbant, acrius in ipſam ſævientes, ferrea inſtrumenta, ad modum ſubularum acutiſſima, ejus corpori infigebant: cum quibus faciem ſimul & omnia membra lacerando diutiſſime torquebant. Quo facto, Angeli miſſi à Domino, tamquam pannum leniſſimum faciei ſuæ imprimebant; & exteriorem apparentiam vulnerum detergentes, læſionem tantum infra cutem eam ſentire permittebant. Mane autem facto, Chriſti Virgo læta ad eccleſiam perrexit: & poſt perceptionem Euchariſtiæ, rapiens ſuus ſponſus eam, ad tabernaculum ſui dilectiſſimi cordis tranſtulit.

39 Poſt hæc in Vigilia Aſcenſionis, cum ſequenti die communicare deberet, & poſt Veſperas, Communione facta cunctis recedentibus, orationis causâ ſola in eccleſia remaneret; ecce ſubito, & quaſi ex improviſo, ille callidus hoſtis, totius boni ini-

mi-

A micus, orationem ejus impedire cupiens, tan-
A. PETRO tum horrorem & ſtrepitum cordi ejus infe-
COÆVO rebat, ut ipſa eccleſiam totam cecidiſſe cre-
EX MS. deret, & propter hoc quaſi exanimis fieret. Et poſt paululum, cum reſumptis viribus dæmonis agnoviſſet aſtutiam; majorem ſumpſit audaciam, & Deum, quem prius ſubmiſſa voce orando laudabat, nunc, ad confuſionem ipſius dæmonis, oblita loci in quo fuerat, alta voce cantando commendabat. Ego autem cum in recluſorio fuiſſem, & cantum hujuſmodi audiviſſem; admirans quidnam hoc eſſet, aperui feneſtram, & proſpiciens in eccleſiam, ipſam eſſe conjeci. Quapropter exiliens, eccleſiam celerius intravi, ipſamque ſolam in ea inveni: jam enim à cantu ceſſaverat, & orationibus inſiſtebat. Me autem propius accedente ut auſcultarem, continuo liber ille in quo oravit, ab ejus manibus rapiebatur, & cum magno impetu contra terram præcipitabatur; ipſa vero atrociter ad terram collidebatur, & ad murum
B comprimebatur. Tunc ego accedens ad eam, librum à pavimento ſuſtuli; & replicans eum, coram ipſa in ſcamno poſui; & auſcultans ipſam plurima intra ſe loquentem audivi. Inter cetera autem dixit: Quid hic agis, maligne ſpiritus? nequaquam me à laude Dei dilectiſſimi poteris revocare. Et cum hæc & plurima iis ſimilia diceret, iterato ad genua ſe erexit. Ego autem nolens eum conturbare, illico diſceſſi, claudens oſtia eccleſiæ circumquaque, præter unam per quod exire debuerat: ipſa vero, oratione completâ, poſt modicum tempus domum perrexit.

& 29 ejuſdem orantem turbare conati,

cum ad Dei laudes magis fervere viderent,

parieti allijerint:

40 Eadem vero nocte, ipſa orationibus inſiſtente, venerunt dæmones, orationem ejus impedire volentes: qui omnia membra ejus, quaſi ſub torculari comprimendo, torſerunt. Sed fidelis Deus, qui in ſe ſperantes numquam deſerit, ſuam dulciſſimam Sponſam ab hac anguſtiâ eripuit; & confortans eam, vires eundi ad eccleſiam tribuit: ubi poſt Communionem ſibiipſi avolavit, & in corde ſui dilectiſſimi ſponſi feliciter repauſavit, & ſequens ſuum Sponſum Aſcenſionis feſtum veraciter celebravit. In quo quidem feſto, inter plurima verba melliflua, verſum illum: Aſcendit Deus in jubilatione, non ſine vero cordis jubilo, ſæpiſſime recitavit: inſuper & in magno gaudio uſque ad Dominicam ſequentem perduravit. Poſt illam vero Dominicam cor ejus, uſque in Pentecoſten, in magno tædio fuit, & orare ſine magnâ difficultate non potuit. Præterea Dominus ardentiſſimum deſiderium cordi ejus inſpiraverat pro abſolutione animæ cujuſdam ſui ſpecialis amici, videlicet, Domini Joannis, bonæ memoriæ Sacerdotis. Deſideravit enim pro ſuis negligentiis ſibi quæcumque tormentorum genera infligi, ut Dominus per miſericordiam ſuam ipſum à pœnis breviter eripere dignaretur. Sed benignus & miſericors [Dominus, ejus] deſiderium, utique à ſuo ſpiritu inſpiratum, fruſtrari non permiſit.

quæ in feſto Aſcenſionis poſt Communionem rapta,

deinde uſque Pentecoſten in tædio magno fuerit.

41 Porro per tres noctes ante feſtum Pentecoſtes, ex divina permiſſione, venit ille maligniſſimus ſpiritus in thalamum Virginis, in ſpecie ipſius Sacerdotis defuncti, horribili aſpectu & lamentabili voce, & ſe æter-
C naliter dicebat damnatum; exponens ei ſingulas & diverſas ſuæ damnationis cauſas; ſcilicet, quia ei familiaris fuerat, & alias quamplures rationes, quibus per ſingulas illas tres noctes cor ejus miſerabiliter & ultra quam credi poſſit affligebat. Sed Virgo Chriſti cor ſuum omnino afflictum ſurſum ad Dominum erigebat, & animo turbato hoc intra ſe dicebat: Numquid, cariſſime Pater & Domine, hic tuus famulus à facie tuâ peribit quem mihi ancillæ tuæ tam familiarem & obſequioſum, & ad omnia mirabilia tua feciſti credulum & devotum? de cujus etiam ſalvatione cordi meo veram ſpem & plenariam fiduciam tribuiſti? Quid ergo faciam? quo me divertam? Hic enim ſi à vultu tuo ſeparabitur, totalis mea fiducia & ſpes fruſtrabitur. Hæc & iis plura ſimilia ea loquente, dæmon ille in ſpecie Sacerdotis; quem ipſa Sacerdotem fore veraciter æſtimabat, continuo diſceſſit: & venientes alii duo dæmones diverſis eam moleſtiis fatigabant; & membra ejus confringentes, variis cruciatibus caput ejus à ſummo ad pedes recurvabant: hoc autem facto, duo Angeli cælitus miſſi veniebant, qui membra ejus à dæmonibus confracta cæleſti medicamine reficiebant. Hanc pœnam per tres noctes ſuſtinuit: ſed diebus ſupervenientibus læta fuit, quia dæmonis aſtutiam agnovit. In tertia vero nocte, hoc eſt in illa quæ eſt ante diem Pentecoſtes, poſt afflictiones ſupradictas dæmon ille, qui eam in ſpecie Sacerdotis afflixerat, confuſus ante conſpectum Virginis apparebat: & cunctas ſuas nequitias detegens, in prædicto Sacerdote nil ſui juris habere fatebatur. Mane autem facto Virgo Chriſti ab Angelis ſanata, & à Domino confortata, cum magna jucunditate ad eccleſiam properavit; & confeſtim poſt perceptionem Dominici Corporis tranſvehitur, & ibidem ineffabiliter conſolatur. Ubi inter infinita arcana ſui Sponſi, ſpecialiter ei de abſolutione animæ Sacerdotis prædicti revelatur, ſimul & tempus & hora quando abſolvi debeat demonſtratur. Quantas, ex hac revelatione & ſui amici vicina abſolutione lætificata, Sponſo ſuo gratias egerit, vobis
F ſcribere non ſufficio.

D *Interim offertur ei ſpecies defuncti Plebani, velut damnati:*

& ipſa a binis dæmonibus cruciata per triduum,

E *certificatur de ſalute illius;*

42 Tranſactis itaque poſt Communionem tribus diebus, Virginis Chriſti deſiderium adimpletur, & multiformis pœna, quam pro abſolutione prædicti ſacerdotis petierat, adhibetur. Igitur ex tunc uſque in ſextam feriam, quæ eſt poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, in quâ anniverſarius Sacerdotis prædicti agebatur, filiæ veſtræ tormenta graviſſima & multiformia, ſingulis noctibus, non à dæmonibus neque viſibiliter, adinſtar purgatorii *a* infligebantur; ſcilicet ignis ſuper humanum modum fervens, & gelu intolerabile, necnon & omnia genera tormentorum quibus humana natura cruciari poteſt. Quæ omnia ſimul, per ſingulas noctes, ſingula membra ejus ſingulariter ac generaliter torquebant, & rationes per quas ſingula tormenta ſuſtinuit, ſcilicet prædicti Sacerdotis negligentiæ patebant. Erant enim gravia & intolerabilia tormenta, ut in eis per ſingula momenta Virginem Chriſti conſumi

atque in ejus anniverſario 5 Iulii,

a

purgatorium pro eo experta,

A sumi neceſſe fuiſſet, niſi eam divina virtus mirabiliter adjuviſſet. Sed Virgo Chriſti, propter deſiderium nimium quod pro redemptione dicti Sacerdotis in corde ſuo habuit, *& in extaſim rapta, gaudet eo liberato,* omnia tormenta patienter ſuſtinuit: & diebus ſupervenientibus quaſi nullam læſionem ſenſerit, jucunda apparuit. Hæc verò tormenta durabant uſque in ſextam feriam ſupradictam: in quâ memorati Sacerdotis dies anniverſarius agebatur. In quo quidem die filia veſtra communicabat: à feſto enim Pentecoſtes non communicaverat, quia illum felicem diem ſibi à Domino præmonſtratum expectaverat. Et ſubito poſt Communionem beata ejus anima abſtracta [à corpore] educitur, & in thalamum dilectiſſimi ſui Sponſi raptim deducitur; ubi in ſpeculo æternæ veritatis, Amicum pro quo tanta ſuſtinuerat, cum ſempiter-
l. 1, n. 59. no Sponſo & Amico ſpeculatur. (Hic eſt Ioannes Plebanus, *inquit Petrus*, cujus mentio toties fit in ſuperioribus, & ſpecialiter in viſitatione nonâ, qui mihi & Chriſtinæ fuit familiariſſimus, qui etiam litteras mihi ex parte Chriſtinæ
B ſcripſit, & quædam de Chriſtinæ ſtatu ad meam petitionem connotavit). *Pergit porro Chriſtina.* O quantum tunc erit gaudium & exultatio! quam jucunda & mirabilis ſalutatio! cum in conſpectu Dei fuerit facta amicorum congregatio, cui ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

43 Ceterum rogo vos, cariſſime Pater & Domine, in fide & caritate Domini noſtri *Commendat Petro curam ſui fratris,* Jeſu Chriſti, quâ vos diligo & rediligi gaudeo, ſi à corde meo omnem ſolicitudinem removere cupitis, & ſi perfectam animæ meæ libertatem deſideratis; deſiderium meum de fratre meo, de quo vobis cum præſens fuiſſetis mentionem feceram licet, proh dolor! non ſerioſam, de quo etiam vos in
b litterâ *b* nuper nobis tranſmiſſa intimè rogaveram, complere, ſicut vobis in caritate Dei confido, quantocyus ſtudeatis. Hoc etiam ſcitote, quod poſt veſtrum receſſum circa ſalutem prædicti Fratris mei deſiderium meum quaſi aſſiduè eſt ampliatum. Timeo enim ne juvenilis ſuus animus, qui nunc ad obediendum ſalubribus conſiliis eſt benevolus & paratus, ſeculo ſe immiſceat; & ſic, quod
C abſit, à ſalute procul fiat. Cariſſime Pater & Domine, & intime, vos deprecor, in *in Daciâ ad aliquam Religionem promovendi;* eadem fide & caritate quâ invicem confœderamur, omninò, ſi fieri poteſt, qualicumque occaſione inventâ licentiam poſtuletis, & ad partes noſtras quantocyus poteritis declinetis. Si autem facultas perſonaliter veniendi vobis omninò negata fuerit, ſaltem Fratres nobis familiares, vel nuntios quibus confiditis, deſtinetis; & per eos de fratre meo, quid faciat, aut quomodo ad vos pervenire valeat, demandetis. Et ſi forte prædictus frater meus, quia laïcus & minus idoneus, in Ordine invitè recipitur; ſaltem eumdem ſanctæ Religioni penes veſtram civitatem adſtringi in quocumque loco procuretis; ubi ipſum, quaſi peregrinum & exulem, paterno affectu & piis monitis in ſervitio Chriſti aliquoties confortetis. Prætereà, Pater cariſſime, regratior ex intimo corde veſtræ benignitati, pro ſingulis & univerſis beneficiis mentis & corporis, quæ mihi licet indignæ fideliter impendiſtis: pro quibus omnibus, quia mercedem dignam vobis ſolvere non potero, D opto tamen & deſidero, quantum valeo, ut A. PETRO COÆVO EX MS. ille, pro cujus amore omnia feciſtis & facitis, ſit merces veſtra magna nimis.

44 Salutat etiam vos Ioannes, Rector puerorum, mihi in omnibus factis meis ſpecialiter, familiariter & fideliter obſequioſus. *petit proſecutionem libelli de filia ejus ſpirituali,* Unde quæſo, ut ipſi apud veſtrum Amicum peccatorum veniam & virtutum gratiam impetretis. Item, cariſſime, una cum Magiſtro Ioanne ſuppliciter peto, quod ſi ipſum vobis ſcribere, aut in loco in quo nunc eſt reſidere volueritis; libellum nobis promiſſum, cum ceteris quæ ad noſtram ædificationem ſeu conſolationem congruere ſciveritis, tranſmittere feſtinetis: hoc ſcientes, quod partem illius quam penes nos habemus, mihi prædictus Ioannes bis prælegit: & fateor veſtræ Dilectioni, quod ex omnibus quæ unquam audi- *de qua nihil ſibi dictum ab ea miratur,* vi, numquam aliquid tantum audire delectabar: & ſupra modum admiror, cum mihi tam multis temporibus familiaris fueritis, quare mihi de hac filiâ ſeu amicâ numquam
E mentionem aliquam feciſtis. Salutat etiam vos Frater meus Sigwinus, pro quo quæſo Deum oretis: inſuper & Hilla de Monte, cum omnibus amicis veſtris; rogantes, ut pro eis ad Dominum veſtris precibus intercedatis. Salutate etiam, ſi poteſtis, Fratrem Fol- 17 *Iulii.* quinum; & rogate, ut pro nobis omnibus oret Deum. Scripta eſt hæc littera in quartâ feriâ poſt diviſionem Apoſtolorum; ſed miramur & ſoliciti ſumus de ſtatu veſtro, quia nobis, poſtquam ad partes veſtras veniſtis, nullam litteram miſiſtis. Valete, mi dulciſſime Pater, & orate veſtrum Amicum pro me.

45 Quoniam in prædictis litteris ſæpius *Huic epiſtolæ, perlatæ* 20 *Novembris,* mihi reducitur ad memoriam dilectio, quam Dominus inter me & Chriſtinam plantavit, augmentavit, ad ſe ordinavit, & in ſe conformavit; ideo prædictis litteris ſic reſpondi:

In Jeſu Chriſto æterno amore, interno EP. XXVI. dulcore, utriuſque hominis convenientiſſimo decore, virginitatis flore, & puræ ſocietatis vigore, Cariſſimæ Chriſtinæ, filiæ & amicæ, Frater Petrus, ſuus in Domino totus, & ſuo ſolatio à Deo ſpecialiter accommodatus, Salutem & ampliora & dulciora in corde ſentire, quam unquam ſenſu percipere. Cariſſima, F non miremini, ſi ſupra me ſcribo: quia de *reſcribens Petrus,* materiâ, quæ ſupra me eſt, loquor: quia me in virum perfectum, cum ſim imperfectiſſimus transformo. Secundum hanc ergo transformationem, ſi licet dicere, ſimilitudinem quamdam in vobis video æternæ ſocietatis, & intimæ Sanctorum caritatis. Nam ſive illa, ſive iſta, non diminuitur diſtantiâ locorum, nec impeditur diuturnitate temporum, nec rejicitur diverſitate gentium, nec diſparilitate generum; cum nihil horum in illis computetur. Nam divina infinitas, quæ *explicat quomodo dilectio in Deo fundata, ſit invariabilis* comprehendit [omnia] diviſibilitatem connectit locorum, æternitas excedit & comprehendit varietatem temporum, perennitas vel cauſalitas adæquat diverſitatem gentium & generum: & ideo dilectio, quæ à Deo originatur, & in Deo terminatur, & ſecundum Deum regulatur, varietatum hujus pericula vel damna non ſentit. Hinc eſt quod cum Angelici ſpiritus, quocumque mittan-

A. PETRO COÆVO EX MS.

A tur, intra Deum currant (quia ipſe capit omnes ſpiritus intelligibiles) diſtantia locorum ſpiritualis inter eos computari non poteſt, qui in eodem loco indiviſibili inveniuntur.

& interminabilis;

46 Similiter cum æternitas comprehendat omne tempus, ſicut indiviſibile nunc, [& immenſitas] omnem locum; patet, quod iis qui ſe in Deo diligunt, eorum dilectio ſecundum tempus non menſuratur, quia ſecundum Apoſtolum, Caritas numquam excidit. Nihil enim in præterito amittitur; nihil in futuro, ratione tantum futuritatis acquiritur; quamvis, ratione intenſioris affectionis & actionis, augmentum aſſumitur: quia abſentes ut præſentes, præteritos & futuros, eodem ſinu amplexatur, tamquam in indiviſibili numero æternitatis; quia nec labilitatem temporis, nec diſparitatem generis, nec localem diſtantiam animadvertit, ſic ut ſecundum ea tranſmutetur. Horum ergo ſi-

qualis cum inter ipſum & illam vigeat,

militudinem in nobis facile eſt invenire. Quamvis enim corporalis locus nos dividat; ſpiritualis tamen, qui eſt Deus, qui eſt

B

ſpiritus incircumſcriptus nos conjungit: nam qui manet in caritate in Deo manet & Deus in eo. Corporalem ergo præſentiam appetant, & abſentiam horreant, qui carnali ſtudent dilectioni. Nos abſentia corporalis nulla moleſtat, cum infinitus ſit quem diligimus, & ideò ſe ſemper exhibet præſentem, & diligibile noſtrum præſens ſemper invenietur: nam in Deo, & ex Deo, & cum Deo & per Deum vos diligimus & diligimur.

gratulatur eidem,

47 Gaude ergo, dulciſſima, & ex intimis præcordiis tuis exulta, jubila & jucundare pro tanta gratia noſtri communis Amici tui aut Sponſi ſpecialis, qui in medio amicorum ſuorum ſe ſemper promiſit affuturum; Ibi, inquit, ſum in medio eorum: quod non de corporali ſitu, ſed de intimo & præcordiali influxu atque convictu conſtat eſſe intelligendum. Ad eum [inquit] veniemus, & manſionem apud eum faciemus: utique non corporalibus ſenſibus ſe exhibentes vel præſentantes, ſed animam internâ dulcedine afficientes, intellectum illuminantes, affectum inflammantes, exteriorem hominem caſtificantes, interiorem renovantes. Hic eſt Deus noſter, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & non æſtimabitur alius adverſus illum. Hic eſt cauſa noſtræ amicitiæ, fons lætitiæ, ſpes gloriæ, & finis omnis intentionis. Rectè illi primo, & in illo mutuo conjungamur: illi colloquamur, illo perfruamur. Nihil enim aliud digne propter ſe judicare poſſumus diligendum,

ſic Deum in ſe habenti,

C

in quo eſt ratio omnis diligibilitatis;

niſi Deum noſtrum, amabilem & delectabilem, pro quo merito omnia alia ſunt contemnenda. Ratio enim diligendi diligibile, eſt bonum, pulchrum & ſtabile: verumtamen quid bonum, niſi Deus, invenitur? Fallor, niſi ſic ſcriptum inveni, Nemo bonus, niſi ſolus Deus: in eo enim omnis boni bonum invenitur; quia eſt bonum honeſtum, utile & delectabile. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illâ, & innumerabilis honeſtas per manus illius: & alibi, Honeſtum fecit illum. Et alibi legitur: Ego Dominus, docens te utilia. Et in tertio loco legitur: Delectationes in dexterâ tuâ uſque in finem.

48 Si ergo bonum ſub hac triplici differentia invenitur, & bonum temporale etiam ſub unâ qualibet appetitur; quomodo bonum æternum, quod omnes boni con- *ſcilicet bonitas,*

D

ditiones in unum colligit, non diligitur? Item ſi bonum diligitur accidentale, cur non ſubſtantiale magis? Item ſi diligitur bonum, etiam corpus vitioſè demulcens & inficiens, & in ſenſibus foris tantum aſſiſtens; cur non magis diligitur bonum interiora animæ replens, afficiens, ac reficiens? Secundam rationem diligendi dixi eſſe pulchrum, vel ipſam pulchritudinem; quia bonum & pulchrum ſecundum omnem cauſam cuncta deſiderant, ut dicit Dionyſius; & quid pulchritudinis totius cauſa? nihil enim eſt in effectu, quod prius non præextitit in cauſâ. Ne autem credamus ejuſdem rationis pulchritudinem in cauſâ eſſe & [in effectu]; tantum cauſam æquivocam Deum eſſe advertamus. Quid ergo eo pulchrius, quod non ſo- *pulchritudo & ſtabilitas:*

lum pulchra omnia efficit cauſaliter, ſed & ipſa æterna pulchritudo exiſtit ſubſtantialiter, & à quo omnis pulchritudo defluit originaliter, & in quo continetur idealiter? Hujus

E

autem immenſæ pulchritudinis ſimilitudine Deus nos inſignivit: Signatum eſt, inquit, ſuper nos lumen vultus tui, Domine. Et apertius: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Non ſolum autem ſimilitudine pulchritudinis increatæ, ſed & omnis creaturæ, nos excellenter decoravit. Unde ſecundum Danielem, Fecit Deus hominem mundum quemdam ſecundum; & ſecundum genus cum omni creaturâ homo habet aliquid commune. Cariſſima, de hoc ſublimi privilegio quid dicam? quo me mea deducet conſideratio? In Deo noſtram conſidero idealem ſimilitudinem, & in nobis adverto Dei imaginem, ſecundum illud Boëtii:

Mundum mente gerens ſimilique imagine formans.

In nobis etiam quaſi in quodam operum Dei brevi epilogo collectam contemplor, omnem omnimodo creatam pulchritudinem. Si ergo pulchritudo eſt cauſa movens dilectionis, quomodo aliquis non diligit ſtimulatus tam efficacibus incitamentis amoris? Verum, Cariſſima, ſcio neminem va-

F

cuum eſſe à dilectione; ſed non parum differt circa quam rem quilibet afficiatur: ea enim eſt vis amoris, ut amantem transferat in amatum.

cujus pulchritudinis ſimilitudinem habet proximus;

49 Sed ne in immenſum materiam prolongem narrationis, de nobis ipſis ſubjectum accipiamus conſiderationis. Cariſſima, Auctoritas dicit, quod Amicus diligendus eſt in Deo, & inimicus propter Deum: cujus dicti ratio eſt, quia in amico duplex reſplendet Dei ſimilitudo, ſcilicet eſſentiæ & amicitiæ: inimicus autem quamvis affectu, actu & intentu à Deo diſcordat, diligendus tamen eſt, quia Dei ſimilitudinem in eſſentiâ repræſentat. Si ergo ſimilitudo Dei in inimico, etiam culpâ deformato, eſt diligenda; gratiâ decorata & adoptata, quomodo eſt amplectenda? Quantum autem inimicos debeamus diligere, ex hoc lucidè apparet; quia Chriſtus etiam pro inimicis mori non dedignabatur. Quid hoc exemplo, Cariſſima, caritatis poterit eſſe expreſſius? Quid efficacius, aut virtuoſius? *ob quam diligendus etiam inimicus exemplo Chriſti,*

Quid

A Quid daturus eſt Chriſtus ſuis amicis, qui vitam dedit pro inimicis ; & mortem turpiſſimam pro eis, & ab eis toleravit ? Nihil vita deſiderabilius, nihil morte horribilius. Qui ergo omnium deſiderabiliſſimum pro inimicis tradidit, & omnium horribiliſſimum pro eiſdem ſuſtinuit, quid is amplius faciet pro amicis?

50 Cariſſima, quæſtionem hanc limpidius intelligis, ſapidius ſapis, quia in hac materiâ amplius ſtuduiſti : pro modulo tamen meo dico quod ſentio: Video in Domino Jeſu duplicem vitam, corporalem ſcilicet & æternalem, multum utique inter ſe differentes, quamvis in ſuo genere utramque pretioſiſſimam. Qui ergo dedit pro inimicis vitam temporalem, ipſe amicis ſuis conferet æternalem. Et : Ego, inquit, vitam æternam do eis. O vita vitarum ! vita omnem vitam vivificans, conſervans & delectans ! Vita, inquit Philoſophus, illic fixa eſt & permanens in ſecula ſeculorum, & eſt melior vita vi-
B tarum. Item, credo aliam eſſe mortem corporalem, & aliam ſpiritualem, & hanc duplicem ; Unam culpæ occidentis, aliam pœnæ ulciſcentis. Sed mortem corporalem Dominus etiam pro inimicis toleravit, & ab utraque morte ſpirituali amicos ſuos liberavit. Quamvis ergo amicis & inimicis mors Domini ad liberationem ſuffecit, ſolis tamen amicis eam effecit : & ideo quantum differunt ſufficientia & efficientia, non in dantis largitate, ſed in recipientis utilitate; tantum Dominus inter inimicos & amicos ſuos diſtinxit ſua morte pretioſa. Ut ergo ad propoſitum redeam. Similitudo Dei vel pulchritudo Dei in proximo relucens, eum nobis reddit amabilem : & quia incomparabiliter excelentior eſt pulchritudo in mente divina quam in creatura, ideo Deus ſuper omnia convincitur merito eſſe diligendus. Sed & ipſe proximus eo magis debet amari, quanto magis ei datur Deo aſſimulari : Deus ergo, quem amat omne quod eſt, ſive ſciens ſive neſciens, & ejus ſimilitudo, præcipua cauſa eſt amoris.

inimicis temporalem, amicis æternam vitam dantis.

51 Tertiam cauſam amoris dixi eſſe ſtabilem firmitatem : nam tranſitoria labilitas
C minuit rationem dilectionis ; & quia mundus tranſit & concupiſcentia ejus, facile & aperte [docet] ſe non eſſe diligendum. Et quia ſolum Deum adverto ſua virtute eſſe ſtabilem, ſolum propter ſe prædico amabilem. Non nego tamen & alia, propter illum, & in illo, eſſe diligenda, in quantum ſtabilitatem à Deo ſortiuntur, & ad Deum pertruendum referuntur. Cum ergo nos mutuo diligere in Domino profiteamur, reſplendeat in veſtræ conſcientiæ examinationibus, cogitationibus, & affectionibus bonitas ſanctitatis ; reluceat in moribus & motibus exterioribus amœnitas honeſtatis ; in pia autem longanimitate inveniatur perſeverantia firmitatis. Ceterum, Cariſſima, noveritis, quod nullius hominis viventis præſentia mihi tam grata fuit, ſed nec tantam gratiam contulit, ut veſtra ; quia in vobis expreſſiorem Dei ſimilitudinem ſum contemplatus. Unde optarem, ſi utile eſſet & decens, omnibus diebus vitæ meæ à patria & parentibus peregrinari, ut Chriſto con-

Stabilitas qualis in amore proximi?

vivere poſſim & Chriſtinæ, quæ & in Chri- D
ſto ſemper valeat *c*. *Sequitur Epſtola Chriſtinæ.* *c*

52 In Ieſu Chriſto, ſempiterno Sponſo & A. PETRO
Amico, dilectiſſimo Patri & amico Domi- CO-ÆVO
no, Fratri Petro, Lectori de Gotlandia, EX MS.
Chriſtina de Stumbele, filia ejus paupercu- *iterum*
la ac deſolata; Salutem, & in corde Dilecti *ſcribens*
conſolationem, ſtabilem & plenam, quam *Chriſtina*
ſibi, proh dolor! ſentit penitus alienam. Quoniam, Pater cariſſime & Domine, multifa- EP. XXVII.
rias tribulationes & deſolationes animæ meæ nec litteris vel aliquibus ſermonibus, prout mihi cordi eſt, declarare valeo ; oro ut ille, qui eſt ſcrutator renum, & omnium cordium, vobis indicare & cordi veſtro, ad intelligendum ſimul & compatiendum, inſpirare dignetur. Heu cariſſime, quibus bonis & conſolationibus ſum privata! heu ! quibus doloribus & anxietatibus ſum circumdata ! Luge ergo, miſeranda anima mea, & inconſolabiliter geme, quia ſalvator & *luget ſuam*
auxiliator tuus, peccatis tuis exigentibus, ſe *orbitatem,*
à te penitus elongavit, & vivam apud infe- E
ros cum dæmonibus collocavit. Aſſimulata nempe es cum deſcendentibus in lacum, facta es ſicut vulnerata cum dormientibus in ſepulcris ; quorum mentio amplius in benedictione non erit, quoniam ipſi de beatifica facie Dei repulſi ſunt. Quid igitur facies ? ad quem confugies ? quis te ſalvabit? quis te ab inferno inferiori liberabit ? O utinam ob amorem Dilecti tui, licet incogniti, moriendi aut certe plangendi dolorem tuum facultas tibi libera traderetur !

53 Sed heu ! heu ! dolor ſuper dolorem cumulatur. Nam mundi [curis] & ſolicitudinibus inſuper irretita, miſerabiliter decerperis, & [non permitteris] vacare dolori tuo, & flere inceſſanter ſuper amiſſione Dilecti *ſeque mundanis curis*
tui. Inſuper, ad augmentum doloris tui, *implicitam,*
hæc tibi, inter multa & infinita mala, à
dæmonibus exprobratur : quia quos tibi eſſe putabas fideliſſimos, hi propter inordinatam & erroneam vitam tuam, te faſtidiunt & penitus derelinquunt. Si qua ergo, Pater cariſſime, in vobis compaſſio, ſi quis in corde veſtro pietatis affectus, hæc vos moveant, & ad compaſſionem perducant. Con- F
juro quippe, Pater cariſſime, per illam fidem & caritatem, in qua ab æterno eſtis adoptatus, quod ſi dolorem animi mei mi- *præſertim*
tigare cupitis, ſi perfectam libertatem ani- *circa fratrem:*
mæ meæ deſideratis, ad allevandum tam importabile onus cordis mei, ſimul & ad collocandum Fratrem meum, pro quo tam ſuppliciter & frequenter oravi, in loco religionis & ſecuritatis (quia ipſe eſt quaſi totius exterioris ſolicitudinis meæ ſumma occaſio) ad noſtras preces, quacumque occaſione reperta, perſonaliter ſine omni dilatione veniatis. Perſonaliter autem dico : quia frater meus, qui non tantum ex proprio affectu, quantum ex eruditione & pia exhortatione trahitur, forſitan non alienam, ſicut veſtram perſonam benevole ſequeretur.

54 Eja ergo, cariſſime Pater, regratior ex toto corde veſtræ caritati, pro ſingulis & univerſis beneficiis mihi tam paterne impenſis. Supplico & iterum rogo, in ipſo dile-

A ctissimi Sponsi ac Amici, in quo nos invicem cupimus & diligimus nos, quod caritatem, hactenus in omnibus tam fideliter exhibitam, in hac necessitate, quæ quasi finis vel origo totius solicitudinis meæ erit, nullatenus dissimuletis nec tardetis; ne morando cor meum, quod lætificare potestis, ultra modum conturbetis; & lucrum, quod de prædicto Fratre meo facere potestis, differendo penitus amittatis. In promptu enim est, ut vel prædictus frater meus, per vestrum consilium & auxilium, quamdiu ad persuadendum est humilis, & adventum vestrum desiderans, ad portum salutis adducatur; vel, ad amarissimum cordis mei dolorem & gemitum, à vanitatibus seculi, inter quas periculosissime conversatur, deceptus, spretis salutaribus consiliis, in profundum vitiorum demergatur. Præterea alia ratio est, propter quam adventum vestrum vehementissime desidero quia Magister Ioannes in Diaconum promotus, & in B Sacerdotem in proximis Quatuor-temporibus (prout veraciter credo) est ordinandus: & propter subtractionem & paucitatem scholarium, & victualium necessitatem, in loco in quo nunc est residere non poterit. Qui si recesserit, noverit vestra dilectio, talem ex hoc in corde meo dolorem, qualem numquam ex morte alicujus, generari. Unde idem Ioannes una mecum affectuosissime desiderat vestrum adventum, tam ut fratrem meum prædictum vobiscum deducatis, quam ut nobis quid faciendum aut quo divertendum sit suadeatis. Idcirco iterum atque iterum rogo & supplico, veniatis. Valete, carissime Pater, & pro filia afflicta & desolata vestrum Amicum devotius ac affectuosius orate. Mandat vobis Ioannes, quia multa de mirabilibus *d* Christi conscripsit: quæ si habere volueritis, expedit ut celerius veniatis. Valete, & in caritate Christi vigete. Litteram hanc recepi *inquit Petrus* anno Domini MCCLXXXI: cui alia erat conjuncta similis materiæ & tenoris.

A. PETRO COÆVO EX MS.

quare Petrus veniat,

tam ut illum abducat à seculo,

tum ut consulat Mag. Ioanni,

& ab eo de se scripta accipiat.

d

ANNOTATA D. P.

C a *Ita deinceps loquitur infra, de pœnis Purgatorii in* Christinam *translatis; & ab iis conditinguit eas, quæ inferebantur à dæmonibus; unde confirmatur magis has nequaquam fuisse phantasticas, sed in ipso corpore realiter exercitas; illas vero solum spiritualiter fuisse in animo, ad eum modum quo possunt esse in animabus corpore exutis.*

b *Hæc epistola non comparet.*

c *Hujus epistolæ prosecutio habetur per alteram epistolam, initio Capitis sequentis.*

d *Ea nobis facient sequentem librum* IV.

CAPUT VI.

Novæ dæmonum vexationes & continuata solicitudo pro fratre ad Ordinem Prædicatorum recepto.

55 LItteram, quæ sequitur, accepi anno Domini MCCLXXXII, quæ tamen longe ante fuit scripta, & continuatur ad eam quæ tertio loco ante istam præmittitur *a* In abysso caritatis &c. cujus tenor talis erat:

In Jesu Christo, dulcissimo Sponso & Amico dilectissimo & specialissimo, amico & Patri, Fratri Petro, Lectori, Christina in Stumbele, pervenire quo tendit, & invenire quod quærit, & cum Sponsâ Christi, æterni Sponsi thalamum feliciter introire. Carissime, hujus salutationis novitas, ex vestrarum litterarum serie occasionem accepit: in quibus vestri cordis mirabilem devotionem & sinceram veramque dilectionem, quam circa Dei amicos geritis, perpendens, lætificor non modicum & consolor. Cujus devotionis ac dilectionis piam aviditatem novis semper & divinis miraculis refocillare cupiens, *inquit scriptor hinc porro in propria persona loquens*, & refocillando semper magis ac magis ampliare, quædam vobis de passionibus filiæ vestræ simul & consolationibus proposui declarare. Quod tamen omninò facere non possem, si non magis filiæ vestræ post Communionem felix alienatio, quam ipsius conscientiæ relatio, mihi, ea quæ scribere vobis debeo, ostendisset. Supplico ergo caritati vestræ, ut ipsam in hac parte super promissione non benè servatâ corrigatis, & si conveniens videtur corripiatis. Transacto itaque illo felici die, in quo æterni Sponsi benignitas, ob suæ Sponsæ merita, animam Sacerdotis, de quo vobis in secundâ litterâ plenius significaveram, à pœnis Purgatorii in cælesti patriâ cum Sanctis suis feliciter collocaverat; filia vestra in magnâ consolatione & cordis exultatione, usque ad festum beatæ Mariæ Magdalenæ continuè perduravit. Siquidem beata ejus anima sæpè fuit in extasi posita, & mirabilibus sui Sponsi intenta; ita videlicet, quod cum ego aliquando domum ejus aut thalamum ingrederer, mirum in modum ipsa, licet fusum manu teneret, & fortiter fila traheret, aut fortassis aliud opus manuale exerceret, personam tamen meam sibi assistentem non videret, & pluries sibi loquentem me penitus non audiret; quousque à nimietate luminis quasi repercussa & stupefacta, in seipsam rediret. Semel tamen infra [istud tempus] communicavit filia vestra, scilicet, in Sabbato festum beatæ Mariæ Magdalenæ præcedente; & post diem Communionis usque ad tertium diem in magnâ consolatione permansit.

D

a EP. XXVIII

Mag. Ioannes antea nomine Christinæ scripserat,

E

quomodo illa post gaudium ex liberatione Plebani,

sup. n. 42

F

56 Quo transacto, pugna Virginis innovatur, & Sponso permittente adversus Sponsam multitudo dæmonum congregatur; qui singulis noctibus, usque ad Assumptionem beatæ Mariæ Virginis, ipsam cum magno tædio orantem, iniquis suasionibus & variis comminationibus fatigantes, ipsam ab oratione retrahere videbantur. Quibus dum Virgo Christi virili animo resisteret, nec propter eorum comminationes ab orationibus desisteret; confestim dæmones acrius sæviebant; comprehendentes quoque ipsam, sursum à terrâ levabant; & ad modum pilæ inter manus eorum crudelissimas, præcipitabant; & in præcipitando mentem variis subsannationibus & blasphemiis cruciabant. Deinde fulgura magna & tonitrua ante conspectum Virginis suis nequitiis parabant: & quod propter ejus inordinatam vitam mundus ab ipsis subvertendus esset, horribilibus vocibus acclamabant.

cœperit 23 Iulii iterum vexari à 100 dæmonibus,

Hæc

A Hæc tormenta, à die ſupradicto uſque ad diem Aſſumptionis, per ſingulas noctes duraverunt : hoc tamen adjuncto, quod ipſi dæmones tribus noctibus, poſt tormenta prædicta, Virginem Chriſti inſtrumentis acutiſſimis uſque ad maximam ſanguinis effuſionem vulneraverunt : unâ verò nocte faciem ſuam fulminibus incenderunt. Erat autem numerus illorum dæmonum centum : qui omnes, in illâ nocte quæ eſt ante Aſſumptionem beatæ Virginis, confuſi & tremebundi, ante conſpectum Chriſti Virginis, convenerunt ; & confitentes multiformes nequitias eorum, ab ipsâ ſe victos per omnia oſtenderunt, & dimitti ſe ab eâ ſuppliciter poſtulaverunt.

idque duraverit ad 15 Auguſti

57 Sequenti die Virgo Chriſti à Domino confortata, ad eccleſiam properavit ; ibique communicans, ſibi erepta & ſuper choros Angelorum tranſvecta, ſuo dilectiſſimo Sponſo innitens, deliciis affluens, in ipſius dulciſſimi cordis thalamum tranſvolavit ; ibique conregnans & gaudens Virgo, Virgini

quando plene conſolata,

B glorioſæ feſtum Aſſumptionis feliciter celebravit. Ex hoc autem nuptiali thalamo procedens Sponſa Chriſti, quanta aut qualia de mirabilibus ſui Sponſi verba melliflua locuta fuerit, quotieſve præ admirationis magnitudine deficiens à corde feliciter obmutuerit, vobis ſcribere non ſufficio. Inter cetera tamen unam viſionem, quam mihi de beatâ Virgine in pueritiâ ſe vidiſſe retulit, Chriſti dilectio & veſtri cordis pia devotio vobis ſcribere me compellit. Accidit itaque filiæ veſtræ, cum adhuc parvula eſſet, & antequam fidem de ſuo Sponſo percepiſſet, circa feſtum Annuntiationis beatæ Virginis, tribus noctibus continuè, unam eamdemque viſionem vidiſſe : ſcilicet, quomodo ante conſpectum beatæ Dei genitricis & Virginis præſentata foret, & duas Sequentias unam de Spiritu ſancto ſcilicet, *Veni ſancte Spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium*, reliquam verò de beatâ Virgine, ſcilicet *b*, *Ave roſa generoſa, ſalve candens lilium* ; ſingulis noctibus tribus vicibus decantaret. Quibus finitis, proſternens ſe coram beatâ Virgine, hanc orationem ſuppliciter oravit : Deprecor vos, mater miſericordiæ, per amorem dilectiſſimi filii veſtri, ut

narravit juvenculam ſe fuiſſe ter præſentatam Deiparæ,

b

C mihi apud ipſum peccatorum meorum veniam impetretis, necnon & amicitiam & favorem ejuſdem filii veſtri mihi procuretis. Quoties hæc hanc orationem finierat, toties beata Dei Genitrix & Virgo ſibi reſpondit : Gaude cariſſima filia & exulta ; eris enim Sponſa dilectiſſima filii mei & Amica. Ex illo autem tempore filia veſtra iſtas duas Sequentias, licet necdum pſalterium didicerat, corde ſcivit, & libenter eas dum cantabantur audivit.

ut futuram Chriſti Sponſam:

58 Fuit itaque filia veſtra de feſto Aſſumptionis beatæ Virginis, uſque ad ſextam feriam quæ præcedit feſtum Nativitatis ejuſdem, in magna conſolatione, exceptis noctibus quæ præcedunt ſextam feriam eamdem : in quibus videlicet noctibus, non viſibiliter, ſed in corde ſenſibiliter, diverſa tormentorum genera ſuſtinuit. Singulis enim noctibus, cum orationibus inſiſtere deberet, maximum tædium hanc invaſit, & multiformis nequitia dæmonum ipſam inviſibiliter circumdedit : qui nimirum dæmones fulgura maxima & tonitrua inviſibiliter ejus pectori intulerunt ; inſuper & omnia genera tormentorum, quibus homo terreri & torqueri poſſet, cordi ejus ſubtiliter ingeſſerunt. At Virgo Chriſti, viriliter agens, nec propter graviſſimum cordis tædium orationem intermittens, neque ſupplicia patienda metuens, ſed ſuo Sponſo immobiliter adhærens ; ſingula tormentorum genera vehementi cordis impetu pertranſivit : nec minor erat cruciatus & dolor, quam ſi omnia corporaliter pateretur. In tertiâ vero nocte, poſt tormenta prædicta, Virgo Chriſti, conſortatione & audaciâ à Domino perceptâ, admonuit ipſos dæmones, dicens : Adjuro vos, ô maligni ſpiritus, in nomine Domini Jeſu, ut ſi hæc omnia per veſtram malitiam ſint, continuo indicetis. Tunc exclamantes ipſi dæmones altâ voce dicebant : O ancilla Dei Omnipotentis, ecce nos omnes dæmones ſumus, mille numero ; qui ex conſenſu Omnipotentis ſingula tormenta inviſibiliter tibi intulimus, cupientes cordi tuo horrorem incutere, vel ſaltem ab orationibus pœnarum multitudine retardare : ſed tu invincibilis per omnia, omnes nos victi ſimul & confuſi. Precamur ergo te, ancilla Dei, miſerere & dimitte nos, quia orationes tuæ ultra modum nos cruciant & exurunt. Hæc & his ſimilia eis dicentibus, Virgine Chriſti jubente, abierunt. Alterâ vero die, hoc eſt in ſextâ feriâ quæ præcedit feſtum Nativitatis beatæ Virginis, Virgo Chriſti læta ad eccleſiam perrexit, & ſtatim Corpore Domini percepto, ille dulciſſimus Sponſus, beatam ejus animam rapiens, in arcanum ſui dilectiſſimi cordis thalamum hanc tranſvexit ; ubi, ſecundum multitudinem dolorum præcedentium, divinæ conſolationes ejus animam ineffabiliter lætificarunt.

cœpit autem noctibus aliquot ante Natalem B. M.

59 Permanſit itaque filia veſtra ab illo die, uſque ad Octavam Nativitatis beatæ Virginis in magna conſolatione *c*. Contigit autem ipſum in tertia nocte, quæ eſt poſt Nativitatem beatæ Virginis, cum Fratre ejus Sigwino & quodam alio viro, pro quibuſdam negotiis Coloniam pergere per noctem : frater vero ejus pellebat carrucam cum unco. Cumque jam Coloniæ appropinquare cœpiſſent, & adhuc quaſi media pars noctis ſupereſſet, equos à carruca ſolventes in paſcua dimiſerunt, ſeque ſoporis gratiâ ad terram repoſuerunt. Tunc Virgo Chriſti carrucam aſcendens, deſuper ſaccos pervigil reſidebat. Et ecce ille antiquus ſerpens, ad magnam ſui confuſionem affuit : qui tanta fortitudine rotas carrucæ huc atque illuc movebat, quod Virgo Chriſti in ea reſidere non valebat. Quapropter deſcendens de carruca, flexis genibus Virgo Chriſti orationibus inſiſtebat. Tunc quidem callidi ſerpentis inpauſabilis malitia Virginem Chriſti diverſis ſuæ aſtutiæ machinamentis [aggreſſa eſt]. Et primo quidem in ſpeciem luporum ſe transformans, volenſque ſibi horrorem incutere, micantibus oculis & mordacibus dentibus ipſam, velut devoraturus eſſet, impetebat : quam dum intrepidam & immobilem in orationibus perſeverare vidit, averſus ab ipſa, illico ad fratrem ejus ſimili modo ſe convertit ; & velut ipſum continuo ſuffocaret, lamentabilem ſonum, tamquam ex ore fratris, auribus ipſius inferebat : de-

c 18 *Septembris Coloniam tendentem*

dæmones cogunt de carruca deſcendere,

& velut lupi equos ac fratrem ejus laniaturi terrere ;

D A PETRO coævo EX MS.

in ſpiritu graviter cruciari à 1000 dæmonibus.

E

F

A inde celeri curſu ad equos currebat, & ſimiliter de ipſis faciebat. Poſt hæc vero infiniti lupi venerunt, qui ſimili modo de fratre & equis facientes, ipſos etiam, tamquam ab ipſis devorati eſſent, à Virginis intuitu penitus abſconderunt, ſimul campum horribilibus clamoribus repleverunt. Stabat autem Virgo Chriſti, dæmonum nequitias intuens & agnoſcens, conſtanter & intrepida, in orationis devotione perſeverans: & non ſolum ipſorum opiniones dæmonum non formidare; ſed nec advertere, vel ſaltem cogitare penitus dignabatur. Habens namque plenam fiduciam ad Dominum, hæc in corde meditabatur, quia poſſibile eſſet omnipotenti Deo & facile, tam fratrem quam equos, etiamſi à lupis eſſent devorati, mirabiliter reformare.

uti & alii ſub ſpecie variarum ferarum.

60 Hæc ipſâ cogitante, dæmones in ſpecie luporum evanuerunt; & confeſtim alter dæmon, in ſpecie pulcherrimi juvenis viri veniens, primo ipſam adulationibus & blandis ſermonibus attentabat, deinde ipſam ſuæ nequitiæ illuſionibus fatigabat. Poſt hæc vero multitudo dæmonum in ſpecie virorum veniebat: qui dum ſuas nequitias modis variis exercuiſſent, nec Virginem terrere, nec ab orationibus flectere potuiſſent, protinus diſparuerunt. Poſt hæc vero diverſæ turbæ dæmonum, alii in ſpecie cattorum, alii in ſpecie canum, alii in ſpecie urſorum, reliqui vero in ſpecie diverſorum horribilium animalium, tam volatilium quam reptilium & beſtiarum cornutarum veniebant; qui ſimili modo quo ſupra de lupis dictum eſt, ſuas nequitias exercebant: in omnibus Sponſa Chriſti ſuo dilectiſſimo Sponſo intendens, immobilis in oratione & fide permanſit. Ad ultimum vero, convenientes illi dæmones omnes, & per Virginem admoniti, dæmones ſe fore confeſſi ſunt, & exclamaverunt voce magna, & dixerunt; Immobilis es, ô ancilla Chriſti Omnipotentis, quia mentem tuam nullis horroribus terrere poſſumus nec te ab orationibus ullis noſtris artibus amo-
C vere. Dimitte ergo nos, ancilla Dei, quia ab orationibus tuis miſerabiliter urimur & torquemur. Cumque hæc & his ſimilia lacrymoſis vocibus exclamaſſent, tandem ſoluti per juſſum Virginis, abierunt.

Pro eadem, angustiata rei familiaris damnis,

61 Ceſſet jam manus de cetero ſcribere, jam enim magis libet flere, quam aliquid dicere, ſuper diverſis anguſtiis & tribulationibus, quæ filiam veſtram circumdederunt. Heu! Pater mi cariſſime, quid accidit aut quid evenit? Hoc quippe quod filia veſtra diu multumque formidaverat, ampliatum eſt; & quod ſperaverat, prolongatum, & quaſi omnino denegatum eſt. Semper quidem formidabat, ne ſecularibus negotiis, quæ mentem diſtrahunt, & occupant, immiſceretur: ſed & nunc maxime ſperabat, quod veſtro auxilio & conſilio fratre ejus in religionem adducto, debitiſque ſuis perquitatis, cunctiſque mundi curis & ſolicitudinibus poſtpoſitis, ſola cum ſolo [poſſet] libere reſidere, orationi vacare, devotioni intendere, & mirabilibus ſui Sponſi inſeparabiliter adhærere. Sed, proh dolor! divino judicio ordinante, aliter evenit. Dominus enim manum ſuam extendit; & quinque equos, quos habebant, gravi morbo tetigit; & ſegetibus vix cum labore magno introductis, in maximo neceſſitatis articulo, cum jam agros ad ſeminandum colere deberent, equos prædictos quaſi ſubita morte proſtravit; ita videlicet, quod intra ſpatium trium hebdomadarum duo equi, uno die deinde unus, poſtremum vero iterum duo uno die excoriati ſunt. Quare filia veſtra multipliciter tribulatur, quia debitis, quæ omnino ſolvere ſperaverat, prægravatur. Sed heu! neque de fratre, culturam agrorum poſtponere jam volente, de cujus ſalute nimium eſt anxia, liberatur. Et cum jam duas litteras, plenas divinis miraculis, veſtræ caritati tranſmiſerit, in quibus ſingulis pro eodem vos attentius & affectuoſe rogavit; vos tamen, neſcio quâ cauſâ præpediente, nihil quod eam in hac parte conſolaretur, remandaſtis. D

& divinæ conſolationis ſubtractione,

62 Reſtat autem, quod ſuper omnia mentem ejus magis cruciat & affligit: ſiquidem E ille dulciſſimus Sponſus dilicatam ejus conſolationem, tunc temporis maxime neceſſàriam, à corde ſuæ dilectæ Sponſæ penitus elongavit; ipſam quoque, ad ſubſannandum contemptibiliter, & cruciandum horribiliter, diverſis dæmonum agminibus aſſignavit. Si quæ ergo, Pater cariſſime, in vobis ſunt viſcera miſericordiæ, ſi quis caritatis affectus, compatiamini obſecro amicæ, in omni parte deſolatæ; ſubvenite filiæ, tantis anguſtiis circumdatæ. Et quis quæſo filiæ, tantis in anguſtiis poſitæ, potius ſubveniet quam Pater? non utique carnalis, ſed omnino ſpiritualis & ſpecialis. Quis vero amicam deſolatam dignius conſolabitur, quam amicus? & amicus quidem, non inani ſpe terrenæ mercedis conductus, ſed ex divinâ caritate inductus; quem non illecebrolæ carnis vicinitas amicæ ſociavit, ſed divinæ caritatis affinitas mirabiliter adoptavit. Recogitate etiam cariſſime Pater, quid ſcripſiſtis; quid optaſtis mementote. Scripſiſtis enim & optaſtis ob hoc velle laborare *c*, ut ipſa quieſceret; ideo velle occupari, ut ipſa vacaret; ideo velle turbari, ut ipſa in præſentiâ Dilecti ſui poſſet liberius delectari. Horum ergo verborum & totius fidei & caritatis tam Sponſi quam Sponſæ memores, ad noſtras partes quantocius vos transferte, filiam ab anguſtiis eripite, amicam in tantis tribulationibus confortate; inſuper & fratrem amice, à fluctoſis fluctibus hujus ſeculi, in vitâ Religionis collocate. Et ut minus laboris ac viæ vos tædeat, hoc caritas veſtra ſciat, quod ſi vos ad partes noſtras tranſtuleritis, filiam jam diu deſideratam una cum *d* Joanne reducere poteritis. Hoc autem ideo dico, quia filia veſtra ad hoc faciendum magis eſt inclinata, licet necdum plenam concepit voluntatem. Spero tamen quod in veſtro adventu hoc quod modo minus inſpiratum eſt Dominus illi debeat plenius inſpirare. Et hoc vobis mandat veſtra filia, ut prius ei de manſione ſolitaria & quietâ, ſimul & de capellâ, in qua prædictus Joannes Sacerdos ordinandus celebrare valeat, provideatis. F

c

auxilium Petri implorat ſcriptor epiſtolæ,

d

63

A *promittens se posthac accurate scripturum quæ Virgini acciderint :*

63 Multa quidem & miranda restant de passionibus filiæ vestræ, quæ infra Nativitatem beatæ Virginis & festum omnium Sanctorum acciderunt, quæ vobis ad præsens nec scribere potui, nec volui. Quæ tamen omnia, cum ceteris quæ postmodum Deo propitio percepero, solicitè connodabo, & vestro adventui fideliter reservabo. Ceterum, Pater (*addit Christina*) carissime, hoc vobis conqueror, quod Prior Ingeldus, nescio propter quam negligentiam, me non vidit : neque mihi super negotio fra-

ipsa vero se illi commendat

tris mei loquebatur, propter quod in tantum amplius turbata fui ; in quantum in vestris litteris, quas prædictus Prior apportaverat lætificata fuissem, si non post recessum suum, in Dominicâ *e* sequentè festum Bartholomæi, prædictas litteras recepissem. Vos igitur, cariſſime Pater ſingulas & universas tribulationes mentis meæ & corporis diligenter pensate : & apud æternum Sponsum & Amicum vestrum me continuis precibus adjuvate ; necnon ad perficiendum ea quæ littera continet, quantocius properate. Salutat vos Dominus Plebanus, Magister Ioannes, Hilla de monte, frater meus & soror, cum ceteris amicis vestris ; rogantes ut pro ipsis fideliter oretis ; specialiter tamen pro Magistro Ioanne, quia ad sacros Ordines, videlicet Diaconatus, ac consequenter Presbyteratus, promoveri desiderat. Rogate ergo Deum devotis precibus, ut, si voluntati suæ beneplacitum fuerit, & si prædictus Ioannes ad majorem humilitatem & devotionem proficere debeat, desiderium suum in hac parte exaudiat, mentem quoque ejus & omnes actus ordinet & disponat in suæ beneplacito voluntatis. Libellum promissum Magistro Ioanni ad nostram consolationem hactenus peteremus, si vos personaliter adventurum veraciter non speraremus. Valete, Pater carissime, & vigete in amore æterni Sponsi & Amici vestri intimi. Huic litteræ, non litterarum inopia, sed personæ vestræ diu multumque desideratæ copia respondeat. Ite-

C rum dico, Valete & semper in Domino gaudete.

Quod attinet ad Virginis fratrem Sigwinum,

64 Quia una petitio in utraque harum litterarum continetur, *inquit Petrus*; scilicet procuratio salutis Fratris Christinæ, & ejusdem in religione collocatio, ideo eas conjunxi. Quam petitionem Dominus mirabili clementiâ & modo convenienti adimplevit : nam cum priorem litteram in capitulo Provinciali Skenigiæ recepissem, & valde propter graves querelas corde commotus fuissem ; contuli cum specialissimo Patre meo Priore Insulensi *f* Bertoldo, quomodo Christinam turbatam consolari possemus ; & ipse, quia circa statum Christinæ speciali devotione fuit adstrictus, motus ad compassionem, misit ei duodecim solidos *g* Sterlingorum, ad sublevandam suam paupertatem : insuper incidit nobis bonum consilium ad turbationem mitigandam, ut fratrem suum vocaremus, & ei de ingressu Ordinis Prædicatorum provideremus. Cum ergo Frater Mauritius, de quo in superioribus sæpius est mentio habita ; factus socius fuisset Diffinitoris Capituli generalis Viennæ celebrandi, & ipse notus esset Christinæ ; negotium sibi ex integro commisimus, rogantes ut prædictum fratrem Christinæ secum in provinciam Daciæ adducere dignaretur Qui petitionem nostram adimplens cum effectu, venit cum eodem vigiliâ B. Laurentii *h* Wysbey, ubi tunc Capitulum Provinciale celebrabatur, afferens litteram, cujus tenor talis erat.

e

f

g

B *& scriptorem, sacros Ordines susceperum.*

hunc Petrus adduci adse & ad Ordinem facit ;

D A. PETRO COÆVO EX MS.

65 In Iesu Christo, dulcissimo Sponso & Amico, carissimo Patri ac Domino Fratri Petro, Lectori de Gotlandiâ, Christina in Stumbele, filia ejus paupercula, orationes humiles & devotas, & quidquid in thalamo æterni Sponsi poterit jucundius inveniri. Ve-

h

Ep. XXVIII

ferentem commendatitias à sorore ;

stræ benignitati & fidelitati, carissime Pater & Domine, (quam mihi ubique & in omnibus paterno affectu demonstratis, & præcipuè in hoc præsenti facto, scilicet quod pro fratre meo tam fideliter laborastis, quod regratiari nullis meritis unquam potero) opto, & rogo ut ille dulcissimus Sponsus & Amicus vobis pro me retribuat, qui est benignus & fidelis & omnium bonorum copiosissimus retributor. De vestrâ ergo benignitate & fidelitate plenarie confisa, fratrem meum, hominem simplicem, verecundum & mansuetum, quem semper ab in-

E fantiâ inter cunctos fratres & sorores meas carnales specialiter diligebam ; &, tamquam firmam spem salvationis suæ æternæ retinens, piis semper exhortationibus & benignis allocutionibus fovere solebam, ad vos destino, & vestræ in Christo caritati recommendo ; rogans suppliciter, in omni fide & caritate quâ nos invicem diligimus, ut hunc tamquam advenam & peregrinum in partibus vestris benignè suscipiatis, & ei caritatis beneficia amplius quam mihi, si personaliter adessem, propter Deum impendatis. Peto etiam, si unquam fieri potest, ut ipsum in vestro Conventu collocari procuretis : ubi ipsum loco filii habentes, piis exhortationibus & salutaribus doctrinis tamquam teneram plantulam irrigantes, ad sanctam & religiosam vitam informetis. Hoc enim magno desiderio desidero & opto : quia vobis præ cunctis mortalibus melius confido. Quod si tamen contingere non poterit, rogo instantissimè & devotè, ut ipsum Domino Priori & Bertoldo amico vestro speciali, simul & singulis Fratribus illius conventus, fideliter recommendetis ; & ipsos, ut benignè eum suscipiant, & piis exhortationibus & familiaribus allocutionibus mores suos instituant, & mentem foveant, exhortetis. Exhortari enim ad bonum, & benignè affari expostulant ejus mores.

solicita multum pro ejus salute,

& ut tali collocetur loco,

F

ubi facile possit perseverare.

66 Et quoniam, inter cunctos sacræ religionis Ordines, Ordinem Prædicatorum semper sincerâ dilectione & præcipuâ devotione amplector, in ipso locari fratrem meum gaudeo nimirum & delector. Idcirco ut eumdem fratrem meum, non alibi, sed in ordine Fratrum vestrorum collocetis ; & tam benignè à Fratribus tractari procuretis, ne peregrinus locus, exilii gravitas, & disciplinæ austeritas ipsi tædium inducant & in bono torpere faciant ; & fortassis (quod absit) ad patriam, in immensum cordis mei dolorem, redire compellant. Et post plura hujusmodi, additum fuit : Rogo iteratò & moneo, ut ad magnam lætitiam cordis mei mihi cuncta per ordinem, ubi, quomodo, vel quando idem frater meus in vestrum Ordinem receptus fuerit, aut qualiter ei in viâ successerit, quanto-

cius

A cyus poteritis reſcribatis. Sed & hoc vehe-
A PETRO COÆVO EX MS. menter deſidero, ut ipſum ad noſtras partes in habitu Prædicatorum adducatis: quia ſi voluntas Dei eſſet, nihil me tantum, ad commorandum in veſtris partibus, traheret & moveret. Scripta in die Apoſtolorum Petri & Pauli. Valete in æternum. Acceptâ autem hac litterâ, *inquit Petrus*, procuravi, cum Priore Bertoldo fratris Chriſtinæ Sigwini in Ordinem Prædicatorum ingreſſum; qui & in die B. Bernardi *i* habitum dicti Ordinis aſſumpſit. Per omnia ſit Dominus benedictus, qui in hoc deſiderium pauperum exaudivit.

Datur ergo ei habitus 29 Auguſti 1282. *i*

67 Caſus [porro], qui ſubditur ad litteram fratris Laurentii, ſtudentis Coloniæ, continuatur; qui ſic incipit.

Epiſt. XXIX Cariſſimo in Chriſto Patri Fratri Petro, Lectori Skenigienſi, ſuorum filiorum minimus. Sic Scriptus autem erat caſus prædictus: *k* Reverendo & in Chriſto dilecto Patri,
k Fratri Petro Priori Inſulenſi, Frater Laurentius ejuſdem Conventus, exiſtens Coloniæ, reverentiam & obedientiam filialem. Et poſt
B plura: Chriſtina in feſto Nativitatis Domini terribiliter eſt afflicta. Nam de nocte projecta eſt in lutum maximum, remotè à domo ſuâ; & vix ſemiviva extracta, inventa eſt in toto corpore lacerata. Valeat veſtra paternitas. *Addit Petrus*: Locum in quo projecta fuit ſæpius pertranſivi: ab iis autem qui rem cognoverunt audivi, quod totaliter in lutum fuit dimerſa, in tantum quod de corpore vel de veſtibus ejus nihil apparuit, exceptâ peplorum extremitate: quam quidem tranſcuntes videntes, & effodientes, hoc indicio Chriſtinam invenerunt & effoderunt & extraxerunt. Aliâ vice diabolus Chriſtinam omninò nudam, in maximo gelu noctis hiemalis in quamdam congeriem lignorum projecit, de quâ ſe non potuit aliquo modo liberare; quæ fuit in curiâ Advocati ſenioris, quæ diſtat à Domo Chriſtinæ, à quâ fuit projecta, ad jactum lapidis: quam filia Advocati antiquior gementem audiens de nocte, & admirans & inquirens, tandem inventam veſtibus ſuis induit & ad domum ſuam remiſit.

Chriſtina nocte Natalis Domini in lutum projecta 1281.

ANNOTATA D. P.

C

a *Ea epiſtola habetur ſupra initio Capitis* 5.

b *Hanc Sequentiam, ſicut & priorem (ut legitur in Vita num.* 3) *Virgo ſeptennis in ſpiritu didicit.*

c *Ab hac Octava exordium ſumit liber* IV, *hic ſequens.*

d *Hinc colligi poſſet, ipſummet ſcriptorem Epiſtolæ, non ſolum paratum fuiſſe comitatum præbere Virgini, ſed veroſimiliter propenſum fuiſſe ad habitum Ordinis ſuſcipiendum.*

e *Anno* 1280 *Biſſextili, habente litteras Dominicales* G F, *ſicut dixi ſuperius (nam hæc Epiſtola ad eumdem ſpectat annum) feſtum S. Bartholomæi* 24 *Auguſti cecidit in Sabbatum.*

f Inſulenſis Conventus *regimen mox poſt ipſum Bertholdum ſuſcepit* Petrus; *uti intelligitur ex inſcriptione Epiſtolæ* XXX *infra num.* 67.

g Sterlingus *ab impreſſa* ſtella *nomen habens, hodiedum in Anglia, ex quo illa fuit in Danorum poteſtate, uſitatiſſimus eſt*; *reſpondetque dimidio floreno belgico: itáque* 12 Sterlingi *conſtituunt ſex florenos ſeu libram unam flandricam vel majorem: quæ ſumma ante annos* 400 *non erat exigua, ut nunc eſſet.* D

h Wisbey *Gotlandiæ portus primarius, de quo infra ad lib.* 5 *num.* 47.

i 20 *Auguſti. Infra lib.* 4 *num.* 83 *dicitur quod anno* 1282, *poſt feſtum Sanctorum omnium*, de receptione ejuſdem *fratris* in Ordinem per litteras nondum intellexerat *Virgo: unde colligas ad annum jam dictum receptionem iſtam ſpectare.*

k *Miraris duplicem una in charta inſcriptionem? Miror & ego: ſuſpicor autem quod, Epiſtolâ ſub primo titulo jam ſcriptâ, ſupervenerit nuntius de electione* Petri *facta in Capitulo Wisbeyenſi; ideoque appendiculam iſtam, ſub ampliori titulo collocatam fuiſſe.*

LIBER IV

Continens acta circa Chriſtinam ab anno MCCLXXX ad LXXXVII, ſcripta ad Fr. Petrum, à Magiſtro Scholarium Stumbelenſium Joanne. E

IN ecgrapho Bollandi, poſt reliquas epiſtolas, quas in ſequentem librum ſervamus, ſequebatur vacua pagina cum ſupra ſcripto verbo Incipit, *quod ſignum eſſe videtur, non ſolum deficientis plenioris tituli, ſed etiam prologi, ſaltem ab auctore vel collectore deſignati. Eſt autem totus hic liber continuatio Epiſtolæ* XXVIII *libri præcedentis num.* 59 *narrantis acta uſque ad Octavam Natæ Virginis, à qua Octava exordium nunc ſumitur: ſicut facturum ſe promiſerat ſcriptor ibidem nunc* 63.

CAPUT I.

Geſta ab Octava natæ Virginis uſque poſt feſtum Sanctorum omnium.

Anno 1280 *16 Sept. Chriſtina* F

1 IGitur Sponſa Chriſti, ab Octavâ beatæ Virginis, uſque ad feſtum omnium Sanctorum, in graviſſimis tribulationibus mentis & corporis permanebat: & quaſi per integram ſeptimanam, abſque corporis afflictione & dæmonum perſecutione, magnum cordis tædium ſuſtinuit, & non ſine magnâ difficultate orare potuit. Sequenti vero *a* hebdomadâ Sponſa Chriſti à dæmonibus circumdatur, qui mentem ejus ſingulis noctibus, quaſi per unam hebdomadam, variis cominationibus & exprobrationibus vexaverunt; & alternis noctibus, tollentes corpus Virginis, in dolium, ferventi pice & ſulfure plenum, projecerunt: & ſalientes pedibus ſuper ipſam, dolio penitus immiſerunt: inſultantes quoque horribilibus vocibus, dixerunt: Ecce nunc vides, quod alium Deum aut Dominum non habes præter nos. Nos enim propter inordinatam vitam tuam dominamur tibi, & ſecundum noſtrum arbitrium, cum volumus, parcimus tibi; cum autem volumus, graviter te torquemus. Cumque in hoc tormento ſecunda hebdomada pertranſiſſet; dæmones, mutatis malitiæ ſuæ artibus, ad Virginem, in ſpecie Fratrum Prædicatorum, ſe-

à dæmonibus immergitur pici ac ſulfuri:

A fere per unam ſeptimanam, ſingulis noctibus veniebant. Et primâ quidem nocte accedentes ad eam bini, ac conſequenter bini dæmones, ſub ſpecie Fratrum Prædicatorum; omnem ſibi modum & ordinem vitæ ſuæ exponebant, & deceptam eam fore per omnia diverſis argumentis & auctoritatibus aſſerebant. Porrò, illi qui ſibi familiariores extiterant dixerunt: Ecce nos miſerentes erroris tui, tam cognitos quam incognitos, in omni ſcientiâ peritiſſimos [adduximus], ut te ab errore converterent; & ad rationabilem vitam ſuis conſiliis revocarent; tu autem pertinaci animo eorum monitis non acquieſcis, nec à tuâ ſtultiſſimâ opinione reſipiſcis. Deinde cum hæc & plura hujuſmodi loquerentur; Virgo Chriſti ante conſpectum Prioris adducitur; in cujus præſentiâ à cunctis Fratribus, generaliter atque ſpecialiter, variis ſermonibus affligebatur.

23 ſolicitatur ab eiſdem ad defectionem,

2 Tandem verò à Domino confortata, & audaciâ arreptâ, Priorem his verbis allo-
B quitur: Adducantur nunc quæſo, Domine Prior, Fratres veſtri, qui ſuis iniquis ſermonibus & perverſis diſputationibus converſationem meam & vitam, quæ utique Chriſtus eſt, fallaciter reprobaverunt; & ego ſingulas eorum aſſertiones penitus reprobabo. Tunc juxta deſiderium Virginis Chriſti, adducti ſunt ad eam eidem Fratres, bini & bini, eo ordine quo ante venerant, eoſdem ſermones & propoſitiones, quas prius propoſuerant, iterantes: quibus Virgo Chriſti audacter ſe opponens, ſingulas ac univerſas eorum rationes caſſabat, & unà cum Priore mendaces eos per omnia demonſtrabat. Tandem multitudo dæmonum confuſa, ante conſpectum Virginis in nihilum redigitur: ex quorum confuſione Virgo hilarior atque conſtantior efficitur. Sed, heu! talis jucunditas & audacia, durans tantum per unum diem, penitus auferetur ab ipſa. Porrò eidem dæmones, ſubſequenti nocte, in ſpecie Fratrum Prædicatorum venientes, Virginem Chriſti diverſis argumentorum fallaciis, eo modo quo ſupra dictum eſt, conveniebant & mentem ejus ultra quam credi poſſit miſerabiliter affligebant. Hæc afflictio quaſi per integram hebdomadam ſingulis noctibus durabat; in quibus
C Virgo nullam conſolationem habuit; nec reſpondere, ſicut primâ nocte fecerat, potuit. Siquidem Fratres eos, non dæmones æſtimans, tanto amplius ab eorum ſermonibus vexabatur, quantum ad ipſos ſemper majorem familiaritatem & gratiam habuerat, & ab eorum conſiliis fuerat multoties conſolata.

apparentibus illis ſub ſpecie Prædicatorum:

quibus valide reſiſtens,

30 die nec reſpondere quidem poteſt amplius;

3 In ultimâ verò nocte hujus afflictionis, poſt graviſſimam afflictionem prædictorum dæmonum, Virgo Domini conſolata à Domino admonuit eos dicens: Adjuro vos, per nomen Domini Jeſu Chriſti, ut, ſi Fratres ſitis aut dæmones, continuò indicetis. Tunc exclamantes ipſi, dixerunt: Ecce nos dæmones ſumus, per potentiam Omnipotentis ad hoc compulſi, ut te noſtris fallaciis tentaremus, & mentem tuam variis diſputationibus vexaremus: ſed ecce victi à te ſumus per omnia & confuſi, tu enim Ancilla Dei perſeveranti animo nos viciſti, & cunctas propoſitiones noſtras ad nihilum redegiſti. Et cum hæc plura & iis ſimilia dixiſſent, illicò evanuerunt. Igitur Virgo Chriſti, ex hoc D
facto quam plurimum lætificata, ſequenti A. PETRO
die in conſolatione permanſit. Quo tranſacto, Virgo Chriſti, ſingulis noctibus, uſque EX MS.
in feriam ſextam, quæ eſt poſt feſtum B. Dionyſii, à dæmonibus torquebatur & in dolium plenum ſulfure & pice præcipitabatur, & ab eiſdem dæmonibus, blaſphemantibus & ſuper eam ſaltantibus, immergebatur. Sed Chriſtus, qui ſuam dilectam Sponſam non deſeruit, ad liberandum eam atque ſanandum ſingulis noctibus quinque Angelos deſtinavit: qui confortantes eam piis alloquiis, quod à Domino cuſtodes quinque ſenſuum ejus deputati eſſent, fideliter affirmabant. Hanc verò afflictionem â dæmonibus & confortationem ab Angelis, ſingulis noctibus uſque in ſextam feriam ſupradictam, ſuſtinuit: in quâ quidem ſextâ feriâ cum Virgo Chriſti causâ Communionis mane ad eccleſiam properare deberet; contigit quamdam matronam ipſi retro E
villam ocurrere, quæ dicebat Plebanum Coloniam iviſſe, & Miſſam illâ die celebrari non debere. His auditis Virgo Chriſti vehementer conturbata, & quaſi exanimis effecta; dolorem tamen intra ſe comprimens, & pallium quod geſſit arripiens, ad eccleſiam in impetu ſpiritus pervenit; ibique continuo ad terram proſtrata, ex nimiâ doloris compaſſione, calidum cruorem ex ore & naſo evomuit; ſicque ibidem immobilis atque exanimis diu jacuit, ut nec moventes ſe ſentiret, nec loquentibus ſibi reſponſa daret.

Iterum à 7 Octobris,

quot noctibus cruciata à dæmonibus, & ſanata ab Angelis,

die 11, præ deſiderio Miſſæ ſanguinem ore & naribus vomit:

4 Interea, cum jam hora eſſet quaſi tertia, ecce Plebanus, qui in proximâ villâ quæ Poilheym dicitur pernoctaverat, advenit. Accedens ergo ad Virginem Chriſti Hilla de Monte, excitare eam, & de adventu Plebani lætificare conabatur. Cumque diu & multum monendo atque loquendo [inſtaret]; mira res! ipſa, nec cum movebatur, ſenſit; nec loquenti ullum reſponſum dedit. Denique jam ad Miſſam pulſabatur, & Plebano more ſolito præparato Miſſæ Officium inchoatur. Et cum jam uſque ad locum Euangelii perventum eſſet, Virgo Chriſti intus per ſpiritum admonita ſurgere, & ad Communionem accedere jubetur: & quod Euangelium legatur, ſimiliter edocetur. Ex qua vera admonitione Virgo Chriſti confortata, illico ſe erexit; & quamdam puellam, ut Plebanum de Communione ſua præmoneat, ſimul & aquam qua lavetur afferat, deprecatur. Quo facto & aquâ allatâ, faciem ejus propter effuſum ſanguinem lavit: & Miſſâ finitâ accedens ad Altare, more ſolito communicavit; & deinde totum illum diem in gemitibus & amariſſimis fletibus continuans, nullam conſolationem à ſuo dilectiſſimo Sponſo percepit; niſi quod tandem de ejus voluntate certificata, gratias egit. Cum autem ſero factum eſſet, Virgo Chriſti ex eccleſiâ in recluſorium introducitur, ubi dum uſque in ſequentem diem inſcia permanſiſſet, miraculum quoddam, quod ad glorificationem ſuæ Sponſæ, necnon ad confuſionem dæmonis, nobis cernentibus, divina clementia operata eſt, veſtræ dilectioni intimabo. Eodem ſiquidem die, quo Virgo Chriſti ad Communionem accedere deberet, quamdam clavem de cubiculo ſuo, in eo loco in quo reſidere

deinde invenitur rapta in extaſim;

ſumptaque Communione,

F

manet extatica uſque ad 12.

Interim aufertur à dæmone ejus clavis.

tandem tamen 5 Oct. eos compellit fateri qui ſint.

A solet, in ecclesiâ reliquerat; quam post hæc inveniens Hilla de Monte, sub nattâ & straminibus ejusdem loci recondit: hanc vero clavem quærentes postmodum Magister Joannes, Hilla de Monte & altera Hilla, & straminibus cum nattâ undique eversis, invenire nullatenus potuerunt; nec mirum, quia dæmonis versutia ipsam abstulerat, seu ab oculis eorum absconderat. Alterâ vero die, hoc est in Sabbatho ante Vesperas, cum Virgo Christi sui compos aliquantulum efficeretur, de perditione clavis ipsi à Magistro Joanne inter cetera revelatum est; & dictis Vesperis, cum idem Joannes & Hilla simul in recluſorio fuissent, & Virgo Christi flexis genibus oraret ante fenestram; per quam ex recluſorio directè ad altare beatæ Virginis prospicitur; ecce eadem fenestra, cum clausa foret, in momento à cardinibus & serâ à quodam dæmone ejicitur, & super quamdam cistam unà cum clave prædictâ projicitur. Qui B dæmon supplici voce hoc dicebat: Accipito clavem, Ancilla Christi: æterni enim Patris potentia, ut tibi ipsam ablatam reportarem, me coëgit. Et his dictis confestim evanuit, & Sponsa Christi prostrata suo Sponso gratias egit.

A. PETRO COÆVO EX MS.

& sub vesperam diei 12 refertur.

5 Fuit itaque Virgo Christi usque ad tertium diem communionis suæ, sine dæmonum persecutione, de manifestatione divinæ voluntatis quodammodo consolata. Quo transacto, passionum acerbitas cum persecutorum numero ampliatur: singulis enim noctibus usque in festum omnium Sanctorum, venientes horribiles turbæ dæmonum in thalamum Virginis, orationibus insistentis, ipsam ab orationibus retrahere iniquis persuasionibus & variis comminationibus laborabant. Quibus dum Virgo Christi virili animo resisteret; ipsi dæmones ampliùs exacerbati, & irruentes in eam, femora ejus ferro ignito transfixerunt: cum quo etiam sursum à terrâ levantes, ipsam dudum intra se invicem colluctando torserunt. Post hæc verò ipsam, vestibus nudatam, cum eodem ferro per spinas, sepes C & tribulos, comminando, insultando, & variis modis blasphemando ad proximam villam, quæ Poilheym *b* dicitur, pertraxerunt: ubi hoc suis nequitiis effecerunt, quod canes totius villæ, quasi ad devorandum eam, concurrere viderentur: ex quorum latratu simili fraude factum est, ut populus ejusdem villæ utriusque sexus, tam bonus quàm reprobus, ad spectaculum & ad ignominiam Virginis adstare videretur; & reprobi quidem insultantantes ei dixerunt: Ecce nunc patent seductiones & errores hujus seductricis, numquam enim salubribus acquiescere, & ab errore suo resipiscere voluit; merito ergo à dæmonibus sic trahitur, & vita ejus morte turpissimâ terminabitur. Reliqui verò, sub specie amicorum adstiterunt, qui flendo & quasi compatiendo dixerunt: Proh dolor! quid unquam tam ignominiosum de te nobis percipere contigit? heu! quomodo à dæmonibus traheris, & ab eis jam penitus suffocaberis? Verumtamen adhuc ab errore tuo resipisce, & dignis consiliis acquiesce. O utinam Virgo Christi tunc sensuum discretione caruisset, ut vel exprobrantium voces horribiles, vel saltem fallaciter compatientium sermones latuissent! sed, heu! ad majorem verecundiam & amaritudinem cordis sui, erat ei omnium sensuum suorum plena discretio, & circumstantium perfecta cognitio; quos etiam non, prout erant, dæmones, sed homines esse credebat. D

14 Virgini nova accedit tribulatio,

dum ferro candenti ustulatur,

b & raptatur usque in Poilheimnuda,

6 Sed inter hæc omnia, quod lacrymabilius est, nullam omninò consolationem à suo dilectissimo Sponso sentiebat. Adhærens autem inseparabiliter Sponso suo, contra hæc omnia sola animi virtute contendebat. Denique exclamans voce magnâ, dicebat: O Domine Jesu Christe, Sponse benignissime, deprecor vos, per gloriosam mortem & passionem vestram, & per aperitionem vestri dulcissimi cordis, quod vobis ex caritate contractum est: ut, si ex vestro consensu ab iis malignis spiritibus occidi debeo, vos cor meum, contritum ac multis doloribus angustiatum, in pace suscipere, & in vestro benignissimo corde dignemini conservare. Cumque hæc & his similia exclamando oraret, E & nullam à suo benignissimo Sponso consolationem reciperet; ob hujuscemodi orationes dæmones acrius incitati, comprehendentesque eam, ad primam villam, & consequenter ad secundam villam, & consequenter ad tertiam, quæ infrà civitatem Colonienſem sitæ *c* c sunt, ipsam miserabiliter pertraxerunt; & simili modo, quo suprà dictum est, in singulis villis tractaverunt. Post hæc vero comminando, insultando, & blasphemando, & trahendo ipsam usque in civitatem Colonienſem perduxerunt; & ibidem trahentes eam per omnes vicos & plateas civitatis similiter, ut prædictum est, canes & utriusque sexus homines ad exprobrationem & derisionem Virginis Christi concitaverunt. Deinde, cum magna festinatione & sequentium subsannatione, ipsam ad clausſra singulorum Conventuum, tam Religiosorum quàm Secularium ejusdem civitatis, pertraxerunt. In quorum singulis, dum à prædictis dæmonibus, sub specie quarumdam personarum secularium & maximè religiosarum hostiliter subsannaretur, & variis illusionibus & blasphemiis miserabiliter & ultra quam credi possit, vexaretur, & à quibus- F dam tamquam amicis flentibus & quasi compatientibus ab errore resipiscere suaderetur, in conspectu omnium comprehendentes eam dæmones, in cloacas singulorum Conventuum præcipitaverunt, & corpus ejus fœtidissimis sordibus penitus immerserunt.

omnique divino solatio destituta;

insultantibus idcirco dæmonibus,

atque etiã per urbem Coloniensem trahentibus,

7 Ex quibus tandem eripientes eam, ad majorem confusionem, cum ferro per femora ejus transfixo, ipsam ad singula loca traxerunt, & ad turres & pinnacula singularum ecclesiarum transverso capite suspenderunt. Et quidam ex circumstantibus exprobrantes ei dixerunt: Quia dignum est, quod deceptrix illa, quæ numquam bonis consiliis obtemperare voluisset, morte tam turpissimâ damnaretur: alii vero flendo & quasi compatiendo, ipsam, ut ad vitam rationabilem se converteret, monuerunt. Tandem, cùm hæc & plurima his similia ex circumstantibus blasphemarentur, accedentes prædicti dæmones, uncos acutissimos ejus corpori infixerunt: cum quibus atrociter trahentes ipsam, de singulis turribus dejecerunt, & in easdem cloacas denuo præcipitaverunt: ubi eam singulis vicibus miranda atque prædicanda æterni Sponsi

& de singulis turribus in subjectas cloacas jactantibus,

A Sponſi clementia, abſque ſuæ præſentiæ conſolatione, per Angelos ſuos viſitare, lætificare, & confortare dignabatur; quæ tamen mirabilis ſanatio atque confortatio cordi ejus non præſtabant ſolatium; ſed dolorem & ſupplicium, per ipſorum dæmonum impiiſſimam exprobationem, potius ampliabant. Poſt hæc itaque ad loca publica, in quibus tumultus major erat, ſimiliter & ante domos fratris & ſororis ejuſdem Virginis, qui in ipsâ civitate commorabantur, à dæmonibus trahitur: & ibidem ſimili modo, quo ſuperius dictum eſt, à dæmonibus illudebatur, blaſphemabatur, in cloacis immergebatur; inſuper & ad ſuperliminaria domorum, multis circumſtantibus & ſubſannantibus ſuſpendebatur. Inter quos erant duo dæmones, in ſpecie Fratris & ſororis ipſius Virginis adſtantes, qui exclamantes lacrymabilibus vocibus dixerunt: Heu! quod te mater tua in mundum genuit! Heu! quod ſoror noſtra unquam appellata es! Ecce jam palam propter te confundimur, & amplius omni honore ſeculi propter tuam inſaniam deſtituimur.

idemque facientibus ante domos fratrũ ac ſororũ ejus.

B

8 In his omnibus locis & tormentis Virgo Chriſti plenam diſcretionem ſenſuum habebat, & perſequentium turbas, homines eſſe non dæmones credebat; adhærens quoque vulneribus ſui dilectiſſimi Sponſi, immobiliter orationes ſuperius memoratas, exclamando frequentius, ad ſuum benigniſſimum Sponſum dirigebat; quam tamen ipſe Sponſus, non quaſi clamorem ſuæ dilectiſſimæ Sponſæ deſpiciens, repellebat; ſed honori atque utilitati ſuæ Sponſæ fideliter proſpiciens, ipſam exaudire aliquantulum differebat. Demum vero Sponſa Chriſti à dæmonibus de civitate, cunctis comitantibus, trahitur per flumen Rheni *d* ad molas ejuſdem: in quarum rotas, aliis de littore ſpectantibus & exprobrantibus, à prædictis dæmonibus, cum eodem ferro quo tracta fuerat, ſuſpendebatur. Ubi dum diutius torqueretur, tandem dæmones ipſam tollentes, in flumen Rheni præcipitaverunt: & jactantes lapides molares ſuper eam, in profundum fluminis penitus immiſerunt. O felix ſubmerſio, per quam dæmonum horribilium facta eſt diſperſio; & nihilominus Sponſi deſideratiſſimi ſentitur reverſio. Nam cum Sponſa in Rhenum profundi projicitur, beata ejus anima in cor ſui dulciſſimi Sponſi trajicitur; corpus verò ejus à duobus Angelis devote ſuſcipitur, & ab omni languore curatum in profundo cum magnâ reverentia ſervabatur. Tunc quidem profundum aquarum factus eſt locus deliciarum; qui etiam ex nutu Dei mirifico lumine illuſtratur ac diverſa ac pulcherrima genera tam piſcium quam animalium ante conſpectum Sponſæ Chriſti congregantur; quarum ſingula, ſubmiſſis capitibus procedentia, Virgini Chriſti honorem & reverentiam devotiſſime exhibebant; & creatorem ſuum, qui tanta per eam miracula operatus eſt, modis variis benedicebant. Cumque ab ea interrogatum fuiſſet, quomodo irrationabilium animalium voces intelligere potuiſſet, reſponſum eſt ab ea quia in illa æterna veritate, ad quam amici Dei admittuntur, omnium irrationabilium animalium & creaturarum voces ac intentiones, tamquam rationabilium, perfecte intelguntur. Talibus itaque mirabilibus delectata & Angelicis allocutionibus conſolata Viro Chriſti, in tanto gaudio in thalamum educitur, quod præ nimia admiratione vian ſeu modum reductionis ſcire non potuit.

Ipſa nihilominus Sponſo fidelis,

C

etiam ſub aquis Rheni,

ibidem divinitus recreatur.

D

9 His paſſiones Virgo Chriſti à proxima Dominica poſt feſtum B. Dionyſii, uſque ad feſtum omnium Sanctorum, ſingulis noctibus à dæmonibus ſuſtinuit; & ab Angelis conſola, ei mirabiliter domum reducta fuit, & diœus ſupervenientibus multum jucunda apparit. Contigit tamen interea quadam nocte, ut Virgo Chriſti à tribus dæmonibus mirabiliter atque ſubtiliter in hunc modumilluderetur. Venit quidam dæmon ſub ſpecie Magiſtri Ioannis in thalamum ſuum, portns quamdam litteram in manu ſua, & dixi: Ecce, Chriſtina, hanc litteram miſit vobis Frater Petrus, demandans & rogan quam intime, ut ad partes ſuas *e* veniats: deliberate ergo ſuper hujuſmodi & feſtinte; paratus ſum enim vobiſcum, ſi placetad eaſdem partes declinare. His auditis, Vigo Chriſti ſtupefacta expavit. Æſtimans auem quia Magiſter Joannes eſſet, ſic reſpndit: Magiſter, hæc res non debet incaite attentari, ſed potius exorandus, & ſuper ea modis omnibus conſulendus eſt Deus. Ite ergo, & Deum fideliter exorate, ut quidquid in hac parte ſuæ voluntatis fuerit, nobis dignetur propitius inſpirare. Et his dictis ſix ille egreſſus fuerat, & continuo alii duo dæmones venerunt; unus ſcilicet in ſpecie veſtri, & alter in ſpecie cujuſdam Prioris veſtræ provinciæ; & ille quidem qui ſub perſona veſtra venerat ſic dicebat: Scitis, ô Chriſtina, cariſſima filia & amica, ob quam cauſam ad partes iſtas venerimus, & quare tam graves labores ſuſtinuerimus? Poſtquam, Cariſſima, litteras de ſtatu veſtro diu deſideratas recepi, compatiens multum veſtris tribulationibus, litteras vobis conſolatorias quanto citius potui deſtinavi; ſed in hoc minime adhuc quieſcere potui, donec per auxilium iſtius Prioris, mihi multum dilecti & veſtri ſpecialis amici, licentiam huc veniendi obtinui. Nunc ergo, Cariſſima, conſilium noſtrum quod utique Deo beneplacitum fore credimus, in ſequendo nos perficere quantocyus feſtinate.

Dum iſta uſque ad 1 Novembr. aguntur,

fingit dæmon Epiſtolam Petri, qua is eam ad ſe vocet:

E

deinde aſſumit ſpeciem, velut ad illam deducendam venientis:

F

10 Ad hæc verba expaveſcens & admirans, reſpondit: Cariſſime Pater & Domine, veſtræ peregrinationi & labori compatior; & caritati atque fidelitati veſtræ ex intimo corde regratior: ſed & ipſe Deus, omnium bonorum retributor, pro ſingulis ac univerſis beneficiis mihi impenſis æternaliter vobis reſpondeat. Hæc autem, quæ dicitis, attentare non audeo, nec valeo, niſi mihi fuerit divinitus inſpiratum. Quapropter, ite, & Deum devotiſſimis precibus exorate, ut ſi ſuæ voluntati beneplacitum fuerit, mihi inſpirare dignetur. Cumque hæc & his ſimilia diu invicem loquerentur, Virgo Chriſti, ut Deum ſuper hujuſmodi conſulat, ad orationem quanto citius ſe convertit: cujus orationis tanta erat efficacia, quod dæmones illi ſub ſpecie Fratrum, in fœtidiſſimam nebulam reſoluti, ſubito evanuerunt. Igitur in illâ nocte, quæ præcedit diem omnium Sanctorum,

ſed fraus detegitur:

D A. PETRO COÆVO EX MS.

A rum, post diversas afflictiones simu & con-
A. PETRO COÆVO EX MS. solationes, de quibus supradictum ſt, cum Virgo Christi mirabiliter in proprim thalamum reducta fuisset ; ab Angelis ontinuo ante conspectum Virginis omnes illidæmones, qui ipsam ab Octavâ Nativitati beatæ Virginis usque ad hanc horam perfecti fuerant, congregantur, & erat numerus lorum in universo trecenti & tria millia. Tecenti autem erant ex iis, qui eam ab Octaâ Nativitatis beatæ Virginis, usque in sexm feriam post festum B. Dionysii cruciavrant ; tria vero millia, qui ipsam deterius, usque ad festum omnium Sanctorum triblaverant. Qui omnes, exponentes singula ac universas nequitias atque malitias eorum victos se ab ipsâ atque confusos per omnia ostenderunt ; exclamantes quoque miserabilibus vocibus, dimitti se ab ipsâ, quia vhementer arderent, suppliciter postulaverunt : tandem vero, ipsa sub nomine Jesu Christi jubente, cum magnis ululatibus recesserunt.

ipse vero in festo Sanctorum.

de 303000 dæmonibus triumphat.

B Alterâ die, hoc est in die omnium Sanctorum, Virgo Christi serio animo ad ecclesam properavit ; & Corpore Domini percepte in æterni Sponsi continuo thalamum introivt, ubi ineffabilibus deliciis & gaudiis affluen, cum omnibus Sanctis feliciter exultavit. Inde autem revertens, suum Sponsum diversis laudum præconiis magnificavit. *f*

ANNOTATA D.P.

a *Cum dies Octavæ istius id est* 13 *Sept. anno* 1280 *habens (ut bis jam dictum) litteras Dominicales* G F, *inciderit in Dominicam, patet hanc hebdomadem inchoandam à die immediate sequente.*

b Poilheim, *infra num,* 183 silva *dicitur esse. In descriptione agri Colonienſis invenitur viculus,* Pol *dictus ad Rhenum cum quibusdam arbusculis acsi ibi sit silvula, huc forsitan spectans.*

c *In prædicta descriptione trans Rhenum usque Coloniam viculi duo notantur, sed incipiunt lapides terminales pomœrii urbani, qui vulgo* Markstein dicuntur, *ab Ortu in Occasum certis intervallis dispositi : credo igitur* Villarum *nomine hic proprie sumpto, venire prædia rusticana.*

C d *Molæ, medio in alveo Rheni mediantibus navigiis inter se connexæ, quamdam quasi speciem dimidiorum pontium faciunt ante urbem Colonienſem loco plus quam uno, jugiterque versantur ad usum populosissimæ civitatis.*

e *Aptè hæc techna instruitur ad id quod optabat* Petrus ; *& agebatur per litteras ; sicut intelligitur ex libri præcedentis num.* 62.

f *Continuabatur porro sensus hoc modo :* ab illo siquidem festo pæne usque ad Adventum: *ubi ad commodius exordiendum sequens Caput, mutavi verbulum: quod facere post in simili casu, ut liceat, peto.*

CAPUT II.

Reliqua anni MCCLXXX.

Communicaturæ 15 Novembr. 11 AB festo Sanctorum omnium, pæne usque ad Adventum Domini, filia vestra in consolatione & magna exultatione permansit. Semel interea communicavit filia vestra ; hoc est in illa sexta feria quæ est post festum B. Martini : in quo quidem die, cum Virgo Christi in ferventi cordis desiderio mane pergere deberet ad ecclesiam ; ecce ille artifex totius doli, desiderium Virginis impedire cupiens, in speciem cujusdam ancillæ fratris ejus, Coloniæ commorantis, se nequiter transformavit ; & veniens retro villam, festino cursu Virginem Christi antecedebat, & tangens vestimentum ejus, hoc dicebat : O carissima puella, cur me sic cursitantem post vos, & multoties clamantem, audire dissimulatis ? Redite quæso celeriter : habeo enim vobis arduum negotium ex parte fratris vestri nuntiare. Qui Virgo Christi, existimans quia ancilla fratris esset, simul & ejus æquivoca, respondens ait : O cara æquivoca, si in aliquo molesta fui vobis, indulgete obsecro mihi : novit enim Deus, quod vocem vestram non audivi : hoc autem scitote quod nequaquam vobiscum redibo. Illa autem, ut vidit quod ipsam ad redeundum his sermonibus minime flectere posset, graviter ingemuit, & flebili voce dixit : O carissima puella, dolorem cordis mei jam ultra vobis celare non valeo, sed causam adventus mei lacrymabiliter referabo. Ecce frater vester Henricus usque ad mortem vulneratus est : à quo missa cucurri per totam noctem, ut vobis eo maturius nuntiarem. Nostis enim quod idem frater vester, absque timore & cognitione Dei, in grave animæ suæ periculum, semper in seculo conversatus est : venite ergo, carissima & fratri vestro jam morituro subvenite : vos enim potestis, per pias & salubres exhortationes vestras, in corde ejus ignem compunctionis excitare, lumen divinæ cognitionis inspirare, & sic deinceps animam ejus à portis inferi creptam in cælesti patriâ collocare. Ad hæc verba Virgo Christi quasi minus compatiens, sed fortiter in suo proposito perseverans, respondit : Deus, qui est creator omnium simul & conservator, ipse pro suâ clementiâ fratrem meum corroborare & conservare dignetur : ego enim nulla ratione modo redire potero, quia propositum communicandi habeo.

D

occurrens in specie ancillæ dæmon,

fingit fratrem letaliter saucium, ejus ope egêre:

12 His dictis avertens se Virgo Christi ad F
ecclesiam properavit ; & cum paululum processisset, transformans se idem dæmon in speciem nigerrimi catuli, præcurrebat ei iter, quo ire debuerat, & trahens vestimenta ejus mordacibus dentibus, procedere eam non sinebat. Tunc Virgo dæmonis agnoscens versutiam, ipsum per nomen Domini Jesu Christi admonuit, dicens : Adjuro te, ô maligne spiritus, per Virtutem & Passionem Domini nostri Jesu Christi, ut exutis alienis formis, quibus fraudulenter indueris, quis aut qualis sis in propriâ essentiâ te demonstres ; neque iter meum ultra in aliquo impedias vel offendas. Hic dæmon ille, ad invocationem hujus dulcissimi nominis, Virginis cessit imperio, & resumptâ suæ deformitatis horribili specie, voce magnâ dicens exclamavit : O Ancilla omnipotentis Dei, miserere mei : ego enim idem ipse sum, qui in specie ancillæ fratris tui pridem tibi occurri, nuntians tibi mendaciter de læsione fratris tui, cupiens mentem tuam turbare & à Communionis proposito revocare : tu verò, Ancilla Christi infallibilis ac immobilis

sed nihil proficiens, cogitur fraudem fateri ;

& ipsa communicans, Sponso jungitur.

A lis, insuperabili mentis constantiâ fraudes nostras superas, & vires conteris universas. Cumque hæc [& alia] plurima dixisset, dimissus à Virgine est, cum magnâ confusione. Ipsa autem in virtute sui dilectissimi Sponsi amplius confortata, ad ecclesiam usque pervenit: ubi post perceptionem Corporis Domini, in admiratione ineffabili sui dilectissimi Sponsi feliciter [diem] transegit; deinde usque B. Catharinæ consolata permansit.

23, consolatio subtrahitur.

13 Tunc verò, Sponso ejus consolationem delectabilem subtrahente, in corde Sponsæ ingens tædium oriebatur, & orationis ejus sacrificium cum difficultate gravissimâ agebatur. In hoc verò tædio Virgo Christi, absque omni dæmonum persecutione, usque ad primam Adventus Domini Dominicam perdurasit: quâ transactâ, multitudo dæmonum Chri-

2 Decemb. redeunt dæmones:

sti Virginem circumdabat, qui eam singulis noctibus usque ad festum B. Nicolai, perversis suasionibus & variis comminationibus, retrahere ab orationibus laborabant. Quibus Virgo Christi dum viriliter reniteretur, dæmones

B contra parietes corpus ejus collidentes, duris verberibus cruciabant. In illâ verò nocte, quæ est ante diem B. Nicolai, post comminationes

6, nudam suspendunt è quercu,

& afflictiones plurimas, dæmones restem collo Virginis annectentes, & manibus post tergum crudeliter ligatis, nudam eam de cubili traxerunt. Unus autem ex ipsis manum horribilem capiti ejus acriter impressit, & dolorem ei vehementem & diu durantem intulit; trahentes quippe eam sic in magnam quercum, quæ retro in curiâ ipsius Virginis sita est, tamquam maleficam suspenderunt. Ubi dum mentem ejus multis comminationibus &

& unguis laniant:

blasphemiis diutius afflixissent; denique infligentes ungulas ferreas corpori ejus, carnem lacerando particulariter abstraxerunt, & sic saltem ipsum corpus præcipitaverunt. Quo facto, dæmones disparuerunt; & continuo venerunt duo Angeli divinitus missi, qui levantes ipsum corpus, & sanatum per omnia, cum magnâ reverentiâ & consolatione, in proprium cubiculum reduxerunt. Mane facto, ad ecclesiam perrexit Virgo: & communicans, sine consolatione permansit; nisi quod

C tandem, post amaras lacrymas & gemitus, de suis tribulationibus voluntatem sui dilectissimi Sponsi scire meruit. Et quoniam sinistra manus ejus, sicut, proh dolor! semper in Communione solet, tunc chyrothecis munita non fuit, pulcherrima Crux, in signum pugnæ subsequentis & victoriæ, in digito ejus apparuit.

à 9 usque 24 Decembris quot noctibus dire eam raptant,

14 Erat autem absque dæmonum persecutione, de voluntate sui dilectissimi aliquantulum consolata, usque ad tertium diem: quo elapso, tormentorum acerbitas & tortorum numerus ampliatur. Ex tunc quippe, usque ad illam noctem quæ præcedit Vigiliam Natalis Domini, Virgo Christi singulis noctibus, cum orationibus insisteret, post longissimas comminationes à dæmonibus rapitur; & vestibus expoliata, cum diversis blasphemiis & exprobrationibus, ad quasdam curias ejusdem villæ, in quibus erat major familia, contumelioseè trahitur; ibique supra domos & horrea singularum curiarum, per manum dæmonum, ad modum pilæ, diutissimè præcipitatur. Qui etiam dæmones, insultantes ac comminantes ei, frequenter dixerunt, quod nudam super strata clientium, in horreis dormientium, ipsam præcipitare vellent; in quâ comminatione mendaces inventi sunt. Ipse enim Sponsus suus, pudicitiæ dilectissimæ suæ Sponsæ auctor & custos, dæmones in hac parte prohibuit; evidentissime ostendens, ipsos dæmones ad nocendum tuam Sponsam omninò impotentes fore, nisi quantum ipsis pro gloriâ ipsius divinitus concederetur. Igitur dum Virgo Christi sic à dæmonibus, comminantibus & exprobrantibus, diu jactaretur; ecce alii dæmones, in speciebus canum transformati, singulas curias, ubi Virgo Christi torquebatur, diris latratibus repleverunt. Deinde transformantes se in homines utriusque sexus, scilicet in familias singularum curiarum, quasi ex latratibus canum excitati essent, ad illudendum Virgini adstiterunt; exprobrantes quoque ei, hostilibus vocibus dixerunt: Ecce nunc manifestæ factæ sunt seductiones & errores hujus maleficæ: nunc enim palam in dæmonum potestatem traditur, & deceptioni suæ merces sibi digna rependitur; justum quippe est vitam ejus turpi morte finiri, quæ semper irrationabiliter vixerat, & numquam voluit bonis consiliis obedire.

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

sed prohibentur ejus pudicitiæ calumniam facere:

multumque insultantes,

E

15 Inter has cruciantium acies Virgo Christi absque omni consolatione permanebat: sed vulneribus sui dulcissimi Sponsi intenta, jugiter contra hæc omnia solâ animi constantiâ contendebat; & heu! plenam sensuum suorum discretionem retinens, homines eos, non dæmones fore credebat. Tandem cum Virgo Christi diu multumque præcipitata fuisset, per collum ipsam dæmones rapuerunt, & in singulis curiis; aliis spectantibus atque blasphemantibus, contra terram crudeliter allisérunt. Postmodo horribilis illa cohors dæmonum dispergebatur, & Virgo Christi singulis noctibus, à duobus Angelis cælitus missis devotissimè tollitur, & mirabiliter domum reducitur. Quæ tam mirifica sanatio cordi ejus solatium non præstabat, sed per iniquas blasphemationes ipsorum dæmonum dolorem potius & amaritudinem ampliabat. Intereà etiam quadam nocte Virgo Christi à dæmonibus usque ad cœmiterium trahitur, & super

F tectum ecclesiæ, eo modo quo prædictum est, præcipitatur. Similiter & ex fraude dæmonum, universus populus ejusdem villæ sibi adesse videbatur: qui omnes unanimiter atque hostiliter exprobrantes sibi variis sermonibus insultabant. Inter hos quidam dæmon sub specie Magistri Ioannis adstitit, qui non compatienti sed indignanti animo improperavit ei, dicens; Heu! Christina, quod personam vestram unquam cognovi; heu quod unquam vobis familiaris extiti! Quomodo autem sic in manus dæmonum tradimini, & ab ipsis jam tamquam malefica suffocabimini? Cumque sibi exprobratum fuisset, apprehendentes eam dæmones, cunctis cernentibus atque colludentibus, ad terram immisericorditer allidebant. Hoc autem facto, Virgo Christi, dæmonibus abscedentibus, à duobus Angelis prædictis devote tollitur, & confortata domum reducitur.

semper sibi constantem,

velut in totius populi conspectu cruciant:

16 In penultima nocte ante Vigiliam Natalis Domini, venerunt eidem dæmones in

A. PETRO COÆVO EX MS.

A thalamum Virginis ; & poſt longas commi-
nationes & graves vexationes, femora ejus
catenâ duriſſimâ transfixerunt, & veſtibus
nudatam ad curiam Advocati ipſius villæ per-
traxerunt. Ubi dum Virgo Chriſti, ſicut
prædictum, à dæmonibus præcipitaretur,
blaſphemaretur & ad terram allideretur ;
tollentes eam dæmones, cum eadem catena
qua tracta fuerat, ſupra domum ipſius Ad-
vocati ſtatuerunt, & pyropo ejuſdem do-
mus, in ſignum deriſionis & ignominiæ ad-
ſtrinxerunt, & blaſphemantes eam multifor-
miter, tandem evanuerunt. Porro Virgo
Chriſti ab Angelis ſolvitur, ſanatur, & do-
mum mirabiliter reducitur. In his autem
omnibus Sponſa Chriſti nullam in corde ſuo
conſolationem ſentiebat ; ſed dimicans contra
hæc omnia, ſola animi contentione vulneri-
bus ſui Dulciſſimi inceſſabiliter, licet incon-
ſolabiliter, intendebat. Circa finem vero ha-
rum tribulationum, hoc eſt in illa nocte
quæ præcedit Vigiliam Natalis Domini, ve-
nerunt dæmones prædicti, amplius in Virgi-
B nem Chriſti ſævientes : & cum eam variis
comminationibus diu vexaſſent, nudam à
proprio thalamo extraxerunt ; levanteſque
eam ſurſum à terra, & adinſtar pilæ inter
manus eorum crudeliſſimas blaſphemando
præcipitantes, ad vicinam ſilvam perduxe-
runt ; ubi eam variis injuriis fatigatam, &
ab alto præcipitatam, cuidam ſtagno pro-
fundiſſimo multis vicibus immerſerunt. Ex
quo tandem eripientes eam, blandis ſermo-
nibus atque nefandis adulationibus aggredien-
tes, dixerunt : O miſeranda atque ſtultiſſi-
ma omnium, quis error, aut quæ perver-
ſitas detinet mentem tuam, ut vitam inor-
dinatam, à Deo reprobatam, necnon &
hactenus ab omnibus hominibus inuſitatam,
pertinaciter imiteris ; & non, ſicut ceteri
homines religioſi & boni, rationabiliter con-
verſeris ? Nonne vides quod nos, propter
inordinatam & perverſam vitam tuam, do-
minamur tui, & non eſt alius Deus te ad-
juvans præter nos ? Nos enim cum nobis
placuerit percutimus & ſanamus te : cum
vero placitum fuerit te tormentis graviſſi-
mis cruciamus. Conſule ergo ſaluti tuæ,
C & acquieſce noſtris conſiliis ; nos enim ſa-
nam, & hilarem & jucundam [te faciemus]
& ditabimus, & præ cunctis hominibus
honorabimus & dignitatibus ſublimabimus.

17 Hæc & plura ipſis loquentibus, Vir-
go Chriſti non reſpondit eis verbum ; qua-
propter dæmones illi, magis furore ſuccen-
ſi, dixerunt : An non loqueris nobis ? ne-
ſcis enim quod poteſtatem habemus perden-
di te ſimul & ſalvandi ? ideoque vel juxta vo-
tum noſtrum nobis reſpondebis, vel morte
graviſſima interibis. Porro Virgo Chriſti ad-
huc, licet vehementer conturbata, omnino
ſubticuit. Irruentes ergo in eam dæmones,
membra ejus lanceis acutiſſimis transfixerunt,
& ſic ipſam ad horrenda loca nemoris, in
magno clamore & ſtrepitu perduxerunt. E-
rat autem illic ingens quercus ſucciſa, in
qua membra Virginis transfixa lanceis infi-
xerunt, membra quippe transfixa erant in
hunc modum. Duo ſcilicet dæmones duabus
lanceis aures Virginis transfixerant, duo ve-
ro oculos, duo nares, duo manus, duo
ſcapulas, duo mamillas, duo pedes, duo D
femora ; duo autem dæmones ſervabant duas
lanceas acutiſſimas ſuper os & guttur Virgi-
nis ; alii vero accedentes, corpus ſaucium
& transfixum, malleis duriſſimis diutiſſime
cæciderunt : exclamantes quoque unanimiter
dixerunt. Modo, infelix, loquere, & pa-
lam confitere, ut erroneam vitam tuam de-
feras, & ad rationabilem vitam te conver-
tas ; alioquin confeſtim te interficiemus, &
per guttur tuum has lanceas transfigemus.
Tunc exclamans voce magna Virgo Chriſti,
dicebat : Domine Jeſu Chriſte, vita viven-
tium, ſalus omnium in vobis confidentium ;
precor vos per glorioſam mortem & paſſio-
nem veſtram, & per dulciſſimum cor ve-
ſtrum, quod ex caritate confractum fuit, ut
ſi ex nutu veſtro procedat, ut ab his
malignis ſpiritibus interficiar, vos cor
meum turbatum & afflictum in pace ſuſ-
cipite, & in veſtro corde dulciſſimo miſe-
ricorditer conſervate. Hæc ea loquente, dæ-
mones illi crudeliſſime adverſus eam ſæ-
vientes, exclamaverunt dicentes : Quouſque E
huic maleficæ parcere debemus ? Quamdiu
eam occidere differemus ? Ecce quomodo
jam palam inſultans nobis blaſphemat, &
alium Deum præter nos invocare ſibi in au-
xilium non formidat. Tundatur itaque os
hujus blaſphemæ, & guttur ejus lanceis a-
cutiſſimis transfigatur, ut amplius contra
Dominos ſuos blaſphemiam non loquatur.
Hæc exclamantes dixerunt : & continuo ac-
cedentes duo dæmones, os ejus ſimul cum
gutture duabus lanceis transfixerunt.

18 Hoc facto horribilis illa multitudo dæ-
monum diſpergitur, & Sponſa Chriſti in tha-
lamum ſui dulciſſimi Sponſi læta ſuſcipitur,
ubi beata ejus anima ineffabilibus gaudiis &
deliciis jucundatur : quinimo corpus ſaucium
& jam mortuum, non ab Angelis, ſed ab
ipſo Angelorum Rege & Domino, nec non
& Sponſo dulciſſimo vivificatur, ſanatur, &
modo mirabili atque ineffabili in proprium
cubiculum reducitur. Tunc ad majorem con-
ſolationem & gloriam, convenerunt ante con-
ſpectum Sponſæ Chriſti omnes illi dæmones,
qui ipſam à primâ Dominica Adventus uſque
in hanc noctem tribulaverant. Erat autem F
numerus eorum in univerſo quinquaginta :
ſed decem ex eis, à Dominicâ ſupradictâ
uſque ad feſtum B. Nicolai, ipſam cruciave-
rant ; & in poſterum reliqui omnes cum prio-
ribus perſecuti eam fuerant. Qui confuſi &
tremebundi ſingulas ac univerſas aſtutias at-
que malitias eorum exponentes, ſe devictos
per omnia, & proinde miſerabiliter à ſuis
Magiſtratibus [puniendos] fore pronuntiabant ;
ſe quoque dimitti ab ipſâ, quia orationis ſuæ
incendium tolerare non poſſent, ſuppliciter
poſtulabant. Tandem vero, Virgine Chriſti
jubente, cum magnis ululatibus abierunt.
Ex tunc autem, uſque in diem Natalis Do-
mini, Sponſa cum devotione magnâ & fer-
venti cordis deſiderio ad Communionem præ-
paratur : in quâ videlicet die Sponſa Chriſti,
in amplexus ſui dulciſſimi Sponſi, poſt Com-
munionem, dicto citius rapiebatur, & gau-
dium ſuper gaudium ipſi ineffabiliter cumu-
labatur.

ac denique catenâ tra-jectam ſuſpendunt è tecto domus ;

& mortem minantur,

& crudelius ſævientes,

ac denique inferunt.

denuo fruſtra ſolicitant :

Eâdē rurſum à Sponſo vivificatâ.

ſpreti autem à Virgine,

fatentur ſe fuiſſe 50. & petunt dimitti:

eam lanceis transfigunt,

C A-

A

CAPUT III.

Annus MCCLXXXI *usque ad* XVI *Martii*.

Christina consolata communicat 10 & 31 *Januarii* 1281.

19 AB illo die, usque in festum Purificationis beatæ Virginis, Sponsa Christi in magnâ consolatione permansit; & infra [istud tempus] tantum bis communicavit; primo, scilicet in sextâ feriâ post Epiphaniam Domini, secundo autem in illâ sextâ feriâ quæ est ante Purificationem beatæ Virginis; & rapta in magna consolatione & exultatione fuit. Accidit autem infra duas sextas ferias supradictas, ut tribus diebus Virgini Christi, mane ad ecclesiam retro villam eunti,

interim apparet ei exultans dæmon;

occurrerit quidam dæmon, sub specie viri juvenis, cachinnans & quasi de solitæ fraudis prosperatione exultans. Quem Virgo Christi intuita, cum adhuc procul ab ea esset, dæ-

B

monem ipsum fore cognovit. Ille autem ut Virginem Christi occurrere sibi videbat, expavens & festinanter progrediens, ipsam quasi dissimulans præcedere conabatur. At illa, quoniam non latuit ejus calliditas, cum appropiare sibi videret, ipsum alloquitur his verbis, dicens: Unde huc advenis, ô maligne spiritus, sub humana specie callide tectus? Qui ait: Nihil mihi & tibi, ô Ancilla Dei Omnipotentis: iter meum ne impedias, sed

& adjuratus causam edere,

abire me velociter sinas. Cui Virgo: Adjuro te, inquit, per virtutem Domini nostri Jesu Christi ut ab isto loco non discedas, nisi prius mihi unde venias, & cur cachinnando exultes, indices. Ille vero gemebundus & tristis, ait: Quid nos affligis, ô Christina Ancilla Omnipotentis? Quid nos persequeris? Nusquam manus tuas effugere possumus, & nusquam præ virtutum tuarum magnitudine occultari: semper enim fraudes nostras occultissimas superando manifestas, &

fatetur scandalum à se curatum.

omnes vires nostras ad nihilum redigis & expugnas. Idcirco, licet invitus faciam, cogor tuis tamen parere præceptis: ecce, ego de ecclesia gavisus venio, quia injunctum mihi officium strenue perpetravi, &

C

quasdam ibi personas religiosas, ad confabulandum inutilia & tractandum saluti suæ contraria, copulavi: & nominans eas, dixit: Vade igitur, & sicut prædixi, ita ibi verum invenies. Cumque hæc & plura alia, quæ Virgo Christi interrogaverat, retulisset; dimissus à Virgine dæmon ille recessit, & Virgo ultra procedens ad ecclesiam, easdem personas conjunctas, &, sicut prædixerat ei dæmon, confabulantes invenit.

31 Januarii apparent in manu Virginis Cruces 3;

20 Igitur in illa sextâ feriâ supradicta, quæ præcedit festum Purificationis beatæ Virginis, cum Sponsa Christi communicasset, tres Cruces formosissimæ in sinistra manu ejus apparuerunt; una scilicet in superiori parte manus, & in interiori duæ. Circa superiorem vero Crucem erat scriptum pulcherrimis litteris, Jesus Christus: erat autem præsagium futuræ pugnæ & subsequentis victoriæ. Tres etenim Cruces, dæmones tres, & tres hebdomadas, in quibus Virgo Christi passura fuerat, præmonstrabant. Hoc autem non ita intelligatis quod has Cruces quis-

D

piam viderit, cum manus ejus duabus Chirothecis munita fuerit: sed potius quia ipsa Virgo postea interroganti inscia retulerit. Eæ vero cruces in manu Virginis absconditæ latuerunt, & post tres dies, id est, in illa nocte quæ est post Purificationem beatæ Virginis, secundum quod ei prædemonstratum fuerat, venerunt tres dæmones in thalamum Virginis: & primo ipsam, blandis sermonibus & iniquis persuasionibus, ab errore resipiscere & converti ad vitam rationabilem persuadebant; insuper & tormenta gravissima, si suis consiliis non acquiesceret, promittebant. Quorum sermones & consilia dum Virgo Christi constanter argueret, comminationes quoque & tormenta nihilominus vilipenderet; sævientes in eam dæmones, verberibus & tunsionibus afflixerunt. Hæc pœna duravit singulis noctibus, a Purificatione beatæ Virginis usque in secundam feriam quæ præcedit Cathedram S. Petri. In qua quidem secundâ feriâ, contigit Virginem Christi,

E

cum Magistro Joanne & aliis religiosis puellis, quemdam Eremitam, qui in vicina silva residet, visitare. Ubi dum causâ piæ collocutionis aliquantulum morati fuissent, quia sol jam tendebat ad Occasum, intendebant domum redire, & hoc communiter statuerunt. Erat autem Virgo Christi adhuc jejuna, ca-

quando iidem gravius ipsam terrent;

put dolens, & ex nimia debilitate quasi à corde deficiens: ne tamen per ipsam ceteræ gravarentur, in impetu animi surrexit; & tamquam nullam debilitatem sentiret, in redeundo alias præcessit: & dum sic iret, Vesperas suas dicere incepit. Quibus finitis, dum Virgo Christi, ad commendandum orationes suas Domino, ad cælum oculos attolleret; ecce tres dæmones, in specie ignis horribilis, sursum in aëre apparuerunt, qui tenentes ungulas ignitas in manibus, variis comminationibus, ceu ipsam in conspectu commeantium discerpere vellent & occidere, terruerunt. Quod tamen ipsis facere omnino non licuit, divina namque virtus ipsos prohibuit; comitantes quippe eam dæmones per longum viæ spatium contra finem silvæ, mendaces & confusi abierunt. Illi autem qui cum eâ comitabantur, nihil horum quæ fiebant viderunt neque audierunt.

& proxima nocte, post iteratas frustra solicitationes,

21 Sequenti ergo nocte venerunt eidem F dæmones in specie ignis, sicut, in præcedenti [vespera] se ostenderant, in thalamum Virginis orantis; & portantes ungulas candentes in manibus, diversis eam sermonibus, ut ab erronea vita discederet, & ad rationabilem vitam se converteret, hortabantur; alioquin ungulis cunctas venas ejus extrahere, & morte crudelissimâ ipsam interficere minabantur. Quibus Virgo Christi audacter & intrepide respondit: O maligni spiritus, non me movent exhortationes vestræ & iniqua consilia, nec me terrent comminationes vestræ & tormenta gravissima: sed potius opto, ut propter amorem Domini mei Jesu Christi, qui pro me mortuus est, venarum mearum congeries dissolvatur; ut anima mea, quocumque tormentorum genere ab hoc mortali corpore absoluta, in eum, qui est vita mea perpetua, transire mereatur. Quid ergo tardatis? Quid morando tempus perditis? Agite quæso festinanter quidquid vobis à Domino meo

A. PETRO COÆVO EX MS.

& nocte 3 Febr. præcedente aggressi eam 3 dæmones,

cruciant usque ad 17;

A meo injunctum fuerit : nil parcatis. Ad hæc
A PETRO COÆVO EX MS. verba dæmones illi furore ſuccenſi, ipſam
crudeliter invaſerunt : & duo quidam ex ipſis
ungulas ignitas femoribus ejus infixerunt; ter-
tius vero infigens ungulam corpori ejus, ip-
ignitis unguli lacerant, ſam miſerabiliter laceravit. At Virgo Chriſti,
vulneribus ſui dilectiſſimi Sponſi firmiter ac
delectabiliter adhærens, non ſolum patienter,
ſed etiam gaudenter omnia ſufferebat ; & ſentire exteriorum paſſionum acerbitates, præ internæ conſolationis magnitudine, contemnebat.

uſque ad 21 : 22 Alterâ vero die, Virgo Chriſti internâ conſolatione privatur, & tribus ſubſequentibus noctibus uſque ſextam feriam, quæ præcedit Cathedram B. Petri, ab eiſdem dæmonibus miſerabiliter torquebatur. Duabus ſiquidem primis noctibus venerunt præfati tres dæmones, in ſpecie ignis, multum horribiles; tenentesque candentes ungulas, mentem Virginis iniquis perſuaſionibus & variis comminationibus fatigabant. Quibus dum Virgo Chriſti, ab omni internâ conſolatione priva-
B ta, nihil omnino reſponderet, verumtamen vulneribus ſui dulciſſimi Sponſi immobiliter adhæreret ; accedentes ad eam dæmones, &
ſed Sponſum velut moritura invocans, ungulas corpori ejus infigentes, à proprio thalamo contemptibiliter extraxerunt ; & ſic deinceps cum ungulis infixis & ſimul compreſſis, corpus Virginis ad parietes domus, deinde ad ſingulas arbores curiæ ipſius ad modum pellis diutiſſime collidentes, mentem quoque ejus variis blaſphemiis multo amplius vexaverunt. Tunc in impetu cordis exclamans Virgo Chriſti, hæc dicebat : Domine Ieſu, vos mihi eſtis ſpes unica à juventute mea : vos mihi in tribulationibus ſemper indefeſſus adjutor & piiſſimus conſolator fuiſtis ; nulla perſecutorum feritas, nulla tormentorum acerbitas me unquam à vobis vivam ſeparabit. Morituram itaque pro amore veſtro in pace ſuſcipite, & in veſtro corde
identidem ſanatur ab Angelis. dulciſſimo æternaliter conſervate. Cum hæc verba Virgo Chriſti orando dixiſſet, dæmones illi, cum magnâ feritate ungulas ab ejus
C corpore extrahentes, continuo evanuerunt. Hoc facto corpus Virginis ab Angelis devotiſſime tollitur, ſanatur, & cum magnâ conſolatione in thalamum ſuum reducitur.

23 In tertiâ vero nocte, hoc eſt in illâ quæ præcedit ſextam feriam ſupradictam, cum prædicti tres dæmones, poſt multas comminationes & vexationes, ſimiliter & duabus præcedentibus noctibus, Virginem Chriſti nudam & ungulis transfixam à proprio thalamo extraxiſſent, & ad parietes domus & arbores crudeliter alliſiſſent, & in iis omnibus adhuc ipſam minime deficere conſpexiſſent ; exaſperati vehementer & conſilio inito, dixerunt : Ex quo iſtam maleficam ſic exter-
Denique diffiſſo toto corpore, minare non poſſumus, graviora tormenta ſibi adhibebimus. Duo ergo ex nobis corpus infixis ungulis extendant, & tertius dorſum ejus à ſummo uſque deorſum dividat, & omnia inteſtina ejus ſimul cum corde ejiciat ; ut ſic ſaltem exterminata, numquam reſurrectura deficiat, itáque factum èſt. Duo ſiquidem ex ipſis dæmonibus corpus Virginis infixis ungulis extendebant ; tertius vero dæmon, ejus dorſum ungulâ lacerans, à ſummo uſque deorſum dicto citius dividebat ; inteſtina tamen non ejiciebant. Jacens autem Virgo in tan- D
tâ corporis ſimul & cordis deſolatione, ora- *dæmonibus inſultat :*
tionem prædictam direxit ad Dominum : in qua nimirum oratione à Domino confortata, alloquitur dæmones, ſic dicens : O vos maligni ſpiritus, minas veſtras derideo, & tormenta veſtra non paveſco : vita mea eſt Dominus Ieſus Chriſtus. Si ergo vos ex veſtrâ malitia vulnera mihi infigitis, ipſe pro ſua clementia me ſanabit ; ſi occideritis, me vivificabit ; ſi cor cum inteſtinis ejeceritis, ipſe me in ſuo dulciſſimo corde perenniter conſervabit. Nolite ergo tardare, nolite morando tempus perdere : ſed quidquid vobis à Domino præceptum fuerit, velociter adimplete.

24 Cum ſic Virgo Chriſti, pati deſide- *qui confuſi* rans, moram dæmonum argueret ; ecce ipſi *tandem re-* dæmones, perterriti & confuſi, humiliter *cedunt;* ac flebiliter reſponderunt ; O Chriſtina, Ancilla Dei omnipotentis, miſerere noſtri : multò enim amplius nos affligit tuæ mentis inſuperabilis conſtantia, quam te illata à nobis ſupplicia. Tunc admonuit eos Virgo Chriſti, dicens : Adjuro vos, per virtutem Domini E
noſtri Ieſu Chriſti, ut ſi me unquam amplius afflixeritis, mihi continuo indicetis. Qui exclamantes dixerunt, Numquam : ſed ecce nos modo, ex nutu Omnipotentis, ex pluribus dæmonibus exquiſiti fuimus & coacti ut te Ancillam Omnipotentis variis noſtris nequitiis tentaremus, inſuper & nobis injuncta ſupplicia inferremus : ſed, heu ! victi ſumus per omnia, & ſupra modum afflicti. Dimitte ergo nos, ô Ancilla Dei, quia numquam uſque in hanc horam tibi tormenta intulimus neque amodo inferemus. Cumque hæc & plurima, confitentes ſingulas nequitias ſuas, dæmones loquerentur ; Virgine Chriſti jubente, tandem cum magnis ululatibus receſſerunt. Quibus recedentibus, Sponſa Chriſti non ab Angelis ſed à Sponſo ſuo dulciſſimo, non corporalibus oculis viſibiliter, ſed in corde ſenſibiliter viſitatur : ex cujus delectabili præſentiâ non ſolum cor Sponſæ ineffabiliter jucundatur, ſed plerumque corpus ejus ſaucium & diſruptum ſanatur, confortatur, F
& mirabiliter in proprium thalamum revocatur.

25 Sequenti vero die mane, Sponſa Chri- *ipſa vero* ſti ad eccleſiam proficiſcitur, & communi- *conſolata* cans in thalamum ſui dulciſſimi Sponſi con- *manet uſ-* tinuo tranſvehitur, & ibidem ineffabiliter *que 3 Mar-* conſolatur. Ab illo ſiquidem die, uſque in *tii :* Dominicam primam Quadrageſimæ, Virgo Chriſti in maxima conſolatione permanſit. Qua tranſacta, cum ſequenti nocte Virgo Chriſti more ſolito orationibus inſiſtere deberet, omnis devoti cordis deſiderium ipſi ſubito ſubtrahitur, & ingens in corde ipſius tædium generatur : in quo quidem tædio Virgo Chriſti, ſine dæmonum perſecutione, uſque ad feſtum B. Gregorii perduravit. Tribus autem noctibus ante feſtum B. Gregorii, cum Virgo Chriſti thalamum
9 ejuſdem. ſuum intraret, & orationibus non ſine magna *dæmones* difficultate inſiſtere deberet, à dæmonibus ta- *quaſi fures* liter illudebatur. Viſum quippe ei fuerat, qua- *domum* liter raptores & fures nocturni tectum & pa- *perturbant :* rietes thalami ſui confringerent, ciſtas aperirent, & res inde auferrent, inſuper & magnum tumultum facerent. Unde vehementer perterrita,

præ

A præ nimio terrore vix ſe in orationibus continere poterat: dæmonum enim hæc erat aſtutia, volens Virginem Chriſti ab orationibus retardare. Quam tamen aſtutiam Virgo Chriſti tunc minime cognovit; licet diebus advenientibus tectum cum parietibus illæſum, ciſtas cum rebus integras reperiſſet, & ſimiliter illuſam ſe à dæmonibus perfectius cognoviſſet.

12 *Martii.* 26 Poſt hæc vero tribus aliis noctibus, cum Virgo in thalami ſui ſecreta orare debuiſſet, buſones horribiles penes ſe vociferare audiebat; eſt autem hoc monſtrum, quod Virgo Chriſti præ cunctis monſtris ſemper horrere conſuevit. Horruit itaque vehementer has voces audiens, & ipſos bufones vicinos ſibi conſiderans, continens, tamen ſe virili animo [ſuſtinens], ab orationibus non ceſſavit, ſed & genua ſua frequenter incurvavit. Porro ipſi bufones venientes, ſubtus pedes & genua Virginis orantis, vociferando horribiliter ſe ſtraverunt: deinde, cum Virgo Chriſti ab orationibus non deſiſteret, ſed fortius genua flectendo inſiſteret, bufones prædicti per totum corpus Virginis ſuis frigidis ac venenoſis corporibus ſerpſerunt; aſcendentes tandem uſque ad caput, os, naſum, oculos & aures Virginis ſupra ſedendo circumdederunt: & ſugentes atque corrodentes, talem & tam vehementem dolorem, qualem ſe Virgo Chriſti numquam ſenſiſſe cognoverat in paſſionibus, intulerunt. Cumque Virgo Chriſti ab iis dudum & miſerabiliter torqueretur; tandem ex nutu divino, illo bufone qui os Virginis clauſerat parumper amoto, poſſibilitas loquendi ipſi conceditur. Exclamans igitur quantum valebat, quia illico ſuffocandam ſe fore credebat, animam ſuam ſuo dulciſſimo Sponſo humiliter commendabat; & oratione completâ idem bufo ſuper os Virginis reſidebat; & applicans os ſuum ad os Virginis, fœtorem ſpurciſſimum & abominabile venenum ejus corpori infundebat: quo facto, omnes illi bufones decidentes evanuerunt. At Virgo Chriſti, propter venenum ſibi infuſum, miſerabiliter torquebatur; & volvens ſe huc atque illuc, pæne propter fœtoris immunditiam ſuffocabatur. Tunc ille dulciſſimus Sponſus & Amicus in hac neceſſitate dilectiſſimam Sponſam non deſeruit, ſed Angelum de cælo ad ipſam viſitandum atque ſanandum deſtinavit. Qui veniens duabus primis noctibus, ſupra pectus Virginis ſignum Crucis faciebat: quo facto omnis ille abominabilis fœtor ſine dolore effluxit ab ore Virginis; & ſimiliter ſignans reliqua organa eodem Crucis ſignaculo, continuo reformavit, & confortans eam piis alloquiis receſſit.

ſub ſpecie bufonum Virginem torquent,

& tantum non ſuffocant,

idque per tres continuas noctes:

quarum ultimâ, ipſe Chriſtus Communionem ei impertitur,

27 In tertia vero nocte, cum Virgo Chriſti poſt afflictiones prædictas, propter infuſum ſibi fœtorem plus ceteris noctibus mirabiliter torqueretur; venit ipſe ſummus Sacerdos & verus Pontifex Jeſus Chriſtus, non viſibiliter, ſed ſenſibiliter in corde Virginis; portanſque calicem ex auro puriſſimo in manu ſuâ & Hoſtiam ſuprapoſitam, factoque ſigno Crucis ſupra pectus & organa ſuæ dulciſſimæ Sponſæ, omnem fœtorem & languorem ſimul fugavit; & porrigens Hoſtiam, dixit: Accipe, Cariſſima Sponſa mea & Amica, Hoc eſt corpus meum: ſimiliter & calicem, dicens, Hic eſt ſanguis meus, qui pro te effuſus eſt: in hoc ſecura à cunctis hoſtibus triumphabis. Noli ergo timere, ſed conſtanter pugna: ego enim ero tibi certa victoria, & merces æterna. His & piis aliis alloquiis ille dulciſſimus Sponſus ſuam Dilectam conſolans, repente diſparuit; & ipſam quidem ad parvam moram, hoc eſt per ſpatium diei unius [conſolatam reliquit]: veraciter vero dolor gravior & deſolatio continuo apprehendit. Sequenti namque nocte dæmones duodecim horribiles Virginem Chriſti orantem circumdederunt: ſingulique tenentes fuſtes plumbatos in manibus, primo quidem blandis atque nefandis ſuaſionibus, ut erroneam vitam deſereret, & ad rationabilem vitam ſe converteret perſuadebant; divitias quoque plurimas, & honores cum ſeculi dignitatibus, ſi eorum conſiliis acquieſceret, promittebant; ſin autem, tormenta graviſſima ſibi inferre dicebant debere. At Virgo Chriſti, in Domino confiſa, conſtanti animo reſpondit: Quid vos, ô maligni ſpiritus, fallacibus mihi ſermonibus adulamini? Quid mentem meam comminationibus & tormentis [terrere] fruſtra conamini? Vita enim mea Chriſtus eſt: & idcirco blandimenta veſtra cum tormentis ſimul derideo, quia mori pro ejus amore, qui pro me mortuus eſt, non formido. Hæc ipſa loquente, turba dæmonum confuſa evanuit, & Virgo in orationibus & gratiarum actionibus uſque mane permanſit.

D

A PETRO COÆVO EX MS.

contra diei proximæ vexationes 12 dæmonum.

E

CAPUT IV.

A XVI *Martii* MCCLXXXI *ad Vigiliam Aſcenſionis.*

28 TUnc gaudium Sponſæ (proh dolor) in mœrorem convertitur, quia delicata Sponſi præſentia cordi ejus ſubtrahitur, fiducia hactenus habita denegatur, & ad illudendum atque torquendum â dæmonibus Sponſa Chriſti exponitur. Sequenti igitur nocte venerunt duodecim prædicti dæmones in thalamum Virginis orantis, plumbatos fuſtes (ut ſupra dictum eſt) in manibus tenentes, & ſingulis noctibus, quaſi per integram hebdomadam, mentem Virginis adulationibus, ſuaſionibus & variis comminationibus miſerabiliter affligebant, totalemque vitam ac converſationem ejus perverſam & Deo exoſam fore aſſerebant; inſuper & omnem conſolationem, ſibi à Domino exhibitam, mendaciter pervertebant. Sed Virgo Chriſti, licet ultra modum afflicta, quia internâ conſolatione caruit, reſpondere penitus nil præſumpſit; ſed contra hæc omnia ſolâ virtute animi dimicans, vulneribus ſui dilectiſſimi Sponſi immobiliter intendit. Poſt hanc hebdomadam venerunt in thalamum Virginis orantis; & cum ipſam, ut ſupra dictum eſt, variis modis in corde afflixiſſent; accedentes quatuor ex ipſis, uncos ferreos acutiſſimos manibus & pedibus ejus infixerunt, & veſtibus expoliatam adſtratam publicam ipſam contemptibiliter trahendo perduxerunt; ubi arte ſuâ quaſi populum totius villæ adſtare finxerunt, qui inſultantes ei atque blaſphemantes dixerunt: Non-

Ili 16 Martii redeuntes, tota hebdomada eam cædunt plumbatis,

F

poſtea uncis ferreis raptatæ inſultant,

A nc hæc eſt illa ſancta Begina, de qua tanta
A. PETRO miracula dicta ſunt ? numquid non modo om-
COÆVO nia vera apparent, quæ olim de eâ Fratres
EX MS. Minores prædixerunt ? Ecce quomodo nunc à dæmonibus palam trahitur, & vita ejus morte turpiſſimâ finietur. Diabolus enim jam dudum nos cum ipsâ occupavit, & villam noſtram propter eam longo tempore inhabitavit : nunc vero deceptrix iſta exterminabitur, & villâ noſtra à dæmonio liberabitur. E contra alii dæmones aſtantes, & adverſus eam clamantes, dixerunt : Ecce nunc manifeſte vides quod omnino ſub poteſtate noſtra es, & non eſt qui te eripuit de manibus noſtris, vides etiam quod erronea vita tua exoſa eſt tam Deo quam hominibus : quamobrem adhuc ab errore tuo reſipiſce, & noſtris conſiliis acquieſce. Ad hæc omnia Virgo Chriſti, tamquam omnino foris & intus deſolata nullum dabat reſponſum.

B *ſuccedente Angelica conſolatione,*

29 Tunc irruentes in eam dæmones, & corpus ejus pedibus horribiliter conculcantes ultra modum cruciaverunt ; & hoc facto relinquentes ipſam tamquam mortuam, abierunt. Quibus abeuntibus, continuo Angelus à Deo miſſus veniens, corpus ejus ſuſtulit, & ſanatum per omnia mirabiliter in thalamum ſuum reſtituit, & confortans eam piis allocutionibus, dixit ; Confortare Sponſa Chriſti, & conſtanter age ; tecum enim eſt Jeſus Chriſtus, Sponſus tuus dilectiſſimus, pro cujus amore certamen iniſti : ipſe enim in tribulationibus numquam te deſeret, ſed in omnibus te confortabit & adjuvabit ; in morte quippe eris ſecura, ab omnibus hoſtibus triumphabis, & cum ipſo æternaliter exultabis. Et his dictis, illico diſceſſit Angelus ab eâ : hæc vero confortatio & curatio Angelica Virgini ſolamen non præſtitit, ſed dolorem potius auxit ; nam illi mendaciſſimi dæmones hanc ſubitam curationem & confortationem ſuis viribus nequiter adſcribebant, & mortificare eam poſſe ac denuo vivificare mendaciter aſſerebant. Tranſactis itaque in

ac rurſum fuſtigatione diabolica.

hujuſmodi paſſionibus tribus noctibus, rurſum per tres noctes ſequentes venerunt prædicti dæmones, fuſtes plumbatos in manibus

C portantes, in thalamum Virginis orantis : & poſt longas comminationes ſupradictas, uncos ferreos manibus & pedibus Virginis infixerunt ; ipſam quoque nudam ad ſtratam puplicam, ut ſupra dictum eſt, pertraxerunt. Ubi cum à dæmonibus, ſub ſpecie hominum, variis ſubſannationibus & blaſphemiis dudum vexata fuiſſet ; acceſſerunt ad eam illi crudeliſſimi dæmones, ipſamque transfixis uncis ad terram fortiſſime deprimebant : reliqui vero cædentes corpus ejus plumbatis fuſtibus, membratim ab invicem diviſerunt : hoc facto ſinguli abierunt. Corpus vero Virginis fruſtatim ab eodem Angelo colligitur, ſanatur, atque in proprium thalamum mirabiliter revocatur.

Attracta deinde ad puteum,

30 Poſt hæc venerunt dæmones multum horribiles, qui Virginem Chriſti per integram hebdomadam ſingulis noctibus, multis & iniquis ſermonibus diu fatigatam & veſtibus expoliatam, juxta quemdam puteum, qui eſt in medio villæ, multipliciter exprobrando & ſubſannando, traxerunt ; ſuſpendentes quoque eam in ſuperficie putei ea fraude, quâ ante quaſi totius villæ viros & feminas ad ſpectaculum Virginis adſtare fecerunt ; qui inſultantes & exprobrantes unanimiter, dixerunt : Ecce nunc manifeſte cognoſcimus diabolum in ipſa dominari : jam enim nobis cernentibus à dæmonibus mortificatur, & ab eiſdem continuo revivificatur ; quod nequaquam fieri poſſet, ſi in ipſa diabolus non regnaret. Quæ eſt ergo iſta tam potens diabolica operatio ? quæve noſtræ villæ per hanc peſſimam ſeductricem tam diuturna occupatio ? Numquid non potuit hæc deceptrix alias à dæmonibus exterminari, quin in puteum noſtrum debeat præcipitari, & proinde aqua putei penitus defœdari ? Hæc & plura illis exprobrantibus, corpus Virginis à dæmonibus per infixas ungulas dilaceratur, & ſic deinde in profundum putei præcipitatur : ubi continuo, per dæmonum nequitiam, aqua putei in flammam ardentem converti videbatur. Dæmones itaque blaſphemantes dixerunt : Miſerrima ſeductrix, aperte vides quod dii ſumus omnipotentes, & tui dominatores : ecce quomodo pro libi- E tu noſtro te cruciamus, & cunctis elementis imperando etiam aquam putei in flam- *flamma ſulfurea æſtuantem, eidem injicitur,* mam ſulfuream convertimus. In ſpecie [etiam] hominum aſtantes, adverſus Virginem unanimiter ſævierunt, & lapidibus collectis cum ſordibus, ac in puteum projectis, ipſam ſuffocando penitus obruerunt ; & modis variis blaſphemantes, ipſam condignam mortis ſubiiſſe ſententiam indicaverunt.

coram dæmone, fratris lugentis ſpeciem ferente :

31 Interea cum ſic invicem læti de Virginis interitu loquerentur ; quidam dæmon, divina virtute compulſus, ſub voce fratris prædictæ Virginis Sigwini nomine, voce lamentabili exclamans, circumſtantibus dicebat. Quid vos, inſani & miſeri homines, puellam pauperem & afflictam fruſtra perſequimini ? cur innocentem perdere ſine causâ nitimini ? Neſcitis enim quod poſſibile eſt omnipotenti Deo, qui ipſam de multis tribulationibus eripuit, & multa mirabilia per eam oſtendit, ipſam ex hac tribulatione eripere, & ad confuſionem omnium veſtrorum mortuam mirabiliter reſuſcitare ? Audiens hos lamentabiles ſermones fratris ſui, ſicut tunc veraciter credebat, Virgo, in fundo putei lapidibus obruta, commota ſunt omnia interiora ejus, & de fide F ſui dilectiſſimi Sponſi commota, exclamans quoque voce magnâ, dicebat : Revera etiam ipſe Dominus meus Jeſus Chriſtus ipſe me juvabit, ipſe me à cunctis tribulationibus & hoſtibus liberabit, & pro ejus amore mortuam miſericorditer vivificabit. Virgo Chriſti vix jam hæc verba finierat, & ecce ſubito An- *ſed educitur ab Angelo, idque ſingulis noctibus,* gelum de cælo miſſum ſibi præſentem ſentiebat, qui ipſam à pœnis liberatam atque ſanatam, mirabiliter in proprium thalamum reducebat ; & confortans piiſſimis alloquiis, conſtantem eam fore & intrepidam, quia in omnibus tribulationibus ſecum eſſet Dominus Jeſus Chriſtus, dulciſſimus Sponſus & adjutor fideliſſimus, qui pro ſe mortuus eſt, fideliter admonebat.

uſque ad 10 Aprilis quando virgo ceſſat.

32 Hæc tribulatio ſimul & Angelica conſolatio, per integram hebdomadam, ſingulis noctibus duravit ſcilicet uſque in illam noctem, quæ eſt ante Cœnam Domini. In quâ quidem nocte venerunt octo dæmones in thalamum Virginis orantis : qui dum mentem ejus ſermonibus doloſis & comminationibus

di-

A diversis dudum afflixissent, irruentes in eam, corpus ejus durissimis virgis mirabiliter ceciderunt, ita quod à vertice usque ad plantas nihil in ea sanitatis reliquerunt. Deinde vero sic cæsum corpus Virginis, tamquam sub torculari posuerunt, ac ibidem ipsum tundentes & comprimentes, diutissime ceciderunt & torserunt. Hoc facto quinque ex ipsis dæmonibus, lanceis acutissimis caput, manus, & pedes Virginis perforantes, terræ profundius infixerunt; & consilio iniquo inito, exclamantes horribilibus vocibus, dixerunt: Quousque maleficæ huic miserendo præcedemus? quamdiu interficere ipsam differemus, quæ nec torquendo superatur, nec parcendo ab erroneâ vitâ suâ ullatenus revocatur? idcirco festinanter & absque misericordiâ à nobis impetatur, & rupto pectore cor ejus obstinatissimum continuo evellatur. His dictis accesserunt confestim tres dæmones, reliquis quinque corpus ejus transfixum lanceis servantibus, & ad terram coarctantibus, tribus ungulis ferreis pectus Virginis trajicientes, & B horribiliter trahentes, frustum quoddam, quod quantitatem duarum palmarum excedebat, à pectore Virginis lacerando abstraxerunt, cor tamen ipsius omnino non tetigerunt. Inter hæc omnia Virgo Christi nullam in corde suo consolationem habebat, sed virtute animi dimicans, vulneribus sui dilectissimi Sponsi totis viribus intendebat; exclamans quoque voce magnâ (quia jam à dæmonibus interfici se putabat) cor ejus & animam suo dilectissimo Sponso devotissime commendabat. Porro ille dulcissimus Sponsus, clamorem & languorem suæ Dilectæ ultra sustinere nequiens, quique sibi in tribulatione numquam defuerat, nunc desideratus affuit: cujus desiderabilis præsentia, cunctis hostibus fugatis, cor Sponsæ diu languidum jucunditate ineffabili adimplevit.

lanceisque confixa,

tandem à Sponso consolatur;

33 Res miranda & totis præcordiis meritò veneranda! Nam hoc quod intus in corde Sponsæ ex dono Sponsi ineffabiliter agebatur, id ipsum foris in corpore, cùm sibi foret reddita, certis indiciis monstrabatur. Illud siquidem frustum, quod per crudelissimam discerptionem dæmonum prius à pectore Virgi- C nis rumpebatur, per ipsius Sponsi mirabilem curationem reformatur. Insuper & tria illa loca, quæ prius à dæmonibus ungulis transfigebantur, tribus Crucibus mirifici coloris, cum dispositione & circumscriptura mirabili, signabantur: duæ verò ex his versus pectus extendebantur, & tertia in sinistro latere sita erat, in eo videlicet loco ubi latus Virginis, quando in raptu est, solet ex nimiâ caritatis vehementia aperiri. Sunt autem Cruces signis & litteris mirabilibus undique circumscriptæ, & in huc modum dispositæ; ut quoties felix Sponsæ anima in suum Dilectum transeat, toties aperientes se illæ Cruces, & unà secum totale illud frustum pectoris se erigens, liberum egressum animæ præbeant, & sic post hanc Communionem usque ad diem tertium perseveravit. Reliquis verò temporibus frustum illud per Cruces observatur, & zonâ quasi purpureâ circumdatur. Duæ autem Cruces, quæ versus pectus se extendunt, minores sunt: sed tertia, quæ in latere est, major [apparet] & circumscrip-

pectore ejus, quod dæmones confixerant,

tribus Crucibus mirabiliter signato;

tione mirabilior. Circa has duas minores Cru- D ces, pulcherrimis litteris scriptum habetur JESUS CHRISTUS; in unâ, scilicet JESUS, & in aliâ CHRISTUS: illa tertia verò, quæ major est atque mirabilior habetur, est, quia cor tuum ex ejus amore moriens, in ipso vivet in æternum. Et in circuitu illius Crucis, per totum istud scriptum, multa mirabilia, de fide, spe, & caritate æterni Sponsi, litteris & figuris scripta & carni indelebiliter insita continentur, quæ Sponsa Christi interroganti indicare nec potuit nec valuit; sed nec ante mortem suam ulli unquam revelanda fore dixit.

A. PETRO COÆVO EX MS.

34 Prætereà aliud adhuc miraculum, relatu dignissimum, Virginis Christi, in eadem nocte contigit. Illa videlicet duo frusta, quæ de carne Virginis longe antè, hoc est, in illâ nocte quæ festum Purificatum, præcedebat, per duos dæmones (sicut suprà plenius habetur) horribiliter abstracta fuerant; quæ etiam Virgo cum maximâ exultatione suscipiens, usque in hanc noctem ex divinâ gratiâ imputribilia reservaverat, in hæc ipsâ horâ noctis, mirabili signo, splendore & colore illustrata mirifico, & ad modum formosissimæ Crucis mirabiliter coaptata, Sponsæ Christi pausanti sub umbrâ Dilecti, pro speciali clenodio & in signum inæstimabilis dilectionis sunt collata. Hanc verò Crucem Sponsa Christi, evigilans de illo suavissimo atque extatico sopore, in manibus suis reperit, & cum magnâ devotione suo dilectissimo Sponso laudes persolvit. Hoc verò clenodium Virgo cum tantâ diligentiâ custodit, ut nemo mortalium, nisi ipsâ volente, invenire aut videre possit. Igitur Sponsa Christi mirabiliter consolata, diem Cœnæ cum magno gaudio transegit. Quo transacto, Sponsa Christi usque in Vigiliam Paschæ suo thalamo inclusa, sola permansit; & compatiendo suo dilectissimo Sponso per omnia, inæstimabilis dilectionis stigmata in singulis membris recepit: quæ statim, juxta desiderium Virginis, in illis locis in quibus notari potuissent, prius deleta fuerant, id est abscondita, in manibus per chirothecas, in pedibus per soccos, in facie de spineâ coronâ per [peplum] quàm se nostris aspectibus præsentaret. Deinde Vigilia Paschæ cum F magnâ jucunditate transacta, alterâ die, hoc est, in die sancto Paschæ, Sponsa Christi ad ecclesiam læta proficiscitur, & communicans in amplexus sui dulcissimi Sponsi confestim rapitur; ubi semper novis & ineffabilibus gaudiis deliciatur.

& restitutis, quæ ante 66 dies abstracta erant, frustis carnis,

in formam Crucis;

accedunt Christi patientis stigmata, & Pascha lætanter agitur.

35 Quadam autem die post festum Paschæ, cùm Virgo transeundo villam ad ecclesiam horâ Missæ pergere deberet; occurrit ei quidam in formâ cujusdam servi, quem Virgo Christi in claustro Monachorum, quod Brunwilre dicitur, quondam se vidisse meminit: qui salutans eam dixit: In hac villâ moratur quædam puella religiosa, nomine Christina, indicate ubi moretur: habeo enim sibi arduum referre negotium. Illa verò, æstimans quis servus esset, quem quondam in prædicto claustro viderat, & quoddam forte negotium de quibusdam Beginis, sibi familiaribus & ibidem commorantibus, referre vellet; verecundans tamen dicere, Quia ego sum; ad domum suam ipsum præmittere, & clam sequi cogita-

Post quod sub persona claustralis famuli ei se jungit dæmon.

A vit. Unde & dicebat: Si ad domum de quâ
A. PETRO CONÆVO EX MS. quæritis venire velletis, per hanc viam incedere deberetis: & his dictis avertens se ab ipso ultra pergere cœpit. Ille autem, ut vidit Virginem nihil amplius sibi respondere, reversus ad ipsam dixit: Hoc mihi dictat cor meum, quod vos sitis eadem puella pro quâ interrogo, & cui negotium referre habeo: cur quæso dissimulastis, & quare non statim mihi indicastis? Illa verò hos sermones audiens, & ultrà dissimulare nequiens, prævenit verba sua his verbis dicens: Puto vos de clausstro illo vicino venire, & aliquid mihi de bonis illis Beginis & religiosis velle dicere. Qui respondit: Etiam: & commendans eas, quod multum devotæ & religiosæ essent, dixit: Ecce missus sum à prædictis Beginis, simul & à quodam Monacho vestro speciali amico, qui mandat vobis ut sine dilatione ad eos veniatis. Tunc Virgo Christi, fortasse aliquo præpedita negotio, se tunc temporis illuc venire non posse respondit. Porrò ille, prout astutus
B erat, adulari, & variis modis eam commendare cœpit; & quanta mirabilia de ipsâ audierit, & quod jam dudum amicus ejus fuerit, mendaciter enumeravit.

& vanis laudibus ipsam titillat:

35 Sed Virgo Christi hos sermones fastidiens, secum amplius stare non posse, sed ad ecclesiam festinare se dixit. Cui ille: Si ad ecclesiam ire, inquit, volueritis, hoc me non impedit, quia per eamdem viam redire debeo. Sic ergo commeando, confabulando, & variis sermonibus ipsam fatigando, secum perrexit. Cumque venissent ad quamdam sepem, ubi semita quæ tendit ad clausstrum prædictum, ab ea qua itur ad ecclesiam, se discernit; apprehendens nequam ille pallium Virginis, ut specialiter pro se orare vellet, instanter petebat. Cui Virgo respondit: Benefaciat vobis Deus, ego enim peccatrix sum, & orationes meæ penitus inutiles sunt & inefficaces. Sed cum ille tenendo pallium Virginis fortius instaret, nec abire eam sineret; erubescens illa, cum quadam animi vehementia dixit; In nomine Domini nostri Iesu Christi sitis commonitus, ut retrahendo manus vestras ire ad ecclesiam me sinatis. Mira res! ad hujus dilectissimi nominis invocationem,
C dæmon ille confestim in suæ detormitatis turpissima specie apparuit; licet tamen Virgo Christi minime intenderet. Exclamans itaque voce magna Virginem Christi infallibilem ac invincibilem asseruit: insuper & pileum quemdam, de pellibus factum, diu perditum, sibi restituit; & demonstrans ei locum ubi ipsum sustulerat, dixit: Revera si hunc pileum divinitus compulsus non sustulissem, ipsum procul dubio perdidisses. Et cum hæc dixisset, confusus evanuit. Hunc vero pileum Virgo Christi, in sexta feria quæ Cathedram B. Petri præcesserat, cum communicare deberet, quia frigus erat, capiti suo superpositum habebat: quem post Communionem dilapsum à capite Virginis Magister Joannes sustulit, & ad reservandum sub brachiis suis complicuit. Hunc verò pileum idem Joannes eodem die ignoranter perdidit, & postea diligenter quæsitum nusquam invenire potuit. Nec mirum, nam prædictus dæmon ipsum, in viâ ante porticum cœmeterii dilapsum, sicut postea fatebatur, sustulerat; D & ob hanc causam, ut fortasse cor illius qui ipsum perdiderat inquietare potuisset, ipsum retinuerat.

sed adjuratus,

manifestat quis sit,

eique restituit ablatum pridem pileum.

CAPUT V.

A Vigilia Ascensionis Dominicæ, ad festum Assumptæ Virginis. MCCLXXXI.

37 DEinde in quinta hebdomada post festum Paschæ, cum Virgo Christi communicare in quarta videlicet hebdomadæ feria debuisset; & præcedenti die Sacrificium vespertinum in thalamo suo Domino offerre deberet; ecce subito cum magno impetu venit quædam crudelis bestia, quasi sub specie ursi; & accedens, mordacibus dentibus utrumque femur Virginis vulneravit, usque ad maximam sanguinis effusionem, & hoc facto statim evanuit: sed Virgo Christi sanguinem, ut potuit, restringens, ultra in orationibus devota permansit. Sequenti vero nocte, cum Virgo in orationibus more solito insisteret, voces in aëre sursum audivit, ipsos tamen minime vidit: qui comminantes ei dixerunt, quod dorsum ejus statim confringere vellent, si non celeriter ab orationibus desisteret. Et verbis vix finitis, cum Virginem in orationibus perseverare viderent, irruentes in eam, continuò ferrum acutissimum dorso ejus applicuerunt: in cujus acie dorsum Virginis retrorsum incurvantes penitus confregerunt, & hoc facto continuò abierunt. Virgo autem Christi, à suo dilectissimo Sponso visitatur, & locus læsionis ante & retro duabus Crucibus signatur, & mirabiliter sanatur: quæ videlicet Cruces in corpore Virginis in diem tertium permanebant. Mane autem facto, Virgo Christi læta ad ecclesiam proficiscitur: & post Communionem in amplexus sui dulcissimi Sponsi mox rapitur, ubi ineffabiliter consolatur. Ab illo ergo [die] usque in diem Ascensionis, Virgo Christi in magnâ consolatione permansit. In quo quidem Ascensionis die Virgo Christi denuò communicans, in
F suum Dilectum rapiebatur, & gaudium sibi super gaudium feliciter accumulatur: deindè usque in diem Dominicam post Ascensionem in consolatione permansit.

Communicatura in Vigilia Ascensionis 21 Maji

à dæmone in ursum verso mordetur,

& rursum eadem nocte graviter læditur:

sed ipso festo consolatur.

38 Transacta sequenti nocte, subtracta consolatione, maximum tædium ipsi subito invasit, in quo absque ullo corporis cruciatu, usque in quartam noctem permansit. In quâ quidem nocte horribilis cœtus dæmonum venit in thalamum Virginis orantis; qui juxta nequitiæ suæ consuetudinem, primo mentem ejus variis & iniquis sermonibus vexaverunt, deinde diversis comminationibus & pœnarum promissionibus terruerunt, & tenentes singuli cultellos bellicos in manibus, dixerunt: Nisi properanter à vita tua erronea conversa nostris jussis obtemperaveris, confestim à nobis his cultellis perfossa exterminaberis: consule ergo adhuc saluti tuæ, & obediendo sanis consiliis ad verum Deum te converte. Virgo autem Christi, ut verum Deum nominari audivit,

Succedit 26 Maji nova vexatio:

A divit, tamquam ſagitta velociſſima, omnia interiora penetrans, grandis fiducia & exultatio mentem ejus ſubivit: ex hoc enim ultra modum lætabatur, quod ad Deum verum converti etiam à dæmonibus hortabatur. Unde conſtanti animo dæmonibus reſpondit: Verè, ô maligni ſpiritus, bene & dignè me monuiſtis, ut ad Deum verum me converterem: ad ipſum quippè erit plena animæ meæ converſio, qui eſt mihi unica ſpes, vita perennis, & exultatio: pro cujus etiam amore pati quæque aſpera non formido: idcirco nolite parcere, nolite moram facere, ſed quidquid vobis à Deo vero imperatum fuerit, in ejus ancillâ mox perficite. Ad hæc verba Virginis dæmones illi, nimio furore repleti, ipſam unanimiter invaſerunt: & transfodientes corpus ejus cultellis acutiſſimis, quaſi membratim ab invicem diviſerunt. In quibus tormentis Virgo Chriſti, non ſolùm conſtanter, ſed etiam lætanter perſeveravit; & vulneribus ſui dilectiſſimi Sponſi cum tanta devotione intendit, quod illata corpori ſuo tormenta

B non ſenſit, vel ſentire potius præ magnitudine conſolationis non curavit. Tandem inter ceteros cruciatus, unus ex ipſis dæmonibus accedens, lacerando cum cultello vulnus maximum in femore Virginis faciebat: quod ſine ceſſatione recenti manans ſanguine, & jam poſt integram curationem aliorum vulnerum in corpore Virginis ob fidei devotionem per dies aliquot remanebat.

39 Tunc dæmonibus confuſè abſcedentibus, ille dulciſſimus Sponſus dilectam ſibi Sponſam ſuâ deſiderabili præſentiâ viſitavit: qui conſolans atque confortans ipſam, ineffabiliter hæc verba non ſono ſed dono loquebatur: Jeſus Chriſtus, qui victorioſiſſimo Cru-

a cis ſuæ ſignaculo latus tuum claudit *a* & aperit, ipſe omnia vulnera corporis perfectè curabit: ipſe enim eſt vera fides tua, & palma ſecura; ipſe tibi merces & gloria ſempiterna. Hæc afflictio ſimul & conſolatio per tres noctes continuè duravit, hoc adjuncto, quod in tertia nocte, hoc eſt in illa quæ Vigiliam Pentecoſtes antecedit, poſt afflictiones ſupradictas dæmones confuſi & tremebundi coram Virgine Chriſti ſteterunt; & confitentes ſingulas ac univerſas eorum nequitias,

C ſimiliter quæ eorum eſſent dixerunt: Ecce ſumus dæmones, numero decem millia, ex cunctis collegiis noſtris quaſi nequiores exquiſiti, & nutu Omnipotentis compulſi, ut te cunctis noſtris nequitiis tentaremus, & tormenta graviſſima inferremus; ſed ecce infallibilis es, ô Chriſtina Ancilla Dei omnipotentis, vinci neſcia: inſuperabilis enim virtus Altiſſimi, quæ te inhabitat, neque falli neque vinci aliquatenus te permittit. Miſerere ergo noſtri, & dimitte nos: quia orationes tuæ miſerabiliter nos cruciant & exurunt: numquam enim hactenus tibi moleſti fuimus, nec de cetero quidquam moleſtiæ inferemus; quin etiam propter te à noſtris conſociis ſubſannabimur miſerabiliter & affligemur. Cumque hæc & plurima ſupplicando locuti fuiſſent, dimiſſi tandem à Virgine, cum planctu & ejulatu maximo abierunt. Quibus abeuntibus, Virgo Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo viſitatur & conſolatur; corpus verò ejus, juxta verbum Domini, ab omni læſione penitus curatur.

in qua ad Deum ſe convertens,

cultellis conſcinditur:

ſed ſanatur à Sponſo,

& dæmones ad 10000 *confunduntur.*

D A. PETRO COÆVO EX MS.

40 Igitur tunc Virgo Chriſti ſequentem diem, hoc eſt Vigiliam Pentecoſtes, læta peragens, ipſum diem ſanctum Pentecoſtes cum maxima devotione exſpectabat. In quo quidem communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi continuo tranſvolavit; ubi ipſam ineffabilis dulcedo ſeptiformis Spiritus feliciter inebriavit. Deinde quadam nocte, poſt feſtum Pentecoſtes, cum Virgo Chriſti, propter nimium æſtum de thalamo ſuo exiret, & orando in curia ſua deambularet; affuit ille nequiſſimus Sathan, in Angelum lucis transformatus, ſpargens fallaces lucis radios ſuper domum & totam curiam Virginis; putans ipſam æſtimare debere, hanc lucem ex orationum ſuarum meritis proveniſſe, vel ſaltem ipſam in hac luce delectari aliquantulum debuiſſe. Ipſe quoque dæmon, in ſplendore hujus fallacis lucis, ſurſum in aëre, in ſpecie pulcherrimi juvenis ſe oſtendit. At Virgo Chriſti, lumine veritatis plenius illuſtrata ſapienterque inſtructa, omnem imaginariam viſionem tamquam fallacem abhorrens, & alienam conſolationem non admittens, ſe peccatricem, & alicujus miraculi ſeu viſionis omnino indignam reputabat: malignum etiam ſpiritum hujus lucis auctorem poſſe exiſtere, ſicut aliquando experta fuerat, cogitabat. Adjurans itaque ipſum dæmonem, dicebat: Adjuro te, ô maligne ſpiritus, per virtutem Domini Ieſu Chriſti, quicumque ſis; ut ſi hujus claritatis ſplendor ex tua verſutia proceſſerit, continuo in nihilum redigatur, vel ſaltem ad oſtentationem turpitudinis in tenebras convertatur: quia plus delector tuæ deformitatis horrorem ſuſtinere, quam in fallaciis lucis tuæ ſplendore gaudere. Vix Virgo Chriſti verba finierat; & ecce fallax ille ſplendor lucis confeſtim in tenebras denſiſſimas convertitur, & ſic aſtutia dæmonis amplius detegitur.

Pentecoſte lætanter celebratâ 1 *Junii,*

in Angelum lucis transformatur dæmon,

E *fruſtra conatur Virginem fallere.*

41 Poſt hæc vero in Sabbatho ante Nativitatem Joannis Baptiſtæ, cum communicare deberet, & ad eccleſiam mane ſola pergeret, occurrit ei quidam horribilis dæmon, habens caput adinſtar caldarii magnum, multis cornibus undique circumpoſitum, & inter cornua oculis plenum. Quem Virgo Chriſti primò & ex improviſo intuita, expavit: ſed

F in Domino confiſa & acceptâ audaciâ, alloquitur eum dicens: Unde huc ô maligne ſpiritus in tantâ deformitate advenis? Quo tendis? Qui reſpondens ait: Propter te ſolam advenio, qui nullis adulationibus ſeu adventionibus decipere te valeo: ſaltem tibi ducatum ſub hac deformi ſpecie exhibebo; & licet in hac deformitate modò appearem, heſternâ die pulcher & delicatus juvenis eram, quando mentem cujuſdam Religioſæ, ad ſequendum quemdam juvenem *b* Rectorem Scholarium; ſicut etiam unus in hac villâ reſidet, inclinavi. Audiens hæc verba Virgo Chriſti, & indignè ferens; arguit eum, dicens: vade, mendaciſſime ſpiritus, in infernum, cum ſociis tuis perpetuo igne cremande: ſemper enim mendax fuiſti, & in veritate ab initio non ſtetiſti: ſermones tuos mendaces amplius audire nolo; ille enim Doctor puerorum, qui in hac villâ reſidens eſt, bonus homo eſt timens ac diligens Deum. Cui

Communicaturæ 21 *Junii,*

jungit ſe capite enormi dæmon,

b

& Rectorē ſcholæ falſo accuſat:

A ille : Bene dicitis, inquit, quia bonus est : A. PETRO sed si ipsum sub tuâ custodiâ non haberes, CŒVO profectò ad nostra imperia faciliter inclinari EX MS. videres.

42 Præterea si quod ego scio, tu scires; *nuntiandoque adventum hospitum, conatur propositum ejus impedire:* forsitan propositum, quod ad præsens habes, usque in alium diem differres. Scio enim quod venturi sunt hodie in hanc villam & in ecclesiam sex Fratres, tam Prædicatores quam Minores, & alius quidam Rector puerorum de Colonia venturus est ad istum *c* qui est in recluforio, & propositum tuum modo non poteris pacifice adimplere. Tunc Virgo Christi, impatiens verborum suorum, respondit : Quid tu, maligne spiritus, inutiliter confabulando mendacium loqueris ? quid nequiter suadendo propositum meum frustra præpedire conaris ? Frustra quidem ; nam etsi omnes tui complices, qui in inferno sunt, viam hanc per quam itura sum occupassent, transirem audacter per ipsos, & propositum meum ad præsens impedire non possent. Cumque sic invicem colloquentes, retro curiam Abbatissæ B ad quamdam sepem perveniissent ; adjuratus dæmon à Virgine, per nomen Domini Iesu Christi, sub quo mentiri ipsi fas non est, utrum vera essent quæ prædixerat, respon- *illa nihilominus ipsum exequitur.* dit : Utique, quia vera : & his dictis, commendans Virginem eo quod stabilis esset, confusus & in flammam ignis conversus est, Virgine Christi cernente, & in igneâ nube sursum ascendit. Virgo autem, laudans & glorificans Deum, læta ad ecclesiam pervenit : & quasi summo mane communicans, per totum illum diem in thalamo sui Dulcissimi feliciter requievit. Similiter & illa, quæ *Sequente, post solatium,* dæmon de Fratribus & Magistro venturo prædixerat, vera fiebant : nam in ipso die quatuor Fratres Prædicatores, & duo Minores, quod raro contingere solet, in ecclesiam veniebant: insuper & ille prædictus Magister contra fero veniebat.

tædio usque ad 15 Augusti 43 Post hoc verò maximum tædium Virginem Christi invasit; quod durans pænè usque ad Assumptionem beatæ Virginis, de die in diem magis magisque crescebat : nam per duas hebdomadas primas absque omni corporali læsione & dæmonum persecutione per- C mansit, & orare sine maximâ gravitate non potuit. Interea quadam nocte quidam dæmon, *interim adest sub specie Angeli dæmon,* in specie pulcherrimi juvenis, in thalamum Virginis veniebat ; portansque duas candelas in manibus, facem quasi Angeli prætendebat; & stans coram Virgine orante, obsequium tamquam à Deo missus ipsi exhibebat. At Virgo Christi, nec in luce visibili glorians nec in consolationibus sophisticis exultans, sed potius indignam & peccatricem se reputans, mentem simul & oculos à visione hujuscemodi avertebat ; & perseverans in oratio- *sed agnitus discedit cum fœtore.* nibus, suo Dulcissimo fortius adhærebat. Ille autem, ut vidit Virginem per hunc modum non posse decipi, resumpta suæ perversitatis pristinâ deformitate, sic eam alloquitur: Hæc, inquit, præsumptio & securitas, in quâ nunc gloriaris, cito auferetur à te ; & hæc vana jucunditas in magnam tristitiam convertetur: in proximo enim est ut in manus nostras tradaris, & tormentis gravissimis affligaris. Et his dictis, spargens ibidem fœtorem immundissimum, confestim evanuit, & Virgo Christi, ad voluntatem sui Dilectissimi humiliter se inclinans, gratias egit. Deinde verò Virgo Christi in sextâ feriâ, quæ est post festum Apostolorum Petri & Pauli, communicavit, & nullam aliam consolationem percepit, [nisi] quod de voluntate sui dilectissimi Sponsi certificata, usque ad tertium diem aliquantulum respiravit. Deinde omni consolatione subtractâ, Sponsam Christi tribulationes multifariæ circumdederunt : in quibus Virgo Christi, absque afflictione corporali & dæmonum manifestâ persecutione, per integram hebdomadam, hoc est usque in Dominicam post divisionem Apostolorum, corde desolata permansit.

44 Quâ transactâ, venerunt dæmones, aspectu multum horribiles, in thalamum Virgi- *21 Iulii adsunt & alii plures,* nis sequenti nocte ; & primo adulationibus variis & iniquis persuasionibus, deinde comminationibus & blasphemiis, mentem Virginis graviter affligebant ; & omnem ejus vitam & conversationem, diversis argumentis, perversam & erroneam fore mendaciter asserebant. Videntes autem Virginem Christi omnino immobilem, acrius in ipsam sævicbant. *Virginemque conculcant :* Tollentes vero corpus ejus à terrâ, & ad parietes collidentes sub pedibus suis miserabiliter contriverunt; & hoc facto, continuò evanuerunt ; Virgo autem Christi die superveniente jucundior apparuit. Deinde per duas *22. ferocі equo alligatam rapiunt :* noctes sequentes venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis, & post longas comminationes & vexationes, expoliantes eam vestibus, nudam de suo thalamo ejecerunt : & duo quidem ex ipsis crura Virginis vecte ferreo transfixerunt. Hoc facto, quidam dæmon, in specie equi furibundi & indomiti, confestim adducitur ; cui Virgo Christi, more latronis, contumeliose annectitur; & reliquis dæmonibus comitantibus ac blasphemantibus, per sepes, spinas & tribulos, usque ad montem quemdam arenosum, in inferiore parte villæ situm, trahitur. Ubi dum Virgo Christi per singulas noctes, nunc sursum nunc vero deorsum trahendo, miserabiliter torqueretur ; tandem ab equo, cui alligata fuit, absolvitur : & cum eodem vecte, quo crura ejus transfixa fuerant, levatur, & ad parie- F tes & ostia singularum domorum ipsius villæ, cum magno clamore & strepitu, jactatur ; & ad ultimum ad parietes suæ ipsius domus horribiliter præcipitatur : ubi dæmones, extracto de corpore ejus vecte ferreo, protinus evanuerunt.

45 Sed Virgo Christi, in omnibus his sui *sed consolatur eam Christus,* conscia, postquam in sua curia se fore cognovit, in cubiculum suum semimortua serpere cœpit. Ubi dum corpore crudo & dilacerato jaceret, & nullam prorsus consolationem intrinsecus haberet; ecce subito dulcissimus Sponsus adveniens, cor Sponsæ non solum consolatione ineffabili penetravit; sed *ac plagas & sanat præter unam.* & ipsum corpus, pro ejus amore saucium & dissruptum, quasi suavissimo rore perfusum mirabiliter, sanavit : plagam tamen magnam, quam de vecte ferreo receperat, in signum fidei & dilectionis, ipsi reliquit : quam videlicet plagam Virgo Christi, præ nimiâ mentis jucunditate, non sensit. Sequenti vero nocte, hoc est in illa quæ Vigiliam B.

Jacobi

A Jacobi præcedit, quia Virgo Chriſti communicare propoſuit, à dæmonibus nullam vexationem habuit ; ſed omni conſolatione ſubtracta, noctem illam cum graviſſimo cordis tædio tranſegit. In quo quidem tædio & deſolatione Virgo Chriſti ſequenti die, hoc eſt in die B. Jacobi communicavit ; & nullam conſolationem à ſuo dilectiſſimo Sponſo percipiens, diem illum in maximis fletibus & gemitibus continuavit ; donec tandem contra ſero, poſt multa ſuſpiria & lamenta, de voluntate ſui dilectiſſimi Sponſi aliquantulum conſolata fuit, & ſic per triduum abſque moleſtatione dæmonum ſecura permanſit.

Communicat illa tota arida 25 Iulii :

46 Deinde poſt diem tertium ſequenti nocte, prædicti dæmones in thalamum Virginis venerunt ; & variis eam ſermonibus & comminationibus vexantes, nullam ei corporalem læſionem intulerunt ; ſed blaſphemantes dixerunt, quod ſecundum placitum eorum nunc quidem ſibi parcerent, nunc autem affligerent. Tunc Virgo vehementer conturbata, cum ſequenti die Miſſæ Officio intereſſet, infra Miſſam ſopore leniſſimo obdormivit : ubi vox dilecti auribus cordis ejus inſonuit, confortans ipſam & de impletione voluntatis ſuæ veraciter certificans. Virgo autem Chriſti de ſopore ſuaviſſimo evigilans, tormenta ſibi à Domino præmonſtrata cum ferventi cordis deſiderio expectavit : permanſit tamen abſque cruciatu corporis uſque in Dominicam, quæ eſt ante Aſſumptionem beatæ Virginis ; ſed ſingulis noctibus à dæmonibus variis comminationibus & exprobrationibus vexabatur. Tranſactâ itaque prædictâ Dominicâ, per quatuor noctes ſequentes, venerunt memorati dæmones in thalamum Virginis orantis : & ſævientes atrociſſime adverſus eam, dicebant, quod jam ultra parcere ſibi nollent : ſed ſi continuo juſſis eorum non obtemperaret, ipſam turpiſſimâ morte exterminare deberent. Sed cum Virginem hujuſcemodi comminationibus minime flecti cernerent, accedens unus ex ipſis, corpus Virginis gladio acutiſſimo transfixit, ita videlicet quod gladius ille transfixus, à tergo apparuit. Quem gladium accipientes duo dæmones, & corpus Virginis cum ipſo ſurſum tollentes, tam diu volvendo atque circumferendo torquebant, donec acies gladii latera Virginis ſcindendo penetrans, corpus per medium dividebat. Hoc autem facto recedentibus dæmonibus, continuo Angelus à Deo miſſus veniebat, qui corpus Virginis ſciſſum per medium cum magna reverentiâ colligens, partem parti mirabiliter atque ſubtiliter coaptavit, & plenarie ſanavit. Et confortans ipſam piiſſimis alloquiis, atque ad paſſiones exhortans, dixit : Confortare & viriliter age, Sponſa Chriſti : tecum eſt enim Jeſus Sponſus tuus Dilectiſſimus : ipſe enim erit adjutor tuus in cunctis tribulationibus, & merces tua magna nimis.

29, divinitus confortata ;

11 Auguſti, gladio transfigitur,

mediaque diffinditur:

47 In quintâ vero nocte, hoc eſt in illâ quæ præcedit Aſſumptionem beatæ Virginis, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis, portantes faculas ardentes in manibus ; & poſt longas comminationes, perſeverante Virgine Chriſti in orationibus, faciem ejus ardentibus faculis ſuccenderunt. Deinde ignitum gladium per corpus Virginis transfodiendo miſerunt, qui ſtridenti ardoris ſui voramine carnem cum oſſibus conſumens & devorans, corpus Virginis per medium dividebat. Sed inter hæc omnia Virgo Chriſti ſuo Dilectiſſimo immobiliter adhærens, ipſi ſuam animam humiliter commendavit ; & confortatione ab ipſo percepta, audacter in hæc verba prærumpens, clamabat : O maligni ſpiritus, ubi modo ſunt tormenta veſtra ? numquid plura excogitare aut graviora mihi inferre poteſtis ? quid parcitis ? quid morando tardatis ? Cur non ea quæ vobis à Domino meo imperata ſunt, feſtinantes perficitis ? Ad hæc verba dæmones illi, confuſi & trepidi, reſponderunt : O Ancilla Chriſti Chriſtina, miſerere noſtri : nos enim ſumus novem dæmones, qui ex nutu Omnipotentis diverſis calliditatis noſtræ artibus te tentavimus, & tormenta graviſſima tibi intulimus : tu autem, Ancilla Dei, infallibilis ac invincibilis perſeveras : virtus enim Altiſſimi, quæ in te eſt, nec vinci nec decipi te permittit : quæ etiam ultra modum nos cruciat & affligit. Jube ergo, Ancilla Chriſti, velocius nos abire, quia numquam ultra tibi moleſti erimus. Hæc & plura his loquentes, dimiſſi tandem à Virgine, cum maximo planctu abierunt. Et ecce ille dulciſſimus Sponſus repente adveniens, & cor ſuæ Sponſæ cordi ſuo dulciſſimo imprimens, ineffabiliter lætificavit : inſuper & per impreſſionem ſuæ benigniſſimæ facici, faciem dilectæ ſuæ exuſtam reficiens, necnon totum corpus mirabiliter reformans, ab omni prorſus languore curavit. Poſtera autem die, hoc eſt in die Aſſumptionis beatæ Virginis, Virgo Chriſti læta ad eccleſiam properavit : & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi feliciter tranſvolavit.

tandem victos ſe fatiſſis ;

cor autem ejus cordi Sponſi jungitur.

ANNOTATA D.P.

a *Vide modum & occaſionem ſupra num.* 33.

b *Credo quod ipſummet* Ioannem *horum ſcriptorem intelligat.*

c *Hic* Recluſus, *qui infra num.* 72 *appellatur* Ioannes, *ſucceſſerit in locum* Recluſarum, *ibidem antea commorantium, ut ſupra dictum ad lib.* 2 *cap.* 1.

CAPUT VI.

Reliqua anni MCCLXXXI.

50 FEſto Aſſumptionis beatæ Virginis uſque ad Dominicam quæ eſt poſt decollationem B. Joannis Baptiſtæ, Virgo Chriſti in magna conſolatione permanſit, & ſingulis noctibus vel pulcherrimas viſiones habuit, vel omnino rapta fuit. Tribus vero noctibus ante Dominicam prædictam, quamdam horribilem viſionem de cadavere hominis defuncti habebat : quod tamen futuræ paſſionis præſagium erat. Sequenti enim nocte poſt Dominicam ſupradictam, venerunt dæmones multum horribiles in thalamum Virginis, fœtidiſſimum cadaver defuncti hominis ante conſpectum Virginis offerentes, ex cujus ore, naribus, oculis, & auribus horribilia monſtra bufonum atque ſerpentium pro-

Nocte 1 Sept. offertur ei horribile cadaver :

A. PETRO COÆVO EX MS.

14, *toto corpore uſtulatur à dæmonibus* 9.

A. PETRO COÆVO EX MS.

A procedebant; qui diris morsibus mordentes atque corrodentes cadaver prædictum, & post hæc ad interiora penetrantes, per fœtorem abominabilem quem de intimis ipsius cadaveris eduxerant, pæne Virginem suffocaverunt: & comminantes sibi dæmones dixerunt, Nisi tu, miserrima deceptrix, ab erronea vita tua confestim cessaveris, simili cruciatu sine mora à nobis cruciaberis. At Virgo Christi totam se divinæ voluntati humiliter subjiciens, constanter in oratione perseveravit. Post hæc dæmonibus absque læsione Virginis recedentibus, Virgo Christi mirifici dulcoris fragrantiâ tota perfunditur, & prioris fœtoris spurcitia penitus effugatur, & cum magna lætitia robur corpori augmentatur. Hæc horribilis visio duravit per tres continue noctes.

4, in Virginem irruunt 18 *dæmones,*

51 Quarta vero nocte Virgo Christi in magno tædio fuit; & deinde tribus noctibus sequentibus, usque ad Nativitatem beatæ Virginis, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis orantis. Qui dum multis comminationibus ipsam à suo proposito revocare non potuissent; irruentes crudeliter in ipsam, ligatis manibus & pedibus ad terram illico projecerunt. Et unus quidem ex eis corruens super eam, corpus ejus ad terram gravi pondere deprimebat, ita videlicet quod Virgo Christi se movere aliquatenus non valebat. Post hæc vero accesserunt duo alii dæmones transfigurati, unus videlicet in speciem bufonis, & alius in speciem serpentis: & ille quidem in specie bufonis antecedens, aures, oculos, nares & os Virginis diris morsibus corrodebat: deinde alter in specie serpentis subsequitur, in eadem loca organica sibilando, & ultra modum cruciando serpebat: reliqui autem dæmones, in specie bufonum totum corpus Virginis corrodendo, & usque ad interiora penetrando, miserabiliter pungebant. Hæc pœna durabat per tres noctes; hoc adjuncto, quod in tertia nocte, ea scilicet quæ Nativitatem beatæ Virginis antecedit, post afflictiones supradictas, cum dæmon ille sub specie serpentis aures, oculos, nares, & os Virginis eo modo quo prædictum est cruciasset; illico per viam gutturis in uterum Virginis descendens, omnia viscera & interiora ejus penetrando & atrociter corrodendo discerpsit; & inde denuo sursum ascendens, fœtoris spurcitias exsufflando, in guttur & in os Virginis refundebat. Quo facto, accedens unus ex ipsis, caput Virginis tanta fortitudine ad terram comprimebat quod ab ipso capite, tamquam per medium scisso, unda sanguinis copiosissime profluebat. Post hæc dæmones illi, confessa multitudine nequitiarum [suarum], jubente Virgine, cum maxima confusione & planctu recesserunt; similiter quot ex ipsis essent, scilicet octodecim edocuerunt. Illis vero recedentibus, Sponsa Christi singulis noctibus à suo dilectissimo Sponso intime consolatur, & ineffabili odoris suavitate perfusa, ab omni plaga & doloris acerbitate curatur. Mane autem facto Virgo Christi ad ecclesiam læta proficiscitur, & communicans in amplexus sui dulcissimi Sponsi mox rapitur.

eamque in specie bufonum & serpentis perrodent;

sed confusi recedunt.

52 Ab illo siquidem die usque ad festum B. Martini, Virgo Christi absque dæmonum persecutione secura permansit. Infrà tamen, ad magnam suiipsius confusionem, dæmon sub humana specie Virgini aliquoties apparuit. Contigit autem interea Virginem maxima corporis prægravari infirmitate, videlicet ante festum omnium Sanctorum; quam quidem infirmitatem tanto molestius atque impatientius sustinuit, quanto sibi omnem internam consolationem simul subtractam persensit. In hac vero infirmitate semel, hoc est in die beatarum Virginum, communicavit, & in ipsa communicatione absque omni consolatione permansit. Transacto itaque festo B. Martini, cum Virgo Christi vix adhuc de infirmitate convaluisset, & statim communicandi propositum concepisset; per tres noctes continuo sequentes, venit quidam dæmon, in specie horribilis bestiæ transformatus, in thalamum Virginis orantis, oculis quidem flammantibus & furorem animi indicantibus, qui etiam flammam sulfuream ab ore simul & naribus exhalabat; qui subito irruens in Virginem, caput ejus usque ad collum hiante gutture deglutivit, eamque tunsionibus & duris verberibus, nunc ad terram, nunc ad parietes collisit. Et hoc facto ejiciens ipsam à diris faucibus, membra ejus, scilicet manus & brachia, pedes & crura simili modo glutiendo & masticando præcidit; & deinde maximo vulnere sibi inflicto, recessit. At Virgo Christi hæc omnia, non solùm patienter, sed etiam gaudenter sustinens, à suo Dilectissimo intime consolatur; corpus verò ejus mirabiliter reformatur atque sanatur. Sed vulnus, ultimo sibi inflictum à dæmone, longe posteà in corpore Virginis incuratum relinquitur. In tertia vero nocte, post tormenta prædicta, dæmon ille confusus coram Virgine adstitit, & totius nequitiæ suæ modum & ordinem ostendit: qui tandem dimissus à Virgine, cum magna confusione recessit.

Exeunte Octobri infirmata Christina,

post 11 *Novembr. invaditur à furioso dæmone;*

quo confuso,

53 Sequenti vero nocte, hoc est, in sexta feria post festum B. Martini, Virgo Christi læto animo ad ecclesiam pervenit, & communicans in amplexus sui dilectissimi Sponsi confestim transiit. Ex tunc autem usque in primam Dominicam Adventus Domini, Virgo Christi consolata permansit. Qua transacta, cum Virgo Christi more solito sequenti nocte orare deberet, illius dulcissimi Sponsi præsentia confestim subtrahitur, & totius consolationis ac devotionis gratia in mœrorem & tædium gravissimum convertitur. In hoc vero tædio Virgo Christi, absque corporali & dæmonum afflictione, usque in sextam feriam sequentem permansit. In qua quidem sexta feria cum Virgo Christi communicare proponeret, & summo mane circumeundo villam ad ecclesiam pergere deberet; cumque jam villam adhuc vix egressa foret; occurrit ei quidam dæmon, in specie ferocissimi tauri. Quem dum Virgo Christi de remotis ad se venientem cerneret, & taurum veraciter esse crederet, pavens cœpit declinare à via: at ille, horribilis mugitu & cornibus erectis, ipsam velocius insequebatur: illa vero multo magis formidans, & huc atque illuc cursitans, ipsum effugere nitebatur. Contigit autem eâdem horâ quemdam virum pellentem bigam per eamdem viam transire. Qui dum Virginem, tamquam delirantem & more insanientis huc atque illuc cursitantem cerneret, nec

læta communicat 14 *Nov.*

5 Decemb. ad ecclesiam vadens,

agitatur à dæmone in specie tauri,

aliud

A aliud quidquam videret, existimans quod fortasse amens aut phrenetica esset, alloquitur eam his verbis dicens: Quid est, ô bona puella, quod sic sola vagando discurritis? Quare more insanientis inceditis? Interea ferocissimus ille taurus in Virginem irruens fortissimis eam cornibus ad terram dejecit; & stans super illam pedibus conculcavit. Accurrens autem vir ille, & quid hoc esset ignorans, atque interrogans, ipsam à terrâ levare voluit. Tunc Virgo Christi, ex interrogatione viri perpendens malitiam dæmonis, virum in pace abire, ne se tangeret, in nomine Domini hortabatur. Quo abeunte, Virgo Christi adjurans dæmonem, dixit: Adjuro te, ô maligne spiritus, per nomen Domini Jesu Christi, ut continuo discedas, & iter meum non ultra impedias. Nec mora, dæmon ille, in specie ignis assumptus, evanuit: & Virgo Christi ex hoc facto confortata surgens, ultra pergere cœpit.

& prostrata conculcatur;

54 Cumque paululum processisset; idem dæmon in speciem apri mordacissimi se transformavit: qui spumans & acuens dentes, Virgini Christi iterato occurrit. Est autem hoc animal quod Virgo Christi expavescere multum solet: unde secedens à via, ipsum quem veraciter aprum esse credidit, effugere nitebatur. Ille autem festino cursu ipsam impetiit, & figens mordacissimos dentes in crura Virginis, duo magna vulnera ipsi inflixit; & hoc facto, confestim disparuit. Virgo autem Christi, propter nimiam sanguinis effusionem debilitata, ad terram sedit, & vehementer conturbata, tum quia ad communicandum sicut proposuerat procedere non potuit, tum quia apud homines de hoc facto divulgari timuit; & idcirco plorans amarissime, ingemuit. Porrò ille dulcissimus Sponsus, fletus & gemitus suæ Dilectæ non ferens, ipsam ad horam in corde ineffabiliter consolando lætificavit; vulnera quoque à dæmone sibi inflicta per Crucis impressionem mirabiliter curavit. Surgens itaque Sponsa Christi, confestim hac consolatione destituitur, & languori pristino involvitur. Cum autem Virgo ultra progrediens, juxta cœmeterium ad quamdam tepem pervenisset, occurrit ei quidam dæmon, in speciem Magistri Joannis transformatus: qui salutans eam amicabiliter, quasi animo compatienti ipsam his alloquitur: Heu! carissima Christina, quod cum tanto labore & vexatione huc venistis, & propositum hodie perficere non potuistis: Plebanus enim non est domi, & Missa hac die non debet cantari. His auditis Virgo Christi præ nimia cordis amaritudine penitus defeciisset, nisi ipsam divinus Spiritus intus in corde consolans [dixisset], quod à dæmone illusa esset; insuper & quod eodem die communicare deberet veraciter instruxisset. Sic igitur Virgo Christi ad ecclesiam pervenit; & communicans, totum illum diem in gemitibus & lacrymis amarissimis, continuavit; donec tandem circa sero voluntatem sui Dilectissimi de suis passionibus scire meruit; & sic usque ad diem tertium aliquantulum consolata permansit.

B *ac deinde in specie apri,*

direque ab eodem vulneratur,

sed sanatur à Sponso:

C *Terretur deinde, quasi deesset qui Missam dicat.*

56 Deinde post secundam Dominicam Adventus, per tres noctes sequentes, venerunt dæmones in specie ignis, multum horribiles, in thalamum Virginis orantis: & primo quidem ipsam blandis sermonibus & adulationibus attentabant, deinde mentem ejus variis comminationibus & pœnarum promissionibus fatigabant, totamque vitam & conversationem ejus tamquam perversam & erroneam reprobabant, & hoc per testimonium ceterorum Religiosorum, præcipuè Minorum Fratrum, qui sic non viverent, nequius affirmabant: corporaliter tamen in iis tribus noctibus non cruciabant. Quibus transactis, per quatuor noctes sequentes, usque ad tertiam Dominicam Adventus, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis: & post longas comminationes & vexationes, Virginem Christi, vestibus expoliatam, de proprio cubiculo ejecerunt. Et cum esset gelu fortissimum, per collum ipsam rapientes, ad quemdam montem proximæ villæ quæ Hingindorp dicitur adjacentem, trahendo per tepes, spinas & glebas congelatas perduxerunt. Illic quoque insultantes ei, & variis modis blasphemantes, dixerunt: Nonne modo manifeste vides nos esse Deos omnipotentes & Dominos tuos? dominamur enim tui propter erroneam & perversam vitam tuam, & juxta placitum nostrum nunc affligimus, nunc vero tibi parcimus: neque enim est alius Deus, qui te eripiat de manibus nostris. Hæc & plura his similia blasphemantes, evanuerunt: Virgo autem Christi à suo dilectissimo Sponso intime visitatur, sanatur, & in suum thalamum singulis noctibus mirabiliter revocatur.

D A. PETRO COÆVO EX MS.

eamane à 12 ejusdem,

per nocturnum gelu quater raptant in montem;

E

57 Post hæc vero à Dominica tertia Adventus usque in Vigiliam Nativitatis Domini, Virgo Christi singulis noctibus, post gravissimas comminationes, à prædictis dæmonibus transverso capite nuda per sepes, spinas, & villas interjacentes juxta civitatem Colonienſem, ad locum ubi fures & malefici damnantur, trahebatur. Erat autem in illo loco ignis maximus, diabolica arte compositus; & in medio ignis lapis ignitus, ad modum incudis positus. Tenentes itaque ibidem Virginem Christi, & mentem diversis inquisitionibus & exprobrationibus ultra modum affligentes, dixerunt: O miserrima, saltem adhuc tuiipsius miserta, nostris jussis obtempera, ut possis vivere; alioquin attrita tormentis gravissimis, sub hujus ignis voragine interibis. At Virgo Christi contra hæc omnia solâ animi constantiâ contendebat, & omni privata solatio hanc ex intimo corde orationem ad Deum dirigebat: Domine Iesu Christe, Sponse dulcissime, vos animam meam desolatam, & multis doloribus afflictam, in pace suscipite, & in vestro dulcissimo corde pereniter conservate; corpus vero meum juxta vestram voluntatem qualibuscumque pœnis exterminare permittite. His auditis dæmones illi atrociſſime sævientes, cum vehementi impetu in Virginem irruerunt: & corpus ejus igni involventes, super lapidem ignitum posuerunt; habentesque singuli malleos ferreos in manibus, super corpus Virginis horribiliter fabricaverunt; & alternatis vicibus suspendentes ictus & moram facientes, ipsam, utrum ab erronea vita resipiscere, & eorum consiliis acquiescere vellet, blasphemando interrogaverunt; & per hoc mentem Virginis mirabiliter cruciave-

& à 15 usque Coloniam;

ubi igni luculento injectam,

F

super ignitam incude malleis contundunt.

8 *Decemb. adsunt iterum tentatores;*

A runt. Sic ergo malleis cædendo, & ſulA. PETRO CŒVO EX MS. penſis ictibus moram faciendo, atque de converſione inquirendo, tamdiu ipſam torquerunt; donec corpus Virginis, aſperitate verberum, & multiplicitate tormentorum, quaſi in nihilum redegerunt; ita videlicet, quod de tota ſubſtantia corporis ipſius, carne & oſſibus attritis, nihil remanſit, niſi ſanguis ſpiſſus & coagulatus, ſicut ei poſtea à Domino revelatum fuit.

Unde ſibi reſtituta Virgo

58 Quis autem dubitet, felicem Virginis animam & immortalem Sponſæ ſpiritum ab immortali & æterno Sponſo ſuſceptum, in ejus dulciſſimo corde præ multitudine dolorum inæſtimabiliter fuiſſe conſolatum: qui etiam ſua mirabili potentia corpus ſuæ Dilectæ ſic attritum, & in nihilum redactum, reformavit, vivificavit, & in ſuum cubiculum mirabiliter collocavit? Hoc autem facto continuo ille dulciſſimus Sponſus ſubtrahitur, & mirifica conſolatio, per dæmonum blaſphemationes, Sponſæ in amaritudinem vertitur. In ultima vero nocte hujus pugnæ, hoc eſt in illa quæ Vigiliam Natalis

B antecedit, Virgo Chriſti ab eiſdem dæ*demum 24 Decembr.* monibus ad locum memoratum trahitur. Ubi poſt longas vexationes dæmones adverſus ipſam conſilium ineuntes, oculos ejus erui præceperunt; deinde naſum, aures, ſimul & totam faciem Virginis lacerando crudeliter abſtraxerunt. Hoc facto, apprehendentes Virginem cum maximo furore, ad quamdam ſilvam, quæ diſtat ab illo loco milliare & amplius, trahendo horribiliter perduxerunt. Illuc autem rurſus ipſam examinantes & variis exprobrationibus fatigantes, ſurſum à terra cum magno clamore levaverunt; & jactantes eam ſuper cacumina arborum,

in ſilva raptatur per cacumina arborum:

nunc per pedes, nunc per manus, nunc vero per caput apprehenſam immiſericorditer præcipitaverunt: ita videlicet, quod corpus Virginis dilaceratum, nunc frondibus infixum & ſuſpenſum inhæſit; nunc autem confractis ramis ad terram moribundum decidit. His ita geſtis, dæmones illi iterato conſilium ineuntes, dixerunt: Quoniam quidem maleficam iſtam ſic exterminare nequimus;

C agite nunc feſtinanter, ut omnes hujus ſilvæ arbores radicitus extirpentur, & ſuper hanc maleficam ad ſuffocandum atque exterminandum ipſam celerius præcipitentur. Hoc autem dicto, continuo dæmones illi, vehementi turbine univerſam ſilvam commoventes, arbores funditus extirpaverunt; quas ſuper corpus Virginis præcipitantes mole graviſſima depreſſerunt.

rurſumque in igne toſta & contuſa,

59 Hoc facto accedentes ipſi dæmones, & corpus Virginis duriſſime trahendo ad locum præmemoratum, ubi videlicet fures & malefici damnantur, reduxerunt; ibique maximum ignem, velut in præcedentibus noctibus, componentes, & lapide ignito in medio ignis poſito, diverſis eam inquiſitionibus & ſubſannationibus vexaverunt. Et poſtquam in ignem ipſam præcipitaverant, ferreis haſtilibus adinſtar ſubularum acutiſſimis, totum corpus Virginis undique trajicientes, miſerabiliter pupugerunt. Deinde Virgine Chriſti corpus & animam ſuam Sponſo ſuo dilectiſſimo commendante, dæmones vehementius exaſperati, tollentes corpus Virginis, ut ſupra dictum eſt, in D ignem præcipitaverunt; ponentesque ipſam ſuper lapidem ignitum ferreis malleis diutiſſime ceciderunt: necnon ad ſingulos ictus ipſam interrogando & blaſphemando, totum in nihilum, quemadmodum in præcedentibus, redegerunt. Tunc felix Sponſæ *ac denuo vivificata,* anima in cor ſui dulciſſimi Sponſi trajicitur, ibique ineffabiliter conſolatur: corpus vero ejus reformatur, vivificatur, & in eodem Paſſionis loco conſtituitur: ubi confeſtim, ad immenſam gloriam Sponſi ac Sponſæ, omnis illa horribilis turba dæmonum, numero videlicet octoginta, qui ipſam per totum Adventum afflixerant, ante conſpectum congregantur; & confitentes ſingulas ac univerſas operationes & ſuggeſtiones eorum nefandiſſimas, ſe quoque victos atque confuſos per omnia oſtendentes, dixerunt: Nos mendaces, licet inviti, modo fateri compellimur, quod non ſit alius Deus omnipotens in cælo & in terra, niſi is quem tu colis, & cui tota virtute ab initio deſervis. Ipſe enim ſemper ubique tecum eſt, & in omnibus paſſionibus tuis adjutor tibi E indefeſſus adſtitit: cujus nimirum adjutorio *dæmones victos ſuppliceſque dimittit,* cuncta tibi adverſantia conſtanter ſuperas, & in ejus nomine ſemper victrix glorioſa perſeveras. Precamur ergo te, ô Ancilla Omnipotentis Chriſtina, ut nos dimittas; numquam enim tibi moleſti erimus, numquam de cetero ſupplicia inferemus: propter te enim ultra modum affligimur; ſed & in inferno à noſtris conſociis graviſſime affligemur. Hæc & plura illis dicentibus, tandem dimiſſi à Virgine, cum maximis ululatibus receſſerunt. Ex hac ſiquidem manifeſta confuſione dæmonum Sponſa Chriſti, non in ſeipſa glorians, ſed gloriando in ſuum Dilectum tranſvolans, ineffabiliter conſolatur: & in tam mirabilis conſolationis continuatione in ſuum thalamum mirabiliter revocatur. Tranſactâ itaque cum magno gau- *& læta adgit Natalem Domini.* dio Vigiliâ Natalis, Virgo Chriſti ſequenti die, hoc eſt, in die ſancto [Nativitatis], ad eccleſiam læta pervenit: & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi raptim tranſiit.

F

CAPUT VII.

Mirabilia anni MCCLXXXII *uſque ad Paſcha.*

Initio anni dæmon oranti objicit gravem fœtorem;

60 COntigit autem infra Natale Domini & ſextam feriam, quæ eſt poſt Octavam Epiphaniæ, ut Virgo Chriſti tribus vicibus à quodam dæmone illuderetur per hunc modum. Cum Virgo Chriſti aliquibus diebus ſola domum cuſtodiret, & ſoror ejus Officio Miſſæ intereſſet; intra ſpatium Miſſæ Virgine orante, ille invidiſſimus totius boni hoſtis, orationem Virginis impedire cupiens, per modum nebulæ abominabilem fœtorem in nares & in faciem Virginis ſpargebat: ex cujus infectione Virgo Chriſti ſubito & quaſi ex improviſo exterrita & debilitata, ad terram corruit: ſed mox, dæmonis aſtutiâ agnitâ, ſurrexit; & viribus revocatis, conſtanti animo ad orandum in

ge-

genua ſe erexit. Ille autem confuſus confeſtim evanuit. Similiter alia vice, cum Virgo Chriſti iterum ſola in domo fuiſſet; venit quidam dæmon, in ſpecie pauperrimi ac debiliſſimi hominis, conſciſſis veſtibus, nudis brachiis & pedibus, ante domum Virginis gemens & eleemoſynam petens. Quem intuens Virgo Chriſti, & pauperem hominem veraciter ipſum eſſe credens, compatiens ipſi eleemoſynam tribuit: quam ille tremens, & quaſi præ nimia frigiditate in manibus ſervare nequiens, elabi manibus permiſit, & voce lacrymabili ad eam dixit: Niſi vos cariſſima puella, mei miſerta, veſtem mihi aliquam antiquam qua operiar tribuatis, præ nimia algoris aſperitate moriturum continuo me ſciatis. Tunc illa tam de verbis, quam de nuditate illius nimium mota, veſtem antiquam attulit, & propriis manibus ipſam induit, necnon ad ignem ut ſe calefaceret ſedere juſſit. Quo ſedente, & Virgine Chriſti refectionem ſibi procurante; ecce nequam ille, conſuetæ malitiæ ſuæ aſtutias ultra diſſimulare nequiens, depoſito paupertatis ac debilitatis habitu, juvenem formoſum ſe oſtendit, & ſubridens atque cachinnans Virginem diligenter inſpexit. Quod illa conſiderans, exterrita & ſtupefacta, vehementer timuit, tum quia ſola in domo fuit, tum quia mutari eum ſubito vidit; adhuc enim, quia dæmon eſſet, minime agnovit; hominem autem ipſum eſſe, & ſe pauperem ac debilem ſimulaſſe credidit. Surgens ergo dæmon exiit; & ſtans ante oſtium domus, ne forte quidquam in ea domo furtive raperet, diligenter cavit. Quid plura? Nequam ille, dum ſe fraudibus ſuis nil adverſus Virginem prævalere cerneret, ſubſannans dixit: Si amplius lucrari non potui, te tamen ad compatiendum mihi ac benigne tractandum induxi. Et his dictis cum ſono turpiſſimo evanuit; & poſt puſillum, veſtis, quam à Virgine receperat, ſciſſa in parvos panniculos, ante pedes Virginis projecta venit.

in ſpecie pauperis veſtem emendicat,

deinde in formoſum juvenem vertitur.

61 Nullam aliam vexationem Virgo Chriſti à dæmonibus, à Natali Domini uſque in ſextam feriam poſt [Octavam] Epiphaniæ, habuit, in qua communicans, in amplexus ſui dulciſſimi Sponſi continuo rapta fuit: ab illo vero die, uſque ad converſionem B. Pauli, Virgo Chriſti in magna conſolatione permanſit. Poſt converſionem B. Pauli uſque ad ſextam feriam ſequentem, Virgo Chriſti per quinque noctes continue à duobus dæmonibus afflicta fuit. Venerunt ſiquidem duo dæmones ſingulis noctibus in thalamum Virginis orantis, ſub ſpecie duorum juvenum pulcherrimorum, prætendentes facies tamquam Angelicas, & totum thalamum, magna quidem, ſed ſophiſtica luce replentes, necnon & duas candelas in manibus tenentes; qui leniſſimis ac ſuaviſſimis ſermonibus ipſam alloquentes, & virtutes ejus atque merita extollentes, dixerunt: Ecce, Cariſſima, nos ſumus duo Angeli, tibi de cælis tranſmiſſi, à Sponſo videlicet tuo, cui te ſemper ancillam fidelem & humilem exhibuiſti, & cui ab initio converſationis in dignis moribus placuiſti; ut in hoc loco, in quo multoties ſanguinem tuum fudiſti, & multa pœnarum genera ſuſtinuiſti, hac nocte vicem tibi rependamus, & pro multifariis paſſionibus conſolationes cum tanta luminis claritate exhibeamus. Hæc & plura verbis dulciſonis ad commendationem Virginis proferentes, mentem ejus per elationem ſeducere tentabant. Sed fruſtra ſpiritus falſitatis ſuæ calliditatis ſpicula [jacit] in illos, quos Spiritus veritatis, non ſolum protegendo cuſtodit, verum etiam in quorum cordibus velut hoſpes dulciſſimus ſtabilem atque perpetuam manſionem ſibi fecit.

16 *Virgo communicans, in extaſim rapitur:*

30 *accedunt 2 dæmones, in ſpecie Angelorum;*

62 Igitur Virgo Chriſti, conſolationem foris per imagines exhibitam recipere numquam ſolita, intus autem per Spiritum ſanctum pleniſſimè edocta, dæmonum aſtutiam & lucem ſophiſticam primo intuitu agnovit: humilians autem ſe, & propriam infirmitatem conſiderans, tandem ipſos dæmones his verbis alloquitur: Quid vos miſerrimi rectores tenebrarum, tanti ſplendoris lucem fallacem oſtenditis? Cur deterrimi inhabitatores infernalium pœnarum, ad veſtram confuſionem facies decoras prætenditis? Pudeat vos jam nunc ex hujus fallacis luminis oſtenſione, veri atque æterni luminis ſplendorem amiſiſſe, & ab illa cæleſti patria propter elationem in chaos perpetuum corruiſſe. Nunc itaque vos conjuro, per Dominum Ieſum Chriſtum, qui eſt candor lucis æternæ & ſplendor paternæ gloriæ, quatenus hujus fallacis luminis claritatem, vobis omnino contrariam, deponatis; & perpetui horroris deformitatem, vobis per omnia congruam, reſumatis. Vix Virgo verba finierat; & ecce ſplendor ille ſophiſticus confeſtim diſparuit; & dæmones, reſumptis propriæ deformitatis horrendis aſpectibus, quaſi tartareo igne ſuccenſi, aſtiterunt: & quidem pro candelis ardentibus, quas prius habere in manibus videbantur, nunc inſtrumentis ferreis utebantur. Et clamantes autem horribilibus vocibus, dixerunt: Quoniam quidem tu, ſeductrix & malefica, ſectando propriæ voluntatis duritiam, inique contra Dei voluntatem converſaris, & ſola inter omnes mortales viam erroneam ducere convinceris; inſuper & ſalutaribus conſiliis non acquieſcens, conſolationem tibi à nobis exhibitam vilipendis; reſtat ut graviſſimis tormentis excruciata, morte turpiſſima extermineris. Ad hæc verba Virgo Chriſti nil pavida, reſpondit: Minas veſtras, ô maligni ſpiritus, non timeo, quia pati pro amore Domini mei gaudeo: in me ergo quantocius explete [quæ promittitis]. Hæc dicens, devoto corde ad orationem illico ſe convertit.

ſed ſpreti à Chriſtina,

diriſſima quæque illi minantur:

63 Accedentes autem illi crudeliſſimi dæmones, & corpus Virginis inſtrumentis ferreis atque igneis undique transfigentes, horribiliter pupugerunt; ita videlicet, quod inſtrumenta illa candentia, corpori Virginis infixa, tamquam fluminibus intincta, cum vehementi ſtridore ſonitum dederunt; & ex omni parte corporis undam ſanguinis largiſſime produxerunt. Deinde vero cum mentem Virginis talibus tormentis flecti adhuc minime viderent, acriore furore ſuccenſi, arreptoque uno crure Virginis, crudeliter quatien-

ac demum crudeliter tortæ crus unum auferunt;

A. PETRO COÆVO EX MS.

A do & circumferendo, necnon ad parietes cædendo, horribiliter cruciaverunt: donec tandem, ex diuturnitate colliſionum & afflictionum, prædictum crus à corpore Virginis penitus abſtraxerunt: hoc facto dæmones, replentes thalamum Virginis fœtore immundiſſimo, ſubito evanuerunt. Quibus recedentibus, Virgo Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo ineffabiliter conſolatur; & crus prædictum, quod per dæmones abſtractum fuerat, mirabiliter reformatur: vulnera tamen latentia & occulta, uſque in ultimam noctem incurata relinquuntur; quæ tamen, licet gravia, Virgo Chriſti, præ interna conſolationis magnitudine, non ſenſit, vel potius ſentire contempſit. Illæ dæmonum illuſiones & paſſiones, ſimul & à Domino conſolationes, durabant per quinque noctes; hoc tamen adjuncto, quod in quinta nocte, poſt illuſiones, & afflictiones ſupradictas, dæmones illi cum magno furore irruerunt in Virginem; &, tamquam ſanis conſiliis parere nolentem, variis tormentis exterminare promiſerunt; corpus vero ejus ferreis atque igneis haſtilibus, ab imo uſque ad ſummum capitis trajicientes, ſicque ipſam ſurſum à terra levantes, ad montem quemdam arenoſum juxta villam ſitam, vociferando & blaſphemando ſurſum in aëre deportaverunt.

quo divini ius redditо,

poſt iterata incaſſum tormenta,

B

exhibent ei quamdam ſpeciem paradiſi.

64 Illic quoque tollentes ipſam ſublimius in aëre, maximam lucis claritatem fallaciter oſtenderunt: in qua quidem luce imagines & facies pulcherrimas prætenderunt, quæ videlicet imagines Virgini applaudentes, & quaſi de adventu ſuo gaudentes, ipſam ad ſe properare hortabantur. Porro dæmones inſultantes ei dixerunt: Vide; vel ſaltem adhuc, ab errore diuturno reſipiſcens, noſtris conſiliis acquieſce & claritatem jucunditatis, tibi jam præparatam, capeſce. At Virgo Chriſti, quam dæmonum calliditas non latebat, horrens fallacis luminis claritatem, & expuens in facies ſibi ſurſum oſtenſas, pati potius pro amore Domini noſtri Jeſu, quam eorum nugatorias conſolationes recipere ſe velle dicebat. Hoc audito dæmones illi, immenſo furore repleti, cum magno gaudio corpus Virginis ad terram præcipitabant; & per circuitum montis trahentes, necnon cruda vulnera arenæ involventes, ipſam mirabiliter cruciabant. Hoc autem facto prædicti dæmones, nihil amplius adverſus Virginem valentes, tamquam captivi & catenis conſtricti, in eodem loco perſtiterunt: Virgo autem Chriſti iterum à ſuo dilectiſſimo Sponſo viſitatur, conſolatur, ſimul & corpus ab omni læſione curatur. Tunc dæmones coram Virgine comparentes, & cum magna confuſione & tremore cunctas ſuas nequitias confitentes, dimitti ſe à Virgine, quia victi eſſent & graviter afflicti, ſuppliciter poſtulabant: qui tandem dimiſſi à Virgine, cum magno ejulatu & planctu receſſerunt.

C

Victos denique ſe faſſi, orant dimitti.

31 læta Virgo communicat,

65 Sequenti autem die, hoc eſt in ſexta feria quæ eſt ante Purificationem beatæ Virginis, Sponſa Chriſti ad eccleſiam pergens, communicavit; & continuo rapta, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi feliciter tranſvolavit. Ab illo itaque die uſque in primam Dominicam Quadrageſimæ, Virgo Chriſti in conſolatione permanſit: quo quidem die contra horam veſperarum, invaſit eam graviſſimum tædium. Tunc enim ſubtracta omni conſolatione, tribulatio Virginis inchoatur, quæ durans uſque in Cœnam Domini per incrementa temporum continuis doloribus augebatur. Ab ipſa enim prima Dominica uſque in ſequens Sabbathum, Virgo Chriſti abſque dæmonum vexatione graviſſimum cordis tædium ſuſtinuit; confidentiam tamen aliqualem ad ſuum Dilectum habuit. In hoc vero Sabbatho Virgo Chriſti communicans, totum illum diem in fletibus amariſſimis continuavit; & tandem de voluntate ſui dilectiſſimi Sponſi certificata, uſque in diem tertium aliquantulum conſolata permanſit. Deinde vero uſque in Sabbathum, quod eſt ante Dominicam Lætare, ſingulis noctibus venerunt dæmones, aſpectu horribiles, in thalamum Virginis orantis; qui variis & iniquis perſuaſionibus Virginem Chriſti primo aggredientes, & totalem vitam & converſationem ſuam nequiter pervertentes, & quidquid hactenus cum ea, ſive in paſſionibus, ſive in conſolationibus actum fuiſſet, operationi ſuæ adſcribentes, ipſam deceptam fuiſſe in omnibus affirmabant; & hoc per teſtimonium aliorum Religioſorum, qui ſic non viverent, mendaciter confirmabant. Inter cetera quoque infinita quæ blaſphemantes ipſi præponebant, unum malum graviſſimum, videlicet de æterna damnatione matris & patris ejus, Virgini objiciunt; de quorum ſalvatione Virgo Chriſti longe ante à Domino certificata fuerat, & idcirco dæmones mentem Virginis multo amplius affligebant, qui ipſos in ſua poteſtate ſe habere, propter multiplices eorum exceſſus, & maxime ob hanc cauſam quia ipſam, tamquam commune damnum & manifeſtum opprobrium, toti mundo procreaſſent, mendaciſſime aſſerebant. Hæc graviſſima tribulatio durabat per ſingulas noctes uſque in Sabbathum prædictum, quod eſt ante Dominicam Lætare: ſed adhuc corporalem læſionem per illas noctes à dæmonibus non receperat.

D

15 Febr. incipit gravi tædio affligi.

24 vexari à blaſphemis dæmonibus 37.

E

inter alia objicientibus, parentes cauſa eius damnatos,

65 In hoc autem Sabbatho Virgo Chriſti communicans, cum totum diem in gemitibus & amariſſimis lacrymis tranſegiſſet, nullam conſolationem habuit; niſi quod tandem contra ſero de voluntate ſui dilectiſſimi Sponſi certificata, aliquantulum reſpiravit, & uſque ad tertium diem à dæmonibus vexata non fuit. Quo tranſacto, ſingulis noctibus ſequentibus uſque ad Dominicam Judica, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis; & quemadmodum de damnatione patris & matris prædixerant, ſecum duos dæmones, unum ſcilicet ſub ſpecie patris, alium, ſub matris ipſius Virginis, coram facie ejus ſtatuentes adduxerunt, & diverſis eam ſermonibus & blaſphemiis, ſicut ſupra dictum eſt, vexaverunt. Deinde dæmones illi, ſub ſpecie matris & patris adſtantes, voce lamentabili & planctu amariſſimo ſe damnatos ac damnandos fore æternaliter fatebantur: ipſam vero ut ab errore diuturno & à ſtatu periculoſiſſimo citius reſipiſceret, ne ad æterna ſupplicia deſcenderet, inſtantiſſime hortabantur: reliqui vero dæmones circumſtantes diverſa ſibi tormentorum genera oſtendebant, quibus ipſam affligendam, & poſtremùm ad inferos ſecum trahendam, niſi cito à perverſa vita ſua reſipiſceret, promittebant. Hæc vexatio dæmonum durabat per ſingulas noctes uſque ad

idemque facientibus ab 11 Martii uſque ad 15.

F

Do-

A Dominicam Judica ſupradictam, abſque ullo corporis cruciatu: qua tranſacta, per ſingulas noctes uſque ad Cœnam Domini, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis, diverſis eam comminationibus, necnon per repræſentationem patris & matris, ac per allocutionem eorumdem, ſicut prædictum eſt, diu multumque fatigantes; tormenta præcedentibus noctibus ad terrendam eam oblata, afferri quantocius præceperunt.

iidem 16 Martii circulum ferreum candentem afferunt,

67 Venerunt ergo duo dæmones, ferreum circulum, tamquam ex fornace candentem, & adinſtar circuli medii latum, clavis acutiſſimis intrinſecus undique inſertum & circumpoſitum, apportantes, malleos igneos ſimul tulerunt: cum quibus prædictum circulum tangentes, & ſcintillas ex ipſo elicientes, coram aſpectu Virginis ſteterunt; comminantes quoque ei dixerunt: Niſi tu, miſerrima ſeductrix, ab erronea vita tua celerius reſipiſcas, horribilem circulum capiti tuo continuo hunc figentes, duris malleorum ictibus ipſum per ſcapulas conſumptis carnibus, uſque ad medium corporis, malleando violenter impellemus. Poſt hæc vero alii duo dæmones, portantes inſtrumentum putei quoddam, ferreum & curvum ad modum hauritorii, in quo rotæ putei ad hauriendum volvuntur, catenam igneam circumvolutam [oſtenderunt]; quam corpori infigendam, & ſic gyrando dilacerandam fore dixerunt. Deinde lapidem ignitum & concavum, cum pilis ferreis, clavis undique inſertis atque ad terrendum aptiſſimis, afferri præceperunt: in quo & cum quibus ipſam conterendam & ad nihilum redigendam fore, niſi citius reſipiſceret, affirmaverunt. Ad ultimum vero duo dæmones vocati venerunt, portantes in manibus duas lanceas acutiſſimas, quas pedibus Virginis ſe infigere debere dicebant. Hæc omnia ſimul coram Virgine tenentes, ipſam à ſuo ſancto propoſito avertere cupiebant: ſed Virgo Chriſti contra hæc omnia ſolâ animi conſtantiâ dimicabat, & omni conſolatione privata vulneribus ſui dilectiſſimi Sponſi inceſſabiliter inhiabat.

B *& mortarium cum pilis ferreis,*

ac lanceas duas:

quorum aſpectu nihil motam,

68 Videntes igitur dæmones invincibilem Virginis conſtantiam, & culpantes moram, ipſam horribiliter invaſerunt; & ſingula tormentorum genera, C eo ordine quo prius oſtenderant, ipſi intulerunt. Quidam enim ex ipſis circulum igneum, clavis imbutum, capiti ejus impreſſerunt; & cædentes ferreis malleis ipſum per ſcapulas Virginis, caute ſimul & carne obſtridentis ardoris voraginem conſumptis, uſque ad medium corporis impulerunt. Hoc facto accedentes alii dæmones cum ferro hauritorio, catenam circumvolutam igneo circulo, corpori Virginis circumdato, infixerunt; tollenteſque corpus Virginis ſurſum in aërem, volvendo ac circumferendo miſerabiliter cruciaverunt. Deinde corpus Virginis cum maximo furore & impetu in lapidem ignitum & concavum projicientes, & pilis ferreis fundentes, conſumptis oſſibus & carne, tamquam in nihilum redegerunt. Virgo autem Chriſti virtute divina confeſtim reformatur, atque ad tolerandum cetera tormenta, mirabiliter roboratur. Poſt hæc vero prædicti dæmones, hauritorium illud per os & fauces Virginis transfixerunt; & duo quidem ex ipſis lanceis acutiſſimis pedes Virginis trajicientes, terræ profundius infixerunt: reliqui vero volvendo & circumferendo, necnon & horribiliter torquendo Virginem, ſupremam partem ab infima diviſerunt. Hæc autem omnia tormenta quibuſdam noctibus intra thalamum Virginis contingebant: reliquis vero noctibus Virgo Chriſti, nudata veſtibus, à dæmonibus ad quemdam montem, aliquantulum à villa diſtantem, ubi fures & malefici damnari ſolent, trahitur. Ubi poſt illata tormenta omnia ſupradicta, interrogantes eam dæmones & blaſphemantes, dixerunt: Nunc, miſerrima ſeductrix, unum tibi è duobus elige, aut adhuc à damnabili pertinacia animi tui reſipiſcas, & noſtris monitis ſalubribus acquieſcas: quod ſi ſpreveris, guttur tuum nefandiſſimum igneâ catenâ transfixum, ad ſpectaculum omnium prætereuntium, huic patibulo contemptibiliter affigemus: ibi quoque poſt vitam tuam turpiſſima morte conſumptam, corpus & animam nobiſcum ad tormenta infernalia deferemus.

D A PETRO COÆVO EX MS.

ac patibulo ſuſpenderunt.

E

69 Cumque hæc & his ſimilia dæmones diu blaſphemaverant, Virgo Chriſti, licet omnino deſolata, corde tamen ſurſum erecto hanc orationem ad Dominum voce ſupplici dirigebat: Domine Jeſu Chriſte, amator dulciſſime, in manus veſtras animam meam recommendo: vos eam in pace ſuſcipite, & in veſtro dulciſſimo corde perenniter conſervate: corpus vero meum, juxta veſtram benigniſſimam voluntatem, à dæmonibus diſcerpi, & quacumque morte terminari permittite. Hæc audientes dæmones, irruentes in eam, cum maximo furore guttur Virginis catenâ igneâ trajicientes, ad patibulum ſuſpenderunt, & hoc facto, derelinquentes ipſam dæmones, diſparuerunt. Et ecce continuo duo Angeli à Deo miſſi veniebant, qui corpus Virginis à patibulo ſolventes, & cum magna reverentia ſuſcipientes, cunctis læſionibus ſanatis, præter illam quam de circulo candente in medio corporis receperat, ad proprium thalamum mirabiliter reducebant. Hæ vero paſſiones ſimul & Angelicæ conſolationes durabant per ſingulas noctes à Dominica Judica ſupradicta, uſque in Cœnam Domini; hoc tamen excepto, quod Virgo Chriſti in Vigilia Palmarum communicavit & de voluntate F ſui dilectiſſimi Sponſi aliquantulum conſolata, uſque ad diem tertiam à dæmonum perſecutione libera fuit. In ultima vero nocte hujus certaminis, hoc eſt in illa quæ Cœnam Domini antecedit, poſt multiplices vexationes, prædicti dæmones Virginem Chriſti de ſuo thalamo extrahentes, agitando, & in ſimilitudine improperii ipſam inter ſe volutando, uſque ad locum patibuli perduxerunt; & colaphis ipſam cædentes, picem bullientem expuendo in faciem ejus miſerunt; adhibenteſque ei omnia tormenta ſupradicta, circulum candentem cædendo cum tanta ferocitate impellebant, quod non ſolum cutem cum carne, velut in præcedentibus noctibus, verum etiam ipſa brachia præ nimia coarctatione à corpore dividebant, & eam ad patibulum ſuſpendebant. Præterea loco lapidis concavi, in quo Virginem præcedentibus noctibus conterendam projecerunt; nunc ipſam in maximum ignem, in eodem loco compoſitum, projecerunt: & ſalientes pedibus ſu-

Unde ſolutam ab Angelis.

ſic pergunt omni nocte cruciare, uſque ad Cœnam Domini:

quando iterum circulo candenti corpus diſtrinxerunt,

tum contundunt in mortario,

dein dirius torquent,

A per ipſam, flammæ penitus immerſerunt; & tandem inde ereptam, per pedes ejus haſtilibus tranſfixis, terræ profundius infixerunt: & reliquo inſtrumento per collum tranſfixo, tamdiu corpus Virginis torquendo circumgyrabant, quouſque pedes & crura à corpore Virginis amputabant. Poſtremum vero corpus, cum amputatis partibus, cum catena ignea patibulo alligabant.

A. PETRO COÆVO EX MS.

ac tandem victos ſe faſſi dimitti petierunt,

70 Iis omnibus peractis, dæmones illi, non ſicut præcedentibus noctibus evanuerunt; ſed expectantes eorum magnam confuſionem & graviſſimam, in eodem loco, quaſi duris compedibus vincti, permanſerunt. Igitur tunc ille dulciſſimus Sponſus ſuam Dilectam ineffabili conſolatione viſitavit; corpus vero ejus ab omni læſione curavit & mirabiliter reformavit. Quid plura? Stant dæmones illi confuſi coram Virgine, ſingulas ac univerſas verſutias ſuas exponentes; & dimitti ſe ab ipſa, quia vehementiſſime affligerentur, ſuppliciter poſtulaverunt; & quot eorum eſſent numero,

B qui ipſam per totam Quadrageſimam afflixerant, videlicet triginta ſeptem edixerunt; & quid nihil ſui juris in patre & matre prædictæ Virginis haberent, clamaverunt; præterea numquam de cetero ſe ipſam impugnaturos, ſed graviori ſupplicio æternaliter ſe cruciandos fore, pronuntiaverunt. Tandem vero, cum multa commendabilia ad gloriam Dei protuliſſent, dimiſſi à Virgine, flendo & miſerabiliter ejulando receſſerunt: quibus recedentibus Virgo Chriſti, cum ingenti conſolatione, in ſuum thalamum mirabiliter revocatur. Igitur ſequenti die, hoc eſt in Cœna Domini feliciter tranſacta, Sponſa Chriſti ſola ſuo thalamo ſe incluſit, & ſuo dilectiſſimo Sponſo ſingulis horis compatiens, necnon & ſtigmata paſſionis ejus veraciter recipiens, uſque in Vigiliam Paſchæ ab oculis cunctorum mortalium abſcondita latuit; & ſequenti die, hoc eſt, in die ſancto Paſchæ, Virgo Chriſti ad eccleſiam pergens, communicavit; & continuo in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi raptim tranſvolavit.

illa lætum Paſcha agente 29 Martii,

CAPUT VIII.

C *A Paſchate anni* MCCLXXXII, *uſque ad medium Octobrem.*

18 *Aprilis, adeſt dæmon totus hirſutus ſubulis ferreis;*

71 IGitur tranſactis poſt feſtum Paſchæ duabus hebdomadis, Virgo Chriſti denuo communicavit, & confeſtim in amplexus ſui Sponſi rapta fuit; & ſic in magna conſolatione uſque in ſextam feriam permanſit. Qua tranſacta, ſequentibus noctibus, uſque in quartam feriam, quæ feſtum Apoſtolorum Philippi & Jacobi præcedebat, venit quidam dæmon horribilis aſpectu in thalamum Virginis orantis, cujus corpus deterrimum quod induerat, quaſi ſubulis acutiſſimis undique inſcitum & circumpoſitum fuerat. Quem Virgo primitus intuita, & ex improviſo perterrita expavit: ſtatimque timore poſtpoſito, ſpem ſuam & fiduciam in Domino collocavit. Porrò ille deformiſſimus accedens ad Virginem, & orationes ejus impedire cupiens, dicebat: Quouſque tu, miſerrima omnium hominum, vitam perverſam & irrationabilem, Deo au-

& niſi ad vitam communem ſe referat, diraminatur;

tem exoſam & abominabilem, actitare conaris? Quamdiu in pertinacia animi tui infelix perſiſtis? Quis enim inter cunctos Religioſos, Deo famulantes, ſic perverſe vivit? Quis contra humanam legem noctes abſque ſoporis requie deducit? Quiſve inter cunctos mortales ſic perverſe & irrationabiliter agit? Et idcirco quia tu ſola inhumanam & erroneam vitam ducere probaris, propterea ab Altiſſimo noſtræ poteſtati tradita, tantis à nobis ſuppliciis cruciaris & niſi vel ſaltem adhuc, licet ſero, ſtultitiam & erroneam vitam tuam deſeras, & ad rationabilem vitam te convertas; corpus tuum iis ſubulis acutiſſimis undique perforabo; multiſque ſuppliciis exterminatam, mecum apud inferos cruciandam æternaliter, collocabo. Ad hæc verba Virgo Chriſti conſtanti animo reſpondit: Comminationes tuas, ô maligne ſpiritus, derideo; quia pati pro amore Domini mei Jeſu Chriſti non formido. His auditis dæmon ille ſæviens, ipſam horribiliter invaſit: & corpus Virginis orantis, nec à genuflectione ceſſantis, transfodiendo miſerabiliter cruciabat: ita quod unda ſanguinis ubertim perfluens, terram undique rigabat. Quo facto, recedente dæmone, Sponſa Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo ineffabiliter conſolatur, & omnis exterior læſionis apparentia, per quam Virgo Chriſti notari aut diffamari potuiſſet, penitus annihilatur, dolor tamen læſionis uſque ad ultimam noctem ſentitur. In ultima vero nocte hoc eſt in illa quæ feriam quartam prædictam antecedit poſt tormenta prædicta confuſus ille dæmon, recitatis totius malitiæ ſuæ artibus, Virgine Chriſti jubente, cum tanto ſtrepitu & turbine receſſit, quod Virgo Chriſti partem thalami ſui ipſum ſecum detuliſſe credidit. Quo recedente, Sponſa Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo ineffabili gaudio conſolatur; corpus vero ejus ab omni læſione & dolore plenarie curatur.

nec perſuaſam dirius confodit;

ſed illa divinitus ſanatur & conſolatur 29 Apr.

72 Sequenti autem die, hoc eſt in quarta feria prædicta, quæ videlicet feſtum Apoſtolorum Philippi & Iacobi antecedit; cum Virgo Chriſti gratiâ communicandi mane ad eccleſiam pergere deberet, occurrit ei quidam retro villam dæmon, ſub ſpecie cujuſdam Clerici nomine Henrici de Sincere, qui quondam in eadem villâ ſcholas rexerat, & ſibi multum familiaris extiterat. Hunc dum Virgo Chriſti procul ad ſe venientem aſpiceret, & vultum ejus ſerioſum atque turbatum cerneret, admirans hoc nequaquam ſine cauſa eſſe credidit; & dum appropinquare ſibi cœpiſſet, ſalutans eum, dixit: Quid eſt, cariſſime Magiſter, quod cum tanta feſtinatione & animi turbatione mihi occurritis? in facie enim veſtra perpendo, quod graviter turbatus ſitis. Cui ille, gemens & quaſi flens, dixit: O cariſſima Chriſtina, magna & gravis eſt occaſio quæ me turbatum reddidit. Ecce Dominus noſter Plebanus, meus jam dudum familiaris amicus, quamdam Religioſam ſibi multum familiarem habuit, quam ex inſtinctu diaboli hac nocte abducere clam præſumpſit. Parentes vero ejus intelligentes hoc factum, ipſoſque cum magna feſtinatione inſequentes, in ſilva quæ Poilheym dicitur invenerunt. Ubi cum maximo furore irruentes in eum, gra-

dæmon autem, in forma Clerici noti occurrens,

mentitur ei, Plebanum deprehenſum læſumque ad mortem

A gravia ſibi vulnera inflixerunt, & truncatis manibus & pedibus ipſam tamquam mortuam reliquerunt. Sed credo quod adhuc plene mortuus non ſit: rogate igitur, Cariſſima, Deum, ut ipſi, jam in extremis laboranti, veram compunctionem & peccatorum veniam miſericorditer præſtare dignetur. His auditis Virgo Chriſti exterrita, & vehementer conturbata, reſpondit: Deus, qui corda novit omnium, ſcit quia ſuper hoc facto vehementer doleo: ſed quid ad hæc facere poſſum ignoro: habeo enim propoſitum communicandi, unde vobiſcum diutius ſtare non valeo: ſed ite in pace, & devotis orationibus pro eo orate: ego autem ibo ad Dominum Ioannem, in recluſorio manentem, & ipſum ut Miſſam celebret, & me communicet, rogabo. Et hoc dicens, averſa ab ipſo ulterius procedebat, verbis tamen ſuis fidem adhibuit quia ipſum non dæmonem, ſed hominem ſibi familiarem & amicum Dei fore credidit. Cumque Virgo,
B non ſine gravi perturbatione, ad cœmeterium perveniſſet, reſpiciens vidit eumdem Plebanum ſibi occurrere, & intus admonita per ſpiritum, ſe illuſam fuiſſe à dæmone didicit: quapropter ſuo dilectiſſimo Sponſo devotas gratiarum actiones retulit.

Sed illa, eodem mox conſpecto, fraudem agnoſcit;

& poſt Communionem rapta,

73 Intrans ergo eccleſiam Sponſa Chriſti, poſt Confeſſionem ſimul & Miſſæ celebrationem, cum magno deſiderio communicavit: & continuo in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi tranſvolavit, & ſic uſque ad diem tertium multum conſolata, à dæmonum perſecutione quieta permanſit. Quo tranſacto, per tres noctes ſequentes venit quidam dæmon, in ſpecie ferociſſimi equi, in thalamum Virginis orantis: qui hiante gutture horribiliter hinniens, terram pedibus fortiſſime concutiebat; & horribilem ſtrepitum faciens, orationem Virginis impedire cupiebat. Quem Virgo Chriſti primo & ex improviſo intuita, vehementer expavit: ſtatimque ab hac trepidatione mentem revocans, & ſuo Dilecto intendens, de ſtrepitu ſuo nihil penitus curavit, ſed in orationibus intrepida perſeveravit. Quod videns ille callidiſſimus, ſtatim confuſus evanuit;
C & nihil mali ei intulit. Poſt hæc vero tribus aliis noctibus ſequentibus, videlicet uſque in Dominicam quæ eſt poſt Aſcenſionem Domini, venit idem dæmon in ſpecie horribili in thalamum Virginis orantis; & verbis horribilibus alloquens eam dixit: Uſquequo, miſerrima omnium hominum, in pertinacia animi tui perſeveras? Quamdiu in perpetuam damnationem tuam in perverſitate tua pernicioſe aberras? Tu enim pervertis & deſtruis ordinationes & leges, à cunctis ſapientibus ſancitas: tu ſola præcedentium Patrum & omnium Religioſorum ſtatuta ſalubria contemnis & violas: tempore enim quietis inaniter vigilas & oras; tempore refectionis abſtines & jejunas; ſicque in omnibus perverſe agis, & non Dei, ſed tuiipſius voluntatem execrabilem perficis, ideoque noſtræ poteſtati ab Altiſſimo traderis. Oſtendens autem ei inſtrumentum quoddam ad modum tridentis acutiſſimi, dixit: Niſi properanter meis monitis acquieſcas, & ceſſans ab inutili confabulatione tua in ſtra-

novum hoſtium terriculamentum ſpernit.

A 7 Maji uſque ad 19 conatur dæmon ab oratione avertere,

acuto tridente minax;

to requiem capias; hunc tridentem, per
D mentum, linguam ſimul & guttur tuum trajiciam, & perpetuum tibi ſilentium imponam; & tunc videbo quid proſit tibi inutilis confabulatio tua, & hujus quem invocas laudatio. A. PETRO COÆVO EX MS.

74 Hæc & plura his ſimilia dæmone loquente, Virgo Chriſti audacter in hæc [verba] prorupit: Quid tu, ô maligne ſpiritus, verba tua fallacia inaniter conſumis? Quid minis & ſuppliciis fruſtra me terrere conaris? Nam iis quibus me terrere cupis, confortas; & quibus me à laude Domini mei Ieſu Chriſti avertere conaris, plus provocas. An neſcis quod minas & tormenta tua derideo; quia pro amore Domini mei Ieſu Chriſti, qui pro me paſſus eſt, pati toto corde deſidero? Ipſe enim mihi eſt requies, unica ſpes, vera ſalus, vita perennis. Nam ut lingua mea prohibita, fortaſſe à laude ejus ceſſaret; cor meum & anima laudes ejus perenniter reſonarent. Quid ergo, mendaciſſime, tardando moraris? Feſtina juxta
E præceptum Domini mei in me perficere quod minaris. His dictis, dæmon ille confuſus evanuit, & nihil ei moleſtiæ per illas tres noctes intulit: Virgo autem Chriſti in magna conſolatione & gratiarum actione permanens, diebus ſupervenientibus jucundiſſima apparuit. Igitur tranſactâ Dominicâ prædictâ, ſcilicet quæ eſt poſt Aſcenſionem Domini, per ſingulas noctes ſequentes uſque in diem ſanctum Pentecoſtes, venit prædictus dæmon in thalamum Virginis orantis, portans tridentem ferreum in manu ſua, & inter plurima verba ſuperius dicta hoc quoque adjecit: Nunc, miſerrima ſeductrix, linguam tuam blaſphemam obmuteſcere faciam. Nunc videbo quis ille ſit, quem toties invocas, & de cujus auxilio inaniter gloriaris. Nunc videbis & tu, quam fideliter tibi aſſiſtat, & eripiens te de manibus meis potentiæ meæ reſiſtat. Cui Virgo Chriſti intrepida reſpondit; Minas tuas, nefandiſſime ſpiritus, non timeo; & tormenta, mihi pro amore Domini mei Ieſu Chriſti infligenda, ſummo cordis deſiderio expecto: matura igitur facere quod promittis, quia plus morando quam minando me affligis.
F Hoc dixit, & capite inclinato cum corde, in voluntatem ſui Dilectiſſimi paratam ſe ad quæcumque tormenta [toleranda] exhibuit.

ultróque provocantem,

confuſus dimittit.

75 His auditis, dæmon ille atrociſſime ſæviens, in ipſam irruit; & tridente ferreo trajiciens mentum, linguam ſimul cum gutture conſtrinxit; & inſultans ei atque improperans dixit: Ubi nunc, ô miſerrima, eſt gloriatio tua? Ubi nunc Amici tui invocatio atque laudatio. Si Amicus tibi eſt, modo veniat; ſi adjutor, nunc tibi ſubveniat. Clare ergo nunc cognoſcere potes, quam vana & inutilis ſit ſpes tua, quam perverſa & erronea vita tua. Unde ſi adhuc à perverſitate tua ceſſare velles, & meis conſiliis acquieſcere; continuo ſolutam, ſanam & incolumem te redderem, & in magna tranquillitate & felicitate de cetero te gaudere facerem; alioquin, ſi in pertinacia animi tui perſeveraveris; veſtibus nudatam, per ſpinas & vepres ad proximam villam, quæ Poilheym dicitur, te traham; ibique ad ſpecta-

ſed mox revertens uſque ad 17 poſt iteratas minas,

guttur ejus tridente configit

atque etiam ab eſu linguæ ſpretus,

A. PETRO COÆVO EX MS.

A ctaculum omnium præsentium, contemptibiliter ad turrim ecclesiæ te suspendam; & post innumerabilia tormenta tibi illata, morte turpissima interficiam. Ad hæc verba Virgo Christi nil pavida, sed in amore sui dilectissimi Sponsi amplius solidata, quia loqui non poterat, voluntatem & dedignationem animi sui certis indiciis demonstrabat. Quid plura? sævit ille crudelissime, & omnia quæ comminando præfatus fuerat explevit in Virgine. Vestibus siquidem ipsam expoliatam, nudam de thalamo suo ejiciebat; & trahens ipsam cum tridente, per guttur Virginis transfixo, per sepes, spinas & tribulos, cum ipsa cunctas fruges se velle prosternere dicebat; & levando ipsam sursum in aëra atque gyrando, ad terram sæpissime projiciebat; & sic tandem ad proximam villam, quæ Poilheim dicitur, perducebat; ibique rursum ipsam interrogans & subsannans, tandem caput Virginis tridente transfixum turri fortissime incutiebat; & iterum atque
B iterum interrogans ipsam atque improperans, clavum magnum ferreum atque ignitum sibi ostendit, quem nisi adhuc resipiscere vellet per corpus transfigere, & sic deinceps muro incutere minabatur. At Virgo Christi, licet non posset verbis, tamen certis indiciis minas suas se penitus contemnere fatebatur.

illam raptat usque in Poilheim:

& clavo ignito transactam, affigit turri;

76 Accessit itaque dæmon ille nequissimus, clavum igneum allatum per umbilicum & dorsum Virginis transverberans, muro profundius incutiebat; & sic denique subsannans atque blasphemans, dicebat, Nunc, miserrima & infelicissima omnium hominum, manifeste vides, quod Sponsum tuum nec nominare nec invocare vales: sed neque ipse, quicumque est, suffragari tibi, nec de manibus meis liberare te poterit. Unde vel saltem adhuc, in extremo vitæ tuæ, resipisce, & meis consiliis acquiesce. Quod si feceris, ego te incontinenti ab omni læsione curabo, multis honoribus & dignitatibus sublimabo, totam parentelam tuam ditabo, & adorari te tamquam Deum ab omnibus procurabo. Et ecce, ut mihi ad ea quæ tibi proposui respondeas, loquendi possibilitatem tribuam. Hæc
C dicens, subito tridentem à capite Virginis extraxit, & caput solutum reflectens, super pectus ipsius Virginis reclinavit. Virgo itaque, loquendi possibilitate recepta, dæmonis comminationes & tormenta deridens, paratam se ad sustinendum omnia, pro amore sui dilectissimi Sponsi, constantissime fatebatur. Audiens hoc dæmon ille sæviissimus, acriore furore stimulatus, ipsam crudeliter invasit: apprehensoque capite, ad murum faciem ejus collisit. Itaque partibus organicis concussis & avulsis, jam non facies, sed horror in ea apparuit. Et hoc facto iterum blasphemando, Virginem, si vellet adhuc acquiescere, ut faciem deformatam, cum perfecta sanitate, insuper & rerum omnium ubertate atque felicitate, per eum posset recipere, interrogavit. Tunc Virgo Christi præ nimia indignatione, si os habuisset, utique in faciem dæmonis expuisset; sed quoniam os ad loquendum seu ad expuendum non habuit, indignationem cordis suis certis indiciis ostendit.

retractoque tridente loquelæ restituit, ut Sponsum neget;

77 Post hoc vero dæmon ille furibundus D ad Virginem accessit, & durissimis lapidibus pectus Virginis contundens, atque ultra modum affligens, recessit. Quo recedente, ecce continuo duo Angeli cælitus missi veniebant; qui solventes corpus Virginis, cum magna reverentia sanum per omnia reddebant; præter plagam quam de clavo igneo per medium corporis habuit, quæ in corpore Virginis, ob signum dilectionis, usque in ultimam noctem incurata permansit. In ultima vero nocte, hoc est in illa quæ diem sanctum Pentecostes antecedit, post tormenta omnia superius enumerata, Virgo Christi, non ab Angelis, sed à suo dilectissimo Sponso intime consolatur; corpus vero ab omni plaga plenarie curatur. Insuper & locus vulneris in umbilico, per impressionem pulcherrimæ Crucis, ab ipso Sponso signatur; & sic nihilominus in thalamum suum mirabiliter revocatur. Ubi dum Virgo Christi flexis genibus suo dilectissimo Sponso, pro ineffabilibus beneficiis, laudes E devotas persolveret; ecce continuo dæmon ille, qui ipsam jam dudum cruciaverat, confusus & tremebundus coram Virgine adstitit; & lamentabili voce enumerans malitias suas, dixit: O Christina, Ancilla Omnipotentis fidelissima, miserere mei: ego enim callidissimus, inter multa millia dæmonum exquisitus, juxta imperium Altissimi fueram destinatus, ut te Ancillam Dei variis & nefandis nequitiæ studiis tentarem, & à vero ac salubri proposito diversis cruciatibus, si possibile esset, revocarem: nunc autem expletis in te, secundum mensuram mihi ab Altissimo traditam, universis nequitiarum mearum studiis, insuperabilis mentis tuæ constantia me per omnia superavit, & pœnam atque confusionem perpetuam mihi ampliavit. Nunc autem confusus & victus, ab orationibus tuis tamquam igneis catenis ligor, & ardens vehementissime affligor. Dimitte ergo me, ô Ancilla Christi, quia de cetero numquam tibi molestus ero. At Virgo Christi humiliter se prosternens, & suo Dilectissimo humiliter gratias referens, dæmoni respondit: Non ego, ô maligne spiritus, sed Dominus meus Iesus Christus te superavit: in cujus nomine tibi præcipio ut confestim F discedas, & nulli de cetero molestus fias. Itaque dæmon ille, plorans & ejulans, recessit; & Virgo Christi in gratiarum actione permansit. Mane autem facto, hoc est, in die sancto Pentecostes, Virgo Christi ad ecclesiam læta proficiscitur; & communicans, in amplexus sui dilectissimi Sponsi confestim rapitur, ubi ineffabili dulcedine spiritus sancti feliciter inebriatur.

recusanti, os pectusque contundit;

quæ denique ab Angelis curata,

illo se victum fatente,

victoriam in Sponsum refert:

78 De passionibus autem quæ contra Virginem Christi de festo Pentecostes usque ad festum B. Remigii contigerunt, quantum nobis constat, hoc notate: quod Virgo Christi ante Assumptionem beatæ Mariæ, quasi per integram hebdomadam, singulis noctibus à quodam dæmone horribiliter vexabatur. Venit siquidem dæmon ille, aspectu multum horribilis, in thalamum Virginis orantis; & singulis noctibus corpus Virginis, aut crudeli incendio concremabat, aut duris verberibus cædendo & pedibus conteren-

à 6 Aug. ad 15, quoc noctibus ustulatur & cæditur,

do

A do miſerabiliter cruciabat ; ita quod, præ nimia læſionis acerbitate, ſanguis ſub cute conglomeratus & inſpiſſatus, totam corporis ſuperficiem ad modum pellis æthiopis denigravit. Sed benedictus Deus, qui ſuam Dilectam ſingulis noctibus viſitavit, ſanavit, & in ſui dilectiſſimi thalamo cordis feliciter collocavit. Poſt hæc vero, cum alia vice, videlicet ante feſtum, Virgo Chriſti communicare proponeret ; tribus noctibus diem Communionis præcedentibus, à quodam dæmone graviter afflicta fuit. Nam idem dæmon per ſingulas noctes, Virginem Chriſti orantem horribiliter invaſit, & quaſi ferreis manibus atque duriſſimis, rupto utero Virginis, quaſi in ictu oculi, omnia viſcera & inteſtina ejecit. Quod tamen tormentum, licet amariſſimum, Virgo Chriſti gratanter & lætanter ſuſtinuit, quia voluntatem ſui dilectiſſimi Sponſi in hac parte veraciter agnovit : & ille dulciſſimus Sponſus, ſuam Dilectam ſingulis noctibus viſitans,

B perfectæ ſanitati reſtituit, & in ſuo dulciſſimo corde ineffabili gaudio lætificavit ; plures tamen Virgo Chriſti paſſiones ſuſtinere potuit, quas nobis indicare noluit.

& à Sponſo liberatur.

79 Igitur tranſactis poſt feſtum B. Remigii quinque diebus, pugna Virginis fortiſſima inchoatur : nam adverſus eam horribilis turba dæmonum congregatur : qui videlicet dæmones, per tres noctes diem B. Gereonis præcedentes, horribiliſſimis aſpectibus in thalamum Virginis veniebant, & nefandis exhortationibus variiſque comminationibus Virginem Chriſti, ut ab erronea vita reſipiſceret, & ſalutaribus conſiliis acquieſceret, admonebant. At Virgo Chriſti, in Domino confiſa & de minis eorum haud pavida, conſtanti animo reſpondit : O vos, maligni ſpiritus, comminationes veſtræ non terrent, ſed potius robur & audaciam mihi præbent : gaudeo enim & parata ſum, pro amore Domini mei Jeſu Chriſti, quæcumque tormentorum genera tolerare. Unde nolite tardare, nolite parcere ; ſed quidquid vobis à Domino imperatum fuerit, feſtinate perficere. Ad has Virginis conſtantiſſimas reſponſiones, dæmones illi confuſi abierunt, & Virginem per illas tres noctes in

C nullo læſerunt. Sequenti autem die, hoc eſt, in die B. Gereonis, Virgo Chriſti communicandi gratiâ mane ad eccleſiam tranſeundo villam, ſola perrexit. Cumque jam ad vicum declivum, proximum cœmeterio, veniſſet ; reſpiciens vidit ultra ſe maximam turbam, tamquam armatorum, venientem. Expavens itaque Virgo Chriſti & horrens, ſicut hoc genus hominum ſemper timere ſolet ; aſcendendo monticulum cœpit à via pauliſper declinare : homines enim ipſos armatos, & non dæmones, fore credidit. Illi autem, ut viderunt eam declinare, amplius poſt eam acceleraverunt ; & verbis horriſonis, fruſtra eam declinare, nec eorum manus poſſe effugere clamaverunt : extentis autem lanceis, quas manu geſtabant, omnes immaniter in Virginem irruerunt. Perforato itaque pallio, ipſam ad terram dejecerunt : & poſt hæc lacerantes idem pallium, ſecumque in aëra deferentes, tantum particulam parvam, ſuper quam ſederat, Virgini reliquerunt. Tunc Virgo Chriſti, tam ex dictis quam ex factis dæmonum,

A 7 Oct. per tres noctes fruſtra ſolicitatur.

10 invaditur à turba armatorum,

quos agnoſcens dæmones eſſe, Sponſum invocat :

evidenter agnovit malitiam ; & turbata non tantum ex perditione pallii & operatione dæmonum, ſed magis ex timore proclamationis & diffamationis hominum ; erectis in cælum oculis ſuum dilectiſſimum Sponſum, ut eam in hac neceſſitate exaudire, & ab omni populari diffamatione cuſtodire dignaretur, humiliter exorabat. Vix orationem Virgo finierat, & ecce ille dulciſſimus Sponſus ſuam Dilectam intime viſitavit : & pallio reſtituto & reformato, ipſam mirabiliter confortabat. Surgens itaque Virgo Chriſti, ultra ad eccleſiam proficiſcitur : & communicans, in amplexus ſui Dilectiſſimi continuo rapitur ; & ſic uſque ad diem tertium, abſque dæmonum perſecutione, quieta permanſit. Deinde ſequenti die poſt prædictas Veſperas, duæ formoſiſſimæ Cruces in manu Virginis apparebant, una videlicet infra manum, reliqua vero ſupra, tamquam futuræ paſſionis indicia.

D

A PETRO COÆVO EX MS.

& ſuſcepta Communione conſolatur.

CAPUT IX. E

A medio Octobris uſque in Adventum anni MCCLXXXII, *cum abſolutione animæ matris.*

80 EX tunc autem uſque in diem omnium Sanctorum, venerunt prædicti dæmones, tartareo igne ſuccenſi & fœtore abominabili repleti, ſingulis noctibus in thalamum Virginis orantis, & variis comminationibus ac pœnarum promiſſionibus atque blaſphemiis mentem Virginis ultra modum affligebant ; & niſi cito à perverſa vita ſua ſecederet, ipſam eodem igne quo ſuccenſi fuerant ſuccendere, & ſpurcitias quibus repleti erant in corpus ejus transfundere, & ſic ſaltem ad inferos æternaliter cruciandam ſecum trahere, minabantur. Ad hæc omnia Virgo Chriſti vehementer conturbata, & interna conſolatione privata, nihil reſpondit : ſed vulneribus ſui dilectiſſimi Sponſi immobiliter intendit. Talibus comminationibus & pœnarum promiſſionibus prædicti dæmones mentem Virginis, uſque ad tertiam Dominicam, ſingulis noctibus affligebant ; & nullam adhuc ipſi corporalem læſionem inferebant. Sed Virgo Chriſti, per ſingulas has noctes uſque in diem omnium Sanctorum, ſenſibiliter quidem & indicibiliter graviſſimos cruciatus ardoris & frigoris, inſuper & alias pœnas innumerabiles & humanis viribus prorſus intolerabiles, ad modum Purgatorii ſuſtinebat : in tertia vero hebdomada, hoc eſt in illa quæ feſtum omnium Sanctorum proximè antecedit, venerunt prædicti dæmones, aſpectibus horridiores, in thalamum Virginis : & cum ſingulis noctibus, variis & iniquis ſermonibus primitus ipſam afflixiſſent, & in ſuo propoſito immobiliter perſeverare vidiſſent, cœperunt præ nimio furore horribilibus vocibus mugire, & ad invicem ſævire dicentes : Quouſque huic nefandiſſimæ ſeductrici parcere debemus ? Quamdiu induratam atque obſtinatam mentis ejus malitiam ſuſtinebimus, quæ nec minis flectitur, nec ullis rationibus à ſua perverſitate corrigitur ? Hæc & plura

F

A 14 Oct. ad 1 Novemb. à dæmonibus quot noctibus ſolicitatur,

& circa 25 deducto ab iis ore, impletur fœtidâ ſpurcitiâ ;

A iis ſimilia blaſphemantes, duos dæmones nominatim vocaverunt: quibus ut ferreis unguA. PETRO COÆVO EX MS. lis, quas manu tenebant, os Virginis late extenderent, præceperunt. Illis autem continuo parentibus, & os Virginis crudeliter extendentibus, reliqui dæmones abominabilis fœtoris ſpurcitiam ori Virginis infuderunt. Hoc facto, extendentes ſimili modo aures & oculos Virginis, idipſum fecerunt.

torquetur frigore nimio 7 noctibus,

81 Poſt hoc vero accedentes quidam ex ipſis, manus & pedes Virginis inſtrumentis acutiſſimis transfigentes, corpus ejus ab imo uſque ad pectus, niveis atque intolerabilibus frigoribus immergentes, diutiſſimè ibidem retinuerunt. Hæc vero tormenta durabant per integram ſeptimanam ſingulis noctibus; hoc adjuncto, quod in ultima nocte, ſcilicet quæ eſt ante diem omnium Sanctorum, poſt tormenta omnia ſupradicta, dæmones illi, conſilio iniquo inito, dixerunt: Videtiſne quod his omnibus tormentis hanc maleficam exterminare non poſſumus? Graviora ergo tormenta ſibi adhuc inferamus, quibus ipſa funditus

B *ac denique ferrâ igneâ caput ejus finditur,* exterminata, memoriam ejus à ſeculo tollamus. His dictis venerunt duo dæmones, & ferram igneam mordaciſſimam apportantes, ſupra caput Virginis retinuerunt. Virgo autem Chriſti, viſo hoc horribili inſtrumento, vehementer expavit: & quia mortem ſibi imminere videbat, exclamans voce magna, animam ſuam ſuo dilectiſſimo Sponſo humiliter commendavit. Hoc audientes dæmones blaſphemando clamabant: Scindite nunc caput hujus peſſimæ ſeductricis; & videamus ſi

ſed reſtauratur à Sponſo: Sponſus ejus, quem toties invocat, & de cujus adjutorio inaniter gloriatur, ſibi in hac neceſſitate ſubveniat, & eam de manibus noſtris eripiat. Hæc dicentes, & caput Virginis cum magno furore ſcindentes, in quatuor partes diviſerunt, ita quod partes avulſæ hinc inde miſerabiliter corruerunt. Hoc autem facto, dæmones illi confuſi, & tamquam igneis catenis conſtricti, in eodem loco immobiles permanſerunt. Interea Sponſa Chriſti, tot ſuppliciorum generibus ab ergaſtulo corporis expulſa, in thalamum ſui dilectiſſimi Sponſi læta ſuſcipitur, & ibidem ineffabiliter conſolatur: ſed & ipſum corpus, in capite fruſtatim ſciſſo, per impreſſionem Crucis, ab ipſo

C Sponſo mirabiliter reformatur.

& victrix de hoſtibus ſuperatos ſe faſſis,

82 Stabat igitur Sponſa Chriſti cum magna jucunditate & exultatione, ſuum Sponſum in omnibus glorificans: ſtabant autem ex adverſo ipſi dæmones, & cum tremore & maxima confuſione, totius malitiæ modum & ordinem exponentes, & veniam poſcentes, dixerunt: O Chriſtina, fideliſſima Omnipotentis Ancilla, miſerere noſtri: nos enim ſumus dæmones, numero ſex millia; quibus ab Altiſſimo imperatum eſt, ut tibi, pro exceſſibus tuæ matris, hæc tormenta ſingula & univerſa inferremus: quibus omnibus expletis, juxta menſuram nobis ab Altiſſimo traditam, nos plane victos atque confuſos per omnia confitemur. Dimitte ergo nos, ô Ancilla Omnipotentis, quoniam vehementer affligimur:

in die Sanctorũ 00. intelligit iis pœnis numquam enim tibi de cetero moleſti erimus, ſed pro injuria tibi illata graviſſimas deriſiones & afflictiones apud collegas perpetuo ſuſtinebimus. Hæc & plura illis dicentibus, tandem Virgine jubente, plorando & miſerabiliter ejulando, receſſerunt. Sequenti vero die, D hoc eſt in die omnium Sanctorum, Virgo Chriſti læta ad eccleſiam properavit; & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi *abſolutam eſſe animam matris.* continuo tranſvolavit; ubi inter infinita gaudiorum maria, hoc pro novo atque recenti gaudio percepit, quod ſuam dilectam matrem, pro qua tanta ac talia ſuſtinuerat, coram benefica facie ſui dilectiſſimi Sponſi, inter cetera Sanctorum agmina ineffabiliter glorificatam invenit. Inter cetera autem quæ ei de matre à Domino revelata ſunt, hoc ipſi ſimiliter revelatur; quod prædicta mater ejus, ſexcentis adhuc annis in Purgatorio puniri debuiſſet; niſi ipſam æterni Sponſi benignitas, ob paſſiones & merita ſuæ dilectiſſimæ Sponſæ miſericorditer abſolviſſet.

Apparentem tertio in ſpecie Fratris dæmonem

83 Ab illo ſiquidem feſto pæne ad feſtum S. Cæciliæ, Virgo Chriſti conſolata permanſit, aliquotics tamen occurrens ei dæmon ſub diverſis ſpeciebus ipſam illuſit. Tribus namque vicibus occurrit Virgini Chriſti, cunti ad eccleſiam, retro villam quidam dæmon, E ſub ſpecie fratris ſui Sigwini in habitu ſeculari: adhuc enim de receptione ejuſdem in Ordinem Prædicatorum per litteras non intellexerat, & multum pro eo ſolicita fuerat. Et quidem duabus primis vicibus, cum prædictus dæmon in ſpecie memorati fratris ſui ipſi occurreret; Virgo Chriſti territa, tamquam de reditu ſuo vehementiſſimè perturbatur; tamen ſpeciali dilectione mota, ipſum venientem ad ſe, ignorans quia dæmon eſſet, amicabiliter amplexatur. At ille, calliditatis ſuæ figmenta ultra diſſimulare nequiens, cachinnans ac furiali riſu exultans, confeſtim evanuit. Tertia autem vice, cum idem dæmon ſub eadem ſpecie Virgini appareret; illa edocta à Domino, dæmonis aſtutiam agnovit, & adjurans eum dixit: Quid tu, ô maligne ſpiritus, in ſpecies peregrinas mendaciter te transformas? Quare ſub ſpecie fratris mei me per- *agnoſcit & fugat.* turbas? Qui reſpondens ait: Etiam ſi ad plenum te decipere non potui, orationes tuas ſaltem interrumpendo impedivi, quia cor tuum aliquantulum ad fratrem inclinatum agnovi. His auditis Virgo Chriſti, flexis genibus, culpabilem coram Domino ſe reddidit; pro eo videlicet, quod ſic tepide orationibus intenta fuiſſet; quod eam dæmon, ſub ſpecie F fratris ſeu alicujus rei, à ſua intentione revocare potuiſſet. Et his dictis, continuo dæmon confuſus abſceſſit. Item alia vice, cum Virgo ſtans in curia ſub quadam arbore Veſperas ſuas dicere debuiſſet; quidam dæmon, habens caput adinſtar caldarii magnum, cornibus flammivomis undique circumpoſitum, *Item alium cum grandi capite oberrantem,* veniebat. Quem Virgo intuens, & dæmonem fore agnoſcens, his verbis alloquitur: Quorſum, ô maligne ſpiritus, cum tanta feſtinatione properas? Quid ſibi volunt hæc ignea cornua, quæ in tam deformi capite geſtas? Qui reſpondens ait: Sic feſtinans & currens totum [mundum] circumeo, & corda hominum hoc peſtifero igne ſuccendo; & juxta meam voluntatem ad quodlibet facinus inclino. Tunc Virgo Chriſti adjurans ipſum, monuit ut loca deſerta peteret, & de cetero nulli hominum in nocumentum fieret. Ille autem continuo ad Virginis juſſionem ſubſannans, & furialiter cachinnans, receſſit.

84 Item

A 84 Item quadam die, circa horam Miſſæ, cum Virgo Chriſti ſola in domo fuiſſet, & flexis genibus in orationibus ſtetiſſet; ecce ſubito & quaſi ex improviſo, quidam dæmon genibus Virginis ſubſtratus, voce lamentabili, tamquam hominis jugulati ſeu per cor transfixi, garrire cœpit. Quod audiens Virgo Chriſti, ſubito expavit: ſed erecto corde ad Dominum; confeſtim dæmonis aſtutiam agnovit, adjuranſque eum dixit: Cur me, ô maligne ſpiritus tot figmentorum tuorum fallaciis moleſtas? quare ſic garriendo vociferas? Cui ille; Tu, inquit, per orationem tuas gravius me crucias & moleſtas: tu mihi damnum irrecuperabile importas; nam his, quos ſub poteſtate mea jam dudum tenui, per orationes tuas violenter me ſpolias. Si ergo à tali perverſitate, per quam non modicum me impedis, velles deſiſtere, & more ceterorum hominum in pace vivere, poſſes commodius illuc quo deſideras pervenire. Inſuper & hanc artem & ſubtilitatem te docere vellem, quatenus in ictu oculi poſſes ad quemcumque B locum deſiderares ac velles, velociter pervenire. Ad hæc verba Virgo Chriſti indignans reſpondit: Artes tuæ & ſubtilitates tecum ſint, maledicte, in æternam perditionem: ego enim nihil aliud ſcire volo aut deſidero, niſi voluntatem Domini mei Jeſu Chriſti: præterea malitias & aſtutias tuas, ubicumque potero, impedire de cetero non dimittam. Tandem cum hæc & plura invicem contuliſſent, Virgine jubente ut diſcederet; malignus ille ſpiritus, licet invitus, compulſus tamen à Domino, dixit: Quia tu, Ancilla Omnipotentis, orando genua tua ſæpiſſimè flectis, idcirco mihi ab Altiſſimo imperatum eſt, ut me genibus tuis pronum ſubſternerem, ac per hoc me à te victum apertiſſimè oſtenderem. Hæc dicens, cum nebula fœtidiſſima continuo diſceſſit: Virgo autem Chriſti gratias agens, ſuum dilectiſſimum Sponſum benedixit.

ac tertium genibus ſuis ſubſtratum,

atque arcana docere pollicitum;

85 Poſt hæc vero quadam nocte, cum Virgo Chriſti in orationibus ſtaret, & præ magnitudine devotionis & exultationis, prout ſæpius ſolet, mente exceſſiſſet; quidam dæmon, ſtans per totam noctem, & quaſi canina voce horribiliter latrans, Virginem Chriſti à C ſopore ſuaviſſimo excitare fruſtra conabatur: tandem contra diem, cum Sponſa Chriſti, de tam dulci ſopore evigilans, ſibiipſi redderetur; illo nequam adhuc clamante, ſaltem clamor ille terribilis ad aures Virginis pervenit. Illa vero admirans, utrumnam in curia aut in platea, ubi canes latrare ſolent, eſſet, ignoravit. Demum vero aſtutia dæmonis agnita, adjurans eum, cur hoc faceret, quidve intenderet, interrogavit. Qui reſpondens ait: Ecce, tu Ancilla Omnipotentis, orando ſine ceſſatione clamas, & clamando multa damna mihi paras; idcirco & ego adverſum te clamans clamavi, & clamando per totam noctem laboravi: clamor autem tuus in tantum prævaluit, quod meus excitare te minime valuit. Cumque hæc & plura dixiſſet; tandem Virgine jubente evanuit. Item ante feſtum B. Cæciliæ, per tres noctes, Virgo Chriſti à duobus dæmonibus graviſſime torquebatur. Venerunt ſiquidem dæmones ſingulis vicibus in thalamum Virginis orantis, & dum ipſam variis ſermonibus diu fatigaſſent, unus ex ipſis habens igneum inſtrumentum ad modum tridentis in manibus, corpus Virginis trajiciens, crudeliter cruciavit: alter vero ipſum corpus in eodem tridente quatiendo, & ad terram collidendo, mirabiliter cruciavit. Sed ille dulciſſimus ſuam Dilectam ſingulis noctibus viſitans, ineffabiliter lætificavit, necnon ab omni læſione curavit. Itaque Sponſa Chriſti, in die B. Cæciliæ ad eccleſiam veniens, communicavit, & in amplexus ſui Dilectiſſimi continuo tranſvolavit.

quartum item, tota nocte latrantem.

Poſt 18 Novemb. noctibus 3, tridente igneo configitur.

D A PETRO COÆVO EX MS.

CAPUT X.

Animæ patris & juvenis cujuſdam à Purgatorio abſolutæ, cum reliquis actis anni MCCLXXXII.

86 AB illo ergo die uſque in primam Dominicam Adventus Domini, Virgo Chriſti abſque dæmonum infeſtatione in magna conſolatione permanſit: qua tranſacta bellum novum, pro abſolutione patris ipſius Virginis, ſicut ab æterno præordinatum fuerat, inchoatur, & Virgo Chriſti multis agminibus dæmonum circumdatur. Siquidem dæmones, multum horribiles & tartareo igne ardentes, per primam hebdomadam, ſingulis noctibus in thalamum Virginis venerunt, & variis inſtrumentorum fallaciis totalem converſationem Virginis reprobantes, dixerunt: Quia tu, infeliciſſima inter cunctos mortales, vitam perverſam & irrationabilem ducere probaris, & ſalutaribus conſiliis non uteris; idcirco ab Altiſſimo poteſtatem ſuper te habemus: affligimus enim te, & parcimus cum volumus; mortificamus, & cum placuerit denuo vivificamus: unde, niſi adhuc ab erronea vita reſipiſcens, noſtris conſiliis acquieſcas, & vitam rationabilem ducas, diverſis te tormentorum generibus cruciabimus, & ſaltem morte turpiſſima exterminatam nobiſcum ad æterna ſupplicia deportabimus. His & pluribus hujuſcemodi comminationibus prædicti dæmones Virginem Chriſti, per primam hebdomadam, ſingulis noctibus vexaverunt, nullam F tamen ei adhuc corporalem paſſionem intulerunt: ſed Virgo Chriſti per tres primas noctes, habens conſolationem & fiduciam in Domino, dæmonum comminationes deſpiciens non curabat; quia voluntatem ſui dilectiſſimi Sponſi de futuris ſuper ſe paſſionibus ardenti cordis deſiderio expectabat; reliquis vero noctibus, omni conſolatione ſubtracta, omnino deſolata permanſit.

Pro abſolutione patris ſui defuncti, à 30 Nov. minas hoſtium octiduo paſſa,

87 Poſt ſecundam vero Dominicam, ſequenti nocte, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis orantis, & verbis horriſonis alloquentes eam, dixerunt: Nunc, miſerrima ſeductrix, ſub noſtra poteſtate concluſa es, & manus noſtras effugere nuſquam potes. Nunc oportet, ut vel certe adhuc ab erronea vita hactenus habita reſipiſcas, aut obſtinata exquiſitis tormentis [intereas]. Ad hæc verba Virgo Chriſti illa quidem nocte conſolata, conſtanter reſpondit: O vos maligni ſpiritus, minas veſtras & tormenta non timeo; moram culpo, quia vos tardare in his conſpi-

& poſt 6 Dec. eoſdem generoſe provocans,

A cio, quæ ex voluntate Domini mei Ieſu Chri-
A. PETRO COÆVO EX MS. ſti ventura ſuper me cum magno deſiderio exſpecto: nolite ergo tardare, moras rumpite, & ſi quid vobis à Domino imperatum fuerit, in me quantocius explete: tunc dæmones furibundi, ac nimio furore ſuccenſi, ad invicem clamantes, dixerunt: Quid nos, ſtulti & inſipientes, parcendo huic maleficæ tempus perdimus, cujus obſtinata malitia nec conſiliis corrigitur, nec minis ullatenus terretur? Auditis enim qualiter, non ſolum minas non metuit, ſed (quod altius erit) inſultare nobis, tamquam impotentibus, præſumit. Agite ergo, ô ſocii, & hanc miſerrimam ſeductricem diris ſuppliciis excrucitate; & videamus, ſi Deus, in quo inaniter gloriatur, ſibi in auxilium veniat, & eam de manibus noſtris eripiat. His dictis, unus ex ipſis proſiliens, catenam igneam collo Virginis circumdedit, quæ vehementiſſimi ardoris voragine collum Virginis exurens, horribiliter cruciavit. Hoc facto, accedentes duo alii dæmones, & corpus Vir-
B ginis erectis ſurſum pedibus tollentes, ad terram tranſverſo capite crudeliter retrudebant; & blaſphemantes dicebant: Nunc, ſeductrix, manifeſte vides, quod alium præter nos Deum ſeu adjutorem non habes. Si enim alius tibi Deus ſeu adjutor eſſet, utique in tantæ neceſſitatis articulo non deeſſet. Dic ergo, ſi adhuc ab errore tuo deſiſtere, & noſtris conſiliis acquieſcere velis; ut recepta à nobis perfecta ſanitate, in magna tranquillitate & pace de cetero vivere poſſis; alioquin veſtibus exſpoliatam, nudam te cum hac ignea catena, ad ſpectaculum & opprobrium omnium hominum, per totam villam trahemus, & clamando totum populum convenire faciemus.

catenâ igneâ cingitur,

89 Cumque hæc & hujuſmodi dicerent, & Virginem immobiliter in ſuo propoſito ſtare cernerent, acrius ad iram concitati, ipſam horribiliter invaſerunt; & veſtibus ipſam exſpoliatam, cum catena ignea collo ejus adſtricta, nudam prius per vicos & plateas totius villæ, deinde extra villam ad agros circumjacentes, cum eſſet gelu fortiſſimum, cum blaſphemationibus & tumultu maximo, traxerunt: & cute cum carne detracta, totum corpus Virginis excoriando, plaga miſe-
C rabili fauciaverunt; & hoc facto relinquentes ipſam tamquam mortuam, abierunt. Illis autem abeuntibus, ecce Angelus de cælo miſſus continuò veniebat, qui tollens corpus Virginis cum magna reverentia ſanatum, & tamquam leniſſimo atque callidiſſimo pallio obumbratum, in proprium thalamum mirabiliter reducebat. Inter hæc tormenta Virgo Chriſti ſingulis noctibus, à ſecunda Dominica Adventus uſque in ſextam feriam ſequentem, permanſit omni conſolatione ſubtracta, quam in prima nocte, de voluntate ſui Dilectiſſimi Sponſi, in corde habuit: & ſingulis noctibus ab Angelo ſanata, pallio obumbrata & domum mirabiliter reducta fuit: hoc tamen adjuncto, quod in ultima nocte, hoc eſt ante illam quæ eſt ante ſextam feriam ſupradictam, poſt tormenta ſuperius enumerata, illi nefandiſſimi dæmones Virginem Chriſti ad quemdam horribilem locum trahendo perduxerunt; ubi tamquam operculo depoſito ſpeluncam profundiſſimam, ſulfure & pice bullienti plenam, aperuerunt: in quam, poſt multas in-

& nuda cum eadem per villam raptatur:

ſed ab Angelo ſanatur, & pallio tegitur.

quiſitiones & blaſphemias, Virginem eorum
D conſiliis cedere nolentem, tranſverſo capite præcipitantes, innumeris vicibus immerſerunt; & tandem ipſam, tamquam ſuffocatam & penitus extinctam relinquentes, abierunt. Virgo autem Chriſti ab Angelo prædicto, à loco ſordidiſſimo eripitur, & cum magna conſolatione ſanata per omnia, domum reducitur. Mane autem facto, hoc eſt in ſexta feria prædicta, Virgo Chriſti ad eccleſiam pervenit: & communicans, totum illum diem in gemitibus & amariſſimis lacrymis continuavit; donec tandem contra ſero, voluntatem ſui dilectiſſimi Sponſi de ſuis tribulationibus ſcire meruit, & in hoc aliquantulum reſpirans, uſque ad diem tertium à dæmonum perſecutione quieta permanſit.

Patris animam velut damnatam intuita,

90 Quo tranſacto, venerunt prædicti dæmones ſingulis noctibus, uſque ad quartam Dominicam ſequentibus, in thalamum Virginis orantis; & poſt verborum & commina-
E tionum vexationes, annectentes catenam igneam collo Virginis, nudam cum magno clamore extra villam ad ſingulos agros, quos pater ejus quondam dives poſſidere videbatur, trahentes, facie tenus perduxerunt; & in ſingulis partibus agrorum exprobrantes Virgini, dixerunt: Hi ſunt agri, propter quos pater tuus, in peccatis vivens & moriens, apud inferos perpetuis cruciatibus eſt deputatus; & jam particeps noſtri effectus, noſtro collegio perpetuo eſt aſſociatus: & te quidem, ejuſdem patris filiam, niſi confeſtim erroneam vitam tuam te velle poſtponere fateris, diverſis tormentis exterminabimus: & nobiſcum ad inferos delatam, apud patrem tuum æternis incendiis cremandam locabimus. Hæc dicentes, & Virginem immobilem cernentes, ipſam ad ſingulas partes agrorum cum magno tumultu ſurſum in aërem levaverunt; & inter manus ſuas duriſſimas crudeliter jactantes, ad terram multoties præcipitaverunt; & innumeris ictibus cædentes, mirabiliter cruciaverunt. Poſt hæc verò, cum ingenti clamore & ſtrepitu, ad villam unde exierant cum Virgine revertentes, ipſam per vicos & plateas totius villæ traxerunt: & per ſingularum curiarum paludes ſimarias, nive & gla-
F cie conſtrictas, corpore Virginis [pertracto, ipſum] cædendo & confringendo diſſolverunt. Hoc autem [faciebant] trahentes & tenentes Virginem ſinguli in unaquaque curiarum, in qua major familia eſſe videbatur; & interrogantes ipſam, utrumnam adhuc ab erronea vita ceſſare vellet, omnes unanimiter vociferantes, clamaverunt.

pro eadem à 14 Dec. per agros ejus rapta-tur

& in ſingulis torquetur:

91 Inſuper & hoc, ad cumulum dolorum Virginis, nequitiæ ſuæ artibus effecerunt; quod quidam, in ſpecies virorum ac mulierum transformati, & tamquam horribili ſtrepitu excitati, ad ſpectaculum ignominiæ Virginis adſtiterunt: qui omnes una voce inſultantes Virgini atque blaſphemantes dixerunt: Nunc manifeſte patent multifariæ ſeductiones, quas ſeductrix iſta jam dudum exercuit. Nunc verum factum eſt, quod de hac ſeductrice Ordo *a* Minorum ac ceterorum Religioſorum nobis multoties *a* prædixit: ecce nunc palam oculis noſtris cernimus, quomodo in poteſtate dæmonum detinetur, & ab ipſis horribiliter torquetur.

coram magna in ſpeciem multitudine,

Sta-

A Stabant autem & alii dæmones, Virginem Chriſti tenentes, atque dicentes : Hæc eſt illa miſerrima ſeductrix, quæ numquam ſanis conſiliis ab erronea vita ſua corrigi potuit, ſed in duritia & perverſitate animi ſui pernicioſiſſime perſeverans, numquam reſipiſcere voluit; ideoque poteſtatem habemus ſuper ipſam, nobis ab Altiſſimo traditam; ſcilicet ut, nullo prohibente, & cruciare eam & ſanare pro placito noſtro valeamus. Unde niſi ſaltem reſipiſcere adhuc voluerit, ipſam, vobis cernentibus, diris cruciatibus exterminatam nobiſcum ad æterna ſupplicia deferemus. Hæc & plura illis dicentibus, & Virgine Chriſti in ſuo propoſito perſeverante, dæmones ipſam, cum magna exprobratione & ſubſannatione, ſurſum in aëra levaverunt; & innumeris vicibus ad terram præcipitantes, aquis congelatis & niveis immerſerunt; & reliquis cernentibus, variis eam tunſionibus atque verberibus cruciaverunt : reliqui vero dæmones ſub ſpecie hominum

B dixerunt : Nunc, infelix & miſeranda, miſerere tui ipſius : clama & dic, quod libenter velis reſipiſcere, ut poſſis tam horribilia tormenta evadere : conſultius enim tibi eſt, omni ſpecie ſanctitatis & religionis poſtpoſita, ad ſeculum te convertere, & communem vitam ducere, quam poteſtati dæmonum ſubjacere, & ab eis tam gravia ſupplicia ſuſtinere : nos enim omnes, proſcriptâ omni felicitate regni cæleſtis, potius eligeremus etiam poſt hanc vitam ad inferna deſcendere, quam ſemper in tali miſeriâ vivere. Idcirco, pro vitandis tantis ac talibus ſuppliciis, quamcumque vitam aggreſſa fueris, ad quemcumque ſtatum declinaveris, etiamſi quodlibet maximum facinus committeres, meritò à nobis inculpabilis permaneres. Quam graviter, quamque ſuper omnes corporales afflictiones inconſolabiliter cor Virginis ex hujuſcemodi ſermonibus affligeretur, ſolus ille novit, qui corda omnium intuetur.

92 His itaque omnibus peractis, noviſſimè venit quidam dæmon, furibundus & horridus, portans lanceam acutiſſimam in manibus; quam per medium corporis Virginis trajiciens, terræ profundiſſimè infixit. Hoc au-

C tem facto, relicta Virgine tamquam mortua, dæmon ille cum ſuis ſodalibus receſſit. Illis vero recedentibus, Sponſa Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo intime conſolatur, ſanatur, & in ſuum thalamum mirabiliter revocatur. Vulnus tamen, quod de lancea transfixa receperat, uſque in ultimam, ſcilicet in illam noctem, quæ Vigiliam Nativitatis præcedit, incuratum in corpore Virginis relinquitur. Hæc vero tormenta durabant per unam hebdomadam ſingulis noctibus, videlicet uſque ad quartam Dominicam Adventus : & duabus quidem primis noctibus, Virgo Chriſti, de voluntate ſui dilectiſſimi Sponſi & de vicina abſolutione patris ſui aliqualiter conſolata, dæmonum afflictiones gaudens & libens pertulit : reliquis vero noctibus interius & exterius omnino deſolata fuit; & hoc ipſum magnum ſolatium, quod in fine afflictionum ſingulis noctibus à ſuo dilectiſſimo Sponſo mirabiliter impendebatur, protinus per dæmonum afflictiones cordi ejus in ampliorem amaritudinem vertebatur. Igitur tranſactâ Dominicâ quartâ, ſequenti nocte venerunt D
prædicti dæmones in thalamum Virginis A. PETRO
orantis; & poſt multas comminationes, ca- COÆVO
tenam igneam, quam præcedentibus nocti- EX MS.
bus collo Virginis circumdederant, nunc
contra medium corporis, id eſt ſuper pla- *Exinde per-*
gam lanceæ recentem atque cruentam, ad- *trahitur uſ-*
ſtringebant : & ſic eam nudam, per ſpinas, *que in Nez-*
ſepes, & nives ad quamdam villam, quæ *zenheym,*
Nezzenheym *b* dicitur, quaſi dimidium mil- *b*
liare diſtantem, clamando & ſubſannando trahebant.

93 Ibi tamquam ſonitu tubarum, univerſum populum excitantium, quidam ex ipſis in ſpecies hominum utriuſque ſexus tranſformati, ad ſpectaculum & ignominiam Virginis conveniebant : & inſultantes ei atque blaſphemantes, dicebant · Nonne iſta eſt filia Henrici Bruſonis de Stumbele? Imo ipſa eſt illa infelix & maledicta deceptrix, de cujus perverſitate ſæpe à Minoribus Fratribus & ceteris Religioſis tot enormia audivimus : E
videmus enim nunc oculis noſtris, quod vera ſunt omnia quæ de ipſa nobis relata ſunt : ecce quam contumelioſe à dæmonibus nunc trahitur & affligitur. Quis enim diabolorum *ibique bla-*
hanc maleficam huc adduci perſuaſit? Quiſ- *ſphematur*
ve villam noſtram & populum, ejus maleficiis *à turba,*
occupavit? Numquid non poterat hæc peſſi- *tam ſpectan-*
ma ſeductrix in villa ſua à dæmonibus ſuffi- *tium*
cienter affligi; quin ad confuſionem noſtram huc deberet adduci? Cumque hæc & plura blaſphemantes dicerent, reliqui dæmones tenentes eam, dixerunt : Hæc eſt illa miſerrima ſeductrix, quam propter execrabilem vitæ ſuæ enormitatem, traditam nobis ab Altiſſimo, ſicut cernitis, in noſtra poteſtate habemus. Hanc vero, niſi adhuc ab errore ſuo reſipiſcere voluerit, graviſſimis tormentis, vobis cernentibus, exterminabimus; & ſimul cum corpore & anima nobiſcum ad æterna ſupplicia deportabimus. Hoc dicentes, & Virginem immobilem cernentes, tandem eam, ſubductam ab oculis adſtantium, ſecum ad aëra deferebant. Illi autem, qui ſub ſpecie hominum adſtabant, blaſphemantes, & in ſignum abominationis expuentes, dixerunt : Nunc miſerrima illa ſeductrix, F
viva à dæmonibus, ſimul cum corpore & *quam tor-*
anima, ad inferos deferetur, & mundus ab *quentium*
ejus perverſitate & malitia abſolvetur. Hæc *dæmonum:*
& his ſimilia illis blaſphemantibus, Virgo Chriſti à dæmonibus, à quibus ſurſum devecta fuerat, in piſcinam quamdam, glacie & nive conſtrictam, præcipitatur; & nunc ſurſum evecta, nunc vero in fundum piſcinæ dejecta, ſæpiſſime immergebatur. Poſt hæc vero à quodam dæmone, in profundo piſcinæ, lanceâ acutiſſima (ſicut in præcedentibus) transfigitur, & terræ profundius infigitur.

93 Hoc autem facto recedentibus dæmonibus, à ſuo dilectiſſimo Sponſo Virgo Chri- *à quibus*
ſti intime conſolatur, ſanatur & in ſuum *raptata*
thalamum mirabiliter revocatur. Deinde per *ad vicinum*
tres noctes ſequentes, uſque in Vigiliam Na- *monaſterium,*
talis Domini, Virgo Chriſti ab eiſdem dæmonibus poſt longas comminationes, eâdem catenâ igneâ per medium corporis conſtringitur; & per vepres, ſpinas & frutices ad quoddam clauſtrum Monachorum, in vicina

ipſam ut deceptam & deceptricem blaſphemante,

atque apoſtaſiam fundeme:

tum lanceâ transfigitur.

A. PETRO COÆVO EX MS.

c A silva ſitum, quod Kneichſtedin *c* appellatur, trahendo perducitur; ubi vociferantibus dæmonibus, & horribiliter tumultuantibus, quidam ex ipſis, juxta conſuetæ ſuæ [nequitiæ] figmenta, ſpecie Abbatis & Monachorum prædicti clauſtri, tamquam hujuſcemodi tumultibus excitati, ad videndum, quidnam hoc eſſet, advenerunt; & videntes Virginem ſic miſerabiliter à dæmonibus tentari, blaſphemando dixerunt: Hæc eſt illa miſerrima ſeductrix de Stumbele, quæ ſub ſpecie religionis & ſanctitatis jam dudum homines decepit; quæ etiam à ſua perverſitate à viris religioſis & diſcretis numquam corrigi potuit: nunc enim omnia de ipſa vera conſpicimus, quæ quondam audientes à perſonis veridicis vix credere potuimus. Ad hæc dæmones, Virginem Chriſti tenentes, blaſphemantes, & tamquam dicta aliorum confirmantes, dixerunt: Hanc viliſſimam ſeductricem, omni religioni contrariam, nec non propriæ voluntatis ſectatricem, ſub noſtra poteſtate habemus: quæ niſi ſaltem adhuc, in extremo vitæ ſuæ, ab errore diuturno reſipiſcens, noſtris conſiliis acquieſcat; ipſam graviſſimis tormentis exterminabimus, & exterminatam nobiſcum ad inferos æternaliter cruciandam deportabimus. Tunc reliqui dæmones, in ſpecie Monachorum adſtantes, Virgini Chriſti, ut omnem perverſæ ſanctitatis & religionis ſpeciem poſtponeret, & ad ſeculum potius ſe converteret, quam ſic miſere à dæmonibus affligi deberet, fallaciter perſuaſerunt. Quorum iniquæ perſuaſiones tanto amplius mentem Virginis affligebant, quanto magis ipſos viros religioſos & devotos, quibus merito credendum ac obediendum foret, eſſe credebat.

ab aliis ſub ſpecie Abbatis & Monachorum reprehenditur,

94 Hoc facto, Virgo Chriſti, coram adſtantibus, à dæmonibus horribiliter cæſa, ſurſum evehitur; & [dejicitur] in quoddam foſſatum, quod præd. clauſtrum circuit, niveis aquis conſtrictum, ſpinis quoque & vepribus denſo ordine undique conſitum: ubi nunc ſurſum evecta, nunc deorſum in aquas niveas projecta, & per ſpinas & per vepres tracta & dilacerata, miſerabiliter torquetur. Noviſſime vero venit

deinde in foſſam congelatam & ſpinoſam præcipitatur,

C dæmon ille prædictus cum lancea acutiſſima, ſicut in præcedentibus noctibus, & corpus Virginis immerſum aquæ, per medium tranſfixit: & luto profundiſſimo illud infigens, duabus quidem primis noctibus ipſe cum ſuis ſodalibus receſſit; & Virgo Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo conſolata, ſanata, nec non de vicina redemptione ſui patris certificata & lætificata; ſingulis noctibus in ſuum thalamum mirabiliter rediit: in tertia vero nocte, hoc eſt, in illa quæ Vigiliam Natalis præcedit; cum poſt univerſa prædicta tormenta, Virgo Chriſti à dæmone illo transfixa, in fundo fluminis merſa jaceret; ecce ſubito à Domino confortata, extractâque lanceâ, ſuper flumen ſe erexit; & dæmonem illum, qui ſe toties transfixerat, fortiſſime apprehendit; viribuſque multiplicatis tamdiu cum eodem luctabatur, donec ex diuturna colluctatione & forti compreſſione, cutis cum carnibus, à brachiis ſimul & à toto corpore Virginis ſolvebatur. Tandem Virgo Chriſti dæmonem illum, devictum atque dejectum, pedibus ſuis violenter ſubſtravit; & conculcatum tamdiu ſubtus pedes ſuos in fundo illius aquæ tenuit, donec univerſi dæmones circumſtantes, qui ipſam per totum Adventum afflixerant, cum maxima confuſione & tremore, totius malitiæ ſuæ modum & ordinem, ſimul & univerſas pœnas enumerantes expoſuerunt, quibus ipſam, ſecundum menſuram ſibi à Deo traditam [cruciaverant]; & quas pœnas, ex juſſu Omnipotentis, non pro ſuis, ſed pro exceſſibus ſui patris intulerunt, lamentabili voce clamaverunt. Similiter numerum, quis eſſet, ſcilicet duodecim millia, prodiderunt: & veniam deprecantes, dixerunt: Dimitte nos, ô cariſſima Ancilla Dei omnipotentis, quia pro injuria tibi facta, non ſolum in præſenti vehementer affligimur, ſed etiam in inferno à noſtris conſociis perpetuo affligemur. Hæc & plura illis dicentibus, & laudes Omnipotentis diverſis præconiis extollentibus, tandem Virgine jubente, lacrymando & miſerabiliter ejulando, receſſerunt.

ac luto infigitur;

ſed uno deinde apprehenſo, de omnibus ad 12000 triumphat.

95 Illis vero recedentibus, Sponſa Chriſti à ſuo Dilectiſſimo ineffabili gaudio conſolatur, & ſanata per omnia in ſuum thalamum mirabiliter revocatur. Deinde Vigiliâ Natalis feliciter tranſactâ, Sponſa Chriſti in die ſancto ad eccleſiam læta proficiſcitur; & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi mox rapitur: ubi inter ceteras ineffabiles conſolationes, hoc tamquam pro novo clenodio à ſuo Dilecto recepit; quod animam ſui dilecti patris, pro qua tanta paſſa fuerat, ſimiliter & animam cujuſdam juvenis (fratris videlicet illius, qui ab ore Virginis audita conſcripſit) uno eodemque momento à pœnis Purgatorii abſolutas, coram benefica facie ſui dilectiſſimi Sponſi feliciter glorificatas invenit; & hoc ei veraciter innotuit, quod videlicet anima patris ſui prædicti, pro gravibus ſuis exceſſibus, adhuc duodecim millibus annorum; & anima alterius juvenis, multis annis in Purgatorio puniri debuiſſent; ſi non ipſis merita paſſionis Sponſæ Chriſti celerius ſubveniſſent. Ab illo itaque die uſque ad Epiphaniam, Virgo Chriſti in magna conſolatione permanſit, & quaſi ſingulis [diebus] continue in raptu fuit.

& Natali Domini feſtive celebrato,

letatur patre & altero juvene liberatis.

ANNOTATA D.P.

a *Ita dæmones, humanam ſpeciem induti, (ut calumniis ſuis, quas in Chriſtinam jactant, fidem aliquam ab auctoritate Religioſorum virorum concilient) mentiuntur, Ordinem Minorum, neſcio quæ, de ipſa jam prædixiſſe: quorum tamen dum nihil ſigillatim proferunt, mendacia ſua manifeſte produnt. Neque vero credibiliora forent eorum facta, quæ mox ſequuntur, quam ſint dicta quæ præcedunt; niſi graviſſimorum Patrum, ipſarumque ſacrarum Litterarum auctoritate conſtaret, talia a dæmoniis in corpora humana, permittente Deo, alias exercita fuiſſe. Nota eſt hiſtoria Jobi. Notus puer Euangelicus, Marci 9, quem dæmon allidebat, & ſpumabat, & ſtridebat dentibus, & areſcebat; & frequenter in ignem & in aquam mittebat, ut eum perderet. Quid paſſus non eſt à dæmoniis S. Antonius Abbas? Stupenda ſane, & vix credibilia, niſi à prudentiſſimo & ſanctiſſimo Athanaſio conſcripta forent in Vita ejus, quam vide ſis.*

b Nez-

A b Nezzenheim, *cum non exprimatur, credi poteſt privatum prædium eſſe.*

c Kneichſtedin, *in Vita num.* 19 Knechtide, *minus recte ; in tabulis* Knechſtede 5 *leucis infra Coloniam.*

CAPUT XI.

Annus MCCLXXXIII *uſque ad Paſcha.*

96 IN die vero Epiphaniæ, cum Virgo Chriſti mane ante Miſſam circumeundo villam ad eccleſiam pergeret, & jam ad medietatem viæ veniſſet ; ecce ſubito & quaſi ex improviſo, quidam dæmon, in ſpecie ignis, deſurſum veniens, ad terram coram Virgine ſe dimiſit ; cujus ſtatura maxima in altum ſe extendit. Hic vero aggrediens Virginem his ſermonibus, dixit : Uſquequo, miſerrima & infeliciſſima omnium mortalium, vitam irrationabilem & erroneam vis ducere? B Quamdiu in perverſitate animi tui putas permanere? Vana enim & ſuperſtitioſa ſunt quæ ſectaris, & ſaluti tuæ in omnibus adverſaris : fruſtra quippe alium Deum præter me invocas & adoras : ego enim ſum qui poteſtatem in te habeo, & tecum quæcumque mihi placuerint facio. Unde ſi adhuc à perverſitate tua velles deſiſtere, & vanas ac ſuperfluas fabulationes, quibus me graviter offendis, dimittere, atque juxta meum conſilium rationabilem vitam ducere ; multis te divitiis & honoribus ſublimarem, & inter cetera hanc tibi poteſtatem conferrem, ut ubicumque velles eſſe aut deſiderares, ſine mora & in ictu oculi venire poſſes. Sic enim omnes religioſas congregationes, tam virorum quam mulierum, & præcipue illum Conventum in quo frater tuus manet, quem diligis, poſſes inviſere, & de ſtatu ejuſdem fratris tui percipere, atque de his omnibus magnam devotionem & conſolationem habere. Cumque hæc & plura dæmon ille locutus fuiſſet, Virgo Chriſti indignans, & ſermones ejus deridens, dixit ; Conſolationes & deductiones tuæ nefandiſſimæ tecum ſint in æternam perditionem : honores C & dignitates, quas promittis, maneant in perpetuam confuſionem : ego enim ſcientiam & conſolationem aliam non recipio, gloriam & dignitatem aliam non appeto, niſi Dominum meum Jeſum Chriſtum. Hæc eſt ſcientia mea vera, & certa conſolatio : hæc gloria mea, & æterna beatitudo : in cujus dulciſſimo nomine cuncta mihi adverſantia ſuperare valeo. Ad hæc verba Virginis dæmon ille, poſt longas comminationes, ſurſum unde venerat aſcendebat ; & Virgo Chriſti ſuum dilectiſſimum Sponſum benedicens, ultra ad eccleſiam lætanter iter peregit.

97 Sequenti autem nocte poſt Epiphaniam, cum Virgo Chriſti flexis genibus in oratione ſtaret, audivit voces, primo quidem cachinnantium, jocantium atque furialiter exultantium ; deinde voces gementium, plangentium & miſerabiliter ejulantium : noviſſime vero audivit verba & ictus, tamquam mutuo ſe cædentium, ſeu malleis percutientium : ex quorum tumultuoſo ſtrepitu tantus horror Virginem invaſit, quod vix & maxime contra cor ſuum in orationibus ſe continere potuit. Secunda vero nocte Virgo Chriſti eadem voces & ſtrepitum penes ſe in thalamo ſuo audivit, & perterrita vehementer horruit. Tertia autem nocte, dæmones illi, qui præcedentibus noctibus inviſibiliter clamorem & ſtrepitum moverunt, horribilius apparentes in thalamum Virginis venerunt. Et primo quidem jocis & cachinnationibus furialiter riſerunt, deinde plangentes & ejulantes voces lamentabiles emiſerunt, ad ultimum vero, ferreis malleis mutuo ſeipſos tamquam in nihilum redegerunt. Et hoc facto converſi ad Virginem, dixerunt, Sciſne, ô infelix & miſerrima, cur hoc fecimus, quidve per hoc intendimus? Ecce propterea cum tanta cachinnatione & jucunditate jocantes riſimus & exultantes gloriamus, quia te in poteſtate noſtrâ habemus, & tibi omnimodis dominamur ; gemitus vero & planctus atque lamentabiles voces audire te fecimus, ſimul & innumerabiles paſſiones & verbera auditui tuo obtulimus, oſtendentes tibi, quod niſi velociter relictâ E erroneâ vitâ tuâ, noſtris conſiliis acquieſcere volueris, diverſis tormentorum generibus vitam tuam exterminabimus ; delatamque ad inferos, inter perpetuos planctus & gemitus, talibus te verberibus æternaliter cruciabimus. Ad hæc verba Virgo Chriſti conſtanter reſpondit : O maledicti dæmones, comminationes veſtræ nullum mihi prorſus timorem incutiunt ; ſed potius admonentes me de voluntate Domini, lætiorem atque conſtantiorem me faciunt : unde nolite comminando inaniter tempus perdere, moras rumpite, & quidquid vobis à Domino meo imperatum fuerit quantocius adimplete. Hæc cum Virgo Chriſti conſtanti animo diceret, dæmones illi converſi nocte illa, ſimiliter & ſequentibus noctibus, uſque Dominicam ſequentem, evaneſcentes abierunt.

98 Tranſactâ vero illâ Dominicâ, ſingulis noctibus uſque in ſextam feriam ſequentem, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis orantis ; & poſt longas comminationes irruentes in eam, & uterum ejus ungulis igneis diſrumpentes, omnia viſcera ejus miſerabiliter extraxerunt : & trahentes ipſam cum eiſdem viſceribus per totam ſuiipſius curiam ; & ad ſingulas arbores cædentes, miſerabiliter afflixerunt ; ſuſpendentes ad ramos arborum corpus Virginis ; movendoque & quatiendo illud inter manus ſuas crudeliſſimas jactaverunt ; & inſultantes ei atque blaſphemantes, dixerunt : Nunc, miſerrima ſeductrix, Deum tuum invoca ; nunc auxilium ejus implora. Nunc vides, quod vana & inutilis, ſit ſpes tua, erronea & perverſa vita tua, propter quam à conſortio Dei non immerito ſequeſtraris, & noſtræ poteſtati relinqueris. Hæc & plura blaſphemantes, & Virginem ultra modum cruciantes, abierunt. Quibus abeuntibus Virgo Chriſti ſingulis noctibus confortatur & ſanatur : vulnus tamen maximum in corpore ejus, uſque in ultimam noctem, videlicet quæ eſt ante ſextam feriam prædictam, incuratum relinquitur : ſed modo mirabili viſcera rupta & extracta, panno circumligato, reſervantur ; ſicque à Virgine per omnes illos dies portantur. In ultima vero nocte, hoc eſt in illa quæ eſt ante ſextam feriam ſupradictam, comminationes & tormenta ſuperius

D A. PETRO COÆVO EX MS.

minatur dira quæque :

quæ Virgo ſpernens,

F

ab 11 *Jan. ad* 15, *unguis igneis laniatur :*

deniquè horrei ſui tecto affigitur,

6 Jan. accedens tentatur,

mira promittit,

ſed contemnitur :

7 idem cum ſociis, multum tumultuatus,

A perius memorata, dæmones illi lanceâ acutissimâ & igneâ corpus Virginis transfixerunt; sicque sursum tollentes, & desuper horrei tecto infigentes, horribiliter vociferando clamaverunt. Et quidam ex ipsis, transformantes se in species hominum utriusque sexus, tamquam hujusmodi clamoribus excitati, ad spectaculum ignominiæ adstiterunt: & omnes quasi ex uno ore blasphemantes [dicebant]; Ecce qualiter à dæmonibus hæc miserrima tractatur; quam contumelioſe in conspectu omnium nostrûm cruciatur. Nunc manifeste videmus, quod omnia vera sunt quæ de ejus perversitate Fratres Minores & alii Religiosi sæpius nobis dixerunt. Et contra reliqui dæmones eam tenentes, confirmantes aliorum dicta, gravissimis eam cruciatibus exterminare, nisi citius resipisceret, promiserunt. Tandem vero, videntes eam omnino immobilem, solventes à tecto ad terram fortissime præcipitaverunt; & cum lancea corpus ejus miserabiliter pupugerunt.

A. PETRO COÆVO EX MS.

& illuditur

99 Hoc autem facto, confusi & ficti coram Virgine se stiterunt; & exponentes totius malitiæ suæ modum & ordinem, & veniam poscentes, dixerunt: Miserere nostri, ô Christina Ancilla Omnipotentis fidelissima, quia pro pœnis tibi injuste illatis jam in præsenti graviter affligimur, sed & à nostris sodalibus gravius perpetuo affligemur. Similiter & numerus eorum quis esset, scilicet mille dæmones, qui eam juxta imperium Altissimi afflixissent, ostenderunt. Tandem vero dimissi à Virgine, cum planctu & ejulatu maximo recesserunt. Quibus recedentibus, Sponsa Christi à suo Sponso visitatur; & sub Crucis signaculo ab omni prorsus plaga curatur. Altera vero die, hoc est in sexta feria prædicta, Virgo Christi læta ad ecclesiam proficiscitur; & communicans, in amplexus sui dilectissimi Sponsi raptim transfertur. Deinde vero usque in Dominicam post Purificationem beatæ Mariæ, ablque dæmonum persecutione permansit, similiter tamen ut supra communicavit.

B *à dæmonibus ad* 1000 *victos se fatentibus.*

100 Transactâ vero illâ Dominicâ, sequenti nocte venit quidam dæmon, aspectu multum horribilis, hiante atque flammante gutture, in thalamum Virginis: qui nihil loquens, sed in impetu in Virginem irruens, corpus ejus igne tartareo, quo repletus fuerat, succendit: deinde instrumento igneo ad modum tridentis corpus Virginis trajiciens, miserabiliter affligebat: & hoc facto subito evanescens, recedebat. Hæc passio durabat per integram hebdomadam singulis noctibus; & Virgo Christi interna consolatione caruit; & in corpore curata non fuit. Transactâ vero illâ hebdomadâ, Virgo Christi ab eodem dæmone singulis noctibus, usque in sextam feriam quæ est ante Cathedram B. Petri, vestibus nudata, è thalamo suo ejicitur; & maximis nivibus, quæ tunc terram profunde operuerant, involuta, horribiliter cæditur. Deinde vero recedente dæmone, Virgo Christi, à suo dilectissimo Sponso visitata, intime consolatur; dolor incendii, quem in prima hebdomada graviter senserat, penitus in ea extinguitur & fugatur: læsio tamen, quam de igneo tridente transfixa receperat, usque in extremam noctem incurata relinquitur.

C *Ab* 8 *Febr. cruciatur ignito tridente per* 5 *noctes,*

In ultima vero nocte, hoc est in illa quæ sextam feriam supradictam præcedit, cum Virgo Christi, sicut prædictum est, ab eodem dæmone nudata vestibus, tracta, & nivibus involuta jaceret; accessit dæmon cum magna ferocitate, & ubera Virginis, simul cum toto corpore, subulis acutissimis laceravit. Hoc facto dæmon, apprehensâ linguâ Virginis, sursum ad aëra devexit; & ad terram horribiliter præcipitans, confusus evanuit. Sponsa autem Christi à suo dilectissimo Sponso visitatur, intime consolatur, simulque ab omni læsione curatur. Mane autem facto, hoc est in sexta feria quæ Cathedram Petri antecedit, Virgo Christi læta ad ecclesiam pervenit; & communicans, in amplexus sui dilectissimi Sponsi mox transiit. Deinde in magna consolatione perseverans, in Sabbato quod est ante primam Dominicam Quadragesimæ denuo communicavit, & rapta ineffabiliter consolata fuit.

D *usque ad* 19: *quando torta in uberibus & lingua,*

à Sponso visitatur.

101 Accidit autem contra fero prædicti Sabbati, cum Virgo Christi de ecclesia in recluſorium duci more solito debuisset, jamque ad ostium recluſorii ventum fuisset; Virgo Christi, ob magnitudinem exultationis & lætitiæ nimium ponderosa, de manibus ducentium lapsa, ad terram corruit: & pedibus reflexis & distorto modo curvatis, venisque contractis & distemperatis, tam vehementer se læsit, quod vix cum maxima difficultate & labore in recluſorium portari potuit. Crevit autem subito tam gravis & vehemens dolor, ut Virgo Christi non pedes nec crura per se movere ullo modo potuisset, sed neque se tangi à quoquam sine magno clamore & dolore sustinuisset. Cumque Virgo Christi noctem illam cum sequenti die in tanta læsione & dolore transegisset, secunda nocte somnum Virgo arripuit, & Angelum Dei assistere sibi vidit: qui tangens pedes & crura Virginis, tactu leniſſimo ipsam surgere, & suum Dilectum benedicere monuit; & iis dictis continuo disparuit. Evigilans autem Virgo Christi, sanam se reperit; & surgens in genua se erexit, suumque dilectissimum Sponsum ex toto corde benedixit: & sic usque ad tertium diem in magna consolatione permansit.

6 Martii distortis lapsu pedibus,

E

curatur ab Angelo.

F

102 Igitur post tres noctes Virgo Christi ad prælium denuo vocatur, & immensa multitudo dæmonum adversus eam congregatur: qui videlicet dæmones, ignibus tartareis succensi, & fœtoribus abominabilibus repleti, thalamum Virginis orantis subierunt, & variis argumentorum fallaciis totam Virginis conversationem pervertere cœperunt: & nisi adhuc à perversitate sua desistere vellet, ipsam iisdem ignibus quibus succensi erant succendere, & spurcitias quibus repleti erant in ipsam transfundere, comminando promiserunt. Virgine autem Christi constanter in suo proposito persistente; & quod minas eorum non timeret, sed potius de passionibus sibi ex voluntate sui dilectissimi Sponsi supervenientibus gauderet, respondente; dæmones illi furibundi horribiliter Virginem invaserunt, & singulis noctibus usque in secundam Dominicam, primo quidem ipsam ignibus tartareis succenderunt, deinde ore ejus ferreis ungulis extento, abominabiles spurcitias corpori ejus infuderunt:

10 *à turba dæmonũ ignitorum*

& fœtidorum invaditur.

15 *igne eorum ustulatur & spurcitiâ impletur.*

A runt : & hoc facto abeuntes, ipſam tamquam omnino ſuffocatam reliquerunt. At Virgo Chriſti ſingulis noctibus divinitus reformatur, ſanatur, & mirabiliter conſolatur. Deinde vero, poſt ſecundam Dominicam uſque in ſextam feriam ſequentem, venerunt prædicti dæmones ſingulis noctibus in thalamum Virginis orantis : inſultantetque ei dixerunt, O infelix & miſerrima omnium hominum, quare à perverſitate & duritia animi tui non deſiſtis ? An adhuc hanc miſerabilem vitam, cunctis doloribus & cruciatibus plenam, non faſtidis ? Quibus Virgo Chriſti conſtanter reſpondit : O nefandiſſimi dæmones, veram & æternam vitam meam, quæ Chriſtus eſt, non faſtidio, ſed toto cordis deſiderio concupiſco, & pro ejus amore pati quæcumque tormentorum genera non formido.

candentique catena conſtringitur,

103 Tunc dæmones illi, amplius ſævientes, catenamque igneam ipſi oſtendentes, dixerunt : Niſi tu, miſerrima ſeductrix, poſtpoſito diuturno errore continuo reſipiſcas, & noſtris conſiliis acquieſcas, corpus tuum hâc catenâ igneâ conſtringemus ; & veſtibus

B expoliatam contumelioſe trahentes, ſpectaculum & opprobrium, non ſolum huic villæ, ſed toti mundo proclamando faciemus. Hæc dicentes, & Virginem Chriſti non ſolum minas eorum non paventem, verum etiam moram & tarditatem eorum redarguentem cernentes, ipſam crudeliter invaſerunt ; vincienteſque catenam ferream corpori Virginis circumderunt, & nudam trahentes, ac blaſphemando vociferantes, ad montem quemdam juxta villam ſitum perduxerunt : ibique accedentes ſingillatim univerſi, variis eam comminationibus & blaſphemiis vexaverunt. Hoc vero ſingulis noctibus fecerunt, uſque in ſextam feriam ſupradictam ; hoc adjuncto, quod in illa nocte quæ præcedit eamdem ſextam feriam, dæmones illi, poſt tormenta ſupradicta, corpus Virginis quaſi ſuper incudem

ac malleis tunditur.

poſuerunt ; cædenteſque ferreis malleis ſuper ipſum, penitus contriverunt, & tamquam in nihilum redegerunt : hoc autem facto, ſubito evanuerunt. At Virgo Chriſti ſingulis noctibus à Domino ſanatur, & mirabiliter in ſuum thalamum revocatur. Sequenti vero die,

C hoc eſt in ſexta feria ſupradicta, Virgo Chriſti communicandi gratiâ ad eccleſiam pervenit ; & communicans, totum illum diem in gemitibus & amariſſimis lacrymis tranſegit ; donec tandem contra ſero, de voluntate ſui dilectiſſimi Sponſi aliquantulum conſolari meruit, & ſic uſque ad tertium diem à dæmonum perſecutionibus ſecura permanſit.

30 Martii eâdem catenâ per aures trajectâ,

104 Quo tranſacto, ſingulis noctibus uſque in ſextam feriam, quæ Dominicam in Paſſione Domini antecedit, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis orantis ; & poſt longas comminationes & vexationes, catenam illam igneam per utraſque aures Virginis perforando transfixerunt ; ſicque retorquentes, collo ipſius eamdem circumdederunt ; & horribiliter trahentes, ad vicinam

a ſilvam quæ *a* Gurbruch dicitur perduxerunt ; & viciſſim ſubſiſtentes moramque facientes, ipſam, ſi ab erronea vita deſiſtere vellet, interrogaverunt. Deinde cum trahendo, interrogando, blaſphemando ad prædictam ſilvam perduxiſſent, blaſphemantes dixerunt :

Nunc, miſerrima omnium hominum, manifeſte vides, quod ſub noſtra poteſtate penitus concluſa es, & non eſt qui te de manibus noſtris poſſit eripere : nos enim ſumus dii omnipotentes, quorum poteſtati omnia ſubduntur. Quamobrem potentiam noſtram palam tibi monſtrabimus, quia has magnas arbores, firmiter radicatas, in ictu oculi eradicabimus ; cum quibus te miſerrimam ſeductricem, niſi noſtris monitis celeriter acquieſcas, cædendo penitus exterminabimus. Hoc cum dixiſſent, & Virginem Chriſti immobilem cernerent ; concurrentes, ingenti turbine omnes illas arbores radicitus extraxerunt ; levanteſque ipſas ſuper humeros, & coram Virgine ſtantes, dixerunt : Nunc manifeſte virtutem omnipotentiæ noſtræ conſiderare potes, ideoque ceſſando ab erronea vita tua noſtris monitis parere merito debes : quia ſi dii omnipotentes non eſſemus, talia nequaquam facere potuiſſemus. His dictis *& ad ſingulas arbores cæditur :*

irruentes in eam cum horribili ſtrepitu, & ſingulis arboribus corpus Virginis cædentes, quaſi in nihilum redegerunt, & inter ipſa verbera blaſphemantes dixerunt : Nunc, maledicta, Deum tuum, in quo confidis, invoca : nunc Sponſum, de quo fruſtra gloriaris, in auxilium provoca. Vides ſane quam ſtulta & *ſibique reſtituta 2 Aprilis* inutilis ſit invocatio tua : nam ſi hic, de quo inſaniſſime præſumis, Deus eſſet, tibi in tantæ neceſſitatis articulo non deeſſet. Hæc & plura hujuſcemodi blaſphemantes, & cædendo corpus Virginis annihilantes, tandem abierunt. Quibus abeuntibus Virgo Chriſti communicans, totum illum diem in amariſſimis lacrymis continuavit : tandem circa ſero, de voluntate ſui dilectiſſimi Sponſi aliquantulum conſolata, per triduum dæmonum perſecutionem non ſenſit.

D A PETRO COÆVO EX MS. *reputatur in ſilvam.*

E

uſque ad 15 ejuſdem ſimili modo vexatur.

105 Deinde vero ſingulis noctibus, uſque in illam noctem quæ præcedit Cœnam Domini, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis orantis : & poſt longas verborum & comminationum vexationes, Virginem Chriſti cum catena per aures transfixam ad prædictam ſilvam traxerunt ; ibique (ut ſupra dictum eſt) extractis arboribus interrogantes eam, variis comminationibus & blaſphemiis diu multumque vexaverunt. Demum vero,

F omnibus arboribus tamquam in ordine locatis, corpus Virginis deſuper poſuerunt ; & tractu horribili, per duriſſimos ramos & cortices, hinc inde trahentes miſerabiliter cruciaverunt ; donec tandem, rupto corpore Virginis, omnia viſcera & inteſtina ejus effuderunt : quo facto, tollentes corpus vacuum & exangue ſurſum in aëra, ad terram fortiſſime præcipitaverunt. Quadam etiam nocte corpus Vir- *& piceo puteo injecta laceratur :*

ginis, ſic ruptum & eviſceratum, in longinquas partes devexerunt : ubi ipſam in quamdam ſpeluncam profundiſſimam, ſulfure & pice bullienti plenam, præcipitaverunt : deſcendenteſque ſimul in ipſam ſpeluncam, corpus Virginis ungulis acutiſſimis laceraverunt ; & totali ſanguine effuſo, ipſam, tamquam omnino exanguem & mortuam, relinquentes, abierunt. Virgo autem Chriſti à duobus Angelis prædictis ſingulis noctibus devotiſſime tollitur, ſanatur, & in ſuum thalamum mirabiliter reducitur. In ultima vero nocte, hoc eſt in illa quæ præcedit cœnam Domini,

A cum Virgo Christi per igneam catenam ad
A. PETRO prædictam silvam tracta fuisset; dæmones,
COÆVO extractis arboribus accedentes, ad Virginem
EX MS. dixerunt: Nisi tu, miserrima seductrix, adhuc ab erronea vita tua te convertas, & nostris consiliis acquiescas, ad has arbores contumelioſe te ligabimus, & ad longinquas regiones quas ferociſſima gens inhabitat perducemus, ibique illius terræ incolas ad spectandum confusionem & ignominiam tuam convenire faciemus; dein, post tormenta graviſſima, vitam tuam morte turpiſſima finiemus.

translataque in Frisiam,

106 Cumque hæc & his similia loquerentur, Virgine Christi in suo proposito immobiliter perseverante; dæmones apprehensam eam ad arbores suspenderunt, tollentesque fortiter in aëra, subsannando & blasphemando, ad regionem illam longinquam, quæ Frisia dicitur, perduxerunt. Illic quoque statuentes eam in loco spatioso, marinis fluctibus undique circumdato, blasphemantes dixerunt: Scisne, miserrima seductrix, quod ad partes longinquas & peregrinas te modo
B perduximus? Vides autem quod omnia quæcumque volumus nullo resistente tecum facimus: es enim in terra valde remota, quæ
b Frisia *b* appellatur, quæ à gente crudeliſſima inhabitatur. Nunc vero magnitudinem potentiæ nostræ palam cernere potes: non enim immerito dii omnipotentes appellamur, qui nullo obstante cunctis mundi partibus dominamur. Sed si alius Deus præter nos est, quem toties invocas; aut si Sponsum habes, de quo inaniter te jactas; necesse est ut modo veniat, & tibi in tanta necessitate subveniat. Quare ergo audire dissimulat quem invocas? curve venire tardat, quem amas? Cumque hæc & plura his similia dæmones blasphemando clamarent, quidam ex ipsis, in species hominum regionis illius se callide transformantes, tamquam hujuscemodi clamoribus concitati ad explorandum quidnam hoc esset, quidve terribilis ille clamor prætenderet, convenerunt: qui omnes unanimiter, ex instinctu reliquorum dæmonum adstantium, & scelera Virginis mendaciter commemorantium, insultantes Virgini variis modis
C blasphemaverunt. Post hoc vero irruentes illi mendaciſſimi dæmones in Virginem, post tormenta graviſſima, in aquas profundiſſimas eam præcipitaverunt: jactantesque illas maximas arbores super ipsam, in profundum pelagi demerserunt. Tunc confusis & devictis per omnia dæmonibus, Virgo Christi à suo dilectiſſimo Sponso intime visitatur, & ab omni læsione curata in suum thalamum mirabiliter revocatur. Tunc dæmones illi, confusi & tremuli, coram Virgine steterunt; & enarrantes cunctas nequitias suas, confusos se atque victos per omnia fatentes, dixerunt: Ecce nos sumus dæmones, numero ducenta millia, inter cunctos consocios nostros tamquam nequiores exquisiti; quibus ab Altiſſimo imperatum est, ut te, ancilla Omnipotentis, tantis & tam gravibus suppliciis affligeremus, & in te cunctas nequitiæ nostræ artes exerceremus. Nunc vero omnibus, juxta mensuram nobis ab Altiſſimo traditam, in te completis, nil nobis restat, nisi confusio & pœna perpetua: tibi autem à Sponso tuo, quem solum verum Deum, & omni- D
potentem Deum fateremur, laus & corona debetur æterna. Miserere ergo nostri, & dimitte nos: quia propter injuriam tibi factam in præsenti vehementer affligimur, & in inferno æternaliter affligemur. Hæc & plurima his similia cum magno tremore dicentes, dimissi tandem à Virgine, non sine magnis ululatibus & clamoribus, abierunt. Quibus abeuntibus Virgo Christi in gratiarum actione permansit; & sequenti die, hoc est in Cœna Domini, multum jucunda apparuit.

post varias ibi illusiones,

lecto suo redditur,

& dæmones se victos fatentur.

ANNOTATA D.P.

a Gurbruch, *infra num.* 110 Goiebruch *n.* 121 Gorbruch, *n.* 155 Gribruch *sed prima scriptio recurrit num.* 120, *& in Vita semper scribitur* Goyrbruch. *Nomen nusquam exprimunt tabulæ.*

b Frisiæ *Orientalis extrema, ut quam ampliſſime spatium sumam, distant ab urbe Colonienſi ad* 80 *leucas: spectat autem illa ad Archidiœceſim Ultrajectinam.* E

CAPUT XII.

A Paschate anni MCCLXXXIII, *usque ad festum omnium Sanctorum.*

107 A Vespere diei Cœnæ usque in Vigiliam Paschæ, Virgo Christi mul- *Celebrato Paschate* 18 *Aprilis*
tum jucunda apparuit; & suo thalamo inclusa, sola latuit; & mirabili compassionis affectu rapta in suum dilectiſſimum Sponsum, tunc Dominicæ passionis stigmata percipere meruit: quæ tamen in illis locis, in quibus ab hominibus notari potuissent, ipse Sponsus delendo occuluit. Igitur Vigiliâ Paschæ cum magno gaudio transactâ, sequenti die, hoc est in die sancto Paschæ, Sponsa Christi communicans, in amplexus sui dilectiſſimi Sponsi mox rapitur: ubi secundum multitudinem dolorum & passionum ineffabili gaudiorum multitudine consolatur. Deinde transactis post festum Paschæ quasi tribus hebdomadis, cum F
Virgo Christi iterum communicare proponeret, ante diem Communionis, per tres no- 8 *Maji communicatura, tri-*
ctes, à quodam dæmone graviſſime afflige- *duo ante*
batur. Venit siquidem dæmon ille horribilis *torquetur*
singulis noctibus in thalamum Virginis, & *tridente*
corpus ejus ferreo & igneo tridente trajiciendo perforavit, & horribiliter quatiendo ac circumferendo; Virginem Christi miserabiliter cruciavit; ita videlicet, quod diebus supervenientibus sanguis de corpore Virginis copioſiſſime profluens, terram perfundendo irroravit. In his omnibus Virgo Christi jucunda apparuit; & in tertia nocte à suo dilectiſſimo Sponso intime consolata, perfectiſſime sanari meruit. Sequenti autem die commu- *& consolata usque ad*
nicans, in suum Dilectiſſimum continuo rapi- 31,
tur, ubi semper ineffabiliter consolatur. Deinde vero usque in secundam feriam, quæ festum Pentecostes præcedit consolata permansit. Tunc demum dolor & passio Virginis in- *cruciatur*
novatur; & omni interna consolatione sub- *usque ad* 5
tracta, singulis noctibus usque in Vigiliam *Junii,*
Pente-

igneo:

Pentecoſtes Virgo Chriſti à duobus dæmonibus horribiliter cruciatur

107 Venerunt enim prædicti dæmones ſingulis noctibus in thalamum Virginis, cum maximo tædio orantis. Et primo quidem mentem ejus diverſis ſermonibus & comminationibus diu multumque vexabant; deinde corpus nudatum & forcipe compreſſum graviſſime cruciabant. Hoc autem facto, cum maximo furore & impetu, omnia viſcera cum inteſtinis ferreis ungulis ſurſum per os Virginis extraxerunt, & relinquentes ipſam tamquam mortuam abierunt: quibus abeuntibus Virgo Chriſti ſingulis noctibus à Domino conſolatur & mirabiliter curatur. In ultima vero nocte, hoc eſt in illa quæ Vigiliam Pentecoſtes antecedit, poſt tormenta prædicta, dæmones confuſi coram Virgine Chriſti ſteterunt; & cunctis nequitiis ſuis confeſſis, ſtatim dimiſſi à Virgine cum maxima confuſione abierunt: Virgo autem Chriſti à ſuo Dilecto intime conſolatur & ab omni læſione curatur. Sequenti autem die cum magna jucunditate tranſacta, Virgo Chriſti in die ſancto Pentecoſtes ad eccleſiam læta proficiſcitur; & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi confeſtim rapitur, ibique ineffabiliter conſolatur. Poſt hæc vero ante Nativitatem B. Joannis Baptiſtæ, Virgo Chriſti tribus noctibus à quodam dæmone graviſſime torquebatur; qui veniens ſingulis noctibus in thalamum Virginis orantis, corpus ejus ferro candente ad modum tridentis perforavit; & horribili commotione circumferens & quaticns, graviſſime cruciavit; & hoc facto ſubito evanuit. Virgo autem Chriſti læſionis plagam in ſuo corpore, uſque ad tertiam noctem, incuratam retinuit; & tota licet ſanguine perfuſa, læta tamen de voluntate ſui dilectiſſimi Sponſi permanſit. In tertia vero nocte intime conſolata perfectam ſanitatem percepit; & ſequenti die communicans, in amplexus ſui Dilectiſſimi mox rapta fuit.

extractis forcipe viſceribus.

Pentecoſten celebrat 6 Junii,

iterum torquenda à 21

uſque ad 24.

108 Item ante feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis Virgo Chriſti quaſi quinque noctibus à quibuſdam dæmonibus horribiliter cruciabatur; qui venientes ſingulis noctibus in thalamum Virginis, variis eam ſermonibus & comminationibus affligebant, & ab erronea vita ſua recedere admonebant. Quam dum in ſuo propoſito firmiter perſeverare viderent, nimio furore repleti, ipſam crudeliter invaſerunt; & duo quidem ex ipſis, portantes vectem ferreum & ignitum, corpori Virginis infixerunt, & transfigentes ab imo uſque ſurſum per os volventes, atque forti impetu circumgyrantes, omnia viſcera & interiora ejus, ardore ignis conſumpta, cruciatu miſerabili afflixerunt. Hoc autem facto reliqui dæmones, aures, oculos, nares & ubera Virginis lanceis acutiſſimis atque igneis trajicientes, paribus cruciatibus torſerunt. Hæc tormenta durabant ſingulis noctibus uſque in Vigiliam Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis; hoc adjuncto, quod in ultima nocte, ſcilicet quæ Vigiliam Aſſumptionis præcedit, poſt tormenta ſupradicta, Virgo Chriſti ab ipſis nefandiſſimis dæmonibus ad terram præcipitabatur, & tamdiu ab ipſis horribiliter compreſſa torquebatur, donec ruptis cunctis

A 10 *Aug. uſque ad* 14 *vecte candenti transfixa,*

lanceiſque trajecta,

in Vigilia Aſſumptionis ſanatur & conſolatur.

venis & oſſibus, medulla cum ſanguine de corpore Virginis penitus effundebatur. Hoc autem facto, Virgo Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo intime conſolatur: corpus vero ejus ab omni læſione perfecte curatur. Porro dæmones illi confuſi & tremebundi, ſtantes coram Virgine, cunctarum nequitiarum ſuarum modum & ordinem enumerando pandebant; ſeque victos ab ipſa, & pro tormentis ſibi injuſte illatis miſere in inferno affligendos aſſerebant: ſimiliter & numerus eorum quis eſſet, videlicet undecim, dicebant; & veniam poſtulantes dimitti ſe ab ipſa ſuppliciter petebant. Tandem vero, Virgine jubente, cum maximis ululatibus & clamoribus recedebant. Mane autem facto Virgo Chriſti ad eccleſiam læta proficiſcitur, & communicans in amplexus ſui Sponſi confeſtim rapitur.

D

A PETRO COÆVO EX MS.

109 Deinde tranſactâ poſt feſtum Aſſumptionis quaſi unâ hebomadâ, Virgo Chriſti per tres noctes à quodam dæmone graviſſime torquebatur: qui veniens ſingulis noctibus in thalamum Virginis orantis, corpus Virginis ferreis manibus horribiliter laceravit; & viſceribus atque inteſtinis ejus everſis ac dilaceratis, Virginem ultra modum cruciavit: & hoc facto ſingulis noctibus, tacens & tamquam mutus evanuit. Virgo autem Chriſti ſingulis noctibus à Domino confortatur; vulnus tamen maximum, à dæmone receptum, uſque ad tertiam noctem incuratum relinquitur, quod tunc etiam integraliter curatur. Deinde circa Nativitatem beatæ Mariæ Virginis, quaſi per integram hebdomadam Virgo Chriſti à duobus dæmonibus graviter afflicta fuit: qui venientes ſingulis noctibus in thalamum Virginis orantis, primo ipſam variis ſermonibus ab erronea vita recedere admonebant; poſt hæc diverſis comminationibus, & pœnarum promiſſionibus terrebant: noviſſime vero irruentes in eam, duobus vectibus ferreis & ignitis corpus Virginis, ſcilicet unus ab imo uſque ſurſum, alter vero à ſummo uſque deorſum, crudeliter transfigebant; ſicque volventes atque in alterutrum collidentes, omnibus inteſtinis atque viſceribus diſruptis, Virginem indicibiliter affligebant: & hoc facto continuo recedebant. At Virgo Chriſti ſingulis noctibus à Domino confortata, ſanabatur, niſi quod plaga magna uſque in ultimam noctem in corpore Virginis incurata relinquitur; quæ tunc plenarie, una cum reliquis læſionibus curatur. In qua quidem nocte, poſt tormenta prædicta, dæmones confuſi coram Virgine ſteterunt: & expoſitis cunctis nequitiæ ſuæ modis & artibus, victos ſe per omnia atque confuſos oſtenderunt, ſeque dimitti à Virgine ſuppliciter petierunt: à qua tandem dimiſſi, cum maximo ejulatu & planctu receſſerunt.

E

23 *cruciatur à dæmonio muto,*

F

110 Poſt hæc, ante feſtum B. Michaëlis, Virgo Chriſti per tres noctes à dæmonibus graviter afflicta fuit. Venerunt ſiquidem ſingulis noctibus duo dæmones in thalamum Virginis orantis, & poſt longam verborum & comminationum fatigationem, uncis ferreis candentibus, quos manu geſtabant, collum Virginis transfixerunt: cum quibus ipſam ex thalamo trahentes, blaſphemando & horribiliter vociferando, ad proximam ſilvam

& initio Septembris à duobus 3

iterumque à die 23 *ejuſdem*

A quæ Goiebruch dicitur, perduxerunt, ubi
A. PETRO COÆVO EX MS. ad cruciandam Virginem maxima turba dæmonum convenit : & quidam ex ipsis sursum in aëre existentes, his qui deorsum stabant clamantes, dixerunt : Advehite sursum ad nos hanc pessimam seductricem, ut probemus utrumnam ab erronea vita sua resipiscere, & nostris consiliis acquiescere velit. Quam advectam taliter alloquuntur : Quænam est hæc tam incorrigibilis vesania & pertinacia mentis tuæ, ut perverse vivendo mori potius [velis], quam salubribus consiliis utendo in pace vivas? Unum tibi è duobus elige, vel converti ab errore tuo, ut vivere quiete valeas ; aut certè recusare, ut turpissimâ morte intereas. Hæc & plura blasphemando dicentes, & Virginem immobilem cernentes, cum magno furore & impetu corpus Virginis ad terram præcipitabant : & spinis ac vepribus ipsam involventes, terendo & ad singulas arbores cædendo
per tres noctes raptatur à dæmonibus, miserabiliter cruciabant. Tandem verò cum corpus Virginis innumeris vicibus sursum vehendo, præcipitando, terendo, & ad arbores cædendo afflixissent ; alloquentes ipsam fallacibus sermonibus, dixerunt : Nunc, infelicissima omnium hominum, vides manifestè, quod in omnibus viis & factis tuis omnino decepta sis, & spes tua prorsus frivola sit & inanis. Non enim est tibi alius Deus & Dominus præter nos : quamobrem vel saltem adhuc resipisce, & nostris consiliis acquiesce, alioquin perversitatem & ignominiam tuam toti mundo revelabimus, & vitam tuam morte turpissimâ exterminabimus. In his omnibus Virgo Christi heu ! interna consolatione carens, omninò tacebat ; & sola animi contentione dimicans, vulneribus sui dilectissimi Sponsi immobiliter intendebat. Tunc accedentes illi nefandissimi dæmones, rupto corpore Virginis omnia membra, viscera, & intestina tractu horribili blasphemantes extraxerunt : & hoc facto, relinquentes ipsam tamquam mortuam, abierunt. Illis verò abeuntibus, Sponsa Christi à suo dilectissimo Sponso intimè consolatur ; corpus quoque ejus, ab omni læsione curatum, mirabiliter in proprium thalamum revocatur. In quarta autem nocte, post tormenta prædicta, cum Sponsa Christi à suo dilectissimo Sponso consolata & sanata fuisset ; venerunt dæmones illi, confusi & tremuli, ante conspectum Virginis ; & enumeratis cunctis nequitiæ suæ artibus se victos per omnia confessi sunt ; & numerum eorum quis esset videlicet quatuor millia edocentes, dimitti se à Virgine, quia vehementer affligerentur, & graviores cruciatus in inferno expectarent, suppliciter petierunt : qui tandem dimissi à Virgine, cum magno fletu & ejulatu recesserunt.

tandem ad 4000 se victos fassis.

111 Sequenti verò die, hoc est in Dominica quæ festum B. Michaëlis præcedit, Virgo Christi læta ad ecclesiam veniens communicavit, & dicto citius in amplexus sui dilectissimi Sponsi transvolavit. Ex tunc autem usque ad festum B. Lucæ, Virgo Christi corporales læsiones à dæmonibus non sustinuit, sed sub humanis speciebus aliquoties ab ipsis illusa fuit. Quadam namque die, cum Virgo sola domi fuisset, & orationibus insistere deberet ; venit quidam dæmon in specie cujus-

Postea advenit dæmon, velut litteras de fratre à Petro ferens :

dam famuli, in domum Virginis, salutans eam atque dicens : Ecce ego de Gothlandia venio, de Domino vestro Lectore Fratre Petro ; & litteras vobis cum lætis rumoribus ex parte fratris vestri Sigwini apporto. His auditis Virgo Christi, tamquam de rumoribus diu desideratis multum lætificata fuit ; dæmonem tamen ipsum fore penitus ignoravit. Ille autem apertâ pyxide litteram sibi tradidit : quâ receptâ, horror maximus continuo ipsam invasit : intuensque ipsum, contestim in suæ deformitatis speciem mutatum vidit ; & fallax illa littera, ad modum plumbi onusta, de manu Virginis in terram decidit. Virgo
quem agnitum fugat, autem Christi exterrita, flexis genibus ad orationem se convertit : & confestim à Domino confortata, ad dæmonem dixit : Unde huc, ô maligne spiritus, sub peregrina specie advenisti ? Cur me frustra fallacibus rumoribus, & litteris decipere voluisti ? Moneo enim te, per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ut continuò discedens nihil amplius me molestes. At ille cachinnans ac ridens, dixit : Ego, si ad plenum te decipere non potui, ad hoc tamen ut munus à me traditum acciperes te induxi. His dictis, in fœtidissimam nebulam resolutus, protinus evanuit.

rursumque ferentem nuntia de obitu fratris.

112 Post hæc quadam die, cum Virgo Christi ad ecclesiam ire deberet, occurrit ei quidam dæmon retrò villam, sub specie viatoris, aut certè cujusdam litterarum latoris : qui dum propè Virginem veniret, salutans eam ait : Dicite, quæso, mihi, si vos sitis illa puella, quæ Christina de Stumbele vocatur. Illa verò cum se nominari audiret, verecundans respondit : Quid de nomine meo tam studiosè requiritis. Cui ille, Missus sum, inquit, ad vos à Fratre Petro Lectore Gothlandiæ, ut vobis litteras apportarem, & de statu fratris vestri Sigwini aliqua nuntiarem. Illa verò audiens quod Fratrem Petrum nominaret, & rumores de fratre suo nuntiare vellet, multum gavisa, ipsum ut continuò diceret hortabatur. Tunc ille, Ne turbemini, inquit, super his quæ vobis dicturus sum : frater enim vester Sigwinus migravit à seculo, in cujus rei testimonium litteras vobis missas à Fratre Petro apporto. His auditis Virgo suspiciens in cælum, dixit : Si dilectus puer meus & frater mortuus est seculo, oro & opto ut æternaliter vivat in Domino Jesu Christo. Et iis dictis, mota speciali dilectione, qua ipsum ab initio germanius dilexerat, amarissime flere cœpit ; & dum fleret, vidit continuò dæmonem in suæ deformitatis squalore sibi assistere ; resumptisque viribus sic eum alloquitur : Cur me, inquit, ô maligne spiritus, tantis fallaciæ tuæ artibus persequeris? Quare narrando mendacia de fratre meo, mentem meam frustra turbare conaris ? discede ergo adjuratus, per virtutem Domini Iesu Christi ; neque me talibus de cetero molestes fallaciis. Tunc dæmon cachinnans atque subsannans, quod ipsam suis artibus saltem ad lacrymandum induxerit, clamavit : & discedens, cum horribili strepitu evanuit. Virgo autem ultra ad ecclesiam pergens, horrorem strepitus per totam Missam imò & per totum illum diem, sive oraret sive quippiam operis faceret, sine intermissione auribus suis insonare audivit.

A audivit. Prætereà Virgo Christi tres dæmones, plus quam duodecim vicibus, sursum in aëre vidit: qui apertis faucibus flammam sulphuream exhalare, & quasi totum mundum succendere vedebantur.

113 Igitur cum Virgo Christi à festo B. Michaëlis usque ad festum B. Lucæ Euangelistæ, corporales læsiones à dæmonibus non habuisset, sed tamen hujusmodi fallaciis illusa fuisset; sequenti nocte, post festum B. Lucæ, *20 Octobr. iterum igneo tridente trajicitur.* cum Virgo Christi more solito orare deberet, gravissimum tædium ipsam continuò invasit, ita quod orationes solitas cum maxima difficultate persolvere vix potuit. Post hanc verò noctem, per quatuor noctes sequentes, venit quidam dæmon in thalamum Virginis orantis, portans in manibus suis ferreum quoddam instrumentum & igneum, ad modum tridentis dispositum; quod per corpus Virginis horribiliter trajiciens, innumeris vicibus illud perforavit; & concutiens atque allidens ad terram, ipsum corpus miserabiliter cruciavit: & hoc facto dæmon ille tacens & mutus singulis noctibus evanuit. Virgo autem Christi
B à suo dilectissimo Sponso singulis noctibus consolatur, & mirabiliter curatur: vulnus tamen maximum in corpore Virginis usque ad quartam noctem incuratum relinquitur, quod tunc cum ceteris integrè sanabatur. Deinde per unam noctem sequentem Virgo Christi *25 Coloniâ usque pertrahitur,* in gravissimo tædio fuit: quâ transactâ, singulis noctibus sequentibus usque in sextam feriam, quæ est ante festum omnium Sanctorum, venit maxima multitudo dæmonum in thalamum Virginis: qui cum ipsam nefandis sermonibus diu multumque vexassent, exspoliantes eam vestibus, & per pedes capientes, nudam de proprio thalamo ejecerunt; trahentesque per spinas, sepes & frutices, horribiliter vociferando ac blasphemando, ad patibulum, quod juxta civitatem Colonien-sem furibus & maleficis est erectum, perduxerunt. Ubi continuò, consuetæ malitiæ *ad montem (ut videbatur) igneum:* suæ artibus, montem igneum magnum & excelsum coram Virgine apparere fecerunt; & interrogantes eam diversis sermonibus, atque blasphemantes, dixerunt: Nunc, miserrima seductrix, manifeste vides, quod omni-
C no sub nostrâ potestate es, & manus nostras evadere nequaquam potes: recede ergo vel saltem adhuc ab erroneâ vita tua, & nostris utere consiliis, ut possis de cetero in pace vivere; alioquin sursum te ad montem hunc excelsum trahendo perducemus, & gravissima tormenta quæ tibi præparata sunt te experiri faciemus; postremò verò diris cruciatibus exterminatam, nobiscum ad æterna supplicia deferemus.

ubi dæmonum minas ridens, 114 Ad hæc verba Virgo, fiduciam habens in Domino constanter respondit: Minas vestras, ô maligni spiritus, derideo: quia tormenta vestra non timeo: pati enim quæcumque tormentorum genera, in nomine Domini mei Jesu Christi desidero: & utinam pro amore ejus, qui pro me mortuus est, mori mihi contingat! His auditis dæmones illi nimio furore repleti, cum maximo impetu irruerunt in Virginem: trahentesque tractu horribili, ipsam super montem excelsum & igneum perduxerunt: ibique aperientes [speluncam] profundissimam, sulfure bullienti plenam, necnon & densissimis tenebris caliginosam, in eamdem, post multas blasphe- D
A. PETRO COÆVO EX MS. mias, Virginem Christi projecerunt. Et quidam ex ipsis, cum Virgine in speluncam ipsam [descendentes], denuo superioribus dæmonibus revexerunt. Qui continuo acriori *in speluncâ sulfuream* furore Virginem in eamdem speluncam præ- *præcipitatur toto unò* cipitaverunt, sicque præcipitando & rev' hen- *mense.* do, tamdiu corpus Virginis pupugerunt, donec consumptis carnibus & ossibus simul ipsum corpus quasi in nihilum redegerunt. Hoc autem facto, recedentibus dæmonibus, Virgo Christi à suo dilectissimo Sponso intime consolata, mirabiliter reformatur; & sanata, in proprium thalamum mirabiliter revocatur. Hæc tormenta simul & consolatio durabant per singulas noctes, usque in sextam feriam prædictam, scilicet quæ est ante festum omnium Sanctorum.

CAPUT XIII.

Reliqua anni MCCLXXXIII *cum liberatione trium notarum animarum, aliarumque mille.* E

115 POst sextam feriam prædictam id est eam quæ est ante festum omnium Sanctorum, sequenti nocte venerunt dæmones prædicti in thalamum Virginis orantis, dicentes: Videsne, miserrima omnium hominum, *Die 29 Octobris.* quod omnino dominamur tui? Ecce quoties affligimus te & sanamus, occidimus & revivificamus: pæniteat ergo te, vel saltem adhuc, diuturni erroris tui & respisce, nostrisque consiliis acquiesce, alioquin ad loca remota & peregrina contumelioscè te trahemus, & pœnis amarissimis consumptam nobiscum ad inferos deferemus. At Virgo Christi, auditis *iterum solicitatæ* iis sermonibus, obmutuit, & respondere ipsis præ nimia dedignatione noluit. Tunc dæmones illi atrocissimè sævientes, irruerunt in Virginem: apprehendentesque ipsam per collum, blasphemando & vocibus horribilibus intonando, ad loca remota & peregrina trahendo perduxerunt. Illic quoque illudentes, in species armatorum hominum se nequiter F
transformaverunt. Erat autem tunc temporis discordia maxima & opinio belli, inter Ducem Brabantiæ *a* ex una parte & Episcopum *a objiciuntur* Colonien-sem, necnon & ceteros Comites & *duo exercitus;* Nobiles, ex altera & ex utraque parte ingens exercitus congregatus, atque ad præliandum instrumentis bellicis præparatus. In horum ergo duorum exercituum similitudine dæmones illi transformati, Virgini illudebant; & primò quidem trahentes eam ad priorem exercitum, sursum super ipsum aërem devexerunt, & subsannantes dixerunt: Ecce hos homines, viros fortissimos & bellicos, sub nostra potestate habemus: iis imperare possumus, & pro libitu nostro ad quæque scelera & flagitia impellimus; illos quoque, post hujus vitæ terminum, ad æterna supplicia deferemus; similiter & te maledictam, nisi ab errore tuo confestim respiscas, inter hos crudelissimos homines, ad detegendum universas perversitatis tuæ vias, præcipitabimus; & saltem post innumera tormenta, te unà cum

A iis omnibus apud inferos collocabimus.

A. PETRO COÆVO EX MS.

116 Hæc dicentes, Virginem in ſuo propoſito immobiliter perſeverare videntes, horribilibus vocibus clamare cœperunt; & clamando totum illum exercitum, videlicet dæmones in ſpecies hominum transformatos, excitaverunt. Excitatus itaque exercitus ille dæmonum, quidnam hoc eſſet, quidve horribilis clamor ille prætenderet, tamquam ignorando & admirando interrogaverunt. Audientes autem ſurſum in aëre vocem Virginis, tamquam gementis & plangentis, ad invicem dixerunt: Nonne eſt hæc vox gemebundi hominis? quis enim eſt ille infelix homo, qui ſic in aëre, & (ut credimus) à dæmonibus affligitur? Contrà dæmones, ſurſum eam tenentes & affligentes, blaſphemando dixerunt: Audiſne, miſerrima omnium hominum, qualiter homines iſti ferociſſimi de tuis afflictionibus atque [pœnis] moventur? Quomodo ergo ſic indurata es, ut te movere non valeant tot graviſſima genera tormentorum? Recede vel ſaltem adhuc à perverſitate tua, ut tormenta poſſis evadere, & de cetero in pace vivere. Hæc & his ſimilia blaſphemando dicentes, & Virginem nec pavere nec cedere velle videntes, cum magno furore & indignatione, ipſam deorſum inter collegas ſuos, ſub ſpecie armatorum adſtantes & tumultuantes, præcipitaverunt: rurſumque tanta celeritate & feſtinatione ipſam tollentes ad aëra deduxerunt, quatenus inferiores dæmones, ſub ſpecie armatorum hominum adſtantes, ipſam comprehendere non potuerunt, vel potius non poſſe ſimulaverunt. Sic ergo innumeris vicibus ſurſum vehendo & ad terram præcipitando, ipſam ultra modum cruciaverunt. Deinde deferentes ipſam quaſi ad ſecundum exercitum, illudenteſque ipſam, paribus cruciatibus afflixerunt: quo facto, depoſitis humanis ſpeciebus, in ſuæ turpitudinis deformitatem redierunt; & ſtantes coram Virgine, qualiter ipſam ſub horum duorum exercituum ſimilitudine illuſerunt, ſubſannando dixerunt.

coram quibus in aëre rapta,

atque inter eos identidem jactata,

B

117 Tandem vero, cum multis ſermonibus, utrum à perverſa vita ſua ceſſare vellet, interrogaſſent: tenentes ſinguli acutiſſimas lanceas in manibus, ipſam crudeliter invaſerunt. Et quidam ex ipſis deferentes ipſam ſurſum in aëra, ad terram cum magno impetu dejecerunt: reliqui vero dæmones deorſum in terra ſtantes, lanceis erectis corpus Virginis præcipitatum ſuſceperunt; & eiſdem lanceis undique transfixum, ipſum denuo ſuperioribus porrexerunt: & blaſphemando ipſam, Sponſum ſuum, in quo confideret, in auxilium ſibi provocare juſſerunt. Virgo autem Chriſti, videns quod jam ultra præ tantorum ſuppliciorum magnitudine ſubſiſtere non poſſet, cor ejus & animam ſuo dilectiſſimo Sponſo exclamans humiliter commendabat. Porrò illi nefandiſſimi dæmones, corpus Virginis præcipitando & lanceis transfixis ſurſum porrigendo, tamdiu horribiliter pupugerunt; donec ipſum corpus membratim diſcerptum, tamquam in nihilum redegerunt. His itaque peractis, Sponſa Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo viſitata, intimè conſolatur; & corpore mirabiliter reformato, ab omni læſione penitus curatur. Interea dæmones illi nefandiſſimi, in eo loco in quo Virginem cruciaverant, confuſi ac tremebundi, & tamquam igneis catenis conſtricti, ſtabant, & nequitiarum ſuarum graviſſimum judicium exſpectabant: ſtabat & Virgo, in Domino exultans. Tunc demum dæmones, converſi ad Virginem, flebilibus vocibus veniam poſcebant; & cunctas nequitias ſuas per ordinem exponentes, victos ſe per omnia atque confuſos dicebant; & quod pro tormentis ſibi injuſte illatis graviſſimè deridendi & puniendi eſſent aſſerebant; ſimiliter & numerum eorum quis eſſet videlicet undecim millia oſtendebant; tandem vero dimiſſi à Virgine, cum magnis ululatibus recedebant. Virgo autem cum magna jucunditate & exultatione in ſuum thalamum revocata fuit, & magnificans ſuum dilectiſſimum Sponſum, in gratiarum actione devota permanſit.

lanceis excipitur confoditurque;

C

donec à Sponſo viſitata,

D

de hoſtibus, ad 11000 collectis triumphat.

118 Igitur in die omnium Sanctorum, Virgo Chriſti ad eccleſiam læta proficiſcitur; & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi confeſtim rapitur. Deinde tranſactis quaſi duabus hebdomadis, Virgo Chriſti per tres noctes à tribus dæmonibus horribiliter cruciabatur: qui venientes ſingulis noctibus in thalamum Virginis orantis, ipſam, niſi ab erronea vita ſua deſiſtere vellet, tartareo igne ſuccendere, & fœtoribus abominabilibus ſuffocare minabantur. Quam dum immobilem in ſuo propoſito cernerent, cum magno furore irruentes in ipſam, corpus ejus flammis ſulfureis ſuccenderunt; deinde abominabiles fœtorum ſpurcitias per aures, oculos, nares, & os Virginis immittentes, ipſam quaſi omnino ſuffocaverunt. Et hoc facto, duabus quidem primis noctibus receſſerunt: Virgo autem Chriſti ſingulis noctibus à ſuo dilectiſſimo Sponſo viſitata intimè conſolatur: corpus vero ejus, tam ab ardoribus ignium quam à fœtoribus ſpurcitiarum curatum ac mitigatum, divina virtute mirabiliter reformatur. In tertia vero nocte, poſt paſſiones & conſolationes ſupradictas, dæmones, cum maxima confuſione & tremore, coram Virgine ſteterunt, & enumeratis cunctis nequitiis ſuis, veniam petierunt. Qui tantem dimiſſi à Virgine, cum maximo planctu & ejulatu receſſerunt. Ex tunc autem, uſque in feſtum B. Andreæ, Virgo Chriſti in conſolatione permanens, dæmonum perſecutiones minimè ſentiebat: quo tranſacto, cum Virgo ſequenti die communicare proponeret, & nocte præcedenti orationibus more ſolito inſiſtere deberet, graviſſimum tædium mentem ejus ſubitò occupavit, & torpor ingens, cuncta membra ejus perſtringens, in deſidiam convertit. Cui Virgo Chriſti totis viribus reluctans, viriliter reſtitit; donec tandem ex diuturna reluctatione & coarctatione, cruor fervidus ex ore & naribus Virginis cariſſimè emanavit: neque enim ſequenti die Virgo Chriſti ad Communionem, ſicut propoſuerat, accedere præſumpſiſſet; ſi non ipſi in reſiſtendo proprii cruoris cariſſima effuſio accedendi fiduciam tribuiſſet. Itaque ſequenti die poſt feſtum B. Andreæ, Virgo Chriſti communicans, totum illum diem in gemitibus & lacrymis amariſſimis continuavit; donec tandem contra ſero, voluntatem ſui Dilectiſſimi de paſſionibus ſupervenientibus

Poſt 16 Nov. ardore & fœtore torquetur.

E

F

1 *Dec. communicatura luctatur cum deſidia;*

ſcire

A ſcire promeruit : & in hoc aliquantulum reſpirans, uſque ad diem tertium abſque dæmonum perſecutione permanſit. Quo tranſacto, per tres noctes ſequentes venit maxima multitudo dæmonum in thalamum Virginis orantis, qui totalem vitam & converſationem Virginis reprobantes, ipſam deceptam fore in omnibus dicentes, argumentorum ſuorum fallaciis oſtendebant; & niſi celeriter reſipiſceret, & eorum conſiliis acquieſceret, variis & exquiſitis cruciatibus ipſam interficere minabantur. Sed Virgo Chriſti, quia interna conſolatione tunc privata erat, reſpondere iis quidquam non potuit. Per has verò tres noctes, corporales afflictiones à dæmonibus non ſuſtinuit; licet mente quam plurimum turbata fuerit.

à 14 ejuſdē opprobria dæmonum patitur

119 Deinde per ſingulas noctes ſequentes, uſque in tertiam Dominicam Adventus, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis orantis: & reprobantes totius converſationis ſuæ modum & ordinem, dixerunt : Ecce tot annis propter inordinatam vitam tuam dominamur tui, & diverſis cruciatibus tam manifeſtis quam occultis te affliximus; nec adhuc B animi tui duritiam flectere, nec ad viam rationis inclinare potuimus. Scis etenim quoties te diris cruciatibus affliximus, & cruciatam denuo ſanavimus; aut quoties vitam tuam morte turpiſſimâ exterminavimus, & iterato revivificavimus. Sed in omnibus obſtinata mens tua nec flecti nec corrigi potuit: unde de cetero nil parcendum, nil miſerendum tibi eſt: niſi enim confeſtim à perverſa vita tua deſiſtere, & noſtris conſiliis acquieſcere volueris, nudam & omni ignominia plenam ad conſpectum omnium hominum pertrahemus, & ſeductoriæ vitæ tuæ infamiam, non ſolum huic villæ, verum etiam toti mundo manifeſtam faciemus. Virgo autem hæc audiens, corde ſurſum ad Dominum erecto, confortari ſe ab ipſo humiliter poſtulabat : & mox confortatione percepta, dæmonibus conſtanti animo reſpondit : Neſcitis, ô maligni ſpiritus, quod comminationes veſtras derideo: verbera & afflictiones quaſcumque, pro amore Domini mei, pati non timeo: ſcio nempe quod præter ejus voluntatem nullam penitus poteſtatem in me C habere poteſtis, & nihil mihi moleſtiæ inferre, ſed nec manus quidem extendere abſque ejus permiſſione valetis. Quod quia ita eſt, idcirco minas veſtras & tormenta non ſolum non timeo, ſed potius voluntatem Domini mei venturam ſuper me toto cordis deſiderio expecto. Nolite ergo tardare, moras rumpite, & imperium Domini mei Ieſu Chriſti in me quantocius explete. Hæc ipsâ dicente, dæmones adverſus eam horribiliter ſævientes, ipſam unanimiter invaſerunt, & veſtibus exſpoliatam ac nudam ex proprio thalamo, cum eſſet gelu fortiſſimum, ejecerunt ; & vociferando ac blaſphemando per plateas totius villæ contumelioſè traxerunt ; cædenteſque corpus Virginis ad parietes & oſtia ſingularum domorum inſultando dixerunt : Nunc cædendo corpus tuum & clamando tantum ſtrepitum faciemus, quatenus ad ſpectaculum ignominiæ tuæ univerſum populum convocemus. Quibus Virgo Chriſti intrepida reſpondit : Minas veſtras & tormenta, ô mendaciſſimi dæmones, non timeo ; & abſque conſenſu Domini mei Jeſu Chriſti omnino invalidos vos agnoſco : ſi enim ex licentiâ Domini mei Jeſu clamando, & corpus meum cædendo, homines excitare conamini ; ipſe, pro ingenti bonitatis ſuæ clementia, aures eorum ne audiant, neve quidquam de me percipiant, poterit obturare : non igitur timenda mihi eſt veſtra qualiſcumque malitia, per quam voluntatem Domini mei adimpleri in me veraciter agnoſco. D

uſque ad 12: tum fruſtra ad defectionem ſolicitata,

ultro dæmones provocat;

à quibus per totam villam raptata,

A. PETRO COÆVO EX MS.

120 Ad hæc verba dæmones, tamquam leones ferociſſimi rugientes, apprehenſam Virginem extra villam, ad quamdam ſilvam vicinam quæ dicitur Gurbruch, traxerunt ; ubi corpus Virginis ſpinis ac vepribus involventes, & punctionibus aculeorum undique dilacerantes, cutem cum carnibus abſtraxerunt; tandemque poſt longas tunſiones & verbera, projicientes ipſam ſuper glacies, & tamquam mortuam relinquentes, abierunt. Quibus abeuntibus, continuò duo Angeli venerunt, qui corpus Virginis cum magna reverentia tollentes, & tamquam leniſſimo pallio operientes, reficiebant ; & confortantes piiſſimis alloquiis, dicebant : Gaude & forti animo eſto Sponſa Chriſti, quia tecum eſt Dominus tuus Jeſus Chriſtus, pro cujus amore hæc omnia pateris. Ipſe enim numquam te deſeret, ſed in omnibus paſſionibus tuis confortabit, necnon de cunctis adverſariis in te glorioſiſſime triumphabit. His & ſimilibus exhortationibus conſolantes Virginem Chriſti domum mirabiliter reducebant. Hæ paſſiones ſimul & Angelicæ conſolationes durabant ſingulis noctibus uſque ad tertiam Dominicam Adventus. Deinde ſingulis noctibus, uſque ad quartam Dominicam Adventus, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis orantis: & videntes eam genibus flexis orare, dicebant : Niſi tu, miſerrima ſeductrix, à genuflexione & vana ſalutatione deſiſtas, & noſtris conſiliis acquieſcas, tamdiu per ſpinas, ſepes & glacies contemptibiliter ſuper illis genibus te trahemus, donec teipſam adnihilemus. Ad hæc verba Virgo Chriſti audacter reſpondit : Ego merito genua mea flecto, & illi inclino, quem non ſolum omnia cæleſtia & terreſtria venerantur & adorant ; ſed & vos ipſos nefandiſſimos dæmones, cum univerſis complicibus veſtris, qui in inferno ſunt, coram tremenda Majeſtate genua flectere & incurvare oportet. E F

inter ſpinas & vepres volutatur,

idque per ſingulas noctes uſque ad 19 Dec.

121 Hæc audientes dæmones, cum magno furore ipſam invaſerunt; & veſtibus expoliatam, nudam de thalamo ſuo ejicientes, cum magno furore & ſtrepitu ad quamdam piſcinam retro villam ſitam perduxerunt: ubi trahendo Virginem, & genua ejus ad glacies fortiſſimè collidendo, dictam piſcinam hinc inde ſæpiſſime tranſierunt. Exclamantes autem horribilibus vocibus, atque inſultantes Virgini, dicebant : Ubi eſt modo Sponſus & Deus tuus, quem genuflectendo adoras ? de cujus auxilio inſaniſſimè gloriaris & exultas ? Nunc videbimus utrum ille, quicumque eſt, in auxilium tibi veniat, & de manibus noſtris te eripiat: jam enim nec linguam ad invocandum, nec genua ad orandum movere poteris. Agnoſce ergo, vel ſaltem adhuc, errorem tuum, & reſipiſce, & noſtris conſiliis acquieſce. Quibus Virgo Chriſti conſtanter reſpondit : O impiiſſimi

quando in piſcinam congelatam projecta,

A piiſſimi dæmones, furor & clamor veſter non
c me terrent; ſed potius de voluntate Domini
A. PETRO mei me admonent: certa enim ſum & mul-
COÆVO toties experta, ipſum plus poſſe reficere &
EX MS. ſanare, quam vos cruciare poſſitis: quippe
inſultat dæmonibus: quorum poteſtas ex ſolo nutu Domini mei Jeſu Chriſti dependet. Nihil eſt ergo quod me cruciet, quodve moleſtet, niſi hoc ſolum, quod vos in exequenda voluntate Domini mei pigritari aſpicio, quam compleri me vehementiſſime deſidero. Tunc dæmones audientes has Virginis conſtantiſſimas allegationes, corpus ejus cum nimio furore apprehenderunt; trahenteſque per ſepes & ſpinas ad ſilvam memoratam, quæ Gorbruch dicitur, perduxerunt. Ubi dum corpus verberibus & tunſionibus diu multumque afflixiſſent, tandem poſt innumeros cruciatus, projicientes ipſum ſuper glacies, & tamquam mortuum relinquentes, abierunt. Illis vero abeuntibus, corpus Virginis à duobus Angelis prædictis reverenter tollitur, ſanatur, & in ſuum thalamum mirabiliter revocatur. Hæc tormenta ſimul & conſolationes Angelorum durabant ſingulis
B noctibus, à tertia Dominica uſque ad quartam.

ac denique 24 ab exhortantibus ſe mutuo,

122 Deinde vero uſque in ſextam feriam ſequentem, hoc eſt in Vigiliam Natalis, venerunt alii dæmones, plures & crudeliores prioribus, in thalamum Virginis: qui blaſphemantes ac diverſis ſermonibus Virginem fatigantes, dixerunt: Ecce jam pluribus annis circa emendationem & correctionem erroneæ vitæ tuæ laboravimus, & nunc cruciando, nunc ſanando; nunc mortificando, nunc iterum vivificando multas tibi & magnas potentiæ noſtræ virtutes monſtravimus; adhuc tamen penitus exterminare noluimus, expectantes, ſi forte aliquando ab errore tuo reſipiſceres. Nunc vero ultra nec parcere nec differre volumus: niſi enim cito ab erronea vita tua compuncta recedas, poſt tormenta multifaria vitam tuam morte turpiſſima finiemus, & nobiſcum ad inferos deferemus. Ad hæc verba Virgo Chriſti intrepida mente reſpondit: Non vos, ô mendaciſſimi dæmones, me unquam ſanaſtis aut vivificaſtis; ſed Dominus meus Chriſtus, qui ſolo nutu omnia
C vivificat & reſtaurat: ipſe enim eſt omnium vulnerum efficaciſſimus curator, & totius eſſentiæ meæ mirabilis reformator. Et vos quidem poteſtatem malitiæ, quam in terrendo & affligendo habere videmini, abſque ejus licentia & conſenſu exercere nequaquam poteſtis: taceant ergo ora veſtra mendaciſſima, quæ vel ſanare vel vivificare quemquam ſe poſſe nequiter mentiuntur: ſed ſi qua vobis licentia ad affligendum à Domino conceſſa fuerit, hanc celerius perficite, & ſimul cordis mei gaudium adimplete. Tunc dæmones, in furorem maximum converſi, ad Virginem dixerunt: Ex quo nullis monitis emendari, ſed potius in malitia tua indurari te cernimus, gravioribus te ſuppliciis compeſcemus. Hoc
allatâ catenâ igneâ, dicentes, catenam igneam afferri continuò præceperunt: quam allatam ante faciem Virginis exhibentes, dixerunt: Vides hanc horribilem catenam? Per ipſam enim frontem tuam elatam & cervicem duriſſimam conſtringemus, & conſtrictam ad loca remota perducemus, & trahendo atque horribiliter tor-
quendo rupta cervice oculos à capite tuo exD ſilire faciemus. Quibus Virgo Chriſti reſpondens ait: Si hoc vobis, ô maligni ſpiritus, à Domino imperatum eſt, ut mihi hos exteriores & corruptibiles oculos eruatis; non timeo, ſed de voluntate Domini mei intimè gaudeo: habeo enim clariſſimos intus in anima mea oculos, quibus dum Dominum Ieſum Chriſtum, qui pro me mortuus eſt, inceſſanter aſpicio, nihil eſt quod pro ejus amore pati formidem.

frontem collumque ſtringitur;

123 Porro dæmones hæc audientes, unanimiter in Virginem irruerunt, ſtringenteſque catenam igneam circa frontem Virginis, eamque collo ipſius circumdantes, nudam è thalamo ejecerunt: trahenteſque per ſpinas & vepres, juxta civitatem Nuſſienſem, quæ duo milliaria & amplius ab illo loco diſtat, blaſphemando & horribiliter vociferando perduxerunt: & conſilio habito, duo inſtrumenta ferrea, ad modum cuſpidum acutiſſima, terræ profundius infixa Virgini oſtenderunt, & blaſphemantes dixerunt: Nunc, infeliciſſima omnium hominum, manifeſte vides quod adjutorem & liberatorem nullum habes: ſi E enim adjutor & liberator talis ac tantus, quemadmodum inſaniſſime gloriaris, tibi eſſet; procul dubio nunc tibi adeſſet, & de manibus noſtris te violenter eriperet. Si ergo adhuc ab erronea vita ceſſare & noſtris monitis acquieſcere velles, adhuc tibi parcere & priſtinæ ſanitati, cum divitiis & honoribus cumulatis, reſtituere te vellemus: ſin autem, *pedes tranſfigitur,* ſurſum te erectam per pedes tuos transfixos ſuper hæc ignea inſtrumenta collocabimus: illicque immobiliter retentam, corpus tuum telis acutiſſime undique perforabimus. Virgo autem Chriſti reſpondens, dixit: Nunc primum gaudeo & exulto, recordans clavorum acutiſſimorum, innocentes pedes & manus Domini mei Jeſu Chriſti penetrantium; cujus dum ineffabilem dilectionem perpendo, ut ejus paſſionis particeps fieri merear, non ſolum pedes, ſed & totum corpus ad perforandum lætanter exhibeo. Porro dæmones hæc audientes, corpus Virginis in aëra levaverunt; & cum maximo impetu remittentes, pedes inſtrumentis igneis infixerunt; ibique ipſam tamdiu immobiliter retinue- F runt, donec corpus acutiſſimis telis undique perforatum, particulariter ab invicem diviſerunt: hoc facto relinquentes tamquam omnino mortuam, receſſerunt. Quibus recedentibus, Virgo Chriſti à duobus Angelis prædictis conſolatur. Venerunt ſiquidem prædicti ſingulis noctibus, & tollentes corpus Virginis, facto Crucis ſignaculo ſuper utroſque pedes Virginis, ipſos ſimul cum toto corpore ab omni læſione curabant; & confortantes eam piis alloquiis, in thalamum ſuum mirabiliter revocabant.

cor tranſverberatur:

124 Hæc tormenta durabant uſque in Vigiliam Natalis Domini: hoc adjuncto, quod in ultima nocte, hoc eſt in illa quæ Vigiliam antecedit, poſt tormenta ſuprà memorata, dæmones videntes Virginem in omnibus immobilem exclamantes horribilibus vocibus dixerunt: Hanc miſerrimam ſeductricem multis tormentorum generibus afflximus, & corpus ejus telis acutiſſimis undique transfiximus, ſed cor ejus adhuc non tetigimus, expectantes

A ctantes ſi forte adhuc in extremis vitæ reſipiſcere vellet ; ſed quoniam in perverſitate ſua ſemper magis ac magis obſtinata perſeverat, nil aliud faciendum reſtat, quam quod cor ejus induratum telo acutiſſimo citius perforetur, & ſic ſaltem turpiſſima morte conſumpta nobiſcum ad æterna ſupplicia deportetur. Ad hæc verba Virgo animo conſtantiſſimo reſpondit : O maligni ſpiritus, nunc anima mea exultat in Domino ; quia quod ſemper deſideravi nunc audio : deſideravi à primæva juventute mea, ut vita mea non alia morte finiatur, quam illa qua cor meum ex ejus amore præcordialiſſimo frangatur: quod ſi Dominus meus Jeſus Chriſtus hoc tempore per vos fieri præordinavit, nequaquam doleo, ſed donum diu deſideratum gratanter ſuſcipio. His dictis, erectis oculis ſurſum in cælum, dixit : Domine Ieſu Chriſte, Sponſe amantiſſime, vos ſcitis quod ſemper ex intimo corde deſideravi, ut cor meum ex amore veſtro frangatur : quod ſi modo adimplere dignamini, ex toto corde gratias ago, & animam meam veſtro dulciſſimo cordi re-
B commendo. Vix Virgo Chriſti verba finierat, & ecce continuo latus ejus telo acutiſſimo perforatur, & beata ejus anima à corpore expulſa in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi continuo tranſportatur.

ſibique à Chriſto reddita, victos ſupplicanteſque dimittit ad 401 050

125 Interea dæmones confuſi ac victi, & tamquam igneis catenis conſtricti, in eodem loco permanſerunt, expectantes donec malitiæ ſuæ judicium & vindictam ſumerent. Virgo autem Chriſti intime conſolata, & ab omni læſione curata ſtabat, Sponſum ſuum in omnibus magnificans. Stabant præterea & ipſi dæmones coram Virgine, cunctarum nequitiarum ſuarum modum & ordinem pandentes ; & victos ſe per omnia fatentes, dixerunt : Miſerere noſtri & dimitte nos, ô Chriſtina Ancilla Omnipotentis ; quoniam te injuſte & ſine tuis meritis afflximus : tu enim continuis precibus & ardentiſſimis deſideriis Altiſſimum ad hoc provocas & inducis, quatenus ad cruciandum te pro exceſſibus aliorum nos deſtinet : nunc vero expletis in te cunctis malitiæ noſtræ artibus te victricem glorioſam, noſque victos
C atque confuſos per omnia confitemur. Inſuper ei oſtendentes numerum eorum quis eſſet, videlicet quadraginta millia & quinquaginta, *b* dixerunt : Numquam tibi Ancillæ Omnipotentis de cetero moleſti erimus, numquam impoſterum ſupplicia inferemus: ſed pro tormentis tibi injuſte illatis, graviſſimas deriſiones & afflictiones in inferno apud collegas noſtros ſuſtinebimus. Cumque hæc & plura his ſimilia loquerentur, dimiſſi cum maxima ſuiipſorum confuſione, receſſerunt : & Virgo Chriſti cum magna conſolatione in ſuum thalamum mirabiliter reducitur. Deinde Vigiliâ Natalis feliciter tranſactâ, Virgo in die ſancto Natalis Domini ad eccleſiam læta per-

b

& videt tres animas ſuis cruciatibus liberatas ſibi notas præter alias 1000.

venit ; & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi mox tranſiit : ubi inter ineffabiles conſolationes, ſibi à dilectiſſimo Sponſo ſuo exhibitas, hoc ſibi pro recenti ac ſpeciali clenodio dabatur, quod videlicet tres animas, pro quibus tam immania tormentorum genera ſuſtinuerat, à pœnis purgatorii ereptas, coram beatifica facie æterni Sponſi, felici intuitu ſpeculatur. Inter quas videlicet animas, una erat, anima avunculi Magiſtri Joannis; altera vero erat anima aviæ prædictæ Virginis, tertia autem erat cujuſdam prædivitis matronæ de Colonia, quæ in vita ſua Virginem Chriſti ſpecialiter dilexerat : cum his autem tribus animabus, mille aliæ animæ eòdem momento à pœnis Purgatorii ſunt ereptæ: quæ videlicet animæ multis adhuc annis in Purgatorio pro ſuis exceſſibus puniri debuiſſent, ſi non ipſis paſſiones & merita Virginis celerius ſubveniſſent.

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

ANNOTATA DP.

a *Erant tunc* Dux Brabantiæ, Joannes ; Epiſcopus Colonienſis, Siffridus ; *ambo nominati in Vita num.* 108.

b *Hic eſt ſummus, qui hactenus occurrit vel occurret in hoc libro, numerus dæmonum, ad exercendam* Chriſtinæ *patientiam concurrentium : magnus quidem, ſed nequaquam incredibilis, quando legimus in Euangelio, Lucæ* 8 ℣ 30, *unum hominem inſeſſum fuiſſe ab integra legione dæmonum id eſt* 6666. *Dum autem omnes iſti promittunt quod Virgini non eſſent amplius moleſti futuri, opinari me faciunt, ipſos mox ab hac confeſſione ad infernum retruſos fuiſſe, numquam exituros. Sane ex frequentibus energumenorum exorciſmis conſtat, nihil æque horrere dæmones, quam, quod occupatis ſemel corporibus expulſi, ablegandi ad inferos ſint : unde mihi ſuſpicio naſcitur, quod omnes ii, qui nunc præficiuntur tentandis & pertrahendis in damnationem hominibus, aut magno cuidam malo perficiendo, ex eorum ſint numero, quos* aërias poteſtates *vocat Apoſtolus : ab ipſo primo lapſu in aëria regione oberrantes, donec denique propter exercita inter homines mala quaſi ſuo perfuncti officio, detrudantur in gehennam. Neque hoc mirum videatur, ſiquidem partem tertiam ſtellarum, id eſt Angelorum, traxiſſe in ruinam creditur Draco. Angelorum autem numerus, etſi nuſpiam in Scriptura expreſſus inveniatur ; tamen noſter Chriſtophorus Eſtancellius, Mathematicarum in Bahia Braſiliæ Profeſſor, in eo quem hic Antverpiæ imprimendum curavi Uranophilo extaſi* 9 *num.* 58 *curioſum calculum Angelorum eo ſubducit, ut juxta quod Danielis* VII *poſitum eſt*, Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant *ei*, (*ſic ut ſinguli Ordines in decuplum invicem ſeſe excedant*) totius curiæ cæleſtis beatorum ſpirituum mille millium milliorum de millionibus numerus expleatur; damnatorum ſit centeſima pars velut ſupernumeralis excedens illum numerum perfectiſſimum, ſcilicet decem millia millionis millionum, ex quibus quinque millia millionis ruerint ex infimo ordine Angelorum, velut tertia pars ejus naturæ quam Draco ſecum traxit : ceterorum vero, qui ex aliis Ordinibus ruerint, quis quotuſque numerus ſit, non eſt ita facile nobis intellectu. Probabiliter tamen, *inquit*, arbitror ex ſenis ſimul ordinibus Miniſtrantium, non plus quam decimam partem ruiſſe ; ſicut ſolum centeſimam ex omnibus ſimul collectis ; ita ut his parabola centum ovium, illis autem ſimilitudo decem drachmarum adſtipuletur.

Ingens numerus dæmonum

E

& longe major Angelorum.

F

A. PETRO COÆVO EX MS.

CAPUT XIV.

Initium anni MCCLXXXIV.

A Nativitate Domini, usque in illam noctem quæ Octavam Epiphaniæ præcedit, Virgo Christi absque dæmonum persecutione in magna consolatione permansit. In *13 Januar. redit mutus dæmon,* qua quidem nocte, dum Virgo Christi more solito orationibus intendere deberet; ecce quidam dæmon, mutus & tacens, qui etiam Virginem Christi pluribus vicibus ante affixerat, venit in thalamum Virginis; & cum maximo furore in ipsam irruens, singula ac universa tormentorum genera quibus Virginem per biennium & amplius vicissim ac singillatim afflixerat, nunc generaliter ipsi inferebat. Noviſſime vero instrumentum quoddam bidentinum ad modum unci simarii afferebat; quod mittens in corpus Virginis, cum *& Virginem fuscinâ aduncâ laniat;* ingenti furore trahendo ac lacerando, cutem cum carnibus à corpore Virginis penitus abstrahebat, necnon & sanguinem Virginis largissime effundebat. At Virgo Christi, à Domino confortata, & audaciâ, quam hactenus ad alloquendum prædictum dæmonem non habuerat, receptâ, alloquitur eum his verbis, dicens: Dic mihi, ô maligne spiritus, cur me tanto tempore & tam graviter afflixeris? quare sanguinem meum tacens & mutus toties effuderis? Qui ait: Hoc feci & facio propter perversam & inordinatam vitam tuam, quam inter cunctos mortales sola exercere videris: propter hanc vero potestatem in te habeo, & numquam in hac vita quiescere te permittam. Cui Virgo constanter respondit: In hoc mentiris, ô maligne spiritus, quia dicis te potestatem in me habere: potestas enim quam habes, non est potestas, sed potius coacta servitus: est enim licentia tibi à Domino meo Jesu Christo concessa, cujus imperio velis nolis obedire per omnia te oportet. Ceterum de quiete hujus vitæ minime curo, nec adversa pati timeo: quia vitæ æternæ de qua miser ejectus es, remunerationem expecto. Tunc ille nequam, confusus & victus, ait: Illius vitæ, quam memoras, ego nec dator nec ablator esse potero.

127 Et rursum Virgo: Adjuro te, inquit, *adjuratusque ait se obsequi ejus voto, peccata aliena expiandi,* per virtutem Domini mei Jesu Christi, ut continuo mihi dicas, ob quam causam me tamdiu tamque graviter afflixeris? Cui ille: Ob nullam prorsus causam quæ in te est hoc facio, sed potius ad satisfaciendum desiderio tuo, pro peccatis aliorum, virtute Altissimi hoc facere compellor: plus enim à te crucior, quam à me tu possis cruciari: frequentes enim tibi insidias posui, multoties dictis & factis tuis, tamquam insidiator nequissimus, affui: exilivi etiam, cum te iratam vel impatientem cernerem, protinus sperans si forte aliquid mei juris in te, quemadmodum & in ceteris hominibus, invenirem; sed incassum laboravi, *laborem autem in ea tentanda perdidisse.* totumque laborem meum in te perdidi: quia sive irasci appareas, in veritate irasceris; sive impatienter loquaris, sive quidquid aliud reprehensione dignum facere videaris, in veritate infallibili jugiter solidaris; & idcirco dum omnia opera tua in veritate facta invenio, victus potius & confusus, quam meo voto potitus recedo. Post hæc vero facto tremore suo, sonitum ac rugitum ferreorum telorum se mutuo collidentium faciebat: adjuratusque à Virgine quid hoc esset, dicebat: Hæc sunt tela ignea & mortifera, quæ dum cordibus hominum infigo, ad quæcumque facinora juxta placitum meum inclino, necnon ad mortem æternam impello: nullum tamen unquam tibi infigere, nec in corde tuo firmare potui: magis autem multos, his telis sauciatos, quos postidere libere credidi, per te infelix amisi. Cumque hæc & his similia dæmon ille Virgini scisitanti respondisset, confestim evanuit: Virgo autem Christi à suo dilectissimo Sponso intime consolata, & ab omni læsione curata, gratias egit. Mane autem facto, hoc est in Octava Epiphaniæ, Virgo Christi ad ecclesiam læta properavit; & communicans, in amplexus sui Dilectissimi feliciter transvolavit.

128 Post hæc autem circa festam B. Agnetis, Virgo Christi per quatuor noctes à quodam dæmone gravissime torquebatur, ita quod sanguis ejus largissime effundebatur. Demum circa festum Purificationis, Virgo Christi tribus vicibus à quatuor dæmonibus illudebatur. Cum Virgo Christi circumeundo villam ad ecclesiam ire deberet, prædicti dæmones sursum in aëre super ipsam clamorem & strepitum magnum faciebant: cumque Virgo Christi perterrita, quidnam hoc esset sursum respiceret; vidit dæmones illos horribiles, tamquam tartareo igne succensos, qui ostendentes sibi imaginem tamquam Fratris sui Sigwini, blasphemando dixerunt: Ecce iste est Frater tuus dilectus, quem tenere dilexisti, quem etiam in Ordinem Prædicatorum receptum fore credidisti, pro quo multas preces & orationes inutiliter fudisti: ecce nunc ipsum in nostra potestate habemus, & nobiscum ad æterna supplicia deferemus. Desine igitur pro ipso de cetero incassum preces fundere, quem conspicis nostras manus nequaquam posse effugere. His & hujuscemodi fallacibus sermonibus mentem Virginis ultra modum affligentes, evanuerunt. Et duabus quidem primis vicibus, Virgo Christi nil respondens, ad ecclesiam cum magno mœrore perrexit; tertia vero vice, Virgo Christi, audaciâ à Domino perceptâ, dæmones sic alloquitur: Adjuro vos, ô maligni spiritus, per virtutem Domini mei Jesu Christi, ut continuo mihi dicatis, cur toties mihi sub specie fratris mei dilecti illuseritis, & mentiendo de ipso cor meum tam graviter afflixeritis. Qui respondentes, dixerunt: Quia cognovimus quod hic frater multum à te dilectus, & quod sit tibi maxima cura de salute ejus: idcirco, licentiâ ab Altissimo receptâ, per ipsum te magis affligere curabamus: quia sic curam & solicitudinem ejusdem fratris de corde tuo tollere putabamus. Sed frustra in hac parte laboramus: quanto enim amplius te per ipsum tentamus, tanto plus ad ejusdem curam & solicitudinem provocamus, nobisque pœnam & confusionem maximam cumulamus. Et idcirco scire debes, quod nihil nostri juris in prædicto fratre tuo habere possumus: tua namque continua solicitudo & jugis oratio ipsum custodit, nobisque

In fine Januarii Virgini, eunti ad ecclesiam,

dæmones objiciunt specie fratris, ut damnati;

sed ipsa eos cogit fraudem fateri.

A nobisque omnem sibi nocendi aditum præcludit. Hæc dicentes, lapidem maximum igneum, adinstar molaris, quem inter se portaverant, per quem etiam Virginem Christi sub specie fratris sui illuserant, projicientes ante pedes Virginis, submiserunt: & conversi ad Virginem dixerunt, Hunc lapidem igneum de partibus transmarinis huc ad illudendum tibi attulimus; sed heu! confusi & victi, ipsum ad eumdem locum, de quo sumptus est, cum maximo tormento deportabimus: sed neque hoc ipsum quidem, nisi per tuam licentiam, de qua victi sumus, facere ullo modo poterimus. Hæc & plura his similia dicentes, jubente Virgine lapidem prædictum tollentes, cum maximo strepitu recesserunt.

129 Igitur in festo Purificationis Virgo Christi communicavit: & continuo rapta, in amplexus sui dilectissimi Sponsi transvolavit. *MedioFeb. per 6 noctes dire cruciatur:* Deinde vero ante Cathedram B. Petri, Virgo Christi à quodam dæmone per sex noctes continue afflicta fuit: qui veniens singulis

B noctibus in thalamum Virginis, ipsam, post varios & iniquos sermones ac comminationes, horribili instrumento transfixam miserabiliter cruciavit: & inter cetera vulnus maximum corpori ejus infixit, de quo sanguis ubertim profluens vestigia Virginis ubique perfudit: quod videlicet vulnus Virgo Christi usque in ultimam noctem incuratum cum magno gaudio portavit; quod & tunc integre sanatum fuit. Post hæc vero, à prima Dominica *item à 26 ad 3 Martii,* Quadragesimæ usque in sextam feriam sequentem, Virgo Christi à quodam dæmone fuit singulis noctibus gravissime cruciata: in qua videlicet sexta feria Virgo Christi communicans, totum illum diem in lacrymis amarissimis continuavit; donec tandem circa sero, de voluntate sui dilectissimi Sponsi consolata, aliqualiter respiravit; & sic usque ad tertium diem à dæmonum persecutione secura perman- *& à 6 ad 12:* sit. Quo transacto, per sequentem hebdomadam, singulis noctibus Virgo Christi à quatuor dæmonibus gravissime torquebatur. Venerunt siquidem dæmones illi singulis noctibus in thalamum Virginis orantis, & post longas comminationes, duo ex ipsis caldarium plenum bufonibus & venenosis spurcitiis, ante

C conspectum Virginis attulerunt; alii vero duo os Virginis, instrumentis acutissimis infixis, latius extendebant. Infundentes quoque illa venenosa monstra in corpus Virginis, cunctis visceribus ac intestinis ejus corrosis atque disruptis, ipsam miserabiliter imo indicibiliter cruciaverunt; & hoc facto continuo recesserunt. Virgo autem, propter venenum infusum se continere nequiens, huc atque illuc misere volutabatur; donec tandem, facto Crucis signaculo super corpus ejus, divinitus liberatur.

postea ei dæmon apparet in specie pinguis mulieris, 130 Post hanc vero hebdomadam Virgo Christi, quibusdam noctibus à quodam dæmone in hunc modum illudebatur. Singulis etenim noctibus, cum Virgo Christi thalamum suum intrare deberet, & adhuc candelam ardentem in thalamo haberet; quidam dæmon, in specie pinguissimæ mulieris transformatus, in lecto Virginis se reposuerat, & tamquam nuda vestibus se operuerat. Quem Virgo ad lumen intuita, & vehementer per-

territa expavit, quia ipsum non dæmonem, D
sed mulierem esse putavit; & dubitans quid A PETRO
faceret, utrum clamare aut de thalamo exi- COÆVO
re vellet, tandem accedens ad lectum, utrum EX MS.
mulier an phantasma esset, palpando experiri voluit: ac continuo dæmon ille, subsannando ac furialiter cachinnando, ridere cœpit. Virgo autem Christi, agnitâ dæmonis astutiâ, ipsum cur hoc faceret, quidve per hoc intenderet, per virtutem Domini Jesu Christi, adjuravit. At ille: Ego sum, inquit, dæmon ille qui fratri tuo, quem tu in Reli- *seque fratrem ejus supplantasse mentitur.* gione proficere credis, & pro quo orando multum laboras, frequenter illudo, & juxta placitum meum ad quodlibet facinus inclino: desiste ergo pro ipso de cetero inaniter fabulari, quem sub mea potestate perfecte habeo. Hæc dicens, confestim evanuit, & Virginem in maximo cordis mœrore reliquit. Deinde post has noctes per integram hebdomadam, videlicet usque in Annuntiatione beatæ Virginis, per singulas noctes Virgo Chri- *A 17 Martii ad 25 cruciatur Virgo.* sti gravissima tormenta [pertulit], de quibus nobis nihil indicare voluit. In die autem Annuntiationis Virgo Christi communicans, E totum illum diem in amarissimis fletibus transegit; donec tandem contra sero, de voluntate sui dilectissimi Sponsi consolata fuit, & sic ad tertium diem absque dæmonum molestatione permansit.

CAPUT XV.

Conversio septem latronum, Christinæ cruciatibus circa Pascha toleratis, impetrata.

131 EX tunc autem usque in Cœnam Domini, Virgo Christi gravissimas [tulit] passiones à dæmonibus, de quibus paucas *Christinâ, à 27 Martii ad 6 Aprilis dæmonibus relicta,* nobis revelavit; videlicet solum illas, quas duabus ultimis noctibus, Cœnam Domini præcedentibus, sustinuit. In his quippe noctibus venerunt septem dæmones, aspectu multum horribiles, in thalamum Virginis orantis: & diversis argumentorum fallaciis totalem vitam & conversationem Virginis per- F vertentes, ipsam ab erronea vita sua resipiscere, & ad rationabilem se convertere hortabantur; & nisi hoc citius faceret, diversa sibi tormentorum genera inferre minabantur. Quibus Virgo Christi constanter respondit: O maligni spiritus, frustra laboratis, si minis aliquibusve suppliciis me à vera vita mea, quæ Christus est, avertere putatis. Scire etenim debetis, quod minas & tormenta vestra non timeo, sed venturam Domini mei Jesu Christi voluntatem cum toto cordis desiderio expecto: anima enim mea ex hoc mirabiliter lætatur & exultat, si pro amore Domini mei Jesu Christi, qui pro me est mortuus, pati aliqua me contingat. Tunc irati dæ- *catenâ igneâ stringitur,* mones, catenam igneam coram facie Virginis offerebant, dicentes; Nisi tu, maledicta seductrix, ab hac vana & erronea opinione desistas, & nostris consiliis protinus acquiescas; corpus tuum hac catena ignea fortissime constringemus, & sic constrictam ac vestibus nudatam ad loca remotissima trahen-

A do perducemus, ibique poſt graviſſime tormenta vitam tuam morte turpiſſima finiemus.
A. PETRO COÆVO EX MS. At Virgo dixit: Nolite, ô maligni ſpiritus, morando tardare, nolite tempus perdere, ſed voluntatem Domini mei in me quantocius perficite. Tunc dæmones cum immenſo furore in ipſam irruentes, catenam igneam
raptaturq; in ſilvam latronibus 7 infeſtam, corpori Virginis ſtringendo circumdederunt, & trahendo per ſpinas & tribulos atque horribiliter vociferando in longinquam regionem perduxerunt; illicque Virginem ſervantes, & ſilvam maximam ſibi demonſtrantes, dixerunt: Vides hanc magnam & latam ſilvam, ô infeliciſſima omnium hominum? In hac ſilva habitant ſeptem latrones ſceleratiſſimi, necnon ad quæque flagitia promptiſſimi, qui noſtris imperiis jam multis annis obſequentes multos homines occiderunt, & animas non
coram ipſis cruciandas; paucas nobis ad tartara tranſmiſerunt. Hi ſunt enim, quibus omnimodis dominamur, & per quos infinitas animas lucramur. In hanc ſilvam te miſerrimam ſeductricem, niſi à perverſa vita tua adhuc reſipiſcere velis, confeſtim trahemus; & omnes has magnas arB bores, corpore tuo proſtratas, radicitus evellemus; & tunc demum ad unam iſtarum arborum te contumelioſe ligabimus; & clamando, latrones iſtos crudeliſſimos & homicidas ad ſpectaculum ignominiæ tuæ convocabimus. Noviſſime vero, poſt innumera tormenta, te nobiſcum ad inferos deportabimus, & in collegio eorumdem latronum æternaliter cruciabimus.

ad quod illa ſe offerens, 132 Quibus Virgo Chriſti conſtanter reſpondit: Quid fabulando & comminando tempus inutiliter conſumitis, cum per hoc mentem meam minime flectere aut terrere poſſitis? Parata quippe ſum pro amore Domini mei Jeſu Chriſti quæcumque tormentorum genera tolerare. Gaudeo enim & confido in eo, quoniam potens eſt me de cunctis tribulationibus liberare. Unde de cetero ab inutilibus & vanis comminationibus ceſſate; & quidquid vobis à Domino imperatum fuerit perficere quantocius feſtinate. His auditis dæmones illi, nimio furore repleti, Virginem horribiliter invaſerunt; trahenteſque ipſam in
C memoratam ſilvam horribiliter vociferare cœperunt. Deinde corpus Virginis, per catenam apprehenſum ad ſingulas præfatæ ſilvæ arbores fortiſſime cædebant, & cædendo univerſas arbores ad terram proſternebant. Ex hu*diriſſime torquetur,* jus itaque vociferationis & tumultuationis horribili ſtrepitu latrones illi graviter excitati, & incredibili metu concuſſi, quid facturi eſſent, aut ubi latere poſſent, neſcierunt; & tamquam inſenſati hinc illincque per totam ſilvam currentes, nec requiem invenientes, ſaltim ad locum ubi Virgo Chriſti à dæmonibus tenta fuerat, pervenerunt. Porro dæmones, Virginem Chriſti tenentes, blaſphemantes dixerunt: O infeliciſſima omnium hominum, quomodo ſic obſtinata & indurata es, ut te movere non poſſint tam magnifica noſtræ potentiæ miracula coram oculis tuis oſtenſa, & innumera tormentorum genera tibi potenter illata; de quibus cernis hos crudeliſſimos latrones immenſo timore concuti & terreri? Nonne manifeſte vides,
& ad deſectionem ſolicitatur: quod ſub noſtra poteſtate omnino poſita es, & alium præter nos adjutorem ſeu Dominum non habes? Si enim alius adjutor ſeu Deus D tibi eſſet, utique in tantis tribulationibus non deeſſet; nunc autem quia noſtræ potentiæ magnitudinem in tantis ſignis tam mirabiliter experiris, neceſſe eſt ut ſolum nos Deos omnipotentes fatearis; & noſtris conſiliis acquieſcens, ab erronea vita tua penitus te convertas, ut de cetero in pace vivere valeas; alioquin te obſtinatam ad arborem excelſam ſuſpendemus, & corpus tuum, igneâ catenâ undique transfixum, huic arbori adſtringemus; tandemque turpiſſima morte conſumptam, nobiſcum ad inferos deferemus.

133 Ad hæc verba Virgo Chriſti mente intrepida reſpondit: Neſcitis, ô maledicti *ſed nihil his* dæmones, quod proferendo talia incaſſum *mota Vir-* loboratis; & comminando, me amplius ad *gº* amorem Domini mei Jeſu Chriſti provocatis. Scio nempe quod ſine voluntate Domini mei nullam in me poteſtatem habetis: quapropter pravitatem veſtram in torquendo non timeo, ſed potius voluntatem Domini mei deſideranter expecto. Si enim vos ex voluntate Domini mei Jeſu Chriſti me afflixeritis, ipſe ſanabit; ſi occiderit is ipſe vivificabit, & in ſuo dilectiſſimo cor- E de æternaliter conſervabit. Nolite ergo tardare, moras rumpite, & quidquid vobis de voluntate Domini mei faciendum reſtat in me celerius adimplete. Tunc dæmones, cum immenſo furore accedentes, & corpus Virginis ad excelſum arborem ſuſpendentes, igneâ catenâ undique transfixerunt, & transfixum ſubtiliter mirabiliterque prædictæ arbori aſſuerunt, & ſimul blaſphemantes dixerunt; Nunc, miſerrima ſeductrix, Sponſum tuum *ex arbore* invoca, nunc Dominum & adjutorem invo- *ſuſpenſa di-* care feſtina. Si enim Sponſus & Dominus ti- *mittitur:* bi eſt, cur te deſerit? Si adjutor, cur in tantis periculis non ſuccurrit? Agnoſce vel ſaltem adhuc, quam ſtulta & vana ſunt omnia, quæ de Sponſo & Domino tuo præſumis, & inſaniſſime gloriaris. Quibus Virgo Chriſti conſtanter reſpondit: Dominus meus Jeſus non me deſeret, neque unquam in paſſionibus me deſeruit: ipſe enim mecum eſt: & in hac tribulatione, ſicut ex multis, fideliter me eripiet, & ſeipſum mihi in præmium æternum reddet; voſque mendaciſſimos, pro expletis malitiæ veſtræ fraudibus, F dolor & cruciatus æternus ſuſcipiet. Ad hæc verba Virginis, dæmones confuſi, quid reſpondere poſſent non habuerunt; ſed continuo recedentes, ululando & flebilibus vocibus ejulando, totum aërem clamoribus repleverunt.

134 Erant autem prope ſtantes ſeptem illi *accedenti-* latrones, & magnalia Dei cernentes, necnon *bus deinde* has omnes conſtantiſſimas allegationes Virgi- *latroni-* nis audientes: qui incredibili terrore incuſ- *bus* ſi, ac toto corpore tremebundi, ad arborem *narrat,* in qua Virgo Chriſti ſuſpenſa erat appropinquare cœperunt. Videntes autem eam tam miſerabiliter arbori affixam, & effigiem hominis in ea cognoſcentes, utrum homo eſſet an non, ipſam interrogare cœperunt: qua reſpondente, quia homo eſſet: illi ultra tanti horroris & tumultus cauſam ſibi indicari petierunt. At Virgo Chriſti horribiles dæmones in cauſa fuiſſe teſtabatur. Illi vero Virginem diligentius intuentes, & in tam gravibus pœnis conſtitutam cernentes, ſupra mo-

cum

A dum admirantes dixerunt: Miramur ſuper omnia, quod, ſi homo es, ſicut dicis, quomodo in tantis tormentis conſtituta vitam habere aut certe loqui nobiſcum poſſis. Quibus Virgo Chriſti reſpondens: Revera homo ſum, fidei Catholicæ ſexuſque feminei; ſed ſcire debetis, quod in tantis paſſionibus à meipſa nec vivere nec loqui valeo; ſed eſt Dominus meus Jeſus Chriſtus, qui pro me mortuus eſt, ipſe mihi vita, ſalus & protectio eſt; & quoniam in ipſo vivo, nec in pœnis deficio, nec mori valeo: ipſe enim in me vivit, ex me loquitur, & mirabili virtute ſua undique me protegit & tuetur. Illi vero amplius admirantes, dixerunt: Si eſt Deus & Dominus tam magnus & potens, qui tibi in talibus & tantis ſuppliciis vitam dare atque conſervare poſſit, hunc penitus ignoramus, & poſt hanc vitam aliam vitam futuram eſſe numquam credebamus, & idcirco manus noſtras ad quæque flagitia extendere minime formidavimus: in hac vero nocte tam horribilia audivimus & vidimus, quod præ nimio terrore jam pæne mortui ſumus.

quomodo in pœnis non deficiat:

Indeque compunctos, & de futura vita monitos,

B At Virgo Chriſti: Unus eſt inquit verus & omnipotens Dominus Jeſus Chriſtus, qui pro ſalute humani generis in Cruce mori dignatus eſt, qui & reſurrexit tertia die, & ad Cælos aſcendit: ipſe enim eſt vita omnium beate viventium, ſalus & protectio omnium in ſe ſperantium: ipſe etiam credentibus in ſe & ſibi fideliter famulantibus vitam & beatitudinem ſempiternam largietur. E contra eſt alia miſera & interminabilis vita, quæ non vita ſed potius mors dicenda eſt, impiis & peccatoribus reſervata, videlicet chaos horrendum, quod deformes atque horribiles dæmones inhabitant: quorum poteſtati ad Dominum converti nolentes, ſed in ſua malitia perſiſtentes, poſt hanc vitam tradentur, & intolerabilibus cruciatibus ab ipſis ſine miſericordia punientur.

135 His dictis latrones illi vehementer exterriti, dixerunt: Si hæc vera ſunt quæ aſſeris, quid tunc fiet de nobis? Nos enim ſumus homicidæ & latrones, tamen Catholicæ fidei nomen habentes; qui nec agnoſcentes, nec timentes Deum, pluribus annis tranſactis in unum confœderati, hanc ſilvam, ſedecim milliaria in longitudine habentem, intravimus, in qua multa homicidia ſimul & univerſa vitiorum genera peregimus: quæ ergo ſpes ſalutis poterit eſſe nobis? Ad quos Virgo ait: Nolite diffidere, ſed convertimini ad Dominum Jeſum Chriſtum, Patrem miſericordiarum, & ex intimo corde de peccatis veſtris compungimini: ipſe pius & multum miſericors dimittet vobis omnia peccata veſtra ſi veraciter pœnitere, ac de cetero de peccatis cavere volueritis. At illi reſpondentes dixerunt: Scelera noſtra atque peccata tam enormia & magna ſunt, ut de venia conſequenda ſpem habere non poſſimus: nos enim jam multis annis fuimus latrones ſceleratiſſimi, & ad quæque vitia promptiſſimi. Quomodo ergo tantis criminibus involuti, veniam ſperare poſſemus? Quibus Virgo Nolite, inquit, de miſericordia Dei diffidere: nolite deſperando æternæ mortis laqueum incidere: quia immenſa Dei miſericordia longe exuperat omnia veſtra delicta; nec magnitudo peccatorum vos terreat, quos divina miſeratio ad veniam invitat: utimini ergo conſilio meo, & relicto totius diffidentiæ timore, divinæ clementiæ magnitudinem implorate, veniam poſcite; & accedentes ad Sacerdotes, coram ipſis corde compuncto peccatorum veſtrorum ſordes confitendo detegite.

C

ſuaque facinora confitentes,

erigit in ſpem veniæ:

D A. PETRO COÆVO EX MS.

136 At illi dixerunt: Si nos ad quærendum Sacerdotes, quemadmodum ſuades, ab hac ſilva exiremus, vitam noſtram proculdubio perderemus: nam ſunt multi, qui propter homicidia, rapinas ac cetera facinora perpetrata, nos comprehendere cupientes, nobis jam dudum inſidias poſuerunt: à quibus, ſi ad quærendum Sacerdotes exiremus, continuo raperemur, & ſine contradictione morte turpiſſima damnaremur. Quibus Virgo Chriſti ait: Si metu corporis compulſi, ad quærendum Sacerdotes, quibus peccata veſtra confiteamini, de ſilva exire non præſumitis, de immenſa Dei miſericordia tamen nullo modo deſperare debetis: ſed ſub firma ſpe miſericordiæ conſequendæ manus & corda ſurſum ad Deum erigite, & coram veneranda Majeſtatis ejus præſentia omnia peccata veſtra confitendo edicite: adeſt enim Pater miſericordiarum & ſcrutator cordium, qui ſi vos pœnitentes & ex toto corde pro peccatis dolentes aſpexerit, non ſolum vobis omnia peccata miſericorditer relaxabit, verum etiam ab omnibus adverſantibus & periculis propitius liberans, poſt hanc vitam tranſitoriam cum Electis ſuis in æterna beatitudine coronabit. Verum ego ut ſecurius atque fiducialius id faciatis, peccatorum veſtrorum ſarcinas ſponte ſuſcipio, meque ad ſatisfaciendum pro vobis promptiſſimam exhibeo. Ad hæc verba Virginis, duo ex ipſis latronibus, Simon & Remboldus nomina habentes, qui & ſecundum carnem fratres erant, divinâ miſericordiâ compuncti, reliquos latrones conſocios ſuos, ut conſilio Virginis acquieſcerent, & de peccatis ſuis veraciter pœniterent, hortari cœperunt. Dixerunt enim: Agite nunc, ô ſocii, ut confeſtim recedamus à viis noſtris peſſimis, in quibus jam dudum periculoſiſſimè converſati ſumus; & convertamur ad hunc tam pium tamque propitium Dominum, cujus in hac Virgine virtutes & mirabilia tam magnifica videmus: ipſe enim eſt ſolus verus & omnipotens Dominus, qui huic Virgini in tantis tormentis conſtitutæ & vitam conſervat, & linguam ad loquendum accommodat. Ad hunc itaque, pœnitentiam agentes, veraciter convertamur; ut miſericordiam conſecuti, æterna tormenta, nobis pro peccatis noſtris reſervata, ſimulque horribiles manus dæmonum, de quibus hac nocte tam horribilia & vidimus & audivimus, evadere valeamus: neque enim juſtum eſt, ut quærendo Sacerdotes, & peccata noſtra ſub ſpecie veniæ confitendo, inſidiatores timeamus: qui jam dudum ignorando Deum, & in malitia noſtra perſeverando, ipſos minime timere voluimus.

metum vero mortis excuſantibus, ſuadet ut confeſſionis causâ prodeant è ſilva,

E *& eo ipſo ſalvandos promittit:*

a itaque per ſuaſis conſilium ſequi

F

197 Cumque hæc & his ſimilia exhortando ad ſocios dicerent; illis autem adhuc dubitantibus & de ſtatu Virginis interrogantibus, videlicet quomodo hæc fieri poſſent, aut qualiter illuc veniſſet Virgo Chriſti; ut omnem diffidentiam de cordibus eorum tolleret, faciliuſque de ſpe veniæ certificaret, ipſis de ſta-

declarat, quæ & unde ſit,

A tu ſuo plurima notificavit ; & oſtendens illis
A. PETRO COÆVO EX MS. locum, unde & quemadmodum illuc veniſſet, dixit: Eſt quædam magna & nominata civitas quæ Colonia dicitur : ab hac civitate ad duo milliaria diſtat quædam villa Stumbele dicta, de qua hac nocte , cum eſſem in cubiculo meo orans, comprehenſa ſum à dæmonibus: qui expoliantes me veſtimentis meis, & catenam igneam corpori meo circumdantes , trahenteſque me per ſpinas & vepres , vociferando horribiliter, ad hanc ſilvam perduxerunt: & cædentes me ad ſingulas hujus ſilvæ arbores , ipſas omnes , quemadmodum proſtratas cernitis, meo corpore cædendo proſtraverunt : noviſſimè autem ſuſpendentes me ad hanc arborem, corpus meum catenâ igneâ ſubtiliter atque mirabiliter huic arbori affixerunt: ſed in iis omnibus tormentis occidere me nullatenus potuerunt, quia nullam poteſtatem in me niſi conceſſam à Domino meo Jeſu Chriſto habere potuerunt. Ipſe enim Dominus meus Jeſus Chriſtus , adjutor & protector meus eſt: ipſe in his omnibus conſervat : ipſe me ab hac neceſſitate propitius
B eripiet , & mirabili virtute ſua ſanatam & confortatam ad locum, unde huc tracta ſum, mirabiliter revocabit: nec ſolum hac vice me ab ipſo liberari confido ; ſed ſæpiſſime , in ſimilibus ac gravioribus tormentis, auxilio ejus liberatam me gaudeo. Ut autem ſciatis qualiter in iis omnibus tormentis vivere atque vobiſcum loqui valeo ; dico vobis, quia Dominus meus Jeſus Chriſtus, vita , ſalus & protectio mea , ipſe patiendi pro amore ſuo vires mihi adminiſtrat, & ne unquam in tormentis deficiam me conſervat. Præterea habeo penes me duos Angelos , mihi à Domino tranſmiſſos , qui me confortant ; quos vos quidem minimè videre poteſtis ; quia oculos interiores, ad videndum hujuſmodi, idoneos & mundatos nondum habetis : ſpiritus enim ſunt, & ideo ſpiritualibus oculis ſpiritualiter videri [ſolum] poſſunt. Sed ſi in Dominum meum Ieſum Chriſtum veraciter credere volueritis, profecto videbitis qualiter Angelorum miniſterio ab iis tormentis mirifice liberabor, & ſubducta à veſtris oculis , tamquam in ictu oculi in meum cubiculum
C revocabor.

138 Latrones hoc audientes, & locorum diſtantiam admirantes dixerunt : Si de loco tam remoto huc adducta es, ultra modum miramur ; quia ſilvam hanc trecentis milliaribus de Colonia diſtare veraciter arbitramur. Tunc latrones omnes , divina miſeratione compuncti, procidentes veniam poſtulabant, & juxta conſilium Virginis, extenſis ad cælum manibus, peccatorum ſuorum turpitudines ſub ſpe veniæ confitendo, lacrymoſis vocibus coram Virgine recitabant. Exclamantes autem vocibus dicebant : Miſerere noſtri Pater miſericordiarum, & propitius eſto peccatis noſtris graviſſimis : quoniam ſceleratiſſimi homines, ac deterrimi peccatores ſumus : quindecim enim Sacerdotes, tam religioſos quam ſeculares, in hac ſilva manibus noſtris interfecimus; quinquaginta vero alios Clericos, tam Diaconos quam Subdiaconos & Scholares, occidimus ; centum puellas & matronas, violenter corruptas , poſtea mortificavimus ; mulieres etiam imprægnatas occidimus: de reliquis vero hominibus, mercatoribus, viatoribus, & peregrinis, à nobis interfectis, non eſt numerus: hos omnes ablatis rebus occidimus , nec cuiquam quantumcumque ſupplicanti pepercimus : res itaque ſic adeptas, nec legem tenendo, nec Deum timendo , ſed libere in concupiſcentiis abutendo , conſumpſimus : quia poſt hanc vitam nullam aliam vitam futuram agnovimus. Cumque hæc & cetera omnia peccata ſua confitendo coram Virgine recitaſſent, Virgo Chriſti confortans eos , ne propter multitudinem peccatorum ſuorum deſperarent , ſed potius firmiter in fide & ſpe veniæ perſeverarent , fideliter admonebat ; ſeque pro ipſis ſatisfacere velle promittebat. Interea cum Virgo Chriſti cum latronibus confortando loqueretur ; ecce corpus ejus illico mirifico lumine obumbratur : in cujus luminis claritate reverenter per Angelos ab arbore cui affixum fuerat ſolvitur, & ſubductum ab oculis latronum, ſanatum per omnia, in proprium thalamum cum magna conſolatione reducitur.

139 Porro latrones, hujus luminis claritatem cernentes, nec ſplendorem ferre valentes, ad terram proni corruerunt : ſed introrſus amplius illuminati ac roborati, videntes que Virginem in tam mirifico lumine ſubductam, plane omnibus quæ locuta fuerat crediderunt ; & ardore fidei inflammati, poſtpoſito corporis metu, ad publicam confeſſionem Sacerdotum, quemadmodum à Virgine edocti fuerant, confugere cœperunt. Qui dum ad quærendum Sacerdotes cum feſtinatione pergerent, in manus inſidiantium inciderunt ; qui cum magna crudelitate & aviditate ipſos comprehendentes ſine dilatione ac Iudicis interrogatione ipſos occidere ſtatuerunt. Latrones vero, videntes ſe in tantis anguſtiis deprehenſos, non ut ipſis parcerent, ſed ut ad confitendum peccata ſua tempus concederent omni inſtantia petiverunt. Dixerunt autem : Non vitæ noſtræ inducias petimus, quia pro peccatis noſtris mortem jam dudum meruimus ; tantum nobis ad confitendum peccata noſtra tempus concedite, & poſt hæc quacumque morte volueritis nos interficite : libenter enim moriemur, pro amore Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui pro nobis
F in Cruce mortuus eſt, cujus in hac nocte tot virtutes & magnalia vidimus. Illi autem ſubſannantes atque deridentes eos, dixerunt : Auditis qualiter iſti ſceleratiſſimi latrones, qui jam multis annis homicidæ fuerunt, nunc monachari volunt, & ſub ſpecie Confeſſionis decipere nos credunt ? merito in rota ſeu in patibulo debent monachari , & in vectibus
c per ventres eorum transfixis pœnitentiam agere & confiteri. Tunc latrones, ſe invicem conſolantes, dixerunt, quod libenter mori vellent pro amore Domini Ieſu Chriſti, cujus tanta miracula vidiſſent, qui ſuam Dilectam, in tantis tormentis conſervatam, tam mirifice liberaſſet, ut ipſe miſericorditer eis cuncta peccata indulgeret, quia Confeſſorem alium non haberent. Hoc audientes adverſarii eorum, ipſos crudeliter invaſerunt, multis verberibus affectos, vectes acutos per ventres eorum percutientes, terræ fortiſſimè infixerunt, ſicque tormento miſerabili eorum animas extorſerunt. Et hic quidem, quia in vera contri-
tione,

quomodo torqueatur à dæmonibus,

& à Chriſto per Angelos conſervetur.

Illis ergo veniâ poſtulantibus, b

ſuaque enormia delicta recenſentibus,

ipſa cum lumine ſubducitur ex oculis.

Hoc viſo animati latrones è ſilva prodeunt ;

& ab accoliis comprehenſi,

c *petito fræſtra Sacerdote,*

impalantur & pie moriuntur.

A tione, & in confeſſione ſanctæ fidei obierunt, divina miſeratione gehennæ incendia evadentes, in locum Purgatorii abjerunt.

6 Apr. rurſus illa eodem raptatur,

140 Sequenti vero nocte, hoc eſt in illa quæ Cœnam Domini præcedit, Virgo Chriſti ab eiſdem dæmonibus igneâ catenâ ut ante conſtringitur; & ad illum locum, in quo latrones illi interfecti jacebant, trahendo perducitur. Illuc quoque tenentes eam dæmones, inſultando ac blaſphemando dixerunt: Vides nunc, ô infeliciſſima omnium hominum, hos homicidas & latrones morte turpiſſima interfectos: ii ſunt illi ſeptem latrones, qui noſtris conſiliis jam pluribus annis obtemperantes, multa & infinita homicidia in hac ſilva peregerunt, nunc vero malitiæ ſuæ vicem receperunt. Horum animas nobiſcum apud inferos delatas habemus, eaſque ibidem inter perpetua incendia affligemus. Simili modo & te miſerimam ſeductricem, niſi adhuc à diuturno errore & perverſitate tua reſipiſcere velis, affligemus: hoſque omnes vectes corpori tuo transfigemus, & ſic demum turpiſſima

& iiſdem vectibus transfigitur,

B morte conſumptam nobiſcum ad inferos, his latronibus aſſociandam, & æternis incendiis concremandam, deferemus. Ad hæc Virgo Chriſti intrepida reſpondit: Quid me, ô mendaciſſimi dæmones, nugatoria proferendo incaſſum terrere putatis? Scio nempe, quod divina miſeratio, omnia peccata eorum relaxando, ipſos à veſtra poteſtate eripuit, & in electorum ſuorum numero miſericorditer adoptavit. Deſiſtite ergo ab hujuſmodi vanis & mendacibus ſermonibus, quibus fruſtra rei veritatis conſciam decipere ac terrere putatis, ſed ſi quid vobis ex imperio Domini faciendum, hoc celeriter perficiatis. His auditis dæmones illi, immenſo furore ſuccenſi, Virginem horribiliter invaſerunt; & innumeris verberibus, ipſam ad corpora latronum cædentes, & vectibus de corporibus latronum extractis, omnes ipſos per corpus Virginis percutientes, terræ profundiſſime incuſſerunt: & hoc facto dæmones illi confuſi atque captivi, in eodem loco immobiliter perſtiterunt.

& dire cæditur à dæmonibus:

quibus tandem ſe vinci faſſis,

141 Interea Virgo Chriſti, à ſuo dilectiſſimo Sponſo viſitata, intime conſolatur, necnon ab omni læſione perfecte curatur. Stabat

C ergo Sponſa Chriſti in ſuo dilectiſſimo Sponſo tripudians & exultans; ſtabant & coram ipſa dæmones, cum magna confuſione cunctarum nequitiarum ſuarum modum & ordinem recenſentes, & victos ſe per omnia oſtenderunt: exclamanteſque vocibus flebilibus dixerunt: Dimitte nos, ô Chriſtina Ancilla Omnipotentis fideliſſima, quoniam vehementiſſime cruciamur: de cetero enim numquam tibi moleſti erimus, quia plane per omnia à te victi ſumus: in te enim regnat quædam omnipotens & inſuperabilis virtus, quæ te ſuperari non patitur, cui reſiſtere omnis noſtra poteſtas fruſtra nititur: ipſa enim eſt virtus Altiſſimi, quæ vires noſtras undique conterit & exuperat, & ab iis quos jam dudum poſſidere videbamur violenter nos ſpoliat. Unde manifeſte fatemur, nos in animabus horum latronum nullam poteſtatem habere, ſed ex pœnis, tibi ex parte illorum injuſte illatis, perpetuas confuſiones & afflictiones tolerare debere. Cumque hæc & his ſimilia dixiſſent, tandem Virgine Chriſti jubente, cum magnis clamoribus & ululatibus receſſerunt: quibus recedentibus Virgo Chriſti, cum maxima conſolatione & lætitia in ſuum thalamum revocatur. Igitur ſequenti die, id eſt Cœnâ Domini tranſactâ feliciter, à veſpere diei Cœnæ uſque in Vigiliam Paſchæ, Virgo Chriſti ab humanis aſpectibus ſe ſubtraxit, & cubili ſuo ſola incluſa, ſuo dilectiſſimo Sponſo compaſſa, omnia Dominici corporis ſtigmata tam evidenter tamque veraciter recipere meruit; ut dum in Vigilia Paſchæ ſe noſtris aſpectibus ad videndum præberet, ipſa glorioſa ſtigmata in ejus membris apparerent. Deinde ſequenti die, hoc eſt in die ſancto Paſchæ, Virgo Chriſti communicavit, & continuo in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi tranſvolavit, ubi eam æterni Sponſi benignitas novis ac recentiſſimis clenodiis ditans, ineffabiliter lætificavit.

D A PETRO COÆVO EX MS.

cubili ſuo reſtituta, Paſcha celebrat 9 Aprilis.

ANNOTATA D.P.

a *Teutonicæ originis nomen* Remboldus *perſuadet, Germanicæ quoque nationis latrones iſtos fuiſſe: quod magis etiam confirmant nomina ſociorum infra num.* 142.

E

b *Ut milliaria Germanica non majora ſed communia, unius horæ ſingula, accipiamus; tamen deberet hæc ſilva hærendo intra terminos linguæ Teutonicæ, in Lithuania, Livonia vel Saxonia trans Albim provinciis poni; puta in Holſatia, Meklenburgio, Luneburgia, vel Marchia Brandeburgica.*

c Vectes *intelligo, palos ligneos, quibus* impalari *reos cruce dignos, Hungarorum ac Polonorum conſuetudo etiam hodie obtinet.*

CAPUT XVI.

Acta à Penteceſte anni MCCLXXXIV *uſque Octobrem: anima cujuſdam Nobilis in Purgatorio alleviata.*

Chriſtina hebdomadis 4 ægra decumbit:

142 TRanſactis poſt feſtum Paſchæ quaſi tribus diebus, Virgo Chriſti à quodam dæmone per quatuor noctes graviter cruciata fuit, ita quod ſanguis de corpore ejus largiſſime emanavit: deinde maxima corporis debilitate prægravata, pœne quatuor hebdomadis lecto decubuit. Poſt hæc vero, circa feſtum Aſcenſionis, quaſi octo noctibus Virgo Chriſti à quodam dæmone graviſſimos cruciatus ſuſtinuit; deinde per hebdomadam quæ feſtum Pentecoſtes præcedit, Virgo Chriſti, ad alleviandum pœnas illorum ſeptem latronum, de quibus ſupra memoravimus, ſingulis noctibus graviſſimas & innumerabiles pœnas ſuſtinuit, non quidem viſibiliter, ſed ad modum Purgatorii ſpiritualiter & ſenſibiliter: videlicet ignem ſuper humanum modum fervidum, & intolerabile gelu, necnon & ceteras paſſiones infinitas & intolerabiles, in quibus Virginem Chriſti ſingulis momentis mori ac in nihilum redigi neceſſe fuiſſet, ſi non ipſam divina virtus mirabiliter conſervaſſet. Igitur ob has Virginis graviſſimas paſſiones, prædictis latronibus de pœnis Purgatorii maxima facta eſt alleviatio. Erant autem nomina illorum latronum, Symon, Remboldus, Hermannus, Conſtantinus, Volmarus,

F

à 10 Maji & 22 rurſus immaniter torta,

magnum levamen impetrat animabus latronum.

Vor-

A Vortlemius, Ecbertus. Itaque in die ſancto
A. PETRO COÆVO EX MS. Pentecoſtes Virgo Chriſti læta ad eccleſiam proficiſcitur; & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi mox rapitur, ibique ſeptiformis Spiritus munere ineffabiliter conſolatur.

143 Poſt feſtum Pentecoſtes una hebdomadâ tranſactâ, Virgo Chriſti per integram hebdomadam à quodam dæmone ſingulis noctibus acerrime cruciabatur. Eodem tempore Virgo Chriſti à quodam dæmone per hunc modum illudebatur. Nam dum Virginem Chriſti, quidam familiares ſibi, devotionis causâ de Colonia ſecuti fuiſſent, & ipſi in via ducatum præbuiſſent, & circa ſero factâ cœnâ, ne ipſam diutius vexarent, aut aliquibus expenſis gravarent, poſt ſolis occaſum redire cœpiſſent; & Virgo poſt receſſum eorum aliquantulum turbata eſſet; ſequenti die, cum Virgo Chriſti orando in pomœrio ſuo ſtaret; ecce quidam dæmon, in ſpeciem unius illorum qui ſero ab ipſis receſſerant transformatus venit, & cum magna feſtinatione ſepem pomœrii tranſcendit. Quem Virgo videns, & famulum ſibi familiarem veraciter credens, in occurſum ſibi veniebat; & ſalutans eum, quidnam hoc prætenderet, quod ſic ſolus rediret, & cur mœſtus eſſet, interrogavit. Cui ille flens & ejulans, dixit: O Cariſſima Chriſtina non immerito turbatus ſum & lugeo, quia maximam lugendi atque dolendi materiam habeo: interfecti enim ſunt in via, qua Coloniam redire debuimus, cariſſimi Domini noſtri & amici Engelbertus & Henricus Sacerdotes: ex inſtinctu enim cujuſdam nequam accidit, ut quidam Burgenſes in Colonia quemdam amicum noſtrum, nomine Hermannum Quocum, occiderunt: qui dum me cum prædictis Sacerdotibus ſimul ad interficiendum quærerent, nec invenirent; relatu quorumdam nos vobiſcum de civitate exiſſe, & cito reverſuros eſſe intellexerunt: unde ponentes nobis inſidias hodie, dum ad civitatem redire deberemus, nos tamquam incautos crudeliter invaſerunt; & ſtatim extractis gladiis prædictos Sacerdotes, qui mecum erant, interfecerunt: ego vero ſolus, utpote curſu agilis, eorum manus evaſi: ſed nimio dolore urgente, continere me nequaquam potui, quin ad vos confeſtim redirem, & vobis magnam cordis mei triſtitiam indicarem. His auditis, Virgo Chriſti vehementi cordis dolore concuſſa, & quaſi deficiens à corde, ad terram corruit; quia hæc omnia, tamquam ab homine relata, vera eſſe credidit. Quæ dum in maxima turbatione cordis jaceret, continuo Spiritus veritatis emicuit, ita ut & dæmonis aſtutiam agnoſceret, ipſumque in deformitatis ſuæ turpiſſimam ſpeciem mutari manifeſte videret. Qui etiam adjuratus per ipſam, cur hoc fecerit; reſpondit: Quia te de receſſu eorum dolentem aſpexi, idcirco permiſſus ab Altiſſimo, te decipere & turbare amplius volui; & his dictis, in magno fœtore receſſit.

Qui eam Coloniâ reducem ſecuti reduxerant,

B

C

ſed fraudē cogitur revelare dæmon.

144 Poſt hæc circa feſtum Marci & Marcelliani, cum Virgo Chriſti communicare proponeret; præcedenti nocte venit quidam dæmon, aſpectu multum horribilis, in thalamum Virginis; & fatigans eam diverſis ſermonibus ac comminationibus, dixit: Niſi tu, maledicta, à vana ac inutili fabulatione tua confeſtim deſiſtas, os tuum ſubulâ & filo ferreo atque igneo aſſuendo ſic obſuere volo, ut de cetero nec confabulari inutiliter nec loqui omnino poſſis. Cui Virgo indignanter reſpondit: Putas me, ô maligne ſpiritus, aliquibus comminationibus ſeu pœnarum promiſſionibus à laude Domini mei poſſe retrahere? Nequaquam unquam hoc poteris, quantumcumque tuis fraudibus ad hoc nitaris. Si enim cum licentia Domini mei hoc aliquo modo efficere poſſis, ut forinſecus linguam meam ſilere faceres; tamen cor meum & anima mea ejus laudes æternaliter decantabit. Unde ceſſa, miſer, ab hujuſcemodi ſermonibus, quibus fruſtra intrepidam terrere putas: ſed quidquid tibi à Domino meo imperatum eſt, in me celeriter perficias. Tunc dæmon ille furibundus in Virginem irruit, & ſubulâ acutiſſimâ cum filo ferreo labia Virginis contrahendo ac conſuendo undique perforavit: & & ſic os ejus ne loqueretur obſtruens, ipſam horribiliter cruciavit; & hoc facto, continuo evanuit. Virgo autem Chriſti, à ſuo dilectiſſimo Sponſo viſitata, intime conſolatur; apertoque ore atque ſanato, mirabiliter confortatur. Sequenti vero die, cum Virgo Chriſti communicandi gratiâ ad eccleſiam pergeret; occurrit ei quidam dæmon, in ſpecie fratris ſui Sigwini: quem ut Virgo Chriſti, ſciſſis veſtibus & corpore cruento venientem ad ſe vidit; obſtupefacta nimium & turbata, ipſum ſalutare, atque de ſtatu ſuo interrogare cœpit. Cui ille reſpondit: Soror mea cariſſima, dico tibi, quod jam dudum à Paganis captus ſum atque detentus; à quibus miſerabiliter cruciatus, has omnes plagas recepi, & ſaltem modo vix cum vita evaſi: neque enim unquam Ordinem Prædicatorum ut tu putabas intravi. Interea cum hæc loqueretur, Virgo Chriſti, intus à Spiritu veritatis edocta, ſpiritum falſitatis agnovit; eumque ut confeſtim diſcederet, nec de cetero ipſam talibus fallaciis impediret, per virtutem Domini Jeſu Chriſti admonuit. Ad cujus admonitionem dæmon ille cachinnans, illico receſſit: Virgo autem ultra ad eccleſiam proficiſcitur, & communicans in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi mox rapitur.

D

E

die 18 obvium ſibi habet dæmonem in ſpecie fratris ſui.

F

145 Poſt hæc vero, circa feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, Virgo Chriſti à quodam dæmone per quatuor noctes graviter affligebatur: deinde per tres noctes venerunt quidam dæmones in thalamum Virginis, & poſt longas comminationes, aures, oculos, nares, & os Virginis ſubulis acutiſſimis perforando obſtruxerunt, & blaſphemando ipſam horribiliter cruciaverunt: at Virgo Chriſti, ſingulis noctibus à ſuo dilectiſſimo Sponſo intime conſolatur, & ab omni læſione plenarie curatur. Deinde quadam nocte apparuit Virgini Chriſti, tamquam in viſione, quidam Nobilis, ante paucos dies juxta civitatem Aquenſem in quodam conflictu interfectus: qui licet pluribus annis in peccatis vixerit, tamen hoc ſolum bonum in ſe habuit, ſcilicet quod quotidie Deum ut ipſum à peccatis ſuis converteret, & ante mortem veram compunctionem donaret, ſerioſe atque cum integra cordis intentione exoravit. Hic itaque

Exeunte Iunio,

videt animam Nobilis, in pugna defuncti.

17 *Iunii iterum fruſtra ſolicitatur Virgo;*

A dum ab Aquenſibus captus rotâ frangi & occidi deberet, & nec precibus nec muneribus vitæ inducias impetrare potuiſſet ; divina miſeratione intime compunctus, Dominum Ieſum Chriſtum, ut ſui peccatoris miſereri dignaretur, humiliter erogavit : in qua vera contritione & confeſſione moriens, divina miſeratione à pœnis æternalibus ereptus, in graviſſimis tormentis vidit, & miſerabili voce clamantem audivit : Miſeremini mei , Pater miſericordiarum, & compatiamini mihi, in tam gravibus & intolerabilibus tormentis conſtituto : vos enim, ob mirabilem ac ineffabilem bonitatem veſtram, magnam miſericordiam mecum feciſtis, quia me de pœnis inferni miſericorditer abſolviſtis : nunc quæſo immenſam clementiam veſtram, ut me ab his graviſſimis ac intolerabilibus cruciatibus miſericorditer abſolvere velitis.

graviPurgatorio puniri:

146 Virgo autem has miſerabiles [voces] audiens, ac intolerabiles hujus viri cruciatus attendens, ipſi ex intimo cordis compatiebatur : &

B magno cordis affectu pati pro ipſo deſiderans, ſuum dilectiſſimum Sponſum, ut pro alleviatione pœnarum dicti viri ſibi qualiacumque tormenta infligerentur, intime precabatur : quod juxta Virginis deſiderium ſtatim evenit. Nam ſequenti nocte, & pœne per duas hebdomadas ſingulis noctibus, venit maxima multitudo dæmonum in thalamum Virginis orantis : qui apprehenſum corpus, quaſi ſuper incudem poſuerunt, & cædentes ferreis malleis ſuper ipſum membratim invicem diviſerunt, & tamquam in nihilum redegerunt. Tribus vero noctibus prædicti dæmones, portantes caldarium buſonibus plenum, extenſoque ore Virginis inſtrumentis acutiſſimis, ipſa venenoſa ac monſtruoſa animalia, more ſuo ſonantia, corpori Virginis infuderunt. Quæ infuſa, omnia viſcera ac inteſtina Virginis penetrabant ; eaque morſu amariſſimo mordentia atque diſcerpentia, ipſam ſupra modum cruciabant. Sed Virgo Chriſti ſingulis noctibus à ſuo dilectiſſimo Sponſo intime conſolata, ab omni læſione plenarie curatur. In

pro quo ſatisfactionem offerens,

torquetur etiam ipſa per dies 14:

& 30 Iulii conſolata:

C ultima vero nocte, hoc eſt in illa quæ eſt ante Dominicam Vincula B. Petri præcedentem, poſt tormenta ſupradicta, cum Virgo Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo conſolata & ſanata fuiſſet ; dæmones illi, qui Virginem afflixerant, confuſi ac tremuli, coram Virgine ſtabant : & cunctis nequitiis ſuis proditis veniam poſcentes, dixerunt: Miſerere noſtri, ô Chriſtina Ancilla Omnipotentis : quia non ſolum à te ſuperati ſumus , verum etiam pro tormentis tibi injuſte illatis graviſſime torquemur : nos enim ſumus dæmones numero undecim millia, quibus ab Altiſſimo fuerat imperatum, ut tibi, juxta petitionem & deſiderium cordis tui, pro alleviatione pœnarum illius viri quem in tormentis conſpexeras , has omnes paſſiones graviſſimas inferremus. Quibus omnibus juxta menſuram nobis traditam expletis, invictiſſimam mentis tuæ conſtantiam admirari compellimur, & plane nos confuſos atque victos per omnia fatemur. Hæc & plura illis dicentibus, jubente Virgine, cum maximis ululatibus & clamoribus abierunt. Quibus abeuntibus, Virgo Chriſti humiliter ſe proſternens, ſuum Sponſum in omnibus benedixit.

ſupplices ſibi dæmones habet:

147 Mane autem facto, hoc eſt in illa D Dominica, quæ Vincula B. Petri antecedit, A. PETRO Virgo Chriſti ad eccleſiam proficiſcitur ; & COÆVO communicans, in amplexus ſui Dilectiſſimi EX MS. continuo rapitur ; ubi inter cetera ineffabilia gaudia, Sponſa Chriſti hoc pro novo ac ſpeciali clenodio recipere meruit, ſcilicet quod prædicto viro totidem annos pœnarum relaxatos veraciter agnovit, quot ipſa in præcedentibus noctibus affligentes ſe dæmones pertulit. Deinde tranſactis tribus diebus, Virgo Chriſti ſingulis noctibus, uſque in Aſſumptionem beatæ Virginis, innumerabiles atque humanis viribus intolerabiles pœnas ſuſtinuit; non quidem per dæmones viſibiliter, ſed adinſtar Purgatorii ſenſibiliter: in quibus Virgo Chriſti ſingulis momentis defeciſſet, & quaſi in nihilum redacta fuiſſet , ſi non ipſam divina virtus mirabiliter confortaſſet. Præter has graviſſimas paſſiones, quæ ſingulis noctibus in Virgine procedebant ; quaſi per decem noctes feſtum Aſſumptionis præcedentes, Virgo Chriſti à quinque dæmonibus graviter affligebatur. Venerunt ſiquidem dæmones illi ſingulis noctibus in thalamum Virginis, ſecum in vaſe muſcas, formicas , buſones , ac cetera genera immundorum ac abominabilium vermium apportantes ; & ſingulis noctibus, ſingula vermium genera, auribus, oculis , naribus, & ori Virginis tundendo atque infundendo ingerebant ; ipſamque ultra modum affligebant : quæ poſtmodum per vomitum effuſa à Virgine, ſui generis qualitatem abominaliter oſtendebant. In ultima vero nocte, hoc eſt in illa quæ feſtum Aſſumptionis præcedit, venerunt prædicti dæmones, portantes caldarium buſonibus plenum, quos ante faciem Virginis tundendo triverunt, & ſic contrita buſonum venenoſa corpora in faciem Virginis , necnon & in omnes partes organicas fundendo miſerunt : & hoc facto, extenſo ore, omnes illas abominabiles ſpurcitias corpori Virginis infundentes, continuo receſſerunt. Illis vero recedentibus, dum Virgo Chriſti propter venenum ſibi infuſum acerrime torqueretur; continuo à ſuo dilectiſſimo Sponſo viſitata intime conſolatur : & facto ſuper corpus ejus Crucis ſignaculo, ab infuſo veneno protinus liberatur . Præterea tribus noctibus prædictum feſtum præcedentibus, præter paſſiones ſupradictas, Virgo Chriſti à quodam dæmone graviſſime torquebatur, & inter cetera maximum ſibi vulnus infligebatur : quod in corpore Virginis incuratum in ipſo feſto relinquitur.

deinde intelligit Nobilem ſublevari cœptum :

pro quo rurſum à 3 Aug. ad 15 ſimiles Purgatorii pœnas tolerans ;

E

& infuſo veneno opleta ,

F

148 Contigit autem ante prædictum feſtum Aſſumptionis , Virginem Chriſti tribus vicibus à quodam dæmone, ſub ſpecie fratris ſui Sigwini , in habitu ſeculari illudi ; qui ſciſſis veſtibus apparens , ſe numquam in Ordinem Prædicatorum receptum fuiſſe dicebat : ſed nec vera eſſe omnia , quæ ſibi à Prædicatoribus promiſſa eſſent , mendaciter aſſerebat. Qui tandem per Virginem adjuratus , deformitatis ſuæ turpiſſimam ſpeciem reſumpſit, & confuſus cum magno ſtrepitu & fœtore receſſit. Igitur Virgo Chriſti in die Aſſumptionis beatæ Virginis , læta ad eccleſiam veniens, communicabat ; & continuo rapta in amplexus ſui dulciſſimi Sponſi tranſvolabat. Deinde poſt

atque ſub ſpecie fratris fruſtra territa ;

A festum Assumptionis unâ hebdomadâ transacta, Virgo Christi tribus noctibus, sensibiliter quidem, sed indicibiliter, & adinstar Purgatorii; humanis viribus & intolerabiliter torquebatur. Deinde per quinque noctes à quodam dæmone graviſſime affligebatur, & maximum ipsi vulnus infligebatur, quod in ultima nocte plenarie curabatur: deinde in illa nocte, quæ Nativitatem beatæ Mariæ antecedit, Virgo Christi passiones multifarias, adinstar Purgatorii graviſſimas sustinuit; videlicet ignem super humanum modum fervidum, & intollerabile gelu, simulque universa tormentorum genera, quibus animæ in Purgatorio cruciantur. Erant autem tam gravia & humanis viribus intolerabilia tormenta, quatenus in eis Virgo Christi singulis momentis deficeret, nisi ipsam virtus Omnipotentis conservaret. Mane autem facto, hoc est in die Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, Sponsa Christi læta ad ecclesiam proficiscitur; & communicans, jucundiſſimos in amplexus sui Dilectiſſimi mox rapitur. Transactis itaque post festum Nativitatis tribus diebus, Virgo Christi sex noctibus à quodam dæmone graviſſime torquebatur, & usque ad magnam effusionem sanguinis vulnerabatur.

A. PETRO COÆVO EX MS.

deinde à 21 Aug.

& 6 Sept. velut Purgatorium passa,

B

149 Deinde quadam nocte venit quidam dæmon in thalamum Virginis, tamquam vetustis vestibus & conscissis indutus: in quibus vasa parvula ad modum ampullarum, fœtidiſſimo liquore plena undique dependebant. Quem Virgo Christi intuens, & dæmonem fore agnoscens, ipsum unde veniret, aut quid vasa parvula circa se pendentia prætenderent, interrogavit. Qui respondens ait: Ego sum dæmon ille, qui Religiosis maxime insidior: in his autem vasis diversa poculorum genera porto. Quæ dum Religiosis propino, Religionis tædium in cordibus eorum genero; & sic deinceps eos juxta meam voluntatem ad dissolutionem & appetitum terrenorum inclino: & præcipue fratrem tuum Sigwinum, in Ordine Prædicatorum constitutum, de his poculis in tantum linivi & potavi, quod in corde ejus maximum Religionis tædium generavi. Virgo autem Christi, audiens quod fratrem suum nominaret, ira & indignatione repleta, violenter in ipsum irruit; & fortiſſimè cædens atque conculcans sub pedibus, tamdiu ipsum retinuit, donec ille flebili voce exclamans dixit: Dimitte me, ô Ancilla Omnipotentis Christina, quoniam adversum te non prævaleo: numquam etiam de cetero Fratri tuo molestus ero: tu enim graviſſime me crucias, & ab his quos jam dudum possedi violenter me spolias. Cui Virgo: Adjuro te, inquit, maligne spiritus, per virtutem & passionem Domini Iesu Christi, ut de cetero fratrem meum dilectum non impedias, & mihi pro eo si qua inferenda sunt inferas. Præterea adjuro te, ut mihi qualitatem horum poculorum effundendo demonstres. Qui continuo parens Virgini, uno vase transverso, fœtorem abominabilem ac tartareum effundendo spargebat: de quo Virgo Christi, nisi ipsam divina virtus conservaret, pæne suffocata fuerat. Quo facto dæmon dixit: Hæc sunt pocula, quibus incautos mihi attraho: hæc in cordibus eorum multum dulcescere facio, & eisdem poculis mihi consentientes apud inferos æternaliter potabo. Hæc cum dixisset, dimissus à Virgine, cum maximo rugitu ac strepitu recessit; & Virgo humiliter prostrata, suum Dilectiſſimum pro fratre suo fideliter exoravit: in qua quidem oratione Virgo Christi intime consolata, veraciter à Domino didicit, quod prædictus frater ejus tunc temporis in gravi tentatione fuerat, quam Dominus propter merita & orationes suæ Sponsæ penitus ab eo abstulerat.

accnon 12,

post victum aceadiæ spiritum,

C

technasque confessum,

D

fratri suo tentato succurrit,

CAPUT XVII.

Reliqua anni MCCLXXXIV *septem latronum aliorumque viginti liberatio ex Purgatorio.*

E

150 Circa festum B. Remigii, Virgo Christi, quasi per integram hebdomadam, singulis noctibus graviſſimas atque Purgatorio similes pœnas sustinuit, & sequenti sextâ feriâ, scilicet, quæ festum B. Dionysii præcedebat, communicavit; & in amplexus sui Dilectiſſimi rapta continuo transvolavit. Post hæc vero ante festum beatorum Maurorum, Virgo Christi quasi per hebdomadam graviſſimas Purgatorii pœnas singulis noctibus sustinuit: insuper & per eadem noctes graviter à quodam dæmone cruciata fuit; à quo inter cetera maximum vulnus recepit, quod non nisi in ultima nocte curatum fuit. Deinde vero, ante festum omnium Sanctorum, Virgo Christi singulis noctibus per unam hebdomadam graviſſimas atque intolerabiles Purgatorii pœnas sustinuit: in quibus Virgo Christi singulis momentis in nihilum redigeretur, si non divina virtute mirabiliter conservaretur. Præter has vero spirituales & indicibiles passiones, Virgo Christi per duas noctes, festum omnium Sanctorum præcedentes, graviſſimas passiones in corpore à dæmonibus sustinuit. Venerunt siquidem prima nocte quinque dæmones in thalamum Virginis orantis, qui diversis eam sermonibus fatigantes, ipsam ab erronea & perversa vita quam diu exercuisset recedere hortabantur; & nisi celeriter hoc faceret, graviſſimis eam suppliciis interficere minabantur. At Virgine in suo proposito firmiter persistente, & se paratam pati pro amore sui dilectiſſimi Sponsi ad quæcumque tormentorum genera exhibente; dæmones illi furibundi, monstruosa & abominabilia bufonum corpora, contrita & glomerata, attulerunt; quæ fundentes in faciem Virginis, oculos, nares, aures, simul & omnes sensus instrumentis accutiſſimis findendo, repleverunt. Hoc autem facto, recedentibus illis; quidam alius dæmon continuo veniebat, portans duos malleos ignitos in manibus: & stans coram Virgine, blasphemando dicebat: O infeliciſſima omnium hominum, quomodo sic indurata & obstinata es, ut sectando execrabilem animi tui perversitatem, malis vitam per tormenta graviſſima prdere, quam acquiescendo salutaribus monitis in pace vivere?

Denuo velut Purgatorium experta, circa initium Octobr.

ac 9 ejusdem,

atque sub finem;

F

post novas minas

A re: vide vel saltem adhuc, quia omnino dominamur tui, & non est alius Deus tibi, qui te de manibus nostris, aut eripere aut salvare possit. Si enim sit alius Deus seu Dominus, quemadmodum insaniissime gloriaris tibi esset; proculdubio in tanta necessitate tibi assisteret, & tam miserabiliter torqueri à nobis te nequaquam permitteret. Quamobrem recede, vel saltem adhuc, à diuturna perversitate tua & nostris acquiesce consiliis: sin autem caput tuum his malleis fortissime cædendo conteram, & post innumera tormenta te consumptam mecum ad æterna supplicia deferam. Ad hæc verba Virgo Christi constanter respondit: O maligne spiritus, tu & omnes tui complices frustra in hoc laboratis, si aliquibus vestris comminationibus seu tormentis à vera vita mea, quæ Christus est, me avertere putatis: scio nempe & plene confido, quia ipse potens est, non solum de vestris manibus me eripere, verum etiam post tormenta mihi pro suo amore inflicta [deducere] in sui dilectissimi cordis consolationem ineffabilem. Idcirco non timeo, B sed ex intimo corde gaudeo, si pro ejus amore qui pro me mortuus est, pati vel mori me contingat: secura tamen, quia sine promissione & voluntate Domini mei Iesu Christi quidquam facere non potestis.

generose spretas,

151 His auditis, dæmon ille horribiliter *malleis super incude tunditur,* sæviens in Virginem, irruit; & uno malleo sub mentum Virginis ad modum incudis posito, cum reliquo desuper caput Virginis fortissime fabricando cædebat; donec tandem per infinitos ictus capite Virginis contrito atque consumpto, vicissim sibi immediate mallei occurrebant. Novissime vero illo dæmone recedente, alius continuo veniebat; qui cum furore maximo Virginem impetens, magnum sibi vulnus infigebat. His itaque omnibus peractis, Virgo Christi, à suo dilectissimo Sponso visitata, mirabiliter reformatur; & præter vulnus, quod novissime sibi inflictum fuerat, ubique sanatur. Sequenti vero nocte venerunt quinque dæmones prædicti in thalamum Virginis orantis, portantes vas plenum bufonibus, stantesque coram Virgine dixerunt; *venenatis farcitur,* Ecce, miserrima seductrix, nunc manifeste vides, quod omnino sub nostra potestate sis, C & manus nostras evadere nusquam possis: nos enim affligimus te & sanamus, occidimus & pro placito nostro denuo revivificamus. Agnosce ergo, vel saltem adhuc, diuturnum errorem tuum: respipisce, & nostris consiliis acquiesce: quod si non feceris, hæc venenosa animalia corpori tuo infundemus, & usque ad summum repletam crepare per medium faciemus, & tandem morte turpissima consumptam nobiscum ad inferos deferemus.

152 At Virgine Christi minas cum tormentis deridente, seque pro amore suo ad quæcumque tormenta [paratam] respondente; dæmones illi, immenso furore succensi, ipsam crudeliter invaserunt: extensoque ore Virginis, in- *uncis compungitur,* strumentis acutissimis, bufones abominabiles ejus corpori infuderunt; levantesque ipsam sursum à terra, quatiendo, tundendo, & ad parietes collidendo, miserabiliter cruciaverunt. Deinde ferreos uncos acutissimos capiti simul & corpori Virginis infigendo, & ad invicem colluctando hinc inde, miserabiliter distraxerunt. Cum quibus etiam uncis faciem ac totum corpus Virginis lacerando miserabiliter pupugerunt. Hoc autem facto, recedentibus illis, dæmon ille, qui præcedenti nocte ipsam vulneraverat; innovando priorem plagam, ipsam horribiliter cruciavit. His itaque gestis, Sponsa Christi à suo dilectissimo *curatur à* Sponso visitata, intime consolatur: expulsoque totius immunditiæ abominabili veneno, corporalis læsio partim, hoc est in illis locis in quibus notari aut divulgari potuisset, plenarie sanatur: in reliquis vero locis occultis, usque post festum, corpus Virginis incuratum relinquitur. Mane autem facto, hoc est in die omnium Sanctorum, Virgo Christi læta ad ecclesiam proficiscitur; & communicans, in amplexus sui dilectissimi Sponsi mox rapitur: ubi *1 Nov. lætificatur,* inter ceteras ineffabiles consolationes, certam & ineffabilem promissionem de absolutione animarum septem latronum prædictorum, videlicet in proximo Natalis Domini festo, percipere meruit.

153 Igitur post festum B. Andreæ, Virgo Christi per sex vices continue à duobus dæmonibus torquebatur; venerunt siquidem dæmones illi singulis noctibus in thalamum Virginis orantis, eamque variis & iniquis persuasionibus diu multumque fatigantes & vectem ferreum atque ignitum illi demonstrantes, dixerunt: Nisi tu, miserrima seductrix, ab erronea vita tua celeriter respipiscas, & nostris consiliis acquiescas, hunc vectem ferreum corpori tuo infigemus, & transfixum à summo usque deorsum volvendo atque gyrando, cunctisque viscеribus atque intestinis confractis, morte turpissima te occidemus, & exterminatam apud inferos æternaliter cruciandam deferemus. Cumque hæc & his similia comminando dicerent, & Virginem omnino immobilem cernerent; horribiliter sævientes, in ipsam irruunt; mittentesque vectem ferreum per os Virginis, corpus ejus *totoque confracto corpore,* à summo usque deorsum ad modum assaturæ transfixerunt; tenentes extremas partes illius vectis in manibus, volvendo, quatiendo & horribiliter circumgyrando; exustisque atque consumptis cunctis intestinis atque visceribus, Virginem supra modum cruciaverunt. Hoc autem facto, relinquentes ipsam tamquam mortuam, abierunt. At Virgo Christi F singulis noctibus, à suo dilectissimo Sponso intime visitata, mirabiliter reformatur: vulnus tamen magnum in corpore ejus, usque in ultimam noctem incuratum relinquitur: quod tunc nihilominus perfecte & integre curabatur.

154 Transactis itaque in hujuscemodi passionibus sex noctibus: sequenti nocte venerunt horribiles dæmones in thalamum Virginis, diversis argumentorum fallaciis totalem vitam ejus reprobantes, ipsam in- *& variè raptata,* omnibus seductam fore, & ob hanc causam cruciandi eam potestatem habere, mendaciter asserebant; & nisi ab erronea vita sua desistere vellet, ipsam ad spectaculum confusionis & ignominiæ, per vicos & plateas totius villæ, nudam contemptibiliter trahere, & in conspectu cunctorum hominum ipsam turpissima morte interimere minabantur. Ad hæc verba Virgo Christi nil respondit, sed in sui dilectissimi Sponsi vulnera totam mentis suæ aciem fixit. Dæmones itaque

D A. PETRO COÆVO EX MS.

E *Ab initio Decembris multis minis pulsata,*

A studentes in suo proposito firmiter permanere, irruentes unanimiter in eam, uncos ferreos corpori ejus infixerunt; & vestibus exspoliatam, per vicos & plateas totius villæ, clamando horribiliter & vociferando traxerunt: & quidam eorum, consuetis nequitiæ suæ artibus, se in species hominum transformantes, tamquam ex clamoribus dæmonum excitati, ad spectaculum ignominiæ convenerunt: videntesque Virginem tam horribiliter à dæmonibus torqueri, blasphemando dixerunt: Nonne hæc est miserrima illa seductrix, de qua tot enormia audivimus? nunc manifeste videmus, quod omnia vera sunt quæ de ejus perversa vita jam dudum nobis à viris religiosis prædicta sunt: à seculo enim non est auditum, hominem sic horribiliter & manifeste à dæmonibus cruciari. Revera nisi occulta & gravia peccata in ea essent, nequaquam dæmones ipsam sic miserabiliter cruciare possent. E contra reliqui dæmones, Virginem tenentes, dicta aliorum blasphemando affirmabant, necnon & in conspectu B adstantium corpus Virginis cædendo, & vicissim inter se projiciendo, & ad terram fortissime allidendo, cruciabant. Quo facto, clamantes & horribiliter vociferantes, Virginem Christi ad quemdam puteum trahendo perduxerunt: in quem, post multas comminationes & blasphemias, ipsam transverso capite projicientes, & tamquam mortuam relinquentes, abierunt. Quibus abeuntibus, Virgo Christi, à duobus Angelis cælitus transmissis, de fundo putei reverenter tollitur, sanatur, & mirabiliter in suum thalamum reducitur.

A. PETRO COÆVO EX MS.

atque illusi.

in puteum projicitur.

155 Mane autem facto, hoc est in sexta feria quæ secundam Dominicam Adventus præcedit, Virgo Christi communicandi gratiâ ad ecclesiam pervenit; & communicans, totum illum diem in maximis amaritudinibus & fletibus peregit; donec tandem circa sero, voluntatem sui dilectissimi Sponsi de passionibus suis supervenientibus scire promeruit, & in hoc aliquantulum consolata usque ad diem tertium sine afflictione dæmonum secura permansit. Quo transacto, singulis noctibus usque in Vigiliam Natalis Domini Virgo Christi gravissimas Purgatorii pœnas sustinuit: in quibus singulis ipsam deficere oportuisset, nisi ipsam divina virtus mirabiliter conservaret. Præter has gravissimas Purgatorii pœnas, quasi per unam hebdomadam Vigiliam Natalis præcedentem, Virgo Christi singulis noctibus gravissime torquebatur [à dæmonibus]: qui venientes singulis noctibus in thalamum Virginis, ipsamque variis & iniquis persuasionibus diu fatigantes, dixerunt: Quousque miserrima omnium hominum, in perversitate tua perseveras? Nonne manifeste vides, quod omnino sub potestate nostra es, & præter nos alium Deum non habes: nos enim dominamur tui; & tecum quodcumque voluerimus facimus: quamobrem nisi contestim fatearis quod ab erronea vita tua desistere, & nostris consiliis acquiescere velis, hos ferreos uncos collo tuo infigemus, & vestibus nudatam ad vicinam silvam te contumeliose trahemus, ibique post innumera tormentorum genera vitam tuam turpissima morte finiemus, & nobiscum ad æterna incendia deferemus.

Die 8 privatur solatio,

& ab 11 ad 24 Purgatorium tolerans,

C

156 Cumque hæc & his similia comminando proferrent, & Virginem omnino immobilem cernerent; irruentes in eam, uncos ferreos, quemadmodum polliciti fuerant, collo Virginis infixerunt; & vestibus expoliatam per sepes & spinas trahentes, ad vicinam silvam quæ Goibruch dicitur, perduxerunt; ubi circumeundo ac transeundo prædictam silvam, innumeris vicibus trahendo corpus Virginis per spinas, vepres & frutices horribiliter pupugerunt. Deinde vero infixis singulis digitis ac pedicis Virginis instrumentis acutissimis, corpus ejus sursum in aëra levaverunt; & alternatis vicibus, nunc sursum elevando, nunc ad terram præcipitando, ac blasphemando, ipsum horribiliter cruciaverunt. D

raptatur per silvam:

157 Hoc autem facto, accedentes quinque dæmones, infixis collo & genibus instrumentis acutissimis, Virginem Christi ad quamdam arborem magnam & excelsam trahendo perduxerunt: quæ videlicet arbor duos fortes ramos è vicino conjunctos habebat, ut vix vel modica pars corporis per eos commode transire posset. Per hos vero ramos Virginem Christi nisi adhuc à perversitate sua resipisceret, coarctando pertrahere, & membratim discerpere minabantur. Virgine autem Christi nil respondente, & in vulnera sui Dilecti immobiliter intendente, dæmones illi atrocissime sævientes, cum magno furore corpus Virginis sustulerunt, & inter duos illos arboris ramos per rimam arctissimam impressierunt; & quidem illorum dæmonum tres ad caput, & duo ad pedes Virginis stantes, per infixa farramenta ipsam hinc inde trahendo & colluctando, indicibiliter cruciaverunt; & inter cruciatus blasphemantes, dixerunt: Nunc, miserrima, Deum, quem colis, invoca; Sponsum, de quo gloriaris, in auxilium provoca. Ubi modo est Sponsus & Deus tuus? Si enim tantus & tam potens Deus tuus, quemadmodum gloriaris, esset, utique in tanta necessitate tibi succurreret. Hæc & plura blasphemantes, & corpus Virginis supra modum cruciantes, abierunt. Quibus abeuntibus, duo Angeli cælitus missi singulis noctibus veniebant, qui tollentes cum magnâ reverentiâ corpus Virginis, sanatum per omnia in proprium thalamum mirabiliter reducebant. Hæc vero [pœna] simul & Angelica consolatio durabat per singulas noctes, usque in Vigiliam Natalis Domini. [Ipsa vero nocte] quæ Vigiliam Natalis præcedebat, post tormenta supradicta, Virgo Christi non ab Angelis, sed à suo dilectissimo Sponso visitatur; & intime consolata, ab omni læsione mirabiliter curatur. E F

per duorum ramorum angustias trahitur.

curatur que ab Angelis.

158 Tunc congregati sunt ante conspectum Virginis omnes illi dæmones, qui per totum Adventum ipsam cruciaverant; & confusi ac tremebundi, cunctarum nequitiarum suarum modum & ordinem pandentes, se per omnia victos flebilibus vocibus clamaverunt; & veniam postulantes, dixerunt: Dimitte nos, ô Christina, Omnipotentis fidelissima, quoniam vehementer affligimur: nos enim potestatem affligendi te, non pro tuis, sed pro alienis excessibus ab Altissimo accepimus, quam in te juxta mensuram nobis traditam explevimus, sed minime adversum te prævalere potuimus. In te enim regnat quædam vir-

Dimissis 31 dæmonibus qui eam afflixerant,

A virtus omnipotens, quæ nec minis cedere nec in tormentis te deficere permittit: nos autem pro tormentis injuſte tibi illatis, in præſenti quidem gravia tormenta toleramus, ſed graviora à noſtris ſodalibus apud inferos expectamus. Hæc & plura alia, Deum magnificando & ſeipſos confundendo, dicentes, & numerum eorum quis eſſet, ſcilicet triginta & unus, coram Virgine pandentes, dimiſſi ab ipſa cum maximis ululatibus receſſerunt: Virgo autem Chriſti, completis his omnibus, in ſuum thalamum mirabiliter revocatur. Tranſactâ itaque Vigiliâ Natalis in magna lætitia, Virgo Chriſti ſequenti hoc eſt in die ſancto Natalis, ad eccleſiam læta proficiſcitur; & in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi continuo rapitur: ubi inter cetera ineffabilia gaudia, hoc ipſi à ſuo dilectiſſimo Sponſo, tamquam pro novo ac ſpeciali clenodio donatur; quod videlicet animas illorum ſeptem latronum, ſecundum quod ſibi in feſto omnium Sanctorum præmonſtratum fuerat, à pœnis ereptas, coram benefica facie æterni Sponſi feliciter coronatas invenit. Erant

B autem eæ ſeptem animæ latronum, pro quo-
videt 7 latrones liberatos, rum exceſſibus Virgo Chriſti ſe ſponte obligaverat; pro quibus tantas & tam graves paſſiones, tam ſpirituales quam corporales, ſuſtinuit; & eæ quidem animæ adhuc multis annis in Purgatorio pro ſuis exceſſibus puniri debuiſſent, ſi non ipſis paſſiones & merita Virginis, apud æterni Sponſi clementiam, celerius ſubveniſſent. Cum his vero
& cum his alios 20. ſeptem animabus viginti aliæ animæ, eodem momento à pœnis Purgatorii ereptæ, in æterna beatitudine ſunt receptæ; quarum duæ animæ erant de civitate Colonienſi oriundæ, reliquæ vero de diverſis mundi partibus erant ortæ: eæ vero animæ multis annis in Purgatorio manſerant; & hanc felicisſimam redemptionis ſuæ horam expectaverant.

CAPUT XVIII.

Annus MCCLXXXV *uſque poſt Paſcha.*

C 159 TRanſactis itaque poſt Nativitatem Domini quaſi duabus hebdomadis,
Anno 1285 à 9 Ianuar. Chriſtina inteſtinis evulſis cruciatur, cum Virgo Chriſti communicare proponeret, tribus noctibus diem Communionis præcedentibus à quodam dæmone graviſſime torquebatur: qui veniens ſingulis noctibus in thalamum Virginis, primo quidem ipſam variis & iniquis ſermonibus fatigavit; deinde cum maximo furore in ipſam irruens, corpus Virginis inſtrumento acutiſſimo perforavit; & cunctis viſceribus ac inteſtinis ejus extractis, ipſam horribiliter cruciavit; recedenſque maximum ſibi vulnus inflixit. At Virgo Chriſti ſingulis noctibus à ſuo dilectiſſimo Sponſo viſitatur, & mirabiliter ſanatur; præter vul-
13 *conſolatur;* nus quod ultimo ſibi à dæmone infligitur, quod uſque in ultimam noctem incuratum relinquitur. Sequenti vero die, hoc eſt in illa quæ Octavam Epiphaniæ præcedit, Virgo Chriſti ad eccleſiam veniens, communicavit; & continuo in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi tranſvolavit. Poſt hæc vero cir-
rurſumque à 16 ad 21: ca feſtum B. Agnetis, Virgo Chriſti, quaſi per integram hebdomadam, ſingulis noctibus graviſſimas paſſiones ſuſtinuit & à ſuo D
dilectiſſimo Sponſo conſolata & ſanata fuit. A. PETRO
Deinde quadam nocte, cum Virgo Chriſti COÆVO
more ſolito in oratione ſtaret, venit quidam EX MS.
dæmon in thalamum Virginis, qui ſaltando, cachinnando, & clamando magnum ſtrepitum faciebat. Interrogatus autem à Virgine *interim jactans dæmon vires ſuas,* cur hoc faceret, & quare cachinnando exultaret; reſpondit, ſe propterea cachinnando ridere, quia jam pæne univerſus mundus poſt eum iret, & ſcelerate vivendo ejus imperio obediret per omnia: ſed ſpecialiter, inquit, de hoc gaudeo, & tripudiando coram te ſalto, quia fratrem tuum Sigwinum de Ordine Prædicatorum, quem tu ſpecialiter dilexiſti, *fratrem ſubmerſum mentitur,* & pro quo inaniter fabulando multum laboraſti, modo, cum mare navigio tranſire & ad te venire deberet, nave confracta in profundum maris dimerſi, & animam ejus mecum ad inferos devexi. His auditis Virgo Chriſti vehementer conturbata, prona ad terram corruit; & poſt puſillum aliquantulum confortata, ſe erexit; & dæmonem illum utrum vera eſſent quæ de fratre ejus dixerat, per virtutem Paſſionis Dominicæ, adjuravit. E
At ille, tantæ adjurationis virtutem non ferens, plane ſe mentitum fuiſſe reſpondit; aſcendenſque cum fœtore turpiſſimo, evanuit.

160 Item alia vice, cum quidam Sacerdos, nomine Joannes, Virgine Chriſti multum familiaris, ſero poſt incenſa luminaria in *& occiſum Sacerdotem, Virgini familiarem;* domo Virginis ſediſſet; & inde cum quodam Scholare, cognato videlicet ejuſdem Virginis, ad cellam ſuam rediiſſet; deinde poſt illorum receſſum, cum Virgo Chriſti thalamum ſuum, qui aliquantulum diſtat à domo, ſola introiſſet, & oſtium ſuper ſe clauſiſſet; ecce quidam dæmon, in ſpecie Scholaris, videlicet cognati ſui, continuo cum magna feſtinatione veniebat; & plorando atque miſerabiliter ejulando pulſans oſtium thalami dicebat: Heu! cariſſima matertera, quid facturus ſum, quia Dominus meus mortuus eſt. Cum enim à vobis recederet, & ad cellam ſuam redire deberet; vir quidam in via violenter in eum irruit, & mucrone ipſum transfodiens continuo interfecit: Virgo autem Chriſti hæc audiens, & cognatum ſuum veraciter credens, F
vehementi perturbatione concuſſa, ad terram corruit; ita quod nec oſtium quidem aperire, ad videndum quid hoc eſſet, aliquatenus potuit. Tandem cum diu in tali mœſtitia & quaſi in defectu ſuiipſius jacuiſſet, confortata à Domino viribuſque recuperatis mox ſurrexit; & aperto oſtio undique circumſpiciens, neminem adeſſe vidit, ſeque illuſam à dæmone veraciter agnovit. Deinde quadam die cum Virgo Chriſti horâ Miſſæ tranſeundo villam ad eccleſiam pergeret, occurrit ei quidam dæmon ſub ſpecie cujuſdam Sacerdotis de Colonia, ſibi familiaris. Quem dum Virgo Chriſti dimiſſo ac turbato vultu venientem ad ſe cerneret, ſalutans eum tantæ mœſtitiæ cauſam quærit. Qui reſpondens ait: Non miremini, quia turbatus ad vos venio: nam juſtam & magnam turbationis cauſam habeo: nam Dominus Henricus, amicus noſter ſpe- *necnon amicum Coloniæ letaliter ſauciatum.* cialis, uſque ad mortem vulneratus eſt; quidam enim nequam, neſcio ob quam cauſam, violenter in eum irruit, & per ſcapulam transfixo gladio ipſum graviter vulneravit; ab eo

A autem missus, nobis & Domino Joanni nuntiare hoc factum venio, rogant ut ambo sine mora ad ipsum veniatis, quia adeo debilis est, quod nescio utrum ipsum invenire [vivum] debeatis. His auditis Virgo Christi graviter turbata fuit, quia non dæmonem, sed hominem veraciter credidit. Cumque sic loquendo & invicem querulando pergerent, & jam retro ecclesiam ad cellam, quam intraturi erant, venirent; ecce dæmon ille cum turpissimo sono evanuit.

A. PETRO COÆVO EX MS.

161 Deinde in festo Purificationis, cum Virgo Christi iterum communicare deberet, præcedenti nocte gravissime à quodam dæmone cruciata fuit: viginti enim tormentorum genera sustinuit, quæ narrare nobis nullatenus voluit. In die autem Purificationis Virgo Christi læta ad ecclesiam proficiscitur; & communicans, in amplexus sui dilectissimi Sponsi continuo rapitur. Deinde vero per quatuor noctes, secundam Dominicam quadragesimæ præcedentes, Virgo Christi à quodam dæmone gravissime torquebatur, à quo inter cetera maximum sibi vulnus infligebatur, quod non nisi in ultima nocte curabatur. Transactâ itaque secundâ Dominicâ Quadragesimæ, usque in sextam feriam, quæ Dominicam quartam præcedit, singulis noctibus venit maxima multitudo dæmonum in thalamum Virginis, qui ipsam variis & iniquis sermonibus diu multumque fatigabant: & totalem vitam ejus reprobantes, ipsam adhuc resipiscere, & eorum consiliis acquiescere hortabantur; quod si non faceret, diversis eam suppliciis interficere minabantur. Has itaque comminationes Virgo Christi singulis noctibus, usque in sextam feriam prædictam sustinuit, & nullam afflictionem nisi in duabus ultimis noctibus à dæmonibus habuit: in quibus videlicet duabus noctibus, post longas comminationes, venit quidam dæmon, qui corpus Virginis horribiliter perforavit, & cunctis viscéribus ac intestinis ejus confractis, ipsam supra modum cruciavit; & tandem inflicto sibi maximo vulnere, recessit. Virgo autem Christi singulis noctibus à suo dilectissimo Sponso visitata, mirabiliter sanabatur, præter vulnus ultimo sibi C à dæmone inflictum, quod in ultima nocte perfecte curabatur. Altera vero die, hoc est textâ feriâ supradictâ, Virgo Christi ad ecclesiam veniens, communicavit, & totum illum diem in gemitibus & amarissimis lacrymis continuavit; tandem vero contra sero, voluntatem sui dilectissimi Sponsi de supervenientibus sibi passionibus percipiens, aliquantulum respiravit, & usque ad tertium diem à dæmonum persecutione secura permansit.

Ipsa genera 20 tormentorum sustineret 2 Februarii

cruciatur 1 etiam à 12 ejusdem ad 14.

B

denique gravissime læditur.

162 Ex tunc autem usque in vigiliam Palmarum, venerunt prædicti dæmones singulis noctibus in thalamum Virginis; & post multifarias comminationes, dæmon quidam irruens in Virginem, transfixo corpore ejus instrumento acutissimo omnia viscera & intestina ejus extraxit; & quatiendo, & ad parietes & ad terram cædendo, saltem cum magna indignatione inter alios horribiles [dæmones] Virginem Christi præcipitavit: qui unanimiter manus in Virginem mittentes, vociferando ac horribiliter tumultuando, per vicos & plateas totius villæ nudam ac contumelioſe traxerunt: & jactantes eam ad modum pilæ inter manus suas crudelissimas, pedibus horribiliter contriverunt: & nunc quidem ipsam sursum ad aëra levantes, nunc vero deorsum ad terram præcipitantes, necnon ad parietes & ostia singularum domorum fortissime cædentes, in lutum & paludes simarias sæpissime projecerunt; ita videlicet, quod nec locus nec angulus in tota villa remansit, ubi Virgo Christi præcipitata & cruciata non fuerit: & hæc facientes, quidam eorum transfigurarunt se in species hominum totius villæ, qui tamquam horribili clamore dæmonum excitati ad spectaculum Virginis convenerint; & quidam eorum, tamquam compatiendo Virgini, ut potius omnem sanctitatis ac religionis speciem postponeret, quam sic miserabiliter vitam perderet, fallaciter suaserunt. Alii vero exprobrantes & blasphemantes, dixerunt: Nunc manifeste patent errores & perversi tates hujus pessimæ seductricis: nunc aperte oculis nostris videmus omnia vera esse, quæ de ejus truphatica vita jam dudum à viris religiosis & discretis audivimus; numquam perceptum est, Christianæ fidei hominem sic publice & graviter à dæmonibus cruciari: nisi enim peccata occulta & gravia in ea laterent, dæmones talem potestatem in ipsa nequaquam haberent.

D

horrende jactatur,

& blasphematur.

E

163 Hæc & plura illis sub specie hominum blasphemantibus, reliqui dæmones ipsam tenentes, clavos acutissimos & longos afferri subito præceperunt, quibus allatis, dixerunt: O infelicissima omnium hominum, quomodo sic indurata & obstinata es, ut perseverando in erronea vita, potius perdere vitam eligas, quam obtemperando justis consiliis in pace vivas? nisi enim Deum tuum, quem hactenus frustra coluisti, & de cujus auxilio inaniter gloriata fuisti, penitus postponas, & nostris consiliis acquiescas, continuo os tuum, nares, oculos, aures, pedes, & manus, simul & cetera membra, quæ vel ad loquendum, sive ad audiendum, aut ad serviendum Deo tuo exhibuisti, his clavis acutissimis perforando restringemus, & de cetero ad laudandum Deum tuum F omnino invalidam te faciemus; & tunc profecto videbimus, utrum Deus tuus veniat, & de manibus nostris te eripiat. Hæc & similia illis loquentibus, Virgo Christi nil respondit; sed vires mentis & animæ suæ in vulnera sui Dilecti immobiliter figens, paratam se ad quæcumque tormenta exhibuit. Dæmones itaque, Virginem immobilem cernentes, amplius sævientes, ipsam horribiliter invaserunt; & os, nares, oculos, aures, manus, & pedes simul & cetera membra Virginis clavis acutissimis perforantes, terræ fortissime incusserunt; subsannantes ac blasphemantes dixerunt: Nunc, maledicta, Deum tuum invoca, nunc Sponsum, de quo gloriaris, in auxilium provoca: Si Deus omnipotens est, ut asseris, quid dissimulat? cur moratur? quare tibi in tantis angustiis non suffragatur? Similiter & alii, sub specie hominum adstantes, blasphemantes dixerunt: Recede, miserrima vel nunc saltem, ab erronea vita tua, & ad com-

ac solicitatur

promissis

& minis

claviſque transfixa.

A 6 Martii ad 17, extractis per noctes singulas viscéribus,

munem

munem vitam te converte : melius enim & salubrius tibi est omnem sanctitatem & religionem penitus abnegare, quam à dæmonibus tam gravia supplicia tolerare.

quasi à familiaribus urgetur ad defectionem :

164 Quidam vero ex ipsis, ut facilius animam Virginis emollirent, transfigurantes se in species carissimorum ac familiarium amicorum suorum, quasi compatiendo ac flendo Virginem, ut potius omnem sanctitatis ac religionis speciem proscriberet, quam sic miserabili morte interiret, instanter admonebant. Tunc Virgo Christi, audiens quod non solum à communi populo, verum etiam à suis (ut vere putabat) amicissimis ac familiaribus, ut à Christo recederet hortabatur, dolens & gemens, sub secreto cordis silentio suum Dilectum alloquitur: Siccine, carissime Domine, non solum à communi populo, verum etiam ab his qui mihi familiariores & carissimi erant, subsannari & à vestro dulcissimo corde dehortari debeo ? Et in his verbis intime consolata, conversaque ad illos dæmones, qui in specie amicorum adstabant, & infidelitatem ac stultitiam eorum durissime corripiens, dixit : Erubescere & confundi in vobis metipsis non immerito potestis, quia vos, cum speciem & habitum religionis geratis, & specialiter amici Dei videamini, ad tantam insipientiam devenistis, quatenus mihi, & ab illo dulcissimo in quo tota salus & beatitudo mea consistit me averterem, persuadere minime erubescatis : sed scitote quod in in hac parte frustra laboratis : nam etsi universus mundus, cum cunctis dæmonibus qui in inferno sunt, suadendo seu affligendo ad hoc laborarent ; numquam tamen ab illo dulcissimo corde me avertere possent. His auditis, dæmones illi nimio furore repleti, dixerunt, quid frustra circa correctionem hujus pessimæ seductricis laboramus ? cur morando tempus perdimus ? Auditis enim, quomodo non solum ab errore suo corrigi minime curat, verum, quod altius urit, gloriando adhuc in Deo suo, nobis manifeste tamquam impotentibus insultat. Agite ergo, ut seductrix ista, morte turpissima damnata, de terra tollatur, & nobiscum ad æterna supplicia celerius deferatur.

sed constans in amore Sponsi,

diversimode raptatur,

165 Quidam autem ex ipsis consilium dederunt, dicentes : Nolumus eam sic repente [vitâ] privare, sed prius ad singulas arbores hujus villæ vehere, ibique corpus ejus trahendo, & ad singulas arbores confricando, membratim discerpere ; & novissime ad magnam arborem ligatam, in profundum inferni projicere. Placuit itaque hoc consilium cunctis dæmonibus ; apprehensamque Virginem ad singulas arbores, clamando ac horribiliter vociferando, devexerunt ; & in singularum ramis durissimis corpus Virginis, nunc sursum, nunc deorsum trahendo ; nunc per pedes, nunc per brachia rapiendo ; & de latere in latus volvendo, & vicissim collidendo, insistebant, donec continua collisione & impetu, magnæ illæ arbores radicitus movebantur, & fortissimi arborum rami scindi ac frangi penitus videbantur. His itaque peractis, catena ignea ex jussu dæmonum apportatur : cum qua corpus Virginis constrictum magnæ arbori alligatur, & quod sic ad infernum præcipiuri debeat à dæmonibus blasphematur. Virgo autem Christi, erectis in cælum oculis, animam suam dilectissimo Sponso suo devote commendavit, & ne se unquam ab ipso separari permitteret humiliter oravit. Orante itaque Virgine, dæmones confestim disparuerunt : & ecce duo Angeli cælitus missi venerunt, qui cum magna reverentia accedentes, & corpus Virginis solventes ac sanantes, mirabiliter in suum thalamum revocabant. Hæc vero tormenta simul & consolatio Angelica durabant singulis noctibus, à quarta Dominica Quadragesimæ usque in Vigiliam Palmarum ; hoc tamen excepto, quod dæmon ille qui primus intra thalamum, extrahendo viscera & intestina Virginis, ipsam horribiliter cruciavit, non continue hoc fecit ; sed aliquibus noctibus cessavit. Virgo autem Christi in Vigilia Palmarum communicandi gratiâ ad ecclesiam pervenit ; & communicans, diem illum in fletibus amarissimis transegit, donec tandem circa sero voluntatem sui dilectissimi Sponsi scire meruit, & usque ad tertium diem à persecutione dæmonum secura permansit.

A PETRO COÆVO EX MS.

166 Deinde per tres noctes, usque in Cœnam Domini sequentes, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis ; & dum ipsam variis sermonibus & comminationibus fatigassent, expoliantes eam vestibus per vicos & plateas totius villæ trahendo, in curiam Advocati, quæ in superiore parte villæ sita est, perduxerunt ; ibique clamando & horribiliter vociferando, consuetis nequitiæ suæ artibus, in species hominum se transfiguraverunt ; & quasi ex horribili clamore dæmonum excitati, ad spectaculum Virginis adstiterunt : reliqui vero dæmones, Virginem tenentes, diversis eam sermonibus, utrum ab erronea sua vita adhuc resipiscere vellet, interrogaverunt. Et cum neque exhortando, neque comminando proficerent ; horribiliter sævientes, ipsam ad quamdam arborem ligaverunt : & cædentes flagellis durissimis corpus Virginis, nullam in ipsa particulam [intactam] reliquerunt ; & inter ipsa verba blasphemando, ut Sponsum & Deum suum invocaret, illam sæpissime monuerunt. Ceteri vero, sub specie hominum adstantes ipsi, ut potius resipisceret & more aliorum hominum viveret, quam sic amarissima morte vitam perderet, fallaciter consuluerunt.

A 19 Martii ad 23

dire flagellata,

167 Inter hæc Virgo Christi responsum non dedit, sed in vulnera sui dilectissimi Sponsi figens mentis oculos, ad patiendum pro amore ejus promptam ac voluntariam se exhibuit. Tunc dæmones, videntes Virginem à suo proposito flecti non posse, tollentes ipsam cum maximis clamoribus, ad quamdam aliam silvam devexerunt ; ibique levantes ipsam super cacumina arborum, & demonstrantes ei omnes circumjacentes regiones, & gloriam totius mundi, dixerunt : Leva oculos tuos, & vide universum mundum, quidquid enim intra vel supra aut ubique terrarum videre poteris, totum nostræ ditioni est subjectum, & nostro imperio deservit : nos enim sumus Principes & Rectores totius orbis, nec est alius præter nos Deus omnipotens : unde si adhuc ab errore tuo converti, & nostris consiliis uti velles, continuo omnia vulnera tua curare vellemus, & multis honoribus ac divitiis sublimatam, supra dignitatem

raptatur per silvam;

& igneâ catenâ stringitur.

A tatem cunctorum mortalium, magnifice ex-
A. PETRO tolleremus. Ad hæc verba Virgo Christi con-
COÆVO ſtanter reſpondit : Honores , divitiæ & di-
EX MS. gnitates, ô maligni ſpiritus, vobiſcum ſint in
promiſſis miniſque ſolicitatur, æternam perditionem : ego enim perituras
hujus mundi divitias & honores non appeto ;
ſed voluntatem Domini mei Ieſu Chriſti, in
quo pariter omnes meæ deliciæ & divitiæ ſunt,
impleri in me toto corde deſidero : idcirco me
paratam ad quæcumque tormentorum genera
pro ejus amore exhibeo.

168 Porro dæmones atrociter ſævientes, allatis coram Virgine clavis acutiſſimis, dixerunt: Nunc , miſerrima ſeductrix nihil de cetero tibi parcendum eſt , ſed è duobus unum eligere te oportet , ut vel obtemperando noſtris conſiliis,à perverſa vita tua [te] illico convertas; aut certe his clavis acutiſſimis perforata , a-
clavis trāsfigitur, mariſſima morte intereas . Virgine autem Chriſti hoc audiente & minas eorum deridente , dæmones ipſam horribiliter invaſerunt: extenſamque ad excelſam arborem , manus , pedes, ſimul & totum corpus Virginis clavis acutiſſimis perforantes , arbori affixerunt , & ut
B Deum ſuum invocaret , blaſphemantes , abierunt . Quibus abeuntibus Virgo Chriſti duabus primis noctibus ab Angelis ſolvitur, ſanatur, & in ſuum thalamum mirabiliter revocatur . In tertia vero nocte, hoc eſt in illa quæ Cœnam Domini antecedit , poſt tormenta ſuperius memorata , cum prædicti dæmones clavis acutiſſimis perforatum corpus Virginis arbori affixiſſent ; noviſſime unum clavum magnum afferri præceperunt , quem per corpus Virginis ſe transfigere debere, & amariſſima morte conſumptam ad inferos deducere promiſerunt . Tunc Virgo, erectis in cælum oculis , cor ejus & animam ſuo dilectiſſimo Sponſo humiliter commendabat ; & ſic demum poſt tormenta innumera, clavis per cor Virginis à dæmonibus percutitur, & anima Virginis expulſa à corpore in cor ſui Dilecti læta tranſponitur, ubi ineffabili gaudio conſolata , ab omni læſione plene & integre curatur.

169 Interea dæmones illi , confuſi & tremebundi, & tamquam igneis catenis conſtricti , in eo loco quo Virginem cruciaverant permanſerunt, & ſtantes coram Virgine, cum maxima trepidatione, cunctarum nequitiarum ſuarum modum & ordinem exponentes , dixerunt : Miſerere noſtri , ô Chriſtina Ancilla Omnipotentis, quia vehementer affligimur : nos enim ſumus dæmones numero ſeptem millia , quibus ab Altiſſimo imperatum eſt , ut tibi , non quidem pro tuis , ſed pro exceſſibus aliorum , tanta & tam gravia tormenta inferremus. Nunc vero expletis in te omnibus juxta menſuram nobis traditam , victos atque confuſos publice fatemur, & non eſſe alium Dominum ſeu Deum omnipotentem, præter hunc ſolum quem tu colis, & in cujus nomine victrix glorioſa exiſtis , apertiſſime confitemur. Dimitte ergo nos , ô Ancilla Omnipotentis, nam de cetero numquam tibi moleſti erimus , ſed pro pœnis tibi injuſte illatis , graviſſimas paſſiones ac deriſiones à noſtris ſodalibus in inferno ſuſtinebimus. Cumque hæc & his ſimilia loquerentur , Virgine jubente, cum maximis ululatibus receſſerunt: quibus recedentibus, Virgo cum maxima exultatione in ſuum thalamum revocatur. Se-
dæmones denique ad 7000 ſibi ſupplices dimittit.
C quenti autem die, hoc eſt in Cœna Domini, D
feliciter tranſacta, Virgo Chriſti, à veſpere *In Paſcha te 25 Martii, apparet Chriſti ſtigmatibus decorata:* diei Cœnæ uſque in Vigiliam Paſchæ, ſola thalamo ſuo incluſa latuit , & ſuo dilectiſſimo Sponſo ſingulis horis compatiens, cuncta Dominicæ paſſionis ſtigmata recipere meruit : ita videlicet , ut dum Virgo Chriſti in Vigilia Paſchæ noſtris ſe offerret aſpectibus ; nos qui præſentes eramus in utraque manu Virginis glorioſa ſtigmata , & de quolibet ſtigmate tres rivulos ſanguineos deſcendentes conſpeximus ; & per ſigna evidentiſſima ipſam eadem ſtigmata , tam in pedibus quam in aliis locis , habere cognovimus . Tranſactâ itaque Vigiliâ Paſchæ , Virgo Chriſti die ſequenti , hoc eſt in die ſancto , communicavit : & confeſtim in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi rapta fuit ; ubi [inter alias] ineffabiles *gaudetque,* conſolationes hoc pro ſpeciali conſolatione & *21 animabus Purgatorio ſolutis.* gaudio percipere meruit , quod duas conſanguineorum ſuorum animas , à pœnis Purgatorii ereptas, coram beatifica facie ſui dilectiſſimi Sponſi feliciter coronatas invenit. Quarum una ſexcentis annis , alia vero trecentis pro ſuis exceſſibus in Purgatorio puniri debuiſſet, ſi non æterni Sponſi pietas, ob me
E rita & paſſiones ſuæ Dilectæ , ipſas miſericorditer abſolviſſet. Cum his vero animabus , viginti aliæ animæ de Purgatorio ereptæ ſunt, è quibus duæ de Stumbele, duæ de Colonia, reliquæ vero de diverſis mundi partibus oriundæ erant : quæ quidem multis annis in Purgatorio afflictæ fuerant, & adhuc circiter viginti annos puniri debuiſſent , ſi non ipſis paſſiones & merita Virginis ſubveniſſent .

CAPUT XIX.

Ab Aprili anni MCCLXXXV *uſque ad Nativitatem B. Mariæ , cum liberatione variarum animarum & præmemorati Nobilis.*

170 TRanſactis poſt feſtum Paſchæ quaſi *Poſt 8 Apr. adeſt alius tentator,* duabus hebdomadis, apparuit Virgini Chriſti tribus noctibus quidam dæmon, ſero videlicet, cum thalamum ſuum introire debuiſſet : qui ſubſannando atque comminando dicebat ; Niſi tu, maledicta, ab erronea vita tua deſiſtas, & ad rationabilem vitam te convertas, ſeductiones tuas cuncto populo manifeſtabo ; & poſt graviſſima tormenta illata, morte turpiſſima conſumptam ad æterna ſupplicia deportabo. Virgo autem Chriſti hoc audiens, nihil timuit : ſed conſtanti animo dæmoni inſultans, ſe paratam ad omnem ſui dilectiſſimi Sponſi voluntatem exhibuit, & ſic dæmon ille confuſus evanuit. Deinde per totam hebdomadam ſequentem Virgo Chriſti, ſingulis noctibus, ab eodem dæmone graviſſime afflicta fuit : à quo inter cetera graviſſima tormenta maximum vulnus recepit, de quo recens ſanguis continue profluens terram undique perfudit , & non niſi ultima nocte plenarie curatum fuit. Poſt hoc vero cum Virgo Chriſti quadam die communicare proponeret, videlicet in ſexta feria quæ eſt ante quartam Dominicam poſt Paſcha , in præcedenti nocte Virgo Chriſti
F *ac deinde tortor.* *A 20 Apr. patitur Virgo pœnas Purgatorii* ſenſibi-

A sensibiliter quidem, sed indicibiliter gravissimas Purgatorii pœnas sustinuit : in quibus Virgo Christi singulis momentis defecisset, si non ipsam virtus Omnipotentis mirabiliter confortasset. Mane autem facto, hoc est in sexta feria prædicta, Virgo Christi ad ecclesiam veniens, communicavit ; & in amplexus sui dilectissimi Sponsi continuo transvolavit. Post hæc igitur ante festum Ascensionis, Virgo Christi per quasdam noctes gravissimas Purgatorii pœnas sustinuit. In illa autem nocte, quæ diem Ascensionis præcedit, præter Purgatorii pœnas, Virgo Christi à quodam dæmone graviter afflicta fuit: à quo inter cetera gravissimum vulnus recepit ; quod non cum ceteris læsionibus ante festum, sed usque post festum incuratum relinquitur. Virgo autem Christi mane facto, hoc est in die Ascensionis ad ecclesiam pervenit ; & communicans, nullam prorsus consolationem percepit ; sed totum illum diem in amarissimis fletibus continuavit, donec tandem circa sero voluntatem sui Dilectissimi de suis passionibus agnoscens, aliquantulum respiravit ; & usque ad diem tertium B absque dæmonum persecutione quieta permansit. Quo transacto Virgo singulis noctibus, usque in Vigiliam Pentecostes, gravissimas atque innumerabiles atque humanis viribus prorsus intolerabiles Purgatorii pœnas sustinuit : cum quibus etiam singulis noctibus Virgo Christi à quodam dæmone graviter afflicta fuit, & vulnus maximum quod ab eodem dæmone in illa nocte quæ Ascensionem Domini præcedit receperat, singulis noctibus in corpore Virginis innovatur, & in ultima nocte ante Vigiliam Pentecostes plenarie curatur.

(3 *Maji etiam vulnerata*)

usque ad 12 Maji.

Insuper traditur 7 dæmonibus :

171 Præter supradictas tam corporales quam Purgatorii pœnas, Virgo Christi quinque noctibus, Vigiliam Pentecostes præcedentibus, à septem dæmonibus horribiliter cruciabatur : qui venientes singulis noctibus in thalamum Virginis, primo quidem eam diversis sermonibus diu multumque fatigabant, deinde offerentes ante aspectum ejus vas pice & sulfure ardenti plenum, comminando dicebant C ; Nisi tu, miserrima seductrix, ab erronea vita tua resipiscas, & nostris consiliis acquiescas ; os tuum instrumentis acutissimis horribiliter extendendo, & picem ferventem cum sulfure corpori tuo infundendo, insuper oculos, aures, nares ac ceteros sensus infundendo, de eodem implebimus, & per medium te crepare faciemus, & deinde consumptam morte turpissima ad æterna supplicia deferemus. Cumque hæc & his similia comminando dicerent, & Virginem omnino immobilem cernerent ; crudeliter sævientes, ipsam unanimiter invaserunt ; & duo quidem ex ipsis os Virginis instrumentis acutissimis extendentes, reliqui vas plenum picis & sulfuris corpori Virginis intuderunt : deinde simili modo extendentes nares, oculos, & aures Virginis de eodem infundendo repleverunt, ipsamque ultra modum cruciaverunt. Hoc autem facto scyphum aureum, omni spurcitia & veneno plenum, ante Virginem contulerunt : & mutatis vocibus, tamquam adulando, dicebant : Si, infelix & miserrima, adhuc diuturnum errorem postponere, & nostris consiliis acquiescere velles ; ex hoc aureo calice te potare vellemus, & ab omni læsione subito curatam super omnium mortalium dignitatem & gloriam venerari faceremus. Ad hæc verba Virgo cum magna indignatione respondit : Curationem & consolationem vestram fallacissimam contemno, minas & tormenta vestra non timeo, quia voluntatem Domini mei Jesu Christi impleri in me toto corde desidero. Si qua igitur vobis licentia, si qua potestas à Domino meo vobis collata est, hanc perficere in me quantocius festinate.

qui diraminati,

Virgini insultanti ac provocanti,

172 His auditis dæmones, immenso furore repleti, ad invicem dixerunt : Usquequo hanc miserrimam seductricem sustinebimus? quamdiu parcendo ipsi tempus perdimus? Obstinata enim malitia sua non solum corrigi minime curat, sed comminationes nostras deridens, nobis tamquam impotentibus insultat. Agite ergo ut miserrima seductrix ista duris cruciatibus intereat ; & tunc apparebit, quid præsumptuosa vel superba responsio sibi valeat. Igitur accedamus, & de hoc aureo calice sibi propinantes, quam sit delectabilis E potus qui in eo continetur ipsam gustare faciamus. His dictis, continuo duo dæmones aperientes os Virginis, instrumentis acutissimis extendebant ; reliqui vero abominabile venenum ejus corpori infundebant. Quo facto, vestimenta ignea & tamquam de scarlato pretiosa, afferri præceperunt. Quibus allatis, Virginem & totum corpus ejus ardore nimio succendentes, ipsam miserabiliter cruciaverunt. Novissime vero exclamantes horribilibus vocibus, dixerunt : Quoniam quidem hanc miserrimam seductricem ex aureo calice potavimus, & vestibus pretiosis indutam ornavimus ; consequens est ut ad molle stratum deferatur, ibique ad pausandum delectabiliter reponatur. His dictis, corpus Virginis, cum magno furore à terra sursum levantes, deorsum fortissime præcipitabant ; & salientes super ipsum tamdiu conculcabant, donec ex diuturno saltu & conculcatione singula membra ab invicem separabant. Hoc autem facto, dæmones illi quatuor noctibus recesserunt. Quibus recedentibus Virgo Christi singulis noctibus ab Angelis tollitur, sanatur, & mirabiliter confortatur. In ultima vero nocte, hoc est in illa quæ Vigiliam Pentecostes antecedit, Virgo Christi, non ab Angelis, sed à suo dilectissimo Sponso visitata, intime consolatur, & ab omni læsione perfecte curatur.

D

A PETRO COÆVO EX MS.

venenum infundunt,

totamque conculcant

F

sed deniq; victos se fassi dimittuntur,

173 Tunc convenerunt ante faciem Virginis dæmones illi, qui ipsam quinque noctibus afflixerant : & cum maxima confusione & tremore exponentes cunctas nequitias suas, dixerunt : Dimitte nos, ô Christina Ancilla Omnipotentis, quia pro tormentis injuste tibi illatis gravissime torquemur. Nos enim sumus septem dæmones, qui juxta præceptum Altissimi tibi, non pro propriis, sed pro alienis excessibus hæc gravissima tormenta intulimus. Nunc vero peractis omnibus, nos victos atque confusos, teque victricem gloriosam per omnia confitemur. Hæc & plura illis dicentibus, dimissi tandem à Virgine, cum planctu & ejulatu maximo recesserunt. Illis vero recedentibus,

A. PETRO COÆVO EX MS.

à Sponſo conſolandâ per Pentecoſten,

A Virgo Chriſti humiliter ſe proſtravit; & ſuum Dilectiſſimum magnificans, gratias egit. Tranſactâ itaque Vigiliâ Pentecoſtes Virgo Chriſti ſequenti die & in die Sancto Pentecoſtes ad eccleſiam læta proficiſcitur; & communicans, in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi mox rapitur; ubi inter ineffabiles conſolationes hoc magnum & ſpeciale gaudium percipere meruit, quod videlicet duas animas, cordi ſuo per deſiderium & orationes firmiter aſtrictas, pro quibus tam gravia tormenta ſuſtinuerat, à pœnis ereptas, coram beatifica facie æterni Sponſi feliciter coronatas invenit: quarum una erat anima cujuſdam prædivitis & delicatiſſimi Burgenſis de Colonia, qui ante annum & dimidium obierat. Hic dum adhuc viveret, ſemel Virginem Chriſti, cum aliis Religioſis intra domum ſuam receptam, cum magno affectu refecerat; & proſtratus ante illam humiliter ut pro ſe oraret poſtulaverat: cujus Virgo Chriſti poſtmodum in orationibus continuò recordata fuerat. Et hæc quidem anima triginta millibus annorum adhuc pro gravibus

liberatione 9 animarum.

B ſuis exceſſibus in Purgatorio puniri debuiſſet, ſi non æterni Sponſi clementia ipſam ob paſſiones & merita ſuæ Dilectæ citius abſolviſſet. Reliqua vero erat mater cujuſdam puellæ, Virgini multum familiaris: & ipſa quoque pro ſuis exceſſibus centum annis in Purgatorio puniri debuiſſet, ſi non ipſi per Virginem ſubventum maturius fuiſſet. Præter has duas animas, ſeptem aliæ animæ eodem feſto à pœnis Purgatorii creptæ ſunt, quæ ante duos annos in Colonia mortuæ fuerant, & adhuc triginta annis in Purgatorio cruciari debuerant, ſi non ipſis paſſiones & merita Virginis ſubveniſſent: duæ autem ex ipſis erant feminæ, & quinque viri annorum circiter quindecim.

Poſt 20 Maji ad 26, torquetur Virgo:

174 Igitur poſt Octavas Pentecoſtes, Virgo Chriſti quinque noctibus à quodam dæmone graviſſime torquebatur, à quo inter cetera maximum ſibi vulnus infligitur, quod non niſi ultima nocte perfecte curatur. Deinde cum Virgo Chriſti in ſexta feria, quæ eſt ante tertiam Dominicam poſt Pentecoſten, communicare proponeret; per tres no-

C ctes, prædictam ſextam feriam præcedentes, à decem dæmonibus graviſſime torquebatur.

& menſe exeunte 10 dæmonibus permiſſa,

Et prima quidem nocte venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis; & dum multis & iniquis ſermonibus Virginem Chriſti duriſſime fatigaſſent, tandem ſpargentes fœtorem immundiſſimum, pene omnino ſuffocaverunt, & hoc facto continuo receſſerunt. Secunda vero nocte, poſt vexationes & comminationes, aperuerunt ora ſua horribilia, ignemque tartareum emiſerunt; cum quo corpus Virginis ſuccendentes, miſerabiliter cruciaverunt, & hoc facto continuo receſſerunt. In tertia vero nocte, poſt multas

plumbatis cæditur.

comminationes, dæmones apprehenſum corpus Virginis cum magno furore ad terram præcipitabant; & cædentes plumbatis fuſtibus indicibiliter cruciabant, donec omnia membra ab invicem cædendo ſeparabant; & hoc facto, continuo recedebant. Quibus recedentibus, Virgo Chriſti ſingulis noctibus divinitus conſolata, mirabiliter reformatur. Mane autem, hoc eſt in ſexta feria prædicta, Virgo Chriſti ad eccleſiam perrexit; & communicans, in amplexus ſui Dilectiſſimi mox rapitur. D

175 Deinde ante Nativitatem beati Joannis Baptiſtæ Virgo Chriſti, quaſi per integram hebdomadam, ſingulis noctibus à quodam dæmone graviſſime torquebatur: qui maximum ſibi vulnus inter cetera inflixit, quod in corpore Virginis uſque in ultimam noctem incuratum permanſit. Deinde ante feſtum B. Mariæ Magdalenæ, cum Virgo Chriſti communicare proponeret; per unam hebdomadam ſingulis noctibus venerunt quinque dæmones, multum horribiles in thalamum Virginis: & diverſis verborum fallaciis totalem vitam ejus reprobantes; ipſam ſeductam fore per omnia mendaciter aſſerebant, & niſi velociter ab erronea vita reſipiſceret, & eorum conſiliis acquieſceret; ipſam diris cruciatibus exterminare & ad inferos deportare promittebant. Cumque hæc & his ſimilia comminando dicerent, recedentes nullam corporalem læſionem Virgini inferebant. In ultima vero nocte, hoc eſt in illa quæ diem Communionis præcedebat; E Virgo Chriſti à quodam alio dæmone graviſſime torquebatur, à quo ſibi maximum vulnus infligebatur; quod durans in corpore Virginis uſque poſt diem Communionis, tunc quidem cum reliquis tormentis innovatur. Virgo autem Chriſti ad eccleſiam veniens, mane communicavit, & continuo in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi tranſvolavit.

A 18 Junii ad 24,

& à 16 Julii ad 22.

graviter vulneratur:

176 Tranſactis itaque poſt diem Communionis tribus diebus, ſingulis noctibus per hebdomadam venerunt prædicti quinque dæmones in thalamum Virginis, portanteſque inſtrumenta acutiſſima in manibus, comminando dixerunt: Niſi tu, miſerrima omnium hominum, erroneam vitam poſtponas, & noſtris conſiliis acquieſcas, corpus tuum his inſtrumentis acutiſſimis transfigemus, & ad arborem ſuſpendentes trahendo ac diſcerpendo horribiliter puniemus, tandemque morte amariſſima extinctam ad æterna ſupplicia deferemus. Ad hæc verba Virgo Chriſti conſtanter reſpondit: minas veſtras, ô maligni ſpiritus, derideo, tormenta veſtra non timeo, pati namque pro amore Domini mei Jeſu F Chriſti vehementer deſidero. His auditis dæmones, immenſo furore repleti, Virginem unanimiter invaſerunt; & trajicientes per manus, pedes, oculos, nares & aures inſtrumenta acutiſſima, nudam è proprio thalamo ejecerunt; ſuſpendenteſque ad excelſam arborem, quæ in curia ipſius Virginis ſita erat, trahendo ac lacerando tamdiu corpus ejus diſcerpſerunt, donec tandem ex nimio tractu & impetu ruptis organicis partibus, corpus ad terram dejecerunt, & ſimul evulſam arborem ſuper ipſum corpus præcipitaverunt; & hoc facientes blaſphemando, ut Deum ſuum, in quo gloriaretur, in auxilium provocaret, monuerunt, & poſt hoc continuo receſſerunt. Quibus recedentibus, Virgo Chriſti ſingulis noctibus à duobus Angelis cæli-

25 à dæmonibus 5 per unam hebdomadem vexata,

ſuſpenſaque ex arbore, laceratur:

ſed ſanatur ab Angelis.

tus miſſis viſitatur, ſanatur, & in thalamum ſuum mirabiliter reducitur. Hæc paſſio ſimul & Angelica conſolatio durabat per unam hebdomadam ſingulis noctibus: in ultima vero nocte, poſt tormenta prædicta, dæmo-

nes

A nes illi confusi & tremebundi coram Virgine steterunt ; & totius malitiæ suæ modum & ordinem exponentes, dimitti se à Virgine, quia vehementer cruciarentur, postulaverunt. Qui tandem dimissi à Virgine, cum maximo planctu & ejulatu recesserunt.

A 7 Aug. ad 14 præter pœnas Purgatorii,

177 Post hæc vero circa festum Assumptionis, Virgo Christi singulis noctibus per unam hebdomadam gravissimas atque innumerabiles Purgatorii pœnas sustinuit, videlicet, ignem super modum fervidum, & intolerabile gelu & ceteras passiones, quibus humana natura cruciari potest: in quibus Virgo Christi singulis momentis defeciſſet, nisi ipsam divina potentia mirabiliter confortasset. Præter has spirituales Purgatorii passiones, Virgo Christi singulis noctibus à septem dæmonibus gravissime torquebatur: qui venientes in thalamum Virginis, post longas comminationes & vexationes, Virginem tunsionibus & verberibus miserabiliter cruciaverunt. Deinde extendentes os ejus instrumentis acutissimis, picem cum sulfure bullienti intuderunt; & hoc facto relinquentes ipsam mortuam, abierunt. Quibus

etiam corporaliter cruciatur

B abeuntibus, Sponsa Christi singulis noctibus à Beata Virgine visitatur, à qua mirabilis dulcedinis calice potata, plenarie curatur. In ultima vero nocte, hoc est quæ Vigiliam Ascensionis præcedebat, post tormenta suprà dicta, dæmones illi cum magna confusione & tremore coram Virgine steterunt; & enarrantes cunctarum nequitiarum suarum modum & ordinem, dixerunt; Ecce nos sumus septem dæmones, quibus ab Altissimo imperatum est, ut te, non pro propriis, sed pro alienis excessibus puniremus; nunc vero impletis in te omnibus, juxta mensuram nobis traditam, victos atque confusos nos per omnia confitemur. Dimitte ergo nos, quia vehementer afflicti sumus, & de cetero numquam tibi molesti erimus. Cumque hæc & plura dicerent, dimissi tandem à Virgine cum maximo planctu recesserunt. Quibus recedentibus Virgo se humiliter prostravit, & gratias agens, suum dilectissimum Sponsum in omnibus glorificavit.

à 7 dæmonibus;

& Nobilem, de quo supra, liberatum gaudet

178 Virgo itaque Christi, in die Assumptionis beatæ Virginis, ad ecclesiam læta proficiscitur; & communicans, in amplexus sui Dilectissimi mox rapitur; ubi inter cetera ineffabilia specialiter lætificari meruit, quia videlicet animam cujusdam Nobilis, qui ante unum annum juxta civitatem Aquensem interfectus fuerat, pro quo multa tam spiritualia quam corporalia tormenta sustinuerat, à Purgatorio ereptam, coram beatifica facie æterni Sponsi feliciter coronatam invenit; cum qua etiam [vidit] sex alias animas, quæ erant de comitatu illorum qui ante septem annos interfecti in civitate Aquense fuerant. Similiter & alias novem animas, de diversis mundi partibus oriundas: quæ quidem animæ multis adhuc annis in Purgatorio pro suis excessibus puniri debuissent, si non ipsis passiones & merita Virginis celeriter subvenissent. Deinde post festum Assumptionis, Virgo Christi à quodam dæmone per noctes aliquas gravissime torquebatur, & inter cetera maximum vulnus sibi infligebatur, quod tantum in ultima nocte plenarie curabatur. Similiter à quodam alio dæmone, sub specie fratris sui Sigwini, illudebatur. Duabus etenim vicibus, cum Virgo Christi circumeundo villam ad ecclesiam pergeret, occurrit ei quidam dæmon sub specie fratris ejus in habitu Prædicatorum. Quem dum Virgo Christi procul ad se venientem aspiceret, & fratrem suum veraciter esse crederet, nimio gaudio repleta, festinanter ad ipsum cucurrit; & salutans, ipsum amplecti cœpit. Hoc facto, dæmon ille, continuo recepta deformitatis suæ turpissima specie, sursum ascendit, & furiali risu cachinnans evanuit.

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

cum aliis 15 animabus:

C

deinde aliquoties vexatur.

CAPUT XX.

Reliqua anni MCCLXXXV.

A 3 Sept. ad 14 terretur objectu cadaveris humani:

179 CIrca Nativitatem beatæ Virginis, Virgo, quasi per quindenam, singulis noctibus à dæmonibus graviter afflicta fuit. Venerunt siquidem dæmones, aspectu horribiles, in thalamum Virginis, comminationibus & horroribus ipsam terrentes; & inter cetera corpus cujusdam defuncti ante conspectum Virginis offerentes, mentem ejus ultra modum afflixerunt: nullam tamen corporalem pœnam Virgini intulerunt, nisi in duabus ultimis noctibus, quæ videlicet Exaltationem sanctæ Crucis præcedebant. In iis vero duabus noctibus, post comminationes multifarias, Virgo Christi à quodam dæmone comprehenditur, & ad terram fortissime præcipitatur, & durissimis malleorum ictibus per singula membra cæditur. Hoc facto recedentibus dæmonibus, Virgo Christi singulis noctibus à suo dilectissimo Sponso visitata, sanatur & mirabiliter confortatur. Sequenti vero die, hoc est in die Exaltationis sanctæ Crucis Virgo Christi ad ecclesiam læta pervenit; & communicans, in amplexus sui dilectissimi Sponsi rapta transiit. Post hæc vero ante festum B. Michaëlis, Virgo Christi quinque noctibus à quodam dæmone gravissime torquebatur, & vulnus magnum recepit, quod non nisi in ultima nocte plenarie curabatur. Deinde cum Virgo Christi communicare deberet, in sexta feria quæ est post festum B Dionysii, tribus noctibus præcedentibus à quodam dæmone horribiliter cruciata fuit, qui inter cetera maximum vulnus sibi inflixit, de quo nisi

E

à 24 ad 29 cruciatur

& à 90 ad 12:

F

in ultima nocte sanata non fuit. Sequenti vero die, hoc est in sexta feria prædicta, Virgo Christi ad ecclesiam veniens, communicavit, & totum illum diem in amarissimis fletibus continuavit; tandem circa sero voluntatem sui dilectissimi Sponsi percipiens, respiravit. Nam ille dilectissimus Sponsus ei de absolutione quarumdam animarum incognitarum, quæ in proximo omnium Sanctorum festo à pœnis liberandæ erant, revelavit; pro quarum absolutione maximum sibi desiderium inspiravit. Deinde per quinque noctes à quodam dæmone graviter afflicta fuit; à quo inter cetera maximum sibi vulnus infligebatur, quod tantum in ultima nocte sanatum [fuit].

atque à 17 ad 21.

180 post hæc vero Virgo Christi per tres noctes à duobus dæmonibus cruciabatur; qui venientes singulis noctibus in thalamum Virginis orantis, vitam & conversationem ejus diversis argumentis reprobantes, dixerunt: O miserrima omnium hominum, quamdiu in

A erronea vita tua perſeveras? An neſcis, quia
A. PETRO CŒVO EX MS. omnino ſub noſtra es poteſtate, & manus noſtras effugere nequaquam potes; recede ergo celeriter à vana & ſuperſtitioſa vita tua,
A 22 ad 26 ejuſdem & noſtris juſſis obtempera; alioquin veſtibus expoliatam de thalamo tuo contemptibiliter te trahemus, & duris cruciatibus exterminatam nobiſcum ad inferos deferemus. Quibus Virgo Chriſti conſtanter reſpondit: Minas veſtras, ô maligni ſpiritus, derideo, tormenta non formido: quia juxta voluntatem Domini mei Jeſu Chriſti pati ex toto corde deſidero. Nolite ergo tardare, moras rumpite, & quod vobis à Domino meo imperatum eſt quantocius perficite. His auditis dæmones, horribiliter ſævientes, in Virginem irruerunt, & veſtibus expoliatam de proprio thalamo ejicientes, ipſam per vicos & plateas totius villæ contumelioſe contraxerunt; & nunc quidem ad terram præcipitantes, fortiſſime cædebant; nunc in paludes & in lutum projectam, & pedibus conculcatam, penitus immergebant; donec tandem corpus Virginis, contritum & diſcerptum membratim, ab invicem dividebant; & hoc facientes, ſubſannando & blaſphemando dicebant: Nunc, miſerrima ſeductrix, Deum tuum invoca: nunc Sponſum, in quo gloriaris, provoca in auxilium. Si enim alium præter nos Deum habes, utique ejus auxilium in tanta neceſſitate ſentires. His dictis, relinquentes Virginem tamquam mortuam, duabus quidem primis noctibus abierunt: quibus abeuntibus Virgo Chriſti à ſuo dilectiſſimo Sponſo conſolata & ſanata, in ſuum thalamum mirabiliter revocatur. In tertia vero nocte poſt tormenta prædicta, dæmones illi confuſi ac tremebundi coram Virgine ſteterunt; & enumeratis cunctis malitiæ [ſuæ] modis & artibus, quaſi flebilibus vocibus dixerunt: Dimitte nos, ô Chriſtina Ancilla Omnipotentis, quia propter pœnas injuſte tibi illatas vehementer affligimur, & à ſodalibus noſtris in inferno gravius affligemur: de cætero enim numquam tibi moleſti erimus. Hæc cum dixiſſent, dimiſſi à Virgine, cum maximo planctu & ejulatu receſſerunt.

contumelioſe raptata & membratim diſcerpta,

divinituſque ſanata;

abire ſinit tortores ſuos.

C 181 Poſt hæc vero ante feſtum omnium Sanctorum, Virgo Chriſti, quaſi per unam hebdomadam, ſingulis noctibus graviſſimas ac indicibiles Purgatorii pœnas ſuſtinuit, videlicet, ignem ſupra humanum modum fervidum, gelu intolerabile, necnon & ceteras pœnas intolerabiles: in quibus Virgo ſingulis momentis defeciſſet, ſi non ipſam divina pietas mirabiliter conſervaſſet. Præter has vero Purgatorii pœnas, Virgo Chriſti per quatuor noctes, feſtum omnium Sanctorum præcedentes, à quodam dæmone horribiliter cruciabatur, & tribus tormentorum generibus affligebatur, à quo & inter cetera tormenta maximum vulnus Virgini infligebatur; quod tantum in ultima nocte, hoc eſt in illa quæ diem omnium Sanctorum præcedebat, plenarie ſanabatur. In die vero omnium Sanctorum Virgo Chriſti læta ad eccleſiam proficiſcitur, & communicans in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi mox rapitur; ubi inter cetera ineffabilia gaudia, ſpecialiter de abſolutione ſex animarum, pro quibus tam gravia tormenta ſuſtinuerat, lætificatur.

A 25 ad 31 patitur pœnas Purgatorii,

& à 28 ejuſdem dire cruciatur

Erant autem ſex animæ illæ ſex virorum D
conjugatorum, quæ eodem anno in partibus *pro ſex animabus cæſorum à Paganis in bello ſacro.*
tranſmarinis in conflictu contra Paganos ob fidem Chriſtiani nominis interfecti fuerant; & eæ videlicet animæ centum adhuc annis in Purgatorio pro ſuis exceſſibus puniri debuiſſent, ſi non ipſis paſſiones & merita Sponſæ Chriſti celerius ſubveniſſent. Nomina autem virorum hæc erant, tres Petri, unus Sibodo, unus Hermannus, unus Henricus. Deinde poſt feſtum B. Martini Virgo Chriſti quinque noctibus à quodam dæmone graviſſime torquebatur, à quo maximum vulnus inter cetera ſibi infligebatur, quod non niſi in ultima nocte ſanabatur.

Poſt 16 Nov. ter conſpicit dæmonem variâ formâ,

182 Deinde tribus vicibus à dæmonibus taliter illudebatur. Prima vice cum Virgo Chriſti nocte de domo in thalamum ſuum ire deberet, ante faciem ejus quaſi magnum incendium apparebat; unde Virgo Chriſti vehementer perterrita, pæne clamare debuerat: ſed mox admonita per Spiritum ſanctum, dæmonis aſtutiam agnovit. Cumque ulterius procederet, dæmon ille flammam ignis in faciem Virginis inſufflans, ipſam comburendo graviter læſit. Altera vice, cum Virgo Chriſti thalamum ſuum intrare deberet; quidam dæmon à tergo ejus veniens, ipſi colaphum dedit; ex quo Virgo proſtrata ad terram corruit, calidumque cruorem tam ab ore quam à naribus vomuit; & hoc facto, dæmon ille confeſtim diſparuit. Tertia autem vice, cum Virgo Chriſti quadam nocte thalamum ſuum intrare deberet; audivit ſurſum in aëre voces tamquam gementium ac lamentantium; unde vehementer exterrita, quid hoc eſſet, quidve prætenderet, cogitare cœpit: & progreſſa ulterius thalamum ſuum introivit. Ubi dum more ſolito orationibus inſiſtere deberet, voces illæ lamentabiles ejus auribus validius inſonuerunt, & orationis affectum interrumpendo impediverunt. Virgo autem Chriſti reluctando totis viribus laborabat, & erectis in cælum oculis cauſam ſibi tanti tumultus indicari humiliter poſtulabat. Vix Virgo Chriſti verba finierat, & ecce continuo dæmon, qui hujus tumultus auctor extiterat, in nebulam reſolvitur, & per thalamum Virginis fœtore immundiſſimo circumquaque diffunditur; & poſt hæc evaneſcens, non ſentitur. F

25 ab uno eorum

183 Deinde cum Virgo, proxima die ante feſtum B. Catharinæ, communicare proponeret; præcedenti nocte venit quidam dæmon in thalamum Virginis orantis, qui variis & iniquis ſermonibus totalem converſationem Virginis reprobans, ipſam ab erronea vita ſua recedere hortabatur; alioquin ipſam de thalamo ſuo trahere, & in conſpectu omnium hominum manifeſte confundere, tandemque diris cruciatibus exterminatam ad inferos deducere minabatur. Virgo autem Chriſti, vulneribus ſui dilectiſſimi Sponſi immobiliter intenta, confortari ſe ab ipſo humiliter poſtulabat; perceptaque confortatione, ad patiendum pro amore ſui Dilecti toto ſe animo præparabat. Porro dæmon ille, cernens Virginem omnino immobilem, acrius ſæviebat; & nudato capite ipſam per collum rapiebat, extractamque de ſuo thalamo ad campum retro curiam Plebani perducebat, ubi

poſt

A *multum solicitata,* post multas interrogationes & comminationes, corpus Virginis retrorsum incurvans usque ad pedes reflectebat; & blasphemando dicebat: Nisi tu, miserrima, à perversa vita tua celeriter resipiscas, & consiliis meis acquiescas, magnum pondus vestimentorum, tamquam furtive abstractorum, collo tuo appendam, & suspensam ad excelsam arborem, manifeste coram omnibus te confundam. Hæc & plura comminando dicens, & Virginem insuperabilem cernens, apprehensam per collum sursum ad aëra devexit, & subsannando & blasphemando dudum ipsam in aëre retinuit; tandem vero cum magno impetu ipsam ad terram præcipitavit; & hoc facto confestim evanuit. Virgo autem Christi à duobus Angelis reverenter tollitur, & ad plenum sanata mirabiliter in suum thalamum reducitur. Mane autem facto Virgo Christi læta ad ecclesiam pervenit; & communicans, in amplexus sui dilectissimi Sponsi raptim transiit.

tollitur & dejicitur in terram.

184 Post hæc vero Adventu Domini inchoante, quasi per unam hebdomadam sin-
B gulis noctibus venit maxima turba dæmonum
A 3 Dec. ad 9 varias minas passa in thalamum Virginis orantis; allatisque coram Virgine clavis acutissimis cum grandi lapide, blasphemantes ac totalem Virginis conversationem reprobantes, dixerunt: O infelicissima omnium hominum, nunc manifeste vides, quod propter perversam vitam tuam omnino sub nostra potestate es, & manus nostras numquam effugere potes: recede ergo vel saltem adhuc à perversitate tua, & nostris utere consiliis, ut vivere possis; alioquin corpus tuum undique perforatum his clavis acutissimis huic lapidi affigemus, & ad vicinam silvam trahentes per spinas, vepres, & frutices corpus tuum ad singulas arbores fortissime cædemus, & ad spectaculum ignominiæ tuæ totum populum convenire faciemus, & tandem morte amarissima consumptam ad æterna supplicia deferemus. Cumque hæc & plura his similia blasphemarent singulis noctibus, recesserunt, & nullam prorsus corporalem læsionem Virgini intulerunt. Quibus recedentibus Virgo Christi
non sine vulnere; C singulis noctibus à quodam alio dæmone gravissime torquebatur, & inter cetera maximum sibi vulnus ab eodem infligebatur; quod durans in corpore Virginis per totam illam hebdomadam, non nisi in ultima nocte sanabatur. Transactâ itaque primâ hebdo-
à 10 usque ad 24 justinet pœnas Purgatorii, madâ Adventus, Virgo Christi singulis noctibus usque in Vigiliam Natalis Domini gravissimas ac innumerabiles Purgatorii pœnas sustinuit: in quibus singulis momentis defecisset, si non à suo dilectissimo Sponso confortata & mirabiliter conservata fuisset. Præter has vero spirituales Purgatorii pœnas, Virgo Christi singulis noctibus, usque in Vigiliam Natalis, à prædictis dæmonibus gravissime afflicta fuit; qui venientes singulis noctibus in thalamum Virginis, post multas comminationes & blasphemias, vestibus exspoliatam Virginem de suo thalamo ejecerunt; & corpus ejus clavis acutissimis undique perforantes, lapidi grandi ac frigido, quemadmodum comminati fuerant, affixerunt; & tundendo ac concutiendo ipsum corpus durissimis lapidibus, quos singuli manibus tenebant, horribiliter cruciaverunt: & hoc D
facientes, si adhuc ab erronea vita sua resi- A. PETRO
piscere vellet, blasphemando interrogaverunt. COÆVO
Virgo autem Christi, vulneribus sui dilectis- EX MS.
simi Sponsi intenta, immobilis permanebat.

185 Porro dæmones constantiam Virgi- *& dire cruciata,*
nis cernentes, acrius adversus ipsam sæviebant; tollentesque corpus Virginis, cum lapide cui affixum fuerat, trahentes per spinas, vepres, & frutices, pæne usque ad civitatem Nussienssem perducebant. Transeuntes autem *raptatur per silvas,* magnam silvam, quæ Gurbruch dicitur, usque in vicinam silvam quæ Poilheym dicitur, veniebant; & sic trahendo, & utrasque silvas transeundo ad singulas arbores corpus Virginis cum affixo lapide cædebant; & cædendo blasphemantes, dicebant: Nunc, miserrima seductrix, Deum tuum invoca; nunc Sponsum, in quo gloriaris, in auxilium provoca. Vide ergo manifeste, qualiter in omnibus decepta sis, quando alium præter nos adjutorem seu Deum non reperis; nos autem juxta voluntatem nostram nunc te affligimus & sanamus, occidimus & iterum mortuam vivificamus; si vero alius præter nos E
adjutor seu Deus tibi esset, utique in tantis angustiis non deesset. Cumque hæc & plura blasphemassent, tollentes sursum corpus Virginis in paludes lutosas sæpissimè projiciebant, & saliendo pedibus supra ipsam, ac conculcando ipsum corpus, sordibus penitus immergebant; & hoc facto continuo recesserunt. Quibus recedentibus, Virgo Christi singulis *magno cum clamore & strepitu,* noctibus à suo dilectissimo Sponso intime consolatur, ab omni læsione curatur, & in suum thalamum mirabiliter revocatur. Intereà quadam nocte, cum Virgo Christi à prædictis dæmonibus traheretur, contigit nutu Dei quosdam armatos viros, locum illum, ubi Virgo à dæmonibus torquebatur, transire; qui audientes horribilem clamorem & strepitum dæmonum, exterriti vehementer pavere cœperunt; & unus quidem ex ipsis præ ti- *quem audiens viator movetur ad pœnitentiam.*
more nimio prostratus ad terram corruit, qui clamans supplici voce dixit: Domine, per mortem & passionem vestram, parcite mihi misero peccatori, & ex hac necessitate me clementer eripite: de cetero enim ab omni malitia cessare, & vitam meam emendare F
propono. Hæc cum dixisset, resumptis viribus equum ascendit, & sanus ac incolumis recessit.

186 In ultima vero nocte, hoc est in illa *Noctu autem antecedente 24 fovetur à 7 lupis.* quæ Vigiliam Natalis antecedit, post tormenta prædicta, cum Virgo Christi in profunda palude à dæmonibus præcipitata jaceret, & præ multitudine passionum vix intra se spiritum haberet; ecce subito, munere Dei mirifico, septem lupi veniebant; & mirum in modum depositâ totius feritatis rabie, tamquam agni mansuetissimi ad Virginem accedebant: & duo quidem ex ipsis ad manus stantes, & duo ad pedes, tres vero ad caput, corpus Virgineum leni spiramine calefaciebant: & hoc facto, cervicibus submissis, & capitibus tamquam ad benedictionem Virginis inclinatis, recedebant. Virgo autem Christi, videns fortissimas bestias Creatori suo parêre, & sibi in tanta necessitate auxilium præbere; ex toto corde suum dilectissimum Sponsum benedicebat, & mirabiliter consolata, adjurans illos

A netandiſſimos dæmones, dicebat: Adjuro vos,
A. PETRO COÆVO EX MS. ô maligni ſpiritus, per virtutem Domini mei
Ieſu Chriſti, cui ad veſtram æternam confu-
& dæmones ad 40 pellit: ſionem irrationabiles & ferociſſimæ beſtiæ
obediunt; ut ob quam cauſam me tam hor-
ribiliter cruciaveritis, mihi continuo indice-
tis. Ad hujus adjurationis imperium, omnes
illi dæmones, confuſi & tremuli, coram Vir-
gine comparebant, & totius malitiæ ſuæ
modum & ordinem pandentes dicebant: O
Chriſtina, Ancilla Omnipotentis, miſerere
nobis, quia vehementer affligimur: nos enim
ſumus dæmones numero quadraginta, qui juxta
imperium Dei te, non pro tuis, ſed pro alie-
nis exceſſibus, tam graviter affligimus: nunc
vero completis in te omnibus malitiæ noſtræ
artibus, te victricem glorioſam, noſque victos
per omnia confitemur; dimitte ergo nos,
quia de cetero numquam moleſti erimus.
Hæc & plura illis dicentibus, dimiſſi tandem
à Virgine, cum magnis ululatibus receſſerunt.
Quibus recedentibus, Virgo Chriſti à ſuo
dilectiſſimo Sponſo conſolata, ab omni plaga
curatur, & in ſuum thalamum mirabiliter
B revocatur.

187 Deinde Vigiliâ Natalis cum gaudio
peractâ, Virgo Chriſti [die] ſequenti, hoc eſt in
die Natalis Domini, læta ad eccleſiam pro-
25 lætatur de animabus 40 adjutis. ficiſcitur; & communicans, in amplexus ſui
dilectiſſimi Sponſi mox rapitur; ubi inter ce-
tera de abſolutione quadraginta animarum ſpe-
cialiter conſolatur: quarum duæ erant de
Stumbele, una videlicet anima Hildegundis
Incluſæ; alia cujuſdam viduæ nomine Eliſabeth;
reliquæ vero animæ erant de partibus longin-
quis oriundæ; videlicet, de partibus juxta
littus maris ſitis, de quibus lapis ille allatus
à dæmonibus, in quo Virgo Chriſti tot graviſ-
ſima tormenta ſuſtinuerat. Inter quas erant
decem animæ virorum, quorum tres erant
Sacerdotes; reliquæ vero erant animæ femi-
narum; & eæ omnes animæ multis tempo-
ribus in Purgatorio pro ſuis peccatis puniri
debuiſſent, ſi non ipſis paſſiones & merita
Virginis ſubveniſſent.

CAPUT XXI.

C

Acta anni MCCLXXXVI *uſque ad Novembrem.*

An. 1286 ineunte, per 3 noctes cruciata, 188 DEinde poſt feſtum Nativitatis, tranſactâ quaſi unâ hebdomadâ, Vir-
go Chriſti per tres noctes à quodam dæmone
graviſſime torquebatur, à quo inter cetera
maximum ſibi vulnus infligebatur, quod non
niſi in ultima nocte perfecte curabatur. De-
inde cum Virgo Chriſti in ſexta feria, quæ
iterumque ab 11 ad 13, eſt ante Octavam Epiphaniæ, communicare
proponeret; tribus noctibus, prædictam ſe-
xtam feriam præcedentibus, à duobus dæmoni-
bus graviſſimè torquebatur: qui venientes
ſingulis noctibus in thalamum Virginis, poſt
multas minarum aſperitates, expoliatam ve-
ſtibus, ipſam de ſuo thalamo ejecerunt: &
unus quidem ex ipſis per collum ipſam ap-
prehendens, cum eſſet gelu fortiſſimum, per
totam villam contumelioſe trahebant; alter
vero ſupra ipſam incumbens, ad terram facie
tenus deprimebat; & ſic trahendo ad quam- D
dam piſcinam, quæ in ſuperiori parte villæ
ſita eſt, perducebat. Ubi ipſam trahentes, raptatur in gelidam piſcinam,
& ad glacies congelatas collidentes, tamdiu
horribiliter cruciaverunt, donec cutem cum
carnibus de corpore Virginis penitus abſtraxe-
runt: & hoc facto, ipſam tamquam mortuam
relinquentes, abierunt. Quibus abeuntibus,
Virgo Chriſti à ſuo Dilectiſſimo viſitatur, &
in ſuum thalamum mirabiliter revocatur.
Mane autem facto hoc eſt in ſexta feria præ-
dicta, Virgo Chriſti læta ad eccleſiam per-
venit; & communicans, in amplexus ſui di-
lectiſſimi Sponſi mox tranſiit. Deinde ante
Purificationem beatæ Virginis, Virgo Chri-
ſti per duas noctes à tribus dæmonibus gra- ac rurſus exeunte menſe,
viſſime cruciabatur: qui venientes ſingulis
noctibus in thalamum Virginis, poſt multas
comminationes, ipſam exutam veſtibus, cum
eſſet gelu fortiſſimum, de proprio thalamo ex-
traxerunt; & unus quidem ex ipſis Virgi-
nem trahebat, alii vero tenentes genua ejus
ad terram fortiſſime allidebant, & ſic traben-
do ſuper genua & ad terram collidendo,
Virginem ultra modum affligebant, & hoc E
facto continuò recedebant. Illis vero abeun-
tibus, Virgo Chriſti ſingulis noctibus à ſuo
dilectiſſimo Sponſo conſolatur, ſanatur, & in
ſuum thalamum mirabiliter reducitur.

189 Mane autem facto, hoc eſt in die Sed 2 Feb.
Purificationis beatæ Virginis, Sponſa Chriſti lætatur de liberata
læta ad eccleſiam proficiſcitur, & continuo anima conſanguinei.
in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi mox rapi-
tur; ubi de abſolutione trium animarum ſpe-
cialiter lætificatur; quarum una erat anima
cujuſdam conſanguinei prædictæ Virginis,
qui ante plurimos annos mortuus fuerat, pro
cujus abſolutione Virgo Chriſti magnum de-
ſiderium habuerat; reliquæ vero duæ erant
animæ duarum feminarum, de Colonia ori-
undarum, videlicet matris & filiæ. Quæ
quidem animæ multis adhuc annis in Purga-
torio puniri debuiſſent, ſi non ipſis paſſio-
nes & merita Virginis ſubveniſſent. Deinde
ante Cathedram B. Petri, Virgo Chriſti quaſi A 14 ad 21 traditur dæmonibus
per integram hebdomadam ſingulis noctibus
à decem dæmonibus graviſſime torquebatur; 10:
qui venientes ſingulis noctibus in thalamum
Virginis, primo ipſam variis & iniquis ſer- F
monibus & comminationibus diu multumque
affligebant; dehinc veſtibus expoliatam, de
thalamo ſuo ipſam ejiciebant; & trahentes per
vicos & plateas totius villæ, ad vicinam ſil-
vam quæ Gurbruch dicitur perduxerunt; &
blaſphemando, ut Deum ſuum in quo confi-
deret in auxilium provocaret, clamaverunt;
& hoc facto corpus Virginis, duris verberi-
bus & tunſionibus cruciatum, in paludes
congelatas projecerunt; & ipſo tamquam
mortuo relicto, abierunt. Quibus abeuntibus,
Virgo Chriſti ſingulis noctibus à ſuo dilectiſ-
ſimo Sponſo viſitatur, curatur, & in ſuum
thalamum mirabiliter revocatur. Mane au-
tem facto, hoc eſt in quarta feria quæ eſt
ante Cathedram B. Petri, Virgo Chriſti
ad eccleſiam læta pervenit; & communicans,
in amplexus ſui dilectiſſimi Sponſi mox tran-
ſiit.

190 Deinde poſt primam Dominicam Qua- à 4 Martii ad 9 vulnerata iidentidem,
drageſimę, uſque in Sabbatum quod ſecun-
dam Dominicam antecedit, Virgo ſingulis
noctibus

A noctibus à quodam dęmone diversis & iniquis sermonibus ac comminationibus vexabatur; sed tribus ultimis noctibus ab eodem graviter cruciabatur, à quo inter cetera magnum vulnus recepit; quod continue recenti sanguine exundans, non nisi in ultima nocte sanabatur. Mane autem facto, hoc est in Sabbato supradicto, Virgo Christi ad ecclesiam pervenit; & communicans, totum illum diem in lacrymis amarissimis continuavit, donec tandem circa sero de voluntate sui dilectissimi Sponsi consolata, aliquantum respiravit. Deinde ante festum Annuntiationis, quasi per integram hebdomadam, Virgo Christi gravissimas passiones sustinuit; & in ipso die Annuntiationis ad ecclesiam veniens, communicavit; & totum illum diem in lacrymis amarissimis continuavit, donec tandem circa sero de voluntate sui Dilectissimi percipiens, aliquantulum consolari meruit; & per dies aliquot absque dęmonum persecutione secura permansit. Ex tunc autem usque in Cœnam Domini, Virgo Christi multas & infinitas passiones [sustinuit], quas proh! dolor mihi indicare noluit. In ultima vero nocte, hoc est in illa quæ Cœnam Domini antecedit, Virgo Christi à prædictis dęmonibus absolvi, & numerum eorum & passionum causas scire meruit. Cumque dies Cœnę transisset, Virgo Christi sola thalamum suum introiens, se inclusit; & suo dilectissimo Sponso compatiens, in singulis membris Dominicæ passionis stigmata recepit; ita videlicet, ut [cum] Virgo Christi in Vigilia Paschę post meridiem se nostris offerret aspectibus, non solum in pedibus & manibus glorioſa stigmata apparebant; verum etiam sanguinei rivuli, tamquam de corona spinea descendentes, frontem cum facie Virginis notabilem præbebant. Sequenti vero die, hoc est in die sancto Paschę; Virgo Christi ad ecclesiam proficiscitur, & communicans in amplexus sui Dilecti mox rapitur: ubi inter ceteras ineffabiles consolationes, specialiter de absolutione triginta animarum consolatur, pro quibus videlicet tot immania tormenta passa fuerat; quæ videlicet animæ multis adhuc annis in Purgatorio puniri debuissent si non ipsis passiones & merita Virginis subvenissent. Deinde tractactis post festum Paschæ duabus hebdomadis, Virgo Christi denuo communicavit; & ante diem Communionis quinque noctibus à quodam dæmone graviter afflicta fuit.

& à 18 ad 25 dire afflicta,

videtque in Paschate 30 animas liberatas.

B *11 Aprilis consolatur à Sponso,*

C

191 Post hæc vero ante festum Ascensionis, Virgo Christi multas passiones sustinuit; de quibus nobis nihil omnino retulit: in die autem Ascensionis communicans, in amplexus sui Dilecti mox transiit. Deinde ante festum Pentecostes, quasi per integram hebdomadam, Virgo Christi singulis noctibus à dæmonibus gravissima tormenta sustinuit; quæ nobis indicare noluit; sed nec Virgo Christi ipso die Pentecostes, sed in sexta feria sequenti communicavit, & rapta continuo in amplexus sui dilectissimi Sponsi transvolavit; ubi inter cetera de absolutione trium animarum consolari meruit, quas æterni Sponsi benignitas, ob passiones & merita suæ Dilectæ, à pœnis purgatorii ereptas in æterna beatitudine collocavit. Deinde post duas hebdomadas, cum Virgo iterum communicare deberet, per quasdam noctes à quodam dæmone graviter afflicta fuit. Deinde post Divisionem Apostolorum, cum Virgo Christi communicare proponeret, tribus noctibus à quodam dæmone gravissima tormenta sustinuit, qui inter cetera maximum sibi vulnus inflixit; de quo sanguis uberrime profluens, vestigia Virginis undique rigando perfudit; quod videlicet vulnus tempore Communionis incuratum permansit, & post diem Communionis denuo innovatum, post dies aliquot plenarie curatum fuit. Deinde circa Nativitatem beatæ Virginis, Virgo Christi validissimis febribus correpta per sex hebdomadas continue decubuit, & in infirmitate semel communicavit. Post hæc vero, ante festum omnium Sanctorum, Virgo Christi quasi per unam hebdomadam singulis noctibus multas gravissimas passiones à dæmonibus sustinuit, de quibus nihil nobis penitus innotuit.

A 27 Maji ad 2 Junii cruciata, liberat alias 3.

D A. PETRO COÆVO EX MS.

Mense medio graviter vulneratur:

agrotat in Septembri,

cruciatur in Octobri:

192 Post hæc vero, Adventu Domini instante, Virgo Christi à dæmonibus horribiliter cruciabatur. Venerunt siquidem ipsi dæmones, aspectu multum horribiles in thalamum Virginis singulis noctibus; qui in variis argumentorum fallaciis, totalem ejus conversationem reprobantes, ipsam ut ab erronea vita resipiscceret, & eorum consiliis acquiescceret, instanter admonebant; alioquin variis eam interficere tormentis, & morte turpissima vitam ejus exterminare, promittebant. Hæc & his similia comminantes ac blasphemantes dicebant, & recedentes nullam passionem corporalem per primam hebdomadam inferebant. Deinde post secundam hebdomadam, cum Virgo Christi quodam die communicare proponeret, duabus noctibus diem Communionis præcedentibus, venerunt prædicti dæmones in thalamum Virginis; & post multas comminationes, ipsam vestibus expoliantes, de thalamo suo ejecerunt; & nunc per pedes, nunc per caput & brachia ipsam apprehendentes, sursum ad aëra devexerunt; & deorsum ad terram præcipitantes & pedibus conculcantes, ipsam miserabiliter cruciaverunt; ac blasphemantes ut Deum suum, in quo confideret, invocaret, altis vocibus clamaverunt, & hoc facto continuo recesserunt. Quibus recedentibus, Virgo Christi singulis noctibus à suo dilectissimo Sponso visitatur, sanatur, & in suum thalamum mirabiliter revocatur. Sequenti vero die Virgo Christi ad ecclesiam veniens, communicavit, & totum illum diem in gemitibus & lacrymis amarissimis continuavit. Ex tunc autem, usque in Nativitatem Domini, Virgo Christi ab eisdem dęmonibus singulis noctibus tormentis suprà memoratis affligebatur; hoc adjuncto, quod Virgo Christi tribus noctibus ultimis, Nativitatem præcedentibus, à prædictis dæmonibus ad quoddam castrum, dictum Bruche, quod milliare & amplius à Stumbele distat, trahebatur. Ubi post longas inquisitiones & comminationes ad turrem illius castri suspendebatur; & ungulis ferreis corpus ejus infixis dilaceratum, in profundum fluminis quod prædictum castrum circuit præcipitabatur: Virgo autem Christi singulis noctibus à suo dilectissimo Sponso visitata, intime consolatur; & integre curata, in suum thalamum mirabiliter revocatur. In

ineunte Decembri solicitata,

E

mense jam medio dire raptatur;

& fœde lacerata,

F

ultima

A ultima vero nocte, hoc est in illa quæ Vi-
A. PETRO COÆVO EX MS. giliam Natalis antecedit, post tormenta præ-
triumphat de 5 dæmonibus. dicta, dæmones illi confusi coram Virgine steterunt; & totius malitiæ suæ modum & ordinem exponentes se per omnia victos à Virgine ostenderunt; & quot eorum essent, videlicet quinque, alta voce clamaverunt; & dimitti se ab ipsa, quia vehementer arderent, suppliciter postulaverunt. Qui tandem dimissi à Virgine, cum maximo planctu & ejulatu recesserunt. Mane autem facto, hoc est in die Natalis Domini, Virgo Christi læta ad ecclesiam proficiscitur; & communicans in amplexus sui dilectissimi Sponsi mox rapitur.

193 Deinde post Octavam Epiphaniæ, cum
An. 1287 torquetur à 26 Jan. ad 2 Febr. Virgo Christi communicare proponeret, quasi tribus noctibus diem Communionis præcedentibus, à quodam dæmone gravissima tormenta sustinuit. Deinde ante festum Purificationis, Virgo Christi, quasi per integram hebdomadam, singulis noctibus à quodam dæmone torquebatur, à quo inter cetera maximum sibi vulnus infligebatur, quod non nisi in ultima nocte perfecte sanabatur; & se-
B quenti die, hoc est in Vigilia Purificationis, Virgo Christi communicavit. De passionibus autem gravissimis & multis, quas Virgo Christi à dæmonibus per totam Quadragesimam sustinuit, vobis quidquam scribere nescio: sed hoc scitote de numero dæ-
deinde per totã Quadragesimã à 71 dæmonibus: monum, quod septuaginta & unus fuerunt qui omnes in ultima, hoc est in illa nocte quæ præcedit diem Parasceves, confusi coram Virgine steterunt, & totius malitiæ suæ seriem declarantes, dimitti se flebilibus vocibus petierunt. Qui tandem dimissi à Virgine cum maximis ululatibus recesserunt. Virgo autem Christi, illis recedentibus, à suo dilectissimo Sponso consolari meruit; & suo Dilecto singulis momentis compatiens, cuncta Dominicæ passionis stigmata evidentissime recepit. Nam in Vigilia Paschæ, dum Virgo Christi se nobis Videndam præberet, pedes calceati & manus
sed consolatur in Paschate 6 Aprilis. chirothecis diligenter munitæ, latentia stigmata manifeste insinuabant, & descendentes sanguinei rivuli frontem Virginis ubique rubricabant. Igitur Sponsa Christi in die sancto Paschæ communicabat, & in sui dilectissimi Sponsi amplexus suavissimos continuo transvolavit.
C

194 Deinde cum Virgo Christi, post festum Philippi & Jacobi, iterum communicare deberet; quasi per integram hebdomadam,
Initio Maji forcipe torta, singulis noctibus à quodam dæmone gravissime torquebatur: à quo inter cetera maximum sibi vulnus infligebatur, quod tantum in ultima nocte curabatur. Præterea tribus noctibus diem Communionis præcedentibus, à quodam alio dæmone affligebatur: qui veniens singulis noctibus in thalamum Virginis, portansque forcipem in manibus comminando dicebat: Nisi tu, miserrima omnium hominum, ab erronea vita tua celerius resipiscas, caput tuum coarctando conteram, & omnes dentes tuos confractos de capite tuo funditus evellam. Hæc & his similia dicens, Virginem omnino immobilem cernens, magno furore repletus, in ipsam irruit; apprehensamque Virginem, nunc per caput, nunc per dentes, forcipe coarctando & circumgyrando, horribiliter cruciabat; & hoc facto, D
continuo recedebat: quo recedente, Virgo Christi singulis noctibus à suo dilectissimo Sponso consolatur, & ab omni læsione plenarie curatur. Sequenti autem die, hoc est in quarta feria post festum Inventionis sanctæ Crucis, Virgo Christi communicavit, & in *consolatur à ejusdem.* amplexus sui dilectissimi Sponsi continuo transvolavit. Deinde ante festum Pentecostes Virgo Christi quasi per hebdomadam à quodam dæmone graviter afflicta fuit, qui in- *A 19 ad 25 vexatur objectu infantis;* ter cetera maximum vulnus inflixit sibi, quod non nisi in ultima nocte sanatum fuit. Præter hæc à quodam alio dæmone, quasi tribus noctibus afflicta fuit. Venit siquidem ille dæmon singulis noctibus in thalamum Virginis, quasi portans infantem parvulum vagientem in manibus; & comminando dicebat: Nisi tu, miserrima seductrix, à perversa vita tua continuo resipiscere velis, de familiaritate Sacerdotum manifeste coram omnibus diffimabo, & quod hunc infantulum de Plebano hujus villę pepereris toti mundo propalabo. Cumque hęc & plura blasphamando Virginem omnino immobilem cerneret; irruens velociter E
in ipsam, cum prędicto infantulo horribiliter cędebat. Illo vero recedente, Virgo Christi singulis noctibus à suo Dilectissimo visitatur, consolatur, & mirabiliter confortatur. Mane autem facto, hoc est in die sancto Pentecostes, Virgo Christi ad ecclesiam læta proficiscitur, & communicans in amplexus sui dilectissimi Sponsi continuo rapitur. Deinde transactis post festum Pentecostes quatuor die- *vulneratur die 30.* bus, Virgo Christi à quodam dæmone, per quatuor noctes graviter affligitur; à quo inter cetera maximum sibi vulnus infligitur, quod tantum in ultima nocte curatur.

195 Deinde ante Nativitatem B. Joannis, cum Virgo Christi communicare proponeret, *Torquetur à 22 Junii ad 29;* duabus noctibus diem Communionis præcedentibus, à quodam dæmone graviter afflicta fuit. Deinde post diem Communionis, transactis quasi tribus diebus, Virgo Christi quinque noctibus à quodam dæmone gravissime torquebatur: qui inter cetera maximum sibi vulnus infligebat, de quo recens sanguis continue distillans, vestigia Virginis undique rigare videbatur, & non nisi in ultima nocte plena- F
rie curabatur. Deinde ante festum Assumptionis beatæ Virginis, quasi per quindenam, singulis noctibus à quodam dæmone horribiliter afflicta fuit; qui inter cetera corpus Virginis ab imo usque supra instrumento acutissimo transfodiens, maximum sibi vulnus inflixit, quod continuò sanguine exuberans, non nisi ultimò incuratum fuit. In die autem *item 7 Septembris* Assumptionis Virgo Christi ad ecclesiam veniens, communicavit, & confestim rapta in amplexus dilectissimi Sponsi transvolavit. De- *ante 9 Octobris.* inde circa Nativitatem beatæ Virginis, cum Virgo Christi communicare proponeret, in nocte illa quæ diem Communionis præcedebat, à quodam dæmone gravissimas passiones sustinuit, quas idem dæmon post diem Communionis in Virgine iteravit. Deinde circa festum Dionysii Virgo Christi, noctibus [pluribus] à quodam dæmone graviter afflicta fuit; à quo inter cetera maximum vulnus recepit, quod durans in corpore Virginis in una nocte sanatum fuit. Sequenti vero die

hoc

A hoc eſt in Sabbato poſt feſtum B. Dionyſii, Virgo Chriſti ad eccleſiam venit; & communicans, in amplexus ſui Dilecti mox rapta fuit. Poſt hæc vero, circa feſtum omnium Sanctorum, Virgo Chriſti à novem dæmonibus per integram hebdomadam horribiliter cruciata fuit; qui venientes ſingulis noctibus in thalamum Virginis orantis, variis & iniquis ſermonibus totalem vitam & converſationem Virginis reprobantes, ipſam in omnibus ſeductam mendaciter aſſeruerunt; & niſi continuo à perverſa vita ſua recederet, & ſuum Deum quem hactenus fruſtra coluiſſet negaret, morte amariſſima eam interficere minabantur. Hæc & plura his ſimilia comminantes & blaſphemantes, duabus quidem primis noctibus receſſerunt, & nullam corporalem læſionem Virgini intulerunt; reliquis vero noctibus, poſt comminationes varias & exprobrationes, dæmones prædicti Virginem horribiliter invaſerunt, & inſtrumentis acutiſſimis corpus Virginis Chriſti, videlicet, caput, genas, pectus, genua & pedes ſinguli ſingula transfigentes; quatiendo & ad terram & parietes fortiſſime allidendo Virginem indicibiliter cruciaverunt, & inter aſperrimos cruciatus inſultantes, & blaſphemantes dixerunt: O miſerrima ſeductrix, nunc manifeſte vides quod ſub noſtra poteſtate es. *Cetera deſiderantur.*

& 24 ejuſdem.

B

LIBER V.

Continens alias Epiſtolas ad Chriſtinam ejuſque familiares in Stumbele datas.

POſt illas Epiſtolas, quas Fr. Petrus *in unum corpus coagmentavit, quaſque nos diſtinximus in libros duos, ſecundum ac tertium; addidit Codicis Juliacenſis collector, quidquid inſuper litterarum ad* Chriſtinam *à* Petro *aliiſve datarum, vel de ea ad ejus familiares ſcriptarum potuit in Stumbele reperire, nullo prorſus ordine rerum aut temporum obſervato, nulla inducta connexione. Sine hac autem cum res omnino inſipida futura videatur, alias minime contemnenda, conabimur id ipſum præſtare quod* Petrus *feciſſet, ſi eas habuiſſet: notato tamen in margine numero ordinis quem ſingulæ Epiſtolæ habent in ipſo Codice.*

C

CAPUT I.

Epiſtolæ ab anno MCCLXX *uſque ad* LXXIII *datæ.*

Antequam Pariſiis diſcederet Petrus,

1 A *Colonienſi ſtudio ad Pariſienſe tranſlatus* Fr. Petrus, *menſe Aprilis anni* MCCLXIX, *& illuc appulſus* X *Maji, ut habes in fine libri* I, *& initio* II; *ibidem manſit annum unum, menſes* II, *dies* XVIII; *finitoque curriculo Theologico fuit remiſſus in Provinciam ſuam, anno* MCCLXX, XXVII *Julii, ut habes num.* 42 *lib.* 2. *Interim plures ab eo ſcriptas ad Virginem litteras, quarum pauciſſimæ habentur, teſtatus ipſe fuerat num.* 24 *ejuſdem libri. Unam nihilominus reperio, quæ & prima eſt in Codice Clivenſi; videturque conſequens eſſe ad Epiſt.* XI *lib.* II *num.* 37, *qua Joannes Plebanus ſignificaverat, quod Chriſtina* in Dominica Reminiſcere, *tunc in* IX *Martii cadente, &* prędicante Fr. Gerardo de Griſone de Paſſione Domini recepit quinque vulnera, & in capite coronam, & felle potata eſt. *Hac occaſione ſcripſiſſe ei* Petrus *videtur: ſcripſit autem in hunc modum.*

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

2 In virtute Spiritus ſancti dilectiſſimæ & dulciſſimæ Virgini Chriſti Chriſtinæ, Frater Petrus, ęterno amore inflammari, interno dulcore delectari, & in fine fine fin- ſuperno honore ſublimari. Quoniam, Cariſſima, ſecundum Auguſtinum, ſunt quędam bona, minima & infirma, ut ſunt bona corporis & temporis; ſunt & media, ut bona piæ mentis, & gratuiti necnon gratificantis muneris; ſunt & bona ſumma, ut bona felicis ęternitatis, & ęternæ felicitatis. In iis, Cariſſima, aſcenſiones in corde noſtro diſponamus, & de bonis minimis ad maxima proficiamus; nec ab hoc profectu deſiſtamus, donec Deum deorum in Sion videre valeamus. Verè bona prędentia, licet bona eſſe judicentur, quia à bono egrediuntur; minima tamen fore dignoſcuntur, ratione brevitatis in duratione, paucitatis in enumeratione & poſſeſſione, parvitatis in valore, anxietatis in acquiſitione, ſolicitudinis in conſervatione, doloris in inevitabili amiſſione vel ſeparatione; ut his & aliis defectibus plurimis & incommodis innumeris probent, ſe non ſolum eſſe bona minima, ſed potius falſa & fallacia, quin & propter quorumdam abuſum nociva, quod peccatoribus in malum convertantur. Ab iis ergo, Cariſſima, affectum abſtrahamus, tamquam à termino relinquendo, & merito contemnendo. Et quia nullus venire poteſt ad terminum à termino diſtante, niſi per medium; nec poteſt ſimul in utroque termino commorari; ideo dicitur, qui diligit mundum, non eſt caritas Patris in illo.

Epiſt. I. *ſcribit Chriſtinæ,*

E

docetque affectum abſtrahere à bonis corporalibus,

3 Ideo Cariſſima, bona ſpiritualia, ut virtutes, & Spiritus ſancti dona, & cordis ſolatia, ęternę vitę prędnuntia & prędudia, ſummo deſiderio appetamus; ut per ea, tamquam ſecura itinera, in ęterna tabernacula introeamus. Et utique hęc bona merito media judicantur; quia à temporalibus ad ęterna tranſeuntibus medium locum ſciuntur optinere, ſine quibus ad ęterna, utpote omni naturę creatę inacceſſibilia, nullus unquam, non ſolum hominum, ſed nec Angelorum pervenit. Deinde etiam, quod partim tranſeunt cum temporalibus, ut bona vitę activę; partim manent cum ęternalibus, ut bona vitę contemplativę, cujus ratione maxima pars optima eſſe pronuntiatur: quod & de virtutibus Apoſtolus determinat, dicens, Caritatem majorem eſſe fide & ſpe, quia numquam excidit. Caritati ergo & exercitiis vel potius otiis, vitę contemplativę, tamquam ſupremis bonis vitę prędentis & ęternę, inhęreamus ferventi deſiderio, continuo ſtudio, quibus nihil jucundius, nihil utilius, nihil durabilius invenitur. O quam felix erit, qui divino igne ſuccenſus fuerit in Sion, ſcilicet Eccleſia militante, ut tandem totus ferveat in camino Hieruſalem, ſcilicet Eccleſiæ tri-

F

ſolaque appetere ſpiritualia;

A umphantis ! Sed nec minus felicem judico,
A. PETRO COÆVO EX MS. qui tranſierit à contemplatione Dei in ſpeculo & ænigmate, & pervenit ad viſionem facie ad faciem in eadem ſimilitudine & imagine. Similes ei erimus, dicit Ioannes, quoniam videbimus eum ſicut eſt. Et Paulus, Nos revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur, de claritate in claritatem. Sic ergo contemplari & ſic tranſformari ſummum bonum Auguſtinus eſſe pronuntiat. Et digne. Quid enim pulchrius eſt ad contemplandum, quam ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ divinæ, candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, omnia repræſentans, omnia venuſtans, omnia conſervans in perpetuo vigore? Heu me! heu anima mea! cur circa multa ſolicitaris, & turbaris erga plurima, cum unum ſit bonum tuum, in quo omnia bona poſſidebis? O dulciſſima & intima Chriſti Sponſa Chriſtina, quid dicam ego de prædicto verbo Apoſtoli. In eamdem imaginem transformamur? Quid hac transformatione glorioſius, quid nobilius, quid ſublimius poterit inveniri? Sed benedictus Deus & Pater
B Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui per beneficia in præſenti exhibita de futuris nos certificavit. Nam ſi Deus aliquando ex ſpeciali gratia Paſſionis ſuæ veſtigia & ſtigmata, digna memoriâ & reverentiâ, imprimere in præſenti vita dignatur; utique & glorificationis ſuæ inſignia amatoribus ſuis non negabit. Nam ſi compatimur, & conregnabimus: quia ſi complantati fuerimus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus: quia reformabit corpus humilitatis noſtræ, conſiguratum corpori claritatis ſuæ.

ut poſſit in Chriſti imaginem transformari.

4 *Eodem deinde anno* Chriſtinam *ex itinere viſitavit* Petrus, *Coloniæ hoſpes, dum ſocius convaleſceret; inde enim in Stumbele excurrit* XIII *Auguſti &* XXIX *Septembris: quæ viſitationes faciunt nobis Cap.* V *lib.* II. *Quam graviter autem hanc ſeparationem Virgo ſenſerit, declarant ex ordine deſcriptæ Epiſtolæ. Talem vero ejus mœrorem animo præconcipiens* Fr. Albrandinus, *jam inde ab anno* MCCLXVII *notus eidem, & quondam in Viſitatione* VII *&* VIII *ſocius* Petri; *huic eunti in Stumbele, indeque iter ſuum proſecuturo, hanc ad ipſam tradidit conſolatoriam Epiſtolam.*

Petro, poſt viſitatam an. 1270 *Chriſtinâ in Sueciam redeunte,*

C

Epiſt. XXV.

5 Cariſſimæ ſibi in Chriſto Chriſtinę, Frater Albrandinus Romanus, ſalutem & conſolationem recipere in adverſis. Nam amicorum eſt, quorum idem velle & nolle eſſe dignoſcitur, ut ſicut conſœderantur in proſperis, ſic in anguſtiis & triſtitiis adhibeant mutuo remedia opportuna. Hinc eſt, quod cum olim fuerim veſter familiaris aliqualiter & amicus, doleo non immerito ſuper iis, quæ vobis ſuccedunt ad prędens. Ecce Cariſſima Chriſtina, venit hora in qua aures veſtrę audiunt, non vocem exultationis & gaudii, ſed amaritudinis & mœroris. Nam vox turturis in Stumbele audita eſt; vox, inquam, flentis & deplorantis ultimum receſſum amabilis tui Petri; & ideo conturbatum eſt cor meum ſuper te, Chriſtina, & ſpiritus meus in præcordiis meis plangit; nec fas eſt locum eſſe lætitiæ, ubi tam amarum advenit divortium amicorum. Quis te conſolabitur, O Chriſtina, tam dulciter ſicut Petrus? Numquid aliquis alius tam idoneus inveniri alicui poterit conſolator? Circuire poteris mare & aridam, nuſquam poteris reperire. Numquid Gerardus, dictus de Grifone, ei poterit adæquari, quod in tui poſſeſſionem liberam jam ſit intentus? Longe abeſt. Neſcit enim votiva verba proferre ut Petrus, ſecundum deſiderium audientis. Quid ergo commiſiſti in Daciam, ô Chriſtina, quod ex abrupto tibi facta eſt inimica, auferens Fratrem Petrum? Credo quod quidquid vides in amaritudinem vertitur, quia jam cito non aſpicies amicum tuum. Adjuro vos, ô cariſſimæ domicellæ, quæ ſecundum conſuetudinem in Stumbele præſentes eſtis, ut ſuper contritione & amaro diſceſſu iſtorum duorum amabilium amicorum, Petri & Chriſtinæ, ſolatia adhibere velitis. Fungatur [officio conſolatoris] Plebanus Joannes, ubi locus fuerit, arripiens virgellam ſuam, & diſponat ſe toto corpore & corde, ſicut decet amicos Dei, & dulcis melodiæ cantus de caritate Dei incipiat perſonare; forſitan refocillabitur Spiritus in Chriſtina in Chriſto Ieſu. Et tu Gertrudis ſoror ipſius, quæ cantilenas dulces conſueveras decantare, nunc ſuavius cantare ſtudeas de amore Ieſu Chriſti in receſſu; ne nimia triſtitia corda amicorum abſorbeat. Rogo vos, ô Chriſtina, ut accipiatis terſorium, quo lacrymas defluentes ex oculis detergatis. Ecce advenit tempus lamenti & fletus, quod [teſtantur] lacrymæ illæ, [quas] cum remeares de Colonia ſub quadam arbore profudiſti. Et quid ſuccedit tibi pro amico tuo in deliciis tuis? Credo quod nihil aliud niſi fletus; in illo forſitan aliquantula requies erit. Valete & orate pro me, ſi placet. Salutate Plebanum ex parte mea intime, ſicut poteſtis; quia, licet abiens, amicus ſum ejus bonus. Salutate matrem Plebani & Hadewigem.

D

velut intimo amico orbatæ;

ejuſque ſocias ad ſolandum invitat.

E

compatitur Chriſtinæ Fr. Aldobrandinus,

6 *Majori ſolatio eſſe potuit Epiſtola, quam, poſt confectas quadraginta circiter leucas, dedit* Petrus *Mindam appulſus* VIII *Novembris.*

Epiſt. VIII. *Scribit etiã Petrus Mindam appulſus* 8 *Novembr.*

Cariſſimæ ſuæ filiæ, & amicæ dilectiſſimæ in Chriſto, Chriſtinæ, Frater Petrus, intimum gaudium Spiritus ſancti, non ſolum in corde ſentire, ſed & ore confiteri, & laudare quoniam bonus eſt Dominus, cum ſalute corporis & animæ. Quamvis cor meum totaliter ſit in motu, propter ſolicitudinem viæ & gravamina laboris, & ideo vobis nihil gratum, nihil ſolatioſum ſcribere poſſum, occaſione tamen habita latoris, nolui diſſimulare vobis ſignificare, quoniam tertio die ante feſtum Martini ſanus & fortis, veni Mindam; ubi benigne receptus manſi noctibus tribus. Sed, ſiquidem, Soror cariſſima, memores ſumus Dilecti noſtri, omnium malorum præſentium, prędteritorum & futurorum facillime obliviſcemur; Dilecti, inquam, noſtri, qui nobis tanta bona dedit, & nobis ipſis ſcripſit, ſed & incomparabilia repromiſit. Cariſſima, quamvis plurima ſolatia mihi Deus dederit in hac via, ita ut in comparatione horum non ſint condignę paſſiones hujus temporis, non dico quantum ad futuram gloriam, ſed ad prędentem lętitiam; unum tamen eſt quod præ omnibus me lætificat, quia videlicet datum eſt mihi intelligere, quid

F

gaudetque de ſua cum ipſa amicitia;

A quid ſit dictum ; Deſpondi enim vos uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto. Cariſſima de hoc verbo magnus mihi ad vos eſt ſermo, qui præſenti chartula non poteſt comprehendi. Rogate autem Dominum, Cariſſima, & per amorem divinum Deo & animæ meæ deſponſata, ut hujus deſponſationis fidem ſervemus intemeratam, & arrham amoris ſentiamus incontaminatam. Cariſſima, & omni re temporali carior in caritate Dei, vivas, vigeas, valeas, proficias, & præter Deum extra eum nullum amorem ſentias, nulli conſentias ; ſed ipſe tibi ſit vita, ſit ſenſus, ſit affectus, ſit cenſus, ſit conſolatio, ſit delectatio, ſit hereditatis poſſeſſio ; ſine quo nihil eſt quod poſſidere, quod diligere, quo frui videmur vel conamur.

eamdem optat cito emigrare ad cœlum,

7 Cariſſima, in locum lucis & refrigerii, locum paſcuæ & lætitiæ, locum caritatis & jucunditatis feſtina, nimiumque accelera ingredi : quia tædium patior, in hoc exilio miſeriæ & mœſtitiæ tamdiu, & heu ! quamdiu ? commorari. Quod ideo ſcribo, quia optaſtis quod me in hoc mundo ſuperſtitem

B relinqueretis : ſed impatiens efficior quod tantum tardatis. Sed unum eſt quod rogo ut cogitetis, quia, ſi jam tam durum eſt quod ſentio, cum tamen vos comitem itineris habeo, utique maximum cordis mei ſolatium ; quid faciam cum ſolitarius ambulare incepero ? Ideo, Cariſſima, omni qua poſſum attentione peto & rogo, ut me celeriter præcedatis, & ut feſtine ſubſequi poſſim ab Amico veſtro inſtanter petatis : nam ſi fieri poſſet, nuſquam ſine vobis diu vellem permanere. Quod ideo dico, quia ſicut in præſenti familiarius in vobis Deum inveni præ omnibus hominibus ; ita ſpero me vos in futuro familiarius in Deo fore inventurum. Un-

ut cito ſubſequi ipſe poſſit.

de non in vobis, ſed in Deo lætitiam cordis mei colloco ; eſtis tamen vaſculum, ut credo, divinæ habitationis, & hac ratione & non alia objectum meæ dilectionis ; ſecundum illud : Domine dilexi decorem domus tuæ. Cariſſima, in Domino Amico noſtro, vivas & valeas, quem ex parte mea devotiſſime ſalutes, & ex parte amborum noſtrum dicas ;

C Quæſivi vultum tuum, vultum tuum, Domine, requiram : in quo te, Dulciſſima, ſaluto, & cui te quoad corpus & animam recommendo. Cariſſima properate in occurſum ejus quia veniens veniet, & ſpero quod non tardabit. Etiamſi amantibus omnis celeritas videatur moroſa, & ideo pœnoſa ; tamen cum apprehenderint quod deſiderant, tunc videbuntur dies laboris pauci, præ amoris Dilecti apprehenſi magnitudine. Cariſſima, hoc ſit veſtrum ſolatium, quod erit æternitatis præmium. Salutate omnes quos ſcitis ſalutandos &c.

Rurſum ſcribens Petrus an. 1271 ex Halmſtad, Epiſt. IX,

8 *Alteram ex eodem itinere ſcripſit* Petrus, *prius quam ex Halmſtad, quo appulſus erat* VI *Decembris, ſequenti anno tranſiret in Sueciam, in hæc verba :*

Cariſſimæ, & in viſceribus caritatis Chriſti nimium diligendæ, ſorori Chriſtinæ, ſuus frater, Frater Petrus, ſinceræ caritatis augmentum. Noveritis, Cariſſima, quoniam corpore quidem ſanus ſum, ſed corde valde diſtractus, propter plurima impedimenta quæ in via paſſus ſum. Nam licet in Dominica proxima poſt omnium *a* Sanctorum intraverim noſtram *b* provinciam, non potui tamen ultra procedere, [nec prius] quam in die B. Nicolai veni in *c* Halmſtad, quæ eſt domus ultima de Dacia, proxima regno Sueciæ. Unde adhuc in Dominica infra Epiphaniam conſtitutus in Dacia, propter defectum ſocietatis, hanc [vobis] ſcripſi litteram, neſciens quando potero viam aggredi verſus Sueciam. Habeo autem adhuc tantam viam ad domum meam, per deſerta, ſilvas & montes, quanta eſt, ut puto, de Colonia *d* Pariſius. Hoc etiam noveritis, quoniam licet à multis annis non fuerit tantum frigus, quantum fuit hoc anno in Dacia, tamen non indui pelliceum niſi duobus diebus circa omnium Sanctorum, prius quam in Epiphania Domini ; tunc enim mihi fuit miſſum pelliceum de domo mea. Hoc pro eo vobis ſcribo tam diligenter, quia vos rogaſtis me ſuper hoc tam humiliter. Sed Deo gratias, qui me in his & in multis aliis periculis ſanum conſervavit. Si quid autem in omnibus placet Deo, hoc vobis libenter offero, ut pro meis negligentiis Deum mecum veſtris orationibus placare velitis. Nam (ut puto) raro vel numquam melius indigui. Et rogo propter Deum, per omne quod poſſum, ut patientiam & manſuetudinem mihi à Deo impetretis.

D A PETRO COÆVO EX MS.

a
b
c
d

petit ejus orationes,

E

utpote divino privatus ſolatio,

9 Ceterum, Dilectiſſima, hæc de corporis dicta ſint laboribus : de cordis autem doloribus hoc etiam ſciatis, quod omnibus diebus vitæ meæ, poſtquam aliquid ſcivi, numquam tanto tempore Deum mihi ſenſi tam alienum. Unde ſuper hæc quæſo mihi compatiamini : nam me duplex tædium affligit ; memoria utique præteritorum bonorum, ſed heu ! amiſſorum ; & præſentia malorum, ſed heu ! magis commiſſorum quam aſſumptorum vel inflictorum. Sed cum poſſem his narrandis chartas implere, & plurimum tempus conſumere, & vobis (utique delectabilioribus intentæ) tædium ingerere ; in hoc hic finem ponam, ut Deum pro me velitis aſſidue & affectuoſe deprecari, ut defectus meos perpetua velit delere oblivione. Heu ! Dilectiſſima mea, non eſt hodie, ſicut fuit aliquando, unde vobiſcum in litteris meis de

F Dilecto poſſim confabulari ; ſed magis unde de ejus abſentia debeam querulari. Heu ! Cariſſima mea, neſcio quid dicam, cum & Dilectum & meipſum neſciam ? Nam cum aliquando eram in ejus præſentia, lumen infuit cordi ad inveſtigandum, & delectatio affuit ori ad proferendum, & facilitas aderat manui ad notandum. (Unde enim alias vobis litteras tam longas & jucundas miſiſſem ?) Sed heu ! & heu me ! quia defecit gaudium cordis mei, verſus eſt in luctum chorus meus, cecidit corona capitis mei : ideo obtenebrati ſunt oculi noſtri. Dilectiſſima Deo, & mihi dulciſſima, hoc vobis non ſine cauſa ſcribo, licet vobis tanti cauſam tædii referare non valeo. Hoc ſolum faciatis ut oretis pro me, & rogate Deum ut vel ſaltem vos poſſim ſemel videre antequam moriar. Dulciſſima in Domino, ſalutate omnes amicos meos, ſpecialiter omnes Hillas & parentes veſtros, & ſororem plebani & omnes alios, & recommendate me eorum orationibus. Iterum &

quo affluente alias tam prolixe ſcribebat.

A valeatis. In die B. Vincentii *e* misi hanc litte-
A. PETRO COÆVO EX MS. ram : sanus ipso die aggrediebar viam ver-
sus regnum Sueciæ. Scripsi vobis prius post
e recessum meum quatuor paria *f* litterarum de
f diversis locis. Valete. Divina vos gratia sem-
per conservet.

Fr. Mauritius 10 *Quomodo porro & quando Skenigiam appulerit* Petrus, *didicit* Christina *ex Epistola* F. Mauritii, *ad visitationem* v Petrum *olim comitati, ac deinde à Colonienſi ad Parisiense studium trangressi, itàque scribentis :*

Epist. xx. Virgini Christi devotæ, & in Domino sibi carissimæ Christinæ de Stumbele, Frater Mauritius, studens Parisius Ordinis Prædicatorum, salutem & sancti Spiritus consolationem.

excusat quod nunc primum scribat, Scribere vobis non quidem pigrum, sed revera gaudio plenum, cum vobiscum sicut cum corde meo loqui delecter. Sed quia materiam scribendi non habui, timens viarum pericula in litteris, præcipue feminis destinatis, diversis negotiis & occupationibus distractus, vobis rescribere tanto tempore omisi. Unde pro malo non habeatis, nec
B ingratitudini imputetis, condonantes mihi
nuntiatque de suo adventu Parisios, talem omissionem ; scientes hoc pro vero, quod quamvis mei oblita sitis ut timeo ; memoriam tamen vestri habens semper postea, non solum in privatis orationibus ; sed etiam inter honestos Fratres & extraneos, in omnibus locutionibus, personam vestram semper habui recommendatam ; sperans & optans hoc idem, secundum promissum vestrum, mihi fieri à vobis. Ceterum noveritis de statu Fratris Petri socii vestri & mei, quod ego cum sociis meis Parisius litteram unam parvulam, non sigillatam, post Octa-
g vas *g* Trinitatis [accepi] ex parte sua ; in qua dicebat, quod sanus & incolumis, post multos labores & terrarum spatia, sextâ feriâ post
h Purificationem *h* beatæ Virginis, venit in
k Skeningiam *k* conventum suum ; & in quarta
l feria post *l* Matthiæ, legere incepit ibidem ;
& Fr. Petri in patriam ; rogans dilectionem vestram in eadem littera, quatenus memor sitis antiquæ caritatis & intimæ familiaritatis, & ut pro eo & amicis suis sicut de vobis confidit, velitis Deum assidue deprecari. Vobis non potuit mittere aliquam litteram, propter arctitudinem temporis &
C nuntii festinantiam ; istam vix mittens nobis. Ista scripsit mihi, & non plus ; [rogans] inter alia negotia procuranda sibi, ut vos ex parte sua salutarem, statum ejus intimando.

11 De statu autem meo amici vestri specialis, sed occulti propter metum Judæorum, noveritis, quod transiens per ignem & aquam multas tribulationes in corpore & anima passus (sicut credo, à Fratribus intellexistis) in
m die *m* B. Mauritii veni Parisius, ubi propter
deque morbo suo ex mutatione climatis, immutationem & novitatem diætæ numquam in eodem statu permansi, quin diversis impeterer infirmitatibus per totam hiemem usque post Pascha, à quibus omnibus, per Dei gratiam & magnam mei custodiam, ante
n Ascensionem *n* Domini ad plenum fui liberatus & curatus ; & jam assuesco ova comedere, magis corrupta & quantitate parva, quam illa
o ova de *o* Eiflia, quæ Fratribus nostris Coloniæ dantur ; anxior in hac solitudine, recogitans ova recentia & olera, juxta ollam carnium nobis sedentibus & videntibus & comedentibus. Descendo sæpius videre, licet non corpore, in Ægyptum Stumbelensem ; &, [si liceret] corpore descenderem, & sæpius descendissem, & alii plures socii mecum, etiamsi de Parisius ad decem milliaria plus quam de Colonia distaret. De isto tamen sufficienter. Rogo ut statum vestrum & Fratrum vestrorum ; & vos, Domine Plebane, *& notos Stumbelenses salutat.* vestrum & matris vestrę & familię mihi significare velitis, quam primo potestis, ut Fratri Petro significem : quia nuntios aliquos habeo, ut credo, qui ibunt ad terram suam. Valete semper in Domino, memores mei in orationibus vestris secundum promissum vestrum, & confidentiam quam de vobis habeo, cum secrete locuti fueritis in cubili Sponso vestro Jesu Christo. Salutate ex parte mea matrem, patrem, sorores vestras, &c. Nolo ut alicui hanc litteram ostendatis ; ne per sinistras interpretationes alicujus nota aliqua refundatur in scribentem. Dicatis Dominæ Beatrici, quod pro redeuntibus Fratribus de Capitulo ova recentia præparet, & condimentum de novis *p* caseis, & mei memo-
p riam habeat, cum bene sibi fuerit inter
E Beginas. Datum in die beati Viti & Modesti. Valete & orate pro me.

12 *Plures deinde alias ad* Christinam *Epistolas idem* Mauritius *scripsit ; ex quibus unica nobis restat in codicem Clivensem relata ; atque post unum alterumve annum, mortuo Priore Brunwilrensi, speciali amico Virginis, data item Parisiis, anno fortassis* MCCLXXII *vel* III, *in hunc sensum.*

Devotæ Christi Sponsæ, & in Domino sem-
Epist. xxii. per diligendæ, Christinæ in Stumbele, Frater Mauritius, Parisius degens in studio, salutem, & sancti Spiritus consolationem. Tæ-
Idem rursus occasionem scribendi nactus, det me meis scribere, apud quos oblivioni datus sum tamquam mortuus à corde ; sed pudet ad præsens manum scribendo retrahere, affectu nimirum tædium propellente. Licet enim spes periit, quæ pro tot scriptis vel solum [unum] responsum promiserat ; tamen ut scribam iterum latoris præsentium occasio me induxit. Et nunc, Carissima, ut singulariter & familiarius loquar ; ex humilitate tua sumens audaciam, scio & per latorem præsentium intellexi, quod circumdederunt te tribulationes multiplices & dolores, propter parentum
F tuorum injurias, quas sustinent, & obitum Prioris amici tui & mei. Nec ignoro tumi-
consolatur afflictiones Christinæ. dos adversitatum fluctus, quibus tuæ mentis navicula jactatur jam multo tempore, inter periculosas & procellosas tuorum hostium specialium tempestates : & ideo tanto præcordialius tibi, ex caritate qua te in Domino diligo, compatior, quanto imbecilior & debilior sexus muliebris existit, ad tribulationum & vexationum impetus sustinendos. Verumtamen quia mulierem fortem te in angustiis reputo ; spero in Domino, qui est in se sperantium fortitudo, quod tibi constantiam tribuet, & ex alto virtutem, tot & tantis calamitatibus resistendi ; facietque tecum in iis finem bonum, & optatum cum hujusmodi tentatione proventum. Hortor in Domino igitur & rogo, quatenus assumens spiritum fortitudinis in adversis, jactes in Deum cogitatum tuum, & ad ipsum dirigas totaliter vota tua : ipse enim est qui percutit & medetur, vulnerat atque sanat, & post mœroris verberas consolationis adhibet

A adhibet lenimenta. Vale, memor mei in orationibus matutinis apud Deum, ſecundum meam confidentiam in te, & tuam promiſſionem. Saluta Plebanum, matrem, & ſo-
q rores ejus & tuas. Scripta in nocte *q* B. Valentini poſt Matutinas: cui plus addi non potuit, ſcriptore in aliis occupato.

ANNOTATA D.P.

a *Anno* 1270, *habente litteram Dominicalem* E, *feſtum omnium Sanctorum celebratum fuit in Sabbato.*

b Provinciam Daciæ *videlicet (ut tunc appellabatur) quæ præter Daniam etiam Sueciam complectebatur: unde* Petrus, *licet* Gotlandus, *ſubinde tamen* Dacus *&* de Dacia *appellatur.*

c Halmſtad *vel* Helmſtad *caput* Hallandiæ, *trans ſinum Codanum continentis cum Suecia.*

d Via de Colonia Pariſius *eſt ut minimum* 80 *leucarum horariarum, & tantumdem Halmſtadio diſtat* Gotlandia, *maris Balthici inſula, ad quam iter eſt per Smalandiam, latam leucas* 50 *circiter.*

B e *Colitur* S. Vincentius 22 *Januarii.*

f *Dolendum eſt ergo ſeptem Epiſtolas interiiſſe.*

g *Anno* 1271, *habente litteram Dominicalem* D, *& Paſcha* 5 *Aprilis, Octava Pentecoſtes eademque Dominica Trinitatis, incidit in ultimam Maji. Quia tamen Ordo Prædicatorum Dominicas numerat, non à Pentecoſte, ſed à feſto Trinitatis; videtur hic debere intelligi dies octava poſt hoc feſtum, id eſt* 7 *Julii, licet prædictum feſtum abſque Octava celebretur.*

h *Purificatio B.V. fuerat eo anno celebrata feriâ* 11.

k *Ecgraphum Bollandi hoc loco habet* Strenigniam, *& iterum infra; ſed genuina lectio eſt* Skeningia, *aut euphoniæ cauſâ* Skenigia, *ut paſſim in prioribus libris.*

l *Id eſt* 25 *Februarii, nam feſtum* S. Matthiæ *fuerat eo anno celebratum feriâ* III.

m *Colitur* S. Mauritius, *Thebeæ Legionis Dux, cum ſociis,* 22 *Septembris.*

n *Si ipſe Pariſios tranſiit anno* 1270 (*ut eſt veroſimile*) *intelligitur hic* feſtum Aſcenſionis, *cadens ſequenti anno in* 14 *Maji.*

o Eiflia, *Juliacenſis Ducatus regiuncula, ad*
C *Colonienſis diœceſis partem tranſrhenanam ſpectans, & à metropoli diſtans itinere horarum circiter* 4.

p *Suprà Tò* Caſeis *ſcriptum erat* Ceraſis; *unde ruſtici noſtri in Flandria optimum faciunt & pro toto anno ſervant condimentum: video interim & ſpiritus & ſtyli differentiam, inter has &* Fr. Petri *litteras: ut non mirer iſtis minus capi potuiſſe* Chriſtinam, *totam ſeriam & ſolis divinis intentam.*

q *Colitur* S. Valentinus 14 *Februarii.*

CAPUT II.

Varia ad ſolatium afflictæ Virginis ſcripta, cum ſpe propinquæ viſitationis.

Sub annum 1274 *afflictæ Chriſtinæ*

13 *POſt hæc contigit, patrem* Chriſtinæ, *amiſſa fere omni priore fortuna, magnis debitis difficultatibuſque implicari, puta circa annum* MCCLXXIV. *Hoc cum intellexiſſet* Petrus, *occaſionem ſumpſit ipſam ad ſe invitandi, jungendam duabus, quas iſtic ſibi acquiſierat, filiabus ſpiritualibus, hoc tenore:* D

A. PETRO COÆVO EX MS. Epiſt. VI.

Cariſſimæ ſorori ſuæ, & amicæ, & filiæ, Chriſtinæ de Stumbele, Frater Petrus, Lector Fratrum Prædicatorum in Provincia Daciæ, ſalutem quam ſibi optat, præſentem ſcilicet & æternam, in caritate & dulcedine Spiritus ſancti. Cariſſima, litteras veſtras recepi in autumno, diu deſideratas & concupiſcenti animo oblatas, in quibus me mirabiliter lætificaſtis, quamvis in eis mihi multa de pœnis veſtris ſignificaſtis. Neſcio enim mihi majus gaudium in mundo, quam de vobis rumores aliquos percipere: quia & in eis rumores percipio de Chriſto, communiter à nobis dilecto. Unde pro prædictis litteris ex corde vobis regratior. De ſtatu autem meo noveritis, quoniam ſanus corpore, licet in ſpiritualibus bonis plurimum (ut timeo) deficiam. Conſolatus etiam eſt me Dominus in iſtis partibus per quaſdam Dominas devotas: quarum quædam habitum Ordinis noſtri portant, quædam habitum ſecularem, & quædam Beginarum, de quibus etiam prius vobis ſcripſi. Nam habeo filiam unam bene LXXII annorum quæ plurimas paſſa eſt pœnas, & plurimas à Domino promeruit conſolationes. Nam quatuor annis & dimidio numquam jacuit, ſed continue ſedit, vel modicum ivit. In quo tempore numquam niſi bis in ſeptimana comedit, & tunc tantum panem & aquam, & hoc in tanto pondere, ut puto quod non excederet in pondere ſolidum Colonienſem denariorum: ſed & ipſe panis ſubcinericius erat.

nuntiat Petrus, habere ſe filias ſpirituales miræ virtutis;

E *unam annorum 72,*

14 Aliam filiam habeo, quæ mirabilem gratiam habet à Deo, & plurimas revelationes: quæ continue abſtinet à carnibus, & rariſſime bibit cerviſiam, & adhuc rarius comedit lacticinia: quæ omni ſexta feria eſt in raptu, ita quod incipit in media nocte, & ad ſe revertitur circa Veſperas: quæ & aliquando habet ſtigmata, & plurima ſigna Chriſti paſſionis portat in corpore ſuo; quæ cilicio aſperrimo continue induitur quando ſana eſt, exceptis diebus ſolennibus. In oratione autem frequentiſſime eſt & contemplatione; ſed eleemoſynarum largitione plurimum ſtudet & ſervitio pauperum. Et de hac plura haberem vobis ſignificare, ſi tempus adeſſet: de quibus ſaltem vel hoc ſolum ſciatis, quod in hoc optime patrizat, quod vos miro affectu diligit; & aliqua quæ in litteris veſtris continebantur, mihi longe cito revelavit. Vocat autem vos ſemper Sororem; eo quod dixi ei, vos meam eſſe filiam, & vos me Patrem vocare. Deſiderat autem miro affectu, vos, ſi poſſibile eſſet, videre: & ſperat quod hoc ſuum deſiderium debeat impleri, ſi vixerit, quod vos tres debeatis in unum convenire. Ceterum, Dulciſſima, cogitate & recognoſcite, qua de cauſa hoc vobis ſcripſerim: utique, ut unà mecum Deo & pro me gratias agatis, qui me non meis meritis, ſed ſua gratuita bonitate, Sanctorum ſuorum ſecreta, vel potius ſecreta ſua quæ in Sanctis ſuis fecit & oſtendit, participare voluit & conſcium eſſe.

& aliam

quæ ſibi varia de ipſa revelarit:

F

15 O dulciſſima, ſcire debetis, quod ſicut à vobis, ita & à dictis filiabus me Deus

A elongavit. Nam nunc ad aliam domum sum emissus : utique sicut Adam, propter peccata mea, à facie Domini vagus sum & profugus. Pro Deo, recogitate, quod nos in paradiso Domini, hoc est in loco voluptatis, quondam ambulabamus: cujus præsentia ablata est, ita ut memoria vix remanserit. Utinam lacrymas patris vestri vidistis quas effudit dum hanc litteram scripsit! certitudinaliter scio, quod viscera vestra ad misericordiam moverentur, & ad compassionem. Non miremini, Carissima, quod vobis rarius scribo, quia opportunitatem nuntiorum non habeo, eo quod habito in profundo terræ, unde raro peregrini, sed mercatores nulli exire consueverunt. Filia mea, quam sororem vestram dixi, rogavit me, ut vos ex parte sua salutarem, donec Dominus [det] ut nos omnes adhuc in vita ista possimus salutare invicem præsentialiter. Valete. Rescribatis mihi propter Deum. Divina vos gratia semper conservet. Animas Fratrum meorum carnalium vobis recommendo, qui ambo moriebantur uno anno, postquam ego redii. Salutate omnes amicos nostros, & specialiter Dominum Plebanum, & patrem vestrum & matrem; Hillas omnes, & Gertrudem sororem Plebani, & Aleidem cæcam. Divina vos gratia semper conservet. Orate pro me.

A. PETRO COÆVO EX MS.

à quibus discedere debuerit, ad alium Conventum translatus,

& commendat 2 fratres suos defunctos.

B

Restitutus Conventui Skeningensi

16 *Unde hæc scripserit, aut quonam missus sit, non explicat ; sed eamdem invitationem aliâ Epistolâ iterans, sub titulo* Lectoris Skeningensis, *cognoscere nos facit, haud diuturnum istud quasi exilium fuisse : sic autem scribit:*

Ep. XXVIII. *consolatur eamdē de jactura amicorum;*

In Virginis Filio carissimæ filiæ & dulcissimæ amicæ Christinæ de Stumbele, Frater Petrus Lector Strenigensis, Spiritus sancti consolationem, cum virtutum omnium quotidiano augmento. Audivi, Dulcissima, & conturbatum est cor meum, quod multipliciter sitis tribulata, propter dæmonis persecutionem ; & multifaric desolata, propter amicorum *b* subtractionem : & ideo opto vobis ut pro desolatione succedat ex Dei clementia Spiritus consolatio ; & pro gravi corporis turbatione virtutum augmentatio. Scio enim quis promisit, Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Sed nec hoc latet, Quia virtus in infirmitate perficitur : libenter enim gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. O Carissima mea ! ad quid deveni ? quid scripsi ? Certe enim divina dulcedine delectatus, ejus amore inflammatus, ejus splendore illustratus, scribere consuevi de Sponsi adventu & Sponsæ occursu, eorum mutuo colloquio, convivio, consortio ; quanta inter eos inveniatur familiaritas, caritas, jucunditas. Sed, heu me ! quia quando Sponsam amisi quoad præsentiam, & Sponsi amici lætitiæ influentiam : & ideo defecit gaudium cordis mei, versus est in luctum chorus meus. Inter cetera autem vitæ præsentis parva & nimia cordis solatia, hoc unum mihi præcipuum est tristitiæ refrigerium & cordis gaudium, cum mihi vestri occurrit delectabilis memoria, cujus utique ratio est non parvipendenda : nam vix vel unquam vestri possum recordari, nisi Domini memoria qualiscumque etiam mihi occurrat : ut evidens mihi fiat, quoniam germani sibi mutuò sint Christus & Christina, Amicus & Amica, Sponsus & Sponsa ; ut ex hoc certitudinaliter probem, ex quo fonte procedat dilectio qua vos diligo, & à vobis diligor.

b

C

D

17 Scire etiam debetis, quod vix vel numquam memor sum Domini, quin & vestra memoria mihi statim oriatur : & ideo frequentissime desidero, ut vestri memoria numquam à corde meo recedat, quæ mihi delectabilis est propter vos, sed summe delectabilis propter Dominum, qui continuo secum eam cordi meo repræsentat. O Carissima mea, qui me sic qualicumque hora consolor vestri memoria, quid facerem si præsentiam mererer intueri ? Utique totus jucundarer, & (si dicere liceret) jubilarem : quia sicut nunc vestra memoria Domini memoriam generat, sic præsens præsentiam præsentaret. Quomodo non gauderem, qui potius congauderem homini, qui dicere posset : Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus ? & quod diceret, facto comprobaret, vel potius miraculo confirmaret, adjiciens ; Stigmata Domini mei Jesu Christi in corpore meo porto : hæc autem videre nihil aliud est, quam Dominicum speculum & divinum spectaculum. Carissima hoc meditari, dixi sapientiam ; sed inspiciendo, expertus sum summam lætitiam : sed & nunc recordando pro hoc, dulcoro omnem tristitiam. Consulo ergo, Carissima, ut hæc ab oculis vestris numquam recedant : & certus sum, quod tuta eritis ab omnibus adversitatibus. Scripsi vobis de Capitulo provinciale duas litteras, in quarum una significavi vobis quod si velletis ad partes nostras venire, vellem vobis Pater esse, consiliarius, amicus, consolator. Et quia habeo sex filias religiosas, inter quas possitis commorari, quæ vobis de victu & vestitu ex patrimonio suo libenter procurarent ; quod & nunc scribo. Unde quid vobis super hoc placeat, mihi cum plena notificatione status vestri, quam citius potestis, Fratrem Laurentium rescribere faciatis. Sanus sum Pater vester : &, quoad corpus & seculum satis prospere mihi omnia succedunt ; licet quoad spiritum, plurimos patiar defectus. Valete, Carissima, in Domino. Salutate omnes amicos meos antiquos. Scripta tertia die *c* post festum Dionysii. Valete.

& protestatur perpetuam ejus memoriam apud se vigere,

E

cum magno suo spirituali fructu.

F

c

18 *Fecit* Christina, *per eumdem* Fratrem Laurentium, *quod jussa fuerat; scripsitque Epistolas duas ; unde liber* III *initium sumit : deinde etiam aliam illam videtur scripsisse, unde excepta particula, de casu* Christinæ *in profundissimum lutum, eidem libro ad calcem est apposita ; licet ipse casus videatur pertinere ad annum* MCCLXXVII, *quo & Plebanus Ioannes obierat. His aliisque motus* Petrus, *voluit* Christinam *spe aliqua suæ visitationis solari, ita scribendo.*

Acceptis Christinæ litteris an. 1277.

Ep. V. In Virginis filio & Virginum Sponso, Virgini carissimæ, in Christi nomine præcordialissimæ Christinæ, filiæ & amicæ, vel verius animæ suæ dimidiæ, Frater & Pater, amicus & secretarius, in Spiritu sancto confortari, contra adversa conservari, inter prospera & in agendis & in omittendis ejusdem munere & lumine dirigi, corrigi & erudiri. Carissima, æstimo quod dulcedinem consolationis, quam littera vestra continebat, solus sensit qui recepit : quia sola novit quæ misit.

Nam

A Nam & noveritis me in dicta littera cordis veſtri ſinceritatem, & Virginalis verecundiæ taciturnitatem intellexiſſe : bipartituſque affe-
de adverſitatibus ejus, ctus in anima mea ex ea eſt generatus, compaſſionis videlicet & conſolationis. Nam quomodo non compaterer amicæ meæ, tam prædilectæ, in corpore afflictæ, in corde deſolatæ ? rebus exterioribus deſtitutæ, amicis & parentibus orbatæ, conſiliariis & conſolatoribus privatæ ? Certe propter hæc & his ſimilia commota ſunt viſcera mea, & interiora transfixa ſunt gladio doloris, eo quod tam in longinquo poſitus ſum, & quia humeris meis ſarcinam tot turbationum, etiam fortiſſimis quibuſcumque formidandam, non poſſum vobiſcum ſublevare : nam libenter compaterer deſolatæ, ut conregnare poſſim glorificatæ. Status autem cordis veſtri, inter proſpera & adverſa immobilis ; patientia, inter dæmonis perſecutiones, corporis afflictiones, rerum amiſſiones, & amicorum orbationes, inviolabilis conſolationis mihi non modicum infudit : Nam ſcio quod Dominus faciet cum
B tentationibus proventum.

19 Cariſſima, quia conſideratio præmii mi-
ſolatur eam conſideratione præmii. nuit vim flagelli ; quia ſcimus, quod non ſint condignæ paſſiones hujus temporis ad culpam quæ dimittitur, ad gratiam quæ immittitur, ad gloriam quæ promittitur ; quia id quod eſt in præſenti momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ pondus operabitur in nobis. Ideo cor noſtrum dilatemus & purgemus, ad conſiderandum divina beneficia, ad contemplandum Beatorum præmia, ad intuendum Sanctorum præſentia & æterna ſolatia. Quis unquam digne poſſit cogitare, & enarrare divinam largitatem, qua nobis unigenitum dedit, in ſpeculum converſationis, exemplum operationis, magiſterium eruditionis, incitamentum dilectionis, occaſionem & cauſam conſolationis, pretium redemptionis, & præmium remunerationis. Cariſſima, ex iis concipiamus ardorem caritatis, decorem honeſtatis, virtutem ſtabilitatis, amorem puritatis & ſanctitatis ; ut hoc ſentiamus in nobis, quod & in Chriſto Jeſu, qui per acerbitatem paſ-
C ſionis pervenit ad triumphum glorificationis : Elevemus oculos noſtros in illam ſupernam Jeruſalem, quæ ab omni culpa & miſeria libera eſt, nullis ſubjacens moleſtiis, nullis carens deliciis, abundans gaudiis internis & externis. Conſideremus etiam præſentia ſolatia, quamvis reſpectu futuræ felicitatis modica in ſe, tamen medullitus exhilarantia animam, & omnia interiora ; ſecundum illud, Anima mea exultabit in Domino : nec hoc ſolum ; ſed & omnia oſſa mea dicent, Domine, quis ſimilis tibi ? Ceterum, Cariſſima, diu multumque deſideravi ut vos poſſim videre, & vobis loqui ; ſed uſque ad præſens fui impeditus. Sed ſpero in Domino quod hoc anno vos videbo, ſi divinæ hoc placuerit voluntati. Cariſſima, Dominus vos conſoletur ; ut verè, propter veſtram conſolationem, intendo vos
d d ..... corporaliter viſitare. Valeat & exultet ſpiritus veſter in Deo ſalutari noſtro. More ſolito valeo. De ſtatu meo vobis plura lator præſentis poterit ſignificare.

20 *Quis lator iſte fuerit, non divino ; idem fortaſſis, qui ex Provincia ſequentem Epiſtolam tulit à* F. Mauritio, *jam Lectore ſic conceptam :* D

Devotæ ac dilectæ in Chriſto Chriſtinæ Ep. XXIX.
Dei famulæ, Mauritius, Lector de *e* Seeva- A. PETRO
lia, Ordinis Fratrum Prædicatorum, ſa- COÆVO
lutem, & poſt præſentem miſeriam verum EX MS.
Sponſum in Sion revelata facie contemplari. *e*
Licet abſens corpore, præſens tamen ſpiritu, *commendat ſe precibus ejus.*
memor omnium bonorum quę feciſti mihi, ex corde regratior ; ſignificans quod ſanus ſum per Dei gratiam in corpore, utinam & ſpiritu ! Sicut lator præſentium, quem bene noſcitis, de hoc & aliis poterit vobis plenius enarrare. Rogo humiliter & devote, ut mei non obliviſcamini in orationibus veſtris, qui poſitus ſum in finibus Patriæ noſtræ. Salutate ſorores veſtras, & matrem Plebani, & ſorores ejus, & ipſum *f* Plebanum. Valete, *f*
& gratia Dei vobiſcum [ſit].

ANNOTATA D.P.

a *Harum duæ deinde* Chriſtinam *invitaverunt ad ſe, per Epiſtolam dandam ſequenti capite ; litteræ autem, quarum hic meminit* Petrus, E
non comparent.

b *In his etiam patrem Virginis fuiſſe, qui in priori Epiſtola adhuc ſalutabatur, credibile eſt : ſuſpicor eum obiiſſe ſub annum* 1276 ; *matrem vero etiam ſerius.*

c *Id eſt* 12 *Octobris.*

d *Hic fortaſſis indicabatur tempus vel occaſio, qua id facere intendebat* Petrus : *ſed verbum unum legi non potuit.*

e Seevalia, *utrum recte ſcripta ſit, vehementer ambigo.*

f *Nondum ergo mors ejus nuntiata erat, obita an.* 1277 *circa finem.*

CAPUT III.

Litteræ ad Chriſtinam aut Magiſtrum Joannem datæ ex itinere, & paulo poſt à Fr. Petro & aliis.

21 *Solatium, quod multum ſolicitatus* Petrus F
ſperare Virginem fecerat, litteris ſuperiori capite relatis ; tandem factus Lector Gotthen- *Petrus, poſt viſitatam anno* 1279 *Chriſtinam,*
ſis (*uti ſe appellat*) *cum venia Superiorum ſuorum impendit anno* MCCLXXIX ; *quando* (*ut vidimus initio lib.* 3) *excurrit Coloniam, indeque in Stumbele, Fr. Folquino comitatus : cum quo deinde regrediens in Provinciam* XXV *Octobris &* XXIII *Novembris appulſus Lubecam, ſcripſit* Chriſtinæ *Epiſtolam, quæ habetur in eodem lib.* 3 *num.* 16. *Addidit & aliam* Mag. Joanni *Chriſtinæ ſecretario directam, in hæc verba :* *eidem Lubecâ ſcripſit & Mag. Joanni.* Ep. XIII

Cariſſimo ſibi & ſpecialiſſimo Amico, Magiſtro Joanni ; frater Petrus de Gotlandiâ, *Huic gratulatur de ſuo circa Chriſtinam officio*
conſolationem Spiritus ſancti, cum ſalute. Cariſſime, regratior vobis ex toto corde multiplici ratione ; primo, quia mihi ignoto tam familiaris & beneficus fuiſtis ; ſecundo, quia Cariſſimæ meæ filiæ & amicæ tam familiarem & obſequioſum vos exhibetis : quod utique eſt præ omnibus mihi gratiſſimum, & ſpero vobis fore utiliſſimum. Cariſſime, non vobis diſpliceat, quod vobiſcum familiariter confero. Utinam me Deus elegiſſet, & in veſtrum officium poſuiſſet, ſalvato & ſalvo

A ordine & officio meo, quod mihi injuxit! Hoc
A. PETRO est, utinam his quæ dedit mihi, etiam quod
COÆVO habetis addidiſſet!
EX MS. 22 Sed fortè quæritis quæ ſint, quæ vobis Dominus contulit, quæ tantum deſidero? Ad quod in promptu reſpondeo: Quia poſuit vos Dominus cuſtodem tabernaculi ſui, imò ſanctì Sanctorum, teſtem utique Sponſæ ſuæ. Cariſſime Joannes, Joanni, ſi advertis, compararis, nam illi glorioſo, illi immaculato, illi ſecretario, illi ſpecialiter dilecto commiſſa eſt Maria, Chriſti Mater & Sponſa; tibi autem Dominus commiſit, ſi advertis, ſuam æquivocam, utique (ut puto) virtutum valculum, & omnium bellorum ſpiritualium gymnaſium. Solus cariſſime Joannes, teſtis aſſiſtis & cuſtos: nam in his Petro es prælatus. Exerce ergo, Cariſſime, vires, acue ſenſum, diligentiam omnem appone, & mirabilia Domini contemplare. Nullum pertranſeat ſenſus tuos factum vel verbum, quod Sponſus vel Sponſa operantur vel loquuntur: mores conſidera, geſtus pon-
B dera, gaudia deguſta, privilegia commenda, ſecreta corde conſerva, fidelibus tem-
petit ut ejus mirabilia ſibi ſcribat, pore opportuno enarra: nam adhuc tempus crit, quod hæc à te requirentur. Et quia memoria mortalium valde eſt inſtabilis, in charta nota Domini magnalia. Cariſſime, ſicut vos rogavi præſens, ita nunc rogo abſens toto corde, quatenus ea quæ Dominus vobis revelaverit vel manifeſtaverit in cariſſima Amica mea Chriſtina, & quæ etiam ipſa vobis dixerit, mihi integraliter ſcribere velitis; advertendo dies in quibus aliqua notabilia evenerint, & eoſdem mihi ſignificetis certitudinaliter: quia nihil mihi in hac vita poteritis facere magis gratum, magiſve acceptum. Sanus ſum & incolumis, imo corpore fortis, & animo gaudens. Salutate cariſſimam Amicam meam Chriſtinam, & Dominum *a* Plebanum & ceteros. In vigilia Catharinæ veni Lubec.

a necnon Hillæ de Monte

23 *Eodem ex loco ſcripſit etiam* Petrus *Beginarum Stumbelenſium uni*, Chriſtinæ *& ſibi imprimis caræ, ac ſæpe nominatæ in ſuperioribus libris*, Hillæ de monte, *in hunc ſenſum*:

C Cariſſimæ amicæ ſuæ & in Domino præ-
EP. XIX dilectæ, H. de monte, Frater Petrus Lector de Gotlandia, ſincerum dilectionis affectum, cum ſalute & orationibus. Quamvis, Cariſ-
gratulans cum Chriſtina familiaritatem, ſima, inter nos multa fuerit caritas in Domino & antiqua cordis familiaritas, ſicut vos ipſa optime noſtis; non memini me tamen vobis unquam ſpecialem miſiſſe litteram. Sed quia in hac via perfectam in vobis & honeſtam adverti familiaritatem, quæ nullam ſapit curioſitatem, vel (ut planius dicam) carnalitatem; ideo gaudens de puritate ſimul & familiaritate, hanc vobis primam litteram ſcribo; rogans & monens quatenus diligentiſſime advertatis, & corde puro ponderetis, quantam gratiam Dominus vobis contulit, & conferre non omittit. Poſuit enim vos Dominus, ſi tamen gratum eſt vobis, commenſalem, contemporalem, & quaſi collateralem Sponſæ ſuæ; imo, quod plus eſt, corpore ſimilem, conſanguinitate vicinam, loco proximam, caritate familiariſſimam, & ſecretorum omnium conſciam. Quid ergo vobis, Cariſſima, reſtat? niſi quod à pueritia incepiſtis viriliter & fi- D
naliter conſummetis. Caſtitas, & puritas, & ſimplicitas, quas quaſi à natura poſſidetis, in vobis cum ætate proficiant; caritas, hu- *quo titulo ipſam quoque amat*
militas, ſimul & morum honeſtas, quas gratia vobis donavit, continue in vobis creſcant, Cariſſima: præ fervore divini amoris cor incaleſcat, mundus vileſcat, dæmonis tumultuoſa tentatio obmuteſcat, carnis concupiſcentia ſordeſcat, ſolus Deus dulceſcat, pro cujus amore omnia alia contempſiſtis, & relinquenda fore judicaſtis. Ceterum, Cariſſima, optime noſtis, quia in Domino ſpecialiter vos diligo, & à multo jam tempore dilexi. Cujus quamvis plures ſint cauſæ, unam tamen nunc ſufficit commemorare; quia videlicet Chriſtinæ, cariſſimæ meæ filiæ & amicæ, ſic inſeparabiliter adhæretis, eam fovetis, & eam in omnibus tribulationibus ſuis quantum poteſtis adjuvatis & ſupportatis: quod mihi ſuper omnia, quæ facere pro me poteſtis, eſt gratiſſimum & peracceptum; & credo vobis futurum fore utiliſſimum ſimul & glo- E
rioſum. Valete in Domino, Cariſſima. Salutate dominam veſtram matrem & ceteros. Sanus & incolumis in Vigilia B. Catharinæ veni Lubec, & in die ejuſdem inveni navem volentem tranſire in Kalmarniam.

ac rurſum an. 1280 Kalmarnia

24 *Simili modo Kalmarniam in Suecia appulſus* Petrus XIV *Decembris, poſt actam ibidem partem hiemis, anno mox ſequenti* MCCLXXXX III *Ianuarii rurſum geminas ſcripſit, alteram* Chriſtinæ, *quæ primæ ſubjicitur loco præcitato; alteram* Ioanni, *quam hic damus.*

EP. XVII

Cariſſimo amico ſuo, Magiſtro Ioanni in Stumbele, Frater Petrus, Lector Gothenſis, ſalutem cum ſincera dilectione. Cariſ- *Mag. Ioanni*
ſime, ſcripſi vobis in autumno de Lubec litteram unam circa feſtum B. Clementis, ſignificans vobis de ſtatu meo. Nunc autem iterato vobis ſcribo, in Octava Epiphaniæ, de eodem, conſtitutus Kalmarniæ, quæ eſt proxima domus Teutoniæ Ordinis noſtri, de regno noſtro, in qua hiemavi, quia ad terram meam non potui propter hiemem ſupervenientem pervenire. Noveritis etiam, quod mihi omnia proſpere ſucceſſerunt in via; quamvis periculum magnum vitæ paſſus fue- F
rim in mari, propter ſupervenientem tempeſtatem: ſed benedictus Deus, qui me liberavit. Sanus ſum, Cariſſime, & bene valeo; ſed eo eſſem corde hilarior, ſi de ſtatu cariſſimæ filiæ meæ & amicæ Chriſtinæ, & *petens de ſtatu Chriſtinæ doceri.*
veſtro mihi aliquid conſtaret. Unde rogo propter Filium Dei, ut mihi de iis ſcribere velitis, in animæ meæ gaudium præcordiale. Rogavi Chriſtinam, cariſſimam meam, ut vobis aliqua diceret de ſtatu ſuo, ut ea mihi ſignificaretis, quod & promiſit, dicens; Dicatis ei ut me de talibus interroget, & faciam quantum potero. Unde, ſicut de vobis confido, hoc faciatis, in veſtrum & meum ſolatium ſempiternum, & (ut ſpero) in multorum pro tempore futuro ædificationem. Litteram quam mitto Beginis villæ veſtræ eis exponatis. Quando fui vobiſcum, propter ſupervenientes & mecum colloquentes, nimis occupabar; & ideo minus potui cum Chriſtina conferre de iis quæ ſcire deſideravi: & hoc feci propter pacem

ejuſdem

A ejuſdem Chriſtinæ, quia ſuper hoc me rogavit. Unde rogo vos & eam, ut hæc ſuppleatis ſcripto, quod tunc propter pacem aliorum fuit omiſſum. Valete, Cariſſime: memores eſtote officii veſtri, & illud diligenter impleatis: poſuit enim vos Dominus Sponſæ ſuæ camerarium, ſecretarium, & Capellanum. Utinam unum illorum mihi contuliſſet! Sed, hæu me! non ſum dignus habitus tantâ gratiâ tantâque prærogativâ. Salutate & ceteros.

denique ipſi Chriſtinæ

25 *Tandem in patriam ſuam appulſus* Petrus, *ſcripſit* Chriſtinæ *quintam (ut ait Epiſtolam) unde intelliguntur duæ intercidiſſe: hæc autem tota conſolatoria eſt, tenorus ſequentis.*

Epiſt. x.

In viſceribus caritatis Chriſti cariſſimæ Virgini, & Sponſæ ejuſdem Ieſu Chriſti, Chriſtinæ de Stumbele, Frater Petrus, Lector de Gotlandia, vinculum indiſſolubile caritatis Chriſti in Spiritu ſancto, cum ſalute corporis & animæ. Dilectioni veſtræ, Cariſſima, ſignifico, quoniam ſanus & incolumis in Octava Paſchæ redii in terram meam, videlicet in Gotlandiam cum ſocio meo; & quod in quadam domo Fratrum meorum, quæ dicitur Kalmarnia, hiemavi: cum cujus domus Priore miſi vobis litteras, ſtatum meum & viam continentes. Significo etiam Caritati tuæ, Dulciſſima amica mea in Chriſto, quoniam pars Reliquiarum, quas Coloniæ procuravi, ad me pervenit: unde ut omnes pervenire poſſint, Dominum exorate. Cariſſima, hanc quintam vobis ſcribo litteram, poſtquam à vobis ſeparabar, & multum deſidero quod de ſtatu veſtro ſignificetis mihi. Ceterum, Cariſſima, quæ retro ſunt obliviſcentes, & quæ tranſeunt contemnentes, & quæ inficiunt abjicientes, & ab iis quæ impediunt nos expedientes, ad interiora nos extendamus, æternis & internis noſtris intendamus, ſuperna concupiſcamus, Deum diligamus, & eum tamquam Sponſum delectabiliſſimum & Amicum intimum apprehendamus; nec eum aliquo modo dimittamus, donec introducat nos, non in cubiculum tantum veræ pietatis, ſed & in palatium paternæ benignitatis, Deificæ Majeſtatis, inæſtimabilis jucunditatis, & indiviſibilis ſocietatis. Cariſſima, oculos noſtros attollamus, & cor noſtrum ſuſpendamus in contemplatione tanti convivii, ubi Deus Pater, tamquam architriclinus, ſedet in ſede Majeſtatis ſuæ; ubi filius præcinget ſe & dilectis ſuis miniſtrabit; ubi Spiritus ſanctus convivas ſuos inebriabit ab ubertate domus ſuæ, & torrente potabit voluptatis; ubi in Patre relucet gubernationis utilis providentia, in filio, humanæ reſtaurationis diligentia; in Spiritu ſancto, æternæ beatitudinis exuberantia; in omnibus autem tribus eadem prædicatur eſſentia, operatio indiviſa, & voluntas indiſtincta.

nuntiat ſe reverſurum in patriam,

poſt hiemem Kalmarniæ actam.

Hortatur ad Dei amorem

& tolerantiam adverſorum:

26 Cariſſima, ad hoc laboremus, ut divinâ potentiâ poſſimus in omnibus confortari contra adverſa; in omnibus illuminari inter proſpera; in omnibus conſolari, quoad noſtra interiora; ut potentiæ per obedientiam nos ſubjiciamus, ſapientiæ per humilitatem ſupponamus, ad conſolationem divinam nos pertranſitoriæ conſolationis abrenuntiationem diſponamus. Renuit conſolari anima mea, dicit quidam; memor fui Dei, & delectatus ſum. Cariſſima, ſcio vos exterioribus & corporalibus conſolationibus totaliter privatam, & ideo quotidie Dominum exoro, ut vos ſuâ gratiâ dignetur viſitare & conſolari. O, Cariſſima mea, quantum conſolationem veſtram diligo ex parte ſcitis: unde rogate Deum, ut nos adhuc ante mortem ex mutuo aſpectu & convictu dignetur viſitare & conſolari. Cariſſima, ſalutate omnes amicos meos & veſtros, ſpecialiter Dominum Plebanum &c. & dicatis Magiſtro Ioanni, quod non potui facere ſcribi quod ſibi promiſi, quia pergamenum non potui habere nec ſcriptorem. Valete.

A PETRO COÆVO EX MS.

27 *Interim celebratum eſt Capitulum Provinciale, ad quod eundum* Petro *fuit, incerto quem in locum eſſet deſtinandus: ſolent enim in Capitulis hujuſmodi mutari Prioratus & Lectura: inde vero remiſſus in patriam, unde advenerat, atque in eadem confirmatus Lectura, ſic ſcripſit Chriſtinæ.*

Epiſt. XXVII

iterumque explicat, qualis ſit ſuus erga ipſam affectus

Cariſſimæ ſibi in Chriſto filiæ & amicæ, in præſenti præcordialiter dilectæ, & in æternum diligendæ, Frater Petrus Lector Fratrum Prædicatorum in Gotlandia, ſalutem, & inter proſpera & adverſa ſalubriter incedere, in ſpiritualibus proficere, & ad æterna feliciter pervenire. Cum ſtatus veſtri conſideratio ſit cordis mei excellens admiratio, & intellectus frequens occupatio, ſed & interioris hominis mei ſumma conſolatio, quas in præcordiis meis dilectio generat & perfundit, & multiplicitas & magnitudo materiæ varificat & continuat; ſcire tamen debetis, quod in iis omnibus nec infectionem invenio affectionis, nec aliquale impedimentum devotionis, ſed potius materiam in iis invenio felicis conſolationis & efficaciſſimam cauſam propriæ humiliationis, ſed & occaſionem reperio gratiarum actionis. Cariſſima, hæc meditari dixi ſapientiam; quia in iis inveni, quid defectus corrigeret, quid affectus accenderet, quid intellectum inſtrueret. Hîc lego & relego divina beneficia, adverto inimici dæmonis inenarrabilia maleficia, audeo viribus humanis improportionata tormenta. Sed quid inter hæc, Cariſſima, eſt faciendum? niſi divina benignitas collaudanda, diaboli malignitas evitanda, humana infirmitas conſolanda? Utinam hæc taliter legerem, relegerem, & perlegerem, ut in lacrymas erumperem, ſimiliter ut gauderem; optime tunc ſtuderem. Sed heu me infelicem! qui propter continuas occupationes divinis defraudor conſolationibus, & ideo ad conſolandum alios factus indignus & ineptus, quia in meipſo mirabiliter ſum deſolatus. Occaſionem tamen mihi & materiam dediſtis maximæ conſolationis, quia litteram mihi miſiſtis inſignis dilectionis, continentem inſignia veſtræ paſſionis, ſimul & multiplicis conſolationis, pro qua ad tantas vobis teneor gratiarum actiones; quod ſi numquam aliquid plus mihi exhibuiſſetis familiaritatis, tamen pro hoc me perpetuo vobis recognoſcerem obligatum.

28 Ceterum quia ad hoc tempus fui omnino de ſtatu meo incertus, idcirco vobis de fratre veſtro, & aliis quibuſdam ſuper quibus me rogaſtis, uſque ad præſens non re-

A scripsi. Sed quia modo à Capitulo provinciali sum remissus in terram nativitatis meæ, ubi majorem habeo occasionem vobis sæpius scribendi; dabo operam efficacem, ea quæ ad vos pertinent pro viribus procurare, & vobis quam primum potero intimare. Dicatis etiam Magistro Ioanni, quod impatienter non ferat, quod non potui ei transcribere libellum, prout ei promisi; cujus causa fuit, quia de loco ad locum hoc anno toto transmigravi, & ideo mihi non vacabat. Unde rogate eum, ut propter hoc non dimittat mihi de statu vestro significare, quando habuerit opportunitatem. Unde & vos rogo, propter Deum, ut eum super hoc moneatis. Carissima, corpore sanus sum, &
b bene valeo. Circa festum Mariæ *b* Magdalenæ venturus est ad vos Frater Ioannes, Definitor Capituli generalis, amicus meus specialissimus: cum quo rogo, si prius non potestis, mihi de statu vestro plenarie rescribatis. Dominus per suam misericordiam vos conservet. Carissima, salutate omnes amicos vestros
B & meos; ex nomine autem Dominum Plebanum & sororem ejus, Magistrum Ioannem, Hillam de Monte, & sororem vestram & fratrem vestrum &c. Dominus sit vobiscum. Scripta est hæc schedula in die B. Augustini. Latorem præsentium vobis recommendo, qui stabit Coloniæ pro studente. Valete in Domino Iesu Christo.

A. PETRO COÆVO EX MS.

significat se in patriam remissum,

& excusat nondum missum Ioanni promissum libellum,

29 *Tandem jam bis promissum libellum seu tractatum* (*erat hic de virtutibus ipsiusmet* Christinæ, *sed tacito illius nomine, ut nec ipsamet comprehenderet eum esse de se; sed ut supra dixi aliam quampiam eo describi crederet*) *libellum, inquam bis promissum denique misit* Petrus, *cum hac Epistola:*

ac tandem mittit

Carissimo Amico suo, Magistro Ioanni, Frater Petrus, Lector Fratrum Prædicatorum Gotlandiæ, sinceram in Domino dilectionem. Dilictioni vestræ regratior pro labore quem pro filia mea carissima Christina habetis; & pro eo quod eam consolamini, Deus vos dignetur consolari. Item regratior vobis pro labore quem pro me habuistis mihi scribendo & consolando me. Majus enim solatium non habeo, quam
C quod de mirabilibus Dei aliquid intelligere possim, quæ in Christina & circa eam contingunt; sed viam per quam ad me veniant ignoro, nisi per vestræ dilectionis laborem.
c Sanus sum ego, Carissime, & bene valeo. Mitto, Christinæ tractatum *c*, quem tantâ instantiâ petivistis: utamini ergo eo sicut decet sic familiariter, ne de eo ulterius ratione aliquando turbatio possit peroriri. In eo autem notabilia multa advertere potestis. Rogo autem ut ea quæ Christinæ exponitis ponderetis, ut possit intelligere ea quæ dicuntur. Dominus sit vobiscum. Rogo vos propter Deum, quatenus de statu Christinæ mihi more solito rescribatis, quæ circa eam de novo contigerunt. Carissime Magister Joannes, rogo & consulo, ut ea quæ videtis & certitudinaliter intelligitis, ad Dei honorem & posterorum consolationem, in aliquem libellum, de Dei operibus, & diaboli tentationibus, & Christinæ victoriosis & virilibus actionibus conscribatis, quem & mihi propter Deum communicetis. Valete. Salutate Christinam, & ad congregationem Beginarum in ecclesiam eatis, & eas omnes & singulas ex parte mea salutetis: familiarius autem Hillam de Monte, & illas personas quæ mecum & cum socio meo *d* familiarius fuerunt. Iterum & in æternum valeatis.
D

Ep. XIV.

30 *Socius iste fuit* Fr. Folquinus, *cujus hæc etiam Epistola habetur:*

Etiam Fr. Folquinus

Carissimæ sibi in Christo sorori, Christinæ de Stumbele, Frater Folquinus, Ordinis Fratrum Prædicatorum minimus in Gotlandia, orationes, utinam tam devotas quam continuas, in Christo Virginis filio, cum salute. Recognosco in parte mea, mihi in Christo Carissima, negligentiam & pigritiam meam, quoniam, post tanta beneficia & solatia plurima, mihi per vos & vestros, tum à fratre & sorore vestra, tum etiam ab aliis amicis exhibita pariter & impensa sum ingratitudinis reus; nec scripto, nec alio modo aliquo caritati vestræ, ut dignum erat, gratiarum retulerim actiones. Veniam igitur peto, & de cetero libenter emendare studebo. Sed tamen in aliqua parte me excuso; quia & viarum laboribus, & aliis multis occupationibus fueram impeditus. Regratior igitur nunc pietati ve-
E stræ, & omnibus tam sororibus quam aliis, qui me, & dilectum ac reverendum Patrem meum Fratrem Petrum Lectorem, honeste & caritative tractaverunt, & multiplicibus solatiis ac deductionibus ædificatoriis refoverunt. Et rogo, ut ipse qui nullum bonum mittit irremuneratum, det vobis & augeat gratiam suam in præsenti, & tribuat gloriam in futuro, Dominus Jesus Christus; & confortet vos in tribulationibus, & in angustiis consoletur. Quia vero pauper sum nunc, tam spiritualiter quam corporaliter; non habeo ad præsens quod vobis mittam, nisi unum cochlear corneum nigrum, positum cum illo cochleari quod mittit Lector. Item mitto carissimæ filiæ meæ, Hillæ sorori vestræ, & unum cochlear nigrum minus aliis. Item mitto unum cochlear album, cujus manubrium est nigrum, sorori Hillæ de Monte, prædilectissimæ filiæ meæ. Item mitto dilectæ filiæ meæ, filiæ Advocati antiquioris, unum cochlear nigrum. Plura & majora mitterem, si plura haberem. Memoria autem vestri in
F corde meo manet inviolabilis, & omnium filiarum mearum; qui cum essem extraneus non dedignabantur mihi confiteri; & pitantias & alia multa solatia facere: quas libentissime omnes & singulas nominatim salutarem, si nomina ipsarum in memoria haberem. Salutate ex cordis mei intimo affectu filias meas suprà nominatas; item saluto Dominum Plebanum & ceteros. Vigeat & valeat in Domino semper vestra caritas. Desidero, si placet Deo & Matri suæ, adhuc vos semel videre in hac vita, cum patre meo carissimo. Valete in Domino Jesu Christo.

gratias agit pro caritate, sibi & Petro in Stumbele exhibita:

& amicos salutat.

munuscula mittit,

Wilhelmus Anglus

31 *Placet finire præsens Caput per aliam Epistolam, ex Anglia* Christinæ *scriptam, à quodam antea Coloniæ studente, ipsique familiarius noto, quoniam aptiorem nullum locum invenio: est autem talis:*

Ep. XXXI.

In Dei filio dilectissimæ Christinæ, Christi Sponsæ, Frater Wilhelmus de Werigehale, peccator, quondam studens in Colonia pro provincia *d* Anglicana, salutem, & inter amplexus Sponsi cælestis jugiter commorari. Ignoscat mihi humilitas tua, Sponsa Dei, quod indignus præsumo tibi quidquam scriptitare.

d

A titare. Ut enim hoc faciam vis amoris me compellit, quem in me ſine tædio provocavit, ſuaviterque rapuit tua ſancta converſatio, quam habes in Chriſto Jeſu; quem in cordis tui thalamo manſionem feciſſe non dubito. Ipſe eſt Dilectus unicus, propter quem vanitas mundialis ſalubriter contemnitur, & voluntas carnalis feliciter ſubſternitur, & in quo poteſtas infernalis potenter conſtringitur. Ipſe eſt, propter quem cuncta Sponſæ præcorda jugiter debeant languere, propter quem ſui quaſi oblita dulciter debeat inſanire. Per ipſum igitur te deprecor, cujus conſolationes tuum animum frequenter lætificant, quatenus in tuis devotiſſimis cum Deo colloquiis mei memor eſſe velis: mihique impetra tuis precibus, ut ſibi dum vixero ſecundum ſuum placitum valeam deſervire, & poſt hanc vitam ad ſuam beatiſſimam viſionem pervenire. Sed & hoc ora, ut tibi, ſive vivæ, ſive mortuæ, loqui poſſim, antequam moriar. Recommendo tuæ ſanctitati Fratrem Nicolaum, latorem præſentium, quem ſpirituali affectu

B à multis temporibus complexus ſum. Saluta intime Dominum Adolfum & Dominum Ioannem capellanum, quos diligo in veritate. Cui Domino Adolfo ſcripſi alias, ſed an litteram receperit ignoro. Valeat & exultet ſpiritus tuus in Deo Salutari tuo. Gratia Dei tecum [ſit]. Amen. Memor eſto mei, quia tui non obliviſcor. Rogo tuam dulcedinem, affectu cordis integro, quatenus ſtatum tuum & ſtatum Dominorum Adolfi & Ioannis ſtudeas ſignificare. Si fieri poſſet ſecundum votum meum, deſidero te viſitare, & ore tenus tibi cor meum exprimere. Bene valeas cum Sponſo tuo.

captus ejus converſatione ſuavis & pia,

petit ut ſui meminerit coram Deo,

& notos ſalutet.

ANNOTATA D.P.

a *Novus hic* Plebanus, *ſucceſſor* Joannis, *infra num.* 50 *vocatur* Henricus.

b *Ergo in annum ſequentem* 1281 *hic promittitur: nam feſtum* S. Mariæ Magdalenæ 22 *Julii jam tranſierat: ſiquidem hæc datur, ut mox dicitur, in feſto* S. Auguſtini, *quod agitur* 28 *Auguſti.*

C c *Videtur hæc potius pars poſterior iſtius Tractatus ſeu libri fuiſſe; ſiquidem* Mag. Joannes *lib.* 3 *num.* 37, *ſcribens in Majo anni* 1280, *agit de priori parte, velut jam pridem habita; forte ex tempore quo in Stumbele fuerat* Petrus *anno priori.*

d *Ex hac phraſi intelligitur, etiam* Wilhelmus *iſte fuiſſe Ordinis Prædicatorum.*

CAPUT IV.

Litteræ quibus Chriſtina, parentibus & fortunis orba, invitatur in Sueciam.

Iterum ſcribens Petrus Mag. Ioanni,

32 *Poſt miſſum libellum, de quo Capite ſuperiori; ſolicitus de eodem* Petrus *an recte perlatus eſſet, deque ipſius* Chriſtinæ *ſtatu, prima rurſum occaſione* Magiſtro Ioanni *ſcripſit in hæc verba:*

Ep. XII. Diſcreto viro, dilecto amico ſuo, Magiſtro Ioanni in Stumbele, Frater Petrus, Lector Prædicatorum in Gotlandia, ſinceram in Domino dilectionem cum ſalute. Significo Dilectioni veſtræ cariſſimæ, quoniam in æſtate, per quemdam civem Colonienſem, Ioannem nomine, juvenem de Stolzinberch, miſi vobis & Chriſtinę filiæ meæ tractatum, quem toties poſtulaſtis. Contracta mora fuit propter meas occupationes. Unde, ſi eum recepiſtis, mihi cum Fratre & Priore Mauritio ſignificetis. Quod ſi eum non habuiſtis, ipſum, per dicti Prioris adjutorium, qui prædicti Ioanniś domum novit, requiratis. Cariſſime, multum doleo quod mihi de ſtatu Chriſtinæ, filiæ meæ cariſſimæ, nihil more ſolito, de mirabilibus quæ circa eam aguntur, hoc anno demandaſtis. Litteras quidem habui ex parte ſua querelis plenas, quæ plus mihi turbationis quam conſolationis incuſſerunt, quia de gravi materia tam graviter ſcriptæ fuerunt; & generaliter, pro quo vel quanto eas intelligere deberem ignoravi. Unde Cariſſime; rogo Honeſtatem veſtram ſuppliciter & humiliter, quatenus, ſicut de

E vobis confido & ſicut mihi promiſiſtis, de mirabilibus Dei mihi more ſolito ſignificetis, tam in tribulationibus quam in conſolationibus quę circa Chriſtinam aguntur; alias enim graviter conturbabor. Scripſi Chriſtinę plura quæ amici ſui circa ſtatum ejus cogitaverunt; unde juvetis eam conſilio veſtro hoc eligere, quod creditis magis ad Dei honorem & ſuæ ſalutis profectum pertinere: de quo ego eo minus in particulari conſulere audeo, quia quid circa eam agatur ignoro. Valete in Domino, cariſſime Amice Chriſti & Chriſtinæ.

D A. PETRO COÆVO EX MS.

indicat ſe miſiſſe Tractatum quem poſtularant,

33 *Epiſtola illa, cujus hic meminit* Petrus, *ut datæ ad* Chriſtinam *de cogitatis amicorum circa ipſam, hujuſmodi fuerat, ut primo contineret Equitis cujuſdam Nobilis litteras, quibus ea in Sueciam ſic invitabatur:*

Nobilis Eques,

In Virginis Filio Ieſu Chriſto, Virgini Ep. XV. Chriſti Chriſtinæ ſpecialiter dilectæ, Frater Ioannes de Ordine *a* Militiæ Chriſti, ſinceram Spiritus ſancti dilectionem cum ſalute. Quoniam, ſecundum dictum Hieronymi, illa vera Chriſti & in Chriſto eſt caritas, quam non corporalis mutuus aſpectus, ſed intimus

F cordis affectus generavit: ideo dilectioni veſtræ ſignifico, quia ex quibuſdam quæ audivi à Fratre Petro Lectore, veſtro Patri dilecto, meo autem cariſſimo Amico, cordi meo (divinitus, ut credo) quidam affectus circa ſtatum perſonæ veſtræ eſt inſpiratus, quo libenter ad interiora & diviniora excederem, ſi virtus adeſſet: quo circa, ad ea quæ mihi ſentio deeſſe, perſonarum quas Deo placere æſtimo, patrocinium ſtatui implorare. Rogo ergo imprimis ut mei apud Deum in orationibus veſtris memor eſſe velitis; quod ſummo deſiderio exopto. Ceterum quia faciem veſtram videre non merui, nec vobiſcum corporaliter conferre; non miremini, ſi vobis, cum ſitis mihi corpore ignota, tamquam ſpiritualiter cognitæ, familiarius aliqua, quæ circa me ſunt, declarem. Caritati ergo veſtræ ſignifico, quoniam à progenitoribus meis ſpecialem affectum ad Ordinem Fratrum Prædicatorum hereditavi, ſicut & tota parentela mea habere dignoſcitur & retinere. Cujus rei ſigna

a

relatu Fr. Petri doctus Chriſtinam amare,

indicat ſe habere duas ſorore in habitu Prædicatorum;

A quamvis plura vobis poſſim enarrare, unum
A. PETRO CÆCO EX MS. tamen pro præſenti ſufficiat. Nam ſciatis me duas ſorores carnales habuiſſe, quarum una jam in Domino requievit nomine Chriſtina; quæ ambæ primitus habitum ordinis Fratrum Prædicatorum in regno Sueciæ ſuſceperunt, & annis amplius quam decem ſolæ de ſexu muliebri portaverunt, cum magno deſiderio ejus quod ſorores ejus plures poſſint adjungi.

34 Sed deſiderium earum, quamvis fuerit ad tempus dilatum, propter Fratrum deliberationem, & etiam quorumdam ſecularium minorem devotionem; nunc tamen, providente Deo & orationes earum exaudiente, dignoſcitur ad effectum productum. Domino enim Rege Sueciæ *b* concedente, & Epiſcopo *c* illius loci favente, & Provinciali Daciæ conſentiente & ſorores mittente; ſororibus Ordinis Prædicatorum, pro Conventu habendo locus pulcher & habilis eſt deputatus, qui & competenter eſt domificiatus: qui etiam de patrimonio meo, & fratris mei Andreæ, B & ſororum mearum reditibus rerum temporalium admodum [bene] eſt dotatus. Hæc pro eo vobis ſcribo, quia ad locum illum vos invito; & quia deſidero vos Chriſtinæ ſororis meæ mortuæ vicem in loco illo ſupplere, cujus nomen dignoſcimini poſſidere. Nec me ſolum hoc credatis deſiderare; ſed ſciatis hoc plures affectare, ad quos fama nominis veſtri pervenit. Dilectionem ergo veſtram in Domino rogo & hortor, quatenus ad hoſpitium, vobis à Domino, ut æſtimo, præparatum, cum veſtro fratre Sigwino ſecure veniatis; quia ſpero quod honor Dei in patria mea poterit augmentari per veſtrum adventum. Valete, in Domino dilecta. Deus omnipotens in hac parte me conſoletur, ut in hac vita merear perſonam veſtram videre.

quibus optat illam jungi in novo monaſterio.

b

c

35 *Huic Epiſtolæ aliquod auctoritatis ſuæ pondus additurus Petrus, adſcripſit ſequentia.*

Ep. XVI. Cariſſimæ ſibi in Chriſto Jeſu amore æterno, Chriſtinæ de Stumbele, frater Petrus Lector, ſinceram in Domino dilectionem cum ſalute. Litteram in hac eadem ſchedula ſcriptam, ex parte fratris Joannis, ad ſuam magnam inſtantiam ſcripſi. Nam ſummo deſiderio affectat ut ad ſororem ſuam veniatis, non ficte, ſed ſerioſe intendens: ſperat enim quod per vos locum Sororum noſtrarum Deus velit decorare. Certa etiam ſitis, & ego idem deſidero, dummodo Domini ſuper hoc plene intelligerem voluntatem. Quid vobis ſuper hoc placeat deliberetis, & cum primis nuntiis mihi voluntatem veſtram ſuper hoc ſignificetis. Plures ſunt qui libenter vos in partibus noſtris viderent. Cariſſima, rogate Deum ut vobis ſignificet, quid ſibi placeat de ſupra memoratis. Scripſi vobis aliam litteram prius de fratre veſtro, & de pluribus aliis quæ circa me contigerunt. Cariſſima, ſanus ſum corpore. De fratre veſtro certos rumores vobis de Capitulo noſtro provinciali reſcribam, & de aliis quibuſcumque, quæ vos ſcire credo expedire. Nimium fui occupatus, quando hanc ſchedulam ſcripſi, ſcilicet ab Octava Aſſumptionis. Priorem litteram faciatis requiri à fratre Joanne de Muſſeltorp, vel fratre Gerardo de Grifone: nam illis eam miſi per Joannem civem Colonienſem agno-

Idem ſignificat & optat Fr. Petrus.

C

mine Stolienberg. Valete, Cariſſima, in Domino. Salutate amicos veſtros & meos, qui ibidem ſunt. D

36 *Quin &* Beginæ *eæ, quarum meminit* Petrus *ſupra num.* 13, *eamdem ad contubernium ſuum hoc modo invitaverunt.*

Idem optant Beginæ duæ

In viſceribus caritatis Chriſti cariſſimæ ſorori, Chriſtinæ de Stumbele, Helborgis & Ep. XXII. N..... Sorores ſecundum carnem & ſpiritum in Gotlandia, Beginæ alio nomine nominatæ, ſinceram in Domino dilectionem cum ſalute. De ſtatu veſtro rumores plures audivimus, de Fratre Petro Lectore Fratrum Prædicatorum in noſtra civitate, & ex corde ſumus conſolatæ, pariterque lætificatæ. Et quia inter cetera dictum eſt nobis, quod pater veſter & mater mortui ſunt, & quod ſolatiis corporalibus caretis, Dominus autem nobis [conceſſit] ex proviſione paterna curiam parvam & domos modicas, in quibus nullus hominum manet exceptis nobis duabus, ad quas vos invitamus, ſicut noſtram cariſſimam ſororem; Dilectiſſima rogamus vos ut noſtram exhibitionem acceptetis; quia, quamvis in E parte pauperem vitam ducamus, dulcis tamen nobis multipliciter redditur ex Domini viſitatione, & Fratrum Prædicatorum in civitate noſtra conſolatione. Dominus dirigat viam veſtram ad partes noſtras, & affectum veſtrum ad nos inclinet, ut in Domino lætificemur & conſolemur. Veni ſoror mea cariſſima & amica in Chriſto dulciſſima.

domum ſuam offerentes.

ANNOTATA D.P.

a De Ordine Militiæ Chriſti *in Suecia nihil reperio: & nomen videtur periiſſe, poſtquam anno* 1334 Magnus IV *Rex Sueciæ, inſtituit* Ordinem Cherubinorum, *ſive* Nominis Jeſu, *ſic dictum à torque ipſius inſigni, Cherubinis Crucibuſque concatenatis conſtante, ex quo pendet numiſma Nomen* Jeſu *inſcriptum habens: qui Ordo fortaſſis ex antiquiori illo natus eſt.*

b *Ioannis Magni Hiſtoria Sueonum, lib.* 20 *cap.* 1, *Regem* CXXXII *numerat* Magnum, *cognomine* Ladalos, *qui regnare cœperit anno* 1277, *& obiit* 1290. *Capite autem* 7 *idem Ioannes, enumerans pias ejuſdem Regis fundationes*; Eſt, *inquit*, & Virginum monaſterium F in honorem S. Dominici, ejus operâ atque impensâ in Scheningenſi oppido fundatum, *de quo hic agi arbitramur.*

c *Eſt* Scheningia *ſubjecta* (*niſi fallor*) *Epiſcopo Lincopenſi in eadem Oſtrogothia, ſub Archiepiſcopo Upſalenſi: hic autem tunc erat* Jacobus, *defunctus anno* 1271 *menſe Octobri, Lincopenſis veroſimiliter* Benedictus; *qui anno* 1277 plus divini honoris, quam fraterni ſanguinis æſtimator, jubente Archiepiſcopo depoſitionis ſententiam tulit in fratrem ſuum, Regem Valdemarum; *ſuffecto eidem altero fratre* Magno *prænominato, ut narrat idem Ioannes in Vitis Pontificum Upſalenſium lib.* 3.

CA-

A

CAPUT V.

Litteræ ſpectantes ad Chriſtinæ fratrem Sigwinum, Ordinis Prædicatorum.

Poſt alias nonnullas litteras Petrus,

37 *EOdem tempore, quo ſic in Sueciam invitabatur* Chriſtina, *actum erat de fratre ejus* Sigwino, *juxta ipſius votum, illuc traducendo; quemadmodum intelligitur ex Epiſtolis* XV *&* XVI. *Et in hac quidem, ſcripta* in Octava Aſſumptionis, *id eſt* XXII *Auguſti* MCCLXXXI, *meminit Epiſtolæ ſuper ea re à ſe ſcriptæ ad* Chriſtinam; *rurſumque ex inſtanti Capitulo provinciali ſcripturum ſe promittit. Neutra Epiſtola invenitur, ſed ſimilis alia, priorum quoque faciens mentionem, ſcripta in autumno anni prædicti: quæ ſimul reſponſoria eſt ad Epiſtolam* Chriſtinæ, *allegatam libro præcedenti. Invenitur autem illa ſub hoc tenore.*

B

Ep. VII.

Cariſſimæ in Chriſto Virgini Chriſtinæ, præcordialiſſimæ amicæ & filiæ, Frater Petrus Lector Fratrum Prædicatorum Gotlandiæ, conſolationem ſancti Spiritus, cum ſincera dilectione & ſalute. Statum veſtrum mente pertractans, plurimum ſolicitor de veſtra pace & conſolatione. Nam nuperrime mihi litteram miſiſtis, gravibus querelis plenam, in quibus vos iis qui deſcendunt in lacum, & quorum memoria non eſt amplius, & iis qui à facie Dei projecti ſunt teſtabamini fore aſſimilatam. Quæ verba, & plura quæ in littera continebantur, cor meum dupliciter gravaverunt. Primo, quia graviter ſonuerunt: ſecundo, quia tam generaliter dicta fuerunt, quod nullum ſenſum mihi in particulari præbuerunt: unde dubito, pro quo vel pro quanto, quod ſcriptum eſt, debeam interpretari. Cum ergo noveritis, quod rumores de ſtatu veſtro, proſperos vel adverſos, non poſſim ſine intima lætitia vel triſtitia cordis audire, propter copioſum affectum, quem mihi Dominus dedit circa veſtram perſonam; rogo inſtantius, quatenus in ſpeciali mihi ſemper, quantum C poteſtis, exprimatis ea quæ circa vos geruntur. Quæ etiamſi gravia eſſent cordi meo, ſignificata vertuntur in præcordialem conſolationem, quod Deum non dubito ea operari.

acceptâ Chriſtinæ epiſtolâ, comparantis ſeipſam deſcendentibus in lacum,

I. 3. n. 52

eidem compatitur:

38 Ceterum, Cariſſima, noveritis, quod litteras veſtras, non ſurda aure, neque frigido corde ſoleo perlegere; ſed ſummo gaudio & præcipua devotione amplecti. Unde quod vobis quarto ſcribenti nihil certi reſcripſerim de fratre veſtro, non pigritiæ neque duritiæ meæ adſcribatis, ſed potius ejus quod deſideraſtis procurandi inopportunitati. Nunc autem, Domino providente, & amico noſtro ſpeciali Priore Bertoldo cooperante, cujus etiam cum apud vos nuperrime eſſem feci mentionem, eidem Fratri veſtro [providi] locum opportunum, utilem & ſalubrem. Unde eum ſecure ad me, ſecundum conſilium Prioris Mauritii, latoris præſentium deſtinetis. Mittit etiam vobis dictus Frater & Prior Bertoldus duodecim ſolidos Sterlingorum, cum prædicto Fratre Mauritio. Noveritis etiam, quod dictus Prior Bertoldus perſonam

ſignificatque fratri ejus ſe locum invenisse;

& ipſam quoque invitat,

veſtram ſinceriſſimo diligit affectu, & ex toto corde deſiderat ut ad partes noſtras perſonaliter venire cum fratre veſtro velitis: quia ipſe vobis & fratri veſtro in omnibus neceſſariis vitæ ſufficienter proponit providere. Potens eſt enim: unde vos ei & fratrem veſtrum poteſtis committere ſecure: credo enim hoc à Domino eſſe ordinatum. Verum inopportune vobis pro hoc negotio nolo inſtare, quia certus ſum vos ſpiritum Dei habere, qui vos de omnibus ſolet edocere. Unde, Cariſſima, Sponſum veſtrum præcordialiſſimum rogate, ut vos in his dirigat ſecundum ſuam inditam benignitatem. D

A. PETRO COÆVO EX MS.

39 Scripſi etiam vobis in æſtate litteram ex parte Domini Joannis, qui nos ad ſuam ſororem ſolicite invitavit, quoniam dicta ſoror ſua habitum Sororum Ordinis noſtri, in die Aſſumptionis beatæ Virginis, hoc anno aſſumpſit. Ob cujus etiam devotionem Prior provincialis ad eam miſit quatuor ſorores Ordinis noſtri, ut novum conventum Sororum inſtituerent, conſenſu Domini Regis Sueciæ & Epiſcopi illius loci diœceſani in hoc pariter conveniente: qui dictas Sorores, cum omnibus ſibi attinentibus, ad ſuam protectionem receperunt in noſtro Capitulo generali, cui perſonaliter interfuerunt. Apud dictum ergo locum prememoratus Prior Bertoldus vos, ſi placuerit, cum fratre veſtro intendit collocare; vel alibi, ſi vobis melius placuerit, vobis intendit providere. De perſona veſtra in hac parte non oportet multum loqui, quia ſcio vos certam eſſe, quia pro vobis paratus ſum facere quidquid neceſſarium fuerit & honeſtum, Priorem Mauritium, mihi in Domino cariſſimum, ſicut me ſuſcipiatis; & cum eo de omnibus negotiis veſtris ſecuriſſime & confidenter conferatis; quia hominem non habeo in mundo familiariorem, qui & perſonam veſtram precipua diligit devotione: ei enim negotium veſtrum totaliter commiſi, & conſulo quod & vos eidem committatis; & ſumme mihi placet quod ipſe habet occaſionem honeſtam vos viſitandi, quia credo hoc à Deo eſſe conceſſum ad veſtram & meam conſolationem. F Cariſſima, bona fide de omnibus premiſſis me intromiſi, quantum potui, ut cor veſtrum ab omnibus liberum redderem impedimentis. E

occaſione novi in Suecia monaſterii.

40 Si inveni gratiam apud veſtram perſonam, de mirabilibus Dei, more antiquo, mihi propter Deum ſignificetis. Cariſſima, quando littera præmiſſa ſcripta fuit, eram minutus; & ideo eam propria manu non ſcripſi, licet proprio corde dictavi. De omnibus autem quę in ea ſcripta ſunt, peto à vobis ſufficientem reſponſionem; & ſpecialiter, quomodo vobis placet de ſtatu veſtro & fratris veſtri ordinare. De hoc enim non ſolus ego ſolicitor, ſed & plures amici mei & veſtri in his partibus, & ſpecialiter ii qui vobis ſuper hoc ſcripſerunt; unde mihi lucide demandetis, quid iis ex parte veſtra debeam reſpondere. Conſilium autem meum eſt, ut Fratrem veſtrum, ad me & Priorem Bertoldum, cum Priore Mauritio ſine mora tranſmittatis; & cum ipſo, ſi vobis placet, perſonaliter veniatis. Quod ſi vobis nondum placet venire, fratrem veſtrum præmittatis; ut

Deſiderat de utroque mentem ejus diſcere,

A ipſe de his partibus conſideret ; &, ſi ei placet nobiſcum manere, iterum pro vobis revertatur ad vos, vel ex parte ſua & mea aliquis nuntius pro vobis mittatur. Cariſſima, pro his omnibus deliberetis, & quid potius elegeritis mihi demandetis. Quod autem ſcripſiſtis mihi, quod dæmon objicit vobis, quod amici veſtri vos dereliquerunt ; mendacium eſt locutus, ut ex prædictis poteſtis probare. Nam, ut de me ſileam, ſcitote quia plures devotæ perſonæ in his partibus vos videre deſiderant, quæ circa vos præcipua devotione afficiuntur. In corde autem meo cariſſima memoria veſtri & præſentia eadem perſeverat: unde ſi vobis placet me viſitare, & in partibus noſtris manere, ſumme mihi hoc placebit. Hoc etiam ſciatis, quod Prior Bertoldus dixit Priori Provinciali de vobis & fratre veſtro: qui [eum] acceptavit, & dixit ſibi placere adventum veſtrum, ſi vos contigerit venire. Totum ergo negotium veſtrum de vobis conſtat in veſtra voluntate.

A. PETRO COÆVO EX MS.

& perpetuum ei affectum pollicetur.

B 41 *Neque ſolum* Petrus *hac de re ſcripſerat, ſed & prænominatus Prior* Bertholdus, *cujus hæc invenitur Epiſtola:*

Idem facit Inſul. Bertoldus Prior

Ep. XVIII.

In Virginis filio Chriſto Ieſu dilectę Virgini Chriſtinę Frater Bertoldus, dictus Prior Fratrum Prędicatorum de Inſula, Provinciæ Daciæ, continuum augmentum gratiarum, cum ſalute & Spiritus ſancti conſolatione. Perceptis miris & mirabilibus Dei operibus & diaboli tentationibus, quæ circa vos actitantur, per Fratrem Petrum Lectorem Gothenſem, corde concutior ; & admiror ſuper admirabili divina diſpenſatione, & ex intimo corde particeps eſſe deſidero veſtrę familiaritatis. Ceterum inter cetera quę mihi dictus Frater Petrus de ſtatu veſtro retulit, etiam hoc adjecit, quod libenter videretis quod frater veſter alicubi apud nos religioſe educaretur : quod deſiderium veſtrum etiam cum Fratre Petro prędemorato, quem loco filii adoptavi, paratus ſum adimplere. Unde ſecure eum ad nos, ſecundum conſilium Prioris Mauritii, tranſmittatis. Conſulo etiam, rogo & deſidero, ut cum eo perſonaliter veniatis ; quia apud Sorores Ordinis noſtri in

C regno noſtro, jam vobis de præbenda prævidi ſufficienti. Inibi, Domino concedente, in pace cordis & corporis, ſecundum humanam æſtimationem, poteritis omnibus diebus vitæ veſtræ Domino deſervire ; ſive in habitu quem nunc habetis ; ſive in habitu Sororum, ſecundum quod vobis videbitur expedire. De omnibus ſuprà memoratis mihi cum Priore Mauritio veſtram expreſſam ſcribi faciatis voluntatem.

qui petit ſibi mitti fratrem Chriſtinæ:

quo in Ordinem recepto,

42 *Miſſus eſt autem in Sueciam prædictus juvenis, juxta hoc ad* Chriſtinam *directum Coloniâ mandatum.*

Ep. XXXII.

Chriſtinæ in Stumbele, frater Laurentius Dacus, Coloniæ conſtitutus, ſalutem mentis & corporis. Noveritis per fratrem Mauritium, quondam Colonię ſtudentem, vobis fore demandatum, quod taliter ordinetis, ut cum de Capitulo Viennenſi apud Auſtriam redierit, ad vos reverſus frater veſter, totaliter ſit paratus, ut cum ipſo ad fratrem Petrum in Daciam veniat. Animam fratris Joannis pręteriti generalis Capituli Definitoris, cui caput ſacrum procuraſtis recommendatam habeatis : me etiam veſtris orationibus D recommendo. Salutate Magiſtrum Joannem, Amandum cum uxore & liberis, & ſororem veſtram Hillam cum ceteris quos placet. Valete ſemper.

43 *Receptus porro in Ordinem Prædicatorum* Segwinus *eſt* XX *Auguſti, anno* MCCLXXXII, *ſicut alibi jam dictum eſt: aliquot autem annos in eodem egerat, quando de ipſo* Petrus *ad ſororem invenitur ſcripſiſſe ſequentia:*

Ep. III.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ & dilectiſſimę amicę, Chriſtinę de Stumbele, frater Petrus, Lector fratrum Prędicatorum Gotlandię, vitam quietam, & finem beatum, cum ſalute corporis & animę. Cariſſima, noveritis quia ſanus ſum corpore, more ſolito. Sed & rumores audivi de fratre veſtro, filio meo (quem fratres Gerardum vocant, quia nomen Sigwini apud nos non eſt uſitatum) quia & ipſe bene valet corpore; & quod plus audire delectat, mente ſanus eſt, quia Deo & hominibus dilectus. Nam Fratres noſtri, qui eum nuper viderunt, & cum eo multo tempore ſteterunt, mihi retulerunt, quod ipſe E eſt Fratrum noſtrorum Cellerarius ; & quod in illo officio tam prudenter ſe gerit, quod omnibus Fratribus eſt gratus & acceptus. Dixerunt etiam, quod ad Deum eſt devotus, & ad obſervandum ſtatuta Ordinis valde eſt ſolicitus. Unde, Cariſſima, ſummo affectu debetis Deo regratiari, eo quod veſtrum deſiderium tam benignè adimplevit. Nam nunc vobis audeo & volo veritatem confiteri, quam uſque nunc dicere diſſimulavi. Sciatis ergo, quod omnino contra ſpem meam hoc negotium eſt procuratum: & ſi vos ſciretis, cum quanta deliberatione fratres Laïci ad noſtrum Ordinem recipiuntur, utique pro miraculo vel ſpeciali Dei beneficio reputaretis, quod Frater, inter ignotos, in Ordinem tam faciliter fuit receptus. Deo ergo & ſuę glorioſæ Matri gratiarum actiones referamus, pro eo quod Ordinem Prędicatorum intravit: ſed incomparabiliter plus gaudeamus, quia Deus ei dedit converſationem ſibi gratam, & Fratribus inter quos moratur acceptam. Unde ſuper ſolicitudine de ſtatu ejus cor veſtrum omnino quieſcat; nec de eo, niſi tantum in orationibus veſtris quotidianis, ſolicitetur. F

Petrus de eodem jam Fr. Gerardo,

nuntiat Cellerarium factum,

cum eſſet præter ſpem ſuam receptus:

44 Ceterum Cariſſima, habeo de vobis & de Magiſtro Joanne, amico meo & veſtro, aliqua conqueri. Nam ante annos aliquos promiſiſtis mihi aliqua mittere ſcripta de Dei miraculis, quæ mihi multum deſideranti uſque nunc tranſmittere omiſiſtis. Unde rogo ut hanc negligentiam corrigatis. Quid enim vobis nocet, ſi vobis in Dei beneficiis congratulor, & Deo pro eiſdem regratior? Æſtimo nec vobis de eo præjudicium aliquod generari. Sane, Cariſſima, eſt adhuc aliquid, quod à vobis uſque ad præſens occultavi. Si vos habetis in memoria, ante decem annos, adhuc vivente Domino Joanne Plebano, ſcripſit mihi litteram valde amicabilem, in qua me ad vos viſitandam invitaſtis ; in qua etiam mihi promiſiſtis quod mihi de ſtatu veſtro velletis dicere, quæ nulli alii hominum eſſetis dictura: & litteram hanc adhuc penes me habeo. Sed cum per multos labores ad vos nuper veniſſem, ſpe promiſſionis obtinendæ;

queritur ſibi non mitti mirabilia ejus deſcripta:

A dæ; inveni vos in hac parte nimis tacitam, ſuper quo mirabiliter fui gravatus, licet uſque ad præſens diſſimulavi. Scripſiſtis etiam in littera, quam nuperrime, hoc eſt ante annum, miſiſtis, quod multum deſideraſtis me videre cum Fratre veſtro; quod & ego ſumme deſidero, & eo amplius deſiderarem & celerius ſtuderem adimplere, ſi certus eſſem quod cor veſtrum mihi ſuper ſtatu veſtro velletis aperire, quod uſque nunc nimis fuerat obſeratum. Certus autem ſum, quod per aliquos annos fuiſtis quaſi damnificata, & ego eo minus conſolatus, & Deus minus honorificatus. Poteſt eſſe etiam, quod ad me aliqua guttula divinorum beneficiorum pervenit, & ideo ad vos non declinavit, quia ei per ſilentium veſtrum viam præcluſiſtis.

proponit ipſam reviſere & fratrem ejus,

45 Unde rogo, & paterna auctoritate vobis injungo, quatenus de iis vos emendetis. Nam ſcire vellem, quid vobis nocuit, quando ore ad os Domino Joanni Plebano dixiſtis mihi per eum ſcribenda. Nunc autem nec unum verbum vultis dicere Magiſtro Joanni, quod mihi poſſit ſcripto communicare. Unde tertio in nomine Trinitatis vos rogo, ut hoc corrigatis; & ut rogetis Magiſtrum Joannem, ut promiſſa mihi Dei mirabilia ſcripto quantocius tranſmittat. Ceterum, Cariſſima, de talibus hæc dixiſſe ad præſens ſufficiat. Quamvis autem jam quaſi conquerendo ſcripſerim, noveritis tamen affectum meum ad vos pluribus omnino eſſe ignotum. Unde, Cariſſima, dilectio inter nos mutua, divinitus nobis à Deo inſpirata, æternaliter in vobis & inter nos jugiter perſeveret, & de die in diem augmentetur. De negotio Magiſtri Joannis, & de fratre tuo, nihil certi habeo vobis remandare, quia adhuc de hoc nihil contuli cum Priore Provinciali, quia nec habui occaſionem. Conſulo tamen, ſi eum vult ad noſtrum Ordinem venire, ut eum aliqua arte nobis neceſſaria faciat informari, quia alias vix recipietur. Cariſſima mitto vobis tunicam unam, quam modico tempore portavi, & utinam plura vobis poſſem deſtinare! Cariſſima, ſuper omnia deſidero ut mihi de ſtatu veſtro reſcribatis; & ut ea quæ ſcribere facitis, ore veſtro ſcriptori dicatis. Valete.

B

modo ei ſecreta ſua velit aperire:

C

reſpondet de alio Ordinis candidato.

Deinde Prior Wyſbienſis:

46 *Denique, cum* Petrus *jam eſſet Prior in Wysbi, curavit Conventui ſuo aſſignandum prædictum fratrem, idque ſorori hoc modo ſignificavit:*

Ep. xxi

Cariſſimis ſibi in Chriſto ut amicis ſpecialibus, Domino Plebano, & Magiſtro Ioanni, & ſorori Chriſtinæ de Stumbele, Frater Petrus, Prior Fratrum Prædicatorum Wyſbi, ſincerum caritatis affectum, cum ſalute & Spiritus ſancti conſolatione. Ex intimis præcordiis meis vobis omnibus regratior, pro ſolatiis & beneficiis & Sanctorum Reliquiis, quas mihi contuliſtis. Ceterum quia valde ſum occupatus, ſignifico vobis, quoniam ſanus veni ad Capitulum noſtrum provinciale, ubi procuravi cum Priore noſtro Provinciali, quod frater veſter, Cariſſima Chriſtina, domui & conventui noſtro eſſet aſſignatus: cujus litteram in Capitulo provinciali recepi, in qua ſignificavit mihi, quod bene valeat, & quod de vobis libenter audiret certos rumores: cui etiam de ſtatu veſtro litteram reſcripſi, quem faciam ad domum noſtram ante hiemem adduci. Valete in Domino cariſſimi: cum mihi melius vacaverit, ſcribam vobis verba plura & dulciora. Si prius non habueritis occaſionem, per Definitorem vel ſocium ejus fratrem Nicolaum, quondam ſtudentem Coloniæ, poteritis reſcribere quæ vobis placuerint.

significat illum conventui ſuo aſſignatum.

D

A PETRO COÆVO EX MS.

CAPUT VI.

Reliqua acta & ſcripta inter Chriſtinam & Petrum, uſque ad hujus obitum.

47 *Vidimus* Fr. Petrum *factum* Priorem in Wysbi: (*hoc autem nomine dicitur primarius portus* Gotlandiæ) *quæ cum inſula ſit, merito ſuſpicor*, Priorem Inſulenſem, & Wyſbienſem *eumdem eſſe; adeoque* Fr. Petrum, *& antea ſub annum* 1275, *& iterum intra decennium circiter eumdem Conventum rexiſſe, poſt prænemoratum* Fr. Bertoldum. *Ad hunc autem Prioratum rurſum electus, talem* Chriſtinæ *ſcripſit Epiſtolam.*

Prior factus Petrus, & Chriſtinæ ſcribens,

E

Ep. II.

Cariſſimæ ſibi in Chriſto Chriſtinæ, filiæ ſpirituali & amicæ ſingulari, à ſeculo relictæ, & à Deo in ſpeciale conſortium collectæ, Frater Petrus, dictus Prior Fratrum Prædicatorum, ſalutem, & in præſenti guſtu internæ dulcedinis conſolari, & in futuro æternæ beatitudinis præſentiâ ſatiari. Quoniam appetibile bonum, primum eſt inter moventia motivum, merito qui ad æternam vitam anhelat, ejus dulcedinem quantum poſſibile eſt præguſtare ſatagat; ut ex hoc refectus & hilarior effectus, per quæque devia ſimul & pericula celerius tranſcurrat. Nam guſtus internæ dulcedinis, qui eſt prælibatio æternæ beatitudinis, turbationem miſeriæ præſentis mitigat, labores alleviat, tædia abbreviat, affectiones purificat, deſideria amplificat, cordis præcordia lætificat; interdum etiam (licet parva mora & rara hora) divinis intereſſe condonat. O quam felices nimiumque beati judicandi ſunt, qui ſimul mundo potiuntur & cælo! in carne ambulantes, & non ſecundum carnem militantes; mundo utentes ad obſequium, & cælo inhærentes per deſiderium, & cæleſtibus fruentes ad ſolatium: quibus mundus ſervit cum contentis, cælum arridet cum delectamentis, cœtus infernalis cedit cum tormentis, à quibus caro conteritur cum blandimentis.

expendit fructum guſtus ſpiritualis,

F

48 Quamvis autem hæc magna ſint, & [non niſi] magnis concedantur: unum tamen præ omnibus prædictis eſt neceſſarium, quod Dominus optimam partem fore judicavit; mundo ſcilicet non ſolum uti pro obſequio, ſed habere faſtidio; de vita præſenti non ſolum non gaudere, ſed & ipſam deſiderabilem cunctis, tædio habere; cæleſtia non ſolum ſpeculando contentari, ſed & ea ſupergrediendo in ſolo Domino cælorum delectari. O infelices impii, qui in circuitu ambulant, circa circumferentiam creaturarum occupati, medium virtutis deſerentes, & propter hoc præmium virtutis amittentes! Rideres namque, ſi at-

qui præcipue indulgetur faſtidientibus terrena:

ten-

A tenderes, alium relictâ pudicitiâ, intermi-
A. PETRO nabilem circulum luxuriæ circuire; alium
COÆVO abjecta humilitate, superbiâ inflari alium
EX MS. neglecta parsimoniâ, gulâ delectari. Et quid
hæc autem qui sectantur in circuitu ambulant: hos & horum similes dixerim, nisi in circuitu ambulare? Nam cum bonum æternum & internum sit finis desideriorum, & tamquam centrum eorum; utique in circuitu ambulant, qui extremam residentiam & apparentiam boni pro vero bono amplectuntur. Quis non videat, quod circuitus quilibet vitiosus faciat, ut bonum quod appetit, non apprehendat. Sed quid nobis & hominibus istis? Multum per omnem modum. Primum quidem ut eorum instans & constans laborum, dolorum & sudorum, necnon & timorum in rebus vanis & noxiis perseverantia, nostram [redarguat] pigritiam. Si enim ipsi tam infatigabiles inveniuntur, pro acquirendis mundi rebus morituris & perituris; quæ nobis solicitudo adhibenda esset, ut vitam possimus consequi æternam, quam quidem describere nescio, quia [intelligere] non sufficio; sed vestræ eam relinquo devotioni,
B magis prælibandam quam examinandam.

49 Ceterum, Carissima, scio cor vestrum
dolet de ipsa priàdem nil accepisse: gravatum fuisse hoc anno, quia litteras meas non recepistis, quamvis vobis eas miserim, quæ propter quoddam impedimentum ad me redierunt. Sed ex gravamine cordis vestri, pensate mœstitiam cordis mei; qui post tot labores & sudores, temporis dispendia & vitæ pericula (quæ omnia sperabam me posse alleviare more quondam solito, per dulcem de communi nostro dilecto collocutionem) peccatis meis exigentibus, nec unum verbum de ore vestro audire merui, quod tanti laboris & amoris mercedem computarem. Fateor quod, licet indignus, aliquando audivi verba quidem pauca & brevia, & apud me omnibus laboribus meis dulciora; sed quia nemo suis stipendiis militat unquam, non miremini deinceps, si pauciores litteræ meæ ad vos pervenerint, quod secretum vestrum [mihi revelare], ut æstimo, indignum fore judicastis. Nescio si faciem meam amplius videbitis [in] vita præsenti, quia quartana prægravor vehementi. De transitu vestro ad nos
C heu! extra spem positus sum secundum omnem
promittit mittèdum ad ipsam fratrem. modum; quia guerra maxima in terra nostra fuit hoc anno inter terram ipsam & civitatem. Spero quod frater vester in æstate proxima futura ad vos veniet. Valete, divina vos gratia consoletur. Salutate Dominum Plebanum, Magistrum Joannem, Hillam de Monte, Hillam de Ingindorp, Hillam sororem vestram, Aleydem cæcam, filias Advocati senioris duas, sorores cognatas in Poylheim, cum Fratribus earum, Magistrum Henricum de sanctis Virginibus, & Dominum Engilbertum de sancta Cæcilia, & Christinam de sanctis Virginibus cum sorore sua Gertrude, & Dominum Canonicum majoris ecclesiæ Fratrem Domini Decani, cujus nomen ignoro. Iterum & in æternum valeatis.

50 *Quod ad Fratrem*, in æstate proxima
An. 1285 iturus ad Capitulum Gen. Bononiam, *venturum attinet, nescio an unquam fuerit executioni mandatum: interim contigit* Joannem Vercellensem Ordinis Prædicatorum Magistrum Generalem VI, *excedere è vivis Bononiæ in Italia anno* MCCLXXXIII; *& Capitulum Generale seu Generalissimum* LXIII, *eamdem in urbem pro successoris electione convocari; ad quod in socium Definitoris delectus* Fr. Petrus, *tum Prior, proximum suum adventum præsignificavit amicis in Stumbele, ita scribens:*

Carissimis sibi in Christo, præ cunctis mor- Epist. IV.
talibus dilectis & diligendis, Domino & Magistro Joanni & sorori Christinæ de Stumbele, frater Petrus, aliquando Lector, nunc autem Prior indignus fratrum Prædicatorum in Gotlandia, sinceram in Domino dilectionem cum salute. Quoniam mihi frequenter scripsistis & rogastis, ut occasione habita vos visitarem; Dilectioni vestræ significo, quoniam à Definitoribus Capituli Provincialis datus fui socius Priori nostro Provinciali ad Capitulum Generale. Unde, si Domino Deo placuerit, hac æstate circa festum S. Joannis Baptistæ, vos videbo. Unde rogo Dilectio- *adfuturum se nuntiat in Stumbele circa 24 Junii:*
nem vestram quantum possum, ut cum venero de statu vestro me certificetis; advertentes, quod non ex joco neque ex levitate, tot terrarum spatia, tot marium pericula, [sed] propter desiderium videndi vos, & vobiscum conferendi, propono pertransire. Sin autem E
hac gratia me indignum judicatis, sicut & ego judico, id ipsum mihi aperte dicatis. Peto tamen magis, ut Deum pro me & vobis deprecemini, ut Deus mihi conferre dignetur dignitatem, & vobis inspiret caritatem; ut ego divina devote possim audire, & vos eadem referre, gratiâ ædificationis, non solum mei, sed quod plus in infinitum ponderat, divinæ causâ glorificationis. Valeatis. Scire enim vos volo, quod ab homine nihil possum propter importunitatem impetrare, propter quamdam verecundiam naturalem; sicut & vos Christina, filia Carissima, ut puto ex verbis meis conjicere potuistis, si advertistis. Ceterum, Carissima Christina, *miratur nil sibi inde scribi;*
multum fueram gravatus in corde meo, quod post quam à vobis nuperrime recessi, quasi nulla mihi de statu vestro significastis: sed quod mihi innotuit, ex parte Magistri Joannis mihi est relatum: recordor tamen quod aliud mihi promisistis in nostra separatione. Frater Sigwinus, vester frater, bene & optime valet, gratus Deo & hominibus: unde omnes expensæ Fratrum sui conventus F
per manum ejus transeunt, creditæ ejus dispensationi: cui scripsi ante Capitulum nostrum Provinciale, ut mihi de suo statu significaret; & remandavit mihi, quod sibi stare in conventu in quo nunc est optime placeret. Forte quando venero ad vos, mo- *petit in adventum suum parata haberi mirabilia Christinæ.*
ram mihi contrahere non licebit: ideo rogo vos ambos, ut mirabilia Dei quæ mihi per plures litteras promisistis, cum venero in promptu habeatis. Recommendo vos gratiæ Dei. Sanus sum competenter. Salutate Dominum Henricum Plebanum vestrum, & G. sororem ejus, Hillam sororem vestram, & Hillam de Monte, & Hillam de Ingendorp, Aleydem cæcam, & Ingilradem & aliam Aleydem, sed & totum collegium Beginarum vestrarum: non enim tradidi oblivioni honestatem quam mihi & fratri Folquino exhibuerunt. Valete in Domino dilectissimi. Deus ostendat mihi faciem vestram cito cum consolatione. Capita Virginum, de quibus mihi scripsistis, mihi conservate.

51 *Hæc*

A *iterumque Lovanio:*

51 *Hæc* Petrus, *qui deinde ſe viæ committens, iter ſic inſtituiſſe videtur, ut navigio ex Suecia Lubecam venerit, inde pedibus vel curru Hamburgum; ubi rurſum conſcenderit navim, quæ Antverpiam ipſum veheret; unde porro terreſtre iter per Germaniam teneret uſque in Italiam. Certe Lovanio, quæ urbs ſolum octo leucis Antverpiâ diſtat, & Coloniam uſque commodum iter præſtat, ſcripſit* 1 *Julii.*

Ep. xi.

Cariſſimis ſibi in Chriſto, Domino & Magiſtro Joanni & ſorori Chriſtinæ de Stumbele, frater Petrus, dictus Prior fratrum Prædicatorum de Gotlandia, ſinceræ dilectionis affectum cum ſalute. Quamvis amor improbus omnia vincit, non tamen omnia ſine labore & dolore peragit: quod in præſenti in meipſo cogor experiri. Nam longa peregrinatione, & non minus periculoſa quam tædioſa, ob amorem veſtri aſſumpta, multiplicem laborem; ſed & non modicum dolorem corporis in diverſis membris ſum expertus: & hoc utique gaudenter & libenter porto & portavi, dummodo hoc ſcirem ad veſtram conſolationem provenire. Sed quamvis

idem nuntiat.

B veſtræ conſolationi pro viribus cupiam intendere, ſcio me tamen plus vobis conſolatione indigere. Unde rogo vos propter Deum, ut, ea quæ pertinent ad divinam conſolationem mihi, licet indigno, velitis ſine importunis precibus communicare, quia numquam per importunitatem rem aliquam ab homine impetravi. Reduco etiam vobis ad memoriam, quia vos, Domine Joannes, duos ſexternos de Dei mirabilibus; & vos, Cariſſima, Reliquias Sanctorum mihi promiſiſtis. Spero in Domino, licet claudicem ſiniſtro pede graviter, quod vos in ſequenti ſeptimana videbo: & utinam ſic valentes ut deſidero. Valete. Salutate omnes amicos meos, & ſpecialiter Hillam de monte cum reliquis Beginis. Scripta apud Lovanium, in Octava B. Joannis Baptiſtæ.

Quo ſi venit, viderit librum 4, *& eum ibi reliquerit in reditum.*

C

52 *Succeſſeritne* Petro, *ut ſperabat*, Chriſtinam *ſuam tunc viſitare, non habeo unde definiam; nullum ſiquidem adventus ejus veſtigium pro hac vice uſpiam reperitur: ſed neque ulla memoria reditus, per Colonienſem viam inſtituti. Solum obſervo, quod mirabilia libri quarti, quæ tam ſolicite ſcribi ſibique præparari juſſerat, deſinant cum Octobri anni* MCCLXXXVI. *Si tamen Lovanio venit in Stumbelen* Petrus *ut propoſuerat; vix dubito quin viderit ibidem jam ſcripta; iiſque gravari nolens in Italico itinere, ea juſſerit uſque in reditum ſervari; rediens autem impeditus fuerit in propoſito* Chriſtinam *reviſendi; itaque tractatus iſte remanſerit in Stumbele, & quidem imperfectus, ſive ob mortem* Magiſtri Joannis, *eum ex ore Virginis ſoliti pertexere; ſive quod* Petrus, *alia quacumque via reverſus in Sueciam, ibidem cito vivendi finem fecerit, ipſi* Chriſtinæ (*contra quam optaverat num.* 7) *præmortuus. Interim vel poſt hunc reditum, vel potius antea, priuſquam Wysbienſis Prior crearetur, adhuc Lector, ſcripſerat hanc, quæ nobis ultima ſupereſt referenda ſub ejus nomine:*

Epiſt. xxiv.

53 In Jeſu Chriſto æterno amore, interno dulcore, utriuſque hominis convenientiſſimo decore, virginitatis flore, Cariſſimæ Chriſtinæ de Stumbele, filiæ & amicæ ſuæ, Frater Petrus, Lector Prædicatorum de Gotlandia, ſuo ſolatio à Deo ſpecialiter accommodatus; intimam cordis dilectionem, de

D A. PETRO COÆVO EXMS.

fonte Dominici cordis illibato, non ſolum abundanter haurire, ſed & pie & dulciter deguſtare. Cariſſima, in te ſola & per te didici, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus: quia qui in natura conjunxit corpus de limo terræ formatum, & ſpiritum rationalem ad Dei imaginem ſublimatum; ipſe etiam nos, diſtantes loco, diſpares merito, & diſſimiles quotidiano exercitio, in unum fœdus amicitiæ adunavit. O dulciſſima mea! quantum dolorem & mœrorem cordi meo generet locorum à te tanta diſtantia, dicere non poſſum; & puto quod non oportet, quia puto vos in eòdem libro experientiæ eadem legere, quæ ego jam annis plurimis legi & relegi; ſed credo me numquam poſſe perlegere, quamdiu in hoc corpuſculo peregrinor; & hanc vobis eſſe lectionem quotidianam non dubito, quia ſcio vos mecum animam unam & cor unum habere in Domino. Quæ autem fuerit ratio, quare Dominus tantum diſtantes, tam diſpares, & tam diſſimiles voluerit in unum caritatis vinculum

Dolet Petrus ſe ab ea tam procul ſeparari

quam adeo diligit:

E colligare ignorans; hoc ſolum pro certo aſſero, quod nulli rei viſibili cor meum tantum aſſociavit ſecundum ſe, & univit in ſe, ſicut cordi veſtro. Nam ſi carnaliter diligentium & carnalia exercentium efficitur cor unum & caro una; multo fortius & congruentius Deum diligentium, & ſcinvicem in Deo perfruentium, efficitur in Domino cor unum & anima. Hanc igitur unionem expertus cum nullo melius quam vobiſcum, ſic dolentem ut ridentem, ſic pauperem ut divitem, & è converſo; & ut breviter dicam, in quamcumque vertaris formam, qualemcumque patiaris ignominiam, meam tamen eſſe cognoſco filiam, & dulciſſimam amicam: quam utique mihi pretioſiorem reddit pœna, glorioſiorem ignominia, ejuſdem gratiæ repræſentat contraria fortuna. O Amantiſſima mea! ô cordis mei intima medulla; rogo te, oculos attollamus & cor erigamus ad Deum, in quo omnia ſunt unum: & ex eo, & in eo nos inveniemus, in quantum unum ſumus, qui in nobis in plurima dividimur. O Cariſſima! utinam te ore ad os alloqui poſſem, & tecum etiam corporali præſentia commorari!

ſed in Deo, ad quem monet erigere intentionem.

F & hoc utique præeligerem omni cognatorum & amicorum, inter quos habito, conſolationi: quod & rogo quotidie Deum ut hoc faciat ante meam mortem, quacumque data occaſione. Sanus ſum pater tuus, cariſſima filia; & intime doleo, quia de ſtatu tuo nihil nuper intellexi.

Fr. Volquinus

54 *Neſcio quo deinde anno obierit* Fr. Petrus: *ſolum à* Fr. Folquino *ſic ad* Chriſtinam *ſcriptum invenio:*

Epiſt. xxxi.

Religioſæ ac devotæ, ſibi in Dei Filio cariſſimæ ſorori, Chriſtinæ in Stumbele, Frater Folquinus, Ordinis Fratrum Prædicatorum infimus de Gotlandia, orationes, utinam tam devotas quam continuas, cum ſalute. Quod raro ſcribo vobis & ſcripſeram; nec pigritiæ meæ nec voluntati eſt imputandum: ſed quia diſtractus multum fueram; & impeditus propter diverſos diſcurſus, ſpeciale frequenter habueram impedimentum. Nunc autem ſignifico vobis, cum dolore & lacrymis, quod ille reverendus Pater noſter, Frater Petrus quondam

Chriſtinæ ſignificat mortem Petri;

A Prior & Lector domus noſtræ, in Quadra-
A. PETRO COÆVO EX MS. geſima migravit ad Dominum; cujus animam veſtris ſanctis orationibus attentius recommendo; rogans intime, quatenus ejuſdem animam, non ſolum Sororum, quæ apud vos commorantur; ſed etiam in Colonia, quarum notitiam habuit, orationibus affectuoſius recommendetis. Rogo inſuper, ut animas Fratrum meorum carnalium, videlicet Fratris Werneri qui obiit in Flandria, & Fratris Joannis Lectoris qui mortuus eſt in Revalia, Fratrum Ordinis Prædicatorum; me etiam, quamvis indignum; & Fratrem meum Fratrem Albertum, Lectorem Wisbyorum, qui adhuc vivimus, Domino donante ſedulo in veſtris orationibus [commendatos] habeatis. Regratior autem vobis, ſicut dignum eſt, pro omni ſolatio quod mihi ſæpius exhibuiſtis & feciſtis, cujus non ſum immemor. Rogo ex intimo corde, ut me, licet peccatorem & indi-
promittit adventum fratris. gnum loco Fratris Petri, felicis memoriæ, familiarem habere velitis. Frater Sigwinus bene valet, & ſi vixerit in brevi ad vos
B veniet. Saluto Hillam de Monte, ſororem veſtram, Engilradem filiam Advocati, & alias Beginas filias meas, quarum nomina ſcripta ſunt in libro Vitæ, quibus regratior ex corde. Scripta ſequenti die poſt Nativitatem beatæ Virginis. Plura ad præſens non occurrunt. Rogo ut mihi aliqua de ſtatu veſtro ſcribatis.

CAPUT VII.

De obitu, miraculis, & tranſlationibus Chriſtinæ.

55 *Vitæ inferius dandæ Scriptor, narratis iis quæ geſta legimus lib.* 4 *ſpectantia ad annum* MCCLXXXVI *uſque ad finem Junii; ſubjungit*
Ab an. 1288 tentationibus libera annis 24, *paucula ſpectantia ad prælium Woringanum, pugnatum* V *Junii, anno* MCCLXXXVIII, *& addit,* Poſt conflictum in Worinck, omnis perſecutio diaboli ceſſavit omnino. *Vixit tamen* Chriſtina, *tentationum omnium victrix, ad annos ut minimum adhuc* XXIV, *per quos quin externis nonnullis mirabilibus claruerit, internis pluribus*
C *coram Deo fulſerit, dubium quidem eſſe non poteſt; defuit tamen qui illa deſcriberet, vel ab ipſamet deſcribi juberet. Hinc factum, ut de ea uſque ad*
obiit 6 Nov. anno, non 1313. *diem obitus, aliud nihil ſciatur, quam quod juxta Vitam præcitatam anno* MCCCXIII in nocte S. Leonardi Confeſſoris, *id eſt* VI *Novembris,* Sponſa Chriſti Chriſtina, ſeptuagenaria migravit. *Sed vereor ne in nota anni abundet unitas, nam in Juliacenſi Ms. membraneo Actorum ſub nomine Fr. Petri deſcriptorum, poſt finem libri primi (nobis ſexti) & ante initium ſecundi, eâdem manu ſcriptum invenio, ſicut forte in vacua ibidem autographi pagina inventum fuerat, compendium Vitæ, cum anno ac die mortis, in hæc verba.*

46 Dilecta Deo & hominibus, Virgo Chri-
ſed 1312: ſti Chriſtina .... decimo ætatis ſuæ anno, dedit fidem caſtitatis Sponſo ſuo Jeſu Chriſto, cui in variis & continuis tentationibus, vexationibus, machinationibus, plagis, & tormentationibus malignorum ſpirituum, devotâ vitâ & invictâ conſtantiâ, ſervivit indefeſſa, uſque ad annum Domini milleſimum ccc duodecimum, VIII Nonis (*imo* Idus) Novembris, quæ fuit dies B. Leonardi Abbatis; qua etiam die Lunæ, in crepuſculo noctis, in D primo galli cantu, ab hac luce tranſivit, felici commercio commutata in æternam: cujus vitam & glorioſos triumphos in hoc libro ſtu-
deſponſa Chriſto decennis, dioſus lector inveniet, & reperiet multa mirabilia, in hac præſenti vita per D. N. Jeſum Chriſtum peracta. *Et infra, poſt narratum, quod mox ſubjungam miraculum ſanati Comitis, ſubjungit:* Et notandum, quod dicta Deo & hominibus dilecta Chriſtina fuit decem annorum anno .... deſponſationis ſuæ, & ſupervixit in multis mirabilibus, in hoc volumine contentis, uſque annum Domini MCCC duodecimum. *Hoc autem habente litteram Dominicalem* A; *præciſe convenit* dies lunæ *cum* V Novembris, *feſto S. Leonardi: qui concurſus non invenitur anno ſequenti* MCCCXIII, *ſed pro die Lunæ, feria* III. *Cum iſtis vero* *& nata* 1242. *conſentit Necrologium Canonicorum Juliacenſium, ubi ad eumdem* V *Novembris legendum præſcribitur*: Obiit MCCCXII Sponſa Chriſtina de Stomble, cujus vita & mors apud nos in magno volumine deſcripta ſunt. *Tunc autem ſi illa* ſeptuagenaria *fuit, conſequens eſt in hanc* E *lucem veniſſe anno* MCCXLII, *ut mirum ſit, quomodo in præcitato Compendio, locis per puncta .... ſignatis bis legatur quod* anno Domini MCCLXXIX (*numero ſemel ad longum ſcripto*) *fuerit* Decennis: *ſed hoc fecit male lecta parentheſis num.* 3 *ut ſuo loco patebit.*

57 Poſt mortem ejus, *inquit præſcripti Com-* *Miraculis clara poſt mortem.* *pendii Auctor, cœptam narrationem proſequens,* multis claruit & adhuc claret omni tempore miraculis: inter quæ unum pono magnæ & inæſtimabilis memoriæ dignum. Comes Theodoricus Clivenſis (*fuit hic ejus nominis decimus, & Fratri Ottoni abſque heredibus defuncto ſucceſſerat anno* MCCCXI, *obiit vero* MCCCXXIV) adeo contractus membris & viribus corporalibus deſtitutus, quod nullas manus ad aliquid faciendum, neque pedes ad ambulandum habuerit adjutrices; auditâ famâ miraculorum Chriſtinæ, adhuc in humili loco jacentis in villa Stumbele nativitatis ſuæ, *ſanat à paralyſi Comitem Cliviæ,* in geſtorio ſeu curru fuit ad ſepulcrum Sponſæ Chriſti adductus: & votis ſuis redditis F atque peractis, auditum fuit à multis ibi præſentibus, quod membra ejus communiter inſurgendo ſonabant, ac ſiquis ſarmenta arida & ſicca manu aut pedibus confringeret: & abſque adminiculo ſuorum equum ſcandit, & cum magno gaudio ad propria remeavit; gratias agens omnipotenti Deo, qui ad invocationem famulæ ſuæ Chriſtinæ, ſibi membra ſua ſana reſtituit univerſa.

58 *Alia plura miracula haud dubie antea* *qui ex oſſiculo ejus ſtellantem liquorem biberat.* *ſcripta fuerant, & quidem in forma authentica, quando, ut ab eccleſia canonizaretur,* fuit ſupplicatum Domino Papæ (*ut in fine Vitæ ſequentis dicitur*) *puta Joanni* XXII, *qui ab anno* MCCCXVI *ad* XXXIV *Eccleſiam rexit. Hanc enim ſupplicationem priorem iſto miraculo fuiſſe ſuadet ſtudium comitis, ad ſacra ejus oſſa ex humili illo loco requirenda, atque in honoratiorem tumbam transferenda. Studii iſtius merces fuerit ſanitas, tam miraculoſe recepta, cujus obtinendæ fiduciam dederat miraculum alterum, extremo articulo Vitæ inſertum, velut in ipſa oſſium virgineorum tranſpoſitione factum, hoc modo.*

Comes Clivenſis, qui hanc dilexit,
Ad ejus tumbam curru ſe vexit,

Vo-

A Volens ſacra exhumare
Oſſa & digne locare.
Os ejus digiti minutum,
Et manu Comitis involutum,
Statim cœpit extillare.
Comes jubet apportare
Vas argenteum, quo liquorem
ſuſcepit, hujus ob amorem.
De quo ſtatim dum potavit,
Paralyſin ultra non pavit.
Currum liquit; equum ſcandit:
Chriſti virtus ſeſe pandit,
Ob honorem ſuæ Caræ:
Quem dignetur exorare
Pro nobis in æternum. Amen.

59 *Si ad prædictam Tranſpoſitionem (neque enim Elevationem dixerim; cum neque tunc, neque diu poſtea ſupra eccleſiæ pavimentum eminuerit arca) ſi, inquam ad oſſium Tranſpoſitionem prædictam, non fuit à Pontifice, in Gallia tunc reſidente, poſtulata facultas; requiſitus certe & obtentus cenſeri debet conſenſus Colonienſis Archiepiſcopi, Henrici Vanden Berge, ab anno* MCCCVI
B *ad* XXXI *Eccleſiæ iſti præſidentis. Eodem annuente, fundatum etiam à prædicto Comite eſt in gratiarum actionem pro recepta ſanitate, duplex Collegium Canonicorum, de quo ſic porro loquitur Auctor compendii.* Et hoc miraculum fuit cauſa efficiens duorum Collegiorum ſeculariorum fundatorum; unius videlicet in villa Stumbele, poſtea ad locum noſtrum Nydec tranſlati; alterius vero per dictum Comitem in oppido ſuo principali Clivenſi: quæ per Dei gratiam adhuc permanent, & in æternum permanebunt, cum felicibus incrementis miraculorum ipſius Virginis Deo dilectæ, præſtante gratia D. N. Jeſu Chriſti, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus.

& Oſſa ejus relevarat,

atque Collegia Canonicorum fundavit in Stumbele,

& Clivis,

60 *Eſt* Nidecha *Eyffliæ oppidulum, antiqua Comitum Juliacenſium ſedes, ad Ruram fluvium, inter Tolpiacum & Marcodurum, ſex circiter leucis diſſitum Stumbelä; unde quandonam illuc tranſlatum Collegium ſit,* Chriſtianus Hamerſers Nideggenſis, Notarius Apoſtolicæ & Cæſareæ Majeſtatis, ex antiquo *quopiam inſtrumento*, inſcripſit *membraneo Codici nunc Juliacenſi, poſt præmiſſam Epitomen; idque charactere multo recentiori* anno MDLXXVIII, VI Martii. *Inſcriptio hæc eſt.* Fit autem prædicti Collegii I. B. (*lego* Joannis Baptiſtæ, *donec aliud docear*) Tranſlatio, anno Domini MCCCXLII, in die BB. Philippi & Jacobi Apoſtolorum, die ſereniſſimo, *Archiepiſcopatum Colonienſem tenente Walramo Juliacenſi, Juliacenſem vero Comitatum poſſidente Wilhelmo illius ex fratre Gebhardo nepote (nam Theodoricus præfatus moriens anno* MCCXXV *liberos mares nullos reliquerat) quem anno* MCCCLVI *Carolus IV Imperator Marchionem dixit. Eorumdem nutu curatam quin & præſentiâ honeſtatam Tranſlationem corporis* B. Chriſtinæ, *veroſimile eſt. Per hanc tamen ipſum corpus non eſt altius elevatum; unde ſub finem Vitæ legitur:* Hujus ſacrum corpus quieſcit in tumba, humatum in eccleſia Canonicorum in Nydeche in terra Juliacenſi: nondum enim eſt à terra elevatum, nec ipſa beata Virgo ab eccleſia canonizata, quamquam fuerit Domino Papæ ut hoc fieret ſupplicatum.

iſtud Nideckam transfertur an. 1342

una cum corpore Beatæ;

61 Secunda tranſlatio *Collegii Canonicalis*, de Nydegen verſus Juliacum, *ut ſcribit præcitatus Notarius (diſtant autem ea loca ab invicem,*

ad eamdem dexteram Ruræ ripam, horarum non multo plus quaternarum itinere) fit anno Domi- D
ni MDLXIX ipſo die Remigii; manentibus Re- A. PETRO
liquiis in Nydegen, per Dei gratiam cui laus COÆVO
eſt in ſempiterna ſecula, Amen. *Erat tunc* EX MS.
Colonienſis Archiepiſcopus Salentinus Iſemburgicus, ante ſeſquiannum electus; Willelmus vero Dux Geldriæ, per patrem Joannem, Juliaci ac Montium; per matrem Mariam, etiam Cliviæ Dominus; magni vir animi vaſtioriſque ſpei, qua nihil minus quam imperium totius Hollandiæ, Friſiæ ac diœceſis Ultrajectinæ Trans & Cis. Iſalanæ complexus, duris & frequentibus bellis ac difficultatibus cum Carolo V, Belgii Principe & Hiſpaniæ Rege tandemque etiam Imperatore, ſeſe implicuit. Illi transferendi Collegii Nidecham *cauſa alia non fuit, quam quod* Juliacum anno MCCCXCVIII) *ut ſcribit in Annalibus Juliæ, Cliviæ, &c. Wernherus Teſſchenmacher)* à Brabantinis depredatum, ſic ut ipſum jam Juliaci quærendum eſſet, novis ædificiis, & propugnaculis imprimis arce munitiſſima & pulcherrima inſtauratum, *Imperii ſui ſedem elegiſſet Joannes, coactus Geldriæ Ducatu cedere, ſeque intra avitas ditiones continere.* E

tum Iuliacum an. 1569 *ſed abſque corpore;*

62 *Erat, Teſſchenmachero teſte,* templum vetuſtum *Juliaci, Deiparæ ſacrum, quod ea occaſione inſigniter quoque inſtauratum exornatumque fuiſſe minime dubium ſit; quanto autem poſt tempore tranſlatum etiam* Nidechâ *ſit corpus* B. Chriſtinæ, *non reperio. Veroſimile eſt, quod ea Tranſlatio facta ſit, non ſine aliquo honoris incremento, hæreticis per Colonienſem diœceſim impune graſſantibus, & minora oppida præſertim inficientibus, licet ſub male auſpicato Archiepiſcopo Gebhardo Truchſeſio, tandem palam Lutheraniſmum profeſſo, ideoque exauctorato; circa annum* MDLXXXIII; *permiſſus ejuſdem Gregorii XIII, qui illum exauctoravit; & favente Erneſto Bavaro, qui in turpis apoſtatæ locum ſucceſſit. Tunc ſcilicet corpus Chriſtinæ, in nova illa ſede obtinuit locum, eum quem nunc occupat, inſertum cancellis, chorum ab anteriori eccleſia ſecernentibus: qui cancelli, una cum ipſo Beatæ mauſolæo, ex ferro eleganter fabricati, complectuntur arcam ſacri corporis, ſic diſpoſitam ut ejus unum caput populum, alterum reſpiciat altare. Arca autem verſo folio mox repræſentanda lapidea eſt, & operculo ligneo tegitur. Sub hoc occurrit crates ferrea, tum operculum vitreum, ac denique ciſtula, humani corporis longitudinem æquans, holoſerico rubro obducta, & intra hanc ſacra Virginis oſſa, cum cranio, ſicut infra dicetur; coronato. Quæ ſupra tumbam elevatur ferreis haſtilibus inſiſtens arca, continet veſtes Beatæ; & quatuor figuris, una in quoque latere, inſignitur. Prima ad caput arcæ, reſpiciens populum, ipſam* Chriſtinam *repræſentat: huic ex altera capite verſus altare, reſpondet ſimilis ejuſdem* Chriſtinæ *imago. Ex latere dextro* S. Joannes Evangeliſta *conſpicitur, Eccleſiæ Nidekenſis Patronus; ex altero ſtat* S. Martinus *pedes, chlamydem cum paupere dividens. Totius operis, cancellorum videlicet tumulique ſacrum corpus continentis, & ſublimius elevatæ arcæ veſtes ſervantis rudem delineationem accepi; talem tamen, ut facile fuerit alteri peritiori ad Perſpectivæ regulas rem totam ordinare, ſic ut ex latere uno tota moles videatur, cujus caput unum populo ſeſe offert; alterum, ubi pendet lampas, altare reſpicit; ex omni autem latere conſpicitur in ipſo quaſi tecto Beata.* F

quod deinque eodem videtur allatum

ſub Gregorio XIII.

ſtatque nunc intra elegans mauſolæum



vetus effigies cum miraculis,

C 63 *Habetur ibidem pervetuſta* B. Chriſtinæ *effigies circumdata minoribus hiſtoriis, præcipua ejus mirabilia repræſentantibus, pariter digna quæ æri inſculperetur; quamquam id jam olim factum fuiſſe, intelligere mihi videar ex litteris P. Jacobi Kritzradt, anno* 1639 *promittentis Bollando noſtro exemplar, quale noverat apud Carthuſianos Colonienſes haberi. Sed hactenus optantibus non ſucceſſit invenire pictorem tali operi apte exprimendo idoneum, qui Juliacum ex alia cauſa ſe tranferens manum ſuam nobis commodaret. Extat quidem Germanicum compendium Actorum, cui titulus* lilium inter ſpinas, *Auctore D. Gaſparo Petro Lullo, Doctore, Commiſſario & Plebano Juliacenſi, editum Coloniæ anno* 1689, *cui præfigitur iconcula cum octo circumeuntibus ſcutulis mira quædam repræſentantibus, ſed abſque ulla ſpecie vetuſtatis, quam ſolam hic æſtimamus.*

& calvaria corollâ prodigiosâ cingitur,

64 Caput Virginis ſeorſim habetur in honore ac reverenter oſtenditur, in cujus calvaria, non ſine admiratione intuentium, conſpicitur viridis quaſi linea ſeu corolla, digiti unius latitudinem ſua altitudine adæquans, ſenſimque ulterius à ſincipite tendens ad occiput, & tunc (*anno ſcilicet* MDCLXXXV) aures ipſas prope attingens, ac ſeſe imperceptibili progreſſu explicans: qua videtur Deus coronare velle Virginis illius illibatam caſtimoniam, patientiamque invictam. *Ita mihi prælaudatus P. Steinfunder qui cum deinde anno* MDCXCII *Eſſendienſis Superior, veniſſet in Brabantiam, Ruremondâ rediturus ad ſuam Reſidentiam, pro ſuo erga B. Chriſtinam affectu deflexit ad Juliacenſem ſuam priorem domum.* Tum vero rurſum F facultas eſt præbita, in reſerato ejus causâ ſepulcro intuendi ſacra oſſa ſuo ordine diſpoſita, ac manibus contrectandi denuo ſanctam calvariam atque oſculo venerandi, ſimulque conſiderandi, *ut ait*, virgineum circum caput ſertum, etiam nunc creſcere non deſinens, rubicundis quibuſdam guttulis interſperſum, quaſi circatricibus ſpinarum olim altius infixarum, quod antea, *inquit*, cum alias de hoc argumento ſcriberem, indicaſſe non memini.

non ſine cruentis ſpinarum veſtigiis.

cujus corollæ etiam meminit ſcriptor Vitæ Germanicæ

65 *Eidem admirabili coronæ magis publicum teſtimonium perhibuit prælaudatus* Doctor Lullus *in libello prædicto in ſua ad Decanum & Capitulum Juliacenſe Præfatione.* Admirationem, *inquit*, in primis meretur, ſertum illud pulcherrimum, viridique colore variegatum, quod circum calvariam ejus emerſit, evidens indicium ejus coronæ, qua ipſam in cælis ornavit Sponſus ſuus, cujus poſt eum Crucem tam conſtanter portavit, adverſus hoſtes infernales dimicans. *Aliud nihil eſt quod ex libello in rem noſtram poſſimus derivare; niſi quod mira-*

A *mirabilium* Christinæ *testem adhuc viventem appellet, ultimo Capite, uxorem Prætoris Juliacensis,*

necnon debilis sanatæ an. 1658. D. Elisabetham Heistermans, quæ cum longo tempore usu pedum privata fuisset, deferri se fecit ad tumulum Christinæ, &, sicut anno MDCLVIII rite deposuit, post orationes ibi fusas & munus oblatum, ita subito corroboratam se sensit, ut suis ipsa pedibus, absque baculo, absque duce, domum valens reverterit.

Accedit publicum instrumentum, 66 *Denique accepi publicum instrumentum de miraculosis gratiis, simili devotione obtentis à* Christina *in hunc modum*: Nos Vice-satrapa & Scabini Principalis Civitatis & summi Judicii Iuliacensis, hisce publice notum testatumque facimus, quod, postquam hujus Collegiatæ Parochialis Ecclesiæ B. M. Virginis pro tempore Decanus D. Godefridus Weisweiler nobis significavit, quomodo ab aliquot annis in dicta Parochiali Ecclesia, apud sepulcrum B. Virginis Christinæ Stommelensis (cujus corpus in eodem asservatur) nonnulla miracula patrata fuerint, & signanter circa quemdam puerum triennem, Melchiorem Starck dictum, & natum parentibus Vito Starck & Elisabetha Mobertz conjugibus; qui quidem puer utrisque manibus & pedibus claudus & contractus adeo fuit, ut propterea in ejus ma-

de puero manibus pedibusque contracto

B

& sub. an. 1690 sanato, nibus quatuor fossiculæ ab unguibus impressæ videri potuerint; & ante duos annos patrocinio B. Christinæ totaliter sanitati fuerit restitutus; rogans testes desuper præsentes examinari, & examinis hujusmodi fidem publicam dari. Citari fecimus imprimis pueruli matrem Elisabetham Mobertz, Christinam Bester, & Mariam Schnabell; quæ juratò deposuerunt, illa omnia modo prædicto contigisse, sanitatemque post Deum soli patrocinio B. Christinæ adscribi posse; adjicientes, nisi viri castra secuti in campis nunc existerent, ejus rei plures testes posse adduci.

item de paralytica, 67 Comparuit insuper Catharina Reinharts, ætatis suæ quinquagesimum annum excedens, hujus civitatis incola; quæ pariformiter fatebatur, se ante quinquennium circiter ultra medium annum omnibus membris rigidam adeo; eorumque usu destitutam fuisse, ut sine aliorum adminiculo nec sese erigere aut de latere in latus movere posset; postquam vero facto voto de cerea statua B. Christinæ offerenda (quod & præstitit) ad ejus patrocinium devote perseveranterque recurrisset; paulatim melius habuisse, ac tandem ex integro sanatam fuisse. Id quod meritis B. Christinæ se assecutam, juramento confirmare parata fuit. Idemque prædicta Maria Schnabell & Elisabetha Lenarts ita factum esse, juratò testatæ sunt.

C Cum vero coram nobis Vice-satrapa & Scabinis omnia prædicto modo dicta & confirmata fuerunt; hinc est, quod præsens testimonium sub impresso judicii & Scabinorum secreto sigillo, & secretariatus administratoris propria manus subscriptione, prædicto D. Decano dederimus. Datum Iuliaci quinta Augusti, anno millesimo, sexcentesimo, nonagesimo secundo. Et erat impressum sigillum in cera viridi, cum inscriptione: Secretum Scabinorum Iuliacensium. Et infra: I. Speurhart administrator secretariatus.

prout testatæ sunt an. 1692.

D

A. PETRO COÆVO EX MS.

LIBER VI.

De virtutibus Christinæ, panegyricus potius quam historicus.

Auctore Fr. Petro præfato.

ARGUMENTUM OPERIS,

prolixiori prosâ mox explicandum.

CUjus amo mores, virtutum colligo flores,
Sub tectis verbis, ut sit detractor inermis.
Vota, preces, patres, & amicos ac inimicos,
Ætatem, famam, personam, conditionem,
Actus, delicias, specialia donaque, pœnas,
Virtutes, meritum, vitam, solatia, statum,
Perversos versos, conversos sæpe reversos,
Defectus, simul affectus monstrando, refe- E
ctus;
Virtutum tinâ, tu, vinaque mella propina;
Affectu plena Christi, re, nomine, pœna;
Corpore stigmata, cordeque Chrismata fers
quia vere
Devotam vitam, Patres, Patriamque tueris:
Officiis, otiis, Mariaque Martha videris.
Conformis status, ætas juvenilis, & æqua
Conditio, gratus sermo, solatia vera,
Secretum mirum, cum tormentis medicina,
Devotos sequeris sic, deliciisque noceris.
Te (licet ignotis cupiunt, quam credere notis)
Unio, fassio, conversatio, sumptio, ditant;
Unio consummat, confessio purgat, & ornat
Conversatio, sed communio lætitiam dat.
Gaudet & auscultat, miratur, plorat & optat.
Deliciæ natum, prælatum carne beatum
Verbum, spiratum, tractum, dat corque gravatum,
Mos, os, cor, cultus, cibus & gradus, actio, F
vultus.
Iejunat, vigilat, patitur, pugnatque, triumphat.
Ornat naturam virtus, naturaque curam
Istis ostendit propriam quas gloria pendit.
Raptus, odor, placor, ardor, amor, livor,
& cruor, angor;
Eructat, jubilat, subridet, deficit, orat;
Istis naturâ gaudens superat sua jura
Hic, ultra votum præbet quia gratia totum,
Virginitas, feritas, hostis sibi sæva, cruentas
Injuriâ plenas infert sine crimine pœnas,
Vulnera; verbera, spolia, famina falsa, metusque;
Omnia, singula membra, foris velut intus, adurit;
Pœnas commutat, nova semper bella ministrat;
Notos, ignotos, inimicos turbat, amicos:
Vertitur aspiciens, convertitur inspiciens; sed
Despiciens tegitur, sed respiciens simulatur.

A Glorior, afficior, fœcundor, firmor, & hortor;
A. PETRO Audivi, ſenſi, conjeci, quæ modo prompſi:
COÆVO Hac ſpe dulcoris ſcripſi, vi tractus amoris.
EX MS.

EXPLICATIO PROLIXIOR.

Cujus vita, eſt religio morum, æmulatio devotorum, ſpeculum imitatorum, miraculum inſpectorum, increpatio tepidorum, redargutio delicatorum, inſtructio indoctorum, expoſitio divinorum ſecretorum, ſumma bonorum & pœnalium experimentorum, incitamentum deſideriorum, inchoatio æternorum, exemplum contemplativorum, incitatio activorum; Cujus præſentia, perverſa emendat, emendata ædificat, ædificata confirmat; Cujus aſpectus exemplis illuminat, mœſtos lætificat, devotionem excitat, faſtidium non generat: Cujus memoria, ad imitandum ſolicitos recreat, divinos affectus inſpirat: Cujus abſentia ad viſitandum provocat, prolongata fatigat, ablata lætitiam revocat: Cujus collocutio errantes
B corrigit, de dubiis inſtruit, affectum ad Deum erigit, occulta detegit: Cujus dilectio qua diligitur, affectum non inficit, intellectum non diſtrahit, devotionem non impedit, infectionem aliunde contractam ejicit, mundi ſolicitudinem abjicit, affectos ſanctitate reficit; Dilectio qua diligit omnes, generalis, omnino ſpiritualis, uniceque dilecto videtur eſſe ſpecialis, ſed tantum devotis notis familiaris quod ad ſecreta.

AMO, non tantum naturam, à Deo creatam; non tantum perſonam, ad Dei imaginem formatam; ſed gratiam à Deo collatam. AMO, ut viam ad patriam, ſanctitatis ſociam, Jeſu Chriſto cariſſimam, ſecretorum ejus conſciam, omnium viſionum mirabiliſſimam, præcipuè beneficam; gratiarum theſaurarium, deliciarum promptuarium, conflictuum gymnaſium, proficientis vehiculum, religionis gubernaculum, caritatis folliculum, carnalitatis emunctorium, humanitatis Chriſti ſignaculum, totius Trinitatis triclinium, nuptiale epithalamium, præcordiorum intimum, animæ dimidium, ſu-
C per amorem mulierum, ſuper decorem ſpecierum, ſuper ſolatium temporalium rerum.

MORES, profeſſione religioſos, modo vivendi ſpecioſos, conſideranti gratioſos, ponderanti mirabiles, paucis intelligibiles, paucioribus imitabiles, cunctis innumerabiles, adverſariis irreprehenſibiles, ædificationi habiles.

VIRTUTUM, memoriæ dignè commendabilium, verecundiæ in aſpectu, prudentiæ in affatu, pietatis in actu, caritatis in affectu, abſtinentiæ in guſtu, modeſtiæ in omni motu.

COLLIGO, in unum lego, diſperſos per famam in pluribus, multiplicatos diverſis ſpeciebus, diverſificatos variis temporibus, varie adaptatos pro perſonarum conviventium diſpoſitionibus, congruos quibuſlibet actionibus: Colligo, corde meditando, ore inveſtigando, manu convocando, oculis opera ſingula conſiderando; ad commendationem divinorum beneficiorum, conſolationem præſentium inſpecturorum; ad recordationem poſterorum, ædificationem auditurorum, emendationem morum meorum; interiorum examinationem, exteriorum compoſitionem; temporalium abdicationem, ſpiritualium exercitationem, æternorum contemplationem; ut ex defectibus D
propriis humiliter exciter ejus profectibus, congratuler ejus meritis, emender bona opera amando, & per vim caritatis præmier.

FLORES, famâ odoriferos, convictu leves & teneros, bene utentibus ſalutiferos, invidis & perverſis mortiferos, guſtantibus ſaporiferos: quia ibi invenitur lilium ſpecioſiſſimæ caſtitatis, roſa patientiæ & caritatis, viola mirabilis humilitatis, vitis lætitiæ & ebrietatis, palmæ multiplicis victoriæ, olivæ promptæ miſericordiæ, lauri invictæ ſufferentiæ.

SUB TECTIS VERBIS, ne ſanctuarium invidus ingrediatur, ſecretum cæleſte indignis aperiatur, Sanctum canibus projiciatur; ut amicus veritatis præmietur, Deus familiarius collaudetur, vana gloria evitetur; ne habeat detractor quod criminetur. SUB TECTIS VERBIS; quia neque gens ſignificatur, neque numerus, neque caſus, neque tempus, neque modus conſervatur; quia aliquando factum narratur, aliquando de factis conjecturatur; aliquando conſiliis informatur, aliquando dictum per Sanctorum auctoritates probatur, E
aliquando materia à ſimili prolongatur.

UT SIT DETRACTOR INERMIS; dum quæ legit pauca intelligit; dum intellecta pervertere neſcit; dum non niſi vera invenit; dum tantum commendabilia reſpicit; quæ ſi pervertit, conſcientia redarguit, quem multorum teſtimonium convincit. UT SIT DETRACTOR INERMIS, qui vera bona depravat, mala ſi qua invenit affirmat; indifferentia & dubia infirmiora inveſtigat, nova falſa mendaciter invenit; ſecreta inquirit & pervertit; plus mala quam bona dicentibus credit, dum auditores afficit, inficit & interficit.

VOTA, PRECES, PATRES, uſque, MONSTRANDO, REFECTUS. In iis colligitur perfecta commendatio, quæ conſiſtit in parentum honeſtate, PATRES; profeſſionis religioſitate, VOTA; devotionis continuitate, PRECES; amicorum bonitate, & AMICOS; inimicorum perverſitate, AC INIMICOS; ætatis bene tranſitæ decore, ÆTATEM; bonæ famæ odore, FAMAM; perſonæ honore, PERSONAM; conditionis pulcherrimo flore, CONDITIONEM; commendabilibus actionibus, ACTUS; actionum delectationibus, DELICIAS; privilegiorum poſſeſſionibus, SPECIALIA DONA; pœnalium tolerationibus, POENAS; virtutum abundantiis, VIRTUTES; meritorum præeminentiis, MERITUM; ſanctitatis vitæ excellentiis, VITAM; divinitus inſpiratis ſolatiis. SOLATIA; ſtatus conditionibus commendatitiis, STATUM; iniquorum per ſuam ſanctitatem converſioni, PERVERSOS; bonorum per ſuam familiaritatem confirmationi, CONVERSOS; omnium creatorum mortificatione. DEFECTUS ETC.

Hactenus deſcriptis adſcribit manu ſua Bollandus ſequentia: Deerant in codice Ms. folia 23, ut ex numero margini ſuperiori appoſito liquebat. Sequebantur ſuper ſingula verba præcedentis carminis tractatus philoſophici, theologici, myſtici, ſed frigidiſſimi (ideoque à me neglecti) aliqui breves, alii longiores. *Quære nihil opus cenſui iſta requirere, operis hujus molem gratis auctura: ſufficit indicaſſe unde illa poſſit talium curioſus habere.*

VITA

A

VITA

Ex Actis, aliisque familiarium notitiis, Auctore Anonymo supparis ævi.

ex Ms. Canonicorum Regularium Rubeæ-vallis prope Bruxellas.

PROLOGUS.

Dicta fuit vulgo Mirabilis,

1 APparuit gratia Dei Salvatoris nostri, in diebus illis novissimis, in prædilecta filia sua Christina Colonienſi; quam ab infantia ejus adoptavit sibi in Sponsam: nam cum decem esset annorum, Jesus Christus, Virginum Sponsus, subarrhavit eam annulo fidei, ut infra patebit, & in reliquum vitæ suæ tempus familiarissimus ei extitit. Merito igitur hanc sacratissimam Virginem nobis competit honorare,

B quam ipse mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus tam dignanter sibi voluit desponsare. Hæc siquidem Virgo Christina, Mirabilis vulgata ratione non inconvenienter nuncupatur: quoniam adinstar illius Christinæ Mirabilis, quæ nuper floruit in Hasbania, cujusque vitam Thomas Brabantinus luculenter descripsit; hæc quoque mira & innumera perpessa fuit à spiritibus malignis, propter honorem Dei, & propter salutem animarum in necessitate constitutarum. Obsecro itaque illos, qui hic ejus gesta lecturi sunt & audituri; ut si forte huic narrationi insolitum quid & inauditum insertum fuerit, non temere calumnientur aut reprehendant; sed Deo, cui nihil est difficile, totum adscribere contendant.

adinstar alterius Hasbanicæ.

CAPUT I.

Vita Virginis usque ad annum XVI *ætatis, & initia tentationum ab ea toleratarum.*

C

Iesum videt quinquennis,

2 Cum in quadam villula, dicta Stumbele, ad duo milliaria à Colonia, Christi Virgo Christina esset nata, illico signata est manu Dei in femore sinistro, quasi sigillum impressum ceræ quod extitit violatici coloris. Quæ cum esset quinque annorum, apparuit ei Jesus Christus in specie pueri, qui ipsam spiritualibus moribus & disciplinis ac orationibus instruxit. Et sexennis effecta, in ecclesia infra elevationem Eucharistiæ, vidit puerum Jesum in manibus Sacerdotis, qui ait ad illam: Ecce adsum, paratus facere misericordiam: quicumque ergo imploraverit misericordiam, misericordiam consequetur. Et cum esset septem annorum per Angelum vecta fuit in paradisum voluptatis, ubi detecta sunt ei secreta cælestia. Et cum ibi afflueret deliciis omnibus, missus est unus de Seraphin, qui ait ad eam: Ave Christina, omni gratiâ plena, Dominus tecum; benedicta tu præ ceteris omnibus; & benedictus Jesus Christus Sponsus tuus. Item Angelus ei plurima secreta cæle-

& sexennis:

septennis ab Angelo salutatur:

stia revelavit: inter cetera, quod quamplurimi peccatores per eam converti deberent, & quamplures justi confirmari & consolari, & quamplurimę animę de Purgatorio liberari. Et cum reducta esset per Angelos; dictavit tale carmen, quod sic incipit: Viridaria plena rosis vel liliis vel speciebus, undique delectabilia adeo; ut meus fraterculus Jesus Christus, si amoris sui daretur frui. *a*

D

a novennis apparet Deipara,

3 Anno vero ætatis suæ nono accidit tribus vicibus, in Annuntiatione B. Mariæ Virginis, quod prælentata fuit per Angelos beatæ Virgini Mariæ. Ubi in spiritu duas Sequentias didicit; unam de Spiritus sancto, videlicet; Veni sancte Spiritus, & emitte cęlitus lucis tuæ radium &c.; & aliam de S. Maria, scilicet, Ave *b* rosa generosa salve candens lilium &c. Et cum has ita didicisset ac ineffabiliter consolata fuisset, ait sancta Maria ad eam: Christina, gaude & exulta; nam sicut prędestinatum est quod Christus me sibi elegit in Matrem & Sponsam; ita tu eris mea dulcissima Filia, & carissima Sponsa dilecti filii mei Jesu Christi: & his dictis per

b

ut futuræ filii sui Sponsæ:

E

Angelum in cubiculum est reducta. Cumque decem esset annorum, apparuit eidem Dominus Jesus Christus, tamquam Sponsus procedens de thalamo suo, & desponsavit ipsam, & accepit fidem de manibus ejus, & ait illi; Sicut Maria in ęterna sapientia mihi pręvisa fuit esse Mater, sic tu quoque Sponsa: tanta autem oportet te pati pro nomine meo, & tanta mirabilia operabor in te, quod cęlum & terra non sufficient admirari. Hanc igitur dotem [habebis, quod] omnes, fidem & devotionem in te habentes & ad te gerentes, usque in finem seculorum fient participes passionum tuarum, in remissionem peccatorum; secundo participabunt virtutem, in robur & decorem animarum; tertio consequentur consolationem & securitatem cęlestia in pręsenti pręgustandi & in futuro perfruendi. Tunc in nuptiis illis, bonis ineffabilibus, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Sponsus Sponsæ suæ, in tantum medullitus inebriata fuit, quod per triduum non sumpsit cibum neque potum: nec mirum: quia non fuit

decennem sibi desponsat Christus.

F

vox neque sensus: in spiritu enim rapta erat.

4 Circa undecimum annum ętatis suę didicit Psalterium suum; & quando legit, videbatur ei sępius, quod cum Dilecto loqueretur, & Dilectus cum ea: unde prę dulcedine ac abundanti cordis lętitia, flevit lacrymas caritatis. Atque utinam darum esset nobis sępius ita lacrymari! Tunc increpavit eam Magistra sua dicens: Tu bene scis lectionem tuam; ipsa vero subticuit. O Deus quam bene illa scivit lectionem. Hæc autem infra septem septimanis didicit Psalterium; Sponsum enim & ejus Angelos habuit institutores. Cum autem esset duodecim annorum, cum eam parentes ipsius matrimonio tradere vellent; Christi ancilla hoc renuens, & parentibus ignorantibus fugiens, perrexit Coloniam, ubi pauperibus sociata, & fame atque siti cruciata, petiit alimoniam. Et cum esset annorum tredecium abiit Coloniam ad Beghinas, non plus secum deferens quam vestes suas & linteamen, & unum grossum panem & unum album, & duo alleca & duos *c* buckingos at-

Undennis Psalterium discit:

duodennis fugit à parentibus:

c

que

A que tres *d* lavamentes. Quę cum eſſet in
d conventu Beghinarum, ab omni conſortio &
EX MS. ſolatio tranſitorio ac gaudio ſe alienavit. Libentiſſime frequentavit eccleſias: de Deo ſermocinari cum deſiderio audivit, & operibus implere ſtuduit: cilicio induebatur, & nodoſo cingulo cingebatur tam duriter, quod nodi circumquaque vulnera faciebant. Omnibus feriis ſextis in juvenilibus annis in pane & aqua jejunavit, ac ſuper ligna & lapides recubuit. Omni nocte ducentis vicibus genua flexit; omneſque Horas dixit in veniis, hoc eſt in proſtratione totius corporis cum extenſione ad terram: ſed in feriis ſextis ad modum Crucis. Quaſi continue habuit in memoria quæ & quanta Dominus Jeſus Chriſtus paſſus ſit pro nobis in cruce; ſimiliter quæ & quanta beata Maria & omnes Sancti, quibus omnibus eſt compaſſa. Apparuit ei etiam Dominus Jeſus Chriſtus, eodem modo ſicut fuit in Cruce.

tredecennis jungitur Beghinis,

vivitque in magna auſteritate:

5 Ab anno autem quinto decimo fuit in deſiderio, quod haberet in quo recordaretur
B Paſſionis Chriſti: & tunc primo in manibus
quindennis recipit Chriſti ſtigmata, & pedibus & capite ac latere ſtigmata recepit. Item ab anno prædicto uſque ad quadrageſimum quintum ætatis ſuæ, diverſa tormentorum genera & tentationes à dæmonibus ſufferebat. Nam ſæpius accidit ei de nocte, cum neret vel aliud faceret ſplendente luna, quod apparuerunt eidem ipſi dæmones, in ſpecies Angelorum trasformati, qui magnis candelis illuminantes ſibi quemadmodum ſunt tortiſæ *e*, & tubis buccinantes ac aliis inſtrumentis muſicis; ut crederet hæc ſuis meritis provenire; ſimiliter in orationibus hoc idem fecerunt. Cumque illa cognoſceret ſe talibus ſervitiis indignam, edocta à Spiritu ſancto non levavit oculos nec prętermiſit orationes, unde turpiter ſonantes abierunt. Item accidit in eccleſia Prædicatorum Coloniæ, ipſam à ſenſibus ita raptam, quod ad hoſpitium fuit deportata. Ille exceſſus mentis duravit tribus diebus & tribus noctibus. Beghinæ vero ſecum habitantes putabant ipſam inſanire; atque caducum morbum habere, unde tamquam fatuam eam habebant.

& incipit à dæmonibus vexari:

e extaſim paſſa, creditur fatua atque epileptica:

C 6 Tunc dęmon, in ſpecie S. Bartholomæi Apoſtoli quadam nocte ſtans ante lectum
impellitur ut ſe interficiat: ejus, venit & dixit ad eam: Deſiderio magno deſideras pervenire ad regnum cælorum: ideo conſulo tibi ut te interficias, & ſic eris Martyr coram Deo. Hæc autem tentatio duravit per dimidium annum, ita quod nihil libentius feciſſet quam ſeipſam occidiſſet: unde & ſæpius ſe interfeciſſet, niſi Dominus eam cuſtodiviſſet: juxta puteum exiſtens, voluit intus ſaltare, ſicque in diverſis locis quęrebat vias ſe occidendi: ſed Dominus cuſtodivit eam. Quodam quoque tempore ſola exiſtens, volebat venam ſuam cum cultello aperire, tuncque maxima nigredo in brachio ejus apparuit: cui Dominus dedit in cor, quod cogitavit, ſi ſeipſam interficeret; illico iret ad infernum; ſicque dimiſit.

ſolicitatur circa puncta fidei;

7 Itemque invaſit eam tentatio de corpore Chriſti & articulis fidei: cui reſtitit viriliter, & ſæpe uſque ad effuſionem ſanguinis ex ore ac naribus, implorans flebiliter Chriſtum ſibi ſubvenire; & tandem dicens in elevatione, O Domine, ſi placet aufer à me tentationes levitatis; quia leviùs mihi eſſet mori, quam talia ſuſtinere. Etiam nullo modo potuit credere, Deum aliquem creaſſe, ac ipſum Deum aut Sanctos aliquid ſcire de ſtatu ejus; adeo quod non poterat aliquid boni facere, niſi faceret contra cor ſuum. Decem & octo ſeptimanis numquam fuit confeſſa, ſed videbatur ſibi quaſi mors. Hinc quadam vice, cum ſtaret in eccleſia, infra Miſſam petivit ſupplicando dicens: O Bone Domine, quoniam aliquando intellexi verum corpus tuum eſſe in altari; oſtende mihi hodie [Te] ita quod dubietas à corde meo recedat. Statimque in elevatione ſacræ Hoſtiæ vidit puerum Jeſum in manibus Sacerdotis, qui dixit ei; Ego ſum Jeſus Chriſtus Sponſus tuus, verus Deus & homo. Illa vero, videns & audiens, præ admiratione defecit à corde: & & cum ad ſe reverteretur, lumen fidei intra ſe ſenſit: ſequenti vero die communicavit, & ex tunc tentatio illa penitus evanuit & ceſſavit. D

ſed viſo in Hoſtia Chriſto, roboratur:

8 Videns autem hoſtis antiquus has duas tentationes ei nihil obeſſe, & cor ipſius in Domino confirmatum eſſe; in tertia tentatione, E cum deberet cibum ſumere vel potum, venit diabolus projiciens diverſa genera vermium. Nam bufones, ſerpentes & araneæ ſuperſederunt: ipſa tamen, ut diabolo reſiſteret, ſibi vim faciens, quamquam abhorreret ipſas eſcas ſumpſit: ſed ſentiens frigiditatem illorum corporum, ſuper omne quod dici potest doluit: & quia natura abominans ſuſtinere non valuit, ipſas eſcas evomuit. Et cum ſorbitum deberet ſumere, ſtatim erat plenum vermibus; unde & vitam naturalem ſæpe perdidiſſet, niſi Dominus in ea ſupernaturaliter operatus fuiſſet. Similiter & in potu, cum debuit bibere, reſpondit diabolus ex amphora; Si biberis, diabolum bibes in ventrem tuum. Et cum inſpiceret amphoram, vidit beſtias: attamen benedixit, & bibit: ſed ſtatim evomuit. In elevatione vidit bufonem, in Communione timuit ſumere bufonem: quælibet autem tentatio duravit per medium annum. Tandem obtulit ei B. Maria calicem optimi ſaporis, & ſtatim fuit liberata. Item cum perveniret ad parentes, non favebant ei de uno pane; ſed plurimas ſuſtinuit ab eis moleſtias, quia ſine ſcitu ipſorum receſſerat ab eis circa teſtum S. Catharinæ; & aura tunc erat multum horribilis, propter gelu, ventum & nivem. Beghinæ quoque deridebant opera ejus: quidquid enim de veniis & orationibus faciebat, totum vilipendebant, ſicque, heu! intus & extra neminem habuit qui eam conſolaretur. Cum debuit communicare non audebat: unde præ magno dolore effudit ſanguinem coagulatum ex ore ac naribus, & decubuit per quindenam & amplius; ita quod inflata fuit in ventre præ magno deſiderio.

in omni cibo ac potu objiciuntur ipſi inſecta venenata,

etiam in ipſa ſacra Hoſtia:

vexatur à parentibus & Beghinis. F

ANNOTATA D.P.

a *Senſus hæret imperfectus: crediderim autem Germanice dictatum, & quidem rithmice, quod hic Latine verſum exhibetur.*

b *Harum Sequentiarum etiam mentio fit in Actis num.* 57 *lib.* 3; *nota eſt prima pro feſto Penteco-ſtes; ſecundam necdum reperi.*

c Allecum, *pro* Halece, *necdum alibi legi:*

Buc-

A Buckingus *autem, Belgis eſt halec, fumo induratus.*

d Lavamentem *dici opinor interulam lineam, recens lotam.*

e Tortitia, *fax cerea ex funalibus quatuor olim forte intorqueri ſolitis, & ſic obduci cerâ.*

CAPUT II.

Favores divinitus collati Chriſtinæ, & tentationes diabolicæ uſque ad annum XVII.

9 HÆc Virgo cum communicavit, in triduo *a* poſt, numquam pavit corpus ſuum, quod manſit immobile: ſed quando ſenſus redierunt, quatuor ſigna apparuerunt ex divino munere. Primum ſignum fuit quod apparuit juvenis, pulchra facie ab extra, ſed ab intra pulchrior fide, ſpe & caritate: unde verificabatur in ea illud pſalte, Renovabitur ut aquilæ juventus tua. Secundum, quod tunc in facie ſua tanta claritas reſplendebat, quod vix oculus valebat hanc directe intueri, & nitoris excellentia ab hominibus videri. Tertium, quod odor ſuaviſſimus & largiſſimus ex ea mirabiliter fragrabat, qui plurium corda excitabat ad maximam devotionem. Quartum quod tunc ſecreta cæleſtia referebat, & revelabat, & gratiam verbis dabat. Præterea poſt Communionem etiam apparuit ſignaculum in vena cordis ſupra ſiniſtram manum; quod, fuit ſecundum proportionem feſtorum, tamquam ſigillum impreſſum ceræ. Habuit quoque tres Cruces in latere: quæ hoc modo contigerunt. Accidit quoque in nocte quæ eſt ante Cœnam Domini, quod tres dæmones tribus uncis ferreis & ungulis pectus virgineum trajicientes, *b* fruſtum *b* carnis, quod quantitatem duarum palmarum excedebat, abſtraxerunt, corpuſque ipſius ad terram dejecerunt; ſed cor ejus, Domino protegente, omnino non tetigerunt; quamquam corpus ejus lanceis transfixerunt. At Virgo beata exclamans voce C magna, quia mox mori putabat, cor ſuum & animam Sponſo ſuo devotiſſime commendabat. Porro Sponſus ſuus dulciſſimus Jeſus Chriſtus, clamorem & languorem ſuæ Cariſſimæ ulterius ſuſtinere nequiens, cor Sponſæ ſuæ melliflua jucunditate adimplevit; & illud fruſtum, ab ea dirutum, mirabiliter reformavit.

a *Poſt Communionem triduo rapta,*

B Pſ. 102, 5

varias inde gratias refert.

Signatur ei ſiniſtra manus,

b *& latus tribus Crucibus;*

10 Inſuper illa tria loca transfixa tribus Crucibus mirifici coloris, cum diſpoſitione ac circumſcriptione mirabili ſignavit: duæ Cruces verſus pectus extendebantur, & tertia in ſiniſtro latere ſita erat; in illo ſcilicet loco ubi latus Virginis poſt Communionem quando in raptu fuit, ſolebat ex nimia caritatis vehementia aperiri. Unde quoties anima Sponſæ ſuæ ad ſuum & in ſuum Sponſum ſpiritualiter tranſibat, & intime ac medullitus uniebatur; toties aperientes ſe illæ Cruces in modum feneſtræ, lætum & paratum egreſſum præbebant: ac ſic poſt Communionem uſque ad diem tertium perſeverabant: reliquis vero temporibus illud fruſtum per prædictas Cruces obſerabatur, & zonâ quaſi purpureâ circumdabatur: duæ autem Cruces, quæ verſus pectus ſe extendebant, minores erant: ſed tertia quæ erat in latere, major extitit & circumſcriptione mirabilior. Circa minores Cruces pulcherrimis litteris ſcriptum habebatur, in una Jeſus, in alia Chriſtus: ſed in tertia, quæ erat major ac mirabilior, continebatur; Cariſſima mea, quia ſæpiſſime pro meo amore mortua es, ideo tibi promitto quod mecum vives in æternum. Hæc vero ipſa Virgo cum tanta diligentia cuſtodivit & abſcondit, quod nemo mortalium niſi ipſa volente potuiſſet ea cognoſcere. Item in circuitu illius Crucis per totum illud fruſtum multa mirabilia de fide, ſpe & caritate æterni Sponſi Chriſti, litteris & figuris ſcripta & carni indelebiliter inſita continebantur, quæ tamen ipſa Chriſti Sponſa nulli voluit nec valuit indicare, nec ante mortem unquam ulli duxit revelanda.

eo loco ubi communicanti aperiebatur cor,

D EX MS.

mirabiliter circumſcriptis,

11 O quam mirabilis Deus in Sanctis ſuis, ſed mirabilior imo mirabiliſſimus in iſta! Nota quod beatus Joannes *c* de Recluſorio, *c* Capellanus & cuſtos Sponſæ Chriſti, proteſtatus eſt dicens: Væ detractoribus in Stumbele & alibi; cum Sponſa ſit conjuncta Sponſo, quia toties in Spiritum ſanctum peccant. Item eadem nocte ante Cœnam Domini, duo fruſta quæ dæmones ſibi abſtraxerant ante B. Mariæ Purificationem, hæc uſque ad hanc noctem imputribilia Dei gratia conſervavit: quæ mirabili ſigno & ſplendore illuſtrata mirifico, atque ad modum formoſiſſimæ Crucis ei, ſcilicet Sponſæ Chriſti, ſunt mirabiliter aptata, pauſanti ſub umbra Dilecti, & pro ſpeciali clenodio ac in ſignum inæſtimabilis dilectionis, Crucem pulcherrimam in manibus reperit, cum de ſuaviſſimo ſopore evigilaret: unde ſuo Sponſo gratias egit: hoc vero clenodium tantâ diligentiâ cuſtodivit, quod nemo niſi ipſa volente poterat invenire. Denique Sponſa Chriſti mirabiliter conſolata, diem Cœnæ cum magno gaudio peregit: quo tranſacto, uſque ad Vigiliam Paſchæ ſuo thalamo incluſa, ſola permanſit: & compatiendo Dilecto ſingulis horis inæſtimabilis dilectionis ſtigmata in ſingulis membris ſuſcepit: quæ ſe in Vigilia Paſchæ amicis præſentavit, in qua ſtigmata per ſigna E evidentia apparebant.

quod nulli ante mortem revelavit;

tunc etiam recepit fruſta carnis ſibi à dæmonibus pridem evulſa.

12 In die Paſchæ ad eccleſiam lætè proficiſcitur, quia ea die Chriſtus à mortuis reſurrexit: & communicans, in amplexus Sponſi rapitur; ubi ſemper novis epulis delectabatur, in terra viventium fluente lac & mel. Nota quod poſtmodum ſemper in Cœna Domini communicavit; & ſecundâ feriâ poſt Paſchæ primo apparens ſuis puellis & amicis, Chriſti veſtigia eſt ſecuta. Item in craſtino Octavæ Paſchæ, cum ad eccleſiam procederet, occurrit ei quidam dæmon in ſpecie ſervi prioris Godefridi de Brunwilre dicens: Ubi moratur quædam religioſa Beghinæ perſona nomine Chriſtina: habeo enim ſibi ardua quædam nuntiare. At illa demonſtrat ſibi viam ubi erat domus ſuæ habitationis: nam verecundabatur dicere, Quia ego ſum, ſed ipſum clam ſequi cogitabat. His dictis convertit ſe, & procedere cœpit. Ille vero reverſus ad eam, ait: Vere cor meum dictat, quod vos ſitis illa quam quæro. Quæ

Euntem ad eccleſiam

A ait ad eum: Puto vos de Brunwilre venire, & ex parte Beghinarum mihi velle loqui. Qui reſpondit: Etiam vere ab eis miſſus ſum, & ab amico tuo ſpeciali Priore, qui omnes rogant vos inſtanter ut ad eos mox mecum veniatis: quæ caute ſe excuſavit, quod eſſet ad præſens aliis impedita. Porro ille ipſam cœpit commendare; & quod dudum ejus amicus fuit cum juramento mendaciter affirmare.

EX MS. *ſub famuli ſpecie aggreſſus dæmon,*

13 Sed ipſa hos ſermones faſtidiens, ſecum amplius non poſſe ſe ſtare dixit: & cum hoc progreſſa eſt ad eccleſiam. Ait ille; Per eamdem viam redire debeo: ſicque commendando & confabulando, eam maxime fatigavit. Cumque veniſſent ad quamdam ſepem, ubi ſemita tendit ad clauſtrum; apprehendit eam per pallium, rogans ut oraret pro eo, quia diu in malitia vixerat & multa mala perpetraverat. Quæ ait: Benefaciat vobis Deus: ego ſum peccatrix, & orationes meæ ſunt inutiles; ſed cum ille teneret pallium ejus, nec ipſam ſineret abire; hæc erubeſcens, in nomine Domini monuit eum, ut retraheret manus ſuas & eam ad eccleſiam ire permitteret. Et ecce mira res! nam ob memoriam dulciſſimi Nominis monitus in propria ſpecie apparuit, voceque magna clamans ſe prodidit; & pileum quemdam de pellicco factum, quem Virgo dudum perdiderat, eidem reſtituit, hæc enim feriâ ſextâ ante Cathedram S. Petri eum amiſerat: quem Ioannes de Cluſa invenit, ſed ignoranter iterum perdidit: nec mirum, quia dæmon cum ſuſtulit, qui dixit ad eam: Vere compulſus eram adeo ut tollerem ipſum, alioquin procul dubio eum perdidiſſes: & fulminando receſſit.

ad nomen Domini fatetur quis ſit,

B

eique pileolum ablatum reſtituit.

14 Item quintâ hebdomadâ poſt Paſcha, ante diem Communionis ejus, [dęmones] ferrum applicuerunt dorſo ejus, & ipſum retrorſum incurvantes penitus confregerunt, quo facto abierunt. Tunc duabus Crucibus ante [pectus] & [tribus] retro dorſum ejus ſignatur. Hæ quoque Cruces uſque in diem tertium permanebant; mane autem facto communicavit, quam Sponſus ſuo thalamo mancipavit. Item in Aſcenſione Domini aſcendit cum Chriſto in Iubilatione, & in tabernaculum ejus eſt recepta, ubi cæleſtia gaudia eſt adepta. In feſto autem Pentecoſtes donis ſeptemplicis Spiritus eſt repleta: & infra Octavam Pentecoſtes, propter nimium æſtum, egreſſa eſt de thalamo ſuo in curiam orare. Tunc ſathan in Angelum lucis transformatus, magnam claritatem ſuper curiam & domum ejus fallaciter oſtendit: quem in ſpiritu cognoſcens adjuravit in nomine Chriſti ut oſtenderet ſe Angelum tenebrarum; & ſtatim in tenebras converſus, evanuit.

Variæ gratiæ collatæ Virgini Domin. 5 poſt Paſcha,

feſtiſque Aſcenſionis

C

& Pentecoſtes.

15 Item Sabbato ante Nativitatem Ioannis Baptiſtæ, cum Virgo ſola ad Eccleſiam pergeret, occurrit ei quidam dæmon in ſpecie hominis, habens caput magnum adinſtar caldariæ, multis cornibus undique circumpoſitum, & inter cornua oculis plenum: quem Virgo intuens, adjuravit, dicens, Quo tendis, & unde venis? At ille ait, Putabam te à Communione impedire, & licet modo appearem tam deformis, fui tamen heri pulcher & delicatus juvenis, quando mentem cujuſdam Beghinæ, ad ſequendum quemdam juvenem Rectorem ſcholarum, ſicut etiam unus in hac villa reſidet, inclinavi. Cui ipſa indignans ait: Vade nequam, mendax es: quia Rector noſter eſt bonus homo ac timens Deum. Ait ille: Certe ſi non eſſet ſub tua cuſtodia, deberet ad noſtra imperia faciliter inclinari. Præterea ſi tu ſcires quod ego, non hodie communicares: ſcio enim quod hodie ſunt venturi ſex Fratres, tam Prædicatores quam Minores, & alius quidam Rector puerorum in Colonia venturus eſt ad iſtum, qui eſt in recluſorio; unde propoſitum tuum pacifice non poteris adimplere. Cui Virgo: Licet omnes qui ſunt in inferno juraſſent impedire, non poſſent. Cumque ſic loquendo juxta cœmeterium veniſſent, adjuratus eſt utrum vera eſſent quæ dixiſſet. Qui ait: Utique. His dictis in flammam converſus, in ignea nube ſurſum aſcendit; & quæ prædixerat de fratribus & aliis verificabantur, & tamen ipſa communicavit. Item in nocte quæ eſt ante Aſſumptionem beatę Mariç, dęmones incenderunt faciem ejus faculis ardentibus, deinde gladium ignitum per corpus ejus tranſfixerunt. Hinc inſcindendo & quaſi ſerrando

D

Rectorem ejus calumniatur.

ac fruſtra nititur impedire ejus Communionem.

E

corpus ejus quaſi per medium diviſerunt: & ecce à Domino ſanata & confortata, dæmones confuſos fecit abire, ac victos ululare.

Dæmon deformis ei apparens,

16 Item cum eſſet annorum ſedecim vel circiter, graviter & inhumaniter tentata, non invenit in perſonis ſpiritualibus nec ſecularibus qui conſolaretur eam: dicebant enim quod potius vellent meretrices eſſe, quam taliter vivere: ſed hęc cum Suſanna prorupit in hęc verba, conferens prius in corde ſuo; Melius eſt mihi incidere in manus hominum & dæmonum, quam derelinquere legem Dei mei & amorem dilecti Sponſi mei. Tunc Sponſus ejus videns deſolationem ſuæ Sponſę, ipſam omnino conſolabatur, dicens; Ad me, ô Sponſa mea, converte cor tuum, quoniam bonum & honeſtum eſt dogma meum. Unde ſemper poſt hoc verbum fuit optime conſolata, & fortiter conſolidata, repetente ipſum Domino noſtro Ieſu Chriſto. Item fuit in quadam infirmitate, in qua omnino extitit occupata acerbitate paſſionis Chriſti bene per ſex hebdomadas, & videbatur ei quod in conſpectu ejus ſuus Amantiſſimus occideretur. Cumque ſic jaceret in contemplatione maxima, aliquando rigida manſerunt ejus membra, nec quaſi omnino guſtavit cibum; in qua infirmitate ſæpius apparuit ei dæmon in ſpecie pulcherrima, conſolans eam & dicens: Cariſſima, bene te habe, Dominus tecum eſt; & multum eam commendans, iterum dixit: Vide quia in natura defeciſti, ſed abſtineas adhuc duobus diebus à cibo, & ſtatim videbis Deum tuum in gloria ſua. Ipſa vero, Spiritu veritatis edocta, petivit cibum: & tunc ille confuſus receſſit.

Ab omnibus derelicta,

confortatur à Chriſto.

Hujus paſſionem meditans,

F

fruſtra ſolicitatur ad inediam lætiferam,

17 In omni Vigilia S. Bartholomæi Apoſtoli magnam pœnam ſuſtinuit, adeo quod ungues ejus aperiebantur, & pectus rumpebatur; quia dilexit eum præ aliis Sanctis; ipſe enim Apoſtolus fuit, qui ei in paſſionibus ſæpe ſubvenit. Præterea ipſa numquam alicui peccato mortali ſive veniali *d* locum dedit, nec aliqua tentatione victa fuit, ſed omnes hoſtes ipſa vicit. Cogitavit enim primo, quod iſta vita eſſet tranſitoria; ſecundo, quod in

vivit abſque peccato; d

A in inferno nulla eſſet redemptio ; tertio, quod regni cæleſtis non erit finis. Item venit dæmon quadam vice in ſpecie S. Bartholomæi, dulciter ſic alloquens eam : Cariſſima filia, opera tua bona ſunt coram Deo, cui ſupra modum places. Nunc ſupereſt unum, quia venire deſideras ad tuum Dilectum, quod aliquid patiaris in tuo corpore : ita quod hæc verba per menſem die ac nocte quaſi omni hora in conſpectu ejus loquebatur. Tandem attulit ſecum ſpinas, quæ dicuntur taxus vel roſcum & obtulit ei, dicens: Hæc tibi offero ut corpus tuum caſtiges, quia hoc ſumme placet Deo. Hoc fecit tempore Matutinarum & Completorii. Ipſa vero edocta à Spiritu ſancto, cogitavit intra ſe, dicens: Hic dæmon eſt : quia bene ſentit quod male diſciplinam ferre potes. Unde dixit ille: O nequam ! Male ſuades mihi & falſe : quia Deus vult quod omnia fiant cum diſcretione; & quæ fiunt ſine deliberatione diutina, & ſine modo, & ſine ordinatione, & ſine temperamento, & ſine perſeverantia, omnia talia pereunt. Et licet ipſo præſente hæc ita reſiſteret, B tamen corde ſuper ipſo mirabiliter tentabatur.

in ſpecie S. Bartholomæi apparens dæmon,

offert ſpinas quibus ſe indiſcrete cædat:

18 Item venit dæmon octo noctibus eam affligens ipſis ſpinis prædictis; ita quod non manſit ſanitas in ea, à planta pedis uſque ad verticem. Qui ait ad eam, Quia non obedidiſti, ergo vult Deus ut occidaris, & anima tua ibit in infernum. Quæ reſpondit: Infelix, non haberes contra me poteſtatem, niſi deſuper tibi datum fuiſſet : ſentio enim nequitiam tuam & intentionem perverſam : nihil proficies in me, ſed ego in te ; nec poteris mihi auferre vitam, quia Deus eſt pro me. Item aliquando ipſa orante venit in ſpecie galli, alas movendo, cantans ut gallus, & accedens ad pedes ejus ipſam ſtuduit impedire. Quæ dixit: Numquid non dæmon es ? Et tunc faciens Crucem alta voce clamavit. Hæc pœna tribus ſeptimanis duravit, ſed circa finem adjuratus per eam, dilacerando crura ejus uſque ad effuſionem ſanguinis, turpiter ſonando receſſit.

tum ipſemet illis eam vexat.

Sub ſpecie quoq; galli turbat orantem,

19 Item ipſa exiſtente in oratione venit dæmon quaſi nigerrimus vir, indutus veſtibus conſciſſis & vilibus & pannis ; qui quaſſavit innumerabiles pediculos ſuper lectum ejus, & cachinnando receſſit, longos paſſus faciendo ſuper tectum domus ejus. Hæc pœna duravit ſex noctibus : una vero ex Beghinis ſecum morantibus noluit credere. Ergo dæmon quaſſavit bene quartale ſuper lectum ejus : quæ manibus plenis portavit in ignem. Hæc erat cæca nomine Aleydis, quæ tota die ſatis operis habuit pediculos deportando. Sed Virgo Chriſtina pediculos non depoſuit, ſed in lecto permiſit, & cum eis ſex noctibus dormivit; & tunc vicit. Poſtmodum numquam habuit pediculos vel pulices à ſeipſa vel aliunde, quod valde rarum eſt & inauditum. Item cum dormiret, dæmon extraxit pulvinar de ſub capite ejus, ita quod cecidit ad ciſtam. Aliquando autem intravit cuſſinum, & fecit tumultum, ſicque illa non potuit dormire. Aliquando poſuit lapidem ſub capite ipſius, & depoſuit tegumenta ejus; & cum reſumeret, iterum amovebat. Inter-

C *& lectum ejus pediculis implet :*

ac varie ſomnum ejus impedit.

dum extraxit illi calceos, & pannos rupit de capite, quos ruptos aliquando reportavit. Quandoque apparuit ei dæmon in ſpecie e Begardi, dicens ei : Omnes conſiliarii tui ſunt deceptores, & iſti raſi fatui, quidquid loquuntur mentiuntur. Præcipue notavit Prædicatores, qui illi ſemper adhærebant. D EX MS. e

ANNOTATA D.P.

a *Ms.* in triduo poſtquam pavit corpus ſuum, mobile quod manſit, &c.

b *Hujus carnificinæ tempus non eſt facile ex ſcriptis Petri definire : quia videtur multo prior eſſe omni ejus cum ipſa notitia.*

c Beati *id eſt* beatæ memoriæ ; *fuit autem hic* Joannes *Plebanus Stumbelenſis, & Beghinarum Rector, qui obiit an.* 1277 *ut habetur ex Epiſtola cum qua ſupra ordior librum* 3 *& ex ejuſdem libri num.* 42 *habetur anniverſarium ejus* 5 *Julii.*

d *Intelligendum hoc accommode, de veniali plane deliberato.*

e Begardi, *in Brabantia dicuntur* Tertiarii S. Franciſci, *ſoluti, ante nuperam reformationem,* E *nutrire barbas ; uti etiamnum eam nutriunt in Francia, quos* Pique-puce *cognominant, habitu fere ſimiles Cappucinis.*

CAPUT III.

Aliæ vexationes & conſolationes ; dæmon ad ſtuprum ſolicitans & confuſus.

20 ITem cum eſſet octodecim annorum vel circiter, habuit longos crines in capite: & cum invite faceret radi, ne caput ſuum videretur nudum ; venit diabolus abſtrahens ei crines, cum tanta feritate, quod in multis partibus carnes cum cute fuerunt abruptæ. Item ante Adventum primo venit dæmon, cum jaceret in ſua oratione proſtrata, defœdans faciem ejus & brachium ſtercore fœdiſſimo. Altera vice percuſſa eſt flagello nodato, de quo præſentes mirabantur, quod non audiebatur per totam iſtam villam; unde ipſa defecit à corde quinque vicibus, talia vel ſimilia dicens; Bone Jeſu rogo te per tuam paſſionem, quatenus dæmonibus præcipias, quod abſtineant à doloribus quos amplius nequeo ſuſtinere ; vel da mihi proventum ſuſtinendi. Hoc dicto defecit à corde: & cum ad ſe reverſa eſſet, ceſſavit afflictio. Poſt hæc dæmon deglubivit ejus crura uſque ad genua, qui adjuratus receſſit. Poſtea tenuibus unguiculis laceravit pedes ejus, quod omnes de villa quaſi una die viderunt. Item in Vigilia Nativitatis Domini audivit vocem tauri, qui veniens horribiliter deglutivit caput ejus, dimittens ſalivam in faciem ipſius, ita quod ſuffocata fuiſſet, niſi Deus ipſam aliter cuſtodiſſet. Item, cum audiret Miſſam vel prædicationem, vel oraret, tunc ſemper rugitus audiebat ad aures ſuas: quæ tentatio durabat quatuor ſeptimanis. Tandem rogavit humiliter ut auferretur : tuncque audivit optimam vocem ſpiritualem, qua venit

Chriſtina torquetur à dæmone crines vellente,

F *flagellante,*

tibias deglubente,

ſuffocare niſo,

varie obſtrepente,

A in cor ejus tale gaudium, quale prius de
EX MS. cantu numquam habuit.

21 Item per quindenam obmutuit, unde tantum doluit quod præ dolore rumpebatur
mutam readente, pectus ejus, & ſanguinem vomuit. Tunc venit dæmon dicens, O ſtulta, ubi nunc eſt Deus tuus: & apparuit ei in pulcherrima ſpecie, dicens: Si Deum habes, hunc adora. Nonne vides quod ego ſum omnium rerum creator & factor? Tunc ultra modum doluit, quia non potuit eidem reſpondere, ſæpius autem talia dixit. Ita vero cum loqui non poſſet, in eumdem [torve] conſpiciebat vel conſpuebat.
peccata aliena indicante, Item ſine intermiſſione ſuſurravit dæmon in aures ejus enormia & peſſima peccata, quæ homines committebant; & nomina eorum, qui furta vel ſimilia faciebant revelabat eidem: & minabatur ei quod vellet in eccleſia publice clamare quaſi ipſa eſſet furata. Hoc duravit tribus ſeptimanis, in quibus numquam dormiebat. Item quando in libro legere vel orare debuit, videbatur ei quod liber vel locus comburerctur, vel quod ipſam per ignem tranſire oporteret. Item cum de-
ignem objiciente,
B buit communicare, fuit ignis accenſus in conſpectu ejus quaſi clibanus ardens: & videbatur ſibi quod nullo modo illum ignem per ſeipſam pertranſire deberet. Et cum ſudaret ac reſiſteret, procedendo in nomine Domini; tunc evanuit, & hoc duravit per quindenam.

22 Item in quadam Quadrageſima tentabatur de Paſſione Domini: tunc enim &
paſſum Chriſtum negante; in Adventu Domini ſolebat ſingulis annis emittere lacrymas ſanguineas, nam incitabatur non credere Chriſtum paſſum. Denique cum eccleſiam intraret, reſpexit Crucem, & cogitabat dicens intra ſe: Hæc eſt pictura: quid prætendit? nihil veri. Unde ſupra modum affligebatur corde reluctando. Tunc dæmon propoſuit ei dicens, Credis Deum tuum paſſum fuiſſe? Non eſt verum quidquid de illo dicitur. In his Dilectus ſe abſentavit, unde vomuit præ amaritudine ſanguinem glomeratum. Item octo diebus ante Cœnam Domini, cum diceret Matutinas, ſupplicavit Domino, dicens: Dilecte mi, tu ſolus mihi ſpes & adjutor extitiſti, & tua paſſio fuit mihi
C magna conſolatio: libera me, quia diutius
pro quo ipſi datur corona ſpinea. iſtam adverſitatem nequeo ſuſtinere. Eâdem horâ deſideravit quod Deus oſtenderet aliquod ſignum ſuæ paſſionis, & mox ſpinea corona capiti ejus impreſſa eſt, & fluxit ſanguis per totam faciem ejus & in collum ejus. Poſt hæc cum ad ſe reverſa foret, hæc pœna omnino effective ceſſavit.

Chriſto compatiēs, 23 Item in Paraſceve, cum Beghinæ quæ ſecum morabantur eſſent cum ea in Officio eccleſiaſtico, & ſola Aleydis Beghina domi remaneret, quia fuit cæca; ecce Sponſa Sponſo ſingulis horis & ſingulis membris compaſſa eſt, ſed circa horam nonam ſonuerunt membra ejus quaſi diſtenderentur & frangerentur. Item præſentibus Fratribus Gerardo de Grifone ac Jacobo de Andernaco, cum Chriſti Virgo Chriſtina in medio duarum ſororum, ſcilicet Hadewigis & Gertrudis germanarum Curati, dormiret in hyeme;
raptatur extra domum, ecce venit ſtrepitus ſubito in domum, qui omnes excitavit, inſuper tria oſtia domus patefecit; Chriſtinam vero è medio earum rapuit, trahens ipſam extra domum, D
ubi eam Fratres & alii ſemivivam reliquerunt. Item in quodam veſpere dixit Fratribus ut exirent, quia dæmones minabantur ei veſtes exuere. Tunc Frater Gerardus dixit ei: Non te derelinquam, ſed ſi denudaverint te, induam tibi cappam meam. Cumque ſic loqueretur, dæmon abrupit utramque *& ex parte nudatur:*
manicam tunicæ ac pellicei ſui: tuncque ipſa ſubriſit dicens; Neſcis miſer quod pater meus poterit mihi alias veſtes dare? At ille abrupta ſecum detulit, nec amplius tunc facere præſumpſit. Item apparuit ei denuo quaſi Chriſtus in Cruce; unde ſupra modum flevit, & *provocatur ad importunas lacrymas;*
ſine intermiſſione. Tandem ad cor rediens requiſivit [ex Confeſſario] utrum dæmon poſſet eſſe: qui dixit ei quod ſic. Poſt hæc minime curavit, & ſic dæmon confuſus receſſit. Hæc autem tentatio octo diebus duravit, & plura ſimilia contigerunt.

24 Item dæmon oſtendit ei multoties infinitos denarios, aureos & argenteos, in ſac- *ſolicitatur oblato auro*
cis plenis, ac gemmas pretioſas & clenodia *& gemmis;*
diverſa, dicens ad eam; Si velles vivere ut E
ſeculares, vel ſaltem ſicut alii Religioſi; & abrenuntiares huic vitæ quam aſſumpſiſti, vellem te facere prædivitem: hoc etiam faccrem quod non poſſes timere mortem; & vellem prolongare vitam tuam quantum velles & quamdiu cuperes. Quæ reſpondit: Maledicte, tu mentiris, quia quæ promittis nequaquam poteris adimplere omnia. Qui ait: Clerici & Religioſi omnes decepti ſunt quia hæreſis eſt ſic vivere: Deus enim à principio ſic ordinavit ut omnes viverent in matrimonio, & tu fac ſimiliter. Item omni no- *& objecta ſpecie mulieris ac pueri, ad vitam conjugalem:*
cte venit, ſicuti virum unum & mulierem in comitatu ſecum habens: ſcilicet mulier ſecum puerum apportavit: qui tamen ſic invicem ſeſe tractaverunt nimis benigne ſecundum carnem: poſtea mulier amplexabatur puerum & dixit: Non eſt delectatio major iſtâ, ubi vir conjungitur mulieri & qua mulier diligit puerum. His viſis & auditis ultra modum tentabatur: & licet oculos clauderet, adhuc tamen talia vidit. Hæc tentatio duravit ſex ſeptimanis: unde huic reſiſtere gravius fuit ei morte.

25 Denique invaſit eam tumor, ita quod F
amiciſſimos amicos longo tempore dedigna- *terretur minus impingendi ſibi ſtupri.*
batur. Cui dixit dæmon: Ex quo me non ſequeris, ſcias pro certo, quod te confundam, ponam enim puerum in eccleſia coram te, & dicam populo, quod tuus ſit, & quod genuiſti eam de religioſis amicis. Unde cum audiret ſtrepitum in eccleſia, timuit hæc fieri; nec poterat orare præ timore. Tribus enim vicibus, cum debuit communicare, videbatur ei quaſi diſtincte audiret tumultum, & quaſi omnes dicerent; Ecce illa viliſſima deceptrix & trufatrix, modo evidenter apparent ejus trufæ, quia genuit filium: ſicque omne deſiderium communicandi receſſit; & timuit quod ſi procederet, poſſet eam infamare: tandemque reſtitit, cogitans, Si omnes vituperantes infamaret te, Deus ſcit quod innocens es. Item quadam nocte contigit ei, cum deberet de mane communicare, quod diceret in ſomnis, Dilecte mi, compatiamini mihi in hoc timore, & auferte à me hanc tentationem: & ecce mox reſpondit Dilectus

di-

A dicens : Cariſſima Sponſa & Filia, patiens eſto; tua pœna hodie finietur ; denique tuus Sponſus dabit tibi tantam mercedem pro timore quem habuiſti de tua confuſione, quantam non dediſſet ſi totus mundus clamaſſet. Cui illa reſpondit ; Benedictus ſis dulciſſime, quia mei es miſertus ; qua expergefactâ ſuggeſtio & tentatio hæc omnino evanuit. Sequenti die ſuſcepit tale gaudium in Communione, quod tribus diebus non guſtavit cibum neque potum : hoc autem quaſi continue poſt Communionem conſuetum erat ei.

ſed per Communionem eâ pœnâ liberatur.

Fruſtra à communicando abſterretur :

26 Item cum deberet altera vice communicare, venit dæmon in ſpecie Angeli, voce leniſſima dicens ei ; O cariſſima, tu proponis hodie communicare : ſed hoc non facias propter tres cauſas. Prima eſt, quia cum debes ſumere Hoſtiam, ad terram corruet, & erit tibi confuſio, & negligentia magna computabitur. Secunda eſt, quia debes cognoſcere te indignam. Tertia eſt, quia ad hoc B Sacerdotem induxiſti, quod eſt malæ voluntatis. Unde perterrita & anxia, rogavit Dominum ſuum, ut ei oſtenderet hujus rei veritatem. Tunc ipſa reſponſo accepto quod dæmon eſſet, eam cupiens impedire ; ferventi deſiderio communicavit : interim autem ille cum ſtrepitu diſparuit.

tentatur amore viri facinoroſi,

27 Item tentabatur de quodam viro, facinoroſo per omnia, quem videre deſiderabat; & quia non poterat, videbatur illi quod cor ſuum illico frangi deberet : & quia in nullo malo illum dilexit, mirabatur quomodo hoc eſſet ; quia ipſum ſicut dæmonem prius horrebat, & modo libenter cum eo loqueretur. Unde factum eſt, quod dæmon in ſpecie illius viri, omni nocte venit ad eam dicens: Ecce ego ſum amicus ille ; intravi ſecrete; domus aperta eſt ; nec parentes tui nec fratres nec aliqui ſciunt me hic eſſe, noli timere. Hæc credidit utique quod hic eſſet: & incepit eam amplecti ac tangere manus ejus, ipſa hæc ſentiens, retraxit manus ſuas ; & defendens ſe totis viribus, dixit ei, Niſi dimittas me in pace, diabolus te interficiet.

& à dæmone ejus ſpeciem induto,

C Et præ nimia cordis reſiſtentia vomuit ſanguinem : & adjuravit eum per Chriſti paſſionem, dicens, quod eam in pace dimitteret. Qui reſpondit : O præcordialiſſima, numquam dilexi hominem in tantum ſicut te: ſi me ſolum libenter videres, nollem amplius eſſe malus, ſed vellem eſſe ad tuam voluntatem : ſemper te faciam Dominam : donabo tibi pulchras veſtes, & ditabo te auro & argento, & abducam te ſine ſcitu parentum ad delicatos homines, ubi habebis omnem tuam voluntatem. Interea memoriam habuit paſſionis Chriſti ut per eam reſiſteret illi tentationi. Ille vero hoc videns cœpit flere dicens: Dulciſſima, vis tu me occidere ? Jam moriar, niſi compatiaris mihi, quia causâ tui non poſſum dormire neque comedere.

ad conſenſum allicitur,

Eodem fruſtra vim intentante,

28 Tandem dixit : Niſi ſis diabolus, ego faciam tecum voluntatem meam. Et comprehendit eam violenter, ita quod timuit ſibi auferri vitam. Ipſa vero in maximo timore & periculo poſita, invocavit Sponſum ſuum complosis manibus, & ejulans dixit ad eum: O miſericors Deus, conforta me in hac hora : nec tamen ſaltem aliquid dulcedinis vel conſolationis ſenſit in corde. Ille vero depoſuit ei pepla vel linteamina; & dilaceravit ejus tunicas, dicens : Ex quo mihi non das reſponſum ; clamabo ad omnes quod meam feceris voluntatem. At illa dixit : Nec mortem nec ſcandalum ullum vereor. Tunc ille extraxit cultellum, ponens ſuper cor ejus & dicens : Cum hoc mox te occidam, niſi me ſequaris. At illa ait : Domino Jeſu Chriſto promiſi fidem, pro cujus dulci nomine & amore mori deſidero. Ille vero ait ; patrem & matrem & omnes amicos tuos occidam, te autem adhuc reſervabo. Et exemit gladium, ita quod videbatur ei quod omnes occideret, & quod audivit omnes primo flentes miſerabiliter, & poſtea ſonantes quemadmodum illi qui occiduntur. Cum autem veniſſet ad patrem, ait ei ille : Expecta, inducam eam quod tibi conſentiat, ut non occidar. Venit ergo alius ſathan in ſpecie patris, dicens ; Cariſſima, recordare quia numquam dilexi prolem tam ardenter ſicut te ; conſenti ergo mihi, & vivam : unde ſi causâ tui occidar, numquam ſalvaberis : ſimiliter & mater ait. At illa reſpondit eis, Vultis quod Deum derelinquam ? neſcitis quod pro nobis mortuus eſt ? lætanter & vos accedatis, & patiamini mortem pro peccatis veſtris. Tunc occidit patrem : qui in gutture ſonans, quaſi jam mortuus apparebat : ſimiliter & mater. Et iterum appropians erat ſibi : illa vero arripiens cultellum fixit in propriam carnem; quod fecit ea intentione ne cor ſuum ſubverteretur, ſi violentiam aliquam ſibi facere vellet : ſed quod pœnam corporis ſentiret. In iſta reſiſtentia omnia membra ejus ſanguine & ſudore ſunt perfuſa.

D EX MS.

ejuſque patri & matri mortem minante,

imo jam occiſos repræſentante,

C

ipſamet cultello ſe lædit,

29 Hæc tentatio duravit per quadrageſimam, in qua numquam credere potuit quod dæmon eſſet ; licet à ſuis Confeſſoribus ſibi diceretur eſſe. Dilectio tamen in corde ejus prævaluit, quæ ſibi vim faciens, contra cor, quaſi contra mortem certavit, & ſic ille victus abiit & confuſus, relinquens ibi gladium in ſignum veritatis. Illa vero jacuit omnino deficiens à corde ſuo, & vulnus quod F ſibi inflixerat fluxit tribus diebus & tribus noctibus ſanguine. Illa vero timens mori, flevit amarè, quia timuit ſeipſam occidiſſe. Et cum ſic flens jaceret, ecce apparuit pulcherrimus juvenis, ſpecioſus formâ præ filiis hominum, alloquens eam & dicens : Noli timere, cariſſima filia & amica, & Sponſa: ego ſum Jeſus Chriſtus Sponſus tuus, cui promiſiſti fidem antequam venires ad Beghinas. Noli turbari : de hoc vulnere non morieris. Hoc tempore præcipue mihi fidelis fuiſti, quia video quod nullum præter me elegiſti. Ecce ejuſdem meriti fuiſſes cujus fuit Catharina, ſi tali intentione mortem ſubiiſſes. Tunc faciens Crucem ſuper vulnus ejus, remediabatur : & ſtatim dolor evanuit, & vulnus protinus ſanabatur ; ac ſecundum dolorum multitudinem abundantius in corde conſolabatur, & tentatio ceſſabat.

ſed divinitus ſanatur.

A

EX MS.

CAPUT IV.

Dæmon ſub ſpecie ſerpentis & bufonis Virginem affligit: ipſamque & familiares ſtercoraria infuſione vexat.

Viſis inferni & Purgatorii pœnis,

30 ITem tribus noctibus vidit omnes pœnas inferni, ſcilicet fletus, ululatus, malleos percutientes, clamores, ictus, calorem, frigus, bufones, ſerpentes, fœtores, fumum, ſulfur &c. Similiter & in Purgatorio diverſarum pœnarum genera, humanæ naturæ intolerabilia. Propter hanc viſionem tantus eam horror invaſit, quando vidit quod propter modicum quid, peccatores in inferno & in Purgatorio ſine miſericordia tormentantur: unde multum deſideravit, ſi eſſet voluntas Dei, quod ſepties eam hic purgaret, ut pœnas Purgatorii evaderet ac iſtius ſeculi mare calle impoluto tranſiret: & factum eſt ita. Nam poſt has tres noctes, vidit ante pedes

B

petit hic purgari:

ſuas, in oratione conſiſtens, ſerpentem, qui horribiliter inceſſit, ſibilando inſufflans eam: unde in tantum horruit, quod neſcivit quid oraret. In eccleſia & in omni loco talis horror ac ſibilus ſerpentis duravit, octo diebus & octo noctibus. Poſt hæc ſerpſit per totum

ad quod datur ei ſerpens jugiter afflicturus,

corpus ejus, & compoſuit ſe circa crura ipſius, & ibi manſit. Poſtea ſufflavit in aures ejus, & compoſuit ſe illi ſine intermiſſione, & quaſi tuba intravit aures & oculos. Propter has infirmitates clamare cœpit; adeo quod omnes de domo inquietavit: & circa finem intravit in exteriora corporis ejus, & voravit inteſtina ipſius. Hæc pœna fuit ſuper omnem æſtimationem, ita quod timuit ſæpe mori. Et rodendo rupit ac dilaceravit inteſtina, adeo quod tribus diebus & tribus noctibus fluxit ſanguine. Quod ſic eam voravit, tri-

& inteſtina etiam corojurus.

bus diebus & noctibus duravit: ultima vero nocte reliquit in corpore tantam immunditiam & venenum, quod plus quam quartale de ipſo corpore effluebat. Tunc in viſione veritatis (ſemper hoc eſt intelligendum) beata Virgo Maria eidem apparuit, offerens ei ca-

C

licem miræ dulcedinis & dicens: Accipe cariſſima filia & bibe; ex hoc recipies ſanitatem. Potus ille erat dulcior melle; & hunc ſaporem retinuit tribus diebus & totidem noctibus.

Audito S. Bernardi jubilo,

31 Item clavos ferreos infixit [dæmon] pedibus ejus & manibus, præſentibus fide dignis: & hoc contigit ante Natale Domini. Item accidit in Quadrageſima, præſentibus fratribus Petro & Gerardo, quod quædam ex puellis cantaret S. Bernardi cantilenam, ſcilicet, Jeſu dulcis memoria: & interim ipſa rapta eſt, ita quod corpus ejus riguit quaſi lignum: ſed circa ſpatium quinque horarum ſingultando ingemuit, ita quod in toto corpore modice moveretur. Poſt hæc cœpit ſpirare, non ut homines. Hinc ad moram duarum

in dulcem extaſim rapitur:

Miſſarum cœpit amplius ſpirare: inde cœpit loqui, ſed admodum [ſubmiſſe] ſic: O Amantiſſime, dulciſſime, optime, dilecte mi, benedictus ſis & laudabilis, & glorioſus in ſecula. Exultans enim inuſitato gaudio & tripudio, toto corpore tremefacto, ad morulam unius Pſalmi, ſub uno ſpiritu attractionis, mota permanſit. Poſt hæc inter cetera magnificavit Sponſum ſuum, flendo pro ſe ſuiſque amicis, & retulit de omnibus gratias: hoc longo tempore perduravit.

D

32 Inſuper octo diebus ante Purificationem beatæ Mariæ, cum poſt Completorium eſſet ante lectum ſuum, audivit vocem bufonis, unde exterrita eſt: ſed ad cor rediens manſit in oratione. Tandem tamen illi appropinquavit, & ſub veſtibus intravit, & paulatim per membra ejus aſcendit, & finaliter in pectore illius ſe locavit: erat autem adeo magnus, quod fere totum pectus occupavit, ungueſque ſuos ejus pectori infixit, graviter eam vulnerando: & per octo dies ſic manſit. In Vigilia Aſſumptionis intellexit, quod Dominus eam vellet liberare, unde manum retraxit ad interiora per manicam, & poſuit digitos inter ventrem & pectus bufonis, & violenter eum evulſit, & ad terram projecit; & ſonuit quaſi antiquus calceus. Quæ dixit ei: Miſer, cur ita cito revertebaris? Et reſpondit dæmon de bufone: Non ſum ego, alterius mihi crimen imponis: modo victus

à dæmone ſub ſpecie bufonis ſibi adhærente,

vexatur & vulneratur.

E

ſum, numquam de cetero revertar. Cui præcepit ut fugeret, & mox diſparuit cum bufone. Vulnera autem ſibi inflicta durabant plus quam quatuor ſeptimanis, & ſigno Crucis tunc ſunt ſanata.

33 Item in craſtino Annuntiationis B. Mariæ Virginis, ipſa comedit in domo plebani Joannis nomine, cum fratre Petro & Carolo: & comeſtione facta frater Petrus de dilectione Dei prædicavit. Tunc ipſa, ſuiipſius inſcia, manum ſiniſtram aperuit: & viderunt in manu ejus Crucem Dominicam, colore ſanguineo rubentem; & quam pulchra fuerit vix poterat æſtimari. Illa Crux non fuit ſola colore vel cruore depicta, ſed carni quaſi vulnus impreſſa, & pulcherrimis floribus adornata, atque mirabiliter ordinata; quod nulla arte humana effici potuiſſet. Item fratribus Gerardo & Petro de Colonia, verſus Stumbele euntibus juxta paludem, & de Virgine Chriſtina conferentibus, tunc ranæ omnes coaxaverunt, adeo quod illi mutuo ſeſe audire nequiverunt: & ecce frater Gerardus extendit manum ſuam, & præcepit in nomine Domini ut tacerent, atque collationem de beata Virgine Chriſtina non impedirent. Et ecce omnes ſtatim ſiluerunt, prout mandaverat eis frater prædictus, quouſque venirent juxta villam: tuncque licentiabant eas, & maxime poſt hæc coaxaverunt. Item in die Paſchæ eiſdem ſtigmata ſunt oſtenſa, ipſa tamen penitus ignorante.

Videtur ejus manus

floridâ Cruce notata.

F

De ea loquens, ranis indicit ſilentium.

34 Item in die Pentecoſtes fere dicto Completorio, uſque; Ecce nunc benedicite Dominum, venit dæmon omnibus videntibus, qui projecit librum quem ei abſtulerat in Converſione Pauli ad parietem in choro; adeo quod cecidit juxta fratrem Petrum. Plebanus autem videns librum, juravit per animam patris ſui, quod liber eſſet Chriſtinæ: & dimiſſo Pſalmo, intonavit, Veni ſancte Spiritus. Ipſa vero jacuit more ſolito retro altare, indurato corpore: & liber fuit mundus; ſed ſaccus ſtercore fœtido maculatus: quem frater Gerardus dedit ad olfaciendum quibuſdam, qui vel quæ Virgini detraxerant:

Dæmon reſtituit librum ablatum:

unde

A unde plures ex eis pœnituerunt. In tredecim diebus numquam dormivit, quia tantus calor ipſam invaſit, quod corpus ejus puſtulis plenum fuit. Item in feſto Magdalenæ, cum plures *a* ſtudentes ſederent cum Domina Abbatiſſa retro curtim, venit ancilla vocans Plebanum & fratrem Petrum, & dixit eis: Cito venite, diabolus projecit Chriſtinam in lutum, & timeo quod ſubmerget eam. Venientes igitur, invenerunt eam luto immundiſſimo immerſam præter caput. Hilla de Monte, ſtans in camiſia & pelliceo ſine manicis, & nudis pedibus in luto uſque ad genua, & frater Petrus cum calceis inſiliens, non poterant eam extrahere; quouſque Plebanus Joannes & frater Aldobrandinus eos juverunt. Qua extracta, frater Petrus induit ei cappam ſuam, & eam importaverunt *b*, & fuit inſenſibilis; ſed cum ad ſe rediret, conqueſta fuit, & dixit: O Domine, ſuper omnia mihi grave eſt ſic confundi, ut à viris tracter: attamen fac mecum ut tibi placet. Cui frater Petrus ait: Noli turbari, quia vere Deus ordinavit, quod nihil nudum in te apparuit: tunicâ enim albâ induta fuit, quæ ultra pedes ſe extendit.

a ipſam vero in lutum projicit:

unde ægre à pluribus extracta eſt.

b

B

Rapta poſt Communionem in extaſim,

35 Item in die B. Chriſtinæ Virginis, quæ eſt in Vigilia Jacobi Apoſtoli, cum frater Petrus Miſſam celebraret de Spiritu ſancto, in altare ſancti Petri in Stumbele, & cum hujus Chriſtinæ haberet memoriam; tunc datus eſt ei imber lacrymarum ex mira cordis dulcedine: interim ipſa communicavit. Miſſis dictis inſtitit Aldobrandinus ut irent ad Chriſtinam, ad videndum mirabilia. Qui cum ſtarent ante lectum ejus, Aldobrandinus acceſſit, humerum ejus tangens, utrum eſſet indurata ſcire volens: & ſentiens quod non, indignanter dixit fratri Petro: Mendacium eſt quod dicitur de iſta. Cui reſpondit Petrus: Expecta modicum, quia nondum tempus eſt ut hæc fiant: morula enim fiebat poſt Communionem antequam indureſceret corpus. Hoc ignorans frater Aldobrandinus abiit, quod fratri Petro diſplicuit. Poſt hæc facto prandio cum Domina Abbatiſſa S. Cæciliæ, nomine Geva; iterum rogavit Aldobrandinus Petrum ut rediret ad puellam. Sicque cum Plebano ſunt

invenitur tota rigida,

C reverſi; & intrantes thalamum ejus, invenerunt faciem ipſius verſam ad parietem. Tunc frater Aldobrandinus examinavit factum, nec invenit ſpirationis motum. Iterum poſuit manum ſuam ſuper humerum ejus, & ſenſit illam rigidam ut mortuam: unde ad cordis mollitiem mox pervenit.

ſiniſtramq; ſignata floridâ Cruce;

36 Poſt modicum intervallum ipſa, parumper ad ſe reverſa, ſiniſtram manum extendit, & viderunt omnes Crucem pulcherrimam in manu virginea floribus adornatam. Tunc Aldobrandinus voce magna clamavit, & dixit: Heu me infelicem! quod unquam fui auſus tantæ ſanctitati derogare. Numquam credidiſſem, ſi talia non vidiſſem: totus enim mundus non poſſet facere talem Crucem. Ipſe vero cum aliis uſque ad Veſperas flevit, & inceſſit quaſi eſſet in ſpiritu inebriatus, ipſa naturaliter inſcia exiſtente omnium prædictorum. Poſt hæc Aldobrandinus debuit manum Chriſtinæ ſua manu levare ut inſpiceret: ipſa vero iterum rapta, manum Aldobrandini inter manum ſuam & parietem mox concluſit,

& explorantis manum mirabiliter comprimit.

adeo quod non poterat eam extrahere, quouſque iterum ad ſe rediret. Poſtea redibant ad curiam ut cœnarent. Tunc Aldobrandinus dixit Dominæ Abbatiſſæ, Vere hæc compreſſio manuum non fuit naturalis, quia non ſenſi nec aliquid mali paſſus fui: fixa tamen quaſi conclavata manſit. Item in Adventu Domini Petrus & Wipertus fratres, de Colonia venientes, invenerunt Godefridum Priorem in Brunwilre, Cellerarium, ac Plebanum Joannem cum ea; ipſa vero ſedebat in lecto propter inſtantes pœnas. Qui poſtquam ipſam ſalutaverunt, ad ignem exiverunt. Et cum modicum ſediſſent, Cellerarius *c* extendit ocream ad ignem: tuncque mox omnibus videntibus ſtercore humano, ad latitudinem unius palmæ, ſuper ocream eſt perfuſus. Hinc Chriſtinam plus quam viceſies diverſis modis defœdavit: interdum enim poſuit ſtercus ſuper tunicas vel ſub veſtibus, aliquando ſub peplis quaſi paſtam, quandoque in oculos, & in os inter dentes, quod vix panno poterat detergi. Aliis dedit tepidum ſtercus, ſed Virgini vel calidum adeo, quod puſtulæ inde ficbant, vel nimis frigidum. In ortu diei ceſſavit illa pœna, ſed de veſpere rediit, & tunc illam ſæpiſſime defœdavit. Circa mediam noctem quæſivit Petrus ab ea ſi dæmonem videret: quæ reſpondit; Sive claudam oculos, ſive aperiam, ſemper video dæmonem. Quæſivit Petrus ſecundo; Cui ſimilis eſt? Ait illa: Multipliciter ſe figurat: ſed nunc non plus video quam caput; hoc ſimile eſt humanæ faciei, attamen adeo eſt deforme, quod credo non poſſe tale fieri, habet enim duo cornua præeminentia. Et iterum quæſivit; Ubi vides eum? Et illa, Apud Hillam de Monte & Gertrudem ſororem ſedet: quæ hoc audientes, territæ ſeſe ab invicem diviſerunt. Et iterum quæſivit, Si aquâ benedictâ reſpergeretur, numquid fugeret? Reſpondit quod ſic, ſed cito rediret: ſicque nox tranſiit, ita quod interim pluries fuerat defœdata.

D EX MS.

Pluribus præſentibus

c

fœdatur humano ſtercore

E

quod & illi patiuntur.

37 Nocte illa quæ fuerat ante Dominicam tertiam Adventus, dæmon advenit, Petro ac Wiperto circa illam ſedentibus: & ecce ſub ſcamno, ubi Wipertus ſedit, dæmon ſonuit, quaſi faceret ſorbitium de ovis. Tunc Wipertus arripuit baculum ſuum dicens; Viliſſime, ego eruam tibi oculos tuos: & cum truderet eum in uno loco, tunc fuit in altero. Dixit itaque Wipertus Plebano, Neſcitis conjurationes quibus poſſet depelli? Qui ait, Scio, Egredere maledicte diabole &c. Ad quos ipſa ait, Nolite: quamdiu Dominus vult, oportet me ita tolerare. Cumque Wipertus non deſiſteret; ecce dæmon, quaſi veſicam rumpens, extinxit candelam. Hoc ſtrepitu Wipertus timore percuſſus exire feſtinavit: cui dæmon occurrit in medio viæ & perfudit eum tenui ſtercore, ſicque clamavit [Wipertus], dicens; Væ mihi quia unum oculum perdidi: perfuderat enim dimidiam faciem ejus à ſummo uſque ad deorſum, & unum oculum ac naſum dimidium, & dimidium pectus uſque ad balteum, alterumque humerum uſque ad brachium: qui lotus juxta ignem ridendo intravit. Poſtea vero cum legerent Matutinas, Frater Petrus dixit Wiperto: Ap-

Eorum unus, dæmonem ipſa invita adjurans

F

fœdius perfunditur.

propinqua

A propinqua & auſculta quid faciat Chriſtina. Quo facto ille dixit Petro; Sentio in ea odorem omnibus aromatibus meliorem. Poſt modicum acceſſit ad eam Frater Petrus, dicens ei; Intendis hodie communicare? Quæ dixit, Quod ſic. At ille: Non cogites inquit aliud. Quæ ait: Moleſtum mihi eſſet quod hoc facerem. Facto autem prandio redibant, & ipſam immobilem inveniebant, ipſa vero poſt hæc ad ſe reverſa, modicum extendit manum ſiniſtram, & omnes viderunt ſignum Crucis glorioſum in medio palmæ triplicatum, quaſi una Crux eſſet principalis, & duæ minores de brachiis ejus procederent: unde data eis abundantia lacrymarum fuit: qui intus illuſtrati abierunt, ipſâ inſciâ omnium quæ fiebant.

Ex MS. Ipſa interim invenitur ſuaviter fragrans.

38 In quarta Dominica Adventus, quæ præceſſit Vigiliam Natalis Domini, Gerardus & Petrus venerunt in domum Chriſtinæ; & exuentes cappas fluviis madefactas ad ſiccandum, invenerunt Joannem de Muſſindorp cum ſocio ſuo, ac Joannem Plebanum & Beghinas. Tunc Gerardus quaſi jocando dixit: Domine dæmon, non me defœdes: ego ſum amicus tuus. Ad quem Petrus, Si tu ejus es amicus, ero tui & ipſius inimicus. Quo audito alii ſubriſerunt, optantes quod aliquo clenodio ipſum ſalutaret. Cumque ſic loqueretur, venit ex angulo quaſi colore albus humor, velut ſi magna ſcutella vel pelvis plena effunderetur, & effudit in Petrum ſuper humerum dextrum & naſum, ſed oſtium prope ſtans de reſiduo perfundebat. Quo facto cœnaverunt: quotieſcumque autem ipſa orabat, dæmon alta voce ſibilabat. Cœnâ factâ, Gerardus debens ire, ad ignem divertit: quem dæmon perfudit in faciem ſuam, & dimidietatem ſcapularis novi, & caputium, & totum pectus fœtido ſtercore in tanta copia, quod ſtans in media camera fecit immunditiam de naſo abſtillare. Hoc autem pluribus placuit, quod amicus amicum ſic tractavit.

B *Quidam, dæmonis ſe amicum joculariter dicens,*

parum amice ab eo habetur.

39 Circa mediam noctem ipſa cœpit magis ſolito anguſtiari, ad quam Petrus ait: Cur tantum triſtaris? Cui illa reſpondit: Non mireris, quia video horribilem dæmonem

C *Virgo lapide ignito torquetur,* ſtantem ante me, ac lapidem ignitum habentem quo me vult comburere. Poſt modicum dæmon poſuit ignitum lapidem ad carnem ejus, inter veſtes in latere ſiniſtro, ad quantitatem pugni; & tam fortiter impreſſit, quod erat quaſi immobilis. Tunc paſſa fuit tantam pœnam, quod vix credi potuit omnibus, poſtmodum lapidem videntibus & manibus tangentibus: ſed dæmon poſt longam moram de manibus eorum lapidem ſuſtulit, & ſuper humerum Virginis locavit; ibique manſit, quouſque gallus cantavit, & tunc ceſſavit. Facto vero mane inſtitit omnes maculando, ita quod Gerardus & Petrus tribus vicibus fuerunt defœdati, quod non habebant quod induere poſſent: alii plus, alii minus. Poſt modicum autem dæmon ſtans ſuper ciſtam, chorizavit, maximum ſtrepitum faciens. Tunc Petro & Gerardo Officium de Domina noſtra legentibus, cum ad Euangelium perveniſſent, ſcilicet, Miſſus eſt Gabriel; ecce dæmon, non veritas divina, ſub manibus Petri tor-

& ludificatur.

tam, ad latitudinem digiti fere ſpiſſam, per totum caput & inter pepla Virginis poſuit: quam completo Officio Petrus depoſuit, quantum potuit, digitis ſuis. D

ANNOTATA D.P.

a *Etiam in cœnobiis Virginum* Studentes *dicuntur, quæ probationis tempore diſcunt linguam Latinam & cantum.*

b Importare, *per Teutoniſmum id eſt domum inferre* Binnen draghen.

c *Clarius acta lib.* 1 *num.* 50 *ubi dicitur*, cum pedem ocreâ calceatum ad ignem extenderet.

CAPUT V.

Novæ moleſtiæ ipſi, aliiſque propter ipſam à dæmone illatæ.

40 ITem Joannes Plebanus in Juliaco, videns diabolum tollere amphoras & ſcutellas familia comedente; audivit eum cantantem, & tympanis ac nolis & aliis inſtrumentis ludentem; & ait ad diabolum: Quare non venis ad domum meam. Qui reſpondit; Quam cito veneris domum ero præſens. Quo facto ipſum terruit, horribiliter ſonando; & receſſit, dicens; Si ancilla & Sponſa Chriſti permiſiſſet, ſine damno tuo non taliter abſceſſiſſem. Talia & ſimilia ſæpius contigerunt. Hæc interrogata de dæmonibus, quos vidit dum eſſet in ſpiritu conſtituta; reſpondit: Sicut diverſa ſunt genera Angelorum & hominum, ſic & dæmonum. Quoddam genus eorum numquam tentat homines gravibus peccatis: quælibet vero genera habent ſpecialia officia & verſutias contra hominem exercere. Poſt hæc dæmon lectum ejus intravit, & totum ſtratum paſſim conquaſſavit, ac verba blaſphemiæ cum cantus melodia alte ac rythmice decantavit: inter cetera, Ubi eſt Deus tuus? nunc ſæpius repetens, tandem dixit; Ubi ſunt iſti raſi fatui? ſic tractabo eos quod non audebunt tibi apparere. Poſt hæc adjurans eum per paſſionem Domini, præcepit ut dictorum elucidaret veritatem. At ille dimittens cantum, qui ante ut pugil inceſſit, nunc quaſi vetulus & decrepitus cœpit dicere, Se fore mentitum; & quod perdidiſſet beatitudinem, ſed permiſſus fuiſſet à Deo ut eam affligeret; & quod ſit victus. Qui mox ſtrepitum faciens, quaſi veſicam rumperet, bombizando diſparuit. E

Inſultanti Plebano minatur dæmon,

41 Item in Quadageſima, Joannes dictus Heſpe & Petrus veniebant ad eam: quæ ipſum Petrum rogabat, ut craſtina die Miſſam diceret de Domina noſtra: quo facto ipſa immobilis permanſit in loco ſuo: nec mirum, quia rapta fuit. Pallium vero ejus viderunt quaſi rore cæli optime odorante perfuſum. Tunc Frater Joannes ſuam manum madefecit in rore, & linivit aliam manum ubi habuit accreſcentiam ut ovum: quæ ſtatim cœpit decreſcere, & brevi poſt tempore ſanabatur, de qua prius timuit uſum manus perdere. Officium fuit, Rorate cæli deſuper, qui Sponſæ Chriſti Chriſtinæ irroraverunt. Item in Cœna Domini, Petrus & F

& Virgini moleſtus eſt.

Chriſtina cæleſti rore perfunditur,

eoque illius frater ſanatur

Mau-

A Mauritius, Joannes & Aldobrandinus, venerunt in Stumbele: tuncque puellæ dixerunt Petro: Hoc fuit in ecclesia (quoniam eodem die communicaverat) si posletis sinistram manum ejus inspicere, mirabiliter enim est depicta; ecce Deo dante. Tunc vidit Petrus quindecim signa in manu virginea, situ ordinatissima. In medio palmæ extitit signum rotundum, minus sterlingo: circa quod erant quatuor in modum Crucis, in hunc situm dispositа, aliquantulum minora, sed reliquis decem majora. Quinque igitur in carne depicta non arte naturali; residua vero decem, per decem digitos manuum erant distincta, ita tamen quod quilibet articulus erat signo decoratus.

in manu ejusdem mira signa videntur.

42 Post hæc, tenebrosis Matutinis dictis usque ad Benedictus, tunc cum Kyrie eleyson cantaretur, quidam in ecclesia per insolentiam ex dissolutione cantaverunt, ita quod in choro omnes impediverunt. Et ecce, ipsis in choro cantantibus, & passionis Christi memoriam celebrantibus, affuit Sathan: qui omnes

Sordidantur petulantes quidam in ecclesia,

B qui insolentias fecerant, defœdavit, de quo pessimus fœtor exhalavit: sed quod mirabilius fuit, quædam personæ, à dextris & à sinistris ipsius Virginis, nimis fuerant defœdatæ, quædam in tunicis, & quædam in palliis, & quædam in peplis & facie; nec una gutta Christinam tetigit. Tunc candelis reaccensis, Plebanus experiebatur quæ illæ personæ erant plus defœdatæ, scilicet Beghinæ, quæ plus detraxerant Christinæ. Ipsa vero nihil horum sciens, nisi quando Petrus ei enarrabat, tunc primitus recognovit. Cum igitur Christina domum reverteretur, adeo passione Christi fuerat occupata, quod Petro aliisque loquentibus non respondit.

& Beghinæ Virgini detrahere solitæ.

In eâdem raptâ apparent sacra stigmata,

43 In Parasceve post Officium, Joannes & Petrus cum aliis Fratribus invenerunt eam rigidam in lecto: tuncque omnes qui aderant viderunt stigmata. Hilla quoque de Monte ad eorum petitionem detexit pedes, & fluxerunt rivi sanguinis: eodem modo in capite & in aliis locis: similiter & spineâ coronâ fuerat coronata. In die sancto Paschæ ducta est in equo patris sui ad ecclesiam,

C quia ire non potuit præ stigmatibus: quæ in prima communicavit Missa, & statim rapta fuit in loco suo. Tunc veniente Fratre Salomone cum socio in sacris diebus, & fratre Wiperto faciente sermonem, rapta fuit. Post hæc rogavit Salomon eam ut resueret cappam suam, quod consilium dederat ei Petrus: quo facto, ipsa sibi non cavente, Salomon vidit stigmata in manibus ejus. In Octava Paschæ venerunt ad eam duodecim Fratres Prædicatores in Stumbele: & Fratre Arnoldo faciente collationem de hoc themate, Stabant juxta Crucem Jesu mater ejus &c. iterum rapta fuit, Fratribus videntibus.

rursumque ipsa aliquid fuente;

quæ diversimode vexatur à dæmone,

Iterum, cum debuit orare vel aliquid boni facere, venit dæmon cum lanceis & cultellis, qui nitebatur eam perforare. Semel, cum sederet ante recluforium cum pluribus personis, venit dæmon, & lanceam fixit in os ejus, ita quod omnibus videntibus evomuit sanguinem Item per quindenam ante Assumptionem B. Mariæ Virginis, sudavit guttas sanguineas. Item non potuit audire Missam, nec verbum Dei, nec orare, nec aliquid boni D EX MS. facere, nisi faceret contra cor suum, sicut contra mortem. Item dæmon percussit eam ferro candente in partibus organicis, adeo quod non apparuit in ea facies, sed horror, sic quod à Fratribus vix poterat agnosci; scilicet Waltero & Godefrido de Weerde & aliis fide dignis. Item soror ejus Gertrudis combusta est in naso, unde noluit secum plus dormire, nec effici Beghina; sed postea maritata est. Item combussit Christinam in capite, & perforavit sibi aures ferro ignito, ita quod in gutture pustulas habuit. Cum autem sic quasi exanimis jacuit, Sponsus eam corde & corpore sanavit: semper enim à Sponso vel matre glorioſa Virgine Maria est curata. Item in specie Begardi quandoque apparuit ei dæmon, quem noscens alloquebatur in hunc modum; Infelix quid me persequeris? Qui respondit: Libenter deciperem te; sed propter virtutem omnipotentis Dei, quæ in te regnat, prævalere nequeo.

sed juvatur à Christo & Matre ejus,

45 Item in Exaltatione sanctæ Crucis venit dæmon in specie fratris eius Henrici, de E vespere, qui prius in *a* Campis Monachus est effectus: venit enim in suo *b* wambasio, candela in thalamo Virginis ardente, sanguinolentus & graviter vulneratus, qui dixit ei: Soror carissima, ne terrearis; ecce inimici vulneraverunt me: sed spero quod mihi non nocebit. Hæc spiritu edocta, mox cognovit dæmonem: qui confusus dixit, Hæc vulnera tu mihi fecisti, & post hæc disparuit. Item in Ecclesia, januâ fractâ ipsam vulneravit; adeo quod in octo diebus ire non potuit. Item perdidit pepla, & librum: quæ in Pentecoste, malis artibus *c* suis reportavit. Item momordit magna frusta de corpore ipsius, & laniavit atque combussit vestes in corpore illius, ac horribiliter illam afflixit & aspexit. Per caput & per os defuncti loquebatur, & per oculos vidit Fratres perterrens: Prioremque de Brunwilre læsit; & Monachum de *d* Quinheym vulneravit, & dum ad claustrum rediret in fossam projecit, & quosdam momordit. Judæum & Judæam, qui volebant eum fugare, lapidare curavit. Item ante festum omnium Sanctorum, in elevatione Corporis Christi, apparuit ei dæmon dicens: Ecce ego sum Deus tuus. Quando flexit genua, ille trusit eam quod non potuit surgere. Hæc autem & similia sæpius contigerunt, quæ non omnia recitantur.

a
b
Apparet ei dæmon specie fratris ejus ut vulnerati

c

ipsi & aliis deinde varie molestus,

d

F

46 Item abstulit ejus æmulæ duo allecia, & stercoravit in scutellam, & projecit in recluſorium. Item dixit Christinæ: Abstuli decem solidos antiquæ Beghinæ, tuæ æmulæ, ac deportavi in cloacam Prædicatorum Colonienſium. Illa vero post invenit denarios quos perdidit. Item fregit sibi omnia ossa sua in ecclesia, & calceum extraxit; quem divinitus compulsus postea reportavit. Item in Vigilia omnium Sanctorum eam in recluſorio cum aliis defœdavit, & eam Barbaram nominavit, ac recessit, præsente Hilla & Reclusis. Item cum post orationem in Brunwilre in monasterio per totam noctem remansisset; ecce sathan, post recessum suum, totum locum circumquaque antiquis calceis & stercore defœdavit, in tanta quantitate, quod campanarius ea sportis faceret deporta-

uti & æmulis ejus,

A Item per os Christinæ Dominum blasphe-
EX MS. mavit, unde nimis desolata fuit, quasi Dominus eam reliquisset: nam in resistentia vomuit sanguinem ex ore suo & naso. Item sororem ejus Gertrudem, cum capite defuncti projecit ad caput, & famulo earum ad collum suspendit. Item quando famuli vel ancillæ straverunt lectulos suos, tunc sathan extraxit pulvinaria ac cussinos, & reposuit pro eis lapides aliquando vel tortas vaccarum, calidas & molles.

47 Item cum lapidibus projecit parentes ejus, fratres, & sorores, ac alios: & cum lapide Judæam vulneravit. Item Priori præ-
& consanguineis; dicto momordit undecim vulnera: Joannem in Mussindorp momordit & Plebanum, ipsamque cum lapide projecit inter scapulas, quod vomuit sanguinem. Item ferrea manu sua compressit pedes ejus, quod sanguis fluxit ex unguibus. Item apparuit in specie horribilium bestiarum & belluarum, & in omnibus membris ipsam momordit. Item cattum sanguinolentum trusit in os ejus & cetera cadavera. Item combussit pellicem totum in
B corpore præter collarium circa collum, &
quin etiam ipsam aliisque ledit, aliquando tunicas ita combussit, quod pellicem illæsum & intactum permansit. Interdum etiam rupit vestes ejus: sulfur quoque fudit in os ejus, ac sonuit horribiliter quasi taurus vel alia animalia. Diversos ludos musicos exercuit cum tympano & fistula & aliis, & cantilenas chorizando decantavit. Item disputabat cum ea de Deo & de fide, sed semper ab ea vincebatur.

48 Cum Virgo Christi Christina esset
occurrens ei in specie equi. XXIII annorum vel circiter, accidit ei ante festum omnium Sanctorum, dum iret ad ecclesiam, ut obviaret ei diabolus in specie fortissimi equi, ex ore ac naribus flammam sulfuream exhalantis: quo viso territa secessit à via, ut ejus cursui locum daret. Ille nisus Communionis ejus propositum impedire, super humeros ejus exiliens, pedibus ipsam conculcavit; postremo velaminibus detractis, frustum à capite Virginis in quantitate palmæ cum crinibus evulsit; tantum strepitum cordi ejus & horrorem incutiens, ut villa cum domibus sibi subversa videretur. Post-
C quam autem dæmonis malitiam intus cognovit, ipsum in nomine Christi ut discederet admonuit: unde ipse confusus in nebulam fœtidissimam est mox resolutus. Item volverunt eam in capite in tantum, quod cerebello fracto cerebrum nudum videbatur. Iterum rupit carnem de cruribus, quod ossa nuda videbantur: quæ vulnera post triduum sæpe sanabantur.

49 Item in festo omnium Sanctorum,
Illa in raptu auditur suaviter canere. Ioannes, Aldobrandinus & Petrus prædicti, post prandium ad ecclesiam redierunt, ut viderent mirabilia. Tunc ecclesia clausa fuit. Stantes ergo modicum audierunt cantilenam, cujus modus seu sonoritas fuit adeo subtilis & dulcis, quasi melle commixtus. Post hæc intrantes ecclesiam, retro altare ipsam invenerunt jacentem, toto corpore rigidam: unde auscultabant si vocem audire possent. & mox quasi in pectore sonus fieri videbatur: tuncque veraciter poterat dici; In cymbalis bene sonantibus, in cymbalis jubilationis laudat Sponsum Jesum Christum.

50 Item post secundam Dominicam Adven- D
Triduo raptatam à dæmonibus tus, à dæmonibus trahebatur per sepes, spinas, & glebas gelatas, nunc per caput, nunc per pedes, ad quamdam paludem vicinæ silvæ adjacentem: ibique per tres noctes, ad modum bovinæ pellis, corpus diutissime cæsum, quasi exanime super glaciem projecerunt. Tunc adimpletum est illud Euangelicum; Matt. 4. 11.
sanant Angeli. Reliquit eum tentator &c. Duo siquidem Angeli veniebant, qui corpus Virginis à læsionibus curabant, & leniissimo pallio corpus ejus obumbrabant, mentem ejus divinis eloquiis confortabant, & adeo miris consolationibus in cubiculum reducebant, quod præ nimia jucunditate nec viam nec modum reductionis perpendere tunc valebat. Item diabolus in specie Plebani de mane exiit de domo ejus, ex quo homines fuerant scandalizati, credentes quod in domo puellæ per noctem dormiisset &c. Item in recluforio, præsente *Iterum coram aliis cruentatur:* Domino Ioanne ac Domino Henrico Plebano de Poilheym & aliis, diabolus ita trusit corpus ejus ad postem, quod cruentavit. Talia & alia similia eidem contigerunt, quæ non sufficio singulariter enarrare. E

51 Item post Natale Domini in sacris
videt annulum cæleſtem in digito Fr. Petri, diebus talem habuit historiam de Fratre Petro Lectore Gotlandiæ, quem vidit sibi assistentem: in cujus digito perspicue, ad modum auri splendidi, vidit annulum pulcherrimum, intrinsecus insertum, in cujus summitate erat gemma clarissima, in qua continebatur, Jesus Christus est vestrûm fides æterna: quod autem in interiori parte scriptum erat, noluit propalare. Item ante Dominicam in passione Domini, duo dæmones cum ferreis instrumentis os ejus crudeliter expandebant: tertius *Cruciatur infuso in os sulfure.* vero pone infundebat picem cum bullienti sulfure. Quoties autem istud tormentum evenit, toties B. Maria calicem miræ dulcedinis ei proposuit ac propinavit: quo hausto totalis amaritudo mox cessavit.

ANNOTATA D.P.

a *Vulgo* Kempen, *extremum Colonienſis diœceſis oppidum inter Juliacum & Cliviam*, Venerabilis Thomæ à Kempis *patria, uti docet Roſweidus in notis ad Vitam poſt Chronicon Windesheimenſe;* F *contra nonnullos, natum credentes ſynonymo loco in Tranſiſalania; eoque facilius in hanc opinionem ductos, quia in monte S. Agnetis prope Zwollas, in eadem Tranſiſalania* Thomas *vixit & obiit.*

b Wambasium, *Teutonice* Wambays, *thorax pectus & ventrem contegens: unde ei nomen factum credit Kilianus; quod* Wambe, Wombe *antiquitus ventrem ſignificarit. Vide Cangium in Gloſſario: poſt vocem* Gambiſo, *quæ in eodem ſignificatu accipi videtur, plura afferentem auctorum inſignium loca, unde vox ipſa & origo diſtinctius explicetur.*

c *Id eſt*, Invitus, *Franci dicerent*, Malgré luy; *ut videri poſſit ex Pariſienſi ſtudio phraſim Teutonibus ignotam, attuliſſe Auctor.*

b Quinheim, *ubi ſit necdum didici.*

e Cerebellum, *pro cranio ſeu teſta capitis, hic primum lego.*

CA-

A

CAPUT VI.

Multiplex dæmonum fraus, detecta & explosa per Christinam.

52 ITem ante festum Ascensionis Domini, scilicet in Vigilia, cum in ecclesia post Vesperas sola remaneret; ecce antiquus hostis, cupiens orationem ejus impedire, tantum strepitum & horrorem fecit, quod timuit ecclesiam corruisse: sed post pusillum resumptis viribus, cum dæmonis astutiam cognovisset, ad confusionem ejus alta voce cantando, Deum magnificavit. Quod Dominus Ioannes in clusa audiens, celeriter etiam introivit, ipsamque in orationibus invenit, sed cantus cessavit. Quod ut vidit dæmon, libellum de manu ejus arripiens, in pavimentum cum impetu projecit: quem Dominus Ioannes præfatus levavit, & ante ipsam reposuit. Qui auscultans eam plura loquentem, inter

Insultat dæmoni volenti orantem turbare.

B cetera audivit eam dicentem: O maligne spiritus, nequaquam me poteris à laude Domini mei revocare, nec omnes diaboli qui sunt in inferno.

53 Item desiderio desideravit, pro negligentiis Domini Joannis Plebani in Stumbele satisfacere, ut à Purgatorio absolveretur. Hoc Dominus misericorditer permisit: unde tribus noctibus ante Pentecosten venit quidam dæmon in specie prædicti Sacerdotis, horribili aspectu & lamentabili voce damnatum se pronuntians, exponensque causas suæ damnationis. Ad quod hæc intra se dicebat ad Deum: Carissime Pater, si hic non salvabitur, tota mea spes & fiducia frustra habetur. Hæc & alia illa dicente, disparuit: & continuo duo alii venientes, maximis verberibus eam affligebant; & confringentes singula membra ejus, caput ipsius retortum usque ad pedes reflectebant. Hoc facto duo Angeli cælitus missi veniebant, qui ipsam cælesti medicamine reficiebant. Hæc per tres noctes sustinuit: sed illi in fine fatebantur, se nihil juris habuisse in prædicto Sacerdote; qui ab ea

Satisfacit pro defuncto Plebano:

C licentiati, confusi & victi abierunt.

54 In die Pentecostes cum lætitia & jucunditate ad ecclesiam proficiscitur, & statim transvehitur in amplexus Sponsi sui rapta ipsa Sponsa, ibique ineffabiliter consolatur, cui inter cetera arcana tempus & hora Sacerdotis prædicti, quando absolvebatur, revelata sunt; scilicet quando ejus anniversarius dies celebrabatur. Quantas proinde gratiarum actiones dilecto Sponso persolverit, scribere non valeo omnino. Item tribus diebus ante Pentecosten transactis, usque in sextam feriam quæ est post festum Petri & Pauli, in quo anniversarius dies prænominatus fuit; ipsa infinita tormenta sustinuit, ad modum Purgatorii, in noctibus; sed in diebus jucunda apparuit. Unde adveniente feria sexta Anniversarii die, hæc quæ post Pentecosten non communicaverat, statim in thalamum Sponsi raptim mancipabatur. Ubi in speculo æternæ veritatis Amicum, pro quo tanta sustinuit felici intuitu speculabatur. O quantum gaudium & exultatio ibi fiebat, ubi amici se invicem salu-

eumque intelligit absolutum à pœnis,

multa prius pro illo passa.

tabant!

D

55 Item in tertia nocte post Nativitatem B. Mariæ cum fratre suo Sigwino pergebat: frater autem ejus triticum in carruca portabat. Qui cum civitati Colonienſi appropinquaret, vix fuit media nox. Placuit ergo eis ut equos solverent, & in pascua dimitterent, seque reponerent ut dormirent. Tunc Virgo Christi carrucam ascendens, pervigil residebat. Et ecce antiquus ille serpens affuit, qui tanta fortitudine equos carrucæ huc illucque traxit, quod ipsa non poterat superius residere. Descendens ergo de carruca, flexis genibus insistebat orationibus. Tuncque dæmon eam diversis versutiis & machinamentis attentavit: primo in speciem lupi se transformavit, ipsam micantibus oculis & mordaci gutture quasi devoraturus, nequiter impetendo. Præterea vocem lamentabilem tamquam fratrem ejus jugulasset, emittebat: deinde ad equos currens idem faciebat. Post hæc infiniti lupi veniebant, qui resonabant quasi omnes devoraturi essent, totumque campum horribilibus vocibus replebant. Sed Virgo Christi intus edocta, dæ-

EX MS. Coloniam cum fratre in carruca euntis oratione

impedire conantur dæmones, in forma luporum;

E

monum astutiam intuens, constans in orationibus persistebat. Habens enim plenam fiduciam ad Dominum, hæc volvebat in corde suo: Quoniam possibile est omnipotenti Deo tam fratrem quamque equos sua virtute reformare. Hæc ipsa cogitante, dæmones in specie luporum evanuerunt, sed post hæc diversis modis sese ostenderunt.

56 Hinc venit quidam in specie pulcherrimi juvenis, qui primo adulationibus & turpibus allocutionibus eam fatigavit: deinde multitudo dæmonum in specie virorum & mulierum veniebat, qui dum suas nequitias exercuissent, evanuerunt. Post hæc diversæ figuræ dæmonum, in canum, ursorum, leonum, cattorum, simiarum, & bestiarum cornutarum, reliqui in specie animalium horribilium apparebant. Hi omnes eam inhumaniter perterrebant, & eam ab oratione avertere nitebantur. In his omnibus permanebat illa in orationibus constans. Ad ultimum se victos per omnia fatebantur, & tamquam igneis catenis vincti ipsa jubente abierunt confusi.

tum iterùm sub specie variorum animalium.

F

57 Item sextâ feriâ post Dionysii, cum mane ad ecclesiam pergeret; contigit quamdam matronam retro villam sibi occurrere, quæ dicebat Plebanum Coloniam abiisse, nec Missam celebrari debere: propter quod nimis turbata & quasi exanimis facta, in impetu spiritus ad ecclesiam venit: & continuo ad terram prostrata, ex nimio cordis dolore sanguinem ex ore & naribus vomuit; sicque jacuit, ut nec moventes se sentiret, nec alloquentibus quidquam responderit. Tunc horâ Tertiarum venit Plebanus, & præparavit se ad Missam: quod videns una Beghinarum conabatur ipsam excitare, nec poterat; quia neque vox, neque sensus erat in ea. Cumque jam Euangelium legeretur, Virgo intus per spiritum jubetur surgere, & ad Communionem se præparare. Quæ statim ad se reversa, surgit, & jubet cuidam sibi aquam afferre: quâ allatâ faciem lavit, propter effusum sanguinem: Missâ vero finitâ communicavit, & raptim Sponso unita fuit.

Ipsa ex desiderio Missæ rapta in extasim,

excitatur ad Communionē;

A 58 Item eodem tempore accidit quoddam
EX MS. miraculum. In eccleſia enim ubi ſedere ſole-
Clavem à dæmone ablatam, bat, reliquerat quamdam clavem, quam Hil-
la Beghina ſub matta & ſtraminibus recon-
diderat: hanc vero clavem poſtea non inve-
nerunt: nec mirum, dæmon enim abſtulerat
eam. Altera vero die, ſcilicet Sabbato ante
Veſperas, cum ad ſe rediviſſet, relatum eſt
recipit à conclo referre: ei de clave. Quæ flexis genibus oravit ante
feneſtram in recluſorio, per quam reſpicitur
ad altare S. Mariæ: & ecce ſubito feneſtra
ex cardinibus ejicitur, & ſuper ciſtam cum
clave perdita projicitur. Quo facto dæmon
ad hoc compulſus, dixit: O ancilla Chriſti
accipe clavem tuam, quia diutius eam tenere
non permittor: quo reddente illa gratias
egit.

abducere in Gotlandiam volentis 59 Item venit in ſpecie Joannis de Cluſa,
portans litteras in manu ſua, dicens: Has
miſit vobis Petrus, rogans intime quod ad
partes ſuas veniatis: deliberate ſuper hujuſ-
modi, & feſtinate: paratus ſum vobiſcum,
ſi placet, declinare. His auditis ipſa ſtupefa-
B cta reſpondit: Super hoc conſulendus eſt
Deus, ite ergo & Deum exorate, ut ipſe
ſuam voluntatem nobis dignetur inſpirare.
His dictis cum ille vix egreſſus foret; ecce
fraudem detegit: duo alii dæmones veniunt, unus in ſpecie
Petri, alii in ſpecie Prioris, qui dicebant:
Scitis, O Chriſtina, quare tot labores gra-
ves ſuſtinuimus? noſtrum conſilium eſt, uti-
que Deo placitum, quod nobiſcum ad partes
Gotlandiæ pergere feſtinetis. Quæ reſpondit:
Nullo modo faciam, niſi divinitus mihi prius
fuerit revelatum ſeu inſpiratum. Illi confuſi
abierunt, & hæc gratias egit Deo. Item poſt
aurum & gemmas offerentem repellit: feſtum omnium Sanctorum, venit ſathanas,
portans ſecum unum ſaccum plenum auro, &
alium plenum lapidibus pretioſis ac gemmis,
& dicens: Hæc omnia tibi dabo ſi proci-
dens adoraveris me, & meæ conſenſeris volun-
tati. Quæ reſpondit: Vade ſathanas; dona
tua tibi ſint: ego adorabo Deum, meum Spon-
ſum & Dilectum, Amicum meum Jeſum Chri-
ſtum, & ipſius faciam voluntatem.

60 Item apparuit ei retro villam in ſpe-
cie ancillæ fratris ſui Henrici, Coloniæ com-
C morantis, dicens ei; O Chriſtina, cur me
item ferentem nuntia quaſi moreretur frater, curſitantem poſt vos & clamantem, audire
diſſimulaſtis? Quæ reſpondit: Novit Dominus
quod vocem veſtram non audivi, ſed nequa-
quam modo redire potero. Quod audiens
ancilla, flebili voce dixit: O cariſſima, do-
lorem cordis mei ultra non valeo ſilere nec
celare, nam ecce frater veſter ad mortem uſ-
que eſt vulneratus; à quo miſſa per totam
noctem cucurri, ut vobis mane renuntiarem.
Noſtis quod frater veſter homo valde ſecularis
eſt, & abſque Dei cognitione: ergo ad ſal-
vandam animam ſuam conſulite ei, ne ſic
incontritus moriatur. Cui hæc reſpondit:
Deus, qui creator omnium & ſalvator eſt
atque conſultor, ipſe fratrem meum miſeri-
corditer dignetur induciare ac ei parcere: ego
ad impediendam ejus Communionem. utique ad præſens redire non poſſum, quia
communicabo. His dictis ulterius proceſſit:
& tunc dæmon transformans ſe in formam
& ſpeciem nigerrimi canis, ante ipſam cu-
currit, trahens eam veſtibus cum mordacibus
dentibus, ipſamque procedere non ſinebat. Tunc
Virgo dæmonis aſtutiam agnoſcens, ipſum
per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti admo- D
nuit, dicens; Adjuro te, ô ſpiritus maligne,
ut propoſitum meum non impedias. Ille mox
in deformem ſpeciem redactus, fatebatur ſe
[non] fuiſſe ancillam fratris ſui, & quod eſſet per
omnia mentitus, ſed quod libenter Commu-
nionem impediviſſet: qui dimiſſus quaſi to-
nando recedebat.

61 Item ante feſtum omnium Sanctorum,
dæmones ferro ignito femora Virginis trans- *Raptatur dire à dæmonibus per noctem,*
fixerant, quo ipſam per ſepes, ſpinas & ve-
pres blaſphemando in Poilheym traxerant:
ibique canes, ſcilicet dæmones in ſpecie ca-
num, fecerunt convenire, quaſi ipſam devo-
raturos. Sicque illam per villas, Coloniæ
contiguas traxerunt, ibique per cloacas clau-
ſtrorum pertrahendo maculaverunt, poſtea ad
turres cum ferro ſuſpenderunt; ubi dæmo-
nes in ſpecie hominum fecerunt convenire,
qui eam blaſphemabant. Adſunt ſigna mortis,
crines cadunt, frons obduratur, cæcantur
oculi, naſus acuitur, palleſcunt labia, mentum
cadit, membra rigeſcunt: & hæc ſæpius con-
tigerunt, ſed in fine in ortu diei ab An- E
gelis recuratur, & in thalamum ab eiſdem re- *& quaſi à lupis devoranda terretur,*
vocatur. Item à dæmonibus tracta eſt juxta
campum, qui dicitur Mumisburne; ubi vac-
ca quædam miſerabiliter mugiebat, quia lupi
eam vorabant: audivitque à dæmonibus;
Ecce, ſi vis uti conſilio noſtro, domum te
vehemus: quodſi nolueris, lupi te vorabunt.
Quid ultra? Ipſi in lupos transformati illam
devorare cœperunt: unde Sponſum ſuum in-
vocavit, qui ipſam reſtauravit, & dæmones
ſe victos fatebantur: & licentiati ab ea diſ-
ceſſerunt: ſed ipſa à Sponſo cum jucunditate
& exultatione ad thalamum ſuum eſt re-
ducta.

62 Item, in penultima nocte quæ eſt ante
Natale Domini, ad cœmeterium trahebatur, *aliàs ſimiliter rapta ſubſannatur;*
& ſuper tecta eccleſiæ ſine miſericordia præ-
cipitabatur; & fraude dæmonum populus
totius villæ ad ſubſannandum eam adeſſe vi-
debatur. Erat ibi etiam quidam dæmon ſub
ſpecie Joannis de Cluſa, qui non compatie-
batur, ſed improperavit ei, dicens: Heu quod
unquam novi te! Heu quod unquam tibi
fui familiaris! Quomodo ſic in manus dæmo- F
num traderis, & tamquam malefica exter- *intelligit Beghinas in eccleſia fabulari,*
minaris? Quo dicto illi victi illico fugerunt:
& duo Angeli eam confortantes ad thalamum
reduxerunt. Item ante Purificationem [B. Mariæ
Virginis], cum ipſa iret retro villam ad eccle-
ſiam; occurrit ei dæmon quidam in ſpecie do-
micelli cachinnando. Quem Virgo agnoſcens,
alloquitur, dicens: Unde venis maledicte?
At ille, Incitavi, inquit, Beghinas in eccleſia in-
utiliter fabulari: quæ ſic invenit ut ille præ- *ſub aquis Rheni deliciatur.*
dixit. Item ſubmerſa fuit in profundis Rheni
cum molaribus, tuncque illic factus eſt locus
deliciarum, ubi piſces ei reverentiam exhi-
bebant. Ipſa vero poſtmodum interrogata,
quomodo voces talium intelligeret, reſpondit:
In æterna ſpeculatione omnia cernuntur in
conſpectu ſpeculi æternitatis. Hæc ante Na-
tale Domini acciderunt, & Angeli eam leni-
ter in thalamum reduxerunt.

CA-

A

CAPUT VII.

Dæmones ſub variis formis à Chriſtina victi; tormenta tolerata.

Dæmon nocturnos fures ſimulat fruſtra:

63 ITem tribus noctibus ante feſtum Gulgorii, cum magno tædio inſiſteret orationibus, à dæmonibus ſingulis noctibus illudebatur, quaſi latrones vel fures ſuique rapteres per tectum & parietes intrarent, ac ciſtas aperirent; ita quod præ nimio horrore vix in oratione permanſit, & dæmones eſſe non credidit, antequam dies eſſet: quia tunc vidit tectum integrum & ciſtas integras, aliquantulum tamen intus defœdatas. Item poſt hæc venerunt dæmones in ſpecie bufonum, qui ſonando ibant, & ſub ejus pedibus & genibus ſe proſternebant: deinde per totum corpus ejus & membra ſerpſerunt, ac tandem uſque ad cor ejus aſcendentes, oculos, nares & aures inſidendo, circumdederunt, qui ſugendo & eam rodendo in tantum cruciaverunt, quod nemo niſi expertus credere poſſet. Sed tandem Dei nutu, bufo, qui os ipſius obſederat, parumper amovetur & loquendi poſſibilitas illi conceditur. Exclamans ergo voce magna, ſuam animam Sponſo commendavit, quia ſuffocari formidavit. Oratione igitur completa, idem bufo ſuper os ejus reſidebat; & applicans os ſuum ori Virginis, fœtorem & abominabile virus ejus corpori infundebat.

& ſub forma bufonis os ejus inſidet,

B

quaſi eam ſuffocaturus:

64 Hoc facto, omnes à corpore decidentes evanuerunt: ſed hæc propter venenum ſibi infuſum, volutans ſe huc & illuc, pæne propter fœtorem & virus fuerat ſuffocata. Cui Angelus duabus primis noctibus, faciens Crucem ſupra pectus ejus, ſignavit eam: quo facto abominabilis fœtor per os ejus effluebat: & ſingulis organis ejuſdem ſignatis, dolor abſcedebat. In tertia vero nocte Sponſus, Sacerdotalibus indutus, facta Cruce ſuper pectus ejus, hanc penitus ſanavit: & porrigens ei Hoſtiam ſuper patenam, dixit: Accipe, dilecta mea Sponſa; hoc eſt Corpus meum. Simili modo Calicem conſignans, ita dixit; Hic eſt Sanguis meus &c. Siquidem à ſummo Pontifice communicavit, qui inter cetera ei dixit: Ero in omnibus tuus adjutor & ſalvator, & de cunctis hoſtibus tuis triumphabis.

ſed adſunt duabus noctibus Angeli,

& tertia Communionem à Chriſto accipit.

C

Torquetur objectu fœtidi cadaveris,

65 Item ſuccedente tempore poſt decollationem ſancti Joannis Baptiſtæ, dæmones quadam nocte fœtidum cadaver defuncti ante conſpectum Virginis deferebant; ex cujus ore, naribus, oculis & auribus, bufones & vermes procedebant, qui diris morſibus illud corrodebant; & poſt hæc interiora penetrantes, fœtorem intolerabilem emittebant, adeo quod ipſa pæne fuerat ſuffocata: qui comminabantur ei, quod eodem modo eam vellent tractare. Quibus recedentibus, Sponſa à Sponſo miri dulcoris perfunditur fragrantiâ, ita quod prioris fœtoris ſpurcitia penitus effugabatur. Hæc horribilis viſio duravit per tres noctes. Item tribus noctibus ante Nativitatem B. Mariæ, venerunt dæmones in thalamum Virginis orantis, quam ligatis manibus & pedibus ad terram proſtraverunt.

& bufonis vultum ei corrodentis,

Alii in ſpecie bufonum aures, oculos, os & nares ejus diris morſibus corrodebant; alii in ſpecie ſerpentum in eadem loca ſubſequebantur ſibilando; reliqui in ſpecie bufonum interiora penetrando miſerabiliter cruciabant; hoc adjuncto, quod in tertia nocte unus ſerpens in uterum Virginis deſcendens, omnia viſcera & interiora ejus atrociter corrodendo diſcerpſit; & inde ſurſum aſcendens, fœtoris ſpurcitias exſufflando, in guttur & in os Virginis perfundebat: quo facto unus tam fortiter caput ejus ad terram comprimebat, quod ab ipſo unda ſanguinis effluebat. Poſt hæc compulſi à Domino, ſe confuſos & victos in omnibus fatebantur; & ipſa jubente cum planctu receſſerunt, & Sponſus hanc curavit ab omni læſione. Mane autem facto poſt Communionem mox rapitur, & cum Sponſo epulatur, & cum magno gaudio in thalamum ſuum revocatur. Et ecce Sponſus Sponſam ab ergaſtulo carnis educit in ſuum thalamum, & inducit ad hoſpitium iterum, & reducit.

D

EX MS.

& atque ad intima penetrantis.

66 Item tribus noctibus ante feſtum Martini, venit dæmon in ſpecie horribilis beſtiæ ad thalamum Virginis, oculis flammantibus; & flamma ſulfurea ex oculis & naribus ſimul exhalabat. Hic caput ejus uſque ad collum deglubivit: poſtea ipſam tunſionibus & duris verberibus, nunc ad terram, nunc ad parietes colliſit; poſtea quoque eam diris faucibus, manus, brachia, pedes & crura ſimiliter deglubendo & maſticando præcidit, deinde vulnere maximo infixo receſſit. Tunc à Sponſo reformatur, & omnis doloris immemor, intime conſolatur. Item ſextâ feriâ poſt Martini, cum iret retro villam, venit dæmon in ſpecie fortiſſimi tauri & ferociſſimi, qui erectis cornibus & horribili mugitu eam impetiit. Eodem tempore, videns eam qui ducebat quadrigam ſuam, quaſi delirantem reputavit, alloquens eam cur ſic incederet. Quæ juſſit eum diſcedere: & perpendens malitiam dæmonis adeſſe, adjuravit eum ut diſcederet. Ille ſtatim in ſpecie ignis abſumptus fugam fecit: & cum paulum proceſſiſſet, venit dæmon in ſpecie apri, qui feſtino curſu eam impetiit, infigens mordaciſſimos dentes in crura Virginis.

E

Graviter læditur à dæmone, in ſpeciem diræ beſtiæ,

tauri ferocis.

& apri commutato;

F

67 Quia vero duo magna vulnera ſibi infixerat & receſſerat; illa propter nimiam ſanguinis effuſionem, nimium debilitata, ad terram ſedit, nec procedere potuit, atque etiam timuit divulgari apud homines: & idcirco plorans amariſſime ingemuit. Porro ille dulciſſimus Sponſus adveniens, eam in corde lætificavit, & vulnera ſibi impreſſa & inflicta per Crucis impreſſionem mirifice curavit. Unde ſurgens læte progreditur ad cœmeterium. Tunc quidam dæmon occurrit ei in itinere, in ſpecie Joannis de Cluſa & dixit ei: Heu! Plebanus non eſt domi, ergo non poteris communicare. His auditis præ nimia cordis amaritudine defecit à corde: ſed à Spiritu ſancto intus edocta eſt, quod illuſa foret: Reſumptis igitur viribus ad eccleſiam perrexit, & more ſolito communicavit. Item infra Natalem Domini, & Epiphaniam, tribus vicibus illudebatur. Primo cum ſola fuiſſet in domo: tunc enim ſathan abominabilem fœtorem ad modum nebulæ in nares & faciem ejus ſpargebat, ex cujus infectione

ſed ſanatur à Chriſto,

& præter ſpem fruitur Communione.

Patitur gravem fœtorem:

A EX MS. debilitata ad terram corruit: ſed ſtatim agnitâ dæmonis aſtutiâ, ſurrexit; & genibus flexis oravit, & ipſum fugavit.

deluditur à dæmone ſub ſpecie mendici,

68 Et cum iterum ſola eſſet, venit dæmon in ſpecie pauperis ac debilis hominis, conſciſſis veſtibus nudiſque brachiis ac pedibus, gemens ac eleemoſynam petens. Quem intuens Virgo & compatiens ei, eleemoſynam tribuit: quam illic tremens quaſi ex frigiditate à manibus elabi permiſit. Qui voce lacrymabili ad eam dixit; Niſi mihi aliquam veſtem dederis, præ frigore moriar. Tunc illa ejus miſerta antiquam veſtem attulit, & propriis manibus illum induit, & eum igni aſſidere juſſit. Qua ei refectionem parante, ecce ille ſubito formoſum juvenem ſe oſtendit; & ſubridens, nequiter ipſam inſpexit: unde illa exterrita tum quia ſola fuit in domo, tum etiam quia cum mutari vidit. Surgens ergo domum exivit, & ſtans ante oſtium ut ſi aliquid acciperet vel aliquid attentaret, vicinis clamaret. Tunc ille dixit ad eam: Si amplius lucrari non potui, tamen te

deinde in juvenem laſcivum converſi.

B ad hoc induxi, ut mecum benigne ageres; quod tamen devoviſti: & his dictis turpiter ſonando abiit: & poſt puſillum veſtem, quam illi dederat, in particulas ſciſſam, projecit ante pedes ejus.

Alii duo apparentes ut Angeli,

69 Item poſt Converſionem Pauli venerunt duo dæmones in Virginis thalamum, candelas quæ dicuntur tortiſæ in manibus tenentes; & blandis ſermonibus ipſam alloquentes, quamplurimum laudaverunt, & quod eſſent à Deo miſſi ut ſibi ſervitia exhiberent, dixerunt. Ipſa vero à ſpiritu edocta ipſos alloquitur, dicens: O miſerrimi, pudeat vos æterni luminis claritatem amiſiſſe: conjuro vos ut veſtram deformitatem reſumatis. Et

juſſique redire in propriam formam,

ecce quaſi igne tartareo accenſi adſtiterunt, cum ferreis inſtrumentis, & horribiliter exclamaverunt: Niſi tu maledicta ſeductrix noſtris conſiliis acquieſcas, turpiſſima morte morieris. Ad hæc Virgo reſpondit; O maligni ſpiritus, moriar libentiſſime pro amore Jeſu Chriſti. Illi corpus ejus transfigentes horribiliter pupugerunt, & tandem ex diuturnitate colliſionum ad parietes unum crus penitus extraxerunt: quo facto thalamum ejus defœdantes abjerunt. Et ecce à Sponſo dulci-

C

eam horribiliter torquent:

ter conſolatur, & crus ejus inter cetera mirabiliter reformatur. Prædictæ illuſiones dæmonum pæne durabant quinque noctibus, hoc adjuncto quod ipſam ferreis & ignitis haſtis transfoderunt, & ad montem arenoſum juxta villam ſitum blaſphemando in aëre vexerunt, & vulnera ejus carne involventes abierunt. Sequenti die, ſcilicet ſextâ ante Purificationem, ad eccleſiam pergens communicavit: & mox rapta, in amplexus Sponſi tranſvolavit.

alii candenti circulo ipſam cingunt,

70 Item poſt Dominicam Judica, per noctes ſingulas uſque ad Cœnam Domini venerunt duo dæmones portantes circulum adinſtar modii, latum ex fornace, candentibus acutiſſimis clavis undique circumdatum & compoſitum: qui cum malleis dictum circulum capiti ejus incuſſerunt, & per ſcapulas corpori ejus impulerunt uſque ad medium, cute & carne hinc inde conſumptis. Hoc facto alii cum ferro hauritorio catenam involutam igneo circulo corpori ejus circumdede-

D runt: & tollentes corpus ſurſum in aëra indicibiliter cruciaverunt. Deinde in lapidem ignitum & concavum eam projecerunt, ac pilis ferreis eam tundentes ac terentes ut piper, pæne conſumptis carne & cute ac oſſibus contritis, in nihilum eam redegerunt: ſed ecce à Sponſo inſtauratur, & ad toleranda cetera tormenta divinitus roboratur.

atque in mortario ignito conterunt,

dein patibulo ſuſpendunt,

71 Item duabus noctibus inter Cœnam Domini, dum nuda ad montem ubi fures ſuſpendebantur traheretur; ibi eam igneâ catenâ ad patibulum, juxta villam ſitum, poſt enormia tormenta ſuſpenderunt: quo facto diſparuerunt. Et ecce duo Angeli, ſolventes corpus ſanctum, ad ſuum thalamum reduxerunt; hoc adjuncto, quod in ultima nocte iterum ad patibulum tracta eſt, picem bullientem cum ſulfure in facie ſuſcipiens, & colaphizata; omnia autem prædicta tormenta percurrit ita, quod brachiis ad patibulum ſuſpendebatur à dæmonibus. Poſt hæc in igne projectam pedibus calcantes, eam immerſerunt: inde ereptæ pedes cum haſtis transfixerunt: poſt reliquo inſtrumento crura cum

& cruribus ac pedibus mutilant,

E pedibus amputabant, inde ad patibulum cum catenis religabant. His peractis dæmones ibidem victi permanebant. Tunc Sponſus & Salvator ſuam Sponſam conſolans, ab omni læſione curavit. Quid plura? Triginta ſeptem dæmones cum confuſione receſſerunt: ſed Virgo in thalamum revocatur, & ad nuptias regni cæleſtis invitatur. Sequenti die ſuo ſe cubiculo implicavit & incluſit: & ſingulis horis Sponſo compatiens, ſtigmata veraciter ut prædictum eſt ſuſcepit: in die vero ſancto ſecundum amaritudinem dolorum & paſſionum, ſapit dulcedinem gaudiorum.

mox à Chriſto redintegrandam.

72 Item feriâ quartâ ante Philippi & Jacobi, cum Virgo mane ad eccleſiam pergeret, occurrit ei dæmon in ſpecie generoſi Magiſtri Henrici de Linter. Quem cum Virgo ſerioſum & turbatum cerneret; dixit ei: Bone, quid eſt vobis? Ille gemens & triſtis, ait: Ecce Dominus Plebanus quamdam Religioſam ſibi multum familiarem habuit, quam inſtinctu diaboli hac nocte abducere præſumpſit; parentes vero ejus inſequebantur

Mentiuntur, Plebanum cum puella profugum

F eos in ſilva de Poilheym, & invenientes graviter vulneraverunt, ac truncatis manibus & pedibus eum ſemivivum reliquerunt: ſed credo quod adhuc mortuus non ſit. Ergo roga Dominum ut veram compunctionem & veniam peccatorum illi dare dignetur. His auditis Virgo multum perterrita reſpondit: Deus, qui noſcit corda omnium, ſcit quia doleo ſuper hoc: ſed quia propoſitum habeo communicandi, diutius vobiſcum ſtare non poſſum: ite in pace pro ipſo orando: ego ibo ad Dominum Joannem de Cluſa, ut me communicet & Miſſam celebret. Hæc dicens ultra proceſſit; cumque ad cœmeterium perveniſſet occurrit ei Plebanus, tuncque primitus cognovit ſe deluſam, quæ poſt Communionem fuit rapta.

deprehenſumque & læſum animam agere,

non tamen à Communione abducunt.

73 Item ante Pentecoſten dæmones ipſam nudam ex thalamo, cum tridente per gutur ejus transfixo, per ſepes, vepres, & ſpinas trahentes, ad proximam villam quæ dicitur Poilheym, perduxerunt; ibique capite transfixo, cum ferreo clavo & ignito, umbilicum & dorſum ejus pertundentes, muro, & ter-

ris

Per ſpinas raptatam multimodis ſaucia-ant :

Aris duriter incuſſerunt : tuncque blaſphemantes ajunt ; Nunc invoca Sponſum tuum, nunc liberet te ſi vult de manibus noſtris. Acquieſce, miſera, conſiliis noſtris : te enim ſanabimus, & ditabimus parentes tuos omnes, currum plenum auro & argento & gemmis exhibentes. Ipſa vero non conſentiente, crudeliter eam invaſerunt ; ita quod inter cetera partibus organicis avulſis, jam non facies, ſed horror in ea apparebat. Et ecce duo Angeli corpus de terra ſolventes funditus reformabant : ſed vulnus in umbilico à Sponſo curatur, per impreſſionem Crucis in Vigilia Pentecoſtes.

& velut armati milites in eam irruunt,

74 In die S. Gereonis, cum per villam iret ad eccleſiam, & fere ad curtim Abbatiſſæ perveniſſet ; advenit turba armatorum ; & expaveſcens Virgo cœpit à via declinare. Tunc hi amplius acclamaverunt, & quod ſic non evaderet comminabantur : & extenſis lanceis in eam irruerunt, ac perforato pallio & corpore ipſam ad terram dejecerunt ; & fruſto de capite cum crinibus extracto, pallium lacerantes ſecum in aëra devexerunt ; ſed

ac pallium lacerant.

parvam particulam, ſuper quam ſedebat, reliquerunt. Tuncque primo novit eſſe dæmones : & erectis oculis in cælum, rogavit Sponſum, ut non diffamaretur. Et ecce Sponſus Sponſam viſitavit, & ſanavit, ac pallium redintegravit, dicens : Vade modo in viam pacis & ſalutis.

CAPUT VII.

Per pœnas à Chriſtina toleratas liberanturanimæ matris ejus, aliorumque plurium ipſi notorum.

Spurcitiis dæmonum tolerandis,

75 ITem ante feſtum omnium Sanctorum dæmones ſpurcitias immundiſſimas oculis, auribus, naribus, & ori ejus infundebant. Et primo corpus ejus, ab imo uſque ad pectus, nivibus & glacici immergebant : & hæc ſeptem noctibus continuo ſuffercbat, hoc adjuncto, quod in ultima apportantes ſerram igneam ſerrabant caput in quatuor partes,

& capitis ſectione,

quæ hinc inde evulſæ corruerunt. Ecce Sponſus, per impreſſionem Crucis, caput cum corpore reformavit, ipſamque ineffabiliter lætificavit : tunc dæmones confuſi ipſa jubente recedebant. In die ſancto communicans, à Sponſo eſt mirabiliter amplexa, & cæleſtibus epulis ſatiata : ibi pro novo gaudio

liberat Chriſtina animam matris.

percepit matrem ſuam, Hillam nomine, à Purgatorio ejus precibus & paſſionibus liberatam, quam vidit coronatam ; quæ adhuc ſexcentis annis in Purgatorio puniri debuiſſet, ſi Virgo Chriſti ejus filia paſſa pro ea non fuiſſet, nec tantas lacrymas caritatis ad Dominum profudiſſet.

Illudit ei ſathan ſub imagine fratris ſui, velut ad ſeculum reverſi,

76 Item poſt feſtum omnium Sanctorum, cum iret ad eccleſiam, venit dæmon in ſpecie fratris ſui Sigwini, in habitu ſeculari, quem credebat eſſe veſtitum in Gotlandia in clauſtro Prædicatorum. Ipſa dilectione mota, amicabiliter eum amplexabatur : & ille lacrymans & nequiter ridens, evanuit. Hoc modo, cum iret ad eccleſiam, bis illudebat eam : ſed tertia vice, cum in eadem ſpecie

EX MS D

appareret, hæc edocta in ſpiritu, quare hoc feciſſet hunc adjuravit. Qui reſpondit : Si ad plenum te decipere non potui, ſaltem aliquantulum impedivi, quia vidi cor tuum ad fratrem tuum inclinatum : me etiam benigne tractari, per quod inveni te mendacem, quia numquam mihi facere bonum promiſiſti.

Eidē ſub forma horrenda apparens,

77 Item cum ſtaret ſub arbore ut Veſperas diceret, venit dæmon habens caput adinſtar caldarii, cornibus flammivomis undique circumpoſitum, quem adjuravit, dicens : Quo vadis & quo tendunt hæc cornua ? At ille : Sic circumeo terras, & acquiro plures animas : quia autem Religioſis præcipue invideo, diverſa ſuggero, & ne confiteantur induco.

fatetur ſe intendere tentandis Religioſis,

Aliis tædium Ordinis ingero, alios apoſtatare facio, alios deſperare moneo, & conſimilia : ſed ſeculares multum tentare non indigeo, quia omnes ad baratrum anhelare video : fere omnes diligunt ſpolia & rapinas,

potius quam ſecularibus, et iam eccleſiaſticis,

plus quam juſtitiam, veritatem, & fidelitatem : Non ſolum loquor de ſecularibus laicis ; ſed de Papis & Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Præpoſitis, Decanis ; & ſic de ſingulis, qui inutiliter expendunt patrimonium Jeſu Chriſti, non tenentes rectam regulam nec ordinem, neque modum ; nec vivunt ſecundum ſpiritum, ſed ſecundum carnem. Et de ſpiritualibus Ordinibus plura lucror hoc tempore, quam unquam poteram

& ex illis plures ſolito lucrari.

lucrari : jam enim quaſi omnes ſunt perſonarum divitum & nobilium acceptores, pauperes & amicos Dei, qui libenter libere Deo ſervirent, reſpuunt : ergo neceſſe eſt ut veniant ſcandala ſuper eos, & ſimilia. Tu vero es aſtutior me : nam aufers mihi de quibus certus eram : & cum ad præſens non poſſim tibi plus mali facere, ſub tali deformi ſpecie me oſtendo. Si autem ſciviſſem quod adjuratus, tanta tibi me dicere oportuiſſet, hodie ad te non veniſſem, quia ſcio hinc mihi irreparabilia damna eveniſſe.

Vexatur à dæmonibus, converſis in buſones,

78 Item quadam nocte à dæmonibus ex thalamo tracta, per vepres & ſpinas, in curia Abbatiſſæ S. Cæciliæ miſerabiliter eſt reperta. Tandem in ortu diei ad cœmeterium eam pertraxerunt, ibique ante recluſorium eam per aures cuſpide transfixerunt : & quamplures dæmones transformati in bufones, corpus ejus undique corroſerunt. Unde ipſa miſerabiliter clamante, ac Dominum humiliter invocante ; ecce omnes illi confuſi & victi receſſerunt, & cum gaudio ipſam reduxerunt. Item cum in oratione genua flectere deberet, quidam dæmon genibus ejus ſub-

ſpeciem jugulati hominis,

ſtratus, cœpit garrire tamquam homo jugulatus : quæ in ſpiritu edocta, ipſum adjuravit per paſſionem Chriſti, dicens : Quid me moleſtas ? Qui ei ſic reſpondit : Multa damna nobis infers : ſi dimitteres nos in pace, nihil tibi faceremus ; poſſes enim ad deſideratum Sponſum tuum leviter pervenire ; inſuper docerem te, quod in ictu oculi eſſes ubi velles. Cui ait : Maledictæ artes tuæ

& canis latrantis :

tibi ſint, ego faciam Domini mei voluntatem, & tibi nocebo quantum poſſum. Item dæmon ante thalamum ejus latrans tamquam canis, ipſam à ſopore niſus eſt excitare : quæ in ortu diei evigilans, cur hoc faceret adjuravit : qui ait, Ut te inquietarem & irritarem.

79 Item

A

EX MS. *piri ac sulfuri immergitur:*

79 Item in Adventu Domini, inter cetera ad quemdam locum à dæmonibus tracta fuit, ubi eam in speluncam, pice bullienti ac sulfure [plenam], transverso capite sæpius immerserunt: quo facto abierunt. Tunc Angelus eam extraxit, & sanatam ad suum thalamum revexit. Item tribus noctibus ante Natalem Domini, Virgo hæc à dæmonibus igneâ constringitur catenâ, & per vepres & spinas juxta claustrum quod dicitur Knechtide ducitur. Ibi dæmones, in specie Abbatis & Monachorum, venerunt blasphemantes, & ita dicentes. Hæc est seductrix de Stumbele, quæ à Religiosis corrigi non potuit, præcipue à fratribus Minoribus. Deinde in fossatum nive ac glacie & vepribus confertum projicitur, & tantâ miseriâ laceratur, quod à Sponso recuratur. In tertia nocte in eodem flumine immersa, & lanceis fundo infixa est: & ecce à Domino confortata arripuit unum dæmonem, diu secum luctans, ita quod cutis cum carnibus à brachio solveretur. Tandem pedibus suis prostratum fortiter conculcavit, quousque omnes confusi adstarent ei, qui erant duodecim millia: qui dimissi cum magnis clamoribus abierunt. In die sancto lætanter communicavit, & cum Sponso convivium celebravit; ubi patrem suum invenit, in eodem festo coronatum: qui adhuc per duodecim millia annorum fuisse debuisset in Purgatorio, si filia ipsum non liberasset: cum quo anima cujusdam juvenis ejus precibus & meritis est absoluta, quæ adhuc centum annis pœnas habere debuisset.

catenâ igneâ stringitur,

& luctata cum dæmone,

B

liberat animam patris.

80 Item in die Epiphaniæ, cum Virgo retro villam ad Ecclesiam pergere debuisset; venit dæmon in specie ignis ad terram desursum, dicens: Usquequo, miserrima, irrationabilem vitam ducis? Frustra alium Deum invocas præter me: quia habeo potestatem quæcumque voluero tecum faciendi. Ergo consenti mihi, & te multis divitiis sublimabo, ac docebo te artem quod poteris in [ictu oculi esse] in Gotlandia, & videre fratrem tuum, & alios ubicumque locorum. Pluribus ab eo promissis respondit Christina: Vade, nefandissime, tuæ artes & tua dona sint tibi & tuis, in æterna damnatione: ego non appeto nisi scientiam veram Jesu Christi. Ille vero minabatur quod lueret, sed confusus in aëra reascendit. Item post Epiphaniam, dæmones in thalamum ejus venerunt: qui primo jocis & cachinnationibus riserunt, deinde plangentes voces lamentabiles emiserunt, ad ultimum se ferreis malleis ad nihilum redegerunt. Hoc facto dixerunt ei: Hoc fecimus primo cachinnando, gloriantes quia te habemus in nostra potestate, postea flevimus & percussiones malleorum te audire fecimus, ut velociter nostris consiliis acquiescas; sin autem, tuam vitam diversis tormentis exterminabimus, & inde te nobiscum delatam in interno æternaliter cruciabimus. Quibus Virgo à Christo confortata, respondit: O maledicti, non curo vestras comminationes: ideo nolite tempus inaniter perdere, sed quod vobis à Deo concessum est adimplete. Tunc illi confusi nihil amplius attentabant, sed victi cum magnis ululatibus abibant.

Illius promissa contemnit,

C

æque ac minas.

81 Item Sabbato in Quadragesima post Communionem, cum de raptu ad se reversa foret, ducereturque ex ecclesia, præ nimio gaudio adeo ponderosa effecta est, quod de manibus ducentium ad terram corruit, & pedibus reflexis ac venis distractis læsa fuit. Post iterum ad se reversa, præ nimio dolore crura movere non potuit: quod una nocte duravit: sed secunda nocte ab Angelo curatur, atque mirantibus omnibus Deo regratiatur. Item post secundam Dominicam Quadragesimæ, inter cetera dæmones corpus ejus super incudem posuerunt, & malleis tundentes eam quasi in nihilum redegerunt: quo facto evanuerunt, hoc addito, quod singulis noctibus usque in feriam sextam, quæ est ante Dominicam in Passione, ipsam nudatam cum ferrea catena traxerunt ad montem ante villam situm; ibique eam indicibiliter cruciaverunt: sed à Sponso curatur, & in thalamum revocatur.

D

Totâ fere Quadragesimâ

per noctem crudeliter raptatur

82 Deinde singulis noctibus, ante illam quæ est in Cœna Domini, catenâ perforantes aures ejus, ad silvam eam traxerunt; & per ramos arborum trahentes, omnia intestina & viscera extraxerunt: quo facto tulerunt corpus vacuum & exsangue, & in aëra devexerunt, & iterum ad terram præcipitaverunt. Post hæc evectam ad partes longinquas perduxerunt, & in puteum sulfure ac pice bullientem projecerunt; carnem ejus ungulis acutissimis laceraverunt, & eam tamquam mortuam relinquentes abierunt: ipsa vero à duobus Angelis restauratur. In ultima vero nocte ad Frisiam perduxerunt, & post innumera tormenta eam aquis profundissimis immerserunt, maximasque arbores super ipsam jactantes abierunt; & ecce Sponsus diu desideratus advenit, & ipsam curatam in suum thalamum cum lætitia reduxit. Numerus dæmonum ducenta millia, qui confusi disparebant. Item in Cœna Domini, vespere suo thalamo inclusa, & Christo singulis horis compatiens, omnia stigmata Dominicæ Passionis accepit. In die sancto communicavit: quæ mox rapta est, & Sponsi præsentiam adepta: ubi pro speciali clenodio duas animas consanguineorum vidit coronatas: quarum una adhuc sexcentis, alia trecentis annis in Purgatorio pati debuisset.

ac laniatur:

E

sed ab Angelis & Sponso restauratur.

Christo compatiès, liberat consanguineos duos.

F

83 In alia nocte, quæ est ante Vigiliam Pentecostes, quidam dæmones os ejus extenderunt; reliqui vas plenum sulfure ac pice in ejus os, nares, oculos & aures infuderunt: quo facto scyphum ei aureum plenum spurcitiis & veneno in corpus ad potandum perfuderunt: quæ interiora ejus succenderunt. Post hæc dixerunt: Ipsam potavimus, nunc eam vestibus scarlaticis induemus: quibus indutis quasi flammâ comburebatur: & dixerunt: Istam potavimus & vestibus induimus: nunc autem ad molle stratum deferatur ad pausandum. His dictis eam sursum in aëra levaverunt, & mox deorsum projecerunt: qui salientes pedibus super eam erant, ita quod ex diuturno saltu singula membra Virginis à corpore fuerunt separata. Quibus recedentibus singulis noctibus sanabatur: in ultima nocte Sponsus Sponsam vere curavit ab omni læsione. In die autem secundo rapitur, & gratiis Spiritus sancti inebriatur & ditatur: ubi duas animas invenit, hoc in festo coronatas: quarum una fuit Burgensis prædivitis

In Vigilia Pentecostes varie cruciata,

de

A de Colonia, qui ante annum & dimidium obierat. Hic dum viveret, ſemel tantum Virginem magna cum devotione, deſiderio & fide refecerat, cum ejus ſodalibus & Beghinis: qui poſt cibum ſecrete pedibus ejus proſtratus, humiliter petivit ut pro ſe oraret. Hujus anima adhuc triginta millia annorum Purgatorium luere debuiſſet. Reliqua erat mater cujuſdam puellæ ſibi familiaris, quæ centum adhuc annis puniri debuiſſet. Cum his ſeptem aliæ [animæ] precibus ejus ſunt ereptæ, quæ ante duos annos in Colonia obierunt: hi triginta annis adhuc pati debuiſſent, quorum quinque maſculi & duæ fœminæ, annorum XV vel circiter.

videt plures animas à diuturno Purgatorio abſolutas.

84 Item poſt Octavam Pentecoſtes, prima nocte, dæmones immundiſſimum fœtorem ſpargentes ſuper eam, pæne ipſam ſuffocaverunt, ſecunda nocte tartareum ignem emiſerunt, cum quo corpus ejus incendentes mirabiliter cremaverunt. In tertia nocte plumbatis fuſtibus illam cædentes erant, donec membra ejus ab invicem atrociter ſeparaverunt. Item per hebdomadam ante Aſſumptionem beatæ Mariæ innumerabiles pœnas ſuſtinuit, ad modum Purgatorii: ſcilicet ſuper humanum modum fervidum ignem, & intolerabile gelu &c. in quibus ſingulis momentis defeciſſet, niſi Deus ſubveniſſet. Præter has ſpirituales paſſiones ſingulis noctibus à ſeptem dæmonibus graviſſime torquebatur, qui eam tunſionibus & verberibus mirabiliter cruciaverunt; deinde extendentes os ejus picem cum ſulfure bulliente infuderunt: quo facto relinquentes eam tamquam mortuam abierunt. Ecce Sponſa Chriſti Chriſtina, cum eſſet doloribus nimiis prægravata, à Matre Sponſi Maria viſitabatur: à qua mirabilis dulcedinis calice potata, mox ſanabatur. In illa nocte quæ eſt ante Vigiliam, poſt dicta tormenta, dæmones cum magna confuſione coacti, ſteterunt trepidi coram Virgine, enarrantes cunctarum nequitiarum modum & ordinem ſecundum imperium Chriſti; & quod pro exceſſibus aliorum ut cupivit punita fuit.

Poſt Pentecoſten plurimum paſſa,

B

& victrix cum magna dæmonum confuſione,

85 Poſtquam abierunt, in die ſancto communicans, Virgo aſſumpta eſt ad æthereum thalamum, in quo Rex Regum ſtellato [ſedet] ſolio; ubi animam cujuſdam nobilis, qui ante unum [annum] juxta civitatem Aquiſgrani fuerat interfectus, vidit, & coronatam invenit; pro qua innumera ſuſtinuerat tormenta: cum qua ſex animas qui erant de comitatu eorum, qui erant ante ſeptem annos aquis interfecti: ſimiliter novem animas eorum, qui erant de diverſis partibus oriundi, in gloria intuetur: qui adhuc pluribus annis in Purgatorio manſiſſent, niſi Virgo ſuis paſſionibus eis ſubveniſſet. Item poſt Aſſumptionem B. Mariæ, cum Virgo circumeundo villam pergeret ad eccleſiam, occurrit ei dæmon in ſpecie fratris ſui Sigwini, in habitu Prædicatorum. Quem dum Virgo aſpiceret, gaudio repleta, cucurrit; & ſalutans amplexabatur. Hoc facto dæmon, recepta deformitatis ſpecie, ſurſum aſcendit cachinnans, quod ſic eum ſalutaſſet.

C

eorã Chriſti ſolio videt 16 animas, à ſe adjutas.

Illuditur ei ſub ſpecie fratris ſui.

CAPUT IX.

D

EX MS.

Aliorum plurium animæ, Virginis cruciatibus adjutæ.

86 ITem ante Nativitatem B. Mariæ, dæmones per quindenam ſingulis noctibus horribilibus aſpectibus eam terruerunt, & immaniter punierunt; inter cetera corpus defuncti offerentes, & ultra quam exprimi poteſt eam affligentes. Item duabus noctibus, quæ ſunt ante Exaltationem ſanctæ Crucis, à quodam dæmone duriſſimis ictibus malleorum per ſingula membra tunditur, & tamquam diviſa per partes relinquitur; ſed à Sponſo reformatur. Item ante feſtum omnium Sanctorum, octo noctibus, indicibiles Purgatorii pœnas ſuſtinuit; ſcilicet ignem ſuper humanum modum fervidum, & gelu intolerabile, ac ceteras paſſiones. In die ſecundo poſt Communionem rapitur, & cum omnibus Sanctis gloriatur; ubi ſpecialiter de

Poſt varias pœnas toleratas,

intelligit liberatas 6 animas virorum,

E

absolutione ſex animarum lætificata erat, pro quibus cum aliis tam gravia tormenta paſſa fuerat. Erant autem animæ ſex virorum conjugatorum, qui eodem anno in partibus transmarinis, in conflictu contra Paganos ob fidem Chriſti, fuerant interfecti; qui adhuc centum annis in Purgatorio puniri debuiſſent, ſi preces Virginis & paſſiones non celerius ſubveniſſent: tres eorum Petri nomine dicebantur, quartus Sibodo, quintus Hermannus, ſextus Henricus.

in ſacro bello defunctorum

87 Item poſt feſtum Martini tribus vicibus à dæmonibus illudebatur. Prima vice, cum quadam nocte deberet thalamum introire: tunc enim ante faciem ſuam quaſi magnum incendium apparebat, unde Virgo perterrita pæne clamaſſet: ſed mox admonita per Spiritum, dæmonis aſtutiam cognovit. Cumque ulterius procederet, dæmon flammam ignis in faciem ejus ſufflans, ipſam læſit graviter comburendo. Item altera vice, cum thalamum ſuum intraret Virgo, quidam dæmon à tergo ejus veniens, percuſſit eam, dans illi colaphum: à quo Virgo proſtrata ad terram corruit, calidumque cruorem tam ab ore quam à naribus vomuit: quo facto, ille confuſus diſparuit. Item tertia vice cum thalamum intrare deberet, quadam nocte audivit ſurſum in aëre voces gementium ac lamentantium; unde vehementer exterrita, cœpit cogitare, quid hoc eſſet, aut quid portenderet, & progreſſa thalamum introivit. Ubi cum more ſolito orationibus inſiſteret, voces illæ lacrymabiles auribus ejus validius inſonuerunt, orationiſque affectum interrumpendo impediverunt; Virgo autem totis viribus reluctabatur. Et erectis oculis in Cælum, cauſam tanti tumultus indicari ſibi humiliter poſtulavit. Vix verba finierat; & ecce continuo dæmon, auctor tumultûs exiſtens, in nebulam reſolutus, per thalamum ejus fœtorem immundiſſimum perfudit, mox evaneſcens.

Cubiculum ſuum intrans,

terretur ſpecie ignis,

F

grandi colapho,

& horribili lamentatione,

88 Item in nocte ante feſtum Catharinæ, dæmones nudato collo & capite Virginis, ipſam per collum rapiebant trahentes ad cam-

A pum retro curiam Plebani ; dorſumque Virginis retrorſum incurvantes, uſque ad pedes reflectebant ; & blaſphemando dicebant, Niſi tu, miſerrima ſeductrix, à perverſa vita tua reſipiſcas, magnum pondus veſtimentorum, tamquam furtive ſubtractorum, collo tuo appendemus, & ad excelſam arborem ante eccleſiam ſuſpendemus ; ſicque te coram omnibus manifeſte confundemus. Hæc & plura alia comminando dicentes, ac virginem inſuperabilem videntes, ſurſum eam in aëra devexerunt ; & ſubſannando ac blaſphemando diu in aëre tenuerunt, ac tandem cum magno impetu ad terram præcipitaverunt : & hoc facto mox evanuerunt. Tunc Virgo à duobus Angelis reverenter tollitur, ac curatur, ac mirabiliter ad ſuum thalamum revocatur. Nota quod dæmon adjuratus ab ea, quare ipſam in tantum à ſervitio Dei & amore impedire niteretur, cum tamen victus ex hoc maxime torqueretur, & pœnas ſuas multiplicaret ; reſpondit ; Mallem omnes pœnas ſuſtinere, quod poſſem omnes animas defraudare, ut numquam fieret dies judicii ; quia tunc per omnia confundemur, & in infernum concludemur : & B quia timemus cito diem judicii imminere, ac breviter advenire debere, & Altiſſimum in omnibus feſtinare, ut impleatur numerus electorum ; & te, in fine ad hoc juvandum cælitus & divinitus deſtinatam, in noſtrum damnum & gravamen. O utinam poteſtatem ab Altiſſimo haberemus ! ab initio te utique deleviſſemus. Hæc &, ſimilia divinitus compulſus ſibi revelavit. O qui habet aures audiendi audiat !

EX MS.

atque magnis poſt tormenta minis.

Cogit fateri dæmones, quod hæc faciant,

ex horrore maturandi per ipſam extremi judicii.

89 Item à ſecunda Dominica Adventus uſque ad Vigiliam Natalis Domini, hæc Virgo ſingulis noctibus graviſſimas Purgatorii pœnas etiam innumerabiles ſuſtinuit ; in quibus ſingulis momentis defeciſſet, niſi à Sponſo ſuo confortata, mirabiliter [eſſet] conſervata. Præter has ſpirituales pœnas à dæmonibus corporaliter affligebatur, qui venientes, poſt multas comminationes & blaſphemias, Virginem veſtibus expoliatam de ſuo thalamo ejecerunt ; & corpus ejus acutiſſimis clavis perforantes, lapidi grandi & frigido confixerunt ; & tundendo corpus duriſſimis lapidibus abominabiliter cruciaverunt. Et hæc C facientes blaſphemabant, interrogantes eam, ſi adhuc ab erronea vita reſipiſcere non vellet. At Virgo Chriſti, vulneribus ſui Sponſi immobiliter intendebat. Porro dæmones, conſtantiam ejus videntes, corpus cum lapide cui affixum fuerat trahentes per ſpinas, vepres & glareas, uſque ad civitatem Nuſſienſem perducebant. Tranſeuntes per ſilvam quæ Goirburch dicitur, uſque ad ultimam ſilvam de Poilheyn veniebant ; & ſic trahendo corpus Virgineum, ad ſingulas arbores cum lapide affixo cædebant, blaſphemantes & dicentes ; O miſera, nunc invoca Sponſum tuum, in quo gloriaris : nos enim nunc ſecundum voluntatem noſtram te affligimus & ſanamus, occidimus & vivificamus : ſi vero alius Deus præter nos eſſet, tibi utique in tantis anguſtiis non deeſſet. Poſt hæc tollentes corpus ejus, & ſurſum levantes, in lutoſas paludes ſæpe projecerunt ; & ſaltando atque conculcando, corpus in ſordibus penitus merſerunt ; hocque facto receſſerunt : ſed Virgo ſingulis noctibus à Sponſo confortabatur ; & ab omni læſione curata, in thalamum ſuum per Angelos reducebatur. D

Purgatorii pœnas ſpiritualiter paſſa,

& alias corporales à dæmonibus,

ipſam per ſilvas raptantibus ;

90 Interea cum quadam nocte Virgo à dæmonibus traheretur, contigit quoidam armatos viros tranſire per locum illum, ubi ipſa torquebatur : qui audientes horribilem clamorem & ſtrepitum, exterriti clamare cœperunt, timentes mori & pertrahi in infernum : unus autem ex ipſis præ nimio timore ad terram corruit de equo, qui clamans ſupplici voce, ait : Domine Jeſu Chriſte, per mortem Crucis, parce mihi peccatori, & ex hac neceſſitate clementer me eripe, & de cetero ab omni malo ceſſabo, & vitam meam emendabo. Cumque hæc dixiſſet, ipſa audiente, ecce veniam ei impetravit, unde reſumptis viribus equum aſcendit, & ſanus evaſit. In ultima vero nocte inter cetera, cum Virgo Domini à dæmonibus in profundam paludem projecta jaceret, ac præ multitudine & acerbitate paſſionum vix ſpiritum traheret ; ecce ſubito Dei munere mirifico ſeptem lupi veniebant, qui mirum in modum depoſita feritatis rabie, tamquam agni manſuetiſſimi, ad Virginem accedebant ; & duo ad manus ſtantes, duo ad pedes, tres vero ad caput, corpus virgineum leni ſpiramine calefaciebant : quo facto, cervicibus ſubmiſſis, & capitibus tamquam ad benedictionem inclinatis, recedebant. Porro Virgo videns ferociſſimas beſtias Creatori ſuo obedire, ac ſibi in tanta neceſſitate ſubvenire, ex toto corde ſuo Dilectum ſuum benedicebat : atque mirabiliter conſolata, & adjurans illos nefandos ſpiritus, dixit ad eos : Adjuro vos, ô maligniſſimi dæmones, ut indicetis mihi, cur me tam immiſericorditer cruciaſtis ; cum irrationabiles beſtiæ mihi compatiantur ? Qui ipſa jubente abierunt, quorum numerus fuerat quadraginta.

cujuſdam tranſeuntis converſionem impetrat.

Iterum cruciatæ,

E

adſunt 7 lupi,

eique ad dæmonum confuſionem miniſtrant.

91 In die Nativitatis Chriſti communicata eſt, & raptim Sponſo copulata : ibique tamquam juventus aquilæ renovata ei eſt, ac facies ejus apparuit quaſi nix dealbata. Ubi inter cetera gaudia, de abſolutione quadraginta animarum ſpecialiter conſolabatur ; quarum duæ erant de Stumbele, una ſcilicet Hildegundis Incluſæ, alia vero cujuſdam viduæ nomine Elizabeth, reliquæ erant de partibus longinquis, ſcilicet de partibus juxta littus maris ſitis : inter quas decem erant virorum, quorum tres erant Sacerdotes, reliquæ vero feminarum, quæ multis annis in Purgatorio luere debuiſſent acerbiſſimas pœnas. Item tribus noctibus ante ſextam feriam, quæ fuit ante Epiphaniam Domini ; dæmones ipſam veſtibus expoliatam, de ſuo thalamo ejecerant : & collo ejus apprehenſo, cum eſſet gelu fortiſſimum, per totam villam contumelioſe trahebant ad piſcinam de prope ſitam : ibi ejus corpus ad glaciem collidentes, quouſque cutem cum carnibus de corpore ipſius penitus abſtraxerunt : quo facto abierunt. Tunc Sponſa à Sponſo viſitatur, & ſanatur, & mirabiliter in thalamum revocatur. Mane communicans rapitur, & à Sponſo amplexatur : ubi tres animas coronatas ſpeculatur.

Liberat 40 animas è Purgatorio.

F

62 Item duabus noctibus ante Purificationem, trahitur ſuper glacies & nives : ubi genibus colliſis & membris tamquam contractis,

A tractis, dæmones eam quaſi mortuam reliquerunt. At Virgo ſingulis noctibus à Sponſo curatur, & in thalamo relocatur. In die ſancto communicavit: quæ rapta ſub umbra Dilecti ſui amoriflue repauſavit, ubi tres animas vidit amore ſui coronatas: quarum una erat cognata ejus, quæ ante multos annos obiit; reliquæ erant duarum feminarum de Colonia, ſcilicet matris & filiæ. Item octo noctibus ante Cœnam Domini maximas pœnas ſuſtinuit, quaſi ad modum Purgatorii, quas Dominus non revelavit. In Paraſceve Chriſto compatiebatur, & circa horam... cor ejus amoris compaſſione rumpebatur; unde anima expreſſa Chriſto mancipatur; ubi amoris Sponſi dulcedinem uſurpavit, & in foraminibus petræ nidificavit, ac multos fructus procreavit. In die ſancto Paſchæ Chriſto conſurrexit, & communicans ad ipſum ſe erexit: quando Sponſus Sponſam ſecum vexit, ubi ſpecialiter de abſolutione triginta animarum conſolatur, pro quibus fuit paſſa tot tormenta, quæ multis annis puniri debuiſſent. Item ante Pentecoſten octo noctibus, continue centena ſuſtinuit genera tormentorum, ſed qualia fuerunt non erat revelatum.

ac rurſum 30.

B

Decipitur allatis quaſi à fratre litteris,

93 Item ante feſtum Michaelis, venit quidam dæmon in ſpecie famuli, dicens: De Gotlandia venio à fratre Petro, & [litteras] ex parte fratris veſtri Sigwini apporto, unde Virgo eſt multum lætificata. Ille autem aperta pyxide litteram ei dedit: qua recepta eam horror invaſit, ipſumque intuens in deformem mox mutatum vidit. Tunc littera, ad modum plumbi onuſta, de manibus ejus cecidit in terram: quæ poſtea à Domino confortata, dixit; Moneo te per paſſionem Chriſti, ut diſcedas. At ille cachinnans dixit, Etſi ad plenum te non decepi, tamen induxi ut munus à me caperes, ſicque receſſit. Item poſt hæc, cum retro villam pergeret ad eccleſiam, venit iterum dæmon in ſpecie nuntii dicens, Ne turberis, frater veſter Sigwinus à ſeculo migravit; in cujus rei teſtimonium litteras apporto. His illa auditis, flevit amare: unde videns eum in ſpeciem deformitatis mutatum, ait illi: Adjuro te, ne unquam talibus fallaciis me moleſtes. Cui dæmon: Saltem te induxi ad lacrymas: & hoc dicto receſſit.

& aliis quibus is mortuus fingebatur.

C

Jactatur inter acies dæmonum armatorum,

94 Item ante feſtum omnium Sanctorum, dæmones ipſam ſuper montem igneum vexerunt, ibique in [puteum] plenum bullienti ſulfure projecerunt: poſt hæc ad conflictum vexerunt, dicentes: Hic congregamus duos exercitus, ſcilicet Ducis Brabantiæ & Epiſcopi Colonienſis; ipſi ſe invicem interficiant, & nos animas tollamus. Et fuit hoc tempus dum timebatur fieri conflictus inter Dominos, unde dæmones in ſpecies illorum armatorum transformati, interrogaverunt quid hoc eſſet, quia videbant eam in aëre mirabiliter affligi. Tunc dæmones ei ſuaſerunt, ut poſtponeret vitam ſolitam. Qua renuente, mox eam inter armatos projecerunt, & tam celeriter eam ſurſum revexerunt, quod armati eam comprehendere non potuerunt. Poſt hæc in proprias ſpecies redierunt, & quidam cum lanceis eam ſurſum levaverunt, reliqui vero perforando aliis porrexerunt: heu! eam in tantum pupugerunt, quod corpus ipſius diſcerptum quaſi in nihilum redegerunt. His completis, Sponſa à Sponſo ab omni læſione curatur, & dæmones quaſi ignitis catenis conſtricti ſe confuſos fatebantur: quorum quadraginta millia fuerunt numero. In die omnium Sanctorum communicata, & ab omnibus Sanctis eſt benigne ſalutata, & amantiſſimo Sponſo ſuo Ieſu Chriſto à matre ipſius Maria in thalamo præſentata: ubi omnium prædictorum dolorum meruit oblivi ſci & omnium bonorum reminiſci.

& graviter ab iis cruciatur,

D EX MS.

ac Nuſſiam uſque raptatur:

95 Item ante Natale Domini, juxta civitatem Nuſſienſem, nuda per ſpinas, tribulos & urticas hanc traxerunt: ubi corpus ejus virgis acutiſſimis cæſum, & undique perforatum particulariter ab invicem diviſerunt. Quo facto, à duobus Angelis ſanatur, & in thalamum collocatur: ſicque pluribus noctibus tormentatur, & iterum reſanatur. In ultima vero nocte, ante Vigiliam Natalis Chriſti, cum vellet [dæmon] poſt cetera cor ejus perforare; erectis oculis in cælum, dixit: O Sponſe cariſſime, diu deſideravit cor meum frangi ob amorem tuum; fiat tua voluntas. His dictis latus ejus perforatur, & animæ ejus deſiderium Sponſo combinatur: tuncque ſapuit quid ſic hoc, Dilectus meus mihi, & ego illi. Interea dæmones confuſi & trepidi, victos ſe per omnia fatebantur: numerus eorum quadraginta millia cum quinquaginta, & abierunt. In die Chriſti communicans rapitur, & à Sponſo ſuo benigne amplexatur: ubi pro ſpeciali clenodio tres animas vidit coronatas, pro quibus tot tormenta ſuſtinuit: inter quas una erat avunculi Ioannis de Cluſa, altera vero erat amita Virginis; tertia erat prædivitis matronæ de Colonia, quæ in vita ſua eam dilexerat: cum his mille animæ à Purgatorio ſunt ereptæ, quæ adhuc pluribus annis puniri debuiſſent.

deinde cor perforata,

E

obtinet tres animas ſibi notas,

& aliæ mille.

CAPUT X.

Septem latronum, qui tormenta ejus ſpectarant, converſio, eorumque liberatio ex Purgatorio: finis certaminum, ac denique Vitæ.

F

Cogit dæmonē Virgo fateri quod prævalere ei numquam potuerit.

69 ITem infra Octavas Epiphaniæ dæmones adjurati à Virgine, quare tot annis innumeras pœnas ſibi intuliſſent: reſponderunt, Non propter aliud quam ad ſatisfaciendum deſiderio tuo [patiendi] pro peccatis aliorum. Inter cetera quæſivit ab uno, ad quid deferret tanta genera telorum? qui dixit: Hæc ſunt tela ignea & mortifera, quæ dum cordibus hominum infigo, ad quæque facinora inclino, & ad mortem æternam impello: numquam tamen tibi unum infigere potui, nec omnes dæmones qui ſunt in inferno: multos etiam ſauciavi, quos habere credidi; ſed infelix! per te amiſi, nec poſſum eos causâ tui retrahere. Nobis in damnum noſtrum nata es, noſtras aſtutias detegis, noſtras [vires] reprimis. His dictis abiit.

Eumdem confundit mentitum de fratre ejus,

97 Item ante Purificationem B. Mariæ, tribus noctibus à dæmonibus eſt illuſa, cum circuiret villam eundo ad eccleſiam; ipſi vero ſurſum in aëra, tamquam in tartareo igne ſuccenſi, oſtendebant ei imaginem fratris ſui

A ex MS.

fui Sigwini, dicentes : Ecce nunc fratrem tuum ad æterna ſupplicia ferimus, pro quo inutiliter orationes fudiſti. Duabus vicibus ſic illuſa nihil reſpondit, ſed tertia vice dæmones alloquitur dicens : Adjuro vos cur mihi taliter illuſiſtis, dicentes mendacia ? Qui reſponderunt : Quia ſperabamus ejus curam de corde tuo tollere. Hæc dicentes, lapidem igneum adinſtar molaris, per quem ipſam ſub ſpecie fratris ſui illuſerant, ante pedes ejus projecerunt, dicentes: Hunc lapidem de partibus marinis attulimus, ſed heu ! compulſi ſumus ipſum ad eumdem locum reportare. Qui Virgine jubente tonitruando abierunt. In tertia ſeptimana Quadrageſimæ, à quatuor dæmonibus ſingulis noctibus torquebatur, duo enim acutiſſimis inſtrumentis os ejus extendebant, & duo caldarium, plenum bufonibus & aliis venenoſis ſpurcitiis, corpori ejus infundebant ; ita quod dicta monſtra, corroſis inteſtinis & diſruptis, ipſam inhumaniter cruciaverunt. His abeuntibus ipſa, volutans ſe huc atque illuc, non poterat ſedere neque jacere. Tunc Sponſus per ſignum Crucis

& graviter torquetur:

B ipſam ſanavit.

tentationẽ fratris in ſe tranſferri petit.

98 Item quartâ ſeptimanâ Quadrageſimæ, quidam dæmon, in ſpecie pinguiſſimæ mulieris, in lecto Virginis ſe poſuerat nudum, & veſtibus Virginis ſeſe operuerat : quam ipſa intuita ad lumen, expavit, deliberans an clamaret vel de camera exiret. Tandem accedens ad lectum experiri voluit an eſſet phantaſma, & mox dæmon ridere cœpit : quem Virgo adjurans, quid eſſet inquiſivit. Ait ille : Ego ſum qui fratri tuo Sigwino ſemper illudo ad meum placitum ; quem adjuravit, ut eam pro ipſo tentaret. Item duabus noctibus ante Cœnam Domini, dæmones Virginem Chriſti nudam catenâ igneâ ad quamdam ſilvam longe diſtantem pertraxerunt : quæ habuit plus quam ſexdecim milliaria in latitudine, & plus quam *a* triginta in longitudine. In hac ſilva ſeptem latrones habitabant, qui audientes ſtrepitum & vociferationem, terrore concuſſi ſunt : & tandem currentes, ad locum ubi à dæmonibus tentata fuerat, pervenerunt : ſed tunc dæmonss ipſam ad arborem ſuſpenderant, corpuſque

a Atrociter cruciatur in remota ſilva,

C undique transfixerant, & blaſphemando, Ubi eſt Sponſus tuus, illi objecerant. At Virgo, dum dura ſentit vulnera, Dominum laudat, ac humillime ipſius clementiam implorat : unde victi dæmones & confuſi, retrorſum fugerunt. Latrones ergo appropinquantes, eamque videntes, interrogaverunt, dicentes:

coram 7 latronibus:

Si homo es, quomodo vivere potes ? At illa reſpondit, Homo ſum Catholicæque fidei, ac omnia poſſum in eo qui me confortat Jeſu Chriſto : qui dixerunt : Et nos pluribus annis fuimus latrones. Ad quos ait Chriſtina: De peccatis veſtris compungimini ; & nolite deſperare, ſed miſericordiam Dei implorate, & miſerebitur veſtri.

quibus ad pœnitentiã animatis

99 Ad hæc verba duo fratres carnales compuncti, ceteros ad contritionem hortabantur : inter cetera autem requirebant unde eſſet. Quæ reſpondit, De quadam villa juxta Coloniam dicta Stumbele. Qui ajunt ; Coloniam plus quam per trecenta milliaria abeſſe arbitramur. Tandem divina miſeratione compuncti, conſilio Virginis Chriſti Chriſtinæ ad terram procidentes, veniam poſtulabant: D exclamantes autem lacrymoſis vocibus ajebant : Miſerere noſtri, Domine, amore Sponſæ tuæ prædilectæ ; quoniam quindecim Sacerdotes interfecimus, & quinquaginta Clericos tam Diaconos quam Subdiaconos ſeu Scholares vel Acolythos ; præter centum puellas vel matronas violenter corruptas, & mulieres impregnatas. De reliquis vero mercatoribus, viatoribus & peregrinis non eſt numerus, quos omnes occidimus nec alicui pepercimus, ſed in concupiſcentiis abutendo conſumpſimus. Interea Virgo confortabat eos, promittens quod pro eis ſatisfacere vellet. Poſt hæc corpus ejus mirifici luminis ſplendore illuſtratur, & per Angelos ſanatur, atque ab oculis eorum ſequeſtratur, & in thalamo ſuo revocatur. Porro illi claritatem illam non ferentes, ad terram corruerunt, deinde cum pergerent ad quærendum Sacerdotes, ut docerentur ab eis, capti ſunt ab inimicis: & dum vectes per ventres eorum tranſcutere vellent, petierunt confiteri : qui irriſi ſunt à dicentibus, Modo monachari volunt. Et ſic illi interfecti, in locum Purgatorii abierunt, E quia veram contritionem precibus Chriſtinæ obtinuerunt.

ſuaque faſſis ſcelera,

contritionẽ finalem impetrat:

100 Item ſequenti die, tranſacta nocte, ad eumdem locum tracta perducitur à dæmonibus : qui illic ad corpora latronum eam cædentes, & vectibus de corporibus reorum extractis, omnes ipſos per corpus ejus percutientes, terræ profundiſſime incuſſerunt. Quo facto, cum ſemper Chriſti Virgo in ſui Sponſi amore perſiſteret, dæmones confuſi ſeſe victos eſſe fatebantur. Ipſa vero per Angelos omnino ſanabatur, & in momento ad ſuum cubiculum reducebatur. Prædicti latrones pluribus millibus annorum puniri in Purgatorio debuiſſent : ſed in proximo Natali Domini, meritis & precibus ejuſdem Virginis fuerunt liberati : quia ipſa Chriſtina pro eiſdem graviſſima & intolerabilia tormenta ſuſtinuit. Poſt hæc ſequenti die, ſcilicet in Cœna Domini, incluſit ſe cameræ, & ſingulis horis Sponſo compatiebatur. In die ſancto Paſchæ communicata, dilectiſſimo Sponſo eſt præcordialiter adunata.

mox ibidẽ pro ipſis iterum cruciatur ;

101 Poſt Octavam Paſchæ uſque ad Pentecoſten, pœnas pro latronibus ad modum F Purgatorii ſufferebat, ſcilicet ignem, gelu & ſimilia ; quæ naturaliter pati non potuiſſet, ſi virtus Chriſti in ea operata non fuiſſet, ſed ſingulis momentis periſſet. In die Pentecoſtes Sponſus Sponſam ſeptiformis Spiritus munere ineffabiliter conſolatur : ubi pro ſpeciali dote notificatur eidem, quod propter tormenta quæ ſuſtinuit, maxima alleviatio latronibus eſſet facta. Erant autem nomina eorum : Symon, Remboldus, Hermannus, Conſtantinus, Volmarus, Vorclenus, & Egebertus : qui à Cœna Domini uſque ad feſtum Nativitatis Chriſti, ut dictum eſt, fuerunt in Purgatorio, ſed ſecundum culpam plus quam milleſies mille annis pœnas pati debuiſſent, ſi Virgo Chriſti pro eis Dei miſericordiam non obtinuiſſet, & pro ipſis corporaliter corporis pœnas non ſuſtinuiſſet.

tum pœnas Purgatorii ſuſtinet.

ipſumque illis abbreviat intra menſes 9.

102 Item ante Vincula S. Petri, quadam nocte habuit hæc Virgo viſionem de quodam nobili, qui ante paucos dies juxta Aquiſ-

Nobili in pugna cæſo,

granum

A granum in conflictu est occisus. Hic pluribus annis in peccatis vixit: tamen hoc solum bonum habuit, quod semper in Missa serioſe Deum oravit, ut contritionem ante mortem obtineret; hoc etiam adminiculum habuit, quod bonos dilexit. Et ecce veram contritionem obtinuit pro peccatis, sed in pœnas Purgatorii est transmissus: quem in tormentis audivit Dei misericordiam invocantem. Unde ipsa compassa, Sponsum ut pro eo pateretur precabatur: sicque factum est. Dæmones quippe inter cetera ipsam super incudem posuerunt, & malleis cædentes membratim ipsam ab invicem diviserunt. Aliis vero noctibus caldarium plenum bufonibus ori ejus infuderunt; quorum numerus erat duodecim millia: quæ à Sponso sanabatur. Item in Dominica ante Vincula Petri communicata, Sponso est conjuncta; ubi pro novo dono suscepit, quod undecim millia annorum huic fuerant relaxati; quia totidem dæmones tantis pœnis eam cruciaverant.

vitam meretur purgationem.

B 103 Item post Nativitatem B. Mariæ venit quidam dæmon in thalamum Virginis, vetustis vestibus & consciſſis indutus; quem circumpendebant multa vasa ad modum ampullarum, fœtidissimo liquore plena. Cui illa dixit: Quid habes in vasis? Ego, inquit, præcipue insidior Religiosis, & eis ex his propino diversa mala: sed & tuum fratrem Sigwinum in tantum potavi, quod maximum tædium habet Religionis. Hæc audiens illa cum impetu animi in ipsum irruit, & pedibus suis hunc conculcavit, quousque flebiliter dixit: Dimitte me, Sponsa Christi Christina, quia numquam de cetero molestus ero fratri tuo: quem illa adjuravit, dicens ei: Non impedias fratrem meum, sed mihi inferas quæcumque illi sunt inferenda, præterea qualitatem poculorum effundendo demonstres. Qui unum vas effundens, abominationem [tanti] fœtoris exhalavit, quod illa pæne fuerat suffocata. Item ante festum omnium Sanctorum in ultima nocte, dæmones ei venena infuderunt; postea vero uncis ferreis dilacerando corpus ipsius, membratim diviserunt: quibus abeuntibus à Sponso recuratur. In die

Iterum vicio dæmone,

petit tentationes ejus à fratre suo in se transferri

C omnium Sanctorum post Communionem rapta & in Sponsi thalamum est introducta: ubi scire meruit latronum prædictorum absolutionem in Natali Domini futuram.

104 Item ante Natale Domini, dæmones ipsam nudam à thalamo per vepres & spinas trahentes, horribiliter pupugerunt: deinde singulis digitis & pedicis infixis acutissimis instrumentis, corpus ejus sursum in aëra levaverunt, & iterum in terram dimiserunt. Deinde cruribus genibus, & collo confixis, ad excelsam arborem in Goyrburch suspenderunt; quæ duos ramos ita conjunctos habebat, quod corpus ejus sine maxima læsione illos transire non posset. Per eosdem ergo miserabiliter hanc traxerunt, ita quod quasi singula membra ejus terendo confregerunt; & blasphemantes dixerunt; Ubi nunc est Deus tuus? moxque confusi abierunt. Et ecce duo Angeli corpus curatum in thalamum reduxerunt. Numerus illorum triginta & unus. In die sancto Natalis Christi communicata, & in amplexus Christi rapta, mox in speculo æternitatis animas septem latronum invenit

& denuo cruciata,

videt latrones in gloria, cum aliis 20 liberatis.

coronatas; cum quibus xx animæ eodem die D
sunt receptæ, quarum duæ de Colonia erant, ex MS.
sed reliquæ de diversis partibus, quarum, quælibet viginti annis vel circiter puniri debuisset.

105 Item post Octavam Epiphaniæ, quidam dæmon venit in thalamum ejus, ipsa ignorante & orante, qui cachinnando strepitum faciebat. Interrogatus ergo cur sic faceret; respondit: Quia jam totus mundus mihi obedit: nam & religiosus Habitus pro magna parte subjacet mihi: sed specialiter gaudeo, quod fratrem tuum Sigwinum cum aquas maris transire deberet, navi fracta demersi in profundum, animamque ipsius ad inferos tunc devexi. His dictis, adjuratus ab ea, utrum vera essent quæ protulisset; respondit; Utique, sed de fratre tuo sum mentitus: & post hæc fulminando cum turbine recessit. Item ante Cœnam Domini, nuda ad quamdam silvam longinquam trahitur: ubi dæmones levantes eam ad cacumina arborum, gloriam & omnes regiones mundi ostenderunt illi, dicentes: Hæc omnia volumus tibi E
dare, & magnis honoribus te sublimare, si *& pœnis torquetur,*
nobis amodo nulla damna decreveris irrogare. Qua renuente, dæmones totum corpus ejus clavis acutissimis perforantes, arbori affixerunt; & blasphemantes abierunt. Duabus noctibus ante Cœnam Domini solvitur ab Angelis, & sanatur, ac in thalamum suum revocatur. In tertia nocte cum clavis ad cor percutitur: sed anima expulsa ad Sponsum festinavit. Numerus dæmonum septem millia, qui per totam Quadragesimam ipsam affligebant.

Terretur mendacii relatu de fratre,

promissis frustra solicitatur,

106 Item tribus noctibus ante Pentecosten, inter cetera dæmones, portantes infantulum vagientem, comminantes dicebant illi: Nisi tu, miserrima seductrix, de misera familiaritate Sacerdotum abstineas, te diffamabo; & quod istum infantulum de Plebano genueris, omnibus propalabo. Cumque hæc & plura alia diceret, ac Virginem immobilem cerneret; ipsam horribiliter cum dicto infantulo cædebat; & ipsam cædendo, quasi eumdem interficeret incedebat; & confusus mox abibat. In die sancto communicavit, & donis sancti Spiritus abundavit, ubi F
de absolutione ducentarum animarum consolabatur, quarum quælibet trecentis annis adhuc puniri debuissent. Sex noctibus ante festum omnium Sanctorum, continue dæmones acutis instrumentis, caput, genas, aures, oculos, nares, scapulas, pectus, genua, pedesque, singuli singula membra Virginis transfigentes, ad terram quatiendo & ad parietes allidendo indicibiliter punierunt; & blasphemantes ventrem lacerando discerpserunt. Inter hæc omnia Virgo, vulneribus Christi intendens, dixit: Quæcumque patior libenter perfero amore Sponsi mei Jesu Christi.

nec vincitur objectu turpis calumniæ;

novisque supplicii;

107 Notandum quod semel singulis annis in Adventu, & semel in Quadragesima, post Communionem non fuit rapta; sed sanguineas guttas emanavit. Item primâ hebdomadâ Adventus venerunt duo dæmones, aspectu horribiles singuli, in thalamum Virginis orantis: & primo variis sermonibus ac perversis adulationibus ipsam aggredientes,

quæ ei per Adventum replicantur.

A eam in omnibus fuiſſe deceptam aſſerebant ; ex MS. & niſi confeſtim ab erronea vita diſcedat, ac eorum conſiliis acquieſcat ; ipſam, multis tormentis coram ea exhibitis, exterminare funditus minabantur. Et his dictis, ipſi nullam per illam hebdomadam corporalem læſionem inferebant. Item poſt ſecundam Dominicam Adventus, venerunt dæmones in thalamum ejus : & poſt multas comminationes irruentes in eam, variis tunſionibus & afflictionibus ac verberibus punierunt ; & cum teſtis amphorarum corpus ejus undique dilacerando perforaverunt, & hoc facto abierunt. Mane autem facto non fuit rapta poſt Communionem ; ſed totum diem in gemitibus & orationibus ac amariſſimis lacrymis continuavit. Circa veſperam vero, de voluntate Dilecti ſui conſolata, aliquantulum reſpiraviť : & ſic uſque ad diem tertium abſque dæmonum perſecutione permanſit.

108 Item per annum cum dimio non comedit aliud quam gingiber, quod fuit tempore conflictûs inter Dominum Siffridum B Epiſcopum Colonienſem, & Ioannem Ducem Brabantiæ in Worenc, ubi Dominus de Bergis interceſſione Virginis evaſit mortem ; &, quod rarum ibi fuit, etiam non erat captivatus. Inſuper interceſſit pro aliquibus Dominis de Luchemborgo, & aliis quampluribus, qui ejus precibus & interceſſione infernales pœnas per miſericordiam Dei evaſerunt. Hæc vero præſcripta genera tormentorum innumera & incomprehenſibilia, pro his & pro aliis pati à Domino impetraverat : nam graves pœnas ſubit, dæmones tunc eam ad modum piſcis qui debet aſſari, ſalſabant per unum annum & dimidium : poſtea ſanguine fluebat, & dolebat, ita quod duo lintcamina ad minus in die adeo fiebant ſanguinolenta, quaſi ſanguine fuiſſent intincta. Totus ejus potus totidem vicibus in ſanguinem eſt mutatus : qui per illas

Pro cæſis aut periclitantibus in prælio Woringano anno 1288

diras [plagas] factas in corpore circumquaque D pœnaliter conſuebat. Hæc fuit ultima pœna quam dæmones Chriſti Sponſæ Chriſtinæ intulerunt. Itaque poſt conflictum in Worenc *b* omnis perſecutio diaboli ceſſavit omnino. Illo tempore Sponſa, Sponſi gratiâ, Luciferum, cum omnibus dæmonibus qui ſunt in inferno & extra, fortiter pugnando & viriliter vincendo ſuperabat divinitus ; ita quod de omnibus ſcilicet carne, mundo, & diabolo glorioſe triumphabat.

poſt quas eidem requies conceditur ; *b*

109 Tandem anno à Chriſti Nativitate MCCCXIII ; in nocte ſancti Leonardi Confeſſoris, dilecti, candidi & rubicundi, electi ex millibus, Sponſa Chriſti Chriſtina, ſeptuagenaria migravit ab hac Eccleſia militante ; & pervenit felicius ad Eccleſiam triumphantem. *c* Hujus ſacrum corpus quieſcit in tumba humatum in eccleſia Canonicorum in Nydeche in terra Iuliacenſi : nondum enim eſt à terra elevatum, nec ipſa beata Virgo ab eccleſia canonizata ; quamquam fuerit Domino Papæ, ut hoc fieret, ſupplicatum.

ac denique an. 1313 *ſanctè mortua,*

c quieſcit apud Canonicos in Nidek.

E

ANNOTATA D.P.

a *Apparet hujus Vitæ Auctorem plus aliquid habuiſſe, quam Acta prolixiora, ſiquidem nuſquam ibi ſpatium ſilvæ exprimitur. Idem & alia multa oſtendunt.*

b *Nunc vulgo* Woringen, *paulo plus quam tribus leucis infra Coloniam, ubi commiſſum prælium an.* 1288, 5 *Junii, pertinaciſſimum omnino & ultra quinque horas dubium ; periclitatus de vita Dux, captus Epiſcopus, occiſi hinc Henricus Dux Luxenburgius, inde Bertholdus Mechlinienſis Dynaſta.*

c *Hic inſerebatur, loco plane non ſuo, aliunde ex margine traductum in textum miraculum Comitis à paralyſi ſanati, ipſumque ſecuta Elevatio oſſium ; ſicut illud hinc ſumptum rhytmice retulimus.*

A

DIE VIGESIMA TERTIA IUNII

SANCTI QUI NONO KALENDAS IULII COLUNTUR.

SAnctus Felix Presbyter, Martyr Sutrii in Italia.

S. Agrippina Virgo & Martyr, Romæ.

S. Avitus, S. Cinzamus, S. Arion, S. Emetitus, S. Alicus, S. Capito, SS. Alii LXXVIII, } Martyres Nicomediæ.

B

S. Euſtochius Presb. S. Gaïnus Cognatus S. Lollia, S. Proba, S. Urbanus, } Ancyræ in Galatia Martyres. (S. Lollia, S. Proba, S. Urbanus: hujus liberi)

S. Ariſtoclus Presbyter, S. Demetrianus Diaconus, S. Athanaſius Lector, } Martyres Conſtantiæ in Cypro.

S. Palladius, S. Cotylas, S. Adramas, S. Moſes, S. Eſas, S. Saliconus, S. Cotylas II, SS. CL Socii, } Apud Habeſſinos honorati.

S. Beſoës miles, S. Nor frater, S. Didara mater, } Apud eoſdem.

S. Zenon miles, S. Zenas domeſticus, } Martyres Arabes, Conſtantinopoli honorati.

S. Joannes, Presbyter & Martyr Romæ.

S. Leodegarius, Presbyter in Pago Pertenſi Galliæ.

S. Ethelreda Regina, Virgo Abbatiſſa Elyenſis in Anglia.

S. Hidulphus Dux Lobii & Binchii in Belgio. E

S. Jacobus Epiſcopus Tullenſis, Divione in Burgundia.

B. Lietbertus, Epiſcopus Cameracenſis & Atrebatenſis, in Belgio.

S. Bilius Martyr, Epiſcopus Venetenſis, in Aremorica.

B. Petrus Prior Juliacenſis in Campania Ord. S. Benedicti.

S. Walherus Martyr, Paſtor in agro Namurcenſi.

S. Lanfrancus, Epiſcopus Papienſis in Italia.

B. Maria Oigniacenſis, in Belgio.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

C

FElix monachus Ciſtercii, à S. Stephano Abbate rogatus, ut à morte indicaret num Ordo Deo placeret, quod & fecit. *Is ut* Beatus *memoratur ab Henriquez & Chalemoto. Res tota, ſed tacito nomine, refertur cap.* 3 *Vitæ S. Stephani* XVII Aprilis.

S. Anthimi Epiſcopi & Martyris tranſlatio, *profertur à Greveno & Caniſio. Is eſt Epiſcopus Nicomedienſis, relatus* XXVII Aprilis.

S. Deſiderius Epiſcopus Lingonenſis & Martyr, *indicatur in Catalogo Ferrarii, citantu Renatum Benedictum. Acta ejus dedimus* XXII Maji.

D. P. S. Acacius Martyr cum Sociis *feſto duplici colitur in Anicienſi Galliæ Diœceſi, veroſimiliter propter Reliquias. Eſt Dux* 10000 *Crucifixorum de quo* XXII Junii.

S. Julianus adoleſcens Martyr, in Flavia civitate, in mare merſus, *memoratur à Maurolyco, Felicio, Petro de Natalibus, Flavio Dextro, Tamajo Salazar & Cardoſo. Eſtis, qui Arimini ut Patronus colitur die quando Acta dedimus* XXII Junii.

F

S. Ortrudis Virgo, cujus corpus in cœnobio S. Bertini quieſcit, *inſcripta eſt Martyrologio Germanico Caniſii. Eſt hæc* S. Rotrudis *Virgo, cujus Acta dedimus* XXII Junii.

Occurſus imaginis Thaumaturgæ puriſſimæ Deiparæ Wladomirienſis, *refertur in Synaxario Slavo-Ruſſico anni* 1679, *quod nobis Latinum fecit Joannes Gabriel de Sparwenfels, Antverpiam divertens anno* 1688. *Eſt autem* Wladomiria *quam hic ſignari puto, regiuncula, Moſcuæ ad Euroboream adjacens, ac nomen habens ab oppido ad* 40 *leucas diſtante, ſupra fluvium Claſma dictum: unde fortaſſis ſemel quotannis dicta imago ad Metropolim fertur ſolenniſſimâ pompâ.* D. P.

Lilioſa, ſoror S. Jacobi Epiſcopi Tullenſis, *occaſione hujus uni refertur à Sauſſaio, & in Indice* Virgo ſacra *appellatur. Quæ de ea ſciuntur, infra ad natalem S. Jacobi fratris proponuntur.*

Salomon

A Salomon Dux Armoricæ & Albigeon ejus filius, *referuntur à Sauſſato: ſed inter Pios.*

Simon de Torciano Comitatus Ameliæ, Prædicator eruditus, patravit multa miracula, & poſt mortem requieſcit in Amelia in Cuſtodia Tudertina: *ita Waddingus an.* 1270 *num.* 27, *& anno* 1287 *num.* 20, *inter* viros doctos *recenſet* Simonem de Corſciano in Cuſtodia Tudertina, *ubique tamen abſque titulo* Beati, *quem ei tribuit Jacobillus de Sanctis Umbriæ ad hunc diem.*

Joannes à Dionanto, alias Hortulanus, Oigniaci Regularis Canonicus, *ut* Beatus *proponitur ab Arnoldo Raiſſio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii, occaſione B. Mariæ Oigniacenſis, quæ eum patris loco habuit; & infra in hujus Vita quæ de hoc dicenda forent, referuntur.*

B. F. Marianus Brandius, Laicus, ob corpus poſt biennium incorruptum, & potentiam adverſus dæmones in Corſica (*ubi vixit ſeculo* 14, *aliis* 15) *in memoria fuit. Ita Gonzaga:* B *qui etiam ab Arturo aliiſque* Beatus *appellatur.*

Franciſca à S. Michaële Hiſpana, Ordinis S. Dominici in Monaſterio Methymnæ-Campi, apparitione Deiparæ Virginis & Archangeli Michaëlis exhilarata in obitu, *laudatur à Joanne de Rechac ſeu de S. Maria tomo* 1 *lib.* 3 *cap.* 3 *& aliis, & refertur hoc die in Anno ſancto dicti Ordinis.*

Guido Mirapicenſis, in Gallia, anno 1318
Didacus Villanovanus, in Hiſpania, an. 1545
Petrus à S. Maria Madriti, anno 1570
Maria à Queto in Hiſpania, anno 1595
Ordinis S. Franciſci *ab Arturo* Beati *habiti, apud quem variæ eorum virtutes enarrantur.*

D. P. Paulinus Bernardini Lucenſis Ord. Prædic. *Obſervantiæ Regularis reſtaurator in Aprutio, Neapoli defunctus* 1585, *refertur in Catalogo Perſonarum Sanctitate illuſtrium ad calcem Martyrologii ut* virtutum meritis ac miraculis conſpicuus. *Vita ibidem Ms. habetur per Fr. Dioniſium ejus diſcipulum, ut ſcribit Marchèſius in Diario, vix unum interim folium implens ad eam explicandam, ut videatur* C *parvi momenti res eſſe, nec ſpem facere magnam Canonizationis impetrandæ, niſi alia momenta miraculorum frequentium evidentiumque accedant.*

Ezechias } Reges *indicantur à Greveno & Ca-*
Ioſias } *niſio. Optaremus eos in antiquioribus Faſtis reperire. Petrus de Natalibus eoſdem refert* XXIV *Junii.*

S. Joannis Baptiſtæ Vigilia *celeberrima habetur in omnibus Breviariis, Miſſalibus & antiquis Faſtis, uti & dies Natalis* XXIV Junii.

D. P. S. Golveneus, *Epiſcopus Leonenſis in Britannia Armorica, ſucceſſor S. Pauli, à Thoma Dempſtero Hiſt. eccleſ. gentis Scotorum lib.* 7 *dicitur hac die coli. Interim allegatæ ab ipſo tabulæ iſtius eccleſiæ ipſum ponunt* I Julii.

D. P. B. Hechardi, Ordinis Præmonſtratenſis, Fundatoris Canonicæ Scheidanenſis *Tranſlatio celebrata eſt an.* 1628; *Natalis autem colitur* I Julii.

D. P. S. Adeodatus Presbyter, *Mediolani in ade Vincentiana ſepultus* IX kal. Julii, Probo Juniore D IV Conſ. perpetuo, Indict. III, *legitur in ſuo Epitaphio; in quo ſignatas temporis obſcuras mihi notas opto diſtinctius explicari; interim dum præſtolor diem tranſlationis ad Galliani eccleſiam, ipſi dicatam, ubi colitur* II Iulii.

S. Theodulphus, Epiſcopus Laubiis, *indicatur à Ghinio: ab aliis ſequenti die* XXIV Iunii.

S. Febroniæ Virg. Mart. Natalis in monaſterio Fontis-Ebraldi *apud Sauſſaium in Supplemento, ſed per errorem: notandus erat dies* XXV Junii. D. P.

S. Hildulphus, Archiepiſcopus Trevirenſis, *indicatur in Menologio Scotico Dempſteri. Ejus Acta danda erunt* XI Julii.

S. Chriſtina Mirabilis in Hasbania; *in Gynæceo ſacro relata ab Arturo, non diſtinguente inter illam quæ Juliaci colitur* Stumbelenſem ſive Colonienſem, *& alteram hac ſeniorem* Brabanticam, *de qua ſola agunt Auctores ab eo citati in notis. Unius Acta dedimus* XXII Junii, *alterius dabimus* XXIV Julii. D. P. E

Ven. Margaritæ de Claves Viduæ Elevatio & Tranſlatio corporis, *in civitate Pontis-delicatæ, in inſula S. Michaëlis, una Tertiariarum in mari Atlantico, ad extructam ſub ejus nomine eccleſiam anno* 1587 *ob ſpem proximæ Canonizationis, refertur in Hagiologio Luſitanico Cardoſi: ſed additur quod flaceſcente ſpe illa, eccleſia quidem dedicata eſt* S. Margaretæ Virg. Mart. *populus autem nihilominus pergit, propter miraculorum frequentiam, honorare piæ viduæ illius Corpus, & hoc die, & XX Julii, & in die obitus* VIII *Septembris. Proceſſus pro Canonizatione facti, ſi fuerint nobiſcum communicati, & Apoſtolica Sedes aliquem cultum defunctæ indulſerit; poterimus de illa plenius agere prædicta die* VIII Septemb.

SS. Piſtis, Elpis, Agapes Virginum, & matris Sophiæ paſſio Nicomediæ, *memoratur in Ms. Barberiniano & à Notkero, & omiſſa* Agape *à Greveno & Caniſio. Addit Notkerus à Latinis dici* Fidem, Spem, Caritatem & Sapientiam. *Eas Græci colunt* XVII *Septembris. Apud Latinos tres ſorores coluntur* I Auguſti, Sophia *ſeu* Sapientia, *mater vidua,* XXX Septembris. F

S. Hildegardes Virgo apud Bingiam, quæ perdocta conſcripſit, *conſignatur in Scriptis additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. In Martyrologio Romano & aliis* XVII Septembris.

S. Gillenus Scotus, in Gallia miraculis & vitæ ſanctimoniâ claruit. *Ita Joannes Major lib.* 2 *de Geſtis Scotorum cap.* 8. *Quo loco citato,* S. Gillenus, comes S. Columbani, *refertur hoc die à Camerario; ſed negligenter lecto loco Majoris, qui ſolum addit* in eadem Francia *S. Columbanum* miraculis conſpicuum habitum. *Nos dictum* Gillenum *arbitramur eſſe* Giſlenum, *qui oppidum Hannoniæ celebre fecit, Athenienſis ortu, ut dicetur* XI Octobris.

S. Joannis Euangeliſtæ dormitio *eſt inſcripta Ms. Florario, Faſtis Marianis, Balinghemio & aliis. At pluribus ſequenti die: ipſe vero colitur* XXVII Decembris.

A D

DE SANCTO FELICE,

PRESBYTERO MARTYRE

PROPE SUTRIUM IN TUSCIA SEPULTO. D. P.

Acta ex Actis Mss. S. Muſtiolæ: tempus Martyrii, nomen in Faſtis.

ANNO CCLVII

Turcius Præfectus Tusciæ miſſus ad exterminium Chriſtianorum,

B

Acta S. Muſtiolæ, Matronæ Cluſinæ ac Martyris celebris, III *Julii illuſtranda, initium ſumunt à Martyrio* S. Felicis *prætitulati, his verbis.* Temporibus Aureliani * Auguſti ſæva perſecutio orta eſt Chriſtianis. Et dum nuntiatum fuiſſet, quoniam in civitate [quadam] Tuſcana quæ nobilis poſt gentilitatem fuit, [multi] ad ſanctam religionem Chriſtianam converſi florebant, tanta cupiditas [eos exterminandi invaſit Aurelianum Auguſtum, ut quemdam Turcium Vicarium, Prætectoria data dignitate, ad diſcuſſionem Chriſtianorum dirigeret. Veniens autem Turcius in civitatem Faliſcam, ſedens dixit; Omnia diligenter examinate, quærentes ut ubi divulgatus fuerit Chriſtianus, ſine difficultate noſtris aſpectibus præſentetur ferre pericula capitalia.

* *imo* Valeriani.

eos adhortantem S. Felicem,

Interea dum inquiſitio facta fuiſſet in eadem civitate, contigit repertum eſſe Chriſtianum, nomine Felicem. Qui audiens ſuperveniſſe virtutem perſecutorum, cœpit congregare ad ſe Chriſtianos & confortare omnes dicens eis: Parentes & fratres, & filii non vos conturbet iſta caligo, quia modica eſt: perpetuæ vero tenebræ cavendæ ſunt: ſtate viriliter & pugnate; quia melior dies una in atriis Domini, ſuper millia auri & argenti.

comprehendi jubet;

2 B. Felix Presbyter divulgatus eſt ab aliquo Curiali, dicente; In agro Faliſco eſt quidam Presbyter, [dicendi] facultate repletus, qui ſeducit populum ad deferendum templa deorum, ut baptizentur & efficiantur Chriſtiani. Audiens hæc Turcius miſit milites, & tenuit Felicem Presbyterum, quem cuſtodiæ publicæ mancipavit. Surgens itaque altera die juſſit ſibi in civitate Faliſca tribunal parari, &

C

ſibique Faliſcæ præſentatum,

Presbyterum Felicem ſibi præſentari. Quem ita interrogat dicens: Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Felix dicor. Dicit ei Turcius: Qua militia uteris, vel quo honore? Reſpondit Felix: Etſi peccator, tamen Presbyter ſum Chriſti. Turcius dixit: Quare conventicula facis per diverſa loca, & ſeducis populum ut non credant diis, & immolent ſecundum diſpoſitionem antiquam & Principum juſſionem? Felix reſpondit: Quæ eſt vita noſtra, niſi ut Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum prædicemus, & eruamus populum ab immunditia idolorum, ut fruatur unuſquiſque vitâ æternâ. Dicit ei Turcius: Quæ eſt vita æterna? Felix Presbyter reſpondit: Ut colatur & timeatur Deus Pater, & Dominus Jeſus Chriſtus, & Spiritus ſanctus. Turcius dixit: Depone infelicitatem Dei tui, & pare præceptis Dominorum noſtrorum Auguſtorum. Felix Presbyter reſpondit: Quantum ad nos pertinet parere [Chriſto] mereamur, & deprecari nomen ejus.

atque in confeſſione perſeverantem

3 Iratus Turcius juſſit os ejus lapide contundi [per milites ſuos] dicens eis: Ipſum conterite, qui ſeducit populum. Et cum diu cæderetur, emiſit ſpiritum: cujus corpus præcepit jactari in plateam: quod corpus collegit quidam [Irenæus] Diaconus, & ſepelivit juxta muros civitatis Sutrinæ ſub die nono kalendarum Juliarum. *Hactenus Acta illa, ex Ms. Trevirenſi S. Maximini, collato cum Ultrajectino S. Salvatoris & editione Suriana, ubi illa habentur* ex egregiis Mss. libris *ſumpta, ſtylo in gratiam lectoris mutato (quod nobis non placet) & pro Turcio* Turgius *ſcribitur. Sed veriorem lectionem probant inſcriptiones veteres apud Baronium in Notis ad Martyrologium; una ad Sanctos Apoſtolos his verbis,* Ex auctoritate Turcii Aproniani V. CL. Præfecti Urbis, *altera in ædibus Capranicis,* L. Turcio Apronia-

jubet ad mortem uſque lapide tundi,

E

Videtur ii fuiſſe Turcii P. V. filius

no V. C. filio L. Turcii Aproniani.

4 *Habemus apud Bucherium, in Victorii Canonem Paſchalem, pag.* 286 ex temporibus Gallieni, *ab anno* CCLIV *uſque ad* CCCLIX *deductum Ms. quo docemur,* quis & quantum temporis Præfecturam Urbis *interea* adminiſtraverit; *ſed nuſquam ibi invenitur* Turcius, *nedum ſub Imperio* Aureliani *qui illud ab anno* CCLXXI *per triennium tenuit: tenuit autem ſemper ſolus, adeoque alienum etiam eſt ab ipſius tempore, quod in Actis, quæ alioquin ſincera & judicialia prorſus eſſe videntur, inculcatur* Principum juſſio, & præcepta Dominorum Auguſtorum. *Quare exiſtimo erratum in nomine* Aureliani, *per meram elementorum converſionem, ſcribendumque ac legendum* Valeriani, *qui cum Gallieno filio Imperium tenuit ſub exitum anni,* CCLIII, *ſecundum accuratiorem Pagii chronotaxim, Imperator ſalutatus, ſub eoque paſſos* SS. Muſtiolam *atque* Felicem. *Quamquam enim* nullus ſuperiorum Principum, ne illi quidem ipſi qui palam Chriſtiani fuiſſe dicuntur, *ſcilicet Philippi,* tanta humanitate & benevolentiâ noſtros complexus eſt, quantam ille [Valerianus] præſeferebat initio Principatûs ſui: Magiſter tamen & Archiſynagogus Magorum Ægypti, *id eſt eorumdem patronus ac fautor præcipuus, Macrianus,* ei tandem perſuaſit, ut ab hoc inſtituto deſciſceret, jubens ut caſtos quidem ac ſanctos viros perſequeretur atque occideret; *uti apud Euſebium lib. 7 cap.* 10 *ſcribit S. Dionyſius Alexandrinus tunc vivens, & fidei causâ exul.*

non ſub Aureliano

F

ſed Valeriano, & Gallieno,

5 *Quando autem cœpit perſecutio? Ipſo, quo S. Stephanus Papa Martyr occubuit anno* CCLVII, *inquit Pagius, inter Auguſtorum quinquennialia, non prius. Et hoc libentius nunc tenemus, expensâ accuratius quam alias fecimus ſententiâ*

qui perſecutionem an. 257 recitaſſe.

AUCTOR. D. P. *Nomen Martyris ab Uſuardo inſcriptum Faſtis.*

verborum S. Dionyſii. Iſto ergo anno Lucius Turcius Apronianus *filius* Turcii Aproniani, *quondam* Urbis Præfecti, *fortaſſis ſub Decio, prius certe quam Indiculus Præfectorum inchoaretur*, Vicarius *fuerit, tunc Præfecti* Junii Donati: *qui paterno exemplo Chriſtianis infeſtus, cum dignitate* Præfecti Tuſciæ *ad eorumdem perſecutionem miſſus ſit à Valeriano*; & S. Felix *coronatus* Faliſcæ; *quæ Faliſcorum caput hodie* urbs Caſtellana *dicitur, ad Tiberim ſita* XVIII p. m. *ab urbe Roma: ſepultus autem prope* Sutrium, *pari fere ſpatio remotum ab urbe, ſed Faliſca ſolum diſtans* XI p. m. *Uſuardus ipſum, prælucentibus Actis, primus inſeruit Martyrologio his verbis:* In Tuſcia civitate Ultrina (*lege* Sutrina) S. Felicis Presbyteri cujus os tamdiu juſſit Turcius Præfectus lapide contundi, donec emitteret ſpiritum. *Secuti Uſuardum alii ſunt, & cum iis Romanum denique Martyrologium*, Sutrii in Tuſcia S. Felicis, *&c. Interim iſtic hodie in Cathedrali aliud non ſupereſt quam fruſtulum oſſis in grandiori lipſanotheca pluribus communi; feſtum tamen ut ſecundarii Patroni ſolenniter celebratur.* D

DE SANCTA AGRIPPINA,

VIRGINE ET MARTYRE ROMANA,

D. P. *MENIS IN SICILIA ET APUD GRÆCOS.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

B §. 1. De cultu Sanctæ apud Græcos & Siculos, ejuſque erga hos beneficentia. E

SUB VALERIANO *Cultu ex Sicilia Conſtantinopolim tradu-cto,*

AGrippinæ Virginis & Martyris *cultum, fuiſſe apud Siculos celeberrimum, nulla re certius probari poteſt, quam ex celebritate ejuſdem apud Græcos, hodiedum perſeverantis in eorum Menæis excuſis; uſque adeo ut in Typico & in Ephemeride metricâ ſola faciat nomen diei; & in hac quidem ſub hoc verſu;*

Εἰκάδι θεινομένη τριπάτῃ θάνεν Ἀγριππίνα.
Vicenâ & ternâ percuſſa obit Agrippina.

Unde etiam in Moſcovitico figurato Kalendario, à Græcis accepto, eadem exprimitur; ſed cum Ariſtocle, cujus & duorum ſociorum Græci quoque meminerunt; in Menæis quidem nomine dumtaxat tenus; in aliis vero Mss. per ſolam brevis elogii lectionem; cum Agrippina *totum Officium impleat, quatuor verſibus ſimilaribus propriis, &* Canone *ſive Hymno, in Odas octo diſtributo conſtans, præter Elogium ſive Epitomen Martyrii, cui de more præluditur per hujuſmodi Diſtichon.*

diem 22 Junii proprio Officio occupat; C

Πληθέῖσα πολλῶν τραυμάτων ἐκτυμμάτων,
Πολλῶν μετάσχης στεμμάτων, Ἀγριππίνη.
Repleta multis verberum vibicibus,
Multas coronas ſuſcipito Agrippina.

Elogium tale eſt, ut verbotenus acceptum videatur ex Canone, tamquam ante compoſito. Ipſum hic prius accipe.

ſub quo recitanda Martyrii Epitome,

2 Αὕτη ἡ Ἁγία ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων, γέννημα καὶ τρέμμα τῶ θεοδόξε Ῥώμης ὑπάρχουσα, καὶ ὥσπερ λειμῶνι ῥόδον εὐοσμον κατευοδιάζουσα πιστῶν τὰς καρδίας, καὶ τὸ δυσώδες τῶν παθῶν ἀποδιώκασα· παρθενία γὰρ καὶ ἀνδρεία τῷ ψυχῷ ὡραΐσασα, καὶ τῷ Θεῷ μυμφευθεῖσα θαρσαλέως καὶ ἀνδρείως πρὸς τὸ μαρτύριον χωρεῖ· καὶ διὰ τὸν ἔρωτα καὶ τὴν ἀγάπην τὸ ἑαυτῆς νυμφίε Χριστῶ, πολλαῖς βασάνοις ἑαυτὴν ἐκδίδωσιν. Ῥάβδοις γὰρ τὸ σῶμα τυπτομένη, τὰ ὀστᾶ τῶ ἀσεβείας συνέτριψε· καὶ τὸ χιτῶνα γυμνωθεῖσα, τὸ ἐχθρὸ τὴν γύμνωσιν ἐσυλήτευσε· καὶ δεσμοῖς πεδηθεῖσα, καὶ σρέβλαις καθυβληθεῖσα, διὰ θείε τε Ἀγγέλε λυθεῖσα, πᾶσαν δυσσέβειαν ἐλυσεν· ὅθεν καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς βασάνοις τῷ ἑαυτῆς ψυχῷ τῷ Θεῷ προσηπίθητο. Βάσοις δὲ καὶ Παύλα καὶ Ἀγαθονίκη, λαβοῦσα τὸ σῶμα τῶ Μάρτυ-

ρος, ἀπὸ τῶ Ῥωμαίων πόλεως, καὶ τόπον ἐκ τόπε ἀλλοιεῦσαι καὶ μέκρα πελάγη, τῶν Σικελῶν ἐπαρχίαν καταλαμβάνουσι, κἀκεῖσε τῶτο ἀλαπάυσιν. Ἐπεὶ δὲ ἡ Σικελῶν τῶτο ἐδέξατο, ὠφελητίκα τῶ δαιμόνων λυτρῶται δεινότητος. Ἀγαρῆνοι δὲ τολμήσαντες πιλῆσαι τὸ φρέριον τῶ ταύτης ναῶ, ἀπώλοντο παντελεῖ παρεδώθησαν. Ἐκ τότε καὶ μέχρι τῶ σήμερον, λεπροὶ καθαριζονται προσερχόμενοι πίσε· καὶ λοιπὴ πᾶσα νόσος τῇ ταύτης προσευχεία δραπετεύε. *Quæ ſic Latine ſonant.*

datur ex Mænæis.

3 Hæc cum eſſet inclitæ Romæ ſemen & germen, & corda fidelium, veluti in prato fragrans roſa, ſuavi perfunderet odore, graveolentiam paſſionum effugavit. Animam enim gerens, Virginitate & fortitudine inſtructam, ipſa deſponſata Deo, viriliter & audacter ad Martyrium properavit, & propter dilectionem ac caritatem Sponſi ſui Chriſti ſeipſam multis tormentis expoſuit. Ergo virgis per corpus cæſa, impietatis oſſa contrivit; & veſte nudata, inimici nuditatem manifeſtavit: deinde vinculis conſtricta & tormentis ſubjecta, F cum eſſet ab Angelo Dei ſoluta, diſſolvit omnem iniquitatem; atque in ipſa quæſtione animam Deo reddidit: Baſſa vero & Paula & Agatonica, clam accepto ab urbe Roma Martyris corpore, locum de loco commutantes, & longa emenſæ maria, ad Siciliæ provinciam applicuerunt, & illud ibi depoſuerunt. Illa autem mox atque ipſum excepit, liberata fuit à tetrorum dæmonum inteſtatione. Agareni vero cum præſumpſiſſent deprædari propugnaculum templi ejus, omnigena morte interierunt: atque exinde uſque hodie leproſi mundantur quotquot ad ipſam fideliter accedunt, & qualeſcumque morbi per ejus interceſſionem fugantur. *Hæc ibi abſque ulla mentione Martyrii à* Baſſa, Paula *&* Agathonica *poſtea tolerati, quod tamen commendat* Canon *obſcure quidem Ode* IV *&* VI, *clariſſime Ode* IX *quæ ab eo ſumit initium; ut mirum ſit etiam illi non fuiſſe aptata ſaltem propria Diſticha hoc vel alio die; & tamen in Romano hodierno adſcribuntur* X *Auguſti.*

4 *Qui Tranſlationis hiſtoriam mox dandam*

ſtylo

desideratur liber miraculorum:

A *stylo exornavit suo, num.* 21 *meminit* liber in quo recensentur miracula Sanctæ, quorum aliqua per compendium dixerit, ne forte ab legentibus cum fastidio susciperentur. *Dolendum est sane periisse ejusmodi librum, quem credimus ante postremam Saracenorum irruptionem annumque* DCCCXXVII *quo illi totam fere insulam suæ subjecerunt tyrannidi fuisse scriptum, quidem Græce. Quamquam enim etiam Græce scripta haberetur dictæ Translationis historia, ut probat inde sumptus Canon, ea primigenio suo idiomate & stylo nunc non invenitur, atque initio plus videtur habuisse fictionis rhetoricæ quam certitudinis; huic autem multum adhuc decessit per Latinam versionem, factam seculo* XI *vel* XII; *idque eodem genio, quo pleræque Siculorum Sanctorum Vitæ, post expulsionem Saracenorum partim Græce, partim Latine sunt restauratæ licentius, sic ut nescias quid omnino tenere, quid adjicere debeas. Illam qualemqualem scriptionem, in qua cum dira sub Valeriano persecutione conjunguntur mores, pacatissimæ sub Constantino Magno Ecclesiæ tempora assimilantes, prima Panormus vidit, anno* MDLXXII *typis excusam; nescio quo* Thoma de Monacho *curatore, quem Rochus Pirrus ait, tom.* 2 *Siciliæ sacræ fol.* 241,

Translationis historia licentius exornata

B

datur, non sine censuris.

Officium S. Agrippinæ, quod circumfertur, ex vetustissimo exemplari protulisse. *Hanc editionem Cajetanus contulit* cum Mss. Ecclesiarum Syracusanæ, Panormitanæ & Menæninæ, *sed* dictione (*quod nollemus*) paululum perpolita. *Accepimus tamen ut ille dedit, bifariamque divisam expendimus, in subjunctis cuique parti Annotatis, declaranibus exiguam auctoris accurationem, ad concilianda tempora, in iis quas de suo videtur addidisse circumstantiis nominibusque personarum. Dum enim certiora desunt, nec talia quidem supprimenda censeo; solum præmonitum Lectorem velim, ut illa dumtaxat verosimiliora credat, quæ inveniet convenire cum Canone, idcirco ante Historiam hic dando; etsi nec in illo quoque certa sint omnia, utpote argumento diu post rem gestam exornato innixa.*

Græcus Canon, &c.

5 *Canon iste primum videtur compositus fuisse in Sicilia, ubi ante eam à Saracenis repurgatam, omnes fere ecclesiæ lingua & ritu Græco utebantur; quomodo autem vel quando pervenerint Constantinopolim, non facile definiverim. Consideranti tamen, quod in parvo ac vetustissimo Menologio, ex Frederici Lindebrogii schedis ad nos perlato, atque in Synaxario Basilii Imperatoris jussu concinnato sub finem seculi* X, *necdum compareat nomen* S. Agrippinæ; *occurrit conjectura satis verosimilis, quod seculo* XI *necdum valde adulto, veteres quidam ex Menæo Christiani, commoditatem nacti furtim auferendi sanctum corpus, ipsum (sicut & alii alia sacra lipsana puta SS. Agathæ Luciæque) Constantinopolim avexerint, ubi talia gratantissime excipiebantur: pariterque institutam ibi festivitatem, annuo collocati decentius corporis die, quæ hodiedum perseveret. Ne tamen hoc fidentius asseverem, facit, quod non solum in Canone (quem in Græcis reformatum eatenus censeo, ut ibi formam Acrostichorum induerit, quam antea non habebat) nusquam memoretur honor Corpori vel Arcæ ejus habitus, ut passim in talibus solet, sed neque post Elogium, quale supra dedimus, in ullo Synaxariorum inveniatur notatus locus, ubi illius tam celebris sanctæ Synaxis specialiter agi consueverit. Proinde, si negare quis velit, ut potest, assertam à nemine translationem*

C

videntur C P. recepta sec. 11 *forte una cum corpore.*

corporis ad urbem Regiam; restabit ut cogitet vel huic vel ejus Imperatori collatum à Sancta beneficium aliquod singulare, quod causam novo illi cultui dederit hoc XXIII *Junii: sicuti Siculorum Sanctorum plurium cultus institutus Constantinopoli fuit, aliis fere diebus, quam quibus ipsimet Siculi eos colendos à majoribus acceperant.* AUCTOR D. P.

Pulsis deinde ob insulam Saracenis

6 *Interim sive ablatum alio sit sacrum corpus, sive adhuc in terræ visceribus lateat, non ideo minus Menæi resloruit cum Christiana Religione veteris Patronæ cultus, post annum* MLXXI, *firmato novo in Sicilia Normannorum dominatu. Tunc restituta est, & Parochialis facta* S. Agrippinæ *ecclesia, cui anno* MDLIII *à Concilio Tridentino rediens Hieronymus Bononius, Syracusarum Episcopus (nam ad hujus diœcesim Menæum spectat) Collegiatam fecit; adificiisque & proventibus eamdem auxit Ioannes Antonius Buglius Baro Burgii, ut scribit Rochus Pirrus prælaudatus, addens; quod licet* Sacrum Virginis corpus nullâ adhuc potuit humanâ diligentiâ reperiri; occultum tamen manifestis in vota mortalium signis se prodit, ac præcipue potestatem in malignos spiritus exercet, eosque corporibus obsessis expellit. *Exemplo rem probat Cajetanus.* Anno MDLVIII, XVI kal. Augusti, adducta est Menas energumena mulier cui Agatha nomen fuit. Perlecta est D. Agrippinæ historia, de dæmone ab ea ejecto; sed identidem inter legendum exclamans dæmon, ne ebriam illam (Agrippinam) compellarent, mox sensit ultionem. En inquiens, venit: jam appropinquat, ignitum flagrum intorquens; cædit, lacerat que. O tergum! ô tergum! Jussum effugium: feminæ crinium pars relicta: ut novaculâ scissa, signum fugæ petenti datum.

reflorescit virtus Sanctæ contra dæmones,

E

quam & statua ejus indicat,

7 Hinc factum, *inquit Petrus*, ut illa Virginis imago, quæ munito vallo insistens, dextera Crucem, læva catenam dæmonis collo insertam tenet, Civitati Menarum esset pro insigni. *Talem ergo esse credo statuam, quæ die* VIII Julii, *quando* Menis D. Agrippinæ festus dies agitur, & solennis processio habetur, intra extraque urbis muros traducitur, magno affluxu populorum. Hinc statuam, *inquit Cajetanus*, vetus opinio est trecentos ante annos (*obiit ipse anno* 1620, *eoque mortuo opus postumum prodiit*) ab eximio artifice factam, opus esse Jacobi Matinau Messanensis. In eâ duo conjuncta nec sine miraculo; eximia oris pulchritudo & pietas, ut nescias, dulcius oculos an animum pascat: adhæc simulacrum adeo vividum, ut qui viderit, viventem in eo Agrippinam jure dixerit. *Hæc ille: cujus exaggeratio, fortassis nimia in commendanda forma statuæ, ad sculptoris arbitrium effictæ, vereor ne etiam detrahat aliquid huic, quod sequitur, quasi jugi miraculo, non tamen hic prætermittendo: quia ut exaggeratum etiam hic sit aliquid, habetur tamen certa probatio ejusfiduciæ quam in* S. Agrippina *Menæates habent repositam.*

F

solita 8 Junii circumferri.

Lux supra ecclesiam apparens

8 Signum in bono à Deo datum, quod clientibus faveret suis Virgo, adversum tempestates. Nam turbato interdum cælo, supra D. Agrippinæ ædem, clarissimum lumen accenditur, atros inter nubium globos; læto omine civium, Divæ opem accipientium: ut enim fulgor cœptus, procellæ finis est. Id miraculi frequentissime à D. Agrippina ab omni ævo pa-

AUCTOR. D. P. patratum ad hæc usque tempora. Præcipue memoraverim, quod anno Christi Domini MDLVIII, Octobri mense obtigit. Fœda nox urbi ingruerat: venti, imbres, tonitrua, fulgura, Menis exitium minitari videbantur. Ecce tibi lux, solito major, supra Agrippiniani templi fastigium: alii velut accensam facem, alii speciem stellarum quinque videre videbantur; ac circumjectæ per campanariam turrim primæ totidem luminibus intra horam quinquies aut sexies vitæ clarescere: quibus affulgentibus horribilis illa tempestas remittebat: omnino cessavit, extremum cum præluxere; gratantibus lætantibusque civibus per urbis vias, quorum ingens multitudo ad ædem confluxerat, Dei benevolentiam & scelerum veniam cum lacrymis poscens. A plerisque in turrim ascensum, manensque adhuc lumen manibus apprehendebatur, haud ullâ noxâ magnaque metuentium animorum voluptate. Non ignoro è causis naturalibus hæc plerumque profecta: sed hos ignes eodem sæpius loco fulgentes, cum neque is altior supra urbem sit; finemque cum fulserint tempestatis

solita tempestates sedare.

B fore, supra humanum est.

§. II. *De tempore passionis, ipsique Historiæ licentius exornatæ aptanda correctione; deque Menæi situ, & Officio Gallicano.*

9 *Hactenus veterem hodiernumque cultum probavisse sufficiat. Ad ætatem quod attinet seu tempus martyrii,* Valeriani *Imperium notavi: non quia id certum habeo, sed quia à Translationis scriptore traditum invenio, & à ceteris passim receptum. Ita tamen notavi tempus* Valeriani, *ut eo posito Bassa, quæ Martyris corpus dicitur in ecclesia S. Pauli sepelivisse, atque inde post annos aliquot transtulisse in Siciliam, neutrum fecerit immediate post* Agrippinæ *passionem; cum* Valerianus *regnare desierit anno* CCLXII; *ecclesia autem ista primum fundari cœperit anno* CCCXXIV. *Eadem quoque* Bassa, *in tali hypothesi non fuerit Sancta secundum carnem soror aut coæva; sed spiritu; quæ corpus, Constantini Magni ætate ex Romano cœmeterio aliquo illatum in Basilicam novam, ne tunc quidem devexerit in Siciliam; sed seculo sexto, quando vixisse scitur* S. Gregorius Agrigentinus, *ille Siciliæ* Thaumaturgus *antonomastice dictus in Canone, quando ecclesiis & monasteriis passim ornabatur insula, & quando jam alta pace fruebantur Christiani. Sic autem verificari poterunt pleræque circumstantiæ, talem publicæ rei statum supponentes. Posset etiam* Valeriani *tempus sic teneri, ut quæ cum eo non conveniunt circumstantiæ, omnes confictæ existimentur arbitrio scriptoris, nihil inter tempora distinguentis. Ita fervente quidem persecutione raptum à loco cædis corpus sit, & delatum à Bassa, germana sorore in Siciliam; sed occulte habitum apud fideles, quousque serenitate indulta, libereque res suas agentibus Christianis, cœperit Sancta miraculis clarescere, temploque condito publice honorari. Hujus si fundatrix* Euprexia *fuerit, per collatam filiæ sanitatem ad id inducta, non ipsa corpus sanctum exceperit sibi à* Bassa *commendatum; sed intra possessionis suæ speluncam, proparentum ætate conditum, extulerit in publicum.*

Passa creditur Sancta sub Valeriano,

C

sed hoc incertum reddunt circumstantiæ asystatæ,

10 *Unum tamen addiderim, pleraque facilius conciliari posse, si* Diocletiani *persecutione passa diceretur Sancta: licet etiam tunc fatendum semper erit, quod aliquæ aliæ circumstantiæ fuerunt stylo luxuriante adjectæ; puta annorum quadraginta spatium, quibus conditæ à se ecclesiæ ministraverint mater & filia; quamquam & hoc commode accipi potest, ut annorum istorum pars matri cum filia, reliqua soli filiæ adscribatur. Denique quod prædicta fundatrix toties dicatur per Sanctam admonita sic agere, ut nemini innotesceret locus conditi corporis, merito est suspectum, ne id excogitatum sit ad avertendam opinionem, haud prorsus temerariam de corpore aliorsum delato: ad quam etiam amoliendam Pirrus adducit, quod* licet prorsus ignotus sit situs qui in area templi sepulcrum Divæ contineat, miram aliquando odoris suavitatem nonnullis afflat: *qualem scilicet in adventu suo longe lateque efflasse sacrum corpus, narrat prædictæ Translationis Historia, ex sola forsitan conjectura, vel inventione scriptoris, assumptam spartam ut adornaret.*

D *facilius toleraturæ Diocletiani ætatem.*

11 Menæum Castellum, *quo hæc omnia spectant, Ptolomæo vocatur* Menæ: *unde gentilitium Ciceroni* Menænii, *Plinio* Menanini, *quomodo etiam in veteribus nummis à Paruta editis nominantur. Est autem oppidum Siciliæ mediterraneum, inter Agrigentinam & Catanensem urbes ita situm, ut hinc* XXX, *inde* LX *passuum millibus distet,* XXX *etiam Syracusis, ad quam diœcesim nunc pertinet. An olim ad Catanensem pertinuerit, ideoque ecclesiam* S. Agrippinæ *consecrasse dicatur S. Severinus Episcopus Catanæ, alias ignotus, viderint Siculi. Rochus Pirrus* urbem jucundam *à situ nominat, in qua lares ferme bis mille, cives circiter ad septem millia numerentur; & præter insigne Collegium Societatis Jesu, septem Religiosorum variorum Conventus, atque unus Monacharum: quæ omnia haud minimam loci claritatem indicant, conservationem suam per tot secula, quibus adeo multa ibidem olim nobilia loca funditus periere, adscribentis patrocinio* S. Agrippinæ.

E *Menæi descriptio.*

12 *Notat Baronius ipsius S. Agrippinæ Officium extare* in Breviario Gallicano. *Id vero non sic intelligas quasi in Galliam penetraverit hujusmodi Religio; sed quod Insula, per Normannos è Gallia advectos Christiano cultui reddita anno* MLXXI, *in pluribus Ecclesiis, Latino ritu restauratis, Gallicanum ordinem in sacris susceperit. Sic Godefiridus Bullionius Hierosolymorum Rex electus, regnumque à divino cultu exorsus,* protinus (*teste Guilielmo Tyrio lib. 9 cap. 9*) in ecclesia Dominici sepulcri & Templo Domini Canonicos instituit .... ordinem & institutiones servans quas magnæ & ampliſſimæ, à piis Principibus fundatæ, ultra Montes servant Ecclesiæ, *id est Gallicanæ, quem admodum ad 8 Aprilis, ubi de Alberto* Patriarcha, *numero 88 demonstratum invenies ex serie Sanctorum Gallicanorum, inscriptorum Breviario ad usus Canonicorum istorum concinnato. Si quis putat* Gallicani Breviarii *usum, primum in Sicilia inductum à Gallis, sub* Carolo Andegavensi, S. Ludovici fratre, *illuc ingressis anno* MCCLXVII; *huic respondebo, brevem eorum & invisum omnibus dominatum qui intra annum* XV *cum siculis Vesperis finem accepit, non videri sufficientem fuisse tali usui inducendo; quem etiam credibile est gentis odio mox abolendum fuisse, si tale prin-*

F *Officii Gallicani istic usus antiquus cum Romano mutatur an.* 1564.

A *principium habuiſſet ; ſed ante ipſos inductus, poſt ipſos facile conſervatus fuit, uſque poſt Tridentinum Concilium ; cujus Decretis inhærens* Joannes Horoſius, *Syracuſanus Archiepiſcopus, apud Pirrum pag.* 194, anno MDLXIX, VIII Maji, in pervigilio Aſcenſionis Dominicæ, Officium Romanum, in ſuæ ac diœceſis eccleſiis recitari præcepit, omiſſo Gallicano, quo antiquitus utebantur. *Ita mutatum tunc fuit vetus* Agrippinæ *Officium, inductumque eſt novum, de quo nihil hic dicendum occurrit, vetuſtiora ſectanti. Græcum ergo, & ante Sarracenorum irruptionem uſurpatum, accipe.* D S. AUCTOR. D. P.

OFFICIUM PROPRIUM

Ex Magnis Græcorum Menæis, excuſis anno MDCI.

Εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα, Στιχηρὰ προσόμοια. ἦχος δ΄. Ἔδωκας σημείωσιν.

Ad, Domine clamavi, *Verſus ſimilares (id eſt, æquali ſyllabarum numero conſtantes ut eodem tono decantentur). Tonus* IV, Dediſti ſignificationem.

I ROma te profert, velut pratum roſam ſuaviter fragrantem, Agrippina, agonum multitudine inclita ; quæ mentes fidelium virtutum odoribus ſuffumigans, paſſionum graveolentiam diſſipat, Reverendiſſima, Martyrum decus, gloria Virginum, miraculorum pelagus, plurium certaminum victrix Agrippina. B

II TAmquam magni pretii cenſum, te, Romæ paſſam, Siciliæ donavit, Chriſtus Deus noſter: qui, cum adveniſti, Martyr veneranda, peſſimorum dæmonum multitudinem effugavit præſentiâ tuâ. Quapropter te beatificamus, & ſanctam tuam Paſſionem hodie celebramus, Agrippina, ex multiplici pugna gloriam adepta.

III HUmeris te portabant Baſſa & Paula; ex ejus mandato qui portat univerſa, varia peragrantes loca & longa maria, ô Martyr Agrippina, miracula terrifica patrans per Dei gratiam: requieviſti autem in loco, in quo Deus præordinavit, facta quies laborantium, ô toto orbe Celeberrima.

I Ῥώμη σε προβάλλεται ὥσπερ λειμὼν ῥόδον εὐοσμον, Ἀγριππῖνα πολύαθλε, πιστῶν τὴν διάνοιαν κατευωδιάζουσα ὀδμαῖς ἐναρέτοις καὶ τὸ δυσῶδες τῶν παθῶν ἀποδιῶκον, Πάντιμε, Μαρτύρων ἐγκαλλώπισμα, τῶν Παρθένων τὸ κάυχημα, τῶν θαυμάτων τὸ πέλαγος, Ἀγριππῖνα πολύαθλε. E

II Ὄλβον ὡς πολύτιμον τῇ Σικελίᾳ σε δίδωσιν, ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀθλήσαντα, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἔνθα γενομένη, ἀοίδιμε Μάρτυς, τὴν τῶν δαιμόνων πονηρὰν πληθὺν διώκει ἐπισασία σε· διό σε μακαρίζομεν, καὶ τὴν ἁγίαν σε σήμερον ἑορτάζομεν ἄθλησιν, Ἀγριππῖνα πολύαθλε.

III Ἔφερον ἐπ᾽ ὤμων σε βάσται καὶ Παῦλα, προστάξει τοῦ τὰ σύμπαντα φέροντος τόπους διαμείβουσαν, καὶ μακρὰ πελάγη, Μάρτυς Ἀγριππῖνα, θαυματουργίας φοβερὰς ἐπιτελοῦσαν θείᾳ χάριτι· κατέπαυσας γὰρ ἐν τόπῳ, ἐν ᾧ Θεὸς ᾠκοδόμησε, κεκμηκότων ἀνάπαυσις γενομένη, Πανεύφημε.

Eadem Cajetanus quoque reperit Græce in Baſiliano S. Philippi Fragalatis monaſterio, & cum ſubſequenti Canone Latine reddenda dedit ſocio pii laboris P. Auguſtino Florito, ediditque in lucem; cum hac tamen differentia, quod in Menæis ex ritu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſolum tres verſus ponantur de Sancta, *& duo* de Deipara, *hic prætermiſſa, quia ad rem noſtram nihil faciunt ; ibi autem inventi ſint quinque de illa, nulli de Diva ; fortaſſis ex proprio Siculis ritu ; & quidem ſic, ut primus & ultimus reperiatur fuiſſe omiſſus in Menæis : quare eos hic, licet Græce non poſſim, nullum hactenus in Sicilia nactus, qui talia mihi ibi deſcriberet, Latine tamen dandos cenſeo : ſunt autem hi.* C F

Qui lapidibus multo errore decepti cultum impendunt, te lapide onerant, quod Chriſtum ſolidiſſimam petram confitereris : quare morte obita, miraculorum ſplendore glorioſa coruſcaſti Agrippina, ut noſtrûm omnium qui te celebramus animas illuſtrares. *Ubi cum lapidem Martyris corpori cruciando impoſitum legis, cujus neque in Elogio neque alibi ſit mentio, intelligis prolixiorem extitiſſe Paſſionis hiſtoriam, ſeu veram ſeu fictam, unde id ſumptum ſit. Alias qui Menæis deeſt Verſus, talis habetur.*

Diuturno morbo mulierculam affectam liberaſti, tuarum Reliquiarum admiſſione, ô magna Virgo. Porro Agarenorum audaciam, in venerabile templum tuum ad prædandam irruentium, internecione mulctaſti ; quando iſtis deſuper adſtare viſa es, inſtar pulcherrimæ columbæ volans, Crucemque præferens, Virgo Agrippina. *Poſt verſus ſequitur* Canon *ſive Hymnus* de Sancta *hoc modo.*

Εἰς τὸ ὄρθρον ὁ Κανὼν τῆς Ἁγίας, οὗ ἡ Ἀκροστιχίς.

Ad Matutinum Canon Sanctæ, cujus Acroſtichis eſt.

ΤΗΝ ΧΡΙΣΤΟΥ ΝΥΜΦΗΝ ΑΓΡΙΠΠΙΝΗΝ ΑΙΝΕΣΩ.

CHRISTO IUGATAM AGRIPPINAM LAUDABO.

A. ODE PRIMA.

CLaritate gratiæ, quæ tibi de ſupernis reſplenduit, diſſipa caligine ignorantiæ

Τῷ φέγγει τῆς χάριτος, τῆς ἀστραψάσης σοι ἄνωθεν, τὸν ζόφον ἀπέλασον τῆς ἀγνωσίας

AUCTOR D. P.

μα· καὶ παράσχα ἐυχαῖς σα, Ἀγριππίνα, χάριν ἀνυμνῆσαί σα, Μάρτυς, τὰ θαύματα.

Ἡλίᾳ φαιδρότερον ὡς ἀληθῶς ἐξανέτειλας ἐν τῷ στερεώματι τ᾽ ἐκκλησίας χριστᾶ, καὶ κατάυγασας ἀκτῖσι τῶν ἀρετῶν, Μάρτυς, καὶ θαυμάτων σα κόσμα τὰ πέρατα.

Νυμφίον ἀθάνατον καὶ σωδότην ποθήσασα, ὡς μνῆστρα τῷ ἀθλήσιν τότῳ προσηνεγκας, καὶ ἀντέλαβες ἐρανῶν βασιλείαν καὶ στέφανον ἄφθαρτον, Μάρτυς ἀοίδιμε.

Χειρὶ δ᾽ δεσπότα κυβερνωμένη διέπλευσας τῷ ἄστρατον θάλασσαν τ᾽ ἀσεβείας, Σέμνη, καὶ προσώρμησας λιμένι, Ἀγριππίνα.

meæ: & precibus tuis præbe gratiam, Agrippina, quâ tua mirabilia, ô Martyr, possim decantare. D

HAud aliter quam verus sol speciosa, exortaes in firmamento Ecclesiæ Christianæ; & radiis virtutum miraculorumque tuorum illuminasti, ô Martyr, fines orbis terrarum.

REgem sponsumque immortalem ac vitæ datorem desiderans, tuam ei passionem pro dote attulisti; & vicissim ab eo recepisti regnum cælorum atque coronam immortalem, Martyr celeberrima.

IMpervium mare impietatis enavigasti, à Domino tuo gubernata, ô Veneranda; & ad portum appulisti, Agrippina.

Secunda Ode huc non facit, ideoque Menæis festalibus nusquam notatur.

Γ'. ODE TERTIA

Ῥάβδοις τυπτομένη ἔχαρες, τότοις τὰ ὀστᾶ τ᾽ ἀσεβείας συντριβόσα, καὶ βοῶσα, Τῆς σῆς οὐδέν με ἀγαπήσεως χωρίσει χριστέ.

Ἵνα τῶν ἐχθρῶν τῷ γύμνωσιν, Μάρτυς, σηλιτεύσῃς τὰς χειτῶνας γεγύμνωσαι· διὰ
B τότο τ᾽ ἀφθαρσίας τῷ στολῷ Χριστός σοι δίδωσιν.

Σ ..... *deest Menæis sed ex*
..... *sicula versione suppletur.*

Τείνας ἐπὶ γῆς τὸ σῶμά σα ὁ τ᾽ ἀσεβείας ἐπαρχος μεμαπάωται, τεταμμένῳ ποὸς τὸν Δεσπότῳ τῷ διάνοιαν ἐχόσης σα.

SErviliter virgis castigata exultasti, quia illis ipsis conterebas ossa impietatis; atque clamabas, Nihil me separabit à tua caritate, ô Christe.

TRaductura palam hostium nuditatem, vestibus exuta es, Martyr: ideoque tibi Christus donavit stolam incorruptibilitatis. E

OS adversum te, æquissimam Christi Martyrem, obloquentis obstructum est; te interim Christi magnalia prædicante.

IMpietatis minister corpus tuum humi extendens, frustratus spe sua est; cum haberes intentam Domino mentem tuam.

Sequebatur in Menæis Εἱρμός (*Latine* Tractum *diceremus, nisi diversa esset nominis ratio: hic enim sic dicitur quia tractim canendus; iste, quia ab ipso reliquorum quæ in eodem Officio canuntur trahitur consequentia*) *sequebatur, inquam* Hirmus *&* Cantus *de Sancta, tum* Hirmus Theotokius *de Deipara, atque* Stauros imus *de Cruce: Duo posteriores ad rem nostram non faciunt; priorem placet ad finem differre ne ordinem acrostlicharum litterarum perturbet; maxime cum ejusmodi Hirmus abstineat Ms. Basilianum.*

Δ'. ODE QUARTA.

Ὀ τὸ θέλημα τῶν τὸν φοβομένων ποιόμενος, δι᾽ Ἀγγέλων, Μάρτυς, λύει σε δεσμῶν καὶ σρεβλώσεων, τῷ ἁλύσασιν πᾶσαν τὴν ἀσέβειαν τῷ δεσμῷ τ᾽ ἀγάπης Χριστᾶ δ᾽ νυμφίᾳ σα.

Νεκρωθεῖσα, δι᾽ ἀγάπην δ᾽ νεκρώσαντος ἅπασαν τῷ ἰσχὺν θανάτῳ χάριν ἀναβλύζῃς ἀείζωον, τὰς σὺν πάθων νεκρωθέντας θεραπεύσα, Ἀγριππίνα, τὸ Θεᾶ ἐγκαλλώπισμα.
C

Ὑπερβᾶσα τῇ ἀγάπῃ δ᾽ νυμφίᾳ σα ἅπαντα τ᾽ σαρκὸς τὸν πόθον, ἔφερες σερρῶς ἐν τῷ τύπτεσθαι τὰς ἀλγηδῶνας, βοῶσα, Οὐ χωρίζῃ με τ᾽ σοργῆς σα, χριστὲ, τῶν πάθων ἡ ἐπίσασις.

M *Iterum deest strophæ, huic litteræ respondens; sed ex Latina versione suppletur.*

VOluntatem timentium se faciens Deus per Angelos, ô Martyr, solvit te à vinculis & tormentis, dissolventem omnes iniquitates, vinculo caritatis erga Christum sponsum tuum.

GRatia perenniter vivente manas, mortificata propter amorem ejus, qui morte sua omnem adversariam potestatem mortificavit; sanans mortificatos passionibus, Agrippina, Dei ornamentum. F

AMore Sponsi tui transcendens omnem carnis concupiscentiam, dolores verberibus incussos fortiter tolerabas, clamabasque, Non separabit me à tuo amore, Christe, quæcumque instantia passionum.

TRiadis sacrosanctæ amore decertantem beatam societatem Bassæ Agrippinæque & Paulæ Virginum quis digne laudaverit à fortitudine: & explicaverit quam acriter redarguta ab iis sit idolorum infirmitas?

Ε'. ODE QUINTA.

Ὡς ἄδυτον, τῷ σῷ ἐνσκηνώσαν σκηνώματι ἐδείκνυσιν, ὁρῶσιν ἐν νυκτὶ ὡς ἡμέραν, φῶς τῶν θαυμάτων πέμψασαν.

Ἄσπιλος ἀμνὰς, τὸ ποιμένος τοῖς ἰχνέσι βαδίσασα, ἱερεῖον ὥσπερ ἄμωμον τότῳ ἐνθέως προσενήνεκται.

Νοῦν ἔχασα φωτὸς προφητείας ἀνάπλεων, τὰ μέλλονται ὡς παρόντα ἡ ἀοίδιμος βάσασα προλέγῃν κατηξίωται.

AD instar diei lux indeficiens in tuo tabernaculo apparuit; videntibus in nocte diem, lumina miraculorum evibrantem.

MAculæ expers Agna, suique Pastoris vestigiis inhærens, ipsi divinum in morem oblata est, velut præstantissima victima.

ANimum prophetiæ lumine plenum habens venerabilis Bassa, futura ut præsentia meruit prænuntiare.

ϛ'. ODE SEXTA.

A

GRatanter excipiens Sicilia corpus ſanctæ, tamquam ſolem Româ ſibi affulgentem, tenebricoſa dæmonum infeſtatione liberatur.

RObuſto animo ſanctæ ac ter beatæ Martyres, & ante mortem deſiderio Martyrii mortuæ adferunt corpus, vivificum aliis, licet mortuum ipſum.

INimici rompheæ ſuper te obtuſæ ſunt: etenim audaciam ejus diſſolviſti, Agrippina, veluti civitatem fundamento carentem glorioſo ariete certaminum tuorum.

PRofluvio ſanguinis laborans ſanatur contactu tui tabernaculi; leproſi mundantur fide, quivis alius morbus diffugit ad invocationem nominis tui, Martyr.

Ἀσράψαν ἐκ τ῀ Ῥώμης ὡς ἄδυτον ἥλιον, ἡ Σικελία τὸ σῶμα τ῀ ἁγίας Μάρτυρος δεξαμένη, τ῀ σοφώδους τῶν δαιμόνων λυτρᾶται δεινότητος.

Γεννάιως ἀι τρισόλβιοι ἅγιοι Μάρτυρες, ἀι πρὸ θανάτ῀ θανῆσαι ἐν τῇ προσδοκίᾳ τ῀ μαρτυρίᾳ, νεκρωθὲν σε σωφόρον το σῶμα κομίζεσι.

Ῥομφαῖαι τ῀ ἐχθρὸς ἐπί σε ἐξηθόησαν· καὶ ὡς πόλεως καθεῖλες ἀθιμελιώτε τότε τὰ θραση, Ἀγριππίνα, τῷ μόχλῳ τῶν ἐνδόξων ἀγώνων σε.

Ἰᾶται τῇ προσφαύσει ἀιμορῤῥως τ῀ σκηνὲς σε· λεπροὶ καθαίρονται πίσ῀, ὀραπετεύει τ῀ ἄλλη τ῀ πᾶσα νόσος τῇ προσκλήσει τ῀ ἁγίᾳ σε, Μάρτυς, ὀνόματος.

ζ'. ODE SEPTIMA

Hoc loco ex more legendum eſt Elogium ex Synaxario, id quod hinc acceptum Græco-latine legiſti initio hujus Commentarii, cum ſuo præambulo Diſticho.

PAnopliâ Crucis obarmata, velut aurea columba, Agarenos, propugnaculum tuum
B noctu aggreſſos deleviſti, fideles conſervans ab eorum immanitate, Martyr.

INnumeris propter Chriſtum laboribus toleratis, in ipſo reperiſti ſecuram atque perpetuam requiem; & exclamaſti, Benedictus ſis, Domine Deus Patrum, omni laude ſuperior.

NOn uſitata mirabilia tua inter ſacrificandum videns admirabilis ille & miraculis ipſemet coruſcus, magnificabat Deum atque pſallens dicebat, Deus &c.

A ..... *Deeſt etiam Cajetano, æque ac* ..... *Stropha præcedens.*

Περισερὰ οἵα χρυσῆ, ὅπλῳ τ῀ σαυρᾷ φραττομένη, Ἀγαρηνὰς, τὰς ἐν νυκτὶ τῷ σῷ προσεγγύσαντας, ἐξηφάνισας, σώσασα τὰς πιστὰς μιαιφονίας τ῀ τότων, Μάρτυς.

Πολυειδεῖς διὰ Χριστὸν πόνες ὑπομείνασα, Μάρτυς, ἄπονον εὗρες ἐν αὐτῷ καὶ ἀθάνατον λῆξιν, κραυγάζουσα, Ὑπερύμνητε Κύριε, ὁ Θεὸς ὁ τῶν πατέρων, εὐλογητὸς εἶ.

Ἐργεργῶν ὁ θαυμασὸς κ῀ θαυματεργίαις ἐκλάμπων σε τὰ θαυμάσια ὁρῶν, Ἀγριππίνα, Θεὸν ἐμεγάλυνε κ῀ γηθόμενος ἐψαλλεν, Ὁ Θεος, *&c.*

N ..... *Deeſt Mensis* .....

η'. ODE OCTAVA.

MArtyriale tuum lipſanum ferentibus, ô Sancta, nox quaſi dies videbatur; locus omnis te excipiens perfundebatur ſuaveolentiâ; diabolica phalanx ejiciebatur; profluebant ſtillicidia curationum ſuperexaltantibus Chriſtum in ſecula.

LIbera voluntate amplexa Sponſum immortalem, currebas poſt unguenta ejus, Martyr; & imitata ejuſdem paſſionem atque mortem, ô Glorioſa, clamabas, Hymnum dicite Domino.

ADornata ſanguinis tui oleo lampadem fidei habens, Martyr, inextinctam illam intuliſti in thalamum cæleſtis gaudii;
C & clamaſti, Benedicite Dominum opera ejus.

VEniſti ad hoc templum exultans, nam ejus videndi magno ſtudio tenebaris, ut ei tamquam proprio currui inſidens oblectareris.

Ἡνύξ ὡς ἡμέρα καθορᾶτ῀ τοῖς Φέρσοι Μάρτυς σὲ τὸ λείψανον, τόπος ἐυωδίασο πᾶς σε δεχόμενος, δαιμονικὴ παράταξις σφοδρῶς ἠλαύνετο, ἀπέῤῥει ϛαγόνας [ἰάσεων] τοῖς ὑπερυψῶσι Χριστὸν εἰς τὰς αἰῶνας.

Νυμφίον ἀθάνατον ποθῶσα, ὀπίσω τῶν μύρων τότε ἔδραμες, τότε τὰ παθήματα, Μάρτυς, κ῀ τὸν θάνατον σ῀μιμεμένη, Ἐνδόξε, καὶ ἀνακράζουσα, Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε.

ANύσακτον ἔχουσα τῷ πίσιν, ἐλαίῳ φαιδρυνθεῖσαν αἱμάτων σε, Μάρτυς, τῷ λαμπάδα σε ἔνδον εἰσελέυθας εἰς τον νυμ- F
φῶνα χαίρουσα τ῀ ὐρανίᾳ χαρᾶς [ἀνακράζουσα] Τὸν Κυρίον υμνεῖτε πὰ ἔργα.

I .....
.....

θ'. ODE NONA.

DEi cuncta operantis nutu ad metam Martyrii alacriter pervenientes Agathonica cum Baſſa ſimul & Paula, vere & ad invicem concinere poterant ſuo ſe voto eſſe potitas.

AD ſupercæleſtes thalamos recepta, Virgo, atque inviſibilium pulchritudinem contemplans, Deique claritate fruens, hymnis te canentes illuſtra.

BEato capiti tuo impoſita eſt corona gratiarum, ô Agrippina, ut quæ curſum conſummaſti & fidem ſinceram ſervaſti; ideoque Juſtorum ordines hilariter te ſuſceperunt.

OMnium tuoque Conditori, cum ceteris qui à ſeculo ſunt beatis ſpiritibus, aſſiſtens magna cum fiducia, ô Martyr Agrippina, impetra te laudare geſtientibus remiſſionem peccatorum.

Νεύσει τὰ πάντα ποιοῦντος, τοῦ μαρτυρίου πρὸς τὸ τέρας ἡ Ἀγαθονίκη σὺν Βάσσα, ὁμοῦ καὶ Παύλα, προθύμως μέλπουσι ὡς ἀληθῶς κατάλληλον, εὗρον δ῀ πόθε τὸ συμπέρασμα.

Ἐν ἐπουρανίοις θαλάμοις κατασκηνώσασα, Παρθένε, καὶ τῶν ἀθεάτων τὰ κάλλη κατανοοῦσα, καὶ ἀπολαύουσα τ῀ τ῀ Θεοῦ λαμπρότητος, τὰς σε ὑμνοῦντας κατάφαίδρυνον.

Στέφανος ἐτέθη χαρίτων τῇ κορυφῇ σε Ἀγριππίνα, ὡς τελειώσασης τὸν δρόμον, καὶ τηρησάσης τὴν πίσιν ἄσυλον, καὶ τῶν δικαίων τάγματα πρόχαρῶς σε ὑπεδέξαντο.

Ω .....
.....

Por-

A *Porro tam hic quam alibi, ad finem ſingularum Odarum, addebatur* Θεοτόκιον *ſeu* Mariale, *ex laudabili Græcorum erga Deiparam affectu: quæ Theotocia omnia, abſque ulla nota diſtinctionis (qualem ſemper Menæa adhibent, & quidem per Rubricam) legi apud Cajetanum poſſunt, admixta Hymno, etiam abſque Odarum partitione impreſſo. Ego illa, ut nihil ad Sanctam ſpectantia, ipſique Acroſtichidi extranea & ſupernumeraria, omittenda cenſui, ut ordo ſuus Acroſtichis conſtaret; ideoque & Cantum ſupra non poſitum loco ſuo, huc retuli.* D

EIPMOΣ.

Τὸν ὡραιότατον Χριστὸν ἀγαπήσασα, καὶ παρθενίαν τῇ ψυχῇ ὡραϊώσασα, διὰ παντοίων πόνων τε καὶ θλίψεων τούτῳ κατηγλάϊσται, ὡς Παρθένος καὶ Μάρτυς, ὅθεν σε ἠξίωσεν ἐπουρανίων θαλάμων, ὑπὲρ ὑμῶν πρεσβεύουσαν αὐτῷ τῶν σε τιμώντων, Κόρη παμμακαρίστε.

CHriſtum formoſiſſimum amans, virginitate exornaſti animam; perque omnigenos labores & ærumnas appropinquaſti eidem, Virgo & Martyr. Ideo autem te dignatus eſt æthereis thalamis, orantem pro nobis qui te veneramur, Puella beatiſſima.

TRANSLATIO CORPORIS

Româ in Siciliam.

Medio ævo licentius amplificata.

B *Ex tomo* I *de Vitis Sanctorum Siculorum.* E

PARS I.

Corpus Româ ablatum appellit in Siciliam: ab Agrigentino Epiſcopo quæritur & honoratur.

Romæ virginitatem profeſſa,

1 AGrippina, Virgo & Martyr, orta atque nutrita Romæ, virginitatis tuendæ cupida, florem illum ab tenera ætate conſervandum obtulit Deo. Ejus vero monitis, ac multo magis exemplo Virginis cum fidem, tum virginitatem, amplexæ ſunt puellæ multæ. Facinoris rea fit apud Imperatorem Valerianum *a*, ſimulque ad quæſtionem producitur. Quo in diſcrimine animum præſetulit adeo conſtantem, ut neque terrore concuteretur, neque ſeduceretur blandimentis. Denudata igitur atque ligata, toto corpore fuſtibus laceratur: ſed angelicis ex eo ſupplicio ſoluta eſt manibus. Deinceps majoribus eſt afflicta tormentis, donec gladio in jugulum adacto, ſpiritum Deo reddidit: corpus in eccleſia *b* B. Pauli Apoſtoli repoſitum eſt.

a *gladio cæditur ſub Valeriano.*

C *b*

2 Eo tempore S. Paramonus, *c* & S. Baſſa Agrippinæ *d* ſoror, ſuas omnes & defunctæ ſororis facultates in unum collectas, per monaſteria religioſorum virorum, perque egentes in eccleſiis Apoſtolorum commorantes, largiter diſtribuerunt. Duas vero Virgines Baſſa, Paulam & Agathonicam, quod Agrippinæ certamini adſtantes compatienteſque viderat, eamque uti ſe loco Agrippinæ in ſorores adoptaret rogaverant, comites futuræ peregrinationis ac germanas aſcivit. Igitur divina revelatione inſtructi atque firmati Paramonus, Baſſa, Paula, Agathonica, corpus ſanctæ Martyris Agrippinæ cum reverentia de ſua ſede ſublatum, ad flumen *e* uſque, quo iter direxerant, aſportarunt: illic vero parata, atque ad navigandum inſtructa, eorum adventum opperiens navis reperta eſt. Quos intuens nauclerus, converſus ad Monachum *f*; Bene inquit, veniſti; Pater. Ubi vero eſt onus, de quo nobis dixeras evehendum? Ille reſpondens, ait, Has ego vobis Virgines cum capſa iſta commendo fratres; teſtorque immortalem Deum, Sanctoſque omnes atque Angelos, ut quo vobis eſt eundi animus, eodem has feratis: Dominus vero noſter Ieſus Chriſtus ſit vobis piiſſimus gubernator. Simul hæc dicens: accidit ad pedes glorioſiſſimæ Agrippinæ: & elata voce, Vade, inquit, ſancta Martyr, in pace: ſerva eos qui te fideliter ſuſcipiunt; ora pro me peccatore, necnon pro tua ſorore, quæ longum tuum pertulit agonem; ut cum duabus his, quæ tecum hoc iter ingrediuntur, puellis virginibus, ad beatitudinis portum queat appellere.

c *d* *Corpus Baſſa ſoror auferre juſſa,*

e *f* *navi imponit*

3 Vix feminæ illæ navim cum pretioſo eo onere conſcenderant, cum ecce tibi mirabilis atque inuſitatus odor undique per eam diffla- F
tur, adeo ut vectores omnes & nautas admiratio ac timor invaderet. Solventes vero è portu, cum commodiores auræ per noctem aſpirarent, prima luce in urbem quamdam, ad Italiæ littus poſitam, appulerunt. Eo in loco triduum conſumptum, ad comparandum commeatum, *g* ceteraque navigationi perneceſſaria; quæ omnia viventis olim Agrippinæ *h* noti ac neceſſarii largiter ſuffecerunt. Inde octavâ diei horâ, proſpere flante vento, proficiſcuntur; tertioque poſt diſceſſum die, in Sicilia ad oram Agrigentinam, propter locum quemdam, qui Græce Lithos, *i* Latine Petra dicitur, ſubſtiterunt; & ad Baſſam converſi, Nos quidem, inquiunt nautæ, Domina, in Africam iter intendebamus; qua vero ratione in hunc vecti ſumus locum, ignoramus: quodſi vobis in animo eſt nobiſcum Carthaginem uſque pergere, libentes ſane feremus, ut Paramono promiſſam fidem præſtemus: & quod verum fateamur,

quæ tota ſuavi odore perfunditur;

g *h* *i* *& in Siciliam appulſa,*

ve-

illud prope Agrigentum exponit.

A vestris ad Deum precibus huc usque salvi incolumesque pervenimus. His Bassa respondit; Si me auditis, fratres, nos in littore hoc expositas dimittite: vos vero Deus in portum voluntatis vestræ & consilii deducat. Ut satisfactum à nautis est Bassiæ, proram solverunt: Angelus autem Domini in eo littore virgines puellas assidue custodivit; talique odoris suavitate omnis illa vicinia redundavit, ut urbium propinquarum accolæ rei novitate stupescerent.

Odore allectus Monachus illac transiens,

4 Forte per ea loca Monachus iter faciebat, (dies Dominicus erat, hora diei tertia) is è quodam monasterio *k* S. Stephani, ex vico cui nomen Tyro, allegatus à suo Abbate Agrigentum ibat, de negotiis quibusdam acturus cum S. *l* Gregorio ejus urbis Episcopo. Itaque cum pergeret, sensit odoris fragantiam, de sanctæ Martyris corpore procedentem; & stupefactus, Quid hoc est, inquit? Paululum ut processit, tamquam auram captans, subsistit: tum humi stratus orationem Deo fudit, & sacrosancto Crucis signo communitus, ire ulterius cœpit. Ecce autem

k

l

B sibi visus est audire suavem quamdam psalmodiam, velut numerosæ legionis, virorum pariter ac mulierum: quamobrem animum ac vires reficiens, properavit ad locum, quo in loco Bassa cum Paula & Agathonica cantus Deo fundebat. Quem cum accedentem ad se vidissent, obviam factæ & profunde inclinato capite salutantes, Ora pro nobis inquiunt, serve Dei. Quibus Monachus: Vestrum est orare pro me peccatore, qui thesaurum salutis, *m* auxilio Iesu Christi, detulistis in hunc locum. Sed illæ humi prostratæ, diu sermonibus Monachi obstiterunt, dicentes; Vobis ô sancte Pater, solummodo datum est pro nobis peccatricibus Deum exorare. Quamobrem victus ille; Sanctæ, inquit, orationes vestræ, & omnium Sanctorum, & hujus Sanctæ, multa passæ & decoræ Martyris, quæ vobiscum adest, serv*e*nt in secula. Dicto Amen erexere se.

invenit Bassam cum sancto corpore:

m

auditoque, unde esset, & quid ferret,

5 Tum prior Monachus de S. Bassa quæsivit; Quo ex loco estis, Dominæ? unde, quove pergitis? Respondit Bassa: De Romana urbe egressiæ, in has regiones per *n* Italiam devenimus: illuc autem, quo voluntas

C Dei direxerit, ituræ sumus. Et ille; Numquid non hæc, quam vobiscum fertis, Sancta, sedem edocuit, ubi quiescere & commorari decrevit? Revelationes Dei, Frater, inquit Bassa, & secreta mysteria piis & justis hominibus patent, facientibus voluntatem ejus diu noctuque; nobis scientia & credulitas infirma est; noluitque homini indicare, quo essent ituræ. Vir autem ille Deo dilectus, qua erat bonitate vitæ præclarus, honestate morum, ac Spiritus sancti virtute illustris, noluit Bassam pluribus interrogationibus offendere: sed vale dicto, ait, Ora pro me, spiritualis mater. Cui illa: Orationes vestræ nobis subveniant, carissime Pater. Ergo institutum iter urgebat alacrius, ut Episcopum Gregorium edoceret de mysterio quod cognoverat, erat autem septima diei Dominici hora.

n

abit Agrigentum.

Bassa Græcum transit,

6 Bassa, ut abscessit ille, Surgamus, inquit, filiæ meæ, atque hinc abeamus: consilium enim ei viro est, cum comitatu ad nos re-

dire; quodsi moram facimus, sive à fideli- D
bus, sive ab ethnicis capiemur; ac forte dis- EX CAJE-
crimine aliquo prohibebimur, quo minus ad TANO.
eum, quem præcepit Deus, locum pertingere valeamus. Itaque sublato Martyris Agrippinæ corpore, Bassa in cælum oculos convertens, hunc in modum oravit; Domine mi Jesu Christe, qui S. Elisabetham *o* cum *o*
præcursore tuo Ioanne Baptista salvasti, salva, & libera nos ab omni impedimento, usque ad locum à te nobis revelatum, ut illuc perveniamus: deinde totam noctem ambulantes, ductu Angelorum, in locum, quem Græcum appellant, vectæ sunt ad ecclesiam S. Georgii *p* Martyris: exceptæque sunt cum *p*
gaudio ac lætitia magna ab homine ejus *ubi liberatur energumena.*
loci accola, cui nomen Dominicus. Huic filia erat unica, ab malo dæmone obsessa atque agitata: quæ deducta ad S. Georgii, cum se inclinasset beatæ Martyris Reliquiis, repente incolumis extitit, discedente ab ea dæmone, cum ejulatu ac vocibus, quæ præsentes universos admiratione corripuerunt.

7 Monachus autem ille Agrigentum cum perveniss*e*t, Episcopum offendit horâ nonâ o- E
rantem. Oratione peracta, facultas ei data est *Gregorius Agrigentinus Episcopus,*
alloquendi. Ergo hos ad Episcopum sermones habuit: Sanctissime Pater, audi me, & narrabo Sanctitati tuæ. Cui Antistes, Quid est, fili? eloquere. Ait ille: Admiranda & glorios*a* miracula peracta sunt in his regionibus, te Præsule. Tres enim sancte venerabili forma puellæ, navigio huc appulsæ, secum quoddam sanctum corpus ferunt. Ego, cum Abbatis mei, filii tui spiritualis jussu, ad Sanctitatem tuam huc ad monasterii negotia venirem; odorem odoratus sum suavissimum: itaque projeci me in terram, atque oravi peccator: tum erectus armavi me, undique signo Crucis obsignans. Paulum deinde cum *audita relatione Monachi,*
progrederer, cantum accepi admirabilem, tamquam populi multi: quare confortatus illuc pergebam quo vox trahebat. Ibi vero tres sanctas animadverti Virgines; quæ ubi me prospexere, occurrerunt & genua flexerunt. Sanctiores me cum essent, rogabant, ut eis benedicerem: nec, cum vehementer diuque repugnarem, pervici. Ergo ausus sum peccator bona illis comprecari: postea ad pretiosum corpus deductus, ante ejus pedes me F
projeci; lætificataque est anima mea, de glorioso miraculo quod vidi, & suavitate odoris exinde fragrantis. Interrogavi autem eas, Qua ex civitate essent? Quarum mihi prima respondit: De Romana urbe huc usque pervenimus: ituræ autem sumus quo Dei nos voluntas direxerit.

8 Illis à Monacho auditis expavit Episcopus, adeo ut ne verbum quidem proferre pos- *ad quærendam Sanctam progreditur:*
set: revocatis tandem viribus, cum interrogatus is de loco, ubi hæc accidissent, optime ab se sciri respondisset; accersit ad se Archidiaconum, & quosdam de Clero pudicos ac fideles, jussitque parari velocissimos equos: & universi, vergente ad occasum sole, conquisituri de ea re, celerrime avolarunt. Quando prope eam sedem, ubi prius Agrippina quieverat, ventum erat; maxima cœpit odoris fragrantia ad eorum nares penetrare: quo odore exhilarati pergebant alacrius, sed propius cum accessissent, neminem viderunt, nisi tantum

A tum ſplendorem diffuſum iis partibus, quas
EX CAJETANO. Reliquiæ Agrippinæ ſuo contactu afflarant.
Triſtatus Epiſcopus ſecum ipſe verſabat, qua
pergere iter Virgines illæ potuiſſent: atque
q tranſitoque Emporio, inde profectus ad *q* Emporium devenit. Illic
erat monaſterium: huc puerum juſſit ire, qui
quæreret à Fratribus, numquid de his puellis cognoſſent. Unus è Monachis, Cum hac nocte, inquit, de littore piſcaremur, odorem ſane admirandum hauſimus; ſplendorem etiam vidimus, totam illam oram maritimam colluſtrantem: itáque intelleximus, Dei viſitationem eo in loco eſſe factam. Ergo Antiſtes ab Emporio in partes haſce, ſub galli cantum pervenit; ibique panis fractionem fecit.

Græcum pervenit: 9 Tertia denique feria illuceſcente, hora diei fere altera, ad Græcum pervenerunt. Necdum vero illi acceſſerant propius, cum ecce tibi ſuaviſſimus percipitur odor, qui univerſos affecit gaudio. Itaque Epiſcopus ad comites, Confido, inquit, in Domino, non permiſſurum regredi nos, antequam id, quod indagamus, aſſequamur. Hæc loquens pro-
B grediebatur. Cum autem Baſſa, Spiritus ſancti munere, prænoſcet adventum S. Gregorii; dixit ad comites ſuas, Surgite filiæ meæ procedamus obviam ſancto Patri noſtro Agri-
ubi obviàti ſibi Baſſæ gentino Epiſcopo: ſolicitus enim animus ejus eſt noſtri conquiſitione. Progreſſæque cum cereis ac thuribulo extra vicum, eum ſalutaverunt; Bene veniſti, Sanctiſſime Pater. Et ille, Dominus Deus, qui coronavit ſanctam ſororem tuam, & largitus eſt illi triumphum victoriæ, ſit tibi propitius, famula Chriſti. Beata es, quia en inſtat tempus,
& ſociabus, Martyrium prædicit: quo ſocia & conſors efficiaris in agone Martyrii S. Agrippinæ, ſororis tuæ; & cum eadem coronam gloriæ ſuſcipias de manu Domini, & vivas cum Chriſto in æternum. Hæc cum proloqueretur ad S. Baſſam, acceſſerunt Paula & Agathonica, ut benedictionem ab eo promererentur; quibus & dixit: Det vobis Deus, filiæ, virtutem & perſeverantiam in Martyrio.

corpus ſanctum adorat, 10 Interea S. Georgii eccleſiam ſubierunt. Epiſcopus ibi ante corpus S. Martyris proſtratus, has obſecrationes fudit: Ora pro me,
C filia, & memento, quod optimum tibi conſilium dedi cum in tormentis *r* verſfareris. Beata es, quæ in ætate hac viciſti crudelis tyranni ſupplicia: glorificemus Dominum Jeſum Chriſtum, qui per te multos in eo loco, quem ad habitandum delegeris, de ſuis infirmitatibus curabit: beati erunt, qui eo in loco degent, quia per te incolumitatem conſequentur: quare Deo noſtro gratias agamus viventi in ſecula ſeculorum. Amen.
& ſupra illud Miſſam facit: Oratione peracta, induit ſe Præſul Sacerdotalibus indumentis, & divinum celebravit Myſterium ſupra corpus ſanctæ Martyris. Eo expleto, communicatoque cum omnibus ac participato Myſterio, corpus cibo refeceerunt. A prandio colloqui Epiſcopus cum B. Baſſa cœpit de ſalute animæ, deque gloria in adventu Domini noſtri Ieſu Chriſti futura.

atque iter ſuum proſequi volentibus, 11 Vergente in veſperum die, dixit Baſſa ad Epiſcopum; Hora eſt, Pater, ut hinc abeamus, & ad locum à Deo nobis præmonſtratum adeamus. Cui Epiſcopus, Nox eſt, Domina, & ignoratis viam: qua igitur ratione diſcedere ex hoc loco vultis? Pater, D
inquit illa, venerande, habemus Chriſtum viarum ducem nobiſcum, qui nos continuò nocturnis etiam temporibus integras ſervat: de die autem iter agere non eſt animus, ne forte in manus iniquorum tyrannorum incurramus. Ad hæc Præſul, Ignoſce mihi, filia, quod ſuadere tibi talia ſum auſus: ite in pace, & Dominus Ieſus Chriſtus ſit veſter protector: ſaltem vero permittite, ut veſter comes ſit, qui primus vobiſcum locutus eſt Monachus. Admiſit comitem Baſſa: & *comitem vir e Monachum jungit.*
Præſul, cum adoraſſet Reliquias Martyris, dixiſſetque, Ora, filia, ora pro me peccatore, ſuſcepta Chriſti pace, puellas dimiſit. Quæ ſublato corpore S. Agrippinæ, poſt occaſum ſolis ab Græco deceſſerunt, deducentibus Epiſcopo cum ſuis Clericis; & Dominico cum univerſa familia ſua, qui etiam à Baſſa vehementer petebat, ut ſecum filiam ſuam ire pateretur. Ad hæc illi, Ne timeas, frater, quia ex hoc nihil præteriti mali ſentiet, patrocinante ſancta Martyre *s* Agrippina. Interim ad ripam *s* fluminis cujuſdam ſubſtiterunt: atque ibi de integro E
ſacroſanctum corpus venerantes, ceteri omnes, præter Monachum, cum gaudio regreſſi ſunt, gratiis Deo actis de mirabilibus quæ viderant.

ANNOTATA. D. P.

a Valerianus *cum filio Gallieno Chriſtianos perſecutus ab anno 257, vindicem Dei manum ſenſit, captus à Perſis an. 262.*

b *Ergo poſt annum 324, quo conditam à Conſtantino Magno S. Pauli baſilicam, docet Baronius.*

c S. Paramonum *nullum Romæ novi: ſed ex officio* Cuſtodis eccleſiæ, *qui* Paramonarius *Græce, Latinis* Manſionarius *dicitur, factum nomen cenſeo.*

d Sororem *intellige, non carne, ſed ſpiritu, unde quod mox additur de facultatibus defunctæ per monaſteria diſtributis, licentiæ nimiæ quam auctor ſibi ſumpſit, imputatum velim: nam monaſteria & Apoſtolorum eccleſias non fuiſſe Romæ, regnante* Aureliano, *nimis quam clarum eſt.*

e *Scilicet* Tiberim *vel potius uſque ad* Oſtia F
Tiberina: *neque enim naves, in Africam trajicere aptas, uſque Romam pervehere poteſt fluvius.*

f *Monachorum Congregationem, ad Baſilicam S. Pauli à ſe reſtauratam, primus creditur induxiſſe Gregorius II; quod tamen, ſi verum eſſet, non omiſiſſet (ut puto) Anaſtaſius in Vita ejus, ubi reſtaurationis prædictæ meminit. Difficile interim eſt primum ejus inſtituti auctorem iſtic nominare; nec mirarer ſi reſtituto Caſſinenſi monaſterio per B. Petronacem, inde Romam ducta colonia ſit, ſub aliquo proximorum Gregorio iſti Pontificum. Certe ſub Gregorio VII jam deſolatum ſqualebat monaſterium iſtud, ab eoque reformatum eſt.*

g *Quis credat, ſine neceſſario commeatu ſolviſſe è portu navim, Africæ deſtinatam?*

h *Prudentius ſcripſiſſet* Baſſæ.

i *Ignotum locum ſibi eſſe fatetur Cajetanus; ſed* haud procul ab Emporio Agrigentino *fuiſſe, hinc conjectat, & quidem intra Urbem & Emporium modico intervallo verſus occidentem diſſitum. Sed cum* Agrigentum *medium fere lo-*

cum

A *cum teneat in Auſtrali Siciliæ latere, Româ vero Carthaginem navigantibus, curſus inſtituatur ſecundum latus Boreale, apparet ab inſtituto curſu deflexiſſe navem, quando Lilybæum promontorium circumvecta eſt, ut circa Agrigentum appelleret: in quo prudentia amplificatoris requiritur, qui oblitus eſt mutatum ventum comminiſci, quo coactus ſit navarchus curſum mutare.*

k *S. Gregorius lib. 7 Epiſt. 24 ad Fauſtinum defenſorem, ſcribit, ſibi quorumdam Judæorum converſionem indicatam* à Domina (*forte* Domnina) Abbatiſſa monaſterii S. Stephani, quod in Agrigentino eſt territorio conſtitutum. *Viroſne illud antea vel poſtea habuerit, & id hic ſignificetur, neſcio: ſitus id ſuadet, notaturque in tabulis ad* 26 p. m. *Agrigento diſtans fere in mediterraneis, Panormum verſus.*

l S. Gregorius Agrigentinus Epiſcopus, *ſua in urbe coli dicitur à Cajetano* 22 *Junii: in Romano tamen Martyrologio, ſecundum Græcos, ponitur* 25 *Novembris. Aſt hic floruit ſub Mauritio Imperatore circa annum* 564; *ergo ab hoc diverſum comminiſcitur* Cajetanus, *qui in Junio colatur: nihil eo opus erit ſi ſeculo 6 facta ſit*
B *tranſlatio; vel nomen certum pro incerto ſuppoſitum; quod infra tenendum de Catanenſi.*

m *Ita etiam huic Monacho fingitur divinitus revelatum, quid illæ apud ſe haberent, priuſquam locutæ eſſent.*

n *Aſt jam antea videbatur dixiſſe, quod Romæ vel Oſtiæ navem conſcendiſſent; nunc terreſtre iter ſubindicat, puta uſque Regium. Hinc autem in Africam ſolventi navi haud incommodum erat iter, eodemque vento tranſeundum Agrigentum fuiſſet.*

o *Nicephorus Callixtus lib.* 1 *cap.* 14 Filius Zachariæ Joannes, alterum cum dimidio agebat annum (*quando Herodes occidit infantes*) & una cum matre Eliſabetha in ſpelunca quadam ad regionem montanam ſalvus conſervabatur, fortaſſe Herodis ſanguinariam fugiens manum. *Ita ſubtimide Auctor ille, & merito: apocryphum enim prorſus videtur, quod, infanticidium Herodianum (intra Bethleemiticos fines, id eſt, exiguum oppidi non magni pomœrium ac territorium ab Euangeliſta reſtrictum) uſque eo extendunt aliqui, ut etiam attigerit Zachariæ do-*
C *mum, etiam poſito quod hæc ipſa ſit, quæ alias rectius creditur fuiſſe domus Zachariæ Prophetæ tribus ut minimum leucis Bethleemo diſtans, prout hodiedum monſtratur; cum Hieruſalem, illis finibus neutiquam includenda, vix diſtet inde ſeſquileuca. Vide quæ de loco nati Baptiſtæ dicentur die ſequenti ex Florentinio illum trans Jordanem ſtatuente.*

p *Hic primum* nubeculam *aliquam offendit Cajetanus, cum hæc tranſlatio facta dicatur anno Chriſti* 261, *ſanctus autem Georgius primum paſſus ſit ſub Diocletiano an.* 304: *dubitatque an non hic intelligendus ſit alius* S. Georgius, *qualem Velauni in Gallia ad ſe miſſum dicunt, unum ex* 72 *Diſcipulis. Prudentius illud, quod forte ſcriptor voluit indicare locum, ubi poſtea S. Georgii eccleſiam conſtructa eſt. Interim infra num.* 10. *dicitur ipſam S. Georgii eccleſiam ſubiiſſe Epiſcopus ſupra corpus ſanctum Miſſam celebraturus, utique non alibi ſolitam fieri.*

q *Diſtat à civitate* Emporium, *verſus Occaſum trans Acragam fluvium, paucis paſſuum millibus.*

r *Hinc Cajetanus comminiſcitur, Romæ aliqua ex cauſa adfuiſſe* Gregorium, *cum* S. Agrippina *pateretur.*

s *Si Cajetanus indicare voluiſſet* Græci *ſitum, ſciremus quis fluvius hic indicetur. Agrigento* D
venientibus primum Narus, *tum* Salſus, *atque in* EX CAJE-
hunc influens Araurelius *tranſeundus: deinde ſe-* TANO.
quitur montanus tractus, in quo ne periclitetur relictus à tergo Monachus, metuunt comites Baſſæ infra num. 13.

PARS II.

Menæum advectum ſanctum corpus miraculis clareſcit, ubique conditur, ædificatâ deſuper eccleſiâ.

Daphronem ſub Menæo delatum corpus,

12 TRajecto flumine, pergebant Completorii preces pſallentes: ac cum Monachus conſequi pari gradu puellas nequiret, ſubſtiterunt, donec adveniens cum illis conquieſceret. Et ſurgamus, inquit Baſſa, Pater, & eamus, antequam illuceſcat dies. Eamus, Domina, reſpondit ille. Nec proceſſerant multum, cum ecce nubes lucida puellas ab oculis Monachi ſublatas tranſtulit: ille vero E
ſtupefactus concidit in faciem ſuam ſuper terram, erectuſque paulo poſt, neminem circumquaque proſpexit: & vultum cum fletu percutiens, Heu! me, inquit, qualiter perdidi hanc gloriam! juſte vero eâ privatus ſum, cum virtutibus omnibus deſtituar. Sanctæ autem Virgines, Baſſa, Paula, & Agathonica, cum depoſito quod ferebant, ſub me-
diam *a* noctem in locum qui dicitur Daphron, *a*
pervenerunt. In eo loco ſpelunca eſt, Ca-
ſtello, cui Menæo *b* nomen, ſubjacens. *b*
In ea dæmones *c* jam olim habitabant: mox *c*
vero ut illuc advenit venerabile Virginis A- *fugatis ab*
grippinę corpus, aufugerunt cum ululatu *inſeſſâ ſpe-*
inclamantes; Quid faciemus? quia iſtę ma- *lunca dæ-*
ledictę mulieres, quę fugerunt à facie Vale- *moniis,*
riani Imperatoris, Româ huc accedentes, referunt ſecum quoddam imperiale vexillum, quo nos de domo noſtra expellunt. Sed hoc agamus, uti mulieres iſtę, quę illud corpus huc intulerunt, in Africa gladio percuſſę occidant, peſſimeque moriantur.

13 His vocibus Baſſa reſpondit: Obmu- *illuc inferte-*
teſcite, atque hinc recedite, & ite ad pa- *tur.*
trem veſtrum, qui ab initio devorator hemi- F
num fuit: ite in abyſſum ęterni incendii, ejicit enim vos hinc Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per adventum corporis beatę Martyris Agrippinę. Repente nequam illi ſpiritus de eo loco evanuerunt uſque in prę-ſentem diem. Poſt hęc ingrediuntur Virgines in ſpeluncam, gratias Domino referentes de ſummo gaudio, quod conceptum animo ſentiebant. Cognoverat autem Spiritus ſancti virtute Baſſa, conquieturum in eo Menæi Caſtello corpus ſanctæ Martyris Agrippinæ, idque in ſalutem multorum; tum ſibimet appropinquaſſe tempus, quo per martyrii agonem palmam à Deo perpetuæ felicitatis acciperet. Interea Paula & Agathonica ſolicitæ ad Baſſam; Domina, inquiunt, dimiſimus Fratrem noſtrum in horridis montibus, & ne à feris devoretur timemus. Quibus Baſſa, Nequaquam, filiæ; ſed craſtino ad horam ſextam perveniet ad nos noſter Frater: quod ita contigit, & gratiis Deo actis, dixit Monachus: Benedico Deum, Domina mea, quia

A vidi glorioſiſſima de vobis per hoc ſacrum
EX CAJETANO. corpus ; unde & ego peccator gratulor vobiſcum, & Deum glorifico.

Menæninæ matronæ famulus eodem veniens,

14 Erat autem Menæi civis vidua mulier, bona ac timens Deum, de parentibus Chriſtianis ac piis orta, edoctaque à pueritia intra ſemitam virtutis ire ; numquam deerraverat, ſed cum Chriſtianis communicabat ; & quoniam præter familiam multam animantiumque greges, copioſiſſima etiam re familiari vivebat, multa de ſuis fortunis Martyrum *d* corpora ab incendio redimebat, & venerandis ſepulcris condebat. Captivos & vinctos liberabat plurimos : & hujus mulieris nomen *e* Euprexia, adeo non ſolum Chriſtianos & pauperes, & viduas pupilloſque fovebat, verum etiam Paganos. Conviverat marito annos octo, ſine eo decem tranſegerat, poſt viri obitum ſtatim Deo devota. Filiam habebat unicam, annorum quatuordecim, quæ quinquennium jam occupata erat tam ſæva paralyſi, ut membris omnibus deſtituta, nec pedem nec manum commovere, B neque in latus alterum reclinari ſine alterius adminiculo poſſet. His malis afflicta mater, multa in medicos erogarat : ſæpe ad ſanctos Martyres detulerat ; ſed impetrare, quod petebat, non valuerat. Servus ei erat Anatolius, fidelis in primis & valde bonus : hunc toti familiæ præpoſuerat. Is duobus cum comitibus armenta Dominæ ſuæ inviſurus, Draphonem verſus ibat.

d

e

miratur ibi armenta impune paſcere ;

15 Locus is Euprexiæ erat, occupatus, (ut diximus) à diabolis ; ita ut propius accedere nemo auderet ; ſed per bina ternave ſtadia ſe procul quiſque continebat : quod ſi quis, aut homo, aut quadrupes eo pergeret ; repente ab dæmonibus trucidabatur. Verumtamen ut ſub adventum Agrippinæ profugerant illi univerſi, armenta Euprexiæ, quaſi quodam impellente, uſque ad antrum tuto pervaſerant. Locus autem erat amœniſſimus atque herbidus, aquis fluentibus abundans, ſed ſpirituum terriculamentis jam dudum infrequens atque incultus. Hæc ſervi cum admiratione proſpicientes, converſi ad invicem : Quid eſt id novi, inquiunt ? an hoc callide agunt dæmones, ut nos ad ſe C ducant, & pariter deinde cum beſtiis interficiant, & fortaſſe paſtoribus necem jam intulerunt ? Huc autem & illuc circumſpicientes oculis, paſtores adverterunt longe ſtantes : quos vocatos interrogavit Anatolius ; qui aiunt, viſos ſibi nudiustertius veniſſe ad ſpeluncam nonnullos, neſcire viroſne an mulieres : noctem vero circa mediam accepiſſe terribiles voces inclamantium ac dicentium, Væ ! væ ! cur nos expellitis hinc ? & ſimul dicto, evanuiſſe.

& pulſos inde dæmones cognoſcens,

16 Tunc Audite, inquit Anatolius, fratres, ſedeamus è regione ſpeluncæ, & expectemus ad veſperam, antrum exploraturi. Si cum ſol occubuerit non occidentur animantes, hoc in animis habete, quod Chriſtus, quem Domina noſtra colit, viſitavit nos ; & neque nos, neque armenta devorabimur : dæmon enim amorem erga hominem triduum ſimulare non poteſt, imo neque horæ ſpatium unius. Conſederunt itaque procul ab ſpelunca, explorantes viri tredecim : circiter vero horam diei nonam, cœperunt Virgines pſalmos decantare : & ecce pariter cum D pſalmodia, odor etiam ſuaviſſimus de ſpelunca diffundi. Hæc ſentiens Anatolius, dixit ſociis ; Profecto, fratres ut dixi, viſitatio ejus Dei eſt, quem hera noſtra colit : repenteque cum duobus comitibus, quibuſcum advenerat, ad caſtellum advolavit, & Euprexiæ ſuper filia ſua flenti dixit, Attende, Domina, & narrabimus tibi. Quid eſt, inquit illa, fili ? Chriſtus, quem ipſa colis, viſitavit te ſuæ virtute ſanctitatis. Ad hæc Euprexia, Somnias, fili ? At ille : Multi Sancti advenerunt in agrum tuum Draphonem, & locus ille totus odoris ſuavitate repletus eſt : ſicque recenſuit quidquid de armentis, de paſtoribus, de ſe, de vocibus expertus fuerat. Quibus acceptis Euprexia, gaudio ingenti exſiliit ; ductiſque ſecum puellis duabuſque comitibus, Draphonem verſus quam ocyſſime perrexit.

Dominæ filiam paralyticam lugenti, rem nuntiat.

17 Præſcivit adventum Euprexiæ Baſſa ; & ad Monachum ceteraſque comites, Filii, inquit, mulier ad nos quædam cariſſima properat ; occurramus ergo illi : ſcio enim manere in ea Spiritum ſanctum. Cumque illam propius acceſſiſſe ſentiret ; Ecce, inquit, adeſt : exeamus obviam. Egreſſæque de ſpelunca, paulum proceſſerunt. Mox vero, ut vidit Euprexiam rurſus Baſſa, Gaude, Domina Euprexia, inquit. Enimvero obſtupuit mulier, ut ſuo ſe nomine ab incognita ſalutari ſenſit : & Gaude tu, filia Chriſti, reſpondit, dæmonum effugatrix : procidenſque in faciem ſuam oſculabatur pedes S. Baſſæ, cum lacrymis verba confundens, Miſerere, mei, adjuva me & infidelitatem meam. Quæ reſpondit : Confortare, ſoror, gaudium enim magnum advenit in domum tuam : apprehenſamque manu deducit in ſpeluncam, ubi poſitum erat corpus ſanctæ Martyris Agrippinæ. Quod ut vidit Euprexia, tremens provolvit ſe ad ejus corporis veſtigia, atque oravit : Miſerere mei ſancta Martyr Chriſti : viſita filiam meam, quæ paralyſis infirmitate detinetur ecce annos quinque. Cui precanti dixit Baſſa : Si vere in Dominum credis, ſcito, te & filiam tuam, non animæ ſolum, verum etiam corporis ſalutem eſſe conſecuturam. Quæ reſpondit : Credo, Domina, quod Chriſtus eſt verus Deus ; F qui erat in ſinu Patris, & pro nobis deſcendit in uterum Virginis Mariæ ; crucem & mortem ſuſtinuit, & voluntate Patris ſurrexit à mortuis, & manifeſtavit ſe Apoſtolis ſuis ; & poſt hæc aſcendit in cælum, & ſedit ad dextram Patris Dei ; & iterum venturus eſt cum gloria, in futuro & tremendo judicio, judicare ſeculum juſte, & reddere unicuique proprii laboris mercedem : & Beati qui ſanguinem ſuum pro ejus nomine fundunt : illi enim erunt heredes illius gloriæ, quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit.

Illuc progreſſa ipſa
E

Martyris opem pro filia implorat.

18 Quæ ut audivit ab Euprexia, dixit Baſſa, Confortare, Domina & ſoror, eleemoſynæ tuæ & preces aſcenderunt ad Deum, ſicut quondam B. Cornelii : ſed ſurge, eamus domum tuam. Statimque ſurgentes, cum corpore S. Agrippinæ noctu in caſtellum ſubierunt. Dum vero ſuccederent in ædes, magno lumine locus ille, cum admiratione mulierum,

ejuſq; corpus deducit domum ſuam :

torum refulſit. Domum ingreſſæ, quę in regione Calamarea ſita erat; corpus Martyris Agrippinę in ſecreto ornatoque thalamo collocarunt. Quod ubi factum, repente ſuper lectum puellę, Euprexię filię, gloria Dei reſplenduit: ſomnumque illi, quę per paralyſim *f* dormire non poterat, eodem momento intulit. In ſomno autem videre ſibi eſt viſa ſplendidam puellam ac venerandam, ſublimem ante ſe ſtantem ac dicentem, Filia & ſoror mea Theognia, (ſic puella nuncupabatur) ſanet te Dominus Jeſus Chriſtus, Sponſus meus. Apprendenſque manum ejus dexteram, erexit eam, & duxit in cellulam illam, ubi ſanctum corpus condiderant. Rurſumque ei eſt locuta; Filia Theognia, locus iſte requies mea erit in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi locum hunc, & huc me miſit Chriſtus. Hoc cum re vera, non ſomnio accidiſſet, cunctis ignorantibus domeſticis; evigilavit puella de ſomno, ſeque ipſa erexit, ac ſtetit tamquam ſi nihil habuiſſet mali; & circumſpiciens, cum loculum ſanctę Martyris luce illuſtratum videret; advertit tres propter illud aſſidentes puellas, & matrem cum eis, ad quam recta ibat.

ubi filiæ dormienti apparens Sancta, *f*

eam ſanat:

19 Mater, ut ſtantem filiam & incolumem aſpexit, expavit vehementer, & phantaſma ab ſe cerni putavit. Ad quam puella: Ne timeas, Domina mater; ego ſum enim filia tua Theognia, quam alligavit ſatanas ecce quinque annis; nunc autem venit quædam Virgo, nimium ſplendida, quæ erexit me dicens, Sanet te Dominus Jeſus Chriſtus: & continuo ſurrexi, tamquam nullum unquam in corpore meo morbi genus ſenſiſſem. Audiens hęc Euprexia, gratias Deo & laudes effundebat: Benedictus ſis, Domine Deus Patrum noſtrorum, qui viſitaſti humilitatem meam per iſtas virgines, necnon & per glorioſam Martyrem tuam Agrippinam; quam miſiſti in hunc locum, propter ſanitatem ac ſalutem fidelis populi tui. Hæc cum audiret Baſſa, quærit ab Euprexia, quid hoc eſſet quod factum fuerat. Illa advocatam filiam juſſit, flexam ante pedes Baſſæ, quæ ab Agrippina in ſomno accepiſſet, enarrare omnia. Quibus cognitis, Audi, Domina Euprexia, & tu Theognia, inquit Baſſa: Deus, qui ſicut ei placuit, iter noſtrum direxit, atque huc nos deduxit, commiſit, ut videtis, corpus ſanctæ Martyris & Virginis in manus veſtras: cogitate ergo, quid de eo ſit vobis agendum.

quæ matri ſe ſiſtit.

Baſſa commendat ipſis corpus ſanctum,

20 Poſt hæc quodam die, Euprexiam Baſſa in hunc modum iterum compellavit: Eamus Domina & ſoror Euprexia, ad corpus ſanctæ ſororis noſtræ & Martyris Chriſti Agrippinæ, ut oſculemur venerandos pedes ejus. Itaque cum omnes perrexiſſent, procidit Baſſa, & oſculata corporis ſancti pedes, dixit: Vale, Domina & ſoror, ora pro nobis ſancta Martyr, ut comitetur nos Dominus, & explere curſum mereamur Martyrii noſtri. Ecce locus, quem optaſti: Dominus per orationes tuas ſit noſter gubernator. Poſt Baſſam acceſſerunt Paula & Agatonica, & ante Agrippinam proſtratæ dixerunt: Ora pro nobis, Domina; & orationem oſculis pedum conjungebant. Qua perfecta, Euprexiæ & Theognię, poſt oſcula atque amplexus, valedixerunt; egreſſęque de nocte ad mare uſque devenere. Ibi quoque ſalutatas reliquit Monachus, viarum comes, & ad monaſterium rediit glorificans Deum, ac laudans ſuper glorioſis rebus, quas viderat atque audierat. Virgines vero ſanctæ poſt orationem aſcendentes in navim, navigarunt in Africam; & diei ſequentis horâ quartâ Carthaginem appulſę ſunt. De nave in eccleſiam ſeceſſerunt ſanctę Dei Genetricis Mariæ *g* in Suſis, de regione cui Aſcula nomen eſt: atque eadem in urbe, poſt multos ab acceſſu dies, pro Chriſti nomine ferro trucidatę *h* ſunt, IV Idus Auguſti: ſed ad Euprexiam redeamus.

ac valedicto cum ſociabus Carthaginem navigat,

ibiq; Martyrium complet.

g

h

21 Poſtridie mane cum familiares ac neceſſarii de more, ad viſendam conſolandamque ejus filiam conveniſſent, offenderunt domi incolumem: & in laudes Dei Chriſtianorum proruperunt. Ea res tota vicinitate divulgata, theſaurum abſconditum manifeſtavit. Ergo undique comportabantur ad ſacras Reliquias ęgroti ac dęmoniaci, quarum ad contactum valetudini ſtatim reſtituebantur, qualecumque illos morbi genus divexaret. itaque exultabatur Menæi, ac triumphabatur gaudio, quod ad ſanctę Martyris corpus non de vicinis modo, verum à longe diſſitis regionibus, etiam trajecto mari concurrebatur; nemoque illud contingebat, quin omnem de integro ſanitatem recuperaret. Presbyter autem in vico quodam erat, qui morbi violentiâ unius oculi uſum perdiderat. Hic ut prędicta accepit, advolavit in caſtellum; & ingreſſus villam, ubi ſanctum corpus aſſervabatur, procidit humi, exorans; Miſerere mei, famula Chriſti & Sponſa: & repente lumen amiſſum redintegratum illi eſt, & ad ſua cum gratiarum actione rediit. Et multa quidem alia, per orationem ſanctę Martyris Agrippinę, operatus eſt miracula Chriſtus Jeſus: qui alio in *i* libro recenſentur, & hęc etiam per compendium diximus, ne forte ab legentibus cum faſtidio ſuſciperentur.

Interim Menæi crebreſcunt miracula,

& oculus amiſſus Presbytero redditur:

i

22 Exinde multos poſt annos, ędem Euprexia conſtruxit, magnam ſatis & decoram, & in ęde foſſam, ad condendum Agrippinę corpus, effodit, altitudine cubitorum ſenum. Priuſquam vero illud deponit, videt Agrippinam dicentem; Cave Euprexia, ne quiſquam locum cognoſcat, ubi meum peccatricis corpus reconditur: ergo exædificata eccleſia ac *k* S. Severino Catanenſi Epiſcopo ad id muneris accerſito, conſecratur in honorem Dei & Martyris Agrippinæ Idus Iunii, Imperante *l* Conſtantino, & quieſcente per Chriſti beneficium eccleſia. Poſt hæc Euprexia, quaſcumque poſſidebat opes, erogavit in uſum pauperum, & ornamenta poſiti ab ſe templi; & monaſticum induta *m* habitum, pariter cum filia, in eadem eccleſia reliquum vitæ tempus in magna obedientia ac timore Dei tranſegit. Nemo autem odorari potuit, qua parte corpus illud ſanctiſſimum eſſet ſitum: ſiquidem non raro Euprexiæ apparere ſolebat in viſione ipſa Virgo Agrippina, monens, ne cui locum ſepulcrumque *n* patefaceret. Hoc certo ſcitur, intus in eccleſia ſanctum theſaurum condi. Vixerunt autem Euprexia *o* & filia ejus in famulatu eccleſiæ S. Agrippinæ qua-

Corpus juſſu Sanctæ humo alte infoditur,

k

l

& ſtructa deſuper eccleſiâ honoratur.

m

n

o

A draginta annis ; & more ſanctarum mulierum
EX CAJE- in confeſſione bona deceſſerunt. Paſſa eſt
TANO. Virgo & Martyr Chriſti Agrippina in urbe
Romana, IX Kal. Iunii, juſſu nequiſſimi
Imp. Valeriani. Tranſlata eſt in Siciliam
p in caſtellum Menæi XVI Kal. Iunii, *p* ſepulta
V Idus Iunii, intercedentibus ejus ad Deum
pro nobis orationibus, ut ejus filii Dei here-
des eſſe mereamur, qui cum Patre, & Spi-
ritu ſancto vivit & regnat, in omnia ſecula,
Amen.

ANNOTATA D.P.

a Hodie, *inquit Cajetanus* loco & ſpeluncæ nomen Lamia, paſſibus ferme mille ab oppido *Menæo*.

b Menæum *alias* Menæ, *vulgo* Minéo.

c *Acta vetera habent*, quos Paulus Apoſtolus ejecit è filia Dioſcori, *quod Cajetanus* velut ex apocryphis ſumptum *ſtylo ſe confixiſſe monet*.
B Dioſcorum *nullum nominant Actus Apoſtolorum: ex quibus autem apocryphis ſumptus is ſit, hactenus ignoro, nec operoſe quæſierim.*

d *Præconceptæ opinioni inhærens auctor, pergit* Aureliani *perſecutoris tempora cum florentiſſimæ eccleſiæ pace conjungere.*

e *Crediderim ſcriptum primitus fuiſſe* Eupraxiam *vel* Euprepriam : *nam* Euprexia *nullam habet Græci nominis formam.*

f *An ſatis apte dicitur paralyſis ſomnum impedire?*

g *Ita Cajetanus ex Mss. ineditis notat legi* S. Mariæ in ſuis in locum qui vocatur Acaula: *quaſi ſcilicet ſeculo 3 ejuſmodi eccleſiæ ubique extiterint, & quidem cuicumque & undecumque venienti mox patulæ.*

h *Hodiernum Romanum iterato auctum (nam prior editio Grægoriana nihil de his habet) ſic eas commemorat* 10 *Aug.* Carthagine ſanctarum Virginum Baſſæ, Paulæ & Agathonicæ: *& in Notis addit Baronius:* De his etiam prædicta antiqua Manuſcripta, quando autem ſint paſſiæ non produnt : *interim toto illo ad iſtam diem commentario nuſpiam allegantur quæ huc ſpectare videantur Mss. ejuſmodi : & miror ſi alia poſſint allegari quam hæc S. Agrippinæ Acta, quæ*
C *tamen* Valeriani *perſecutionem ſignant. Mabilio Tomo 3 Analectorum habet vetuſtum Eccleſiæ Carthaginenſis Kalendarium abſque illis nominibus. Res merito ſuſpecta eſt tota.*

i *Si hujuſmodi liber aliquando extitit, ſcriptus ex certiori ſcientia, idque poſt ædificatam eccleſiam, melius is ſervatus fuiſſet, quam hæc tam male conſuta narratio.* D

k *Vereor ne hic* Severinus *æque gratis pro ſeculo 3, aut etiam 4, ſit confictus, atque Gregorius Agrigentinus pro eodem tempore. Natus ſit ille ex* S. Severo *Catanenſi, quem conſtat vixiſſe ſub Nicephoro Imperatore, circa an.* 800, *& colitur* 24 *Martii, ubi nos de illo.*

l *Atqui* Conſtantinus *imperare ſolum cœpit an.* 306; *nec niſi ſexennio poſt, victo Maxentio, pax eccleſiaſtica initium aliquod cepit; interim à Valeriani captivitate elapſi erant anni* 60. *Conſideravitne Auctor quam grandævas finxerit, quas vult poſt ædificatam eccleſiam vixiſſe annis* 40? *Cajetanus non videtur hic invenire difficultatem, ſed calculis ſubductis* Euprexiæ *annos* 118, Theogniæ 104 *concedit.*

m *Ex Sanctorum Pancratii & Peregrini Actis probaturum ſe ſperat Cajetanus, monaſticum inſtitutum in Sicilia cœpiſſe à temporibus Apoſtolorum. Interim ipſemet ea, ut fabulis plena, non eſt auſus operi ſuo inſerere; ſed proprio marte compilavit aliqua. Vide dicta de* Pancratio 3 *Aprilis, de* Peregrino *agemus* 3 *Novembr.* E

n *Videtur hoc ideo ab Auctore excogitatum, ne abſentis corporis ſuſpicio naſci poſſet ex ignorantia loci; cum aliud ſuadeat magna* S. Agrippinæ *apud Græcos celebritas, idque die prorſus alio quam quo ipſa Menæi colitur* 8 *Julii, ut fatetur in notis Cajetanus; quem verum diem eſſe crediderim, quo illatum corpus fuerit in novam eccleſiam,* 6 *Junii dedicatam. Firmandæ vulgari opinioni facit, quod, ſicut annotat Cajetanus,* Medio fere ædis ingreſſus eſt in ima latebrarum, partemque in dexteram flectitur ad ædiculam, quæ ſtructa ab Euprexia traditur: ex ea autem per gradus deſcenditur in ſpecum, altitudine immenſa, intra quam abditam latêre Agrippinam conjectura eſt: *favet etiam quod Græci nuſquam meminerint corporis.*

o *Idem Octavius, nullo uſpiam aſſignato antiqui cultus teſte aut veſtigio, ſed nec die vel alibi reperto, inſeruit ipſam ſuæ Ideæ ad* 5 *Januarii : atque ſequacem mox habuit Ferrarium : neque potuit eos non ſequi Bollandus, nondum viſis libris Cajetani, & hiſce S. Agrippinæ* F *Actis. Expungentur ergo in recognoſcendo menſe illo.*

p *Utrumque diem Menæenſibus in veneratione eſſe, videtur indicare Cajetanus Annotatione ult. ſed præ iſtis celebrem eſſe* 8 *Julii, ſolenni proceſſione &c.*



DE

A D

DE SS. AVITO, CINZAMO LECTORE, ARIONE, EMERITO, ALICO, CAPITONE, ET ALIIS SEPTUAGINTA OCTO, MARTYRIBUS NICOMEDIÆ.

G. H.

Notitia nominum atque numeri ex vetuſtis Martyrologiis.

XXIII JUNII. HUnc diem XXIII *Junii antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa à Martyribus Nicomedienſibus auſpicantur: & antiquiſſimum Epternacenſe iſtis verbis.* In Nicomedia Aviti & Cinnanci Lectoris, & aliorum Artonis, Emeriti, Alici, Cartonis, & aliorum ſexaginta novem. *Ubi priora verba*, & aliorum, *videntur in caria amanuenſium intruſa, ut ex aliis ſatis conſtat; nam apographum Blumianum ita habet*, In Nicomedia Aviti, Ezinzami Lectoris, Aritionis, Emeritici, Alici, Capitonis & aliorum ſeptuaginta octo. *In Lucenſi apographo deeſt* Lector, *cum ſuo nomine: reliqua eadem ſunt. In Corbeienſi ita legitur:* In Nicomedia Aviti, Cinzami Lectoris, Antionis, Amirati, Alici, Capitonis & aliorum octo; *ubi prior pars numeri deficit, & videtur ſcriptum fuiſſe* ſeptuaginta octo. *Mss. Richenovienſe & Rhinovienſe hoc modo eoſdem conſignant.* Nicomediæ Aviti, Signami (*alias* Cinnanii) Capitonis, Ritonis, Emeriti, Alici, & aliorum ſeptuaginta octo. *Eodem modo ſex nominibus cum anonymis* ſeptuaginta octo *exprimuntur in Mss. Auguſtano S. Udalrici, & Pariſienſi Labbei: ſed in hoc anonymi dicuntur* ſexaginta octo. *Ms. Colonienſe S. Mariæ ad Gradus ita legit:* In Nicomedia Aviti, Emeriti & aliorum ſeptuaginta octo. *Grevenus, in Auctario Uſuardi, profert* Avitum Capitonem & alios ſeptuaginta octo. *Ms. Reginæ Sueciæ, ab Holſtenio vulgatum, iſta ſignat.* Nicomediæ natalis SS. Aviti, Cinzami, & alibi Orionis Lectoris, & aliorum octoginta unius. *Ubi etiam hæc particula* & alibi *eſt intruſa, & nomen* Lectoris *ab aliis tribuitur* Cinzamo: *& pro* Orione *nomen* Arionis *forſan erit reponendum. At quia tres ex aliis nominatis deſunt, anonymi recte colliguntur* octoginta & unus. *In Ms. Bruxellenſi S. Gudilæ tria nomina exprimuntur, & adduntur* octoginta duo. *Horum etiam Martyrum mentio celebratur in Mss. Florentinis duplicibus, Aquiſgranenſi, Barberiniano, Caſinenſi & aliis, quos, ne tædium adferamus, ultro omittimus.*

B E

DE SANCTIS MARTYRIBUS EUSTOCHIO PRESBYTERO, GAINO COGNATO EIUS, PROBA, LOLLIA ET URBANO GAIANI LIBERIS, ANCYRÆ IN GALATIA.

G. H.

Cultus & Acta ex Synaxariis Mss.

C F

SUB MAXIMIANO *Memoria in Synaxariis,* CAlorioſa *horum Martyrum certamina proponuntur in Mss. Menæis Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ, Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ, Divionenſibus collegii Societatis Jeſu, Pariſienſibus Cardinalis Mozarini, & Patrum Dominicanorum in platea S. Honorati, atque potiſſimum in perveteſto Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad Pariſienſe collegium Societatis Jeſu, ubi ſic proponuntur:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Εὐσταχίου Πρεσβυτέρου, καὶ Γαΐνου τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ Λολλίας, Πρόβης, καὶ Οὐρβανοῦ. Eadem die XXIII *Junii*, certamen ſancti Martyris Euſtochii Presbyteri, & Gaïni nepotis vel cognati, atque hujus liberorum, Lolliæ, Probæ, & Urbani. *Tum ſingula de ſingulis adduntur Diſticha in Divionenſi.*

cum Diſtichis

Ἄνθος ὑπάρχων Εὐσόχιος } *cetera legi non*
Floris cum eſſet Euſtochius } *poterant.*

Θεῖος Γαΐνος ϑυρεοῖς πεφραγμένος
Ψυχλὼ ἄτμητος τῷ ξίφει τμηθεὶς μένῃ.
Divus Gaïnus, clypeis obarmatus, *capite plexos ſignificantibus.*
Capite minuitur, animâ illæſus manet.
Χριστῷ πρόσηλθε Λολλία διὰ ξίφους,
Φύκει βαφεῖσα νυμφικῶς ἐν αἱμάτι.
Lollia, per enſem Chriſto appropinqua, ut Sponſa;
Illique naſcere ſanguine in tuo baptizata.
Ἐξ αὐχένος χέουσα κρουνὸς αἱμάτων,
Χαίρουσά μοι πρόβαινε πρὸς Θεόν, Πρόβα.
Procede lætabunda ad Deum, Proba,
Cervice cæsâ ſanguinis rivos fundens.
Τμηθεὶς τράχηλον, Μάρτυς Οὐρβανὸς, ξίφει
Ἐφυπτιάζεις ὡς σφαγιασθὲν ἀρνίον.
Urbane Martyr enſe dum perdis caput,
Reſupinus inſtar agni diſcerpti jaces.

2 *Tum ſequitur martyrii Epitome hujuſcemodi.* Οὗτος ὁ ἐν Ἁγίοις Εὐσόχιος, καὶ Γαΐνος ὁ Ἀνέψιος αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ Λολλία, καὶ Πρόβη, καὶ Οὐρβανὸς, ὅτε πόλεως ὑπῆρχεν Οὐ- *& Elogio.*

ασάδων,

AUCTOR. G. H.

σάδων, καὶ τὰς χρόνους Μαξιμιανοῦ καὶ Ἀγριππίνα Ἡγεμόνος. Ὁ γὰρ Εὐσόχιος, Ἱερεὺς ὢν πρότερον τῶν ἑλλήνων, ἐν τῷ καθορᾶν τὰς Ἁγίας ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυροῦντας, καὶ παράδοξα θαύματα κατεργαζομένας, κατέγνω τῶν οἰκείας θρησκείας· καὶ προσελθὼν Εὐδοξίῳ τῷ Ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας, παρ' αὐτοῦ ἐβαπτίσθη, καὶ τῶν Πρεσβυτέρων χειροτονίας κατηξιώθη. Ἐλθὼν εἰς κώμην καλουμένην Λύσραν, καὶ τὸν ἀνέψιον αὐτοῦ Γαΐνον μετὰ τῶν τριῶν παιδῶν αὐτοῦ εὑρὼν, καὶ τὰ περὶ Χριστοῦ φωτισθέντων αὐτοῖς ἐβάπτισεν αὐτοὺς, καὶ πάντας τοὺς κατ' γένους αὐτῷ προσφέροντας, Ὅθεν ἐπὶ τοῦτο συχθεὶς ἤχθη πρὸς τὸν Ἡγεμόνα, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας ἀνῃρέθη ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ ἐξεάθη σφοδρῶς. Εἶτα φωτοπέμφθησαν ἐν τῇ Ἀγκύρᾳ πρὸς Ἀγριππίνον εἰς ἐρώτησιν· καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι μὴ καταδεξάμενοι, πρῶτον μὲν κρεμάνται ἡ Λολλία καὶ Οὐρβανὸς ἐπεναντι ἀλλήλων, καὶ μετὰ πάντων ξέονται· ὧν τὸ αἷμα Γαΐνος ἀνέψιος [τοῦ Εὐσοχίου] ὑποδεχόμενος, τὸν νῶτον ἐτύρθη καὶ τὴν γαστέρα· ὁ δὲ ἅγιος Εὐσόχιος τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, καὶ μεθ' ἡμέραν ὁ ἀνέψιος αὐτοῦ· τὰ δὲ νήπια κατενεχθέντα, χαλκῷ πρόσεδήσαν τροχῷ. Ἐκεῖθεν δὲ ἁβλαβῆ λαχθέντες φθοδόξως, τοῦ τροχοῦ τὸ κινήσεως παυσαμένου, καὶ τοῦ πυρὸς σβεσθέντος, ξυρωνται τὰς κεφαλὰς, καὶ ἥλοις λαλαύνονται· καὶ αἱ μὲν θηλίαι τέμνονται τὰς μασχας, ὁ δὲ Οὐρβανος σπαθίζεται. Ἐπὶ τούτοις δὲ μὴ πειθέντες, ἀλλὰ λαμπυσίως Χριστὸν κηρύττοντες, ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνονται.

B

3 Hic ſanctus Euſtochius, & Gaïnus cognatus ejus, & tres liberi hujus Lollia, Proba atque Urbanus erant ex urbe Uſadarum, temporibus Maximiani Imperatoris & Agrippini Præſidis. Euſtochius igitur erat prius Sacrificulus idolorum: qui cum intueretur Sanctos pro Chriſto Martyrium ſubeuntes, & ſupra naturam ab eis patrata miracula; deſpexit domeſticas ſuperſtitiones, & accedens ad Eudoxium Epiſcopum Antiochiæ, ab eo baptizatus eſt & dignus habitus cui Presbyterii ordo conferretur. Cumque inde ad oppidum Lyſtram veniſſet; & nepotem ſuum Gaïnum cum tribus liberis ſuis reperiſſet; Chriſti myſteria eis expoſuit, eoſque baptizavit, & cunctos aliqua illi cognatione attingentes. Quam ob cauſam detentus, & ad Præſidem ductus, Chriſtumque confeſſus, in ligno ſuſpenditur; & vehementer laniatur. Poſt hæc ſimul miſſi ſunt Ancyram, ad Agrippinum ibidem præſidentem: à quo ad examen evocati, cum Chriſtum confiterentur, primum quidem Lollia & Urbanus in mutuo aſpectu ſuſpenſi ſunt eorumque maxillæ laceratæ: quorum ſanguinem Gaïnus [Euſtochii] cognatus excepit: quapropter in dorſo & ventre verberatur. Sanctus vero Euſtochius capite plectitur, uti poſt diem Gaïnus nepos ejus. Liberi vero adducti, ad æream rotam fuerunt allegati; inde vero mirabiliter erepti ſunt, rota moveri deſinente & igne extincto. Poſtea raduntur capita, claviſque transfiguntur, & femellarum quidem mamillæ abſcinduntur, Urbanus vero eviratur. Demum nihil diffidentes, ſed clara voce Chriſtum prædicantes, abſciſſis capitibus coronantur.

S. Euſtochius ex Sacrificulo idolorum. Sacerdos ordinatus

alios baptizat,

omneſque poſt varia tormenta gladio cæduntur.

C D

4 *Reſtat dicendum aliquid de locis hic nominatis.* Ancyra, *notiſſima urbs Galatiæ eſt, & primaria Præſidum etiam vicinarum ditionum Sedes, ideoque ut horum ita aliorum plurimorum Martyrum palæſtra. Adjacet Galatiæ Lycaonia, in eaque* Lyſtra, *civitas olim Epiſcopalis, & S. Pauli Apoſtoli hoſpitio ac prædicatione illuſtrata, in qua hi Martyres comprehenſi ſunt, & inde Ancyram adducti. Huic ſatis vicina eſt* Antiochia Piſidiæ, *in qua S. Euſtochius ab Eudoxio Epiſcopo baptizatus, & Presbyter eſt ordinatus. Hinc colligimus* Uſadarum urbem *non procul inde diſſitam fuiſſe. Sunt eadem Acta in Menologio Sirleti Latine edita. Gaïnus dicitur Græce ἀνέψιος, Euſtochii quod* Cognatum, *ſeu patruelem ſeu conſobrinum reddimus; licet etiam pro nepote ex fratre aut ſorore ſciamus accipi poſſe;* Fratrem Conſobrinum *Sirletus ſcripſit: totum ergo lectoris diſcretioni relinquitur. Ibidem* Probolulus *pro unico filio ſumitur, verum quia infra tres ejus liberi nominantur, plane diſtingui debent, atque Lolliam omnino puellam fuiſſe, oſtendunt abſciſſa ubera;* Urbanus *etiam* Urbaſius & Agrippinus *Præſes quoque* Agrippa, *appellantur ab eodem Sirleto. Baronius videtur confuſionis aliquid hoc loco ſubolfeciſſe, ideoque abſtinuit nominibus iſtis in Romanum Martyrologium referendis.*

Loca indicata, Ancyra,

Lyſtra,

Antiochia Piſidiæ,

Uſadarum urbs,

E F

DE SS. ARISTOCLE PRESBYTERO,

G. H.

DEMETRIANO DIACONO ET ATHANASIO LECTORE

MARTYRIBUS CONSTANTIÆ IN CYPRO.

Cultus & Acta ex Mss. Synaxariis.

SUB MAXIMIANO *Cultus in Menologio Baſilii.*

Vetuſtum Ms. Menologium Græcorum, ſub auſpiciis Baſilii Imperatoris Porphyrogeniti ſeculo Chriſti decimo collectum, ad hunc XXIII *Junii de hiſce ſanctis Martyribus tale proponit elogium.* Ὁ μὲν ἅγιος Ἀριστοκλῆς ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Κύπρου, Πρεσβύτερος τῆς ἐν Θεῷ ἐκκλησίας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ τὸν δωγμὸν φοβάμενος, ἀνελθὼν ἐν ὄρει τινὶ, ἐκρύπτετο ἐν τῷ σπηλαίῳ· ἐν ᾧ προσευχόμενος ἤκουσε φωνῆς ἐξ οὐρανῷ, κελευούσης αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς τὴν μητρόπολιν, κἀκεῖ ἀγωνίσεσθαι τὸ μαρτύριον. Καὶ φθάσας εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Βαρνάβα, κατέλαβε τὸν Διάκονον Δημήτριανὸν, καὶ τὸν Ἀναγνώστην Ἀθανάσιον, καὶ παρ' αὐτῶν ξενισθεὶς ἐδιηγήσατο αὐτοῖς πάντα τὰ τῆς ὁπτασίας. Καὶ λαβὼν καὶ αὐτοὺς συνοδοιπόρους, ἀπῆλθεν εἰς τὴν μητρόπολιν πρὸς τὸν Ἡγεμόνα· καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, ἀπεκλείσθη μετὰ τῆς συνοδίας αὐτοῦ ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸς μὲν ἀπεκεφαλίσθη, ὁ δὲ Δημήτριανὸς καὶ Ἀθανάσιος

πυρὶ

A πυρὶ παρεδόθησαν, καὶ ἀβλαβεῖς ἐξελθόντες τοῦ πυρὸς, ἀπεκεφαλίσθησαν καὶ αὐτοί.

2 Certamen ſancti Martyris Ariſtoclis & Sociorum ejus. Erat S. Ariſtocles Eccleſiæ Dei Presbyter in Cypro, tempore imperii Maximiani: perterritus autem ob perſecutionem, aſcendit in montem aliquem, & abſcondebatur in ſpelunca: ubi inter orandum audivit è cælo vocem, jubentem ipſum in metropolim abire, illicque certamen martyrii ſubire. Egreſſus venit in ædes ſancti Apoſtoli Barnabæ, aſſumpſitque Demetrianum Diaconum & Athanaſium Lectorem; & apud illos hoſpitio exceptus narravit illis omnia ſibi in viſione facta. Accipiens ergo ipſos itineris comites, abivit in metropolim ad Præſidem: & Chriſtum confeſſus, cum ſociis ſuis eſt carceri incluſus, ac poſtea ipſe capite plexus; Demetrianus vero & Athanaſius igni traditi ſunt: ſed inde illæſi exeunt, & capitibus abſciſſis coronantur.

Elogium ex eodem.

Memoria in aliis Mss.

3 *Eorumdem memoria celebratur etiam in Mss. Menais Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ, & Menais excuſis; die autem* XX *Junii in Mss. Menais Divionenſibus Societatis Jeſu, cum hoc verſu alludente ad nomen Ariſtoclis.*

B Ἀριστοκλὴς ἄριστος ὄντως ἀθλίτης,
Πάντων γὰρ ἠρίστευσε τιμηθεὶς τῷ κάρᾳ.

Ariſtocles optimus omnino bellator:
Qui capite plexus optime decertavit.

De S. Barnaba actum XI *Junii. At quæ allegatur metropolis Cypri erat tunc* Conſtantia, *poſtea* Salamis Cypri *dicta, de qua conſule Acta S. Epiphanii ibidem Epiſcopi* XII *Maji.*

Aliud Elogium

4 *His ſcriptis aliud reperio encomium aliquanto exactius in Ms. Synaxario Græco Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſpectante ad Collegium Societatis Jeſu Pariſiis, quod adjungo:* Ὁ ἅγιος Μάρτυς Ἀριστοκλὴς ὑπῆρχε τὸ γένος Κύπριος, πόλεως Ταμασσοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας Πρεσβύτερος. Κατὰ δὲ τοὺς χρόνους Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως ἀνελθὼν ἐν τῷ ὄρει ἔν τινι σπηλαίῳ, ἐκρύβη, τὸν ἐπικείμενον δικωγμὸν φοβηθείς· ἐν ᾧ εὐχόμενος φωνὴ προσερράφθη ὑπὲρ τὸν ἥλιον, καὶ ἐνεχθήσης φωνῆς ἐρανόθεν προστάπτη ἀπελθεῖν ἐν Σαλαμῖνι τῇ μητροπόλει, κἀκεῖ ἀγωνίσασθαι τὸ μαρτύριον. Πορευόμενος δὲ ἔφθασεν ἐν Λεδραῖς, εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου
C Βαρναβᾶ· καὶ καταλαβὼν ἐκεῖσε Δημητριανὸν τὸν Διάκονον, καὶ Ἀθανάσιον Ἀναγνώστην, καὶ παρ' αὐτοῖς ξενισθείς, καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἀφίκετο καὶ τὰ τῆς ὀπτασίας αὐτοῦ ἀναθέμενος, κοινωνὸς αὐτὸς τῆς πράξεως ἔλαβε, προθύμως αὐτῶν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀθλεῖν ἑλομένων. Παραγενόμενοι δὲ εἰς ἣν ἔσπευδον πόλιν, ἐν ἀπάπτῳ καὶ ὑψηλῷ ἔστησαν τόπῳ· ὃς ἰδὼν ὁ Ἡγεμὼν καὶ προσκαλεσάμενος, καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων ὡς εἶεν Χριστιανοὶ μεμαθηκὼς, πρῶτον μὲν τὸν ἅγιον Ἀριστοκλέα μάστιξιν καταξανθῆναι ἐκέλευσεν, εἶθ' ὕστερον τῷ κεφαλεῖ ξίφει τμηθῆναι· τὸν δὲ ἅγιον Δημητριανὸν καὶ Ἀθανάσιον, τῇ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογίᾳ ἐμμένοντας, μετὰ τὰς πολλὰς βασάνους πυρὶ παραδοθῆναι προστέταξεν· ἅπαθεῖς δὲ ἐν αὐτῷ φυλαχθέντας, διὰ ξίφους ἀναιρεθῆναι παρεκελεύσατο. Certamen ſanctorum Martyrum Ariſtoclis Presbyteri, & Demetriani Diaconi & Athanaſii Lectoris: ex quibus ſanctus Martyr Ariſtocles erat Cyprius ex urbe Thamaſſo, Eccleſiæ Catholicæ Presbyter, idque temporibus Maximiani Imperatoris. Aſcendens vero in montem in aliqua ſpelunca abſcondebatur, ob inſurgentem perſecutionem terrore perculſus. Cum vero orationi incumberet, luce majore quam ſolis colluſtratus fuit, & voce à cælo accedente admonitus, ut in metropolim Salaminem pergeret; ibique certamen martyrii ſubiret. Exſurgens ergo venit Ledram in domum E ſancti Apoſtoli Barnabæ, & aſſumens ibidem Demetrianum Diaconum & Athanaſium Lectorem, ab eis hoſpitio excipitur: quibus cauſam propter quam venit & quæ ſibi obtigerat viſionem expoſuit, eoſque conſortes ſuæ actionis fieri obtinuit, alacriter pro Chriſto concertare eligentes. Pervenientes vero ad quam feſtinabant civitatem, in conſpicuo & alto loco ſteterunt: quos Præſes intuitus interrogavit: & ab illis ipſis, quod Chriſtiani eſſent, edoctus, primum quidem S. Ariſtoclem flagellis lacerari juſſit, & ſic gladio caput abſcindi, ſanctos vero Demetrianum & Athanaſium, in confeſſione Chriſti perſeverantes, poſt plura tormenta igni tradi mandavit: illæſos vero in igne cuſtoditos gladio etiam imperavit occidi. *Hinc intelligas prolixiora Acta extitiſſe, quæ adhuc forſan latent alicubi: indicantur autem tres urbes Epiſcopales Cypri,* Thamaſſus, *cujus Epiſcopus Tychon fuit in Concilio primo Conſtantinopolitano;* Ledra, *vulgo* Nicoſia *dicta; unde Triphylius,* Ledrorum Cypri F *Epiſcopus, à S. Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 92 *laudatus; ac* Salamina *metropolis, olim* Conſtantia, *ſupra à nobis memorata.*

AUCTOR G. H.

priore accuratius.

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS PALLADIO, COTYLA, ADRAMA,

D. P. MOSE, ESA, PALICONO, COTYLA II,

ET SOCIIS CENTUM QUINQUAGINTA.

Apud Habeſſinos Æthiopes cultis.

EX jam ſæpe laudato *Hagiologio Metrico prænotatæ gentis, rurſus accepimus hanc inſignem turmam Sanctorum Martyrum, quos in Ægypto paſſos præſumimus, & ſubjungimus aliis ſpectantibus ad Maximiani perſecutionem, per conjecturam primis hujus menſis diebus propoſitam. Indicantur autem à ſeptemvirali quodam conventu damnati ad mortem dum ita invocantur.* Saluto Palladium, Cotylam & Adramam, tres fratres, alioſque tres, Moſen, Eſam & Paliconum: quibus alter Cotylas ad numeri complementum acceſſit. Obierunt autem cruciati propter Chriſtum à ſeptem Idololatris, *iiſque* claudis *ſeu* ebrioſis, *uti explicat Jobus Ludolfus; ſed exiſtimo hæc epitheta ad ebrietatem mentis potius quam corporis referri poſſe. Eorumdem autem ſeptem rurſum mentio fit ſequenti ſtrophe, per quam Poëta* ſalutat centum quinquaginta Sanctos, quibus ſeptem Idololatræ ad judicium adductis gladium acutum, cum bullienti ſartagine, poſuerunt ob oculos: ſed horum aſpectu non fuerunt perterriti. *Plura & diſtinctiora nunc fruſtra quæreremus. Dubitat Ludolfus, utrem hic dictus* Paliconus, *non ſit* Palingenius *appellandus: in ſuis autem Faſtis ſolos tres primos nominans, addit,* & Socii, *neque in Notis quidquam ſuggerit huc faciens.*

In iis tres vel ſex fratres.

B E

DE SANCTIS MATRE AC FILIIS MM.

DIDARA, BISOE ET NOR,

D. P. *APUD EOSDEM HABESSINOS HONORATIS.*

PRogredior *cum Æthiopico Hagiologio, & ſeorſim à priori numeroſiori turma, ternarium hunc propono, quem ibi ſic invenio ſalutatum.* Salutem tibi dico, Biſoe Miles, quem bovi funibus alligarunt & raptaverunt; in cujus honorem ſacrificium laudis offero. Saluto etiam fratrem tuum Nor, & matrem Didaram: qui etiam ipſi propter Chriſtum multam tentationem ſuſtinuerunt. *Quibus verbis indicantur hi quoque martyrium pertuliſſe, aut certe inſigni confeſſione promeriti inter ſacra commemorari.*

DE SS. ZENONE ET ZENA

C F

F. B. *MARTYRIBUS PHILADELPHIÆ IN ARABIA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De tempore & loco paſſionis, deque Sanctorum cultu.

ANNO CCCIV. *Sub Maximiano Imp.*

QUemadmodum, *cum de rebus non ita pridem geſtis ſcribimus, contingere ſolet, ut ea, quæ cenſemus omnibus nota, facile præteramus, tamquam minime neceſſaria explicatu; poſt aliquot tamen annorum decurſum, in claram alioqui hiſtoriam, illatura tenebras omiſſione ſua: ita accidit Actorum mox dandorum ſcriptori anonymo: qui dum ſtudet accuratus eſſe in determinando tempore, annotatis diebus inchoati expletique martyrii; annum tamen dubium nobis reliquit ſic ordiens:* ἐν ἔτει πρώτῳ Μαξιμιανοῦ Βασιλέως Anno primo Maximiani Imperatoris. *Etenim cum duo fuerint ejus nominis Imperatores, ambo notæ in Chriſtianos perſecutionis infamiâ notati, alter cognomento* Herculius, *à* Diocletiano *in Imperii collegam aſſumptus,* I *Aprilis anni* CCLXXXVI; *alter cognominatus* Armentarius, *ſæpe etiam dictus* Galerius, *Diocletiano & Herculio abdicantibus Imperium, cum Conſtantio Chloro ad illud evectus,* I *etiam Aprilis* CCCIV: *ex his, inquam, duobus utrum deſignare voluerit Auctor incertum reliquit. Nam ſi dicamus ſub* Herculio *paſſos hos Martyres, quid cauſæ erit, cur ipſe ſolus ſine imperii collega Diocletiano nominetur? hi enim cum eſſent poteſtate pares & animis uniti; fideli adeo amicitia quoad Imperium ſimul geſſere, cohæſerunt ut non tantum una ſemper in Actis publicis nominarentur, verum & conjunctæ eorum imagines pingerentur. Quin & ipſa in Chriſtianos perſecutio tam crudelis, uti ab utroque*

non Herculio,

A utroque indicta est, ita Diocletiani & Maximiani nomine insignitur. Nec dici potest Maximianum Herculium hic solum nominari, quia in Oriente, ubi res acta est, præcipue versabatur: constat enim ipsum toto Imperii sui tempore, maxime in Occidente versatum.

sed Galerio. 2 *E contra vero* Maximianus *alter* Galerius *& in Oriente præcipue crudelitatem exercuit, & alia occurrunt, ob quæ solus nominaretur, quamvis non solus imperaret. Primum, quod consortem Imperii sortitus Constantium Chlorum, mitem & omnis crudelitatis expertem Principem, qui plerumque in Galliis se continebat, ipse solus, principio saltem Imperii, per tres orbis partes dominari videretur. Alterum, quod cum* Galerius *persecutionis, sub Diocletiano & Maximiano in Christianos motæ, præcipuus auctor haberetur, qui Imperatores pæne invitos, iis quas impietas suggesserat rationibus, impulerat; Christiani, Acta Martyrum colligentes, merito voluerint tantam ei adscribi sævitiam, qui alios ad eam commoverat; præsertim cum de iis Sanctis agendum esset, qui sub ejus jurisdictione passi fuerant. Nam persuasum omnino est, post abdicatum à Diocletiano &*

B *Herculio Imperium,* Galerio *rerum potiente, maxime recruduisse persecutionem, si illa quæ atrocissima omnium fuit, recrudescere potuit. Quodsi sub* Constantino Magno, *pace Ecclesiis data, hæc historia conscripta sit; non tantum ex ea, quæ de his Martyribus apud Christianos supererat memoria; sed, ut verosimile omnino est, ab oculato teste, non leviter in Scripturis versato, adeoque Presbytero aut Diacono; noluerit ille, quamvis in*

Passi illi videntur *decursu plures Imperatores nominentur,* Constantii *nomen hic referre, ne tantæ crudelitatis invidiam videretur in mitissimum Imperatorem, nil tale meritum, derivare; vel etiam ob filii tum regnantis gratiam, cui debebat Ecclesia libertatem suam. Nec quisquam objiciat Acta S. Savini Episcopi & Martyris, referenda septima Decembris, edita typis à Stephano Baluzio Miscellaneorum tomo 2: in quibus solus* Maximianus Herculius *nominatur; quoniam Auctor non intendit narrare sub quo Imperatore; sed qua occasione & quo præsente & jubente res acta fuerit. His ergo de causis statuamus hos Sanctos passos esse anno primo* Galerii Maximiani Armentarii, *id est* anno Christi CCCIV.

C *Philadelphiæ in Arabia.* 3 *Palæstra Martyrii nominatur* φιλαδελφία τῆς Ἀραβίας, ἥτις ἐν τῷ νόμῳ Ἐμμὰν κέκληται; Philadelphia Arabiæ quæ in Lege Emman vocatur. *Stephanus de urbibus tertiam* Philadelphiam *enumerat, in* Arabia montosa *sitam, quam dicit fuisse antiquitus* Ammanam *appellatam, aut potius* Rabatammanam. *Thomas Pinedo in eumdem Stephanum illam esse existimat, quæ Deuteronomii cap.* 3 ℣ 11 *vocatur* Rabat filiorum Ammon, *interpretaturque* Magna civitas Ammonitarum, *conjecturâ non incongruâ: fieri enim facile potuit, ut quam Scriptura* Rabat filiorum Ammon *nominat, vulgari sermone, in quo brevitatem captare solemus, modo* Rabatammon *aut* Rabatammana, *modo* Ammana, *aut* Ammon, *aut* Emman *fuerit vocitata; siquidem hæc tria ultima nomina solis punctis vocalibus, apud Hebræos, Arabes & Syros differunt, quæ sæpe quotidiano usu, nullis certis regulis mutantur. Utut sit, conjectura Pinedi etiam ex his actis, Stephano haud dubie multo antiquioribus, posset confirmari: præbent enim certum testimonium, seculo Christi quarto, traditione (ut loquimur) re-*

D *ceptum fuisse & vulgo creditum, illam Ammonitarum civitatem, non distingui ab ea, quæ* AUCTOR. *tum in Arabia dicebatur* Philadelphia, *à Ptolomæo Philadelphi id nomen sortita.* F. B.

4 *Publico cultu Ecclesiastico hi Sancti Martyres honorari cœperunt, statim à data Ecclesiis tranquillitate: siquidem in patriam relata eorum corpora, honorifico loco in ecclesia recondita fuerunt. Postmodum similem Constantinopoli cultum habuerunt, ut colligimus ex Menologio Basilii Imperatoris, in quo sic legitur hac vigesima tertia Iunii.* Ζήνων καὶ Ζηνᾶς, οἱ ἅγιοι Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον ἀπὸ τῆς πόλεως Φιλαδελφίας τῆς Ἀραβίας, ὁ μὲν Ζήνων στρατιώτης ὤν, ὁ δὲ Ζηνᾶς δοῦλος αὐτοῦ τυγχάνων. Καὶ ὁ Ζήνων ἐπιθυμῶν διὰ Χριστὸν μαρτυρίᾳ, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν σκορπίσας εἰς τοὺς πτωχοὺς, καὶ τοὺς δούλους ἐλευθερώσας, μετὰ δὲ Ζηνᾶ μόνου παρεγένετο πρὸς τὸν Ἡγεμόνα Μάξιμον, καὶ αὐτῷ ἐμφανισθεὶς ὡμολόγησε τὸν Χριστόν· καὶ ἁπλωθεὶς ἐπὶ τὴν γῆν ἐτύπτετο. Προσενεχθέντος δὲ βώμῳ, ἠναγκάσετο ἐπιθύσαι αὐτῷ. Ὁ δὲ λακτίσας, αὐτὸν ἀνέτρεψε. Διὰ τοῦτο κρεμασθεὶς ἐξέεστο ἀφειδῶς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐρρίφη ἐν φυλακῇ, δεσμοῖς δεθεὶς σιδηροῖς. Εἰσῆλθε δὲ καὶ ὁ Ζηνᾶς, καὶ κατεφίλει αὐτοῦ τὰ δέσμα. Καὶ μαθὼν τοῦτο ὁ Ἡγεμὼν, ἐκέλευσε καὶ αὐτὸν συνδεθῆναι αὐτῷ· εἶτα τῇ φυλακῆς ἀμφοτέρους ἐκβαλὼν ἀπεκεφάλισε. Zeno & Zenas Martyres Christi, oriundi ex Philadelphia Arabiæ. Zeno Ordinis militaris, Zenas servus ejus. Ille Martyrium pro Christo vehementer desiderans, postquam omnes facultates in pauperes distribuit, & servos suos liberos dimisit; cum solo Zena Præsidem adiit nomine Maximum. Cumque coram illo comparuisset, Christum confessus est, extensusque super terram nervis verberari jussus. Allata inde arâ immolare in illa cogebatur, verum calcibus in eam insiliens penitus evertit: propterea suspensus in eculeo laniatur crudeliter. Deinde conjectus in carcerem, ferreis vinculis constringitur: accessit autem Zenas & deosculabatur vincula ejus. Hoc ut intellexit Præses, præcepit & ipsum detineri. Postmodum ambos inde educens, capite plecti jussit.

Cultus antiquus.

Elogium ex Synaxario Basilii Imp.

5 *Simile Encomium habent, sed ad* XXII *hujus, Synaxaria cetera, Ambrosiana Mediolani, Parisiensia Societatis nostræ & Cardinalis Mazarini, Divionense item nostrum & Menæa excusa* F *plenius aliud ex alio item CP.* *Venetiis, quamvis Officio proprio & solenniori, eo die celebretur S. Eusebius Episcopus Samosatenus: Elogium autem priori prolixius, ubique est tale.* Οὗτοι ὑπῆρχον, ἀπὸ Ἀράβων γῆς· ὧν ὁ μὲν Ζήνων, στρατιώτης τὴν τάξιν ὑπῆρχεν· ὁ δὲ Ζηνᾶς οἰκέτης αὐτοῦ ἦν Ζήνωνος. Οἱ καταλαβόντες Μάξιμον τὸν Ἡγεμόνα τοῖς εἰδώλοις θύοντα, καὶ ἑαυτοὺς προσαγγείλαντες καὶ εἶτινες εἶεν φανερωθέντες, τύπτεται βενέυροις ὁ Ζήνων. Πλησίον δὲ βωμοῦ ἱσαμένα, λὰξ ἐντείνας κατ' αὐτοῦ, καταστρέφει· ἐπὶ τούτῳ κρεμμασθεὶς ἀφειδῶς ξέεται, ὄζει καὶ ἄλατι τὰς πληγὰς κατατρίβεται. Εἶτα τίθεται ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἀσφαλισθεὶς τοὺς πόδας κεντήμασι δὲ ξύλα τέσσαρσιν· Ἔνθα δὲ Ζηνᾶ εἰσελθόντος, καὶ τὰ δέσμα τούτου καταφιλοῦντος καὶ μακαρίζοντος, ἐγκλείεται καὶ αὐτὸς, τοῦτο δὲ ἡγεμόνος μαθόντος· Ἐπεὶ δὲ εἰς ἐρώτησιν ἤχθησαν, καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι οὐκ ἐπείσθησαν, τύπτονται σφοδρῶς, καὶ ὀβελίσκοις πεπυρωμένοις ὁ ἅγιος Ζήνων, τοῖς σέρνοις καὶ τῇ καρδίᾳ ἐμπύρεται. Καὶ ἄμφω ἁμᾶς τὰς μαχάλας

AUCTOR. F. B. μαχάλαις ἀλληφθέντες ἀναρτῶνται ἐπὶ ξύλα, καὶ τὰς πόδας λίθοις βαρύνονται. Μετὰ ταῦτα ἐν βόθρῳ πυρὸς ἀκοντίζονται, ὁ φλογὸς ἐλαίῳ συχνῷ τρεφομένης · ἐπεὶ δὲ ταχέως ἀβλαβεῖς διέμειναν, ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνονται. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις, ἐν τῷ ἁγίῳ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Γεωργίου, ἐν τῷ Κυπαρισσίῳ. Oriundi erant hi ex regione Arabum: Zeno ordine miles, alter vero Zenas servus ipsius Zenonis : cumque Maximum Præsidem idolis sacrificantem invenissent, seipsos tradiderunt, & quinam essent manifestarunt. Zenon ergo nervis valide cæditur : ad aram deinde adductus, calcibus eam impactis evertit : propterea suspensus excipitur crudelius, vulneraque aceto & sale perfricantur : quo peracto in carcerem conjicitur, pedibus ligno per quatuor foramina innexis. Accessit Zenas, & vincula Domini sui deosculans, felicem illum deprædicabat. Quod cum nuntiatum esset Præsidi, capitur ipse. In judicium adducti, quoniam persuaderi non poterant ut Christum negarent, rursus immaniter excipiuntur verberibus : tum S. Zeno
B subulis ignitis pectora & cor aduritur. Loris deinde subter axillas illigati attolluntur in lignum, saxisque ponderosis ad pedes appensis extenduntur. Post hæc in igneam immittuntur voraginem, flammaque multo oleo nutritur : verum postquam mirabiliter D permanserant illæsi, gladio capite truncantur. Celebratur festivitas ipsorum ad S. Georgii Martyris in Cupresseto.

6 *Ex his duobus Elogiis, suum composuisse videtur Cardinalis Sirletus : & post hunc Eminentissimus Baronius Martyrologio Romano eosdem Sanctos adscribens, brevi hoc eos Encomio ornavit.* Philadelphiæ in Arabia SS. Martyrum Zenonis & Zenæ servi ejus, qui catenas Domini sui vincti exosculans, eumque rogans, ut se in tormentis participem dignaretur habere, à militibus tentus, parem cum Domino Martyrii coronam accepit. *Ex Menæis porro colligimus Martyrum illorum memoriam, non tantum Ritu simplici (ut nos loquimur) in omnibus ecclesiis urbis Constantinopolitanæ celebratam fuisse; verum etiam* XXII *Junii Ritu solenniori in* ecclesia S. Georgii Martyris, in Cupresseto. *Qua autem de causa? Verosimiliter ob aliquam Reliquiarum translationem, quamvis ejus nulla quod sciam extet memoria.* Cupresseti *vel* Cynaresceti *meminit Cangius in Constantinopoli Christiana lib. 4 pag.* 121 ; *ibidemque non tantum S. Georgii, sed & SS. Theodori ac Polyeucti ecclesias vel oratoria extitisse docet : sed nusquam explicat an vicus, an forum sit, an alius locus publicus : neque id nunc operæ pretium est inquirere, nullibi (ut opinor) inveniendum.* E

unde in Romanum Martyrologium transierunt.

locus proprii cultus C P.

ACTA MARTYRII

Ex Bibliothecæ Vaticanæ Codice 1667.

CAPUT I.

Sanctorum Martyrum pietas, capitur Zenon, & flagris cæditur.

Exordium. 1 DEcet victoriosorum virorum & Dei Martyrum palam enarrare certamina, ut cunctis innotescat veritas, erubescat tyrannus, diabolus confundatur. Exponere itaque aggrediamur beatissimi Zenonis tormenta, & in tormentis fortitudinem constantiamque animi, divino numine confirmati : ut in
C omnibus laudetur Deus, qui tantum imbecillitati hominum sufficit robur, & de tortoribus largitur victoriam.

Maximi Præsidis impietas. 2 Primo anno Maximiani Imperatoris, octava mensis Iunii, accidit ut Maximo, Præside Arabiæ, existente Philadelphiæ, in eadem urbe quæ in Lege Emman vocatur, maxima ubique spectaretur impietas. Erat enim ille Maximus, oscr omnis honesti & omnis ergo Deum religionis expers ; qui sibi persuaserat, homines deorum amantes decere, plurimum effundere sanguinis: adeo id neque abominandum, neque impium ducebat; sed gloriosum & Romanæ Reipublicæ indubitabile ornamentum. Forte eodem tempore erat miles quidam Zeno, virilis omnino animi, ipsius quæ eadem urbe morabatur [militiæ], indesinenter divina meditans, ac Servatoris nostri Iesu ardentem & inextinguibilem caritatem : qui hac veluti lorica armatus cum non ferret illicita spectacula, & impurum qui idolis deferebatur insanientium cultum, non leviter commovebatur ani-

Πρέπει νικηφόρων ἀνδρῶν, καὶ ὄντως τοῦ Θεοῦ Μαρτύρων τοὺς ἀγῶνας ἐν ἀκοαῖς δημοσιεύεσθαι, εἰς μὲν τὴν ἀληθείας κατάληψιν, τῶν δὲ τυράννων εἰς ἔλεγχον, καὶ εἰς τὸ τοῦ Διαβόλου κατάκρισιν. φέρε οὖν καὶ Ζήνωνος τοῦ μακαριωτάτου τοὺς πόνους πειρασώμεθα διεξελθεῖν, καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ τὸν ἔνθεον, καὶ τὸ εἰς τὰ κολαστήρια ἔνστασιν, ἵνα πλέον δοξάζηται ὁ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείᾳ τοσαύτῃ χορηγῶν ὑπομονὴν Θεὸς, καὶ τὸ καθ' τῶν θλιβόντων νίκημα.

2 Ἐγένετο τοιγαροῦν ἐν ἔτει πρώτῳ Μαξιμιανοῦ Βασιλέως, ἐν μηνὶ ἰουνίῳ ἡ, ἡνίκα Μάξιμος ἐν Φιλαδελφίᾳ τῆς Ἀραβίας τὴν ἡγεμονείαν ἔσχεν, πολλὴν ἐπιδεικνύμενος δεισιδαιμονίαν ἐν τῇ περιφήμῳ Φιλαδέλφίᾳ, ἥτις ἐν τῷ νόμῳ Ἐμμὰν κέκληται. Ὁ γὰρ ἀνὴρ μισοκαλός τε ἦν καὶ τῆς θείας εὐλαβείας ἀλλότριος, καὶ τὸ ἐκχεῖναι πολὺ θος αἱμάτων, θεοφιλῶν εἶναι ἀνδρῶν ἐνόμιζεν, ὃ μὴ μύσος καὶ περὶ Θεὸν ἀσέβειαν, ἀλλὰ δόξαν καὶ πολιτείας Ρωμαίας ἐγκώμιον ἀμίλλητον. Ἐπειδὴ τοίνυν στρατιώτης ἀνδρεῖος κατ' ἐκεῖνα καιροῦ Ζήνων ἐτύγχανεν, τῆς ἐν Φιλαδελφίᾳ τῇ πόλει [στρατείας], βλέπων εἰς τὸν Θεὸν ἀπαύστως, καὶ τὸν Ἰησοῦ σωτῆρος ἀγάπην ἄσβεστον καὶ Χριστοῦ καλῶς πεθωρακισμένος, οὐκ ἐνεγκὼν τὰς ἀθέσμους θέας καὶ τὸν περὶ τὰ εἴδωλα βέβηλον τῶν μεμηνότων λατρείαν, συνεταράχθη τῇ διανοίᾳ, καὶ περὶ τῶν ἀγώνων ἤδη μάρτυς κατεφαίνετο .....

3 Πολλῶν μὲν οὖν τῶν ὑπαρχόντων [ἀσεβῶν] ἀλλο-

A ἀλλότριον ἑαυτὸν κατεγνωσεν, ἤδη ὃ καὶ τοὺς οἰκέτας τ δεσποτικῆς χειρὸς ἀφεὶς, ἐλευθέρους ἀπεδείκνυ· δίκαιον ἡγησάμενος μηδένα τῶν οἰκετῶν λυπηροῖς ὑποδεδῦναι δεσπόταις, ἀλλὰ φυσικῇ καὶ θεοπλάστῳ τῶν ἀνθρώπων ἐλευθερίᾳ παραδοῦναι. Ἐτύγχανεν δὲ τ Ζήνωνος οἰκετίας Ζηνᾶς, ἔτι παῖς τὴν ἡλικίαν, τῷ ὃ φρονήματι καὶ τῷ τ ψυχῆς κατασήματι γέρων, καὶ τῇ συνέσει πεπαλιωμένος, διὸ μᾶλλον ἠγαπᾶτο ὑπὸ τοῦ κεκτημένου· ὃς ἀδιαλείπτως ἐδέετο τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, μὴ καταληφθῆναι, μὴ ὃ ἐλευθερωθῆναι συν τοῖς ἑτέροις· ἀλλ οἰκετικῶς προσεδρεύειν, ἵνα καὶ μείζονα τὴν ὠφέλειαν ὑποδὺς τοῦ σωματικοῦ κυρίε κτησάμενος, ἐλευθερίας ἐρανίου τύχει, τοῦ Βασιλέως Χριστοῦ, τελειοτέραν ἀνάπαυσιν αὐτῷ καὶ ὑπερκόσμιον δωρουμένου. Ὑπερηλάπησεν ὃ τοῦτον τ τρόπον ὁ νικηφόρος Ζήνων τ παῖδα, καὶ μᾶλλον προέτρεπεν, ἀντέχεσθαι τ τοιαύτης προθυμίας, εἰσηγούμενος καὶ ἀντιποιεῖσθαι τ ἐν ἐρανοῖς ἐλευθερίας, ἔνθα οὐκ ἔστι δοῦλος καὶ ἐλεύθερος, ὃ ὃ θεράπων δεδοικὼς τ κύριον αὐτοῦ, κατὰ φησιν Ἰὼβ ὁ μακάριος. Ὁδὲ Ζηνᾶς τ ἀῤῥήτου τυχὼν ἐλευθερίας παρὰ Χριστῷ, ἔσπευδεν γενέσθαι κατὰ Ζήνωνα τ
B κύριον αὐτοῦ, πειθόμενος τῇ Χριστοῦ φωνῇ, Ἀρκετὸν τῷ δούλῳ ἵνα γένηται ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ τῷ μαθητῇ ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.

4 Χρηματίσαντος ὃ κατά τινα τῶν ἡμερῶν Μαξίμου τοῦ ὑπάτου [Ἡγεμόνος] καὶ προνοιαν ποιουμένου τῶν εἰδώλων, [προστάξε] προιέναι τινὰς καὶ προσκυνεῖν ταῦτα. Προσιέμενος ὃν ὁ μακάριος Ζήνων, οὐκ ἤνεγκεν τὴν ἀσέβειαν· καὶ ζήλῳ τῷ θείῳ τὴν καρδίαν ἐμπλησμένος, φησὶ τῷ Μαξίμῳ· Ὦ παράνομε καὶ τοῦ πυρὸς κληρονόμε μᾶλλον, ὅσον οὔπω μέλλων τὴν θείαν ὑπέχειν τιμωρίαν σὺν τῷ πατρί σε τῷ Διαβόλῳ, τίνος ἕνεκεν ἄψυχα καὶ χειροποίητα ξόανα προσκυνεῖσθαι διατάξεις, ἵνα τῶν βασιλέων σου τὴν πλάνην μιμούμενος, κἀκείνοις ὀφέσῃ μᾶλλον ἐθέλων, ἢ Θεῷ ζῶντι, πῦρ αἰώνα τ μέλλοντα, καὶ βασανιστηρίων ἄπαυστον κόλασιν. Τούτων ἀκούσας ὁ Μάξιμος, ὑποδραμία μᾶλλον χαίρων, εἰς ὀργὴν πολὺς καὶ ἀφόρητος ἐγένετο, καὶ προστάξει τοῖς τῶν δεσμίων προεστῶσι στρατιώτας ἐπιχεῖν τ Ἅγιον, καὶ τοῦ περικει-
C μένου χήματος ἀπογυμνῶσαι, καταστῆσαί τε αὐτὸν πρὸ τοῦ βήματος κριθησόμενον.

5 Ὡς ὃ ταῦτα ἐγένετο, ἐπηρώτα καὶ τὸ σύνηθες τοῖς ἐξεταζουσιν ὁ Μάξιμος, ὄνομά τε, καὶ πατρίδα, καὶ τοῦ πράγματος αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν. Ἐπεμέμφετο ὃ, ὅτι μὴ παῤῥησίας ἔτως ἐτόλμα λαλεῖν. Ὁδὲ μακάριος Ζήνων ἀποκρινόμενος ἔφη· Ἐγὼ τὸ μὲν γένος ἐξ Ἑλλήνων κατάγω, Χριστιανὸς δέ εἰμι· εἰ ὃ καὶ τὴν στρατείαν πολυπραγμονεῖς, καθοσιοῦμαι Χριστῷ βασιλεῖ, στρατίτης αὐτοῦ καυχώμενος καθεστάναι, διὸ καὶ πιστεύω Ζήνων καλεῖσθαι, ζῶ δὲ πεπαῤῥηκα τοὺς εἰς Χριστὸν πιστεύοντας· πάις ὃ καθέδρας ἔχω κατά τινα κώμην Παλαιστίνης λεγομένην Ζιζιοῦν, ἔμβαθμος ἐν τῷ πάγματι τῷ στρατιωτικῷ. Ὁδὲ Μάξιμος ἔφη· Ἀλλ εἰ καὶ προυχης ἐν τῷ στρατιωτικῷ καταλόγῳ τῆς ἀξίας, ἃ παρὰ ταῦτα δύνησῃ καὶ τ τῶν Βασιλέων ἐξουσίας ἀντᾶραι, καὶ τολμῆσαι τοιούτους λόγους ἐνώπιόν μου λέγειν· Ἐχομεν δὲ καὶ ἡμεῖς, παρὰ τῶν Βασιλέων ἐξουσίαν λαβόντες, κρίνειν τοὺς ἀνυποτάκτους, ὑποτάσσεσθαι ὃ ἡμεῖς βουλόμεθα φόβῳ τοῖς κατασήσασιν ἡμᾶς ἐν ταῖς ἡγεμονικαῖς, καὶ λατρεύειν ὃν καὶ

mo, & ante certamina jam tum Martyr videbatur. *a* D

3 Igitur ab impiis qui multi erant, alienum se constituit: quin servos domesticos omnes manu mittens, liberos effecit: æquum quippe ducebat, neminem suorum molestis Dominis, sed potius libertati tradere, quam natura & creator Deus homini indidit, eique propriam esse voluit. Erat in Zenonis servitute Zenas, puer etiamnum ætate, verum sapientia & animi robore vir, prudentia potius quam canitie ornatus, ac propterea præ reliquis Domino carus; quem hic multis deprecabatur ne libertate accepta cum reliquis dimitteretur, servilibus permitteretur incumbere, ut majorem & spiritualem utilitatem capiens ex Domino suo corporali, cælestem libertatem consequeretur ab Imperatore Christo, qui perfectam ipsi requiem & supermundanam esset largiturus. Hanc servi sui voluntatem admiratus generosus Zenon, amore in eum rapiebatur, hortabaturque tantæ magnanimitati ut insisteret, vendicaretque sibi libertatem in cælis; ubi neque servus est neque liber, neque famulus timens Dominum suum, ut inquit B. Iob. *b* Zenas ergo ineffabili potitus libertate in Christo, studebat Domino suo per omnia assimilari; persuasus verbis Salvatoris nostri, *c* Sufficit servo si sit sicut Dominus ejus, & discipulo si sit sicut magister ejus. E

4 Die quodam cum de publicis rebus coram populo ageret Maximus [Præses], ille impius, qui idola fecerat, [jussit] ut prodirent quidam eadem adoraturi. [Prorumpens] autem in medium B. Zeno, detestatus impietatem, & zelo divino impletus cor, dixit Maximo: O impie & heres ignis æterni; qui jamjam divinam cum patre tuo diabolo subiturus es ultionem: cur inanima & manufacta simulacra præcipis adorari? Cur Imperatorum tuorum errorem sequens ipsis placere studes potius, quam Deo viventi? Thesaurizas tibi ignem æternum in futuro seculo & tormentorum sine intermissione cruciatum. Hæc audiens Maximus, qui sua in iniquitate præcipue gloriabatur, iram vehementem & intolerabilem concepit; mandavitque eis qui captivos circumstabant militibus, comprehenderent Sanctum, ac nudatum, quo indutus erat ornatiori cultu, ad tribunal sisterent judicandum. F

5 Quæ ut facta sunt, interrogavit eum Maximus pro more judicum, nomen, patriam, & muneris sui dignitatem; deinde & reprehendebat nimiam ejus in loquendo libertatem. Beatus Zenon respondit: Ego quidem genus ab ethnicis duco, Christianus vero sum, si vero & militiam curas, Christo Imperatori me dicavi, sub eo miles gloriosior futurus, ac propterea *d* Zenonem recte nominari me confido, sciens vivere eos, qui in Christum credunt. Domicilium porro habeo in castro quodam Palestinæ, nomine Zozion, militari in ordine gradum non infimum consecutus. Repositi Maximus: Quamvis dignitate inter milites emineas, per hoc tamen non poteris resistere potestati Imperatorum; neque præsumere debueras ejusmodi sermones me coram proferre. Habemus enim & nos potestatem ab Imperatoribus acceptam, puniendi contumaces: obedire autem volumus cum timo-

INTERP.
F. B.
a *Zeno servos dimittit,*
præter Zenam id deprecantem
& Maximum Sacrificantē increpat,
Christum in judicio confitetur,
d

A re iis qui nos ad hunc honoris gradum evexerunt, & colere religionem, quam Imperatores noſtri amplexi ſunt. Ad hæc admirandus Zeno apte reſpondit: Dicitis vos obtemperare mortalibus hujus mundi Principibus, ſed nos Dei univerſorum veræ Dominationi prompte ſubjicimur: & ego neque ob tui gratiam, neque ad tui imitationem, hujus mundi poteſtati obedio; ſed profiteor quidem cum Paulo, Eccleſiæ Doctore Sanctiſſimo, oportere *a* nos principatui & poteſtati ſubeſſe: quia non eſt poteſtas quæ à ſeipſa accipit imperium, verum quæ à Patre luminum demandatur: huic ergo & nos ut decet ſubjicimur quidquid tu in Deum vere exiſtentem blaſphemes.

INTERP. F. B.

& Præſidi apte reſponaet.

6 Repoſuit Maximus: Primum neceſſe eſt ei qui te ad militiam alit parere, & quemadmodum præcepit ſacrificando eſſe religioſum. B. Zeno dixit: Ego Chriſtianus ſum, ſervus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ei ſacrifico, eum
B adoro: vos decepti eſtis, neque videtis in quanto errore verſetur animus; nos autem credentes confidimus Domino, per Paulum dicenti: In quocumque Chriſtus eſt, corpus quidem mortuum eſt peccato, ſpiritus autem vivit propter juſtitiam; quod ſi ſpiritus qui Ieſum ſuſcitavit à mortuis habitat in nobis, ipſe qui ſuſcitavit Chriſtum vivificat & mortalia corpora noſtra, ſpiritus enim ipſius habitat in nobis. Propterea nos laboramus & decertamus; filii quippe ſumus Dei: ſi autem filii ſunt heredes, heredes facti ſumus Dei, & filii conſtituti hereditatis Chriſti, ſi tamen compatimur ut & conglorificemur: non enim condignæ ſunt paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.

In os cæditur,

7 Talia cum diceret Sanctus, nihil eorum Maximum movit ad pœnitentiam: ſed hæc quaſi parvipendens, adulando Martyrem tentat, ſuadetque deſciſcere à pietate Chriſtianorum. Cumque ille perſeveraret magnis animis ſe Chriſtianum confiteri, juſſus eſt ad os verberari, tortoribus ei
C ſuccamantibus, Reſponde ad interrogata Præſidis. Poſtmodum eum ſic alloquitur Maximus: Merito vitâ excidiſti: videris enim temerarius & contumax. Verum aſſentire mihi, & adora deos; multiſque viciſſim prærogativis & honoribus per Imperatores noſtros ornaberis, qui toti mundo admirabili beneficentia proſpiciunt. B. Zeno dixit: Beneficentiamne dicis, pervertere homines multoſque ſecum pertrahere in laqueum diaboli?

& nervis flagellatur.

8 Hoc reſponſo indignatus Maximus Præſes extendi Sanctum jubet, & nervis boum recentibus flagellari. Interim vero dum plagis exciperetur admirandus Martyr veritatis, crebro interclamabat Maximus, Sacrifica diis: ipſe autem inter verbera profitebatur ſe ſacrificare Deo cælorum; non in victimarum ſanguine, ſed puritate cordis. Deum enim nequaquam ejuſmodi ſacrificiorum eſſe indigum.

οἱ ἡμέτεροι Βασιλεῖς ἠσπάσαντο λατρείαν. Ὁδὲ D
θαυμάσιος Ζήνων πρὸς ταῦτα, Καλῶς, ἔφη, λέγεις· ὑμεῖς γὰρ ὑποτάσσεσθε τοῖς τοῦ κόσμου τούτου φθαρτοῖς ἐξουσίαις, ἡμεῖς δὲ τῇ ἀληθεῖ δεσποτείᾳ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ χαίροντες ὑποκλινόμεθα· ἐγὼ δὲ οὐ διὰ τὴν σὴν χάριν, οὐδὲ μιμούμενος τί τῶν παρὰ σοὶ ὑποτάσσομαι τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ κόσμου· ἀλλὰ πειθόμενος Παύλῳ τῷ παναγίῳ τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλῳ λέγοντι, χρῆναι ἀρχαῖς ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι· ὃ δὴ γὰρ ἐστιν ἐξουσία παρ' ἑαυτῆς λαβοῦσα τὸ κρατεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων ἐπιτρεπομένη, ἧς τινι καὶ ὑποτασσόμεθα μὴ τοῦ πρέποντος, ὅτ' ἂν μὴ πρὸς τὸ ὄντως ὄντα Θεὸν βλασφημῇ.

Ὁ Ἀπεκρίνατο Μάξιμος λέγων· Πρῶτον ἀνάγκη σε τῷ τρέφοντι καὶ τὴν στρατείαν ὑποταγῆναι, καὶ καθὼς ἐκέλευσεν λατρεύειν, οὕτως σέβειν. Ὁδὲ μακάριος Ζήνων ἔφη· Ἐγὼ Χριστιανός εἰμι, καὶ δοῦλος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτῷ λατρεύω, καὶ τούτῳ προσκυνῶ· ὑμεῖς δὲ πλανᾶσθε, οὐδὲν εἰδότες ὅτι νοσεῖτε ψυχικῶς· ἡμεῖς δὲ οἱ πιστοὶ πειθόμεθα τῷ Χριστῷ διὰ Παύλου λέγοντι, ὅτι ἐὰν ὁ Χριστὸς ἐν E
τινι γένηται, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην· εἰ τοίνυν τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος τὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ἡμῖν, αὐτὸς ὁ ἐγείρας τὸν Χριστὸν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ἡμῶν σώματα, τὸ γὰρ πνεῦμα αὐτοῦ οἰκεῖ ἐν ἡμῖν. Διὰ τοῦτο κάμνομεν ἡμεῖς, καὶ ἀγωνιζόμεθα· τέκνα γάρ ἐσμεν τοῦ Θεοῦ, εἰδὲ τέκνα καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι γὰρ τυγχάνοντες τοῦ Θεοῦ, καὶ τέκνα καθεστήκαμεν τῆς κληρονομίας τοῦ Χριστοῦ· εἴπερ συμπάσχομεν αὐτῷ, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν· ὁ δὲ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς.

7 Ταῦτα λέγοντος τοῦ Ἁγίου, οὐδὲν τοῦτον εἰς μετάνοιαν ἐκίνησεν τὸν Μάξιμον· ἀλλὰ μᾶλλον καταφρονῶν, ἐπειρᾶτο κολακεύειν τὸν Ἅγιον, συμβουλεύων ἀποστῆναι τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας τῶν Χριστιανῶν. Ὡς δὲ ἐπέμενεν ὁ γενναῖος Μάρτυς, ὁμολογῶν εἶναι Χριστιανός, ἐκελεύετο τύπτεσθαι κατὰ τοῦ στόματος, τῶν βασανιστῶν ἐπιφωνούντων αὐτῷ, Πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τοῦ ἡγεμόνος ἀποκρίνου. Εἶτα φησὶν ὁ Μάξιμος· F
Τῆς μὲν ζωῆς ἐξέπεσας ἀξίως· φαίνῃ γὰρ τολμηρός τε καὶ αὐθάδης. Καὶ νῦν δὲ πείθητί μοι, καὶ προσκύνησον τοὺς θεούς, καὶ πολλῶν ἀξιωθήσῃ προνομίων καὶ τιμῶν παρὰ τῶν βασιλευόντων, καὶ πάντα προνοούντων εἰς εὐεργεσίαν τῆς οἰκουμένης. Ὁδὲ μακάριος Ζήνων εἶπεν· Ταύτῃ φάσκεις εὐεργεσίαν, τὸ πλανᾶσθαι αὐτοὺς, καὶ συνεφέλκεσθαι πολλοὺς εἰς τὴν διαβολικὴν πλάνην.

8 Ἀγανακτήσας οὖν ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ Μάξιμος ὁ δικάζων, τείνεσθαι προσέταξε τὸν Ἅγιον, καὶ νεύροις βοῶν ἀκόποις τύπτεσθαι κελεύει. Ξενομένῳ δὲ ταῖς πληγαῖς τῷ θαυμασίῳ Μάρτυρι τῆς ἀληθείας, φανερῶς ὁ Μάξιμος ἐβόα, Θύσον τοῖς θεοῖς. Ὁδὲ καὶ τυπτόμενος ὁμολόγει, τῷ Θεῷ τῶν ὅλων λατρεύειν, οὐκ ἐν αἵμασι θυσιῶν, ἀλλ' ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· τὸν γὰρ Θεὸν ἀπρεπεῖ τοιούτων εἶναι θυμάτων ἔλεγεν.

ANNOTATA F. B.

a *Verba quæ omiſimus, propterea quod male inter ſe cohærerent, ſunt hæc:* καὶ πρὸ πεῖ ..... μα παρασκευάσας, μᾶλλον δὲ ζωὴν τῆς ..... ἀληθεστέραν, διὰ μέσου θανάτου πρ ..... τῶ. b

b *Nempe cap.* 3 ℣. 19, *verum verbis, quoad ſenſum dumtaxat, & non ſine mendo aſſumptis: ubi enim habebatur* ὁ δὲ θεράπων δεδοικὼς τὸν κύριον αὐτοῦ, *ſcribendum erat* ὁδὲ θεράπων, *ut habent plura exemplaria ſeptuaginta Interpretum; & ita cohærebit conſtructio, alioquì mutila, conſentietque cum vulgata.* D INTERP. F. B.

c *Matth.* 10 ℣. 25: *ſed præpoſtero ordine; additurque pronomen* σὸς, *quod non habetur in textu, ideoque expunximus.*

d Ζήνων, *nomen proprium Martyris,* ἀ ζῆν, vivere, *derivatum.*

e *Ex Epiſtola ad Romanos Cap.* 3 *quoad rem deſumpta ſunt hæc, uti etiam ſequens ex cap.* 4.

CAPUT II.

Aram evertit Zeno, iterumque torquetur: capitur Zenas, & ambo poſt varia tormenta ab igne divinitus ſervati, capite truncantur.

9 Ὀγοῦν Μάξιμος ἐκέλευσεν αὐτὸν τοὺς ἄκοντα συρῆναι, καὶ ποιῆσαι τῷ βωμῷ, ἵνα μὴ βουλόμενος ἀνάγκη προσκυνήσῃ γλυπτά. Ὁδὲ μακάριος Μάρτυς, δυναμωθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῷ δεξιῷ ποδὶ λάξ ἐντεινάζας τῷ βήματι, κατέστρεψεν αὐτόν. Ἐντεῦθεν οὖν ἐκελεύετο μετεωρισθῆναι, καὶ τὰς πλευρὰς ἀφειδῶς ξέεσθαι, ἁλῶν καὶ ὄξους πολλοῦ καὶ τῶν τετραυματωμένων μελῶν καὶ κατεξεσμένων ὑπὸ τῶν δημίων ραντίζεσθαι προσταχθείς. Ὁδὲ ἀνδρώπατος ἀθλητὴς καὶ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνατείνας πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἐβόα λέγων· Ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, πρός σε κεκράξομαι· αὐτὸς γὰρ εἶπας, Ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. Ἤκουσα γὰρ καὶ πέπεισμαι διὰ τῆς σῆς φωνῆς λεγούσης, Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. Ταῦτα λέγοντα κατασπάσας ἐκ τοῦ ξύλου ὁ Μάξιμος τὸν ἅγιον Ζήνωνα ἀλύσει· καὶ κλοιοῖς βαρυτάτοις συνέχεσθαι τὸν τράχηλον προσάξας αὐτοῦ, ἀναλαμβάνεσθαι πάλιν ἐψηφίζετο ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἐμβάλλεσθαι δὲ καὶ ξύλῳ τοὺς πόδας αὐτοῦ, διὰ τεσσάρων τρυπημάτων τῶν σκελῶν καπατεινομένων.

10 Ὁδὲ καὶ μετὰ τοσαῦτα βασανιστήρια καὶ τὴν εἱρκτὴν ἀπαγόμενος, ἔψαλλεν λέγων· Ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, Κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Ὡς οὖν ἐγένετο καὶ τὴν Φυλακὴν, καὶ κατησφαλίσθη τῷ ξύλῳ τοὺς πόδας, Ζηνᾶς ὁ δοῦλος αὐτοῦ προσελθών, κατεφίλει τὰ δεσμὰ αὐτοῦ, καὶ παρεκάλει μὴ ἐγκαταληφθῆναι παρὰ τοῦ δεσπότου, συμπαραληφθῆναι δὲ μετ' αὐτοῦ. Παρεθάρσυνεν οὖν τὸν Ζηνᾶν ὁ πανάγιος Ζήνων μὴ δὲ προσέχειν τῷ σώματι αὐτοῦ κατερρωγότι διὰ τῶν κολαστηρίων· Μηδὲ γὰρ, φησὶν, ἅτινα παθεῖν με νόμιζε, ὅσα μοι ἐπενέχθη· ὁ γὰρ Θεὸς, ἔφασκεν, ὡς ἐβασανιζόμην, ἐλαφρὰς μοι καὶ κουφοτέρας ἐποίει τὰς ἀλγηδόνας. Θάρσει τοίνυν, ὦ τέκνον Ζηνᾶ, πιστεύω γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς τῶν ὅλων ἐξελέξατό σε.

11 Ὁ τοίνυν δεσμοφύλαξ, ἀκούσας τούτων, ἀνήγαγεν ἐπὶ τὸν Ἡγεμόνα ταῦτα προσιθεὶς, ὡς ὁ μόνος ὁ Ζήνων τοιοῦτος οὐκ τὸ πρόσαγμα τῶν Βασιλέων γεγένηται, ἀλλὰ καὶ δοῦλον ἴδιον ἀναπείθει τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν. Προσέταξεν οὖν ὁ Μάξιμος τῷ δεσμοφύλακι συγκλεῖσαι μὲν καὶ τὸν οἰκέτην, καὶ ἐπὶ τὴν ἑξῆς προσαχθῆναι αὐτοὺς ἐν δημοσίᾳ ζητήσει. Καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος ὁ Μάξιμος, ἐκέλευσεν ἄμφω παρασῆναι, Ζήνωνά τε καὶ Ζηνᾶν. Ὡς δὲ παρέσησαν, ἐξ ὀνειδισμῶν ἤρξατο τῷ θαυμασίῳ Μάρτυρι ὁ

9 TUnc præcepit eum Maximus renitentem trahi & ad aram conſtitui, ut vel invitus cogeretur adorare idola. Beatus vero Martyr, Spiritu ſancto confortatus, dextero pede in aram impacto, eam evertit. Tum juſſus eſt in eculeum ſuſpendi & latera crudeliter radi. Cumque fœde eſſet dilaceratus, inhiantes & vulneratas carnes multum aceti, juſſu Præſidis, infuſum eſt. Fortiſſimus autem athleta & martyr Chriſti oculis in cælum defixis clamabat dicens; Deus ſalutis meæ ad te clamavi: tu enim dixiſti, Qui perdiderit animam ſuam propter me inveniet eam. Audivi & credidi voci tuæ dicenti: Nolite timere ab his qui occidunt corpus, animam vero non poſſunt occidere: timete potius eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Hæc dicentem de eculeo poſtquam ſolvit Maximus, vinculis & catenis graviſſimis innecti collum ejus præcepit, & conjici denuo in carcerem; includique ligno pedes ejus, cruribus per quatuor foramina protenſis. *Aræ everſæ* *torquetur iterum Zeno.*

10 Zeno vero, poſt tanta tormenta in carcerem reductus, pſallens cantabat: Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina. Interim dum verſaretur in carcere, & pedibus detineretur in cippo, Zenas ſervus ejus accedens, deoſculabatur vincula ejus: deprecabaturque ne à Domino ſuo relinqueretur, quin potius cum eo aſſumeretur ad martyrium. Beatus autem Zeno adhortabatur Zenam, ne tormenta timeret, neque ad corpus flagris delaceratum intenderet animum. Non enim inquiebat, exiſtimes me tanta paſſum, quanta mihi intulerunt: Deus quippe ſecundum promiſſionem ſuam, cum torquerer, tolerabiliores multo levioreſque effecit cruciatus. Macte igitur animis, fili mi Zena; confido enim, quod Deus univerſorum te quoque elegerit. *Zenas vincula Domini exoſculans* Pſal. 69.

11 His auditis cuſtos carceris aſcendit ad Præſidem, eique denuntiavit, quomodo non ſolus Zeno ipſe adverſaretur edictis Imperatorum, ſed etiam perſuaderet ſervo ſuo Chriſtum confiteri. Præcepit itaque Maximus carcerario ſervum ejus pariter includeret carceri, & die ſequenti in publicum adduceret judicium. Quæ cum illuxiſſet, ſederetque Maximus pro tribunali; mandavit utrumque ſibi ſiſti, Zenonem & Zenam. Comparentibus autem illis, cœpit Præſes in admirandum Martyrem probra conjicere; Quæ tibi utilitas, dicebat, ex tormentis toleratis obvenit, quod etiam ſervo tuo perſuaſeris, *capitur,* *& cum eo ad tribunal ſiſtitur:*

ut

A ut desisteret adorare deos, & eosdem te-
INTERP. cum experiretur cruciatus? Admirandus
F. B. autem Zeno dixit: Ego pueri instructor non fui, sed Spiritus sanctus qui habitat in eo: plurimos enim quos habui servos libertate donavi; at ille veriorem adamavit libertatem, adhæsitque Christo Domino, expectans non pœnitendam servitutis suæ requiem, qualis in hoc mundo sperari non potest.

12 Tunc Maximus ad se vocatum servum, fallaci multisque blanditiis condito sermone, decipere tentavit. Recede, ajebat à stultitia Domini tui, & sacrifica diis; idque facienti tibi dignitatem dabo, quam tuo Domino abstuli; curabo insuper pluribus te honoribus per Imperatores nostros ornari: sin autem non sinis tibi persuaderi, tormenta varia eaque acerbissima te expectant. Zenas vero servus respondit Præsidi, Vis me ante aram prosterni, magnam illam scilicet & venerandam? quasi non videris, quo pacto Dominus meus pede illam concutiens everterit; quali ergo veneratione digna est ara, B quæ non potuit sustinere impulsum pedis unius, tot plagis excarnificati? Hæc audiens S. Zeno, gaudebat & exultabat animo, videns majorem supra ætatem pueri sui magnanimitatem, erat quippe admodum juvenis.

blanditiis allectus

13 Ergo rursus aliam ingreditur viam impius Maximus, servum conatur à fide abducere blanditiis suavioribus majoribusque promissis: at Zenas admirabilius respondit: Nolo multum loqui præsente Domino meo, polliceor tamen, me ejus militiam non derelicturum. Ad hæc in iram actus Præses, jussit eum in eculeo crudeliter extendi, ut in hac tortura tandem se dederet servus, & Christi abjuraret confessionem. Zenas autem rogavit dominum suum dicens; Ora Deum, ut tribuat mihi vires, meque adjuvet. Zeno vero dixit: Sume animos fili, neque timeas tormenta impii Præsidis, brevi finienda: vitam enim æternam hereditabis. Tum ad Præsidis mandatum, tergum pueri plagis dilaceratur, donec carnes defluerent; ipso ne verbum quidem inter tot verbera profe- C rente. Jussit ergo eum Præses elevari. Cumque jam, propter extensionis & plagarum immanitatem, pedibus consistere non posset, dixit impius Præses glorioso Zenoni: Quid lucratus es amplius? perdidisti tecum vitam servi. Sanctissimus autem Martyr dixit, Non perdidi, sed inveni potius, & possideo; siquidem in Christum credidit. Exhinc iterum præcepit Præses supinum extendi S. Zenonem, & ventrem ejus ac latera cædi, & subulas ferreas ignitas pectori admoveri. Sed cum tortores defatigati essent, rursus eos in carcerem conjecit, crudeliorem, quam iis inferret mortem meditaturus.

nil movetur.

torquetur, sed frustra.

Subulis ferreis cruciatur Zeno.

14 Diebus aliquot transactis, Sanctisque in carcere degentibus, advenit Philadelphiam militaris Præfectus, quem Romani Ducem vocant; nomen ipsi Bogo. Hunc honoris causâ cum accessisset Maximus, eumque salutasset, cœpit de S. Zenone cuncta enarrare. Miles inquit adductus est ad me Christianus, & unà servus ejus: hi blanditiis primum

Ambo rursus blanditiis tentantur,

Ἡγεμὼν ἐπιφέρεσθαι· Τίς ὠφέλειά σοι φάσκων D ἀπὸ τῶν ἐπενεχθέντων σοι βασανιστηρίων, ὅτι καὶ τὸν σὸν οἰκέτην προτρέπεις, ἀποστῆναι μὲν τοῦ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς, πειραθῆναι δὲ τῶν σῶν κολαστηρίων. Ὁδὲ θαυμάσιος Ζήνων ἔφη· Οὐκ ἐγὼ διδάσκαλος ἐγενόμην τοῦ παιδὸς, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐνοικοῦν ἐν αὐτῷ· πλῆθος γὰρ θεραπόντων ἔχων, ἐλευθέρωσα πάντας· οὗτος δὲ μᾶλλον τὴν ἀληθεστέραν ἠγάπησεν ἐλευθερίαν, καὶ προσέμεινεν Χριστῷ τῷ Κυρίῳ, προσδοκῶν τὴν ἀμεταμέλητον τῆς δουλείας ἄνεσιν, ὑπερκόσμιον οὖσαν.

12 Ὁδὲ Μάξιμος προσκαλεσάμενος τὸν παῖδα, πολλοῖς ἀπατηλοῖς ἐπειρᾶτο κεχρῆσθαι λόγοις λέγων· Ἀπόστηθι τῆς τοῦ σοῦ δεσπότου μωρίας, καὶ ἐπίθυσον τοῖς θεοῖς· τοῦτο γάρ σοι ποιοῦντι δωρήσομαι τὸν βαθμὸν, ὃν ἀφειλάμην τοῦ σοῦ δεσπότου, καὶ μείζωνί σε τιμῇ διαλάμψαι παρὰ τοῖς Βασιλεῦσι παρασκευάσω· εἰ δὲ μὴ πεισθεὶς, βάσανοί σε πολλαὶ καὶ ποικιλώτεραι διαδέξονται. Ζηνᾶς ὁ παῖς ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτὸν· Βούλει με προσκυνῆσαι τὸν βωμὸν ὡς μέγα καὶ τίμιον; εἶτα οὐχ ἑώρακας, πῶς ὁ ἐμὸς δεσπότης ὠθίσας αὐτὸν τῷ ποδὶ κατέστρεψεν; ποίας οὖν ἄξιος προσκυνήσεως, ὁ μὴ δὲ E ποδὸς ὠθισμὸν δυνηθεὶς ὑπενεγκεῖν, καὶ ταῦτα βασανιζομένου; Τούτων ἀκούων ὁ ἅγιος Ζήνων, ἔχαιρεν καὶ ηὐφραίνετο, μάλιστα τὴν παῤῥησίαν ὁρῶν, ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν τοῦ παιδὸς τυγχάνουσαν, νέος γὰρ ἦν πάνυ.

13 Πάλιν οὖν μετίει τὴν ἑτέραν ὁδὸν ὁ διαβολικὸς Μάξιμος, ὡς παῖδα σπουδάζων ἀπατᾶν καὶ λόγοις κολακεύων, καὶ ἐπαγγελλόμενος μείζονα. Ὁδὲ Ζηνᾶς θαυμαστότερον ἀπεκρίνατο, Οὐ βούλομαι πολυλογεῖν, παρόντος τοῦ ἐμοῦ δεσπότου, ἀλλ' ἐπαγγέλλομαι μὴ ἀποστῆναι τῆς αὐτοῦ στρατείας. Εἶτα θυμωθεὶς ὁ Ἡγεμὼν, ἀποτείνασθαι πάνυ προστάττει τὸν παῖδα, ἵνα τῇ συντάσει μᾶλλον ἐνδῶ τὸ παιδίον, καὶ ἀρνήσηται τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν. Ὁδὲ Ζηνᾶς ἐδέετο τοῦ δεσπότου λέγων, Αἴτησαι τὸν Θεὸν δοῦναί μοι δύναμιν, καὶ βοητῆσαί μοι. Ὁδὲ Ζήνων, Θάῤῥει φησὶ τέκνον, καὶ μὴ φοβοῦ τὰς προσκαίρους βασάνους τοῦ Ἡγεμόνος παρανόμου· ζωὴν γὰρ αἰώνιον κληρονομήσεις. Προσετάττεν οὖν καὶ τὸν παῖδα πληγαῖς καταξαίνεσθαι τὰ νῶτα, ὥστε καὶ τὰς σάρκας αὐτοῦ διαῤῥέειν. Ὡς οὖν ἐτύπτετο F τὸ παιδίον, οὐδένα λόγον ἐφθέγξατο. Κελεύει τοίνυν ὁ Ἡγεμὼν ἀναθῆναι αὐτὸν· ὁ δὲ, ἐκ τῆς τῶν διατεινόντων βίας καὶ τῶν πληγῶν, οὐκ ἴσχυεν ἐπὶ τῶν ποδῶν στῆναι. Φησὶ νοῦν ὁ παράνομος Ἡγεμὼν τῷ νικηφόρῳ Ζήνωνι· Τί πλέον ἐκέρδανας, συναπωλέσας σεαυτῷ καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ παιδός; Ὁδὲ πανάγιος Μάρτυς ἔφη· Οὐκ ἀπώλεσα, ἀλλὰ μᾶλλον εὗρον καὶ ἐκτησάμην· ἐπίστευσεν γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἐντεῦθεν πάλιν κελεύει ὁ Ἡγεμὼν ὕπτιον διατείνεσθαι τὸν ἅγιον Ζήνωνα, καὶ κατὰ τῆς γαστρὸς, καὶ τῶν πλευρῶν τύπτεσθαι, ὀβέλους τε σιδηροὺς πεπυρωμένους ἐπιτιθέναι τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Ὡς τοίνυν ἀπέκαμον οἱ βασανίζοντες, πάλιν ἐνέβαλεν αὐτοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, σκέψασθαι βουλόμενος κατ' αὐτῶν πικρότερον θάνατον.

14 Χρόνου τοίνυν διαγινομένου, καὶ τῶν Ἁγίων διατριβόντων ἐν τῇ φυλακῇ, ὡς παρεγένετο κατὰ τὴν Φιλαδέλφειαν στρατιωτικῶς Ἄρχων, ὃν οἱ Ρωμαῖοι καλοῦσι Δοῦκα, ὄνομα δὲ αὐτῷ Βωγός. Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς τιμὴν αὐτοῦ παρῆν ὁ Μάξιμος, ἀσπασάμενος τὸν Βωγὸν, διηγήσατο καὶ τὰ περὶ τοῦ ἁγίου Ζήνωνος, λέγων, ὅτι στρατιώτης

A ερατιώτης προσήχθη μοι Χριστιανὸς, καὶ δοῦλος αὐτοῦ οὖν αὐτῷ, καὶ πολλὰ κολακευθέντες ὑπ' ἐμοῦ, εἶτα καὶ πικρῶς αἰκισθέντες, ὅδ' ἐνέδοσαν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὑπέμειναν ὁμολογοῦντες τὸ Χριστόν. Εἰ τοίνυν ἰσχύῃς ἢ φόβῳ ἢ πειθοῖ μεταστῆσαι τοὺς ἄνδρας τῆς προαιρέσεως, εὖ ποιήσεις. Προσέταξεν οὖν αὐτοὺς προσαχθῆναι τῷ βήματος ἐν τῷ Ἱππικῷ, καὶ συνεκάθησαν ἀμφότεροι, ὅ τε Βωγὸς καὶ ὁ Μάξιμος. Εἶτα ἐπειρᾶτο καὶ ὁ Βωγὸς, θωπείαις καὶ πανταχόθεν ῥήμασι κολακευτικοῖς μετατρέπειν τοὺς ἄνδρας τῆς ὀρθότητος· εἰ γὰρ Μάρτυρες συμφώνως ἀπεκρίναντο λέγοντες, Οὐκ ἰσχύουσιν οἱ λόγοι σε μεταστῆσαι ἡμᾶς τῆς ὀρθῆς προαιρέσεως· εἰ γὰρ ἠμέλλομεν πείθεσθαι ῥήμασι, τίνος χάριν ἠνεχόμεθα ἄτας ἡμῶν ἀφανισθῆναι τὰ σώματα;

15 Μετεωρίζεσθαι τοίνυν αὐτοὺς ἐκέλευσεν τῷ ξύλῳ εἶτα καὶ ἱμάντας ὑπὸ τὰς αὐτῶν μασχάλας προσδήσας, ἔτω τε ἀναρτήσας, καὶ λίθους βαρυτάτους τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐκδήσας, πρὸς ὃ τούτοις καὶ πῦρ ὑποβάλλεσθαι τοῖς Ἁγίοις ἐπέταττεν, καὶ ὥσπερ εἴ τι τῆς τοιαύτης ἐνέλειπεν
B ἀθεμιστίας προστιθεὶς, καὶ τύπτεσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τεσσάρων προσέταττεν. Ὡς ὃ γενναίως ὑπήνεγκαν καὶ παύτας τὰς βασάνους, μηδὲ μιᾶς ἀποκρίσεως τοὺς δικαστὰς ἀξιώσαντες, οἱ ἠριώδεις οὗτοι κριταὶ ὀρύγματα γενέσθαι κελεύουσιν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, καὶ κατορυγῆναι τοὺς Ἁγίους ἐν αὐτοῖς, πυρόν τε αὐτοῖς ἐπιβληθῆναι, ἐλαίου πολλοῦ καταχεομένου ἐπάνω τῆς φλογὸς καὶ τῶν ξύλων. Ἀλλ' ἐγένετο θαῦμα μέγα· τὸ γὰρ ἐπὶ τῶν τριῶν παίδων συγγεγραμμένον ἐν Βαβυλῶνι, καὶ τότε τοῖς θεωμένοις εἰς πίστιν ἐνεδόθη τῆς ὄψεσι θεωρεῖσθαι. Τὸ πῦρ γὰρ, ὥσπερ ἀπέφυγεν τῶν Ἁγίων τὰ σώματα, ὥστε καὶ ἀνεσπάσθησαν οἱ Ἅγιοι, τοῦ πυρὸς μὴ κατεξουσιάσαντος αὐτῶν· καὶ πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων, τὸ τέλος τοῦτο θεασάμενον, ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

16 Ἐπιτρέπει τοίνυν ὁ Βωγὸς, ἅτε στρατιωτικὸς ὑπάρχων, Μαξίμῳ τῷ Ἡγεμόνι, ψῆφον ἐξενεγκαι κατὰ τοῦ ἁγίου Ζήνωνος, ὡς στρατιώτου γεγονότος· καὶ διελαλησεν Μάξιμος ἐπὶ τοῦ τόπου τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀποτμηθῆναι. Οἱ δὲ καὶ παρ' αὐτῷ τῷ ἐσχάτῳ ῥοπῷ πιστοὺς ἑαυτοὺς διαφυλάξαντες, τῇ τε σφραγῖδι τοῦ
C πανταδυναμένου σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ τὰ μέτωπα σημειωσάμενοι, τοὺς τραχήλους ἐκόντες ὑπέθηκαν τοῖς ξίφεσι, καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν. Παρθένοι δέ τινες εὐλαβεῖς καὶ θεόφοβοι, θαρσηνόμεναι κρυφίως, ἦραν τὰ σώματα τῶν Ἁγίων, καὶ παρέθεντο ταφῇ. Οὕτως τοίνυν ἀθλήσαντες οἱ Πανάγιοι, χωροῖς ἀνελήφθησαν ἁγίων Μαρτύρων, τὸ τέλος τῶν ἀγώνων δεξάμενοι θεοφανῶς, ἐν Φιλαδελφείᾳ τῇ πόλει ψήφῳ Μαξίμου, μηνὶ Ἰουνίῳ εἰκάδι τρίτῃ.

17 Παυσαμένου δὲ τοῦ κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμοῦ, τινὲς τῶν Ἁγίων γεγονότες ἴδιοι, παραγενόμενοι καὶ τοὺς τόπους, ᾐτήσαντο τὰ σώματα τῶν καλλινίκων Μαρτύρων θαρσαλεῶς, καὶ ἀπέλαβον ἀκαίρεα, μηδὲν ὑπὸ τῆς φθορᾶς πεπονθότα, καὶ μετήνεγκαν εἰς τοὺς ἰδίους τόπους. Πολλὰ δὲ σημεῖα καὶ τέρατα, διὰ τῶν ἁγίων λειψάνων, ὁ Θεὸς ἐπεδείκνυτο καὶ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, μέχρις ἐλθόντες, κατέθηκαν αὐτὰ ἔνθα καὶ ὅσιον ἦν. Ὦ τρισμακαρίων τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας Μαρτύρων, οἱ χρυσοῦ δίκην δοκιμῆς διαλάμψαντες, ἐράνιον καὶ ἀγγελικὴν ζωὴν ὧν ἀνεδύσαντο ἀγώνων ἀντικατηλλάξαντο, ἐν ἀῤῥήτοις

per me multi illecti, deinde crudeliter excarnificati, nihil omnino cesserunt, sed magis magisque persistunt in Christi confessione: si igitur possis aut timore, aut persuasione viros ab hoc instituto traducere, perbelle feceris. Et jussit eos ad tribunal sisti in Hippico: consederuntque ambo Bogus & Maximus. Itaque etiam Dux exquisitis verbis, quà suadendo, quà adulando Sanctos à recta fide conatur abducere: verum Martyres una voce responderunt, Non possunt sermones tui à recto proposito nos dimovere; si enim verbis persuadendi fuissemus, quæ causa impulisset nos, corpora nostra tot plagis excarnificanda subjicere?

15 Tunc ipsos attolli in lignum præcepit, & loris constrictos sub axillis premi arctius, saxisque ponderosis ad pedes appensis extendi, ignem quoque subjici, & (quasi aliquid quod tantis impietatibus deesset) adjiceret, à quatuor tortoribus eos verberari. Ut autem generose hos quoque cruciatus pertulere, nullo responso tyrannos dignati, crudeles illi Judices, fossas in eodem loco fieri mandarunt, E iisque Sanctos infodi, & lignorum struem imponi, eamque multo quod flammam augeret, oleo perfundi. Sed contigit grande miraculum, quodque de tribus pueris in Babylone scriptum est, tunc quoque datum est pro fide certantibus coram oculis intueri. Quemadmodum enim tunc ignis fugiebat Sanctorum corpora, sic quoque beati Martyres ab igne, qui urere ipsos non poterat, educti sunt; & ingens multitudo, quæ admirabilem rei exitum conspexerat, conversa est ad Dominum Jesum Christum.

16 Itaque Bogus, tamquam Dux militiæ Maximo Præsidi potestatem fecit, in S. Zenonem (*b* ut pote Militem) mortis sententiam proferendi. Hanc autem pronuntiavit Maximus, ut ipsis in eodem loco capita præscinderentur. Sancti vero Martyres usque ad hoc ultimum vitæ momentum, fideles se custodierunt; & signo omnipotentis Crucis Christi frontem signantes, ultro cervices gladiis suppositurunt, atque ita martyrium consummaverunt. Virgines vero quædam religiosæ & Deum timentes, occulte accedentes, tulerunt Sanctorum corpora, & sepulcro imposuerunt. Postquam igitur eo modo decertassent Sancti, recepti sunt in choros Sanctorum Martyrum, illustrem certaminum suorum finem consecuti, in Philadelphia civitate, sub Præside Maximo, mense Junio, die vigesima tertia.

17 Cessante deinde in Christianos persecutione, advenerunt, qui Sanctis contribules fuerant, ut auferrent corpora glorioforum Martyrum, quæ adhuc quasi vivida, nihilque corruptionis passa suscipientes, transtulerunt in patriam; ibidemque, ut congruum erat, reverenter deposuerunt. Multa quoque signa & prodigia ad sacrosancta lipsana *c* per totam viam operatus est Dominus. O ter Beati in Christi regno Martyres, virtutibus magis, quam auro fulgidi! qui cælestem vitam & Angelicam commutavistis cum laboribus quos pertuliſtis; fruentes promissis supernæ vocationis præmiis ineffabilium bonorum: oculus enim non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit,

INTERP. F. B.

a

b

capite truncantur.

Sepeliuntur corpora.

c

& in patriã transferuntur

A quæ præparavit Deus diligentibus se : ipsi gloria & potestas in secula seculorum. Amen.

INTERP. F. B.

ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις τὰ βραδεῖα τῆς ἀνωκλήσεως ἀληθόπες · ὀφθαλμὸς γὰ οὐκ οἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν · ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

ANNOTATA F. B.

a *Græce* ἱππικὸν, *quod equile, equitatum, & intervallum quatuor stadiorum significat. Verosimilius autem est,* Philadelphiæ *locum aliquem publicum, in quo ad judicium consederint tyranni, ita appellatum fuisse, vel à sua amplitudine, vel quod exercendis equis distinatus, vel causâ aliâ nobis ignotâ : nisi quis dicere malit, stationem Legionis equestris hic designari, credibile enim est, Ducem bona parte legionis suæ comitatum eo advenisse.*

b *Hinc intelligas non licuisse Præsidi mortem inferre militibus reis, nisi permittente Duce, præsertim cum is præsens adesset.*

c *Hinc aliquis forte suspicari posset, non adeo diu post translationem scripta hæc esse, cum verosimile sit ad sepulcrum quoque plura deinde facta miracula, non prorsus prætereunda scriptori, qui ea scivisset : sed hæc parum firma conjectura est, cum talis præteritionis causas plures quivis possit excogitare.*

DE SANCTO IOANNE

B *PRESBYTERO ET MARTYRE ROMÆ.* E

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§. I. *De ejus cultu, Actis & Reliquiis.*

ANNO CCCLXII.

ACta hujus Sancti aliqua extitisse, *Martyrii modus & locus ex Usuardo.* seculo IX passim nota, persuadent Usuardus & Ado, nihil alter scientes de altero, & tamen in suis istius ætatis Martyrologiis distinctam notitiam Martyrii tamquam ex eodem fonte consignantes ad hunc diem. Prior Usuardus, in omnibus tam manu quam typo expressis, vetustioribus pariter ac recentioribus exemplaribus sic habet : Vigilia S. Joannis Baptistæ, eodem die S. Joannis Presbyteri, quem impius Julianus inauditum, viâ Salariâ, ante simulacrum solis decollari præcepit. *Eadem habent Notkerus, Bellinus,* Maurolycus, *Galesinius, Molanus, & alii. Ado, & ex eo supposititius Beda cum Molano addunt :* Cujus corpus à B. Concordio Presbytero collectum & sepultum est juxta Concilia Martyrum ; *idemque Ado, non simpliciter* in via Salaria, *sed* in via Salaria vetere *casum notat.* C *Annus ex Baronio.* *Sic* Romæ S. Joannis Presbyteri *memoria, cum reliquis Adonis verbis, inscripta reperitur hodierno Romano. Baronius in Annalibus, martyrium* Joannis *refert ad annum* CCCLXII, *uti & ceterorum omnium Romæ passorum sub Juliano, per suos ibi novos* Præfectos, *variis Christianos prætextibus vexante ; quamquam enim ipsemet Imperium adeptus Romam accesserit, collecturus militem contra Constantium ; ibi tamen pro Christiano se gessit, ac primum larvam deposuit illo ad* III *Novembris mortuo, ipse tunc in Mœsia consistens cum exercitu ; unde mox Constantinopolim accessit, & varia inde rescripta dedit in Codicem relato ; neque Romam vidit amplius, sed Antiochiam perrexit,* Persicæ *expeditioni intentus, in qua sequenti mox anno periit, uti meruerat infelix Apostata,* XXVI *Junii. Qui igitur mense Junio ipsius jussu decollatus dicitur, debuit sententiam mortis accepisse intermedio anno* CCCLXII, *ut dictum est.*

2 *Idem Baronius in Notis ad Martyrologium fuse & erudite probat Molani sententiam, in editione anni* 1568 *expressam, qua censet* Concilia Martyrum *dici locum, ubi multorum Martyrum corpora requiescunt : eoque faciunt S. Hieronymus ad Heliodorum in Epitaphio Nepotiani, & Vita S. Damasi Papæ apud Anastasium Bibliothecarium : sed illustrat imprimis rem istam* Sermo S. Gaudentii, in dedicatione Concilii Martyrum : *hinc enim intelligitur, non esse eamdem* Concilii *& Cœmeterii significationem, quod initio Romæ suæ Subterraneæ pag.* 3 *sentire videtur Aringus.* Cœmeteria *enim, ab initio Ecclesiæ sub persecutione gentilium laborantis, habebant Christiani :* Concilia *vero* Martyrum *primum sub Constantino Magno dici cœperunt ; erantque decentius extructa & ornata loca, in quæ ex Cœmeteriis levata corpora, marmoreis tumulis composita, honorabantur à fidelibus ; quapropter &* Dedicationes *eorumdem celebrabantur atque annue recolebantur, æque ac Dedicationes ecclesiarum ; quod de Cœmeteriis non legimus, etsi hæc quoque non sine sacris precibus certisque ritibus ad fidelium sepulturam præparari sint solita.* B. Concordii *hic nominati nulla alibi notitia invenitur ; & verosimiliter titulus* Beati *hic usurpatur eo sensu, quo is dabatur quibuscumque Presbyteris dum adhuc viverent. Nihilo plus scitur quid porro de sancto isto corpore sit factum, aut quo Romanæ urbis vel agri loco fuerint prædicta* Concilia Martyrum : *sed verosimile est istic ubi tanta Martyrum erat copia, plura hujus nominis erecta fuisse, quæ Damasus versibus exornarit, alii aliter.*

Sepultura ad Concilia Martyrum ex Adone :

F

talia videntur plura Romæ fuisse,

3 *Mirum interim est nullam omnino Romanarum ecclesiarum hujus sancti corporis partem aliquam arrogare sibi.* Et *hoc forte occasionem dedit Tamajo de Salazar, in suo Hispanico Martyrologio ut adeo fidenter assereret quod* Madriti, in monasterio Fratrum sanctissimæ Trinitatis Excalceatorum, *celebretur* depositio exuviarum *hujus de quo agimus,* S. Joannis, quas Urbanus

Corpus gratis adscriptum Hispaniæ

A VIII cum aliis ſacris lipſanis huic Ordini donavit. *Remittitur in Notis Lector ad* II *Martii, ubi autographum donationis recitatur. Lego ac relego Inſtrumentum, & aliorum quidem Sanctorum corpora, cum ſuo quodque die & depoſitionis loco, accurate notata invenio* ; Joannem *vero &* Madridium *nuſquam. Itaque ſi aliquid ſub hoc nomine habent Patres Madritenſes, videant unde vel quomodo id acceperint, & ſicuti accepere colant ; non tamen ſibi perſuadeant, Romanos ſi hujus de quo agimus* S. Joannis *corpus certis indiciis alicubi reperiſſent, tam facile dimiſſuros fuiſſe, & id permiſſuros iis quæ ſine nomine plerumque eruuntur ex cœmeteriis, & ad repertoris arbitrium nuncupantur abſque ulteriori notitia. Idem dixerim de Brachio, quod Cardoſus ait aſſervari in Conventu S. Alberti, apud Carmelitas Uliſſipponæ.*

veroſimilius dicetur an. 858 *Româ acceptum*

4 *Majori cum veroſimilitudine poterunt ſibi theſaurum iſtum arrogare Centulenſes Monachi S. Richarii in Gallia ; in quorum Chronico Hariulphus ſic ſcribit lib.* 3 *cap.* 14. Nicolao Papa Romanæ Eccleſiæ præſidente (*præſedit autem huic ille ab anno* DCCCLVIII *ad* LXVII)

B quidam almi Richarii Monachus, homo prudens, nomine Anſigiſus, imperio Caroli *Calvi*, glorioſiſſimi Regis, miſſaticum tulit ipſi ſummo Pontifici, pro communi utilitate ſanctæ univerſalis Eccleſiæ Catholicæ. Qui Anſegiſus, munificentiâ tanti viri honorifice ſuſceptus, & eis propter quæ miſſus fuerat allegatis, à quodam impetravit Romano, tum prece, tum pretio, corpus S. Joannis Martyris pæne totum, necnon & brachium S. Urbani Papæ, ſanctique brachium Alexandri, quinti Apoſtolicæ Sedis ſucceſſoris ; ſimulque caput B. Felicitatis, una cum quatuor filiorum ejus Reliquiis, atque Reliquias Sanctorum plurimorum, quorum ob multitudinem nomina non recenſemus. Has igitur ſecum referens divitias, monaſterii proprii intulit gazophilaciis. Examen denique Monachorum obviam exiens, & pronis in terram corporibus in modum Crucis adorans, Kalendis Decembris eaſdem recepit, & cum capite ſanctiſſimi Richarii honorifice collocavit.

& 1 Dec. illatum Centulam.

5 *Utinam ad manum nunc eſſet Centulenſe Martyrologium, quo ad* XXVI *Aprilis pro S. Richario uſus Henſchenius, neſcio ubi ipſum repoſuit; ibi fortaſſis invenirem anniverſarium iſtius Tranſlationis. Magis tamen optabile foret, ut adhuc theſaurus iſte ſuperſit, nec fuerit ab hæreticis in communi ſacrorum ſtrage diſſipatus. Etenim illac tranſeuntes anno* MDCLXII *die* XXVII *Novembris, non niſi miſeras ſplendidiſſimi olim templi ac monaſterii parietinas vidimus, Congregationi S. Mauri commendatas, in ſacrario autem prorſus nihil eorum, quibus ipſum olim ditabatur.*

C

§. II. *De Capite, quod Romæ creditur eſſe S. Joannis Baptiſtæ, an non potius ſit Presbyteri Martyris ?*

Caput unde cognominata eccleſia S. Silveſtri Romæ.

6 PRænotata *Romanorum ignorantia de loco, in quo lateat corpus* S. Joannis Presbyteri, *obſtare non debet, quo minus veroſimilem eſſe quis ſentiat Sirmondi noſtri conjecturam*, de Capite S. Joannis, *quod eſt Romæ* in eccleſia S. Silveſtri in Campo Martio, *inde etiam* ad Caput *dicta ; non autem* Baptiſtæ, *quamvis ita vulgo credatur. Eſt tamen ea credulitas ibidem valde antiqua : ſiquidem ejus teſtes allegat Baronius in notis ad* XXIX *Auguſti, viſas à ſe in Bibliotheca Vaticana* litteras Apoſtolicas Bonifacii VIII, *quibus elargitur Indulgentias, inviſentibus prædictam eccleſiam ea die, qua* illud ſacratiſſimum caput in alio ornatiſſimo vaſe, tunc affabre facto, repoſitum eſt intra argenteum tabernaculum, quod (ut memoriâ reco lebant ſeniores Sanctimoniales ejus monaſterii) tempore Borbonicæ cladis à militibus direptum eſt ; Caput autem cum ſuo vaſe, in quo hodie cernitur, (*inquit Baronius*) ſeorſum poſitum atque abſconditum, à ſacris Virginibus illæſum ſervatum fuit. *Nihil ſane facilius fuit, quam ut Caput illud crederetur* S. Baptiſtæ *eſſe, quia hujus potiſſimum die exponebatur in altari, licet talis expoſitio principium habuerit à die martyrii, cum Vigilia Baptiſtæ concurrente, & digno per Octavam celebrari, propter Reliquiam tam inſignem.*

quamvis id eſſe Caput Baptiſtæ putarit Bonifacius 8.

D AUCTOR. D. P.

7 *Atque hic ex Joanne Jacchetti Serrano, qui Hiſtoriam prædictæ eccleſiæ edidit anno* 1629, *obſervaverim ; eccleſiam iſtam tali theſauro non videri potitam ante ſeculum* XII : *quandoquidem non ante annum* MCXXX *inveniatur dicta* de Capite *illa, quæ anno* VII *Joannis* XII *juxta bullam datam* VIII die Maji *id eſt anno Chriſti* DCCCCLXII *(ordinatum enim fuiſſe eum probo* XIII *Januarii anno præcedenti* LVI) *adhuc dicebatur* Catapauli. *Intermedio autem tempore potuit Caput iſtud fuiſſe, non allatum Conſtantinopoli, uti ſine ulla probatione aſſumitur ; ſed Romæ inventum, delatumque ad eccleſiam prædictam ; quando jam nulla ſupererat diſtinctior notitia ejus, ad quem proprie ſpectabat Sancti, ſed ſola memoria cultûs cum feſtivitate Baptiſtæ concurrentis. Ergo quæ Serranus de illo Capite dicit, videntur referre poſſe, ex Hiſtoriæ prædictæ capite* 4 *num.* 2 *& ſeqq. ubi Italice leguntur infraſcripta.*

E *Ea eccleſia ſec.* 10 *adhuc dicebatur Catapauli,*

8 Pro Confeſſione ſive Sacrario ſancti Capitis poſtquam allatum fuit, deſignatus eſt in prædicto monaſterio locus proprius, iſque ſeparatus ab eo ubi aliæ Reliquiæ ſervabantur, qui locus hodiedum appellatur Oratorium S. Joannis. Ibi intra ſubterraneum quoddam altare ſervabatur, inter circumpoſitas quaſdam cellulas Manſionariorum ſive Cuſtodum uſibus deputatas, uſque dum, ſive propter exundantem frequentius Tiberim, ſive turbas identidem Romæ ſubnaſcentes, & periculum jacturæ utrimque metuendæ, decretum fuit ſacrum iſtud pignus intra monaſterium transferre : cujus rei indicium præbet vetus ibidem ſcheda his verbis ſignata : Tranſlatum fuit (*Caput ſcilicet S. Joannis, cui talis ſcheda olim videtur fuiſſe affixa*) Innocentio ſecundo Papa, non ſedente, ſed regnante ; *id eſt Antipapa Anacleto Sedem occupante, adeoque intra primum Innocentii triennium*. Ex hoc tempore prædictum Oratorium deſolatum ac profanatum manſit ; eo maxime, quod ſucceſſu temporis per interpoſitas ædes alias diviſus fuerit à monaſterio ; donec inventa ibidem Deiparæ imago ſub annum MDLXXXVI propter frequentia ejus miracula repurgatum, denuo frequentari cœpit, ac tandem anno MDCXXVIII ceſſit Reformatis Patribus de Mercede redemptionis captivorum.

cœpitque à Capite cognominari ſub Innocentio 2,

F *illo iſtuc allato ex proprio Oratorio,*

9 Porro cum populus Romanus devotiſſi-

A me afficeretur erga prædictum Caput, *eoque magis quo majoris Sancti illud esse credebat*; invaluit usus, ut in majoribus festivitatibus, aut propter urgentiores aliquas urbis necessitates levandas, processionaliter circumferretur, quatuor Archiepiscoporum humeris sublatum. Et hæc observantia duravit usque ad xxv Aprilis (*quando scilicet Litaniæ majores proceduni*) anni MCCCCXI; tunc enim, ad suggestionem Columnensium, præcipuorum semper fautorum ecclesiæ ac monasterii, supplicatum est magnis cum vociferationibus ne id fieret, eo quod diceretur sacrum Caput à Florentinis, non sine consensu tacito ipsius Pontificis Joannis (XXII *juxta Baronium, sed secundum aliorum usum* XXIII) per vim rapiendum, quemadmodum scribunt Continuator Centii Camerarii, Sebastianus in Fissura, & Petrus-Antonius S. Petri Beneficiatus. Hic dictæ processioni interfuisse se ait, voluisseque Pontificem tunc quidem procedere cum ipso Capite, sed augeri custodiam ad amoliendam à se suspicionem prædictam; deinceps autem superstederi eo ferculo, ne alias simile quid
B tentari posset.

AUCTOR. D. P.

Ritus ejus in processionibus circumferendi

ultimum usurpatus an. 1411

tur abrogatus sit?

10 Meretur hic commemorari æque ac laudari fiducia, quam multi habent in sacratissimo illo Capite repositam, adferendo pileolos & alia capitum operimenta, ut imponantur crystallo prædictam Reliquiam obtegenti, cum certa spe liberationis à cephalalgia & catarrhis obtinendæ. Alii simili cum affectu in suis infirmitatibus doloribusque corporis contingunt velum ipsius tabernaculi: feruntur-que plurimæ gratiæ ea ratione divinitus impetratæ; quarum tamen ratio initur nulla, eo quod ferme quotidianæ sint. Ad omnium tamen confirmationem placet referre id quod contigit proxime præteriti Aprilis die IV feria IV circa horam XIII, quando scribebam præsentem Historiam (*anno* 1629) cupidus confimandi recentissimo aliquo favore prædicta. Magdalena Ciali, patriâ Senensis, sed Romæ habitans juxta Oratorium S. Ioannis, quod ab anno præcedenti tenent Reformati Patres Ordinis de Mercede, cum partui appropinquaret, apparuit fœtus exerto per tres horas continuas capite, nec ultra valens
C in lucem venire. Obstetrix igitur, & quæ auxiliabantur mulieres aliæ, videntes periculum ne moreretur, prius quam totus nasceretur infans; baptizandum in utero ipso censebant, quando allatum ad parturientem est unum ex velamentis prædicti tabernaculi, quo supra gremium laborantis posito, subito & citra dolorem processit puerperium, prodiitque masculus sanus ac vegetus, absque ullo periculo matris.

Pileoli capiti impositi medentur cephalalgiæ,

& velum capsæ ægre parturienti an. 1629 *juvat,*

11 quidam etiam devote usurpant gossypium, quod supra ac circum prædictam crystallum componi solet: idque etiam in longinquas regiones mittunt pyxidulis inclusum. Processit hic usus ab antiqua monasterii traditione, qua fertur Episcopus quidam, præ grandi qua erga S. Ioannem ferebatur devotione, sub specie ejus caput osculandi, voluisse mordicus auferre aliquid circa dexteram aurem: sed cum in admorsa parte recens sanguis appareret, consternatus humiliatusque Episcopus, sanguini sistendo appposuit gossypium; quod læsæ parti adhærens, sanguine affixum velut glutino, nemo auferre D
unquam est ausus, ac ne contingere quidem. Considerantes ergo devoti S. Ioanni fideles sacrum istud Caput etiamnum vivere coram Deo, accipiunt magna cum devotione gossypium aliud (modo id contigerit crystallum cui caput includitur): dumque illud fere quotidie postulantibus distribuitur, fatentur quamplurimi varias sanitatum petitarum gratias sibi collatas.

eadem est virtus gossypii, admoti crystallo Lipsanothecæ.

12 Nec tacenda est summorum Pontificum erga venerabile pignus devotio, ac nominatim Martini IV, *qui sedit ab anno* MCCLXXXII *ad* LXXXVI, & fabricandum curavit tabernaculum argenteum, conservando sacro Capiti: quod licet argenti libras triginta grave, pretiosius tamen ab arte quam à materia est, columellis pulcherrimæ celaturæ cinctum, & in basi smaragdis incisa referentibus mysteria nativitatis, vitæ ac decollationis ejus, cujus illud esse Caput existimatur, Præcursoris Domini: dum autem sub manibus artificum hæret opus, lapidibus multis pretiosis & gemmis circumornandum, protracta nescio quomodo fuit perfectio illius E
usque ad tempora Bonifacii VIII *annis post Martinum novem electi & ordinati*; qui, teste Baronio conventuris ad solennitatem Translationis indulgentiam proposuit. Tabernaculo isti incumbebat tiara Pontificia triplicis coronamenti, eleganter elaborata & gemmis ornata, cum his in circuitu verbis; CAPUT SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ. Sed cum in Borboniana urbis direptione quædam ex Sanctimonialibus, obstinatis loco ipsi immori potius, quam ad securiorem à Columnensibus Proceribus oblatum se recipere; magis pro sacra illa Reliquia conservanda, quam pro seipsis solicitæ essent; aliud aliunde sumptum caput supposuerunt prædictæ tiaræ, postquam veram Reliquiam abscondissent in loco sibi divinitus monstrato. Accidit autem, ut ingressi milites, & nescio quo stupore perculsi, satis habuerint tiaram cum tabernaculo inter se partiri, nihil ultra scrutando. Postea vero fabricatum aliud tabernaculum est materiâ quidem & sculpturâ longe inferius priori, sed adeo densum gemmis atque monilibus, quæ ei ornando quotidie adferuntur, F
ut æquare pretium illius videri possit.

Huic argenteum tabernaculum fieri jubet Martinus 4

quod Bonifacius 8 *absolvit.*

Sed miles Borboniacus diripuit,

subtracto prius Capite vacuum.

13 *Hactenus Serranus*, de Capite (*ut ipse quidem existimat, & Baronius in Notis ad Martyrologium affirmare nititur*) S. Ioannis Baptistæ; *sed antiquioribus documentis nullis allatis quæ probent Constantinopoli* (*ubi illud omnino fuisse constat*) *Romam ablatum tempore Iconoclastarum; contrarium autem persuadentibus litteris Alexii Comneni Imperatoris, ad Robertum Frisonem Flandriæ Comitem, circa initium seculi* XII *scriptis. Hic enim inter cetera properandi auxilii argumenta asserit, isto adhuc tempore Constantinopoli* apud se B. Ioannis Baptistæ Caput haberi, hodieque acsi viventis capillis & cute insigniri, *uti legitur apud Guibertum Abbatem lib.* I *Hist. Hierosolymitanæ sub finem: quod deinde Caput, uno post seculo capta urbe, quomodo Ambianos perlatum sit anno* MCCVI, *vide in proprio ea de re tractatu Eruditissimi Cangii. Ibi etiam cap.* 12 *leges, quod cum Robertus Viseur, Doctor Theologus & Canonicus Ambianensis, scripturus de hoc argumento, Baronium*

Non potest hoc fuisse Baptistæ,

quia hujus Caput anno circiter 1100 *adhuc erat Constantinopoli,* 1206 *translatum ad Ambianos,*

A *Baronium conſuluiſſet, collatis rationibus ab illo pro Romanorum traditione firmanda adductis, & ſuis pro Ambianenſium cauſa; ab eodem, nolente in ulteriorem quæſtionis iſtius diſcuſſionem ingredi, aliud nullum acceperit reſponſum; quam quod controverſia de tempore ablati Conſtantinopoli capitis judicata ſemper ſit terminatu difficillima, proinde ex formula Prætoribus uſitata dicere ſe*, Poſſidete uti poſſidetis.

14 *Eamdem Romani Capitis incertitudinem agnoſcens Clemens Papa VIII, miſit Ambianum anno* MDCVI, *qui Lateranenſi Baſilicæ exiguam aſſervatæ iſtic Reliquiæ partem peteret, & impetravit, ut ibidem narratur. Quare nec mihi vitio verſum iri credo, quod præterita traditione, licet plurium ſeculorum poſſeſſione firmata, propoſuerim conjecturam, adeo veroſimilem, & Romanos poſituram extra rixas, ſi eam tenere velint. Non enim agitur de particula aliqua, ſed de capite fere integro, quod pluribus locis eſſe nequit: ut autem Ambianenſe, ſaltem quoad partem anteriorem eſt integrum, ita* etiam id quod Romæ viſitur caput integrum refert, *inquit in Epitome Annalium ſpeciali ad annum* 1025 *additiuncula Henricus Spondanus, oculatus teſtis: deeſt autem utrobique mentum, quod etiam agnoſcit Baronius in Notis: &* Mentum, *inquit*, qua Caput caret, Auguſtæ Prætoriæ in finibus Subalpinorum haberi perhibetur: *hoc ergo ſi Româ acceptum eſt, eamdem quam quod ibi eſt Caput conjecturam ſubibit, abſque præjudicio certioris ſi qua poſſit inde haberi notitiæ. Idem dixerim circa* tres particulas capitis quas Hynko ſeu Henricus ejus nominis primus Epiſcopus Olomucenſis, regii ſanguinis Princeps, Romæ dono accepit anno MCXLVI, cryſtallo intra argenteam thecam deauratam incluſas, ut & de particulis aliis, quas anno MCCCLV & LXX Carolus IV Imperator ex Italia attulit: *quæ omnia indicantur in Diario ſanctarum Reliquiarum Metropolitanæ Pragenſis.*

unde Clemens 8 an. 1606 particulam petiit.

D AUCTOR. D. P. *Româ autē dicuntur allatæ partes Auguſtam Prætoriam*

& Pragam.

E D. P.

B

DE S. LEODEGARIO PRESBYTERO

IN PAGO PERTENSI CAMPANIÆ GALLICÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De loco cultus, & actis Vitæ, Inventionis ac Tranſlationis.

SEC. V. AUT VI.

Pertæ, unde dicitur Pertenſis pagus,



Rope S. Deſiderii *fanum, nec longe à fluvio Matrona in Campania, vetus eſt vicino* Perta *vulgo* Perte *dictus olim tam celebris, ut toti circum regioni appellationem dederit, qua* Pagus Pertenſis *nuncupatus invenitur in præceptis Ludovici Pii, anno* DCCCXV *&* DCCCXXXII *ſignatis; idque occaſione Dervenſis monaſterii, ad Catalaunenſem quidem diœceſim ſpectantis, ſed Trecenſi civitati quam Catalaunenſi propioris, & tamen Pertenſi Pago vulgo* le Partois *attributi; ut appareat eumdem Pagum, cujus nunc caput cenſetur Victoriacum Francicum, inter Catalaunos & Pertam medium, late extenſum fuiſſe ad leucas viginti vel plures. Illo in vico Patronus colitur* S. Leodegarius, *depoſitus quidem* octavo Kalendas Maji; *ſicut ibi dictum inter Prætermiſſos, ſed pro ſecunda vice tranſlatus hoc* nono Kalendas Julii, *quando feſtum ei ſolennius agitur, cum Octava & Officio proprio. Hinc deſcriptas duodecim Lectiones nobis tranſmiſit Petrus Franciſcus Chiffletius noſter, in quarum ſecunda dicitur, quod* Vicùs ſupradictus tantæ erat auctoritatis, ut omnes illius regionis Principes ad diſponenda quæ eis erant neceſſaria eo convenirent, ac quæque judicia more locali definirent, *quod Gallice dicitur (inquit in Annotatis Chiffletius)* juger ſur la couſtume du Partois, *qui judicandi mos admodum antiquus eſt. Interim ægre crediderim, extra Pertenſem Pagum valde celebrem fuiſſe hujus* S. Leodegarii *ſanctitatem; utpote cujus nulla mentio apud Florum, Adonem, vel Uſuardum, Martyrologos Francos; ideoque caſu potius quam aliquo ad ipſum reſpectu factum puto, ut idem nomen impoſitum fuerit Sancto Auguſtodunenſi Epiſcopo & Martyri, qui ſub Ebroino paſſus eſt anno* DCLXXVI; *& vulgo dictus Sant* Legir *vel* Ligier, *colitur* II *Octobris: quo nomine etiam vicus eſt ſuper Albam inter Barrum & Arces, oppida ad eumdem fluvium ſita, ab eodem veroſimiliter* S. Leodegario Epiſcopo Martyre; *quod tamen definiendum ex die quo loci Patronus colitur, necdum mihi comperto.*

C *colitur* 23 *Junii Tranſlatio S. Leodegarii,*

2 *Prima Tranſlatio, Inventionem corporis immediate ſecuta, quo anno & die facta ſit, ignoratur: ſolum legitur* Gibuini *Epiſcopi requiſitum adhibitumque conſilium. Sederunt autem Catalaunis hoc nomine conſequenter duo, ab anno* DCCCCXLVII *ad* MIV. *Interim Tranſlatio iſta ex loco ſepulturæ ad altare B. Mariæ, cum ſecutis eam miraculis, fuſe deſcribitur: deinde præteritis omnibus, quæ ſecundam Tranſlationem ad proprium altare vel capellam ſpectant, immediate ſubjungitur,* Hæc Tranſlatio ... facta eſt tempore Guillermi Epiſcopi Catalaunenſis..... Indictione VIII *adeoque anno Chriſti* MCXVI: *ordinatus is enim eſt anno* MCXIII *Indictione* VI *& obiit* MCXXII *Indictione* XIV. *Ante Gibuini ætatem quamdiu latuerit ſanctum corpus, non recte definieris ex* Crogi Regis *&* Wandalorum *nominibus, tam male huc intruſis, quam imperite conjunctis; ſed potius ex hoc capite, quod cum ex revelatione cæco cuidam facta indicaretur Canonicis locus, in quo requirendum corpus erat;* ſtupor eos & admiratio perculit, quia ex quo illuc advenerant tale quid ad aures eorum minime pervenit. *Oportet ergo* quatuor *illos per quos reſtauratum Pertenſe Collegium eſt, non admodum diu antea in eccleſiam S. Mariæ inductos fuiſſe; puta ſub Letoldo Epiſcopo, qui anno* DCCCIX *interfuit Concilio Troſleano. Itaque Barbaros illos, per quos priores Canonici extincti, locus deſolatus, corpus Sancti obſcuratum fuit, non eſt neceſſe revocare ad tempora Ala-*

F

facta an. 1115 poſt reſtauratū ſec. 9 Collegium Canonicorum,

A AUCTOR. D. P.

mannorum, Hunnorum, Wandalorum, ſucceſſive Gallias & in iis Pertenſem pagum depopulatorum; propinquiores enim habemus Normannos, ſub medium ſeculi IX *piratycis incurſionibus Carolo Calvo moleſtiſſimos, perniciosiſſimoſque toti regno, per annos* LX *& amplius, quo tempore credibile non eſt ſacra fuiſſe* Partæ *reſtaurata, & hoc inducendæ oblivioni prædictæ abunde potuit ſuffeciſſe.*

3 *Atque hæc quidem ſatis certa ſunt: qua autem ætate Sanctus vixerit, non item. Primus Catalaunenſis Epiſcopus* S. Memmius *creditur à S. Petro directus in Galliam, etiam* Perthenſi *Pago fidem prædicaſſe; primæque & antiquioris apud eos eccleſiæ, quæ* S. Mariæ *hodiedum dicitur, fundator fuiſſe. Oratorium haud dubie aliquod novis fidelibus, pro more primorum ſub Gentilibus ſeculorum, condiderit ſanctus Præſul; eodem fortaſſis loco, ubi poſtea extructa fuerit ſub Deiparæ titulo eccleſia: quæ veroſimiliter pluries deſtructa ac reſtaurata ſic forte dicebatur etiam tempore* S. Alpini; *quando is ibi* S. Amam, *ſive* Ymmam *Perthenſis Comitis Sigmari (ſi tamen Comites tunc dicebantur) filiam primogenitam, una cum ſororibus quinque Sanctimoniales conſecravit*; ſanctaque Ama *ut habet Lectio* VIII allodium ſuum, quod habebat apud Pertam, Deo & genitrici ſuæ Mariæ tradidit.

in eccleſia S. Mariæ dotata à S. Anna, ibi velata à S. Alpino ſec. 5,

B

4 *Verum, quod Fundator eccleſiæ, ibi* conſtituit ſub Canonicali Regula Domino jugiter ſervituros, quibus & multa prædia unde viverent attribuit, *incongrue Lectio* II *adſcribit* S. Memmio: *multóque incongruentius dicit Lectio* III, *quod idem* S. Memmius S. Leodegarium Rectorem illius Congregationis conſecravit; *potuit utrumque feciſſe* S. Alpinus, *locum ab Hunnis vaſtatum reſtaurans, poſt victum fugatumque Attilam anno* CCCCLI; *atque ita non eſſet inveroſimilis conjectura,* Leodegario *commendatam fuiſſe* S. Amam, *& utrumque ibidem cultum antiquitus fuiſſe: ſed hujus venerationem exoleviſſe, amiſſâ notitiâ corporis; quæ ſervata ſervavit Sanctis ejus ſororibus Puſinnæ, Hoildi, atque Manehildi feſtivitatem annuam, ut vidimus ad* XXIII *&* XXX *Aprilis*; Leodegarii *autem memoriam eadem ex cauſa perſeveraviſſe in Sacris. Poteſt etiam factum eſſe, ut monaſterium* Pertenſe *primo fuerit Sanctimonialium, ſub regimine ipſius* S. Amæ: *quibus deinde extinctis ſucceſſerint Canonici, circa annum* DC *vel etiam* DCC; *eorumque* Præpoſitus *fuerit hic* S. Leodegarius, *Auguſtodunenſi ejuſdem nominis Epiſcopo & Martyri ætate ſuppar aut vicinus; ex hinc enim ſatis eſt temporis, ut illius cultus aliquamdiu viguiſſe, & per Normannos deſolato loco defeciſſe intelligatur. Utut eſt,* Presbyterum *ſaltem fuiſſe* Leodegarium, *& eccleſiæ Pertenſi præfuiſſe, omnino mihi perſuadeo; & Vitam ejus, ſi qua ſcripta fuit, calamitoſo illo tempore unà cum eccleſia periiſſe flammis: pro qua ſeculo* XII *vel* XIII *compoſita ſit nova, & in Lectiones diſtributa ab Auctore, traditiones loci ſecuto quoad miracula Vitæ; quoad inventionem vero tranſlationemque, notitias certiores temporis ſibi propinquioris. Eas Lectiones omiſſâ primâ atque ſecundâ de S. Memmio ad ejus diem* V *Auguſti examinandis, tibi hic deſcribo.*

qui primus forſan ibi inſtituit Canonicos,

dato iis Rectore S. Leodegario.

Acta circa ſec. 13 ſcripta,

C

D

ACTA

Ex Mss. Lectionibus Eccleſiæ Pertenſis.

Lect. III *Leodegarius Rector conſtituitur*

1 FUit in Pertenſi monaſterio quidam Frater, nomine Leodegarius, valde religioſus in vita ſua, utpote divinâ repletus gratiâ. Cujus religioſitatem ut vidit Beatus *Epiſcopus Catalaunenſis* (*hic ego pro* Memmio *ſubſtituerem* Alpinum, *vel alium ex proximis ſucceſſoribus deceſſoribuſve*) Rectorem illius Congregationis devote conſecravit. Vir itaque Domini Leodegarius, regimen ſibi traditum ſuſcipiens, clauſtra monaſterii officinaſque *a* Fratrum atque quæ eis erant neceſſaria decentiſſime, ut domum Dei decebat, procuravit; puteumque, qui uſque hodie puteus S. Leodegarii vocatur, proprio labore defodit. Corpus attenuabat jejuniis aſſiduis, inſiſtebat vigiliis, perſiſtebat in orationibus, Deum amavit interpellavitque ſingultibus innumeris * O! quantæ puritatis quantæve perfectionis fuerit, ipſe Deus occultorum conſcius novit, cujus gratiâ tantus extitit.

a

optimo cum ſucceſſu; Lect. IV

E

2 Quodam autem tempore homo quidam, omnibus membris contractus, ad eum acceſſit; ſeſe ante pedes ejus proſtravit, cum lacrymis orans, ut ipſe Dominum Jeſum Chriſtum deprecaretur, quatenus ei membrorum ſoliditas redderetur. Vir autem Dei refutabat hoc, dicens; Non ſuum hoc eſſe, ſed præcipue illorum, quibus datum eſſet dæmonibus imperare & curare languores; ut ſicut relaxarentur delicta, eſſent reſoluta membra. Ille autem perſeverans in prece, ut miſereretur, cœpit affirmare & dicere, Se non receſſurum, niſi ei aliquod remedium impertîſſet: populumque circumſtantem & Fratres qui illic aderant deprecatus eſt, ut unà ſecum Dei famulum, ut ſui miſereretur exorarent. Cernens vir Dei fidem ejus, miſericordiâ ſuper eum motus, terræque proſtratus, preces ad Dominum fudit pro illo devotas. Surgens vero ab oratione, Dei miſericordiâ roboratus, dexteram contracti apprehendit, eique ſanitatem priſtinam reſtituit. Tunc plebs univerſa quæ illic propter hoc aderat, immenſas Deo gratias reddidit, famuloque ſuo Leodegario. Tua ſunt hæc, Chriſte, opera, tua miracula, qui vere mirabilis es in Sanctis tuis, quos dignaris glorificare.

contractum ſanat,

F

Lect. V *lunaticum curat*:

3 * Alio quoque tempore quidam lunaticus, audiens famam B. Leodegarii, ad eum properat, ac ut pro ſe Dei miſericordiam deprecaretur exorat. Cujus ille Beatus infirmitati compatiens, ut erat plenus miſericordiæ viſceribus, flexis ad terram poplitibus, preces ad Deum cum lacrymis fundebat attentius. Sed Deus, qui ſemper in Sanctis ſuis eſt mirabilis, non diſtulit audire vocem ſibi famulantis. * Nam ſurgens ab oratione, ſignum Crucis in fronte ejus faciens, ſanitati eum reſtituit, atque in domum ſuam cum pace remiſit; qui mox ſanitate recuperata, cum gaudio magno Deum benedicens, revertitur ad propria. Cum autem S. Leodegarius provectæ eſſet ætatis, plenus ſanctitate & bonis operibus, in omnibus perfectus,

Lect. VI

& mortuus 24 Aprilis,

exutus

A exutus corporali onere, obiit in pace, Beatorum, (ut credimus) ſpiritibus aggregatus; cujus corpus venerabile in dextera parte eccleſiæ B. Mariæ Virginis, ad plagam meridianam ſepultum eſt à Fratribus, octavo Kalendas Maji, præſtante D. N. Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, virtus & imperium, cum Patre & ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen. *b*

ſepelitur in eccleſia S. Mariæ, 24 Aprilis.

4 Igitur cum poſt multum tempus barbara & gentilis ferocitas ad Galliarum veniſſet provincias debellandas, & devictis ſuperatiſque Galliarum urbibus infeſtatione bellica plurimas devaſtaret, & in rapinis prædæ crudeliſſime cuncta depopularet, cupiditatis inſtinctu, nutu Dei, eventus etiam rei atque itineris, gentem ipſam nefandam cum Rege eorum ... *c* ad Pertenſem uſque pagum perduxit * Ubi multas eccleſias ſua crudelitate depopulaverunt, ac plurima loca Sanctorum incendio tradiderunt. Nam locus (*quem S. Leodegarius præſentia ſua corporali ſanctificabat ſepultus*, *d* ita ad nihilum redactus eſt, ut in manibus laïcorum traderetur, ut nec B divina Officia nec Miſſarum ſolennia ibi celebrarentur. *Barbaris e* ergo in patriam ſuam regreſſis .... *f* qui tunc Catalaunis erat Epiſcopus, audiens famam vulgi quod locus ſæpe memoratus .... hoſtium invaſione ad nihilum eſſet redactus ; rurſus eum reædificari juſſit, quatuorque Canonicos rurſus ibidem eſſe inſtituit. Hi cum Canonicali more Miſſarum ſolennia celebrarent ; permiſſione divina, inimicus nominis Chriſtiani diabolus, unum hominem in ipſo templo perimebat *g* : dedignabatur enim Deus, quod eccleſia in honore ſanctæ ſuæ Genitricis dedicata ſic maneret, ut Fratres ſibi in ea ſervientes laïcis hominibus ſubjugarentur. * Factum eſt autem ut *Epiſcopus h prædictus*, diœceſis tunc ſibi commendatæ regiones Pontificali more viſitaret, atque poſt circuitionem multam apud Pertam gratiâ quieſcendi deveniret : qui ut tale infortunium relatione inhabitantium cognovit, iterum eccleſiam cum maximo honore benedixit ; eamque de manibus laïcorum *i* abſtrahens, ad priſtinam dignitatem reduxit .... *k*

b
c
Lect. VII *Loco à Barbaris deſolato,*
d
B
e
f
reſtituuntur 4 Canonici
g
Lect. VIII *h & liberi declarantur.*
i
k

C 5 Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus : & quia Deo cura eſt de hominibus, ſaluti eorum conſulens, corpus S. Leodegarii manifeſtare voluit, quatenus per ejus merita glorioſa, fideles ſui vitam mereantur æternam. Nam in Aquitaniæ partibus quidam homo [erat] nomine Haybertus, qui cæcus natus fuerat. Huic per ſomnium talis viſio à Domino apparuit, dicens ; Ut, ſi lumen recipere vellet, villam, quæ Perta vocatur, quantocius adire feſtinaret. At ille, accepta viſione diſſimulavit ire, quia putabat phantaſiam eſſe : nam ſæpe circuierat multa loca Sanctorum, nec potuerat conſequi remedium quod quærebat * Alia vero nocte apparuit ei eadem viſio, de incredulitate increpans & dicens ; Per merita viri Dei B. Leodegarii lumen recipies, qui ibi jacet ab antiquo tempore tumulatus, in dextera parte templi, quod eſt in honore B. Mariæ ſemper Virginis : cujus interventu obtinebis remedium quod quæris. Nempe Deus ideo diſtulit audire preces Sanctorum, quos expetiſti, ut tui miſererentur, quatenus per te in iſto ſuo Sancto glorificetur, eumque omnibus manifeſtet : quia nihil proficit lucerna, quamdiu eſt abſconſa, ſed mox ut fuerit emiſſa & ſuper candelabrum impoſita, tunc proficit intuenti eam. Ille nec ſic aſſenſum præbuit.

In Aquitania cæco nato
Lect. IX *ter apparens Sanctus,*
D EX MS.

6 Tertio autem iterum apparuit ei eadem viſio, dicens : Cur incredulus exiſtis ? per te enim revelare diſpoſuit Deus Sanctum ſuum, cujus corpus oblivioni traditum eſt, per incurioſitatem torpentium. Qui mox de trina revelatione certus, Pertam cœpit expetere ; illoque die quo mercatum ibi habebatur, id eſt quartâ feriâ, *l* parentum manibus eſt adductus : venienſque ad Canonicos loci illius, narrat eis quod viderat, quodque à Domino ſibi revelatum fuerat : quod illico ſtupor ingens & admiratio perculit ; quia ex quo illuc advenerant tale quid ad aures eorum minime pervenit. Fratres igitur nimiâ repleti lætitiâ, pulſantes omnia ſigna monaſterii, jubent omnes convocari, tam extraneos quam vicinos, qui ibi (credimus) divinâ providentiâ ad honorem ſui Sancti confeſſoris congregati, [intentedebant] negotiationibus diverſis ..... *m*

jubet Pertam ire indicatum ubi lateat corpus ſuũ.
l
E
m

7 Stupefacti valde & non audentes tangere glebam ſanctam, conſilio inito miſerunt Cathalaunos Hugonem Archipresbyterum alioſque nuntios ad Gibuinum Epiſcopum, qui ei ut res evenerat nuntiarent, eique ſupplicarent ut illuc adveniret, & quid exinde agere deberet decerneret ; maxime quod tempore Sacerdotii ſui Dominus hoc manifeſtare dignatus eſt. Quo audito Epiſcopus gratias egit Deo & ſuæ Genetrici, qui non vult hominem perire, ſed ſemper ſolatium præſtat per quod poſſit remedia obtinere. Miſitque religioſos viros cum Archipresbytero, & Sanctum ut inde levarent præcepit, & optime ut dicebat aptarent. Canonicis [vero] remandavit dicens : Bene feciſtis de hac re, quam mihi mandaſtis : ſed ſciatis me ad præſens venire illuc non poſſe ; quia tali cauſa ſum impeditus, quam non poſſum intermittere. Juvante igitur Chriſto, qui dixit, Nihil proficere lucernam quamdiu eſſet abſcondita ; ſed mox ut fuerit emiſſa & ſuper candelabrum poſita, tunc proficiet omni intuenti eam ; levate repoſitum cæleſtem theſaurum, & optimo loco ponite, cum iſtis viris quos ad vos direxi, quatenus per ejus interceſſionem miſereatur Dominus populo ſuo.

Canonici invento ſarcophago Epiſcopum conſulunt
hic oſſa jubet de terra levari,
F

8 Canonici vero, ut Præſulis reſponſum audierunt, læti effecti, cum ſupradictis viris ad tumulum Sancti cum reverentia & timore acceſſerunt ; & Deus nolens eos fruſtrare proprio Patrono, [eorum votis favit : nam] corpus beati viri repererunt in ſupradicto *n* ſarcophago lapideo. Mox [autem] ut eum aperuerunt, odor tantæ ſuavitatis apparuit, ut putarent ſe foveri *o* deliciis æternitatis. Iterum *n* voces populi ad ſidera tolluntur, iterum laudes Domino in commune referuntur. Accedentes igitur Canonici cunctuſque Clericorum Ordo, tollenteſque cæleſtem theſaurum, involutum optimis linteaminibus, in quodam ſcrinio condiderunt, ipſumque ſcrinium retro altare B. Mariæ depoſuerunt. Adducta [eſt] ibi multitudo ægrotantium,

quæ ſuavẽ odorem ſpirantia
n
o
n
in ſcrinio poſt altare collocantur.

qui

A qui omnes per merita B. Leodegarii ſanitatis recipiunt ſolatium: nam cæcis viſus redditur, claudis greſſus reparatur, febricitantes ad ſanitatem revocantur, diverſarumque infirmitatum languores curantur, ad laudem nominis Domini.

EX MS.

Dentem inde acceptum irreverenter habens

9 Erat ibi quædam Matrona prædives, quæ accedens ad Rectorem Canonicorum deprecatur eum, ut aliquid daret ei de Reliquiis B. Leodegarii. At ille, Matronæ precibus obtemperans, dedit ei de beati viri dentibus: quo munere accepto, [non] ut decebat tractavit, ſed in ſinu ſuo indecenter poſuit: quam illico ultio divina ſubſecuta eſt. Nam antequam portas monaſterii egrederetur, ita manus ejus lateri ejus adhæſit, ut ab illo nequaquam adimi poſſet: voluit enim Deus corpus Sancti ſui ita glorificare, quem ad ſalutem fidelium dignatus eſt manifeſtare. Nam Matrona, ad ſe reverſa, ab ipſo cogitur dolore, ut culpam ſuam prodat; & quod injuſte impetraverat, coram cunctis ſanctæ Eccleſiæ reſtituat: moxque cum magna reverentia, ante altare B. Mariæ & corB pus S. Leodegarii projecit ſe in oratione, fa*punitur, eoque relato ſanatur.* tetur ſe eſſe ream de acquiſita injuſta poſtulatione; & indignam ſe vociferans, quod acceperat palam cunctis cum gemitu reddidit. Cujus clamorem cum audiſſet vulgus qui illic adderat, & didiciſſet quod acciderat, obſtupeſcebat: confitenſque peccata ſua, Dei miſericordiam exoravit pro ea, famulumque ejus Leodegarium. Nec diſtulit Dominus audire preces eorum, ſed ſicut petiverunt per famulum [ſuum] ei reddidit ſanitatem priſtinam: ac ſic ſanitate reddita, gratias egit Deo unà cum omni circumſtante populo.

Cæcus illuminatus Pertæ remanet.

10 Celebrato ergo illo die ab omni populo, ob inventionem B. Leodegarii Confeſſoris, unuſquiſque cum gaudio remeavit ad propria, excepto illo Hayberto qui lumen receperat. Nam ille illic tantum permanſit, quantum ſibi vivere ſuperfuit, ſerviens Deo & famulo ejus, qui ei optatum lumen dederat *p* ..... Hæc Tranſlatio corporis S. Leodegarii facta eſt tempore Guillermi Epiſcopi Catalaunenſis, in Vigilia S. Joannis Baptiſtæ, quæ eſt in nono Kalendas Julii, annoque ab Incarnatione Domini milleſimo *q* centeſimo decimo quinto, Indictione octava, ad laudem & gloriam D. N. Jeſu Chriſti, cui eſt honor & gloria per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

p Altera Tranſlatio facta an. 1115 23 *Junii.*

C *q*

ANNOTATA D.P.

a Fratres *intellige*, *Clericos*, *in commune Canonico ritu viventes.*

b *Hæc fortaſſis ſumma fuit antiquioris ante corporis inventionem Legendæ.*

c *Auctor Lectionum nominat* Crocum, *ſub initium ſeculi* 4 *Gallias populatum cum ſuis Allemannis, & hos mox infra appellat* Wandalos, *ſeculo* 5 *ineunte eaſdem Gallias pervagatos, atque adeo unius integri ſeculi ſpatio diſparatos ab invicem.* D

d *Lectiones*: locus quem S. Memmius ædificaverat; *& mox infra*, locus ſæpe memoratus, à S. Memmio prædeceſſore ſuo primo fundatus: *quæ malui omittere.*

e Wandalis, *inquiunt Lectiones*: *ſed* Normannos *intelligendos exiſtimans, ſuppoſui generalem appellationem* Barbaris.

f *Fuerit hic* Letoldus: *nec enim alteri ejus propinquiori deceſſori vel ſucceſſori, tanta religio quadrat, ſi attendas quæ de illis habent Sammarthani.* S. Alpinum *nominabat Auctor*: *ſed ipſo* S. Leodegario *priorem hunc fuiſſe credimus.*

g Perimere *hic videtur non accipi abſolute, ſed ita ut ſolas minas mortis inferendæ ſignificet, ſive acerrima tormenta.*

h *Iterum hic nominatur* S. Alpinus.

i *Ms.* inimicorum.

k *Sequebatur velatio* S. Amæ, *ejuſque erga eadem S. Mariæ beneficentia, loco non ſuo.* E

l *Forte ſequebatur*, poſt Paſcha, *vel*, poſt Pentecoſten, *nec enim eſt credibile, indeterminate ſcriptam* Feriam 4.

m *Hic deſideratur illuminatio cæci, & ſarcophagi lapidei effoſſio, cum magna exultatione aſtantium; quas probant particulæ*, ſupradicto *&* Iterum, *litteris* n n *notatæ. Porro poſt novem jam indicatas Lectiones, ſequebantur* Lectiones per Octavam tres, *quibus reſpondent num.* 7, 8, *&* 9 *ſimul cum* 10.

o *Fortaſſis legendum*, frui.

p *Hactenus acta ſub Epiſcopo Gibuino ſec.* 10; *excidit autem relatio ſecundæ Tranſlationis de poſt altari S. Mariæ, ad proprium* (*ut conjicere licet*) *altare vel ſacellum.*

q *Scriptum quidem reperitur* Octingenteſimo quinto, *ſed tunc currebat Indictio* 13. *Chiffletius pro* Guilielmo Adelelmum *ſubſtituit; quem neque ſatis certum eſt iſto anno ſediſſe; neque ipſe convenit Tranſlationi, ſecutæ Inventionem corporis, tempore Gibuini ſeſqui ſeculo poſterioris. Exiſtimo Latinis litteris ſcriptum fuiſſe* CIↃCV, *quod pro* DCCCV *ſumpſerit, & ad longum ſcripſerit imperitus liberarius.* F

Porro hic additos velim, prope Pertam *ſæpe dictam vicos, ab ignotis mihi Sanctis nuncupatos in tabula Campaniæ topographica, videlicet* S. Hublier, S. Hulier, S. Vrau, S. Morvill: *paulo autem longius, in eodem tamen Pertenſi Pago*, S. Compagne, S. Mare, S. Lier, S. Poy, S. Anſebe; *quæ vulgo uſurpata nomina, quomodo Latine reddenda ſint, & quo die cujuſque loci Patronus colatur, libenter diſcam: tum ſi quid aliud ibi ſciatur de eorumdem Sanctorum Vita, Tranſlationibus, Miraculis, Cultu hunc operi dignum inſeri.*

DE

A D

DE S. ETHELDREDA REGINA

VIRGINE, ABBATISSA ELYENSI IN ANGLIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu, actis & miraculis ex prolixo volumine Ms. Historiæ Elyensis.

ANNO DCLXXIX. *Floruit seculo Christi septimo* S. Etheldreda, *Regina, Virgo & Abbatissa monasterii Elyensis à se fundati, ob insignem sanctitatem, miram castitatem, & admirandam etiam corporis post obitum incorruptionem, in Ecclesia admodum celebris. Hæc à nonnullis* Etheldrida, *ab aliis* Ætheldritha, *atque* Ediltrudis *appellata reperitur; vulgo* Audry *nuncupata, ex ultima linguæ Anglosaxonicæ alteratione, per Normannos introductâ. Res ejus gestas breviter descripsit Venerabilis Beda, lib. 4 Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglicanæ cap. 19. Latius eas deduxit* Thomas Monachus Elyensis, *variis locis interserens Bedæ verba descripta, quæ malumus illis seorsim præfigere, ut lucem quamdam præferant Actis majoribus: quia hæc conscripta fuerunt, elapsis post obitum Bedæ plus quam quatuor seculis. Extabant illa, & extant etiamnum in Cottoniana Londini Bibliotheca, Mss. codicibus locuplete. Inde sumptum ecgraphum possidet Benedictinorum Anglorum Duaci Collegium: unde secundum exemplum Bollando nostro transcribendum curavit R. D. Leander à S. Ioanne; & utrumque scriptum Antverpiam misit conferendum ad invicem. Fecit id diligenter Bollandus: sed cum ipsum Ms. Duacenum haud satis feliciter exaratum esset, non potuit absque subsidio Cottoniani originalis supplere vel corrigere defectus, fortassis plures, librariorum socordiâ admissos. Nihilo plus potuit præstare Ioannes Mabilio, eodem Duaceno ecgrapho usus ad Vitam edendam, sicut fecit inter Acta Sanctorum Benedictinorum seculo 2: plus aliquid an potuerit Henricus Whartonus, aliud ex eadem Cottoniana ecgraphum nactus, quod Angliæ suæ sacræ Tomo primo inseruit, prout eam nuper accepi post hæc omnia prælo parata, inter imprimendum conferendo cum nostris apparebit.*

B *Vita à Ven. Beda & Thoma Monacho Elyensi scripta,*

datur ex Duaceno Ecgrapho,

C *cum hactenus inedita historia Translationis 2*

& libro miraculorum,

2 *Interim editam Parisiis Vitam inveniens Henschenius p. m. cujus jam deficienti memoriæ exciderat ipsum ecgraphi Duaceni transsumptum quo fuerat tamen ad* XVII *Martii, pro S. Wuhburga usus, nescio quomodo elapsum loco ubi invenire illud debuerat, Parisiensem editionem, denuo prælo nostro subjiciendam aptaverat, sperans ejusdem Mabilionis beneficio obtinere, quem hic omiserat edere librum de* S. Etheldredæ *Translatione, interimque more suo illustravit Vitam, cum prævio aliquo Commentario. Hunc ego mox prosequar, postquam dixero, quod prodeunte ex latebris Ms. nostro, non solum data mihi commoditas fuit supplendi, quem Mabilio omiserat, Prologi; & librum secundæ Translationis quem Henschenius optaverat; sed etiam* librum Miraculorum *valde prolixum, ac ceterorum operum Thomæ ultimum; ubi Auctor non minus sæpe quam in Historia, Elyensem monachum se professus; num.* 103 *nomen suum prodit, quod sit* Thomas; *& num.* 123 *allegat Historiæ* librum primum, de virtutibus ipsius Virginis editum, *ut dubitare jam non possimus, quin idem omnium Auctor sit, ac verus titulus Codicis, sic scriptus.* Prioratus de Ely in Comitatu Cantabrigiæ, ex Historiâ istius Prioratus, scriptâ per quemdam Thomam Monachum: *cujus tanto major auctoritas, quanto propius ad ætatem ejus res ipsæ accedunt; cum ante finem seculi* XII *scripserit. Quamquam de priori etiam parte, Vita scilicet ipsius Sanctæ, merito prædicet Mabilio, quod Auctor,* Licet à S. Etheldredæ ætate longe abfuerit, fide tamen omnino dignus est, utpote gravis ac disertus, qui suæ lucubrationis causam & argumenta exponit. Capite enim 33 ait: Quæ in Beda atque in scriptis Anglicis vel Latinis de gloriosa Domina & Patrona nostra Etheldreda apud nos inventa sunt scripta, juxta modulum intelligentiæ nostræ in unum historialiter texuimus. De *miraculis, ejus ætatem prægressis, ait in eorumdem libro num.* 124 *quod eorum* nonnulla in volumina magna extendi videntur: *quæ dolemus periisse.*

eodem auctore.

E

3 *Libro primo expleto, scripsit idem Auctor alterum librum Historiæ Elyensis, quem ex eodem codice Duaceno habemus, & ante eum sic præfatur:* Importune compellentibus me quibusdam ex nostris, ne ab incepto vacarem, sed gesta nostræ Insulæ, ut spoponderam exequerer .... advocatricis meæ Etheldredæ confisus solatio .... festino in unum congesto volumine explicare ... qui locum restauraverunt; & illorum testamenta, quæ vix & maximo cum labore exquisivi, ea de vulgato in Latinum commutavi, & singula in diversis sparsa locis collegi. *Hæc testamenta seu instrumenta, inter quæ plura Regum diplomata, & Pontificum Brevia numerantur, finem accipiunt in Hadriano Papa* IV *& Henrico* II. *Dignus profecto liber, qui inter Anglicanæ antiquitatis monumenta lucem videat, sed nostro operi non inserendus, nisi forte occasio aliqua ipsum suadeat, alicui tomo per modum Corollarii addere, quatenus id non fecit Whartonus.*

Idem & reliquam loci historiam scripsit usque ad 1163;

F

4 *Idem dixerim de* Chronica Abbatum & Episcoporum Elyensium. *Scripta fuit Chronica illa, vel scribi cœpta, anno* MCCLXXXIX; *& pertexitur usque ad annum* MCCCCXXXIV, *ut necesse sit illam à pluribus successive continuatam fuisse. Est autem bipartita. Parti primæ post quædam præliminaria initium facit Libellus breviter computatus, in quo continetur* Genealogia & Vita B. Etheldredæ & sororum suarum, & de statu ecclesiæ Elyensis, à tempore primæ fundationis usque ad hæc tempora nostra. *Altera* de Pastoribus & Prælatis Ecclesiam regentibus illam, ab anno Incarnationis Dominicæ MCVII usque ad præsens, *inquit Auctor, intendens, ut Præfatur, illorum actus scribere, necnon de miraculis quibusdam* quæ per merita

A rita gloriosæ Virginis Edeldredæ nostris temporibus ab ipso facta sunt, à quo bona cuncta procedunt ; *quæ inde ad calcem describemus sub titulo Analectorum. Meminit hujus collectionis, velut in Bibliotheca Cottoniana reperiendæ Auctor Monastici Anglicani ; unde eamdem anno* 1691 *in lucem protulit Henricus Whartonus tomo* I *Angliæ sacræ à pag.* 593 *ad* 686, *ubi cuique parti suum diversum assignat Auctorem. Nam primam quidem, incipientem à primo in Britannia Christianitatis exordio, regnante ibidem Lucio anno* CLVI, *ac prædicante postea Augustino sub annum* DXCVI, *moxque transeuntem ad tempora Elyensis fundationis, & deductam usque ad mutationem tituli Abbatialis in Episcopalem ; primam inquam Historiæ Elyensis partem, adscribit prænotato* Thomæ, *quasi hic sua ipsiusmet scripta in compendium redegerit. Secundæ autem partis, sub titulo continuationis, ab anno* MCLXIX, *agentis de primis duobus Episcopis Hervæo & Nigello, scriptorem appellat* Richardum Priorem Elyensem ; *tertiæ usque ad* MCCCLXXXVIII *progredientis, auctorem facit* Monachum, Elyensem *quidem etiam ipsum, sed Anonymum. Istis autem continuationem quartam, Duaceno Ms. extraneam, addit idem Whartonus, à* Roberto Stetrardo *ultimo Priore Elienſi continuatam usque ad annum* MDXLIV. *His præmissis transeo ad Henschenii Commentarium sic deductum.*

AUCTOR. D. P. *ex qua continuata usque ad* 1107 *ab eodem Thoma*

& ab aliis tribus usq; ad 1544 *dantur Analecta.*

B

5 *Ad hunc* XXIII *Junii celebratur in genuino Martyrologio Bedæ memoria* S. Ediltrudæ Virginis & Reginæ in Britannia : cujus corpus cum undecim annis esset sepultum, incorruptum inventum est. *Quæ plane eadem leguntur in Martyrologiis, Usuardi, Adonis, Rabani, Notkeri, & aliorum recentiorum, cum hodierno Martyrologio Romano ; in quo adduntur ista verba :* Quæ sanctitate & miraculis clara migravit ad Dominum. *At qui in hisce Martyrologiis dicuntur* anni undecim sepulturæ, *asseruntur* Sedecim *fuisse in Actis apud Bedam & Thomam monachum ; & in Historia Ecclesiæ Elyensis : item apud Florentium Wigornienſem, ad annum* 695, *Joannem Brompton in Chronico, pag.* 741 *&* 791 ; *& Capgravium, in ejus Legenda ; ac demum in Breviario Sarisburiensi Parisiis anno* 1557 *excuso : festumque hujus Translationis celebratur die* XVII *Octobris in dicto Breviario, uti etiam in antiquiore Breviario Sarum anni* 1499. *Memoraturque in antiquo Martyrologio Ultrajectino Ecclesiæ S. Mariæ, in Anglia ducto Christi seculo* XII ; *necnon in Ms. Florario & Martyrologio Coloniæ & Lubecæ sub annum* 1490 *excuso aliisque recentioribus.*

G H. *Memoria Sanctæ in Martyrologiis* 23 *Junii.*

C *& Translationis* 17 *Octobris.*

6 *Fuimus nos anno* MDCLXII *in cœnobio Normanniæ Gemmeticensi, ibidemque reperimus antiquum Missale circa annum* ML *dono acceptum à Roberto quondam istic Abbate, tunc Episcopo Londinensi, dein Archiepiscopo Cantuariensi, quod videbatur exaratum circa annum millesimum, ab eo enim anno Tabula Paschalis exorditur. Erant autem in dicto Missali ad hunc* XXIII *Junii præscriptæ duæ Orationes quarum hæc prima erat :* Deus ineffabilis rerum conditor universarum, qui famulis tuis annuam hodiernæ festivitatis lætitiam in venerandæ almæ Virginis tuæ præclaræ Ætheldrythæ tribuisti commemoratione ; quæsumus, ut eadem interveniente vitiorum incentiva queamus nociva superare ; & ad te summum bonum, qui vera lux es, callis ac pietas, divinitus pervenire. *Alia est hujusmodi.* Omnipotens, præclarissime Deus, auctor virtutis & amator virginitatis, qui beatam Ætheldrytham hodierna die dignatus es ad cæli gaudia deducere ; suppliciter tuam imploramus clementiam, ut, cujus sacram solennitatem celebramus in arvis, de ejusdem patrociniis gaudeamus in astris. *Aliæ Orationes habentur in citatis Breviariis Ecclesiarum Sarum & Sarisburiensis. Lubet adjicere ex dicto Missali, quæ in Missæ Præfatione post verba,* æterne Deus, *sic interponuntur.* Qui omne genus humanum, calliditate antiqui serpentis seductum, & consensu primi parentis depravatum, ob idque ab amœnitate Paradisi expulsum, mirabiliter reformasti per Unigenitum ; qui ideo dignatus est nasci de intemerata Virgine, ut nos purgaret ab universæ sordis contagione ; atque idcirco voluit mortis subire periculum, quatenus destrueret nostræ necis imperium : pro cujus dilectione beata Virgo Ætheldrytha contempsit gaudia mundana, & lucrata est cælestia regna ; quæ duorum spretis Regum thalamis, copulâ perpetuæ castitatis, ac desiderio gloriæ perennis, unigenito Filio tuo Domino Jesu Christo meruit sociari : cujus misericordiam humiliter deprecamur, ut ejusdem Virginis intercessionibus, fragilis vitæ expulsis criminibus, cælestis patriæ hereditatem sumere mereamur. Per quem &c. *In antiquo Breviario Sarum præscribitur deprecatio, ad ipsam directa, quam lubet lectori proponere.*

D

& Præfatio.

E

Orationes ex vetusto Missali,

7 In præsentis vitæ & fluctuantis seculi naufragio constituti, ad tui portum præsidii confugimus, Virgo piissima atque celeberrima Etheldreda, ut tuæ circa nos pietatis sentiamus viscera, quæ de tua jugiter gratulamur præsentia. Respice igitur, pia Mater & Domina, pio intuitu ad exiguum sed devotum nostri famulatus obsequium : & quos premit humanæ fragilitatis immensitas, tuæ virginitatis, quæ Sponso Virginum placuit, relevet ac sustentet veneranda sublimitas. Credimus enim atque confidimus te ab eodem Sponso tuo, qui speciem tuam concupivit, quidquid petieris impetrare : quam in thalamo Regis æterni collocatam, cum Virginum choris de palma virginitatis certum est exultare. Succurre, Domina ; succurre, mater misericordiæ Etheldreda, nostræ miseriæ ; suffragiis precum tuarum scelerum nostrorum maculas absterge : tibique famulantes tales effice, ut tuæ integritati pure valeant deservire. Gregi tuo tuæ solicitudinis atque protectionis semper adsit custodia, ut sicut tui sacratissimi corporis incorruptione jugiter gaudemus atque præsentia, sic & de tua subventione gaudeamus assidua. Protege igitur Mater filios, Domina servos : ut, qui se tuæ memoriæ ac venerationi profitentur obnoxios, tuæ largitatis & pietatis beneficia sese gratulentur adeptos. Respice, benignissima Virgo Etheldreda, ad nostras anguſtias, quas nostris meritis sustinemus ; & per tuæ sanctitatis merita & intercessiones, & iram Judicis placa quam offendimus, & veniam impetra quam non meruimus. Tuis precibus ad misericordiam inclina justitiam districti sed justi examinis : quia Agni, qui Spon-

Alia petita suffragia

F

A Sponſus eſt Virginum, veſtigia quocumque ierit, Virgo ſequeris. Repræſenta, quæſumus, ſupernæ clementiæ gemitus noſtros atque ſuſpiria, ut divinæ miſerationis per te ſuſcipiamus incrementa, quo tecum in æternum gaudere mereamur, te petente, illo largiente, qui te integritatis coronavit gloriâ, per cuncta ſeculorum ſecula. Amen. *Hæc ibi cum ſingulari erga* S. Etheldredam *affectu: cujus etiam, ut in citato perveteſto Miſſali habetur, fit mentio in Canone Miſſæ, nam ſic legitur ..* Cæciliæ, Anaſtaſiæ, Ætheldrythæ, Geretrudis, cum omnibus Sanctis tuis.

Error Trevirenſium de ejus apud ſe habitatione,

8 *Obiit Virgo, anno Chriſti* DCLXXIX; *adeoque ſedecim annis citius, quam S. Willebrordus in Trevirenſem adveniret diœceſim: à quo Epternacenſe monaſterium adjuvantibus SS. Irmina & Adela, Dagoberti Auſtraſiorum Regis filiabus, fundatum eſt circa annum* DCXCVI, *ut vult Browerus. Quare merito hic idem ſentit* S. Ediltrudis *apud Trevirenſes memoriam, adſcribendam eidem ſancto Willebrordo; qui poſt integrum corpus Reginæ inventum, præſente S. Wilfrido Epiſcopo, credi poteſt ab hoc accepiſſe, per*

B *amicos ex Anglia venientes, partem aliquam linteorum ſepulcralium, pariter incorruptorum, quorum attactu magna tunc fiebant miracula; ſanctæque oratorium aliquod excitaſſe in loco, ubi etiamnum* fons S. Ediltrudis *nominatur & celebratur, ab ipſomet S. Willebrordo per miraculum elicitus. Nam quod de ejus ibi anachoreſi Trevirenſes Faſti tradunt ſuis ipſam Sanctis adnumerantes, id ſimile eſt ei, quod de* S. Walburgi *dicunt Antverpienſes, in loco ubi idem S. Willebrordus oratorium ei dicavit, ſicut dictum eſt* XXV *Februarii.*

ob fontem à S. Willebrordo elicitum, eiſq; ſacrum.

9 *Correctis ergo ſeu omiſſis quæ notavi circa prædictam memoriam ſanctæ perperam tradi; audi quid Treviricus poëta, apud Browerum an.* 977 *num.* 24, *canat de fonte.*

Irriguum ſupra Leſuram cauteſque ſilentes
(*ita tunc dictum fluviolum intelligo, qui paulum ſupra Epternacum Suræ miſcetur diverſum à vicino ſibi Ura*)
Cognita dum viridi ſtabunt ſua mœnia Silvæ; *linguâ Teutonicâ ſcilicet* Grunewalt *dicitur locus, teſte Browero iſtic fortaſſis ubi* Waltstorp *notant tabulæ ſupra prædictum fluviolum.*

C Concretas inter ſentes hamataque teſqua.
Illo forte loco, tum cum melioris abeſſet
Gratior uſus aquæ, Wilbrordus, gloria princeps
Telluris Friſiæ, ſuppoſtæ pondera terræ
Perculit immiſſo baculo, fontemque benignum
Duxit, & aptus aquæ Myſtæ liquor emanavit.
Nunc fons in pretio eſt: habet & ſua præmia potor,
Seu ventrem doleat, ſeu ſoſpite gaudeat aurâ.
Vivit ad hæc Virgo (*Ediltrudis*) nec fama intercidit ævo.

VITÆ COMPENDIUM

Ex libro IV *Hiſtoriæ Bedæ capite* XIX.

1 ACcepit autem Rex Egfridus conjugem nomine Edildridam, Annæ regis Ori-

D entalium Anglorum, cujus ſæpe mentionem fecimus; viri bene religioſi, ac per omnia mente & opere egregii: quam & alter ante illum vir habuerat uxorem, Princeps videlicet Auſtralium Girviorum, vocabulo Tonbert: ſed illo poſt modicum temporis, ex quo eam accepit, defuncto, data eſt Regi præfato. Cujus conſortio cum uteretur duodecim annis, perpetua tamen manſit virginitatis integritate glorioſa, ſicut mihimet (ſciſcitanti cum hoc, an ita eſſet, quibuſdam veniſſet dubium) beatæ memoriæ Vuilfridus Epiſcopus referebat, dicens ſe teſtem virginitatis ejus eſſe certiſſimum; adeo ut Egfridus promiſerit ſe ei terras ac pecunias multas eſſe donaturum, ſi Reginæ poſſet perſuadere ejus uti connubio, quia ſciebat illam nullum virorum plus illo diligere. Nec diffidendum eſt, noſtra etiam ætate fieri potuiſſe, quod ævo præcedente aliquoties factum fideles hiſtoriæ narrant, donante uno eodemque Domino, qui ſe nobiſcum uſque in finem ſeculi manere pollicetur. Nam etiam ſignum divini miraculi quo ejuſdem feminæ ſepulta caro corrumpi non potuit, indicio eſt, quod à virili contactu incorrupta perduraverit. Quæ multum diu Regem poſtulans, ut ſeculi curas relinquere, atque in monaſterio tantum vero Regi Chriſto ſervire permitteretur; ubi vix aliquando impetravit, intravit monaſterium Ebbæ Abbatiſſæ, quæ erat amita Egfridi Regis, poſitum in loco quem Coludi urbem nominant, accepto velamine Sanctimonialis habitus à præfato Antiſtite Vuilfrido.

EX MS.

Ediltrudis in conjugio permanet Virgo:

petit monaſterium:

Poſt annum vero ipſa facta eſt Abbatiſſa in regione, quæ vocatur Elge: ubi conſtructo monaſterio, Virginum Deo devotarum perplurium Mater Virgo, & exemplis vitæ cœleſtis eſſe cœpit, & monitis. De qua ferunt, quia ex quo monaſterium petiit, numquam lineis, ſed ſolum laneis veſtimentis uti voluerit, raróque in calidis balneis, præter imminentibus ſolenniis maioribus, verbi gratia, Paſchæ, Pentecoſtes, Epiphaniæ, lavari voluerit; & tunc noviſſima omnium, lotis prius ſuo ſuarumque miniſtrarum obſequio ceteris, quæ ibi eſſent, famulabus Chriſti. Raro etiam, præter majora ſolennia vel arctiorem neceſſitatem, plus quam ſemel per diem manducaverit ſemper, ſi non infirmitas gravior prohibuiſſet & tempore matutinæ Synaxeos uſque ad ortum diei, in eccleſia precibus intenta perſtiterit. Sunt etiam, qui dicunt, quod per prophetiæ ſpiritum, & peſtilentiam, qua ipſa eſſet moritura, prædixerit; & numerum quoque eorum, qui de ſuo monaſterio hoc eſſent de mundo rapiendi palam cunctis præſentibus intimaverit. Recepta eſt autem ad Dominum, in medio ſuorum poſt annos ſeptem ex quo Abbatiſſæ gradum ſuſceperat: & æque, ut ipſa juſſerat, non alibi quam in medio eorum juxta ordinem, quo tranſierat, ligneo in locello ſepulta.

fit Abbatiſſa:

F *jejunium fere perpetuum ſervat,*

abit è vita:

3 Cui ſucceſſit in miniſterium Abbatiſſæ ſoror ejus Sexburga, quam habuerat in conjugem Earconbertus Rex Cantuariorum: & cum ſexdecim annos eſſet ſepulta, placuit eidem ſorori Abbatiſſæ levari oſſa ejus, & in locello novo poſita, in eccleſiam transferri: juſſitque quoſdam è Fratribus quærere lapi-

A dem, de quo locellum in hoc facere poſſent.
EX BEDA Qui aſcenſa navi (ipſa enim regio Elge undique eſt aquis & paludibus circumdata, neque lapides majores habet) venerunt ad civitatulam quamdam deſolatam, non procul inde ſitam, quæ linguâ Anglorum Grandaceſtir vocatur; & mox invenerunt juxta muros civitatis locellum, de marmore albo pulcherrime factum, operculo quoque ſimilis lapidis aptiſſime tectum. Unde intelligentes, *Poſt multos annos corpus defunctæ incorruptum invenitur,* à Domino ſuum iter eſſe proſperatum, grates agentes, retulerunt ad monaſterium. Cumque corpus ſacræ Virginis ac Sponſæ Chriſti aperto ſepulcro eſſet prolatum in lucem, ita incorruptum inventum eſt, acſi eodem die fuiſſet defuncta, ſive humo condita: ſicut & præfatus Antiſtes Vuilfridus, & multi alii, qui novere, teſtantur. Sed certiori notitia medicus Cinfridus, qui & morienti illi, & elevatæ de tumulo adfuit, referre erat ſolitus; quod illa infirmata, habuerat tumorem maximum ſub maxilla: Et juſſerunt me, inquit, incidere tumorem illum, ut effluueret noxius humor, qui inerat. Quod dum facerem,
B videbatur illa per biduum aliquanto levius habere, ita ut multi putarent, quod ſanari poſſet à languore. Tertia autem die prioribus aggravata doloribus, & rapta conteſtim de mundo, dolorem omnem ac mortem perpetua ſalute ac vita mutavit.

4 Cumque poſt tam multos annos elevanda eſſent oſſa de ſepulcro, & extento deſuper papilione, omnis Congregatio, hinc Fratrum, inde Sororum, pſallens circumſtaret, ipſa autem Abbatiſſa intus cum paucis, oſſa elevatura & delatura intraſſet; repente audivimus Abbatiſſam intus clara voce proclamare; Sit gloria nomini Domini
& curatæ vulnus ſub mortem factum. Nec multo poſt clamaverunt me intro, reſerato oſtio papilionis: vidique elevatum de tumulo & poſitum in lectulo corpus ſacræ Deo Virginis, quaſi dormientis ſimile. Sed & diſcooperto vultûs indumento, monſtraverunt mihi etiam vulnus inciſuræ, quod feceram curatum; ita ut mirum in modum pro aperto & hiante vulnere, cum quo ſepulta erat, tenuiſſima tunc cicatricis veſtigia apparerent. Sed & linteamina omnia, quibus involutum
C erat corpus, integra apparuerunt, & ita nova, ut ipſo die viderentur caſtis ejus membris eſſe circumdata. Ferunt autem, quia cum præfato tumore ac dolore maxillæ ſive colli premeretur, multum delectata ſit hoc genere infirmitatis, ac ſolita dicere: Scio certiſſime, quia merito in collo pondus languoris porto, in quo juvenculam memini me ſupervacua monilium pondera portare: & credo, quod ideo me ſuperna pietas dolore colli voluit gravari, ut ſic abſolvat à reatu ſupervacuæ levitatis, dum mihi nunc pro auro & margaritis, de collo rubor tumoris ardorque promineat.

5 Contigit autem tactu indumentorum eorumdem, & dæmonia ab obſeſſis fugata corporibus, & infirmitates alias aliquoties eſſe curatas: & loculum, in quo primo ſepulta
a eſt, nonnullis oculos dolentibus ſaluti fuiſſe *a* perhibent: qui cum ſuum caput eidem loculo
b apponentes *b* oraſſent, mox doloris ſive caliginis incommodum ab oculis amoverunt. Laverunt igitur Virginis corpus, & novis indutum veſtibus intulerunt in eccleſiam; D atque in eo, quod allatum erat, ſarcophago poſuerunt, ubi uſque hodie in magna veneratione habetur. Mirum vero in modum ita aptum corpori Virginis ſarcophagum inventum eſt, acſi ei ſpecialiter præparatum fuiſſet: & locus quoque capitis ſeorſum fabrefactus, ad menſuram capitis illius aptiſſime figuratus apparuit. Eſt autem Elge in provincia Orientalium Anglorum, regio familiarum circiter ſexcentarum, in ſimilitudinem inſulæ, vel paludibus (ut diximus) circumdata, vel aquis; (unde & à copia anguillarum, quæ in eiſdem paludibus capiuntur, nomen accepit) ubi monaſterium habere deſideravit memorata Chriſti famula, quoniam de provincia eorumdem Orientalium Anglorum ipſa, ut præfati ſumus, carnis originem duxerat. *c* *Tranſlatio in novum loculum.* c

ANNOTATA. D. P.

a *Qui Bedæ Hiſtoriam Angloſaxonice redditam à Rege Alfredo, una cum contextu Latino Bedæ curavit imprimendam; tam utilis quam fidelis* E *in Annotatis; ut eſt ubique intentus ad omnia & ſingula loca enervanda, ex quibus Catholici confirmari poſſint in ſua religione, & novitiæ ſuperſtitionis agnoſcere vanitatem, fidei majoribus ſuis prædicatæ contrariam; magnam hic vim ponit in verbo* perhibent, *quaſi non ſuo id ingenio Beda, ſed vulgi credulitatem contemnens ſcripſerit. Verum adeo evidens eſt Bedæ ſenſus, miracula per Sanctorum Reliquias patrata pluries affirmantis, ut eum velle exemplis probare, eſſet iis loqui qui Bedam numquam legerint. Sufficiet Hymnus infra deſcriptus in Actis prolixioribus num.* 741.

b *Alfridus, rem clarius explicaturus, periphraſi hac utitur:* Illi autem caput ſuum oculoſque affixerunt, & ad illum (*ſcilicet loculum*) oraverunt. *Hic totis inſurgit viribus malignus Scholiaſtes Regem ipſum ſuperſtitionis inſimulans, quam nequiverit diſſimulare. Ut autem ſolum Deum, & ſemper, numquam Sanctos orari poſſe perſuadeat; adducit Homiliam quamdam de Oratione Moyſis, ubi monentur Chriſtiani,* in quavis difficultate ſemper Deum invocare; & Quid
F erit, *inquit auctor*, ſi nolimus Jeſum invocare? *Quaſi qui Sanctos orent, per ipſos non orent ſemper Deum; & ad illos velle ſuas preces dirigere, ſit nolle Jeſum invocare. Aliter ſcimus & oramus Catholici. Eodem allegat fragmentum alterius Homiliæ, apud Angloſaxones in feſto Sanctorum omnium legi ſolitæ, quia ibi expreſſam eorum invocationem non invenit vel uſurpatam vel commendatam: nec animadvertit quid ſignificent hæc ab eo producta verba,* Sanctis hiſce omnibus prædictis, hoc eſt Angelis hominibuſque Dei electis, hujus diei honor in Eccleſia fideli celebratur, illis in honorem, nobis auxilium, ut nos per illorum interceſſionem illis aſſimilemur. *Quomodo vult* auxilium *ab iis nobis provenire, quos vetat invocare?* *Sanctorum invocatio,*

c *Ita finitur cap.* 19 *lib.* 3, *& ſequitur* 20 *totum tranſlatum in Vitam ſequentem, prout ipſum legi poterit num.* 74; *exactum ad editionem Petri Franciſci Chiffletii, præ ceteris accuratam, unde noſtri ecgraphi menda nonnulla licuit corrigere. Alfredus vertere Caput illud prætermiſit, quia diffidebat ſe poſſe Hymnum pari elegan-* *virginitas Sanctæ laudata verſibus Bedæ*

A *& miracula commendata.*

tia Angloſaxonico metro reddere, nec ad Hiſtoriam omnino erat neceſſarius. Eo loco editor, Cantabringenſis Academicus, Saxonice exhibet & ex Academiæ ſuæ membranis initium *cujuſdam* panegyricæ orationis & anniverſariæ; Quam, *inquit*, loco publicæ Homiliæ popellus noſter (*nequit ille ſcilicet niſi contemptim loqui de Sanctorum cultoribus*) imbibere ſolebat, *quæque* hodie demonſtrabit, honore quanto S. Ethildritham Anglicana gens antiquitus habuerit. *Ejus hæc eſt Latina verſio.*

Scribemus modo, quantumvis mirabile exſiſtat, de S. Ethildrita, Anglicana illa Virgine, quæ cum duobus maritis unà fuit, attamen virgo permanſit; ſicut miracula oſtendunt quæ ſæpius operatur. Anna dictus eſt pater ejus, Orientalium Saxonum Rex; vir perquam Chriſtianus, prout operibus ipſis teſtatus eſt; totaque ejus progenies à Deo nobilitata fuit. Tunc Ethildritha cuidam Principi dabatur in uxorem: noluit tamen virginitatem ejus per conjugium deleri, ſed in puritate illam conſervavit. Deus enim cum
B ſit, omnia poteſt quæ velit, multiſque modis ſuam potentiam oſtendit. Tunc obiit Princeps, cum ita Deus voluiſſet. Data autem fuit Ecgfritho Regi, annoſque duodecim in Regis hujus connubio permanſit Virgo; ſicut miracula multa gloriæ ſuæ & virginitatis ſæpe teſtantur. Ieſum dilexit illa, qui illam intemeratam ſervavit; Deique miniſtros honoravit, quorum unus Wilfridus Epiſcopus fuit &c. *Legant hæc antiquitatis & fidei Anglicanæ monumenta, virginitatis & continentiæ oſores: miracula vero, ad utriuſque probationem divinitus patrata, agnoſcant vel inviti pſeudoeuangelici miniſtelli, & erubeſcant ſi poſſent: ego hæc, ut vetuſtiora, præmittere volui Vitæ, poſt medium ſeculum* XI *ſcriptæ.*

ACTA PROLIXIORA

Auctore Thoma Monacho Elyenſi.

Ex Ms. Duaceno, collato cum editionibus Pariſienſi & Londinenſi.

C

PROLOGUS.

Ad totam Hiſtoriam Monaſterii Elyenſis, de partitione operis; & ſitu, natura, ac fortuna inſulæ Ely. A

A

1 CUm animadverterem excellentiam Elyenſis inſulæ, & animo verſarem quæ ob merita ſanctarum Virginum, in ea quieſcentium, collata & conſcripta ſunt admiranda opera; & eventus inſulæ, ac geſta Magnorum; animum contuli ad ea, quæ minus per ſeriem annorum & temporum; & Regum atque Dominorum inſulæ inclyta geſta, quæve diſperſe vel confuſe Anglico ſtylo inſerta ſunt, & bona facta atque miracula Sanctorum Sanctarumque ibidem Deo militantium, ſecundum ordinem in hac Hiſtoria explicare tentavi: apud nos enim hujuſmodi congeſta per ordinem & inſimul hiſtorialiter

Elyenſem Hiſtoriam univerſam ſcripturus,

ſcripta adhuc minime habentur (niſi Vita & Miracula Sanctarum illic quieſcentium) de Hiſtoriis, de Cronicis, de ſcriptis Anglicis & Latinis, de teſtamentis, de relatione collecta fidelium. Unde exarare cœpi aliqua, ne quæ digne prædicanda ſunt, inſcripta remanerent, quaſi incognita ſeu vetuſtate conſumpta atque abolita. Nam diu expectatus Philoſophus aut bonus Hiſtoriographus, dum ſtylum advertere tentaverit, in multis materiam non inveniet. Et ſi forte quis opuſculum iſtud exprobrare tentaverit; oramus ut manus myrrham diſtillantium apponat, & opus poëtæ ſuſcipiat, ut in memoriam poſteris, ſi explicaverit, relinquatur.

D A. THOM. ELYENSI EX MS.

vel potius ſcripturo paraturus materiam,

2 De cetero pravitatem ſcribendi, & prolixitatem tractandi ne cauſetur quæſo; ſciens in brevi velut repente, facta plurimorum & tempora comprehendi non poſſe, niſi Lectorem magis faſtidiret & ingraveret. Nam & regio Anglorum, cum & una terra ſit, plures in ea per provincias vario ſub eventu principabantur: & contigit ut ad regnandi emolumentum primùm Ducibus, deinde Regibus ſubeſſet una eademque Britannia. Sed niſi flexibilem ſeriem Lector ſedulo intendat, nunc de uno, nunc de altero regno, ac Regum nomina varie differentem, ordinem non facile advertet. Idcirco Hiſtoriam in duos
a libros diſtincte per Capitula partiri aggreſſus ſum, ac ſingula in ſuis locis & quorum temporibus contigerunt enarrare. Liber vero primus conſtat de ſitu inſulæ, & de glorioſa Regina Etheldreda, & de ſuccedentibus ei ſanctis Virginibus, quibuſve infortuniis inſula ſubjacuit uſque ad ingreſſionem Monachorum in Ely. Secundus autem de temporibus Monachorum in Ely, & de libertate loci, & quomodo eccleſia renovata fuit, & de obſidione Normannorum, uſque ad tempora Epiſcoporum, quod nunc eſt. Et quoniam ad hujuſmodi narrationem divertere Fratrum ſolicitudo & gratia provocaverunt me, neceſſarium reor opus memorabile caritatis & quæ ſumus experti, [uni] volumini commendare; quo puritas caritatis, operi inſerta, propenſius eniteſcat, pulchrâ varietate diſtincta, & ſic initium experiar, cooperatorem omnium invocans Deum.

E *a*

& opus in duos libros partitur;

F

3 Omnes præclari Nobiles ſuum penitus oppidum decorare & magnificare contendunt, & ſtatum provinciæ atque ſuorum facta majorum memoriâ digna litteris commendare nonnulli intendunt; quod recte fit. Nos autem majorum facta ſequentes, priuſquam interius progrediatur Hiſtoria, videtur congrui ordinis de loci nomine narrationem incipere: quia Ely, ſtagnantium maxima Inſularum [dicitur], quam omni dignam titulo prædicare incipimus, opibus & oppidis magnificam, ſilvis, vineis, & aquis æque laudabilem, omni fructu, fœtu ac germine uberrimam. Dicimus autem [quod] Ely *b* Anglice, id eſt [Inſula] anguillarum à copia earum quæ in eiſdem capiuntur paludibus, nomen ſumpſit; ſicut Beda Anglorum diſertiſſimus docet; quæ mutato nomine meliorando, Ely nuncupatur modo, ſcilicet digna Dei *c* domus, cui nomen convenit ejus. Inter civitates & regiones Angliæ decentiſſima atque nominatiſſima, miraculis famoſa, Reli-

incipiens à nomenclatura loci,

b

ab anguillis nuncupati:

c

A quiis glorioſa utile & quietum videtur præ-
A THOM. ELYENSI EX MS. terre habitaculum, &, ut verè fatear, vali-
da virorum præmunita manu atque bellicoſa,
animis & armis hoſtibus ad reſiſtendum pa-
rata .....

cujus plurimis laudibus prætermiſſis

4 De domeſticis animantibus, de feris ſil-
varum, de volucribus, de piſcibus multis & ma-
gnis, qui per circuitum ſæpe capiuntur in aquis,
quæ maria vocantur, quanta ibi copia ſit di-
ceremus, [niſi] in libro hujus operis ſecundo
juxta ſeriem, ubi legitur à Normannis in-
ſula fuiſſe ſubacta, ſingula memorarentur.
Et quid amplius? Interius ubere gleba ſatis
admodum læta [eſt], hortorum nemorumque
amœnitate gratiſſima, ferarum venatione in-
ſignis, paſcuis pecorum & jumentorum non
mediocriter fertilis, & piſcoſis fluminibus
maximis undique circumdata *d*. Non enim
d *ſitum termino[que] definit,* inſula maris eſt, ſed ſtagnorum refuſionibus
& paludibus inacceſſa. Navigio adiri poterat:
ſed quoniam volentibus illuc ire quondam
periculoſum navibus; nunc factâ viâ per
e paluſtre arundinetum, *e* pedibus tranſitur. Re-
B ſtat autem inſula, in longitudine milliaribus
f VII, à Contingelade *f* uſque ad Littleporte
vel ad Abbotesdelf, nunc vero Biſcopesdelf
vocitatum; & in latitudine quatuor, hoc eſt
g à Cherchewere *g* uſque ad mare de Straham
cum adjacentibus inſulis per gyrum, præter
h Duddingtone *h*, quæ etiam inſula eſt, in
qua villulæ ſunt, & nemora cum inſulanis
pertinentiis, cum aliis non ſine ſemine inco-
lis, cum paſcuis uberrimis. Nominatur etiam
ad prædictam inſulam Chateriz, ubi Abba-
i tia eſt Sanctimonialium; & pagus *i* Witle-
k ſeya, atque Abbatia Monachorum de *k* Thor-
neia.

5 Dicitur autem inſula nunc eſſe in Co-
l *nunc pertinentis ad Comitatum Cantabrigien,* mitatu Cantebrigiæ duorum *l* centuariatuum:
ſed unum eſt cum appendiciis, quæ deforis ſunt:
Atque his metis [continetur], juxta [quod] an-
tiquitus infra ſe conſtare perhibetur atque di-
gnoſcitur (hoc eſt à medietate pontis Detro
m uſque ad Upwere *m*, & à Biſcopeſdelf) uſ-
que ad fluvium juxta Burch quod vocatur
n *n* Niën in Provincia Girviorum (Girvii [au-
tem] ſunt omnes Auſtrales Angli, in magna
palude habitantes, in qua eſt inſula de Orlii)
C ſed verius, ſecundum Bedæ atteſtationem,
de Provincia eſt Orientalium Anglorum, in
ſed olim ad Orientalium Anglorum Provinciam: ejuſdem ingreſſu Provinciæ ſita. Antiquitus
autem (ut fertur) villa apud Cratendune, id
eſt vallem Crati, ſita fuit; ab urbe quæ
nunc eſt milliario diſtans, ubi ferramento-
rum utenſilia, & Regum numiſmata multo-
ties reperiuntur antiquorum: & quod illic ho-
minum diu fuerit habitatio, nonnullis deſi-
gnatur indiciis. At [poſtquam] Deo amabilis
Etheldreda, acceptâ jure dotis inſulâ à Ton-
berto primo ſponſo ſuo, illic manſio-
o nem elegit, prope fluentis *o* alveum in loco
ubi olim à S. Auguſtino erecta eccleſia, eminentiore habitacula poſuit; illic deinceps
conſtructa urbe potius ac docentius habita-
tur. In primitiva etenim Eccleſia naſcentis
fidei & chriſtianitatis, in honorem ſemper
Virginis Mariæ monaſterium ibi fuerat fabri-
catum, per B. Auguſtinum Anglorum A-
poſtolum: cujus operis Rex Æthelbritus
primus fundator extitit: in quo miniſtros,
Dei officium complentes, inſtituit; quos
Pendæ Regis exercitus, patriam atque vici-
niam devaſtans, inde poſtea fugavit, locum-
D que in ſolitudinem commutavit. Talibus ita-
à Penda Rege everſa, que fundatoribus Elge monaſterium primitus
fundatum eſt, ut in antiquis legimus ſcri-
ptis.

6 Quamquam beata Etheldreda, poſt lon-
gam deſolationem, ſuum hic mereatur pri-
matum, ubi Chriſto ſervante uſque in præ-
ab Etheldreda reſtituta fuit, ſentiarum habetur eccleſia, quam ſedem E-
piſcopalem poſtea factam novimus, & ipſius
Metropolim fore provinciæ. Ab omnium
namque judicio & poteſtate inſula admodum
libera eſt, quod neque Epiſcopus neque ali-
cujus exactionis miniſter, ſine advocatione
Fratrum, ſe intromittat, vel rem Sanctæ in-
quietare præſumat: quod per privilegia &
munimenta ſuis locis plenius inſeremus; di-
gnum ducentes prius Hiſtoriam tractare fa-
moſæ inſulæ, quæ floruit ac floret Chriſto
patrocinante, præſentia, beneficiis, atque
miraculis ſanctarum feminarum Etheldredæ
videlicet, Withburgæ, Sexburgæ, & Erme-
nildæ: quarum ſuffragiis feliciter gratulatur.
Continentur illic etiam Sanctorum Sanctarum-
que plurimarum Reliquiæ, quæ poſt ipſas E
Chriſto famulantes in eccleſia ſucceſſerant,
uſque ad tempora Danorum, videlicet In-
guaræ *p* pagani Regis ac ſociorum ejus: qui *p*
habitatricibus partim peremptis, partim fu- *rurſumque à Danis everſa.*
gatis, locum penitus ſubverterunt. Sunt au-
tem in gremio inſulæ duodecim eccleſiæ,
cum villis campeſtribus & modicis inſulanis,
quæ ab antiquo ad cœnobium, tamquam ca-
pellæ ad matricem eccleſiam pertinent; nec
extra cœnobium niſi ſero ad eccleſias facta
ſunt cœmeteria. Sed apud Ely ex tota inſula
defunctorum ſepeliebantur corpora. *q* *q*

ANNOTATA D.P.

A *Prologum hunc, à reliquo avulſum corpore exhibet Whartonus in Præfatione num.* XLVIII, *cum quo eum contulimus.*

a *Scriptum erat* tres, *contra expreſſam hic aſſertionem Auctoris; ſed ita faciendum videbatur librario, inter utrumque librum poſituro librum Miraculorum, licet Auctoris manifeſto diverſi.*

b Y *ſive* Ey, *Anglis* Inſula *eſt; à forma* F *ſcilicet ovi, undique præciſa, quæ Belgis compoſitè* Eylant, *quaſi* terra ovalis: *iiſdem etiam anguilla dicitur* Ael, *Anglis* Eel. *Dicitur etiam & ſcribitur* Elige, *& contractim* Elge, *quaſi* Elgey, *vel* Elig-ey, *id eſt Anguilloſa inſula. Vide annotata Henſchenii ad Cap.* 5 *litt.* O.

c *Quia* Eli *in Euangelio, Matth.* 27, *interpretatum legitur* Deus meus.

d *Operæ pretium fuerit Cambdenum in Icenis legere, deſcribentem ſitum, ingenium, fertilitatem, & amœnitatem regionis.*

e *Malmesburienſis eam viam eſſe docet ad* Schamvillam, *ubi S. Felix, Orientalium Anglorum Epiſcopus, primam ſuam Sedem collocavit: quæ villa à Monaſterio ad Orientem diſtat* 3 p.m. *ſeu milliaribus Anglicanis, quæ ſimul ſumpta uni horariæ leucæ æquivalent.*

f *Non auſim ſpondere, propria nomina omnia rectè à librariis expreſſa eſſe, cum etiam alibi frequentia appareant menda diſcrete ſupplenda aut emendanda, ut Lectorum faſtidio conſulatur. In nomi-*

A *nominibus autem locorum peculiaris eſt difficultas, cum ea vel in uſu eſſe deſierunt, vel non exprimuntur in tabulis, uti hic* Contingelade, *terminus inſulæ Occidentalis, reſpectu* Little porte *Orientali termino, & 4 millibus ab* Ely *diſtante, cui ad Boream jacet.*

g *Neque hoc nomen invenitur: ſed nomen videtur habere à Caro fluvio, inſulæ Occiduum latus perſtringente, ſeque Uſæ miſcenti apud* Erith; *unde uſque* Straham, *melius* Stratham, *aliàs* Stretham *latitudo hic dicta invenitur, eſtque hic Auſtralis limes inſulæ.*

h *Optime ea exprimitur in tabula Comitatus Huntingtonenſis, uti &* Charteris, *de qua infra, atque* Mepelo, *ſimiles inſulæ, alibi non ſic expreſſæ.*

i *Diſtat hic per modum inſulæ, duobus à Peterburgo, ab* Ely 12 *milliaribus.*

k Thorneia *ultra prædictum pagum verſus Boream fere 4 mill: eſt tamen & aliud* Thomey, *ſolum 2 milliaribus diſtans monaſterio, ideoque hic non aptum intelligi.*

l *Anglicani Comitatus paſſim in* Hundreda *dividuntur; ſic dicta, quod in ſingulis eſſent cen-*
B *tum pacis Regiæ fidejuſſores ſive Judices, de quibus vide Spelmannum in Gloſſario.*

m *In tabulis* Upwel, *ad 12 milliaria ſupra Ely ad Boream: ſed pontem hic nominatum non invenio: niſi nominis veſtigium ſit in* Trokenhole, 8 *mill. à dicto Upwel in Occidentem.*

n Nenám *fluvium appellat Cambdenus, in tabulis.*

o Ulam *intellige, Caro fluvio ad Strethamum influente auctum.*

p *Saxoni Grammatico* Ivarus, *aliis* Inguar, *filius Reineri, ejus qui primus Angliam ſubjugavit, cæſo exercitu in Hibernia captus, in pœnam everſæ fidei recens ad Danos inductæ, cujus fidei filius etiam ejus fuit acerbus hoſtis.*

q *Totam inſulæ fortunam uſque ad an.* 1289 *ſic deſcriptam invenio in fronte Chronicæ:* Fuerunt in Ely & vixerunt Sanctimoniales, 189 annis; poſtmodum Clerici ſeculares, 100 annis; poſtea Abbates, 139 annis: & anno Domini 1289 à mutatione Abbatiæ in Epiſcopatum [*tranſit ſpatium*] 180 annorum.

Nunc quoniam in pauciora capita partituri
C *hæc Acta ſumus, veteris partitionis titulos hic accipe, cum relatione ad noſtram partitionem.*

VETUS DIVISIO

LIBRI I CAPUT I Eſt anglorum Regum ſeries. 7

II Quod pater & matri S. Etheldredæ ſanctam genuere ſobolem. 9

III Quod S. Etheldreda in infantia ſancte vivere cœpit. 12

IV Quomodo S. Etheldreda primum data eſt viro. 13

V Quod Beda exemplum poſuit de B. Etheldreda & ſponſo ejus Tomberto 16

VI De tranſitu Felicis Epiſcopi, & ubi ſepultus jacuit. 18

VII De interitu Annæ Regis, & quod fratres ſui poſt eum regnaverunt. 19

VIII Quomodo Etheldreda iterum datur viro, videlicet Regi Northanhymbrorum; & qui cum illa venerunt, & quam ſancte vixit. 23

IX Quomodo Rex non potuit uti Virginis connubio, & per S. Wilfridum ejus animum ſibi illicere tentabat; ſed ipſe monita caſtitatis prætendit. 29 D A THOM. ELYENSI EX MS.

X Quomodo Regina Etheldreda, monitis beati Præſulis edocta, divortium à Rege diu poſtulaverit; ſed vix obtinens monaſterium ſubiit, & velamen ſanctitatis ab eo ſuſcepit. 32

XI Quod Rex Egfridus de monaſterio eam eripere laboravit, ſed Dei miſeratione ſalvatur. 35

XII Inſigne teſtimonium virginitatis ejuſdem. 39

XIII Quomodo Etheldreda tetendit ad Ely, & quid in itinere ei contigit. 41

XIV Quod eccleſia Colludi, poſt illius diſceſſum, igne conſumpta eſt. 33

XV Quod B. Etheldreda in Ely ad poſſeſſionem propriam rediit, cœtum utriuſque ſexus ſub Monachili habitu congregavit, quorum auxiliis illic fabricavit eccleſiam. 45

XVI Quomodo S. Etheldreda in Ely à S. Wilfredo facta eſt Abbatiſſa. 50 E

XVII Quomodo virgo Domini Werburga, habitum Religionis in Ely ſub Etheldreda ſuſcepit. 51

XVIII De adventu B. Sexburgæ in Ely. 52

XIX Quomodo S. Etheldreda prophetiæ ſpiritum habuit, & Wilfridus Romam perrexit; ſed rediens, illam obiiſſe cognovit. 54

XX Quod infirmata palam cunctis pœnituit. 56

XXI Qualiter majoribus aggravata doloribus, ſpiritum cælo reddidit, ad tertium diem. 57

XXII De S. Huna Sacerdote. 60

XXIII Quod quidam miniſter beatæ Virginis, per Sacrificium ſalutare, non potuit vinculis teneri. 61

XXIV Quod Virgo Domini Werburga, de Ely aſſumpta, quibuſdam eccleſiis præficitur. 62

XXV Poſt obitum Etheldredæ, ſoror ejus Sexburga in Ely facta eſt Abbatiſſa: & divinitus inſpirata, levari oſſa de ſepulcro juſſit. 63

XXVI Sexburga quoſdam de Fratribus miſit, F
lapidem quærere ſepulcralem. 64

XXVII Quod corpus ſacratiſſimæ Virginis Etheldredæ incorruptum invenit; & (quod mirabile, fuit vulnus in carne ejus mortuâ curatum. 66

XXVIII Quod divinitus lapis ſepulcralis virgineæ glebæ coaptatur, & poſito operculo compago non apparet. 69

XXIX Quod de veſtimentis Virginis Etheldredæ beneficia præſtantur. 71

XXX De locello, in quo ſepulta fuit, miracula narrantur. *Ibid.*

XXXI Quod fons oritur de ſepulcro. *Ibid.*

XXXII Oratio Auctoris ad Dominam ſuam beatiſſimam Etheldredam. 72

XXXIII Quod de ipſa Hiſtoriâ Beda primum compoſuit, etiam verſibus aſſeruit. 73

XXXIV Quod Beda non ſolum in Hiſtoriæ Anglorum libro; ſed etiam in illo, quem de temporibus condidit, de illa ſcripſit. 75

XXXV De obitu B. Sexburgæ Abbatiſſæ. 77

A THOM. ELYENSI EX MS.

A xxxvi Quod Ermenilda poſtea facta eſt Abbatiſſa, & Werburgæ filiæ ſuæ eccleſiam de Repeya commendavit. 78
xxxvii Quod Virgo Domini Werburga, poſt obitum matris ſuæ Ermenildæ, monaſterium Elge regendum ſuſcepit, & ibi ſepulturam elegit. 79
xxxviii Quod apud Ely cultus divini operis ſub [regimine] ſanctarum floruit feminarum, donec igne & flamma vaſtabatur à Danis. *Ibid.*
xxxix In quorum temporibus Dani devaſtaverint Angliam, & de illorum interitu. 80
xl Quod Dani ad Ely applicantes, monaſterium ambuſſerunt; & quoſcumque invenerunt, neci tradiderunt. 83
xli Quod Paganus foramen fecerit in ſepulcro Virginis, ſed mox ultione divina percuſſus eſt. 85
xlii De victoria Regum Angliæ, & de nativitate Eadgari Regis. 87
xliii Exhortatur Sacerdos Archipresbyterum ſuum, narratis ei quæ ſequuntur miraculis,
B cupiens eum amovere de ſua temeritate; de quadam matrona, de juvene muto, de puella cæca, de quodam juvene, de ancilla Sacerdotis. 88
xliv Quod judicium Dei in prædicto Archipresbytero & conſortibus ſuis elucxit. 92
xlv Quomodo Rex Eduardus regnaverit. 108

Explicit liber primus de hiſtoria Elyenſis inſulæ in vitam Beatiſſimæ Virginis Etheldredæ, & quomodo fabricaverit illic eccleſiam, & à quibus deſtructa fuerit.

Poſt hunc primum, *ut Auctor* Thomas *appellat*, librum, *ſequitur in ecgrapho Duaceno, necnon in Cottoniano codice* Liber ſecundus, *quem Prologus generalis promittit futurum* de temporibus Monachorum in Ely, & de libertate loci; & quomodo eccleſia renovata fuit; & de obſidione Normannorum, uſque ad tempora Epiſcoporum quod nunc eſt. *Sed interponitur*, De ſecunda Tranſlatione S. Etheldredæ Virginis, cum ceteris Virginibus, quæ facta eſt à Richardo Abbate, *decimo &*
C *ultimo, poſt quem* (*ut eſt in Chronico*) Anno Domini MCVIII, Henrici Regis primi anno IX, facta eſt tranſmutatio Abbatiæ in Epiſcopatum, per Papam Paſchalem anno Pontificatus ſui X. *Sequitur deinde prolixus valde* Liber miraculorum, *ac denique* Liber ſecundus Hiſtoriæ Elyenſis inſulæ, & quomodo eccleſia eſt reſtaurata vel à quibus dedicata.

Cap. I Quomodo Eccleſia de Ely per S. Etelwoldum reſtaurata fuit, Rege præcipiente Edgaro.
II Quomodo Rex Edgarus, quibuſdam petentibus eumdem locum dare denegavit.
III Quomodo B. Ethelwoldus totam inſulam de Ely emit à Rege Edgaro.
IV Quomodo Rex Edgarus dedit S. Etheldredæ Hattfielde.
V Quomodo B. Ethelwoldus emit Hendon, Hille, Nicham, & Wilbertun.
VI Quomodo B. Ethelwoldus emit ſeptem hidas in Stretham.

Ac ſic porro, abſque alio titulo, agitur de reliquis, per eumdem Sanctum Epiſcopum, Elyenſi loco comparatis, aut per Abbates acquiſitis, vel D *per alios liberaliter donatis poſſeſſionibus. Hinc vero, mutato ſtylo, ſequitur merum Chartularium, cui præponitur* Charta Regis Eduardi, de omnibus quæ poſſidet eccleſia de Ely; *quam confirmat* Privilegium Victoris Papæ, de omni libertate loci. *Hic autem eſt* Victor II, *ab anno* 1054 *ad* 1057 *Romanus Pontifex. Inde vero ſurſum aſcenditur ad* chartas Regis Edgari, *& porro deducitur earum ſeries uſque ad S. Thomam Cantuarienſem & annum circiter* 1163.

Poſt hæc incipiunt Chronica Abbatum & Epiſcoporum Elyenſium, *quibus præmittitur brevis Chronologia, ab* anno Domini CLVI, *quo* Lucius illuſtris Rex Britonum, auditâ famâ Chriſtianitatis, Epiſtolas miſit Papę Eulętherio: *ubi cum dictum eſſet, quod* anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXX eccleſia Elyenſis à Paganis combuſta eſt, *&* anno DCCCCLXX B. Ethelwoldus Wintoniæ Epiſcopus ... deſtructam innovavit, Presbyteros inde expulit, Monachos introduxit, & virum religioſum, nomine Brithnodum, eis ordinavit Abbatem ... *qui* anno decimo regiminis ſui à Regina E
Elſtritha martyrizatus eſt. *Hæc inquam cum dicta eſſent, addit Auctor*, Floruit autem ſancta Religio, ſub ſanctorum Abbatum regimine, centum triginta & novem annis: *tum indicata mutatione Abbatiæ in Epiſcopatum*, Incipit libellus breviter computatus, in quo continetur Genealogia &. Vita B. Etheldredæ & ſororum ſuarum, & de ſtatu Elyenſis eccleſiæ uſque ad hæc tempora noſtra; *incipit autem hoc modo:* Anna Rex Orientalium Anglorum filius Eny de regio genere *&c. ſicut legere eſt in Monaſtico Anglicano tom.* I *pag.* 87 *ſub finem uſque* 93; *& ſequuntur ſingulorum Abbatum geſta, ac deinde Epiſcoporum: ſed à diverſis Auctoribus ſcripta, uti in* Comm. *prævio ex Whartono notavi. Mihi congruum videtur, Libro* I *Hiſtoriæ Elyenſis, ſive Actis* S. Etheldredæ, *ſubjungere initium Libri ſecundi; & dimiſſa acquiſitione fundorum ſingulorum, cum ſubſequenti Chartulario, continuare eumdem Librum per Geſta Abbatum, licet alterius fortaſſis ſcriptoris quam* Thomæ; *ut ſic ordinate ſequatur* Tranſlatio ſecunda, tempore *ultimi* Abbatis Richardi facta; *ac deinde* Liber miraculorum. F
Tranſlationis porro ſecundæ Hiſtoria ſub his titulis invenitur.

Cap. I Deeſt titulus proprius.
II Quomodo Abbas in ſuis votis Dei auxilio ſit adjutus.
III Quomodo Sanctas invenerit, & qualiter eas reliquerit Abbas.
IV Quod ante Tranſlationis hujus ſolennitatem, propter opus dilatandum, ſepulcrum SS. Sexburge atque Ermenildæ, de loco priſtino, ubi eas collocaverat B. Ethelwoldus, removit: ſimiliter Withburgæ tumbam dimovit, quam caſu miniſtri imprudentes fregerunt.
V Quo tempore tranſlatæ ſint beatæ Virgines, & de obitu Richardi Abbatis.

Liber porro Miraculorum ſub his titulis decurrit, quibus numeri noſtri hic expreſſi reſpondent. Prologus in miracula S. Etheldredæ.

Cap. I De noſtro Monacho, ab æſtu febrium liberato. 5
II Quomodo Rex Edgarus, divinitus inſpira-

tus,

A tus, per ſanctum Pontificem Ethelwoldum, Elyenſem reſtauravit eccleſiam. o
III Privilegium Edgari glorioſi Regis. o
IV Quam diſtricte Deus vindicaverit injurias dilectæ ſuæ Virginis Etheldredæ. 8
V Iterum quomodo Deus vindictam fecerit de hoſtibus B. V. Etheldredæ. 10
VI De quodam Fratre, qui mente exceſſerat, meritis S. V. Etheldredæ ſanato. 12
VII De duobus mutis. 17
VIII De Picoto Vice-comite, qui multa incommoda huic geſſit eccleſiæ. 19
IX De Gervaſio, qui homines S. Etheldredæ valde infeſtabat & cruciabat. 22
X Quod Dominus Deus, precibus S. V. Etheldredæ placatus, indignationem ſuam & iram de hoc loco averterit. 25
XI Quomodo poſt mortem Comes Willielmus, Warenne ſit damnatus in anima. 31
XII Quod turris S. Etheldredæ, ad portam eccleſiæ, ab igne fulguris erepta eſt. 32
XIII De captivo, per B. Etheldredam ſoluto. 33
B XIV Quomodo quidam à dolore dentium curatur. 42
XV De Magiſtro Radulpho, ab inflammatione gutturis ſanato. 44
XVI Quod quidam membris omnibus deſtitutus, priſtinæ redditur ſanati. 51
XVII Quod apparens S. Etheldreda infirmanti, ſanitatem promiſit. 57
XVIII Quod S. Etheldreda à muliere viſa eſt, in quadam eccleſia. 61
XIX Quomodo captivus per S. Etheldredam liberatus evaſit. 66
XX Quæ damna extranei loco intulerint. 69
XXI De puella, dextro oculo cæcata, ad S. Etheldredam illuminata. 72
XXII Quod mulier, invocatâ S. Etheldredâ, curatur. 85
XXIII Quod quidam languens ad vitam rediit. 86
XXIV De hydropico curato. 87
XXV Quomodo nefandorum proditio, ad ſtuporem omnium, per S. Etheldredam detegitur. 88
XXVI De muliere cæcata & illuminata. 99
C XXVII De Presbytero, qui feſtum S. Etheldredæ ſervare noluit. 100
XXVIII De puero infirmo & ſanato. 102
XXIX De quodam Fratre, à morte erepto. 103
XXX De quodam puero Monacho, per S. Etheldredam ſanato. 108
XXXI De dæmoniaco, per S. Etheldredam liberato. 109
XXXII Quam ſevera oſtenſa eſt viſio de hoſtibus eccleſiæ S. Etheldredæ. 111
XXXIII Quomodo Deus diſperdidit hoſtes ſanctæ ſuæ Virginis Etheldredæ. 113
XXXIV De homine erecto. 116
XXXV Quam benigne Virgo Etheldreda, cuidam ſe diligenti, per viſionem apparere dignata eſt. 117
XXXVI De Agricolario S. Etheldredæ, per viſionem oſtenſo. 122
XXXVII de quodam, ad fontem S. Etheldredæ ſanato. 124
XXXVIII Quod mulier cæca, ad fontem S. Etheldredæ illuminata eſt. 129
XXXIX Quod quædam virgo, in fontem S. Etheldredæ lapſa, nil mali paſſa eſt. 131
D XL Quomodo Crux ſancta loquelas edidit, in protectione Monachorum. Ibid.
XLI Quomodo corpus B. Witburgæ Virginis allatum eſt in Ely. o
XLII De hoſte juſte punito. 136
XLIII Miraculum de Cruce. 128
XLIX Quod per B. Etheldredam multi ſanantur à febre. 139
XLV Quod quidam exanimis vitæ reformatur. 140
XLVI De paralytica curata. 142
XLVII Quod elingui redditur loquela. 145
XLVII De cæca illuminata à S. Etheldreda. 147
XLIX Qualiter manus arida reformatur. 148
L Quod inimicus eccleſiæ divina ultione punitur. 149
LI De manu mulierculæ ſanata. 153
LII Quod quidam doloſus per S. Etheldredam eſt devictus. 156
LIII Miraculum B. Etheldredæ valde jucundum, quod in vita ejus contigiſſe legitur. 158

A THOM. ELYENSI EX MS.

E

LIBER PRIMUS

De vita & obitu Sanctæ, corporis incorrupti elevatione & miraculis, & fortuna loci ad uſque inductos illuc Monachos.

CAPUT I.

Regium genus Sanctæ, pia adoleſcentia, conjugium cum Tonberto Principe.

7 ANgli, ſecundum *a* veteres hiſtorias, tempore Martiani Principis, annos centum quinquaginta ſex ante beatorum Auguſtini ſociorumque ejus adventum in Britanniam (quæ nunc Anglia dicitur) ſunt advecti; qui de tribus Germaniæ fortiſſimis populis, id eſt, Saxonibus, Anglis & Jutis advenerant. De Jutarum origine, ſunt Cantuarii; de Saxonibus, Orientales Saxones; *b* de Anglis vero, hoc eſt de iſta patria quæ *c* Angulus appellatur, Orientales Angli ſunt exorti, & Orientalem ipſius inſulæ partem (quæ uſque hodie linguâ Anglorum Eaſtangle dicitur) ſortito nomine ſunt adepti, & funiculo hereditatis potiuntur. Ex quorum ſtirpe multarum provinciarum Regium genus originem duxit: à quibus præcelſa Virgo Eteldreda carne propaganda extitit, quæ tam eximia ſanctitate mirabilis, quam Regia dignitate ſpectabilis, feliciter emicuit. Quod celſius appareret, cum ſingula ex Beda vel hiſtoriis comprobantes, Reges adnumerando provinciæ, ortum beatæ Virginis ita retexendum aggredimur. Fuit autem Rex Eſtangliæ Redwaldus nomine, dudum in Cantia Fidei Sacramentis imbutus, ſed fruſtra: nam ab uxore ſua deductus, habuit poſteriora pejora prioribus. Sed licet actu ignobilis, tamen natu

a CAP. I. *Angli Britanniâ invadunt.*

F

b

c

primis Regibus Orientalium Anglorum

A THOM. EX MS.

A erat nobilis, filius videlicet Tytili, cujus pater fuit Wlfa *d*, à quo Reges Orientalium Anglorum Wlfinges appellant. Jam dicto vero *d* Redwaldo ſucceſſit Artawaldus filius ejus: qui perſuadente Rege Northanhumbrorum Ædwino, Fidem Chriſti & Sacramenta primum ſuſcepit cum eadem provincia: ſed non poſt multum temporis occiſus eſt. Cujus frater Sigebertus, vir per omnia chriſtianiſſimus atque doctiſſimus, cum regno potitus eſt, provinciam, tribus annis in errore verſatam, *e* ad rectam fidem & opera juſtitiæ per *e* S. Felicem Epiſcopum perduxit. Is illi in Gallia exulanti familiaris effectus, Angliam cum eo *f* poſt mortem *f* Artwaldi venit, & Eſtanglorum Epiſcopus efficitur, accepta Sede in Civitate Dummoc; quam ſua prædicatione, à longa iniquitate atque infelicitate, juxta nominis ſui ſacramentum, liberavit.

8 Interea Rex idem, relictis regni negotiis, & cognato Ægerico commendatis, qui & antea partem ejuſdem Regni tenebat; *g* Monaſterium quod in *g* Betricheſwurde ſibi fecerat, intravit; acceptâque tonſurâ, æterno

B *poſt interitum Sigeberti & Ægerici,*

Regi multo tempore devote ſervivit. Quod dum faceret, contigit gentem Merciorum, duce Rege Penda nomine, adverſus Orientales Anglos in bellum procedere. Qui dum inferiores ſe eſſe in bello proſpicerent, rogaverunt Sigebertum ad confirmandum militem ſecum venire in prælium. Illo vero nolente ac contradicente, invitum monaſterio eruentes, duxerunt in certamen; ſperantes minus militum animos trepidare; minus, præſente Duce quondam ſtrenuiſſimo, poſſe fugam meditari. Sed profeſſionis ſuæ vir ſanctus non immemor, dum opimo eſſet vallatus exercitu, non niſi virgam tantum in manu voluit habere; occiſuſque eſt una cum Rege Ægerico, & cunctus eorum inſiſtentibus Paganis cæſus ſive diſperſus exercitus. Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Verbi *h* Dei *h* ſexcenteſimo triceſimo ſeptimo. Succeſſor * autem regni illorum factus eſt Anna, *succedit Anna pater Etheldredæ:* filius *i* Eni, de regio genere, vir optimus atque optimæ ſobolis genitor, Etheldredæ jam dictæ atque ſororum ejus, ſicut ſequentia declarant. Qui Regnum adeptus, monaſterium quod vir Domini Furſeus (de quo

i

C mirabilia leguntur) à præfato Rege Sigeberto acceperat in caſtro, quod linguâ Anglorum Cnobheresburch dicitur, Rex provinciæ illius Anna, ædificiis & donariis pluribus adornavit.

CAP. II.

9 Rex igitur Anna uxorem, tanto condignam ſponſo, ſortitus eſt glorioſe, non diſparem natalibus, admodumque moribus egregiam, pluribus antequam Regnum adeptus eſt annis. Horum vitam & mores tam copioſa Deus benedictione locupletavit, ut per virtutum incrementa ſemper animos elevarent ad ſupera; pauperibus Chriſti officium ſedulo impendentes, eorum miniſteriis inhærebant; & talibus dediti operum exercitiis, ingenua carnalis genituræ ſucceſſione ditantur. Nati ſunt eis liberi, quos vita laudabilis & mors nihilominus pretioſa commendat; *hujus ſex liberi:* filii autem duo, Aldulfus & ſanctus Jurminus; ac filiæ quatuor; primogenita videlicet Sexburga, femina incomparabilis; Ædelberga, Etheldreda, atque Withburga; quæ propter Dominum carnis illecebras reſpuentes, inter prudentes virgines oleum in vaſis ſuis habere meruerunt. Aldulfus vero, quod fuerat Annæ Regis filius, ut in præſenti contexitur opere, nonnullis deſignatus indiciis; etiam juxta Bedam atque hiſtorias, ſi attendimus, comprobatur. *k* Jurminus autem, *k* quem ſanctitas vitæ & juſtitiæ meritum beatum commendant, ſicut in Geſtis Pontificum Angliæ legitur, frater fuiſſe Virginis Etheldredæ perhibetur.

D

10 Sed jam qualia prædictarum fuerint primordia feminarum, qualis progreſſus, quis finis, diligenter inſpiciendum. Hæc namque mater, de qua progenies tanta prodiit, filia fuit Hererici, nepotis Regis Edwini Northanhumbrorum, & nomen ejus *l* Hereſwitha. Etenim in Vita ſanctæ Virginis *m* Milburgæ legitur: Sexburga *n*, major Annæ Regis filia, Erconberto Regi Cantuariorum datur in conjugium, ſoror ſanctæ Virginis Etheldredæ, cujus mater Hereſwitha dicebatur. Neque alia tunc temporis in tota Anglorum hiſtoria, ſed neque in Chronicis Anglicis vel Latinis reperitur, quæ tali nomine cenſeretur, præter hanc ſanctarum genitricem feminarum, (quam Beda procul dubio matrem Aldulfi Regis aſſerit) de qua in Annalibus ſcriptum legimus.

l *m* *n* *uxor Hereſwitha.*

E

11 Rege Eſtanglorum *o* Ædelwoldo defuncto ſucceſſit Aldulfus. Cujus mater Hereſwitha, ſoror *p* S. Hildæ Abbatiſſæ, quarum pater Hererícus, cujus pater Ædfridus, cujus pater *q* Edwinus. Ipſa namque (ſicut Beda teſtatur) de viro altero filiam habuit nomine *r* Sederridam, quæ virgo ſancta permanſit. Sexburga vero (ut præmiſſum eſt) nupſit viro anno quinto regni patris ejus, Erconberto Regi Cantuariorum: altera autem filia Ædelberga, *s* Deo dilecta, perpetuæ virginitatis gloriam in magna continentia ſervavit [in Francia]. Nam eo tempore, necdum multis in regione Anglorum monaſteriis conſtructis, multi de Britannia; monaſticæ converſationis gratiâ, Francorum monaſteria adire ſolebant; ſed & filias ſuas erudiendas, ac Sponſo cæleſti copulandas, eiſdem mittebant; maxime in Brige, & in Cale, & in *t* Andigalam monaſterio: inter quas erat prædicta Sedrida, filia uxoris Annæ Regis Orientalium Anglorum, de alio genita viro; & filia naturalis ejuſdem Regis Ædelburga, ſerviens Domino in loco qui dicitur Brige. *u* Withburga vero, adoleſcentior filiarum, Regum natos & parentum honores contemnens, humilem locum in paterna provincia, poſt interfectionem patris, apud Dyracham, ſolitarie volens vivere, elegit. Hæc, prout ſeries competit, licet breviter attexentes, de ſingulis Lector propria volumina ſufficienter iuveniet.

o *p* *q* Lib. 3. c. 8. *r* *s* *t* F Ibid. *u*

CAP. III.

12 Beata [ergo] & glorioſa Virgo Etheldreda, apud Orientales Anglos, in loco famoſo *x* Æreninge nuncupato, nobiliſſimis parentibus ut venerabilis Doctor & veraciſſimus Hiſtoriographus teſtatur Beda, Annæ Regis Orientalium Anglorum extitit filia, de matre vocabulo Hereſwitha (ſicut ſuprà dictum eſt) genita. Generis itaque proſapiâ nobiliter ſublimata, nobilitatem meritis & gloria ſanctitatis decoravit. Nam in ipſa infantia, vi-

x *S. Etheldreda pie educata:*

vens

A vens bona in omnium oculis, crevit ſemper in melius, prætendens aliquid in ſe dono Dei futurum. Creſcebat Etheldreda, à Deo præelecta, bonæ indolis, domi adulta, ut aſſolet ætas illa, cum parentum copiis; nulli unquam moleſta, verum ſuavis, dulcis omnibus ac mitis. Sed hoc mirabile valde eſt & laudabile, quod ab ipſis infantiæ rudimentis ſobrietati & pudicitię indulgens, nunc parentum veſtigia comitata, nunc ſola eccleſię frequentans limina, neglectis puellarum otiis, Deum ſedulo exorare gaudebat. Mirantur parentes filiam ſuam talibus delectari ſtudiis, eam potius intelligentes gratiâ Dei ampliore virtutum munere donandam. Non enim laſciviam complexa mundi, imo curſum vitę pręſentis in virginitate conſummare, pie, ſancte, religioſeque vivendo elegit atque contendit; ut de ea in ęvo jam imbecilliore dictum Sapientis appareret, Ætas ſenectutis vita immaculata.

Sap. 4. 9.

CAP. IV.

13 Cumque beata Virgo, laudabilis vitę proceſſu, pueriles annos tranſegiſſet; & ipſa jam adulta nubilis appareret, atque fama divulgante ſanctitudo animi ac pulchritudo corporis illius longe lateque celebris exiſteret;

B accedunt plurimi, atque formę virginis excellentiam admirantes, virgineę puritatis titulos egregia laude proſequuntur. Innumeris etenim ejus pulchritudo Principibus complacebat, & venuſta facies ejus ad puellares permovebant amplexus. Illa ſolius Dei ſuſpirabat ad thalamum, cui virgineum ſolemniter epithalamium concinebat, & jugis in cantico, ſuę carnis jugi ante Deum inſudabat holocauſto. Interea ſuperno Judice providente ad feſtivum Virgo diſponitur Etheldreda conjugium, & ad thalamum diverſis organis ſolemniter feſtivum. Nec hoc agebatur ut ejus pudicitia lęderetur, ſed quo majore in hoc certamine probaretur patientia, eo ampliore atque pretioſiore Martyrii coronaretur victoria. Tandem poſtulatur in conjugium à Tonbertò Principe Auſtralium *y* Girviorum: qui in amorem Virginis animum informandum inſtituit, ſuoque eam matrimonio copulari à patre Rege donari expoſcit. Aſſentit votivo petentis juvenis deſiderio, & ei ſatisfacere

nuptaPrincipi Tonberto,

y

C Rex fidelis intendit. Quod illa audiens multum perhorret, diu recuſat, diu denegat, utpote quę omni deſiderio vitam in virginitate optabat implere.

14 Sed vincit parentum auctoritas, imo animi ejus ſententiam Divina immutat providentia, quę eam pręſciebat ex matrimonii ſarcina glorioſiore coronandam caſtitatis laurea. Deſponſatur itaque apparatiſſime *z* biennio ante interfectionem patris ſui, alligatur licet in vita conjugali copulę: (ſicut ſcriptum reperitur) inſulam Elge ab eodem ſponſo ejus accepit in dotem: quo facto perpetuo manet virgo. Ecce quod inſolitum mundo miratur omnis homo, ut quęvis virgo deſponſata viro maneat immaculata: ſed nulli fiat ambiguum in cogitatu hominum, apud Deum fieri facillimum, quidquid ejus aſpectus elegerit potiſſimum. Deſponſata igitur Matrem Domini meruit immitari, ut ex concupiſcentia carnis invicta eſſet, ſancta corpore ac ſpiritu. Etenim cum inter dotales tabulas incorrupta virgo corruptibilis vitę premere-

z

tur anguſtiis, per cęleſtia quotidie deſideria ineffabili coronabatur martyrio. Et licet donaretur à patre ſponſa marito (ſi tamen maritus dicendus eſt, qui pudicitiæ damna non intulit) crebris autem precibus & eleemoſynarum fructibus intenti in omni juſtitia & ſanctificatione, non in impudicitiis aut ſuperbia vitę ducebant dies ſuos: uterque enim noverat juxta legum condicta ex pari voto ſanctiora fore conjugia.

D A THOM. EX MS.

15 Sed illo poſt modicum temporis (ſicut Beda teſtatur) ex quo eam accepit defuncto, etſi pro merito caſtitatis coronam vitę percepit à Domino; tamen in virginis contubernio, ut à veridicis vulgatum eſt, homo ille juſtus & ad teſtimonium conjugale ſemper manſurę virginitatis electus, atque conſtitutus, ſub jugo maritali ferme triennio vixit: in quorum copula non commixtione carnis unum corpus, ſed (ut creditur) in Chriſto unus erat animus, dum uterque Apoſtoli conſilium tenuit, nec tamen diſſidium aut diſcordia aliquando interceſſit. Et quamvis Virgo pie excidium defleverit ſociale, gaudebat potius ſolutam ſe eſſe in Chriſti libertate

permanet Virgo,

E de jugo conjugii, ſperans ſic evaſiſſe impedimenta mundi. Hinc precibus & eleemoſynis ſe Deo thurificat, lacrymas & aromata fragrat, Chriſtum cęloſque reboat: & cum vix aut numquam poteſt quælibet reperiri, quę concupiſcentię non ſubjiciatur illecebris; hęc ad nuptias ſpecioſe pervenit, ſed ignara maritalis negotii, indefeſſis precibus apud Deum obtinuit, ut illam cuſtodiret immaculatam. Sed non diffidendum eſt, noſtra ętate fieri potuiſſe, quod ęvo prędecente aliquoties factum fideles narrant hiſtorię.

16 Quęrunt nonnulli in qua pagina ſive hiſtoria reperitur, quod Beda in teſtimonium Tonberti ac ſponſi illius & Etheldredę factum aliquoties aſſeruit, ſicut fideles narrant hiſtorię; videlicet quinam vir & mulier, in conjugio degentes, immaculati ab alterutro perſeveraſſent. Quibus prę omnibus & ſuper omnes benedictas mulieres Domini noſtri Genitricem cum ſuo marito caſtum conjugium ſervaſſe (ſicut ſacra nobis Euangelia prębent indicia) ſingularem virginem pręſignamus

CAP. X.

F Mariam, & alias quarum commemorationem ſancta veneratur Eccleſia. Verum nonnulli propter hujus rei aſſertionem, aliunde probatione magnifice contendunt audire. Unde ſedulo librorum volumina inquirentes, exemplum illorum advertere cupientes, ſed potius more ſolito in libro, *aa* quem Collationes Patrum nominant, ſtudium adhibentes, optatum ac diu quęſitum prę manibus inveniſſe contigit, quod ad narrationis ſeriem convenienter adducimus. Duo quidam Patrum rogaverunt Deum, ut oſtenderet eis in quam perveniſſent menſuram. Et venit illis vox dicens: Quia in villa illa quę eſt in Ægypto, eſt illic ſecularis quidam Euchariſtus nomine, & uxor ejus vocatur Maria; nondum perveniſtis ad menſuram ipſorum. Exſurgentes illi duo ſenes venerunt in vicum illum: & percunctantes invenerunt cellam ipſius. Et videns illos ſenex, paravit menſam: miſitque aquam in pelvim ut lavaret pedes eorum Et dixerunt ei: Non guſtabimus quid-

exemplo Deiparæ,

aa

A quam nisi indicaveris nobis operationem tuam.

A THOM. EX MS.

17 Tunc ille cum humilitate dixit eis : Ego sum Pastor ovium, & hæc uxor mea est. Cum vero perseverassent illi seniores rogantes eum ut omnia denuntiaret eis, & ipse nolebat dicere ; dixerunt ei : Deus nos misit ad te. Audiens autem hoc verbum timuit, dixitque : Ecce oves istas habemus à parentibus nostris : & quidquid ex ipsis donaverit Deus nobis, facimus illud in tres partes, partem unam pauperum, aliam in susceptionem peregrinorum, tertiam vero ad usum nostrum. Ex quo autem accepi eam uxorem, neque ego pollutus sum, neque ipsa ; sed virgo est : singuli autem à nobis remoti dormimus. Et quidem in nocte induimus saccos, in die vero vestimenta nostra ; & usque huc nemo hominum hæc cognovit. Cumque hæc audissent illi Patres, admirati sunt, & recedentes glorificaverunt Deum. Exemplum autem hoc ex librorum auctoritate propter antiquitatem non inutiliter ponitur, ut qui Tonbertum & ejus sponsam Etheldredam in conjugium & post, docente Beda, stolam legunt servasse castitatis, & in istis (sicut dictum est) aliquoties factum non diffidant. Et quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, in omni ordine, in omni gradu, in omni dignitate novit Dominus qui sunt ejus ; & quos prædestinavit, illos justificavit ; ut nec paupertas, nec divitiæ adimant sanctitatem, nec perfectum obscuritas, nec reprobum caritas faciat.

& conjugum 2 in Ægypto,

divinitus indicatorum.

B

CAP. VI.

18 Felix etenim Orientalium Anglorum Episcopus, de quo præmissum est, dum decem & octo annis eidem provinciæ Pontificali regimine præfuisset, ibidem apud Dummoc in pace vitam finivit anno duodecimo regni Annæ Regis. Hic autem locus ad introitum insulæ de Ely dicitur esse, ubi monasterium magnum & famosum fuit, in quo non minima congregatio monachorum à quodam venerabili Ditone-Lugtingo nomine constructa ordinem sanctæ Regulæ sub Abbate Wereferdo observavit. In Anglico quippe legitur, quod sanctus Felix vetus Monasterium apud Seham & Ecclesiam in Redham primitus condidit : sed Paganorum gens crudelis & impia veniens de Danemarchia, desęviens in omnes fines Anglię, locum prędictum ac quęque per circuitum ferro ac flamma depopulans, in solitudinem postea commutavit. Unde [cum esset] locus à Divino cultu diutius evacuatus, tempore Regis Canuti Reliquiæ sanctissimi Felicis Confessoris in Ramesciense Cœnobium sunt translatæ, & digno cum honore reconditæ. *bb* Scribere autem de hoc Confessore Domini ipsa series narrationis popolcerat, qui Regem Annam & domum ejus totam cum eadem provincia (sicut tradunt historiæ) undâ baptismatis abluit, & salutaria documenta impertivit.

S. Felicis Episcopi transitus & sepultura.

C

bb

ANNOTATA D. P

a *Apud Bedam lib.* 15 *cap.* 1 *in editione Cantabrigiensi anni* 1643 *annus assignatur* 449, *& consentiunt Chronologus Anglo-Saxonicus, Fasti Malmesburienses, Westmonasterienses; & passim alii, uno dumtaxat anno ante Imperium Marciani, subrogati Theodosio Juniori* 29 *Julii anno* 450 *mortuo ; ita ut ante adventum S. Augustini & sociorum, qui appulerunt anno* 597, *solum numerandi sint anni* 148. D

b *Adduntur à Beda* Meridiani Saxones *&* Occidui Saxones.

c *Videtur indicare eam Sleswicensis Ducatus partem, ad ingressum Daniæ, quæ hodiedum* Anglen *dicitur : non à Latino* Angulus, *sed ab exercitio piscatorio, nam patriâ gentis linguâ hamus dicitur* Angil. Anglis *autem adduntur ab eodem Beda* Mediterranei Angli, Mercii, & tota Nordhumbrorum progenies : *& ex omnibus exorta est Heptarchia celebris.*

d *Ita fere regnarunt.* Wffa *Bedæ lib.* 2 *cap.* 15 *hic* Wffa *circa annum* 575 *hoc regnum incepit ; cui successerunt* Tytilus *circa annum* 582, Redwaldus *circa an.* 593, Arthwaldus *circa an.* 624, *sed incertus est fere illorum Regum calculus.*

e *Acta* S. Felicis Episcopi, *ex variis collecta, dedimus* 8 *Martii ; ibidemque egimus de baptismo* Arthwaldi, *sive* Earpwaldi : *&* de Sigeberto, *Martyrologiis Anglicanis ad* 27 *Septembris inscripto.* E

f Dommoc, *seu* Dummac, *aliis* Domwich, *urbs maritima provinciæ Suffolciæ. De sede inde* Helmatiam, Thietfordiam, *ac tandem* Norwic *translata egimus ad ejus Vitam.*

g *Alii annum consignant* 642, *nonnulli annum* 652, *tam incertus est calculus horum Regum.*

h *Mabilio expunxit relativum* Præfatus, *quia ante non reperit nominatum. Ego potius crediderim, socordi librario excidisse superius verba aliqua, ad signum*, ubi particula* autem *refertur ad præcedentia quædam istic deficientia, quæ sic possent suppleri :* Pater ejus fuit Anna, filius Eni. Fuit autem Eno frater, Rex Eastanglię Redwaldus nomine, *aliis absque successore mortuis ejus ad regnum habebat.*

i *S. Fursei Vitam & Miracula habes* 16 *Januarii : & in Vita num.* 35 *dicitur ; quod* de Hibernia per Britannos in Saxoniam transvectus est, ubi honorifice à Sigeberto, Orientalium Saxonum Rege susceptus, verbo Domini barbara mitigabat corda. Saxonum *igitur nomine etiam* Anglos *comprehendit auctor, alii* Angloſaxones *dicunt. Porro signavi puncta*..... F *ubi veluti superflua expunxi verba,* Rex provincię illius Anna.

k Iurminus, *notus in Historia Elyensi edita in Monastico Anglicano, sed loco hic citato apud Malmesburiensem pag.* 20. Germanus *appellatur, & dicitur apud Alfordum cum patre Anna, in bello cum Penda Rege Merciorum, anno* 654 *occubuisse ; nusquam tamen invenitur dies cultûs, quem an aliquem habuerit unquam, vehementer dubito, propter hujus Auctoris, eum alias non tacituri, silentium. Idem in libro mirac. num.* 62 *similiter* Beatus *appellatur.*

l Hereswida *dein vidua, facta est sanctimonialis in monasterio Calensi, condito à S. Bathilde Regina Franciæ ex Anglo-Saxonia prognata, & in ea facta tunc Sanctimoniali.* Hereswida *ut Sancta inscripta est Martyrologio Anglicano Wilsoni primæ editionis ad* 23 *Septemb. quem secuti sunt Ferrarius Saussaius in Martyrologio Gallicano & Alfordus.*

m *Vitam* S. Milburgæ *dedimus* 23 *Februarii, ed eam quæ hic citatur, non habuimus.*

n Sex-

A n Sexburga, *post obitum mariti, in Schepeia monaſterio à ſe conſtructo Abbatiſſa, inde ad* S. Etheldredam *ſororem profecta, ei ſucceſſit, ſecunda Abbatiſſa Elyenſis. De ea egimus* 13 *Februarii ad Vitam S. Ermenildæ filiæ: pluribus acturi ad ejus Natalem* 6 *Iulii, tum hinc tum ex Monaſtico Anglicano, pag.* 88 *quædam haud contemnenda addente.*

o *Defuncto Annæ ſucceſſerunt fratres ejus* Ædelherus *&* Ædelwoldus, *poſt hoc autem filius Annæ Aldulfus, circa annum* 664, *de quibus infra agitur.*

p S. Hilda, Abbatiſſa Streneashalæ, *colitur* 15 *Decemb. De ea & dicto monaſterio actum eſt* 8 *Februarii, ad Vitam S. Elfledæ, quæ ei ſucceſſit.*

q Edwinus Rex Northumbriæ *creatus anno* 617, *occiſus & Martyr habitus* 12 *Octobris anni* 633, *inſcriptus Martyrol. Anglic.* 4 *Octobris. Notus eſt anno* 583, *ut potuerit proavus fuiſſe Hereſwidæ.*

r Sederrida *aliis* Setruda, *Abbatiſſa Brigenſis in Gallia, nunc S. Faræ monaſterio, cujus aliqua Acta dedimus* 10 *Ianuarii.*

B ſ Ædelberga *ſive* Edilburga, *etiam Abbatiſſa Brigenſis, colitur* 7 *Iulii.*

t Andigalum *monaſterium ad Sequanam, quarto milliari ſupra Rotomagum, jam dudum extinctum eſt in eo tamen loco,* Andelen *etiam nunc appellato, alium* Parthenonem *Benedictinum recens ædificatum eſſe* Mabilio *aſſerit.*

v S. Witburgæ *Acta dedimus* 17 *Martii.*

x Æreninge, *in Hiſtoria Elyenſi* Erninge, *eſt in comitatu Suffolcienſi, & Hundredo Latfordienſi, ad confinia Cantabrigienſis agri.*

y Girvii, *inquit Cambdenus in* Iceni *& Comitatu Cantabrigienſi*, comprehendit paluſtrem regionem in quatuor Comitatibus, Cantabrigienſi, Huntingdonenſi, Northamptonenſi & Lincolnienſi; & Girvii, ut quidam interpretantur, Paludicolæ *ſunt. Hinc* Auſtrales Girvii *occupabant ditiones in Huntingdonenſi & Northamptonenſi agris, cum inſula Ely.*

z *Ergo anno* 652.

aa *Apud Caſſianum ſcilicet Collat.* 14 *cap.* 7 *: ſed ibi ſequens hiſtoria paulo aliter narratur utriuſque conjugis ſuppreſſo nomine; & uni Ioanni Abbati dicitur rei veritatem faſſus vir eſſe. Alia in hoc opere exempla poterit lector invenire: poterant ſaltem hic addi, ut omnibus notiſſimi* Pulcheria *&* Marcianus *Auguſti.*

C bb *Pleraque ſunt explicata ad Vitam* S. Felicis 8 *Martii.*

CAPUT II.

Reges Orientalium Anglorum, & alii. Conjugium S. Ethildredæ cum Egfrido Rege.

CAP. VII. *Annæ Regis pietas*

19 SUccedente autem tempore, præfatus Rex Anna, nomine quidem ac dignitate in Anglia præeminens, in gloriam tamen non eſt elatus humanam; ſed Dei in ſe bonitatem altius recognoſcens, ſedulo meditabatur non ſublime ſapere: & cum eſſet Rex ſolio ſublimis, domeſticis ſe prębebat ęqualem, Sacerdotibus humilem, plebi gratum. Mira illi circa Dei cultum devotio, mira in eccleſiis conſtruendis ſolicitudo. Fuerat enim pater orphanorum, & judex viduarum, ac patriæ defenſor validus: ad cujus præſidium quilibet, inſidias & hoſtium non ferentes incurſus, confugerunt: quod ad oſtendendam tanti Regis magnificentiam ſcribere propoſui, ut venire poſſim ad hiſtoriam latiorem. Accidit autem, cum Kenwalla, qui patri Kinegilfo *a* ſucceſſit in regnum, fidem & Sacramenta regni cæleſtis accipere renuit: verum poſtmodum etiam regni terreſtris potentiam perdidit. Repudiata ſorore Pendæ Regis Merciorum quam duxerat, aliam accepit uxorem; ideoque bello petitus, ac regno privatus eſt ab illo: cumque præſidium in aliquo non inveniſſet, ſeceſſit ad Regem Orientalium Anglorum, cui nomen Anna, apud quem triennio exulans, fidem cognovit, ac ſuſcepit veritatem. Nam & ipſe apud quem exulabat, Rex erat bonus, & bona ac ſancta ſobole felix, pater videlicet beatarum feminarum, de quibus maxime hoc conſtat opus. Baptizatus eſt Rex Kenwalla in eadem provincia à Felice Epiſcopo: quem de fonte ſacro Rex Anna ſuſcepit, cujus poſtmodum auxiliis rediit in Weſtſaxoniam, paternumque potenter ab hoſtibus obtinuit regnum. Quod cum celebri ſermone univerſo Anglorum orbi vulgatum patuit, aliis Regis Annæ ſtudium & affectum in Deum admirantibus, aliis ſanctitatem laudantibus, cum eo fœdus undique pepigerunt.

D A. THOM. EX MS.

a etiam in converſione ut Regis Kenwallæ,

E

20 Sola tantum Mercia, adhuc ſpirans & anhelans ſedem Eſtanglorum, interitum minabatur: & [ejus Rex] ſuffultus copiis bellatorum illos aggreſſus eſt expugnare. Cui Rex Anna obviare feſtinans, ab eodem Penda Rege Merciorum occiditur anno regni ejus nono decimo, ab Incarnatione vero Domini ſexcenteſimo quinquageſimo quarto: cui frater Ædelherus ſucceſſit in regnum. Hic Pendæ Rege amicus factus, ſub eo regnaturus deinde ſuſcepit imperium. Eſt in eadem provincia locus, vulgo *b* Blideburch vocitatus, in quo corpus venerandi Regis Annæ ſepultum eſt, & uſque ad hanc diem pia fidelium devotione veneratur. Illic etiam ſepultus eſt filius ejus Deo acceptus Jurminus, ſed apud *c* Betritheſworde (quod nunc S. Edmundum appellant) poſtea tranſlatus eſt & honorifice collocatus. Turbatis hujuſcemodi rebus Orientis Angliæ, Regina, poſt ſui Regis interitum deſpiciens mundum, apud Gallias peregrina in monaſterium Cale ſeceſſit, & illic regularibus ſubdita diſciplinis, coronam expectabat æternam. Ad quam veniens & poſtea Hilda ſoror ipſius, relictâ patriâ, ejus æmulata exemplum, in eodem monaſterio peregrinam pro Domino vitam ducere volens; ſed ab *d* Aidano Epiſcopo poſt annum ad patriam revocata, vitam monachicam in magna vitæ duxit abſtinentia.

& interitus an. 654.

b

F

c

Hereſwitha & Hilda Kalam ſe recipiunt.

d

21 Poſt hæc anno ſequenti, perfidus Rex Merciorum Penda, Sigilberti, Egerici, Annæ Regum Eſtanglorum, necnon Edwini atque *e* Oſwaldi Regum Northanhumbrorum occiſor, triginta legionibus totidemque nobiliſſimis Ducibus inſtructus, in Berniciam ad debellandum Regem *f* Oſwium aſcendit. Cui ille cum Elfrido filio, unam tantum le-

Oſwius Pendam ſuperat.

e

f

A gionem habens, ſed Chriſto duce confiſus,
ATHOM. EX MS. occurrit. Nam filius alius ejus Egfridus tempore illo, in provincia Merciorum apud Reginam ejuſdem Regis *g* Kyneſwidam, obſes tenebatur; qui accepturus erat in conjugem ſanctam Virginem Etheldredam, de cujus vita & Virtutibus convenienter hic texitur liber. Sed & filius Oſwaldi Regis *h* Odiwaldus, qui eis auxilio tunc eſſe debuerat, in parte erat adverſariorum; ejuſdemque contra patriam & patruum ſuum pugnaturus ductor extiterat, quamvis ipſo tempore ſeſe ſubtraxerat, & eventum diſcriminis tuto in loco expectabat. Initoque certamine *i* fugati ſunt & cæſi Pagani, Duces Regis triginta, & qui ad auxilium ejus venerant pæne omnes interfecti; in quibus Edelherus, frater Annæ Regis Eſtanglorum, qui poſt eum regnavit, auctor ipſe belli, interemptus eſt. Tunc Rex Oſwius, pro collata ſibi victoria, duodecim poſſeſſiones ad monaſteria conſtruenda, & filiam ſuam *k* Edelfledam Deo obtulit perpetua virginitate conſecrandam. Hoc bellum Rex Oſwius tertio decimo regni ſui
B anno cum magna utriuſque populi utilitate confecit: nam ſuam gentem ab hoſtili Paganorum depopulatione liberavit, & ipſam gentem Merciorum finitimarumque provinciarum, defecto capite perfido, ad fidei Chriſtianæ gratiam convertit.

monaſteria condit & filiam Deo ſacrat.

Annæ Regis frater Ædelwaldus,

22 Sed quarto poſt anno Duces gentis illius adverſus illum rebellavêre, levato in Regem Wlfero, filio Pendæ, quem occulte ſervavêre: ſicque cum ſuo Rege, Chriſto gaudenter ſervière. Qui uxorem accipiens filiam Erconberti Regis & Sexburgæ, ſororis venerandæ Virginis Etheldredæ, nomine *l* Ermenildam, de qua ſanctam virginem genuit Werburgam, regnavitque decem & ſeptem annis, ſicut in Beda legimus. Occiſo autem Rege Eſtanglorum Ædelhero, ut præmiſſum eſt, tertius frater vocabulo Ædelwaldus Regnum ſuſcepit; homo bonus ac verus Dei cultor, juxta quod Anna frater ipſius, in fide & operibus ſanctis incedens. Ad quem cum Rex Orientalium Saxonum *m* Swithelmus frequenter ratione conſortii aſcenderet, eum amicabili & quaſi fraterno hortatus eſt
C conſilio, ut relicta idolorum vanitate crederet in Dominum Jeſum Chriſtum. Qui faventibus amicis credidit, & baptizatus eſt à *n* Cedda Merciorum Epiſcopo, qui tunc in provincia Orientalium Anglorum advenerat: quem ſuſcepit ex unda baptiſmatis idem Rex ipſius gentis Eſtanglorum, frater Annæ Regis eorumdem, regnavitque annis quinque. Poſt quem Annæ Regis filius, frater videlicet Virginis Etheldredæ, de quo jam diximus, Regnum ſuſcepit Adulfus; cujus filia Redburga, in Rependuna Abbatiſſa, famulo Deo *o* Guthlaco ſarcophagum plumbeum linteumque tranſmiſit, quo idem vir Dei poſt obitum locaretur & circumdaretur.

l *n* *m* *filius Rex Adulfus.* *o*

CAP. VIII. *S. Etheldreda in Ely inſula, pie vivens*

23 Dux vero prętatus Girviorum Tonbertus, non poſt multum temporis, ex quo Etheldredam acceperat conjugem, ex hac inſtabili diſceſſit vita; moxque illa, velut poſt naufragium recepto littore, ad propriam in Ely deſcendit domum; & in ipſa inſula, ab hoc magis occurſantium remota conventibus, Chriſto Domino famulari decertat; in reliquum vanos mundi fugiens honores, ſilentium D
ſemper & vitam prorſus ignobilem affectans, ut pòſt apparuit. Locus autem ille difficultate adeundi, & arboribus hinc inde circumdatus, habens aquas de ſupercilio collis tenues, ſed irriguas, quaſi in eremo ſecum habitare cœpit; & quos præcipuæ religionis eſſe noverat, admodum ſibi in amicitiam copulavit. Corpus namque attenuabat vigiliis, ciborum abſtinentiâ, jugi pſalmodia & intentione tota anhelabat ad cæleſtia. Talibus Etheldreda officiis exercitata, intendit nihil dulcius, nihil delectabilius quam exultare in Domino, ut ei placeat cui ſe probavit. Creſcebat quotidie ipſius veneranda devotio, & magis ac magis ejus ſanctum deſiderium igne ſancti Spiritus accendebatur. Sic in ea naturam inſtituerat conſuetudo, ut quibuſdam parſimoniæ retinaculis carnales cohiberet cupiditates. Quid plura? jam Dei judicio primo labore terminato, iterum beatæ Virgini priore gravius demandatur certamen, ut palma virginitatis ejus mundo excellentius appareret.

24 Eodem enim tempore Egfridus, in E
finibus Aquilonis inter Anglos tenebat imperium, cujus Eboraca civitas regni obtinet principatum. Hic Rex præclarus & nobilis inflammatur in amorem Virginis, hic opes confert innumeras, doteſque ſpondet multiplices: dumque honores incertos commendare diſponeret, Principis petitio vehementior illi facta eſt oneri potius quam honori: deinde parentes ejus pulſat petitionibus obnixis. Nam quæ voluntati eorum diutius reluctari non ſuffecerat; licet invita, ad ultimum votis petentium acquievit. Igitur (quod non ſperavit) anno poſt interitum patris ſui ſexto,
p unanimi voluntate parentum, tempore Edelwaldi patrui ſui, qui poſt beatum Annam & alterum fratrem ejus nomine Edelherum regnavit, iterum datur in conjugem alteri viro, Regi videlicet Egfrido, filio Oſwii Regis Northanhumbrorum, cujus pater Edelfridus, cujus pater Edelricus. Hic Regnum obtinuit poſt Alle, qui Deirorum regnum triginta annis ſtrenuiſſime rexit: ad cujus nomen B. Gregorius, cùm Angligenas pueros in foro Romano inveniret poſitos, F
alludens ait: Alleluia, laudem Dei Creatoris illis in partibus oportet cantari. Habuit autem idem Rex Oſwius fratrem ſanctum, Dei Martyrem Oſwaldum, qui ante illum novem annis regnum tenuit, & ceteros quos Chronicon enumerat; & ſororem unam nomine Ebbe, ſub cujus magiſterio Regina Deo grata Etheldreda, depoſito regni diademate, habitum ſacræ Religionis poſtea induit, & quæ monaſticæ inſtitutionis ſunt, obſervavit & didicit. Genuit autem Rex prædictus filios & filias, ſicut Anglorum narrat hiſtoria; conſtituitque filium ſuum Elfridum Regem ſuper Deirorum provinciam; Egfridum vero minorem, quem intimo dilexerat affectu, ſibi conſortem Regni ſuper provinciam Eboracam, hoc eſt Berniciorum adhibuit, quoniam corporis gravitate depreſſus regni jura difficile protegebat.

p cogitur nubere Egfrido Regi Berniciorum,

25 Erat autem Egfridus juvenis circiter triginta annorum, ſermone jucundus, moribus civilis, vir in armis ſtrenuus, Wilfri-

di

A di amicitiis valde adſtrictus. Et ſicut in quarto * hiſtoriarum Angliæ libro legitur, accepit Rex Egfridus conjugem nomine Etheldredam, filiam Annæ Regis Orientalium Anglorum, viri bene religioſi, ac per omnia mente & opere egregii; quam & alter ante illum vir habuerat uxorem, Princeps videlicet Auſtralium Girviorum, cujus mentionem ſuperius fecimus: illa tamen obſtaret, ſi poſſet reniti contra. Ducta eſt igitur Virgo filia Sion ad cives Babylonis, ſed fornacis ejus incendio minime eſt aduſta. Dies indicitur nuptialibus conſecranda ſolemniis, quo Rex filiam Regis ſibi deſpondeat. Nubit itaque Etheldreda, cum multimodo decore ac diverſo lætantium tripudio, venerando Regi, magis ſuſpirans ad nuptias cæleſtis Sponſi. Etenim illius ſanctum propoſitum amor cœleſtis à carnis deſiderio ſervavit, & ſi quid eis Regalis gloria non inglorium contulit, unde uti Regis filia glorioſior appareret, magis pro conditione byſſo & purpura, quam luxu & faſtu per quos decideret, complacebat. Siquidem in aula, B ubi ceteræ virgines commorantes deſideriis ſolent æſtuare carnalibus, hæc illius cremabatur incendio, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Itaque multis annis addicta [conjugi], obumbratione divina ſemper manſit intacta.

* Cap. 17.

cum propoſito Virginitatis,

ipſa conſilio S. Wilfridi,

26 In id vero temporis Egfrido Rege, operibus ſanctis dedito cum ſua Regina Etheldreda, ſimul Epiſcopo Wilfrido in omnibus obediente facto; pax & gaudium in populum, & anni frugiferi victoriæque in hoſtes, q Deo adjuvante ſubſecutæ ſunt, ſicut in q Vita ejuſdem Confeſſoris Domini legitur. Sed & anima Reginæ mox ad Sanctum Dei in Chriſti amore colligata eſt; atque ex his quæ ſibi fœdere conjugii competebant, cum illo participare curavit. Nam Auguſtaldenſem adepta ipſa Regina, Deo dilecta Etheldreda, domum Domino in honorem B. Andreæ Apoſtoli fabricavit, columnis variis & porticibus multis ſuffultam, r quod plenius viſu r vel auditu intelligitur. Sed cum ad ſingula latius vagamur, propoſitum operis tardius reformamus; compertâ tamen cognitionis causâ, ut res probat, intimamus.

C 27 Venerant cum ea nonnulli fideles viri ac feminæ, de provincia Orientalium Anglorum, inter quos præcipuæ auctoritatis vir magnificus erat, s Oſwinus nomine, monachus magni meriti, & pura intentione ſupernæ retributionis mundum derelinquens: dignus cui Dominus ſpecialiter ſua revelaret arcana, dignus cui fidem narranti aures accommodarent: nam & ipſe venerat cum eadem Regina Etheldreda de provincia Orientalium Anglorum, eratque primus miniſtrorum & princeps domus ejus. Talem itaque ac tantum decebat eam habere cuſtodem & ſuorum proviſorem, cujus vita apud homines miræ ſanctitatis, & apud internum teſtem magni meriti fuit: qui etiam inter vacillantes mundi honores noverat eſſe, ſed nec aliquando ſecretis cæleſtibus per animum deeſſe. Nam poſt almæ ſuæ hujus inſignis Reginæ converſionem, adeo mundi rebus, poſt quas hærere putabatur, ſe exuit; ut tantum habitu indutus, cum ſecuri & alcia in manu, ad monaſterium reverentiſſimi Ceddæ Merciorum Epiſcopi veniret; & non ad otium, ut quidam, ſe monaſterium intrare ſignaret. Ubi pro ſuæ reverentia devotionis inter Fratres eſt habitus, & ſancto Epiſcopo valde factus amicus, audivit ſuper eum cæleſtes ante ipſius obitum venire cœtus Prætermitto plurima, ne videar in narratione ſingulorum materiam excedere. D

& S. Oſwini.

s

A THOM. EX MS.

Sancte vivit,

28 Hoc quoque dicam, ad propoſitum rediens, quod Rex in matrimonio Reginæ ſic lætatus, aſſiduis eam mulcet eloquiis, ſed deſideriis non emollit. Cujus piam converſationem ac devotionem intendens admiratur, quod ſolio Regni ſublimata, morum gravitatem, quam conſueverat, nequaquam mutavit. Noctem enim ſæpe duxit inſomnem, diem abſque ciborum alimento; &, ut nunc fatear, dies ac noctes continuabat in oratione: & cum more conjugatorum Regio thoro accubuiſſet, vix compreſſo ſomno ad conſuetas fugit precum orationes, nec ad lectum ultra redire ſolita fuerat, ſicut ex Bedæ verbis poſtea docetur. Spiritus enim ſanctus, cujus cor ſuum habitaculum præparaverat, ſuæ inhabitationis domicilium ab omni corruptione liberabat, unde Virgo fortis, inter adverſa & proſpera, fixa ſtetit & imperterrita; ut nec illam violentia frangeret, nec amor Principum à ſummi Regis obſequiis inhiberet; pro cujus dilectione Regigina Etheldreda propoſuit in voto virginitatis potius hanc vitam tranſigere, quam alienalibidine violari. Tamen juncta erat Regi lege conjugali, non conjunctione carnali: ſed dolet improbus prædo, & ingemiſcit in priore certamine ſe eſſe proſtratum: unde contra eam denuo inſurgit acriùs. Idcirco acriores Egfrido ſtimulos adjicit, & ad copulam Virginis præparandam feroces illius animos vehementer incendit; & callidâ jam conatur aſtutiâ ſeducere, quam publica converſatione thalami non poterat violare: & quæ ad conjugalem copulam uſu communi neſciebat inflecti, per integumenta diſciplinæ ad carnales illecebras ſperabatur inclinari. Sed Deus benigne diſponit ad gloriam, quæ hoſtis antiquus vertere nititur ad ruinam: & quemadmodum primam ex illo Virgo obtinuerat victoriam, ita de virgineo corpore exiſtimat obtinere & ſecundam. F

CAP. IX.

29 Et ne quis, de Reginæ continentia dubitans, tantæ virtuti deroget; ſciat, temporibus illis hoc per totam Angliam divulgatum & creditum, ut de facto certi plurimi aſſerebant. Rex, inquam, virtute cælitus (ut credi fas eſt) aliqua correptus, in ſe territus ſtupuit; Reginam beatiſſimam impudice non tetigit, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ intulit: quoniam non ut Reginam aut parem, verum tamquam Dominam per omnia venerabatur. Fit ille maritus, mente non carne, nomine non opere: fit illa conjux, non mente, nec carne; ſolo nomine, non opere. Tamen ille optat debitum à conjuge, ſed nec precibus nec promiſſis animum illius ſuæ voluntati potuit inclinare. Denique S. Wilfridum tam per ſe quam per amicos adiit, ſæpiuſque convenit, orans & obſecrans, ac maximorum [donorum] pollicitatione allicere tentans, quo Reginæ perſuaderet, ut omiſſo

neque precibus dimoveri a propoſito poteſt.

A omiſſo virginitatis propoſito ei aſſenſum præ-
A THOM. EX MS. beret, quod etiam verbis Bedæ poſtea expli-
candum imminet. Vidit ejus aſſiduam cum beato Præſule familiaritatem, ipſius informabatur hortamentis, ipſum æmulabatur in Chriſti caritate: hinc Dei præconem fruſtra Rex fatigat præmiis, numquam enim hic Virgini nuptias ſuadere, nec illa Regi voluit acquieſcere. Cujus conſortio cum duodecim annis uteretur (ſicut ſcriptum eſt in libro Sermo-
Lib. 4. c. 19 num Bedæ Presbyteri) perpetua tamen manſit virginitatis integritate glorioſa. Mira res! mira Dei gratia! Virgo manet in thalamis, ſolius Dei ſecreto pervia eſt. Hujus rei mirabilis cognitio, quomodo Regina Etheldreda prioris mariti virile robur effeminaverit, & qua ſancti Spiritus arte alterius concupiſcentias evaſerit infeſtantes; ſanctificatum vero ſibi templum Deus in virgineo corpore nuptiali lege violari non permiſit, nec dedita juſtitiæ innocentia contagio victa conſenſit. Sicque Regia Virgo Domini emicat Etheldreda, clara in Deo & ſeculo Regina.

B 30 Wilfridus etenim, virginei voti fautor
ſed conſultat de divortio impetrando cum S. Wilfrido, exiſtens, vigilantis animi ſagacitate procurabat, ne qua femineæ mentis inconſtantia votum ab intentione Virgo mutaret, & terrenis illecebris animum aliquando devicta victa ſupponeret. Diſſimulavit autem provide atque prudenter, tamquam Regi favens, & deſiderii ſui efficaciam Reginæ perſuadendum pollicens; veritus ne, ſicut contigit, ob rem hujuſcemodi offenſum illum haberet. Et dum circa talia, ut æſtimabatur, ſanctus Pontifex Reginam alloqui intenderet, de cæleſtis vitæ dulcedine tractare ſtuduit: ſicque Dei virtute prædita, per conſilium ſancti Præſulis nullatenus Regi aſſenſum præbuit: egitque vir beatus ſuâ induſtriâ, ut potius divortium quæreret, quatenus libertate potita ſeculum relinquere, & thalamis æterni Regis feliciter poſſet inhærere. Cujus monitis obtemperans, & ſuggeſtionibus Virgo Chriſti dilectiſſima (quippe quem merito Religionis vera ſibi nexuerat caritas) ut ejus deſiderio ſatisfaceret in pro-
familiaris quoque S. Cuthberto, ximo apparuit. Diſpoſitione autem divina ad multorum illuc venerat ſubſidium, & pie ac
C miſericorditer auxilium cunctis ſtudebat impendere: ubi dum conſiſteret, ſanctæ religionis miniſtros in fœdus amicitiæ viros ac mulieres ſibi admittebat, quorum conſilio atque conſortio in omnem ſanctimoniam provehi, & ſuorum præſidio meritorum confoveri arbitrabatur: præſertim ad tale negotium idoneos, pro vitæ munditie & honeſta converſatione, in familiaritatem colligendos fore ex cœtu & gradu monaſtico aſſerebat: inter quos ſanctiſſimum Præſulem Wilfridum, de quo in præſenti agitur; alium vero vitæ ſanctitatis decore inſignitum, beatiſſimum *t* Cuthbertum Anachoretam, nec-
t dum vero Epiſcopum, in gratiam ac dilectionem exhibuit, & ei de ſuorum facultate bonorum plurima devote miniſtravit.

ei Stolam ac Manipulum donat, 31 Inſuper eximium atque præclarum [munus], Stolam videlicet & Manipulum ſimilis materiæ, ex auro & lapidibus pretioſis, propriis (ut fertur) manibus, docta auritexturæ ingenio fecit; eique ob internæ dilectionis intuitum pro benedictione offerendum deſtinavit, quæ in ſignum utriuſque venerationis apud Ec-
D cleſiam Dunhelmi ſervantur, & quibuſdam petentibus pro magna adhuc oſtenduntur dignitate, ut de noſtris quidam ſæpius aſpexerunt. Juſte enim & pie Virgo Virginem, dilecta dilectum tali decebat oppignerare obſequio; ut iis ſolum in conſpectu Regis Domini adſiſtens uteretur, & illius memoriam inter ſancta Sanctorum Miſſæ ſolemnia facilius repræſentare poſſet, & pro ea Dominum Majeſtatis pia poſtulatione placaret. Hoc in Beda nequaquam invenimus, ſed pro cunctorum uſque teſtimonio ſcribendum exiſtimavimus. Non ſolum autem hi, quos diximus, verum innumeri longe lateque, beatitudinem ſanctæ Reginæ, minorem eſſe quam fama diſperſerat, cognoſcentes, illius notitiâ ſimul & colloquio potiri deſiderabant, ac diverſa exeniorum largitate decorabant. Erat omnibus amabilis, alloquio dulcis, aſpectu decora, eximii pudoris ſummæque pudicitię ornata virtute; diligens rectum, nulla curans ſuavia pręter cęleſtia. Eccleſiam Dei frequenter adiit, orationi jugiter vacavit: unde vita illius compluribus facta eſt diſcipli-
E na, quia ad hoc eam natura peperit, & voluntas exercuit, & gratia ſervavit.

ANNOTATA. G. H.

a *Circa annum* 643, *in regno Saxoniæ Occidentalis.*

b Blidenburck, *inquit Cambdenus in Comitatu Suſſolciæ*, oppidum non alio quam ſepulturâ Annæ Regis meruit nomen. *Sed eum ibi ut Sanctum coli non indicat, nedum cultûs diem: nec in ullo hactenus veteri aut novo Anglorum Kalendario is invenitur.*

c Betrutheſworde *vox Saxonica, videtur* Villa Fauſtini *antiquis eſſe. Hinc Malmesburienſis de hac S. Edmundi eccleſia agens*, Jacent, *inquit*, duo Sancti, Germanus (*hic* Jurminus) *&* Botulfus, quorum geſta nec ibi nec alibi haberi memini, niſi quod primus frater S. Etheldredæ habetur. *Acta* S. Botulphi *dedimus* 17 *Junii.*

d S. Aidanus Epiſcopus *Lindisfarnenſis colitur* 31 *Auguſti, mortuus anno* 651.

e S. Oſwaldus, Rex *Nordhumbrorum*, *ut* E
Martyr colitur die 5 *Auguſti, occiſus anno* 642.

f *De* Oſwio *Rege Berniciorum* S. Oſwaldi *filio egimus inter Prætermiſſos ad diem* 15, *ad quem in Martyrologio Anglicano ſecundæ editionis ut Sanctus eſt inſcriptus, quod ſecutus eſt Alfordus. Erat regnum Northumbrorum à morte* 5 *Oſwaldi diviſum, & regnum Berniciorum obtinebat Oſwius: aſt* Oſwinus, *ex ſtirpe S. Eduini Rex Deirorum, ab Oſwio interemptus anno* 651 *ut Martyr colitur* 20 *Auguſti.*

g Kyneſwida *Regina, conjux* Pendæ, *cujus filiæ* SS. Kineburga & Kineſwitha *à nobis relatæ ad diem* 6 *Martii.*

h Odiwaldus *ſive* Edilwaldus, *in locum S. Oſwini factus Rex Deirorum.*

i *Anno* 655

k S. Edelfledæ *ſive* Elfledæ *Vitam dedimus* 8 *Februarii, ubi de Oſwio patre actum.*

l *Acta* S. Ermenildæ *dedimus* 13 *Februarii, &* S. Werburgæ 3 *Februarii: ad illius vero Acta late egimus de Wulfhero, Rege chriſtiano & piiſſimo.*

m Re-

A m *Regnavit* Swithelmus *ab anno* 661 *ad an.* 664.

n *Vitam* S. Ceddæ *ſeu* Ceddi *dedimus 7 Januarii, in qua de hoc baptiſmo Swithelmi agitur.*

o *Acta* S. Guthlaci, *illuſtravimus ad diem* XI *Aprilis, in quibus num.* 33 *hæc narrantur, &* Egburgh *eſt, quæ hic* Redburga *appellatur.*

p *Anno Chriſti* 660.

q *Dedimus* 24 *Aprilis Vitam* S. Wilfridi *per Eadmerum, in qua num.* 30 *habetur confirmatio* Etheldredæ *in propoſito virginitatis.*

r *Addit Ricardus Prior Auguſtaldenſis*, donavit in perpetuam eleemoſynam S. Wilfrido.

s *Acta* S. Owini *dedimus* 4 *Martii.*

t *Ad diem* 20 *Martii illuſtravimus Acta* S. Cuthberti.

CAPUT III.

Vita monaſtica in Cabdingamenſi monaſterio, & inde diſceſſus.

B

CAP. X. *A jugo matrimonii libera,*

32 QUis enim digne memoret, in quanta bonorum executione Virgo ſub jugo maritali vixerit, tentationibus carnis & æſtibus ſatis exanimata, nec tamen ſuperata? Grave nimis tulit vinculum conjugii, cupiens diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Perpendit itaque, omne decus lubricum; vitam ſolum cæleſtem, ſpiritu intelligentiæ, perennem cognoſcens, appetit deſiderantiſſime vivere ſolitarie. Noverat enim, ſibi conſtare raro quempiam poſſe, qui inter mundi divitias animi quærit libertatem: & quod animus ad ſuperiora difficile pervenit, qui inferioribus exoneratus non incedit. Unde cum innumeris ſuſpiriis excutere ſe tentabat de jugo regni, ardens ad Chriſtum evolare & in Chriſto requieſcere. Et cum per tot annos matrimonii lege teneretur, nolens differre ulterius, quod jam diu mente conceperat; ſed notato diligenter die & hora; non occulte ſed manifeſte, non raro ſed crebro Regem maritum poſtulat, ut ſeculi curas

C relinquere, atque in monaſterio tantum vero Regi Chriſti ſervire permitteretur. Reſiſtit Princeps cum audit, nec facile acquieſcit; graviterque dolendum ſibi aſſerit, ſi aliquando contingat à conjuge dilecta ferre divortium, licet ei numquam conjunctus eſſet more conjugatorum.

33 Poſtulat iterum Regina quod petierat; fletibus & diutinis poſtulationibus tanto importunius inſiſtit, quanto difficilius obtinendum credidit quod petebat. Tranſtulit autem totum ad Superos deſiderium: in amorem cæleſtis Sponſi flagrantiſſima, ipſius opportune præſidium flagitabat; & quo gravius de quo eripi deſiderabat, eo arctius ferventiuſque eum, per quem eripiendam ſe novit, exorare intendit. Non eam blanda quotidie ſuorum obſequia, non ſolemnes apparatus, non rerum opulentia grandis poterant eam à propoſito revocare. Rex vero tandem victus ipſius importunis precibus, licet invitus, tamen eam dimiſit invincibilem. Illa nimirum, gaviſa valde de Regis conceſſu atque licentia,

diſcedit ad Coldinghamenſe monaſterium:

quamvis difficulter & ſero impetrata, ſumptibus ſecum pluribus paratis, nobilis Virgo & potens Regina, intravit monaſterium *a* S. Ebbæ Abbatiſſæ (quæ erat amita Regis Egfridi, & S. Oſwaldi Martyris & Oſwini Regum germana) poſitum in loco quem Coludi nominant urbem; accepto velamine ſanctimonialis habitus, à præfato Antiſtite Wilfrido: quam de regno multi proſequentes viri ac feminæ, eccleſiis pro Domino ſe ſubdiderunt; ſicut Owinus, Major familiæ ejus, merito Deo carus, ſecretorum cæleſtium auditor, Dominæ ſuæ veſtigia ſecutus, non oblitus qualis fuerit, vitam monachicam repetiit, ut ſupra recolimus. Sed & tantæ Virginis & Reginæ converſionem longe cognoſcentes plures, ſeculo renuntiarunt, vel in bonis operibus abundantius ſe exercuerunt. D A THOM. EX MS. *a*

34 Ingreſſa igitur monaſterium Etheldreda, hoſtiam vivam ſe Deo obtulit; cuncta quæ mundi ſunt deſeruit, ſprevit, atque à corde ſuo procul abjecit. Inſuper pro Regali diademate, humili obumbratur velamine; pro byſſo & purpura, ambitur nigra veſte E & aſpera. Tunc vero primum ſe regnare inclita Regina credidit, cum ad ſervitutem Chriſti de Regno libera exiit; ita ut non ſolum regalia ornamenta deponens, Deo ſuam ſubſtantiam contulit; ſed pro illius amore monaſticæ religionis normam ſuſcipiens, voluntatem propriam & carnem ſanctæ obedientiæ ſubdidit; ubi quoad viveret, dum tentatur infirma, inventa eſt perfecta. Merito felix, merito glorioſa, probata obedientiæ glorificatur paſſione, ſub ſanctâ conſtituta diſciplinâ. Tantum, Divinitatis cultus exercens, ob ſuavitatem divinæ contemplationis, ab humanis cœtibus delectabatur abjungi; ut [dum] ſub ſpecie Marthæ reſideret, quieti ſummopere vacaret Mariæ. Augmentabatur in ea fama bonitatis, atque creſcebat in eadem devotio religionis, ſuper omnes ſocias illius congregationis: ubi per anni ſpatium didicit, quia jugum Domini ſuave eſt, & onus ejus leve. In quo etiam loco tam ſanctæ converſationis culmen arripuit, tam perfectæ humilitatis exemplum oſtendit; ut in ejus vita expreſſum intelligeret magiſterium, ſi quis ſanctæ inſtitutionis requireret documentum. Et verè, inquam, nunc felix geminis ornatur Virgo triumphis. Nam duobus maritis deſponſata, prius videlicet Duci, ac denuo Regi, ſed Dei virtute amborum fruſtrata eſt connubio. Et ecce contigit, ut, quia in virginitatis propoſito ſemper animum geſſit invictum, numquam corrumpi potuit duorum violentiâ maritorum. Ipſe Etheldredam protexit à flamma corruptionis, qui tres pueros eruit à camino ignis Babylonis. *& religioſa veſte induitur.*

F

35 Regina vero Etheldreda, ut præfinitum eſt, monaſterialibus jam ſubdita diſciplinis [lętabatur]; ſed Rex Egtridus, qui ejus illibatæ copulationi diu fuerat deditus, non leviter ferens divortium ſponſæ dilectæ, ſupra modum mox de illius abſceſſu cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Unde ſuorum ſuggeſtione atque inſtinctu, de monaſterio illam, licet jam ſanctitatis velamine obtectam, eripere conabatur. Nec mora, ad monaſterium, ubi ſancta Virgo degebat, cum furore & fremitu *Ab Egfrido Rege per vim reducenda,*

A festinanter ascendit. Quo audito, Mater congregationis Ebba, ex fola fuga præsidium fore suggerit, eremumque suadebat ad fugæ præsidium petendam. Ibi Dei virtute munita, donec persecutio cessaret exegit: & spiritu citata divino, quo cunctetur Virgo, in reliquum actitare studuit: nec quiescendum, donec in domum suam perveniat in Ely: illic Dei virtute incontinentiæ charybdim posse vitare decrevit. Porro quæ fuerat Regni Domina nudiustertius, & imperium terrenum contemnens monasterium subiit; facta est nunc ancillarum Christi famula, occupans ultima ministeriorum servitia. In talibus namque delectabatur Virgo Deo devota, habens illud semper ante oculos: Eccl.3.20. Quanto magnus es, humilia te in omnibus.

A THOM. EX MS.

36 Sed prosperis optatæ quietis divino munere concessis, non defuere insidiæ inimici: unde probatur in ea verissime Apostoli 1.Tim.3. 12. testimonium, quod, Omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur. Instat enim Rex, in matrimonio cupiens eam resumere; non omittens persequi, si

B forte valeat comprehendere. Sed sanctimonialis femina, gemens & anxia nunc geminato timore, dulces latebras coacta fugit, & exiit, Dominoque suam intentius pudicitiam commendavit. Et digressa clam ambitum loci, cum

b duabus Dei ancillis *b* Sewenna & Sewara, collem eminentem prope qui Coldeburchhevet, quod Latine Caput-Coldeburgi dicitur, adiit & ascendit. Sed Deus, qui ventis & mari imperat & obediunt ei, non derelinquit sperantes in se. Illius jussu credimus fieri, quod mare suum alveum egrediens, nunc aquas multipliciter effundens, locum, in quem sacræ Virgines ascenderant, circumdedit; & sicut ab incolis loci accepimus, per septem continuos dies sine cibo & potu in oratione consistentes eas occuluit; & (quod mirabile dictu est) solitos recursus oblivifcens, quamdiu Rex illic aut penes locum morabatur, stetit ita aqua, ad ostendendum cunctis Virginis meritum: & aqua erat ad adjutorium & ad tuendum, & quasi aqua non erat ad nocendum sive disperdendum. Tali ancilla Christi munita

C præsidio, evasit minas Regis, nec sensit quamque læsionem ab eo. Nam tulit auxilium Dominus, miserator egentium; atque Sponsam clementis dextræ clypeo protexit inermem. In momento enim locus secretus ac subito præmunitus, gratiâ Dei factus est; ut ex uno latere montis de medio præcisa excelsa rupes haberetur, & æquam planitiem maris fluctus reducto paululum sinu ostenderent; ut nec ad evadendum hostem vasta eremi solitudo peteretur. Percrebuit fama undique hujus rei ac tanti miraculi: & timuerunt qui viderunt vel audierunt, cognoscentes Deum jugiter esse protectorem ejus.

unde digressò Rege,

37 Cumque diutius essent in supremo rupis acumine & aquarum multitudine undique circumdatę, sed qua parte eas posset Rex aggredi nequaquam invenisset; tandem nihilominus factum admirans, in stuporem versus, de loco recessit, Eboracum rediit; nec deinceps Confessorem Dominicum Wiltridum à secretis [habuit] seu affectu ut antea coluit, sed iram diu tacito contra illum sub pectore D gessit; & expectatâ horâ, ob istiusmodi causam, eum de Sede sui Episcopatus expulit: denique, cum omni fiducia ad copulam sanctę Reginę reverti posse destitueretur, Ermenburgam sibi matrimonio copulavit. Sanctimoniales autem, in rupis vertice degentes, cum sitis ariditate nimium ęstuantes gravarentur; Ebba, venerabilis Abbatissa, Etheldredam commonet Dominum Christum exorare, ut gustum aquę illis prę- *ibidē fontem precibus impetrat,* stet in hac sitis necessitate, qui de petra potavit populum suum in deserto. Et fusâ intentius ad Dominum oratione, cum summa mentis devotione, fons aquę juxta eam confestim erupit lucidissimus; atque ad preces ejus quę per naturam non habuit, per gratiam Dei arida rupes aquas profudit, quę in usum ipsarum sufficerent, nec necessitati deessent: & usque in ęvum manare non cessat, unde potum sumentes Deo gratias egerunt; & infirmis adhuc saluberrima pręstant [remedia].

38 Insuper memoriale, & præ ceteris mirabile est; quod vestigia pedum illius, adscendentis & descendentis, in latere montis E *Vestigia pedum in petra relinquit;* infusa, tamquam in calida cera, nunc usque ostenduntur, ad laudem Domini nostri Jesu Christi. In hoc etenim facto, si diligenter attendimus, quatuor admiranda satis admiratione digna perpendere possumus: unum, quod misericorditer Deus illas ab oppressione Regis protexit; aliud, quod mare suas aquas, ad earum munimentum, tamquam pro muro effudit: tertium, quod rupis aspera in siti earum aquas donavit; quartum, quod duritia petræ, velut suæ oblita naturæ, mutato more ad tactum plantæ illius mollescere potuit. Hoc de scriptis Bedæ non cepimus, sed quicumque locum Coludi norunt, cum assertione hujus rei testes existunt: non enim vir beatus sufficerat singillatim cuncta meminisse vel audire, vel schedis imprimere, quę de omnibus per Angliam suo tempore Sanctis fiebant; sed nisi quæ diu & plurimum à religiosis & veridicis fuerunt vulgata, litteris commendare disposuerat. His ita gestis ad proposita revertimur. Verum quantum inde laboribus seu fatigationibus beata Virgo exacta fuerit, donec in Ely, quo F tendebat, perveniisset, ex sequentibus comprobatur.

CAP. XII.

39 De hac igitur Deo dicata femina Etheldreda nemo diffidat; nemo vereatur, quod post regificos Virgo servata maritos, illibata perstiterit. Nam desponsata quidem Virgo manet, ut dictum pridem. A Domino factum est istud: sed quoniam his diebus aut nullatenus aut vix probatur in conjugatis, hinc stupescimus, & est mirabile in oculis nostris. Sanctissimi Wilfridi quoque Eboracensis Archiepiscopi assertione, ac incliti *Virgo testimonio SS. Wilfridi & Bedæ,* Kinefridi, aliorumque veridicorum, sed & communis attestatione vulgi, sicut Beda sanctus didicerat, scripsit, cujus etiam insigne virginitatis testimonium perhibens ita commendabat, dicens: Quoniam cum quibus- Lib.4.c.19. dam venisset in dubium de ista Christi Sponsa & Virgine, imminet scifcitanti an hoc ita esset; idem beatæ memoriæ Wilfridus Pontifex referebat dicens, Se testem integritatis ejus esse certissimum; adeo ut Egfridus promi-

promiſerat ſe ei terras ac pecunias multas eſſe donaturum, ſi Reginæ poſſet perſuadere ejus uti connubio, quia ſciebat illam nullum virorum plus illo diligere. Iſtius tam ſacræ Virginis pudicitiam prædicare dignum eſt, quæ ei & in adverſis ſocia, & in proſperis comes individua extitit. Ut libet quique accipiant: ego, quod claudos curaverit in vita ſua, quod cæcos etiam illuminaverit, & quod in nomine Ieſu ſanaverit innumeros, ex piorum atteſtatione comperi, atque ſcriptura teſte noſſe contigit. Ipſa enim eſt Virgo ſacratiſſima & una de numero prudentium, quæ neſcivit thorum in delicto; nec digreſſa eſt cum Dina filia Iacob, ut videret mulieres alienæ regionis; nec oppreſſa à Sichen filio Emor, quandoque corruptioni conceſſit, quia fundata erat ſupra firmam petram.

digna Martyrii palmâ:

40 Nil ei prorſus de terrenæ rei placebat ſpecie, ſed regnum mundi & ornatum ſeculi contempſit, propter amorem Domini Jeſu Chriſti, quem mente & puro corde ſuper omnia dilexit, à quo illi nunc reddita eſt corona juſtitiæ. Et licet martyrium quietis tempore haud pertulit, tamen gloriâ decoratur martyrii; cum vitiis & concupiſcentiis confligens, crucem Domini jugiter in ſua carne portavit. Spero certiſſime atque confido, eam acceptiſſimam eſſe illis, qui ſtolas ſuas laverunt in ſanguine Agni, & canticum novum dulciſſime ante thronum Dei cantitant. Quod ſi ſub Nerone vel Diocletiano dimicare tunc licuiſſet; procul dubio equuleum ſponte aſcendiſſet, ignibus ſe ultro intuliſſet, numquam ferris vel laminis deſecari membra timuiſſet. Jam vero adverſum omnes pœnas atque ſupplicia, quibus plerumque ceſſit humana infirmitas, ita à confeſſione Domini non recedens, immobilis obſtitiſſet; ut læta ulceribus, gaudens cruciatibus quælibet inter tormenta riſiſſet. Sed quamquam iſta non tulerit, implevit ſine cruore martyrium. Quas vero pro ſpe æternitatis humanorum dolorum non pertulit paſſiones, famem, vigilias, nuditatem, curam pro infirmantibus, ſolicitudinem pro periclitantibus? quia ſolum cæleſtis vitæ dulcedinem in terris amaverat, ut in comparatione ejus quæcumque adverſa mundi & proſpera vileſcerent.

CAP. XIII.

41 Res eſt valde opinata, & ſeniorum noſtrorum relatione nobis tradita, quam omnis provincia, in qua acciderat, velut heſternam recitare ſolet & meminit. Sponſam igitur Domini Etheldredam locum, ubi pro Chriſto ſe ſuppoſuit, mutare, & manſionem aliam petere, Egfridi Regis quondam ſponſi ſui infeſtatio compellebat. Et aſſumptis ſecum præfatis Dei ancillis Sewenna & Seware, à loco atque provincia receſſit; Domini tenens præceptum: Si perſecuti vos fuerint homines in una civitate, fugite in aliam; ad flumen quod dicitur Humbre perveniens, cujus alveo levis auræ impulſu tranſito, in portum Wintringeham *c* proſpere eſt advecta. Sed inde quaſi ſtadiis decem ad viculum divertens, in modum inſulæ paludibus ferè circumdatum, Alfſtham nominatum, cum jam dictis puellis hoſpitium petiit & accepit: ibique paucis diebus manſitans, [quia] ob meritorum inſignia non poterat abſcondi, Domino Eccleſiam conſtruxit: quo in loco per ipſius ſuffragia crebra incolis præſtantur beneficia. Inde beata Virgo iter arripuit, tamquam una de Chriſti peregrinis, in veſte humili, ut non ſolum mente, ſed etiam habitu propter Dominum ſe humiliaret. Non recto calle quo tendebat, imo præter viam gradiebatur; & ne ab inſidiatoribus perſecuta poſſet comprehendi, latitando inceſſit, nulli ſuum volens revelare myſterium, aut cuiquam digreſſionis ſuæ exponere cauſam. Cumque ambularet, calore ſolis urente, & ex labore inſolito nimium fatigata, vix ſubſiſtere valuit: locum umbraculi & amœnitatis, quo ſinus ſudore diffluos refrigerare, & novis membra poſſet tabeſcentia viribus reficere, diligenter appetiit; nec diu fruſtratur voto, ſed celeri efficaciæ mancipavit optatum. Et lento pede progrediens, diſponente Dei gratia cominus locum ſuis neceſſariis aptum oſtendit, virenti amictum decore, ad repauſandum tranſeuntibus congruum, miranda planitie conſitum; ut potius ex induſtria putaret adæquatum, undique adſperſum floribus variorum colorum. Intendit valde optatum, videt delectabilem, judicat pauſabilem, miros halitus ex herbarum odoribus dulciter ſpirare. Cujus amœnitate ſancta Mater delectata, modicum repauſare, modicum ſe relevare exoptabat; ut reparato membrorum tabeſcentium vigore, reliquum itineris ſuppleret. Denique ſe collocavit, atque dormivit; ibique tantummodo quieſcebat, ubi eam quieſcere laſſitudo coëgiſſet.

Matt. 10. 15 *proficiſcitur in agrum Lincolnienſem, c*

42 Et mirandum valde quod narro, cujus rei vobis impertire cupio notitiam, quam veram eſſe nullus ambigat audientium. Cumque de ſomno evigilata, poſt paululum ſurrexiſſet; invenit baculum itineris ſui, quod ad caput antea fixerat, aridum & diu inveteratum, jam viridi amictum cortice fronduiſſe, ac folia prodiſſe: quod illa intuens admirando ſtupuit, & pro tali facto Deum, ex intimo corde, cum conſortibus ſuis laudans, benedixit. Sed nequaquam hoc velut commenticium æſtimetis: cuncti quidem novêre provinciales atque veriſſimum aſſerunt. Hoc quippe de hiſtoriis non invenimus, ſed tali compulſi neceſſitate incompoſitum non relinquimus: & cuncta quæ fecit Jeſus cum ſcripta non ſunt in libris Euangeliorum, ſi poſtea ab aliquo memorentur, numquid ideo non vera eſſe probari poſſunt? Crevit ergo quidem lignum illud, & facta eſt fraxinus, maxima cunctarum arborum illius provinciæ, quam ex noſtris adhuc plures viderunt. Appellatus eſt locus ille, uſque in hodiernum diem, Edeldredeſtone, quod Latine ſonat Repauſatio Etheldredæ. Facta eſt etiam illic Eccleſia in honorem beatæ Virginis, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venerabilis eſt in Sanctis ſuis.

ubi baculus ejus in arborem crevit.

CAP. XIV. *Eâ digreſſâ, conflagraturam eccleſiam*

43 Nec diu poſt deceſſum venerandum Etheldredæ, monaſterium Virginum, quod Coludi ſitum fuerat, in quo habitum Religionis accepit, per culpam incuriæ flammis aſſumptum eſt. Quod tamen à malitia inhabitantium in eo, & præcipue illorum qui majores eſſe videbantur, contigiſſe, omnes qui noverunt facile potuerunt advertere, quod hic minime præterimus. Sed non defuit puniendis

A niendis admonitio Divinæ pietatis, qua correpti per jejunia, fletus & preces, iram à se, ad instar Ninivitarum, justi Judicis averterent. Erat namque in eodem monasterio vir de genere Scotorum, *d* Adamnanus nomine, ducens vitam, in continentia & orationibus, multum Deo devotam. Hic occupatus noctu vigiliis & psalmis, vidit subito adstare sibi quemdam incogniti vultus; cujus præsentiâ cum esset exterritus, dixit illi ne timeret, & quasi familiari eum voce alloquens; Bene facis, inquit, tempore nocturnæ quietis non somno indulgere, sed vigiliis & orationibus insistere, & sedulo Deum deprecari. Totum hoc monasterium ex ordine perlustrans, modo singulorum lectos inspexi; & neminem, præter te solum, erga sanitatem animæ suæ occupatum reperi; sed prorsus omnes, viri ac feminæ, aut somno torpent inerti, aut ad peccata vigilant. Virgines Deo dicatæ, contemptâ reverentiâ suæ professionis, ad vicem sponsarum in periculum sui status se adornant, aut externorum virorum sibi amicitiam comparant: unde merito loco huic & habitatoribus ejus de cælo vindicta flammis sævientibus præparata est.

ATHOM. EX MS.

d

revelatur S. Adamnano,

B

44 Quod mox congregationis Matri vocabulo Ebbæ, quæ (ut diximus) Deo dignam Etheldredam in Religionem susceperat, & in filiam adoptivam nutrierat atque docuerat, curavit indicare. At illa, de tali præsagio merito turbata, dixit: Quare non citius hoc compertum mihi revelare voluisti? Qui respondit: Timui propter reverentiam tuam, ne forte nimium conturbareris: sed tamen hanc consolationem habebis, quod in diebus tuis hæc plaga non superveniet. Qua visione vulgata, loci accolæ aliquantulum paucis diebus timere, & seipsos intermissis facinoribus castigare cœperunt. Verum post obitum illius Abbatissæ, redierunt ad pristinas sordes, imo sceleratiora fecerunt: & cum dicerent, Pax & securitas; extemplo præfatæ ultionis sunt pœnâ mulctati. Proh dolor! concitæ nimirum illius extiterat indicium eversionis, quod non merebantur gratissimæ Virginis suffragari consortio; cujus

sicuti post S. Ebbæ mortem evenit.

C præsentiâ frustrati, impie & perverse agentes, incorrigibiles permanserunt, ut nec divino conversi admonitu, nec venerabilis Etheldredæ compuncti devotione, ob scelerum enormitatem, & se & locum perdidisse, sicut Beda meminit, agnoscamus: sed mementote, qui legitis vel auditis, non sine dolore nimio & timore hoc me scripsisse: semper enim speratio bonorum detrimentum est pessimorum.

ANNOTATA G.H.

a *Colitur* 25 *Augusti* S. Ebba Abbatissa Coldingamensis: *quod monasterium tunc erat sub Regibus Nordhumbrorum in provincia Mercia, nunc Scotiæ annexa; à Birwico Anglicano sex leucis distans: cui propinquum promontorium etiam nunc vulgo* Ebberhead *id est Caput Ebbæ, navigantibus satis celebre, appellatur.*

b *In Historia Elyensi* Selbenna & Selbera.

c *In agri Lincolnienſis ditione Lindisseia, sub Regibus Merciorum.*

d *Vitam S. Adamnani, à Beda descriptam,* D *illustravimus ad diem* 31 *Januarii.*

CAPUT IV.

Acta Sanctæ in monasterio Elyensi, ubi Abbatissa claret miraculis.

45 INterea Virgo Domini Etheldreda, post annum ex quo velamentum sanctitatis susceperat, per innumera itinerum discrimina & labores diversos, ad sua redit in Ely, in possessionem propriam, quam à Tonberto primo sponso ejus, jure dotis, imo divinitus illi prædestinatam & perpetuo possidendam acceperat, devenit; & cum ea memoratæ ancillæ Dei, jugiter sibi adhærentes; quæ sudoribus illius participes, dum esset in regno, & dum diversa peragraret latibula, multifaria cum ea sustinuerunt pericula. Itaque loci ejusdem habitatio Etheldredæ, Jesu Christi famulæ, in sortem cecidit: illicque debito cum honore suscepta, insulam possedit, E & ut jus proprium libere dispositi; quam in æternum, sub Christo Præsule, gratiarum munere illustrat & continet. Secutus est eam vir laudabilis *a*, Huna nomine, sanctus Sacerdos; qui monita salutis illi dabat, & Sanctorum instituta actusque disseruit, de quo in sequentibus dicendum est. Nunc autem loci dignitatem & nomen præsignare opportunum est, ut, qualiter vel à quibus reparandus esset, lector facilius advertat. Nec quidem juxta quorumdam obstinationem Elge de provincia est *b* Cantebrige; sed revera (sicut Beda docet) Orientalium Anglorum, dignitate & magnitudine Regia vocata, familiarum circiter sexcentarum, in similitudine insulæ vel paludibus circumdata, vel aquis quæ maria vocantur. Unde & à copia Anguillarum, *c* quæ in eisdem paludibus capiuntur, nomen accepit, quæ mutato nomine meliorando Ely nuncupatur, modo scilicet digna Dei domus, cui nomen convenit ejus: vel sicut quidam ex duobus verbis Hebraïcis differunt, Elge: quoniam dicitur El Deus, Ge terra, quod simul Dei F terra sonat. Digne enim insula tali signatur onomate, quæ ab initio Christianitatis & fidei in Anglia, Dominum Jesum mox credere cœpit & colere: ubi monasterium habere desideravit memorata Christi famula, quę de provincia eorumdem Orientalium Anglorum ipsa (ut prędfati sumus) carnis originem duxit: ibi etiam prophetiæ spiritu magnisque miraculis, cunctis longe lateque habitantibus, vita ejus inclaruit.

CAP. XV.

In insulam Ely venit.

a

b

c

46 Et quia sol justitiæ Dominus eam splendore suæ claritatis illustraverat, & ut cunctis luceret super montem virtutum illius perfectionem collocaverat, felicibus prodentibus meritis, sub ipsa nonnulli vivere decertabant, sed & filias suas ab ea informandas tradebant. Ad quam dum multi pergunt, exemplo illius, æternæ vitæ accendi desiderio cœperunt; seque sub illius magisterio, in omnipotentis Dei servitium subdiderunt: inter quas Virgo Domini Werburga, filia Ermenildæ, germanæ suæ sanctæ Sexburgæ sanctæ filiæ, advenit, atque ab ea normam religionis

suscipit varias puellas:

A ligionis accepit ac didicit. Cernens itaque beata Mater plebes ad ſe certatim currere, laudavit Dominum; & ad profectum animæ ſingulos cohortabatur, dicens præterire figuram hujus mundi, & illam eſſe veram vitam quæ præſentis vitæ emeretur incommodo. Non enim adhuc in inſula nunc temporis niſi una fuerat *d* eccleſia, à B. Auguſtino Anglorum Apoſtolo facta, ſed à perfidi Regis Pendæ exercitu poſtea ad ſolum deſtructa: quam dilectrix Dei Etheldreda, poſt longam deſolationem, renovare atque reformare ſummopere laboravit: & dum reædificata ut primitus in honorem ſanctæ Dei Genetricis Mariæ fuit, innumerabilibus ſignis & virtutibus Deo quotidie operante refulſit. Demum loci ſitum monaſterialibus ædificiis decentiſſime adornavit: ſolutis vero prioris fundamenti reliquiis, nova omnia præparantur. Verum locus tanta jugiter libertate atque libera dignitate potitur, ut à nullo Regum Angliæ ſeu gentis vicinæ adverſaretur, vel pro quolibet juris debito calumniaretur, ſed tamquam regio libera haberetur atque
B conſiſteret. Solus autem Wilfridus Pontifex, quem Virgo Regina præ omnibus in Regno dilectum & electum habuerat, ſuis tunc neceſſitatibus proviſorem adhibuit, jura illic adminiſtravit Epiſcopalia, à quo ipſa (ſicut in Beda legitur) facta eſt Abbatiſſa.

d *eccleſiam conſtruit*

eique immunitatem impetrat.

47 Decretum igitur decenti ratione à cunctis tunc Angliæ Primoribus, tam ſecularibus quam eccleſiaſticis fuit, ut inſulæ Elge (quam eadem Sanctimonialis femina pro dote poſſederat, nunc vero in divinum mancipaverat officium) non de Rege, non de Epiſcopo, libertas loci diminueretur vel impoſterum confringeretur: quod plurimorum Auctoritate Apoſtolicorum fuiſſe confirmatum ex
e Papæ Victoris *e* Privilegio comprobatur, ut
f ſuis locis plene inſeremus *f*, neceſſarie primum attendentes operis incepti hiſtoriam explere. Ipſa ſiquidem devotiſſima Etheldreda poſt modicum, fratris ſui memorati Regis Aldulfi auxiliis, majore inibi conſtructo monaſterio, Virginum Deo devotarum perplurium mater Virgo, exemplis vitæ cœpit eſſe
C & monitis; quarum uſibus ex integro inſulam & primo conſtituit, & per dilectum ſuum Wilfridum Romæ nutu Apoſtolico corroborandum deſtinavit, ut abſque ulla penuria in Domini ſervitio degentes, ſine inquietudine cujuſlibet exactionis miniſterii, regulariter permanerent.

48 Quam recta Dei conditoris ſunt diſpoſita! Virgo Virginibus eſt præpoſita, juxta quod in Cruce paſſionis Chriſti Virgo fuit commiſſa Virgini; ut viventes Virgini conregnent Domino, cumulatæ fructu centeno. Nec ſane ibi minorem putetis converſantium in multitudine eſſe virtutem, quæ ſexum & ſeculum propter Deum vicerunt; quam eorum eſſe cognoſcitis, qui ſe antiquitus ab humanis cœtibus removerunt. Omnibus ibi una eademque regula eſt, præcipua virtus & prima eis obedientia, amor divini cultus, & decorem domus Dei totâ obſervantiâ cuſtodire. In Chronicis vero Anglicis & Latinis habetur, quod anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, Eteldreda in Ely fabricas inceperit; atque in

Monaſterium condit anno 673 utriq; ſexui commune.

brevi cœtum utriuſque ſexus Deum timen- D
tium, ſub tramite vitæ regularis collegit, A. THOM.
ſicut Beda ſcripſit: dicens in ejuſdem Deo EX MS.
dicatæ Virginis tranſlatione, omnem congregationem hinc Fratrum, illinc Sororum, pſallentem circumſtetiſſe ſepulcrum ejus. Unde intelligitur viros & mulieres in eodem ſimul monaſterio cœlibem actitare vitam, atque in eccleſia diutius ſervatum, ut ipſa ſtatuerat (donec locum & patriam Dani ſubverterunt) agnoſcimus: quod etiam apud Coludi & in pluribus tunc Anglorum fuiſſe eccleſiis, Anglorum teſtatur hiſtoria.

49 Sanctus vero Domini Wilfridus, beatæ Virginis non immemor, nec ſe à viciſſitudine dilectionis illius excludens, ut eam in Ely deſcendiſſe cognoverat, feſtinus advolat: de animæ commodo, de ſtatu mentis, de qualitate converſationis tractatur: deinde in *Abbatiſſæ* Abbatiſſæ officio eam gregemque illic adu- *conſecratur*, natum conſecravit, locum ſua diſpoſitione conſtituit, ſeque in omnibus ſolicitum exhibuit: ubi vitam non ſolum ſibi, ſed etiam cunctis ibidem exiſtentibus utilem aliquanto tempore duxit: à quo ipſa plurimum regen- E
di conſilium & vitæ ſolatium habuit. Debriabatur beata Virgo meditatu cælorum, eſferens largam manum eleemoſynarum, continuationem diligens orationum, frequentiam exercitans vigiliarum: quod Bedæ ex verbis plenius exponi videtur. CAP. XVI.

50 Ex quo [inquit ille] monaſterium petiit, Lib. 4. c. 19
numquam lineis, ſed ſolum laneis veſtibus uti voluit; raroque in calidis balneis, præter immi- *omnibus* nentibus majoribus ſolennitatibus, verbi gratiâ *miniſtrat*, Paſchæ, Pentecoſtes, Epiphaniæ lavari voluit, item noviſſima omnium, lotis prius ſuorum ſuarumque miniſtrarum obſequio ceteris quæ ibi eſſent famulabus Chriſti; quæ enim lota erat corde, non neceſſe erat ut lavaretur corpore. Commiſſumque ſibi gregem & orationibus protegebat aſſiduis, & monitionibus ſaluberrimis ad cæleſtia provocabat: & (quod magis eſt) quæ agenda docebat, ipſa prius operando præmonſtrabat. Itaque Mater pia allactabat dulces ſoboles Chriſti dulcedine, in perpetua caritate trahens ſecum omnes flagrantiſſime ad coronam gloriæ; quibus humilitatis & manſuetudinis formam ſe exhibuit, F
atque abſtinentiæ virtutum exercere vitę ejus miniſtra præmonuit. Namque raro, prętер *verboque & opere præit.* majora ſolennia vel arctiorem neceſſitatem, plus quam ſemel per diem manducavit, fugiens velut immanem peſtem intemperatam ventris ſatietatem. Et ſi non infirmitas gravior prohibuiſſet, in tempore ſynaxeos, uſque ad ortum diei in eccleſia poſt Matutinos precibus intenta perſtitit. Quot tunc genuum flexiones, quot intimi cordis emiſerit contritiones, precum ejus novit ſuſceptor, virginitatis integræ compos & adjutor.

51 Rex autem Wlferus Merciorum, filius CAP. XVII.
Pendæ, tunc temporis vitâ deceſſerat, qui primus in eodem regno fidem & lavacrum ſanctæ regenerationis accepit, atque in tota gente ſua dæmoniorum culturam deſtruxit, Chriſtique nomen ubique locorum regni ſui prædicari juſſit, & in multis locis eccleſias ædificavit: inſuper famoſum illud monaſterium Wedeshamſtede, nunc *g* Burch vocatum, *g*
poſſeſſionibus & ornamentis multum ditavit per

A per *b* Sexulphum, qui primus Abbas & fundator loci ejuſdem, ac poſtea Epiſcopus Merciorum, ſub eodem Rege extitit. Cujus Regina Ermenilda, Cantuariorum Regis Erconberti & Sexburgæ Reginæ filia, peperit ei magnarum virtutum Virginem S. Werburgam; quæ patre defuncto, ſeculo renuntiavit, & habitum ſanctæ converſationis ſuſceptura, genitricis ſuæ materteræ, beatæ videlicet Etheldredæ, monaſterium intravit, ubi Deo operante multa patravit miracula. Fuerunt autem germani Regis Wlteri *i* Etheldredus, qui poſt eum ſceptra Regni gubernavit: alius Penda qui Auſtralium Anglorum regnum tenuit, ſed ſuæ conjugis proditione in ipſo Paſchalis feſti tempore peremptus eſt multum nefarie; tertius Merewaldus, qui in Occidentali plaga Merciorum Regnum tenuit. Cui Regina ſua ſancta *k* Ermenburga, Regis Ermenredi filia, peperit tres filias, S. Milburgam, S. Milgidram, & S. Mildridam; unumque filium Merewinum nomine, eximiæ ſanctitatis puerum.

ATHOM. EX MS.

b ſuſcipit S. Werburgã neptem,

k

CAP. XVIII

B 52 In eodem quippe monaſterio, ad venerandam Abbatiſſam Etheldredam, diverſæ dignitatis & ætatis plurimi convenerant, ſub illius regimine vivere cupientes. Et cum quidam magnifici viri & nobiles matronæ, ſive quilibet minoris ætatis, ſeculi actibus abdicatis ſe ſuſcipi rogarent, licet difficiliora eccleſiæ conſtituta eis proponerentur, graveſque eſſe monaſticæ diſciplinæ labores agnoſcerent, quippe ubi maxime ſeverior efferbuit diſciplina; non his terroribus permoti facilioribus legibus vivere poſcerent, ſed magis illic viri ac feminæ ſuſcepti omnem obedientiam præripiunt, ut nullum aliquando quamlibet arduum ac difficile conſtitutum recuſando diffugerent. Ex quibus ſanctus Huna illius Presbyter, magnæ humilitatis vir, loco profeſſionem fecit; atque in brevi tempore virtutum exercitatione perfectus emicuit, potens jejuniis, humilitate conſpicuus, fide firmus, facile ſe antiquis monachis ſtudio religionis æquaverat: unde à nonnullis, etiam ab ipſa Matre Congregationis, maximi honoris & amoris dignus habebatur.

& multos utriuſque ſexus nobiles

C 53 Sed & Sanctorum genitrix Sexburga, ſoror ejuſdem beatiſſimæ Matris Etheldredæ, conſiderans deſolationem in regno futuram, ſicut ab Angelo Dei oraculum acceperat, concepit vitam pauperiorem arripere, & ſe redigere ſub alterius poteſtate: incongruum arbitrata aliis præeſſe, cum ipſa ſubeſſe prius non didicerat. Accerſit proinde Mater filias, Abbatiſſa moniales ſibi conſortes in Chriſto; eiſque ſuam prodit voluntatem ac votum, dicens: Vobis, ô filiæ, Jeſum derelinquo tutorem, ſanctoſque Angelos ejus paranymphos; filiam præterea meam Ermenildam vobis matrem conſtituo, ut corda veſtra illius animentur monitis, ſalutaribus ad cæleſtia erudiantur diſciplinis. Ego vero Orientalem Angliam, in cujus oris orta ſum, inviſere, glorioſæ ſororis meæ Etheldredæ magiſterio informanda, & regularibus ejuſdem minanda doctrinis, illius profecto communicare laboribus, illius participare intendens & præmiis. Deinde cum eis neceſſaria utiliter & honeſte providiſſet, in Ely uſque pervenit, & in occurſum illius tota inſula gratulatur; Regina Reginam excipit, ſoror ſororem cum tripudio introducit: fundunt ubertim præ gaudio lacrymas, ex vera caritate inter eas lætitia geminatur: cæleſti namque dulcedine delectatæ, alterna invicem conſolatione proficiunt. Venit dives illa, de prælatione ad ſubjectionem, de magiſtratu ad diſcipulatum, quærens à beata ſorore formam diſciplinæ & humilitatis, tamquam Paulus ad pedes Gamalielis. Fœderatæ invicem beatæ ſorores in unitate fidei, per omnia viam mandatorum Dei ſolicite exequentes, curſum Deo placitum conſummare intendunt; ſanctiſque virtutibus proficiebant, atque creſcebant uſque ad extremum vitæ ſuæ.

ac S. Sexburgam ſororem ſuam.

D

CAP. XIX. 54 Ex hinc crebreſcunt miracula, multiplicantur ſigna; & ad Virginis Etheldredæ merita ſublimius declaranda, manus Omnipotentis extenditur. Interea dum ſe de die in diem majoribus virtutum profectibus exerceret, fugandorum de corporibus obſeſſis dæmonum incredibili prædita poteſtate, inaudita per ſingulos dies ſigna faciebat; non ſolum præſens neque verbo tantum, ſed abſens quoque interdum ejus invocato nomine; multi à diverſis mortibus quotidie eripiebantur; & mirum in modum frequentabatur à populis, venerabatur ab omnibus, amabatur à cunctis. Per ſpiritum vero prophetiæ, & peſtilentiam qua ipſa eſſet moritura prædixerat, & numerum quoque eorum qui de ſuo monaſterio ac de mundo eſſent rapiendi, palam cunctis præſentibus intimaverat, quorum animos ferventius terrena ſpernere & cæleſtia quærere admonuit. Nec tamquam caſſa improbata eſt ſententia Virginis, cum ſingulæ, quibus in monaſterio proprium præconata fuerat exitum, parvo interjecto temporis ſpatio, in pacis ſomno quieverunt. Beatiſſimam vero Etheldredam, qui virginales manipulos in domicilium præmiſerat recondendos ſupernum, & ut ipſa ſubſequeretur immortali in cælis diademate coronanda, ultimam omnium dolor graviſſimus occupavit. Statuit autem Elge monaſterium, in quo (ut diximus) virgineos choros ſub normali diſciplina per ſeptem continuos annos honeſtiſſime rexit. Alma igitur Virgo, paritura Deo progeniem Virginum, docta à Spiritu ſancto, ſuſcepit monaſterium regendum, quod ſuâ præſentiâ perpetuo ſtat conſecratum: & ſicut tunc in corpore illuſtrabat [illud] vitæ ſanctitate, ita & nunc poſt mortem divina virtute. Ipſius quidem plurima referuntur inſignia, nec potuerunt celari: quædam tamen dum jactantiam vitat occultavit, neque in hominum notitiam paſſa eſt pervenire: quippe quæ humanam ſubſtantiam ſupergreſſa, virtutis ſolum conſcientia mundi gloriam calcans, cælo teſte foveretur. Quod verum eſſe, vel ex his quæ nobis comperta ſunt, nec latere potuerunt, poſſumus æſtimare.

Claret miraculis;

E

& ſpiritu prophetiæ, obitus ſuorum prædicit.

F

55 Per idem tempus Wiltridus Archiepiſcopus, quo hic ante triennio exilium paſſus eſt, ſicut Beda ſcripſit. Nam orta inter ipſum & Regem Egfridum diſſenſione, *l* pulſus ab eo de Sede ſui Epiſcopatus, apud Ely cum beatiſſima Etheldreda morabatur; ubi tunc, & quoties neceſſitas popoſcerat, quoad vixit, officii jura Epiſcopalis adminiſtravit. Inde paratis itineris adminiculis Romam

l Fovet S. Wilfridum exulem, inde Romã profectum.

A mam adiit, ubi *m* Benedicti Papæ ac plurimorum judicio Episcopatu inventus est dignus esse. Britanniam rediit, provinciam Suthsaxoniam Christo credere fecit. Attulit autem de Roma ad munimentum quorumdam cœnobiorum privilegia; quæ hactenus diligenter & cum solicitudine servata, magnam locis firmitatem conferre noscuntur. Accepit etiam ab eodem privilegium super Elge monasterium, ut optaverat & eum rogaverat Mater insignis Etheldreda, quatenus auctoritate S. Petri contra improborum irruptiones securius staret. Factum est autem dum ibi maneret, eodem anno (sicut in Chronicis legitur) Etheldreda quæ diu suum præcinuerat finem, de seculo migrâsse denuntiatur: nam post paucos dies, veniente nuntio, illius dormitionem audivit.

m

ANNOTATA G. H.

a *De obitu* Hunæ *infra agitur.*

b *In provincia tamen* Cantabrigiæ *collocatur à Cambdeno: sed potuit, ob singularia libertatis privilegia,* Regia *cognominata fuisse.*

B c *Apud Cambdenum*, Polydorus Virgilius à Græco Ἕλος, quod paludem denotat, deducit; *alii*, *ab* Helig *Britannico*, *quod* salices *significat*, *quibus præcipue abundat*, cum aliarum arborum sit impatiens; *aspiratio tamen*, *qua nomen* Ely *caret, tertiam excusationem ab* Anguillis, *verosimiliorem facit: tam enim prima derivatio ex Græco quam ultima ex Hebraico ut congrue excogitata ad litteram, ita ineptæ sunt ad onomatopœiæ veritatem.*

d *In historia Elyensi dicitur*, anno 607 in Cradundere fundata à Rege Ethelberto, in qua S. Augustinus Mystas Dei officium complentes instituit. *Vitam S. Ethelberti Regis dedimus* XXIV *Februarii*, *&* *S. Augustini* 26 *Maji.*

e *Extat privilegium Victoris Papæ secundi, in Monastico Anglicano pag.* 94, *missum S. Edouardo confessori Regi, cujus tempore sedit Victor, à* 13 *Aprilis anni* 1054 *ad* 28 *Julii anno* 1057.

f *Nempe in altero libro, ubi illud invenimus, ultra textum in Monastico relatum auctum his ver-*

C *bis,* Fiat, fiat. Placet, placet. Laudatis? Laudamus. Hoc sit stabile. Fiat, fiat, fiat, *quasi ex ore Synodi alicujus Romanæ, cuncta approbantis.*

g Burg *seu* Petroburgense, *in agro Northamptonienſi ex ditione Girviorum, de quo sæpius egimus.*

h *De Sexulpho egimus inter Prætermissos ad diem* 27 *Februarii.*

i Ethelredum Regem *inter Prætermissos ad diem* 4 *Maji honoramus, ut virum sanctum, sed Ecclesiastico cultu non arbitramur exornatum.*

k *In Vita S. Wereburgæ* 3 *Februarii & apud alios dicitur* Domneva Ermenredi filia *mater harum Sanctarum, uti diximus ad Vitam S. Milburgæ* 23 *Februarii, de* S. Milypidra *seu* Milgitha *aut* Mildwida *aliis, egimus* 17 *Januarii, de* S. Mildrida *seu* Mildreda *acturi* 13 *Julii.*

l *Beda lib.* 4 *cap.* 12 *describit cometam mense Augusto anni* 678 *apparentem, eique subjungit expulsionem S. Wilfridi.*

m *Hic aliquod σφάλμα est, & loco* Benedicti *constituendus* S. Agatho Papa, *uti Vita S. Wilfridi habet num.* 37, *& sub eo anno* 680 *subscripsit Concilio Romæ habito, ac post obitum S. Agathonis, sedit* S. Leo II *ac dein* Benedictus II.

D ATHOM. EX MS.

CAPUT V.

Morbus, obitus, miracula. S. Sexburga Abbatissa.

CAP. XX. *Colli tumorem & dolorem*

56 INstante igitur tempore, quo Dominus Sponsam sibi dilectam, ab hujus ærumnosę vitę nexibus exemptam, ad ineffabile cęlestis patrię gaudium sustolleret; pressa est quodam maxillę tumore ac colli dolore, ita quod infirmata habuerit tumorem maximum sub maxilla. Et gravescente languoris incommoditate, mollioribus nutrimentis corpus alleviandum lecto prosternitur: nam tumor ille plurimum addebat acrioris incitamenta doloris; sed nihilominus consuetę orationi intenta gratias agit Deo, qui omnes quos diligit, flagellat ut corrigat. Dolet familia; genitus quippe populus timet amittere Dominam, virginalis caterva Matrem egregiam, pauperes eleëmosynarum largitricem, Clerus fœcundam virtutum operatricem. Et cum prędicto tumore premeretur, multum delectata est hoc infirmitatis genere, tota amplectens alacritate, quasi delicias & ornamenta glorię, ac solita dicere; Scio certissime, quia merito in collo pondus languoris porto, in quo juvenculam memini supervacua monilium pondera portare. Illud enim mihi ętas juvenilis ingessit, quod collum monilibus perornare consuevi: unde divinę pietati laudes & gratias refero, quod illic dolor prodeat, ubi eram solita delectabilem ministrare fulgorem. Et credo quod ideo me superna pietas dolore colli voluit gravari, ut sic absolvar à reatu supervacuę levitatis; dum mihi nunc pro auro & margaritis, de collo rubor tumoris ardorque prominet.

E *agnoscit datum pro monilibus gestatis:*

CAP. XXI. F *eo inciso nonnihil alleviata,*

57 Cum itaque pretiosissima Virgo, inter splendidissimos pretiosę vitę triumphos, Deo referret gloriam, & ad videndam sereniſſimam Auctoris sui faciem ęstuaret; nec obsequium ejus prędmio, nec longa expectatio cęlesti mercede defraudatur. Sed jam ingruente magis ac magis membrorum incommoditate, auxilium medici inquirere studeant; vel, si possent, mitigantes doloris importunitatem auferre. Quidam vero à circumstantibus accersitur medicus, Kinefridus nomine, ut per eum virginalis molestia temperetur. Jubet tumorem illum incidere, ut efflueret noxius humor qui inerat: quod dum faceret, videbatur illa per biduum aliquanto levius habere, ita ut multi putarent, quia sanari posset à languore, mortemque tali remedio jam posse declinare. Humor etenim effluxit, ardor per biduum aliquantulum recessit: gratulantur universi, sed eorum gaudia subita ex improviso Dei terminavit providentia. Cum enim plerumque dies tertia gravior esse vulneratis, & prolixiorem molestiam generare soleat afflictis; Dominus

volens

A volens ſuam Virginem ſecum conregnare in
A THOM. EX MS. cęleſtibus, tertio die prioribus aggravata doloribus mortem temporalem ſibi ſentiens imminere, cunctam ad ſe Congregationem venire prȩcepit ; tempus & horam ſuę vocationis nunc deſignans, ſicut ante certum prędixerat diem.

dein pejus habens

58 Sed & quantum aſperitas ægritudinis admittebat, dulcedinem doctrinæ cæleſtis qua affluebat, & verba vitæ æternæ transfundebat ; monens eas, ut animum de ſupernis numquam deponerent, & ſuavem cibum cæleſtis jucunditatis in Chriſti amore ſuſpirando guſtarent, quem adhuc in carne degentes perfecte apprehendiſſe non poterant. Talia quippe dans monita ſalutis, non patiebatur jam audire vel loqui, niſi quæ Chriſti ſit caritas. Totâ enim animâ atque virtute, Chriſti dilecti ſui ſponſi faciem prævenicns, hymnis flagitabat & pſalmis, ut ſpiritum ejus à ſanctis Angelis ſuſcipi jubeat : deinde Corpore & Sanguine Domini exitum ſuum munivit : illum [quoque] deprecabatur attentius, propitium fore jugiter ſuper loci habitatores, & cuſtodem
B perpetuum. Dum hæc fierent, rapta eſt confeſtim de mundo, ſpiritum in manus Creatoris commendans ; & (ſicut ſcriptum eſt in libro hiſtoriarum Bedæ Presbyteri) dolorem omnem ac mortem perpetua ſalute ac vitâ mutavit. Factum eſt, dum de ſeculo migraret, ut Elienſe monaſterium in triſtitiam verteretur haud modicam deſolationis & luctus. Ingens enim dolor & fletus Fratrum atque Sororum exortus eſt, qui Dominam ſuam atque Patronam non immerito amariſſime diu perplangere potuerunt : ſed Virgo ſancta atque glorioſa, carnis ergaſtulo educta, ad æterni Regis amplexus, in cæleſte cubiculum eſt introducta Agni ſequens veſtigia inter Virginum agmina. Victis jam carnis incendiis, lætatur cum Angelis ejus beata anima, cui patebant æthera, quæ præſcire & prænuntiare meruit adeunda gaudia. De deſerto namque præſentis ſeculi, comitantibus hinc inde Angelorum choris, tota pulchra, tota immaculata aſcendit : quam filiæ Sion videntes beatiſſimam prædicaverunt & Reginæ laudaverunt eam.

C 59 Rapta eſt ad Dominum Virgo Etheldreda,
23 *Junii anno* 679. in medio ſuorum, nono Kalendas Junii, poſt annos ſeptem, ex quo Abbatiſſæ gradum ſuſceperat : & æque (ut ipſa juſſerat) non alibi quam in medio ſuorum, juxta ordinem quo tranſierat, ligneo in locello eſt ſepulta. Tranſivit autem anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono, à cœnolenta voragine hujus mundi, ad cæleſtis gaudia regni, ſub Regibus Anglorum, fratre ejuſdem videlicet Aldulfo Orientalium, & Lothero ſexburgæ filio Cantuariorum : atque à dextris Chriſti ſponſi ejus feliciter collocata, pro omnibus nobis in conſpectu ſummi Patris interventrix aſſiſtit aſſidua. Quam felix es beata Virgo, quæ vivens incorrupta, corrumpi neſcis etiam tumulata ! Jam vitæ decus quoddam ſplendet reſurrectionis, immutata partem habes Chriſti reſurgentis. Nam etiam
Ad corpus incorruptũ variis ſanantur : ſignum divini miraculi, quo ejuſdem feminæ ſepulta caro (ſicut Beda teſtatur) corrumpi non potuit, indicio eſt quia à contactu virili incorrupta perduravit. Deniquę poſt ipſius obitum, dum in ſepulcri tumba pauſarent oſſa, ſignorum non vacat expers, verum miraculorum frequentiâ mox undique celebris refulſit. Nam adverſa corporis valetudine diverſi laborantes, cum opem fideliter ad tumbam illius expoſcerent ; ſoſpitate ſibi reddita, Chriſti certatim laudabant magnalia. Nonnulli vero, morbo detenti acerbiore, in ſomnis admonentur ejus feſtinanter adire mauſoleum : quo citius cum perveniſſent, cæleſtis ibi medelæ beneficia adipiſci merebantur. Hinc fugantur variæ paſſiones & dæmonia, exaudiuntur ſupplices, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum : qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat, in ſecula ſeculorum, Amen.

poſt ſumptum Viaticum pie moritur

60 Circa hoc tempus S. Huna Sacerdos CAP. XXII. extitit, qui de ordine monachorum & presbyterorum almæ Etheldredæ fuiſſe perhibetur. Hic (ut fertur) cum illa venerabili Congregatione, in lacrymis & maximo gemitu ; ſed & multitudo plebis diverſę conditionis & ętatis convenerat, quę in vita ejus beneficia plurima fuerat experta, ejuſdem ſanctę Matris celebravit exequias ; & eam non in lapide E cęlato aut arcubus auro circumactis ; ſed (ſicut ab ipſa mandatum acceperat) cœmeterio eccleſię juxta ſuos *a* ſepelivit. Et poſt venerandum illius obitum, non in eccleſia conſtitit, ſed in eadem palude prope Ely, ad quamdam modicam inſulam, quę ejus nomine vocatur Huncia, ſeceſſit, ſolitariam eligens vitam, ut tantum quieti vacans Domino militaret ; ubi quamdiu vixit glorioſam vitam duxit, quę omnibus late claruit : ad cujus tumbam multos, recuperandę ſanitatis gratiâ accedentes, ſoſpitatem ipſius recuperaſſe meritis plerique teſtantur. Quod quidam cognoſcentes, ſecrete ejuſdem Reliquias, ſarcophago poſtea fracto, apud Torneiam tranſportantes repoſuerunt, ſperantes à Domino ejus patrociniis gratiam & miſericordiam. *b*

ipſum ſepelitur ab Huna Presbytero

a à morte miraculis claro :

b

61 In anno, quo Dominus venerabilem CAP. XXIII. Virginem ſuam Etheldredam, ad perennem Lib. 4. c. 22. cęleſtis vitę gloriam, ab hac vita corruptibili provexit ; mirum & admirandum accidit de quodam illius miniſtro, quod Beda ſaluti multorum intellexit enarrandum. Inter Egfridum ergo Regem Northanhumbrorum, jam dudum F ſponſum ejuſdem Virginis, & Ethelredum Regem Merciorum, conſerto gravi prȩlio juxta flumen Trenta, ubi occiſus eſt Alwinus frater Egfridi Regis, cujus ſororem Eſtridam prędictus Rex Ethelredus habuerat uxorem ; inter alios de militia ejus, juvenis nomine Ymnia occiſus eſt, qui die & nocte ſequente ſimilis mortuo jacebat : tandem recepto ſpiritu, revixit ; prout potuit, vulnera ſua alligavit ; deinde levavit ſe, & cœpit ire : ſed cito captus à viris hoſtilis exercitus, & ad Dominum ſuum, Comitem videlicet Ehtelredi Regis adductus eſt. At ille ſuſcipiens eum, curam vulneribus ejus egit ; & ubi ſaneſcere cœpit, ne fugeret vinciri prȩcepit, ſed vinciri non potuit : mox vero ut abire cœperant qui eum vinxerant, ejus vincula ſunt ſoluta. Interea Comes cœpit mirari & interrogare quare ligari non poſſet. Ille reſpondit : Habeo fratrem nomine Tunna, Presbyterum & Abbatem Monaſterii, in civitate quę ab ejus nomine *c* Tunnaceſtre vocatur ; qui me interfectum

Sanctæ miniſter apud hoſtes captivus,

c

A fectum putans, pro me Miſſas crebras facit: & ſi nunc in alia eſſem vita, ibi anima mea per interceſſionem ejus ſolveretur à pœnis. Dum vero vinculis teneri non poſſet, vendidit eum Lundoniis Freſo cuidam: ſed nec ab illo, cum illic duceretur, ullatenus potuit alligari; ſed horâ quando Miſſæ fiebant, ſolvebatur. Et cum vidiſſet qui eum emerat, vinculis non poſſe cohiberi, donavit ei facultatem ſeſe redimendi ſi poſſet. Aſt ille jurejurando ut rediret, vel pecuniam illi pro ſe mitteret, venit Cantiam ad Lotherum Regem, qui erat filius ſororis S. Etheldredæ Reginæ (quia & ipſe quondam ejuſdem Reginæ miniſter, id eſt pincerna fuerat) petiitque & accepit ab eo pretium redemptionis ſuæ, ac ſuo Domino ut promiſerat pro ſe miſit. Qui poſt ad fratrem reverſus, cuncta quæ illi ſolatia in adverſis perveniſſent, ex ordine replicavit. Cognovitque eo referente, illis maxime temporibus ſua fuiſſe vincula ſoluta, quibus pro ſe Miſſarum fuerant ſolennia celebrata; ſed & alia periclitanti illi commoda contigiſſe; & proſpera, per interceſſionem B fraternam & oblationem Hoſtiæ ſalutaris, cælitus ſibi fuiſſe donata intellexit.

quoties pro eo Miſſam dicebat frater ſuus

vinculis ſolvitur ideoque dimittitur,

62 Multi hæc audientes à prętato viro accenſi ſunt fide ac devotione pietatis, & ad orandum, vel eleëmoſynas faciendas, vel ad offerendas Deo victimas, pro ereptione eorum qui in fide de ſeculo migraverunt: intellexit enim, quod Sacrificium ſalutare ad redemptionem valeret animę & corporis ſempiternam. Sed nequaquam hoc admirandum putabimus, quod de Bedę opuſculis huic operi duximus inſerendum, ſi gratiam Dei in ſancta Regina multipliciter collatam attendamus: cujus devotionem iſte in myſterium exhibens, contemplatus quid cavendum quidve agendum novit, ut Deo devotior exiſteret ęmulabatur. Et non ſolum iſte de quo prędens ſermo eſt, verum innumeri viri & feminę, in illius contubernio degentes, cum eſſent in Regni ſolio ſive in Religione poſiti, exemplo illius & monitis, ſpretis mundi deliciis atque illecebris, morum executione Domino complacebant: ſicut ex prędecedente Capitulo ejus Presbyter & Monachus S. Huna, vita & ſanctitate inſignis; atque alius quidam, Owinus nomine, Monachus, ſed pædagogus & princeps domus illius conſcius, & ſecretorum cæleſtium auditor, ut ſupra retulimus. Sed & vir merito ſanctitatis egregiæ, cuſtos agrorum ipſius erat (ut nuper divina viſione oſtenſum eſt) vocabulo S. Ælgotus apud Betritheſworde, quæ eſt villa beati Martyris Edmundi, corpore requieſcens: de quo in ſequentibus minime eſt reticendum.

unde plurium devotio excitatur,

ad Sanctă imitandam,

C

CAP. XXIV. *uti & S. Werburgă.*

Namque prudens virgo Chriſti Werburga, in Ely ſub regimine Etheldredæ Abbatiſſæ, rite (ut ſupra memoravimus) divinis mancipata officiis, omnes monaſterii famulatus anticipabat, omnibus ſe inferiorem præbebat, erga omnium neceſſitates vulneratæ caritatis viſcera impendebat. Cujus ſanctitatem cum prædictus Rex Etheldredus patruus ſuus comperiſſet, eam inde cepit, ac quibuſdam Virginum monaſteriis Abbatiſſæ jure præfecit, ſcilicet *e* Heamburch atque Tritingeham.

e

CAP. XXV. 63 Igitur poſt glorioſum beatæ & glorioſę Etheldredę tranſitum, quo de hac miſera mortalium vita, cupiens diſſolvi & eſſe cum Chriſto, migravit ad immortalem Sponſum ſuum, in cujus conſpectu ſemper ſuorum mors eſt pretioſa Sanctorum; providentia divina hominum ſaluti ſalubriter providente, ſubſtituta eſt in regimine animarum, in Elienſe monaſterio, ſub vitæ regularis obſervantia, ſoror ejuſdem Deo devota Sexburga; non tam ſoror carnis cognatione, quam boni operis imitatione, quam habuerat in conjugem Erconbertus Rex Cantuariorum. Quæ divina diſpoſitione, poſt mortem ſororis, à Sororibus electa & dilecta, meruit præeſſe in Abbatiſſæ officio, ſub tramite juſtitiæ ſororis ſequebatur exempla. Cumque gregi Dominico, ſuo & ſororis ſuæ exemplo (quæ carne mortua apud Deum vivebat bonorum operum atteſtatione) ac magis prodeſſe ſatageret & ſtuderet quam præeſſe; zelo divino mota atque ſolicita, ſecum diu pertractat atque diſponit levare oſſa glorioſæ Virginis, de loco quo prius fuerat tumulata: nam tumulatio ejus celebris habebatur. Unde cum ſuis, crebreſcente miraculorum frequentia & quodammodo exigente, diem E conſtituit, quo tantum poſſent reviſere theſaurum, in eccleſia beatæ Dei Genetricis Mariæ honorabilius ac decentius collocare, atque in locello novo glorioſius reponendum transferre, cum jam ſexdecim annis ſepulta eſſet. Laudant cœlibes feminæ dictum quod audiunt, ac prope adſtantes gratulantur ex voto.

e

Junii Tomus IV.

decernit corpus Sanctæ ad eccleſiam transferre,

D

A THOM. EX MS. *S. Sexburga Abbatiſſa Elyenſis electa,*

ANNOTATA. G. H.

a *Beda*, In locello ligneo ſepulta.

b *Mabilio in Judice eumdum retulit, non aſſignato die, neque ad arbitrium aſſignavit aliquem Wilfordus in Martyrol. Angl.*

c *An ſit* Thong-caſter *in Lindſeia, ditione Comitatus Lincolnienſis, inquirant iſtarum regionum eruditi.*

d S. Ælgotus *quis fuerit, quia ſequentia hic citata deſunt, neſcimus divinare. Dixi cap. 2 litt.* b *ex Malmesburienſi*, in eccleſia S. Edmundi jacere duos Sanctos, Germanum & Botulfum. *At qui ibi* Germanus *dicitur, eſt aliis* Jurminus, *an etiam qui* Ælgotus *ſit* Alnotus, *referendus ad* 25 *Novembris*? *Dicitur hic* anachoreticam vitam in Elienſi inſula degiſſe. *Quomodo autem revelata ſit ante an.* 1138 *ejus ſanctitas una cum corpore, invenietur in libro Mirac. num.* 123, *ubi dicitur fuiſſe* S. Etheldredæ agricolanus.

F

e Heamburck *ſive* Heanbrig *in Cantabrigienſi provincia*, Tritingeham, *ſeu* Trinckingamia *hodie* Trenta *in agro Staffordienſi, addatur &* Weduna *in agro Northamptonienſi*

CAPUT VI.

Corpus S. Etheldredæ incorruptum transfertur.

CAP. XXVI. *Pro elevatione corporis*

64 PLacuit itaque prædictæ Abbatiſſæ, ut dictum eſt, ſororis ſuæ Reliquias reverenter de terra colligere, quam Chriſtus, multorum teſtimonio ſignorum gloriâ & reverentiâ, mundo prædicandam innotuit:

A juſſitque quoſdam è Fratribus quærere lapidem, de quo locellum facere poſſent: dirigitque eos ad quærendum exterius lapidem ſepulcralem, tantæ Virginis iteratæ humationi idoneum: quia interius inſula tali neceſſitati nequaquam congruum habere poterat. Ipſa enim regio Elge, ex natura loci undique aquis & paludibus eſt circumdata, neque lapides majores in ſe habet niſi aliunde venerint. Qui ſtatim aſcenſa navi *a* applicantes, venerunt ad civitatulam quamdam, tunc temporis deſolatam, non procul inde ſitam, quæ linguâ Anglorum Granteceſter vocatur. Et dum nimium ſoliciti deambularent, mox invenerunt juxta muros illius civitatis locellum, de marmore albo pulcherrime ſectum, in loco qui uſque hodie Ermenſwurche *b* dicitur, id eſt Opus miſeri. Mirantur ſinguli, negant vicini hujuſmodi lapidem ſe habuiſſe illo in loco, vel aliquando vidiſſe: & accedentes propius, non à quolibet illic poſitum aſſerebant, ſed Dei potius juſſione ad ipſorum uſus cælitus fuiſſe collocatum: non enim talis naturæ lapis aut quantitatis illic repertus eſt:

B poterat vero nominari, ſed non videri. Verumtamen totius regio Angliæ illis temporibus aut penitus marmorei expers lapidis adhuc fuiſſe videbatur: ſed noſtris diebus & habere, atque in ea poſſe abundanter inveniri, inſignium ædificia operum undique demonſtrant.

65 Operculum quoque ſimilis materiei, coloris, & idoneæ quantitatis & qualitatis reperiunt, atque abſque ulla partium congruarum diſtantia ſive diſſonantia, ſarcophago ſimillimum, in quo etiam prædicti coloris decens candor decenter emicuit. Illi autem de invento ſupra modum gaviſi, unde & intelligunt à Domino ſuum iter proſperatum & negotium acceleratum, gratias agentes Deo pro cunctis beneficiis ejus, quantocius vento ſecundo retulerunt ad monaſterium. Sexburga vero magis divini muneris exhilarata beneficio, benedixit Deum, qui facit mirabilia magna ſolus. Tandem exonerant onere grato carinas, & mauſoleum optatum nec diu quæſitum, ad locum devehitur. Notatur hora memoriæ celebris, & exultatio

C (ut credimus) fit in Supernis, cum honor Sanctis exhibetur in terris. Accurrit populus patriæ undique, ægrotantium maxima confluxit turba: febribus fatigati, & quacumque incommoditate depreſſi, ad tumbam illius levi ſopore intercepti, ejus ſubvenientibus meritis, adepta ſibi ſanitate gaudebant: aliorum diverſis ſubveniebat incommodis, quorum vota fidei puritas comitabatur. Hoc revera B. Sexburgæ animos maxime erexit, ut eam de veteri extraheret ſepultura, & in eccleſia recondendam collocaret; quam in terra diutius clauſam ſalvat & ſervat Chriſti bonitas contra naturam.

CAP. XXVII.

66 Cumque ſtatuto die, poſt tot annos, ſacræ Virginis corpus ac Sponſæ Chriſti elevanda eſſent oſſa de tumulo, & in baſilica decentius tumulanda; pars plurima devotæ plebis confluxerat, ad hujus Tranſlationis ſancta ſolennia. Et quoniam res talis confirmari debet teſtimonio plurimorum, præfatus Antiſtes S. Wilfridus, qui B. Etheldredæ (quamdiu Egfrido Northanhumbrorum Regi, ſolo nomine & non opere conjugali, licet Sacramento conjugii, deſponſata fuit) familiariſſimus & teſtis veraciſſimus ejus perpetuæ virginitatis extitit, eique velamen ſanctimonialis habitus ſub Ebbæ Abbatiſſæ magiſterio, Regis Egfridi amitæ, apud urbem Coludi ſacratum impoſuit; atque cum in regimine fuerat ſtatuta animarum, in Elyenſe monaſterio, ſicut Beda aſſerit, aſſidua familiaritate in omnem ejus neceſſitatem diligens & ſolicitus adjutor adſtiterat; & huic tam ſpecioſo & jure ſpectando ſpectaculo interfuit, & eidem miraculo inſolito ſuâ præſentiâ & auctoritate magnum credulitatis pondus contulit, atque innumeri qui novere & adfuere id ipſum teſtati ſunt: ſed & inter ceteteros, ad ampliorem rei certitudinem & veritatis evidentiam, medicus Kyneſridus, qui ſicut morienti illi, ita & elevatæ de tumulo præſentialis affuit, ut huic tam mirando & pro raritate pretioſo miraculo teſtis exiſteret; memor utique inciſuræ, quam quondam fecerat in ejus corpore; qui referre erat ſolitus, quod illa infirmata habuerit tumorem maximum ſub maxilla.

D

a *quæritur,*

b *nec ſine miraculo invenitur Sarcophagus,*

cum congruo libi operculo:

& miracula crebreſcunt.

Præſentibus S. Wilfrido Ep.

& Kyneſridus medicus,

E

67 Aptato igitur & deſuper decenter compoſito papilionis umbraculo, cum omnis Congregatio, hinc Fratrum illinc Sororum, pſallens ſepulcrum ejus circumſtaret, aggere dejecto foſſa defoditur, & theca de pulvere elevatur. Ipſa autem Abbatiſſa S. Sexburga adaperto ſepulturæ oſtio, cum paucis, tamquam oſſa elatura & delatura, ingreditur: & facto modico intervallo, repente de intus audivimus ipſam voce magna proclamare; Sit gloria nomini Domini altiſſimi; & ut iſta patefierent, ſub probatione & præſentia teſtium, etiam nec multo poſt clamaverunt me intus *c* reſerato papilionis oſtio, vidique elevatum de tumulo, & poſitum in lectulo corpus ſacræ Virginis dormienti ſimile: cumque corpus ejus adaperto ſepulcro eſſet prolatum in lucem, ita incorruptum inventum eſt, acſi eodem die fuiſſet defuncta ſive humi condita. Stupendum inuſitatumque miraculum, & cunctis ſeculis prædicandum! Sanctiſſima Virgo Etheldreda, irritam faciens Deo imperante naturam, quia carnem ſuam vivens ſervaverat immunem à libidine, immunis poſt mortem reperta eſt à corruptione: & cum per *d* ſexdecim annorum curricula in terreno pulvere delituiſſet obtecta, quaſi ex reſurrectione tota iterum rediviva effloruit, ſpeciemque repræſentat in lecto ſuaviter quieſcentis, in nullo obnoxia humanæ conſuetudinis corruptioni; imo tota pulchra, tota formoſa, tota integra eſt reperta.

elevatur corpus incorruptum,

c

F

d *quaſi in lecto ſuaviter dormientis,*

68 Et diſcooperto vultus indumento monſtraverunt etiam mihi vulnus inciſuræ, quod feceram, curatum: ita ut mirum in modum, pro aperto & hiante vulnere cum quo ſepulta erat, tenuiſſima tunc cicatricis veſtigia apparerent. Quis audivit unquam tale? aut quis vidit huic ſimile? Vulnus, quod putruerat in maxilla quoad viveret, incorruptum & integrum diuturna reddidit ſepultura; ceterorum caro defunctorum ſepulta diſſolvitur, iſtius viventis tumore diſſoluta poſt ſepulturam reparatur: aliorum corpora exterminantur, iſtius viventis tumore diſſoluta poſt

A *etiam vulnere redintegrato*

poſt ſepulturam reparatur: aliorum corpora exterminantur, iſtius plaga poſt mortem redintegratur: aliorum natura putredine conſumitur, iſtius vulneri in maxillâ hianti medela cæleſtis adhibetur. Qui vero præſentes aderant, Dei mirabilia venerantur, nullam in cicatrice reperiunt turpitudinem, ſed fœderatam gratiæ novæ gloriæ portionem. Nam guttur illud glorioſum, quod evanuiſſe ſperaverant in favillas, totum redintegraverat Dei virtus & poteſtas. Sed nec ſtupendum & admirandum videtur, ſi conſideremus omnipotentem Domini gratiam, qua omnia quæcumque voluit, fecit in cælo & in terra; & meritum Virgini miſericorditer donavit, ut non ſolum ab illicitis pro amore ejus declinaret, verum etiam, quo uti licenter potuit, terreni ſcilicet ac carnalis ſponſi conſortium contempſit. Præclara igitur prædicanda eſt virtus Dei & pietas in omnibus, qui rubum ardentem à combuſtione, qui Danielem in lacu leonum ab eorum morſibus ſervavit illæſum; præter morem humanæ conditionis, quadam prærogativâ, carnem corruptibilem

B glorificavit in Virgine, jam collatâ incorruptione.

CAP. XXVIII. *imponitur ſarcophago:*

69 Tandem vero cum multa reverentia levaverunt illud, & novis diligenter indutum veſtibus, tanto theſauro conſervando idoneis, intulerunt in eccleſiam, cum magno & multimodo devote exultantium tripudio, atque in eo quod allatum eſt ſarcophago poſuerunt. In quo quieſcens expectat reditum Domini ſponſi ſui, ut reformet corpus humilitatis ejus, configuratum corpori claritatis illius. *quaſi ad ejus menſuram facto,* Et mirum in modum hoc in loco minime eſt reticendum, ſed ſæpe ſolemniter & inceſſanter prædicandum, quod tantam aptitudinem & congruam æquipollentiam eidem mauſoleo gratia divina contulit, atque ita aptatum corpori Virginis ſarcophagum inventum eſt, acſi ei ſpecialiter præparatum fuiſſet; ut nec quantitas lapidis in continentia quantitatem ſacri corporis excederet, nec infra ſeſe, tamquam minus continens, inutiliter cohiberet: & locus quoque capitis ſeorſum aptiſſime figuratus apparuit. Modus namque *cui & operculum ſuum ſe coaugmentat* Deo diſponente proviſus, menſurâ non diſſimiliter coæquatâ: ſuperpoſitus autem lapis

C oſtendit, quam pretioſa intrinſecus latitet margarita: ultra citraque non imminet, intus vel ſupra non diſſidet, unde lætitia tanta vacillet. Junctura nullam reperies, ubi lapis lapidi cæmento connectitur. Apparet nuſquam veſtigium, quo compagem aliquam inveſtigare ſufficias: ſic operculum ſuo unitum eſt vaſculo, ut nulla diviſionis ſit ſimilitudo: lapis unus de duobus efficitur, ſicque ad virginalis integritatis teſtimonium redintegratur. Naturale nonnumquam eſt, ex lapide uno duos dividere; duos autem nullum audivimus artificem in unum naturaliter copulaſſe. Et præterea vere eſt artifex ille mirabilis, cujus omnis natura famulatur imperio, & ab ejus voluntate inuſitata etiam non diſcordant.

70 Qui enim in deſerto filiis Iſraël aquas de petra produxit, ipſe de duobus ad obſequium Virginis unum fieri lapidem imperavit. Nullatenus prævalet aperiri nec qualibet poteſt arte diſſolvi, quem cæleſtis manus polivit Artificis, & cæmento indiſſolubili teſte materiâ ſolidavit: quoniam jucundum & in-

D ſignem Deus in illo præparavit thalamum, A THOM. ubi in carne floridâ incorrupta Virgo diem EX MS. cæleſtium præſtolatur nuptiarum. Hic eſt *miraculo renovato* theſaurus ille incomparabilis ſapientiæ Dei, *quod olim* quem creatrix omnipotentia clauſum illiba- *S. Clementi factum.* tum ſuo munivit ſignaculo, ne aſpectui ulterius patefiat humano. Nec immerito. Quæ enim uſquam femina, cuilibet ſponſo maritali lege depacta, ignem ita corporeæ voluptatis evicit, ſicut beatiſſima virgo Etheldreda, Sponſos ſortita geminos, quæ pudorem caſtitatis integerrimum cuſtodivit? Hæc & alia innumera pietatis beneficia fidelibus ſuis ejus præſtat miſericordia, qui quondam Martyri ſuo Clementi, in modum templi marmorei habitaculum præparavit, cujus exequias Angelico legimus celebratas eſſe obſequio. Forma corporis formæ ſepulcri fit conformis. Eâdem fere prærogativâ beatiſſimæ Virginis Etheldredæ, cui ſepulcrum Chriſto donante præparatum, Angelico (ut confidimus) patrocinio ex inſperato eſt inventum. Et cum ignotum habeatur quibus cæſoribus

E informatum, quibuſve ſit politum artificibus; ſalva opinari fide non officit, quod & iſta cæleſtium ſint officia miniſteriorum.

71 Tranſlatum eſt itaque egregium corpus pretioſiſſimæ Virginis & Reginæ inſi- *An. 679, 17 Octob.* gnis Etheldredæ, anno videlicet ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo *d* ſeptuageſimo no- *d* no ſub die Kalendarum Novembrium ſexto decimo, & in eccleſia beatæ ſemper Virginis Mariæ, quam ipſe à fundamentis conſtruxerat, collocatum, ubi uſque hodie in maxima veneratione habetur ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eam elegit & præelegit ut eſſet templum & habitaculum Spiritus ſancti. Plura quoque de ea tunc tem- CAP. XXIX. poris divulgabantur geſtorum inſignia, quæ Scriptura teſte glorioſe fiebant; nec eſt incongruum iſtinc adjicere. Linteamina vero omnia, quibus involutum erat corpus venerabile, ita integra apparuerunt & ita nova, ut ipſo die viderentur caſtis ejus membris eſſe circumdata. Contigit autem à tactu in- *non ſine novis miraculis ad lintea,* dumentorum eorum & dæmonia ab obſeſſis

F effugata corporibus, & infirmitates aliquoties eſſe curatas. Hydropici veniunt & ſanantur, & diverſis afflicti paſſionibus per ejus merita liberantur. Nec immerito quippe quæ ſpirituales in carne ſua triumphaverat poteſtates, corporeas recte in ægrotis curat infirmitates. * Sed & per loculum ligneum, in CAP. XXX. quo pretioſa Virgo ſepulta fuerat, nonnulli *cum priore loculum.* oculos dolentibus ſaluti fuiſſe redditos, perhibent: qui cum caput ſuum eidem loculo apponentes oraſſent, mox doloris ſive caliginis incommodum ab oculis amoverunt. De CAP. XXXI. loco autem, in quo hujus Virginis corpus *& priore ſepultura.* fuerat primo ſepultum, fons aquæ oritur lucidiſſimus, & uſque in ævum manare non deſinit; unde in potum ſi ægroti quilibet ſumpſerint, ſive de illo conſperſi fuerint, in priſtinum convaleſcere vigorem memorantur.

72 Nunc igitur, quoniam in extendendo materiam aliquantulum moras invexiimus, & labor ſtudii maxime imbecillibus gravis eſt; opus finem debitum poſtulat, ſtylum figere licet, cum Dei opitulante gratia opus exaravimus promiſſum. Inculta

A autem ſcriptoris *e* oratio veniam mereatur,
ATHOM. etſi non meruit ſperare mercedem. Etſi
EX MS. elegantia verborum non ſonuit, deſideria tamen votiva complevimus. Quiſquis autem ſibi dicatum opus perlegerit, vel legenti ſobrium glorioſa Virgo adhibebit auditum. Miſeræ eorum ſorti compatere, quos tibi devotos, beata Mater, intenderis, orationibus tuis juva, & certamen bonum futura immortalitas proſequatur pauperis tui cultoris, cujus tuæ laudi ſudavit ingenium : dedicentur Chriſto te intercedente labores ejus : illius te lingua reſonabit, quamdiu in hoc corpore peregrina verſabitur : tuque eum ſaltem in ultimo tuere examine, ut cæleſtis gloriæ participatione perfruatur. Quinimo tua univerſis in afflictione poſitis merita prætende, & fideles tui per tua ſancta ſuffragia æternæ vitæ gaudia mereantur, per eum qui te ſibi ſponſam aſſignavit Jeſum Chriſtum Virginis filium & Virginum ſponſum, Redemptorem mundi & Dominum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

e Oratio auctoris hanc partē concludentis.

B

ANNOTATA G.H.

a *Navigarunt per Canum fluvium aſcendentes, uſque Cantabrigiam, & è regione hujus Grameceſtriam. Conſule Cambdenum.*

b *Mabilio ex Ms.* Ermenſwithe *id eſt* Opus Miſi : *ſed* Wurch *Saxonice*, *Belgice* Werk *opus dicitur* Ermen *ſine* Ærmen *pauper ac miſer : unde correctio probatur.*

c *Sunt verba Medici, ſupra à Beda relata.*

d *Imo Tranſlatio anno 695 facta eſt (quod etiam Whartonus notat) ſcilicet cum à tranſitu ſive anno 679, quo is hic perperam collocatur, anni elapſi ſupra indicantur* Sexdecim, *uti & Beda ſupra habet. Interim in ejus & aliorum Martyrologiis ſolum notantur* anni undecim, *& ſic contigiſſet Tranſlatio anno 690.*

e *Sane paſſim hiat oratio : nec tamen corrigere vel ſupplere præſumpſi.*

CAPUT VII.

C *Beda Sanctam laudat verſu ac proſa: moritur S. Sexburga : ſuccedunt SS. Ermenilda & Werburga.*

CAP. XXXIII. *Hiſtoriæ Bedæ inſertus*

73 FRatrum itaque deſiderio diligenter ac ſolicite operam dantes, ſatisfacere curavimus : quæ in Beda, atque in ſcriptis Anglicis vel Latinis de glorioſa Domina & Patrona noſtra Etheldreda, apud nos inventa ſcripta, juxta modulum intelligentiæ noſtræ in unum hiſtorialiter texuimus : etiam quid metro de eadem ipſe recenſuit, nunc addere oportet. Sic enim ille ſcripſit ; Videtur opportunum huic hiſtoriæ Hymnum virginitatis inſerere, quem ante annos plurimos, in laudem & præconium ejuſdem Reginæ ac ſponſæ Chriſti, eleſiaco metro compoſuimus; & imitari morem ſacræ Scripturæ, cujus hiſtoriæ carmina inclita, & hæc metro ac verſibus conſtat eſſe compoſita.

Lib. 4. c. 20

74 Alma Deus Trinitas, qui ſecula cuncta gubernas ;

Annue jam cœptis, Alma Deus Trinitas. D

hymnus de virginitate,

Bella Maro reſonet, nos pacis dona canamus ;

Munera nos Chriſti ; bella Maro reſonet.

Carmina caſta mihi, fœdæ non raptus Helenæ :

Luxus erit lubricis, carmina caſta mihi.

Dona ſuperna loquor, miſeræ non prælia Troiæ :

Terra quibus gaudet, dona ſuperna loquor.

En Deus altus adit venerandæ Virginis alvum ; *qua excelluerunt,*

Liberet ut homines, en Deus altus adit.

Femina Virgo parit mundi devota parentem :

Porta Maria Dei, femina virgo parit. *S. Maria Deipara*

Gaudet amica cohors de Virgine matre Tonantis,

Virginitate micans gaudet amica cohors.

Cujus honor genuit caſta de Virgine plures E

Virgineos flores cujus honor genuit.

Ignibus uſta ferit Virgo non ceſſat *a* Agatha : *a*

Eulalia & profert ignibus uſta feris : *aliæque plures*

Caſta feras ſuperat mentis pro culmine Tecla :

Euphemie rapidas caſta feras ſuperat.

Læta ridet gladios, ferro robuſtior Agnes :

Cæcilia infeſtos læta ridet gladios.

Multus in orbe viget per ſobria corda triumphus,

Sobrietatis amor multus in orbe viget.

75 Noſtra quoque egregia jam tempora Virgo beavit *ac recentius S. Etheldreda*

Etheldreda nimis noſtra quoque egregia :

Orta patre eximio, regali & ſtemmate clara :

Nobilior Domino eſt, orta patre eximio.

Percipit inde decus Reginæ & ſceptra ſub aſtris ;

Plus ſuper aſtra manens percipit inde F decus.

Quid petis alma virum, ſponſo jam dedita ſummo ?

Sponſus adeſt Chriſtus, quid petis alma virum ?

Regis & æterni Matrem jam credo ſequaris,

Tu quoque ſis mater Regis ut ætherei.

Sponſa dicata Deo bis ſex regnaverat annis,

Inque monaſterio eſt ſponſa dicata Deo.

Tota ſacrata polo celſis ubi floruit actis,

Reddidit atque animam tota ſacrata polo.

Virginis alma caro eſt tumulata bis octo Novembres, *corpore per 16 annos incorrupto reperta.*

Nec putet in thalamo Virginis alma caro.

Chriſte, tui eſt operis quia veſtis & ipſa ſepulcro

Inviolata nitet, Chriſte tui eſt operis.

Hydros & ater abit ſacræ pro veſtis honore,

Morbi

A Morbi diffugiunt, hydros & ater abit.
Zelus in hoſte furit quondam qui vicerat Evam:
Virgo triumphat ovans, zelus in hoſte furit.
Aſpice, nupta Deo, quæ ſit tibi gloria terris:
Quæ maneat cælis, aſpice, nupta Deo.
Munera læta capis feſtivis fulgida tædis:
Ecce venit Sponſus, munera læta capis:
Et nova dulciſono modularis carmina plectro,
Sponſa hymno exultas & nova dulciſono.
Nullus ab altithroni comitatu ſegregat Agni;
Quam affectu tulerat nullus ab Altithroni.

CAP. XXXIV. 76 Quod in libro Regum Angliæ Beda doctiſſimus, plano ſermone ſeu metro, de ſacratiſſima Regina Etheldreda edidit, digeſtum habemus: nunc etiam quid de ipſa in libro de Temporibus, quod ad multorum efficaciam commentus eſt, licet breviter, ſub
B eodem tamen ſenſu quid meminerit, præterire non convenit. [Anno autem Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimo octavo (juxta quod Beda docet) *b* Synodus univerſalis Conſtantinopoli celebrata eſt, temporibus Papæ Agathonis, ſub Conſtantino Principe, Legatis Apoſtolicæ Sedis & Epiſcopis centum quinquaginta adſiſtentibus. Quo videlicet anno ſancta & perpetua Virgo Chriſti Etheldreda, filia annæ Regis Anglorum, & primo alteri viro permagnifico, & poſt eum Egfrido Regi conjux data, quæ per duorum annos thorum incorrupta ſervavit maritalem, poſt Reginam ſumpto velamine ſacro Virgo ſanctimonialis efficitur: nec mora, etiam Virginum Mater, & nutrix pia Sanctarum, accepto in conſtruendum monaſterium loco, quem Elge vocant: cujus merita varia teſtatur etiam mortua caro, quæ poſt ſexdecim annos ſepulturæ, cum veſte qua involuta eſt, incorrupta reperitur. Verum ſeries hiſtoriarum, cum maximo ſtudio computantes, etiam in Beda invenimus annum præmonſtratum depoſitionis almæ Virginis fuiſſe, in quo Theodorus Dorovernienſis Archiepiſcopus, audiens fidem Eccleſiæ Conſtantinopoli per hæreſim (de qua nunc diximus) multum eſſe turbatam, Eccleſias Anglorum, quibus præerat, ab hujuſmodi immunes perdurare deſiderans; imperantibus in Anglorum Regnis Egfrido Northanhumbrorum, ipſius videlicet ſanctæ Etheldredæ quondam conjuge; Etheldredo, Rege Merciorum; & Aldulfo, Rege Eſtanglorum, hujus Deo dicatæ feminæ germano; & Lothario, Rege Cantuariorum, ejuſdem
c nepote: ſub quorum præſentia *c* collecto Epiſcoporum Doctorumque plurimorum cœtu, ſicut mandaverat Agatho Papa præfatus, ut cujus eſſent fidei ſingulos ſedulò inquireret, omnium unanimem in fide Catholica reperit conſenſum.

b Idem in libro de Temporibus laudat ejus continentiam,

& alibi ubi agit de Synodo CP.

CAP. XXXV *S. Sexburgæ Abbatiſſæ defunctæ* 77 Sancta denique Etheldreda, cum ſubita mutatione de hoc fragili corpore raperetur; ſoror ejus Sexburga, pretioſa virago in monaſterii regimine ſucceſſit (ut jam dictum eſt) gregemque ibi Dominicum doctrinâ & formâ veræ religionis inſtruxit. Hoc quippe in augmentum virtutis eam valde provexit, quod corpus jam dictæ Virginis Ethel- EX MS.
D dredæ adeo integrum illibatumque invenit, A. THOM. acſi eodem fuiſſet die humatum, quod per ſpatium plurimorum annorum demolitum atque conſumptum æſtimaverat. Et cum multis volventibus annorum orbitis indefeſſa ad cæleſte regnum anhelaret, graviter ægrotare cœpit, diemque ſuæ vocationis imminere præſenſit. Quæ in medio ſuorum poſita, ſacroſanctis Jeſu Chriſti myſteriis exitum ſuum munivit, cum fidei puritate in manus Creatoris ſpiritum commendavit, ſicque in ſenectute bona diem ultimum clauſit. Sepulta eſt in decenti loco poſt beatiſſimam ſororem ſuam, ubi virtutum ſuarum merita florere non deſinunt: ſemperque ejus præconia arripiunt incrementa, ut in libro *d* illius enar- *d*
ratur.

CAP. XXXVI. *ſuccedunt S. Ermenilda*
78 Elge autem monaſterium, ſolatio Matris & auxilio, Deo providente, qui diſponit hominum ſaluti omnia ſuaviter, diu non deſtituitur. Etenim voto unanimi & conſenſu totius Congregationis, S. Ermenilda, E
poſt obitum B. Sexburgæ, loco ejus ſucceſſit. Quæ totius dominationis ambitione neglecta, commendatis Chriſto Virginibus quibus præfuit, ſanctiſſimam Matrem ſecuta, ad Chriſti paupertatem quam optaverat, pauper ipſa devenit: & dum apud homines honorari refugit, apud Deum & apud homines honorem percepit ampliorem: ubi à cunctis digne ſuſcepta, totius Congregationis Mater effecta eſt. In Anglico quidem legimus, quod Sexburga in Eccleſia de *e* Sapeya quam *e*
conſtruxerat, à B. Theodoro Archiepiſcopo ſanctitatis velamen accepit, atque ibidem filia ipſius Ermenilda ſub ea normam Religionis, ſpreto Regni culmine, poſtea ſumpſit: quæ dum iter ad Ely paraviſſet, filiam ſuam Werburgam pro ſe in miniſterio Abbatiſſæ, ſicut diu optaverat, conſtituit. Tranſiit autem plena ſanctitate & juſtitia ad regna cæleſtia, & cum matertera ſua, ſancta videlicet Etheldreda, juxta matrem ſuam requieſcit condita. Teſtatur mors ejus pretioſa quantæ ſanctitatis & pietatis extiterit, quod liber vitæ ejus plenius docet.

F
CAP. XXXVII. *& S. Werburga;*
79 Sponſa igitur Domini Werburga cum quibuſdam eccleſiis præeſſet, ut ſuprà dictum eſt, poſt dilectæ genitricis ſuæ obitum jure Prælationis etiam monaſterium Elge ſuſcepit. Elegit tamen Divina præſcientia & voluntate Heanburgenſi monaſterio requieſcere corpore: in quo loco Dei margarita cum debita reverentia tumulata, pluribus ſignorum indiciis ſe probat vivere in cæleſti gloria. Unde tandem in *f* Ceſtram, qua nunc requieſcit, eſt tranſlata. Eam quippe poſt ipſius deceſſum, beatæ feminæ quarum nomina ſolius Dei novit ſcientia, nobis autem incognita, ſub vitæ Regularis obſervantia locum Elge in honore & ſanctificatione uſque ad vaſtationem à Danis geſtam ſervaverunt. *f*

CAP. XXXVIII. *ſub quibus permanſit vigor regularis.*
Poſt diſceſſum vero SS. Etheldredæ, Sexburgæ, Ermenildæ atque Werburgæ, Eccleſia Elge minime vacabat ab opere Dei: imo virtus divini cultus, ſub beatarum regimine feminarum, non tepeſcente, ſed magis ac magis in ea ferveſcente fervore diſci-

A plinæ regularis ac cuſtodia monaſticæ profeſſionis, multis annorum evolventibus orbitis, floruit. Sed & eccleſias ac monaſteria, quæ quaquaverſum in Anglia erant, quamquam diverſis provinciis diverſi Reges præeſſent, & vario ſub eventu frequentia invicem bella ſuccederent, in pace & ſecuritate atque Chriſtianæ legis augmento conſervavit gratia ſupernæ miſericordiæ. At humani generis improbus hoſtis, tantæ ſerenitatis tempora non ſuſtinens (quoniam appetitu bonæ voluntatis caret, bonis invidere non ceſſat) ſolito livore infectus, iram ac nebuloſam concitavit tempeſtatem in cunctis Angliæ finibus.

A THOM. EX MS.

ANNOTATA G.H.

a *Notæ ſunt hæ Sanctæ, & coluntur*, Agatha, 5 *Februarii*; Eulalia, 12 *ejuſdem*, Tecla, 23 *Septembris*; Euphemia, 3 *ejuſdem*; Agnes 21 *Januarii*, Cæcilia, 22 *Decembris*.

b *Imo Concilium illud CP. inchoatum fuit menſe novembri anni* 680, *& abſolutum* 16 *Septembris anni* 681; *in quo Monothelitarum hæreſis condemnata eſt à* 289 *Epiſcopis.*

B

c *Concilium Panbritannicum Hedifeldæ celebratum eſt anno* 680, 15 *Kal. Octob. Conſule Concilia Spelmanni pag.* 168. *Colitur S. Theodorus Archiepiſcopus* 19 *Septembris.*

d *Librum proprium de Vita* S. Sexburgæ *utinam nobis inveniat aliquis: nonnihil edidit Capgravius, & poſt hunc Alfordus, qui obitum ejus refert ad annum* 699, *& diem* 6 *Julii.*

e Scapeya, *ſeu* Shapeia, *monaſterium in regno Cantii.*

f *De hac tranſlatione nihil in Vita* 3 *Februarii, ſcilicet ante illam ſcripto; ſed aliqua adjecimus ex Capgravio: illam Joannes Brompton in Chronico aſſerit. factam anno* 875, *quando* Heamburgenſes, pavore Danorum ſoluti, corpus ad Ceſtriam, tamquam ad locum tutum, tranſtulerunt.

CAPUT VIII.

Irruptiones Danorum. Inſula & monaſterium Elyenſe vaſtatum. Sanctimoniales & Clerici occiſi.

CAP. XXXIX. *Dani irrumpunt anno* 866

80 ANno autem ab Incarnatione Domini octingenteſimo ſexageſimo ſexto, regnante Rege Etheldredo Occidentalium Saxonum, magna *a* Paganorum claſſis ſub Rege Inguare, cum duobus Fratribus ejus Evulfo & Hasdene, cum collega ſuo Ubba nomine, totius doli & malitiæ illi per omnia conſimili comitantibus illos tribus Regibus, Hoſtenio, Bagſeg & Guthrum, & eorum fortitudine; cum plurimo comitatu Ducum & Procerum (quos enumerare oneroſum eſt, in Chronica vero deſcribuntur) cum innumerabili multitudine fortium pugnatorum, de *b* Danubia in Britanniam advenit, & in regno Orientalium Anglorum, quod Eſtangle dicitur, hiemavit: ubi Deo acceptus Edmundus fidei Chriſtianæ cultor tenebat imperium. Hi omnes perſecutores Chriſtianorum erant, adeo crudeles naturali ferocitate, ut neſciant malis hominum miteſcere: abſque ulla miſeratione paſcuntur hominum cruciatibus; & juxta Prophetæ vaticinium, quod ab Aquilone venit omne malum, flante Borea, à gelidis nativitatis ſuæ ſedibus gens eadem nequam proſilivit, ſubitos ac neciferos turbines in omnes fines Britanniæ flavit, nunc mari nunc terra circumiens, flammis ac ferro cuncta depopulans: & niſi divina impediretur miſeratione, conata eſt in exterminium adducere totius fines Britanniæ: & quia legis Dei cultores eos eſſe noverat, omnino delere aut ſervituti eos ſubjugare nitebatur. Cum Chriſticolis pacem habere noluit: unde monaſteria, Divino permittente judicio, univerſa ab ipſis fundaminibus diruens, cædibus & incendiis devaſtabat.

a

b in Eaſtangliam,

Jerem. 1. 14

D

81 Geſta ſunt hæc anno primo regni præfati Regis Etheldredi, filii Edelwlfi. Deinde anno ſecundo gens prædicta, atrox & impia, de Orientalibus Anglis ad Eboracam civitatem migravit: illic maxima ex parte omnes fere Northumbrenſium cœtus, occiſis duobus Regibus Oſbrith & Elle, deleti occubuerunt *c*: qui vero evaſerunt, pacem cum Paganis pepigerunt. Tertio autem poſt anno, prædictus Paganorum exercitus, Northumbros relinquens, venit Merciam; & *d* Swthingham adiit, & ibi hiemavit. Quibus illic advenientibus, Burthredus Rex Merciorum pacem iniit: quem poſt annos ſeptem pace rupta regnum deſerere, Romamque contra ſuam voluntatem adire coëgerunt, Regnumque Merciorum ſuo Dominio ſubdiderunt. Loca Sanctorum & monaſteria ancillarum atque ſervorum Dei, undique deprædantes, combuſſerunt. Et iterum anno quarto Eboracum rediit, ibique per annum manſit. In quinto vero, per Merciam ad Orientales Anglos tranſivit, & in loco qui dicitur *e* Theodford hiemavit: quo etiam anno glorioſus Rex *f* Edmundus ejuſdem provinciæ (ſicut in Chronica legitur) à præfato Rege Pagano Inguare martyrizatus eſt: ſicque Rege occiſo, Pagani nimium gloriantes, totam illam regionem ſuo dominio ſubdiderunt. Quo etiam (ut ſequentia inſinuant) anno eccleſia de Ely igne combuſta eſt, extinctis omnibus qui intus erant.

ac deinde Northumbriam,

E

c

Merciam, d

c

f

atque Orientalem Angliam invadentes,

F

82 His ita geſtis, prædictus Rex Ederedus, Dei fultus adjutorio, ex omnibus qui tunc Angliæ præerant, ſolus reſiſtere potuit. Hic congregato non modico exercitu apud *g* Æſemdum hoſtes invaſit, ubi diu atrociter utrimque pugnatum eſt. Quo in loco Pagani divino judicio Chriſtianorum impetum non ferentes, alter de duobus Paganorum Regibus Ubba & quinque Comites occiſi occubuerunt, & multa millia illorum occiſa corruerunt. Cecidit ergo Baſeg Rex, Sidroc ſenex Comes, Sidroc Comes junior, Oſebertus Comes, Prene Comes, Haraldus Comes, & totus eorum exercitus in fugam verſus eſt: ſed eodem anno Rex Ederedus ex hac vita diſceſſit, cui ſucceſſit frater ipſius Elwredus: qui acer ingenii, per Baldum & Joannem doctiſſimos Monachos tantum inſtructus eſt, ut in brevi librorum omnium notitiam haberet, totumque novum & vetus Teſtamentum in *h* olalogiam Anglicæ gentis tranſ-

cæduntur ab Ederedo Rege

g

A transmutaret. Hæc si quis plenius scire voluerit, in Chronico per ordinem singula reperiet.

CAP. XL. *Idem vastatâ totâ Angliâ*

83 Postquam igitur permissu divino, præfata gens barbarorum hostili pervasione cuncta Anglorum bona diripuit, vastavit, incendio consumpsit, monasteriorum septa diabolica rabie fœdavit; tandem ad notitiam Elyensium pervenit accolarum. Omnis undique ætas, omnis utriusque sexus conditio, vivendi conducta amore, maluit huc atque illuc fugiendo substantiæ dispendium pati, quam feritatis hostium globis congredi. *Elyam aggressi,* Hujus siquidem communis tribulationis & miseriæ nullatenus expers fuit Elyensis insula; præsertim cum paludes & aquæ quibus circumcingitur in mare porrigantur, & sit ab ipsis æstuantis æquoris fluctibus quarumlibet navium ad eamdem insulam non difficilis accessus. In hanc vecta est aliquando gens eadem cum multis navibus, putans vacuatum defensoribus occupare locum. Exitus loci deprecationibus atque etiam insidiis urget, ut inhabitantes aut vinceret, aut obsidione fatiB gatos in deditionem susciperet, aut loco excedere compelleret: adversum quos atrociores quique accolarum indigenæ obsistere nituntur. Contigit namque cum finitimam regionem suæ ditioni subjugarent, multos ex *à collectis ad defensionem accolis profligantur.* Anglorum nobili genere ad insulam se conferre: tamen veriti tantæ multitudini forte ne quidquam infortunii occurreret, quamquam vividi bello gestarent dextram, satisque sufficiens his crederetur negotiis, & quandoque aliis prævalerent Barbaris; missâ undique legatione vicinos in auxilium convocant, atque delectam armatorum manum sibi applicantes, ad internecionem hostem citius prosternunt penitusque delent.

Sed majori numero regressi 84 Hoc denique pacto ab oppressione liberati aliquando, respirare videbantur, sed non adeo diu hac libertate exultare valuerunt: verum prædictus malignorum cœtus, virtute fortiore, congregato exercitu, cum suo Rege, plurimo stipato militum agmine ruente, debacchationis spiritu sæviens in eos irruit, pervadit, atque prosternit. Plurimi incolarum vectibus cæsi in capite, quorum funC nera solenni sepulturæ tradi prohibita sunt, escis bestiarum & volatilium sunt projecta. *promiscuâ omnium cædem edunt.* Ad cœnobium autem Virginum, quod gloriosa Virgo & sponsa Christi Etheldreda construxerat, tandem perveniens, pro dolor! invadit, Sancta contaminat, conculcat ac diripit: protenditur rabidorum gladius in lactea sacrataque colla; mactatur ut victima innocua sanctimonialium caterva; & quoscumque reperit sacri desiderii Fratres & Sorores, absque ulla humanitatis consideratione, *i* præcipiti perimit strage *i*. Sicque monasterio, quod vera Dei Christicola Etheldreda construxerat, cum Virginibus, & ornamentis, & Reliquiis Sanctorum & Sanctarum combusto, civitate etiam spoliata & cremata, prædæ ubertate ditati, omniaque ejusdem loci adimentes mobilia atque utensilia, inimici Domini redierunt ad propria.

CAP. XLI. 85 Erat inter ipsos ferocissimorum hostium cuneos, quidam aliis immanior & crudelior satelles diaboli, spirans cædis & sanguinis, avaritiæ sectator, alienarum rerum trucu- lentus appetitor. Is dum tumulum Deo di- D lectæ Virginis Etheldredæ intueretur, repo- A THOM. situm inibi thesaurum esse arbitratur. Nil mo- EX MS. ræ interponit; & mox bipenni, quam cru- *Unus Sanctæ tumbâ* entis gestabat manibus, marmoreum vas, *effringens,* quo corpus pausabat virgineum, crebris icti- *spe reperiendi in ea* bus ferit à latere; ut eo scilicet effracto, *thesauri,* pecunias, quas intus falso credebat reconditas avide diriperet; nescius infelix, quam properum tempus divinæ animadversionis immineret, quo pœnas luiturus miserabiliter de medio foret rapiendus. O piratam miserrimum, culturæ Deitatis nescium, terreni lucri cupidum, infelici casu ruiturum! Qui dum corruptibilis pecuniæ facibus exitialiter ardet, thesaurum virginalem & incorruptibilem inquietare non timet. Tota vi ferientis percutitur lapis sepulcralis, quo velut in thalamo requiescit Christi sponsa perennis. Multiplicantur ictus, foramen efficitur, quod usque hodie manens cernitur. Quo facto, nulla cælestis vindictæ sit dilatio: sed con- *oculis evulsis expirat.* festim oculis ab ejus capite divinitus avulsis, sacrilegam inibi vitam finivit. Quod cernentes ceteri, ulterius almam Virginis glebam E inquietare non præsumpserunt.

86 Ad ultimum ferro & flammâ cuncta consumunt, nec quidquam potest esse residuum, quod non disperdat manus impia barbarorum. Totus pæne trucidatur Clerus, ad- *Quidam postea reversi locum utcunque restaurant,* ducitur in captivitatem quisque residuus. Sicque locus misere jacebat à cultu divini officii & timoris omnino desolatus; nullus qui ministerium impleat remanet, auferetur canticum laudis & lætitiæ, sonat vox luctus undique & miseriæ. Ex ipsis denique Clericis qui vitam suam *k* deprecati * sunt, post *k* aliquot annos octo reversi sunt: de quibus aliqui in decrepita ætate, transcursis multorum annorum curriculis, usque ad tempus Edredi Regis pervenerunt. Hi, prout poterant tantæ calamitatis tempore ecclesiæ por- *infelici conatu.* ticus resarcientes, divinum solvebant obsequium. Verum ipsis alii succedendo Clerici, more perversorum superbiæ & avaritiæ dediti, non Canonici, imo vitam irreligiose ducentes, in errorem & temeritatem contemptâ honestatis reverentiâ inciderunt. Quorum insolentiam Deus, ob sanctæ Virginis F meritum, mira indignatione dissipavit, ac justa examinatione damnavit: de quibus suo loco dicendum est. Hæc quoque gesta sunt anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo septuagesimo; centesimo autem & nonagesimo sexto, ex quo beata Etheldreda in Ely facta est Abbatissa.

CAP. XLII. *l* *Succedunt Reges, Alfredus,* 87 *l* Alwredus igitur Rex prædictus, post fratrem regnum strenuissime tenuit viginti octo annis & dimidio; sed laboriosissime impugnatus, videlicet ab ea qua frater ipsius Pagana gente, quam ipse & filii ejus de cælo adjutus protrivit atque delevit. Ab isto vere Anglia, usque in hunc diem, sub uno Rege aucta est, regnavitque filius ejus pro eo *m* Edwardus dictus senior. Hic multo la- *m* *Edwardus senior,* tius quam pater fines regni dilatavit, siquidem civitates & urbes maximasque provincias, quas Dani multo tempore possederant, obtinuit & possedit, Regesque plures in deditionem accepit. Insuper duos Reges, fratres scilicet Inguare Regis, Ewlfo de Halfdene,

A dene, poſt plurimos annos occidit, *n* & cum
A THOM. EX MS. eis cæſa multa millia Paganorum corruerunt. Poſt multas vero res egregie geſtas, anno
n Edelſtanus, regni ſui viceſimo quarto, ex hac vita tranſiens, Edelſtano filio Regni gubernacula reliquit : quod ſtrenuiſſime per decem & ſex
o annos tenuit. *o* Poſt quem frater ejus Edmundus ſucceſſit, cui Regina ſua Edrida duos filios peperit, Edwinum & Edgarum. Et cum peperiſſet Edgarum, S. Dunſtanus audivit in ſublimi voces pſallentium atque
p Edgarus, dicentium : *p* Pax Anglorum, exorti nunc pueri & Dunſtani noſtri tempore. Hæc genealogia nobiliſſimi Regis Edgari, Anglorum Baſilei, multorum cœnobiorum fundatoris & reſtauratoris incliti, qui Elgicam eccleſiam glorioſius reſtauravit & poſſeſſionibus locupletavit : quod impoſterum prætererire indignum eſt. Edmundus quoque Rex
Edmundus. præfatus, cum per ſeptem & dimidium annos
q Regnum magnifice tenuiſſet, *q* interficitur, & Glaſtoniam delatus, à B. Dunſtano Abbate ſepelitur : moxque proximus heres Edredus fratri ſuccedens, Regnum novem an-
B nis & ſex hebdomadibus tenuit.

ANNOTATA G. H.

a *Quis ſtatus Regum Daniæ fuerit hoc ſeculo* 9, *potiſſimum priore hujus ſeculi parte, diximus* 3 *Februarii ad Vitam S. Anſcharii, Danorum Apoſtoli,* § 7 *& ſequentibus. Ex iſtis hi progeniti* : quorum Duces, *inquit Huntindomenſis lib.* 5 *pag.* 148, fuerunt Hinguar & Ubba, viri ſtrenuiſſimi, ſed crudeliſſimi. Perendinantes igitur in hieme in Eſtangle, inducias & equos ab eis acceperunt : *& addit Weſtmonaſterienſis*, qui pedites erant, equeſtres effecti ſunt. *Brompton ait dictos* Hinguar & Hubba, natos patre Lotheberco, de ſtirpe regia, *forte* Inguane *ſeniore, de quo à nobis ad Vitam S. Anſcharii actum. Addit Brompton*, appuliſſe apud Rodham villam provinciæ Nordfolch.

b Danubiam *etiam ſcripſit ad hunc annum* 866 *Hovedenus quem deſcripſit auctor noſter; videnturque eorum ætate opinati Angli, ſeptentrionales populos ex Pannonio proceſſiſſe, & à* Danubio, *ad quem habitarant, acquiſitum regnum appellaſſe* Danubiam, *quæ deinde contractè dicta*
C *ſit* Dania. *Contrarium potius credendum fuerat ; ſicut conſtat Gothos, nunc Suecos, ab Aquilone profectos* Gothiam *ſibi ad Danubium conſtituiſſe ſeculo* 4.

c *Addit Hovedenus*, Hæc geſta feriâ ſextâ ante Dominicam Palmarum (11 *imo* 12) Kalendas *Aprilis. Nam Paſcha celebratum* 30 *Martii fuit.*

d *Idem Hovedenus* Notingham adiit : *adjacet ea provincia Eboracenſi agro : & Ingulfus* Beorrodus Rex, *inquit*, Paganos Nothingam relinquere coëgit, & Eboracum repetere.

e Theodford, *vulgo* Thetford, *quaſi* vadum Thet *fluvioli, è Suffolcia confluentis, in cujus confinio eſt provincia Norfolciæ.*

f S. Edmundus *colitur potiſſimum* 20 *Novembris. Corpus in Bederici-cinte propria eccleſia conditur.*

g Eſchedun *Hovedeno, qui aſſerit hanc victoriam obtentam anno* 671.

h *Ita Mabilio : eſt autem Græcè* ὁλολογία, integra ſermocinatio, *Ecgraphum* Catologium, *quidſi* Catalogia *legatur, vel potius* Analogia, D *ſimilitudo, æquiparatio ?*

i *Hæc contigiſſe anno* 670, *indicatur in Hiſtoria Elyenſi : ultimo autem capite Dani appellantur* Normanni *id eſt* viri Septemtrionales.

k *In eadem Hiſtoria*, deprædati ſunt ; *Mabilio etiam* deprecati *legit, ſed verba*, Vitam ſuam, *omiſit, ſine quibus rurſum num.* 92 *litt.* b *legitur* deprecati.

l Alfredus, *ſive* Alevredus, *regnavit ab anno* 872 *ad annum* 901.

m Edwardus *ſenior regnavit ab anno* 901 *ad* 924.

n *Hæc contigerunt anno* 907, *& paſſim ab Anglis deſcribuntur.*

o Edulſtanus *præfuit ab anno* 924 *ad* 940.

p *In Vita S. Dunſtani* 19 *Maji hæc proferuntur.*

q Interficitur à latrunculo, anno 946, die 26 Maji, in feſto S. Auguſtini Anglorum Apoſtoli, feria 3, Indictione 4. *Ita Hovedenus. Omnia conſentiunt litteræ Dominicali* D.

CAPUT IX. E

Pœna Canonicorum ſacrum corpus & veſtes ejus incorruptas temere attrectantium, tempore Edredi Regis.

88 HUjus autem tempore mirum & audien- CAP. XLIII
tibus valde ſtupendum apud Ely de Sacerdotibus ibidem degentibus contigit, quod unus illorum, Alfelmus nomine, ſub perſona alterius de ſe, qui errori & facinori eorum conſenſerat, aſſeruit, ſcripſit, quod hic ſub ſilentio non præterimus. * Tranſactis haud eminus ætatis hujus temporibus in Anglorum gente, Edredo regnante, quando zelo caritatis frigeſcente, atque jugo iniquitatis ferveſcente ; Britannici orbis cœnobia, pene ab ipſis fundaminibus omnia aut ultione omnipotentis Dei in univerſa jacebant provincia, ſemirutis (pro nefas!) maceriis deſolata ; aut ſi quæ in antiquis urbibus remanſerant integra, ab utriuſque ſexus Canonicis, nomine, non dignitate, erant occupata diutiſſime ; contigit quoque ut monaſterium Elge, quod ſitum eſt in inſula, in qua ſancta F
virgo Etheldreda requieſcit, cum germana nomine Sexburga, ac venerabili nepte Ermenilda, ſub eorum tranſiret Dominia. Quo-
Archipresbyter propoſuit aperire ſepulcrum Sanctæ : rum Archipresbyter, Præpoſitus & Magiſter, inſtinctu fraudis dæmoniacæ, auſus eſt ſepulcrum ſacræ Virginis violare, licet haud impune, tamen iſta ratione. Appropinquante quadam tempeſtate ejuſdem præpollentis ſanctæ prædictæ ſolennitatis die, convocavit ceteros Sacerdotes ac Clericos quibus præerat, cum quibus baſilicam ingreſſus, ad eos dixit : Volo indubitanter ſcire, ſi venerabilis Virgo Etheldreda etiam nunc integra manet carne, ſicut referunt ſacra ſcripta venerabilis Bedæ in hiſtoria gentis Anglicanæ ; aut ſi aliquid omnino ex ea manet in monumento, in quo olim tumulata eſt corpuſculo : quoniam mihi non videtur eſſe veriſimile, ſed potius credo quod nihil eſt in ſar- *ceteris ne id tentet diſſuadentibus.*
cophago. Qui reſpondentes Magiſtro infauſto dixerunt : Quomodo auſus fuiſti mente tan-

A tum ſcelus concipere, ut mauſoleum Virginis intemeratæ ullo modo cogitares aperire? Nonne omnes ſcelerata morte properanter debemus vitam finire, niſi ocius ceſſaveris à tam illicita præſumptione? Quibus ille reſpondit protinus: Credo, quodſi Virgo tam ſancta, ut olim, in præſenti jaceret baſilica; per eam Deus plurima iſtic feciſſet miracula.

89 Tunc unus de Sacerdotibus illi dixit: Idcirco, Didaſcale, tales profers ſermocinationes, quia noviter ad iſtam inſulam ex alia veniens provincia, minime virtutum vidiſti miracula, quæ Conditor rerum peregit innumerabilia, per hujus ſacræ Virginis merita. E quibus ex pluribus tibi referam perpauca, quæ paulo antequam huc adventares ſunt patrata. Quædam matrona in quodam huic vicino commanebat vico, quæ circiter ſex annos ita erat contracta, intolerabili morbo & paralyſi, reſoluta omni membrorum compage, ut nulla ratione manus ad os dirigere, nec venerabile ſalutaris ſignum Crucis propriæ fronti imprimere, nec à fulto *a* B valeret ſurgere abſque famularum juvamine. Hæc poſtquam medicis multam irrogaverat pecuniam, nec curationis ullam ab eiſdem ſuſcepiſſet medelam, ſupernæ reſpectu clementiæ, ad iſtam, bis quatuor mancipiis deferentibus, acceſſit aulam: in qua cum ipſa vigilaret nocte, meruit ſanitatem recipere, & propriis incedens veſtigiis reverſa eſt ad propria, laudans & glorificans Dei omnipotentiam.

quorum unus refert miracula

a

in paralytica 6 annis,

muto 7 annis

90 Quidam etiam adoleſcens, per ſeptem annorum curricula, degebat illo in tempore in quadam villa, quam Bradetorde appellant illius loci incolæ: qui ſimiliter ut à parentibus ad hoc templum eſt deductus, ſtatim ſoluta ſunt vincula linguæ ejus, & profatus eſt rectis ſermonibus; dicens coram cunctis circumſtantibus: Redeamus, fratres, ad hoſpitium; quoniam per beatæ Virginis Etheldredæ meritum, largiente omnia creante Deo, curatus ſum. Quædam denique puella, à primordio ſuæ nativitatis cæca, poſt tranſacta decem annorum ſpatia, illis diebus feliciter eſt delata ad hæc templi mœnia. Hæc, C mox ut ingreſſa eſt baſilicam, ſuſcepit oculorum medelam; & cœpit mirari hujus mundi machinam luculentam ac fulgidam, jubarque ſolis rutilans quod numquam ante viderat; Deum auctorem rerum magnificans, qui omnia quæ cernebat miranda creaverat. Quidam etiam juvenis, manum habens aridam, acceſſit ad ſacratiſſimam hujus almæ Virginis tumbam; quam illico extenſis lacerti nervulis, me adſtante, valuit aperire viribus receptis: quod videntes populi qui aderant, benedixerunt Dominum qui creavit omnia.

cæca 10;

manu arida,

91 Quidam etiam Sacerdos in iſto commanebat cœnobio, qui propriam compulit ſervulam in horto colligere olera, Dominica die ante Tertiam. Hæc dum ſudem arripuiſſet ingentem, quatenus properanter Domini ſui expleret juſſionem; manus ejus tam firmiter adhæſit ligno, quod tenebat avide, & unde herbas evellere deſiderabat illicite, ut nullus hominum quolibet conamine ſtipitem à manu mulieris potuiſſet dirimere. Quæ dum immenſo torqueretur cruciamine, nullum valentes miſeræ aliud juvamen impendere, fuſtem in utraque manûs inciderunt parte, ſicque permanſit annos quinque. Quibus expletis, rotante cæli cardine, contigit nos convivaturos quadam die ad domum prædicti Sacerdotis convenire. Quam dum conſpexiſſemus cruciari ultra modum, facturam Dei perire condolentes nimium, concordi voto ad convivantem diximus Presbyterum: Antequam ſumamus cibum, pariter ducamus ad iſtud hanc mulierculam templum; ſuppliciter deprecantes omnium Auctorem creatorum, quatenus ei dignetur miſereri, per glorioſum ſanctæ Virginis Etheldredæ interventum. Qui reſpondens omnibus, gaudens dixit Fratribus: Omnipotens Deus pro tam utili conſilio vos collocet in cæleſti regno, ubi Sancti fruuntur lumine perpetuo. Qui baſilicam ingreſſi, mox ut rogaverunt Dominum, de manu extenſa mancipii profiliit lignum, quod jam carne conſumpta adhærebat compagibus oſſium: ſicque mulier divinum percepit medicamentum, & cœtus Clericorum regreſſus eſt ad convivium, gratias ac laudes referens Salvatori Chriſto. D

ob Dominicæ violationem punita

atque ad tumbam curata.

E

92 Quapropter te moneo, Magiſter, ut ab audacibus & illicitis inchoamentis properanter ceſſes. Quodſi ſermonibus meis credere nolueris, condignâ in primis morte morieris, ac deinde ſuppliciis condemnatus ſempiternis infeliciter, perpetuis cruciatibus ſubjacebis, vermibuſque tartareis ac infernalibus incendiis. Qui bis ac ter commonitus à prudenti ſene, noluit ceſſare à ſceleſtiſſimo conamine: ſed convocavit quatuor juvenes ex Clericali Ordine, quos facile conduxit in ruinam ac condemnationem perpetrato crimine. * Erat namque in arca qua quieſcebat CAP. XLIV Virgo ſancta, quædam rimula, quæ (ut nobis quidam ſenex retulit, quod ab ipſis Sacerdotibus qui hæc viderunt didicit) à Paganis Chriſti culturam diſſipantibus facta fuerat. Namque Normanni, crudeles populi, olim, quemadmodum Anglorum plurimas atque Francorum provincias, deprædaverunt Elgicam nihilominus inſulam. Qui poſtquam omnem Clerum, Sanctimoniales, ac populum ferro & igne depopulati ſunt, pueros atque F ſenes crudeli morte perimentes, adoleſcentes captivos ac juvenes ad extrancas duxerunt regiones. E quibus unus immanis Normannus, auſus eſt accedere ad ſepulcrum Virginis egregiæ, qui exiguam manu ferens bipennulam, ter quaterque marmoream in qua jacebat percutiens ciſtam, ſperans immenſam invenire pecuniam, confeſtim ut exiguam fecit feneſtrellam, oculos amiſit & vitam. Ex ipſis denique Clericis, qui ex Elgico *b* deprecati ſunt cœnobio, poſt aliquantos annos, octo ad ipſum repedaverunt locum. E quibus aliqui jam in decrepita ætate provecti, tranſcurſa multorum curricula annorum retulerunt ſeni præfato eo tempore adoleſcentulo, ſicut ſcriptum eſt in hoc codicillo.

Ille nihilominus propoſiti tenax,

accedit ad rimam, olim à ſacrilego Normanno factam,

b

93 Quid plura verbis proſequor ſuperfluis? Ad hanc Presbyter infelix cum ſcelerum ſodalibus acceſſit, qui accipientes ſurculos *c* marathi unde fuerat cooperta totius ſuperficies pavimenti, quoſque ponentes in ſarco-

& per eã palpat corpus, aliique poſt eum: c

A phagi foramine, poſt ſuum *d* Magiſtrum
ATHOM. omnes auſi ſunt palpare corpuſculum ſanctæ
EVMS. Virginis. Tunc Sacerdos ait: Nunc remoto
d ambiguitatis ſcrupulo indubitanter ſcio, quia adhuc in hoc tumulo requieſcit ſacra Virgo, ſic integra permanens carne. Tunc ſenex, qui ante prohibuit, ad eum dixit: In proximo plus debes ſcire, quod percuſſus jacebis Dei ultione. Qui rurſus ait, flocci pendens vaticinia ſenis; Modo volo videre, ſi veſtes ejus etiam nunc permanent integræ.

ardente ſupra veſtes incombuſtas candela nil motus,

Qui candelam cohærentem virgulæ per foramen immiſit arculæ, quæ beata continebat membra Sanctæ: ſed plus intus nequivit adſpicere, quam ſi foret cæcatus utroque lumine. Verum ardens candela (ut perhibent) cecidit ſupra Sanctam, & tamdiu ardens ſuper ſacras manſit veſtes, donec tota concremata eſt, eas contingere flamma metuente. Cuncti tamen qui aderant lumen candelæ proſpiciebant, quod per foramen de ſepulcro exibat; & quidquid intra latebat cremari pertimeſcentes, dixerunt Sacerdoti totius criminis auctori; Melius foret te non fuiſſe
B natum, quam committere ſcelus tantum.

violenter eas arripit, ex iiſq; particulam abſcindit,

Quia nec ideo ceſſavit à malo diræ mentis propoſito: accipiens namque partem virgæ, acuit eam in uno capite, quod rurſus findens cultelli mucrone, infixit veſtibus Virginis ſanctiſſimæ, quater quaterque in gyrum complicans, toto conamine omnium qui aderant, ad foramen uſque pertraxit: & quia nullam læſionem habebant, mirari cœpit. Qui confeſtim ingentem machæram arripuit, & exiguam exinde particulam dæmonum ſuaſione incidit, ceteris ſodalibus, quatuor videlicet prædictis juvenibus, ipſam veſtem ſurſum trahentibus & omni virtute retinentibus. Quæ, poſtquam ſceleratorum contactu eſt violata, ita ab immundis eorum manibus eſt ſubtracta (ſicut retulit Presbyter, qui hujus criminis fuit particeps) quaſi eam infra tumbam duo fortiſſimi milites retraherent, & quaſi ipſa adhuc Virgo ſancta vivens eis diceret; Nec Dei, nec meam habeatis gratiam, quia auſi eſtis corrumpere ſindonem meam.

94 Quid multa? Mox ingens peſtis arripuit
C domum illius Sacerdotis, quæ conjugem ejus

ſed mox punitur ſua & ſuorum cita morte,

ac liberos omnes cita morte percuſſit, totamque progeniem funditus extirpavit. Ipſum quoque, ad alterum commigrantem locum, poſt paucos dies deduxit in infernum, quoniam non purgavit per pœnitentiam ſcelus com-

uti & ſocii duo,

miſſum. Sed & de ipſis quatuor fautoribus divina ultio peremit duos ocius; tertius, cum eſſet inſtitutus officiis litteralibus, Eccleſiaſticis, ac Sacerdotalibus, ita protinus in amentiam verſus, quidquid ſcivit eſt oblitus, quaſi nihil didiciſſet penitus; & adhuc vivens luit pœnas de tam grandi facinore, quoniam per ſingulos menſes perdit ſenſum, mentis vigore deficiente, luna ætatem, quam *e* tum habebat, repetente. Quartus verò fuit prælibatus Presbyter Alfelmus, qui & ipſe gravi ægritudine correptus, ferme per octo menſes manſit paralyticus; donec parentes mœſti ac dolentes, quibus erat unicus, detulerunt eum cum plurimis muneribus ad beatiſſimæ Virginis corpus. Qui dum ibidem ipſa vigilarent nocte, promittentes

tertius amens fit:

e quartus à paralyſi

per Sacramenta ſatisfactionem, meruit eorum D
æger recipere ſanitatem, per Virginis almæ *Sanctâ invocatâ ſanatur.*
Etheldredæ interceſſionem; & mane glorificantes coſmi Redemptorem, læti reverſi ſunt ad eorum manſionem. Ecce quid infideliter dubitantis temeraria generavit præſumptio; ecce quid injuſta juſte promeruit actio. Habeant ex hoc quilibet ſacrarum *f* *f*
indigni attrectatores Reliquiarum, quia non niſi cum cordis munditia & humilitate id debent præſumere.

95 Sed nec quidem eccleſia ſic, ab iniquo- *Manſit autem eccleſia ſub Canonicis*
rum ceſſavit Presbyterorum dominio, verum ſub eorum naufragoſa gubernatione, uſque ad duodecimum regni glorioſi Regis Edgari annum, fluctuabat. * Egregius quoque Rex CAP. XLV.
Anglorum præfatus Edredus decimo anno regni ſui ægrotavit & *g* mortuus eſt: cujus *g*
frater, dico Edwinus, Regis ſcilicet Edmundi & ſanctæ *h* Edrigydręe Reginę filius, *h*
regnum ſuſcepit; quatuor annis regni peractis defunctus eſt, & Wintoniæ in monaſterio novo eſt ſepultus. Cujus regnum ſuus germanus *i* Edgarus, ab omni Anglorum *i*
populo electus, anno ætatis ſuæ ſexto de- E
cimo ſuſcepit (& ipſe de genere Kinegilſi eximii Regis, qui primus Weſtſaxonum Regum fidem Chriſti à S. *k* Birino percepit) *k*
à B. Dunſtano decenter inſtitutus, Regno *uſque ad 12 annum Edgari R.*
Anglorum leges juſtas conſtituit, regnoque tranquilliſſimo omni tempore potitus eſt: deſtructas quoque eccleſias renovavit & ditavit, abjectis ex cœnobiis Clericorum næniis, ad laudem Dei monachorum & ſanctimonialium catervas aggregavit, ſicut & ſequente docetur opere. Nunc his finem imponentes nimiam prolixitatem devitavi; tempus enim eſt ut ſequentis libri ordinetur initium, & ut loquendi vires interim per ſilentium reparentur.

ANNOTATA G. H.

a *Appoſuit Mabilio*, forte ex lecto.

b *Forte* Vitam ſuam deprecati ſunt, *ut ſuprà monuimus.*

c Μάραθος *ſive* Μάραθρος *Græcè*, *Latine* Fœniculus, *aromaticæ herbæ genus, apud auctorem de medicamine faciei, Ovidio ſuppoſiti, ſic* F *memoratum,*

Profuit & marathos olentibus addere myrrhis
Quinque parent marathi ſcrupula, myrrha novem.

d *Locum hunc reſtituo ex Epitome Cottoniana apud Whartonum pag.* 602 *licet Mss. ſic haberent:* Accipientes ſacculos marathi, quibus compta.... poſt triduum omnes magiſtri: *quæ nullum ſenſum faciebant.*

e *Mabilio* quantum, *melius ecgraphum noſtrum* quantam, *& Epitome Cottoniana ſimpliciter* quam, *forte autem intelligitur novi-vel pleni lunium, quibus recurrentibus gravius affligi ſolent ii quos* Lunaticos *vocant, puta epileptici aliique ſimiles.*

f *Delevi, quia abundabat, vocem* Virginum

g *Anno* 955 *mortuo* Edredo *ſuccedit* Edwinus.

h *Hanc necdum invenimus ullis Faſtis inſcriptam.*

i *Edgarus incepit regnare anno* 955.

k *S. Birinus colitur* 3 *Decembris.*

LI-

A

LIBER SECUNDUS.

De reſtauratione & ſtatu eccleſiæ S. Etheldredæ ſub Abbatibus, ejuſque ſecunda tranſlatione.

PROOEMIUM

Ejuſdem Thomæ Monachi Elyenſis.

Collecturus in hoc libro veteres chartas,

1 IN præcedente monſtratum eſt opere, qualiter in Ely S. Etheldreda, & poſt illius ſequaces fabricaverunt, ſive illic Deo complacentes vixerunt, vel à quibus locus ille fuerat deſolandus, ſiquidem apparet. Tandem importune compellentibus me quibuſdam ex noſtris, ne ab incepto vacarem, ſed geſta noſtræ Inſulæ, ut ſpoponderam, exequerer. Et nunc in tanto negotio, licet minus ſufficiens inveniar, viribus ac ſenſibus puſillus,

B

tamen advocatricis meæ Etheldredæ confidens ſolatio, excuſo aliquando torpore, ſic ad rogata exequendum feſtino; & in unum congeſto volumine explicare, ſeu majora, ſeu minora, ut res expoſtulat, præſertim qui locum reſtauraverunt, & illorum teſtamenta, quæ vix & maximo cum labore exquiſivi, & ea de vulgari in Latinum commutavi: ſed ſingula in diverſis ſparſa locis demum collegi. Quæ cum multorum teſtimonio inſerta; minime cognoſcantur etiam nobis, compendia aliis porrigimus: nam dulcis ſæpe & grata cognitio eſt, etiam nota relegere, ac geſtit animus in aurem replicari.

de vulgari Latine redditas,

itàque ſupplebuntur quæ deſunt Vitæ S. Ethelwoldi,

2 Et cum Gentilium figmenta vel Stoicorum deliramenta ſummo ſtudio videamus compoſita, & publice celebrata; operæ pretium eſt Sanctorum facta memorari, quorum merito ſanctitas refulſit: ex quorum collegio Domini Confeſſor Ethelwoldus, doctrina & ſanctitate extitit: qui eccleſiam noſtram à Danis deſtructam reſtauravit, magna illic & digne memoranda geſſit;

C

quæ non plene in libro *a* Vitæ illius exarata ſunt: quæ dum vir egregius & prudens,

a proponit ſequi ſimile opus Herivæi Epiſc.

Herivæus, primus Elyenſis Epiſcopus, ut relatu digna compererat, de Anglico in Latinum transferri fecit; ſicque opere expleto, librum de terris S. Edelwoldi nominavit: conſtat autem iſte liber de tempore monachorum proſpera eorum ſive adverſa plene denuntians.

ANNOTATA D.P.

a *Librum hunc Mabilio edidit Sec.* 5 *Benedictino pag.* 606 *pro* 1 *Auguſti* auctore (ut videtur) Wolſtano Monacho, S. Ethelwoldi diſcipulo, *ex Ms. cœnobii Uticenſis in Gallia, ubi caput* 23 *de hoc argumento ſic habet*: Non ſolum in finibus Orientalium Saxonum, verum etiam in remotis partibus Britanniæ, ſanctus Antiſtes Adelwoldus, ad Dei omnipotentis ſervitium Monachos aggregare curavit. Eſt enim quædam inſula famoſa, in partibus Orientalium Anglorum ſita, paludibus & aquis in modum inſulæ circumdata,

D

unde & à copia anguillarum, quæ in eiſdem paludibus capiuntur, Elige nomen accepit: in qua regione locus omni veneratione dignus habetur, magnificatus nimirum Reliquiis & Miraculis S. Etheldredæ, Reginæ, & perpetuæ Virginis, ac ſororum ejus; ſed in ipſo tempore erat deſtitutus & regali fiſco deditus. Hunc ergo locum famulus Chriſti, pro dilectione tantarum Virginum, magnopere venerari cœpit: datoque pretio non modicæ pecuniæ, emit eum à Rege Eadgaro, conſtituens in eo Monachorum gregem non minimum; quibus ordinavit Abbatem Brithnodum, Præpoſitum ſuum; & ejuſdem loci ſitum monaſterialibus ædificiis decentiſſime renovavit; eumque terrarum poſſeſſionibus affluentiſſime locupletatum, & æternæ libertatis Privilegio confirmatum, omnipotenti Domino commendavit. *Hoc brevi compendio totum fere continetur, quod præſenti libro faciendum ſuſcepit Thomas ad ſingularia quæque deſcendens. Reſtrictior tamen eſt primo hoc capite quam poſtea fuit librum miraculorum ſcribens, & initium ſumens à reſtauratione Elyenſi: quare inde potius ipſum hic dedi, additis* [ ] *per quæ diſcernantur amplificationes à texto contractiori.*

A THOM. EX MS.

E

CAPUT I.

Reſtauratio monaſterii Elyenſis & libertas, Regis Edgari privilegio munita.

Elyenſe monaſterium.

3 REſtat nunc ſcribendum de reparatione Elyenſis inſulæ [quod eximium & excellens fuiſſe arbitror inter innumera ſignorum beneficia, quæ Dominus per venerabilem ſuam Virginem Etheldredam operari dignatus eſt; quomodo Regum Anglorum Edgarus potentiſſimus, divino admonitus oraculo, eccleſiam de Ely reſtauraverit, muneribus adornaverit, poſſeſſionibus ditaverit, æternæ libertati donaverit, totum denique Deo commendaverit; cujus frequens everſio, Paganis olim irruentibus, locum ſine cultu,

F

per centum annos uno minus, occiſis effecit cultoribus. Qui locus aquoſus, piſcoſus, nemoroſus & ferax cum utile & quietum videatur præterre habitaculum;] primam meruit monaſticæ diſciplinæ habere magiſtram, ſanctam & venerabilem glorioſamque Virginem ac Reginam Etheldredam: [quæ monaſterium Ancillarum Dei conſtituens, alterum ibi locavit paradiſum; cælumque terris & cælo terras ingerens, ſic locum loco mutavit, ut alterum alteri inſigniret, dum alter alterius cives poſſidet. Cui ſucceſſit in ſpirituale magiſterium ſpiritualis Mater, ſoror ejus S. Sexburga, uxor Erconberti Regis Cantuariorum, & mater ſanctæ Virginis Ercongotæ: illique ſucceſſit altera filia ejus Ermenilda, uxor Wlferi Regis Merciorum, & mater S. Werburgæ Virginis. Ermenilda vero ad Chriſtum de carne aſſumpta, filia ipſius jam dicta Werburga monaſterium Elge ſuſcepit regendum, ut ex antiquis ſcriptis collegiſſe memini.

cui prima Abbatiſſa præfuit S. Etheldreda,

huic ſucceſſerunt ejus ſoror S. Sexburga,

neptis S. Ermenilda,

proneptis S. Werburga,

A ATHOM. EX MS.

4 Poſt cujus deceſſum beatæ Matres & feminæ, quarum nomina ſolius Dei novit ſcientia, nobis autem prorſus incognita, ſub vitæ regularis obſervantia, locum in honore & ſanctificatione ſervaverunt, uſque ad Danorum tempora: qui inibi habitatricibus partim peremptis, partim fugatis, habitacula ſubruerunt.] Cujus loci deſolatio, antiquæ religionis præferens exterminium, de cæleſti libertate in humanam ſervitutem tranſierat; & uſque ad tempora Regis Edgari regio fiſco ſerviebat. *a* [Verum Deus, qui omni tempore, & omni rei ſuam providet congruentiam; nec locum ſub contemptu, nec Sanctus paſſus eſt diutius eſſe ſine cultura: ſed gloriam ibidem quieſcentium publicans per famam virtutum, & Regem tempori & Epiſcopum Regi, & utrumque ſuæ diſpoſitioni aptiſſimum ſuſcitavit. Ille ergo Edgarus, Angliæ Rex pacificus; & iſte Ethelwoldus, Winthoniæ Pontifex eximius, diverto quidem officio, ſed pari voto in lege Dei ambulantes; non minus Religioni quam dominationi totam patriam ſubjugarunt: ille imperando, iſte prędicando. In quibus aptiſſime ſibi reſpondebant, & Regnum & Sacerdotium: dum quod alteri placeret, alter roboraret, & de omni ſtatu rerum collato conſilio neuter diſſentiret, ſed uterque conſentiret. Hac itaque Regis ſui gratiâ magnificus Epiſcopus Edelwoldus ſublimatus, totum ſpiritus ſui robur ad variam ſanctitatis operationem accinxit; nunc nova incipiens, & perficiens; nunc ab aliis cœpta, ſed non perfecta conſummans; nunc deſtructa diverſis in locis cœnobia reformans.] Cujus tempore Elyenſe cœnobium, miraculis famoſum & Reliquiis glorioſum, ſed ut publicum monaſterium, ſine cultu & reverentia, omni tranſeunti patebat.

& aliæ uſque ad tempora Danorum.

a

B *S. Ethelwoldus Epiſ: locum obtinet à R. Edgaro,*

5 Duo autem de magnatibus Regis, ſcilicet Sigedwoldus Epiſcopus, natione Græcus; & Thurſtanus genere Danus, vita loci habitudine, magis eum cupiditate quam devotione petiverunt: cumque pari ambitione decertarent, & bis inter eos de impetratione frequenter verſaretur; ne alter de alterius contemptu inſultaret, vel obtentu invideret; medium ſe interjecit quidam, qui erat Regi à ſecretis, nomine Wlſtanus de Dalham. Et hic divino magis inſtigatus nutu, quam humano ductus affectu, ne alteri eorum cederet avarę petitionis effectus, Regem hac oratione convenit: Domine Rex, cum tuę ſaluti tuoque honori atque regno cuncti providere debeamus, nemo noſtrûm conſulit iſtorum petitioni eſſe acquieſcendum: locus enim ſanctus, & celebris, & talibus indignus poſſeſſoribus: cujus antiquam dignitatem (ne ignoranter peccare cogaris) paucis tibi ſi juſſeris, expedire non differam: expoſuitque Regi per ordinem loci dignitatem, & Reliquiarum ſanctitatem, & quęcumque alia, vel per Bedam deſcripta, vel per famam divulgata, Regem eatenus latuerunt *b*. [Tantoque pondere Spiritus ſanctus Regis animum ſapientis viri compunxit eloquio; ut cupitæ poſſeſſionis neuter cupidorum poſſeſſor haberetur; ſed unam eamdemque repulſam pateretur, & invida avaritia, & amara invidia.

negatum duobus qui ſibi eum ambiebat:

C

b

6 Succisâ igitur præſumptuosâ impetrandi fiduciâ, illico glorioſus Rex Edgarus, accito B. Edelwoldo, de parando Elyenſi cœnobio cum eo contulit; dicens ſibi voluntatem ineſſe de conveniendis ibidem Fratribus, quorum obſequio ſummus Dominus & ſanctæ Reliquiæ digna veneratione colerentur; pollicenſque ſe idem cœnobium terris ac donis, & æternæ libertatis privilegio ditaturum; petiit ut ille vir Dei, tanti propoſiti cooperator exiſteret, & de conſtituendis ibi Monachis ſuam ſecum operam conferret. Intellexit itaque vir Dei, quod Spiritus ſanctus operabatur in Rege: gratiaſque agens Deo, in cujus manu corda ſunt Regum, opus bonum maturare non diſtulit, ſed prædictum cœnobium diligenter renovavit: Clericis expulſis, *c* Monachos ibidem congregavit, & Brithnothum eis Abbatem ordinavit; multaſque terras, tam per ſe emptas à Rege, quam ab ipſo Rege gratis datis, cum donis & ornamentis variis, atque regiæ auctoritatis privilegio confirmatas, Deo ac S. Edeldredæ totum commendavit: alias quoque terras quamplurimas ab aliis emptas eccleſiæ adjecit, quas per ſingula numerare otioſi negotii eſt *d*. Contulit etiam eccleſiæ nonnulla ornamenta, cappas videlicet plures, ſed unam inſignis operis. Dedit etiam in auro & argento multa pretioſa ac magna, quæ temporum viciſſitudine & infortuniis ab eccleſia diſtracta penitus conſumuntur.

D *& reſtaurandum ſuſcipit.*

c

atque locupletat fundis emptis & dono acceptis.

E

d

7 Haud multo poſt hæc Pontifex B. Ethelwoldus, cum reverentia ſæpe nominandus, repletur Spiritu ſancto, providens & præcavens in futurum doloſa mala, quæ per viciſſitudines rerum & permutationes regnorum oriri ſolent in terra; iterum acceſſit ad Regem Edgarum; & facta cum eo conventione, de integro emit ab eo totam adjacentem regionem prædictæ inſulæ; ſcilicet viginti hidas *e* terræ, quas Rex infra Inſulam habuit; ſed & dignitatem & ſocam *f* ſeptem hundredorum & dimidii; duorum videlicet infra inſulam, quinque vero in provincia Orientalium Anglorum, & quinque hidas apud Meldeburne, & tres hidas cum dimidia apud Hernungeforde, & duodecim hidas apud Nortwolde; datis mutuo ſexaginta hidis, quas ipſe dono Domini ſui Edelſtani Regis apud Hertingeham habuerat; datoque inſtar centum librarum pretio, cum aurea Cruce mirifico opere polita Reliquiiſque referta: quam glorioſus Rex, in munimentum donorum ſuorum & loci libertatem, cum Texta *g* mirifico ſuper altare S. Etheldredę in Ely gratanter obtulit. Has igitur terras à Rege emptas, cum omnibus regiis conſuetudinibus & cum privilegio ęternę libertatis corroboratas, S. Ethelwoldus Deo & S. Etheldredę obtulit, ſicut ſubſequens Regis privilegium declarabit, quod idcirco hic ponendum videtur, ut cunctis liqueat quanta firmitate Dei fundamento ſuo innitatur *h*.

Redimit etiam ab Edgaro R. jus totius inſulæ,

e

f

F

g

ejuſque diploma obtinet,

h

8 Omnipotentis Dei, cunctorum ſceptra regentis moderamine Regum, imo totius ſeculi creaturęque cunctę indiſſolubili regimine ęque gubernantis habenas, nutu & gratia ſuffultus ego Edgarus, Baſileus dilectę inſulę Albionis, ſubditis nobis ſceptris, Scottorum Cambrorumque ac Britonum & omnium

A nium circum circa regionum quieta pace perfruens, ſtudioſius & ſolicitius de laudibus Creatoris omnium occuper addendis ; ne noſtrâ inertiâ noſtriſque diebus, plus æque ſervitus ejus tepeſcere videatur ; ſed greges Monachorum & Sanctimonialium hac noſtra tempeſtate ipſo opitulante, qui ſe nobiſcum uſque in finem ſeculi manere promittere dignatus eſt, ubique in regno noſtro, deſertis monaſteriis antiquitus Dei famulatu deficiente, nunc reviviſcente, aſſurgere cupimus ſub ſancti Benedicti Abbatis regula viventes : quatenus illorum precatu & vigente religione & ſancta ſervitute Dei nos ipſum pacatum Rectorem habere queamus. Unde frequentes monitus venerabilis Edelwoldi Epiſcopi corde tenus pertractans, cupio honorare hoc privilegio rebuſque copioſis monaſterium, quod in regione Ely ſitum, dignoſcitur antiquitus S. Petri Apoſtolorum Principis honori dedicatum, decoratumque Reliquiis & miraculis almæ Virginis Etheldredæ, cujus vita venerabilis modis modernis in hiſtoria Anglorum promitur ; quæ etiam incorruptibili corpore, hactenus condita mauſoleo marmoreo albo perdurat. Locus denique, deficiente ſervitio Dei, noſtra ætate regali fiſco ſubditus erat : ſed à ſecretis noſter Edelwoldus, Deique amator, diœceſi Wintonienſis civitatis [Epiſcopatu] fungens, datis nobis ſexaginta caſſatis *i*, in villa quæ ab accolis Heartingas nuncupatur, mutavit locum prædictum cum appendiciis ejus. Augmentanſque mutuationem, tres villas, quæ his nominibus vocitantur, Meldeburna, Earnungaford, Northwolde ; & ipſe illico Monachos, meo conſilio & auxilio, Deo fideliter regulari norma ſervientes, perplures inibi collocavit : quibus Brithnothum quemdam, ſapientem ac bene morigeratum virum, Præpoſiti *k* jure præfecit.

quo idem ad Dei cultum ſervandū ſolicitus ;

narrat quomodo reſtitutum monaſterium ſit,

B

i *ſuo conſilio & auxilio,*

k

9 Cui affectui admodum ego congaudens, & lætabundus præ amore Chriſti & ſancti Petri, quem ſub Deo patronum mihi elegi, & ſanctæ Etheldredæ Virginis Deo Dilectæ & ejus proſapiæ ſanctæ illic quieſcentis ; & pro animabus Patrum meorum Regum antiquorum, augmentare largiter mutuationem C illam his donis, teſtibus conſiliariis meis, volo ; hoc eſt decem millia anguillarum, quæ omni anno in villa, quæ Wellan dicitur, pro expenditione redduntur Fratribus ad victualia, modo & deinceps concedo : & intra paludes cauſas ſeculares duorum centuariatuum & extra paludes quinque centuariatuum in Wicamlawan *l* in provincia Orientalium Saxonum, benigne ad fratrum neceſſaria ſanciendo largior : quin etiam omnes cauſas ſeu corruptiones tranſgreſſionum juſtæ legis in ſermonibus ſecularibus omnium terrarum ſive villarum ad monaſterium prædictum rite pertinentium, & quas in futurum ævum Dei providentia loco præfato largitura eſt, ſive emptione ſeu donatione, aut aliqua acquiſitione ſtent cauſæ ſeculares, emendandę tam clemente examine Fratrum, loco & manentium victui & veſtitui neceſſaria miniſtrantes. Adhuc inſuper omnem *m* nummum reipublicę, in Provincia *m* Granteceaſter Fratribus reddendum jure perpetuo cenſeo. Et ſit hoc Privilegium liberum qua-

eiuſque dotem auget de ſuo,

l

& ſtabilit libertatē,

m

ſi munus noſtrum, Deo devote oblatum, & ſanctis ejus prędictis ad remedium animarum noſtrarum, ſicuti præfati ſumus, ut nullus Regum nec Principum aut ullius ordinis quiſlibet prępotens, impoſterum obſtinata tyrannide aliquid horum infringere prę- ſumat ; ſi non vult habere omnipotentis Dei maledictionem, & Sanctorum ejus & meam & patrum meorum, pro quibus iſta omnia libera haberi volumus ęterna libertate in ęternum. Amen. D A. THOM. EX MS.

10 Hoc Privilegium hujus donationis & libertatis fecimus ſcribi, anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo ſeptuageſimo, Indictione tertiâ decimâ anno regni mei ęque tertio decimo, in villa regali, quę famoſo vocabulo à ſolicolis Wlfamere *n* nominatur ; non clam in angulo ſed ſub divo palam ; evidentiſſime ſcientibus totius regni mei Primatibus. *o*

anno 970;

n

o

Quorum quidem nomina hic infra inſeri ad teſtimonium impoſterum mandatur.

ſubſignantibus, poſt Regem quidem

Ego Edgarus Rex animo benigno hoc largiendum Deo conceſſi & regia ſublimitate corroboravi. E

Ego Dunſtan *p* Archiepiſcopus corroboravi.

p

Archiepiſcopis

Ego Oſcitel *q* Archiepiſcopus, conſolidavi.

q

& Epiſcopis ;

Ego Ethelwold Epiſcopus, confirmavi.

Alfſtan, *r* Epiſcopus conſignavi.

r

Ego Oſulph Epiſcopus confirmavi.

Ego Wlfrick Epiſcopus adquievi.

Ego Minſyge *s* Epiſcopus corroboravi.

s

Ego Alfunold Epiſcopus confirmavi.

Ego Alfunold Epiſcopus conſolidavi.

Ego Oſwold *t* Epiſcopus adquievi.

t

Ego Byrſthelm *v* Epiſcopus confirmavi.

Ego Æadlin Epiſcopus conſignavi.

Ego Alfric Epiſcopus conſolidavi.

Ego Colſige Epiſcopus corroboravi.

✠ Alfrid regina.

Alfric *x* Abbas. Aſtyis Abbas. Oſgar Abbas. Alfſtan Abbas. Æthelgar Abbas. Cyneward Abbas. Burceytell Abbas. Æaldred Abbas. Ordbright Abbas.

x

poſt Reginam vero, Abbatibus,

Siferd Abbas Martin Abbas.

✠ Æthelſtan Dux. Alfhere Dux. Alfeag Dux. Ordgar Dux. Athelwyne Dux. Oſtar Dux. Malcolme Dux. Birhtnocht Dux. Eadulf Dux. ✠ Birhtfed *y* iñ. Eanulf iñ. Alfunne iñ. Ethelneard iñt. Wulſtan iñ. Alfuneard iñ. Altune iñ. Nulfgeat iñ. Oſulp iñt. Oſweard iñ. Leofa iñ. Birhric iñ. Allfige iñ. ✠ Wlff iñ. Aſulff iñ. Heanric iñ. Hringulf iñ. Leofran iñ. Ffrana Sigerd iñ. Leofric iñ. Eadric iñ. Wulfold iñ. Alffige iñ. Hroold iñ. ✠ Durſtan iñ. Ofgod iñ. Gota iñ. Ffrithegiſte iñ. Durferd iñ. Durgod iñ. Offerth iñ. Oskytell iñ. Syſerthe iñ. Durkytell iñ. F

Ducibus.

y

& Primatibus Regni.

11 His igitur teſtibus & aliis compluribus, de omnibus Dignitatibus & Primatibus Regni mei, *z* hæc quoque conſtituta & peracta noſcuntur : quod etiam noſtra uſitata ſermocinatione deſcribi mandavimus hâc eâ dem ſchedulâ, quo poſſint in auribus vulgi ſonare, ne aliqua ſcrupuloſitate admiſceri videantur ; ſed regia auctoritate ſeu poteſtate nobis à Deo donata omnis contradictio funditus annulletur. Gode almig nam &c. *id eſt*

z

Eadē Anglice reddantur,

A THOM. EX MS. *Aliæ duæ ejusdem Regis chartæ.*

Dei omnipotentis nomine unde apparet ex ipsomet originali, ubi ad longum etiam Anglicana versio descripta habebatur, hæc esse transcripta. In chartulario habentur ejusdem Regis chartæ aliæ duæ; una super villam de Lintune, *seu potius ut in textu*, Ætlintune, *quæ incipit:* Universa enim seculorum patrimonia incertis nepotum heredibus relinquuntur; & omnis mundi gloria, appropinquante vitæ termino, ad nihilum redacta fatiscit. Idcirco terrenis [rerum] caducarum possessionibus, semper mansura æternæ patriæ emolumenta adipiscentes, Domino patrocinante lucremur. Quamobrem &c. *Altera est* super villam de Stoche, *& incipit* Flebilia fortiter detestantes titillantis seculi piacula. *Charta utraque, principio & fine, adeoque & temporis notâ omni caret, uti & cetera in eodem chartulario relata Instrumenta.*

ANNOTATA D.P.

a *Quæ sequuntur ita breviter perstringuntur initio libri* 2. Cujus etiam *Regis* tempore B. Ethelwoldus egregius Pontifex, ut lucerna ardens & lucens, in populo Dei fulgebat: qui cum ornamentis omnium virtutum bonorumque exemplis operum præditus esset, & ecclesiam Dei regendam suscepisset; non solum rector strenuus, sed etiam fundator cœnoborium plurimorum extitit. Alia siquidem à fundamentis incipiens, alia quæ destructa sive destituta erant, diligenter restaurando innovavit, familiamque summi patris familias sub norma sanctæ conversationis in omnibus locavit. Inter quæ & Elyense &c.

b *Rursus ibidem sed breviter sequentia:* quod ut Rex audivit, fervore divino accensus est; & supradictis viris dare quod petierant, non solum denegavit; verum etiam eumdem locum se magnificaturum dicebat. *Plenius itaque ex libro miraculorum accipe cetera.*

c *In Chronico Abbatum dicitur, quod* Clericos quidem in Monachilem habitum suscipiendum consentientes, in Monachos suscepit; renuentes, de monasterio expulit.

d *Additur in libro miraculorum*, cum proprio alibi contineantur volumine. *In hoc ipso scilicet libro* 2 *cujus solum initium, his interjectis interpolatum, nunc in lucem damus, reliquarum chartarum & possessionum editionem alteri loco ac tempori reservantes. In eodem quoque miraculorum libro, omissis sequentibus, transitur ad chartam Regis Edgari*, ut Regis magnificentia legentibus innotescat.

e Hida *dicitur* terra, unius aratri culturæ sufficiens per annum, *alii* jugerum & carrucatam terræ *appellant: de qua voce plenissime Cangius in Glossario &, quem is pro parte describit, Spelmannus.*

f *Ex instituto Regis Alvredi Anglia tota in Comitatus, hi vero dividuntur in* Hundreda *id est centum villarum districtus, quos Regis ipsius Charta Centuariatus vocat; in quibus* dignitas & soca *id est jus Curiæ habendæ, sive justitiæ faciendæ, competit ei cui Rex concesserit. Vide prædictos Spelmannum & Cangium.*

g *Scilicet* Textu Euangeliorum *ad Missas solennes, uti etiam nunc in monasteriis & ecclesiis antiquis habentur.*

h *Interim omittit ipsum librarius Duacenus, quia jam illud scripserat in libris miraculorum: unde ipsum hic damus collatum cum Monastico Anglicano pag.* 93.

i Cassatus *seu* Cassata, *terra uni familiæ alendæ sufficiens, cum casa id est domo (unde nomen sumptum) idem quod* Hida.

k Præpositus *hic dicitur pro* Abbate.

l *In Monast. Angl.* Wichelawe.

m Granteceſtria *medio ævo dicta, est* Cantabrigia, *vulgo* Cambridge, *Comitatus à se dicti adeoque & Insulæ Elyensis in eo comprehensæ metropolis.*

n *Operæ pretium fuerit hujus villæ situm ab Anglicæ antiquitatis curioso investigari.*

o *Hactenus etiam Monasticum, in quo subscriptiones omittuntur.*

p S. Dunstanus Cantuariensis *Archiep. colitur* 19 *Maji, ubi Acta ejus vide. Obiit anno* 988.

q Oskitellus, *Archiep.* Eboracensis, *sedisse annis* 16, *& 971 decessisse, dicitur.*

r Alfstanus, *Episc.* Londinensis *ab an.* 966 *ad* 996, *juxta Godwinum.*

s *Videtur esse Episcopus Lichfeldensis, Godwino* 26, *&* Winsy *ab eo nominatus, post annum* 966, *quo adhuc vivebat ejus decessor* Kinsy.

t S. Oswaldus Wigornienſis, *& post S. Dunstanum Cantuariensis colitur* 29 *Febr. ubi Vitam dedimus: prolixiorem aliam ex Chronico Rameseyensi addit Mabilio sec.* 5 *Benedict.*

u Brithelmus *Lincolnienſis Episc. Godwino præteritus, ex S. Dunstani Vita nobis innotuit: alii aliunde innotescent, ac forte ex Anglia Sacra sive Ecclesiastica, cujus jam duos Tomos habemus editos ab Henrico Warfono an.* 1691.

x Elfricus, *Abbas S. Albani Cantuariæ, an.* 993 *factus fuit Archiepiscopus. Ceterorum Abbatum monasteria quærere operosius non vacat.*

y Iñ. *Videtur mihi poni pro* interfui, *quod vero Regina aliique nonnulli habeant suo nomini præfixam* ✠, *eo factum puto, quod illitterati cum essent, aliena manu nomen scribere debuerint.*

z *Monasticum propter omissas subsignationes sic prosequitur*: Hæc quoque constituta etiam nostrâ usitatâ sermocinatione describi mandavimus

CAPUT II.

De aliis fundis per S. Ethelwoldum monasterio acquisitis & Brithnodi primi Abbatis acta.

Silvam & Rege ad usus cœnobii donatam.

12 POstquam B. Ethelwoldus præfatum cœnobium, ut dictum est, renovarat; gloriosus Rex Edgarus, sicut pollicitus erat locum venerari ac dilatare cœpit, cupiensque adimplere votum suum, quadraginta hidas terræ, in pago qui dicitur Hetfelde, quas vir potens quidam, Ordermerus nomine, & uxor ejus Balde, cum morerentur, ei dimiserunt, Deo sanctæque Etheldredæ cum chirographo obtulit: ut quia saltuosa regio erat, ibi materiam ad opus ecclesiæ, satisque lignorum ad suos usus explendos Fratres inde habere possent. Hanc igitur terram quamdiu Rex vixit absque calumnia Fratres habuerunt: defuncto autem Rege, perturbatoque

batoque ſtatu *a* regni ac rupto fœdere terræ, ſurrexere viri potentes, videlicet Egelwinus, qui cognominatus eſt Alderman, *b* quod intelligitur Princeps ſive Comes, & fratres ſui; terramque illam calumniati ſunt, dicentes, quod pater eorum Edelſtanus Alderman, pro patrimonio ſuo quod erat in provincia quæ dicitur Cevene illam terram cambierat: ſed Rex Edgarus per violentiam utrâque terrâ eum privaverat. Enarratâ ergo ac oſtensâ ſuâ calumniâ, calumniatores prævaluerunt; poſtpoſitâque ſanctæ eccleſiæ reverentiâ, eamdem terram invadentes ſibi vendicarunt. Videntes autem Fratres ſe nullatenus illam terram abſque magno detrimento potuiſſe dehabere, utpote aliàs non habentes ſilvam unde uſus ſuos explere poſſent; requiſiverunt prædictum Egelwinum; & facta cum eo conventione, ſæpe dictam terram ſcilicet Hethfeld, mercati ſunt ab eo, dantes pro ea duas terras, quas Wlſtanus de dalham cum moreretur S. Etheldredæ dedit, videlicet triginta hidas in Hemmugeford, & ſex in Winmugetune; addentes etiam apud Gillinque quinque hidas, quas Wlwinus Cocus & uxor ejus Ælfled multis modis, teſte populo, per tranſgreſſionem amiſerunt. Acta ſunt hæc in loco qui dicitur Glohthere, coram Alfero Alderman & Adelwino ac Hlurico Child, quod intelligitur puer, & coram tota gente quæ cum eis erat. Ut autem hæc conventio firma & inſolubilis eſſet, Ægelmerus Child, & Alwoldus, duo Optimates Angliæ, fidejuſſores ac teſtes hujus rei erant.

a *b* *eo mortuo amiſſuri Monachi,* *injuriam facto cambio redimunt.*

13 Quoniam, ſicut Veritas teſtatur; ſi quis volens turrim ædificare, ſedens prius computat ſumptus qui neceſſarii ſunt, Si habet ad perficiendum; ne poſteaquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes; Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare: venerabiliſque Præſul Ethelwoldus, Veritatis diſcipulus, fiduciam habens, non in auro nec in argento, ſed in Domino Jeſu Chriſto; opus quod cœpit, conſummare diligentius ſtuduit, & ut præfatum monaſterium dilataret, terras innumeras acquirere curavit. Mercatus eſt ſiquidem à Lenerico de Brandune, filio Ædelferti, duodecim hidas; ſcilicet manerium quod Lundune dicitur cum appendiciis, videlicet Hille & Nictham & Wilburtum, datis centum aureis & optimo ſonipede; reddiditque ei terram de Beſſingtune, quam uxor ejuſdem Lenerici, Ælfled nuncupata, antea ſibi vendiderat. Hæc itaque emptio & conventio, in territorio quod dicitur Cantebrige facta eſt, coram melioribus ejuſdem provinciæ. Poſtea vero evoluto tempore & defuncto Rege Edgaro, niſus eſt idem Lenericus, ſubdola calliditate, omnem conventionem quam cum Epiſcopo fecerat annullare ſi poſſet: ſed legales viri, Ædricus Bufus & Leofricus de Berle & Sinerchus Vecors, qui huic rei intererant & teſtes fuerant, eum convictum reddiderunt.

Luc. 14. 28. *Iiſdem S. Ethelwoldus emit Lundune cum appendiciis,* *emptione eq; Rege mortuo à calumnia vindicat.*

14 Sic [ſervatum eſt jus], quod ex ſubſequente *c* privilegio, in virtutis incitamentum & facti ſui teſtimonium Rex jam dictus omni poſteritati propoſuerat, ne aliqua poteſtas contra ejus conſtitutum aliquid auderet: quod non tantum Latinâ ſed & publicâ linguâ ſcribi, & verenda imprecatione voluit roborari; quod utrumque præſenti placuit inſerere volumini, quia nec omnibus ipſam regiam chartam vacabat oſtendi, nec ab hominibus decebat abſcondi: ſed quod per illam de illa fieri non potuit, per illud de ipſa innoteſcere debuit. *Sequitur* Quomodo B. Ethelwoldus emit ſeptem hidas in Stretham. *De aliis deinde pluribus quam triginta poſſeſſionibus, tam ab ipſo Epiſcopo & Abbate acquiſitis, quam à Rege donatis, longæ ſubinde texuntur hiſtoriæ, ad* S. Etheldredam *minus ſpectantes: quibus omiſſis, Chronico Elyenſi pro concluſione addo, quod* collectis omnibus terris, quas ipſe infra aquas & paludes & *d* mariſcum de Ely acquiſivit, Deoque & S. Etheldredæ dedit, inventæ ſunt ſexaginta hidæ. Item præfatus Rex dedit S. Etheldredæ quadraginta hidas terræ, in pago qui dicitur Ætfeld. Ipſe etiam dedit ſanctæ Etheldredæ manerium de Sudeburne, eo pacto, ut ipſe transferret regulam S. Benedicti de Latino in Anglicum, quod idem Epiſcopus S. Etheldredæ obtulit. Idem Rex chlamydem ſuam de inſigni purpura, ad modum loricæ auro undique contextam, illuc contulit: de qua inſula poſtea facta eſt. Dedit etiam de ſua capella capſides *e* & phylacteria, cum nonnullorum Sanctorum Reliquiis, indumentorum quoque inſignia. *Ex eodem porro Chronico accipe Abbatum Elyenſium geſta, ab eodem Thoma, ſi non ſcripta, certe promiſſa hoc ſecundo libro.*

c *d* *aut à Rege donata.* *e* *Abbas Brithnodus*

15 Præfatus autem Abbas Brithnodus, à memorato Rege donatus, à beato Dunſtano Archiepiſcopo, atque Ethelwoldo Wentano Præſule eccleſiæ Elyenſi conſecratus, gregem Domini diſcrete atque ſolicite ſub regulari moderamine inſtituit. Hic erat eximiæ prudentiæ ſummæque abſtinentiæ, & in exequendis negotiis ſolerter intentus; nunc nova fundamenta jaciens in loco, & rura non modica adjiciens. Ipſe fecit beatarum Virginum imagines, eaſque auro & argento gemmiſque pretioſiſſime texuit, & juxta altare duas à dextris & duas à ſiniſtris ſtatuit: quæ & in Dedicatione *f* Willielmi Regis excruſtatæ, & quæque meliora eccleſiæ ornamenta ablata, ſola nuda ligna hactenus valent intueri. Item in tempore ipſius Abbatis, Crux Chriſti *g* loquelas edidit in protectione Monachorum apud Winton dicens, Abſit hoc ut fiat, abſit hoc ut fiat, videlicet ut perſonæ intromiſſæ de eccleſiis expellantur & expulſæ reſtituantur.

facit Sanctarum 4 argenteas imagines *f* *g*

16 Interim prædictus Abbas tunc eccleſiæ ſic viriliter inſtabat: quam cum ſumma intentione, à Danis quondam ſubverſam, ad perfectum erigere laborabat, ex parte enim lapſam, velut novam, non ſine grandi labore adimplevit: ac deinde tectis reparatis, quæ fuerant igne conſumpta, templum rurſus ædificatum, non minus eximium aut eminens quam prius apparuit, tandem deprecatione Fratrum, tam Abbas quam Epiſcopus Ethelwoldus Dedicationis diem obtinuerunt à beatiſſimo Archipræſule Dorovernienſi Dunſtano, tempore aſſignato die ſequenti *h* Purificationis ſanctæ Mariæ, cum quo mul-

eccleſiam reſtaurat; *h*

A ti Pontifices & ecclesiarum Pastores, ad tam
ATHOM. festivam solennitatem celebrandam, conve-
EX MS. nerunt.

17 In primis officinas monasterii repleve-
& post benedictionem monasterii, runt benedictionibus, & sua auctoritate lo-
cum, & quæ alicujus fidelium largitione ibi-
dem collata fuerant, scripto consignantes,
adhibitis excellentissimi Regis Edgari privi-
legiis, cum quibus universa confirmaverunt.
Post hæc Dedicationem inceperunt in bene-
dictionibus dulcedinis, in capite ecclesiæ ti-
tulum beati Petri Apostolorum Principis po-
nentes, & in Australi parte memoriam san-
Dedicationem celebrat 3 Feb. ctæ Dei Genetricis semper Virginis Mariæ
& diem exultabilem solenniter celebrantes,
juxta ritum Dedicationis templi, in hymnis
& benedictionibus Domino benedicebant: sic-
que post sanctarum Missarum veneranda officia
edentes & bibentes in Domino, continuis
septem diebus festum agebant; & deinde in
lætitia magna unusquisque remeavit ad pro-
pria. Idem Abbas transtulit corpus sanctæ
Wythburgæ de Derhum apud Ely *i*. Præfa-
tus autem Brithnodus, quia solus ad omnia
B intendere non sufficit, cum concordia Fra-
Fr. Leonem Præpositum ejicisit. trum, virum honestum ex eis, Leonem
nomine, sibi commilitonem extrinsecus po-
suit, & rei familiaris præposituram sibi com-
misit. Hic suâ industriâ fines regionis Elgæ
metiri inchoavit, & quanta auctoritate locus
innititur ostendit. Hic etiam fecit Crucem
argenteam, quæ Crux Leonis Præpositi no-
minatur, in qua forma corporis Christi, in-
genio artificis cavata, Sanctorum Reliquias
k Vedasti *k* & Amandi continebat, quam Nigel-
lus Episcopus de ecclesia asportavit.

18 Memoratus Abbas in hunc modum est
Anno 981 casu visa Regina, veneficiis suis vacante, martyrizatus. Anno ab Incarnatione Domini
nongentesimo octogesimo primo, quodam
tempore contigit, Abbatem Brithnodum ad
curiam Regis Edelredi, pro ecclesiæ negotiis
proficisci cis Goldesdane *l* per silvam qua No-
va foresta ibat: ubi, ut fertur, ad usus naturæ
l remotiora loca repetiit, [& dum videri] cavens
(ut erat homo simplex & magnæ verecundiæ)
undique circumspexit, Reginam forte sub qua-
dam arbore offendit nomine Aelfritham, suis
veneficiis vacantem. Quæ eo viso, non absque
C luctu & pavore ingenti, in talibus se perce-
ptam ingemuit, peritissima vero in arte me-
m chanica *m*, ut fertur, habebatur. Sed vir
Domini ex hujuscemodi rebus turbatus ni-
mium, quantocius inde recessit; & ad Regis
Curiam deveniens, magnifice susceptus, ec-
clesiæ suæ negotia citius adimplevit: atque
ab eadem prodit metuente. munificentiâ Regis perfunctus & exhilaratus
ad suam redire viam repetiit: & ne Reginam,
licet abhorrens, declinaret, ad ejus descendit
aulam, quam [licet] fortuito ab omnibus vacuam
penitus invenit: tamen celeriter Reginæ illius
innotuit adventus. Illa vero petivit, ut cum
festinatione ad eam solus veniret; &, quod
cum eo de salute animæ suæ nonnulla secrete
tractanda habuerit, mandavit.

19 Cui ingresso plures enormitates lasciviæ
frustra solicitatur ad stuprum; nimis favorabiliter & inverecunde locuta est;
precibus & promissis illum, veluti sanctum Jo-
seph mulier impudica, si posset incontinentiæ
sibi nodis allicere, æstimans fraude malignâ
Sanctum Dei in scelere secum commiscere:
quoniam per ipsum metuerat detegi à malitia,
quam illam exercere invenit. Ille viribus & D
verbis obstat; negat & abhorret. Unde in
furorem commota, evocatis ex suo nequam
famulatu ancillis, & quia concepit dolorem pe-
perit iniquitatem, beatum virum neci tradere
jussit, nolens esse superstitem quem fore dubi-
tavit suorum aliquando scelerum proditorem.
Excogitat quomodo illum extinguat, corpo-
re à vulnere reservato immuni, & non ap- *& clam interfectus, n*
parente læsione. Admonet eas mucronum *n*
copulam in igne ferveri, & sub ascellis san-
cti Abbatis imprimi usque dum spiritum ex-
cutiat. Quo facto clamant intrinsecus, velut
tali infortunio pavefactæ. Unde ministri Ab-
batis, & qui cum illo venerant, accurrunt:
Monachi eum subita morte præventum ab eis
audiunt & ingemiscunt. At illi ex eventu ni- *quasi subito mortuus, ad Ely fertur sepeliendus.*
mium dolentes, & voces lugubres emitten-
tes, corpus Domini sui vehiculo imponentes,
in Ely ad suam detulerunt ecclesiam: & nul-
lum vulneris in eo comperientes indicium,
sepulturæ tradiderunt.

20 Martyrizatus est itaque primus sanctæ
Elyensis ecclesiæ Abbas, mulierculæ machi-
nationibus suffocatus, optans magis incidere E
in manus hominis, quam legem Domini de- *Regina scelerum pœnitens factum prodit,*
relinquere: cujus anima cum Sanctis omnibus
semper regnatura, æterna in cælis promeruit
gaudia. De Regina vero sinistrum nemo ali-
quid vel saltem mutire, sive malum præsum-
psit interre sermonem. Poterat hoc verbum
cunctis latere diutius, nisi quod eadem de suis
scelcribus, de suis beneficiis, & nefandis ope-
ribus Dei miseratione compuncta, & maxime
de interitu glorioti Regis Edwardi *o* primo- *o*
geniti sui, quem peremisse confessa est, palam *& monasterium condit.*
cunctis suis circumventum insidiis, ut pro-
prius ejus filius Ethelredus levaretur in Re-
gem injuste: pro quo cœnobium sanctimonia-
lium in Werewelle ex suis opibus fecit, ubi
omnibus diebus vitæ suæ in luctu & pœni-
tentia permansit, & quali morte Brithnodum
Elyensem Abbatem *p* interfecit, ut præsigna- *p*
tum est, gemens & anxia ostendit: in quo
loco tam in rebus quam in possessionibus mul-
ta deinde beneficia contulit.

ANNOTATA G.H.

F

a *Obiit* Edgarus *an.* 975, 8 *Julii*, *quando pluribus de eo agendum: turbatum autem regnum fuit, divisis in partes Optimatibus; cum meliores ex testamento regnare primogenitum defuncti vellent, scilicet* Eduardum II *itidem Sanctum; ejus vero noverca Elfdritha pro filio suo* Ethelredo, *licet dumtaxat septenni evehendo, satagebat. De quibus vide sis Alfordum in Annalibus, & brevius Baronium ad annum prænotatum num.* 11.

b *Alibi invenio interpretatum hunc titulum* Senior Dux: *ex vi nominis autem aliud non est: quam late autem pateat* Aldermanniæ *dignitas, vide apud Cangium.*

c *Videtur hoc primùm loco inseri debuisse præmissum Edgari Privilegium.*

d Mariscus, *fundus uliginosus & palustris, qualis est tota regio, quæ pluribus intersecta rivis venit sub nomine* Insulæ Ely.

e Capsis *pro* capsâ, *etiam in gestis S. Albani apud Cangium occurrit; ut videatur hic Anglorum idiotismus esse.*

f *Dedicationem intelligo coronationem, factam*

an.

A *an.* 1066 *exeunte. Infra num.* 29 *plenius explicatur quomodo Monachi omne aurum argentumq; corraſerint ut libertatem redimerent.*

g *In ordine Miraculorum eſt hoc* 40.

h *Si facta Dedicatio in Dominica, ut præſumere licet, facta fuit anno* 978, *qui primus à reſtauratione habuit litteram Dominicalem* F: *nec enim exiguæ molitionis opus fuit.*

i De cujus origine & integritate legitur, *inquit Auctor*, quod Withburga *&c. ſicut hinc impreſſum reperies ad ejus Natalem* 17 *Martii noſtri, necnon tranſlationis ipſius pleniorem hiſtoriam exceptam ex libro Miraculorum mirac.* 41: *ea hic omittimus. Hæc autem tranſlatio facta an.* 974 *Dedicationem novæ eccleſiæ præceſſiſſe potuit, nec hoc abſurdum videri debet, ſiquidem anno* 4 *cœpti operis haud dubie tanta ejus pars abſoluta erat, quanta Monachis neceſſaria erat ad divinum Officium decenter celebrandum.*

k *Coluntur* SS. Vedaſtus & Amandus 6 *Februarii, ubi ad* §. 9 de Reliquiis S. Vedaſti *hic locus addi poſſet.*

l *Locum inveſtigent Angli, nuſquam notatum*
B *in alphabeticis Spedi ad ſuam Angliæ Topographiam tabulis.*

m *Argute obſervat Cangius ex Politiano,* Μηχανικῆς τέχνης *unam* Θαυμαθεργικὴν, mirandorum effectricem: *atque hinc Præſtigiatores forte* Mechanicos *quibuſdam appellatos: ita clareſcit quod* 29 *Aprilis ad Vitam* 1 *S. Hugonis Cluniacenſis num.* 16 *nos fugit, quomodo cum is Monacho cuidam negaſſet oſculum, hic faſſus ſit:* ſe Mechanicum eſſe, & necromantiæ præſtigiis inquinatum: *quod in Alfritham etiam convenisſe, hinc primum diſcimus.*

n *Stylos intelligo, aut etiam crinales acus longiores, ut propriis ſibi & promptis armis uſæ mulierculæ ad facinus ſint.*

o *Imo* Privigni: *occiſus autem eſt* S. Eduardus *an.* 978, 18 *Maji, ubi brevia ejus Acta dedimus, & num.* 10 & 13 *agitur de pœnitentia Novercæ, cum ille an.* 1001 *Martyr agnitus ſolenni pompâ tranſlatus Septoniam fuiſſet.*

p *Diem neglexerunt notare Monachi, & quamvis Sanctum ac Martyrem, patefactâ mortis cauſâ, nominare cœperint, nullum ei cultum decreverunt,*
C *neque de elevandis ejus oſſibus fuerunt ſolliciti; deficientibus fortaſſis quæ id ſuaderent miraculis, unde nuſpiam adhuc invenitur Sanctorum Faſtis adſcriptus.*

CAPUT III.

De ſequentibus quatuor Abbatibus.

2 *Abbas Elſinus adfert corpus S. Wendridæ V.*

21 PRimo igitur Abbate Brithnodo mortuo, Epiſcopus Ethelwoldus, jubente Rege Ethelredo, alium nomine Elſinum in loco ejus conſtituit & ipſum benedixit. Hic autem dicto Regi carus & honoratus multum extitit: ſed maxime circa eccleſiæ ſuæ utilitatem aſſiduus. Unde locum ſuum ſublimius augere cupiens, Reliquias S. Virginis *a* Wendredæ, à vico de Merche intulit in Ely, & in ſcrinio ex auro & lapidibus decenter aptato impoſuit. Et quidem ſuper hæc omnia Regem convenit, & taxato pretio ab eo emit novemdecim caſatos in Cadenhoſtretele &
a

Lynton: pro quorum poſſeſſione idem Abbas D
eidem Regi contulit appenſuram auri puriſſi- A THOM.
mi, juxta magnum *b* pondus Romanorum. EX MS.
Poſt hæc cum idem Rex diem clauſiſſet ex- *b*
tremum, ſucceſſit ei in regnum *c* Edmundus *c*
filius ſuus, cognomento Ferreum-latus: qui
Dei fretus adjutorio, audacter contra exercitum Danorum occurrit in montem qui dicitur
d Aſſendun, [ubi] ſtrenui militis & boni Impe- *d*
ratoris officium exequebatur, ut hoſtes ſimul
omnes protereret, ſi perfidi Ducis Edrici
non eſſent inſidiæ: totuſque fere globus Nobilitatis Anglorum illic cæſus eſt, qui nullo
in bello majus unquam vulnus quam ibi ac- *quod in acciem contra Danos productum amittitur.*
ceperunt: ubi Edwodus Lincolnienſis Epiſcopus, Rameſeyenſis quondam Præpoſitus
& Wulſius *e* Abbas, qui ad exorandum *e*
Dominum pro milite bellum agente convenerant, interfecti ſunt. Et Fratres de Ely,
ut mos eſt eccleſiæ, qui cum Reliquiis acceſſerant illuc, proſtrati ſunt; & Reliquiæ
Virginis almæ Wendredæ, quas ſecum attulerant ablatæ, nec uſque nunc eccleſiæ ſunt
reſtitutæ. Fertur enim tunc, quod ab ipſo
Canuto ſublatæ ſunt, & in Dorobernia re- E
poſitæ.

22 Nec diu poſt hæc, Rex Edmundus rediens Londoniam, perimitur dolo prædicti Edrici, veru ferreo in ſecreta naturæ *f* *f*
transfixus, dum in ſeceſſu ſederet: & ſepultus eſt cum avo ſuo Edgaro Claſtoniæ,
filiis ejus *g* & fratribus nullam regni portionem [armis ſervare ſe poſſe] *h* exiſtimantibus, ſed Canutus ab omni Anglorum popu- *g* *h*
lo in regnum levatur. Infra duos annos tres
Reges *i* Angliæ præfuerunt, ut adimpleretur quod ſanctus Dunſtanus ad Regem Edel- *i*
redum locutus eſt in ſermone Domini, *k* *k*
cujus Reginam Ælgivam, alio nomine Em- *Sub eodem Emma Regina Elyenſi eccleſiæ multa largitur.*
mam, idem Rex Canutus in conjugem accepit: quæ ſicut in illius tempore Elyenſem eccleſiam honoribus decoravit & donis,
ita & ſub iſto illam augmentare intendit.
Inſignem quoque purpuram, auritriſo undique
cin tam, fecit; & per partes, auro & gemmis pretioſis mirifico opere, velut tabulatis
adornavit: [ita ut vix aliud alibi] talis operis & pretii inveniatur: opus quippe illius
materiam præcellere videtur. Atque ceteris F
Sanctis noſtris pannum ſericum unicuique,
licet minoris pretii, auro & gemmis intextum
obtulit, quæ penes nos hactenus reperiuntur. Fecit etiam indumenta altaris, magnam
pallam viridis coloris, inſignem cum laminis aureis; ut in facie altaris per diem ſolennem celſius appareret: [quæ] deſuper viſa, ſanguineo fulgore, in longitudinem altaris ad cornua ejus, attingens uſque ad terram,
cum auritriſo altitudinem habente pedis,
ſpectaculum decoris magni & pretii adminiſtrat. Prædictus Abbas Elſinus poſt multam
gloriam multaſque poſſeſſionnes eccleſiæ acquiſitas obiit, cum ſediſſet triginta octo annis & juxta prædeceſſorem ſuum in eccleſia eſt conditus anno ab Incarnatione Domini .... *l* *l*

23 Huic ſucceſſit Leofwinus, qui à ſuis *Succeſſerat Leofwinus*
dejectus, cum Egelnodo Dorobernenſi Ar- *m*
chiepiſcopo, petente Pallium, Romam *m* *n*
perrexit: ubi in conſpectu Benedicti *n* Papæ, de criminibus ſibi objectis ſe purgavit,

A & ſic in gratiam ſuorum recipi meruit. Hic
A THOM. EX MS. cum ſediſſet tribus *o* annis obiit, & ſucceſſit ei Leofricus, ipſius loci Præpoſitus. Hos
o Leofricus, duos Abbates benedixit Alwinus *p* Elmadienſis Epiſcopus, tam Rege Canuto præci-
p piente, quam toto Conventu id petente. Hic
q Leoffinus, in ſeptimo *q* anno ſui regiminis obiit.

24 Cui ſucceſſit Leoffinus : qui, jubente Rege Canuto, ab Egelnodo Archiepiſcopo Dorobernenſi apud Walewyt eſt ſervatus. Hic inſignia ornamenta eccleſiæ ſuæ contulit, videlicet Albam præclaram cum Amicto, & Superale *r* cum Stola & Manipulo, ex auro & lapidibus contextis, atque Infulam rubeam mirando opere, [quæ] ſubtus & deſuper floribus retro extenſa, velut quodam tabulatu gemmis & auro munitur. Idem ſtatuit, nutu & favore Regis, *s* firmas conſignando, quæ per annum eccleſiæ in cibum ſufficerent : Schelford ſolvit firmam duarum hebdomadarum, Stapleford unius, Lyttelbyrii duarum, Cirrippelawe duarum, Hanteſton unius, & Newton unius, Meldeburne duarum, Quanteſdene duarum, Coſtes uniùs,
B & Cotenhan unius, & Winelyngham unius, Gittone duarum, & Hornygeſeye duarum, Steterheworch duarum, Baleſham duarum, Cathenho quatuor dierum, Swatham dierum trium, Spaldewyt duarum hebdomadarum, Someusham duarum, Blunte-ham unius, Colne unius, Hertherſt unius, Drinleſtond unius, Ratcleſdone duarum, Berkyng duarum, Nedinag unius, Wederniageſete unius, Brecham duarum, Quæulham duarum, Thorp & Dereſam duarum, Norchwolde duarum, Speteſwelle duarum, Merham vero ad vehendum firmam eccleſiæ de Northffolte, & ad ſuſcipiendum ingredientes de monaſterio : & hæc, ſi quidam minus conferrent ſuis temporibus ſtatuta, inſula ad hoc deputata reliquum ſuppleret.

r qui firmas definit ex villis per annum recipiendas: *s*

25 Tempore Regis Canuti, Alwinus Epiſcopus Emhamenſis, ſed prius Monachus Elyenſis, præcepto ipſius Regis in Betrycheſword primo Monachorum catervam induxit, anno ab Incarnatione Domini milleſimo vigeſimo ; & ſecundum Chronica *t* Mariani, quoſdam de Holm, quoſdam de Ely ibi collocavit ;
C eiſque ſubſidia affluenter contulit,
v auxilium impendente Turchillo *v* Comite, præfecitque eis Abbatem nomine Winum. Presbyteros quoque qui ibi inordinate vivebant, aut in eodem loco ad religionis culmen erexit, aut datis eis aliis rebus in alia loca mutavit ; & poſt multa beneficia ſacris
x locis collata, demum relicto *x* proprio Epiſcopatu, ad contemplativam quietem in Elyenſi Cœnobio reverſus, ibi uſque ad finem vitæ permanſit. Prædictus Abbas Leoffinus, cum multa commoda ſuæ [eccleſiæ] geſſiſſet, obiit
y anno ſecundo Regis *y* Edwardi, & ab Incarnatione Domini milleſimo quadrageſimo quarto,
z *z* quindecim annis eccleſiæ præfuit : ſepultus eſt in eccleſia juxta ſuos prædeceſſores.

& Epiſcopum Elmhamenſem dimiſſa Sede ad ſe recipit. *t*

ANNOTATA. D. P.

a **S.** Wendredæ *nulla alibi de ipſa notitia ſupereſt, nedum memoria vitæ vel ſaltem temporis circa quod vixit & obiit. Puto autem allatum ex* Mercia *corpus, Middel-anglià poſtmodum dictâ, Elyenſi inſulæ & Orientali Saxoniæ proximo regno.* D

b *Dignus locus in quo illuſtrando diſquiſitores ponderum ac menſurarum ſe exerceant : ego nihil adhuc inveni eo conducens.*

c *Obiit Rex* Ethelbertus *anno* 1016 *Londini* 12 *Maji, prælio victus à Canuto Dano.*

d Aſſendunum *in Eſſexia : de pugna autem ibi commiſſa, & quomodo Edricus, mortuum Edmundum mendaciter clamitans, jam victores Anglos in fugam averterit, lege apud Huntingdonum, vel ex eo apud Alfordum.*

e *Ita etiam Hovedenus, ſed quærendum cujus monaſterii Abbas hic fuerit.*

f *Jam ille, poſt oblatum Dano ſingulare certamen, cum eo partitus regnum pacem habere videbatur ; quando, ſicut Malmesburienſis ait,* in feſto S. Andreæ, ambiguum quo caſu, extinctus *eſt*: fama tamen, *inquit*, Edricum infamat, quod favore alterius (*Canuti*) mortem ei per miniſtros porrexit, *ſcilicet* duos cubicularios Regis .... ejus conſilio ferreum uncum, ad naturæ requiſita ſedenti, in locis poſterioribus adegiſſe.

g *Fratrem unum novimus* S. Eduardum Confeſſorem, *qui colitur* 5 *Januarii, ubi Vita data, & filios puerulos duos,* Edmundum *atque* Eduardum, *quorum ex Suecia in Hungariam deportatorum fortunam explicavi* 10 *hujus ante Vitam S. Margaritæ Scotorum Reginæ, quæ Eduardi iſtius filia fuit.* E

h *Ita videtur ſuppleri utcumque poſſe hians ſenſus : nec ſic tamen clarus ſatis : cum pueri per ætatem de regno ſtatuere nihil per ſe potuerint, manſerintque in poteſtate Canuti, qui ablegare eos maluit, quam occidere, ſaltem in Anglia ſub oculis matris, quam uxorem ſumpſerat.*

i Ethelbertus, Edmundus, Canutus.

k *Vita* 2 *S. Dunſtani num.* 48 in die conſecrationis *ita eum allocutus fertur :* Quoniam aſpiraſti ad regnum per mortem fratris tui, quem occidit ignominioſa mater tua, non deficiet gladius de domo tua, ſæviens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de ſemine tuo, quouſque regnum tuum transferatur in regnum alienum, cujus ritum & linguam gens tua ignorat: *ubi ſupponitur alios filios habiturus* Ethelbredus, *Danico bello immorituros, quorum nulla habetur apud hiſtoricos notitia.* F

l *Oportet ut hic fuerit annus* 1019, *ſiquidem jam legimus Brithnothum occiſum* 981.

m *Ergo anno* 1020, *quo Adelnothum ſubſcribendum habet Alfordus num.* 8 *& Romam profectum ait, & S. Auguſtini brachium in Angliam attuliſſe.*

n *Scilicet* Benedicti VIII, *qui ſedit ab anno* 1012 *ad* 24.

o *Breve Chronicon, libello de Vita S. Etheldredæ præfixum, in fronte Chronici Abbatialis & Epiſcopalis, dat* Leofwino *annos* 12 *ſed male, cum infra dicatur ſucceſſor ejus ab Alwino Epiſcopo ordinatus ; adeoque antequam hic Epiſcopatu abiret an.* 1028 : *videtur ergo* Leofwinus *obiiſſe an.* 1024. *Warthonus notat eumdem alio nomine* Oskitellum *dictum, idque conſtare ex Regiſtro Elienſi ; obitum vero in Obituario notari* 26 Novembris.

p Aldwinus Helmhamenſis, *qui cum primum ſedere cœperit an.* 1021, *non potuit Leofwinum conſecraſſe, niſi Româ regreſſum : eſt autem* Elmham *ſive* Nortelmham *oppidulum Norfolciæ, unde*

A *de ſeptimus ab Aldwino Guilielmus Galſagus* Thetfordiam *Sedem tranſtulit, & huic ſucceſſor Heribertus* Norwicum, *ubi hodiedum manet.*

q *In prædicto brevi Chronico notantur anni* 11; *ſed oportet ut ann.* 1030 *obierit, qui anno iſto jam habebat ſucceſſorem.*

r Superale, Superarium & Superaneum, *Cangio videntur ſignificare, quod nunc vocamus* Superpelliceum, *ſupremum ex ſindone linea indumentum Clericale.* Cottam *Epiſcopi nuncupant, eamque habent, non laxis, ſed clauſis manicis.*

s Firma *paſſim ſumitur pro prædio ſeu villa elocata, ipſiuſque elocationis annuo pretio. Hic autem juxta Hiſtoriam Abbatum S. Albani* Firmam *vocant* 40 ſolidos *: & ſic Santalbanenſes dicunt apud Cangium:* Habemus de maneriis noſtris 53 firmas, quot ſunt ſeptimanæ in anno.

t Marianus Scotus *anno ut ait ipſe* 1028 *natus, mortuus* 1086 *Chronicam quidem ſcripſit, ſed prout edita habetur, res Anglicanas attingit raro: ad annum vero* 1020 *nihil ſimile habet. Eam igi-*
B *tur in Anglia interpolatam habuit & allegat Auctor non genuinam.*

u Turkillus Danus, *cum claſſe in Angliam venit an.* 1009 *teſte Simeone Dunelmenſi; & an.* 1013 *Londoniam cum Rege Egelredo defendit contra Canutum : qui eum anno* 1021 *cum uxore Editha ex Anglia expulit.*

x *Anno* 1028 *id factum eſſe docet Alfordus.*

y *Eſt hic* S. Edwardus Confeſſor, *de quo ſupra, coronatus an.* 1043, *ipſo die Paſchæ* 3 *Aprilis.*

z *Ergo ordinatus (ut ſuprà dixi) an.* 1030 *vel ſequenti : & ſic erroris convincuntur numeri in Brevi Chronico notati, qui hujus Abbatis mortem differrent.*

CAPUT IV.

De aliis tribus Abbatibus Elyenſibus.

Wilfricus Abbas 6

26 IPſo igitur [Leoffino] defuncto, idem Rex cognatum ſuum Wilfricum Abbatem,
C ad jam dictum cœnobium, apud Wintoniam de novo *a* monaſterii aſſumpſit, ibique à Stigando *b* Dorobernenſi Archiepiſcopo benedici fecit, ſecundo anno regni ſui, ab Incarnatione vero Domini milleſimo quadrageſimo quarto. Tempore iſtius Abbatis, villa de Æſtre cuidam ad tempus vitæ tenere conceditur. Idem Abbas emit manerium de
a Bercham pro viginti quinque marcis auri.
b Hic habuit Fratrem quemdam nomine Gudmundum quem nimis carnaliter dilexit, cui abſque titulo & ſubſcriptionis teſtimonio ſubſcripta maneria dimiſit (& hoc non manifeſte ne Monachis innoteſceret) partem videlicet de Marham cum cura villæ Livermere, Nachentum à Chalt, Bedenſdene, Terboldesham. Hic cum diem clauſiſſet extremum, frater ſupradictus Gudmundus nequaquam prædictas terras reliquit; ſed facta conventione cum Abbate Turſtano qui ei ſucceſſerat, ut quamdiu viveret teneret. Sed citius Normannis regnum *c* obtinentibus, miles illorum quidam, Hugo de Muſtord, eaſdem ter-

varia prædia contra fas fratri largitur,

ras invaſit, & hactenus eccleſiæ detinuit.

D A THOM. EX MS.

27 Poſt deceſſum Abbatis Wilfrici, qui ſedit annis viginti duobus; Stigandus Doroberniæ Archiepiſcopus Abbatiam de Ely & Epiſcopatus atque Abbatias plurimas ſibi aſſumpſit, & quibus voluit perſonis conferebat. Ipſo ſuggerente Rex Haroldus *d* prædictum Turſtanum, ab eodem Stigando benedici fecit anno Domini milleſimo ſexageſimo ſexto. Prædictus Stigandus fecit unam caſulam inæſtimabilis facturæ & pretii, quam contulit eccleſiæ Elyenſi, qua nullam in regno ditiorem atque pretioſiorem eſſe æſtimabatur : quæ poſtea à Rege Wilielmo eſt ſublata, & in theſauris Wintoniæ eſt repoſita. Hic etiam fecit crucem magnam deargentatam deſuper totam, cum imagine Domini noſtri Jeſu Chriſti ad magnitudinem formæ illius; atque ſimilis operis imagine ſanctæ Dei Genitricis & ſancti Joannis Euangeliſtæ ex ære fabricatas, quas Nigellus Epiſcopus & plura alia poſtmodum abſtulit ab eccleſia.

illi ſuffectus Thurſtanus,

d

favente Stigando Archiep. erga eccleſiã Elyen. munifico,

E

28 Præfatus Abbas Turſtanus apud Wychford fuit genitus, & in eccleſia de Ely à pueritia, tam Anglice quam Latine ſufficienter edoctus; tempore cujus Rex Haroldus, Godwini Ducis filius, ab exercitu Wilielmi ducis Normanniæ, Edwardi Regis conſobrini interficitur; & cum eo Majores Angliæ in feſto ſancti Calixti *e* Papæ anno Domini milleſimo ſexageſimo ſexto. Deinde idem Wilielmus, Dux Normannorum, victor exiſtens, in die Nativitatis Domini ſcilicet feriâ ſecundâ, apud Weſtmonaſterium eſt conſecratus in Regem Angliæ, ab Aldredo Eboracenſi Archiepiſcopo quia Stigandus Cantuariæ Archiepiſcopus, ab Alexandro Papa tamquam *f* ſchiſmaticus ſuſpenſus erat. Unde idem Stigandus à facie Regis Wilielmi fugiens, in Ely devenit: ad cujus mandatum Egfridus, quem prius Abbatem de S. Albano conſtituerat, cum theſauro illius eccleſiæ & reliquiis ejuſdem Sancti *g* in Elyenſem inſulam pervenit. Item timore prædicti Regis nobiles Angliæ ad Ely confugerunt, inter quos fuit Herewardus *h* vir ſtrenuus, & diu loci firmitate muniti
F contra Regem rebellaverunt. Unde Rex gravi indignatione commotus, cuncta bona eccleſiæ diripere juſſit, & conſilio Wilielmi *i* Herfordenſis Epiſcopi aliorumque conſiliatorum ejus, quæcumque bona à prædicta eccleſia quæ foris erant ſuis Militibus diviſit.

e

hunc fugitivum excipit cum multa nobilitate,

f

g

h

ideo à Normannis eccleſiæ fundi confiſcantur:

i

29 Monachi igitur Elyenſes, cognoſcentes mala quæ de bonis ſuis fiebant, graviter doluerunt, & habito conſilio Regem adierunt apud Warewik, anno videlicet ſeptimo ex quo ſeditionem adverſus ipſum commoverunt; &, ut gratiâ ejus cum loci ſui libertate ac bonorum ſuorum redintegratione potirentur, mille marcas Regi contulerunt: propter quod totum quod in eccleſia ex auro & argento erat, videlicet Cruces, altaria, ſcrinia, textus, calices, patenas, pelves, ſitulas, fiſculas, ſcyphos, ſcutellas aureas & argenteas, inſuper imaginem ſanctæ Mariæ cum puero ſuo ſedentem in throno mirabiliter fabricatam, quam Elſinus Abbas fecerat de auro &

donec an. 1074 *Monachi magno pretio libertatem redemerunt.*

argento ; similiter imagines sanctarum Virginum multo ornatu auri & argenti Monachi spoliaverunt, ad solvendum prædictam summam pecuniæ.

A THOM. EX MS.

30 Istis tempore prædicti Abbatis Turstani contingentibus, idem Abbas dies suos complevit, & ad patres suos est positus, anno Domini millesimo septuagesimo primo *k*, & quinto suscepti gradus sui anno ; regnante præfato Willielmo. Qui cognito prædicti Abbatis decessu, ad Ely misit : & quidquid optimum in ornamentis & rebus variis ibi fuisse didicerat, in thesaurum suum jussit apportari. Similiter pondus auri & argenti multum, quod in Wynteworth inventum erat, unde Fratres vasa altaris demolita & damna loci reparare cogitabant; casulam quoque insignem, quam Stigandus Archiepiscopus eis contulerat, sicut dictum est, S. Etheldredæ abstulit & in thesauris suis Wintoniæ posuit, unde ecclesia huc usque caruit.

Mortuo Thurstano *k*

rursum expilatur à Rege thesaurus.

31 Deinde idem Rex Willielmus Theodwinum Monachum Gemeticensem Curiis Normanniæ satis cognitum, Ely constituit Abbatem, qui Abbatiam noluit suscipere, nisi prius Rex ad eam revocaret quidquid inde abstulerat. Restitutis itaque spoliis ecclesiasticis, Elyensem Abbatiam suscepit : qui cappam nivei candoris valde insignem parari fecit, & unam tabulam ante altare ex auro & argento admirandi operis : in cujus medio thronus cum imagine Domini & per gyrum imagines ex argento penitus deauratæ, atque hinc inde zonæ lapidibus pretiosis exornatæ. Hæc super divitias regionis Angliæ præcipuum æstimabatur, quam Nigellus postea Episcopus comminuit & omne pretiosum de ecclesia [abstulit]. Præfatus Abbas post duos annos & dimidium, sine Abbatis consecratione defungitur, anno Domini millesimo septuagesimo quarto : & Godfridum Monachum, qui individuus comes ei adhæserat, tamquam Vicarium, loco sui relinquens ; qui septem ferè annis fidelis Procurator remansit ejusdem ecclesiæ, nihil minus quam si Abbas fuisset ejus inserviens utilitati. Ipse impetravit à Rege quatenus Abbatiæ totius possessiones novari faceret.

B *Theodwinus Abb.* 8 *multa restaurat,*

sed necdum consecratus obit

C

32 Anno igitur millesimo *l* octuagesimo facta est discussio libertatis Elyensis Abbatiæ, quæ Regis Willielmi defensione quatuordecim annis fuerat neglecta. Cui discussioni interfuerunt quatuor Abbates, plurimiq; Vice-comites & Milites probati, Francigenæ & Angli etiam de quatuor Comitatibus, scilicet Essex, Herteford, Huntington & Bedeford. Est autem libertatis hujus veneranda quietatio, ut sancta Regina integerrime sua possideat ab initio, ut Regum Edgari, Eadelredi, Edwardi comprobatur privilegiis : quia hæc Sanctorum & maxime Ethelwoldi restaurata copioso redempta commercio, & maligne renitentibus conscripta & conclamata damnationis imprecatio. Hanc validissimam discussionem & cautissimam institutionem ne qua posset inquietari calumniâ, provida & benevola se Regis accinxit industria, præceptis eam roborans, edictis confirmans, beneficiis augens, chartisque *m* suis muniens. Prædictus Procurator Godefridus quæ in thesauris ecclesiæ suæ repererat, discribi *n* fecit. Ipse à Rege Willielmo ad Malmesburiensis Ecclesiæ regimen est translatus, sine consecratione anno Domini millesimo octuagesimo primo *o*.

l relicto Vicario Godefrido,

cujus operâ restituitur libertas monasterio,

m

D *n* *o*

ANNOTATA D. P.

a Vetus monasterium, *expulsis Clericis, ad Monachos transtulerat idem qui Elyense reformavit S. Ethewoldus : novum antea Eduardus Senior Rex condiderat, intra annos* 901 *&* 922 *quibus regnavit.*

b Stigandus *S. Edwardi Regis Confessarius, Wintonienſis Episcopus, ejus jussu ordinatus anno* 1043 *(ut vult Godwinus) anno dumtaxat* 1052 *translatus fuit ad Archiepiscopatum ; ut hic prolepsim agnoscere oporteat.*

c *Anno* 1066, *cum jam obiisset Abbas : quem statim post alienatas terras mœrore confectum notat Whartonus ex Registro Elyensi.*

d Haroldus, *excluso Edgaro defuncti Regis ex fratre nepote, & Guillielmo Normanniæ Duce, cui promissum regnum erat, ipsum obtinet, nonnullo jure subnixus etiam ipse, si matrem habuit Canuti Regis sororem, & si ex filia Etheldredi Regis continua natalium serie descendit.*

e *Id est* 14 *Octobris.*

f *Utpote alienæ sedis, pulso Roberto legitimo Archiepiscopo, occupator, & ab Antipapa Benedicto Pallio donatus.*

g *Colitur* S. Albanus, *Angliæ Protomartyr, die* 22, *ad cujus Acta Henschenius Analecta addidit, quorum* 2 *capite refutavit figmenta, quibus Elyensium prætentio nititur, ejus corpus aut partem notabilem sibi asserentium.*

h Herewardi *hujus strenuitatem anno* 1070, *simul & tempus obsessi monasterii Elyensis indicat Bromptonus, cum ait quod istic intercluſus, unà Marcato (aliis Margaro) Northumbriæ Comite & Egelwino Dunelmensi Episcopo, his se Regi dedentibus ipse* suos eduxit viriliter : *sive ut scribit Simeon Dunelmensis*, per paludes cum paucis evasit.

i *Sedit* Willielmus, *ipso Henrici Conquæstoris initio consecratus, usque ad an.* 1186 : *quem genere Normannum, non est mirum talis consilii auctorem Regi auctor & imitator fuisse. Plus tamen quam hic habeatur pollicetur Auctor in primo operis totius Prologo, num.* 2 *quasi fuse acturus* de obsidione Normannorum, *quod hic facere debuisset.*

k *Imo post annum* 1070. *Hoc enim cum Wilhelmum Rex. Præsules & Magnates Anglos captivos abduxit : à qua captivitate regressus Thurstanus synodo apud Windeseram subscripsit in festo Pentecostes uti notat Whartonus, qui & observat eodem modo aberrasse Thomam in notando obitu successoris, quem constat anno* 1175 *concilio Londinensi subscripsisse.*

l Septuagesimo *scriptum erat, sed* octuagesimo *reponendum, ubi res ea sic notatur.* Anno ab Incarnatione Domini millesimo octogesimo, Indictione undecima, Epacta 26, quarto Nonas Aprilis facta est discussio libertatis Abbatiæ Elyensis, *&c. iisdem quibus hic verbis.*

m *Extant in Chartulario Mss. diplomata huc spectantia novem.*

n *Ibidem, post primum Willielmi diploma, legitur,* Quæ & quanta Regis Exactores invenerunt in ecclesia, *quamvis tantopere depauperata,*

E F

A *perata, quidque iis acceſſerit* ex quo Godefridus Abbatiam ſuſcepit in cuſtodiam.

o *Hic iterum renovabatur ſuprà correctus error, ſcribebaturque* Septuageſimo primo.

CAPUT V.

Ultimorum duorum Abbatum Acta.

33 SImeon Prior Wintonienſis, frater Walkelmi *a* Pontificis ejuſdem eccleſiæ, Abbas Elyenſis eccleſiæ delegatur: qui contra morem & loci dignitatem atque Regis præceptum, neſcientibus Eccleſiæ filiis, benedictionem percepit à Remigio Lincolnienſi Epiſcopo. Statuit eum Rex Edwardus; & Victor Papa confirmavit, Abbates Elyenſes, ſine ſubjectionis obedientia, à quocumque mallent Epiſcopo ordinandos. Qua libertate præcedentes Abbates uſque ad ejus uſi ſunt tempora. In ſua tamen Ordinatione hanc conditionem obtinuit, ut Epiſcopis hoc *b* jus contra Abbatem ſequentem non vendicaret. Nactus igitur locum officii, præterita ſtudia novis ampliavit operibus: novo ſcilicet eccleſiam *c* Elyenſem ſuſcitans fundamento, reliquaſque officinas toto anniſu reædificavit. *d* ....

a *Simeon Abbas* 9

novam fundat eccleſiam:

b

B

c

d

34 Tempore ſuo Scotia tota contra Regem Willielmum rebellavit: propter quod ipſe præcepit cuſtodiam quadraginta militum habere in inſula: unde Abbas conduxit clientes etiam; & ingenuos, qui ſibi adhærebant, plures præcinxit armis: habuitque ex conſuetudine, ſecundum juſſum Regis prætaxatum militiæ numerum, infra aulam eccleſiæ, victum de manu Cellarii capientem atque ſtipendia: quod intolerabiliter locum *e* vexavit. Nec diu poſt Rex in Franciam properavit; ubi oppidum Nathiatum, *f* & omnes in eo eccleſias duoſque Recluſos ſuccendit: ſed & in ipſo reditu *g* obiit, ſepultuſque eſt Cadomi. Præfuit autem genti Anglorum viginti annis & ſex menſibus: cui ſucceſſit Willielmus Rufus filius ejus: qui debitum ſervitium, quod pater ſuus impoſuerat, ab eccleſiis violenter exegit: Abbatiæ vero de Ely, abſque minoratione, quater viginti Milites; quadraginta ſcilicet ex eis quos pater ſuus in Inſulam ob cuſtodiam indixerat teneri, iſte nunc ex debito ſibi compellit in expeditione parari. Propter quod Abbas ingemiſcens, Deumque invocans judicem pro his quæ ſibi egerant, cum ſeptem annos in Abbatia compleviſſet; factus eſt impotens ſui; nihilque propter languorem per ſeptem annos continuos intendere potuit: mancipia vero ipſius Abbatis, & ceteri in quibus confidebat, capite debilitato receſſerunt in locum ſuum; & relictus eſt ſolus languens & tabeſcens. Unus autem illorum, quem de imo extulit Abbas, cernens Dominum ſuum cunctis oneri eſſe atque deſpectui, quamdam ruris partem in victum ſibi uſurpavit de jure eccleſiæ. Multi etiam alii plura rapuerunt, quorum poſteri uſque in hunc diem atteſtantur ſe tenere de dono Symeonis Abbatis.

cogitur Regios milites alere.

e

f

g *Willelmo I ſuccedens ſecundus idem onus duplicat.*

C

Hinc ſolutam diſciplinam reſtaurare conatur Abbas,

35 Tandem vero Abbas ſecum excogitat ſuorum retundere ſuperbiam: convocavit ad ſe Judices regni, ut ipſi loco ſuo res eccleſiæ protegerent adverſus inimicos. Moxque ingreſſi theſauros inquirunt, multos contumeliis afficiunt, Monachiſque annonam licet brevem conſtituunt; unoquoque ſcilicet anno dari ad opus Fratrum, ad veſtimenta eorum ſeptuaginta libras, ad coquinam eorum ſexaginta libras, & ad ſagimen ducentos porcos, qui in curia paſcuntur, & totum caſeum & butyrum; hoc excepto, quod eſt in firma præpoſitorum; & unâquâque hebdomadâ ſeptem trias *h* frumenti, & decem trias *i* braſii, ad luminaria monaſterii, præſertim eccleſiæ, cum ſepultura villæ; & totum quidquid ad S. Bothulphum [pertinet] cum feſtivitate; & ſi tantum fuerit de vino, ſemper habebunt in duodecim *k* Lectionibus caritatem & in Sabbato; ſin autem, medietatem *l* medonis habebunt, ſicque externi uſque ipſius Abbatis obitum, cuncta monaſterii interius & exterius pro velle diſponunt. Anguſtiis igitur conſtrictus Abbas Symeon, centeſimum ætatis ſuæ tranſiens annum, & ſui regiminis anno decimo tertio, ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo *m* tertio, die S. Edmundi migravit ad Dominum; [& monaſterium] ſui officii, ſuâ & aliorum Abbatum per ſeptem annos viduatum præſentiâ, poſt obitum ſuum dereliquit, & contriſtavit [uſque ad] annum Domini MC.

D

A. THOM. EX MS. *auxilio judicum ſecularium:*

h

i

quorum arbitrio commiſſa œconomia fuit,

k

l

cum magno gravamine Monachorum,

E

m

36 Deinde Abbatia Elyenſis donatur Richardo Monacho *n* Beccenſi à Rege Henrico fratre prædicti Regis Willielmi Ruſi, ei in regnum ſuccedentis, ipſe enim anno Domini milleſimo centeſimo Nonis Auguſti die Dominico in Weſtmonaſterio à Mauritio Londonenſi Epiſcopo eſt conſecratus in Regem, & à Thoma Eboracenſi coronatur: & eodem die conſecrationis ſuæ Abbatiam S. Edmundi dedit Roberto, filio Hugonis Comitis Ceſtrenſis; & Abbatiam de Ely Richardo filio Gilberti Comitis; cujus uterque parens de regia ſtirpe deſcendens, illuſtrem ſobolem ſub veſte Monachica in Beccenſi monaſterio dedicarunt. Cum igitur ſucceſſu temporis prælatus Richardus à Rege præfato ad regimen eccleſiæ Elyenſis eſſet promotus, ipſum primo aggreditur Robertus Lincolnienſis Epiſcopus; dicens ſui juris eſſe, ut eum in Abbatem benediceret; cui juri deceſſorem ejus Symeonem deceſſori ſuo Remigio cauſatus eſt obediſſe. Richardus vero violentiam in Symeonem indebitamque illius benedictionem fuiſſe proteſtans, jure ſuæ eccleſiæ & plurima auctoritate ſe ab illius benedictione defendit; timens ne maledictionem pro benedictione incurreret, ſi contra jus ſuum ſe benedici pateretur *o*.

n *Abbas* 10 *Richardus, an.* 1100 *ordinatur,*

poſt aliquâ cum Lincolnienſi Epiſcopo contentionem,

F

o

37 Poſt Epiſcopalem conflictum, Regalis ira eum infeſtavit, inſtinctu æmulorum, ipſum quoad tria accuſantium; ſcilicet quod nimis pompatice ad Curiam Regis acceſſit; quod per omnia præceptis Regis noluit obedire; quod quemdam mimum ejus, ſibi convitiantem, turpiter de domo ſua ejecit. Propter hæc Rex ex Abbatia ſua eum expulit, Baculumque ſuum ſibi reddi juſſit, qui Romam appellans, Baculum ad eccleſiam Elyenſem per fratrum licentiam receſſurus præpoſuit: ſicque à Rege prægravatus Abbas, Romam pergit, & in præſentia Paſchalis

apud Regē accuſatur ab æmulis;

ATHOM. EX MS.

Achalis Papæ cauſam ſuæ neceſſitatis expoſuit. A quo in gratiam ſuſceptus, & in magna veneratione habitus, impetrans quod petierat, auctoritate Apoſtolica eccleſiæ Elyenſi eſt *p* reſtitutus: ubi eccleſiam ſuam, à prædeceſſore ſuo inceptam ædificavit. In quam quidem eccleſiam corpus S. Etheldredæ tranſtulit in conſpectum, de veteri eccleſia & loco in quo ſancta Sexburga eam collocaverat; ubi à S. Ethelwoldo conſtructam, ſed poſtea deſtructam eccleſiam renovans, eam intemeratam, irremotam & inconſpectam, & non ſub terra deliteſcentem, ſed deſuper eminentem, ſicut invenit, reliquit *q*..... *Tranſtulit ſimiliter & corpus* S. Witburgæ, *quam* ab illo die cœpit ſingulari devotione venerari, thecamque argenteam feciſſet ſi diu vixiſſet.

p & cedere officio juſſus Romam confugit,

indeque cauſâ evictâ reduxabſolvit opus novæ eccleſiæ,

q

38 Aliæ namque occupationes variis enim modis ab hoc opere retardabant; & maxime quod Epiſcoporum Lincolnienſium calumnias, de mutando in Epiſcopatum Elyenſi cœnobio, caſſare nitebatur. Ipſe quidem primus hanc cauſam occulte penes Regem agebat: cujus favorem conſecutus, nuntios ad
B Apoſtolicum eodem anno ſuper hoc direxit
r negotio. Idem Abbas ab Epiſcopo Ranulpho Dunelmenſi villam de Hadeham, quam violenter per Clericos Londonenſis eccleſiæ abſtulit, juxta diffinitionem coram Rege abegit, ſicut Charta Regis *s* oſtendit. Ipſe anno
s ſui regiminis ſeptimo *t* in lecto decidente,
t ſanctamque Withburgam prope coram ſe aſſiſtere cernente, obiit; & in craſtino in monaſterio eſt ſepultus: nuntii autem qui Romam adierunt audita Domini ſui morte negotium dimiſerunt.

agit de Abbatia in Epiſcopatum mutanda,

ſed immoritur negotio.

39 Jam patet quod exordium Elyenſis eccleſia habuerit, à prima fundatione uſque ad tempora Epiſcoporum. A tempore enim quo primo cœpit Monachos habere, hoc eſt à tempore regni Regis Edgari decimo uſque ad annum regni Regis Henrici primi nonum, hoc eſt centum triginta novem annis, hos ad invicem ſuccedentes ſibi Abbates habuit, Brithnodum, Elſinum, Leofwinum, Leoffricum, Leaſſinum, Wlfricum, Turſtanum, Theodwinum, Simeonem & Richardum; qui domus ſuæ oppreſſionem non
C ferens, calumnias æmulorum juſta refellit oratione, Regumque & Apoſtolicorum fultus auctoritate, viriliter ſua ex hoſtibus abegit; oſtendens palam eccleſiam ſuam, ex quo illic monaſterium conſtructum eſt, primum à ſancto Auguſtino Anglorum Apoſtolo, per beatum videlicet Regem Ethelbrithum; deinde ſub beatiſſima Etheldreda & ei ſuccedentibus feminis ſacris, & nunc *v* quoque tempore Abbatum libere conſtitiſſe nullius prædictam jugo ſubjectionis; ſed quemcumque optabant vel deligebant, Archiepiſcopum ſive Epiſcopum, ad ſua ſacranda vocabant: Epiſcopum vero Lincolnienſem nihil juris inde habere aut exigere debere innotuit, pluribus quæ afferuntur privilegiorum teſtimoniis. Sed quia Ely ſuæ parochiæ confinis eſſe cernitur, arbitratus illam, ſed falſo, ſibi [debitam] aſſiduis molitur actionibus ſubjicere: unde & poſt multa contumelioſe illata, ductor Gregis Domini Abbas Richardus prudenter ſecum tractavit, locum ipſum in majorem provehere dignitatem, ac penitus malignantium veritatis hominum retundere, & D
ut in Epiſcopatum commutaret ſecreto à Rege obtinuit; tamen non ipſe, ſed qui ei ſucceſſerat, negotium peregit.

Fuerunt ergo ſub Abbatibus Elyenſes anni 139

v ſemper liberi à ſubjectione Epiſcopi Lincolnienſis.

ANNOTATA D.P.

a *Aliis* Walkelmus, *exauctorato Stigando, qui, etiam poſt occupatam Dorovernenſem Metropolim, pergebat Wintonienſem Cathedram tenere, ordinatuſque Epiſcopus an.* 1070, *juxta Godwinum, ſedit uſque ad* 1097.

b *Infra num.* 36 *excuſatur non ſuâ ſponte, ſed violentiâ inductus ad ſuſcipiendam ab eo ordinationem ſuam: & hoc eſt in quo violatam libertatem Auctor queritur.*

c *Sumptus tantæ molitioni neceſſarios, poſt theſaurum redimendæ libertati impenſum, ſuppeditaſſe potuit œconomorum ſecularium providentia, de quibus infra.*

d *Sequebantur miracula quædam S. Etheldredæ, hujus Abbatis tempore facta, quæ in ordine miraculorum libro ſequenti ſunt* 11, 6, 7, 8, 9 *&* 10, *iiſdem fere verbis in compendio ſervatis, quare ea hic omittere viſum eſt.* E

e *Idem antea fecerat ſub Turſtano Abbate, ſubactis qui in inſula per ſeptem annos ſe continuerant rebellibus; ſed hi primi quadraginta tam modeſte in loco ſacro vixerunt, eodem utentes triclinio & pariter ad Officia concurrentes ad eccleſiam; ut conceſſa inſulæ libertate, digredientes inde, tamquam fratres ſuos proſecuti cum lacrymis Monachi, & in refectorio eorum inſignia ac nomina, cum nomine unius Monachi, depingi fecerint, iſtic ubi ſedere conſueverant, prout in fine Chartularii ſcriptum pictumque invenimus.*

f *Simeoni Dunelmenſi* Mathum, *Guilielmus Gemmeticenſis lib.* 7 *Hiſt. Normannorum cap.* 44 Medunta, *vulgo Mante ad Sequanam inter Pariſios & Rotomagum, illis quam huic propius: cauſa irarum in Francos fuit auxilium Roberto contra patrem rebelli ab iis præſtitum:* duos *autem* recluſos, *alii etiam* Sanctos Anachoretas *nominant: quare corrigo quod hic ſcribebantur* Recluſæ.

g *Obiit autem Rotomagi an.* 1087, 9 *Sept.*

h Treta, *menſuræ frumentariæ genus, necdum alibi lectum.* F

i Braſium, *eſt frumentum aquâ maceratum, ac dein ſiccatum, ex quo commolito cereviſia coquitur: unde* Braſiare *&* Braſiator, *hodierno uſu braxare, braxator; fit autem illa fere ex hordeo, ſpelta, avena, quamvis &* Braſium triticeum *inveniatur.*

k *Id eſt in feſtis duodecim Lectionum (tot enim numerat Officium Monaſticum, cum Ordo Romanus ſolis novem conſtet) dabitur duplex vini menſura.*

l Medo, *potus ex aqua & melle confectus, & defectum vini in menſa ſupplere aptus.*

m *Whartonus ex fide Annalium Wintonienſium cenſet Symeonem obiiſſe anno* 1094, *atque adeo Abbatem creatum* 1082.

n *De Beccenſi monaſterio illuſtri in Normannia, pluribus actum ad Vitas SS. Archiepiſcoporum Cantuarienſium Landfranci & Anſelmi, in-*
de aſſumptorum, datas 28 *Martii &* 21 *Aprilis.*

o *Extant in Chartulario plures Regiæ chartæ, quibus Henricus cauſam jubet examinari, Richardum à S. Landfranco conſecrari, & libertatem S. Etheldredæ ſervari.* p *Whar-*

A p *Whartonus notat facile à Rege receptum in gratiam cum is procurrente fama didiciſſet, quomodo Richardus quem ſuffragaturum ſibi credebat Archiepiſcopus* pro Rege agens, omnes *ejus* calumnias (*ita Regii loquebantur*) refutaſſet *ut ſcribit Radulfus de Diceto:* depoſitus *autem fuerat* ab Anſelmo, *uti notat Whartonus* an. 1102 in Concilio Londinenſi, habito circa feſtum S. Michaëlis.

q *Hic compendio narrabatur Tranſlatio SS. Etheldredæ, & Witburgæ, de qua mox integrum caput ſubdo.*

r *Cauſa novæ inſtitutionis allegabatur*, quia Lincolnienſis Epiſcopatus tantæ magnitudinis eſſet, ut ad peragenda ea quæ Epiſcopalis ſunt officii unus Epiſcopus nullatenus ſufficere poſſet.

s *Placet hanc in ſpecimen aliarum tranſcribere*: Henricus Rex Anglorum, Mauritio Londonienſi Epiſcopo, & Hugoni de Bothel Vice-Comiti de Hereford-Schira, & omnibus fidelibus ſuis, tam clericis quam laicis, ſalutem. Sciatis, Richardum Abbatem de Ely, dirationaſſe adverſus Rannulphum, Dunel-
B menſem Epiſcopum, manerium de Haddam, in curia mea de Rumeſy, coram me & Baronibus meis, ad Dominium S. Petri, & B. Virginis Dei Edeldredæ de Ely, & Fratrum Monachorum ibidem Deo famulantium. Volo igitur & præcipio, ut ipſa Abbatia de Ely teneat & habeat in dominio illud prædictum manerium de Haddam, quiete & abſque calumnia, amodo & uſque in ſempiternum: teſtibus ſubſcriptis Radulpho Epiſcopo Lincolnienſi, & Willelmo Giſſardo Epiſcopo Wintonienſi, & Joanne Epiſcopo Baduæ, & Radulpho Epiſcopo Ciceſtriæ.

t *Chriſti* 1107.

v *Hinc liquido conſtat Auctorem, ſi ipſemet* Thomas *non fuit, tamen adhuc tempore Abbatum vixiſſe, atque diverſum ab eo eſſe qui Epiſcoporum Hiſtoriam eſt proſecutus, ex qua dabimus Analecta miraculorum. Nunc accipe Hiſtoriam tranſlationis prædictæ ex libro* I *Hiſtoriæ Elyenſis minus apte ſubjunctam in Ms.*

CAPUT VI.

C *Tranſlatio ſanctarum Etheldredæ, Sexburgæ, & Ermenildæ.*

Sub Willelmo I refloreſcente eccleſia,

40 GLorioſo & illuſtri Anglorum Rege Willielmo primo, de genere & de gente Nortmannorum, regnante, & totius regni monarchiam deletis jamdudum *a* Tetrarchis, ſingulariter obtinente; poſt multa bellorum diſcrimina, in Anglorum finibus pace Eccleſiæ reddita, tamquam poſt tempeſtatem ſerenitate ſequente, ſtatus Eccleſiæ cœpit de die in diem proficere, & fidelium devotio in cultu religionis ſemper de bono in melius creſcere. Interea Elyenſe monaſterium, quondam habitatio Sanctimonialium, ſed barbaris invadentibus pæne penitus everſum; quod Deo volente & miſericorditer providente, gloria nunc & honore, dignitate, libertate ac plurimis rebus inſignitur, per B. Ædelwoldum, venerabilem Wintoniæ Epiſcopum, & per inſignis Regis Edgari conſilium & auxilium, regali præcedente munificentia, & Pontificali ſatagente prudentia, effectum jam olim fuerat, habitatio Monachorum; proprio Paſtore deſtitutum, Monachum quemdam Wintonienſem, Symeonem nomine, pro merito vitæ ejuſdem Priorem Eccleſiæ, virum quidem religioſum & divinis intentum ſtudiis in Patrem Monaſterii ſuſcepit. Qui decorem domus Dei diligens, & res monaſticas & interiores ſtudens magis augere quam minuere, & omnia in uſus eccleſiaſticos expendere; ſpiritu conſilii & fortitudinis tactus, ad honorem Dei templum Domino & B. Ætheldredæ, tamquam alter Salomon, in pacis tempore devote diſpoſuit ædificare: quoniam profecto vetus oratorium, & Fratrum ibidem Deo ſervientium, & populorum ſupervenientium frequentiæ & numeroſitati videbatur exiguum, tamquam minus capax & incommodum. Vir itaque religioſe ſolicitus, & prudenter providus, præparatis ſumptibus neceſſariis, quod piè conceperat in cogitatione, effectuoſius (ut in effectu claruit) quaſi parturire cœpit in operatione.

Elyenſe cœnobium, quod Edgarus Rex & Ædelwoldus Epiſcopus reſtaurant,

Abbatem accepit Symeonem,

qui cœpit eccleſiam ampliorem conaere:

41 Prædicto itaque viro venerabili, ecE cleſiæ ejuſdem primo fundatore, viam univerſæ carnis ingreſſo (qui tamquam viventem in eodem corpore, etiam mortuus, poſteris in exemplum ſui reliquit imaginem) ſucceſſit decedenti in curæ Paſtoralis onere, ut ſemen fratris ſpiritualiter ſuſcitaret, venerabilis Pater Richardus; genere nobilis, ſed morum generoſitate nobilior, ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore in religioſo Beccenſium monaſterio regulari mancipatus diſciplinæ. Hic prædeceſſoris ſui, primi eccleſiæ fundatoris, & locum obtinens & officium, & in ipſo imaginans bonæ operationis exemplum, tamquam appoſitum ad vultum contemplandum aſpiraret ſpeculum; incepti operis conſtructioni inſudare cœpit, ſtudium ſuum adhibuit & ut opus operoſiſſimum citius conſummaretur omnem quam potuit & quantum licuit operam dedit. Sed per antiqui hoſtis invidiam, qui zizania ſuperſeminat & concordiam turbat, ortâ inter eum & Henricum Anglorum Regem controverſiâ, opus aliquamdiu intermiſſum eſt, non dimiſſum. Nam quia nolebat indebita in injuſtis exactionibus & angariis Cæſari reddere, F niſi quæ ſunt Cæſaris; ut quæ ſunt Dei, redderet Deo; oportuit eumdem virum venerabilem, à Rege prægravatum Romam pergere, & in præſentia venerabilis Papæ Paſchalis, qui tunc temporis Romanæ præſidebat Eccleſiæ, cauſam ſuæ neceſſitatis inſinuare. A quo in gratiam ſuſceptus, & in magna veneratione habitus, impetrans quæ petierat: Apoſtolicæ auctoritatis, contra inteſtantium invidiam & malitiam, privilegiis munitus, & in gratiam & benevolentiam Regis ſuſceptus, Elyenſi monaſterio, cum magna & ſuſcipientium & ſuſcepti jucunditati eſt reſtitutus. Qui in ſuis neceſſitatibus B. Etheldredam miſericordiſſimam expertus, operis ſui, à prædeceſſore ſuo incepti, eſt minime oblitus; ſed ut ad perficiendum idem opus ſtudioſius inſiſteret, & huic operi ſolum vacaret, totum ſtudium ſpiritualiter admovit: tamque decenti forma & quantitate, quantum potuit quoad vixit,

quam ejus ſucceſſor Richardus

perficere ſatagens,

pulcherrimam totius regni fecit.

A xit, ecclesiam à prædecessore suo inceptam
A THOM. ædificavit: & quomodo Abbas in suis votis
EX MS. Dei auxilio sit adjutus, ut, si fama non invideat, & merito veritatis titulo (utpote mendax) veritatem non detrahat, in eodem regno cunctis ecclesiis, vel antiquitus constructis, vel nostro tempore renovatis, jure quodam composita, & subtilis artificii privilegio & gratia ab intuentibus merito videatur præterenda.

Ejus incrementa varia,

42 *Hic mihi interfari liceat & explicare quomodo etiam tali sub Episcopo non parvum incrementum accessit: nam* Hugo de Nortworde, *an.* 1229 *ordinatus* ædificavit novum opus ecclesiæ versus Orientem à fundamentis, quod Presbyterium nuncupatur: quod quidem opus in 17 annis perfecit: circa quod opus expendit quinque millia librarum & 350 libras, 18 solidos, 8 denarios, præter robas. Ipse etiam constituit de novo turrim ligneam versus Galilæam *id est porticum*, (*vulgo* Galerie) *de qua vide Cangium. Godwinus sumptus*

cum nova turri una

prænotatos reducit ad valorem aureorum Gallicorum 16950. *Ruit deinde anno* 1321 *turris supra chorum, de qua ruina agitur infra in*
B *Analectis ad miracula num.* 172: *pro qua cum nova & amplior esset à fundamentis constructa & usque ad superius tabulatum per sex annos educta; incepta est*, super prædictum opus lapideum, illa artificiosa structura lignea novi campanilis, summo ac mirabili mentis ingenio imaginata, *cui per annos viginti dicuntur impensæ* 2046 *libræ*, 6 *solidi*, 11 *denarii. An autem ea igne conflagraverit, vel alio casu defecerit, non comperio; nunc certe sola turri lapidea stat octo maximæ molis columnis innixa, qua in crucem ecclesia se diffundit. Similiter supra aliam majorem turrim quæ post ecclesiæ propylæum ante portam assurgit, majori longe mole sed lignea videtur in altum erecta fuisse, cujus loco, post incendium anni* IIII, *de quo inter Miracula num.* 32 *posita fuit ea quæ nunc cernitur cuspis. Erat tunc cum prior turris ruit, Episcopus* Simon de Monte-acuto, *& ipso anno posuerat primum lapidem* novæ capellæ S. Mariæ in parte Boreali ipsius ecclesiæ: *quod opus quanto labore, sumptu & elegantia per annos* 28 *&* 13 *septimanas continuarit simplex quidam Monachus, prolixe describitur in Historia; & repræsentatur in Schematismo lateri Aquilonalis,* D *quod nobis monasticum Anglicanum exhibet, una cum latere Meridionali* ne pietas in ecclesiam Elienſem *inquit Auctor* MDCLV *vulgatus*, & E magnifica ejusdem structura, jamjam propriis sepelienda ruinis non innotesceret posteris.

alteraque ampliori.

Operis totius iconismus.



Utrumque hic placuit reproducere, una cum indicio adhærentis eidem lateri monasterii; ex cujus parte Aquilonali Simon de Langam, *an.* 1361 *consecratus Episcopus*, novam ecclesiam parochialem sanctæ Trinitatis dedicavit; *ut hinc intelligas, monasterium stetisse, inter majorem Cathedralem, & minorem Parochialem His interjectis redeo ad historiam veterem, quæ sic progreditur.*

43 Summo igitur desiderio desiderans Abbas Richardus, & deliberans suo in tempore corpus sacratissimum sacratissimæ Virginis, de veteri ecclesia in novam, de modica in majorem & pulchriorem transferre; memorans quia & Joseph patris sui corpus, ad majorem reverentiam, de Ægypto in terram Chanaam transtulerat; ne tam præclara lampas & lucerna

A cerna ſub modio lateret, ſed quaſi ſuper candelabrum poſita, ſub præſentia teſtium & frequentia populorum, cunctis innoteſceret & luceret; diem ſtatuit, videlicet decimo *b* ſexto Kal. Octobris, quo & prima ejus tranſlatio, tamquam una cum nova celebretur. Vir itaque magni & liberalis animi, ad hanc ſolennitatem ſolenni & maxime pontificali auctoritate corroborandam, imprimis virum venerabilem & religioſiſſimum, Anſelmum Cantuarienſem Metropolitanum, ea qua debuit & eum decuit reverentia invitavit; ut, pro ſui debito officii, adjunctos ſibi ex ſuis quos religioſiores arbitraretur quotquot vellet ſuffraganeis, ſuam ipſe præſentiam dignaretur exhibere, invitatis etiam quampluribus Pontificalis dignitatis & Ordinis viris, & Abbatibus, & religioſis Monachis aliiſque eccleſiaſticis, Pontificibus ſummis, etſi non dignitate, meritis non immerito coæquandis, ne dicam præferendis. Invitati ab ipſo fuerunt & regni Proceres & Optimates, ut ad tam jucundam feſtivitatem accederent, & cum gaudentibus & ipſi gauderent. Quibuſdam autem vel privatis vel publicis negotiis vel neceſſitatibus occupatis, quidam à divina providentia deſtinati, & tali ac tantæ rei perficiendæ idonei ac plurimum neceſſarii, devotiſſime confluxerunt; inter quos vir laudabilis Herebertus Norwicenſis Epiſcopus, Adelwinus Rameſeienſis, Richardus S. Albani Abbas, Guntherus Thorneyenſis, Wydo Perſorienſis Abbas, Nicolaus Lincolnienſis Archidiaconus, Gaufridus Wintonienſis Theſaurarius, & alii innumeri magnæ honeſtatis & auctoritatis viri. Ordinate igitur ordinata proceſſione, ad ſanctæ ac reverendæ Virginis tumulum reverenter accedunt, pario de marmore candidiſſimum, uti decebat candorem virgineum. In hoc quondam Angelicis obſequiis ſibi præparato, & divina gratia quærentibus oblato, beatiſſima germana ejus Regina Sexburga, poſt ſexdecim annos ſepulturæ, inventum ipſius ſoliditatem glebam, toto corpore & veſtibus lacteam & intemeratam, cum clamoſa admiratione & laudiſona in cælum benedictione, recondidit: unde nunc id illi ad majorem gloriam acceſſit, quod nemo ipſius tumbam pandere, nemo inſpicere præſumpſit. Aliquando enim, Paganis irruentibus in hunc locum, foramen intulit unus, qui mox oculis & vita eſt privatus; poſtea Presbyter temerarius quaſi Præſes monaſterii, in illud foramen fiſſam virgam torquendo impingens in rugam, partem veſtis extraxit, majorique veſania abſcidit, quam ſubito intus jacentis manus cum vigili indignatione ad ſe retraxit. Adhuc tentator affixam virgę candelam immittere addidit, candela autem decidens ſupra ſacrum corpus tota exarſit, & nihil rerum lęſit; præſumptor vero cum domo ſua periit. Hęc quoque cum in miraculis ejuſdem Virginis plenius digeſta ſint, ad narrationem redeamus.

b deligit 16 *Septembris*

invitato ad id S. Anſelmo multiſque Prælatis,

ac Proceribus.

B

Hi accedentes ad tumbam

in quam annis 16 *à morte incorruptum corpus poſitum fuerat,*

C

quod dq, impune attigerat nemo;

44 Tandem cum ingenti devotione ſacroſanctum corpus Virginis aſſumunt, ex vetere eccleſia exportantes de loco, quo eam tranſtulerat & collocaverat Sexburga beatiſſima; ubi & Pater Ædelwoldus Venerandus, poſtea deſtructam eccleſiam reſtaurans & renovans, eam certiſſime intentatam, irremotam, & inconſpectam non ſub terra delitescentem, ſed deſuper eminentem, ſicut invenit, reliquit; unde nunc & in eccleſiam cum laudibus & canticis deferunt. Tranſlata eſt itaque in novum templum Sponſa Domini Ætheldreda, intentata & inconſpecta; & condigna pſallentii laude, poſt autenticum altare parato thalamo collocata. Habito tandem, ut decebat, ad populum de tanta, & in tanta ſolemnitate ſermone, & à venerabili Epiſcopo Hereberto, viro eloquentiſſimo, de vita & obitu & miraculis beatæ Virginis, ſacrique corporis admirabili incorruptione, populum exhortante ad ſummæ jucunditatis & lætitiæ indicium propter ea quæ facta ſunt in tabernaculis juſtorum; nullus erat in tanta multitudine, qui gratia cæleſti perfuſus, à lacrymis ſe vellet aut valeret cohibere. Hoc vero ſolum de pluribus, quæ in tranſlatione contigerunt, ad ſacratiſſimæ Virginis Reginæ Ætheldredæ, æternam referemus memoriam, quod fidelium innumeri adhuc ſuperſtites, & Patres noſtri qui viderunt & adfuerunt, narraverunt nobis, quorum relatio & auctoritas vitæ & honeſtas morum nos inſtruxit, ut de facto nemo diffidat. Tunc quippe renovantur antiqua miracula, quæ contigiſſe leguntur interventione beati corporis Stephani Martyris. Facta ſunt enim tonitrua tempeſtatis, & fulgura talia, ut omnes pænè feneſtræ eccleſiæ horridis ictibus frangerentur, & crebri ignes in pavimentum coram ſanctis corporibus laberentur: eratque mirabile, ignem labi ſine effectu naturæ ſuæ; ſuamque, inter ligna & ſtramina ceteraſque arentes materias, mutare qualitatem, ut quidquid ejuſmodi in eccleſiam cecidit innocuum extiterit. Hoc ſiquidem magnum miraculum, Sancta illa operante, ſic contigit; ut juxta quorumdam opinionem cæleſti terrore oſtenderet, ſibi diſplicere tam publicè contrectari; & tamen in hac ſua indignatione, ut nullus læderetur, ad nutum ejus cæli ſigna famulari.

D

A THOM. EX MS.

ad alium ei paratum poſt altare,

& ingenti cæli fragore:

45 Rarus ergo fuit ibi, cujus cogitatio magnum aliquid iſta non dictaret protendere, quorum horrorem hinc timebat videre, hinc gaudebat evadere. Anſelmus quoque Archiepiſcopus, longè in Cantia poſitus, videns cælum tanto fragore concuti; Scio, inquit, Fratrem noſtrum Richardum, Abbatem Elyenſem, hodie Sanctas ſuas tranſtuliſſe, & irreverenter tractaſſe; nec dubito hanc intemperiem dolendi auſpicii eſſe ſignaculum. Nec eum fefellit ſententia; quia rarus eorum, qui tunc aderant & ſanctam Etheldredam facie ad faciem adſpexerant, integrum annum exierunt. Quapropter Fratres cariſſimi, à vobis, qui non momentaneè ſed continuè tantæ Virginis memoriam, in conſpectu præſentiæ ſacri corporis, juſte & ſanctè recolitis; & orandum eſt & attentius exorandum, quatenus ſuperno nos & vos dignetur gratiæ rore perfundere, qui populo ſitienti aquam de petra, Moyſe percutiente, in abundantia fecit emanare, cui ſit laus honor & gloria per omnia ſeculorum ſecula.

E

non ſine miraculis,

quia Virgini diſplicuit faciem ſuam conſpici,

F

46 Decenter itaque collocata, tamquam primiceria, Ætheldreda Virgine contra ma-

A jus altare ; dux tanti gregis Richardus cum
ATHOM. EX MS. senioribus communicavit Eccleſiæ, ut eadem
die jam ſecundo *c*, qua primo beatæ Virgi-
c 17 *Octobris transferuntur oſſa* nis Ætheldredę facta fuerat tranſlatio Sexburgæ
præcedente ; tranſlatio etiam fieret ſanctarum
ibidem quieſcentium. Aperienteſque matris &
filiæ ſepulcra, quæ S. Æthelwoldus plum-
bo ex utraque parte ſignaverat, Sexburgæ
ſcilicet Reginæ ſanctæ, atque laudabilis &
celebris Ermenildæ, tot præconiorum præ-
rogativis earum glebas, more conditionis
SS Sexburgæ & Ermenildæ. humanæ, reperiunt defluxiſſe, & terræ geni-
trici ſua perſolviſſe tributa. Invenientes ita-
que in ſindone munda corpus B. Sexburgæ,
ſeorſim oſſa, & ſeorſim pulverem, utraque
pariter in ſingulis ſcriniis ex ligno compactis,
lapideo in monumento, ut beatus reliquerat
Ætelwoldus, Orientem verſus ad pedes S.
Ætheldredæ ſolemniter repoſuerunt ; Reliquias
vero ſanctiſſimæ Ermenildæ, in nudo ſepul-
cri pavimento, abſque velamine, invenit
[Abbas] à B. Æthelwoldo ſic repoſitas :
quas etiam colligens in mundiſſimo panno, &
pulverem per ſe involvens in priſtino poſuit
B mauſoleo ; & ad Auſtrum, in dextris S.
Ætheldredæ, haud diſſimili locavit diligen-
tia ; & utrumque plumbo iterum reſignavit
d mauſoleum .... *d* Tranſlatæ ſunt autem
Sanctæ anno incarnati Verbi milleſimo cente-
ſimo ſexto, quo quondam B. Ætheldreda
tranſlata eſt die, cum decentiſſima ſcilicet
ordinatione ; ut omnium una eſſet ſolennitas,
e e quibus erat una fides, unus Chriſtus, &
f una caritas *f*.

Verſus ſubſcripti Vitæ S. Etheldredæ

Ætheldreda Ducem rogat hic pia Virgo
jugalem.
Quo Sponſam Chriſti ſineret ſe jam vocitari.
Rex hic Pontifici pro conjuge munera
ſpondet,
Hanc, ſibi conjugio poterit ſi jungere
ſacro.
Præſul Edeldredæ Regis fert juſſa beatæ ;
Hæc ait : Ille mihi cedat Chriſto famu-
lari.
Hoc Regina Ducem cum Præſule poſcit
herilem :
Qui, licet invitus, conſentit & his quo-
que mœſtus.
C Regis ut edictum percepit Virgo cupitum,
Templum Virgineis petit hoc comitata
catervis.
Hic Regina Deo ſacratur Sponſa ſuperno,
picturis expreſſæ in veteri eccleſia. Contemnens vanas regni cum conjuge
pompas.
Virgo beata venit populis comitantibus
Elge,
Abbatiſſa gregi poſt hæc ſacranda beato.
Alma ſacris pollens meritis & honore pe-
renni,
Ædeldreda decens hanc templi ſtruxerat
arcem.
Virginis intemerata caro jam viſitur almæ,
Quater quaternos etſi tumulata per an-
nos.
Miratur Medicus ſanatum in gutture vul-
nus.
Virginis ad templum fertur venerabile
corpus,
Mauſeolum ſacri retinent hæc mœnia tem-
pli
Virginis intactæ, cui ſeptem præfuit annis,
Glorificatque Deum plebs hæc miracula D
cernens.
Laus & honor Domino maneat per ſecula
Chriſto.

ANNOTATA D.P.

a *Anglo-Saxonica Heptarchia ad Tetrarchiam reducta ac denique in Monarchiam converſa fuit tempore Alfredi, utrorumque Saxonum & Anglorum tam Orientalium quam Occidentalium Regis, extinctis anno* 875 *Merciorum, & anno ſequenti Northumbrorum Regibus.*

b *Siquidem ea dies* 16 *Septembris anno* 1106 *ſub curſu litteræ Dom. G erat Dominica* 19 *poſt Pentecoſten, quia Paſcha fuerat* 25 *Martii.*

c *Scilicet* 17 *Octobris, quamquam ea iſto anno futura eſſet feria* IV.

d *Quæ ſequitur* S. Withburgæ *ante quadriennium facta tranſlatio, integre habetur tom.* 2 *Martii ad diem* 17 *pag.* 608 *num.* 2 : *ideoque hic omittitur.*

e *Ita factum eſt ut dies* 16 *Septembris non tranſierit celebrandus ad poſteros.*

f *Qui in Ms. ſequuntur Verſus de* S. Ethel- E
dreda, *videntur fuiſſe ſubſcripti picturis Vitam ejus per partes repræſentantibus, ante innovationem Eccleſiæ ; utpote nullam facientes mentionem ſecundæ tranſlationis : imo quia rythmici non ſunt, auderem opinari, factos eſſe ante Danicas irruptiones, ac forte haud diu poſt primam tranſlationem.*

MIRACULA S. ETHELDREDÆ

Auctore eodem Thoma Monacho Elyenſi.

Ex eodem apographo Duaceno.

PROLOGUS.

1 CUm os regium & propheticum, ſancti Spiritus intonante organo, dicat ; Laudate Dominum in Sanctis ejus, mirabilis enim & glorioſus mirabilia in eis operatur ; magnâ nobis opus eſt animi conſtantiâ & neceſſitate, F
ut eorum mores ac vitam flagrantiſſime diliga- *Quia convenit nos Sanctos imitari,*
mus, diligendo devotiſſime veneremur, vene-
rando ſtudioſiſſime imitemur ; quod [enim] tunc
in eis divinæ Majeſtatis omnipotentiam digne
laudare valebimus, jam fraternæ dulcedinis
adjuti miſericordiâ, juſtis eorum actibus no-
ſtræ converſationis melioratione reſpondere
merebimur. Nam cum non ſit, Scriptura
dicente, ſpecioſa laus in ore peccatoris ; qua-
liter dignas Deo laudes præconari poſſumus,
qui anguſto rectitudinis tramite derelicto, per
laqueoſa & ampla fortuoſarum ſpatia viarum,
ad profundam præcipitationis foveam ducen- *per veram morum correctionem,*
tium, adhuc quotidie diſcurrimus ? qui diris
peccatorum vulneribus nullum fructuoſæ me-
dicamentum pœnitentiæ apponimus ; ſed pro-
fluente jam ſanie oblectabiliter in eis pæne
computreſcimus ? Proinde de ſpatioſis ac le-
tiferis hujus campi ſemitis, ad arctum cal-
lem, quo terminum pervenitur ad proprium
irreflexibiliter tranſeamus ; ac noſtrorum
plagas ſcelerum, ſalutiferis medicaminibus
dili-

Pſal. 156.

Eccl. 15. 9.

A diligenter adhibitis, perfecte curare ſtudeamus, atque noſtris in manibus ardentes habentes lucernas, ſicut ſuprà diximus, per omnia Sanctorum veſtigia ſequi laboremus; quatenus & ad ſolvendas omnipotenti Dei laudes debitas idonei fieri poſſimus; & ad ipſorum in cælis ſocietatem, quos in terris imitamur, poſt mortalis vitæ curſum, pertingere mereamur. Quorum virtutes atque ſigna, quæ plerumque mentes audientium ſolent ab imis ad ſupera ſuſtollere, diligentiſſime, ſi penes nos non ſunt, debemus perquirere; ac reperta ne labantur à memoria, ſagaciſſime libris inſerere, eaque crebræ lectionis ſtudio vigilanter in noſtri pectoris armario recondere; nec tamen inter domeſticos parietes cohibere, ſed ad laudem & gloriam deitatis atque ad ædificationem poſteritatis longe lateque promulgare: ut dum quilibet tot ſignorum radiis, præcedentium Juſtorum merita fulſiſſe cognoverint, ex eorum imitatione proſpera mundi, quæ ſunt amaritudine plena, tota cordis ſolicitudine reſpuant & conculcent, atque ad æternæ vitæ dulcedinem ſitibundis pectoribus indeficienter anhelent.

eoque juvat legere ipſorum miracula;

B

2 Quapropter, licet tardi ſumus ingenio, indocti eloquio, tamquam fraternæ caritatis coacti imperio, imo de ſancti Flaminis adjutorio, qui flat & ubertim fluunt aquę ex arido, magnam habentes confidentiam, prę clara & ſtupenda miraculorum inſignia, quę per venerabilem & glorioſam perpetuamque Virginem Etheldredam, nobiliſſimam ac prępotentiſſimam Anglorum Reginam, poſt ſanctiſſimum ejuſdem de convalle Jericho ad Montem Sion tranſitum, ad ſalutiferam ipſius tumbam divina cooperante potentia patrata tuiſſe in antiquis leguntur ſchedulis; novo dictante ſtylo, novis inſudavimus commendare paginis; ne cum vetuſtate tandem etiam deperirent oblivione. Credimus autem multo plura quam reperiuntur extitiſſe, quæ aut illius ævi torpentium ſcriptorum negligentiâ, nequaquam litteris mandata fuerunt; aut deſcripta, Paganorum rabie eccleſias ac cœnobia depopulante, inter cetera perierunt. Verum quia non tantum ex profuſioris ac probabilioris vitæ excellentia, quorumlibet penſanda ſunt Sanctorum merita (præcedit enim virtus meritorum, ſequitur adjuvante fide petentium cæleſtis operatio ſignorum: quæ ſi non fuerint, non tamen merita non erunt, quæ merita procul dubio poſſunt eſſe ſine miraculis; miracula vero nequaquam ſine meritis) quam juſtè & ſanctè, quam piè & humiliter hæc inſignis Regina ac devotiſſima Chriſti Ancilla vixerit, quomodo mirabilis, imo virginalis pudicitiæ non ſolum carnis, quod multorum; verum & mentis, quod paucorum eſt, integritate non ſine occulti valida martyrii perſecutione, ſub alis Domini protecta perpetualiter viguerit, ex dictis venerabilis Bedæ Presbyteri, viri undecumque doctiſſimi, quiſpiam ignorans evidenter agnoſcere poterit: qui breviter ipſius vitæ ſummam, quam nulla vitiorum caligo interpolare potuit, ac divini ſplendor luminis irradiavit, proſaïco ſermone limpidiſſime deſcripſit; atque virginitatis hymnum elegiaco compoſitum metro ſubnexuit, quo eam caſto de germine regioque ortam ſtemmate magnis atque dulciſonis laudibus, pro immarceſſibili tam ſpiritualis quam corporalis flore continentiæ, ſublimiter extollit.

proponit Auctor colligere facta

ad tumbă S. Etheldredæ:

C

quæ quam ſanctè vixerit,

liquet ex ſcriptis Bedæ,

D

ATHOM. EX MS.

3 Quid enim in ſanctitudine vitæ, mortalium omnium Creatoris gratiæ gratius ac jucundius, quid Angelicis omnibuſque cæleſtis Curiæ choris familiarius & delectabilius, quid omnium virtutum gradibus excellentius vel perfectius geminæ puritate, virginitatis? Si tamen ceterarum virtutum fulciatur adminiculis, namque dignitatis cognata eſt nobilitas & gloria ſanctæ virginitatis; ipſa ſpirituali munita præſidio, flammivoma atque letifera ſævientis ignea libidinis arma potenter confringit & conterit; & ipſa Regis immortalis amore præventa cum cœnoſis ac truculentis generalis immunditiæ principibus bellicoſe dimicans, in ſudore victricia ſigna ſuo reportat Auctori. Virginitas, ut unius Apoſtolicorum * tuba clariſſime concrepat, eſt omnium regina virtutum, cunctorum poſſeſſio bonorum, trophæum fidei, victoria de inimicis, vitæque æternæ ſecuritas. Beatus igitur erit qui ad ejus arcem E ſuppeditantibus aliis virtutibus pertingens, nullis dejici machinationibus poterit. Hanc inclita Regis Annæ proles præfata, ab ipſis infantiæ rudimentis igne divini fervoris ſuccenſa, atque Sponſi cæleſtis annulo ſubarrhata totis amplectens deſideriis; etiam inter ipſa nuptialium copularum contubernia (quod dictu mirabile eſt) inflexibili mentis rigore, fine tenus ac humiliter reliquis decorata virtutibus, conſervavit: imoque Rex Deus, Dei Patris filius, ejus ſpeciem concupiſcens, eam in ſuum ineffabilem thalamum introduxit; ubi cum centum xl. IV millibus virginum dulciſſimis conſonæ melodiæ concentibus novum ſemper modulatur canticum.

teſtibus eximiæ virginitatis,

cum gemino conjuge ſervatæ.

4 Nec alicui videatur incredibile quod per tot evolventium annorum curricula, licitis adſtricta matrimonii nexibus, illibata virgo permanſerit: quia nimirum virtus omnipotentiæ, quæ tres Judaici generis pueros à flammivomis & horrendis camini incendiis illæſos protexit, hanc quoque à carnalis ardoris æſtibus intactam cuſtodivit. Teſtatur ejus poſt incorruptibilis caro quod vere ſit perpetua F Virgo: teſtantur & pretioſa linteamina ſacroſanctum ipſius corpus ambientia, quæ ſic uſque hodie nova manent & integra, uti eâ horâ qua Virginis membris fuerunt obvoluta. Unde patenter datur intelligi, quod apud incomprehenſibilem Redemptoris mundi gratiam, qui de virginali naſci dignatus eſt utero, nulla virtus virginitate gratior ſit atque præſtantior; quæ cæleſtis clementiæ dono, poſt mortem ab omni corruptionis labe carnem ſervat immunem. Talis igitur ac tantæ Virginis & Reginæ præclaram morum vitæque celſitudinem diligenter intuentes & admirantes, pro mentis affectu magnifice veneremur, & venerando ſi flore virginalis caſtimoniæ non valemus, ſaltem jugi vitiorum mortificatione imitemur; quatenus in ea, quæ ſe jucundum ſancto Spiritui præparavit habitaculum, æternæ pietatis magnitudinem dignis prædicare laudibus, atque ad beatitudinem cæleſtis regni ſcandere poſſimus; pro quo terreni culmen imperii

Cui etiam atteſtatur corporis integritas,

* *an* S. Gregorii ?

A cum corruptibilibus divitiis velut quiſquilias
A THOM. EX MS. contemnens, monaſterium petiit; ibique abjectis candidis vel purpureis ſive multicoloribus veſtimentis holoſericis, gemmis fulgentibus intextis, pulla vilique veſte, ſacrata Deo ſe contexit: unde nunc Sanctorum conſerta contuberniis, ſtolâ perfruitur inæſtimabilis claritatis, immarceſſibilis coronata laureâ pulchritudinis. O quam felicia, quam jucunda ſunt illa commercia, quibus pro perituris ſemper manentia, pro terrenis cumulantur cæleſtia!

Concluſio Prologi. 5 Sed jam, quia nimia verborum prolatio ſolet auditoribus inferre faſtidium, noſtrum qualecumque claudamus procœmium; doctoribus atque probis intellectibus hoc noſtræ mediocritatis opuſculum committentes, ac ſuppliciter obſecrantes, ut illud attente perſpiciendo, quæcumque ſuperflua vel hiantia repererint, reſecent ac ſuppleant, approbent & defendant; ne noſtro de ſudore dens habeat ſemper oblatrantis invidiæ, unde frendens & cachinnans noſtrum ſimplicem intellectum valeat ſubſannare. Quibuſdam vero
B præmiſſis illud in prima miraculorum narrationis fronte poſuimus, qualiter Paganis invadentibus atque deſolantibus monaſterium, quod in famoſa Elyenſi Inſula anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo tertio conſtruxerat hæc Anglorum lampas perſpicua, gemmaque Virginum paradiſi clariſſima, quidam eorum ob nefandam contumaciæ ſuæ temeritatem irâ cæleſti percuſſus interierit *a*. Ergo dato fine noſtræ ſermonum lepore carenti præfatiunculæ tali, quę ſequuntur, principio exordiamur.

a *Punitio Barbari ſepulcrum violantis, prolixe narrata lib. 1. n. 85 hic promitti videtur, & forte ſcripta fuit, ſed à tranſcribente omiſſa.*

CAPUT I.

Monachus à febri curatus: eccleſiæ illatæ injuriæ ſæpius vindicatæ.

a 6 MUltiplex eſt peccandi *a* neceſſitas,
C quam nullus in hac fragili vita poſitus ad plenum poterit declinare. Ex quo
Humanæ ad peccatũ proclivitati, enim primi parentis noſtri tranſgreſſio priſtinę incorruptioni noſtrę labem corruptionis induxit; ipſa peccandi neceſſitas nobis quodammodo vertitur in naturam, gratiâ non poſſe peccare ei dumtaxat reſervatâ, qui accepit plenitudinem ſpiritus ad menſuram, & de cujus plenitudine nos omnes accepiſſe gaudemus, cui, & ſoli illud convenit Propheticum; Qui peccatum non fecit,
1.Pet.2,22 & dolus in ejus ore inventus non eſt. Neceſſe igitur hominem, vel ex fragili ſua conditione, vel ex multiformi antiqui ſerpentis decipula, aliquoties peccando ſuccumbere, neceſſeque inevitabile. Sentimus enim
Rom.7,21 (ut ait Apoſtolus) in membris noſtris legem, legi mentis noſtræ repugnantem, & Angelus Satanæ nos colaphizare non ceſſat. Verum ut inter tot ſuſpectæ mortis diſcrimina; nos deſperationis turbo [non] involvat, infirmitatis noſtræ defectui non mediocre ſolatium divina contulit miſeratio. Nam ſi de perpetrati criminis puteo per pœnitentiam reſurgentes adſtiterimus; nullatenus debemus
D miſeriæ noſtræ de miſericordia deſperare; quin potius aciem mentis noſtræ in ſpem optatæ ſalutis præfidenter erigere. Quæ duo, Dei ſcilicet timor & reverentia, quam accepta divinæ pietati, & quam ſalutis noſtræ fuerint effectiva, cuidam cælitus oſtenſum eſt.

ſuccurrit remedium pœnitentiæ:

7 Accidit enim ut quidam Elyenſis cœnobii monachus, Azo nomine, graviter ægrotaret: qui morbi invaleſcente materia ad cellam infirmorum deducitur, & ſui impos effectus cœpit decumbere. Tandem infirmitatis æſtus in eum eatenus ſenſim efferbuit, quod robur vigoris priſtini vis doloris omnino exterminans, ei ſalutis recuperandæ ſpem nullam reliquerit. Habebat igitur in ancipiti, ne forte dies ſui impenderet exitus, quo de incolatu iſto ad patriam transferretur: ſciebat enim neceſſitatem mortis, quæ nulli mortalium defuit, tam ſibi quam omnibus impoſitam eſſe. Cujus horæ, quamlibet incertæ, jam quaſi certus effectus, eam ſuæ mentis opinionibus crebro meditamine referebat. Verum quia de ſuis diffidebat meritis,
E beatæ Virginis Ætheldredæ ſuffragium ſibi ſupplex implorabat, ut ejus vitæ remiſſiori pœnitentiæ ſpatium, quod ſui impotentiâ per ſe impetrare non meruerat, tantæ mediatricis interceſſione penes divinam clementiam obtineret. In magna igitur tam animi quam corporis anxietate poſito, dum hinc cogitationum, & hinc dolorum ſtimulis miſerabiliter ageretur; ſopor modicæ quietis obrepſit. Et ecce quædam matrona, ſobrio decore laudabilis ei aſſiſtens, languidum taliter allocuta eſt. Num, inquit, fili, me noſti? Cui ille, novitate viſionis inſolitæ ex parte trepidans, Minime, inquit, Domina. Cui illa: Ego, inquit, ſum Ætheldreda, quam paulo ante ſub tantæ tribulationis examine tuo invocaſti præſidio; quæ juxta quod petieras pro te ad Deum mediatrix acceſſi: per quam corpori tuo, extincto paulatim febrium æſtu, ſalus priſtina in brevi reſtaurabitur. Quædam igitur commonitoria filiis meis cariſſimis tuo tranſmittam obſequio, in quibus ſolitam erga me & Dominum devotionem paulatim obtorpuiſſe materna pietate condoleo. U de ergo & hac eos perſuaſione vice mea alloquere, ut ſaltem ſervitio Dei amodo cum timore & reverentia devoti inſiſtant; & ſic ſuper his, quæ ſibi noverint expediri, mihi non dico rogaturi ſupplicent, ſed quadam jubentis auctoritate cum firma impetrationis ſpe præfidenter imperent. His auditis ergo à ſomno quo tenebatur illico expergiſcitur: cui magis ac magis convaleſcenti indies ſanitas priſtina, juxta divinæ vocis oraculum, in integrum reſtituitur. Deponentes igitur omnem obſtinatæ mentis pertinaciam, & vitalibus tantæ matris monitis filialiter obſequentes, in Dei & ipſius ſervitio devotionis noſtræ hoſtiam timore & reverentia ſine torpore condiamus. Vere namque, ſine Dei cooperante gratia, in nullo animi bono valet mens humana proficere: [& ideo] operæ pretium eſt pietatis divinæ & jam dictæ patrocinatricis noſtræ ſuffragium invocare; ut quod ex virtute propria non aſſequimur, tantæ Virginis opitulante

cui faciendæ tempus dari ſibi optans æger Monachus,

ab eaque apparente jubetur.

F

alios monere de fiducia in ſe collocanda, & convaleſcit.

A lante merito & divina gratia largiente, conſequi mereamur *b* .....

8 Cum diu gens barbarorum de Denemarchiâ veniens Angliam undique armis & incendiis vaſtaret ; tandem Dei providente clementia, viribus defecit, & ad naturale ſolum aliquando coacta eſt remeare, & occupata ante relinquere, maximè diebus venerandi Regis Ædgari ; in tantum ut, ſi quis reſiduus inventus fuiſſet, aut gladiis truncaretur, aut ſuppliciis variis opprimeretur. Hujus autem Regis præcepto & auctoritate ſanctus Pontifex Æthelwoldus Elyenſe cœnobium in antiquam religionem reduxit & reformavit, locumque poſſeſſionibus obtentis tam emptione quam acquiſitione locupletavit. Comparavit etiam villam de Dunham, quæ eſt villa fertiliſſima & monaſterio proxima. Primum pepigit pro duabus hidis Leofrico & Uxori ejus Siffledæ quindecim libras apud Grantebrige ; & per Leoffwinum Monachum Eccleſiæ atque Præpoſitum, perſolvit ante plures fideles. Interea exuit hominem Rex Ædgarus ; quo mortuo prædictus Leofricus, Dei inimicus deceptorque hominum, & uxor ejus, omne pactum habitum cum Epiſcopo irritum fecerunt, & aliquando partem pecuniæ Epiſcopo & Abbati Brithnodo obtulerunt, quam ab eo accepiſſe affirmabant, aliquando vero ſe ei aliquid debere omnino denegabant, ſicque exiſtimabant ſe per dolum recuperaturos terram quam vendiderant : ſed eccleſia in omnibus cum ſuis teſtibus ſemper eos convicit.

Mortuo Edgaro Rege, qui Danos expulerat,

& Ely fecerat reſtaurari,

B

& qui Dunham vendiderat,

9 Cum igitur ea tempeſtate, qua Rex, ut diximus, obierat, nos diu differrent & fatigarent ; nemo eamdem terram intra plurimum temporis ſpatium nec aravit, nec in ea ſeminavit, nec ullo modo coluit : ſicque tota cultura perditum ibat. Videns ergo Deus quantis injuriis quantiſque tribulationibus ille ſeductor ſervos ſuos afficiebat ; laboris eorum miſertus eſt, cujus miſericordiâ ſancta Eccleſia de Ely recuperavit, quod injuſtè amiſit : nam ſicuti in pſalmo ſcriptum eſt : Clamaverunt juſti & Dominus exaudivit eos & ex omnibus tribulationibus liberavit eos, Dum hæc fierent & ſibi miſer ille ablata ſancta Eccleſia & jus ſanctæ Ætheldredæ liberius atque ſecurius retinere confidebat, & ſervos Dei afficere non ceſſaret ; ultione divina fervente, turpiter ac miſerabiliter interiit in vindictam Chriſti Virginis : & impletur in eo quod in Salomone legitur ; Juſti lætabuntur, impii autem corruent in malum. Hæc de libro terrarum, quem librum *c* S. Ædelwoldi nominant, accipimus, ut qui hunc legerint vel audiverint, res & bona ſanctæ Virginis Ætheldredæ diſtrahere vel minuere formident, judicium enim habuit quiſquis egit talia.

& injuſte repetendo coli impediebat,

Pſ. 33, 18

C

turpiter perit.

Prov. 24, 16

c

10 Aliud ſequitur miraculum, quod etſi ſimili conditione, diſſimili tamen diſcrimine probatur accidiſſe. Fratres autem noſtri interfuerunt & rem certiſſimè cognoverunt, & in libro jam dicto ſancti Ædelwoldi Anglicè compoſuerunt, ſed nunc temporis in Latinum tranſmutatum ad cunctorum notitiam perducere deſideramus ; & ad multorum cautelam, ſi intente auditum fuerit, credimus enarrandum. Quodam vero tempore, cum conveniſſent coronatores *d* Angliæ ad Lundoniam ; Withgarus quidam, rebus & poſſeſſionibus non mediocriter locupletatus, Epiſcopo Æthelwoldo quinque hidas apud Brandune & Hivermere obtulit venum. Quod cum audiſſet Epiſcopus & Abbas, dederunt ei pro terra viginti libras ; quindecim tunc coram multorum venerabilium teſtimonio, centum vero ſolidos miſerunt ei poſtea per præfatum Leofwium Eccleſiæ Præpoſitum, & Wine de Wincheford virum probatiſſimum : qui dederunt ei eamdem pecuniam apud Brandune, coram teſtimonio totius Hundreti, in quo illa terra jacet. Eâ autem tempeſtate, qua Rex Ædgarus de hac vita diſceſſit, quidam Ingulfus nomine, vi & injuſtè Deo ſanctæque Ætheldredæ Brandune abſtulit. O miſer & infelix, non diu, ut æſtimas, quod rapis, retinere valebis ; indeque citius es graviſſimè pœnas luiturus : ſcriptum quippe eſt, Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Deum. Nam ut manifeſtaretur virtus Dei & meritum beatæ Virginis, ex illo die, quo ſic res eccleſiæ invaſit, nihil edulii aut liquoris guſtavit : rumpebatur enim ſine dilatione cor ejus : ſicque factum eſt quod qui vivus quæ Dei erant injuſtè arripuerat, oppetens mortem retinere non potuit ; ſed ſe & illud ſimul cum vita perdiderit.

D

A. THOM. EX MS.

d

Prov. 21, 30

ſimiliter punitur :

E

11 Uxor autem & filii ejus illo mortuo invaſerunt eamdem terram ſimiliter ; ſed quemadmodum honorem Deo non dederunt nec beatæ Ætheldredæ, neque animæ ſuæ pepercerunt ; ſic ultio divina exarſit ſuper eos, & infra unum annum omnes miſerabiliter interierunt. Tunc Siwardus, Frater Ingulffi, de interitu eorum nimium ingemiſcens & ſibi præcavens, judicium Domini formidare cœpit, & licet contra voluntatem plurimorum, & maximè contra voluntatem Egelwini cognomento Alderman, ipſam terram ſanctæ Ætheldredæ obtulit & liberè dimiſit ; & bene de his adimpletur quod in Sapientia legitur : Domus impiorum delebitur, tabernacula juſtorum germinabunt : delevit autem Dominus domum impii hujus ut ſemen ejus non permaneat in æternum in conſpectu ipſius, eo quod ſanctam Eccleſiam & beatiſſimam Ætheldredam gratis odiſſet. Sed Deus inſpector & judex omnium, qui ſuorum injurias & beneficentias ſuas ducit, oſtendit malos inde detrimenta ſuſcipere, unde putabant commoda ſibi provenire, ut in iſto palam innotuit. Non ſolum autem iſte, ſed (ut verius dicam & late omnibus patet) quiſquis regionis ſive princeps ſive potens eumdem locum dignitate vel rebus minuit aut diſtraxit, ex quo Virgo Ætheldreda ab ergaſtulo carnis aſſumpta eſt, diriſſimè cruciabantur in corpore, & miſero ſemper exitu vitam ſuam terminaſſe probati ſunt. Stupenda ſunt hæc & nimium formidanda : nullus enim ambigat vel irrideat quod narramus, ut ſimile perpetrare intendat ; ſed potius aliorum preſuris mulctatus edoctus diſcat Virginem Dei injuriis non offendere, ſed obſequiis complacere.

Prov. 14, 11

F

item ejus uxor ac liberi,

aliiq; plures Sanctæ injurii.

A

ATHOM. EX MS.

ANNOTATA G.H.

a Neceſſitas *hic vocatur* Magna difficultas *cavendi omne peccatum, præſertim veniale.*

b *Hic primum ponebatur in Ms. titulus* libri miraculorum: *& ſequebantur duo Capita, de reſtauratione monaſterii & privilegio Edgari R. ſicut hinc ad lib. 2 hiſtoriæ Elyenſis tranſtuli, ordinis commodioris gratiâ.*

c *De hoc libro agit Prologus ad lib. 2 Hiſtoriæ, ubi etiam conſequenter legimus amplam hujus controverſiæ hiſtoriam; & quomodo Leofſii mortui vidua, coacta ſit damna illata compenſare, Epiſcopo miſericorditer partem remittente.*

d *Coronatores teſte Spelmanno in Anglia dicuntur* Officiales Coronæ, ad tuendam pacem & dignitatem regiam in quovis Comitatu populi ſuffragiis conſtituti. *Ecgraphum noſtrum* Concionatores: *manifeſto mendo.*

CAPUT II.

B *Liberatus energumenus; muti loquelâ donati; puniti vexatores Monachorum.*

12 AD hæc Fratres Chriſtus Dominus operum ſuorum per Sanctos ſuos toties operatur inſignia, ut fides audientium ex auditu proficiat, & ardens affectus devota ora in laudes divinos reſolvat. Unde nobis quorum vitam & linguam ſuo Chriſtus delegavit miniſterio, præſenti incumbit aut facta ejus ſtudio noſtro in multorum tranſferre notitiam, aut noſtram apud eum vehementer accuſare ſegnitiam. Ut ergo noſtram apud Deum commendemus memoriam, quid apud nos, qui in Elyenſi verſamur eccleſia, dignatus ſit operari referamus. Præſidente ſiquidem nobis ſanctæ recordationis Abbate Symeone, cœtus noſter & locus moribus & muris non parum profecerunt: erat enim, pro ſequente perſonarum mutatione & regiis angariis, locus graviter inquietatus; & ſi quid regularis diſtrictionis pro ſeculari violentiâ & Rectoris abſentiâ intepuerat; vir ille ſanctus, Paſtoris nactus officium, devotâ ſolicitudine reformavit: invenitque apud nos gregem bonum paſtor bonus, cujus vocem audire reſtituta ſibi quiete properavit. Cumque in paſtorem ſuum gregis humillimi reſpiraret affectus, & ſacer Ordo in ſuis refloreret cultoribus; tantæ alacritati non defuit manus Domini, ſed lætiſſimis operariis mirandorum geſtorum plauſibus occurrit. Nam cum locus intus & extra duplici proficeret ædificio, jamque patris & filiorum intentio ſub Marthæ & Mariæ deſudaret officio; cœperunt mira fieri coram civibus cæli, quorum partem Pater Symeon de Wintonienſi Eccleſia adduxerat, partem apud Elyenſem invenerat.

Sub Abb. Symeone

reſtauratæ inſigniter diſciplinæ

C

13 Videns itaque hoſtis antiquus Fratrum concordiam in ſe conſpiraſſe, & virtutum propugnacula quotidiè adverſus eum ſuccreſcere, muros morum multiplici cœpit oppugnare verſutiâ: nec facilè inveniens qua intraret, hanc tandem malitiam in Chriſti militiam exercuit, ut quemdam adoleſcentem Edwinum nomine, tacitâ primum cogitatione ſtantem ad Completorium, coram Abbate & reliquis ad exeundum de choro ſuaderet, antequam Horæ illius Officium compleretur. Quem ſtatim cunctis ſtupentibus exeuntem crudeliter arripuit, totam illius mentem vertens in furorem, in tantum ut ſequentem ſe magiſtrum ſuum Siteardum arreptâ tabulâ percuſſiſſet, niſi provida viri ſtrenuitas majores ei vires objeciſſet. Erat autem unus ibi de Wynthonienſibus Monachis, a Godricus nomine, vir magnæ ſanctitatis & pro ſua veneratione Monachis Elyenſibus in exemplum Religionis ab Abbate adductus. Huic Deus ſpirituales oculos frequenter aperuit, multiſque revelationibus eum illuſtrem effecerat, nec erat neceſſe ad quælibet dicta ejus alium quærere teſtem, quam vitam ejus; ſcientibus omnibus eum habere quaſi hoſtem, linguam mendacem.

D

juvenem ex choro abductum

levavit;

a

14 Hic igitur, ut poſtea retulit, vidit murem quemdam quaſi puerum cucullam adoleſcentis manu fortiter tenentem, & eum poſt ſe violenter trahentem: quem eſſe damnatum ſpiritum rei exitus comprobavit. Nec mora finita ſynaxi, Abbas & Conventus exeuntes ad primum clauſtri ingreſſum, vident juvenem dæmoniacum contra omnes tumultuantem, ſæva minantem, convitiis inſultantem, & inter brachia ſe conſtringentium ictibus pedum & morſibus dentium aliquos lædere conantem. Abbas autem quoſdam ſeniorum & ſaniorum nutu ſuo levocans, nocturnum ſilentium brevi rupit colloquio: Neſcimus, inquiens, quis ei melius ſubveniat, quam illa cujus ſervus eſt Domina: cui præſentatus, velocem, ut credimus, recuperabit ſanitatem. Ite ergo, & ſub diſtricta eum ducentes cuſtodia, coram tumulo Dominæ noſtræ diligenter excubantes, ſuffragium poſtulate. Fratres vero cum Fratre, tamquam ad matrem fugientes, nocte pæne tota ſub expectatione divinæ miſericordiæ vigilavere.

qui juſſu Abbatis E

ductus ad tumbam Sanctæ,

15 Porro juvenis, imo dæmon in juvene ſacri corporis non ferens præſentiam, majore horrore aliquamdiu ſe agebat, nunc clamans, nunc tunicam dentibus ſcindens, nec parum eos vexans, quorum diligentiâ à malignis actibus arcebatur. Sicque vexatus idem duxit noctem, donec meritis ſanctæ illius Virginis parumper obdormiret, ſenſum reciperet, & poſt paululum tuum per fœdos receſſus vexatorem ejiceret: nam poſt ſomnum juvenis ad ſe reverſus nuntiavit cuſtodibus ſuis, ſe jam ſanum ſapere & de cetero penitus convaluiſſe, excepto quod ventris reſolutio inteſtina torqueret, & ſecreto exitu indigeret. Ductus ergo ad locum neceſſarium, tantam illico paſſus eſt effuſionem, acſi omnia viſcera tunderentur: & poſt ejectum furorem mentis, tantus ejicitur fœtor ventris, ut per omnes proximas officinas vix eſſet aër tolerabilis, corrupto flatu per omnes angulos ſe ſpargente, fumum ejus vix aliquo evadente: nec minor erat illa immunditia, quam ante fuerat illa veſania; ſed par [violentiæ] factus eſt uterque impetus, alter in exceſſu mentis horribilis, alter in fluxu ven-

F

illo per ſeceſſum liberatur.

cum horribili fœtore:

A THOM. EX MS.

ventris mirabilis: quasi nequissimus ille spiritus aut totus verteretur in stercus, *b* aut ipsas latrinas secum ferret ejectus.

b

16 Liberatus autem servus Domini per manum Dominæ, talia sibi de se narrantibus, tamquam nescius quid egisset, obstupuit; docens exemplo sui, quanta sit sacri conventus reverentia: cujus præsentiam subdolus tentator ad invadendum Fratrem sit veritus; extra quem ovem inveniens, sic invaserit lupus. Hæc Fratre illo jubente [non] scripsissemus, nisi tentandi eum occasio maligno insidiatori dari timeretur, putaretque sibi referri ad opprobrium, quod referendum est ad cæleste præconium. Hinc itaque finem narrationis hujus metitur series, ut apud sanas memorias sanctæ Etheldredæ potentia honoretur, & communis oratio devotissime frequentetur; nullusque Monachus in legitimis horis extra Conventum evagetur; cujus ei est ita terribilis militia, ut castrorum acies ordinata, promptus enim ubique occurrit adversarius; & si quam ultra debitos limites errantem invenerit oviculam, violenter aggreditur, vehementer gaudens.

aliis ad exemplum.

B

17 Huic miraculo successit aliud, quod auditum divina munera benignis mentibus gratiose debet infundere, hoc diverso modo, sed pari gloria celebratum. Duos à nativitate mutos humana damnavit loquela: quorum alter Ulf appellatur, alter Ælredus, conceptus intellectus non poterant linguæ officio demonstrare, obstructam habentes vocis harmoniam, suamque rationabilitatem non in vocis efficacia, sed in sola possidentes natura. Quod etiam de talibus definit Dialectica, sola eis inerat aptitudo rationis, per quam illa dicit quemlibet hominem aptum natum ad loquendum, etiamsi numquam loquendi facultas ei affuerit. Itaque ut aptitudini facultas accederet, uterque istorum, diverso quidem tempore, sed pari mente ad corpus S. Etheldredæ accesserunt, affectibus magis quam vocibus, pro vocis munere supplicantes.

Muti duo, invocatâ Sanctâ,

18 Nec defuit sanctæ devotioni Sponsa Domini; sed ad laudem Christi & suam, Ulf plenam restituit facundiam; Ælredo autem humanam voluit eruditionem proficere; & ut pueri syllabis ad plenam dictionem instruuntur, ita homo ille verba humana paulatim edoctus, plenas deinde expressit rationes. In ambobus igitur ostensum est, quid Sancta nostra valeret, & quid vellet, dum in altero signaret quantum servos suos diligeret, quorum operâ [uti] ad complendum miraculum tamquam cooperante eligeret. Posset enim summa levitate idem eodem modo utrique restituisse, nisi hanc potissimam consulendi viam alteri eorum delegasset: in quo & ipsum Dominum Salvatorem secuta est, qui cæci oculos solo sermone curasse valens, mystica dispensatione maluit luto & sputo eos ad lucem reformare. Multa quoque alia in hunc modum se habent, quæ huic Dominæ nostræ in hujus facti qualitate, non potentiam, sed similem dispensationem attribuant.

C

diversimode juvantur.

Ad alios salubriter terrendos facit,

19 Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia quæ fecit in sanctam Etheldredam, nobismetipsis facti sumus miraculum, qui tantam materiam, rethorica declamatione aut angelica voce dignissimam, insipida elocutione audemus invadere: sed nos in hac re consolatur Apostolorum simplicitas, qui fidem Christi & salutem mundi, contemptis Oratoribus & Philosophis, prædicare sunt instituti; quorum magisterio omnis disciplina subjicitur, ne in sapientia verbi evacuetur Crux Christi. Unde magis hic res quam verba fidelis auditor intendat; & sublime factum, quod simpliciter enarrabitur, tota mente & veneretur & revereatur. Et cum multa sint documenta, quæ invadentes temere Sanctorum terras & quorumlibet potentium animos reprimere poterant: tamen maxime in Picoti Vicecomitis insperato & inaudito interitu, patenter discitur quam salubriter ab unoquoque sua cuique reddantur; & proprio contentus, ne transgrediatur terminos antiquos quos posuerunt patres sui.

D

A THOM. EX MS.

20 Huic igitur Picoto, genere Normanno, animo *c* Getulo, Cantebrigiæ Comitatus forte obvenerat. Nactus est tandem leo famelicus, lupus oberrans, vulpis subdola, sus lutulenta, canis impudens, cibum quem diu optaverat; & tamquam totus Comitatus unum esset cadaver, totum sibi vindicat, totum occupat; & tamquam totum in ventrem suum insatiabilis bellua transmissura, non admittit consortem in partem suam; non Deum, non Angelum, non Sanctorum quemlibet, non denique sanctissimam illam & nominatissimam Etheldredam, quæ terras plurimas seu villas, donatione & concessione anteriorum Principum, in ipso Comitatu eatenus possederat. Convenitur aliquoties à nonnullis, dicentibus non expedire ei mutilare partem Virginis, libertatem ejus minuere, mittere falcem suam in alienam messem; contentum esse debere proprio, memorem canis & vulgaris proverbii, ne dum totum vult, totum perdat. Quibus ille respondit: Quæ est illa Etheldreda, de qua dicitis quod ego terras ejus occupaverim? nescio Etheldredam, & terras non dimittam.

c

quod Picotus Vicecomes Cantabrigien.

E

21 Audis hoc, Domine, & taces? usque quo, Deus, improperabit inimicus? Non nobis Domine, non nobis; sed inimicus improperavit tibi Domine, & homo insipiens incitavit nomen tuum. Respice in testamentum tuum, & ne obliviscaris voces inimicorum tuorum, qui dixerunt hereditate possidere sanctuarium Dei: dixit enim corde suo, Oblitus est Deus: avertit faciem suam, ne videat in finem. Audis hoc, Domine, & taces? Exsurge itaque, Domine, & contere brachium peccatoris & maligni: Quæritur peccatum illius & non invenitur. Audite insulæ, & attendite populi de longe, quid pro Domina Elyensis Insulæ fecerit Sponsus ejus, Dominus universæ terræ. Quæritur, inquit, peccatum illius, & non invenitur. A quo quæsitum? Ab eo quem nil latet. A quo inveniendus non est? A nullo prosus homine cum hodie ignoretur, quo devenerit, cur diffugerit, vel qualiter evenerit: utrum vel cum Dathan & Abyron in infernum vivus descenderit, vel cum Nabuchodonosore bestia factus in interitum totus abierit, vel alio quocumque modo damnandus sine fine perierit. Sed unum pro certo scimus, quod

terras Sanctæ pertinaciter detinens,

F

subito disparuit.

A quod in finibus noſtris amplius non apparuerit, ſed in perpetuum totus diſparuit: ipſi gloria, qui dedit victoriam de inimico.

ATHOM. EX MS.

22 Vir autem ille in populo nequiſſimus, hereditatem Domini delere arbitratus, tamquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ, ut prætexuimus de medio ſublatus eſt. Solum illum imitabatur, qui cum toto ſuo nefando collegio de cælo in tartarum ruit: habuit namque ſequaces mente cordis ſui. Inter quos malitiâ repletus, boni neſcius, Gervaſius nomine, iræ artifex, inventor ſceleris confudit faſque nefaſque: cui Dominus ejus jam dictus Picotus, tamquam ceteris fideliori, pro ſua pravitate totius Vicecomitatus negotia commiſerat. Hic hominibus S. Etheldredæ valde infeſtus erat; & tamquam ſpeciale bellum contra eam ſuſcepiſſet, omnem ejus poſſeſſionem quacumque potuit gravedine impugnabat. Quiſquis ergo, qualibet cauſa per eum gravatus, nomen Sanctæ ut parcius urgeret ei propoſuiſſet; hunc ligabat, hunc damnabat, hunc frequenter in cauſam vocabat, hunc crudeliter

ejuſdem Picoti miniſter Gervaſius,

B attractabat.

23 Abbas vero quotidianas hominum ſuorum ægre ferens querelas, præcepit Conventui ſeptem pſalmos coram ſanctæ Virginis tumulo, ad impetrandam ab ea miſericordiam decantare. Nec mora: Abbas ipſe vocatur in cauſam, & dies & locus faciendæ diſceptationi conſtituitur. Fratribus itaque ſolicitis ad orationem, Abbas ſuſcipit profectionem. Jamque in itinere conſtitutus, audit rebellem cauſidicum miſerabili morte vitam terminaſſe. Cujus rei ſeries ita ſe habebat, ut ea nocte, cujus die ſequente Abbas illuc erat venturus, S. Etheldreda cum duabus ſororibus ſuis, inſtar Abbatiſſæ, cum virga Paſtorali ei adſtaret, iratæ ſimillima, voceque terribili hoc eum modo increparet: Tune es ille, qui homines meos, quorum patrona ſum ego, me contempta toties vexaſti, nec adhuc ab Eccleſiæ meæ inquietatione deſiſtis? Habeas igitur iſtud pro mercede, ut alii per te diſcant familiam Chriſti non vexare. Tulitque baculum quem gerebat, & graviter aculeum ejus loco cordis, tamquam eum perfoſſurus inſeruit. Deinde ſorores ejus S. Withburga, & S. Sexburga duris baculorum ſuorum ſtimulis eum pupugerunt.

ab invocata contra eum Sancta,

& à ſororibus ejus in viſione percuſſus,

C

24 Ille vero gemitu terribili & clamore horribili totam conturbavit circumjacentem familiam; omnibus audientibus dicens; Domina miſerere. Quo audito accurrunt famuli, cauſam doloris inquirunt: fit ſtrepitus circa jacentem: & ille illis: Nonne videtis, inquit, S. Etheldredam abeuntem, quomodo mihi transfixit pectus baculi ſui aculeo, ſimilia facientibus ejus ſanctis ſororibus? Ecce, iterum me fixura, revertitur; jamque moriar, cum denuo me fixerit. Et his dictis, expiravit. Quo ita conſummato, itur Abbati obviam, res narratur, Abbas revertitur, & per totam patriam rumor diſpergitur. Fit timor Sanctæ per omnes vicinos, multoque tempore nullus Procerum, judicum, Miniſtrorum, & cujuſcumque poteſtatis hominum quidquam audebat in Elyenſem poſſeſſionem, ſancta Virgine res ſuas viriliter ubique protegente. In quo patet, quam mirabilis ſit Deus in Sanctis ſuis, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum Amen. D

miſere expirat.

ANNOTATA D. P.

a *Quomodo Wintoniâ accerſiti Monachi ſint, veluti ad reformandos Elyenſes, plenius narratur infra num.* 25.

b *In ecgrapho* Stanciæ, *Italis latine conclavia dicuntur: ſic vero videntur pro latrinis ſumi, ſeu potius pro ipſis excrementis, ſicuti Hiſpani* Camaras *dicunt.*

c Getuli *populi Africæ à perfidia noti, in quibus & Pœni ſive* Carthaginenſes: *niſi forte legendum,* Gentili.

CAPUT III.

Sanctæ patrocinium efficax experti Elyenſes ſedata mortalitate & turri ſervata ab incendio.

25 MIſericordias Domini in æternum cantare, verbis admonemur Prophetis. Unde ne ingrati beneficiorum Dei probemur, eum laudare perpetuo & glorificare condecet, qui mortificat & vivificat, humiliat & ſublevat; & in hac re, quam licet minus docte corripimus, indignationem & gratiam, judicium & veritatem inceſſanter attollamus: in prædicti etenim tempore Symeonis geſtum eſſe quod narramus, pia fidelium relatio commendat. Hic contumelioſe à Monachis correptus, eo quod indebite benedictionem ab Epiſcopo Lincolnienſi, contra morem loci (ut ſupra meminimus) ſuſciperet; diſſimulatâ irâ, non ſopitâ, cum illic gregem pium & bonum, & in divinis deditum ſtudiis comperiſſet; nihil ſe egiſſe æſtimavit niſi officia loci externis aliunde adductis manciparet. Cumque hoc rationabiliter nullatenus fieri valeret, apud Regem obtinuit, ut ipſius auctoritate roboratus numero decem Monachos de Wintonia adduceret; quibus, ut cogitavit, tam exterius quam interius miniſteria ſubegit. Unde incommoda huc uſque Eccleſia graviter perpeſſa, mœrens dolet ſicut ex ſequentibus docetur. E F

Pſal. 88, 2

Fratrum, à Simone Wintonia adductorum,

26 Unus autem ex his, nomine Godricus, religione ac pietate præditus, velut ſtella inter nebulas effulgens, curam Eccleſiæ pro ſua veneratione adeptus eſt; ſoluſque per omnia divinæ voluntati, non feritati ſive dominationi, ut mos eſt extraneorum, ſtudens, quæ Chriſti ſunt ſapiebat, vigiliis continue per noctes, pſalmis ac meditationi per dies, totus deſervivit. Cujuſdam vero noctis hora, poſt conſuetas Fratrum vigilias, inter ipſa cordis ſuſpiria & crebra orationum devote precamina, cum ſenilia membra à debita carnis quiete longius protrahendo fatigaret, viribus defecit, ac potius ſedendo quam jacendo dormivit, & ei [ſive vigilanti] ſive in ſomnis talis oſtenſa eſt viſio. In exceſſu mentis effectus, ſubito in cælum ſe raptum eſſe conſpicit. Revera quod narramus, tamquam ille Frater qui viderat nunc ſuperſtes edixiſſet, nulli fidelium fiat ambiguum. Vidit itaque venerandus jucunda valde & digna

optimus unus Godricus,

mi-

raptus in extasim,

memoriæ, omni plena gaudio; miserationes videlicet quas fecit Dominus & ostendit nobis. Sed solet evenire, ut multa quælibet & magna, apud homines quasi gravia non sint, minus caute & non corrigenda æstimentur; ante interim judicis oculos quanta animadversionis subtilitate discutiantur, quod levia minime fuerunt (ut ex hac re colligitur) sed penitus displicuerunt, certis rerum indiciis etiam de cælo aliquoties revelatur. Sed æquitas judicis, dum de nostra culpa provocatur ad ultionem, ejusdem bonitas districtionem severitatis, in mansuetudinem convertit lenitatis: quod sanctæ memoriæ Papa Gregorius insinuat, dicens; Severitatem Regis, in mansuetudinem commutavit misericordia Redemptoris. Nunc qualiter res [acta] sit audiamus.

videt Sanctam aeprecari plagam, cœnobio suo intentatã;

27 Vir ille, in summo cæli solio, ante tribunal gloriæ & majestatis Dei, ut sibi videbatur, sistitur: cui adstabat Regina, claritate sidera sed gemens & anxia pro suis famulis & filiis, tota precibus infusa, misericordiam Tonantis suppliciter exorabat. Porro eminus quamdam conspicit personam, arcum habentem in manu cum sagitta extentum, missam à Domino versus Ecclesiam ad percutiendum: sed motus prece suæ Virginis dilectæ miserator Dominus, quem ad ulciscendum ante direxerat, nunc revocari jussit. Statimque ..... revocatus, telum ab internicie *a* deposuit. His visis vehementissime per soporem turbatus, evigilabat; ordinemque visionis pertractans, secum cum gemitu revolvit; & non nisi ad dispergendum hunc quem cernebat intellexit esse missum: super hoc quoque cum lacrymis Deo supplicandum credidit, ut qui Ninivæ misericorditer pepercit, & nobis veniam non deneget peccati. Eodem tempore plures de Monasterio in mortis somnum rapiebantur, nonnulli graviter invalescebant; pars multa fratrum jacebat languida in domo infirmorum, morti per corporis languorem jam proxima. Unde fit timor magnus in universis, cum collegam aut mortuum aut moribundum coram se aspicerent; ac, si quisquam eadem clade premeretur, alternâ confessione peccati rubiginem abstergere festinavit.

multis autè morte vel morbo correptis,

dum suas quoq; preces intendit,

28 Et factum est dum sic expedite cuncti circa salutem vigilanter intenderent; ut de more jam dictus Frater cum luctu & lacrymis, pro Fratrum salute, & pro loci juvamine apud Deum se prorsus affligeret, donec gratiam à Deo & B. Etheldredæ suffragium obtineret. Et dum pervigil orando sequenti nocte indefessus assisteret, talia in somnis denuo aspicere meruit. Adjecit itaque Dominus iterum sua ei revelare magnalia & vidit, & ecce circa majus altare, ubi corpora beatarum Virginum delitescunt, attollens oculos, ibi tamquam hominum formæ, in specie muliebri, de tumulis earum surrexerunt, Sanctimoniali indutæ habitu, bacula gestantes in manibus: quas profecto æstimavit sanctas esse Dominas nostras, Etheldredam, Wythburgam, Sexburgam atque Ermenildam. Inde procedentes per chorum in Claustrum, sic usque ad domus infirmorum devenerunt. Quas lento pede subsecutus, illic moram per tres vel quatuor horas agere concepit. Illa vero Domina & Advocata nostra, post Deum & ipsius Genetricem solamen & spes unica, sicut Mater in filios pia semper gestans viscera, per gyrum in domo cujusque lectum adiit, caput manu ad cervical suavissime tetigit, & orâ clamydis suæ & manicâ quidquid pulveris aut squalloris erat tergendo abegit.

videt eamdem cum sororibus solari infirmos,

29 Quibus per idem revertentibus obviam assistere, licet timidus, paravit: sed vultus ipsarum claritate turbatus, vix demum procedere ausus est; & quænam essent, vel quid tunc per officinas gyrarent, cunctis in discrimine mortis laborantibus, ut edicant, suppliciter rogat. Quarum una, hesterna satis visione cognita, præcedens alias, velut dissimulando ad eum propinquavit, hisque cum cœpit verbis alloqui: Ego quam cernis Etheldreda sum, loci hujus hera: pro vestris apud Deum excessibus interventrix assidua, quam inter Choros Beatarum Majestatem Dei exorare in transactæ noctis medio contemplari meruisti: & nunc ad domum infirmorum sum progressa, cum meis dilectis Sororibus, in hac mortis clade simul eis ferre salutis subsidia. Quo dicto, à somno ipse dissilivit, ac visio cælestis disparuit. Et ecce contigit ut omnes qui languebant ex diversis infirmitatibus, repente convalescerent; & quorum languor extitit similis ad exitum, per sanctæ Etheldredæ meritum cunctos simul sanitas revocaret ad vitam. Mane autem facto Abbas & vix pauci discrimen illud evadentes, diluculo surgentes ad invaletudinarium properant, ubi forte funeris ægroti periclitabantur: sed nunc omnes gratiâ Dei, per atrium deambulando glorificantes Deum, pro sua sospitate atque salute, prospexit: ac de quibus serò nulla fuit fiducia respirandi, jam prorsus remedium absque diminutione virium melius quam prius adhibetur. Tunc recordati sunt verbi quod dictum est ad illos, de Fratre qui visionem narraverat, mirantes super omnibus quæ acciderant.

A THOM. EX MS.

qua professa se eorum esse Patronam,

omnes simul convaluisse inveniuntur:

30 Adhuc contigit aliquid & hoc [non minus] mirandum miraculo. Abbas enim & Fratres eventum rei, ad monimentum castigationis, ut posteris innotesceret, describi summopere cupierunt. Intererat tunc Monachus quidam, Gocelinus *b* nomine, disertissimus; undique per Angliam vitas, miracula & gesta Sanctorum Sanctarumque in Historiis, in Prosis, dictando mutavit. Cum autem ille alius, per voluntatem Dei oculo cordis dilato, secreta penetravit cælestia; tunc iste, non somno pigritiæ indulgens, eodem momento & hora circa Prosam Ætheldredæ, cujus initium est, Christo Regi sit gloria *c*, fortuito intendebat; in qua etiam infertur Versus, Adstat à dextris Regina, interventrix alta, hæc dat terris miracula. Quod divina inspirante voluntate, adhuc facti nescius, miraculum ita componendum figuraliter excepit: & dum produxit in publico, Deo gratias sanctæque Ætheldredæ cuncti dixerunt; prosamque deinceps, ob memoriam venerationis illius, decantari decreverunt. In hoc toto tria memoranda conspiciuntur; primo, ne Deus & Dominus noster, irritatus aliquando malis nostris, punire cogatur: secundo, ut in misericordia ejus sperantes non defi-

eademque nocte insciis rei Gocelinus.

b

c

scribit Prosam de Sancta quæ porro cantanda assumitur.

A deficiamus, nec in proſperis nec in adverſis. Tertio, ut glorificemus eum, qui uti vult, & cui vult, & quantum vult, ſpirat. Ipſi gloria per ſeculorum ſecula. Amen.

A THOM. EX MS.

d Raptoris animam ad pœnas videt trahi Abbas.

31 His vero diebus Comes de Warenne *d* Willielmus, quaſdam villas & terras Ethelredæ à Fratribus Elienſibus violenter detinuit: unde ſæpe ab Abbate correptus, nec correctus, miſerabili morte diem clauſit. Cumque valde procul ab inſula Elyenſi hoc fieret, Abbaſque noctu in dormitorio cæleſtia meditans quietus jaceret, audivit ſubito animam Comitis à dæmonibus portatam, diſtincta & cognoſcibili voce clamare: Domine miſerere Domine miſerere. Statimque in craſtino Capitulo, omnibus Fratribus quid audiſſet, & quod Comes ille defunctus eſſet, narravit. Necdum certe alios niſi rumores audierat: ſed poſt tertium aut quartum diem uxor ejus centum ſolidos pro anima ipſius Elyenſi mittens Eccleſiæ, ipſam fuiſſe mortis ejus horam mandavit, quam Abbas indicaverat. Centum vero ſolidos ejus, nec Abbas nec aliquis Fratrum dignatus aut auſus eſt ſuſcipere, non putantes eſſe *e* tutum

B *e* damnati pecuniam poſſidere. Ceterum de ſuis nemo in poſterum extitit, damnati parentis culpam timens vel præcavens: ſed rapinis ejus eo licentius æſtimant inhærere, quod idem maleficus raptor bona Eccleſiæ & Sanctuarium Dei in hereditatem poſſidet, ut cum ſceleſto patre pœnis æternalibus lugeat, qui jus Dei & S. Etheldredæ temporaliter vindicat & ſibi detinet.

Ardente per fulmen turre

f

g

32 Anno itaque incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo undecimo, à tranſitu Almæ Virginis Etheldredæ quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, ab exordio vero Epiſcopatus *f* quarto, incipiente jam nocte ſecundæ feriæ, *g* facta ſunt tonitrua magna & fulgura horrenda uſque ad mediam noctem; & turris S. Petri, quæ eſt in porta Elyenſis Eccleſiæ ſita, à ſummo cacumine, igne fulguris eſt accenſa: ſed Dei miſericordia ſubveniente, & Sanctorum meritis ſuffragantibus, mirabiliter ab igne eſt erepta: mirabiliter erepta eſt, dico: quia res eſt inuſitata, ignem ex fulgure accenſum

C aliquando fuiſſe atque extinctum. Nam & homines qui ad eripiendam turrim in medio flammæ ſcalis aſcenderant, nec ignis æſtuans, nec ferrum candens quod manibus nudis tractabant, nec plumbum ſuper capita eorum & dorſa ſtillans aliquid lædebant: quidam etiam prunas ardentes in manibus tenebant, nec cremabantur. Conferatur ignis iſte cum igne Babylonico, qui fragilibus ſuccenſis materiis nocivas vires ex ſubjectis fomentis naturaliter proferebat. Iſte de ipſo lapſus ignis firmamento, naturæ ſuæ vires fragore horribili & potenti exurebat incendio, ictu fulgureo flamma vehementer coruſcans, ligna & metalla conſumens, nec homines lædens: ille vero tanto inferioris poteſtatis, quanto cæleſtia differunt à terrenis, qui per longa intervalla & arentes vix conſumebat materias, tribus tantum pepercit hominibus, virtutem magno quidem teſtatus miraculo, ſed in parvo monſtratus numero. Iſte autem trabibus irruentibus factus eſt tractabilis, cum nec ferro, nec ipſis lapidibus parceret; nec jam eſſet ardor phantaſticus, ſed veriſſimus, D qui in ſolidis materiis & in firmis corporibus oppoſitos effectus operabatur, in altero ſubtrahens quod noceret. Placeat igitur, utrobique divinum miraculum Deique virtutem tota ſeculi ſucceſſio concelebret, per quam ſimilia pæne damna evaſit & trabes in turre, & tres viri in fornace.

ſervantur trabes hominesque

majore quam Babylonicæ fornacis miraculo.

ANNOTATA D. P.

a Internicies *pro* Pernicies, *non facile invenies, hinc tamen* internecinum *deducitur: notat autem Matthæus Weſtmonaſterienſis, quod* fuit mortalitas maxima, animalium *quidem, an.* 1111; hominum *vero,* 1112.

b *Non eſt hic* Jocelinus Monachus de Furneſio *in Lancaſtria, Ciſtercienſis Ordinis, qui Vitam S. Patricii* 17 *Martii à me illuſtratam,* colligere diſperſam, ordinare confuſam, & Latini magis ſermonis ſapore condire ſtuduit. *Hic enim id fecit poſt an.* 1180, *adeoque fuit eo de quo hic agitur, ſeculo uno junior: videndum tamen an non multæ Vitæ huic ſeniori adſcribendæ ſint, quæ alias juniori adſcriberentur.* E

c *Optandum eſt ut hæc Proſa aliunde emergat in lucem.*

d *Ethelredus Ab. Rievall. inter* X *ſcriptores Angliæ col.* 369, *inter liberos Mathildis & Pii Regis Stephani nominat* Willelmum Garenniæ & Boloniæ Comitem; *& Simeon Dunelmenſis ibidem col.* 275 *narrat, quomodo* Wilielmus de Waren Comes, *cum S. Ludovico ad bellum ſacrum profectus, an.* 1148 (*imo* 1147) qui cuſtodiam poſteram Chriſtiani exercitus obſervabat, à Paganis interceptus periit. *Quæ quidem eamdem perſonam ſpectant: non tamen eum de quo hic agitur, utpote diu ante in Anglia mortuum.*

e Damnatum in anima, *dicit titulus hujus Capitis: dubitari tamen poteſt, an anima, audita Domini miſericordiam implorare, plus quam ad Purgatorii pœnas rapta ſit.*

f *Atqui conſtat Epiſcopatum erectum anno* 1108, *ſanctam vero mortuam* 679; *corrigendus igitur fuit error librarii, pro* MCXI *legentis* MCIX, *& ad longum ſcribentis* nono.

g *Videtur librario excidiſſe indicium Dominicæ vel Hebdomadæ, reſpectu cujus hic dicitur* Feria 2. F

CAPUT IV.

Captivus à vinculis per SS. Benedictum & Etheldredam ſolutus.

33 ADhuc in laudem beatiſſimæ Virginis Etheldredæ memorantes rem noviter geſtam, relatione dignam, non immerito audientibus ſuavem, retinentibus utilem, adhuc neſcientibus fortaſſe profuturam, notificare volumus. Tempore Henrici Regis Anglorum, Ducis Normanorum, anno Regni ſui in Anglia decimo ſexto, *a* Comitatus in Normannia, decimo in Provincia Elyenſis Eccleſiæ, erat quidam homo in villa quæ vocatur in Catarich, nomine Brithſtanus. Hic in mundanis turbinibus, ut mos eſt hominum, & adverſitatibus natus, & in eiſdem puerilibus alimentis ac perfectam uſque

An. 1116

a

que

A que ætatem conſuete educatus, mundi retibus flagitioſis magis ac magis tunc cœpit eſſe irretitus, in tantum ut ex uſuris infelicibus acquiſita, nec omnino aliunde victui ſuo alimenta provenirent. In quibus flagitiis cum diutiſſime vita ejus verſaretur, decidit in tantam corporis ſui ægritudinem, ut ad ultimum finitimus morti videretur. Cumque tam intolerabili infirmitate aliquamdiu detineretur, divinâ gratiâ (velut rei exitus probavit) inſpiratus, ſeſe ſub Monachali habitu ſanctæ Virgini Etheldredæ mancipaturum in ejus monaſterio, quantum ſibi de ſuperſtite vita reſtabat, fideliter promiſit. Nec mora: collectis in unum & aſſumptis ſecum omnibus quæ habuit, promiſſum cupiens implere, monaſterium Virginis devotiſſime adiit, Domino Hervæo Epiſcopo iſtius loci temporis paſtoralem curam gubernante; à Monachis miſericordiam petiit, ſe ſuaque ditioni eorum tradens.

fœnerator pœnitens,

volens ex voto monachus fieri,

34 Sed, proh dolor! ille iniquus, per cujus invidiam de paradiſo Adam recidit, illius poſteritati uſque ad noviſſimum qui venturus eſt invidere minime ceſſabit. Verum Deus, qui miſericorditer omnia ſuaviterque diſponit, ſemper velut opus de malis bona & de bonis meliora facit. Audito ergo à multis rumore prædicti viri, Religionis habitum arripere cupientis; quidam Henrici Regis miniſter, ſpecialiter autem diaboli ſervus, Robertus nomine dictus, & Malanteis cognomine vocitatus, magiſtri ſui doctrinam, qui ſemper mentitur ac decipit, ſecutus advenit, & ne vir ille Religionis habitum indueret ex Regio nutu prohibuit; dicens, eum furem eſſe, pecuniam Regis in latrocinio habere ac celare; & ut criminis hujus judicium & pœnam evaderet, non cauſa æternæ ſalutis, Monachatum quærere. Quid plura? Sub fidejuſſoribus tandem miſſus, ducitur ad judicium Radulpho Baſſo ſedente pro tribunali, congregatis etiam provincialibus univerſis apud Huntendunam, ut mos eſt in Anglia; adfuit & prænominatus Dominus Hervæus Epiſcopus Elyenſis, cum Abbatibus Reynaldo Rameſcienſi, & Rodberto Thornyenſi, necnon Monachis & Clericis pluribus.

B

ſed à Regio miniſtro impeditus,

per calumniam de peculatu accuſatur,

C

35 Ne longius protraham; accuſatus ille præſentatur, crimina ſibi falſo impoſita renovantur: ille non acta negabat, quod non fecerat confiteri nequibat. E contra de mendacio arguitur, deridetur, convitiis afficitur. Poſt plurimas vero ſibi illatas ..... ſine merito contumelias, velut Suſannam præjudicaverunt: ipſe cum omni poſſeſſione ſua ditioni Regis tradendus [decernitur]. Deinde ſub cuſtodia ligatus ac Lundoniam ductus, in carcerem obſcurum retruditur, ibique vinculis ferreis ſatis ponderoſis fortiter & contumelioſe conſtrictus, famis, & frigoris cruciatibus diuturnis non modico tempore coarctatur. Poſitus autem in tali miſeria divinum auxilium pro poſſe ſuo & ſcientia, tam gravi neceſſitate cogente, adeſſe ſibi poſtulabat. Sed quia merita ſua permodica, vel ut melius dicam nulla eſſe credebat; hoc per ſe impetrare diffidebat S. Benedictum, cujus ſe præceptis (ut dictum eſt) ſubditurum devoverat; necnon S. Etheldredam Virginem, in cujus monaſterio hoc idem ſe facturum præviderat, corde lacrymabili & voce qua poterat inceſſanter advocabat. Hinc itaque oneratus & conſtrictus ferro, hinc frigore cruciatus, illinc fatigatus jejunio, miſerabilem vitam, qui pro certo mori mallet quam infeliciter vivere, integris quinque menſibus lugens in tenebris ſuſtinuit; & videns nullum ſibi humanum penitus adeſſe ſubſidium, S. Benedictum & S. Etheldredam continuis gemitibus, ſuſpiriis, ſingultibus, quandoque lacrymis corde vel ore ruminando provocare non ceſſabat.

& condemnatur;

qui carceri inclauſus,

D

A THOM. EX MS.

SS. Benedictum & Etheldredã invocat,

36 Quid plura? Nocte quadam cum ſigna per urbem ad nocturnas laudes pulſarentur, & ille in carcere, cum in ceteris anguſtiis ab omni cibo triduum continuaſſet; jejuniis jam pæne deficiens, & de corporis reparatione penitus deſperans, nomina ſupradictorum Sanctorum flebili voce repetebat. Sed Deus clemens & miſericors, qui factor totius bonitatis indeficiens permanet, qui nullum in neceſſitate poſitum ſpernit, neminem pro potentia vel divitiis eligit; ſatis oblatam, & propter deſiderii augmentationem & ut adepta magis diligeretur dilatam, tandem ingemiſcenti miſericordiam ſuam exhibuit. Adſunt enim clamanti S. Benedictus & S. Etheldreda, cum ſorore ſua Sexburga. Ille vero prævium lumen, quod Sanctos antecedebat inſolitum, adeſſe expaveſcens; manu ſua oculos ſuos aperuit: venientibus autem Sanctis cum ipſo lumine, S. Etheldreda ſic ei locuta eſt: Quid nos, inquit, Brithſtanc toties lacrymis pulſas? quid nos tantis clamoribus commoves.

& ab iiſdẽ, magno in lumine apparentibus.

E

37 Ille quidem jam debilitatus jejunio, cum ſe nominatim vocatum audiſſet, quaſi in exceſſu mentis redditus, & gaudio repletus pro tanto miraculo, nihil omnino reſpondere poterat. Tunc Sancta ſubjungens ait: Ego ſum Etheldreda quam tu toties invocaſti: hic mecum adeſt S. Benedictus, ſub cujus habitu te Deo ſerviturum devoviſti, & à quo auxilium multoties popoſciſti. Vis liberari? Audita hac voce, revixit ſpiritus ejus, & quaſi de ſomno evigilans, ait: Domina mea, ſi aliquo modo vivere poſſum, ab iſto execrabili carcere exire vellem. Sed jam me diverſis anguſtiis ſic afflictum video, quod amiſſis viribus corporis omnibus, evadendi ſpem nullam ulterius habeo. Cui Sancta; Non ſic, inquit, ut ais rationis expoſtulat ordo, imo te vitæ donatum in eccleſia mea, ut propoſuiſti, volo tota ſuperſtite vita mihi mancipatum. Tunc ſancta Virgo, converſa ad B. Benedictum; Eia, inquit, Domine Benedicte, fac quod juſſum eſt à Domino. Ad hæc verba vir venerabilis Benedictus, homini compedibus vincto appropians, digitum in annulo ferreo, inter duas compedes medio miſit; & quaſi levi conatu trahens compedes, illas jam Dei nutu fractas, de pedibus vinculati, nihil illo ſentiente, extraxit.

F

compedibus fractis ſolvitur:

38 Cum vero illas ab eo removiſſet, de manu quaſi indignans projecit; trabemque maximam ſolarii tam fortiter percuſſit, ut de ſonitu tantæ percuſſionis cuſtodes, qui ſuper ſolarium jacebant, exterriti evigilati ſint. Qui timentes effugiſſe vinctos, accenſis

harum ſonitu excitis cuſtodes.

A luminibus festinanter ad carcerem: invenientes autem ostia penitus integra ac firmata, adhibitis clavibus intraverunt. Videntes vero illum quem ligatum dimiserant, solutum; magis mirati sunt: & interrogantibus de tanto sonitu quem audierant, vel quis eum fecisset, qui & compeditum solvissent; alius quidam in carcere cum eo ligatus, illo tacente, respondit: Nescio, inquit, quæ personæ cum maximo lumine carcerem intraverunt, & cum isto socio meo plura locuti sunt: sed quid ei dicerent vel facerent, ipsum, qui melius scit interrogate. Et conversi ad illum dixerunt: Dic nobis, quid audisti. Et ille: Sanctus, inquit, Benedictus, cum S. Etheldreda & Sorore sua Sexburga, hic affuerunt; compedes de pedibus meis abstulerunt: si vero non creditis mihi, vel oculis vestris credite.

A THOM. EX MS.

quid actum sit intelligunt,

& Reginæ nuntiant:

39 Ille autem viso miraculo, nec inde dubitantes, mane facto Matildæ Reginæ, quæ tunc forte in eadem urbe erat nuntiaverunt. Quæ confestim quemdam ex Curiæ Capellanis, Radulphum nomine, quatenus audita, B utrum vera essent an non, perquireret, ad carcerem misit. Veniens, videnſque quomodo compedes illæ fuerant fractæ, audiens etiam per socium ejus de personis tribus, qui cum lumine carcerem intraverant, de verbis quæ locutæ fuerant, de sonitu quem fecerant; & animadvertentes hæc indubitanter divinitus contigisse, abundanter cœpit flere: & conversus ad Brithstanum ait, Frater servus tum S. Benedicti & S. Ætheldredæ, in eorum timore mecum loquere: at ille respondit: Si servus es Sanctorum prædictorum, bonus est adventus tuus. Ista vero, quæ vides vel audis circa me patrata, vera scias esse, non magica. Radulphus autem apprehendens illum, ad præsentiam Reginæ & multorum qui aderant Primatum terræ, gaudens & plorans duxit.

ab hac missus Capellanus captivum educit:

40 Interim rumor ille, ocior qualibet volucre, totam urbem Lundoniæ pervolans aures omnium pæne civium attigit. Tunc cives undique in cælum clamores attollunt; omnis sexus & ætas in commune Dominum benedicunt; & ad Curiam, ubi ductum eum

qui per urbis ecclesias circumiës,

C esse audierant, currunt: lacrymas lætitiæ quamplurimi fundunt, ceteri mirantur quę vident vel audiunt. Regina vero, gaudio repleta pro tanti novitate miraculi, jubet per omnia civitatis monasteria signa pulsari & ab omni ecclesiastici Ordinis Conventu laudes Deo decantari. Cumque ille quamplurimas civitatis ecclesias devotas, Deo gratias referens, ex abundanti gaudio suæ liberationis visitaret; turba multa per vicos eum sequebatur & præcedebat, & quasi novum hominem unusquisque videre cupiebat. Cum autem B. Petri Basilicam quæ Westmonasterium *b* nuncupatur, devenisset; Abbas ejusdem loci Gilebertus, vir litteris liberalibus & divinis eruditus, cum omni grege monachorum obviam illi processionem extra monasterium duxit: dicebat enim, Si hominis alicujus mortui Reliquiæ in ecclesia festivè recipi deberent; multo magis vivas Reliquias, hunc hominem videlicet, honorifice suscipiamus, de mortuo namque, ubi sit spiritus ejus, nos adhuc in fragili vita positi dubitamus: de isto vero, quod à Deo, qui nihil injuste facit, in præsentia nostra visitatus ac liberatus sit, non ignoramus. D

b in Westmonasterio honorifice excipitur,

41 His completis, Regina bojas sperabat in suo arbitrio easdem habere: sed ab illis seperari nequaquam voluit, donec ad cœnobium S. Ætheldredæ Virginis & Reginæ eas deferret, per cujus interventum se à vinculis cognosceret redemptum. Regina itaque, ratione audita, nullam ei intulit violentiam; sed jussit eum honorifice provehi ad locum supradictum. Quem de civitate exeuntem juvenes stupebant & senes, Virgines mirabantur & viduæ, utriusque sexus innumerabiles perspiciebant populi, Deo gratias omnipotenti referentes. Nec minus dum ad memoratum pervenit cœnobium, Episcopus & omnes Fratres obviam ei, collaudantes Deum & S. Ætheldredam eorum interventricem, cum processione procedebant. Ibique propositum suum fecit, Monachi suscipiens habitum: bojas autem, quibus compeditus fuerat, in eadem ecclesia ante altare suspensas, quasi memoriale tanti miraculi, ad populi spectaculum posuerunt, ad laudem Domini nostri Iesu Christi, cui sit honor & gloria per seculorum secula. E

deinde in Ely perductus ab Episcopo,

ibi bojas suas suspendit.

42 Aliud etiam miraculum, quod per ejusdem gloriosæ Virginis merita quæ Virginum Sponso mentis & corporis integritate complacuit, in prædicta ecclesia gestum est, pro sui magnitudine silentio prætereundum non est. Contigit itaque quemdam, Præpositi ejusdem loci fratrem carnalem, adeo gravi & intolerabili dentium dolore torqueri, ut nec cibi refectio, nec soporis ei prodesse valeret ulla perceptio. Hujus igitur tormenti angustiâ obtesus, miser pæne [animam agebat, & caput] *c* præ nimio ardore versus maxillam unde dolor processerat, in aquam sæpius mittebat, ut vel sic furoris illius immanitas mitigaretur, & ad momentum aliquantula requies posset deretur. Sed licet hac industria illam inquietudinem minus molestè toleraret; nullum tamen ei exinde remedium provenire poterat. His tandem & aliis ad obtinendam salutem incassum elaboratis, ad ecclesiam Elyensem iter direxit; & à fabro qui ibidem commanebat, & hujusmodi artis peritiam callebat, dentem doloris materiam retexit: sed idem instrumentum fractum reliliit. Irâ ergo, pro instrumento confracto, & omnis subventionis cassato studio, vehementer accensus, ferrum de manibus in terram projecit, ægrum foras excedere præcepit, donec ipse ferrum aptaret, quod sui languoris materiam radicitus extirparet. Qui foras egressus, quid ageret, quo se verteret, anxius hæsitabat.

Intolerabili odontalgiâ cruciatus,

c

fracto quo dens erat extrahendus ferro,

F

43 Salubri demum consilio tactus, ad divinam miserationis medicinam se contulit; sciens & fideliter credens, se per hanc, si adesse dignaretur, ab omni ægritudinis molestia posse salvari. Reducens igitur ad memoriam qualiter B. Etheldreda paulo ante captivum quemdam à compedibus liberaverit, qualiter easdem compedes per ejus merita gloriosa virtus divina confregerit, quam pia & quam potens in hoc negotio extiterit, ad ejus ecclesiam celeri gradu properavit, plenus devotione; compedibus, ante altare ad

ad Sanctæ ecclesiam confugiens

A ad ejus reverentiam dependentibus, non ſemel ſed ſæpius oſcula infigit ; & ſanctæ Virginis pietatem pariter & potentiam ſibi declarari, in tanti doloris anguſtia & neceſſitate, ſummopere poſtulavit. Ibi adimpletum & oſtenſum eſt, quod vera & ſumma veritas ad corroborandas mentes fidelium prædixerat, Petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis : huic enim pulſanti divinæ miſerationis aperta eſt janua, ut in ſequenti rei exitus declaravit. Poſtremo cum ingenti devotione compedibus ſæpius deoſculatis, in quibus virtus divina meritumque glorioſæ Virginis apparuit ; annulum qui inter compedes erat, maxillæ admovit, dentem exinde terigit ; &, quod dictu mirabile eſt, poſt tactum tanta ſudoris copia de ejus corpore emanavit, ut eum aquâ largiſſime perfuſum minime dubitares. Quid ex hoc facto animadvertendum eſt, niſi cum ſudore etiam doloris moleſtiam, per B. Etheldredæ merita & interceſſiones, ſimul abſceſſiſſe ? Ille vero Deo & glorioſæ Virgini gratias agens, Deo operanti, & Virgini imploranti ; cum ſoſpitate & lætitia reverſus eſt ad propria, divina circa ſe pietatis circumquaque divulgans beneficia.

Joan. 16, 24

attactu prædd. bojarum ſanatur.

B

ANNOTATA. D. P.

a *Id eſt*, 1116, *cœpit enim regnare* Henricus, *poſt obitum fratris ſui Guilielmi Ruſi*, *an.* 1110 ; *&* 1106 *victo fratre ſuo majore Roberto obtinuit Normanniæ Comitatum.*

b Weſtmonaſterium, *juſtum per ſe oppidum foret, niſi Londinenſibus ſuburbiis accenſeretur, ab Occidentali ad urbem reſpectu nomen habens, fundatum à S Auguſtino.*

c *Simile quid hic omnino addendum, ut ſenſus habeatur.*

CAPUT V.

Epiſtola Radulphi ad Elyenſes de curatione ſua, angina letali periclitantis & claudicantis.

C

44 BEnignis Dominis & Fratribus ſuis, quotidianis miniſtris virtuoſæ Virginis & præpotentis Dominæ & S. Etheldredæ, Radulphus miſerabilis peccator, & dono Winicenſis *a* ſcholæ vocatus Monitor veræ ſalutis, æternum gaudium. Cum pro pluribus beneficiis ſuis, Virgini Chriſti, Virginis Matris filio, Virginique ſanctæ ſimul Etheldredæ, perplures actiones gratiarum debeam ; ecce mihi quod viſu mirabilius, quod jucundius, quodque recentius eſt ; ſed & juſſioni veſtræ humiliter obedire præcipuum duxi, & ſecundum capacitatem memoriæ meæ, nihil veritate aberrare atteſtans omne quod eſt ſacrum. Ille potens, ſcelerum qui non eget indice, vindex, intuitus cujus perluſtrat opaca, remota, & ſecreta quælibet, ſingulariter etiam cordium noſtrorum latebras evidentiſſime penetrans, apud me circa me ut *b* reatus in eos ſermone brevi eſt, ſenſu tamen ampliet cunctam mali aſſuetudinem, cunctamque boni deſuetudinem. Nam quid attinet bonorum ſimulatio vel malorum diſſimulatio, cum de neutra bonus fructus procedat ? Quid etiam bona opera pro terreno lucro facta, vel pro terrena gloria ; cum Propheta perhibeat, Virgines animo conſtupratas confidere in verbis mendacii, dum ſæpius jactant id eſſe templum Domini, quod eſt lupanar tartari.

Mag. Radulfus ſcribit Elyenſibus,

a

ſub omni ſinceritate,

b

D

A. THOM. EX MS.

45 Igitur qui creditur ab Argolicis narrante ..... à nobis omnium conſpector, meæ puſillitatis rebellionem deſpiciens & dejiciens, à dextræ ſuæ ſuſtentatione (ita ut manifeſte ſentirem) me repente privavit, actu ditioni tyrannicæ conteſtim traditum. Nam qui modo membris omnibus ſanus eram, modo Fratribus meis vires meas minaciter prodebam, modo pectoroſe gradiebar, modo contumaciter adverſus proximos ſpirabam (ſed hæc mutatio dexteræ Excelſi) illico membris omnibus ægrotavi, ægrotans ſenſi nimiam mei debilitatem, debilitatus ſolum uſque corrui, corruens vix non [animam] efflavi. Morbus, quem vulgo fellonem *c* nuncupant, felle ſuo viroſo me miſerum graviter occupavit, occupatum perflavit ; ut tumor ille letali undique porrigeretur, dextro & in ſiniſtro humero, dorſo & pectori utris inſtar ſupereminueret ; & ab humano mento quaſi bovina palearia penderent. Veneni quidem vis intrinſeca, cutis livore forinſeco ſatis notabatur : cumque foris illa peſtis nimis horribiliter turgeret, intus quoque periculoſe tumeſcens (heu ! quantus miſeriæ cumulus !) fiſtulas, arterias gutturis & colli vias coarctavit ; neque voci, neque cibo meatum reliquit. Res recordationis lacrymoſæ, virus illud peſſimi generis in linguam correpſit, linguam tumefecit, ut palatum compleret, fauces hiantes miſerabiliter diſtenderet ; os, aures, oculi, nares, manus, pedes, officii deſerta ſuis & humata jacebant : crura, femora, renes, latera, venter, viſcera ſingula ſuis anxietatibus graviter torquebantur : inteſtinorum dolorem diffitebatur ſanguinei coloris & ignei fervoris urina. Nocturna viſio mea, non tamen oculos claudentis, non dormientis, hæc erat ; longum funem religari huic linguæ miſerrimæ, inde trahi alte.

morbo fellonis correptum

c

E

totoque corpore inutilem.

F

46 Hanc aleam quatriduo luſi. Viſitavit me mandatus & deſideratiſſimus fratrum meorum Nicolaus ; viſitaverunt me & alii : ſed me reperto ſine voce, ſine viſu, ſine auditu, ſine omni ſenſu, ſine membrorum motu incogniti receſſerunt, velut eiſdem prodentibus poſtea didici ; dumque malis quaſi mortua caro premeretur ; mens tamen utcumque vivens, moleſtias corporis ipſa ſentiebat, ipſa anguſtiabatur, à conſcientia ſua ferociter accuſabatur, Deo pœnitudinem & ſatisfactionem promittebat, ſi tantum flagellum piæ poſſet eſſe caſtigationis, & nondum juſtæ damnationis. Intus igitur lamentans, tam de offenſione Dei, quam de afflictione mei ; licet mutus & elinguis, anhelo tamen, & ſuſpirante corde, per virtutem ſanctæ Crucis obſecravi Dominum de ſalvatione mea, qui victor mortis tertia die reſurrexit à mortuis, cujus vocem audiunt mortui. Obſecravi & potentiſſimam Matrem Domini, per compaſſionem mortis Dominicæ, cujus animam pertranſivit

mentis compotem

invocatis ſigillatim præcipuis quibuſque Sanctis,

A tranſivit gladius, quæ ab ipſis unguibus diaA THOM. boli Theophilum *d* Archidiaconum eripuit, reEX MS. ſtituto chirographo; Archangelum *e* quoque
d cum ceteris Angelis, qui princeps militiæ
e cæleſtis, præpoſitus paradiſi, & victor draconis, veniet in adjutorium populo Dei. Obſecratus eſt & mihi Baptiſta ille, qui evellit & diſſipat, & ædificat & plantat, præparando viam Domini; Apoſtolorumque Princeps cum ceteris Apoſtolis, adverſus quem non prævalent portæ inferi. Sed & cum Protomartyre, & pretioſo Domino noſtro Edmundo Rege, & ceteris Martyribus, beatus Martyr & Epiſcopus urbis Sebaſtiæ Blaſius, cui à Domino collata eſt poteſtas curandi
f quoſlibet *f* morbos gutturis. Appellata eſt &
g meis gemitibus virtus Turonici *g* patris, cum ceteris Confeſſoribus, qui par eſt Apoſtolicis, & trium mortuorum ſuſcitator egregius. Nec prætermiſſa eſt ipſa cum reliquis Virginibus, cui dimiſſa ſunt peccata multa,
h quoniam dilexit multum, *h* cujus lacrymoſis precibus revixit alter quatriduanus.

B 47 Sic & ſic quæſivi conſolatores, & non erant liberatores. Et ecce ingraveſcens
Jubeunte tandem S. Ethelredæ memoria, tribulatio: videlicet quia offenſo Domino pariter omnes offendiſſem. Omni interea ſpe deſtitutus, & quamplurimo dolore conturbatus, non habebam refugium: cum ſuccurrit menti meæ, licet ſtupidæ, pietas elegantiſſima S. Ætheldredæ, quæ jam recenti
i in *i* miraculo nocturnas tenebras carceris irradiavit, compeditum miſericorditer & potenter expedivit, bojas ferreas ea facilitate qua cereas diſrupit; ſolutum, liberum & gratias agentem cum gaudio & honore ad ſanctum ſuum ſepulcrum dimiſit. Hujus opem
& uxore ſua vota jungente, piam, citam, prodigioſamque cum flagranter & confidenter optarem; ſimiliter & ſocia mea, cui me ſociavit per Sacerdotem, qui Saræ Tobiam per Archangelum, piæ ſalvatrici S. Ætheldredæ meum ſervitium vovit, cui ſeſe jam prævoverat, à confinio mortis ipſius ſanctis meritis erepta. Ego ſolo mentis officio, illa mentis & oris, ambo vovimus idem.

48 Laudetur per omnia Deus, & amica Dei virtuoſa S. Ætheldreda, cujus meritis miſertus eſt mei Dominus. Nam poſt pre-
C ces & vota, in anteriore fere parte dextror*credidit ſe rupto tumore & lingua purgata ſanatum;* ſum diſrumpi cœpit miſera lingua, defluxit ſanies venenoſa, jamque per illam linguæ ruinam, quemadmodum per fontis hiatum, virus illud undique affluens derivabatur, quod ipſam linguam, fauces, guttur, & collum perflaverat (ut jam prædictum recordamini) abundanter emanabat, per languida labra, illa omnium ſalivarum ſordidiſſima. Horreſco fateri, & vos fortaſſis audire, illam tabem ſerpentinam, qua nulla fœdior, toto pallato collectam, cum felle fauces expuere nequierint, qualiter alieni digiti ejectaverint, linguam extractam expreſſerint, raſerint & laverint, haud ſecus ac macellariis pecudum tractantur menta. *Jed claudicare ſe dolens,* Sed & hæc, tranſcurrente dierum numero, expreſſa tandem pice, receptiſque ſenſibus paulatim confirmato corpore, ſenſim confirmato corde, cum jam ſurgendi rata ſpes foret & gradiendi (ecce malum duplex) irrita facta fuit.
k Peroblitis *k* enim cunctis venis, crus ad femur miſerabiliter reflectebatur. Claudicationem meam dies plurimi continuaverunt.

49 Ego miſer, ingratus, & infidelis, D qualitatem cordis in corporis claudicatione notavi: nova vota, novas preces reiteravi. O maximæ poteſtatis Domina S. Ætheldreda, quæ feciſti miſericordiam quatriduano, fac & claudo: fac oratorii tui ſacrum lumen gratias redditurus adire queam, & cetera *renovavit vota, & ad Sanctam tendens* Sanctorum limina, tam tranſmarina, quam ciſmarina, ad quod peragendum adjuvet me ſanctitas ipſorum: quæ reiteratis beneficiis ſanctiſſimæ Dominæ, verterentur ad laudes. Gaudens igitur ſoſpitatem mihi rependi, Ely ut decuit tetendi. Sed prope vicum Kenteford *l* *l* cum jam ſpectabile ſe præberet arduum ſacræ Domus ædificium, ne lateret nocturnas ignorantiæ meæ tenebras, cujus virtute redierit mihi ſanitas, ecce ſuperius in nubibus, itineris mei Comitibus plenæ lunæ *fuerit miraculoſa lunæ plenæ* ſplendida ſpecies apparuit; atque hinc inde diſperſis lucernis, & non quantitatis formam, *ſpecie quâ* ſplendorem tamen illius imitantibus. Enituit *ſocii videbant,* quidem tam clara hæc apparitio, ſupra ubi E eſt ſanctum ſepulcrum beatæ Dominæ noſtræ, & ſanctarum Sociarum ejus, circa horam diei primam XII Kal. Auguſti, cum jam non eſſet terminus pleni-lunii, ſed *m* *m* ſynodi, Nabathæis *n* in partibus ſole relin- *n* quente lunam tertiam, nullis Epactis regulatam. Noviſſimo autem, tamquam ab Ortivo, viſa eſt mihi fulgida claritas, illa ſtupefactis & monſtrantibus ſociis, ſi nec tamen tanta *recreatus etiam ipſe,* mihi quanta & illis: nam neque S. Benedicti viſio tota claruit, ſi de toto mundo ad quaſdam cæleſtes lucernas, de Sanctis Domini ad criminoſos ſervos adaptari proportionem licet.

50 Aſt ego vehementer admirans, ut de inſolitis ſolet homo, & quod indignis cæleſtia claruerunt, de tanti ſigno beneficii gratias ampliores egi, licet itineris inſuete labore feſſus, veſicatis ut eram pedibus, nunc correpens, nunc ſociorum manibus vel baxillo ſuſtentatus: eodem die tamen Ely uſque perveni, ſed ſimul ac inſulam ſacram contigi, *& in aditu eccleſiæ totus conſolidatus.* quam ſcilicet ſanctarum præſentia Virginum conſecrat, conſolidatis plantis, univerſis artubus recreatis, quaſi nihil laſſitudinis, nihil læſionis paſſus, & quaſi alter vel à meipſo diverſificatus, ſine ſuffragio vel F ſociorum vel baculi, ſocios mirantes & ipſe mirans præceſſi; monaſterium adivi, ſacrum limen lacrymis minus quam oportuit humi ſtratus humeteci; Salvatrici meæ pretioſiſſimæ S. Etheldredæ me ſui juris æternum ſervum præſentavi, gratias agens. Sed quia gratias agere, eſt gratum ſervitium reddere; reſtat, ô Fratres dilectiſſimi, qui Dominæ veſtræ me feciſſe deditionem videntes, me in Fratrem adoptaſtis; reſtat ut impendatis mihi fraternam curam, ut me veſtris orationibus adjuvetis, quatenus ipſas perfectas acceptura gratias, quæ ſana mihi reddidit membra, ſanam reddat & mentem: quod utinam concedere velit, cui cum Sanctis ſuis eſt ſalus, honor & imperium, in ſecula ſeculorum Amen.

ANNOTATA D.P.

a Wincenſis *idem (ut puto) quod* Wincheſtrenſis *ſive* Wintonenſis.

b *Oedipo*

A b *Oedipo hic opus ad ſenſum aliquem inveniendum : ſed & tota epiſtola, non minus quam guttur, quod curatum deſcribitur turgens, divinare potius quam intelligere cogit.*

c Fellòn *vel* Felon *proprie dicitur, ſcelerate perfidus, unde crimen* Feloniæ, *quod neſcio qua metaphora videtur hic transferri ad anginam, ſeu potius ſtrumam gutturalem ſignificandam.*

d Theophili Vice-domini, *non* Archidiaconi, *converſionem & ſalvationem, vide ſis* 4 *Februarii, quo is ut Sanctus refertur.*

e *Scilicet* Michaëlem *juxta titulos quos ei in Officio feſti ſui tribuit Eccleſia.*

f *Exempla vide* 3 *Februarii, quo colitur.*

g S Martinus, *Epiſcopus Turonenſis.*

h S. Maria Magdalena, *vulgo credita ſoror Lazari, & confuſa cum peccatrice Euangelica. Nomen illius in Letaniis ponitur in capite ſanctarum Virginum.*

i *Videtur hinc intelligi & ex lunatione infra notata confirmari quod res contigerit eodem an.* 1116, *quo miraculum illud factum fuerat.*

k *Mendum quidem video, ſed necdum vocem aliam, quam apte ſuccedere faciam.*

B l Kenteford *in confiniis Elienſis & Suffolcienſis Provinciarum, ad hanc tamen ſpectans, & ab illa minimum ſeſqui horâ diſtans.*

m Synodus, *eſt conjunctio ſolis & lunæ, ſeu tempus novi-lunii. Ex Arabum autem calculo, quem etiam Chriſtiani ſequebantur uſque ad Gregorianam Kalendarii reformationem anno* 1116 *cenſebatur & vocabatur Novilunium die* 21 *Julii, ſecundum cyclum Epactarum : ſed revera numerari debuiſſet* luna tertia, *imo* quarta *inchoata cenſeri: & hoc eſt quod dicit* ſolem reliquiſſe lunam tertiam, nullis Epactis regulatam, *id eſt, abſtrahendo à Regula Epactarum quæ ad triduum tunc fallebat.*

n Nabathei, *populi Orientales in Arabia Petræa.*

CAPUT VI.

Moribundi duo ſubito convaleſcunt, prægreſſa Sanctæ apparitione.

C *Membris omnibus deſtitutus æger,*

51 ILlud quoque ſilentio tegere indignum eſt, quod quemdam militem ineffabilis miſericordia Dei, per B. Etheldredam, ſanitati reſtituit. Hic non longe à monaſterio S. Edmundi in propria poſſeſſione degens in villa quæ dicitur Berningeham, quibuſdam occaſionibus, forſitan eidem incognitis, in ægritudinem decidit, & invaleſcente paulatim moleſtia, venit ad lectum. Qui cum à medicis, eum curare non valentibus imo de ipſo tandem deſperantibus, relinqueretur (ut de ceteris membrorum moleſtiis taceam) viſum & auditum, necnon loquendi facultatem penitus amiſit. Quem cum uxor ſua & pignora ſervorumque familia, tam inuſitata & multis inaudita valetudine vidiſſent afflictum ; qui jam dudum omne genus gaudii omiſerant, tunc ex ſuperaffluenti mœſtitia, non dico lætitiam, verum ejus memoriam execrantes erant; habitum (ut ita dicam) lugubriorem, non tam corpore quam animo aſſumpſerunt. Cumque in tali paſſione, vel ut melius dicam in tali morte, quindecim diebus & totidem noctibus, abſque ullo meliorationis indicio detineretur ; toto tempore illo aliquam ex domibus Ægyptiorum, quando primogenita perdiderunt, qui videret, eſſe putaret ; niſi quod hic plus planctus & doloris aderat ; quippe ab omnibus vicinis ſuis (diligebant enim eum) plangebatur. D ATHOM. EX MS.

52 Sed cum cuncti familiares ejus jam majorem de ſepultura ſolicitudinem, quam de ſua reparatione ſpem haberent ; aliis ſuper ægritudinis magnitudine mirantibus, aliis pro ſalute infirmi rogantibus, omnibuſque laboranti compatiendo ejus abſceſſionem dolentibus ; Dominus, qui ſapienter cuncta providet, pie de illius diſponit miſericordia. Nocte enim quadam ſanctiſſima Virgo Etheldreda in villa S. Edmundi cuidam matronæ, nec bene vigilanti, nec omnino dormienti, apparuit : quam, utrum dormiret, dum percunctaretur ; illa modo ſe de ſomno excitatam, vigilare dixit. Cui Virgo: Cras, inquit, poſtquam ſol terris repræſentabitur, & per forum venalium, aliquæ forte vocante negotio, deambulabis; aliquos conquerentes audies ad invicem de homine, Leminer nomine, qui in villa quæ dicitur Berningeham ægritudine gravi detinetur : quorum cum querimoniam audieris, facta inquiſitione quis ille ſit, vel qua valetudine aggravetur, dices ad eos: Ite, lychinum *a* facite, & de eodem grabatum in quo jacet in circuitu cingite, ſcilicet à capite per dextram partem uſque ad pedes per lævam uſque ad pedes, deinde à pedibus per lævam uſque ad caput; & poſtea lychino ceram ſuperponentes, candelam facite : ipſe vero ſi tantum convaluerit, eamdem candelam in inſulam Ely, ad eccleſiam Virginis Etheldredæ, deferat, aut per aliquem nuntium fidelem mittat, quatenus per orationes ejus ab hac infirmitate convaleſcat. *dum lugetur quaſi jam moriturus.* *matronæ omnium ignaræ apparet Sancta;* E *a* *& quid pro ejus ſalute velit fieri*

53 Cogitante autem matrona, quis eſſet qui ſecum de re ſibi ignota & nocte loquebatur, nolens illam in dubio relinquere, cogitationibus ſuis Virgo reſpondit, dicens: Ego ſum Etheldreda, quæ in Ely requieſco ; & nihil dubitans de his quæ dico, fiducialiter age quæ tibi præcipio. Hæc dicens diſparuit. Mane autem facto, mulier memor ſecretorum quæ ſibi divinitus revelata fuerant, concito ſurrexit : & volens probare ſi vera fuerant quæ audierat, ad forum, forſitan propter alia negotia ſed pro illo præcipue, perrexit. Cumque per forum parumper venalia inſpiciens, deambularet, auribus de diverſorum vocibus expanſis attendens, utrum aliquid de prædictis audiret ; quoſdam, ſibi non ſatis notos, ſecum alterutrum ita loquentes audivit. Heu ! heu !! Leminer, amicus noſter, moritur. Quos appropians, ſciſcitando dixit ad eos ; Qui ſunt ſermones, quos ad invicem confertis ? vel unde tantam in vultibus triſtitiam prætenditis ? Qui diligenter mulieri omnia per ordinem, quæ viro ſæpe dicto contigerant, quaſi compaſſive narrantes modum, & tempus infirmitatis monſtraverunt ; rogantes, ſi aliquod in tali negotio ſciret utile conſilium, indicaret. F *jubet indicare obviaturis ſibi in foro.*

54 At illa, quaſi à bono Magiſtro edocta, dixit ; Sero, inquit, cum poſt diurnum laborem, ut mos eſt laborantium, membra *Hi auditis creduli*

quieti

A quieti dediſſem ; nobilis Virgo Etheldreda
ATHOM. mihi, non perfecte dormienti, apparuit, &
EX MS. iſta quæ dicitis ſeriatim narravit ; addens, quod modo probatum eſt, cum ad forum hodie venirem, vos de hac re colloquentes invenirem. Et adjecit mulier : Ite quantocius ad domum ægroti, lychinum facite, lectum ejus illo cingite ; candelam facientes, per eumdem vel per alium, ad Eccleſiam prædictæ Virginis mittite, ut per illius orationes poſſit propitiante Deo melius habere. Hæc vobis non ex parte mea pronuntio, ſed beatæ Virginis præcepto. Illi autem hinc anxietatem nimiam ægroti cognoſcentes, illinc viſionem Virginis divinitus allatam per mulierem audientes, præceptionem quam acceperant .... expleturi, ad domum jacentis ſine mora revertuntur. Quid multa? Vir, de quo loquimur, amiſſa omnium membrorum libertate ; oculorum, vel linguæ, necnon aurium privatus officio jacebat. Supradicti vero viri venientes, quod juſſi fuerant implere cupientes, lychinum facere feſtinant, lectulumque gyrando ligant.

B *dum juſſa peragunt,* 55 Mirum dictu ! Rem ſtupendam & auditu incredibilem, niſi horum qui præſentialiter viderunt relatione didiciſſem, dicturus ſum. Nondum ex toto, licet ſatis feſtinarent, ægroti ſanitatem deſiderantes, grabatum cinxerant ; & ecce, qui lumine carebat, oculos aperiens in eos reſpexit ; qui ante loqui non poterat, quid facerent lectum gyrando interrogavit. At illi, præ admiratione attoniti & præ gaudio quaſi de morte reſuſcitati, velut in extaſi ſtantes, diu, quaſi ab illo privationem ſermonis mutuaſſent, tacuerunt. Ad ſe autem reverſi, de ſe enim exierant, quantum admirationis, cum plus gaudii haberent, lingua eorum, nedum mea, nullatenus explicare valuit. Illi namque cum verba promere incipere vellent, audiens illos non loquentes, ſed jubilantes, velle, non poſſe loqui. Sed alio qui neſcio unde venerat inſtante, & interrogante quid agerent ; tandem apparitionem Virginis Etheldredæ, & juſſionem, necnon mulieris cui apparuerat ad eos revelationem, quod etiam idem præceptum expleturi modo lectum cingerent ; C in eodem cingulo candelam compoſituri ad honorem ſanctæ Etheldredæ, ſeriatim indicaverunt.

loquela ægro redditur : qui rem intelligens,

ac mox ſanatus, 56 Ille vero hæc audiens, & Deo pro poſſe ſuo, ſanctæque Virgini ſuæ auxiliatrici devota mente gratias agens, dixit : Deus, qui Ezechiæ Regi augendo vitam, ut pœnitentiæ tempus tribueret, infirmitatem abſtulit ; ipſe me, pietate ſua & orationibus famulæ ſuæ ſanitati reſtituit. Quapropter facite candelam feſtinanter : quia ad eccleſiam Virginis Etheldredæ deſidero currere velociter. Factâ candelâ vir, recepta omnium membrorum ſanitate, de lecto ſurrexit ; & ad eccleſiam ſanctæ Virginis, candelam ſecum portans, lætus & hilaris perrexit. Quo cum perveniſſet, ſuper altare candelam poſuit : factaque oratione non modica, lacrymis abundanter interim fluentibus, paululum reſpirans, ſervum ſe beatæ Virginis Ætheldredæ ex corde puro devovit ; referens cunctis audire volentibus omnia quæ ei contigerant.

votivum cereũ ipſe defert.

57 Mirabilis S. Ætheldredæ gloria, quæ de ſummo fonte ſanctitatis emanavit, multis D vicibus in multas effluxit Provincias, totamque Angliam inſula ſua illuſtravit. Hæc *Alius in Arundelli Prov.* enim inſula Elyenſis, ſancto Corpori præſtans hoſpitium, omnibus Angliæ partibus notiſſimam ſui famam, pro aſſiduis intulit virtutibus, quæ in exteras etiam tranſlatæ regiones, multos quotidie de locis remotiſſimis ad ſui venerationem adduxit. Inter hos miles quidam, Robertus de Alta-Ripa, rebus quidem terrenis convenienter ditatus, ſuæque probitatis notitia apud Arundelli *b* pro- *b ad mortem æger,* vinciam pro magno habitus, hoc modo Sanctæ noſtræ probavit potentiam, quod gravi morbo divino percuſſus eſt judicio. Cumque univerſum ſtratum ejus ita verſaretur in infirmitate ejus, ut diuturnitate languendi omnibus ſuis in faſtidium & contemptum verteretur ; rarus erat qui ejus moleſtiam ſuſtineret. Sola ergo ſuperſtite memoria, totus jacebat funus ; nec jam aliud expectabatur, niſi ſola quæ reſtabat mortis conſummatio. Tandem vero mulier quædam ſuaſit ei votum luminis ad locum noſtrum facere ; narrans ei de virtutibus Sanctæ, quod facile ſanitatem E per ejus poſſet conſequi miſericordiam.

ab invocata Sancta

58 Poſt deceſſum itaque mulieris tribus diebus emenſis, cœpit ſecum graviter conqueri, tum quia nec moreretur nec convaleſceret, tum quia ſua eum familia ſic contemneret. Deinde reſolutus in lacrymas : O, inquit, ſanctiſſima Virgo Ætheldreda, ſi vera ſunt quæ de te narrantur, fac me tuum ſentire ſuffragium : & ego de cetero ſtatum vitæ meæ in melius ordinabo, tuaque limina cum honore tuo devotus requiram. Erat autem domus in qua jacebat lapidea tota, & à terra procul diſtantes habens feneſtras. Cumque vir ille, de ſalute ſua cogitans, laſſus laborando jaceret ; ſubito quædam perſona, puellarem præferens habitudinem, per feneſtram ingreditur, inſtar nivis candore veſtium illuſtrata. Cujus ſubitus ingreſſus & *ſibique apparente, jubetur in Ely ire :* inſolita pulchritudo viri ſenſus non parum ſolicitos effecerant, inferendo ei tacitas dubiaſque cogitationes, quomodo ſine ſcala & ſtrepitu illa deforis ad ſe perveniſſet. Nec moratur Virgo virum alloqui, multiſque ſuſpenſo æſtimationibus ; Ego ſum, inquit, illa F Etheldreda, cujus tibi putas profuturum auxilium : nec in hac cauſa tua falletur ſententia, ſed cito conſequêris quod optaſti. Noli ergo ultra de me varias tractare opiniones : ſed verum ſciens quod tibi dicitur, vitam tuam ut propoſuiſti corrige, primumque eccleſiam meam Elyenſem cum luminari require. Deinde ad S. Jacobum Galliciæ feſtina pergere ; unde revertens, de cetero quid agas ſapienter attende.

& ſubito convaleſcens,

59 His dictis Virgo diſparuit ; & ille, ſtatim ab omni morbo ſe curatum ſentiens, vehementi clamore & integerrima voce famulos convocat, calceamenta poſtulat, ſeque ad eccleſiam ire velle indicat. Illi, [delirare eum] putantes, Signa, inquiunt, Domine, ſigna pectus tuum crucis Chriſti ſignaculo, per quod citius ab hac væſania libereris : quid enim tibi & calceamentis, qui tanto tempore languiſti ? ecce data ſunt alibi calceamenta tua, quod ea tibi ſervitura deſperavimus. Verumtamen ſi ſciremus hanc tibi factam miſericordiam,

ut

A ut calceamentis uti poſſes, cito haberes quod poſtulas. Subitus namque commeatus tuus ſermonem tuum videre facit inſanum : niſi quod ſobrius geſtus tuus quamdam ſpem incredibilem, ſub aliquo metu videtur promittere. Quibus ille : Nolite, inquit, Dei miſericordiam æſtimare furorem ; ſed velociter afferentes quod peto, ſuſtinete, donec ab Eccleſia redierim & vobis narrem quid viderim.

ſtupente familia calceos petit,

60 Præparantur igitur calceamenta, pergit oratum, refert Sacerdoti viſionem, confitetur peccata, ſumit pœnitentiam, redit domum, narrat promiſſum ; gaudent audientes, accurrunt amici, Deum & S. Etheldredam collaudant univerſi. Deinde præparatur honeſta profectio ; tantaque alacritate iter arripuit ad Elyenſem hanc eccleſiam, ut velocitatem euntis rarus famulorum ſuorum poſſet adæquare : tandemque iſtuc veniens, poſt orationem ſuam, rei ordinem ductus in capitulum coram omnibus nobis enarravit, fraternitatem accepit & cetera profecturus gaudens abiit. Hæc quoque vir ille, notiſſimus in provincia ſua, fecit [alibi] notiſſima, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, cum quo S. Etheldreda vivit in cæli palatio: quæ nos in hujus vitæ ſpatio [foveat] ſancto ejus ſolatio, [donec] noſtra ſit in cælis converſatio, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ac mira velocitate iter confi-ficit.

B

ANNOTATA D.P.

a Lichinus, *funiculus goſſipinus, lampadi aut candelæ ad fomitem ſervire aptus*, Ellychnion *integre dicitur : de modo autem iſto menſurandi ægros, ſæpe actum in vitis Sanctorum, præſertim Britannicorum : quin & oppida ab hoſte vel peſte periclitantia ſic menſurata legimus.*

b Arundelii *Ducatus cum cognomine oppido in Suſſexia, ab Arunte fluvio interfluente nomen nactus, haud procul ab Oceano ad meridionale latus Angliæ prope Ciceſtriam ſitus eſt.*

CAPUT VII.

C *Conſpecta in ſua eccleſia Sancta, & Angelico cantu honorata ; captivus ſolutus ; theſaurus haud impune ablatus.*

61 EXcellentiſſimi Senatus Elyenſis Eccleſiæ ingenuis Patribus, Municipii clarenſis *a* indignus conſervator *b* Capitolii eorum Oſebertus. Splendor beatæ & glorioſæ Virginis Etheldredæ, quæ per diverſas partes orbis diverſis fulgurat virtutibus & ſignis, novam vobis ſpiritualis tripudii repræſentat lætitiam, & glorioſam ſuam magnificat mundo declaratam ſolemnitatem. Res eſt in propatulo, relatu digna & pretioſa ; quam mihi vir auctoritatis & gratiæ Dominus Oſbertus retulit, prior Daventrenſis *c* Eccleſiæ, cujus vita egregia & virilitatis forma præeminet in domo Domini, & religioſa converſatio exemplar eſt fidelibus ad cæleſtia ſuſpirandi. Monachus namque Cluniacenſis idem eſt à diebus antiquis ; & primo Canonicus

a Clarenſis Procurator ſcribit Elyenſibus

b

c audiviſſe ex Priore Daventrenſi,

in Brommienſis *d* campi fulſit eccleſia, in cujus confinio contigit hiſtoriæ ſublimitas veſtris conventibus memoriter retinenda. Diuturno præterea tempore eleemoſynam dividens, ex S. Virginis Mildburgæ *e* ſobria congregatione, Clericorum multitudinem ex fragmentis ſenior recreare conſuevit : quorum quædam Religioſa hujus relationis teſtis exiſtit. Conſortes autem corum facti ſunt in itinere, quibus gloriam beatæ Virginis dignatus eſt Dominus de ſupernis revelare.

D A THOM. EX MS.

d

e

62 In provincia Imbrorum *f* [eccleſia] lignea antiquitus fabricata eſt, quæ à beato Anna, Orientalium Anglorum Rege, dicitur olim fuiſſe conſtructa. Hic carnalis genitor Etheldredæ glorioſæ Virginis extitit, prædictamque in tranſitu baſilicam fundavit. Fines enim regni ſui quorumdam deſiderio exceſſerat amicorum, ut eos dulci cognationis affectu familiarius inviſeret, & ſui præſentiâ partes Occiduas aliquanto tempore ſatiaret. In reditu vero conſtruxit hanc ædem, cæleſtibus poſtea miraculis redundantem ; quæ in Britonum confinio & Anglorum poſita, nomen à beata Virgine obtinuit Etheldreda : ejus namque adhuc hodie eccleſia dicitur, & in eadem ad honorem Dei ipſa à fidelibus invocatur.

f quod in veteri quadam ipſius Sanctæ eccleſia,

E

63 Cum vero familia cujuſdam memorandi militis, Hereberti videlicet de Furcis, per hujus loci diverteret campeſtria, ut de una manſione ad aliam deberent manſionem milites tendere ; quædam matrona, quæ liberos ejus educare conſueverat, orandi gratiâ voluit introire : conſodalibus autem ſuis perſuadere non potuit, ut quiſquam ad orationis domum ſecum vellet procedere, & ſanctæ devotionis in ara mentis Domino vitulos immolare. Ipſa tamen, tacta Spiritus ſancti gratiâ, propriumque complere geſtiens deſiderium, ingreditur, ut totam ſe mactet in holocauſtum.

oratura in tranſitu illac pia mulier,

63 Illapſa intra oſtium femina, repreſſit cito veſtigium : hinc enim terror illam percuſſit mirabilis, & inde confortabat viſio cæleſtis. Conſiderat namque ante Altare Virginem orationi incumbere præcellentem, cujus tam venuſta erat ſpecies & tam decora pulchritudo, quod humano explicari non poſſet eloquio, quæ manu *g* ..... altera præferebat pſalterium, & cereum altera geſtabat accenſum. Sic cum talibus inſtrumentis inſeruit ſe Virgo orationibus ſacris, cum mulier ad illam propius accedit, & de nota vocabuli diligenter inquirit : Quæ es, inquit, Domina glorioſa ? qualis es ? & unde tanto ſplendore conſpicua ? Edicito mihi pro Chriſto celebre nomen tuum, quæ tam venuſtum & inſignem conſpicio vultum tuum. Cui Virgo ſplendida reſponſum reddidit, eamque affabili dulcedine mulcere non tardavit. Quandoquidem mihi amorem Dei rememorari ſatagis, & per eum omnem mei notitiam inquiris, Etheldreda Virgo ſacra nomen meum dicitur, cujus virginitatis integritas cæleſti Sponſo copulatur : quod vero tibi Deus dignatus eſt oſtendere, nemini ſtudeas revelare. His dictis Heros generoſa conticuit, & femina quamdiu voluit oravit. Oravit Virgo excubans ante aram in ſacrario, orabat proſtrata extra Chorum mulier in pavimento,

ipſam viderit orantem ante altare

F

g

cum pſalterio & cereo in manibus ;

A THOM. EX MS.

A sive pavimentum sit, sive solum, devotæ sibi ministrabat orationis arcanum. Quamdiu in ecclesia mulier fuit, cælestem Personam vidit: quando vero exiit eam interius dereliquit. Redierisque ad consortes, quæ præstolabantur in itinere, quod erat viæ reliquum hortatur maturare.

indeque regressa ad vitæ socios,

64 Ascensis autem equis & succincte expeditis, audiunt repente ex ecclesia cælestes resonare concentus in aëre, & supernum melos Angelicis vocibus solenniter insonare. Quid hoc inquiunt quod audimus? quæ est tanta dulcedo, quam auribus haurire non consuevimus? Aliqua suavitas supernæ miscetur harmoniæ, quam Deus fortasse nostris dignatus est mentibus revelare. Tunc altrix militaris matrona prolis, O inquit, miseri & infelices! O infantes & desides! vos per incuriam vestram atque inertiam cernere noluistis mirabilia Domini, quæ per ejus gratiam [mihi] contigit in ecclesia paulo ante

cum iis audierit cæleste melos:

B speculari. Vidi nempe in illa B. Etheldredam, insignem Virginem, cælestisque radii ineffabili pulchritudine radiantem; cujus psalterium & ardentem cereum intuita, tantæ gloriâ contemplationis gratulor insignita: eo autem cælestium fistulæ roboant organorum, quo densa per eum redundare solet copia miraculorum. Qui tristes & mœsti supra modum effecti, ad Edeldredam redire deliberant prædictam, si forte beatæ Virginis faciem speculari

quod illuc redeuntibus audiri desitum,

liceat glorioſam. Ad Basilicam vero gressu perpete percurrentes, cælestis aditus non meruerunt oraculum, nec cælestium hauire meruerunt dulcedinem Angelorum. Ita sublatum est eis ex omni parte quod cupierant; nec gloriam Dei intus conspicere, nec hymnis ultra meruerunt Angelicis interesse. Expeditis iterum jumentis iter arripiunt, & cum longius aliquantum progressi essent ab ecclesia, melos cæleste continuo concipiunt in via: eodemque modo quo prius secundo redeunt, & quanto propius ad ecclesiam erat accessio, tanto major superni concentus sentiebatur diminutio; suo autem frustrati

recedentibus usque ter auditum,

revertuntur desiderio. Tum paululum progressi cælesti tertio refoventur dulcedine, & mirantur ex audita vocis Angelicæ suavitate;

C redeunteſque properant ad locum quo melos resonabat in aëre, amplioremque tonorum sperantes concordiam, Provinciam percipiunt nectarea dulcedine vacuatam.

ipsimet dolenter retulerunt præd. Priori.

65 Intelligentes vero Deum suo crudeliter exacerbatum esse peccato, deflent humili cordis amaritudine, quia divinam miseri offenderant pietatem. Quid amplius? usque ad densam pæne noctem consumpserant diem, euntesque ac redeuntes organorum amittebant harmoniam cælestium, nec lumen eis infulsit diu desideratum. Pergunt itaque, quo eos iter vocat, ad hospitium, & mirabilem sacræ Virginis Etheldredæ prædicant apud Deum gratiam meritorum. Venerabilis Osbertus Prior Daventrensis ecclesiæ, cum adhuc eleemosynam divideret pauperibus S. Mildburgæ Virginis, hoc ex eorum ore veraciter didicit, quibus id Deus audire partim annuit, partimque negavit: quorum testimonio fidem faciebant lacrymæ, & longa suspiria de profundo cordis altius revocata. De eorum namque fide vir non deficiebat egregius; quos & de cella paupertatis Christi D frequentius ante refecerat, & de relatione veridica non dubitabat.

h 66 .. *h* .. Quidam institorum negotii sui *i* causam apud Coventriam *i* exacturus, varias illuc merces rhedæ vehiculo intulit. Viri nomen Aldanus, & hic Burgensis incola adhuc supereſſe dignoscitur. Cumque de nundinis domum rediens transitum haberet per Castellum de Kylingaworda; illico ad Ely à quodam capitur, arctissime manus post terga ligantur, ad castrum ducitur, ibique nodoso funiculo cinctus caput, & usque ad pressionem sanguinis adstrictus, gravissimam redemptionem exigitur, nec tamen pollicetur: pauper enim erat, maluitque vitam suam periclitari quam fidem. Tortores vero sui, manibus strictissime junctis, vinculum capitis ei solverunt; duriora promittentes, nisi velociter pretium sui ediceret. Quibus ille; Omnia, inquit mea & me ipsum habetis: malo mori, quam sub fide promittere quod non potero solvere.

Mercator Elyensis, Conventriâ rediës,

captus & dire tortus lytri causâ,

67 Dumque illi pluribus instarent, quid de eo facerent pertractantes, cœpit anxius E cogitare de virtutibus S. Etheldredæ, & maxime quomodo Brithstanum liberavit. Oravit ergo cogitatione magis quam voce dicens in corde suo: O sancta! ô sancta! ô pia Domina mea, famosissima Virgo Etheldreda! Sicut liberasti Brithstanum, libera & me miserum de vinculis & hominibus istis. Miroque modo solutas suavissime sensit manus, totumque dolorem vinculorum ereptum mitigari. Exultat homo de cælesti auxilio; & major spe animatus apud se cogitavit, eadem virtute posse præsentes hostes suos, ne se viderent, excæcari, quando eis nescientibus sic potuit solvi. Stans itaque inter eos, die adhuc clarissima, divinâ instinctus audaciâ, per medium illorum transiit; & ad nemus, quod dimidio pæne milliario illinc distabat, nullo vidente confugit.

invocatâ Sanctâ vinculis solvitur;

& per medios hostes inconspicuus elabitur

68 Et ut ostenderet Dominus, humanam industriam contra divinam nihil posse potentiam; tunc demum hostium oculos aperuit, cum intrantis in nemus vix possent posteriora videri. Quod videntes, fugientem captivum horridis clamoribus insequuntur; prædamque Dei, missis ad vestigia canibus venari conantur. Currunt ergo canes, currunt prædones, sonat strepitus post terga fugientis, nemus ad clamorem retinnit, resonat de vallibus Echo. Sed qui captivo dederat fugiendi præsidium, tutum ei tribuens evadendi solatium, invenit enim in densitate nemoris concavam quercum, cujus concavitas in summum tendens duos aut tres homines latissime caperet. Itaque homini cursu fatigato, vires rependi timor administrat: jamque in oblatum sese recipiens latibulum in interioribus arboris servabatur. Canibus verum in casum circa quercum latrantibus, insectatores fessi desperatum laborem omitttunt, canesque suos revocantes, reditus sui signum elapso fugitivo transmittunt. Ille autem confestim surgens de latibulo, gratias agens S. Etheldredæ meritis, qua potuit festinatione patrium solum repedavit, & hæc ubique narravit.

usque in silvam;

F

ubi insequentes se fallit in cava quercu abditus.

69 Symeone autem Abbate viam universæ carnis ingresso, quæ damna ecclesiæ ex-

A tranei intulerunt, aut quæ mala contigerunt, vel quid ſui commiſerunt, in loco revelamus; ut jugiter innoteſcat in nationibus. Nimirum de Abbatis obitu ſeptem adhuc Monachi ſuperſtites ex ſuis, quos illuc tranſvexerat, mœſti, conturbati ſunt, tremor apprehendit eos. Intenti enim erant inde, illic [nihil] commanentibus tutum fore ulterius, vel admodum ſuam prævalere induſtriam, neque ad nutum ſui amodo cuncta vel conſiſtere vel ſpectare; paraverantque jam Wintoniam celerius remeare. Ceterum ne immunes & vacui redeant, pudoris argui timebant; ſtimuliſque accenſi invidiæ, ſimul & cupiditatis æſtu inflammati, demoliri omnia & perdere avidius tentant. Ubi nullatenus profecerunt; aliqua ſaltem velut minima proponunt. Ergo ſimulatoria verba intentant, callida argumenta [multiplicant], dolo dolum accumulant; & quaſi juſtitiæ operibus ſtudeant jam collocato in eccleſia Abbatis corpore, ipſi & velle & obnixius orare pro illo debere ſe aſſerunt; Monachos autem loci, pro Paſtore & Abbate exequiis accumbentes, B nutibus ac ſignis procaciter recedere ab eccleſia, & ad cibum ire compellunt.

Mortuo Ab. Simeo-

Monachi Wintoniâ ab eo adducti,

prætextu orandi ad corpus

70 Obſeratis mox interim oſtiis ſe introrſus recondunt; ad bona quæque & optima ut amentes proſiliunt, ſibique rapiunt & aſſumunt: videlicet indumenta plurimùm ornata, pannos ſericos, & cortinam valde pretioſam & nobilem, qua nulla pretioſior circumquaque æſtimari aut inveniri potuit: paratura enim ipſius auro intexta tota apparuit. Verumtamen & phylacteria, cum Sanctorum multorum Reliquiis irreverenter de feretris extractis; inſuper caput beatiſſimi Confeſſoris Domini Botulphi, ſimul & majora ipſius oſſa; capsâ violenter effractâ, penes ſe recondunt & detinent: ſicque ſublatis his & omnibus quæcumque rapere potuerunt, cum multo argento & auro refectis ſarcinis parati recedere non differunt. Et factum eſt. Quarto etenim die, gaudentes ſeu de prædæ magnitudine & cum victoria profligatis hoſtibus, veloci curſu ad Geldeford *k* proſpere devenerunt. Illic hoſpitio ſuſceptis ac diutius epulis & ebrietati vacantibus, accenſo grandi igne in medio, flammis ſubito erumpentibus domus tota ſuccendebatur. Quod C illi convivæ cum aſpicerent, fugerunt foras, nil auxilii ferre valentes domui perituræ, & ſua introrſus omnia relinquentes: ubi Dei judicio, in ultionem fraudis ſuæ, penitus combuſta ſunt univerſa; ne ſecum Wintoniam, ex multa copia ſpoliorum, vel prorſus aliquid deferrent; quæ ut infideles ſervi & inimici nequam; Domino & Beatiſſimæ Virgini Etheldredæ abſtraxerant; ſed igne crementur, & in cineres rediguntur.

k

ſed in hoſpitio amittũt omnia,

71 Cumque apud ſuos in Monaſterio, quod geſtum eſt in via, quidve ipſis contigerit nuntiatum & deprehenſum eſſet; afflicti pariter Wintonienſes, nimium gementes de facto reduntur; & propriis correptionibus hujus rei auctores, ac nefandę tranſgreſſionis exceſſum ferire aggreſſi ſunt; & crudeli examinatione indebitæ præſumptionis audaciam caſtigare nullatenus omiſerunt. Hoc verbum illic & apud veteres noſtros vulgatum eſt uſque in hodiernum diem, & credibili aſſertione narrave-

& Wintoniæ, prout meruerant, caſtigantur.

runt nobis; ut diſcant poſteri ſemper fieri D detrimentum bonorum, in adminiſtratione A THOM. externorum. EX MS.

ANNOTATA D. P.

a Clare, *oppidum Suffolciæ, medio fere inter Ely & Colceſtriam* 10 *leucarum itinere, ad fluvium.*

b *Licet* Capitolium *per ſe ſignificet arcem vel curiam, ſuſpicor tamen hic poni pro* Capitalibus bonis, *ſeu juribus monaſterii circa oppidum prædictum, quorum hic Oſebertus* Procurator *fuerit.*

c *De* Davintrenſi *Ord. Cluniacenſis* Prioratu, *in agro Northamptonenſi fundato ſub an.* 1066, *vide Monaſticum Anglicanum pag.* 672. *Eſt autem oppidum inter Northamptoniam & Warwicum, diſtans ab Ely circiter* 26 *leucis.*

d Brommienſis eccleſiæ *ſitum necdum comperi.*

e *De* Wenlocenſi *S. Mildburgæ monaſterio, in diœceſi Heresfordenſi, agit Henſchenius ad illius diem* 23 *Februarii.*

f Imbros *hic credo dici* Humbri *fluminis* E *accolas, trans Lincolnienſem diœceſim Eboracenſi ſubjectos,* Northumbros *aliàs dicimus.*

g *Expungo vocem* inſtrumentis, *ne ſenſum turbet, veroſimiliter ex ſequenti linea, ubi iterum occurrit, perperam hic aſſumpta.*

h *Initium ſic legebatur,* Super ita geſtum eſt quod narramus, *quod ſenſum non habet; & ſi integre legeretur fortaſſe reſpiceret ad titulum,* Quomodo captivus liberatus evaſit.

i Coventrey, Conventria, *in Comitatu Warwicenſi Epiſcopalis, ſub Archiep. Cantuar.*

k *Crediderim non procul ab Elyenſi diſtrictu abfuiſſe locum: non vacat tamen operoſius indagare, ſed Anglis dimittere eam curam placet; à quibus hæc & alia edocti, libenter ſupplebimus qualemcumque defectum.*

CAPUT VIII.

Puella, triplici viſu monita viſitare ſepulcrum Sanctæ, & pro inobedientia mulctata dextro oculo, ad ipſum illuminatur. F

72 IN ſecundo conſecrationis anno Domini & Patris noſtri Nigelli *a* ſanctæ Elyenſis *a* Eccleſiæ Pontificis Venerandi, octavo Idus Junii, hora adveſperaſcentis diei, celeberrimum *Anno* 1135 ſatis innotuit miraculum, ad beatæ Virginis Etheldredæ ſepulcrum. Virgo namque formoſa, famâ & natalibus generoſa, & (ut perhibent qui noverunt) moribus conſpicua, & honeſtate laudabilis, oculo tantum ſiniſtro videns, ablato ſibi penitus dextro, ad excubias ſacræ Virginis illuminari meruit, & colores rerum utriſque hauſit luminibus: quod ſacra revelatione qualiter acciderit, vera rela- *puella Circeſtrenſis.* tione titulus explicabit. De provincia Merciorum, in antiqua urbe Circeſtria *b* nomine, *b* prædicta puella parentibus inclitis orta reſplenduit. Quæ patre citius orbata, jam adulta ad occidentales Saxones matrem comitata tranſmeavit. Ibi genetrix ſua ſortita bi-

A gamiam, cujuſdam illuſtris viri Ranulphi vocabulo ſocietur lateri in famoſo Waringeford oppido, celebri memoria beneficiorum viris fidelibus amplectendi ; qui ex eo quod corpulentior extitit, agnomen à groſſitudine Groſſus accepit. Inter locupletes ceteris non inferior, inſtituit Virginem, tamquam filiam, pudicitiæ honeſtate ſplendeſcere, & ad opulentos reditus morum venuſtate ſuſpirare.

A THOM. EX MS.

apud Vitricum in Eſſexia educata,

ab apparente ſibi quadam Sancta noctu percuſſa,

73. Hæc nocte aliqua, dum nocte decubuit, viſione perterrita, ægrotare graviter cœpit. Vivido enim colore & perſpicacibus oculis ei Virago ſplendens apparuit, cujus inexhauſti vigoris fortitudinem ſenſit. [Hæc] adſtans cubiculo, ſemi vigilantem in facie acriter perculit, adeo ut de naribus unda profuſior ſanguinis exiliret, & ſua inundatione veſtes contactas inficeret: atque dextrum latus ejus magno conamine feriens, commota & torvis inflammata luminibus, in nullo eam alloquens, reverenter abceſſit. Et expergefacta ſomno, pariter ac ſomnio Virgo, mox graviſſimo languore de-
B coquitur, & tota familia de ejus adverſa valetudine perturbatur. Accedentes propius relatam intelligunt viſionem, in ſanguine veritatis conjicientes imaginem. Et quia per
Prov. 29,15 Salomonem dicitur, Virga atque correptio tribuent ſapientiam, puer autem qui dimittitur voluntati ſuæ confundet matrem ſuam; Deus eam fortaſſis erudire dignatus eſt hujuſmodi flagello, [ne] virginitatis poſthac ſubjaceret periculo. Ad humilitatis ergo cuſtodiam hoc modo corporalia illata ſunt Virgini detrimenta.

d 74 Dies noctem eamdem ſubſequens ſexta *d* feria extitit, qua Chriſtus pro mundo cum zabulo conflixit. Tantæ infirmitatis acceſſit

ſed octava poſt die, teſtimonium, ſi ſibi ſuppeteret; ut ſub celeritate faceret teſtamentum. Virgo per totam gravatur hebdomadam, uſque ad diem quam Jovis vocabulo apud Gentiles Ethnica inſignivit conſuetudo. In hac dum ſpiritus pœnis deficeret, miniſtros Eccleſiæ diligenter exquirit: & facta confeſſione Sacramentiſque Dominicis fideliter ſumptis, inter manus ſuorum confeſtim commutuit. Cum no-
e C cte iterum eadem, quæ ſequentem lucem *e* qua creatus eſt homo præcedit, adeſt perſona nobilis, candidis amicta induviis, imperioſæ videlicet mulier auctoritatis. Heus tu,

ab eadem rurſus apparente inquit, Remburgis, vigilas, an dormis? Cumque illa prorſus elinguis nullius reſponſi modulos ageret, ſed verſa ad parietem tamquam in mortem reſoluta jaceret; Heros prædicta rurſus adjecit, eamque proprio nomine ſecundo vocavit: Cur, inquit, Remburgis, reſponſa non tribuis? Nullius in mundo filia Cæſaris, nullius Conſulis eminet progenies principantis, quæ meam vocem libenter non exciperet, & interrogata diligenter reſponderet.

75 Audivit hæc omnia, ſed reſpondere Virgo non potuit. Tum illa tertio, Expergiſcere Remburgis, ait, expergiſcere; vi-

curari ſibi quadamtenus viſa, deo enim te mirabili oppreſſam ſtupore. Reverſaque inſignis Heros poſtmodum ad ipſam; Nimis, inquit, nimis expecto, moras innecto nimias in loquendo: prolatoque flore, quem de ſinu extulit, in os puellæ citius immiſit. Vox ei & lingua protinus redditur, & tamen D à ſomno non excitatur. Et mulier; Agnoſciſne, inquit, ô Remburgis, faciem tecum verba conferentis? ſciſne quæ ſim? unde, & quare venerim? An ſentrie vales? Medela reſtituam hac, quam circumfero, carnem ægrotam. Cui juvencula: Sentio, inquit, Domina, ſentio. Ita, mediante Dei gratia, convaleſco. Tum femina Nobilis, Heros & ipſa æque laudabilis; Juſte per me, ait, conſequêris remedium, cujus percuſſum dextrâ corpus geſtas aggravatum: lurida meis ictibus ora pallent macie, & latus tibi luridum areſcit in dolore. Proinde miſit me Domina mea Virgo & Regina inſignis Etheldreda, quæ matris tuæ lacrymas ultra ferre non potuit; tibique antidotum pro medio deſtinavit. Et ſupero cælorum cardine lapſa, ab illa tibi ad ſalutem per me tranſmittitur hæc medela; imperatque tuam ſibi ſiſti præſentiam, periculoſis caſibus deinceps eruendam. Pulſaverat jugiter mater ejus, à prima die infirmitatis, ad januam clementiæ Etheldredæ ſacratiſſimæ Virginis; & eam ſingulariter ſolam, præ ceteris Sanctis, precibus E & lacrymis ad copiam flexerat pietatis.

jubetur plenam ſanitatem ad tumbam S. Etheldredæ petere;

76 Gratias ago, junior intulit, quia nihil in corpore adverſitatis reſedit: abierunt morbi, redierunt vires, quique corpus occupaverat languor abſceſſit. Sarcinam, inquit, adhuc gravem & moleſtiam pateris, nec ita ut æſtimas omnino convaleſcis: ſed eſto, filia, [patiens] pauliſper, & ſuſtine, & omnino curaberis ab eodem languore. Admovitque lateri ſuaviter manum, & perforato ſine dolore intorſit, & extrinſecus uſque ad cubitum corpus leviter attrectavit ſuorum ſummitate digitorum. Tum juvencula virgo: Nihil periculi, inquit, eſt, ô Virgo: ecce ſum, Domina, ſoſpes & valida tota, adverſâ valetudine jam depulſâ. Morbus, illa reſpondit, à te gravis exciditur, necdumque perfecta incolumitas reparatur. Retraxit ad ſe mulier dextram, & denuo intruſit, ut allevaret illam; opuſque priori ſimile peregit, & ſecundam vicem primæ ſupputavit. Modo, inquit Remburgis, ô Domina, convalui, ex integro reddita ſanitati: & illa, Prope fiet, ait, iſta curatio, medicamine cumulato. Quod ergo bis prius egerat, in nomine ſanctæ Trinitatis de cete- F ro ſupplet & manum à corde ejus, & ab interioribus brachium removet; linitque unguento latus quod exciderat, & priſtinæ ſanitati delibutum reformat. Admonet inſtantius iterum, ut ſepulcrum beatæ Virginis adeat, nec in expediendo itinere moras innectat.

interimque triplici apparentis contactu magis relevata,

77 Favet Virgini virgo pro voto: quidquid imperantis ſedet arbitrio: Præſto ſum, inquit, quod præcipis exequi, & beatæ Reginæ ſacris ædibus præſentari. Vade, inquit tertio Perſona; ne differas, quod tibi injungitur ne dimittas. Reminiſcere, quanta in Regina præcellit excellentia cujus te bonitas ſaluti reſtituit, & cum ad illam veneris perfecte reparabit. Subjungit Virgo verbum alacrius exhibitum, ſe ſponte nullatenus fruſtrari quod promiſerat, ſi tantum Comes adſit, qui ei opem ferat. Cujuſmodi, inquit, ô Virgo, quæris adjuvari præſidio? Reſpon-

ſpondet ſe imperata facturam;

dit,

A dit, Puella ſum impotens, paterno deſtituta ſolatio, ſubjecta meæ genetricis imperio, nec abſque ejus nutu conſilio ſubjici licet alieno. Hæc verba reſpondentis tacitus attentiuſque rapiebat, alloquentis autem vocem vel habitum audire vel videre non poterat Frater, ſecus illam lecto aſſiſtens, germanæ caſibus fortunæque miſericorditer condeſcendens. Hanc itaque veritatis imaginem nequaquam falſo ſomniat animus, quam ſine cunctatione ad virtutum opera cæleſtis judicii compellat effectus. Mulier autem illa, perſonam reddens auctoritate plenam, hujuſmodi verbis alloquitur Virginem, oſtendens vultum ſolito ſeveriorem. Mandata, inquit, profero, blanditiaſque minaſque propono, neceſſitates quibus eruaris allego. Imperavit Regina, compleantur imperata. Ætheldreda Virgo ſanctiſſima hæc eſt Heros mea, cujus vice monitio fit, quamvis alterius edita voce. Nunc quid prætendis excuſationem, & opponis errorem, neque ad illam iter acceleras, cujus te gratia copioſa prævenit? Qualis ſit ejus virtus & meritum, per hoc impreſſum cognoſces tibi ſignum; nec cito dediſces conſuetudinem cujus expertam ſenties veritatem. Verbis amarius increpat, vultu minaci corripit; dumque rem exhibet hanc ſibi difficilem, ex oſtenta reddit iracundia cautiorem: arreptâque palpebrâ cui dextrum imminet ſupercilium, ſuper pupillam traxit, & hujuſmodi verba minando ſubjunxit: [Propter] ſalutares admonitiones quas negligis, & medicamentorum compoſitiones utilium quas ſubterfugis obliqua fide, dexter obliquabitur oculus, ut obtutu careat in humanis rebus: nec prius lucis antiquæ reperies prærogativam, quam ſanctam Dei Virginem adeas Etheldredam.

ſed deinde, ſui juris ſe non eſſe prætexens,

increpatur de cunctatione,

B

& oculi dextri uſu privatur.

78 His ita prælibatis Virago diſparuit. Tum virgo evigilans, lacrymas junxit, verecundiæ comites, veritati viſionis fidem facientes; nec dolore potuit amplius torqueri quam pudore. Hæc autem prædicandæ miſeratio gratiæ, non alea fortunæ, quamquam ad Dei laudem & gloriam lucem abſtulerit puellæ viſibilem, integram conſervavit animæ libertatem. Sic in infortunii ſalo dum fluctuat, tamquam in ſolo ſapientiæ utitur inſtrumentis: temporavit ratio cæcitatem, diſcretio miſcuit ſpei bonæ fiduciam; ut nec à virtutum bono decideret, nec eam deſperatio fatigaret ſapientis oculi. Quam honeſtius ſufficit, virgo incommodum per dies octo tegit. Cum quinta adveſperaſcente feria dies clauditur, & à noctis confinio ſexta lux inchoatur; contubernales ejus ſeſe locant ad requiem, & ipſa in cubiculo diſponitur ad quietem. Venit ergo tertio, quæ denuo venerat, & proprio puellam vocabulo clamat: Remburgis, inquit Perſona, iterum redii: en de te ſolicita ad te rurſus acceſſi. Quæ ad hæc verba confinis facta parieti, Matronam herilem collegit ſeſſioni.

Apparet tertio eadē Sancta,

C

una cum alia minori,

79 Cum repente quædam ſtaturæ mediocris, femineo ſexui femineum præferens habitum, truci vultu truculentum condit edictum, repleta aſperitatibus & plena minarum. Quid inquit, ô deteſtanda juventus, tantum auſa hetas, Dominæ meæ toties intimatum ſuperſediſti imperium? Qualiter attrita fronte poſtponere non puduit, quod tibi tanta Regina ut faceres imperavit? Quomodo ad tantam devoluta es in ſtupore mentis inſaniam, ut prævaricatrix exiſteres contra legem, tibi ſpecialiter aſſignatam? Quod tibi beata Virgo Etheldreda facere præcepit, pravæ mentis inertia complere cur tardavit? Inconſtantiæ autem & levitatis nævo notabilis, rationis refugiſti libram ſententiâ tuæ indiſcretionis. Experieris argumenta: exequar ergo condignam, Domina mea imperante, vindictam; & quæ uberius meritis tuis reſpondeat, factæ indignationis pertingens ad ruinam. Tum Virago quæ prior advenerat, Ea, inquit, tantæ miniſtra Virginis & nuntii bacula, miſericordiam præpone juſtitiæ, tantæque ultionis flagellum ſuſpende. Tolle virgam, ut ſententiam ſentiat immutatam. Non poſſum, inquit, differre quod ſupplicas; nec audeo relinquere, quod dimittendum rogas. Punire præcepit Virgo incorruptibilis pro tranſgreſſione negligentiam; & per hoc advertas judicium diſtrictæ ſeveritatis & cauſam. Ingemuit Perſona herilis hæc audiens, ſecundo pro puella & tertio intercedens. Cumque fruſtrata & inefficax ejus eſſet petitio, nec flecti tantis poſſet precibus mulier formæ minoris ad veniam: vindex culpæ per capillos mox aſſumpſit illam: arreptoque miro longitudinis clavo ferreo, quem penes ſe habuerat ante reconditum, inter oculum in capite crudeliter & cerebrum fixit, camque intolerabili dolore perforavit. Injunctum, inquit, mandatum peregi, Imperatricis meæ obtemperans voluntati. Hæc dixit, & diſparuit.

D

A. THOM. EX MS.

quæ inobedientiam caſtigatura,

non patitur ſe exorari à majori

ſed clavum capiti infigere viſa, diſparet.

E

80 Tunc illa laudabilis Heros, ſalutiferi guttam liquoris clavo velocius ferreo inſtillans, expulit omne tormentum à capite, avulſumque [ferrum] longius reſilivit à cervice. Factaque ſoſpes iterum Remburgis, ab exitio ſalvatur cæleſti medicamento. Res iſta, virtutum fulgore radians tota, divino teſtimonio commendatur. Leniens autem illam ſermonibus blandis, quæ curatrix acceſſerat puellæ Perſona imperialis cum maxima auctoritate clamat: Præclara namque res eſt, cujus tibi facta ſum prænuntia, ſæpius jam dudum de tuo profectu & ſoſpitate lactata, hilariter debueras præſtitiſſe, quod à te cum tormentis extorquetur. Exactum gratiæ colore potius quam timore, à beata mandatum Etheldreda, ne ulterius differas: ſed ad illam, per te, ut potes, accedas: nec [enim] hanc tuæ ſalutis experieris artificem, niſi bona mater tua juverit operantem. Viſita locum illum, quem cum Domina noſtra pariter incolimus, & corporum noſtrorum præſentiâ decoramus. Illic cum aderis, inter glorioſæ Virginis & Reginæ manſoleum ſepulcrumque, ab Aquilonari parte decenter locatum, accenſo cereo excubans, dulci ſopore leniter obdormies; & expergiſcens à ſomno, viſum recipies, quo tot diebus cares: nec uſquam ſiceræ liquorem ebibas tibi interdico, donec aſſiſtas loco frequenter memorato.

Curat illam rurſus major,

F

& ad iter ſuſcipiendum animat,

81 Cura mihi de gravedine *f* oborta, heſternum aquæ poculum ad oſtium thalami, quodam mortis offendiculo, fecit evacuari: ſed ſi glutiſſes hauſtum quem ore conceperas, & non evomuiſſent fauces quod hauſerunt virus,

f

A THOM. EX MS.

A virus, in vaſe mortis quod latuit, ad æternam tibi patuiſſet ruinam. Pugno inter ſcapulas te quoque perculi, & ab hujuſmodi interitu liberavi. Fac ergo rem optimam tibique ſalubrem, ut ire celeriter perſeveres ad Virginem, cujus factam toties audiſti juſſionem. Imago viſionis firmiter hæreat, unde rei memoria jucunda non recedat. Dies, *g* Armatæ trahens vocabulum, hoc in rure nequaquam te ducat ad veſperam, ſi ſalutem ſatagis conſequi repromiſſam. Si vero perendinaveris, non egrediens oppidum, nec flamma devotionis tendat ad incrementum; cum minus amor in te vehementior fuerit, in hac tepebit impetus ejus tibi quæ mandatum dedit, nec ad meliorem [valetudinem] ſpirabis per illam, nec ad ſalutem pertinges concupitam: ſed quod tibi gravius incumbit ut audias, pernicibus brachiis mors inopina rapiet, teque de hoc corpore arreptam elidet.

mortem intentans niſi obediat.

g

Ergo puella in viam ſe dat cum matre & fratre;

82 Species imaginis his dictis evanuit, & expergefacta à ſomno ſurrexit: revelationem genitrici inſinuat, & ut iter acceleret inſtantius orat. Cuncta quæ viderat ocius innoteſcunt, & mater [& filia] deſiderata perficiunt. Occurrit etiam ex inſperato germanus Frater Virginis, votivo exceptus officio, qui provinciæ defuerat tempore diuturno: apparat expenſas & iter accelerat, & quo die ſibi tempus conſtituitur, ad Elyenſem inſulam citius penetratur. Notandum celebriter quod ſibi puella retulit accidiſſe, ſub eadem luce qua ad S. Etheldredam, arripuit viam promotionis ſuæ: cujus ut fides fervebat in pectore, ita in corpore celeritas integræ ſoſpitatis advenit; excepto tamen quod ſibi dexter oculus patere non potuit. In eo autem itinere numquam ei ſomnus irrepſit, ſed jugis vigilia exercitatos diu oculos fatigavit. Tandem perveniens ad ſepulcrum ſacratiſſimæ Virginis, & circa veſpertina ſolennia devotis illi aſſiſtens excubiis; dum à plaga Aquilonari, ut ſibi juſſum fuerat, accenſa lampade Virgo decumberet, factum eſt ut in pavimento leniter obdormiret. Revelaverat paulò ante ſenioribus Religioſis eccleſiæ, ſibi quid acciderit, & cæcitatem oculi cum tumore qui eam deprimebat, eratque pudori gravius illatum ſuperna manu ſupplicium; cum degener ſanguis illius natales non inficeret, & rei familiaris anguſtia nobilitatis nomen infuſcaret.

B

& ad ſepulcrum Sanctæ leviter ſopita,

C

83 Cum igitur aliquantulum concepiſſet juvencula glorioſa quietem, & ſub ſepulcro Sacratiſſimæ Virginis & Reginæ inſignis Etheldredæ collocaſſet cervicem; inopinato ſtatim eventu ex dextro nare cruor exiliit, eamque à ſomno citius excitari ſic coëgit: quod manica ſindonis qua induebatur appoſita reſtinxit undas profluentis ſanguinis, ne pavimentum ſuperfluitas attingeret noxialis. Et cum maxima devotione celſius exclamans, Gratias, inquit, tibi, Virgo prælucida, Regina venerabilis & glorioſa: quia ſicut æſtimo temporalia video, quæ clauſa videndi hactenus fuerant inſtrumenta. Suppoſitoque quem manu tenebat ad maceriem cereo, ſiniſtrâ ſiniſtrum clauſit oculum, & dextrâ dextro quoddam extendit ſignum, per hoc inſtituens experiri certius, quam probabilis eſſet ſacræ revelationis effectus. Stupuere fideles qui aderant, quia unâ circiter horâ ſuperius turbidum viderant ſidus & tumidum, & nunc ſplendidum contemplantur, totamque deformitatem ſedatam. Attollitur cunctorum clamor ad ſidera, vox popularis lætitiæ tripudiat, infinita fama ad eccleſiam excire non deſinit, quos amor Reginæ & Virginis è diverſis regni partibus ad Dei laudem & gloriam illo congregavit. Siſtitur ante ſacram menſam Chriſti virgo ſplendida & decora: jamque vultus alacritate & faciei venuſtate ſubtilius mutati, refert omnibus ſcire volentibus quid divinâ gratiâ in ipſa geſtum ſit; &, quemadmodum rei prædictæ contexuimus ordinem, luculenter explicavit.

mox ſanguine ex naſo fluere excitata,

oculum reſtitutum ſibi declarat.

D

Publicato miraculo

84 Nos igitur, Jeſu bone, in his & ceteris mirabilibus tuis, te Deum laudamus, te cæli ac terræ Dominum confitemur, qui beatæ Sponſæ tuæ & integerrimæ Virginis Etheldredæ longe lateque ſic glorificas merita, ut cernentibus cunctis & audientibus appareant gratioſa. Hymnum autem, quem prædiximus, ſolemniter Præcentor incepit, Eccleſiæ tota congregatione alacriter cum ſpirituali gaudio & lacrymis Dei magnalia proſequente. Sciendum quod fideliter omnibus congruit, quod ſicut revelationes ei factæ ſunt tribus his diebus ad veſperam, quæ ab appellatione Jovis traxere nominaculum; ita ſub hac *h* veſpertinæ devotionis hora, ad ſalutis pertingere meruit incrementum. Quæ fletus uberiores largius profundens, & ad ſacratæ Virginis mauſoleum orationibus inſiſtens, acceptâ licentiâ remeavit ad propria, ſuos exhilarans de ſoſpitate ſibi cælitus reformata. Ex illa [die,] lumine debilitata Juvencula emerſit *i*, ... quæ in inſtante gratiam curationis invenit. Fortaſſis autem gratioſa Virgo Chriſti, & Regina celebris Etheldreda, noſtro tempore talia occulte nobis exhibuit, ſed in tam clara luce nullum tam ſolenne miraculum in ſerie moderna oſtendit.

Te Deum laudamus cantatur,

E

h & domum ſoſpes puella redit.

ANNOTATA D.P.

a *Juxta Hiſtoriam Epiſcopalem*, Nigellus *fuit ordinatus Epiſcopus Elyenſis ſecundus: anno* 1133 *Kalendis Octobris.*

b Cireceſtria *in finibus Gloceſtrenſis Ducatus ad fluvium*, Chur, *vulgo dictum.* F

c *Hanc fuiſſe* S. Sexburgam *videtur intelligi ex dicendis num.* 97; *ubi eadem, cum alia ſtatuæ minoris Sanctæ, puta filia* Ermenilda, *apparet; & num.* 80 *dicit, eamdem ſe domum cum S. Etheldreda incolere; niſi quis malit* S. Withburgam *fuiſſe alteram, eamdem quæ infra num.* 111 *apparet, ultura illatas Monachis injurias: ita ut duæ Virgines Virginis Etheldredæ famulas ſe profiteantur in hac narratione, multis locis perquam obſcura, & veroſimiliter huic libro inſerta, ſicut ab alio ſcripta fuerat, quemadmodum & duas Epiſtolas jam vidimus, nihil variato ſtylo relatas.*

d *Crederem intelligi Feriam* 6 *majoris hebdomadæ, quæ iſto anno* 1135 *quo celebrandum erat Paſcha* 7 *Aprilis, concurrit cum die* 5 *ejuſdem; niſi ex progreſſu appareret intelligi eam feriam* 6 *quæ duabus hebdomadis præceſſit* 6 *Junii, tunc diem Jovis; adeoque hic notari* 17 *Maji.*

e Plaſmatio *quidem* hominis, *in variis Martyrologiis notatur* 25 *Martii; ſed hic videtur* ſim-

A *ſimpliciter intelligi feria 6 ſubſequens aliam priorem.*

f *Ita ſcribo per conjecturam pro eo quod ecgraphum habebat* de grande.

g *Quæ hæc* dies Armatæ? *Subintelligo* Stellæ *vel lego* Armati, *& diem Martis ſuſpicor notari.*

h *Quæ ſcilicet etiam* dies Jovis *fuit : nam initio capitis dicitur miraculum factum* 8 Idus Junii, *quæ iſto anno* 1135, *currente littera Dominicali* F, *fuit feria* 5.

i *In hoc quoque epilogo opus Oedipo foret, deficientibus quibuſdam verbis & aliorum ſenſu turbato, nam hic ſcriptum erat* in iſta tantæ.

CAPUT IX.

Sanitas variis collata : Ranulphi Elyenſium pro Epiſcopo Curatoris, ſeu potius tyranni, detecta proditio, ſed non reparata injuria.

B 85 UXor cujuſdam Gaufridi de Burwella, eriſpilam, *a* quam Latini carbunculum vocant, paſſa eſt in gutture. Hujus apoſtematis letalis tumor Medicis deſperantibus vel abſentibus, hoc modo curatus eſt quod invocatâ S. Etheldredâ mulier eam penitus expuerit.

a Letale apoſtema curatum

86 Res iſta, [quod *b* quidam languens ad vitam rediit] res mirabilis, res vere prædicabilis, ab omnibus Elyenſibus habet teſtimonium, habet præconium. Vir quidam civis Coleceſtriæ *c* cum tota pæne domo ſua locum ſanctæ Etheldredæ adierat. Et hic, poſt orationem & cetera quæ ſui adventus cauſa petebat, reditus ſui jam poſt craſtinum iter ſuſcepturus, hoſpitium apud domum patris janitoris noſtri Nicolai accepit. Media vero nocte paſſione graviſſima percuſſus, ſine voce, & miſerabili luctu etiam ad fletum alienos cogentibus, tota nocte uſque horam primam diei ſequentis ſic jacebat; cum ecce aliis de ſepultura ſolicitis, ſola uxor, quæ magis dolebat quia magis C diligebat, tumulum Sanctæ requirit, & coram omnibus tales in Dominam effundit querelas : O Sancta ! ô Domina ! Quid in te peccavi, quod virum meum mihi tuliſti? Ut te honoraremus, advenimus : & te venerantibus facta es infidelis, facta es crudelis. Numquid nobis inſidiata es, ut in loco juris tui redderes nobis mala pro bonis, & nos ſolos de tanto populo vexare auderes? Cur ſaltem non pepercifti nobis, donec veniſſemus in propria, & debito cum honore poſſem virum meum, inter amicos & notos, ad ſepulcrum deducere ? Heu mihi miſeræ! Si ſciremus te hoc facturam, locum tuum numquam adiſſemus. Aut ergo virum meum mihi reddes, aut tuam crudelitatem ubique narrabo. Dum itaque mulier talia convicians, operaretur; Sancta piiſſima virum, jam ſepeliendum tamquam de ſomno excitavit, & omnibus mirantibus ſanum reſtituit. Ille, cum ſuis & magna populi frequentia, gratias agens Deo, Corpus ſanctæ Virginis confeſtim repetivit; & ſe meritis S. Etheldredæ de graviſſimo morbo liberatum, omnibus acclamavit : tandemque cum licentia Sanctæ abiens, promiſit ſe omni anno cum oblatione venturum.

b à Colecceſtria peregrinus ad Sanctam

c

uxori cum ea de ſubito viri deliquio expoſtulanti,

incolumis redditur,

D A THOM. EX MS.

87 Mulier hydropice tumida, ventrum ad modum gravidæ protenſum habebat : quæ nobis videntibus ad ſanctum accedens tumulum, fuſa oratione, tantum humoris ibi vomuit, ut pro fœtore & pro fœditate, Sacerdos cum thure, niſi ſuperjecto ſtramine, altare circuire non poſſet. Laxato itaque ventre totus ille morbus depellitur, & mulier curata eſt. *hydropica ſanatur.*

88 Ut divinæ Virginis potentiæ operatio in omnibus ubique laudetur, & in univerſis viis ejus, quæ ſunt miſericordia & veritas, tam in parcendo quam in puniendo glorificetur, qui bonis & malis bene utitur; rem in Elyenſi provincia geſtam, poſteris profuturam, inter miracula beatæ Virginis Etheldredæ, utpote magnum & ſtupendum miraculum, huic opuſculo inſerere dignum duximus : in quo nimirum evidentiſſime datur intelligi, quam æqua lance juſtitiæ, ſicut pœnitentibus dare veniam, ſic impœnitentibus conſuevit irrogare vindictam. Tunc quippe Elyenſis eccleſia, ſub honeſto Paſtore honeſte converſans, diabolicâ invidiâ carere non potuit, quin inter reliqua Regni infortunia, quæ jam undique crebuerant, & ipſa partem tribulationis haberet. Nam & ab invidis & malignis quibuſdam, qui res Monachorum, Monachis à ſua poteſtate dejectis, diſpenſare cupiebant, crudelis parabatur delatio. *Ab Epiſcopo Nigello* E

89 Erat in ejuſdem *d* Elyenſis Epiſcopi comitatu & obſequio memoratus Clericus Ranulphus, apoſtata ex Monacho, qui quondam relicto Religionis Monaſticæ actu, ordine & habitu quem Gleſtoniæ aſſumpſerat, ut canis ad vomitum corpore & corde reverſus eſt in Ægyptum, qui tandem rerum omnium ad Epiſcopum pertinentium, ut optaverat, Procurator effectus, non nunc ſub Domino vel vice Domini ſe æſtimabat, ſed ei per omnia conſimilem & jam ſuper illum extulerat; neque diſperſa congregare, ſed congregata ſtuduit diſpergere. Fuit ipſe, etſi non nomine, tamen rei probatione, noſtri temporis Catilina : ex ruſticano & ignobili genere, ab infantia & in ipſa infantia pronus in quælibet vitia; in majore ætate conſtitutus, fit promptior ad crimina. Cumque ſibi commiſſam ex toto gereret adminiſtrationem Epiſcopatus; homo lubricus & inconſtantis animi, utpote inefficax, omnia incipiebat, nihil præter facinus ad effectum perducebat. Honeſtorum declinans conſortium, flagitiorum circa ſe tamquam ſtipatorum catervas habebat : & ut Elyenſium Monachorum prædia & poſſeſſionum jura, poteſtatemque uſurparet, malignius ſuſurrationibus Epiſcopum ſæpius circumvenit; & niſi Divina impediretur miſeratione, Religionem & Monachos, diu illuc à ſanctis Patribus collocatos, in exterminium conatus eſt adducere. Ad quod ſibi magna ex parte Domini ſui favorem obtinuiſſe confidebat, ac penitus conſenſum adhibuiſſe cognoſcebatur. Unde nec poterat eis quidquam pacifice loqui, cum ex *Procurator conſtitutus Ranulphus,* F *homo nequiſſimus,*

tunc

A tunc & deinceps indignationem & iram adverſus illos moliretur.

ATHOM. EX MS.

ipſum contra Monachos ſuſcitat,

90 Interea cauſis Regni urgentibus, quæ Epiſcopum aſſidue inquietum reddebant, diuque extra Monaſterium morari impellebant, ut vix poſt multos dies ad domum rediret: [contigit eum foras exire,] & ſecutæ ſunt eum turbæ. Fecerat autem comitantibus convivium, quaſi convivium Regis: & ſederunt manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Inter ipſos nonnulli mali mixti cum bonis accumbebant: pſeudo (ut ita dicam) Collaterales. Hi Dominum ſuſurrationibus ac fraudibus aſſidue conveniunt, tentantes ſolicite, ut eum adverſus inſontes Monachos in iram & odium concitarent. Verumtamen ſuper eos malignaverunt conſilium, quo non recte cogitantes aſſerere nitebantur; Domino Epiſcopo non neceſſe eſſe Monachos [conſulere] in aliquo; nec eos in miniſterio altaris, vel dedicatione eccleſiarum debere ſibi aſſiſtere, ſicut filios eccleſiæ; ſed neque cauſarum diſceptationibus, vel ad jura loci exequenda, illos nequaquam intereſſe debere dicebat: cum (maxime ad nutum ipſorum)

ut à conſiliis ſuis removeat,

B recte & canonice à ſpirituali Patre eorum maxima quæque & minima pendeant, ad eumque pertineant cuncta eccleſiæ jura. Cum præſertim, juxta Leges atque Decreta, unumquemque ſtare liceat pro Republica; & jus naturæ unicuique quod ſuum eſt ſtare [non] debeat abſque præſentia filiorum propriæ Eccleſiæ, ſicut ex viceſimo ſecundo Capitulo Carthaginenſis *e* Concilii probatur, quod irrita

e

erit ſententia Epiſcopi, niſi Clericorum ſuorum conſenſu firmetur atque præſentiâ.

quos debebat habere intimos:

91 Et revera, non de quibuſcumque Clericis [hoc intelligitur], ſed qui de gremio propriæ Sedis ſunt, ſive ſint Monachi, ſive Canonici vel Scholares, id eſt ſeculares Clerici: hoc enim generaliter nomine cenſentur, quotquot ſunt infra ſacros Ordines conſtituti. Conſuete autem Elyenſes Monachi, apud ſuum Epiſcopum, & præſtantiorem locum habere, & ceteris locis Epiſcopalibus, more debito ſpiritualibus, acceſſum tenere noſcuntur: eo quod ipſi profecto non ab eo, ſed ille potius verſa vice de ipſis creatus & conſtitutus eſſe probatur; quod aliàs eveniſſe,

C memoriæ non occurrit. Tamen admodum concitatus eſt, ut ſi tumultus non fieret in plebe, jam ſperaverat eos penitus extra jus ſuum fieri: ſicque aſſiduis Ranulphi irritatus maliloquiis, res Monachorum illi committit, non quidem prætentem cauſam eorum diſcutiens, quos nec audientiâ dignos æſtimavit, [ſed] de facinoribus apud illum informavit.

ſuſpectum eidem facit Priorem Guilielmum,

62 Agebat tunc temporis in prioratu Elyenſis eccleſiæ venerabilis Monachus Willelmus, quem in primo anno Epiſcopatus idem Epiſcopus Priorem conſtituerat; qui in eccleſiaſtico regimine, & monaſtica probatus converſatione, intus & foris utilis & fidelis Domino ſuo, & Fratribus probabilis extiterat. Hunc ergo talem timens funeſtus Ranulphus ſe in Domini ſui gratia prævenire; rerum exteriorum gubernatione malefico privavit artificio, aſſumens in rebus Fratrum tyrannidem; non Deum timens, nec Sanctas honorans, quarum obſequio Fratres illi erant adſcripti. Priore igitur & Monachis ſua poteſtate proſcriptis, ipſe ſtatim diverſas machinatur angarias; debitos ejicit famulos, novos intrudit, non qui famularentur ſed inſidiarentur. Mutat officia, tollit ſubſidia, minuit victualia, detinet redditus, arcet exitus, vallis & ſepibus & cuſtodiis omnem intercludit ſemitam, ne de illata violentia poſſet ad publicum exire querimonia. Itaque videntes illi ſe hoc modo incarceratos, flagellum Domini ſub expectatione miſericordiæ patienter ſuſtinebant, orationibus & jejuniis adeuntes Sanctarum corpora, in quarum patrocinio confidebant; eratque Vigilia S. Leonardi *f* Confeſſoris, cum hæc eis ſu- *f*

D

& Monachos vexat.

pervenerat afflictio.

verus præcurſor Antichriſti;

93 Sicque totus ille annus tranſiit; & Monachis ſummam egeſtatem patientibus, magnam inſequenti anno iram Dei paſſurus, de rebus eorum in ſoleſcebat ille Ranulphus: & Monachis Elyenſibus, per biennium miſere afflictis, Manus Domini jam parabat occurrere, ut illum nefarium tyrannum, quem nulla frangebat miſericordia, ultio præoccuparet Divina. Vir autem prædictus Ranulphus, impius & infidelis, & in pleriſque eccleſiæ ſacramentis & ſententiis in occulto hæreticus, licet non fuiſſet publicè convictus; poſuit in cælum os ſuum, & Sanctorum feſtivitates merito venerandas celebrari prohibuit; & contra pietatis officium & humanitatis debitum, vir crudelis & inhumanus in ſuo tempore, tempora Antichriſti ſuâ malitiâ præveniens, mortuis ſæpe negavit [Anniverſaria ſua]; nulli conceſſit ſi non vendidit; in quem ſic omnium juſti Dei judicio confluxerat ſentina vitiorum, ut quidam frater ſuus, ſibi non diſſimilis, quadam ſua pellice quam aliis præferebat, juxta Herodis exemplum qui Philippi fratris ſui uxorem adduxerat, tamquam licite & publice abuteretur: & facta ſibi fronte meretricis, tantum exceſſum & inceſtum, in fratre proprio non redarguit; & ipſe in otio, non de proprio, ſed de alieno, magnifice & molliter conſuetus vivere; dum modum neſcivit, ... incerta pro certis, bellum pro pace concupivit, quippe cujus animam deſideria occupaverant, libido enervaverat, ſuperbia invaſerat, cibus alienus impinguaverat. Qui in tanta rerum copia, ad ſummam (ut poſtea patuit) inopiam poſitus, omnia inconſulte & improvide diſponebat, omnibus Epiſcopo fideliter famulantibus invidebat.

ſed tandem ad extremam relapſus inopiam;

E

F

quia conflata conſpiratione,

94 Merito igitur in reprobum ſenſum datus, cœpit ſe de die in diem ſupra ſe tumide erigere, & tamquam ad Aquilonem cum illo primo ruinæ ſuæ auctore ſedem ſuam ponere, & ad Regnum Anglorum quodammodo obtinendum aſpirans, cum ſuis ſatellitibus conſpirare. Occupaverat ſiquidem mentem ejus maligna cogitatio, primumque damnationis ſuæ judicium ex cordis obſtinatione ſuſcepit, ut inaudita cæcitas, publicam ejus ignominiam in omnium proferret notitiam. Divino itaque excæcatus judicio, accerſitis duobus familiaribus ſuis, quorum alter quodam præſagio Henricus Peregrinus (ſubauditur à fide) alter dicebatur Radulphus Burgundio (ex ipſius cognominis interpretatione, cum infidi ſint Allobroges, & ipſe infidus) quid & quantum negotium mente tra-

in cædem Normannorum,

A tractaret eis apparuit ; quantam gloriam, famam, dignitatem adipiſci facile poſſent ; diutius perorando inſinuavit. Laudarunt illi tantum propoſitum, & ſocias ei vires in omnia promittunt, & ad hoc deteſtabile conſilium quoique peſſimos occulte ſibi allicient: deinde quiſquis patrimonium ſuum dilapidaverat, alienamve hereditatem expilaverat, aut æs alienum grande conflaverat, aut in judicio fuerat convictus, aut judicium ſubterfugerat reus ; eis proximus & familiariſſimus adhærebat, neminemque ſuâ dignum arbitrabatur amicitiâ, niſi quem alicujus criminis notatum reperiſſet infamiâ.

95 Denique fit eorum Conventus in eccleſiâ Strathamenſi, & præſtitis hinc inde contra patriam execrandis ſacramentis, & ad
g omnium Francigenarum *g* interitum tam clericis quam laicis pluribus, inductis prece, &
h conductis pretio, in villa Stratham *h* arma
& mutationem regiminis, viſu horrenda diverſi generis fabricari fecit; ut quæ perverſe conceperat, perverſius ſi licuiſſet adimpleret. Communicato etiam cum
B complicibus ſuis ſuper hoc ſæpe conſilio, ſed fortuito & ſine ſpiritu conſilii habito concilio, inſanus factus cœpit Regnum diſponere, Regem futurum deſignare, Epiſcopatus & Comitatus ad libitum diſtinguere, libertatis ac pacis adverſariis quaſi pro libertate ac pace leges promulgare ; quæ nec habebat nec ullatenus habere poterat, ut eos ſic infatuaret, promittere. Inducit exemplum ex Hiſtoriis antiquitatum: quam pauci ſæpe totam Rempublicam Romanorum occupaverint, perturbaverint ; quantas ſtrages dederint, & de maxima multitudine pauci ſæpe triumphaverint : quorum quidam timore coacti, quidam amore illecti, quidam ſimplicitate ſeducti, quidam ambitione devicti, ſeſe paratos ire in mortem & in carcerem ob ejus amorem & gratiam profiterentur.

96 At ille gloriæ cupidus, ad tantæ rei executionem adulatorum favore animatus,
Epiſcopum quoque ſuum mori deſtinarat, tamquam jam ſedeat in Regni ſolio inaniter gloriatur. Ibat autem quotidie per villam & inſulam Elyenſem pompatice ; illoſque quos vel dedignabatur, vel deſperabat ſuæ proditionis habere ſocios, frequenter *i* cauſabatur,
i
C gravabat officiis, ſpoliabat pecuniis, & multis affligebat moleſtiis. Itaque homicida deteſtabilis, patriæ proditor & execrabilis, qui de alienis damnis opes ſibi cumulabat, de quibuſque peſſimis, comites advocabat. Illum Dominum ſuum, cujus gratiâ & benevolentiâ tamdiu abuſus eſt, cum ſatellitum ſuorum manipulis interficere diſponebat : qui eum egenum de pulvere, & jacentem erexit de ſtercore, & cum principibus fecit ſedere. Sæpe ſecum in menſa, de aureo & argenteo calice, juxta latus ejus vinum bibit, cui crudeliter, tamquam alter Judas, mortis
ſed fugam ultro capiente ipſo parabat propinare venenum. Sed divina gratia tam perverſo ejus propoſito reſiſtente, ille incidit in foveam quam fecit : tandemque divina diſpoſitio conſilium iniquitatis detexit, illeque à ſpe ſuæ vanitatis decidit.

97 Et ut pateat quam rationabili deliberatione Deus omnia provideat ; eâdem vigiliâ S. Leonardi, qua ante duos annos Ranulphus ille ſe ſuper res Monachorum extulerat, nequiſſima proditio revelari cœpit. Quidam enim occultus horror de tanti propoſiti immanitate eum invaſerat : & quia de ſuorum fide non ſatis fidebat, remque tantam inter tot conſcios arbitrabatur non poſſe celari, nec videbat adhuc tempus talibus cœptis idoneum occuriſſe ; ſumptis quæ poterat fugâ ſibi conſuluit, & totam cauſam ſuis reliquit. Quod
cum unus complicum cuncta aperuiſſet, ſuorum unus Radulphus Burgundio comperiens, timens ne alius eum in ſceleris revelatione præveniret, ſimulque putans per hanc detectionem ſe Domini Epiſcopi gratiam, membrorumque impunitatem nacturum; agente eum non fervore pœnitentiæ, ſed fœtore culpæ ſuæ; ſubito in Monaſterium ſe ingeſſit, & ad Corpus ſanctæ Etheldredæ confugit. Nec mora fertur rumor ad aures Epiſcopi: miratur, accurrit, audit cauſam, vertitur in ſtuporem : nec poterat amodo tantus rumor celari, qui tunc contigerat ad ſalutem totius populi. Monachi ergo, meritis S. Etheldredæ, Dominæ & Advocatæ ſuæ, patrocinio liberati à crudeli tyranno, magno exultant tripudio Deum & almam ejus Virginem laudibus attollunt, detecto demum & infatuato F
divinitus Achitofelis conſilio. Ranulfus fugâ *de ceteris* elabitur, & proditionis conſcii divina revela- *pœna ſumitur.* tione capiuntur, & convincuntur : laicorum quidam in patibulo ſuſpenduntur, clerici perpetui damnationem exilii patiuntur. O quam mira, per B. Etheldredæ meritum, divinæ operationis vindicta ! Quem paulo ante omnes venerabantur ut Dominum, metuebant ut tyrannum, trepidante conſcientia vagus & profugus, tamquam alter Caïn perpetrato fratricidio, habitavit in terra; non ſemel moriturus, ſed ſeptem vindictas ut Caïn paſſurus, ut quicumque eum invenerit occidere videatur, & pœna ſemper quaſi renaſcente ſine morte moriatur.

98 In ſe tandem reverſus Epiſcopus, tantis infortuniis territus, quod manum indebite exercrat contra Monachos, oves ſuas ; in-
Hinc viſus Epiſcopus meliora ſpondere, tendens eos eſſe innocentes, ſeque penitus fuiſſe adverſus illos crudeliter exaſperatum; Priori & Conventui rerum ſuarum poteſtatem, ſed minime plenam, reſtituit ; retentis ſibi nonnullis & melioribus eorum rebus quas volebat : & cum diu læſor à lædendo ceſſare debuiſſet, & errorem priſtinum perfecta emendatione corrigere, ſeque deinceps ab omni errore excludere; oblivioſus factus divinæ ultionis in ſuis, ſuæque evaſionis periculo, & in
& quædam ex ablatis reſtituere, juſtæ diſtrictionis in grege ſubjecto; propoſuit res eorum mutare in melius, & ampliare ut aſſeruit, quas (reſiſtentibus Monachis & nullatenus ei aſſentientibus) profecto deciderat ac minuerat ; nequaquam de poſſeſſionibus, de bonis loci, ſecundum ſtatuta eccleſiæ ac Legum decreta, vel æquam diviſionem vel eis juſtam portionem concedere, aut ſtatuere voluit. Undique enim crudelitas ipſius innotuerat, quam in miſerandis Monachis, non ju- *ſed parum ſincere.* ſte, non debite exercuerat. Timens [igitur] ne damna ſuæ ſævitiæ pateretur, paratis reſponſalibus *k* & ad hoc neceſſariis inventis, [obtinuit] *k* ut conſuetas poſſeſſiones Monachorum, & ſua (ut dixerat) donatione ampliatas Romano privilegio confirmari faceret ; imo ut Romanis famam ſuam ingereret, notitiam plantaret, gratiam acquireret.

A THOM. EX MS.

ANNOTATA D. P.

a Eryſipelas *Græce & integre ſcriberetur.*

b *Verba tituli in textum transfero, ne ſenſus pendeat.*

c Coleceſtria *in confiniis Northumbriæ & Dunelmenſis Epiſcopatus, Tinæ fluvio adſita.*

d Nigelli *ſcilicet, in cujus Actis omnia quæ ſequuntur iiſdem verbis, ſed in brevem contractis ſynopſim, referuntur.*

e *Variæ variis temporibus habitæ Carthagine ſunt Synodi, & quarumdam etiam habentur Canones, eum tamen qui hic allegatur, hactenus non reperi, ſaltem qui faciat Capitulum* 2.

f *Ejus ſcilicet* S. Leonardi, *qui colitur 6 Novembris: nam alium ad* 15 *Octobris Kalendaria Anglicana non noverunt.*

g Francigenas, *intellige* Normannos, *utpote ex Gallia ſeu Francia in Angliæ regnum inductos.*

h Stratham *oppidum unâ fere leucâ diſtans ab Ely verſus Meridiem.*

i Cauſari .1. *accuſare, in judicium trahere, calumniari: alii* cauſare *dicunt, terminatione activa. Hinc* cauſatores, *intentatores litium.*

k *Græci* Apocriſiarios *appellant, eâdem vocis notione, quia ἀπόκρισις,* reſponſio *eſt*: Legatos *ſeu* Miſſos *alii dicunt.*

CAPUT X.

Varii ægri invocatâ Sanctâ, aut etiam ipſis apparente, curati.

Cæca annis 4 *a*

99 TEmpore adhuc ſuperſtitis Domini noſtri Nigelli Epiſcopi, mulier quædam de Cotenham *a* cæcitatem quadriennio paſſa eſt. Hæc ad feſtum S. Etheldredæ veniens, tota nocte uſque in diem ante corpus ejus excubavit. Facto igitur mane cœpit vehementius orationi inſiſtere; & poſt modicum gratias agens, viſum ſe aliquantulum recepiſſe clamavit, cœpitque paulatim privatio verti in habitum; & nocte expulſa, lux clariſſima ſe ingeſſit. Quod ut ab adſtantibus probaretur, projecti ſunt ei oboli, & quadrantes diverſi numiſmatis: quorum characteres ipſa certiſſime, videntibus omnibus, conſtringebat. Notum eſt itaque eam ſine dubio ſuos recepiſſe conſpectus, & poſt ſolennes gratiarum conceptus, quos clerus & populus acclamabant, quæ cum duce venerat, ſine duce propria repetebat.

ad corpus Sanctæ illuminatur.

C

Indictum à Presbytero Sanctæ feſtum

100 Pauca valde ſunt quæ narramus: nec expectet auditor omnia Sanctæ hujus geſta, vel noſtra poſſe retineri memoriâ, vel colligi eloquentiâ. Nos enim, velut tenues & imbecilles, tantâ materiâ onerati, ſuſcepto jam ceſſiſſemus ponderi, niſi ſanctæ Virginis pietas gratiam ſuam auſibus noſtris temperaret: unde & in ſequentibus, ſicut in præteritis, lectoris benevolentiâ indigemus; ut reliquis quæ inſtant congruam poſſimus relationem attexere. Occurrit enim delectabilis mentio miraculi, quod pias aures gratioſa exultatione demulcere [poterit]. Quidam namque Sacerdos feſtum S. Etheldredæ ſolenniter præcepit obſervari: cujus præcepti quidam *b* Parochianorum ſuorum contemptor exiſtens, quippiam operis ſuſcepit agendum. Nec moratur culpam divina punire vindicta: ſed deteſtabilem auſum deteſtabile ſecutum eſt infortunium: caſus enim promptus ad caſum. Cauſam ei improvidus & præceps tranſitus per quamdam ſepem ingerebat, in quam ſubito irruens ſude acutiſſima infra vertebras transfixus eſt: unde ſe violenter excutiens, fracta ſude fragmen infra corpus hæſit, & vehementer læſus diſceſſit.

D

quidam operando violare.

in ſedem incidit;

101 Crevit ergo dolor indies, & ſuperducta cicatrice cœperat jam introrſus putreſcere. Cum ecce, neſciens quid intra ſe eſſet, medicos convocat, & aliis ſuccedentibus aliis, magis vexatur quam juvatur. Sicque annum totum duxit in magna miſeria: donec redeunte ſanctæ Virginis feſtivitate, ſuadetur à ſuis, ad Sanctæ quam offenderat tumulum apportari, ſi forte, quod tam diu conceperat, vel tunc parere poſſet. Itaque illuc advehitur, totaque nocte & die miſericordiam poſtulat, nec impetrat; & deinde jam ſine ſpe effectus, domum parat repedare. Cumque in itinere grata planicies occurriſſet, cœpit vir anxius hanc eccleſiam flentibus oculis pie reſpicere, pauciſque verbis hanc orationem effudit: Benigniſſima Domina, ſi velles in me miſero virtutis tuæ largitatem oſtendere, omni anno tuam feſtivitatem devotiſſime obſervarem. Remitte ergo mihi quod in te peccavi: ſufficiat tibi ad vindictam quod tuli, & miſerere mei. Quo dicto ſtatim ſenſit quamdam mirabilem pruriginem in loco vulneris: & tamdiu ibi ſcalpere cœpit, quouſque rupta cute fruſtum ſudis cum multa ſanie exiliret de corpore. Gaudens itaque, & admirans ejectam ſuæ eſſe cauſam paſſionis, redit illico ad eccleſiam, gratias agit Sanctæ, refert eventum, & poſtea in provinciam ſuam revertitur, ferens ſecum lignum, tanti miraculi teſtimonium, ad S. Etheldredæ præconium.

E

cujus frustum corpori latenter inhærens,

poſt votum factum ultro exiit.

Dalmaticæ, factæ ex tunica Sanctæ,

102 Non putemus ſanctam Virginem, in ſolo quietis ſuæ loco, ſanitatis operatam eſſe miracula, quæ ubique ſe invocantibus miſericorditer adeſſe dignatur: cujus ſanctitas ut latius innoteſcat, etiam de veſtibus ejus jucunda prodiere magnalia. Habemus enim quamdam veterem Dalmaticam, quam vel ipſa fecit, vel in qua corpus ejus involutum fuit, vel quæ tunica ejus extiterat, dum adhuc Regina in ſeculari habitu verſaretur. Hæc itaque, tamquam conſcia tantæ dignitatis, quædam ſanctitatis veſtigia ſequebatur, & ſolo ſui attactu multis languentibus conferebat remedium: unde & fruſtatim pæne tota, fidelibus partem aliquam inde petentibus, diviſa eſt. Utque aliquod ejus inſigne narremus, Frater noſter Brithmacius, veniens in domum cujuſdam Willielmi cognomento Flandrenſis, habuit eamdem tunicam ſecum cum aliis Reliquiis, eo quod *c* pontis curam ageret, & fidelium auxilia prædicando poſtularet. Puer autem, adhuc jacens in cunis, pæne ad mortem ibi ægrotabat, hoſpitis filius. Cumque jam ſe movere non poſſet mortuo ſimillimus, patrem & matrem non parum contriſtabat. Accedens ergo Frater ille noſter, juſſit corpus in tunicam illam involvi: & antequam tertio Dominicam orationem ſuper eum dixiſſet, primo unum, deinde alterum pedem puer ad ſe trahens, tandemque ſe totum

F

involutus puer moribundus,

c

ſubito convaleſcit.

A tum movens : ſurrexit, comedit, & tertio die pleniſſimam ſanitatem recepit. Hæc itaque & ſimilia famam Sanctæ longe lateque diſpergunt.

Ipſe ſcriptor æger ad mortem,

103 Cum innumerabilia, per Sanctorum ſuorum merita inſignia, quaquaverſum per orbis climata operetur Deus ſuæ [potentiæ] magnalia ; plura ſunt, quæ modernorum ſcriptorum incuriâ memoriali paginæ minime commendantur, reiteranda : cujus injuriæ illi præcipue arguuntur, qui litteralis ſcientiæ officio delegantur. Ne igitur hujuſmodi offenſæ ab æmulis accuſer crimine, quoddam quod contigit miraculum in inſtanti tempore, in meipſo Thoma nomine, B. Etheldredæ meritis & interceſſione, pro capacitate mea, ad ejus laudem & gloriam, dignum duxi omnibus exponere. Diſpenſante igitur divina gratia, quæ omnem filium quem diligit flagellat, intolerabili valetudinis gravis torquebar anguſtia. Febrium enim acutarum continuo æſtuans ardore, deſtituebar totius corporis virium vigore. Hinc ſtimulis diverſarum paſſionum agitantibus, hinc doloris
B gemitibus vix me reſpirare permittentibus, ſæpe pæne mortis adductus eram faucibus. Quid multa ?

Hanc ingratuitam miſer anxius actito vitam,

Ducens languores, ſtimulos, tormenta, dolores.

Poſitus itaque in ipſo mortis exterminio, angoris & ſupplicii fatigatus diſpendio, deſperabam prorſus de quocumque vitæ remedio.

Fratres conveniunt, timidi de funere fiunt;

Plangunt languentem, varios morbos patientem.

& extremis munitus,

104 Invaleſcente igitur ægritudine, omnique ſenſu corporis langueſcente, quaſi ſuffocatus vix potui perpauca verba formare : & quoniam nulla fuit mihi fiducia reſpirationis, eatenus me mundavi ſolicitius lavacro ſinceræ Confeſſionis, corde contrito recipiens Viaticum, ut ſecurior fierem poſt hujus vitæ tranſitum. Deinde alia quæ exhibenda ſunt morituro mihi ſupplicabam exhiberi continuo. Diſtulerunt autem Fratres in craſtino, me confoventes alicujus convaletudinis ſolatio : quorum ego ſalubri acquieſcens conſilio, non diffidens de dono Dei gratuito

C In ſe credentes ſpem qui non ſpernit habentes,

Qui refovet miſeros, conſulit, audit eos.

Fruſtratus enim pæne vitali ſpiraculo, ſpem totam confirmavi in Domino, cujus largiflua pietatis miſeratio deſolatos protegit præſidio. Hoc igitur ſolum habens refugium, cucurri ad B. Etheldredæ Virginis patrocinium. Hujus ergo lacrymans imploravi auxilium, pura devotione petens remedium ; ut pro me interpellaret ſummum Medicum, quo me priſtinæ incolumitati redderet exhilaratum; lamentans & ſuſpirans innumeris gemitibus ei, quam affabar hujuſmodi ſingultibus.

S. Etheldredam invocat;

105 O Etheldreda, noſtra ſpecialis Domina, quæ vernas corpore integritatis prerogativâ, omnibus præſtans largitatis beneficia, qui te petunt intimæ devotionis fiducia : exaudi me, peccatorem miſerrimum, languedinis ſarcinâ difficulter oppreſſum, ad tuum humiliter confugientem aſylum, tuum ſpecialiter poſtulantem ſolatium. Porrige mihi ſalutiferum medelæ ſubſidium, quo D meorum revelentur anxietates ulcerum, quibus fatigor uſque ad vitæ tædium, malens mori quam ulterius hoc ſuſtinere ſupplicium. Noli me, Mater clementiſſima, deſolatum deſerere : ſed clementer me digneris inviſere ſemivivum, eripiens de hoc lacrymabili funere, ut tua largiflua pietate de hac convalle doloris & miſeriæ valeam reſpirare. Es enim mea, poſt Deum & ejus Genetricem, patrocinatrix unica, advocata ſingularis & Domina : in te conſtat mea ſpes, firma & continua : quæ ſubnixe efflagito, nullatenus petitionis careant efficaciâ. Ecce conſtituo te mediatricem inter me & Deum : ſi tuo interventu mihi indulſerit vivendi ſpatium ; quod malè actam vitam in melius emendabo impoſterum.

A THOM. EX MS.

& poſt vidiſſe audiri in ſomnio Miſſam,

106 Nec mora ; evoluto octo dierum circulo, ex quo cœperam langueſcere in valetudinario, raptus ſum in tali ſomnio. Diei dilucu- E lo videbar intereſſe cujuſdam proceſſionis collegio, ubi reſonabat dulciſſima Conventus modulatio ; alternantibus hymnis cum vocis jubilo. Exhilaratus enim hujus melodiæ harmoniâ, continuo ſenſi mihi adeſſe propitia beatæ Advocatæ noſtræ Etheldredæ ſuffragia. Expleta igitur iſtius catervæ proceſſione, incipitur Miſſa cum ſolemni celebratione, quam audivi ſedulus pura cordis intentione. Præterea inter Euangelici nuntii *d* præconium, ad conſecrandum corpus Dominicum, introſpexi quoddam parii marmoris altarium, radiantibus gemmis & auro perſpicuum. Poſt Miſſarum *e* igitur celebrationem, reſpiciens ad lectulum, vidi quamdam matronam viſu pulcherrimam, habentem Sanctimonialis habitum, quæ nimiâ diligentiâ defa cavit ſtratum, cum manica extergens quiſquilias & contagia pulverum, regyrando pannos & coopertorium. Lecto mundato diſparuit Virago : quam agnovi certiſſime eſſe B. Etheldredam Virginem, quoniam eam mihi attentius poſtulavi propitiatricem.

d

e lectum ſuæ conſpicit mundari à Sancta,

& Fratribus gratulantibus

107 Interea de ſomno expergiſcens evigilavi, & quo [loco] fuiſſem vehementer admirans, advocavi Fratres qui ibi aderant præ- F ſentes, eis viſionem quæ mihi contigerat ſeriatim referens. Qui talibus auditis, pro mea exhilaratione, gratulabundè Deo meæque liberatrici gratias agentes, meque incolumem effectum firmiter aſſerentes, in hanc vocem proruperunt dicentes: Benedictus ſis, Deus, in tuis mirabilibus, qui B. Etheldredæ inſtinctu & precibus ſuis, tuis miſericorditer ſubvenire non renuis in te confidentibus. Ex illa enim hora cœpi de die in diem convaleſcere, Deoque omnipotenti ſanctæque ſuæ Virgini vota precum perſolvere, quæ ſui gratiâ me ditavit hujus vitæ lumine. Nullus igitur Sanctæ derogans, diffiteatur hoc miraculum credere, quoniam hâc paginâ de meipſo illud curavi interere, ut Deus magnificetur in ſua glorioſa Virgine. Laude- *ſanatum ſe aſſerit.*
mus ergo Dominum in factis mirabilem, venerantes tripudiis Sponſam & Virginem ejus, ſignis & virtutibus per orbem. Exhibeamus, inquam, ei devotæ venerationis gloriam, ut æternam noſtri in cælis ſecum habeat memoriam : quod concedat nobis Agnus, Sponſus Virginum, cui ſit laus, ho-

A nor & imperium, per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

A THOM. EX MS.

Puero Monacho,

108 Parvus quidam Monachus apud nos, vocabulo Ioannes, miræ ſimplicitatis & innocentiæ, puer duodennis, infirmabatur. Hic toto corpore percuſſus peſſimo ulcere, quod per cuncta membra illius pruriginem ſcaturire faceret; officium ipſius auferret & motum; nec ſibi valuit [Crucis] ſignum imprimere, cibumque vel potum per ſe nequivit capere; ſed à conſortum manibus atque ſervorum ei inferebatur edulium. Invocaverat jugi meditatione auxilium B. Etheldredæ, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo: qui vero circa ipſum aderant, jam prorſus de illius ſalute deſperaverant. Et dum anxiaretur cor ejus, hinc de afflictione carnis, hinc ex metu mortis, ſomnum cepit, jacens in domo infirmorum. Quadam die ad meridiem, ſubito viſa eſt ei femina, ſanctitatis velamine tecta adſtare, quæ ſe fatebatur eſſe dominam ſuam Etheldredam, dicens; O miſer, diu infirmitatis modo graviter adſtrictus teneris, nec adhuc convaleſcis: poteris Dei auxilio de infirmitate priſtinam recipere ſalutem, ſed non hic ex integro. Ad S. Edmundum ne tardes ire, mox ibi curaberis in proximo. Et appropinquans ad eum, orâ chlamydis ſuæ quaſi ſudorem detergens, & deſuper illum pulverem totum abjiciens: ad eccleſiam poſtea receſſit. Quam curioſe attendens, ſequebatur à longe, donec veniens ad ferectrum ibi oratum excubaret. Cumque, ut videbatur, illi caput ad ſupplicandum dimitteret, omne virus quo torquebatur evomuit: & poſtea vigilans, ſanus effectus, narravit per ordinem quæ viderat, ad laudem Dei & almæ Virginis ſuæ Etheldredæ: nec diu poſt hæc ad S. Edmundum veniens, ipſum Dei Martyrem deprecatus eſt, quatenus ſuis meritis revelatum impetraret remedium quod illi [erat pollicita quæ ei in viſione apparuerat.

ad mortem infirmo

apparens in ſomno Sancta,

B

eum ſanat, & mittit ad S. Edmundum.

Iuvenis poſſeſſus

109 Rem mirabilem ad memoriam revocamus, quam plebs fidelis novit ſatis & meminit. In Ely commanebat juvenis alienigena, Richardus nomine, manſuetudinis & patientiæ virtutem (ut æſtimabatur) præferebat in vultu ſed vitium contegebat mente, quod genus hominum vix aut nullatenus cavet flagitium. Hic per multam corporis moleſtiam incurrit væſaniam mentis, totus dæmoniacus effectus. Vincula compedes rupit, nullo ligamine teneri potuit. Cur autem vel quomodo illi hoc appulit neſcimus, ſed Dei judicio & juſto profitemur. Cumque diutius hac ſua miſeria diu noctuque homines turbaret & circumquaque terreret; per rura, per foveas latitans hominum jam aſpernatur conſortium. Et in una nocte, dum amplius urgeretur ſtimulo ſuæ væſaniæ, vociferando & in platea diſcurrendo, cunctos undique à quiete noctis excitavit. Sic illi per tenebras noctis vaganti, in via adſtitit obviam quædam Sanctimonialis femina, vultu candidiſſimo, cujus claritas tenebroſæ noctis obſcuritatem lucis ſuæ illuſtraverat ſplendore; dicens ad eum, Miſer homo, quantum alios & te miſerrima vexatione turbando extollis, compatior nimium imbecillitati tuæ. Ad hæc ille: Quæ es, inquit, Domina? Mihi nomen tuum inſinua, & me in tanti diſcriminis exitio pro Chriſto adjuva.

C

à furioſo dæmone,

D

110 Mirandis plus miranda ſuccedunt, illa reſpondit, Ego ſum Etheldreda, hujus loci hera, quam diutinis precibus in auxilium poſtulaſti: & appropians caput languidi involvit manica ſui virginei veſtimenti ſanctimonialis habitus quo utebatur, ſignans illum ſignaculo ſanctæ Crucis & dixit: Vade, & Deo gratias age, qui te liberavit ex hac infirmitate & ab inimici poteſtate. Et continuo diſparuit illa perſona: & æger, confidens de ſalute indulta cucurrit ad eccleſiam, & pervigil in orationibus reliquum noctis ſpatium tranſegit; populum, illuc mane venturum, cum gaudio expectavit magnificans & laudans Deum, narravit omnibus; quomodo ei obviam fuiſſet beata clementiſſima Etheldreda & qualiter ereptus ſit inimico & mortis periculo.

per apparentem ei Sanctam liberatur.

ANNOTATA D.P.

E

a *Ultra Uſæ & Cari confluentes, ſeſquileucâ ab Heli in Occaſum.*

b *In titulo dicitur* Presbyter, *ſed veroſimiliter per errorem librarii, atque contra Auctoris mentem.*

c *Ejus forte* pontis *ſeu potius aggeris, qui Uſæ, orientale civitatis latus præterfluenti, inſternitur, ad civitatem ducens, per paludes unam fere leucam longus, de quo infra num.* 141.

d *Puto intelligi Hymnum Angelicum,* Gloria in excelſis Deo *&c.*

e *Ecgraphum,* Præmiſſarum: *hinc dubium mihi fuit, crederemne eam Miſſæ partem intelligi quæ* Canonem *præcedit: ſed cum ne ſic quidem ſatis commodus ſenſus eſſet, credidi librario imputandum quod* Præ, *loco* Poſt, *legeretur.*

CAPUT XI.

Elyenſis monaſterii depeculator Epiſcopus cum complicibus punitur: diſcoli Monachi impetrata converſio, revelatum corpus S. Algoti.

F

Ægrotante Nigello Epiſcopo,

111 HIs vero diebus ægrotavit pater familias Nigel, Elyenſis Epiſcopus, & erat languor tam vehemens, ut vix aliquantulum flatus in eo remaneret: ſed in uno prius quantæ peſtis infortunium, & quam triſte nobis inde procederet poſtea oſtendo. Mulier quædam admodum pauper in Ely degebat, de Fratrum eleemoſyna ſuſtentata, [quæ] ſub ſpecie religionis vivens, vigiliis & multâ abſtinentiâ corpus domabat à deſiderio ſuo. Quadam igitur nocte in ſomnis huic viſum fuit, quaſi in eccleſia ad oſtium ſtaret, quod reſpicit ad altare B. Etheldredæ, & intraret [causâ] Domino ſupplicandi ac Sanctis illic quieſcentibus. Ubi reſpexit ad Sanctas, [vidit] ex deſuper altare feminam Sanctimonialem procedere, & per gradus ad illam uſque prodire, caput ſurſum [tollere] & oculis reſpicere, dicentem ſibi; Videſne, bona mulier, quomodo hic univerſa perdita vadunt, & non eſt qui cogitet? Tulerat autem ſub pallio ſuo baculum, quod in altum erigens,

co-

A coram illa dixit: In baculo isto extinxi hostes & disperdentes bona loci hujus: protinus ex Dei jussione, illos qui supersunt similiter per illud conteram, in vindictam almæ Virginis Reginæ Etheldredæ. Ad hæc mulier respondit: Domina mea, nomen tuum & quæ es edicito, ut veraciter sciam de qua talia audierim. Et illa: Ego sum ait Withburga, cujus virginitatem dignatus est Dominus cælesti Sponso copulare, soror sacratissimæ Etheldredæ: quæ vero audisti & vidisti fiducialiter enarra; atque ad orandum cum mane huc adveneris obvium habebis monachum Augustinum, illi revelabis arcana mea ultima.

pie mulieri [illegible] S. Withburgæ, eum punitura,

112 In his mulier valde territa de somno surrexit; &, sicut ei ostensum fuerat, jam dictum monachum invenit ad suum introitum obvium procedere, [eique] suæ visionis ordinem enarravit. Ille, ut audivit, vehementer obstupuit, & dixit: Indubitanter his fidem adhibeo: nec miror si male nobis contingat, quia in dispendiis domus ejus semper offendimus. Et non post multum, adveniente Paschali *a* festivitate, sedens in ecclesia Episcopus, oppressus infirmitate valida, vix aliquatenus medicorum pigmentis relevari potuit; sicque per tres continuos annos portabatur in sede clientum manibus, corporis medio privatus omnino: in confessione tamen & obsecratione ad Deum jugiter perseveravit usque ad ultimum vitæ suæ tempus. Sed neque sic conversus est, ut bene faceret Jacob & domui Juda: decessit autem anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo sexagesimo sexto, Episcopatus vero sui trigesimo sexto, tertio *b* Kalendas Junii, sextâ feriâ horâ nonâ: & die Dominico post à venerabili Willielmo, Monacho Norwicensi *c* & Episcopo, sepultus est & honorificè collocatus in ecclesia B. Etheldredæ, istius loci Abbatissæ, juxta altare sanctæ Crucis, anno Henrici Minoris Anglorum Regis septimo decimo. Monachi vero illic plangebant *d* orbitatem suam, mortem Patris flebant, & dolebant nimis; precibus & lacrymis unanimiter Deum orantes, ut non relinqueret eos orphanos, sed mittat illis Spiritum sanctum consolatorem & propugnatorem, dignumque provideat domui suæ Pastorem atque idoneum Præsulem.

qui tribus annis maxime languens,

B

a

b

c

demum an. 1136 moritur,

C

113 Cum itaque Dominus percussisset fortem & validum, superbum & arrogantem, & omnes similes adversarios dilectæ suæ Virginis Etheldredæ dedit in stuporem; & ignorantiam [eorum] in sibilum & in ruinam cunctis per circuitum (ut in præcedente capitulo expressum est) qui cogitaverant iniquitatem, & tractaverant consilium pessimum adversus eam, quos nominatim exprimere distuli *e*, unde à nonnullis redarguor mendacii. Fui enim amarus nimis in indignatione spiritus mei, timens hominum miserias, quas culpis exigentibus incurrerant, reminiscendo proferre; cum me potius gemitum habere convenerit quam contemptum. Tamen ne gratiam Dei indigne accepisse judicemur, tam de Monachis interius, quam exterius de laicis, qui pessimo acquieverunt consilio, ut Dei Virgo per somnum ostenderat, designamus; anteriores vero Tombertus Prior,

cum ante miserè periissent ejus complices,

e

Prior & Sacrista, aliique nonnulli.

& Sacrista Radulphus, quos Dominus dederat speculatores domui Israël. Deinde Constabulanus Adam, sicut beata Virgo prædixerat, interiit: de quo horrenda visa sunt, atque post ejus mortem ostensa: cui Alexander Pincerna in periculo succesit, acri molestia percussus in tempore desponsationis ejus, ut diu usque ad mortem non esset ei vox neque sensus: nemo illum à Sancta percussum dubitavit.

D

A. THOM. EX MS.

114 Deinde Willielmus de Seldforda .... *f* & Henricus Peregrinus, media corporis parte depressus, satis exitialiter per tres annos. In posterum vero Radulphus Olof, qui hanc domum invasit, ac semper fautor extitit in possessionibus multis & bonis loci disperdendis atque surripiendis; nunc quidem judicio Dei morbo præventus est subito, sub mamma illius surgente vesica, quam Physici carbunculum vocant, unde secatus curari non potuit. Deinde Richardus à S. Paulo offendiculum doloris incurrit, & tam mirabiliter languit, quod à cognatis omnino & notis contemptus fuit. Willielmus vero Archidiaconus, in ipsa ecclesia sanctæ Ætheldredæ, cum quadam nocte contra eumdem ipsum Dominum suum placitaret, repente coram omnibus simul surdus factus est & elinguis. Quid multa? A Monachis in infirmarium deportatur, & per septimanam multiplici ægritudinis dispendio fatigatus, sine motu corporis nono die expiravit.

f

cum Radulpho Olof,

Richardo à S. Paulo,

E

Willelmo Archidiac.

115 Plurimorum itaque recordamur malefactorum domus hujus, quos vulgus indesinenter recolit: nos, ne importunitatem lectori ingeramus, omittimus: ad ultimum vero Episcopus, similiter sedens in eadem ecclesia, [in qua] tractavit cum illis quibus indebite possessiones Sanctæ disperserat; graviter infirmari cœpit. [Inde] vix manente in ipso flatu vitæ, foris deportatur exanimis; ut qui audit diffidere non debeat, quod veraciter Dominus vindictam reddit in hostibus almæ Virginis suæ Etheldredæ. Ad illum visitandi gratiâ convenerant multi, & de ipsius correptione Deo in Sanctis suis debita præconia devotionis studio exhibebant. Tandem illo ab ergastulo carnis erepto, Monachi Patris sui corpus, cum luctu maximo & fletu, in decente loco ipsius aulæ honestissimæ tradiderunt sepulturæ. Quo sepulto filius ejus .... *g* Richardus, ecclesiæ de Ely jugiter adversarius, ad Regem ultra mare velociter ascendit, timens sibi malum parari, si quem mitteret ecclesia ipsum præcederet: apud quem in multis Monachos accusans, in tantum exasperatum reddidit, narrans de eis sinistra plurima & inhonesta, quod Dominus Rex in Angliam mittens, jussit per quemdam suum Clericum, Willielmum Sacerdotem ac Priorem de Ely à suo ministerio deponi, & Monachos bonis omnibus proscribi.

Sepulto Episcopo.

F

etiam Monachi pœnas luunt.

g

116 Venit quidam male habens in Ely, Willielmus nomine, de pago Nordhamtune, ab ineunte ætate miserabili detentus infirmitate, videlicet toto incurvatus corpore non se aliquando erigere, nec sursum aspicere visus est potuisse, vixque paulatim de terra [sua] valuit incedere, fultus baculorum sustentamine. Illuc autem ascendens, à Monachis sum-

Misere incurvatus.

A pſit annonam: ſed ante & poſt cibum, ad
A THOM. EX MS. Dei Virginem beatiſſimam Etheldredam ali-
ad ſepulcrũ eripitur. quanto tempore dies perpetuavit in oratione. Cumque homo ille ſuper illius venerandum ſepulcrum excubias una die orando faceret, paululum obdormivit: ſtatimque ſanus & erectus ſurrexit; clamans & dicens, per S. Etheldredam ſe eripi à languore, diu poſtea vivens in corpore.

Auctor profeſſus ſuum erga Sanctam affectum, 117 Multa huic congruere noſcuntur hiſtoriæ, quæ [cum] ſummis Poëtarum eloqui contingeret difficile; maxime imperitus & ignotæ linguæ nullatenus valet apprehendere. Sed ſperans in Domino Deo, qui linguas infantium facit diſertas, & os bruti animalis aperuit; credo me in reſurrectione partem habiturum cum dominatrice mea benigniſſima Etheldreda; ipſa, inquam, poſt Deum & ejus piiſſimam Genetricem, mihi in refugium ſemper erit & doloris remedium, quæ me educavit & adduxit in hanc diem lucis, & miſerta mei peccata & ſcelera graviter ingemiſcentis, quibus iram merui & tenebras exilii; cujus gloriæ libellum ac velut novum
B teſtamentum erexi in titulum, & notitiam
& ſtudium explicandi magnalia ejus, virtutum ejus & lucernam exaltavi de ſubmodio in altum, atque ea ſparſim ſcripta congregavi in unum, non meo dictante ſtudio, ſed Dei inſpirante & adjuvante gratia. Hoc autem non dico, quaſi exaltans vocem, aut me aliquid exiſtimans. Dereliquit me virtus mea & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum; & Tota die verba mea execrabantur adverſum me, eo quod dicitur mihi per ſingulos dies, Ubi eſt Deus tuus? ubi eſt ſpes tua? vel ubi Etheldreda tua, quam tibi continuè ſubſidium ferre pollicitus es? in quibus profuit aut nunc prodeſt? hanc laudas & colis, amas & veneraris, corde & ore pariter & ſcriptorum titulis commendare ſatagis. Bene cane ſequenter canticum, & memoria illius [tibi] ſit. Tua ſcripta vel dicta non ſuſcipimus, deſpicimus, abjicimus.

quidquid obganniant aliqui;

narrat quod Rhetori cuidã, 118 Sed dum hæc memoramus, ab intentione curſus noſtri fracti reſilimus: nunc gratiam lectoris expetimus, ut ſuppoſita pius oculus ejus attendat. Cum etenim gens Anc gliæ, nimium altrinſecus ſeditioſa, undique vaſtando, cremando, mactando ſæviret, nobiles à ſuis expelluntur ſedibus, incolæ multis afflicti cladibus mori coguntur, per rura fugaces & caſtella vix pauci in eccleſiis latitando ſe liberarunt; unde Rhetor quidam Vilianus nomine, dum non inveniſſet requiem pes ejus; in Ely, agente Pontificatum Domino Nigello, cum innumeris applicuit; vir ſcientiâ admirabilis, in grammatica nulli ſecundus, quibuſque Latinorum præterendus, in opponendis ac rationibus reddendis diſertiſſimus, in omni ſcientia promptiſſimus. Cujus ſapientiâ celeriter compertâ, cum magna veneratione eſt ſuſceptus. Docuit igitur
Elyenſis monaſterii magiſtro, Grammaticam primo ultra mare & Artes quas liberales vocant; Philoſophiam quoque & Rhetoricam in ſua civitate Lundonia, capite Angliæ; atque proceſſu temporis Theologiam: experientibus Monachis ſophiſtico lepore ipſius clarere ſermones, & dicta ſchematibus ornata rhetoricis. Seniores ſane docere inter familiaria colloquia conſueverat, atque ex his nonnullos decentiſſime ad Scripturas promovit; juniores vero illorum diſcere compulit: cujus miſereri dignetur Deus. Præſertim inſtantius & diligentius duos præ ceteris informare operam dedit, & honeſta invotare, prava fugare, mundi inquinamenta devitare admonuit; [quos] noverat ut filios, donec ad perfectum proveheret, inſtanter edocuit; quorum animas ad Dominum perducere exhortando ſtuduit. Nomina autem ipſorum non inſero, quia mihi tot ſunt teſtes in eorum vita, quot Elyenſe cœnobium noverunt. D

fuerint cariores diſcipuli duo:

119 Hi ambo à pueritia converſi, in monaſterio ſunt ſuſcepti: quorum unus, qui ætate minor erat, primus cœperat converſari, mente tumidus, ſuperbus & vanus; quem vel diſtrictio Ordinis domare, vel rigor diſciplinæ vix potuit; & quantum ætate creverat, tantum vitiis abundavit; contempto Dei timore & ſancti habitus reverentia, totus fertur in præceps: cum in honore eſſet, maternæ videlicet innocentiæ, non intellexit; comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Semper magnis gaude- E
bat, invidus, turbulentus, iracundus, procax in ſermone, diſcordiam ſectabatur, contentiones inter Fratres ſeminabat; omnem Congregationem in tantum perturbans, ut vix tolerari poſſet ab aliquo. Cumqe vitam per omne facinus duxiſſet, ita ut opinatiſſimus in flagitiis haberetur; tandem aliquando Dei miſeratione compunctus, ad pœnitentiam vertitur; priorum ſcelerum ſordes lacrymarum fontibus diluere tentans; & nec quidem levare oculos ad cælum, neque nomen Domini invocare, ſed ſolum gemitibus perdurans, tamquam vivens ſepultus, jam quodammodo mugitum cordis gemitumque reddebat: & ſic ſpem ſalutis, quam prius deſperaverat, per Dei gratiam nunc præſumit. Et quamvis ſub negligentia tempus ſuum conſumpſiſſet, tamen Dei Virginem Etheldredam tota mente dilexit; & in devotionem ipſius per ardorem accenſus, de vita & virtutibus illius libellum ſuo labore edidit.

quorum unus totus diſcolus,

denique ſerio converſus ad pœnitentiam fuit;

120 Alter vero, qui iſtum ætate præibat, ſed converſatione poſterior, ſimul in monaſterio fuerat converſatus; mente humilis, vultu placidus, in Scriptura ſacra ſtudioſiſſimus, & ex gratia divinitus illi collata multâ pollebat ſcientiâ: de multis, quæ ille alius neſciebat, ædificare conſueverat. Et quidem ætate juvenis, ſed moribus grandævus, in ſanctæ converſationis regula ſe fortiter conſtringens, ſimplicitati atque orationi deditam ducebat vitam; & quam didicerat venerabilem Etheldredam duxiſſe, in omnibus frequentabat. Cumque in timore Domini excreviſſet, ut etiam ab externis & incredulis vitæ duritia laudaretur, illico ad miniſterium Presbyteratûs eſt electus. Cui poſt Ordinationem ſuam, quia non longe ejus exitus abeſſet, revelatione indicatum eſt. Et ecce præventus febre ad extrema pervenit.

cum alter ſanctiſſime defunctus, F

121 Apparuit autem poſt non multum depoſitionis ſuæ jam memorato ſocio illi negligenti, quaſi in quodam loco monaſterii in porticu B. Pauli. Cui in viſione cogitanti, ac diu ſtupenti de illo, an defunctus fuiſſet; ille vultu placido, ut erat miræ ſimplicitatis &

ipſique apparens,

inno-

innocentiæ, demulcendo cum alacritate reſpondit ; Ne verearis, me mortuum æſtimando : vivo & valde lætus exiſto. Hæc conſiderans, & intelligens Frater ille nequaquam eſſe phantaſma quod viderat, nihil cautus de mortuo, per manum accepit eum, & familiariter ſimul conſidere fecit. Res eſt mira quam narro, præſentique hominum infirmitati valde jucunda ; & quæ ſecreto fuerant geſta, noluit divina pietas celari à nobis. Adhuc his & alia adjecit : dixit enim : Fui in cælum ante conſpectum divinæ Majeſtatis, ubi & ſanctiſſimam Virginem contemplabar Etheldredam, librum in manu tenentem, coram ſummo Deo flectentem ſuppliciter genua ; inſuper illam, referentem gratiarum actiones, ore ſuo ſæpius memorato fratri, exprimere illum nomine ; quia in teſtamentum gloriæ ſuæ & perpetuam memoriam eumdem edidit librum. Hæc dicens, diſparuit viſio : Frater vero qui hæc viderat, fidelis eſt, cujus verbis non diffidimus, illud deſignavit ſcripto ; quod vix tero acquiſivi, & huic paginæ feſtinavi inſerere ; quatenus recogitent & intelligant omnes, Advocatricem noſtram venerabilem Etheldredam, quanta caritate & dulcedine amplectatur & foveat ſe diligentes, & in ſuo miniſterio devote aſſiſtentes. Benedictus Deus, qui ſibi talem elegit famulam, ut exultemus & lætemur in ea, & ſatiemur ab uberibus conſolationis ejus. Amen.

indicaſſet ei viſam in cælo Sanctam,

pro ipſo orantem, propter libellum de ea compoſitum.

A

B

122 Neque hoc ſilebo, quod memoratur accidiſſe plurimorum teſtimonio. Vir quidam degebat in vico de Grectune, & ſine rerum abundantia ; fide tamen & bonitate in ea vicinia perſpicuus habebatur. Acquirebat enim quotidianum victum ſuæ familiæ labore manuum, exiens à mane ad opus ſuum ; & ſic permanſit ad operationem ſuam uſque ad veſperam. In ſudore vultus ſui veſcebatur pane ſuo ; quatenus corpore inediâ macerato, mens, deliciis non laſciva, promptior meditaretur cæleſtia. Hinc, quodam die quieſcenti in lecto ſuo, dum nec totus ſomno depreſſus, nec plane vigilaret ; vidit per ſomnium ſibi aſſiſtere virum, nitidis veſtibus indutum : qui eum manu ſua leviter concutiendo excitavit, atque ad vigilandum hortatus eſt, dicens ; Surge celeriter, ac mane quantocius poteris ad S. Edmundum feſtinare ne differas, pro Domino Ordingo ipſius loci Priore *z* diligenter inquire : cui accerſito talia mandata proferes.

Eadem ruſtico pio apparens,

C

z

Eadem ruſtico pio apparens,

123 Salutando illum in nomine Domini, dices, ut huc precaturus ad eccleſiam hujus villæ veniat, & tali in loco ejuſdem cœmiterii, oſtenſo & deſignato, virum beatiſſimum Algotum, quondam venerabilis Reginæ Etheldredæ agricolarium, cujus ſupra in primo *k* videlicet libro, de virtutibus ipſius Virginis edito [mentionem feci] *l* adhuc hominibus incognitum, quem ſub ceſpite clauſum inveniens, de terra producat, & ubi in veneratione ſit collocet. Expergefactus autem de ſomno, viſionem quam viderat, mente revolvit, ſurrexit, ad S. Edmundum properavit, ibi coram Abbate deductus, prout mandatum in ſomnis acceperat, ex ordine declaravit, quod Abbas audiens glorificavit Dominum, quod à ſe & ſuis temporibus voluerit Sanctum ſuum manifeſtari ; ſibique viſionem divinitus datam ſine mora compleret, ſed curis infortuniorum occurrentibus aliquamdiu voluit differre ; unde [contigit ut] multa ſolicitudine præventus ac præpeditus, negotium poſtea minime impleret. *m*

jubet indicare corpus S. Algoti,

k

l

agricolarii ſui,

D

A THOM. EX MS.

m

ANNOTATA D.P.

a *Anno* 1133, *quo hæc acta mox apparebit, Paſcha celebratum fuit* 26 *Martii.*

b *Imo* quarto Kal. *nam an.* 1136 *biſſextili currebant litteræ Dominicales* ED, *adeoque feria* 6 *cadebat in* 29 *Maji, & proxima Dominica in* 31. *Idem error in Chronica Epiſcopali eſt, ubi iiſdem verbis eadem referuntur ; ut videatur duorum triumve primorum Epiſcoporum hiſtoria ejuſdem quoque Thomæ eſſe, ab aliis poſtmodum continuata.*

c Guilielmus II, *cognomento* Turbus, à Commonachis ſuis electus, *inquit Godwinus, anno* 1151 *conſecratus, obiit* 1175.

d *Non erat tamen quod magnopere eum plangerent Monachi, qui res & libertatem eorum ſic peſſumdederat, ut hic indicatur, & in Chronica plenius demonſtratur.*

E

e *Ubinam ? niſi in Chronica, ubi deſunt quæ hic ſequuntur. Unde inferas hunc miraculorum librum, ultimum ſuorum operum Thomæ fuiſſe.*

f *Deleo hæc verba*, cujus jam ſupra meminimus ; *non enim in hoc libro leguntur, ſed in Chronica unde infra in Analectis num* 168 *legetur id quod hic innuitur.*

g *Hic quoque deleo verbum* ſupramemoratus, *quod ſimiliter ad Chronicam reſpicit, ubi narratum fuerat, quomodo ei Epiſcopus pater ſuus officium Theſaurarii Regii emerat, quod etiam in Analectis invenies, num.* 169.

h Northamptonia *Comitatus, ab Huntingtonia diſcretus ab Elyenſi territorio, cui ad Occaſum jacet.*

i An. 1138 Prior apud S. Edmundum in Abbatia ſucceſſit Anſelmo. *Ita Radulfus de Diceto in Abbreviat. Chronicorum.*

k *In Vita num.* 62.

l *Nuſquam magis importuna, quam hoc loco, accidit paucorum verborum omiſſio, quam utinam recte ſupplerim !*

m *Necdum autem impletum videtur fuiſſe, cum hæc ſcriberentur.*

F

CAPUT XII.

Miracula ad fontem Sanctæ patrata ; Crux pro Monachis locuta.

Ex multis prolixius ſcriptis refertur,

124 OMnia miracula & virtutum beneficia, quæ in Ely, ex Jeſu Chriſti Domini gratia, meritis illic Sanctarum Virginum ſuffragantibus, eveniſſe noſcuntur ; [facta ſunt] ad ſimplicium conſolationem, ut videntes opera bona ipſarum glorificent Patrem qui in cælis eſt : de quibus nonnulla inſerta, in volumina magna protendi videntur, ut experta ſubſidiorum remedia non ſint occultata in generatione altera ; ſed filii, qui naſcentur & exſurgent, non obliviſcantur operum Dei, & mandata ejus inquirant. Inde ergo ſermo noſter ſumit exordium, ne fidelis quiſque credere detrectet, unde non re-

flectet

A flectet manus ſcribentis à veritatis ſemita:
ATHOM. EX MS. ſed quid Regina Etheldreda, in miſerationibus multis annuente Dei clementia, patrare conſuevit, in generatione quærentium eam, quærentium faciem Dei Jacob, hoc uno de multis deſignare intendo.

quod pauper hydropicus,

125 In provincia Northamtunenſi vir quidam admodum pauper, tamen meritorum bonitate illuſtris degebat, qui infirmitate præventus luxit diu & elanguit: virus enim in eo, per omnia membra diſſiliens, ex inflatione adinſtar utris [eum] extenderat, atque in tantum illum depreſſerat, ut nec ſtare vel incedere, jacere aut ſedere potuerit. Sed hæc infirmitas, ut rei probavit eventus, non fuit ad mortem, ſed ad patientiam ipſius comprobandam, ut gloria Dei & meritum almæ Virginis manifeſtaretur in illo. Et dum inceſſanter ſic cruciatus vexaretur; per augmentum ei moleſtia renovabatur, & per aſſiduitatem vetus ſemper extitit. Cumque nocte quadam in lecto ad pauſandum ſe poſt longa ſuſpiria collocaſſet; ex more afflictorum, præſertim flentium, difficile & cum gravitate ſomnum cepit, & de ſaltute jam penitus deſperare potuit; quippe quem vis doloris inanem reddiderat; Chriſtum [autem] ſolum flebilibus vocibus invocabat aſſiduus. Sed Deus exauditor omnium non ſprevit neque deſpexit deprecationem pauperis: viſitat infirmum, refovet auxilio, conſolatur eum in tribulatione ſua; ac in viſu, per venerabilis cujuſdam feminæ perſonam, ex infirmitate poſſe medelam recipere dignatus eſt oſtendere; quæ illi opera remedii & curationis taliter profeſſa eſt dicens: O homo, in Ely, crede mihi, ſalus tua eſt, & expulſio miſeræ infirmitatis tuæ: illuc properanter accelera, & citius oblata ſalute gaudebis.

in viſu monitus Sanctam accedere;

B

126 Surrexit homo ille ſtatim percepta voce, ſecum volvens viſionem quam viderat, ne forte verum ſit quod perceperat in ſomnis. Addidit heros illa prioribus adhuc talia, confortans eum; ait namque; Ibi glorioſa Dei Sponſa Etheldreda, toto intemerata vernat corpore; ſigniſque continue & prodigiis mirabiliter effulgens, plebem illic affluentem de

cum eo pervenisset horâ prandii,

C quolibet morbo languentem reddit ſoſpitem. Talibus vero exhilaratus, hæc ſibi à Deo credidit oſtendi; & ad ſpem meliorem confortatus, cœpit exultare, iterque injunctum, licet membris languidis oneroſum & grave, confidenter arripuit. Contigit autem ad præſignatæ eccleſiæ aulam tunc ipſum perveniſſe, hora, qua quotidiana alimenta Fratres & refectionem corporis percipere invitarentur; quâ maxime introitus & exitus obſervari ſolent & cuſtodiri. Nihilominus tamen in momento ad oſtium invenit unum de cuſtodibus, cum feſtinatione illud claudere paratum, ſeriſque firmare inſtantem: ad quem ipſe clamans, ſingultum potius immittens quam vocem, rogat illum ut ſinat ingredi paululum. Qui renuens, miſerum indignatus & inultum; ut impigrum inſuper aggreſſus, irâ furibundus, ei alapam dedit & abire præcepit.

ideoque rejectus esset ab oſtiario,

127 Inſtat ipſe precibus, rogans & deprecans, pro Deo & amore dominæ ſuæ S. Etheldredæ, atque importunius conteſtans, ſaltem ut ei liceat ad fontem almæ Virginis uſque aſcendere. Servus autem ille, immitis atque crudelis, de miſeria pauperis in iram concitatus potius quam ad pietatem: tamen, quia peregrinum offenderat, ſi ad aures dominorum ſuorum talia perveniſſent, timuit ſibi hinc damnum gravius tolerare, dicens; Ecce patet oſtium, ſed hydria ad puteum non eſt, nec in quo haurias habes, & puteus altus eſt. Ille autem perſeverat in prece, ut ſaltem poſſet adoratum ingredi, & uſque ad puteum venire. Tandem licet ab invito admiſſus intravit; undique proſpexit; &, quod mirabile fuit, ſine indice, qui illo in loco nuſquam fuerat antea, ad orationem prius tamquam notus, deinde ad fontem perrexit. Cui circumſpectanti, & ſitulam non habenti, vena fontis ſubito prorumpens obviam ad os putei, miniſterium famulo Dei præſtitit, & ſe, ut verius dicam, guſtandam obtulit; quæ ſuper finem atrii in gyrum ſuis irrigans aquis, habilem & largam medicinæ [aquam] exhibuit; quam manu hauriens, inde totum corpus perfudit, ſæpe nomen S. Etheldredæ & auxilium invocando. Dum [autem] guſtaſſet, & de membris omnibus ipſa conſperſa defluëret; ſenſit levius ſtatim [ſe habere] ac meliora [ſperare] cœpit; ctenim turgens inflatio tota detumuit.

D *admiſſus tandem ad fontem Sanctæ,*

& ejus aquâ non ſine miraculo potitus

E

128 Gratias agit ille Deo & ſuæ almæ Virgini Etheldredæ, ſed ferus & nequam cliens, oſtium concutiendo, regreſſum ipſius præſtolans, cum vociferatione coëgit exire; interrogans, utrum ſaturatus fontis plenitudinem omnem bibiſſet. Sed quæ geſta fuerant audivit, audita credere renuit. Tandem cum pauper coram eo detuliſſet ſcyphum aquæ, intellexit & credidit, atque ut certius experiretur, ad fontem cucurrit, quem in circuitu ſuperabundaſſe invenit: unde rei geſtæ ipſemet efficitur teſtis. Bibit itaque homo ex aqua hac, ut oſtendimus, lavit, & venit jam lætus & alacer, ac ſupradicto mancipio eccleſiæ quæ acciderant nuntiavit; & quomodo veniens, nec ſitulam, nec aliquid exhauritorium ad fontem invenit. Abiit ergo foras, & prædicat ubique gratiam Dei, in ſe mirabiliter factam per ſuam ſalvatricem Etheldredam ſemper piiſſimam. Illuc vero cum ſpe venientes experti ſunt ſæpe dolorum remedia, hydropici potum inde ſumunt & curantur, cæci lavant & vident, ſicut in ſequenti habetur capitulo, ad laudem ſanctiſſimæ Virginis Etheldredæ.

aſperſuſque detumuerit:

qui miranti oſtiario fontem oſtendit ultra os putei ſcaturientem,

F

129 Aqua vero hæc fons vivus eſt, & fluminis impetus aſſiduè lætificans civitatem Dei quam diutina ſacraverat repaulatio almæ glebæ Virginis Etheldredæ. Non enim primo illic, ſed ubi nunc *a* ſtallus Epiſcopi factus eſt, in medio ſuorum, juxta ordinem quo tranſierat, in cœmeterio in ſinu terræ profundius, in arca lignea ſepulta fuerat: ubi clarescentibus virtutibus, aſſiſtente beato Wilfrido, ac medico Kinefrido, necnon circumſtantiâ fratrum atque ſororum, cum veſtibus & corpore conſpecta eſt tota intemerata, ſicut Beda narrat in Anglorum Hiſtoria. Inde cum magno gaudio, in eccleſiam beatæ ſemper Virginis Mariæ, quam ipſa fundaverat, tranſlata eſt à Sexburga ſorore ſua, & juxta altare poſita, ubi per multa tempora reverenter collocata, ſcilicet per quadringent. & triginta quinque annos, uſque ad nonum decimum annum pacifici Regis Anglorum Henrici; quo

a eo loco ubi Sancta olim fuerat ſepulta:

Ab-

A Abbas Richardus eam in novum monaſterium; ut Dominam & primiceriam eminentius, poſt autenticum altare parato thalamo collocaret. In prædicto autem loco, ubi, ſicut diximus, diu requieverat Dei Virgo, Monachi foveam fecerunt in modum ciſternæ, aquas vivas ob illius merita jugiter manantem, curationum ſcilicet; & in nomine ejus languidos curantem aſſidue.

ibidē nata cæca illuminatur:

130 Ad eaſdem vero [aquas] vicini & amici mulierculam quamdam adducunt, oculorum lumine diu cæcatam, de miſericordia ſanctæ Virginis innumeris præſtitam admonent nihil trepidare, ſpem firmam habere, ipſam ore & corde orare. Quæ dictis propinquorum fidem adhibens, intentius oravit; & ſtatim exaudita eſt oratio ejus. Venit ergo illa ductu alterius, acceſſit ad fontem clamans & invocans ſuffragium piiſſimæ Etheldredæ, rigat faciem lacrymis, dehinc faciem ſimul & oculos lavat ex ipſius fontis aquis; vidit clare, & gaviſa eſt valde. Reddit itaque gratias Deo pro cunctis beneficiis ſuis, & patrocinatrici ſuæ Etheldredæ: redit domum abſque ductore, quæ cæca advenerat in luctu atque mœrore.

B

in eodem merſa puella,

131 Nuper in æſtivo tempore, dum Fratres in choro horâ Primæ divinum ſervitium agentes celebrarent, hoc accidit quod narro; etiam ego hujus rei teſtis exiito. Ad præfatum igitur fontem, cum turba accurrentium, venit quædam juvencula haurire aquam: ſed obſiſtentes ei undique fortiter cubitis tundentes, retroire compulerunt. Tamen cum impetu ſe in medio collecti populi deprimendam injecit. Dumque ceteros prævenire & non tardior aſſumptâ aquâ recedere tentat, vas quod tenuerat, caſu accidente, de manu ſua lapſum eſt, & ipſa quoque pòſt cadendo ſecuta eſt. Comperto hoc circumſtantes, & ob hydriam, in invicem diſſidentes, à rixa deſierunt, procul fugientes clamando, Sancta Etheldreda, adjuva: videruntque eam caput ad ima fontis deorſum, pedes autem illius ſurſum tenere, ubi diutius per duas aut tres horas immerſa extitit.

poſt 2 vel 3 horas,

C

132 Nemo qui eriperet interim advenit: quoad Stephanus & Richardus, duo clerici prope ſedentes ad librum, accurrêre; illamque dubitantes in aqua necatam fuiſſe plangentes unanimiter, Heu! heu! pedibus extraxerunt; [mirati] non ſolum tanto ſpatio in lacu jacuiſſe nihil mali perpeſſam, imo per virtutem S. Etheldredæ incolumem apparere. Sicque Dominus eam in profundo gurgitis ſervavit illæſam, ſicut Danielem quondam in lacu leonum; ne aquæ, à Chriſto ſanctificatæ ad gloriam Dilectæ ſuæ, pretioſi ſanguinis effuſione, contaminarentur opprobrii notamine, de quibus oriri ſolent multa beneficia. Venerandus [verè] locus ille, per ſuffragia propitiatricis noſtræ Etheldredæ, varias ab ægrotis fugans miſerias, & de plenitudine fontis ſui, per guſtum vel aſperſionem ſanans corporum moleſtias. Magnificate illum mecum; ſeu potius, qui replebimur in bonis ejus, Templum Dei eſt mirabile in æquitate, exclamemus ad Deum medullis cordis; dicamuſque Salvatori; Tu Domine univerſorum, qui nullam habes indigentiam, conſerva domum iſtam immaculatam in æternum Domine. Amen.

ſalva extrahitur.

D

A THOM. EX MS.

133 Tempore glorioſi Regis Edgari, tanta Clericalis ordo quibuſdam in locis confuſione agebatur, ut non ſolum à vita ſecularium excellentius nihil haberet, verum etiam in probis artibus longe inferior jaceret. Qua de re Paſtores Eccleſiarum turbati, ſed potius Edelwoldus Præſul Wintonienſis, & Ulſtanus *b* Wigornienſis, Dunſtanum ut proprium Primatem adeuntes male geſta exponunt, correctionis conſilia perquirunt. At ille in homines nefandos ſuæ auctoritatis proferens ſententiam, Aut canonice inquit eſt vivendum, aut de eccleſiis exeundum: ex quo factum eſt, ut complurium eccleſiarum Clerici, dum contemnerent propoſita ſibi conditione corrigi, auctoritate Pontificis ſunt expulſi, & Monachi introducti. Qui Rege *c* adito, vel quos Regis gratia proximos effecerat, Dunſtanum injuriarum accuſant, virtutis ſe amatores pronuntiant, ut coram præſentia Regis conveniatur orant. Dunſtanus itaque, his quæ rationabiliter poſtulabantur contraire nolens, coacto conſilio Wintoniam venit: ubi ex ſententia totius conſilii de adverſariis victoriam cepit.

Monachos in locum Clericorū inductos

b

c

queruntur illorum adverſarii,

E

130 Intererat tantæ controverſiæ Brithnodus, ſanctæ Elyenſis Eccleſiæ primus Abbas, cum cetera Religioſiorum turba, qui auxilium de cælo non de terra, à Deo non ab hominibus præſtolabantur. Cumque inimici Domini ex jure nihil ſibi ſupereſſe conſpicerent, uſi auxilio Regis & Principum, ad preces ſe vertunt, quibus Epiſcopum flagitant, quatenus intromiſſæ perſonæ de eccleſiis expellantur, expulſæ reſtituantur. Dubitante ergo viro Dei nullumque ad rogata reſponſum porrigente, res mira & ſeculis inaudita contigit. Ecce corporis Domini forma, ex lapide inciſa, vexillo Crucis infixa, atque in editiore domus parte locata, humanos exprimens modos, omnium voces compeſcuit, dicens; Abſit hoc ut fiat, Abſit hoc ut fiat. Ad quam vocem Rex omneſque majores natu, fere uſque ad exhalationem ſpiritus perterriti, clamore pariter & laudatione aream complent. Tunc beatiſſimus Dunſtanus Archiepiſcopus, & S. Edelwoldus Pater & Monachorum Patronus, de ſede ſui Epiſcopatus atque de Ely eos expulerant, & Monachos in utriſque collocaverant *d*; atque S. Oſwaldus Wigornenſis Præſul de ſua ſimiliter ſede clericos ejecit, & Monachos inſtituit. Hi adverſus [Clericos Monachorum] propugnatores extiterunt fortiſſimi. Necnon bonæ memoriæ Dux *e* Brithnodus, & Elwinus Orientalium Anglorum Comes, cum fratre ſuo Edwoldo, in conſpectu Regis conſtanter eis reſtiterunt; & ſe nequaquam terre poſſe dixerunt, ut Monachi ejicerentur ab eccleſiis, qui omnem religionem in regno tenuerant. *f*

& coram Rege pro clericis diſceptant:

sed lapidea Crucifixi effigies pro Monachis ſententiam dicit.

F

d

e

f

135 Taliter pars inimica invidentium bono, Dei virtute eſt projecta, ut in eis compleatur quod in Pſalmis legitur, Vultus autem Domini ſuper facientes mala ut perdat de terra memoriam eorum: ac contra de iſtis bene dicitur, Clamaverunt juſti & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationi-

Pſal. 33, 17 & 18.

A bus tribulationibus eorum liberavit eos : ut
A THOM. EX MS. qui in domo Dei ſunt, in proſperis & adverſis, diſcant ſpem in Domino firmam habere, quia qui linguas infantium facit diſertas, & omnia [diligentibus ſe] cooperatur in bonum, huic elemento immobili loquelas edere juſſit in protectione ſuorum fidelium, ad gloriam nominis ſui ; qui omnia quæcumque voluit fecit in cælo & in terra, & diſponit omnia ſuaviter. Itaque horum ſinguli, pro inaudito & inſperato eventu, Deum laudibus undique extollunt atque benedicunt. Denique ad propria quiſque remeat feſtinanter, quod viderat & audierat gratanter prædicare. Hujus etiam admirandæ rei conſcius & donorum auditor cæleſtium teſtis veridicus factus Brithnodus Abbas, dum adſuos in Ely remeavit, Deum in operibus ſuis benedixit, qui non derelinquit præſumentes de ſe, & de propria virtute gloriantes humiliat, ubi nomen ejus invocatum eſt ſuper nos, qui
g facit mirabilia magna ſolus ..... g

Ita retulit, qui interfuit, Brithnotus Abbas.

ANNOTATA D. P.

B

a *Ecgraphum noſtrum* Stalus : *eſt autem* Stallus *in eccleſia, ſedile cuique proprium ; atque ita hic etiam accipitur pro throno, qualis in Cathedralibus Epiſcopo erigitur, eminentior ceteris per Chorum diſpoſitis, ad cornu Euangelii. Hinc vero intelligitur novæ eccleſiæ chorus extenſus fuiſſe uſque ad cœmeterium vetus, totumque ipſum vel bonam ejus partem occupaſſe.*

b *Imo* S. Oſwaldus, *poſtea etiam factus Archiepiſcopus Eboracenſis, qui colitur* 28 *Februarii, ubi Vitam illuſtravit Henſchenius, & ad num.* 7 *præclare explanat Acta concilii, ad reformationem iſtam coacti auctoritate Joannis Papæ* XIII *an.* 969. *Tenuit autem* Oſwaldus *utrumque Epiſcopatum uſque ad annum* 692, *quando ei in utroque pariter ſucceſſit* Aldulfus ; *atque poſt hunc an.* 1002 Wulſtanus, *ſui nominis primus ubique, uſque ad an.* 1022.

c *Simeon Dunelmenſis in Chronica putat controverſiam hanc actam fuiſſe an.* 975. *Nempe mortuo Rege Edgaro, & diſceptantibus de ſucceſſore ſtatuendo Primatibus, ut ſuprà dictum,* Princeps Merciorum Wulfere, *ut ait idem Simeon,* quamplureſque regni Primates, magnis obcæcati muneribus, Abbates cum Monachis de monaſteriis, in quibus Rex pacificus Edgarus illos collocaverat expulerunt, & Clericos cum uxoribus ſuis introduxerunt; *quod autem per vim fecerant : videntur in comitiis coram novo Rege tenere voluiſſe Monachorum adverſarii, imo egiſſe ut univerſim expellerentur illi, Clerici reducerentur.*
C

d *Imo jam ſub Edgaro id fecerant.*

e *Præcitatus Simeon,* Brithnothi *hujus contra Danos juxta Meldunam pugnantis cædem refert ad an.* 1191, *idem facit Thomas lib.* 2 *Hiſtoriæ Elyenſis, ſimulque ſuam nobis ætatem indicat, ad finem fere ſeculi* 12 *protractam ſi non ultra. Volupe autem erit ſuo tempore legere viri ſtrenuiſſimi & religioſiſſimi Acta, ibidem ſatis fuſe deducta, uti & conjugis Ælfledæ, de quibus nunc præter nomen vix quidquam ſupereſt ; cum tamen dicat Thomas ibidem, quod* ejus (*Brithnothi*) vitam & geſta non parvis præconiis Anglicæ commendant hiſtoriæ, *omnes nunc deperditæ.*

f *Idem Simeon* Ethelwinum Dei amicum & ſuum germanum Elfwoldum *appellat, cumque eadem verba ipſos in comitiis protuliſſe dixiſſet, addit, quod* congregato dein exercitu, monaſteria Orientalium Anglorum maxima ſtrenuitate defenderunt ; *ſed hoc fortaſſis fecerunt ante comitia prædicta, rebus necdum in regno pacatis.* D

g *Sequitur* Quomodo corpus B. Withburgæ Virginis ablatum eſt in Ely, *prout legere eſt in noſtro Martio ad diem* 17 *pag.* 606.

CAPUT XIII.

Alia varii generis miracula apud Ely patrata.

136 QUæ Deus in Sanctis ſuis operatur magnalia, ſummopere decet innotescere : unde miraculum ſanctæ Virginis Etheldredæ, Dominæ & Advocatricis noſtræ, ſtupendum valde referimus, quod in notitia plurimorum accidiſſe novimus. Miles quidam extitit Adam *a* nomine, cognatus Epiſcopi Elyenſis Nigelli, clarus quidem genere, ſed totus admodum ſuccenſus face cupiditatis & avaritiæ. Contigit namque plebium concurſus in Northantunæ nundinis adunari, & certatim [mercatores cum] mercimoniis illuc accurrere. Inter quos ille maligniſſimus explorator accurrens, mercatorem civitatis Lundoniæ, divitem quemdam ac nobilem, nomine Ranulphum, hujus rei aſſertorem, comprehendit, loris conſtringit, pugnis ac fuſtibus tundit, & in Ely cruciandum tranſduxit : ubi per hebdomadam ſatis aſperrime tormentorum cruciatibus ipſum affligit & cruciat, ſemper ab eo theſauri pecunias expoſcens. Qui dum laniatus jam pæne deficeret, profeſſus eſt, quam non habebat nec debuit, pecuniam reddere, ut vel ſic ad horam poſſet tormentum evadere ; & ſuſpenſa interim crudelitate ad vitam horæ raperentur. *Mercator nefarie interceptus,* E *a* *& tormentis coactus ſe debitore ſcribere,*

137 Tunc idem ceſſavit miſerum tormentis afficere, licet crudelis & immitis ; ſicque domum abire conceſſit, tantum ut jurejurando promitteret requiſitas ab eo pecunias dare, inſuper filium ſuum pro ſe obſidem ſibi relinqueret. Quem ille ſuſcipiens, minis ac probris continuè territat ; nunc illi oculos eruere, nunc manus & pedes abſcindere minatur. Et ecce una die illi obnixe clamanti, Sancta Etheldreda, adjuva me : circa horam ſextam, mulier velamine ſanctitatis obtecta in conclavi apparuit ; quæ ſe ipſam eſſe, quam interpellabat, beatam videlicet Etheldredam, aſſeruit ; dicens ; Ne formides amodo minas vel manus carnificis hujus : cras enim hâc eâdem horâ liberaberis, ad Dei gloriam & meam exaltationem. Et quidem ſanctæ Virginis promiſſum rei geſtæ probavit effectus : cum in hora prædicta ſequentis diei, profanus ille in amentiam verſus à dæmone corripitur totus, ut vix inter amicorum manus atque propinquorum teneri potuerit. Nunc magis timendus efficitur ex furore, quam antea fuerat ex crudelitate. Unde, conſilio demum habito, ſimul qui aderant, puerum memoratum à vinculis ſolvunt, & li- *obſidemque filium relinquere ;* F *eumdem, extremæ metuentem Sanctâ invocatâ recipit.*

A liberum dimittunt : qui veniens ad patrem narrat eventum, benedicunt Dominum & S. Etheldredam liberatricem eorum.

138 Huic succedit miranda relatio, ex multorum probata testimonio. Anglorum Regis *b* Stephani Elyensis Episcopus Nigellus aliquando incurrerat offensam, quam nullatenus placare poterat nisi dando pecuniam : quapropter reliquias thesaurorum, quos felix largitas antiquorum illuc sanctæ Virgini Etheldredæ contulit in decorem domus Dei, [quosque pæne absumpserat ipse & effudit in æs. Quiddam ejus Judæo posuit pro centenis marcis in vadimonium. Verum inter cetera Crucem bonæ memoriæ Edgari Regis, Judæo cuidam Cantebrigiæ, Ninus nomine, commisit eodem modo. [Hanc] ipse uno die amicis & vicinis in medium protulit, ob magnitudinem decoris ejus ac pretii inæstimationem: & cernentes opus qui aderant eximium ac præclari ingenii artificium, simul admirantur plurimum. Sed unus ex eis, ut sunt Judæi perfidæ mentis atque perversæ, jugiter indignantes Crucis gloriæ, imaginem de auro Cruci affixam lædere parat, insidias tendit, corde invidet, injuriam cogitat; & arrepto cultello ipsam imaginem Domini invadens, punxit in oculo; statimque tenuis rivus sanguinis exiliens lineam produxit longius; & tamquam ex ipso refusus vulnere, guttas latè & minutim dispergens, ligni partem inferiorem madefecit, ac suo rubore infecit. Mirandum valde est & obstupendum, atque omni nationi inauditum, ut de natura æris & duritia auri cruor eliquasse probetur. Potuit namque hoc prodigium latere perpetim : sed ab ipsis Judæis detectum voluit Deus fieri manifestum : unde contigit quod reverenter cum summo deinceps timore servarent, si quid in signo Crucis aut in figura Domini Dei nostri admittebant.

b Crucifixus Elyensis Judæo venditus,

139 Accidit ut edax febrium pestilentia Lundonienses tabefaceret, & decoctos enecaret. Verumtamen quos merito peccatorum flagellat Deus, ut justitiam eos moneat; dives & copiosa mansuetudinis suæ clementia curat, ut vel sic desides & contemptores ad gratiarum provocet actionem. Memoratis itaque civibus permultis, [per] suam celebris & dubitati meriti Virginem Etheldredam manum præbuit medelæ. Ea namque nocte in somnis, cuidam fabro ejusdem civitatis, febribus agitato, per visionem apparuit Etheldreda. Hunc docuit, adhibito jussu, ut accepto denario quem in incude sua reperturus erat, sui pretii chalybem compararet, & pro massæ quantitate quotlibet annulos fabricaret : quorum quemlibet quisquis febricitantium ferret, vel infra tertium diem expirainret, vel quantocius convalesceret. His ita injunctis, magistra cælestis disparuit: faber vero evigilans, acrius memoriæ mandatâ doctrinâ, surrexit; & quod audierat, invenit; & sicut instructus est, operari non neglexit: qui vero febribus decubuerunt, gratiam quæ divinitus repromissa est annulos comitari, oculata fide experti sunt. Ceterum in hac re dictu mirabile est, quod donec finiretur pestis, quoties deerat materia unde plures excuderentur annuli, ad mensuram prioris ferri cælitus supplebatur.

Febribus Londini grassantibus,

jubet Sancta annulos fabricari

illis pellendis utiles:

140 Circiter id tempus, quidam adolescens Lundonensis Brithmerus, cognomento de Averhelle, violentiâ communis morbi percussus, iter arripuit, limina beatæ Virginis Etheldredæ in orationibus aditurus, ut salutis refrigerium impetraret. Inter eundum tres memoratæ virtutis annulos penes nescio quam mulierem haberi audivit : quorum unum ab illa acceptum tulit. Nocte proxima irruens quidam *c* detonsus, dormientem ægrotum inter scapulas nodosâ clavâ tam fortiter percussit, ut pæne oculos excuteret : secunda nocte aliquanto crudelius, tertia verò ab humero ad humerum veruto ferri eum transverberavit; ut vigilans, quasi dirigiuisset, inflexibilis maneret : & hoc nihil aliud erat nisi animi ex morbo aggravati illusio. Adjecit tamen iterum [ire], donec veniret in insulam: ubi, vellet, nollet (quippe jam exanguis, jam moribundus) divertit in domum quamdam, & stratâ culcitrâ subsedit. Cumque inclinatus paulisper dormisset, surrexit sanus & alacer; & quasi febres prius non sensisset, multis anguillis *d* famelicum se refecit; neque alia præsto fuerunt alimenta. Properans inde ad monasterium B. Etheldredæ, pro beneficio sanctitatis acceptæ Deo & Virgini gratias egit *e*.

eorum unum furatus juvenis,

c acriter castigari sibi visus per somnum,

apud Ely sanatur.

d

e

141 Neque hoc tegendum est sub silentio, quod nota multorum probat relatio. Tempore Pontificis Hervæi, S. Ædmundus colono cuidam de Epemugge *f* in visu apparuit, atque suscitans his eum allocutus est: Vir bone, quod dico diligenter attende, quæ audis indubitanter crede, quod jubetur efficaciter comple : & surgens, ad Episcopum de Ely properanter ascende : eique meo nomine dices, quatenus mihi paret viam, qua Dominam meam beatissimam Etheldredam pedes adire queam. At ille mox in Ely, sicut jussum fuerat, ad Episcopum properavit, & mandatum quod acceperat illi denuntiavit. Qui ut talia audivit, præ gaudio flevit; & si forte valeat hoc implere, à pluribus requisivit. Et cum negotium multis commodum suscipere nemo præsumeret, ipsius ecclesiæ Monachus quidam, Ioannes nomine accedens, natura, verbo & vultu simplicissimus, coram Episcopo contulit se; dicens opus hoc, & velle suscipere, & cum Dei adjutorio posse perficere. Qui postea jussus ab ipso Episcopo, à terra de *g* Saham cœpit metiri, & arundinetum in viam sternere; alveos etiam fluminum ponticulis instruxit : sicque vir ille Deo dilectus in brevi proficiens, opus cælitus provisum explevit, viam fecit semite per invia paludum; mirantibus cunctis, ac Deo benedicentibus.

S. Edmundus colono apparens,

f

monet agerem sternendum per paludes ad Ely.

g

142 Quædam in vicino quodam vico matrona morabatur, quam dira valetudo quæ Græcè Paralysis, Latine Dissolutio membrorum dicitur, invasam miserabiliter detinebat, detentam intolerabiliter detorquebat. Hæc nec manus ad os ducere, nec fronti Crucem pingere, neque de loco cui assedisset per se valebat exsurgere : sed ejus ori servientium manibus inferebatur edulium, ab eis erigebatur, ab eis deportabatur : nam acerbissimæ hujus

Mulier toto corpore paralytica.

A passionis, ex humorum fragilitate, semper aut in toto corpore aut in parte accidentis & cruciante sævitia marcuerant membrorum compagines ; totâque naturâ corruptâ, inutile corpus manebat. Inde magnus parentelæ dolor, gravisque familiæ luctus & mœror. Advolant medici, suscipiunt munera, conficiunt antidota, quibus admodum utens posset constricta relaxari natura. Vicit medicinalem potentiam furentis passionis impotens magnitudo : nihil enim profuit loci obscuritas, nil cataplasmatum adhibitio. Non curram per singula : breviter dicam. Nulla prorsus illi profuere medicamina. Quid ergo restabat ? Nisi ut ad divinam se miserationem devote convertens, auxilium à cælesti medico flagitaret.

ATHOM. EX MS.

nihil proficientibus medicis,

143 Jam senos in tam tormentali molestia annos peregerat, jam omnino reparandæ salutis spes perierat : & ecce supernæ respectu clementiæ familiam convocat, atque ad venerandam gemmæ cælestis Etheldredæ basilicam se deferendam mandat.

post sex morbi annos, jubet se portari ad Ely ;

B Mox ex imperio subvecta clientibus octo,
Virginis ante sacrum deponitur ipsa sepulcrum,
Menteque devotâ depromit sedula vota.
Inclamat gloriosæ Christi Sponsæ gloriosa merita, supplicat ipsius dulcissima patrocinia, resonat iterum vox gemitus, rigant faciem lacrymæ, dies tota peragitur in oratione.
Hinc sol Oceani tetris immergitur undis,
Noxque tegit totam succedens pallida terram.
Nec mulier lacrymis effusis parcit ab imis :
Imo magis plorat, plorans instantius orat,
Quò fugiat morbus distorquens corporis artus.

ubi Sanctâ fiducialiter invocans,

Quid plura ? Movent immensam Regis æterni pietatem lacrymosa miserabilis feminæ suspiria, imo piissima Virginis eximiæ suffragia : & ecce ejusdem noctis spatio fugit omnis nervorum contractio, redit membrorum naturalis motio, evanescit valetudinis dolor, sospitatis adest vigor ;

C Gaudet natura, dum tanta peste fugatâ,
Officiis propriis reparantur singula membra.

144 O quam dulce & utile, ad indeficientem clementiæ fontem concurrere ! O quam salutiferum & vitale, semper potentis medicinæ gratiam expetere ! Laudanda plane Sanctorum limina pie adeuntium intentio : inde enim gemina succrescit utilitas, cum & obruta vitiorum mole relevetur anima, & corporis si fuerit sæpissimè propellatur infirmitas. Surrexit itaque, quæ paralytica advecta fuerat, ab omni paralysis constrictione relaxata, circumstante & stupente intuentium caterva. Repletur vocibus ecclesia, sonant alternatim laudum præconia, tollitur in cælum laudantium clamor : clamant, Sit Domino gloria, laus & honor. Attollunt solemniter melliflua cælestis margaritæ patrocinia, per quæ fuerat inopinata matronulæ sanitas restituta. Hinc cum gaudio & lætitia reditur ad propria.

subito surgit valida,

omnibus inspectantibus.

D

ANNOTATA D. P.

a *Videtur hic diversus esse à* Constabulario, *de quo suprà num.* 113 ; *necnon ab* Adamo de Cherva, *Henrici Junioris Cancellario, qui ob secreta filii, Regi patri detecta per litteras, per vicos & civitates Normanniæ flagellis cæsus, & ita in Angliam vinctus remissus, legitur in Chronico Joannis Bromptoni ad an.* 1176.

b *Regnavit Stephanus ab anno* 1135 *ad* 1154.

c *Id est* Monachus.

d *Febricitantibus cavendas imprimis anguillas censent medici.*

e *Huic articulo quadrat titulus*, Quod quidam exanimis vitæ reformatur. *Excidit ergo sequentis capitis titulus hujusmodi* ; Quod jubente S. Edmundo via ad Ely insulam sternitur.

f *In historia Episcopali* Exnyng.

g *Ibidem* Seham : *& sic etiam scribitur in tabulis ; est autem intervallum à civitate unius circiter leucæ.*

E

CAPUT XIV.

Curantur, mutus juvenis, puella contracta, manus arida : perjurus S. Etheldredæ punitur.

145 ALiud eodem tempore, ... A miraculum eluxit, quod sub taciturnitatis velamento delitescere videtur indignum. Est villa Bradaforde vocitata, in qua quidam adolescentulus erat, incertum quo casu septennio linguæ carens officio. Stupent parentes, tristem mirantur fortunam, torquet cordium penetralia dolor, creber eis luctus & mœror. Tandem comperto, quanta in Elyensi monasterio miracula divinitus fierent, illuc, jam damnandi fide concepta silentii, propero pede mutam ducunt sobolem : ingressique magna cordis contritione, Dei miserationem per ora lacrymis volvunt : preces precibus adduntur : interius fides, vox exterius dandam misericordiam inclamitat. Petunt, ut accipiant ; quærunt, ut inveniant ; pulsant ad ostium clementiæ, donec eis aperiatur. Nec eorum fidem & spem delusit eventus. Nam inter ipsas preces & lacrymas, muta cœpit enodari lingula, & naturali plectro moderante, hæc edere verba : Redeamus, ait, ô dulcissimi ad mansionis nostræ domicilia ; quoniam, per beatissimæ Virginis Etheldredæ merita, mihi, sicut vestris insonat auribus, sunt reformata peremptæ vocis organa.

Septennio mutus juvenis,

F

à parentibus ductus ad Sanctâ,

146 Ad hanc vocis exauditionem,
Tristia flebilium lætantur corda parentum.
Fit stupor & gaudium cunctis qui aderant, dum os verbula modulari audirent quod prius omnino mutum fuisse agnoverant.
Hinc alternatim cleri psallente caterva,
Hymnorum moduli quatiunt fastigia templi,
Sidera vox tangit, reboat laus Cunctipotenti ;
Qui glorioſus in Sanctis, mirabilis in sua potestate, mirabilia facit ubique. O gemmam

loquelam recipit palam in ecclesia.

in

A in corona Sponſi præfulgidam ! ô inſignem Reginam Etheldredam ! perpetuæ virginitatis integritate mirabiliter inſignitam, Chriſti Sponſam & formoſam, ordinata caritate vulneratam.

Emicat ecce polo Libano mage candida Virgo,
Incorrupta viro, Sponſo ſacrata ſuperno.

Hanc igitur veneremur, veneranter exoremus, ut in laude divinæ Majeſtatis torpentia, imo muta noſtra pandat labia; nigraſque ſine formoſitate conſcientias, ſuis meritis candidas efficiat; ne forinſecus remaneamus, dum Sponſus introierit ad nuptias.

Decennis puella, à nativitate cæca.

147 Nec illud ſub ſilentii ſerula latitare patiar, quod per illud tempus accidiſſe antiqua monſtrat pagina : eſt enim præcipuum valde, jucundum, ſtupendum & admirandum, nec frequens miraculum. Filiam in hujus mundi caliginoſam lucem pariens mater, cæcam effuderat.

Infelix partus ! infelix prorſus & ortus,
Dum ſine communi quis lumine naſcitur orbi.

B Dolet genitor, gemit genitrix, mœret cognatio pro tanto infortunio. Jam ad decimum ætatis ſuæ annum neſcia lucis pervenerat, & à parentibus ad beatæ Virginis eccleſiam ducitur ; ut ipſius obtinente ſuffragio, cæcitatis carere mereretur opprobrio.

eodem à ſuis ducta,

Mira res ! Nondum cum ductoribus introiens, baſilicæ limen tranſierat ; & ecce de cælo proſpexit miſericordia, ubique potens, ubique largiflua, numquam deficiens, ſemper inexhauſta. Condeſcendunt, ad ſuſpirantis ſe puellulæ affinitatis catervulæ magnifica Sponſæ Chriſti ſuffragia : procedunt (ut ita dicam) ingredientibus obviam celerrima divinæ miſerationis ſubſidia: excipitur à ſupernæ pietatis occurſu pia introëuntium devotio, & à materno cæca utero repentini ditatur viſus officio.

illuminatur

Subſtitit ad lucem tenebris educta ſtupeſcens
Mirantem rutili radiantia culmina templi.

Speculantur quique præſentes, ac pariter Chriſtum collaudant & benedicunt.

148 Sed neque illud ſilentio præteream, quod ejuſdem temporis decurſu, cujuſdam juvenis altera manus aruerat, quæ clauſa nullatenus aperiri poterat. Quid miſer ageret, quo ſe verteret, ut remedium perquirere poſſet, ignorabat. Tandem, quia paradiſiacæ gemmæ Virginis Etheldredæ longe lateque melliflua fama volitans perſonabat; impigro greſſu ad ejus baſilicam venit, fideque prævia

C *Manus arida & clauſa.*

Ingreditur, properat tumulo, proſternitur, orat ;

ſuffuſus ora lacrymis Chriſti Sponſæ interventum implorabat. Quid multis immorer ? Exaudit ejus preces ac gemitus poli ſidus aureum, lucens ante Deum in ordine Virginum, mira & ineffabili dulcedine harmonica novum ſemper carmen canentium. Vigore itaque naturali redeunte, conſtricti abſolvuntur nervuli, aperitur manus arida, vique pereunte doloris ad ſua plene reparantur officia. Aderat populi multitudo,

vigori & uſui naturali reſtituitur.

Et cum lumine, tenſis ad ſidera palmis,
Pectore de toto laudum dant cantica Chriſto,

per quem hæc cæleſtis columba, pro pudicitiæ titulo, imo pro totius ſanctitatis me-

rito, tanta miraculorum luce coruſcat in mundo. D

A. THOM. EX MS.

149 Factum eſt autem, ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, ut Stephanus de Scalla, qui per ſucceſſionem patris ſui, nomine Elyenſium Monachorum, duas hidas & dimidiam & novem *a* acras cum eccleſia una, per annuam firmam & ſeptem *b* Sceppas tenebat ; firmam ſuam præfatis Monachis per biennium detinuiſſet. Et quoniam, ingruente quidem neceſſitate, paternum *c* filius auxilium deeſſe non debet ; Dominus Nigellus, qui tunc temporis Elyenſis Eccleſiæ Epiſcopatum tenebat, Monachorum ſuorum querimoniâ auditâ & injuriâ cognitâ, commemoratum hominem vinculo anathematis innodari decrevit, niſi in proxima ad Ramos palmarum *d* Dominica monachis ſatisfeciſſet. Præfato vero die Stephanus in Ely ante Epiſcopi venicns præſentiam, aſſeruit ſe ad tantam tamque vehementem paupertatem deſcendiſſe, quod jam dictam firmam nullatenus de præterito reddere valebat. Firma autem, quæ reddi competebat, ad quadraginta marcas *e* in diebus illis appretiata fuit. E

An. 1154
quidâ Monachis obligatus ad firmam
a
b
c
d
& eam ſolvere poſtulatus,
e

150 Monachi etiam eo tempore terram ſuam ſibi reſtituiſſent, ſi eam internoſcere ipſi vel ſuorum aliqui potuiſſent. Sed quoniam mundum ipſum, & quæ mundi ſunt, ætas ipſa conſumit ; propter temporis vetuſtatem, utpote certis limitibus confractis & terminis omnino extirpatis, præfata terra ipſis Monachis omnino fuit incognita. Sibi vero & eccleſiæ ſuæ in poſterum providere volentes, inito cum Epiſcopo & Fratribus conſilio, univerſum ejus biennii debitum ſe ipſi Stephano dimiſſuros conceſſerunt hac conditione interpoſita, quod terram ſuam eis faceret manifeſtam, & ſe ipſis monachis firmam ſuam annuatim redditurum [promittens], terram eamdem ſub fide juſſione conſtitueret. Annuit Stephanus, ſpopondit, & juravit equidem, ſuperpoſita manu dextra altari ſanctæ Crucis, appoſito ipſo Dominico Corpore & multis Sanctorum Reliquiis, quod terram quam ipſe in Scelforda nomine Monachorum poſſidebat, videlicet duas hidas & dimidiam cum eccleſia & cum novem acris, ipſis Monachis per ſe & per homines ſuos quam certius poſſet manifeſtari [faceret], & de annua firmæ redditione terram eamdem ſub fidejuſſione ſtatuit : ſi quid etiam ejuſdem terræ fieret reſiduum, quod ipſe nec homines ſui internoſcerent, ipſe de militari feudo, quod in Scelford ſub Epiſcopo poſſidebat, apponeret: & hoc equidem annuente Epiſcopo. F

ea conditione relaxatur, ut feudi ſui terminos extirpatos reſtituat,

151 Ad hæc Robertus de Cuniglave, & Hedbaldus de Scalle, & Willielmus filius Roberti, Milites ſæpe nominati Stephani, fideidatione polliciti [ſunt] ſe nullum Domino ſuo daturos conſilium, ut ipſe ab hac conventione retrocederet : & ſi neceſſarium fuerit, ſecum Monachos hoc dirationaturos *f* adverſus Stephanum. Sunt autem hujus rei teſtes, Nigellus Epiſcopus, Wilielmus de Laventona Archidiaconus, David Archidiaconus de Buchingeham, Richardus à S. Paulo, & plures alii. Completa vero ſolennitate Paſchali, Alexander Prior, &

datis fideiuſſoribus indicare pollicitus,
f

A Wilielmus Archidiaconus, & plerique Monachorum, ad eccleſiam omnium Sanctorum in Schelford conveniunt. Adfuit & Stephanus, cum hominibus ſuis in eadem villa manentibus: ipſo vero Stephano præcipiente juraverunt, Richardus Sacerdos & tota villatica *g* Stephani, ſe nullatenus de ſæpe dicta terra celaturos veritatem, quam prædeceſſorum ſuorum relatu vel quoquomodo didicerant. Juramentoque iidem iſti teſtes interfuere, Wilielmus Archidiaconus, Nicolaus Capellanus de Cantebrigia, & plures alii. Hæc eſt vero terra, quam aſſerebant Stephanus & juratores, eſſe de feudo Monachorum, eccleſia cum triginta ſeptem acris, Huntingeſtoſte, à cœmeterio uſque ad medium horreum Stephani, & aliæ particulæ terrarum, quas enumerare longum eſt.

a THOM. EX MS. *juramentum una cum ſuis præſtat;*

g

152 Sed neque Stephanus neque juratores ejus, ut ſpoponderant, feudum oſtenderunt, ſed crimine perjurii tenentur: unde Monachi adhuc adverſus eum calumniam *h* habent, primo quod nullum pratum deſcriptæ terræ aſſignaverit, cum præfata villa optima prata habeat; ſecundo quod octodecim acras, in quibus circuit eccleſia, quæ prius novem tantum habebat, inter terras dominii computaverat: tertio quod quinque acras, in quibus ſunt *i* manſuræ, inter terras colendas connumeraverit: poſtremo quod de regio feudo quinquaginta duas acras appoſuerit, quod juramento ejus obviaret. Nec mora, ultio divina perjurium, quod idem Stephanus in cumulum ſuæ damnationis ſcienter præſumpſerat, ſecuta eſt: nam in gravem & intolerabilem pedum languorem incidit, & à nullo prorſus medicorum curari potuit: ſicque in eodem morbo infelici vita conſenuit, & clauſit diem lucis extremæ.

ſed mala fide uſus ac pejeratus, h

i incurabili pedum languore punitur.

153 Fuit quædam adoleſcentula, modicum cis *k* Albanicam oriunda, nomine Edeliva: quæ, ſicut ipſa ſua narratione docuit, ſtudioſis operibus improbe ſemper inſiſtens, ſolennitatibus Sanctorum minime deferebat. Hæc, quia in injuriam Dei & Sanctorum ejus, manus acus & texturæ peritas actibus ſiniſtris exercuerat; ultionis divinæ juſtiſſimo judicio, in ſiniſtra manu percuſſa eſt. Nam cum noctu exiſſet in curtem, brachio in modum colubri verſus humerum reflexo, extremi conduli digitorum incurvorum in volam retorti, pollicem qui & ipſi volæ impreſſus in ſedit, unguibus per totum tempus pæne infra creſcentibus, concluſerant. Manus cum brachio ſicut lapis emortua, in hunc modum contracta per duos annos & dimidium aruerat. Cum vero Sanctorum limina, causâ impetrandæ ſanitatis adiiſſet; cum diu pulſaſſet; tandem apud Huntenduniam pauſationis [gratiâ] ſe reclinavit. Ibi apparens ei dormienti Virgo Etheldreda; Heus, inquit, juvencula, vade quo propoſueras. Dixerat autem in mente, ſe nequaquam in partes proprias reverſuram, donec Virgini Etheldredæ in præſentia corporis ſui ſupplicaſſet. Reſpondens autem puellula, imbrium ingruentium [metum] cauſabatur. Cui Virgo: Nihil te remoretur, quo minus eas.

k Puella feſtis operari ſolita,

brachiique diſtorſione & ſiniſtræ contractione punita,

Sanctam in itinere ad Ely conſpicuam habet,

154 Veniens autem in monaſterium Elyenſe coram Virgine, quadam extaſi arrepta diuque vexata, nunc obdormivit, nunc evigilavit clamabunda; ſæpiuſque S. Etheldredam vocavit, quaſi interpellando, modo ut traheret, modo ut moderatius traheret. Ipſa enim juncturarum extenſio admodum moleſta erat: quippe dolor eſt medicina doloris. Partim autem inter dormiendum, partim inter vigilandum, tandem omnino manus cum brachio reſtituta eſt. Sic factum eſt, ut celebris adjutrix manum aridam rore meritorum, manum emortuam vivificatione precum, manum contractam rectitudine juſtitiæ ſuæ ſanaret. Craſtino hujus miraculi adfuit quidam Presbyter ſatis notus, & cum eo alii, id locorum, unde ancilla profecta eſt, vicini: qui quamvis iter facerent in orationibus, opportune tamen morbi teſtes divinitus exhibiti ſunt.

D *ubi ſemivigili extenduntur digiti,*

Adſunt teſtes infirmitatis vicini,

155 Id etiam ad hujus rei fidem facit, quod quidam Monachi in ipſo ingreſſu pauperculæ præſentes erant; quorum unus compedibus quibuſdam, quas dudum B. Etheldreda vinctum quemdam reducens de carcere *l* fregerat, vehementer manum dolentis comprimebat: ea vero, fruſtra ipſam premere aſſerebat; eo quod inſenſibiliter manus obſtupuerat. Intruſa autem quadam particula compedum ſub uno digitorum, Dei pietate aditum parante, illum in rectum ſtatum virtus divina (nec enim aliud poterat) redegit: & mox, mente (ſicut dixi) alienata, ad corpus Virginis potius tracta quam adducta, horrorem tangentibus geſtu intulit. Conſtat quod Deus miniſterio malitiæ in executionibus juſtitiæ ſuæ mirabiliter & potenter utitur. Hinc credibile eſt, malignum ſpiritum hanc partem mulierculæ mortificaſſe: ſed ſentiens ſe remotum iri, ex crudelitate ſua inſatiabili, miſeram (quatenus ei licuit) invaſit & immanius concuſſit. Quid igitur in re iſta, ad temeritatis pœnam & ad audaciæ terrorem, quid ad virgineæ ſanctitatis gloriam & miſericordiæ commendationem actum ſit, piè cuilibet expedit intueri: fiunt enim virtutes & ſigna, tum ut non credentes illuminent, tum ut in fide dubios certificent, tum ut tepidos vel in peccatis mortuos excitent.

& Monachus qui ei bojas ibi oblatas applicuerat:

l

E

atque ita etiam pulſus eſt qui eam invaſerat dæmon,

ANNOTATA D.P.

F

A *Deleo, quia ſenſum non faciunt* ſub ipſius obtentu.

a Hida *quid ſit dixi ad cap.* 1 *lib.* 2 *lit.* e. Acra, *Belgis*, Acker, *Latine* Ager *eſt: reſtrictius autem apud Anglos ſumitur pro* terræ jugero.

b Sceppa, *quantitas certa frumenti, ſalis, aut alterius cujuſque materiæ aridæ, quanta ſcilicet uno cochlearii grandiori capi poteſt; à* Scheppen, *cochleari capere.*

c *Ecgraphum habet*, maternum.

d *Ea an.* 1154, *cum Paſcha celebrandum fuit* 4 *Aprilis, cadebat in* 28 *Martii.*

e Tempore Henrici I, *inquit Cangius*, videtur *Marca* tantum fuiſſe pondus 6 ſolidorum, & unius denarii.

f Dirationare *eſt* Contrarium rationando aſſerere, vel quod aſſertum eſt rationando deſtruere. *Ita multis probat Auctor Gloſſarii ad tom.* 1 *Monaſtici Anglicani.*

g Villatica, *videtur accipi pro ipſius villæ hominibus.*

h Ca-

A li Calumnia, *est*, lis contestata coram judicibus.

i Mansura, *domus*, *ædificium*, *habitatio*.

k *Suspicor*, Albaniæ *nomine intelligi villam dictam* Wittlesey, *quasi Albicans insula*, *quæ distat ab Ely in occasum leucis quatuor*, *aggerique & lacui vicinis nomen facit*.

l *Id factum legimus num.* 37 ; *& num.* 43 *vidimus*, *eas ipsas compedes odontalgiæ curandæ admotas*.

CAPUT XV.

Debitum monasterio negans, coactus resipiscere: chirotheca Sanctæ coram sponso Tomberto suspensa ex solis radio.

Terras monasterii in feudum possidens,

156 FActum est post decessum Stephani de Scallum, quod filius ejus Wilielmus, dum juvenilis animi impetum non refrænaret, in temeritatem incideret ; & redditum, qui tam à patre suo Stephano, quam à prædecessoribus Stephani, monachis Elienſibus annuatim fuerat persolutus, de terra quadam in Scelford, de feudo Elienſis ecclesiæ & Monachorum, quam de ipsis Monachis hereditario jure quoquomodo tenuerat ; idem Wilielmus Monachis plus satis injuste machinaretur auferre. Eumdem enim redditum prædecessorum suorum eleemosynæ adscribebat, quasi à prædecessoribus suis jam dictæ ecclesiæ in eleemosynam fuisset collatus : cum potius terra illa, ex antiqua Regum donatione, de feudo Monachorum semper extiterit, & eam prædecessores contra justitiam violenter occupaverint. Cœpit igitur annuam eis pensionem subtrahere, & assiduis eos inquietare molestiis non cessavit. Cumque Monachi, super tam patenti injuria, Regem & regiæ justitiæ executores sæpius convenissent ; Wilielmus nec præcepto regio, nec rigore justitiæ, ad juri satisfaciendum flecti voluit. Unde Monachi plurimum contristati, utpote quibus maxima pars victualium ex jam dicto pendebat reditu, Dei & patrocinatricis suæ Etheldredæ auxilium inceſſanter invocant : & quia sibi humanum consilium omnimodis deesse senserunt, spem sibi sociam assumentes, ad divinæ miserationis auxilium unanimi assensu confugerunt.

& canonè recusans solvere,

cum grauamen incommodo Monachorum ;

gravi suo periculo in se reversus,

157 Procedente vero tempore, rei eventus supplicum precibus attestabatur effectum. Contigit enim, superni Regis (ut credimus) ultione, eum terreni Regis, propter quoddam maleficium, indignationem incurrere eatenus, ut damnationis sententiam sibi expavesceret, & ei terreni honoris jactura cum vitæ detrimento pariter immineret. Amicis itaque sæpe memorati Wilielmi quotidie instantibus, & ei injuriam Dei servis illatam, acsi imminentem adversitatem ob tam præsumptuosæ temeritatis audaciam sustineret, jugi recordatione imperantibus ; tandem pœnitentiâ ductus, saniori cessit consilio. Cum parentibus igitur & amicis in Ely, misericordiam petiturus adveniens ; in præsentia Domini Gaufridi *a* Episcopi & totius Conventus, audiente tam clero quam populo, culpam suam humiliter confessus est ; promittens, quod eisdem Monachis statutis terminis debitam pensionem, sine aliqua molestia, deinceps esset redditurus ; & de subtracto censu, qui pæne usque ad triginta marcas excreverat, misericordiæ Domini Episcopi & Monachorum per omnia se submitteret. Verum quia fides dictis præstita sacramenti cautione plerumque facilius adhibetur, quod verbotenus promiserat, sacramento firmavit, in communi audientia.

a

A THOM. EX MS.

domui reparationē ultro offert.

Denique narrat auctor,

158 Quæ hic memoro, advertat fidelis auditor, ne credere detrectet, quod multorum attestatione nuntiari solet, & nos illud ad notitiam proferimus ut acceptum, quod piis mentibus insonuisse jucundemur ; Frater quidam ex nostris, nunc grandævus ac senior, cujus maturitas seu morum honestas non sineret illum vel mendaciter confingere, quæ hic inseruntur ; vel quasi figmentum fallendo asserere : fidelis enim est, Deumque in hoc attestando solitus est enarrare. Dixerat enim : Cum essem junior minoris ætatis, in domo patris mei, ipse pater litterarum peritus ; diligenter & sedulo Scripturarum expositiones, necnon Sanctorum gesta & Vitas, meditator assiduus legebat : quem vidi etiam, & multoties audivi ea scire volentibus affectuosè diserere. Porro illi tanta erat dicendi peritia, tantus amor ex Dei gratia persuadendi quæ cœperat, ut assistentes quæ ab eo dicerentur audirent libentius, quam quæ audire & intelligere poterant operando sequerentur ; dum circa talia occupatus non tepesceret. Verum nihilominus diligenti studio affluetus ceteris prodesse, taliter hoc negotium assequi attentabat.

auditum sibi ex seniore Fratre,

parentem sum ex Actis Sanctæ legisse,

159 Contigit autem aliquo dierum, ipsum habentem in manu librum, Anglico idiomate scriptum, in eo aperte atque distincte legere, ut præsentes vel quisque adveniens, quod legebat, in sua lingua plenè saperent & intelligerent. Ego autem juvenis, ut dixi, & necdum adhuc provectæ ætatis, de longe stans, suspensus audiebam : & dans intente operam (sicuti mos est parvulorum, ad nova & incognita avidius intendere, ac propensius aurem accommodare) in his animum applicare volui ; ut quod memoriale ac dignum relatione conciperem, memoriter animo retinerem, & aliquoties pro exemplo aliis communicare valerem. Quod enim tunc legebat, intellexi fuisse vitam Sponsæ Christi dilectæ Virginis sacratissimæ Etheldredæ : quam, velut internæ dulcedine suavitatis sibi mulcendo recitavit, ut hanc in palam usque proferret. Me quoque interim ad os jugiter observante, post multa pervenit legendo, qualiter Dominus Deus ejusdem B. Etheldredæ devotionem mirabiliter prodidit, ac meritum publicare dispositit ; quod nunc in laudem ejus & gloriam perstringere stylo attendimus.

quod ipse aliquando iratus sponsus suus Tomberto,

160 Cum illa nuptui traderetur, secundum divinam dispositionem, quâ ab initio instituit, quatenus homo relinqueret patrem & matrem, & adhæreret uxori ; & similiter uxor faceret viro ; & hæc cum Sponso Tomberto, illustri viro, simul degeret in domo ; forte evenit, ut occasio litis vel commotionis non levis oriretur inter eos. Sed, credo, hoc Domini vo-

luntate

luntate atque providentia contigisse, non instinctu inimici & fraude maligna, ut unitatem illorum quateret, & sic discordes sejungeret, quod in pluribus contingere solet; sed potius ut altitudo utriusque meritorum patesceret, & eorum gloria manifestata mundo appareret. Perseverante illa in sanctitate & justitia coram Deo, & cum ancillis suis & puellis, intus in cubiculo, quippiam operis textorii agente, Sponsus superveniens intravit ad eam; atque de alicujus utilitatis negotio, ut debito conjugi, quidlibet ei vel suggerendo imposuit, sive rogando imponendum curavit. Quod illa provida ratione, pro loco & tempore, omittendum credidit, aut differendum fore innotuit. Ex quo ille commotus, utpote dominium exercens super illam, in tantum concitatus est; quod non dissimulatâ irâ, nec valens spiritum cohibere, in minas statim prorumperet, & ei alapam dare vel pœnam verberis infligere asseruit, eo quod jussis ejus minime obtemperasset.

A THOM. EX MS.

propter dilatum præceptum suum,

alapam minatus sit:

161 Illa vero, ut erat piæ mentis ac multæ simplicitatis mulier, procellæ nebulæ vultum demisit, nil amaræ responsionis opposuit, nec quasi timens alapam seu læsionem fugiendo evitavit: imo per patientiam tantæ commotionis impetum declinare intendit, ferens animo illud Euangelii, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hoc quippe audito, ut præfinitum est, protinus illa divino instinctu atque providentia, & vultum demisit, & corde intrinsecus Dominum oravit, & chirothecam abstractam & simul revolutam, super radium solis, qui prope ex fenestra clare radians emicuit, incunctanter posuit; & supra velut impressam, quamdiu voluit, jacere permisit. Ibi longius, quasi fixa super aliquid solidum, aut materiale durum quodlibet, retenta habebatur: quod universis spectaculum magnum fuit, & admirabile esse potuit; maxime cum nemini ante à seculo tale quid videre vel audire contigerit.

B

quæ humiliter id sustinens,

Luc. 21, 19

chirothecã suspenderit ad solis radium:

162 Invenimus scriptum in veteri [testamento], quod ad præceptum Josuë sol moram diei protraheret in cælo, donec de hostibus triumpharet. Similiter Abbas Mutius, cum vellet quemdam visitare in extremis agentem, & dies pæne transisset; dixit ad solem, In nomine Domini nostri Jesu Christi, sta in itinere tuo: ad cujus vocem restitit sol, nec prius occubuit, donec homo Dei perveniret ad vicum. *b* Sed hæc antiquitus facta sunt: quod autem diximus per beatissimam Etheldredam fieri, insolitum & inauditum: nec antea in cor hominis ascendit, nec cognitum ulli evenit, ut aut ponderosum quid, aut levigatum quamvis modicùm, radio solis imprimi aut sufferri potuisset. *c* Hoc autem viso ille sponsus Virginis beatissimæ, vir prudens & plurimum in Deum proficiens, tantæ rei novitatem admirans & diutius cernens, obstupuit; ipsamque Dei esse famulam Deoque devotam & vidit & credidit. Tunc à profundo cordis considerans asperitatem & duritiam suam, humilitatem ac mansuetudinem conjugis, se peccasse, se reum esse testatus est, quia talem tamque crudelem facere contumeliam excogitasse. At illa potius contrà suæ culpæ, non ejus nequitiæ referebat quod pertulerat.

miraculo eatenus inaudito:

C

b

c

quo motus vir indulgeri id sibi petierit,

163 Sed miro & inæstimabili modo, in hoc facto, divina bonitas, Sponsam sibi dilectam, quanti esset apud se meriti, insinuare voluit; ut quanto honore digna esset habenda in hoc designaretur opere. Tandem vero cum summa reverentia illam efflagitat, ut hujus offensam culpæ remitteret, & gratia invicem (ut prius) firma consisteret. Quod illa protinus ad vocem rogantis benigne annuit, & viro temeritatis aulum condonavit; atque chirothecam, inflexibiliter collocatam sibi recepit, acsi super trabali sustentamine vel robore materiali inditam & innexam convolvit, imposuit, & iterum manui reverenter apposuit; laudans & benedicens Christum Dominum, qui hoc misericorditer voluit & sic fieri jussit.

D

ipsa vicissim ignosci sibi postulante;

164 Nunc, Fratres mei, opusculum istud, quod vestræ dilectionis notitiæ pandere studeo, crebro mente revolvens, animo nimis æstuans, & vehementer inde stupens, tandem hæsi; meditans, si verbum inopinatum, verbum inauditum palam annuntiarem; & pervolvens, quod aures obtrectantium, tamquam à vero vacuum vel frivolum judicantes, irridebunt, & potius cachinnum quam mente hilaritatem excutient. Interim dum circa hæc per dies [aliquot] fluctuarem, contigit ut noctu depressus somno pausarem in lecto. Et ecce vox subito, quasi de adstante aliquo, illapsa est ad me, & his verbis ita me alloqui cœpit: Ne soliciteris de re, quam paginæ impressisti, neque dubius inde fias. Certus esto & fideliter crede, quod quomodo exarasti stylo, sic dudum evenit in re & verum fuit. Hoc audito talique indicio comperto, dissilivi à somno, tractans mecum an esset hoc verè somnium sive phantasma. Tamen reputavi cogitans, quod factum à Deo & à Sancta ejus processerit: benedixique nomen Majestatis ejus, lætatus valde [in his] quæ dicta sunt mihi. Istud quippe accidit in diebus venerandæ Virginis, vita comite; & sicuti scripto pertransimus, ultimo nunc tempore, divino nutu, per scriptum vobis revelatum innotuit.

eadem auctorem dubium an istud hic scriberet,

E

in somno certificat quod ita res contigerit.

F

ANNOTATA D.P.

a Galtridus Ridel, *Episcopus tertius, ex Cantuariensi Archidiacono electus & ordinatus an.* 1174, 6 *Octobris*; *obiit* 1189, 1 *Septembris*.

b *In Vitis Patrum à Roswerdo collectis, nihil simile invenitur de* Abbate Mutio, *sed lib.* 6 *apud eumdem, libello* 2 *in principio, narrat Abbas Dulas de* Abbate Bessarione *magistro suo.* Euntibus nobis ad alium senem venit sol ad occasum: & oravit senex, dicens: Obsecro Domine, stet sol, donec perveniam ad servum tuum: & factum est sic.

c *Nos vero hujusmodi exempla, pluries in Vitis Sanctorum invenimus: ac nominatim* (*ut vetustiora præteream*) *in Supplemento ad Vitam S. Petri de Morono* 19 *Maji num.* 30, *ubi Missam coram Pontifice celebraturo Lugduni* remansit cuculla, divinitus suspensa in aëre ad solis radium, transeuntem per fenestram vitream.

ANA-

A

ANALECTA

Ex Mss. Chronicis Epiſcoporum Elyenſium.

§. 1. Ex continuatione Richardi Prioris.

165 MOrtuo Hervæo, *qui anno* MCVIII *ex Abbate factus Epiſcopus*, poſtquam viginti duobus annis ſediſſet; Rex Henricus *tertio poſt anno, Chriſti* 1133 Monachis petentibus conceſſit, ut non alium, ſed quemdam ſuum Clericum, Nigellum Theſaurarium, eligerent. Igitur anno tertio obitus prædeceſſoris ſui, à Willielmo Cantuarienſi Archiepiſcopo eſt conſecratus Kalendis Octobris ..... Hic *Henrici ſucceſſorem*, Regem Stephanum timens offenſum, ideo quod ſeditioſos patriæ adverſus eum *a* inſtigaret (præceperat namque Rex ſuis, bona Epiſcopi undique diripere) tanti diſcriminis ſe reum eſſe ingemuit, Deique miſericordiam & B. Etheldredæ ſuffragium flebilibus vocibus implorabat aſſiduus; ut quæ ſuis in omni tribulatione non deſinit miſericorditer ſubvenire, aliquando propter amorem Domini ſui Ieſu Chriſti dignetur ei adeſſe, in præſentis tribulationis articulo. Et quidem ſenſit ſibi ceteri effectu eſſe collatum, quod devoto affectu exorabat, per ſanctæ Virginis meritum. Nam cum diu ad Regem nemo de illo auderet ferre ſermonem, caſu advenerat ad Epiſcopum facundiſſimus Clericus quidam, præclarus genere, à Rege honoratus & valde amatus, nomine Richardus de Ponte-cardi. Hic negotium pro Epiſcopo ſuſcepit, ad Regem detulit, delatum ad effectum perduxit; ut ſecure & ſine dubio ad præſentiam Regis veniret obtinuit; & quamcumque poſſet cum illo pacem vel conditionem ſtabiliret: quod & factum eſt .... tamen ſub obtentu pecuniæ trecentarum videlicet marcarum argenti.

Nigellus, ab Elyenſibus petitus Epiſcopus,

a

grandi mulctatur ſumma,

C

166 *Has ut ille undique corraderet, diſtractis etiam vaſis ſacris, vel Monachis ad ea redimenda compulſis, auctores & adjutores ei erant* Jocelinus & Oſebertus Clerici, ambo Dei & S. Etheldredæ inimici: qui non ceſſabant bona ejus diripere, diminuere, alienare, & damni plagam inæſtimabilis infligere eis curabant, quod & in multis crudeliter impleverunt. Et quidem Jocelinus, ductor belli, ſummus in conſilio, verſutus ingenio, primus in dolo, nulli ſecundus in flagitio; poſtquam noctu Virginis Ætheldredæ tumulum temerario auſu irrumpere præſumpſerat, ſicut legitur quod omnis violenta prædatio efficitur cum tumultu: & ipſe totus furiâ invectus audacter invaſit, manum primus appoſuit; aurum, argentum, lapides pretioſos, ornatum omnem in ſecuri & aſcia dejecit; deſtinatos in ſcelere [miniſtros] arguendo obſecrat, ſine mora Domini Epiſcopi juſſa impleré; neſciens miſer quod repente divinitus, in ultionem ſacræ Virginis Etheldredæ, graviſſimas foret pœnas luiturus.

ad quam corradendam adjutores

Iſa. 9, 5

ſpoliant & violant tumulum Sanctæ

Nam dolore nimio pedum improviſe occupatus, quem medici podagram Græce nuncupant, greſſu omnino deſtituitur, talique infortunio longe decoctus, correptionem de cælo impatienter ferens, noluit adhuc intelligere ut bene ageret, nec de pravæ conſuetudinis errore reverſus eſt, quo tempus Sacerdotii ſui vivendo luxurioſe conſumpſerat, & ſubſtantiam Præpoſituræ ſuæ in ſuperbia & abuſione totam diſſipaverat: unde in paupertate & ærumna vitam finivit.

D

EX MS. CHRON.

167 Et non tantum ille, ſed quotquot fuerunt conſcii, de ſua temeritate minime ſunt compuncti: unde nunc periit memoria eorum cum ſonitu, quod debitis locis plene *b* deſcribam. Alius vero de concilio malignantium, Wilielmus de Scelford Comes, in univerſis paratus ad ſcelus, cum ligonibus, cum malleis, cum fabrorum inſtrumentis temere proceſſit ſuper feretrum, ſecundus ipſe manum injecit, æs inde tulit, ſed factum doluit mox amariſſime. Cum enim eſſet dives valde & nullius egeret; caſu in tantam devenit inopiam, ut nec etiam vitæ neceſſaria haberet: conſumptiſque omnibus quæ illius erant, quid ageret, quo ſe verteret ignoravit. Tandem diu multumque poſtulans, vix à Fratribus in Ely meruit ad Monachatum ſuſcipi: ubi in luctu & lacrymis, & vigiliis, & orationibus perſiſtens, reatum ingemuit, & reliquum vitæ ſpatium vere pœnitendo explevit.

quorũ Dux podagrâ plectitur & paupertate, b

uti & ſocii omnes alii;

E

168 Deinde Prior Thumbertus, & Secretarius Radulphus, conſentientes conſilio nequam; qui murum ſe ponere debuerant pro domo Iſraël, ſed favore & humanâ decepti gratiâ, Epiſcopo in deſideriis animæ ſuæ paruerant (cum Deo eſſet magis parendum quam hominibus) quia hominibus placuerunt confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos, ſicut mirabilis patefecit eventus. Subito enim juſti judicis Dei vindictam ſimul & reatus ſupplicium ſenſerunt, & vexati ſunt tribulatione malorum & dolore, infirmati videlicet; nec fuit qui adjuvaret. Ex his ſuperior Paralyſi morbo incurabili percuſſus, omni pæne membrorum motu ac linguæ privatur officio; alter vulnere correptus letali, præ nimia doloris anguſtia, facies illius tumeſcere cœpit; quæ totam maxillam verterat in ſaniem, & moleſtiæ gravitas in vulnus diſſipaverat. Sicque continuo in ſuppliciis gementes, utrumque inutilem reddit languor: quibus cum nulla medicorum experientia proficeret, longè exitialiter cruciati dolendo exitu vitam terminaverunt, Deo vindice & S. Ætheldreda, ideo quod poſuerint adverſus eam mala pro bonis, & odium pro dilectione, qua eos enutrivit & exaltavit, ipſi autem contemnentes ſpreverunt eam.

necnon Prior & Secretarius eis ſeſe non opponentes.

F

169 In tempore prædicti Epiſcopi Rex piiſſimus Anglorum Stephanus mortuus eſt, cui ſucceſſit in regnum cognatus ejus Henricus, quem poſt ſe heredem elegerat .... collegit autem æs multum nimis, aurum & argentum in expenſas militum, ad *c* Tholoſam civitatem Aquitaniæ impugnandum Cernens vero Epiſcopus Nigellus Dominum Regem in tanto negotio pecuniis egêre, conductum accepit, atque ab eo miniſterium inter Curiales. Theſaurariam ſcilicet, emit

Ille emptâ filio Theſaurariâ regiâ,

A quadringentis libris filio suo, Richardo nomine, apud monasterium in Ely educato, magnæ calliditatis & prudentiæ juveni, à quo & per quem domus illa non parvis lædebatur adversis. Cumque non haberet unde redderet, vestes ac vasa ac quæque concupiscibilia de domo S. Etheldredæ sumpsit; dicens sibi semper sufficere quæ illic erant. Insuper & pallam eximiæ paraturæ auri & gemmarum, quam Emma Regina in velamentum sepulcri sanctæ Virginis obtulerat, accepit; atque Monachis invitis Episcopo Lincolnienſi expoſuit pro nummis: quam similiter altera vice cum aliis bonis ecclesiæ transposuerat; sed Monachi ex suis inopiis, ne tantus ornatus fraudaretur à loco, redemerant.

EX MS. CHRON. *Lincolniensi Episcopo vendit pallam Sanctæ ab Emma Regina donatam:*

170 Contigit itaque tunc Episcopum *d* Lincolnienſem, pro causis suæ Ecclesiæ Romam ire, Præsulatum agente Domino Papa Eugenio, *e* cui ob gratiam illius captandam offerre voluit eamdem pallam. Sed ut vidit Dominus Papa Apostolicus, & ipsam diligentius intuens clara luce, pretium tanti vestimenti admiratus, intellexit de aliqua famosa & antiqua fuisse ecclesia. Inquisivit unde ornamentum tale veniret: & cum deprehendisset de Ely fuisse, sub interminatione Apostolica jussit illuc, remota omni occasione, suum reportare ornamentum. Expletis ergo necessariis, ex quibus compulsus est Episcopus Romanos adire apices, Angliam rediit, [referens] quam secum detulerat pallam, & aurum cupiens de ea emolire. Invenit autem aurifices & aurifusorios qui votum suum de opere explerent. Manus illi apponunt, forfices applicant, pretiosum aurifrisium scindere parant, sed ut lapis aut æs contra acutissima ferramenta diriguit. Tentarunt iterum atque iterum: sed inanis fit conatus ipsorum: dicimus enim atque confidimus, ex voluntate sanctæ Virginis fieri debuisse. Nam Monachi illico velum Matris suæ cum gemitu lamentabantur fuisse abstractum, & dato pretio quod injuste amiserant denuo receperunt, gratias agentes illi pro cunctis beneficiis ejus.

d Lincolnienſem

e *quam cum Eugenius Papa reddi jussisset,*

B

171 Postea *f* memoratus Episcopus fuit suspensus à Papa Adriano pro bonis Ecclesiæ suæ dispersis, & ab eodem Papa à sententia suspensionis relaxatus, precibus & postulatione Regis Henrici & Archiepiscoporum & Episcoporum Angliæ tali tamen conditione, ut in præsentia Theobaldi Archiepiscopi Cantuariensis jurejurando promitteret, ut bona Ecclesiæ suæ, pro quibus suspensionis sententiam meruit, restauraret, *g* alienataque & abstracta ad ecclesiam revocaret..... Item prædicto Episcopo mandavit Thomas Cantuariæ Episcopus, quod Sacristariam Elyensem, quam cuidam Clerico uxorato tradiderat, Monachis restitueret. *h*

f

C

cetera quoque ablata cogitur restaurare.

g

h

§. II. *Ex continuatione Elyensis Anonymi.*

172 PRædicto Episcopo succeſſit Galfridus Rydel, Archidiaconus Cantuariensis .... Ipse multa ornamenta, per prædecessorem suum abalienata redemit, & duo latera feretri S. Etheldredæ, & partem tumuli de argento perpulchre reparavit. *Quartus ab hoc Galfrido alius* Galfridus de Burgo *Episcopus sextus* anno MCCXXV consecratus, ... fecit magnam partem tumuli cum feretro S. Etheldredæ inaurari; ad cristam autem faciendam dedit magnum & magni pretii discum argenteum. *Episcopo autem decimo sexto, Joanne Hothum Sedem tenente,* Frater Alanus de Walsyngham *anno* MCCCXXI *ex Suppriore* factus Sacrista, *munus hoc administravit* usque ad XXV diem mensis Octobris anno Domini MCCCXLI fere per viginti annos: in cujus tempore... in nocte ante diem festi S. Ermenildæ, post Matutinas in capella S. Catharinæ decantatas, eo quod in choro propter imminentem ruinam illas decantare Conventus non audebat; facta processione ad feretra in honorem S. Ermenildæ, & Conventu in dormitorium regrediente, vix paucis Fratribus in lectulos suos ingressis; ecce subito & repente ruit campanile super chorum, tanto cum strepitu & fragore, veluti putabatur terræmotus fieri, neminem tamen lædens nec opprimens in ruina. Aliud etiam contigit mirabile, miraculo potius adscribendum quam naturæ, quod in illa horribili ruina & lapidum collisione maxima, unde tota fere tremebat Elyensis villa, illa tamen pulchra *i* & magna fabrica, eminens super sanctarum Virginum sepulcra, protegente Deo & meritis suæ dilectæ Virginis Ætheldredæ, ut speratur, ab omni læsione servata est & fractura, unde Christo sit gloria.

D

& ruente super chorū turri

E

i *illius Mausolæū manet integrum.*

173 Ex hoc eventu, damnoso nimis & lamentabili, Alanus de Walsingham Sacrista dolens vehementer & tristis effectus, quo se verteret, vel quid ageret, ad tantam ruinam resarciendam, nesciebat. Sed resumpto spiritu, in Dei adjutorio & suæ piissimæ matris Mariæ, necnon & in meritis sanctæ Virginis Etheldredæ plurimum confidens, manum misit ad fortia: & primo lapides & ligna quæ conciderant in illa ruina, cum magno labore & expensis variis extra ecclesiam fecit absportari, & ipsam de pulvere nimio qui ibi erat celeritate qua potuit emundare, & locum in quo novum campanile fuisset constructurus, per octo partes arte architectonica mensuratas, in quibus octo columnæ lapideæ, totum ædificium supportantes erigerentur, fodere fecit .....

Restaurandæ ruinæ intento sacristæ

F

174 Eodem anno quo campanile corruit, aliud contigit infortunium, sibi valde tædiosum: quia non obstante urgente necessitate, pro prædictæ ruinæ reparatione, plus quam viginti libras argenti, sicut fatebatur, exposuit in inquisitione hujusmodi negotii & prosecutione. Nam quidam malignæ mentis homines, filii diaboli, suæ salutis immemores, ingressi sunt nocturno tempore S. Etheldredæ basilicam; & Crucem auream, quam contulit glorioſus Rex Ædgarus Elyensi ecclesiæ, ob signum libertatis suæ atque munificentiæ, patibulo latitudinis unius palmæ affixam cum duabus imaginibus de auro, & cum laminis aureis ac mirifico opere auri purissimi trifarie locato perulis & gemmis pretiosis adornato, duos etiam Textus cum laminis argenteis furati sunt: & ad partem Australem turris exterioris in loco dicto Quenesboure Crucem prædictam & imagines aureas, omni ornatu pretioso de patibulo,

nova accedit afflictio

furtim sublata Cruce aurea,

Sub novo Episcopo restauratur feretrum Sanctæ

A lo, necnon & laminas aureas de Textibus abſtraxerunt ; & nuda ligna furtive ſpoliata ibidem reliquerunt ; & dictam Crucem cum imaginibus, & quidquid reſiduum quod pretioſum erat, ſecum Eondonum detulerunt.

quam prædo fruſtra conatus frangere in cloacam abdit,

175 Et cum ibidem perveniſſent, ille auctor ſceleris & doli artifex, qui major erat inter eos, prædictam Crucem arripuit, & brachia ad corpus fere reclinavit, ſuper incudem poſuit, malleum arripiens manum erexit & dictam Crucem cum imaginibus frangere & conflare cogitavit. Sed in ipſo conatu operis ipſum virtus Chriſti & Mariæ Virginis ita corripuit, quod manum ad percutiendum erectam deorſum dirigere non potuit. Unde ſtupidus & quaſi amens effectus, pœnitentiâ quâdam infructuosâ dixit : Timeo ne iſtud execrabile factum confuſio fiat omnium noſtrûm. Et arripiens Crucem & imagines, panno lineo involvit, & in quamdam cloacam irreverenter & latenter projecit & abiit. Sed juſtum Dei judicium non ſinebat eum in ſuis operibus perverſis diutius deliteſcere : imo modicum pòſt cum ſuis complicibus captus eſt, & apud Newgate *k* [civitatis] Londonienſis cum iiſdem poſitus in carceribus. Ubi cum parumper in vinculis jacuiſſet, viſio quædam una nocte ſibi apparuit, propter quam in terrorem maximum & ſtuporem verſus, horridum nimis & terribilem clamorem emiſit.

B

k

& in carcere poſitus

graviterq; à Sancta per viſum increpitus,

176 Eo audito, præ timore exterriti ſunt cuſtodes & carcerati omnes; & accenſâ lucernâ ingreſſi ſunt carcerem, tanti clamoris tamque horribilis quærentes cauſam. Quibus miſer ille reſpondit : Apparuit mihi jam Virgo Deo dilecta Etheldreda ſancta, vehementer me objurgans, & terribiliter comminans, pro ſacrilegio quod commiſi in eccleſia ſua Elyenſi. Et expoſuit eidem res geſtas per ordinem, qualiter prædictam Crucem & imagines aureas de Elyenſi tulit eccleſia, & panniculo involvit lineo, & in cloacam projecit ; non deſignans eis locum uſque ad Fratris Roberti Bykeling Feretrarii & Monachi Elyenſis adventum. Qui quidem Fr. Robertus loca diverſa perambulavit, ad inquirendum ſi forte alicubi ſanctas Reliquias invenire poſſet. Tunc Londonii, nutu, ut creditur divino, adfuit: & auditis hujuſmodi rumoribus ad locum carceris properavit. Quo veniente, palam ſibi & cunctis adſtantibus locum, ubi dictam Crucem & imagines projecit, indicavit : & continuo dictus Fr. Robertus cum Balivis civitatis ad locum deſignatum perrexit ; & illas ſanctas Reliquias de illo loco ſpurciſſimis nimis ſordibus & fœtoribus abominabiliter inquinatas aſſumpſit, & majoribus civibus illius civitatis oſtendit. Coram quibus tantam invenit gratiam, quod Crucem & imagines ſecum ad Elyenſem detulit eccleſiam. In cujus adventu, ob Crucis reverentiam, totus Conventus ad valvas eccleſiæ proceſſit ei obviam. Et d. Fr. Robertus ibi, coram Clero & populo, de d. Crucis inventione & miraculis factis ædificatorium retexit ſermonem.

C

Monacho Elyenſi locum indicat :

qui Crucē domum refert.

An. 1333 *Vicarius Weſtonienſis*

177 Prætereundum non eſt ſub ſilentio quoddam miraculum, quod fecit Deus ad ædificationem multorum, meritis ſuæ ſanctæ Virginis Etheldredæ, anno Domini MCCC-

D

EX MS. CHRON. *l*

xxxiii. Vir quidam [erat] vitæ laudabilis in villa de Weſton, juxta *l* Spaldinge Lincolnienſis diœceſis natus & educatus, nomine Henricus, qui à juventute ſua ſemper creverat in melius, ita quod per proceſſum temporis in ſacris Ordinibus conſtitutus, in Sacerdotem ſuis exigentibus meritis erat demum ordinatus. Hic poſtmodum, propter converſationis honeſtatem, ac morum probitatem, ad Vicariam eccleſiæ de Weſton fuit præſentatus, & in ipſam Vicariam Vicarius inductus & inſtitutus: qui eccleſiam ſuam per multa dierum ſpatia honeſtiſſime rexit, & parochianos ſuos verbo pariter & exemplo ſaluberrime inſtruxit. Sed anno Domini MCCCXXXII contigit Vicarium adverſa valetudine detineri, & morbo, qui ſquinancia *m* dicitur, in collo, gutture & maxillis cœpit vehementer intumeſcere, & gravi vexari dolore; ita quod loqui non poterat, vel aliquid aliud præter ſalivam, & hanc de difficili deglutire : unde omnes amici & familiares ſui, de vita ipſius deſperantes, nihil aliud niſi mortem in proximo ſibi imminentem deſtinabant.

anginâ letali correptus, m

E

178 Erat autem amicus ſuus vir religioſus, D. Joannes de Bercham, Monachus & Supprior eccleſiæ Conventualis de Spalding. Hic audiens ipſum dira ægritudine laborare, venit ad eum viſitandi gratiâ, & ſi in aliquo poterat confortandi. Et accedens ad locum in quo jacebat, quæſivit de ſtatu ſuo : ſed non reſpondit ei verbum, eo quod loqui non poterat : viſum tamen & auditum ante omnes alios ſenſus, præter guſtum & loquelam, ſanos & integros habebat. Et dixit ei vir religioſus : Henrice, audiſtine aliquando de illa glorioſa Virgine Etheldreda de Ely, qualiter Deus per merita ipſius multa & varia operatur miracula, præſertim de illo morbo, in quo tu jam laboras, qui dicitur ſquinancia, quoniam ex hac infirmitate & ipſa deceſſit ? Eſt etiam ibi quædam benda, quæ in collo moriendis fuit circumligata, celerem patientibus hanc infirmitatem, meritis ſanctæ Virginis conferens ſanitatem. Ideo tibi conſulo, ſicut amico cariſſimo, eo quod loqui non vales, tota mentis devotione Deo & beatæ Virgini te commendes, atque ipſam apud Ely te viſitaturum toto corde devoveas, ſi te à lecto ægritudinis tuæ convaleſcere & ſanum fieri contingat. Et ille, elevatis oculis ac manibus devotione qua potuit erga Deum & ſanctam Virginem oſtendit, & per ſigna exteriora, quod conſilio dicti ſenis acquievit ; & ille confortans ægrotum ſimul & exhortans receſſit.

voto S. Etheldredæ facto,

F

179 Sequenti autem nocte cœpit pauliſper dormire : & Sanctimonialis quædam femina, decora valde, ſibi apparuit dormienti, ſciſcitans ab eo qualiter ſecum erat: & confortavit eum, & apprehendens digitum ſuum proprium in imo gutturis ſui forinſecus poſuit; illum leviter attrahens ſurſum, per locum ubi vim ſentiebat doloris, quouſque digitus perveniſſet ad fauces infirmi : & ſtatim diſparuit. Ille vero confeſtim evigilans oſcitavit fortiter: & erupit in os ejus quædam maſſa congelata, inſtar oſſis vel lapidis indurata : & exponens illam in manum ſuam, ſtatim locutus eſt, vocans famulum ſuum, & dixit ei : Cito ac-

ab eadem ſibi apparente ſubito ſanatur

A accende candelam, & veni ad me. Et accensâ candelâ venit ad dominum ſuum, admirans valde quod ita ſubito loquebatur. Et ipſe aperiens manum ſuam, vidit maſſam illam, habentem menſuram unius pollicis & amplius in longitudine & in maxima quantitate. Et convaleſcens de diebus in dies, ſanus factus eſt : narravitque amicis ſuis & aliis quamplurimis per ordinem illam quam viderat viſionem : quoniam per merita B. Etheldredæ à ſua liberatus eſt infirmitate : & poſtmodum nacta opportunitate, vota, quæ pollicebatur Deo & S. Etheldredæ, decrevit maturius explere.

EX MS. CHRON.

180 Et aſſumens maſſam illam ſic congelatam, iter verſus Ely arripuit. Et cum ibi perveniſſet, ad feretrum ſanctæ Virginis acceſſit, ſua perſolvens vota laudis. Quo peracto fecit ſibi accerſiri Monachum quemdam, F. Willielmum de Spalding, quoniam ſibi notus erat & familiaris, à tempore quo idem F. Willielmus fuerat ſecularis ; narravitque ſibi & confratribus totam iſtius miraculi ſeriem, rogans attentius, quod Priori & Conventui iſtud innoteſceret : & addidit, dicens: Non ſum ego falſidicus, teſte Deo, ut narrem vobis blandiendi cauſâ falſa, vana & frivola : ſunt manifeſte vera & aperta, quæ circa me Deus, meritis ſuæ ſanctæ Virginis, operatus eſt magnalia. Et continuo d. maſſam congelatam tradidit præd. F. Willielmo, deprecans eum aſſidue, ut ſumptibus ſuis faceret argento illam includi : & ad feretrum S. Etheldredæ, ad perpetuam hujus miraculi memoriam dependi: quod & factum eſt. Supplicavit etiam Fratribus, ut ad honorem & reverentiam S. Etheldredæ, ſi qui illorum in partibus ſuis adveniſſent, ad illum familiariter declinarent ; quoniam illos gaudenter ſuſciperet, & eorum adventu lætus foret. Et valedicens Fratribus ad propria receſſit ....

atque in Ely veniens,

B *teſtatur miraculum in ſe factũ.*

n *An.* 1349 *miles graviter vulneratus in Syria,*

181 Tempore venerabilis Dom. Thomæ *n* Elyenſis Epiſcopi, quoddam contigit miraculum, huic exili opuſculo merito annectendum. Regnante Domno Eduardo, tertio poſt conquæſtum *o* Rege Anglorum victorioſiſſimo, anno Incarnationis Dominicæ MCCCXLIX & regni ejuſdem Regis XXIII, ac Pontificatus ejuſdem Patris noſtri Thomæ anno V ; quidam armiger, natione Anglus, in rebus bellicis ſtrenuus, & arma bellica ab adoleſcentia ſua viriliter proſecutus, optimi viri filius Ioannis de Hynton, Hugo vocitatus, cum fratre ſuo D. Willielmo de Hynton Milite in tranſmarinis partibus & in regno Hiſpaniæ, in exercitu Chriſtiano contra inimicos Crucis Chriſti properavit ad *p* bellum : qui cum ceteris Chriſtianis contra Saracenos viriliter dimicavit. Contigit autem in illa die bellum vehementer urgeri : & cum varius ſit eventus bellorum (quia nunc hos nunc illos conſumit gladius) multi utriuſque exercitus corruerunt : inter quos Miles ille ſtrenuus cecidit Willielmus de Hynton ; & ipſe Hugo in illo conflictu lanceâ dirâ confoſſus eſt in oſſe lumborum ſuorum : & ita firmiter & profunde d. lancea intravit in oſſe, quod illam evelli pati non potuit præ dolore. Unde de humana ope deſperans, ad divinum con-

o

C

p *invocatâ Sanctâ,*

fugit adjutorium, B. Æthelredam crebrius & devote invocans, ac ſuppliciter efflagitans, ut Deus meritis almæ ſuæ Matris, ipſum in illa arcta neceſſitate, ſua conſolaretur pietate.

D

182 Et ſtatim poſt manum miſit ad lanceam, & illam ita leviter extraxit, acſi in carne ſolum fuiſſet infixa. Sed ex nimio labore vulneris, ac in illo conflictu oppreſſione fatigatus, in lectum decidit graviter infirmatus. Qui per medicos & chirurgos varios medicinam ſecundum artem ſuam ſibi porrigentes, nullo illorum potuit curari medicamine : ſed ſemper interim invocavit dilectam Matronam Etheldredam, ut ſuis precibus ſacroſanctis Dominum Deum exoraret, quod à dira ægritudine, quam patiebatur, ipſum clementer liberaret. Illi vero in oratione & devotione perſeveranti, apparuerunt quadam nocte quatuor venerabiles matronæ Religioſæ : quarum una, ut ſibi viſum fuerat, ceteris honore præcellens, pannum ſericum, ad modum manutergii, vario colore diverſimode liſtatum *q* geſtabat in brachiis ; dixitque ad illum, Amice, qualiter eſt tecum? At ille : Valde male. Et confortans illum dixit : Confide, fili, ſanaberis in brevi. Et accipiens pannum ſericum inclinavit ſe, & involvit lumbos ejus, hiante vulnere fauciatos. Et ſic illo tactu confortatus eſt, quod vix aliquem ſentiebat dolorem : & ſicut poſtea fatebatur, quod ipſe numquam in tota vita ſua, tam delectabile tamque ſuave corpori vel carni ſuæ aliquando ſenſit adhæſiſſe.

non ſolum ab inhærente lancea liberatur,

ſed etiam à relicta inde debilitate ſumma ;

q

E

183 Et erigens ſe Virgo illa venerabilis ; ait ad illum : Ubi eſt lancea illa, cum qua vulneratus fuiſti? At ille reſpondit dicens ; Neſcio, Domina mea reverenda. At illa : Quære illam diligenter, & inventam offer ad me apud Ely. Et continuo quatuor illæ Matronæ venerabiles diſparuerunt : & ipſe paulatim convaleſcens, nihil medicinæ ulterius vulneri appoſuit, niſi tantum lanam & oleum : & tempore modico ſanus factus eſt, per merita (ut creditur) B. Ætheldredæ Virginis. Qui etiam d. lanceam quærere fecit diligenter per triduum : ſed tandem inventa eſt in cuſtodia cujuſdam Militis prædicto Hugoni amici familiaris. Aſſumens itaque caput lanceæ prædictæ, detulit illud ſecum in Angliam ; & cum veniſſet ad Elyenſem inſulam, ipſe cum fratre ſuo Radulpho de Hynton, ad iſtam pervenit eccleſiam, & ad feretrum B. Ætheldredæ illud obtulit cum ſumma devotione, ac ſuper paxillum ferreum ibidem ad miraculi hujus memoriam infixit.

votumque ut juſſus erat ſolvit in Anglia.

F

184 Aliud quoque præclarum contigit miraculum ..... *r* Vir quidam bonus & religioſus, D. Ioannes Lavenham, Monachus eccleſiæ ſancti Regis Edmundi, circa Paſſionem Domini in Quadrageſima cœpit infirmari, & morbo ſquinanciæ in collo, gutture & maxillis graviter intumeſcere & vehementer vexari ; ita quod manducare vel bibere ſeu etiam loqui non poterat, unde nil aliud niſi mortem ipſius credebant æſtimandum : quapropter certi Fratres de Conventu deputati fuerunt ad cuſtodiendum, confortandum & cum opus fuerit conſolandum

Monachus ex angina moriturus,

r

A dum Fratrem infirmum, ſicut moris eſt inter Religioſos facere Fratribus, in extremis laborantibus: ut diligenter obſervantes ſtatum infirmi, proponendo ſibi crebrius verba ædificatoria de paſſione Chriſti, de miſericordia Dei, & alia hujuſmodi conſolatoria, expectarent aut Fratris languidi melioratio-
poſt votum Sanctæ factum, nem aut ultimi ſpiritus exhalationem. Ipſe vero interim ex toto corde, jugiter & devote in mente ſua, eo quod loqui non valebat, Deum deprecatus eſt, ut meritis S. Ætheldredæ dolorem, quem dire paſſus eſt, leniret; &, ſi ſuæ pietati complaceret, ſanitati iterum reſtitueret.

s 185 His itaque geſtis circa Paraſeven *s* Domini, ægrotus ille paululum cœpit dor-
ab ipſa apparente jubetur ei offerre annulũ ſuum: mire, & viſionem quamdam habuit, quod fuit in una parva capella, quæ infra illam eccleſiam fuit ſtatuta; & ibi quædam venerabilis Matrona, Religionis habitu induta, ſibi apparuit: quæ confortans eum, collum, guttur & maxillas, ubi dolorem ſentiebat, circumquaque manibus ſuis leviter palpavit, & hoc facto ſe egredi diſſimulavit, & paulo
B poſt reverſa, dixit ad illum: Duos annulos habes aureos: offer unum ex his apud Ely ad me, quoniam illum habere volo de te. Et his dictis diſparuit. Et ſtatim evigilans clare locutus eſt, vocans ſuos, quos habuit ſecum pro cuſtodia ſua deputatos. Qui audi-
& ſubito ſanatus entes illum loquentem, admirati ſunt valde; & magno repleti gaudio, ſciſcitabantur ab eo, quomodo tam cito loqueretur; qui multis retro diebus verba proferre non potuit. Et ille, exponens eis viſionem quam vidit, quod per merita S. Etheldredæ cito ſanus
in Ely venit. fieret, aſſeruit. Unde quidam earum, prætextu iſtius miraculi, S. Ætheldredam apud Ely nudis pedibus peregrinando ſe viſitaturos promittebant, alii vero alia vota emittebant: qui poſtmodum apud Ely venientes vota ſua devotiſſime perſolvebant. Denique ille præfatus Domnus Ioannes, cum ſanus fuit & validus corpore, iter apud Ely pedibus gradiens cœpit arripere, illum annulum aureum, per S. Etheldredam requiſitum, ſecum deferens. Quo perveniens d. annulum, ſaphyro nobili ornatum, habentem & minuta grana
C lapidum diverſorum in circulo per gyrum, obtulit B. Ætheldredæ maxima mentis devotione, ubi feretrum ipſius Virginis oſtenditur populo venienti, ad honorem Dei & hujus
t miraculi oſtenſionem ...., *t*

ANNOTATA D. P.

a *Godwinus ei ad laudem vertit; quod* cum Stephanus, Bleſenſis Comes, contra juramentum Henrico Regi præſtitum, regnum Mathildi filiæ Henrici debitum occupaſſet, induci numquam potuit, ut illam deſereret; & quia illius partibus ſemper adhæreret, à Stephanitis multa paſſus eſt. *Sed non adeo conſtantem fuiſſe, quin pacem Regis Stephani quæſierit hinc apparet. Quo jure autem niteretur Stephanus declarat Alfordus noſter, ad an.* 1135; *agnoſcit tamen potiorem Mathildis cauſam fuiſſe, cui etiam Proceres omnes patre adhuc vivo juraverant fidem.*

b *In libro quidem miraculorum aliquid poſtea de his ſcripſit Thomas num.*113 *& ſeqq. ſed brevius quam hic polliceatur.*

c *Civitatem illam tunc tenebat Raimundus V,* D
cum titulo Comitis Toloſani ſubnixus potentiâ EX MS.
Regis Franciæ Ludovici Junioris qui ei ſororem de- CIRON.
*ſponſarat. Quo jure autem civitatem teneret accurate deſcribit Guilielmus Catel lib.*2 *cap.*5 *Henricus nihilominus, qui ultimi Aquitaniæ Ducis Guilielmi filiam Alienor, à Franco repudiatam matrimonio ſibi junxerat, cum reliqua ejus hereditate etiam Toloſam vindicabat, ſibique ut ſupremo Domino homagium præſtari à Raimundo volebat: hoc autem recuſante, obſedit civitatem an.* 1159, *ſed ut ait Hovedenus* quamvis ibi diu fuiſſet & theſauros in variis impenſis exinaniſſet, nihil ibi proficiens imperfecto negotio receſſit.

d Roberto de Cheſney, *ab an.*1147 *ad* 1183 Lincoln. Epiſcopo.

e *Imo* Alexandro III, *qui anno* 1159 *Pontificatum inierat: nam* Eugenius III *obiit anno* 1154 *anno Henrici II primo.*

f Antea *id factum oportuit: agitur autem de Epiſcopo, non Lincolnienſi, ſed Elienſi* Nigello, *qui ſuſpenſus fuit ab* Adriano IV, *Eugenii prædicti poſt Anaſtaſium IV ſucceſſore, cujus extant varia Brevia in Chartulario Elyenſi, quorum primum ipſimet Nigello inſcriptum* Beneventi VIII Kal. Martii, *ſub pœna ſuſpenſionis mandat,* quatenus infra tres menſes à ſuſceptione litterarum, poſſeſſiones eccleſiæ, quas contra promiſſionem in ſua conſecratione factam alienaſſe & diſtraxiſſe cognoſcitur, in eum ſtatum, in quo fuerant cum ad Elyenſis eccleſiæ regimen fuit aſſumptus, non differat ullatenus revocare. *Quod & ſignificat alio Brevi ejuſdem datæ ipſis Monachis, qui fuerant contra eum queſti. Cum autem Nigellus excuſaſſet Regis abſentiam, cujus præſentiam ei reſtitutioni faciendæ neceſſariam eſſe cauſabatur; aliis litteris, Theobaldo Cantuarienſi Archiepiſcopo datis* apud Lateranas XVI Kal. Aprilis, *ſignificat Papa, quod eidem* à proximo feſto S. Luciæ *(credo* ad proximum feſtum *legi debere)* inducias ad hoc faciendum duxit indulgendas. Interim vero ſuſpenſionis ſententiam, quam, *inquit,* in eum promulgavimus, relaxamus. E

g *Extant ibidem Brevia ſuper ea re data, primum quidem Regi abſque nota diei; ſecundum vero Theobaldo prædicto, tertium ipſi Nigello, utrumque ſignatum,* Lateranis XVII Kal. Februarii; *ac denique duæ chartæ ipſius Nigelli, quibus ſtatuit* quod Monachi poſſideant eccleſias ſuas & libertates: *ſed, quantum reor, parum efficaciter.* F

h *Extant omnino quinque ſuper hac re ejuſdem* S. Thomæ *mandata & monita, quibus aliquid effectum eſſe, licet non appareat; rem tamen utcumque tunc fuiſſe compoſitam, perſuadent Nigelli litteræ in Monachorum favorem, ibidem & in Chronica reperiendæ.*

i *Ejus ſi adhuc ſuperſit aliquid, libenter accipiam delineationem, & operi huic vel ſupplemento inſeram.*

k *Id eſt* Porta-nova, *ubi etiam nunc ſunt celebres carceres.*

l *Eſt* Spalding *oppidum Hollandiæ, ſic dictæ regionis in confinio Lincolnienſis & Cantabrigienſis diœceſeon, haud procul ab æſtuario quod* Mataris *Ptolomæus vulgo* the Waſhe *appellat; ipſum* Weſton *non oſtendunt tabulæ, nominat tamen Speed in indice ad illam tabulam alphabetico locorum.*

A m Squinancia, *Latinis* Angina.

EX MS. CHRON. n Thomas Lyldus, *ex Ordine Prædicatorum, rejecto Elyensi Priore Alano, ab Innocentio VI Avenione constitutus & ordinatus* 1344.

o *Post Henricum III an.* 1273 *defunctum tres consequenter* Eduardi *regnarunt; quorum ultimus coronam accepit an.* 1307, 25 *Januarii; anno* 1329 *etiam Rex Franciæ futurus, nisi ex parte matris propiori ad Coronam, lex Salica obstitisset.*

p *Ad fretum Gaditanum sita* Heraclea *in Hispania Bætica, cujus nunc rudera supersunt, vulgo* Gibraltar vetus *dicta, Christianorum fortitudinem exercuit anno isto, obsessa ab eodem qui ipsam amiserat Alfonso XI Castellæ Rege, sed Granatensibus Mauris obsidentes identidem fatigantibus, ex superveniente in exercitu mortalitate, diuturnæ obsidionis labor irritus cecidit, cum Rex ipse ei esset immortuus* 26 *Martii* 1350. D

q Lista, *Belgis* lyst, *ora, limbus, de qua voce multa invenies apud Cangium.*

r *Omitto, & aliis corrigendas relinquo notas temporis in Ms. nostro perperam sic digestas:* Anno Domini MCCCLV (*in margine scribebatur* 1357). & Regni D. Eduardi tertio post conquæstum illustris Regis Angliæ anno XXIX; *nullus enim prædicto anno Eduardus regnavit & Guilielmus Normannus, Conquæstor nuncupatus, regnum obtinuit anno* 1066.

s *Anno prædicto* 1357 *Pascha celebratum fuit* 9 *Aprilis.*

t *Sequuntur adhuc alii Episcopi quinque quorum ultimus* Philippus de Morgan *obiit* VIII *Kal. Novembris* 1434: *sed nullius eorum tempus aliquod suggerit quod huc referri possit.*

DE SANCTO HIDULPHO

G. H. ## *DUCE LOBII ET BINCHII IN BELGIO.*

Sylloge de titulis, actis, & cultu.

B INITIO SEC. VIII. *Floruerunt sæculo Christi septimo in Austrasia Belgica duo, sanguinis nobilitate & vitæ sanctimoniâ illustres,* Pippinus & Hidulphus. *Ille sub Chlothario* II, *Dagoberto primo & hujus filio Sigeberto Dux & Major-Domus, & in ea potissimum ditione possessiones suas habebat, quæ nunc Brabantia appellatur, uti latius deduximus ad ejus Vitam* XXI *Februarii. Ast* S. Hidulphus, *multo junior, erat ex Principibus Regum Majoribus sub Pippino Herstallio, dicti B. Pippini per S. Beggam filiam nepote. De quo hoc* XXIII *Junii agimus. Ægidius Waudræus, multa de* S. Hidulphi *prosapia Regia & variis dominiis congerit, quæ non merentur referri, multo minus operose refutari. Fuit &* B. Pippino *primo & huic* S. Hidulpho *titulus* Ducis *tributus, quia primariam apud Reges tenebat dignitatem; & quia hic postea Lobiis fuit sepultus, vulgo* Dux Lobiensis *habetur; majorique mendo in Gallicis Hannoniæ Annalibus* Lovanienſis. *Vixit autem circa ditiones hodiernæ Hannoniæ, quæ tunc erat sub Regibus Austrasiorum; non vero in regno Lotharingiæ, quod nomen fere ducentis annis serius inductum est. Hujus uxor* S. Aya *Comitissa, Montibus Hannoniæ deposita, colitur* XVIII *Aprilis, ad quem diem Acta dedimus, conati ea à variis mendis purgare; quod & in* S. Hidulpho *conamur.*

Ducis titulus,

C *S. Aya uxor.*

Non fuit Episcopus nec Abbas Lobiensis.

2 *Joannes Trithemius, lib.* 3 *de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap.* 303, *ista congerit.* Hidulphus, ex Duce monachus Lobiensis, ac postmodum Abbas ibidem, & demum Episcopus Lobiensis, vir magnæ sanctitatis & meriti, multis virtutibus fertur claruisse: cujus gesta habentur. Festum ejus agitur IX Kalendas Octobris. *Dein lib.* 4 *cap.* 231 *eadem his verbis confirmat:* Hidulphus, Abbas Lobiensis & Episcopus ibidem, vir sanctus & Deo multum dilectus, cum esset Dux potens & dives, omnia quæ habuit pro Dei amore relinquens, in præfato cœnobio Monachus factus, deinde Abbas, postremo Episcopus, innumeris fertur miraculis claruisse atque virtutibus. *Hæc Trithemius, quem more suo descripsit auctor Kalendarii Ms. Sanctorum Ordinis S. Benedicti, ad dictum diem* IX *Kalendas Octobris, sive* XXIII *Septembris, qui ista habet:* S. Hildulphi, Episcopi & Abbatis Lobiensis. *Arnoldus Wion, non ad* IX *Kalendas Octobris; sed ad* IX *Kalendas, sive hoc* XXIII *Junii, citato Trithemio hæc scribit:* Laubiis depositio S. Hidulphi, Ducis & Confessoris, & illius cœnobii Abbatis & Episcopi. *Dorganius ipsum etiam adscribit Benedictinis & retulit ad hunc* XXIII *Junii: at Menardus omisit. Legerat hic forsan à Doctoribus Duacensibus, in Notis ad Natales Sanctorum Belgii à Molano editos, culpari* erroris Trithemium, *quod eum* Abbatem & Episcopum *scripsisset. Quænam gesta ejus legerit Trithemius, neque ipse explicat, neque nos assequimur. Forsan gesta hujus* Hidulphi & Theodulphi Lobiensis Abbatis & Episcopi *confudit, ac pro uno eodemque habuit, eo facilius quod contiguis ambo diebus colantur: nam de* S. Theodulpho *agemus* XXIV *hujus mensis.* E

3 *Porro quam fuerit* S. Hidulphus *inter Austrasios genere, opibus, affinitatibus, & auctoritate clarus, & quam ad propagandum Numinis cultum promptus, indicant Acta antiqua S. Waldetrudis, fundatricis Parthenonis Canonissarum Montibus Hannoniæ ad diem* XVIII *Aprilis illustrata. Nam ut dicitur num.* 7 *cum* S. Waldetrudis *esset à* S. Gisleno *monita,* ut *in monte* Castriloco dicto cellulam sibi construeret; statim misit ad quemdam illustrem virum, Hidulphum nomine, qui per idem tempus valde inclitus & nobilis erat, & per conjugem suam eidem famulæ Christi propinquus extiterat. Hunc ergo solicite postulavit, ut supra dictum locum, quem sibi Divina clementia per famulum suum designaverat, à suis possessoribus dato pretio emere debuisset, illicque habitaculum sibi ad Domino serviendum præparare non negaret. Cujus precibus mox ille libenter acquiescens, locum, quem Christi famula F

S. Waldetrudi locum emit & splendida habitacula construit;

A mula popoſcerat, emere curavit : eique in vertice montis ipſius, arbuſtis & vepribus
quibus ſubverſis radicitus abſciſſis, domum ad habitandum magnâ paravit ſolertiâ. *Sed cum* S. Waldetrudis *domus extructæ ſplendorem non ferret, eaque ſubito turbine eſſet everſa* ; Tunc prædictus vir Hidulphus in ejuſdem montis latere, ei parvum & ſanctæ religioni congruum habitaculum ſimul & oratorium, in honore S. Petri Apoſtoli dedicatum, ubi ipſæ illi deſignaverat, reſtruxit.
facit humilius aliud.
Id factum eſt circa annum DCLXX, *quando S. Autbertus Epiſcopus Cameracenſis, cum dictæ Waldetrudi velum ſacrum impoſuiſſet, die* XIII *Decembris ex hac vita ad Dominum migravit.*

Lobienſi cœnobio præficit S. Urſmarum,
4 *Aliud ſummæ pietatis & religionis promovendæ ſtudium videtur eluxiſſe, per adjutorium præſtitum* S. Landelino, *in ædificandis quatuor monaſteriis, de quibus egimus ad hujus Vitam* XV *Junii. Ex his primum fuit Lobienſe, cœptum conſtrui circa annum* DCLXX, *& perfectum intra quindecim circiter annos. Tum ut in Lobienſi Ms. ad caput* I *Vitæ S. Urſmari citato legitur*, poſt diſceſſum Laubaco S. Landelini, B. Urſmarus accerſitus à Pippino
B ſeniore (ſub quo regnaverunt Theodoricus, & filii ejuſdem Chlodovæus & Childebertus, filius quoque Childeberti Dagobertus) idem monaſterium ſuſcepit regendum per Hidulphi interventum, qui erat unus ex Principibus Regis majoribus. *Et Sigebertus in Chronico ad annum* DCXCVIII ; S. Urſmarus, *inquit*, per interventum Hildulphi Ducis, Lobienſe cœnobium à Pippino Principe ad regendum ſuſcipit. *Verum hæc mallem uno alterove anno citius fuiſſe collocata. Nam, ut in appendice* II *ad Vitam S. Urſmari Fulcuinus aſſerit* ; B. Urſmarus in exordio regiminis ſui eccleſiam conſecravit anno ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo Dominicæ Incarnationis, decimo Septimo Kalendas Septembris, Domino in perpetuum regnante, Pippino autem Francis principante.

5 *Quamdiu poſtea vixerit* S. Hidulphus *non certo conſtat. Auctor Vitæ Gallicæ S. Ayæ conjugis S. Hidulphi & Waudreus, aſſerunt* anno ſeptingenteſimo ſeptimo Hidulphum Ducem obiiſſe Lobiæ, *citaturque Chronicon Lobienſe. Verum id non habetur in duplici apographo noſtro, neque in illo quod tomo* 6 *Spicilegii Acheriani excuſum invenimus. Veroſimile tamen nobis videtur, ipſum circa illud tempus ad Chriſtum migraſſe, & quidem hoc* XXIII *Junii : quo die ex proprio Eccleſiæ Lobienſis Martyrologio illa verba profert Molanus in Auctario Uſuardi*, Laubiis Hidulphi Ducis & Confeſſoris. *Idem Molanus, in Indiculo Sanctorum Belgii, addit* & Lobii & Binchii feſtum ejus IX Kalendas Junii celebrari, *quod poſtea confirmavit in Natalibus Sanctorum Belgii, ubi majus elogium edidit. Secuti Miræus in Faſtis Belgicis, Fiſen in Floribus Leodienſibus, Sauſſaius & alii. Monuimus ante Vitam S. Urſmari numero* 5 *Corpora Sanctorum octo, quæ Lobii aſſervabantur, Binchium, proximum* E *Hannoniæ oppidum, anno* MCCCCIX *tranſlata fuiſſe. Inter ea ſunt oſſa S. Hidulphi Ducis, ubi etiamnum in veneratione exiſtunt, & cum reliquis ſacris lipſanis coram Alberto Principe Belgarum fuerunt viſitata ; & quotannis incunte menſe Julio, magno hominum concurſu, debita cum veneratione circumferuntur. Tranſlationis diem fuiſſe quartum Aprilis tunc annotavimus. Arnoldus Rayzzius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 288 *indicat Lobii adhuc ſervari* os magnum brachii S. Hildulphi Ducis: *at* corpus Binchii *eſſe ſcribit pag.* 318.
moritur circa an. 707.
Colitur 23 *Junii Lobii.*
Corpus Binchii.

DE SANCTO IACOBO
EPISCOPO TULLENSI
DIVIONE IN BURGUNDIA.

G. H.

Sylloge de cultu, ætate, geſtis, & loco ſepulturæ.

C SECULO VIII. DIvione, *urbe primaria Ducalis Burgundiæ, coli hoc* XXIII *die Junii* Sanctum Jacobum, Epiſcopum Tullenſem, *ſcribit in Catalogo generali Philippus Ferrarius, allegans* Kalendarium Divionenſe. *Andreas Sauſſajus, longo eum encomio proſequitur, ſed non ex omni parte probando. Ita autem incipit :* Tulli Leucorum depoſitio S. Jacob Epiſcopi & Confeſſoris : *ubi melius ſcripſiſſet*, Divione depoſitio S. Jacob, Epiſcopi Tullenſis & Confeſſoris : *nam eum Divione vitâ functum & depoſitum fuiſſe conſtat : ſed progrediamur cum Sauſſajo :* Qui, *inquit*, nobili loco natus in Leucorum finibus pago Lufaënſi ultra Moſam, expletis Divione ad S. Benigni cœnobium pietatis primordiis, ob multa gratiarum privilegia, quibus micabat, in Tullenſem Epiſcopatum, poſt S. Hilduardi deceſſum, aſſumptus fuit : quo munere fungens omnium in ſe amorem pellexit, ſobrietate & continentia, malorum fuga, bonorum cultu, devotionis ſpiritu, ſanctæque religionis propagatione. Nam & de- F ceſſorum Hilduardi & Bodonis ſancta exempla æmulatus ædificandis monaſteriis magnam operam impendit.

Cultus, ortus,
Epiſcopatus Tullenſis,

2 *Hæc ibi. Verum* Bodo, *qui &* Leudinus *longe.* Jacobo *ſenior ſedit ante Deodatum Romanæ ſynodo ſub Agathone ſubſcriptum anno* DCLXXX : *ſanctus autem* Hilduardus *non reperitur in Catalogis Epiſcoporum Tullenſium*: Sacra S. Jacobi oſſa *aſſervantur Teneramundæ, oppido Flandriæ Imperialis, ſub Epiſcopo Gandavenſi, ad Teneram fluvium, ibidem Scaldi illabentem ; in cujus territorio* in Dinckelvenne *glorioſo fine eum quieviſſe anno* DCCL, *aſſerit Meierus, & de eo agunt Molanus atque Miræus in Natalibus & Faſtis Belgicis ad diem* XXIX *Decembris. Huic tempori congruit ætas & Epiſcopatus* S. Iacobi. *Nam in confirmatione Privilegii, à S. Grodegango Epiſcopo Metenſi factis monaſterio Gorzienſi, in Compendio Palatio publico, in Synodo congregata anno* DCCLVI, *regni Pippini* VI, *die* XV *Ka-*

deceſſor Bodo.
Tempus Sedis

A AUCTOR. G. H. *Kalendas Iunii, ſubſcripſit* Iacob, peccator Epiſcopus, *quem opinamur eſſe* S. Iacobum Epiſcopum Tullenſem, *de quo hic agimus. Extat dictum Privilegium tomo 6 Conciliorum Labbei columna* 1698. [*Cum autem ex Hugonis Flaviniacenſis Chronico Virdunenſi habeatur, quod* Madalveo *Præſulatum Virdunenſis eccleſiæ ſuſcipiente* (*& ſuſcepit anno* DCCLIII) Tullenſibus præerat Godo venerandus Epiſcopus, qui immunitatem civitatis & recuperationem chartarum igne conſumptarum apud præfatum Pippinum Regem ſuæ acquiſivit Eccleſiæ, *inter hunc &* Iacobum *non videtur alius quiſquam poſſe interponi.*]

3 *Quæ deinde Sauſſajus de adventu S. Hildulphi Archiepiſcopi Trevirenſis ad* S. Jacobum *ſubdit omittimus addere, quia illa ſpectant ad præcedens ſeculum, quando ille in Voſagum acceſſit, uti accurate in Vita S. Deodati Epiſcopi Nivernenſis, qui illum excepit, deducitur* XIX *Junii capite* III. *Varios autem aliorum errores rejecimus, lib.* 4 *Diatribæ noſtræ de tribus Dagoberti Regibus Francorum cap.* 5 : *eademque dicenda iterum erunt ad S. Hidulphi Vitam* XI *Julii.*

B *Vixit eodem ſeculo ſeptimo, ſupra relatus S. Bodo Epiſcopus Tullenſis, cujus Acta danda erunt* XI *Septembris. His ergo rejectis progredimur cum Sauſſajo, qui de* Iacobo *ait, quod* deinde, Sanctorum illorum Pontificum egregiam virtutem imitatus, abdicato Eccleſiaſtico principatu, fortiterque ſeculi faſtu calcato, poſtquam Apoſtolorum limina devotus viſitaſſet, Divionem regreſſus; ultimam iſtic fixit ſtationem, ubi primos religionis favos jam olim delibaverat. Tandemque abſoluto fortiter vitæ mortalis decurſu, in ſumma animi tranquillitate, ſomno beatæ æternæque pacis conſopitus, in Chriſto defunctus eſt. Corpus ejus, propter clara ſanctitatis inſignia, in crypta ad latus S. Benigni tumulatum fuit. *Hæc ibi, quæ deſumpta ſunt ex Chronico S. Benigni, per Lucam Achereum Tomo* I *Spicilegii edito, ubi pag.* 446 *iſta leguntur:* Iacob, Tullenſis urbis Epiſcopus, dum rediret Româ, incitatus famâ miraculorum, quæ in hoc loco Dei operabatur clementia per S. Benigni merita; ad ipſius Martyris Chriſti advenit tumulum, cupiens à Deo veniam adipiſci delictorum, per hujus glorioſi Martyris interventum. Denique cum per aliquot dies remorando ad tumbam ejus, cælorum penetraret intima, vocatus à Domino eſt ad cæleſtia regna: ſanctique Benigni adjutus precibus, & in cælis cum eo gloriam, & in terra juxta ejus tumulum condignam accepit ſepulturam.

obitus & ſepultura Divione.

C 4 *Addit Sauſſajus:* inde poſtea Tullum relatum corpus, in S. Manſueti matricula repoſitum, ſplendore beatitudinis tam ſignis quam honoribus refulſiſſe. *Coluntur* S. Benignus, *Presbyter & Divionenſis Patronus, Kalendis Novembris; &* S. Manſuetus, *Epiſcopus Tullenſis* VIII *Novembris. Denique in citato Chronico iſta annectuntur:* Cujus *Jacobi* ſoror, nomine Lilioſa, ad S. Benigni veniens limina, prædium ſuum (Brittiniaca-curtem vocatum, in confinio Tullenſis & Lingonenſis parochiarum) donavit S. Benigno Martyri, pro fratris ſui ſepultura. In quo loco Monachi hunc locum inhabitantes, ædificarunt eccleſiam in honore S. Benigni. *Hæc ejus ſoror* Lilioſa, *ut Virgo ſacra, inter*

Corpus Tullum tranſlatū.

Lilioſæ ſororis donatio.

Sanctos refertur à Sauſſajo in utroque Indice, alphabetico & topographico; qui idem tamen hoc die poſt S. Jacobum *ipſam refert, abſque ullo Sanctæ aut Virginis ſacræ titulo; ejuſque oblationem ex dicto Chronico cum uſitata ſibi in talibus amplificatione commendat.* D

5 *His pridem ab Henſchenio præparatis, idem Magnus Præpoſitus S. Deodati D. Franciſcus Riguet, à cujus manu habeo tot illuſtrationes iſtius Vitæ ad* XIX *productæ, annis poſt Henſchenii obitum quatuordecim, miſit mihi Gallicâ linguâ deſcriptum Syſtema novum Epiſcoporum Tullenſium, quorum Chronologicum ordinem mire turbatum, & numerum non minus defectu quam copiâ vitioſum eſſe merito queritur. Is cap.* 4 *dicti Syſtematis, agens de* SS. Alca & Celſino *Epiſcopis*: Hi duo, *inquit*, non inveniuntur prætitulati Sancti in aliquo veteri Breviario, Collecta vel Kalendario Tullenſis Eccleſiæ ante annum MDCXXVIII: quod idem ſequentibus Capitibus probabo de SS. Auſpicio, Urſo, Albino ſive Allodio, Dulcitio, Premone, Autmundo & Jacobo; & quod primum in Breviario anni iſtius MDCXXVIII cœpta ſit uſurpari omnibus communis Collecta, ſingulorum exprimens nomina. Sed in Breviario anni MDCLXXXIV merito reformata fuit ejuſmodi Collecta, & omiſſis nominibus expunctus etiam eſt numerus Novemdecim. *Ex iſto Syſtemate fateor didiciſſe me, & præmiſſo Commentariolo Henſcheniano inſeruiſſe, notitiam* Dodonis *velut immediate* Jacobum *prægreſſi. Indidem etiam didici dubitare utrum hic* S. Jacobus *ſeceſſum ſibi elegerit apud Benignianos Monachos, quod inter Tullenſes vulgata opinione tenetur, de qua ſic Præpoſitus, ſatne curioſe & erudite.* D. P.

Cultus ejus & aliorum plurium an 1628 *inductus,*

per communē omnibus Collectam in Breviario. E

6 Ejuſmodi opinionis teſtimonium antiquius non reperiens quam librum Ms. Tullenſis Eccleſiæ, cui titulus, *Liber Epitaphiorum Epiſcoporum Tullenſium*, qui eſt poſterior anno MCCCCXXXVI, credidi interrogandos Monachos Benignianos ſuper iſta traditione, qui reſcripſerunt, ejus nullum apud ſe veſtigium reperiri; è contra ex Chronicis ſuis haberi, mero caſu eveniſſe, ut Româ rediens Sanctus, apud ſe moreretur ac ſepeliretur. Quare perquam veroſimile mihi fit, locum Chronici præmemoratum, occaſionem dediſſe conjecturæ Tullenſi, ut ſuſpicarentur inde profectum Romam, ubi mortuum & ſepultum ex vetuſtioribus memoriis legebant. Eamdem conjecturam arripuiſſe cenſeo Auctores hodierni Breviarii, quod dixi anno MDCLXXXIV excuſum, ubi in ſecunda eaque nova de S. Jacobo Lectione dicitur, ante & poſt Epiſcopatum fuiſſe Monachus S. Benigni Divionenſis; quod ipſi qui eo loci habitant Religioſi melius ſcire debuiſſent, ſi verum foret. *Hactenus Præpoſitus.* F

Quod ante & poſt Epiſcopatum credatur Monachus Divione fuiſſe

non aliunde fluxit quam quia ibi mortuus eſt.

7 *Ego ſi conjecturas ſequi oportet, valde propendeo in eam quam ſuggerunt nomina Epiſcoporum, Attiniacenſi conventui in Gallia præſentium anno* DCCLXV, *ubi obſervo Epiſcopos nonnullos, qui dimiſſo Epiſcopatu ad monaſteria ſeceſſerant, titulo Epiſcopali retento, non ab ipſo, ſed à monaſterio quod elegerant nuncupari, quod aliunde pluribus poſſet exemplis probari, ſed ſufficiunt ipſæ Attiniacenſes ſubſcriptiones, in quibus ſunt;* Willibarius Epiſc. de monaſterio S. Mauritii, Theodulphus Ep. de monaſterio Laubias, Hippolitus de monaſterio Eugendi. Iacob Epiſc. de monaſterio Gamundias, Willibaldus Epiſc. de

Ipſe an. 765 *de monaſterio Gemundias titulū ſumit:*

A de monaſterio Achiſtadi. Hic ego Gamundias dici intelligo, quod vulgo Guemund Germani appellant. Habemus autem plura hujus nominis loca, ac nominatim in Lotharingia ad fluvium Saræ oppidum Metenſis diœceſis, corrupte dictum Saar-Gemine caput Præpoſituræ Germundenſis, & dimidiâ inde leucâ Benedictini Ordinis Prioratum dependentem ab Abbatia Mediolocenſi: qui Prioratus poteſt videri eſſe ipſum quod requirimus *Monaſterium Gamundias*; olim fortaſſis multo quam nunc ſpectabilior locus, & per ſe ſubſiſtens, aut ſaltem dependens ab opulenta quondam Abbatia Horenbacenſi, nunc in oppidum totum hæreticum converſa, diſtans à dicto Prioratu atque ab oppido Saar guemine leucis quatuor, & in ſortem Bipontani Ducatus deducta. D AUCTOR. D. P.

hoc autem ad Saram fuit in Lotharingia,

8 *Baudrandus, in ſua Geographia præter hanc* Gemundam *ad Saram, alias quatuor indicat: ſed ridiculum ſe facit (ut paſſim fere Franci, qui linguæ Teutonicæ ignari, Teutonicorum nominum etymologias præſumunt tradere) quando* Gemundam *interpretatur* Gaudia-mundi. *Apud nos ipſi pueri ſciunt, omnia nomina* mond, mund, mind (*quæ pro Dialecti varietate ſignificant* oſtium fluminis) *indicare loca ad alicujus fluvii vel rivi in majorem amnem ſe inferentis oſtium poſita.* *male interpretatum Gaudiamundi.*

DE BEATO LIETBERTO

EPISCOPO CAMERACENSI ET ATREBATENSI.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Vita à Radulfo coævo accurate ſcripta, ætate, cultu.

B ANNO MLXXVI.



Loruit ſeculo Chriſti undecimo B. Lietbertus Epiſcopus, *cujus virtutes & res geſtas deſcripſit* Radulphus, *Monachus cœnobii ſancti ſepulcri apud Cameracenſes ab ipſo conditi. Auctor vixerit poſſet ſatis coævus, qui numero* 2 *allegat teſtes, ſuis temporibus adhuc ſuperſtites ſanctæ vitæ Gerardi deceſſoris in Epiſcopatu; qui tamen ante obitum* B. Lietberti *annis circiter ſex & viginti vitâ functus fuerat; & num.* 33 *agens de Scythis in Pannonia graſſantibus, cum illac tranſiturus eſſet Epiſcopus, Jeroſolymam petens* more Saracenorum circumciduntur, *inquit*, ſicut ex eorum interfectis vidimus. *Præterea res geſtæ, exacte deſcriptæ, fidelitatem auctoris commendant.*

Vita auctore Radulpho Monacho

Sed ſeculo 14 *interpolata,*

Sed cum num. 5 *lego quod* eccleſiola S. Sepulcri *à Gerardo extructa quam ſucceſſor Lietbertus* intactam reliquit ..... poſtea multorum labente temporum curſu Waltherus Abbas ejuſdem loci, quoniam nimia vetuſtate decidebat, ampliare meliorando ſtuduit; *cum inquam hæc lego, dubitare cogor nonniſi interpolatam habere à Radulpho, qui non ſolum opportuna quædam addiderit; ſed ab alio ſimplicius ſcripta multis verborum phaleris amplificarit, idque ſeculo forſitan* XIV; *nec enim poſt primum Waltherum ab ipſo Lietberto inſtitutum Abbatem, invenimus alium iſtius nominis ante annum* MCCLXXXIII *&* MCCXCVI, *quibus alii duo, intermedio Joanne diſcreti, Abbatiæ iſti præfuerunt, ut infra notabimus.*

C

datur ex Ms.

2 *Nos illam Vitam ſic deſcripſimus ex illuſtri Ms. codice Reginæ Sueciæ numero* 1419 *ſignato; & contulimus non ſolum cum editione Lucæ d'Achery, qui eam ſub calcem* 9 *tomi Spicilegii vulgavit ex codice Ms. ſancti Sepulcri, ſed abſque Prologo, & in nonnullis locis per poſteros corruptam; verum etiam cum alio accuratiſſimo exemplari, quod R. P. Jacobus Maſcault, Rector collegii Cameracenſis, ſubmiſit anno* MDCLXXVIII, *ex veteri codice tranſcriptum, cura & impenſis Reverendi admodum Domini, D. Bernardi de la Haye, Abbatis dicti monaſterii ſancti Sepulcri. Adeſt ibi Prologus, ab Acherio omiſſus.* *Uſus eſt Auctor, & ſubinde allegat Chronicon Cameracenſe & Atrebatenſe, à Balderico Epiſcopo Noviomenſi & Tornacenſi exaratum, ſed qui illud non deduxit uſque ad obitum* B. Lietberti.

E

3 *Characteres temporis aliqui præclare annotantur, ad quos non attendentes varii Auctores ipſeque Acherius plurimum aberrarunt, dum obitum dicti Gerardi deceſſoris, & Epiſcopatum* B. Lietberto *collatum, retulerunt ad annum* MXLVIII *aut ſequentem; cum referri debeant ad annum* MLI, *quo tempore Henricus Imperator Conradi filius feſtum Paſchatis, ut dicitur num.* XI apud Agrippinenſem Coloniam *celebravit. Teſtis ſit iſtius temporis accuratus Scriptor, Hermannus Contractus, qui Chronicon ſuum deduxit uſque ad annum* MLIV. *Hic ad dictum annum* MLI *iſta ſcribit*; Imperator Nemeſi partem Quadrageſimæ, Paſchale vero feſtum Coloniæ demoratur, ibique filius ejus Henricus ab Archiepiſcopo baptizatur. *Paſcha tunc fuit celebratum die* XXXI *Martii. Et dictus Gerardus Epiſcopus diſceſſerat è vita, ut paſſim omnes ſcribunt, die* XIV *Martii, tunc incidente in feriam* V *ante Dominicam Paſſionis. Poſt illius autem ſepulturam tunc electus eſt à Clero populoque in Epiſcopum* Lietbertus Archidiaconus, *moxque cum aliis Coloniam ad Imperatorem acceſſit, à quo ipſo Reſurrectionis die approbatus fuit, ac dein primo Presbyter, dein Epiſcopus conſecratus. Dictus character ſuſcepti anno* MLI *Epiſcopatus confirmatur num.* 49, *ubi* monaſterium ſancti Sepulcri *dicitur* conſecratum anno MLXIV, anno XIV Pontificatus Lietberti, *die* XXVIII *aut* XXV *Octobris, cum jam à ſex menſibus fuiſſet ingreſſus dictum annum* XIV *ſui Epiſcopatus. Extat charta fundationis hujus cœnobii apud Miræum, lib.* I *Diplomatum Belgicorum cap.* 35 *& in Notitia Eccleſiarum Belgii cap.* 93, *cum hac clauſula*; Actum eſt hoc Cameraci, in eodem monaſterio ſancti Sepulcri, anno ab Incarnatione Domini MLXIV Indictione II, regnante Henrico Rege Lotharienſium anno XII, Epiſcopatus vero Domni Lietberti XIV. *Denique ſub finem Vitæ iſta leguntur*: Sepultus eſt cum gloria & honore

Creatus Epiſcopus anno 1051,

monaſterium ſancti Sepulcri conſecrat anno 1064,

F

A Pontificali anno Pontificatus ſui XXVI, X
AUCTOR. Kalendas Julii, Dominicæ Incarnationis M-
G. H. LXXVI.

obit anno 1076 22 Junii 4 *Hæc ſimul conjuncta omnino conficiunt eum in Pontificatu vixiſſe, à menſe Aprilis anni* MLI *uſque ad* XXIII *Junii anni* MLXXVI, *quoad Dominum migravit: ſed ob datam ei die ſequenti ſepulturam ſolenni cum pompa, refertur paſſim ad hunc* XXIII *diem, ad quem in illuſtri Ms. Martyrologio Eccleſiæ Cathedralis Atrebatenſis, manu recentiori adſcripta ſunt iſta verba,* Obitus Domini Lietberti Epiſcopi; *id eſt memoria de obitu Domini Lietberti pridie defuncti, ſed tunc ſepulti. Apud Acherium, ex codice ſancti ſepulcri, iſta à poſteris ſub finem ſunt adſcripta:* Decimo Kalendas Julii obiit Dominus Lietbertus Epiſcopus Cameracenſis & Atrebatenſis XXXI, anno Dominicæ Incarnationis MLXXVI. Quarto Kalendas Octobris Tranſlatio ejus anno Dominicæ Incarnationis MCCLXXI; ab obitu ejus uſque ad Tranſlationem ejus CXXXV. A tranſlatione prima uſque ad ſecundam anni LXI: quæ facta eſt VIII Idus Junii: *quæ ſatis perplexa ſunt. Illuſtre compendium rerum geſtarum habet Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, ad hunc diem* XXIII *Junii, ubi titulo* Beati *eum honorat; & de Tranſlatione iſta correctius habet:* Quarto Kalendas Octobris tranſlatus eſt ab Albrico Remorum Archiepiſcopo anno MCCXI, *prima ſcilicet vice, annis poſt obitum* CXXXV, *unde rurſum numerando annos* LXI, *uſque ad ſecundam tranſlationem, venitur ad ſupra notatum annum* MCCLXXI. *Sub finem autem iſta obſervat Molanus, quod,* Quamvis in monaſterio à ſe extructo ut Sanctus Patronus honoretur, & apud plebem Sancti titulum ob vitæ merita obtinuerit; in die tamen obitus & tranſlationis Vigilias habeat ſolennes mortuorum, quales fiunt Kalendis Novembris: & tum mauſolæum ejus ornatur ramis & herbis: ſingulis autem diebus à Diacono majoris Miſſæ ad ſepulcrum thurificatur. *Nos jam ſæpius obſervavimus, tum alibi tum hoc menſe ad S.* Norbertum, *iſtiuſmodi funebris officii continuationem, nihil detrahere veneration, quæ talibus ut* Beatis *vel etiam* Sanctis, *à fideli populo habetur.*

& his tranſlatis,

memoria in Faſtis.

C 5 *Itaque in Martyrologio Leodii anno* MDCXXIV *Gallice edito, & apud Balduinum Willotium* Sancti *titulo* Lietbertus *honoratur; at* Beati *apud Ferrarium in Catalogo generali & Miræum in Faſtis Belgicis: qui etiam libro* I *Diplomatum Belgicorum cap.* 32 *refert immunitatis privilegium, aliaque ab ipſo conceſſa anno* MLXIV *monaſterio Einhamenſi. Idem Miræus cap* 36 *indicat, amotis ſecularibus Canonicis ſubſtitutos Regulares in Cameracenſi S. Auberti monaſterio anno* MLXVI: *& in Codice Donationum cap.* 49 *docet Eccleſiam Bruxellenſem ab eo libertate donatam: quæ latius ibidem expoſita videri poſſunt.*

D

VITA

Auctore Radulpho Monacho ſancti ſepulcri.

Ex Ms. codice Chriſtinæ Reginæ Sueciæ alioque ipſius loci & editione Lucæ Acherii.

PROLOGUS.

CHriſtianæ religionis cultus & ſtabilitas ex hoc procul dubio conſtituitur, Dei omnipotentis munificam largitatem fideliter operando credere & credendo ſinceriter prædicare. Hujus religionis ea fides pollet maxime, quæ tum propter univerſalium præcepta, quibus ejuſdem religionis intelligatur auctoritas; tum propterea quod ejus cultus per omnes mundi terminos emanavit, Catholica vel Univerſa vocatur. Unum quippe Deum colere, verus cultus eſt: unum omnium principium & ſapientiam, qua ſapiens eſt, quæcumque anima ſapiens eſt & ipſum munus, quo beata ſunt quæcumque beata ſunt. Ipſe Deus cum ſit ſpiritus, quia Deus ſpiritus eſt faciens Angelos ſuos ſpiritus; & cum ſit ignis, quia Deus noſter ignis conſumens eſt, faciens miniſtros ſuos flammam ignis, diſponens in ſuis ſuorum dona munerum glorificari; inſpirat qui operentur, inflammat qui prædicent; ſic itaque utriſque parietibus ſupernæ Hieruſalem in uno ſpiritu compactis, una fit fides mentium & pietas actionum. Sed operantium merita, quamvis viſui noſtro ſint occulta, in quantum Dei propalatur miſericordia; tamen cum recitantur ipſorum ſudores & præconia, mentibus audientium bonæ ſpei ſunt exemplaria. Hac commoti conſideratione, necnon Fratrum Domnorumque noſtrorum caritativa compulſione, præcingimur Domni & Patroni noſtri Lietberti, Cameracenſis Eccleſiæ Pontificis, vitam, ſudores, quos pro eadem ſudavit Eccleſia, ſed & finem vitæ præſentis auribus noſtrorum tradere; lucernamque fidei, gratiâ Spiritus ſeptiformis accenſam, Eccleſiaſtico candelabro imponere, ut luceat omnibus qui in domo Dei ſunt. In hoc ergo caritatis negotio non cæcutiant lippientes oculi mordacis invidiæ; non opponant lævam malitiæ fronti rugoſæ, non ſcribant utilitatem reipublicæ faſtui vel ſuperbiæ: ſed in hoc & ceteris beneficiis ſuis benedicant Dominum in omni tempore. Nec Majorum de beato viro ſcripta ſuggillantes, hoc aggredimur; ſed minus dicta ſupplere, & ordini debito reddere conamur.

E

F

Flamine cum patrio, Patris adſis, unice, præſto:
Dum cedat Chriſto, modulum tu carminis eſto.
Comprime calce palum, ſtabilem trahat anchora portum;
Fit redolens malum, ſi flaverit Auſter in ortum.
Fraudibus amotis per te, lux & via, quæro,

Acta

A Acta Sacerdotis calamo describere vero.
Lector opus videat; versus & commata claudat:
Censor sustineat calcem, sapientia laudat.

VETUS DIVISIO

CAPITULORUM TITULI.

I De Ottone atque Henrico Imperatoribus
II De Gerardo venerabili Episcopo.
III De ortu domni Lietberti; & de profectu ejus in studio litterarum.
IV Ubi merito scientiæ Archischolus efficitur.
V Ubi Procurator domus Episcopi constituitur.
VI Ubi cum Præpositura honor ei Archidiaconatus tribuitur.
VII Quam sanctè & religiosè in eisdem officiis sese habuerit.
VIII De Waltero Cameracensi Castellano, & Joanne Atrebatensi advocato.
IX Quam strenue & prudenter Lietbertus novum castellum custodierit.
B X De morte Gerardi Episcopi, & electione Lietberti Archidiaconi.
XI Ubi electus cum aliis personis Cæsarem adiit.
XII De Guone illius adversario.
XIII Ubi electio Domni Lietberti ab Augusto & cunctis Principibus confirmatur.
XIV Ubi Ioannes Ecclesiam sanctæ Mariæ & aulam Episcopi invadit, & portas urbis contra eum claudit.
XV Ubi Comes Flandriæ electum Episcopum à castello usque ad urbem secum deducit.
XVI Ubi à Metropolitano & Comprovincialibus Episcopis electio illius approbatur.
XVII Ubi ab Episcopo Catalaunensi Presbyter ordinatur.
XVIII Ubi Episcopus consecratur, & super eum tale prognosticon reperitur: Hic est filius meus, in quo mihi complacui.
XIX Quod in eodem conventu Regi Francorum uxor desponsata & coronata fuerit.
XX Comparatio sponsæ Regi Francorum conjunctæ, & Ecclesiæ Præsuli Lietberto commissæ.
C XXI Ubi Laudunum veniens cum honore suscipitur.
XXII Ubi ab urbe propria cum lætitia & gloria recipitur.
XXIII Quod eâdem die orans in ecclesia, omnes ad affectum devotionis commovit.
XXIV Quod post orationem verbum fecit ad populum.
XXV Qualem se in Episcopatu verbo & exemplo exhibuerit.
XXVI Quod in operibus & passionibus Christi meditabatur.
XXVII Quod his cogitationibus compunctus concepit desiderium pergendi Hierosolymam.
XXVIII De Hugone puero, & custode illius Ansello.
XXIX Ubi cognito Episcopi proposito dissuadent plurimi.
XXX Ubi firmato consilio fœderantur viæ comites.
XXXI Ubi egrediens à Cameraco Hierosolymam pergit.
XXXII Ubi à Rege Pannoniæ reverenter excipitur. D
XXXIII Ubi socios, metu barbarorum exteritos, hortatur ne paveant. AUCTOR. RADULP. EX MSS.
XXXIV Ubi optat ab eis aut occidi aut captivari pro Christo.
XXXV Ubi Ecclesiam Dominici sepulcri à Rege Babyloniæ obseratam audivit.
XXXVI Ubi Fulcherum ægrotantem Deo & Matri ejus committens, cœptum iter exequitur.
XXXVII Ubi Fulcherus moriens, duos dæmones sibi insistentes vidit.
XXXVIII Ubi Virgo Mater, cum Andrea Apostolo Fulcherum visitans, dæmones increpat & fugat: & ipsum à morte liberat, & post Episcopum pergere imperat.
XXXIX Ubi Fulcherus, sospes effectus, eâdem die sanctum Episcopum subsequitur.
XL Ubi inopinatè recepto comite, Episcopus cum suis navem conscendit.
XLI Ubi per varia loca ductus & reductus, & jam spe videndi sepulcrum Domini frustratus, tandem consilio Laodicensis Episcopi mœstus revertitur. E
XLII Ubi Imperator & Rex Francorum componendæ pacis gratiâ conveniunt.
XLIII Ubi Dominus Lietbertus primo Novum Castellum, deinde Cameracum venit.
XLIV Ubi Hugonem Castellanum, multa mala facientem, excommunicat.
XLV Ubi viro Dei, pro defunctis silenter oranti, animæ defunctorum responderunt, Amen.
XLVI Qua de causa ecclesiola sancti sepulcri à Gerardo Episcopo constructa fuerit.
XLVII Quod Dominus Lietbertus, eâdem intactâ, aliam ampliori schemate construxerit.
XLVIII Comparatio Moysis & Lietberti, & cooperatorum eorumdem.
XLIX Quod super dedicandam sancti sepulcri ecclesiam sphæra lucis de cælo tota nocte visa sit pependisse, & quod XXII Sanctorum corpora ibi sint allata.
L Quod cœnobium intra urbem muro inclusum, & supra scripta ecclesiola in honore S. Nicolai consecrata fuerit.
LI Ubi filio Regis Francorum coronando adesse postulatur. F
LII Ubi in cœna Domini ab Archiepiscopo divina mysteria celebrare supplicatur.
LIII Ubi Hugonis municipium apud Pergivallem subvertit.
LIV Ubi Hugo absolvi non meretur, nisi prius faciat quæ ab Episcopo decernuntur.
LV Ubi Hugo sanctum Episcopum, apud Buricellam capit, & apud Ausiacum in custodia claudit.
LVI Ubi Comes Arnulfus Episcopum cum honore ad urbem reduxit, & Episcopus destructo Ausiaco municipio, Hugonem ab omni patria expulit.
LVII Quæ & quanta bona diversis ecclesiis & civitati propriæ vir Dei fecerit.
LVIII Ubi Arnulpho Comite apud Castellum interfecto, Robertus Comes hanc patriam devastat.
LIX Ubi bonus Pastor Lietbertus ægrotans, in lecto gestatorio ad tentorium Comitis, urbem obsidentis, se deferri jussit; & eum

A omnemque exercitum ejus gladio anathematis percussit, & sic eadem die obsidionem solvit.

AUCTOR. RADULP. EX MSS.

LX Ubi commendatur constantia beati Pontificis.

LXI Narratio afflictionum illius.

LXII Ubi ægrotus lecto decubans ad supernam patriam anhelabat, & monita pariter & exempla salutis exhibebat.

LXIII Ubi de imminenti ejus obitu mœrentibus multa confidenter ex bona conscientia loquitur; dicens, se nolle à calle ad carcerem revocari &c.

LXIV Ubi percepto viatico Corporis & Sanguinis Domini, spiritum tradidit.

LXV De quibusdam miraculis in obitu illius ostensis.

LXVI Quod in ecclesia sancti Sepulcri, quam ipse ædificare & dedicare meruit, ante quinquennium sibi sepulcrum effodi fecit, in quo & sepultus requiescit.

CAPUT I.

B *Ortus, educatio in curia Episcopi, Præfectura Scholæ, Præpositura Episcopii, Archidiaconatus.*

Post Ottonis 3 Imperatoris mortem

1 ROmani Principatus imperiale solium brachio militari sustentabat Otto junior; Regumque veterum potentiam relegens, mobilitate juvenilis animi conabatur omnium fieri potentior. Ut autem meditata compleret, admittebat consiliis Imperialibus commercatricem Romanorum barbariem, donis & beneficiis saturare gestiens illorum ingluviem. Sed Palatinis canibus, ut assolet, accedebat ex frequenti assiduitate contumax insolentia, & ex nimia familiaritate contemptus. Adeo efferbuit factionum væsania, ut pelleretur ab urbe Imperator, non sine morte suorum. Dum cogit ad vindicandas injurias per militum castra, dum stipat imperiales copias, defungitur; atque cum luctu & mœrore suorum honore regio in ecclesia Aquisgrani sepelitur. *a* Eo de medio facto, Henricus, Bajoariorum Ducis Henrici filius nutu & prudentia Dei, ex consilio Lotharienſium purpurâ vestitus Regiâ, armis insignitur Imperialibus. Qui quam prudenter, quam fortiter, quam pacifice, quam catholice suum rexit Imperium, monstrat nominis ipsius intitulatio; per quam non modo Augustus & Imperator, sed insuper Orthodoxus atque Pacificus attitulatur. Sedatis sine sanguine hostibus, sibi suoque potens vixit Imperio; plus paci & pietati studens, quam militiæ; plus Catholicæ & Apostolicæ religioni serviens, quam furori Martio.

S. Henrico Imperium adepto,

a

C

b

2 Inter hæc *b* Erluino Cameracensium Pontifice defuncto, ipse Domnus Imperator suorum usus non segni consilio, Gerardo suo Capellano, Lotharienſium atque *c* Karlensium parentibus edito non infimis, assensum præbuit super electione de eo facta Cameracensis Episcopi. Qui factus Pontifex quam sancte vixerit, quam Canonice Ecclesiam sibi commissam rexerit; testes sacræ religionis homines, nostris adhuc temporibus

c

Gerardus creatur Episcopus Cameracensis.

superstites; testis instauratio & restauratio domorum sanctæ Matris Ecclesiæ; index est *d* Florinorum nobile cœnobium, in honore Dei & memoria Joannis baptistæ & Judicis Christi sumptibus ejus constructum, paternisque hereditatibus adhereditatum; monstrat Cameracensis Sedes, ope studioque ipsius nobiliter decorata, necnon in capite Sedis ejusdem Pontificaliter exaltata; testatur Atrebatensis Ecclesia, post conflagrationem cælestis incendii per eumdem Pontificem melius pulchriusve quam fuerat restaurata: cujus rei ordinem ceterorumque bene gestorum scire volentes ad ejus vitæ *e* textum dirigimus, nos in assumpto fasce desudabimus.

D

d

e

3 Tripudiabat Christianus orbis, pacifici Regis sustentatus brachio; gaudebat Mater Ecclesia, Sanctorum concordi justitia de virtute in virtutem gradientibus cunctis, sub evidenti cælestis Sponsi cantico; Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis! In hoc ergo pacis tranquillitatisque solstitio, bene sibi consentientibus Regno cum Sacerdotio, præclari decoris jubar effulsit in Brachbatensi *f* provincia. Nobilis infans, nobili prosapia; consueto more Christianitatis, traditur Ecclesiasticis sanctionibus; postquam sanctum Baptisma, Chrismatis unguine delibutus, divino prælagio nomen accepit Lietbertus. Et merito: quippe qui liberaturus erat plebem sibi committendam de hostis rabidi vertutis hiatibus. Tantum libertati reipublicæ studuit, ut suis imaginibus Lietbertus, publica *g* libertas adscribatur. Ablactato puero nullum fit dissidium: pari consensu parentis utriusque elementis imprimitur litterarum. Et quamvis generis repugnaret nobilitas, Militemque magis quam Clericum quæreret maternarum paternarumque multiformis possessionum hereditas; forti supervenit fortior, qui potis est vasa fortis diripere, suoque corpori sanctissimo coadunare. Discit audita puer docibilis, & docilem puerum intima cuncta reclamant: audiunt parentes & propinqui, & congratulantur ei. Ita rumore secundo insinuatur prænominato Gerardo Præsuli, carnis genere *h* sibi propinquo. Mox ad audita requisitus puer, transfertur educandus in aula Pontificali; daturus tritici mensuram suo in tempore familiæ Domini sui: traditur Pædagogis sub scholari magisterio servaturus cura pastorali greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro. Ducitur sitibundo pectore currens ad fontem Philosophiæ, & saporis tripartiti septem rivos ebibens, modo studet Logicæ, nunc insudat Physicæ, & his intendens vacat Ethicæ. Rimantibus magistris penetrat laborinthos Scripturarum; & conferens cum collegis, dissoluta colligat, & complicata dissecat. Fit magister ex discipulo; & qui docendus venerat, docet, doctorum judicio. A magistris recitatur Pontifici de adolescentis industria, de moribus, de scientia, de religione munda.

B. Lietbertus nascitur,

Cant. 7. 1.

f

F

g

studiis litterarum incumbit:

degit apud Gerardum Episcopū:

h

E

studet Philosophiæ,

& Scripturæ:

4 Domni Episcopi jussu, omniumque fidelium suorum assensu, præficitur cunctis scholaribus, prudenti dispensatione; ut in hoc probaretur, utrum perseveraret in devotis moribus. Suscepit scholaris magisterii dominatum: sed ne soliciti laboris studiosum pondus videretur abjicere, contra spem quorumdam

A rumdam, columbinis oculis gaudet ex munere. Ingreditur imperialis magiſtri bene pudorata gravitas ſcholarum palatia : cujus ad aſpectum pallentibus labiis cunctorum ſuſpiciunt obtutus. Expectant intenti, quid velit, quid innuat, quid vel cui jubeat. Fervet ſtudium, præripit ſibi quiſque locum : ingeruntur multiplices diverſarum lectionum quæſtiones. Omnibus ad omnia prudentiſſimus Doctor reſponſa parat : [aderat] quippe ſcientia cujus erat crater tornatilis, numquam indigens poculis. Ita peritiſſimi cordis multiplicem ſenſum temperans affabiliter, quos erudiendos ſuſceperat, inſtruit diligenter ; dili-

præficitur ſcholis Doctor

Pſal. 77. 65 genter, inquam, introductus in cubiculum
Pſal. 67. 14 Regis, dormiebat, tamquam potens crapulatus à vino, inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, cujus dorſi poſteriora in viriditate auri ſcilicet inter myſteria utriuſque Teſtamenti. Servans enim gentilium litterarum diſciplina rutilantis eloquii præclarum leporem, retinebat intra ſacrum docti cordis armarium, divinarum Scripturarum

B teſtimonio, doctrinæ cæleſtis aureum nitorem. Felix & prudens ſcientia, quæ tunc aſſueſcebat in ſcholarum ſtudiis, quæ poſt declamatura erat in populis : quodque dicatur planius : poſt peractum ſtudii ſcholaris magiſterium, commutatus eſt in honore Regio, ſublimatus ad ſummi Sacerdotii cæleſte miniſterium. Intercurrentium nuntiorum relatione jucunda replicatur Pontifici, quid noſter Archiſcholus agat ; qualiter ſe habeat : prædicatur inedicibilis ſcientia ; prædicabilis doctrina, ſolicitudo non pigra, religio munda & immaculata. Miratur Pontifex & exultat, Deique collaudans munificentiam, votis ſupplicibus auditis meliora precatur.

dein palatio Præpoſitus,

5 Sed quoniam tanti ſenis ætas indies ad decrepitam vergebat, præcavens, quod aſſolet in ea ætate, ſcilicet minus provide ſua diſponere ; deliberat prudenti conſilio illum, de cujus gloriabatur præconio, ſuis domeſticis præficere. Deliberata complentur, ſcholis abſtrahitur, & inter Palatinos Proceres Pontificalis domus Procurator exaltatur. Felix regia, tanto procuratore ſuſtentanda : ſed felicior familia, tam prudenti gubernanda

C proviſore. Doctor puerorum fit Conſul populorum : quique concutiebat crepantes ferulas inter carmina poëtarum, diſcernit ſuper civiles multiplicium cauſarum querimonias, judicialium legum ordinaria jura. Benedictio perituri ſuper eum veniebat ; & cor viduæ conſolatus eſt : conterebat molas iniqui, & de dentibus ejus rapiebat prædam. Quodque ſatis magis ſtupeas, ab omni munere manus excutiebat.

i

ac denique Archidiaconus creatus

6 Tertiam jam *i* ætatem hominum vivebat ; nec erat ei verecundum, ne vera prædicans videretur inſolens aut loquax, ex cujus ore melle dulcior fluebat oratio : ad præclaram enim magnitudinem animi doctrina uberior acceſſerat, omnino illud canorum in voce ſplendeſcebat. Liberalis procuratoris tantam libertatem percipiens ſancta Mater Eccleſia, filium quem nutrierat ſibi ſubtractum ſuſpirat ; vineiſque forenſibus cuſtodem poſitum conqueſta, ut etiam ſuam vineam cuſtodiat, ordinari ſibi depoſcit Archidiaconum quo carebat. Senio gravelcente defeſſus jam dudum Pontifex veretur invidiam ; profuſi D que lacrymis ſuper hac re cæleſtis oraculi re- AUCTOR. currit ad Arcam. Tandem apparente nube RADULPH. divini conſilii, ſuſcipit reſponſum, non ab- EX MS. ſurde ſanctam eccleſiam ſuum repoſcere filium. Fit diſſidium prædicabile, fit divortium memorabile. Aulici potentia militari ſuum retentant Præpoſitum ; Clerus & populus jure Catholico ſibi viriliter extorquent Archidiaconum. Diu diuque penſatis viri virtutibus, accepto conſilio, Dei nutu judicatur dignus ſublimari, non ſolum Præpoſituræ dominio, ſed inſuper inſigniri Archidiaconatûs officio. Et quia eum divina clementia & ſapientia virtutibus exaltaverat, commodum duxit Epiſcopus eum magnificare, conferens Archidiaconatum cum Præpoſituræ miniſterio.

7 Acceptis honoribus ita utebatur, ut majoribus perfruendis dignior judicaretur. Recipit Mater Eccleſia non prodigum filium, porcorum ſiliquas eſurientem ; ſed Simonem *ſanctè & religiosè cuncta administrat:* noſtrum, columbæ ſeptemplicis filium, poſt eſum ſerpentium reptiliumque Cæſaream introëuntem, Corneliique domum, F ſanctam ſcilicet Eccleſiam verbi Dei pabu Act. 11. lo ſatiantem. Videres in uno homine Mariam & Martham, nunc circa frequens miniſterium ſatagentem, nunc ad pedes Ieiu cum lacrymis & attentis orationibus, cor pectuſque tundendo, ſuppliciter procumbentem. Modo cum Iacob in agro contrariis tempeſtatibus aëris afficiebatur ; modo rediens domum lactis coagulos melliſque favos pueris partiebatur. Nunc in navi reſidens diverſarum tempeſtatum marinis premebatur fluctibus ; nunc introductus in cellam vinariam, per dilectionem Dei extendens ſe in amorem proximi, ſanctæ caritatis exercebat fructus. En noſter Salomon veri David filius, templum Domini ſapienter adminiſtrat : in cujus ſtructura nec ſecuris nec malleus ſonat. En verus Moyſes, ſacris undis erutus, & in domo Pharaonis conſtitutus, gladio Spiritus, quod eſt verbum Dei præcinctus, tranſit de porta in portam ut deſtruat & evellat, ædificet & plantet.

ANNOTATA G.H. E

a Ottone 3 *ſeu juniore Paterni in Italia anno* 1001 *die* 28 *Januarii mortuo abſque prole, ſucceſſit* S. Henricus, *Moguntiæ coronatus* 7 *Junii die Dominica, vitâ functus die* 13 *Julii anno* 1024.

b Erluinus *mortuus eſt* 3 *Februarii anno* 1012. *Huic ſubrogatur Gerardus I anno* 1014.

c *Baldericus lib.* 3 *cap.* 1 *hæc ipſa verba habet, & cap.* 2 *opponit* Lotharienſium ſolertiam *qua ordinari Gerardus poterat coram Imperatore*, indiſciplinatis moribus Karlenſium, *quo Remis* irregulariter *ordinaretur, ut appareat* Karlenſium *nomine Francos intelligi. Tacet hic Colvenerius in Notis ad Baldericum, ſolumque addit quod Gerardo* Pater erat Arnulfus Florinenſis ex præcipua nobilitate Leodienſium, mater Ermentrudis, *quodque Remis ordinari maluerit* captus loci amore quo nutritus fuerat ; *unde colligas Remis vixiſſe parentes & matrem Remenſem fuiſſe.*

d *Florinenſe monaſterium in finibus agri Leo-*

A AUCTOR. RADULP. EX MSS.

dicensis sesquimilliari à Philippoli Hannoniæ oppido situm, de duplici ibi monasterio constructo, altero S. Gangulphi, altero S. Joannis, agit Baldericus lib. 3 *cap.* 18, *& nos nonnulla deduximus ad Vitam S. Gangulphi* XI *Maji.*

e *Intelligi videtur Vita, quam Baldricus lib.* 3 *capitibus* 63 *scripsit.*

f Brachbatensis provincia, *eadem quæ* Brabantia, *sed aliis olim limitibus septa, inter fluvios Hainam, Scaldim, Demeram & Sennam, uti sæpius declaravimus.*

g *Per quamdam vocis, non significati, affinitatem,* Lietbert *enim vel* Librechi *Teutonice, non* Libertatem *sed* Populi-principem *significat.*

h *Joannes le Charpentier in Historia Genealogica Belgii sive Cameracensi, Gallice edita anno* 1663 *Gerardo Episcopo dat sororem* Alisiam *quæ nupta Lietberto Toparchæ Brukelensi prope Alertum, quatuor filios & duas filias ei peperit, & eorum primogenitum facit* Lietbertum.

i *Scilicet*, virilem; *quam præcedunt pueritia & adolescentia.*

B

CAPUT II.

Gerardi Episcopi senectus & obitus. B. Lietberti electio, consensus Henrici II *Imperatoris in eum.*

a Adjuvat in senectute Episcopum

8 TEmporum *a* labente curriculo, Gerardo Pontifici vergentibus annis ad occasum quarta supererat senectutis causa, quæ maxime angere atque solicitam habere eam ætatem videtur; approquinquatio scilicet mortis, quæ certe à senectute non potest longe abesse. Sed Lietbertus, Levita magnificus, curiæ Pontificalis provisor solicitus, quem honoribus exaltaverat, in omnibus sapienter eum juvabat. Erat tunc temporis *b* Walterus Cameracensis Castellanus qui ob nimiam sui fastus superbiam suæque potentiæ inedicibilem insolentiam, ab inimicis suis interfectus interiit, unicumque filium cum uxore sua superstites reliquit. Quæ quidem uxor Ermentrudis nomine, ab insania mariti sui non cessabat; sed per pejora quæque oberrans, mariti malitias superexcellebat: & quia ut desiderabat id per se adimplere non potuit, filius enim ejus puer erat, tyrannum quemdam nomine Ioannem, Advocatum Atrebatensem, in conjugium sibi copulavit, suumque & filii sui tutorem esse constituit; filius autem ille mox mortem obiit, secundum quod scriptum est; Generatio impiorum peribit: Joannes autem satagebat, quomodocumque poterat, post mortem privigni Castellaturam sibi transducere, quod lex nulla permittebat. Obstabat insuper Rector sapientissimus, cui subrepere nullus poterat dolus. Unde confictis causis Ioannes inimicitias ei insimulabat, quin etiam ei mortem collaturum plerisque revelabat. Sed quoniam justus ut leo confidit, parvipendebat signifer Matris Ecclesiæ consilia malignitatis; implere studens opere, quod nomine gestabat, trophæum libertatis.

b contra hostiles impetus Walteri Castellani,

C

& Joannis Advocati,

Prov. 10, 28

9 Interea Præsul infirmabatur, & cum ætatis decrepitæ molestia febris acutæ valetudine angebatur, ita ut à domo sua, nisi alterius manibus exportatus, exire nequiret; neque disponere quid, quod sibi vel reipublicæ utile foret. Libertas autem patriæ Dominus Lietbertus, cum eo assiduus esse non poterat; quoniam apud *c* Novum-castellum, ejus custodiæ deputatum, manebat. Ibi miles Christi, totius provinciæ, propter incursantium latronum rapinas, opportunas vicinias tutabatur: de cujus defensionis auxilio tam sui quam externi, tam vicini quam longinqui gloriabantur. Si quo modo quilibet hostis incursans ipsius provinciæ fines positos intrasset, auditis viri virtutibus & nomine statim retrogradus, tamquam viator viso serpente, retugit, necnon intra securas latebras accelerando sese recepit. Pacis erat subsidium, salus provinciæ; pes claudo, lumen cæcis, defensio pauperum, spes viduarum, protectio pupillorum, timor hostis, & arma suorum. Nec enim excursione, nec eminus hastis, aut cominus gladiis utebatur: sed consilio, ratione, sententia. Et quamvis ipsius ad nutum cunctorum penderet arbitrium; præferebat tamen omnibus Domni Pontificis imperium: quem sæpius revisebat, necnon fœculentias *d* dolorum & infirmitatum, conturbationesque causarum, consolationum suarum mellitis refocillationibus dulcorabat. Ut enim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur, leviorque est eorum senectus qui à juventute coluntur & diliguntur; sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur.

D

c tinetur Novum-castellum:

10 Superveniente suæ vocationis tempore Præsul Gerardus *e* defungitur; Ioannes tamen remanet in civitate Castellaturâ indonatus. Porro sepulto Pontifice, cum reverentia, qua decebat, & honore; convenit in unum Cameracensis ecclesia, pari consensu electura Domnum Lietbertum provehi ad Pontificatus honorem. Hunc itaque Clerus & populus totis nisibus expetunt Pastorem, quem pium senserant contra hostes protectorem. Sciunt eum rapacibus non cedere lupis, quem Joannis & Gualteri ceterorumque tyrannorum non cessisse noverant armis. Igitur pari consensu, simili consilio consona voce, ordinari sibi deposcunt Episcopum; quem plenum pietate & misericordia hactenus habuerant Archidiaconum. Justum quippe fuerat, ut ubi devote militaverat, ibidem promotionis culmen obtineat. Sed eo contradicente, simul humanæ fragilitatis multimoda discrimina sapienter opponente; capitur, trahitur, Pontificali throno sublimis exaltatur, dignus pro meritis ab omnibus acclamatur. Victus liberalis Archidiaconus modò precibus, modò ratione, non sine lacrymis, cessit precantium votis. Fit gaudium celebre pariter consonantibus signis, divini respectus misericordiam laudantibus cunctis: neque parvipendebant sese adeptos quod petierant: merito quippe gratulabantur qui post Deum boni Pastoris electione gloriabantur. Non enim viri virtutes & justitiam populari noverant famâ, sed dicto crebrius suis in necessitatibus senserant experientiâ. Cum laudibus hymnisonis ad aulam ducitur Pontificalem,

e Post obitum Gerardi

E

pari consensu deposcitur Episcopus,

F

ad aulam Pontificalem ducitur.

A tificalem, protenſiſque manibus omnes ei ſpondent fidelitatem.

f *Henrico Imp.* 11 Poſt hæc *f* Henricum Regem adeunt; novus Electus ſcilicet Dominus Lietbertus, Præpoſitus & Archidiaconus, aliique Archidiaconi, cum *g* Catatis Cameracenſis Eccleſiæ nuntiantes *h* deſtitutionis ſuæ caſum flebilem, & Epiſcopi ſui depoſitionem. Illis quippe diebus apud *i* Agrippinenſem Coloniam excubans ſuper obſervationes Quadrageſimæ, diem Reſurrectionis præſtolabatur Dominicum, conſulturus ibidem nobile ſuorum Palatinorum conſilium. Audiens obitum tanti viri, piè ei, eò quòd omnibus amabilis erat, condoluit: cœpitque quærere diligenter, quis in loco ejus ſtabiliri potuiſſet. Sed quoniam reverenda dies ſuperveniebat, ea quæ Paraſceves denominativum accepit, ſuorum ſententiam Procerum ſuper hac re Dominus Imperator conſulere diſtulit. Cui quidem hac in re, ſolicito ſuggeſtum eſt à Cameracenſibus, quod Lietbertus ejuſdem Cameracenæ civitatis Præpoſitus, qui ſuus jam dudum Capellanus erat,

B quem fideliſſimum ſibi & civitati illi ſæpe neceſſarium probaverat, ad regendam Cameracenſem Eccleſiam electus eſſet ab omnibus. Idipſum tamen, ne Dominicæ paſſionis ſacramenta Chriſtianæque religionis ob ſuorum recordationem peccatorum, Dominicorumque venerationem ſuppliciorum, votivà ſilentia intercidere videretur, interim ſiluit, donec ſacroſanctæ Reſurrectionis dies illuceſceret. O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus! O præclaram divinæ diſpenſationis ſcientiam: ô venerandam catholicæ fidei gratiam: ô quam gaudioſum, quam conveniens eſt, ut eo die, Regali necnon Imperiali liberalitate, Levita magnificus Lietbertus obtineret Pontificalis electionis Regalem prærogativam; quo Rex Regum Chriſtus, victor rediens ab inferis, triumphato diabolo ſuum liberavit plasma! O præſagium prudens! O diem celebrem! in quo liberator animarum & Salvator univerſorum, Lietberto Levitæ liberalem Pontificatûs largitus eſt profectum. Jam ſan-

C ctum mane feneſtras intrabat,

Noctifugaſque ſuos radios ſpargebat in orbe,

Propellens tenebras Hecates Phœbeïa lampas,

cum Rex ſopore depulſo cubicularios vocat, ſibique Imperialem ſeſſionem parari mandat. Convocatis itaque Cameracenſis Eccleſiæ legatis, ſuæ voluntatis ſententiam Rex eis aperuit; Lietbertum videlicet Præpoſitum ſe ſimul cum ipſis eligere Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcopum. Audito viri nomine ſubrectis in cælum luminibus, omnes Deum Regemque laudaverunt, Regiæque voluntati lætanter aſſenſi ſunt.

12 Huic Imperiali conſilio cunctis aſſentientibus, ſubmurmurando cœpit obſiſtere

k unus legatorum, ſcilicet Archidiaconus *k* Guo, qui ſicut averſus vocabulo, ſic diſcors & judicio. Hoc tamen probatum eſt, eum feciſſe duabus ex cauſis, factione Joannis prænominati, vel quod huic aſpirabat honori. Sed quoniam probata virtus corripit inſipientes, mox à Domno requiſitus Imperatore, palam confeſſus eſt, majoris & ſublimioris honoris digniſſimum, quem huic ſubmurmurabat non aptum. Nam dum palam privatimque ſciſcitaretur, quid in viro Dei contradictionis & calumniæ noſſet; reſpondit, ſub ſacramento veritatis & fidei, neque noſſe neque noviſſe quod ei officere poſſet. Inſuper proteſtatur Diaconum ſine reprehenſione, Judicem ornatum moribus, bene Catholicum, domui Dei proviſorem ſapientiſſimum; confirmabat totum ſine macula, quem Dei perfuderat gratia: aſtruebat magnopere viri virtutes egregias, animi conſtantiam, ſolicitudinem non pigram, jejuniorum vigiliarumque aſſiduitatem, orationum lacrymarumque devotionem. Ad hæc Dominus Imperator paululum ſubſtitit, regaleſque vultus ſubrigens demum ſic ora reſolvit.

D AUCTORE RADULP. EX MSS. *etiam Guone adverſario mox approbante.*

Plurima ſanctorum relegentes geſta virorum;
Scimus Martinum virtutum culmine dignum:
Tunc bene laudatum, tum credit eum reprobatum.

Præſul Defenſor, *l* non ſanus ad omnia E
cenſor, *l*

Conſimilis facti ſimilis ſententia pacti.
Lex eadem fraudis ſi non par gloria laudis.
Unde per has metas, quas præſens contulit ætas,
Culmine Pontifico, teſtante quod eſt inimico,
Ni defraudetur, me judice dignus habetur.
It cælo clamor Dei cuncta gubernantis laudantium, Dominique Regis confirmantium ſententiam.

auditam electionem ejus,

in ipſo Paſchatis feſto confirmante.

13 Electus eſt in die ſancto Paſchæ Domnus noſter Lietbertus ab Imperatore cunctiſque Palatinis Principibus, atque laudatus & teſtificatus à ſuis omnibus. Videres omne Palatium gaudio & exultatione repletum, ipſum etiam Imperatorem incipientem, Te Deum laudamus, proſequentibus cunctis ad eccleſiam cum hujus hymni jubilatione: & Mater Eccleſia coronatam Chriſti Reſurrectione & victoria diem ſolemniſabat; plaudebatque Domni Lietberti celebri electione, præſertim ad prærogativam electionis Imperatoriæ. Actum eſt F Agrippinæ in Palatio Imperiali, confirmatum in eccleſia Principis Apoſtolorum & cæleſtis Clavigeri. Ita annuente Guone cum ceteris omnibus donavit civitatem Cameracum cum ſuis appendiciis omnibus Domno Lietberto Imperator Romanorum Henricus ſecundus. Sic accepta Miſſione & omnibus competentibus adimpletis, properabat ad ſuam civitatem reverti.

& cantato Te Deum ab Imperatore & Palatinis.

ANNOTATA G.H.

a *Sequentia fere eiſdem verbis narrantur à Baldrico lib. 3 cap. 62.*

b *Hujus ſcelera & impiæ machinationes contra Erluinum & Gerardum Epiſcopos pluribus deſcribuntur à Baldrico in horum geſtis.*

c *Baldrico*, Novum-caſtrum S. Mariæ, quod hodie caſtrum Cameraceſium *appellatur.*

d *Acherius*, amaritudinem.

e *Gerardus obiit* 14 *Martii anno* 1051.

f *Mortuo* S. Henrico *ſucceſſit* Conradus, *ei-*

que

A AUCTORE RADULP. EX MSS. que anno 1039 mortuo filius ejus Henricus II Imperator III Rex Germaniæ, Niger cognominatus.

g Caſatus *id eſt* Nobilis.

h *Addit Baldricus* reportantes baculum Pontificalem.

i *Supra ex Chronico Henrici Contracti oſtendimus Henricum anno* 1051 *Paſcha celebraſſe Coloniæ Agrippinæ; fuitque tunc dies* 31 *Martii, littera Dominicali* F, *elapſis tunc diebus* 17 *à morte Gerardi Epiſcopi.*

k *Dividebatur nempe diœceſis olim in Archidiaconatus Cambreſii, Brabantiæ, Hannoniæ, Valencenarum, Antverpienſem & Bruxellenſem. Ex eo autem quod novi Caſtelli defenſio ſuprà dicatur ad Lietberti officium ſpectaſſe facile intelligas primum in ordine Archidiaconorum fuiſſe. Hunc ergo poterat Charpentier, primum Cambreſienſem Archidiaconum cenſuiſſe ante Gerardum qui ſub ipſo Lietberto hunc gradum tenuit.*

l *Vita S. Martini per Severum Sulpitium*; Pauci & nonnulli ex Episcopis repugnabant ..... præcipue Defenſor quidam nomine.

B

CAPUT III.

Conſecratio Sacerdotalis, dein Epiſcopalis.

Ob eccleſiã & aulam Epiſcopi à Joanne Advocato vi occupatam

14 FAma præcurrente nuntiatur Joanni, quod factum fuerat: quâ de causâ nimium perterritus diu diuque reputat, quid facto opus ſit. Poſtea, ſuis in unum coactis, animi ſui ſecretum revelat; affirmans Domno Lietberto nullum civitatis introitum præbere, *a* niſi ſibi Caſtellaturam, *a* quam ambiebat, prius voluerit dare. Tali conſilio Matrem Eccleſiam Dominæ noſtræ S. Mariæ violenter invaſit; & ejectis Clericis, theſauros Eccleſiæ, & quodcumque intro reperit, ditione ſuæ mancipavit, militeſque ſuos armatos inibi poſuit: aulam Pontificalem ſuperbus intravit, uxorem ſuam in cameram Pontificis introducens, ſtratum ſuum in lecto Pontificali fecit parari, ſibique & ſatellitibus ſuis de ſumptibus Episcopi præcepit miniſtrari. Cum hæc agerentur, novus civitati appropinquat

C *manet Libertus in Novo-caſtello,* Dominus, cui Joannes cum parato occurrens exercitu, portas clauſit, & longe repulit ab introitu. Itaque divertens ad Novum-caſtellum, cum honore & lætitia recipitur à ſuis, ibique aliquamdiu manſit.

b 15 Rediens Comes Flandriarum *b* Balduinus à Rege Francorum eum ibi invenit; & de dominio ejus lætus effectus, uſque ad civitatem Cameracum ſecum deduxit. Appropinquantibus eis nuntiatur Joanni; qui mox fugâ lapſus, liberum introitum conceſſit Domino venienti. Exhilaratus igitur Princeps patriæ mox ſacrandus Episcopus, tum pro adepta Imperatoris gratia, tum de rabidi Joannis ſuperata ſuperbia, civitatem Cameracum exaltare omnimodis ſatagebat. Cives itaque qui diutinæ ſeditionis oppreſſione ad paupertatem redacti fuerant, pacis dulcedine vivificati, quaſi de baratro mortis reſurgebant. Solicitudineque & ſtudio Principis novi, in civitate Cameracenſi & circumquaque in omnibus appendiciis, miſericordia & veritas ſibi obviabant, & pacis oſcula libabant.

à comite Flandriæ deducitur ad urbem:

Aperta & reſerata ſunt omnia: nec fur inventus neque prædo, neque quilibet injurians, qui damna inferat alicui. Clerici in Eccleſiis, opulentiâ referti, laudes Deo referebant; laici, cum omni pace, victualia ſua conquirebant. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt, imo beatiorem Dominum, per quem tanta pacis ſubſidia pullularunt. Sic rerum gubernatore Deo Domini & Patroni noſtri Principatus primordia diſponente, ſubſidio pacis & religionis exhilarata gaudebat plebs civilis atque ſuburbana. D Pſ. 143, 18

16 Remenſi Metropoli Guido *c* præſidebat Antiſtes, vir ſane conſpicuus, interque ſuos compatriotas per omnia clarus. Cui, quoniam ſui juris id erat, de prænominata per idoneas perſonas electione ſuggeritur, ſuæque corroborationis ſuppliciter auctoritas imploratur: Epiſcoporum comprovincialium ſubjungitur epiſtolaris aſſenſus, electique Pontificis dies conſecrationis requiritur ab omnibus. Audita Domnus Metropolitanus tam religioſa tamque celebri electione, conſideratiſque viri virtutibus, Dei munificentiam collaudat & ipſe. Deinde, conſtituto die locoque, dirigitur epiſtola, quæ paterne commoveat Lietbertum Levitam, non tantum Presbyteratus conſcendere gradum, quin potius ad regiminis Præſulatum [aſcendere]. Parantur comites & impenſæ; ſuſcipitur labor itineris, ne vel Dei vel Metropolitani videatur juſſionibus contraire *d*. Præterlegunt Auguſtam Viromanduorum, manſionemque primæ noctis metantur apud Laudunum. Suſcipit Levitam lætabunda Laudunus, & jure fovet hoſpitii: mox proceſſura cum hymnis & laudibus, cultu & religione canonica, repatrianti Pontifici

ad Metropolitanum Remenſem approbante electionem

E *d*

Tithoni croceum linquens aurora cubile
Noctem pellebat; lucem radioſque ferebat,

cum comitibus experrectis matutinum iter arripitur, Remenſemque civitatem verſus dirigitur. Quo poſtquam ventum eſt, Dominoque Metropolitano nuntiatur adeſſe cum ſuis Cameracenſem Archidiaconum; admittuntur, quantocius inclinantur ad genua, eriguntur ad oſcula; cunctis invicem officioſiſſime reſalutatis, cauſæ dicuntur adventus: quæ mox auctoritate metropolitana corroborantur, ceteris idem proſequentibus. Sed quia non poterat tanta ſubire negotia ſolus, agitur inter eos quis Archidiaconum provehat ad honorem Presbyteratus.

proficiſcitur:

F

17 Apud Catalaunum familiæ Chriſti diſpenſabat pabulum vitæ, Præſul *e* Rogerus, vir vitæ venerabilis, & morum dote magnificus: huic tranſmittitur promovendus ad Presbyterii culmen, atque docendus offerre ſacroſancti Corporis & Sanguinis Chriſti vivificum libamen. Die conſtituto, Levita provehendus procedit ad eccleſiam, ſancti Protomartyris & Levitæ Stephani pignoribus ac nomine ſacram. Ingreſſus, demiſſis luminibus, omni ſupplex corpore, Deum toto mentis orat affectu, quatenus digne Deo promoveatur ſancti Martyris meritis & interventu. Procedit & Antiſtes, Pontificalibus infulis redimitus, Sanctorum comitatibus ordinum decenter introductus. More Canonico factis ſcrutiniis, ordinandorum perſonæ præſentantur & nomina: inter quos & præ quibus Domnus Lietbertus Levita, ſuis locis & competentiis

e Catalauni ab Epiſcopo ordinatur Sacerdos.

A petentiis consecrantur ceteri, donec ventum est ad ordinem Presbyterii. Cumque ad manus impositionem Pontificalis, inter ordinandum diceretur novo Presbytero, Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata remittuntur eis; infremuit, habitumque mentis vultus significatione monstravit. Liberalis ipsius facies, mentis puritate incanduit: oculi familiaribus lacrymis profluentes, insignia Sacerdotalium vestimentorum, quibus vestitus erat, beato rore perfundunt.

Joan 20, 22

18 Functus officio Presbyterii, quo venerat, iter relegit; Domnumque repetens Archiepiscopum, præstolatur postero die summi Sacerdotii Pontificatum: vigilias & jejunium protelat novus Presbyter in crastinum.

Postera jam tenebris surgens aurora fugatis,
Illustrabat eum quem Phœbus circuit orbem.

ab Archiepiscopo & Episcopis consecratur Episcopus,

Cum Domnus Metropolitanus, matutinalium hymnorum decursâ melodiâ, fieri confestum mandat; Episcopisque diœceseos accitis, de consecratione Cameracensis Episcopi tractat. Cunctis idipsum sentientibus, itur ad ecclesiam: citantur æditui, exponuntur utensilia: signis consonantibus fit frequens conventus. Infulis redimitus procedit Metropolita: consequuntur Pontifices, populorum stipante caterva. Dum ventum est ad

B

Psal. 33. 6

id divini Officii, ut ab Incentore diceretur; Accedite ad eum & illuminamini; signo dato sacrandus introducitur Episcopus; sistitur Deo; præsentatur Pontifici; recitatur electio, testificatur à cunctis. Fit concursus populorum, fit strepitus gaudiorum. Omnes in cælum manus protendentes precabantur: erat enim pia commixtæ multitudinis & sacrandi Sacerdotis in oratione positi expectatio. Et hi quidem omnes, ut hæc consecratio confirmaretur, invocabant Dominum; Metropolita vero toto mentis affectu proferebat orationes precum. Huic consecrationi Spiritus sancti palam contestatur gratia: nam dum Sanctorum codex aperiretur Euangeliorum, repertum est quod ait; Hic est filius meus, in quo mihi complacui, delibutus oleo lætitiæ & exultationis: infulatusque Pontificalibus indumentis, donatur insuper Episcopio Cameracensi. Benedictione completa, novus Episcopus intrat celebrare sacrosancta Missarum solennia.

C

f Simulque coronatur Francorum Regina,

g

19 Regnum Francorum Rex regebat *f* Henricus, vir armis strenuus, & regno quod tenebat dignus: qui juvenili florens ætate, nullius adhuc copulæ subierat connubium; sed Rusciorum gentis Regis *g* filiam Francorum nobilitas ei parabat. Audiens Cameracensis Episcopi consecrationem futuram, quoniam videre virum diu præoptaverat, interfuit, acturus quoque sui negotii causam: petiit ut Sponsa, quæ sibi parabatur, in eodem conventu benediceretur, Regalique consecratione pariter insigniretur. Huic Regiæ consecrationi Dominus noster Lietbertus Cameracensis Episcopus interfuit & præfuit.

disparitrimque comparatione.

20 Regi Francorum conjungitur carnalis Sponsa; Domno Lietberto Cameracensium Pontifici, Regio & Sacerdotali Cubiculario, sancta committitur Ecclesia. Sed hæc copula quantò sanctior, tanto melior. Illa sobolem procreat carnalem, ista generat adoptionis sanctam progeniem, illa corruptionis, ista virginitatis. Sic enim ait Apostolus: Despondi vos uni viro Virginem castam exhibere Christo. Illa in dolore parit filios, ista cantans renasci facit ex aqua & Spiritu sancto. Regi Francorum ducitur filia Regis terreni, Domno nostro Prætuli Lietberto committitur Sponsa Regis Regum Christi.

D

AUCTORE RADULP. EX MSS.

2 Cor. 11, 12

21 Omnibus peractis, & sua benedictione, & Regiâ consecratione, repetit iter quo venerat, divertens apud Laudunum hospitandi gratiâ, præcurrentibus nuntiis audiunt venientem, gaudent omnes. Exultat civitas, coronatur ecclesia more ecclesiastico; procedunt omnes obviam; susceptum ducunt ad ecclesiam; perfruuntur ejus benedictione, quam præferunt omni auro & lapidi pretioso, cum summa devotione.

S. Lietbertus excipitur Lauduni

22 Fama volat celeri cursu; rumore secundo.

Nuntiatur Cameracensibus, cum gloria benedictionis Antistitem suum venire. Exhilarantur omnes, juvenes & Virgines; senes cum junioribus: quantoque potest tripudiat gaudio omnis ætas, uterque sexus. Adest ille dies omni die sanctior, in quo Cameracus obtinere meruit sibi præesse Lietbertum Præsulem. Felix ille dies, in quo Cameracensis Ecclesia suscepit Episcopum, qui sese formam justitiæ & veritatis omnibus præbuit & exemplum. Felix, inquam, dies, in quo Lietbertus libertas publica possidet Cameracum, liberaturus plebem sibi commissam de superborum fastu & rabie tyrannorum. O felix festum; festique diei gaudium! in quo mortua nobilitas reviviscit, captivata libertas ad libertatem redit. Hunc diem annum jubilæum dixerim, cum cuique sua jura restituuntur. Tunc possessor magnificus suam intrans civitatem, & susceptus cum honore & reverentia, vadit ad ecclesiam, suarum ovium magna stipante caterva.

& maxima cum lætitia Cameraci;

E

23 Quas ibi preces, quas fuderit lacrymas, quæ cordis puritate traxerit suspiria, testis spiritus qui scrutatur omnia. Orabat tantâ Dei gratiâ plenus, ut omnium oculos in se converteret, atque ad devotionis affectum compunctionisque gratiam corda moveret: putares Publicanum à longè stantem, pectusque percutientem, nec oculos ad cælum levantem; diceres Petrum cum Ioanne, in Porta speciosa claudi gressus erigentem, vel in Joppe Thabitam suscitantem.

in ecclesia preces fundit:

F

24 Completa oratione conversus ad circumstantes, pauca pro tempore locutus est: Hortor vos, homines & proximi mei, meque ipsum hortor vobiscum, ut ad id, quo nos Deus per sapientiam hortatur, quantâ possumus celeritate curramus. Non diligamus mundum, quoniam omnia sunt concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Qui enim magis amant ire quam redire; in longinquiora mittendi sunt: quoniam caro sunt, & spiritus ambulans & non rediens. Qui verò bene utitur vel ipsis quinque sensibus corporis, ad credenda & prædicanda opera Dei, & nutriendam caritatem ipsius vel actione vel cognitione, ad pacificandam naturam suam, & cognoscendum Deum, intrat in gaudium

& brevi adhortatione excitat suos,

A Domini sui. Propterea talentum, quod male utenti aufertur, illi datur qui talentis quinque bene usus est : non quia transferri potest acumen intelligentiæ : sed ita significatum est, posse hoc amittere negligentes & impios ingeniosos, & ad eam pervenire diligentes & pios, quamvis ingenio tardiores. Non enim datum est ei, qui duo acceperat (habet enim & hoc, qui jam & actione & cognitione bene vivit) sed ei qui acceperat quinque. Nondum enim habet ad æterna contemplanda, qui visibilibus tantum, id est temporalibus credit, sed habere potest, qui horum omnium sensibilium Deum artificem laudat & eum persuadet fide, & spectat spe, & quærit caritate. Qui ergo malè utuntur tanto mentis bono, dabuntur eis exteriores tenebræ. Et hoc significare arbitror, quod ligantur eis manus & pedes, id est, facilitas omnis aufertur operandi : hoc enim in eis perficietur post hanc vitam, quod in hac vitâ plus diligunt. Sed si concordamus cum adversario, dum cum illo sumus in via ; liberabit nos de corpore mortis hujus gratia Dei, per Jesum Christum B Dominum nostrum. Hac & simili sanctiorique recreatos admonitione, necnon sanctificatos Pontificali benedictione, dimittit ad propria.

AUCTOR. RADULP. EX MSS.

& cum benedictione dimittit.

Egregios mores exhinc carnisque labores,
Dicemus promptè ; Domino vitâque volente.

ANNOTATA G. H.

a Capellatura, *idem (nisi fallor), quod* Capellaria *&* lania ; *necdum alibi inventa vox. Sic infra num.* 28 Castellatura *ponitur pro* Castellania.

b *Hic est* Balduinus V, *cognomine* Insulensis *&* Pius, *qui præfuit Flandris ab anno* 1036 *usque ad an.* 1067. *Hic* conscripto milite, Pontificem in urbem Sedemque restituit; Atrebatensem *Joannem* possessionibus mulctavit egitque in exilium. *Ita Meierus, sed perperam ad annum* 1049.

c Guido *consecratus* Archiepiscopus Remensis *anno* 1034, *mortuus* 1055.

C d *Apud Acherium sic legitur :* Peragunt augustam legationem : *at melius in Ms. Est autem* Augusta Viromandorum, *vulgo* S. Quintini oppidum.

e Rogerus 2, *qui Catalauni Episcopus fuit ab anno* 1036 *ad an.* 1062.

f Henricus *Roberto patri* 20 *Julii, feriâ tertiâ, anno* 1031 *mortuo, successit.*

g Anna *filia Jaroslai Regis, qui erat natus Wlodomiro primo Rege Russorum Christiano, & à Russis inter Sanctos habito. At fratres Jaroslai, patrui Annæ, David & Romanus occisi, ut Martyres varia sibi habent templa sacrata, de quibus nonnulla prænonuimus* 12 *Februarii, ad Vitam S. Alexii Metropolitæ Kyovienſis, quæ erat urbs regia : plura dicemus ad* 24 *Julii, quo colendi proponuntur in figurato Moschorum Kalendario, ante tomum* 1 *Maji.*

D

CAPUT IV.

Vita sancta in Episcopatu. Apparatus ad iter Hierosolymitanum.

25 CONstitutus in Sede Pontificali, qualis quantusque vixerit, scribere quidem non opis est nostræ ; sed ejus qui dat affluenter, & cum dederit non improperat. De cujus gratuito munere sibi, quantum donaverit dicemus: quantumque majorum series suis perstrinxit in Annalibus. Recitabimus, inquam non ut decet sed pro posse, Pontificis opera ; partim cum suis familiaribus clam operata, quædam, ut in odore unguentorum ipsius currant adolescentulæ, misericorditer effusa. Turrim pingimus David, quæ ædificata est cum propugnaculis : de quâ pendent mille clypei, omnis armatura fortium, adversus principatus & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum ; contra spiritalia nequitiæ in cælestibus constituta in Libano, & respicit contra Damas- E cum ; discernens inter bonum & malum, ne se ignorans egrederetur & abiret post vestigia gregum, pascens hædos juxta tabernacula pastorum. Studiosus divinæ legis Pontifex exemplumque suis ita vivebat, ut ab immodesto corporis cultu & ornatu, ab inanibus negotiis ludorum, à torpore somni atque pigritiæ, ab æmulatione, obtrectatione, invidiæ, ab ipsius etiam laudis immodica cupiditate se abstineret : amorem verò pecuniæ, totius suæ spei certissimum venenum esse credebat. Nihil faciebat enerviter, nihil audacter. In peccatis autem suorum vel pellebat omnino iram, vel ita frænabat ut esset pulsæ similis. Magnopere observabat, ne nimium ; cum ignoscebat, ne parum. Nihil puniebat, quod non valeret ad melius ; nihil indulgebat, quod verteretur in pejus. Suos putabat Dominos, in quos potestas sibi data fuerat : quibus ita serviebat, ut eum dominari puderet ; ita dominabatur, ut eos servire delectaret. In alienorum peccatis molestus non erat invitis. Inimicitias vitabat cautissimè, ferebat æquissime, finiebat citissime. F In omni contractu atque conversatione cum hominibus, diligenter servabat illud vulgare proverbium, Nemini facias quod pati non vis. In omni loco & tempore amicos aut habebat aut habere studebat. Obsequebatur dignis, etiam non hoc expetentibus ; superbos minus curabat, minimè erat [superbus ipse], apte congruenterque vivebat, Deum colebat, cogitabat, quærebat, fide, spe, caritate. Hac in virtute animi positus, diligenter optabat tranquillitatem atque certum cursum studii sui omniumque conviventium, & sibi quibusque poterat mentem bonam, pacatam vitam. Ita novus homo, & interior, & cælestis ; habens pro portione, non annis, sed profectibus, distinctas quasdam spirituales ætates suas ; ad summam & incommutabilem legem passibus rationis innitebatur : & emicans in virum perfectum, atque aptum & idoneum omnibus mundi persecutionibus sustinendis atque frangendis, vivebat pacatus, in opibus & abundantia ineffabilis sapientiæ ; invitatus ad obli-

Nullis vitiis addictus Lietbertus,

evasit perfectus in omni virtute

A oblivionem vitæ temporalis, & transiens in perfectam formam, quæ facta est ad imaginem & similitudinem Dei. His gradibus justitiæ temperanter scandens ad thronum prudentiæ, fortiter hærebat Deo; non ut ab eo aliquid boni extra mereretur, sed cui nihil aliud quam ipsum hærere Deo bonum fuerat. Hic vir quamdiu fuit in hac vita, utebatur amicis, ad rependendam gratiam; utebatur inimicis, ad patientiam; utebatur quibus poterat, ad beneficentiam, utebatur omnibus, ad benevolentiam. Et quamquam temporalia non diligeret, tamen recte utebatur temporalibus, & pro eorum forte consulebat omnibus, si æqualiter non poterat omnibus. Quare si aliquem familiarium suorum promptius quam quemlibet alloqueretur, non eum magis diligebat, sed ad eum majorem habebat fiducium, & apertiorem temporis januam: tractabat enim tempori deditos tanto melius, quanto ipse minus esset obligatus tempori. Postremo in omnibus officiis, non frangebatur laboribus, futuræ quietis certa expectatione. Et quoniam delectabat eum libertas,
B quam nomine & opere præferebat, ab amore mutabilium rerum liber esse appetebat.

26 Ideoque deponens omne pondus, & omne circumstans se peccatum; per patientiam currebat propositum sibi certamen, aspiciens in auctorem fidei & consummatorem Jesum; qui ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. *totus in operibus & cruciatibus Christi meditandis & imitandis;* Considerabat quam misericorditer humano generi consultum est, cum ipse Dei filius consubstantialis Patri, totum hominem suscipere dignatus est, & habitavit in nobis. Ita enim demonstravit carnalibus, & non valentibus intueri mente veritatem, corporeisque sensibus deditis, quam excellum locum inter creaturas habeat humana natura: quod etiam potuit & in aliquo æthereo corpore, ad nostrorum aspectuum tolerantiam temperato, sed hominibus in vero homine apparuit: ipsa enim natura suscipienda erat, quæ & liberanda. Et ne quis sexus à suo Creatore se contemptum putaret, virum suscepit natus ex femina. Nihil egit vi, sed omnia suadendo, monendo. Conciliavit fidem nostram
C Deo, miraculis; qui erat homini passione similis: Loquens ad turbas, doctrinâ Deus apparebat; ætatibus homo. Populi, satellites voluptatum, divitias appetebant; pauper esse voluit; honorique & imperiis inhiabant; Rex fieri noluit; contumelias horrebant, omne genus contumeliarum sustinuit; injurias intolerabiles esse arbitrabantur, quæ major injuria quam justum innocentemque damnari? Dolores execrabantur corporis, flagellis & spinis cruciatus est; ignominiosum genus mortis crucem putabant, crucifixus est; mori metuebant, morte mulctatus est. Omnia quæ vitare cupiebamus, à studio veritatis deviantes, perpetiendo dejecit: non enim ullum peccatum committi potest nisi dum appetuntur ea, quæ ille contempsit; aut fugiuntur, quæ ille sustinuit. Tota itaque vita ejus in terris per hominem, quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit.

27 His ceterisque beneficiis bene compunctus Deo dignus Pontifex, ut obsequeretur Apostolo dicenti; Exeamus ad eum
Hebr. 13, 13

extra castra, improperium ejus portantes; non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus; toto mentis affectu concepit desiderium pergendi Hierosolymam. Sed neque gratia videndi lapides turrium vel domorum culmina; sed amplexandi & osculandi vestigia, pedibus Jesu calcata. Beatum quippe fore credebat, præsepis angustias videre, vagientem puerum mente cum pastoribus adorare; in Golgotana ecclesia beatæ passionis, crucifixionis & mortis Sacramenta celebrare; cum beatis mulieribus ad sepulcrum mortem Christi flere, prorsus intra septa sepulcri suas suorumque noxas fletibus diluere, in monte Oliveti super cælos ascendentem Christum cum Mariâ matre Jesu beatisque Apostolis intimo cordis affectu sequi velle. Sed ut prudenter id ageret, meditabatur, qualiter vel civitatem vel Ecclesiam sibi commissam tranquillam pacatamque relinqueret, totique patriæ propugnatorem & defensorem idoneum provideret. D

AUCTOR RADULPH. EX MSS. *concipit desiderium peregrinandi Hierosolymam.*

28 Eo tempore, fugâ lapso Joanne Atrebatensium Advocato, sicut dictum est; præcavens Pontifex in futurum; & timens ne vel ipse Joannes, vel quilibet tyrannus huic similis, in prædictam Castellaturam, de qua idem Joannes projectus fuerat, aut vi aut ingenio intraret, & postea justus heres eam repetens, inde turbas faceret; Hugonem, Gualteri Castellani nepotem qui proximus erat heres, accivit: eique Castellaturam concessit. Et quia iste Hugo adhuc puer erat, sed propinquum quemdam, Anselum nomine, moribus & armis egregium habebat, hujus custodiæ puerum deputat: quem Anselus ille usque ad præfinitum tempus cum omni Castellatura fideliter & optime rexit. Jannes Castellaturâ privatus, nec quidquam mali adversus Episcopum proinde præsumens facere, (prohibitus enim fuerat à Comite Flandrensium Balduino, cujus *a* ligius miles erat) ipsum reliquit & ad Imperatorem Henricum se contulit. *b* Erant tunc temporis maximæ simultationes & inimicitiæ inter Imperatorem & prædictum Comitem. Cujus rei seriem, quoniam in *c* Gestis Pontificalibus plenius describitur, omittimus & ad exequendum Pontificis iter, stylum dirigimus. E

a

b

c

F

29 Ita Anselo procuratore & propugnatore Cameracensis patriæ constituto, Pontifex, de ejus fidelitate confidens & diligentia; paulatim sua suorumque in rebus publicis intermittebat negotia, totoque mentis conamine concepti itineris procurabat impendia. Interim satagebat magnopere quatenus id celatum esse posset. Sciebat quoniam si resciretur, procul omni dubio contradiceretur. Sed, ut ait Scriptura, Frequens meditatio, carnis est afflictio: submissus aspectus, macilenta facies, assiduitas vigiliarum, frequens solicitudo, propalabant quod celare volebat. Tandem conventus familiariter à suis, aperit cordis secretum, quærit consilium. Mente consternantur omnes, dissuadent plurimi, proponuntur multimoda causarum discrimina; mortis interceptio, patriæ desolatio, simul Ecclesiæ sibi commissæ destitutio. Quibus mens sanior fuit, altius considerantes Pontificale propositum, verentur contradicere; metuentes ex hoc Dei vel Domini sui anim-

aliis frustra iter dissuadentibus constans in proposito

Eccl. 12, 12

A AUCTORE RADULP. EX MSS. adversionem subire, Domno Pontifice protestante; Reddam Deo vota mea, quæ distinxerunt labia mea; non sine fletu pariter omnes assentiunt.

Psal. 60, 9 30 Consilio firmato fœderantur comites, inter quos & præ quibus hi quorum nomina subtitulamus; Domnus Walcherus, Archidiaconus & Præpositus curiæ; Hugo Capellanus, cujus sanctitatem monstrant claustra Canonicorum Matris Ecclesiæ, monstrat cœnobium Aquicinense; Erleboldus, Judex & Procurator civitatis; & alter Erleboldus, cognomento Rubeus, quem qualis fuerit prædicat Ecclesia sanctæ Crucis. Sed horum duo, scilicet Domnus Walcherus & Judex Erleboldus, quantæ bonitatis fuerint qualesque cooperatores & adjutores Domni Pontificis, suo loco dicemus, si voluerit Deus.

comites itineris adsciscit.

ANNOTATA G.H.

a Homo ligius *alteri adversus quemcumque obstrictus. Vide Cangium.*

b *Baldricus cap. 66 addit:* Promisit ei quod
B exercitum suum illuc deduceret, si à Lietberto, cui noviter Episcopatum dederat, Castellaturam Cameracensis civitatis dari sibi faciset.

c Gesta Pontificalia *sunt Chronicon Baldrici, ubi illa bella cap. 67 & seqq. deducit, quæ etiam habet Meierus ad annum* 1054.

CAPUT V.

Iter Hierosolymitanum; & irrito effectu reditus ex Syria, Fulchero comiti moribundo à Deipara sanitas reddita.

Anno 1054 egressus Lietbertus cum 3 millibus

31 Millesimo quinquagesimo quarto Dominicæ Incarnationis anno, permissicne tam Cleri quam populi vix impetrata, libertas patriæ, decus Ecclesiæ, Deo dignus Pontifex Lietbertus, egreditur à civitate sua Cameraco, tenens iter Hierosolymam versus.
C Prosequitur eum fere ad tria milliaria, non sine lacrymis & immensis gemitibus, omnis ætas utriusque sexus. Præterlegens civitates & oppida, civitatum regiones & provincias, montium discrimina, silvarum pericula; cultu, moribus & linguâ barbaram, quam colunt Hunni, transmeat patriam. Et, ut prolixioris viæ lucraretur compendium transvadato Danubio, penetrat Pannoniam, Martini sancti beata nativitate præclaram.

a 32 Nuntiatur *a* Regi, ab exteris partibus, habitu peregrino quosdam venisse homines, regni sui fines transire volentes: qui mox accitos sibi jussit præsentari. Videns itaque Rex Pontificem, Dei nutu mutatâ mente pristinâ, surgit citius à solio; necnon officiosissimè salutatum invitat in consistorio. Quærit causas itineris: miratur auditis. Miratur talem ac tantum virum, tam difficilis pondus subiisse laboris. Sed quoniam illis diebus vix quilibet, aut pænè nullus hoc iter arripiebat; cogitabat ne simularent id alterius negotii gratiâ: unde clàm vocatis suis, jubet eos è vestigio diligenter obser- D vari, ne moliantur quidlibet sinistri. Exploratâ per aliquot dies religiosâ Pontificis sanctitate, simul auditâ in stipendiis pauperum liberalissimâ largitate, in vigiliis, orationibus, jejuniis assiduitate: devotus Rex impendit obsequium, quodque petebat sibi suisque Pontifex præstat libens auxilium: jam quippe sub ejus contubernio tanta tamque multiplex copia populi coïerat, ut exercitus Domini diceretur. Sic usque in extremos fines regni sui dato duce, Dei procurante misericordia, securum concessit abire.

à Rege Hungariæ benigne excipitur:

33 Prætergressus Pannoniorum fines limitaneos, ingreditur solitudines saltuosas, quas deserta Bulgariæ nominant, quasque latrunculi Scythicæ *b* gentis inhabitant. Hi degen- *b*
tes more ferarum nullis coërcentur legibus, *ingressus solitudinem;*
nullis continentur urbibus. Sub divo manent, quas nox coëgerit sedes habent: pretereuntes obsident, obvios interficiunt, ceteros deprædantur: gregatim vadunt, omnia sua secum portantes cum totâ supellectile, parvulis & uxoribus. Nullius hæresis nomi- E
natâ, sectâ nullius religionis divino cultu tenentur: tamen, sicut ex eorum interfectis *c* *c*
vidimus, more Saracenorum circumciduntur: barbari, crudeles, homicidæ; sine affectu, sine pietate. Has mortiferas Præsul in- *territos barbarorum metu socios*
grediens cum illo suo comitatu solitudines, obvius fuit quibusdam refugientibus, suique refugii causam flebiliter intimantibus. Quamplures terrentur, pariterque retrocedere cum refugientibus meditantur. Narrabant sese latronum cuneos incurrisse; suorum plurimos oppetiisse; ceteros ad internecionem vulneratos (ut videre erat) vix evasisse. Conturbantur omnes, divinique respectus misericordiam flebiliter implorant; quoniam *animat;*
quid facto opus sit ignorant. Audita Domnus Pontifex turbatæ multitudinis flebili lamentatione (pedes enim subsequebatur solus, ut attentius psalmis & orationibus vacaret) substitit, & cur lamentarentur, inquirit. Cognito casu, signum sibi sanctæ Crucis indidit: erectâque dexterâ, quâ iturus erat parte signavit. Post recolligens secum verba Psalmi quibus orabat, invenit hunc versum, Eripe me de operantibus iniquitatem, & de F
viris sanguinum salva me. Sic miles Christi paululum progreditur, cunctosque qui aderant breviter alloquitur: Commilitones mei, Psal. 58, 3
non vos deterreat adversarius vester diabolus, qui tamquam leo circuit, quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide; quoniam si Deus pro nobis, quis contra nos? Quapropter induite vos armaturam Dei, ut possitis stare & in omnibus perfecti esse: quoniam tentat vos Deus vester, ut sciat si diligitis eum: sed faciet cum tentatione etiam proventum, ut possitis sustinere. Properantes, iter quod arripuistis, accelerate: quia nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei. Ita miles Christi, cum suo familiari & domestico comitatu, princeps graditur, exercitumque Dei ne paveat hortatur. Decem & eo amplius diebus peragrant eas solitudines: per quas (ut dictum est) semper Saraceni sedibus incertis huc illucque vagantur.

34 Cum-

ardens ipse martyrii desiderio;

34 Cumque jam die septimo crederent evasisse periculum, vident subitò sessores equorum camelorumque latrunculos, inter condensa silvarum, cristatis vittatisque capitibus: ac seminudo corpore pallia trahentes, & latas caligas. Pendebant ex humeris pharetræ, & laxos arcus & hastilia longa ferebant. Quibus visis terrentur ceteri: sed Domnus Pontifex fit hilarior, sperans comprehendere bravium, pro quo tanti cursus subierat laborem. Hoc erat in votis, hoc toto mentis amore sedulus orabat, ut ab his interimeretur; vel captivus in exteras & barbaras nationes, propter nomen Christi, distrahendus duceretur. Proponebat sibi devotæ mentis affectu, felici commercio, pro redemptione generis humani distractum. Salvatorem; utque jura mortis destrueret, vivificæ Crucis subiisse passionem. Unde præoptans existere martyrii & calicis Christi particeps, & communicare Christi passionibus, ut in revelatione gloriæ ejus gauderet, dicebat: In me sunt Deus vota tua: quæ reddam laudationes tibi. Sed qui regit orbem terrarum in æquitate, Cameracensis Ecclesiæ precibus attendens, quibus ei suum deponebat die noctuque Pontificem: in hoc tanto mortis discrimine cum suis omnibus eum conservavit incolumem. Videres in adventu Pontificis obrigescere miseros, inque suos conatus deficere, quoque magis stupeas, cedendo loco viam transeuntibus quodammodo demonstrare. Hoc modo dignus Deo Pontifex cum suis comitibus mortiferam regionem latronumque domicilia pertransiit indemnis.

& per medios illos transit inoffensus.

d Invisit S. Demetrii corpus:

e

35 Ingressus *d* Dalmatiam, lociscque peragratis, in quibus olim Diocletianus thermas ædificando diversa mortis intulerat supplicia Christi Martyribus, cursum flectit Isauriam versus. Quam præteriens devenit *e* Corinthum, illicque audiens Demetrii sancti, inter Martyres præclari, corpus quiescere, sepulcrum ejus expetiit, totoque mentis affectu meritis ipsius divinum auxilium quærit. Inde progressus, ubi ad Laodiceam Syriæ pervenit, comperiens Ecclesiam Dominici sepulcri Christianis ejectis à Rege Babiloniorum violenter *f* obseratam, viamque Paganorum metu per terram penitus intercluſam, per tres menses in eadem civitate moras fecit. Sed ceteris de profectione desperantibus, ac ubique locorum dispersis; ipse, cum suo nobili familarique comitatu, perstitit; & quia per terram non poterat ire, marino itineri sese commisit. Littoribus prospectis, naviumque magistris diligenter inquisitis, pretiorum numerus computatur, victualia convehuntur, ne signo dato quælibet mora fieret in eundo.

f Laodiceæ tribus mensibus manet,

anxius ob morbum Fulcheri,

36 Dum navigandi tempus aptum præstolatur, unus comitum Domnus videlicet Fulcherus, decidit in lectum. Cumque languor indies augmentaretur, tempusque navigandi superveniret, Domnus Pontifex maximis cogitationum quatiebatur fluctibus. Angebatur utrum navigationem differret, anne comitis & fidelis ægrotantis discrimen expectaret. Crescente languore tempus navigationis affluebat, & mentem Pontificis metus cum desiderio torquebat: metus, ne comes fidelissimus eo absente defungeretur; desiderium, ne cœpti itineris tempus intercluderetur. In hoc mentis angore posito Pontifice, ægrotantis salus à medicis desperatur, tactuque venarum per indiculum pulsus diutinæ passionis futura mors denuntiatur. Tempus aderat, navisque magister navigationis armamenta parabat, profectionisque tempus & horam prænuntiabat. Singuli citabantur: præripientium sibi destinatas stationes magnus erat tumultus. Quid ageret miles Christi, desereretne comitem, an differret navigationem? Non tulit ulterius Omnipotens eum perturbari, quem sibi videbat devotè famulari. Indidit consilium, qui Petro mergenti porrexit manum. Reddidit ipsius memoriæ responsum, quod quondam dedit volenti sepelire patrem suum; Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Hac voce Salvatoris corroboratus, vicit dilectione Dei necessitatem carnis. Revisit ægrotum, & velut in mortuo corpore ultimum quodammodo trahentem spiritum: quem modo voce; modò nutibus compellans, quomodocumque poterat, missionem petebat. Sed æger quamvis jam seculo traderetur alteri, voces atque singultus recognoscens Pontificis, resumpto spiritu oculos aperuit: cumque gravi difficultate verba loquentis intelligens, similiter petit & ipse missionem, tamquam qui recederet à seculo. Quem venerabilis Pontifex, cum maximis lamentis totoque mentis affectu Deo commendans, sancto commisit Andreæ Apostolo atque gloriosæ Reginæ Mariæ Genetricis Dei meritis & precibus. Nec mirum, quod eum quem diligebat, illis familiarius deposuerit, quos præ ceteris omnibus attentius excolebat. Posthæc, velut ultimum valedicentes, & osculum dantes pacis invicem, Domnus Episcopus ire perrexit, ægro remanente ibidem. Qui quamquam desperatus à medicis, à comitibus derelictus, jam crederetur defungi; tamen benedictione recreatus Pontificis, refocillatus lacrymis, quantulumcumque respiravit; mentisque vigore quomodocumque poterat, vocis aërem traxit. Dehinc apud se recolligens verba, quibus eum Pontifex sancto commiserat Andreæ Apostolo, quibusque imploraverat sanctam Dei Genetricem pro se; intima cordis suspiria trahens, lacrymis obortis ait; ut ipse postmodum testatus est; O sancte Andrea cujus me tutelæ Domnus meus Lietbertus Episcopus commisit, cujusque memoriam in cœnobio, quod est apud Novum-castellum situm excolit, si tu vere es ille Andreas decorus, virilis Apostolus Christi, amicus Dei, quem Dominus dilexit in odorem suavitatis; succurre, festina, miserere; digitumque tuum intingens in oleo misericordiæ Genetricis Dei Dominæ nostræ S. Mariæ, precibus tuis animam deficientem sustenta, laborantem adjuva; succurre, amice Dei, per Sacramentum *g* Christi magistri tui. Jam morior, & quod per me non possum; Matrem posce pietatis, quatenus mihi subsidietur; non meis meritis, quibus pœna mortis debetur; sed ejus qui me vobis commisit lacrymis & precibus.

AUCTOR. RADULP. EX MS.

Matth. 8, 23

quem quasi moribundum Deo & SS. Mariæ & Andreæ commendat,

g

37 Noctem illam Pontifex duxit insomnem, se suosque Deo commendans, & gemitibus

A mitibus ſolitos votiſque ſupplicibus morientis
AUCTOR. amici protelabat vitam. Jamque propinqua-
RADULP. bat noctis quarta vigilia, cum ceteris qui
EX MSS. in domo erant in qua decumbebat langui-
qui eum à dus ſoporatis, viſus eſt ſibimet quaſi ſemi-
demonibus vigilans obdormiſſe. Et ecce, videt binos
territum dæmonum ſpiritus coram ſe ſtare, ferream tridentem flammivomamque, velut de fornace ignis erutam, ferentes: quam ſicut idem retulit, mortis aculeum nominabant: dicebant enim ſe ad hoc detuliſſe, ut eam cordi ejus affigerent & ſic animam ejicerent. Quis timor ille, Deus! quis dolor, quæ angustiæ! Laborabat æger, laborabat & deficiebat. Aſpiciebat ictus terire minantium, penituſque diſſolvebatur. Singultiens diſſolvebatur, & inter ſingultus tantum ſonabat, Sancta Virgo Virginum, Mater Jeſu, ſancte Andrea.

38 In hoc tanto tamque terribili tribulationis articulo, inter caligines & umbras
apparentes mortis, cælitus effulgurans, irradiat locum
recreant: ſuâ ſanctiſſimâ præſentiâ Stella maris, Mater pietatis, & ſi dici fas eſt, Pietas pietatis;
B cujus precatu pietas Dei parcit precantium culpis. Adeſt, inquam, Spes miſerorum, Salus debilium, Gaudium Chriſticolarum, dæmonum forte Lamentum; ferens dexterâ, quâ Chriſtum pannis involvens reclinavit in præſepio, vivificæ Crucis ſignum, ſiniſtrorſum acclinis ſuper S. Andream Apoſtolum. Et quis, inquit, nequiſſimi ſpiritus, tantus terror veſtri furoris? Quo ruitis? Quæ tanta ſuperbia vobis? Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri, ut eos qui nobis commiſſi ſunt vindicare velitis? Quid vobis & ægro, quem filius meus reddit ſoſpitati, hujus S. Andreæ precibus? Abite hinc quantocius: abite. Cujus ad imperium dicto citius evaneſcunt illi dæmonum ſpiritus. Tunc Mater pietatis, ægrum reſpexit vultu ſerenitatis; vultu, quo plorantem deducebat filium; vultu, quo inter convivantes ſuggerebat deficere vinum; illo, inquam, vultu, quo
h dolentem reſpexit *h* Theophilum; vultu dul-
& jubetur cedinis & gratiæ: eo, inquam, vultu lan-
ſurgere: guidum jam pæne mortuum, dæmonum manibus erutum reſpexit; & ut ſurgeret, Pon-
C tificemque ſuum ſequeretur, imperando ſignificavit, ſicque receſſit.

39 Recedente viſione, qui ſibi dormire
ſoſpes mox videbatur, æger oculos aperuit; & ita ſe ſa-
omnia ad num ſoſpitemque reperit, acſi nihil mali
diſceſſum pertuliſſet. Mox clamato puero, qui ſibi ad
parat: hoc remanſerat, ſi moreretur ne inſepultus maneret; præcepit ut quantocius veſtimenta ſibi deferret, viæque Pontificem ſecuturæ neceſſaria cuncta pararet. Illo eum amentem putante, protinus ſurrexit ipſe, dominum domus vocavit; quantum pro impendiis ſibi collatis debeatur quæſivit. Computatis & redditis, equos ſuos quamceleriter parari jubet, puerumque ſupellectilis ſuæ nihil oblivi ſci monet. Quem non ſolum paterfamilias, in cujus hoſpitio manſerat, miratur incolumem; ſed & omnis vicinia gaudet ſoſpitem, gaudet cuncta civitas & applaudit: quoniam quem præcepto Euangelico ſtatuerant morientem ſero ſepelire, cernebant mane velocibus equum ſuum paſſibus anteire. Ipſe vero cunctis quærentibus lætus referebat, quanta ſibi, per ſuam glorioſam Genitricem Sanctumque Andream Apoſtolum, feciſſet Dominus. Inde gradu citiſſimo, ſuo comitatus cliente, feſtinat conſequi Pontificem, quem pietas & providentia Dei detinebat in littore. Sol exoriens oculis nautarum crinitos infuderat radios: quibus viſis magiſtri puppis futuram prænotabant tempeſtatem Communi conſilio præſtolabantur, donec horâ diei mediâ captarent, quid ſolis ſplendor portenderet. Inter hæc horâ diei tertiâ, dum Pontifex in littore deambulando penſaret miſerias vitæ preſentis, ſecumque ploraret caſum derelicti fidelis; nuntiatur ei à proſpicientibus, Do- *feſtinus accedit ad Epiſcopum.*
minum venire Fulcherum. Primo ſtupefactus, dehinc mentem recolligens, inquirit, qualiter id ſcirent. Illis referentibus equos, quos equitare ſolebat, ſed & veſtimenta ejus ſe veraciter vidiſſe; ſuſpirans reſpondiſſe fertur: Poteſt eſſe, non eſt Fulcherus ſed fortaſſe puer ipſius qui ſepulto domino nos proſequitur: nam Fulcherum, niſi ſolâ Dei clementiâ, jam non ſpero videre. Attamen non diffido de Chriſti miſericordiâ, quæ ſo-
E roribus reddidit Lazarum, viduæ unicum filium: quippe credulus, quibus eum fidejuſſoribus depoſuerat. Dum hæc ſecum loquerentur, & intenti venientes illos proſpicerent, adeſt Fulcherus. O quam fuerit gaudioſum gaudium: quam læta lætitia, noverit mens humana. Quid qualiterve ſibi contigiſſet, non erat referre licitum: tantus erat tumultus, atque tanta frequentia ſeſe complexibus ejus ingerentium.

40 Recepto comite, juſſu nautarum Dom-
Navè in- nus Pontifex conſcendit navem cum ſuis.
greſſi ja- Cautè remis inſurgunt viribus totis. Pro-
ctantur tri- ſequitur ſurgens à puppi ventus euntes. Lin-
duana tem- quunt Laodiceæ portus pelagoque volant, &
peſtate; crebris legunt freta *i* conſita terris. Vela
i pandunt, & cava trabe vaſtum curritur æquor. Poſtquam altum tenuit navis, nec jam amplius ullæ apparent terræ, cæruleus ſupra caput adſtitit imber, noctem hiememque ferens, & inhorruit unda tenebris. Continuo involvunt venti mare, nigraque ſurgunt æquora: periclitantes jactantur gurgite vaſto. Involvêre diem nimbi, & nox humida cælum abſtulit, ingeminant abruptis nubi-
F bus ignes: excutiuntur caſu, & cæcis errant in undis. Ipſi peritiſſimi nautæ, & quodammodo marinorum fluctuum domeſtici, diem noctemque negant in unda. Tres adeo incertos ſoles errant pelago, totidem ſine ſidere noctes: quarto terra die ſe attollere viſa eſt & aperire procul montes, ac volvere fumum. Vela cadunt, remis inſurgunt quantocius nautæ, & adnixi torquent ſpumas & cærula verrunt.

41 Domnum Pontificem ſervatum ex un-
& in Cy- dis littora Cypri cum ſuis omnibus accipiunt,
pro morati, quem Katapan, *k* hoc nomine ſecundum Do-
k minum vocant, timens, ne in manus Paganorum incideret, à pridie Nonarum Junii uſque ad pridie Kalendarum Auguſti detinuit: *non Hieroſolymam* donec ipſa die multo auro exitu vix impetrato, dum rurſum marino itinere Hieroſolymam ſe crederet proficiſci, fraude nauta- *ſed Laodiceam reverſuntur,*
rum declinantium inſidias Paganorum, Laodiceam relatus eſt. Quo loco dum rurſus moras innecteret; nec ſpes ulla perficiendi vota

A superesset, remeantibus cum Laudunensi Episcopo Helinando *l* (quoniam & ipse illis diebus ierat Hierosolymam) quampluribus itineriisque difficultatem referentibus, tandem consilio Laodicensis Episcopi redeundi iter mœstus arripuit.

In patriam redeunt.

ANNOTATA G. H.

a *Is erat* Andreas I, *qui regnavit ab anno* 1047 *ad annum* 1059, *sed variis intricatus sæpè belli intestinis: hinc ejus suspiciones indicantur.*

b *Bulgaria inter Danubium, Pontum Euxinum & Thraciam, olim Mysia, ubi Scythæ ac deinde Gothi habitarunt, prope Pontum: Tartari vero crebris incursionibus infesta habebant ibidem omnia: & tales omnino sunt, qui hic describuntur.*

c *Ita scriptum inveniens auctor ab aliquo itineris istius comite, ipse diu post hanc vitam colligens, ut apponit num.* 25.

d *Hic apparet aliqua ignorantia auctoris circa loca indicata, dum* Dalmatia, & Isauria *cum* Corintho *seu* Thessalonica *junguntur. Fuit* B Dalmatia *procul à Bulgaria ad mare Adriaticum. Et* Isauria *est regio Asiæ versus Ciliciam: nec in Dalmatia Thermas, sed Romæ Diocletianus extruxit, Martyribus labore macerandis intentus.*

e *Apud Bacherium loco* Corinthi *legitur* Chorinerum *pro* Chorintum *quod est in Ms. aspiratione in primam translata. At Corpus* Demetrii *fuit* Thessalonicæ *magno populorum concursu honoratum, quod ex eo unguentum medicum scaturiret, an autem inde Corinthum sit translatum disquiretur ad ejus Vitam* 8 *Octobris. Poterat autem commode iter ex Bulgaria Thessalonicam dirigi, atque inde ex portu aptissimo, navigari in Syriam, ad urbem maritimam Laodiceam, uti mox indicatur.*

f *Huc facit quod Theodoricus Pauli in Catalogo Patriarcharum sanctæ urbis scribit de* Sophronio, *hujus temporis Episcopo, scilicet,* quod sub ipso efferbuit gravissima persecutio Christianorum in Jerusalem & Terra sancta: *donec an.* 1086 *Saracenis pulsis eam occuparunt Turci, sicut patet ex dictis ante tom.* 3 *Maji num.* 195.

C g *In Ms.* Secretum *quod per conjecturam verti* Sacramentum.

h *Hic est* Theophilus *pœnitens, Vicedominus sive Oeconomus Adanæ in Cilicia: cujus Vitam illustravimus ad diem* 4 *Februarii.*

i *Id est* Archipelagum, *insulis frequentissimum.*

k *Si vox Græca esset, κατὰ πᾶν significaret,* ad omnia, *id est, supremo jure institutus Præfectus vel Vicarius Imperatoris: sed verosimilius est à voce* Capitaneus, *ad Græcos seu Semigræcos tractam vocem, quæ &* Catipanus *&* Catepanus *scribitur, Officium autem ejus* Catipania *&* Catipanatus, *Auctores Italos iis usos, ad significandum Præfectos urbium provinciarumque à Byzantinis Imperatoribus in Italiam missos, vide in Glossario Cangii.*

l Helinandus *fuit Episcopus ab anno* 1052 *ad annum* 1098. *Quærit Acherius, an* Ingelrannus?

D AUCTOR. RADULP. EX MSS.

CAPUT VI.

Res à reditu gestæ. Monasterium sancti Sepulcri constructum.

42 IN regnis Lotharienſium necnon Francorum simultationibus exortis quampluribus, Imperator Henricus & Rex Francorum *a* Evosii ad colloquium, ut eas sedarent, convenerunt: sed imperfecta pace discesserunt. Nec multo post Imperator Henricus, præsente Papa *b* Victore, qui pro causis Papatus per Romanos male tractatus, apud ipsum conquesturus venerat, diem clausit *c* extremum. Post cujus mortem, cum filio ejus Henrico & Regina, Domino Papa arbitro, sed & judicibus Episcopis & Principibus Regni, pro simultatibus quas contra patrem habuerant, reconciliati sunt uterque Comes Balduinus, *d* pater scilicet & filius. Huic placito interfuit Domnus Pontifex Lietbertus, intonsus adhuc, sicut à peregrinatione rediens, ad civitatem suam nondum venerat, quoniam familiariter ipsum Comitem ab exordio sui Pontificatus dilexerat.

a

b

c Lietbertus intereſt placito Imperii,

d

E

43 Erat in ejus animo fixum, non prius intrare Cameracum, quam reviseret Novumcastellum, sui Principatus fidele municipium, quod ob S. Andreæ memoriam diligentius excolebat. Quo perveniens, Domino comitatus Fulchero; cum ceteris suæ familiæ comitibus, officiosissime suscipitur ad orationem. Prostratus solo, non quæsivit in oratione lacrymas, quas semper familiarissimas habebat. Deinde surgens dedit benedictionem: quos in tempore potuit exosculatus, processit palam; cunctisque refert, quantos viæ pertulerit casus. Tunc Dominus Fulcherus eo præsente procedit ad altare, narrans quæ quantave per suam glorioſam Genitricem sibi fecisset Dominus, S. Andreæ meritis & precibus. Post capitis deditionem, videntibus cunctis, sese Sancto tradidit Andreæ, offerens super sanctum ejus altare duas uncias auri purissimi; utque in in eodem loco, ad honorem Dei & memoriam S. Andreæ, pro se perpes servitus esset, F filium suum, suo de nomine nominatum *e* Fulconem, tradidit ibidem: quo Monacho facto, victualibus Fratrum magna donaria contulit, quæ privilegiorum jure Pontificis auctoritate firmavit. Omnibus rite peractis, venit Domnus Pontifex Cameracum, & gaudiis quibus oportuit à suis excipitur.

in castro Cameracesii agit gratias S. Andreæ ob Fulchero,

e

& Cameracum venit.

44 Interea Hugo, Walteri Castellani nepos, quem prænotavimus Castellaturâ donatum, proficiebat ætate; tempusque proximum instabat, quo Ansellus regimine ejus carere, & ipse bonum suum recipere debebat. Porro Ansello videbatur, quia ad regendam Castellaturam juvenis ille nondum esset idoneus; ideoque protelare volebat suæ custodiæ officium, si sibi permitteret Episcopus. Sed quamvis Pontifex de imperfectione Hugonis idipsum sentiret cum Ansello; nolebat tamen ipsum fraudari à prædefiniti temporis spatio; putans juvenem per disciplinam suam ad veritatis viam posse revocari, si cæcitatis suæ ignorantiâ à recto deviaret.

Hugonem inſtitutum Caſtellanĩ,

Sic

A AUCTOR. RADULP. EX MSS. Sic Anſellus nullatenus impetrare valuit, prece vel pretio, quin Hugo Caſtellaturam ſuam non reciperet in die ſuo. Adepto itaque Hugo honoris ſui gubernaculo, palam continuo fecit omnibus quod claudebat in animo: antea enim quomodo eum cognoſceres, cum prohiberent ſimul ætas & magiſter? Modo vero ſuæ poteſtatis compos, totius magiſterii & diſciplinæ contemptor, faſque nefaſque confundens, poſt pravitates cordis ſui & illicitas voluntates graditur ſine reſpectu aliquo *f*. Poteſtne reſpectum juſtitiæ tenere, qui in civitate Domini ſui cives meliores & ditiores contumelia &, injuriis afficiebat? Alios indemnatos & injudicatos in cippo viliſſimo concludebat: villicum *g* & cubicularium ejus comprehenſum alligavit catenis; prædam ejus ceterorumque civium, contradicente Domino ſuo, violenter abduxit. Pro his & aliis hujuſmodi ſæpe ab Epiſcopo correptus, & emendari nolens, ſed in pejus corruens, excommunicatus eſt ab eo. At ille & hoc etiam contempſit, nullamque miſericordiam quærens, ad Comitem B de S. Quintino *h* abiit, ibique aliquantulum verſatus, quidquid mali potuit, adverſum Epiſcopum & Eccleſiam ejus fecit.

f. ſed multa mala facientem excommunicat.

g

h

45 Erat Domino Pontifici conſuetudo nocturnis horis civitatis Eccleſias, cum ſuis familiaribus Clericis, nudis pedibus circuire, & Dei clementiam pro ſe ſuiſque ſuppliciter exorare. Contigit nocte quadam, quæ præcedebat ſanctam diem Paraſceves, ſolitas excubias agere, eccleſias quoque & oratoria circuire. Luſtratis aliis, dum veniſſet ad oratoriolum quoddam, intra civitatem conſtructum; intranſque cœmeterium ut Deo commendaret animas ibi quieſcentium & omnium fidelium defunctorum; licet ſilenter, licet ſecum ſicut ea nox habebat id diceret (mira res) ſpiritus ibi ſepultorum clara voce, cunctis qui aderant audientibus, ſuper ejus benedictione reſponderunt, Amen. Stupentibus cunctis & rei novitate perterritis, ſilentio tegi Pontifex petiit quod pleniter impetrare non valuit.

Nocte viſitanti Eccleſias,

defuncti reſpondent Amen.

46 Illud oratoriolum qua de cauſa conſtructum ſit plenius exequamur. Temporibus Domni Gerardi ſanctæ memoriæ Epiſcopi, hujus Domni Lietberti prædeceſſoris, exorta *i* fames Cameraci, ſed & regionibus circumquaque adjacentibus, adeo invaluit, ut morientium corpora capere non valerent cœmeteria Cameracenſis urbis. Incidit igitur ipſi Domno Gerardo rationabile conſilium, ut extra muros civitatis fodere faceret Polyandrum, quod receptui foret tot corporibus condendorum pauperum: juxta quem locum eccleſiam poſtea, in honore Dominici ſepulcri conſtructam, conſecravit: ut propter reverentiam tanti nominis, ſepultura ibi pauperibus eſſet & peregrinis: quam temporum labente curriculo dum meliorare diſponeret, diurno feſſus ſenio defunctus eſt. *k*

C *i* *In cœmeterio à Gerardo Ep. conſtructo*

cum eccleſia ſancti Sepulcri

k

47 Ipſe vero Domnus Lietbertus, prædeceſſoris & magiſtri tanto ac tali animatus exemplo, devotas ipſius primitias laboraturus intravit. Et quoniam parva erat Eccleſia, intactam reliquit; & juxta eam, meliori & ampliori ſchemate, monaſterium, ſicut in præſentiarum cernitur, ædificavit. Huic tanto operi exequendo, cooperatores & miniſtros conſtituit Domnus Pontifex, eos quos in peregrinatione Hieroſolymitani itineris adnotavimus fuiſſe ſocios, Domnum Walcherum Archidiaconum videlicet, & Erleboldum judicem civitatis & miniſtrum.

ei adjungit monaſterium,

D

48 O Moyſen ſanctum! O Moyſen, ſuper omnes homines qui habitabant in terra, virum mitiſſimum! O Moyſen, conſtitutum in foramine petræ, per quod deſcendit ſponſus in hortum ſuum, ut comedat fructum pomorum ſuorum! O Moyſen, fideliſſimum in tota domo Domini ſui; non qui componat tabernaculum quod circumferatur, ſed qui ædificet domum ſupra petram; quæ nullo turbine moveatur! Vocavit Dominus ad Moyſen Bezeleel & Ooliab, eruditos in Exod 31, 2 in omni fabrorum & textricum ſcientia: dedit Domno Lietberto Walcherum & Erleboldum, plenos fide & juſtitia. Vocati ſunt illi qui componant tabernaculum arcæ fœderis ex tabulis & lapidibus; dati ſunt iſti, qui ædificent templum Chriſto & ejus Genitrici. Illi ſculpebant ſubulis & *l* acutis lapides onichinos; iſti componebant elemoſynarum largitate lapides vivos. Ibi detrahebantur pelles hircorum & vitulorum; hic deponuntur lacrymis & compunctione cordis ſordes peccatorum. Ibi adolebantur calidi panes oleagini; hic Apoſtolorum & Martyrum redolet ſanguis. Ibi remanentes carnes voratarum pecudum tradebantur igni, hic inſcrutabilia judicia Dei reſervantur ſancto Spiritui. Ibi manna ſervabatur in teſtimonium perfidiæ Judæorum, hic ſacroſanctum corpus Chriſti ſumitur in ſalutem animæ & remiſſionem peccatorum. Cumque Domnus Pontifex acciviſſet ſibi viros prædictos, cooperatores & conſiliarios operis inſumpti; tradidit eis non ſolum quæ habebat in domo & in civitate, ſed in omni poſſeſſione ſua, ad faciendum opus. Iſti, quoniam Domnus eorum magnis Pontificii cauſis erat implicitus, quotidie inſtabant operi, donec ipſorum ſolicitudine compleretur, Deo qui verus eſt Pontifex concedente.

ob quod comparatur Moyſi,

ejuſque adjutores Walcherus & Erleboldus

l

E

Bezeleeli & Ooliabo.

49 Congregatis totius diœceſis ſuæ Sanctorum corporibus, Martyrum, Confeſſorum ac Virginum in honore & nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & memoria ſancti Sepulcri ejus, & beatæ & glorioſæ ſemperque Virginis Genetricis ejuſdem Domini noſtri Mariæ, & omnium Sanctorum Dei illud conſecravit: ædificatoque in clauſtro cum ceteris officinis, quaſi mulieres ad ſepulcrum excubantes, Abbatem & monachos eidem loco aſſignavit; non tamen mortuo, ſed regnanti in cælis Chriſto myſtica orationum unguenta exhibituros. Huic ſanctæ conſecrationi, ut cæleſtis potentia in virtute ſanctificationis palam cunctis liqueſceret affuiſſe, viſibiliterque demonſtraret; per totum noctis ſpatium, quæ ſanctæ benedictionis præcedebat diem, ſuper ipſum monaſterium ſphæra lucis in modum coronæ cælitus emiſſa pependit: profecto jam ſignificante Deo, pro hoc laboris impendio Lietbertum Pontificem miſericordiæ coronam accepturum. Hoc incredibile videbitur eis, qui non credunt omnia poſſibilia credentibus. Sed ne cui ad incredulitatem ſcrupu-

ipſumque dedicat

F

apparente ſphæra ignea in nocte præcedente,

lum

A lum moveat, teſtium veracium relatione defendor. Ipſa quoque veritas ſuis fidelibus promittit, dicens: Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus. Unde credimus, ibi non defuiſſe Patris honorem, ubi tot Sanctorum corpora convecta fuerant. Joan. 12, 26

m Viginti *m* & duo dicuntur affuiſſe, quorum nomina ne prolixitas faſtidium gigneret, omittimus ſcribere: ceterum ſcire volentes à ſeipſis poſſunt colligere. Actum eſt & conſecratum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſexageſimo quarto indictione ſecunda, *n* anno quoque Pontificatus Domni & Patroni noſtri Lietberti *o* Decimo quarto, Romæ præſidente Papa *p* Alexandro. *anno* 1064, *n* *o* *p*

50 Et ne monaſterium remaneret extra civitatis ambitum, ſtuduerunt ampliare mœnia, circumdantes omne illud monaſterii ædificium vallo & foſſa cum civitate tota. Quod duabus ex cauſis eos feciſſe conſtat, ut civitas amplioribus ædificiis plurimis habitatoribus nobilitaretur, & circummanentes ipſi loco, civitatis firmitate munirentur. Eccleſiolam vero, quam diximus manſiſſe intaB ctam, poſtea multorum labente temporum curſu *q* Walcherus Abbas ejuſdem loci, quoniam nimia vetuſtate decidebat, ampliare meliorando ſtuduit: additiſque Sanctorum pignoribus, memoriam ſanctiſſimi Nicolai ibidem conſtituit. *poſtea mœnibus incluſum.* *q*

ANNOTATA G.H.

a Evoſium, *ſive* Evodium *aut* Epoiſſus, *vulgo*, Yvois, *oppidum Ducatus Luxemburgenſis in confinio Campaniæ, ubi Imperator & Rex Francorum comparuerunt anno* 1056 *menſe Auguſto. Pertinuerat olim* Evoſium *ad Lotharium Regem, hinc adhuc ad Lotharingiam inferiorem cenſebatur pertinere; licet tunc Fredericus eſſet Comes Luxemburgenſis.*

b Victor II *in Papam coronatus* 13 *Aprilis in Cœna Domini anno* 1055, *mortuus* 28 *Julii anno* 1057.

c Henricus Imp. *mortuus eſt* 5 *Octobris, dicto anno* 1056.

d *Scilicet* Balduinus Inſulenſis, *pater*; *&* Balduinus Montanus, *filius*; *qui illi deinde*
C *ſucceſſit.*

e *Hoc eſt quod aliàs notavimus, nomina in* o *plerumque eſſe diminutiva, ex aliis prolixioribus, ut* Trudo *ex* Trudbertus, *&c.*

f *Baldricus cap.* 72 *hæc narrat, & plura Hugonis ſcelera addit, ab hoc auctore omiſſa, quæ ibidem legi poſſunt, ſed non potuit narrare inſignem ejus converſionem circa annum* 1126, *poſtquam totus intentus fuit ornandis ac dotandis locis piis per Cameracenſium.*

g Villicus, *Præfectus villæ ſeu Prætor, aliàs Major, vel Balivus, & primus Scabinus, Baldricus* Ermenaldum *nominat.*

h Præda, *hic poni pro Armenta vel grege prout intelligitur Balderico, qui ait quod Hugo illi* x vaccas *abſtulit, ſumitur etiam pro agro, & ſic dicitur quis alterius* prædam vaſtare, *hinc* Prædium.

i *Anno* 1047 *exorta fames illa cum peſte, traditur in Chronico Hannoniæ, per Jacobum Guiſium ſcripto.*

k *Anno* 1063, *obiiſſe Gerardus indicatur à*

Maſſæo, & infrà in dedicatione notatur annus ſequens 1064. D AUCTORE RADULP. EX MSS.

l Acutus *ſubſtantive dicitur*, clavus *à Bonifacio Epiſc. Atinenſi in Serm. qui extat apud Ughellum tom.* 6 *col.* 539, in vertice ejus *S. Marci* acutos *figebant.*

m *Ad calcem apographi noſtri numerantur corpora Sanctorum triginta, quæ tunc in illa diœceſi fuiſſent, ex quibus* 22 *potuerunt allata fuiſſe; quorum memoriæ & geſta in hoc opere noſtro ſuis locis proferuntur.*

n *Colvenerius ad cap.* 77 *addit diem* 28 Octobris, *in feſto SS. Simonis & Judæ. Apud Acherium legitur dies* 25 Octobris.

o Heribertus IV Comes S. Quintini *fuit ab anno* 1046 *uſque ad* 1077; *cum ei gener ſuus eo quod maſculo herede careret, Hugo Magnus ſucceſſit.*

p Alexander II *ſedit ab anno* 1061 *ad an.* 1073, *cui tunc Gregorius VII ſucceſſit.*

q *Acherio* Walterus; *putatque Colvenerius hic intelligi primum Abbatem anno* 1095 *mortuum. Verum tunc non videtur* nimia vetuſtate potuiſſe decidere eccleſiola. *Carpentarius parte* 2 *cap.* 8 *beneficio D. Clauvez Prioris* Crepecordii *aliquem* E *Abbatum Catalogum nactus, duos* Walteros *ſeu* Waltheros *habet ſeculo* 13: *quorum prior* de Briaſtre *cognominatus domum quamdam emit an.* 1283; *alter, Joanne de Thuin mediante, ſucceſſor prioris cognomento* de Roiſin *prata quædam an.* 1296 *comparavit: quorum alterutri melius attribuetur reſtauratio illa.*

CAPUT VII.

Alia Remis geſta, injuriæ ab Hugone illatæ & vindicatæ.

51 REmis Philippus Henrici Regis Francorum filius, præſente patre conſilio Principum regni fuerat in Regem benedicendus. Hanc benedictionem jure ſuo *a* Gervaſius procurabat Archiepiſcopus, vir omni bonitate conſpicuus. Hic ut ſui officii celebris commendaretur auctoritas, tam Regalibus quam ſuis quoque nuntiis Domnum Pontificem ſtuduit invitare: qui licet aliàs maximis cauſis occupatus teneretur, & maF xime pro guerrarum tumultibus quas prævidebat inſurgere, libenti tamen animo ſe petentibus exhibuit, Regiæque *b* benedictioni, ſicut decebat, interfuit. Ipſe profecto Archiepiſcopus omnimodis eum diligebat, & ſuper omnes Metropolis ſuæ Epiſcopos venerabatur & colebat. *a* *Intereſt Sanctus coronationi Philippi Regis.* *b*

52 Accidit in una quinta majoris hebdomadæ, quæ ſanctum Paſcha præcedit, dum procederet infulatus Pontificalibus inſigniis Archiepiſcopus ſacroſancta Miſſarum ſolennia celebrare, [cum] proſpiciens vidit adſtantem Domnum noſtrum Lietbertum Pontificem. Quo viſo ſubſtitit, retrorſumque rediens; quibus erat infulatus inſigniis exuitur, & quod celebraturus erat Sacramentum ſuppliciter Domnum Lietbertum rogat celebrare, quod vix impetrare valuit. Quæ res cunctis qui aderant in eum magnæ venerationis cauſa fuit. *In Cœna Domini ſolennem Miſſam Remis celebrat.*

53 Hoc temporum curriculo, prædictus Hugo in Cameracenſi pago, non longius à

A civitate quam decem millibus, apud quemdam locum *c* Porgivallem dictum, municipium firmavit: in quod introiens cum satellitibus suis, res vicinas Episcopi devastabat. Hoc Episcopus diu ferre non potuit, sed collectos equites & pedites illuc direxit. Municipium aslultu opprimitur, & igne succensum ad terram prosternitur, sicque locus ille à satellitibus emundatur. Hugo, suorum spelunca latronum perdita, *d* alibi divertit prædasque & mala plurima in Episcopum repetivit. His & aliis quampluribus infortuniis non frangebatur miles Christi: sed sapienter cuncta ferens, meditabatur, qualiter ipsius insolentiam contunderet: quod & fecit.

AUCTOR. RADULP. EX MSS.

c Porgivallè municipiũ Hugonis subvertit:

d

54 Post hæc Hugo quamdam puellam, Adam nomine, neptem videlicet *e* Richeldis Comitissæ Montensis, cœpit amare, eamque in conjugium sibi velle copulare. Sed quia excommunicatus erat, quomodo quaque ratione id perficeret nesciebat. Quid faceret? Absolutionem non curabat magnopere, quærit tamen eam ab Episcopo per internuntios desiderio cupitæ puellæ. Porro Episcopus, fatigatus multis injuriis ejus, absolvere eum nolebat, nisi prius dimissionem propria manu (quod & vulgo *f* Werpire dicitur) faceret ex omni beneficio quod infra ambitum Cameracensæ civitatis habebat. Hugo vero desiderio juvenculæ inflammatus fecit Episcopo secundum optionem ejus. Werpivit palam omnibus, præsente Domino suo suisque militibus, præsente Comitissa Richelde suisque Principibus quidquid habebat beneficii infra civitatem ipsam Cameraci: sicque absolutus fidelitatem Episcopo fecit de reliquis castellaturæ bonis, & inde obsides dedit. Hæc autem fidelitas non diu est ab ipso Hugone observata, quia jure-jurando promissam in natali S. Andreæ, infregit eam secundâ feriâ post Palmas: in hac enim feria majoris hebdomadæ factam prædam super Cameracenses reddere noluit: sed in ipso absolutionis die, qui est ante Parasceven diffidentiam *g* Domino suo mandavit. Postea Cameracum derelinquens; malum quod potuit, sicut primitus, facere instituit. Commonitus crebro sub nomine terræ & in fidelitate quam juraverat; præsentibus comparibus suis ante conspectum Domini sui tandem venit; sed de quibuscumque interpellatus est rectum facere nolens, injustior quam venisset recessit. Unde compares ejus & alii quamplurimi Nobiles, qui communi utriusque causâ placito interfuere, reum judicantes eum, terram quam de Episcopo tenebat ei abjudicavere: Hugo autem ad municipium, quod apud *h* Ausiacum sibi paraverat, rediit, & malum adversus Episcopum facere non cessavit. Episcopus tamen patienter ferens hæc omnia; abjecto timore, parochiam suam circuibat; & ecclesias quæ sacrandæ erant benedicens, & cetera ministerii sui opera perficiens.

e

f Hugonem facta dimissione benesicium absolvit ab excommunicatione,

g sed pejora dein ab eo patitur;

h

55 Accidit ut cum hujus laboris exercitio ad quamdam villam, Buricellum *i* nomine, deveniret, ecclesiamque villæ consecrando benediceret, post consecrationem in chrismandis turbis fatigatus ibidem pernoctaret. Præfatum Hugonem fama hujus rei non latuit, qui acceptis secum complicibus suis, ad domum illam pervenit, in qua jam lecto receptus Episcopus lassata membra commendabat quieti. Fractis domus ostiis & quibusdam resistentibus interfectis, pervenit ad cameram, in qua Pontifex cubitabat, cum Wiboldo Præposito suo & Capellanis suis. Sentiens Wiboldus tumultum & violentiam, ostio cameræ quasi pro obice sese opposuit: sed unus pluribus resistere non valens, fracto ostio ab ipso Hugone interemptus occubuit. Denique Episcopum, sicut in lecto jacebat, cum camisia tantum, ille insanus homicida non timuit accipere, & ad municipium suum ita nudum asportare, clausumque in custodia retinere.

captivus abducitur;

56 Hac igitur fama *k* Arnulphus Comes Flandrensis & mater ejus Richeldis excitati, sumptis militibus suis, continuo ambo ad Ausiacum venerunt: & requirentes Episcopum, cum summa diligentia repertum reduxerunt Cameracum, cum grandi gloria & honore: donaverunt insuper palliis & muneribus ecclesiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ, aliaque monasteria civitatis Cameracensæ. His itaque digne & laudabiliter perfectis, Flandrensium Comes cum matre sua lætus in patriam suam rediit, Episcopus vero totis animi viribus Hugonem insecutus, non contraxit manum quodadusque destructo Ausiaci municipio, procul eum pelleret à Cameracensium finibus. Expulsus taliter, siluit adversus Episcopum de omni clamore: in vita ipsius terra quoque requievit à facie malitiæ & tyrannidis ejus.

k liberatur ab Arnulpho Comite Flandriæ & matre ejus.

i zino suo muneri intentus,

ANNOTATA G.H.

a Gervasius *ex Cenomanensi Episcopo, ad metropolim Remensem traductus anno* 1057.

b *Historia hujus benedictionis narratur à Sammarthanis in Archiepiscopatu Remensi Gervasii, & dicuntur interfuisse* 24 *tam Archiepiscopi quam Episcopi. Facta ea fuit anno* 1069 *die* 23 *Maji.*

c *Baldricus cap.* 73 Porrivallem *appellat. Colvenerius putat jam* Pronville *dici* X. M. P. *distantem Cameraco pagum in Artesia, aut vicum* Nieuville & Peronvalle, *viâ Peronensi.*

d *Baldricus* Linceium divertisse *ait quod prope* Pronville *situm esse ait Colvenerius.*

e *Fuit* Richeldis *filia unica & heres Rageneri* IV *Hannoniæ Comitis, cujus nulla ex primo matrimonio posteritas continuata est, sed ex filio Balduino secundis nuptiis genito, quam totam accuratissime describit Balduinus Avesnensis in Chronico quod an.* 1693 *eruderavit amicus noster D. Jacobus Baro le Roy: sed inter neptes Richildis nulla ibi memoratur Hugoni alicui nupta, nedum quæ vocaretur* Ada. *Intelligi igitur hæc debebit aliunde fuisse consanguinea Comitissæ. Carpentarius parte* 2 *cap.* 10 *agens de Abbatia Vallicellensi quam uxoris potissimum hortatu ad sertam tandem pœnitentiam conversus Hugo anno* 1131 *fundavit, appellat* Heldiardem de Baudour, *& post longum de virtutibus ejus elogium ex Latinis versibus L. de Watreloos Canonico Regulari Aubertino sumptum, dicit in Charta fundationis fieri mentionem ejus necnon filii* Simonis, *filiarumque* Clementiæ, Mathildis, Ermengardis, Adelinæ & Mariæ. *Sed fuerit hæc uxor Hugonis secunda,* Ada *autem prima unde fuerit quærendum restat.*

f Werpire, Wirpire, Guarpire & Garpire,

A pire, *à Teutonico* Werpen, Warpen *projicere*: *de quo multis Cangius*.

g Diffidere *seu potius* diffidare *Gallice defiér, est provocare ad pugnam*, defi *provocatio*.

h *Baldricus* Oiseium, *vulgo* Oysy, *in confimo Artesiæ & agri Cameracensis versus Scaldim*.

i Burccellam, *vulgo* Bourg de nostre Dame, *pertinens ad Capitulum Cameracense. Ita Colvenerius*.

k *De hujus successione mox infra: hic solum noto, quod cum is hoc tempore solum fuerit annorum* 16, *suspicari nemo possit supradictam Comitissæ matris neptem jam nubilem ejus filiam fuisse.*

CAPUT VIII.

Beneficia variis Ecclesiis præstita. Generosa liberatio Camerati à Roberto Frisio obsessi.

B *Benefacit Sanctus Ecclesiæ Cathedrali,*

57 SUperveniente senio cœpit Episcopus corpore langueſcens, sed de æterna vita solicitus, in animo convalescere, hereditatemque præclaram, quam ab antecessoribus possidebat ad mundi hujus gloriam, transferre studuit ad nanciscendam æternæ vitæ patriam. Tantum de hereditatibus & sui juris reditibus, ad Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ Cameracensis Sedis, per chartarum instrumenta contulit, ut inde refectionem cibi & potus habeant Canonici per omnes Dominicas totius anni, ita tamen ut in omnibus secundis feriis à congregatione generaliter Missa celebretur, pro anima ejus & pro cunctis fidelibus defunctis. In ecclesia S. Autberti *a* Clericos Regulares constituit, Abbatemque eis præfecit, ejectis prius quibusdam Clericis, ibidem negligenter nimis & inordinatè servientibus. Altaria valde bona & possessiones præclaras superaddidit, præbendas magnificè de suo proprio restauravit. *b* Erleboldum, qui ecclesiam sanctæ Crucis ædificavit, & rebus & consilio multum juvit, & in eligendis & ponendis Canonicis numerum & electionem adhibuit. Ecclesiam *c* S. Vedasti, quam restaurari idem Erleboldus fecit, consilio & auxilio ejus. Monasterio sancti Patris nostri Gaugerici matheræ *d* hujus civitatis decimas dedit, & rebus aliis valde bonis locum ditare studuit. Novum castrum & Abbatiam S. Andreæ Apostoli, & cœnobium *e* S. Humberti semper fovit, semper meliorare studuit, semper exaltare non cessavit. Congregationi *f* S. Mariæ Atrebatensi ecclesiam de Belrem tradidit. In monasterio S. Vindiciani *g* apud Montem S. Eligii Clericos Regulares constituit; & ejectis illis qui ibidem negligenter serviebant, multa de suis bonis ibi Deo servientibus superaddidit. Civitatem quam Episcopus factus, pro guerrarum seditione desertam invenit populosam & opulentam fecit. Nulli suorum civium nocuit cum omnibus prodesse studuerit. Clericos suos & omnem Ordinem diligebat Ecclesiasticum, sicut gallina, quæ congregans pullos suos fovet eos sub alis suis.

a Canonicos Regulares constituit in ecclesia S. Autberti;

b alia bona ecclesiis præstat.

c

C

d

e

f

g

58 Ea tempestate audiens Robertus mortem fratris sui Balduini Comitis, qui apud Hasnonium ecclesiam reexstruxit, *h* factione majoris Flandrensium partis super Arnulphum Comitem & matrem ejus Flandrias irrupit: ad cujus violentiam refragandam prædicta Richeldis Comitissa cum filio Arnulpho, cum quo sicut dictum est Domnum nostrum Lietbertum de captione Hugonis extraxerat, Regem Franciæ Philippum advocavit, ejusque auxilio apud Castellum bellare paravit Sed Flandrensibus quorum dolo Robertus ille Flandrias intraverat, dolose pugnantibus, & terga vertentibus, ipse puer Arnulphus *i* occiditur. Quo mortuo fugataque matre, totus Marchionatus cessit Roberto. Hoc eventu belli nimis efferatus, in tantam prorupit insaniam, ut Dominatum Cameracenæ civitatis imperio præripere vellet Imperiali, suæque submittere ditioni: unde collecto frequenti exercitu, villas civitati proximas depopulans, per cunctam viciniam debachabatur. Quod dum non semel, sed bis annuatim faceret, totamque Cameracensem patriam penitus in solitudinem redigeret; Domnus Pontifex per internuntios eum sæpe conveniebat, & ut ab incepto desisteret, nunc prece nunc pretio sæpius orabat. Sed ne quidem audire volens, fastu superbiæ secularis inflatus, minabatur non modo à de vastatione regionis non cessare; sed ipsam quoque civitatem nisi sibi eam redderet Episcopus, ad nihilum redigere.

AUCTOR. RADULP. EX MSS.

h

Post occisum Arnulphum Comitem Flandriæ

i

à Roberto Frisio plurima patitur:

D

E

59 Inter hos laboriosos vitæ mortalis sudores, inter præscripta Sanctorum operum exercitia, Deo dignus Pontifex fatigatus, in infirmitatem decidit, quam per tres continuos annos mirâ patientiâ sustinuit. Quem tyrannus ille audiens ægrotare, tamquam de Pastoris absentia gratulabundus, rursus infremit, rursus in caulas Dominici gregis insanit. Collecto maximo exercitu velut ex improviso ad civitatem advolat, tamquam expugnaturus eam. Quod factum Dominus Pontifex gravissime tulit, vel ultra quam dici potest indoluit. Præcepit quantocius ut in lecto gestatorio levaretur, & per medias acies bellatorum usque ad tentorium ipsius tyranni portaretur; tantis siquidem podagræ doloribus angebatur, ut nullo modo in pedes subsistere posset. Delatus ex sententia usque ad tentorium Comitis, postquam vidit eum graviter infremuit, & cum maxima severitate sceleslos ausus præsumptionis ipsius increpavit: utque de terra Dominæ suæ S. Mariæ discederet, auctoritate Pontificali commonuit. Suus enim Parochianus erat, in quantum Comitatus Atrebatensium sibi cedebat: quoniam Cameracensis & Atrebatensis ecclesia tunc temporis uni Pontifici parebat. Illo non curante, sed mente superba Pontificis objurgationes quasi quædam ludicra subsannante; Pontifex manibus sese sustentans, resumptis viribus in lecto resedit: & ut sibi virga Pastoralis cum stola Sacerdotali porrigeretur imperavit. Quibus acceptis, in præsentiarum protinus ipsum Comitem cum omni exercitu ejus usque ad satisfactionem excommunicavit. Videns Comes in viro Dei tantam mentis & justitiæ constantiam, reveritus ætatem, reveritus Pontificis auctoritatem, quodque verius est, terrore divino perculsus, cum esset hora diei nona

ad quem in castra ejus deportatus æger

F

frustra monitum recedere ab obsidione, excommunicando terret,

A nona movit castra: & licet infrendens, licet minas ingeminans, quantum concessit dies extra terram, quæ sibi contradicebatur, secessit. Ceteri, quorum mens sanior fuit, priusquam recederent, prostrati solo coram Pontifice, veniam petunt: & quod deinceps hoc malum super Cameracensem Ecclesiam non iterarent, tactis Sanctorum Reliquiis juraverunt. Componentes itaque singuli damnum, quod patriam depopulantes intulerant, absolutione susceptâ læti redeunt: quoniam qui venerant armati furore bellico, recedebant gratificati timore divino. Ita liberata civitas ab obsidionis terrore, studio sui Pontificis, laudes refert Deo, suæque gloriosæ Genitrici.

AUCTORE RADULP. EX MSS.

& sic liberat civitatem,

60 O glorioſum Pontificem, non armis ſed fide pugnantem! Mercenarius & qui non eſt paſtor, videt lupum venientem & dimittit oves & fugit: bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis. Ecce libertatis præſidium, ecce Pontificis officium: Lietbertus ab hoſtilis invaſionis oppreſſione liberat patriam; Pontifex, poſt redargutionem

cum magna laude conſtantis animi.

B ſcelerum, confitentibus implorat veniam. Libertate nobilis animi ſeſe viriliter ingeſſit hoſtibus, auctoritate Pontificali redarguit tyrannorum rabiem, ne tam crudeliter ad animarum ſuarum periculum graſſarentur in populorum deprædationibus. Aſcendit ex adverſo, opponens ſe pro domo Iſraël, hoc eſt eccleſia ſibi commiſſa; ut poſſet ſtare in prælio in die Domini. Ex adverſo aſcendere, eſt quibuſlibet poteſtatibus prave agentibus rationis libera voce contraïre: & in die Domini pro domo Iſraël in prælio ſtare, ac murum opponere, fideles innocentes contra perverſorum injuſtitiam ex juſtitiæ auctoritate vindicare. Sed ſtare in periculo non poteſt, qui in eo quod præeſt non oves diligit, ſed lucrum terrenum quærit: animæ pereunt, & ipſe de terrenis commodis lætatur. Sed noſter Paſtor per Dei gratiam bonus, & libertas patriæ, opponere ſe contra periculum non trepidavit, ne hoc quod diligebat amitteret: nec timuit cuneos intrare bellatorum, ne gregis ſibi commiſſi ſuſtineat detrimentum. Juſtus ut leo confidit.

C Vere confidit, qui Comitis Flandriarum faciem non erubuit; qui inter militum gladios ſuperbiam malignitatis ejus non ſiluit: poſtremo minas tyrannidis ejus non timuit. Verè confidit, qui comitem flandriarum Pontificaliter increpavit; & quia obaudire nolebat, præſentem excommunicavit. Perpetratâ victoriâ, fugatis hoſtibus, libertas patriæ, lecto quo advectus erat reportatur ad domum, necnon intra Pontificale relocatur cubiculum.

ANNOTATA G.H.

a *Hujus conſtitutionis bulla extat apud Miræum lib.* 1 *Diplomatum Belgicorum cap.* 36, *& in Notitia Eccleſiarum Belgicarum cap.* 96.

b *Miræo de Canonicorum collegiis cap.* 8 Elbaudus cognomento Rubeus *dicitur, vir conjugatus.*

c *Nunc* S. Gaugerici *nomen aſſumpſit, quia ubi ædes hujus fuerat, arx eſt condita, uti* 6 *Februarii ante Vitam S. Vedaſti num.* 30 *diximus.*

d Mathera *vel* Matheranum (*ut dicitur num.* 68) *Cameraci quid ſit aut fuerit libenter diſcemus, infra additur etiam* decima Monetæ. D

e *De* S. Humberto *ejuſque monaſterio Maricolenſi egimus* 25 *Martii.*

f *Eſt hæc Cathedralis Eccleſia Atrebati.*

g *De* S. Vindiciano *& monaſterio in monte S. Eligii egimus* XI *Martii.*

h *Apud Acherium* deſtruxit, *ſed perperam, nam* Balduinum vetus templum reparaſſe, à Lietberto & aliis Epiſcopis dicatum ac traditum Benedictinis, *habet Meierus ad annum* 1077. *De eo egimus* 2 *Junii ad Vitam SS. Marcellini & Petri.*

i *Occiſus* 22 *Februarii anno* 1072.

CAPUT IX.

Morbus ultimus, deſiderium vitæ æternæ, obitus, ſepultura.

61 DEficientibus corporis viribus augmentabatur infirmitas, & de die in diem multis incommodis moleſtabatur ſenilis ætas. E Et quoniam diutino languore jacuerat, etſi putreſcente carne pæné membris omnibus defluëret livor, numquam tamen cilicium, quo à diebus ordinationis ſuæ ſemper uſus eſt, mutare voluit, neque lecti duritiem à propoſito religionis rigore molliri permiſit. Laborabat in gemitu ſuo, lavabat per ſingulas noctes lectum ſuum, lacrymis ſtratum ſuum rigabat. Quoad vixit, panis hordeaceus victui ejus aſſiduus fuit; nec eum niſi dies ſolennis levabat, quem ſic ſolicite, ſic honeſte anteponi mandaverat inter epulas Pontificales, ut à nullo convivantium percipi poſſet. Epulæ quidem carnium ſufficienter apponebantur, ſed panis & aqua diſciplinabiliter ſumebantur. Inter convivantes jejunus, inter jucundos ſobrius erat. Menſis ipſius pauperes numquam deerant, quibus diurnam annonam, ſicut ceteris domeſticis ſuis, conſtituerat: inter quos ſi leproſus veniſſet, ſcyphus ei Pontificalis proferebatur: & tamquam calix Domini præclarus, iterum Pontifici præſentabatur. Pſalmos pœnitentiales diebus ſuæ infirmitatis intuebatur & legebat, F & ubertim ac jugiter flebat: & ne intentio ejus à quoquam impediretur, religioſis & eccleſiaſticis viris utebatur, quorum conſolatione paſſiones carnis & animæ relevabat.

Lietbertus ſenex & æger nihil remittit rigoris conſueti

in ſtrato & victu

ſcypho eodē, quo leprojus, bibit:

62 O irrecuſabilis neceſſitas mortis! O inevitabilis conditio quæ nulli parcit! Noſter ſiquidem Pontifex tam ſenectute quam morbo confectus, diem ſuæ vocationis ultimum expectabat, & ſicut cervus ſitiens ad fontes aquarum, ad ſpem æternæ quietis anhelabat. Qui nimirum in lecto decubans, licet fractis viribus deliqueſcens, morbos tamen & annos mentis fortitudine vincens, monitis ſanctis ad hereditatem cæleſtis patriæ cunctos invitabat. Imitator quippe magiſtri ſui flebat, de quo dicitur, Cœpit Jeſus facere & Act. 1, 1 docere. Inſinuabat manſuetudinem & miſericordiam, largitatem in pauperes Chriſti quam ſemper exercuerat, docens quantam apud Deum confidentiam pro hac qui exercent conſequerentur, ut eos in die illo periclitan-

aſpirat ad cæleſtem requiem

A tes in æternum ſuum recipiant tabernaculum. Compleverat ipſe mandatum Euangelicum
Matth. 19. 21 quod dicit, Vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſauros in cælo. Vendidit ſua, ſed Deo : quoniam de cunctis quæ ſui juris erant ſponſam Chriſti Domini ſui, ſanctam videlicet Eccleſiam, ſubarrhaverat, pluribuſque locis, ſicut ſuprâ taxavimus, Chriſti pauperes alebat. Et exoptans toto mentis affectu proficere de virtute in virtutem, cunctos ſibi commiſſos hortabatur ut poterat præſentes, poſtponere præſentis ſeculi deſideria, & amare cæleſtia.

63 Cumque de imminenti ejus exitu conquerentes alterutrum lamentarentur, dicebat: Nolite arbitrari mei cariſſimi filii, me velle quaſi decurſo ſpatio ad carceres à calle *a* revocari. Quid enim habet vita humana jucundi ? quid non potius laboris ? Non libet *mori non horret:* enim mihi deplorare vitam, quo modo multi & indocti faciunt ; neque me vixiſſe pœnitet, quoniam ita vixi, ut non fruſtra me natum exiſtimem ; & ex vita diſcedo ita, tamquam ex hoſpitio, non tamquam è domo.

B Commorandi natura auctor Deus diverſorium nobis, non habitandi dedit. Moriendum certe eſt, & id incertum an eo ipſo die. Omnia vero quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. Quid eſt autem tam ſecundum naturam, quam ſenibus emori ? Horæ quidem cedunt, & dies, & menſes, & anni ; nec præteritum tempus unquam revertitur, nec quid ſequatur ſciri poteſt. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet eſſe contentus. Tantum remanet, quod recte factis & virtute conſecutus ſis. Sed vivendi finis eſt optimus, cum integra mente certiſque ſenſibus, opus ipſe ſuum qui coagmentavit Deus diſſolvit ; ut ædificium idem facillime deſtruit, qui conſtruxit : ſic hominem eumdem optime qui conglutinavit Deus diſſolvit. Mortem igitur omnibus horis impendentem meditemur : nam dum ſumus incluſi in his compagibus corporis, quodam neceſſitatis & gravi opere perfungimur. Sed ipſe Deus, auctor immortalitatis, ut finem poneret neceſſitati, terminum vitæ carnali dedit : volens nos
C venire ad ipſum munus immortalitatis. Unde nec cenſeo lugendam mortem, quam immortalitas conſequitur. Si enim credimus quod Jeſus mortuus eſt & reſurrexit ; ita & Deus eos qui dormierunt per Jeſum adducet cum eo.

64 Inter hæc flante Auſtro, lilium ſenſim in pallore migrabat : quia videlicet omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tam- *audit paſſionem Chriſti prælegi,* quam flos fœni. Quod animadvertentes qui aderant, ſacroſancti Euangelii codicem deferunt, quatenus recedenti de ſeculo, Dominicæ paſſionis ſupplicia, quæ pro noſtra redemptione ſuſtinuit, recitarentur ; & dæmonum ſpiritus, tantæ lectionis ventilabro repellerentur. Cumque à circumſtantibus interrogaretur, an intenderet his quæ legebantur ; reſpondit, recitari paſſionem Chriſti ſecun-
Jan. 19. 30 dum Euangelium Joannis. Poſtquam ventum eſt ad id, Cum ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit ; Conſummatum eſt : percipienſque ipſe viaticum Corporis & Sanguinis Chriſti inter manus plangentium, Deo cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutantur in melius, ſuum tra-

accepto Viatico moritur

didit ſpiritum viceſimo ſexto Ordinationis D ſuæ anno. Felix Epiſcopus, ſenex emeritus, AUCTORE vetus hoſpes, plenus dierum, dans pacem RADULP. filiis & valedicens ultimùm, vinculis carnis EX MSS. abſolutus feliciter, decimo Kalendas Julii, 22 *Iunii.* decedente ſole, migravit ad Chriſtum.

65 Teſtati ſunt qui interfuerunt poſt emiſſum ſpiritum capillorum ipſius albedinem in *Mortui capillis redit color juvenilis,* priſtinum juventutis redîſſe colorem. Teſtatur etiam religioſorum virorum contubernalis veritas quod per decennium priuſquam vitâ decederet, à tactu genitalium membrorum penitus abſtinuerit. Sed ſi neceſſitas naturalis vel in quietando, vel in procinctu alio quolibet, tangere compulit ; pallio vel ca- *& manus ad genitalia tegenda ſe complicant:* miſia manus obvolvit. Dum vero corpus ejus nudaretur mortuum ad lavandum ; ut monſtraret Deus pudorem caſtitatis quem ſer- vaverat, ea membra cancellatis manibus ſibi *b* texit ; ſicque donec reindueretur jacuit. *b* Lotus aquâ, vinoque perfuſus, poſtquam eſt feminalibus reindutus, compoſitas manus diſſolvit, ſicque quaſi rurſus mortuæ reciderunt. Qui aderant videntes ; glorificaverunt Deum qui facit mirabiles res ; & funeris exequias E explentes, levaverunt corpus feretro : quod *corpus deponitur in eccleſia S. Mariæ;* deportantes locaverunt in eccleſia ſanctæ Dei Genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ, vigiliaſque noctis illius ibidem cum Pſalmis & orationibus in luctu & mœrore maximo peregerunt.

66 Mane facto detulerunt illud ad mona- *ſepelitur in monaſterio ſancti Sepulcri.* ſterium ſancti Sepulcri quod ipſe à fundo ſicut dictum eſt ædificaverat, & ordinato Abbate & monachis, locum poſſeſſionibus & rebus commodis, ſicut hactenus cernitur, honoraverat : ubi quoque ante quinquennium quam vitâ diſcederet, effodi ſepulcrum ſibi fecit : quod certis diebus reviſens, & primo quidem deſuper incumbens, lacrymis & gemitibus foſſam perfundebat ; deinde pane vel carne vel aliis cibariis implebat, *c* *c* quæ pauperibus mox erogari faciebat. Sepultus eſt autem cum gloria & honore Pontificali, anno Pontificatus ſui XXVI, VIII Kalendas Julii, Dominicæ incarnationis M-LXXVI, temporibus Gregorii ſeptimi Papæ, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum A- F men. Explicit vita Domni Lietberti Cameracenſis Epiſcopi Eccleſiæ Dominici Sepulcri in eadem urbe fundatoris ; edita à Domno Radulpho ejuſdem cœnobii monacho

EPITAPHIUM

67 Clauderis hoc titulo lapidum ; Lietberte Sacerdos,
Spes & amor patriæ ; laus, decus Eccleſiæ.
Hancque Domum Chriſti ſpe felix inſtituiſti,
Rurſus ut octava luce fruaris ea.
Clauditur inceſſu cancri, ſoliſque receſſu
Orbi *e* ſexta dies : quæ tibi ſit requies. *e*

ANNOTATA D.P.

a Callem *pro via regia uſurpari à medii ævi ſcriptoribus notat Cangius ; pro* Meta *necdum ſcio repertum alibi.*

b *Idem legitur de S. Philippo Nerio 26 Maji cum ad exenterandum nudaretur.*

AUCTORE RADULP. EX MSS.

c *Hoc quoque faciebat* S. Ida *Weſtphaliæ Comitiſſa, de qua agemus* 4 *Septembris.*

d *Id eſt in Reſurrectione mortuorum. Ita apud Hepidannum in Annalibus S. Galli etiam dicitur,* Harker in melius mutatur (ut opto) Recluſus: Dexter in Octava ſit bonè Chriſte tua.

e *Ovidius* VI *Faſtorum, ad* XV *Kalend. Julii ſeu* 17 *Junii, ſic canit:*

Jam ſex & totidem luces de menſe ſuperſunt,
Huic unum numero tu tamen adde diem.
Sol abit è Geminis, & Cancri ſigna rubeſcunt.

Abhinc autem 6 dies eſt 23 menſis quo celebratur Depoſitio poſtridie mortis.

APPENDIX

Ex Ms. Cœnobii Vallicellenſis.

68 HIc venerandus Antiſtes XXX, à B. Vedaſto Cameracenſem atque Atrebatenſem pariter gubernavit Eccleſiam. In diebus quoque ipſius apud *a* Altum montem inventum eſt corpus B. Marcelli Papæ & Martyris, quod tempore Dagoberti Regis Francorum & B. Vincentii cognomento Madelgarii, ejuſdem cœnobii Monachi & fundatoris, largiente beato Papa Martino, illuc delatum fuerat. Qui videlicet Epiſcopus ſanctæ memoriæ Lietbertus, inter alia donaria, quæ diverſis contulit Eccleſiis, etiam B. Mariæ Cameracenſis Eccleſiæ dedit altare de Anverlete cum appendiciis ſuis, & tertiam partem Folietſcinis, & dimidiam *b* villam Ogy. Cameraci vero decimam monetæ & matheram, & in vico de Paſchiertrau cambam *c* unam & in bolengria furnum unum & in foro Gavalum *d* unum. Item notandum, quia dum baſilicam in honore Dominici Sepulcri ædificaſſet, ſepulcrum quoque Domino in medio ejuſdem baſilicæ conſtruxit rotundo ſchemate in modum ſcilicet ſepulcri, quod eſt Hieroſolymis. Unde & marmor ſuperpoſitum ſepulcro Cameracenſi, habet longitudinem VII pedum; quoniam & locus ubi poſitum fuit corpus Domini, ejuſdem longitudinis exiſtit. Hoc autem ſepulcrum columnæ marmoreæ exterius valde decorabant; intus vero ita erat propitiabile, ut quivis duro corde adveniens, ad affectum devotionis facillimè moveretur. Porro ſepulcrum iſtud quidam Abbas ejuſdem cœnobii, nomine *e* Fulbertus, evertit; aliud vero in dextera parte ejuſdem baſilicæ, ſicut in præſentiarum cernitur, ædificavit.

a — B *Lietbertus tranſfert Reliquias S. Marcelli Papæ,*

confert dona Eccleſiæ S. Mariæ, *b* — *c* — *d* *Sepulcrum Chriſti in medio Eccleſiæ conſtituit.* — C — *e*

69 Quia vero deſcriptor geſtorum hujus Sancti Pontificis aſſerit, ad dedicandam Dominici Sepulcri baſilicam XXII corpora Sanctorum diœceſis Cameracenſis fuiſſe allata, nec tamen ea propter tædium ſcripto deſignaſſe, ſed ſcire volenti per ſe colligere poſſe aſſeverat; nos quidem, quinam fuerint illi Sancti, quorum corpora ſunt advecta, ex parte ſcientes, & ex parte neſcientes; idcirco hic annotare libet nomina Sanctorum, non ſolum viginti & duorum, ſed etiam aliorum; quod ſcilicet in Epiſcopatu Cameracenſi vel eſſe, vel fuiſſe, ſive legendo, ſive audiendo didicimus.

Indicantur corpora Sanctorum in diœceſi Cameracenſi quieſcentia.

S. Marcellus Papa & Martyr, à cœnobio Altimontis *f* 16 *Januarii.* — D

S. Lifardus, Archiepiſcopus & Martyr à cœnobio Hunonis curiæ. 4 *Febr.* — *f*

S. Salvius Epiſcopus & Martyr, à cœnobio Valentinianenſi 26 *Junii.*

S. Sulpicius, diſcipulus ejus & Martyr, ab eodem cœnobio 26 *Junii.*

S. Foillanus Epiſcopus & Martyr, à cœnobio Foſſenſi 31 *Octob.*

S. Hermes Martyr, à villa Rothnaco 28 *Aug.*

S. Adrianus Martyr, à cœnobio Gerardi Montis 8 *Septemb.*

De iſto Martyre narravit nobis Domnus Willielmus, olim hujus cœnobii Valcellenſis *g* Prior, quia ipſe interfuit quando incolæ loci, hæſitantes, utrum oſſa ejuſdem Martyris eſſent; accenderunt ignem, ut in eo miſſa probarentur. Et ecce, gratiâ Chriſti, cujus nimirum amore pretioſus Martyr fuerat paſſus, ſupra oſſa illius apparuit circulus aureus, habens in medio ſui ſignum ſanctæ Crucis: quod videntes, qui aderant, gaviſi ſunt, & laudaverunt Deum, oſſaque Martyris in eccleſia beati Petri Apoſtoli, cum honore & gaudio, portaverunt. — E — *g* — *S. Adriani M. Reliquiæ, igne probatæ.*

S. Gaugericus Epiſcopus & Confeſſor, ab urbe Cameracenſi, 11 *Aug.*

S. Autbertus, Epiſcopus & Confeſſor, ab eadem urbe, 13 *Decemb.*

S. Aichadrus, Abbas & Confeſſor à cœnobio Halſpræhienſi, 15 *Septemb.*

S. Hugo Epiſcopus Rotomagenſis, ab eodem cœnobio, 9 *Aprilis.*

S. Sarius Confeſſor, à cœnobio Caſtellenſi, 24 *Novemb.*

S. Humbertus Confeſſor, à cœnobio Maricolenſi, 25 *Martii.*

S. Giſlenus Confeſſor, à cœnobio Cellenſi, 9 *Octob.*

S. Landelinus Confeſſor, à cœnobio Criſpinienſi, 15 *Junii.*

S. Etto, Epiſcopus Confeſſor, à cœnobio Lætienſi, 10 *Julii.*

S. Wlmarus & Erminus Confeſſores, à cœnobio Laubienſi, 18 & 21 *Aprilis.*

S. Vincentius Confeſſor, à vico Sonegias, 14 *Julii.*

S. Maxelendis, Virgo & Martyr à cœnobio Caſtellenſi, 13 *Novemb.* — F

SS. Aldegundis, Aldeltrudis & Maldeberta Virgines, à cœnobio Malbodienſi, 30 *Januarii,* 25 *Februarii* & 7 *Septembris.*

S. Gudila Virgo à villa Bruxellenſi, 8 *Januar.*

S. Hiltrudis Virgo à cœnobio Lætienſi, 27 *Septemb.*

SS. Pharahildis & Reinildis, ſorores & Virgines, à diverſis locis 4 *Januarii* & 16 *Jul.*

S. Waldetrudis, uxor beati Vincentii Confeſſoris, à cœnobio Montium, 9 *Aprilis.*

Horum liberi fuerunt S. Landricus Metenſis Epiſcopus, & Dentlinus 17 *Apr.* & 14 *Jul.*

Aldetrudis quoque & Madelberta Virgines ſupraſcriptæ.

ANNOTATA G. H.

a *Hæc omnia explicantur* 16 *Januarii, ad Vitam* S. Marcelli *auctore Urſione lib.* 2 *cap.* 1 & 2.

b Villam Ogy, *exiſtimo eſſe oppidum* Oiſy, *medium fere inter Duacum & Cameracum. Ce-*

tera

A *tera hic prænominata loca, dum non exprimunt tabulæ, Cameracensibus ipsis inquirenda relinquo.*

c Camba, *Braxatoria, ubi cerevisia braxatur seu coquitur,* Teutonice Kamme: *hinc* Kammer, *braxator. Videtur autem sumpta appellatio à ligneis illis pectinibus, quorum, in subigendo dum coquitur brasio, usus præcipuus est: nam pectines istos etiam* Kamme *vocant Belgæ; ita mox infra dicitur* Furnus *pro Pistrino, in* Bolengria *id est in Vico pistorum, quos* Bolengiers *Gallice nominant.*

d Gavalum, *alias* Gavlum, Gablum, Gabulum, Gabella, *tributum, omnia ex Teutonico* Gâb, Gâf, *donum.*

e *Carpentarius ubi suprà, primos Abbates sic numerat:* Waltherus, Renerius, Parvirus, Fulbertus, Balduinus, Gerardus, Godefridus & Hugo, cujus fit mentio in testamento Gerberti de S. Hilario *an.* 1207. AUCTOR. RADULF. EX MSS.

f *Hisce adjunxi diem natalem, aut certè alium eorum veneratione magis celebrem.*

g *Valcellense, Ord. Cisterciensis Abbatia ab Hugone suprad. fundata fuit ad Scaldim prope Crepecordium 2 leucis à Cameraco. Hujus ergo loci Ms. fuit quod hic transcriptum dedimus.*

DE S. BILIO MARTYRE

EPISCOPO VENETENSI IN AREMORIC[A].

Ex Catalogo Alberti le Grand.

D. P.

ANNO DCCCXCV B

Venetensi Episcopatui circa an. 385 *instituto,*

præfuisse Bilium aliquem an. 785 *non constat.* C

Certius tenetur pro Sancto is qui an. 882 *ordinatus fuit*

NAnnetensem diœcesim, *longe lateque per Aremoricos patentem, Conanus Meriadecus primus creditur in sex Episcopatus divisisse, postquam repressis Aquitanis, Britannicum sibi regnum stabiliverat; Rex coronatus, ut fertur, anno* CCCLXXXIII; *defunctus, & in urbe Legionensi sepultus, anno* CCCLXXXVIII. *Prima sic divulsarum à Nannetensi diœceseon censetur* Venetensis, *vulgo* Vannes, *cui ab eodem Conano Episcopus nominatus Judicaël, anno* CCCCIX *probavit fundationem monasterii S. Gildæ, factam à Conani successore Grallone; eodemque proprium Cornuvallis Episcopum dare volente, passus est à sua parochia separari provinciam istam. Sic diminutæ diœceseos Episcopi, quo ordine & quibus temporibus sederint, seculis aliquot sequentibus, satis incertum est. Catalogum tamen eorumdem Chronologico-historicum texere profitetur Albertus le Grand, ex Monte-Relaxo sive Morlæo vulgo Morlaix ejusdem Britanniæ oppido oriundus, Ordinis Prædicatorum, post opus de ejusdem Regionis Sanctis Gallice editum an.* 1639, *majori usui nobis futurum, si originarios ac Latinos singularium Vitarum contextus edidisset, quos nunc non nisi per magnas difficultates, & sæpe frustra requirimus. Utimur tamen eo quod dedit; atque ita hic notamus, Episcopum* XXXI *ab eo statui* Bilium *quemdam, qui sub Carolo Magno vixerit, & obierit anno* DCCXC, *post septimum sedis istius annum. Sed dum auctorem nullum præfert, nec indicat unde acceperit (nam Argentræus lib.* 3 *cap.* 7, *imo* 8, *agit quidem de Caroli Magni contra Britones expeditione, sed Episcopum nullum nominat præter Nannetensem Judicaëlem) merito dubitant Sammarthani, an talis sit pro eo tempore recipiendus, & plus quam unus* Bilius *Veneti Episcopus fuerit.*

2 *Ut ut est, nec ipsi, nec Albertus, istum qui sub Carolo magno vixerit, & urbem suam à Francis capi viderit,* Sanctum *appellant; sed qui Kenmonoco successerit Episcopus* XLIII, *anno* DCCCLXXXII *ordinatus; quique regnante Carolo Crasso, inter civiles Britonum dissensiones, Ecclesiæ clavum tenuerit usque ad annum* DCCCXCV: *ab eo enim putat dici capellam, quæ in parochia Prandrehensi hodiedum appellatur* S. Bilii. *Habemus Venetensis Ecclesiæ Proprium, excusum an.* 1630, *ex decreto Sebastiani de Rosmadec Episcopi; ac rursus pro anno* 1660 *recognitum recusumque ex simili decreto & auctoritate immediati successoris gentilisque Caroli. Ibi ad* XXIII *Junii præscribitur, cum Officio Vigiliæ S. Joannis,* pro commemoratione S. Bilii, Episcopi Venetensis, Oratio de communi Martyris; *cur autem* Martyris? *Nulla adducitur ab Alberto ratio alia quam quod Martyrologium Cathedralis Venetensis, ejus ut talis meminerit ad* XXIV *Junii. Equidem credo istum esse illius Natalem; sed propter solennitatem Festi præveniri diem Commemorationis faciendæ: credo etiam in Martyrologio isto nihil amplius inveniri, quam nomen cum titulo* Episcopi Martyris; *addito ad veterem contextum Usuardi; nec additum temere, sed ex majorum traditione, qui semper ut talem coluerint. Nec difficile est pro eo tempore, quo seditionibus bellisque civilibus ardebat Armorica, opinari, propter ecclesiarum libertates aut similem aliquam pietatis causam, mortem fuisse sancto viro à seditiosis illatam; hoc enim eo tempore, quo Martyres dicebantur omnes Sancti morte cruenta defuncti, abunde sufficiebat ad titulum.* E *& ut Martyr colitur in sacello sui nominis* 23; *licet obierit* 24 *ejusdem.*

3 *Ad reliquas ejusdem notitias quod attinet, dicit Albertus,* Rainont, Abbati S. Sergii Andegavensis diœcesis, donationem factam ab Duce Alano de Rebras, de Abbatia S. Andreæ super Ardram *quæ nunc forte obsolito titulo Abbatiali dicitur* Capella super Ardram, *quatuor leucis supra urbem, ad flumnis ostium sitam.* Alanus *iste, primus post S. Judicaëlem octavum inter Reges inferioris Britanniæ, Brestæ ab anno* CCCCXCIX *exortos, abdicato Regno Monachus factus, cum titulo Ducis dicitur rexisse anno* DCCCXCIV, *& obiisse anno* DCCCCVII; *eique* Cancellarius *fuisse* Bilius, *de quo agimus. Parochia autem de* Plandreh, *ubi sacellum ejus habetur, & ubi olim fortassis etiam corpus honorabatur; ideo verosimiliter, quia ecclesiam ipse fundaverit, in eaque legerit sepulturam; videtur in topographicis Atlantis Sansoniani & Blaviani tabulis, (ubi vitiose scripta multa) nominari* Plandran, 4 *leucis supra urbem Venetensem versus Boream. Sunt porro in eadem Venetensi diœcesi à Sanctis mihi ignotis, & de quibus erudiri peto, loca,* S. Moul, S. Dolet, S. Jagunier, S. Serans, S. Aloveſtre, S. Risal, S Disain *atque aliorum forte plurium, Alberto ipsi vel ignotorum vel præteritorum.* F *Dicitur fuscripsisse donationi Gratianis R. post an.* 894. *ejus sacellum ubi?*

DE

A D

DE S. PETRO MONACHO,

PRIORE IULIACENSI PROPE MOLISMUM,

D. P. *ORDINIS S. BENEDICTI IN CAMPANIA GALLICA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus Vita, ætate, cultu.

AN. MCXXXVI.

Vita à Chiffletio eruta ex 2 Mss.

Miſſam pridem inter mortales lucem, Sanctus *hic receptam debet noſtro Petro Franciſco Chifletio; qui poſt Moliſmenſis Archivii direptionem, & Juliacenſis Parthenonis excidium vetus, Vitam illius eruit ex Mss. Ciſtercienſium, apud Caritatis & Claræ-vallis cœnobia repertis. Is primo eamdem Bollando noſtro miſit, anno* MDCXLII; *deinde ſedecim annis poſt, typis vulgavit Divione, inſertam pag.* 134 *tractatu de illuſtri genere S. Bernardi; eo quod hujus ſorori* S. Humbertæ, *aliis* Humbelinæ, *Juliacenſi Prioriſſæ, Prior ſeu Pater ſpiritualis præfuerit, morientique adſtiterit* Petrus, *plus quam illa fortaſſis ad Ciſtercienſem Ordinem pertinens. Ipſa enim ejus Habitum geſtavit numquam; iſtum putat Chiffletius credi poſſe unum ex primis, cum S. Roberto Moliſmenſi Abbate, Ciſtercienſis monaſterii conditoribus; licet cum eodem, Moliſmum revocato, redierit etiam ipſe; in Benedictino, quem ſuſceperat, Habitu mortuus. Sed hæc conjectura eſt, nullum in Vita fundamentum habens, præter congruentiam temporis & arctiſſimam cum S. Stephano, tertio Ciſtercii Abbate, à prima ad Deum converſione ſocietatem vitæ ac ſtudiorum.*

probat ejus feſtum annue celebratum fuiſſe,

2 *Ut ut eſt, nec Benedictinorum, nec Ciſtercienſium Sanctorum Faſtis ullis adſcriptus reperitur prædictus* Petrus; *quem tamen Vita, non ſolum* Sanctum *ac* Beatum *paſſim in Titulo & per decurſum appellat; ſed ut talem Anniverſario cultum probat, ſtatim ab initio Præfationis (quæ tamen Claravallenſi Ms. deeſt) profitente Auctore, ſe eam ſcribere, quia* quotieſcumque Sanctorum ſolennia anniverſario curriculo celebramus, aliqua ex eorum geſtis recitare debemus .... ex quorum collegio B. Petrum, luculentioribus præconiis *dignum cum haberent* devotæ illius filiæ; de vita ipſius pauca quæ ſuperfuerunt fragmenta collegerunt, quæ nos, *inquit*, *in Codicellum* redegimus, ut in ore hominum dulci commemoratione (*utique in Anniverſario recitanda*) vivat. *Ejuſdem Anniverſarii obſervantiam probat miraculum num.* 26 *adductum: & continuum tumuli cultum demonſtrant ſanitatum gratiæ iſtic collatæ accurrentibus ad illum. Sed nunc everſæ eccleſiæ Juliacenſis ruina ſic obruit, ut nulla ejus ſuperſit memoria; licet in reſidua adhuc ædicula cum paucis domibus ſuperſit titulus Prioratus virilis, bis mille libris Pariſienſibus annuo æſtimatus, & etiam nunc ad Abbatiam Moliſmenſem ſpectans, unde vix duabus leucis diſtat* Juliacum *ſive* Juleium, *vulgo* July, *Lingonenſis diœceſis, ſicut & ipſum Moliſmum.*

licet everſâ eccleſiâ id ceſſaverit fieri,

3 *Eadem calamitas, abolitis utriuſque loci Necrologiis ac libris ritualibus, abſtulerat diſtinctam notitiam diei, quo celebratum Anniverſarium fuit; neque ipſum, vel annum mortis curavit diſtincte exprimere Auctor vitæ; id tunc fortaſſis, cum ſcribebat ille (ſcripſit autem veroſimiliter ſeculo mox ſequenti) minime neceſſarium exiſtimans. Diem tamen utcumque cognoſcimus ex num.* 21, *ubi Sanctus Filias alloquens, deprecari obitum ſuum volentes,* ſi modo non obiero, *inquit*, ad feſtum S. Joannis, me vobiſcum non habebitis præſentem: (*indicare volens tum alibi ſe moriturum*) ſi vero inter vos migravero, pro vobis ante Deum interceſſor exiſtam. *Itaque in Vigilia S. Joannis Baptiſtæ obiiſſe* Petrum, *veroſimile fit. Annus etiam* MCXXXVI *colligitur, ex num.* 20; *ubi jam extremum ægrotans moneri jubet* Theobaldum Campaniæ Comitem, *proximum Henrici Angliæ Regis ſub exitum prioris anni defuncti heredem*, ne tranſeat mare, abiens in Angliam accipere ſibi regnum; quia non eſt ei à Deo prædeſtinatum; *ſed conſenſu Anglorum Normannorum oblatum erat Stephano illius fratri juniori, contra quem ille ire mox ſequenti æſtate parabat, factam ſibi (ut putabat) ulturus injuriam. Iſti autem conſilio tam religioſe paruit Comes quod anno* MCXLI, *ſicut habet Odoricus Vitalis lib.* 13, *quando* Hugo Rotomagenſis Archiepiſcopus atque Normanni regnum Angliæ & Ducatum Normanniæ ei obtulerunt; ſed ille, ut prudens & religioſus, tantarum prægravari curarum pondere refutavit.

idq; veroſimiliter 23 Junii.

an. 1136.

VITA

Ex Ms. Codice Monaſt. de Caritate Biſuntinæ diœc.

PROLOGUS.

Ex more legendi aliquid de Vita Sancti, cujus agitur feſtum.

1 QUotieſcumque Sanctorum ſolemnia anniverſario curriculo celebramus, aliqua ex eorum geſtis, ad utilitatem fidei Chriſtianæ convenientia, in Chriſti laudibus recitare debemus; nam revera Chriſti muneris eſt, quidquid in Sanctis ejus laudabile eſt: deinque laude Sanctorum ejus, deſueſcimus eſſe filii iræ, & aſſueſcimus eſſe filii miſericordiæ; atque eiſdem Sanctis, quibus merito actionis æquiparari nequimus, pro merito laudis ac venerationis ipſorum, ipſis intervenientibus, aſſimilari utcumque valebimus; participeſque eorum recompenſationis, divinâ favente clementiâ, nos fore credimus, quorum divam memoriam pro cultu celebrare

fata-

A satagimus : dum scilicet in veneratione justorum, ejusdem Domini capitis veneramur præsentiam, qui ait ; Qui accipit si quem
Joan.13,20 misero, accipit eum qui misit illum : quemadmodum & in laude justorum, eumdem Dominum nos laudare non ambigimus, ut
Psal 150,1 Propheta innuit, dicens, Laudate Dominum in Sanctis ejus. Laudare igitur debemus viros glorioſos in generatione ſua, homines magnos virtute, prudentiâ præditos : quorum corpora, quolibet ſint occaſu præventa, in pace tamen quieſcunt, & nomina eorum vivunt in generationes generationum.

proponit Auctor ſcribere de S. Petro,

2 Horum ſapientiam, & populis narrare, & in Eccleſiis laudem eorum celebriter nuntiare debemus : ex quorum collegio Beatum Petrum, Juliaci Priorem, luculentioribus præconiis attollamus : de cujus geſtis & virtutibus plurima volumina conſcribi potuiſſent, ſi non ejus concœnobitas, negligentiæ comes obſediſſet deſidia. Illi enim ſecularibus curis irretiti, opus veneratione digniſſimum, ſilentio damnoſo depreſſere : ſed devotæ ipſius filiæ, quibus Deo donante præfuit, & inter
B *ſicut accepit à Monialibus.* quas defunctus ſepulturam habuit ; de vita ipſius pauca, quæ ſuperfuerunt fragmenta ſibi collegerunt : quæ nos divinâ auxiliante gratiâ, ne perirent, in codicellum redegimus : ut in ore hominum dulci commemoratione vivat in terris, quem cum Domino ſpirituum manifeſtè regnare conſtat in cælis.

CAPUT I.

Natales, adoleſcentia, tirocinium & initium miraculorum.

In Anglia nobiliter natus,

3 IGitur beatus Petrus, Angliæ regionis indigena, nobilibus parentibus, ſecundum ſeculi dignitatem procreatus eſt. Qui peractis infantiæ annis, liberalium artium ſtudiis ingenio capaci cœpit dare laborem : quem per omne pueritiæ vel adoleſcentiæ tempus exercens, uſque ad virilem ætatem uberiori intentione mentem defixit. Tantâ igitur exercitatione diſcendi, divinæ ſapientiæ cibum hauriebat ; ut quò magis replebatur, eò magis eſuriret ; ſicut ipſa Dei ſapientia loqui-
C Eccl.24,29 tur dicens ; Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Eccleſiarum etiam conventibus frequenter intererat, & quæcumque ibi ex divinis ſcripturis recitabantur, cordis armariolo recondebat ; ita ut cum receſſiſſet, ea quæ didicerat, meditatione intentiſſimâ ruminaret. Itaque adhuc in tenerâ ætate, cœpit in horreo cordis, divini ſeminis grana recondere : ut haberet grandiuſculus penes ſe, quo famelicum ſpiritum reficeret, aut unde conſervis ſuis ſpiritalis tritici in tempore menſuram erogaret. Et cum puer ſcholas cum pueris frequentaret, puerorum devitans laſciviam, non otia appetens, ſed propriæ utilitati conſulens, quodammodo ſe clauſtralem exhibebat magis, quam ſcholarem : ea libentiſſimè legens, quæ mores inſtruerent, nutrirent devotionem, mundi parerent contemptum, & cordi ejus diſciplinam imprimerent ſanctitatis.

& à puero ſacris deditus ſtudiis,

4 Induerat ſibi faciem diſciplinatam, & honeſtam totius corporis compoſitionem ; ita ut eum amabilem cunctis, ac venerabilem redderent ea, quæ deforis in ipſo apparebant virtutum inſignia ; ſcilicet negligentior cultus corporis & veſtium, ſermo rarior, vultus hilarior, verecundior aſpectus, inceſſus maturior, & continentiæ decus. Denique Euangelii magiſterio ſe tradens non ſurdus auditor, cœpit in pueritia ædificium boni operis in petra firmiter collocare, quod in ſenectute feliciter conſummavit. Igitur beatus Petrus, cor ſuum apponens ad legem vitæ & diſciplinæ, cœpit intentiſſimè declinare à malo & facere bonum. Et meritò : in his nempè duobus officiis univerſa lex pendet & Prophetæ. Et audiens Dominum, in Euangelio vias vitæ demonſtrantem, & *parentibus mortuis* dicentem ; Qui non reliquerit patrem & matrem, fratres & ſorores, & omnia quæ Luc.14,46 habet, non poteſt meus eſſe diſcipulus ; velut alter Abraham, de terra & de cognatione ſua, & de domo patris ſui, peregrè profiſciſci deliberat ; & poſt utriuſque genitoris deceſſum, Fratribus & ſorori unicæ valefaciens, relictis omnibus quæ habebat, Chriſtum vocantem ſe ſecutus eſt, decantans E in corde ſuo, & dicens ; Dirige Domine in *omnia dimittens,* conſpectu tuo viam meam : vias tuas demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus Salvator meus, & te ſuſtinui totâ die ; & illud ; Deduc me, Domine, in via tua, & ingrediar in veritate tua : lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

tranſit in Galliam :

5 Itaque natali ſolo egreſſus, mari Anglico Deo gubernante tranſmiſſo, mente cælum inhabitans beatus Petrus peregrinus & hoſpes, devenit in Gallias ; ubi aliquamdiu demoratus, oratoria Sanctorum peragrans, Religioſorum frequentans conſortia, non diebus neque noctibus à colloquiis divinis & oratione ceſſabat. Demum pius Sanctorum locorum explorator, Burgundiæ partes ſubintrans, quemdam continentiſſimæ vitæ reperit adoleſcentem, natione Anglicum Stephanum nomine : qui eodem deſiderio ductus quo & Petrus, in hanc ſe contulerat Regionem : cujus vitam & mores videns & ap- F
& S. Stephano ſociatus probans Petrus, ſeſe ei conjunxit familiarem & ſocium. Ambo igitur Sanctæ ſocietatis inito fœdere commanentes, honore invicem ſe prævenire contendebant, ab omni iniquitate & immunditiâ carnis impetum cohibentes, proprias concupiſcentias interimentes, illicita deſideria mactantes, omni cuſtodia ſervabant cor ſuum, ſcientes quoniam ex ipſo vita procedit. Orationi adeo inſtanter inſerviebant, ut quotidie pſalterium ex integro alternatis verſibus pſallerent. Tandem divi- *Romäq; peregrinatus :* nitus inſpirati, orationis gratiâ Romam profecti ſunt : ubi Apoſtolorum Petri & Pauli introëuntes oratoria, vitulos labiorum & cordis hoſtiam, oleo intimæ devotionis impinguatam, divinæ Majeſtatis conſpectui obtulerunt. Aliorum quoque Sanctorum peragrantes eccleſias, ubique divinas aures inſtantiſſima prece pulſabant, ubique holocauſtum medullatum ex integro offerebant pro minuendis ſuis ſuorumque piaculis, pro adipiſcendis ſupernæ promiſſionis muneribus.

6 Ut vero propriæ devotioni ſatisfecere,

A urbe egreſſi, rurſus in Burgundiam, unde advenerant, reverſi ſunt; & Domini providentiâ Moliſmum *a* pervenerunt. Ibi itaque comam capitis deponentes, & veſte ſeculari, in habitum Religionis commutata, ſeſe divinis obſequiis ex toto mancipaverunt. Beatus igitur Petrus, monaſterium ingreſſus, in omni converſatione ſua, quaſi lucifer inter aſtra refulgens, inſtar magnæ lampadis emicuit. Perfectos æmulabatur ad bonum, Sanctorum virtutes ſibi proponebat ad exemplum. Studebat ſe vas ſanctificatum exhibere, ut habitatorem Deum in mentis ſuæ hoſpitio poſſet recipere. Non ſeminavit mala in ſulcis injuſtitiæ, nec meſſuit ſcandala fructus eorum. Erat velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Nulla in eo radix avaritiæ, nullus ſuperbiæ vel arrogantiæ tumor, oris ſui ſepta ab otioſo & vano eloquio compeſcuit, à derogationibus perpetuo ſilentio abſtinuit. Certis temporibus lectioni, certis inſtabat orationi; & quia conſuetudo monaſterii non admittebat ut cum ſocio ſuo Stephano pſalterium percurreret, ſicut in ſeculo conſueverant; hanc ſibi indixerunt legem, ut alter eorum quotidie medietatem Pſalterii pſalleret, alter vero reliquam medietatem compleret: quam conſuetudinem beatus Petrus ferè uſque in finem vitæ ſuæ retinuit.

EX MSS. *fit Monachus Molismi;* *a* *proficit in omni virtute,* *quotidianũ Psalterium partitur cũ Stephano:*

7 Quodam tempore, cum B. Petrus, miſſus ab Abbate in unam cellarum, quæ ad Abbatiam pertinent, moraretur: accidit ut novella illa Ciſtercienſis plantatio, *b* quæ populorum tumultum & ſeculi turbinem fugiens, in ſolitudine ſoli Deo vacare contendebat, Patre ſimul orbaretur & Paſtore. Quæ ad Matris pia ſuffragia recurrens, conſilio virorum Deum timentium, prænominatum Stephanum regulariter in Abbatem ſibi ordinavit; pro cujus proſperitate & ſalute Petrus in conſpectu Domini devotiſſimè aſſiduabat preces; & perpendens amicum diverſis ſolicitudinibus implicitum, Pſalterii illam medietatem, quæ ſe contingebat, non poſſe implere: totum ſibi pro ſe & ſocio ad implendum egregius Orator aſſumpſit. O virum caritate ſuffultum! O verum Chriſti diſcipulum, & Apoſtoli imitatorem, dicentis; Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

b *hoc autem facto Ciſtercienſi Abbate,* *regendum totum in ſe ſuſcipit:* C Gal. 6, 2

8 Contigit aliquando ut vir Dei, quorumdam ſecularium cauſis impeditus, quotidianum reddere Pſalterium plus ſolito moraretur. Et erat poſt horam ſextam votivi debiti memor. Seceſſit in quemdam feriatum & ſecretum locum: & veniam pro negligentia petens, ſolitum cœpit pſallere Pſalterium. Cumque illud maxima ex parte compleſſet, & verſum illum (ſcilicet, Emitte Spiritum tuum & creabuntur) pronuntiaſſet; vidit à ſiniſtris adſiſtentem eum, qui ſe tranſfiguravit in Angelum lucis: & accedens ad Petrum, codicem, quem manu tenebat, velut lecturus accepit: & huc illucque diſcurrens, & quædam ore putido ſubmurmurans, ſervi Dei amicum ab oratione impediebat. Cumque in eo diutius Petrus intenderet; ecce adſtitit à dextris ejus Angelus Domini: ante cujus conſpectum malignus ille aufugit, & Pſalterium quod indignus tenebat, projecit. Tunc B. Petrus, ab Angelo lucis confortatus, vehementiſſimè flere cœpit; tum quia Dominus eum viſitare dignatus ſit, tum quia à maligno ſpiritu eum liberaverit. Ex quo tempore diſcretionem ſpirituum poſſedit, & divinis revelationibus cœpit inſigniri. Ex eo tempore, orationi, lectioni, & contemplationi attentius operam dedit.

id agentem interpellat ſub Angeli ſpecie dæmon; Pſ. 103, 30

D *quem fugans verus Angelus, reliquit ei domum diſcretionis.*

9 Solicitabatur aliquando vir Dei pro quadam ſorore ſua, quam cum fratribus ſuis in ſeculo dimiſerat; orabatque Deum ut ſpiritum conſilii illi tribueret. Quadam igitur nocte vidit ſe in viſu duci ab Angelo in patriam ſuam; & introducens eum in quoddam cœmeterium, oſtendit ei recentem ſepulturam; dicens, Hic ſepultum eſt corpus ſororis tuæ, anima vero ejus Domino Spirituum aſſiſtit: noli amodo ſolicitus eſſe pro illa. Cum apud Alemanniam; in cellâ Moliſmenſis. cœnobii quæ Yſodenges dicitur, B. Petrus adhuc Novitius moraretur; & pro ſanctitatis merito, ab omnibus amaretur & veneraretur; acccidit quemdam Præfectum nequiſſimum ſubita morte mori: cujus uxor virum Dei plurimum diligebat. Quæ accurrens, rogabat obnixe, ut pro viro ſuo Dominum exoraret; cujus dolori B. Petrus compatiens, genua in oratione inclinavit, & devotiſſime oravit. Reverſa autem mulier in domum ſuam, invenit virum ſuum vivum quem defunctum reliquerat: qui ſummo deſiderio rogabat virum Dei ad ſe venire. Ad quem cum B. Petrus veniſſet, confeſſus eſt inter cetera, quod eum ſuſpectum de uxore ſua habuiſſet. Sanctus autem Dei indixit ei pœnitentiam, & Viaticum tradidit. Qui diſpoſitâ domo ſuâ, tertiâ die migravit ad Dominum.

Revelatur eidẽ mors ſororis. *mortuum reſuſcitat ad pœnitentiam.* E

10 Alio tempore, cum firmitate-Gaucheri idem Beatus maneret, & nocte Marci Papæ, libro aperto, candelâ accensâ, Matutinos cantaret, Pſalmumque (Deus laudem) revolveret; adſtitit ei antiquus hoſtis, cantans cum eo. Cumque Sanctus iraſceretur ei, eo quod diſturbaret eum; dixit ei malignus; Reſpice, Petre, Monachum qui in dormitorio furatur veſtimenta Fratrum. Reſpiciens ergo Sanctus Dei, licet muris interpoſitis, ſpiritalibus oculis intuitus eſt furem, cuncta quæ rapere poterat aſportantem; egreſſumque de monaſterio, cum his quæ abſtulerat, in tuto loco latitantem; ad quem cum beatus Petrus intenderet; accidit diabolica fraude, ut candela, quam manu tenebat, ſuper librum corrueret; quod uſque hodie in approbationem miraculi demonſtratur. Percuntatis autem Matutinis, redeuntes Fratres ad lecta ſua, & quæ ibi reliquerant veſtimenta minime reperientes, turbati ſunt; & ad virum Dei concurrentes, ſua furto eſſe ſublata conqueſti ſunt. Ille vero annuit eis ut uſque mane ſilerent: die autem facto narravit eis quæ nocte viderat; & ubi fur cum eis quæ abſtulerat lateret, indicavit. Qui abeuntes, invenerunt omnia ſicut vir Dei prædixerat. In eadem cella, Clericus quidam, cui à Priori denarii debebantur, furatus eſt calices & thuribula monaſterii, & in vicino loco abſcondit. Quod cum cognoviſſent Monachi, multum diuque quæſiverunt, nec invenire

Furem occultum indicat ſemel *c* *iterumque*

A venire potuerunt : unde conturbati ad virum Dei venerunt, & velut à Propheta, ab eo reſponſum quæſierunt. Ille autem dixit eis; Ego vobis uti ſit, indicabo, ſi eum mihi reddideritis illæſum. Quod cum ei promiſiſſent, ubi lateret fur, indicavit. Illi vero euntes, quæ perdiderant invenerunt; & furem ad virum Dei, ſicut promiſerant, adduxerunt intactum. Ipſe vero eum paterne corripuit, caritative refecit, & in pace dimiſit.

Ferventem ollam illæſus tractat, d

11 Decoquebantur aliquando piſa ad refectionem fratrum, & advocans Petrum quidam de Monachis, præcepit, ut concite piſa puraret *d*; Petrus vero (qui obedientiam certatim, tam majoribus quam minoribus, exhibere conſueverat) nihil cunctatus, accepit ollam ferventem nudis manibus, & ejecit aquam, ardorem non ſentiens; obedientiaque ſe protegente, utraque manus apparuit illæſa; Monachus autem qui hæc ei juſſerat, videns quod non ſenſiſſet incendium, pœnitens quod male egiſſet, pedibus ejus advolutus, veniam ab eo poſtulavit. O quam merito ignis materialis eum non nocuit, cujus mentem contra omnem concupiſcentiam

B carnalem munierat gratia Spiritus ſancti.

infirmum ſanat.

Quidam puer ejus familiaris, ſubita infirmitate præventus, toto corpore intumuit: qui veniens ad eum, ſibi poſtulat ſubveniri, cujus dolori homo Dei compaſſus, orationem fudit, & quædam Chriſti nomina *e* ei in potu temperavit; quem potum cum hauſiſſet, ſtatim ſanus factus eſt.

e

D

EX MSS. *cognoſcit in extaſi,*

ram notitiam habere: ſed invenit eum in oratione poſitum, & in extaſi raptum. Cumque eum tertio pulſaſſet, nec à dulcedine contemplationis eum avellere poſſet, ad propria redire feſtinabat. Cui cum Prior domus obviaſſet, audiſſetque ab ea cauſam triſtitiæ ſuæ; volens eam conſolari, ſecum redire coëgit: & inveniens virum Dei adhuc in oratione poſitum, dixit ei: Frater Petre præcipio tibi in nomine obedientiæ, ut huic dominæ dicas, quid tibi Dominus revelaverit de filio ſuo. Qui quaſi de ſomno evigilans, reſpondit; Niſi tam cito me à viſione revocaſſetis, penitus ſciviſſem omnia quæ circa illum aguntur. Scitote tamen quia jacet in mari de febre acutâ, & modò terminavit: quæritur ei gallina ad manducandum, quæ uno aureo eis venditur; & de infirmitate convaleſcens, in proximo venit, & tibi pecten eburneum, mihi verò ſcyphum optimum deferet. Receſſit matrona auditâ reſponſione viri Dei, nec eſt fraudata à deſiderio ſuo: nam modico tempore evoluto, ſecundum quod audierat, filium ſuum ſanum & incolumem recepit.

abſentis morbum & citum reditum.

E

Ridet conſpecto demone,

13 Quodam tempore idem Sanctus, Tertiâ celebratâ, in oratorio remanſit ut oraret. Quidam verò Monachus, præteriens antè eum; intuitus eſt eum in oratione ridentem. Qua completa, quæſivit ſecreto ab eo Monachus, quare in oratione riſiſſet. Ipſe vero volens ſecretum ſuum latere, dixit ei; Ab hodie in unum annum dicam tibi. Evoluto autem anno rediit Monachus, & dixit ei; Rogo, Pater, imple quod promiſiſti, annus jam præteriit; eja, dicito, quare in oratione riſiſti? Cui ait: Horâ tertiâ expletâ, remanſerunt duo Fratres in ſedilibus ſuis, verbis vanis & otioſis intendentes. Vidi ergo dæmonem retro altare juxta parietem ſedentem, & ſcribentem ſcurrilitates & verba otioſa quæ loquebantur. Dum vero deliberarem ſurgere, & Regulares Horas cantare (tertio enim id fecerunt) hebetatus diabolus ignorabat, quid ageret, vel quid ſcriberet: Tandem ſurgentes, & orationi operam dantes, pœnituerunt coram Deo, eo quod male egiſſent. Cumque diabolus vidiſſet tantas negligentias, tam parva ſatisfactione eſſe deletas; indignans, & furore plenus, chartam quam ſcripſerat, manibus & dentibus diſcerpens, adeo fortiter traxit, quod cervicem ſuam retro percuſſit ad parietem, & valide allìſit. Hac inquit de cauſâ me ridere vidiſti.

notatas Religioſorum culpas

ipſis pœnitentibus diſcerpente.

F

14 Illo tempore præteriens quidam Frater ante illum, vidit eum abjicere a ſe quoſdam ſpiritus inviſibiles, & in deſpectu illorum feſtucas detruncare; deinde alios ad ſe vocare, aſſurgere, & congratulari. Oratione autem completâ interrogavit eum Frater ille, quid hoc feciſſet. Cui Sanctus: Illi, inquit, ſpiritus, quos abjiciebam, dæmones erant, volentes impedire orationem meam: & illi, quibus applaudebam. Angeli ſancti erant, qui me conſolabantur. Nocte quadam, dum poſt Matutinos orationi vacaret, apparuit ei anima *a* Abbatis Nigellæ, benedictionem & orationum ſuffragia poſtulans ab eo, eâdem quippe horâ migraverat à corpore. Ipſe autem eam devotiſſimè Deo, cui omnia vivunt, commendavit: & mane facto, indicavit

Videt orationi ſuæ intentos dæmones Angeloſq;

a

& animam Abbatis alibi morientis.

ANNOTATA D. P.

a Moliſmum, *à S. Roberto, primo iſtic Abbate, fundatum an.* 1075 (*de quo vide* 29 *Aprilis*) *pari fere* 10 *aut* 12 *leucarum intervallo Trecis & Lingonibus diſtat.*

b *Idem* Robertus *Ciſtercium cum* 21 *Monachis tranſiit an.* 1098 : *ſed Moliſmum redire compulſus à Pontifice, ſucceſſorem in Ciſtercienſi Abbatia accepit* Albericum : *qui obiit anno* 1109; *eique ſuffectus eſt Stephanus, cujus Vitam dedimus* 17 *Aprilis, Alberici* 26 *Januarii.*

c *Aliàs* Galcherii, *vulgo* la Ferté-Gauchier, *Brioniæ oppidum, diſtans Pariſiis leucis* 15, *Moliſmo circiter* 28.

C d *Ita utrumque Ms. forte melius legeretur,* pararet.

e *Sic etiam puto legendum* nomine.

CAPUT II.

Propheticus ſpiritus viri ſancti, abſentium & arcanorum cognitione probatus : aſſumptum regimen monaſterii.

Petrus Spiritu prophetico

12 Divinis revelationibus ita conſtat fuiſſe inſignitum, ut de facili prædixerit multoties, quid in longinquis regionibus ageretur; cum enim Dominus Firmitatis-Gaucherii, Helias nomine, Jeroſolymam adiſſet; & mater ejus, pro affectu, orationibus & eleemoſynis pro eo inſiſteret; quadam die ſolito triſtior venit ad virum Dei, ſciſcitans qualiter ageretur circa filium ſuum: ſciebat enim virum ſpiritalem de abſentibus ve-

A Priori & fratribus, quod Abbas Nigellæ migraverit à ſeculo. Qui ad Monaſterium prædictum mittentes, invenerunt Abbatem eâdem horâ defunctum fuiſſe, quâ viro ſancto apparuerat anima ipſius. His & aliis quammultis virtutibus, beatus Petrus longè latèque celeberrimus habebatur.

EX MSS.

15 In territorio Lingonenſi, extat monaſterium feminarum famoſiſſimum, quod Juliacum à Julio Cæſare dictum eſt. Hujus monaſterii ſacratiſſimus Conventus, Patre ſpirituali orbatus, ab Abbate Moliſmenſi, ad quem locus ipſe pertinet, B. Petrum ſibi in Paſtorem dari ſummis votis efflagitabat: cupiens cum ſancto ſanctus eſſe, & cum viro innocente innocenter vivere. Verum *b* Abbas Guido, *b* qui tunc Moleſmenſi præerat Eccleſiæ, petitioni huic noluit præbere aſſenſum, loco illi volens præficere alterum. Tandem vero illuſtris Comitis Theobaldi, & Andreæ Domini Baldimenti precibus devictus, conceſſit, & eum ad ſe venire concitè præcepit: qui vicino obedientiæ pede iter arripuit, & verſus Moliſmum ire

Juliacenſibus præficiendus,

b

B teſtinavit. Et cum die jam inclinatâ, ad Va-

c dum Moliſmum venit,

dum *c* Ricey, (qui locus à Moliſmis duobus milliariis diſtat) veniſſet, & tranſvadare voluiſſet; incurrit in gurgitem, qui fundum non habere dicitur; in quo mox ut puer ejus pedem poſuit, aquis interceptus non comparuit. Quod cum vidiſſet vir Dei manu ſanctâ elevatâ, ſignum Crucis edidit: & ſtatim famulus emerſit, & alacriter cum illo ad ripam tranſivit. Tunc obvius factus eſt ei Robertus Miles, ejuſdem loci Dominus; qui viri Dei præſentiâ lætus effectus in Domum ſuam deduxit, & ſplendidè refecit: videns verò puerum ejus madidum, interrogavit per quem locum tranſvadaſſet; vir autem narravit qualiter periculum evaſiſſet. Stupefactus Miles gratias egit Deo, qui Sanctum ſuum liberaverat, aſſerens, quod nemo unquam per locum illum tranſiſſet.

puerum ſubmergẽdum ſalvat.

16 Die autem ſequenti venit Moliſmum; & commiſſa eſt ei ab Abbate cura & providentia juliacenſis Eccleſiæ: ad quam veniens, velut Angelus Domini de cælo miſſus, cum gaudio & devotione ſuſceptus eſt. Ingreſſus eſt itaque Iacob noſter tabernaculum ſuæ Rachelis; ingreſſus eſt in locum tabernaculi admirabilis, & uſque ad domum Dei ſui. Sic ſic conjuncta eſt humilitatis viola, roſis pœnitentiæ & martyrii, & liliis pudicitiæ & virginitatis, quæ plantaverat in horto Juliaci dextera hortulani cæleſtis; nempè floribus Juley nec roſæ, nec lilia deſunt. Sic ſic recordatus Dominus miſericordiæ ſuæ & veritatis ſuæ, ſecundum quod promiſerat per Prophetam, dedit in ſolitudine ſpinam & cedrum, myrtum & lignum olivæ. Spinam nempè ſe exhibuit B. Petrus, peccatores redarguens; Cedrum, cæleſtia contemplando; Myrtum, infirmis compatiendo; Olivam, miſericordiam miſeris impendendo. Itaque B. Petrus locum ſibi à Deo prædeſtinatum ingreſſus, proficiebat de virtute in virtutem; de virtute actionis in virtutem conſurgens contemplationis. Tantum denique gratiam Dominus ſervo ſuo contulerat, ut multoties, tamquam verus Propheta, quæ futura erant indubitanter enun-

Juliacum appulius,

C

munere ſuo præclare fungitur; Iſ. 41, 19

conſcientiarum arcana perſpicit,

tiaret. Si quis quoque peccata ſua illi confiteri voluiſſet, aliquandoque peccatum oblitus forte fuiſſet; ille Spiritu ſancto prælcius, incontinenti revelabat. D

17 Infirmata eſt aliquando quædam Sanctimonialis in prædicto monaſterio, & infirmitas ejus ad mortem. Quæ confeſſa viro Dei peccata ſua, unum per negligentiam oblita fuit confiteri delictum, quod beato Petro non poſt multum temporis revelatum eſt, cum pro anima illius oraret. Quadam verò nocte ei apparuit præfata Monialis, cum tanto clamore confitens peccatum ſuum, ut vir Dei æſtimaret illam auditam fuiſſe ab omnibus qui aderant. Sanctus autem indixit ei pœnitentiam, tamquam ſi adhuc viveret, ſeptem ſcilicet pœnitentiales Pſalmos, quos ipſe pro anima ejus recitavit, coram Deo; cum tanta cordis compunctione, ut rivus lacrymarum ejus omnibus manifeſtaret, ubi in oratione procubuiſſet. Fecit ergo ſibi oratorium juxta Eccleſiam in cœmeterio, ubi orationi & contemplationi, vigiliis & jejuniis vacabat die ac nocte; veniebantque frequenter ad eum animæ pœnitentium, orationis E ſuffragia depoſcentes. Ibi quoque viſione & colloquio ſanctorum fruebatur Angelorum, qui eum ſæpiſſimè de cæleſtibus inſtruebant, & futura prædicebant.

apparentibus ſibi defunctis veniam exorat.

ANNOTATA D. P.

a Nigella, *cognomento* abſcondita, *vulgo* Nêle la repoſte, *Ord. Benedictini in diœceſi Trecenſi, prope Villam-noxam, Moliſmo circiter* 20 *leucis.*

b Guido *proximus ſucceſſor S. Roberti, ante annum* 1112 *defuncti, dicitur ejus vitam ſcripſiſſe, quæ adhuc deſideratur: vixit autem ultra an.* 1129.

c *Videtur eſſe ubi in tabulis nunc notantur* les Riſſez, *vel ſingulariter* Riſſe le Bas, *quaſi* inferius Riſlenum; *fortaſſis à rivulo præterfluente ſic dicta.*

CAPUT III.

Alii quidam favores cæleſtes, pius obitus, miracula poſt mortem. F

18 CUm *a* S. Humberga, ſoror B. Bernardi, qui primus Abbas Claræ-vallis extitit, longa infirmitate feſſa, finem vitæ præſtolaretur; venerunt ad eam Fratres ſui, & alii quamplures Religioſi viri, cupientes ejus ſanctiſſimo tranſitui intereſſe; inter quos aderat B. Petrus: qui tertia die poſt Completorium viſitans eam, & videns quod nondum migraret; benedicens ac ſignans eam, cubitum revertebatur cum Vincentio Capellano ſuo. Obvius ergo factus eſt ei Angelus Domini, in locutorio clauſtri, dicens; Revertere cito, quia modo migrabit ſancta illa anima de corpore. Reſpondit ei ſanctus; Quid faciam, quia foris ſunt Religioſi viri, qui ad hoc venerunt ut videant finem ejus, & jam dormiunt; cui Angelus: Ego, inquit, vadam excitare illos, tu cito revertere. Regreſſus ergo Angelus Domini, percuſſit ſuper tabulam tam validè, ut qui obdormierant

a S. Petrus S. Humbergæ aſſiſtens,

docetur ab Angelo mox obiturum.

A rant excitarentur, & tremefacti ſurgerent. Concurrentes igitur ad videndum Sanctæ animæ illius egreſſum, devotiſſime convenerunt. Igitur beati fama viri, per univerſam Burgundiam creſcebat; ita ut multi ad eum nobiles viri ac feminæ, benedictionis gratiâ convenirent. Inter quos advenit quædam nobilis Matrona, ut confiteretur peccata ſua: quam ſequebatur canis niger, quem nemo videbat niſi ſolummodo Pater ſanctus. Quæ cum peccata confiteretur, percuſſit eam virgâ ſanctus Dei, pœnitentiamque injunxit; ac ſic dæmon, qui in ſimilitudinem canis videbatur diſparuit.

19 Sed & ille magnus ac venerabilis Theobaldus, *b* Comes Campaniæ, cum magno apparatu venit ad eum, orans & petens benedictionem ab eo; & cum ab eo lætus diſceſſiſſet, miſit denuo ad eum uxorem ſuam, in utero habentem. Quam cum ſanctus intuitus fuiſſet, denuntiavit ei quod filiam pareret, quæ Franciæ Domina futura eſſet. Quod poſteà factum eſt; nam glorioſus Rex Lodovicus illam duxit uxorem, & ſecundum verbum viri Dei, Dominium regni obtinuit. Sed & illud non prætereundum, quod ſanctis altaribus inſiſtens, ſæpè viſus eſt nonnullis, quaſi cubitum à terra in ſublime ſublevari, Angelorum ſine dubio manibus ſuſtentatus, quorum vitam in terris poſitus imitabatur. Quidam Converſus, Girardus nomine, de alto corruens, totus corpore comminutus, exanimatus eſt: cujus corpus in ſacco poſuerunt & B. Petro obtulerunt: qui lacrymis & orationibus ad Deum fuſis, vitam ei & ſanitatem obtinuit. Die quodam ſancto Paraſceves, poſt peracta ſolennia, Vincentius Capellanus ejus dixit ei; Vidi hodiè, ſerve Dei, dum ſancta Myſteria celebrares, lumen ſplendidum circa te fulgere, & cereos clariori quam ſolent igne rutilare. Cui ſanctus; Præcipio tibi, ait, in nomine obedientiæ, ut quamdiu vixero hæc nemini loquaris. Tam quippe hominum gloriam devitabat, quod virtutes ſuas, æque ut vitia latere volebat.

20 Cum igitur B. Petrus quamplurimis virtutibus atque miraculis effulſiſſet, actore Deo de eo aliquid melius diſponente, cecidit in infirmitate, qua & mortuus eſt. Tunc frequenter vocabat ad ſe Virgines quibus præerat, conſolans eas, & docens de regno Dei. Audientes autem eum ægrotare, plurimi viri Religioſi convenerunt ad eum, inter quos fuit Hatto Prior Moliſmenſis, qui cum eo manſit quamdiu ſupervixit. Quadam ergo die, dum idem Hatto intraret ad eum, vidit omne cubiculum, in quo jacebat, claritate nimia ſplendere; quæ ſtatim ut idem vir pedem intromiſit, diſparuit. Qui cum requiſiſſet ab eo cauſam claritatis, reſpondit; Gratias ago Deo meo, qui mihi præbuit teſtimonium viſionis meæ; Angelus enim Domini adſtitit mihi; præcipiens ut mandem Comiti Theobaldo, ne tranſeat mare, abiens in Angliam accipere ſibi regnum; *c* quia non eſt ei à Deo prædeſtinatum. Audiens autem Comes Theobaldus quod ægrotaret homo Dei, miſit ad eum Capellanum viſitationis gratiâ: per quem vir Dei mandavit ei multa ſecreta; prædicens ei quod cum Rege

b *Comitiſſæ gravidæ prædicit quod paritura ſit Reginâ Franciæ.*

B *Ad aram, à terra ſublevatur.*

Mortuum ſuſcitat:

ſub Miſſa cælitus illuſtratur.

C *Infirmatus ad mortẽ,*

Theobaldũ Comitem monet abſtinere ab Anglia,

c *eique victoriam in Francia prædicit.*

d Francorum guerram poſt paucos annos haberet, de qua victor exiſteret, ſi eccleſias & res earum ab invaſione cuſtodiret.

21 Iterum cum quadam die intraret ad eum prædictus Hatto; increpavit eum vir Dei, & dixit: Quare tam cito ingreſſus es? Tres Virgines, nuper in hac domo defunctæ ſuper *e* forale Monaſterii ſtabant modo ante me, tenentes in manibus ramos & flores ſuaveolentes; & loquebantur mecum de ſecretis cæleſtibus, & gloria vitæ æternæ. Poſt hæc in extaſi raptus eſt; & dixit ſe vidiſſe duos Angelos, tenentes vexillum Crucis in manibus, & cantantes, Populе meus; deinde ſubjunxit ſe vidiſſe dæmones ſagittas igneas contra ſe jacientes, & è contrario ſanctos Angelos ſagittas lucis emittentes, & ſagittas diaboli extinguentes. Ut vero diem ultimum ſibi imminere ſenſit, convocans ad ſe filias, quas in Chriſto genuerat, hortabatur eas ad perſeverantiam, & ad tentationum tolerantiam; dicens, quia per multas tribulationes intratur in regnum cælorum. Cumque filiæ ejus ſpiritales coram eo flerent, rogarentque eum, ut vitam ſibi à Domino uſque ad tempus impetraret; dulciter conſolans eas, reſpondit; Cariſſimæ filiæ meæ, nolite impedire deſiderium meum; quia, ſi modo non obiero ad feſtivitatem S. Joannis, me vobiſcum non habebitis præſentem; ſi vero inter vos migravero, ſcitote quia pro vobis ante Deum interceſſor exiſtam: ſed & hoc de Dei miſericordia confiſus promitto, quod nulla ex his quibus dedi velum, amittet regnum cælorum.

D EX MSS. *d*

Impetitus à dæmonibus defenditur ab Angelis; e

Monialibus ſuis, poſt extrema monita,

E *ſalutem æternam pollicetur,*

22 Poſt præfatus Hatto eum commonuit, quatenus, ſecundum morem Religioſorum, redderet claves Prioratus ſui, antequam obiret, qui reſpondit: Nequaquam, ſed feram Prioratum meum ante Deum, eroque pro illis interceſſor, quos curæ meæ commiſit Dominus, & protegam locum hunc, & habitatores ejus: & quia tempus meæ reſolutionis inſtat, Oleo ſancto ſecundum morem inungere me feſtinate. Itaque Olei ſancti unctione peruncto, & Corporis Dominici perceptione munitus, familiæ ſuæ ultimum valefaciens, ſimulque benedicens beatus Petrus, plenus ſanctitate, & clarus miraculis, de exilio ad regnum, de terra ad cælum, & de corpore feliciter migravit ad Chriſtum. Cujus corpus Moliſmenſes Monachi transferre diſponebant, ut apud Moliſmum ſepeliretur; donec diſpoſitione divina, per manum Henrici Secretarii, lugubri conventui Sanctimonialium, clanculo redditum eſt. Quod illæ, velut manna de cælo excipientes, ſuper illud irruentes, lacrymis rigare contendebant, plangentes ſe amiſiſſe Paſtorem piiſſimum, qui tactu ſuo illas ſanabat, orationibus Deo reconciliabat, colloquio fovebat, meritis protegebat. Celebratis igitur circa corpus de more Vigiliis, poſt peracta Miſſarum ſolennia, cum maximo honore à viris Religioſis juxta altare ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ tumulatur; ubi florent orationes ejus atque beneficia, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſeculorum ſecula Amen *f*.

ſeque eũ patrocinaturum in cælis.

Extremis munitur,

F *& apud illas ſepultus clarſcit miraculis.*

f

23 Poſt tranſitum B. Petri Prioris Juliaci, cœperunt multi utriuſque ſexus, ad ejus tu-

A mulum concurrere, optantes ejus meritis pec-
EX MSS. catorum indulgentiam adipiſci, & infirmita-
tum variarum conſequi ſanitatem. Puer ergo
Sanantur privati ſenſibus, quidam, in officiis monaſterii deputatus, dia-
bolo inſtigante ſenſum amiſit; qui cum ma-
gno labore, ad S. Petri ſepulcrum adduc-
tus, mox ut ibi quievit, ſenſu recupera-
to, ad propria gaudens & hilaris remea-
vit. Mulier quædam è vicino, ſenſu ſimili-
ter privata, adducta ad ſepulcrum Patris
monialis præfocanda. ſancti, mox ut illud tetigit, ſanata eſt. Quæ-
dam Monialis in Juley, Priſca nomine, cum po-
mum comederet, quoddam fruſtum ejuſdem
pomi adhæſit in gutture ejus, ita ut nec ſur-
ſum nec deorſum declinare poſſet. Quæ
cum periclitaretur, ducta eſt ad buſtum bea-
ti viri, & ſtatim expuit particulam illam po-
g valide febricitantes; mi, & liberata eſt. Petrus Major *g* Caſtellio-
nis, correptus validis febribus, venit Julia-
cum, qui cum ſubter tumulum Sancti dor-
miſſet, ſanitati redditus eſt. Henricus Capel-
lanus de Fontanis, exhauſtus validiſſimis fe-
bribus, ſperans ibi vitam finire, fecit ſe por-
tare Juliacum. Qui cum ad tumbam Sancti
B veniſſet & quieviſſet; redditus eſt ſanitati:
in craſtinum vero, cum Miſſarum ſolemnia
celebraſſet, lætus remeavit ad propria.

energumenus liberatur, 24 Quidam vir de viciniâ Juliaci, à dæ-
mone arreptus, ululabat ut lupus, rugiebat
ut cervus, ut bos mugiebat; & omnium imi-
tabatur voces beſtiarum; qui vix à pluribus
hominibus ligatus, ad ſancti viri memoriam
adductus eſt: ibique diu, quaſi canis latrans,
& ſeipſum diſcerpens, & inania loquens, tan-
dem meritis ſervi Dei, poſt paucos dies, à
dæmone liberatus, donum ſalutis adeptus,
Dominum glorificans, ad propria remeavit.
h Archembaudus de *h* Kaveriis, habebat nodum
curatur angina infirmitatis in gutture, ita ut nullum liquo-
rem glutire poſſet; diuturno itáque jejunio
afflictus, mortis periculum metuens, tumu-
lum viri Dei, ejus beneficia expoſcens, de-
votus adiit; & cum ibi modicum ſoporatus
quieviſſet, expergefactus, infirmitatem illam,
cum ſanguine expuens, ad propria cum ſalu-
te reverſus eſt. Raynaldus Presbyter de
i poſſeſſus & captivus liberantur; Saniveio, inſanus & diabolo plenus, clamans &
C ululans, & blaſphemias loquens, ad buſtum
viri Dei adductus eſt; qui paucis diebus de-
moratus ibi, B. Petri orationibus ſanitati red-
ditus eſt *k*. [Puer quidam de Moliſmis, in la-
k trocinio deprehenſus, miſſus eſt in bojas, ut in
craſtinum ſuſpenderetur: qui tota nocte invo-
cans auxilium B. Petri, mane liberatus eſt, &
glorificabat Deum.]

l ſanatur greſſu deſtituta, 25 Domina Cacelina de Barro-ſuper-Al-
bam *l*, venit Juliacum, cum oblationibus, San-
cti ſepulcrum adiens; quæ pro ſoſpitate cu-
juſdam neptis ſuæ orabat (erat enim officio
eundi privata). Cùm autem reverſa fuiſſet in
domum ſuam, invenit neptem ſuam ambulan-
tem: & interrogans, cognovit quia die illâ
& horâ convaluerat, quâ apud Juliacum po-
brachium diſtortum poſt dorſum. ſita, beato viro illam voverat. Die Apoſtolo-
rum Petri & Pauli, puer quidam de Cran-
giis Juliaci, manè ſurgens, antiquum hoſtem
obviam habuit; qui paulatim ei viſus eſt creſ-
cere, & caput ſuum uſque ad nubes porrige-
re; & arripiens puerum, nitebatur eum tra-
here. Exterritus autem puer, & ſine ſen-
ſu factus, retraxit ad ſe manum ſuam; quæ
adhæſit ei retrò poſt dorſum, ita ut nec mo- D
vere manum vel brachium poſſet. Adductus
ergo ad B. Petri memoriam, ſtatim ut ibi dor-
mivit, manûs & brachii ſui officium recepit.

Deficiens frumenti multiplicatur; 26 Matrona quædam per ſingulos annos,
in anniverſario beati viri Conventum Juliaci
paſcere conſueverat: quodam verò anno, cum
præfata dies immineret, præcepit miniſtro ſuo,
ut videret ſi in arcâ tantum frumenti eſſet,
quantum ad refectionem Dominarum ſufficere
potuiſſet; qui reverſus nuntiavit non haberi
in arcâ plus quam unum *m* cartallum de fru- *m*
mento; quod illa audiens, valde triſtis effecta
eſt. Caſu autem in craſtinum abiit ad arcam,
& invenit eam frumento plenam: quæ læ-
tior effecta, anniverſarium B. Petri devotiſſi-
me celebravit, cujus meritis repererat in arca
ſua abundantiam frumenti. Quædam mulier
non longe à monaſterio habitans, habebat fi- *juvatur puer dæmoni devotus à matre.*
lium parvulum; cui irata dixit; Diabolo te
commendo, puerorum infeliciſſime. Antiquus
verò hoſtis, ad vocem matris, manum pueri
arripiens, cœpit eum trahere ad ſe: quod
puer ſentiens, manum ſuam ad ſe perterritus
retraxit; quæ tam firmiter pectori ejus adhæ- E
ſit, ut inde nullo modo poſſet avelli. Quod
videns mater ejus, flens & ejulans, adduxit
eum ad beati viri ſepulturam; qui mox ut
ibi dormivit, manus læſæ ſanitatem recepit.

ANNOTATA D.P.

a *Aliis paſſim* S. Humbelina, *quod videri poteſt diminutivum ex* Humberga. *Fuit autem ipſa Julaci Prioriſſa Benedictinarum; colitur tamen ut Ciſtercienſium Patrona* 22 *Auguſti: defuncta ante an.* 1136, *non anno* 1141 *ut vult Henriquez.*

b *Stephanus Bleſenſis, ex Adela Henrici Angliæ Regis ſorore, genuit hunc* Theobaldum *&* Stephanum, *de quibus mox.*

c *A* Ludovico VII *cœptum bellum fuit an.* 1143; *ſed interventu S. Bernardi cito compoſitum, Rege pœnitente, ob cædem promiſcuæ ætatis & ſexus in eccleſia Vitriaci factam, & Crucem ſuſcipiente an.* 1147. *Hic autem eſt S. Ludovicus, ipſius Theobaldi factus gener anno* 1161, *ductâ tertiis nuptiis ejus filiâ* Aliziâ.

d *Rem, ut geſta eſt, accipe ex Odorici Vitalis lib.* 13. Stephanus, Bolonienſis Comes, F
audita morte avunculi ſui (*ſcilicet Henrici Angliæ Regis*) protinus transfretavit; & à Gui-
lielmo Cantuarienſi Archiepiſcopo aliiſque
Præſulibus & Principibus terræ ſuſceptus, Re-
gale faſtigium aſcendit, & XVIII Kalendas
Januarii (1135) coronatus Rex, quartus de
ſtirpe Normannorum regnavit, Normanni
autem Tedbaldum fratrem ejus apud No-
vumburgum (*aliis* Lexovium *vulgo* Liſeux)
convenientes ſibi præterre voluerunt. Sed in
ipſo Conventu à quodam Monacho, qui Ste-
phani legatus erat, audierunt, quod omnes
Angli Stephanum ſuſcepiſſent, eique obedire,
eumque ſibi Regem præficere vellent. Mox
omnes, annuente Tedbaldo, decreverunt uni
Domino militare, propter honores, quos in
utraque Barones poſſidebant regione. *Ubi opi-*
nor legendum, Non annuente Tedbaldo: *ſe-*
quitur enim: Tedbaldus igitur, cum major
natu eſſet, indignatus quod regnum non ha-
buerit; ad magna negotia quæ in Galliis eum
ur-


Tomo IV. Iunii
pag 614
Vobi ad Hunc
Ia. 56
Cui. Donay. et. debabit. Ille. du. Chaplain.
Voieu. du. Concil. de. Florine.
mell. pier. de. harroy. 1552.

A urgebant, festinavit : *quod autem sequenti mox ætate cogitaverit contra fratrem pergere armatus, hinc intelligitur.*

e *Cangius in Glossario pluribus exemplis monstrare videtur*, Torale & Torallum *esse speciem viæ altioris, aut etiam collem seu clivum significare : sic altiores areolas hortorum Belgice* Beddekens, *lectulos seu torulos dicimus. Verum quid hæc ad ædificium ? Igitur opinor, quod derivatum à* Toro, *seu potius à* Tholo, Tholare, *factum per metathesim sit* Torale, *ut etiam significet aliquando tholum sive rotundam (ut nunc vocant) cupulam ? nam & in hoc significatu* Torus *dici invenitur.*

f *Hic sub novo titulo, in utroque Ms.* Incipiunt Miracula ejusdem. D EX MSS.

g *Intellige* Castellionem super Sequanam, 4 *fere leucis supra Iulejum.*

h Raveriæ *oppidum Campaniæ, in finibus Burgundiæ super Armensonum.*

i *Fortassis* Savineio *in tabula* Savignes, 4 *leucis à Julejo in Occasum.*

k *Quod sequitur in solo habetur Ms. Caritatis.*

l *Vulgo* Bar-sur-Aube, *distat* 10 *leucis in Boream.*

m Cartallus, *alias* Quartallus ; Cartale & Quartale, *mensuræ frumentariæ seu modii pars quarta.*

DE S. WALHERO MARTYRE,

PASTORE IN AGRO NAMURCENSI APUD BELGAS. G. H.

Cultus Onhayæ, Acta ab Ægidio Monæo recentius collecta.

B *Memoria in Fastis,* MEmoria S. Walheri Martyris & Pastoris Onhayiensis, *in Comitatu Namurcensi vulgo dicti* Saint-Vohi, *inscripta est Natalibus Sanctorum Belgii, à Joanne Molano exacte collectis, Fastis Belgicis & Burgundicis Autberti Miræi, Martyrologio Gallicano Saussaji, Catalogo generali Ferrarii, Floribus Ecclesiæ Leodiensis Fiseni, Sacrario Namurcensi Anonymi, & aliis. Hujus res gestas, martyrium, & translationem corporis conscripsit anno* MDCIII *Ægidius Monæus sive du Monin Societatis nostræ in Historia Sanctorum Namurcensium necdum excusa, asseritque se quæ profert* partim hausisse ex citatis Natalibus Molani, & scriptis Joannis Rede Hasterienſis Pastoris ad se missis, partim in loco existentem visu, & ex ejusdem loci Pastoris relatu cognovisse, *in hunc modum* :

Bovinii natus, 2 Sanctus Walherus, Bovinienſi antiquo ad Mosam castello Namurcensis Comitatus oriundus, piè à parentibus atque in Dei timore statim à pueritia educatus est. Unde factum, ut, quamvis humili loco natus, nobili tamen admodum pietate, & Martyrii gloriâ clarus, postmodum evaserit. Cum enim sine fuco vitiorum, in humilitate & aliis virtutibus crescret ; mundique spretis voluptatibus, totum se ad Dei servitium dedicaret; Sacerdos ordinatus, Onhayæ primum promotus in legitimum Pastorem, paulo etiam post, concilii Florinensis ob vitæ sanctitatem Decanus canonice est institutus. Id quod de Pastorum & Christianitatis Decano sive rurali Archipresbytero, non de Canonicorum Superiore est intelligendum. Isti officio dum sedulo incumbit Walherus, Hasterienſis Ecclesiæ Presbyterum nepotem suum, quem alii Vicarium suum fuisse scribunt, visitans, incestos ejus mores sæpe & graviter redarguebat. Sed ille patrui sui bonas admonitiones æquo non ferens animo, dum simul Mosam mane quodam in densis adhuc tenebris trajicerent, Sacerdos felle commotus, remigium navis palam arripuit, & Decanum spatulâ remigis, inversa feriens manu mactavit.

C *Sacerdos, Pastor, Decanus, Martyr.*

3 Corpus exanime ad Mosæ ripam eo loci appulit, ubi fons emanat, qui fluvii undis numquam submergi se, ut aiunt, patitur. Advenerunt continuo ex Bovino plurimi, sperantes se sacrum B. Walheri corpus obtenturos, quo secum illud ferentes in nativitatis loco honorificâ pompâ sepulturæ mandarent. Verum à martyrii loco moveri corpus numquam potuit. Erat in territorio de Onhaia fidelis vidua, quæ domi suæ duas juvencas intactæ cervicis habebat. Harum scilicet adminiculo, non obstantibus altissimis montibus, & itinere ascensu sane difficili, Deo solo ductore, & miraculis iter illud illustrante, Onhaiam venerabile pignus avectum est ad basilicam S. Martini, quam vivens S. Walherus digne vocatione sua administrabat. Quo in loco ejus quoque meritis beneficia Dei mira & multa præstantur, & de offertoriis populi gratuitis ædificium templi ex parte novum & peramplum est extructum. In medio chori, in loco, in quo primum sepultus, indeque postea elevatus est, tumba cernitur marmorea posita, super qua S. Walherus specie Sacerdotis, ad altare Missam celebraturi procedentis, incisus conspicitur cum circumcisione Gallice facta, ita Latine reddita. Hæc est sepultura Domini sancti Walheri Martyris, Bovino oriundi, Decani concilii Florinensis, Pastoris Onhaiæ & Hasterii, à Sacellano ibidem occisi. Est autem Onhaia pagus ab Hasterio medio milliari distans, olim diœcesis Leodiensis & Decaniæ Florinensis, nunc vero Episcopatus, & uti etiam aliàs semper, Comitatus Namurcensis & Decaniæ Bovinienſis.

E *Corpus aliquamdiu immobile,* *Onhaiæ depositum* *in tumba marmorea,*

F

4 Cum autem de limitibus Comitatus Namurcensis gravis esset, sub Henrico septimo, Leodienses inter & Comitem Namurcensem (uti aliàs sæpè aliquoties contigit) orta discordia & bellum intestinum ; libitina sive feretrum S. Walheri, importabile nuper onus, quidam Sacellanus suis humeris Walciodorum detulit (*Abbatiam Ordinis Benedictini perparum Onhayâ dissitam*) unde Walciodorensis Ecclesia tanti Patroni Reliquiis honorificata, ejusdem, ut creditur, meritis territoriis quibusdam locupletata est. Relatum vero

ob bella Walciodoro delatum,

A vero jam pridem ſacrum ejus Corpus Onhayam : ubi feretro ligneo, picturis præminentibus & variis coloribus ornato, martyrium ejuſdem inciſum eſt. Caput ex altari, Sacerdotis figuræ æneo capiti inaurato incluſum, peregrinis exoſculandum porrigitur. Paſſus eſt pro juſtitia S. Walherus die XXIII Junii, verum quo anno non invenitur.

AUCTORE G. H. *relatum Onhaiam,*

5 *Quæ de fonte & corpore immobili à duabus juvencis avecta hic leguntur, non attinguntur à Molano, niſi hiſce verbis* : Corpus exanime, Deo miracula operante, vectum eſt Onhaiam. *Bartholomæus Fiſen in Hiſtoria Eccleſiæ Leodienſis refert hoc martyrium lib.* 11 *num.* 31 *ad annum milleſimum ducenteſimum nonum; & tam ibi quam in Floribus Eccleſiæ Leodienſis magna cum amplificatione deſcribit ejus zelum in corrigendis perverſis moribus Sacerdotis, à quo ideo eſt occiſus ; aſſerens* corpus S. Walheri plurimis à Deo miraculis in hanc ætatem noſtram celebrari, *quæ optaremus ſcripto fuiſſe tradita, aut poſthac tradi, ſi qua de novo contingant. Interim audimus, præter Onhayenſem eccleſiam, corporis Sancti depoſito honoratam, tria ſub ejuſdem nomine extare ſacella; unum penes leproſorium Bovinienſe, verſus Namurcum eundo ; alterum, prope ipſam Moſæ ripam, inter Valciodorum & Haſterium à Valle cognominatum, ubi prædictus fons eſt ; & tertium prope Onhayam, eo loco ubi traditio eſt, juvencas, quæ Sanctum cadaver ſurſum trahebant, aliquantulum ſubſtitiſſe.*

an paſſus anno 1209.

B

3 *ſacella ei dicata.*

D. P. *Cœnotaphium ſaxeum an.* 1552 *poſitum*

6 *Hactenus Henſchenius ; quo mortuo dedi ego operam, ut quando adeo parum habebatur de Sancto ipſo ſcriptum, acciperem accurate delineata omnia, quæ ibi picta vel ſculpta inveniebantur ; manum ſuam ad id commodante R. D. Lamberto Ergo, Sacellano Bovinienſi. Ab hac igitur vide ſepulcralem lapidem, à* D. Petro de Harroy, *Paſtore veroſimiliter Onhayenſi, ipſo quo Sanctus fuerat tumulatus loco poſitum pro cœnotaphio ; ſub nota anni* MDLII. *Idque (ſi non fallor) diu poſt elata inde ſacra oſſa & compoſita in arcam ligneam veteris operis atque artis, propterea quod non deſinebat populus ipſum primæ ſepulturæ locum, unde plures gratiæ promanabant, habere in honore. Arcæ autem iſtius latera ornabantur anaglyphis etiam ligneis, quorum tria humanæ redemptionis memoriam continebant, alia tria ſpectabant hiſtoriam ipſiuſmet Sancti; ſic ut in primo videatur Sacellanus adducens cymbulam, cui dæmon facinus ſuggerens ex ripa imminet; in altero vectus eâdem cymbulâ Sanctus, excipit à tergo parricidalem ictum ; tertio vero enituntur inarduum juvencæ duæ, ſubvehentes Onhayam venerabile corpus. Ea ſex anaglypha etiamnum ſervantur, apteque compoſita intra duas columnas, locum in altari obtinent tabulæ : dum interim ipſa ſacra oſſa ſervantur in eleganter ſculpta novi operis arca, ab annis circiter viginti quatuor per Illuſtriſſ. tunc Epiſcopum Namurcenſem Grobbendonkium tranſlata & ſigillata. Novam hanc arcam repræſentat minor icon, ſic ut ei pro baſi ſerviant tria prænemorata anaglypha; ſuper ipſam vero conſiſtat theca, cui includitur ſacrum cranium quod à cephalargiâ laborantibus expeti ſolet ad oſculum, non ſine ſalutari plerumque effectu. Quæ utrimque vides appenſa ſigilla, utramque faciem referunt numiſmatum æneorum Onhayæ diſtribui ſolitorum peregrinis eo undique affluentibus.*

C

poſt oſſium tranſlationem in ligneã arcam

operis anaglyphi,

cui nuper ſuffecta alia

hic repræſentatur.



L. cauſe ſcul.

7 *Porro ex ipſo S. Walheri corpore habet Parochia Bovinienſis inſignem partem oſſis cubitalis brachio æneo ſic incluſam, ut per vitrum ſpectabile præberi petentibus ad oſculum poſſit. Aliam quoque partem inſignem Collegium noſtrum Dionanti poſſidet, anno* MDCXLIV *acceptam à D. Nicolao Turbis, Epiſcopi Namurcenſis Vicario; cujus cauſâ ibidem in Vigilia S. Joannis Baptiſtæ* Walheri *ut* Martyris *Officium recitant ritu duplici. Aſt Onhayenſis Eccleſia permiſſu Superiorum ejuſmodi Officium unà cum feſto differt in proximam poſt S. Baptiſtæ natalitium Dominicam, ut populo ab operibus vacuo facilius ſit illuc accurrere. Accurrit autem populus frequentiâ tantâ ad plenariam quæ tunc offertur Indulgentiam, ut D. Joannes Porineaux, qui ibi animarum Curator degit ab anno* MDCLXXX, *ſuis ad me litteris teſtetur, eccleſiam, alioqui ſatis amplam*

Reliquiæ Bovinii & Dionanti.

Feſtum tranſlatum in propinquã Dominicam.

A *amplam, minime capacem multitudinis esse : neque tunc tantum sed sæpe per annum, cum publica aliqua necessitas urget. Certe per menses Octobrem atque Novembrem anno suo tertio, tantum fuisse concursum, ut ex oblationibus tunc collectis confici nova sacristia potuerit, & varia altarium paramenta.*

frequens illuc peregrinatio

8 *Etenim Arduennates, etiam ex remotioribus locis, suas illuc processiones instituunt, avertendæ pestilentiæ causâ, præsertim ab armentis cornigeris, quibus singulariter patrocinari Sanctus creditur, occasione obsequii sibi ab hoc genere animalium præstiti in subvehendo Onhayam corpore. Extat apud Pastorem ab eoque missa est memoria scripta in testimonium, quod* anno MDCLXIX mense Augusti die S. Bartholomæi Onhayam venit Vicarius Marchiæ in Famenna, comitatus civibus quindecim aut viginti; eo quod mortuis apud se plus quam centum viginti cornigeris, aliisque pluribus ægrotantibus, cum frustra, tum ad alios quoldam Sanctos, tum ad S. Hubertum in Arduenna supplicatum misissent, tandem ad S. Walherum se converterint ex consilio Abbatis Hubertini, qui etiam duos ex suis Religiosis eis addiderit votivæ peregrinationis socios, novemdiale sacrificium oblaturos. Asseruerunt autem quod ab anno MDCXXXI eo facto cessaverit mortalitas animalium apud se, & quæ infirmabantur convaluerint omnia. *Ita scripsit & chirographo suo testatus est qui ante hunc ibi fuit Curatus D. Joannes Auxbrebis, cum aliis pluribus quæ sequuntur gratiis: ex cujus alia quadam schedâ habetur Vicario isti nomen fuisse* Everardi, *ac prima vice missum, venisse* II Augusti cum oblatione duorum Imperialium ex parte civium istorum.

præsertim pro incolumitate animalium.

B

CURATIONES QUÆDAM

Ad invocationem S. Walheri obtentæ ex Mss. Joannis Auxbrebis Pastoris Onhayensis.

C

Sanitas collata

9 *Excusat D. Joannes Porineaux præfatus quod anterioris temporis miracula nulla possit suggerere, licet plurima fuisse constanter teneat; incensa enim à Francis domo Pastorali, conflagrasse omnia quæcumque istic servabantur scripta, ad ecclesiam pertinentia. Invenit tamen, mihique misit decessoris sui prænominati manu variis in schedis notata ad memoriam, hæc quæ sequuntur : ad quorum intellectum sciendum est, quod ex suprà memorato fonte benedicta in nomine* S. Walheri *aqua, longe lateque deferri soleat; & similiter panis sub ejusdem invocatione consecratus.* Testata est, *inquit*, circa annum MDCLXVII, mulier quædam Malonæ ad Sabim habitans, suam quamdam vaccam extensam jacuisse extra spem vitæ longioris: sed cum violenter in fauces ingessisset frustulum ex pane S. Walheri, valentem statim surrexisse, atque rediisse ad præsepe; quemadmodum eidem etiam attestati plures ejusdem vici sunt. *Ea mulier in alia scheda nominatur* Helena de Malon uxor Lamberti le Berger, *testataque rem dicitur* ultimâ Junii. Anno quoque MDCLXIX indidem Malonæ nata mulier Margarita de Fosse mihi dixit, quod cum haberet filium,

morienti vaccæ,

juveni febricitanti,

nomine Bertwinum, febribus laborantem, quas nulla medicorum subsidia discutere potuerant : mox ut de Sancti fonte bibit, omni febrili affectione caruit.

D

EX MSS. CORATI.

triduum elingui,

10 Insuper eadem mihi asseruit, quod cum mense Martio secundarius Floreffiensis Abbatiæ hortulanus exivisset collectum germina lupuli, ad insalatam religiosorum; diutiusque solito morantem mirarentur ii qui in culina eum præstolabantur; inventus post tres horas in horto fuerit totus rigidus, talisque manserit triduum integrum, expers loquelæ. Mox autem ac femina quædam, quæ virtutem aquæ Walherianæ fuerat in seipsa experta, ipsam ei porrexit, æger continùo loqui cœpit, convaluitque prout ipsa paratam se ait juramento affirmare; pluresque Floreffiâ huc peregrini, asseruerunt mihi ita prorsus accidisse. Venit huc etiam mulier ex vico qui Mostier ad Sabim dicitur, oblatura quem S. Walhero Imperialem loco vituli voverat, cum quæ pepererat ipsum vacca animam ageret, adessetque vocatus lanio ad detrahendam pellem. Venerat enim ei tunc in mentem, ut S. Walherum invocaret; quod ut fecit, pulsatamque in ejus nomine vaccam surgere jussit; surgere illam vidit, duxitque in stabulum bene sanam: cujus rei contestes allegabat vicinos suos plures.

vaccæ morienti,

E

puellæ paralyticæ

11 Hoc die XXVI Julii, MDCLXX, coram me testibusque subsignatis comparens Anna Cuvellier, desponsata Ægidio d'Artoy in præsentiarum commorans in Crupez, deposuit, quod circa annum MDCXXXII, cum esset annorum duodecim vel tredecim, tam gravi nervorum cruciatu affligebatur, ut continuo cogeretur lecto decumbere, nec nisi portata posset commoveri; unde multi dicebant incantationibus impeditam teneri. Hoc autem ei duravit tribus vel quatuor mensibus, quousque matri suæ in somno dictum est, quod modo cum filia sua promitteret proficisci ad S. Walherum, si Deus ipsi faceret gratiam sanitatis, eamdem esset obtentura. Id cum filiæ mater suasisset, illaque Sanctum invocasset, genibus ut melius potuit suprà lectum flexis, & manibus ambabus innixa, dicta aliquoties oratione Dominica, continuo levius sibi esse sensit; & paulò post, licet magna cum difficultate, ad S. Walherum iter instituit ipso ejus festo. Ibi sub prædicatione nonnihil sopita ac deinde excitata, integre sanatam se reperit: atque hilariter regressa, ducta est ad locum convivii nuptialis, ubi frater suus agebat fidicinem, & absque ulla difficultate tripudiavit; cum magna admiratione ejusdem fratris sui, aliorumque qui illam noverant. Et hæc omnia cum juramento affirmavit, coram Guilielmo d'Artoy & Joanna de Pernode uxore ejus, in Crupez commorantibus, suæque manus signo corroboravit. Rursus autem anno MDCLXXII, eadem Anna in festo S. Walheri, idipsum asseruit coram R. D. Decano Bovinensi, & P. Richardo Recollecta Concionatore, necnon Curato Gerinensi. *Ultima hæc verba postea leguntur addita manu ejusdem qui primæ attestationi ante biennium subscripserat, inter Chirographum* Guilielmi d'Artoy, *& Cruces formatæ manibus Annæ & Joannæ scribere nescientium,*

F

post votum Onhayam eundi,

A EX MSS. CORATI.

tium, prout fidem faciebat extremum ſubſignatus, Onhayenſis Paſtor, Joannes Aubrebis.

12 Inſuper aſſeruit eadem Anna, quod cum juvenis quidam Ægidius Dave in lecto decumberet totus immobilis, ipſa Anna ejus patri ac matri narrarit ſanitatem, quam ope S. Walheri receperat, ipſe quoque juvenis eumdem invocavit; & obtenta continuo ſanitate votivum iter ſuſceperit, unà cum cognomine ſibi patre ſuo, commorante in Foleria Crupenſi. Ego vero Joannes Aubrebis atteſtor, quod Walherus Collet filius Joannis Collet, & Eliſabethæ de Suiſſe, nunc villicus in Gerin, & Joannæ d'Or matrimonio junctus, cum adhuc quinquennis eſſet, fuerit toto corpore tam imbecillus ut greſſum nullum poſſet formare, ſed ſemper in ulnis portaretur: quare mater ejus curavit Miſſam in honore S. Walheri dicendam: unoque aut altero die pòſt vidi illum cum aliis pueris currentem ac ludentem. Inſuper ad memoriam ſcribo quod puella quædam Fallanenſis N. famula Joannis de S. Huberto, villici in Leuze, ex uno latere paralytica, & ideo inutilis famulatui ſuo continuando reddita, in Fallan rediit ad matrem viduam N: quæ, de conſilio alterius mulieris Falanenſis, aſſerentis à ſimili omnino malo fuiſſe ſe per S. Walherum curatam, cum prædicta filia venit Onhayam; acceſſitque, cum eadem bene laſſa, ad domum meam, nonnihil reſpiratura à labore viæ, ac rogavit ut accepto ſtipendio Miſſam pro eadem celebrarem: quo facto, ſine moleſtia fuit: & poſt biduum rediit ad miniſterium ſuum.

atque ex hujus conſilio idem voventi juveni,

item puero,

B *& ancillæ ruſticanæ;*

13 Memoria quod Bieſmam ad ſynodum vadens, obvium habuerim & agnoverim hominem quemdam Ghaſleri natum, opificio fabrum cœmentarium, venientem ex Stauve: qui mecum uſque Bieſmam gradiens narravit, habere ſe uxoris ſuæ levirum in Praille commorantem, nomine Remigium Gobaux, qui fuerat quaſi paralyticus annis circiter decem, & omnibus membris impeditus; qui per ſomnium viſus ſibi eſt à S. Walhero ſanari: id quod uxori experrectus narravit æque ac ipſe ignoranti quis eſſet S. Walherus. Mane autem facto petiit ſibi veſtes dari, & eas per ſe admirabundus induit; intra triduum autem cœpit in vineis putandis laborare. Cum vero ipſe ex Stauve veniſſet ad iſtius ſui affinis domum, quidpiam operis ſui facturus, invenit Remigium ſatis commode valentem. Narranti porro quod in ſomnis vidiſſet, quodque neſciret quis ille S. Walherus ſit; dixit ei faber, quod requieſceret in partibus Dionantenſibus, quodque uxor ſua promiſiſſet pro vaccarum ſuarum ſalute ad illum proficiſci. Itaque Remigii uxorem veniſſe ad ſororem ſuam in Stauve, & cum ea ad S. Walherum iviſſe. Aberam ego tunc domo: ſed ipſa quod factum erat narravit Manburno pagi noſtri; hic vero mihi reduci retulit, eodem prorſus modo, quo ex fabro per viam audiveram, ego Joannes Auxbrebis.

item viro decem annis ſic imbecillo,

C *viſo ſibi per ſomnũ curari.*

14 Memoria; quod Joanna Remy Onhayenſis, in Philippi-villæ conjugata, narravit mihi, quod uxori cujuſdam militis non niſi unica vacca fuit; quæ veſpere rediens ex paſcuis per pontem oppidi, alterâ vaccâ impellente in foſſam profundiſſimam decidit.

Salvatur bos ex alto lapſa.

Oravit ergo mulier carrucarium quemdam, ut adducto carro lapſam reveheret domum: hic vero reſpondit fieri non poſſe, ut quæ ex loco tam alto ceciderat, viva ſervaretur: quapropter ſuadebat, ut ipſo loco jugulatam venderet, vel aliter in uſum ſuum eam converteret: atque ita clauſæ portæ ſunt. Cum autem paupercula illa ſuam lamentaretur jacturam, ſuaſit prædicta Joanna ut S. Walherum invocaret. Paruit illa magna cum fiducia, & poſtero mane inventa eſt vacca, ſalva & incolumis ſtare ante portam: quapropter mulier illa Onhayam venit, gratias actura Sancto. Id quod atteſtor mihi affirmaviſſe prædictam Joannam, filiam Adami Remy, & Barbaræ Adam, dignam fide mulierem. Joannes Auxbrebis. D

15 Memoria quod cum Henricus Dion, ex voto veniſſet ad S. Walherum, quo aliàs venerat ex parte inquilinorum pagi ſui, eo quod cornigeri plures iſtic moriebantur, ego eum interrogavi utrum adhuc duraret ea mortalitas; reſpondit, ex die illo quo huc venerat, ceſſaſſe; nunc autem venire ſe ex voto cujuſdam feminæ, cujus adhuc lactens vitulus ad mortem redactus eſt, & arreptum per pedes protrahebat ex ſtabulo: quando ipſi in mentem venit invocare S. Walherum, & promittere peregrinationem ad illum, cum Miſſa in ipſius honorem dicenda: ſtatimque caput levavit vitulus: quem ipſa attollens deduxit ad præſepe, & ſanum deinceps pergit educare, atque hæc eſt, inquit cauſa reditus huc mei: & hoc accidit circa annum MDCLXVIII. Ita eſt Joannes Auxbrebis Paſtor. Inſuper plurimi aſſeruerunt mihi, quod ferentes aquam de fonte S. Walheri, camque potandam dantes cuidam juveni febres patienti, filio cujuſdam Ægidii vel Lamberti du Pachy Marchiæ, ipſo quo tremor eum apprehendebat momento, illico febrem ab eo depulerint. E

Siſtitur armentorum mortalitas,

vitulus moriens ſervatur,

16 Anno MDCLXX plures cives Marchienſes huc ſimiliter venerunt peregrini, Dominicâ poſt feſtum S. Walheri in Octava S. Petri, quorum unus itemque domicella una mihi aſſeruerunt, poſt factam confeſſionem, quod anno præcedenti, allatam ex fonte prædicto aquam dederit ipſa bibendam febricitantibus multis, qui factâ Novenâ convaluerint omnes: quod ita me audiviſſe teſtor, Joannes Auxbrebis. Memoria: quod anno MDCLXXI vidua quondam Claudii Lanoy, Gerinæ habitans, quæ vaccam ſuam quam credebat mortuam foras extrahebat, in limine oſtii invenit nonnihil adhuc ſpirantem. Cumque ei aliquid panis benedicti ſub invocatione S. Walheri ingeſſiſſet paulumque adjuviſſet; ſurrexit illa, & comedit, ad ſtuporem omnium, qui paulo antea rigidam ac veluti mortuam viderant. Similiter omnino ibidem eveniſſe eodemque modo, alteri viduæ, Goſelettæ de Livoy, plures inde venientes peregrini mihi Joanni Auxbrebis, Curato Onhayæ, aſſeruerunt, hac XXI Maji MDCLXXI, inter quos fuerunt liberi prædictæ viduæ, facto atteſtantes. F

pellitur febris,

2 vaccæ moribundæ reſurgunt,

rheuma pertinax aufertur.

17 Anno MDCLXXIII Leonardus Ponſlet, habitans in Crupez ditionis Leodienſis, affirmavit, quod gravi quodam rheumate ſic dejectus, ut duos fere menſes debuerit lectum tenere,

A tenere, quia nec movere ſe neque ex uno in aliud latus vertere poterat abſque alterius adjutorio. Cumque nullum levamen ſenſiſſet ex medicamentis vel unctionibus ad lumbos adhibitis ; à quadam ejuſdem vici femina , quæ ſe à S. Walhero curatam meminerat , nomine Joanna , conſilium accepit ipſum invocandi: quare Novenam ſuſcepit quarumdam precum in ejus honorem recitandarum. Hac autem finita exauditum ſubito ſeſe ſenſit , cœpitque convaleſcere. Confirmatus porro venit per ſe acturus gratias , XIX Martii feſto S. Joſephi : & quoniam ſcribere neſciebat, Crucem ✠ manu propria ſignando , fidem dictis ſuis fecit , coram me atque Agnete Auxbrebis & Margareta Francis teſtibus ad id requiſitis à me Joanne Auxbrebis, Curato Onhayæ.

18 *Hactenus Parochi prænominati ſchedæ , ex autographis Gallicis Latine reddita: cujus exemplo ſi ſucceſſor inſtitiſſet , præcipua quædam ac teſtatiora quotannis ſic adnotando , poterat multo prolixior evaſiſſe hæc Syloge : ſed potior ei cura fuit ornandæ ex oblationibus eccleſiæ ſuæ. Fortaſſis etiam necdum in manus ejus venerant ſchedæ prædictæ ut ab iis exemplum ſumeret : ipſis autem extra formam legalem , & ſine præſentia Notarii ſcriptis , neque ordinarii auctoritate , poſt examen à Tridentino præſcriptum roboratis , nemo eam fidem poſtulet dari , quæ rite approbatis miraculis debetur. Conſiderans tamen circumſtantias loci pauperis , & temporis inter arma perſtrepentia turbatiſſimi , non puto nimiæ credulitatis arguendum à diſcrete prudentibus , eos qui pie judicabunt , veracem exiſtimandam eſſe boni Paſtoris relationem , licet nondum habeatur legaliter definitum , ſintne miraculis adſcribendæ curationes prædictæ , an ſolum numerandæ inter gratias piè attributas interceſſionibus Sancti , ſicuti privata auctoritate exceptæ & ſchedis illis commiſſæ ſunt. Ceterum ſuaſerim iis ad quos attinet , ejuſmodi poſt hac omnia in librum ad hoc paratum referre conſequenter , ſervatâ , quantum tempus ac locus patientur , juris formâ ; ex quibus deinceps ſecernantur notabiliora quædam magiſque teſtata , offerenda ordinario , ut cum titulo miraculi publicentur.*

Hæc tamen omnia non referuntur ut miracula:

quia ſolum habentur privata auctoritate deſcripta.

B

C

APPENDIX

De Onhaya ejuſque ſitu , & Confraternitate SS. Martini & Walheri ibidem.

19 *Miranti mihi , quod in topographica Comitatus Namurcenſis tabula nuſquam exprimeretur* Onhay , *ideoque de ejus ſitu cupienti diſtinctius edoceri ; reſcripſit idem qui ſupra Curatus D. Joannes Porineaux , videri præteritum locum propter ejus tenuitatem ; utpote vix ultra octoginta communicantes numerantem , eoſque fortunæ admodum exiguæ ; ut vel hinc magis æſtimanda ſit celebritas cultus nihilominus frequentiſſimi , & cura Paſtorum in ornanda de proventibus oblationum eccleſia , dum ipſimet , ut in plebe paupercula , contenti parvo vivunt , de pabulo ſpirituali magis ſoliciti. Oportet tamen ut longe populoſior vicus olim fuerit , cum ab ejus parochia alii circumjecti & in tabula nominati , vel avulſi olim ſint , vel etiamnum dependeant. Et enim* Gerin , *quod* unius ſolum horæ quadrante verſus Occidentem diſtat Onhayâ , huic accenſum fuit ante annum MDLX ; deinde eidem , neſcio quo prætextu aut jure ſe ſubtrahens , decimo quinto poſt anno Paſtorem accepit D. Joannem Haguenne , antea Perſonam in Onhay , auctoritate Illuſtriſſ. Hauvini primi Epiſcopi Namurcenſis ; qui Gerinenſem Capellam , Onhayæ ſubjectarum quartam , in Parochiam erexit. Alia ejuſdem dependentiæ capella in Wellien , mediâ ad ſeptemtrionem leucâ diſtat , & etiam nunc filia eccleſiæ Onhayenſis cenſetur , ad quam & infantes feruntur baptizandi , & conjungendi matrimonio recurrunt ut accipiant teſtimoniales ſuas , licet in Wellien reſideat Presbyter vicarius. Freyr quoque ad Moſam pagus cum caſtro , tribus quadrantibus Onhayâ diffitus, inter Meridiem & Orientem , appendix noſtræ Parochiæ eſt , *inquit idem Curatus*. Ad ipſum vero meridiem , uno quadrante vel paulo plus , eſt parochia Porenne. Atque ex his quatuor facile eſt invenire ſitum ipſius Onhayæ , inter Sabim & Moſam , Dionanto grandi horâ unâ , utroque Haſterio mediâ circiter leucâ diſtantis.

Situs Onhayæ, nunc valde tenuis vici,

D

EX MSS. CURATI. *ex appendicibus ſuis dignoſcendus.*

E

20 *Primum autem vetuſtioremque Patronum eadem Onhayenſis eccleſia veneratur* S. Martinum , *Turonenſem Epiſcopum* , cujus etiam notabilem Reliquiam poſſidet , ſcilicet partem Maxillæ , incluſam argenteæ remonſtrantiæ operis antiqui , donum nobilis matronæ Dominæ de Salmyr , quæ ibi ad cornu Euangelii Epitaphium in marmore cum inſignibus habet. *Idem S. Martini patrocinium ſibi vindicat* Fraternitas *ibidem ad* S. Walheri *honorem conſtituta , auctoritate ſexti Epiſcopi Namurcenſis ſub tenore diplomatis hujuſcemodi.* Joannes Dauvin, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Namurcenſis, omnibus haſce viſuris, lecturis pariter & legi aduturis , ſalutem in Domino. Iis libenter intendimus , quorum adjutorio vera in Deum pietas , & Sanctorum ejus veneratio , non ſolum integra conſervatur , ſed etiam felicibus incrementis augetur & amplificatur. Hinc eſt quod inſtanter requiſiti , ex parte nobis in Chriſto dilecti Paſtoris Onhayenſis, quatenus in ſua parochiali eccleſia Confraternitatem ſeu Sodalitium utriuſque ſexus fidelium , ſub titulo & honore SS. Martini & Walheri, erigere & ſtatuta à Confratribus obſervanda ordinare vellemus & dignaremur ; cumque dictam ſupplicem petitionem , juſtam & animarum ſaluti multum utilem judicaverimus , ei libenter ſatisfecimus , poſtulatamque Confraternitatem , ad honorem SS. Martini & Walheri , in præfata eccleſia , auctoritate noſtra ordinaria , & tenore præſentium ereximus , & ſtabilivimus ; idque ſecundum ſtatuta & regulas ſequentes.

Confraternitas S. Walheri

F

21 In primis cupientes hanc Confraternitatem ingredi , dabunt dare nomina ſua regiſtro Confratrum inſcribenda ; & in die ingreſſus ſui confitebuntur , & ſacra Communione reficientur.

ejuſque leges ,

Exiſtimabunt etiam Confratres, ſui muneris & officii devote ſacris intereſſe , proceſſioneſque dum fient cum omni modeſtia

A comitari, venerabileque Sacramentum dum
EX MSS. ad ægros defertur cum lumine sequi & con-
CORATI. ducere.

Primâ cujusque mensis Dominicâ, vel aliàs ad minus semel in mense, confitebuntur sacraque Communione reficientur.

Meminerint etiam Confratres, in die ingressus sui, seu alio quovis tempore, aliquam eleëmosynam elargiri, pro ornamentorum & aliarum ecclesiæ necessitatum intertentione.

Et quoniam salubris est cogitatio pro defunctis exorare, quotiescumque Confratrum quispiam ex hac vita discesserit, pro animæ ejus refrigerio, pias ad Deum preces effundant; Vigiliis, Missisque si eis vacet intersint; sicut etiam generali Anniversario, quod semel in anno pro defunctis Confratribus celebrabitur, adesse pro virili conabuntur.

22 Ut autem Christi fideles eo libentius hanc Confraternitatem ingrediantur, quo noverint se spiritualibus bonis & præmiis liberalius remunerandos; nos de omnipotentis Dei misericordia, & potestate clavium à D.
B N. Jesu Christo beatis Apostolis suis, & eorum successoribus Episcopis Catholicis tradita confisi, omnibus Confratribus, in die ingressus sui in dictum sodalitium, confessis & sacra communione refectis, quadraginta dies de vera indulgentia in forma ecclesiæ consueta in Domino concedimus: item iisdem visitantibus ecclesiam dicti loci, in festivitatibus Sanctorum Walheri, & Martini, & in
& Indulgentiæ die Dedicationis ejusdem ecclesiæ, & iis qui primâ cujusque mensis Dominicâ, vel alias semel in mense ad honorem dictorum Sanctorum communicaverint, alios quadraginta dies similis indulgentiæ liberaliter impertimur. Illis vero qui venerabile Sacramentum, dum ad ægros defertur comitati fuerint, vel si impediti id præstare nequierint, quinies Pater & Ave, aut unum Rosarium, pro salute ægrotantis recitaverint; & qui discordes ad pacem reduxerint, & errantes ad meliora converterint, & qui pueros lectioni catecheticæ interesse curabunt, seu per se illos docebunt, & qui ægrotos visitaverint, bonisque admonitionibus seu mediis suis, si
C indigeant consolaverint & refocillaverint,
concessæ anno 1628 & qui processiones dum fient comitabuntur; toties quoties unum ex istis fecerint, viginti dies indulgentiarum in Domino concedimus & impertimur. In quorum omnium fidem præsentes litteras manu propria subscriptas, sigilli nostri appensione communiri fecimus. Datum Namurci, XVII Julii an. MDCXXVIII.

23 *Sexto post hujusmodi institutionem anno rogatus etiam* Urbanus Papa VIII *suæ munificentiæ effectus impertiri, Confraternitati prædictæ expediri fecit hujusmodi Breve*, ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut accepimus, in parochiali ecclesia de Onhaye, Namurcensis seu alterius diœcesis, una pia & devota utriusque sexus Christi fidelium Confraternitas, sub invocatione S. Walheri Martyris, non tamen pro hominibus unius specialis artis, canonice in-
easdem angei Urbanus VIII stituta existat; cujus Confratres & Consorores, quamplurima pietatis & caritatis opera exercere convenerunt: nos ut Confraternitas hujusmodi, majora indies suscipiat incrementa; de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui dictam Contraternitatem ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes & confessi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariam; necnon descriptis & describendis in eadem Confraternitate Confratribus & Consororibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere pœnitentes ac confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, Nomen Jesu ore, si potuerint, sin autem, corde devote invocaverint, etiam plenariam: ac istis nunc, & pro tempore Confratribus & Consororibus, vere quoque pœnitentibus & Confessis, ac sacra Communione refectis, qui prædictæ Confraternitatis Ecclesiam vel Capellam seu Oratorium, Dominica immediate sequenti post festum ejusdem S. Walheri Martyris, à primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujus, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Prin-
D cipum concordia, hæresum extirpatione, ac
E sanctæ Matris ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

24 Insuper eisdem vere pœnitentibus & confessis ac sacra Communione refectis, Ecclesiam vel Capellam seu Oratorium hujusmodi in Dedicationis ejusdem ecclesiæ, Nativitatis *anno* 1634.
& Purificationis Beatæ Mariæ Virginis ac S. Martini festis diebus, ut prædictum; visitantibus & orantibus, quo die id egerint, septem annos & totidem quadragenas; quoties vero Missis ac aliis Officiis divinis in d. Ecclesia vel Capella seu Oratorio pro tempore celebrandis ac recitandis aut concionibus publicis vel privatis ipsius Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint seu componi fecerint vel procuraverint, ac etiam qui corpora defunctorum tam Confratrum & Consororum hujusmodi, quam aliorum, ad sepulturam associaverint; aut qualcumque processiones de licentia ordinarii faciendas, sanctissimumque
F Eucharistiæ Sacramentum, tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut aliò ubicumque, & quomodocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut si impediti campanâ ad id signo dato semel orationem Dominicam & salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies orationem & salutationem eamdem, pro animabus defunctorum Confratrum & Consororum præfatorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei & ea quæ ad salutem sunt docuerint, aut quodcumque aliud pietatis vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de injunctis eis aut aliquomodo libet debitis pœnitentiis in forma ecclesiæ consueta relaxamus, præsentibus perpetuis temporibus valituris.... Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die XIX Julii, MDCXXXIV, Pontificatus nostri anno undecimo.

DE

DE SANCTO LANFRANCO,

EPISCOPO TICINENSI IN LOMBARDIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu, epitaphio, ſepulcro, & Vitæ ſcriptore.

AN. MCXCIV. *Sanctus hic à nonnullis cum Landfranco Cantuarienſi male confuſus,*

REgia *Longobardorum civitas* Papia, *antiquis* Ticinum *dicta, non ſolum Angliæ regno Archiepiſcopum Cantuarienſem dedit S. Lanfrancum anno* MLXXXIX (*cujus Vitam dedimus* XXVIII *Maji, & ut feſtum ſub ritu duplici celebrare liceret, tamquam de Sancto indigete, à ſacra Rituum Congregatione poſtulatum invenio*) *ſed etiam centum poſt annis proprium eo nomine Epiſcopum habuit; cujus hic Vitam & miracula daturi ſumus. Interim ex homonymia* (*ut fit*) *nata apud multos confuſio eſt, adeo ut etiam viri inter Papienſes non imperiti, quales fuiſſe credendum eſt libelli ſupplicis Congregationi offerendi Auctores, non ſatis eos diſtinxerint, cum priorem ex Beccenſi in Normannia Abbate factum Epiſcopum,* Beccariâ familiâ *natum, & feſtum agi apud ſe dixerunt* XXIII Junii, *quod utrumque poſteriori unice competit. Errorem hunc jam antea notavit ipſorum hiſtoricus Antonius Maria Spelta, anno* MDXCVII *editus; atque ad pleniorem convictionem erroris prænotati etiam Epitaphium ejus profert, quod & ego vidi Papiâ tranſiens anno* MDCXXII, XXIII *Martii, inſculptum marmoreæ operis eximii tumbæ ſupra ſex columnas alte elevatæ; legere tamen non potui; eo quod ex tribus Religioſis, quos tunc ſolos alere poterat locus in Commendam redactus, adeſſet nemo qui ſcalas præberet: ipſum ergo ex Spelta accipe, quem & Ughellus tranſcripſit.*

non ſolum diſtinguitur ex Epitaphio,

✠ ✠ ✠

2 Quiſquis huc precem effuſurus acceſſiſti, monumentum hoc te rogat, ne pigeat paucis multa cognoſcere. S. Sepulcri templo, cum primum dedicaretur, nomen indutum: ſed temporum potens vis, illo obliterato, novum, ex eo, cujus Reliquiæ hic quieſcunt, ſuperinduxit. Is eſt Divus Lanfrancus, ab univerſa civitate Papienſi Antiſtes electus, Romæ ab Alexandro III conſecratus: cui adverſum Primores, eccleſiarum proventibus urbem munire annitentes, enixiſſime eunti, cum nulla re flecteretur, aqua & igni interdicunt. Diſcedenti in proximas urbes Clerus it comes; dein contumeliis male affectum deſerit. Romam ſecundo profectus à conſecratore Pontifice in patriam reſtituitur. Ubi cum ab iiſdem ſacrilegis ſæpe peteretur, cœnobium hoc, in quo ſæpiſſime conſueverat, advolat & eleemoſynis demortuos Epiſcopos ſupergreſſus, cum diem fati ſui prænuntiaſſet, & conditorium hoc ſibi in vanum curaſſet, ſanctiſſime cælum petiit, anno à D. N. Incarn. MCLXXXIV, nono Kalen. Julii. Sepulcri igitur curam, divino conſilio hactenus reſervatam, cum ſordide nimis humatus jaceret, & tamen miris ſignis excelleret, is, quem in poſtica leges, piiſſime ſuſcepit.

quod legitur in arca in quam tranſlatum corpus,

3 *Quis hic non expectaſſet ut poſticæ partis inſcriptionem ſimiliter legendam exponeret Spelta, docturam & tempus & Auctorem tranſlationis. Interim ſtylo indice facile divinaverim non eſſe ab ea huc uſque elapſum ſeculum alterum; nec magnæ rem totam auctoritatis futuram, ſi non elogii puncta ſingula confirmarentur ex Vita quam ſcripſit* Bernardus, *ut præfatur,* Chriſti famulus, Præſulum minimus, ejuſque non merito, ſed loco, nullo mediante ſucceſſor, *ſubrogatus Innocentii Papæ* III *anno* I, *id eſt Chriſti* MCXCVIII, *ut patet ex libro* I *ejus Epiſtolarum epiſt.* 326, *qua ipſi, tum Faventino Epiſcopo, poteſtatem facit* VI Idus Auguſti *ad Papienſem Eccleſiam tranſeundi,* ubi conceſſum ſibi ſcientiæ & eloquentiæ domum ad profectum plurimorum valeat exercere, & creditum ſibi talentum ſub uſuris fertilioribus abrogare. *Qua in epiſtola expreſſe dicit Pontifex, accepiſſe ſe,* quod bonæ memoriæ L (*Lanfranco*) Papienſi Epiſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo, Capitulum & Clerus Papienſis in ipſum unanimiter convenerunt, ipſum ſibi petentes ab Apoſtolica Sede in Epiſcopum concedi.

ſeculo dum taxat ſuperiori,

ſed multo certius ex Vita, ſcripta per Bernardum

4 *Hinc conſequi Ughellus credidit, ut Lanfrancus obierit anno eodem* MCXCVIII, *proindeque erraſſe auctorem prædicti Epitaphii cum anno* MCXCIV *defunctum Sanctum ſcripſit. Sed hoc non obſtante tenendus eſt annus prior: ſiquidem Bernardus ſucceſſor num.* 21 *expreſſe dicit, quod* Lanfrancus *Epiſcopus* migravit ad Dominum die Jovis nono Kalendarum Julium: *quod utique non in alium quam iſtum* XCIV *annum cadit, cui currebat littera Dominicalis* B, *quæ rurſum non niſi anno* MCCV *rediit. Neque mireberis quomodo civitas Papienſis, tamdiu potuerit cariiſſe Epiſcopo, ſi intelligas quam ea ſemper à partibus ſteterit Imperatorum; eadem de cauſa anno* MCLXXVI *promerita ſit, ut Epiſcopus ſuus Petrus, Pallio privaretur ab Alexandro* III. *Paulo autem poſt obitum Lanfranci, contigerat Henricum Imperatorem hujus nominis* V, *Regem* VI, *ob captum Richardum Angliæ Regem, una cum Leopoldo Auſtriæ Marchione facinoris auctore, anathematis vinculo innodari; in quo etiam obiit, ſepulturâ propterea ſacrâ prohibitus anno* MCXCVII, XXVIII *Septembris. Quarto poſt menſe* VIII *Januarii obiit etiam Cæleſtinus Papa, cujus ſucceſſori haud dubie laborandum multum fuit, in componendis turbis, per priora diſſidia natis; qui etiam in prædicta epiſtola inter alias concedendæ tranſlationis cauſas hanc adfert,* ne ſi à Sede Apoſtolica nuntii, *ad illam petendam Papiâ directi,* vacui rediviſſent, diſſenſionis inconveniens Eccleſiæ Papienſi forſitan eveniret; *hoc ipſo ſatis innuens, diſſenſiones aliquas præceſſiſſe, ob quas in unum de ſuo corpore convenire Capitulum non potuerit, malueritque Bernardum licet jam quidem alteri Eccleſiæ obſtrictum petere; ſuum tamen antea Præpoſitum, & Lanfranci ut volunt diſcipulum.*

qui ipſi ſuffectus eſt an. 1198, *Sedis vacantis* 5,

propter ejus temporis ſeditiones

aliaque incommoda,

5 *Porro hic etiam* Bernardus *paſſim à Papienſibus*

A pientibus Beatus *appellatur*, XVIII *Septembris mortuus anno* MCCXIII *& in eadem ecclesia S. Sepulcri nunc S. Lanfranci humiliter (ut voluit ipse) sepultus, nec unquam elevatus, nec alio aliquo publicæ venerationis cultu honoratus. Et mandaverit quidem sepulcrum sibi adhuc vivens fabricari* Lanfrancus, *ut dicit Epitaphium & habet Vita num.* 19 : *sed illud imperfectum remansit, illo haud parum id ægre ferente, cum neglectum intellexit; quasi in tempus faciendæ translationis dilatum.*

AUCTOR. D. P. *Vitæ scriptor Bernardus. Beatus habitus.*

6 *His præmissis, transeo ad Vitam, graviter ac prudenter scriptam omnique fide dignissimam, sicut eam Ms. accepi & reperi in Bibliotheca Vallicellana Romæ, communicatam olim Cæsari Baronio per Constantinum Cajetanum, nec scio an aliunde habuerit Ughellus, quam inseruit tom.* I *Italiæ sacræ col.* * 24. *Miracula autem quibus edendis ipse abstinuit, ideo etiam pluris facienda sunt, quod plerorumque jurata testimonia Bernardus ipse, tamquam Episcopus & rerum talium judex ordinarius, cum Fratribus suis Papiensibus Canonicis, identidem se profiteatur excepisse. Utinam porro eadem prosecuti essent alii! nam ea ad* B *tempus usque Translationis factæ continuata testari videtur Epitaphium; neque dubium esse potest, quin eamdem postea secuta sint plura.*

Qua fide scripta Vita & miracula,

7 *Aliam Vitam, sed multo breviorem ex pergameno Codice Monasterii sui Vallumbrosani misit nobis R. D. Germanus Ruini ubi ipse Sanctus Ordini Vallumbrosano adscribitur, non quia ipsum aliquando professus sit; sed quia eidem devotissimus multum contenderit vivens ac moriens, ut, dimisso onere & titulo Episcopali, ad ejus habitum reciperetur; quinimo asserit quod eumdem habitum contulerit ei monasterii Abbas: quod monasterium jam tum Ordinis Vallumbrosanæ fuisse aliquoties affirmat Auctor. Id si verum est (nec enim habeo unde confirmem) merito B. Landfrancum Ordinis sui Sanctis Vallumbrosani adscribunt, colantque ut talem, saltem in gradu Tertiarii. Ita in ipso eorum Archicœnobio inveniri B. Lanfranci statuam veterem, cingulo tenus ex argilla formatam coctamque significavit nobis prælaudatus D. Germanus juxta hanc ideam. Characteres breviaturis implicatos sic videmur posse extendere & legere;* B. LANFRANCUS, PAPIENSIS EPISCOPUS HUMILIS PASTOR, HUJUS VALLISUMBROSÆ TERTIARIUS. *Plus aliquid affirmare videtur ejusdem nuper Romæ excusa imago cum brevi elogio, affirmante quod* in extremo vitæ, sub instituto Vallumbrosano degens feliciter obiit. *Verum quam exiguâ cum accuratione processerit Auctor sculpturæ, arguit adscriptus morti annus* MCLXXVI *quem Epitaphium notat* MCXCIV; *nec multo citius notari posse probat initium successoris supranotatum.* D

cultus in ordine Vallumbrosano,

saltem ut Tertiarii.



B. Lanfranc⁹ papie ⊕ ⁹ris⁹
Rum⁹ R⁹ pap⁹ ⊕ ⁹ Vall⁹
ter⁹

VITA

Auctore Bernardo, successore immediato.

Ex Ms. & editione Ughelli.

CAPUT I.

Landfranci studia, virtutes Episcopales, exilium & reditus.

1 CÆlestis altitudo consilii sensus humanos excedens, idcirco ecclesiæ suæ Sponsos providet & Rectores, ut eorum salubri regimine navis Petri in undis regatur & fluctibus, & qui descendunt mare in navibus facientes operationem in aquis multis, videant & faciant opera Domini; & hi, qui vehuntur in eis, salutis ducantur ad portum. Talibus namque piscatoribus sagena Dominica trahitur ad littus, & electi pisces in vasa mittuntur. Horum Pastorum vigilantiâ grex Dominicus pascitur & servatur à lupis, ac serotinis horis feliciter ducitur ad ovile. Inter hos viros eximiæ sanctitatis, Landfrancus Ticinensis Episcopus, velut Lucifer matutinus effulsit; cujus vitam, & de multis quæ per eum Dominus miracula fecit pauca perstringens, ego Bernardus, Christi famulus, F Præsulum minimus, ejusque non merito, sed loco, nullo mediante successor, succincta brevitate descripsi; ut & Deo & ecclesiæ Sanctæ ista cedant ad honorem, & Christi fidelibus proficiant ad ædificationem. *Prologus Auctoris.*

2 In Lombardiæ Provincia, nobili civitate Papia, fuit vir vitæ venerabilis, Lanfrancus *a* nomine, Pontifex opere ac dignitate. Hic dum esset corpore juvenis, ætatem moribus superabat; & scholasticis deditus disciplinis, coætaneos honestate, condiscipulos profectu scientiæ transcendebat: denique magister discipulos actibus & moribus fideliter instruebat. Ceterum acutus *b* quasi ad lumen, salutaris ad studium se contulit Theologiæ, disponente Domino meliora charismata æmulatus. Operabatur jam tunc in eo divina clementia; quod post in salutem fidelium exhiberet. Hauriebat aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, quas opportuno tempore sitienti populo propinaret. De mensa Dominica sumebat panem, quem parvulis petentibus fractum *Adolescentis studia, a* *b* *in iisque profectus spiritualis:*

A fractum fideliter miniſtraret. Proficiebat ætate & ſapientia : etenim manus Domini erat cum illo. Demum in eadem ſacra Pagina Doctor effectus, quæ audierat jam docens, verbi divini dogmata prudenter attentis auditoribus inculcabat; non inflante ſcientia, ſed ædificante ſapientia redimitus. Erat enim fide catholicus, vita honeſtus, ſermone facundus ; in lectione aſſiduus, in doctrina præclarus : & cum eſſet Ordine Diaconus, Altaribus intenſiſſime ſerviebat, Sacerdotibus devotiſſime miniſtrabat.

c Ordinatus Epiſcopus ab Alexandro III

3 Defuncto igitur piæ memoriæ Petro *c*, ejuſdem Sedis Antiſtite, vir iſte venerabilis, naſcens pro patre filius, à Clero eligitur, à populo poſtulatur. Ipſe vero ſe populo Dei neceſſarium recognoſcens, non recuſavit laborem, ſed Deo ſe totum committens, ad Romanam urbem (ut moris eſt eccleſiæ Ticinenſis) pro ſui ordinatione ac conſecratione acceſſit. Ordinatus igitur ac conſecratus à Sanctæ recordationis Alexandro Papa tertio, cum honore ac gaudio ad propria remeavit;

B ibique honorifice à Clero populoque ſuſceptus in Altiſſimi adjutorio habitavit ; eique ſe obtulit hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, exhibens membra ſua ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. Erat ei ſolicitudo officiorum, cura ſubditorum, compaſſio pauperum, pervigil cuſtodia Legis, non negligentia mercenarii, ſed exactiſſima diligentia paſtoris. Circa incorrigibiles diſciplinâ, circa corrigibiles miſericordiâ utebatur.

eccleſiæ ſuæ bene conſulit ;

4 In honeſtate vitæ anteceſſores ſecutus, eos in eleëmoſyna ſuperavit. Cum enim interceſſores ejus duodecim pauperes quotidie reficerent, & aliis minam panis erogarent ; hic eumdem numerum reficiendorum ſervans, aliis pauperibus integrum ſextarium inſtituit quotidie dari, quod per Dei gratiam adhuc hodie in eadem domo ſervatur. Jam vero quanta ei cura fuit rerum eccleſiaſticarum, effectus docet, exitus manifeſtat. Nam poſſeſſiones & redditus plurimum ampliavit; & quas ſui anteceſſores diſtraxerant, ſtudio quo potuit recuperavit. In ſe dilexit gravitatem, in Clero maturitatem, in populo congruam honeſtatem. In eccleſia Dei fulgebat indutus innocentiæ ſtolâ, & inter Coëpiſcopos honoratus ut palma florebat : & ſicut palmes de vite, & in vite Chriſto multiplicabat. Erat viduarum protector, pupillorum adjutor, mœrentium conſolator, egentium benefactor, ſolicite intelligens ſuper egenum & pauperem. De carnalibus aut parentibus erat in ejus pectore cura minor, quibus tametſi aliquando manum porrigeret, non ad pecuniæ augmentum, ſed ad inopiæ ſubſidium miniſtrabat; plus in eis attendens paupertatem, quam ſanguinis propinquitatem; dicebat enim, ſe rerum eccleſiaſticarum non dominum, ſed cuſtodem ; non poſſeſſorem, ſed diſpenſatorem.

optimi in omnibus exempli,

C

bonis amabilis, malis terribilis,

5 Erat & fidei Catholicæ prudens aſſertor, fidelis defenſor, & hæreticorum fortiſſimus expugnator : qua de cauſa plerique ſibi ſuperbiæ, nonnulli crudelitatis & impietatis notam imponebant. Ipſe verò, propter Chriſtum talia reputans tamquam lucra, ſecurus ambulabat inter infamiam & bonam famam : ſua etenim prædicatio, Catholicis erat odor vitæ in vitam, mortis in mortem hæreticis. Unde per ipſum fides Catholica de die in diem roborabatur, & pſeudo-prædicatorum garrulitas minorabatur. Perfecto odio detractores fidei perſequebatur, eos de ſuis finibus expellendo, ipſorum conventicula prohibendo, & ipſorum domos deſtruendo. Et verſa vice, ab ipſis hæreticis injuſtas perſecutiones, & ab eorum fautoribus detractiones plurimas patien tiſſime ſuſtinebat ; ſciens quod Abel eſſe nequit, quem Caïn malitia non exercet. Demum opportunitate præſtita, à labore Marthæ ad quietem ſe transferebat Mariæ ; & relicto ad tempus palatio, ad venerabile monaſterium, in honorem ſancti Sepulcri non longe ab eadem urbe *d* fundatum, habebat recurſum; *d* ipſius loci religioſos Fratres viſitans, eorum animos ſalubri admonitione confortans, & exiſtens in illis quaſi unus ex illis ; ibique congruâ morâ factâ bonus paſtor ad gregis cuſtodiam remeabat, & non quæ ſua ſunt ſed quæ Jeſu Chriſti quærens, Eccleſiam in pace regebat.

D A. BERN. SUCCESS. EX MS.

ſubindeque ad monaſterii quietem ſe recipiens.

6 Invidens igitur diabolus eccleſiaſticæ paci populique [concordiæ], contra eum ſcandalum excitavit. Ecce namque Conſules & Conſiliarii civitatis, ſub ſpecie pietatis impietatem exercere volentes, propoſuerunt coram eo ; quod ad munitionem urbis magnam pecuniæ ſummam ab eccleſiis exigere ſtatuerant, nec aliqua ratione omitterent, quin ad tale tamque utile opus, Clerici & Eccleſiæ de ſuis facultatibus copioſe conferrent. Attendens autem vir Dei hanc eſſe materiam conculcandi Eccleſiaſticam libertatem ; murum ſe pro domo Dei oppoſuit, & huic peſtifero propoſito voce libera contradixit. Laicis enim quantumvis religioſis, nulla de eccleſiaſticis rebus diſponendi, multo minus rapiendi unquam legitur attributa facultas. Illi vero prius blanditiis, poſtea minis & terroribus, virum ſanctum ad ſuæ iniquitatis conſenſum attrahere ſatagebant; ſed ipſe Præſul glorioſus, nec terrore concuti, nec potuit blandimento ſeduci.

E

Conſulibus urbem munire ex bonis eccleſiæ volentibus

7 Cum igitur eum ad ſuam voluntatem, imo iniquitatem deflectere non valerent, publico edicto interpoſito, ſub pœna damni prohibuerunt, ne quis ei panem coquere, vel cibos vendere attentaret ; ſicque ipſi & ſuis ſubſidia ſubtrahentes, tali calliditate ipſum expellere videbantur. Habito igitur Fratrum conſilio, quia morem ibi facere non poterat, in ſua civitate perſecutionem paſſus, ad alias ſecundum præceptum Euangelicum aufugit civitates, & ad majorem ſui doloris augmentationem, Clerus ſibi devotus, eadem perſecutione compulſus, Patris ſequens veſtigia, per vicinas urbes & varia loca eſt diſperſus : ſcriptum eſt enim; Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis.

F

nolens acquieſcere, & cives interdicto ſupponens,

Marc. 14, 27

8 Tunc præfati Conſules, ſuggerente diabolo, res eccleſiaſticas occupaverunt, & in ſuarum periculum animarum, opus, quod propoſuerant, de Jeſu Chriſti patrimonio perfecerunt. Conceperunt etenim dolorem, & iniquitatem pepererunt : eos & populus imitatus ſermonem nequam ſibi firmaverunt, inventos Sacerdotes contumeliis afficientes, & convitiis improbe laceſſentes. Inter hæc Pontifex, condolens & Clero patienti & populo per-

Zach. 13, 7

in exilium cum Clero ſibi adhærente pellitur,

A perſequenti, corde turbatur, ſpiritu anxiatur;
A. BERN. SUCCESS. EX MS. ſed imperturbatus inter proſpera & adverſa, ſicut fuerat inter proſpera humilis, ſic factus eſt inter adverſa ſecurus. Jam crucem Dominicam in mente bajulans, ſe quaſi Chriſti Martyrem exhibebat, in patientia ſua poſſidens animam ſuam; illam beatitudinem habiturus, de qua dicitur, Beati qui perſecutionem propter juſtitiam patiuntur.
Matt. 5, 10

neque perſuadetur ante congruam ſatisfactionẽ ut redeat:

6 Per idem tempus, dum ad ſanctam Vercellenſem eccleſiam acceſſiſſet, quidam ex Conſulibus & Primoribus ſuæ civitatis, illuc quaſi pro bono pacis venientes, inſtare cœperunt, ut ad ſua rediret, & tam eccleſias quam populum viſitaret. Ipſe vero conſtanter reſpondit, ſe hoc nulla ratione facturum, niſi ſatisfacerent de commiſſis, indignum reputans talem reditum, in quo & Dei reverentia poſtponeretur, & Clericalis honor minueretur, & tam libertas quam eccleſiaſtica utilitas enormiter læderetur. Repulſi itaque à ſua poſtulatione viri impii, ſuper juſtum jacturam fecerunt; eumque plurimis contumeliis affecerunt; ſuprà dorſum
B ejus fabricantes, & iniquitatem ſuam prolongantes, ſatagentes ut & de ipſius civitatis finibus pelleretur. At ille gaudens, verborum illorum jacula ſic Deo dante repulit, quod ſagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum: Dominus enim dabat ipſi euangelizanti verbum in virtute multa

e Clero tamen id permittit,

10 Quodam vero tempore cum Clerus ex magna parte ad propria redire vellet; Præſul cum eis ſimul apud Morimundum *e* colloquium habuerunt; ubi ſategit Clerus eum ad minus honeſtum reditum revocare, nulla de damnis illatis ſatisfactione præmiſſa. Sed cum eum retrahere non valerent; quidam ex eis in eum impetum facientes, plurimis cum convitiis & contumeliis provocarunt, & multis opprobriis & injuriis affecerunt: quæ ſiquidem credidimus enarranda, non tam ad eorum confuſionem, quam ad viri ſancti commendationem, qui æquo animo hanc quoque ſuſtinuit perſecutionem; cum conſtet jacula improviſa magis ferire, & graviora ſint vulnera, quæ cæleſti militi à dex-
C tero latere inferuntur. Ipſe tamen Clero paterno affectu compatiens, dedit ei licentiam, ut, ſi honeſtum modum reformandæ pacis invenirent, ad propria redirent. Unde factum eſt, quod data inter Clerum & populum quadam in umbra quiete, Clerus ad urbem rediit, Paſtore in exilio remanente. Non multo pòſt Clerus ſecum voluit exulare: ſed ipſe, plus eis quam ſibi metuens, ſolus maluit exilium ſuſtinere.

ipſe Romã confugit

11 Videns itaque ſe fere ab omnibus deſtitutum, ſolus ſedebat, quia amaritudine repletus erat. Tandem fidelis Deus, qui non permittit ſuos tentari ſupra id quod ferre poſſunt, fecit ei cum tentatione proventum; inſpirans ei, quatenus Romanam Eccleſiam viſitaret; ut inde conſilium acciperet, unde ſumpſerat officium Præſulatûs. Dedit autem illi Dominus gratiam in oculis ſummi Pontifi-
f cis *f* & fratrum ſuorum: quia quem perfuderat Deus gratiâ, merito debuit apud homines gratiam invenire. Itaque ſummus Pontifex, in promptu habens ulciſci omnem inobedientiam, tantæ malitiæ auctores & fac-
D tores anathemati ſubjugavit, adhuc in ipſam civitatem graviora minatus. Confortatus itaq; vir ſanctus admonitione paterna, ad partes ſuas Deo ducente pervenit. Surrexit interea in prædicta civitate Rector *g* novus, Dei amicus, impietatis inimicus: cives ad pœnitentiam commonefecit, & pro ipſis & cum ipſis ſatisfaciens, ſanctum Dei famulum revocavit: ſicque per Dei gratiam, reddita pace Eccleſiæ, vir Deo dilectus Clerum & populum paſtorali diligentia gubernavit.

ac reſtituitur, civibus ad pœnitentiam addactis.

g

ANNOTATA D. P.

a *Scriptores Papienſes paſſim è* Beccaria *familia natum dicunt: addit Joannes Bapt. de Gaſparis, in Sanctorum Ticinenſium Vitis, ſeu (ut ille appellat) Breviario,* à Grupello Ticini oppido. *Utrumque veroſimile facit Antonius Maria Spelta, cum ait ibi ab eo fundatum dotatumque hoſpitale, ſub regimine iſtius familiæ; quod hodiedum ſupereſt. Brevior Vita natum ait in Pago Grupello de Lumellina prope Ticinum.*

b *Mss. & edita,* Actus, *quod minus aptum videtur; & imperfectum valde originale eſſe, unde utraque proceſſerunt, ex utriuſque collatione comperio; adeoque indulgendum aliquid prudenti correctioni, non tam ſtyli, qui bonus; quam mendorum, à librario imperito aſperſorum.*
E

c *Ughellus ordinatum ſcribit an.* 1148, *atque Epiſcopatum tenuiſſe uſque poſt Frederici Imperatoris cum Alexandro III reconciliationem, adeoque ultra annum* 1177, *quando fuerit ab excommunicatione, quam illius causâ incurrerat, abſolutus. Eſt ergo veroſimile Lanfrancum ordinatum ſi non ut ait de Gaſparis an.* 1178, *certe non ante; nec enim Epiſcopum civitas accepiſſet à Papa, qui ipſam an.* 1176 *propter pertinaciam in ſchiſmate honore Pallii privaverat: forte etiam* Lanfranci *ordinatio melius differretur ad an.* 1179

d *Valliſumbroſani Ordinis ea Abbatia eſt: an ſemper fuerit, & à quo vel quando fundata ſit, necdum comperi. Nomen habet à forma Sepulcri Dominici, cujus menſuram in ea eccleſia obſervatam aiunt; quod & Brugis in Flandria & alibi factum ſcio.*

e *Male ſcriptum & impreſſum* Moribundo; *eſt autem* Abbatia S. Mariæ de Morimundo F *Ord. Ciſtercienſis, Mediolanum inter & Papiam, ut ait Ughellus in Mediolanenſibus col.* 200 *pluribus eam deſcribens; ſeu potius utrimque æqualiter diſtans* p. m. 13, *Papiam inter & Novariam, ubi tabulæ* Miramondam *corrupte nominant.*

f *Utinam hunc nominaſſet: nam Alexandro* III *ſucceſſit anno* 1181 *Urbanus* III, *& huic, necdum finito biennio Pontificatus, Gregorius* VIII, *duorum non integrorum menſium Pontifex: tum an.* 1187 *Clemens* III, *uſque ad an.* 1191.

g *Spelta* Saracenum Salimbeni *appellat, multaque addit de præclarioribus illius familiæ viris, inter quos nominat* B. Martinum *an.* 1499 *defunctum, cujus incorruptum corpus in marmorea arca hodiedum ſervatur in eccleſia S. Joannis in Burgo. Velim diſcere an ibi aliquem cultum habeat, & quo die. Comitum titulo illi nunc honeſtantur, & eorum uni Joſepho prædictum Sanctorum Breviarium an.* 1651 *inſcribitur. Interim Speltæ dictum videtur à filio affirmari infra num.* 32 *& ipſe pag.* 304 *adducit initium cujuſdam inſtrumenti, anno* 1189 *facti ab Epiſcopo, confirmantis*

A *firmantibus inter alios*, D. Syro Salimbene Vicedomino ipſius D. Epiſcopi, & D. Anglerio Salimbene.

CAPUT II.

Receſſus ad monaſterium S. Sepulcri: extremus morbus, & pius obitus Lanfranci.

Reverſus ſæpe ſecedit ad monaſterium S. Sepulcri

12 INterea ſe ad ſæpe dictum cœnobium referens, religioſos Fratres curâ ſolicitâ viſitabat, ut affluenti doctrina impertiretur eis aliquid gratiæ ſpiritualis; & eos blande conſolatus, vice condigna de ipſorum præſentia conſolationem congruam reportaret. Illuc per ſcalam Iacob, tamquam Angelus per contemplationem aſcendens, ſubditorum compaſſione ad activæ vitæ laborem debita viciſſitudine deſcendebat; & à Rachelis aſpectu ad Liæ ſe conſortium reducebat; & ſi quid fuerat antiqui hoſtis malitiâ depravatum, ad vitæ normam viamque rectitudinis revo-
B cabat. Bonum autem opus faciens non deficiebat; bonum autem certamen certans, hujus vitæ curſum conſummabat; repoſitam habens coronam juſtitiæ, ſibi retributionis tempore reſervatam; ut apparente Paſtorum Principe, perciperet immarceſſibilis gloriæ coronam.

& Monachis domũ ad recreationẽ ſtruit.

13 Ipſe quoque vir ſanctus religionis amator, quamdam ex ſuis bonis domum juxta prædictum monaſterium ad uſum Fratrum ædificari præcepit, & ſtipendia dedit, ut quoddam terræ ſpatium ibidem muro clauderetur, quo arboribus conſito Fratres ſe aliquando reciperent, & à clauſtri tædio animos recrearent. Quod factum eſt non causâ voluptatis ſed neceſſitatis; non levitatis, ſed utilitatis; non ad vitium inſtabilitatis, ſed ad remedium pietatis.

Conſulibus aliam quæ eccleſiæ erat, petentibus negat:

14 Cum autem complacuit ei, qui eum vocavit per gratiam ſuam, ut in labore hominum eſſet, & cum hominibus flagellaretur; infirmari cœpit, ut virtus mentis in corporis infirmitate perficeretur, & carnis defectus fieret ſpiritui, Domino faciente, profectus.
C Quo ægrotante Conſules civitatis ad eum pariter accedentes, domum quamdam, quæ erat ſtabulum equorum, ubi & quædam Eccleſiæ utenſilia reponebantur, ad conſtruendum commune civitatis Palatium inſtanter ab eo unanimiter poſtulaverunt. Sed ipſe, quem zelus Domini comedebat, patrimonium Cru-
a cifixi, & B. Syri, *a* cujus erat fidelis deſpenſator & cuſtos, ſub umbra ſui nominis, *quibus domum illam clam ſpoliantibus*, indignum reputans ab Eccleſia alienari; ſe illorum petitionem non admiſſurum conſtanti voce reſpondit. Videntes verò quod ad ſuum velle ejus non poſſent animum inclinare, & quæ cogitaverant conſilia cum illius conſcientia ſtabilire; præſumptione iniqua, res eccleſiaſticas, quæ in eadem domo erant, occultè huc atque illuc diſtrahentes, eam eo inconſulto ſubvertere diſponebant.

15 Vir itaque ſanctus, quem eorum malitia non latebat, videns iniquitatem & contradictionem in civitate, cupiebat ſe longè facere, & ad clauſtrum Religionis tranſire, ut eſſet ei umbraculum diei ab æſtu, & in

ſecuritatem & abſconſionem à turbine & à D
pluvia. Ad ſe namque quoſdam populi majo- A. BERN. SUCCESS. EX MS.
res convocavit; & conſignatis eccleſiaſticis theſauris, in conſpectu quorumdam Fratrum ſuorum, eos diligenter commonuit, quatenus *fruſtraque commonitis*, ab iniquitate quam conceperant exercere, manus retraherent; & ſic ſe in omnibus exhiberent, ut per omnia Eccleſiæ jura illæſa ſervantes, non quæ ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti ſunt, quærere viderentur. Cumque ipſos ſpiritualibus monitis reteciſſet, recepto ſpiritu conſilii, mundum cum omni ſupellectili ſua relinquere diſponebat.

ad vitam clauſtralẽ ſe recipere decernit;

16 Aſſumens igitur pennas ſicut columbæ, ad ſæpe nominatum ſancti Sepulcri cœnobium convolavit; quatenus in clauſtrali poſitus paradiſo, ac ſingulariter conſtitutus in ſpe quæ non confundit, hauriret aquam ſapientiæ ſalutaris; & ſpes Chriſti, quæ ſuper mel & favum dulcis eſt, cujus jam factus fuerat templum, fieret in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Craſtina namque ſequens dum premit aſtra dies, Patrem monaſterii ad ſe accerſiri præcepit; & ut ſibi, tamquam uni de Fratribus ſuis infirmis viſi- E
tatio fieret, ab eo ſolicitè impetravit. Cum- *atque in dictum monaſterium delatus infirmus*,
que Fratres cum Cruce & aqua benedicta, accenſis cereis, cuncta ex more proſequentes, ſibi aſſiſterent; quaſi de ſeptima tranſitum faciens ad octavam, tali eos ſermone alloquitur: Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam moriar. Quod inter cetera ſuæ locutionis verba, tactus dolore cordis intrinſecus, de eis, qui in res Eccleſiaſticas impune manus extenderant intulit dicens; Alieni inſurrexerunt in me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Viaticum piiſſime ſumit:

17 Nihilominus & de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini, quomodo illud aliis eſt odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & favum, eiſdem Fratribus verba propoſuit, ipſumque ſine mora ſumma cum veneratione ſuſcepit. Unde profecto datur intelligi, quodſi ipſe, cui inerat ad gloriam teſtimonium conſcientiæ bonæ, ab omni inquinamento carnis purificatus non eſſet, de F
tanto myſterio, illud devote percipiens, tam glorioſe locutus non fuiſſet. In novitate etenim vitæ ambulabat, & effundens ſuper ſe animam tranſibat per tabernaculi admirabilis locum uſque ad domum Dei. Deſiderabat enim Pontificalem infulam deponere, ſeque monaſticæ obedientiæ ſubjugare. Cum autem à quibuſdam Fratribus rogaretur, ut, ſi fieri poſſet, & Monaſticum habitum aſſumeret, & Pontificalem non deponeret dignitatem; ait: Sinite, Fratres, ſinite: quia fungens Præſulatûs officio, civitatem ipſam de cetero non viſitabo: hæc etenim domus requies mea eſt, hic habitabo, quoniam elegi eam.
Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat.

deinde parato ſibi habitu monaſtico,

18 Ut autem quod mente conceperat operis comprobaret effectus; præcepit ſibi monaſtici habitus indumenta fieri; quatenus à Pontificali ſolicitudine abſolutus ea indueret, ſeque jugo ſuavi obedientiæ ſubjugaret. Ad ſe namque Cleri populique majoribus con-

A vocatis, ut ſibi commiſſæ adminiſtrationis
A. BERN. SUCCESS. EX MS. abrenuntiationem reciperent, eos precibus inſtanter ſolicitavit; & ut ſibi talem eligerent ſucceſſorem, qui ſciret Dei Eccleſiam in ſpiritualibus & temporalibus gubernare, diligenter commonuit. Sed vir ſanctus, cui vivere Chriſtus erat, nulla eos ratione inducere potuit, ut ſuæ voluntati & petitioni annuerent; excuſationis velamen ſibi opponentes, quod abſque conſcientia & mandato Romani Pontificis à regimine ſibi credito abſolvi nullatenus poſſet. O beatum virum, qui ut in arce contemplationis ei placeret cui ſe probavit, maluit in monaſterio ſub Abbatis imperio Domino exercituum militare, quam aliis imperans terrenis actionibus occupari! Qui etſi Monachi habitum alteratis veſtibus non aſſumpſit, ad cor ejus tamen ex alto reſpiciens Deus, ex electorum Monachorum ei meritum contulit, & Præſulis gloriam non amiſit. Providebat enim cæleſtis altitudo conſilii, ne aut in eo nomen Paſtoris minueretur, aut eo vivente ejus Eccleſia ſuo venerabili Sponſo viduaretur.

fruſtra nititur abdicare Epiſcopatum:

B 19 Denique cum jam optaret diſſolvi &
jubet ſibi præparari ſepulcrum, eſſe cum Chriſto, diſſolutionem ſui corporis imminere Abbati & Fratribus indicavit; eumdemque Abbatem propenſius exoravit, ut ſibi ſepulcrum fieri præciperet, in quo deberent ſua membra locari. Quod ſiquidem Abbas prius exhorrens, aliquantis diebus elapſis, ad ejus tandem inſtantiam præparari mandavit. Nihilominus ab eodem impetrare curavit, ut eo intrante in gaudium Domini ſui, quidquid poſſet & liceret de monaſtico habitu, in ſui tabernaculi depoſitione conferret. *b*

b

ſeque ad infirmariâ deferri:

20 Die autem quadam cum languor ingraveſceret, & tempus ſuæ reſolutionis inſtaret, memor ſemper ſuorum noviſſimorum, cum de domo hoſpitum ad domum pergeret infirmorum; veniſſetque ad eam partem clauſtri, quæ reſpicit ad Eccleſiam, ubi ejus ſepulcrum parabatur; ſubſtitit, & à Fratre, qui ejus debiles ſuſtinebat actus, utrum illius ſepulcrum perfectum fuiſſet ſolicitè requiſivit: deſiderabat enim videre ipſum, ac benedicere conſummatum. Cum autem idem Frater imperfectum aſſereret, quod longe ante ab Abbate & Fratribus ipſe vir ſanctus inſtanter fieri poſtulaverat, exprobrans illorum negligentiam, & exhorrens operis dilationem intremuit ſpiritu, & ait: O tardi & omni inertiâ pleni, quare mihi ſepulcrum condere diſtuliſtis? Nunc autem perficiat greſſus meos Deus in ſemitis ſuis, & ſecundum magnam multitudinem dulcedinis ſuæ me famulum ſuum illius miſericordia ſubſequatur, ut intrare merear in potentias ejus, & dare vocem lætitiæ & exultationis in tabernaculis juſtorum.

C
quo tranſiens queritur de necdum parato ſepulcro,

& Pontificaliter indutus inungitur,

21 Et ingrediens prædictam domum recepturus ſuorum palmam laborum, paulatim cœperunt ſingula illius membra reſolvi: convocatiſque ad ſe Fratribus, ab eis cum omni devotione extremæ Unctionis oleum poſtulavit. Cumque juxta morem ſibi Officium fieret; ipſe ſedulus cum aliis reſpondebat. Deinde indumenta Pontificalia, quæ ſolo ſuæ intuitu perſonæ ſibi fuerant collata, ne illa tamquam propria eccleſiæ auferendi cuiquam daretur occaſio, juſſit adduci, quatenus eo recepto in tabernacula æterna, eiſdem ſanctum ejus corpus indueretur, & ſic ſepulturæ honorifice traderetur. Demum ſibi Crucem afferri præcipiens, imaginis Salvatoris pedes inſtanter cum lacrymis deoſculabatur dicens, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum: & ut ejus in Chriſto ſpes & fiducia probaretur, inter dolores mortis, non querelas, ſed Chriſtum Regem gloriæ habebat in ore. Cum autem hora tranſitûs immineret, brevem fudit orationem dicens: Glorioſe Confeſſor beate Syre, roga Dominum Jeſum Chriſtum, ut dignetur accipere ſpiritum meum. Nec multo poſt migravit ad Dominum, die Jovis nono Kalendarum Juliarum anno *c* à Nativitate Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſexto in Pontificatu D. N. Alexandri tertii.

D
ac pie moritur

23 *Junii.*

c

ANNOTATA D. P.

a S. Syrus, *creditur primus Ticinenſis Epiſcopus, & colitur 9 Decembris. Eidem ſacra eſt Eccleſia ibidem Cathedralis.*

b *Brevior Vita ſic expreſſius loquitur*: Interim poſt aliquos dies in gravem infirmitatem incidit, & ab Abbate prædicti cœnobii S. Sepulcri ſanctiſſimis Eccleſiæ Sacramentis devotiſſime poſtulatis, ea ſummo ſpiritu monaſtico more ſuſcepit; atque ab Abbate impetravit, ut qui in vita pro quiete ſui gregis habitum monaſticum non valuit induere, ſaltem prope mortem illi paterna caritate concederet; quod & factum eſt.

E

c *Sequentia verba, vel fuerunt præter auctoris mentem imperitiſſime poſtmodum adjecta, vel (quod potius crediderim) excidit librario linea una, ex breviori Vita & Ughello ſic ſupplenda:* anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo quarto (*in hunc enim habente litteram Dominicalem* B, *cadit concurſus diei* 23 *cum feria* 5) [ordinatus Epiſcopus anno Domini milleſimo ſeptuageſimo nono] in Pontificatu S. D. Alexandri III. *Nos ejuſmodi editionem necdum vidimus.*

CAPUT III.

Quædam miracula Sancti poſt mortem:

F

Corpore, ut juſſerat, Monaſticis ac Pontificalibus induto,

22 POſtquam autem beatus vir Lanfrancus Epiſcopus, depoſito carnis onere intravit in gaudium Domini ſui, & in pace factus eſt locus ejus, & aſſociatus eſt Sanctis in cælo, quorum vita vixit in mundo; mirificavit Dominus Sanctum ſuum, ipſius meritis præſtans beneficia hominibus uſque in præſentem diem: ut à fidelibus veneraretur in terris, quem Domini pietas honorarat in cælis. In hoc etenim glorioſo Chriſti Confeſſore memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus; quæ ſiquidem quantum Dominus miniſtraverit ſuccincta brevitate duximus enarranda; ut dextera Dei, quæ facit virtutem, glorificetur in eis. Cum igitur ſanctum ejus corpus, ad ipſius poſtulationem, veſtibus quæ licebant Monaſticis, & deſuper Pontificalibus indutum fuiſſet, & adhuc in eccleſia in teretro ſervaretur; quædam mulier gradiendi officio per biennium deſtituta, ad cœnobium memoratum accedens, manu ſe fecit beati Præſulis conſignari:

& in eccleſia expoſito,

ſanatur greſſu privata:

A gnari: ſtatimque integræ reſtituta ſaluti, domum gaudens ſuis pedibus remeabat.

23 Acceſſit & aliud nequaquam ſilentio tranſeundum. Quidam de Clericis, videns ſancti viri corpus Pontificalibus veſtibus, ut eſt moris, indutum, ſic ſepulturæ tradendum; inſipiens in corde ſuo dixit; Ut quid perditio hæc? Poterunt veſtes iſtæ in uſum viventium ad meliora converti. Deinde quod cogitavit explens, auſu temerario beati viri corpus exuere, ac vilioribus veſtibus induere, contra jura præſumpſit. Deus autem ultionum Dominus, cum ipſum aliquamdiu ad pœnitentiam expectaſſet, tandem & manus auſas tantum ſcelus, & lateris totius officio digna retributione privavit. Ipſe vero quoad vixit in tali miſeria conſtitutus, demum ad cor rediens, ſæpius replicabat: Merito hæc patior, quia peccavi in patrem meum. Hinc accrevit timor & reverentia erga Sanctum Dei, eratque in ore fidelium, Sit nomen Domini benedictum.

volens Pontificalia detrahere,

paralyſi punitur.

24 Parvulus quidam adhuc lactens, nimia infirmitate gravatus, dum per quinque continuos dies nihil omnino guſtaſſet; mater jam de ipſius vita deſperans, tandem viri Dei memorata, ejuſdem pro puero auxilium imploravit. Cujus fidem ſuperna pietas non deſpexit: nam puer ſtatim mamillas petiit, nec multo poſt integræ reſtitutus eſt ſanitati. Cum alterius cujuſdam pueri oculum ſic occupaſſet albugo, ut videndi uſum non haberet; nec medicorum artibus poſſet aliquo modo curari; mater, quæ per alios Sanctos eum circumduxerat, tandem ad Beati hujus ſepulcrum cum eo venit. Ubi cum aliquantiſper peroraſſet, receſſit de liberatione ligati oculi non ſecura. Cum autem aliquantulum proceſſiſſent; puer ait matri, Solve, mater, oculum, quia ſum liberatus. Quod cum mulier non credens ſolvere nollet; puer abjecit ligaturam. Cum igitur mater eum ſanatum aſpiceret, ad dictum ſepulcrum cum eodem rediit: & diu gratias Deo & beato Lanfranco dantes, cum gaudio ad propria redierunt.

B *Curantur infirmus puer,*

alius cæcutiens,

pelluntur febres.

25 Adoleſcens quidam, longa publici carceris detruſione ac compedum vinculis attritus, inſtanter beati Prælulis Lanfranci ſuffragia poſtulabat; votum faciens, ſi ejus meritis à tantis tribulationibus liberaretur. Non multo pòſt obdormivit: apparuit autem illi vir beatus in ſomnis, & eum excitavit. Illico juvenis ſurrexit, & ceciderunt compedes de pedibus ejus. Quos cum rurſus multi ei remittere conarentur, nobiſque præſentibus idem eſſet à plurimis attentatum; nullo potuerunt conamine revocare: unde conſtat ferrum ſancti viri juſſionibus obediſſe, ad cujus tumbam eum cum hymnis & laudibus duximus feſtinanter. Rodulfus quidam, gravi febre correptus, vovit beato viro dare olei libram in lampade, ad ſepulcrum ejus ardente; ſtatimque rigor abſceſſit. Henricus pictor, continua febre laborans, vovit glorioſo Præſuli Lanfranco dare candelam, ad corporis ſui menſuram, ſi Sancti ejus meritis reciperet ſanitatem: ſtatimque liberatus votum quod promiſit exſolvit.

C *liberatur captivus:*

26 Cuidam juveni Uberto nomine, in præfato publico carcere poſito, & propter ſqualores carceris fugere cupienti; quidam alius, qui cum cuſtodibus morabatur, cultellum inter ſcapulas ad manubrium uſque defixit; ſtatimque percuſſus cecidit; & ſe quaſi mortuum reputans, ſanguinem ex ore ac vulnere diffundebat. Vocatus eſt Sacerdos, ut ei tamquam morienti pœnitentiæ remedium & alia Sacramenta conferret: deinde in imo carceris inter alios conſtitutus, jam non niſi de morte cogitabat. Demum ad mentem reverſus, B. Lanfranci auxilium cum lacrymis poſtulavit; adjiciens, quodſi ejus meritis beneficium reciperet ſanitatis, eidem quoad viveret fideliter deſerviret. Cum autem eſſet aliquantulum ſoporatus, apparuit ei vir Dei dicens: Surge, ſanatum eſt vulnus tuum. Excitatus itaque manum ad locum vulneris ponens, ſanatum invenit: & cuſtodem carceris vocans, miraculum quod ſibi acciderat per ordinem recitavit. Qui ſtupens, quod eum, quem paulo ante ſeminecem viderat, nunc ſanum reperiret, hæc nobis & Poteſtati retulit civitatis. Adductis igitur vulnerato, percuſſore, ac cuſtodibus coram nobis; & oculata fide & juramentis interpoſitis; cognita veritate eum ad tumbam glorioſi Confeſſoris ducentes, in hymnis & confeſſionibus Deum benediximus, qui prope eſt omnibus invocantibus eum in veritate.

D A BERN. SUCCESS. EX MS. *Captivus ad mortem vulneratus;*

apparente Sancto ſubito ſanatur,

E *miraculo legaliter probato.*

27 Cumque tanti Præſulis fama longe lateque divulgaretur, Monachus de Attenii diœceſi, ſic unius pedis morbo afflictus, ut jam duobus menſibus non haberet officium gradiendi; votum vovit Domino & B. Lanfranco, quodſi ejus meritis ſanaretur, ſuis pedibus ad ipſius tumbam cum pede cereo adveniret. Nec mora: perrupta cute ſanies emanavit, & poſt paucos dies ſanus effectus, votum quod fecerat lætus exſolvit. Puerculus quidam de Vaſtarino *a*, qui per tres annos, teſtibus parentibus, lumen non viderat, ad ſancti viri corpus deductus, viſum Deo volente recepit. Pauper quidam, Martinus nomine, qui per annum & dimidium viſu caruerat, nocte Paſchali ad ſacrum ejus tumulum deductus, meritis Præſulis eſt illuminatus. Puella quædam de *b* Calignano, ſic fuerat infirmitate curvata, ut ambulare nequiret, niſi manibus pro pedibus uteretur: cujus parentes cum pro ea beato viro ſupplicaſſent, continuo erecta ſurrexit, & ambulavit in pace.

Curatur pede debili,

a illuminantur cæci 2,

b

F *erigitur contracta,*

28 Quidam alius puer, loquendi ætatem tranſgreſſus, dum velut mutus nihil penitus loqueretur; parentes ejus ad interceſſionem beati Præſulis devenerunt. Dominus autem, de cælo proſpiciens ſuper filios hominum, per merita Sancti viri puero loquelam donavit. Puella quædam, quæ per medium annum cæca permanſerat, ad ſacrum ipſius Præſulis tumulum viſum læta recepit. Quidam Guido nobilis, civis Aſtenſis, cujus crura ſic per biennium aruerant, ut ire omnino non poſſet, niſi genibus & manibus cum duobus ſcabellis pro pedibus uteretur; ad ſepulcrum ſancti viri deductus, ad interceſſionem ipſius ſanatus, ſuis pedibus ad nos veniens, ita eſſe aſſeruit proprio juramento: multique alii, qui viſo miraculo præſentes fuerant, idem ſunt in noſtra præſentia proteſtati. Vir quidam

mutus loquelâ donatur:

reſtituitur uſus, uni pedum.

A quidam nobilis Mediolanensis, Henricus Sen-
A. BERN. SUCCESS. EX MS. *alteri manuum.* satus nomine, ex præcedenti fractura dextri brachii sic debilitatus, ut manum ad os mittere non posset; ad tumulum beati viri cum devotione veniens, sic Dei gratiâ sanitatem recepit, ut manum super caput erigens, signum Crucis in fronte sibi faciens, ad omnem usum manum cum brachio sibi cerneret restitutam.

Continua febri adductus ad mortem, 29 Vir honorabilis, Petrus Niger Jurisperitus, civis Papiensis, febre continua laborans, in lecto jacebat semivivus. Mater vero stans ad lectum jacentis, incessanter pro eo Dominum & B. Lanfrancum deprecabatur dicens: Sancte Lanfrance, redde mihi filium meum; qui devotus extitit tibi viventi. Ipse quoque infirmus, prout poterat, ejusdem Sancti suffragium devotissime postulabat. Apparuit autem eidem viro vigilanti Domini Salvatoris imago; & B. Lanfrancus ad pedes Salvatoris prostratus, pro ipsius infirmi salute Chri-
orante pro eo matre, stum rogare videbatur. Dominus autem Jesus
B avertit faciem suam, & sic visio evanuit ab oculis ejus. Ipse verò territus, de salute cœpit penitus desperare: sed mater precibus instans, sæpius replicabat, Sancte Lanfrance, redde mihi filium meum. Tacenti autem filio est prædicta visio iterata; & facies Salvatoris,
& apparente ter S. Lanfranco, sanatur. sicut & prius, aversa. Cumque & hæc secunda visio evanuisset, amplius territus, magis ac magis à spe salutis elongabatur. Ceterum mater, opportuna importunitate precibus instans, beati viri non cessabat suffragia postulare. Dominus autem, qui Cananæam pro filia rogantem audivit; tertia vice jacenti filio dignatus est apparere, & ad ejus pedes B. Lanfrancus. Jesus autem recto & hilari vultu respexit eum, & manu data elevavit eum: & hac tertia visione sublata, infirmus obdormivit; & statim à febribus liberatus, Deo & beato Præsuli multimodas gratiarum retulit actiones.

Miraculis istis incredulus 30 Per idem tempus quidam civis Romanus, nomine Petrus, dum esset Papiæ, auditis miraculis beati viri, deridens & hæc omnia parvipendens, vana & falsa esse quæ audierat constanter asserebat: sed istud maledictum non frustra prolatum venit super eum. Eodem
C etenim die beatus vir apparuit ei dicens; Omnis laus in fine canitur. Statimque gravissimo dolore correptus, tam graviter torquebatur, ut circumstantibus expirare videretur; & illud in eo jam cerni posset impletum, Derisores ipse deridet. Cumque jam funeri necessaria pararentur; mulieres quæ ibi aderant, instan-
gravissime torquetur; ter clamare cœperunt, Sancte Lanfrance, adjuva eum. Apparuit autem ei vir sanctus, Pon-
Sanctoque invocato sanatus, tificalibus vestibus indutus; & summitate virgæ pastoralis pectus ejus tangens, ait, Pax: statimque dolor abscessit, & ipse evanuit ab oculis ejus.

cum peteret aliud in se signũ fieri, obmutescit, 31 Tunc ille de blasphemia factus credulus, Deo & beato Confessori laudes & gratias agere cœpit. Sequenti vero die, cum viris honestis, Sacerdotibus & Clericis, perrexit ad cœnobium, ubi ejusdem sancti viri corpus requiescit: & antequam intraret ad ecclesiam, rogavit adstantes, ut Deo & beato Petro, sanctoque Lanfranco preces funderent, quatenus in eo aliquod evidens miraculum appareret, ad majorem fidem eorum, quæ sibi acciderant faciendam. Quo facto in- D
travit ecclesiam; & gratulabundus accedens ad sacram beati viri tumbam, de perceptis beneficiis gratias egit. Deinde clausterum intrans, quæ sibi acciderant, ejusdem loci religioso Abbati fideliter enarravit. Apparuit *& illo tertium apparente,* post sibi, sicut ipse retulit, Pontifex glorioſus, Pontificalibus vestibus & ornatibus insignitus, & iste statim loquelam amisit: sed eumdem sanctum Abbati & adstantibus, nutibus & digitis ostendebat; eumque usque ad tumbam tenere voluit, sed nequivit. Deinde ipsi reducto in chorum ecclesiæ non restitutâ loquelâ, iterum atque iterum apparuit Christi Confessor; & ipse Petrus, reddita sibi loquendi potestate, aliis non cernentibus eumdem Sanctum digitis demonstrabat, dicens, Videte eum, videte: idemque usque ad tumbam sequens, eum prout poterat ostendebat. Ipse vero Sanctus iterum, ipso vidente, *loquelam recipit.* introivit in tumbam. De quibus omnibus coram nobis & Fratribus *c* nostris, ipsius juramento & multorum circumadstantium assertione fide facta, Deo gratias egimus, cui nihil est impossibile, & omnibus operatur. E

ANNOTATA D.P.

a Vastarinum *in tabulis non comparet.*

b Calignanum 12 m. p. *Papiâ distat versus Austrum.*

c *Canonicos Papienses intelligo, infra enim distincte meminit Abbatis & Fratrum ipsius loci: & satis apparet, multos curatos à sepulcro in urbem venisse, ut ibi beneficium acceptum, coram Episcopo scilicet hæc scribente, profiterentur.*

CAPUT IV.

Prosecutio eorumdem miraculorum.

32 DUm quidam nobilis Miles Papiensis, nomine Gisiezonus Salimbene, cum *Solidatur subito grave vulnus,* alio milite gladiis evaginatis luderet; manus ejus incurrens in gladium colludentis est graviter vulnerata. Cumque medicus de more vellet acubus vulnus consuere, ipse vulneratus renuit; asserens quod ipsius vulneris non F
haberet alium consutorem, nisi B. Lanfrancum, cui viventi pater ejus & ipse fideles plurimum extiterunt. Nocte vero eâdem ita vulnus est meritis beati viri sanatum, quod in mane cum medicus manum solvisset, vix vestigium apparuit cicatricis: quod miraculum publicum extitit, & manus nobis ostensa indubitatam fidem fecit: ipse vero Miles dedit gloriam Deo & beato Lanfranco.

33 Alius autem ejusdem urbis Miles, *sanatur arthriticus,* nomine Bernardus Capitaneus, ita guttæ morbo laborabat, ut à cingulo infra ex uno latere se perditum reputaret. Cum autem à circumstantibus mulieribus moneretur, ut se B. Lanfranco voveret; ipse minus credulus ait: Nondum muti de porta palatii loquuntur. Ingravante autem ægritudine, vovit Deo & beato Præsuli, quod daret ei coxam, crus, & pedem cereum, si ejus meritis sanaretur. Cum autem ambulare non posset, ad ejus se fecit corpus tumulumque deferri: ibique pernoctans & orationibus instans, pristinæ restitutus

A ſtitutus eſt ſanitati. Mane autem facto, ſuis ad nos pedibus veniens, ſic eſſe aſſeruit, & jurejurando affirmavit.

34 Vir etiam nobilis Miles Papienſis, nomine Reinaldus Balbus, dextrarium *a* habens; qui dum curreret, nullius fræni poterat moderamine retineri; vovit B. Lanfranco dare cereum equum, ſi ſuum dextrarium ab infrænantia refrænaret. Cum autem complendi voti gratiâ ad cœnobium ubi beati viri corpus requieſcit, in eodem equo properaſſet; inde rediens, experturus ſi equus eſſet ab illa immanitate liberatus, curſu & recurſu eum invenit penitus liberatum. Dum vero iſtius beneficii non ingratus, ſuis hoc miraculum vicinis enarraſſet; extitit unus ex eis, qui nondum credens beatum virum eſſe ſanctum; ut Judæi ſigna quærens, ait ad illum; Si te Præſul Lanfrancus de ſuproſſo *b* quod habes in manu liberaverit, tunc eum credam eſſe Sanctum. Idem vero Rainaldus, de Dei miſericordia & B. Lanfranci meritis & interceſſione præſumens, neſciens prophetavit dicens; Auxilio Dei & B. Lanfranci procul dubio ero infra triduum liberatus; votumque fecit Deo & eidem Præſuli religioſo. Benedictus autem Deus, qui de ſe præſumentes non derelinquit, perfecit ei bene ſperanti, in conſpectu filiorum hominum. Nam eâdem nocte illa prominens enormitas eſt penitus diſſoluta, manuſque adinſtar alterius integerrimæ reddita ſanitati. Quod cum prædictus vir incredulus aſpexiſſet, tam ipſe quam tota vicinia, cum eodem ſanato, dedit laudem Deo & B. Lanfranco. Nos quoque glorificavimus Deum & beatum virum, qui ejuſdem manus infirmitatem ſæpe vidimus, & nunc Dei & ſancti viri gratiâ cernimus ſanitatem.

a *equus effræns manſuejcit,*

b *ſuproſſum à manu evaneſcit,*

B

35 Quidam cerdo nomine, Gulielmus Belegroſſus, dum operi cerdonico intentus inſtaret, caſu ſubulam, quam manu tenebat, in oculum ſuum fixit: & dolorem graviſſimum ſentiens, exclamavit, Adjuva me, ſancte Lanfrance. Præ nimio vero dolore oculus, inflatus & prominens, exiſſe de capite videbatur; adeo ut vicini dicerent, numquam eo oculo ipſum viſurum: omnes tamen hortabantur, ut ſe B. Lanfranco voveret. Quod cum feciſſet, ſtatim aliquantulum ſanguinis ex oculo exivit; & eâdem nocte penitus liberatus, mane votum, quod fecerat exſolvit: demum ad nos veniens, ita eſſe ipſe, duoque de vicinis juramentis præſtitis firmaverunt.

oculus ſubulâ confixus integratur,

C

36 Quidam juvenis Claromontenſis Epiſcopatus, nomine Ioannes Brunellus, dum eſſet Papiæ à quibuſdam latronibus ſeductus, & in quamdam ſilvam longe ab urbe deductus, ab eiſdem proditoribus eſt expoliatus; in os etiam, ne clamare poſſet, retortam *c* ligneam cordamque retro ligantes, & fortiter extorquentes abierunt; ipſumque morti expoſitum, crudeliter dimiſerunt. Omni ergo humano auxilio deſtitutus, divinum ſuffragium implorabat. Apparuit autem illi ſanctus Pontifex Lanfrancus, cujus auxilium prout poterat poſtulabat: ſtatimque vinculis pedum confractis, greſſus eſt redditus poſtulanti. Quid autem faceret, qui neſciebat ubi eſſet, nec quorſum ire deberet, & tam veſtibus quam duce itineris carens? Deus autem proſpectum iter ei faciens, direxit ad villam, quæ dicitur *d* S. Chriſtina. Ceterum viri ac mulieres, ipſum nudum videntes, fugiebant; monſtrum potius quam hominem æſtimantes. Quidam autem Miles ſuperveniens, eum ſolvi fecit; & cognitis quæ acciderant, dedit laudem Deo & B. Lanfranco. Ipſe quoque liberatus, ad beati viri tumbam veniens, multimodas gratias retulit ſuo liberatori: & ad nos veniens, ſuo juramento & evidentibus vinculorum ſignis, manifeſta veritate firmavit.

ſpoliatus à latronibus & vinctus,

c

ſolvitur periculoq; eximitur.

D

A BERN. SUCCESS. EX MS.

d

37 Eodem tempore quidam Joannes de Albenſi, ita guttâ correptus, ut ſine duobus baculis incedere non valeret; auditâ famâ beati viri, ei ſe devote devovit; & infra triduum ſic eſt Domino faciente curatus, quod ſuis pedibus ad beati Præſulis tumbam cum gratiarum actione pervenit: deinde ad nos veniens ita eſſe præſtito juramento firmavit. Item de loco Novy, nomine Petrus Straneus, dum ex quodam vulnere, brachii ac manus uſum penitus amiſiſſet; auditâ famâ glorioſi Confeſſoris Lanfranci, ei ſe humili ſupplicatione devovit; & ſequenti die de lecto ſurgens, eorumdem membrorum uſum invenit ſibi plenarie reſtitutum. Feſtinus igitur ad tumulum venit, de percepto beneficio gratias agens: idemque ad nos veniens, rem ſic geſtam ſuo aſſeruit juramento.

Sanantur, arthriticus,

brachio ac manu debilis,

E

38 Dum quidam Presbyter Martinus [de villa] S. Pancratii *e*, [dum] lignum cæderet, fruſtum ligni in oculum reſiliens incidentis, ita ipſum oculum denigravit, ut nihil inde videre poſſet, & ipſe dolore nimio ſe amiſiſſe penitus ipſius oculi lumen procul dubio reputaret. Inter has anguſtias beato Præſuli ſe devovit: ſtatimque obdormiens, poſt dormitionem ſe liberatum penitus recognovit; ita ut nec prædictæ percuſſionis in oculo ſignum aliquot remaneret. Votum igitur quod fecerat, ſolvit: & coram nobis, in virtute obedientiæ, eſt ita verum eſſe proteſtatus.

e

oculus læſus,

39 Quidam Molendinarius, de diœceſi Mediolanenſi, nomine Petrus de Martinâ, filium habebat parvulum nomine Reciovarum, qui adeo fuerat renum infirmitate cruciatus, ut nec ſe erigere nec ire valeret; vovit autem eum mater B. Lanfranco: & ſtatim puer convaluit aliquantiſper. Quod cernens pater, eum ad beati viri ſepulcrum detulit, pro ſalute plenius obtinenda. Orante autem illo, puer erectus ſurrexit; & ſine ullo impedimento huc illucque deambulans, integerrimæ reſtitutus eſt ſanitati. Pater itaque votum, quod mater fecerat, implevit, & in noſtra præſentia de re ſic geſta præſtitit juramentum.

greſſu ex verum dolore privatus.

F

40 In eadem diœceſi quidam puer dictus Guidonus de Bagadio, dum in quodam banco jaceret, ſubito viſum, loquelam, manuum operationem pedumque greſſum amiſit; ſicque per hebdomodas quinque manſit his officiis deſtitutus; niſi quod ſemel balbutiens dixit, Sanctus Lanfrancus *f* guaribit. Mater igitur ejus beato eum viro devovit; poſituſque in vehiculo, dum ad cœnobium ubi vir ſanctus requieſcit portaretur, in ipſo itinere viſum recepit. Cum autem deductus eſſet ad tumbam, & ipſe ac ſui de more vigilias agere cœpiſſent, circa primam vi-

ſenſuum omnium uſu deſtitutus,

f

A giliam ſe ſentiens omni infirmitate curatum,
A. BERN. SUCCESS. EX MS. ſurrexit gaudens, omni uſu quem amiſerat ſibi divina gratiâ reſtituto : & omnis plebs, quæ aderat dedit laudem Deo & B. Lanfranco. Frater autem ejus, nomine Gulielmus, ante noſtram præſentiam ita eſſe ſuo ſacramento manifeſtavit.

41 Monachus quidam S. Stephani *g* Vercellenſis, Ugo nomine, cum propter ruptu-
g & graviter hernioſus. ram inguinis, ferrea circa locum illum vincula deportaret ; in Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ ſolito gravius torturâ viſcerum cruciatus, beato ſe Lanfranco devovit : & ſtatim vinculum ferreum, quo accinctus erat, ſolvens, fracturam inguinis ſanatam invenit, & viſcerum dolor abſceſſit. Acceptâque licentiâ, ad tumbam viri Dei pervenit, in voce exultationis & confeſſionis portans prædictum cingulum in teſtimonium ſuæ liberationis. Demum ad nos veniens, ita eſſe dato juramento firmavit ; paratus etiam fidem facere corporis inſpectione.

42 Faber quidam cæmentarius Albertus Novarienſis, cum propter ſua ſcelera fuiſſet
B à Papienſibus Conſulibus ad furcarum ſuſpen-
Damnatur ad furcam, & Sanctũ invocans, dium condemnatus, & cum alio quodam nequam duceretur ad furcas ; ille cujuſdam militis auxilium, iſte B. Lanfranci ſemper ſuffragium implorabat. Cum vero ad locum patibuli perveniſſent, ille ſuſpenſus ſtatim interiit ; iſte ſuſpenſus nomen beati Præſulis ſemper habebat in ore. Mirati Conſules quod diutius pendens non moreretur, eum deponi fecerunt ; & ligatum arctius manibus & pedibus, laqueo ad ejus mortem diligentius præparato, iterum ſuſpendi fecerunt, ut cito deficeret expectantes. Ille vero B. Laufranci auxilium indeſinenter exorans, prout poterat clamitabat, Sancte Lanfrance, adjuva me peccatorem. Et dum diutius penderet, non moriebatur ; frangebantur autem funes, quibus fuerat colligatus : ideoque iterato depoſitus ſtrictiuſque colligatus, tertio
tertiùm ſuſpenditur fruſtra ; eſt in eadem furca ſuſpenſus, ſtantibus Conſulibus procul, ut rei finem viderent. Ipſe vero B. Lanfranci nomen, prout poterat replicabat. Officiales funes ad pedes ligatos, ad terram trahebant, ut ſuſpenſus citius interi-
C ret. Deus autem, qui non vult mortem peccatoris, miſit de cælo & liberavit eum, ſtatim enim apparuit ei Sanctus, quem invocabat, Lanfrancus, dicens : Conſtans eſto, & non morieris. Cumque diutiſſime pendens nullatenus moreretur : populus qui ibi aderat, intelligens Dei voluntatem eſſe, ut liberaretur ; ipſum de furca *h* dependit : &
h tandemque liber dimittitur. cuncta ejus vincula reſolvens, ad nos eum cum feſtinatione perduxit. Nos autem Deo & B. Lanfranco gratias agentes, ipſum ad beati viri corpus tranſmiſimus, ut de perceptis beneficiis gratias exhiberet. Omnis autem populus hæc videns, dedit laudem Deo, qui prope eſt omnibus invocantibus eum in veritate, adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.

ANNOTATA G.H.

a Dextrarius, *equus ſeſſorius.*

b Suproſſum, *tuber quidam ſuper os creſcens & durus : etiam Teutonice eadem phraſi* Overbeen *dicitur.*

c Retorta, *paſſim intelligitur vinculum ligneum, ex vimine vel alio ſarmento factum. Vide Cangium in Gloſſario.* D

d S. Chriſtinæ villa, 15 *millium intervallo ab urbe ad Orientem.*

e *Forſitan in tabulis* Pancrana *quaſi* Pancratiana, *diſtans* Papiâ 8 p. m. *verſus Tortonam ad Auſtrum.*

f Guarire, *id eſt, ſanare.*

g *Abbatia S. Stephani nulla nunc invenitur, quod ſciam : eam certe Stephanus Ferrerius Epiſcopus non nominat ad calcem operis de S. Euſebio ejuſque ſucceſſoribus, ubi eſt deſcriptio eccleſiarum totius diœceſeos ; niſi forte ea nunc eſt* S. Stephani Præpoſitura Rodobii, *aut ejuſdem nominis* Parochia Oclepi.

h Depéndere *aliquem, hactenus alibi non legi, nec ſcio ſic loqui Italos ; proinde videtur eſſe proprius Lombardis idiotiſmus, quomodo Teutonice ſic dicimus* athangen.

CAPUT V.

Reliqua ejuſdem Sancti miracula.

E

43 IN loco Zezomæ *a* puella quædam nomine Galaſia, coram Poteſtate loci ac-
a Suſpecta de fratricidio flammiſque addicta, cuſata eſt, quod fratri ſuo propinaſſet venenum, qui ſtatim mortuus erat. Poteſtas autem, nolens tam gravia ſcelera, veneficii ſcilicet & fratricidii, impunita tranſire ; cum ipſa factum inficiaretur, duellum debere fieri judicavit. Quid plura ? Venit dies pugnæ, ac pars puellæ ſuccubuit ſuperata, lataque in eam ſententia, ut flammis vindicibus ureretur. Dum duceretur ad ignem inſtanter clamabat, Sancte Lanfrance, adjuva me peccatricem. Ligata vero ad palum pedibus ac corpore toto, manibus etiam poſt tergum revinctis flammiſque circumquaque ſuccenſis, in medio flammarum ejuſdem Sancti ſuffragia invocabat, ſtabatque illæſa, ſicut tres pueri in fornace. Cum autem inſtaret Poteſtas,
ab iiſdem egreditur etiam illæſis veſtibus. & ardentes ſpinas jacerent ſuper eam, illa inceſſanter clamabat, Sancte Lanfrance, adjuva me peccatricem. Speravit quidem in Domino, & ipſe miſertus eripuit eam : ſtatim enim ſoluta ſunt vincula ejus, & per medias flammas exivit illæſa : illam enim omnino non F tetigit ignis, nec capillum nec veſtem aliquatenus læſit ; & omnis plebs ut vidit dedit laudem Deo, & B. Lanfranco. Licet autem hoc miraculum publicum & notorium eſſet : ipſa tamen & Presbyter loci ſic eſſe juramentis coram nobis interpoſitis firmaverunt. Ipſa vero cum matre ac parentela, veniens ad beati viri tumbam, quantas potuit gratiarum retulit actiones : cujus etiam pellicia, qua induta erat in igne, in eadem baſilica eſt pro memoria tantæ rei ſuſpenſa.

44 In civitate *b* Laudenſi erat quidam puer,
b Puer viſu, auditu, loquelâ, greſſu redonatur. nomine Bonetus, qui gravi quadam infirmitate correptus perdidit viſum, auditum, loquelam, & greſſum ; qua de cauſa multis eum Sanctis mater ſua devoverat, ſed non eſt ab aliquo exaudita : quod factum credimus, ut manifeſtaretur gloria Dei & B. Lanfranci in illo. Tandem mater, auditâ S. Lanfranci famâ, votum vovit, quodſi ejus interceſſionibus ſuus filius liberaretur : ipſa eum ſuis pedibus

ad

A ad ipſius tumbam duceret, cum gratiarum actione. Eadem itaque die puer viſum, auditum, loquelam recuperavit & greſſum: nec multo poſt venit cum puero ad beati viri tumulum gratias actura: ipſumque ad nos deducens, ipſa & quædam mulier, quæ ſecum in eadem domo manebat, juramentis præſtitis, tantæ rei fidem fecerunt. Nos autem eumdim puerum videntem, audientem, loquentem vidimus & gradientem.

c Lignum oculo infixum ſine noxa educitur:

45 Fuit in civitate *c* Placentia quidam, nomine Bonicius, qui ludens cum ſorore ſua parvula, caſu cecidit protinus in quamdam ligni particulam præacutam: lignum autem illud ita graviter eſt ejus oculo infixum, quod ſine grandi conamine retrahi non valebat. Quod videns mater nomine Laudexena, flebat amare. Ad cujus fletum vicini concurrentes & condolentes, tentabant lignum educere; ſed minus fixum invenientes, ne graviter puerum læderent, dimittebant. Mater vero, ad cujuſdam ſuæ vicinæ conſilium, puerum ipſum B. Lanfranco devovit: ſtatimque unus de adſtantibus lignum uno digito

B tetigit, & lignum in terram cecidit, atque puer Dei gratiâ liberatus evaſit. Mater igitur cum eodem puero ad ſanctum ejus tumulum properans, gratias egit; & coram noſtris Fratribus ita eſſe juramento firmavit.

ſanatur incurabilis lumbago,

46 Erat in eadem civitate vir, dictus Stephanus Galliardus, qui à lumbari inferius ita fuerat infirmitate correptus, ut nec ire nec etiam volvere ſe poſſet, utpote qui inferiorum partium omnem amiſerat uſum. Multis autem medicinis uſus, ſanctiſque plurimis ſe devovens, nil proficiebat; conſummatis etiam in iſta infirmitate quinque menſibus, tandem S. Lanfranco votum vovit: nec multo pòſt plenæ redditus ſanitati, ad ejus tumbam cum gratiarum actione acceſſit, ac coram noſtris Fratribus ita eſſe juravit.

d reſuſcitatur puer ſubmerſus,

47 In diœceſi Tordonenſi *d* in loco Pozoli, quædam mulier puerulum ſuum in curia ſua vagari permiſit: qui cum in foveam aquæ cecidiſſet; mater inſcia, poſt quamdam moram filium requirens, vicinas domos peragravit, puero in aqua jacente. Interim quidam juvenis, nomine Ugo de Ponzano, in-

C ventum puerum de aqua levavit, & ſub porticum matris detulit, non habentem vocem neque ſenſum; adeo quod omnes, qui aderant, eum mortuum reputabant, de ipſius jam ſepultura tractantes. Amita vero ejuſdem pueri eum S. Lanfranco devovit. Confeſtim autem puer oculos aperuit, & aquam evomens eſt divinâ gratiâ liberatus. Parentes vero eumdem parvulum, ad ſepulcrum ſancti Antiſtitis, cum imagine cerea & gratiarum actione tulerunt: prædictus autem Ugo coram noſtris Fratribus ita eſſe ſuo aſſeruit juramento.

quidam à gonagra & hernia liberatur:

48 Eodem tempore quidam, dictus Gambacurta de Calnago, in genu guttam patiens, à lecto ſurgere non valebat: præterea longis retro temporibus ejus inteſtina per rupturam inguinis ad virilia deſcendebant. Pro utraque ægritudine votum vovit Deo & B. Lanfranco; & in continenti, de utraque liberatus, ad beati viri tumbam votum ſoluturus acceſſit: deinde coram noſtris Fratribus, rem ita eſſe juramento firmavit.

D 49 In civitate *e* Vercellenſi quædam nobilis Beatrix, Comitiſſa de Caſtello, & uxor nobilis viri Manfredi Bicherii, unicum habens filium parvum nomine Joannem, ipſum merito tenerrime diligebat. Quem inter nutricis brachia cum quadam ave ludentem, repentina tuſſis invaſit, & tamdiu afflixit, quod & loquelam amiſit, & factus eſt velut mortuus; ita ut nec vox nec ſenſus ſentiretur in illo. Mater vero anxia, cum fletibus & ſuſpiriis propius accedens, tangens brachium ejus & aurem ad os ipſius apponens, in eo nec pulſum, nec anhelitum ſed ſola ſigna mortis invenit. Cernens autem membra frigeſcere faciemque pallere, flebat amare. Interim recordata voti, quod pro eo nativitatis tempore B. Jacobo *f* fecerat, videlicet quod imaginem argenteam daret, ſi eumdem ſibi filium cuſtodiret, corrigiam in collo pueri pro devotione ponens, B. Jacobi ſuffragia votis, vocibus & fletibus implorabat. Ceterum poſt longam orationem & moram puer non convaluit, nec aliqua conſolatione profecit, ita ut omnes dicerent eum eſſe defunctum. E

A. BERN. SUCCESS. EX MS.

e puer ſubita tuſſi præfocatus,

& fruſtra B. Jacobo devotus, f

50 Tunc vero mater & familia omneſque qui aderant acrius flere cœperunt; & ipſius tamquam vere mortui faciem velaverunt, funeri neceſſaria præparantes. Quædam autem Domina quæ aderat, cælitus (ut credimus) inſpirata, matri perſuaſit, quatenus eum B. Lanfranco voveret. Illa credens ipſius meritis juvari poſſe, votum devotiſſime fecit, quod ipſius ſepulcrum ſuis pedibus cum cerea imagine viſitaret, ſi ſibi filium cerneret reſtitutum. Nec mora: puer ſe movit, & eadem die ſic convaluit, quod more ſolito videre & ludere cœpit. Videns autem mulier luctum ſuum in citharam, & triſtitiam in gaudium demutatam; Deo & B. Lanfranco reddidit actiones gratiarum; & feſtinanter beati viri tumbam, prout voverat, viſitavit: ipſumque filium illuc fecit pro devotione portari; demum in noſtrorum Fratrum præſentia ita eſſe manu ſua juravit.

jamque tumulandus, reviviſcit.

g Mutus loquelam accipit.

51 Per idem tempus quidam Petrus de *g* Voltabio, qui à ſua pueritia mutus ſteterat, nec recordabatur ipſum tuiſſe niſi mutum, ſigniſque locutum; audiens miracula, quæ Deus per B. Lanfrancum operabatur; cum jam per diverſas provincias plurima Sanctorum loca pro recuperanda loquela viſitaſſet; votum Deo & ſancto Lanfranco fecit, quodſi ejus meritis recuperaret loquelam, ad ejus tumbam cum candela, ſuæ longitudinis perveniret. Cum igitur ad ipſam tumbam cum eadem candela veniens pernoctaret, & Deo non ore, ſed corde funderet orationem; Matutinis pulſantibus, viſum eſt ei, quod ſermo, velut quidam rigor, ſurſum per arterias & organica inſtrumenta veniret, & morâ modicâ ſibi eſt divinâ gratiâ reſtitutus. Ipſe igitur dans gloriam Deo & B. Lanfranco, ad nos properans, ſic eſſe juravit. Multi etiam noſtræ terræ Nobiles, qui eum mutum viderant, nunc loquentem videntes; ſuper his quæ ſibi acciderant mirabantur, ita eſſe proteſtantes, Deo & beato Lanfranco dantes gloriam & honorem. F

52 Aliud etiam miraculum ad ejuſdem Sancti gloriam referamus. Vir magnæ auctoritatis

A ctoritatis Ido *b* Terdonenſis, judex Curiæ
A. BERN. SUCCESS. EX MS. Imperialis, qui B. Lanfranco viventi familiaris extiterat & devotus; graviſſima quadam infirmitate detentus, dum in extremis
b jam laborare videretur, nec juvaretur artibus
Ad mortem æger Judex Imperialis, medicorum; inter anguſtias & dolores, ejuſdem Sancti miracula cœpit ad memoriam revocare, ac ipſius ſe devote commendare ſuffragiis, quem viventem ut patrem & dominum reputarat. Affuit ei divina clementia: & dum inſecûta nocte quieti membra dediſſet, per viſionem noctis viſum eſt ei quod eſſet intra eccleſiam ſancti Sepulcri, ubi S. Lanfranci membra quieſcunt. Et dum ante ipſius tumbam devotas funderet preces, per eamdem viſionem aſpexit beatum virum, Pontificalibus veſtibus ac inſigniis
poſt viſionē Sancti redimitum, ſuper thronum ſedentem. Quem elevatis oculis reverenter intuitus, cum devotione dixit ad eum; Auderem ſancte Pater propius accedere, quin etiam & modicum tangere? Ad hæc Pontifex venerandus, Propter tuam, inquit, ſedulam erga me devotionem, & hæc & alia prævales
B obtinere. At ille reſumptâ fiduciâ, intentus adjecit: Numquid miſerebitur mei Deus? Sanctus reſpondit: Miſerebitur: verumtamen te hominem eſſe memento. Et ille, Domine, quid fiet de filiis meis? Reſpondit, Deus eis providebit. Elapſa igitur viſione,
ſubito ſanatur, prædictus Ido expergefactus, ſtatim integerrimæ reſtitutus eſt ſoſpitati; cunctis admirantibus de tam ſubita circa eum facta mutatione. Sed hæc mutatio fuit dexteræ Excelſi: nec multo pòſt ad beati viri tumbam cum devotione feſtinans, Deo & B. Lanfranco gratiarum retulit actiones. Cujus rei veritatem indubitatam habuimus, quam ipſe coram nobis fidei pollicitatione, ac coram ejuſdem cœnobii Fratribus fideli aſſeveratione firmavit.

53 Aliud quoque miraculum in diœceſi
i Taurinenſi, loco qui dicitur *i* Braga, credimus non tacendum. Erant in eodem loco duæ ſorores, una ſana & ſapiens, nomine D
Imelia; altera inſana & mente capta, quæ *fatua ſanâ mente donatur.* Agneſia vocabatur. Sana quidem compatiebatur inſanæ, ac de ipſius furioſis actibus ſæpius dolorem ac verecundiam ſuſtinebat, nec poterat inſania medicorum arte curari. Deficiente igitur humano auxilio, ſoror ſana refugium habuit ad divinum. Auditâ namque B. Lanfranci famâ, ſororem ſuam eidem Sancto humili ſupplicatione devovit; nec multo pòſt fatua mulier ad ſanam rediit mentem, ſenſuſque ſuus redditus eſt ipſi, & Altiſſimo benedixit. Tunc ambæ pariter ad beati viri ſepulcrum itinere longo venerunt, laudantes & glorificantes Deum: deinde ad nos venientes, ſic accidiſſe fidei ſuæ interpoſitione firmaverunt.

ANNOTATA G. H.

a *Locum hunc nuſquam indicant Tabulæ, niſi ſit* Somo *ad Padum.*

b Lauda *ſeu* Laus Pompeia *vulgo* Lodi, *diſtat* 8 p. m.

c Placentia *vero*, 28. E

d Dertona, *vulgo* Tortona, *hic* Tordona, *diſtat Papiâ* 19 p. m. *circiter: ſed in ejus diœceſi* Peſolum *notare omittunt Tabulæ.*

e Vercellæ *diſtant* p. m. 34.

f *Exiſtimo hunc eſſe* B. Jacobum *ſeu* Jacobinum de Crepatorio, *Laicum Carmelitam, cujus corpus Vercellis ſub altari vidimus; de quo late inter Prætermiſſos* 20 *Maji, ut referendo ad* 3 *Martii.*

g *Neſcio an recte expreſſum nomen, & ſuſpicor eſſe quod in tabula nominatur* Volpado, 15 p. m. *trans Padum, Derponæ propius.*

h *Fortaſſis legendum* Wido: *nam* Idones *nullos hactenus nominatos legi vel audivi.*

i *Vulgo* Bra, *oppidum inter Albam & Foſſanum, ad* 25 p. m. *ultra* Taurinum, *adeoque ad* 85 p. m. *diſtans Papiâ, ut infra merito dicantur mulieres veniſſe* itinere longo.

DE B. MARIA OIGNIACENSI

C *IN NAMURCENSI BELGII DIOECESI.* F

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. *De ejus cultu, triplici Corporis elevatione & Reliquiis.*

AN. MCC-XIII. Igniacenſe *Canonicorum Regularium monaſterium, Ordinis S. Auguſtini vulgo* Oingnies & Oegnies *circa annum* MCXCII *fundatum ad Sabim fluvium in Gallo-Brabantia; pari ferme quatuor milliarium intervallo diſtat Nivellâ & Namurco, olim Leodienſis, nunc Namurcenſis diœceſis. Haud procul ab hoc monaſterio poſtremos vitæ annos Oigniaci egit, & anno* MCCXIII *in Vigilia S. Joannis Baptiſtæ ad Dominum migravit* B. Maria; *Nivellenſis quidem ortu, ſed à loco ſepulturæ & cultus vulgo dicta* Oigniacenſis. *Vita ſcripta circa* MCCXVI *à* Jacobo de Vitriaco, *de quo mox, non indicat primæ ſepulturæ locum, qui fortaſſis in communi ipſis Religioſis cœmeterio fuit; ſive tamen ibi, ſive in ipſa eccleſia condere eam viſum tunc eſt; novâ tamen eccleſiâ circa annum* MCCXXVI *conſummatâ, invitatus ad eam dedicandam jam Epiſcopus Jacobus, primam fecit ſacri corporis Tranſlationem; de qua pervetuſtum loci Chronicon, rudi idiomate Gallice ſcriptum, ſic habet:* & antedictus Magiſter Jacobus de Vitriaco, qui erat Legatus Papæ Honorii, quando conſecravit eccleſiam Oigniacenſem, elevavit oſſa Dominæ Mariæ Oigniacenſis, & ea conſecravit; & ex iis aliqua in dicta eccleſia depoſuit in ciſtulis à ſe benedictis, cum aliis Sanctorum Reliquiis; & magnas Indulgentias conceſſit omnibus utriuſque ſexus, qui pio corde peregrinando viſitarent ſanctam illam feminam, & de ſuis facul-

Corpus ex primæ ſepulturæ loco elevatum

circa an. 1226;

A cultatibus aliquid fabricæ ecclesiæ largirentur.

2 *Arnoldus Raissius, cum anno* 1636 *recudi faceret Cœnobiarchiam Oigniacensem, sive Antistitum Oigniacensium Catalogum, à Francisco Moscho editum seculo superiori; eidem adjunxit tum alia multa, tum imprimis Catalogum Reliquiarum, in quibus præcipuæ sunt* Costa integra Principis Apostolorum Petri, Mandibula inferior S. Barnabæ, Pars pedis S. Jacobi Majoris, Dens S. Andreæ Apostolorum, Dens S. Servatii Tungrorum Episcopi, Officulum carne obtectum S. Blasii Episcopi Martyris, unde magnâ copiâ liquorem divinum manasse, referebat testis oculatus D. Simon tunc Prior; Junctura integra manus vel pedis S. Nicolai Ep. Myrensis, Junctura una pollicis S. Martini Turonensis. *Est autem credibile harum Reliquiarum pleraque ab ipsomet Jacobo loco isti collatas fuisse, & novis capsis sic conditas, ut iisdem additæ sint particulæ minores de corpore* Dominæ Mariæ. *De ceteris autem ac potioribus ossibus loqui censendus est Joannes Molanus, in Natalibus Sanctorum Belgii, ubi ait, quod* Jacobus à Vitriaco Reliquias decenter repoluit in lapideum sarcophagum, quæ postea anno MCCCXXXIII decentius repositæ sunt ad latus ecclesiæ, *intra eumdem tamen lapideum sarcophagum, ubi in eodem easdem haberi* MDXCV *testatur prænominatus Franciscus Moschus, in Præfatione ad Historiam Vitriaci. Doctores vero Duaceni, per quos curata fuit anno* 1616 *aliera Natalium Molani editio, adnotarunt, quod*, postquam illa scripsit Molanus, impetratum fuit à Sede Apostolica ut corpus in theca argentea altari superponeretur: quod factum est anno Domini MDCIX (*imo* VIII,) unde nunc singulis hebdomadis Sacrum cum cantu fit in ejus honore.

& particulæ cum aliis Reliquiis inclusæ

à Iacobo de Vitriaco:

in locum decentiorem translata an. 1333.

B

& an. 1608 *de licentia Pauli V.*

Credibile est primæ Translationis conscii fuisse Honorium 3,

3 *Habemus hic triplicem translationem; primam, factam intra* XIII *à morte annum, per quamdam veluti canonizationem, eo tempore sufficere creditam, & forte non factam absque expresso Honorii Papæ* III *consensu; cum verosimile sit, Legatum, solitum per litteras reddere Pontificii rationem omnium præcipui momenti actorum suorum, nequaquam in hac parte defuisse officio. Secunda translatio accidit,* Joanne XXII *apud Avenionem Cathedram Romanam tenente, Leodiensem vero* Joanne de Eppa, *qui sua monasteria Minoribus & Prædicatoribus Leodii, Huji autem Crucigeris fundavit, magnæ utique religionis Præsul: non est autem credibile eam Translationem factam esse aut sine ipso, aut ipsum, inconsulto Romano Pontifice tam prope in Galliis commorante, quidquam egisse. Ab hoc ergo tempore & ipsorum auctoritate assumptum crediderim, quod teste Molano,* extat in monasterio Oigniacensi Officium Ancillæ Christi Mariæ de Oignies, cujus initium est ad primas Vesperas SOLENNI TRIPUdio; *eodemque spectari etiam Orationem, quam velut* in Liturgia recitari solitam *& ex Raissii Hierogazophylacio Belgico acceptam, in Annotata sua Henschenius retulit; ego tamen hactenus non potui ibi reperire;* Propitiare nobis quæsumus, Domine, indignis famulis tuis, per S. Mariæ Virginis tuæ Oigniacenæ, quæ in præsenti quiescit ecclesia, merita gloriosa; ut piis ejus interceſſionibus ab omnibus protegamur adversis. *Addit Molanus quod præmemorati* Officii non est usus publicus, quia non est canonizata; *Canonizatione scilicet illa solemni,* eademque de causa eam non vocant *Sanctam, sed Dominam,* DAME MARIE; in summo tamen habe-

secundæ Ioannem 22;

C

& sub alterutro assumptum Officium vetus,

D

AUCTORE D. P.

tur honore, siquidem in Martyrologio legitur, Octavo Idus Maji. Eodem die primus adventus Dominæ Mariæ ad nos, *de quo in Vita num.* 97.

4 *Verum ille vulgatior usus* Dominam Mariam *appellandi, non excludit titulum* Sanctæ *vel* Beatæ, *quem ipsi, scientibus nec prohibentibus Ordinariis, tributum ex prædictis probatur, necnon ex vetustis apud nos Martyrologiis* ad IX Kal. Julii, *quorum primum S. Laurentii Leodiensis sic habet:* In territorio Nivellensi, villa Oignies, dormitio B. Mariæ d'Oignies, ancillæ Dei: cujus Vitam, relatu jucundam & variis virtutibus insignitam scripsit Jacobus de Vitriaco (*postea*) Episcopus Acconensis & S. R. E. Cardinalis. *Aliud Ecclesiæ S. Gudulæ Bruxellis:* Item Depositio B. Mariæ de Oegnies in Brabantia, cujus Legendam Magister Jacobus de Vitriaco, postea Cardinalis descripsit. *Grevenus Carthusianus in suis ad Usuardum additionibus:* In diœcesi Leodiensi sanctæ memoriæ Mariæ de Oegnies, cujus Vitam sanctissimam vir Deo dignus Jacobus de Vitriaco, Episcopus Tusculanus Cardinalis descripsit. *Denique Florarium Ms. Sanctorum ejusdem vetustatis:* Natale B. Mariæ de Oniaco, E cujus Vitam virtutibus plenam Jacobus de Vitriaco, Episcopus Tusculanus & Romanæ Curiæ Cardinalis insigni stylo prosequitur. Hæc primo connubium castum subiit, in quo perfectissime vivens sic profecit, quod miraculis & revelationibus divinis meruit honorari. Sepulta est in monasterio de Oniaco juxta Nivellam, in diœcesi Leodiensi, anno salutis 1213, ætatis suæ anno 37. *Omitto recentiores Fastos: istos autem antiquiores produxi, quia apparet singulorum collectores, sua quemque phrasi usum post lectam Vitam, neque alterum scripsisse ex altero, sed secutos communem vulgatamque Brabantiæ totâ famam eximiæ sanctitatis, & noti apud Oigniacum cultus, ob quem passim &* Sancta & Beata *nuncupabatur.*

ac nomen cœptum Martyrologiis adjecti bi:

5 *Jam quod ad Missæ Sacrificium & Officium attinet, ea licet Molano scribente in usu non fuerint; existimo tamen haud diu ante Tridentinum Concilium desiisse usurpari: eoque facilius inductum fuisse Namurcensem Episcopum Joannem Davinum, propria suæ diœcesis Officia ordinantem, eaque imprimi facientem anno* MDCXIX, *ut iis inseri pateretur tres Lectiones proprias de ea pro secundo Nocturno ad ritum Breviarii Romani reformati, cum Collecta etiam nova hujusmodi:* Deus qui ancillæ tuæ B. Mariæ vitam angelicam tribuisti in via, ut inter Angelos eam sublevares in patria; da nobis ejus imitatione tibi devote famulari in terris, & ejus interventione tecum gloriari in cælis: per D. N. J C. *Hujus Collecta ipsarumque Lectionum vel auctor vel saltem approbator primus censetur fuisse Davini decessor Episcopus Franciscus Buisseret ab anno* MDCII *ad* XIV, *quo est ad Archiepiscopatum Cameracensem translatus: idem scilicet qui (sicut in Gallia Christiana Sammarthani dicunt)* elevavit super altare corpus S. Mariæ Oigniacensis, *anno scilicet, ut supra dictum,* MDCVIII, *idque de Apostolicæ Sedis licentia. Atque hæc est tertia ultimaque Translatio, prioribus solennior, cujus Acta post Vitam ex impresso Gallico Latina dabimus: hic placeat prædictas Lectiones cognoscere, velut breve compendium Vitæ totius.*

novas autem Lectiones compositas,

F

jussu ejusdem qui ultimus ossa relevavit.

6 Maria Nivellis Brabantiæ oppido orta, ab

A ab ineunte ætate futuræ ſanctitatis prodidit
AUCTOR. indicia non pauca, inter cetera aſſiduæ ora-
D. P. tionis exercitium, in quo frequenter non ſom-
no ſed Angelicis choris ſopita pernoctabat.
In illis laudatur caſtum Mariæ connubium, Anno quinto decimo ætatis à parentibus contra voluntatem nuptui tradita, ſponſum ita caſtitatis ac pietatis ſtudio incendit; ut eum deinceps in ſui caſti propoſiti & vitæ inſtitutione coadjutorem habere meruerit & ſocium: mutuo enim conſenſu facultatibus in pauperes erogatis, in vicum oppido vicinum ſeſe conferunt leproſis miniſtraturi. Tanta in ægrotos commiſeratione afficiebatur, ut apud eos integras quandoque noctes duxerit inſomnes: unde ut ejus merita pleriſque corpore, pluribus vero animo male affectis medebantur, in blaſphemiæ autem & deſperationis ſpiritum gratia eminebat ſingulari. Ut vero orationum ejus efficaciam experti ſunt homines ad ſubſidium: ita & dæmones ad tormentum; eorum enim laqueos aliis detegebat, & quod interdum precibus non poterat, addito jejunio vincebat.

B 7 Porro abſtinentia fuit admirabili carnium & vini abſtemia, ſolas herbas & legumina, rariſſime piſciculos & majori anni *rigor vitæ,* parte panem & aquam ſemel in die circa veſperum, eaque parciſſime ad victum adhibebat: imo plures dies ultra naturæ vires inedia conſumebat, poſtremo atque primo jejunii die nihilo citius labori apta. Jejunio vero ad corporis caſtigationem alia pietatis opera addebat magis admiranda quam imitanda; pari caritate, pari vigilantia, pari ſolitudine & ſilentio: cujus adeo ſtudioſa fuit, ut eo ſe illud ut maxime impetraſſe divinitus cognoverit, quod ad cælos citra purgatorii pœnas migraret.

8 Lacrymarum dono excelluit, idque aliis impetravit: prophetiæ inſuper & ſeptemplici *felix obitus.* ſpiritus dono illuſtris. At hominum qui ad eam confluebant frequentiam exoſa, in Oigniacum locum ſibi antea non notum, ſed divinitus oſtenſum migravit, trimeſtre intervallum undecim refectionibus iiſque parciſſimis, poſtremum dimenſa eſt. Quinquaginta vero & tres ultimos dies, ſolum Chriſti corpus eſuriens cum ceterorum nauſea protraxit:
C tandem morti proxima morbo quo afflicta fuerat, à Domino ſublevata, & quaſi miſeriarum gurgite emerſa, inter Sanctos illos quibus ſana familiaris fuerat, inter Virginem Deiparam, cujus monitu ſacrum oleum petiit & accepit inter ipſum quoque Chriſtum, qui victoriæ ſuæ ſignum ad ejus pedes fixit; in cantica erupit viſo pariter ſed fugato communi generis humani hoſte: & quaſi victoriam canens in Chriſti adſtantis manus, cantato alleluya & gratiis Deo Patri actis, ſpiritum commendavit & reddidit ipſâ Dominici Præcurſoris Vigiliâ, anno ſalutis ſupra milleſimum ducenteſimo tertio decimo; ætatis vero circiter trigeſimo ſexto.

§. II. *De B. Mariæ imaginibus, Reliquiis & Profeſſione.*

Imagines in altari & eccleſia Oigniaci, 9 IMago ejus, *inquit Molanus*, depicta eſt in altari & aliis in locis: & tumba in die Adventus atque obitus ornatur; iiſque diebus frequentior eſt ad memoriam ejus concurſus. Sed & Parochi nonnulli Sacrificium Miſſæ de D illa legerunt, abſque tamen cantu, ne non canonizatam publice viderentur celebrare. *Hujuſmodi imaginum duas habemus, & paginâ verſâ repræſentamus; alteram vetuſtiorem & à Molano indicatam, ſtantis cum Roſario in manu & capite radiato, cum hac Epigraphe*, B. Maria de Oigniaco, ora pro nobis: *vultu autem apparet hîc macilentiori, qualis ex multo jejunio fuit cum obiit. Alteram recentiorem & loco alterius nunc poſitam in altari quam anno* MDCXLII *famoſus pictor Craiers Bruxellenſis confecit, exhibens Mariam ante altare genuflexam ſine radiis cum Chriſto ſuperne eidem inter Angelos apparente; ipſam autem pinxit pleniori vultu formoſioremque & quaſi juvenculam, prout eam in Vita legerat à ſpecie vultus commendari. Ego vivis coloribus expreſſum ectypon ultimæ illius nactus, ut gratificarer illuſtriſſimo D. Trazegnies Præpoſito Nivellenſi ipſius Beatæ devotiſſimo, ſolam ejus effigiem abſque aliis parergis & radiatam inde ſculpendam curavi, cui ſupradicta vetuſtior illa adjungi poſſet. Aſſeruit autem mihi D. Joannes Chryſoſtomus de Monpleinchamp Orator Regius Bruxellis noviſſimam iſtam ſimiliorem videri ei, quam ipſe Nivellis viderit pictam pro matrimonii annis in habitu ſeculari cum peplo Brabantico nigro*, Hukam *vulgo vocant.* *una macilentiori vultu,* *altera pleniori & formoſiſſima*

E 10 *Idem D. de Monpleinchamp nobis ſuggeſſit, adeo conſtanti traditione Nivellis teneri, quod omnes oppidi illius puellas venuſtate vultus, totiuſque corporis habitu longiſſime ſuperarit* Maria, *ſaltem quoad Nivellis vixit: & quando ibi pictam cum huka putamus, ut quoties aliquam Nivellenſes volunt à ſingulari pulchritudine commendare, vulgo dicant eſſe* alteram Mariam Oigniacenſem; *imo etiam nunc unam iſtic ſpecioſiſſimam vix alio nomine appellari quam iſto, quia tam perfecte refert lineamenta vultus expreſſa in icone ſupra domum Mariæ natalem poſita: quapropter operæ pretium cenſuiſſem etiam hujus, quam primam omnium fuiſſe puto, ectypon dare ſi pictorem commodum nactus fuiſſem. Quod ad habitum attinet, ea Oigniaci uſa eſt Sancta cum qua eam ſuæ picturæ repræſentant juxta hiſtoriam Vitæ num.* 37 tunica lanea alba cum ejuſdem coloris ſimplici *& prototypon vetuſtius Nivellis.* pallio: *tali autem etiam communiter uſas eas quibuſcum ibi vixit Beginas, non facile poteſt definiri cum eæ à ſeculis aliquot eſſe deſierint*, niſi quod ſupra
F quoſdam ſepulcrales lapides valde vetuſtos appareant quædam noſtræ Sanctæ, quoad veſtitum conſimiles, *ut ſcribit prælaudatus loci Prior.*

11 *Ab imaginibus tranſeo ad Reliquias* Mariæ, *à quibus initium ſumit præcitatus earum* Catalogus, quæ in Gynæceo Oigniacenſi pie religio- *Induſium ad parturientes ferri ſolitum,* ſeque ſervantur. Catalogus, *hoc modo*: In feretro argenteo induſtriè elaborato, corpus glorioſiſſimæ Mariæ de Wilebrouk, Oigniacenſis vulgo dictæ, virginis & conjugatæ. Laneum induſium ejuſdem, laborantibus in partu ſingulare remedium: item culter ejuſdem, & pars ſcipionis quo imbecilles artus ſuſtentabat. *cultellus, & pars ſcipionis.* *Ita ille an.* 1636 *iiſdem verbis quibus ante octennium uſus fuerat in ſuo Hierogazophylacio Belgico pag.* 383; *non tamen ſub titulo* Gynæcei Oigniacenſis, *ſed* Oigniaci ad Sabim in S. Nicolai Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, *cujus diverſitatis non aliam capio rationem, quam quod poſteriori loco priorem correxerit edoctus nullum Oigniaci Beginaſium ſupereſſe.*

12 *Molanus quoad* induſium, *præivit Raiſſio ita ſcribens*: Invocatur *Maria* à laborantibus

in





Articulus febricitantibus salutaris, C

in partu, quæ per induſium ejus laneum ſæpe liberantur : item à febricitantibus, quibus ex ſacri corporis Reliquiis articulus argento incluſus oſculandus porrigitur. *Hunc de ſacro corpore decerpſerat Magiſter Iacobus, quando illud primum componebat ad ſepulturam, & ſemper ſecum religioſe geſtabat ſuſpenſum de collo, ut legitur in ſupplemento Vitæ num.* 16 ; *ubi etiam narratur, quantum inde bonum obvenerit Hugoni Cardinali Oſtienſi, poſtea Gregorio Papæ* IX ; *ut vix dubitari poſſit, quin hic factus Pontifex, & Iacobum Cardinalem creatum apud ſe retinens, aliquid adjecerit ad cultum, à Jacobo poſt corporis elevationem primam velut à ſui deceſſoris Legato inſtitutum ; licet certi nihil de eo reperiam.*

& Hugoni Card. poſtea Gregorio 9.

13 *Reſtat examinandus titulus* Virginis, *quem ei Collecta tribuit num.* 3 *præpoſita, & pro quo manu tenendo, atque etiam in Romanum Martyrologium referendo atque facultate obtinenda recitandi Officium & Miſſam, eo quo ſolet de Virginibus ritu, ſupplicandum cenſuerunt Oigniacenſes, poſtquam emanaſſet ſacræ Congregationis Decretum, prohibens Officium ac Miſſam de iis, quorum nomina non ſunt Romano Martyrologio inſcripta. Ea ſcilicet occaſione pro feſto tranſlationis* XII *Octobris conceptæ ſunt tres novæ prolixioreſque Lectiones, Sacræ Congregationi proponendæ, in quarum prima hæc dicuntur* : Quatuordecim annos

In veteri Collecta appellatur Virgo,

nata, compellentibus parentibus, conjugii quidem jugum ſubiit ; ſed eo potiſſimum animo, ut iniquiori eorum cenſuræ & imperiis ſubducta virtutis ſtudium decurreret ..... Maritum latebant duræ ejus exercitationes (*quibus noctu vacabat, alio ſcilicet thoro utens,*) ſed virtutum emicans ſplendor diu latere non potuit; unde ſanctæ conjugis ſecutus propoſitum, & ſaniora ejus probans conſilia, thorum uterque ſervantes immaculatum, continentem & pæne Angelicam iniêre vitam. F

14 *Nomen marito* Joannes *fuit, quem cum* Maria *diu continenter vixiſſe, indubitatum facit hujus Vita : quod autem matrimonio omnino numquam uſus ille fuerit, ne primis quidem diebus, nec Auctor harum noviſſimarum Lectionum expreſſe auſus eſt aſſerere, nec aliquis, nunc certo poſſit (ut puto) definire. Fieri tamen poteſt, ut* Maria, *S. Anaſtaſiam imitata, variis prætextibus evitarit conjugalis debiti ſolutionem ; donec* non multo ſic exacto tempore, *ut dicitur num.* 13 ; reſpexit Dominus humilitatem Ancillæ ſuæ, exaudivitque lacrymas ſupplicantis ; *dum*, quam prius habuit Joannes ut uxorem, inſpiratus eſt ut Mariam habere commendatam. *Dici enim poteſt* ut uxorem habuiſſe, *etiamſi eâ necdum uti cœpiſſet, quamdiu utendi habuit voluntatem, aut continentiæ propoſitum necdum voto firmaſſet ;*

& talem veroſimile eſt etiam poſt nuptias manſiſſe.

A *sicut S. Elzeario contigit, non nisi post* XV *annos virginalis sui matrimonii adducto ad tale votum nuncupandum. Potest etiam illibatam* Mariæ *virginitatem (ipsa secretum istud sibi servante) ignoravisse Vitæ scriptor; vel mariti superstitis verecundæ humilitati condonasse, ne ipsum proderet. Denique mortuo Joanne, non solum post Vitam, sed etiam post supplementum scriptum, potuit ejusdem secreti conscius Ægidius Prior, Sanctæ familiarissimus, id extulisse in lucem, ad commendationem utriusque; & titulo* Virginis *usus in componenda Collecta illa; nec enim absimilis vero conjectura est, hunc fuisse auctorem Officii, in spem Canonizationis impetrandæ vel ad usum privatæ devotionis compositi.*

licet dicat Vita id non expresse,

15 *Scio Chronici Andrensis Auctorem, tomo* 9 *Spicilegii Acheriani, hoc in quo versamur seculo* XIII *scribentem, excusare suorum opinionem* de S. Rictrude, Marchionensi vidua *& quatuor liberorum Sanctorum matre, quasi hujus corpus habeant atque colant, diverso licet die, sub nomine* S. Rotrudis Virginis; *dicendo titulum* Virginis *suæ assertioni non repugnare, quia quæ* secundas nuptias sprevit, ad vitam cœlibem se B omnino transtulit, in sancto viduitatis proposito vitæ residuum feliciter explevit, virginitatis merito non carebit. *Sed absit ut Oigniacenses eo deflexisse credam quamdiu tituli istius veritas aliter salvari* Mariæ *potest. Eo tamen abstinere in fronte hujus Commentarii malo, sicut & titulo* Beghinæ, *quem ei adscribere videtur Auctor supplementi ad Vitam, æque coævus, cum num.* 25 *dicit, Jacobum à Vitriaco gloriosiorem apparuisse Belgis,* amplissimæ civitatis in transmarinis partibus sponte sua dimittendo dominium, ex Orientalibus copiis factum pauperem, & in humili loco de Oignies, inter oves Beghinarum, requiem eligendo; *quam possit Romanis esse, jam factus Episcopus Cardinalis. Licet enim hoc spectet secundam Jacobi commorationem Oigniaci, post Acconensem Episcopatum Honorii* III *permissu abdicatum, mortua jam pridem* Maria: *cum tamen ipsa, quam patria sua pictam servat cum huka, id est, matronarum Brabanticarum peplo laneo nigro; non solum Oigniaci pingatur, sed etiam in vita num.* 72 *legatur* velo candido, *lineo scilicet,* ex more *Beghinarum, tecta caput; credi potest harum institutum, nullis solennibus votis adstrictum, amplexa fuisse, statim atque Oigniacum venisset.*

& diuturnæ continentiæ forte tribui is titulus possit,

item quod Oigniaci facta sit Beghina,

C 16 *Neque magnopere obest, quod in eadem Vita num.* 37 *dicatur, super* sacco cilicino aspero *solum habuisse* tunicam laneam albam cum ejusdem coloris simplici pallio, *nostræ autem* Beghinæ *utrumque habeant nigrum; nihil enim vetat eas, quæ sub directione Canonicorum Regularium vivebant, ubi hi colore utebantur albo (uti etiam nunc utuntur Oigniaci) ipsas quoque eo usas fuisse. Multo autem minus obesse potest, quod Beghinæ Oigniacenses, intelligantur ex supplemento num.* 10 *una in domo, communi mensa usæ cum matre Prioris Ægidii veluti Superiore; Maria autem videatur cum una ancillula solitaria vixisse. Nam nostratium quoque Beghinarum usus hodiernus habet, ut vel uno in contubernio plures aut pauciores simul; multæ etiam, præsertim honestiores & seniores, seorsim domum cum ministrante sibi famula habeant.*

habitu candido ibi usa.

D

§. III. *De Vita ejusque scriptore, deque Auctore Supplementi.*

Vita à Jacobo de Vitriaco Scripta,

17 JAcobus de Vitriaco, *natus Argentolii ad Sequanam in diœcesi Parisiensi fama & sanctitate* B. Mariæ Oigniacensis *allectus, relictis studiis Theologicis & urbe Parisiensi, venit* Oigniacum; *adhærensque ipsi Beatæ, ejusdem instinctu & adhortatione vitam monasticam inter Canonicos Regulares professus est; magnæ vir scientiæ ac prudentiæ. Hic illustria* Mariæ *gesta duobus libris scripsit rogatu Fulconis Episcopi Tolosani, qui anno* MCCXII *urbe sua pulsus, extremum decumbentem visitarat; & adhuc in Belgio vel Parisiis morabatur, auxilia solicitans. Scripsit autem Jacobus ut in pluribus testis oculatus (nam & morti ejus præsens adfuit) necnon aliis, quæ ab ipsa* Maria *aut personis ipsi ac sibi notissimis acceperat. Scripsit etiam Jacobus* eleganti satis sermone, *ut loquitur Cantipratanus in Vita S. Lutgardis lib.* 3 *cap.* 14 *prout ea tempora ferebant, nec alio quam quo exaravit libros Historiæ Orientalis & Occidentalis; ut mirum sit quod Laurentius Surius necessarium crediderit* stylum hinc inde, propter eruditos lectores, nonnihil expolire.

libris 2,

E

18 *Henschenius eam Vitam reliquit dandam primogenia phrasi, ex variis Mss. scilicet aliquo nostro, quod olim pertinuit ad Cornelium Duynium Amstolodamensem, alio monasterii Rubeævallis Canonicorum Regularium prope Bruxellas, tertioque per Autbertum Miræum, in antiquitate potissimum Belgica & monastica scientissimum nobis communicato. Sic autem præparatam ab Henschenio Vitam, Notisque nonnullis illustratam; contuli ego cum ipsissimet Oigniacensis monasterii manuscripto annorum plusquam ducentorum communicato mihi per prælaudatum Priorem hodiernum (sicut illud in prima fronte legitur)* commodatum R. P. Felici Lenglet anno 1636, *de ipsa Sancta dicturo vel scripturo. Eamdem Vitam, non tamen verbotenus, olim inseruerunt suis operibus Vincentius Bellovacensis, lib.* 30 *Speculi historialis cap.* 10, *&* 30 *sequentibus; & S. Antoninus, par.* 3 *tit.* 19 *cap.* 12 *quos secuti sunt posteriores alii.*

qui ex Mss. dantur.

F 19 *Isti* Jacobi de Vitriaco *lucubrationi digestæ in duos libros non tres ut putavit Trithemius, subjungimus Supplementum ex Ms. Rubeævallis, collato cum editione Arnoldi Rayssii: qui inter Peristromata Sanctorum, edita Duaci anno* 1630, *ac rursus post Cœnobiographiam ac Lipsanographiam prænemoratas anno* 1636, *progreditur sub hoc titulo:* Sequuntur quædam gesta admirabilis Deoque dilectæ Mariæ de Willambrouk, aliàs dicta de Oignies, quæ gessit tam in Vita quam post mortem: quæ quidem omissa sunt in Vita ejus, conscripta à Reverendo viro Domino Jacobo de Vitriaco, Acconensi, postea Tusculano Episcopo, Sedisque Apostolicæ Cardinali; postmodum autem suppleta ac completa à venerabili ac devoto religioso Fratre N. Regulari Canonico monasterii Cantipratensis. *Hæc sive ita seculo* XIII *scripta fuerunt, sive sint ipsius editoris Rayssii; dubitare non possumus quin littera* N *non tantum in genere, quomodo nunc plerumque, sed in individuo indicet nomen scriptoris, puta* Nicolai: *cum in Proœmio*

cum Supplemento Fr. Nicolai Cantipratani,

non Thomæ,

A *ipſemet id faciat, ex more ſui ſeculi, adeoque nulla ratione hic poteſt (ſicut Molano, Moſcho & Oldoino viſum) intelligi* Thomas Cantipratanus *ex eo monaſterio poſteà tranſgreſſus ad Ordinem Prædicatorum, licet hic in ſuo libro 2 Apiarii cap. 54 num. 18 quædam verbotenus inde deſcripſerit.*

20 *Scripta fuit Vita paucis poſt mortem* Mariæ *annis cum adhuc in Gallis verſaretur Auctor, Crucem contra Albigenſes prædicans, priusquam proficiſceretur in Palæſtinam, quod factum videtur circa annum* MCCXVII. *Supplementum compoſitum eſt rogatu* Fr. Ægidii de Walcuria, *scripto ante an.* 1240 primi Prioris, *& finit cum allocutione ad* Jacobum, *jam* Epiſcopum & Cardinalem Tuſculanum, *ut ad priſtinam humilitatem Oigniacum redeat, contemptâ Romanæ Curiæ gloriâ, in qua ejus ad prædicandum zelus velut mortuus torpebat, qui poſſet in diœceſi Leodienſi utiliſſime exerceri. Atqui obiit hic (ut mox probabo)* I *Maji anno* MCCXL; *Ægidius autem dicitur defunctus cum annis* XLI *rexiſſet domum Oigniacenſem, fundari cœptam juxta loci traditiones anno circiter* MCXCII, à tribus fratribus, B *inquit Fiſen in Hiſtoria Leodienſis Eccleſiæ ad iſtum annum*, Henrico, Ægidio, & Joanne: quibus alter ſe adjunxit Ægidius, fortunis ſuis omnibus eodem collatis. Cumque & divinorum cognitione & vitæ exemplo eminere videretur, novellæ familiæ præpoſitus eſt, cum Prioris dignitate. *Hinc in Catalogo Priorum, qui apud eumdem Fiſen extat in Floribus Eccleſiæ Leodienſis ad* V *Januarii, collectus à Franciſco Moſcho ſub finem ſeculi* XVI, *mors Ægidii ponitur ad annum* MCCXXXIII. *Sed uti nihil cogit credere,* Ægidium à Walcuria, *ipſis primis novæ molitionis initiis adfuiſſe, multo minus rebus necdum plene conſtitutis ordinatum Priorem; ita nihil peccaturi videmur, annis aliquot differendo initium Prioratus, adeoque & finem, ut ſic ſtatuamus non multo citius Ægidium quam Jacobum obiiſſe. Ut autem ita ſtatuamus cogit Auctor Supplementi, cum num.* 25 *ſic loquitur:* Gallia ſine pompa Cardinalem inglorium numquam: Hiſpania autem unum (& hoc recenter, ut audio) ante annos tres meruit.

C 21 *Verte & inverte omnia, nullum invenies, de quo id verifices, præter* S. Raymundum Nonnatum, de Mercede Redemptionis captivorum; *& hic in Lectionibus Officii ſub Alexandro* VII *probatis pro* XXXI Auguſti, *obiiſſe dicitur* ultimâ Dominicâ Auguſti anno MCCXL: *ſed ita vixerit, non ſolum poſt Ægidium, verum etiam poſt Jacobum prædictos: nec habebitur concurſus Dominicæ & diei ultimæ Auguſti, qui videtur ex Ordinis perpetua traditione ſervandus. Invenitur autem is concurſus annis Chriſti* MCCXXXI *&* XXXV: *& Panvinius quoque tertiam Cardinalium creationem affigens anno* XXXIV, *per ſolam litteram* R. *deſignat quemdam, Ciacconio genuino præteritum, eumque Arnoldus Wion lib.* I *cap.* 87 S. Raymundum *eſſe opinatur, qui probationem ſui Ordinis ab eodem Pontifice impetrarat anno* MCCXXX. *Hinc tertio profectus in Africam Sanctus obſes denique manſit, octo continuis menſibus excarnificatus; redemptus autem, & miraculis clarus; ideoque Cardinalis creatus abſens, dum Romam vocatus in viam ſe dat, Cardonæ infirmatus obiit. Hanc vero mortem nullo alio fundamento differri invenio, quam quod recentiores ſcriptores Raymundi promotionem Creatione quarta factam conjectent, cui Ciacconius annum* MCCXXXVII, *Panvinius eo accuratior* MCCXL *adſcribunt. Sic autem ſupplementum, de quo agimus, compoſitum eſſet anno* MCCXXXVIII; *& Ægidius poſt cum annum ſuperſtes Prior electus fuiſſet vix ſeptem vel octo poſt prima domus initia annis; paucioribus vero ſi liceret credere, quod* S. Raymundus *obierit anno* MCCXXXI; *ſic ut duo, ejus itinera in Africam præceſſerint Ordinis confirmationem, ultimum immediate ſit ſecutum; unde poſt octo menſes regreſſus, & mox nominatus Cardinalis, obierit* XXXI *Auguſti, ad quem diem plenius hæc diſcutientur.*

elapſis tribus annis à promotione S. Raymundi Nonnati ad Cardinalatum

quæ videtur facta an. 1234

vel 1230.

22 *Vitæ ac Supplemento prædictis, ea fide ac certitudine ſcriptis, ut fidelius ac certius nihil optari poſſit; ſubjungimus Appendicem de ipſomet* Jacobo à Vitriaco, *ex Ms. Rubeæ-vallis, continentem aliqua Vitæ geſta. Pro hac invenitur in Ms. Oigniacenſi Appendix altera, ex Vita S. Lutgardis lib.* 3 *num.* 5 *&* 8, *ſub iiſdem ſub quibus iſtic leguntur titulis; non tamen tamquam pars Supplementi, per Capita* XXIII *deducti, quorum numerum illa duo addita augere debuiſſent, ſi Supplementi Auctor huic ea addita voluiſſet.* E *Non potuit autem voluiſſe, niſi annis circiter viginti poſt primam ſcriptionem: quia Vita illa à Cantipratano ſcripta poſt mortem Sanctæ, anno* MCCXLVI *defunctæ, non fuit recognita & interpolata niſi poſt annum* MCCLIV, *fortaſſe nec ante annum* LX *iſtius ſeculi: ſcripta autem eſt Appendix ex Vita jam interpolata, ut apparet. Verum ſi ſcripſit illam Appendicem iſte vel alius quiſpiam, nec ipſi Sanctæ nec Cantipratano coævus, ſed multo poſterior qui ſeculo* XIV *vel* XV *codicem exaravit (non enim majorem quam ſeculorum duorum ætatem præfert character quo ſcriptus eſt) alterius multo poſterioris ſunt prima verba, in Vita S. Lutgardis nuſquam reperienda, ſic incipientis,* Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio .... Jacobus de Vitriaco .... ab hoc ſeculo migravit. *Hunc tamen annum, imo* 1244, *ſcripſit Andreas Hojus, Doctor Duacenus in Vita Jacobi ad Franciſcum Moſchum, ſicut ipſam hic præfixit ipſius Hiſtoriæ Duaci editæ anno* 1597. *In ſimilem errorem videtur impegiſſe Ciacconius, licet in prima ejus editione (præter Auctoris mentem) notatus legatur annus* 1240. *Quomodo enim credendus non eſt poſteriorem aliquem numerum notatum voluiſſe, qui* Jacobum *recenſet inter Cardinales anno* MCCXLI *præſentes Electioni Cæleſtini* IV. *Et hoc animadverſo, Recognitores operis ſubſtituerunt numerum* 1244, *imo Oldoinus noſter etiam Creationi Innocentii* IV, *factæ anno* MCCXLIII, X *Kal. Octobris intervenire* Jacobum, *veluti per oblivionem à Ciacconio hic omiſſum, quia id conſequens eſſe videbat ex numero, perperam quidem notato ante hiſtoriam, ſed quem verum citra diſcuſſionem credebat.*

Appendix de ipſo Jacobo ſcriptore,

qui in alia Appendice, ex Vita S. Lutgardis,

male dicitur obiiſſe anno 1243

ab aliis 1244.

F

23 *Albericus Monachus trium Fontium, tunc vivent ac ſcribens (cujus diu requiſitum Chronicon tandem reperit & redemit amicus noſter Jacobus Baro le Roy) ex illoque Auctor Magni Chronici Belgici, ad annum ſalutis* MCCXL, *Gregorii Papæ ultimum, ſic & verius habet:* Item anno prænotato, Magiſter Jacobus de Vitriaco, quondam Epiſcopus Acconenſis, tunc Cardinalis Tuſculanenſis, Kalendis Maij Romæ obiit: cujus oſſa, poſt aliquantum temporis, tranſlata apud Oignies Leodienſis diœceſis,

cum is evidenter probetur obiiſſe

A cesis, & ibi honorifice tumulata sunt. *Cer-*
AUCTORE *te ipsemet Gregorius, in Epistola eodem anno da-*
D. P. *ta* XII *Maji, de Tusculanensi Hierosolymitanis*
negato agens, vocat eum bonæ memoriæ; &
*an.*1240. *Vita S. Ludgardis, edita* XVI *Junii, lib.* 3
num. 5, *intelligitur illa vidisse animam defuncti,*
quarto post die in cælum ferri, sub eodem *fere*
tempore, quo illa inchoaverat ultimum vitæ &
jejunii septennium, mortua anno MCCXLVI. *Post*
hanc tamen Appendicem aliquid additur, sed abs-
que titulo, ex vetustiori Auctore, scribente ex
ore Conradi Abbatis Villarienſis ab anno MCCIX
ad MCCXIV *postea Cistercienſium Generalis, ac*
denique Cardinalis usque ad annum MCCXXVII,
quo obiit.

VITA

Per Jacobum de Vitriaco tunc Canon. Regul. postea Acconen. Episcopum, ac denique Card. Tusculanum.

B

Ex variis Codicibus Mss.

PROLOGUS

Ad Fulconem Episcopum Tolosanum

De Sanctitate præclara plurium feminarum diœcesis Leodienſis, quarum unius dumtaxat Vita scribitur.

Joan. 6, 12 1 PRæcepit Dominus discipulis suis, ut colligerent fragmenta ne perirent. Quid est fragmenta post cœnam colligere, nisi Sanctorum exempla post mortem ad memoriam revocare, ut cophini impleantur; id est pauperes & parvuli exemplis Patrum
Matth. 15, 27 reficiantur? Nam & catelli edunt de micis,
Exemplo Sanctorum Patrum quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. Unde quondam sancti Patres de talento sibi
C commisso, districti judicis sententiam semper præ oculis habentes, ad utilitatem sequentium, virtutes & opera Sanctorum præcedentium redegerunt in scriptum, ut infirmorum fidem roborarent, indoctos instruerent, pigros incitarent, devotos ad imitationem provocarent, rebelles & infideles confutarent. Inter quos, ut omittam de aliis
a innumeris, intueamur sanctum Patrem *a* Hie-
Hieronymi ronymum, quanto labore Vitas Patrum Ægyptiorum didicerit, quantâ diligentiâ memoriter retinuerit, quanta utilitate legentium scripto commendaverit, ex variis locis ligna colligens, ut in altari Domini ignis materiam ministraret. Nec minori forte studio ci-
b tharista Domini, organum Spiritus sancti, *b*
& Gregorii scribit B. Gregorius, virtutes & exempla sanctorum Patrum Italiæ in uno Dialogi volumine redegit; quasi colligens cineres, post multorum sacrificia in loco mundo reponendos, id est in puris mentibus fidelium reservandos, ut variis Sanctorum exemplis, quasi calceamentis comedentium Agnum Paschalem, pedes munirentur, & qui nudis & duris funibus *c* præceptorum, si soli essent, forsitan D
læderentur; adjunctis pannis veteribus, id est *c*
veterum Patrum operibus, facilius de lacu cum Jeremia traherentur. Multi enim incitantur exemplis, qui non moventur præceptis.

2 Unde cum sanctus & venerabilis Pater, *excitatus à*
Ecclesiæ Tolosanæ Episcopus, à civitate sua *Tolosano*
ab hæreticis depulsus, ad partes Galliæ peti- *Episcopo*,
turus auxilium contra inimicos fidei devenisset, & tandem usque in Episcopatum Leodii, quasi tractus odore & fama quorumdam, Deo in vera humilitate militantium, descendisset; non cessabat admirari fidem & devotionem, maxime sanctarum mulierum, quæ summo desiderio & reverentia Christi Ecclesiam & sanctæ Ecclesiæ Sacramenta venerabantur: quæ in partibus suis fere ab omnibus vel penitus abjiciebantur, vel parvipendebantur: valdeque desiderabat ut quædam quæ vidit & audivit, ne perirent, tamquam fragmenta colligerentur. Scis etenim Pater sancte, Pastor Tolosane, imo totius *admirat*
ecclesiæ Christi, in diebus nostris columna *virtutem*
fortitudinis (ad te enim mihi sermo est, *Leodien-*
quo præcipiente & de negligentia me redar- *sium*,
guente, præsens opusculum ausus sum attentare) nosti, inquam, quod cum venires ad partes nostras, jam tibi visum est esse quasi in terra promissionis. Te enim narrante audivi, quod reliqueras Ægyptum in partibus tuis, & transiens per desertum, terram promissionis in partibus Leodii invenisti. Cum enim in partibus tuis, multos de partibus nostris Cruce signatos, contra hæreticos fide ferventes, in tribulatione miram patientiam habentes, in operibus misericordiæ abundantes, cognovisses; imo (sicut mihi dixisti) quasdam mulieres magis pro uno veniali lugentes, quam homines in partibus tuis pro mille mortalibus, mirareris; veniens ad partes nostras, sicut audivisti, sic vidisti, ut imo plusquam audivisti; itaque vix posses credere, nisi fide oculata per experientiam cognovisses.

3 Vidisti enim (& gavisus es) in hortis liliorum Domini multas sanctarum Virginum in diversis locis catervas, quæ spretis pro Christo carnalibus illecebris, contemptis F
etiam amore regni cælestis hujus mundi di- *potissimum*
vitiis, in paupertate & humilitate Sponso *Virginum*.
cælesti adhærentes, labore manuum tenuem victum quærebant, licet parentes earum multis divitiis abundarent. Ipsæ tamen oblivisscentes populum suum & domum patris sui, malebant angustias & paupertatem sustinere, quam male acquisitis divitiis abundare, vel inter pomposos seculares cum periculo remanere. Vidisti (& gavisus es) sanctas & Deo servientes matronas, quanto zelo juvencularum pudicitiam conservarent, & eas in honesto proposito, ut solum cælestem Sponsum desiderarent, salutaribus monitis instruerent. Ipsæ etiam viduæ in jejuniis & ora- *viduarum*
tionibus, in vigiliis & labore manuum, in lacrymis & obtecrationibus, Domino servientes, sicut maritis suis prius placere nitebantur in carne, imo ita amplius Sponso cælesti placere studebant in spiritu; frequenter
ad memoriam revocantes illud Apostoli: Vi- 1 Tim. 5, 6
dua, quæ in deliciis vivit, mortua est: &

quod

A quod ſanctæ viduæ, quæ Sanctorum neceſſitatibus communicant, quæ pedes pauperum lavant, quæ hoſpitalitatem ſectantur, quæ operibus miſericordiæ inſiſtunt, fructum ſexageſimum promerentur. Vidiſti (& gaviſus es) ſanctas etiam mulieres, in matrimonio Domino ſervientes devotè, filios ſuos in timore Dei erudientes, honeſtas nuptias & thorum immaculatum cuſtodientes, ad tempus orationi vacantes, & poſt in idipſum cum timore Dei revertentes, ne tentarentur à Satana: multæ enim ex maritorum conſenſu à licitis amplexibus abſtinentes, cœlibem, & vere Angelicam vitam ducentes, tanto majori coronâ dignæ ſunt, quanto in igne poſitæ non arſerunt.

& matronarum conjugatarū.

4 Vidiſti etiam & admiratus es, imo valde deteſtatus, quoſdam impudicos & totius religionis inimicos homines, prædictarum mulierum religionem malitioſe infamantes, & canina rabie contra mores ſibi contrarios oblatrantes: & cum non haberent amplius quod facerent, nova nomina contra eos fingebant, ſicut Judæi Chriſtum Samaritanum & Chriſtianos Galilæos appellabant. Nec mirum: Ægyptii enim abominabantur oves: & homines tenebroſi & malitioſi innocentium ſimplicitatem derident, inter potus & epulas, inter ebrietates & crapulas vitam abſtinentium lacerantes. Unde cum quidam Sanctus adhuc, de S. Bernardi Monachis in Abbatia, quæ dicitur *d* Alna, Domino militaret, & ex ſimplicitate dubitaret, cujuſmodi eſſent homines & mulieres, qui quibuſdam novis nominibus à malitioſis appellarentur; hujuſmodi reſponſum in oratione accepit à Spiritu ſancto: Invenientur in fide ſtabiles & in operibus efficaces. Ex tunc ſenex ille tanta dilectione illis adhæſit, quod non poterat ſuſtinere, quod aliquis coram ſe malum diceret de eis. Ipſæ autem mirabili patientia opprobria ſuſtinuerunt & perſecutiones, frequenter ad memoriam reducentes illud Euangelicum; Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Et iterum: Non eſt ſervus major Domino ſuo: ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.

& deteſtato eis detrahentes:

B

quæ interim erant ſtabiles in fide,

d

patientes in perſecutionibus:

Joan. 15

5 Sed quoniam ſcriptum eſt, **A** fructibus eorum cognoſcetis eos; quæ vere Deo adhæſerint, in *e* vaſtatione civitatis Leodienſis ſatis compertum eſt. Quæ enim ad eccleſias confugere non poterant, in fluvium ſe projiciebant, magis eligentes mori, quam damnum caſtitatis incurrere. Quædam etiam in ſtercorarias ſentinas profilientes, malebant extingui fœtore quam ſpoliari virginitate. Ita tamen clemens Sponſus dignatus eſt Sponſis ſuis providere, quod in tanta multitudine non eſt inventa aliqua, quæ mortem corporis vel detrimentum incurreret caſtitatis. Cum autem una ſanctarum mulierum periculoſe laboraret in flumine, duo ex hoſtibus cum navicula ad eam venientes, eam in navim traxerunt, ut ei turpiter commiſcerentur Sed quid egit caſta inter leones, agna inter lupos, columba inter ancipitres? Maluit iterum fluvio ſubmergi, quam corrumpi: à navi proſilivit inter undas: cumque navis ex impetu ſalientis mergeretur, ſimul illi duo merſi perierunt, illa autem per gratiam Dei, ſine damno corporis & animæ, ob-

C

Matth. 7

e

& in vaſtatione Leodienſi eligentes mori potius quam violari,

à Deo conſervabantur:

ſequente fluvio ad ripam pervenit. Mirandis plus miranda ſuccedunt. Cum diuturna & intolerabilis *f* fames, per triennium, in regno Franciæ & in magna imperii parte adeo invaluiſſet, ut homines & mulieres paſſim per villas & agros fame morerentur; illi etiam, qui prius divites fuerant, publice mendicare & fame perire cogerentur; non eſt inventa in tanta multitudine ſanctarum mulierum, in toto Leodienſi Epiſcopatu, licet prius omnia pro Chriſto reliquiſſent, aliqua, quæ vel fame moreretur, vel publice mendicare cogeretur. Sed jam ad perſonas ſingulares & ſingularia miracula deſcendamus. Teſtem invoco ſanctitatem tuam; oculis enim tuis vidiſti mirabilem Dei operationem, & in diverſis perſonis diviſiones gratiarum. *g*

D

A. IAC. VITRI. EX MSS.

f

item in diuturna fame;

g

6 Aliqua enim à Domino, te certiſſime probante, tantam gratiam accepit, ut peccata hominum, quæ per veram Confeſſionem tecta non erant, in multis perſonis percipere: & dum multis peccata occulta nuntiaret, multos ad Confeſſionem invitans, cauſa ſalutis eorum poſt Deum extitit. Aliquas etiam vidiſti mulieres, tam ſpeciali & mirabili in Deum amoris affectione reſolutas, ut præ deſiderio languerent, nec à lecto per multos annos, niſi raro ſurgere poſſent; nullam aliam cauſam infirmitatis habentes niſi illum, cujus deſiderio animæ earum liquefactæ, cum Domino ſuaviter quieſcentes, quanto ſpiritu confortabantur, tanto corpore infirmabantur; clamantes corde, licet aliud præ verecundia ore diſſimularent, Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Alicujus etiam mirabiliter & ſenſibiliter, dum anima præ amoris magnitudine liquifieret, genæ corporales attenuatæ reſolvebantur. Multis etiam ex favo ſpiritualis dulcedinis in corde, redundabat mellis ſapor ſenſibiliter in ore, dulces lacrymas eliciens, & mentem in devotione conſervans. Quædam autem tantam lacrymarum gratiam perceperat, ut quoties Deus erat in corde per cogitationem, lacrymarum rivulus ab oculis fluebat per devotionem, ita ut lacrymarum veſtigia in genis ex conſuetudine fluendi apparerent: quæ tamen caput non evacuabant, ſed quadam plenitudine mentem refovebant, ſpiritum ſuavi unctione dulcorabant, corpus etiam mirabiliter recreabant, & ſancto fluminis impetu totam Dei civitatem lætificabant.

earumque alicui peccata occulta revelabantur:

E

aliæ amore languebant

Cant. 2

aut ſpirituali guſtu abundabāt

& lacrymarum copiâ

F

7 Aliæ vero extra ſe tanta ſpiritus ebrietate rapiebantur, quod in illo ſancto ſilentio fere per totum diem quieſcentes, dum eſſet Rex in accubitu ſuo, non erat eis vox neque ſenſus ad aliqua exteriora; pax enim Dei ita exuperabat & ſepeliebat ſenſus earum, quod ad nullum clamorem evigilare poterant; nullam penitus læſionem corporalem, etiamſi vehementer pungerentur, ſentirent. Aliquam vidi, quæ fere triginta annis à Sponſo ſuo tanto zelo in clauſtro cuſtodiebatur, quod extra clauſtrum nullus ei poſſet eſſe egreſſus, etiamſi mille homines eam per manus trahere niterentur. Multoties enim exire conabatur, quibuſdam etiam eam trahentibus: ſed fruſtra, quia citius rumperetur. Vidi aliam, quæ dum extra ſe frequenter quinque & viginti vicibus in die

extaticæ aliæ,

quædam 30 annis reclusæ,

A die raperetur; quæ etiam me præsente plusquam septies, ut credo, rapta est; in quocumque statu inveniebatur, in eo donec reverteretur immobilis permanebat: nec tamen, quantumcumque inclinaretur, familiari spiritu ipsum sustentante, cadebat. Manus ejus quandoque in aëre dependebat immobilis secundum dispositionem in qua inventa fuerat: quæ dum ad se reverteretur, tanto gaudio replebatur, quod, reliquiis cogitationum diem festum agentibus, gaudium interius plausu corporali cogeretur ostendere, sicut Psal.83,3 David coram arca saliendo, juxta illud: Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum verum.

A. JAC. VITRI. EX MSS.

aliæ ex Eucharistia reficiebantur:

8 Quædam vero in perceptione illius panis, qui de cælo descendit, non solum refectionem in corde, sed dulciorem super mel & favum sensibilem consolationem percipiebant in ore, dum carnes veri Agni à faucibus cordis, quas replebant, usque ad fauces corporis mirabili sapore redundabant. Quædam autem tanto desiderio post odorem tanti Sacramenti currebant, quod nullo modo

B eo diu carere sustinebant, nullam consolationem vel requiem suscipientes, sed penitus in languore deficientes, nisi suavitate cibi illius animæ earum frequenter vegetarentur. Erubescant infideles hæretici, qui cibi hujus suavitatem nec fide nec corde percipiunt. Novi autem quamdam inter sanctas mulieres, quæ dum vehementer veri Agni carnibus refici desideraret, ipse verus Agnus, non diutius eam languere sustinens, seipsum illi obtulit, & sic refecta convaluit. Vidi etiam

h *h* aliam, circa quam tam mirabiliter operatus est Dominus, quod cum diu mortua jacuisset, antequam in terra corpus ejus sepeliretur, anima ad corpus revertente revixit; & à Domino obtinuit, ut in hoc seculo vivens in corpore, purgatorium sustineret. Unde longo tempore ita mirabiliter à Domino afflicta est, ut quandoque se volutaret in ignem, & quandoque in hieme in aqua glaciali diu moraretur, quandoque etiam sepulcra mortuorum intrare cogeretur. Tandem in tanta post peractam pœnitentiam vixit pace, & tantam à Domino gratiam promeruit, ut multoties rapta in spiritu, animas defunctorum usque in purgatorium, vel per purgatorium sine aliqua læsione usque ad superna regna conduceret.

una revivisens miras pœnitentias agit.

C

9 Sed quid opus est in diversis diversas & mirabiles gratiarum varietates enarrare? cum in una pretiosa & præexcellente margarita omnium fere gratiarum inveniam plenitudinem, quæ inter alias, tamquam carbunculus inter alios lapides, tamquam sol inter stellas mirabiliter resplenduit: cujus fama, minor rei veritate, ad partes nostras specialiter te adduxit: cujus virtutem, in primo ingressu ad eam, in te mirabiliter expertus es. Cum enim jam fere per quadraginta dies nihil penitus manducans, beatum transitum suum jam propinquum cum desiderio & mentis hilaritate expectasset, & vitæ ejus multa mirabilia vidisses; quanto potuisti affectu rogasti me, ut Vitam ejus, priusquam ad Dominum transiret, in scriptum redigerem; utpote qui ejus familiaris extiteram, & multa de virtutibus ejus memoriæ commendassem;

Admirandam præ ceteris B. Mariæ virtutem scribit Auctor.

& non solum ejus Vitam, sed etiam aliarum D
sanctarum Mulierum, in quibus mirabiliter Dominus in partibus Leodii operatur. Licet autem tu diceres valde tibi & aliis multis esse commodum, si contra hæreticos provinciæ tuæ, ea quæ Deus in Sanctis modernis in diebus nostris operatur, in publicum posses prædicare; ego tamen non acquievi, earum quæ adhuc vivunt, virtutes & opera scripto commendare, quia nullo modo sustinerent.

10 Ne tamen penitus inobediens tuæ Sanctitati videar extitisse, orationibus tuis adjutus, desiderio tuo compulsus, multorum Act.28,3
etiam legentium utilitate incitatus, præsens opus aggredior; ut sarmenta cum Apostolo colligam, quibus & me & alios calefaciam; licet non dubitem me à serpente morderi cum Apostolo. Sed nec ille læsus est à serpente, nec ego morsibus detrahentium damnum aliquod incurrere pertimesco, licet enim animalis homo non percipiat quæ spiritus Dei sunt; propter animalem multorum invidiam tamen, ab incepto ob multorum utilitatem proposito non desistam. Sunt E
enim quidam animales, spiritum Dei non habentes, apud semetipsos prudentes, qui nihil volunt percipere, nisi quod humana ratione possunt convincere: quæcumque vero non intelligunt, derident & despiciunt. Con- 1 Thes.5,19
tra quos ait Apostolus: Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Ipsi vero spiritum quantum in se est extinguunt, & prophetias spernunt: quia spirituales quosque, quasi insanos vel idiotas despiciunt; & prophetias! sive Sanctorum revelationes, tamquam phantasmata vel somniorum illusiones reputant. Manus autem Domini non est ab- Isai.59
breviata; nec fuit aliquando tempus ab initio, in quo Spiritus sanctus in Sanctis suis non operaretur mirabiliter, vel manifeste vel occulte: unguentum enim, quod descendit à capite in barbam, & a barba in Psal.132,2
oram vestimenti, etiam usque ad fimbriam, id est ad Sanctos ultimi temporis, descendit.

11 Nos igitur, quæ vidimus & novimus, & ex magna parte per experientiam didicimus, ad honorem Dei & ancillæ ejus, & F
amicorum ejusdem ancillæ Christi consolationem, pauca de multis referemus. Non enim *idque ex certa scientia.*
omnia vitæ ejus mirabilia colligere valemus, cum per multos annos, quibus devote Domino & fideliter servivit, vix aliqua dies vel nox præterierit, quin aliquam à Deo aut ejus Angelis, vel Sanctis cælestibus, cum quibus tota fere ejus erat conversatio, habuerit visitationem. Ut autem facilius in tanta rerum varietate, quod quæsierit lector inveniat; singulis subsequentibus capitulis per ordinem digestis, titulos annotavi, quibus quasi quibusdam clavibus, intellectus ad sequentia referetur; & omni confusione remota lectoris animus, tamquam stellis interlucentibus, illustretur.

i

ANNOTATA G.H.

a *Quomodo passim Vitæ Patrum omnes aut pleræque per errorem tribuantur* S. Hieronymo, *late exponit Rosweydus in Prolegomenis ad Vitas*

Pa-

A *Patrum* §. 8 *& latius ad ejus Vitam poterit probari* 30 *Septembris.*

b *Acta* S. Gregorii *dedimus* 12 *Martii.*

c *Rubeæ-vallis* peccatorum, *minus recte ut apparet.*

d Alna *ad Sabim flumen cœnobium, ſeculo* 8 *à S. Landelino conſtructum, uti ad hujus Vitam* 15 *Junii dictum: quod anno* 1144 *ad Canonicos S. Auguſtini tranſlatum, anno* 1148 *S. Bernardo & Ordini Ciſtercienſi eſt traditum. Hujus cœnobii, poſt ſuſceptum Ordinem Ciſtercienſem, aliquot illuſtres & ſanctitate conſpicuos viros in Menologio Ciſtercienſi recenſet Henriquez.*

e *Videtur intelligi depræda tio urbis, anno* 1212 *facta, & tomo* 2 *Geſtorum Leodienſium ab Ægidio Aureæ-vallis Monacho deſcripta cap.* 102, *paſſimque ab aliis.*

f *Hanc famem fuiſſe anno* 1224, *ex Chronico Hirſaugienſi & hoc Prologo, deducit Fiſen, in hiſtoria Leodienſi lib.* 12 *num.* 30.

g *Mss. Oigniac. & Rub. val.* Aliquis. *Utinam vero Auctor aliquarum nomina ſuggeſſiſſet! Videntur ex his tacite indicari,* B. Juliana Cornelienſis, *cujus Acta dedimus* 5 *Aprilis,* B. Ida
B Lovanienſis, *à nobis relata* 13 *Aprilis, & ſimiles. Forte etiam* B. Ludgardis, *cujus Acta illuſtravimus ad* 16 *Junii. Ivetta Recluſa Huji de qua* 13 *Januarii.*

h *Hæc eſt* Chriſtina Mirabilis, *cujus Vitam ſcripſit Thomas Cantipratanus, ideo à Surio huic ſubjunctam; de qua cum alia* S. Chriſtina *Molanus, Miræus aliique agunt* 24 *Julii.*

i *Trithemius Jacobo adſcribit librum* de ſanctis Mulieribus Leodienſibus, *quem exiſtimo hunc Prologum eſſe, & aliud nihil. Hoc enim ſatis clare indicatur in Appendice poſt ſupplementum ubi dicitur, quod* cum Vita *S. Mariæ,* de ſanctis feminis, quæ ſuo tempore in partibus Leodienſium abundabant, multa bona conſcripſit, ac earum detractores acriter reprehendit: *quod huic Prologo ex parte quadrat.*

LIBER I.

Exterior vitæ converſatio, ac plena ad Deum converſio.

C

CAPITULA.

I DE pueritia. 11
II De matrimonio ejus 12
III De converſione mariti ejus, & quod renuntiantes omnia caſtè vixerunt. 13
IV De contemptu & perſecutione conſanguineorum. 15
V De compunctione & lacrymis ejus. 16
VI De Confeſſione ejus. 19
VII De pœnitentia & ſatisfactione ejus. 21
VIII De jejunio ejus. 23
IX De oratione ejus. 26
X De vigiliis & ſomno ejus. 33
XI De veſtibus & habitu corporis ejus. 37
XII De labore manuum ejus. 38
XIII De geſtu & compoſitione vultus & aliorum membrorum ejus. 39

D

A. JAC. VITRI. EX MSS.

CAPUT I.

Puritia, matrimonium, continentia, perſecutio, compunctio.

CAP. I.

11 FUit in Epiſcopatu Leodienſi in villa, quæ dicitur *a* Nivella, juvencula quædam, vita & nomine *b* gratioſa Maria: quæ [non] mediocribus orta parentibus, licet divitiis & multis bonis temporalibus abundaret, numquam tamen ejus animum bona tranſitoria ab annis puerilibus allexerunt. Ita enim fere ex utero projecta eſt in Domino, quod numquam vel raro, ſicut mos eſt puellarum, cum ludentibus miſcuit ſe, neque cum iis quæ in levitate ambulabant participem ſe præbuit; conſervans animam ſuam ab omni concupiſcentia & vanitate; jam divino auſpicio præſignans in pueritia, qualis futura eſſet in provecta ætate. Unde frequenter adhuc in pueritia, ante lectum nocte genua flectebat; & quaſdam orationes, quas didicerat, quaſi primitias vitæ Domino offerebat. Adeo enim ab infantia cum ea crevit miſeratio & pietas, & quaſi naturali affectione religionem diligebat; quod cum Ciſtercienſis Ordinis, ante domum patris ſui, Fratres aliquando pertranſirent, illa ſuſpiciens & admirans religionis habitum, furtim ſequebatur; & cum non haberet amplius quod faceret, pedes ſuos Converſorum vel Monachorum paſſibus præ deſiderio infigebat. Cum autem parentes ejus, ſicut mos eſt ſecularium, veſtibus eam delicatis & cultis ornare voluiſſent; ipſa contriſtata reſpuebat; acſi naturaliter ejus animo impreſſum legeretur, quod ait Petrus Apoſtolus de mulieribus, Quarum non ſit extrinſecus capillatura aut circumdatio auri, ac indumentorum aut veſtimentorum cultus: & Paulus Apoſtolus: Non in tortis crinibus, ac auro ac margaritis vel veſte pretioſa. Unde parentes ejus videntes, & puellulam deridentes, dicebant; Cujuſmodi erit filia noſtra?

a Nivellæ *b* *nata,*

in pueritia evitat levitatem,

nocte orat.

veſtes cultiores reſpuit.

1 Pet. 3. 3

1 Tim. 2. 9

12 Felicibus igitur actibus ejus invidentes, cum eſſet annorum quatuordecim, eam juveni cuidam matrimonio conjunxerunt. Tunc vero à parentibus remota, in tantum fervoris exceſſum accenſa eſt, tantâ pugnâ corpus ſuum caſtigabat, & in ſervitutem redigebat; quod frequenter, cum magna parte noctis manibus ſuis laboraſſet, poſt laborem diutiſſime orabat: reſiduum vero noctis, quoties ei licebat, ſupra furtivos aſſeres, quos in extremitate lectuli abſconderat, cum modico ſomno tranſibat. Et quia poteſtatem proprii corporis aperte non habebat, chordam aſperrimam, qua vehementer ſtringebatur, ſub camiſia clam portabat. Nec hoc dixero ut exceſſum commendem, ſed ut fervorem oſtendam. In iis autem & multis aliis, quæ privilegio gratiæ operata eſt, attendat lector diſcretus, quod paucorum privilegia non faciunt legem communem. Ejus virtutes imitemur; opera vero virtutum ejus, ſine privato privilegio imitari non poſſumus. Licet enim corpus ſpiritui ſervire cogendum ſit, licet ſtigmata Domini noſtri Jeſu Chriſti in noſtro corpore ferre debea-

CAP. II. F

In matrimonio vitam degit præ nimio rigore

mirandam magis quàm imitandam.

A mus ; ſcimus tamen quod honor Regis judi-
A. JAC. VITRI. EX MSS. cium diligit, nec placet Domino ſacrificium de rapina pauperis. Non enim pauperi carni ſubtrahenda ſunt neceſſaria, ſed reprimenda ſunt vitia. Quod ergo quoſdam Sanctos ex familiari conſilio Spiritus ſancti feciſſe legimus, admiremur potius quam imitemur.

CAP. III *Interim à Deo inſpiratus vir,* 13 Cum autem non multo tempore cum marito ſuo, Ioanne nomine, in matrimonio ſic vixiſſet ; reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ, exaudivitque lacrymas ſupplicantis. Nam quam prius habuit ut uxorem, inſpiratus eſt Ioannes, ut Mariam habere commendatam. Caſto caſtam [Dominus] commendavit ancillam ; ut in ſolatium haberet cuſtodem, & ut liberius Domino ſerviret, fidelem ei reliquit proviſorem ; & qui prius naturali quadam ſpiritus ſuavitate ſancto conjugis ſuæ propoſito, ſicut mos eſt aliorum virorum, non contradicebat, ſed ſatis benigne laboribus ejus compatiens ſuſtinebat ; viſitatus eſt à Domino, ut non ſolum cœlibem & vere Angelicam vitam continendo promereretur ; ſed ſociam ſuam in ſancto propoſito & ſancta religione imitaretur, omnia pro Chriſto pauperibus erogando.

eligit vivere cum ea in continentia.

B

Repreſſo ætatis fervore, 14 Quanto autem affectu carnali ab ea diviſus eſt, tanto magis matrimonii ſpiritualis nexu ei per dilectionem conjunctus eſt. Unde & ancillæ ſuæ Dominus poſtea in viſione apparens promiſit, ut ſocium ſuum, quaſi reparato matrimonio, ei redderet in cælis, qui caſtitatis amore à carnali commercio ſe ſubtraxerat in terris. Erubeſcant & pavcant infelices, extra matrimonium illicitis ſeſe commixtionibus polluentes ; cum ii ambo beati juvenes, à licitis amplexibus pro Domino abſtinentes, adoleſcentiæ ferventis impetum fervore religionis ſuperaverunt. Ignem igne extinxerunt, & coronas triumphales meruerunt : quibus dedit Dominus in domo ſua & in muris ſuis locum, & nomen melius à filiis & filiabus, dum beatorum Martyrum more in igne non ardentes ; juxta voluptatum copiam, propriam voluntatem mactantes ; juxta fluvium ſitientes ; inter epulas eſurientes, carnes ſuas clavis timoris Domini confixerunt ; imo ſeſe pro Domino penitus abjicientes, leproſis quibuſdam juxta Nivellam, in loco qui dicitur *c* Willambroc, pro Domino aliquanto tempore ſervierunt.

leproſorum miniſterio ſe addicit,

C

c

CAP. IV *à conſanguineis contempti,* 15 Videbant dæmones & invidebant : videbant ſeculares & conſanguinei, & dentibus contra eos frendebant ; & quos prius venerabantur divites, contemnebant & irridebant pro Chriſto factos pauperes : viles & abjecti pro Domino habiti ſunt, & opprobria exprobrantium Domino ſuper eos ceciderunt. Ne timeas, ancilla Chriſti, poſtpoſito tibi gaudio & honore ſeculari : ad Crucis contumelias, cum Chriſto tuo, Sponſo tuo accede : bonum eſt tibi abjectam eſſe in domo Domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Amiſiſti gratiam cognatorum, Chriſti gratiam inveniſti. Amiſiſti conſanguineorum amorem, nequaquam : numquam enim te dilexerunt, ſed tua : ut enim muſcæ mel, cadavera lupi ; ſic prædam ſequitur iſta turba, non hominem. Bonus es, Domine, ſpirantibus in te, verus es expectantibus te :

Deo placent.

CAP. V Ancilla tua regnum mundi & omnem ornatum ejus propter amorem tuum contempſit : tu vero centuplum reddidiſti ei in hoc ſeculo, & vitam æternam in futuro. Intueamur enim quantis virtutum gemmis, tamquam vas auri ſolidum omni lapide pretioſo ornatum, amicam tuam pretioſam exornaſti : quantis miraculis illam, abjectam & irriſam à ſecularibus decoraſti.

D

16 Principium converſionis ejus ad te, primitiæ dilectionis, Crux tua, paſſio tua fuit. Audivit auditum tuum & timuit, conſideravit opera tua & expavit. Dum enim quadam die, præventa & viſitata à te, beneficia, quæ tu in carne humano generi clemens exhibuiſti, conſideraret ; tantam compunctionis gratiam, tantam lacrymarum copiam, in torculari tuæ Crucis expreſſam, in paſſione tua adinvenit, quod veſtigia ejus per eccleſiam, lacrymæ ſuper pavimentum copioſe defluentes oſtendebant. Unde longo tempore pòſt hanc ejus viſitationem, nec Crucis imaginem intueri, nec loqui, vel alios loquentes audire poterat de paſſione Chriſti, quin ex defectu cordis in extaſim laberetur. Unde ut dolorem aliquando temperaret, & fluvium lacrymarum cohiberet ; relicta humanitate, ad Chriſti divinitatem & majeſtatem animum attollebat, ut in ejus impaſſibilitate reperiret conſolationem. Sed unde fluminis impetum reſtringere conabatur, inde mirabiliter impetus major lacrymarum oriebatur. Nam cum attenderet quantus fuit, qui tam abjecta pro nobis ſuſtinuit ; rurſus dolor renovabatur, noviſque lacrymis anima ejus dulci compunctione innovabatur.

Meditans paſſionem Chriſti Maria,

lacrymis obruitur :

E

17 Quadam autem die ante Paraſceven, cum jam imminente Chriſti paſſione majori lacrymarum imbre, cum ſuſpiriis & ſingultibus, ſe cum Domino mactare inchoaſſet ; quidam de Sacerdotibus eccleſiæ eam ut oraret cum ſilentio, & lacrymas cohiberet, quaſi blandè increpando hortabatur. Illa verò ſicut verecunda ſemper erat, & omnibus columbina ſimplicitate obedire ſatagebat ; impoſſibilitatis ſuæ conſcia, egreſſa clam ab eccleſia, in loco ſecreto & ab omnibus remoto ſe abſcondit, impetravitque à Domino cum lacrymis, ut prædicto Sacerdoti oſtenderet, quia non eſt in homine lacrymarum impetum retinere, quando flante ſpiritu vehementi fluunt aquæ. Cum igitur Sacerdos ille die eodem Miſſam celebraret, aperuit Dominus, & non fuit qui clauderet ; emiſit aquas, & ſubverterunt terram. Tanto enim lacrymarum diluvio ſubmerſus eſt ſpiritus ejus, quod fere ſuffocatus eſt : quantoque reprimere impetum conabatur, tanto magis lacrymarum imbre, non ſolum ipſe, ſed & liber & altaris linteamina rigabantur. Quid ageret ille improvidus ? ille ancillæ Chriſti increpator ? per experientiam cum rubore didicit, quod prius per humilitatem & compaſſionem cognoſcere non voluit. Poſt ſingultus multos, multa inordinate & cum interruptione pronuntians, à naufragio tandem vix evaſit ; & qui vidit & cognovit, teſtimonium perhibuit. Tunc vero longo tempore poſt Miſſæ completionem, ancilla Chriſti revertens, miro modo acſi præſens adfuiſſet, quæcumque acciderunt Sacerdoti improperando retulit : Nunc, inquit, per ex-

F

admonita à Sacerdote ut eas cohiberet,

eaſdem ipſi quoque impetrat.

A experientiam didicisti, quod non est in homine impetum spiritus Austro flante retinere.

18 Cum autem per dies & noctes continue exitus aquarum deducerent oculi ejus, & lacrymæ ejus non solum in maxillis ejus: sed ne in ecclesiæ pavimento lutum ex lacrymis relinquerent, lineo quo caput tegebat panno excipiebatur. Multis talibus utebatur velaminibus, quæ frequenter permutare oportebat, dum siccum humido succedebat. Dum vero compatiens affectu, post longa jejunia, post multas vigilias, post tantas lacrymarum inundationes, quærerem, utrum exinanito (ut fieri solet) capite aliquam sentiret læsionem vel dolorem; Hæ, inquit, lacrymæ sunt refectio mea, hæ sunt mihi panes die ac nocte; quæ caput non affligunt, sed mentem pascunt; nullo dolore torquent, sed animam quadam serenitate exhilarant; non cerebrum evacuant, sed animam satietate replent, & suavi quadam unctione mulcent; dum per violentiam non extorquentur, sed sponte à Domino propinan-
B tur.

neque ullâ ex illis noxam patitur.

ANNOTATA G.H. & D.P.

a Nivella *olim in Leodiensi, nunc Namurcensi diœcesi, de qua egimus* 17 *Martii ad Vitam S. Gertrudis, ibidem Abbatissæ. Ibi etiamnum monstratur domus, in qua nata est; nuperque curatum intelligimus, ut effigies Mariæ præ foribus poneretur.*

b *Aliqua Mss.* glorioſa.

c *Ms. Miræi minus recte* Willebruc *hinc* Maria de Willambrouc dicta. *Hic autem locus num.* 44 *dicitur esse* juxta Nivellam, *etsi eum tabulæ nullæ exprimant: imo ex num.* 67 *constat, inde Oigniacum eunti fuisse transeundum* per medium Nivellæ. *Hodie illic aliud supereſt nihil, quam unius pauperis villici tugurium.*

CAPUT II.

Confessio, Satisfactio, jejunia.

C

CAP.VI

Vivens absque graviori peccato,

19 JAm vero de Confessione ejus post compunctionem breviter videamus. Deum testem invoco, numquam in tota ejus vita seu conversatione vel unum percipere potui peccatum mortale. Quodsi forte aliquod modicum veniale sibi commisisse videretur, cum tanto cordis dolore, cum tanta verecundia & rubore, cum tanta contritione ostendebat se Sacerdoti, quod plerumque ex vehementi cordis anxietate, more parturientis cogebatur proclamare: licet sic etiam à modicis & venialibus sibi caveret, quod plerumque per quindecim dies nec unam inordinatam cogitationem in corde suo posset reperire. Et quoniam bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est; Sacerdotum pedibus frequenter advoluta, quædam cum lacrymis accusando se confitebatur, in quibus à risu vix abstinere valebamus, veluti quædam verba puerilia, quæ in pueritia se otiose dixisse recolendo dolebat.

ob minutissima errata valde dolet:

20 Postquam vero evacuaverat quæ sunt D
puerilia; cum tanto timore animam suam, A. JAC.
cum tanta diligentia sensus suos, & cor VITRI.
suum cum tanta puritate custodire satagebat, EX MSS.
semper præ oculis habens, Qui modica negligit, paulatim decidit. Quia nec verbum Eccl.19, 1
otiosum, nec inordinatum aspectum, nec inhonestum corporis habitum, nec vitium immoderatum, nec gestum corporis indecentem vel inordinatum, numquam aut raro in ea possemus advertere; licet plerumque ex immenso cordis ejus gaudio, dum seipsam vix posset capere, cum modico excessu exhilarata facie, exteriori gestu corporis, cordis jubilum ostendere cogeretur; vel in risum modestum ex cordis serenitate exeundo, vel aliquam ex amicis suis advenientibus, cum modico & pudico amplexu, affluentiâ benignitatis excipiendo; vel Sacerdotis alicujus manus ac pedes ex intensa devotione osculando. Quæ tamen ad se quasi post quamdam mentis ebrietatem reversa, dum actus suos omnes districte recolendo in vespere computaret; si se vel in minimo excessisse modum perpenderet, cum admirabili E
cordis contritione facta Confessione seipsam puniebat; ibi frequenter trepidans, ubi timor nullus erat. In hoc solo, pigritiæ nostræ solatium quærentes, cum quandoque reprehendebamus; quod frequentius quam volebamus, modica prædicta confiteretur.

eaque crebro confitetur:

21 Nunc autem post ejus Confessionem CAP.VII
quanta & quam mirabili pœnitentia corpus suum Domino immolaret, subjungamus; quantaque dilectione & mirabili delectione, Crucem Christi amplexando, cruciaretur in carne, videamus. Illam primam *a* scholarium Jesu Christi lectionem, illud primum Euangelicæ disciplinæ documentum; Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me; frequenter in corde revolvebat; & iis quasi tribus passibus Christum sequi satagebat. Non solum enim alie- *perfectè*
na abnegaverat, nihil alienum cupiendo: *abrenuntiat sibi ipsi*
non solum sua, omnibus renuntiando; non *& rebus*
tantum corpus, affligendo; sed semetipsam *omnibus:*
propriæ voluntati penitus abrenuntiando. Seipsam abnegaverat, alterius voluntati per F
obedientiam se subjiciendo; Crucem tollebat, corpus suum per abstinentiam castigando; Christum imitabatur, seipsam per humilitatem abjiciendo.

a Luc.9, 23

22 Adeo autem gustato spiritu desipiebat ei omnis delectatio carnalis; quod dum aliquando ad memoriam reduceret, quia post quamdam gravissimam quam habuit ægritudinem, carnibus & modico vino temperato qua ex necessitate uti coacta est; ex quadam præteritæ delectationis abominatione sese affligendo, requiem non habuit in spiritu suo, donec præteritas, qualescumque delicias, carnis suæ cruciatu mirabiliter recompensaret. Fervore enim spiritus quasi inebriata, præ *ex fervore*
dulcedine Agni Paschalis carnes suas fasti- *spiritus*
diens; frustra non modica cum cultello re- *cruciat*
secavit, quæ præ verecundia in terra abscon- *carnem.*
dit: & quia nimio amoris incendio inflammata carnis dolorem superavit, unum de Seraphin in hoc mentis excessu sibi adstantem aspexit. Loca vero vulnerum, cum corpus

A ejus in morte lavaretur, mulieres invenerunt,
A. JAC. VITRI. EX MSS. & admiratæ ſunt: qui autem ex ejus confeſſione prædicta cognoverant, quid eſſet intellexerunt. Qui *b* Symeonis vermes ex
b vulneribus ſcaturientes; qui *c* B. Antonii ignem,
c quo pedes incendit, venerando admirantur; cur non etiam in ſexu fragili tantam mulieris fortitudinem obſtupeſcant, quæ caritate vulnerata, & Chriſti vulneribus vegetata, proprii corporis neglexit vulnera?

CAP. VIII 23 Tantâ jejunandi gratiâ Chriſti ancilla præcellebat, quod diebus illis, quibus ad recreationem corpuſculi eam ad cœnam, tamquam ad medicinam, accedere oportebat; ſemel & modicum in die; in æſtate, ad veſperam; in hieme, primâ noctis horâ manducabat. Vinum non bibebat: carnibus non utebatur, piſces vero numquam vel raro, & tunc minimos comedebat: fructibus arborum, herbis & leguminibus utcumque ſuſtentabatur. Panem nigerrimum & aſperrimum, de quo vix canes manducare poterant, longo tempore comedit; ita quod præ nimia *d*
B aſperitate & duritia fauces ejus interius lacerabantur, & ex vulneribus ſanguis eliciebatur, quem ſanguinem Chriſti memoria dulcem ſibi reddebat. Vulneribus Chriſti vulnera ejus mulcebantur; & ſuavitate panis cæleſtis, aſperrimi panis auſteritas dulcorabatur. Quadam die, dum corpus comedendo reficeret, vidit hoſtem antiquum invidiâ tabeſcentem: & cum non haberet amplius quod faceret; inſultabat ei, dicens: Ecce ô guloſa, nimis imples te. Ipſa enim longis confecta jejuniis & coarctata, quandoque laborabat manducando; & modico cibo ſtomachum frigidum & conſtrictum, quaſi cibaria reſpuentem, tumeſcere dolebat. Ipſa vero verſutias & fraudes inimici cognoſcens, qui libenter, quam timoratam ſciebat, perturbaret, ut nimiâ abſtinentiâ deficeret; tanto amplius eum deridendo comedere conabatur, quanto ſerpens venenoſus magis inde torquebatur. Sive enim manducabat, ſive jejunabat, omnia in gloriam Dei faciebat.

Sub veſperam fere herbis & fructibus veſcitur

cum atro ac duro pane.

Sæpe pane & aqua victitans, 24 Jejunavit autem tribus annis continuò in pane & aqua, à feſto ſanctæ Crucis uſque ad Paſcha: nullum tamen inde valetudinis corporis, vel operis manuum ſuſtinebat
C detrimentum. Cum autem in cellula ſua infra eccleſiam, in veſpere vel nocte, corpuſculum pane modico & aqua ſolum reficeret; à principio benedictionis uſque ad gratiarum actionem, quidam ex ſanctis Angelis ſobriæ cœnæ aſſiſtentes, coram ea quaſi per ſcalam lucidam aſcendebant & deſcendebant: ex quorum præſentia tantam habebat conſolationem tantamque ſpiritus exultationem, quod omnem ſaporis ſuavitatem ſpiritualis refectio ſuperabat. Sanctus autem Joannes Euangeliſta, quem miro diligebat affectu, dum cibum caperet, ad menſam ejus aliquando veniebat; in cujus præſentia ex affectu devotionis appetitus ſenſibilis ita evacuabatur, quod modicum cibum capere vix poterat. Corporales enim delicias, quas pro Chriſto ſibi ſubtraxerat, Dominus recompenſabat in mente, ſicut ſcriptum eſt, Non in ſolo pane vivit homo. In fortitudine autem hujus cibi plerumque diebus octo, quandoque vero undecim, ſcilicet ab Aſcenſcione Domini uſque ad Adventum Spiritus D
ſancti, nihil manducans vel bibens jejunabat: & miro modo nec caput aliquantulum dolebat, nec propter hoc manuum laborem dimittebat. Non minus potens laboris, in ultimo die jejunii, quam in primo erat: nec ſi vellet iis diebus comedere, poſſet, donec ſenſualitas, quæ à ſpiritu quaſi abſorpta erat, ad ſeipſam, ut ita dicam, rediret. Quamdiu enim anima ſpirituali quadam refectione copioſe exuberans ita plena erat, nullam cibi corporalis refectionem eam recipere permittebat.

videt Angelos

& S. Joannē Euangeliſtam:

multis diebus ab omni cibo abſtinet:

25 Aliquando etiam in ſuavi & beato ſilentio triginta quinque diebus cum Domino ſuaviter requieſcens, nullo corporali uſa eſt cibo, nullumque verbum per dies aliquot penitus proferre poterat, niſi iſtud ſolummodo; Volo Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti: quo recepto, in ſilentio ſuo ſingulis diebus cum Domino permanebat. Sentiebat autem in diebus illis ſpiritum ſuum, quaſi à corpore ſeparatum, ſic eſſe in corpore, acſi in luteo vaſculo jaceret; corpus autem ſuum quaſi luteum veſtimentum circumdare, & veſtire ſpiritum ſuum. Sic enim à ſenſibilibus abſtracta, & ſuper ſe in quodam exceſſu rapta. Tandem vero poſt quinque hebdomadas ad ſe revertens, aperuit os ſuum: & mirantibus circumſtantibus locuta eſt, cibumque corporalem recepit. Poſt hæc vero longo tempore ei accidit, quod odores carnium ac frixuræ alicujus vel vini, nullo modo poterat ſuſtinere, niſi quando poſt Corpus Chriſti vinum ſumebat in ablutione: tunc ſine aliquo gravamine & odorem ſuſtinebat & ſaporem. Quando etiam per diverſas villas tranſibat, dum iret ad quemdam Epiſcopum *e*, ut Sacramentum Confirmationis ſuſciperet, nihil eam gravabant odores, quos prius ſuſtinere non poterat.

diebus 35 in ſilentio perſeverat.

E

non ſert odorem carnis aut vini.

e

ANNOTATA G. H. & D. P.

a *Ms. Rub. & Oign.* ſcholarum.

b *Hic eſt* Symeon Stylites, *cujus Acta dedimus* 5 *Januarii; ubi etiam vermis è corpore decidens in unionem verſus dicitur cap.* 4.

c S. Antonius *invocatur à laborantibus igne ſacro; illius Vitam illuſtravimus ad* 17 *Januarii: non tamen de eo ibi legitur, quod ſibi pedes uſtulaverit; ſed* 13 *Febr. in Vita S. Martiniani num.* 8. F

d *Ms. Rubeæ vallis* auſteritate.

e *Veroſimiliter Cameracenſem cui Nivellæ ſuberant.*

CAPUT III.

Orationis aſſiduitas & efficacia etiam in dæmonibus pellendis.

CAP. IX 26 QUanto autem corpus ſuum jejuniis macerabat, tanto ſpiritus liberior in orationibus pingueſcebat. Corpus jejunando attenuabatur, & anima magis in Domino confortabatur. Tantam enim & tam ſpecialem à Domino obtinuit gratiam orandi, quod diebus ac noctibus invictum ab oratione ſpiritum numquam aut raro relaxabat. Sine intermiſſione

Continuo Deum orat

A termissione enim orabat, vel corde tacito clamando ad Dominum, vel oris officio cordis exprimendo affectum. Ex altari enim cordis ejus adeo fumus aromatum continuo in conspectu Domini ascendebat; quod etiam dum operaretur manibus, dum manum suam mitteret ad fortia, & digiti ejus apprehenderent fusum, psalterium ante se positum habebat, ex quo Psalmos Domino suaviter eructabat; quibus quasi quibusdam clavis cor suum, ne otiose vagaretur, mirabili quadam experientia Domino copulabat. Cum autem pro aliquo Dominum specialiter deprecaretur, ei in spiritu respondebat. Ex adipe enim devotionis spiritus ejus Domino conglutinatus, suaviter in oratione pinguescebat, cum eidem postulata Dominus concedebat: ex elevatione enim spiritus ejus vel depressione, utrum exaudiretur an non, plerumque deprehendebat.

etiam inter operandũ.

27 Aliquando autem pro defuncti cujusdam anima Domino preces offerebat: dictumque est ei, Ne *a* effundas orationem pro eo, quia reprobatus est à Domino. Vulnere enim *b* lethali transfixus, miserabiliter *c* mortuus erat in torneamento, & æternis incendiis mancipatus. Cum autem quadam die esset in cella sua, juxta ecclesiam apud Oignies; vidit multitudinem manuum ante se, quasi supplicantium. Tunc admirans & ignorans quid hoc esset, timore aliquantulum concussa, fugit ad ecclesiam. Altera die cum esset in cellula sua, vidit iterum easdem manus, & expavit: & cum rursus ad ecclesiam fugeret, manibus eam detinentibus retardabatur. Tunc illa ad ecclesiam quasi ad tabernaculum, ut Dominum consuleret, recurrens; rogavit Dominum, ut eam quid hujusmodi manus sibi vellent certificaret. Cui responsum est à Domino, quod defunctorum animæ, quæ torquentur in purgatorio, orationum suarum suffragia postularent; quibus quasi pretioso unguento dolores earum mulcebantur. Ipsa enim præ dulcedine contemplationis solitas orationes quandoque intermittebat, quandoque etiam nec os aperire valebat, nec de alio quam de Deo cogitare poterat.

a

b *c*

orans pro mortuo intelligit esse damnatũ,

alias suas preces ab animabus Purgatorii expeti:

28 Solebat autem causâ peregrinationis & orationis fere singulis annis ecclesiam B. Mariæ de *d* Heignes visitare, ubi magnam à beata Virgine recipiebat consolationem. Erat autem illa ecclesia à loco suo per duo magna milliaria remota. Cum autem vehementius hiems inhorruisset, nudis pedibus sine aliqua sui læsione per gelu usque ad ecclesiam incedebat. Cumque una sola comitante ancilla viam, quæ valde distorta est & nemorosa, nescirent; lumine quodam eam præcedente, viamque ostendente, numquam errabat. Cum autem die illo nihil penitus manducaret, totaque nocte in ecclesia vigilaret; sequenti etiam die dum reverteretur, cibum usque ad vesperam non caperet; viam tamen sine aliqua difficultate, Angelis sanctis eam à dextris & à sinistris sustentantibus, peragebat. Angelis enim suis mandaverat Dominus, ut eam in omnibus viis suis custodirent; eamque in manibus, ne forte offenderet ad lapidem pedem suum, portarent. Dum vero aliquando in eadem via vehemens pluvia in nubibus immineret, nec haberet vestes pluviales, quibus inundationem aquarum susciperet; ipsa suspiciens vidit quasi quasdam stellas, sibi obsequendo pluviam retinentes, & sic tempore pluvioso penitus intacta remeavit.

d

Ecclesiam visitat nudis pedibus, etiam hieme,

& pluviâ suspensâ:

29 Aliquando autem, dum holocaustum ejus in orando solito pinguius fieret, & sicut adipe & pinguedine anima ejus repleretur, non poterat ab oratione cessare: unde per diem & noctem millies & centies flectendo genua beatam Virginem salutabat: & hoc mirabile & inauditum *e* devotionis officium per dies quadraginta continabat. Primo sine intermissione in spiritu vehementi sexcentis vicibus genua flectebat: secundo totum psalterium super pedes stando legens, per singulos psalmos flexis genibus beatæ Virginis Salutationem Angelicam offerebat: tertio vero, Austro flante vehementius, trecentis vicibus per singulas genuflectiones virga disciplinali se percutiendo, Deo & beatæ Virgini, prolixo martyrio seipsam immolabat: tribus autem ultimis percussionibus ad condimentum aliarum sanguinem copiosum eliciebat: tandem vero quinquagies flexis genibus simpliciter sacrificium consummabat. Hæc autem non humana virtute, sed Angelico præsidio eam sustentante & sublevante, peragebat. Virtutem orationum ejus quanta esset, experti sunt sæpe, non solum homines ad succursum, sed dæmones ad cruciatum: quos adeo perurgebat, & quasi quibusdam funibus pertrahebat, quod ad eam precum suarum coacti incendio, venire compellebantur; quandoque in eam dentibus trendentes, quandoque quasi ululantes & de ea conquerentes, aliquando etiam quasi supplicantes. Dum enim aliquis ex ejus familiaribus aliqua tentatione vexaretur, non cessabat pretiosa Christi margarita, spiritu compassionis commota, donec orationum suarum pondere auctor nequitiæ obrueretur, & de manu fortiorum ejus pauper & inops eriperetur.

inter orandum genua millies flectit, e

etiam legendo totũ Psalteriũ,

& corpus castigando.

Magna in dæmonem potestate utens,

amicũ tentatũ subvenit:

30 Quidam autem ex amicorum suorum præcipuis, à dæmonio meridiano perambulante in tenebris, aliquando tanto periculosius, quanto subtilius tentabatur. Callidus enim ille inimicus, transfigurans se in Angelum lucis, quasi sub specie pietatis, in somnis prædicto amico suo familiariter apparebat; de quibusdam vitiis eum aliquando reprehendens, quædam etiam bona ut faceret fraudulenter admonens; promittens antitodum, ut latentius *f* subinferret venenum. Linguam mellitam serpens prius leniter exercebat, ut postea dentem figeret, & ad ultimum caudam ut chelydrus stringeret. Cum vero jam sibi fides tamquam veridico adhiberetur; tunc more sophistæ, inter aliqua vera, proditor ille falsum permiscere nitebatur, bonorum admixtione malum fraudulenter obumbrans. Tandem vero ad hoc pervenit ejus machinatio, quod Frater ille miserabilem incurrisset confusionem; nisi Christi ancilla, Spiritu sancto revelante, percepisset callidi sophistæ simulationem. Cumque diceret illa, quod non esset à Deo revelatio, sed nequam spiritus deceptio; ille econtra, spiritu suo, non Spiritus sancti respondebat: Cum enim tot bona mihi fecerit spiritus ille, tot etiam

decipientis sub specie boni

f

fraudem detegit,

D A JAC. VITRI. EX MSS.

E

F

A vera & futura prædixerit, nullo modo vult me decipere. Tunc illa ad solita orationum arma confugiens, pedes Domini fletibus rigavit, cælum precibus instanter pulsavit; nec requievit, donec impius ille cum gemitu magno & pudore, coram ea, cum oraret noctu in cella sua, adstitit. Illa vero eum cum quodam falso splendore intuens; Tu quis es, inquit, ac quod est nomen tuum? Ille vero, elato ut erat vultu, eam torvis oculis inspiciens; Ego sum, inquit quem tu, maledicta, precibus tuis compulisti venire ad te, meum enim amicum per violentiam aufers. Somnium est mihi nomen; nam & ego multis in somnis, & maxime Monachis & Religiosis, quasi Luciter appareo; mihique obediunt, & meis consolationibus in elationem decidunt, tamquam dignos se reputantes, ut Angelicis & Divinis visitentur alloquiis. Amicum quoque meum, quem mihi abstulisti, secundum voluntatem meorum ab aliquo bono proposito deviasiem. Quod ita eventu rei compertum est, nam ova aspidum rupta sunt, & maligni fraudu-
B lenta consilia postea manifeste aperta sunt.

ipsumque cogit eam fateri.

g 31 Erat autem quædam juvencula in *g* monasterio quodam Cisterciensis Ordinis, inter Sanctimoniales sub habitu religionis Domino serviens; cui serpens antiquus tanto magis invidebat, quanto in sexu fragili & ætate juvenili tam arduæ viæ propositum eam aggredi viderat. Cumque simplicem illam virginem, timoratam & humilem cognovisset; ut eam per pusillanimitatem & inordinatum timorem, in desperationem dejiceret, blasphemiis & immundis cogitationibus innocentem virgunculam aggressus est. Illa vero, ut erat pavida & talibus non assueta, in primo cogitationis limine credebat se fidem amisisse, & longo tempore cum magno dolore restitit; tandem vero non sustinens, nullique vulnus cordis sui, ut medicamentum reciperet, aperiens, ex pusillanimitate quasi in desperationem decidit. Adeo vero inimicus mentem ejus depresserat, quod nec Orationem Dominicam, nec Credo in Deum dicere poterat: peccata vero sua confiteri nolebat. Quodsi aliquando blanditiis vel minis aliqua quasi
C coacta confiteretur, nullo modo ad hoc induci poterat, ut indulgentiam à Domino postularet. Sacramentis ecclesiæ interesse non poterat; Corpus Christi recipere non volebat: seipsam ex perturbatione frequenter interficere tentabat; verbum Dei, & monita salutis spernebat; omne bonum ei in odium veniebat; multa verba blasphemiæ per os ejus diabolus evomebat. Cumque à piis ejus Sororibus multæ ad clementem Dominum pro ipsa funderentur orationes, columbam suam à faucibus diaboli nondum poterant extorquere, nec hoc dæmonii genus in jejunio & oratione statim poterant ejicere; non quia clemens Sponsus tot sanctarum Virginum pias preces sperneret; sed quia genus illud dæmonii atrocissimi spirituali ancillæ suæ reservaret superandum; quæ suarum orationum efficaciâ maxillas Leviathan perforaret, & ab ejus ore prædam potenter extraheret.

A spiritu blasphemiæ

impulsam ad desperationem,

neque à suis adjutam,

32 Cum igitur ad ancillam Christi juvencula illa adduceretur; illa, ut erat spiritu compassionis & melle spiritualis dulcedinis af-
D fluens, eam benigne suscepit; non solum in cellam suam, per liberalitatem hospitalitatis; sed in corde, per spiritum caritatis. Cumque multas pro ipsa ad Dominum funderet orationes, nequam ille quam firmiter se tenere putabat, nolebat relinquere. Tunc illam seipsam amplius Domino immolans, diebus quadraginta cum lacrymis & precibus nihil penitus manducans jejunavit, interpolatè tamen ut bis vel ter in hebdomada reficeretur. In fine vero jejunii, teterrimus ille spiritus, relicta Virgine, ad ancillam Christi cum dolore & confusione coactus est venire, miserabiliter ab Angelo Christi religatus & punitus; ita quod videbatur, quasi visceribus evomitis, omnia interiora sua super collum suum miserabiliter deportare: quod enim in spiritu Dominus invisibiliter operatur, quandoque per signa exteriora visibiliter ostendit. Tunc ille gemens & supplicans, ut ejus misereretur, & ei pœnitentiam injungeret, Christi amicam deprecabatur: dicebat enim se coactum esse, ut quæcumque ei injungeret facere oporteret.
E Tunc illa, sicut nihil unquam de se præsumebat, nec aliquid sine consilio facere volebat, vocavit sibi quemdam familiarem *h* *h* Magistrum de quo confidebat. Cui cum ille consuleret, ut eum in desertum mitteret, & nulli unquam usque ad diem judicii nocere posset; supervenit alius quidam utrique satis familiaris & privatus: cumque rem cognovisset; Nequaquam, inquit ille, sicut erat ex vehementis spiritus impetu ferventior, sic evadet ille proditor; præcipe illi ut statim descendat in profundum inferni. Qua præcipiente, & eo cum ululatu descendente, tantus infernalium spirituum clamor factus est, sicut illa in spiritu audivit, dum principem magnum & potentem cerneret advenire: unde Christi ancilla graviter obstupuit, & Domino gratiarum actiones reddidit. Virgo prædicta eâdem horâ liberata, facta Confessione Christi Corpus recepit, & Deo gratias agens ad domum suam remeavit. Quando vero post multas vigilias & orationes in suo lectulo quiescret, sub variis speciebus apparebat ei diabolus, super eam frendens, & eam maledicens: Malo
F tuo, ajebat impius ille, requiescas; nobiscum in inferno quietem habeas; non minus enim tua quiete torqueor, quam labore tuo, tuisque orationibus crucior. Illa vero subridens, facto Crucis signo eum recedere compellebat.

benigne excipit:

post preces & jejunii 40 dierum

sibi dæmonem supplicem

jubet in profundum inferni abire.

ANNOTATA G. H. & D. P.

a *Ms. Rub. Val.* Aslumus.

b *Ms. Mirei* Mortali:

c *Ita Ms. Oign. Cetera* Mirabiliter.

d *Mire hic discrepant ecgrapha varia varie nomen scribentia* Gongne, Goignez, Hognez & Oignies: *revera autem scribendum fuisse* Heignes *docuit loci Prior R. D. Bernardus, asserens ipsum esse locum distantem duabus magnis leucis ab Oigniaco versus Caroloregium.*

e *Ms. Rub.* salutationis.

f *Idem*, infunderet.

g *Erant tum celebria monasteria*, Camera *prope Bruxellas, circa annum* 1200. *fundata*,

A *uti diximus* 19 *Februarii ad Vitam B. Bonifacii Epiſcopi Lauſanenſis, ibidem ſepulti ; &* Aquiria, *anno* 1202 *conſtructa, in qua vixit S. Lutgardis. Aſſerit autem Vitriacenſis in Hiſtoria Occidentali cap.* 15, *in una diœceſi Leodienſi ſeptem Abbatias ſanctimonialium Ordinis Ciſtercienſis ſuo tempore conſtructas fuiſſe.*

h *Ms. Rub. vallis.* Amicum.

CAPUT IV.

Vigiliæ, veſtitus, labores aſſumpti. Compoſitio vultus & membrorum.

CAP. X

Temporis avara,

33 GRavem & intolerabilem temporis otioſi, imo pretioſi jacturam fortis illa prudenſque mulier reputabat ; dies enim tranſeunt, ſed non redeunt ; labuntur, ſed non reverturtur. Unde temporis amiſſi damnum irrecuperabile eſt, nec ſicut res aliæ corporales perditæ, dies perditi reſtaurari poſſunt. Unde ſummo ſtudio ſibi cavebat, ne unquam aliquam diei vel noctis horam, quantum ei licebat, otioſam præteriret. Noctibus enim raro dormiebat, ſciens quod ſomnus non ad meritum, ſed ad recreationem infirmitatis humanæ, nobis à Domino miſericorditer relictus eſt. Dormiendo enim non meremur, quia uſum liberi arbitrii non habemus. Unde quantum poterat à ſomno abſtinens, nocturnis vigiliis tanto devotius, quanto liberius, & ſine aliquo *a* circumſtantium ſtrepitu, Domino ſerviebat : virtus enim abſtinentiæ corpus attenuando deficcans, & ignis amoris interius ardens, omnem ab ea ſomnolentiam expellebant. Dulces etiam Angelicorum ſpirituum cantus, cum quibus noctes ſæpe ducebat inſomnes, omnem ſomnum ab oculis ejus ſine aliqua corporis moleſtia relegabant. Remotâ enim hominum frequentiâ, per nocturnas vigilias comes aderat exercitus beatorum ſpirituum, quorum ſonus mirabiliter, tamquam multitudinis caſtrorum, dulci qualam conſonantiâ aures mulcebat, omnem torporem excutiebat, caput recreabat, mira dulcedine reſpergebat, mentem excitabat devotione, deſiderium inflammabat ad laudem & gratiarum actionem ; Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, frequenter replicans, exemplo ſuo [alios] invitabat.

B *parum & raro dormit ;*

a

Angelorum cantu recreatur :

C

34 Attendant hæc, & lugeant miſerabiles & fatuæ mulieres, quæ laſciviæ ſuæ cantilenis ignem libidinis accendunt, & anhelitu ſuo prunas ardere faciunt, & idcirco à cantu Angelorum alienæ in vanitate ſua pereunt ; quarum riſus in luctum, gaudium in dolorem æternum, cantus convertetur in ululatum : quibus promittitur à Domino, pro zona funiculus, pro ſuavi odore fœtor, pro criſpanti crine calvitium : noſtra vero Maria vanitatis choreas & omnes Sathanæ pompas amore Chriſti conculcans, felicius & ſuavius jucundis Sanctorum Angelorum choreis meruit intereſſe. Et quoniam pretioſas Sanctorum *b* Reliquias, quibus copioſe munita eſt & ornata eccleſia de Oignies, nocturnis cuſtodiebat excubiis ; eædem Reliquiæ noctem feſtam cum ea ducentes, & cuſtodi ſuæ quaſi applaudentes, mirabili ſolatio ſpiritum ejus lætificabant. In extrema vero ejus ægritudine,

Iſac. 3. 24

b

ed Reliquias Oigniacenſes vigilat ;

compatientis affectu eam conſolantes, patrocinium ei apud Deum & mercedem pro labore & cuſtodia promittebant. Habebat autem lectum cum modico tantummodo ſtramine in cellula ſua, in quo tamen raro quieſcebat : frequentius enim ſedens in eccleſia, inclinato ad murum capite, ſomno modico recreata, ad dulces vigiliarum labores recurrebat.

D A JAC. VITRI. EX MSS.

35 Tempus tamen ſomni ſui non penitus ſine fructu præteribat ; nam corde vigilante dormiens, Chriſtumque, cui vigilando inhæſerat, in corde retinens, nihil niſi Chriſtum ſuum ſomniabat : ſicut enim ſitiens, fontes aquarum, dum dormit ſomniat [ſe potare;] ſicut eſuriens, fercula ſibi apponi imaginando conſiderat ; ſic illum quem ſitiebat præ oculis ſemper in ſomnis habebat. Ubi enim amor, ibi oculus, ubi vero theſaurus ejus, ibi & cor ejus, ſicut de ſe Chriſtus ait ; Ubi ego ſum, ibi & miniſter meus erit. Frequenter etiam ſicut Ioſeph, & alios Sanctos Dominus in ſomnis admonuit, ita multis revelationibus, ne ſomnus tranſiret otioſus, ancillam ſuam viſitabat ; ſicut Dominus promiſit per Prophetam ; Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt. Aliquando quieſcere permittebatur in cella ſua ; quandoque vero, maxime magnis ſolennitatibus imminentibus, non niſi infra eccleſiam in præſentia Chriſti poterat requiem invenire. Et tunc per dies & noctes oportebat eam ibidem remanere : nec erat in ejus arbitrio vel libera voluntate plerumque, vel in cella quieſcere, vel in eccleſia remanere. Familiari enim Angelo, ſibique ad cuſtodiam deputato, velut Abbati proprio, eam oportebat obedire : quia quandoque, dum nimiis eſſet afflicta vigiliis, ut quieſceret admonebat : cum autem paululum quieviſſet, ad eccleſiam excitando eam reducebat.

aut non niſi pia ſomniat:

E Joel. 2. 28

ab Angelo cuſtode monetur de quiete & vigilia

26 Quo vehementer incitante & virtutem miniſtrante, à feſto S. Martini uſque ad Quadrageſimam, quodam tempore adeo pavimento eccleſiæ adhæſit anima ſua ; quod, ſive ſederet, ſive jaceret, inter ſe & nudam terram nihil penitus, nec modicam feſtucam, ut ita dicam, poterat recipere. Puram terram, vel lignum ante baſim altaris tranſverſum, lóco pulvinaris, dum dormiret habebat. In illa autem hieme tantum frigus invaluerat, tantum gelu mundum invaſerat, quod etiam in ſancto calice, dum Sacerdos celebraret, vinum ſenſibiliter & ſubito, (ut memini) conſtringebatur in glaciem. Ipſa tamen nec frigus ſentiebat ; nec caput, Angelo ſancto manum miſericorditer ſupponente, vel modicum dolebat. Væ vobis qui dormitis & laſcivitis in ſtratis veſtris, & in lectis eburneis ; qui mollibus utimini, in voluptatibus veſtris mortui & ſepulti : qui ducitis in bonis dies veſtros, ſed in puncto ad inferni noviſſima deſcendetis ; ubi ſubter vos tinea ſternetur, & operimentum veſtrum erunt vermes. Ecce famulæ Chriſti, quia Domino ſuo devote ſerviebat, ſervit terra, ne duritiâ atteratur ; parcit hiems, ne frigore torqueatur ; ſancti miniſtrant Angeli, ne in aliquo lædatur. Contra vos autem inſenſatos pugnabit orbis terrarum pro Domino : armabitur enim creatura ad ultionem inimicorum

F

& fovetur in frigore.

A corum ſuorum, qui factori deſerviens adverſum vos excandeſcet in tormentum.

A. JAC. VITRI. EX MSS. CAP. XI

37 Quæ vellere Agni immaculati veſtiebatur, quæ veſte nuptiali interius ornabatur, quæ Chriſtum intrinſecus induerat, de ornatu exteriori non curabat: veſtibus tamen mediocribus utebatur, quia nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ ei unquam placuerunt: ornatus enim & ſordes pari modo fugiebat, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Sciens tamen B. Ioannem Baptiſtam aſperitate veſtium à Domino commendatum; & quod per ſemetipſam Veritas dicit, Qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt; lineâ comiſiâ juxta carnem non utebatur; ſed ſacco cilicino aſpero, qui linguâ publicâ nuncupatur *c* Eſtamine. Tunicam laneam albam, cum ejuſdem coloris ſimplici pallio, abſque pellium conjunctione, vel aliqua *d* ſoderatura pro indumento habebat; non ignorans quod parentum primorum, poſt ruinam, Dominus, non veſtibus pretioſis vel artificioſe tinctis, ſed tunicis pelliceis velavit nuditatem. Harum veſtium ſimplicitate contenta, quia intrinſecus ardebat, nullum frigus exterius metuebat; nec igne materiali, quo frigus in hieme repelleretur, aliquando indigebat: ſed miro modo, cum hiems aſperior graciali frigore aquas conſtringeret, ſicut ipſa in ſpiritu fervebat, ſic exterius in corpore, maxime dum oraret, caleſcebat; adeo quod ſudore ejus aromatico aliquando ejus veſtimenta ſuaviter redolerent. Plerumque etiam odor veſtimentorum ejus erat ſicut odor thuris, dum orationes offerret Domino ex thuribulo cordis. Quid ad hæc dicitis ſuperfluæ mulieres & pompoſæ? quæ veſtimentorum multiplicitate cadavera veſtra ornatis, & caudatis veſtris veſtibus; quæ vos degeneres & beſtiales oſtenditis, circumornatæ ut ſimilitudo templi: veſtimenta veſtra comeduntur à tineis & fœtent, veſtimenta ſanctæ mulieris hujus habentur pro Reliquiis & redolent. Hæ ſunt veſtes pretioſæ, nullo frigore, quantumcumque tenues eſſent, ſuperatæ; & ideo propter frigus ſanctificatæ, propter ſanctificationem vero poſt obitum ejus à devotis diligenter conſervantur, & affectu pietatis honorantur.

Cavens in veſtitu ſordes & ornatum,

Matth. 11. 8

aſperis ſed candidis utitur,

c

d

B

iiſque ſimplicibus, etiam hieme:

quæ Reliquiarum loco poſtea habita ſunt.

C 38 Sciebat prudens mulier, primis parentibus poſt peccatum, & per eos filiis ſuis, Dominum pœnitentiam injunxiſſe, ſcilicet, In ſudore vultus tui veſcêris pane tuo. Unde manibus propriis, quamdiu potuit, laboravit; ut corpus per pœnitentiam affligeret, ut indigentibus neceſſaria miniſtraret, ut ſibi etiam victum & veſtitum (utpote quæ omnia pro Chriſto reliquerat) acquireret. Tantam autem Dominus virtutem operandi ei contulerat, quod ſocias ſuas longe excedendo, fere ſe & aliam de fructu manuum ſuarum procurare valeret; illud Apoſtolicum diligenter attendens, Qui non laborat, non manducet: omne ſiquidem laboris exercitium dulciſſimum reputabat; dum *e* adverteret, quod unigenitus excelſi Regis Filius, qui aperit manum ſuam & implet omne animal benedictione, labore manuum Joſeph & Virginis paupercule quæſtuarie nutritus eſt. In quiete igitur & ſilentio, juxta Apoſtolum, manibus operando, panem ſuum manducabat: in ſilentio enim & ſpe erat fortitudo ejus. In tantum autem turbam & ſtrepitum fugiebat, quietem & ſilentium diligebat; quod aliquo tempore, à feſto ſanctæ Crucis *f* uſque ad Paſcha Domini, ſilentium, fere nullum verbum proferendo, tenuerit. Cujuſmodi ſilentium Dominus adeo acceptavit, quod Spiritu ſancto revelante, propter hoc ſuper omnia, abſque Purgatorio ad cælum evolare, à Domino obtinuit. Ex quo patet, quantum ſit loquacitatis vitium, cum Domino tam gratum ſit ſilentium: ſiquidem vir linguoſus non dirigetur in terra viventium. Tandem vero talentum ſibi commiſſum omni die ſolerti negotiatione multiplicans, & diebus ſingulis de virtute in virtutem per ſcalam Jacob aſcendens, cum in excelſo locata eſſet, & quaſi in ſummo gradu ſita, omnia ſub pedibus ſenſibilia reliquiſſet; adeo *g* exuperante ſpiritu ejus abſorpta eſt ſenſualitas, quod jam niſi cibum, qui non perit, Chriſto eam totam occupante, operari non potuit. Unde quaſi emerita, etſi ab omni manuum operatione libera, Domino de cetero tantum vacavit; qua libertate Chriſtus ancillam ſuam donavit.

Servat ſilentium à feſto Crucis uſque Paſcha,

f

quod ei pro purgatorio fuit.

Pſal. 39. 12

g

D

E

39 Interiorem mentis ejus compoſitionem geſtus exterior, extrinſecarumque partium oſtendebat compoſitio. Cordis ejus gaudium vultus ſerenitas latere non ſinebat. Miro autem moderamine cordis hilaritatem vultus gravitate temperabat, mentiſque jucunditatem verecundæ facici ſimplicitate aliquatenus occultabat. Et quoniam ait Apoſtolus; Mulieres velato capite orent; velum candidum, quo caput tegebat, ante oculos ejus dependebat. Capite inclinato vultuque in terram dimiſſo, tardo maturoque greſſu humiliter incedebat. Adeo autem ex plenitudine cordis ejus in facie illius Spiritus ſancti gratia reſultabat, quod multi ex ejus aſpectu ſpiritualiter refecti ad devotionem & lacrymas provocabantur; & in vultu ejus, quaſi in libro unctionem Spiritus ſancti legentes, virtutem ex ea procedere cognoſcebant. Accidit autem quadam die, quod vir quidam benignus, & perſonarum religioſarum familiaris & amicus Guido, quondam eccleſiæ Cameracenſis Cantor, cum viſitandi eam causâ à via ſua divertiſſet; quidam autem ex ſociis ejus, qui nondum forte per experientiam cognoverat, quantum piis mentibus viſitatio bonorum familiaritaſque conferat; devoti viri prædicti pium laborem quaſi deridens, ait: Pro Deo, Domine Cantor, quid quæritis? quare viam veſtram fruſtra deſeritis? numquid muſcas volatiles ſeu papiliones cum pueris ſequi & apprehendere vultis? Ille, ut mitis erat & patiens, iter propoſitum propter hoc non reliquit; ſed Chriſti ancillam, ex cujus præſentia non modicam alia vice perceperat conſolationem, devotus adiit. Dum autem illi loqueretur, ſocius ejus, ſicut mos eſt ſecularium, hujuſmodi ſermones quaſi parvipendens, ex alia parte variis & otioſis ſermonibus erat intentus Cumque jam tædio affectus eſſet expectando, venit ad Cantorem, admoniturus eum ut feſtinaret.. Cumque forte in vultum ancillæ Chriſti oculos figeret, ſubito & mirabiliter

Miram gratiam vultu præferens,

1 Cor. 11. 5

irriſorem ſuum

F

mu-

A mutatus animo, in tantam lacrymarum copiam resolutus est, quod vix longo tempore post à loco & ab ejus præsentia potuit amoveri. Tunc Cantor, licet ille præ verecundia latere vellet, attendens & cognoscens rei eventum, gaudens, & socium suum vice versa irridens, ait: Eamus, quid hic stamus? Forte papiliones fugare vultis. Ille vero, post multa suspiria & lacrymas, vix tandem inde avelli potuit, dicens: Ignoscite mihi, quia prius quid dicerem penitus ignorabam: nunc autem in hac sancta muliere virtutem Dei per experientiam percepi.

post ægritudinem magnam

40 Cum autem quodam tempore corpusculum ejus fervorem spiritus jam amplius sustinere non posset; decidit in ægritudinem magnam. Adeo enim pius Pater, filiam suam quam diligebat, disciplinæ flagello subdidit, quod membra corporis ejus mirabiliter torquebantur: nam quasi in circulum brachia ejus præ dolore agitabantur, & manibus pectus tundere cogebatur. Cum autem ad tempus paululum quiesceret vis infirmitatis, tunc reversa ad se, cum tanto gaudio Domino gratias agebat, qui flagellat omnem filium quem recipit, quod in ea illud Apostoli manifeste impletum est; Cum infirmor, tunc fortior sum. Postquam autem, tamquam aurum in fornace, hac infirmitate electam suam probavit Dominus; excocta ad plenum & elimata, tantam postea in jejuniis & vigiliis, & aliis laboribus, à Domino fortitudinem obtinuit; quod tertiam partem laboris ejus etiam fortes homines vix valerent sustinere. Aliquando tamen, cum aliquis ex amicis suis aliquo gravamine laboraret, vel alicui tentationi succumberet; tunc ipsa cum infirmantibus infirmata, cum scandalizatis vehementi dolore urebatur; & tunc plerumque morbum suum prædictum in aliquo membrorum suorum particulariter sentiebat. Statim autem novo miraculi genere, vocato aliquo Sacerdote, dum digito Crucis signum super locum infirmitatis Sacerdos faceret; quasi virtutem sanctæ Crucis expaveſcens infirmitas ad alium locum fugiebat. Facto vero iterum atque iterum Crucis signaculo, vagus morbus & profugus expectare diutius pondus Crucis non audebat; sed tandem, mirabili & inaudito *h* venationis genere, à corpore ancillæ Crucifixi penitus discedebat. Intuens enim oculo fidei in serpentem æneum, à serpentini morbi morsibus liberata, Deo & sanctæ Cruci gratias multiplices referebat.

2 Cor. 12

B *majores à Deo vires accipit:*

aliàs signo Crucis a Sacerdote facto sanatur:

C

h

41 Non solum autem in vultu ejus ex intuitu multi devotionis gratiam, sed ex mutua collocutione aliquibus stillabat dulcedinem, non solum spiritualiter in corde, sed sensibiliter quasi mellis saporem suscipiebant in ore. Audient duri & tardi ad credendum, & murmurabunt: qui autem hujusmodi divinas consolationes experti sunt, facile acquiescent cum audiverint. Favus distillans labia tua, sponsa mea; mel & lac sub lingua tua. Unde cum *i* vir quidam [magnus, licet in oculis suis parvus] die quadam loqueretur ei, qui ex abundanti humilitate & intensa caritate, à remotis valde partibus ad eam venerat; ex visu ejus tantam recepit consolationem, ex verbo autem ejus tantam dulcedinem, quod per totum diem illum nullus materialis cibi sapor ex ore ejus expellere potuit, quem susceperat mellitum saporem. Cujus sancti viri nomen ex industria tacui, quia laudibus suis mirabiliter cruciatur, & quasi aurum in fornace in ore laudantium probatur. Ex quo tamen factum, ut pius animarum consolator servi sui, pro se *k* exulantis maxime relevaret amaritudinem. Cur verecundiâ confunderis? Cur mihi irascеris? Quis te nominavit? exilium tantum protuli. Nonne multi absque te exules, multi etiam Episcopi Tolosani, & ante te fuerunt, & post te esse poterunt? Numquid propter verecundiam tuam laudes ancillæ Christi tacere debui? Quid ad te? Quid habes quod non accepisti? Non est tua gloria sed Christi. Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Jam igitur desine contra me murmurare. Non tua sunt, sed Domini quæ dixi; licet & Dei sint dantis, & tui humiliter recipientis; & ancillæ Christi sint, cujus meritis peregrinationis tuæ molestias Dominus relevavit. Sed jam huic priori libello finem imponamus, in quo de iis quæ ad exteriorem hominem pertinent & sensibiliter exterius exercentur, diximus; ut quasi mediâ diætâ peractâ, priusquam ad interiora & subtiliora transeamus, modicum respiremus.

alloquio devotionem instillat,

Cant. 4

i

D A. JAC. VITRI EX MSS.

k etiam Fulconi Episcopo Tolosano.

E

F

ANNOTATA G.H. & D.P.

a *Ms. Rub. val.* circumstrepentium sonitu.

b *Has Reliquias recensет Rayssius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 386 *ac rursum post Cœnobiarchiam, & Comm. præ. num.* 2.

c Estamine lingua publica *seu Francica, est subtile cilicium, seu pertenue textum ex lana caprina & lino vel cannabe.*

d Foderatura *in Ms. Miræi* Foratura, *in Concilio Constantiensi sess.* 43 fodratura, *Germanis* voedering, *pro pelle vel panno, quo vestes suffarciuntur. Ita apud Cæsarium lib.* 8 *cap.* 59 foderatus *legitur.*

e *Ms. Miræi*, adduceret.

f *Id est, à die* 14 *Septembris.*

g *Ms. Duiny*, ex ubertate spiritus.

h *Idem*, venerationis.

i *Intelligitur* Fulco, Episcopus Tolosanus *uti mox apparebit: quæ autem inclusa* [ ] *vides perquam necessaria sensui & habentur ex Ms. Oigniac.*

k *Urbe exire compulsus fuit* Fulco *an.* 1211, *ad quam vel non rediit an.* 1215, *quo urbem cepit Comes Montis fortis, vel cito rursus abire compulsus fuit, urbe propter civium pertinaciam incensa à Comite. Eadem autem à Comite S. Ægidii an.* 1217 *recuperata pro hæreticis fuit, nec nisi* 1229 *reconciliata: supervixit autem* Fulco *Episcopus usque ad* 1231.

A

LIBER II.

De interiori vita Mariæ & ſancto fine ejus.

CAPITULA.

I De varietate virtutum filiæ Regis & ſeptem donis Spiritus ſancti. 42
II De ſpiritu timoris. 43
III De ſpiritu pietatis. 50
IV De ſpiritu ſcientiæ. 64
V De ſpiritu fortitudinis. 73
VI De ſpiritu conſilii. 76
VII De ſpiritu intellectus. 81
VIII De ſpiritu ſapientiæ. 87
IX De adventu ejus apud Oignies. 93
X De manſione ejus apud Oignies & de iis quæ acciderunt ei in eodem loco. 95
XI De cantu ejus ante infirmitatem. 98
XII De infirmitate ejus ante mortem. 100
B XIII De morte ejus. 107

CAPUT V.

Timor Domini; defectus evitati etiam minimi: paupertas & humilitas exoptatæ.

CAP. I

42 NUnc igitur quanta fuerit filiæ Regis ab intus gloria, quantaque virtutum varietate circumdata & ornata intrinſecus à Patre extiterit, ſubjungamus. Multæ enim filiæ in diebus noſtris congregaverunt divitias; hæc ſola, ut credimus, ſupergreſſa eſt univerſas: cui Pater ejus tunicam talarem, polymitam, omniumque virtutum genere depictam, omnibus hortorum Domini floribus decoratam, compoſuit. Sed quoniam omnes hujus ſplendidi firmamenti ſtellas, omnes hujus amœni prati flores, omnes ejus virtutum varietates ſigillatim numerare non ſufficimus; ad cauſas originales, ex quibus tamquam fontibus omnia ejus bona defluxerunt,
C ad ſeptem videlicet Spiritus ſancti dona, recurramus. Implevit enim eam Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, ſpiritu conſilii & fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ & pietatis, ſpiritu timoris Domini. Spiritus ſapientiæ, deliciis affluentem & caritate ferventem; ſpiritus intellectus, ſuperiorum contemplativam; ſpiritus conſilii, providam; ſpiritus fortitudinis, patientem & longanimem: ſpiritus ſcientiæ, diſcretam; ſpiritus pietatis, miſericordiæ viſceribus affluentem; ſpiritus timoris Domini, cautam & humilem filiam Regis reddebat.

Interius plena Maria,

7 donis Spiritus ſancti;

CAP. II

43 De ſpiritu timoris Domini primo videamus: non ſolum enim principium ſapientiæ, ſed omnium bonorum cuſtos eſt timor Domini. Licet autem perfecta caritas omnem timorem, id eſt timoris pœnam & anxietatem, à Regis filia foras mitteret; ipſa tamen, ex amoris plenitudine, adeo timorata erat; tantam cautelam in omnibus, non ſolum operibus, ſed verbis & cogitationibus adhibebat; quod nulla vel modica negligebat. D Frequenter enim attendebat, quod ſcriptum eſt: Qui modica negligit, paulatim decidet. Verebatur enim omnia opera ſua, providendo Dominum in conſpectu ſuo ſemper, & in omnibus viis ſuis cogitans illum, ne forte in aliquo diſpliceret. Sciebat enim, quod licet vitet quis grandia, poteſt tamen obrui arenâ: multitudine enim capillorum ſuſpenſus Abſolon interiit, & multitudo venialium ex contemptu, dum placent vel negliguntur, ad æternum perducit interitum. Erat ei igitur timor caſtus in corde, tamquam faſcia pectoralis, quæ cogitationes conſtringeret; in ore, tamquam frænum quod linguam reprimeret; in opere, ſtimulus ne pigritiâ torperet; in omnibus regula, ne modum excederet. Timor iſte tamquam ſcopa purgabat cor à duplicitate, os à falſitate, opera vero ab omni vanitate. Ipſa enim tamquam hortus concluſus, fons ſignatus, nihil niſi Chriſtum, & ea quæ ad Chriſtum pertinent, de facili recipiebat. Chriſtus erat ei meditatio in corde, verbum in ore, exemplum in opere. Numquam enim verbum ſeculare ab ore ejus memini me audiviſſe. Vix autem unicam clauſulam loquendo diceret, quin Chriſtum etiam quaſi condimentum frequenter interſereret.

Iſai. 28, 1

minutiſſima peccata evitat:

Chriſtum in omnibus quærit; E

44 Adeo autem timor Domini ſanctus mentem ejus occupaverat, quod cum eſſet apud Willambrock juxta Nivellam, tantum herbas quæ non ſeminantur & alia ſponte naſcentia frequenter colligi faciebat, ut inde ſibi pulmentum faceret: ne forte raptum à beſtia, id eſt eleemoſynas, quas domibus leproſorum raptores & fœneratores dare ſolent, manducaret. Abſtinebat enim non ſolum ab illicitis, ſed à multis etiam licitis ſeipſam reſtringebat; ne laxanimis libertate aliquo modo ad illicita poſſet declinare.

ex timore Domini

45 Tantum autem ex ſpiritu timoris amorem conceperat paupertatis, quod etiam neceſſaria vix retinere volebat. Unde quadam die fugere propoſuit, ut inter extraneos ignota & deſpecta oſtiatim mendicaret, ut nudum Chriſtum nuda ſequeretur, relicto pallio omnium temporalium cum Joſeph, hydriâ cum Samaritana, ſindone cum Joanne. F

magno ſtudio paupertatis flagrans,

a Attendens enim frequenter & recolens Chriſti paupertatem, cui nato non fuit locus in diverſorio, qui non habuit ubi caput reclinaret, cui etiam non fuit pecunia unde tributum ſolveret, qui eleemoſynis paſci & in alienis hoſpitiis recipi voluit; tanto aliquando accenſa eſt paupertatis deſiderio, quod aſſumpto ſecum ſacculo in quo eleemoſynas reponeret, & ſcypho modico unde aquam biberet, vel forte pulmentum ſi daretur ei dum mendicaret reciperet; veteribus pannis induta, vix multis ſuorum amicorum lacrymis potuit retineri. Cum enim ſuis valediviſſet, & iter in tali habitu, cum ſacculo ſuo & ſcypho, paupercula Chriſti arripere vellet; tantus dolor tantuſque fletus amicorum ſuorum qui eam in Chriſto diligebant, factus eſt; quod ipſa, ſicut viſceribus compaſſionis affluebat, non potuit ſuſtinere. Coarctata ergo à duobus, deſiderum habens fugere & mendicare cum Chriſto; præelegit remanere propter fratres & ſorores, quibus ejus abſentia intolerabilis vide-

a

cupit peregre mendicato vivere;

A videbatur. Fecit ergo quod potuit. In tanto namque poſtea paupertatis amore permanſit, quod aliquando mappam, ſuper quam panem manducabat, vel linteamina ſecaret, partem retinendo, partem pauperibus erogando.

46 Væ vobis qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis uſque ad terminum loci: qui impleri non valetis pecuniâ, nec fructum poteſtis capere ex ea: qui theſaurizatis vobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, ubi fures effodiunt & furantur; ſemper congregantes, & inopiâ ſemper tabeſcentes. Quid unquam huic pauperculæ Chriſti defuit, quæ ſemper divitias fugiebat, & ſemper etiam unde aliis erogaret habebat? Semper paupertatem dilexit, & tanto copioſius ſemper ei Dominus neceſſaria miniſtravit. Non ſolum autem ex ſpiritu timoris divitias aſpernabatur, ſed paupertate ſpiritus ſemper in oculis ſuis modica erat. Tanta humilitate ſe dejiciebat, quod ſe quaſi nihilum reputabat: & cum omnia bene feciſſet, ſe quaſi inutilem, non ſolum ore dicebat, ſed corde ſentiebat; omnibus inferiorem ſe æſtimans, nihil unquam de ſe præſumebat, omnes ſuperiores ſe reputans. Cum Dominus ei aliquod bonum faceret, aliorum meritis imputabat. Numquam gloriam ſuam quærens, ſed omnia ad eum à quo bona cuncta procedunt referens. Bonis quæ percipiebat ſe indigniſſimam judicabat: nullum quantumcumque infimum ſeu peccatorem contemnens, ſe ſolam deſpiciebat, ſe etiam ab aliis deſpici pro nihilo habebat per infamiam & per bonam famam: à dextris & à ſiniſtris ſcuto erat veritatis circumdata: ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus: nec vituperio deprimebatur, nec laudibus ſuis attollebatur.

non ſolum divitias contemnens,

& ſummâ humilitatẽ affectans:

B

47 Ex abundanti autem humilitate ſemper quantum in ipſa erat latere appetebat. Unde cum ex cordis jubilo, & ex plenitudine gratiæ intra ſe occultari non poſſet; quandoque ad vicina rura vel dumeta fugiebat, ut humanos devitans oculos, ſecretum ſuum ſibi & in arca puræ conſcientiæ conſervaret. Quandoque tamen precibus amicorum compulſa, vel à Domino ad aliquem ſpecialiter miſſa, vel affectu compaſſionis ut conſolaretur puſillanimes incitata; ex multis, quæ ſentiebat, pauca cum humilitate & verecundia referebat. O quoties amicis dicebat: Quid me interrogatis? Non ſum digna talia ſentire, qualia quæritis. Quoties Domino quaſi cum murmure reſpondebat; Quid ad me, Domine? mitte quem miſſurus es. Non ſum digna ut eam, & conſilia tua aliis nuntiem. Nec tamen Spiritu ſancto inſtigante poterat reſiſtere, quin aliorum utilitati aliqua nuntiando deſerviret. Quot enim familiarium ſuorum in periculis præmunivit? Occultos malignorum ſpirituum laqueos quotiens amicis ſuis detexit? Quoties puſillanimes & in fide vacillantes, divinæ revelationis miraculis roboravit? Quoties quæ ſola mente homines cogitaverant, ne perficerent admonuit? Quoties jam corruentes, & fere deſperantes, divinis conſolationibus relevavit?

cupiens latere,

C

cogitur divinitus alios juvare:

48 Quid igitur erubeſcis, ô timida? Quid egentibus tot bona ſubtrahis, ô avara? Cur præ nimia humilitate à proximorum abſtra-

heris ædificatione? Numquid propter te, quæ Deo quaſi inſeparabiliter adhærebas, nec hujuſmodi revelationibus indigebas, tibi Deus tot & tanta oſtendebat; & non magis propter commodum eorum, qui tibi credebant & auxilio tuo indigebant? Heu! quot & quanta ſupprimebas, quibus & infirmi roborari, & pigri incitari, & indocti illuminari, & Dominus in Sanctis ſuis mirabilis poſſet oſtendi. Cur igitur talentum abſcondis? cur Chriſtum tuum mundo non oſtendis, qui in nullo tibi imminuitur, ſi ab aliis participetur? Numquid non aliquando, cum introduceret te Rex in cellam vinariam, præ ebrietate clamabas, Cur te Domine abſcondis, cur te qualis es non oſtendis? Nam ſi mundus te cognoſceret, jam de cetero non peccaret; ſed ſtatim poſt odorem unguentorum tuorum curreret. Sed benedictus Deus, qui tuam avaritiam liberalitate ſua retundebat, & latibula tua, velles nolles, revelabat. Nam cum jam ferventis ſpiritus æſtuante muſto, niſi reſpiraculum haberes; rumpereris; cum jam ignis incendium ſine evaporatione aliqua ferre non poſſes; tunc demum à [corde] puro & ebrio extorquebatur veritas; tunc mira & inaudita de plenitudine eructans de libro Vitæ, ſi poſſemus capere, multas & mirabiles lectiones, de diſcipula in magiſtram ſubito converſa, nobis legebas. Cum autem, tamquam potens crapulata à vino, poſt ſomnum expergefacta ad te redires, tunc vel oblita quæ dixiſſes ſilebas; vel ſi forte aliqua ad memoriam reduceres, tunc præ verecundia confuſa, te garrulam & fatuam judicabas; & quid tibi accidiſſet admirans, à Domino veniam poſtulabas.

D

A JAC. VITRI. EX MSS.

mutâ tamen dona Dei celat,

E

niſi cum ſpiritu abrepta aliqua revelabat.

49 Aliquo tempore dum quæreremus ab ea, utrum de laudibus humanis ſeu revelationibus divinis aliquam ſaltem titillationem vanæ gloriæ ſentiret; Reſpectu, inquit, veræ gloriæ quam deſidero, nihil eſt vel reputari poteſt omnis humana gloriatio. Ipſa enim tanta veritate fundata, tanta gravitate ſolidata erat in Domino, adeo veris bonis plena erat, tantum ſpiritualibus epulis ſaginata erat & refecta; quod, ſicut aliquis inter varia deliciarum fercula, ſi inſulſum & inſipidum ei ferculum apponeretur, priuſquam ſatiatus eſſet, reſpueret; ita omnem mundanam gloriam, omnem humanæ laudis vanitatem, præ dulcedine æternorum bonorum, non ſolum non admittebat, ſed cum quadam cordis abominatione reſpuebat. Sicut enim non poteſt dulcis eſſe Chriſtus, cui adhuc dulcis eſt mundus; ſic Chriſti dulcedo totam ejus mentem adeo vendicaverat, quod nihil niſi Chriſtus ei ſapiebat.

Non movetur ullâ vanâ gloriâ.

F

ANNOTATA D. P.

a *Adoleſcens ille, qui ad hortum accurrerat dum caperetur Chriſtus*, amictus ſindone ſuper nudo; *& cum teneretur* relicta ſindone nudus profugit ab eis, *apud Marcum*; *putatur à Patribus Ambroſio, Hieronymo, Epiphanio, Chryſoſtomo, aliiſque fuiſſe S. Joannes Euangeliſta; ſed recentioribus id merito diſplicet, ſicut etiam Theophylacto: prioribus tamen adhæret Baronius.*

A

A. JAC. VITRI. EX MSS.

CAPUT VI.

Pietas erga Dominum, auxilia moribundis & animabus tam purgantibus quam periclitantibus præstita: morbi curati.

CAP. III 50 NOn solum per spiritum timoris ab omni specie mala sibi cavebat; sed spiritu pietatis ad omne bonum prona erat. *Ex spiritu pietatis* Exercitationem enim corporis pro modico habebat, respectu pietatis, quæ secundum 1 Tom. 4, 8 Apostolum ad omnia vtilis est, habens promissionem vitæ, quæ nunc est & futuræ. In lampade enim cordis sui ignem caritatis oleo misericordiæ continue accendebat; ne forte cum fatuis virginibus absque oleo reperta, à nuptiis æternæ jucunditatis repulsam pateretur. Satagebat ergo pro posse suo omnia misericordiæ opera, ex abundanti cordis pie-

B tate exterius adimplere. Super omnia vero *opera misericordiæ exercet:* misericordiæ opera infirmis assistere, & defunctorum obitui seu sepulturæ interesse consueverat, ubi multa de arcanis cælestibus Domino revelante frequentissime percepit. Quadam autem die cum Soror Fratrum de Oignies in extremis laboraret; ipsa, cum esset in cellula sua, percepit multitudinem *ad agonizantem sciens dæmones convolasse,* rugientium dæmonum, circa lectum Sororis infirmæ, cum jam pro ea fieret commendatio, quam putabant mortuam adesse. Tunc illa, consuetæ gravitatis & innatæ verecundiæ quasi oblita, ad lectum ægrotantis cucurrit, & immundis spiritibus se opponens, non solum precibus pugnabat, sed etiam pallio suo tamquam muscas abigebat. Cum autem impii illi terribiliter resisterent, & tamquam suam, animam Sororis vendicare vellent; tunc illa amplius non sustinens, clamabat Christum suum, sanguinemque Chri-

illos precibus & pallio abigere conatur: sti quem pro animabus effudit, & mortem Crucifixi incessanter invocabat. Cum autem rugientes illi præparati ad escam, multis calumniis animam illam impeterent; ipsa tan-

C dem à Spiritu sancto fiduciam accipiens (non ubi spiritus Dei, ibi libertas) respondit: Domine, pro hac anima ego fidejubeo: licet enim peccaverit, peccata sua confessa est. Quodsi forte aliquid per negligentiam vel ignorantiam in ea remansit, licet loqui non possit, adhuc tamen tempus contritionis ei reliquisti.

51 Fratres tantum vocem ejus & gestus *iisdem victis* contra dæmones percipiebant, & Domino pro anima Sororis suæ devotas orationes effundebant. Tandem victis & confusis dæmonibus, & sanctis Angelis advenientibus, illa Deo laudes reddens, ad se conversa quievit; resumptoque pallio, quod in pugna projecerat, ad cellulam suam cum verecundia rediens & fugiens, clauso ostio latuit. Non multum post temporis, cum in festo Apostolorum Petri & Pauli pro anima illa devote Domino supplicaret, & de statu ejus pro qua fidejusserat solicita esset; ostendit ei B. Petrus animam illam, in pœnis purgatorii vehementer afflictam. Revelavit autem ei B. Petrus & pœnas & pœnarum D causas: vehementi enim calore torquebatur, *intelligit ipsam in purgatorio torqueri,* eo quod mundum & voluptates seculi nimis ardenter amasset. Aliquando frigore maximo cruciabatur, eo quod pigra ad omne bonum fuerit, & maxime quia filios suos & propriam *a* familiam nimis negligenter correxerit: siti præterea miserabiliter anxiebatur, eo quod nimiis in vita sua vacasset potationibus: nuditatis etiam, eo quod superflua *& precibus juvat.* fuisset in vestibus, sustinebat maximum incommodum. Tunc pia Christi ancilla, sicut tota visceribus pietatis affluebat, maxime circa illos qui in purgatorio torquebantur, non solum suis orationibus contenta est, sed multa illi ab aliis orationum & Missarum suffragia acquisivit.

52 Alia vice, cum religiosa quædam vidua, quæ diu in sancta viduitate Deo ser- *Alii moribundæ vidit assistere beatam* vierat, & filias suas in sancta virginitate integras Sponso cælesti custodiebat, in extremis apud Willambrock juxta Nivellam la- *Virginem,* boraret; vidit beatam Virginem sanctæ viduæ assistentem, quæ quasi quodam flabello eventilando eam, fervorem caloris quo tor- E quebatur misericorditer temperabat. Cum autem ejus anima de corpore egredi jam vellet, turba dæmonum insidiantium, nullâ orationum instantiâ discedere voluit; donec Claviger æthereus, cum vexillo Crucifixi confusos illos ejecit. Cum autem vidua illa *& Sanctos adesse in* jam defuncta esset; vidit ancilla Christi beatam Virginem cum multitudine cælestium *exequiis,* puellarum, psallentium & Deum laudantium circa corpus, quasi in duos choros divisarum. Cum autem Sacerdos more debito exequias defunctæ persolveret, tunc summus Sacerdos cum Sanctorum multitudine Officium, ut ei videbatur complebat, & mirabiliter Ecclesiæ militanti Ecclesia triumphans res- *animam in* pondebat. Cum autem sepulturæ traditum *purgatorio esse,* corpus ejus esset, vidit Christi ancilla animam ejus, quòd nondum in hoc mundo plene purgata fuerat, in purgatorio quod ei deerat consummare. Nam maritus ejus mercator fuerat, & quædam more mercatorum per fraudem acquisiverat; quosdam etiam de familia *b* Ducis Lovanii in hospitio receperat, *b* qui de injuste acquisitis multa in domo sua F expendebant; & quia de hujusmodi nondum perfecte restitutionem fecerat, dicebat se adhuc in purgatorio detineri. Quod cum nun- *pro quasatisfari curavit à filia.* tiatum esset filiæ suæ, Virgini devotæ, Margaretæ de Willambrock & ejus Sororibus, multas ei orationes acquisierunt, & pro posse suo restitutionem fecerunt. Unde non multum post anima viduæ, vitro purior, nive candidior, sole splendidior, apparuit ancillæ Christi; cum jam ad æternas epulas gaudens & gratias agens, invitata ascenderet; & quasi librum Vitæ (ut ei videbatur) in manibus tenens, summi Magistri facta scholaris regebat.

53 Cum autem sanctus quidam & beatus senex, qui à pueritia sua in innocentia sua & *Ioanni de* virginitate perseveraverat, jam morti propin- *Dionanto morienti* quus esset, scilicet Ioannes de Dinanto, co- *Angelos assistere videt,* gnomine Hortulanus; qui omnia pro Christo reliquerat, & exemplo suo & sanctis admonitionibus multas animas Domino acquisierat, ipsa cum præsens ei in infirmitate assisteret;

A sisteret; vidit multitudinem Angelorum seni assistentem & gaudentem : sensit etiam mirabilem odoris suavitatem, unde præ gaudii immensitate non poterat se continere : valde enim eum diligebat, & quasi pro patre eum habebat. Et tunc revelatum est ei à Spiritu sancto, quod senex ille, qui tantam pœnitentiam dum viveret in carne fecerat, tot etiam pro Christo opprobria & persecutiones patienter sustinuerat, tam juste, tam timorate vixerat, tot etiam animas Christo lucratus fuerat ; absque omni molestia purgatorii liber ad Dominum evolaret. Unde ipsa, quoties ante sepulcrum ejus, quod est apud Oignies *c* pertransibat, humiliter se inclinabat. Postea vero cum ipsa in extrema infirmitate laboraret, anima sancti senis, cum quodam alio amico ejus defuncto, scilicet fratre Richardo *d* de Manechan-capella causâ visitationis & consolationis spiritualiter missa est ad eam à Domino. Ipsa autem ancilla Christi valde compatiens erat, & super infirmos pia gestans viscera, circa quos aliquando noctes insomnes ducebat.

& absque purgatorio in cælo esse,

c à quo etiã moriens ipsa visitatur.

d

B 54 Cum autem Mater Fratrum de Oignies, gravissima & longa infirmitate laboraret, & ipsa aliquando ut consolaretur eam ei assisteret ; illa, utpote anus fere centenaria, & morti jam propinqua, gravissimum habebat anhelitum. Cum autem sancta mulier quadam nocte vix ejus anhelitum, sine magno cordis dolore, ferre posset : ipsa tamen assistens ei prope, quasi per violentiam à se extorquebat ut remaneret. Cumque jam amplius ferre non valens fere deficeret, respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ, & saporem quasi vini pretiosi aromatici in os ejus immisit, odoremque suavissimum quasi thuris accensi, cum sapore illo, fere per tres dies sensit ; ita quod nullius cibi sapor prædictum saporem aromaticum poterat expellere.

Gravem morientis anhelitum ferens,

suavi sapore & odore cælitus reficitur :

55 Multis autem ægrotantibus non solum ex ejus præsentia consolationem & patientiam Dominus conferebat, sed frequenter corporalem sanitatem ejus meritis Dominus reddebat. Aliqui enim pueri rupti ad eam deferebantur : quæ cum manus eis imponeret, sanabantur. Quidam puer juxta Oignies periculosa ægritudine laborabat : nam per ejus auriculam continue à capite ejus sanguis defluebat : cumque nulla arte medicinali curari posset, medicinâ orationum ejus & appositione manus sanitati perfectæ restitutus est : quem mater ejus ad ecclesiam detulit, & Deo ancillæque ejus gratias pro filio reddidit. Quædam autem mulier ad tactum ejus à quodam valde periculoso morbo, scilicet apostemate gutturis, quæ dicitur squinancia, sanitati restituta est. Similiter etiam Clericus, qui infirmabatur apud Oignies, nomine Lambertus, ab eodem morbo per tactum ejus curatus est. Dixit mihi quidam Sacerdos de Nivella, nomine Guerricus, quod cum gravissima infirmitate laboraret, & jam omnes de eo medici desperarent, nec esset qui ei promitteret sanitatem ; venit ad ancillam Christi, multisque precibus obtinuit, ut ei manum imponeret. Eâdem vero nocte visum est ei in somnis, quod beata Virgo ad eum veniret, post cujus recessum restitutus est sanitati. Alius etiam Sacerdos, vir humilis & devotus, & Pater ejus spiritualis Magister Guido de Nivella ; postquam manu sua Christi ancilla tetigit inflationem periculosam, quam habebat in gutture, perfectè curatus est. Quidam etiam de cujus infirmitate omnes desperabant, ipse etiam cum multos medicos attentasset, & nihil profecisset, & non nisi mortem expectaret ; ad tactum ejus capillorum recepit sanitatem.

varios & gravissimos morbos

curat sola manuum impositione

D A. JAC. VITRI. EX MSS.

56 Sed cur immoramur circa modica, cum adhuc tot restent magna & mirabilia ? licet enim pium sit morbis corporum subvenire, longe tamen & incomparabiliter majus est animarum sanitati curam impendere : nullum enim sacrificium magis placet Deo, quam zelus animarum. Ipsa autem semper læta, semper hilaris, semper in cordis jubilo permanebat, nisi quando doloris nubilo periculum vel lapsus animarum mentem ejus perturbabat. In hoc solo (ut pace ejus loquar) dum modum non habebat, lugebat anxia, dolebat desolata, cibum non capiebat, somnum ab oculis abigebat, more parturientis quandoque clamabat. Quanto putas vulnerata est dolore, quando catervatim ruerent rugientes & dentibus frendentes dæmones super sanctarum Virginum Congregationem, in villula quæ dicitur Manni ; ubi Deo devote serviebant. Ad ultimum vero quando tamquam voti compotes, impios, & invidos dæmones præ gaudio videret tripudiare, pro sanctarum mulierum ejectione : tunc ipsa clamans & ejulans, vix seipsam præ dolore cordis poterat sustinere.

magis tamẽ solicita pro animabus:

E *valde dolet dispersione cujusdam partheno-nũ.*

57 Alia die vidit maximum iniquorum spirituum exercitum, qui quasi post prælium cruentati, cum superbo & pomposo strepitu de *e* vastatione civitatis Leodiensis revertebantur, & adhuc majora mala elato vultu comminabantur. Nec multo post venerunt nuntii apud Oignies, qui civitatem Leodii destructam esse nuntiarent, ecclesias spoliatas, mulieres vi oppressas, cives interfectos : imo universæ civitatis bona hostes rapuisse referebant. Tunc forte apud Oignies præsens erat vir sanctus honestæ conversationis, & bonæ etiam apud malos opinionis, totius Episcopatus lucerna, Doctor & Pater spiritualis, Magister *f* Joannes de Nivella : qui cum rumores pessimos percepisset, mente consternatus incomparabiliter doluit, & maxime quia de sanctis Virginibus, quas ipse per prædicationem & exemplum Domino acquisierat, ne forte vi oppressæ fuissent, sicut quidam mentiebantur, paterna solicitudine dubitabat. Non multum de temporalium amissione doluit, qui semper temporalia tamquam stercora reputavit; sed ecclesiarum violationem, animarum destructionem vir sanctus, omnium virtutum gemmâ specialiter & excellenter exornatus, inconsolabiliter lugebat. Pater filios plorabat, patronus ecclesias, amicus sponsi Virgines, quas casto Sponso castas exhibere desponderat. Ancilla vero Christi, auditis rumoribus non multum turbata est ; & mirabantur qui cognoscebant, quanta affectione diligeret virgines pudicas, quæ in civitate Leodii Christo devote serviebant ; ipsa autem à Domino & præmunita erat & præventa. Sciebat enim pius Pater, quod filia sua, nisi in hoc præmuniretur,

In vastatione Leodiensi.

e

F *f plurimum afflicto Joanne de Nivella*

manet ipsa impertur-bata,

A tur, nimio dolore confunderetur. Cumque
A. JAC. VITRI. EX MSS. Fratres de Oignies more Clericorum valde timerent, eo quod diceretur, quod hoſtes in partes eorum venirent; ipſa in omnibus iis imperturbata permanebat, & abſque timore ſanctis Angelis eam conſolantibus, & in terra pacem bonæ voluntatis hominibus nuntiantibus. Magnam vero pacem & quietem circa domum de Oignies ſentiebat, quaſi in ſpiritu certificata, & de pace ſuorum, & de incorruptione prædictarum ſanctarum Virginum: verumtamen videbatur ei, quod terra tremeret, & quod conquereretur, quod paſceret homines quaſi Creatori ſuo tam immani ſcelere ſeſe opponerent.

utpote divinitus confortata.

Ob militiæ à ſe converſum,

58 Accidit autem quodam tempore, quod Miles quidam de parentibus ſuis genere nobilis, & militiâ ſtrenuus, & ſeculi vanitatibus deditus, Ywanus ſcilicet de Zoania, divinitus inſpiratus, & Sanctæ mulieris admonitionibus & orationibus adjutus, relicto ſeculo converteretur ad Dominum. Tunc dæmon iniquus & effrænatus, & mirabiliter confuſus, apparuit ancillæ Chriſti; conque-
B rens, & vultu minaci tamquam canis maxi-
patitur inſultantem diabolum: mus in eam ſæviens, ei dicebat: O proterva! ô inimica noſtra! ô adverſatrix noſtra! maximum damnum per te nuper recepi: unum enim de ſpecialibus miniſtris meis mihi abſtuliſti. Poſtea vero cum idem Miles, aliquanto tempore in bono propoſito perſeveraſſet, accidit quodam die quod manducaret in domo cujuſdam hoſpitis & creditoris ſui, dum eſſet in ſeculo divitis Burgenſis de
& ex familiaritate cum ſecularibus Nivella, in cujus domo ſeculariter nimis multoties vixerat, & ſuperfluas expenſas (ſicut mos eſt Militum) fecerat. Non enim de facili poterat ab ejus familiaritate ſeparari, cui adhuc debitis adſtrictus erat. Dum autem hoſpes ille plura & delicata fercula ei apponeret, dum epularentur ſplendide; attendens hoſtis iniquus tempus tentationis idoneum, comportavit aggerem, ut caperet civitatem munitam. Reduxit ei ad memoriam gloriam quam habuerat in ſeculo, pepones & allia Ægypti; & ollas carnium, callidus ille tentator ante oculos reducebat.

59 Cum autem jam animo titubaret, &
C quaſi triticum eum Satanas cribraret; clemens
titubare illum cognoſcens, amator hominum, qui neminem permittit tentari ſuper poſſe ſuum, qui linum fumigans non extinguit, & calamum quaſſatum non conterit, ancillæ ſuæ nuntiavit in ſpiritu, qualiter Miles ille dum ſecularium conſortia non vitaſſet, animo languenti fluctuaret. Cumque adhuc mente vagâ multa ſecum deliberans, ad menſam ſederet; ecce nuntius ancillæ Chriſti, expectans clam ad oſtium, ut primo ei loqui potuit, quod ſtatim ad
ad ſe vocatum confirmat: Dominam ſuam veniret, nuntiavit. Cumque ille ad locum, ubi morabatur Chriſti margarita extra Nivellam, veniſſet; invenit eam præ triſtitia & anxietate cordis quaſi languidam; & pedes Crucifixi, quos amplexata fuerat, fluvio lacrymarum rigantem. Tunc ille admirans, & præ verecundia conſternatus animo, dum cauſam quæreret cur lugeret; Merito, inquit, lugeo: pro vobis doleo: pro miſeria veſtra turbata eſt anima mea; qui cum ſpiritu cœperitis, carne conſummamini & conſumi miſerabiliter proponitis; qui poſita manu ad aratrum, retro cum uxore Loth D
aſpicitis, ingratus & immemor beneficii, & ſuperabundantis miſericordiæ illius, qui vos de incendio hujus ſeculi aliis pereuntibus liberavit. Tunc ille ad ſe reverſus, ex tantæ revelationis miraculo ſalubriter compunctus; Ignoſcite, inquit, mea pia Mater, & orate pro me miſero: & ego Deo & vobis promitto, quod conſtanter de cetero in ſervitio illius, qui me per vos revocavit, permanebo. Cum autem mundus eum in aliqua parte retineret, multiſque adhuc ſecularibus implicatum negotiis, ad Potentum curias eum frequenter ire compelleret: tunc ſocii quondam ejus, conſanguinei etiam ac familiares, eum tamquam mortuum lugentes imo tamquam monſtrum digito oſtendentes, alii deridentes, alii blanditiis emollientes, alii contumeliis & injuriis exaſperare & frangere nitebantur.

60 Quidam etiam diaboli ſatellites, virum *eumdem convitiis agitari ſciens,* nobilem & talibus injuriis non aſſuetum, per cappam vel caputium diſtrahebant. Ille vero mirabilem iis omnibus tamquam ſcutum pa-
E tientiam opponens, aliquando more humano aliquatenus confundebatur. Cum autem reverteretur ad propria, tamquam ovis de luporum faucibus evulſa, ad Matris ſpiritualis poſt tantum naufragium recurrebat ſolatium. Quæ mirum in modum divinitus inſpirata, & convitia Chriſti Militi dicta, & opprobria exprobrantium Chriſti, & horam, in qua aliquantulum perturbatus fuerat, prophetico ſpiritu referebat. Heu, aiebat, hac *precibus conſtantem* hora indigebatis auxilio, & ego tunc ora- *reddit:* tiones pro vobis clementi Domino offerebam; ut vobis ex ejus imitatione concederet proſpera mundi deſpicere, & nulla ejus adverſa formidare. Quo miraculo & Chriſti ancillæ ſolatio adeo confortatus erat, quod domum ſuam ſupra firmam petram fundatam, nec ventus, nec pluvia, poterat evertere. Frequenter enim impellebatur ut caderet: ſed Dominus, meritis ancillæ ſuæ, manum ſuam ne laberetur ſupponebat.

61 Aliquando cum eſſet apud Willam- *laqueos ad lapſum amici parare* brock, & videret dæmones callidis machinationibus præparare laqueos occultos, ut caperent aliquos de amicis ſuis quorum lapſus *tos* F
maximum ſcandalum ſimplicibus generare poſſet; tunc ipſa, cum jam arcum inimicus tetendiſſet, ut ſagittaret in obſcure rectos corde, non contenta lacrymis ſeu orationibus, jejunium inchoabat; ſciens quod hujuſmodi dæmonii genus non facile ejiciatur, niſi in jejunio & oratione. Cum autem per dies *jejunio confringit:* quadraginta humiliaſſet in jejunio animam ſuam; tunc demum Dominus ancillæ ſuæ compatiens, nec ejus afflictionem amplius ſuſtinens, quod amicum ſuum ejus meritis liberaſſet, oſtendebat; & in quantam foveam peccati, niſi jejuniis & orationibus ejus oppreſſus fuiſſet inimicus, familiaris ejus amicus corruiſſet, aperiebat. Væ nobis, qui tantum in hac miſeria amiſimus ſolatium, tantum in tentationibus & tribulationibus præſidium; niſi recompenſet nobis in cælo, quod perdidimus in hoc exilio. Licet autem contra varios & multiplices animarum languores, orationum ejus inſtantia efficax eſſet medecina; contra ſpiritum blaſphemiæ & deſperationis ſingulari gratia præminebat. Cumque

inter

A inter alios omnes nequiſſimus ſit ſpiritus ille ad impugnandum, ipſa potentiſſima erat ad ſuccurrendum.

62 Accidit aliquando quod quidam *g* Ciſtercienſis Ordinis Monachus, tantum zelum innocentiæ & puritatis, licet non ſecundum ſcientiam haberet, quod quaſi ad ſtatum primi parentis ex fervore ſpiritus pervenire nitebatur. Cumque diu labore plurimo, ſed caſſo, ſeſe affligendo in abſtinentia & vigiliis & orationibus & lacrymis, primum ſtatum innocentiæ recuperare non valeret; primo cecidit in tædium & acediam. Volebat enim cibaria ſumere, ſed nullam ſenſibilem delectationem dum manducaret ſentire: ſtudebat primos ſenſualitatis motus non ſolum reprimere, ſed penitus extinguere: ſtudebat etiam ſine aliquo veniali vitam ſuam in perfecta puritate cuſtodire. Cum autem, dæmonio meridiano inſtigante, aſpiraret ad impoſſibile, nec ad id ad quod tendebat poſſet aliquo modo, quantumcumque laboraret, pervenire; tandem in foveam deſperationis præ triſtitia dilapſus eſt; adeo quod ſe in

B ſtatu corruptionis in quo erat, nullo modo ſalutem adipiſci ſperabat; utpote quia venialia, quibus omnino carere non poſſumus in hac vita, putabat mortalia: unde nec Corpus Chriſti aliquo modo, etiam diebus illis, quibus inſtitutum eſt in Ordine, volebat recipere. Ecce ad quantum infortunium, ad quantam & quam miſerabilem ruinam, ſub ſpecie boni hoſtis ille antiquus ſimplicem illam traxerat animam; quæ infirma fugiebat medicinam, & quæ propriæ voluntati ſemel renuntiaverat, jugum obedientiæ à ſe repulerat

63 Ut autem fabulam non fabuloſe referam, nec falſa non fallaciter interſeram; Monachus iſte, qui ad ſtatum primi parentis tentabat pervenire, cui aſſimilatur, niſi cuidam ranæ; quæ videns bovem magnæ fortitudinis & pulchræ quantitatis, eidem aſſimilari, & ad ejus quantitatem pervenire voluit. Tunc ſe extendere, dilatare, & inflari magno conamine incepit; ſed fruſtra: quia nec, ſi ſe rupiſſet, bovis quantitatem aſſequi potuiſſet. Frater autem ille dum ſe ſuprà ſe

C extollere voluit, infra ſe miſerabiliter per deſperationem corruit. Cum autem morbum animæ ejus quidam pius & omnium bonorum amicus Abbas cognoviſſet; licet ipſe multique alii ad Dominum pro Monacho preces effudiſſent, prævaluit tamen inimicus; qui eum, quem laqueo forti conſtrinxerat, ſine ceſſatione torquebat. Tunc Abbas, ſanctæ mulieris amicus, utpote qui virtutem ejus minime ignorabat, quam in ſe aliquando per experientiam ſenſerat, ad ancillam Chriſti Monachum fecit adduci. Cumque illa pro Monacho lacrymoſis ſuſpiriis Domino ſupplicaret; mirum in modum, dum ante Miſſæ introitum Monachus Confiteor diceret, & illa inſtantius pro eo preces funderet, quaſi nigri lapilli ad ſingula verba Confeſſionis ex ore Monachi cadere videbantur. Tunc illa percipiens in hoc viſu, quod obſtinatio deſperationis & nigredo triſtitiæ & doloris Monachum reliquiſſent; Domino gratias retulit, qui non vult mortem peccatorum, ſed magis ut convertantur & vivant. Monachus vero poſt Miſſam, quaſi de longinqua regione ad D ſe reverſus, Corpus Chriſti recepit, & ſumpta ſalutari medicina perfecte convaluit. A. JAC. VITRI. EX MSS.

g Monachus ad ſtatum innocentiæ fruſtra nitentem

B indeque in deſperationem lapſus,

ab Abbate ad ſe miſſum ſanat.

ANNOTATA G. H.

a *Ita Ms. Rub. val. & Oigniac. Alia* filiam ſuam.

b *Ex his Ducibus fuit* B. Aufridus, *ſive* Anfridus, *poſtea Epiſcopus Ultrajectinus, mortuus anno* 1208; *ſed circa ætatem hujus Mariæ cœperant etiam Duces Brabantiæ appellari puta* Godefridus III, Incunis *dictus, ejuſque filius* Henricus I, *ambo Lovanii ſepulti.*

c *Addit Rayſſius in Vita ejus hinc extracta,* in clauſtro.

d *Ms. Miræi & noſtrum de* Manechan. *In Oigniac. prius ſcriptum* Meneſer-capella *correctum eſt* Manecha-capella: *quare hanc lectionem teneo licet Rayſſius* Meneſer *præferat & omittat* capella. *Idem tam Joannem de Dionanto, quam hunc Richardum ait floruiſſe anno* 1195.

e *Hanc vaſtationem urbis Leodienſis factam anno* 1212, *ſupra ad Prologum monuimus.*

f Joannes de Nivella, *Doctor Theologus,* E *ex Decano Leodienſi Eccleſiæ S. Lamberti Canonicus Regularis cœnobii Oigniacenſis, in templi choro juxta ſummum altare ſepultus anno* 1233, *quo mortuus eſt* 16 *Martii. Ejus Acta deducit Cantipratanus lib.* 2 *Apum cap.* 31 *num.* 3 *& ſeqq.*

g *Monaſteria Ciſtercienſia magis vicina eo tempore erant* Alna *ad Sabim de qua ſupra actum, &* Camberona *verſus Montes Hannoniæ.*

CAPUT VII.

Spiritu ſapientiæ ad divina cum diſcretione penetranda, & pacem cum hominibus ſervandam donatur Maria.

64 QUoniam in fugiendo mala, per ſpiritum timoris & faciendo bona per ſpiritum pietatis, neceſſaria eſt cautela & circumſpectio diſcretionis; Pater luminum, cujus unctio docet nos de omnibus, ſpiritu ſcientiæ filiam ſuam illuminavit: ut ſciret quid & quemadmodum agendum eſſet vel vitandum, & omne ſacrificium ſuum ſcientiæ ſale condiret. Mala enim ſunt vicina bonis; & plerumque dum vitamus unum vitium, labimur in contrarium: ut cum quis fugit ſuperfluitatem, plerumque decidit in avaritiam; vel quando vitat indumenti ſecularis ornatum, gloriatur in ſordibus veſtium. Vitia enim quandoque ſpeciem virtutum præferunt, unde pernicioſius ſectatores ſuos decipiunt, quia ſe ſub velamine virtutis tegunt. Nam ſub prætextu juſtitiæ crudelitas agitur, & remiſſa ſegnities manſuetudo creditur: plerumque hoc agit *a* Corporis negligentia, quod agere creditur indulgentia. Ipſa vero nec à dextris nec à ſiniſtris declinans, mediam & beatam vitam ſive viam miro moderamine peragebat. Nam & Deo, quod ſuum erat reddebat; & proximorum pacem quantum in ſe erat conſervabat. Non ſolum cum pacificis, ſed etiam cum iis qui oderunt pacem pacifica

CAP. IV *Spiritu ſcientiæ medium tenet,* F

a tribuens Deo, quæ hujus ſunt & pacem cum hominibus ſervans,

A. JAC. VITRI. EX MSS.

fratres ad Cistercien-sem Ordinẽ transferri;

A pacifica erat; prudenter inter homines pravæ nationis conversando, omnibus omnia facta, ut omnes Deo lucrifaceret. Unde & duo fratres ejus secundum carnem, & quidam alii, licet mundo prius dediti, divinitus inspirati, & ejus prudenti admonitione coadjuti, relictis omnibus ad Ordinem Cistercienſem se transtulerunt.

Cant. 2, 7

à contemplatione propter extraneos avelli se

63 Aliquando autem cum dulcius & suavius, quasi unus spiritus cum Domino facta, timoris glutino eidem Domino adhæreret; nuntiabamus ei, quod de partibus remotis aliqui causâ videndi eam venerant, & reverti festinarent. Licet enim adjurasset nos Dominus per capreas cervosque camporum, ne suscitaremus vel evigilaremus dilectam nisi ipsa vellet; tamen quia numquam volebat, sed semper cum Domino cubare in meridie sitiebat, aliquando ex quadam confidentia ipsam suscitabamus. Ipsa vero, audito extraneorum adventu, ne forte aliquem scandalizaret, à suavi illa contemplationis jucunditate, ab amplexibus Sponsi sui, vim sibimet inferens, spiritum suum tanto dolore
B avellebat; quod quandoque, quasi ruptis visceribus, sanguinem purum in magna quanti-

sed violenter patitur,

tate evomebat vel conspuebat; malens hoc affligi martyrio, quam Fratrum, & maxime peregrinorum pacem turbare. Quandoque tamen, cum Spiritu sancto revelante aliquorum, licet adhuc longe existentium, prænovisset adventum; ad rura vel propinqua nemora fugiens, vix per totum diem reperire poteramus latitantem. Quandoque tamen propter indigentium aliquorum utilitatem, nullo nisi Spiritu sancto incitante, cogebatur somnum suum disrumpere. Vade, aiebat spiritus: quia non curiose, sed causâ necessitatis aliquis expectat te. Licet autem quantum ad proximos, non solum bonos, sed etiam discolos mira discretione pacem custodiret; sibi tamen soli indiscreta, valde seipsam nimis abjiciens, & supra modum affligens, nobis aliquando videbatur. Ipsa tamen tanto circa se discretior erat, quanto nihil de se, nisi à Spiritu sancto familiariter edocta, aliquid facere præsumebat. Non enim diem unum sine refectione cibi præterire auderet,
C nisi se absorpta sensualitate, supra se raptam certissime cognosceret. Aliquando tamen, ut pacem coassistentium conservaret, in tali statu aliquid capere tentavit; & nihil penitus capere potuit, sed præ dolore fere defecit.

summa semper discretione utens.

Sub inde sextis sextis comedebat

64 Unde tantam postea prærogativam libertatis obtinuit, quod nemo jam audebat dicere, Cur ita facis? Dumque rationem humana ejus vita excederet, quodam speciali privilegio Deo sibique relicta, omnia judicabat sed à nemine judicabatur. Spiritus autem sanctus frequenter ei rationem ostendebat in agendis vel omittendis quam sensu humano non possemus attingere. Unde cum aliquanto tempore ter in hebdomada cibum sumeret, feriâ sextâ manducabat, die Dominicâ nihil penitus manducando; similiter quintâ feriâ à cibus penitus abstinebat. Cumque nobis potius rationabile videretur, quod sextâ feriâ, qui dies est pœnitentiæ, omnino non manducaret, quintâ autem feriâ vel die Dominicâ cibum sumeret: imo quia dies pœnitentiæ est dies mortis Domini, respon-
D dit mihi ipsa aliquando, Ad sensibilia non sine labore descendo, dum gaudium contemplationis interrumpo, cibum corporalem capiendo. Quintâ vero feriâ, quæ est dies Spiritus sancti, & die Dominicâ, propter gaudium Resurrectionis, spirituali refectione contenta, æternis epulis satiata, totum diem festum ago, dum nullo sensibilis refectionis usu oportet me ad inferiora descendere. Quo audito os ulterius contra ipsam non aperiens silui; & rationem meam nullam reputans, humiliatus sum in oculis meis: sapientia autem justificata est à filiis suis.

quintâ & Dominicâ abstinebat à cibo,

67 Licet autem peccatores per indignationem non abjiceret, sed magis per compassionem prudenti admonitione multos frequenter à via perditionis retraheret; maxime tamen spiritus ejus abominabatur peccata hominum, & iniquorum cohabitationem seu familiaritatem, numquam de se præsumptuose confidens: corrumpunt enim bonos mores colloquia prava; & Dominus discipulis præcepit, dum intrarent civitatem, quod quærerent si Matth. 10
quis esset in ea, in cujus hospitio honestius E & securius manerent. Unde accidit aliquando, quod causâ visitandi aliquos sibi familiares, cum maneret apud Oignies, ivisset ad Willambroc, & in reditu suo per medium Nivellæ transiens, reduxit post hæc ad memoriam peccata & abominationes, quas in villa illa faciunt frequenter seculares; tantamque indignationem & abominationem concepit in corde, quod præ dolore cœpit clamare: quæsitoque cultello ab ancilla sua, cum extra villam esset, volebat cutem à pedibus suis resecare, eo quod per loca transierat, in quibus Creatorem suum miseri homines tot injuriis provocant, tot flagitiis exasperant. Cumque non solum in mente, sed quod mirabilius est, sensibiliter doleret in pedibus, quibus loca prædicta calcaverat; vix tandem, cum multotiens pedes ad terram collisisset, potuit quiescere.

horret peccata & peccatores;

68 Divinis autem Scripturis prudens discretaque mulier sufficienter instructa erat; nam frequenter divinos sermones audiebat, verba sacræ Scripturæ conservans in corde suo: ecclesiæ enim sanctæ frequentans limi-
F na, sacra pectori mandata condebat sagaciter. Et quoniam intellectus bonus omnibus facientibus eum, quod devote audiebat, devotius opere complere satagebat. Unde, cum in ultima ægritudine, jam fere penitus morte vicina deficeret, & aliquis in ecclesia ad populum sermonem faceret; tunc spiritu ejus ad verbum Dei revivisçente, aures invita morti erigebat, cor præparabat, circumstantibus etiam de sermone aliqua verba referebat. Adeo autem Prædicatores & fideles animarum Pastores diligebat, quod pedes eorum post prædicationis laborem mira affectione constringens, etiam ipsis invitis vel diu osculari oportebat, vel præ anxietate cum se subtraherent, clamabat.

sacras conciones libenter audire solita,

69 Multis autem lacrymosis suspiriis, multis orationibus & jejuniis à Domino instantissime postulando obtinuit, ut meritum & officium prædicationis quod in se actualiter exercere non poterat, in aliqua alia persona Dominus ei recompensaret: & quod sibi Dominus

idoneum à Domino concionatorem obtinet,

A Dominus pro magno munere unum *b* Prædicatorem daret. Quo dato, licet per eum Dominus, tamquam per inſtrumentum verba prædicationis emitteret; ſanctæ mulieris precibus cor præparabat, virtutem corporis in labore conferebat, verbum miniſtrabat, greſſus dirigebat, gratiam & fructum in auditoribus meritis ancillæ ſuæ præparabat. Nam pro ipſo ſingulis diebus, dum eſſet in labore prædicandi, Domino & beatæ Virgini dicendo Ave Maria centies ſupplicabat, ſicut prædicante Hilario Martinus orabat. Suum vero Prædicatorem, quem in morte præſentialiter reliquit, Domino devotiſſime commendavit. Cum enim dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos.

& oratione adjuvat,

b

dæmonem ſub ſpecie Paſtoris repellit:

70 Quadam die, dum eſſet in viridario quodam apud Willambrouck, apparuit ei diabolus, quaſi in ſimilitudinem Paſtoris: tunc enim congregaverat impius ille milites multos, qui craſtina die debebant eſſe ad torneamentum, juxta villam, quæ dicitur *c* Traſegnies, & illa nocte habebant hoſpitia ſua apud Nivellam. Cumque impius ille velatus

c

B dæmon, jactaret ſe eſſe Paſtorem; Non es, inquit illa, Paſtor: ſed Magiſtri noſtri, qui prædicant verbum Dei, & paſcunt fideliter animas noſtras, illi veri Paſtores ſunt. Ego, inquit ille nequam & ſuperbus hoſtis, plures habeo greges, & magis mihi obedientes, quam Magiſtri illi: nam ego cognoſco eos, & ipſi me ſequuntur & vocem meam audiunt, & ad voluntatem meam me ſequuntur. Tunc illa ultra ferre non potuit, quod ille ſibi uſurparet nomen Paſtoris, qui hœdos ſuos per paſcua vanitatis ducit ad paſcua æternæ damnationis, ubi mors miſerabiliter depaſcet eos: ſed gemens & miſeris compatiens, relicto dæmone ad eccleſiam confugit: & magno tempore poſt, dum Paſtorem illum peſſimum ad memoriam reducebat, abſtinere ſe à lacrymis non valebat.

teſtimoniis ſacræ Scripturæ plurimum proficit,

71 Licet autem unctione Spiritus ſancti, & divinis revelationibus doceretur interius; teſtimonia tamen Scripturarum, quæ Spiritui ſancto penitus concordabant, libenter audiebat exterius. Nam quamvis Dominus diſcipulos interius illuminans, ſine voce poſſet inſtruere; exterius tamen vocis officio docens,

C Joan. 13, 10 Scripturas etiam eis exponebat, quibus ipſe dixit: Jam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Ipſa igitur de die in diem divinæ Scripturæ ſermonibus amplius lavabatur ad munditiam, ædificabatur ad morum exornationem, illuminabatur ad fidem; ſi tamen fides in ea proprie dici valeat, quia Domino revelante inviſibilia, quaſi viſibiliter fide oculata percipiebat. Aliquando enim cum eſſet in quadam villula, quæ dicitur *d* Itere juxta Nivellam, & præſente ipſa puer quidam ad oſtium eccleſiæ catechizaretur; vidit immundum ſpiritum à parvulo cum magna confuſione recedentem. Cumque ipſum puerum de ſacro fonte levarent,

d in Baptiſmo videt dæmonum receſſum,

& Spiritus ſancti acceſſum; aperti ſunt oculi ejus, viditque Spiritum ſanctum in animam pueri deſcendentem, ſanctorumque Angelorum circa renatum infantem multitudinem.

in Hoſtia ſpeciem pueri,

72 Frequenter autem, dum Sacerdos levaret Hoſtiam, inter manus Sacerdotis vidit pueri pulchri ſpeciem, & cæleſtium ſpirituum cum lumine non modico exercitum deſcendentem. Quando vero poſt *e* Confeſſionem, D Hoſtiam Sacerdos reciperet, ipſa videbat in A. JAC. ſpiritu Dominum in anima Sacerdotis remanere, & eum mirabili claritate illuſtrantem; VITRI. vel, ſi indigne ſumeret, videbat quod, Do- EX MSS. mino cum indignatione recedente, anima miſeri vacua & tenebroſa remaneret. Licet autem in eccleſia præſens non eſſet, ſed in cella ſua, opertis ex more oculis velo candido, oraret; cum Chriſtus in prolatione verborum Sanctorum in altari deſcendebat, tunc ipſa mirabiliter immutata adventum ejus ſentiebat. Quando vero Unctionis extremæ ipſa præſente infirmi Sacramenta ſuſciperent; ipſa cum Sanctorum multitudine Chriſtum præſentem ſentiebat, qui infirmum miſeri- *præſentiã.* corditer roborabat, dæmones expellebat, animam purgabat; & ſe quaſi in lumine per totum corpus infirmi, dum diverſa ejus membra ungerentur, transfundebat.

e

& ſtatum ſacrificantis:

in Unctione extrema Chriſti

ANNOTATA D.P.

a *Ms. Rubeæ-vallis & Oign.* corporis.

b *Hic debere intelligi,* Jacobum de Vitriaco, *hujus Vitæ ſcriptorem, infrà num.*79 *indicatur: de eoque etiam locum hunc explicat Cantipratanus in Vita S. Lutgardis lib.*2 *num.*3. E

c Traſegnies *antiquiſſimum & nobiliſſimum dominium, nunc Marchionatûs titulo honoratum, prope Binchium in Hannonia diſtat Nivellâ in meridiem* 3 *magnis horis. De eo vide prolixe & erudite tractantem Baronem le Roy, in topographia hiſtorica Gallo-Brabantiæ lib.*1 *cap.*55; *ubi etiam pulcherrimæ arcis iconiſmum habet.*

d Itere *duplex eſt, inferius & ſuperius; hoc unâ, iſtud ſeſquileucâ diſtans Nivellâ, cum titulo Baronatûs: de quo vide opus prælaudatum lib.*1 *cap.*38.

e *Ita Ms. Oigniac. ubi nomine* Confeſſionis *intelligitur formula, immediate præcedens Communionem Sacerdotis, tertioque repetita,* Domine non ſum dignus. *Ms. Rub.* Confectionem, *alia* Conſecrationem, *qui duo termini idem ſignificant, partem ſcilicet ſacerrimam Miſſæ, ſed à Communione remotiorem.*

CAPUT VIII.

F

Spiritu fortitudinis contra adverſa munitur, & ſpiritu conſilii conſiderate agit ac ſuadet Maria.

CAP. V

Spiritu fortitudinis contra adverſa præmunita,

73 SEd quoniam parum prodeſt per ſpiritum timoris mala vitare, per ſpiritum pietatis bona agere, per ſpiritum ſapientiæ in omnibus diſcretionem habere; niſi per fortitudinem malis imminentibus reſiſtamus, bona noſtra per patientiam conſervemus, per conſtantiam uſque in finem perſeveremus, per longanimitatem vitæ æternæ præmium expectemus; Pater ejus, apertis theſauris ſuis, quarto lapide pretioſo, ſcilicet ſpiritu fortitudinis, filiam ſuam exornavit, & contra omnia adverſa præmunivit; ut nec adverſitatis impulſu frangeretur, nec proſperitatis blandimento elevaretur; ut contumelias cum tranquillitate ſuſtineret, ut nulli malum pro malo redderet; ſed benedictionem maledictioni, benignitatem impietati opponeret.

A Bonum pro malo reddebat, calumniantibus
A. JAC. VITRI. EX MSS. non respondebat, pro persecutoribus orabat: per constantiam mentis in proposito perseveverans, per firmitatem animæ omnia æquanimiter portans, per magnanimitatem difficilia sponte aggrediens, per securitatem imminentes incommoditates non formidans: per fiduciam certam spem certam habens bonum propositum in bonum finem perducendi, per magnificentiam sancti & præclari propositi dans consummationem.

74 Non solum autem in persecutionibus, seu flagellis patientiam habebat, sed in tribulationibus gaudebat, & disciplinam Domini cum magno desiderio apprehendebat. Unde *cum gaudio suscipit morbum,* cum in ultima ejus infirmitate, jam fere per dies quadraginta graviter laborasset, & quæreremus ab ea, utrum ejus infirmitatis dolor in tædium aliquo modo veniret; Imo, inquit illa, *& augeri optat:* vellem, si placeret Deo, quod quadragena ista de novo inciperet; & quod mirabilius est, subjunxit, quod numquam infirmum vidisset, quin ejus, quantacumque esset, infirmitatem desiderasset. Væ vobis qui in angaria Cru-
B cem Domini fertis; qui Domini disciplinam abjicitis; qui virgam Domini ferientis, dum contra flagellum murmuratis, tamquam canis insaniens mordetis; qui dolorem corporis cordis impatientis dolore duplicatis. Hæc autem pretiosa Christi gemma, disciplinati cordis exultatione quasi insensibiliter affligebatur, dulciter torquebatur: interior enim suavitas, dolorem exterius perungebat, & pondus infirmitatis alleviando demulcebat. Aliquando autem, cum præ dolore paralysis cla- *nec cupit pro alleviatione orari* maret, & pectus suum tundere cogeretur; quidam ejus familiaris ei compatiens, in loco quodam latebat, & pro ipsa Domino supplicabat. Tunc illa, piis devoti hominis orationibus infirmitatem suam in aliquo minui sentiens, Vade, inquit ancillæ suæ, & dic homini illi, ut cesset orare pro me: nam orationum ejus medicinâ, disciplinæ meæ, dum melius habeo, incurro detrimentum. Cum autem aliquando vexaretur aliquo gravamine, quidam ex amicis suis, occulte tantum in corde dolebat de ejus vexatione. Tunc illa, secreta cordis illius Do-
C mino revelante cognoscens, misit ancillam *aut condoleri sibi,* suam ad illum dicens; Dic illi, ne amplius doleat pro me: illius enim gravamen aggravat cordis mei dolorem: non enim possum sustinere quod doleat pro me: plus enim gravabatur aliorum doloribus, quam suis infirmitatibus.

75 Non solum autem per spiritum fortitudinis habebat patientiam resistendi adversis, *carnem spiritui subjectam sic habuit,* sed etiam ab omnibus carnalibus illecebris abstinendi. Adeo enim corpus suum castigaverat, & in servitutem redegerat, quod ad nutum suum corpus spiritui obediebat, in nullo contradicens, nulla simulatione se excusans: nec contra Dominum murmurabat, sed Domini sui fortitudinem imitando, numquam ignavia torpebat, numquam vel raro labore corpus suum deficiebat. Adeo autem corpus suum juvencula illa tympanistria, quasi inter duo Crucis ligna extendendo, desiccaverat; quod numquam per plures annos, primos etiam libidinis motus contra se insurgere senserat. Ex quo tantam fiduciam et- iam inter homines habebat, quod omnes si- D bi similes ex abundantia innocentiæ, & pura simplicitate æstimabat. Unde cum quidam ejus familiaris amicus, ex nimio spiritualis affectionis excessu, manum ejus aliquando stringeret, licet casto animo nihil turpe cogitaret; sensit tamen tamquam homo ex illa nimia vicinitate, primos motus sibi insurgere. Cumque illa prorsus hoc ignora- *ut primos etiam motus nescierit.* ret, audivit vocem ab excelso, scilicet, Noli tangere me, nec tamen intellexit quid significaret. Deus enim mitis, & nostris infirmitatibus compatiens, noluit illum coram sancta muliere verecundiâ confundere: volebat tamen, tamquam zelotes amicæ suæ castitatem custodire, & illum propter imminentia pericula castigare. Unde cum illa diceret ei, Audivi nunc quamdam vocem, sed quid significet prorsus ignoro; scilicet, Noli tangere me: ille, quid hoc esset intelligens, & sibi de cetero diligentius cavit, & Domino qui ejus infirmitatem detegere noluit, gratias agens recessit.

76 Per spiritum autem consilii, nihil præ- CAP. VI cipitanter, nihil inordinate agens, omnia dili- E genter, provide, & cum deliberatione faciens, in omnibus agendis vel omittendis ex- *Spiritu consilii instructa licet* pectabat eum, qui salvam faceret eam à pusillanimitate spiritus & tempestate; nihil per pusillanimitatem omittens, nihil tamen tempestuose, nihil inconsiderate, nihil impetuosa mente peragens. In omnibus viis suis palpebræ ejus præcedebant gressus suos; omnia cum *& summe prudens.* consilio faciens, ne post factum vel in modico pœniteret. Quid enim sine gravitate, sine consilii maturitate facere posset? cujus mentem repleverat, cujus animam inhabitabat, qui ait de seipso; Ego sapientia in con- Prov. 8 siliis habito, & eruditis interfum cogitationibus. Licet autem familiari Spiritus sancti consilio interius uteretur, licet divinis Scripturis sufficienter instrueretur; præ nimia ta- *tamen aliorum judicio se subjicit.* men humilitatis abundantia, ne sapiens in oculis suis videretur, aliorum consiliis, propriæ voluntati abrenuntiando, seipsam libenter & devote subjicere non dedignabatur.

77 Multi etiam de familiaribus amicis ejus, *Non nisi præmissa oratione* qui divinam ejus prudentiam frequenter ex- F perti erant, sine ejus consilio nihil magnum facere audebant: quod enim humana ratione scientiæ non poterat, præmissa oratione divinitus inspirata sciebat. Unde cum quidam ejus amicus, mediocritate sua contentus, tanto securius quanto ab oculis humanis abstractus, & à pompa seculari remotus, Domino in humilitate serviret; & à quodam No- *consilium dat,* bili requireretur, ut magister ejus esset, qui ei equos & vestes & alia multa bona copiose provideret; mulierem sanctam consuluit, quid agendum sibi esset. Illa vero, sicut nihil unquam de se præsumebat, oratione præmissa, postquam ab arcanis divinorum consiliorum thalamis reversa respondit: Vidi vobis in hoc facto nigrum equum præparari, qui versus infernum hinniebat, & dæmonum exercitus applaudebat: maneatis ergo secundum consilium meum in hac vocatione, in qua vocati estis à Domino, ne per ambitionem & seculi pompam detis occasionem diabolo.

78 Alias vero inter amicos suos tanto sibi ca-

A carior, quanto humilior, cum haberet Præbendam unam ſibi mediocriter ſufficientem, multis devictus precibus recepit aliam, quæ & dignitate major, & redditibus erat abundantior. Cumque ille, prout devotus ſatis & moratus erat, Chriſti ancillam conſuleret, utrum Deum in hoc facto offendiſſet; illa more ſuo modicas reſpondendi quærens inducias, tandem divinitus inſpirata, & divinis revelationibus abſque ullo dubietatis ſcrupulo certificata; Videbam, inquit, hominem veſtibus albis indutum, & ſatis ad curſum expeditum, nigro pallio ſuperindui, & ſarcina inutili onerari. Cum hæc & his ſimilia alia dixiſſet; ille, qui jam in ſe à Domino præſenſerat id quod illa divinitus proferebat; primam ſibi ſufficientem retinuit, & aliam ſine mora, ne locum alterius ambitioſe occuparet, vir prudens &, Deum timens, & ſalubri conſilio acquieſcens, reſignavit. Ignoſcite mihi, fratres, qui dignitatem dignitati adjungitis, & Præbendam Præbendæ copulatis. Non eſt meum quod retuli, ſed Chriſti revelantis: parcite ancillæ

diſſuadet Præbendæ tenuis pro meliori mutationē,

B Chriſti, nolite detrahere innocenti. In quo enim vos læſit, ſi amico ſuo ſalubriter conſuluit, ſi veritatem quam à Domino audivit retulit. Sed vos ſæpius forte dum Gratianum revolvitis, vel libellum iſtum numquam inſpicitis, vel ancillæ Chriſti viſiones phantaſmata ſeu ſomnia, ridendo more veſtro, repudiatis: nam Phariſæi Dominum, dum de avaritia diſputaret, & divites regnum cælorum nequaquam poſſe introire diceret; non ſolum deridebant, ſed tamquam inſanum judicabant.

79 Ut autem ſine perſonarum acceptione magnalia ſanctæ mulieris referam, mihi etiam non parcam, ſcilicet infelicitatis meæ referam hiſtoriam. Dum verbum Dei licet indignus laicis ſimplicibus prædicare inciperem, & necdum exercitium ſeu conſuetudinem faciendi ſermonem ad populum haberem; ſemper mihi metuens, ne forte ſermone imperfecto deficerem; multa mihi undecumque colligebam, multis vero congregatis quidquid in mente habebam in medium proferre volebam: [Totum enim ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens verò reſervat in poſterum]. Cumque tanta prodigalitate meipſum

ſcriptori medelam ultro confert

C confunderem, ad me poſt ſermonem revertens, quaſi quoddam mentis tædium, eo quod inordinate & incompoſite multa mihi dixiſſe videbar, incurrebam. Cumque hujuſmodi triſtitiâ aliquando Chriſti ancilla me depreſſum conſpiceret; ego præ verecundia cauſam ei revelare recuſabam, & quod miſerabilius erat, cum aliquis, tamquam bene & ſubtiliter dixiſſem, me libenter auſcultando (ſicut mos eſt) poſt ſermonem commendaret, in hoc aliquam conſolationem recipiebam. Erubeſco turpitudinem meam publicare, ſed laudes ſanctæ mulieris non auſus ſum abſcondere. Quæ cum aliquando prædictæ triſtitiæ nubilo me confuſum, & tamquam confuſibilem operarium ad ſe vocaret; duplex vulnus tentationum, quibus in abſcondito fauciatus eram, mihi mirabiliter aperuit. Vidi, inquit, ſimilitudinem quaſi hominis nubiloſi, ſuperfluitate capillorum cooperti: quædam autem meretrix ſubornata, quibuſdam quaſi radiis ſplendida, eum blande

ad triplicē quam concionans patiebatur tentationē;

intuendo circuibat: facto autem pluries circulo, unum de radiis ſuis verſus eum projiciens, partem tenebrarum effugabat. Ad hanc ejus parabolam, me triplici morbo laborantem ſtatim certiſſime deprehendi. Capillata enim ſuperfluitas mihi triſtitiam generabat: meretrix vero ſubornata, id eſt, elatio, radiis adulationis, miſerabile ſolatium mihi conferebat. Quibus te laudibus, ô ſancta mulier efferam neſcio, quæ ſecretorum Dei [eras] conſcia. Hominum cogitationes non fruſtra tibi Dominus aperiebat, ſed orationibus tuis virtutem medendi languoribus conferebat. D

A. JAC. VITRI. EX MSS.

80 Cum autem familiaris eſſet cujuſdam bonæ & ſanctæ juvenculæ, * Heldewidis nomine, quæ erat Incluſa apud Willambrouck, quam valde diligebat, & velut mater filiam in Domino nutriebat fere per annos duodecim; cum illa juvencula aliquo gravamine tentaretur, ipſa tentationes & cogitationes cordis ejus eidem juvenculæ, admiranti quomodo mentem ejus cognoſceret, aperiebat, & contra imminentes tentationes eam prius longe quam accidiſſent præmuniebat. Cum autem Incluſa illa ex Magiſtri Guidonis præſentia, qui tunc in eccleſia de Willambrouck Capellanus erat, maximam haberet conſolationem: (quoniam quæ ſubito accidunt majorem perturbationem inducunt) prædixit ei per dimidium annum, antequam Magiſter ille, cum Fratre ſuo Ioanne à Willambrouck deberet recedere, multis exhortationibus præmonendo, ut in pace ſuſtineret eorum abſentiam, quorum valde diligebat præſentiam. De quadam etiam religioſa muliere, nomine * Beſelene, quæ diu ancillæ Chriſti religioſe & fideliter miniſtraverat, ex cujus præſentia, prædicta Incluſa magnum ſolatium habebat, longe ante prædixit, quod ab ejus miniſterio receſſura eſſet, & quod ſine perturbatione, quod Dominus proviserat, ſuſtineret. Aliquando autem quidam Magiſter, cum eſſet in Francia, ad locum de Oignies venire propoſuerat. Cumque unus ex Fratribus ejuſdem domus, ut Magiſtrum illum adduceret, uſque Pariſius ire proponeret; Suſtinete, inquit illa, & nolite feſtinare, nam nuntius, quem Magiſter mittit ad nos, jam eſt in itinere. Et ita conſilio ejus Frater ille remanſit, & nuntium illum quem illa venturum prophetico ſpiritu prædixit, apud Oignies donec veniret expectavit. Cum autem prædictus Magiſter, ut limina Apoſtolorum viſitaret, Romam profectus fuiſſet; fama mendaciter nuntiante crediderunt amici ejus, quod mortuus eſſet, & doluerunt. Cumque Miſſam pro eo quidam celebrare vellent; Non mortuus eſt, inquit illa, ſed vivit, & tali die vivus & ſanus revertetur; à Roma receſſit. Omnibus autem admirantibus, & Miſſarum ſuffragia differentibus, ſicut illa nuntiavit, ſic rei eventus comprobavit.

** al.* Helindis *ſimiliter Incluſæ cuidam conſulit,*

E

in futurum eam præmuniens.

** al.* Beſele

F

per ſpiritū prophetiæ,

quo etiam novit abſentia.

A

A. JAC. VITRI. EX MSS.

CAPUT IX.

Spiritu intellectûs divina contemplatur: absentia & futura cognoscit.

CAP. VII

81 His igitur ornata monilibus filia Hierusalem, his prædictis Spiritus sancti donis, tamquam luminaribus illustrata; purificato corde per spiritum intellectus in cælestibus conversabatur. Adeo enim elegerat suspendium anima ejus, quod plerumque, dum volaret sublimius per diem integrum, quandoque etiam per plures, [non] reverberata radiis solis ad inferiora, solem justitiæ velut aquila intuebatur. Hujus solis radiis, ab omni sensibilium humore desiccata, ab omni corporalium imaginum nube purgata, absque omni phantasia seu imaginatione, formas simplices & divinas quasi in puro speculo suscipiebat in anima. Relegatis enim à se formis sensibilibus, uniformes & invariabiles supercælestium species, quanto summæ, simplici, & invariabili Majestati magis accedebant, tanto in ejus animo pueris resultabant. Cumque subtilis & attenuatus spiritus ejus, incendio pii amoris concrematus, tamquam virgula fumi ex aromatibus, super cælestia penetraret; & quasi per quosdam gradus in regione vivorum perambulans, per vicos & plateas quærebat quem diligebat; nunc sanctarum Virginum liliis delectata, nunc sanctorum Martyrum rosis odoriferis recreata, aliquando à sanctorum Apostolorum senatu venerabiliter recepta, quandoque Angelorum cœtibus sociata; cum per omnes gradus ascendisset, cum omnia paradisi loca animo lætanti perambulasset, cum omnia pertransiisset; inveniebat tandem quem ardenter ejus anima desiderabat; ibi demum perfecte quiescebat, ibi immobiliter fixa permanebat: sed omnium posteriorum oblita, non jam pro amicis quantumcumque caris poterat orare, nec etiam de sanctis Angelis cogitare; & omnes Sanctos quasi post se relinquendo, illi adhærebat, quem ardenter sitiebat.

Spiritu intellectus penetrat ad ipsam divinitatem contemplandam:

82 Cum autem librum Vitæ vicinius inspicere:, multa per spiritum intellectus in eo percipiebat. Unde tribus annis antequam homines signarentur contra hæreticos Provinciales, dixit, quod videret Cruces super hominum multitudinem de cælo copiose descendentes. Nulla tamen adhuc in partibus nostris fiebat mentio de illis hæreticis: & tunc frequenter ei in spiritu, quasi conquerendo, Dominus dixerat, quod terram illam fere totam amiserat, & quod de partibus illis quasi exul ejectus erat. Quando autem *a* sancti Christi Martyres, qui zelo Crucifixi à longinquis partibus, ut Christi dedecus vindicarent, devenerant ad locum qui dicitur *b* Mons-gaudii, ibidemque ab inimicis Crucis Christi interfecti sunt; ipsa, licet per tanta terrarum spatia remota esset, vidit sanctos Angelos gratulantes, & interfectorum animas absque aliquo purgatorio ad superna gaudia deferentes. Unde tantum hujus peregrinationis concepit ardorem, quod vix retineri posset, si sine scandalo proximorum aliquo modo id peragere valeret. Cumque quasi ridendo ab ea quæreremus, quid illic si perveniisset faceret; saltem ajebat illa, Dominum meum honorarem, illic nomen ejus confitendo, ubi toties impii abnegaverunt eum blasphemando.

B

C

prævidet Cruces è cælo lapsas,

& cædem Christianorum:

a

b

quibus optat adesse,

D

83 Cum autem quidam familiaris noster & amicus domus nostræ apud Oignies, Cruce-signatus moreretur; vidit illa dæmonum multitudinem, quasi rugientium præparatorum ad escam. Cumque illa dæmones increparet, & ut recederent à Christi ministro, qui Crucis vexillo munitus erat, præciperet; illi multa ei crimina malitiose imponebant, & quod in veritate non processisset ei objiciebant. Cumque illa pro infirmo Domino supplicaret; vidit quamdam Crucem lucidam super ipsum descendentem, eum undique protegentem. Et licet homo ille morte prævenitus peregrinationem suam non perfeciisset; magna pars purgatorii, eo quod voluntatem haberet, nec stetit per eum, eidem Cruce-signato dimissa est, sicut sanctæ mulieri Dominus revelavit.

& Cruce signato mortuo

novit dimissam partem purgatorii:

E

84 Quidam autem amicus noster, nobilis genere, sed nobilior fide, Deo devote serviens, & omnia pro Christo, quantum in se erat relinquens; uxorem quamdam, secularem valde & proposito suo contradicentem habebat. Cumque ille valde timeret, ne mala uxor eum à domo sua ejiceret; (tria enim sunt, ut ait Salomon, quæ hominem à domo sua ejiciunt, fumus, stillicidium, & litigiosa & mala uxor) sancta mulier compatiens juveni, multas pro uxore ejus orationes Domino obtulit; & nobilem illum virum blande consolando, prædixit, quod uxor ejus ad Deum in proximo converteretur: quod & factum cognovimus, & Domino gratiarum actiones retulimus. Nam & ipsa perfecte mundi vanitatem despiciens, sicut prius piæ mariti voluntati & proposito contraria fuerat, sic postmodum promovebat & quasi præcedendo trahebat, quem prius impediendo retrahebat. Quadam die, dum Canonicus quidam ecclesiæ S. Gertrudis in Nivella extrema laboraret ægritudine, volebant Fratres de Oignies obitus ejus diem justa ex causa scire. Cumque cuidam laico de Nivella, qui tunc erat apud Oignies, dicerent ut recederet & quando moreretur Canonicus, eis nuntiaret; Si vis, inquit ei sancta mulier, opportune quod tibi injunctum est nuntiare, oportet te mane recedere & iter arripere. Cumque ille crastina die Nivellam ingrederetur, jam pro defuncto campanæ pullabantur.

viro pio pro uxore vana solicito,

convertendam cito prædicit:

& qua hora moriturus quidam sit,

F

85 In nocte tertiæ feriæ, quæ est ante Caput-jejunii, quando solent homines secularis comessationibus vacare; vidit aliquos dæmones, à quadam muliere religiosa tristes & confusos revertentes: qui quidem tentationibus graviter eam impugnaverant, sed Domino succurrente nequaquam prævaluerant. Cum autem post hæc à muliere quæreretur, quomodo ei fuisset; Ego, inquit illa, vehementer fui gravata, sed illâ horâ fui per gratiam Dei liberata. Et cognovit quod illo tempore viderat dæmones confusos recessisse. Quidam autem Sacerdos aliquando præsente ea Missam celebrabat; & quia pro Sacerdote illo frequenter orabat, proposuit ille, cum non haberet majus aliquid quod ei tri-

Videt dæmones tristes à tentatâ recedere:

novit Missam pro se offerri,

A tribueret, ne ingratus videretur, quod pro illa Miſſam illam celebraret. Cumque Sacerdos Miſſam finiſſet, ait illa Sacerdoti; Miſſa iſta mea fuit: hodie enim pro me Filium Patri obtuliſti. Cumque ille miraretur, & quæreret quomodo hoc cognoviſſet (nam ſolus Dominus Deus hominum novit cogitationes) Ego, inquit illa, vidi columbam pulcherrimam ſuper caput veſtrum in altari deſcendentem, quæ quaſi volitando alas ſuas ad me extendebat; & cognovi in ſpiritu, quod Spiritus ſanctus Miſſam illam ad me transferebat.

item qui digne eam celebrent:

86 Quando autem Sacerdotes Miſſas digne & devote celebrabant, videbat ſanctos Angelos gaudentes, & Sacerdotibus cum magna hilaritate cooperantes, & eoſdem Sacerdotes vultu benigno intuebantur, eoſque devotiſſime venerabantur. Væ Sacerdotibus miſeris, Judæ proditoris ſociis; qui Chriſtum iterum quantum in ſe eſt crucifigunt, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducunt; qui manibus pollutis, oculis impudicis, ore venenato, corde impuro, dum ad reverendum Sacra-
B mentum irreverenter accedunt, Angelos ſanctos aſſiſtentes offendunt, & de ſalutari medicina mortem ſibi miſerabiliter acquirunt. Aliquando cum quidam amicus ſibi cariſſimus *c* Pariſiis in Sacerdotem ordinaretur, ipſa corpore abſens, ſpiritu præſens, quemadmodum & quomodo eſſet ei, dum in Sacerdotem ungeretur, & ordinationis locum, & Sacerdotis habitum, & ordinati animum & ſic omnia vidit; & admiranti Sacerdoti, ſicut viderat, retulit. Cumque ei litteras quaſdam per ipſius nuntium Pariſius mitteret, inter alia quædam ſcripſit, quæ Sacerdos ille donec completa eſſent intelligere nequivit. Hæc ſcilicet vel his ſimilia: Arbor nova jam floruit, cujus primos fructus mihi Dominus deſtinavit. Cum autem Sacerdos primam Miſſam ſuam in Francia celebrare propoſuiſſet, accidit, ſicut Domino placuit, quod apud Oignies præſente Sancta muliere, primo celebravit.

c abſens novit Pariſiis facta in ordinatione Sacerdotis,

& primâ ejuſdem Sacrum,

coram ſe faciendum.

ANNOTATA G.H.

C a *Primus tunc occiſus fuit B. Petrus à Caſtro-Novo, Legatus Apoſtolicus, & primus Inquiſitor fidei ex Ordine Ciſtercienſi, cujus Acta dedimus* v *Aprilis. Aſt hic videntur intelligi* Peregrini Cruceſignati, anno 1211 à Comite Fuxenſi & Rogerio Bernardi filio ejus crudeliter interempti, qui cum indulgentia peccatorum veniebant in auxilium & ſuccurſum Comitis Simonis, ad exercitum Domini verſus Vavrum; cum apparuit in loco ubi occiſi fuerunt peregrini, columna ignis lucens, & deſcendens ſuper corpora occiſorum, qui jacebant reſupini, brachiis in modum Crucis extenſis. Venerabilis vir Fulco Epiſcopus Toloſanus præſens & fuit & vidit, & teſtimonium perhibuit veritati. *Ita Chronicon, à Catello editum cum Hiſtoria Comitum Toloſanorum.*

b Mons-gaudii *à Catello lib.* 2 *dictæ Hiſtoriæ pag.* 265 *appellatur Gallice*, Mongauſy.

c *Hunc fuiſſe ipſummet ſcriptorem Jacobum, apparet ex Supplemento num.* 2.

D

A. JAC. VITRI. EX MSS.

CAPUT X.

Spiritu ſapientiæ attrahitur Maria ad guſtandum ſuavitatem Dei, in feſtis Chriſti & Sanctorum.

87 UT autem opus ſuum prudens Artifex, templum ſuum ſummus Sacerdos, filiam ſuam Rex excelſus, ad perfectionis culmen perduceret, ſeptimo ſeptiformis Spiritus dono, quaſi ad condimentum aliorum; eam honeſte decoravit, & excelenter ornavit; ſcilicet ſpiritu ſapientiæ, quod primum eſt dignitate, ultimum vero conſummatione. Hujus ſapientiæ ſapore vidit & guſtavit quoniam ſuavis eſt Dominus: cum ſicut adipe & pinguedine repleretur anima ejus; & cum de menſa Domini cum Joſeph inebriaretur in meridie, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum; cum de Sponſi labiis lac & mel manducaret; hujus melliſluæ ſapientiæ dono cor ejus medullitus afficiebatur, & verba dulcorabantur, omniaque ejus opera ſuavitate ſpiritualis unctionis impinguabantur: [erat enim] mitis corde, dulcis ore, ſuavis opere, ebria in caritate. Adeo autem ebria & à ſenſibilibus abſtracta fuit; quod aliquando, cum ad Nonam ſeu Veſperas pulſaremus, quaſi evigilans quæreret, utrum adhuc Prima eſſet. Aliquando, cum in lecto ſuo per tres dies continue jacuiſſet, & cum Sponſo ſuaviter quieviſſet; præ nimiæ jucunditatis dulcedine dies illi adeo furtive labebantur, quod vix per unum momentum ſibi jacuiſſe videbatur. Mirabili autem affectionum varietate Deum aliquando eſuriebat, quandoque vero eum ſitiebat. Et quoniam ſcriptum eſt, Qui edunt me adhuc eſurient, Eccl. 24. 29 & qui bibunt me adhuc ſitient; quanto plus Dominum ſentiebat, tanto magis deſiderium creſcebat: anxiebatur, clamabat, & ut remaneret ſupplicabat; & ne recederet quaſi inter brachia amplexando ſtringebat, ac ut ſe amplius ei oſtenderet cum lacrymis obſecrabat.

CAP. VIII *Spiritu ſapientiæ ſuavitatem Dei guſtanti Mariæ*

omne tempus videtur breviſſimum.

88 Aliquando autem per dies tres vel plures, ut ſibi videbatur, eumdem quaſi parvulum inter ubera commorantem ſtringebat, & ſeſe, ne videretur ab aliis, occultabat. Aliquando cum eo, tamquam cum puero, oſculando; aliquando tamquam agnum manſuetum, juxta gremium; quandoque quaſi columbam, ad ſolatium filiæ ſuæ, pius Virginis Filius ſe oſtendebat. Quandoque quaſi aries, ſtellam lucidam habens in fronte, circumiens eccleſiam, fideles ſuos (ut ei videbatur) viſitabat. Sicut enim dubitantibus diſcipulis ſub ſpecie peregrini Dominus ſe oſtendit, ſicut *a* cum B. Thomam mitteret ad Indos, *a* formam mercatoris accepit; ſic amicis ſuis ad ſolatium ſub amicabili ſpecie ſe dignatur oſtendere: ſicut teſte S. Hieronymo, *b* S. Paula *b* cum veniret Betlehem, vidit eum ut parvulum jacentem in præſepio. In diverſis autem Domini ſolemnitatibus, quaſi configuratum ſolennitati ſuæ, ei ſe oſtendebat; ut in Nativitate, quaſi puer ubera Virginis Matris lactans vel in cunabulis vagiens; & tunc ad eum afficiebatur tamquam ad puerum, ſe-

F

Chriſtum ſub variis figuris viſum veneratur

pro varietate feſtorum,

A cundum varias oſtenſiones, varias habens affectiones: & ita ſingulis annis renovabantur
A. JAC. VITRI. EX MSS. feſtivitates. In feſto Purificationis videbat beatam Virginem, filium ſuum in templo offerentem, & Simeonem eum inter ulnas recipientem; & in hac viſione non minus exultabat præ gaudio quam ſi præſens fuiſſet cum hoc accidit in templo. In hac autem feſtivitate aliquando, cum cereus ejus diu extinctus fuiſſet in proceſſione, ſubito lumen clariſſimum, nullo niſi Deo accendente, recepit. In paſſione autem aliquando Dominus ei in Cruce apparebat, ſed raro, quia vix ſuſtinere poterat. Cum appropinquaret aliqua magna ſolennitas, quandoque octo diebus gaudium ante ſentiebat, & ita ſecundum totius anni curſum variis modis mutabatur, & mirabiliter afficiebatur.

89 Quando autem alicujus Sancti dies feſtus imminebat, Sanctus ille feſtum ſuum ei
Sanctis ſua ſi revelantibus, annuntiabat; & in die ſuo ad eam veniens, cum ſociorum cæleſtium multitudine, eam viſitabat; ita quod cum Sancto illo per totum diem ſpiritus ejus cum gaudio quieſceret. Ex familiari autem & frequenti Sanctorum collocutione, ſicut aliquis unum de vicinis ſuis ſcit ab alio diſtinguere, ita unum Angelum vel Sanctum ab alio diſtinguebat. Quandoque etiam Sanctus aliquis, in partibus iſtis prorſus incognitus, feſtum ſuum, quod in remotis partibus fiebat, ut in ejus ſolennitate gauderet, ei annuntiabat. Nullo etiam nuntiante diſtinguebat palato cordis dies feſtos à non feſtis, eo quod dulcius ſapiebant ei dies ſolennes quam ſimplices: celebrabat enim feſtos dies in animo ſcriptos, & impreſſos in corde ſuo tamquam in Martyrologio. Unde cum eſſet aliquando in *c* eccleſia S. Gertrudis, in villula quæ dicitur
campanas trahit ad S. Gertrudis, Lenlos, & quoddam feſtum S. Gertrudis Virginis in craſtino eſſe deberet, & Sacerdos ejuſdem villæ feſtum illud non adverteret; ipſa in animo ſuo ſentiens ſolennitatem imminere, non jam ſe poterat continere. Cumque Sacerdos non compareret, vel alius qui campanas, ſicut fieri ſolet in feſtorum dierum veſperis præcedentibus, pulſaret; ipſa de loco ſuo ſurrexit, & campanas prout potuit pulſare cœpit. Quo audito Sacerdos admirans, & ad eccleſiam currens, Cur, inquit, tamquam ſit feſtum, pulſatis? cum non habeamus in conſuetudine, niſi ſit feſtum,
cujus diem Parochus oblitus fuerat indicare: hâc horâ pulſare. Tunc illa, verecunda & pavida; Ignoſcite mihi Domine, inquit, magnum enim feſtum, ſed neſcio cujus eſt in hac nocte: jam enim hanc eccleſiam gaudio ſentio eſſe repletam. Tunc Sacerdos aperto Kalendario, reperit quod die craſtino deberet eſſe feſtum S. Gertrudis.

90 Tot autem & tantas à Domino habebat conſolationes, quod licet nullis exte-
multas divinitus conſolationes percipit rioribus, ſicut fit, quandoque ad recreationem intenta eſſet; ſemper in uno loco abſque alicujus conſortio ſine acedia vel tædio ſedere poſſet. Aliquando autem, dum eſſet in cellula ſua, audivit vocem dulciſſimam Domini dicentis: Hæc eſt filia mea dilecta, in qua plurimum delector. Quando autem extra ſe rapiebatur, videbatur ei quod caput ſuum teneret ſuper genua Chriſti glorificati. Aliquando, nuntiante aliquo Angelorum, ſalutabatur ab aliquo ſupernorum Sanctorum. Cum oraret ante altare S. Nicolai, aliquando videbatur ei, quod ex Reliquiis ejus lac flueret. Videbat etiam ab imagine Crucifixi aliquando quoſdam radios exeuntes, & ad eam pertingentes, & quaſi uſque *d* ad cor ejus penetrantes: in quibus omnibus valde delectabatur, & miro modo in talibus ſpiritus ejus confortabatur. Apparuit ei aliquando *e* B. Bernardus, Ciſtercienſis Ordinis Pater & lucerna, quaſi alatus, & alas ſuas circa eam expandebat. Cumque diu cum eo in cantello eccleſiæ ſediſſet, & illa cujuſmodi eſſent hæ alæ quæreret, reſpondit; quod ipſe velut aquila ſublimi volatu ſublimia & ſubtilia *f* divinæ Scripturæ attigerat, & multa de arcanis cæleſtibus ei Dominus reſeraverat. Cum autem in magna ipſa veneratione haberet, & ſpeciali amore diligeret S. Joannem Euangeliſtam, accidit quod Sacerdoti cuidam, cum multis lacrymis & gemitibus, veniale modicum confiteretur. Cumque Sacerdos ille quæreret, cur ita lacrymis effluueret; Nequeo, inquit, lacrymas reprimere. Videbat enim aquilam quamdam ſupra pectus ſuum, quæ quaſi in fonte in ejus pectore tingebat roſtrum, & magnis clamoribus aëra replebat; & intellexit in ſpiritu, quod lacrymas ejus & gemitum B. Joannes ad Dominum deferebat.

d Apparent *ei*, S. Bernardus alatus,

e

f

& S. Joannes Ev. in ſpecie aquilæ.

91 Aliquando vidit quemdam Sacerdotem,
Chriſtum in Euchariſtia videt, cum lacrymis devote celebrantem; viſumque eſt ei, quod columba quædam ſuper humerum Sacerdotis deſcenderet, & quod fons clariſſimus de ejus humero ſcaturiret. Aliquando Virginis Filium, quaſi puerum cum maxima claritate circa pyxidem, in qua reponitur corpus Chriſti, videbat. Cumque quæreremus cujuſmodi eſſet claritas; reſpondit, quod quantum lumen ſolis candelæ lumen excedit, tantum vel amplius claritas illa claritatem ſolis excedebat. Quando autem aliquæ Reliquiæ ad eccleſiam noſtram deferebantur; ipſa in ſpiritu præſentiebat Reliquiarum ipſarum adventum, & tota nocte cum ſanctis Reliquiis exultabat, Chriſtumque
exultat in adventu Reliquiarum, gaudentem & alias Reliquias, quaſi cum exultatione & veneratione novas Reliquias ſuſcipientes videbat: utrum autem eſſent veræ Reliquiæ, ejus ſpiritus mirabiliter percipiebat. De modica autem Cruce, quæ eſt in eccleſia de Oignies, in qua de ligno ſanctæ Crucis habent, luminoſum valde, & quaſi cæleſtis claritatis radium exire videbat. Quidam autem familiaris noſter, & domus noſtræ amicus, inter alias Reliquias quas habebat, reperit os cujuſdam Sancti ſine litteris: cujus autem eſſent Reliquiæ ignorabat. Cumque ad eam ut certificaretur attuliſſet Reliquias; ipſa in ſpiritu virtutem &
& quorum ſint cognoſcit; veritatem Reliquiarum percepit. Cumque oraret, ut Deus cujus eſſent ſibi oſtenderet; apparuit ei quidam Sanctus magni valde meriti & præclarus. Interrogavit Sanctum mulier, Tu quis es? Ille vero ſe non nominavit, ſed quatuor litteras ante mentis ejus oculos deſcripſit. Cumque illa litteras memoriter retineret, ſed quid ſignificarent neſciret; vocato quodam Clerico litteras ei dixit, ſcilicet A. I. O. L. & quid ſignificarent quæſivit. Ille vero collitterans & conjungens, quid A. I. O. L.

A I.O.L. ſignificarent reſpondit. Tunc illa
g manifeſte cognovit, quod *g* B. Aiolis, qui apud Pruvinum in Campania in magno habetur honore, eſſent prædictæ Reliquiæ.

92 Cum autem præ deſiderio æternæ fruitionis, præ amore divinæ viſionis, pro dilatione æternæ beatitudinis, in hoc exilio langueret; unicum tamen & ſummum erat ei remedium & ſingulare ſolatium, manna Panis cæleſtis, donec perveniret ad terram promiſſionis. In hoc cordis ejus anxietas & deſiderium temperabatur: in hoc omnes ejus dolores mulcebantur, & ſpiritus ejus roborabatur: in hoc ſummo & præcellenti Sacramento hujus omnes peregrinationis ærumnas patienter ſuſtinebat, omnes hujus deſerti labores ſuperabat, omnes hujus miſeriæ defectus hoc cibo vegetata parvipendebat. Panis ſanctus cor illius confirmabat; Vinum ſanctum mentem ejus lætificans inebriabat; Caro ſancta ſaginabat; Sanguis vivificans abluendo purificabat. Hoc ſolo ſolatio diu carere non poterat. Idem erat ei vivere & Chriſti corpus ſumere: hoc erat ei mori, quod
B ab hoc Sacramento diutius oportebat abſtinendo ſeparari. Jam enim in hoc ſeculo per experientiam didicerat, quod Dominus ait in Euangelio; Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Non erat ei durus hic ſermo, ſicut Judæis; ſed ſuavis: quippe qui omnem delectationem & omnem ſaporis ſuavitatem in ejus perceptione, non ſolum interius in animo, ſed etiam in ore ejus mellifluo ſentiebat: & plerumque ſub pueri ſpecie, ſub mellis ſapore, cum aromatum odore, in puro & exornato cordis thalamo, Dominum ſuum feliciter admittebat. Cumque amplius Sanguinem vivificum ſitiendo ferre non poterat; aliquando poſt Miſſarum ſolennia, ut ſaltem calicem nudum ſuper altare diu poſſet inſpicere, exigebat.

unicum omnis mœroris ſolatium erat ei

in SS. Sacramento. Joan. 6, 54

ANNOTATA G.H. & D.P.

a *In Vita* S. Thomæ *hæc elucidanda erunt*
C 21 *Decembris*.

b *Hieronymus in Vita S. Paulæ ad* 26 *Januarii illuſtrata num.* XI *ait*: me audiente jurabat, cernere ſe oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in præſepi Dominum, *&c.*

c *De* S. Gertrude, *& variis ei dicatis eccleſiis, ac pluribus feſtis egimus ad ejus Vitam* 17 *Martii*.

d *Ms. Miræi*, corpus.

e *Hæc elucidanda erunt ad ejus Vitam* 20 *Auguſti*.

f *Ms. Duynii*, Divinæ naturæ.

g *Ms. Rub. Val.* Aiulphi qui apud Priunium .... habetur in honore: *alia Mss.* Aigulfi .... apud Priminum. *Intelligitur* S. Aigulphus, *ſive* Aiultus, *Archiepiſcopus Bituricenſis; cujus Acta dedimus* 22 *Maji.* Priminum *in Campania nullum monſtrant tabulæ, aut aliud affine nomen, Campaniæ autem pars cenſeri poteſt Brionia, in qua eſt* Provinum *inter Panſion & Trecas Medium, & hodiernæ* Campaniæ *finibus proximum*.

D
A. JAC. VITRI. EX MSS.

CAPUT IX.

Adventus Mariæ apud Oignies, & pia ad mortem præparatio.

93 SEd quoniam hujus filiæ Regis pretioſa monilia, hujus ſponſæ Chriſti veſtimenta fragrantia, licet non ſufficienter, tamen pro poſſe noſtro depinximus; jam ad veſtimentorum ejus fimbrias, ad beatum videlicet tranſitum ejus, feſtinamus; ut hoſtiæ noſtræ caudam Domino offeramus. Cum multo tempore apud jam ſæpe dictum locum, qui Willambrouck nuncupatur, ſeipſam Domino immolaſſet; ex vicinitate proximæ villæ, quæ Nivella dicitur, frequentiam hominum, ad eam ex devotione concurrentium, quæ ſoli Deo vacare cupiebat, jam non poterat ſuſtinere. Cumque multotiens multiſque precibus Domino ſupplicaſſet, ut locum propoſito ſuo idoneum, & perſonas quæ deſiderio ſuo ſecundum Deum humiliter condeſcenderent, ancillæ ſuæ Dominus provideret; E
oſtenſus eſt ei in ſpiritu locus de Oignies, quem numquam prius viderat; de quo etiam, pro novitate & paupertate domus, vix inter homines aliqua mentio tunc erat. Diu autem ſecum deliberans, cujuſmodi locus eſſet ignorabat: de Domini autem promiſſione confidens, longe prius quam ad locum veniret, à marito ſuo Ioanne, & fratre ejuſdem Patre ſuo ſpirituali Magiſtro Guidone utpote filia obedientiæ, licentiam accepit, locum illum viſitandi; & ibidem, ſi placeret, commorandi. Illi vero ne contriſtarent eam, quam in viſceribus caritatis diligebant, de facili conceſſerunt: nam & Deus ut eidem concederent inſpiravit; nec nullo modo putabant, quod in tali loco, quem numquam cognoverat, nec aliquam commorantium in loco familiaritatem habebat, deberet remanere.

CAP. IX

Divinitus monita Ognyacum migrare,

94 Tunc illâ duce Deo ad locum ſibi deſtinatum iter arripiente, cum adhuc aliquanto ſpatio remota eſſet; B. Nicolaus, ejuſdem loci Patronus, cum magna ei exultatione obviam venit, eamque uſque ad eccleſiam ſuam F
deduxit. Multum autem die illo, cum adhuc in itinere eſſet, mirata eſt. Nam magnam S. Nicolai ſolennitatem adeſſe in corde ſuo ſentiebat, non enim ignorabat quod feſtum B. Nicolai ante Natale Domini, & non *a* in Majo, qui tunc erat celebrari ſolet. Eo tamen quo venit die Fratres de Oignies *a*
magnum feſtum faciebant de ejus Tranſlatione. Cum autem primo ad locum illum veniſſet, miro modo & loci diſpoſitionem & Fratres ejuſdem domus, ſicut ei Deus prius *in ejus tranſlatione 9 Maji.*
oſtenderat, agnovit; & quod feſtum S. Nicolai eſſet, percepit; & quod in eodem loco diem extremum clauderet, prædixit: locum etiam in eccleſia, ubi defuncta ſepulcrum habere deberet, mihi poſtea ſecretò oſtendit, quod rei exitus poſtea comprobavit. Nam in loco de Oignies, licet multi poſtea eam reducere conarentur, naturæ debitum moriendo perſolvit, & in parte eccleſiæ, quam mihi prædixerat, licet aliqui aliter fieri vellent, poſt obitum ſepulta eſt.

illuc à S. Nicolao deducitur,

95 Poſt-

A. JAC. VITRI. EX MSS.

CAP. X

Ibi abundat cœlesti consolatione,

A 95 Postquam autem de terra sua & de cognatione sua, Domino præcipienre exivit; postquam sub umbra illius quem desideraverat, tanto suavius, quanto securius sedit; quanta illi Dominus bona in loco illo fecit, quoties copiosius solito Sanctorum Angelorum consolationibus eam visitavit, quoties cum matre Domini familiares collocutiones in ecclesia habuit, quoties ei ipse Dominus præsentialiter apparuit, non mente concipere, nedum sermone explicare sufficerem. Quanto autem propius accedebat terminus sibi desideratus, quanto annus vitæ ejus temporalis ultimus magis appropinquabat, tanto abundantius supereminentis largitatis suæ Dominus ei thesauros aperiebat. Cum autem annus ultimus, quem Dominus ei promiserat, immineret, quem etiam ipta præ gaudio celare non poterat (Nam sex annis antè Magistro Guidoni de Nivella eem prænuntiaverat, nobisque frequenter & annum & tempus obitus sui, diem tamen non exprimendo, prædixerat). Tunc ipta jam amplius contiB nere se non poterat; sed anhelabat, suspirabat, præ desiderio clamabat, quasi dilationis impatiens, dum Dominum amplexaretur; Nolo Domine, quod sine me recedas. Non hic amplius volo morari: ire domum desidero. Et mirum in modum dum sic extra se rapta vehementi desiderio anxiaretur; ex cordis plenitudine fere tota disrumpi videbatur in corpore: cumque ad se reverteretur, super pedes suos longo tempore post stare non poterat. Ex fervore autem spiritus, dum extra se clamans traheretur, quasi ignea in vultu videbatur: & quod mirabilius est, dum esset in illo mentis excessu, irreverberatis
b oculorum radiis, rotam solis *b* materialis valebat intueri. Tunc ebria tacere non poterat, sed clamabat; Dictum est mihi à Domino, quod ego in Sancta Sanctorum ibo. O quam dulce vocabulum! Dic mihi, Clementia, quid est Sancta Sanctorum? Sic enim vocabatur ancilla sua, à qua præ ebrietate quærebat significationem vocabuli, quam utraque nesciebat: illud tamen vocabulum frequenter replicabat, nam dulciter ejus cordi sapiebat. Cumque ad se revertens miraretur, quod veC hementius solito supra se raperetur; dicebatur ei: Ne mireris, hic annus ultimus est: jam nil restat tibi amplius temporis. Audivitque vocem Domini dicentis ei & vocantis: Veni amica mea, sponsa mea, columba mea, & coronaberis. Aliquando autem cum vehementi spiritu incitata, & sui magis solito oblita, ex cordis plenitudine inter alia multa dixit; Vestimenta filiæ Regis velut aromata redolent, & corporis ejus membra tamquam Reliquiæ pretiosæ à Domino sunt sanctificatæ.

96 In anno autem in quo transiit ad Dominum, cum ego ex officio, mihi à Legato *c* Domini Papæ injuncto, ad prædicandum & ad signandum, quos Deus inspiraret contra hæreticos, me præpararem; ipsa *c* quæsivit à me, quando reverti proponerem. Cumque longo tempore me facturum moram responderem; Ego inquit illa, cum adhuc *Condit testamentum,* ante Quadragesimam nullam penitus haberet infirmitatem, vobis ex testamento meo relinquo, quod volo ut habeatis post mortem meam: jam enim obitum tuum, sicut præD dictum est, longe ante prævideram: dixitque mihi dissolutionem sui corporis imminere. Et quia quando reverteretur, nesciebat; testamentum tuum facere festinavit; relinquens mihi corrigiam qua cincta erat, & sudarium lineum quo lacrymas abstergebat, & quædam alia modica, auro & argento mihi carnora *præscit diuturnũ suum morbum fore,* Cum autem immineret & appropinquaret tempus ægritudinis optatæ, tempus infirmitatis ultimæ; dixit ancillæ suæ, cuidam devotæ virgini, quæ ministrabat ei; Timeo ne tibi & aliis debeam esse oneri: longa enim & gravi infirmitate oportet me ab hoc seculo ad Dominum transire. Quis mihi tamdiu *seque insepultam manjuram feriâ secunaâ, quâ exinde jejuna agit.* poterit assistere? Timebat enim semper, ne occasione ejus aliquis gravaretur: cum tamen potius fere omnes dolerent, quod ei assistere & ministrare sæpius non poterant. Prædixit autem quod in quadam secunda *d* feria super terram jaceret mortua. Unde per totum annum illa fere semper eâdem feriâ jejunabat, ita quod nihil penitus in ea manducabat.

97 Quanto autem tempus ejus magis apE propinquabat, tanto amplius incessanter diebus & noctibus Deo servire & placere satagebat. Unde à festo Annuntiationis beatæ *& fere totos ultimos tres menses.* Virginis, usque ad festum Nativitatis S. Ioannis Baptistæ, non nisi undecies & in modica quantitate cibum corporalem sumpsit; semper gaudens, & diem nuptialem cum exultatione expectans. Beatum autem Andream Apostolum, qui Crucem Domini tanto sibi amore constrinxit, quod de ea descendere non voluit, valde familiarem habebat, & inter alios Sanctos maxime diligebat. Ipse autem beatus Christi Apostolus, ante ulti- *A S. Andrea confortatur;* mam infirmitatem prædixit ancillæ Christi: Confide filia, quia non te deseram: sicut enim fidem Christi confessus sum, & non negavi; ita in die transitus tui, tibi assistendo coram Deo meo te confitebor, tibique testimonium perhibebo.

CAP. XI

98 Jam tempus promissum prope erat, quod multis lacrymis prævenerat, multis gemitibus & suspiriis postulaverat. Et ecce factus est repente sonus, & vox turturis audita est in terra nostra, vox exultationis & F confessionis, quasi sonus epulantis & jubilan- *tridũo dulcissime canit* tis, tamquam sonus Excelsi Dei. Exterfit enim Deus omnem lacrymam ab oculis ancillæ suæ, & implevit cor ejus exultatione, & labia ejus modulatione. Incepit enim alta voce & clara cantare, nec cessavit spatio trium dierum & noctium Deum laudare, gratias agere, dulcissimam cantilenam de Deo, de sanctis Angelis, de beata Virgine, de Sanctis aliis, de amicis suis, de divinis Scripturis, rithmice dulci modulatione contexere: nec deliberabat an sententias inveniret, nec morabatur ut inventas rithmice disponeret; sed velut ante se scriberentur, dabat ei Dominus in illâ horâ quid loqueretur. Continuo clamore jubilans, nec in cogitando laborabat, nec in disponendo cantum interrumpebat. Unus autem de Seraphim, ut videbatur ei, alas suas super pectus suum expandebat: quo ministrante & dulciter assistente, inspirabatur eidem carmen absque ulla difficultate. Cum autem tota die usque ad no-

cum desiderio proximæ beatitatis.

ctem

A ctem clamaſſet, raucæ factæ ſunt fauces ejus, ita quod in principio noctis vix aliquam vocem poterat edere. Prior *e* autem domus noſtræ gaviſus eſt, eo quod die ſequenti, ſcilicet die Dominica, de diverſis partibus ſolent homines ſeculares ad eccleſiam noſtram convenire: qui ſi forte tam acuta & ſublimi voce eam inceſſanter audirent cantare, poſſent inde ſcandalizari, & quaſi fatuam reputare. Filii enim ſeculi, filii doloris, non mirantur ſi quis clamat præ anguſtia vel dolore, ſicut accidit in parturiente: obſtupeſcunt autem & mirantur, ſi quis præ gaudio clamans, ex plenitudine cordis non poteſt ſilere. Filii autem gaudii, quando talia audiunt, non murmurant nec ſcandalizantur; ſed cum omni humilitate Dei magnalia in Sanctis ſuis venerantur.

e *uſque ad raucedinẽ,*

qua ſublata pergit in ſuo cantu,

99 Facto autem mane tympaniſtria noſtra altius & clarius ſolito incepit citharizare: Angelus enim Domini illa nocte abſtulerat omnem raucitatem à gutture, immittens pectori ejus miræ ſuavitatis unctionem: & ſic reparatis arteriis & renovata voce; per totam B fere diem non ceſſavit à Dei laude. Vocem *f* exultationis & conſonantiam *f* modulationis tantum homines audiebant: clauſis enim oſtiis, & omnibus excluſis, Prior noſter & ancilla mulieris ſecum in eccleſia remanſerant; & ii multa de arcanis cæleſtibus, quæ illa dicebat, intelligere non poterant: quædam autem intellexerunt; ſed pauca, pro dolor! retinere potuerunt. Primò autem ſummo & ſupremo tono Antiphonam ſuam inchoavit à ſancta ſcilicet Trinitate, Trinitatem in Unitate, & Unitatem in Trinitate diutiſſimè laudans, & mirabilia quaſi ineffabilia cantilenæ ſuæ interſerens. Quædam etiam de divinis Scripturis, novo & mirabili modo exponens; de Euangelio, de Pſalmis, de novo & de veteri Teſtamento quæ numquam audierat, multa & ſubtiliter ediſſerens. A Trinitate vero ad Chriſti deſcendit humanitatem, dehinc ad beatam Virginem, ab hinc de ſanctis Angelis, & de Apoſtolis, & de aliis ſequentibus Sanctis multa pronuntians. Tandem quaſi in ultimo & infimo puncto de amicis ſuis, qui adhuc in mundo ſunt, multa dicens; Dominoque ſingillatim per ordinem commendans, multas pro eis orationes ad Dominum profudit: & hæc omnia rithmice & linguâ Romanâ protulit.

de SS. Trinitate

humanitate Chriſti, & Sanctis:

amicos commendat,

C

100 Dicebat autem inter alia multa, quod à lumine ſanctæ Trinitatis ſancti Angeli intelligentiam haberent; à lumine vero corporis Chriſti glorificati, in ſanctis animabus fructum haberent & exultationem. Beatam etiam Virginem jam in corpore glorificatam conſtanter aſſerebat; & quod corpora Sanctorum, quæ in paſſione ſurrexerunt, numquam poſtea in pulverem reverſa ſunt. Dixit etiam, & inde valde gaviſa eſt, quod Spiritus ſanctus in proximo eccleſiam ſuam viſitaret, & copioſius ſolito per univerſam Eccleſiam *g* operatores ſanctos ad fructum animarum mitteret, & mundum ex maxima parte illuminaret. Dixit etiam cum de S. Stephano Protomartyre caneret, quem Roſarium paradiſi appellabat, quod dum oraret in morte, Dominus S. Paulum dedit ei in munere: cumque B. Paulus, martyrio cornatus, ſpiritum in

aſſerit novos eccleſiæ operarios dandos:

g

morte emitteret, S. Stephanus præſens fuit, & Pauli beati ſpiritum Domino obtulit, dicens Domino: Hoc magnum & ſingulare munus mihi dediſti, & ego cum fructu multiplici illud reddo tibi. D A. JAC. VITRI. EX MSS.

101 Et tunc pro quodam *h* prædicatore, quem ei Dominus dederat, multum Domino ſupplicans, multaſque preces effundens, rogavit ut prius cum Dominus conſervaret, ut ſpiritum ejus Domino in morte offerre poſſet, ut quem ei Dominus dedit, Domino cum uſura in fine reportaret. Et mirum in modum omnes prædicatoris ſui tentationes, & omnia fere ejus peccata quæ fecerat olim, enuntians, Dominum precabatur, ut illum à talibus cuſtodire dignaretur. Audiebat Prior noſter, qui hominis illius noverat conſcientiam, & audierat Confeſſionem; & accedens ad eum *i* dixit: Numquid Dominæ Mariæ peccata veſtra dixiſti? Ita enim dum cantaret veſtra retulit peccata, acſi ea in libro coram ſe videret ſcripta. Cantilenam beatæ Virginis ſcilicet Magnificat rithmice, & linguâ Romanâ exponendo, frequentiſſime replicavit, multamque ſuavitatem & dulcedinem reperit. Cum autem, quaſi in fine cantus, perveniſſet ad canticum Simeonis; tunc Domino devotiſſime commendabat amicos ſuos & amicas ſuas; ſcilicet mulieres religioſas, quæ manent in civitate Leodii; & pro pace earum orans, per ſingulas clauſulas primum verſum cantici, ſcilicet, Nunc dimittis repetebat ſimiliter cum oraret pro *k* Religioſis de Nivella, & pro multis aliis in Epiſcopatu Leodienſi manentibus, ſemper Nunc dimittis repetebat.

h *orat pro ſuo prædicatore,*

i

cantat Magnificat E

& Nunc dimittis.

k

ANNOTATA D. P.

a S. Nicolai Natalis *recolitur 6 Decembris*, Tranſlatio 9 *Maji*.

b *Ita Mss. noſtrum & Rubeæ-vallis, & Oign. Cetera Mss.* Matutinalis.

c *Innocentius* III *circa an.* 1213 *in Gallias deſtinaverat Card. Robertum de Corceone, curaturum ut Crux prædicaretur pro Terra-ſancta contra Saracenos; ad quod cum ille etiam abduceret eos, qui eamdem Crucem prædicabant contra Albigenſes;* ad bonorum virorum conſilium, *inquit Petrus de Valle Cernaii in Hiſt. Albig. cap.* 75 quoſdam de prædictis prædicatoribus nobis reddidit; *quin & ipſe Crucem contra Toloſanos ſumpſit, & ſic* revixit prædicatio fidei pro negotio fidei in Francia. *Ad hoc ergo etiam invitatus fuerit Jacobus, anno jam dicto, ſed ſolum parabat ſe ut hic dicitur; & adhuc Ogniaci erat cum moreretur Beata, uti apparet infra num.* 191. *Proinde corrigendus hic nobis Oldoinus noſter in novis ad Ciacconium additionibus tom.* 2 *col.* 84 *ſic ſcribens de Jacobo acſi obiiſſet Sancta, non ſolum dum ille abeſt Crucem prædicans, ſed etiam jam profectus in Paleſtinam (quo non videtur iviſſe ante an.* 1217) *ibidemque creatus Acconenſis Epiſcopus, quod ipſa tamen, inquit,* non videbo, *ut legitur in ſupplemento num.* 3, *imo num.* 13 *habemus* 10 *annos lapſos inter Ordinationem Jacobi & prædictionem de eo Ogniaci factam à Sancta, ut minimum* 1208. F

d *Nempe cum moreretur in Dominica, & feriâ ſecundâ eſſet feſtum S. Joannis Baptiſtæ,*

A *oportuit corpus toto eo die ſupra terram relinqui, non ante feriam tertiam ſepeliendum.*

A. JAC. VITRI. EX MSS.

e *Ægidius Walcurius egregius Presbyter, cujus hiſtoriam vide apud Arnoldum Rayſſium in Auctario Natalium Molani ad 5 Januarii, quando de eo inter Prætermiſſos actum. Huic ut teſti oculato ſupplementum inſcribitur. Dicitur ille obiiſſe anno 1233 cum annis 41 præfuiſſet.*

f *Ms. Rubeæ-val.* Jubilationis.

g *Scilicet ex Ordinibus SS. Dominici & Franciſci tunc naſci incipientibus.*

h *Ipſemet Vitæ ſcriptor* Jacobus.

i *Aderat igitur ut ſuprà dixi, nec adhuc profectus erat in Franciam, nedum in Palæſtinam.*

k *Iis nempe quæ nunc* Canoniſſæ *vocantur.*

CAPUT XII.

Ultimus morbus, pius obitus.

CAP. XI

102 ELapſis autem tribus jubilationis diebus, lectum ſuum in eccleſiâ coram altari fecit præparari; & ad ſe reverſa vocatis Fratribus dixit: Præceſſerunt Lamentationes, dum lugerem pro peccatis, præceſſit Carmen dum exultarem & jubilarem pro æternis; ecce ſequitur Væ infirmitatis & mortis. Numquam de cetero manducabo, numquam de cetero legam in hoc libro: tradenſque Fratribus libellum quem habebat, in quo orationes & carmina quædam B. Mariæ cantare ſolebat, diſciplinæ Domini patienter ſe ſubdidit, finemque beatum in ſilentio & ſpe cum gaudio expectavit.

B *Lectū coram altari curat præparari:*

CAP. XII *cæleſtibus viſitationibus recreatur,*

103 In hac autem infirmitate graviter exterius laborabat, ſed ſuaviter iterum quieſcebat. Sancti enim, qui ei in ſtatu ſanitatis frequenter adſtiterant, frequentius in infirmitate eam viſitabant, Chriſtus enim frequenter ei apparens, & quaſi vultu compatientis eam reſpiciens; & mater ejuſdem Chriſti ei fere ſemper aſſiſtens; & inter omnes alios B. Andreas Apoſtolus, ad eam ſæpius veniens, maximum ei conferebat ſolatium, & quaſi inſenſibilem reddebat ei infirmitatis dolorem: Angeli etiam ſancti ei aſſiſtebant, &

C devote miniſtrabant. Unde cum quadam nocte ſitiret, & jam per ſe ſurgere vel incedere præ nimia debilitate non poſſet; duobus ſanctis Angelis eam ſuſtentantibus, ducentibus etiam eam ad locum ubi repoſita erat aqua, & reducentibus bibit, & abſque aliquo labore ad lectum ſuum rediit. Cum vero beata Virgine præmonente, extremam reciperet Unctionem, omnes præſentialiter adfuerunt Apoſtoli: beatus autem Petrus ei claves oſtendebat, & quod cæli januam ei aperiret promittebat: Chriſtus autem ſignum ſuæ Crucis, victoriæ ſuæ vexillum, pedibus ejus affixit. Cumque in diverſis partibus ungeretur, in ſuſceptione Sacramenti operationem Spiritus ſancti cum maxima partis illius illuminatione ſentiebat.

etiam in ſuſcipienda Unctione:

104 Quidam autem de amicis & notis ejus, qui jam dudum mortui erant, ad conſolationem miſſi ſunt ad eam. Joannes de Dionanto, qui jam regnabat cum Chriſto; & frater Richardus de Menehen-capella, vir bonus & ſanctus in vita ſua, qui tamen ad-

accedunt eam amici jam mortui

huc erat in purgatorio. Quidam etiam petiturus auxilium ab ancilla Chriſti, in infirmitate illa apparuit ei, qui maximo cruciatu in purgatorio torquebatur: ipſe enim aliquando & nomen & ſpeciem habuit religionis, & in ſtatu ſe oſtendebat perfectionis; poſt hæc vero cum multorum ſcandalo & religionis opprobrio revertens ad ſeculum, contraxit cum quadam, quæ diu ſimiliter perfectionis vitam oſtenderat, quæ primam fidem irritam fecit. Super omnia autem ſe cruciari dicebat, quod eccleſiam Dei ſcandalizando læſerat. Cum autem causâ viſitandi eam, ſanctus Toloſanæ Sedis *a* Epiſcopus aliquando deveniſſet, maximam ex præſentia Epiſcopi conſolationem, & etiam corporis fortitudinem ad tempus recepit; ſancta autem Virgo eam quaſi in aëre contra ſanctum Epiſcopum, ut ſibi videbatur levavit. Cumque idem Epiſcopus in eadem eccleſia in altari beatæ Virgini conſecrato Miſſarum ſolennia celebraret, vidit in perceptione Sacramenti, quaſi columbam candidam, quæ ſanctam Epiſcopo quaſi in ore ponebat Euchariſtiam, maximamque claritatem eum interius transfundentem, & ejus animam illuſtrantem, Domino oſtendente cognovit.

D *& animæ purgatorii:*

a coram Epiſcopo Toloſano vires reſumit,

E

105 Cum autem in infirmitate nihil penitus manducare poſſet, nec etiam panis modici odorem ſuſtinere valeret, de facili frequenter Corpus Chriſti ſumebat; quod ſtatim quaſi liqueſcens, & in animam ejus tranſiens, non ſolum animam confortabat, ſed corporalem infirmitatem abſque mora alleviabat. Accidit autem ei bis in infirmitate, dum corpus Chriſti reciperet, quod facies ejus, quaſi quibuſdam radiis luminis reſplenderet. Cumque tentaremus aliquando, utrum hoſtiam non conſecratam poſſet ſumere, ſtatim odorem panis abhorruit. Cumque modica pars dentes ejus attigiſſet, cœpit clamare, conſpuere, & quaſi pectus ejus rumperetur anhelare, & ſingultus cum ingenti anxietate mittere. Cumque diu præ dolore clamaſſet, & multoties os ejus aquâ abluiſſet, tranſacta magna parte noctis vix potuit quieſcere. Numquam autem quantumcumque debilis eſſet corpore, quantumcumque evacuato & exinanito capite (utpote quæ quinquaginta tribus diebus nihil penitus ante mortem manducavit) ſemper tamen lumen ſolis ſuſtinuit, numquam contra claritatem lucis oculos clauſit; & (quod mirabilius eſt) cum juxta eam & quaſi ad aures ejus in eccleſia alta voce cantaremus, cum campanas diu & fortiter pulſaremus, cum etiam quoddam altare ut conſecraretur ab Epiſcopo Toloſano, cum multis cæmentariis percutientibus cum malleis, juxta eum erigeremus; numquam aliquo tumultu gravari poterat, quem ad Deum vel ad ejus eccleſiam pertinere ſciebat. Nam ut ipſa, cum ei compateremur, aſſerebat; ſonus ille caput ejus non lædebat, nec cerebrum percutiebat, ſed eum ſtatim in anima cum magna ſuavitate recipiebat.

Sacram Hoſtiam ſæpe ſumens,

non conſecratam recipere nequit,

& ſic 53 diebus nihil comedens

F

firmo tamē cerebro manet:

106 Venerunt autem & confluxerunt ex diverſis partibus amici ejus & noti, ut eam viſitarent. Cumque de aliquibus abſentibus, qui ad eam non venerant, loqueremur; de quibuſdam dixit, Adhuc illos videbo; de aliis

varia prædicit futura,

A aliis vero ait: Numquam eos in hoc ſeculo videbo de cetero: itàque eveniſſe cognovimus. Quædam autem nobilis *b* mulier Ducis Lovanii quondam uxor, quæ relicto ſeculo ad Ordinem Ciſtercienſem ſanctimonialis facta tranſierat, viderat eam longo tempore ante mortem, cum adhuc moraretur apud Willambrouck. Cumque ab ea recederet & diceret: Domina, neſcio utrum de cetero videbo vos: Adhuc, inquit ſancta mulier, me videbitis. Cum autem illa, quæ à partibus noſtris remota verſus Coloniam manebat, audiſſet, quod mulier ſancta jam in extremis laboraret; Confido in Domino, ait illa, quod adhuc, ſicut mihi promiſit, eam ſum viſura. *quorum aliqua, cum hæc ſcriberentur nondum impleta,* Quod ita factum eſt: nam cum ipſa venit ad nos, jam campanæ pro defuncta pulſabantur: præſens tamen fuit cum lavaretur & ſepeliretur. Quædam autem alicui noſtrûm ſecreto dixit, quæ poſt mortem ejus debebant accidere, ſicut Spiritu ſancto revelante & promittente cognovimus. Quæ ita propter ſcandalum infirmorum ſubjunximus, quod cum evenerint, de facili ex Scriptura poſſint perpendi. Interim vero ſermones ſignavimus, & libenter clauſimus, quia forte tranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Quidam autem, quod Deus reſervat ad commodum poſterorum, niſi ſtatim viderint evenire, incipiant murmurare, dicentes cum

B *vel ſilentur,*

Iſa.28, 10 Judæis: Manda remanda, expecta reexpecta. Quædam autem jam vidimus accidiſſe, ſicut de loco in quo jacet ſepulta, & de veſtibus ſanctificatis & honoratis propter frigus, & de ſecunda feria in qua ſuper terram jacuit mortua: quæ quia ſicut prædixit evenerunt, reliqua certiſſime expectamus ventura. Scilicet de cantu novæ *c* ſolennitatis, propter voces Angelorum auditas ſibi à Domino promiſſo, de miraculis *d* propter claritates quas vidit, ſicut prædictum eſt, quod in magna claritate Deus ei frequenter apparuit; de duplici jejunio in duabus *e* ſolennitatibus, propter biduana jejunia (nam frequenter poſt duos dies tertiò cibum capiebat) de imagine *f* propria & veneranda, imaginem enim beatæ Virginis frequenter venerata eſt ſupplicando.

vel ſolum obſcure indicantur.

c

d

e

f

C CAP. XIII *Videt locũ in cælo ſibi paratum*

107 Cum autem appropinquaret hora ejus, oſtendit Dominus filiæ ſuæ portionem hereditatis ſuæ inter Fratres, viditque locum in cæleſtibus ſibi à Domino præparatum. Vidit & gaviſa eſt, cujus loci celſitudinem, cujus gloriæ magnitudinem aliquo modo poſſemus æſtimare, ſi lapides pretioſos & gemmarum virtutes, quas ipſa mirabiliter deſcripſit, nomina etiam lapidum, quæ Domino oſtendente nominavit, potuiſſemus retinere. Sed quia ſcriptum eſt; Oculus non

Iſa.64, 4 vidit, Deus, præter te, quæ præparaſti diligentibus te; non valemus comprehendere; ſed tantum poſſumus comprehendere, quantâ gloriâ digna ſit, quæ tam devote Domino ſervivit, quæ tam ardenter Chriſtum dilexit; quam etiam Dominus tot privilegiis in terris ſingulariter honoravit. Quintâ feriâ ante diem tranſitus ejus, cum eſſemus præſentes & aſſiſteremus ei in veſpere, loqui nobis non valuit, nec oculos ſuos ad nos convertit, ſed fixis immobiliter in cælum oculis (jacebat enim extra cellulam ſub aëre) cœpit vultus ejus quadam ſerenitate clareſcere. Tunc ipſa præ gaudio diutiſſime, quaſi ſubridens cœpit neſcio quid ſubmiſſa voce cantare: non enim jam vocem poterat exaltare. Cum autem magis appropinquaſſem, non niſi modicum de cantilena ejus potui intelligere, hoc ſcilicet: Quam pulcher es Rex noſter Domine. Cumque diu in tanto permanſiſſet gaudio, cantando, ridendo, & manibus aliquando plaudendo; tandem ad ſe reverſa, quaſi de novo ad ſenſum infirmitatis quam prius non ſentiebat rediens, cœpit modicum gemere. Cumque ab ea quid vidiſſet quæreremus, non niſi modicum potuit vel voluit nobis loqui. Mirabilia, inquit, dicerem ſi auderem. Veſpere autem Sabbati cum jam immineret dies nuptialis, dies gaudii & exultationis, dies ſcilicet quam fecit Dominus, dies quam ancillæ ſuæ Dominus præviderat, providerat & promiſerat, dies Dominica, dies Reſurrectionis, dies Vigiliæ S. Joannis Baptiſtæ, in qua etiam ut dicitur, ſanctus *g* Euangeliſta Joannes tranſiit ab hoc ſeculo, licet eccleſia alio tempore feſtum ejus celebrare conſueverit; tunc ancilla Chriſti, quæ jam quinquaginta duobus diebus nihil prorſus manducaverat, dulci voce cœpit Alleluia cantare: & fere tota nocte illa, quaſi ad epulas invitata, fuit in jubilo & exultatione.

D A. JAC. VITRI. EX MSS. *præ gaudio cantat,*

g etiam nocte ultima,

E

108 Die vero Dominica apparuit ei Satan, quaſi inſidians calcaneo ejus, multumque eam vexavit: nam aliquantulum cœpit pavere, & etiam à circumſtantibus auxilium petere. Ipſa vero fiduciam in Domino reſumens, & caput draconis fortiter conterens, & ſe Crucis ſigno muniens; Vade retro, inquit, Sanies & Turpitudo: non enim eum Turpem vocabat, ſed Turpitudinem. Quo recedente, cœpit iterum Alleluia cantare & Deo gratias agere. Appropinquante autem ſancto veſpere, ante diem feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, circa horam illam qua Dominus emiſit ſpiritum in Cruce, ſcilicet circa horam nonam, ipſa quoque ad Dominum migravit, numquam vultus hilaritatem vel exultantis faciem aliquo dolore mortis mutans: nec memini quod etiam in ſanitate majorem vultus habuerit ſerenitatem, majoremque alacritatis prætendit ſpeciem. Nec, ſicut fieri ſolet, poſt mortem pallida vel tuſca apparebat in facie; ſed vultu angelico columbina ſimplicitate candida, & clara facie multos ad devotionem in morte & poſt mortem incitavit. Multi etiam copioſo lacrymarum fluvio in ejus obitu dulciter irrigati, meritis ejus à Domino ſe viſitatos perceperunt, ſicut quædam ſancta mulier in Spiritu ſancto præviderat & perdixerat, quod qui ad tranſitum ejus convenirent, multam à Domino conſolationem perciperent. Cum autem à morte lavaretur ejus ſacrum corpuſculum, inventa eſt ita attenuata & infirmitate jejuniiſque confecta, quod dorſi ejus ſpina ventri ejus contigua erat; & quaſi ſub tenui panno lineo, ſub ventris ejus pellicula oſſa dorſi ejus apparebant.

& poſt rejectum Satanam,

moritur vultu nihil mutato,

F

cum ſolatio præſentiæ,

& corpore valde attenuato.

109 Poſt mortem etiam quos dilexerat in vita, non deſeruit; ſed ad aliquos rediens, Sanctas etiam & probatæ vitæ mulieres frequenter alloquens, amicos ſuos docuit in

A agendis, & præmunivit in periculis, certis
A. JAC. VITRI. & ſecretis ſignis, omnem à cordibus eorum
EX MSS. dubitationem removens. Aliquibus etiam ami-
Variis ad eorum utilitatem apparet, corum ſuorum precibus ſuis, ut credimus impetravit à Domino & ſapientiæ ſplendorem & caritatis fervorem. Unde quidam ſanctus Ciſtercienſis Monachus, vidit in ſomnis, poſt tranſitum Chriſti ancillæ, quod calix aureus, ab ore ejus exibat, quo quibuſdam amicis ſuis potum dabat. Retulit mihi quidam alius, quod in ſomnis vidiſſet corpus ejus, quaſi in ſplendidiſſimum lapidem pretioſum permutatum. Anno autem Incarnationis Verbi milleſimo ducenteſimo tertio decimo, nono Ka-
anno 1213. lendas Julii, in Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ, Dominica die, circa horam nonam, pretioſa Chriſti Margarita Maria de Oignies, circa
h triceſimum ſextum *h* ætatis ſuæ annum, ad æterni regni palatium delata eſt: ubi vita ſine morte, dies ſine nocte, veritas ſine fallacia, gaudium ſine triſtitia, ſecuritas ſine timore, quies ſine labore, æternitas ſine fine: ubi curis non anxiatur animus, ubi dolore non affligitur corpus, ubi torrens divinæ vo-
B luptatis omnia implet & ſatiat ſpiritu plenariæ libertatis: ubi & cognoſcemus, ſicut & cogniti ſumus, quando erit Deus omnia in omnibus, & dederit regnum Deo & Patri, Dominus noſter Ieſus Chriſtus; qui cum eodem Patre, & Spiritu ſancto, vivit & regnat, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA D.P.

a *Jam diximus Toloſâ pulſum Fulconem an.* 1211 *ac deinde manſiſſe in Galliis uſque ad* 1217 *aut etiam uſque ad reconciliationem urbis an.* 1229.

b *Hæc videtur* Smaina *fuiſſe, Comitis Loſſenſis filia, Godefrido* III *mortuo vidua ab anno* 1186 *aut* 1191; *quæ adhuc potuit vixiſſe, cum Sancta moreretur.*

c *Suſpicor, imo omnino puto, intelligi feſtum novum Venerabilis Sacramenti, quod Leodii celebrari cœpit an.* 1246 *ut dictum in Comm. prævio ad Vitam S. Julianæ Cornelienſis, ad id curandum jam inde ab an.* 1208 *divinis viſionibus excitari cœptæ, num.* 17.

C d *Mirum quod ea miracula nemo poſtea ſcribere curaverit, quamquam enim & procul abſens & aliis rebus occupatiſſimus deinceps Jacobus fuerit, quomodo tamen non ſtuduit alios ad ſcribendum inducere? quomodo etiam Jo. Cantipratanus eo animum ſuum non appulit; vel ipſe loci Prior Ægidius?*

e *Videtur intellexiſſe Sancta non ſolum diem ſuum Natalem feſtivum fore Ogniacenſibus, licet propter Vigiliam jejunaturis, ſed etiam diem ſui adventus Ogniacum* VIII *Maji feſtum S. Michaëlis populo fuiſſe ſacrum: ſed non video quomodo huic diei jejunium conveniat.*

f *De imagine utinam clarius explicatum inveniatur: fortaſſis intelligitur ea cujus Ectypon dedimus ſtantis cum Roſario; vel quæ Nivellis remanſerat cum Huka.*

g Dormitio S. Joannis Baptiſtæ *hoc die notatur in Ms. Florario non valde antiquo; in antiquioribus vero Hieronymianis & aliis die ſequenti.*

h *Ergo circa annum* 1177 *nata Sancta, an.* 1191 *juncta fuerit matrimonio.*

D

SUPPLEMENTUM

Auctore coævo Fr. Nicolao, Canonico Regulari cœnobii Cantipratani.

Ex Mss. & editione Arnoldi Rayſſii.

PROLOGUS.

1 PAtri in Domino, per omnia Reverendiſſimo, Ægidio Priori de Oignies, Frater N. humilis Canonicus Cantipratenſis cœnobii, Salutem in auctore ſalutis noſtræ Chriſto Jeſu.

E

Rogatus à nonnullis amicis ac fratribus Caritatis veſtræ, ſcribere illa quæ venerabilis Jacobus, dudum Acconenſis Epiſcopus, nunc verò Tuſculanus Præſul, & Romanæ Curiæ Cardinalis, de Vita venerabilis Mariæ de Oignies plurima prætermiſit; diu quidem hoc facere diſtuli, quoniam præſumptuoſæ audaciæ notam nimirum incurrere formidabam; præſertim cum vir ille tantæ ſcientiæ ac provi- *ſcriptam,* dentiæ, tantæ diſcretionis & ſanctitatis ſit, ut dictis ejus aliquid addere ſumma fatuitas videretur. Sed cum mihi illud aliqui eorum, qui hoc ab ore ejus veridico didicerunt, renitenti crebrius inculcarent, eum ſolitum dicere frequentius, nequaquam partem quintam rerum geſtarum Ancillæ Chriſti à ſe in ſcripto redactam; ne legentibus faſtidium nimietatis ingereret, vel revelationum miraculorumque incomprehenſibilis magnitudo, quæ in credulorum cordibus odor vitæ [eſt, in cordibus incredulorum] odor mortis exiſteret; hac, inquam, ratione convictus, ceſſi precibus ſupplicantium: prudenter ſane tunc quidem; ſed non eſt hoc his temporibus formi- F
dandum, quando utique Lotharingiæ partibus ſanctæ religionis ardor invaluit, & in omnibus fere finibus Chriſtianis clariſſimum Ancillæ Chriſti votum enituit. Cum Ruth igitur feſtinante, ea colligere feſtinanter aggrediar, *Nicolaus aliqua addere conſentit.* quæ in lato campo Vitæ Ancillæ Chriſti magni meſſoris illius induſtrias manus effugerunt. Suſcipe ergo, Pater ſancte, Prior Ægidi, opus, quantum ad rerum geſta ſatis eximium, quod de amica Dilectionis tuæ, ad laudem Chriſti & gloriam Ancillæ ejus, cum timore utique & reverentia ſcribere ſum aggreſſus. Sicubi autem me quaſi hominem erraſſe contigerit, ipſe corripies: perfectus eſt enim vir, qui non delinquit in lingua; ego autem non ſum, quia ego peccator ſum. Valeat veſtra benigna ac ſincera Paternitas, & mei in his memorem Chriſtus Dominus incolumem tu-
Vitriaco fatente vix quintam partem rerum à ſe eatur.

CA-

A

CAPITULA.

I QUaliter Mag. Jacobus de Vitriaco, auditâ famâ ancillæ Chriſti Mariæ de Oignies, venit de Pariſius eam videndi causâ: qui ad ejus preces converſus, & prædicator effectus eſt. 2

II Qualiter prædixerat d. Mag. Jacobum Præſulem in tranſmarinis partibus futurum, 3

III Qualiter quemdam Cruce-ſignatum, ſalvum & ſanum ad partes reverti debere prædixit: & de pœnis Purgatorii. 4

IV Qualiter prædictus vir per tactum capillorum ancillæ Chriſti, ab infirmitate, qua detinebatur, ſanus effectus eſt. 6

V Qualiter filius prædicti viri, graviter vulneratus, per eoſdem capillos ſanitatem recepit. 7

VI Quædam viſio miraculoſa eorumdem capillorum. *Ibid.*

VII Qualiter eadem ancilla Chriſti in via poſita per B. Joannem Euangeliſtam ab imminente pluviâ præſervata fuit. 8

VIII Qualiter fluvium latiſſimum abſque navigio miraculoſe pertranſiit. 9

IX Qualiter navis longe poſita, abſque hominis adjutorio, ad eam tranſvehendam miraculoſe venit. *Ibid.*

X Qualiter Chriſti famula, ſibi & ſecum degentibus, in die ſanctiſſimæ Trinitatis, per ſuas orationes Miſſam à Deo impetravit. 10

XI Qualiter mater ſua defuncta ſibi apparuit, & de ſua damnatione certificavit, 12

XII Qualiter factum infortunium ornamentorum incomparabiliter recuperari, ſpiritu prophetiæ prædixit. 13

XIII Qualiter poſt mortem os ſuum clauſuram ſe prædixit. 14

XIV Qualiter dentes ex ore ſuo, poſt ejus obitum, ſicut prædixerat, niſi oratione præmiſſa, vix auferri permiſit. *Ibid.*

XV Quomodo Domnus Hugo, Oſtienſis Epiſcopus & Cardinalis, per Reliquias Ancillæ Chriſti, à ſpiritu blaſphemiæ liberatus fuit. 15

C XVI De quadam alia ſancta muliere, à ſpiritu blaſphemiæ tentata, & à Domino liberata. 18

XVII Qualiter Ancilla Chriſti pro quodam Epiſcopo, ejus tumulum viſitante, viſa eſt orare. 19

XVIII Qualiter venerabilem Mag. Jacobum de Vitriaco, quintum Confeſſorem ſuum, à periculo mortis liberando, futura quædam revelavit. 20

XIX Qualiter dictus venerabilis Jacobus conſecravit eccleſiam de Oignies, ſecundum viſionem ab Ancilla Chriſti prius oſtenſam. 21

XX Qualiter Ancilla Chriſti d. venerabili Jacobo in ſomnis apparens, eum à cœpto propoſito avertere nitebatur. 22

XXI Qualiter idem Jacobus iter ad Curiam, non obſtantibus Ancillæ Chriſti & aliorum monitis contrariis, aggreſſus fuerit. 23

XXII Querela ſuper receſſu d. Mag. Jacobi de Vitriaco, & quam periculoſum eſt ſequi propiam voluntatem. 24

XXIII Alia quædam queruloſa admonitio, ſuper ſtatu d. Mag. Jacobi, per auctorem hujus Opuſculi. 26

D A. FR. NIC. COÆVO EX MS.

CAPUT I.

Acta cum Jacobo de Vitriaco. Converſio mercatoris: & miracula in ipſo ac ejus filio facta.

2 IGitur cum Magiſter Jacobus de Vitriaco, poſtea *a* Acconenſis Epiſcopus, nunc vero *b* Tuſculanus Præſul & Romani Apicis Cardinalis, nomen beatæ Ancillæ Chriſti Mariæ de *c* Oignies intra Gallias audiſſet Pariſius; relictis Theologicis ſtudiis, quibus fervebat immodice, venit apud Oignies, ubi tunc illa ſe de novo *d* tranſtulerat. Cujus peregrinationem famula Dei devote valde ſuſcipiens, exegit ab eo precum inſtantiâ, ut cum Fratribus de Oignies derelictâ Galliâ permaneret. Hic eſt de quo tacito nomine ſuo in libro Vitæ ejuſdem ipſe venerabilis Jacobus refert, E quia prædicatorem quemdam ancillæ ſuæ Dominus dederat, quem in morte ſua Domino multis precibus commendabat. Compulit ergo ancilla Chriſti dictum venerabilem virum prædicare populis, revocare animas quas diabolus conabatur auferre: enituitque in eo illud ſpeciale miraculum, quod precibus & meritis beatiſſimæ feminæ in brevi tempore ad tantam eminentiam prædicationis attingeret, ut in exponendis Scripturis & deſtructione peccaminum vix ei quiſquam inter mortales poſſet æquari. Et merito: ut qui pro amore Chriſti Ancillæ, ejus patriam, cognationem, & artium omnium matrem Pariſius deſeruerat; divina ei gratia totius ſcientiæ ac magiſterii culmen redderet etiam in præſenti. Rogatus ergo à Fratribus & ſpecialiter à Sancta Dei, Presbyterii gradum, majori tamen dignus, aſcendit. Cumque à civitate Pariſienſi ubi ordinatus fuerat, veniret apud Oignies; occurrit ei Ancilla Chriſti cum Fratribus, adhuc in via longe agenti. At ille equo ſedens, deſcendit in occurſum venientium, & ut in talibus mos eſt, oſculati ſunt manus ejus ſacro Chriſmate delibutas. Quo cum Fratribus F procedente, Domina Maria cum quodam Reinero, nobili quidem ac religioſo viro, ſubſequens præeuntis paſſus, in quibus pedes poſuerat, flexis ſuppliciter genibus oſculabatur. Quod dictus Reinerus cernens, arguebat illam atque dicebat; Quid agis, ô Domina? Hoc ſi præcedentes viderent, quid dicerent? Deſiſte precor, deſiſte, ne facias. Et illa: Non, inquit, non enim poſſum, coacta vehementer à ſpiritu, qui mihi nunc revelat intrinſecus, quia elegit eum Deus inter mortales glorioſius ſublimandum, ut per eum in ſalutem animarum mirabiliter operetur.

a *b* *c* *Jacobum de Vitriaco inducit, ut apud Oignies habitet;* *d* *& Sacerdotio initiari;* *prædicit eum ſublimandum*

3 Super hoc etiam, cum ipſa & venerabilis Prior Ægidius de Oignies ad invicem loquerentur; Vere, inquit illa, juravit Dominus, & non pœnitebit eum, quia virum hunc, in tranſmarinis partibus Terræ ſanctæ Epiſcopali Cathedra ſublimabit. Et Prior: Taceatis, inquit, Domina mi, ne talia dicatis, non enim vobis hæc, ſi audiret aliquis, cederent

CAP. II *& futurũ Epiſcopum in Terra ſancta:*

A ad honorem. Quando hæc fieri poſſent? Cui
A.FR.NIC. illa: Ita, inquit, fiet, ſed non videbo, vide-
COÆVO bis autem tu, & contriſtaberis; ſed triſtitia
EX MS. tua vertetur in gaudium, cum ipſum à partibus illis reverti videris ad locum iſtum, & tecum privatim vivere. Quo dicto, dictus Prior horrore contremuit, & ponderans verba
ſcilicet Acconenſem. dicentis, eventum rei tacitus expectavit. Eumdem etiam venerabilem Jacobum ſuper præfato verbo præmonuiſſe fertur, ita ſubjungens: Ne adverſeris, inquit, divino judicio, ſi quis tibi in tranſmarinis partibus fuerit honor oblatus, quoniam per te ibidem in ſalutem animarum Dominus opus ſuum operari diſpoſuit. Vix poſt hæc annorum quatuor tempus exceſſit, cum ipſo venerabili Jacobo electo & conſecrato in Epiſcopum Acconenſem, verbum beatæ feminæ completum apparuit. Ipſa autem, ſicut ante prædixerat, priuſquam iſta contingerent, ab hac vita migravit. Sed antequam ad ea quæ in morte ejus geſta ſunt accedamus, prius nonnulla præter illa etiam, quæ Epiſcopus Jacobus in libro Vitæ ejus deſcripſit, ad laudem Chriſti nominis referamus.

B 4 Accidit igitur ſub eo tempore, quo ipſa Chriſti famula angelicâ in terris vitâ fulgeret, ut mercator quidam dives admodum & ſecu-
Mercator convertit laribus actibus deditus, ex oppido Nivellenſi, eam apud Willambrouck cum aliis civibus gratiâ viſitationis adiret. Nec mora, ubi eum vidit, vas futurum electionis hominem intellexit: ille autem tantam ſtatim in ſolo vultu illius perfectionis gratiam hauſit, ut ſui cognitionem ſine nubilo omnino perciperet, & Dei in ſe ſpiritum mirabiliter operantem ſentiret. Poſt hæc facta Confeſſione, ad ipſam ſalutis ſuæ matrem ſæpius revertebatur, creſcebatque virtutibus, & Dei in eo gratia re-
qui Cruce ſignatus dundabat: nec multo poſt Cruce ſuſcepta, contra adverſarios Chriſti Albigenſes hæreticos profecturus, dum cum quibuſdam convicaneis ſuis, hominibus utique ſtultis & impiis, iter ageret, & eos de ſordidis & impudicis confabulationibus increparet; diceretque, peregrinos ſanctæ viæ talibus non debere operam dare, ſed orationibus ſive exhortatio-
obſcœnos ſermones intrepide arguit: C nibus ad cognoſcendum promerendumque Deum intendere; illi [ad] ejus correptionem graviter indignati, eum linguis maledicis ac contumeliis graviter impetebant: ſed ille Dei gratiâ plenus, miris & infinitis rationibus illorum ineptias confundebat. Quapropter vehementer commoti, eum in ultione confuſionis ſuæ occidere diſponebant: quod cum quidam familiaris ac viæ ſocius agnoviſſet, indicavit viro, quia niſi à correptione illorum impiorum deſiſteret, ſe occidendum ab eis omnino præſciret. Cui ille, miro martyrii calore ſuccenſus, Nunc, inquit, eos [magis] corripiam; & utinam fiat, ut pro veritate Domini mei Jeſu Chriſti ab ejus inimicis occidar. Sed noluit Dominus illos quamvis [impios] juſti ſanguine maculari, imo potius ad agnitionem veri per illius exhortationem adducere; & hominem, quem Ancilla Chriſti in pace rediturum prædixerat, incolumem conſervare. Reverſus igi-
illa reduci explicat pœnas purgatorii: tur in propria ſua, cum die quadam ad ipſam feminam ædificationis causâ veniſſet, ortuſque ſermo inter eos de purgatorii igne fuiſſet; illa, aggreſſa quid de hoc ſentiret exponere, dixit: Digne certe ac juſte ignis ille in purgationem animarum, per pœnitentiam in ſeculo non purgatarum, à Domino conſtitutus eſt; ut quia nullum malum impunitum tranſit, hac pœnâ, licet graviſſimâ, pœnitentium animæ ſecundum opera ſua temporaliter purgarentur, ut ſine macula & ruga ad illas ſedes perpetuas tranſeant cum Beatis. Tunc homo ille dixit ei: Eſtne ignis ille tam gravis, ut dicitur? Et illa: Incomparabiliter, inquit, gravior: dico enim tibi, quod ignis ille purgatorius tanto gravior eſt noſtro materiali igne, quam noſter materialis ignis igne figurali depicto in pariete. Hoc ille audiens horrore contremuit; ſpirituque turbatus ad eam cum gravi voce clamavit: Et ego, inquit, quid agam, Domina? Obliviſcor gehennam ignis æterni horrore purgatorii. Et illa: Confortare, inquit, confortare in Domino Deo tuo. D

5 Hæc dicens, juſſit eum, ipſam quæ proxima erat eccleſiam introire: qui ſtatim de loco conſurgens paruit imperanti, & procumbens coram ſancto altario pyxidem quæ in ipſo cum Chriſti corpore *e* dependebat, fixo *e*
mentis intuitu contemplabatur. Nec mora, E
ubi hæſit ſpiritu, hæſit & oculis; viditque, *& quid acciderit adorranti corpus Chriſti* & ecce pyxis de loco ſuo mota appropinquabat oranti, ſubſiſtebatque nec revertebatur: & poſt paululum, iterum de loco ſuo, in quo ſubſtiterat, mota ſecundo appropinquabat homini, ſubſiſtebatque nec revertebatur. Tertio autem cum mota pyxis iterum appropinquaret, ſubito videntis oculi obtuſi ſunt palpebris ſubductis, raptuſque ad contemplationem intrinſecus, arcana & ſecreta vidit, quæ homini revelare non licet. Inde ad ſe reverſus, nec tamen totus, ocius cucurrit ad matrem; igniſque divini incendium evaporans; Ego, inquit, mi Mater, Deum ſine diſcretione amabo. Et illa: Nequaquam, inquit, amice, nequaquam: & ſubjunxit Ancilla Chriſti, Sentiebam horâ qua te vi-
novit abſens, debam abſcedere, quia bona tibi Chriſtus oſtenderet. Utique poſtea quando tibi pyxis tertio appropinquaſſet, quoniam columba candida *f* pyxidem exivit, alis ſuis faciem *f*
tuam leni flamine circumfovit, ſicque per animam tuam ad me tranſitum fecit. Verum F
etiam non minus attende quid videam: nam ecce Dominus Jeſus, Crucem candidam manu tenens, tibi teſtimonium reddit; quia perfecta voluntate, qua pro ejus veritate pati deſideraſti, ejus Martyr effectus ſis; ſpondetque tibi propterea, quoniam poſt mortem, ſine ulla vel parva admodum purgatorii pœna, ad regnum cæleſte tranſibis. Hæc illa dicente, *& à purgatorio liberum futurum prædicit:* animadvertit homo, quoniam hoc in illo tempore fuit, quo peregrinos ſocios in via de ſtultiloquiis corripiens, opprobrium ab aliis mortiſque intentationem accepit; moxque in laudem Chriſti effuſus, ejus quoque Ancillam magnifice benedixit.

6 Alio quoque tempore, cum vir ille, mercandi gratiâ eorum quibus pro opportunitate temporis indigebat, ad remotiora *eumdem ægrum* tranſiſſet; accidit ut gravi moleſtia in aliqua parte corporis infirmatus, nec progredi nec redire valeret. Cumque de morte certius aut de diutino præſumeret languore; anguſtiâ circumſeptus, hoc tandem intra ſe mente deliberat; ſcilicet melius eſſe (quamquam cum labore)

A bore) repetere patriam, & juxta beatam nutricem ſuam vel mortem expectare, vel languore affligi; quam in terra extranea ſine ullo matris ſolatio, vel morte finiri, vel infirmitate diutina detineri. Hoc ſecum ſecretius deliberans, baculo acclinis innititur; &, licet cum labore gravi & parviſſimis diætis hoc ageret, iter tamen conſummat difficile. Cumque apud Oignies Chriſti famulam inveniſſet, expoſita infirmitate & causâ adventus ſui, ſpiritu eum movente intrinſecus, orat Sanctam Dei, ut ſibi de capillorum ſuorum reliquiis aliquid daret, quibus ſe ſanandum ab infir-
datis capillis ſuis ſanat: mitate ſine ulla hæſitatione confideret. Mox illa capillis ſuis injecta manu, magnam ſibi admodum partem capillorum, tamquam folium, mira facilitate detraxit. Hoc ille videns, horruit factum, ne Sancta Dei aliquam læſionem hæc faciens pateretur. Cujus cogitationi illa reſpondens; Ne timeas, inquit, nullam patior læſionem. Hæc dicens illa ſurrexit, ſolumque hominem dereliquit. Ergo ubi ille ſolitudinem accepit, infirmitatis loco Reliquias admovit; ſtatimque ſub momento temporis do-
B lor omnis aufugit. Quo in facto ſtupefactus vir, genuflectione ſalutem captat; nihilque ſentiens, reſtaurare aggreditur ſolitam pœnitentiam, quam Ave Maria dicendo in crebris genuflectionibus per dies octo infirmitatis causâ laxaverat. Nec mora vix ille genuflectionem extremam implevit, illa ingreditur; curatoque congratulans, ſpiritu prophetiæ ſubintulit: Dudum, inquit, hinc abii, ſolumque reliqui te, ut curareris recuperareſque pœnitentiam ſolitam, quam conſtringente infirmitate dimiſeras. Cujus verba fidelis ille vehementer admirans, non ſolum infirmitatis ſuæ celerem curationem expavit; verum etiam & hoc expavit, quod horam, qua id factum eſt, aut quod interim fecerit, ſcire illa tam ſubito potuit.

iiſdem ſanatur filiolus læſus, 7 His ita geſtis, homo ſanus domum egreditur; regreſſuſque invenit filium, quem parvulum habebat, graviter in capite vulneratum. Sed ille igne furoris ſuccendi non poterat, qui dudum à Sancta Dei regrediens, igne adhuc divini ſpiritus caleſcebat. Quinimo hinc etiam ratus occaſionem ſe reperiſſe majoris mi-
C raculi, ad Deum fida mente converſus, dixit: O Deus mirabilis, ecce & nunc merita Ancillæ tuæ, caſu hujus infortunii declara. Mox uxorem ſociam vocans, vulnus capitis pueri fœdum ſanguine jubet ut abluat. At illa puerum ſuſcipiens, aquiſque ſanguinem aggreſſa diluere; inter agendum, ut patens vulnus horridum vidit, ſuſtinere non valens puerum dereliquit. Ad quem pater fide plenus accurrens, probatas Sanctæ Dei capillorum Reliquias patenti vulneri totas immerſit. Mira res! Ubi orans pater intendit eventui, quaſi ad momentum hebeſcit oculis. Reducto viſu [volens] rem geſtam conſpicere, videt vulnus redactum in cicatricem, abſorpto ſanguine qui fluebat; & pro cruore roſeo quaſi guttam roris in vulneris recluſione patere. Eſt puer vivus adhuc; crevit in hominem; locum vulneris vidimus, & tanta ſubtilitate contractum in integrum, ut quamvis longa cicatrix admodum perpen-
& capilli quaſi vivificati apparent. datur, quaſi tractus tamen acûs inſpicitur. Refert idem vir de ejuſdem capillorum Reliquiis prægrande valde miraculum; nam cum ipſe die quadam (ut ſæpe ſolebat) eaſdem, de D quibus diximus Ancillæ Chriſti capillorum Re- A.FR.NIC. liquias, ſuper pannum ſericum teneret in gre- COÆVO mio, oraretque Dominum; illas intuitu vidit. EX MS. Et ecce ipſi capilli vivificati, atque eo genere quo talis res potuit, invicem lætabantur: nec hæc parvo quidem ſpatio, ſed per horam fere integram viſio miranda permanſit; ſicque virtute ſopita capillorum congeries conquievit.

ANNOTATA D. P.

a *Certe non ante an.* 1217 *ſi non aliquamdiu poſt.*

b *Ciacconius an.* 1228 *celebraſſe Gregorium* IX *dicit ſecundam Creationem Cardinalium, & primus nominatur Jacobus. Sed hic teſte Ægidio Aureæ-vallis Monacho qui hiſtoriam Epiſcoporum Leodienſium uſque ad an.* 1251 *perduxit, vivens & ſcribens, cum Hugo Petrapontius* 12 *Aprilis moreretur an.* 1229, *non ſolum adſtitit morienti Huji; ſed etiam Leodii* 16 *ejuſdem poſtridie Paſchæ ſepulturam curavit. Cum hoc tamen bene conſiſtit, quod eâdem æſtate Romam profectus Jacobus, ibi factus ſit Cardinalis,* E *atque ita ſubſcripſerit Epiſtolæ Gregorii iſto adhuc anno datæ Venetias pro eccleſia S. Gregorii Majoris, ut notant Continuatores Ciacconii recte corrigentes Panvinium, ubi Creationem iſtam differt ad annum* 1230.

c Oingnies *perpetuo habet etiam hic Ms. Oigniacenſe; ſed malui primum* n *expungere conformiter ad jam impreſſam Vitam facilioris pronuntiationis ergo.*

d *Cum circa* 1191 *matrimonio juncta* Maria, *in Willambrouck venerit, & num.* 93 *ibidem dicatur* multo tempore *habitaſſe; non videtur ea Ogniacum migraſſe niſi circa* 1207 *nec etiam multo ſerius, ut interim Jacobus potuerit tantopere clareſcere in exercitio prædicationis.*

e *Ita tunc ad uſum infirmorum ſervabatur Euchariſtia. Inſtituto autem feſto ſpeciali, multo auguſtius eadem aſſervari cœpit in propriis tabernaculis.*

f *Non ergo ipſamet pyxis illa habebat ſpeciem columbæ, ut aliàs ſæpe, de quo vide Cangium verbo* Columba. F

CAPUT II.

Miracula in vita patrata, revelationes.

8 ALiud quoque idem Religioſus vir per *Sancta cum ſociis* patrias late vulgatum miraculum retulit. Accidit ut ipſe & alius ſane fidelis homo, cum ipſa venerabili Maria & Ancilla ejus, peregrinationis causâ iter agerent. Inter eundum ergo concreta nube in aquas imbres ingentes ruere minabantur, obductumque cælum erat tetra caligine. Formidantibus autem ceteris, quia ab habitationibus hominum longe *imminente pluviâ* aberant; Ancilla Chriſti elevatis ad cælum oculis, cum mira gratia vultus, aliquid à Domino petiit, quod nemo eorum, qui orantem tantum viderunt, audivit; ſed conjicere quiſque poteſt ſecundum eventum rei, quid anima ejus dignis meritis impetrarit. Accidit ut cum pluviæ graves fere deſcenderent, adeo

quod

A quod terra ſpumeſceret; via tamen per quam
A.FR.NIC. COÆVO EX MS. ibat Sancta cum ſociis, utraque parte dextera
vel ſiniſtra per cubitos circiter *a* ita immunis
à pluvia remanebat; ut nec vel gutta una ſu-
a per eos cadere videretur. Hoc viſo itineris ſo-
cii, ſe invicem contuentes, nihil tamen loqui
interim poterant divino miraculo ſtupefacti.
Inde vero inundatione ceſſante, rogatus fide-
lis ille, de quo plurima diximus, ab iis qui
ſecum ibant, Dei famulam ſolus interrogat,
quid vel unde fuit in re monſtrata miraculum.
per S. Joannem Euang. ſervatur. Tunc illa: Hoc, inquit, ut ſecretum habeas;
Euangeliſtam Chriſti Ioannem vidi in aëre,
qui nos juſſu omnipotentis Dei ab inundatio-
ne tantæ pluviæ protegebat. Igitur ne quis
contra illum, qui tanta nobis miracula de
Chriſti famula retulit, infidelitatis ſcrupulo
moveatur.

b 9 Sambra fluvius *b* Lotharingiæ eſt lati-
c ſſimus, fere paſſuum *c* octodecim, qui vil-
& ultra Sabim ſubito tranſponitur. lam Oignies ex una parte vaſta diffuſione
præterfluit. Fluvius iſte, cum pro latitudine
ſui in partibus illius non habeat pontem,
quo iter agentibus tranſitus præbeatur; acci-
B dit die quadam, ut Ancilla Chriſti ad orato-
rium quoddam, ſibi gratiâ orationis cariſſi-
mum, quod ultra fluvium ſitum eſt, pergere volens, ad amnem recto tramite iter arriperet. Quod cum vir quidam forte conſpiceret, miratus eſt feminam ad invadabiles aquas greſſum dirigere, præſertim cum nec pons eſſet in flumine, nec navem paratam cerneret qua illa tranſiret. Circumductis ergo vir ille oculis, ſi navem forte videret, cum nullam adeſſe cerneret, reflectens oculos ad illam, quaſi inſanam judicaturus, euntem vidit: & ecce in momento temporis Ancilla Chriſti fluvio tranſpoſita iter agebat. Hoc videns homo miratus expavit; ſed & nos miramur auditum, feminam ſcilicet ſiccis veſtigiis ſuper reſolubile elementum aquarum, quaſi ſuper aridam ambulaſſe. Ut autem fidem plenam legentibus faciam, huic capitulo conſimile pæne in geſtis miraculum conjungam immeditate. Andreas Frater Converſus eſt in monaſterio de Oignies, homo utique etſi laicus, tamen religione probatus. Hic nondum adhuc religione ſuſcepta, ſub idem fere tempus quo hæc
C geſta ſunt citra ripam fluminis dicti ſtans, Ancillam Chriſti à prædicto oratorio ultra fluvium regredientem vidit. Ad ripam igitur fluminis illa perveniens, ut vidit hominem de contra in parte altera ſtantem, clamavit ei: *Aliàs navi ultro allapſa,* Quomodo, inquit, tranſibo? Et ille: Ex parte, inquit, iſtius ripæ navis non eſt; video autem unam in parte ripæ illius qua ſtatis, ſed quomodo huc habeam minime video. Hæc dicens homo, ſicubi navem in parte ſua forte videret, oculos circumduxit. Cumque nullam aſpiciens ad ſe curvaret obtutus; videt, & ecce navis illa, quam in altera fluminis ripa mox viderat, quaſi in ictu oculi ante pedes ſuos divino nutu tranſpoſita, ad tranſvehendam Chriſti famulam præſtabat. Tunc homo præ admiratione rei pæne deficiens, cum illam pro qua hæc fiebant ſtupidus cogitaſſet, animo concepit fiduciam; & intrans navem, primum quidem ad Chriſti famulam tranſiit, deinde receptam eam intra naviculam amne tranſpoſuit.

10 Venerabilis igitur Prior de Oignies, audito quod ſua carnalis ſoror in quarto milli- D
ario à monaſterio graviter ægrotaret, illuc
ire properavit. Secundo autem die, cum ad
Tertiam Prior minime regrederetur; Chriſti *in feſto SS. Trinitatis*
famula formidare cœpit, ne in tanta ſolenni-
tate, quæ tunc ſancta Trinitatis illuxerat,
Miſſarum officio fruſtraretur. Ceteri Fratres
d Presbyteri, ex præcepto tunc Leodienſis *d*
Epiſcopi diverſas patriæ parochias viſitabant.
Turbata igitur devota mulier, Dominum cum
lacrymis deprecata eſt, ut celebraturum Prio-
rem remitteret. Nec mora, cum jam hora
meridiana inſtaret, ſurgens ab oratione, venit
ad matrem Prioris & alias religioſas mulieres,
quæ inibi Domino ſerviebant; quæ ſe jam
præparabant ad menſam ut ederent, & dixit
illis: Comeſturæ adhuc non conſedeatis ad *prædicit Miſſam celebrandam,*
menſam; venturus eſt enim Prior ut celebret:
hæc dicens ad eccleſiam rediit. Tunc mater
Prioris, ut anus fere centenaria, ad verbum
Ancillæ Chriſti jam obſtomachans, dixit ceteris: Sedete jam & manducemus. Numquid hora hac, cum venerit filius meus laſſus de itinere, celebraturus eſt Miſſam? Cui Sorores mulieres: Domina, inquiunt, Maria eum E
venturum dixit, nec credimus quod facile
mentiretur. Quibus illa graviter indignata:
Numquam, inquit, Domina veſtra Maria
mentita eſt? Sedete inquam, & manducate.
Sed cum Sorores Ancillæ Chriſti verbis cre-
dulæ, nihilominus expectarent; anus ipſa ad
menſam reſidens manducare cœpit. Et vix
ori ſuo quarta vice manum manducans ap-
poſuit, cum famula Dei venientem Priorem
ſentiens, campanam arrepto fune pulſavit.
Moxque ingreſſus Prior, & nihil interro-
gans, Miſſarum ſolennia celebravit. Tunc
anus ſurgens à menſa, confuſa nimis, poſt
Miſſam ab Ancilla Chriſti indulgentiam de
contumelia petiit & accepit.

11 Adeo autem beata mulier Chriſtum
ſuum fidelem credebat, quod nihil de ejus
reſponſis in ſpiritu aut revelationibus dubi- *numquam in revelationibus decepta:*
tabat, & merito. De ea Reverendus Epiſco-
pus Jacobus veridico ore teſtatus eſt, quod
in omnibus revelationibus ſuis diſcretionem
ſpirituum habens, numquam aliquando in
rebus hujuſmodi ab inimico humani generis F
ſit decepta. Magnum hoc fuit; & revera
ſpecialiter magnum, maximumque ſuper om-
nia geſtorum ejus mirabilia reputamus. Mul-
tos enim in Lotharingiæ partibus, ubi ma-
xima ſanctitatis copia eſt, Religioſos Religi-
oſaſque vidi atque cognovi, quorum etiam viſiones atque viſitationes ſecretas accepi, utpote homo illis in partibus educatus; ſed nullam inter omnes perſonam, ſolum hac excepta, quam aliquando deceptam fuiſſe non novi. Quid ergo? Numquid parvipendendæ ſunt Dei in omnibus revelationes? Minime, imo certe plurimum venerandæ, & qui eas ſpernit, Chriſtum deſpicit revelantem. Sed cum verſutias inimici detegimus, audientium corda in talibus præmunimus, & ab his exceptam Chriſti famulam glorianter attollimus.

12 Erga animas, quæ in purgatorio erant,
valde compatiens, ſuper anima matris ſuæ
jam defunctæ multum ſolicitabatur in ſpiri-
tu, ſed hoc à carne ut jam patebit *e*. Hanc *e*
itaque, propter eleemoſynas frequenter in
pau-

A pauperes factas, & propter honeſtum quem-
ſolicita pro anima matris dam vitæ modum, quo inter mundanos ip-
ſa quoque mundana vixerat, ſperabat quidem
poſſe ſalvari, ſic tamen [quaſi] per ignem.
Super hoc cum dubia tamen aliquando ti-
meret, quoniam judicia Dei abyſſus multa,
rogavit Dominum, ut eam certam redderet,
in quo ſcilicet [ſtatu] damnationis ſalvationiſ-
ve anima matris ſuæ de hoc mundo tran-
ſiſſet. Cumque multas in hoc lacrymas fun-
deret, accidit die quadam, ut venerabilis
Ægidius Prior de Oignies Miſſarum ſolen-
nia ageret, & juxta altare quaſi ad pedes
f Domini Maria ſederet. Inter agendum *f* ergo,
Ancilla Chriſti horrore concuſſa, videt; &
ecce ſibi tenebroſus quidam ſpiritus prope
conſiſtit. Mox ſigno Crucis timore fugato,
audacter quis hic eſſet interrogat. Et ille:
intelligit eam damnatam. Ego ſum, inquit, mater tua, pro qua po-
ſtulaſti. Cui filia: Quomodo, inquit, tibi eſt
mater? Tunc illa: Male, inquit, nihil me
tuæ juvare poterunt preces, cum me qui-
dem damnatam perpetuo inferni clauſtra de-
tineant. Mox filia, elato gravius gemitu,
B Heu, inquit, mater, quæ cauſa damnatio-
nis tuæ? Cui illa: Enutrita, inquit, fui &
vixi in his quæ per uſuras & injuſta merci-
monia acquiſita fuerant; conſcia mihi mali,
ablata reſtitui non curavi, non animadverti
quidquid contra Dei præcepta fuiſſet, ſed
tortuoſas mundi vias ingreſſa, indignum
miſera duxi progenitorum meorum veſtigia
declinare. Non pœnitui in his: ſed infructuo-
ſam vitam morte commutans, à futura ſecu-
li vita deperii. Hæc dicens repente diſpa-
ruit. Ancilla vero Chriſti conſideratis per or-
dinem omnibus, etiam in matre perdita,
juſtum Dei judicium benedixit; nec flevit
amplius morti perpetuæ traditam, per quam
carnis initia ſumpſerat: quia ratio intellectua-
lis animæ, quam ſolus creavit Omnipotens,
judici univerſorum Deo ſubdita concordabat.
Perinde interrogantem ac reſpondentem di-
ctus Prior Ægidius audiebat, ſed ejus col-
locutorum ſpiritum non videbat.

13 Dies alicujus Sancti ſolennis inſtabat,
& contigit ut prædictus Prior de Oignies,
prolatis Sanctorum Reliquiis ac veſtibus ſeri-
C cis, quas pauculas ac pauperes ipſa adhuc do-
mus habebat, altare ſecundum conſuetudi-
Ob paramenta ſerica altaris combuſta nem dierum ſolennium præpararet. Die au-
tem cum Veſperis jam tranſacto, Prior repo-
ſiturus veſtes ſericas cum Reliquiis, in altari
eas depoſuit; ſed cum urgeret jam hora cœnæ
Priorem, plicatas veſtes ſericas juxta altare
dimiſit & ardentem cereum collocavit coram
Sanctorum Reliquiis, ſicque cum Fratribus
properavit ad cœnam. Inter cœnandum ergo
cecidit cereus ardens in veſtibus exuſtaſque
conſumpſit. Quarum fœtore Ancilla Chriſti,
per feneſtræ aditum, qui erat altari contiguus,
excitata videre quid eſſet, viſum infortunium
Priori in refectorio nuntiare cucurrit. Qui
mox à cœna ſurgens, ubi damnum exuſtio-
nis invenit, fuſis lacrymis pro tali re, mo-
triſti Priori meliora prædicit dum doloris exceſſit. Quem ut pia famula
Chriſti lacrymantem vidit, ejus dolori com-
paſſa ingemuit; proſtrataque in terra cum
lacrymis exſurrexit, & Priori cum magna fi-
ducia dixit: Conſolare Pater cariſſime, con-
ſolare: damnum tibi iſtud infra decem annos
incomparabiliter Deus reſtituet, & quadrupli- D
citer plus pro adipiſcendis gaudebis ornatibus A.FR.NIC.
quam nunc pro perditis contriſtatus es. Sed COÆVO
heu me! quæ tunc minime ſubſiſtens, iſta EX MS.
non videbo. Nec fefellit eam promiſſo Deus;
poſtea enim, quoniam venerabilis Jacobus in
tranſmarinis partibus Acconenſis Epiſcopus eſt
g electus, tranſmiſit dicto Priori omnem in- *g*
ſulam Epiſcopalem, cum aliis multis veſti- *ab Epiſcopo Acconenſi mittenda;*
bus biſſinis, & univerſa altaris vaſa, cum di-
verſis utenſibilibus miniſtrorum ejus ex auro
& argento omnia fabricata. Portitor autem
horum omnium, tantâ velocitate mare tran-
ſivit, infra dies videlicet quindecim, ut mul- *quod factu fuerit*
tis hoc incredibile videretur. Et hoc non
mirum non ſine divino miraculo, utique anno-
rum decem tempus urgebat, quo hæc An-
cilla Chriſti complenda prædixerat. In ad-
ventu autem ipſorum exeniorum non facile
dici poteſt, quantum dictus Prior tripudia-
verit gaudio; verborum tamen Ancillæ Chri-
ſti prorſus oblitus. Cumque totam diem in *ſub finem anni* 10
gaudium expendiſſet, ut nec horam quieſcere *prædicti.*
videretur; veſpere jam facto, ſeipſum cœpit
arguere, quod immoderatâ lætitiâ pro tranſi- E
toriis exultaſſet. Nec mora: ubi quaſi con-
tractæ culpæ ex inordinato gaudio, amaritu-
dinem triſtitiæ ſuperducere voluit; ſubito in
recordationem ei venit, quod ſibi triſtanti
pro exuſtura veſtium, ante annos decem Dei
Sancta prædixerat; ut ſcilicet damno ſibi in-
comporabiliter reſtituto, quadrupliciter pro
adipiſcendis gauderet ornatibus, quam pro
perditis fuerat contriſtatus. Horum ubi me-
mor extitit, Kalendarium ſtatim inſpexit; re-
peritque viginti dies annorum decem ſupereſſe circulo, quo hæc illa adimplenda præ-
dixit: quæ ubi Prior jam certus advertit,
cum tremore factum gaviſus expavit.

ANNOTATA D. P.

a *Ita Ms. Oigniac & Rayſſius; alia* Octoginta *habent: quod nimium videtur, non enim tam latæ ſolent viæ eſſe.*

b *Lotharingiam inferiorem intellige, quæ Hannoniam & Brabantiam complectitur, & ſic etiam in Prologo ſumitur.*

c *Mss. numerant* Octoginta *quod an nimium* F
non eſt, & ideo eo correctum, dijudicent accolæ.

d *Is erat* Hugo Petrapontius *ab an.* 1200 *Leodienſis Epiſcopus, de quo ſuprà.*

e *Hæc eadem Thomas Cantipratanus lib. 2 Apum cap. 54 num.* 18 *refert ſibi à Doctore Joanne de Nivella, cujus ſuprà meminimus, narrata* ex ore B. Mariæ de Oignies: *refert autem iiſdem verbis omnino hinc veroſimiliter ſumptis, ſed teſtimonio præmiſſo confirmatis.*

f Inter agendum, *aliàs*, infra actionem, *id eſt*, tempore Canonis. *Vide Cangium verbis* Agenda & Actio.

g *Hinc conſequi videtur, quod* Jacobus *non fuerit ordinatus Epiſcopus ante annum* 1218 *aut* 20.

A

A.FR.NIC. COÆVO EX MS.

CAPUT III.

Miracula poſt mortem, potiſſimum in ſpiritu blaſphemiæ depulſo.

14 INgruente jam tempore, quo beata mulier ex hoc mundo migraret, accidit ut vir quidam religioſus ac vere ſanctus, Ioannes ſcilicet de Pomerio dictus, de hoc mundo tranſiret. Cujus ſanctitatis Prior optime conſcius, forcipe dentes illius ore detraxit. Cumque ſtridorem forcipum Famula Dei de loco orationis audiſſet, introſpiciens per feneſtram, quæ erat loco contigua, horrenſque factum timore femineo, Priori mitis inclamat: Quid eſt, ait, ô Domine Prior, quod cum mortuo cadavere tam crudeliter agis; tam durum quidem te non putabam. Et Prior: Scito, inquit, mi Domina, quia ſi te ante me mori contigerit, nihil cum iſto facio, quod tecum quoque defuncta non faciam. Cui illa: Non, inquit, certè, non mihi hoc facies, os enim clauderem & dentes ſtringerem, ut iſta non poſſes. Tunc Prior riſum attollens: O quam bene, inquit, hoc mortua poſſes? Illa dictis nil addens, ſeſe in loco ſuo clausâ feneſtrâ recepit. Necdum igitur poſt iſta grande tempus exceſſit, cum illa mundo excedens, ad Deum vitæ migravit. Tunc prior de Oignies cum aliquibus ſecretioribus amicis, defunctæ corpus ad locum ſecretum transferens; caput illius ſuper genus ſupinatum depoſuit, ſicque mento ejus dexterâ apprehenſo, ſiniſtrâ vero frontem deorſum cum virtute retorſit; ſed nec ſic dentes vel ſaltem labia, ſecundum verbum quod vivens prædixerat, aperire prævaluit. Tunc cultellum & ferramenta alia adhibens cum nil proficeret, jamque fruſtrata ſpe corpus in feretro relocare diſponeret; ſubito illi & inſperatè venit in recordationem quod vivens ſibi Ancilla Chriſti ante prædixerat, & quid ipſe quoque illi quaſi irridendo reſponderat. Mox igitur proſtratus humo, ſupplici prece corpus reverendum affatur: Verè, inquit, Domina ſtultè agere volui, verba tua caſſare conatus. Sed revera non memini, & tamen ſi meminiſſem, verba quæ tunc à te prolata fuerunt, inania utique & ludicra credidiſſem; ſed ut nunc video, nullum verborum tuorum tranſibit in vanum. Rogo ergo & peto tuam manſuetiſſimam caritatem, ut me patiaris dentium tuorum partem in ſolatium mei doloris accipere. Et tu quidem noſti, & verè ſic eſt, id quod facere volui (etſi non modo quo debui, quia talis violentia, ut verè nunc patet, tuam reverentiam non decebat) tamen ad tuum honorem & gloriam facere diſponebam; à te ergo, quod flagito nunc permitte. Mira res! Vix Prior os ſuum in hujuſmodi verba recluſit; cum ecce corpus exanime, quaſi verbis precantis arridens, os aperit, & ſponte ſua in manu Prioris ſeptem numero dentes excuſſit. Quid horum mirabilium glorioſius? Hujus rei miraculum, qui interfuerunt, adhuc viventes teſtati ſunt plurimi; de quorum fide nec infidelis quiſquam dubitare poſſet de facili.

Ægre ferès vi extrahi dentes pie mortui,

B

negat id in ſe faciendum:

nec fieri potuit,

C

oranti tamen ultro 7 dentes impertit.

15 Tempore Domini *a* Honorii hujus nominis Papæ tertii, cum venerabilis Iacobus adhuc Acconenſis Epiſcopus Romam veniſſet, ab ipſo Papa Honorio & Fratribus Cardinalibus, maximè à Domino *b* Hugone tunc Oſtienſi Epiſcopo, & Romanæ Curiæ Cardinali, viro utique in omni ſanctitate digniſſimo, officioſiſſimè eſt ſuſceptus. Erat autem ipſe venerandus Oſtienſis Epiſcopus ex multo tempore eum videre deſiderans. Nec prætermittendum, quod cum ipſe Acconenſis Epiſcopus eidem Oſtienſi Epiſcopo exenium pretioſum ac pulchrum viſu, cuppam *c* ſcilicet argenteam, pondere gravidam, plenam muſcatis nucibus tranſmiſiſſet; ille vir, totius muneris conſtantiſſimus refutator, Domino Acconenſi cuppam ſtatim remiſit, muſcatas vero nuces retinuit, dicens; Fructus hic nucum muſcatarum, fructus eſt Orientis: cuppa verò argentea Romanæ urbis eſt fructus. Eleganter quidem & verè dixit. Igitur poſtquam ſecretum ad invicem colloquium habere potuerunt; Dominus Oſtienſis Acconenſi Epiſcopo dixit: Verè, ait, Frater cariſſime, multum te in partibus iſtis veniſſe congratulor, ex multo jam tempore colloqui tibi, & arcana ſecretorum meorum referare deſiderans: quippe quæ vix ulli unquam alii pateſacere diſponebam. Ut ergo mihi, per conſilium & auxilium orationum tuarum, propitiatio aliqua ab omnipotenti Domino concedatur; tibi totum ſecretum cordis mei effundam: diligenter, quæ tibi dixero, pondera. Itaque noveris, me cum beato Iob datum à Domino ſtimulis inimici; ſed eo gravius quo ille in corpore, ego autem in anima. Spiritus blaſphemiæ adeo animam meam vexat, & variis tentationum fluctibus obruit, & uſque in deſperationem quotidie ferè detrudor: in hoc ſolo reſpiramen accipio, & hoc tamen minimum, ut dum cum Fratribus Cardinalibus in Conſiſtorio ad cauſas debitas ſedeo, interim ceſſat paululum paſſio quâ confundor. Sed heu! cum revertor ad ſolita, repetit me immanis cruciationis aculeus; nec ullis me ſinit cibis, potu vel ſomno refici ad quietem: ſed exhauſto ſpiritu cogitationibus infinitis, corpus propè exangue cogit ad vaſtitatem: & ut nihil in me tibi maneat indiſcuſſum, illud quammaximè vereor, ne tantum pondus ferre non valens, à ſtatu ſanctæ fidei omnino dejiciar.

D

a

b *Hugo Oſtienſis Epiſcopus,*

c

E

vexatus ſpiritu blaſphemiæ,

F

16 Hæc & his ſimilia Oſtienſe Epiſcopo cum gravi gemitu proſequente; Dominus Acconenſis (ut eſt homo piæ mentis) in talibus gemitibus beati viri, gemitus & ipſe graves admiſcuit: & ingreſſus Scripturarum miſericordiæque divinæ theſauros, prædicabat (ſed non ignaro talium) ea quæ in hujuſmodi tentationibus apta & congrua eſſe videbantur. Sed quoniam ipſe Acconenſis, vir prudens & expertus, in talibus fieri ſæpè *d* ſciebat, ut mens talium maximè tentationum fluctibus obruta, ſubito rationem non capiat, niſi exemplis evidentiſſimis confirmetur; iſta quoque ſubjunxit dicens: Habebam, inquit ante Epiſcopatum, in Lotharingiæ partibus amicam Dei valde cariſſimam, quæ prærogativa ſanctitatis & ſuo tempore meriti ſingularis, à Domino obtinuerat gratiam in effugandis blaſphemiæ ſpiritibus ſpecialem: ſunt autem

d

A in libro Vitæ quem ipſe conſcripſi, hujus rei exempla plurima. Hanc eamdem gratiam erga invocantes ſe, non ſolum in vita degens, verum etiam defuncta retinuit. Hujus ergo converſationis librum tecum tollens, releges. De pleno pectore, cum fiducia de Dei miſericordia & Ancillæ ejus ſanctitate præſumo, quod in brevi à tentatione, qua fluctuas, te ſenties relevari. Cujus verbum Dominus Oſtienſis in cordis exultatione complexus, Acconenſi Epiſcopo dixit; Multa de iſtâ, Frater cariſſime, admiranda percepi; ſed quæſo, ſi ullæ ſunt tibi de hac Reliquiæ, mihi eas accommoda, ob quarum venerationem gratius mihi erit Sanctam illam quaſi invocare præſentem. Tunc Acconenſis Epiſcopus ipſe roganti exultabundus arridens; Eſt, inquit, digitus ejus argenteo locello reconditus, aſſiduè mihi ſuſpenſus ad collum, qui me utique in diverſis periculis & inter marina diſcrimina ſemper tutavit illæſum. Hunc ergo ſi præcipis, tecum aſſume.

per Reliquias B. Mariæ

17 Mox Oſtienſis Epiſcopus oblata gratulanter accipiens, lectioni Vitæ Ancillæ
B Chriſti prius vigilanter incubuit; & in ea quidem miram ſpem & ſui quietem inveniens, de reliquo quod reſtabat fiduciam magnam animo concepit. Nec mora, cum nocte quadam ante altare, quod in ſecreto habebat, ſolus oraret; cœpit menti illius ſolitæ tentationis torpor obrepere. Qui ſtatim ſurgens à terrâ, digitum Ancillæ Chriſti piis in manibus apprehendit, quem contra pectus ſuum arctius ſtringens, famulam Dei & ejus precum ſuffragia ſuppliciter invocavit. Nec mora: ſpiritu blaſphemiæ & torpore mentis penitus effugatis, cæleſti interius gratiæ lumine irradiatur: guſtantque palato cordis quam ſuavis eſt Dominus, contra ſpiritualia nequitiæ de manu Domini, per preces Ancillæ ejus, ſcutum inviolabilis protectionis & ſecuritatis accepit. Si quid verò amplius ibidem ſenſit in ſpiritu, ſi quid ſecretæ revelationis accepit, ipſe novit; ego autem non: ſed ſecretum ſuum ſibi, ſecretum ſuum ſibi:
e *e* ad me autem non pertinet, niſi ea quæ pro certò noverim legentibus indicare. Nunc igitur conſiderandum eſt, quare vir iſte, de
C quo talia retulimus, vir inquam iſte eminentiſſimæ ſanctitatis, vir quem omnipotens Deus (ut in conſequentibus dicemus) tanto culmine ſublimavit; cur, inquam, eum ſpiritu blaſphemiæ per tam acerbas tentationes tradidit cruciandum. Sed ratio evidentiſſima ſatis occurrit, ſi prædeceſſorem ejus Petrum Apoſtolum inducamus, quem ut cribraret ſicut triticum Satanas expetivit? & niſi Patrem pro eo rogaſſet Filius, poſt trinam negationem fides utique defeciſſet. Sed erudiendus erat tentatione, ut ſciret compati infirmitatibus ſubditorum, qui conſtituendus erat caput omnium Chriſtianorum.

liberatur:

quod autè tales ſic probentur ad profectum,

18 Sed aliam in Lotharingiæ partibus nobiliſſimam feminam vidi, quæ miro ardore ſpiritus Cruce ſuſcepta, uſque in terram ſanctam Jeruſalem, vinculo ferreo cincta, carenſque vehiculis, nudis etiam pedibus ambulavit: quam & tu, ô venerande Jacobe, tunc Acconenſis Epiſcopus equitem calceatamque redire in patriam coëgiſti. Nec mora: ubi rediit, ad Ordinem Ciſtercienſem

expertum ſe ait Auctor

tranſiens, domum, poſſeſſiones infinitas, & D
filios dereliquit. His tam viriliter pro Chri- A. TR. NIC.
ſti amore patratis, adeò ſpiritu blaſphemiæ COÆ. O
tribulata ac ſtimulata eſt, ut mihi cum EX MS.
maximo dolore referret, magis ſe torqueri tentatione illâ prævalidâ, quam unquam aliundè cruciata fuiſſet. Sed numquid ad damnationem vel ad detrimentum ejus virtutis fuit? Non. Virtus utique in infirmitate perficitur. Nam non multò poſt ab omnipotente Domino liberata, tanta plenitudine gratiæ condonata eſt, ut ubicumque in ambitu monaſterii eſſet, horam adventus Chriſti in altario per miniſterium Sacerdotis, quantumcumque ſecretò fieret, ſine ullâ hæſitatione cognoſceret; voceque facta in *in ſibi notâ Sanctimo-* gutture ejus turturea, tanto modulamine re- *niali,* ſonaret, ut nullus mortalium eam ſono imitari valeret. Horum teſtis ego ſum, qui celebrans in loco, turtuream illam vocem audivi; vidique in eâ aliud valde mirabile. Communicatura erat Corpori & Sanguini Domini. Adducta igitur in brachiis ſuſtentantium, tripudiabat illa membris omnibus, & facies
E ejus pleniſſima gratiarum inter ludendum plauſus tantæ dulcedinis emittebat, ut dubitari non poſſet vocari eam ad cœnam nuptiarum Agni, in qua Pater omnipotens, cæleſtia terrenis, ima ſummis virtute inviſibili conjungebat. Sed quid in longum verba produco? Multos vidi, multos expertus ſum ſpiritu blaſphemiæ tribulatos; nec unum quidem in omnibus reperi, qui non ſolum li- *aliiſque* beratus non ſit, verum etiam poſt tentatio- *pluribus.* nem majori gratiâ condonatus; pauci verò admodum ſunt, qui ad videnda ſecreta cæleſtia digni fiunt, qui non prius tentatione hac vel purgantur vel probantur. Et in hoc quidem ratio dignìſſima occurrit, ſed nunc præcedentium exempla ſufficiant. Habemus ergo Pontificem, qui poſſit compati infirmitatibus noſtris, per omnia tentatum ſicut & nos.

ANNOTATA G. H.

a Honorius III *ſedit ab anno* 1216 *ad* 1227.

b Hugo, *aliquibus* Hugolinus, *ab anno* 1206 *Epiſcopus Oſtienſis & Cardinalis; poſtea Gregorius* Papa IX, *ab an.* 1127 *ad* 1241. F

c *Sic dicta à figura* cuppæ *ligneæ ſeu vegetis.*

d *Impreſſum male*, ſolebat.

e *Videtur Auctor ſuſpicari, quod tunc Cardinali fuerit revelata ſua ad* Pontificatum *futura electio: quæ quomodo etiam revelata fuerit B. Leonardo Camaldulenſi, miniſtranti ad Miſſam; vide* 3 *Junii.*

CAPUT IV.

Auxilia cuidam Epiſcopo & potiſſimum Jacobo de Vitriaco præſtita.

19 SUb idem fere tempus quidam Epiſcopus, cujus nomen A prodere non audemus, A quoniam ſe vetuit nominari, qui beatam illam & Deo dignam mulierem Mariam in vitâ valdè dilexerat, ad ſepulcrum ejus de Italiæ partibus ſupplex ac devotus advenit. Cum- *Epiſcopo Italo ad ſepulcrũ venienti apparet Maria*

A que nocte quadam ad tumulum ejus orandi
A. FR NIC. COÆVO EX MS. gratiâ vigilaret; subito raptus in spiritu vidit; & ecce venerabilis Maria, de loco requietionis suæ, contra sanctum altare protensis manibus & flexis genibus orans, pro eo Domino supplicabat. Multum ergo lætificans Præsulem modus eximiæ visionis, per duas fere noctis horas permansit immobilis. Postera vero die valedicens Fratribus de Oignies, Priori secretius patefecit, quid sibi nocte oranti ad venerabilis Mariæ tumulum accidisset: quod quidem ejusdem Prioris digna relatione susceptum, huic operi dignum duximus inserendum.

20 Igitur cum venerabilis Jacobus Acconensis Episcopus, de Romana urbe ad Terram sanctam rediisset; iterumque causis emergentibus Romam tendens per mare magnum navigaret; subita tempestas orta est, ita ut omnes qui cum ipso erant de vita penitus desperarent. Tunc venerandus Episcopus, vestibus spoliatus, hirco *a* tantum accinctus erat; ut si navis forte ad scopulos quassaretur, mari se posset immergere, & natando fortuitu terram attingere. In his igitur cuncti qui in ipsa navi erant angustiis constituti, prout quemque ferebat devotio, alii S. Nicolaum, alii S. Clementem, atque alii alios in tuum adjutorium Sanctos precibus invocabant. Acconensis Episcopus, Reliquiarum Ancillæ Christi Mariæ de Oignies, quas ad collum semper suspensas habebat sedule recordatus, ejus cœpit patrocinia flagitare, dicens: O tu veneranda Mater & Domina, me quidem in terra degens amore præcipuo dilexisti; te quoque, etsi non tantum quantum debui, tamen secundum quod modus imperfectionis meæ potuit, redamavi. Me igitur in his angustiis constituto, prærogativa meritorum tuorum suffragia precibus interpello, vitam meam longe aliter ordinare dispono, & ideo mori nunc in proposita mihi morte formido. Hæc & his similia cum Episcopus mente angustiata & ore tremulo peroraret; repentino sopore correptus vidit Ancillam Christi sibi dicentem; Ecce adsum protectrix tua, vocasti enim me. Revera in vita dilexi te, sed post vitam pro salute tua orare non cesso.

a *Jacobus de Vitriaco*

se invocantem,

apparens liberat à naufragio

C 21 Ne timeas, vitæ tuæ non erit hic finis. Hæc illa dicente visum est Episcopo quod eum in ecclesiam de Oignies Christi Ancilla perduceret; & per ecclesiam in editiori testudine conscendenti, quinque altaria statuta monstraret, dicens: Hæc quatuor, in honore Sanctorum, quos tibi Prior loci hujus ostenderit; quintum vero in honore sanctæ & individuæ Trinitatis ex meo monitu consecrabis. Et digito locum designans, Coram isto, inquit, altario Christus tibi, si ipse volueris, quietem dabit optatam; ibique reperies, quod multo labore quæsisti. Sed tu,

eique futura revelat:

b homo voluntatis tuæ, consiliis meis *b* & eorum qui spiritualiter amabant te, numquam acquiescere voluisti; semperque tuis, & non alienis judiciis ambulasti. Hac igitur increpatione subjuncta statim disparuit. Episcopus vero ad exteriora reducens animum, mare pacatissimum & tranquillum invenit. Nec mora: in laudem Christi & Ancillæ ejus totus effusus, nulli tamen, quid sibi revelatum fuerat, indicavit; probare utique volens, si D sic ea futura essent, quæ ipse revelata prævidit. Non multo autem post Romam perveniens, à Domno Honorio, hujus nominis Papa tertio, Episcopatu absolvi se petiit: quem multarum precum instantiâ devictus absolvit. Absolutus ergo apud Oignies venit, sed opus ecclesiæ, quod super testudinem lapideam sibi in spiritu monstratum fuerat, adhuc factum non reperit; qui nihil tamen hæsitans, rei exitum tacitus expectavit. Illo igitur late adjacentes Lotharingiæ regiones prædicatione sedula visitante, venerabilis Prior Ægidius de Oignies opus ecclesiæ consummare festinans, totam illam fabricam cum quinque altaribus, ut reverendo Præsuli ostensum fuit, in spiritu nutu divino disposuit. Qua completa, Prior mandavit Episcopo Jacobo, ut ecclesiam de Oignies jam perfectam, cum suis altaribus veniens consecraret. Nec moras innectens Episcopus venit, & cum Priore & Fratribus, per ecclesiam prius visam in spiritu super testudinem ascendens, quinque altaria præmonstrato ordine disposita reperit; arridensque operi, cum magna cordis exultatione Priorem inquirit. Cujus erit, inquit, hoc altare in medio situm? Et Prior: Laborans, inquit, transacto anno febre quartana, devovi apud summam Majestatem, si sanitatem recuperarem, me in honore sanctæ & individuæ Trinitatis hoc altare facturum. Recuperavi autem quod petii & solvi peto promissum. Hoc venerandus Episcopus cum summa admiratione percipiens, inæstimabili gaudio repletus, tam apertum in omnibus divinæ revelationis eventum magnifice veneratus expavit. Mox consecratis altaribus, omnia quæ sibi in prædictis evenerant, Priori & Fratribus indicavit.

ipse ab Episcopatu solutus,

ecclesiam Oigniaci cum suis altaribus consecrat:

E 22 Igitur cum Reverendi Patres Romanæ Curiæ Cardinales, defuncto Domno Honorio Papa tertio, præfatum Hugonem Ostiensem Episcopum, virum utique in omni virtute præcipuum, in Gregorium hujus nominis Papam nonum, ordinatione divina congrue sublimassent; venerabilis Episcopus Jacobus, optime (ut prædiximus) & amicus & notus ipsi summo Pontifici, eum invisere disponebat: unde Prior & Fratres non modicum contristati, cœperunt (ut postea pro dolor! evenit) vehementer metuere, ne eum dictus Papa secum implicatum dignitate aliqua detineret. Igitur cum dies immineret, quod idem Episcopus ad urbem Romanam iter arriperet, post Matutinorum laudes cum se paululum sopori dedisset; ecce Ancilla Christi Maria venerabilis, Episcopo, quasi infirmanti similis, in somnis apparuit. Cumque Episcopo videretur se magnâ curâ satagere, ut eam oleo quasi graviter ægrotantem inungeret; illa torvo vultu, similis indignanti, satagentem intuita dixit: Non me quidem inungere poteris, cum modum inunctionis meæ Ordinarius *c* tuus non habeat: sed inunge Priorem nostrum cum Fratribus, qui ex tuo discessu sicut & ego, graviter infirmantur. Nec mora: expergefactus Episcopus Priorem cum Fratribus advocat, & quid sibi ab Ancilla Christi in somnis dictum sit, indicat, à proposito tamen nihilominus

ab itinere Romano nequit

F

vel ab apparente Sancta,

c

A minus non revocatus, ut iter aggrederetur curis omnibus insistebat.

23 Hæc ut vidit venerabilis Prior Ægidius impatientissime doluit, & super impeditione Episcopi itineris, Ancillam Christi aggrediens deprecari, beata ipsa mulier per visum apparuit, cui etiam dixit: Sicut contrarium tibi est iter Episcopi sic & contrarium mihi esse non dubites, & ideo non comitabor euntem; sed comitantur eum tres mulieres, de quarum manibus non evadet. Sine ergo illum, faciat quod vult, non eum ab intentione revocare nunc poteris. Nec mora: ut dicto Priori Ancilla Christi hæc dixit, repente Episcopus supervenit: cujus voce ab extasi revocatus illi retulit, quid sibi Domina Maria, in ipso eodemque momento per visum apparens, de ejus recessu prædixit. Obstupesce, Lector, intuere miraculum. Verbis his nil motus Episcopus, Priori ridens subintulit: Et mihi, inquit, Domina Maria hujusmodi dixit. Nil talibus moveor, satis est locus in januis, citius revertar quam speratis. Non turberis, B Frater Carissime. Ut verum tuæ fatear caritati, grave mihi esset, & illi fortiter gravius, ut tantum amicum in tanta rerum mutatione visitans non viderem. Præterea non credo, imò certus præsumo quod me, sicut vos timetis, renitentem secum nequaquam Papa detineat. His verbis dictum Priorem & ceteros Fratres, ut potuit, consolatus, Romam profectus est; & ut Priori Deus per suam famulam revelavit, à duabus mulieribus, Episcopatu scilicet & Cardinalitate ibidem comprehensus est; tertia vero mulier quæ esse possit, ad præsens quidem dilucide scire non possumus *d*.

vel à Priore deprecante retrahi,

d

24 Nunc igitur ad te mihi redeundum est, Tusculane Præsul, Romanæ Curiæ Cardinalem. Verum quidem, ut in his quisquam potest advertere, verissimum Dei famula dixit, hominem voluntatis tuæ te esse contestans, qui utique ad tam evidentissimas ipsius Ancillæ Christi revelationes obstinatus ita fuisti, quod nullo modo moveri à voluntate propria potuisti. Videat ergo, Fratres, videat Tusculanus ille, si mediante effectu C voluntatis suæ profecerit, si ullum ex eo damnum incurrerit, si aliqua interim prætermisit, quæ ad honorem Christi & salutem animarum desolatarum proficere potuissent: quas scilicet animas salutis nostræ Princeps Jesus proprio sanguine & ignominiosa Crucis morte redemit. Videat, inquam, lucrum suum, profectum suum mente pertractet. Romanæ Curiæ Sedem Præsul obsidet, obsidet Cardinalis: Scripturis studet, ut audio; quiete fovetur; & in partibus Lotharingiæ (quibus ut certissime credimus, à summo Pontifice Christo Legatus à partibus Orientis remissus est) animæ destitutæ consilio vel auxilio tendent ad inferos. Gloria in Ecclesia maxima est Romæ inter Cardinales habere locum; sed quid illi & gloriæ? Christus opprobrium hominum & abjectio plebis factus, nobis sui exemplum reliquit, ut sequamur vestigia ejus. Verumtamen si tendat ad gloriam, quod minimè creditur; quæ gloria major, quam cum abjecerit gloriam, gloriam tantam inveniat, cui nec ulla inter gloria gloria possit æquari? Sed ne forsitan quis D animadvertat parabolam & interpretationem A. FR. NIC. ejus, putetque me in hac parte futuram post CO. ÆVO hanc vitam gloriam dicere. Non utique; sed EX MS. credat illam in post *e* futuro seculo possidendam. Nunc de gloria dicere volo, quam ambit hic mundus. *e*

unde Auctoris querela de eo,

cui licet glorioſum ſit Romæ eſſe Epiſcopum Cardinalem,

25 Respondeat mihi nunc Tusculanus ille Romanæ Curiæ Cardinalis, conferat gloriam suam quam nunc in *f* thalamo, cum illa quam dudum in partibus Lotharingiæ pauper admodum & secum privatus habebat. Dixi pauper, sed malè: imò maximè dives. Sed nec nunc ditior est, vel unquam fuit. Quid enim illi necessariorum defuit istic? & si in abundantissimis copiis, quæ illi merito confluebant, defectio ulla suspicata fuisset; nullæ indubitanter manus essent, quæ hanc certatim adimplere non curassent. Nec mirum. Quare? Stupebat enim mundus incognitum monstrum; Episcopum scilicet frequentissimæ civitatis in partibus transmarinis, sponte sua reliquisse dominium; ex Orientalibus copiis pauperem factum, & in humili loco de Oignies inter oves Beghinarum, E quas utique abominantur *g* Ægiptii, requiem elegisse. Multos mundus & ferè innumerabili copiâ habet Episcopos, Gallia amplitudine sua Cardinalium reditibus *h* annuis tota vix sufficit: sed mundus, sine Sede Pontifices, Christum imitantes, qui semetipsum exinanivit, ut servi formam acciperet [non vidit] frequenter. Gallia verò sine pompa Cardinalem inglorium numquam, Hispania autem unum & hoc recenter, ut audio, ante annos *i* tres meruit. Sed hunc, auspice Christo, per preces Ancillæ suæ Mariæ, Lotharingia primum habebat. Per preces Ancillæ suæ dixi: sed fateor in dubio me locutum. Nescio enim si adhuc in ira contineat preces, quia contrarium sibi iter Episcopi esse prædixerat. Credo tamen & si hactenus continuit in ira [quod propter] preces devotissimas & assiduas religiosorum religiosarumque in nostris partibus orationes ad Dominum, fortè Ancilla Christi mutavit eloquium, & pro reditu illius omnipotentem Dominum deprecatur: cujus interventione de manu duarum mulierum, Episcopatus scilicet & Cardinalatus, liberatum remittet ad Gallias. Quem tertia mulier, ut quidam nostrorum exposuit, Lotharingiæ partis Ecclesia, quasi prima illi devotione conjuncta, usque in ævum vitæ suæ maritali fœdere possidebit. Nec enim mirum, imo divinæ legi consonum valde est, repudiatis duabus, quas pristinæ superduxit, primam repetere, & adhærere illi tanto devotius, quanto se ab ea alienatius sequestravit.

f

glorioſius tamen erat dimiſſo Epiſcopatu

g

humiliter vivere Oiniaci:

h

i

ſicut optabat Sancta,

F

& ut redeat optat Auctor,

26 Hoc est enim quod vos, Optime Præsul, aliquando in nostris partibus positus divina revelatione vidistis. *k* Diu antequam venerandus ille ac verè dignus Dominus Hugo, Ostiensis Episcopus, in dignitatem Apostolicam attolleretur; visum tibi in revelatione divina testatus es, quod B. Gregorius Papa, qui hunc utique qui modo est, & nomine & actione demonstrat, duas tibi aves pulcherrimas, sed mortuas; beatus vero Lambertus Martyr & Episcopus Leodiensis,

admonens eum viſionis,

A uam quidem, ſed multo pulchriorem & vivam dedit : hoc eſt etiam quod ipſa beatiſſima mulier Maria de Oignies, Prophetiſſa quidem non fallax, tibi olim in vita prædixit, ipſum ſcilicet B. Lambertum Martyrem mitram tuo capiti impoſuiſſe. Quod procul dubio factum vidimus : cum totius Epiſcopii Leodienſis cura, quaſi mitra poteſtatis & adminiſtrationis tibi fuerit plenè commiſſa : & hoc datum S. Lamberti. Principatus autem temporalis adminiſtrationis ad eum non pertinebat, quod donativum erat terreni Imperii : tamen & hinc adminiſtrabatur tibi temporale ſubſidium, quia nemo militavit ſuis ſtipendiis unquam. Hanc autem ſpiritualis adminiſtrationis, alis contemplationis exertam, pennis virtutum fulgidam, ſancta vividam actione, ſanctus adhuc Martyr Lambertus & Leodienſis Epiſcopus, per ſanctas Sanctorum Sanctarumque preces, *k* tibi quotidie offerre non ceſſat. *k* Quis prudentum, quis ſpiritualium amicorum tuorum B cum pace ſuſtinere poterit, ſi tantus à te Martyr cum tanto xenio fuerit confutatus ? Aves utique, quas tibi B. Gregorius Papa dedit, licet multo honore ſpectabiles ſint, mortuas tamen, mortuas tibi revera datas teſtatus es. Mortuas certè aves illas, mortuas ipſe dixiſti ; & mortuas recolo. Sed quomodo mortuæ ſunt ? Quare non vivunt ? Si eas diſcutias, ipſe me melius noſti. Dicas ergo ubi eſt vita illarum ? Ubi eſt vigor vividæ actionis, ubi fervor ſedulæ prædicationis, ubi fructus ille copioſus efficaciſſimus atque ſanctiſſimus in Confeſſionibus audiendis, ubi zelus & ſolers cura in vitiis extirpandis : horum ut in noſtris partibus rumor eſt, aut parva aut nulla apud te nunc ibidem habetur opinio.

27 O virum ſpecialiter inter mortales à Domino præelectum, in talibus ceſſantem ; qui licet in ſe ardeat, ut omnino confidimus, amore divino ; tamen ſuper candelabrum poſitum omnibus non lucentem ! O aves pulchras & mortuas ! Mortuæ ſunt, inquam, aves ; ſed quomodo mortuæ ? revera os habent aves illæ, licet mortuæ, ſed non loC quuntur per vos ; quia idioma patriæ ignoratis. Oculos habent, ſed non vident per vos in cauſis forenſibus diſcernendis ; quia oculi veſtri ſunt piſcinæ in Eſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Aures habent, ſed non audiunt per vos ; quia aures veſtræ patulæ ſunt, non ad exactores dignitatum, quibus premant pauperes Eccleſiæ filios ; ſed ad audiendos clamores pauperum & reconciliandum Chriſto eos, qui iræ filii tendunt ad inferos. Si ergo aves illæ datæ tibi, nec vident, nec audiunt, neque loquuntur ; quid aliud de eis æſtimandum eſt, niſi quia ſunt mortuæ ? Si autem mortuæ, quare vivarum vice foventur ? Cave igitur, Pater ſancte, cave Reverendiſſime Præſul, ne aves mortuæ fœtorem tibi magis pariant quam honorem. Rerum enim natura habere dignoſcitur, quod quantumlibet aves pulchræ, ſi vitâ careant, durare ſine fœtore non poſſunt. Noſtis certè quod nihil exprobratius in noſtro Gallico, Mortuæ-gallinæ proverbio. Precor ergo te, Pater ſancte, & profuſis lacrymis rogo, ne indigneris mihi iſta dicenti. Teſtis mihi eſt Deus & ſancti Angeli ejus, D his verbis licet admodum duris, nulla alia de cauſa erga te, niſi præ nimiâ caritate moveri. Qua enim caritate vos diligam, quam ſincero vos amore complectar, ipſe novit, qui omnia novit. Nondum enim annorum quindecim ætatem attigeram, cum vos necdum Præſulem in Lotharingiæ partibus prædicantem audiens, tanta veneratione dilexi, ut me ſolius nominis veſtri lætificaret auditus : ex tunc mecum veſtri amor individuus perſeverat. Nec mirum, dum ea quæ pueri diſcimus, nobiſcum quodammodo coaleſcunt. Ignoſce ergo, Pater ſancte, ignoſce mihi, præſertim cum non niſi ea tibi ad mentem reduxero, quæ diu ante revelata vidiſti. Verumtamen vos volo ſi mediantibus his, quæ in perſonam veſtram digeſta ſunt affectus meus, effectu deſiderii ſui, in reditu veſtro obtinere potuerit, non magni pendam debitæ inſipientiæ argui, qui vos Cardinalem & Epiſcopum Sanctæ univerſali Eccleſiæ venerandum, verbis etſi quodammodo contumelioſis, tamen piis provocare præſumpſi

in qua S. Lambertus avem vivam unâ S. Gregorius duas mortuas offerebant :

& hoc ſuo in ipſum amori petit ignoſci.

Romæ enim in duplici dignitate

eum, quaſi mortuum conſiderat :

ANNOTATA D.P.

A *Ex Cantipratano de Apibus lib.* 1 *cap.* 9 § 8 *idem ſtrictius narrante, ut* indubitabile fide E ſuſceptum *ſcimus, quod hic Epiſcopus fuerit* Conradus, *frater Egmonis Comitis de Friburg, ex Canonico S. Lamberti Leodii factus Monachus, tum* Abbas Villarienſis poſtea Ciſtercienſis, demum Romanæ Curiæ Episcopus Cardinalis *Portuenſis : de cujus eximia ſanctitate ibidem eſt* § 2, 3, 4, *& 6, unde ſumpta pars ultima Appendicis ex Ms. Oigniacenſi excuſæ à Rayſſio : obiit anno* 1227. *Plura de eodem ſancto Cardinali vide in Ciacconio Oldoini, & quomodo acceptam ab Honorio* III *Legationem Germaniæ continuavit ſub Gregorio* IX, *ac denique in Palæſtinam Cruce-ſignatos ſecutus Legatus.*

a Hircus, *an cilicium ex pilis hircinis contextum? De talibus vide* 14 *Maji ad Acta S. Pachomii num.* 26.

b *An forte ei fruſtra ſuaſit Sancta, ne unquam ſe pateretur Ogniaco avelli?*

c Ordinarius, *id eſt, Rituale ; ubi Ordo adminiſtrandorum Sacramentorum, aliis* Paſtorale : *vide Cangium.*

d *Tertia hæc, videtur dici poſſe* Eccleſia Hieroſolymitana, *quæ licet* Jacobum *numquam* F *obtinuit* Patriarcham, *petere tamen non deſiit quoad vixit, ſicut demonſtraſſe me putavi ex Epiſtola Gregorii* IX *apud Odericum Rainaldum in Annal. ad an.* 1240 *num.* 47, *ubi ille ſic loquitur* ; Vacante dudum Hieroſolymitana Eccleſia, dilecti filii Capitulum ipſius Eccleſiæ bonæ memoriæ Tuſculanum Epiſcopum ad ipſius regimen poſtularunt. Sed cum Epiſcopi ejuſdem præſentia, non ſolum Romanæ, ſed etiam Eccleſiæ generali, apud Sedem Apoſtolicam utilis haberetur ; eum ipſorum poſtulationi merito non duximus concedendum. *Non poteſt hic intelligi* Nicolaus, *deceſſor Jacobi, paucis poſt Gregorii electionem diebus aut hebdomadis mortuus : vivebat enim tunc, & vixit uſque ad an.* 1229 *vel ultra Girondus vel Giraldus Patriarcha.*

e *Ita corrigendum putavi, ubi abſque ullo ſenſu legebatur*, ſe credat illa in parte futuro ſeculo poſſidenda.

f *Mal-*

f *Mallem legere* in throno.

g *Id eſt, homines mundani.*

h *Impreſſum* Exercitibus, *ſed nullo ſenſu: erant autem tunc, id eſt poſt ultimam Cardinalium creationem factam à Gregorio* IX *an.* 1237 *in qua tres Galli, alii ejuſdem nationis ſeniores ut ſummum tres vel quatuor, qui vocari non poſſunt* exercitus *: plerique autem fruebantur reditibus Galliæ aliquibus.*

i *S. Raymundus Nonnatus ex Ordine de Mercede redemptionis captivorum, tantum non Martyr, abſens creatus anno* 1230 *vel* 1234 *ut ſupra dixi.*

k *Quis autem ſcit utrum anno* 1238, *poſt mortem Joannis Apiani concorditer electi, non fuerit Jacobus, ſi adfuiſſet, ſimili animorum concordia eligendus à Canonicis, quorum tunc diſcordia eccleſiam ſine certo Epiſcopo viduam tenuit toto biennio? fortaſſis etiam diutius proroganda ei vita fuerit, ſi Sanctæ monitus paruiſſet.*

APPENDIX

De Jacobo à Vitriaco ſcriptore.

Ex Ms. Rubeæ-vallis.

1 INterea vir Sanctus creditur ea tempeſtate, qua Romæ deguit, illos ſolennes *a* ſermones tam de Tempore quam de Sanctis confeciſſe, qui uſque hodie in eccleſia de Oignies conſervantur: cujus Parochiæ cura cum ei ante Epiſcopatum commiſſa fuiſſet, præfatæ Mariæ, in eadem parochia converſanti, propter vitæ ipſius ſanctitatem valde familiaris effectus eſt: cui etiam illa ſpecialem, ut fertur, gratiam prædicandi orationibus ſuis impetravit. Unde & ipſe Crucem contra Albigenſes in Francia prædicans, eloquii ſuavitate ac dulcedine multos & innumerabiles ad ſignum Crucis accipiendum provocavit. Scripſit præterea Vitam prædictæ ſanctæ mulieris, cum qua de Sanctis feminis, quæ ſuo tempore in partibus Leodienſium abundabant, multa bona conſcripſit, ac earum detractores acriter reprehendit. Hic etiam volumen unum aliud confecit, in quo multa *b* de naturis rerum, præcipue de mirabilibus quæ in tranſmarinis partibus reperiuntur, inſeruit. Scripſit & ſermones de opere ſex dierum; atque alios, quos Vulgares nominavit; & plura alia opuſcula bona confecit.

a *Scripſit ſermones,*

ferventer provocavit ad Crucem contra Albigenſes ferendam:

C

b

2 Porro quantus fuit iſte vir Sanctus in oculis Dei, ex efficacia animadverſionum ejus adverti poteſt. Tam celerem enim vindictam conſtat in eum rebelles pluries fuiſſe conſecutam, quod non dubium ſit eum amicum Dei extitiſſe, qui pro ſervulo ſuo tam ſerioſe repertus eſt zelaſſe. Probat hoc *c* Venerabilis quidam Fulco, natione quidem Gandenſis, ſed Canonicus Inſulenſis. Hic à Reverendo Patre Magiſtro Jacobo de Vitriaco rogatus, ut ſecum Crucem contra Albigenſes per Flandriam prædicaret, renuit. Cui cum inſiſteret per amicos, ut eum audiret in negotio eccleſiæ tam neceſſario & devoto; renuit ille ſecundo, & nullo modo hoc ſe facturum aſſeruit. Tunc Magiſter Jacobus, illum magis præceptum timere confidens; Et ego, inquit, præcipio tibi auctoritate qua fungor, ut in nomine Jeſu Chriſti, in remiſſionem omnium peccaminum veſtrorum iſtud negotium aſſumatis. Cui Dominus Fulco, Nullo modo, inquit, illud aſſumam: & ego rogo vos ut nequaquam me de hoc ulterius fatigetis. Mox Magiſter Jacobus, graviter commotus in corde, & fere uſque ad lacrymas fatigatus, ait illi: Cum utique digne poſſem auctoritate mihi commiſſa excommunicare vos, & omni beneficio privare jam in inobedientia contumacem; nolo tamen, ne tale gravamen ingerere videar tanto viro. Verumtamen rogo Deum, qui omnium cordium eſt inſpector, quatenus reddat vos, non ſolum ad iſtud quod ſpernitis, ſed prorſus ad omne opus inutilem. Mira res! mox enim ut vir ſanctus hæc verba reddidit, quartana febris illum cum fluxu ventris invaſit, & uſque ad finem vitæ ſuæ per viginti quinque annos irremediabiliter fatigavit. Et vide lector mirum Dei judicium de hoc viro *d*, cum tantus ac talis eſſet, ut ei Dominus Jeſus Chriſtus ante mortem, quaſi recenter extentus in Cruce, viſibilis appareret, & eum ante finem Auguſti menſis prædiceret moriturum: nullo tamen modo illi Dominus in hac vita parcere voluit, quin eum pro inobedientia tanto temporis ſpatio flagellaret.

alium recuſantem cum ipſo prædicare

c

D

A.FR.NIC. COÆVO EX MS.

ac ne præcepto quidē ejus parentem

invalidum ad omnia alia reddit Deus

d

E

per annos 24

3 Inſuper *e* cum idem reverendus Jacobus Crucem Hieroſolymitanam ob ſalutem multorum in Brabantia prædicaret; contigit ut pacificaturus quadam die mortales inimicitias, injuriam paſſum primo ſuppliciter, deinde proſtratus pedibus ejus ſemel, iterum, & tertio, cum multitudine populi præſente rogaret, nec proficeret in rebellem; qui denuo converſus ad populum dixit palam omnibus; Conteſtor vos, quia qui ſpernit nos, ſpernit & eum qui miſit nos. Rogate ergo Dominum, ut tale ſignum oſtendat in hominem obſtinatum, quo cunctis præſentibus pateat, eum hoſtiliter contra ſe in retentione odii adverſus proximum egiſſe. Nec mora: ubi orationem vir ſanctus explevit, miſerandus ille everſis oculis, ſemel, iterum, & tertio in terram corruit; ereque cruorem ſpumans & ſaniem, horroris maximum ſpectaculum & piaculum omnibus præbuit. Tunc flente populo, reverendus vir fuſa prece proſtratum erexit: qui mox integerrime ſoſpitatus, ubi ante ſe inimicum vidit, quaſi aliquando amiciſſimum rogaturus, cum lacrymis veniam petiit; ruenſque in oſcula ejus, ad lacrymas & laudem Chriſti omnium corda permovit.

e

ipſe obſtinatum in odio proſternit ſuis precibus

F

& emendat.

4 Tandem Vir Dei Iacobus venerandus, quamvis auctoritate Apoſtolica ad Epiſcopatum & Cardinalatum ſublimatus eſſet; pauperem tamen ſcholam, quam in Oignies reliquerat, non eſt oblitus; quin potius, ejus inopiam Romanis opibus ſupplere curans, multa pondera auri ab urbe Roma illuc deſtinavit, ut Fratribus & hoſpitibus vini copia uſquequaque non deeſſet ad neceſſitatem. Quinimo etſi propter officia & eccleſiaſticas dignitates, quibus invite implicabatur, abſentare ſe haberet corporaliter ab eis, dum ad viveret; tamen ex vita præſenti migraturus, fecit corpus ſuum poſt mortem apud Oignies deferri,

Cardinalis benefacit Oigniacenſibus,

& apud eos voluit ſepeliri.

A ferri, & in eadem Eccleſia ſepeliri. Unde
A.FR.NIC. in Vigilia ſanctorum Apoſtolorum Philippi
COÆVO & Jacobi feliciter obiit; & poſt tertium
EX MS. diem anima ejus à pluribus qui ſuperſtites
f erant, in paradiſo viſa *f* tuit.

tranſlatum anno 1241.

5 *Hactenus Ms. Rubeævallis. Albericus* Monachus *trium Fontium cujus ſupra meminimus, Chronicon ſuum finiens in anno* 1241 *tranſlati reipſa corporis ita meminit:* Apud Oigniacum relatum eſt corpus Magiſtri Jacobi de Vitriaco de mandato ipſius, ibique honorifice ejus oſſa recondita ſunt. *Quanta in veneratione Oigniaci habeatur memoria* Jacobi, *docet nos Rayſſius, cum inter loci Reliquias numerat* Flagellum, quo ſibi pœnas exſolvebat; Mitras binas, unam ex pergameno, alteram ex ſerico; Annulos duos pontificales, Agnus Dei, aureâ incluſum capſulâ; Pedum ex ebore, Altare portatile. Sanctorum Reliquiis refertum, *quæ omnia* Jacobi *fuiſſe feruntur*, viri plane docti & pii, divinique verbi præconis indefeſſi. *Ejuſdem ibidem aſſervatur imago, quam ad vivum pictam (ut fertur) credere nequeo propter recentioris formæ indumenta, ideoque eam hic omitto exhibere.* Andreas Hojus Brug. Pr. Gr. *Vitam Jacobi operibus præfixam finiens ait quod*, ibi cum prædicta Dei ancilla, Joanne Doctore Nivellano, Ægidio Vallicuriano, Balduino Barbanzonio, *duobus primis loci Prioribus*, haud longo inter ſe intervallo diſſitis, in pace requieſcit.

Nonulla veneratio Reliquiarum ejus,

imaginũ,

B

tumuli.



Rayſſius poſt Cœnobiarchiam profeſſus ejuſdem Vitæ Epitomen texere, de ſuo addit, uti teſtis oculatus; Quod ipſum habitu Pontificali ex nigro ſed affabre ſculpto marmore, ad tres circiter pedes è terra elatum cernere eſt, *in exhibito ejus Ectypo.* D

ANNOTATA D.P.

a Sermones *in* Euangelia & Epiſtolas totius anni, *excuſi fuerunt Antverpiæ anno* 1575: *at* Sermones de Sanctis *ſervantur Mss. adhuc Tornaci ad S. Martinum.*

b *Hic videtur eſſe* liber de Hiſtoria Orientali, *ubi ſimul de Mahometanis & variis ſectis Orientalium agit; cui ſubjunctus eſt* Liber de Rebus Occidentalibus, *& tertius de captione Damiatæ. Primi duo ſunt excuſi Duaci anno* 1597, *tertium putat Voſſius adhuc latere vel periiſſe: nam qui de eadem materia, extat apud Gretſerum in Horto Crucis, & una cum primo libro editus eſt Hanoveræ anno* 1611 *inter Geſta Dei per Francos, ipſi videtur eſſe alterius auctoris*, Siquidem, *inquit*, in eo Acconenſis *Epiſcopi, hoc eſt Vitriaci mentio fit. Sed numquid hiſtoricis frequens eſt de ſeipſis in tertia perſona loqui? ſtylus convenit prioribus libris & omnium trium Prologus editus eſt tom.* 6 *Antiqu. Lectionum Caniſii pag.* 1323, *quem juverit legiſſe.* E

c *Sequentia refert Thomas Cantipratanus lib.* 1 *Apum cap.* 22; *qui aſſerit ea ſe habere ex ore ipſius Fulconis, quem cognominat* Utenhovium, Hoſpitalis Bilocæ apud populares ſuos *Gandavi* fundatorem.

d *Addit Cantipratanus ſe id* per Fratrem Ægidium Ordinis Prædicatorum in Gandavo percepiſſe.

e *Idem Cantipratanus iſta refert lib.* 2 *cap.* 18.

f *Hinc in Sacrario Namurcenſi* Beati *titulo honoratur. Ms. Oigniacenſe, uti præfatus ſum, caret hac Appendice; ſed pro ea eodem charactere deſcribit duo capita ex Vita S. Lutgardis, curis ſecundis aucta, primum de prænotata* Jacobi *gloria poſt triduum purgatorii Lutgardi revelata; deinde de auxilio per Mariam jam Beatam, à tunc adhuc vivente Lutgarde, petito in morte Balduini, ſecundi Prioris Oigniacenſis: quæ poſſunt ad* XVI *hujus Junii legi. Deinde abſque titulo in eodem Ms. leguntur collecta ex Cantipratano lib.* 1 *cap.* 9 *quæ ille habet de Conrado Epiſc. Card. Portuenſi, de quo ſupra in Notis ad cap.* 4 *ſupplementi actum. Rayſſius vero his non contentus addidit quæ colligere potuit* de Venerabilibus Joanne à Dionanto & Richardo de Menerſor, B. Joanne Nivigellate & B. Jacobo de Vitriaco, Canonicis Oigniacenſibus: *quæ apud ipſum, aut eos unde ſumpſit, legi poſſunt.* F

HISTORIA TRANSLATIONIS

in novam arcam factæ anno 1608 *ex impreſſo Gallico.*

1 QUarto *Namurcenſium Epiſcopo* Jacobo Blaſæo, *ad Cathedram Audomarenſem tranſlato ſub annum* MDC, *ſequenti anno ſuffectus eſt, &* MDCII *die* XII *Februarii Montibus Hannoniæ conſe-*

A *consecratus, in urbe sua patria*, Franciscus Buisseret, *Jurium Doctor & Metropolitanæ Cameracensis antea Decanus; ad eamdem Metropolim deinde evectus anno* MDCXIV. Hic suam circumiens diœcesim Namurcensem, Mariæ etiam sepulcrum accessit; & ex illo tantam devotionis teneritudinem hausit, ut tunc, & quoties illius Christi ancillæ mentionem fieri contingeret, ab imbre lacrymarum sese cohibere non posset. Porro ut aliquam suæ devotionis vicem rependeret, mente cœpit agitare de illius elevatione facienda. Quamobrem sui pastoralis officii non minimam partem esse censuit, supremum Ecclesiæ Præsulem Paulum V hac super re consulere, eique supplicare, quatenus sibi permitteret solenni celebritate sacras illas exuvias elevare, & in publicum à populo venerandas exponere. Quo obtento simul cum Indulgentia plenaria, ab iis lucranda qui requisita in Bulla exequerentur, & ad hanc solennitatem concurrerent, diem XII Octobris anno MDCVIII indixit, & à Parochis aliisque verbi divini præconibus, per totam diœcesim & B loca vicina publicari præcepit. *Hactenus* Oigniacensis Prior Bernardus, *in suis ad me datis* XXVIII *Octobris* MDCXCIV, *mittens pariter Historiam Translationis seu Elevationis, sicut ea habetur Gallice impressa unà cum Vita.*

Franc. Buisseret Ep. Namurc.

petit à Paulo V licentiam elevandi corpus B. Mariæ,

eoque diem eligit 12 *Oct.* 1608.

§ I. *Episcopi Namurcensis epistola Pastoralis, invitans ad futuram festivitatem.*

Veneratio Reliquiis Sanctorum ab antiquo habita est;

2 FRanciscus Buisseret, Dei & Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus Namurcensis, omnibus has visuris salutem in Domino sempiternam.

Constat ex historiis sacris, quod inde à principiis Ecclesiæ, Sanctorum corpora habita sint in veneratione magna à fidelibus Christianis; idque etiam clarissime docent jejunia & pervigilia, ad sepulcra illorum agi C solita, diu noctuque cum devotione singulari; altaria super iis erecta; Missæ ad eadem ex veteri consuetudine fundatæ; templa, in ipsorum honorem magnificentissime excitata orbe toto, in quibus majori cum decore & reverentia custodirentur; vota, religione summa & zelo nuncupata, de visendis eorumdem ecclesiis, Reliquiisque; peregrinationes illuc etiam ex remotissimis partibus institutæ; munera denique pretiosa oblationesque, à maximis Principibus ad perpetuam memoriam eodem collata. Et vero æquum erat hos omnes honores Sanctorum corporibus eorumque sacris ossibus haberi: quandoquidem illa non solum cùm animabus illorum in hac mortali vita jungebantur, templa erant Dei viventis, Jesu Christi membra & domicilia Spiritus sancti; sed etiam nunc verissima sunt divinæ majestatis instrumenta, per quæ dignatur quotidie operari mirabilia ad salutem nostram & afflictorum solatium.

idque jure merito,

3 Ex hac causa factum est ut quandocumque illa inveniri contingebat vili aliquo & obscuro loco, vel etiam antea plane ignoto hominibus, revelante ipsa Deo vel aliter id providente, Episcopi & Ecclesiarum Prælati officii sui esse ducerent ea solenniter elevare, eoque transferre, ubi Clerus ac Populus eadem prosequeretur veneratione condigna. Ita Sanctorum Stephani Protomartyris & aliorum corpora, quæ diu in obscuro ac sordido loco jacuerant Luciano Presbytero divinitus admonito, per Joannem Hierosolymorum Episcopum, finitimarum civitatum Episcopis convocatis, summa cum veneratione in sanctam ecclesiam Sion translata sunt. Ita S. Ambrosius, Mediolanensis Archiepiscopus, inventis per apparitionem sibi factam corporibus Sanctorum Martyrum Gervasii atque Protasii, grandi cum honore transtulit in pulcherrimam istam ecclesiam; quæ postea ipsiusmet nomine fuit appellata: divina autem bonitas dignata est plurimis miraculis editis declarare, quam grata sibi fuerit talis pietas, erga Martyres suos exercita. Similiter etiam S. Aubertus, Cameracensium & Atrebatensium Episcopus, cælitus excitatus invitavit S. Audomarum, Morinorum Episcopum, ad Elevationem decessoris sui S. Vedasti, faciendam in ecclesia Deiparæ Virginis, eo loco ubi nunc est basilica cum monasterio celeberrimo, sub ejus nomine dedicata: qua occasione Audomarus cæcus lumen recepit oculorum. Denique quamplurimi alii Episcopi & Prælati ecclesiarum diversarum honorabiliter transposuerunt Sanctorum variorum corpora cum maximo fidelium populorum concursu & publica omnium exultatione: quam etiam voluerunt anniversario recoli, ipsis inventionum aut translationum talium diebus.

D EXIMPR. GALLICO. *hinc celebratæ solenniter earum Elevationes,*

ut S. Stephani,

SS. Gervasii & Protasii,

S. Vedasti Episc.

E

aliorumque.

4 Horum imitaturi exemplum, cum intelleximus corpus S. Mariæ Oigniacensis, jam inde ab aliquot centenis annis clausum jacuisse in lapideo sepulcro, circumquaque murato, in ecclesia monasterii ac prioratus Oigniacensis, Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium diœcesis nostræ; ne sacra ejus ossa lapsu diuturnioris temporis & loci humiditate corrumpantur; congruum duximus ipsum locum visitare, atque aperire sepulcrum, quemadmodum ea visitavimus & F aperuimus coram nonnullis Prælatis, omnibus Religiosis ac pluribus aliis: nec aliter quam metuebamus invenimus accidisse. Cum enim sepulcro illi inclusa fuisset olim quædam arca lignea, reperta hæc est sic consumpta vetustate, ut non solum sacra ossa essent undique operta pulvere, sed etiam eorum quædam immersa jacebant sordibus, ex putrefacto ligno generatis; integra nihilominus omnia, sicut & venerabile ejus caput. Quamquam autem eodem in loco semper fuerint honorata à peregrinis, qui undique currentes orationes suas & cereorum oblationes ante prædictum sepulcrum faciebant, & in sacello ad ejus honorem extructo: tamen quia minime conveniebat, sacra istæc Spiritus sancti vasa diutius remanere loco tam vili sordidoque, cum periculo corruptionis; appellavimus Sanctissimum Patrem Nostrum Paulum Papam V, significavimusque propositum nobis esse, cum illius licentia elevare ipsa, atque transferre in locum decentiorem & hono-

Cum ergo Episcopus invenisset arcam ligneam B. Mariæ in tumba consumptam,

statuit ipsius ossa inde elevare, impetratâ ad id Indulgentiâ

A ratiorem : qui etiam ut res perageretur ma-
EX IMPR. jore cum fructu ac devotione, ad id con-
GALLICO. cessit Indulgentiam plenariam.

5 Præmissa porro deliberatione matura, cum Priori ac Religiosis istius monasterii ac Vicariis nostris, faciendæ Translationi præ-
quam promulgari jubet Episcopus, pro 12 Octobris dictæ elegimus diem XII proximi Octobris: ideoque mandamus omnibus ecclesiarum parochialium Rectoribus & verbi divini prædicatoribus diœcesis nostræ, ut populo annuntient Translationem die prædicta faciendam cum Indulgentia plenaria; hortenturque subditos & auditores suos omnes ut eamdem conentur lucrari, & simul honorare sacras Reliquias B. Mariæ Oigniacensis præsentiâ suâ, portando cereos accensos in manibus in processione solenni, in qua ipsæ circumferentur, quemadmodum ut faciant hortamur, tam nostros omnes diœcesanos quam aliorum, ac præsertim viciniorum locorum inquilinos, ostendendo per hoc Christianæ pietatis officium devotionis suæ affectum erga sanctam istam Matronam, quæ in vita & post mor-
B tem hanc Galliam Belgicam & regionem nostram tot miraculis illustravit, nobisque præluxit pulcherrimis tot virtutum exemplis: atque ut nostro hoc seculo resuscitent fervorem veterum Christianorum, qui talibus in occasionibus quandoque ipsos civitatum suarum muros frangebant, eos nonnullis in partibus aperiebant, sicut antiquitus moris erat in triumphis, quo suum testarentur commune gaudium, ad ingressum sacrorum istorum pignorum, portatorum humeris præcipuorum Prælatorum, maximorumque Imperatorum, Regum ac Principum.

suadens ut ad eam se omnes devote præparent. 6 Quinimo omnes cujuscumque ordinis, conditionis, aut sexus ad istas festivitates præparabant sese multum orationibus jejuniisque cum humili peccatorum confessione, quo dignius sacros illos triumphos prosequerentur. Id quod etiam optamus fieri temporibus nostris, faciendumque speramus occasione tam singularis qui offertur thesauri, plenariæ inquam Indulgentiæ: ideoque animitus imploramus divinam gratiam, nobis & cunctis Translationis prædictæ interventuris necessariam. In quorum fidem præsentes litteras,
C proprio nostro chirographo signatas, mandavimus etiam secretariæ nostræ sigillo muniri. Datum in nostro Palatio Episcopali civitatis Namurcensis, prima die Septembris, anno Domini millesimo sexcentesimo octavo.

Signatum erat
FRANCISCUS EPISCOPUS NAMURCENSIS
de mandato Reverendiss. Domini Episcopi prædicti Vander Roest Secretarius.

§ II. *Synopsis actorum, dictorumque ab Episcopo ante ipsam Translationem.*

Advectus Oigniacum Episcopus 11 Octobris 7 CUm Reverendissimus Namurcensis, die XI Octobris anni MDCVIII venisset in Prioratum Oigniacensem, comitatus multis Prælatis, Canonicis & Nobilibus, Doctore item medico & Magistro chirurgo adductis Namurco; processit versus sacristiam ecclesiæ monasterialis; atque post nonnullas preces fusas D coram sanctis Reliquiis tunc cum eas sepul-
revisit Reliquias, tantisper in sacristia servatas, cro exemit repositis intra capsam ipsius sigillo signatam, hanc aperuit: & sigillatim inde efferens ossa omnia, fecit ea à medico chirurgoque recognosci, suamque singulis schedam applicari: deinde reverenter collocavit in duabus capsellis ligneis ad hoc præparatis, quas etiam suo sigillo munivit. Postea constituit Religiosos & Presbyteros, qui ad eas totam noctem vigilarent ibidem in sacristia: ubi confluxus populi, qui jam inde à primis Vesperis confluere cœperat, continuatus fuit usque mane; & tantum succ-
ferendas postridie ad theatrum in foro: cessive crevit, licet pluvium tempus esset, ut sequenti die continuo plena fuerit ecclesia & monasterium, & oportuerit publica in area erigere theatrum, undique patens & peristromatis instratum, ad quod delatæ sanctæ Reliquiæ possent conspici ab infinita pæne multitudine hominum, in circumsitis hortis domibusque consistentium.

quo post Missam cantatam ipse accedens, 8 Eodem XII die, quamquam ipse chorus Religiosorum etiam à laicis occuparetur, præd. Reverendissimus cantavit solennem Missam de Spiritu sancto, assistentibus sibi Reverendis Abbatibus Floreffiensi & S. Fulliani Ordinis Præmonstratensis: qua finita indutus Pontificalibus, sicut etiam ipsi Abbates recta processit ad theatrum, per mediam confertissimamque turbam, multa stipatus nobilitate, & juxta sanctas Reliquias consi-
E dens, sic affari populum adstantem cœpit: Sancta Catholica Ecclesia semper credidit docuitque quod non solum possimus debea-
docet turbam illuc congregatã honorandas Reliquias, musque honorare & invocare Sanctos, qui sunt in cælis; sed etiam venerari Corpora & Reliquias ipsorum, in terra servatas.

9 Hanc veritatem confirmant nobis scripturæ sacræ. Etenim in libro Exodi cap. 13 scriptum legimus, quod Moyses exiens cum filiis Israël de Ægypto, noluerit ibi relinquere ossa Patriarchæ Joseph pridem defuncti, quia inter Paganos fuissent absque honore: sed ea secum extulit, honorificæ sepulturæ tradenda in terra promissionis: eodemque respectu Deus ipse sepelivit Moysen, uti legitur ultimo capite Deuteronomii quo major honor nullus deferri corpori defuncto F
exemplo veterum Patriarcharum, poterat. Libro quarto Regum cap. 23 distinctè narratur, quomodo bonus Rex Josias destrui fecerit templa & altaria, quæ Reges Salomon, Jeroboam aliique erigi fecerant idolis, unde populis dabatur idololatrandi occasio; additurque quod idem Rex demolitus altaria, jusserit dimitti & conservari ossa cujusdam sancti Prophetæ istic inventa: quo facto ea insigniter honorabat & populis veneranda esse monstrabat.

ipsiusque Christi sepulcrũ fuit glorioſum reddentiũ, 10 Quamquam autem Dominus & Redemptor noster Jesus Christus voluerit mor-
te ignominiosa defungi; voluit tamen habere honorabile sepulcrum, imo glorioſum, sicut Propheta Isaias prædixit, id est plenum gloria & triumphale; quale fuit tempore S. Hieronymi, qui testatur quod Primates Galliarum, Britanniarum, ipsarumquemet Indiarum ex omnibus mundi partibus illuc ad ipsum veniebant, visuri ac honoraturi; quodque magnas ibi consolationes percipiebant, convenientibus in unum ex omni natione &
lingua

A lingua peregrinis, ad laudes Deo ibidem unanimiter concinendas: ubi etiam nunc reverenter ſervatur à magno numero Religioſorum S. Franciſci, quamvis ipſum ſit ſub poteſtate infidelium. Eadem de cauſa Dominus declaravit grata ſibi eſſe officia S. Mariæ Magdalenæ & ſociarum, adferentium aromata pretioſa ut ungerent corpus ejus; apparuit enim illis & tangendos atque oſculandos ejus præbuit ſuos pedes, ipſaſque fecit primas nuntias ſuæ glorioſæ reſurrectionis.

idemque fieri ſuis Sanctis volentis:

11 Quod autem probavit fieri corpori ſuo, etiam impendi voluit corporibus Sanctorum ſuorum, eorumque ſacris oſſibus, quæ habet & æſtimat velut membra ſua. Etenim fecit ea conſervari & honorari à Chriſtianis omnium toto mundo nationum: & ipſemet ea honoravit infinitis miraculis, non ſolum in commodum utilitatemque ipſa honorantium; ſed etiam ut ipſa conſervaret à corruptione variiſque periculis, quibus ea exponebat crudelitas tyrannorum, aliorumque impiorum ipſorum memoriam ſuper terram omnimodis abolere ſatagentium. Ecquis enim ea præſervavit à flammis, cum ii qui ipſa morti dederant, volebant ipſa in cineres redigi; vel ab aquis, cum in mare aut fluvios præcipitabantur? Quis feras beſtias coërcuit ne ſibi in eſcam objecta devorarent, prohibitis omnibus ne quis præſumeret ea humo condere? Imo quis ſuſcitavit immaniſſimas quaſque belluas ut ea ab injuriis hominum aliarumque beſtiarum tuerentur? Quis delphinum direxit ut S. Luciani Martyris corpus dorſo ſuo velut carro exciperet, deportaretque ad alteram ripam, ubi honorifice ſepeliretur à Chriſtianis? Quis leonibus imperavit aſſiſtere S. Antonio, ad inhumandum corpus S. Pauli primi Eremitæ? Quis aquilas adduxit ad corpus S. Staniſlai, Epiſcopi Cracovienſis & Martyris, ne aliæ feræ attingerent ea membra, quæ impius Rex Boleſlaus per agros diſpergi fecerat, non contentus morte propriis manibus Sancto illata; donec Canonici ſuæ Cathedralis eccleſiæ ipſa requirerent & colligerent? Quodque mirabilius eſt, quis ea inter ſe adunavit, ut nullum in redintegrato corpore appareret indicium vel cicatrix tam crudelis lanienæ? Quis corvi uni animos vireſque fecit, ad defendendum cadaver S. Vincentii Martyris à feris quibus datus erat in prædam; ſicut narrat S. Auguſtinus in ſecundo ſuper glorioſum iſtum Martyrem ſermone; addens quod projectum in aquas mergi non potuerit, nec ulla alia ratione lædi. Quis enormis magnitudinis lupum fecit naturalis ſuæ feritatis voracitatiſque obliviſci, ut inter anteriores pedes ſuos amplecteretur caput S. Eduardi Regis, velut brachiis illud ſtringens media in ſilva; reliquo corpore in terram proſtrato abſque cibo & ſomno, tamquam fidus Principis ſui ſatelles; donec boni ejus ſubditi venirent, & deſideratum theſaurum optime ſervatum corpori reliquo adjungerent?

B *quorũ corpora ideo ſæpe miraculoſe ſervavit*

ut SS. Luciani, Pauli Erem.

Staniſlai,

C

Vincentii,

Eduardi R. M.

12 Ipſam porro mortem (quæ pallida, lurida, & terribilis dicitur, eo quod omnia juri ſuo tradita efficiat talia) quis vetuit quidquam immutare de colore vel forma complurium Sanctorum, qui poſt obitum apparuerunt facie longe alacriori ac ſplendidiori quam fuerant cum viverent, ſicut S. Joannes Chryſoſtomus teſtatur de Juventio & Maximo Martyribus, qui mortui omnibus fuerunt admirationi, non minus quam S. Stephanus vivens fuit Judæis, intuentibus ejus vultum tamquam vultum Angeli ſtantis inter eos: quod etiam aliis multis accidit, ac nominatim huic ſanctæ Matronæ, cujus honori præſentem ſermonem teximus. S. Sulpicius deſcribens obitum S. Martini, teſtatur quod corpus defuncti præferebat figuram & formam corporis glorificati, id eſt ad ſtatum gloriæ cæleſtis elevati: caro autem viſa eſt purior cryſtallo munda, atque candidior lacte; ita ut videretur referre ſpeciem pueri ſeptennis, quamvis annum primum ſupra octogeſimum vivendo attigerat: quod idem S. Bonaventura etiam narrat de corpore S. Franciſci. Quin etiam mirabiliora leguntur; ſcilicet quod terra, quæ brevi tempore conſumit alia ſibi infoſſa corpora, plurium Sanctorum cadavera in multos annos conſervaverit integra. Sanctus enim Hieronymus ſcribit de S. Hilarione, quod ejus corpus poſt decem menſes repertum fuerit incorruptum atque ſuavem odorem exhalans, acſi balſamo & aromatibus condîtum fuiſſet. Qui Vitam S. Eduardi Anglorum Regis ſcripſit, affirmat quod annis poſt ejus exceſſum triginta ſex repertum ſit corpus vividum ac ſucci plenum, flexile inſuper atque tractabile acſi vivum foret: quodque non ſolum oſſa & caro ejus nihil corruptionis attraxerant, ſed nec barba, nec capilli, neque veſtimenta ejuſdem.

D EX IMPR. GALLICO. *Juventii & Maximi,*

Martini Ep.

E *Franciſci,*

Hilarionis,

Eduardi R. C.

13 Hæc omnia, atque alia hujus generis plurima, indubie facta ſunt per omnipotentiam atque ad imperium illius, qui non contentus gloria incomprehenſibili decorare animas Sanctorum ſuorum, coram eccleſia triumphante in cælis: eadem quoque vult, apud eccleſiam militantem, venerabilia eſſe in terris. Neque mirum ſit cuiquam id ita illam velle, quod juſtitia requirit ob multas prægnanteſque rationes. Primum quia hic fuerunt vaſa in quibus ſacra & odorifera ſancti Spiritus unguenta fuerunt recondita, & inſtrumenta per quæ tot prodigia tantaque mirabilia operatus eſt Deus in mundo. Si enim curioſe ſervatur pyxis in qua diu conditum fuit pretioſum balſamum, eo quod de ejus fragrantia ſemper ſervet aliquid; ſi gladius, quo David Rex gigantem Goliathum interfecit, longo poſt tempore in honore fuit; nec ſine reverentia quadam aſpicimus arma magnorum belli ducum, qui hoſtes patriæ fideique viriliter expugnarunt; & affixa templis vexilla barbarorum, ab eiſdem repulſorum, velut trophæa & relatarum victoriarum monumenta: quanto magis convenit honorabiliter conſervari ſacra iſtæc oſſa, quæ fuerunt divini iſtius Spiritus receptacula, quæque ipſi toties ſervierunt ad retrudendos in infernum diabolos, eruendaſque ex unguibus ejus animas, de populo Dei jam ſibi acquiſitas. Altera ratio eſt, quia ſancta ejuſmodi oſſa fuerunt animabus jam glorioſis ſocia laborum, quinimo ipſa ſuſtinuerunt partem potiorem pœnitentiarum, quas Sancti in hoc mundo fecerunt: numquid ergo etiam

F *quia eorum corpora fuerunt inſtrumenta divinæ gloriæ,*

animabus laborum ſocia,

A convenit, ut ipſis ſint ſocia triumphi & gloEX IMPR. GALLICO. riæ? quæ dum adhuc expectatur ipſis perfecte communicanda in cælis, interim hic portionem illius quantulamcumque incipiant poſſidere ; id quod eis contingit, dum tali in honore hic ipſa retinet.

& nobis utilis eſt eorum conſpectus,

14 Tertia ratio ea eſt, quam S. Joannes Chryſoſtomus attingit in libro de S. Babyla Martyre, ubi ait, quod Deus nihil fere utilius nobis aut ad ſalutem conducibilius providit, quam Reliquias Sanctorum. Nihil enim magis valet, magiſque nos extimulat ad imitandas eorum virtutes, quam eorumdem ſepulcra in iiſque repoſita ipſorum oſſa. Mox enim atque illuc acceſſerimus, in memoriam nobis veniunt eorum patientia, caritas, caſtitas, pietas, aliæque virtutes ; ſimulque nobis datur occaſio cogitandi, quantâ propterea gloriâ coronentur in cælis, quorum corpora adeo honorantur in terris ; & quod pro modico tribulationis temporariæ ac cito tranſeuntis, acquiſiverint mercedem apud Deum, perpetuam atque immarceſſibilem. Hinc nobis ingens veniet ſtimulus, aut potius quaſi alæ
B accedent, quibus ſupra nos elevemur ; confidamuſque, quod poterimus eſſe ſicut ipſi, ſi fecerimus ſicut ipſi : quandoquidem eâdem quâ nos naturâ conditi fuerint, neque magis quàm nos exempti tentationibus ; ſed ſuas ipſi ſuperarunt, ſicut & nos eorum exemplo poſſumus ſuperare noſtras.

ſepulcra autem officinæ ſalutis,

15 Propter has ergo aliaſque cauſas, ſtudio brevitatis hic præteritas, voluit Deus ſuis quemque temporibus honorari, ſicuti jam diximus : & propterea etiam illuſtravit eoſdem, illuſtratque indies tot miraculis ; faciens ut ipſorum ſepulcra ſint veluti officinæ quædam, unde petantur pharmaca & remedia contra quaſcumque infirmitates & morbos. Ibi domantur expelluntur que diaboli, afflicti reperiunt auxilium & ſolatium, cæci viſum recipiunt, ſurdi auditum, muti loquelam, mortui vitam ; claudi facultatem recte gradiendi, paralytici priſtinas vires recuperant ; & quicumque vel corpore vel animo

per crebra miracula:

languidi, levamen ſentiunt afflictionum ſuarum, ac gaudio pleni domos ſuas reviſunt. Talibus exemplis plenæ ſunt omnes Sanc-
C torum hiſtoriæ. Verum quid opus eſt ea longius accerſere, verſantibus in fertiliſſimo ejuſmodi florum ac fructuum horto ? Bona hæc Matrona, ad cujus venerationem huc convenimus, ſic meruit honorari à ſponſo ſuo Jeſu Chriſto quamdiu vixit, & ſtatim à morte uſque in hodiernum diem.

qualia etiâ fiunt ad Reliquias Mariæ.

16 Ut autem ex multis pauca ſeligam, ſolum dicam, quod manuum ſuarum contactu ſuiſque precibus ſæpe curaverit morbos ; ejuſque capilli, qui non ſunt aliud quam quædam ſuperflua naturæ, immedicabilibus vulneribus applicati ea ſanaverint ; unus autem digitorum articulus, quem argento includi fecerat ſecumque circumferebat Magiſter Jacobus de Vitriaco, ejus quondam ſecretarius & concionator, poſtea Acconenſis & Tuſculanus Epiſcopus, necnon S. R. Eccleſiæ Cardinalis, ſæpe eum ſervavit à grandibus terra marique periculis. Alius quoque Cardinalis, dictus Hugo Anagnienſis, poſtea Papa Gregorius IX, peſſimo blaſphemiæ ſpiritu multo tempore agitatus, & jam pæne ad deſperationem deductus ; eodem articulo D
mediante, fuit liberatus à moleſtiſſima illa tentatione, qua deteriorem atrocioremque nullam diabolus habet (id quod ego majus ac mirabilius æſtimo, quam quæ quotidie fieri videmus miracula in reſtituenda corporum ſanitate, quanto ſcilicet anima corpori præſtat) anima, inquam Cardinalis iſtius, qui poſtea tam prudenter Eccleſiam Catholicam rexit, ſubtracta fuit ſpiritui illi nequam, nullam quietis partem eis concedere ſolito, quos permittitur excruciare, quemadmodum experti norunt : draconis autem illius vires potentiamque contrivit ſapiens hæc Matrona, eo modo qui in vita legitur ; & alios multos ſimiliter juvit, quorum notitiam indidem haurire licebit, cum omnibus prænotati miraculi circumſtantiis.

Declarat ergo, ſe tranſferendas Reliquias

17 Concludo itaque & ex prædictis infero, quod ejus ſacra Oſſa atque Reliquiæ, quæ annis propemodum quadringentis delituerunt in ſepulcro lapideo, qualque meruimus integras reperire, dignæ ſint quæ inde relevenE
tur, ne forte humiditate loci & temporum decurſu obnoxiæ fiant alicui corruptioni, atque ut tranſferantur in locum honorabiliorem, quatenus plebs Chriſtiana quæ pridem eas honorabat proſtrata ante ſepulcrum, votivos cereos offerendo preceſque fundendo, magis excitatur ad eaſdem impoſterum venerandas propenſius, atque ita copioſius poſſet participare meritis hujus eximiæ Dei famulæ & fideliſſimæ ſponſæ Jeſu Chriſti. Ut autem

omnibus monſtratu-

omnes, quos minime piguit, non ſolum ex circumjectis locis, ſed etiam ex remotioribus huc concurrere, nulla aëris intemperie, nulla viarum difficultate retardatos, præ deſiderio aſſiſtendi huic ſanctæ actioni, lucrandique Indulgentias à S. P. N. Paulo Papa V conceſſas ; invocato Spiritus ſancti ſubſidio, ut digni fiamus tam ſacras Reliquias contingere, ſingula oſſa palam omnibus efferemus, monſtrabimuſque huic maximæ Chriſtianiſſimi populi multitudini, priuſquam ipſa imponamus ferculis ad id præparatis.

rum.

§. III. *Dicta & facta in ipſa Tranſlatione.* F

Oſtendit populo ſigillatim,

18 CAntato poſt ejuſmodi ſermonem Hymno, *Veni creator Spiritus*, prædictus Reverendiſſimus proceſſit ad benedictionem ferculorum, juxta præſcriptum Pontificalis Romani : deinde de manu Archidiaconi ſuæ Cathedralis ſuſcipiens ſacra oſſa ſigillatim, ea oſtendit populo, prout ſequitur. Primum extollens oſſa pedum tibiarumque, hæc vel ſimilia verba pronuntiavit : Ecce

oſſa pedum

ſanctas Reliquias pedum ſanctæ hujus Dominæ, qui propter ardentem devotionem, quam habebat erga ſalutem animarum, toties ambulaverunt per veſtigia ſervorum Dei, à quibus ſpiritu prophetico cognoſcebat complures perducendos in agnitionem veritatis ad Dei

tibiarum,

obſequium, ſicut vitæ ejus declarat hiſtoria. Ecce tibias, quibus tantum gratiæ Deus contulit, ut poſſent ſuper aquas ambulare, quoties ſiccis veſtibus veſtigiſque Sabim tranſivit, abſque formidine periculi alicujus.

genuum,

19 Oſſa genuum efferens : Benedicta inquit,

A quit, ſacra hæc oſſa, toties incurvata uſque ad terram in honorem ſanctiſſimæ Matris Dei : ipſa enim, ex peculiari ſancti Spiritus inſtinctu, ab infantia ſeſe aſſuefecerat ante lectulum ſuum identidem illa flectere atque attollere inter orandum ; tantumque in hoc pio exercitio profecit, ut genuflexionum numerus una ſæpe nocte mille ac centum excederet ; rara ac forte numquam audita religione quam continuabat quandoque ad quadraginta dies conſequenter. Quis igitur non venerabitur ſanctas iſtas Reliquias, velut inſtrumenta Spiritus ſancti ad ſalutandum toties Deiparam Virginem? Oſtendens au-
coſtarum, tem etiam coſtas ; Quis non amplectatur, inquit, ſacra hæc latera, tot virgarum ictibus cruentata, dignaque non ſolum involvi ſerico, ſed auro etiam gemmiſque includi?
femorum, Quis autem honor deferetur oſſibus ſacri ventris (& hoc dicens Præſul ipſa monſtrabat) cui tam modicum alimentum ſuffecit, ſicut intelligitur ex ejus Vita ; cum præter continuam abſtinentiam cui aſſueverat, à feſto
B Annuntiationis uſque ad Vigiliam S. Joannis Baptiſtæ qua obiit, non niſi undecies manducaverit, idque admodum ſobriè, quinimo intra illud breve temporis ſpatium, quinquaginta tres ſolidos dies tranſegit abſque ulla omnino refectione corporali, abunde ſaturata Euchariſtico epulo, interim dum ineffabili cum lætitia præſtolabatur diem ſuum nuptialem? Quid fiet ventribus illis inſatiabilibus, quaſi ſolum facti eſſent ad conſumendum quidquid lucrari manus poſſent, aut etiam ipſam ſubſtantiam pauperum?

20 Tum dorſi ſpinam & oſſa ei cohærentia exhibens ; O ſacra, inquit, oſſa, to-
dorſi & lumborũ, ties reclinata ſeu potius fatigata ſupra duram humum, abſque ulla formidine nocturni frigoris aut glacialis aſperitatis! Nam quod aliqui veſtrum hac occaſione fortaſſis ſemel fecerunt, vigilantes in honorem ſanctarum Reliquiarum ; id ipſi fere quotidianum erat, quamvis in cubicello ſuo haberet lectulum, modicâ paleâ inſtratum : eo enim raro utebatur, impellente ipſam Spiritu ſancto, ut mallet in eccleſia coram Sponſo ſuo Sanctorumque Lipſanis, ſomnum breviſſimum
C capere, ſubſtrato ſibi dumtaxat tenui panno ſupra pavimentum ; quandoque autem altaris gradum pro cervicali habens : quod aliquando continuavit à Vigilia S. Martini uſque ad Quadrageſimam. Quis porro enarret quid paſſum ſit reliquum ejus corpus? potiſſime quando placuit Sponſo ſuo immittere ei paralyſim, quæ longo tempore eam valde afflixit ; ipſa tamen illâ noluit liberari, ad cumulandum patientiæ meritum. Imo cum amicorum ejus aliquis, ſemel pro ea precatus Deum, impetraſſet nonnullum mali levamen ; eumdem ipſa inſtanter rogavit, ne pro ſe diutius deprecaretur ; Quia, inquit, ſentio quantum diminuitur cruciatus, tantum deteri de merito ejus flagelli, quo Deo placuit me caſtigare.

21 Manus efferens inquit ; O ſanctiſſimæ
manuum manus, quæ ſolo ſuo contactu tot infantium herniam periculoſam curarunt, & anginæ morbum abſtulerunt ab iis quorum curationem medici deſperatam habebant : ſapiens hæc Matrona curabat utroſque, ſola impoſitione manuum ſuarum : quæ inſuper ex eo D
merentur commendari æternum, quod inſtar EX IMPR.
alarum duarum toties fuerint ſublatæ in cæ- GALLICO.
lum, præ vehementia deſiderii, quo ſuſpirabat diem, ipſammet illuc ſublevaturum. Quoties etiam illas impendit exercendis erga proximum operibus caritatis, nec unquam ceſſare permittebat ab utili aliquo labore, ne locum otio ulli relinqueret.

22 Denique veneremur omnes, quantum poſſumus, ejus ſacrum caput. Quando cor- *& capitis,*
pus S. Antonii Patavini, triginta & uno anno poſt mortem, honorifice tranſtulit S. Bonaventura, invenit adhuc linguam, nihilo minus quam cum viveret rubicundam ; eamque manibus ſuis apprehendens, cum devotionis abundantia, perfuſus imbre lacrymarum, dixit: O lingua benedicta, quæ Deum ſemper benedixiſti, & alios benedicere docuiſti! Nunc perſpicue cernitur, quanti meriti fueris apud Deum : eamque centies oſculatus in propriam ei capſulam repoſuit. Idem mihi videor mihi poſſe dicere ac facere huic ſacro Capiti, & vobiſcum illud ſic ſalutare : O ſacrum caput, quod, ſecundum Apoſtoli præceptum E
mulieribus datum, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis vel veſte pretioſa, ornari voluit, vel capillitio prolixius demiſſo aut ſublimius quam par eſt elevato decorem quærere; ſed ſimplici velo albo contentum operiri, divinis oculis gratioſius apparuit. Meruiſti omnino pluris æſtimari honorarique ab An- *cujus etiam capilli,*
gelis, quam ulla unquam matrona cum toto ſuo muliebri mundo placuiſſe potuit hominibus vanis. Rex autem Angelorum ſatis de- *aſpectus,*
monſtravit, quantum in humili modeſtoque cultu tuo ſibi complacuerit, quandoquidem cincinnus unus capillorum tuorum incurabili vulneri applicatus, ipſum ſanavit ; & ſimplex vultus tui aſpectus ſpiritualiter reficiebat ipſum intuentium animos, eos ad contritionem excitans, & uberes pœnitentiæ lacrymas eliciens. Sic etiam quæ ex ore tuo procedebant verba, in ore audientium ſapiebant ut *& ſermones fuerunt tam efficaces:*
mel dulcia, quemadmodum contigit Epiſcopo Toloſano, ſede ſua ab Albigenſibus hæreticis pulſo ; qui cum ad te viſitandum veniſſet, tantum ex tuis ſermonibus guſtum internum ſenſit, ut per totum illum diem F
nulla ei potuerint ſapere corporalia fercula, aut ſuavitatis perceptæ ſenſum extinguere.

23 Fac, ô Domina ſancta, nos quoque guttulas ejuſdem dulcedinis guſtare; quatenus cor- *deniq, Mariam invocat,*
roborati animatique reliquo vitæ noſtræ tempore, virtutes imitemur tuas, ſpernamus honores, delicias atque divitias mundi, abſtinentiam teneamus, ſi non eâ quâ tu perfectione, pro viribus tamen & imbecillitate noſtra. Amplectamur tuam caritatem, ſectemur humilitatem, amemus caſtitatem, noſque tradamus exercitio omnigenæ pietatis ac devotionis, in tua ſanctiſſima vita relucentes : fiatque nobis per talem imitatio- *ejuſq, imitationem omnibus optat,*
nem tui ; ut quemadmodum nunc veneramur ſanctas Reliquias tuas, ſic te videamus & honoremus aliquando in cælis. Annis dumtaxat triginta ſex aut circiter vixiſti ſuper terram : verum etiam nunc hic vivit & vivet æternum fama ſanctitatis, ſapientiæ, virtutumque reliquarum, quibus cæleſtis Sponſus tuus ornavit atque dotavit te, velut

A totidem margaritis atque lapidibus pretiosis : incomparabiliter tamen magis vives, ubi nunc
EX IMPR. GALLICO. est anima tua gloriosa, in illa Regis Regum, Sponsi tui palatio, ubi omne bonum est,
ut fiant ei participes gloriæ. absque permixtione ulla mali contrarii, vita sine morte, dies sine nocte, veritas sine mendacio, gaudium absque tristitia, securitas absque timore, requies absque labore, æternitas sine fine; ad quam, per suam bonitatem & misericordiam, atque per Sanctorum suorum suffragia ac merita, deducat nos Dominus, Amen.

Tum duas in thecas collocat caput & ossa, 24 Ita sanctæ hæ Reliquiæ sericeis velis involutæ sunt, & conditæ sunt lipsanothecis duabus, quarum altera capiti, altera ossibus ceteris præparata fuerat; & his ab aurifabro bene terruminatis, instituta processio est, in qua ipsæ gestatæ fuerunt humeris Prælatorum & Procerum aliorum ecclesiasticorum. Prima statio fuit ex opposito ejus loci, quo Sabim fluvium, absque cymba aut alio ullo humano subsidio, Maria Oigniacensis transivit; ubi erat erectum altare, & decantatæ sunt quædam preces à Reverendissimo ordinatæ. Altera statio ordinata est ad tontem, hodieque appellatum S. Mariæ Oigniacensis, ad angulum
quas serenato repente cælo ad ecclesiam transfert, B silvæ, ubi est sacellum, quia istic illa solebat orare; & plures devoti peregrini ibi receperunt & recipiunt levamen suarum afflictionum, per ejus apud Deum intercessiones & merita. Processioni intervenit innumera populi multitudo, quæ meruit divinum experiri favorem, in eo quod pluvia, quæ tota nocte fuerat continua usque ad finem Missæ majoris; cessavit ipso momento, quo procedebatur ad monstrandas sanctas Reliquias; & duravit serenitas, quamdiu processio: hac autem finita, redierunt pluviæ, totumque illum diem duraverunt.

& populū cum benedictione dimittit. 25 Regressâ in ecclesiam pompâ Reverendissimus Namurcensis Episcopus solennem benedictionem impertivit conventui toti, atque edixit ejusmodi processionem singulis deinceps annis iterandam in memoriam prænarratæ Translationis: dimissisque duobus ferculis, super altari majori expositis ad populi devotionem; ipse Reverendissimus, cum Nobilibus atque Prælatis, transiit ad locum præ-
C paratum duodecim senecionibus pauperibus
Jubet etiam quotannis eum diem recoli, reficiendis, quibus ipsa Reverendissima Gratia sua cum Dominis prædictis ministravit, quod olim ab Episcopis factitatum in talibus occasionibus legitur. Post Vesperas solennissime decantatas, prætatæ duæ lipsanothecæ reconditæ sunt in gazophylacio: continuata tamen devotio est per totum octiduum, fidelibus undique accedentibus, neque exiguum religionis suæ fructum à divina bonitate referentibus, ex eo quod curatos viderint multos
& fiunt miracula multa, infirmos ac debiles, qui in sacello ipsius S. Mariæ Oigniacensis dimiserunt furcillas suas, aliaque adminicula sine quibus illuc usque pertingere numquam potuissent: quod etiam testantur alia mala multa istic curata, de quibus Reverendissimus voluit juridice informari, prout probant authentica acta desuper formata, quæ poterunt aliquando emitti in lucem, ad solatium fidelium & hæreticorum confusionem.

§. IV. *Recentiora quædam miracula.* D

26 *Ita ut jam vidimus patrata post hanc Elevationem miracula contentus in genere memorasse Auctor Vitæ Gallicæ, non satisfecit desiderio cupientis quædam distinctius nosse; ideoque sæpe laudatum Priorem Oigniacensem rogavi ut si qua recentioris memoriæ vel coram Episcopo probata in processu vel postea firmiter testata contigissent; colligere dignaretur: ipse vero Respondit* IV *Novembris* MDCXCVII, plurima hæc fuisse ante & post elevationem, verum qui ea audierunt aut viderunt, annotare aut annotata posteris trajicere neglexerunt.

27 Proferam tamen, *inquit Prior*, hic duo illustria ex archivis nostris auxilii mirabilis B. Mariæ argumenta, & primum quidem quod ea quæ id utiliter experta est, oculatique testes coram R. D. Priore Oigniacensi, ac Deputato Episcopi ad informationes miraculorum ejusdem Beatæ, coram Notario, sub fide juramenti deposuere. Simona Grave, Francisci Bouchier civis Armentariensis in Flandria uxor prægnans, præ foribus E
domus suæ forte tum sedens, ab inopinato ac præcipiti malè sani equitis cursu, horrendo percussa pavore in extremum partus periculum labitur: sic ut totos quinque dies, nequaquam obstetricante matronarum industria, solius brachii, in quo baptizatus infans, extractione sublevata, indicibilibus angustiis doloribusque pænè oppressa, protraheret: moritur interea in utero puer, nullaque prorsus spes naturalis partûs affulget, & omne medicos latet remedium; ita ut dissecandæ frustatim prolis ferrent judicium. Quod quia medullitus horrebat puerpera, sectio suspenditur: ast ubi divinitus inspirata mulier B. Mariæ auxilium, cujus costam à Parocho concreditam, sibi fideliter applicarat, devotissimè invocat; alia aliunde petita obstetrix, pauco post tempore infantem, sine gravi matris apertura, feliciter sinu excipit. Hæc vero sanitati reddita, Deo ac benefactrici suæ vota redditura, notario ac testibus stipata Oigniacum longâ peregrinatione venientes omnia ut jacent affirmavere, confecto ad id instrumento publico sub XXVI Maji MDCXI. F

28 En tibi aliud. Dominicus Guilliaume ex pago de Han in Lotharingia affirmavit coram parocho Oigniacensi ac testibus omni exceptione majoribus, se ab exitu viscerum, quem harniam vocant, ad crassitudinem unius pilei, id ipsam attestante chirurgo, laborantem, missa ex voto ac novemdialibus precibus, in honorem B. Mariæ Oigniacensis persolutis, mirabiliter & extraordinarie sanum & incolumem sensisse sub IV Julii MDCLIII.

29 *Chrysostomus de Monpleinchamp Concionator Regis, à Sacris Serenissimæ Electrici Bavariæ, in fide Sacerdotis juro, quod Dominus Bidart Canonicus Regularis Molonienſis, parochus sancti Lupi Namurci, mihi sancte asseruerit, quod pluribus noctibus corpus S. Mariæ Oigniacensis ediderit intolerabilem strepitum in suo cubiculo, quò propter bella fuerat illatum; nec tumultus cessarit, nisi postquam elata est arca, militaribus manubiis oppleta, quæ idem in cubiculum intrusæ fuerant. In horum fidem has manu propiâ signatas munivi meo sigillo. Bruxellis* XXVII *Septembris* MDCC.

DIE

A

DIE VIGESIMA QUARTA IUNII

D

SANCTI QUI VIII KALENDAS IULII COLUNTUR.

SANCTUS JOANNES BAPTISTA & PRODROMUS D. N. I. C.

Sancti plurimi Martyres ſub Nerone Romæ.

S. Feſtus, } Martyres Romæ.
S. Lucia, }
Sancti XXII, }

S. Rogatus Martyr, Carthagine in Africa.

S. Orentius, }
S. Pharnacius, }
S. Eros, }
S. Firmus, } fratres Martyres, in
B S. Firminus, } Armenia.
S. Cyriacus, }
S. Longinus, }

S. Simplicius, Epiſcopus Auguſtodunenſis in Gallia.

S. Geranus, Anachoreta in Ægypto.

S. Martha, Martyr in Ægypto.

S. Agoardus, } Martyres Chriſto-
S. Agilbertus, } lii in Agro Pa-
Sancti plures, } riſino.

S. Lupicinus, Recluſus Tranſaliaci in Biturigibus.

S. Friſius Martyr, in Auſcenſi Aquitaniæ diœceſi.

S. Geraſimus, civis Laurentinus in Calabria.

S. Theodulphus, Epiſcopus & Abbas Lobienſis in Belgio.

S. Joannes Portuenſis, Eremita Tude in Gallicia. E

S. Ivanus Eremita in Bohemia.

S. Ericus, Monachus Autiſſiodori in Gallia.

S. Bartholomæus, Eremita Furnenſis in Anglia.

B. Joannes, Opilio in Arteſia apud Belgas.

PRÆTERMISSI AUT AD ALIOS DIES RELATI

Operâ R. P. Godefridi Henſchenii p. m. niſi litteræ ad marginem poſitæ aliud indicent.

SAnctus Kanutus Junior, Rex in Dania *profertur à Ferrario. Ejus Acta illuſtravimus* VII Januarii.

S. Marcus, Epiſcopus Trevirenſis, *indicatur in ſcriptis additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Is aliis potiſſimum* Marius *appellatur: de quo egimus* XXVI Januarii.
C

B. Bonifacii, Epiſcopi Lauſanenſis, Inventio corporis, in Camera B. Mariæ prope Bruxellas: *recolitur ab Henriquez in Menologio Ciſtercienſi. De ea egimus ad Vitam ejus* XIX Februarii.

S. Joannes Thereſtes, apud Stylum in Calabria, *non colitur hodie, uti per errorem habet hodiernum Romanum; ſed die, quo Vitam dedimus,* XXIV Februarii

Mauritius, Monachus Bonæ-vallis Ordinis Ciſtercienſis, & diſcipulus S. Hugonis Abbatis diu paralyſi cruciatus, *memoratur ut* Beatus *ab Henriquez & Chalemoto: Felix obitus ejus, ſed tacito nomine, refertur in Vita dicti S. Hugonis num. 7* 1 Aprilis.

D. P. Petri, Principis Luſitani, Alcobaciæ Monachi, *ut Beati* Tranſlatio, *facta an.* 1239, *refertur à Bucelino. Eamdem Tranſlationem notant Cardoſus & Chalemotus, ſed abſtinent à titulo* Beati, *ſicut etiam ad diem quo obiit, à nobis inter Prætermiſſos ut hic relatus* IX Maji.

S. Brandanus, cum mira peregrinatione, *indicatur in quodam ſcripto Calendario Benedictino, & Epiſcopus habetur. Quæ omnia diſcuſſa ſunt ad ejus Vitam* XVI Maji.

Petrus, Abbas Caſinenſis, *refertur à Bucelino, ab aliis* XXVIII Maji. F

S. Amphibalus, præceptor S. Albani, *indicatur à Camerario in Menologio Scotico: ſed* Tranſlatio Reliquiarum Weſtmonaſterii, *vocatur à Dempſtero. Nos de eo ſimul & Albano egimus* XXII Junii

Joſias & Zechias, *relati à Petro de Natalibus, cujus relatio continet inveroſimilia. Nos certiora expectamus de illorum veneratione aliqua Eccleſiaſtica.*

Lucia, Virgo Martyr Urbini, *indicatur à Ferrario in Catalogo generali, citato Petro de Natalibus lib. 6 cap. 4: ſed eum aſſerit dictus* Ferrarius inveroſimilia dicere, *ipſamque in* Tabulis Eccleſiæ Urbinatis, neque hac neque alia die contineri: *quare certiora expectamus. Eam* Lucejam *appellant Maurolycus & Galeſinius, atque Romæ tribuunt.*

S. Simplicii Epiſcopi, veræ religionis Doctoris & Magiſtri, depoſitio Autiſſiodori, *indicatur à Sauſſaio, ſed videtur memoriâ falſus, cum talis non fuerit ibidem Epiſcopus,*

ſed

A *ſed Auguſtoduni : cujus Acta hoc die damus.*

D. P. Monachorum multorum Antrenſis cœnobii, qui à Danis cæſi ſunt, Paſſio *inſcribitur Martyrologio Benedictino Menardi ; & in Obſervationibus additur, trucidatos* in natali S. Jo. Baptiſtæ, cum S. Guihardo Nannetenſi Epiſcopo, anno 843 ; *ſed nec hunc, nec illos ullo proſequuntur cultu Nannetenſes.*

Egilhardus, Abbas octavus S. Cornelii ad Indam fluvium, prope Aquiſgranum, à Normannis occiſus, ut Martyr, *cum titulo* Beati, *ad* VIII Kalendas Junii, *relatus eſt à Gelenio in Faſtis Agrippinenſibus: ſed hic curavit benevole nos moneri, debere reponi ad* VIII Kalendas Julii, *ſive hunc* XXIV *Junii. Suſpicatur autem* ſacellum, nomine ſancti Alardi, in ſilva prope Bullendorff, habere compellationem ab ejus nomine detortam: *quod in Animadbus illuſtribus Juliæ, Cliviæ, &c. Theodorus Rhay etiam tradit. Aliqui à* S. Hilario *ſacellum appellatum arbitrantur. Certiora hactenus monumenta non potuimus obtinere.*

B Gerardus, Prior Viconienſis Ordinis Præmonſtratenſis in Hannonia, ob doctrinam & vitæ ſanctimoniam gratus Comitibus Hannoniæ, à dæmonibus territus & verberatus, diem obitus hunc fore prædixit. *Ita tractatus Gallicus cui titulus Theſaurus cœnobii Viconienſis cap.* 18; *ipſumque titulo* Beati *honorat : eum tamen titulum omiſit Chryſoſtomus Vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis, & Raiſſius in Auctario ad Natales Molani ; credo quia Viconiæ nec minima quidem cultûs alicujus apparentia inveniebatur.*

D. P. B. Joannis Agni, Ordinis Prædicatorum, *obitus in Flandria Gandavi anno* 1296, *notatur in Auctario Raiſſii ad Natales Belgicorum Sanctorum Molani : ſed nullum ille habet ibi cultum, licet variis miraculis illuſtratus feratur.*

D. P. Joannis Baptiſtæ Tolomei Senenſis, Ordinis Prædicatorum, *defuncti Avenione an.* 1320, *Vitam ſcripſit Gregorius Lombardelli an.* 1584 *addito titulo* Beati, *quod ſecuti Auctores Faſtorum Senenſium & Marcheſius in Diario. Narrantur ibi varia miracula, & cap.* 17 *allegantur teſtes oculati ; adeo ut Lombardellus videatur præ oculis habuiſſe vel Vitam vel Proceſſum aliquem, paulo poſt mortem* Joannis *confectum ; quod tamen nuſquam indicat ; queritur autem non haberi Avenione diſtinctiorem notitiam miraculorum poſt mortem : ſed cum neque ibi cultum habeat aliquem, neque Senis ; apparet eum hic locum non poſſe habere, niſi forte in aliquo Corollario, tunc ei dandum, quando antiquam Vitam, ſiqua uſpiam extat, nanciſcemur.*

C Fr. Richardus de Burgundia, Epiſcopus; Fr. Franciſcus de Alexandria, vir notæ pietatis & virtutis ; Fr. Raymundus Ruffi de Alexandria, Fr. Paſchalis de Hiſpania ex urbe Victoria, Sacerdotes ; Fr. Petrus Marcelli de Provincia, & Fr. Laurentius de Alexandria Laici, ac Magiſter Joannes de India, Æthiops colore, anno 1342 circa feſtum S. Joannis Baptiſtæ glorioſum Martyrium ſubierunt, in civitate Armalech Circariæ Tartariæ. *Ita poſt Piſanum & alios Waddingus, ad dictum annum num.* 9. *Et hi, quod ipſi necdum ſint à Sede Apoſtolica* D *vindicati, abſtinent à titulo* Beati, *quem eis ad hunc diem tribuit Arturus in Martyrologio Franciſcano.*

B. Joannes, olim caſtri Clavani, Terſoni & Planetiæ Dominus, in vallibus Attini eremiticam vitam duxit : cujus *anno* 1550 *die* 24 *Junii defuncti* corpus, dum in confinibus Tergi verſaretur, nutu Dei à vitulis indomitis fuit huc adductum, *id eſt Caſſiam in Umbria, ad conventum Eremitarum S. Auguſtini; ubi ſub ejus imagine in clauſtro verba prædicta legi teſtatur Jacobillus, tom.* 1 *de Sanctis Umbriæ, nihil ultra de aliquo cultu addens.* D. P.

F. Petrus Hiſpanus, in Umbria extra Urbinum, propter ſanctitatem vitæ & miracula in veneratione habitus. *Ita Haroldus in Epitome Annalium Ordinis Minorum Romæ anno* 1672 *edita, ad annum* 1415 *num.* 13, *& abſtinet à titulo* Beati, *quo utitur Arturus cum nonnullis aliis.*

Daniel, Cornelius, Joannes, Andreas, Minoritæ *apud Alkmariam in Hollandia capti, & Enkhuſæ ſuſpenſi à Geuſiis anno* 1573, *referuntur à Raiſſio in Auctario : necdum ſunt ab Eccleſia vindicati : Maſinus tamen in Bononia perluſtrata* Cornelium *appellat* Beatum : *cur autem eum ipſe referat non indicat, niſi forte Bononienſem eſſe credidit. Idem Raiſſius proponit hic commemorandos ſi placet etiam ſequentes ejuſdem Ordinis duos,* Engelbertum, *poſt illos carcere extinctum in Novembri;* & Franciſcum, *Sluſenſem Guardianum, ab iiſdem Geuſiis jugulatum : & cum his* Gerardum, *ſutorem Campenſem, ſuſpenſum : ac denique* Joannem *Carthuſianum, Gandavi defunctum* 1456; *ſed nec huic* Beati *titulum addit.* D. P. E

Joannes Pennemannus, Sluſæ in Flandria ab hæreticis anno 1575 jugulatus,

Joannes Illyricus Cappucinus Neapoli anno 1577 ;

Joannes Baptiſta à Madrigalo Madriti, anno 1600 ;

Bonaventura de Antredocho, Virgo Aquilæ, an. 1514

Ordinis S. Franciſci, *ut Beati ob vitæ ſanctimoniam habiti ab Arturo; qui de eis varios citat.* F

Antonius à S. Anna, Ordinis Minorum Diſcalceatorum S. Franciſci laicus, *in Moluccis, à filia Regis non ferente amorem ſuum à formoſiſſimo ſed caſtiſſimo juvene ſperni; & ab ejus gynæceo ſtylis ferreis confixus, an.* 1610 *meritus ut auctoritate Apoſtolica inſtitueretur de eo proceſſus, cujus exitum præſtolamur una cum R. P. Benigno Fremaut auctore Palmeti Franciſcani Flandricæ vulgari cœpti, cujus indicio de Antonio hanc diſtinctiorem accepimus notitiam. Arturus* membratim diſciſſum, & Beatum *more ſuo appellat.*

Amandus & Domnolenus, Confeſſores Lemovicenſes, *inſcripti ſunt Catalogo Generali Ferrarii. Horum Acta dabimus* XXV Junii.

S. Pecinna, S. Columba, S. Marcina, *ſorores, à variis hoc die referuntur, à pleriſque etiam ut Martyres ; ſed ſola ex his* Pecinna *& quidem ut* Virgo tantum, *colitur* XXV Junii D. P.

S. Oduinus Presbyter, Hugardiæ Martyrium paſſus hoc die. *Verum colitur Officio Eccleſiaſtico ibidem ſequenti die* XXV Juni.

S. Rumoldi,

A S. Rumoldi, Episcopi & Martyris, passio *aut* translatio Mechliniæ, *inscripta est variis Mss. Item apud Molanum, Galesinium, Maurolycum, Canisium, Ferrarium. Colitur potissimum* 1 Julii

S. Golvenus, Leonensis Episcopus in Aremoricis, *inscriptus est Menologio Scotico Dempsteri an.* 1622, *sed triennio post in Historia: celebratur autem in sua urbe* 1 Julii.

Eulogii Confessoris commemoratio fit Cracoviæ. *Videtur esse qui cum Sociis colitur Constantinopoli* III Julii.

D. P. Romula Virgo, *à Gregorio in Homiliis & Dialogis laudata, refertur in Ms. Usuardo Tornacensi & inde in prima editione Additionum Molani: hunc vero passim sequuntur Martyrologi Monastici, necnon Mabilio tom. 1 Actorum Benedictinorum. Est ea, quæ cum sanctis* Redempta & Herundine *inscribitur Romano hodierno, ad* XXIII Julii.

Orientius, Heros, Pharnacius, Firminus, B Firmus, Cyriacus, Longinus, } fratres Martyres, Satalis in Armenia, *referuntur in Martyrol. Rom. citato Menologio Sirleti, & sunt in Menologio Basilii Imperatoris. Verum in Menæis excusis & aliis pluribus sequenti die* XXV Junii.

D. P. S. Helena Suecica, Vidua Martyr *sec.* XII, *in Dania celebratur hodie, illuc fortassis translata; in Suecia,* XXXI Julii; *sed agemus de ea, ipso mortis die,* 1 Augusti.

D. P. SS. Urbasus, (*imo* Urbanus) Theodorus, & Menedemus, cum aliis LXXVII, Martyres Nicomediæ, *referuntur à Molano in Additionibus ad Usuardum primæ editionis, & à secutis Molanum Canisio atque Ferrario: sed omittuntur in editionibus earumdem Additionum posterioribus, & merito; coluntur enim à Græcis* V Septembris.

SS. Sanctiani & Augustini Martyrum corpora; ab Ansegiso Archiepiscopo Senonensi translata, de villa Sanceia ad monasterium S. Petri Vivi VIII Kalendas Julii, *scribit Odorannus Monachus S. Petri Vivi in Chronico ad annum* 883. *At celebratur eorum solennitas* VI Septembris.

S. Guidonis Confessoris elevatio, apud Anderlacum prope Bruxellas, *indicatur in Ms. Bruxellensi S. Gudilæ, & Ms. Florario. Dies natalis est,* XII Septembris.

BB. Theobaldi & Henrici, Ordinis Eremitarum S. Augustini, *Translatio, celebrata fuit hoc die: agemus de iis, quando prior obiit,* XX Septembris.

Joannes, Abbas Bonæ-vallis Episcopus Valentinus, *inscriptus est Kalendario Cistercienst Divione excuso. Sammarthani in Episcopis Valentinis pag.* 1112 *asserunt,* anniversarium illius honorifice celebrari, V Octobris.

Marcus, *Episcopus Bovinensis, refertur à Vipera in Beneventanis. Ejus festivitas celebratur die* VII Octobris. E

S. Quintini, Martyris apud Veromanduos, inventio corporis *magnis elogiis celebratur in pluribus Mss, ac potissimum in Atrebatensi: de qua ad ejus Acta dicendum* XXXI Octobris.

S. Abdias Propheta, *memoratur in Kalendario Carmelitano Breviarii Ms. Mechliniæ: in Martyrologio Romano* XIX Novembris.

S. Joannis Euangelistæ receptio *consignatur in Epternacensi S. Hieronymi Martyrologio: ab aliis* obdormitio *appellatur, aut simpliciter ejus memoria celebratur; quæ omnia erunt illustranda* XXVII Decembris.

DE SANCTO IOANNE
PRODROMO ET BAPTISTA D. N. IESU CHRISTI. D. P.
COMMENTARIUS HISTORICUS.

CAPUT PRIMUM.

C F

Acta ab Euangelistis tradita illustrans.

§. I. *Conceptio & Nativitas apud Lucam.*

MArgarita Euangelica, sive Jesu Christi D. N. vita, doctrina, historiaque universa, è Sanctorum quatuor Euangeliorum dispositione concordi, unà cum rerum præcipuarum, juxta locorum ac temporum seriem, declaratione, compendiariè ordinatèque descripta, per P. Joannem de Paris Antverpiensem S. I. *prodiit Antverpiæ anno* MDCLVII, *& tertio deinde post anno, ante Auctoris sui mortem decimo, recusa est, semper accuratior. Ex illa, ad optimi senis memoriam, & specimen operis merito laudati, placet excerpere, quæ Sanctum, de quo agimus spectant; velut omnium post dicendorum fundamentum, ac lapis Lydius ad quem explorari debeat sinceritas earum omnium lucubrationum, quas Græci Latinique scriptores ediderunt, de ortu, vita, prædicatione & martyrio* S. Joannis. *Ea sic habent.*

2 Fuit in diebus Herodis, *a* Regis Judææ, Sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia; *b* & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini, sine querela; & non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum Sacerdotio *c* fungeretur ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem Sacerdotii; sorte *d* ex iis ut incensum poneret ingressus in templum Domini, & omnis multitudo populi erat orans foris horâ incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi: & Zacharias turbatus est videns, &

a *b* *Incensum offerenti Zachariæ apparens Angelus* *c* *d*

A iruit ſuper eum. Ait autem Angelus ad illum;
EX IV EVANG. Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita eſt
promittit ex ſterili uxore filiũ; deprecatio tua, & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem; & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum & ſiceram non bibet: & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ: & ipſe præcedet ante illum, in ſpiritu & virtute Eliæ; ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam juſtorum, parare Domino plebem perfectam.

3 Et dixit Zacharias ad Angelum; Unde
qui dubitãs ob mutesc- hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & uxor
cit, mea proceſſit in diebus ſuis. Et repondens Angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui adſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, uſque in diem quo hæc fiant; pro eo quod non credideris verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabatur quod tardaret ipſe in templo. Egreſſus autem non poterat loqui ad illos; & cognoverunt quod viſionem vidiſſet in templo:
B *& Eliſabeth concipit:* & ipſe erat innuens illis, & permanſit mutus. Et factum eſt ut impleti ſunt dies officii ejus, abiit in domum ſuam. Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth uxor ejus, & occultabat ſe menſibus quinque, dicens; Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.
e In menſe autem ſexto *e* miſſus eſt idem An-
quod ex eodem Angelo intelligẽs Maria, gelus Gabriel à Deo....ad Virginem Mariam, *eidem nuntiaturus naſciturum ex ea Meſſiam. Quæ cum etiam ipſa, non, ut ille, incredula; ſed, ut humiliter mirabunda, quæſiſſet;* Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? reſpondit ei Angelus; Spiritus ſanctus ſuper-
f veniet in te..... Et ecce Eliſabeth cognata *f* tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.....

viſitat cognatam: 4 Exſurgens autem Maria in diebus illis,
abiit in montana cum feſtinatione, in civitatem Juda; & intravit in domum Zachariæ, &
C ſalutavit Eliſabeth. Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit infans in utero ejus, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth..... Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & reverſa eſt in domum ſuam. Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium: & audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificavit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum eſt in
à qua editus infans nominatur Joannes, die octavo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondens mater ejus, dixit; Nequaquam, ſed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam; Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocatur hoc nomine: innuebant autem patri ejus, quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicens; Joannes eſt nomen ejus. Apertum eſt autem
& puer factus ad deſertum ſecedit. illico os ejus & lingua ejus; & loquebatur benedicens Deum. Et factus eſt timor magnus ſuper omnes vicinos eorum; & ſuper omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc: & poſuerunt omnes qui
D audierant in corde ſuo, dicentes; Quis putas puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cum illo..... Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu: erat autem in *g* deſer- *g*
tis *h* uſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. *i* *h* *i*

ANNOTATA D.P.

a Herodes *hic dictus fuit* Aſcalonites, *quia* Aſcalone *natus eſt patre ſuo Antipatro urbis illius præfecturam gerente; ſicut hic quoque dicebatur* Idumeus *genitus patre ſuo Antipa, Idumæam gubernante; quos alioqui* ex primis Judæorum *genus duxiſſe, ſcripſit apud Joſephum Nicolaus Damaſcenus Herodi familiariſſimus; idemque refert Arabica Machabæorum hiſtoria, uſque ad Herodem ab hujus coævo continuata tom. 9 Bibliorum Pariſ. inſerta, eo quod etiam is liber inter Canonicos ab Orientalibus habeatur, cujus cap. 35 hæc legas:* Erat Antipater vir ex progenie Juda, ac de filiis quorumdam eorum, qui aſcenderant de Babilonia cum Eſdra Sacerdote. *Hæc Petrus Poſſinus noſter p. m. latius deducit in peculiari de genere Herodis Diſſertatione Toloſæ excuſa anno* MDCLXXXII; *è contrario Joannes Arduinus etiam noſter, in Tractatu de nummis Herodiadum impreſſo Pariſiis* MDCXCIII *ex vetuſtis Athenienſium inſcriptionibus & nummis* Herodis Regis *tamquam ſingularis benefactoris nomen ac titulum præferentibus, evincere ſe putat illum ab ipſis originem trahere: utrumque hic ſatis fuerit indicaſſe.* *Herodis genus ex primis Judæorum juxta Poſſinum,*

E *ex Athenienſibus juxta Arduinum.*

b *Cornelius noſter in hunc locum:* Videns, *inquit,* David poſteros Aaron Sacerdotis excreſcere in ingentem multitudinem, ita ut omnes ſimul ſacrificare & miniſtrare in templo non poſſent; eos diſtribuit in 24 familias, ita ut ordinate quælibet claſſis, per hebdomadam unam ſucceſſive deſerviret templo. Ne autem lis eſſet inter eos de ordine, quæ eſſet prima, quæ ſecunda, quæ tertia &c. periculum litis ſorte diremit.... in hac autem ſortitione exivit ſors octava Abia (*ut dicitur* 1 *Paralip.* 24 ℣. 10). *Vices ergo cujuſque familiæ bis redibant anno quolibet, ſed cum hebdomades* 48 *facere nequeant, ut ea familia, cui ſub Davide prima primi menſis hebdomada obtigerat, vices ſuas haberet eadem ejuſdem menſis hebdomade annis ſequentibus, indeque fiebat ut circulus ille quadraginta octo vicium vario identidem principio reſumeretur; fieri ergo nequit ut ex eo aliqua certitudo habeatur circa tempus, quo Angelus Zachariæ apparuit: maximè cum neſciatur primone an ſecundo vicis Abiæ recurſu res acta ſit.* *Vices Sacerdotales à David ordinatæ,* *quarum octava Abia fuit.*

F

c *Errant qui* Zachariam *hunc credunt fuiſſe ſummum Pontificem: hic enim tunc temporis vocabatur* Simon, *eratque Herodis ſocer & fere adusque ejus regni finem ſupremum illum gradum tenuit per annos viginti quatuor: ſicuti ex Joſepho docet Ricciolius noſter Chronol. reform. lib. 6 cap. 13.* Zachariæ *autem uxor ſterilis erat, adeoque filiam nullam genuerat.*

d *Sacerdotum, quaque vice miniſtrantium, varia erant officia, de quibus illi etiam ſortiebantur quod quis obiret, quatuor autem præcipua ex libro Exodi numerat Cornelius noſter,* 1 ſacrificare victimaſque mactare & immolare, 11 Accendere lucernas in candelabro ſeptipiti, 111 Die ſabbathi ponere novos panes duodecim in menſa propoſitionis, 1v Ponere incen- *Oblatio Incenſi inter Officia ſacerdotalia ultimum,*

A incensum in altari thymiamatis, mane & vesperi. *Summus autem Sacerdos extra sortem erat, & quo volebat tempore ac munere ministrabat, cum veniebat in templum. Cum autem altare Thymiamatis non esset intra Sancta Sanctorum, sed extra illud; apparet, quam graviter & ex hoc, & ex primo capite hallucinati fuerunt, qui tempore Julii Papæ putabant se, ex die quo summus Sacerdos semel in anno ingrediebatur Sancta Sanctorum, id est decimo die mensis septimi posse demonstrare quo die conceptus* Joannes; *adeoque & ipse, &* Christus *sit natus.*

non spectat ad ingressū Pontificis in Sancta Sanctorum.

e *quia inter diem* 24 *Septembris, quo gratis præsumitur* conceptus Baptista, *ad* 25 *Martii, quo* Verbi Incarnatio *recolitur, sex integri fluxerunt menses, ideo passim interpretes* mensem sextum *completum aut fere completum intelligunt; licet Euangelicus textus magis videatur inchoatum notare.*

Quomodo Elisabeth Mariæ cognata,

f Cognata, Συγγενὶς. *Versio Persica antiquissima in Bibliis maximis Joannis de la Haye;* Matertera tua; *quasi Græce legeretur (nam ex Græco sumptam asserit, qui eam Romæ in nostro Collegio reperit Cornelius) quasi, inquam, legeretur* Μητρὸς ἀδελφὴ. *S. Hippolitus, apud Nicephorum lib.* 2 *cap.* 3, *Sacerdoti Mathan tres filias fuisse ait ex Maria uxore, quarum* primæ Mariæ, secundæ Sobæ, tertia Annæ nomen erat: *& addit;* Nupsit prima in Bethleem Maria, & peperit Salomen; nupsit quoque secunda ibidem in Bethleem, & genuit Elisabeth; & tertia Anna in terra Galilæa, protulit Mariam Dei genitricem; ita ut Salome & Elizabeth & Dei mater trium sororum reperiantur filiæ; proinde Joannes Baptista & verus Deus noster, consobrini, ἀνεψιοὶ esse dicuntur. *Et hæc narratio perquam verosimilis mihi videtur, propiusque inhærens tectui Lucæ: omnino enim tenendum puto, quod in Apparatu præcitato num.* 48 *pluribus dixi,* S. Annam *etiam fuisse* de filiabus Aaron, *atque ita Christum ex Regio pariter & Sacerdotali stemmate processisse. Quod autem ibi non* Elisabetham *sed* Zachariam *fecerim* Annæ *ex fratre nepotem, feci ut Annæ patrem facerem, non simpliciter* Sacerdotem, *sed* Sacerdotem de vice Abia: *sed id minus nunc placet. Quamquam enim* Συγγενὶς *quandoque etiam dicatur* Affinis; *& S. Cæcilia seculo* 3, *Sponsi fratrem appellet* Cognatum, *idque nunc usus Italorum obtineat: seculo tamen primo, & Latinitate adhuc fere incorrupta, tam Græci quam Latini videntur* Συγγενεῖς, Cognatos *ex sola consanguinitate, non autem affinitate dixisse; cum Cicero apud Nizolium accurate eas distinguat, ac specialiter lib. de finibus cap.* 5 *ubi sic inquit:* Tota domus conjugio & stirpe conjungitur: serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus.

& quidem stricte dicta,

Joannes circiter octennis in eremum secessit,

g *Eadem fere phrasi idem Lucas cap.* 2 ℣.40 *de Jesu, necdum duodenni, dicit:* Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientiâ, & gratia Dei erat in illo. *Sicut autem hinc non sequitur quod* Jesus, *in omnibus se nobis similem exhibens, visus sit ratiocinii perfecti exhibere signa, necdum egressus annos infantiæ, quam usque ad annum septimum usus protendit; quia tunc primum perfecte fari & disciplinæ capaces fieri incipiunt pueri; ita nec opus est aliter sentire de* Joanne, *licet* Spiritu sancto, *id est, gratia* sanctificante repletus sit ex utero matris suæ, *imo in ipsomet utero, ad vocem Mariæ salutantis Elisabeth, ut habet communis Sanctorum Patrum & interpretum sensus.*

EX IV EVANG.

h *Quæritur, A quo tempore? Et respondere possumus ex hymno ecclesiastico;*

Antra deserti teneris sub annis; *adhuc*
Civium turmas fugiens, petivit; *puer:*
Ne levi saltem maculare vitam
Famine posset.

Sed an ideo tenebimur credere, quod ex apocryphis narrat S. Petrus Alexandrinus, circa vel post annum CCC *florens, puerum, de cujus nativitate tam mira narrabantur, quæsitum ab Herode ad necem in domo Zachariæ, ex eadem regni amittendi formidine, qua ad illam quæsitus fuit Bethleemi Christus? Ita quidem suadere nititur Baronius in Apparatu ad Annales num.* 53, *etiam hoc verosimile videri volens, ideo* Zachariam *Patrem Ioannis occisum inter templum & altare, quia adventum Messiæ prædicaverit. Sicut enim hoc æque ac alia* apocryphorum somnia, *merito explodit Hieronymus; sic etiam illud gratis fictum videtur: nec minus quod* Elizabeth *cum infante se receperit in desertum, ne communi cum Bethleemiticis strage periret. Nam Bethleemi, oppidi perquam exigui, fines non magnos, haud recte extenderis ad domum Zachariæ ubicumque positam; (alias ipsam Jerusalem iis involvas necesse est, quod nemo adhuc somniavit) nedum trans Jordanem, ubi natum & educatum* Baptistam *probabilius videtur Florentinio infra laudando. Equidem vix ante septimum vel octavum, aut etiam decimum ætatis annum, paternos lares deseruisse illum dixerim.*

non autem eo delatus est infans ne ab Herode occideretur.

§. II. *Prædicatio Joannis & Baptismus Christo collatus.*

5 ANno autem quinto decimo Imperii Tiberii *a* Cæsaris, Procurante Pontio Pilato *b* Iudææ, Tetracha autem *c* Galileæ Herode, Philippo *d* autem Fratre ejus Tetracha Iturææ & *e* Trachonitidis regionis, Lysania *f* autem Abelinæ Tetracha, sub Principibus Sacerdotum Anna *g* & Caipha, factum est verbum Domini super Joannem Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans Baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum..... Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis *h* camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem ejus erat locustæ *i* & mel *k* silvestre. Tunc exibat ad eum omnis Hierosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem; & baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua ... Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus; respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare [&] procumbens corrigiam calceamentorum solvere: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto...

a *b* *d* *e* *f* *g* *Tiberii Cæsaris anno* 15 *i* *k* *Joannes prædicans circa Jordanem.*

6 Et factum est in diebus illis, venit Jesus à Nazareth Galilææ in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens; Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ei; Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam: & *baptizat Christum,*

A & baptizatus est à Joanne in *l* Jordane
EX IV EVANG. Baptizatus autem Jesus confestim ascendit *m*
de aqua. Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato &
l *m* orante; ecce aperti sunt cæli, & descendit
Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum .... Jesus autem plenus Spiritu
n sancto agebatur à spiritu in desertum *n* qua-
& Judæis ostendit; draginta diebus .... Joannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat ....

7 Et hoc est testimonium Joannis, quando miserunt Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est & non negavit, quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo, Quis es? ut responsum demus his qui miserunt nos: quid dicis de te ipso? Ait, Ego vox clamantis in deserto; Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant de Pharisæis: & interrogaverunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Joannes, dicens; Ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: ipse est, qui post me venturus est, cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta *o* sunt trans Iordanem, ubi erat Joannes baptizans.

Se vero Messiam esse negat, P

o

p testimonio sæpius iterato;

8 Altera die *p* vidit Jesum venientem ad se & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Hic est de quo dixi; Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum; sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Joannes dicens: Quia vidi spiritum, descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit; Super quem videris spiritum, descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui;
C Quia hic est Filius Dei. Altera die iterum stabat Joannes, & discipuli ejus duo: & respiciens Jesum ambulantem, dixit: Ecce Agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum. .....

9 Post hæc (*id est post ascitos discipulos Andream, Petrum, Philippum, Nathanaelem; nuptias in Cana, ejectos è templo circa Paschа vendentes, auditum noctu Nicodemum*) venit Jesus & discipuli ejus in terram Judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Joannes baptizans in *q* Ænon, juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic; & veniebant & baptizabantur: nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis de Purificatione *r* & venerunt ad Joannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Joannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo.

q

ejusque baptismum præfert suo.

Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod D
dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui .... Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus. Qui credit in Filium habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

ANNOTATA D. P.

a *Duplicem annorum* Tiberii *Epocham distinguendam nititur probare Henschenius, ante Aprilem & in Apparatu nostro; primam* Cæsaris, *currere incipientem anno* XI *vulgaris Æræ, aut potius aliquot mensibus prius; ex quo*, lege per Consules lata, provincias cum Augusto communiter administravit, *teste Suetonio*, filius & Collega Imperii *appellatus, ut loquitur Tacitus: & secundum hanc Epocham* annus XV Tiberii *curreret cum nostro anno* XXV. *Alia* E
Epocha est Tiberii, mortuo Augusto Imperatoris *solius, inchoanda à* XIX *Augusti anno nostro* XIV, *unde procedens annus* XV *concurrit cum nostro* XXIX. *Hanc à Luca indicari communior sententia tenet: eruditi autem recentiores quidam cum Henschenio, suffulti totius fere antiquitatis suffragio, eo anno* Cos. duobus Geminis, *crucifixum Christum fuisse tenent, adeoque baptizatum anno* XXV *& natum quatuor aut quinque annis ante initium Æræ vulgaris. Omnibus tamen maturius expensis cum Possino & Arduino nostris ac ceteris fere Francis; magis propendere cœpi, & adhuc propendeo ad tenendam vulgarem Æram qua mortuus sit Christus anno illius æque ac ætatis suæ* 33; *baptizatus anno* 29, *quo mortuum priores statuunt. Et hanc sententiam placet sequi in hoc commentario, ulteriorem disceptationem aliis relinquendo.*

Epocha Tiberii duplex

Regnum Judææ sub Archelao,

b *Mortuo* Herode Magno 19 *Novembris vulgaris Æræ an.* IV *regnum ipsius juxta Josephum ex testamento ita divisum fuit inter ejus filios,* Antipam *sive* Herodem, Archelaum & Philippum, *ut* Archelao, *postposito seniore* Antipa, *maneret pars potior, Judæa scilicet strictius sumpta cum titulo* F
Regis; habens ab Oriente Galilæam, à Meridie Jordanem ac Mare mortuum, ab Occidente Idumæam & Desertum Cedar, Palæstinæ ac Ægypto interpositum, & Israelitarum peregrinatione per an. 40 *obambulatum. Post decem deinde regni sui qualiscumque annos relegatus à Tiberio* Archelaus *fuit, nec tamen ex fratribus ejus aliquis permissus succedere, sed Judæâ in Provinciæ formam redactâ, Cyrinus sub quo prior census circa Christi nativitatem factus fuerat, in Syriam redire est jussus, novamque descriptionem instituere; respectu cujus altera nominatur* prior. *Cyrino autem, post alios quatuor intermedios, anno* XXV *successit* sextus Judæorum Præses Pontius Pilatus.

Herodis Antipæ tetrarchia,

c *Quidquid extra Judæam Provinciam adhuc erat veteris sub Ascalonita Judææ, seu Iudaici regni, bifariam divisum est; sic ut Galilæa utraque cum Peræa relicta sit* Herodi Antipæ, *cujus hic in sua Tetrarchia annus currebat* 29 *juxta Henschenium, juxta communem vero annus* 34.

d *Erat* Philippus *germanus frater Archelai, ex filia Simonis Pontificis, & (sicut eum describit*

A *ſcribit Joſephus lib.* 18 *Antiqu. cap.* 6) vir perpetuo modeſtus, & amator quietis & otii: *obiit autem anno noſtro* 34.

Philippi tetrarchia.

e *Idem Ioſephus* Trachonitidi *jungit* Galaaditim *ac* Bathanæam. *Eſt autem* Trachonitis, *trans Iordanem ſita ad Orientem Galilææ uſque ad montem Hermon, indeque reflexa ad Meridiem uſque ad Mare mortuum, continuatur cum* Galaaditide, *mediante* Bathanæa, *quam Euangeliſta* Ituræam *vocat, ſub eodem nomine etiam Galaaditidem complexus: ita tamen, ut Jordanis ripam Meridionalem ſive* Peræam, *à lacu Genezareth uſque ad Mare mortuum (ſicut jam dixi) cum Galilæa teneret Herodes.*

Lyſaniæ tetrarchia.

f Lyſanias *hic, neque Herodis Regis filius fuit ut putavit Euſebius; neque Judaici regni partem aliquam tenuit: ſed filius Lyſaniæ ſenioris, quem Cleopatra Ægypti Regina occidi fecit, ejus inhians Principatui, ſito in Cœleſyria ad montem Libani: nominatur autem* Lyſanias *cum tribus aliis; quia cum illis pariter in poſſeſſionem immiſſus à Romanis, novi illius Tetrarchatus caput unum ex quatuor erat; homo aliàs externus, & Ptolomæi Mennæi nepos, verosimiliter ex genere Ptolomæorum Ægyptiorum. Dicitur autem* Abilina *ab urbe præcipua,* Abila, Abyla *vel* Abele, *Damaſco ab Oriente adſita, Libanum habens à Septemtrione. De his Tetrarchiis operæ pretium fuerit legere tractantem Emmanuelem Schelſtratium Antiquitatis Eccleſiaſticæ Tomo ſecundo Diſſertatione prima, ſerius ad me perlato quam ut eo commode uti poſſem oculis fere captus, cum hæc jamjam prælo danda alio prælegente recognoſco.*

B

Summus Pontificatus hoc tempore fere annuus

g *Judæorum ſummum Pontificatum, qui ex Lege perpetuus eſſe debebat, & à moriente patre tranſibat in ejus primogenitum filium, hoc tempore annuum dumtaxat fuiſſe, colligit Auguſtinus ex illo Joannis* XII ℣.51, *ubi Caiphas dicitur prophetaſſe,* cum eſſet Pontifex anni illius. *Addiderim ego, aliquammultos annos ſic tranſactos, ut* Annas *& Caiphas alternis pontificarent, mutuo ſibi ſuccedentes initio anni ſacri, id eſt menſe Niſan; atque ita civilem annum, à Tiſri inchoatum, inter ſe dividerent. Hinc autem reor factum, ut anno* XV *Tiberii Cæſaris, cum* Joannes *incœpiſſet prædicare circa initium menſis Niſan, paulo ante vel poſt; Lucas, qui anno poſt Chriſti mortem* V *Euangelium ſcripſit, (dirigente quidem ipſum Spiritu ſancto ne falleretur, non tamen per revelationem,* ſed ſicut ei tradiderunt, qui ab initio ipſi viderunt) *neque diſtincte cognoverat diem, quo cœpit ad populum prodire* Ioannes; *factum, inquam, inde reor ut Lucas noluerit nominare illius anni Pontificem* Annam *vel* Caipham; *ſed utrumque maluerit ſimul nominare, ut tunc* Principes Sacerdotum, *poteſtate & auctoritate, licet miniſterio alternante; pares. Neque Ioſephus, quem Auguſtino opponit Cornelius à Lapide ſententiæ ejus, præſertim ſic explicatæ, quidquam repugnat, uti aggredior explicare. Is ergo lib.* 18 *cap.* 3 *ſic orditur intruſiones verius quam ordinationes* Anani (*qui Lucæ* Annas *eſt*) *& ſucceſſorum ejus:* Quirinus..... acto Cenſu, qui incidit in annum XXXVII (*poſt victoriam Actiacam*) *æræ vulgaris* VII, cum mota eſſet contra Ioazarum Pontificem plebis ſeditio, privavit eum hac dignitate, & Ananum Sethi filium ſubſtituit: *de quo deinde lib.* 20 *cap.* 8 *ait dictum,* omnium fuiſſe feliciſſimum, ut qui filios habuerit quinque, omnes potitos ſummo Pontificatu, cum prius ipſe ad ſatietatem hac dignitate eſſet perfunctus, quod ante eam ætatem nulli ante ſummorum Pontificum contigerat. *Hæc autem felicitas quomodo ſubſiſtet, ſi annis vix ſeptem in ea dignitate exactis, hanc non ultro depoſuit, ſed amiſit invitus, nec unquam poſtea ad eam rediit niſi in filiis? Sic enim Ioſephus præcitato cap.* 3 *lib.* 18. *A Tiberio, mox ut Auguſtus obiit,* quintus Iudæorum Præſes miſſus eſt Valerius Gratus. Hic, adempto Anano Sacerdotio Iſmaelem Fabi filium juſſit eſſe Pontificem: quo paulo pòſt dejecto, in Eleazarium Anani Pontificis filium, eum honorem tranſtulit. Elapſo deinde anno (*vulgaris æræ* XV) & hunc redegit in ordinem, & Simoni Camithi filio Pontificatum tribuit. Hic quoque anno in ea dignitate exacto, juſſus eſt eam cedere Ioſepho qui cognominabatur Caiaphas, *& erat Anani gener. Exhinc uſque ad Vitellium, Pilato ſuffectum anno noſtro* XXXVI, *tacet de Pontificibus Joſephus, ſed per hoc ejus ſilentium non prohibemur credere,* Pontificatui reſtitutum Ananum *à Pilato, ac deinde juſſum alternis cum genero ſuo eum tenere; quoad ipſemet honoris pertæſus, effecit ut* in locum Joſephi Caiaphæ *Vitellius ſubſtitueret alterum ſuum filium* Jonatham: *à quo tamen, ſequenti mox anno, idem Vitellius* in fratrem ejus Theophilum Pontificatum tranſtulit, *patre veroſimiliter non invito. Sed nec huic plus quam annuus Pontificatus fuit; Tiberio enim mortuo ſuccedens Caius Caligula, cum Agrippæ Herodis Magni nepoti regnum Judææ contuliſſet, attributis ei* Philippi *patrui defuncti atque Lyſaniæ Tetrarchiis & ipſa denique Galilææ, ejecto Herode Antipa ejus patruo; ille mox ut Jeroſolymam venit,* votis Deo redditis, Theophilum Anani filium ſubmovit à ſummo Sacerdotio, & Boëthi filium Simonem, cognomento Cantharam, in ejus locum ſubſtituit. *Idem paulo poſt* Jonathæ Anani filio reddere Pontificium voluit; *ſed hoc ſe excuſante,* fratri ejus Matthiæ Sacerdotium id detulit; *tertio quoque regni anno,* Matthiæ, adempto Pontificatu, ſucceſſorem dedit Elieneum Cithæi filium. *Huic putatur apud Labbeum noſtrum tom.* 2 *Epitomes Chronolog. pag.* 527 *ad annum ſucceſſiſſe reſtitutus in priſtinum locum prænominatus* Simon Canthara: *cumque anno noſtro* XLII, *Regis Agrippæ defuncti frater* Herodes, Dynaſta Chalcidis, *à Claudio Cæſare petiiſſet impetraſſetque* poteſtatem in templum & ſacrum ærarium, juſque eligendorum ſummorum Pontificum; ipſe, Canthara in ordinem redacto, Joſepho Canæi ſummum Pontificatum contulit. *Sed & hunc eo privavit Herodes iſte, antequam anno regni ſui octavo morereturanno noſtro* XLVII, eique ſuccedere juſſit Ananiam Nebedæi filium; *patruo autem ſuffectus Agrippa Junior,* ſummum Sacerdotium, *Ananiam in vinculis Romam miſſo, vacuum* Iſmaeli contulit Phabæi filio. *Hunc vero cum ad ſe miſſum Nero Romæ velut obſidem detinuiſſet, idem Agrippa* Pontificatum detulit Joſepho cognomine Cabi, Simonis quondam ſummi Pontificis filio; *ac non multo poſt,* Joſepho juſſo privatam vitam agere, Sacerdotium ejus dedit Anani filio & ipſi vocato Anano, eodem quo pater nomine. *Hactenus uſque ad caput* 8 *Joſephus Hiſtoricus, mox ſubjungens*

C

inter Annam & Caipham aliquoties alternatus;

neque huic ſenſui contrarius eſt Joſephus,

D

EX IV EV. ANG.

ſed favet potius;

licet enim Annas, ſemel depoſitus à Pilato aliquot annis ceſſaverit,

E

poſtea tamen videtur reſtitutus

ac denique filius dignitatem ceſſiſſe,

F

poſt quos ab anno 42 *eam tenuerunt alii uſq; ad* 60,

quando illius ſucceſſit Ananus junior, fratris ultimus.

A *jungens ea verba, quæ ſupra retulimus de* Annæ *ſive* Anani Senioris *felicitate; cujus hic quinque filios Pontifices vidimus,* Eleazarum, Jonatham, Theophilum, Mathiam & Ananum, *præter generum* Caipham, *quem ſupponimus cum ſocero ſic alternare ſolitum vicibus aliquot, ut cum Chriſtus caperetur,* Annas *recenter eſſet defunctus anni prioris Pontificatu.*

EX IV EVANG.

Cilicium ex pilis Camelorum textum

h *Qui* Camelos *unquam vidit, novit quanto rudiores ſint horum pili, circa collum abundantes, quam pili caprarum; adeoque quanto aſperius fuerit ex illis quam ex his factum cilicium: ut ferendus non ſit Calviniſta ille, qui ex caprinis contextam veſtem, auſus eſt* Joanni *adſcribere, & quidem delicatioris panni, qui apud Belgas corrupto vocabulo, pro* Capelloto, *vocatur* Camelottus. *Sed nec probandi pictores, cum pro cilicino textu, in quo melius Græci pingunt Sanctum, injiciunt ei pellem Cameli. Cilicia autem non ſolum ex* caprinis ſeu capellinis *pilis contexta, qualia ad Tabernaculi operimentum vaſorumque ſacrorum Moyſes præſcribit, & ad uſus Monachorum parabat S. Pachomii Religio in Ægypto; ſed etiam ex* Camelinis *Cangius, probat ex Severo Sulpitio in Vita S. Martini, & ex* Paulino *in eadem Vita metrice ſcripta, quæ ſic ea proponit.*

aſperius eo quod texitur ex pilis caprarum.

B Multis veſtis erat ſetis contexta cameli
Quæ levibus ſtimulis vigiles contegeret artus,
Excludens tenuem compuncta carne ſoporem.

Interim Camelino *illi quantumvis rudi, nec multum abſimili ei quod uſitatius texitur de ſetis equinis, haud incommode aptari fortaſſis etiam poſſet nomen, quod Turcico* Capellino *damus,* Grovereyn, *id eſt,* Groſ-en-reyn, *ſignificans* rudem *quidem, ſed* mundum, *quod de veſtitu* Joannis *omnino credendum arbitror. Sordes juxta ac delicias vera ſanctitas averſatur: ſed aliter in deſertis cum* Joanne, *aliter inter homines cum* Chriſto.

Victus ex locuſtis qualis,

i Locuſtæ Ἀκρίδες; *quæ vox cum etiam ſignificet* herbarum virgultorumque ſummitates, *ſic illam vertit Æthiopicus interpres. Sed vulgatam lectionem probat S. Hieronymus lib. 2 contra Jovinianum, ubi ait,* Orientales & Libyæ populos, quia per deſertum & calidam eremi vaſtitatem locuſtarum nubes reperiuntur,
C locuſtis veſci moris eſt. *Addit Cornelius, quod eas* priſci manducabant, vel elixas, vel toſtas & in pollinem redactas; imo, ſole vel ſale & fumo duraras, ſervabant in annum totum. *Interim faceſſant Ebionitæ, qui* ἐγκρίδες, Bellaria ex melle & oleo confecta; *& Novatores, qui* ἀκαρίδες *vel* καρίδες, marinos cancros, *legi & intelligi volunt; aut cum Bezâ* ἀχράδες, pyra ſilveſtria.

mel ſilveſtre.

k Mel ſilveſtre; *quale apes ſilveſtres, ſecundum Chryſoſtomum, Theophylactum, Euthymium, Iſidorum Peluſiotam conficiunt in arborum lapidumve fiſſuris; ideo amarum, quia collectum procul ab agris cultis & hortis, ex plantis & herbis ſqualentibus.*

Locus ubi baptizatus Chriſtus,

l *Locus cis Jordanem monſtratur, notaturque ab Adrichomio & aliis, haud procul ab ejus oſtio in Mare mortuum ſe mergentis: de quo Joannes Phocæ, ſub annum* 1185 *illuc peregrinatus, ſic ſcribit num.* 22. Ad Jordanem monaſteria ſtructa ſunt, Præcurſor nempe, & Chryſoſtomus. Ac Præcurſoris quidem monaſterium, terræ motu à fundamentis ſolo æquatum, nunc à munifica liberalitate Imperatoris noſtri à Deo coronati Manuelis Comneni, illius Rectore reſtaurationem procurante, de novo exſtructum eſt. Ab hoc non longe duarum ſagittarum jactu fluit Jordanes, ſanctiſſimus fluviorum ... & circa oram non longe lapidis jactu ædificium eſt, quatuor lateribus conſtans & tholo aſſurgens: in quo, antequam retrocederet circumfluus Jordanes, nudum Chriſtum excepit &c. *Beda de locis ſanctis lib. 2 cap.* 13 *ex Adamnani & Arculfi relatu, ſic loquitur:* In loco, in quo Dominus baptizatus eſt, Crux lignea ſtat, uſque ad collum alta, quæ aliquoties aqua tranſcendente abſconditur: à quo loco ripa *ulterior, id eſt Orientalis ſeu potius Meridionalis,* in jactu fundæ eſt. Superior vero ripa (*imo citerior*) in ſupercilio monticuli, grande monaſterium geſtat, B. Joannis Baptiſtæ eccleſiâ clarum, de quo per pontem arcubus ſuffultum ſolent aſcendere ad illam Crucem & orare. In extrema fluminis parte quadrata eccleſia, quatuor lapideis cancris ſuperpoſita eſt, coctili cretâ deſuper tecta, ubi veſtimenta Domini cum baptizaretur, ſervata eſſe dicuntur. *Locum Helena Regina prima ornaſſe creditur ædificiis, ſuper eadem veſtigia ſæpe reſtauratis: nunc eorum nihil ſupereſt: ſed qui peregrinos illuc deducunt Franciſcani, extemporalem ibi aram erigunt, ad Miſſam faciendam; uti Antonius Gonzales, illuc anno* 1664 *directus, ſcribit pag.* 581 *Itineris ſui Hieroſolymitani, Belgicâ linguâ Antverpiæ vulgati an.* 1673.

D

olim eccleſiâ & monaſterio inſtructus,

E

nunc deſolatus.

Cauſa tritæ myſteriorum 6 Januarii celebrandorum.

m *Myſterium hoc, communi uno Epiphaniorum nomine, Eccleſia Catholica recolit, cum myſteriis in adoratione Magorum Bethleemi, & aquæ in vinum apud Canam converſæ, die* VI *Januarii; nullâ aliâ, ut nunc cenſeo, cauſâ, quam quod tali die celebrata ſit eccleſiarum iſtic ab Helena erectarum Dedicatio: cumque eodem ſpectet Nativitas Chriſti in Bethleem; eodem quoque die apud Orientales illa recolebatur, antequam S. Cyrillus Hieroſolymitanus, conſulto S. Julio Papa, Nativitatem à Baptiſmo ſecreviſſet. Interim Baptiſmum Chriſti peractum crediderim menſe Septembri; ita ut initium prædicantis in Judæa* Joannis *medio circiter anno præceſſerit Baptiſmum Chriſti.*

F

Tempus jejunii 40 dierum poſt Baptiſmum.

n *Qui vulgari opinioni credunt, 6 Januarii baptizatum Chriſtum, hos* 40 *dies definiunt uſque ad* 15 *Februarii: & quia Ioannes Euangeliſta cap. 2 omnia poſt geſta videtur intra paucos, quos indigetat, dies conſtringere, non audens temporis laxare ſpatia. Idem & ego non audens temporis laxare ſpatia ſervare immota conatus ſum in Paralip. ad Propylæum pag.* 21 *num.* 4 *& ſeqq. Eo tamen paulatim deflexi, Joannem conferendo cum Matthæo ut oſtenderem, plus temporis requiri intra Baptiſmum & nuptias in Cana, atque inter has & proximum Paſcha; in qua ſententia magis nunc confirmor, etſi nolim mordicus tenere* VI *diem Januarii, quaſi eo primum miraculum Chriſtus fecerit.*

o *Facta ſunt autem ex noſtro poſteriori calculo protrahente dies* 40 *uſque ad finem Octobris, circa* 12 *Novembris.*

p *Puta* 13 *Novembris, ſic ut ſubſequens teſtimonium cadat in* XIX *ejuſdem, non* XVI; *quod loco prædicto corrigi velim, quia Græcum* ἐπαύριον *idem eſt, quod* in craſtino, *nec dilatari ſe patitur, quod ego quidem ſciam.*

A q Ænnon & Salim *oppida ad citimam Jordanis ripam, qua ille emergit ex lacu Genezareth seu Mari Tiberiadis.*

r *Id est* de Baptismo, *uter scilicet potior esset,* Joannis *an* Christi.

§. III. *De captivitate ac nece Ioannis.*

Ob Herodis adulterium quod Joannes redarguebat,

10 HErodes autem Tetracha, cum corriperetur à Joanne de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit, adjecit & hoc super omnia. Misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in *a* carcere *b* propter Herodiadem uxorem *c* Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi; Non licet tibi habere uxorem Fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat eum occidere, nec poterat: Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum justum & sanctum; & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat: & volens illum occidere, timuit populum, quia sicut Prophetam illum habebant. Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, reliquit Iudæam, & abiit iterum in virtute spiritus in Galilæam, *eaque omnia operatus est, quæ Margarita Euangelica complectitur à* Capite 29 *usque ad* 58; *ubi ad Joannem revertens, sic narrationem intermissam prosequitur.*

a
b c

in vincula conjectum docet Lucas,

B

unde legatos ad Christum misit,

11 Joannes cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? (in ipsa autem hora multos curavit à languoribus & plagis, & spiritibus malis; & cæcis multis donavit visum) & respondens dixit illis: Ite renuntiate Joanni, quæ audistis & vidistis; quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntii Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus Regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Utique dico vobis, & plus quam Prophetam. Hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis: Major inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est .... & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.

& ab hoc laudatus apud turbas fuit.

C

12 *Hinc iterum Margarita prælaudata Christi acta prosequitur: cumque cap. 76 usque eo venisset, ubi audivit* Herodes Tetracha famam Iesu, & hæsitabat eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis; *resumit contextum de eo Euangelium quasi per recapitulationem hoc modo.* Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere &c. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis *d* sui cœnam fecit Principibus & Tribunis & Primis Galilææ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis *e* & saltasset, & placuisset Herodi simulque recumbentibus; Rex ait *f* puellæ; Pete à me quod vis, & dabo tibi: & juravit illi

Postea natale suum celebrante Herode,

d
e
f

Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset, dixit matri *g* suæ, Quid petam? At illa dixit, Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset *g* statim cum festinatione ad Regem, petivit, dicens: Volo ut protinus *h* des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est Rex: sed, propter jusjurandum & propter simul discumbentes, noluit eam contristare; sed misso spiculatore præcepit caput ejus afferri in disco; & decollavit eum in carcere, & attulit caput ejus in disco; & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito venerunt discipuli ejus, & tulerunt corpus ejus, & posuerunt illud in monumento. *i*

D

EX IV EVANG.

& saltatrici privignæ quidlibet pollicente,

h

ad Herodiadis votum decollatur Sanctus.

i

ANNOTATA D. P.

a *Carcerem hunc in Macherunte castello trans Jordanem sito istic ubi hic in Mare mortuum se immergit, asserit Josephus infra allegandus; estque verosimile satis (posito quod Gallilææ tetrarchia eo usque se extenderit) Joannem ibi positum fuisse unde quamlongissime à subditis reliquis Herodis abesset, & ubi propter imminens ab Arabia bellum frequentem fuisse Herodem credi potest; sunt certe qui ejus gazam & thesauros, tamquam munitissimo loco ibi custoditos dicant: quod autem Sebasteni, infra ecclesiam Sancti, ostenderent apud se carcerem in quo sit decollatus; & Herodis Regiam, in qua convivium celebratum sit; ut est apud Joannem Phocæ aliosque; id eodem loco habendum est, quo illud quod de Zachariæ domo haud procul Hierosolymis, vulgaris nunc traditio tenet.* Herodis *quidem* Regia *apud* Sebasten *fuerit; sed ejus qui ipsam in Augusti honorem sic appellavit,* Ascalonitæ. *Verum nihil ibi juris erat* Herodi Antipæ, *sed tota Samaritica regio spectabat ad Procuratorem Judææ, cujus illa tunc portio erat.*

Macherus locus carceris,

E

non Sebaste.

b *Mense circiter Decembri: & hoc inter primum & secundum Pascha prædicantis Christi factum esse, censet* Cornelius *& alii passim, eo maxime fundamento quod Christus dicat post nuntiatam Joannis captivitatem:* Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt & messis venit? *Messis enim in Judæa incipiebat colligi paulò post Pascha: sunt tamen ex recentioribus, qui verba Christi velint non significare tempus quo ipsa prolata sint, sed usurpari per modum adagii, quasi Christus dicere voluerit: Numquid vos soletis provocare solatii causâ ad spem messis intra quatuor id est paucos menses venturæ? Quanto ergo vobis gaudendum magis quando videtis regiones jam nunc albas ad messem animarum, cui colligendæ vos destino? Hoc autem sensu nihil cogit sicut illi satis verosimiliter ostendunt captivitatem Joannis differre ultra Pentecosten, sic ut ille non diu post initium prædicantis & baptizantis Christi deserit apparere in publico: qua ratione minus necessarium erit fingere quod nuper in Gallia finxit quidam Joannem bis fuisse carceri mancipatum, semel à Judæis apud Jerosolymam, unde metu seditionis popularis dimissus sit cum prohibitione ulterius in Judæa prædicandi; deinde Jordanem transgressus ibidem captus fuerit ab Herode.*

Joan. 54, 34 ℣. 35

F

Tempus captivitatis.

c *Fuit Herodias filia non Aretæ Arabum Regis (uti nescio quo argumento sibi persuasit Eusebius) sed Aristobuli filii Mariamnes & Herodis Ascalonitæ; ac soror illius Herodis Regis qui occidit Jacobum fratrem Joannis gladio; videns autem quia placeret*

A placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum. Est qui dubitet an illius maritus Philippus fuerit tetrachæ Iturææ & Trachonitidis regionis, uti eum appellat Lucas; sed quem alium in familia Herodis reperias Philippum cujus uxor Herodias fuerit? Bonitas autem Tetrarchæ, superius laudata ex Josepho, satis opportunum injuriæ fecerit eo fortassis patientius tolerandæ, quo gravius ipsi esse potuit mulieris imperiosæ & ambitiosæ ingenium, quo etiam secundo suo marito exilium & exitium peperit concitando eum contra fratres & nepotes.

EX IV EVANG.

d *Nullo indicio ex Scripturis intelligimus, morem Judæis fuisse* Natales *suos festivius agendi; Gentilium ea consuetudo erat: atque ita* 2 *Machabæorum* 6, die natali Regis *Antiochi cogebantur Judæi ad idolorum sacrificia. In Romanis scriptoribus atque Poëtis, nihil ea re frequentius occurrit Augustæo ævo: Herodes autem Romanorum mores & luxum satagens imitari, hoc exemplum, tamquam Regium, sequebatur.*

Ibidē diei natalis cœna.

e *Factum id fuisse mense Februario & quidem Macherunte infra docebo, sic tamen, ut convivium actum putem in civitate, carcerem vero fuisse in summa arce seu castello, unde Josephus* Macherus castellum *dixit, sed cui circumducta civitas fuisse satis ex ejus descriptione intelligetur.*

B

f *Necdum ergo tunc nupserat illa, quam* Salomen *Josephus nominat.*

g *In alio verosimiliter triclinio ubi Herodias cum feminis Principibus convivabatur: sicut ex convivio Assueri discimus, Regium fuisse, ut viri à viris, feminæ à feminis tractarentur.*

h *Nota quam præcipitanter acta videantur omnia, quasi inter petitionem capitis ejusque traditionem nulla intercapedo temporis; inter locum convivii & carceris nullum spatium interfesserit, sed eodem vespere sive nocte, adhuc recumbentibus coram quibus petitio concessa fuerat, ipsa quoque peracta sit, & eodem fere sub tecto, sub quo epulabatur Herodes vinctus haberetur Joannes; quem ille fortassis numquam à suo quasi latere patiebatur removeri, ut semper ad manum sibi esset sive ad consilium, sive ad securitatem.*

i *Non utique in urbe Sebastena, ubi postea honorificentius conditum fuit; sed in aliquo ejus suburbio. Nec enim Judæis aut Romanis licebat in urbibus sepelire quemquam, quod & à Christianis diu observatum multa demonstrant. Cur autem tam procul? distat enim Sebaste Macherunte plus quam viginti leucis. An quia ipsum volebant portare extra ditionem Herodis? Satis ad hoc erat proximum Jordanem transire, in eum ubi Joannes baptizare solebat locum Pilato subjectum. Suspicor ego, inter illos* Joannis *ac postea Christi discipulos, fuisse præcipuæ conditionis aliquos, eosque Sebastenos, qui suis sumptibus suoque in monumento quopiam sepeliendum corpus susceperint, sicut Christi corpus curandum sumpserunt viri nobiles, Nicodemus & Joseph ab Arimathia. Hoc tamen corpus Regina Helena, intra urbem ecclesiamque ad hoc conditam transtulerit in novum monumentum, inter jam pridem illuc delata sanctorum duorum Prophetarum corpora. Nisi dicere quis malit ejusmodi ecclesiam in suburbio conditam supra monumentum Sancti; quo deinde à Gentilibus effracto & corpore dissipato, paucis quæ colligi potuerunt Reliquiis nova ecclesia sub eaque monumentum inter duorum Prophetarum sepulcra fuerit conditum. Ut ut est, mansit apud Sebasten venerabile qualecumque sepulcrum, posteris etiam post dissipatum sub Juliano corpus, ad quod* S. Paula, *teste Hironymo,* multis intremuit consternata mirabilibus: namque cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum: alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere; suspensisque pede feminis vestes non defluere in faciem. *Neque cessavit religio loci, quantumvis longi temporis decursu & barbarorum incursibus: extat enim constantis ibidem cultus luculentum testimonium tom.* 4 *Spicilegii Acheriani pag.* 268; *Diploma scilicet S. Ludovici Regis, in favorem ibi deservientium Fratrum (quos fuisse Hospitalarios S. Joannis, fas est opinari) his verbis conceptum.* Salvatorem adoravimus in terra, ubi steterunt pedes ejus; ubi amore pariter & timore sancta visitavimus loca; & ecclesiam Sebastæ civitatis vidimus, in qua Præcursor Domini B. Joannes Baptista, & cum eo multa corpora Sanctorum requiescunt. Placuit nimirum ac pectori nostro vehementer insedit reverendi sanctitas loci; & ad diligendum ecclesiam & Fratres, ipsorum Fratrum religio & honesta conversatio magnum nobis fervorem accendit. In hac adhuc devotione persistentes, notum facimus tam futuris quam præsentibus, quod amore Dei & B. Joannis, in cujus interventu plurimum confidimus, Ecclesiæ videlicet Sebastensi & Fratribus inde ad nos transmissis, concedente filio nostro Philippo, viginti libras in censu nostro apud Castrum Nantonis, die solito annuatim recipiendas, in perpetuum donavimus, & inde investimus Fratres, ita quod libere & absolute, cum aliquam in regno & potestate nostra ecclesiam eis contulerit Deus, Fratres in ea servientes hoc habebunt beneficium: quamdiu vero nullam habebunt ecclesiam, nihilominus tamen ad ecclesiam Sebastensem transmittetur. Si autem de viginti libris in censu illo defierit, nos in eodem castro, in aliis redditibus nostris reliquum eis competenter assignabimus. Eleemosynas etiam, quas juste usque ad præsentem diem largita est eis fidelium devotio, benigne concedimus, & præsentis scripti munimine confirmamus..... Datum solenniter Parisiis anno Verbi Incarnati MCLXX, die S. Augustini....

& monumentum sec. 5 dæmones formidarint,

cujus intuitu S. Ludovicus Fr. R. censum donat Fratribus loci.

E

F

C

Quo loco sepultum primo corpus Joannis,

quomodo deinde illatum Sebasten,

§. IV. *Expenditur Josephi narratio de Joanne, ejusque auctoritas exigua circa Historiam Euangelicam.*

13 *Historia de morte Ioannis deque auctoribus & causa cædis, ut certissimo credatur, non* Josephum *eget externo cujuscumque alterius scriptoris testimonio; multo minus laborandum nobis est ut quæ Iudæus aliquis de eodem argumento aliter scripsit, cum Euangelica veritate concilientur. Quia tamen Iosephus lib.* 18 *cap.* 7 *Antiquitt. ita de Iesu Christo scripsit, ut plus agnitæ veritati quam gentis suæ affectui maligno attribuerit; placet ex eodem referre quæ de Herodis adulterio, deque Ioannis cæde eodem libro cap.* 7 *narrat in hunc modum.* Interea, *id est, dum adhuc viveret Philippus, Tetracha Iturææ & Trachonitidis regionis, cujus obitus relatus fuerat capite precedenti,* Herodem inter & Aretam Regem

Juxta Josephum

Antipas Herodes Arabum Regis filiā habens,

A gem Petræ, bellum tali de cauſa exoritur Herodes Tetrarcha uxorem habebat Aretæ filiam, cum qua jam multo tempore convixerat. Romam deinde iter faciens, divertit ad Herodem fratrem ſed genitrice natum aliâ, Simonis Pontificis filiâ. Hujus uxoris Herodiadis amore captus, quæ erat Ariſtobuli communis fratris filia, & Agrippæ majoris ſoror, auſus eſt de impetrando ejus conjugio mentionem facere. Qua aſſentiente, convenit inter eos, ut quamprimum Româ reverteretur in patriam, mulier migraret in ejus domicilium. Interceſſit autem & hoc pactum, ut Aretæ filiam ejiciat.

de ea dimittenda paciſcitur cum Herodiade,

14 Poſt hæc Romam navigat, ubi poſtquam expedivit negotia propter quæ venerat, domum reverſum uxor, comperto quid pactus ſit cum Herodiade, diſſimulanter rogat, ut ſe mittat Machæruntem, caſtrum ſitum in confiniis regionis Aretæ ſubditæ, quantum poterat cælans propoſitum ſuum. Morem geſſit Herodes mulieri, putans eam nihil ſenſiſſe. Illa quæ ante curaverat apud Machæruntem, patri ſuo tunc obnoxiam, ad iter omnia parari; à Præfecto ejus recepta, deducentibus Arabibus, magna celeritate pervenit in ædes paternas, eique indicavit Herodis animum: unde ſimultate nata, ſecuta eſt de Gamalitici agri finibus contentio; & contractis utrimque copiis, bellum per legatos geſtum eſt; quo prælio Herodis exercitus internecione periit, proditus à quibuſdam exulibus, qui pulſi è Tetrarchia Philippi, tunc merebant Herodis ſtipendia. Hæc Herodes per litteras Tiberio ſignificat: ille vero indigne ferens Aretæ audaciam, ſcribit Vitellio ut ei bellum inferat, & aut vivum adducat, aut mortui caput ad ſe mittat.

unde bellū cum ſtrage Herodianorum:

B

quam Judæi adſcribunt neci Joannis:

15 Apud Iudæos autem fuit opinio, juſta ultione Numinis deletum Herodis exercitum, propter Ioannem, qui Baptiſta cognominatus eſt. Hunc enim Tetrarcha necavit, virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum ſtudia, & imprimis pietatis ac juſtitiæ, ſimulque ad baptiſmi lavacrum; quod ita demum Deo gratum ajebat fore, ſi non ab uno tantum alterove peccato abſtineant; ſed animis per juſtitiam prius mundatis addant & puritatem corporis. Cumque magnus concurſus ad eum fieret, plebe talis doctrinæ avida; Herodes, veritus ne tanta hominis auctoritas defectionem aliquam pararet, quod viderentur nihil non facturi ex ejus conſilio; judicavit ſatius eſſe, priuſquam novi aliquid exoriretur, illum tollere, quam rebus turbatis ſeram pœnitentiam agere. Itaque vinctum miſſum in Machæruntem ſupradictam, illic occidi imperat: quod factum ſecuta eſt Iudæorum æſtimatio, ab irato Deo perditum eſſe Herodis exercitum. *Hæc ille.*

C

multis à Joſepho Hiſtorico laudati.

Clades illa accepta fuit an. 36,

16 *Cœperat Vitellius (ut ad* Herodem *regrediamur) apparare in Aretam bellum: ſed incepto deſtitit audita Tiberii morte, obita anno* XXXVII, XX *Martii, adeo ut Herodiani exercitus clades accidiſſe debuerit anno præcedenti, id eſt poſt mortem* Ioannis, *ſecundum æram vulgarem anno* V: *itaque intelligatur, inter Aretam & Herodem initio propter Herodiadem, non bellum exarſiſſe, ſed odium; unde paulatim ad manifeſta litigia, ac denique ad arma ventum*

ſit. Porro ſicut prædicta clades Herodis non eſt immediate ſecuta necem Joannis juxa Ioſephum, ita nec Herodiadis inceſtum matrimonium immediate præceſſerat ejus reprehenſionem; ſed ad annum vulgaris æræ XXVI *videbitur pertinuiſſe, ſi eam præceſſit Romana profectio, cujus hæc ex Ioſepho ratio ſic eruitur. Cum enim Pilatus, anno noſtro* XXV *factus Iudææ Procurator, Iudaicum populum graviſſime commoviſſet, illatis in urbem ſanctam imaginibus Cæſaris, ac rurſum occupatâ Corbonâ; id eſt theſauro templi, ad aquæductum conſtruendum; eamque ſeditionem compeſcuiſſet edita ingenti ſtrage tumultuantium, ut narrat Ioſephus lib.* 18 *Antiq. cap.* 4 *& lib.* 2 *de bello cap.* 8; Accuſator Herodis Tetrarcha, *ejus ex ſeniore fratre Ariſtobulo pridem interfecto nepos ſynonymus, Ioſepho Agrippa ſenior dictus,* ad Tiberium venit. *Quid autem in patruo accuſaturus, niſi quod ſeditionis contra Pilatum motæ incentor fautorque fuiſſet? Hac ergo de cauſa ſecutus nepotem Romam ſit* Herodes, *ſeſe ab objecto crimine expurgaturus; quod ei tunc melius ceſſerit, quam poſtea ſub Caligula; quando ad novas accuſationes nepotis, privatus ille Tetrarchiâ, cum Herodiade ſua in Hiſpaniam fugit. Rebus autem antea ex voto peractis, & accuſatore in carcerem Romæ conjecto, regrediens ille anno noſtro* XXVI, *fratri* Herodiadem *abſtulerit, uti convenerat, quod Ioannes conferendum diutius non putaret anno* XXIX *exorſus prædicare, indeque magnam inter Gallilæos ac Iudæos adeptus auctoritatem, & adulteros privatim redargueret, ac tandem forſitan etiam publice; ab Herode quidem conjectus in vincula eſt, ab Herodiade vero ad mortem petitus.*

D AUCTORE D. P.

& Herodiadem duxerat.

E

17 *Quod autem Ioſephus homo polyticus maluerit cauſam capti Ioannis referre ad prætextum ſimiliter polyticum metuendæ ab eo ſeditionis: hoc non excludit propiorem aliam cauſam ex parte Herodiadis, imo includit potius; quandoquidem ex illo potiſſimum capite timenda ſeditio videbatur. Minus concipi poteſt quomodo Ioſepho in mentem venerit Herodiadis primum ad legitimum maritum appellare* Herodem. *Reſpondet quidam; Eodem modo quo illum quem antea ex teſtamento paterno primo deſtinatum Iudææ Regem, Tetrarcham Gallilææ ſemper nominaverat* Antipam, *eo deinde mutato nominat Herodem ac denique* Herodem *cognomento* Antipam: *item quo modo Lucas S. Iacobi interfectorem* Herodem *nominat, quem Ioſephus conſtanter vocat* Agrippam. *Verum contrà facit Ioannes Arduinus noſter in opere de nummis Herodiadum qui multiplicis exerrationis perplexitatiſque in digerendis Aſcalonitæ liberis nepotibuſque reum facit Joſephum, putatque ſe demonſtrare* Herodi Tetrarchæ *Baptiſtæ interfectori numquam* Antipæ *nomen vel cognomen fuiſſe, neque interfectori Iacobi nomen* Agrippæ, *quod ſolum proprium fuerit ejus filio, quem Acta Apoſtolorum etiam Regem appellant. Arguit inſuper Ioſephum Arduinus, quod præter hunc unicum Agrippam Regem, cujus regno etiam Chalcidis ditionem adjecit Claudius, alterum fingat Herodis Magni filium patri Synonymum & Chalcidis Regem, cujus nullum uſpiam extat veſtigium.*

cujus prior maritus Joſepho etiam Herodes *appellatus,*

& Tetrarcha vocatus Antipas

F

confuſione vix excuſabili.

18 *Tam infeliciter verſatum ſcriptorem circa Herodianos Principes ætati ſuæ proximos, ſi vixiſſet ſub Veſpaſiano & Tito, nil mirum ſi Poſſinus aliique nunc eruditi Galli audiendum non exiſtiment in conſtituendo anno quo mortuus Aſcalonita, adeoque natus Chriſtus ſit. Multipliciter con-*

nec tamen ipſi nova,

& alibi quoque infelici Chronologo

A AUCTORE D. P. *contrarium ſibiipſi in digerendis ejus Actis demonſtrant illi ac nominatim Poſſinus in epiſtola ſuper eo argumento ſcripta, invenienda autem in Apparatu ad meum circa Chronologiam Pontificiam Tractatu ſeu Propylæum Maji. Arduinus ſic ubique in Herodiana Hiſtoria vacillare deprehendens Auctorem Librorum de Antiquitatibus & bello Iudaico, non ſolum receſſit à ſententia Henſchenii aſſerentis Chriſtum natum quadriennio citius quam tenet communis opinio, idque potiſſimum propter auctoritatem Ioſephi; & ad eamdem communem acceſſit in altero Tractatu de ſupremo Chriſti Paſchate; ſed eo pæne rem adduxiſſe videtur, ut auctor iſte quantumvis antiquus ſanctoque Hieronymo & aliis deinceps nequaquam ſuſpectus, ſuppoſititius tamen cenſeri poſſet, qui falſo ſibi aſſumpſerit ætatem belli Iudaici, cujus ipſe pars aliqua fuerit ſub Veſpaſiano & Tito; vel ſaltem plurimum corruptus ab aliis.*

unde ſuſpectus ſit ſuppoſitionis,

licet de Chriſto cū laude locutus,

19 *Interim videtur is Hiſtoriam Euangelicam vel numquam vidiſſe, vel viſam ſibi caute diſſimulaſſe, ne quid à Chriſtianis didiciſſe videretur. Hinc & infanticidium Bethleemiticum ſilentio præterit & miraculum hebdomadarium ad piſcinam probaticam, cujus aquam movente Angelo primo ingreſſus curabatur à quacumque detinebatur infirmitate; quæ tamen res præ infinitis aliis referri merebatur ad templi Hieroſolymitani commendationem. Parum igitur videri poteſt quod de Chriſto Domino ita ſcripſerit loco præcitato:* Eodem tempore, *quo ſcilicet procurabat Iudæam Pilatus,* fuit Jeſus, vir ſapiens; ſi tamen virum fas eſt dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum qui libenter vera ſuſcipiunt: plurimoſque tam de Judæis quam de gentibus ſectatores habuit. Chriſtus hic erat: quem accuſatum à noſtræ gentis Principibus, Pilatus cum addixiſſet Cruci; nihilominus non deſtiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertia die vivus, ſicut divinitus de eo Vates hoc & alia multa miranda prædixerunt, & uſque in hodiernum Chriſtianorum genus, ab hoc denominatum non defecit.

20 *Pulchra quidem hæc & fortaſſis eo ſcripta, ut libri quamvis ex ſcientia parum certa conditi in favorem judaicæ gentis, etiam à Chriſtianis reciperentur. Ego ex dictis aliud nil confici volo, quam ut intelligatur in iis, qua Euangelicam Hiſtoriam ejuſve Chronologiam ſpectant, definiendis non eſſe tantum deferendum Joſepho, quantum hactenus detulerunt plerique. Novam etiam nec ſcio an à quoquam notatam hactenus contradictionem deprehendo in ea quam tractamus hiſtoria, cum Macharuntem excurriſſe prior Herodis uxor narratur tamquam* ad locum, Patris ſui Aretæ ditioni ſubjectum; *& tamen ipſe Herodes ibidem dicitur in vinculis habuiſſe Joannem, ac denique decollari juſſiſſe.*

C *qui etiam de Macharunte Caſtro aſyſtata ſcripſit.*

21 *Nemo hæc duo combinaverit niſi expungendo velut interpolamentum à veritate & fortaſſis à mente auctoris alienum verba iſta,* Patri ſuo tunc obnoxiam *addita ad nomen Macharuntis, & Præfectus qui mulierem patri adducendam excepit, non intelligatur ipſi Macharuntinæ arci præfuiſſe, ſed ex Areta Regia vel caſtris obviam proceſſiſſe uſque ad aliquem Macharunti vicinum locum, quo illa clam Herodianis miniſtris & comitibus ſuis furtim ſubduxerit ſe.*

Nihilo minor incongruentia eſt, quod auctor Romam iturum Galilææ Tetrarcham divertere faciat ad fratrem velut habitantem in via verſus D *Ptolomaidem, unde conſcenſis navibus iter in Italiam erat. Cum hæc fuerit extremus Gallilææ in Occidentem terminus; Philippi autem habitatio quærenda fuerit Cæſaræa ab ipſo condita in Cæſaris honorem & Philippi cognominata urbe in partibus Iturææ, quæ trans Gallilæam ad Orientem verſus Arabiam excurrit.*

§. V. *Quis finis fuerit hujus Herodis, Herodiadis, atque filiæ Salomes ſaltatricis.*

22 AD *complendam* ſancti Baptiſtæ *hiſtoriam, etiam hæc quæſtio facere videtur, non tam expedita uſquequaque, ut in ea quoque non occurrant nodi haud facile ſolubiles. Hos ut ordinate progrediar, placet ab ovo ordiri, & notare, quod* Herodes Magnus *ſive* Aſcalonita, *Rex Judæorum creatus à Romanis, anno ante vulgarem Æram* XLII *uxorem accepit* Mariamnen *occiſam ipſam anno* XIV *infelicis conjugii, ultimum cum fratre ſuo Ariſtobulo germen Machabæorum. Ex hac natos ſibi liberos præſtantiſſimos duos,* Alexandrum & Ariſtobulum, *uxoribus junxit anno* XIV *ante vulgarem;* & Ariſtobulo *quidem dedit ſororis ſuæ Salomes filiam* Berenicen: *quæ intra decennium, quo viro frui per ſoceri crudelitatem potuit, duos ut minimum liberos peperit,* Herodem, & Herodiadem, *qui patre deinde ſuo orbati, educabantur in domo avi unà cum ceteris ejus filiis, poſt cædem Mariamnes aliunde genitis,* Herode Archelao, & Philippo.

Herodias Herodis magni ex Ariſtobulo neptis, E

23 *His prænotatis, audiri poteſt de* Herodiade *qualiſcumque Joſephus. Is lib.* 18 *cap.* VII *Herodianorum familiam expandens,* Herodias, *inquit,* nupſit Herodi, magni Herodis filio, ex quibus prognata eſt Salome: poſt quam natam, Herodias, in contemptum legis patriæ, denuo nupſit Herodi mariti germano, relicto priore adhuc ſuperſtite; & is fuit Tetrarcha Gallilææ. *Interim nulla ratio patitur, quod Aſcalonita duos habuerit filios, ſimul viventes, ejuſdem nominis. Euangeliſta autem cogit nos tenere, primum* Herodiadis *maritum fuiſſe* Philippum.

nupſit patruis ſuis, primum Philippo,

deinde Herodi.

24 *Aſt eccum tibi nodum alterum: ait enim idem Joſephus,* Salome autem filia *Herodiadis,* Philippo nupſit, Herodis filio, Tetrarchiam habenti Trachonitidis. *Monſtrum inquies, ut filia patri, vel, ſi diſtinctum à* Philippo Herodem Herodis magni filium, *Antipæ fratrem, finxeris, propatruus ſenex proneptem juvenculam habuerit uxorem. Non ita credatur deliraſſe hiſtoricus quem oporteret earum quas ſcribit rerum ſcientiſſimum æſtimare. Quid igitur? Animadverto* Philippum, *Salomes ſaltatricis maritum, non dici filium* Herodis Magni *ut alibi eum vocat Joſephus, ſed ſimpliciter* Herodis; *& intelligo Herodem Tetrarcham, qui mortuo fratre* Herode-Philippo, *hujus filiam ſuamque privignam* Salomen *junxerit ſuo ex Aretæ filia filio, qui ex nomine patrui* Philippus *quoque dictus ſit cum dote Trachonitidis per Philippi Tetrarchæ mortem ad Cæſarem devolutæ; nuptias haſce conciliante Tetrarcha Herode in favorem Herodiadis ſuæ, & apud Cæſarem procurante, ut dotem prædictam novo ſponſo daret. Sed* Philippo *juniore* ſine libris defuncto (*quo factum ut nulla amplius mentio ejus faciendæ*

F *& filia ejus Salome ex priori marito,*

nupſit Philippo filio Herodis

ex priore conjugio

A *da fuerit*) Salomen Ariſtobulus duxit *ſicut cæptam narrationem proſequens Joſephus teſtatur* ; Ariſtobulus, *inquam*, filius Herodis, *non Magni* (*nam hic avus Salomes fuit*) *ſed* ejus quem *Joſephus* Agrippam *vocat. Hic Ariſtobulus tres ex ea filios genuit, qui an aliquam & qualem pro Aviti regni partem à Cæſare obtinuit, nihil attinet ulterius indagare ; ſatis ſit dicere Salomen cum viro ſuo veroſimiliter in Palæſtina ſive Syria vitam egiſſe.*

ac denique Ariſtobulo alteri patrueli ſuo.

25 *Hic ergo contigerit, ſi vere contigit, id quod legitur apud Nicephorum Calliſtum lib.* 1 *cap.*20. Eundum ei (ſcilicet Salome) quopiam brumali tempore erat, & fluvius trajiciendus: qui cum glacie conſtrictus congelatuſque eſſet, pedes eum tranſibat. Glacie autem rupta (non ſine Dei numine) demergitur illa ſtatim capite tenus, & inferioribus corporis partibus laſciviens molliuſque ſe movens ſaltavit, non in terra, ſed in undis: caput vero ſceleſtum, frigore & glacie concretum, deinde etiam convulneratum, & à reliquo corpore, non ferro ſed glaciei cruſtis reſectum, in glacie ipſa ſaltationem letalem exhibet ; ſpectaculoque eo omnibus præbito in memoriam ea quæ fecerat ſpectantibus revocat.

Eadem dicitur glaciei immerſa obiiſſe.

B

26 *Quæ omnia rhetorice potius exaggerata, quam hiſtorice deducta, nullique vetuſtiorum tradita poſſent mera fabula videri, maxime ſi præſumitur, ut præſumi merito poteſt res acta in Syria, ubi neſcio an unquam tam intenſa ſint frigora, ut ipſi quoque amnes congelati tranſitum præbeant viatoribus. Certiora ſunt quæ habemus de pœna, divinitus multoque citius exacta ab* Herode Tetrarcha *Salomes vitrico ejuſque male ducta uxore. Fuerat Agrippa Joſepho Herodes,* Herodiadis *frater anno vulgaris æræ* XXXVII *à Tiberii ſucceſſore Cajo aviti regni parte donatus, ea ſcilicet quam olim Philippus Lyſaniaſque tenuerant: cui fratri ſuo invidens* Herodias, *virum impulit, ut ſecum Romam navigaret ; eâdem (ut ſperabat mulier) facilitate à novo Imperatore regnum Judææ conſecuturus: ſed contrarium accidit.*

Herodes cũ ſua Herodiade Romam profectus ;

27 *Ibi enim (ut habetur lib.* 2 *de Bello cap.* 10) *accuſatus,* quod prius cum Sejano conſpiraſſet contra Tiberium, & nunc iterum Artabano Partho faveret contra Caji novum Imperium (*anno* 38 *cœptum*) eo *quod non habere ſciretur* tantum armorum, quantum inſtruendis virorum ſeptuaginta millibus ſufficeret (*quæ fortaſſis omnia ſolum Arabicum bellum ſpectabant*) *cum de armis interrogatus inficiari non poſſet,* ſatis approbatam putarit defectionem ejus, ademptam illi Tetrarchiam ad regnum *Agrippæ* adjecit, pecuniam quoque ejus donans indici; Herodem vero perpetuo damnavit exilio apud Lugdunum (*Euſebius* Viennam *nominat*) urbem Galliæ.

C *privatur bonis omnibus & mulctatur exilio,*

28 Cognito deinde ſororem Agrippæ eſſe Herodiadem, pecuniam ei propriam conceſſit; & ratus non libenter fore marito calamitatis ſociam, in Agrippæ gratiam ſe illi parſurum promiſit. Ad quod illa : Tu quidem Imperator, ut tua Majeſtate dignum eſt, loqueris : ſed mihi conjugalis amor impedimento eſt, quo minus fruar hac indulgentia: non enim æquum cenſeo, ut cui ſecundæ fortunæ fui ſocia, eum nunc in adverſa deſeram. At ille, indigne ferens animum tam excelſum in femina, ipſam quoque cum Herode expulit, & bona ejus Agrippæ largitus eſt. Atque hæc fuit vindicta quam Deus intulit tum Herodiadi fratris ſui ſucceſſus invide ferenti, tum Herodi ad obſequendum vaniloquentiæ uxoris nimis facili.

ſequente eum illuc pellice,

D EX IV EVANG.

29 *Ita Joſephus lib.* 18 *Antiqu. cap.* 9 ; *qui etiam hic merito addidiſſet ſcelus commiſſum in Joannem. Aliter tamen ab eodem Joſepho vel alibi ſcripta corrigente vel eorum immemore res narratur ; lib. enim* 2 *de Bello cap.* 8 *dicit quod à Caio* ob avaritiam vehementer increpitus, ad Hiſpaniam fugit ; *ſecutus quippe eum fuerat accuſator Agrippa, cui etiam* Tetrarchiam *ejus* Cæſar donavit. Atque ita in Hiſpaniam, peregrinante ſecum ejus uxore deceſſit. *Sed hæc videntur ſic conciliari poſſe, ut illis quidem exilii locus aſſignatus fuerit* Lugdunum Galliæ, *ipſi dum illuc tendere ſe ſimulant, diverterint in Hiſpaniam, incertum ubi vel quomodo defuncti.*

ambo fortaſſis mortui in Hiſpania.

30 *Nimis porro opportunus erat ultimus iſte Joſephi locus, quam ut Pſeudo-dexteri fabricatores in eum manus non injicerent, ad locupletandam ſeu verius conſpurcandam figmentis ſuis eccleſiaſticam Hiſpaniarum hiſtoriam. Illum ergo ſic ſcribere fecerunt ad annum Chriſti* XXXIV (*quaſi* E *ſcilicet annorum à Chriſti numerandorum Epocha inde à Dexteri ætate uſitata fuiſſet, ſeſqui fere ſeculo poſt per Dionyſium Exiguum excogitata*) Herodes Antipas, cum Herodiade pellice inceſta, totâ Judæâ pulſus, (*in qua tamen, ut tunc erat, & poſtea fuit, nec pedem quidem terræ poſſidebat, niſi domum ſeu diverſorium Hieroſolymis*) primum ad Gallias, deinde Ilerdæ in Hiſpania exulat, ibique infeliciter moritur. Herodias vero, ſaltans ſuper Sicorim, flumen Ilerdæ, glacie concretum, ſubmerſa miſerabiliter petiit.

Pſeudo-dexter Ilerdæ obiiſſe fingit.

& ipſammet Herodiadem in glacie periiſſe

31 *Sed boni illi viri (ſi boni poſſint dici, tam male de patria ſua meriti) adeo deſultorie legerunt Nicephorum, quem præ oculis habebant, ut genus mortis, quâ* filiam Herodiadis *ſublatam ille ait, ipſimet adſcriberent* Herodiadi ; *niſi forte id etiam ſtudio fecerunt ut ſupra Nicephorum ſapere Pſeudo-dexter ſuus videretur, nec ipſum deſcripſiſſe, tanto (ſi Superis placet) eo antiquior. At ſi Joſephum etiam legerant, ut videri voluerunt, animadvertiſſe poterant, tali, quo pulſum* Herodem *volebant anno, adhuc vixiſſe Tiberium ; Herodis autem exilium imperatum fuiſſe ab ejus ſucceſſore Caio, imperium dumtaxat adepto poſt annum à* XXXIV *tertium.*

F

32 *Sed illos non miror, furore potius quam judicio ad talia comminiſcenda actos Bivarium illorum Commentatorem miremur, hominem (niſi ubi clauſis oculis ſuppoſititium Dexterum ſequitur) eruditum, & in ſuo Comm.* 5 *ad iſtum annum, integros Joſephi textus allegantem, non advertiſſe animum ad aniſtoriam tam manifeſtam, & dubitare potuiſſe, utri talis mors potius conveniret, filiæ an matri Nempe præ Nicephoro homine novo & Græco, longe antiquiorem & certiorem ejuſdem rei teſtem putabat ſe tenere Dextrum, natione Hiſpanum & Barcinonenſem.* Miror tamen, *inquit,* vehementer capitis truncationem, non ferro ſed cruſtis glacierum actam. Et quidem miraculum fieri potuiſſe non ambigo, factum autem dubito .... neque vero lego apud Joſephum, ſaltatricem filiam in exilium quoque actam ſeu ipſam comitatam fuiſſe matrem, ut ſubmer-

quod etiam Bivarius præfer.

ſed miraculo factum vult.

A gi vel detruncari Ilerdæ potuiſſet. Quis ſcit
AUCTORE ſi in matrimonium data, cum conjuge in Ga-
D. P. lilæa Judææve manſerit.

33 *Sed tenuis hic ſani ſenſus radius, Bivario ad aliud non ſervivit quam ut Nicephoro fidem detraheret. Aſt oportebat animadvertere, pari miraculo fuiſſe opus, ut Hiſpanus* Sicoris *glacie conſtringeretur; quod nec vidiſſe Bivarium aliquando puto nec factum legiſſe: nam venientes in Belgium Hiſpani nihil æque ſtupent atque concreta glacie flumina homineſque & currus ſuper ea commeantes.*

CAPUT II.

Feſta S. Baptiſtæ in Eccleſia Occidentali & Orientali.

§. I. *De præcipuo utrobique feſto Nativitatis.*

B 34 PRæ *aliis duobus* ſancti Baptiſtæ & Prodromi *feſtis, veneracionem in Eccleſiis tam Occidentis quam Orientis habuit ſemper ejus* Nativitas, *in qua gaviſuros multos prædixerat Angelus Zachariæ patri. Præcellentiæ iſtius indicium ſunt; apud Græcos quidem, ex inſtitutione S. Sabæ, duplex* Officium Veſpertinum, Minus *atque* Majus, *quod non fit in aliis; ut de ipſius diei auctiori Officio taceam, in quod congeruntur poëmata plurium celebrium Hymnographorum,* Joannis Monachi, Anatolii, Andreæ, Byzantii, *atque* Caſſiæ, *cum duplici item Canone. Apud Latinos feſto huic peculiaris eſt* Vigilia, *à populo jejuno peragenda, & cum Octava. Et in Vigilia quidem ſub veſperam olim fiebat Miſſa propria; de nocte item una, ſimiliter propria; ac denique ipſo die, tertia. Ita liber Sacramentorum S. Gregorii; niſi quod, ubi in excuſis legitur* prima de nocte, *in Mſs. quibuſdam ſcribitur* prima mane *aut* mane prima. *Alcuinus in libro de Officiis Eccleſ. rationem reddens;* Ideo, *inquit,* tres Miſſæ celebrantur in feſtivitate S. Joannis, quia tribus inſignibus triumphis excellenter refulſit. Ad hoc enim venit, ut viam
C Domino præpararet exemplo ſuæ converſationis, qui triumphus celebratur in Vigilia ejuſdem; per miniſterium Baptiſmi claruit inſignis, & hujus miniſterii triumphus in prima Miſſa recolitur; Nazaræus permanſit in utero matris (*mallem,* ex utero, *legere*) & hoc donum recolitur in die.

35 *Quod ad Vigilias attinet, ea ut fidelibus ex Apoſtolica inſtitutione fuerint ante quamvis Dominicam feſtoſque dies uſitatæ; proprium tamen non habebant primitus Officium; quo fit, ut neque in vetuſtiſſimo Carthaginenſis Eccleſiæ Kalendario ſeculi* V (*de quo infra, ubi de S. Rogato*) *neque in Miſſalibus Gallicanis quibuſdam ante annos nongentos exaratis, ulla fiat mentio Vigiliarum, niſi forte ad feſtum Natalis Dominici & Paſchatis. S. Ambroſius videtur illam primus inſtituiſſe, hoc ordine:* INGRESSA, *ſive Introitus.* Juſtus non conturbabitur. SUPER POPULUM. Virtutum cæleſtium Deus, qui nos annua B. Joannis Baptiſtæ ſolennia frequentare concedis; præſta quæſumus, ut per te ſecuris eadem mentibus celebremus; & ejus patrocinio promerente, plenæ capiamus ſe- D
curitatis augmentum. *Lectio Jeremiæ Prophetæ, ex cap.* 1, *uti in Romano; ſed triplo productior ſcilicet uſque ad finem primi Capitis; ſimiliter initium Euangelii ſecundum* Lucam, *uſque ad verſum* 26, *id eſt ad miſſionem Gabrielis in Nazareth. Tunc ſequitur Oratio* SUPER SINDONEM, *eadem quæ in Romano nunc eſt Poſtcommunio; &* SUPER OBLATA, *eadem quæ prædicto in Romano eſt ſecreta feſti.* PRÆFATIO *autem ſic habetur:* Omn. æterne Deus, exhibentes ſolenne jejunium, quo Joannis Baptiſtæ natalitia prævenimus; cujus genitor dum eum dubitat naſciturum, ſermonis amiſit officium; & eo naſcente, & ſermonis uſum & Prophetiæ ſuſcepit donum: cujuſque genitrix, ſenio confecta, ſterilitate mulctata, in ejus conceptu, non ſolum ſterilitatem amiſit, ſed etiam Spiritum ſanctum, quo mater Domini & Salvatoris agnoſceretur, accepit; per quem Majeſtatem tuam &c. POSTCOM. Sancti nos, quæſumus, Domine, Baptiſtæ Joannis oratio, & aſſequi ſemper faciat mente quæ gerimus, & debitæ ſervitutis actione ſectari. E

cum inſigni Præfatione.

36 *Gelaſianum Sacramentarium peculiare id habet in hac Vigilia ipſoque feſto, & aliis majoribus, quod in principio & fine Miſſæ duas præſcribat ejuſdem argumenti Collectas, & in principio quidem hanc pro Vigilia,* Præſta quæſumus, Domine, ut populus tuus ad plenæ devotionis effectum B. Baptiſtæ Joannis natalitiis præparetur: quem præmiſiſti Filio tuo parare plebem perfectam Jeſu Chriſto: *& additur eadem, quæ in Ambroſiano ſuper Sindonem: deinde* SECRETA: Munera populi tui Domine propitiatus intende, & B. Joannis Baptiſtæ, cujus nos tribuis præire ſolennia, fac gaudere ſuffragiis. POST COMM. Da quæſumus Eccleſiæ tuæ, miſericos Deus, ut myſticis B. Baptiſtæ Joannis exordiis, & ſacris erudita præconiis, ad iram venturi Judicii declinandam, dignos ſalutis fructus jugiter operetur. *Alia:* Beati nos Domine Baptiſtæ Joannis oratio, & intelligere Chriſti tui myſteria poſtulet, & mereri. *Gregorianum Sacramentarium ſimplicia præſcribit omnia, nec alia quam nunc in Ordinario Romano legimus. Pro* prima *autem* Miſſa in nocte, *hæc præſcribitur Collecta:* Concede quæſumus, omnipotens Deus, ut qui B. Joannis Baptiſtæ ſolennia colimus, ejus apud te interceſſione muniamur. *Tum* ſuper Oblata, *eadem quæ ſupra in Vigilia.* AD COMPLENDUM *ſive Poſt communio.* Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui cæleſtia alimenta percepimus, intercedente B. Joanne Bapt. per hæc contra omnia adverſa muniamur. *Denique* SUPER POPULUM *ponitur illa, quæ in Gelaſiano inchoat Miſſam Vigiliæ; & altera additur, quæ eamdem finit. Martinæus de ant. Monach. ritibus lib.* 4 *cap.* 6 *ait.* Hanc Vigiliam noſtri *Benedictini* ſolennem faciebant in monaſterio S. Petri ſupra Divam, ita ut ad Nocturnos Invitatorium à duobus Hebdomadariis in Albis cantaretur, ad Laudes claſſicum pulſaretur, ad Benedictus incenſum à Sacerdote in Alba & Manipulo portaretur, Miſſa quaſi in Albis concineretur.

Idem ſecutus Gelaſius Papa,

qui Collectas gemi-navit:

Apud Benedictinos ſolennis Vigilia.

37 *Jam quod ipſum feſtum attinet, Gothicum ſeu Gallicanum Miſſale, in eo vetuſtius ceteris,*

apud Latinos etiam cum triplici Miſſa,

atque Vigilia,

quam Mediolani inſtituit S. Ambroſius,

Hujus præ aliis Baptiſtæ feſtis cultus apud Græcos;

addidit Gregorius Miſſam in nocte ſeu aurora.

A *Pro ipſa die in veteri Gallo-Gothico,*

teris quod Vigiliam nullam præcipiat, ſic procedit : Deus qui B. Joannem Baptiſtam veritatis * teſtimonio roboraſti ; da nobis, quæſumus, humilitatis ejus exemplum audire ; ut deſideremus intelligere quod exercuit, & aſſequi toto amore quod meruit. COLLECTIO *ſequitur* : Omnipotens ſempiterne Deus, qui beatum Præcurſorem tuum Joannem Baptiſtam, ad præparandas Unigeniti tui vias naſci juſſiſti ; præſta quæſumus, ut interceſſionis ejus auxilium tribuas, [&] ad implenda mandata præpares voluntatem. POST NOMINA : Omnipotens ſempiterne Deus, qui hunc diem nobis B. Joannis Baptiſtæ Nativitate feciſti inſignem ; quæſumus, ut tuus Præcurſor, quo inter natos mulierum nullus major ſurrexit, noſtram fragilitatem tuæ pietati commendet * & caris noſtris, quorum ſunt nomina recitata, ita refrigerium pietatis impetret, ut ibi recipiantur vel ultimi, ubi ſummus permanet in regno cælorum Baptiſta : quod ipſe *&c. Collectio ad Pacem, in Gelaſiano, Gregoriano, & hodierno eſt prima ad Miſſam,* Deus qui præſentem diem *&c.*

Miſſa eſt plane ſpecialis,

B

38 IMMOLATIO MISSÆ, (*Præfationem nos dicimus*) Vere dignum eſt, nos tibi ſemper, hic & ubique, gratias agere, Domine ſancte Pater, omnipotens æterne Deus omnium Sanctorum tuorum ſplendor mirabilis, qui præſentem diem honorabilem nobis in B. Joannis Nativitate feciſti ; ut gratiæ tuæ operante virtute, ille, quo inter natos mulierum nullus major, oriretur ; da populis tuis eruditionem ſpiritualium gaudiorum ; & omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis & pacis ; ut quæ manifeſtavit teſtificatio nuntii, impleat præſentia nuntiati, Chriſti Domini, per quem Majeſtatem tuam &c. BENEDICTIO POPULI. Deus qui per Zachariæ loquelam manifeſtaſti Nativitatem S. Joannis ✠ ; præſta quæſumus, ut qui natalitia ejus devotiſſime colimus, interceſſione illius gaudeamus ✠ ut populus tuus, qui ad Nativitatem ejus convenerunt, ſalventur meritis & interventu omnium Sanctorum, [&] deprecationum illius meritis adjuvemur. ✠ Da, Domine, ut illi Angelus Gabriel, quo Zacharias loquente obmutuit, interceſſor aſſiſtat ; [& B. Joannis] meritis adjuvemur & moribus. Illi vos *&c. Et hujuſmodi Benedictiones ſpeciales idem Miſſale præcipit pro majoribus feſtis : earumdemque, velut ultimam partem Miſſæ Hiſpanicæ conſtituentium, meminit S. Iſidorus Hiſpalenſis, libro de Offi. Eccl.*

cum Præfatione & Benedictionibus

C

39 *Ambroſiani Ritus Miſſa, ſpecialis tota eſt, mereturque hic poni.* INGRESSA AD MISSAM. Spiritu ſancto replebitur puer ex utero matris ſuæ, & multi in Nativitate ejus gaudebunt, erit enim magnus ante Dominum. ORATIO SUPER POPULUM, Deus qui hunc diem, ortu Præconis tui atque Baptiſtæ Joannis, conſecrare dignatus es ; & cujus puerperium mater ſterilis, & vocem pater mutus accepit ; concede propitius ; ut illud quod Salvator noſter geſſit in Jordane myſterium, hoc in omnibus catholicis ſemper celebretur Eccleſiis. Per ejuſdem *&c.* EPISTOLA. Notum vobis facio Euangelium (*habetur* 1 *Cor.* 12 ℣. 3) ✠ in ALLELUIA, Inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſta ; major Prophetis, & minor Angelis. EUANG. SECUNDUM LUCAM *Cap.* In illo tempore, Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi. POST EUANG. Serviamus illi in ſanctitate & juſtitia omnibus diebus noſtris : & tu, puer, Propheta Altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus. SUPER SINDONE : Præcurſoris tui Joannis Baptiſtæ nos, quæſumus, Domine, interceſſio ſancta commendet ; ut & ſpiritualibus ejus mereamur prædicationibus erudiri ; & ad ea quæ præcipis ; ipſo juvante, poſſit noſtra pervenire fragilitas. OFFERTORIUM : Priuſquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de ventre ſanctificavi te, & Prophetam in gentibus poſui te. SUPER OBLATA : Reſpice, Domine, ad hæc munera, quæ te ſanctificante ſacramus : & ſicut B. Joannes Baptiſta factus eſt præcurſor & præparator viæ D. N. Jeſu Chriſti ; ita & pro noſtris infirmitatibus, te protegente, interceſſor exiſtat.

D AUCTORE D. P. *in quo particularia multa ;*

40 PRÆFATIO. Æterne Deus : & in die feſtivitatis hodiernæ, quo beatus Baptiſta Joannes exortus eſt, exultare : qui vocem Matris Domini nondum editus ſenſit ; & adhuc clauſus utero, adventum ſalutis humanæ prophetica exultatione geſtivit : qui & genetricis ſterilitatem conceptus abſterſit, & patris linguam natus abſolvit ; ſoluſque omnium Prophetarum Redemptorem mundi, quem nuntiavit, oſtendit * Hic eſt enim ille cui nomen & antequam conciperetur dediſti, & quem Spiritu ſancto priuſquam naſceretur impleſti. Digne natalis ejus hodie ſolennia celebramus : digne inter natos mulierum major nemo apparuit, qui Deum hominemque perfectum, Filium tuum Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum & prædicare meruit, & evidenter oſtendere : quem laudant &c. CONFRACTIO (*quando ſcilicet poſt* Pater noſter *Hoſtia frangitur*) Ecce ut facta eſt ſalutatio B. Mariæ in auribus meis, exultavit infans in utero meo. TRANSITUS (*cum ſcilicet Miſſale refertur à cornu Euangelii ad cornu Epiſtolæ*, Communio *dicitur*) Nazaræus vocabitur puer iſte : vinum & ſiceram non bibet, & omne immundum non manducabit, ex utero matris ſuæ. POST-COMMUNIO. Tribue quæſumus, omnipotens Deus ; ut ſicut nos donis cæleſtibus ſatias, ita in B. Joannis Baptiſtæ Nativitate defendas præſidiis : ut quod ille de Filii tui nativitate prædicavit, nobis proſit ad ſalutem. Per eumdem.

E *præſertim in Præfatione.*

F

41 *Gelaſianum Sacramentarium quod habemus Romæ vulgatum ex Mss. Reginæ à Joſepho Maria Thomaſio, ab hodierno Romano hoc ſolum deficit, quod tribus, quæ ex hoc nunc recitantur orationibus, unam in principio & fine addat : primæ quidem hanc.* Omnipotens ſempiterne Deus, qui inſtituta legalia & ſanctorum præconia Prophetarum, in diebus B. Baptiſtæ Joannis impleſti ; præſta quæſumus ut ceſſantibus ſignificationum figuris, ipſa ſui manifeſtatione Veritas ſe loquatur, Jeſus Chriſtus Dominus noſter : qui tecum &c. *Ultima vero ſic geminatur :* S. Joannis Natalitia celebrantes, ſupplices te, Domine, deprecamur ; ut hoc idem nobis ſemper & indulgentiæ cauſa ſit & ſalutis. *Aſt Gregorianum, uſque ad Præfationem vix quidquam ab*

Gelaſius iterum Collectas geminavit.

uti & in Ambroſiano,

A AUCTORE D. P. *Ordinario differt, ipſaque Præfatio ſumitur ex Ambroſiano uſque ad * ſupra notatum; deinde ſic continuatur*: & ut ſacræ purificationis effectum aquarum natura conciperet, ſanctificandis Jordanus fluentis, ipſum baptiſmo baptiſmatis lavit Auctorem. Et ideo cum Angelis.

Gregorius propias Benedictiones adjecit,

42 *Tum additur* BENEDICTIO, *extraordinaria ac propria, hoc modo*: Benedicat vobis, B. Joannis Baptiſta interceſſio, cujus hodie natalitia celebratis; concedatque, ut cujus ſolennia colitis, patrocinia ſentiatis. Amen. Illius obtentu ab omnibus adverſis tueamini, & bonis omnibus perfruamini; qui adventum Redemptoris mundi necdum natus cognovit, matris ſterilitatem natcendo ſuſtulit, patris linguam natus abſolvit. Amen. Quatenus ipſius Agni, quem ille digito oſtendit, cujus immolatione eſtis redempti, ita virtutum lanis veſtiri & innocentiam valeatis imitari, ut ei in æternæ vitæ felicitate poſſitis adjungi. Quod ipſe præſtare dignetur qui &c. *His Benedictionibus præmiſſis, ſubjungitur* AD COMPLENDUM *ſive Poſtcommunio, eadem quæ nunc eſt Ordinarii; neque hic Miſſa finitur; ſed adduntur Orationes quatuor ſpeciales.* AD MATUTINOS; *pro quo titulo alibi legitur*, ſuper populum: *cujus tam differentis inſcriptionis cauſam non aſſequor. Ipſæ Orationes hujuſmodi ſunt.*

B

& 4 orationes pro Matutinis.

43 Omnipotens & miſericors Deus, qui B. Joannem Baptiſtam tuâ providentiâ deſtinaſti, ut perfectam plebem Chriſto Domino præpararet: da, quæſumus, ut familia tua, hujus interceſſione Præconis, & à peccatis omnibus exuatur, & ad eum quem prophetavit pervenire mereatur. *Alia*: Omnipotens ſempiterne Deus, da cordibus noſtris illam tuarum rectitudinem ſemitarum, quam B. Joannis Baptiſtæ vox clamantis in deſerto, edocuit. *Alia*: Deus qui conſpicis, quia nos undique mala noſtra conturbant; per Præcurſorem gaudii corda noſtra lætifica. *Alia*: Da, quæſumus omnipotens Deus, intra ſanctæ Eccleſiæ uterum conſtitutos, eo nos ſpiritu ab iniquitate noſtra juſtificari, quo B. Joannem intra viſcera materna docuiſti. *Alia ultima relata ſuperius eſt cum titulo* ſuper Populum,

C *ex Miſſa Vigiliæ ſecundum Ambroſium.*

Alia Miſſa ex vetuſtiſſimo Gallicano,

44 *Joannes Mabilio Muſæi ſui Italici Tomum primum concludit, exhibitione Sacramentarii cujuſdam Gallicani, quod Vezontionenſis eccleſiæ eſſe cenſet, licet in Bobienſi monaſterio repertum, ante annos autem mille conſcriptum. In hoc nulla quoque eſt* Vigilia Baptiſtæ, *licet adſit Vigilia Natalis Dominici Paſchatiſque. Ibi in ipſius feſto* Miſſa *inchoatur per eam Orationem, quæ in Gregoriano Sacramentario ponitur* Poſt nomina *uſque ad aſteriſcum* *: *tum ſequitur* COLLATIO: Deus qui hunc diem Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, incomparabilem hominibus conſecraſti; præſta nobis de ejus meritis, illius nos calceamenti ſequi veſtigium, [*cujus ſe ad ſolvendam*] corrigiam prædicavit indignum: *quibus verbis interpoſitis melius puto ſenſum mutilum redintegrari, quam hoc Mabilionis*, [qui ſe ad ſolvendam Salvatoris] *nec enim calceamentis uſus eſt* Joannes, *ut intelligamur ejus calceamenti veſtigium velle ſequi.* POST NOMINA, *eadem fere recitatur Oratio quæ in hodierno Romano* ſecreta *poſt Effertorium.* AD PACEM: Præſta quæſumus, Domine, ut populus tuus ad plenæ devotionis effectum B. Joannis Baptiſtæ natalitiis imbuatur, quem præmiſiſti filio tuo plebem parare perfectam. CONTESTATIO *ſive* Præfatio, *ſumitur ex Ambroſiano relata num. 7. Nec amplius in hoc Sacramentario additur de Miſſis. Ibi autem cuique Miſſæ ſubjungitur Lectio ex Scripturis & Evangelio feſto congrua: itaque hic ponitur* Lectio libri Sapientiæ Salomonis de uno Juſto, quæ nobis *eſt de Confeſſore non Pontifice.* Beatus vir qui inventus eſt ſine macula, *& ſequitur* Lectio ſancti Euangelii ſecundum Marcum Cap. VI ℣. 17. In illo tempore audivit Herodes Tetrarcha famam Jeſu: tenuit Joannem & alligavit eum & poſuit in carcere propter Herodiadem, *cum nonnulla (ut vides) à vulgatis diverſitate.*

D

& ritus ſolenniores apud Benedictinos.

45 *Martinæus prælaudatus expenſa ſingulari S. Benedicti erga S. Præcurſorem devotione, cui oratorium extruxerit ſuper proſtrata Appolinis & Veneris delubra, in quo & ſepeliri voluerit, varia proponit ritus ſolennioris adjuncta, ex veteribus Ordinis Benedictini Obſervationibus notata, puta quod* Reſponſ. ad primas Veſperas cantabatur à quatuor cappis uti & Invitatorium, ac porro Reſponſoria ſingula à duabus; quartum à tribus, octavum à quatuor, duodecimum à quinque: ad Miſſam vero omnes induti pluvialibus intrent Chorum, ex Conſuetudinibus S. Dionyſii Kalendariiſque Lyrinenſi & S. Petri ſupra Divam & Ordinario Caſſinenſi. Addunt autem S. Germani, S. Cornelii & S. Apri in Albis Conſuetudines; S. Germani etiam ut ante Miſſam fiat Proceſſio in cappis ad oratorium S. Joannis cum parva Cruce & Aqua benedicta & Thuribulo & Candelabris; atque Diaconus ferat Reliquias Sancti & cum eo quatuor Diaconi; & ſi fuerit Dominica, fiat Proceſſio per clauſtrum in cappis.

E

Octava antiquis ignota,

46 *Nihilo minus lætus parentibus* Joannis *eorumque amicis; quam dies natalis, fuit dies circumciſionis, propter prodigia eum admirabilem facientia. Merito igitur Occidentalis Eccleſia, ipſum diem natalem cum* Octava *celebrandum inſtituit; qua abſtinet Orientalis, quæ Octavarum uſum nullum habet. Inſtituit tamen Occidentalis hanc, non ſtatim à principio; deficit enim in omnibus prænotatis Sacramentariis: imo Mediolanenſis Eccleſia, ne quidem hactenus eâ utitur. Primam ejus mentionem invenio apud Radulfum de Rivo ſeculi* XV *initio ſcribentem, qui apud Baronium in Notis ad hunc diem, agens de obſervantia Majorum & Minorum Octavarum, hanc inter Majores numerat. Illo fortaſſis antiquius eſt Atrebatenſis eccleſiæ S. Mariæ Martyrologium Ms,* *invenitur in Mss. ſeculi 14 aut 15,* *cui adfinem, ſed manu eâdem, adſcriptum invenio,* Et Octavæ S. Joannis. *Ejuſdem fere ætatis ſunt quædam Uſuardi Martyrologia Mss, & recentioribus feſtis aucta apud nos; puta Centulenſe S. Richarii, Bruxellenſe S. Gudulæ, Albergenſe Canonicorum Regularium, & quoddam Dano-francicum, membranea pleraque: ubi ad initium ſic legitur,* Kal. Julii Octava S. Joannis Baptiſtæ. *Neutrum in antiquioribus ullis cujuſcumque auctoris Martyrologiis ſeu Kalendariis eccleſiarum invenitur; nam* Beda, *quem Baronius allegat, ſuppoſititius eſt, & Ado interpolatus, cum in genuinis eorumdem exemplaribus nihil tale inveniatur: ut videamur talis Octavæ initium poſſe retrahere ad ſeculum* XIV, *quo Pontifices Romani reſidebant in Gallia, ubi propter caput creditum* *videturque in Gallis cœpta.*

F

An-

A *Angeliaci vel Ambianis ſervari ingens erat erga S. Baptiſtam devotio. Martinæus loco præcitato fuſe deducit particulares ritus Octavarum quatuor ſcilicet hujus, SS. Petri & Pauli, Aſſumptionis S. Mariæ & Tranſlationis S. Benedicti, ex Ordinario Caſinenſi & variis monaſteriorum Gallicanorum Mss.*

Sequentia ex Veteri Laudunen.

47 *Laudunenſis Eccleſiæ vetus Miſſale impreſſum Pariſiis anno* MDVI *pro Miſſis feſti & per Octavam habet inſignem* Sequentiam. *Virodunenſe autem anno* MDLIV *ibidem excuſum ſimilis fere ſenſus & prolixitatis* Proſam *poſt Graduale recitandam in Miſſa ante Euangelium: Sequentiam, quia elegantior eſt, hic lege:*

In occurſum Præcurſoris,
Concurrenti cordis, oris,
Currarum obſequio,
In lucerna Lux laudetur,
In Præcone veneretur
Judex, Sol in radio
Solem ſolet repentinum,
Vel quid grande vel divinum
Vulgus ægre capere:
B Quare nobis hebetatis
Sol ſupernæ veritatis
Præluxit in ſidere.
Hic Præcurſor & Propheta;
Imo Prophetarum meta,
Legi ponens terminum:
Mire cœpit per applauſum,
Ventre matris clauſus clauſum
Revelando Dominum.
Zacharias non admittit
Gabrielem, dum promittit
Veterano filium.
Quod eſt ei ſic repenſum,
Quod ſuſpenſo fit ſuſpenſum
Linguæ miniſterium.
Subit tempus, videt natum,
Et ſuſpenſa loquela tum
Patri reſtituitur.
Ruunt eorum parentes
Cum vicinis, neſcientes
Quid de ſurſum geritur.
Non eſt illo major natus
De natis ex ſemine:
Sed nec illi comparatur,
C Qui natus ex Virgine.
Puer acſi jam expertus
Mundus mundum deſerit,
In deſerto non deſertus
Cornu carnis conterit.
Hujus victus hujus veſtis,
Non tam paſtus quantum peſtis
Et carnis exitium.
Cui camelus, herbæ crudæ
Dant locuſtæ, dat mel rude
Veſtes & edulium.
Mira pueritia,
Mira Dei gratia,
Mira verbis novitas,
Clamat: Baptizemini,
In occurſum Domini
Dirigatis ſemitas.
Summus ille qui coronas
Serta terna dena donat
His cælorum civibus,
Illis dat & ſexagena;
Huic Joanni dat centena
Præ cunctis ordinibus,
O Lucerna veræ Lucis,
O Præcurſor magni Ducis,
Præco pœnitentiæ.
Sta pro nobis ante Ducem
Et procura nobis lucem
Sempiternæ gloriæ. Amen.

D AUCTORE D. P.

§. II. *De feſto Conceptionis Baptiſtæ, deque ejuſdem & Nativitatis, necnon ipſiuſmet Chriſti annis atque diebus.*

Conceptio, ad 24 Sept. notata omnibus antiquis,

48 HActenus *de præcipuo* S. Joannis Baptiſtæ *feſto, ex vetuſtioribus Miſſalibus, ſive (ut antiquitus nominabantur) Sacramentariis. Proximum huic quoad ſolennitatem, feſtum eſt* Paſſionis *ſive* Decollationis XXIX *Auguſti; quo de infrà. Cultus celebritate ultimum, ordine autem temporis primum,* Conceptionis *eſt, inſcriptum vetuſtis omnibus Latinis Martyrologiis Hieronymi, Bedæ, Adonis, Uſuardi, Notkeri, Rabani. Nec invenio qui feſtum illud omiſerit notare, ad* XXIV *Septembris, ante Bellinum de Padua; qui Uſuardi Martyrologium, ad morem Romanæ Curiæ Venetiis edidit anno* MCCCCXCVIII. *Hic illa primum omiſſa reperitur; eoque exemplo, etiam in hodierno Romano per reformatores Gregorianos, neſcio quo ſcrupulo ductos metuenteſque ne quod inde præjudicium pateretur pia & orthodoxa opinio, de immaculatæ B. Mariæ Virginis Conceptione. Sed ſi appellatio* Conceptionis *utriuſque eſt eadem, diverſa eſt & nota ſatis utriuſque acceptio, ad Deiparam Prodromumque relata. Etenim conſtat quod Eccleſia hujus* Conceptionem *dumtaxat celebret, cum reſpectu ad ſanctitatem myſteriorum ad ipſam ſpectantium, de illa vero agat, ut ſanctâ in ſemetipsâ. Quod expreſſius videntur indicare Græci, diverſitate phraſeos, quando* IX *Decembris celebraturi paſſivam* Conceptionem S. Mariæ, *appellant* Conceptionem S. Annæ; *ac vero ad* XXIII *Septembris (uno enim die præveniunt hic Latinos) non dicunt* Conceptionem Elizabeth, *ſed* S. Joannis: *eamdemque diverſitatem exprimunt Figurali Kalendario imagines; quarum una, honeſtiori ut poteſt modo, indicat ipſum ſanctorum Mariæ Parentum congreſſum; non item Zachariæ & Elizabetæ alterà, ſolum Zachariam, adſtantem altari unà cum Angelo, prænuntiante filium ipſi naſciturum.*

uſque ad an. 1478 quo cœpit emitti,

ex vano quodam ſcrupulo.

E

F

49 *Ceterum ut Romanæ Eccleſiæ vetuſtiſſima Martyrologia prædictam* Conceptionem *habuerint ſcriptam* XXIV *Septembris, non tamen invenitur Officium aliquod apud Latinos tali feſto ordinatum antiquitus, uti invenitur apud Græcos qui habent Conceptionis illius ordinem compoſitum à S. Joanne Damaſceno, cujus & Canon eſt; ſed abſque illis cum quibus Nativitatem recoli dixi prærogativis feſti ſolennioris. Quamquam nec apud Latinos prorſus videtur feſtum iſtud fuiſſe neglectum. Nam quod nuper Auguſtæ Vindelicorum prodiit* Martyrologium, *ante annos ſeptingentos conſcriptum (potius* Kalendarium *dicendum; cum ſola & pauca nomina habeat, & plures dies vacuos prætereat) eos Sanctos dumtaxat videtur continere, de quibus vel Officium vel ſaltem Commemoratio fiebat in Eccleſiis Germanicis: ubi* Nativitatis & Decollationis *quidem feſta, ut ſolenniora, notantur rubricâ? Communi autem atramento* Conceptio; *ad quem locum*

Græci etiâ Officium faciunt de ea 23 Sept.

ſed minus ſolenne,

uti etiâ ex Latinis aliqui.

A AUCTORE D. P.

locum editor Beckius adnotat, in Ms. Codice S. Galli addi, ple. Comm. *hoc est* Plenas Commemorationes, *ut videatur significari aliquid, simile ei quod simplex dicimus, & in quo fiunt* Commemorationes de Sanctis *in Duplicibus omitti solitæ.*

Conceptionum dies definivere majores satis congrue ad cultum,

50 *Casaubonus & similis farinæ scioli, nimiæ & supervacaneæ curiositatis arguunt Romano-catolicos, quod etiam* Conceptionum *dies, quibus in hominum genesi incertius nihil, habeant definitos. Absit ut pios majores nostros credamus existimasse, quod ejusmodi dies physicè certos habere possent. Sed cum illi putarent ex traditione vetustissima, notos haberi dies Natales Christi, Joannis & Mariæ, ecclesiasticoque cultu dignos censerent eorumdem primos etiam in utero ortus; congrue assumpserunt noni ab inde mensis diem eumdem vel proximum, nihil scrupulosius indagantes; cum scirent ejusmodi dies, nec ab Euangelistis traditos, nec revelatione speciali acceptos. In tali autem definitione, non tantum quoad usum, sed etiam quoad historicam veritatem probanda, non esset eruditis laborandum; si ipsa Natalium dierum definitio quorum observatio ex traditione habetur, haberetur etiam ex solida ratione vel certa auctoritate deducta: haberetur autem, si Romanorum censuum libri (ad quos ut suo adhuc tempore extantes, & certissimos testes Christi ex Davide nati appellat Tertullianus) exhibuissent adscriptos dies cujusque ibi recensiti natales: sed hoc omnino præsumi non posse, probat dissensus primorum seculorum circa diem & mensem Dominicæ nativitatis; ex quo tamen alii dies definiendi pendebant.*

licet ratione parum certa,

B

51 *Ostendi ego in meis ad Propylæum Maji Paralipomenis pag. 23 num. 13 & seqq quomodo Orientalis Ecclesia ab Occidentali inducta fuerit per Julium Papam, aut saltem* IV *seculo, diem Natalis Dominici, quem habebat illa conjunctum cum die Baptismatis* VI *Januarii, separatim colere* XXV *Decembris; asserente sub annum* CCCLXXXVI *Chrysostomo, quod ejusmodi tunc usus minime novus,* sed admodum antiquus *fuerit, atque* jam inde à primordio ab ipsa Thracia Gades usque incolentibus cognitus & celebris. *Sed calculum quo idem Chrysostomus nititur, & quo ante eum nixus dicitur processisse Papa Julius in quæstione decidenda, demonstravi admodum dubium esse; ipsâque quam præstruunt nec satis probant hypothesi admissâ, de die quo Zachariæ annuntiatus sit filius, ex ipso & Elisabeth procreandus; nihil minus consequi quam ut conceptus* Baptista *fuerit* XXIII *vel* XXIV *Septembris. Quotidiani enim incensi oblatio, quæ Zachariæ sorte obtigerat quando Angelum vidit, nihil habuit commune cum ea solennitate, qua semel in anno ingrediebatur summus Sacerdos in Sancta Sanctorum, quamque in talem diem tunc incidisse parum apte conficitur ex collatione Hebraicorum & Romanorum mensium. Adde quod Zacharias summus Sacerdos non fuerit; quodque solum ad uxorem accesserit* ut impleti sunt dies Officii ejus, *qui quam multi post visionem habitam restarent, non exprimit Euangelista, sed solum ait,* post hos autem dies concepit Elisabeth. *Non igitur ex mense à tali conceptu sexto, definiri potest Annuntiationis Dominicæ dies: ex novo rursum capite futurus incertus, dum nescitur, quousque mensis ille sextus processerat, quando venit Angelus ad Mariam Neque porro ex tam incerto die, haberi potest*

cum Domini Natalē affixerunt 25 Decembris,

non quia is sequebatur ex die quo Zachariæ apparuit Angelus,

C

dies certus nativitatis vel Christi vel Joannis: sed solum id habemus, quod uno aliquo principio Festorum quacumque ratione constituto, convenienter ordinari potuerint festa reliqua, & populo fideli observanda præscribi.

D

sed forte quia is erat Ethnicis natalis solis,

52 *Joannnes Arduinus noster, in Antirhetico suo de Nummis antiquis, pag. 65 suspicatur, diem* XXV Decembris, *qui nunc apud omnes colitur ut Natalis Domini,* à primis quidem temporibus institutum, *non quia Euangelistarum aut Apostolorum aliquis eum Romanos docuerit; vel eumdem ipsimet eruerint ex libris Censualibus; sed* alio *prorsus* consilio *& ratione.* Nempe, ut, quoniam dies ille ab Ethnicis Natali Solis dedicabatur, ob reditum ejus à bruma *seu tropico Capricorni ad nos; idem* tribueretur Jesu Christi, Domini ac veri solis nostri Natali, cujus alioqui verus natalis latebat. *Assumptum probat ex Kalendario Romano anni* CCCXXV, *ubi notatur* VIII Kal. Januarias N. (*id est, Natalis*) Invicti, *scilicet* Solis, *uti plures sub Gallieno nummi loquuntur.* In eum ergo, *inquit Arduinus,* diem, Natalis Christi primum Romæ translatus est; ut dum Gentiles profano ritui vacarent, sacris suis Christianis libere operam darent. *Quod autem semel probaverat Roma, merito secutus est totus Occidens. At Hierosolymitana Ecclesia, nihilo etiam ipsa certior de vero Christi in carne Natali; cum diem Baptismatis Christo collati à Joanne certius videretur habere notum, tamquam ex traditione primorum utriusque discipulorum, pro die* VI *Januarii (quamvis & de hoc merito dubitetur, sicut alibi ostendi) neque commodum duceret in illis rei Christianæ inter Judæos angustiis multiplicare festa; Nativitatem Christi, Adorationem Magorum, & ipsam ejus Incarnationem, sub uno Epiphaniorum nomine Baptismo copulavit. Laxatis vero prædictis angustiis, cum jam libere sacra Christiana majorumque cum Officiorum apparatu tractarentur, haud. agrè persuasum fuit Orientalibus eatenus Hierosolymitanos secutus, ut Romanos deinceps sequerentur, Nativitatis & Epiphaniæ divisim gesta celebrando; nec tantum in duobus illis, sed etiam in ceteris inde pendentibus.*

sicut in Oriente assumptus est 6 Januar.

E

quia tunc credebatur manifestatus in baptismo Christus.

53 *Porro quod non solum primo, sed etiam secundo ac tertio Ecclesiæ seculo, adhuc incertum haberetur, quo die Christus revera natus esset, probari videtur ex Clemente Alexandrino qui anno* CCXX *floruit, & lib.* I *Stromatum sic loquitur.* Εἰσὶ δ' οἱ ἀκριβέστεροι, τὴν γενέσει καὶ σωτῆρος ἡμῶν οὐ μόνον τὸ ἔτος ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν προσιθέντες· ἣν φασὶν ἔτους κη' (*corrigo* & λη' *lego*) Αὐγούστου, ἐν πέμπτῃ Παχὼν καὶ εἰκάδι. Sunt autem qui etiam curiosius agentes, Natali Salvatoris annum & diem adnotant, quam ajunt, anno XXVIII (*imo* XXXVIII) Augusti *Imperatoris*, & in diem vigesimam quintam Pachon incidisse, *iste autem mensis apud Ægyptios partim extremo Aprili, partim Majo respondit. Atque hæc eo dicta sint, ut intelligatur nihil certi haberi de vero Christi nedum Baptistæ natali die, multo minus de die* Conceptionis *utriusque. Constituto tamen semel die aliquo certo, sive ex eo quem Arduinus suspicatur ad nascentem solem respectu, sive ex laudato apud Chrysostomum calculo licet vacillante; dico recte fuisse ordinatas ab ecclesia festivitates mysteriorum, nativitatem Christi pragressorum aut secutorum.*

F

Aliàs erant qui 28 Pachon. I. *in Majo natū assererent,*

anno 7 antè æram vulgarem.

54 *Censeo autem nihil aut parum ad Religionem*

A *nem attinere, utrum Eccleſia Romana* Chriſti Natalem *colendum aſſumpſerit ipſo quo contigit die; vel eumdem incompertum habens, ipſi recolendo elegerit ſuo arbitratu diem, ſolis apud Gentiles Natalem; neque juſtæ reprehenſioni obnoxiam eſſe determinationem ceterorum, ex eo utcumque pendentium feſtorum, ſed ab eadem ſummo jure & congrua ratione factam. Hinc ſcilicet aſcendendo per novem menſes ad diem Annuntiationis ſive Incarnationis Dominicæ, & rurſum per ſex, ad diem concepti Joannis Baptiſtæ.*

Salvo ſemper jure eccleſiæ,

ad diem quemcumque aſſumendum.

55 *Sic, licet eadem Eccleſia* Obdormitionem, Depoſitionem, *ſeu* Aſſumptionem Deiparæ, *juxta vetuſtiora Martyrologia & Sacramentaria primo celebrandam inſtituerit* XVIII *Januarii, prout in hujus menſis Supplemento, quæſtionem de obitu Beatiſſimæ accuratius tractaturus, docebo; Mauritius tamen Imperator, decrevit toto Imperio anniverſarie agendam illam* XV *Auguſti idque ſub nomine* Obdormitionis: *quod mox Eccleſia Occidentalis univerſa ſuſcepit, ſub titulo tamen* Aſſumptionis. *Sic Urbanus* VI, *talem in ſe poteſtatem agnoſcens eâque utens anno* MCCCLXXXIX feſtum Viſitationis B. Mariæ Virginis, *quod juxta ordinem myſteriorum proximè debuiſſet ſequi feſtum Annuntiationis, qua* ſurgens Maria abiit cum feſtinatione & ſalutavit Eliſabeth, & manſit cum illa quaſi menſibus tribus..... ſtatuit in craſtino Octavæ S. Joannis Baptiſtæ ſingulis annis in eccleſia celebrari: *quaſi non aſſumpſiſſet ingreſſum Mariæ* in domum Zachariæ, *ſed ejus inde egreſſum recolendum, quia ad id aptius erat initium Julii quam Aprilis, Paſchalibus feſtis ſatis occupatum. Neque horum aliquid reprehenditur à bene moratis ſtudioſis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ: quippe quibus ſatis eſt cujuſque inſtitutionis aut mutationis tempus & rationem inveſtigare, & quatenus poſſibile eſt reddere, uti nos quoque conamur facere.*

§. III. *De loco concepti natique Baptiſtæ.*

De civitate Juda apud Lucam merito dubitatur,

56 *Dubium eſſe nullum poteſt, quin ibi conceptus natuſque* Joannes *ſit, ubi ad vocem ſalutantis Eliſabetham Mariæ fuit in utero ſanctificatus: duabus autem ab Hieroſolyma leucis monſtratur* domus, Zachariæ *paſſim dicta, ad initium eorum montium, qui ſortem tribus Juda à portionibus Dan & Simeonis dirimunt, paſſim creditii eſſe* Montana Judææ; *ſuper quæ divulgata fuiſſe mirabilia, in Præcurſoris Nativitate patrata Lucas indicat. Si tamen attente conſideres hujus verba, dicentis, quod* exurgens Maria abiit in Montana, in civitatem Juda; *vix quidquam faciberis in toto ejus Euangelio eſſe obſcurius.* Montem quidem Juda *legimus in libro Joſue cap.* 21 ℣. 11, *in eoque civitatem,* quæ vocatur Hebron, *quæ Caathitis Aaronicarum familiarum primæ, prima ſortitione obtigit. Eamdem ſcimus fuiſſe Davidis regiam quamdiu ſolis Judæ ac Benjamin tribubus imperavit; nec procul à Hieroſolymis extitiſſe; ſed ejus nuſquam deinde in Scriptura nominatæ, Chriſto naſcente fortaſſis nec rudera ſupererant; tantum abeſt ut ea fuerit vel proprie vel antonomaſtice dicta* Civitas Juda, *hoc quo de agimus tempore, quando, Tribuum ex Aſſyria regreſſarum habitatione confuſa, ceſſabat veteris partitionis appellatio; &* Judæa fortaſſis dicebatur *id totum quod in Palæſtina Herodes Aſcalonita cum titulo Regis obtinuit, etiam trans Jordanem.* Surrexit autem Maria in his diebus, & profecta eſt ſtudioſe in montana, in civitatem Judææ, & ingreſſa in domum Zachariæ. *Hanc ſane ut vetuſtiorem Lectionem ſecutus Juvencus Presbyter, ſic exorſus eſt iter Mariæ deſcribere:*

ſitne ea vetus Hebron in monte Juda,

B C

Illa dehinc rapidis Judæam paſſibus urbem,
Zachariæque domum penetrat.

Quin & ipſa vulgata, dum ex Græco ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας, *vertit* ſuper omnia montana Judææ, *dubitare nos facit, an ſimiliter ab initio* Lucas non ſcripſerit, εἰς πόλιν, *non* Ἰούδα, *ſed* τῆς Ἰουδαίας.

57 *Eſt etiam incertum ſatis, an melius legatur,* civitas Juda, *quàm* civitas Judææ, *ſicut habet Syriaca verſio, juxta Pariſinam trilinguem editionem; ubi ſic invenitur. Verum ſive* Civitatem Juda *ſive* Judææ *legas; manet ſemper eadem difficultas (quando nullus invenitur Auctor, qui aliquam Civitatem proprio nomine ſic dictam noverit) manet, inquam, difficultas, ut explicetur, quo jure aliqua ſic fuerit antonomaſtice appellata; & utrum ea tam certo ſit quærenda prope Jeroſolymam, ac viſum eſt Notkero, qui ad hunc diem* XXIV *Junii ſcripſit, quod* Joannes revera in Hebron civitate Juda, quæ ad fugitivorum præſidium Sacerdotibus fuerat delegata, auctoritate Jeſu filii Nave & Euangelii S. Lucæ, & natus creditur & nutritus: *item, utrum ejuſmodi credulitas in Oriente ſit nata, an vero ex noſtro Occidente & communiori Interpretum tunc noſtrorum ſententiâ, inducta in Palæſtinam, ſeculo* IX *vel* X, *prout jam aggredior explicare.*

& qualis ſic dicta antonomaſtice fuerit.

D

AUCTORE D. P.

item an non ſit legendum civitatem Judææ,

58 *Franciſcus Maria Florentinius, Vetus Occidentalis Eccleſiæ Martyrologium, quod Hieronymianum appellamus, illuſtrans; cum ibi ad diem* XXIV *Junii legatur,* In Machærunte caſtello (*ubi qualiſcumque Joſephus aſſerit* Baptiſtam *fuiſſe decollatum*) Conceptio Joannis Baptiſtæ; *Exercitatione* XIV *conatur veroſimilem facere ſententiam, tanta vetuſtate ſubnixam. Ejus argumenta eo tendunt omnia, ut* Machærus, fuerit fecunda quondam arx Judææ ab Hieroſolymis, *teſte Plinio, quam* Herodes Aſcalonita *multipliciter munierat ornaveratque, & ædificato ibidem Palatio Regiam ſibi conſtituerat, naſcente Chriſto; atque antonomaſtice dicta* Civitas Judææ, *eo ſenſu quo Rex ipſemet Herodes eodem Capite* Rex Judææ *appellatur; nomine tunc complexo omnem à mari uſque in Arabiam regionem etiam trans Jordanem. Aliter prorſus res ſe habebat, inquit ille, eodem Chriſto morienie, quando* Pilatus *dicitur* Judæam procuraſſe, *aliique poſt illum; ubi* Judææ *nomine ſolum venit pars illa dimidia Palæſtinæ, quæ ab Antipatride ad mare ſita, uſque ad Jordanem extenditur: quo ſenſu Macherus tunc ſpectabat ad Galilæam, Herodis Junioris portionem.*

Mr lium S. Hieronymi Conceptionem Machærunti adſcribit,

alteri ſub Herode Regiæ civitati.

E F

59 *Suam autem conjecturam Florentinius firmat ex eo, quod prope ſit* deſertum antrumque Baptiſtæ, *& primus baptiſmi ab eo inſtituti locus* Bethabara *alias* Bethania; *alioquin is longe à patria ſua vixerit delituerituque* S. Joannes uſque ad tempus oſtenſionis ſuæ. *Favet montanus loci pene inexpugnabilis ſitus, à Joſepho fuſe deſcriptus; propter quem, inquit Florentinius,* Herodi regnanti omnibus locis viſus eſt curâ dignior .... *quare* magno eum muro complexus ac turribus, civitatem iſtic incoli fecit; quod autem muro cinctum eſt ſaxo-

juxta deſertum Baptiſtæ & locum baptiſmi

AUCTORE D. P.

A sus est collis, in proceram altitudinem surgens. *Si autem civitatem ibi condidit* Herodes, *totius Judaici regni secundam ab Jerosolymis, cur eamdem non potuit ipse* civitatem Juda *vel* Judææ *nominari voluisse? tamquam primam Judææ contra proximos Arabes munitionem? sicuti Constantinus Byzantium jussit vocari* Novam Romam.

& circa Montana,

60 *Et ipse quidem Machæruntis collis undique præruptis cingitur vallibus; ex ea tamen parte,* quæ ab Oriente est, monte ex adverso Machæruntis posito terminatur. *Potuerunt ergo hæc Montana tempore illo vocari* Montana Judææ, *instar valli objecta Arabiæ: quamquam & civitas* Juda *&* Montana Judææ *dici desierint, cum illi desierunt ad* Judæam *pertinere, nomine illo restricto ad partem Procuratoribus Romanis commissam. Inde etiam apud Scriptores Romanos prius nomen* Machæruntis *durationem habuerit, abolito altero illo, si vere in usu aliquo fuit ut contendit Florentinius. Cum autem Saraceni Arabes totam trans Jordanem regionem fecissent juris sui, extincta apud* Machæruntem *fuerint, si qua ibi erant* Joannis Baptistæ *monumenta Ecclesiarum; soliusque eremi & spelunca memoria mansit. Fidelibus autem ad interiora Terræ sanctæ recipientibus se, placuerit memoriam desolatorum alibi locorum instaurare circa Jerusalem: in cujus vicinia, inter Bethsuram & Emauntem, tribus dumtaxat aut quatuor stadiis à civitate, cum inveniretur antiqua memoria Sancti alicujus* Zachariæ (*unde ferme initium capiunt* Montana, Judææ *dicta tempore Josue*) *cœptum sit paulatim credi istic fuisse domum* Zachariæ *patris* Joannis Baptistæ; *& huic credulitati aptata deinde loca sint, eis similia, quæ antea circa* Machæruntem *monstrabantur; puta specus, fons, hortus, qui sancto Prodromo ejusve parentibus in usu fuisse dici possent, sacellisque & stationibus ornari atque monstrari peregrinis loca sancta obeuntibus.*

Judæam inter & Arabiam sita.

quibus per Saracenos occupatis,

B

61 *Verum hujusmodi persuasio necdum obtinebat seculo* VIII, *quo versus medietatem procedente, illuc peregrinatus est S. Willibaldus, Aichstadiensis in Germania Episcopus, in cujus Hodœporico, per consanguineam Sanctimonialem Heidenheimensem scripto, & apud Canisium tom.* 4 *antiquæ Lectionis inveniendo, sic legitur:* Venit in Bethleem ... & inde in villam quæ

propter domum Zachariæ alterius

C vocatur Thecua ... inde in Lauram, ubi requiescit S. Saba. Inde venit in locum ubi Philippus baptizavit Eunuchum, & inde ibant ad Gazam ... & inde ibant ad S. Zachariam Prophetam; non patrem Ioannis, sed alterum Prophetam: & inde ibant ad Castellum Aframiam, ubi requiescunt tres Patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob cum uxoribus suis; & inde venit iterum in Jerusalem. *Vides circumitum omnem eum locum, in quo vulgo nunc creditur natus educatusque* Joannes; *ibique non paternam ejus domum, sed alterius* Zachariæ *tunc ostensam; ejus ut credo, qui cum esset filius summi Sacerdotis Joiadæ, Proregia auctoritate usi sub Rege Joa, facile concipi potest paternos ibi habuisse fundos, tamquam juxta primam sacerdotalium civitatum, & Jerosolymitano templo Regiæque propinquam, ubi & sepultus à suis fuerit, postquam eum ministri Regis lapidibus obruissent in atrio templi; ibique cultum sibi proprium habuerit, quoadusque per eum quem dixi errorem, idem locus cœpit credi ad patrem* Baptistæ *pertinuisse.*

seculo 8 ibi notam,

ac deinde patri Joannis adscriptam,

62 *Hoc vero primum puto seculo* XI *factum, quando loca sacra restaurabantur per Latinos, jam inde à tempore Notkeri persuasos Hebron esse* civitatem Juda, *quam Lucas nominat. Etenim ex hoc tempore, invenio Joannem Phocæ, Epiphanium Hagiopolitam, tertiumque Hodœporici sacri Auctorem Anonymum inter Symmicta Græca Allatiana, necnon Latinos plures postea,* Zachariam, *Joannis patrem ejusque domum & possessiones commemorare, ut prope Jerusalem ac Bethleem posita. Primus ita scribit:* A sancta civitate stadiis fere quatuordecim Zachariæ Prophetæ domus inspicitur, in quam post Annuntiationem Immaculatissima Deipara solicite contendens, Elisabetham salutavit ..... In loco itaque illo castellum & templum super spelunca situm est: in speluncæ verò ultimis recessibus Præcursoris nativitas accidit. *Similia apud duos alios leges, ut Latinos præteream, & cum iis novissimos Terræ sanctæ illustratores, licet tale nihil habeat Hieronymus in Vita Paulæ, Adamnanus, Beda aliique vetustiores; haud prætermissuri Præcursoris natalem locum, si tam vicinus Hierosolymis fuisset. Huic autem ex illo silentio petitæ rationi objici nequit quod neque* Machæruntis *meminerint; hanc enim prætereundi alia ipsis causa fuerit; eadem scilicet quæ fuit Carmelum non attingendi: quia nempe ad utrumque montem, firmissimis Saracenorum præsidiis insessum, non dabatur accessus Christianis, cum ipsi scriberent.*

ab auctoribus sec. 11 & deinceps.

D E F



A 63 *Illuſtrandæ quadamtenus quæſtioni propoſitæ, placet reproducere tabellam Terræ-Sanctæ, quæ alias uſui fuit ad Tomum* 1 *&* 2 *Maji: ubi trans locum Baptiſmi* Machærunta *videbis, & juxta ipſam* deſertum Joannis *in quo prædicabat; extenſum verſus* Bethabaram *ſive* Bethaniam, *ubi baptizabat. Circa* Mare Tiberiadis, *ad Septemtrionem & Orientem* Trachonitidem & Ituræam *tibi imaginare, Philippi Tetrarchiam, ac porro in Galaaditide* Abelinam regionem, *Lyſaniæ Tetrarchiam.*

Jam dictis nihil obeſt diſtantia loci à Jeruſalem & Bethleem:

64 *His ex & pro Florentinio, ſimulque pro antiquiſſimi Martyrologii auctoritate ſic deductis, objiceret forſan aliquis majorem* Machæruntis *ab Jeruſalem, quam* Hebronis *diſtantiam; indeque confici volet,* Zachariam, *Joannis Patrem, hic potius quam iſtic habitaſſe, ut eſſet ſuo templi miniſterio propior. Sed levis iſta objectio eſſet: quia conſtat in omnibus Judaici regni oppidis ac locis paulo frequentioribus fuiſſe Synagogas; quas qui adminiſtrabant Levitæ & Sacerdotes, nullâ locorum ſuorum diſtantiâ impediebantur, quo minus inde excurrerent Hieroſolymam, ad ſuas ſtatis temporibus vices in templo obeundas. Multo etiam levius urget, quod Bethleemo longius abſit* Machærus, *non longe autem à Bethleemo natum eſſe* Joannem *oporteat ex eorum ſententia, qui credunt* Zachariam *ideo occiſum ab Herodianis, quia communi infantum Bethleemiticorum cædi ſubduxerat filium; & prope* Hebron *monſtrant ſaxum, quod fugientem cum parvulo* Eliſabetham *in ſe receperit ſinum ſuum aperiens: ſed quis non videat, iſta aliud non eſſe, quam apocryphorum ſomnia? Non tamen diſſimulaverim, in eo ipſo quod defendere conamur, vetuſtiſſimo Martyrologio, ad hunc* XXIV *Junii ſic legi:* In provincia Palæſtinæ, civitate Sebaſtia, Natalis S. Joannis Baptiſtæ. *Eſt autem* Sebaſtia *ſive* Sebaſte *eadem, fere quæ priſcis* Samaria; *utique valde diverſa à* Machærunte. *Sed ſciendum eſt,* Sebaſtiæ *fuiſſe præcipuum* Baptiſtæ *cultum, propter corpus ibi ſepultum à diſcipulis, & à Chriſtianis eorum poſteris ſub magno Conſtantino excitatum magnificentiſſimum templum. Sic Cangius reperiſſe teſtatur aliquod Martyrologium ſub nomine Hieronymi & Euſebii (diverſum tamen à quatuor apographis vetuſtioribus) ubi ad* IV Kal. Septembris *legitur;* In Emeſa, civitate Phœniciæ Provinciæ, natalis S. Joannis Baptiſtæ, quo die decollatus. *Quamvis ergo, neque* Sebaſtiæ, *neque* Emeſæ *vel natus vel denatus* Joannes *fuerit; Natale tamen illius feſtum imprimis eis locis adſcribebatur, ubi celebrius agebatur quam alibi. Congruum nihilominus erat, in Martyrologio ſemel ſaltem fieri mentionem* Machæruntis, *unde initium ſumit Evangelica hiſtoria, licet obſcure, & ſub titulo* civitatis Judææ.

aut Natali Joannis etiam Sebaſtæ & Emeſæ adſcriptus.

C

§. IV. *De tempore, loco ac feſto Decollationis.*

Cædes patrata anno V. Æ. 32.

65 *Duplex de anno Crucifixionis ſententia, duplicem de anno Decollationis ſententiam poſt ſe trahat neceſſe eſt; nec poſſunt Æræ vulgaris aſſertores hanc non referre in annum ejuſdem Æræ* XXXII: *itaque clades, Herodiano exercitui ab Aretha Arabiæ Rege illata anno (ut infra dicitur)* XXXVII, *proximior fuiſſet ſceleri, quam ſi hoc, juxta Henſchenium, fuiſſet factum anno* XXVIII. *Sed quæ vindicta toto quadriennio poteſt dilata videri, poteſt etiam ampliari ad octennium vel novennium, ſi tamen ea de re hic nobis laborandum eſt propter ordinem rerum à Joſepho narratarum de bello inter Aretham & Herodem juniorem geſtum, poſtquam ſupra vidimus, quantopere apud Auctorem iſtum vacillet tota Herodianæ familiæ hiſtoria. Ipſo igitur dimiſſo teneamus Baptiſtam cæſum anno vulgaris Æræ* XXXII. *Quæramus autem ulterius, quo menſe & loco ſcelus patratum ſit.*

D AUCTORE D. P. *aut* 27.

66 *Venerabilis Beda, in Marci caput* 6 *lib.* 2 *cap.* 26 *ex eoque Ado ad* 24 *Febr.* Notandum, *inquit,* quod miraculum panum ſcripturus Euangeliſta Joannes, præmiſit, quod proximum eſſet Paſcha dies feſtus Iudæorum; Matthæus vero & Marcus hoc, interfecto Joanne, continuo factum eſſe commemorant; unde colligitur, Joannem, imminente feſtivitate Paſchali, fuiſſe decollatum; & anno poſt hunc ſequente, cum denuo tempus Paſchale rediret, myſterium Dominicæ Paſſionis eſſe completum. *Hoc ſequens Uſuardus,* ad IV Kal. Septembris; Decollationem, *inquit,* circa ſolennitatem Paſchalem eveniſſe, ex Euangelica comprobatur hiſtoria. *Non tamen aſſentiuntur Janſenius, Salianus aliique poſt eos: qui in ipſo Euangelio ſatis rationis invenire ſe putant, ut notabile temporis ſpatium inter Decollationem & Paſcha fluxerit. Sane non ſtatim à cæſo Joanne dicuntur diſcipuli Chriſto nuntiaſſe ejus mortem, ed à curata illius ſepultura dixiſſe quid egerint. Plus autem temporis requiritur, dum vulgatur cædes, veniunt diſcipuli, corpus impetrant auferendum Samariam, inde ad Chriſtum veniunt; hic cum illis trajecto lacu Genezareth in deſertum ſe recipit, panes multiplicat, Capharnaum redit, per Galilæam ambulat, nolens in Judæa ambulare, quo invitabat proximum Paſcha. Satis ergo appàret, cædem Joannis poſſe referri in Februarium menſem. Hujus autem die* XXIV *cum ſolenniſſime in tota Orientali eccleſia celebretur prima Inventio Capitis, haud abſurdum fuerit cogitare ita divinitus fuiſſe diſpoſitum, ut ipſum Caput eodem die revelaretur, quo decollatus fuerat* Joannes *fortaſſis & natus: potius quam (quod ex Epiſtola ad Bibianum, Auguſtino attributa, notat Mabilio ad Liturgiam Gallicanam pag.* 160) eodem die conceptus, & Herodis funeſti gladio trucidatus *ſit.*

ante Paſcha,

E *ſed in Februario potius quam immediate antè,*

& forte 24 *die quo & natus ſit:*

67 *Hoc autem poſito, ruit fundamentum, ex quo ſupponitur tunc Hieroſolymis fuiſſe Herodes, causâ Paſchatis; ſicut fuit tempore Paſſionis Chriſti. Sane præſentia, non ſolum tot Principum Herodis, Tribunorumque & primorum Galilææ, ſed etiam Herodiadis ac filiæ ejus, ſuadent ut convivium actum ſit in Galilæa aut ſaltem in Peræa, ubi Tiberiadem Herodes condiderat in honorem Tiberii Cæſaris, palatium quoque atque etiam carcerem; in quorum altero convivium celebratum ſit, in altero vel vicinâ aliqua arce captivus jacuerit Joannes. Verum Tiberiade triginta horarum leucis & amplius diſtat caſtrum ſeu civitas Machæruntis iſtic ubi Iordanis mari Mortuo ſe immergit, aſſurgens; & ubi occiſum ab Herode Baptiſtam aſſerit Ioſephus. Sed qua veroſimilitudine? Si (ut ipſe ait) locus iſte erat ſub diſpoſitione ſeu juriſdictione Arethæ Regis Arabum ibi & præſidium & Præfectum habentis: & ex intervallo leucarum dumtaxat undecim Regiam civitatem* Petram *Arabiæ, qui Aretas erat & eſſe debebat Herodi graviſſime infenſus propter injuriam repudii filiæ ſuæ ab eo paratam, ſicuti ſuperius ex ipſomet Ioſepho relatum*

F *idque Machærunte,*

ubi etiam, non Jeroſolymis.

A AUCTORE D. P.

relatum est. Igitur eo posito ruit tota Iosephi circa locum cædis auctoritas, ut dissimuletur prænotata distantia à qualicumque Herodis regia. Nimis absurdum fuerit, absurdum tamen si cogitetur Herodes captivum suum secum traxisse Ierosolymam, quamvis Herodiani & palatium ibi haberent & jus quoddam utendi publico carcere ad reorum custodiam sibi subditorum, si quos ibi forte comprehenderent permittente vel dissimulante Præside Romano istic supremum jus habente, uti patuit in sanctis Iacobo & Petro; quorum primum ibi gladio Herodes percussit, alterum eodem fine in vinculis habuit. Verum ut dixi neque tale convivium videtur Ierosolymis celebratum, neque illuc usque protractus Ioannes Baptista; ubi eum liberare potuisset Pilatus à fautoribus & discipulis Ioannis interpellatus; si ipsi (nam inimici erant ad invicem *Euangelio teste) ægre facere voluisset. Quod autem Ierosolymis accumbens Herodes in Galilæam miserit qui captivi istic Ioannis caput adferret, quis credet?*

natalitiam cœnâ præbuerit Herodes.

B

68 *Putat quidem Eruditissimus Cangius non multum attinere, quam procul convivii locus fuerit à loco carceris, quodque potuerit etiam post unum alterumve diem præstari res, promissa convivii tempore: sed hoc ei non assentiuntur tot sancti Patres, qui inter ipsas convivantium manus, cruentum adhuc caput stillantemque per digitos sanguinem repræsentant, rhetorice quidem exaggerantes indignitatem facti, ex hypothesi tamen, quod nulla interceserit mora inter saltationem puellæ & decollationem Prophetæ; atque apportationem capitis coram iisdem convivis, quorum verecundiâ motus Herodes non fuerat ausus iniquissimum postulatum rejicere; neque sperare prudenter potuisset Herodias certo patrandum facinus post unam alteramve noctem, quando remoto vino in se regressus Herodes potuisset prætextum & modum invenire differendi aut potius numquam implendi præceptum: unde sequitur ut suprà monui nullum notabile intervallum vel loci vel temporis hic concipi posse.*

Ecclesia tamen elegit diem 29 Augusti

69 *Interim Ecclesia, tam Orientalis quam Occidentalis, suo jure usa,* festum Decollationis, *cujus proprium diem nulla certa auctoritate vel traditione habebat definitum, elegit colere die* XXIX *Augusti. Non tamen quia tali die (sicut ex Beda habet Usuardus, & ex hoc Romanum hodiernum)* caput secundò repertum est in Emesa civitate atque in ecclesia conditum: *diu enim antè dies iste tali titulo sacer habebatur, ut mox patebit. Invenienda est ergo causa*

C

non quia tunc inventum sit caput,

antiquior, nec alia occurit verosimilior, quam quia ecclesia S. Joannis Baptistæ *Sebastæ, verosimiliter erecta sub Constantino, aut etiam matre ejus Helena curante, tali die sit dedicata, & in eam illatum corpus sacrum ex suburbano, in quod discipuli illud condiderant monumento, ac positum inter corpora SS. Elisæi & Abdiæ Prophetarum.*

sed quia tunc festum agebatur Sebastæ,

70 *Quamquam enim in vetustissimo Hieronymiani Martyrologii ecgrapho Epternacensi, aliud non legatur, quam,* IV Kalend. Septembris Passio Joannis Baptistæ: *magis integre tamen videtur scriptum in ecgrapho Blumiano;* Sabastia (*corrige* Sebastia) S. Joannis Baptistæ, qui passus est sub Herode Rege: *& his ultimis verbis omissis, præpositis autem aliis, in Lucensi sic:* Pausatio S. Helisæi Prophetæ, discipuli S. Heliæ. * In provincia Palæstina civitate Sebastia, Natalis S. Joannis Baptistæ: *quem locum ad * in duos dies dividit ecgraphum Corbeiense, & posteriorem partem secundo rursum loco ponit, & pro* Natalis *scribit* Passio: *cumque eadem verba in omnibus prænotatis ecgraphis ad* VIII *Kal. Julii etiam legantur; dubium esse non potest, utrum in Augusto verba ista,* In Provincia Palæstina, civitate Sebastia, *ad Elisæum referri debeant, potius quam* ad Joannem; *& utrum eidem loco uterque* Natalis, *seu potius* Nativitas *&* Passio, *adscribantur: non tamquam ibi factæ, sed tamquam ibi præcipuo cultu celebratæ, propter præsentiam corporis. Venerabilis Beda, loco supracitato, allegat etiam ipse* Martyrologium, quod Eusebii & Hieronymi vocabulis insignitum est, *quasi in eo legatur:* Quarto Kalendas Septembris in Emesa civitate Phœniciæ provinciæ, Natale sancti Joannis Baptistæ, quo die decollatus est. *Sed consensus tot apographorum, Beda ipso vetustiorum aut ex vetustioribus descriptorum, persuadet, interpolato exemplo usum esse Bedam; interpolationis vero auctorem habuisse aliquem, cui constabat de potiori tunc cum scriberet apud Emesam cultu.*

D

verosimiliter ob corpus tunc translatū;

71 *Ex præmissis liquet, diem* XXIX *Augusti, jam inde à tempore Eusebii (ex cujus collectione is Martyrologium suum hausisse Hieronymus creditur) festivam fuisse Sebastenis, sub titulo* Passionis & Decollationis. *Nec dubito quin etiam festivus idem fuerit Emesenis, post expositum apud eos Caput, non autem ut diem huc spectantem: quo autem tempore ejusdem Translationis diem anniversarium susceperit Ecclesia, mihi non liquet. Nam Sermones S. Augustini inter* XVII *secundus & decimus, nullum diem definiunt; non item Sermo Chrysippi Presbyteri Hierosolymitani, initio* V *seculi florentis ante scriptos Sermones Augustini vel huic coævorum Fulgentii Ruspensis in eadem Africa Episcopi, Basilii Seleucensis in Esauria, & Petri Chrysologi Ravennatis in Italia Antistitum. Solum ex iis probatur circa annum* CCCC *vel etiam antè, susceptum fuisse aliquem diem* Passioni *isti recolendæ; quidni autem idem* XXIX *Augusti, saltem in Orientali & Græca Ecclesia, idque ab ætate Constantini, & tempore conditæ apud Sebasten ecclesiæ? Ipsum certè suscepisse videtur Romana Ecclesia, à tempore immemorabili: siquidem vetustissimum ejus Sacramentarium Gelasianum, habet Missas tres,* in die Passionis S. Joannis Baptistæ, IIII Kal. Septemb. *& hoc sequitur Sacramentarium Gregorianum: præponit tamen eodem die Missam pro* Nat. S. Sabinæ, *Gelasiano ignotæ, adeoque primum assumptæ seculo* V; *& quidem tanta cum solennitate, ut in vetustissimo ejusdem Romanæ Ecclesiæ Kalendario, quod Joannes Fronto Parisiis vulgavit,* ad IV Kal. *solius* Sabinæ *Missa notetur,* Decollatione S. Joannis Baptistæ *ad diem sequentem translata: quoad Gregorius iterum jussit pariter celebrari utrumque.*

E

& ibi quidem jam inde à seculo 4,

& à sec. 5 in Italia

F

72 *In Missali ritus Ambrosiani, eodem die præcipitur eadem & sola* Decollatio *agenda: sed cum istud Missale à tempore S. Ambrosii multas susceperit innovationes & additiones, quis nos certos præstabit, Missam istic notatam non esse S. Ambrosio recentiorem, etsi Ambrosiani ritus formam sequatur? In Africa certe, unde habemus tomo 3 Analectorum Mabilionis Ecclesiæ Carthaginensis Kalendarium, Ambrosio Augustinoque posterius, legitur quidem* VIII Kalend. Julii sancti Joannis Baptistæ, *sed ad* IV Kalend. Septem-

nescio an etiam Mediolani sub S. Ambrosio:

A *certe tunc ſic non fiebat in Africa;* Septembris *ſolum notatur* depoſitio Reſtituti & Auguſtini Epiſcopi, *pridie defuncti, quo nunc colitur: ad* VI *autem* Kal. Januarii, ſancti Joannis Baptiſtæ & Jacobi Apoſtoli, quem Herodes occidit; *pro quo in Gelaſiano aliiſque ſecutis notatur hujus frater* Joannes Euangeliſta, *abſque mentione Jacobi: Gallicanum vero Sacramentarium, in Muſæo Italico Mabilionis, Miſſam* in S. Joannis Paſſione *immediate collocat poſt aliam, quæ Nativitatem celebrat, ſed ante Miſſam dicendam in Natale SS. Petri & Pauli; poſt ipſum vero eadem* Miſſa in Paſſione *collocatur in Miſſalibus Gallo-Gothicis tam eo quod præfatus Mabilio habet lib.* 2 *&* 3 *de Liturgia Gallicana, quam eo quod edidit Thomaſinus in codice Sacramentorum, utique ante Miſſas* de SS. Sixto, Laurentio, Hippolyto, & Sinfuriano, quæ *Liturgiæ, inquit Mabilio pag.* 160 præcedere debuerant. *Ego vero potius dicerem, argumentum id eſſe, quod Eccleſiæ, quarum iſta Miſſalia fuerunt, cum incertum haberent diem* Paſſionis; *elegerint eam celebrare ipsâ* Octavâ Nativitatis, *immediate poſt feſtum Apoſtolorum; ſicuti S. Gregorius pro* B Octavis *Epiphaniæ propriam inſtituit Miſſam in qua loqueretur Euangelium de Chriſti Baptiſmate, quod in ipſa die Epiphaniæ (cujus Miſſa tota de Adoratione Magorum eſt) fuerat obſcuratum.*

in Gallia autem & Hiſpania poſt feſtum Nativitatis.

§. V. *Miſſæ de Paſſione ſeu Decollatione Joannis ex vetuſtis Sacramentariis Latinis.*

Miſſa ritus Ambroſiani,

73 *Incipio à Liturgiâ Ambroſiana pro quo cumque die vel à quocumque auctore ea uſurpata fuerit: & Miſſa, de qua agitur ordinata.* INGRESSA *ſumitur ex communi unius Martyris*, Juſtus non conturbabitur, quia Dominus confirmat manum ejus: tota die miſeretur & commodat, & ſemen ejus in benedictione erit in æternum, dicit Dominus. *Oratio* SUPER POPULUM Protegat Eccleſiam tuam, Deus, oratio veneranda beatiſſimi Præcurſoris & Martyris tui Joannis Baptiſtæ; & cui frequentiam devotionis impendit, perpetuæ poſcat redemptionis effectum. *Lectio Epiſtolæ* ad Galatas cap. IV. Fratres, ſcitis quia per infirmitatem C carnis euangelizavi vobis jam pridem. ℣ IN ALLEL. (*nobis* Gruduale *dictum*) Puellæ ſaltanti imperavit mater, Nihil aliud petas niſi caput Joannis Baptiſtæ. *Euangelium* SECUNDUM MARCUM cap. VI In illo tempore, miſit Herodes Rex, ac tenuit Joannem. Post EUANG. Ferrum petranſiit animam ejus, donec veniret verbum ejus: eloquium Domini ignivit eum. SUPER SINDONEM: Perpetuis nos, Domine, quæſumus, S. Joannis Baptiſtæ tuere præſidiis; & quanto fragiliores ſumus, tanto magis neceſſariis attolle ſuffragiis.

cum propriis omnibus,

74 OFFERT. Miſit Herodes Rex in carcerem, ut amputaret caput Joannis Baptiſtæ, pro eo quod dixit ei; Non licet tibi ut habeas uxorem fratris tui adulteram. ℣. Herodias autem inſidiabatur ei, & quærebat occidere eum, pro eo quod dixit ei; Non licet: &c. SUPER Oblata. Auxilientur nobis, Domine, B. Præcurſoris & Martyris tui Joannis Baptiſtæ veneranda merita Paſſionis, & hæc nobis Hoſtia tuæ placationis exiſtat. PRÆFATIO. Æquum & ſalutare; nos tibi, omnipotens Domine, gratias agere, teque omni tempore benedicere, & in hac præcipui feſtivitate diei laudare, in quo B. Joannes Baptiſta martyrii eſt coronam adeptus, quo inter natos mulierum major nemo extitit, nuptias prohibendo illicitas, glorioſum martyrii triumphum capite truncatus obtinuit; & Dominum Jeſum Chriſtum mundi Salvatorem veniſſe, corporali præſentia demonſtravit: ejus quoque deſcenſionem præcurrens, inferis nuntiavit. Et ideo. CONFRACTIO. In ſecula gaudebo, pſallam Deo Jacob, & omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua juſti. TRANSITUS. Arguebat Herodem Joannes propter Herodiadem, quam tulerat fratri ſuo Philippo uxorem. Miſſo Herodes ſpiculatore, præcepit amputari caput Joannis in carcere: quo audito, diſcipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus, & poſuerunt illud in monumento. POST COMM. Sancti Joannis Baptiſtæ & Martyris tui, Domine, quęſumus, veneranda feſtivitas, ſalutaris auxilii nobis præſtet effectum.

D AUCTORE D. P. *imprimis Præfatione.*

75 *Habes integram, ſicut in Miſſali jacet, Ambroſiani ritus liturgiam; cui præter Canonem,* E *omnibus Miſſis & Romano quoque hodierno communem, nihil eſt quod addi debeat. Tranſeo ad alia Sacramentaria. Gelaſianum ex Ambroſiano ſumit. recitandas, ante lectionem Scripturæ & Euangelii, Collectas duas, eas ipſas ſcilicet, quas illud habet recitandas* Super Sindonem & Poſtcommunionem. *Pro* SECRETA *autem aſſumit hanc.* Munera tibi, Domine, pro ſancti Martyris tui Joannis Baptiſtę paſſione deferimus: quia dum finitur in terris, factus eſt cæleſti ſede perpetuus. POST COM. Conferat nobis, Domine, S. Joannis utrumque ſolennitas, ut magnifica Sacramenta quę ſumpſimus ſignificata veneremur, & in nobis potius edita gaudeamus.

Aliæ, ex Codice Gelaſiano,

& Gregoriano, cum Præfatione hujus,

76 *In Gregoriano eadem tres habentur Collectæ quæ in Romano hodierno: ſed inter Secretam* SUPER OBLATA, *& ultimam* ad complendum *interponitur, nunc uſurpari deſita, propria* Præfatio *ac* Benedictio, *& prima quidem ſic.* Æterne Deus: qui Præcurſorem filii tui tanto munere ditaſti, ut pro veritatis præconio capite plecteretur: & qui Chriſtum aquâ baptizaverat, ab ipſo in ſpiritu baptizatus, pro eodem proprio ſanguine tingeretur. Præco quippe veritatis, quę Chriſtus eſt, Herodem à fraternis thalamis prohibendo, carceris obſcuritate detruditur, ubi ſolius Divinitatis tuę lumine frueretur. Deinde capitalem ſententiam ſubiit, & ad inferna Dominum præcurſurus deſcendit: & quem in mundo digito demonſtravit, ad inferos pretioſa morte præceſſit. BENEDICTIO *autem ſic procedit.* Deus, qui nos B. Joannis Baptiſtæ concedit ſolennia frequentare, tribuat vobis & eadem devotis mentibus celebrare, & ſuę benedictionis dona percipere, Amen. Et qui pro legis ejus præconio carceralibus eſt retruſus tenebris, interceſſione ſua à tenebroſorum operum vos liberet incentivis, Amen. Et qui pro veritate, qui Deus eſt, caput non eſt cunctatus amittere, ſuo interventu ad caput noſtrum, quod Chriſtus eſt, vos faciat pervenire, Amen.

F

& Benedictione,

item ex Gallicano.

77 *Ex Gallicano Sacramentario habemus ſequentia*, Deus cui ſancta converſatione directa,

A AUCTORE D. P. glorioſi Joannis oranda ſanctitas, veneranda ſolennitas eſt: qui quondam, cum annuntiaret mirabiliter Redemptorem, expectabat ſpeculum luminis, initium baptiſmatis, teſtimonium veritatis; & in plenitudinem Chriſti ſignorum, poſt ſigna monſtrabat æmulus paſſionis: ſerviit Propheta baptiſmo, Baptiſta Martyrio; & Jeſum Dei filium, [pro] mundi redemptione venturum, quem annuntiare ſe prædicatione ſermonis oſtendit, amare ſe effuſione ſanguinis comprobavit. COLLECTIO SECRETA. Exaudi nos, bonorum omnium Diſpenſator, atque in electiſſimi tui Joannis ſolennitate præſenti delictorum indulgentiam placatus attribue, cui totum in virtute ſancti Spiritus ab ore tranſlatum, Chriſtus fuit moriendi cauſa, cui Chriſtus fuerat cauſa natcendi. Ipſe igitur nativitatis Dominicæ nuntius, ipſe præcurſor probatus eſt paſſionis. CONTESTATIO. Per Chriſtum Dominum noſtrum: cui in conſpectu vaticinium, in actu baptiſmum, in obitu martyrium: quo per unam eamdemque diſpenſationem, oſtendit generatio quem
B promiſit, converſatio quem docuit, paſſio quem dilexit. Prophetat in utero, prædicat in ſeculo, conſummatur in gaudio. A juſtitia eligitur, de juſtitia loquitur, pro juſtitia decollatur. Tantus Prophetæ ſplendor in carceris clauſtra detruditur, & pretioſus ejus ſanguis meretriciæ ſaltationis pretio taxatur, atque inter gentilitię * voluptatis epulas fit * ſpeculum: cui merito omnes Angeli &c. Sanctus.

* *an.* Genetliacæ? * *an.* Ferculum?

79 Utrumque Gothicum Miſſale, mire in hac Miſſa conveniens, ſic procedit. Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum hujus confeſſionis unanimes obſecremus; ut nos hodie vaticinatę vocis, Verbi Pręcurſoris, Legum limitis, Lucernę lucentis, ſancti Martyris Baptiſtę Joannis paſſionem celebrantes, ejuſdem interceſſione illuminet, deſcendat, & ſanctificet: ut qui pro veritate ſacrum ſanguinem fudit, pro nobis ad Deum preces fundere dignetur. Per Dominum. COLLECTIO SEQUITUR. In honorem beatiſſimi Martyris tui Baptiſtę Joannis, cujus hodie paſſionem celebramus, his Majeſtati tuę,
C omnipotens Deus, laudibus ſervientes, ſolennia teſta concinimus; ſuppliciter deprecantes, ut cujus meritis obſequimur, ejus te donante apud clementiam tuam precibus adjuvemur. Per Dominum. POST NOMINA. Munera populi tui, omnipotens Deus, quę tibi in hac beatiſſimi Martyris tui Baptiſtę Joannis feſtivitate deferimus, queſumus, propitiatus intende; ut perfecta hujus ſacrificii ſanctificatione purgati, noſtrorum à te mereamur conſequi veniam delictorum. Per.

& Miſſalibus Gothicis,

cum Collectis ad nomina,

& pacem,

80 COLLECTIO AD PACEM, Suſcipe, queſumus Domine, preces noſtras; & interceſſione Martyris tui Baptiſtę Joannis, quem in tuo honore veneramur, Eccleſię tuę vota confirma: qui etiam dignus eſt habitus, ut ei ſe baptizandum mundi Salvator offerret. Dignum eſt enim hoc mereri, ut omnes nos, baptiſmi tui gratiam conſecutos, meritorum ſuorum interceſſione conciliet Salvator mundi. IMMOLATIO MISSÆ. Dignum & juſtum eſt, equum & ſalutare eſt, nos tibi ſemper agere gratias, omnipotens &

ac Præfatione ad Sanctus.

miſeri-

cors Deus, inter has Sacramentorum epulas, D
Martyris tui caput cum Euangelica recordatione miſceri; & velut in diſco metalli radiantis, ita ſuper menſam tuę propitiationis offerri. Sit ergo nobis, Domine, jucunda laudatio, ſit in honorem Martyris recordatio cantici triumphalis: & cum cęleſtibus ſuperniſque virtutibus, fidelis populi ſymphonia miſceatur, quę à dextris tuis conſona voce ſub trina repetitione cantant, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Sequentia ex Laudunenſi.

81 *Tot antiquæ pietatis monumentis ſuccedat aliquod, ex medii ævi uſu ingenioque depromptum, quod Miſſale Laudunenſe ſupra iterum laudatum, ſuggerit cum titulo* Sequentię, *omiſſâ Proſâ Miſſalis Virdunenſis; quam quia minus elegans eſt, ſatis eſt indicaſſe.*

Matris melos triumphantis
Æmuletur militantis
Concentus Eccleſię.
Vita conculcetur iſta;
Hęc quęratur, quam Baptiſta
Eſt adeptus hodie.
Vox clamantis in deſerto
Clamat, tubat in aperto E
Divinum conſilium.
Verum monet & oſtendit:
Sed obdurat, & offendit
Verbum pacis, impium.
Hic infert Joannes Regi:
Turpe: contradicis Legi
Turpi adulterio:
Nec ex lege, nec ex more,
Fratris poteſt cum uxore
Carnalis commixtio.
His & illis inculcatis,
Dum cauſatur veritatis
Pręco turpes nuptias:
Contra vitam viri Dei
Machinantur ambo rei,
Herodes, Herodias.
Dies natalicius
Quo Herodes impius
Natus eſt, revolvitur.
Ornatur palatium,
Solenne convivium
Tribunis inſtruitur.
Cantant in convivio, F
Saltat in tripudio
Fœdæ matris filia:
Herodi, Baronibus
Una placent omnibus
Lenæ lenocinia.
Rex illectus & ejectus
Extra continentiam;
Sic puellæ: Pete: velle
Tuum ſtatim faciam.
Conſultrice genitrice
Petit cum inſtantia
Caput hujus, lingua cujus
Monebat ſalubria.
O Hamus dæmonis, crudelis regulus,
O! Caput Gorgonis & fraudis cumulus
Eſt in muliere.
Et quando caveat tantum dæmonium,
Cum preces valeant hoc & jejunium
Sola dejicere.
Sanctum caput detruncatur,
Et in menſis præſentatur,
Saltatrici deportatur,
Cædi * cedit cythara.

* *an.* Cæli cadit?

Sancti

A Sancti Præco veritatis,
Sta pro nobis hic proſtratis;
Et ad regnum claritatis
Nobis viam præpara. Amen.

§. VI. *De feſtis S. Joannis apud Græcos, eorumque Officiis.*

Conceptio 23 Septembris

82 UT *ordine naturæ, ſic etiam temporis apud Græcos, annum cum Indictione inchoantes à Septembri, in omnibus ipſorum ritualibus primum S. Joannis feſtum eſt Conceptionis ad illius menſis diem* XXIII : ἡ σύλληψις τ̃ τιμίου, ἐν δόξῃ προφήτου, προδρόμου καὶ βαπτιστ̃ Ἰωάννου: Conceptio venerandi ac glorioſi Prophetę, Pręcurſoris & Baptiſtę : *quæ cum per decurſum Officii etiam* θεία Divina *nuncupatur vel* ἁγία Sancta, *id eo intellige ſenſu, quo* miraculoſa *omnia & naturæ ordinem excedentia opera, divina merito nuncupantur & ſancta : non quaſi conceptio ipſa in ſe ſpectata ſancta fuerit, & pura ab originale; nam hæc ſolius Marianæ Conceptionis prærogativa fuit. Atque hoc videtur indicare Synaxarium, cum*

quomodo ſancta & divina dicatur :

B *ait,* Ταύτην τ̃ν θείαν σύλληψιν εὐηγγελίσατο τ῵ προφήτῃ καὶ Ἱερεῖ Ζαχαρίᾳ ὁ θεῖος ἀρχιστράτηγος Γαβριήλ, Εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, εἰπών· ὡς ἐκ τούτου προμηνυεσθαι διὰ τ παράδοξον τ̃του γήρως καὶ τ̃ στειρώτητος τ̃ Ἐλισάβετ, θεῖον καὶ παρθενικὸν τ̃ παναχράντου Θεοτόκου τόκον. Hanc divinam Conceptionem, Prophetæ atque Sacerdoti Zachariæ annuntiavit, divinus cæleſtis militiæ ductor Gabriel, dicens ; Exaudita eſt oratio tua ; volens per miraculum, in Eliſabethæ ſenectute & ſterilitate patratum præſignare divinum & virgineum partum Deiparæ undique immaculatum.

ejus Canon auct. Jo. Damaſceno,

82 *Canonem, & quæ Canonem præcedunt omnia,* Joannes Damaſcenus *compoſuit, primam ejus Oden ſic incipiens.* Τ̃ς στειρώσης ψυχ̃ς τοὺς λογισμοὺς, τοὺς ἀκάρπους ἐκτείλου, στειρεύσης ὁ βλάστου, εὐφορεῖν ὁρμήσαντι τ῵ σ῵ ἐν νιδυὶ μητρικ῵ ἁγίαν σύλληψιν. Cogitationes ſterilis animę infructuoſas ô ſterilis matris germen, mihi excole incipienti celebrare tuam in utero materno ſanctam Conceptionem. *Ejuſdem ſancti Poëtæ præliminaribus Stichęris ſeu verſibus ex more tribus, ſubditur ad* Gloria Patri *quartus* Byzantii, *qui in catena Hymnographorum à me explicata* XXX *Aprilis, ubi de S. Clemente Poëta; & ante Tomum ſecundum Iunii ſpectanda paginâ* XX *ad latus ſiniſtrum, quod Monachorum eſt, quintum locum tenet, poſt SS. Damaſcenum, Coſmam, Ioſephum, Theophanem, quorum ferè omnium Acta illuſtravi,* VI *Maji,* III *Aprilis, &* XII *Martii; de Coſma acturus in Supplemento Ianuarii ad* XV *diem : quod & de* Byzantio *libens facerem, ſi eum alicubi invenirem ſacris Faſtis adſcriptum. Interim hoc ejus Poëmation accipe.*

cum verſu Byzantii Hymnographi

C 83 Ἐκ στειρεύσης σήμερον νεδύου καρπὸς θεοσεμνοῦς ἀνεβλάστησε, Ἰωάννης ὁ θεόδρομος. Ἀχάλλα ἡ ἔρημος καὶ χόρευε ἡ ἀνθρωπότης· κῆρυξ ἰδοὺ ἔρχεται ἐν κοιλίᾳ μητρικ῵ σαρκοῦμαι. Δεῦτε ἀγαλλόμενοι ἐν τ῵ ἐν δόξῳ αὐτοῦ συλλήψει, οἱ φιλέορτοι· χορεύσωμεν βοῶντες. Ὁ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων ὑπάρχων, μὴ διαλίπ῅ς θεοσδεύειν ὑπὲρ τ῵ν πίστει τελούντων τ῵ θείαν σου σύλληψιν, ὅπως ἕυρωμεν ἱλασμὸν ἁμαρτιῶν καὶ τὸ μέγα ἔλεος. Hodie ex ſterili utero germinat fructus orationis, Joannes Prodromus: exulta eremus & tripudia humanitas. Ecce Præco pœnitentiæ venit incarnari in ventre materno : venite exultabundi in glorioſa ejus Conceptione, quicumque amantes eſtis feſtorum ; tripudiemus clamantes; O major inter natos mulierum, non omittas orare pro iis qui cum fide peragunt diem tuæ divinæ Conceptionis, ut inveniamus remiſſionem peccatorum & magnam miſericordiam. *Præſcribitur etiam* Μεγάλη δοξολογία, *id eſt Hymnus Angelicus, ſive* Gloria in excelſis Deo : *quod* ne mireris, *inquit Typicon S. Sabæ,* quia fas eſt poſt Octoëchum, & Cantemus Domino, majorem doxologiam facere, *ſic dictam reſpectu minoris, quæ per* Gloria Patri *abſolvitur ; ut videatur illa hic permitti ad ingens ornamentum tanti feſti.*

& cum majori Doxologia.

84 *Eamdem prærogativam, ſed abſolute & abſque libertate eam prætermittendi habet* Τὸ Γενν῅σιον Natale *feſtum ipſius Sancti, quod dixi præcipuo cultu agi cum Officio duplici Veſpertino majori ac minori, quemadmodum etiam duplex Canon ponitur in Menæis. Primi auctorem eumdem puto, à cujus Poëmatio in majoribus Veſperis poſt conſuetam Pſalmodiam inchoantur propria ipſius feſti, ſcilicet* Joannem Monachum, *cujus nominis quia inter Hymnographos nullus eſt præter* Damaſcenum, *veroſimile fit, non eſſe diverſos æſtimandos, ſed eumdem in Menæis modo à patria, modo à profeſſione cognominari. Ut ut eſt ab eodem cenſeri poteſt etiam eſſe Poëmation ſubſequens, tertium* Anatolii *eſt, quinti & ultimi inter Hierarchas ex ordine dextro poſt Methodium & Cyprianum: quare hic credi non poteſt eſſe Patriarcha Conſtantinopolitanus Sanctus, qui ſub Theodoſio Juniore præſedit, ſed alius multo junior alterius ſedis Epiſcopus, qualis etiam fuerit præcedens Cyprianus.*

Pro Natali eſt primus Canon Joannis Monachi,

E

cum Stichêro Anatolii,

85 *Quartum Poëmation Veſpertinum ſive Stichęrum* Andreæ *nomen præfert, haud dubiè Cretenſis alias dicti Hieroſolymitani & ſancti ; cujus, in arte Canonum pangendorum nominati, videri poteſt Canon alter hujus feſti, ſub hac acroſtichide currens.*

& Andreæ (à quo forte ſecundus Canon)

Κοινῆς χαρᾶς Πρόδρομον εὐφημ῵ ᾄσω.

Prodromum communis gaudii laudo libens. *Sed Canon ad matutinum Officium pertinet ; in majori autem Veſpertino, poſt illa quæ dixi quatuor Stichêra, ſequuntur tria alia abſque nomine auctoris; ac denique ad* Gloria *unum* Byzantii *prælaudati, alterumque ejuſdem vel alterius : tum Lectio ex Geneſeos* XVII, 15. Dixit Deus ad Abraham, Sarai uxor tua non vocabitur Sarai, ſed Sara, *& mox ex cap.* XXI, Viſitavit autem Dominus Saram *uſque ad* ℣. 9. Crevit igitur puer, & ablactatus eſt : fecitque Abraham convivium grande in die ablactationis ejus. *Alia deinde ex libro Judicum capite* XIII, *ubi Sampſon naſciturus ab Angelo prædictus matri ac deinde patri uſque ad* ℣. 21, Et ultra eis non apparuit Angelus Domini. *Tertia denique ex Iſaiæ cap.* XL, Conſolamini, conſolamini, populo mi, dixit Dominus Deus veſter, &c. *ubi* & Vox clamantis in deſerto, *& alia ex ſequentibus capitibus decerpta loca, in unum coaptantur, ac deſinunt in illis verbis Cap.* LIV : Quoniam multi filii deſertæ magis, quam ejus quæ habet virum. *Poſt quas Scripturas, rurſum notantur Stichêra duo : tertium ad* Gloria *adſcribitur* Andreæ ; *iterumque tria ;*

F

atque Byzantii,

cum Legendis ex Scriptura,

& Stichêro Caſſiæ.

A AUCTORE D. P.

tria ; & quartum ad Gloria *legitur ſub nomine* Caſſiæ Monachæ, *quæ in Catena prælaudata ponitur ultima, & utrumque latus catenæ à Chriſto deductæ, in ſe convertit. Sunt & alia multa in Officio hujus feſti particularia, quæ ſingula non vacat perſequi, ad alia feſtinanti.*

7 Januarii Synaxis Baptiſtæ

86 *Proximum Nativitati feſtum (ut enim Ambroſius ait* in Euangelio nihil ſuper Joanne legimus, niſi ortum ejus & oraculum, exultationem in utero, vocem in deſerto) *eſt* Synaxis, *die* VII *Januarii, poſt Domini Epiphaniam, ex ſæpe notato more Eccleſiæ Orientalis, majorum omnium myſteriorum feſtis ſubjungendi feſtivam commemorationem earum perſonarum, quæ præcipuam in eo quod celebratum eſt myſterio partem habuerunt ; unde ad diem prædictam ſic habet Synaxarium.* Τῇ ἐπαύριον τῶν ἁγίων θεοφανίων τῷ σύναξιν ἄγωμεν τοῦ προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ, ὡς τῷ μυστηρίῳ τοῦ θείου βαπτίσματος ὑπερχήσαντος, παρελάβομεν ἐξαρχῆς καὶ ἄνωθεν ἑορτάζειν, συνταττομένου καὶ αὐτῷ τοῖς ἄλλοις, ἵνα μηδέν τι τῶν ἐκείνου θαυμάτων σιωπήσωμεν. Poſtridie divinorum Theophaniorum, Synaxim ſanctiſſimi Prophetæ, Prodromi & Baptiſtę, ut qui myſterio divini Baptiſmatis ſubſervivit, celebrandam accepimus jam olim à principio, ceteris feſtivitatibus additam, ut ne quid mirabilium ejus prętereamus ſilentio. *Canonem feſti* S. Theophanes *compoſuit, ſub hac Acroſtichide :*

poſt Baptiſmum Chriſti,

B

cujus Canon eſt Theophanis,

Βαπτίστα Χριστοῦ, τοὺς ἐπαίνους μου δέξαι.

Baptiſta Chriſti, ſuſcipe encomia mea.

cum memoria tranſlatæ manus.

συνέδραμε ἡ καὶ ἡ τοῦ παντίμου αὐτοῦ χειρὸς πρὸς τὴν βασιλεύουσαν μετένεξις. Concurrit vero etiam venerandę manus ejus ad regiam urbem tranſlatio ; *de qua longe poſteriori inſtitutione infra agemus Cap.* V §. II.

29 Auguſti Decollatio;

87 Decollationis *feſtum,* XXIX *Auguſti, initio præfert nomen prælaudati in feſto Nativitatis* Joannis Monachi, *cujus pro veſpertino officio Poëmatia, ſequitur Lectio* Iſaię Prophetæ *eadem quæ ſupra : tum* Malachiæ *ex cap.* III ; Hæc dicit Dominus omnipotens, Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam (*cum levi ſcilicet verborum mutatione, ut magis myſterio congruant*) *& omiſſis nonnullis intermediis, pergitur uſque ad finem Capitis* IV *juxta verſionem* LXX *Interpretum. Tertia Lectio ſumitur ex* Sapientia Salomonis *cap.* IV ℣. 7 Juſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit: *& fere continuatur uſque ad* ℣ 8 *Capitis* V. *Tum ſequuntur* Germani Patriarchæ Idiomela, *ut vocant, id eſt, ut ego interpretor Sancto propria quædam ; & alia quædam* Joannis Monachi, *donec veniatur ad Officium Matutinum, in quo primus Canon* Poëma *ejuſdem* Joannis Monachi *eſt, eique miſcetur Canon alius nulli certo auctori adſcriptus. Ac denique* Δοξολογία μεγάλη, *& (ut habent Menæa)* δίδοται καὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον τοῖς ἀδελφοῖς, datur ſanctum oleum Fratribus, *idque dum fit, pſalluntur alia tria de ſancto* Idiomela. *Et hæc quidem in Choro, in Refectorio autem (uti notat Typicon)* γίνεται παράκλησις τοῖς ἀδελφοῖς μεγάλη· τύρου δὲ καὶ ὠᾶ καὶ ἰχθύν οὐκ ἐσθίομεν; Fit conſolatio magna Fratribus *(puta vini & olei)* caſeum vero & ova & piſcem non comedimus : *ubi forſan excidit particula* ἄλλοτε Alias. *Notat porro Florentinius, in propria de hoc argumento Exercitatione ad diem præfatum pag.* 792, *quod* apud Codinum cap. 15 de officiis, inter feſta quibus Imperator procedere ſolet, notatur primum Nativitas, deinde Decollatio Præcurſoris.

Canon Joannis Monachi,

S. Germani Idiomela,

pro hac Legenda ex Scripturis,

C

cœna lautior.

D

89 *Ad diem* XXIV *Februarii recolitur* Inventio capitis, *ſolenni ſatis Officio, quod pervetuſtum eſſe, ac forſitan à tempore S. Sabæ aut amplius, colligimus ex eo quod nullius Auctoris nomen uſpiam exprimatur : in fine autem per rubricam additur in Menæis, quod etiam Jejuniorum tempore, quando non fit conſueta Liturgia,* Alleluia *tamen cantatur ante Euangelium, poſt quod fit Liturgia Præſanctificatorum,* καὶ εἰσερχόμεθα εἰς τὴν τράπεζαν καὶ καταλυόμεν ἔλαιον καὶ οἶνον ἀνεὺ τῆς πρώτης ἑβδομάδος. Et ingredimur, *inquit,* ad menſam, & ſumimus vinum atque oleum, niſi ſit prima hebdomada *ſcilicet Jejuniorum, quæ initium ſumit poſt eam Dominicam, quam nos dicimus Sexageſimæ; quam Dominicam Græci vocant* ἀποκρέω Carnisprivium, *ſequentem vero à ſequenti Dominica* τῆς τυροφάγου, *quia ipsâ adhuc licet caſeo veſci. Non additur quota illa Inventio ſit: ſed primam notari in Palæſtina factam, & deinde tam in Cilicia quam Conſtantinopoli celebratam, veroſimillimum eſt : ſecunda apud Emeſam in Phœnicia ; etſi in Synaxariis narretur conjunctim cum prima, proprium apud Græcos feſtum non habet, ſed tantum tertia, qua apud Comanam repertum caput, relatum poſtliminio Conſtantinopolim eſt.*

24 Februarii prima Inventio capitis, cum Alleluia :

E

ſecunda caret cultu proprio ;

tertia ſub S. Ignatio 25 Maji.

90 *Contigit hæc ſub Patriarchatu S. Ignatii intra annum* XLVII *&* LVIII *ſeculi* IX ; *& recolitur feſtivo Officio die* XXV *Maji. Canoni præfigitur nomen* Taraſii, *non Patriarchæ Conſtantinopolitani, uti cenſet Simon Wagnereckius noſter, in Prolegomenis ad Marianam Græcorum pietatem num.* 27. *Hic enim ſedit ab anno* DCCLXXXIV *exeunte uſque ad anni* DCCCVI *diem* XXV *Februarii, quo colitur & Acta ejus illuſtravit Henſchenius : ſed alius longe junior, qui ſub prædicto Ignatio floruit ; auctor forſitan Sermonis de triplici Inventione, cujus ultimam partem infra Græco-latinam dabo ; vel alterius in feſto ejuſdem tertiæ Inventionis habiti ; & ſimiliter utráque linguâ dandi. Huic Auctori ſingulare eſt, quod Theotociis, quibus ſingulæ Canonis odæ terminantur, quæque alii Hymnographi ſoli Deiparæ canenda præſcribunt, abſque ulla mentione ejus Sancti, cujus eſt reliquus hymnus, Baptiſtæ mentionem ubique inſerat. Exemplo ſit Odes primæ hæc clauſula,* Joannem *alloquens :* Στειρωτικῆς ἀπὸ γαστρὸς ἐβλάστησας, ἑτοιμαζόμενον τῷ ποιητῇ Λόγῳ τὰς ὁδούς, Πανεύφημε, ὃν κόρης ἀνατείλαντι παναγίας ἀφράστως, ἣν Θεοτόκον γινώσκουσαι πᾶσαι γενεαὶ μακαρίζουσιν. Ex ſterili utero prodiiſti, præparans viam factori Verbo. O Celeberrime, ineffabiliter orienti ex ſanctiſſima Virgine ; quam quia Deiparam agnoſcunt, generationes omnes Beatam dicunt.

Qui Taraſius auctor Canonis?

F

Homiliæ Patrum de S. Joannis Baptiſtæ.

91 *Si quis plura de hoc argumento requirat, Tomum* VII *Bibliothecæ Concionatoriæ à Franciſco Combefis compilatæ adeat ; inventurus Latinorum Græcorumque Homilias complures, Euangeliis, tam Conceptionis quam Nativitatis illuſtrandis accommodatas, quarum quæ Græce ſcriptæ ſunt, etiam merentur originariâ linguâ excudi ab iis, qui Eccleſiæ Græcæ monumenta inedita Joannis Baptiſtæ Cotellerii exemplo, vellent in lucem protrahere. Tali operi promovendo alius fortaſſis alia ſuggeret. Conferam & ego libenter ecgraphum ejus ſermonis, qui complectitur* τὰ ἀπὸ τῆς γεννήσεως, ἀνατροφῆς καὶ ἀποτομῆς

A *præsertim Græcorum anecdota.*

Ἐ ἁγίᾳ καὶ Βαπτιςῇ Ἰωαννῃ Ἐ προδρόμῳ ϗ περὶ τ εὑρέσεως τ τιμίας αὐτῆ κεφαλῆς, quæ ſpectant nativitatem, educationem, & de collationem ſancti & glorioſi Baptiſtæ Joannis ac Prodromi atque de Inventione venerandi capitis ejus; *incipit autem*, Ἰωάννην τὸ μέγα κλέος τ οἰκεμένης ἐπαινεῖν μὴ ἅπασιν ἔφετὸν : ἐπαινεῖν ϑ πρὸς ἀξίαν ἐνὶ τῶν πάντων ἐκ ἐφικτόν : *quæ interpres Franciſcus Zinus ex Ms. Veneto apud Lipomanum, & ex hoc apud Surium, ſic orditur* : Joannem Baptiſtam, magnum illud decus orbis terrarum, laudare, omnibus quidem deſiderare licet, ut autem pro dignitate laudet, conſequi nemini.

92 *Et hic quidem finitur Venetum Ms. cum indicio temporis quo Caput apud Emeſam eſt repertum; in noſtro autem ecgrapho inſuper ſic habetur,* Τοιαῦτα τὰ ἐξ ἀρχῆς ἁπάντε συλλήψεως, ϗ γεννήσεως, καὶ τῶν καθεξῆς, ϑαυθαύμαςα ϗ ὄντως ϑδόξα διηγήματα, τὸ μέζον ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπὲρ ἅπαντας · τῶν τε περάτης ἐν Ἰορδάνῃ Ἐ Θεῖ λόγε ἐπιφανείας, ϗ τῶν μὲν τὸ βάπτισμα, καὶ πλὴ Ἐ Πνεύματος κάθοδον, ὑπ' αὐτῆ ϑδόξως ἐνεργηθέντων · ὅπως τε τὸ μαρτύριον αὐτῆ ἔσχε τέλος, καὶ ὅπως ϗ τοῖς ἐν ᾅδῃ κήρυξ τ μετανοίας ἐγένετο · ἥτε πρώτη καὶ δευτέρα, μὴν ϗ τ τρίτης εὑρέσεως τ ϑανενδόξε ϗ τιμίας αὐτῆ κεφαλῆς ἀνάγραπτος ἱςορία · ὑφ' ὧν ἡμεῖς, ὁ Χριςῆ λαὸς, τὰς ψυχὰς ὡς ἂν ϑδαδέισῃ μυςικῆ δρεπόμενοι, ϗ ταῖς εἰς Θεὸν αὐτῆ ἐυπροσδέκτοις δεήσεσι πρὸς μετάνοιαν ἐυοδούμενοι, καρπὸν ϑεῖον καὶ ἄξιον τ μετανοίας ἐνέγκοιμεν · ἵνα μὴ ὡς ἄκαρπα δένδρα ψυχαὶ ἀθεραπευτοι, ὑπὸ τ ἐκτεμνούσης ἀξίνης πλὴ ἐκτομὴν ἐκ ῥιζῶν ὑποτῶμει · ἀλλ' ὑπὸ Ἐ γεωργῆ μᾶλλον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὡς σῖτος ὡρίμος ἐκλεγέντες, μηδὲν ἀχυρώδες ἐπιφερόμενοι, ταῖς αἰωνίοις αὐτῆ μοναῖς πρὸς δεχθείημεν · ϗ μὴ Ἐ μεγάλε τ ἀληθείας κήρυκος, Ἰωάννε Ἐ Βαπτιςῆ, Ἐ ϗ πλὴ ἑορτὴν ἄγομεν σήμερον, τῷ ἀθανάτῳ Βασιλεῖ ϑδοξαίημεν ἀκωνίως ἀγαλλόμενοι · ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ ϗ προσκύνησις, νῦν ϗ ἀεὶ ϗ εἰς τὲς αἰῶνας τῶν αἰωνων. Ἀμήν.

93 Hujùſmodi eſt repetita ab exordio narratio vere admirabilis maximi inter natos mulierum Conceptionem & Nativitatem ceteraque ex ordine complectens, necnon eorum quæ poſt Verbi divini revelationem in Jordane, atque deſcenſum Spiritus baptiſmo peracto præclare ab illo acta ſunt : quando item martyrio conſummatus eſt, & ad eos qui inferno detinebantur pœnitentiæ Præco deſcendit; hiſtoriam denique primæ, ſecundæ ac tertiæ Inventionis venerandi Capitis, ſcriptam : quibus nos, populus Chriſtianus velut ex myſtico paradiſo ſpiritualiter irrigati, atque ejus apud Deum acceptis precibus ſurſum erecti, dignos pœnitentiæ fructus feramus, ne immedicabiles animæ, velut infructuoſæ arbores, radicitus exſcindamur ab exterminatoria ſecuri; ſed potius ab agricola noſtrarum mentium, velut maturum frumentum, abſque ulla paleæ admixtione, recipiamur ad æternas manſiones; ubi cum magno veritatis Præcone Joanne Baptiſta, cujus feſtivitatem hodie celebramus, immortali Regi aſſiſtamus æternum exultantes : quia ipſum decet omnis gloria, honor & adoratio, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen. *Hæc ſi Auctoris ſunt, neceſſe eſt non ſolum excidiſſe ea quæ tertiam ſpectant Inventionem, ſed etiam ipſum Sermonem hac eſſe poſteriorem, nec ante ſeculum nonum quò ea facta eſt, ſcripſiſſe. Quiſcumque porro Auctor fuit, diverſum eſſe à Metaphraſte diverſus ſtylus Allatio perſuaſit. Interim ſatis eſt poſſe rem totam apud Lipomanum ac Surium legi, hic vero eam concluſionem dediſſe quæ ipſis defuit.*

D AUCTORE D. P. *ſeculo 9 ſcripti.*

CAPUT III.

De Inventionibus & Tranſlationibus ſacri Capitis in Oriente factis.

PRÆFATIUNCULA

De Gallico Tractatu Domini Cangii ſuper hoc argumento.

94 CArolus du Freſne, Dominus du Cange, ex nobili apud Ambianos doctorumque hominum feraci natus familia, in Præfectura Ambianenſi Quæſtorum Præſes, vir incomparabilis ſeculique ſui præcipuus ſplendor (*lubet enim proſequi verba Epitaphii, quod in ade S.S. Gervaſii & Brotaſii Pariſiis ſepulto, Franciſcus Pinſonius des Riolles, ex communi eruditorum judicio poſuit*) Carolus, *inquam*, du Freſne, Dominus du Cange ..... aſſidua innumeraque manuſcriptorum librorum lectione, immenſos Hiſtoriæ tum Byzantinæ tum Gallicæ theſauros exhauſit & evulgavit, abſtruſioris cujuſque artis voces, ſive Latinas ſive Græcas indicavit, eccleſiaſticos ritus legeſque obſoletas explicavit; vir facillimis moribus, & in omnes maxime liberalis ac conſtanter beneficus, qui .... animam Deo Servatori placide reddidit die XXIII Octobris, MDCLXXXVIII, ætatis LXXVIII, natus anno Domini MDCX, XVIII Decemb. *Hic inter quamplurima operoſiſſimæ ſuæ diligentiæ monumenta, edidit* Tractatum Hiſtoricum de Capite S. Ioannis Baptiſtę, *in gratiam patriæ ſuæ illo jam pridem gloriantis*, exacte diſcutientem quidquid de eo ſcripſerunt veteres recentioreſque Auctores, atque imprimis de triplici illius Inventione; ubi ex occaſione agitur etiam de aliis ejuſdem Sancti Reliquiis & ad calcem ponuntur Tractatus aliquot Græci deſumpti ex Regia Mazariniaque bibliothecis cum verſione Latina, tamquam totius Diſſertationis baſes ac probationes.

E *Domini du Cange laudatiſſimi viri, de hoc argumento Tractatus Gallicus,*

F

95 *Tractatum iſtum ſi Latine ſcripſiſſet, & quæ ad calcem poſuit monumenta, ſuis ad ſingula obſervationibus more noſtro illuſtrata propoſuiſſet; rem feciſſet ſuis forte civibus minus commodam ſed magis gratam, omnibus ubique nationibus;* (*quæ enim toto orbe natio* Baptiſtam Joannem *non veneratur impenſius?*) *nobiſque laborem ademiſſet eadem à capite retexendi, & congruo ſingulis ordine digerendi. Interim libenter profiteor præcipuum opus, quod in conquirendis expendendiſque Auctorum ſententiis conſiſtit, ab eo ita confectum eſſe, ut parum admodum laborandum ſuperſit, idem argumentum aliâ linguâ alioque ordine tractaturo, in hoc opere, cui quatenus prodierat, verbotenus à ſelecto vehementerque probato teſtimoniorum ſincerum minimeque fucatum dedit, ſcriptâ epiſtolâ, qualis nunc Latine legitur in Præfatione ad Apologiam præliminarem pro actis Sanctorum, Tomo primo Junii hujus præpoſitam.* *quanto uſui nobis fuerit, gratanter fatendum,*

A AUCTORE D. P.

96 *Data est autem Epistola illa ad suum unanimem amicissimumque* Virum clarissimum Antonium de Wyon, Equitem, Dominum d'Herouval, ex vetustissima nobilissimaque apud Veliocasses familia, Regi à consiliis & in suprema Rationum Curia Auditorem; animi candore, facilitate morum, in rebus agendis dexteritate, propensissima bene merendi de singulis voluntate ubique conspicuum (*verba hæc quoque Epitaphii sunt* æternæ *memoriæ illius positi eodem Pinsonio auctore*, in æde Parochiali S. Ludovici in insula Parisiis, *ubi* obiit XXIX Aprilis MDCLXXXIX, ætatis LXXXIII *sexto post amicum Cangium mense*) qui totius vitæ cursum in Ecclesiæ gloriam, Regni decus, Reipublicę litterarię ornamentum, peregit; communicatis ac pęne effusis in peritissimos quosque, tum Gallos tum exteros Scriptores, recentioribus tabulis, ac abstrusioribus monumentis, quibus immortale nomen comparavit, *omnibus ab eo adjutis instructisque, quos inter nostrum quoque nomen profitemur. Nec vitio mihi vertendum credo affectum gratitudinis, quo tum ipsi tum ejus amico me profiteor obstrictum, in hac ad Caput tertium de Baptista Ioanne Præfatione.*

singulariter obstrictũ ipsi ejusque amico Herouvallio.

B

§. I. *De loco & modo primæ Inventionis, Translationeque in Ciliciam.*

97 COllegium *Maronitarum Romæ Gregorius* XIII *fundavit anno* MDLXXXIV *instruendis adolescentibus gentis illius, in Libano monte Catholicam unionem ac libertatem mirâ constantiâ servantis inter tot Schismaticos Turcis subditos; ipsumque nostræ Societati gubernandum commisit. Servat illud inter alia monumenta Synaxarium Arabicum Ms. ubi ad* XXX *Mechir sive Amschir, die* XXIV *nostri Februarii, leguntur sequentia, curante Athanasio Kirchero nostro Latine reddita, & anno* MDCXLIII *à Philippo Alegambe Belga, ibidem nostro, eodemque Bibliothecæ Societatis edendæ auctore primo, missa ad veterem amicum Bollandum.* Celebratur hodie festum Inventionis capitis S. Prophetæ Joannis Baptistæ, & caula sive origo hujus Inventionis ista fuit. Herodes cum præcepisset auferri caput Sancti, & contristatus esset, ac pœnitudine duceretur; abscondit illud in domo sua, eo quod inquireret illud socer pro Filia sua. Hoc facto unà cum Herodiade uxore fratris Philippi, quæ & conscia erat facti, filiam soceri, inquirentem caput, astutè decepit. Socer autem Herodis, comparato exercitu, venit in Gallilæam, & devastavit multas civitates, & combussit eas igne. Quod nuntium cum veniset ad aures Tiberii Cæsaris, & cognovisset quænam causa esset hujus commotionis; non solum irâ efferbuit in Herodem, ob cædem in Prophetam magnum, apud populos terræ æstimatissimum commissam, & ob injuste acceptam uxorem fratris sui: verum etiam vehementer indignatus est socero ejus, quod devastasset urbes Gallilææ. Misit igitur ut is unà cum Herodiade publice Romæ sisteretur, postquam Herodes caput SANCTI jam sepelivisset in domo sua. Cum ergo pervenisset ad Tiberium, privavit eum muliere cum omnibus bonis quæ possidebat, eumdemque in exilium misit, in regionem Hispaniæ, & mortuus est ibi; & misit devastatum domum ejus, ne quis eam amplius videret, & remansit domus sine porta, & sine tecto.

Juxta Arabicum Synaxarium

C

Caput in domo Herodis defossum,

D

98 *Hactenus satis congrua omnia verisimilitudini, pleraque etiam satis apta ad narrationem Josephi, sed cum aliqua rerum ac temporum confusione, dum* Tiberii *indignatio in* Herodem *commota dicitur, quæ in ejus socerum* Aretam *detonuisset, si Tiberio longior vita obtigisset; dumque ab hoc ille bonis mulctatus relegatusque dicitur, quod successoris Caii imperio factum fuisse constat. Cum autem inter mortem Baptistæ & Arabicum bellum anni aliquot fluxerint, Aretâ conceptum in Herodem odium ob spretam filiam suam tantisper dissimulante; dumque sub specie amicæ conventionis nuntii forsan commeant ultro citroque; mirum non fuerit, si mulier quæ potuit suscepto Joannis Baptismate ejus discipula fuisse, certe ipsi, quem suâ causâ occisum noverat, obstrictissima erat, caput illud petierit quod non nisi contemptim habendum apud Herodem ejusque pellicem æmulam suam sciebat; sed petierit frustra, vel jam antea vel saltem tum studiosius occultatum, negatumque quasi illud cum corpore discipuli abstulissent extra Herodis ditionem. Et hæc omnia facilius recipientur ab eo, qui credere vellet Regem adulterum, mox ut ad patrem fugisse uxorem sensit, Machæruntem subtraxisse soceri ditioni, ibique habitasse cum Herodiade sua; ibi Baptistam captivum habuisse, ibique decollavisse, uti scribit Iosephus.*

ipsius fortassis Joannis discipula:

E

99 *Quod ad domum Herodis Machærunte vel alibi sitam attinet, eam Cæsaris jussu desolatam, non libenter crediderim, absque vetustiori teste, quam sint primi scriptores hujus Inventionis, quæ non præcessit Constantini ætatem, sub qua cœperant fidelium peregrinationes in sancta loca per Helenam ejus matrem repurgata ornataque: est tamen credibile eam domum admodum neglectam jacuisse, ex quo Machæruntem & Peræam exulante Herode occuparunt Arabes. De ea ut tali sic loqui pergit Synaxarium prælaudatum,* Habitaverunt autem in ea duo peregrini: qui inito consilio profecti tunc Jerosolymam, ibi devotionem suam in orationibus & jejuniis peragerent. Prœterito autem spatio fere biennii, dicti peregrini reversi sunt in pristinam habitationem, devastatam scilicet domum Herodis. Contigit autem quadam nocte; & ecce apparuit in somno Sanctus, & quis esset indicavit, & docuit locum Capitis, & præcepit ut portarent illud ad habitationem suam. Evigilantibus itaque ambobus, indicavit alter alteri quod noctu viderat; & processerunt ad locum quem indicaverat illis Sanctus; & foderunt, & invenerunt urnam fictilem signatam; & cum aperuissent illam, ascendit ad eos inde odor suavissimus: tum comparuit caput Sancti, quod ipsis quasi benedictionem impertiri videbatur. Tunc id, ea ratione qua invenerant, portaverunt ad domum suam, & posuerunt in armario, & maximo honore venerati sunt illud suspensa ante id lampade. Post mortem vero horum, Sancta quædam nomine Athalia, sola novit thesaurum; quæ & in summa semper veneratione eum habuit: & sic de manu ad manum diversorum venit.

& peregrini duo à Jerosolymis regressi,

F

revelante Sancto invenisse

& cuidam Athaliæ reliquisse;

100 *Quæ deinde sequuntur, de post secutis sacri Capitis possessoribus, nihil faciunt ad notitiam*

prior uxor frustra petiisse dicitur,

A *tiam loci, ad quem illud immediate ex Syria delatum eſt; per ipſos inventores peregrinos, ſive per alium quemcumque; ſunt enim accepta ex relatu Monachorum Emeſenorum, qui cum ipſo iterum apud ſe invento ætate Marciani Imperatoris ſeculo* V, *falſo præſumerent illud immediate allatum ad ſe fuiſſe, poſt primam Inventionem, nec alibi quam apud ſe delituiſſe connexuerunt primam ſecundamque Inventionem nullâ aliâ interpoſitâ: aliam tamen interponit Sozomenus, centum annis prior, lib. 7 cap. 24 ſic ſcribens.* Circa hoc tempus, *id eſt circa annum* CCCXC, Conſtantinopolim tranſlatum fuit S. Joannis Baptiſtæ Caput, quod Herodias ab Herode Tetrarcha petierat. Inventum autem eſſe dicitur apud Monachos quoſdam ex ſecta Macedonianorum, qui prius quidem Jeroſolymis morati fuerunt, poſtea vero in Ciliciam migraverunt. *Ita ille, uti ſcilicet dici audierat, non in authentica aliqua ſcriptura legerat: qualem tamen extitiſſe oportet, quæ non ſolum præluxerit auctori Arabi, cujus ſupra contextum dedi; ſed etiam Emeſenis Monachis, primordia ſuæ poſſeſſionis ſeculo* V *ſcribere cupientibus, eaque præfigere certiori Abbatis ſui Marcelli de ſecunda Inventione narrationi. Ad famam autem, quam ſecutus Sozomenus eſt, juſtificandam, ſatis erit fateri, Monachos, apud quos Valentis ætate Caput erat, Macedoniana hæreſi inquinatos, illud ab* Athalia *accepiſſe, & acceptam ab hac notitiam evulgaſſe, imo ſcriptis quoque conſignaſſe, ſed abſque diſtinctiori expreſſione tum peregrinorum (quos credibile eſt ſolitarios potius quam Monachos fuiſſe beneque Catholicos, adeoque non indignos quibus ſe Sanctus manifeſtaret) tum loci ſeu monaſterii, cujus Monachis theſaurum commendarit Athalia, necdum tunc forte in hæreſim prolapſis. Quam multa enim ejuſmodi inveniuntur, antiquitus ſcripta in monaſteriis, in quibus res geſtæ ſunt, non expreſſis vel ipſorum vel regionum in quibus ipſa conſiſtebant nominibus, tamquam tunc minime neceſſariis, nunc vero fruſtra eadem requiruntur.*

ita illud in Cilicia occultum manſit,

ab ipſa Monachis quibuſdam commendatum,

B qui illud palam fecerunt, etiâ ſcripto,

101 *Porro cum Arabicum Synaxarium paulo poſt dicat, quod* locus *ſacri capitis* ignotus manſit uſque ad tempora Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymitani; *& Sozomenus ipſum ſcribat innotuiſſe* temporibus præcedentis *Theodoſium magnum* Imperatoris, *id eſt Valentis; conſequens fit, ut Athalia obierit intra annum* CCCLV *&* CCCLXXV *quo Valens obiit; intra quod tempus etiam Macedoniana hæreſis anno* CCCLIX *cœpta, toto ſeſe Oriente diffudit: ut vel hinc ab ejuſdem hæreſis ſuſpicione liberentur ſancti Capitis inventores, quibus illud poteſt revelatum credi vivente adhuc Conſtantino Magno, adeoque ante annum* CCCXXXVII. *Credi autem id omnino deberet, ſi Juſtinianus Imperator circa annum* DXXX, *dedicaturus eccleſiam Sancti in Hebdomo à ſe reſtauratam, ipſum Emeſâ accepit, peractaque ſolennitate ut acceperat remiſit;* obſignatum ſignaculo ſancti Imperatoris Conſtantini, *ſicut habet Oratio Latine ex Græco Venetiis edita apud Lipomanum & Surium, inferius danda, cujus Auctorem Allatius, in Diatriba de Symeonum ſcriptis, nominat* Thedorum Daphnopatam. *Sed opinor ſignaculum illud aliud non fuiſſe quam ſimplex nominis Chriſti monogramma ℘ Romanis labaris inſertum quidem à Conſtantino, ſed non ita ut eodem uſum ſciamus in ſignatorio annulo, cui crediderim potius ipſiuſmet effigiem fuiſſe*

anno circiter 390.

C Illud licet non fecit Conſtantini ſigillo munitum,

inſculptam, æque ac nummis, quibus ſubinde invenias etiam inſculptum idem monogramma ea parte qua vel victoria aliqua repræſentatur, vel ipſemet labarum manu tenens; numquam ſimplex ſolum. Ex eo tamen mos apud Chriſtianos invaluit ipſum iis rebus omnibus appingendi, in quibus volebant Chriſtianitatem vel ſcribentis vel auctoris vel defuncti intelligi, qui mos cum diu etiam poſt Conſtantini mortem tenuerit, ex hujuſmodi monogammate, ſi ſolum ipſum in ſignaculo prædicto reperit Juſtinianus, nihil poteſt haberi pro tempore Inventionis primæ: ſed conjectura de eodem firmabitur potius ex ætate Valentis, quo Monachos illos Cilices commendato theſauro privatos mox docebimus ex Sozomeno: qui licet inventum *in Cilicia dicat, non tamen id indicat per revelationem factum, prout factum in prima & ea quæ vocatur ſecunda Inventionibus.* Primam autem factam XXIV *Februarii, indicat Codex Arabicus, de quo ſupra, Lectionem Synaxis pro iſto die finiens his verbis:* In priori autem Inventione celebratur feſtum XXX die menſis Amſchir, *qui Februario noſtro fere reſpondet, à die Januarii* XXVI *initium ſumens.* Benedictio S. Joannis ſit nobiſcum Amen.

D AUCTORE D. P.

tamen ſub eo videtur inventum,

die quo colitur, 24 Februar.

E

§. II. *Tranſlatio ſacri Capitis ex Cilicia in Bithyniam ſub Valente, & Conſtantinopolim ſub Theodoſio.*

Caput Conſtantinopolim ferendum

102 *Præfatus loco præcitato Sozomenus, ubinam & apud quos inventum ſacrum caput fuerit,* temporibus, *inquit,* præcedentis Imperatoris, cum Mardonius Eunuchus, Præpoſitus Imperialis Palatii, rem detuliſſet; juſſerat Valens ut id Caput Conſtantinopolim deportaretur. Et ii quidem qui ad hoc miſſi fuerant, Caput illud publico vehiculo impoſitum, transferre cœperunt; ſed cum veniſſent Pantichium, qui locus eſt in agro Chalcedonenſium, mulæ, quæ vehiculum trahebant, ulterius progredi detrectarunt; idque licet agaſones minas ipſis intentarent, & auriga flagello graviter eas cæderet. Qui cum nihil proficerent, & cunctis ipſique adeo Imperatori ea res ſtupenda ac prorſus divina videretur, in vico Coſilai ſacrum illud Caput depoſuerunt: erat enim vicus in proximo & ad ſupradictum Mardonium pertinebat. *Eſt* Pantichium *locus, Chalcedone diſtans* XV P. M. *Antonino* Panticum *in ſuo Itinerario, & in alio quodam Heroſolymitano apud Cangium* Pandicia *dictum.*

hæret immobile Coſilai,

F

103 Porro circa hoc tempus, *quo ſcilicet ab Occidente Conſtantinopolim redierat Theodoſius Imperator, id eſt poſt annum* CCCLXXXVI (*Chronicon Alexandrinum, ſive Paſchale notat annum* Theodoſii XIII Indict. IV Tatione & Symmacho Coſſ. *qui eſt annus Chriſti* CCCXCI *pro quo præcedens notatur in Proſperi Chronico interpolato* Valentiano IV & Necterio Coſſ.) circa hoc, *inquam,* tempus, ſive Dei ſive Prophetæ ipſius impulſu, Imperator Theodoſius ad eum locum perrexit. Cumque Baptiſtæ Reliquias inde auferre vellet, ſola, ut ajunt, ei reſtitit Matrona; quæ ſacrata quidem Virgo erat, ceterum Caput illud tamquam miniſtra & cuſtos comitabatur, *jam inde veroſimiliter ab ipſa Cilicia.* Cum igitur illa omnium virium niſu obſtaret, Impe-

Theodoſius circa an. 390

A rator nequaquam eam cogendam esse censuit, AUCTORE D. P. sed precibus contendebat ut Reliquias tolli permitteret. Quod cum illa vix tandem consensisset, irritum fore Imperatoris conatum arbitrata, ex eo quod Valentis temporibus acciderat, Imperator loculum in quo conditæ erant Reliquiæ, purpurea veste qua indutus erat involvens, secum detulit : reversusque in suburbano urbis Constantinopolitanæ quod Septimum dicitur, deposuit, amplissimâ illic & pulcherrimâ Basilicâ, in honorem Dei constructâ.

eidem C. P. delato ecclesiam condit in Hebdomo,

104 *Paulo aliter Paschalion præcitatum*: Theodosius Augustus cum S. Joannis Baptistæ Caput apud quamdam feminam Macedonicam, Cizici degentem, invenisset, allatum Chalcedone primum deposuit, atque à fundamentis in Hebdomo Constantinopoleos, excitata in illius nomen æde sacra, in ea venerandum Baptistæ Caput reposuit ; mense Peritio ex ante diem XII Kalend. Martias. *Vixit & scripsit Chronici hujus Auctor usque ad Heraclii Imperatoris annum* XVI, *Christi* DXXVI, *nec tamen Sozomenum ille transcripsit (sicut Georgius Cedrenus, seculo* XII *florens, in Historiarum Compendio) sed diversum plane Auctorem secutus, intulit mentionem Chalcedonis, in qua tantisper sacrum pignus honoratius requiesceret, donec ecclesia ei destinata absolveretur, quod Sozomenus dicere prætermisit. Ceterum sicut Chronologo præcitato obrepsit, ut ex Monacha* Macedoniana *faceret* Macedonicam, *gentem supponendo pro secta, ita pro* Cosilao *potuit* Cizicus *obrepsisse : interim vero Sozomeni narratio illius testimonio, velut ex vetustiori fonte sumpto maneret confirmata. Quod in contrarium objicit Baronius, Sozomenum credi posse in prædicta relatione à Macedonianis suffarcinatum; non permittit reliquus infra contextus, illis non valde favens: mentitum autem multo minus, in re tam recenti, & viventibus adhuc multis qui Translationis prædictæ falsitatem coarguissent, si tale nihil actum suâ memoriâ fuisset.*

in eaque ipsum locat 18 Februarii,

juxta Chronicon Alex. quo Sozomeni relatio confirmatur,

105 *Sozomeno quoque suffragari videtur* Severianus Gabulensis Ecclesiæ Episcopus, *illo antiquior, utpote quem Gennadius cap.* 21 *scribit*, eo quod in divinis Scripturis eruditus, & in Homiliis declamator admirabilis *esset*, frequenter ab Joanne Episcopo, *scilicet Chrysostomo, & Imp. Arcadio, ad* faciendum sermonem, Constantinopolim vocatum ; *cui etiam idem* Chrysostomus Ecclesiam suam cum in exilium mitteretur, commendavit, *uti asserit Molanus apud Miræum. Sic autem ille loquitur in Homilia de Cruce, ea fortassis cujus fragmentum dumtaxat Tomo 6 Biblioth. Concionatoriæ edidit Combefisius; Græcam autem allegat Cangius in Notis ad Paschalion pag.* 570 : Ἐλθωμεν λοιπὸν ἐπὶ τ̀ ἰατρὸν ἡμετέρων ψυχῶν, τ̀ν ϗ θείῳ λόγῳ ἡμᾶς παιδεύοντα, ϗ τοὶς λειψάνοις τοῖς ἑαυτ̃ τὴν πόλιν ἡμετέραν τειχίζοντα· Ἰωάννλεω λέγω τὸν Πρόδρομον ϗ Βαπτιςὴν τ̃ Χριςτ̃, λ̃ουντα ἡμᾶς σήμερον τῷ λογῳ τ̃ μετανοίας. Veniamus tandem ad medicum animarum nostrarum, & divino sermone nos erudientem, suisque Reliquiis munientem nostram civitatem ; Joannem, inquam, Prodromum & Baptistam Christi, usque hodie nos abluentem verbo pœnitentiæ. *Hæc si Constantinopoli dicta constaret, firmiter satis probarent intentum; nunc vero cum Gabalis dici potuerint, vel Antiochiæ, cui illorum ecclesia suberat, Reliquiis Sancti etiam ipsa glorians; merito non audet Cangius certitudinem inde aliquam pro Constantinopoli petere, quasi jam tum Capite illius potiretur; maxime cum fieri vix possit, ut Urbs regia adeo multis annis eo fruita sit, sed omnino fateri cogamur, cito privatam illo fuisse, ipso Emesam translato : ubi quomodo denuo repertum sit sub Martiano Imperatore, diutius illic mansurum, mox infra dicemus.*

uti & Severiani Gabalitani sermone,

si hic C. P. habitus est sub Arcadio Imp.

106 Theodosius *porro suæ erga Sanctum pietatis, haud multo post anno scilicet* CCCXCIV, *eximiam mercedem retulit. Cum enim, ut cap.* 24 *refert idem Sozomenus, adversus Eugenium tyrannum in Occidentem profecturus, &* cum copiis egressus Constantinopoli, ad septimum milliare perveniisset; Deum illic orasse dicitur in ecclesia, quam in honorem Joannis Baptistę construxerat; utque faustus ac felix sibi & exercitui, & Romanis omnibus belli exitus contingeret, postulasse; & Baptistam sibi auxiliatorem invocasse; hęc precatus in Italiam iter fecit. Cumque ad Alpes perveniisset, primas statim stationes occupat; & cum transitûs verticem prętergressus, jam in descensu esset, campum equitibus ac peditibus oppletum videt ; nec procul multos hostium à tergo, in montis cacumine interim subsistentes. Cum igitur primi transgressi cum hostibus in campo manum conseruissent, acris & anceps extitit pugna. Porro cum exercitus adhuc progrederetur; animadvertens Imperator, humana quidem ope suos nullatenus servari posse, tametsi maxime vellent, incumbentibus à tergo iis qui verticem occupaverant; pronus humi abjectus, orare cœpit cum lacrymis : statimque Deus precibus ejus annuit, sicut eventu ipso comprobatum est : nam rectores eorum qui montis verticem tenebant, missis ad eum nuntiis, se ad illius partes transituros esse, si honoratiorem gradum apud illum habituri essent ..... promiserunt.

ista Theodosii pietatem secuta est an. 394 *victoria,*

ex ancipiti conflictu cum Eugenio tyranno,

107 Tum vero Imperator, cum chartam & atramentum quęsitum non reperisset, acceptis tabulis, quas quidam ex adstantibus forte gerebat, honoratę & convenientis ipsis militię perscripsit gradum, quem apud se essent habituri si promissa implessent. Atque hi quidem istiusmodi conditionibus Imperatori se adjunxerunt. Ceterum cum nostra pars adhuc cederet, sed æquo marte utrimque acriter pugnaretur; ventus ingens, & qualem antea numquam fuisse novimus, ex ad versa in hostes irruens, eorum ordines disturbavit : tela vero & jacula quæ in Romanos conjecta erant, perinde acsi solidis corporibus illisa essent, in ipsa jaculantium corpora retorsit : scuta denique, ex eorum manibus abrepta, cum sordibus ac pulvere in ipsos contorsit. Itaque armis nudati, alii quidem trucidati sunt; alii vero ad modicum tempus fugâ elapsi, haud multo post capti fuere. Eugenius vero, ad pedes Imperatoris provolutus, ut vita ipsi concederetur, orabat ; sed dum supplicaret, à quodam ex militibus capite truncatus est.

transgressa ad ipsum parte copiarum hostilium,

& coorto in ceteros turbine, eorumque tela retorquente,

108 Porro eo ipso tempore, quo pugna committebatur, ajunt dæmoniacum quemdam, in templo Dei quod erat in Septimo, in quo Imperator ad bellum proficiscens preces fuderat, à dæmone sublimem raptum, Joanni

ac dæmone per energumenum fatente,

A Joanni Baptiſtæ convitiatum eſſe; eumque velut capite truncatum probris appetiſſe, ita vociferando; Tu me vincis, & exercitui meo inſidiaris. Hi vero qui aderant, cum, ut credibile eſt, ingens ſtudium eſſet de hoc bello, ut aliquid novi audirent ac dicerent, obſtupefacti, diem in charta perſcripſerunt; eoque ipſo die prælium factum eſſe, haud multo poſt, ex iis qui interfuerunt, didicerunt. *Iſtic ergo, æque ac Sebaſtæ, ad ſepulcra SS. Eliſæi, Abdiæ atque Joannis Baptiſtæ, ac veroſimiliter propter præſentiam Capitis, videre erat id, quod ad illa vidiſſe Paulam ſuam teſtatur Hieronymus Epiſt. 27,* ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, ſibilare ſerpentum, mugire taurorum; alios rotare caput, & poſt terga terram vertice tangere, ſuſpenſiſque pede feminis veſtes non defluere in faciem. | *Huc autem facit, quod Gainas Gothus, cum anno Chriſti* CCCC *ab urbe Conſtantinopolitana, pæne per inſidias occupata, conſpectis Angelicis exercitibus fugam circumſpiceret,* arrepticium ſe ſimulans, (ut ſcribit Socrates lib. 6 cap. 6) B tamquam orationis causâ perrexit ad eccleſiam Joannis Apoſtoli (nàm hoc etiam nomine Prodromum *Græci appellant, nec* Apoſtolum *tantum ſed &* Apoſtolum univerſalem) quæ ſeptem millibus paſſuum abeſt ab urbe: *quam cum Iuſtinianus Imperator à ſe reſtauratam dedicaret, & ſpectabiles aliquas Reliquias aliunde accerſeret feſtivitati honorandæ, petiit etiam Emeſâ Caput Præcurſoris, quod quomodo & quando Conſtantinopoli eſſe deſierit, infra explicabitur.*

opus eſſe id Baptiſtæ.

Hujus contra dæmones poteſtas in Hebdomo,

æde à Juſtiniano reſtaurata.

109 *Revertor ad Sozomenum quem ſupra narrantem reliqui, quomodo eccleſiam in Hebdomo extruxerit Theodoſius Senior; ubi mox ſubjungit: quod ille* Matronam, quamvis diu multumque precatus, magnaque ei munera pollicitus eſſet, numquam eo adducère potuit, ut ſententiam mutaret (erat enim ſectæ Macedonianorum) Vincentius tamen Preſbyter, qui ejuſdem ſectæ cum Matrona erat, & pari cum illa obſequio arcam prophetæ ſervabat, & juxta illam Miſtarum ſolennia celebrabat, illico ſubſecutus eſt; & cum iis qui erant ex Eccleſia Catholica communicavit; C tametſi (ſicut Macedoniani aſſerunt) jurejurando antea interpoſito affirmaſſet, numquam ſe ab illorum opinione receſſurum; ad extremum ſcilicet palam decreverat, ut ſi Baptiſta Imperatorem ſequi vellet, ipſe quoque abſque ulla dilatione cum illo communicaret .... Matrona vero uſque ad exitum vitæ manſit in vico Coſilai, vixitque ſancte admodum ac religioſe, Sacrarumque ibi Virginum Magiſtra; quarum pleraſque adhuc ſuperſtites eſſe accepi, *inquit Sozomenus,* Moribus Matronæ magiſterio haud indignis converſantes. *Et hæc veroſimiliter ſunt, quæ Baronio ſuſpectum, ut ſupra dixi, Sozomenum faciunt, quaſi vel ipſe Macedonianus fuerit, vel ab aliquo Macedoniano ſuffarcinatus hac laudatione* Matronæ: *quam ego mallem credere, acceſſiſſe tandem ad orthodoxos poſt obitum Theodoſii; nec enim id negat Sozomenus aliquando factum.*

Converſi Presbyteri Macedoniani exemplum

an ſecuta Matrona diu pertinax?

D

AUCTORE D. P.

§. III. *Sacri Capitis Emeſam facta Tranſlatio, figmentis obſcurata: ejus iſtic ſub Marciano Inventio altera extra controverſiam poſita.*

110 *AB iſta de qua modo egimus* Matrona, *Virgine & Virginum Coſilai prope Chalcedonem Magiſtra, diverſiſſima eſt, cognominis ei Sancta Matrona* Pergenſis *ex Pamphilia, cujus ad* VIII *Novembris commemorandæ Vitam ſcripſit Metaphraſtes, aitque præſentem fuiſſe ſecundæ ſacri Capitis Inventioni, apud omnes ſcriptores Græcos indubitanter aſſeriæ, temporibus Marciani Imperatoris; ſed in hoc apud omnes pariter obſcuratæ, quod nemo de ea poſtea ſcripſerit, qui illud Conſtantinopoli allatum docuerit; ſed ita pariter ſic locuti ſint acſi illius repertores primi illud non pertulerint in* Ciliciam; *ſed ex Syria immediate* Emeſam, *ubi clam habitum,* Marciano *demum* regnante *ſit retectum, & in Spelæi monaſterio continua veneratione cultum, etiam ſub Saracenorum dominatu; quoad ablatum* Comanam, *tandemque ſub Michaële Balbo ſanctoque Ignatio Patriarcha, circa medium ſeculi* IX *delatum* Conſtantinopolim, *ſeu verius relatum eſt, memoriâ antiquioris ibi olim cultus jam prorſus obliteratâ.*

Quotquot de ſecunda Inventione ſcripſerunt

de Cilicia & Conſtantinopoli tacent;

E

111 *Arabicum quod ſupra protulimus Synaxarium, poſtquam retulit qualiter ſacrum caput à cujuſdam Athaliæ manibus devenit ad alios, utique Macedonianos in Cilicia Monachos; ita cum eo ſucceſſive actum ait:* donec perveniret demum ad virum quemdam ſectâ Arianum, qui ſperabat futurum, ut ope capitis hujus miracula patraret pro ſecta ſua Ariana: ſed prævenit ipſum ſors, expulſuſque fuit à Sancto è loco: manſitque locus incognitus, uſque ad tempora Cyrilli Epiſcopi Jeroſolymitani. Et ecce denuo Sanctus apparuit Marciano cuidam in nocte ſcilicet in ſomno; & docuit ipſum locum Capitis ſui, qui & confeſtim abiit, idque eruit ex indicato loco, XXX die menſis Paſchon, id eſt XXIV Februarii; & ipſum ſecundo inventum fuit hoc menſe. *In hac ultimâ particulâ; magna eſt rerum temporumque confuſio: tempus enim* Cyrilli Epiſcopi, *notaret Inventionem aliquam in Cilicia, quam non venire in numerum celebrium apud Græcos Inventionum, jam dixi; nec vero dici debet inventum id, quod ubi eſſet, non erat abſolute ignotum, licet notum paucis: dies autem* XXX Paſchon, *id eſt* XXV *Maji, proprius eſt tertiæ Inventioni, factæ in Cappadocia: & Arianus poſſeſſor clandeſtinus, ſpectat ad hiſtoriam ſecundæ Inventionis apud Emeſam in Phœnicia; uti & inventor* Marcianus, *corrupto nomine factus ex* Marcello, *niſi forte ſcriptori impoſuit nomen Imperatoris* Marciani, *ſub quo eadem ſecunda Inventio contigit.*

F

mendis variis in fine aſperſum

112 *Sicut autem lacinia hæc noviſſima obſcurat eatenus relatam tranſlationem ex Syria in Ciliciam; tacitis licet locorum nominibus, & tacet alteram hinc in Bithyniam: ita poſteriores ejuſdem theſauri poſſeſſores Emeſeni, obſcurant in ſua relatione quidquid de Peregrinis & Monachis Ciliciis acceperant, aptantes omnia cuidam figulo Emeſeno, à cujus ſorore per plurium ſucceſſive*

& quadamtenus ſumptum

uti & Synaxarium Arabicum,

A AUCTORE D. P. *ex Græca parum verosimili relatione,*

ceſſive manus denique venerit in poteſtatem impoſtoris Ariani. Hunc vero præcedens clandeſtina per tot manus traditio, tanto minus eſt credibilis, quanto vulgo ignotior res fuiſſe dicitur: maxime cum clancullariorum iſtorum poſſeſſorum ultimus, rerum ante geſtarum memoriam nullam poſt ſe reliquiſſe dicatur; ipſum etiam ſacrum Caput furtim ablaturus, ſi vel unius noctis inducias impetrare potuiſſet, ſicut narratur in ampliori Emeſenorum narratione. Hanc ergo placet verbotenus exhibere, ex editione Pariſina Domini du Cange, & verſione Dionyſii Exigui, collata cum Mss. Hamburgenſi Frederici Lendebrogii, quodam Reginæ Sueciæ ſub num. 81, Trevirenſi S. Martini, Arduennenſi S. Huberti, & Bodecenſi Canonicorum Regularium diœceſis Paderbornenſis. D

113 Quemadmodum Caput S. Joannis, Præcurſoris ac Baptiſtæ Domini de civitate Jeruſalem *a* Emeſam ſit tranſlatum.

a

Μόναχοι δύο ἀπὸ τῆς Ἑῴας ὁρμώμενοι, τὴν πρώτην αὐτῶν τόπον καὶ διὰ τὸν ὤφει ἡμᾶς οἴκτον ἐνανθρωπήσαντος, καὶ θάνατον ἀθανασίας ὑπομείναντος Χριστὸν τὸν τάφον, τήν τε ἀνάστασιν καὶ τὴν ἀνάληψιν τὸν χόρον αὐτοτὲ καταδεῖν ὠφθῆσαντες, τὰ Ἱεροσόλυμα κατειλήφασι. Τέτων ἑνὶ ὁ Πρόδρομος τὴν δεσποτικὴν παρουσίαν, καὶ Βαπτιστὴς τὴν βασιλέως τῶν ὅλων Ἰωάννης ἐπίσας φησί. Πρὸς τῷ Ἡρῴδου γενόμενοι οἰκησιν b ἀναβράμοντες, ἀπείσατε τῷ ἐμῷ κεφαλῷ, ὑπογλῶ κειμένῳ ἀνέλεσθε. Ὄρθρος δὲ καταλαβόντος, τὴν ὅρασιν ὁ μοναχὸς διηγείται τῷ πέλας. B Ὁ δέ, φαντασίαν εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίσας, ὁμόφρονα γενέσθαι τῆς ὁράσεως θεατῷ ὑποπείθει. Ῥαθυμηκότων δὲ διὰ τοῦτο, τῇ ἐπιούσῃ, τὴν ἀληθείας ὁ κήρυξ αὐθις ἐφίσταται, κατ' ἰδίαν ἀμφοτέροις ὁμοίως ὀφθείς· καὶ φησί; Πᾶσαν ἀπὸ τῆς διανοίας ἐξορίσαντες ἀπιστίαν, θεῷ τῷ τῆς ἀπιστίας πίστιν τὸν λογισμὸν μὴ ὀκλάσητε. Ὡς δὲ πατέρῳ πατὴρ τῷ τῆς ἀποκαλύψεως διηγήσατο συμφωνίαν, καὶ τῷ διπλασιασμῷ τῆς ὁράσεως πιστωθέντες, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ψυχικῆς θεσίμον δεδιότες, ἀμελητὶ τὸ κέλευσθεν ἐξανίσιν· καὶ τῇ χάριτι ἐποδηγούμενοι, τῷ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀτιμνηθεῖσαν τοῦ Βαπτιστοῦ κεφαλῷ ἀνελόμενοι, τοῖς ἀπὸ τριχῶν καμήλου κατεσκευασμένοις μαρσίποις ἐνέβαλον. Ἥρεσε δὲ τοῦτο τῷ θεοφήτῃ, ὡς οἶμαι, καθάπερ ἐν ἐρήμῳ πάλαι, τὸ ἀπὸ τριχῶν καμήλου τῷ σώματι περικείμενον ἔνδυμα.

ubi dicuntur duo Monachi ad ſacra loca profecti,

DUo quidam Monachi ex Oriente profecti, cupienteſque pretioſæ Crucis Chriſti, & glorioſi ſepulcri ejus qui pro noſtra ſalute homo factus mortem ſuſtinuit, per quam nobis vitam immortalitatemque largitus eſt, necnon reſurrectionis ejus & aſcenſionis in cælum loca veneranda conſpicere, Hieroſolymam pervenerunt. Horum uni Præcurſor adventus Domini, & Baptiſta Regis æterni, ſanctus Joannes aſſiſtens ait: Venientes ad domum quondam Herodis Regis, auferte vobiſcum Caput meum, quod invenietis in terra defoſſum. Cumque mane fuiſſet exortum, viſionem Monachus quam viderat, retulit Fratri, qui deluſionem phantaſiæ ſuſpicatus, perſuadet illi cui myſterium fuerat revelatum *c*, ut idem quod ipſe ſentiret. Cumque rem neglectui tradidiſſent, poſtero die Præco veritatis aſtitit utriſque * ſequeſtratim, & ſimiliter eis apparens, ita locutus eſt: Omnem dubitationem infidelitatis ex veſtris cordibus effugantes, ad veritatem viſionis cogitatio veſtra non claudicet. Dumque conſonantiam alter alteri retuliſſet, gemina viſione firmati, & inobedientiæ ſupplicium formidantes, ſine mora quod imperatum ſibi fuerat, impleverunt. Et præcedente ſe divina gratia, caput Baptiſtæ, quod pro juſtitia & pietate reſectum fuerat, in ſacco cilicino condiderunt. Delectatum autem æſtimo Prophetam tali velamento, cujus in deſerto quondam de camelorum pilis fuerat corpus obtectum.

inventum Caput S. Joannis Baptiſtæ E

c

** al.* Separatim.

cilicino ſacco incluſiſſe;

114 Ἔχοντες δὲ ὑπέστρεφον κεφαλῷ, ᾧ Ἡρωδιὰς ἐπὶ πίνακος παρὰ τῆς θυγατρὸς δεξαμένη, τὴν ἀπὸ πολλοῦ ζητουμένης ἄρχας τυχοῦσα, καὶ συμπεπαῦθαι τοὺς ἐλέγχους τοῦ θεοφήτου γλώττης νομίσασα, ἤκιστα συνεχώρησε τῷ λοιπῷ συγκαθευδηθῆναι σώματι, τὴν ἀπὸ τῆς ἑνώσεως φόβον ὑφορωμένη· καὶ μονονοὺ λογιζομένη, ὡς εἰ ὁλόκληρον τυγχάνει τοῦ ἁγίου τὸ λείψανον, εὐχερὲς τοῦτο ἂν εἴη θεοῦ ἔγερσιν· ἀπ' ἂν ῥᾴδιον γένοιτο, τῆς κεφαλῆς παρ' αὐτῆς φρουρουμένης· ὅθεν, ὡς εἰκὸς, ἀπὸ τῆς τυχούσης ταφῆς τούτῳ παρέδωκεν· ἀλλὰ βελόλων εἴσω καταχωννύειν κελεύει, καὶ κλείθροις ἐπιβολαῖς ἔχεσθαι τῆς ἀσφαλείας προστάττει. Ὁ γὰρ τῆς παρανόμου μίξεως ἔρως, ὑπὸ τῶν λογισμῶν πεπλασμένος, ὀνειροπολῶν τε τοὺς ἐλεγμοὺς, καὶ τετμημένῳ, ὡς οἶμαι, τῷ ἀποστόμῳ κεφαλῷ ἐδεδίει. Ἡ μὲν οὖν παράνομος τοῦ Διαβόλου μαθήτρια, σκαιότητι λογισμῶν παιζομένη, καὶ λοιπὸν λανθάνειν ἐνόμιζεν· οἱ δὲ τῆς ὁπτασίας ἀξιωθέντες μοναχοὶ, τοῦ Προδρόμου, τῇ χάριτι τοῦ πνεύματος ἑαυτὸν ἐμφανίσαντος, τῷ παντὸς χρυσίου τιμιωτέραν κεφαλῷ ἀνελόμενοι, εἴκοι παλινδρομῆσαι κατέσπευδον.

inventum autem, ubi Herodias F

114 Revertebantur igitur Monachi, ferentes caput, quod Herodias pro mercede ſaltatricis filiæ ſuæ in diſco ſuſcipiens, veluti deſideratâ venationis prædâ potita eſt. Quin etiam deſiiſſe iam propheticæ linguæ correptiones exiſtimans, nequaquam paſſa eſt Caput ipſum venerandum cum reliquo corpore ſepeliri, metum de ejus conjunctione ſuſcipiens; & hoc procul dubio pertractans, quod integrum Sancti corpus omni facilitate reſurgeret; hoc autem fieri non poſſet, ſi caput ipſa retineret: & ideo non paſſim tradidit ſepulturæ *d*, ſed intra ſepta ſuæ domus infoſſum ſub clauſtri ſolicitudine cuſtodiri. Amor etenim conjunctionis illicitæ ſuis adinventionibus proditus, increpationum ſibi fingebat imagines, & amputatum caput Juſti nefanda diaboli filia formidabat: ſicque cogitationum pravitate decepta, deinceps latere ſe credidit. Monachi ergo qui tanta revelatione Præcurſoris Chriſti digni ſunt habiti, ſumentes venerandum caput, domum redire properabant.

ipſum juſſerat procul à corpore ſepeliri. *d*

115 Κεραμεὺς δέ τις κατ' ἐκεῖνον καιροῦ τῆς Ἐμεσινῶν, δυσπραγίᾳ συζῶν καὶ τῷ ἔνδειαν σύνοικον ἔχον, καὶ θεὸς τῷ ἀμηχανίαν ἐλλογιζό-

115 Figulus autem quidam per idem tempus Emeſenæ civitatis, multis oppreſſus anguſtiis

A gustiis omnibusque rebus necessariis indigens; cum non posset extremam paupertatem ulterius eluctari, pro ipsius egestatis difficultate magnis affectus tædiis, vitam discessione continere se credidit. Accidit autem illi dum fugeret, occurrere Monachis istis, qui vas Eremi pretiosissimum deferebant. At ubi comes eis & socius itineris factus est, onus ei, sicuti peregrinantes pariter solent, fidenter committunt, visum qui sibi revelatus fuerat, *e* exponentes. Sed Figulo mysterium ignoranti, Præcursor apparuit, monuitque, ut comites suos lateret, & assumens id quod ferebat aufugeret. Quod cum feciſſet, ad domum propriam, unde discesserat, rediit; & ex illo permansit universis rebus prosperis florens. *f* Intelligebat autem sue prosperitatis auctorem, & honorem ei devoto studio suis congruentem viribus offerebat.

quod Figulus Emeſenus,

sibi ab iis creditum

e

furtim abstulerit;

f

116 Qui cum propinquare sibi cerneret mortem, hydriam *g* in qua munus illud habebat inclusum, diligenter obsignans, sorori *h* commendat proprię; pristinam egestatem ei referans, & opulentiam quę nunc esset in manibus pandens. Cumque fugienda primę paupertatis incommoda retulisset, indicassetque modum qualiter iis esset ereptus, precatus est eam ut depositum honorifice tractaret; nec prius hydriam patefaceret, quam rei eventus id quod erat interius indicaret; cogitans, quantum reor, quod uteri instar vas ipsum Pręcursori foret; ut sicut Dominum in utero matris positus innotuerat; *i* ita profecto post mortem vivens, urnę illius mysterium opportuno *k* tempore revelaret: & ideo non tacuit insperatę sue commutationis auctorem, sed ait; O mulier, ipsis experimentis doceberis, nostrę modum vitę, conversationemque cognoscens, ex quo thesaurum istum possidere meruimus. Si igitur & tu reverentiam huic habueris, bonorum omnium tam pręsentium quam futurorum copiâ perfruêris. Quodsi forsitan prolixitas corporis vires abstulerit, aut ægrotatio violenta macerarit, quo minus debitum studium dependere possis; alicui pio atque fideli viro munus hoc tradere non moreris.

B

g

h

& ante mortę commendarit sorori,

i

k

cum honore servandă.

C 117 Ergo post obitum fratris, quamdiu devotioni sue vires habuit consonantes, sanctum probatur dilexisse negotium: at ubi necessitati senilis cessit ętatis, ea quę à germano sibi mandata fuerant, insinuans his qui erant pium susceptur depositum tradidit. Plurimis *l* autem munus hoc alterna à successione recipientibus, etiam Eustachius quidam Monachus nomine, & alterius sectæ Presbyter, illud quod in hydria servabatur, sicut obsignatum erat, accepit. Profecto nempe qui dederant, religionem discernere nequiverunt, eumque pium arbitrati sunt hominem; qui nimis astute sanitates, quæ per virtutem sancti Capitis accedentibus conferebantur, sibimet adscribens, veritatem fidei, sicut caupo nequissimus adulterare nitebatur: tandemque serius his, qui recte & sancte, atque inseparabiliter beatam Trinitatem glorificabant, notus factus; ipse qui sub obtentu paternę venerationis in diminutionem Christi Filii Dei contumeliosus esse probabatur, ab Emesana civitate, cooperantibus etiam judicibus, cœpit expelli.

Hæc quoq; deficiens, tradiderit alteri, & alii aliis,

l

donec in manus veniret Eustachii Monachi,

cui propter hæresim pulso,

118 Precabatur autem eos qui se salubriter à sancto grege secernere atque effugare quęrebant, *m* ut unius saltem diei spatium largirentur morandi in ea spelunca, in qua ipsi sanctum constabat esse Depositum, quia jam angustiâ nocturni temporis, urgeretur. Sed

m

D AUCTORE D. P.

Ἔτυχε γὰρ τὸν ἐπιφερόμενον τὸ τοῦ ἐρήμου κειμήλιον φεύγειν μοναχοῖς· συνόμιλόν τε, καὶ κοινωνὸν τῆς ὁδοιπορίας γενέσθαι· ὅπερ συμβαίνειν ἐν ταῖς ἐπιδημίαις φιλεῖ· ᾧ καὶ συμβασάζειν τὸ δῶρον οἱ προῤῥεθέντες ἐνεχείρησαν, τὸν ἐποκαλυφθέντα παμιευσάμενοι. Ἀγνοοῦντι δὲ τὸ μυστήριον τῷ κεραμεῖ, ὁ Πρόδρομος ἑαυτὸν ἐμφανίσας, φησὶ τοὺς συνοιδοιπορεῦντας σοι λαθῶν μοναχοὺς, τὸ ἐπιφερόμενόν σοι μαργαρίτιον ἔχων ἀπέδραθι· καὶ τοῦτο πεποιηκὼς, οἴκοι πάλιν ἐπάνεισι· διετέλει δὲ πάσῃ κομῶν εὐπραγίᾳ, [καὶ τὸ πρότερον ἀμνημονῶν δυστραγίας] Καὶ εἰδὼς μὲν τὸν εὐπραγίας πρόξενον, τιμῶν δὲ τοῦτον εὐγνωμοσύνῃ τῇ καθ' δύναμιν.

116 Μέλλων δὲ τὸν ἀνθρώπινον ὑπεξιέναι βίον, ἐν κιβωτίῳ τὸ δῶρον ἔχων σφραγισάμενον τῇ ἰδίᾳ ἀδελφῇ παρατίθεται, τὴν πρώτην πρὸς αὐτὴν ἀφαλεχθεῖς ἐνδειαν, καὶ τὴν ἐν χερσὶν ἀφθονίαν μηνύσας· καὶ εἰπὼν μὴ τὸ πρότερας πενίας τὰ δύσφευκτα δεσμά, γνωρίσας δὲ καὶ τὸν τρόπον τοῦτων ἀπαλλαγῆς, καὶ παρακαλέσας ἔχεσθαι μὴ τοῦδε τιμῆς, μὴ πρότερον δὲ κιβώτιον σκαλύψαι, πρὶν ἂν τὸ ἔνδον ὑπέρχον μηνύσῃ τὴν ἔξοδον· λογισαμένῃ, ὡς οἶμαι, μητρῷαν αὐτῆς μήτραν τῷ Προδρόμῳ γίνεσθαι τὴν ἦβην, καὶ ὅτι ὁ τοῦ δεσπότου ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ γνωρίσας, καὶ τοῦτον διὰ τῶν σκιρτημάτων μηνύσας, σημαίνει πάντως καὶ ἐν τῇ ἥβῃ μὴ θανάτου ζωὴν, τὸν δὲ ἐξόδου καιρόν· ὃ παρεσιώπησε δὲ πάντως τὸ ἀφνιδίᾳ μεταβολῆς τὴν δι' ἡγησιν· ἀλλ' Οἶδα φησὶν, τῷ γύναι, τῇ πεῖραν μαθοῦσα ἐμετέρου βίου τὴν ἀμεμψίαν, καὶ οἵοι ἀνθ' οἵων γεγόναμεν, τοῦτον τὸ θησαυρὸν εὑρηκότες; ἔχου τοίνυν τοῦδε τιμῆς, καὶ τεύξῃ τῶν καλῶν τὴν ἀντίδοσιν. Εἰ δέ σε χρόνου πολιτεία μαράνας τὸ ῥώμην ἀφέληται, ἢ σώματος ἀνομαλία βία τὸ ἰσχύος σκαλύσῃ, καὶ πρὸς τὴν σπουδὴν ἀτονήσειας, εὐσεβῶν τινι τοῦτο μεταδοῦ.

117 Ἕως μὲν οὖν σύμφωνον εἶχε τῇ προθυμίᾳ τὸ σθένος, ἠγάπα τὸ πρᾶγμα· ὅτε δὲ τῇ τοῦ γήρους παρεχώρησεν ἀνάγκη, τὰ πρὸς αὐτὴν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ ῥηθέντα τοῖς λαμβάνειν μέλλουσιν ὑποθεμένη, τὸν παντὸς ἀνώτερον χρυσίου θησαυρὸν μεταδίδωσι. Πολλῶν δὲ τοῦτο τῆς ἀλλήλων διαδοχαῖς κτησαμένων τὸ δῶρον, τελευτᾷ. Εὐσάθιός τις ὀνόματι μονάζων, πρεσβύτερος ἑτεροδόξου, ἐν ὑδρίᾳ φυλαττόμενον διαδέχεται· ὃν οἱ δεδωκότες θρησκείας μὲν ἴσως διακρίνειν παντελῶς ἠγνόησαν, εὐσεβῆ δὲ τοῦτον ὑπέλαβον. Ὅδε, τὴν ὀκτωλικῆς κεφαλῆς τοῖς πρεσβεύουσι πηλάζουσαν θρησκείαν παρανούργως ἑαυτῷ πεῖαπτον, σκαπτήλευσε τὴν ἀλήθειαν· ὑφὲ δὲ ποτὲ τοῖς ὀρθῶς, καὶ ἀσυγχύτως; καὶ ὁμοσίως τὴν παναύφημον δοξολογοῦσι Τριάδα γνώριμος καταστὰς, ὁ προσχήματι τιμῆς τὸν Πατέρα διὰ τοῦ Υἱοῦ μειώσεως καθυβρίζων, ἀρχόντων συνεργίᾳ, τοῦ Ἐμεσινῶν ἀπελαύνεται.

F

118 Γονυπετῶν δὲ τοὺς ἐναγῶς τὸν ἐναγῆ τοῦ Σωτῆρος πίμνης χωρίζειν ἐπειγομένους, δωρίαν τῇ ὀψίμῳ δώσει χαρίσασθαι, καὶ συγχωρῆσαι πρὸς μιᾶν ἡμέραν τὸ αὐτόθι σπήλαιον οἰκῆσαι, προνοίᾳ Θεοῦ τοῦ ἐλπίδος εὐρεύθη. Διαδεχόντων δὲ τὸ αὐτὸ σπήλαιον εὐλαβεῖς ἄνδρες, μονήρη βίον

A AUCTORE D. P.

βίον διώκοντες · πολλῶν ἢ ἀποδεξαμένων τὸ ῥηθὲν μοναστήριον, ἐπὶ Μαρκέλλου τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ δεχιμανδρίτου, εὐδόκησεν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, τὸ Γαβριὴλ εὐαγγέλιον, καὶ τὸ στείρας τὸ βλάστημα, καὶ τὸ ἐρήμου τὸ κάλλιστον θρέμμα, τὸν τῆς ὠθαμονίας τὸν ἔλεγχον, καὶ τοῦ νόμου τὸν συνήγορον, καὶ τοῦ δεσπότου τὸν Πρόδρομον, τοῦ νυμφίου τὸν φίλον, καὶ Βαπτιστοῦ τοῦ σωτῆρος, καὶ τὸν ἀληθείας τὸν κήρυκα, καὶ τὸν εὐσεβείας τὸν θερμότατον ἐρασὴν ἀποκαλύψαι· τοῦ τὴν ἐπιφάνειαν ὁ προειρημένος ἐυλαβέστατος Ἀρχιμανδρίτης ἐξηγήσατο Μάρκελλος καὶ τὴν ὑποτεταγμένην σημείωσιν.

providentiâ Dei ſpe ſua fruſtratus eſt: non enim potuit impetrare, ne *n* id quod moliebatur, efficeretur. Suſcipiunt igitur eamdem ſpeluncam venerabiles viri, ſectantes ſingularis vitę propoſitum. Multis autem in monaſterio ſibimet *o* ſuccedentibus, ad poſtremum ſub Archimandrita Marcello divina gratia eum quem Gabriel euangelizavit, & ſterilis mater edidit, Eremi habitatorem, maximum correptorem impietatis, & legis vindicem, Domini Præcurſorem, amicum ſponſi, Salvatoris Baptiſtam, Prœconem veritatis, amatoremque juſtitię ferventiſſimum revelare dignatus eſt: *p*

D *n in Spelæi monaſterio ſuccedens Abbas Marcellus o deſcribit ſecundâ Inventionem.* p

cujus apparitionis modum prędatus vènerabilis Archimandrita Marcellus his retulit verbis.

ANNOTATA D. P.

a *Hic eſt titulus Mss. Latinorum.* Explicit Præfatio, *de qua infra*, incipit Relatio quemadmodum, &c. *Mss. Græca argumentum dividunt, & initio hunc habent titulum*, Εἰς τὴν πρώτην ἕυρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ τιμίου καὶ ἐνδόξου Προφήτου τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. In primam Inventionem præclari ac

B glorioſi Prophetæ, Præcurſoris & Baptiſtæ Joannis: *& alteri parti præfigitur titulus*, Εἰς τὴν δευτέραν ἕυρεσιν τοῦ αὐτοῦ, *&c.* In ſecundam Inventionem ejuſdem, *&c.*

b *Græce* ἐκδραμόντες *excurrentes.*

c *Editio Pariſina ſupervacaneè addit* nihil eſſet, *fortaſſe legendum erat*, nihil eſſe.

d *Legimus Joannis* 12 *quod cogitaverunt* Principes Sacerdotum, ut & Lazarum interficerent; *quam eorum cogitationem ut ſtultam ridens Auguſtinus*, Dominus Chriſtus, *inquit*, qui ſuſcitare potuit mortuum, non poſſet occiſum *Sed ſic interroganti reſpondere potuiſſent illi; Vere mortuum fuiſſe non credimus, adeoque nec vere reſuſcitatum; quemadmodum Chriſtum, quem vere mortuum eſſe non dubitabant, noluerunt credere reſuſcitatum. Herodias autem, vere mortuum Baptiſtam ſciens, quomodo potuit exiſtimare, Deo, ſi illum vellet reſuſcitare, difficilius fore de terra eruere, quod ipſa defodi feciſſet, quàm corpori alibi poſito redunire & vivificare? Potuit tamen, divinæ potentiæ incredula, formidare ne diſcipuli reſuſcitatum mentientes, ſuſcitarent turbas in ſuam perniciem; quibus ab erro-*

C *re deducendis ſervire poſſet prolatum, quandocumque opus foret, palamque exhibitum Caput; quomodo Judæi petierunt Chriſti ſepulcrum muniri appoſitâ cuſtodiâ. Interim multo veroſimilius in Arabico dicitur prior uxor Herodis petiiſſe caput Prophetæ; ideoque ab Herode juſſum terrâ obrui, ut reſpondere poſſet neſciri ubi id eſſet. Sed & hoc optarem ex Euangelio vel ſaltem ex Joſepho probari.*

e *Imo* recondentes: *hoc enim vox Græca* Ταμιεύσαι *ſignificat, & ſenſus requirit.*

f *Adde ex Græco &* prioris inopiæ obliviſcens.

g Κιβώτιον *proprie* Scrinium *vertitur; Sermo de Nativ. &c. utrumque conjungit hoc modo:* ὑδρείαν τοίνυν ἐνθέμενος ... ἔπειτα δὲ κιβωτίῳ διεσφαλισάμενος, ἔξωθεν καὶ σφραγίδα καλῶς ἐπισημηνάμενος. Hydriæ ipſam imponens .... deinde ſcrinio diligenter includens, atque exterius etiam ſigillo obſignans. Θήβη *pro* Θήκη, *quod infra bis occurrit, eâdem qua* Κιβώτιον *notione, nuſquam alibi reperiſſe videtur Cangius, imo librario mendo imputaſſe, quæ ipſam vocem non retulit in ſuum Gloſſarium Græco-barbarum.*

h Athaliam *nominat Synaxarium Arabicum*, Sororem *fuiſſet tacet: utpote præteriens ſilentio.*

i *Græce additur*, & eum per ſaltus indicans.

k *Græce*, ſignificaret tempus ſuæ inde egreſſionis. E

l *Si prima Inventio accidit tempore Conſtantini Magni, uti teneri poſſe dixi num.* 101, *anni abinde fluxerunt* CXX *& amplius, per quos conſequenter plures locum potuerunt tenuiſſe, ſpeluncam ſcilicet, in qua hic ſupponitur Caput delituiſſe: merito tamen dubites an Spelunca cœperit ſolitario alicui ſeruire prius, quam juxta conditum eſſet monaſterium Spelæi dictum de quo infra: ut non dicam, quod tota hæc ſucceſſio repugnet potiori auctoritati Sozomeni.*

m *Græce* ut gratioſe permitterent ſibi dilationem veſpertini egreſſus.

n *Sermo præcitatus, intentionem ejus ſic exprimit*, Ἐβούλετο γὰρ ὁ μιαρὸς κρύφα δὲ τὴν θείαν κεφαλὴν συμπεραβεῖν, ὥστε δὲ αὖθις, κλέπτειν δὲ ἰδίᾳ τὰ ὑπ ἐκείνης θαύματουργούμενα, δὲ ἔτως τῇ αἱρέσει. τὸ καλὸς αὐτὴν ἔχειν καὶ ὡς Θεῷ φίλον μνησεύσαιτο. Volebat enim impurus clam ſecum aſſumere ſacrum Caput; ut iterum ſurriperet ſibique arrogaret miracula, per ipſum patranda, atque ita conciliaret hæreſi opinionem rectæ fidei Deoque placitæ.

F o *Si vera eſt noſtra conjectura de Ariani iſtius Monachi Emeſam adventu, ſub Epiſcopatu ſancti Joannis Chryſoſtomi primis annis ſeculi* V, *de quo infra, & locum ille aliquamdiu tenuit occultus hæreticus; poſt ejus inde expulſionem non multi ſibi potuerunt ſucceſſiſſe ante* Marcellum *in regimine Spelæotarum; & credibile eſt, haud diu paſſos Monachos, locum tam aptum alicui ſolitario recipiendo, juxta ſe vacuum remanere: ſed credere malim, jam tum Abbatem fuiſſe* Marcellum *cum Euſtachius expelleretur; apparet enim ex ejus relatione, inſtitiſſe ipſum apud Epiſcopum, ut ſibi ſuiſque concederetur ſpelunca, priuſquam de ſacro Capite ſciret aliquid.*

p *Apud Marcellinum Comitem invenitur ſatis prolixa & accurata epitome hujus totius narrationis, quam Baronius ad an.* 391 *num.* 12 *æſtimat ab aliquo additam illius Chronico*, quod, *inquit*, perbrevibus quidem rerum monumentis ab ipſo elaboratum eſſe conſtat, non autem longioris alicujus narratione hiſtoriæ; ut planę appareat, conſarcinationis futurâ, pannum

num novum veteri conſutum veſtimento. *Non tamen hinc ſequitur, eum unde ſumptus eſt textum Marcellino poſteriorem eſſe; cum Dionyſius Exiguus, qui eum Latine reddidit, tantum non ſenior ipſo Marcellino fuerit, adeoque potuerit iſte rem, ſibi ex recenti interpretatione hujus notam ac novam, præter inſtitutum intexuiſſe Chronico ſuo, vel margini adſcripſiſſe addendum textui.*

§. IV. *Quomodo Conſtantinopoli Emeſam referri Caput potuerit, & Sozomeni atque Emeſenorum narratione conciliari, atque horum excuſari error circa initium ſuæ poſſeſſionis.*

Cenſuram Gelaſii PP.

119 *Sanctus Gelaſius Papa, in Synodo* LXX *Epiſcoporum Romæ congregata anno* CCCCXCIV, *id eſt* XLII *poſt ſecundam ſacri Capitis apud Emeſam inventionem, Decretum edidit, in Conciliis generalibus legendum totum, delibatum autem quatenus huc facit & expenſum num.* 15 *Poſtſcripti, in Apologia Prælimnari ad hujus menſis Acta; Decretum, inquam, Gelaſius edidit de libris Canonicis & Apocryphis, in varias eos claſſes diſtinguens, quorum aliquos licet Romana eccleſia non legat,* omni tamen cum honore *ſuſcipi ab ea dicit; ad alios in particulari deſcendens, propriam cuique aptat cenſuram; & poſt* Actus Beati Silveſtri, *recenſet* ſcripta de Inventione Crucis Dominicæ, & alia ſcripta de Inventione Capitis S. Joannis Baptiſtæ, *quæ, inquit,* novellæ quædam relationes ſunt, & nonnulli eas Catholici legunt: ſed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, B. Pauli Apoſtoli præcedat ſententia: Omnia probate, quod bonum eſt tenete. *Huic præcepto ſi priora ſecula paruiſſent, & quidquid de Sanctis ſcriptum undecumque proferebatur hiſtoricâ expendiſſent trutinâ; huic curioſo ſeculo minus laboris reliquiſſet veri falſique veroſimilis & inveroſimilis diſcrimen faciendum, poſt tot ætatum decurſum, & deperdita monumenta quamplurima quæ eo facere poterant; quando nec hoc quidem ſcitur, an ea quæ Gelaſius dijudicanda ſuſcepit, ad nos uſque pervenerint.*

ſcriptū de Inventione Capitis novellam relationē appellantis,

quidam in Sozomenū torquent,

120 *Interim de ſcriptis, Capitis prædicti Inventionem ſpectantibus, diſceptatur inter Eruditos, ſintne ea quæ ſecutus Sozomenus eſt, circa primam Inventionem Tranſlationemque Conſtantinopolim; an relatio quæ recentiſſima tunc erat, de ſecunda apud Emeſam. Contra Sozomenum acriter pugnant aliqui apud Cangium pag.* 50 *& ſeqq. eumque is à Macedoniano quopiam vel deceptum vel ſuffarcinatum fuiſſe cenſuit; imo in univerſam ejus hiſtoriam intorquens illud S. Gregorii Magni ex lib.*6 *Ep.*31: In hiſtoria Sozomeni, *inquit,* de quodam Eudoxio, qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum arripuiſſe dicitur, aliqua narrantur: ſed ipſam quoque hiſtoriam Sedes Apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſueſtiæ nimium laudat atque uſque ad diem obitus ſui magnum Doctorem Eccleſiæ fuiſſe perhibet. *Verum jam pridem Melchior Canus, lib.* 2 *de locis Theologicis obſervavit, nihil ejuſmodi haberi in Sozomeni hiſtoria; quare Baronius, Miræus, Voſſius cenſent, bonam hiſtoriæ illius partem intercidiſſe, ac nominatim* hiſtoriam annorum circiter octodecim à Conſulatu Agricolæ & Euſtathii uſque ad Conſulatum XVII Theodoſii, & in iis capitibus quæ vetuſtatis incuriâ perierunt, ea ſcripſiſſe quæ referuntur à Gregorio Magno.

auctoritate S. Gregorii;

121 *Sed hæc reſponſio minime placet Hadriano Valeſio, inter veterum de Sozomeno à ſe illuſtrata teſtimonia obſervanti, quod* ætate Caſſiodori, qui Gregorium Magnum anteceſſit, nihilo auctiores erant Sozomeni Codices iis quos nunc habemus, idque ex Hiſtoria Tripartita ejuſdem Caſſiodori ſatis eſt cognoſcere. *Itaque ipſe Valeſius cenſet,* Gregorium memoriæ vitio lapſum fuiſſe, qui quod à Theodoreto cap. 39 dictum eſt, Sozomeno tribuerit. *Ejuſmodi ſane lapſum quo* Martyres *vocavit qui meri fuerant Confeſſores, nos aliquoties notavimus, neque propter hanc tituli diverſitatem perſuaderi potuimus, ut Herculanos, Juvenales, Zenones Sanctos geminaremus. Equidem valde dubito utrum Gelaſio, qui ſolius eccleſiaſticæ hiſtoriæ ab Euſebio quidem conſcriptæ, ſed à Rufino in Latinum verſæ, in dicto Decreto meminit cum laude, non item Socratis, Sozomeni & Theodoreti, eorum ſcripta unquam viderit; & ut vidiſſet, non debebat eorum meminiſſe, qui necdum Latinitate donati, necdum legebantur in Latinis Eccleſiis, quibus ſolis conditum videtur Decretum. Dubito etiam, propter ſilentium Socratis, an de tranſlato Conſtantinopolim Capite ſcripſerit aliquis ante Sozomenum relationem particularem, quæ potuerit ſub judicium Gelaſii venire. Emeſena autem poſterior Inventio, cujus relatio aliqua Latina ab incerto auctore fuerit in Italiam perlata, alia quam nunc habeamus, potuit commemorata fuiſſe à Gelaſio, abſque ullo ad Græca reſpectu, & ab eo, propter mirabilia aliaſque rationes nunc ignotas, cenſurari.*

ſed hunc memoriâ lapſum cenſent alii:

& Sozomenus Gelaſio ignotus fuiſſe videtur,

122 *Atque utinam certi eſſemus Marcelli, ea de re epiſtolam genuinam haberi, nec alterius ſtylo interpolatam, ejuſdem ſcilicet qui præmiſſum de prima Inventione Paragraphum ipſi Epiſtolæ præpoſuit, Gelaſianâ cenſurâ imprimis dignum, ſi hæc ad Græcos ſe extendiſſet. Interim ſic notatis ſcriptis quibuſcumque merito Latini deſiderabant puriorem certioremque rei geſtæ ſeriem à Græcis accipere, Dionyſiumque rogarunt ut id ſibi præſtaret. Hunc vero non miror, ſub annum* DXXV, *utramque partem æqualiter Latine reddidiſſe, nihil inter eas diſcernendo. Simplex enim officium Interpretis aſſumenti, conveniebat contextum integrum dare; licet forte non ignoraret multum intereſſe inter eam partem, quæ ex vulgari habebatur traditione, & alteram quæ ab oculato teſte ipſarumque rerum actore præcipuo Marcello haberi credebatur. Sed quod ab illo exigi non debuit, exigetur à nobis, criticam ſuper ejuſmodi ſcriptiones profeſſis.*

ad novam ex Græco verſionem,

123 *Dico igitur opus eſſe diſtinctione: & primam quidem hactenus propoſitæ narrationis partem, abſque præjudicio ſecundæ, poſſe rejici ut prorſus apocryphum. Quomodo autem ſecundæ partis veritas poſſit cum relatis à Sozomeno ſubſiſtere, id quod Baronio in Notis ad Romanum Martyrologium viſum eſt impoſſibile, & Cangio perquam difficile, aggredior indagare conjectando; & conjecturam meam Eruditis æſtimandam relinquo, donec melius aliquid ipſi ſuggeſſerint. Ac primum appendo, quod poſt divulgatam notitiam Emeſenæ Inventionis, nemo Græcorum amplius fecerit mentionem Tranſlationis in Hebdomum factæ à Theodoſio: nec veroſimiliorem ejus ſilentii*

cujus pars prior apocrypha cenſeri poteſt,

altera ſcripta diu poſt ablatum CP. caput:

AUCTORE D. P.

silentii excogitare rationem possum, quam quod sacrum Caput ibi amplius non appareret, nesciebatur vero, quomodo, per quem, aut quo ablatum illud fuerit. Præsentia autem illius Emesæ circa annum DXXX *adeo certa habebatur Constantinopoli; ut ipsemet* Justinianus Imperator, cum templum Præcursoris quod in Hebdomo est ab eo ædificatum, *id est augustiori formâ restauratum, (de quo infra)* per sacras Reliquias sanctificare *vellet, pro festo dedicationis, tum alias aliunde,* tum miraculorum effectricem *ejusdem* Præcursoris dexteram Antiochiâ, & maxime venerandum caput Emesâ transtulit in regiam civitatem *& istam quidem retinuit; hoc, peracta solennitate remisit. Ita Theodorus Daphnopata in narratione infertus danda.*

ablatum autem sit à Monacho Macedoniano

124 *Animadverto deinde, quod ultimus sancti pignoris possessor* Eustachius Monachus, *dicatur* alterius sectæ Presbyter *fuisse; in Arabica autem epitome* sectâ Arianus. *Cum autem* Macedoniani, *nomine potius quam sententiâ, differrent ab Arianis, à quibus ipsemet eorum Princeps fuerat ordinatus Episcopus; solamque larvam prætenderent Nicenæ fidei, Spiritui sancto apertius quam verbo Divinitatem detrahentes;*

B

usu occasione turbatæ civitati,

malim credere, dictum apud Arabes Arianum, *revera* Macedonianum *fuisse: qui turbas Constantinopoli suscitatas, propter expulsum Sede sua Chrysostomum, in rem suam verterit, opportunitatemque invenerit furtim auferendi* Caput Joannis; *ad hoc patrandum stimulatus injuriâ, quam putabat factam sua secta in cujus possessione illud antea fuerat.*

qui illuc prope Emesâ clam defoderit;

125 *Hoc patrato, prima ei cura fuisse debuit, ne quo indicio patesceret facinus; itaque non solum decreverit, quamlongissime discedere ab urbe regia; & secretissima habere omnia, sed etiam quidquid auri argentive aut gemmarum ipsi Reliquiæ appositum erat, in Asia vel Europa, id omne detraxerit distraxeritque in longæ peregrinationis viaticum. Deinde apud Spelæi prope Emesam monasterium nactus locum propositio suo idoneum; furtum suum intra ollam repositum, absque ullo indicio nominis sic defoderit, ut refodientibus videri posset illud istuc minime recenter allatum, sed multo pridem sic positum fuisse; speraverit autem, miraculo aliquo revelaturum se sanctum; quo facto ipsi sanctitatis opinio apud Emesenos, & lucrum grande accideret, à conferendis ad ornatum eleemosynis. Cum autem nihil tale accideret; sed, præter spem omnem suam, à loco ubi furtum condiderat expelleretur; voluisse ipsum, si potuisset, clam tollere; ejusque voluntatis argumentum fuisse instantiam, petentis* unius saltem diei spatium in ea spelunca, in qua constabat, *ipsi nempe soli,* sanctum esse Depositum.

nec auferre potuit subito inde exturbatus:

C

inventum autem à Marcello, unde esset ignaro,

126 *Postquam igitur istic invenit* Marcellus; *id de quo nemo fuerat suspicatus ibi esse, itaque invenit ut nulla ei posset venire cogitatio unde esset, nisi ab Jerosolymis, ubi dicebatur antiquitus inventum à duobus peregrinis fuisse, iisque ab Oriente advectis, qualis respectu Palæstinæ Cilicia erat; ipse quidem nihil aliud scripserit quam modum & ordinem factæ sibi revelationis; posteris autem suis, volentibus integram historiam dare, occasionem dederit scribendi etiam partem illam primam, qualis ex Cilicia habebatur verbo vel scripto tradita; & quod ad intentum ei derat supplendi ex conjectura: atque ita nonnullis placuit præsumere; quod qui Caput figlino vasi incluserat absque ullo ornatu, pauper fuerit figulus, conjecturam forsitan roborantibus, figlinæ istic olim exercitæ indiciis, testarumque coacervatis fragminibus. Quoniam autem peregrini illi dicebantur Macedoniani fuisse, cognaverint, indignos tali thesauro, per aliquam occasionem privatos eo fuisse, per illum nempe ipsum, quem sibi imaginabantur figulum, doni illius auctorem. Ipsum tamen, in eorum conceptu, occultum manserit semper, Emeseniisque civibus ignotum; figulo autem suo dederint filiam secreti conscium; quia apud Cilices aliquid narrabatur de muliere quadam, quæ post Peregrinorum dictorum mortem ipsius Capitis custos fuerit. Quodsi Emeseni etiam animum advertissent ad monogramma Christi ☧ ollæ impressum, ut supra insinuavi, fortassis etiam fuissent aliquid de Constantino Magno, Caput sanctum obsignante commenti.*

D

in olla figlina, fecerit comminisci figulum tanti doni auctorem.

E

§. V. *Expenditur relatio Metaphrastæ in Vita S. Matronæ, contraria veriori de secunda Inventione historiæ. Ad hanc Dionysii Exigui Prologus.*

Dicitur in Vita S. Matronæ Pergen.

127 *PRiusquam ad præfatam eamque veriorem historiam secundæ Inventionis, à prælaudato* Marcello *descriptæ, veniam; placet expendere, quæ Simeon Metaphrastes, seculi* X *scriptor, habet in vita S. Matronæ Pergensis; ne istam lecturis scrupulum moveant; & Auctorem, fide dignissimum in iis quæ vidisse & egisse se scribit, reddant fabulositatis suspectum.* Eo tempore (*quo Emesæ degebat Matrona*) Agricola quidam, *inquit Metaphrastes,* prædium operans, multis diebus vidit flammam ignis è terra emitti; erat vero emissio continua & numquam desinens. Hic ergo, ut qui esset agricola, nihil valens conjicere altius, Episcopum civitatis accedens, id renuntiat. Ille autem, ex illo quod apparebat intelligens, magnum quid significari; cum suo Clero veniens ad locum, facta oratione, jussit terram fodere. Quod cum factum esset inventa est urna, non aurum celans aut aliquid aliud ejusmodi quod posset demulcere animum ornamentorum cupidum; sed rem quamdam pretiosam & maximi faciendam, nempe maxime Venerandum Caput S. Joannis Baptistæ. Cumque hæc fama in omnem partem pervasisset, nullus domi remanebat, sed cum universa multitudine confluebant omnes ad spectaculum; à quibus hoc venerandum Caput, cum omni laude & glorificatione in templum introducitur.

visam agricolæ flammam è terra existere.

quam fodiens Episcopus Caput invenerit:

F

sed hoc falsam redderet relationem adscriptam Marcello.

128 *Hæc ita simpliciter gesta si essent, oporteret confictas dicere revelationes eas omnes, quibus innotuisse dicitur cujus id Caput esset; & fictionis auctor fuisset vel* Marcellus *ipse, sub cujus nomine circumfertur Epistola mox producenda, vel Spelæotarum Monachorum aliquis. Neutrum præsumere nos patitur temporis ratio, quo vixit* Matrona, *annos non multo plures quam triginta numerans, aut ut summum quadraginta, quando res Acta est, ipsâ Emesæ præsente & quæ viderat audiveratque millies narrante Constantinopoli; quo citius rediit, & ubi usque ad annum vitæ centesimum rexit Parthenonem à se conditum, familiaris Verinæ Imperatrici, cujus consilio illustres aliquot Matronæ ex Palatio ipsius disci-*

A

quod præsumi nequit, habita temporis ratione,

disciplinæ subjecerunt sese, præsente & in omnibus adjuvante eo ipso (nisi fallor) Marcello, *cui prædictæ Revelationes adscribuntur; quique illam jam feminam agnitam direxit Emesam, ad suæ ibi sororis Monasterium, postea autem eodem missus etiam ipse ad regendum Speläi monasterium, digressa Hierosolymam* Matrona, *eodem etiam rediisse videtur ad suum S. Bassiani monasterium, perpetuus deinde adjutor Sanctæ.*

quo Matrona translationi Capitis interfuit,

129 *Hæc autem, femina (ut dixi) agnita, vix Emesam discesserat, quando tam mirandæ rei fama, ad aures viri ejus Domitani, ipsam ubique requirentis perlata, eum adduxit Constantinopolim frustra; deinde etiam Emesam, tali occasione. Invento sacro Capite,* Matrona, *jam Præfecta monasterio,* cum omnibus Sanctimonialibus suis, præsens spectaculo accessit; & hausit ex unguento, quod erat propositum ... In media autem intercepta multitudine, cum ei non concederetur exitus, eo quod, ut acciperent, omnes se intrudebant; ex eo quod acceperat unguento, coacta est aliis impertiri. Dum autem ea ita distribueret, quidam ab ortu cæcus, omnes prætermittens, (erant enim tunc quidam Sacerdotes, qui divini unguenti faciebant distributionem) venit ad ipsam, valde instans precibus: illa vero cum pretioso unguento oculos ejus inunxisset; fecit protinus intueri, qui antea numquam viderat. Hoc eam magnam prædicavit, & effecit ut esset apud omnes insignis adeo, ut omnes dicerent eam esse, quæ latere tamdiu est meditata, & cum viris fecit ea quæ faciunt Monachi.

B

& cæcum illuminavit unguento inde sumpto,

annos nata 40 ut summum cum res ageretur circa 454.

130 *Ergo vir ejus Domitianus uxoris inveniendæ novam inde spem concepit, & Emesam venit: sed hoc frustra. Sentiens enim illa adesse maritum, invenit modum quo periculum evaderet Hierosolymam profecta; sequentemque etiam illuc variis modis fefellit, quamvis ex iis, quæ maritus describebat, vultus lineamentis agnita. Erat autem tunc eâ fere formâ, quâ fuerat annos viginti quinque nata cum à viro discesserat, numquam ei postea visa; & solitariè commoranti insidians dæmon, sic eum alloquitur:* Ætate es adhuc juvenis insigni pulchritudine: *quorum nihil convenisset multo majore tricenariâ. Atqui tunc agebatur annus ut minimum* CCCCLIV: &

C

& ultra an. Christi 500 superstes,

Matrona *tandem regressa Constantinopolim; atque à* Marcello *causam adventûs rogata respondit, quod* senectutem & muliebrem imbecillitatem despiciens *unice studuerit ad eos redire, à quibus primam spiritualis vitæ institutionem acceperat. Erat ergo tunc saltem quinquagenaria, cum rediit Constantinopolim, & annus Christi agebatur circiter* CCCCLXX, *Leone & Verena imperantibus, quibus carissima illa fuit; & siquidem ultra annum centesimum vixit, longe ultra quingentesimum Christi vivendo pervenit. Vivebat eo ipso tempore, quo historiam hanc, longe lateque vulgatam apud Græcos, Latinam fecit Dionysius Exiguus. Cum autem etiam* Marcellus *diutius ibidem vixerit, Emesâ regressus ad S. Bassianum, ad annos saltem* XV *adjutor Athanasiæ, prædivitis feminæ, ad* S. Matronæ *discipulatum transgressæ, eique subserviret eleemosynis distribuendis; fieri non potuit, ut vel ipse (quamvis non fuisset, ut erat, moribus integerrimus) alium sacri Capitis inventi modum propalaret scripto, quam cui attestabatur* S. Matrona; *nec ut alii sub ejus nomine quidquam fingerent, quod ille non continuo refutasset.*

cum jam ubique nota esset Marcelli relatio.

131 *Maneat igitur inconcussa veritas Historiæ, hic proponendæ; & Metaphrastes dicatur, post quinque secula, non ea scripsisse quæ fuerant ex ore* S. Matronæ *olim accepta, aut Emesâ transmissa; sed cum aliquid audisset de flamma ex loco latentis Capitis erumpente, de rastro fodiendi loci instrumento, de Episcopo repertum thesaurum in ecclesiam transferente; Agricolam visæ flammæ testem & indicem imaginatus sibi sit; sicut antea Emeseni, ex urna cui injectum Caput latebat, commenti sunt figulum, portitorem tanti thesauri. Alia certe debetur Metaphrastæ fides in iis Vitis, quas vel invariatas suæ collectioni inseruit, vel cultiori solum stylo ornavit nihil in substantia alterans: alia in illis, quas ex variis partim auctoribus, partim traditionibus consarcinavit: ut patet ex Vita S. Charitonis Abbatis, in nostris ad Ephemerides Græco-Moscas* XXVIII *Septembris notis suggillatâ, ubi ostendi eum duos diversissimi temporis, sed nominis ejusdem Sanctos confundere. Ipsa autem S. Matronæ Vita, nullis temporum characteribus insignita, satis prodit scriptori defuisse illorum notitiam, qualem hic utcumque eruderavimus. His præmissis venio ad Interpretem verioris Historiæ.*

D

AUCTORE D. P.

Deceperit ergo Metaphrastem, Vitæ istius post annos 400 auctorem,

propria, ut in aliis pluribus, conjectura, de modo inventi Capitis,

E

& verum scripserit Marcellus,

132 *Est hic* Dionysius, Abbas Romanus, cognomento Exiguus, geminâ scientiâ Græce & Latine clarus, *uti eum laudat Sigebertus Gemblacensis de Script cap. 27, qui tum alia præclara, partim, composuit ipse, partim ex Græco Latina fecit, sunt jam sæpe enumerata ab aliis, novissime autem à nostro* Philippo Labbe *in sua de Scriptoribus ecclesiasticis dissertatione. His addas licet opusculum hoc* de Inventione Capitis S. Baptistæ, *quod ab ipso Latinitate donatum indicat* Prologus, *cuidam* Gaudentio Abbati, *Romano verosimiliter etiam ipsi, inscriptus, atque allatus nobis ex Hamburgensi Lindebrogii Ms; Cangio autem exhibitus à Domino de Wyon d' Herouval, suprà laudato propter promptissimam ipsius ad ejusmodi conatus Eruditorum juvandos voluntatem. Ex hoc Prologo etiam istud discimus quod suprà insinuabam, talem* historiam tunc *primum* Romanis manifestatam, *diversam esse ab ea relatione cujus meminit Decretum Gelasii. Cetera Mss. pleraque, sicut & ea quæ Surius vidit, carebant Prologis, ut passim plurima Sanctorum Acta, in Legendariis per anni cursum digestis scripta; sæpe cum magno incommodo distinctioris scientiæ, de Auctoribus eorumque ætate, & scribendi proposito habendæ, si singulis Præfatio sua adesset. Hæc autem, de qua dicere instituì, quamque in hunc locum reservavi, præponendam parti potiori, sic decurrit.*

Latine redditus à Dionysio Exiguo.

F

133 DOmino Venerando mihi, Gaudentio Abbati, Dionysius.

Præfante quod Monachis facta revelatio,

Carissimorum Fratrum, quos per gratiam Christi regitis, cura studiumque compulit, ut relationem quæ de Inventione Capitis B. Joannis Baptistæ Græco sermone conscripta est, Latino per me redderetur eloquio: conveniens esse dicentes, ut in Natali ejus, quo major in natis mulierum nemo surrexit, hæc relatio, quæ de illo traditur, populis fidelibus intimetur. Promptis igitur animis in spa-

A tio licet brevi, quod poſcebatur explicuit, maxime & quia ſanctitatem tuam hoc idem fieri velle cognovi. Nec hoc ſine divino nutu geſtum eſſe perſpicio: & idem Joannes, prævius Domini veritatis Præco, Prophetarum culmen omnium, inſtitutorque Monachorum, ſicut primitus ſe Monachis oſtendit, qui ſacratiſſimum Caput ejus de domo Herodis quondam Regis impii ſuſtulerunt, dein ablatum, Emeſæ multis ignoratum temporibus, item Monachis ſe declaravit; ita nunc officio Monachorum, quamvis humilium, hanc de ſe Romanis hiſtoriam manifeſtare dignatus eſt; venerandi, credo, propoſiti delectatus obſequio, quatenus per eos qui ſingularem ſectantur vitam, ſuam in Chriſto panderet gloriam. Et hoc dicimus, non quod nobis alicuius præclaræ mentis conſcientiam intolenter arrogemus; ſed quod per ſe pia profeſſio præferat ſanctum ſtudium, licet eidem noſtra deſidioſa converſatio non æquetur.

AUCTORE D. P.

congrue per Monachū Latine redditur:

134 Qualem vero tunc idem Beatiſſimus exegerit vitæ modum, quis poterit ignorare fidelium? nam præter illam divini muneris eximiam largitatem, qua de repromiſſione conceptus eſt; & adhuc intra materna concluſus viſcera, de utero quem fœcundavit ſterilem, in utero ſanctæ Virginis agnovit univerſitatis auctorem. Præter illam quoque gloriam ſingularem, qua Baptiſta Chriſti, & amicus extitit cæleſtis Sponſi; ſæpe ſolitarius in deſertis locis abditiſque moratus eſt, diu noctuque in jejuniis & orationibus perſeverans, veſtitus pilis camelorum, & locuſtis paſtus ac melle ſylveſtri. Quæ omnia ſummæ continentiæ atque frugalitatis indicia eſſe monſtrantur, quibus univerſo mundo cum ſuis pompis deliciiſque renuntians, nihil aliud dignabatur videre, quam Chriſtum: cui etiam ad ſuum baptiſma venienti, teſtimonium perhibuit dicens; Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cumque tam præclaris actibus tamque magnificis, inſinuaret omnibus exempla virtutis; Principes tamen, cum Scnioribus & Scribis & Phariſæis, meritis ejus inſanis auſibus exprobrabant; quod Dominus noſter in Euangelio teſtatur, & dixit,

B *quia ipſe Sanctus inſtar Monachi pœnitētis vixit,*

C Venit Joannes Baptiſta, neque manducans, neque bibens, & dicitis, Dæmonium habet. Sicuti nunc plerique Chriſtianorum, Phariſæorum ſine dubitatione conſimiles, ſi forte Dei famulos viderint abſtinentes, in eadem convitia atque maledicta prorumpere; & rem quam imitatione deberent aſſequi, ſuis inſequi contumeliis non verentur: ut probabilis vita, rumoribus malignis expoſita, laudandam perſeverantiam tenere valeat, qua fervorem veteris æmulationis accendat. Hoc autem odium de morum ſimilitudine ſuſtinemus, ut id quod Dominus noſter ait in Euangelio, in nobis etiam comprobetur: Si de hoc mundo eſſetis, mundus, quod ſuum erat, diligeret: ſed quia de mundo iſto non eſtis, propterea odit vos mundus.

ideoque odium mundi incurrit,

Matt. 11, 18

Joa. 25, 29

135 Hæc mundi odia incidit S. Joannes, cujus hodie feſtivitas ab Eccleſiâ toto orbe terrarum celebratur, & jam temporibus Iuliani, Tyranni potius quam Principis, in ſuo corpore reliquo pertulit, quod à Diſcipulis ejus tunc ſepulturæ traditum, ſacratiſſima Euangelia retulerunt. Nam Gentilium fera crudelitas, impiiſſimi atque Apoſtatæ Iuliani moribus congruens, effracto Beatiſſimi tumulo, oſſa ejus dementer extraxit; ignique comburens redegit in pulverem, & paſſim veſano furore diſperſit. Sed gratia Chriſti, quæ ſuorum dirigit corda famulorum, per dies eos, Monachos quoſdam ab Hieroſolymis ibidem causâ orationis adduxerat; qui videntes tam ſceleſtum facinus ab impiis perpetrari, ſtupentibus ipſis Gentilibus, eaſdem venerandas Reliquias tranſtulerunt; moxque inde profecti ſunt, theſaurum ſecum venerabilem deferentes. Ecce rurſum obſequium Monachorum divinitus procuratur, ut quemadmodum per Monachos Caput hujus Sancti repertum eſt, ita quoque per Monachos reſiduæ corporis ejus Reliquiæ ſervarentur: quæ protinus ſancto Athanaſio, Alexandrinæ civitatis Epiſcopo, diriguntur; quas poſtea Theophilus ejuſdem civitatis Epiſcopus, univerſa idolorum delubra deſtruens, in baſilica, quam ſub nomine ejuſdem beatiſſimi Joannis Baptiſtæ pia devotione conſtruxit, ſub ingenti populi veneratione depoſuit. Sed jam tempus eſt ut prædictam vobis referamus hiſtoriam, proque hoc labore noſtro precum veſtrarum præſidia efficaciter impetremus.

necnon Apoſtatæ Juliani;

cujus furori ſubtracta oſſa alia

etiam Monachi Alexandriam tulerunt.

D

E

§. VI. *De tempore & loco ſecundæ Inventionis.*

136 Ἐπεφάνη ὁ τρισόλβιος καὶ οἰκουμενικὸς ἀπόστολος, καὶ γνήσιος φίλος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηστειῶν, τῇ δ φεβρουαρίου μηνὸς ὀκτωκαιδεκάτῳ, ἤτις τρίτη ἐξήκοστῆ ἑπτακοσιοστῇ ἐν χρόνοις Ἰνδικτιῶνος ἕκτης, βασιλευόντων Βαλεντινιανοῦ καὶ Μαρκιανοῦ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καὶ δόλων τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τοῦ ὁσιωτάτου Ἐπισκόπου Οὐρανίου, καὶ ἀνηνέχθη εἰκάδι τετάρτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνός. Apparuit beatiſſimus & univerſalis Apoſtolus, genuinuſque amicus Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, mediâ hebdomadâ ſanctorum Jejuniorum, decima octava die menſis Februarii, anno ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio, tempore Indictionis ſextæ, regnantibus Valentiniano & Marciano piiſſimis Imperatoribus ac Dei famulis, ſub Uranio Epiſcopo ſanctiſſimo; & allatum eſt vigeſimâ quartâ menſis ejuſdem. *Ita narrationem mox producendam, orditur Marcellus: eamdemque ſic finit:* Ἐγένετο δὲ τὰ κατατεθέντα τοῦ ἁγίου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ἐν τῷ αὐτοῦ ναῷ μηνὸς Ὀκτωβρίου εἰκάδι ἕκτῃ τοῦ τρίτου καὶ ἑξηκοστοῦ καὶ ἑπτακοσιοστοῦ ἔτους Ἰνδικτιῶνος ἕκτης. Facta eſt S. Joannis Baptiſtæ ac Præcurſoris depoſitio in ejus templo, menſis Octobris die vigeſima ſexta, anno ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio, Indictionis ſextæ.

Anno Syromacedonū 763. Ind 6 18 Febr. facta Inventio dicitur,

expoſitio 24 ejuſdē, in Hebdomade mediæ Quadrageſimæ;

F

Tranſlatio, 20 Octobr.

137 *Hæc ipſa Marcellinus Comes, poſt relatam Epitomen eorum quæ antea geſta retulimus, (quæ an ipſius ſit dubitat Baronius, nec audet affirmare Cangius) ſic proſequitur.* Hoc igitur venerabile caput, ſub Uranio memoratæ Epiſcopo civitatis, Vincomalo & Opinione Coſſ. menſe Februario die XXIIII, mediâ jejuniorum Paſchalium ſeptimanâ, Imperatoribus Valentiniano & Marciano regnantibus. *Paſchale Chronicon, aliàs dictum Alexandrinum, hæc habet:* Ἐπὶ τῶν προκειμένων Ὑπάτων Βινομάλα καὶ

Vincomalo & Opilione Coſſ.

A *annis post de collationem 425,*

καὶ Ὀπιλίωνος, βασιλευόντων Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Μαρκιανοῦ Αὐγούστων μηνὶ Περιτίῳ τῇ ιβ' καλανδῶν Μαρτίων τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν, ἔτους Συρομακεδόνων ψχγ', Ἀντιοχέων φα', καὶ υνε' ἔτους ἀφ' οὗ ἀπετμήθη ὁ ἁγίου Πρόδρομου, Προφήτης καὶ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ηὑρέθη ἡ τιμία αὐτοῦ κεφαλὴ ἐν τῇ Ἐμεσίων πόλει. Sub præſentibus Conſulibus Vincomalo & Opilione, imperantibus Valentiniano & Marciano Auguſtis, menſe Peritio, ex ante diem XII Kalendas Martias, media jejuniorum hebdomade, anno Syro-Macedonum DCCLXIII, Antiochenorum DI, & CCCCXXV poſtquam capite truncatus eſt ſanctus Præcurſor, Propheta & Baptiſta Joannes, illius venerandum Caput in civitate Emeſenorum repertum eſt.

ideoq; anno V. Æ. 453,

138 *Conſulatus* Vincomali & Opilionis *annum vulgaris æræ notat abſque ulla controverſia* CCCCLIII: *qui dum eſſe dicitur* CCCCXXV *à decollatione Joannis, ponitur ille decollatus anno ejuſdem æræ* XXVII (*ut ante diximus*) *exeunte; eoque confirmaretur ſententia Henſchenii, crucifixum Chriſtum ſuſtinentis,* duobus Geminis

B Coſſ. *id eſt anno noſtro* XXIX, *contra quam ipſemet Chronici Paſchalis auctor operoſiſſime conatus fuerat demonſtrare crucifixum Chriſtum* Perſico (*aliis* Priſco) & Vitellio Coſſ. *qui ſignant vulgaris æræ annum* XXXIV. *Nempe Auctor iſte, quam fuit ſolicitus de anno nati atque crucifixi Domini ex propria ſententia conſtituendo; tam nihil videtur fuiſſe ſolicitus de uniformi ad cetera*

cujus an. 29 obiiſſe Chriſtum vel hinc confirmaretur.

ubicumque ſucceſſura progreſſu, ſed Chronicon pertexuit ipſis quos compilabat Auctorum prægreſſorum verbis: quod dum hic etiam feciſſe præſumitur, augetur numerus teſtium, confirmantium communem olim de duorum Geminorum Conſulatu, quem ultimum Chriſtus in terris habuerit, opinionem.

Sed dictus Conſulatus non conſtitit cum Media-Quadrageſima cadēte in 18 *&* 24 *Februarii,*

139 *Ceterum* Vincomali & Opilionis Conſulatum, *tam concorditer adſcriptum Inventioni præfatæ à Marcellino Comite & Chronico Paſchali; ſecum non patitur ſtare ſimiliter ab iiſdem nominata* media hebdomas ſacrorum jejuniorum, *in quam inciderit* XXIV *&* XVIII Februarii *ſive* XII Kal. Martias. *Ad quem locum Chronici præcitati Cangius animadvertens, abſolute pronuntiat* quod *hoc* fieri nequaquam potuit anno Chriſti Dionyſiano CCCCLIII, quo, ſecundum

C Chronologos omnes, Vicomali & Opilionis Conſulatus incidit; cum eo anno Paſcha extitit XII Aprilis, proindeque Dominica tertia & quarta Quadrageſimæ, quæ mediam jejuniorum hebdomadem includunt, in VIII & XV Martii inciderint, juxta obſervatam & receptam à Græcis Hebdomadum rationem. Sed an iſta, *inquit Cangius*, conciliari poſſint, videamus; & an anni Epocha ſub Abbate Marcello indicata, cum XVIII Februarii convenire queat, quo ſacrum iſtud Caput è terræ ſinu primum eſt erutum; & cum XXIIII quo in monaſterii Secretarium eſt illatum.

convenit autem præcedens annus 452,

140 Marcellus quidem & Chronici Paſchalis auctor hanc Inventionem factam ajunt anno Syro-Macedonum DCCLXIII. Indict. VI, imperantibus Valentiniano & Marciano, atque adeo Antiochenorum anno DI, ut ſubdit idem ſcriptor Chronici. Cum porro Syro-Macedonum Epocha, vulgarem Chriſti Epocham CCCXII annis præcedat, illaque Kalendis Octobris ineat; ſequitur annum DCCLXIII incidere in menſem Octobrem anni vulgaris CCCCLI, menſem vero Februarium ſequentem in annum Dionyſianum CCCCLII; quo Paſcha extitit XXIII Martii, ac proinde media jejuniorum ſeptimana cœpit feriâ I, die XVIII menſis Februarii, qui eo anno dies XXIV habuit ob Biſſextum, deſinebatque in Dominicam ſequentem, XXIV ejuſdem menſis. Quæ quidem quadrant omnia cum Marcelli narratione, ſcribentis, Uranium Epiſcopum Caput S. Joannis Baptiſtæ, ex loco ubi inventum fuerat, in Secretarium attuliſſe die Dominica ejuſdem menſis. Alia quippe fuit media Quadrageſimæ ſeptimana apud Græcos, ab ea quam Latini Medianam vocant, cum apud Græcos illa ſit, quæ Medianam Latinorum præcedit. Quadrageſimam quippe ii auſpicantur à Feria II Sexageſimę, ita ut revera octo ſeptimanis illa conſtet, quarum quarta Dominica Mediam-Quadrageſimę conficit, quę ideo μέση τῶν νηστειῶν & μεσονήστιμοι appellatur. Nam apud eoſdem Græcos, ut recte obſervat Allatius, quęvis ſeptimana nomen accepit à ſequenti Dominica; quod etiam firmatur ex Kalendario Æthiopico apud Scaligerum in quo Media-Quadrageſima ad diem XXVII refertur, qui Mons Oliveti, ex Euangelio diei appellatur. Ex quibus omnibus conficitur hanc Inventionem accidiſſe anno Chriſti Dionyſiano CCCCLII, non vere ſequenti, ut velle videntur Marcellinus Comes, & Auctor Chronici Paſchalis.

D AUCTORE D. P.

E

cujus menſe Septembri cœpta Indictio 6, recte adſcribitur Tranſlationi factæ in Octobri

141 Nec refert, quod hęc Inventio ad Indictionem VI, referatur à Marcellino & Auctore Chronici: id enim intelligendum eſt de Tranſlatione ejuſdem Capitis à Secretario, ubi primum depoſitum fuerat, in eccleſiam Spelæi: quam factam fuiſſe XXVI menſis Octobris Indictione VI, anno (Syro-Macedonum) DCCLXIII recte ſcribit Abbas Marcellus, quippe temporis plerique characteres quadrant in annum CCCCLII. Nam Indictio VI menſe Octobri hoc anno extitit, & annus Syro-Macedonum DCCLXIII hoc ipſo menſe initium ſumpſit. Quadrat etiam (quidquid dicat Scaliger in Canonibus Iſagogicis pag. 301) annus Antiochenus DI, qui inibat à menſe Majo..... Quod vero Marcellino Comiti & Auctori Chronici hallucinationis occaſionem præbuit, id fuit, quod Inventionem confuderint cum Tranſlatione: cum Inventio revera facta fuerit anno CCCCLII Februarii XVIII, depoſitio vero in Secretario XXIV, interim dum eccleſia in qua reponeretur eſſet ædificata, quod demum anno proximo contigit. *Hactenus Cangius in Notis ad Chronicon Paſchale prædictum, obſervationem, quam Gallico dederat ſemel iterumque primis ſecundiſque curis elucubratam, tertiis denique auctiorem & Latinam reddens: ubique tamen notare prætermittens, quod* Abbas Marcellus *non ſolum in fine Narrationis ſuæ* Indictionem VI *componat cum menſe* Octobri; *ſed etiam in principio cum menſe* Februario *quando ſolum currebat* Indictio V. *Oportet igitur ut ipſemet Marcellus, vel antiquior ejus librarius quem alii tranſcripſerunt, hallucinatus ſit ponendo ε pro ϛ'; vel Antiocheni Indictionem inchoaverint, non tantum menſe Majo, ut Scaligerum docere aſſerit Cangius in Gloſſario, verbo* Indictio, *ſed à menſe Januario vel ſaltem Februario; atque ita integro fere anno præ-*

anno Syro-Macedonū 763 etiam cœpto & Antiocheno 501,

F

ubi autem Inventioni quoque additur Ind. 6, notanda eſſet 5.

A AUCTORE D. P.

verterint Indictionem Romanam ; Constantinopolitanam , novem aut octo mensibus.

Spelæi monasterium duplex ;

142 *Nunc quod ad locum attinet ; is , quam longe vel prope urbem fuerit , nemo explicat ; indicat autem Marcellus num.* 14 *quasi geminum ibi monasterium fuisse , dum ait , quod* Maxentius & Stephanus Archimandritæ , *venientes ad Episcopum ; suggesserunt* de spelunca, quæ cohærebat monasterio , *(ea utique in qua reperiendum Caput sanctum erat)* ut utrumque pariter jungeretur. *Annuenti autem Episcopo* dixit Stephanus: Ex præcepto vestro cras maturè trado speluncam Fratri Marcello. *Hic vero eâ susceptâ , cum descendisset ad vicinum S. Carterii monasterium, necessitatem citius redeundi excusat* , quia traditum est , *inquiebat,* nobis ab Episcopo & aliud monasterium , cui curam instanter impendimus. *Duplex igitur Spelæi Monasterium fuit* ; Majus *unum , cui jam ab aliquo tempore Marcellus præerat Archimandrita , ad illud regendum verosimiliter à S. Bassiano Constantinopoli postulatus , instinctu forsitan S. Matronæ , jam tum Emesenum Parthenonem regentis* ; Minus *alterum , ac fere instar reclusorii , solitarii unius vel alterius capax.*

Majus, in quo Abbas erat Marcellus ,

B

143 *Et Minus quidem hoc proprii nominis* Spelæum *seu* Spelunca *fuit , ac forte ab omni retro memoria incolam habuit Anachoretam : postea vero conditum amplius monasterium , non solum idem* Spelæi *nomen participavit , sed toti convalli nomen dedit. Quamquam etiam nomen hoc per se videatur Græce tribui cuicumque convalli , sive loco rupibus ac montibus incluso , Strabone teste , unde & vicis & civitatibus nomen adhæsit , qualis una apud Macedones ; Livio lib.* 15 Spelæum ; *& apud Terracinam in Italia* Sperlonga *vulgo dicta , Tacito & Suetonio* Spelunca ; *tum alia loca Syriæ & Arabiæ in Notitia Imperii & Ptolomæo. In* Minori *ergo ac proprie dicto* Spelæo *habitaverit* Eustochius , *hæresim Arianam seu potius Macedonianam sub habitu monastico occultans : una cum Capite , istic à se tam studiose defosso ; ut , cum ille exturbatus inde furti factique sui nullam notitiam dedisset ; æstimatum sit , ibi ipsum Caput jacuisse jam inde à tempore primæ sub Constantino Inventionis. Simul etiam inde factum sit , ut hac secunda Inventione ubique diffamata , ejusque veritate tot signis prægressis secutisque confirmata , abolita fuerit Constantinopoli , si qua ibi adhuc supererat , fides , data Translationi factæ sub Theodosio , licet à Sozomeno assertæ ; eaque cœperit inter fabulas , non amplius credibiles reputari , licet ecclesia in Hebdomo structa ante visa fuisset eidem irrefragabiliter attestari.*

D *& minus instar Reclusorii ,*

ubi hæreticus Eustachius Caput sic abditum habuerat ,

ut credi posset ab olim istic positum.

E

HISTORIA SECUNDÆ INVENTIONIS,

Factæ & scriptæ à Marcello Archimandrita Spelæi :

Cum versione Dionysii Exigui , collata ad varia Mss. Latina.

Anno Antiocheni 763

144 APparuit , ter beatissimus & universalis Apostolus, atque fidelis amicus Salvatoris nostri Jesu Christi , mediâ septimanâ Quadragesimæ sanctorum Jejuniorum , octavo decimo die mensis Peritii , id est , ad XII. Kal. Martias , anno septingentesimo *a* sexagesimo tertio , per indictionem sextam , regnantibus Valentiniano & Marciano piissimis Imperatoribus , famulis Dei ; sub sanctissimo Episcopo Uranio [civitatis Emesenæ] , cui etiam hoc idem revelatum est vicesimo quarto die mensis ipsius , id est VI Kalendas Martias. Revelavit autem mihi Marcello in magno timore & rèverentia constituto, in specie stellæ igneæ , secundum subjectas visiones fideliissimas, is qui cuncta condidit in virtute sua, & præparavit in sapientia sua ; qui scit omnia antequam fiant , & ad salutem humani generis universa dispensat ; qui est super omnia benedictus in secula , *b* [Amen.] Igitur me famulum suum Deus propositæ visionis inspectorem facere dignatus est.

a

mense Februario,

C

b

145 Vidi namque in visione noctis ; & ecce omnia ostia monasterii nostri aperta sunt, atque in magno metu positus , cucurri ut ea clauderem: & rursum inspiciens video flumen ad ostia nostra prorumpere. Hoc autem cum vidissem , stupefactus cogitabam unde tanta aquarum esset immensitas. Dumque id mecum ipse pertracto,levans oculos meos vidi *c* Marcellum Presbyterum, qui erat secundus post Maxentium Archimandritam , à Meridiana parte fluminis venientem , & multarum turmarum voces ab Orientali plaga [Basilicæ Juliani] Mar-

Marcellus, proximi monasterii Abbas ,

c nocturnis visis edoctus

144 Ἐπεφάνη, ὁ τρισάλβιος, καὶ οἰκουμενικὸς ἀπόστολος, καὶ γνήσιος φίλος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηστειῶν περὶ τὸ Φεβρουαρίῳ μηνὸς ὀκτωκαιδεκάτῳ , ἔτους τριτου ἑξηκοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ , ἐν χρόνοις ἰνδικτιῶνος ἕκτης, βασιλευόντων Βαλεντινιανοῦ καὶ Μαρκιανοῦ , τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καὶ δούλων τοῦ Χριστοῦ , ἐπὶ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Οὐρανίου · καὶ ἀνηνέχθη εἰκάδι τετάρτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνός. Ἀπεκαλύφθη γὰρ μοι φόβῳ καὶ τρόμου ἐν εἴδει ἀστέρος πυρὸς, ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ Μαρκέλλῳ, καὶ τὰ ὑποτεταγμένα ῥήματα, πίστιν ἔχοντα, ὁ τὰ πάντα δημιουργήσας Θεὸς ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ, καὶ κατασκευάσας ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, ὁ τῶν ὅλων γνώσης πρὸ γενέσεως αὐτῶν, καὶ πάντα οἰκονομῶν πρὸς τὸ συμφέρον πάσιν ἀνθρώποις· ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι κατηξίωσε καμὲ τὸν αὐτοῦ δοῦλον Μάρκελλον θεατὴν γενέσθαι τῆς προκειμένης ὁράσεως.

145 Εἶδον γὰρ ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ πᾶσαι αἱ θύραι τῆς ἡμετέρας μονῆς ἦσαν ἀνεῳγμέναι · καὶ ἐν θορύβῳ πολλῷ γενόμενος, κατῆλθον διὰ ἀποκλεῖσαι αὐτάς · καὶ πάλιν ἐθεασάμην ποταμὸν ἔλκοντα ἐπὶ τὴν θύραν τῆς μονῆς · καὶ ταῦτα ἰδὼν, ἐννοῶ ἐγενόμην, ἐννοῶν πόθεν τὸ πλῆθος τῶν τοσούτων ὑδάτων. Καὶ ἐν τῷ με διαλογίζεσθαι, ... ἤκουον φωνὴν πολλῶν πνευμάτων, ἀπὸ ἀνατολῶν ..... ἦχον ἡμῖν φερόντων, καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐρχομένων ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Καὶ ἐμοῦ θαυμάζοντος πῶς ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων ἐπορεύοντο ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἕκαστον τάγμα ἰδίαν γλῶσσαν εἶχε καὶ ἐψάλλεν · καὶ ἤκουσα φωνὴν βοώντων · Ἰδοὺ ὁ ἅγιος Ἰωαν-

F

A νης ὁ Βαπτιστὴς ☧ σωτῆρ☉ ἡμῶν Ἰησ☧ Χριστ☧ ἀναδέικνυται. Καὶ ἐν τῷ ἐστάναι με πρὸς τῷ μεσημβρινῷ θύρᾳ, ὡς ἐφ' ἁρπαγὴν ἠνοίγησαν αἱ ἀνατολικαὶ θύραι. Καὶ εἰσῆλθον τὰ τάγματα. Καὶ ἀφεὶς τὴν θέαν ☧ ποταμοῦ, εἰσῆλθον τρέχων, καὶ ἔστην ἐν δεξιᾷ ☧ κλιμακίδ· καὶ εἶδον τῷ ἁγίαν αὐτῶν ὑπηρεσίαν, γενομένην ἐπὶ τῷ μονῷ· Καὶ ἑστὼς ἐν τῷ αὐτῷ κλιμακίῳ, ἐθεασάμην αὐλὰς δύο· μίαν μὲν ἀποβλέπουσαν εἰς δύσιν, τὴν δ' ἄλλην ἐπὶ τὸ μεσημβρίαν· καὶ ναὸν μέγαν ἐν μέσῳ αὐτῶν. Ἕκαστον τάγμα εἰσίει εἰς τὴν αὐλὴν τὴν ἀποβλέπουσαν εἰς δύσιν, καὶ προσεκύνει ἐπὶ τὸν ναόν, καὶ ἐπὶ τὸ μεσημβρινὸν, καὶ ὡς ἐφ' ἁρπαγὴν ἐπέστρεφον. Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὰ τάγματα, ἕτεροι εἶδον, καὶ ἔλεγον· Ἰδοὺ ὁ ἁγι☉ Ἰωάννης ..... tyris] audiebamus. [Quarum ad nos ingens sonus deferebatur, & per aquas ipsas populi cum impetu alacritate properabant.] Admirante autem me, quomodo in mediis aquis ambulantes ad nos conciti pervenirent, & unaquęq; turma linguâ propriâ psalleret; subito vox audita est eorum qui ab Oriente clamabant, Ecce sanctus Ioannes Baptista descendit. Cumque ad meridianum ostium starem, apertæ sunt januæ Orientales, & psallentium turmę protinus intraverunt. Omittens igitur spectaculum fluminis, & in exordio scalæ consistens, aspexi sanctum officium eorum, quod in monasterio celebrabant. Et stans in eadem scala, vidi atria duo, unum respiciens ad Occidentem, & alterum ad Meridiem; & inter utrumque atrium templum grande, singulæque turmæ ingrediebantur in atrium, quod respiciebat ad Orientem, & adorabant ad templum. Intrantes autem *d* in atrium Meridianum, illicò quiescebant. Cumque siluissent turmæ, præcedebant alii, & clamabant, Ecce Sanctus Joannes [advenit.]

D AUCTORE D. P.

Joannis Baptistæ præsentia eo in loco,

d

146 Καὶ ἐθεασάμην αὐτὸν ἐπὶ ☧ ὁραθέντος μοι ναοῦ· καὶ εἷς ἐξ δεξιῶν αὐτ☧, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων. Παραυτίκα οὖν ἤρξαντο τὰ τάγματα ἀκολούθως εἰσερχόμενα, εν, ἓν, εὐλογεῖσθ☧ παρ' αὐτ☧ ..... Πληρωθέντων δὲ τῶν τάγματων, ἐλογισάμην κἀγὼ αὐτὸς προσελθεῖν, καὶ εὐλογηθῆναι παρ' αὐτ☧· καὶ ἐσκεψάμην εἰσελθεῖν διὰ τῶν θυρῶν, ὧν εἰσῆλθον τὰ τάγματα· διὰ τὸ μὴ θεάσασθαί με τινὰ δοντα αὐτῷ εἰρήνην εἰ μὴ ἐν τῷ σήθει αὐτ☧, ἐγὼ δὲ προσελθὼν αὐτῷ ἀπέμαξάμην μὴ φόβ☧ καὶ τρόμου, ἔχων μου τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τὸν γῆν, ἠψάμην αὐτῷ τῶν ποδῶν· αὐτὸς δέ μου ἥψατο ☧ πώγων☉ ..... καὶ ἔδωκέ μοι εἰρήνην ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτ☧ στόματι ..... Καὶ ὡς ἀφῆκα τὸν σιαγόνων ☧ κόλπου αὐτ☧ σκεῦ☉ μέλιτος, ἔδωκέ μοι, λέγων· Λάβε πάντων τὴν εὐλογίαν. Καὶ ἐπορευόμην πρὸς αὐτ☧, εἰσήλθομεν εἰς τὴν ἡμετέραν μονήν ....

146 Cumque starem in eodem scalæ loco, venit sanctus Ioannes Domini Præcursor.] & vidi eum in templo quod mihi ostensum est: ecce unus erat à dextris ejus, & unus à sinistris. Stante autem illo in templo, cœperunt populi turmarum ad eum consequenter accedere, & ab eo benedici: itemque psallentes proficiscebantur ad Occidentalem plagam veluti ad Basilicam S. Stephani Martyris congregandi.] Cumque turmæ se explicuissent, cogitavi & ego adire eum, ut benedicerer ab eo. Visumque est mihi * intrare per ea ostia per quæ turmæ fuerant introgressæ: & quia non videram quod alicui dedissent osculum pacis, nisi tantum ad pectus *e* ejus osculati essent; accedens ad eum ab anteriori parte cum metu & reverentia, dimisso capite in terram cucurri, & tenui pedes ejus. Ipse vero apprehendens mentum meum osculatus est me. Quod cum meruissem, protinus expergefactus sum. Paucis item diebus transactis, video; & ecce ostia monasterii à parte Meridiana rursus aperta sunt, & veluti ad fratres vociferabar, cur ista ostia aperta reliquissent; & celeri gradu perrexi ut ea clauderem. Et ecce video S. Joannem stantem ad exterius ostium, & cum eo duos illos quos prius videram; & accessi ut benedicerer ab eo, & rursus elevans me] dedit mihi pacem. Vestimenta autem ejus erant candida] & mox trahens unum vas de sinu suo plenum mellis, dedit mihi dicens, Accipe benedictionem hanc, & effudit vas ipsum mellis super manus meas, & interrogavi eum, dicens, Domine sancte Joannes, unde ad nos venisti? qui respondit, De Sebaste veni.

B

e

impetrat ab eo benedictionem.

C

147 Καὶ ἰδοὺ εθ' ἑαυτῷ στῦλον πυρὸς, προάγοντα αὐτον, καὶ ἔμφοβ☉ γενόμεν☉, ἐλυπήθην. Μετὰ δὲ ταῦτα ..... τῇ ἑσπέρᾳ τῶν ἁγίων νηστειῶν, ἔφην πρὸς τοὺς ἀδελφούς· Ὁ καθ' ἕνα ὑμῶν ἐν ἑαυτῷ ψαλμὸν δευτερωσάτω ..... Αὐτῶν δὲ καθημένων, καὶ δευτερούντων τοὺς ψαλμοὺς, ὁ ἀδελφὸς Ισαακι☉ ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτ☧, καὶ ἐθεάσατο πῦρ καιόμενον ἐν τοῖς ναοῖς τῆς θυρίδ☉ ☧ ἁγίᾳ σπηλαίου, ὅπου ἦν ἡ κορυφὴ ☧ ἁγίου Ἰωάννου. Ὁ ἀδελφὸς οὖν θεασάμενος ἀνεβόησε, λέγων· Κύριε ἐμοῦ, πάτερ, ἰδοὺ πῦρ καίεται ἐν τῇ θυρίδι ☧ σπηλαίου. Κἀγὼ πρὸς αὐτὸν ἔφην· Μὴ φοβ☧, ἀδελφὲ· ἀλλὰ σφραγισάμενος ἡσύχασον ..... ἐγὼ δὲ εἰδὼς τὸ μυστήριον, ἐν στάσει πολλῇ ἐγενόμην ....

147 Preibam igitur eum, & tam ipse quam qui cum eo erant, ingressi sunt in monasterium nostrum, [&] iterum vas mellis fudit super manus meas. Cumque ego detulissem benedictionem ejus ad superiora triclinii, ipse intravit in oratorium: & cum descendissem ad oratorium ubi erat,] ecce video columnam ignis ante eum; & nimio pavore correptus, excitatus sum. Post hæc autem [priusquam nobis ostium monasterii, ubi erat sanctum Depositum, traderetur] in sanctis Jejuniorum diebus, ubi cibum vespere sumpsimus, dixi ad Fratres nostros; Unusquisque vestrum Psalmos suos iterare non negligat. [Et relinquentes me in triclinio, descenderunt ad initium scalæ, quæ ad utrumque *f* monasterium respicit.] Cumque consedissent ut iterarent Psalmos, dexteram *g* levans oculos suos Frater Isaacus ignem vidit ardere in tabulis ostii Speluncæ, ubi erat venerandum Caput sancti Joannis Baptistæ repositum. Quod cum vidisset Frater, exclamavit, & dixit, Domine mi, Domine mi, in ostio Speluncæ ignis accensus est. Et ego respondi, Ne timeas, Frater, sed muniens te signaculo Christi, ibidem persevera. [Fratres autem præ timore claudentes ostium, ad me conciti pervenerunt.] Ego vero mysterium recognoscens [ex visionibus mihi ante monstratis,

Visa deindè columna ignea

ad ostium Speluncæ;

f

g

dixi

A dixi ad eos, Ne timeatis, Fratres mei, quia hoc nobis prosperum faciet Dominus. D

AUCTORE D. P. 148 Post dies autem quinque Maxentius & Stephanus venerabiles Presbyteri & Archimandritæ venientes ad sanctum Episcopum Dominico die vespere, suggesserunt ei * de ipsâ Speluncâ, quæ cohærebat Monasterio nostro, ut utrumque pariter jungeretur: jussitque hoc Episcopus fieri. Cui dixit Stephanus Presbyter; Ex præcepto vestro *h* cras mature trado Speluncam Fratri Marcello. Et mane perveniens tradidit nobis ipsum monasterium sub præsentiâ Presbyterorum Palladii, Petri, Gennadii, & Stephani Archimandritæ monasterii Bethgaalorum. Et aperiens ostium quod erat obseratum, simul ingressi sumus & oravimus. Videns autem locum nimis esse neglectum, commonuit ut diligentian ipsius haberemus. Et profectus est idem Stephanus Presbyter ad visitanda monasteria, quæ erant in villulis constituta: ego vero Marcellus, assumens Fratres, cœpi diligentiam monasterio, quod nobis datum fuerat, * impendere. Dumque loca ipsa mundamus, veniens Petrus Presbyter loci Bethmamalis *i*, ait mihi, Stephanus Archimandrita Bethgaalorum precatur, ut propter Dominum nobiscum venias ad monasterium *k* B. Carterii. Et respondi me venire non posse, quia diligentiam loco mihi commisso dependerem: qui compulit me secum proficisci. Cumque pergeremus pariter, aio ad eum: Ascendamus, & salutemus Cyriacum, Diaconum & Archimandritam. Ascendentesque & salutantes eum, cœpimus ire velle ad prædictum monasterium B. Carterii. Dixitque mihi Cyriacus Diaconus, Numquid propterea venisti, ut sine morâ discederes? Cui respondi, Necesse est ut celeriter ambulemus, quia traditum est nobis ab Episcopo & aliud monasterium, cui curam instanter impendimus. Descendentes itaque pervenimus ad monasterium sæpe memoratum: cumque salutassemus Fratres, ordinantes quæ erant necessaria, revertebamur. Dicunt mihi præfati Petrus & Stephanus Presbyteri & Archimandritæ; Valedicimus tibi, ora pro nobis. Tunc aio ad eos, Hodie monasterium suscepimus, & vultis abire? Sustinete quæso, & consolamini nos, & coëgi eos. Cumque vespera facta esset, post orationes, cibo sumpto quievimus; illi ambo in triclinio superiore; ego vero ibi quidem, sed in interiore cubiculo. B E

i *k* *eamque incipit diligenter procurare.*

l *Rursus stella duce* 149 Cumque dormirem ea nocte *l* [in qua monasterii vel speluncæ apertum est ostium, hoc est, sequenti die tertia Sabbathi;] post orationes nocturnas, quasi manus viri pulsavit me tertio in dextro latere, & audivi vocem [magnam] dicentem mihi, *m* Ecce ostium apertum est, & ideo cognosce eum qui tibi patefecit ingressum, ne forte negligas.] Ego vero cum magno timore conversus assedi, & video stellam flammeam in ostio ubi quiescebam. Majoremque metum concipiens, signavi me Cruce Christi, & illa de loco illo minime mota est. Surrexi itaque, & misi manus in ostio ubi erat, & rursus inventa est in ostio sequenti. Cum aperuissem autem ostium, unus ex his qui ibidem quiescebant, sensit. Et cum ad secundum pervenissem ostium, inventa est eadem stella in ostio tertio. Deinde conspicio eam in interioribus scalæ gradibus. Erant autem ostia utriusque Monasterii patefacta similiter, & Speluncæ ostium patens. Et ecce præcedebat me stella ipsa, & ego sequens eam ingressus sum, usque dum in absidula speluncæ constitit; *n* & videns hoc miraculum adoravi Dominum pronus in terram per horas *o* multas.

149 Καὶ ὡς μεθ' ἡμέραν, ἐν τῷ καθεύδειν με ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ, μιᾷ τῶν νυκτοφυλάκων ὥραν, καὶ ἰδοὺ ὡς χεὶρ ἀνθρώπου ἔνυξέ με τρίτον ἀπὸ δεξιᾶς μέρους· καὶ ἰδοὺ φωνή μοι λέγουσα· Ἰδοὺ ἐδωρήθη ὑμῖν· ἀναστὰς ἐυρήσεις ἀστέρα προηγούμενόν σε· καὶ ὅπου ἂν καταπαυθῇ, ἐκεῖ σκάψον, καὶ ἐυρήσεις με ..... ἐγὼ δὲ μὴ φόβου ἐξῆλθον, καὶ εἶδον ἀστέρα πυρὸς ἑστῶτα ἐπὶ τῶν θυρῶν ἐξ ἡμῶν· καὶ ἔμφοβος γενόμενος, ἐσφράγισα ἐμαυτόν. Καὶ ἰδοὺ προηγεῖτο ὁ αὐτὸς ἀστὴρ, καὶ εἰσῆλθον ἀκολουθῶν αὐτῷ, μέχρις οὗ ἔστη ἐπὶ τὸ κόγχης τοῦ σπηλαίου [οὗ νῦν ἡ ἁγία κορυφὴ τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου].

m *per tria ostia divinitus patefacta ingredi sibi visus;* *n* *o*

C *mane dimissis quos habuerat hospitibus,* 150 Recordatus sum vero quod hospites haberem, venerabiles viros Petrum & Stephanum Presbyteros & Archimandritas; & ne suspicarentur ubi nocte fuerim, ab oratione surrexi. Ascendensque rursum, cum vellem ingredi cubiculum, dicunt mihi, Ubi tamdiu fuisti? Respondi, Quia ad opus necessarium descendi. Cumque vellem introire ubi quieveram, dicunt mihi, Rursus ingrederis? At ego sentiens attonitum me factum ex revelatione, quam videram; veniam popposci, tamquam male sanus, & continuo me recepi. Postquam vero mane factum est, valedicentes mihi, ad proprias cellulas abierunt. Ego vero ubi profecti sunt diluculo, præcepi Fratribus qui mecum erant, Claudite januas, manentes extrinsecus, & si forte aliquis ad requirendum venerit, occupatum esse me dicite. *& reipsa illuc intrat sine arbitris,* Sæpe namque veniebat Palladius Presbyter, intrans, & Euangelium lectitans. Cum ergo solite venisset, tunc ei Fratres aditum negaverunt; affirmantes, id quod erat, quod Euangelium quoque sub clave Archimandritæ sit, & excusatum est illi. Secundo etiam venit, venit & tertio, & sic ingressus est. F

p *hydriam effodit,* 151 Ego itaque sumens thuribulum, incensum in eo posui, & pium Dominum supppliciter obsecrabam, [ut mihi locum thesauri cælestis ostenderet.] Tollens etiam rastrum cœpi fodere, & perveni ad locum qui erat ædificatus ex calce *p* & ordinariis: quantumque ego fodiendo descendebam, tantum sonus validior quasi ex repercussione hydriæ reddebatur. Et posteaquam fodi & descendi usque ad solum, reperi velut arenam ex ære fusam; multumque laborans, vix arenam potui sequestrare. Post hæc autem arenâ sublatâ, una

151 Ἐγὼ δὲ ταῦτα πάντα ἐθεασάμενος, ὡδοιπόρημα προσεκύνησα τῷ Κυρίῳ, στὰς ἐπὶ πολλὰς ὥρας ..... λαβὼν δὲ θυμίαμα, καὶ βαλὼν δεόμενος καὶ ὡδυκαλῶν ..... κρατήσας ὀρύγιον ἠρξάμην σκάπτειν· καὶ εὗρον τὸν τόπον οἰκοδομημένον ἀπὸ δαρτῆς ἀσβέστου, καὶ πεντεπαλαίστου· καὶ ὅσον ἐγὼ ἔσκαπτον, ἦχος καὶ κτύπος ἀπεδίδοτο μέγας, ὡς ἀπὸ ὑδρίας. Καὶ μὴ τὸ σκάψαι με, καὶ καθελθεῖν ἴσον ἐδάφους, εὗρον ἐσκεχυμένον ὡς ἄμμον χαλκοῦν· καὶ μὴ πολλῶν καμάτων πολλὰ, μόλις ἐδυνήθην ἀποχωρῆσαι τὴν ἄμμον. Καὶ μὴ ταῦτα

ἐξῆλθε

A ἐξῆλθε σὺν τῇ ἄμμῳ κεραμὶς μία, καὶ ὑπακάτω τ̃ κεραμίδ͞ος πλαξ μαρμάρου· καὶ πρεμάσας τὴν πλάκα, εὗρον τὴν ὑδρίαν. Καὶ μ̃ετὰ φόβου καὶ τρόμου εὐθέως λαβὼν λύχνον καὶ θυμίαμα, καὶ προσκυνήσας πάλιν, μ̃ετὰ ταῦτα ἐκάλυψα τὴν αὐτὴν ὑδρίαν.

152 Καὶ ἰδοὺ παρεγένοντο πρὸς ἡμᾶς οἱ θεῖ τ̃ ἀρχιμανδρίτου καὶ διάκονον Γενν άδιον· καὶ συντυχῶν μοι ἐπὶ τὴν θύραν τ̃ σπηλαίου, εἶπέ μοι, δεῦρο εἰσελθωμεν ἔσω ἀμφότεροι. Καὶ μ̃ετὰ τὸ εὐξασθαι, ἔδωκέ μοι τ̃ ἀσπασμὸν, καὶ εἶπέ μοι· Ὅραμα εἶδον ἐκεῖσε, ὡς ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ ἐσηκαμεν ἐν τῷ ἐν ταύθα σπηλαίῳ, καὶ φησὶν ἄρτων πλῆθ͞ος ἀπέκειτο ἐν τῷ ἐν ταύθα σπηλαίῳ, καθαρῶν ὡς ὁ ἥλι͞ος, καὶ μερὶς ἐπάνω αὐτῶν· καὶ ἰδοὺ δύναμις πολλῶν ἀνθρώπων κατερχομένων ἐν τῷ αὐτῷ σπηλαίῳ, καὶ ἐλάμβανον παρ ἡμῶν ἀπὸ τῶν προκειμένων ἄρτων. Καὶ ἕως ὅτου ἐξέλειψαν, καὶ οἱ ἄνθρωποι λαμβάνοντες οὐκ ἐπαύσαντο. Καὶ ἡμῶν ἠτιμωθέντων ἀπὸ τῶν πολλῶν ὄχλων, ἤρξαντο οἱ ἄρτοι πέτεσθαι ἐπὶ τὰς ἡμῶν χεῖρας. Καὶ μ̃ετὰ τὸ διηγήσασθαι αὐτὸν τὴν ὅρασιν ταύτην, ἔφην· Καλόν σε τὸ ὅραμα. Καὶ λογισάμ͞ενος, εἶπον· Τί θέλει τοῦτο τὸ ὅραμα; Καὶ πάλιν λογισάμ͞ενος, εἶπον, Οτι οὐκ ἔ θεοῦ ἐστὶ τοῦτο τὸ ὅραμα. Καὶ γνοὺς ὅτι οὐκ ἔ θεοῦ ὑπάρχει, ἀπεκάλυψα αὐτῷ τὴν ἐπιφάνειαν τ̃ ἁγίου Ιωάννου. Καὶ παραυτὰ ἀκούσας ἐννεὸς ἔμεινε· καὶ ἤρξατο παρακαλεῖν, ποῦ ἐστὶν ὁ τόπ͞ος· ἐγὼ ὁ θεόχρημα ὑπέδειξα αὐτῷ.

153 Καὶ μ̃ετὰ ταῦτα ἐξήλθομεν ἀμφότεροι, καὶ ἐλογιζόμην τί ὀφείλομεν ποιῆσαι. Καὶ ἐσκοπησε πρότερον ἀπελθεῖν, καὶ ἀποκαλύψαι τῷ παπίᾳ Στεφάνῳ, τῷ ἀρχιμανδρίτῃ τ̃ Δαραμίου, ἵνα αὐτὸς γνωρίσῃ τῷ ἐπισκόπῳ. Καὶ ἀπελθόντες ἐν τῷ μοναστηρίῳ αὐτ̃, οὐκ εὕρομεν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιχωρίοις μοναστηρίοις. Καὶ ἐν τῷ ἡμᾶς ἐπανιέναι ἐκεῖθεν, ἐλογισάμην μετεπέμψασθαι τ̃ διάκονον Κυριακὸν, ἀρχιμανδρίτην [τῶν ἐν τῷ ἱερῷ,] ἀποκαλύψαι αὐτῷ τὸ μυστήριον τ̃ ἐπιφανείας τ̃ ἁγίου Ιωάννου. Καὶ ἀπέστειλα τ̃ ἀδελφὸν Ἰσαάκιον, εἰπών· Σπουδαίως θεόχρημα ἥκει ἕως ἡμῶν. Καὶ τ̃ ἀδελφ̃ ἀπελθόντος, καὶ πόρτει͞ος αὐτῷ, θεόχρημα ὑπακούσας παρεγένετο. Ἡμῶν δὲ ἀσπασαμένων αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἀπήγγειλεν ἡμῖν τὸ ὅραμα, ὃ εἶδεν, ὃ καὶ ἐω σύμφωνον τῷ ὁράματι τ̃ Διακόνου Γενναδίου. Εὐχὴν δὲ ποιήσαντες, ἐγνωρίσαμεν αὐτῷ τὴν ἀποκάλυψιν τ̃ ἁγίου Ιωάννου, καὶ ἔφη· Τί ὀφείλει γενέσθαι; Καὶ εἶπον ἐγὼ, ὅτι συμφέρει γνωρίσαι τῷ ἐπισκόπῳ περὶ τούτου.

154 Καὶ πάλιν μαθόντες ὅτι παρεγένετο ὁ παπίας Στέφαν͞ος ὁ προρρηθεὶς ἀρχιμανδρίτης ἀπὸ τῶν ἐπιχωρίων, ἐμείναμεν ἡμέρας πέντε ἀπεκδεχόμενοι αὐτόν. Σαββάτῳ δὲ δείλης ἡμῶν καθημένων καὶ ὁμιλούντων ..... ἐξαίφνης τυθεὶς ἐπὶ τὰ γόνατα, ἐκάμφθ͞ην ὅλ͞ος, καὶ ἐν ἠδυνήθ͞ην [ὅτε σαλευθῆναι,] ὅτε ἄλλοτι ποιῆσαι. Εἶπον οὖν, οἱ περὶ τ̃ διάκονον Γεννάδιον καὶ Κυριακόν· Οὐκ ἔφημέν σοι, ὅτι εἰσέλθωμεν, καὶ γνωρίσωμεν περὶ τούτου τῷ ἐπισκόπῳ, ἐπειδὴ ὁ παπίας Στέφανος οὔπω ἦλθεν. Ἐγὼ δὲ ἔμεινα μειζόνως βασανιζόμεν͞ος· αὐτοὶ δὲ πληρώσαντες τὴν ὑπηρεσίαν, τὴν ἑσπερινὴν, καὶ ἐλθόντες ὅπου ἀνεκείμην, ἀπήγγειλαν λέγοντες, ὅτι ὡμόσαμεν τῷ ἁγίῳ Ιωάννῃ, καὶ ἀνεδεξάμεθα, ὅτι περὶ ἀναπολῶν ἡλίου μανθάνει ὁ ἐπίσκοπ͞ος· Ἐγὼ δὲ περὶς

tegula major *q* apparuit. Hanc ſuſpendens, inveni ſub eâ tabulam marmoream; tabulamque ſuſpendens, hydriam reperi. Hanc cum metu & reverentiâ lumen accendens, ac incenſum ponens in thuribulo, [palpavi diligenter], & adorans Dominum, [diutius attonitus manſi,] hydriamque ſanctam rurſus operui. D AUCTORE D. P. *q*

152 Statim vero *r* venit ad nos Gennadius Diaconus & Archimandrita, ſalutantque me ad oſtium Speluncæ, dixit mihi; Veni, precor, introëamus in Speluncam pariter. Et poſteaquam ibi ſimul oravimus, dedit mihi pacis oſculum, [& Fratribus meis;] & ait: [De Capereto Monaſterio meo nuper adveni, vidi [autem tale] ſomnium. Quaſi utrique ſtabamus in hac ſpecu, in qua mundiſſimorum panum ſicuti ſol erat magna copia, & *s* articula ſuperpoſita panibus. Immenſa vero populi multitudo veniebat, & ſumebat ex *t* ipſis: nec deficiebant, nec ceſſabant homines qui acceperant. Iamque nobis præ multitudine turbarum deficientibus, cœperunt panes ſubvolare ſuper manus noſtras; & ita percipiebant omnes quotquot ad hanc muneris gratiam confluebant.] Poſtquam vero retulit mihi ſomnium, ego reſpondi: Bonum eſt quod vidiſti. Et recogitans apud memetipſum, quid ſibi vellet hæc viſio, rurſumque pertractans [ea quæ præceſſerant]; dixi, Quia viſio iſta ex Deo eſt. Sciens autem quia divinitus iſta contigerant, indicavi qualiter Ioannes Baptiſta apparere dignatus eſt. Qui mox ut audivit, manſit attonitus; & orare cœpit ut ei locum oſtenderem, quod & feci. *r* *tum Gennadii Ab. viſione auditâ,* *s* *t*

153 Poſt hæc egreſſi ſumus uterque, & quid oporteret fieri tractabamus. Viſumque eſt mihi, ut prius irem & indicarem Stephano, Presbytero & Archimandritæ monaſterii quod appellatur *v* Daramium, & per ipſum manifeſtaretur Epiſcopo. Et venientes ad Monaſterium ejus, eum non reperimus: abierat enim, ut diximus, in Monaſteria quę erant in agris, ex eo die quo nobis dederat Monaſterium, & oſtium Speluncæ patefecerat. Cumque egreſſi fuiſſemus, placuit ut evocaremus ad nos Cyriacum, Diaconum & Archimandritam, ... *x* & revelaremus ei myſterium, per quod nobis Sanctus Ioannes apparere dignatus eſt. Miſimus autem ad eum Fratrem Iſaacium, dicentes, Veni ad nos celeriter. Ad quem cum Frater veniſſet, dixiſſetque ei, protinus obediens venit. Quem cum ſalutaſſemus, indicavit nobis ſomnium quod vidit, eratque conſonans viſioni quam Gennadius Diaconus mihi retulerat. Et cum oraſſemus, mox ei revelationem ſancti Baptiſtæ Joannis manifeſtare curavimus, & ait, Cogitemus quid fieri debeat. Et ego dixi, Puto conveniens eſſe ut hoc ſignificemus Epiſcopo. *ſecretum ei ſuum communicat:* *& quid agendum ſit deliberaturus,* *v* *x* *accerſit etiam Ab. Cyriacum;*

154 Rurſumque cognoſcentes quod ſæpe memoratus Stephanus Presbyter & Archimandrita de agro non venerat, manſimus diebus quinque, poſteaquam revelatio nobis oſtenſa eſt. Die vero Sabbatorum poſt meridiem ſedentibus atque ſermocinantibus nobis, ingreſſus eſt ad nos Sallus *y* Collectarius & Maris Linopola Lechiarius, & locuti nobiſcum continuo receſſerunt. Ego autem dixi Fratri Iſaacio, ut poſt eos oſtium clauderet. Itemque reſidentibus nobis & loquentibus,] ita ſum repente verberatus in genibus, ut totus incur- *ejuſque ſimili viſione confirmatus,* *moram tamen faciès in re Epiſcopo declaranda,* *y*

A incurvarer, nec poſſem omnio ζ conſurgere, vel quid operis implere. Tunc aiunt ad me Gennadius α & Cyriacus Diaconi & Archimandritæ: Nonne diximus tibi, [Noli moras innectere, ſed] eamus, & in notitiam Epiſcopi deponamus, quia Presbyter Stephanus dicitur nondum adveniſſe? Ego vero manſi vehementer afflictus. Ipſi autem veſpertinum celebrantes Officium, ingreſſi ſunt ubi jacebam, & denuntiaverunt, dicentes, Jurejurando ſatisfecimus ſancto Joanni, ſuſcipientes perſonam tuam, quod omnem cauſam cras ante ſolis ortum per te cognoſcet Epiſcopus. Et ego reſpondi, Bene admodum feciſtis, hoc idem promittentes: & protinus à doloribus relevatus ſum.

AUCTORE D. P.

ζ

α *divinitus percutitur:*

unde relevatus

156 Sequenti autem die Dominico, ſimul cum Diacono Cyriaco, & Iuliano Monacho venientes, Epiſcopo jam poſt Matutinas orationes de Eccleſiâ egredienti ſuggeſſimus, dicentes, Quia ſanctus Joannes Baptiſta revelatus eſt. Ipſe vero ſtupefactus ait, β Nullus hoc noverit, & ne quis veſtrûm audeat eum contingere. Dixitque ei Cyriacus Diaconus, Quando venire dignaris? & ille, Cras, inquit, adveniam. Poſterâ autem die cum Presbyteris & Diaconis Epiſcopus venit, & intrantes ad locum, procidentes [in facies ſuas] adoraverunt. γ Malchus autem Presbyter, unus ex his qui cum Epiſcopo venerant, infidelitate motus, ait, Unde hoc certum eſt, quod Caput Præcurſoris exiſtat? Mittenſque manum ut contingeret hydriam, confeſtim exaruit, adhæſitque manus ejus .... δ hydriæ, nec eam extrahere valuit. Inſtanter autem ab omnibus oratione factâ, cunctiſque glorificantibus Deum, atque precantibus pro eo, vix tandem manum quidem potuit abſtrahere, ſed ita permanſit invalida.

Epiſcopo nuntiat quid actum ſit.

β

Venit hic die poſtero ad Speluncam,

γ

B

δ *& punito coram ſe incredulo quodam,*

157 Epiſcopus autem, cum univerſis qui ſecum erant, accipiens hydriam cum ſancto thesauro ibi repoſito, [interim] in Diaconio [id eſt in Secretario] Eccleſiæ collocavit, donec ædificaretur Baſilica in nomine ejus. Quæ ubi perfecta eſt], cum dies ſanctæ depoſitionis ejus inſtaret, apparuit ſanctus Joannes ei cujus manus aruerat, dicens, In ipſa proceſſione, cum fiet Depoſitio, pone manum tuam ſuper hydriam, & ſtatim ſanabitur. Hoc autem cum feciſſet, reſtituta eſt priſtinæ ſanitati. ε Facta eſt S. Ioannis Præcurſoris ac Baptiſtæ Depoſitio in ejus templo vigeſimâ ſextâ menſis Octobris, anno DCCLXIII Indictione ſextâ, imperantibus religioſis, piiſque ac orthodoxis Auguſtis Valentiniano Juniore ac Marciano, Principibus memoriâ ſempiternâ dignis; ad laudem & gloriam magni Dei ac Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria cum intemerato Patre, ſanctiſſimoque ac vivifico Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen.

hydriam accipit, in urbem transfert:

atque extructa æde nova illuc defert non ſine miraculo,

C

die 26 Octobris ſequentis.

256 Καὶ τῇ ἐπιούσῃ κυριακῇ ἡμέρᾳ, ἅμα τῷ Διακόνῳ Κυριακῷ καὶ Ἰουλιανῷ μοναζόντι εἰσελθόντες, ἐγνωρίσαμεν τῷ ἐπισκόπῳ [Οὐρανίῳ], ἀπὸ τῶν ἑωθινῶν ἐξερχομένῳ, εἰπόντες, ὅτι ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς [τοῦ Χριστοῦ] ἀπεκαλύφθη. Αὐτὸς δὲ ἀκούσας, ἔννεος ἔμεινε, καὶ εἶπε μὴ μαθεῖν τινα, καὶ μηδεὶς αὐτῷ ἅψηται. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάκονος Κυριακός· Πότε ἔρχῃ; ὁ δὲ Ἄυριον, φησὶ, παραγένομαι. Παραγενόμενος δὲ τῇ ἑξῆς μετὰ πρεσβυτέρων καὶ Διακόνων, ἐπισάντες τῷ τόπῳ, πεσόντες προσεκύνησαν. Μάλχος δὲ ὁ πρεσβύτερος, εἷς ὢν ἅμα τῶν ἀκολουθησάντων τῷ ἐπισκόπῳ, δυσπιςήσας εἶπε· Πόθεν τοῦτο δῆλον, ὅτι ἡ κεφαλὴ τοῦ Προδρόμου τυγχάνει αὕτη; καὶ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ὑδρίαν, παραχρῆμα δὲ ἄψασθαι τοῦ τρίχος, ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ, καὶ κολληθῆναι τῷ σώματι τὸ ὑδρίας, καὶ οὐκ ἠδύνατο αὐτὴν ἀποσπάσαι. Ἐκτενοῦς δὲ ἅμα πάντων γενομένης εὐχῆς, καὶ πάντων δοξαζόντων τὸν Θεὸν, καὶ δεομένων ἀνεθῆναι αὐτὸν, μόλις ποτὲ τὴν μὴν χεῖρα ἀπέσπασε, μεμένηκε δὲ οὕτως ἀθενοῦσα.

D

E

157 Ὁ δὲ ἐπίσκοπος, σὺν τοῖς παραγενομένοις αὐτῷ πᾶσι, λαβὼν τὴν ἁγίαν ὑδρίαν σὺν τῷ ἀποκειμένῳ θησαυρῷ, ἀπέθετο ἐν τῷ Διακονικῷ τοῦ [ἁγιωτάτης] ἐκκλησίας, ἕως οὗ οἰκοδομήθη τὸ μαρτύριον αὐτοῦ. Καὶ μελλόντων τὴν ἁγίαν αὐτοῦ κατάθεσιν ποιεῖν, ὤφθη ὁ Πρόδρομος ἐν ὁράματι τῷ ἀπιςήσαντι πρεσβυτέρῳ, καὶ φησὶ πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐν τῇ πομπῇ τῶν καταθέσιων μου ἐπίθες τὴν χεῖρα σου ἐπὶ τοῦ ὑδρίας, καὶ παραχρῆμα ἐκβήσῃ· τοῦτο ποιήσας, ἀποκατεστάθη ὑγιής. Ἐγένετο δὲ τὰ καταθέσια τοῦ ἁγίου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἐν τῷ αὐτοῦ ναῷ, μηνὶ ὀκτωβρίῳ εἰκάδι ἕκτῃ, τοῦ τρίτου καὶ ἑξηκοστοῦ καὶ ἑπτακοσιοστοῦ ἔτους, Ἰνδικτιῶνος ἕκτης, ἐπὶ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλείας τῶν φιλοχρίστων, ἡμῶν καὶ εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων Βασιλέων Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου καὶ Μαρκιανοῦ τῶν αἰωνίων εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἀχράντῳ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

F

ANNOTATA D. P.

a *Ms. Mazar.* ſeptuageſimo: *errorem manifeſtum corrigo ex aliis & ex Græco: rationem Epochæ hic ſervatæ explicavimus ſuprà.*

b *In Græco omittitur* Amen, *& ſic continuatur periodus ut benedicatur Deus*, quia dignatus eſt, *&c.*

c *Quidquid poſthac* [] *includitur, Græco textui deeſſe intellige, & alium magis integrum Interpreti præ oculis fuiſſe, qui adhuc requiritur: contractiones tamen eadem videntur fuiſſe præ oculis illi qui ſcripſit Sermonem de Nativ. &c. cum etiam iſtic eadem deſint.*

d *Non ſatis apte hic abrumpitur periodus: Græcus enim contextus exigit ut intelligantur tur-bæ* adoraſſe, *inclinando ſe* verſus templum & verſus aulam Meridianam.

e *Maz. Ms.* ad pedes; *cetera melius*, ad pectus.

f *Alterum eorum fuiſſe Euſtachii Ariani, ſatis clare intelligitur infrà.*

g *Mazar. perperam*, & dexteram.

h *Impreſſa*, noſtro.

i *Eadem* Bethmamatis.

k *An ejus qui* Presbyter & Martyr *in Cappadocia coronam meruit ſub Diocletiano*, 8 *Januarii notus ex Menais? Notior eſt* S. Julianus *Anazarbenus in Cilicia, & Antiochiæ ſepultus, de quo ſuprà fit mentio, & Acta illuſtrantur* 16 *Martii.*

l *Græca*

A l *Græca ſic reddentur :* Cumque tranſacta die dormirem ; in ipſa nocte , poſt horam nocturnarum vigiliarum , ecce manus &c. *quod videtur Dionyſius claritatis causâ aliter explicuiſſe .*

m *In Græco aptiorâ ad ſequentium contextum verba hæc leguntur :* Ecce conceſſus ſum vobis : ſurgens invenies ſtellam præeuntem te ; & ubi ceciderit terram fodiens , invenies me .

n *Addunt Græca* , in qua erat ſacrum Caput Prodromi & Baptiſtæ Joannis.

o *Græciſmus , idem valens , quod* diu .

p *Græce* , ex incombuſta calce *ſive cæmento , contuſi citra combuſtionem ſaxi* (Tiràs *Belgice dicimus quaſi* terratium) *quali opus eſt ad puteorum aliorumque humidorum locorum fabricam* ; ad quinque palmorum menſuram : *δαρτὴ tamen non occurrit , in Gloſſario Cangii : unde autem Dionyſio obrepſerint* ordinariæ *pro* tegulis *neſcio .*

q *Græce* , exivit ; *ſed multo aptius vertitur* apparuit.

r *Græce* : Venerunt ad nos , qui circa Archimandritam & Diaconum Gennadium B *erant , ſed mox inducitur præſens & loquens ipſe* Gennadius : *& ſic Latina ecphraſis cohæret commodius .*

s Μερίδες *Particulæ , ex pane oblato , una cum majori ad Miſſam orbe ante conſecratæ , ad populi Communionem.*

t *Græce* , veniebat in ipſam ſpeluncam ; & à nobis accipiebant de panibus præfatis.

v *Alias* Claramnium *& in Sermone præfato τῦ Δαρομίτ. Interim idem ſupra num.* 148 *dicebatur* Abbas monaſterii Bethgaalorum.

x *Supra num.* 148 *dicitur hic* Cyriacus Abbas S. Carterii ; *hic vero in Græco additur , τῶν ἐν τῷ ἱερῷ* , eorum qui ſunt in ſacro : *an addendum , ναῷ τῦ ἁγίυ* Καρτερίυ templo S. Carterii ? *ſed obſtat Sermo in quo ſic legitur* ὃς Ἀρχιμανδρίτης τῶν ἐν τῷ ἱερῷ ἦν μοναστρίων Qui erat Abbas monaſteriorum quæ ſunt in Hiero , *ubi* Hieron *puto accipi pro* Monte *& horum monaſteriorum primum dictum* S. Carterii. *De ἱερῷ vide dicta in Tract. de Patriarchis Jeroſol. num.* 12 *ubi de monte Carmelo .*

y *Aliàs* Salius *&* Marius Linopola, Lech- C tarius. *Videtur ergo indicari utriuſque profeſſio laica , unius quidem lodices vendentis , quamvis* Λεκτικάριος *etiam dicantur Sandapilarii , qui funera efferunt ; alterius vero campſoris ſeu collybiſtæ , licet etiam intelligi poſſet , qui Collectas eleemoſynarias ſervat .*

z *Græce additur* vel commovere me vel.

α *Ibid.* qui erant cum Diacono Gennadio atque Cyriaco.

β *Edita minus recte* , Nullus hoc novit : & quis veſtrum audeat contingere .

γ *Hunc ultimum actum plenius deſcribit Sermo in tertiam Inventionem infrà ubi dicitur* eductum hydriâ Caput , tremendum videntibus ſpectaculum , aliis vero incredibile : nam & pili adnati videbantur , ſuaviſque efflabatur odor , ac indicibilis fulgor emicabat .

δ *Græce* , ori hydriæ . *Sermo addit , καὶ τῶν τριχῶν ἁγιῶν τῦ κάρας ἐπέψαυσεν* , & ſacros crines capitis palpavit.

ε *Hic finitur verſio Dionyſii , additâ conſuetâ in talibus clauſulâ* : Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto , cui eſt honor & poteſtas , cum Patre & ſancto Spiritu , in ſecula ſeculorum , Amen . *Quæ ſequuntur ex Græco Mazariniano , Latina fecit Combefiſius .* D

AUCTORE D. P.

§. VII. *De tertia Inventione apud Comanam , alteraque Tranſlatione Conſtantinopolim ; & de Græcæ Eccleſiæ eodem ſpectantibus monumentis .*

158 AUctor *Sermonis in primam , ſecundam ac tertiam ſacri Capitis Inventionem , hujus tertiæ tempus perquam indefinite ſic notat num.* 167. Cum Emeſenam regionem ipſamque urbem barbarorum manibus expugnari ſiviſſet Deus. *Rem obſcuram ut evolvat Cangius , cap.* 7 *orditur à ſucceſſibus Arabum Saracenorum in Oriente ; ex Theophane , Anaſtaſio , & Cedreno narrans , quomodo eorum* multitudini imparem ſe ſentiens Heraclius Imperator , anno DCXXXIII , aſſumpta ſecum ſancta Cruce , Hieroſolymam Syriamque dimiſit , Baane cum copiis Emeſæ relicto . Et hic , *inquit* , fortiter locum à ſe bene munitum tutatus , abactos inde Saracenos uſque Damaſcum pepulit : ſed anno ſequenti , mota in exercitu ejus ſeditione , regreſſi infideles Baanem fuderunt ; Damaſcoque & Phœniciâ totâ potiti , tranſierunt in Ægyptum ; qua eodem anno ſubacta Hieroſolymam occuparunt anno DCXXXV , unà cum Palæſtina univerſa . Anno deinde XXXVII Antiochiam , & XXXIX Edeſſam atque Daras cum omni Meſopotamia : denique ſubſecutis annis , expugnatâ ſeptenni obſidione Cæſareâ Palæſtinæ , reliquas Terræ ſanctæ provincias & urbes obtinuerunt . Quamquam autem hiſtoria nobis non explicet , quo anno capta Emeſa ſit ; captam tamen indubitabile eſt , cum fuerit intra regiones tunc amiſſas : idemque exinde etiam confirmatur , quod anno DCCXLVI ipſa , cum Heliopoli atque Damaſco , barbaris rebellans , quadrimeſtri obſidione rurſum domita , jugum recipere coacta ſit . *Occupatâ poſt an.* 633 *à Saracenis Syriâ adjacentibuſque provinciis , in iiſque etiam Emeſa ;*

159 Teneri igitur omnino poteſt Emeſam quoque ſub Saracenis fuiſſe anno DCCLXI , Copronymi XX , quando Theophanes ſcribit , quod ſancti Joannis Baptiſtæ & Præcurſoris Caput , ex Spelæi monaſterio proprium in templum ſumptuoſe conſtructum , ad Emeſenorum urbem tranſlatum eſt : confeſſio quoque , ſacræ Reliquiæ deponendæ , ædificata eſt , in qua ad hunc uſque diem à fidelibus adoratum , tam corporeâ quam ſpirituale odoris fragrantiâ honoratur ; & ab illo morborum omnium medela , velut è perenni fonte , in eos qui cum fide accedunt ſcaturit . Ipſa Theophanis verba hæc ſunt : Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει μετετέθη ἡ κάρα τ ἁγίυ Ἰωάννυ τ Προδρόμυ καὶ Βαπτιστ , ἐκ τ μονῆς τ Σπηλαίυ , εἰς τ ναὸν αὐτῦ τῆ τῶν Ἐμεσηνῶν πόλιν , καὶ ἡ κατάβασις ἐκτέθη , ἔνθα μέχρι τ σήμερον ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνεμένη , εὐωδία σωματικὴ τε καὶ πνευματικὴ τιμᾶται , βλέσσα πᾶσι τοῖς πίστει προστρέχεσι ἰάματα. Neque mirari quiſquam vehementer debet , quod locus iſte frequentatus fuerit , etiam ſub dominio barbarorum . Novimus enim ex Hiſtoria *cum an.* 761 *tranſlatum in eam ex Spelæo eſt Caput :* E *videtur hæc ſub eâ fuiſſe ;* F

A AUCTORE D. P.

Historia Theophanis & Tripartita Pauli Diaconi, quod illi relinquerent Christianis liberum suæ religionis exercitium ; & Copronymi tempore, Hierosolymitani, Antiocheni, atque Alexandrini Patriarchæ Synodos suas Episcopales in ecclesiis, sicut antea, celebrabant.

Barbaris autem jugum aggravantibus magis magisque,

160 Verum non eadem semper Saracenis erat erga Christianos moderatio : sæpius namque ipsis illaqueandis tendebant insidias, calumniantes eos de occulto cum Imperatoribus Constantinopolitanis commercio ; eoque & variis prætextibus aliis, jura atque immunitates ipsorum restringebant. Sic, teste Theophanæ ad annum Copronymi XVI & XVII, Christi DCCLVI & VII, Theodorus, Antiochiæ Patriarcha, in exilium deportatus est Arabum invidiâ ; qui frequentioribus litteris, ad Imperatorem Constantinum scriptis, res Arabum eum manifestare criminati sunt : quare Patriarchatus terminis extorrem, in provinciam Moabitidem transferendum, Salem eorum Dux edixit. Idem novas ecclesias nusquam ædificari, publice non exponi Crucem,

B *delatum illud fuisse Comanas,*

Christianum cum Arabibus de fidei dogmatibus non differere, lege lata, edixit. Abdelas verò imposita Christianis tributa auxit ; adeo ut omnes, sive Monachi, sive Inclusi, sive Stylitæ Deo placiti, vectigales describerentur : ecclesiarum quoque gazophylacia suo obsignavit sigillo, & ad sacra vasa vendenda mercatores Hebræos induxit. Illis igitur ita subinde agentibus, verosimile est, Monachos, Emesenæ ecclesiæ administros, in Cappadociam Armeniamve recessisse, ablatis pretiosioribus quibusque Reliquiis, & inter eas Capite S. Joannis.

Cappadociæ vel Armeniæ;

161 Dixi in Armeniam aut Cappadociam : duas enim Comanas norunt Geographi ; unam cognominatam Cappadociæ, quæ Minoris Armeniæ portio est ad Sarum fluvium ; aliam ad Irim fluvium, cognomine Ponticam, quia sita est in ea Cappadociæ parte, quæ Pontus dicitur, Colchidi vicina. Harum utra sacrum pignus exceperit, definiri non potest ; solum constat, quod locus exiguus fuerit, μικρὰπολις καὶ ἄσημος, ignobilis urbecula, & ideo forsan electa ; ut pretiosus hic thesaurus facilius lateret Iconoclastas, sacrarum Reliquiarum hostes acerrimos ; ut vel ex eo cognosci potest, quod S. Euphemiæ corpus, maximo in honore habitum Chalcedone, mari mergi jusserit Copronymus Imperator. Cujus uxor Irene licet in Nicæno II Concilio orthodoxiam restaurarit, rursus tamen iconomachia invaluit sub Leone Armeno ; donec iterum sub imperio S. Theodoræ Orthodoxia refloruit, quo nomine primam Quadragesimæ Dominicam Græci festivius agunt. Interim solicite abditum mansit Comanæ Caput ; sed quo tempore illuc allatum, certo nequit definiri. Nam, juxta Theophanem, erat illud adhuc Emesæ, cum

C *clam tamè habitum sub Iconomachis,*

prius quam Constantinopolim referretur, circa an. 850;

scribebat ille : sub ipsum tamen illud tempus ablatum fuisse oportet, ut Comanæ saltem manserit annis triginta aut quadraginta, circa DCCCL translatum Constantinopolim ; fieri tamen potest, propter exiguum & periculosum Emesenorum Christianorum cum Regia civitate commercium, ut Theophanes apud eos adhuc esse crediderit, quod prius

D

dem sed clam ablatum erat, manente nihilominus religione loci, & consueto ad eum concursu fidelium.

162 Michaël Syncellus apud Allatium, post opus de utriusque Ecclesiæ contensione perpetua, differens de Dominicis Festisque Græcorum, & §. 14 tractans Dominicam Orthodoxiæ, habet eo spectans Poëma Michaëlis Syncelli, tunc florentis, ubi restitutæ cum aliis Iconis Joannis sic meminit.

Λελιημένοισιν ὄσσοις — Dissipatis ossibus,
Ὁρώων χαρακτὴν εἰδῶ — Videns speciem expressã
Προδρόμου τοῦ θεόπτου, — Prodromi Theoptæ ;
Φιλέων κάρηνον ἐκείνῳ, — Caput illud osculor.

Quæ videri possint indicare præsentiam hujus Constantinopoli, tunc cum ista scribebantur ; ipsum tamen annum Translationis illuc factæ nemo exprimit. Menologia & Synaxaria ne locum quidem nominant quo fuit depositum. Τῷ ἐν βασιλείοις ναῷ ei quæ in Palatio erat Ecclesiæ illatum dicit Sermo de tertia Inventione.

ad sacellum Palatii,

163 Credibile est tamen paulo post translatum ipsum esse ad ecclesiam & monasterium Studii, quia ibi erat tempore Basilii Porphyrogennetæ. Ad hunc enim extremum ægrotantem, testibus Zonara & Glyca cum Alexius, τότε προεστῶτα ἔχων τὴν τοῦ Στουδίου μονῆς tunc Præfecturam gerens monasterii Studitarum, sacrum Caput Præcursoris attulisset ; illum statim Patriarcham designarit, anno MXXV. Unde autem ipsum attulerit Basilio Alexius, nisi ex suo Studii monasterio, quod qui fundavit Aëtius Orientis Consul anno CCCCLIV ; dedicari fecit sub nomine S. Joannis Baptistæ. Aliunde certe non potuit ipsum accepisse Alexius, nisi de mandato ægrotantis ; hoc vero non faciunt verosimile Auctores præcitati ; quin potius proprio motu id fecisse affirmant, cum ejus obsequii mercedem fuisse Patriarchatum indicare videntur.

E *undè trãslatum ad Studii monasterium*

ubi adhuc erat an. 1025.

164 *His ex Cangii Gallico Latine redditis & præmissis transeo ad Monumenta Græca, hoc tertium propositi nobis argumenti Caput concludura. Primum erat* Marcelli Archimandritæ relatio *quam §. huic præmisimus. Illam sequitur* Sermo in primam, secundam atque tertiam Inventionem, *interprete Combefisio ex Mazariniano Ms. Hujus duæ priores ex tribus partes nihil præter jam dicta §. 3 quoad primam Inventionem continent, nihil etiam quoad secundam præter præmemoratam Marcelli relationem. Tertiam ergo partem excerpere placet, tanto digniorem fide, quanto rei gestæ propiorem se profitetur Auctor, licet anonymus. De Sermone à se Latine reddito, veluti mox vulgando, mentionem faciens Combefisius, in suis ad Chronographiam Theophanis posterioribus Notis, aliud quoque exemplar Græcum allegat, quod Romæ extiterit penes Eruditissimum Leonem Allatium : qui tamen illius non meminit in sua de Simeonum scriptis Diatriba : quia scilicet nusquam reperit prædictum Sermonem Metaphrasti adscriptum, cujus adoptiva à genuinis secernere solum istic curabat.*

Istius tertiæ Inventionis historia,

F

descripta à teste oculato, hic datur.

165 *Invenit autem idem Allatius apud Lipomanum adscribi illi alium,* Εἰς τὴν ἐξ Ἀντιοχείας ἀναχομιδὴν τῆς Προδρόμου χειρός, in advectionem manus Prodromi ex Antiochia, *hoc principio :* Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς Χριστοῦ ἐπεδήμησεν Πρόδρομος. Ecce iterum nobis

sicut & translatio manus ab Antiochia,

A bis advenit ſanctus Chriſti Prodromus, *quod reſpectu allati Capitis eſt dictum ; & dictum recenti adhuc novitate feſti, causâ ſacræ manus ordinati in diem* VII *Januarii, regnantibus* Conſtantino atque Romano Porphyrogennetis *patre ac filio, adeoque poſt annum* DCCCCXLVIII, *quo hic decennis exiſtens ab illo factus eſt conſors Imperii & ante* DCCCCLIX *quo prior obiit. Hinc innoteſcit auctoris ætas, qui potuiſſet fuiſſe Metaphraſtes, tunc florens, ſi non obſtaret (Allatio judice) ſtylus diverſus, & neſcio ubi inventum ab illo nomen proprium* Theodori Daphnopatæ : *cui propterea ipſum relinquentes Sermonem iſtius loco ultimo referemus, eique præponemus alium, quem Combefiſius Cangio Latinum fecit, titulum præfigens qualem in Ms. Mazariniano reperit* ſancti Patris noſtri & Confeſſoris Theodori Studitæ. *Sed (ſi de famoſo hujus nominis Confeſſore & Scriptore eſt quæſtio) obiit hic (ut recte obſervat Cangius pag.93) anno* DCCCXXVI, *tertia autem Inventio Capitis, quam Sermo iſte prædicat, contigit ſub Patriarchatu S. Ignatii, id eſt intra annum* DCCCXLVIII *&* LVIII. Præſumendum ergo eſt, *inquit*, Sermonem iſtum attribuendum alteri illi Theodoro Studitæ, qui

B dictus eſt Santabarenus, *minime Sanctus, ſed unus ex præcipuis Photii* ſchiſmatici ſectatoribus, eruditus tamen & cui eruditi tribuunt Canonem, qui primâ Dominicâ Quadrageſimæ dicta Orthodoxiæ, refertur *in Triodio fol.* X. ✠.

166 *Habes hunc Canonem, poſt alterum ejuſdem diei qui Theophani adſcribitur, in Annalibus Baronii ad annum* 842 *num.* 28, *à Frederico Metio, Oratorii Presbytero pariter Latine redditum, & quidem utrumque velut ſancti alicujus Confeſſoris. Theophanes ſane cognomento Graptus, à verſibus quos impius Theophilus fronti ejus inſcribi fecerat, inter Hymnographos nominatiſſimus, & poſt reſtitutam Orthodoxiam factus Nicænus Archiepiſcopus, & nobis* 11 *Octobris commemorandus, merito præſumitur primi Canonis Auctor : poſterioris auctorem eſſe non poſſe Sanctum, prius mortuum, uti nobiſcum merito cenſet Baronius, ita nihil cauſæ adfert, cur Naucratii ſit potius, quam alicujus* Theodori, *cum plures hujus nominis* Studitæ, *etiam Confeſſores eſſe potuerint : inter hos ſi non admittitur* Santabarenus, *quia* non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris ; *expungenda ex Triodio erit bona pars Hymnorum, ii ſcilicet omnes quorum Auctores fuere aut ſchiſmatici aut de eo vehementer ſuſpecti ; qualis imprimis fuit ipſe totius Triodii ordinator Calliſtus Xantopulus. Non video tamen cur* Santabarenus, *quia* Studita *fuit, &* Theodori *nomen habuit, propior ſit ut Auctor dicatur Canonis vel Homiliæ alicujus, quam melior Synonymus licet adhuc ignotus, cum ſingularis ea in re ſtudii nullum uſpiam inveniatur monumentum, Santabareno nominatim adſcriptum ; atque homo inſigniter hypocrita ac magus, aliis plane viis ad conciliandam ſibi famam ſanctitatis graſſatus ſit, quam ſacris ſcriptionibus elucubrandis. Maneat ergo ignotus potius* Theodorus *Sermonis prælaudati Auctor, & ſine ſcrupulo etiam à piis legatur : credatur tamen* Monachus *ac verosimiliter* Studita, *qui orationem ſuam concludit,* Spiritualem *ſuum Patrem & Gregem ei commiſſum ſtudio ſingulari commendans.*

Theodoro Daphnopatæ adſcripta :

eique præponitur Sermo Theodori Studitæ,

non Confeſſoris ſed alterius junioris

diverſi tamen à Santabareno.

D AUCTORE D. P. (*cujus etiã credi poſſet Canon in Dominicã Orthodoxiæ*)

E

HISTORIA INVENTIONIS TERTIÆ

Ex Sermone Anonymi coævi de tribus Inventionibus

Editore Cangio, Interprete Combefiſio.

167 Εἰκὸς ἦ ἡμᾶς καὶ τὸ ἐναγχος καὶ τρίτῳ [ἑυρεσιν] εἰπειν ἧς ἕνεκα καὶ ὁ λόγος, καὶ ἡ τῶν ἄλλων σκληροτέρα καὶ γνώριμος. Τῆ τῶν Ἐμεσηνῶν δ' ἦν, ὡς ἔφαμεν, πόλει τὸ ἱερας κεφαλῆς ἐν ἀποκειμένης, καὶ τοῖς ἔγγυθεν, καὶ τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἀπανταχοῦ ἥκουσι πλουσίας τὸ χάριτος προκειμένης, ἔμεινε χρόνους ἐπὶ πολλοὺς ὁ θησαυρὸς ἀμεταθετος. ὅσῳ εἰ καὶ τῷ τόπῳ προὡρισο, ἀλλ' ὅμως καὶ τοῖς ἐνεργείαις διώρισο, ἄφθονον τὴν χάριν ἁπλῶν, καὶ εἰς πάντας διήκουσαν. Ἀλλὰ γὰ οἱ θεοῦ ἀπόῤῥητοι λόγοι, καὶ τῶν αὐτοῦ κριμάτων τὸ ἀκατάληπτον, χερσὶ βαρβάρων τοὺς ἐν Ἐμέσῃ τόπους καὶ αὐτὴν τὴν Ἐμέσαν ἐλεῖν συγχωρήσαντος, ὁ δίκαιον ὁ ἀγαθὸς ἔκρινε, καὶ κάραν τὴν πάντιμον πρὸς τούτοις γενέσθαι· οὐκέν οὐδὲ γίνεται· ἀλλά πᾳρά τινι πιστῷ καὶ σπουδαίῳ πρὸ τὰ καλὰ, ἐκεῖθεν αὕτη ληφθεῖσα, ἀλλαχοῦ ἤδη μετακομίζεται· Κόμανα δ' ἷν ἡ δεξαμένη τὸ δῶρον, μικρὰ μὴν πόλις καὶ ἄσημος ; ἐπίσημος δ' ἐν τεῦθεν γενομένη, καὶ τῶν ἄλλων λαμπρανεστέρα.

C

167 OPeræ pretium eſt ut eam, quæ nuper contigit tertiamque [Inventionem] memoremus ; cujus etiam causâ inſtituta nobis oratio eſt ; quæ & reliquis notior eſt atque illuſtrior. Cum itaque ſacrum caput Emeſæ, ut diximus, repoſitum eſſet ; atque iis qui è vicino, quique procul ac undique venirent, uberrimum gratiæ munus præſtaret ; manſerat theſaurus in annos plures ei loco immobiliter addictus : at quamquam eo circumſcriptus erat, non tamen illius ambitu etiam virtutes arctabantur, ſed copioſe beneficia explicabat, ut ad omnes pertingerent. Aſt enim Dei arcanæ rationes, incomprehenſaque judicia ſunt cum quibus Emeſenam regionem, ipſamque urbem Emeſam Barbarorum manibus expugnari ſiviſſet, ac eorum fieri ditionis ; haud æquum putavit bonus ille ut & pretioſiſſimum Caput penes illos, illiſque addictum foret. Adeoque nec fuit ; ſed pii cujuſdam honeſtique cultoris operâ inde ſumptum, aliorſum transfertur ; Comanam ſcilicet, exiguam urbem, ac obſcuram ; quæ tamen eo pignore ditata illuſtris evaſit, ac reliquis clarior exinde fuit.

Caput quod Emeſæ fuerat.

F

urbe à barbaris capta,

Comanam transfertur.

168 Τὸ δ' ἔνδον συνέχον καὶ κατέχον τὸ θησαυρὸν, σκεῦός τι ἀργύριον ἦν, χρυσοῖς περπάλοις ἐνηρμοσμένον, ὡς ἂν τῷ τιμίῳ τὸ πάμιον περιέλλοιτο· πολλοῖς ἠγνοεῖτο τοῖς πολλοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς τὴν βασιλίδα οἰκοῦσιν, ὅπου τὸ

168 Vaſculum quod theſaurum intus habebat ac continebat, urna quædam argentea aureis compacta laminis erat, quo nempe pretioſum pignus pretioſo vaſculo aſſervaretur : ceterum plerique neſciebant, ac præcipue regi-

A næ urbium cives, quo illud loco positum
AUCTORE esset : tum quod Translatio occulta ac sine
D. P. arbitro facta fuisset; tum quod nesciretur tem-
& sub Iconomachis occultatur. pus, quo illud contigisset Emesâ Comanam transferri, neque enim quis palam, quantum nobis aslequi licuit, eam rem tradidit. Itaque mansit Comanæ Caput, ne ipsis quidem incolis satis notum. Etenim cum tempora, tum negotia altâ rem ignorantiâ obtexerant : cum præsertim Iconomachi interim emersissent, qui tantum abest ut Sanctorum Reliquiis cultum adhiberent, ut etiam ubicumque illæ extare noscerentur, incendio eas traderent. Eam igitur ob rationem nulli deinceps sacratissimum pignus conspicuum erat aut exploratum.

169 Postquam autem rerum summa ad orthodoxos rediit, iterumque sceptra fidelibus
Illis extinctis, Augustis concredita sunt, ac Iconomachi impii cum sonitu perierunt, condignam scilicet ultionem nacti ; tum sane etiam Præcursori placuit, ut Caput suum manifestum faceret, stupendumque munus non huic illive civitati (exiguis nempe oppidis, exi-
B guisque terminis definitis) sed ut omnium maximæ summèque regali, nempe Constantinopoli, traderet; quo nempe & thesaurus inviolabilis servaretur, illaque ejus depositione honestaretur, ipsumque adeo sacrum munus,
Ignatius Patriarcha, ut par est, splendoris aliquid ab eâ mutuaretur, quod nempe penes illam majores honores cultumque impensiorem haberet. Tum namque Michaël ac Theodora sceptra susceperant, Ignatiusque Methodii successor, vir multis clarus virtutibus, Ecclesiam regebat. Sub his inclytis, etiam pretiosissimum pignus istud in reginam urbium infertur, tertiamque hanc ac postremam Inventionem nanciscitur. Porro adinventionis modus ejusmodi fuit.

170 Nocte quâdam cum Pontifex Theo-
divinitus monitus ubi esset, phoro illi cognominis moribusque affinis laudes Deo offerret ; divina quædam visio cælitus illi obtigit (habere scilicet Comanam civitatem pretiosissimum Caput, argenteâ urnâ inclusum, ac sacro loco conditum ; operæque pretium esse, ut Byzantium transferretur ; sic nempe etiam Præcursori visum) qui & Imperatori quæ visa fuerant declaravit.
C Ambobus igitur eam in rem bene animatis,
mittit qui Constantinopolim adferant : a & allatum festivissime excipit, mittuntur statim ab utroque qui thesaurum tollant. Hi cum ad locum venissent, & ubi Caput depositum esset, quo eis Pontifex indicio signarat, didicissent, reverenter inde extraxerunt *a*; & dignum Deo munus ad regiam urbem pertulerunt. Vixdum autem id intellexerant Imperator simul & Patriarcha, ac quotquot in aulâ Proceres, quotquot Clerici ac Monachi erant, extra civitatem effusi cum suffitibus ac lampadibus obviam processerunt, multoque cum apparatu & pompâ Caput deduxerunt; cui & oculos & labia, & frontem, præque aliis corda admoverunt.

171 Tum Pontifex trepidâ manu sublatum,
atque in ecclesia Palatina deponit 25 Maji. Palatino templo thesaurum infert, ac illic deponit ; nempe die XXV mensis Maii : hic enim celebritatis dies, festum scilicet tertiæ Inventionis seu Depositionis: utrumque enim dicatur, quando & utriusque nomine una agitur solennitas. Par enim erat, ut Triadis cultor, quique aliis ejus perspicue detexisset mysterium, tribus quoque vicibus Caput suum

δῶρον ἐναποτίθεται, τῷ τε ἀγνώσως τὸ με- D
τάθεσιν γεγενῆσθαι, καὶ τῷ ἀγνοεῖσθαι τὸν χρόνον καθ' ὃν ἀπὸ Ἐμέσης εἰς τὰ Κόμανα μετατέθειται· ἐδὲ γὰρ σαφῶς τις, ὅσα γε αὐτοὶ συνίσμεν, εἰδὲ τοῦτο ἐγνώρισεν. Οὐκοῦν καὶ ἔμενε τοῖς Κομάνοις ἡ κεφαλή, μηδὲ παρ' αὐτῶν δήπου τῶν προσοίκων ἀσφαλῶς τάχα γνωριζομένη· οἵ τε γὰρ χρόνοι, καὶ τὰ πράγματα, πολλοῦ τοῦ ἀγνοιαν ἐμποιήσαντες· μάλιστα μεταξὺ καὶ τῶν Εἰκονομάχων ἀναφανέντων οἷς οὐχ ὅπως τὰ τῶν Ἁγίων ἐσέβετο λείψανα, ἀλλὰ καὶ πυρὶ ἐνεπίμπρατο εἴ που δὴ καὶ φανείεν· ἵν' λοιπὸν καὶ τὸ πανίερον τοῦτο χρῆμα μὴ παρ' ὁτουοῦν θεάμενον, ἢ ἔκδηλον καθιστάμενον.

169 Ἐπεὶ δὴ τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπανῆλθε τὰ πράγματα, καὶ ὑπὸ βασιλεῦσι πιστοῖς τὰ σκῆπτρα πάλιν μετακεχώρηκε, τῶν δυσσεβῶν Εἰκονομάχων μετ' ἦχου ἀπολωλότων, καὶ ἀξίαν τοῦ εἰς πρᾶξιν εὑρηκότων, τότε δὴ καὶ ὁ Πρόδρομος τοῦ ἑαυτοῦ κεφαλεῖο φανερῶσαι εὐδόκησε· καὶ δῶρον τούτῳ ἀξιοθαύμαστον, ἐς τῇ δε, ἢ τῇ δε τῇ πόλει δοῦναι ἔκρινε (μικραῖς πισι πευτας καὶ μικροῖς περιγραφομέναις ὁρίοις) ἀλλὰ τῇ πασῶν μείζονι καὶ βασιλικωτάτῃ τῇ Κωνσταντίνε φημὶ ὡς ἂν καὶ τὸ πλεῖστον θησαυροφύλακον ἄσυλον, καὶ E
σεμνύνοιτο μᾶλλον αὐτῇ τῇ καταθέσει, σεμνότερον δ' ὡς εἰκὸς καὶ τὸ δῶρον παρὰ ταύτης ἀποτελοῖτο, τῷ τε μειζόνως τιμᾶσθαι, καὶ τῷ μείζοσι ταῖς εὐφημίαις καταγεραίρεσθαι. Μιχαὴλ γὰρ καὶ Θεοδώρα τῶν σκήπτρων τοιουτοτρόπως ἐπειλημένοι, καὶ μὴν Μεθόδιον Ἰγνάτιον σκυλησίαν ἄγειν πεπιστευμένον, ἀνὴρ πολλαῖς ἐν θαπτέπων ταῖς χάρισιν ὑπὸ τούτων δὴ τῶν ἀοιδίμων καὶ τὸ πολυτίμητον τοῦτο χρῆμα τῇ βασιλίδι ἀνακομίζεται· καὶ τρίτῳ τούτῳ, καὶ τελευταίαν εὑρίσκει τοῦ εὑρεσιν. Ὁ δὲ τρόπος τοιὸς δε τῆς ἀνευρέσεως.

170 Κατὰ γὰρ μίαν τῶν νυκτῶν, τῷ καὶ τὸ Θεοφόρον τούτῳ καὶ ὁμωνύμῳ καὶ ὁμοτρόπῳ δεχειρεῖ, Θεῷ τοὺς ὕμνους προσφέροντι, θεία τις ἄνωθεν ὄψις ἐπέσκηψεν· ὅτι Κόμανα ἡ πόλις τοῦ πότιμον κεφαλεῖο θαλαπτέχει, δεγυρέῳ σκεύει ἐγκεκρυμμένῳ, καὶ ἱερῷ τόπῳ ἐναποτεθειμένῳ· καὶ ὅτι φησὶν, ἀνακομίσαι τῇ Βυζαντίδι τούτῳ προσήκει, τοῦτο καὶ τῷ Προδρόμῳ δοκοῦν· Ὃς καὶ τὰ ὁραθέντα δῆλα καθίστησι καὶ τῷ βασιλεῖ. Οἷς καὶ ἀμφοτέροις ὡς ἂν εἴποις εὐθύμως θεῖ τὸ πρᾶγμα θαπτεθεῖσι, F
σέλλεται πρὸς τούτων εὐθὺς καὶ οἱ τὸ θησαυρὸν ἀνελόμενοι. Οἱ καὶ τὸν τόπον καταλαβόντες, καὶ ἔνθα ἡ κεφαλὴ ἐναπέκειτο ἐπιστάντες, καθὰ καὶ ὁ δεχειρεὺς τούτοις ἐγνώρισεν, ἐντίμως ἐκεῖθε, ἀναλαμβάνουσι, καὶ τῇ βασιλίδι δῶρον ἀξιόθεον τούτῳ ἐναποφέρουσιν· ἀλλὰ γὰρ οὔπω ἐπισάντες καὶ βασιλεὺς ἅμα καὶ Πατριάρχης, ὅπου θεῖ τὰ βασίλεια, καὶ ὅσον ἐν ἱερεῦσι καὶ μοναζουσι, τῆς πόλεως προεξήεσαν, μύροις καὶ λαμπάσι προυπαντῶντες, καὶ σὺν πολλῇ δορυφορίᾳ τῇ κεφαλῇ τὴν εἴσοδον ἐυτρεπίζοντες· ἧ ὁμματα, καὶ χείλη, καὶ μέτωπα, καὶ πρὸς τούτων καρδίας προσάψαντες.

171 Ταύτῃ χερσὶ φοιτουσαις ὁ δεχειρεὺς ἀνελόμενος, τῷ ἐν βασιλείοις ἐναποφέρει ναῷ, κἀκεῖ τὸν θησαυρὸν κατατίθησι, πέμπτῳ ἄγοντος τότε καὶ εἰκάδα τοῦ Μαΐου μηνός· αὕτη γὰρ καὶ τῆς πανηγύρεως ἡμέρα, καὶ ἑορτὴ δηλαδὴ τῆς τρίτης ἀνευρέσεως, ἢ καὶ καταθέσεως· λεγέσθω γὰρ ἀμφότερα, ὅτι καὶ μία θεῖ ἀμφότερα ἡ πανήγυρις. Εἰδεὶ γὰρ τὴν Τριάδα τιμήσαντα, καὶ τοῖς ἄλλοις θαρρήσθω σκοφή-

ναντος,

A ναντα, τρὶς καὶ αὐτὸν τ̃ κεφαλῆς ἐμφάναι τῲ ἕυρεσιν · καὶ μήτ' ἐλλεῖψαι, μήθ' ὑπερβῆναι τ̃ ἀριθμόν · ὡς ἂν ἔχοι κἀν ταύτα ὥσπερ δὴ κἀν τοὶς ἄλλοις τῇ δεχφώτῳ ἑνοῦσθαι Τριάδι, κἀμ ἀριθμῷ τῷ ἐκείνης σεμνύνεσθαι.

172 Τίμιο γὰρ ὁ ἀριθμὸς, καὶ τ̃ πάντος, ὡς εἰπεῖν, ἄξιο · τρια γὰρ ἡμῖν τὰ σεβασκυνούμενα, καὶν τῇ Φύσει συνήνωται · καὶ τρία σοὶ τῶν ψυχῶν μέρη διέγνωσαι, ἐν οἷς καὶ τὸ λογικὸν ζῶν ἐξάγεται · τρεῖς καὶ σοὶ τὸ σῶμα διαστάσεις, ἐν αἷς ἤδη καὶ σοὶ περιγράφεται · τρεῖς καὶ οἱ δοθέντες τούτῳ νόμοι σοὶς ἐπανόρθωσιν, φυσικὸς ἅμα καὶ γραπτὸς, καὶ ὁ τ̃ χάριτο · ἐν τρισὶ θεωρίαις καὶ ὁ νοῦς ἀνάγει τὴν ἔφεσιν, ὁρατῇ φημι, καὶ νοητῇ, καὶ τῇ ὑπὲρ τῲ νόησιν · ὁδὲ γὰρ ἔχει ἄλλο τι σοὶς ὃ σκεφθῇ, κἀν διαβατικώτατο γένηται · τρεῖς καὶ αἱ ἐν τῷ βαπτίσματι καταδύσεις, αἱ καὶ τῲ Τριάδα τυποῦσι καὶ ὑπογράφουσι · τρεῖς καὶ αἱ τοῖς μαθηταῖς ἐμπνεύσεις τ̃ ἁγίυ Πνεύματο παρὰ τ̃ Σωτῆρο, ἐν αἷς καὶ δειλιᾷ τῲ χάριν σεσεπεσπάσαντο· τρεῖς καὶ αἱ τῶν πραγμάτων μεταβολαί σεισμοὶ οὕτω καλούμενοι, κἀν πατέρο αὐτῶν οὕτω ἐνέσηκε. Καὶ τί δεῖ μοι πλείονα λέγειν περὶ τριῶν καὶ τριάδο; ὡς γὰρ αὕτη τ̃ πίστεως ἡμῶν τὸ κεφάλαιον, οὕτω πάντως καὶ τ̃ ἀριθμοῦ τὸ τρίτον ἐξαίρετον, ᾧ καὶ ἡ ἕυρεσις συνηρίθμηται, καὶ ᾧ σεμνότερα καθίσταται; ὁδὲ γὰρ μία αὕτη, ὅτι καὶ ὁ εἷς ἀριθμὸς, ἀτελὴς καὶ ἄπο· ὁδὲ δευτέρα, ὅτι καὶ ὁ δεύτερος τῇ ὕλῃ σύμμικτο, ἧς αὐτὸς σκαθήρευεν · ἀκοῦν διὰ τοῦτο τρίτη, ὅτι καὶ αὐτῷ τίμιον τὸ τρίτον καὶ πεισπούδασον ὡς τῇ Τριάδι τιμώμενον καὶ συναριθμούμενον.

172 Ἀλλ' ἐπεί σε, ὦ μακαριώτατε Πρόδρομε, τ̃ Τριάδο ἐγνωμεν καὶ λάτρεω, καὶ πρεσβευτῲ ἄριστον, δι' ὦ καὶ τῲ κεφαλῲ ἀπετέτμησαι, μὴ ἐλλείπῃ ταύτῳ ἡμῖν ἐυμενῆ καθιστῶν · ὡς αὐτά τε ἄλλα, καὶ τρίβον τῲ πρὸς ἐκείνῳ βαδίζοιμεν, πᾶν σκολὸν διὰ σ̃ ἐκτρεπόμενοι, καὶ πρὸς ὁδοὺς τὰς εὐθείας ἀπευθυνόμενοι · οἴδαμεν γὰρ τῲ πρὸ ἡμᾶς σε καὶ στεργῲ καὶ διάθεσιν · καὶ πῶς καθ' ἑκάστην πλουσίαν ἐπιδαψιλεύῃ τῲ χάριν ἡμῖν, πόμενης τ̃ σῆς προϊσάμενο, καὶ τοὺς τῷ ναῷ σῷ προσεδρεύοντας, μεγάλαις πᾶς δωρεαῖς ἀμειβόμενο · ὧν καὶ εἴημεν ἀπολαύοντες, καὶ αὐτόθεν ἢ ἀπαίροντες Τριάδι τῇ ἁγίᾳ προσαίημεν, καὶ τῷ ἐκείνης φωτὶ ἐλλαμφθείημεν ἐν Χριστῷ Ἰησῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πᾶσα πρέπει τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων · Ἀμήν.

B

inveniendum proderet; ac neque ab eo deficeret numero, nec eum superaret; ut hac quoque ratione, uti aliis primæ duci Triadi uniri posset, atque ejus numero honestari. D AUCTORE D. P.

172 Pretiosus namque numerus est, omnique, ut sic dicam, acceptione dignus. Etenim triæ sunt quæ adoramus, sic personis distincta, etsi naturâ unita sunt: tres item partes circa animam dignoscuntur, quibus animal rationale incitatur ac agitur: *b* tres quoque circa corpus dimensiones, *c* quibus illud definitur: tres homini datæ leges, quibus componeretur, naturalis, scripta, ac gratiæ. Tribus animus contemplationibus desiderium subvehit, nempe naturali, intelligibili, ac eâ quæ vim omnem intellectûs excedit, non enim habet quo ulterius extendatur, vel si perspicacissimus sit: tres etiam in Baptismo mersiones, quæ & Trinitatem figurant ac obscure significant: triplex Spiritus sancti in discipulos à Salvatore facta insufflatio, quibus illi copiosum gratiæ munus adepti sunt. Tres item rerum mutationes, quas concussiones *d* vocant, quamquam altera harum nondum extitit. Quid vero opus plura de ternario, ac Triade dicere? Uti enim Trias fidei nostræ caput est, sic plane & ternarius inter numeros eximius est, cui & Inventio hæc sacri pignoris connumeratur, æque honestatem ampliorem nacta est. Neque enim illa una est & singularis, quando etiam unum numerus imperfectus est, ac carens quantitate: neque duplex, quod & binarius materiæ commixtus sit, à qua Joannes purus extitit. Itaque ob eam causam triplex ea est, quod illi ternarius honori habeatur ac carus sit, tamquam nimirum Triade honestatus, ac ei connumeratus. *Hæc tertia Inventio numeri sui mysteriis illustris,* *b* *c* E *d* *Joanni imo primis convenit,*

172 Quia vero Te, beatissime Præcursor, Trinitatis Cultorem scimus, optimumque Præconem, ob quam etiam tibi cervix cæsa fuit; ne cesses eam nobis placabilem reddere; quo scilicet cum alia, tum semitam, quæ ad illam ducit, incedamus, quidquid obliquum est tuis auspiciis vitantes, atque ad vias rectas directi. (Nec enim tuus erga nos impensus amor atque affectio nos latet) utque quotidie uberem nobis impertiaris gratiam, qui nempe gregi tuo præsideas, ac iis qui in templo tuo assidui sunt, magna munera largus remunerator impendas: quæ & nos utinam consequamur, hincque migrantes Triadi sanctæ sistamur, atque illius luce illustremur, in Christo Jesu Domino nostro, quem decet honor & adoratio, cum ingenito Patre ac sanctissimo Spiritu, nunc & in sæcula sæculorum Amen. *quem Auctor invocat.* C F

ANNOTATA D. P.

a *Combefisius verterat*: Enimvero, nondum certo rei *in* urbem allato nuntio, Imperator, &c.

b Apprehensio *scilicet*, Judicium, & Discursus; *vel etiam tres potentiæ*, Intellectus, Memoria & Voluntas.

c Longitudo, Latitudo, & Profunditas.

d *Combefisius ambigua voce reddit*, Terræ-motus: *puto autem tres illas* Concussiones *sic accipiendas, ut prima per peccatum facta sit sub Adamo, secunda per cataclismum sub Noë; tertia adhuc futura sit in novissimo die. Ut autem hic, salvo Interpretis sensu, phrasim subinde expolivi, pressius subinde inhærendo Græco textui; sic & in sequenti Sermone faciam; minime obligari me ratus, ad reddenda syllabatim verba Interpretis, sicut ea ipse præscripsit.*

ENCO-

A

AUCTORE D. P.

ENCOMIUM SACRI CAPITIS

In festo tertiæ Inventionis, interprete Francisco Combefisio.

Ex Ms. 273 Bibliothecæ Regiæ, editum à D. Cangio.

Celebratur hodie inventum Caput,

173 HOdierna nos dies, auditores religiosissimi, Præcursoris memoriæ tertium nuntium afferens, in unum cogit. Si enim casu invento thesauro universi gaudio concurrunt, remque desideratam videre quærunt; quam non festæ lucis jucunditatem merito exigat, quod modo Baptistæ summè venerandum Caput, omnique auro ac pretiosis lapillis longe pretiosius, Dei propensa voluntate proditum est, qui ad humani generis salutem cuncta disponit. Exultemus igitur in eo atque lætemur, siquidem religiosæ mentis hominibus spiritualium munerum perceptio exultatio est. Cantemus in lætitiâ, laudemus in gratiarum actione: alia hæc solennitas, alia laudatio est. Natalitiorum festivitas, ortûs speciem præfert: quæ nempe spiritalem Lusiferum ita exhibet, ut ex materno utero mundo mirificus oriatur. Decollationis autem, occasûs; quæ scilicet divinum idem luminare sic repræsentet, ut totius spiritalis diei cursu expleto sub terram subeat, illucque in inferno positis Christi adventus prævios fulgores aspergat: quam denique nunc agimus, abstrusius aliquid, nempe sempiternæ vitæ resurrectionem, subindicat:

B

veluti resuscitatum à mortuis,

173 Τρίτην μιμνύμεθα τῆς Προδρόμου μνήμης ἡ παροῦσα ἡμέρα φέρουσα, συγκαλέσασα ἡμᾶς, ὦ φιλόχριστοι. Εἰ γὰρ θησαυροῦ πῶς ἀπὸ συμβεβηκότος εὑρημένου, συντρέχουσι πάντες ἄνθρωποι, ἁθρόως ζητοῦντες ἰδεῖν τὸ πρᾶγμα· πόσης οὐκ ἂν εἴη ἄξιον χαρᾶς πανηγύρεως, τὸ τοῦ Βαπτιστοῦ σεμνοπρεπὲς κάρας, χρυσίου τε παντὸς καὶ λίθων τιμίων πολυτελεστέρας, ἄρτι φανερωθείσης, εὐδοκίᾳ τοῦ τὰ πάντα πρὸς σωτηρίαν τοῦ γένους ἡμῶν οἰκονομοῦντος Θεοῦ. Ἀγαλλασώμεθα τοίνυν καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῷ, εἴπερ ἀγαλλίαμα τοῖς φιλοθέοις ἡ τῶν πνευματικῶν δωρημάτων ἀνάληψις· ἄσωμεν ἐν εὐφροσύνῃ, ὑμνήσωμεν ἐπ' εὐχαριστίᾳ· ἄλλη πανήγυρις αὕτη, ἄλλη δοξολογία. Ἡ μὲν γὰρ τῶν γενεσίων, ἀνατολῇ πως ἔοικεν, ἥτις τὸν νοητὸν ἐωσφόρον ἐκ τῶν μητρώων λαγόνων ἀνίσχοντα, θαυμάτοποιὸν τῷ κόσμῳ δεδήλωκεν· ἡ δὲ τῆς ἀποτομῆς, δύσει, ἥ τις τὸν αὐτὸν θεοφανῆ λαμπτῆρα, τὸν νοητὸν ὅλης ἡμέρας δρόμον διανύσαντα, ὑπὸ γῆν γενέσθαι παρίστησι, κἀκεῖσε τοῖς ἐν ᾅδου τὸ φῶς τῆς παρουσίας Χριστοῦ προαυγάσαντα· ἡ δὲ παροῦσα, καὶ μυστικώτερόν τι ὑπανίσσεται, τὴν τῆς ἀϊδίου ζωῆς ἀναβίωσιν· ἀνατέταλκε γὰρ καὶ οἷον ἀνεβίω αὖθις, τῇ ἀναδείξει τῆς ἱεροπρεποῦς αὐτοῦ κεφαλῆς.

C

etenim ortus est, ac velut iterum, sacratissimi ejus Capitis ostensione, ad vitam Præcursor reparatus.

miris modis glorificatum,

174 O rem miram! Non tulit terra ut in longiores annos hunc thesaurum in se detineret, nosque illius jacturæ mœrore afficeret; sed proprio quodam tempore, velut novum quemdam ac maturum fructum suum, ipsa producit. Vidit itaque cælum sacrum Caput, & lætatum est; aspexit humanum genus, inque laudes effusum est; sensum illius dæmones perceperunt, & disrupti sunt; sole splendidius enituit veritatis luce; una fulgentius pietatis nitore stellarum varietatem miraculorum exsuperat multitudine. Quæ enim, quantave inde statim curationum, omni fonte limpidius uberiusque, fluenta promanarunt? Spiritus mox gratiam, agri liliis omnibus fragrantius ac valentius perspiravit: suaviſſimum odorem universus terrarum orbis olfecit ac exultavit. Hauserunt omnes ex eo, quod quærebant quantumque cupiebant; & quo animis incitabantur, uberrima enim est gratia, ubi quantum fidelis animi destinata voluntas abundaverit, tantum percipitur.

174 Ὦ τοῦ θαύματος! οὐκ ἤνεγκεν ἡ γῆ ἐπὶ πλεῖστον κρυπτόμενον τὸν θησαυρὸν ἐν ἑαυτῇ κατέχειν, καὶ ζημιοῦν ἡμᾶς· καιρῷ δέ τινι ἰδίῳ, ὥσπερ τινὰ νεοθαλῆ κάρπον καὶ ὥριμον, τὸν καρπὸν αὐτῆς ἀναδίδωσιν. Εἶδεν οὖν αὐτὸν ὁ οὐρανὸς, καὶ κατευφράνθη· περιέβλεψε γένος ἀνθρώπων, καὶ κατευφήμησε· δαίμονες αἰσθόμενοι, κατερράγησαν· ὁ ἥλιος ὤφθη λαμπροτέρα, τῷ φωτὶ τὴν ἀλήθειαν· ἡ σελήνη ἀκραιφνεστέρα, τῷ φέγγει τὴν εὐσέβειαν· τῶν ἀστέρων ποικιλωτέρα, τῷ πλήθει τῶν θαυμάτων. Οἷα γὰρ καὶ ἡλίκα ἔβλησεν εὐθὺς τὰ ῥεῖθρα τῶν ἰάσεων, ἀπάσης κρήνης διειδέστερόν τε καὶ ἀφθονώτερον· διέπνευσεν αὐτίκα τὸ πνεῦμα τὴν χάριν ὑπὲρ πάντα τὰ κρίνα τοῦ ἀρχοῦ εὐωδέστερόν τε καὶ ἐρρωμενέστερον· ὠσφράνθη ἡ οἰκουμένη πᾶσα νοητῶς τὴν εὐωδίας, καὶ ἠγαλλιάσατο. Ἠρώτα πᾶς τις, καὶ ἀπεσύλησεν ἅπερ ἐζήτει, καὶ ὅσον ἐπόθει, καὶ πρὸς ὅπερ κατηπείγετο· ἡ γὰρ χάρις ἄφθονος, τοσοῦτον μεταλαμβανομένη, ὅσον ἂν ἡ προθεσις τοῦ πιστεύοντος πλουτίζηται.

D

E

F

Psal. 139. 10 & variis ex Scriptura encomiis dignum.

175 Caput circuitus eorum (nempe peccatorum) inquit David; Labor labiorum ipsorum: nobis vero Caput hoc laborum emersit solutio, morborum depulsio, dæmonum fuga, divini omnis muneris larga exhibitio. Caput enim ejus est, qui in sterilis matris utero exultatione gestivit, ob Dei Verbi in Virginis utero incarnati præsentiam, de quo ait sacratissimus David: Accedet homo, & cor altum; & exaltabitur Deus. Caput est illius, qui adhuc ex utero Spiritu sancto repletus est;

175 Ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν ἁμαρτωλῶν, (ὡς φησιν ὁ Δαβὶδ) κόπος τῶν χειλέων αὐτῶν· ἡμῖν δὲ ἡ κεφαλὴ αὕτη κόπων ἐδείχθη λυτήριον, παθῶν ἀλεξητήριον, δαιμόνων φυγαδευτήριον, πάσης θείας δωρεᾶς χορηγητήριον. Κεφαλὴ γάρ ἐστι δὲ ἐν γαστρὶ τῆς στείρας σκιρτήσαντος ἐν τῇ παρθενικῇ νηδύϊ σαρκέμενον Θεὸν Λόγον, περὶ οὗ φησιν ὁ θεῖος Δαβὶδ Προσελεύσεται ἄνθρωπος καὶ καρδία βαθεῖα, καὶ ὑψωθήσεται ὁ Θεός. Κεφαλὴ

ἐστ

A ἐστὶ δὲ ἔτι ἀπὸ κοιλίας πληθέντος Πνεύματος ἁγίου, ὡς οὗ φησιν ὁ μέγας Ζαχαρίας· Καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ. Κεφαλὴ ἐστὶ δὲ ἐν ἐρήμῳ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων ἀπαιτηθέντος, μέχρις ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ, ὡς δέ φησιν ὁ Ἡσαίας προφήτης· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Κεφαλὴ ἐστὶ, δι' οὗ κηρύξαντος βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ὡς δὲ φησὶ τὸ ἱερὸν γράμμα· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου ἔμπροσθέν σου. Καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; Κεφαλὴ ἐστὶ δι' οὗ καταξιωθέντος ἐφάψασθαι τῆς θείας κορυφῆς, πρὸς ὃν φησιν ὁ Κύριος· Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Καὶ πῶς ἄν τις βροτὸς αὐτὴν κατ' ἀξίαν ἐπαινέσειε, τὴν ὁλομάκαριστον; ποῖα δὲ γλῶσσα γηγενὴς ἀνυμνήσει ἱκανῶς, ὅλην δὲ ὅλου θαυμαστὴν οὖσαν, καὶ τὰς τῆς ἀφθαρσίας μαρμαρυγὰς ἀπαστράπτουσαν.

176 Ἀλλ', ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, χωρίον τῶν ἀπαθεστάτων καὶ καθαρωτάτων αἰσθήσεων! θυμιατήριον νοερὸν τῆς εὐωδίας τοῦ Πνεύματος! θησαυροφυλάκιον πολυτελὲς τῶν πλουσιωτάτων θαυμασίων τῆς χάριτος! Ἐπαινῶ σου τοὺς θεοπλόκους βοστρύχους, χρυσοῦ δὲ καὶ Σωφὶρ τιμιωτέρους, ὁρμισκων τῶν νυμφικῶν ὑπερεπεστέρους· ἐφ' οὓς ἐκ ἀνέβη ξυρὸν τὸ τῆς κακίας, ἀπάτη τῆς ἁμαρτίας, ὡς πρὶν ἐπὶ τοῦ Σαμψὼν, διὰ τῆς ὀιστρώσης Δαλιδάδος. Μεγαλύνω σου τὸ ἱερὸν καὶ ὑπερ Ααρὼν πώγωνα, ἐξ οὗ ἀπεύη δρόσος ἁματικὸς ὑπὲρ δρόσον Ἑρμὼν, τὴν καταβᾶσαν ἐπὶ τὰ ὄρη Σιὼν, ἐν αἷς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς. Γεραίρω σου τοὺς φωτεινοὺς ὀφθαλμοὺς, τοὺς ἀμώμους λύχνους τοῦ πνεύματος, ὡς καθαρωτέρους ὁμμάτων πτερύγας, καὶ ὡς σμαραγδολίθων πολυτιμήτων. Δοξάζω σου τὰς θεοηχεῖς ἀκοὰς, τὰ τῶν ἐρανίων φωνῶν ἀκροατήρια. Συγχρήσομαι δὲ μοδίως ἐπὶ σοι τοῖς τῆς γραφῆς τροπικῶς ῥήμασι· Τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡσεὶ τρυγόνος· καὶ τὸ Αἷσμα, Ὡς λέπυρον ῥοᾶς μῆλόν σου, ὡς σπάρτιον κόκκινον χεῖλη σου, ὡς πύργος τοῦ Λιβάνου μυκτῆρές σου, καὶ ἡ λαλιά σου ἡδεῖα καὶ ὡραία. Ἀνυμνῶ σου τὸ ἕρκος τῶν γεγαλακτισμένων ὀδόντων, ἀφ' οὗ προῆλθεν ὁ τοῦ θείου κηρύγματος λόγος, μέχρις ἐσχάτων τῆς οἰκουμένης. Τέλος, αἰνῶ σου καὶ τὸ ἐγχρυσοειδὲς τράχηλον, ὅ τὸ ξίφος διήλασεν ὁ τοῦ σαλαμναίου, καὶ ἐξ οὗ ἔβλυσεν ἀντὶ αἵματος ὁ κρουνὸς τῶν θαυμάτων.

177 Τί φῇς, ὦ Ἡρῴδη; πρὸς σὲ γὰρ μοι ἐπιστρεπτέος ὁ λόγος, Ἔχεις ὃ ἐζήτεις; ἀπολάυεις σου τῆς ἐπιθυμίας; οὐδαμῶς. Ἰδοὺ σοι καὶ πάλιν ὁ μάρτυς τῆς ἀληθείας, ἡ ἐλεγκτικὴ μάχαιρα τοῦ πνεύματος ἡ εὐπαρρησίαστος γλῶττα τῆς εὐσεβείας ζῇ, καὶ οὐ τέθνηκε· λέλυται, καὶ οὐ δέδεται· ὑπὲρ τὸ τοῦ Ἄβελ αἷμα βοᾷ πρὸς σέ· Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου· σηλιτεύει σε τὸ μίσος, ἐπισχεῖν σε βουλόμενος τῆς παρανόμου κοίτης· ἐξελεσθαι ὀργῆς τῆς ἐπικειμένης τῷ ἀθεμίτῳ· ἦλθες; οὐδαμῶς· οὐχ ὑφῆκας τῆς ἡδονῆς, ὅλῳ σε τῷ ψυχῷ πέπηκας τῇ μανίᾳ· ἀντίδωρον παγγίου πρόσηγες ἐπὶ πίνακος τὴν θειοτάτην κάραν, σάζουσαν τὰ ῥεῖθρα τῶν αἱμάτων. Φεῦ τῆς ἀπανθρωπίας! ἀβάλαι τοῦ ἀσελγεστάτου συμποσίου! τοῦτο δὴ καὶ νῦν τελεσιουργεῖται· καὶ ὁ πόρνος, εἰ μὴ τὴν κάραν τοῦ Βαπτιστοῦ αἴρει, ἀλλά γε τὰ μέλη τοῦ

B

C

de quo magnus Zacharias ait: Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante Dominum parare vias ejus. Caput illius est, qui ab ipsis cunis usque ad ejus ostensionem ad Israel, vitam in deserto instituit; de quo Isaïas Propheta ait: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Caput illius est, qui prædicavit baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum; de quo Scriptura ita loquitur; Ecce ego mitto Angelum meum ante te. Quid vero plura necesse loqui? Caput ejus est, qui divinum verticem contingere meruit; ad quem ait Dominus: Sine modo: sic enim decet nos omnem justitiam implere. Quonam modo mortalium ullus beatissimum omnino Caput, proleo ac decet, laudaverit? Quænam vero terrigenarum lingua celebraverit Caput illud satis, prorsus admirandum atque incorruptionis fulgoribus radians?

176 At, ô divinum ac sacrum Caput, sinceriſſimorum puriſſimorumque sensuum vasculum, suaviter fragrantis Spiritus intellectuale thuribulum, locupletissima penus divitiarum gratiæ mirabilium! Laudo divinitus plexos crines tuos, auro Ophir pretiosiores, sponsalia redimicula decore vincentes; super quos non ascendit vitiositatis novacula (peccati nimirum deceptio) uti olim super Sampsonem, furente in eum Dalilâ. Magnifice prædico sacram tuam Aaroniâque præstantiorem barbam, ex quâ sanitatis ros fidelium animis influebat, rore Hermon potior, qui descendit in montes Sion. Lucidos oculos tuos veneror, splendidissimas spiritus faces columbinis oculis puriores, smaragdisque pretiosissimis pretiosiores. A Deo afflatas aures tuas, cælestibus vocibus comparata organa, laudibus effero. Apte in te moraliter utar hisce Scripturæ vocibus; Quam speciosæ sunt genæ tuæ, tamquam turturis; ut in Cantico habetur: Sicut cortex mali punici genæ tuæ: sicut funiculus coccineus labia tua: sicut turris Libani nares tuæ, & eloquium tuum dulce ac decorum. Laudo septum dentium tuorum lacteo candore nitentium, unde processit divinæ prædicationis sermo, in fines usque orbis terrarum. Demum laudo collum tuum, argento simile, quod sceleſtissimus ensis pervasit, & ex quo vice sanguinis miraculorum fontes emanarunt.

177 Quid ais, Herodes? ad te enim mihi nunc sermo convertendus. Quod quærebas obtinuisti? compos factus es ejus quod cupiebas? Haud quaquam. En tibi iterum quoque testis veritatis, coarguens ille gladius spiritus, liberrima pro pietate lingua vivit, nec mortua est; soluta non vincta clarius quam sanguis Abel, adversum te clamat: Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui. Traducit tuum scelus à nefario cubili cohibere te volens & ab ira eximere ingruente facinori tuo. Sensisti? nequaquam. Castigatus resipuisti? minime gentium. Libidinem non minuisti: totum animum tuæ mænadi tradidisti; pro ludicri salus præmio divinissimum Caput, stillans sanguinis rivos, in disco produxisti. Proh immanitatem! proh inpudicissimum convivium! Istud idem & impræsentiarum reipsâ agitur; etsi enim Ioannis Caput non tollit adulter, Christi membra facit meretricis membra. Quid etiam aliud faciunt ebrie-

D AUCTORE D. P.

Luc.1, 76

Isai.40, 3

Malach.3, 1

Matt.3, 15

cujus etiam laudandi capilli, E

Jud.16, ℣. 17

barba,

oculi,

aures,

genæ,

Cant.1, 9 & 4, 3

Cant.7, 4 & 4, 3

dentes,

collum. F

Scelus suæ exprobratur Herodi,

A tates ac comeſſationes, juxta Apoſtoli ſenſum.
AUCTORE D. P. Cedo tu quoque, improba ſceleſtaque Herodias. Commodine aliquid ex temerariâ tuâ
& Herodiadi ſuo intento fruſtratis, molitione percepiſti? Baptiſtam ſub terrâ condidiſti: non eſt ergo qui tibi etiamnum contradicat atque adverſetur? Enimvero vana ſpes tua, invalida quam luſiſti fabula, inane ſtudium ac conatus. Facta rerum converſio eſt; quantum occultare tibi viſa eſt, tantum ſcelus tuum divulgatum fuit. Quo magis latere arbitrabaris, eo facinus tuum in generationes generationum tranſmittitur patentius.

178 Ac tu quidem unà cum viro amarâ
& morte conjumptis, interiiſti morte, corruptis olentibuſque infra ſepulcrum amborum cadaveribus, ac vermium copiâ ſcatentibus; quod vero præcidiſtis Caput, ſuper terram ſalit: Sanctorum ei manus obſequuntur, Sacerdotum chori pompoſe comitantur, Monachorum agmina deprecantur, Procerum turmæ magnificant ac
interim dū ſolenniter adoratur ab omnibus Caput quod ſecuerunt, laudibus proſequuntur, maximam hominum multitudinem congregat, Dei numine collectum cœtum; ipſam, ut verbo dicam, Angelorum multitudinem unà colligens laudiſque noſtræ conſortem faciens; ſiquidem præclara hæc feſtivitas ſumme Angelis cara, pari cum eis nomine ac gloriâ nitet: gratiæ unguenta ſuper nardum, ſuper crocum, ſuper cinamomum, pigmentariaque omnia aromata ſcaturit; clamat, ac vociferatur ſceleris plenam molitionem ſemper tuam ſine voce traducens. Ejuſmodi eſt finis, improbitatis tanta illam infamia comitatur. Hæc & vos Reges terræ intelligite; ſatrapæ, ac potentes; præſideſque ac ſubditi, atque hominum genus omne; quo, ut in aliis, ſic in conjugiis, quod legitimum eſt ſectantes, non in eamdem atque ſceleſti illi, pari probro deturpati, noxam incidatis.

179 Verum cum aureum Caput, quoad
Laudantur etiam cetera Sancti corporis membra, conceſſum eſt, auro pretioſioribus laudum floribus coronaverimus, age, quæſo, & membra alia pariter aſſumamus; ne ex parte Præcurſorem laudantes, diminutam laudationem ac juſto minorem offerre videamur. Quid itaque manibus ſplendidius lucidiuſque, quæ Chriſto imponi in baptiſmo meruerunt? Cum enim Deus ignis exiſtat, divini verticis tactu factum cogita, veluti ignis commercio, ut Præ-
C curſoris manus, nihil mutatâ eorum naturâ,
Pſ.67, v.14 flammeæ redderentur. Dorſum ejus in pallore auri, juxta quod canitur, qui Chriſti Crucem portet in humeris. Venter ejus pyxis
Cant.5, v. 14 eburnea ſuper lapidem ſaphirum, uti Scriptura, qui ventris delicias in umbilico exiſtentes eliminaverit. Lumbi ejus, caſtitatis ſanctimoniam complexi, virginitatis munus
Cant.7. v.2 adepti ſunt. Moduli femorum ejus ſimiles torquibus, imperturbationis gladio accincti. Cru-
Cant.5, v. 15 ra ejus columnæ marmoreæ, fundatæ ſuper baſes aureas, virtutum ſcilicet. Pedes divinum in modum gradientes, quibus Domini ſemitas præparavit. Membra omnia ſacratiſſimi illius ac illibatiſſimi corporis, arma fuerunt juſtitiæ, vas electum & ſanctificatum, quod ad virilem perfectionem educavit caſtitas, jugis oratio abſolvit.

180 Ac ne ea quidem mihi omittenda quæ
ipſeque veſtitus, ſunt extrinſecus, veſtis ſcilicet ac zona. Enimvero Patriarcha Jacob tunicam variam Joſeph fecerat cariſſimo filio; magnus autem Euangeliſta Matthæus, ſimplicem minime-

Χριςῦ πόρνης μέλη καθίςησι· τί γὰρ ἄλλο καὶ D
οὐχὶ τοῦτο κατεργάζονται αἱ μέθαι καὶ οἱ κῶμοι,
καὶ τὴν ἀποςολικὴν ἔννοιαν; Φράζε καὶ σὺ μοι
ἡ ἀπάθαλος Ἡρωδιάς· ὠνήσω τὰ τῶν τολ-
μηρῶν σε ἐγχειρημάτων; ἔβαλες τὸ Βαπτιςὴν
ὑπὸ χθόνα· ἐκ ἔςιν οὖν ὅςις ἀντιφθέγξεται, καὶ
ἀντέπῃ σοι ἔτι; Καὶ μὴν μαπάρια ἡ ἐλπίς σε,
ἀνίαχυρόν σε τὸ δρᾶμα, ἔωλον τὸ ἐπιτήδευμα·
ἀντέρραπται τὰ πεάγματα ὅσον ἐδόκει σοι ὑπο-
κρύπτειν, τοσοῦτον τεθρύλληται σε τὸ ἄγος· ἐφ'
ὅσον ὅιου λανθάνειν, τοσοῦτον γενεαῖς γενεῶν πα-
ραπέμπεται σε τὸ τέλμημα.

178 Καὶ σὺ μὴν ἐάλως πικρῷ θανάτῳ σὺν
τῷ συζύγῳ ὑπὸ τάφον διεφθαρότες καὶ ὀδωδότες,
σκωλήκων πλήθος ἀμφὶ βρύοντες. Ἰὼ ἰὼ κε-
φαλὴ ἀποτετμήκατε, ὑπὲρ γῆν ἄλλεται· δο-
ρυφορεῖται χερσὶν ὁσίαις, περπέμπεται χοροῖς
ἱερέων, λιταινεύεται συςήμασι μοναςῶν, μεγα-
λύνεται μιγάδων πλήθεσι συνσγείρᾳ δῆμον πο-
λυάνθρωπον, πανήγυριν θεοσύλλεκτον· αὐτὴν,
ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν ἀγγελικὴν πληθὺν συ-
ναθροίζουσα, καὶ τὴν τῆς εὐφημίας ἡμῖν ὕμνον συνε-
πάδουσα· εἵπερ φιλτάτη αὐτοῖς ἡ ὁμωνύμου
καὶ ἰσοκλεοῦς αὐτῶν τελετὴ πανσισος· πηγάζει
τὰ μύρα τῆς χάριτος ὑπὲρ νάρδον, ὑπὲρ κρό- E
κον, ὑπὲρ κινάμωμον, ὑπὲρ πάντα τὰ μυρε-
πικὰ ῥεύματα· φωνεῖ καὶ βοᾷ ἀλαλήτως θρι-
αμβεύουσα ἀεὶ τὸ δραματούργημά σε. Τοιαῦτα
δὴ οὖν τὰ τέλη τῆς ἀνομίας, καὶ μὴ τηλικού-
των θριαμβευμάτων. Καὶ ταῦτα ἴσε βασιλεῖς
τῆς γῆς σατράπαι τε καὶ δυνάσται, ἄρχοντές τε καὶ
ἀρχόμενοι, καὶ πᾶς ὅσις οὖν ἐν βίῳ· ἵν' εὐνο-
μοῦντες ὡς ἐπὶ πᾶσι καὶ ἐν τοῖς γάμοις, μὴ
τὰ αὐτὰ πάθοιτε τοῖς ἐναγέσι, σηλιτευόμενοι ἐξ
ἴσε.

179 Ἀλλ' ἐπεὶ τὸν χρυσοῦν κεφαλὴν, ὡς οἷόν
τε ἐςὶ τοῖς ὑπερχρυσοῖς τῶν ἐγκωμίων ἄνθεσι
κατεςεφανώσαμεν, ἄγε δὴ οὖν καὶ τὰ ἕτερα
μέρη συμπαραληψώμεθα, ἵνα μὴ ὡς μέρους
ἀνυμνοῦντες τὸν Πρόδρομον, δόξωμεν ἐλλιπῶς ἔχειν
τῆς εὐφημίας. Τί τοίνυν τῶν χειρῶν ἐκείνων λαμ-
πρότερον καὶ φωτοειδέςερον, αἳ τὸν Χριςὸν χειρο-
θετῆσαι κατηξιώθησαν ἐν τῷ βαπτίσματι; εἰ
γὰρ πῦρ τὸ θεῖον ἔνεσι, νόει μοι ὅτι τῇ τῆς θείας
ἐπαφῇ κάρας, ὡς ἐν συναφείᾳ πυρὸς φλογε-
ραὶ αἱ Προδρόμου παλάμαι, τῆς οἰκείας φύσεως
μὴ μεταβληθεῖσαι γεγόνασι. Τὰ μεταφρενα
αὐτῷ ἐν χλωρότητι χρυσίου, καὶ τὸ ᾄδόμενον, τὸν F
σκυρὸν Χριςοῦ ἐπ' ὤμων βασάζοντος. Ἡ κοιλία
αὐτῷ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου,
ὡς ὁ λόγος· τὰς ἐπ' ὀμφαλοῦ χαρὰς ἡδονὰς
ἐξορακίζοντος. Ἡ ὀσφὺς αὐτῷ τὴν ἁγιαςικὴν
σωφροσύνην περιειλημμένη, τὸ τῆς παρθενίας δῶ-
ρον ἐπανηρημένου. Ῥυθμοὶ μηρῶν αὐτῷ ὅμοιοι
ὁρμίσκοις, τὴν τῆς ἀπαθείας ῥομφαίαν περιζωσ-
μένου. Κνῆμαι αὐτῷ σύλοι μαρμάρινοι, τεθο-
μελιωμένοι ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς, τῶν ἀρετῶν δη-
λονότι. Οἱ πόδες θεοβαδεῖς, τὰς τρίβους Κυρίου
καταρτίζοντος· Ἅπαν μέλος ὅπλον δικαιοσύ-
νης τοῦ ἱερωτάτου ἐκείνου καὶ ἀπαθεςάτου σώμα-
τος· σκεῦος ἐκλεκτὸν, ἡγιασμένον. Ἤνδρω-
σεν ἀγνεία, ἐτελείωσε περσευχὴ ἄεννα.

180 Καί μοι ἀδὲ τὰ ἐκτὸς περιλειπτέα, τοῦ
ἐνδύματος, φημι, καὶ τῆς ζώνης· ἀλλ' ὁ μὲν πα-
τριάρχης Ἰακὼβ χιτῶνα ποικίλον Ἰωσὴφ τῷ ἠ-
γαπημένῳ υἱῷ κατεσκεύασεν· οἱ δὲ μέγας εὐαγ-
γελιςὴς Ματθαῖος, ἀποίκιλόν τε καὶ ἄσκευον
τὸν τῦδε ὑποῤῥάφει· φησὶ γάρ· Τὸ ἔνδυμα αὐ-
τοῦ ἐκ τριχῶν καμήλου καὶ ζώνην δερματίνην
περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. Τὰ νεκρωτικὰ τῆς ἁμαρ-
τίας

A πᾶς σύμβολα καὶ ντεῦθεν ὑποφαινόμενος· Εἰ καὶ ἄλλως ἐκεῖ ὑπολητέον τὸ ποικίλον. Καὶ τίς ἴση μοι διάνοια καὶ γλῶττα ἐμφρηθῶσαί σε τὸ ἐν ἑκάστῳ μέλει εὐφημίας, ὦ μέγιστε τῶν ἀνθρώπων διάκοσμε; ἀλλ' ὅτι γενὸς καὶ ἄπρος ἑκατέρωθεν, συγγινώσκοις ὡς φιλανθρωπότατος, καὶ σηρίζοις ἐμὲ μὴ διαφερόντως τὸν ἐλάχιστον οἰκέτην, σὺν τῷ πνευματικῷ Πατρὶ, καὶ τῇ ἀνατεθείσῃ σοι ποίμνῃ· Φυλάττοις ἅπαντας καὶ πάντας τοὺς τὸ θείας σου μεγαλειότητος ὑμνῳδοὺς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παναγίῳ Πατρὶ καὶ τῷ ζωποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

que curiosam Joannis vestem discribit. Ait enim, Vestimentum ejus de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ejus; hinc quoque subobscure indicans symbola: quamquam illic alio quoque sensu varia vestis exponitur. Quæ vero mihi mens, linguaque, par existat ut tuâ in membris singulis laude exsatietur, ô maximum decus hominum? At quia utrimque arctor & egenus sum, veniam uti humanissimus tribuas, ac me cumprimis minimum famulum tuum, cum Patre spiritali tuoque grege confirmes; atque omnes divinæ tuæ magnificentiæ laudatores incolumes serves, in Christo Jesu Domino nostro; cui gloria & imperium cum sanctissimo Patre ac vivifico Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

D AUCTORE D P Matth. 3, 4

& Sancti Auctor invocat.

THEODORI DAPHNOPATÆ SERMO

In Translationem sacræ Manus S. Joannis Baptistæ Antiochiâ Constantinopolim

B *Ex Ms. Græco Veneto Latinè redditus à Franc. Zino atque ex editione Veneta Aloysii Lipomani Episc. Veron.* E

Licet pars prior & major nullius aut exiguæ fidei sit,

181 *Ratitulatum Sermonem, à Lipomano sub nomine Metaphrastæ editum, recusum verò in postrema editione Vitarum, à Surio collectarum, & à Mosandro aliisque Colonien sibus Carthusianis auctarum editione, nec adhuc Græce impetratum, an essem hic daturus integrum, diu equidem dubitavi; an vero solum inde accepturus partem ejus ultimam, ut solam (quia ab Auctore & teste oculato est) dignam omni fide. Quamquam enim polliceatur de prægressis ea se fusius explicaturum,* quæ veteres tradunt historiæ ... aliis quidem alia narrantibus, concluſa tamen in unam & eamdem fidei notionem & expellentia omnem incredulitatem; *miraculum item,* auditione acceptum ab iis qui Antiochiæ sunt versati: *non ideo tamen fidem merentur, quæ vel contra certiores aliunde notitias, vel præter omnem verosimilitudinem narrat, temporum pridem præteritorum acta*

totus tamen sermo hic datur.

C *& majorem partem totius Sermonis implentia. Tandem tamen gratius Lectori vetustatis amanti futurum credidi, si relicto ipsi singula æstimandi arbitrio, contextum totum exhiberem, & meum de iis judicium in Annotanda referrem.*

Ad festum hoc, novissimum quidem

182 *Tenor ergo ipsius qualiscumque narrationis hic est.* Ecce ad nos rursus venit sacrosanctus Christi Præcursor, abunde fluenta emittens suarum gratiarum; & rursus dies alius celebris redditur, qui majora & potentiora alia ostendit argumenta quam sint in aliis ejus festis; & eos qui festis delectantur, evehit ad excelsiorem miraculorum considerationem. Ecce Solis justitiæ omni ex parte fulgens Lucifer resplenduit, suis radiis illustrans totam Ecclesiæ plenitudinem, & suum festum lætificans. Venit autem, non ut prius per suam nativitatem, neque ut deinde per factam ab Herode amputationem capitis sui, neque ut postea per arcanam ejusdem mirifici capitis revelationem, sed per manum: illam inquam manum, quæ fuit vel ipsis Angelis venerabilis, quæ cælesti lumine illustratur, & sancti Spiritus gratiâ

sed præcellentius aliis Sancti festis,

adumbratur: quæ quidquid grave quidem erat & terrenum in terra depositi, & ad incorruptionem traducta est per vitam continentem & humanâ vitâ majorem; quæ prius quidem ingratis Judæis ostendit Agnum Dei, & securim ad arborum radices positam, excisionemque peccatoribus minabatur.

183 Nunc autem cum illa ipsa apparuerit, & præstantiori quodam modo manus evasit barbaricas, à quibus videbatur veluti captiva teneri; æquum est ut in festi lætitiam pie afficiatur cœtus eorum, qui festa libenter celebrant; & nubes quidem, quæ animum interjectæ impediunt, illa sua intelligibili luce discutiat atque dissolvat; alacri autem pede & spiritu exultante ad mysteria, vel ipsis Angelis desiderabilia, festinet. Hoc est enim festum celebrare, paratos esse ad occurrendum alacri ac prompto animo iis quæ sunt venerabilia, & externis figuris ac motibus ostendere internum ardorem fidei affectionumque. Hic ergo mihi adsit omnis ordo eorum, qui sunt in excelsis honorifice remoti à materia; & eorum qui adhuc circumdati hoc pulvere vivunt; communemque texentes choream, luminosum & perquam clarum constituamus theatrum, eo utentes duce, qui maximus est inter natos mulierum. Nam etsi naturæ humanæ superavit terminos, per vitam à carne & corpore alienam; quia tamen nostrarum particeps fuit proprietatum, lætatur nostris de se laudibus celebrari; & bonam suscipiens voluntatem, copiosam remetitur remunerationem.

alacrius celebrandum

F *immortales & mortales hortatur orator,*

184 Ceterum ejus quidem conceptum ortumque & vitam quam egit in solitudine, ostensionemque ad Israël, & veridicum testimonium quo Dei Agnum ostendit, & ipsum pronuntiavit semel iterumque venientem, per divinam auctoritatem & humanæ naturæ susceptionem; & quemadmodum ex alto vocatus venit ad Jordanem; cumque eumdem, ab omni labe alienum ac purum, & quavis purga-

& omittit ea quæ ex Euangelio sciuntur,

A A.THEOD. DAPHNO.

ab ipso gesta & de ipso dicta à Christo,

purgatione superiorem, baptizasset, contactu illo ostendit fontem sanctitatis; & quæ de ipso iis quem baptizarat dixit ad ejus commendationem; per arundinis & mollioris vestitus similitudinem designans, ipsius vitæ simplicitatem à rerum superfluarum cura abhorrentem atque firmitatem & constantiam in virtute; veteri quoque Eliæ æqualem, & moribus similem tacite indicans, & quæcumque sunt denique his consequentia, Euangeliorum quaternio apertius ostendit diligenter scrutantibus. Quæ autem præsenti conveniunt celebritati, nunc sunt enuntianda atque dicenda, ut cum argumento festi scopus noster conveniat, nostrumque in hoc studium recte conferatur.

expendit autem fiduciam ejus in redarguendo Herode,

185 Ille in Mosaicis educatus documentis & assidue meditans in Domini lege, hujus custodiæ & observantiæ postponebat omnia; & in hoc solum omne ponebat studium, ut perseveraret in ejus justificationibus. Cum vero Herodes, vir libidinosissimus, qui erat Tetrarcha Gallilææ, Decreta Legis transgrediens, Fratris Philippi uxorem duxisset in B matrimonium, quod ei non licebat (qui Philippus ex ea susceperat *a* liberos) & esset illud scelus Legis eversio, Dei contemptus, hominum ad deteriora inductio; tunc Joannes, tamquam fortis & recte institutus athleta atque laboribus exercitus, adversus tyrannum instruxit aciem, munitam veritatis armis ac telis. Hæc vero quænam erant? Non licet tibi habere uxorem fratris tui. O libertatem, quæ terreri nequit; & fiduciam, quæ non potest everti! O divinum os & linguam, quæ divinitus mota ipsumque in cor figens reprehensionum aculeos, fecit ut ille superbus & insolens abjecto clypeo fugam caperet! O manum sanctam & venerandam, quæ ad elocutionem sermonum mota, increpationis quoque exaggerabat asperitatem, fiduciamque & audaciam ostendebat! Mos enim iis est qui verbis contendunt etiam manum movere, & ejus motum sermoni conjungere, & utroque ostendere quam confidens & imperterritus sit is qui loquitur.

ob quam conjectus in vincula,

186 Hinc factum ut in vincula conjiceretur & carcerem, compellente ad id vesana muliere amatorem suum. Successit deinde C festum natalis cum copioso & immoderato potu vini, cujus nimietas ad delirium deduxit convivii præbitorem. Quænam autem oblectatio potum condiebat? Saltatio filiæ, meretricis in morem, & mercedis petitio; & merces, interfectio Prophetæ: ex hac autem simulata Regis tristitia, propter œstrum quo intrinsecus agebatur; obtemperatio tamen & submissio, & prolatio sententiæ contra justum; ac paulo post allatum in disco caput, & mulieri adulteræ traditum. Quid hac immani actione inhumanum magis, magisque nefarium? Quid belluino hoc facinore ferum magis atque insanum? Hominem, ex ipso matris utero sanctitate circumdatum, qui temperantiam erat amplexus, castitatem asciverat, inedià se exercuerat, ab omni congressu hominum sequestraverat se, solitudinem incoluerat ut civitatem; qui cum bestiis agri versabatur, cameli pilis tegebatur, zonâ pelliceâ cingebatur, sponte nascentibus vescebatur ut aves, humano ca-

ac denique capite plexus est Sanctus.

rebat nutrimento, carebat utensilibus, & D quasi carnis expers vivebat; qui totus videbatur abstractus à materia, eo quod materialem ejus coagmentationem macerasset & extenuasset inedià, ac prope ad vacuitatem materiæ traduxisset per insignem continentiam; hominem inquam pro justitia, pro veritate, pro Lege non violanda laborantem, dari mercedem mulieri adulteræ.

Inde transiturus Orator ad ejus manum.

187 Sed quonam modo hæc sint permissa, ab eo qui sapienter administrat omnia, sciunt ii quibus datus est spiritus, ad ista ex parte aliquâ cognoscenda. Discipuli autem ejus cum divisum à capite corpus sustulissent, honoratæ illud sepulturæ mandarunt; ne, si hoc quoque à libidinosis incestisque videretur post decessum, fieret major fomes invidiæ, & sceleris gravioris materia intemperantibus. Sic ergo corpus quidem occultabatur, cum nec ipsum studiosius requireret quisquam, neque seipsum manifestaret Sanctus. Nunc quando ad hunc locum perveni, volo de Prophetico tabernaculo, & manu quæ ipsi adnata, huic sacro theatro explicare quidpiam ex veteri narratione pendens; E quæque de iis audivimus & cognovimus, & *ex veteribus narrat,* quæ veteres tradunt historiæ, fusius explicare: undenam scilicet divina hæc gratia allata sit Antiochiam, & quonam translatum fuerit propheticum tabernaculum: quis deinde translationis hujus modus, quis rursus ablationis & exportationis fuerit.

Sebasten in honorē Augusti conditam ab Herode,

188 Herodes Infanticida, cum Judaicum multorum principatum traduxisset ad regnum, sub Romanorum tamen imperio, multisque modis affectaret his fidelis benevolusque videri; id effecit, ut ipsum benevolis aspicerent oculis, nec ullo modo suspicarentur eum à se aliquando defecturum. Ergo ut suus erga eos affectus pateret clarius, etiam condidit civitatem, non procul ab Hierosolymis sitam, unius tantum diei *b* itinere, eamque *b* Sebasten nuncupavit, id est Augustam, ut hac Augusti Cæsaris appellatione suam in eum benevolentiam & servitutem profiteretur. In ea, qui post ipsum tenuit Principatum, Herodes Tetrarcha fixit *c* regiam, in qua *c* etiam fuit convivium quo Propheta fuit occisus, & juxta quam fuerat in vinculis Sanctus, F in quodam tenebroso reorum domicilio; *quam filius ejus Tetrarcha sedem regni sui fecerit.* cujus ex transverso referunt sepultum fuisse corpus Præconis veritatis: quo etiam in loco dicunt prius fuisse alterum sepulcrum Prophetæ Elizæi, adeo ut duo loculi viderentur jacentes simul uno & eodem loco. Ibi quoque templum maximum olim exstructum fuerat, quod, propter ea quæ in ipso fiebant miracula & pulchritudinem, fuerat incomparabile. *d* Cum autem tectum ejus tempore defluxisset, sub dio relicta sunt ejus *d* ædificia; adeo ut una sola remanserit *e* domuncula, quæ vocabatur sacrorum vasorum *e* custodia, in qua etiam inclusi loculi Prophetarum absque ullo detrimento.

Hinc Lucas Euang. non valens auferre corpus,

189 Cum autem Lucas Euangelista, circumquaque omnes obiret regiones, ubi etiam obeundo venit Sebasten, Antiochiæ tactus amore, ut qui in ea esset natus, magno quidem tenebatur studio sacrum illud Præcursoris corpus tollendi integrum; sed quia non poterat, quoniam diligenter servaba-

manū tuli-rit Antiochiam.

tur

batur, ablata manu dextera *f* eam portavit in ſuam civitatem, loco alicujus alterius beneficii & aliarum divitiarum, ei quæ ipſam aluerat, hanc reddens mercedem educationis. Ab illo ergo tempore ſita erat manus illa apud Antiochenos, & magno in honore habita, ac jugis in ſe habitantis gratiæ fidem miram iis faciens.

f

190 Cum autem Julianus Imperii clavum tyrannice arripuiſſet, *g* quoniam eos qui ipſum præceſſerant perſecutores & Dei hoſtes contendebat ſuperare ſceleribus, & eorum qui pro Chriſto decertarant quaſcumque Reliquias, aut integrum etiam corporis tabernaculum, & quæcumque alia fidei noſtræ [monumenta] igni mandans, redigebat in cineres, magno ſtudio venit Antiochiam; ſimul quidem ut immunda myſteria celebraret in ara idololatrica, quæ erat in Daphne; ſimul ut perſcrutaretur & flammis traderet ſi quid ſanctum inibi depoſitum *h* reperiſſet. Hoc ejus crudele Decretum cum eſſet Antiochiæ nuntiatum, qui erant Chriſtianarum partium, ſacram Præcurſoris manum ſtuduerunt clam includere cuidam turri civitatis, quæ Gonia id eſt Angulus dicebatur, ne capi ab idololatra poſſet. Qui autem Pontificalem Sedem tenebat *i* Hieroſolymis, cum idem execrabile Decretum auditione percepiſſet, nec tyrannum omnino moraturum, quin ad ſacra loca aſcenderet, & quæ in eis erant pretioſiſſima corpora igni tradenda mandaret; hoc diligenter & magno ſtudio adhibito curavit, ut è loculo ablatum Præcurſoris tabernaculum tranſmitteret ſervandum in civitate *k* Alexandrina, alio quodam communi corpore pro eo intra loculum ipſum depoſito.

g *qua metu quærentis ipſam Juliani abſcondita*

h

i *& corpore Hieroſolymis Alexandriam tranſmiſſo,*

k

191 Poſtquam autem Antiochiæ omnia ſcrutatus ille impius, ea eſt aggreſſus quæ fieri non poterant, & abſconſa manus nuſquam compareret, ſuo fruſtratus deſiderio, & in reliquum propheticum corpus furore actus; miſit uſque Hieroſolymam qui id perquirerent, & igni traderent. Quod cum ad finem eſſet deductum, & commune, quod pro illo ſepultum fuerat corpus, ab iis qui miſſi fuerant eſſet in cineres redactum; illinc ſolvens duxit exercitum ad obſidendam *l* Edeſſam, eo quod incolas planum erat ſtare à partibus Chriſtianorum. Aiunt autem quemdam ex ſuis famulis, qui libere cum eo loquebatur, & erat ei valde conjunctus, ex animo vero rem Chriſtianam colebat & honorabat, eum à cœpto prohibuiſſe, & ad bellum adverſus Perſas gerendum incitaſſe: in quo plagâ divinitus immiſſâ percuſſus, vitam finiit miſerabiliter.

alioq; ſuppoſititio combuſto

l *ipſe perierit.*

192 Poſtquam autem ad fideles Imperatores redierunt ſceptra Romanorum, & reddita fuit libertas Chriſtianis; neſciebatur quidem ubinam eſſet pretioſa manus ab iis qui habitabant Antiochenam civitatem: ſed haud ita diu poſt per diviniorem revelatum fuit viſionem, ubinam eſſet abſconſa. Quam cum fideliter ex eo loco ſuſtuliſſent, in ea honoranda erant inſatiabiles. Cum autem non parum effluxiſſet temporis, Imperator Juſtinianus, inter alia quæ pie geſſit, fecit etiam tale quid. Hanc miraculorum effectricem Præcurſoris dexteram ex Antiochia, & Dei ac Domini noſtri Tunicam, quæ erat in civitate Maratſemote, & maxime venerandum Caput ex Emeſa tranſtulit ad regiam civitatem: quæ quidem oſtendebantur obſignata ſignaculo ſancti Imperatoris conſtantini, ad hoc ut non amplius ex eis revelleretur ab iis, qui ea amplecterentur. Ablato ergo ſignaculo, cum templum Præcurſoris quod in Hebdomo eſt ædificatum, per Domini Tunicam & ejuſmodi ſacras Reliquias ſanctificaſſet; rurſus remiſit, ſuis obſignata ſignaculis, unde eo venerant; ſolam dexteram Propheticam relinquens non ſignatam, quia ungebatur unguentis *m* & ſuſtollebatur in feſto Exaltationis,

Eadē manus per revelationem detecta,

A THEOD. DAPHNO. & CP. allata ibidē manſerit.

m

193 Et ſic quidem de his relatum eſt à veteribus, aliis alia de manu iſta narrantibus, concluſa tamen in unam & eamdem fidei notionem, & expellentia omnem incredulitatem, nemine procul aberrante à veritate. *n* Quodſi etiam oportet meminiſſe miraculi alicujus, Antiochia nobiſcum teſtimonium feret ejus quod dicturi ſumus, auditione acceptum ab iis qui iſtic ſunt verſati. In caverna delitescebat quidam draco in ejus finibus, quem civitatis incolæ referentes inter Deos, anniverſario honorabant ſacrificio: id autem erat puella virgo, quæ primam attigerat pubertatem, & propter non pollutam virginitatem draconi victima ſervabatur. Quis autem modus ſacrificii? In eum ipſum locum in quo erat caverna draconis Antiocheni, publice confluentes & frequens facti theatrum, cum puellam circumduxiſſent, præbebant draconi devorandam. Is vero proſerpens ex caverna, inſperatum atque incredibile videbatur miraculum, ſuiſque pedibus ſerpens ac repens, & naturali intus ſpiritu incurvatus, atque inſtar undæ tumefactus, hianti ore & dilatato thorace accipiebat ſacrificium & lacerabat dentibus.

Narratur autē quod Antiochiæ draco fuerit,

n

cui quotannis virgo objiciebatur,

o

194 Pro more autem ſors obtigerat cuidam Chriſtiano, ut ſuam daret filiam draconi ſacrificandam: qui ſtimulis ſauciatus naturalibus ex corde ſuſpirabat ad maximum Præcurſorem; & ut filia à morte ſervari poſſet, tale quid excogitat. Cum magnam vim auri apud ſe abſcondiſſet, petit ab eo qui ſanctam ſervabat manum, ut hanc adorare permitteretur: & quod petebat obtinuit. Cum vero in his eſſet, & ſub prætextu adorandi, effudiſſet quod latenter ferebat aurum, recta illuc proceſſit; interim dum ædituus, qui id obſervaverat raptim accurrit ad colligendos nummos homini elapſos. Ille autem, qui petierat recipi ſe ad ſacrum pignus adorandum, in loculum ejus ſe intromittens totumque inclinans, venerandæ dexteræ pollicem, divino ſauciatus deſiderio, mordicus veluti oſculabundus arripuit, dentibuſque præciſum occultavit, & abiit. Cum autem jam dies adventaſſet ſacrificii, incolarumque & accolarum collectum eſſet theatrum; acceſſit pater puellam deducens ad ſacrificium: & cum fuiſſet prope draconem, cumque vidiſſet vaſto ore hiantem, horrendiſque ſibilis circumfuſos terrentem ac victimæ inhiantem; ſacrum illum ac venerandum digitum in apertum ejus rictum jaculatus, crepare eum ſtatim ac mori fecit.

tumque in Chriſtiani ſors cecidiſſet,

pater ejus demorſum ſacræ manus pollicem,

in fauces draconis immiſerit,

195 His ita geſtis, pater quidem vivam

A filiam domum reduxit, & lacrymis simul gaudioque perfusus, ad mirabilem inopinatamque filiæ liberationem narrabat. Qui autem adstabat populus, insigni miraculo obstupefactus, ingentes Deo agebat gratias. Hinc factum est, ut eo loci construeretur templum Præcursoris, quod nominarunt Κρεμαστὸν id est suspensum, sive quia illius solum supra terram altius elevatum sit, sive quod ad tantam sublimitatem elevatum ejus fastigium est, ut eminus conspicientibus videatur propemodum pendere in aëre. In eo cum sacrum istum mirificumque digitum deposuissent, eum festis honorant anniversariis, miraculum quod factum fuerat per commemorationem transmittendo ad posteros. Dicitur etiam aliud signum valde memorabile Antiochiæ fieri; hujus scilicet sanctæ manus aliquando quidem extendi digitos, aliquando vero *p* contrahi; & eorum quidem extensione fertilitatem fructuum futuram significari, contractione vero penuriam.

A. THEOD. DAPHNO. *eoque sic extincto filiam salvaverat;*

quare excitatum ibi templū sit,

in quo manus prodigiosa servaretur.

p

196 Porro cum multi ex præcedentibus Imperatoribus desiderarent sacram manum possidere, neque permittere ut ea diutius velut captiva maneret in potestate barbarorum partes illas occupantium; augebatur quidem tam præclaræ rei desiderium, sed ejus obtinendæ modus nullus apparebat, quia quantumvis multa pecunia offerretur pro comparando ejusmodi thesauro; non erat hoc aliud quam aërem verberare. Desiderabatur ergo ab omnibus, Christi nomen invocantibus; & quibuscumque incidebat de ea re cogitare, inenarrabilibus gemitibus orabant Deum, ut oculis benignis populum suum aspiciens, tam sacri pignoris possessorem faceret ac spectatorem. Quoniam vero divinæ providentiæ præfinita sunt omnia, ei qui cuncta præscivit ante mundi constitutionem, & tempora nostræ inscientiæ despicit, per multam suam miserationem placuit, ut magnum atque insigne miraculum revelaretur in hac generatione nostra, qua *q* Constantinus & Romanus laudatissimi & in purpura geniti habenas tractabant Imperii; venerandæ scilicet manus exportatio & revocatio: modus autem gestæ rei valde memorabilis & inexpectatus fuit.

B *Occupata autem à Barbaris urbe,*

quidā Diaconus, tempore Romani & Constantini Impp.

q

C

197 Vir quidam, in Ordinem Diaconorum civitatis Antiochenæ relatus, superna inspiratione divinoque zelo motus cogitabat, quonam modo posset sublatam inde dexteram desiderantibus ipsam Christianis donare: hoc autem sic tentavit assequi. Est in ea civitate pulchrum atque excellens templum, Petro Principi Apostolorum positum, in cujus vestibulo cum cœpisset habitare, cum sacrorum quæ istic erant vasorum custode amicitiam contraxit, per quam ipsi liceret unà cum ipso totis noctibus assidere loculo venerabilis manus. Hoc cum ei non permitteret is cui concredita custodia erat, aliam ei machinam statuit admovere. Lautâ ac sumptuosâ cœnâ excepit hominem, cumque largioribus haustibus provocatum in altum soporem demersum videret; per quamdam fenestram se dimisit in ecclesiam, tensimque ac sine strepitu sacrum aperiens loculum (O rem dictu audituque mirabilem!) pretiosam quæ desiderabatur dexteram accepit;

contracta cum custode familiaritate,

eam astu furatus,

& summo inde regressus [silentio] asservabat caute ne deprehenderetur id quod erat furatus. D

198 Hinc excedit Antiochiâ, magnos inter metus ne inimicis innotesceret, & multis ad Deum precibus utens, quo posset animi sui propositum exequi: atque ita locum de loco mutando, per vias periculosas atque difficiles, festinabat confinia Romanorum attingere: ad quæ cum perveniset, solutiori animo & formidine vacuus contendebat ad Regiam. Postquam autem fidelis Imperator ejus rescivit adventum, admirabili obstupefactus nuntio, non satis dignas poterat invenire gratiarum actiones ad Deum, pro tam insperata felicitate. Emisit autem confestim qui sacrum pignus cum hymnis, lampadibus & suffitibus exciperent; ut sicut ipse Sanctus, vox clamantis in deserto, justus fuerat parare viam Domini, rectas facere semitas ejus; ita etiam ipsi Christianam ingressuro civitatem, pararetur honestus & decorus introitus. Cum vero appropinquaret Chalcedoni, soluta è portu est Imperatoria navis, Patriarcham *r* vehens, cum Sacerdotibus, Clero & Senatu, multisque illustribus viris, ut sacrum illum thesaurum deportarent in regiam: pariter autem egressa in navibus est innumera populi multitudo obviam Sancto.

excipitur ab obviam missis;

deinde à Patriarcha & Senatu Chalcedonem progressis.

E

r

199 Cum vero ipsum manibus accepit Pontifex ulnis ipsum suis laturus, & mare denuo conscendit; videre erat ipsam aquam, præter morem placidam & tranquillam, mollibus fluctibus adlambere navigium, atque ante ipsum veluti exultare, iterque ad Imperatorem accelerare. Accidit autem etiam hoc admirabile & manu venerandi Præcursoris dignum. Aderat dies festus Sanctorum *s* Luminum, in quo vera lux Jordanis fluenta ingressus humanæ naturæ ruinam reformavit: & quoniam præcedente ipsum festum die, jejunio præpurgamur; contigit ut ipsâ horâ Vesperarum, *t* in qua Christianis mos est peragere sacrificium, divina manus advenerit: quam cum Christi amantissimus Imperator tamquam divinum donum atque mortis expers suscepisset amplexu, testesque desiderii ac fidei lacrymas multas fudisset; reponit in medio templorum *v* regalium; adeo ut omnes crederent illum ipsum adesse Baptistam, licet inconspicuum, & aquas dexterâ suâ sanctificare. Hinc canebantur hymni spirituales, illata lumina illustrabant ecclesiam; omnium oculi in capsam intenti, ipso aspectu ex ea sanctificationem hauriebant.

ipsō die Epiphaniæ,

s

t

F

v

200 Sic quidem cum festum sanctorum Theophaniorum, & diem consequentem in quo sacri Præcursoris memoria nobis est altius tradita (quippe qui divini baptismatis mysterio *x* inservierit) peregissemus ac celebrassemus; judicatum fuit par esse, ipsius quoque manus Depositionem annuis festis honorare, & hanc quoque commumerare *y* aliis, ut nulla ejus memoria non sit undequaque glorioſa. Et nunc adest hoc festum clarum & insigne, post circularem anni ambitum, distillans nobis imbres miraculorum, & ea afferens quæ animis nostris futura sunt conducibilia. Est ergo nobis proposita manus Baptistæ & Præcursoris, incorporeis

festo autem baptismatis celebrato,

x

y

circum-

A circumdata virtutibus, quæ virtutem illi inhabitantem mirantur. Et quidnam eſt hodie templum hoc venuſtius ? quæ venerabilior ædes ac ſpecioſior hac ? in qua repoſitus ſacer hic atque divinus theſaurus, cum cæleſtibus ſpectaculis contendit, luminum innumerabilium ſplendore : ſub quibus quæ ſupernè deſcendunt gratiæ Spiritus ſancti, diſpenſantur animabus eorum, qui ipſam laudant ac celebrant, pro modulo fidei unius cujuſque, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

decretum eſt ut annua rei memoria eo die ageretur.

NOTÆ ET CENSURÆ D. P.

a *Si mortuo Philippo ducta uxor fuiſſet, poterat hæc ratio illicitum connubium reddere, quod ſolum fiebat licitum, imo præceptum, pro ſuſcitando fratris abſque herede defuncti ſemine ac nomine ; nunc vero potior alia ratio accuſandi erat, quod Philippo etiamnum vivente, peccabatur expreſſius contra Legem Levitici* 18 *&* 20 Turpitudinem uxoris fratris tui non revela-
B bis, quia turpitudo fratris tui eſt, *& qui duxerit* uxorem fratris ſui, rem facit illicitam.

b *Imo bidui : nam* 15 *horarias leucas utrique urbi interponunt tabulæ Adrichomii & aliorum, ut errore typographico factum videatur quod Baudrand in ſua Geographia ſolum numeret* p. m. 35 *pro* 45.

Populari error ſec. 10 de Herodis Tetrarchæ regia apud Sebaſten.

c *Jam ſuprà dixi, totam Samariticam regionem, unà cum reliqua Judæa, ſpectaviſſe ad Procurationem Romani Præſidis, ut alieniſſimum à veriſimilitudine ſit, quod ibi Herodes Junior habuerit regiam, adeo procul à ſua Tetrarchia ſeu regno Gallilææ, uti rectè animadvertit Burchardus apud Caniſ. tom.* 6 *antiqu. Lect. in deſcriptione Terræ ſanctæ pag.* 308. *Ideo refutans ſententiam prænotatam, quam interim communiter creditam, ſeculo* 10 *& ſeqq. patet ex omnibus qui tunc argumentum iſtud de locis ſanctis tractarunt. Ipſe vero, qui ſub annum* 1283 *claruit, judicio Voſſii in libro de Hiſtoricis Latinis, locum ut vidit, ſic deſcribit* : Samaria civitas, nunc Sebaſte, quondam caput regni Iſraël, nunc peccatis exigentibus nec unicam habet domum, niſi tantum duas eccle-
C ſias ; in ſummitate montis unam, ubi quondam fuit palatium Regis .... Sacra eccleſia eſt etiam in honore S. Joannis Baptiſtæ, in qua ſepultus fuit inter Heliſæum & Abdiam ; & vidi ſepulcrum ejus, ſed non intravi : quia Saraceni fecerunt ſibi inde Mameriam. Tales autem ruinas non vidi in Terra ſancta, cum tamen multas & magnas viderim niſi in Samaria .... Murus civitatis erat fere in pede montis, firmis valde turribus : & interius mons paulatim ſurgens in altum, & circumſeptus ædificiis, quaſi botrus, uvæ granis conſitus, & tendens in altum. Regia domus erat ſupra in monte, pulchra nimis, ubi adhuc videntur columnæ innumerabiles, quæ ſuſtentabant palatia & deambulatoria : & in circuitu montis, infra ſub regia domo & manſionibus militum, in loco ubi erat forum rerum venalium, adhuc fere per totum circuitum, circumdant columnæ marmoreæ montem, ſtantes hinc inde, quæ continebant teſtudines platearum. Breviter neſcio quid magni non poſſit dici de illa civitate, quæ ad tantam miſeriam nunc devenit.

Hujus ſeculo 13 *miſerabilis facies,*

& rudera ingentia,

d *Joannes Phocæ qui an.* 1185 *Terram ſanctam luſtravit num.* 12 In media, *inquit*, civitate carcer eſt ... ſubterraneus & viginti gradibus in eum deſcenditur ; in cujus medio altare erigitur, *ubi Joannes Baptiſta, juxta prænotatam erroneam traditionem*, capite truncatur. A dextera altaris urnula viſitur, in qua S. Zachariæ Præcurſoris patris corpus ſervatum fuerat : à læva, altera urnula, in qua corpus S. Eliſabetæ, ejuſdem matris jacet : quemadmodum & in utriuſque carceris lateribus variorum Sanctorum Reliquiæ, & diſcipulorum Præcurſoris quieſcunt. Supra carcerem templum viſitur & in eo urnæ duæ, ex candido marmore exciſæ, quarum dextera combuſti corporis venerandi Præcurſoris cineres, altera Heliſæi Prophetæ corpus continet : ſupràque in aureo vaſe ſiniſtra Præcurſoris manus, quaquaverſum & ipſa auro obducta. In medio & ſuperiori civitatis colle, antiquitus erat Herodis regia ... nunc vero locus ille Græcorum monaſterium eſt. Templum monaſterii trullatum, & in læva altaris parte cellula, & in ejus medio ex marmore umbo, in longe altiſſima foſſa conſpicitur, in qua prima venerandi & Angelis reverendi Capitis inventio fuit. *Potuit talis foſſa ad alios uſus ibi olim facta, apta videri ad confirmandam vulgi animis impreſſam opinionem, de ibi capto & decollato Baptiſta.*

ædes ſubterranea, credita carcer Joannis fuiſſe,

eique ſuperſtructa eccleſia in qua manus ſiniſtra monſtrabatur.

e *Non eſt veroſimile quod primo Chriſtianitatis ſeculo necdum decurſo ut hic ſupponitur, adeo vaſtata regia iſta fuerit.*

f *Ubicumque tunc fuerit Baptiſtæ tumulus (certe non intra civitatem) haud crediderim fuiſſe tam negligenter occluſum, ut facile potuerit aperiri : ſed neque Lucam corpus miraculo ſe integrum fuiſſe mutilaturum manu abſciſſa vel abſtracta : quando autem Conſtantino regnante, & conditâ Sebaſtæ eccleſiâ huc allatum illud eſt ; vel potius quando ſub Juliano diſſipatum combuſtumque fuit ; potuit manus utraque fuiſſe ſubtracta rogo, & altera earum ablata Antiochiam : quæ quia prædicatæ apud ſe fidei laudem civi ſuo S. Lucæ adſcribebat, hunc potiſſimum credere voluit ſacri doni auctorem.*

g *Imperavit* Julianus *à die* 5 *Octobris aut* 3 *Novembris anni* 361, *ad* 26 *Junii* 363.

Julianus Apoſtata falſo accuſatur paſſim violaſſe Sanctorum Reliquias :

h Julianus *an.* 362 Antiochiæ moram trahens, & repetitis vicibus in Daphnen ſe conferens, Apollinis ſimulacro cultum exhibiturus, nullius ut ſperabat reſponſi gratiam ab idolo retulit : quocirca ex repoſitis in Daphne ſancti Martyris Babylæ reliquiis, ſilentium idolo obveniſſe ſuſpicatus, cuncta mortuorum cadavera ac Martyris ipſius ibi recondita (*in ſuburbiis enim tumulare mortuos licebat*) efferri juſſit, *ut ſcribit Theophanes, non comburi : nec enim ita palam inſaniebat verſipellis, imo* Chriſtiani qui Antiochiæ erant, *iſto ejus mandato intellecto*, ſimul omnes effuſi cum mulieribus, & parvulis (*uti Socrates ſcribit*) loculum *S. Babylæ*, ex Daphne in urbem comportarunt tripudiantes gaudio & Pſalmos concinentes, quibus perſtringebant Gentilium Deos, eoſque qui illis & ſimulacris eorum fidem adhibebant. *Quam ſuam contumeliam ultus Julianus eſt ſcripto Myſopogone, nec aliter,*

ſed

A. ATHEOD. DAPHNO.

sed idololatriam restaurare edicto suo contentus, dissimulabat quidquid in audaciam erecti Gentiles, contra Christianos eorumque sacra designabant: & sic illi alia multa enormia patrarunt, quæ breviter sic explicantur in Chronico Paschali, In Palæstina etiam S. Joannis Baptistæ Reliquias quæ Sebaste erant, dissiparunt. *Rufinus scribens annis dumtaxa* 40 *post rem actam & ipse in Palæstina diu versatus lib.* 12 *cap.* 28; Juliani temporibus, *inquit*, veluti relaxatis frænis efferbuit impietas, ex quo accidit ut apud Sebasten Palæstinæ urbem, sepulcrum Joannis Baptistæ mente rabida & funestis manibus invaderent, ossa dispergerent, atque ea rursum collata igni cremarent; & sanctos cineres pulveri immixtos per agros & rura dispergerent. *Pergit deinde narrare Rufinus quomodo quidam ex Hierosolymis Monachi*, inter eos qui ossa ad exurendum legebant mixti, diligentius congregantes, furtim se vel stupentibus vel insanientibus subtraxere, & *ad sui monasterii Patrem* Reliquias pertulere.

scelus hoc Paganorum fuit, ab ipso dissimulatum.

i S. Cyrillus *hic fuit, ab an.* 348 *ad* 389 *Hierosolymis Episcopus; qui priusquam fingeretur*
B *in sua potestate habuisse corpus* S. Joannis, *commiscendum erat aliquid de occasione ac modo, quo ipsum translatum Sebaste Hierosolymam fuerit, antequam Imperium acciperet Julianus.*

k *At Rufinus dicit Philippum dicti monasterii Patrem Reliquias misisse Alexandriam: de quibus quid ibi actum sit, dixi* 2 *Maji ad Vitam S. Athanasii qui illas excepit, num.* 334.

Idem Edessam non obsedit, sed sprevit.

l *De* Edessa *à Juliano obsessa nihil veterum aliquis, imo Sozomenus, qui anno* 440 *florebat, scribit, lib.* 6 *cap.* 1 *quod* prætergressus *contemptim* Edessam (fortassis propter odium incolarum, quia civitas illa jam inde ab Apostolorum temporibus Christianam religionem professa fuerat) Charras venit: *ubi Baronius observat ex ipsiusmet Juliani Epistolis, quod Edessenis infensus quidem fuerit, quippè qui eorum omnes ecclesias expilari mandarit: totum tamen iter ab Antiochia Nisibin sic describit, ut appareat de re alia nulla, quam de meditata pridem expeditione Persica cogitasse infelicem; tantum abest, ut ea cogitatio primum fuerit injecta Edessam obsidenti.*

C *Oleum Reliquiis SS. infundi solitum.*

m *Intelligo quod sicut Caput Emesæ juxta Vitam S. Matronæ infundebatur Oleo, inter fideles distribuendo; sic etiam Dextera Antiochiæ, ubi etiam agebatur proprium Exaltationis festum, cujus adhuc requiritur dies. Ad istam autem infusionem immediate faciendam, opus erat sacram manum suæ thecæ eximi, nec poterat ea obsignata haberi. Porro Justinianus de quo hic, regnavit ab anno* 527 *ad* 565.

n *Hac scilicet, quod ab antiquo & immemorabili tempore manus ista fuerit Antiochiæ: quodsi aliorum quoque diversas in aliis circumstantiis narrationes retulisset Auctor, fortassis inter eas reperiretur aliqua multo verosimilior, quam quæ allatam manum fingit à S. Luca, ipsis Euangelii prædicati initiis.*

o *Non credo quemquam nunc futurum, qui aliter hæc legat quam fabulam, ad imitationem Andromedæ fictam: totius tamen hujus sermonis epitome recitatur in Menæis & Synaxariis* 7 *Januarii.*

p *In Menæis expressius dicitur hoc fieri solitum* κατὰ τὴν τῆς ὑψώσεως τὸ τιμίε ςαυρὸ ἑορτὴν ἐν τῷ ὑψῶσαι ταύτην τὴν τιμίαν χεῖρα ὑπὸ τ̃ ἀρχιερέως; in festo exaltationis venerandæ Crucis, XIV *Septembris*, dum Archiepiscopus ipsam venerabilem manum attollit: *ut aliud forsitan hujus festum quæri non debeat Antiochiæ observatum.* D

q *Hic demum rem oculata fide compertam narrans Auctor, fidem incipit mereri certiorem. Tempus autem hic notatum definitur ab anno* 948, *quo* Romanus *factus est consors Imperii; &* 959, *quo* Constantinus *obiit. Porro ex eo quod mox infra nominetur* Imperator *in singulari, scilicet* Constantinus, *verosimile fit, rem actam haud diu post* Romani *adhuc decennis assumptionem.*

r Theophylactus *hic fuit filius Romani Lecapeni, omnia sub nomine generi sui* Constantini *in imperio administrantis, usque ad annum* 944, *qui Helenæ Augustæ frater, admodum juvenis evectus ad solium est circa annum* 939: *quod totis* 23 *annis tenuit, indignus eo gradu.*

s Epiphaniam *vocant Latini* 6 *Januarii ipsis æque ac Græcis celebrem; sed hi potissimum tunc recolunt Christi baptismum, unde* festum Luminum: *nam baptismus*, illuminatio; *baptizare*, illuminare *ipsis dicitur.*

t *Hic mos Ecclesiæ utriusque fuit antiquitus,* E *& etiamnum est Orientalibus usque ad Vesperas protrahere jejunium, ac tunc primum sacrificare, tum cœnulam sumere. Nos autem eumdem morem tenemus in Quadragesima, Vespertinum Officium meridiano prandio præmittentes.*

v *Magni scilicet Palatii ecclesiam vel capellam, quam Cangius cap.* 7 *num.* 10 *indicat fuisse in ea parte, quæ* Bucoleontis *dicebatur, ipsique mari imminebat; à simulacris Bovis & Leonis colluctantium atque in portu stantium nomen adepta, ut ait idem in sua Constantinopoli Christiana pag.* 119; *toto tamen illo capite varias Palatii istius partes & appellationes distinguens, nullius in eo positæ capellæ meminit, quod mirum satis: alibi fortassis de illa agit sub proprio suo quodam nomine, quod non vacat scrutari.*

x *Ex more scilicet Græcorum, majoribus quibusque Christi aut Deiparæ festis subjungentium eorum festum, qui ad mysterium proxime celebratum propius spectant; puta Angeli Gabrielis, post festum Annuntiationis; &c.*

y *Non tamen diverso die, sic enim Rubrica Menologio ad* VII *Januarii.* Τῷ αὐτῷ μηνὶ ζ' ἡ σύναξις τ̃ ἁγίε Προφήτε Προδρόμε καὶ Βαπτισ̃ · συνέδραμε δὲ καὶ ἡ τ̃ ϖαντίμε καὶ ἁγίας αὐτ̃ χειρὸς ϖρὸς τὴν βασιλεύσαν μετένεξις. Eodem mense *Januario* die VII, festum sancti Prophetæ Prodromi & Baptistæ Joannis; concurrit autem in hunc quoque diem translatio venerandæ ac sanctæ manus ad Regiam civitatem: *deinde recitatur Epitome quam dixi sermonis hujus; in reliquo autem Officio utpote vetustiori, composito per S. Theophanem Canone, nulla fit mentio manûs.* F

CA-

A

CAPUT IV.

De Reliquiis Capitis S. Joannis Baptiſtæ in Occidentem allatis.

§. I. *Tranſlatio Faciei Ambianos in Galliam.*

Capta CP. an. 1204 *à Latinis*

201 AD *hoc punctum, quod Eruditiſſimo Cangio ſcribendi occaſio & ſcopus fuit tranſiturus ille; Caput* 8 *orditur ab expeditionibus Francorum in Orientem, quorum Cruce-ſignatorum claſſis, anno* MCCII *junctæ Venetis, Jaderam in Dalmatia obſidentibus, urbe ea obtenta conſilium cepit pariter navigandi Conſtantinopolim, cum Alexio Comneno juniore, eorum opem implorante contra patruum Alexium Ducam, qui fratrem Iſaacium à throno dejecerat, oculiſque privatum tenebat in carcere. Ceſſerat ex ſententia res, nihilque aliud expectabant Cruce-ſignati, quam ut acceptis quæ promiſſa fuerant ſubſidiis, in Terram-ſanctam tenderent: cum eis nuntiatur obiiſſe Iſaacium, & juniorem Alexium ſtrangulatum ab Alexio Duca aliàs Murtzuphlo, atque ab hoc ſibi bellum imminere. Hac facti indignitate irritati fuſis tyranni copiis urbem oppugnant, ſecundoque aſſultu armata vi obtinent anno* MCCIV, XII *Aprilis. Ea ſic capta ſpolium victoribus fuit; nec profanis tantum exhauſta divitiis eſt, ſed etiam ſacrarum Reliquiarum theſauris; quarum præcipuas aliquas enumerans Cangius, in iiſque etiam prædictam faciem, quærit qua ratione hæc potuerit juxta ædem S. Georgii de Manganis inveniri; quæ unà cum Capite unde ſumpta præſumitur anno* MXXV, *dimiſſa fuerat in monaſterio Studii; nam de alterutro nihil invenitur poſtea ſcriptum ab Auctoribus Hiſtoriæ Byzantinæ.*

inventa in Manganis facies,

B

cujus caput an. 1025 *adhuc erat in mon. Studii.*

202 *Ergo per conjecturam deciſurus quæſtionem, quam aliter ſolvere non dabatur; notat quomodo* Conſtantinus Monomachus qui neptem Baſilii Porphyrogennetæ (cujus ſuprà num. 163 facta eſt mentio) habebat uxorem, ſub annum ML in loco Armamentarii, ad littus poſiti atque à bellicis machinis τῶν Μαγχάνων appellati, magnificam S. Georgio ædem exſtruxerit, quæ deinde freto ipſi nomen dedit ut Brachium S. Georgii appelletur. Cum autem in eam rem tanta uſus fuerit prodigalitate, ut exhauſtis Imperii theſauris neceſſe habuerit ad exactiones novas graveſque recurrere; *conſequens eſſe putat Cangius*, ut nihilo minus ſtuduerit, acceptis undequaque pretioſioribus Reliquiis, novam eccleſiam locupletare. Certe Joannes Cantacuzenus, qui depoſitâ Purpurâ iſtic Monachum induit *anno* MCCCXXXVIII, *lib.* I *cap.* 39 *hiſtoriæ* indicat, magnam ibi ſuo tempore fuiſſe earum copiam. *Verum eo loci ſolum memorari invenio,* τὰ ἐν αὐτῇ τῶ Μαγκάνων μονῇ τῶν τῦ χριϛῦ σωτηρίων παθῶν πεθησαυρισμένα σύμβολα, in eodem Manganenſi monaſterio repoſita ſalutarium Chriſti paſſionum ſymbola, *quod ad Sanctorum Reliquias ægre traduxeris; niſi à potioribus, quales ſunt Chriſti, ad inferiores, quales Sanctorum ſunt, argumentando.*

Nempe ædis ibi S. Georgio conditæ an. 1050 *fundator Baſilius,*

C

videtur multas illuc intuliſſe Reliquias.

203 *Ut ut eſt, ea quæ eſt Ambianis Facies, iſta in eccleſia reperta dicitur; reperiſſe autem eam aſſeritur* Walo de Sartone, vico prope Dulendium Picardiæ oppidum, ſex leucis ab Ambianenſi civitate diſſito, cujus Toparcha Miles de Sartone, pater Walonis, tres fratres habuit; Petrum, Nicolaum, & Walonem, omnes Canonicos Ambianenſes; uxorem autem Margaritam Enguerandi, Vicedomini Pequiniacenſis filiam; unde nati Anſelmus, paterni Dominii heres; Galterius & Walo, Canonici Ambianenſes nuncupati in monumentis iſtius eccleſiæ; Gerardus, Joannes, Radulphus & Aliſia: Walo autem, priuſquam Cruce aſſumpta diſcederet ex Gallia, fuerat Canonicus ad S. Martini Pequiniacenſis. *Ita Cangius præcitato Capite num.* 7, *allegans in margine Necrologium eccleſiæ Ambianenſis, ſub die* VII *Februarii, &* XXVI *Auguſti; necnon Chartularium Abbatiæ S. Joannis ibidem, foliis* 207, 217, 218 *&* 236.

D

AUCTORE D. P.

Inde certe faciem abſtuliſſe dicitur Walo de Sartone.

poſtea Ambianenſis, tunc Pequiniacenſis Canonicus,

204 *Apte autem notat, eumdem Walonem dici* Canonicum eccleſię S. Georgii Conſtantinopolitani, *ex nova Latinorum inſtitutione,* nec enim apud Græcos ea ætate fuiſſe uſum Præbendarum *Clericalium*; *ſed ex Monaſterio Monachorum in commune viventium, factam à Latinis fuiſſe Collegiatam eccleſiam, intelligitur ex Innocentii* III *Epiſt.* 185 *lib* 13, *ſcripta* Salimbrienſi Epiſcopo, & S. Mariæ de Blakerna & S. Georgii de Mangonia Decanis Conſtantinopolitanis. *Ex iſtius porro* Walonis *ore ſcripta eſt hiſtoria Tranſlationis prætitulatæ, quam habemus ex Ms. Nicolai Belfortii, collatam cum Ms. Collegiatæ S. Wulfranni in Abbatiſvilla, urbe* X *leucis infra Ambianos ſita. Ipſam hic habe.*

imo & S. Georgii CP.

E

HISTORIA

Ex Mss. Ambianenſi & Abbatvillano.

205 AB urbe Byſantina nuper in Gallias factæ Tranſlationis faciei glorioſi Baptiſtæ nondum ſublato de medio fideli teſte, ex cujus monaſterio ad nos uſque delata eſt, viſum eſt nobis Tranſlationis modum debere litterarum apicibus commendari. Francorum itaque Conſtantinopolitanis in partibus exercitu militante, Crucis impoſito ſibi ſigno; poſtquam ex illa Blaſtenſium & Cumanorum famoſa victoria, Balduinus *a* Imperator, Domino permittente miſerabiliter in eorum manus incidiſſet, & jam per menſes quindecim de morte ſeu vita ipſius nulla fuiſſet reddita certitudo, & Henricus *b* frater ejus (penes quem rerum gerendarum ſumma remanſerat) adeptus fuiſſet culmen Imperii; quidam ex Francis, qui cum exercitu ab initio venerant, repatriare volebant. Inter quos quidam Walo, Clericus Ambianenſis diœceſis (cujus relatio nobis hiſtoriæ præſentis ſeriem notam fecit) ſuum cum ceteris maturabat regreſſum.

F

Auctor ex ore Walonis narrat,

a

b

quod hic regreſſurus in Galliâ.

206 Angebatur autem ille non modicum, quod nullas ſecum inſignes Reliquias haberet, quibus rediens Gallicanam Eccleſiam poſſet honorare: præſertim cum theſauros inæſtimabiles, tam ſacrorum quam aliàs utilium, à pleriſque quaſi diebus ſingulis intelligeret

nec valens eo transferre Reliquias quas invenerat

A inveniri. Verum eo tempore quo fere capienda fuerat civitas, conſenſum eſt ab omnibus & juramento firmatum, ut quidquid infra annum à die captionis ſingulorum deveniret ad manus ex inventione ſive lucro (Secundum quod vulgaris eſt dictio) ex ſucceſſu bellorum, in publicum proferretur diſtibuendum, pro qualitate & meritis perſonarum. Quo ſane anno caput S. Chriſtophori, brachium S. Eleutherii, & quædam alia pretioſa invenerat, quæ Trojano *c* Epiſcopo, ad ea recipienda quæ pertinebant ad eccleſiam deputato, pro ſuo reddiderat *d* juramento. Poſt lapſum vero anni, non multum fuerat ſolicitus in quærendo, cum nihil de ſuo reditu cogitaret. Habebat enim in ipſa Conſtantinopoli Canoniam in eccleſia S. Georgii de Mangana.

A CODINO EX MSS.

primum caput CP. anno;

c

d

207 Accidit autem ut cum in die nativitatis B. Virginis ſuam introiiſſet eccleſiam, nec auderet cum ceteris in ordine ſuo ſolenniter Veſperis intereſſe, eo quod clericalem (cum nuper de exercitu Lyciæ rediiſſet) non ferebat tonſuram, ſecreto dicturus eas, in veſtibulo poſt altare ſecederet. Erat autem locus ille in appendicio, inter ipſam eccleſiam & quoddam vetus *e* palatium, Imperatoriæ quondam capax Majeſtatis. Ibi ergo ex intimis præcordiis alta ducens ſuſpiria, revolvebat apud ſe ſi forte Dominus pro ſua multiplici miſericordia decreviſſet eum non vacuum ad propria remittendum. Cujus vota proſpiciens qui ſupplicum preces ſolet audire, non ſolum quod ſperare poterat, ſed & ultra ſpem ejus omnem, deſideratiſſimum ei contulit theſaurum. Nam poſt Specioſum formâ præ filiis hominum, & poſt illam Virginem incomparabilem, quæ ipſum intemerato concepit utero; quis neſcit omnes Baptiſtâ eſſe inferiores? Et ſi Dominus, ut clariſſimum eſt; ſi Domina ut credi pium eſt, cum corpore ſunt aſſumpti; quid inter Reliquias Sanctorum elegantius quærimus, quam partem, præſertim nobiliſſimam toto corpore Præcurſoris?

anno altero, inter ruinas veteris palatii,

B

e

208 Porro cum venerabilis Canonicus oculos ad quamdam pilam monaſterii fortuitò conjeciſſet; omiſſam in ejus baſe feneſtellam inſpexit. Erat autem locus incultus, & quem negligentiâ dignum judicaret. In ejus obtruſionem rudem vidiſſes acervum ruderum, præter artificioſum ordinem poſitorum fœno interjecto, ſine omni ſmaltha ſeu bitumine obvolutorum. Hærens igitur, ut erat ardenti animo, & breves nihilominus habens inducias, circumſpectione didicit omnes cuſtodes & oſtiarios, ſcilicet impræmeditatos, ſibi locum dediſſe. Et clauſo ſuper ſe oſtio, trepidus primam ſtructuram fœni & ruderum ad ſe traxit; quam duo vaſa ſpectabilia ſecuta ſunt; in quorum uno digitum, in altero brachium S. Georgii ſe comperit inveniſſe. Sed à ſuperventuris præ temporis anguſtia ſibi timens, loco non perfectè ſcrutato, fœnum & rudera, ſicut inordinate repererat, iterum ordinavit. O quanta ſolicitudine nocte illa pervigil ejus animus fluctuavit? Quodſi vana ſoporis nebula ſuos forſitan oculos fatigatos obduxit, expers otii phantaſia ex voto diutino multiformis certe habuit materiam conjecturæ.

C

in locello negligenter obſtructo,

ac primo digitum & brachium S. Georgii,

invenerit vultum S. Joannis Baptiſtæ,

209 Mane facto, cum multa diligentia locum cœpit eminus excubare; & aliàs ſibi caram ſuorum frequentiam ægre ferens, propoſito ſuo idoneum tempus venabatur. Tandem vero libris, vaſis, veſtimentis, & ceteris neceſſariis pro re divina celebranda extralatis, ſinguliſque circa deputata officia occupatis, ſola coma nutrita Walonem apud alios excuſabat, quo minus ibi remanens haberetur ſuſpectus. Claudens ergo confeſtim oſtium, amovit impiger ſtruem totam; & ecce duos diſcos argenteos magnos, rotundos, cum ſibi reſpondentibus operimentis invenit. Quid intus lateret, inſpicere non licebat, temporis latitudinem non habenti. Quamobrem verecundia docente, retruſo latibulo in partem fracti illius palatii, à nullo penitus hominum ſolitam frequentari, ſub noctis ſilentio repetendos abſcondit, nec neglexit retruſionem ſuam iterum diligenter intueri, ne qua eum forte moti veſtigia ſtraminis accuſarent. Viſumque eſt ei diei illius reſiduum addere ſuper longitudinem aliorum dierum.

D

deinde duas lances,

quas alibi abſcondederit,

210 Necdum pleno crepuſculo præſtolato, diſcos ſuos in ſecretum tulit cubiculum, nemine conſciente. Quibus apertis, in uno caput S. Georgii contineri cognovit ex ſuperſcriptione, Agios Georgios; in altero vero ſuperſcriptum erat, Agios Joannes Prodromos. Quod cum plene non intelligeret, non eſt auſus à quoquam ſciſcitari quid eſſet. Fregit autem diſcos magnos, reſervatis ſibi minoribus, in quibus erant illa duo capita ſignata, & in duabus peris ea repoſuit ſub alcellis ſingulis appendenda: argentum vero diſcorum vendidit; firmans ſecum in pios uſus tantumdem aut amplius ſe erogaturum, ſi quando ad pinguiorem reduceretur fortunam. Explorabat quoque in eccleſiarum parietibus titulos ubicumque, Sanctorum imaginibus ſuperſcriptos; & in pluribus locis legebat, A Prodromos, iconiæ ſuperſcriptum Baptiſtæ, interpretatur enim, A Prodromos, Præcurſor. Ex quo quanta fuerit jucunditate perfuſus, quantaque Dominum gratiarum actione fuerit proſecutus, non eſt facile ſub verborum perſtringere paucitate.

E

ac poſtea invenerit continere Capita SS. Georgii & Baptiſtæ.

211 Parato itaque navigio, & valefacto Fratribus, pridie Kalendas *f* Octobris, mare cum ceteris introivit: & fere intrà menſem Venetias appulerunt. Qui cum terram Lombardorum & aſperitates montium evaſiſſent, capti ſunt in pago qui S. Rainberti *g* dicitur, in dioeceſi Bellicenſi. Ubi cum eorum eſſent ſarcinulas ſcrutaturi prædones, ſe & ſua quâdam ſummâ pecuniæ redemerunt. Similiter & cum ad ripam fluvioli, qui ſub Amborniaco *h* caſtro defluit, perveniſſent, ne ſcrutarentur, iterum aliam pecuniæ ſummam eos oportuit numerare. Quo putas inter hæc metu Walonis ſpiritus fuerit anxiatus, quibuſve perplexitatibus in diverſa pulſatus. Theſaurus enim, qui in ejus ſinu hactenus latuit, poteritne uſque in patriam ſine conteſte perduci? Si vero ceteris palam fiat, quomodo carebit invidiâ? vel quis propulſabit injurias inferendas, præſertim cum in Bellicenſium finibus hæc contingant; qui unum Baptiſtæ digitum *i* ſe dicentes habere, inde nimirum ſe reputant mirabiliter glorioſos. Quid ergo,

F

f

Cum quibus regrediens,

g

h

& ſcrutatium manubis elapſus,

ac Bellicenſes, Sancti digito gloriantes, prætergreſſus ſit,

i

ſi

A si eis innotuerit, optandiſſimam faciem in ſua retia decidiſſe, numquid eam pauperi Clerico verebuntur auferre?

212 Sed glorioſus & ſublimis Deus, ad cujus nutum omnia diſponuntur, viâ inopinatâ providit totum fore in tuto. Condixerat enim inter ſe tota ſocietas, ut poſtquam terram pacificam attigiſſent, quilibet juratus quidquid haberet proferret in medium, ut exigeretur à ſingulis pro ſuorum valore. *Reliquias ſemper clã ſocios habens;*

k Niſi quia inter eos erat quidam nuntius *k* Imperatoris Henrici, qui Sanctuaria innumera, ex parte Domini ſui in Flandriam deferebat; nec ad id ullatenus, niſi exceptis Sanctuariis, ſe voluit obligare. Hac igitur occaſione, Walonem, cum aliud quam Sanctuaria non haberet, nihil oportuit exhibere. Appropinquans denique civitati Ambianenſium, quæ quondam Somonobria, modo vulgo dicitur civitas Amenarum, cuidam patruo ſuo Petro, Canonico Ambianenſi, ſuum ſignificavit adventum; ſimul ſignificans, quod & ſecum habebat faciem glorioſi Baptiſtæ. Nam capite B. Georgii eccleſiam majoris *l* Monaſterii decoravit; brachium vero miſit ad *m* Pinconienſem eccleſiam, cujus erat Canonicus; & digitum ad Sartonem, unde extiterat oriundus. *ex quibus, aliis alibi relictis,*

B *l*

m

213 Veniens itaque Petrus Waloni obviam ad vicum qui dicitur *n* Bellum-forte; ſuſceptum ab eo Sanctuarium, ad venerabilem Richardum *o* tunc Ambianenſem Epiſcopum, virum induſtrium, virum ſuavis eloquentiæ, virum ſummæ liberalitatis vilceribus affluentem, cum ſumma duxit reverentiæ deferendum: cujus profecto meritis Ambianenſi Eccleſiæ, tantæ munus honorificentiæ, ipſius tempore debebatur: cum ipſe jucundiſſima compoſuiſſet cantica de decollatione ſanctiſſimi Baptiſtæ (quæ in die collectionis Oſſium ejus, & hodie *p* in eadem eccleſia decantantur) quaſi quodam præſagio, vel potius divino nutu præveniens hujus adventum, & quoad hoc Præcurſorem præcurrens. *n*

o *faciem Baptiſtæ defert Epiſcopo Ambian.*

p

214 Sequenti Dominica qua ſcilicet cantandum *q* Gaudete; Waloni extra mœnia civitatis proceſſionaliter occurrerunt, ſibique (ut erat) præter veſtem nuptialem impoſito Sanctuario, cum hymnis & canticis ad matricem eccleſiam ſunt reverſi: in qua dictus Epiſcopus eidem contulit Canoniam in Aſcenſione *r* Domini ſubſequenti. Et ipſe quidem poſtmodum, in compenſationem argenti diſcorum quos fregerat, in domo ſua, in clauſtro Ambianenſi, capellam duxit in honorem Sanctorum Joannis & Georgii conſtruendam. Facta eſt autem dicta tranſlatio ad Ambianenſem eccleſiam, ſexto decimo Kalendas Januarii, anno milleſimo ducenteſimo ſexto, eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto præſtante, cui eſt honor & gloria, per immortalia ſecula ſeculorum, Amen. *q* *qui illud in eccleſia collocat* 17 *Decembris* 1206.

C *r*

ANNOTATA D. P.

Infelix exitus Balduini Imp. CP. 1204.

a Balduinus, *ex Comite Flandriæ Imp. CP. ipſo anno* 1204, *quo capta urbs fuit, electus; anno ſequenti Adrianopolim in Thracia obſidens, reſiſtentes iſtic ſibi obſidens, & Græcos Joannicio Walachiæ ac Bulgariæ Rege obſeſſis in ſubſidium venienti occurrens; dum recedentes inſequitur animoſius quam prudentius, in inſidias lapſus fuit, captuſque* 15 *Julii & abductus, denique uno poſt cladem anno crudeliter interfectus. Ita, ex ſcriptoribus Græcis ejus ævi, noſter Labbe in Epitome Chronologica. Illorum unus Nicetas*, Miſorum *Ducem appellat Joannem, eumque* Blachorum *ac* Scytharum *copiis inſtructum adducit.* Blachenſium *ergo legendum potius quam* Blaſtenſium. Cumaniam *vero vel* Comaniam *Hungariæ Regis titulis aliquando adnumeratam Joannes Sampſon interpretatur* Valachiam. *Modum autem mortis Balduino illatæ apud eumdem Nicetam leges. Cangius pag.* 119 *captum ſcripſerat* 14 *Aprilis.* D A. COÆVO EX MSS.

b Henricus *dictus* Andegavenſis, *regnavit uſque ad* 1216.

c Troianus .1. Trecenſis Epiſcopus Gerardus de Trainel, *apud Sammarthanos, Conſtantinopoli obiit* 1205, 14 *Aprilis.*

d *Cangius mavult, & credibilius eſt, id feciſſe adſtrictum metu Excommunicationis in eos latæ, qui ſic accepta non retuliſſent.*

e *Cangius pag* 108 *pluribus deſcribit* Palatium Manganorum *conſtructum à Baſilio Macedone, in quo & Conſtantinus Monomachus, & Alexius Comnenus vitam finierint & Conſtantinus Ducas aliquamdiu habitarit, propter loci amœnitatem ex vicino* φιλοπατίῳ *quod erat ampla planities, curſui & venationi apta. Palatium autem iſtud, teſte Niceta, Andronicus Comnenus deſtruxerat* 19 *aut* 20 *annis ante dominatum Latinorum: nec enim biennium integrum regnavit tyrannus iſte, nepotis pupilli nece thronum adeptus, & crudeliſſime (ut meruerat) interfectus an.* 1185, 12 *Septembris.* *Manganorum Palatium CP. ſub an.* 1183 *deſtructum.* E

f *Hiſtoria Ms. Alelmi de Fontibus (qui expugnationi CP. interfuit & ad Longiprati monaſterium ſex horis Ambianis diſſitum, per ſuum Sacellanum Wibertum miſit Reliquias ibi obtentas) ſimul diſceſſiſſe Walonem & Wibertum aſſerit; ipſiſque per Achaiam & Peloponeſum iter tenentibus, eclipſatum ſolem: unde cum ſibi à latronibus metuerent, ſplendida nubes effulgens lucem ipſis reparaverit. Utinam Ms. illud in lucem aliquando prodeat! Interim non credo partem itineris terrâ confectam; ſed ſolum indicari id accidiſſe, cum Achaiæ littora legerent, Peloponeſum circumnavigatum. In ceteris convenire relationes notat Cangius; & quamvis Longipontanum Ms. indicet an.* 1206; *errorem tamen numeri corrigi vult ex duabus Chartis, altera Hugonis de Fontibus, filii Alelmi; altera Guilielmi Comitis Pontivii, id factum aſſerentibus an.* 1205. *Quare benigne explicandus eſt Auctor Longipratanæ relationis, qui etiam diem* 4 *Auguſti notavit; quo ſcilicet feſtum tranſlationis prima vice placuit celebrari, licet eodem menſe Decembri præcedenti ipſe illuc veroſimiliter appulerint exceptæque ſint, quo Ambianis facies S. Joannis.* *Stabilitur annus tranſlationis* 1205. F

g Bellicenſis diœceſis *vulgo* Bellay *in Breſſia, proxima Sabaudiæ trans Rhodanum provincia, habet in ſuo quaſi centro* Caſtrum S. Rainberti, *olim ſedem Ballivii, nunc titulo Marchionatus illuſtre. Videtur autem dictus locus à* S. Ragnoberto, *Radberti Ducis filio, quem* Bredone *juſſit Ebroinus occidi, ut eſt in* Corollario *ad Martyrologium Gallicanum Sauſſaii* 15 *Julii: diſtat enim vicus, vulgo* Briòn, *à Caſtro prædicto verſus Juræ montes leucis dumtaxat ſex.*

h *Vulgo* Ambournay, *non integris duabus à Caſtro S. Rainberti verſus Occidentem; &*

A.COÆVO EX MSS.

hinc rursus sesqui leuca est usque ad ripam Idani, vulgo Aine *dicti, quem qui describit Gilbertus apud Papirum Massonum, dicit,* incredibili pæne numero rivulorum jam collecto, in Rhodanum labi. *Credibile est ergo aliquem anonymum & Amborniaco proximum vicum hic indicari. Ecgraphum Belfortii* Cambomlacum *habebat. Relatio autem Longiprati istam circumstantiam tacet, teste Cangio.*

i *De hoc digito nulla videtur supereſſe memoria. Cangius certe qui hæc legerat cap.* 14 *num.* 5 *agens* de digitis, *non meminit alicujus ibi servati; credo quia alibi nil tale legerat.*

Henricus Imp. CP.

k Non alius, *inquit Cangius, quam* de Sclausinio, missus ab Henrico ad fratrem ejus Philippum Comitem Namurcensem, cum multis Reliquiis sumptis ex capella Palatii Bucoleonici, *& litteris à Petro Doutremanno in Constantinopoli Belgica; & ante eum à Rayssio in Hierogazophylacio pag.* 6 *relatis, & signatis Constantinopoli anno* MCCV *mense Martio, ubi inscribitur* Henricus Romani Imperii Moderator, *& in circumscripto sigilli non solum* ΔΕΣΠΟΤΗΣ ΕΝΡΙΚΟΣ Dominus Henricus, *sed*

B *etiam* Enricus Imperator Romanorum custos Imperii & coronæ: *quorum nihil subsistere potest vivente imo necdum capto* Balduino: *quare Cangius putat non esse illas litteras extra justam suspicionem adulterationis, quamvis addat dici posse annos istic more Francico numerari usque ad Pascha, quod anno nobis* 1206 *fuit* 2 *Aprilis, quando jam pro Bailivo Imperii se gerebat* Henricus, *necdum tamen coronari se passus erat, donec de fratris morte certò constitit.*

Quod Majus monasterium, in quo Caput S. Georgii?

l Majus-monasterium *vulgo* Marmoutier *apud Turones à S. Martino fundatum hodieque celeberrimum, ex Bressia in Picardiam venienti nimis longe extra viam est; ideoque Cangius hic intelligit vulgo dictum* Mares-moutier, *in chartis* Morandi monasterium, Prioratum Ordinis Cluniacensis, quinque leucis à Monte S. Desiderii in Campania, immediate dependentem à monasterio S. Arnoldi de Crepiaco; sed quia ecclesia, *inquit*, fere deserta est, ubi non nisi pauca restant claustri alicujus indicia; non potui cognoscere an ibi aliquando fuerit Caput S. Georgii: ipsum tamen à Walone allatum nullus dubito, cum ejus id

C confirmet peculiaris erga Sanctum devotio, atque in ecclesia Ambianensi fundaverit distributionem decem solidorum in Canonicos, Matutinis & Missæ interfuturos, die illius festo.

m *Vulgo* Picquigny; *ubi ipsum digitum adhuc servari testatur Cangius; sed addit, à paucis annis, id est circa* 1660, *furtim sublatum esse argentum, quo claudebatur.*

n *Est in prædicta Campania inter Trecas & S. Desiderii fanum locus* Beaufort *dictus, sed plus quam quinquaginta leucis dissitus Ambiano; ut difficile sit creditu eo usque obviam itum fuisse Waloni. Cangius vero præter morem, nihil huic loco illustrando addidit, credo quia idem ipse sentiebat & nullum ejus nominis vicum inveniebat prope Ambianos: quidni tamen fuerit aliquis, mutato nunc nomine obscuratus?*

Richardi Ep. Ambian. devotio erga S. Joannem Baptistam.

o Richardus de Gerboredo, *anno* 1205 *factus ex Decano Episcopus usque ad annum circiter* 1210 *vixit, valde laudatus in suo apud Sammarthanos Epitaphio: addit Cangius quod idem Episcopus* anno 1210 constituit, in festo Decollationis, anniversariam distributionem centum solidorum monetæ publicæ, inter Canonicos & Capellanos ex ærario Ecclesiæ per ejus Cellerarios, ipso in instrumento sic præfatus. Cum pius & misericors Deus, matrem ecclesiam pretiosa facie Baptistæ sui, in eadem ecclesia perpetuis temporibus Deo propitio permansurâ, tempore administrationis nostræ dignatus sit adornare; nos de tanto munere Sancto ejus, sicut dignum est, gratias referentes, ipsum laudamus & glorificamus, qui in Sanctis suis gloriosus est. D

p *Idem etiamnum fieri diœcesi tota scribit Cangius.*

q *Dominica* Gaudete, *est Dominica* 3 *Adventus; & an.* 1206, *currente littera Dominicali* A, *fuit* 17 *Decembris.*

r *Anno* 1207 *Pascha fuit* 22 *Aprilis, atque Ascensio* 16 *Maji.*

§. II. *De veneratione hujus sacræ Reliquiæ Ambiani, ex Gallico Tractatu Cangii.* E

Miraculorum Ambianis frequentiam

215 POstquam venerabilis Facies sic allata Ambianum est, crevit devotio civium erga Sanctum, & magnus accolarum ad eam semper confluxus fuit, propter frequentia quæ istic fiebant miracula, & quorum se fama per universam Europam diffudit. Martinus Polonus, qui circa annum MCCCL vivebat lib. 4 Chron. testatur quod ætate sua Ambianenses gloriabantur de Capite S. Joannis Baptistæ, ad ipsumqne plurima miracula fieri. Robertus le Viseur cap, 7 Tractatus sui de illius inventione editi an. 1604, nonnulla refert; neque dubitari potest quin memoria longe plurium exciderit per eorum negligentiam qui ipsa scripto tradere ex officio debuissent. Catenæ, manicæ, compedesque, & alia vel captivitatis solutæ, vel infirmitatis curatæ, vel aliarum molestiarum depulsarum monumenta, ad parietes sacelli, in quo sacra Facies requiescit, appensa, anathemata sunt & testimonia votorum, illuc factorum impletorumque per intercessionem Sancti. Quod autem evidentius majusque miraculum requirere possumus, quam quotidie patrari videmus circa eos qui horribili epilepsiæ morbo laborant, inde dicto S. Joannis. Adducuntur huc vel adveniunt undique curandi illi; jactant sese volutantque per terram, dum sub Missa, in honorem Sancti curata, recitatur Euangelium; multoque magis, dum eis post ipsam monstratur Reliquia tancta, ad cujus aspectum horribiles edunt clamores, dum conantur S. Joannis Baptistæ nomen exprimere; nam tria hæc verba dum vel corrupta truncataque ter efferunt, ut plurimum sani revertuntur.

testantur plurima anathemata,

F *& energumenorum curatio,*

item oblationes Principum,

216 Munera quoque Regum ac Principum, capellæ prænotatæ vel lipsanothecæ ibidem servatæ oblata, probant devotum eorumdem erga utramque affectum; & quantas per Sanctum gratias à Deo obtinuerint, votis nuncupatis. Carolus VII Franciæ Rex, magni Theodosii exemplo, invocavit ipsum inter difficilia illa bella, quæ ipsi cum Anglis fuere; & auxilium imploravit in iis qui-

bus

A bus premebatur calamitatibus. In memoriam autem exauditarum precum ſuarum, donavit Eccleſiæ plurima paramenta ſerica ad divinum Officium liliis aureis conſperſa. Conſtituit etiam ut ſacrum Caput ad XII Auguſti quotannis proceſſionaliter circumferretur in gratiarum actionem pro liberata Normannia : quod obſervatur etiamnum, & ad Stationem cantatur Antiphona atque Collecta de S. Joanne Baptiſta, aliaque de Requiem pro ſalute animæ ipſius Regis. In regreſſu autem concinitur Miſſa cum Officio ejuſdem Sancti. Ludovicus XI ſimiliter quanti eumdem faceret, donato carbunculo ſuo roſeo, magni tunc pretii gemmâ, qui auro incluſus affixus eſt operculo Reliquiarii. Tulerat eum Ambianos Regio nomine Stephanus de Chambland, Toparcha de Milandis & Chaboterice, præſentaratque Decano & Canonicis XII Januarii anno MCCCCLXXIV, unà cum ſumma duodecim ſcutorum aureorum, divino obſequio impendendâ ; quod nonnulli litigio occaſionem dedit, cum Ludovicus de Gaucours, Ambianenſis Epiſcopus, eamdem ſibi velut Theſaurario, non autem Capitulo tradi debuiſſe affirmaret.

nominatim Caroli VI R.

Ludovici XI,

an. 1474,

B

217 Perſuadeo mihi quod nummus ille aureus, duos pollices cum triente in diametro habens, & prædicto operculo affixus, donum ſit ſi non Jacobi III Scotorum Regis ; certe alicujus privati cui ipſum Rex donaverit. Habet is ex una facie Regem imberbem, ſedentem in throno, qui gladium nudum dexterâ, ſiniſtrâ ſcutum Scotici regni tenet ... ſub cujus throno legitur VILLA BERWICI, & circum, MONETA NOVA JACOBI TERTII DEI GRATIA REGIS SCOTIÆ : ex adverſo videre eſt S. Andream regni Patronum cum ſua Cruce, & circumcirca, SALVUM FAC POPULUM TUUM DOMINE : & valet ſex aut ſeptem piſtolas. Ex eodem affectu Dominus quidam Cuticiacenſis, Ambianenſi Eccleſiæ obtulit imaginem Præcurſoris ex argento inaurato, dextrâ tenentis Agnum ſuum & ad pedes genuflexum Dominum illum, cataphractum totum. Similis alia ab Aurelianenſi quadam Duciſſa oblata, ad pedes habet ſtatunculum pueri genuflexi.

Jacobi III Scotiæ R.

Scotici Domini de Coucy,

Duciſſæ Aurelian.

C

218 Vidi etiam publicum inſtrumentum in pergameno, datum XIV Junii anno MDXVII, quo nobilis vir Humfridus de Winfelda, ablegatus ex Anglia (non additur à quo, ſed ſolum titulus executoris teſtamentarii pro quodam Domino æque iſtic anonymo) obtulit eccleſiæ Deiparæ Ambianenſis duas imagines argenti inaurati, unam Divæ Virginis, alteram Baptiſtæ, cum aliquot Cappis & Tunicis aliiſque ad Miſſam paramentis in honorem Domini ſancti Joannis Baptiſtæ ſervituris (verba inſtrumenti ipſius ſunt) & exiſtimo quod legatorum iſtorum auctor fuerit Joannes de Vera, ſui nominis Tertius Comes Oxfordiæ, Baro de Bulleo, Samfort, & Scales, Magnus Angliæ Camerarius & Admirantius, Eques Pericelidis, mortuus anno IV Henrici VIII Anglorum Regis XIII Martii MDXIII, cujus inſignia conſpiciuntur infra octo grandiores Cappas, Tunicas quatuor, & Caſulam unam Cathedralis Ambianenſis. Collocantur autem illa inſignia ibi, juncta inſignibus Margaritæ de Novavilla primæ ejus uxoris, circumdata torque aureo prænominati Ordinis : qua mortua, necnon etiam ſecunda Eliſabetha Scroope abſque liberis ; ſucceſſit ei in Comitatum Oxfordienſem heres Joannes de Vera, nominis ejus quartus, defuncti patruëlis filius, Georgii de Vera equitis, & nepos Richardi Comitis Oxfordiæ, mortuus anno MDXXVI menſe Julio.

Alia forte Joannis de Vera Com. Oxfordiæ, an. 1513 *defuncti.*

D

A. COÆVO EX MSS.

219 Atque hæc ſunt quæ notare potui de Capite S. Joannis Baptiſtæ Ambianis ſervato in Cathedrali, intra capellam ipſi dicatam, & tam dexterè adjunctam magnæ illi moli, ut pariter extructa videri poſſit. Includitur autem venerabilis hæc Reliquia lanci ex ſolido auro ductæ, pedem integrum diametraliter latæ, cujus limbus unionibus & gemmis ornatus ambitur circulo liliolis diſtincto : ut in icone videre eſt pag. ✠.

Includitur Facies aureæ lanci,

infra ad dimidii proportionem ſculptæ.

220 Subtus ſtat ſcutulum cæruleum, coronam habens & aurea lilia tria : quod mihi opinionem facit, ipſam Reliquiam exceptam fuiſſe ex argenteo diſco, in quo ipſum Conſtantinopoli reperit Walo de Sartón ſicut ſuprà retulimus : nam & Inventarium Reliquiarum antiquum ejuſdem eccleſiæ, aſſerit quod ſacrum Caput inſertum fuerit alteri diſco aureo gemmis ornato per Carolum VII Franciæ Regem, eidem venerandæ Reliquiæ perquam devotum. Ut ut eſt, ipſa tria lilia evidenter demonſtrant ejuſmodi mutationem eſſe factam ante Carolum VI, qui lilia ſine numero ſcutum Francicum implentia reduxit ad ternarium : quin etiam datur locus ſuſpicandi, quod diſcus ille ſit munus Iſabellæ Bavaræ, matrimonio junctæ ipſi Carolo VI. Inſtrumentum enim ejuſdem Regis, datum XII Februarii anno MCCCCXII, docet illam ſingulariter benevolam fuiſſe Eccleſiæ Ambianenſi, tum propter honorem & reverentiam Domini ſancti Joannis Baptiſtæ, cujus ibi Caput requieſcit, tum propter memoriam matrimonii ſui ibidem celebrati. His enim de cauſis in eadem fundavit anniverſarium Officium, poſt mortem ſuam iſtic celebrandum, cum Miſſa quotidiana de Beata, ad vitam continuandâ : pro eaque fundatione donavit Rex per idem Inſtrumentum, Balderiacenſe molendinum ad ſe ex forisfacto devolutum.

à Carolo VII Regi ornatæ,

E

donatæ ab Iſabella Caroli VI uxore.

F

221 In medio iſtius diſci, ſub grandi cryſtallo, jacet Caput Sancti, ſeu verius pars capitis, ab inferiori labro uſque ad ſummum frontem, quam totam complectitur, cum parte temporum. Oculorum ac narium cava videntur cerâ eſſe oppleta. Super oculum dextrum notatur foramen oblongum ; quod aliquibus occaſionem dedit aſſeverandi, Herodiadem, ſicut, Hieronymo in fine Apologiæ contra Rufinum atteſtante, linguam veriloquam acu diſcriminali confixit, ita impegiſſe etiam cuſpidem cultri in ſupercilium Sancti. Superior pars Capitis operitur quodam veluti pileolo argenteo inaurato, encauſtice picto atque rotundo. Frontem infimam cingit diadema, gemmis iocuples tribuſque grandibus unionibus, ad formam floris compaginatis, & circum erat encauſto picta effigies Baptiſtæ umbilico tenus, ſiniſtrâ tenentis Crucem Paſchalem, qualem notaſſe memini

Faciei forma.

A in ſigillo quodam Balduini I Imperatoris, ſub data anni MCCXLI. Dextrâ monſtrat iunculam Salvatoris, quem demonſtrant litteræ ad latera notatæ IC XS. JESUS CHRISTUS: quemadmodum aliæ ex utroque latere litteræ, A intra O clauſum, & O ΠΡΟΣ idem valens quod, ὁ ἅγιος Ιωάννης ὁ Πρόδρομος, Sanctus Joannes Præcurſor. D

A. CO.ÆVO EX MS.



C

Ex tractatu Rob. Viſorii habetur,

222 *Hactenus* Cangius, *à pag.* 125 *ad* 136, *cujus in referendis miraculis parcitatem, cum ſuppleri poſſe ſperarem ex præcitato Roberti Viſorii Tractatu, ſi eum nanciſcerer; opportune accidit ut Collegium noſtrum Ambianenſe regeret ipſo anno* MDCXCV *Ludovicus Labbe, amiciſſimi nobis quondam diligentiſſimique P. Philippi Labbe nepos; cui ſimiliter ac patruus ſuus affecto erga hoc noſtrum opus, nihil gratius accidit, quam illum poſſe aliquo argumento inſigniter teſtatum facere. Sed multum quæſitus & ægre tandem repertus libellus, tria dumtaxat ejus generis exhibuit, tamquam publicis inſtrumentis poſt legitimum examen conſignata, quæ hic ex Gallica ſynopſi Latine reddo; libentius ita redditurus ipſa originalia inſtrumenta, ſi ea nanciſci potuiſſem, aut poſt hac contingat reperiri.*

14 Maji an. 1425 *curata muta,*

223 Mulier ex pago Mediæ-curtis (*Moyencourt*) annos nata XXVIII cui nomen Joanna Eligamarde, ex gravi infirmitate, loquendi amiſerat facultatem. Hanc avunculi & matertera ſua cum ad hujus urbis xenodochium adduxiſſent, manſit ibi in loco ſeparato annum omnino integrum, corde ſuo ſemper inclamans Dominum S. Joannem Baptiſtam, cui tenerrima devotione afficiebatur. Hoc cum animadvertiſſent Religioſæ quæ eam curabant, & nutibus ac ſignis interrogaſſent, utrum ſancti Faciem videre vellet; illa, ſublatis in cælum manibus, continuo indicavit, quanto ejus rei teneretur deſiderio. Adducta igitur ad majorem eccleſiam ſub Matutino officio, cum aſcendiſſet ad capellam, eâ horâ qua ibi ſancta Facies monſtrabatur preceſque funderet, ſubitum in ſe motum ſenſit, quo ſolutum vinculum linguæ ejus eſt, & illa inſtar Zachariæ loquelam recepit qua annum & amplius privata fuerat, die XIV Maji MCCCCXXV, ſub Epiſcopatu D. Joannis de Harcourt. F

quædam omnino ſurda

224 Puella nomine Coletta, cognomine Vaſque-longa, ex Longo-prato ad Somonam, eodem tempore ſub eodemque Epiſcopo, cui à patre ſuo enormius percuſſæ totus auditus perierat; parentibus inſciis domo egreſſa, in hanc civitatem venit, eo animo, ut viſitatâ Sancti capellâ, eo quo Facies oſtendebatur die, Deo ſe ſanctoque Baptiſtæ commendaret. Et ecce dum precibus devotis inſiſtit, ipſo oſtenſionis momento ſanatum

A sanatum subito sensit capitis cruciatum, ut hoc sibi findi videretur ; exindeque perfecte, sicut antea audivit omnia. Nicolaa Obry Vervinien-
& cæca an. 1577. sis, illa in qua tot mirabilia ostendit Deus in civitate Laudunensi, postquam fuit à possidente se dæmone liberata, eodem (ut creditur) agente remanserat cæca. Voto ergo sese obstrinxit veniendi in hanc urbem, ad S. Joannis Baptistæ Reliquiam ; & tertia votivi novemdii luce inter ferias Pentecostales visum recepit. Qua re examinatâ rite & probatâ, fuit sequenti Dominicâ instituta per urbem solennis processio, in gratiarum actionem, in qua ipsa Nicolaa gradiebatur immediate post Episcopum, tenens manu cereum. Contigit autem hoc miraculum anno MDLXXVII, Pontificatus D. Geofridi de Marthonie anno primo, ex quo is Sedem suam adhuc feliciter tenet, *inquit Visurius ; & tenuit usque ad* MDCXVII, *longævus per annos quadraginta Præsul, ut asserunt Sammarthani.*

Bollandus notavit ab an. 1611. 225 *Invenio præterea, manu P. Joannis Bollandi p. m. hæc Latine notata.* Joanna Jac-
B quillonia Virdunensis, vidua Joannis Laurentii, cum laborasset XXXII annis epilepsiâ, anno MDCXI liberata est. Item Agnes Victor Tornacensis, anno MDCXIX ; & Ludovica Meslone ex suburbio S. Germani Parisiis, quæ novem annis laboraverat MDCXXIII.
miracula varia. Carolus Heròn vir nobilis, habitans apud Gournay, qui aliquot annis die ac nocte eo malo laboraverat, liberatus est MDCXXV. A desperato morbo depositus jacebat filius Baronis de Palavan, in Pictonum inferiore regione : sed patre ad ecclesiam abeunte, ipsumque devovente S. Ambianensi ; subito convaluit qui mortuus credebatur. Erat autem natus XVIII annos, & laborabat febri nephritica, anno MDCXXIII. Michaël, Rogerii Porcarii filius, trium annorum ac medii puer, usque ad MDCXXXVII die XIV Septembris MDCXXXVIII in puteum decidit, aqua & calce plenum ; unde extractus jacuit absque ullo vitæ signo, à septima vespertina ad sequentis diei horam decimam : devotus autem S. Joanni statim fuit incolumis. Anno MDCXXXVII, peste ac bello grassantibus, indicta ab Episcopo D. Francisco de Commertin supplicatio est XVI
C Maji, ea conditione ut pridie jejunium servaretur in honorem Deiparæ & S. Joannis, postero mane festum devotionis esset usque ad meridiem. In ea circumlata Sancti Facies est ; Deiparæ oblata de publico argentea statua, & statim pestis cessavit.

§. III. *de aliis partibus sacri Capitis, per varias Ecclesias distributis, ex Cap.* XI *Cangii, & aliis.*

In divisione facta per Constantinum Monomachum 226 *EX præmissis apparet in Cathedrali Ambiani partem dumtaxat anteriorem, seu faciem sacri Capitis haberi, à Walone repertam in Ecclesia S. Georgii de Manganis : undenam vero allatæ sint partes illius aliæ, alibi exponi solitæ, nullis certis argumentis possumus definire : verosimili tamen conjectura teneri potest, quod in illius divisione facta per Constantinum Monomachum, in favorem ecclesiæ ab eo noviter extructæ, ceteræ quæ sub ejusdem Sancti nomine Constantinopoli habebantur ecclesiæ, partem nonnullam acceperint ; nec minimam fuisse relictam ecclesiæ Studitarum, unde acceptum sacrum cimelium erat. Guibertus Abbas Nongenti lib.* I *de Pignoribus Sanctorum cap.* 4, Dicat, *inquit*, quisque quod sentit, securus plane ego infero, non Deo, non Sanctis ipsis unquam fuisse placitum, ut eorum cujuspiam debuerit referari sepulcrum, aut dirimi per frusta corpusculum. *Sed plerique Patrum atque Doctorum Ecclesiæ aliter senserunt, quos vide citatos apud Joannem Ferrandum Societatis Jesu, in Disquisitione Reliquiarum sive de suspecta earumdem variis in locis multitudine, lib.* I. *cap.* 2 *&* 22.

aliæ distributæ per ecclesias Sancti CP. puta in Macedonianis, 227 Porro, præter templa à Studio & Hebdomo nuncupata, Scylitzes & Constantinus Porphyrogenneta scribunt de Basilio Macedone, quod S. Joanni Baptistæ templum erexerit in Macedonianis, & restauraverit aliud in ea quæ Strobelus dicebatur regione. Codinus in libro de antiquitatibus Constantinopolitanis meminit ecclesiæ cognominatæ *Probina,* Probi, eo quod ædificata fuit per Probum, unum ex duodecim Senatoribus, quos magnus Constantinus Româ deduxit Byzantium, novæ istic Romæ fundamenta positurus. Verum ea ecclesia fuit à Constantino Copronymo profanis usibus deputata, adeoque dubitari potest an adhuc superfuerit, cum Fran-
Petrina ci urbe potiti sunt. Monasterium sacrarum Virginum quod Petrium seu Petra dicebatur, dedicatum etiam erat sub nomine S. Joannis Baptistæ ; eoque ut ait Codinus lib. de Officiis cap. 15, procedebat quotannis Imperator in festis Nati & Decollati Joannis : & hanc Anna Comnena in sua Alexiade vici-
Sporaciana, num facit loco, Sideri nominato ; Chronicon vero Alexandrinum, propius murum civitatis constituit ; Nicetas autem prope Portum ; & Clusius juxta monasterium Actii, non longe à Blachernis.

ad Cisternam Mocesianam, 228 Insuper in Græcorum Menologio notavi duas ejusdem Sancti ecclesias ad XXIV Junii ἐν τοῖς Φωρακίῳ, sed legendum Σφαρακίῳ, dicto ex nomine conditoris, eo in loco, ubi ante stetisse ecclesiam S. Joanni Theologo sacram dicunt Origines CP. Mss. quam Codinus εἰς τὴν κόγχην videtur referre ; alteram, F
ad Cisternam Mocesianam in tractu qui Danielis dicebatur VIII Januarii, ubi de S. Xenophonte, πλησίον τῆς Κιστέρνης τῆς Μοκησιας ἐν τοῖς Δανιήλ. Aliarum duarum Codinus me-
Cinteliana, Illina, minit, quarum una τὰ Κιντήλια dicebatur ; altera Ἴλλα, ejus scilicet qui Magister cognominatus, præclarisque functus est dignitatibus sub Leone Macela & Zenone. *His ex*
prope Horologium & Taurum, &c. *ejusdem Cangii Constantinopoli Christiana lib.* 4 *cap.* 4 *adde, inventam apud Codinum ædem prope Horologium cognominatam Baptisterium, & inter subscriptiones Concilii sub Mena Monasterium Valentis ; atque in Menologio ad* XXIV *aliud* πλησίον τῆς Ταρφᾶ *sed legendum* τῆς Ταύρᾳ *alia Mss. docent. Denique ad* XXV *Junii ubi de S. Febronia, aliam* ἐν τῇ ὀξείᾳ *nuncupatam.*

Ex harum aliqua 229 In harum ecclesiarum aliquæ, *inquit Cangius, cœptum sermonem pertexens,* servata fuerit pars superior Capitis, quam Balduinus II, Imperator Constantinopolitanus, donavit S. Ludo-
delatæ partes Parisios. vico, cum aliis Reliquiis pluribus, specificatis in Bulla aurea anni MCCXLVII : quæ allatæ Parisios, magnaque cum solennitate fuerunt collo-

collocatæ in ſancta capella palatii, eum in finem à ſancto Rege extrui curata. Hæc Reliquia includitur hermæ ex argento inaurato, repræſentanti S. Joannem Baptiſtam; quam, ſimili metallo coronatam impoſitamque baſi, ſuſtinent ejuſdem materiæ leunculi quatuor. Idem ſentiendum de illa parte, quam, captâ illâ Orientis regiâ, Veneti avexerunt, quæ quidem qualis fuerit, non exprimunt Andreas Dandulus ac Paulus Rhamnuſius, cum ejus meminerunt ut in eccleſia S. Marci depoſitæ: ſed Sanſovinus Creppam Italice; id eſt Cranii verticem nominat.

A. COÆVO EX MSS.

Venetias,

230 Ejuſdem particulam, magnitudine unius pattaconis, obtinent Aërienſes in Arteſia, quam Balduinus Barbatus in ſua capella apud Aëriam depoſuit anno MXVII, incertum unde acceptam, teſte Malbranco lib. 5 de Morinis cap. 13. Sed & pars Temporum, ex eodem ſumpta cranio, cum repræſentatione ſancti Baptiſtæ, habetur in Lipſanotheca eccleſiæ Collegiatæ Longiprati, diœceſis Ambianenſis. Cathedralis Sueſſionenſis etiam ſervat partem, quam illuc Conſtantinopoli attulit unà cum aliis Nevelon, Epiſcopus iſtius civitatis, poſt cladem Balduini Imperatoris prope Adrianopolim, miſſus pro ſubſidiis in Franciam: quem Appendix ad Chronicon Roberti de Monte, rediiſſe cum copiis non contemnendis ſcribit, anno MCCVII. Quanta ea portio ſacri Capitis fuerit, non ſpecificat Hiſtoria: inquiſitione autem deſuper habita inveni non amplius eam haberi: ſed Martyrologium eccleſiæ iſtius docere, quod allata fuerit XIII Octobris anni MCCV; & anniverſarium feſtum celebretur Dominicâ poſt feſtum S. Dionyſii. Catalogus autem Reliquiarum Abbatiæ Marianæ apud Sueſſiones, recenſet particulam à dicto Nevelone Epiſcopo donatam; & Noviomenſis S. Magdalenæ, modicum quid de ſincipite ſibi vindicat.

Aëriam,

Longumpratum,

B

Sueſſiones,

Noviomũ.

231 Abbatia Tyronenſis in Pertico, gloriatur Cerebro Sancti. Præſumi autem poteſt hanc Reliquiam monaſterio iſti miſſam fuiſſe à Stephano Perticenſi, fratre Comitis Goffredi, qui cum Comitibus Flandriæ, Campaniæ & Bleſenſi Cruce-ſignatus, rectà in Terram-Sanctam abiit, ſed inde regrediens Conſtantinopolim appulit, atque Balduino Imperatori adhæſit, Philadelphiæ Comitatu ab eo donatus, & in funeſto ad Adrianopolim conflictu occiſus. *Hactenus Cangius, cui addiderim ejus rei teſtimonium ab Henſchenio noſtro repertum, Vitam B. Bernardi Tyronenſis, quam illuſtratam dedit* XIV *Arilis, forte ex Martyrologio loci.* Nonas Maji, in craſtino feſti S. Joannis Euangeliſtæ, quod dicitur ante Portam latinam, Tranſlatio, ſeu Inventio ſancti Cerebri B. Joannis Baptiſtæ, in quadam veteri maceria, ſeu pariete antiquo Eccleſiæ de Nogento-Rotroci, poſt guerrarum diſcrimina miraculoſe reperti ac inventi, & per reverendum in Chriſto Patrem & Dominum Robertum de Loignaco, Carnotenſem Epiſcopum, levati & extracti; & poſt multa miracula ipſo videnti tunc facta, in ſolemni vaſculo ad modum capitis uſque ad ſcapulas, cum Angelis ipſum vas ad manus ſuſtinentibus, auro & argento opere pretioſo propriis ſumptibus fabricato, & cum magna reverentia repoſiti & conditi anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto. *Obiit mox anno ſequenti* Robertus, *pii operis mercedem recepturus. Tyronenſis autem Prioratûs anno deinde* MCCXXV *in Abbatiam erecti primam fundationem vide num.* 63 *& ſeqq. Vitæ præcitatæ, indeque diſce Rotrocum Comitem qui prope dictum à ſe Novigentum,* Nogent Rotrou *primam Bernardo poſſeſſionem dederit, initio ſeculi* XII *aliis deinde ad Tironum rivulum non procul inde Orientem auctam, ab Ivone Epiſcopo & Canonicis Carnutenſibus. Ivoni, ſub annum* MCXVI *defuncto poſt alios* XIV *ſucceſſit anno* MCCCXIV Robertus, *à Sammartanis & Cangio* de Joigny *cognominatus:* Longny *tamen ſcribit Perticenſis Comitatûs tabula in Atlante Blaviano: quod magis probat vetus ſcriptura.*

In Abb. Tyronen. habetur pars cerebri

C

forte à Stephano Perticenſi allata,

reperta ſeculo 12

D

*& an.*1345 *pretioſius incluſa*

232 *Theodorus Rhay Societatis Jeſu, in opere quod in ſcripſit Animæ illuſtres Juliæ, Cliviæ &c. ad* XXIX *Auguſti, poſt memoratam Sancti Decollationem, celebrem in quatuor Commendatoriis Ordinis Teutonici Elſeniana, Sinſtroffiana, Altenhaviana & Nidecciana,* Eadem, *inquit,* luce in Anrhaedt, Toparchia Illuſtriſſimi ac Generoſi D. Adriani Wilhelmi, liberi Baronis de Virmund & Nerſen, Domini in Herſbach &c. præcipua in veneratione eſt ejuſdem Sancti ſacer Vertex, argenteæ lipſanothecæ incluſus: cujus religioſo attactu ſacratum vinum, à fidelibus viva fide ſumptum, non raro capitis puncturas, dolores, omnem etiam medicæ artis induſtriam ſuperantes, ex integro tollit. *Atque hoc modo juxta Cangium,* aliæ quoque plures eccleſiæ ſimiliter aliquam ſancti Capitis particulam oſtentant: ſed ita ut docere nequeant, quando vel unde eas acceperint.

in Anrhaedt.

E

§. IV. *Partes Maxillarum & Menti, Dentes & Pili in variis Europæ eccleſiis.*

233 CApella caſtri S. Anemundi diœceſis Lugdunenſis notabilem partem Maxillæ habet, ex Oriente allatam, incluſamque lipſanothecæ aureæ, talem inſcriptionem habenti, quam Dominus de Chevaunes, inter eruditos Divionenſes celebris, communicavit deſcriptam his verbis,

Partes Maxillæ in diœc. Lugdunenſi

F

Σὺ μὲν θεωρεῖς τῶν δρακόντων τὰς μύλας,
Βαπτίστα, τοῖς ὕδασιν ἡλοημένας·
Ἐγὼ δὲ τὴν εὐτύχων ταύτην μύλην,
Ἐχθρῶν ὅλας θραύσομι παντοίων μύλας.

Tu quidem maxillas Draconum intueris,
Baptiſta, in aquis contribulatas:
Ego autem hac tua maxilla fortunatus,
Maxillas hoſtium quorumcumque confringo.

234 Religioſi Præmonſtratenſes Abbatiæ S. Joannis Ambianenſis, partem etiam maxillæ ſimilis poſſident, incluſam turriculæ argenteæ inauratæ, per cryſtallos ad quatuor latera poſitas conſpicuam, & à duobus aureis Cherubiculis ſuſtentatam, quam ſibi allatam dicunt à Walone, tunc cum Faciem Ambianos advexit. Severtius in hiſtoria Archiepiſcoporum Lugdunenſium ſcribit, quod Joannes Dux Bituricenſis, eccleſiæ Lugdunenſi donavit ſancti Præcurſoris maxillam, cum peteret recipi in numerum Canonicorum

apud Præmonſtratenſes Ambianenſi,

in eccleſia S. Joannis Lugduni,

rum, qua de re producit Instrumentum, A signatum XXIII Julii anno MCCCXCII. Joannes Ferrandus in præcitato de Reliquiis Tractatu dicit, id quod ex Capite S. Joannis asservatur Lugduni esse partem menti, cui consonat id quod scribit Auctor Antiquitatum Parisiensium, quod Dux ille, in quibusdam litteris datis anno MCCCXCI, mentionem faciat cujusdam pretiosi Reliquiarii, appendentis septem vel octo marcas argenti, cui inclusum erat mentum sancti Baptistæ, quod dederat Carthusianis Parisiensibus, sed traditum eis nondum fuerat.

Bellovaci, 235 Louvetus lib. 2 Historiæ Bellovacensis, inter Reliquias Cathedralis ecclesiæ S. Petri nominat mentum S. Joannis Baptistæ *Millebecci,* cum duobus dentibus. Abbatia Millebeccensis in diœcesi Bituricensi, etiam partem illius habet donatam à Dagoberto fundatore; si *ad S. Sigeramni,* fides habenda titulo fundationis, quem producit Renatus Chioppinus lib. 2. Monasticõn tit. 2 num. 19; necnon Abbatia S. Sigeramni vulgo S. Cyran en Brenne similem partem ostentat ex dono sui (si titulo creditur) B fundatoris Chlodovæi I. Charta quædam Imperatoris Conradi, data anno MXXXVIII, & Philibertus Pignonius, asserunt maxillam Ba- *Taurini,* ptistæ Taurini in Pedemontio haberi. Religiosi S. Joannis Nemausensis credunt se ha- *Nemausi,* bere dimidiam partem maxillæ inferioris ex latere dextero, donatam sibi à Ludovico Juniore, quam Sebaste attulerit ex itinere transmarino. Sed quomodo id ipse inde attulerit, ubi caput Sancti numquam fuit, sed corpus solum? Incertum est etiam u-

Augustæ Salassiorũ, trum mentum, Præcursoris creditum Augustæ Salassiorum in Sabaudia, detractum sit capiti quod Constantinopoli fuit; an ei quod Romæ habetur de quo infra. Lucius Marinæus Si- culus de rebus Hisp. lib. 5 sub finem asse- *Oveti,* rit, quod in ecclesia Ovetensi habeatur Frons S. Joannis Baptistæ, & de ejusdem capillis. *Joannes Tamayus de Salazar, in suo Hisp. Martyrologio ad hunc diem addit, ex Prudentio de Sandoval in Vita Ferdinandi Magni,* unam ex *Legione,* Maxillis in ecclesia Legionensi; *& ex Ægidio Gonzalez d'Avila* in Caurensi aliam: *die autem* IX *Aprilis, in Relatione Reliquiarum* C *quibus ditatur Metropolitana Burgensis, Urnula* *Burgis,* 12, *includi ait fusta* CCL, *in quibus etiam* pars Capitis Baptistæ.

& aliis pluribus locis. 236 Omitto, *inquit Cangius*, ecclesias alias, quæ particulis nonnullis venerandi ejusdem Capitis gloriantur, absque notitia loci unde allatæ sint. Hoc in numero censeri possunt, Ecclesia S. Crucis in Hierusalem Romæ, ex Serrano de VII Ecclesiis; S. Januarii Neapoli, ex Summontio Hist. Neap. l. 1 cap. 11; Montis-Cassini in regno Neapolitano, ex Chronico Cassin. Tornaci in Flandria, ex Tom. 3 Hist. Tornac. sanctæ Crucis Aurelianis, ex Francisco le Maire de Antiquitatibus Aurelian. Dominæ nostræ Noviomi, ex Annalibus istius Ecclesiæ; S. Petri Aërienſis in Artesia, ex Hierogazophylacio Raysii; Collegiatæ S. Mariæ Colonienſis, ex Sacrario Colonienſi Weinhemii. Adde Abbatias, Ferrarienſem in Vastinio Galliæ Provincia; S. Bavonis Gandavi; Belli-loci apud Duacenſes; Flinenſem in Flandria; Laudunenſem S. Martini; Cor-

beienſem aliasque. *Addo ego Venetias, quibus Dux Dandulus inter alia transmisisse dicitur* D Brachium S. Georgii Martyris cum parte A. COÆVO Capitis S. Joannis Baptistæ, & in capella EX MSS. sua collocari jussisse.

237 Multæ etiam Ecclesiæ, *inquit Cangius*, gloriantur possessione dentium, ex sa- *Dentes* cro illo Capite, vel integrorum, vel divisorum. Henricus Rebdorffius, Tom. 1 rerum *Aquisgrani,* Germ. Freheri, ad annum MCCCLXI unum censet inter Reliquias & ornamenta Imperialia Aquisgrani servata. *Joannes Buzelinus, in Annal. Gallo-flandriæ lib. 6, narrat, quod cum anno* MCCXVI *Atrebati ageret G.* *in diœc.* *Thessalonicensium Archi-episcopus & totius Ro-* *Tornacensi* *maniæ Cancellarius, de quo frequens mentio in Epistolis Innocentii* III; *Phanopinensis monasterii Canonicis Regularibus, diœcesis Tornacensis, dentem unum S. Joannis Baptistæ dono dedit; cujus sparsa longe lateque devotio excitaret populorum liberalitatem, ad succurrendum loco, variis temporum hominumque injuriis pæne vastato. Duos ejusmodi etiam possidet Cathedralis S. Pe-* *Bellovaci* *tri Bellovacensis, unum Tornacensis, & Autis-* *& alibi.* *siodorensis S. Germani, necnon Collegiata Longi-* E *prati in diœcesi Ambianensi. Idem scribit Arnoldus Raysius de Belgicis ecclesiis variis, puta S. Amandi in Pabula, S. Amati Tornacensis & Abbatiis Bellilocensi Duaci, Floreffiensi diœcesis Namurcensis, Salsinensi ad Sabim, Flinensi in Flandria, Carthusianorum Rettelensium aut Sirczensium ad Mosam, Prioratu S. Salvii prope Valencenas: de Colonienſibus autem, S. Cuniberti, S. Barbaræ, SS. Machabæorum tantumdem asserit Weinhemius.*

238 *Denique Cæsarius Heisterbacensis, illustrium miraculorum & historiarum lib.* 8 *cap.* 54, *Heisterba-* *de suo diœcesis Colonienſis Ordinisque Cisterci-* *ci molaris* *ensis monasterio*; Est, *inquit*, apud nos dens *unus,* molaris & magnus, tria habens cornua, qui qualiter ad nos devenerit, & quid per illum apud nos operatus sit Dominus, tibi recitabo. Cum vastata fuisset civitas Constantinopolitana à Cruce-signatis, & diversi diversa diripuissent, Henricus Miles de Ulme inter Reliquias pretiosissimas, etiam jam dictum *allatus ex* dentem S. Joannis tulit de ecclesia S. So- *ecclesia S.* phiæ: quem repatrians in tantum dilexit, ut *Sophiæ* in castro suo oratorium ædificaret, ibi eum *CP.* condere volens in altari: quod ei germana F ejus, Magistra in Insula S. Nicolai, propter affectum quem habuit & habet erga domum nostram, dissuasit; sed tunc persuadere non potuit. Qui post breve tempus, à Wernero de Bonlant captus, spe orationum nostrarum jussit eum nobis transmitti. Interim cuidam Sororum prædicti cœnobii in somnis ostensum est, quod, quamcito Dens veniret ad locum nostrum, Henricus esset liberandus: quod ita factum intelleximus. Prior etiam noster, per quem transmissus est, in *probatus* flumine Rheni maximum evasit periculum. *liberatione* Henricus Comes Seynensis, habens Militem *captivi,* honestum, sed mente captum, cum eo ad nos venit, sperans illum, tum virtute Reliquiarum, tum beneficiis orationum nostra- *& sanatio-* rum posse sanari. Qui dente sacratissimo *ne amentiæ.* signatus & tactus, tam celerem virtutis ejus sensit effectum, ut vix ad jactum balistæ de monasterio progrediens, se sanatum gratularetur. Est enim, ut dixi, magnus &

A fortis ; & tanto magis ad curandas infirmi-
A. COÆVO EX MSS. tates validus, quanto minus in masticandis
cibis delicatis est usitatus. *Hæc Cæsarius: quibus addo* Dentem *unum, apud nos in Domo Professa Antverpiæ; & alterum Modoëtiæ cum parte cranii inter Reliquias à Theodolinda, Longobardorum Regina, ecclesiæ istic à se fundatæ relictas.*
item alibi.

Crines & pili, Constantinopoli,

239 Quod porro ad pilos & capillos ejusdem Sancti attinet, *inquit Cangius*, Zonaras, Scylitzes & Glycas, scribunt quod Imperator Nicephorus Phocas, cincinnum eorum attulit cum sanguine coagulatum, dum à Syriaca expeditione Constantinopolim reverteretur; eumque deposuerit in ecclesia dicta Ἁγία Σόφ S. Arca. S. Gregorius Papa, cum ea Epistola quæ est 128 libri 7, Recaredo Visigothorum in Hispania Regi, misit particulam Dominicæ Crucis, cum capillis Baptistæ; eâ ipsâ tortassis Reliquiâ, quam Oveti servari suprà diximus. Philippus Epis-
Bellovaci, copus Bellovacensis, teste Louveto in Kalendario Bellovac. ad XXIV Aprilis, transtulit in novam capsam Corpus S. Ebrulphi an-
B no MCCV, in eaque posuit aliquid de vestibus Deiparæ, de capillis S. Baptistæ, & de ligno super quod fuit decollatus. Similes capillos veneratur Abbatia S. Eligii Noviomensis, & in theca veræ Crucis, quæ est in
Trevirîs, ecclesia Insulæ S. Nicolai Treviris, teste Browero lib. 5 Annal. Trevir. num. 55 continentur *αἱ τιμίαι τοῦ ἁγίου ΙΩ.. τοῦ Προδρόμου τρίχες*, Venerabiles S. Joannis Præcursoris crines. Nonnullos quoque esse in ecclesia
Coloniæ, S. Albani Namurcensis, Rayssius; alios in Collegiata Græcorum Coloniæ, Weinhemius, cum portione capitis & barbæ, itemque in
Centulæ, & alibi. æde S. Cordulæ, nobis affirmant; talesque etiam sibi vindicat ecclesia Centulensis S. Richarii: & Abbatia Corbeiensis ipsos numerat inter Reliquias, quas in sancta capella Bucoleonis repertas tempore Balduini Imperatoris Constantinopoli, detulit Robiliardus de Clariaco, teste veteri Gallica inscriptione.

240 *Hactenus in Gallico suo tractatu* Cangius; *qui in suis ad Chronicon Paschale Notis pag.* 570 *attingens primam sub Theodosio translationem Capitis sacri ad Urbem Regiam, ait Ambiani ipsum coli ac conspici* carne & facie nigricanti, C
Illi olim adhærebat Capiti, quemadmodum describitur à Theodulo seu Thoma Magistro, in Homilia inedita in eumdem S. Joannem Baptistam, prout is illud indubie Constantinopoli viderat. *Verba, quoniam expresse meminerunt capillorum in quibus præsens finitur Paragraphus, digna hic legi, talia sunt.* Κομὴ γὰρ αὐτῷ τραχεῖα καὶ δυσχερὴς καὶ ἀυχμώδης καὶ ῥυπᾶ πλέα, ἐς μὲν πολὺ τεπαμένη κατασυσάδην, ἀλλ' ὃ κατὰ τρίχας διειλημμένη, ὡς καὶ ῥᾳδίως ἐντεῦθεν ἀριθμεῖσθαι δύνασθαι. Πρώσσοπον ἅπαν μέλαν τοσαύτοις ἐνιαυτῶν περιόδοις, ταῖς τε συνεχέσι τοῦ ἡλίου βολαῖς, ταῖς τε τῶν ἀέρων χαλιπαῖς ἐμβολαῖς, ὥσπερ καὶ ψυχθὲν καὶ παντέπασι μετατραπὲν τῆς φυσικῆς ὑγρότητος, καπναλωθείσης ἀνιτῶ ὑπό τε τῶν εἰρημένων καὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἀτροφίας· ἐπειδὴ μηδὲν ἕτερον εὐχροΐα ἀλλ' ἢ τροφῆς μεμασμένης χυλός.

242 Coma enim illi erat, dura, aspera, squalida, & strigmentis plena, eaque in multam prolixitatem conglomerata, non autem per cincinnos sic discriminata, ut facile
ac faciei fuscæ & exuccæ. esset ipsos numerare. Vultus vero totus nigricans per tot annorum volumina partim quidem ex continuis solis radiis, partim ex gravibus aëris affectionibus arefactus & naturali destitutus humore, quem in eo consumpserant tum causæ prædictæ tum inedia nimia: siquidem color vividus aliud nihil est quam cibi bene mansi succus. *Hæc ille quidem de viventis Prophetæ externa specie; sed in demortui Capitis contemplatione verosimiliter deducta, qualem usque ad Francorum adventum perseverasse indicat Alexii Comneni ad Robertum Frisium Epistola; quam delibans Guibertus Abbas sub finem lib.* 1 *Hist. Hierosol.* dicit apud se B. Joannis Baptistæ Caput haberi, hodieque acsi viventis capillis ac cute videatur insigniri. *Cangius qui originalem Græcum textum illius Epistolæ penes se habebat, & pollicitus dandam in suis ad Annæ Comnenæ Alexiadem notis, quæ adhuc latent,* capillos & barbam *legit: quod si ita est, & ei, quæ Ambiani sine mento est, faciei mentum adhæserit, pæne usque ad Francorum adventum Constantinopolim, & Monomachum Imperatorem* (*qui circa medietatem seculi* XI *præsumitur sacrum Caput in varias* E *ecclesias esse partitus*) *debuit hic mentum eatenus intactum reliquisse, quatenus opus erat ad servandam speciem integræ faciei.*

§. V. *De Capite, olim Angeriaci credito Baptistæ fuisse.*

242 *Guibertus Abbas S. Mariæ de Novigento, in diœcesi Laudunensi, ab anno* MCIV *ad* XXIV, *delibatâ quam suprà allegavi Alexii Imperatoris Epistolâ, qua Constantinopoli sacrum Caput asseritur, pro eodem quo ipse Guibertus scribebat tempore;* Hoc si verum est, *Diuturna præsentia Capitis CP.*
inquit, quærendum est apud Angeriacenses Monachos, de cujus Baptistæ Capite glorientur; cum pro certo habeamus, neque duos Joannes fuisse, neque unum ipsum fieri potuisse bicipitem: *& lib.* 1 *de Pignoribus Sanctorum cap.* 3 §. 2 *idem argumentum prolixius tractans concludit*, Quod si Joannis Baptistæ non est, alicujus vero Sancti est, non mediocris mendacii malum est. *Mendacii culpa facile per confessionem ignorantiæ diluitur: ignorantia autem excusationem habet*, quia Sancti *plures ut ait Suarez, in* 3 *part. tom.* 1 *quæst.* 25 *dist.* 55, *sect.* 2, *dub.* 1, fuerunt ejusdem nominis; & F
persuadet alterius Joannis esse, Angeriaci; successu temporis Reliquiæ ejusdem personæ existimatæ sunt, & propter nominis ambiguitatem illi attributæ, qui majoris habetur gloriæ & sanctitatis. *Eadem est Baronii sententia, qui allegata relatione Angeriacensium, de eo ipso quo gloriabantur Capite;* Si quod, *inquit*, Alexandriâ transtatum in Galliam est, *& hoc, siquidem allatum Alexandriâ fuit,* *ut ibi asseritur*, non quidem Baptistæ fuit, sed alterius Joannis Martyris, qui olim cum Cyro illic passus, illustrissimus habebatur.

243 *Dedimus Sanctorum istorum Acta, ex Græco traducta, die* XXXI *Januarii; eademque à S. Sophronio Patriarcha Hierosolymitano luculentius exposita, dabimus in supplementis ejusdem mensis, cum prolixissimo opere de ipsorum miraculis. Ex his habetur; quod & Baronius attingit,* *esse Martyris Edesseni, socii S. Cyri,* *ibi enim corpora utriusque sepulta,* Joannem, *patriâ* Edessenum, *redeunti ex Arabia S. Cyro medico Alexandrino, sed jam Monacho ibi facto, adhæsisse; & confirmandis,*
quas

A *quas Canopum Præses abduxerat Virginibus tribus, ſecutos eaſdem, comprehenſoſque & tortos ac capite plexos, Alexandriam fuiſſe relatos à fidelibus, atque in eccleſia S. Marci ſepultos; unde elevatos S.* Cyrillus *Manuthem, duobus ſtadiis Canopo diſſitum vicum, tranſtulit in ædem ſanctorum Apoſtolorum. Occupantibus porro Ægyptum Barbaris, Edeſſam* Joannis *patriam devecta fuiſſe corpora, diſcimus ex Epiphanio Hagiopolita, in deſcriptione locorum ſacrorum, inter Symmicta Allatiana pag.* 61. *Sed nihil prohibet,* Caput Joannis, *aut etiam Cyri, relictum à S. Cyrillo fuiſſe Alexandriæ in ipſa S.* Cyri *domo, per Theophilum Cyrilli deceſſorem converſa in eccleſiam trium* Puerorum *Babyloniorum, poſt acceptas miraculo illorum Reliquias. Ipſæ denique, cum Capite prædicto, allatæ Angeriacum in eccleſiam, jam antea forſan* S. Joanni Baptiſtæ *dedicatam, cœperint credi trium Innocentium Bethlemiticorum eſſe, propter ambiguum* Puerorum *nomen; eademque facilitate* Baptiſta *pro* Edeſſeno *obrepſerit tantoque facilius, quanto longius interceſſit temporis ſpatium, priuſquam Caput ſeculo* XI *inveniretur,*

poſtmodum Manuthē tranſlata, & hinc Edeſſa ſunt,

Capite Joannis Alexandriæ relicto:

B 244 *Interim, vel abolitis, vel numquam ſcriptis primæ Tranſlationis monumentis, & increbreſcente per Gallias notitia Capitis Conſtantinopoli aſſervati, cum forte non deeſſent teſtes illius oculati, qui Angeriacenſium traditiones redarguerent falſitatis; placuit alicui circa annum* DCCCC *comminiſci primæ Tranſlationis hiſtoriam aliquam, inter Sacra legendam, qualis paſſim tranſcripta invenitur in pluribus Paſſionalibus, & unde irrepſit inter opera S. Cypriano perperam adſcripta, ſicuti videre eſt in ipſorum per Rigaltium facta editione. Verum ea Hiſtoria tam imperite fuit conſarcinata, ut traditionem per ſe confuſam, magis confuderit dubiamque reddiderit eruditioribus: uti habetur ex Chronico Ademari, Monachi S. Eparchii Engoliſmenſis, apud Labbe tom.* 2 *Novæ Biblioth. Mss. pag.* 178; *qui Ademarus Gauberto prælaudato coævus, relata inventione prænotata, ita ſcribit*: A quo tamen, vel quo tempore, vel unde huc delatum fuerit vel ſi Præcurſoris Domini ſit, haudquaquam fideliter patet.....

quod ut Baptiſtæ crederetur

circa an. 900, conficta eſt hiſtoria tranſlationis,

C 245 Refertur enim in hac frivola pagina, (*ſic eam Guibertus vocat*) in diebus Pippini Regis Aquitaniæ, quemdam Felicem detuliſſe ab Alexandria per mare in Aquitaniam, Caput S. Joannis Baptiſtæ, & tunc temporis Alexandriæ præfuiſſe Theophilum Archiepiſcopum; & peractum eſſe prælium in Alnenſi pago, inter Pippinum Regem & Wandalos: ipſumque Caput ſuper quoſdam interfectos ſatellites ſuos impoſitum à Rege, & eos mox reſuſcitatos eſſe. Verum non extitit Pippinus in diebus Theophili, nec tempore Wandalorum, nec aliquando Caput Præcurſoris Domini Alexandriæ habitum legitur: legimus autem in antiquiorum Legendis, primo inventum Caput S. Præcurſoris in eo quo (*deſunt hic aliqua verba ſed puto ſuppliendum* [in eo quo defoſſum ſub Herode fuit loco] *vel ſimile quidpiam*) deinceps autem à Theodoſio Imperatore delatum in civitatem Conſtantinopolim, ibidem venerari. *Hactenus vere eruditus ſcriptor, integris fere ſeculis duobus prius, quam à Conſtantinopoli idem Caput quod ibi colebatur, Ambianum transferretur.*

ſed mox explosa à prudentioribus,

ut ineptiis plena.

Junii Tomus IV.

D 246 *Sane de Hiſtoriæ iſtius ſinceritate multam, mox ut prodiit, fuiſſe quæſtionem, nihilque ea profectum ad fidem Angeliacenſium traditioni faciendam, probatur ex Anonymo Vitæ S. Leonardi ſcriptore, apud Surium ad* VI *Novembris num.* 13 *ſic ſcribente.* Cum adhuc in vivis eſſet Wilhelmus Magnus, Aquitaniæ Dux (*fuit hic ejus nominis quartus, qui circa annum* DCCCCLXIII *mortuo patri ſuccedens,* poſt multa & laudabilia facta, Monachus factus apud Malleacum, quod *anno* MX fundarat, plenus dierum obiit in pace II Kal. Februarias *anno* MXXX; *ut eſt apud Henſchenium ad Acta S. Guilielmi Eremitæ, cum ipſo aliiſque pluribus ſynonymis male confuſi,* X *Februarii, num.* 13, 14, 15.) Cum, *inquam,* adhuc in vivis eſſet Wilhelmus Magnus, Aquitaniæ Dux, dubitatum eſt à multis, num beatiſſimi Joannis Baptiſtæ Caput apud Angeriacum haberetur. Juſſit ergo Princeps Wilhelmus magnam Epiſcoporum convocari Synodum, ut eorum conſenſu tantus theſaurus inquireretur, & ſacratis illorum manibus hæſitanti populo viſendus exhiberetur. *Ita ille: ſed in hoc errans quod Synodum prius convocatam crediderit, quam inventum Caput eſſet, cum dici debuerit conveniſſe ad veritatem illius ſuis ſententiis definiendam: nam rei geſtæ propior Guibertus Abbas ſic rem actam ſcribit.*

A. COÆVO EX MSS. *Seculo* II

vehementius dubitabatur de titulis Capitis illius,

E

247 Per hos dies, *id eſt ante annum* MX, *ut infrà patebit,* dignatus eſt Dominus declarare fideliſſimi Ducis Wilhelmi tempora. Nam tunc in baſilica Angeriacenſi, in ſaxea theca inſtar pyramidis turrita, inventum eſt Caput S. Joannis, ab Aldrino clariſſimo Abbate; quod ſanctum Caput dicunt eſſe proprium S. Joannis Baptiſtæ. Tunc Wilhelmus Dux, poſt Paſchales dies Româ regreſſus, hoc audito repletus eſt gaudio, & ſanctum caput populo oſtendendum decrevit. Erat vero conditum ipſum Caput in thuribulo magno argenteo, ubi deforis litteræ leguntur HIC REQUIESCIT CAPUT PRÆCURSORIS DOMINI. *Quod Cangius cap.* 5 *num.* 5 *ſic intelligit, ut thuribulum iſtud argenteum ipſius Ducis donum fuerit: verum ſi centum fere annis fuerit ſcripta Hiſtoria illa, quam merito* Frivolam *appellat Guibertus; credibile eſt id factum occaſione alicujus tunc celebratæ Tranſlationis, poſt Normannorum Ducis gentiſque anno circiter* DCCCCXII *converſionem, atque per Rollonis Ducis receptionem ceſſante metu annuarum fere incurſionum ejus gentis; quando multæ per Gallias Sanctorum Reliquiæ, vel ex iis ad quæ confugerant locis reductæ, vel ex latebris extractæ fuerunt, veneratione expoſitæ; non ita tamen ut relinquerentur expoſitæ oculis, ſed altaribus aut tabernaculis lapideis includerentur, qualis ſaxea illa pyramis fuit. Intra hanc nihil prohibet, ſed conſentaneum erat, recondi vas aliud argenteum idque novum, veteri vel à barbaris diffracto, vel ab ipſiſmet Monachis ad eos placandos diſtracto, cum neceſſitas cogeret ne ſacris quidem vaſis parcere.*

quod quæſitū inventumque eſt,

F

initio ſec. IO.

248 Petrus *Monachus Malleacenſis lib.* 2 *Hiſt. Malleac.* §. 4 *in eadem Bibliotheca Labbe pag.* 234, *narraturus quomodo Abbas ſuus Theodelinus anno* MX *compos factus ſit voti ſui, obtento S. Rigomeri corpore, præmittit quid eidem, circa Sanctorum pignora eccleſiæ acquirenda æſtuanti, ſit factum.* Abbas, *inquit,* Engeria-

Theodelinus Abb. Malleac.

A censis eccleſiæ illis diebus Caput ſanctiſſimum
A. COÆVO EX MSS. Præcurſoris Joannis Baptiſtæ Domini, quod antiquitus in eadem abſconditum eccleſia ferebatur, levare; atque omni populo, quo ipſum Caput vere Joannis eſſe fidem faceret, oſtentare voluit; & ad tale ſpectaculum inter reliquos Theodelinum Patrem invitavit. Adveniente itaque ſtatuto die Angeriaci innumera plebs adfuit; Sacerdotumque ac Monachorum cœtus affluxit inæſtimabilis. *poſtquam ipſum populo monſtravit,* Cumque ad rem peragendam ventum eſſet, & inter priores quoſque perſona, cui tantus theſaurus elevandus committeretur, idonea quæreretur; proſiliens præfatus vir è medio: Si, inquit, ô Patres, jubetis, Dilectum cæleſtis Sponſi ego libentiſſime accipio; ac, præ magnitudine ſui ac reverentia, multoties exoſculatum veſtris viſibus repræſento. Cujus profeſſioni dum omnes alluderent, ſolenni præmiſſo oratione, ad ſanctas gazas ſupplex acceſſit; detexit, omnique multitudini expoſitas, per duarum ferme horarum ſpatium demonſtravit. Quo expleto, dum eum recondendum omnes annuerent, diu

B multumque prolixam orationem ſimulavit, *conatus auferre dentē, punitur,* ſanctiſque è dentibus unum in ore occuluit. Verum mox condigno mulctatus verbere (nam tum oculorum caruit lumine) quæ fecerat his qui adſtabant, verecunde licet, referat; deinde male amiſſam valetudinem, confitendo digne, ſecum reportat. *Hactenus Petrus, ſub annum* MLXXX *vivens & ſcribens.*

249 *Guibertus Abbas, cetera diſtinctius proſequens,* Dum inventum, *inquit,* oſtenderetur *coram celeberrimo Procerum conventu,* Caput S. Joannis, omnis Gallia, Italia, Hiſpania, ad famam commota, ibi accurrere certatim feſtinat. Rex quoque Francorum Robertus & Regina, Rex Navarræ Sancius, omneſque Dignitates eorum confluxerunt, ubi omnes offerebant munera pretioſa diverſorum generum. Nam præfatus Rex Franciæ, oblatâ gabatâ ſeu conchâ ex auro puriſſimo, penſante libras XXX, pretioſiſque veſtibus holoſericis ex auro textis ad ornatum eccleſiæ, à Wilhelmo Duce ſuſceptus condigne, per Pictavos reverſus eſt Franciam. Quid dicam? quod ultra omnem felicitatem & gloriam videbatur concurſus pſallentium., cum Reliquiis San-

C ctorum, ex Monachis & Canonicis, qui undecumque ad memoriam ſancti Præcurſoris feſtinabant. *Sic Lemovicibus, cum Reliquiis S. Stephani, advectum eſt corpus S. Martialis:* *præcipuis Reliquiis eo undique advectis,* cumque in Baſilicam S. Præcurſoris intrarent, celebravit ante Caput S. Joannis Miſſam Epiſcopus Giraldus, de nativitate ejuſdem ſancti Baptiſtæ, cum eſſet menſis Octo- *27 Octobris.* ber; at Canonici S. Stephani, cum Monachis S. Martialis, alternatim troposac laudes cecinerunt feſtivo more; & poſt Miſſam Pontifex cum Capite S. Joannis benedixit populum .... ſicque quinta die ante feſtivitatem omnium Sanctorum reverſi ſunt. ..... Poſt vero glorioſus Dux recogitans Dei honorem, in S. Joannis monaſterio regularem renovavit diſtrictionem, ubi Odilo Rainaldum Abbatem depoſuit, defuncto nuper Alduino Abbate ..... & inter ea, *id eſt inter miracula S. Eparchii, illuc Lemovicibus delati,* Caput S. Joannis, poſtquam ſatis oſtenſum eſt populis, reſeratum eſt juſſu Wilhelmi Ducis, & reconditum in pyramide priſtina; ubi interius thymiamaterio argenteo, quod D pendet ex catenulis argenteis, incluſum retinetur. Pyramis autem ſaxea, ſuperveſtita eſt tabulis ligneis, deargentatis undique ex oblatione copioſi argenti, quod Rex Navarræ Sancius obtulit B. Præcurſori.

250 Exinde (*ſicut progreditur, & Caput* 5 *abſolvit Cangius*) magna fuit iſtic populorum devotio erga eumdem Sanctum: nam Ademarus præcitatus pag. 180 refert, quomodo Jordanus de Latronibus, Epiſcopus Lemovicenſis, fuerit conſecratus Sabbato mediæ Quadrageſimæ anni MXXIII Angeriaci ante Caput S. Joannis, ab Iſlone Epiſcopo Santonenſi & Coadjutore Archiepiſcopi Burdegalenſis, & Roone atque Arnaldo, necnon & Iſemberto Epiſcopis: & Chartularium Angeriacenſe fol. 239 nos docet, quod Iſembertus Dominus Caſtelli-Allionis, cum magno Baronum numero Elevationi præſens, ingreſſus eſt Capitulum Monachorum, præceſſorum ſuorum donationes coram omnibus confirmans. Alia vero ejuſdem Abbatiæ charta apud Beſlium docet, quod particulam Capitis quæ Taurini in Pedemontio ſervatur, E Landulfus Epiſcopus Taurinenſis paulo pòſt obtinuit à Guilielmo Duce, Iſlone Epiſcopo, & Renaudo tunc Abbate monaſterii; in ejuſque beneficii vicem Abbati obtulit eccleſiam S. Secundi in Taurinenſi diœceſi. In *pars etiam donata Epiſcopo Taurin.* Chronico autem Malleacenſi legitur, quod anno ML. fuit conſecratio facta monaſterii S. Joannis Engeriaci, quam Agnes Comitiſſa fecit facere & alii Seniores, in qua fuerunt quatuor Epiſcopi, Bruno Andegavenſis, Guillermus Engoliſmenſis filius Gaufredi & frater Fulconis; Itembertus Pictavienſis, & Arnulfus Santonenſis. Denique Dux Wilhelmus hujus nominis IX, anno MCXXXI, jus aſyli & immunitatis conceſſit eccleſiæ & totius monaſterii ambitui; ſeque in faciem proſternens, à Deo & Sanctis ignoſci ſibi petiit invaſiones & uſurpationes bonorum hujus eccleſiæ à ſe factas: quas ipſâ horâ reſarcivit, imponens altari S. Joannis inſtrumentum deſuper confectum.

Exinde fuit ibi celeberrimus cultus Sancti,

251 *Eſt* Angeriacum *aut* Engeriacum, *à cultu S. Joannis vulgo dictum* ſaint Jean d'Angely, *Aquitaniæ oppidum in Santonibus, à quorum metropoli ſeptem leucis in Boream diſtat, ad fluvium Voltumnum,* la Boutonne *vulgò dictum; totumque initium & profectum ſuum debet præfato* S. Joannis *monaſterio, cujus fundationem qui altius repetunt,* Pippino *Regi adſcribunt, qui illam fecerit in memoriam victoriæ, contra Waifarium Aquitaniæ Regem obtentæ anno* DCCLXV. *Bellum hoc prolixe deſcribit Anonymus, qui Regis illius geſta collegit juſſu Nibelongi* Comitis, *nec ullius diſcriminis meminit, in quo Sanctus aliquis fuerit invocatus, Vaſconibus omnibus* ſolito more *terga vertentibus, facillimamque de ſe victoriam, ut aliàs ſæpius, Pippino præbentibus. Ademarus, veriori notitiæ propior, pro Seniore Pippino, nobis indicat ejus Pronepotem, à patre Ludovico Pio, cui ſecundogenitus erat, anno* DCCCXVII *Aquitaniæ Regem conſtitutum, eoque adhuc vivente mortuum anno* DCCCXXXVIII, *dicens quod* juſſu patris fecerat monaſterium S. Joannis Baptiſtæ Angeriaci.

F *Eccleſiam volunt aliqui anno 765 conſtructam,*

& oblationes frequentiſſimæ,

alii verosimilius à Pippino Aquitaniæ R. circa 820.

252 *Atqui istorum tempore* Fuit quidam Clericus de Galliæ partibus nomine Felix,

quem,

A quem, dum puer eſſem, me vidiſſe memini, inquit Luidolfus Presbyter, *lib.* 2 *de Tranſlatione S. Severi Ravennatis Epiſcopi, à Bollando noſtro illuſtrata ad* 1 *Februarii cap.* 1 *num.* 2. Huic *autem* erat conſuetudo per diverſas provincias vagari, & Sanctorum Reliquias ubicumque potuit furari, quæſtus cauſâ. *Ita ſub annum* DCCCXXVI *ex S. Severi monaſterio, ejus uxoriſque & filiæ quædam oſſa furatus Ticinumque profectus, invento iſtic Otgario Moguntino Epiſcopo, Ludovici ad filium Lotharium legato, ipſa tradidit,* & qualiter feciſſet indicavit. *Quidni etiam Alexandriæ, jam inde ab anno* DCXLI *inſeſſæ à Saracenis, tale quid tentaverit; indeque in Aquitaniam attulerit Caput, quod cum Militis Martyris eſſet,* Baptiſtæ *eſſe crediderit vel finxerit, aliiſque perſuaſerit; fidem tamen non invenerit apud Adonem Viennenſem Epiſcopum, qui ſuum Martyrologium ſcribens circa annum* LXX *ejuſdem ſeculi, ſi quam Angeriacenſis Capitis habuit notitiam. (ut facile habuiſſe potuit homo talium curioſus, in tanta locorum vicinia, intervallo dumtaxat* LXXX *leucarum) nequaquam ſibi potuit perſuadere illud eſſe Baptiſtæ, quod* Emeſam *non Alexandriam delatum ſcribit ad* XXIX *Auguſti, nec quidquam de tranſlatione in Galliam loquitur; uti & Uſuardus in eadem diſtantia eodemque fere tempore Pariſiis ſcribens.*

ſub quo fuit Felix Clericus,

furari Reliquias ſolitus & in Europam tranſferre:

qui Alexandriâ Caput Baptiſtæ atiuliſſe ſe finxerit,

B

253 *Ut ut eſt,* populus harum *quarumcumque* Reliquiarum miraculis, vitaque innocente Religioſorum huc attractus ac permotus, oppidum ædificavit, quod induſtriâ habitantium pariter ac ſitu ſuo valde commodo, tam potentiâ quam opibus in tantum crevit, ut obedientiæ clauſtris perfractis, ſumma ſæpe temeritate ſeſe oppoſuerit Regibus ac Dominis ſuis; unde & tribus obſidionibus cinctum eſt; *uti legitur in Geographiæ Blavianæ lib.* 15 *pag.* 125: *quod ultimum libentius intellexerim de ſuperiori ſeculo, quo cum eatenus ſervato iſtic Sancti cultu defecit ibi Catholica Religio. Nam anno* MDLXIX *oppido potiti falſo dicti* Religionarii, eccleſiam expilarunt, ornamenta diripuerunt, ſanctum Caput combuſſerunt, ejuſque cineres in ventos ſparſerunt, *teſte Cangio. Quapropter obſidione* ultima, *inquit Auctor Geographiæ præcitatæ,* quæ ſex hebdomadas duravit, oppidum hoc in poteſtatem ſuam, deditione facta, recepit Ludovicus Juſtus Galliæ Rex anno MDCXXI, eo ipſo die, in quem S. Joannis Baptiſtæ Natalis incidere ſolet: ubi omnia ſigna civitatis ei adempta; imo ipſum nomen, quod minime mereretur, mutatum; ac aliud, Burgum-Ludovici nempe, inditum fuit, ut ita juſtis pœnis afficeretur.

ad quod conditum monaſterium crevit in oppidum,

quod defecit, combuſtum ab Hugonotis.

C

§. VI. *Angeriacenſium, de tranſlatione Capitis ad ſuum monaſterium, relatio fabuloſa, ex Mss, a & Cypriano Rigalti.*

Ex diſſipato corpore collecta quædam oſſa, b

254 NArrat Joſephus, vinctum fuiſſe Joannem Baptiſtam in caſtello Macheronta, ibique Caput ejus truncatum fuiſſe *b*, ac demum ſepultum in Sebaſtia civitate Regionis Palæſtinæ, quæ quondam Samaria eſt appellata. Poſt longum vero tempus monumentum ejus Pagani *c* invaſerunt, & oſſa per campi planitiem diſperſerunt, rurſumque collecta igne concremaverunt, & poſtea per agros projecerunt. Poſtea vero advenerunt quidam Monachi viri religioſi de Hieroſolymis ad locum ejuſdem monumenti; qui audientes ea quæ Joanni acciderant, & quidquid potuerunt ex oſſibus illius colligentes, ad Patrem ſuum Philippum *d* detulerunt Hieroſolymam. At ille tranſmiſit ea, cum aliis viris religioſis, Athanaſio Alexandriæ Pontifici fideliſſimo, ibique miro modo fuerunt ſervata, uſque ad tempus Theophili *e*, ejuſdem urbis Epiſcopi. Ipſe etiam Theophilus, jubente Theodoſio Principe, omnia idolorum fana in illa regione, Chriſto favente, deſtruxit; & eccleſiam miræ magnitudinis conſtruxit, atque in honore ejuſdem Joannis Baptiſtæ conſecravit; & illius oſſa quæ Athanaſio direxit ſuprafcriptus Philippus, in eccleſia collocavit. Congregatis etiam ibi vicinis Pontificibus ex omni parte catervatim, omnibuſque Ordinibus clericorum & populorum, hanc conſecrationis eccleſiæ diem honorifice obſervari conſtituit.

D

A. COÆVO EX MSS.

c

d & S. Athanaſio miſſa,

e ab Epiſ. Theophilo elevantur,

E

255 Igitur ne quis dubitet, accedente Paſchali feſtivitate, decollatus eſt Joannes Baptiſta, imperante nequiſſimo Herode dari ſaltanti puellæ Caput ejus; multoque poſt decollationem ejus tempore accedente, eo anno quo conſtructa eſt eccleſia in nomine ejus, & oſſa ejus ibidem collocata, & à Theophilo Pontifice, jubente Theodoſio Principe, in honore ejus conſecrata, quarto Kalend. Septembris, ſolennitas Dedicationis mirifice celebrata eſt. Caput autem illius tunc temporis repoſitum adhuc erat in loco, quo illud in abſconſo uxor Herodis depoſuerat, nemine ſciente, poſtquam à filia in diſco ſuſcepit. Si quis hæc omnia plenè voluerit ſcire, Chronica *f* Marcellini Principis legat, & ibi reperiet, duos Monachos ab Oriente in Jeruſalem veniſſe cauſâ orationis, tempore Martiani Imperatoris: quibus Monachis in viſione *g* Angelica dictum eſt: Ite ad palatium Herodis, qui quondam hìc fuit perfidus Princeps: introëuntes perſpicite diligenter; & ubi fumum è terra aſcendentem videritis fodientes, ibi Caput Joannis Baptiſtæ incunctanter invenietis, & ita fecerunt, & cum magno honore clanculo ſecum Hieroſolymas *h* deportaverunt.

dedicatâ illis eccleſiâ 29 Auguſti

capite adhuc latente in domo Herodis;

f

g quod imperante Marciano repertum

F

h

256 Non multo poſt autem à latronibus raptum eſt, mittentes in quodam ſpecu, ibique dimiſerunt: donec idem Joannes, Chriſto auxiliante, cuidam viro religioſo, nomine Marcello Sacerdoti, qui in eodem ſpecu morabatur ſicut Eremita; revelavit, dicens: Accipe Caput meum, quod in hoc ſpecu depoſitum eſt à latronibus, & da illud Juramno *i* Epiſcopo, qui nunc præeſt Alexandriæ Civitati poſt Theophilum Deo carum, ubi Reliquiæ corporis mei requieſcunt. Et ſic fecit Marcellus Chriſto annùente *k*. In eadem ſolennitate Collectionis Reliquiarum ejus & Tranſlationis, & eccleſiæ Conſecrationis allatum eſt Caput Joannis Baptiſtæ ad civitatem Alexandriæ, à Marcello Presbytero, & datum Juramno Epiſcopo, IV Kal. Septembris: & Juramnus collegit illud collocando mirabiliter, in eodem loco perpetim

fingitur Hieroſolymis furtim allatum

i

ac denuo inventum delatum Alexandriam;

k.

aliis Sancti Reliquiis fuiſſe additum.

A custodiendum. Ideo hodierna festivitas ColA. COAEVO EX MSS. lectio B. Joannis Baptistæ, non Decollatio nominanda, & Inventio ac Revelatio Capitis ejus *l*.

257 Jamque idem vir Domini Juramnus Episcopus, & Marcellus Presbyter feliciter ad Dominum ex hoc mundo in pace quieverant, annis autem evolventibus non plurimis, *m* cuidam viro religioso, Sacerdoti ac Monacho, nomine *n* Felicio, qui orationis gratiâ ab Occidentali parte illis diebus Hierosolymam adierat, Angelica visione dictum est: Felici, surge concitus, perge ad civitatem Alexandriæ, invenies ibi Ecclesiam in honorem S. Joannis Baptistæ consecratam, ubi Caput ejus cum tribus *o* Puerulis Innocentibus reconditum est: quod accipiens transfer in partibus Galliarum, in regione Aquitaniæ, in loco quem tibi ostendero. De qua visione certus, expergefactus reverendus senex, amplissimo repletus gaudio, pergens illico ubi jussus fuerat, sicuti dictum fuerat cuncta reperiens, rectori sui itineris gratias innumeras rependit: properansque ad locum, B thesaurum à Deo sibi destinatum accipiens, in unius sportellæ concluſit sinu; statimque retro iter arripiens, junctis sibi sociis Fratribus suis septem qui cum eo abierant; vallansque clam omnem regionem illam, pervenienſque ad littus maris, invenit navem cum remigiis ac gubernaculis à Deo paratam, quam illico est ingressus cum thesauro & magni pretii margaritis.

258 Igitur Fratres & socii ejus, descendentes cum eo in navem, gratias agentes, hymnis & laudibus benedicentes Dominum, alta petunt æquora. Cumque in mari iter agere cœpissent, Felicius elevatis oculis, ad cælum palmas tetendit, dicens: Domine Jesu Christe, qui fecisti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & profundum abyssi intueris; qui super undas maris siccis pedibus ambulasti, & Petro mergenti manum porrexisti, & Paulum à terno naufragio liberasti; libera nos de fluctibus hujus pelagi magni, ut viventes benedicamus nomen tuum in secula: mittere etiam, Domine, dignare sanctum Angelum tuum de Cælis, C ut sit dux itineris nostri, sicut fuit quondam Patribus nostris, quando eduxisti eos de terra Ægypti, in fortitudine magna & in manu valida; & perduc nos recto itinere ad locum aptum, ad sanctas pretiosas margaritas collocandas. Hæc & his similia orante B. Felicio, ecce nubes valida descendit super navem, & de media nube egressa est columba adinstar nivis, & super puppim navis immobilis perstitit tam in die quam in nocte, usque dum in partibus Aquitaniæ ad littus maris Oceani pertingerent.

259 Cumque non longe à terra esse cognovissent, diverterunt ad portum qui appellatur Agolinensis *p*, qui est situs in pago Alnensi; ibique exeuntes ad terram ex navi paulisper requieverunt. Moventes autem ex eodem loco quasi milliaria duo, invenerunt eminus corpora mortuorum; Regem videlicet *q* Wandalorum, cum omni exercitu suo, jacentem super faciem terræ, ut opinor, quasi viginti millia virorum: quoniam egressus fuerat idem populus crassa cervice de D vagina sua per mare cum classe magna, & ventus vehemens irruit in eos, & transvexit in partibus Occidentis in supradicto portu Agolinensi. Nuntiatumque est Regi Pippino *r* Aquitanorum, quod gens Wandala regnum ejus invaderet. Misitque legatos in omnes terminos Aquitanorum, ac Santonicæ, necnon Egolismæ, sive in omnes terminos eorum, ut contra eos pergerent ac dimicarent: quia idem Rex Pippinus tunc morabatur in territorio Alnensi super fluvium Vultu *s* in palatio quod vocatur *t* Engiriacus, inter medios fines Pictavorum ac Santonicæ. Denique cum idem Rex Pippinus, cum omni multitudine armatorum occurreret hostibus suis, fecit Dominus salutem magnam omni exercitui suo: omnem enim exercitum Wandalorum interfecit manu sua, ita ut nullus evaderet ex hac multitudine qui non cæde vastaretur *v*.

260 Supradictus autem Rex videns sibi à Domino auxilium de Cælo fuisse præstitum, & ultionem de inimicis, ita ut non invenirentur de exercitu suo nisi viginti viri interfecti, quos præ ceteris valde diligebat; eos accipiens singulis deposuit feretris; lætusque pro victoria, mœstus pro funebri amissione, exercitum revocat, pergere cupiens ad propria. Cumque ab hac cæde quasi quatuor millia disjuncti essent, figere tentoria imperat, pressusque somno strata sua sibi præparari in papilionibus jubet. Tunc pro lassitudine somno propere ingruente, vox divina allata est, dicens ad eum: Cur te piger somnus tam propere ita pressit? Noveris magni viri Prophetæ & plus quam Prophetæ ac lucernæ mundi, Caput, ex transmarinis partibus ab Oriente, cum tribus pueris Innocentibus, hoc in pago *x* humandum deferri; & propter ejus nomen, in hoc prælio divinitus victoriam tibi à Domino esse collatam. Respondit Rex Pippinus in visione, dicens: Si tanta beneficia propter nomen ejus in me vigent, indica mihi quid agam, aut quemadmodum investigare vel invenire potero eum. Respondit ei divina vox dicens: Ecce post tergum tuum sequuntur te septem Fratres in habitu peregrino, & unus qui ceteris præest Felicius vocatur: vade in occursum eorum cum paucis, & in humilitate F cordis benigne suscipe; adoratisque pretiosissimis margaritis pacifice tecum ducere coneris, & videbis magnalia Dei.

261 Vir autem Domini Felicius, visa tantæ multitudinis corpora cæsa, pavore perterritus, tamen de adjutorio Dei confisus, confortabat socios, & ut paulisper iter agerent admonebat. Divertentes ex adverso parvulum habitaculum sibi statuerunt, ut eadem nocte usque mane in eodem permanere potuissent. Prædictus autem Rex Pippinus, à somno evigilans, intra semetipsum cogitare tacitus cœpit, ex visione quam viderat, quid agere deberet. Recogitans [autem] quia in antiquis est sapientia, & multorum præteritorum prudentia; mittensque concitus, jubet adesse sapientissimos viros *y* ac bonis operibus pollentes, ut de tanta manifesta visione ei salubre consilium suggerere dignarentur. Igitur ad hoc consilium ventum est, ut exuentes

inveniſſe strages Wandalorum,

r

à Pippino Rege

s t

v

ad internecionem eorum:

solis 20 ſitorum deſideratis;

x ad quem proxima nocte vox allata.

indicarit adventum ſancti Capitis:

cui ille cum ſuis humiliter progreſſus obviam,

idem in Gallias transferre juſſus Felicius,

o

cum eo illuc transfretaſſe dicitur,

p appulſus autem

q

habens viæ ducem columbam:

A tes ſe veſtibus & calceamentis ſuis, in cinere & cilicio nudis plantis incedentes, ſicuti Rex oraculo divino admonitus fuerat, obviam famulo Dei procederent. Cumque ſe mutuo conſpexiſſent, jactantes ſe, tam Rex ipſe quam omnes qui aderant proni in terram, tamdiu adoraverunt, quoad uſque famulus Dei ad locum ubi jacebant pertingeret. Cumque Dominum benedixiſſent, & ſeſe invicem ſalutaſſent, oſculum ſibimet pacis dederunt; levanteſque ſe à terra, lacrymabili gaudio interrogant quomodo eis hæc pignora pretioſa transferendi facultas obtigiſſet. Vir autem Domini Felicius, cuncta intelligens à Deo eſſe manifeſtata, retexuit hiſtorias, quemadmodum Hieroſolymas adierat orationis gratiâ, & theſaurum conditum ei divina miſericordia revelaverat. Cumque omnes reſpondiſſent, Gratias Deo Amen; elevatis Felicius pretioſiſſimis margaritis, Capite ſcilicet Joannis Baptiſtæ, & Reliquiis beatorum Martyrum Innocentium, cum hymnis & laudibus pſallentium dirigunt chorum.

ſacram pignus lætanter excepe-rit:

B 262 Quo audito cunctus exercitus qui in caſtris erat, quaſi unus vir obviam proceſſerunt, numero triginta millia virorum; exequias mortuorum, qui in prælio corruerant, ſecum deferentes, petenteſque auxilium à Deo per Præcurſorem illius Joannem, ut cujus Reliquiæ deportarentur, divina gratia manifeſtare dignaretur; promittenteſque ſe tantam fidem habere, ut quidquid peteret S. Joannes, Domino annuente tribuere poſſet. Apprehendenteſque ſportellam, qua Beati viri Joannis Baptiſtæ Caput deportabatur, & ſingulis feretris imponentes, miro atque inæſtimabili modo, mox ut tetigit jacens oſſa jacentium, vita per mortuum mortuis reddita eſt. Surgentes autem eâdem horâ ab officio funeris viginti viri, acſi à ſomno eſſent excitati, qui à flentibus amicis portabantur ad tumulos, [cum] iiſdem gaudentibus redierunt ad ſua. Videns autem Rex Pippinus & cunctus exercitus magnalia quæ circa eos Dominus geſſerat per Præcurſorem illius Joannem Baptiſtam, plaudentes manibus benedicebant Dominum, qui facit mirabilia in cælo & in terra.

cum q; ſuos 20 mortuos ad illius contactum reſurgere,

C 263 Vir autem Domini Felicius & ſocii ejus gaudio repleti, unà cum Rege Pippino & exercitu ejus, levantes Caput beati ac præcellentiſſimi viri Præcurſoris Chriſti Joannis Baptiſtæ & beatorum Innocentium, cum gaudio & lætitia iter agere cœperunt. Cumque nulla mora fieret in eundo, pervenerunt ad villam quæ appellatur Vultronica. Cumque ibidem pauliſper quieviſſent, obviam eis quidam cæcus factus eſt, qui & ſtatim ſanus effectus eſt. Cumque de eodem loco eis moveri placuiſſet, arripuerunt iter viâ quæ ducit ad paludem, Mare-vallis z cognomine. Et cum eis parum ibi requieſcere placuiſſet, ecce quidam debilis pedibus, qui ſe erigere omnino nequibat, per terram rependo ſe trahens, obviam proceſſit, ſtatimque ſanus abſceſſit.

cæcum illuminari,

z debilè erigi vidiſſet,

264 Jamque illo ſanato propinquabant ad locum quo tendebant, ſuper fluvium Vulturnum, Engeriacum nomine; audienſque omnis populus, à maximo uſque ad minimum, à viro uſque ad mulierem, omnes ſimul in unum conglobati obviam eis proceſſerunt. Et cum ibidem ante palatium Regis Pippini perveniſſent, in Baſilica beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, cum magno ſtudio illico ad cuſtodiendum depoſuerunt. Lætatuſque eſt univerſus populus lætitiâ magnâ, & celebraverunt ſolennitatem hujus diei, quarto *a* Kalend. Septembris: & reverſi ſunt unuſquiſque in tabernacula ſua. Igitur B. Felicius & ſocii ejus, cum venerando Rege, inter cetera Dominum precabantur, ut eis ſalubre conſilium donare dignaretur Sancta membra locandi. Ædificanteſque baſilicam, & in ea concavum cyborium *β* cum ſex columnis lapideis mirifici operis bene compoſitis, non longe à Vulturni littore, ut arbitror centum paſſus; in quo, cum aromatibus & plurimis pigmentorum odoribus, condentes Caput Joannis Baptiſtæ, almi Præcurſoris Chriſti, & beatorum Martyrum Innocentium, in eodem cyborio concluſerunt, & Domino auxiliante hoc ædificium completum eſt feliciter.

D

A. COÆVO EX MSS.

a

ibique in baſilica B. M. collocarit,

β

E 165 Fecit etiam ibidem Rex fontem laquearium *γ*, qui à duobus fere millibus, per puteos profundiſſimos, ſubtus terram in ædificio cœmentarii aquæductus, in palatio ejus ſic diſcurrebat, ut & ipſam aquam dividens, in ipſam baſilicam per ferrum & æs eam introduceret, & ſubtus cyborium per concava marmoream columnam ebulliret, ibique ſacri baptiſmatis ablutio fieret, atque in ipſa laquearia *δ* remearet. Convocans Rex Pippinus & B. Felix Pontifices & Sacerdotes, omneſque patriæ Nobiles, benedicentes eccleſiam; in honore ejuſdem S. Joannis Baptiſtæ conſecratam ac mirifice ornatam, prædiis atque poſſeſſionibus à genitoribus ſuis collatis, dotaverunt eam; ordinatiſque omnibus quæ neceſſaria erant, Monachos, ibidem Deo in perpetuum ſervituros, ſtatuerunt, *ε* gaudenteſque & Deum benedicentes ad domicilia redierunt ſua. Tandem vero metam narrationi *ς* ponentes, oramus Chriſti bonitatis immenſitatem, ut potenti dextera ſuffultos, ad optati littoris perducat nos metam. *ζ* [Si quis autem videat quod aliqua oculo narrationis] noſtræ feſtuca inhæſerit, cum dilectione evulſa, non livorem præferat ſed caritatem: F ipſo auxiliante cujus regnum & imperium ſine fine permanet, in ſecula ſeculorum Amen.

γ addito etiâ fonte baptiſmali

δ ipſamque ſolenniter fecerit conſecrari,

ad palatium ſuum Ingeriacum deduxerit,

ANNOTATA ET CENSURÆ.

a *Sunt hæc, Vallicellanum, Patrum Oratorii Romæ, cui præcipue inhæremus; Leodienſe monaſterii S. Laurentii, & Canonicorum Regularium Rubeæ-vallis prope Bruxellas, in tertia parte Novalis Sanctorum à Gillemanno collecti, cui parti titulus eſt* Hiſtoria Hieroſolymitana, *ſed in hoc ſtylus eſt mutatus: uti & apud Vincentium Bellovacenſem, in ſpeculo Hiſtoriali lib. 17 cap. 60 & 61, ubi hanc Hiſtoriam deſcribit. Nicolaus autem Rigaltius, qui Cyprianum Annotationibus ſuis illuſtratum edidit Pariſiis an. 1648, etiam illa quæ falſo adſcripta Cypriano cenſebat, Tractatum hunc quoque imprimendum dedit,* de revelatione Capitis B. Joannis Baptiſtæ *inſcriptum, ſed ut* Auctore incerto *editum, nihil notarum dignatus adjungere.*

b *Ha-*

A.COÆVO EX MSS.

A b *Hactenus, nec amplius, & ſolum quoad ſenſum Joſephus; ſimpliciter enim dicit* occiſum *Joannem: apud Vincentium inſuper additur*, quod [*Caput*] Herodias à ſaltatrice ſuſceptum, non eſt paſſa cum reliquo corpore ſepeliri, metuens ne integrum Sancti corpus cum omni facilitate reſurgeret: hoc autem fieri poſſe non putavit, ſi Caput cum corpore uni non traderetur ſepulturæ. Ideo illud intra ſepta palatii infoſſum, occulta ſolicitudine procuravit cuſtodiri. Corpus autem apud Sebaſten, quæ quondam Samaria dicta eſt, legitur humatum, & à barbaris uſque ad Julianum Apoſtatam intactum. Tunc Pagani, &c. *phraſi valde diverſa.*

c *Tempore ſcilicet Juliani Apoſtatæ an.* 361. *Hæc autem ex Rufini Hiſt. Eccleſ. ſumpta ſunt.*

d *Ita Rufinus, & cum eo Ms. Leodienſe atque Rigaltius. Vincentius facit* Philippum Hieroſolymorum Epiſcopum, *Ms. Vallicell. nominat* Joſephum Pontificem: *peſſime utrumque; nam inter Sanctæ civitatis Epiſcopos nullus invenitur* Philippus, *niſi circa an.* 112; *nullus etiam*

B Joſeph *niſi circa* 320: *ſub Juliano autem Epiſcopatum tenebat* S. Cyrillus.

e Theophilus, *non ille*, cujus Lucas in principio Actuum Apoſtolorum meminit dicens: Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, (*quod huic ſcriptori perperam impingit Ademarus in Chronico ubi ſuprà*) *ſed à S. Athanaſio tertius; qui ab an.* 386 *ad* 512, *præfuit Eccleſiæ Alexandrinæ.*

f *Vide quæ de hoc* Marcellini Comitis *loco dixi ad num.* 118 *litt.* p *qui locus in editione Sirmundi habetur pag.* 30 Ind. VI Vincomalo & Opilione Coſſ.

g *Nihil ille de* viſione Angelica; *ſed dicitur, quod Sanctus ipſe illis* caput ſuum revelavit, ut ad Herodis quondam Regis habitaculum accedentes, admoniti requirerent, fideliterque humo extollerent; *quæ verba videtur hic ſcriptor legiſſe aliter, ac forte melius*, tumo admoniti requirerent, fideliterque extollerent.

h *Mirum eſt, quomodo Marcellini Chronicam præ oculis habenti mens venire potuerit, ut ex hinc alia omnia ſcriberet: nihil ibi de Hieroſolymis, ſed juxta relata Cap.* 2 §. 3 *Emeſam*

C *defertur* Caput, *&c.*

i Juramnus, *Rigaltio* Jurannus, *in Ms. Leod.* Joramnus, *Vincentio* Julianus. *Interim certum eſt Theophilo ſucceſſiſſe* Dioſcorum; *& omnino apparet, ex* Uranio *Emeſenæ civitatis Epiſcopo, cujus tempore Caput Emeſæ inventum fuit à Marcello, factum illum falſi nominis Patriarcham, ut pro* Emeſa *ſubſtitueretur* Alexandria, *ſicut recte animadvertit Cangius. Beda minus aberravit cum* Juliorannum *dixit*, Edeſſenæ civitatis Epiſcopum, *& communi multis errore*, Edeſſam *pro* Emeſa *ſumpſit, ſcribens in Caput* 6 *Marci lib.* 2 *cap.* 26; *niſi librariorum potius quam Bedæ fuit error iſte. Ado certe, verbotenus eum locum reddens*, Emeſam *legit.*

k *Hactenus Vincentius Bellovacenſis ſuo ſtylo ſenſum auctoris Angeriacenſis ſecutus, non verba.*

l *Præ oculis habuit auctor Adonem vel Bedam, qui ſcribunt*, Quod in libro Sacramentorum, Natale IV Kalendarum Septembrium notatum eſt; & in Martyrologio, quod Euſebii & Hieronymi nominibus inſignitum eſt D legitur, *Quarto Kalendas Septembris, in Emeſa civitate Phœniciæ Provinciæ, natale ſancti Joannis Baptiſtæ, quo die decollatus*; non ſpecialiter ipſum diem decollationis ejus, ſed diem potius quo caput ejus in eadem Emeſa civitate repertum, atque in eccleſia conditum, deſignat.

m *Ms. Rubeæ Vallis, omiſſis prioribus, ſic orditur:* Regnante Pippino Rege Francorum & Patricio Romanorum, Stephano quoque Papa reſidente in Sede Apoſtolica; cuidam viro, &c. *Adeoque ante annum* 757, *quo* Stephanus *obiit, poſt Sedis ſuæ annos quinque.*

n *Idem Ms. cum Rigaltio*, Felicem *ſemper nominant*; *Sigebertus eadem compendio referens ad an.* 760 Felicianum; *ſed* Carolus le Cointe *Tom.* 5 *Ann. Franc. pag.* 638 *Auctoris recentioris eſſe totum locum putat.*

o Tres Pueros Babylonios *melius veriuſque dixiſſet: quamquam non omnium trium Reliquiæ vel corpora, ſed unius tantum eorum dextera Babylone allata fuiſſe dicitur in Actis SS. Cyri & Joannis.*

p *Rigaltio locus* Angoliſmenſis, *pagus* Alnienſis *dicitur*: *Cangio* Angoulin au pays d'Aunis: *locus autem ſic notatus in tabula Santoniæ, Manſinus eſt, diſtatque Rupellâ dumtaxat duabus leucis, Angeriaco autem* 10 *vel* 11. E

q Wandalorum *natio jam pridem ex Gallia, non reditura receſſerat, tranſgreſſa in Hiſpaniam ſeculo* 5, *indeque in Africam; in qua tamen ipſa extinctum eorum regnum fuit an.* 533, *quod deinde Arabibus Saracenis ceſſit, qui poſtea occupatâ totâ fere Hiſpaniâ, etiam Aquitaniæ fuerunt infeſti, ſed à Carolo Martello Pippini patre victi fugatique, nec leguntur reverſi ſub Pippino, niſi in Romanam* (*ut vocant*) *Galliam* duce Fremondo, Comite (*ut eum Cangius appellat*) imaginario Burdegalenſium.

r *Jam dixi* Pippinum Aquitaniæ Regem, *pronepotem fuiſſe alterius, qui primus, ex familia ſua Regis Franciæ titulum geſſit.*

s *Rigaltius* Vultonæ, *Leod. Ms.* Vulturni.

t *Ms. Vallicell.* Ingeriacus.

v *Credat qui poteſt, tam divinam victoriam potuiſſe hiſtoricis omnibus manſiſſe ignotam.*

x *Melius à Rigaltio & Ms. Rubeævallis omittitur verbum* humandum. F

y *Iidem dicunt accerſitum ipſummet* Felicium, *& omnia ponunt in Singulari; ſed hic videtur melior ſenſus.*

z *Rigaltius* Mathevallis: *ſed paludes ſæpius vocari* Maria *notiſſimum eſt; ſunt autem paludes ſatis ea regione frequentes: ſed neque hoc neque* Vultroniæ *nomen ullo ſui veſtigio in tabulis apparet.*

α *Leod. Ms.* Nono, *quod merito diſplicet.*

β Pyramidem turritam *vocat Guibertus Abbas*, cyborium *autem dicitur à forma cubica id eſt quadrata, voce apud Anaſtaſium Bibliothecarium Romanoſque ſcriptores uſitatiſſima.*

γ *Rigaltius* Ductorium. *Ms. Rub. Val.* Aquæ-ductus producens fontem.

δ *Idem Rigaltius*, ſicque iterum ad primos aditus reflecteretur.

ε *Idem pro ſequentibus verbis addit*; Poſtmodum multa Domino mirabilia operante per famulum ſuum Joannem Baptiſtam. *Ms. Rub. Val.* Dedicaverunt eam in ipſius B. Joannis honore,

honore, per cujus meritum innumerabilibus miraculis dignatus est omnipotens Deus assiduè ipsum splendificare locum, ad honorem & laudem nominis sui.

ς *Ita Rigaltius. Vallicell. addit* nunc ad seriem narrationis reversuri; *quod nescio quo spectet, nisi fortassis miracula consequenter descripta, qualia in Vallicellano nulla. In Leodiensi aliqua, sed Mauriacenses Reliquias spectantia, absque ulla cum prioribus connexione, sic enim finitur:* Assidue Dominus mirabilia multa operabatur per servum suum Joannem Baptistam, qui vivit & regnat Deus in secula seculorum. *Tum subditur:* Finit translatio; incipiunt virtutes ejusdem: *quæ tamen nihil ad Angeriacenses, quædam nihil etiam ad Joannem spectant, quale est secundum* De gemma Vasatensibus nata divinitus; *item quartum & quintum,* De Jordane fluvio & aquis calidis Levidæ urbis, *ad lepræ curationem; sunt autem omnia ex Gregorii Turon. lib. miraculorum à cap.* 12 *ad* 20 *verbotenus descripta.*

ζ *Sequentia leguntur in solo Vallicellano, sed ita ut, integrâ lineâ omissâ, connecterentur disparata duo,* Meta-tionis *nostræ, quem defectum visum est additis quibusdam supplere.*

§. VII. *De Capite S. Joannis Romæ, per S. Gratum Episc. Augustensem illuc non allato.*

Quod Caput illud Baptistæ fuerit,

266 *Quamquam præcedenti die, agens de* S. Joanne Presbytero Martyre, Romæ passo, *pluribus egerim de cultu ejus Capitis, quod, acsi Baptistæ esset, ibidem colitur in ecclesia S. Silvestri,* à Capite *dicta; & satis verosimile fecerim, ipsum potius istius Presbyteri, quam Baptistæ esse: quia tamen Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium* XXIX *Augusti, tam fidenter pronuntiat,* Nos prædicamus, quod scimus, ac certa traditione didicimus; *iterum hic dicendum videtur, ejusmodi traditionem non posse antiquiorem credi seculo* XII, *quando potuit alicubi in Urbe repertum* Caput S. Joannis Presb. *existimari esse* Baptistæ, *ex nimia erga potiorem propensione, & consueta hominum ad favorabiles sibi conjecturas facilitate. Certe*

C *neque antiqua traditione probatur,* traditio *ejusmodi nullum aliud habet ex historiâ loci fundamentum, quam quod is locus aliquando fuerit Græcorum Monachorum,* Katapauli *dictus, quasi* ad S. Paulum; *usque dum Græcis suffecti Benedictini, eumdem instituerunt* à Capite *nominandum; quod Caput merito præsumpseris ibi recentius ab ipsis acceptum; non autem à Græcis Copronymi tyrannidem fugientibus advectum seculo* VIII.

neque ex ullo vetusto Romæ Martyrologio:

267 *Multo minus hic facit auctoritas Romani Martyrologii, pariter allegata à Baronio, & à Giacchetto Karilogiæ sect.* 6 *pag.* 73 *magnopere appensa. Nihil enim tale ante Gregorii* XIII *reformationem, in iis quibus Romanæ ecclesiæ utebantur Martyrologiis. Utebantur autem pleræque Martyrologio Usuardi, in quo sic legitur:* IV Kal. Sept. Decollatio seu potius Inventio Capitis S. Joannis Baptistæ, siquidem decollationem ejus circa solennitatem Paschalem evenisse ex Euangelica comprobatur lectione; quæ tamen hic festive recolitur, quando Caput ejusdem secundo repertum est in Emessa civitate, atque in ecclesia reconditum:

ubi nulla ut vides Romæ mentio; in Urbe autem fortassis nec totus legebatur contextus Usuardi, sed hæc solum verba, quæ Bellinus de Padua, secundum morem Romanæ Curiæ *imprimi fecit Venetiis* MCCCCXLVIII; *prout etiam ibidem ac Parisiis recusa sunt annis* MCCCCXCVIII *atque* MDXXI; Decollatio S. Joannis Baptistæ. *Primæ reformationis exemplum, quod habemus recusum Antverpiæ anno* MDLXXXVI, *sic loquitur, ut appareat gravissimos illos viros, quibus commissa reformatio fuit, alia omnia fuisse opinatos. Eccum verba primæ editionis:* Decollatio S. Joannis Baptistæ, quem Herodes circa festum Paschæ decollari præcepit, quæ tamen hoc die solenniter colitur, quando ejus Caput Marcello Presbytero revelatum, secundo inventum fuit: quod postea in Gallias inde Romam translatum in ecclesia S. Silvestri ad Campum Martium summa populi devotione asservatur. *Atqui hæc eos sumpsisse apparet ex apocrypha imo fabulosa prorsus Angeriacensis translationis historia, nihil solicitos, quomodo probaretur ex Gallia Romam Caput allatum; ut etiam hic dici possit, quod de alia, longe antiquiori translatione, velut ex Samaria Romam facta, per S. Gratum Augustæ Episcopum, dicit Baronius; eam esse* ejusmodi, ut nullo fulciatur testimonio veritatis.

quod autem anno 1586 *prodiit,*

ipsum ex Gallia allatum dixit;

D AUCTORE D. P.

E

prudenter postea reformatum; de Gallia tacet.

268 *Ergo Baronius, qui etiam ipse unus ex Reformatoribus fuit, & in secunda reformatione fortassis præcipuus; omnibus iis verbis rescissis, quæ docere poterant quam incerta eatenus haberetur notitia;* Marcelli & Galliæ *nomina expunxit, & sic legi maluit, prout hodie legitur:* Decollatio S. Joannis Baptistæ, quem Herodes circa festum Paschæ decollari præcepit: cujus tamen memoria hodie solenniter colitur, quando ejus venerandum Caput secundo inventum fuit, quod postea Romam translatum &c. *Et ipse quidem in Notis ad prædictum locum, agnoscit, quod* Marcellinus Comes, Beda, Ado atque Usuardus *secundam Capitis Inventionem referant ad tempora Marciani Imperatoris; sed non comprehendens quomodo id subsistere possit cum gestis circa idem Caput sub Theodosio,* Miratus sum vehementer, *inquit,* manifestissimo errori tot tantosque auctores tam facile subscripsisse. *Ostendit deinde in Angeriacensium relatione asystata multa, & concludit Baptistæ non esse Caput,* si quod Alexandriâ translatum est in Gallias, *sed alterius. De Ambianensi Capite Constantinopoli allato nihil mutit, ut ejus nec minima quidem notitia (quod mireris) ad ipsum videatur pertigisse. Cum autem de eo primum audivit (ut suprà dictum) fassus est, obscurissimum sibi esse tempus allati Constantinopoli Capitis, atque adeo Romanorum possessionem, antea tam asseveranter defensam, dubiam sibi factam esse.*

Baronius in Notis, de solo Angeriacensi agit;

F

269 *Interim prudentissime actum à Baronio est, quod illi stabiliendæ, & tempori definiendo subsidium noluerit petere ex Vita S. Grati præcitata, quasi is sacrum Caput Sebaste Romam attulisset, avulsumque ab eo Romæ mentum Augustam. Est enim Vita illa merissima fabula; quod ut certius constet, eccum præcipuam ejus partem, prout ex codice Ms. eam nobiscum communicavit Petrus Franciscus Chiffletius noster. Incipit illa ab elevatione Martyrum Thebæorum, quam ipse* Gratus, *una cum* Theodolo Sedunensi *Episcopo celebraverit,* sicut antiquorum Patrum asserit

non recipit etiam Vitam S. Grati,

A auctoritas: *utique in confinio ſeculi* VIII *&* IX; *ambo enim obiiſſe dicuntur, hic anno* VI, *iſte anno* VIII *poſt* DCCC. *Deinde ſic progreditur:* In tempore ſiquidem tam beati Pontificis, Caput B. Joannis Baptiſtæ, infelicis Herodiadis petitione abſciſſum, in puteum projectum fuit. Ibi multis temporibus tam pretioſus theſaurus latens, in vili loco jacuit. Sed gratiâ divinâ revelante [factum eſt ut] ſicut gloriolus ſpiritus Præcurſoris Domini & Baptiſtæ, quaſi quadam prærogativâ honoris & dilectionis, præ multis Sanctis ante conſpectum Domini venerabatur; [ita] Caput [ejuſdem] Joannis Baptiſtæ celebri loco, celebri honore, celebri memoriâ teneretur.

A. COÆVO EX MSS. *in qua fingitur,*

Caput S. Joannis Baptiſtæ diu Sebaſte occultum,

270 Poſtea ſiquidem cum quædam matrona, de magnâ rerum copiâ ad magnam inopiam deveniret; tandem Deo ſerviens & obediens, ad remedium ſuæ paupertatis, aquas putei hauriebat. Contigit autem quadam die, quod Caput B Joannis ſuprà lapidem putei apparens mulieri ita dixerit; Noli timere, ſed vade, & dic Epiſcopo Hieroſolymitano, quod Caput, quod tibi loquitur, de hoc puteo arripiat, & in celebri loco collocando, ſepelire minime differat. Veniens autem mulier, poſtquam primo, & ſecundo, & tertio admonita fuit, ad Epiſcopum Hieroſolymitanum venire properat, & petitionem Capitis ſibi ter auditam demonſtrat. Epiſcopus ille gratias Deo referens, mandatis proceſſionibus civitatis, pulſatis campanis, ad locum ubi mulier Caput viderat, venire deſiderat.

ex puteo locutum mulieri aquâ hauſturæ,

B

ſeque cujus eſſet Epiſcopo indicaſſe,

271 Caput ſiquidem prædictum ſuprà lapidem apparuit, & ita Epiſcopo clarâ voce dilucidavit; Caput iſtud, quod in præſentiâ tuâ vides, Caput eſt Joannis Baptiſtæ: ſed de hoc loco, niſi per Gratum Auguſtenſem Epiſcopum, levari non poterit. Audiens autem hoc Epiſcopus, licet cum magno ſtupore & admiratione, verbis Capitis credidit; & per ſuos legatos & apices, tam prodigioſum miraculum ſummo Pontifici demonſtravit. Ille verò ſuos nuntios per multas partes mundi delegavit; nomen Grati Auguſtenſis Epiſcopi perquirere præcepit: denique ad Auguſtenſem civitatem nomen Grati Pontificis ad eorum audientiam pervenit: & ad Epiſcopum Gratum properantes, Apoſtolica mandata ſibi præſentaverunt.

Gratumq; accerſiri juſſiſſe:

qui auctoritate Pontificis Rom. quæſitus,

C

272 Tunc beatus Gratus, Deo & Romano Pontifici obedire cupiens, aſinum equitando, & ſolus (cum tamen plures ducere poſſet, & ſicut decet Epiſcopum equitare valeret) cum licentiâ Fratrum & Canonicorum, ad Romanam urbem iter aggrediens, lacrymabiliter receſſit.... In quamcumque Civitatem ingrederetur, Pontifex illius Civitatis, ſi aderat, pulſatis ſponte campanis, cum ſuo Clero, Grato veniens obviam, eum magnâ reverentiâ proceſſionis & honoris ſuſcipiebat. Denique cum ſervus Dei Romam appropinquaſſet, ſigno campanarum ſponte ſonantium, de mandato ſummi Pontificis, Cardinales ſibi obviam occurrentes cum magna reverentia ſuſceperunt: & ad pedes Domini Papæ perveniens, pedes ejus oſculatus eſt; deque mandato Papæ juxta eum ſedit, & propter ſanctitatem beati Grati, ſucceſſoribus ſuis ſecundam Sedem poſt eum in omni Conſilio, auctoritate Apoſtolica conceſſit.

ab eoque honorifice exceptus,

D

273 Beatus ſiquidem Gratus, à Domino Papa licentiatus, mare ingreditur: &, cum procella ingruente mare turbaretur, & quaſi naufragium minaretur, ſocii beati Grati clamantes, ipſum rogaverunt. Ille vero preces fudit ad Dominum, & ſtatim mare ſedatum eſt, & feliciter ad Acræ portum navigaverunt; & ſponte pulſatis campanis, à Clero & populo illius loci honorifice receptus eſt. In craſtina die Miſſa celebrata eſt à beato Grato; & convocatis Pontificibus, Abbatibus, & multis aliis viris religioſis, ad urbem Sebaſtiam pervenerunt: & intrantes Capitulum, cum Clero & populo, triduanum jejunium indictum eſt. Celebrato jejunio, ad puteum, ubi Caput S. Joannis Baptiſtæ eſſet, cum magna devotione pervenerunt.

& in Paleſtinam miſſus,

Caput de puteo tulerit,

274 Tunc beatus Gratus flexis genibus, Caput S. Joannis invocavit, & Epiſcopo invocante, inter manus B. Grati ſaltavit; & ſuſcepto Capite gratias Deo referens, cum Clero & populo, craſtino die Miſſam celebravit; & cum ſanctiſſimo Capite Hieruſalem pervenerunt: cæcis viſum, claudis greſſum dedit, leproſos mundavit, infirmos à quacumque infirmitate detinerentur curavit. De ligno ſanctæ Crucis, de lacte B. Mariæ, de Capite B. Joannis Baptiſtæ, de S. Petro, de S. Stephano, de ſancto ſepulcro ſecum deportavit. *Hactenus ecgraphum Chiffletii. Ughellus Tom.* 4 *Italiæ ſacræ col.* 1535 *ab his longe diverſa habuit, ſed ſenſu eadem & aliquantum prolixiora, in quibus Grato additur itineris Romani ſocius* Jucundus, quem adoleſcentulum excolendum ſuſceperat, & ſibi ſucceſſorem præviderat. *Ex eo autem, qui hic deſideratur fine addit, quod accepto Capite, idem Gratus* Romam repetiit, ſacrum pignus Pontifici Maximo conſignavit, ab eoque mentum à Capite avulſum dono accepit; quod in ſua Cathedrali eccleſia, maximâ Cleri populique lætitiâ collocavit.

E

& Romam portarit,

mentum vero Auguſtam,

275 *Addit deinde Ugellus*: Referunt eadem præpoſtera Acta, Bonam, Sabaudiæ Comitiſſam, annis circiter ſeptingentis ab ejus obitu, dentem ejuſdem (*puta Joannis*) obtinuiſſe. *Guichenonius in Hiſt. Genealog. Domus Sabaudicæ, unicam ejus nominis habet, ſcilicet* Bonam Bituricenſem, uxorem Amedei VIII, *deſponſatam anno* MCCCLXXVI; *quæ eo viduata anno* MCCCXCI, *conjuncta ſit Comiti Arminiacenſi. Hinc verò apparet quam minime antiqua ejuſmodi Acta ſint, quamque parum fuerit Auctor de* Grati *ætate informatus, cum inter ipſum & Bonam annos poſuit* circiter ſeptingentos, *ubi abunde ſuffeciſſet* quingentos *dicere: nec leviora forſitan peccaviſſet, ſi Hieroſolymitanum Epiſcopum, Romanumque Pontificem, ſub quibus res acta fingitur, præſumpſiſſet nominare. Ridiculum eſt autem quod Romanum Pontificem fingat* ſuos nuntios per multas mundi partes delegare & nomen Grati Auguſtenſis Epiſcopi perquirere, *acſi Romæ fuiſſet ignoratum, quæ urbs* Auguſta *eſſet; & quis ibi Epiſcopus: quodque* Acræ, *id eſt Accone ſeu Ptolomaïde, faciat* Gratum *excipi* ſponte pulſatis campanis, *quarum nullus in Syria uſus fuit ante Latinorum iſtic dominatum. Ecquæ etiam allegari Synodus poteſt, in qua ſecundam Sedem tenuerit Auguſtenſis; aut quandonam alias Romam Pontifex cuiquam conceſſit Privi-*

unde Bona Comitiſſa ſec. 12 *dentem obtinuerit.*

Alia ejuſdem Vitæ aſſſtata

A *Privilegium ejuſmodi in præjudicium aliorum? His aliiſque (ut arbitror) expenſis, merito noluit diſputare Baronius, ex quo Capite eſſet* mentum *quod* Auguſtæ Prætoriæ, in finibus Subalpinorum, haberi perhibetur. *Attenta autem ſcriptoris ætate, veroſimile exiſtimo, quod certa tunc temporis perſuaſio Romæ, de exiſtente iſtic Capite* S. Joannis Baptiſtæ, *conjuncta traditioni cuidam Auguſtanorum de mento ejuſdem per* S. Gratum *allato, unicum fuerit totius iſtius fictionis fundamentum.*

§. VIII. *De ſacro ſanguine S. Joannis Baptiſtæ Vaſati, Neapoli, Modoëtiæ.*

276 *AD Caput referri etiam poteſt* Sanguis, *ex ejus ſectione fuſus, quem terra non ita totum hauſiſſe creditur, quin aliquæ eccleſiæ eodem apud ſe ab olim ſervato glorientur; licet de modo quo ſervatus ſit, nemo veterum ſcripſerit. Nam quod apud S. Gregorium Turonenſem lib.* I. *Miraculorum cap.* 19 *legitur, neſcio an credere debeamus ab ejus calamo revera profluxiſſe. Quam enim ſpeciem credibilitatis præfert, quod vivente adhuc Chriſto mulier ex Gallia veniens, ut Chriſtum videret, ad locum decollationis acceſſerit? Textum ipſum videamus.* Tum temporis (*quo* Joannes Baptiſta aſtu Herodis, propter Herodiadem uxorem fratris, in carcere colligatur) à Galliis matrona quædam Hieroſolymam abierat pro devotione, tantum ut Domini & Salvatoris noſtri præſentiam mereretur. Audiens autem quod B. Joannes decollaretur, curſu illuc rapido tendit; datiſque muneribus ſupplicat percuſſori, ut ei ſanguinem defluentem colligere permitteret. Illo autem percutiente, matrona concham argenteam præparat, truncatoque Martyris capite cruorem devota ſuſcepit: quem diligenter in ampulla poſitum, ad patriam detulit; & apud Vaſatenſem urbem, ædificatâ in ejus honore eccleſiâ, in Sancto altari collocavit. *Potuerunt Joannis diſcipuli, corpus Capite truncum colligentes ad ſepulturam, etiam ſanguinis aliquid collegiſſe; cujus deinde pars Vaſatum delata, ſeculo uno ante ætatem Gregorii, nuncupandæ ipſi ibidem eccleſiæ cauſam dederit. Cetera quomodo Gregorio viſa veroſimilia ſint, equidem non capio, valdeque propendeo, ut Miraculorum libri & hoc & aliis nonnullis capitibus, tali ſcriptore indignis, fuerint interpolati.*

Neſcio cui poſſit veroſimile videri quod ex S. Greg. Tur. refertur:

B

poteſt tamen Sanguinis aliquid aliter ſervatum fuiſſe.

C

277 *Interim Neapolitani ſcriptores,* Cæſar Engenius Caracciolus, *agens de eccleſia S. Michaëlis Archangeli ad Bajanum; & Franciſcus de Magiſtris, proſequens opus patrui ſui Joſephi, de ſtatu Eccleſiæ & civitatis num.* 206; (*ubi ſermo ipſis eſt de miraculoſo ſanguine* S. Joannis Baptiſtæ *diu iſtic ſervato, qui nunc in eccleſia S. Gregorii honoratur, poſt illuc tranſlatas unà cum Reliquiis prioris eccleſiæ Sanctimoniales nonnullas*) *Caracciolus, inquam, & de Magiſtris, cum neſcirent unde eſſet; ſibi aliiſque perſuaſerunt, Vaſato allatum à* Carolo I, *ex Gallia veniente, circa annum* MCCLXX, *contra Manfredum & Corradinum. Ad ſic conjectandum occaſio ipſis arripitur ex præfato Gregorio lib.* 6 *cap.* 27, *ubi dicitur* Chilpericus *Rex Pariſios ingreſſus,* Reliquiis Sanctorum multorum præcedentibus: *& hoc ad omnes Francorum Regum expeditiones uſitatum fuiſſe, probare nituntur ex Epiſtola* Carolomanni Francorum *Ducis, anno* DCCXLII *permittentis aliquos ex ſervis Dei caſtra ſequi,* ad Sanctorum patrocinia portanda. *Sed neuter locus probat, Francorum Regibus, & quidem uſque ad* XIII *ſeculum, in uſu fuiſſe, aliàs quam Regiæ ſuæ capellæ Reliquias, unà cum neceſſario ad Miſſas inſtrumento circumferre; nedum ex iis allatas locis, ubi celeberrime colebantur. Quas autem* Chilpericus Rex *prævias habuit, videtur ſibi obvias ex urbe habuiſſe; non quia id ordinarium erat, ſed quia ipſe credebat ſit* poſſe carere maledicto, quod in pactione ſua & fratrum ſuorum ſcriptum erat; ut nullus eorum Pariſios ſine voluntate alterius ingrederetur. *Quidquid tamen de eo ſit, nihil ejuſmodi, de modo ac tempore allati Neapolim ſacri Sanguinis, eo loci ſcriptum fuiſſe, adeoque iſtæc omnia per conjecturam dici aut fingi, apparet ex prædicto de Magiſtris, pag.* 391 *ſic narrationem proſequente.*

Interim Vaſati Neapolim tranſlatum

moderni credunt,

278 Cum in illa crudeli lue, quæ ab anno MDXVII uſque XXIX in hac urbe Neapolitana perduravit, plus quam quinquaginta ex habitatoribus, necnon hujuſmodi monaſterii Moniales omnes periiſſent; factum eſt, quod ſucceſſores prætatarum Monialium, quibus fuerat denuo dictum monaſterium repletum, ignorantes cujus eſſet ſupradictus Sanguis, eum tamquam ignoti Martyris venerabantur. Conſilio autem cujuſdam Sacerdotis ſanctæ vitæ reſolutum fuit, quod in feſto cujuſlibet ſancti Martyris Sanguis iſte ſuper altari exponeretur, atque primæ veſpertinæ Horæ preces in honorem iſtius Sancti cantarentur; ut ſic Deus, cujus eſſet revelare dignaretur. O res admiratione plena! dum anno MDLIV, in feſtivitate Decollationis S. Joannis Baptiſtæ & in primis ejus Veſperis, Moniales Antiphonam ad Magnificat pſallere incipiebant, Sanguis, in cryſtallina ampulla ſupra aram poſitus, non ſine magna omnium Monialium ſpirituali lætitia & exultatione liquefieri cœpit. Quod etiam obſervatum fuit, in eadem feſtivitate à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis in prætata eccleſia S. Gregorii (*poſtquam ſcilicet ad hanc tranſlatus eſt Sanguis, ex tali eventu, non aliunde jam creditur eſſe Baptiſtæ*) & poſtea gelaſcit obdureſcitque, ſicut & ille S. Januarii.

nam invêtus poſt an. 1529. *ignorabatur cujus eſſet,*

& hoc primo revelatum eſt an. 1554.

illo ad feſtũ decollationis liquefacto,

F

279 *Idem contingere dicitur, quoties ex ſpeciali cauſa ad ipſum altare, expoſita ſuper ipſum venerabili ampulla, ſacrificatur, ac potiſſimum ſub Miſſæ finem. Sic cum ad hoc ſpectandum anno* MDCLXXVI *deduceretur Sereniſſimus Joannes Wilhelmus; Comes Palatinus Rheni, Auguſtiſſimæ Imperatricis primogenitus frater; ſcripſit is, qui per Europam biennio toto peregrinanteni comitatus, itineris ejus fructus præcipuos in librum contulit, Joannes Pekenius noſter, pag.* 423; Septimo Idus Martias, in Parthenone Virginum, ad S. Joannem Baptiſtam, dixi ſacrum de decollatione ejuſdem votivum coram Sanguine Sancti, in ampulla vitrea concreto. Solutus ille in ſtillam eſt, ſub finem Sacrificii à me peracti, fluidior ſub ſecundo ac ſub cœpto tertio totus veluti ex venis recens ebulliens, manifeſto miraculo, quod ſummo gaudio Principem, Sancto ſibi cognomini

quod etiã nunc accidit ei ſub Miſſa poſito in altari.

D

A. COÆVO EX MSS. *ſed nullo ſolido argumento;*

E

A devotiſſimum, omneſque ejus comites ac ſpectatores ad pium traxit oſculum.

A. COÆVO EX MSS.

280 *Bartholomæus Zucchius Modoëtienſis, in Hiſtoria Reginæ Theodolindæ cap.* 22, *recenſet Reliquias, quas creditur S. Gregorius Papa Chriſtianiſſimæ iſti Matronæ miſſiſſe, æque ac* crucem cum ligno ſanctæ Crucis Domini, & lectionem Euangelii, thecâ Perſicâ incluſam, *ut ipſe ſcribit lib.* 12 *Epiſt.* 7; *& inter illas numerat* Vaſculum Sanguinis S. Joannis Baptiſtæ, etiamnum fluidi: *deinde cap.* 23 *dicit, quod prædictæ Reliquiæ injuriâ temporum ſic abierint in oblivionem, ut neſciretur ubi laterent. Tum ſubjungit:* Rebus ad aliquam tranquillitatem reductis, ſubiit Modoëtienſes deſiderium ingens earumdem reperiendarum, eoque nomine inſtitutæ fuerunt anno MCCXCVIII publice ac privatim preces, nequaquam fruſtra. Etenim in die exaltatæ Crucis, devoto cuidam Presbytero Francio Juſſani, eccleſiæ S. Joannis Cuſtodi, apparuerunt duæ venerabiles Matronæ, candidis amictæ, quas ipſe vulgavit S. Eliſabetham (*Præcurſoris, ut credo, matrem*) & Reginam Theodolindam fuiſſe, quæ meminiſſe eum jubentes quod ſcriptum eſt, Quærite & invenietis; & locum Reliquiarum indicantes, ad cælum ſubvolarunt. Experrectus ſub hæc Sacerdos, plenuſque lætitiâ, mox ad eccleſiam cucurrit, & cum eo populus omnis, ſpiritu quodam divino actus: & indicato per Cuſtodem loco, in arca marmorea, reperit theſaurum tantopere requiſitum.

Alius ſimilis Modoëtiæ,

an. 1298 *revelatus,*

B

281 Ad hujus ſucceſſus nuntium accurrerunt etiam Comenſes, quotquot in loco aderant; & ipſis Reliquiis cupido populo ſolennius exhibendis elegerunt proximam Dominicæ Aſcenſionis feſtivitatem, *eo anno qui Paſcha tulerat* XVI *Aprilis, cadentem in* XVIII *Maji*; ad quem accurrit undique innumera multitudo, non minus Nobilium quam plebeiorum; quos inter fuit Comes Ottolinus de Curte-nova, adveniens in comitatu Galeatii Vicecomitis, ex Matthæo Magno, paulo poſt Mediolanenſium Duce, primogeniti. Hic pugionis ſui cuſpide auſus contingere ſanguinem, in cryſtallino vaſe quaſi bullientem; Volo, inquit, experiri an ſanguis capréoli ſit. Res mira! Ægre is verba blaſphema protulerat, cum juſta Dei ira ſic eum corripuit, ut in eccleſia conſiſtere nequiens inde aufugerit; deinde gravi percuſſus infirmitate, cum eaque annum colluctatus totum, denique expirarit; ſuum tamen prius delictum pœnitendo confeſſus. Ita Boninconrus Morigia, rem ſe habere aſſerens ex plurium ore, qui teſtes oculati adfuerant facto.

qui eâ die 18 *Maji populo oſtenderetur liquidus,*

C *blaſphemus Comes graviter fuit punitus,*

282 *Hic eſt autem ille Morigia, ex cujus Hiſtoria Mediolanenſi Ms. inter Codices Ambroſianæ Bibliothecæ aſſeruata, dedi ad diem* V *Junii miracula S. Gerardi Modoëtienſis, & ad num.* 8 *litt.* d *optavi indidem habere miracula,* S. Baptiſtam *concernentia. Etenim Zucchius, in margine ad cap.* 41 *& ultimum, notat, quod ille* in ſua *prædicta* Hiſtoria, multos ac miros caſus narrat, qui evenerunt in ipſius eccleſiæ ſtructura; *quam eccleſiam ibidem graphice deſcribit, aſſerens fundari cœptam anno* MCCXCIX; Senatumque ac populum Modoëtienſem promovendo operi decreviſſe, non ſolum ut hebdomadatim & majoribus quibuſque feſtis publicæ fierent oblationes; ſed etiam ut quilibet vicus in Natali Sancti procederet cum pretioſo pallio ac multa cera, ad uſum fabricæ. *Prænominatus autem* Matthæus, *pater Galeatii, anno* MCCXCV *gentili ſuo Otthoni ſucceſſit; reperiturque* in Modoëtienſi eccleſia depictus in eo purpureo habitu, quo ibidem uti ſolebant Vicarii Imperiales, idque genuflexus & reſtauratam à ſe eccleſiam Sancto offerens, *quomodo ipſum exhibent Vicecomitum* XII, *Principum Mediolani, effigies elegantiſſimæ, anno* 1645 *præfixæ eorumdem vitis, ſub annum* 1549 *editis à Paulo Jovio.*

eidem ſervando mox erigi cœpta nova baſilica,

D *rem promovente Matthæo Vicecomite, Mediolani Duce.*

283 *Præ ea malim hoc loco ſpectandum dare ex Zucchii tractatu de Ferrea corona* §. 18, *Sigillum Communis Modoëtienſis; quoniam repræſentat formam Crucis & Coronæ, ferreo circulo interius munitæ, in theſauro eccleſiæ S. Joannis ſervari ſolitæ, & inde promi ad coronandos Italiæ Reges, jam inde à tempore Theodolindæ Reginæ, quæ eo ſuum Aſtulphum redimivit, uſque in præſens: cujus quidem Sigilli auctorem Zucchius facit Ottonem* III, *eâdem coronâ redimitum, ut volunt, antequam Imperialem Romæ ſuſciperet anno* DCCCCXCVI: *quando & Privilegium reliquit, quo* Modoëtiam, *inquit*, declaramus ſpecialem Sedem noſtram, urbem Imperii, quæ Caput Lombardiæ & Sedes Regni illius eſſe dignoſcitur, *quod & lemma ſigillo circumductum confirmat.*

Modoëtiæ etiam habetur Corona ferrea Regni Longobardici,

E *cujus forma exprimitur ſigillo Communitatis.*



284 *Sed redeamus Modoëtiam, & exhibeamus ea quæ de baſilica ibidem extructa S. Joanni Baptiſtæ, deque hujus ibidem Eccleſiæ theſauro dare optabam ex Hiſtoria Boninconiri Morigiæ. Illa enim procedente ad hunc locum prælo nunc accepi, beneficio Eruditiſſimi viri Domini Ludovici Antonii Muratorii, Bibliothecæ Ambroſianæ antehac, nunc Ducalis Mutinæ Præfecti, ſicuti ſua ipſe manu ex autographo tranſcripſit. Poſtquam Morigia lib.* 1 *cap.* XI *retulit quomodo Baſilicam S. Joannis Baptiſtæ Theodolinda ædificaverit, cap.* XII *ait:* Beatiſſima Theodolinda Regina, cum Rege unanimiter & cum majoribus natu Lombardorum voverunt inter ſe, atque dixerunt: Si S. Joannes pro nobis interpellator ſit ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, nos omnes unanimiter pollicemur illi,

Narrat in Hiſt. Mediol. Mſs. Boninconirus Morigia

Longobardorum tutelæ S. Joannis ſe ſubjicientium voti

illi, omni quoque anno in die Nativitatis ſuæ de noſtris facultatibus tranſmiſſuros honorifice ad Oraculum ejus, ut per illius interpellationem habeamus juvamen Domini noſtri Jeſu Chriſti tam in bello, quam in omnibus locis, ubicumque ituri ſumus. Ab illo ergo die in omnibus actibus eorum cœperunt invocare S. Joannem, ut illis præberet auxilium in virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti. Et illi omnes permanebant illæſi, victoreſque extiterunt ſuper cunctos adverſarios ſuos.

285 *Mirabilia quibus Regina mota fuiſſe narratur ad ædificationem loci, puta columbam in eo loco apparuiſſe, vocem de cælo deſuper arborem, quæ dixit* MODO, *auditam, aliaque ejus generis, deſcribenda ſibi non putavit Muratorius; ſed pergendum ad beneficia quibus ſua in tutela locum & res ad ipſum ſpectantes eſſe, declaravit Sanctus; tale eſt, quod lib.* 3 *cap.* XXVIII *ſic narrat Bonincontrus. Poſtquam retulit pugnam, inter Vicecomites, & Apoſtolici Legati exercitum anno* MCCCXXIV, *ait:* Die ſequenti poſt ſupraſcriptam ruptam *a* factam circa horam primam diei, Henricus de Flandria *b* ſolus cum duobus, quos non noverat, applicuit Modoëtiæ. Qui libenter ab his, qui erant in Modoëtia, viſus eſt, quia erant ſine conſilio; qui dixit: Nolite expaveſcere, bene tenebimus Terram. Narrabo, quæ mihi acciderunt, & dixit: Facto die heri prælio derelictus à meis volui fugere, & fugi neſcio quo. Sed in quodam Boſſchetto *c* per totam noctem eundo territus neſciebam, exire. Invocando Deum, & S. Joannem Baptiſtam, apparuit mihi quidam homo ſenex cum magna barba, totus maceratus, qui dixit: Quomodo eſt tibi? Dixi: Male, neſcio ubi ſim, nec quo poſſim ire. Et ipſe: Bonum eſt, quod eamus Modoëtiam. Et ego: Credo, quod Mediolanenſes ſint ibi. Et ipſe: Noli dubitare: non ſunt, ſcio tibi dicere, quod S. Joannes nondum vult derelinquere Terram illam, propter ſuum S. Oraculum, quod in illa Terra cuſtoditur. Ibamus ſemper ſic loquendo, quouſque fuimus prope Terram iſtam, cum invenimus duos iſtos, qui mecum venerant huc. Cogitans eundo, quando fui ad introitum iſtius Terræ, vidi me aliquantulum eſſe ſecurum; & retro reſpexi, & dixi iſtis, Ubi eſt homo ille ſenex? Dixerunt: Receſſit ſine quod videremus. Pro certo gratias Deo ago, & S. Joanni Baptiſtæ, quia fuit ipſe S. Joannes, qui mihi tali modo apparuit, & huc me reduxit. Hæc, quæ de prædicto Henrico narravi, à Religioſis, & à fidelibus, tam à toraſteriis *d*, quam de Modoëtia viris, qui aderant, quando ſupraſcripta referebat, relatione audivi.

286 Porro Galeaz Vicecomes habuerat conſilium à Mediolanenſibus Civibus, ſi habuiſſet Terram Modoëtiæ, ſpoliandi eam, & non dimittere lapidem ſuper lapidem. Nocte autem illa apparuit ei per viſionem S. Joannes Baptiſta, qui dixit; Galeaz, Terram Modoëtiæ non ſubjugabis ad tuum Dominium, donec non mutaveris propoſitum. Terra illa eſt in cuſtodia S. Joannis, quamvis propter multa peccata magna damna ſit paſſa. Tu cogitaſti eam derupare *e*, ut maneat inhabitata; & meum S. Oraculum ibi ad meum honorem divinitus longo tempore ædificatum vis manere derelictum. Quare tibi dico, Muta propoſitum, & propone reædificare dictam Terram, quæ eſt in mei cuſtodia. Si hoc feceris, eam in manu tua tradam. Dies venit: de hoc, quod viderat in ſomnis, quaſi nihil curavit. Sequenti nocte S. Joannes iterum ſibi per viſionem apparuit, & eadem verba, ut in primis, ei dixit. Et ſubjunxit dicens; Si verba mea non audis, de tua intentione male habebis. Qui motus à ſomno, recordatus quid audiverat à S. Joanne Baptiſta, in totum primum propoſitum irritavit, & voluntatem S. Joannis in corde ſuo propoluit: quod, ut manifeſtum eſt, bene attendit.

287 *Ex dictis apparet quod eo tempore Modoëtia bonam partem diruta jaceret: hujus autem ruinæ cauſam & tempus credo non ſiluiſſe Bonincontrum. Sed cum ea res non videretur ſpectare ad miracula S. Baptiſtæ; non putaverit Muratorius requiri verba auctoris, quem ipſummet nonnullam iſto in negotio partem habuiſſe indicat Bernardinus Corius Parte tertia Hiſtoriæ Mediolanenſis, patetice deſcribens, quomodo inter Guelforum & Ghibellinorum factiones diſtractum oppidum anno* MCCCXXIII *menſe Novembri ab unis male defenſum, ab aliis peſſime habitum ſit cum promiſcua cæde cujuſque ætatis, ſexus atque conditionis, omniumque rerum direptione per triduum durante, & portarum deſtructione. Quia tamen in diſcernendo oppidi miſeri exterminio, decretum fuerat eccleſiæ S. Joannis parcere; veroſimile ſit non ſolum integram illam manſiſſe, ſed etiam commoditatem præbitam aliquibus de Clero exportandi theſauri, eumque deferendi Avenionem, ad reſidentem ibi Pontificem Joannem* XXII. *Ibi autem quid eo actum ſit, & qua ratione prohibitus vir ſacrilegus raptum alio deportare, ex Bonincontri cap.* XXXVI *ſic deſcriptum accepi, inter res ad annum* MCCCXXIV *ſpectantes.*

288 Repoſito theſauro S. Joannis Baptiſtæ, qui olim erat Modoëtiæ, in ejus S. Oraculo à ſupraſcriptis Præpoſito, & Canonicis Eccleſiæ Majoris Avenione in ſagreſtia Eccleſiæ ſuæ in capſa una cum pluribus clavibus clauſa, elapſis quampluribus menſibus, quidam familiaris amicus Cuſtodum, etiam cognitus à Præpoſito & Canonicis prædictæ Eccleſiæ Avenione, qui ſæpe & multotiens frequentabat in dicta eccleſia & in Officio ſuo (ſiquidem erat in illis quaſi unus ex illis) ſciens ille maledictus de theſauro ibi repoſito, vidit quod nemo curabat ire ubi erat capſa dicti theſauri, quia Præpoſitus & Canonici credebant dictum theſaurum ſtare in loco ſecuro. Sed eis evenit, prout ait Boëtius 2 de Conſolatione: Quæ vero peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus? Tunc ille nequam cogitavit furari dictum theſaurum, & cum eo recedere extra Avenionem. Cui malitiæ S. Joannes Baptiſta, volendo cuſtodire theſaurum ſuum, reſtitit.

289 Venit dies quidam: ille malignus caute aperto oſtio dictæ ſagreſtiæ, clauſuras capſæ ignominioſe aperuit, & theſaurum illum accepit, & ut cautius exportare poſſet, partem vaſorum aureorum mactavit *f*, & fregit: ſic deinde cum

Modoëtiam fugere à Sancto juſſus ſit Henricus Flander,

eorũ autem excidium cogitans Galeatius Comes,

certo ibi ſervandus,

& qualiter anno 1324 *poſt victoriam Mediolanenſiũ*

A. COÆVO EX MSS. *Sancto hũ apparente conſilium mutat.*

Theſaurũ S. Joannis Avenione depoſitum,

effractâ arcâ furatus

efferre nequit,

A cum theſauro receſſit. Ivit ad pontem Rhodani, volens ire in Regnum Franciæ. Ibi videbantur ei ſuper dictum pontem eſſe milites, & pedites armati cuſtodientes, ne aliquis cum dicto theſauro tranſiret. Et cogitavit recedere ab una alia porta Civitatis Avenionenſis, & ire in aliam provinciam: iterum ei ſimile viſum fuit. Et ſic ab omnibus portis Civitatis exire voluit, & ſimilia, ut viderat ad dictum pontem in primis, vidiſſe credidit. Reverſus in ſe ſuper ſe ſtetit, & in ſe dixit: Vendam caute illud quod potero in Avenione: cum denariis recedam omnino: & non cogitavit, quod contra Deum, & Sanctos ejus non eſt conſilium. Tunc portavit quamdam partem dicti theſauri cuidam aurifico nomine Vani de Florentia. Facto pretio ponderato dixit ei aurificus, Habes de alio? Reſpondit: Habeo: & ipſe: Porta mihi reliquum, ponderato tibi ſolvam. Et fecit ſecum poſtam *g* quod eodem die poſt veſperas debebat portare.

290 Aurificus ille ſciebat de dicto theſauro S. Joannis de Modoëtia, in Avenione ſummo Pontifici portato. B In continenti ivit ad Curiam Domini Papæ, & ei narravit per ordinem quidquid cum illo maledicto geſſerat. Summus Pontifex miſit per ſupraſcriptum Præpoſitum Eccleſiæ Majoris Avenione, qui cum coram ſe aſtuiſſet, dixit ei: Quid eſt de theſauro Eccleſiæ S. Joannis Modoëtienſis? Reſpondit: Bene, ſancte Pater. Et ipſe: Non credo, & dixit ei: Vade cito, vide abſque mora, renuntia mihi. Qui ivit, reperit capſam non clauſam, & theſaurum exportatum. Tunc Dominus Papa juſſit, quod de familia ſua mitterentur quamplures, qui ſtarent in cuſtodia in locis per circuitum domus, ubi morabatur dictus aurificus. Captus fuit interceſſione S. Joannis Baptiſtæ ille malignus, & poſitus ad torturam; qui omnia per ordinem ut fecerat, manifeſtavit, & dixit. Judicatus, ſtraxinatus *h* fuit per totam Civitatem Avenione, & in fine ſuſpenſus fuit per gulam. Supraſcriptus vero aurificus hac ſupraſcripta occaſione in continenti factus fuit Maierius *i* Domini Papæ *k*, & uſque hodie tenet beneficium. *Hactenus Bonincontrus Morigia, rerum ſua ætate geſtarum ſcriptor, ex quo cum Bernardinus Corius tranſcripſiſſet prædicta de theſauro Modoëtienſi, narrationem ſuam his verbis concludit:* Ipſe theſaurus reſtitutus fuit loco ſuo priori intra arcam ferratam, ſuſpenſuſque ex fornice templi è regione altaris majoris, ita ut omnibus conſpicuus eſſet, ibique relictus donec Modoëtiam reportaretur. *Hoc autem quomodo factum ſit narrat idem Corius eâdem Parte tertiâ anno* MCCCXLIV *his verbis:* Menſe Decembri Matthæus Epiſcopus Veronenſis (*in Curia Avenionenſi tunc reſidens, patriâ Modoëtienſis*) ſcripſit Joanni Archiepiſcopo Mediolanenſi, ut mitteret ad curiam deputatos homines, recepturos theſaurum S. Joannis, curæ ſuæ commiſſum à Pontifice (*Clemente* VI:) quod cum Antiſtes Canonicis ſuis indicaſſet, fuit ex deliberatione communi deputatus Capituli Syndicus Presbyter Gratianus Aronenſis, qui inſtructus credentialibus litteris Principum Mediolanenſium, confeſtim Avenionem ſe contulit ad præfatum Epiſcopum ſimul cum Guidolo de Calice, Ablegato Dominorum Vice-comitum; qui à Pontifice humaniſſime excepti, ipſum theſaurum ſuſceperunt, utque eum ſecurius perferrent ad propria, expectaverunt diſceſſum Legati, quem Pontifex in Apuliam miſſurus erat, ad celebrandam coronationem Regis Andreæ, atque ita demum Mediolanum ſalvi redierunt, XIII Martii ſequentis anni.

291 *Alius ab hoc theſaurus ut credo erat theſaurus ſacrarum Reliquiarum, de quo Zucchius cap.* 26 *aſſerit, quod* manebat in veteri marmorea arca poſt altare quod reſpicit chorum baſilicæ, quando S. Carolus Borromæus, Modoëtiam viſitans, cui (ut meus mihi dicere ſolebat patruus, ejuſque domeſticus D. Balthaſar Zucchius) peculiariter afficiebatur, mandavit ut loco decentiori tantus theſaurus reponeretur. Ego autem Româ rediens anno MDXCVII, cum nihil minus factum viderem, mandati tam congrui executionem urgens, ſuperatis difficultatibus, quales numquam ſolent conſiliis bonis retardandis deeſſe; effeci quod cupiebam: & probante Frederico Cardinali Borromæo, digno tanti Præſulis ſucceſſore, decreta eſt ſolennis tranſlatio, E facienda primâ Dominicâ Novembris MDCVI: dignèque peracta proceſſio fuit, cum innumerabilis multitudinis concurſu, omnia prudenter adminiſtrante Reverendiſſimo Septala, vigilantiſſimo Paſtore noſtro. Sub veſperam autem eædem ſacræ Reliquiæ collocatæ ſunt in duplici armario, affixo pilis ad primos majoris altaris gradus conſiſtentibus, opere tam mirabiliter ſculpto, ut præ arte vile æſtimari poſſit aurum, quo illuſtratur.

D *Alius theſaurus ſacrarum Reliquiarum Modoëtiæ*

quem S. Carolus Borromæus decreverat honeſtius locandum,

transfertur anno 1606.

ANNOTATA D. P.

a Rupta, *clades*, *Italice* Rotta, *Gallice* Deroute.

b Henricus *Comes Lodenſis, Toparcha Ninovienſis in Flandria, filius Guidonis Flandriæ Comitis anno* 1305; *obiit Mediolani anno* 1337. *Ita Labbe in Tabulis Genealogicis pag.* 527.

c Boſchettum, *ſilvula, diminutivum à* Boſco, *Teutonice* Boſch.

d Foraſterius, *extraneus, Italice*, Foraſtero, *Gallice*, Foraſtier. F

e Derupare, derubare, *Gallice* Derober, *ſpoliare.*

f Mactare *hic poni videtur pro* conflare in maſſam, *quæ etiam Italis* Matto *&* Mattone *dici poterit, licet hæ voces nunc fere uſurpentur pro* latere.

g Poſta, *compoſitio*; *pactum*: *ita Georgius Capillonus in Hiſtoria Bellunen. apud Cangium, poſtam & pactum conjungit.*

h Straxinare, *id eſt* raptare, *voce à* diſtrahendo *derivata. Corius interpretatur ad caudam equi ligatum raptari.*

i *Corius* Maſſerium *factum ait cum penſione* 200 *florenorum aureorum annue*, Maſſarii *autem dicuntur, qui clavas argenteas Pontifici præferunt*: Maierius *vero deberet intelligi*, Major domus *ſeu* Præfectus Palatii.

k *Fuit hic Joannes* XXII, *qui ſedit Avenione uſque ad* 1334, *intra quod tempus poſſunt hæc ſcripta videri.*

denuntiatur Pontifici

& in furcâ agitur.

Idem theſaurus anno 1345

Mediolanû defertur

ex voluntate Clementis VI.

CA-

A

CAPUT V.

De aliis S. Joannis Reliquiis in Eccleſia Occidentali.

§. I. *Sacri corporis diſſipatio ſub Juliano Apoſtata.*

Cum Julianus Ap. anno 362 idola reſtitui juſſiſſet,

292 CHronicon, *vulgo dictum Alexandrinum, quod mihi aliquando viſum eſt Conſtantinopolitanum, noviſſimo vero ejus illuſtratori Cangio Paſchale appellandum; ad Conſulatum Mamertini & Nevittæ, quo annus Chriſti* CCCLXII *notatur, ita ſcribit*: Julianus, cognita Conſtantii Auguſti morte, ſuam apoſtaſiam & impietatem aperte profeſſus, miſſo adverſus Chriſtianiſmum per totum orbem edicto, idola omnia inſtaurari præcepit. Quo inflati, qui in Oriente erant Gentiles, ſtatim .... in Palæſtina S. Joannis Baptiſtæ Reliquias, quæ Sebaſtiæ repoſitæ erant, effoſſas diſperſerunt. *Ruffinus Presbyter Aquileienſis diu multumque in Oriente verſatus, lib.* 12 *Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 28 *rem ita fuſius & diſtinctius narrat.* Juliani temporibus, velut relaxatis frænis, efferbuit in omnem ſævitiam feritas Paganorum: ex quo accidit, ut, apud Sebaſten Palæſtinæ urbem ſepulcrum Joannis Baptiſtæ, mente rabida & funeſtis manibus invaderent, oſſa diſpergerent, atque ea rurſum collecta igne cremarent; & ſanctos Cineres, pulveri immixtos, per agros & rura diſpergerent. *Ab hac ſancto Corpori facta injuria, originem traxiſſe videtur antiqua conſuetudo, ſancti Baptiſtæ Natalem prævenendi ſtructis oppidatim & vicatim ignibus publicis: in quibus etiam mos apud aliquos per Italiam fuit, teſte Jacobo Januenſi in Legenda Aurea, conferendi &* comburendi undecumque collecta mortuorum animalium oſſa, *quando etiam, eodem teſte*, feruntur faces ardentes, quia ipſe fuit lucerna ardens & lucens.

inſoleſcentes Pagani, apud Sebaſten:

B

corpus Baptiſtæ flammis tradunt,

293 *Sed longe ſolidiorem honorem, ex illa diſperſione, ſancto ſuo Præcurſori providit Deus; ſic efficiendo ut partes non paucæ flammis ſubductæ, in variaſque paulatim regiones traductæ, longe lateque ſpargerent virtutes & miracula illius. Imprimis autem* Dei providentia *(ſicut ait ſuprà citatus Ruſinus)* factum eſt, quoſdam de Jeroſolymis, ex monaſterio Philippi hominis Dei, orationis causâ illuc per idem tempus veniſſe. Qui cum tantum nefas, humanis quidem manibus, ſed ferina mente fieri viderent; mori gratius habentes quam ejuſmodi piaculo funeſtari; inter eos, qui oſſa ad exurendum legebant, mixti; diligentius, in quantum res patiebatur, ac religioſius congregantes, furtim ſe vel ſtupentibus vel ignorantibus ſubtraxere, & ad religioſum Patrem Philippum venerandas Reliquias pertulêre. Ille, ſuprà ſe ducens propriis ſervare vigiliis, ad Pontificem Maximum tunc Athanaſium, hoſtiæ immaculatæ Reliquias, per Julianum Diaconum ſuum, poſt etiam Palæſtinæ urbis Epiſcopum, mittit. Quas ille ſuſceptas paucis arbitris, ſub cavato ſacrarii pariete incluſas, prophetico ſpiritu, profuturas generationi poſteræ, conſervavit; quibus nunc, dejectis & proſtratis idololatriæ veſtigiis, in ædibus quondam profanis aurea tecta conſurgerent.

C

quibus ſubtractæ aliquæ partes,

Jeroſolymas delatæ ſunt

indeque Alexandriã,

D

AUCTORE D. P.

294 *Id quomodo factum ſit indicaverat antea idem Ruſinus, tunc cum res ageretur vivens & ſcribens. Cum enim pluribus expoſuiſſet abominanda Serapis ſacra*; Nunc, *inquit*, adventante Sacerdote Dei Theophilo *(ſuſceperat hic Epiſcopatum anno* CCCLXXXVI) in Serapis ſepulcro, profanis ædibus complanatis, *ex edicto videlicet Theodoſii, dato Mediolani* III *Kal. Martii anno* CCCXCI; ex uno latere Martyrium, ex altero conſurgit eccleſia. *Nec plura Ruſinus, quippe in morte Theodoſii anno* CCCXCV *obita hiſtoriam finiens: ſatis tamen indicans* Martyrium *prædictum fabricari cœptum recondendis S. Præcurſoris Reliquiis, dum ait*: Cauſa autem Martyrii conſtruendi unde data ſit, dignum arbitror memorare; *& mox ſubjungit ſuprà relata de diſſipato ſancto Corpore, & Reliquiis Alexandriam delatis. Sed non videtur Theodoſio vivente abſolutum opus fuiſſe: nam Codinus in Compendio hiſtoriæ ſcribit quod primum ſub ejus filio Arcadio* μετετέθη τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου προφήτου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ; Alexandriæ (*non* Alexandriam *uti ſcripſit ſomniculoſus Interpres*) tranſlatæ ſunt ſancti Prophetæ Prodromi & Baptiſtæ Joannis Reliquiæ; *utique de loco ubi ipſas abdiderat S. Athanaſius, in oratorium quod ipſis ſtruxerat Theophilus, in Sede Alexandrina ſuperſtes uſque ad annum* CCCCXII.

ubi ſuper diruto Serapis ſepulcro,

conditæ anno 391 eccleſiæ

E

inferuntur illo tempore Arcadii Imp. & Ep. Theophili,

295 *Hic autem, in firmamentum dictorum de Capite Ambianenſi, & fundamentum mox dicendorum, duo notaverim, videlicet, Corpus iſtud ſanctum haudquaquam neglectim humo abditum à diſcipulis fuiſſe, ſed* potuerunt illud in monumento; *utique ligatum* linteis cum aromatibus, quemadmodum mos eſt Judæis ſepelire; *ſicut de Chriſti corpore factum teſtatur Euangeliſta Joannes, cum ad id attuliſſet Nicodemus* mixturam myrrhæ & aloës quaſi libras centum: *ad hæc enim obſequia mortuo deferenda, cum otio & ex decoro, lectus fuit locus extra Herodis juriſdictionem, in tunc dicta Judæa poſitus; & credibile eſt inter Joannis diſcipulos etiam ditiores aliquos nobilioreſque fuiſſe. Ex tali porro hypotheſi, ſequitur ſic conditi & conditi corporis carnes nequaquam ab oſſibus defluxiſſe, ut in putrefactis ſolet, ſed paulatim exuccas cum ſua cute eiſdem adhæſiſſe, non minus quam in Capite; cui cum ejuſmodi cura adhibita non fuerit, hujus magis quam illius integritas videri debet miraculoſa. Igitur ubi Ruſinus* oſſa *diſperſa dicit, ibi ego libenter intellexerim, diſtractos à compage eatenus adhuc integra artus; qui denuo recollecti non fuerint omnes redacti in cinerem; ſed ſimili ſtudio, quo à Monachis Hieroſolymitanis nonnulli, ſic ab aliis alii ſubducti flammis ſint, quidam etiam ſemiuſtulati, nec in cineres redacti toti; unde poſtea non ex una Alexandrina Eccleſia omnes; ſed ex variis artus varii, variorumque particulæ denique ad Occidentem noſtrum pervenerunt, de quibus pergo texere ſequentes Paragraphos.*

adhærente in exucca carne,

quia corpus videtur aromatibus conditum,

F

integra adhuc compage uſque ad tempus Juliani manſiſſe.

§. II.

A AUCTORE D. P.

§. II. *De manu dextera cum parte Brachii Antiochiam, indeque Conſtantinopolim, & hinc Ciſtercium allata.*

Dextram quæ Antiochiæ & CP. fuerat,

296 QUamquam ſuprà vidimus gloriantes *Antiochenos, eam ſe manum à S. Luca Euangeliſta habere; veroſimilius tamen cenſeo, eamdem Juliani ætate furentibus Paganis ſubtractam fuiſſe: quomodo autem ea pervenerit Conſtantinopolim, cum ibidem proprio Sermone explicatum legatur, ſupereſt ſolummodo pars ultima propoſiti argumenti. In hac ne multum nobis ſit laborandum, faciunt monumenta, quæ anno* MDCLXII *Româ in Belgium redeuntes reperimus, in Codice membraneo archimonaſterii Ciſtercienſis, hoc tenore*: Si quis ſcire voluerit, quam pretioſo Reliquiarum theſauro, anno Domini MCCLXIII, menſe Septembri, ditata ſit eccleſia S. Mariæ Ciſtercii, Domino providente; legat hanc ſtudioſe: qua perlecta benedicat Dominum, & de tanti adeptione beneficii congaudeat, non ſolum domui Ciſtercii, ſed etiam toti Burgundiæ, & noſtræ provinciæ Gallicanæ. Hoc eſt tranſcriptum litterarum nobilis viri Domini Ottonis de Cycons, Chariſti Dominatoris, qui dedit Abbati & Conventui Ciſtercii, & miſit in theca aurea, capſella argentea, per Abbatem de Bellavalle & Abbatem de Dalphineto, brachium B. Joannis Baptiſtæ, per hæc verba.

B

Ciſtercium mittit Otto de Cycons,

297 Venerabilibus in Chriſto Patribus, Abbati Ciſtercii, ac univerſis Abbatibus, Prioribus, ceteriſque Ciſtercienſis Ordinis Fratribus, in eorumdem Capitulo congregatis, Otto de Cycons Dominator Chariſti, in Imperio Romaniæ, ſalutem, & tam ſanctæ Congregationis apud Deum gratiam promereri. Si nobis, in hujus ſeculi fluxu labentibus, amicos de iniquitatis mammona facere conſulit Magiſter infallibilis, quos in æternarum diſtributione domorum inveniamus amicabiles receptores: quales protectus æſtimet quis futuros, de ſanctitatis theſauris acquiſitos? Cum itaque (ſicut ex atteſtatione Sereniſſimi Domini Domini Balduini, Imperatoris Conſtantinopolitani, ex cujus munificentia liberali ad manus noſtras pervenit portio muneris pretioſi, pro certo conſtat) penes nos haberemus brachium illius venerandiſſimum, cujus præclaræ vocis tonitruum nobis intonuit, & dextræ manus digitis redemptorem mundi ſeculo demonſtravit: & talis tantique theſauri cuſtodes nos reputaverimus, non tam minus idoneos, quam indignos; ſacratiſſimique Ordinis veſtri matrem præcipuam, Domum ſcilicet Ciſtercienſem, quam affectione ſpeciali diligimus, fideliſſimam theſaurariam tantæ rei, merito inibi converſantium, nullatenus ambigamus; magnum hoc & glorioſum munus ipſius cuſtodiæ duximus committendum.

ſicut eam acceperat à Balduino Imp.

C

ſe ſuoſque commendans Monachorum precibus,

298 Brachium ipſum, aureâ thecâ tectum, & in argentea capſa reconditum, trecentorum yperperorum pretio æſtimatis; per venerabiles viros de Bellavalle & de Dalphineto, Ordinis veſtri Abbates, latores præſentium, tranſmittentes, ac ſpeciali devotione poſcentes, ut tam præclaræ poſſeſſio margaritæ honore debito conſervata, virtutis ſuæ gratiam obtineat, & gloriam dignis exculta laudibus aſſequatur: denique nos, & conſortem noſtram Dominam Felicem, ac liberos noſtros, Congregationi veſtræ ſanctiſſimæ (quæ Salvatorem mundi eo meruit habere propitium, quo in ejus nomine congregata, ſudores & labores ſuos ipſius ſancto ſervitio noſcitur conſecraſſe) recommendamus humiliter & devote; per Dei miſericordiam obſecrantes, quatenus contra lapſus noſtros, & diſcrimina innumeraque pericula, quibus inceſſanter urgemur, opponatis ſanctarum orationum veſtrarum fortiſſima munimenta; quibus & hic à noxiis protecti, remiſſionem percipere delictorum; & in futuro, cum Sanctis omnibus, ad æternæ vitæ gaudia pertingere mereamur; illum in decore ſuo regio conſpecturi, quem ad redemptionis noſtræ myſterium venientem in carne mortali, primus ipſe per ſe mortalibus prædicavit. Datum in Romania, in civitate Nygroponto, anno Domini MCCLXIII undecimo Kal. Aprilis.

D

anno 1263,

E

unà cum litteris ipſius Imp.

299 Item tranſcriptum litterarum, ſcriptarum in Gallico Sereniſſimi Domini Balduini, Dei gratiâ Imperatoris Conſtantinopolitani, per quas ipſe brachium B. Joannis Baptiſtæ, cum capſella argentea & theca aurea, nobili viro Domino Ottoni de Cycons, Chariſti Dominatori, conceſſit, contulit & quitavit perpetuo, ſub hac forma. Nos Balduine, per la grace de Dieu tres-feiaus Empereres, de Dieu coronez, Gouverneres de Romanie, & toz ceux accreſſans, faiſons à ſçavoir, à tous cels qui ces preſentes lettres verront, que com noſtre amez, nobles homs Ottes Sire de Cycons & de la Cariſte, nos euſt preſté à noſtre requeſte, par la grand neceſſité de nos & de noſtre Empire v mill peſt prer ſus nos gages, leſquex Niquifoies noſtre meſlages li deliura de par nos ..... en a fait aſſais de grace & de bonté de l'attendre, & de garder les outre lou terme que il nos donna: de quoi nos li ſavons bon gré, non por ce que ne ſumus pas aiſie de rachater cels devant diz nos gages, dou devant dit Monſegnour Otte, ne de faire a lui ſatisfacion de la dette preſentement, & por ce que nos ne volons, que il en ait plus deshoresenavant grevance de garder & tenir ces devant diz gages, & deſette de ſon paiemant, quitons au devant dit Monſegnour Otte & à ſes hoirs perpetuement, por nos & por nos hoirs, lez devant diz gages, à faire ſa volonté comme de ſa propre choſe, ſenz rapeler ne de nos ne des nos hoirs, en nul temps. Et en teſmoignage de ceſte choſe, nos avons doné, au devant dit Monſegnour Otte ces preſentes lettres, ſeellées de noſtre ſeel, & ſeignies de nos imperiaux en ſeignes. Ces lettres furen donnée à Athenes, en lan de la Incarnation de noſtre Segnour MCC & LXI, ou mois d'Octobre ou XXII an de noſtre Empire.

Gallice ſcriptis,

F

& donum Ottoni factum atteſtantibus.

300 *Has litteras ita Latine reddimus.* Nos Balduinus, per Dei gratiam fideliſſimus Imperator, à Deo coronatus Gubernator Romaniæ & omnium ejus appendiciarum, notum facimus omnibus has litteras præſentes viſuris,

A visuris, quod cum dilectus nobis, nobilis vir Otto Dominus de Cyzons & Charisti, ad petitionem nostram nobis mutuaverit, propter magnam nostram nostrique Imperii necessitatem, quinque millia yperperorum, super pignoribus nostris, quæ Niquefoies missus noster ipsi ex parte nostra tradidit .... ipseque satis gratiæ & bonitatis habuerit, ut expectaret & pignora dicta servaret ultra terminum ab eo nobis concessum (pro quo ei gratias agimus) Nos quia non sumus in eo statu, ut redimere pignora jam dicta possimus coram d. Domino Ottone, aut in præsentiarum eidem satisfacere ; & quia nolumus ut imposterum gravetur retinendis & servandis pignoribus prædictis, aut defectu debitæ sibi solutionis : quitamus præd. Domino Ottoni ejusque heredibus in perpetuum prædicta pignora, ut de iis tamquam re propria disponat pro sua voluntate, ita ut neque à nobis neque ab heredibus nostris revendicari possint. Et in fidem hujus rei dedimus coram d. Domino Ottone has præsentes litteras, sigillatas
B nostro sigillo & signatas nostris Imperialibus
*an.*1261. insigniis. Hæ litteræ fuerunt datæ Athenis, anno Incarnationis Dominicæ MCCLXI, mense Octobris die XXII, anno XXII Imperii nostri.

301 Item exemplar litterarum antedicti
Idem Otto, nobilis viri Domini Ottonis de Cyconiis, Charisti Dominatoris, quas misit Abbati & Coventui Cistercii, & etiam Capitulo Generali, de donatione quam fecit eidem domui Cistercii, de brachio supradicto B. Joannis Baptistæ, in hæc verba :

Venerabilibus in Christo Patribus Domino Abbati Cistercii totiq; Conventui ejusdē loci, ac universis Abbatibus ipsius Ordinis ad suum Capitulum celebrandum ibi congregatis, Otto de Cyconiis, Charisti Dominator, cum sui commendatione reverentiam & devotionem. Pretioso
de sua suorumque salute solicitus, thesauro quæritur locus tutus & pretiosus, fons laudabilis est animæ sitienti, arbori debili stabile fulcimentum, & robustum brachium ut gravi casui obvietur. Hinc, licet non meis meritis, illuminante luce quæ omnem hominem in hunc mundum illuminat venien-
C tem, me noscens arborem debilem, ut ceteri mortales morte casurum ; & ideo ad Austrum non ad Aquilonem pendēre desiderans, ut post casum corporis aliquando transplanter in horto cæli ; vestra cunctorumque Fratrum vestrorum, quos super angulos mundi plantavit dextera Præpotentis, ut suis humeris portent orbem, ac Sanctæ vitæ fulgoribus illuminent omnem terram ; humiliter & devote postulo, totis viribus, toto
petit ad participationem meritorum recipi : conatu cordis, diligentique affectione suffragia, tam in vita quam in morte, mihi, uxori meæ, ac filiis ; animabus quoque parentum ac propinquorum meorum omnium defunctorum, omnibusque propinquis meis præsentibus & futuris & amicis meis, concedi misericorditer & communicari, ut totius Ordinis vestri beneficiorum participatione usque in finem, in plantario formatæ fidei fulciar ; & ipsorum suffragiorum brachio, à cunctorum inimicorum impugnatione defensus, finaliter inveniar efficaciter sustentatus.

302 Ad cujus devotionis argumentum,
& donationem confirmat, piæ postulationis effectum, & memoriale perpetuum, offero monasterio vestro Cistercii,

loco tuto & pretioso, pretiosum thesaurum, D
Brachium B. Joannis baptistæ, in theca aurea, AUCTORE
& capsella [quæ] sunt yperperis trecentis D. P.
appretiatæ. Hoc siquidem brachium habui *an.*1263
prius in pignore ab Imperatore Constantinopolis : postmodum idem Imperator ipsum libere & propriè ac totaliter mihi concessit, ut inde facerem tamquam de re propria velle meum, sicut in ejusdem Imperatoris litteris patentibus, cum bulla pendente, (quas vobis transmitto cum præsentibus) continetur: quod, inquam, brachium baptizavit appendentem tribus digitis molem terræ, baptizantem in Spiritu sancto & igni, Dominum scilicet Jesum Christum, in stupentis unda Jordanis, splendorem gloriæ radiumque solis æterni ; qui me dignetur unà vobiscum, in splendore cæli spirituum Beatorum, beatificare sua perpetua visione. Datum apud Nigropontem, anno D. MCCLXIII XII Kal. Aprilis.

303 Sciendum est quod tria petia litterarum, quarum tenores superius continentur, *In iis litteris solum quidem nominatur* sigillatim habentur in domo Cistercii, & *brachium :* custodiuntur ibidem, ut visa earum auctoritate E & testimonio nostro prædictæ Reliquiæ non parvipendantur, sed remota omni dubitatione & incredulitate, habeantur perpetuo in sancta veneratione & honore. *Hactenus solum nominatur* Brachium *ac rursum de solo* Brachio *loquitur Chalemotus, ad hunc diem sic scribens:* Cistercii solennitas Natalitiorum S. Joannis Baptistæ, cujus Brachium ibidem non exiguum requiescit. *Nec plus dicit definitio quæ in Ms. pariter legitur*, facta anno MCCLXIV in Generali Capitulo apud Cistercium Abbati de Dalphino, quia in deportando de Græcia *uti & in gratia ejus latori concessa ;* ad domum Cistercii, glorioſissimas Reliquias, videlicet brachium S. Joannis Baptistæ, non modicum laboravit. *Verba hæc sunt.* Volens Generale Capitulum facere gratiam specialem, concedit eidem (*Abbati*) quod quamdiu in dicta domo abbatizaverit, eo tantum convenire termino teneatur, quo Abbates Syriæ venire solent ad Capitulum Generale. *Brachio tamen conjunctam fuisse manum, aut bonam ejus partem, supponit Paragraphus, post præfatas litteras & eas sequentem Notatiunculam in Ms. prælaudato sic descriptus.* Sententia quorumdam
F verborum Græcorum, quæ scripta sunt *Græca tamen epigraphe testatur adhæsisse ei manume.* Græcis litteris in capsella argentea, in qua reconditum est apud Cistercium, in theca aurea, brachium dexterum B. Joannis Baptistæ, & manus cum quatuor digitis, talis est. Manum Præcursoris, quam manus barbarica tenebat ante, nunc inde trahens Imperator, ad urbem transtulit Constantinus, largitus huic pio thesauro hanc ejus potentiam protegentem. *Utinam ipsa Græca verba adscriptæ hic fuissent, vel Cistercii adhuc inveniretur capsella argentea, unde describi possint ! Interim ex eo, quod in ipsa allatum sit* Brachium, *& inscriptio Græca* Dextram *nominet ; confirmatur, utrumque simul sub alterutro nomine intelligi.*

304 *Et sic etiam intelligenda* memoria ejus-
Hinc apud Cistercienses quotidiana S Joannis Baptistæ commemoratio, dem Sancti *quæ, Chalemoto teste*, ea de causa quotidie fit ad Vesperas & Laudes in omnibus cœnobiis filiationis Cisterciensis, *quæque ad Calcem prælaudati Ms. sic proponitur.* ANTIPHONA. Perpetuis nos Domine S. Joannis Baptistæ tuere præsidiis, & quanto fragiliores

A AUCTORE D. P. sumus, tanto magis neceſſariis attolle ſuffragiis. ℣. Fuit homo miſſus à Deo. ℟. Cui nomen erat Joannes. ORATIO. Omnipotens ſempiterne Deus, qui præſentem eccleſiam honorabilem feciſti dexteræ B. Joannis Baptiſtæ præſentiâ; concede propitius, ut ipſius virtute defenſi, mereamur ab hoſtibus mentis & corporis liberari. Chriſti Baptiſta, thalamus tuus eſt domus iſta: Nos igitur dextra tua protegat, intus & extra.

§. III. *An eadem dextra Equitibus Rhodiis à Bajazetho Turca donata fuerit.*

306 *Tam antiquæ tantaque auctoritate confirmatæ Ciſtercienſium poſſeſſioni, duo poſt ſecula oppoſuit ſeſe alia, in ſpeciem nihilo minus fundata credulitas Rhodiorum Equitum, in excipiendis Reliquiis, à Bajazetho Turcarum Imperatore ſibi miſſis anno* MCCCCLXXXIV. *Etſi enim iniquum videatur barbarum Mahometanum, cum Chriſtiano Imperatore conferre; nulla tamen ſufficiens poteſt excogitari cauſa, cur ille voluerit illudere Rhodiis; imo nec modus idoneus quo potuerit; ſi vulgo Græcorum Chriſtianorum non erat perſuaſum ejuſmodi Reliquiam adhuc habitam Conſtantinopoli, priusquàm à Turcis caperetur, fuiſſe in ſummo honore veluti* dexteram Joannis Baptiſtæ, *licet fortaſſis poſt exactos urbe Latinos ſuppoſitam à Græcis cuſtodibus mala fide in ejus locum, quam ſub Balduino ablatam nolebant fateri.*

Iſti Ciſtercium ablatæ dexteræ,

B *videntur Græci aliâ ſuppoſuiſſe,*

307 *Quomodo autem res acta à Bajazetho fuerit, docebit* Commentarius Guillielmi Caorſin Gallo, belgæ Duacii, Rhodiorum Vicecancellarii (*jam inde ab anno* MCCCCLXX, *quo miſſus ad Papam Legatus fuit, ſubſidia petiturus*) de tranſlatione ſacræ dextræ Joannis Baptiſtæ. *Commentarium hunc nobis monaſterii Weſtphaliæ tranſcripſit Joannes Gamanſius, ex libro impreſſo*, Venetiis (*niſi fallor*) per Joannem Regem *anno* MCCCCXCVI, *duodecimo poſt rem actam anno, decimo ſexto autem poſt ſolutam à Turcarum obſidione graviſſima Rhodum. Hæc paulo antequam obſidere cœpiſſet, anno* MCCCCLXXX *die* XXIII *Maji, Equitum Rhodiorum Ordo, ipſi Guilielmo ibidem uxorem ducturo, pro comparanda domo, centum florenos donarat, in compenſationem plurium bonorum officiorum, tum alibi præſtitorum, tum in compilando volumine ſtabilimentorum Ordinis; eodem fortaſſis, quem Privilegiorum Gamanſius vocat; & ex quo Tractatum prædictum tranſcripſit idem Gamanſius. Supervixit autem impreſſioni ipſe Guillelmus annis dumtaxat quinque, mortuus anno* MDI, *prout hæc omnia de illo leguntur apud Jacobum Boſium, in Hiſt. Religionis S. Joannis Hieroſolymitani lib.* 9, 12, *&* 15: *ubi etiam lib.* 13 *&* 14 *invenies epitomen Italicam hujus ipſius Commentarii, à quo etiam placet reſcindere parerga minus neceſſaria. Ipſe autem* Commentarius ſic incipit feliciter.

de qua ſcribit Rhodiorum Vice-Cancellarius,

C 308 Sapientum percelebre dogma eſt, ingratitudinis crimen tamquam peſtem atrociſſimam vitandum ..... Hac ratione ductus, ſacræ manus dexteræ Divi Præcurſoris Chriſti, ex Conſtantinopoli ad Rhodios, tranſlationem, ætate noſtra factam, litterario ordine commendare ſtatui, quædam à veterum monumentis excepta, pro modulo ingenii: *quomodo ſcilicet Sebaſte Antiochiam à S. Luca & Antiochia Conſtantinopolim perlata illa ſit, primum quidem mandato Juſtiniani Imperatoris, ad cohoneſtandam dedicationem ædis S. Sophiæ; deinde ſub Conſtantino & Romano Imperatoribus, Nonis Januarii; deinceps ſervanda in monaſterio S. Joannis de Petra, plane ſicut Menæa habent ad diem* VII *Januarii. Tum quod in titulo ſuſceperat Caorſinus, ſic progreditur enarrare.*

quod poſt dexteram Sebaſte Antiochiam,

D *& hinc CP. tranſlatam.*

309 Mahometes, Turcarum Rex, qui nuper de vita exceſſit, cum Imperialem Byzantii urbem validiſſimo obſideret exercitu, ſpe quoque victoriæ potiretur, non ignarus quanto ornatu, quanta gaza, quam inſigni ſupellectile civitatis ſacræ ædes ac cœnobia eſſent referta: publico dixit præconio, ut regia ſupellex omniſque ſacrarum ædium ornatus monumentaque illæſa ſerventur, nec ea commilitones diriperent. Divina itaque permittente juſtitia, tyrannus rerum potitur, urbs quoque ſuæ efficitur ditionis. Afferuntur victori regiæ gazæ, ſanctarum ædium ornatus ac gemmæ; & Sanctorum, quos Chriſtianus cultus honorat Reliquiæ: beatumque ſe profitetur, ſive Turca, ſive Chriſticola captivus, qui dignum aliquid detegere, prodere, offerreque poteſt. In eo autem cœnobio, de quo ſupra, reperta eſt, quæ ad Turcam pervenit, manus dextera Præcurſoris; Paſſionis etiam D. N. Jeſu Chriſti monumenta, Spongia, Calamus, ac Lanceæ ferrum illic locata erant, quæ Turca ſibi vendicat .....

cum capta eſſet urbs à Mahomete,

E

310 Tyrannus quidem victor ſuperbus, Reliquiis potitus, quamvis Mahumetæus, ſeu quæſtûs gratiâ, ſeu fortunâ, ſive (ut verius conjectari libet) divina diſponente providentia, ſacram dexteram, Paſſioniſque monumenta & complura ejus generis ornamentorum ſcriniis concludit obſignatque, regiaſque gazas inter aſſervari jubet. Non pauci quidem ex Chriſticolis, ſacrarum cupidi rerum, ea ſibi vindicare ſeu pretio ſeu dono nituntur: at vafro tyrannus ingenio, in largiendis tepidior redditur, grandiorique ære res æſtimat ſacras; ſpe ductus hoc quæſtu plurimorum animos ſeſe allecturum. Turcarum autem Rex, rerum ſucceſſu elatus tumiduſque, ditionis fines ampliat, vicinoſque infeſtat, & quoſdam cervicem annuo ſubmittere vectigali compellit. Fuere certe qui pactâ pecuniâ ſacram dexteram Paſſioniſque monumenta adipiſci ſtudent; fœduſque cum Turcarum tyranno percutere contemnunt, niſi ſancta largiatur pignora, quo ignominioſum pactum ſacrarum Reliquiarum prætextu honeſtent: Tyrannus autem durior & inflexibilis, de ſanctis rebus paſciſci faſtidit. Sic divina diſponente ſapientia, recluſa diligentius ſervantur: lugetque aſſervatoris deſiderium Imperialis mulier, Graiorum ſanguine nata, quæ Turcarum præda, Regis libidini inter pellices paruit. Hæc à Chriſti cultu non defecerat, cui Graius Clerus fidem ſervans adhæſerat: de pacto autem non inſcia, poſtulat, efflagitat, inſtat, ut ſacræ Byzantinorum Reliquiæ ad Occiduos non tranſeant: ſi venales ſint, pretium pa-

hic adſe ferri mandarit omnẽ gazam & Reliquias

F

eaſq; Chriſtianis nullo pretio reddere volens

ctioni

A ctioni ſeſe offert exoliturum : qua re ſuaſus tyrannus ſacra ſervat.

moritur Imperii ſui an. 28,

311 Cumque annos circiter octo & viginti Byzantiis imperaſſet, Rhodios oppugnare deſiderat. Quibus atrociter oppugnatis, cum victus repulſuſque ignominiâque affectus, celebri Rhodiorum victoriâ redderetur, eos aggredi, iterato cupiens, Rhodios execrans inſperato ſuffocatur morbo. Fama eſt haud inconſtans, tyranno contra Rhodum procedenti, in arbore inter ramos juvenem, ſpecie humana auguſtiorem, alba veſte indutum, flammeumque gladium manu geſtantem apparuiſſe : acerrimaque facie, iracundis tumidiſque buccis; ac vigilanti audientique dixiſſe : Virorum ſceleratiſſime, hoc te confodiam gladio. Quo viſo auditoque tyrannus adeo expavit, ut illuſione mentis, propter intenſum terrorem, attonitus perterrituſque fœtidam repente evomuerit animam. Pium eſt quidem opinari, Angelum Dei affuiſſe, qui crudeliſſimum tyrannum occidit. Quo vitâ defuncto, Bayazet natu major, Zyzymy devicto regnoque expulſo, rerum potitur; omniſque regia ſupellex, gaza, & ſacra pignora ad Bayazet tyranni natum pervenerunt. Sub idem tempus Zyzymy ad Rhodios confugit, ubi ſolenni pompa excipitur, & in Gallias proficiſcitur: ex quo inſigne illud Rhodiorum fœdus percutitur, & annuæ penſionis pactio ſequitur, ut Zyzymy aſſervetur, quem inaudito timore Bayazet formidat, prout commentariis editis ea ſerioſius explanata ſunt. Sat quidem fuit rerum capita tetigiſſe, ut Lector cauſas intelligat, quibus ſit impulſus Bayazet, ut ſacram Manum Rhodiorum Magiſtro elargiretur. Dum hic eſſet rerum ſtatus, inſignique fœdere Rhodii potirentur; atque Turcarum Rex, fraternas formidans inſidias, magno Rhodiorum Magiſtro obtemperare ſtuderet, munuſculiſque ipſius animum demulcere cuperet, ut fratris impetus cohibeat; quorumdam apoſtatarum ſuaſu, qui tyranni arcanorum participes, Hoſpitalariorum originem & mores callent, impellitur, ut, ſi rem gratam Magiſtro efficere cupiat, Præcurſoris Manum, quem Patronum invocant Rhodii, dono mittat. Inductus quoque eſt ut ſatisfaceret Magiſtri poſtulatis, qui ſacratiſſimæ Paſſionis monumenta appetit. Ne itaque Magiſter voto fruſtretur, decrevit tyrannus ſacram Manum elargiri, de ceteris ad tempus ſilens, ut Principis animum cupidum ſuſpenſumque redderet : ſic fratris aſſervationi tyrannus affici videbatur.

Rhodo fruſtra tentata.

Succedens patri filius Bajazet,

B

metu fratris ſervati apud Rhodios,

C

eis ultra offert manu ſui Patroni.

312 Delecto igitur, ad ſacram manum deferendam, clariſſimo Oratore, regiæ aulæ præcellenti viro, arcanorum non ignaro, ei ſacram Manum Magiſtro deferendam credit, & ad Magiſtrum epiſtolam dedit in hæc verba.

Bayazet, Aſiæ Rex, Imperatorum Imperator, Cham (id eſt maximorum maximus) ſapientiſſimo ac illuſtriſſimo magno Rhodiorum Magiſtro, Petro d' Aubuſſon teliciſſimo Imperatori, patri colendiſſimo, S. D. P. Quanta ſit noſtræ mentis in te benevolentia, integritas, & obſervantia, ex præteritis haud dubio relucet. Tu quoque in nos animi rectitudinem prodis, certiſque redundas beneficiis, ut victor evadas. Nec enim id perpeti decrevimus : fortuna namque nobis magis arridet, plurique ſumus ditione, imperio, atque gazis fulciti: nec obliviſcimur te Principem ſapientem, prædivitem, & haud ignavum eſſe, qui clariſſimâ victoriâ potitus es, grandiaque ſoles aggredi facinora. Nos itaque tibi gratificari cupientes, non fuit apud Byzantium quod acceptius tibi fore putaremus, quam eâ ipsâ Manu te frui, quæ Chriſtianæ gentis Meſſiæ Præcurſoris, cujus patrocinium invocas, corpori olim eſt juncta : ea quippe Imperiali urbe devictâ genitoris ærario eſt addicta. Gratum tibi non ambigens fore munuſculum, Oratori deferendum credidi. Excipe eia, Principum fideliſſime, tui Patroni dexteram Manum; quæ quamvis digna ſit oblatio, animum tamen elargitoris recolito, qui grandiori pecunia rejecta, tui amicitiam cenſui pacto antepoſuit : in quo vera quidem animi integritas deprehendi ſolet, quæ utilitate contempta amiço morem gerere ſtudet. Vale.

D AUCTORE D. P.

313 Principi Senatuique Rhodiorum epiſtolâ recitatâ, Legatus in hæc verba fatur : Præcellentiſſime Rhodiorum Magiſter, ex litteris potentiſſimi Imperatoris, ac præclari muneris elargitione, ejus in te propenſam voluntatem, & quanti te faciat, facile noveris. Accipe, inclitiſſime Magiſter, ſacram Præcurſoris Manum, quem & Mahumetæa lex Prophetam non negat, & virum integerrimum non inficiamur, ac Tu tutorem, defenſorem patronumque tuum imploras. Studeas quoque Byzantiorum Principi vicem rependere; nec te pigeat beneficiis contendere, cum eo qui & gratus & præpotens plurimorum judicio cenſetur. His dictis ſanctam Manum, cypreſſinæ capſulæ concluſam ſericoque obvolutam, ac regio ſigillo obſignatam, Magiſtro Legatus tradidit: quam devotius accipiens, Oratorem his alloquitur verbis Magiſter. Tui Principis epiſtola admodum grata fuit; nec minus acceptum eſt clariſſimum quod offert munus : in quo certe & ejus ſincerum in nos affectum deprehendo. Magnanimis profecto Principis eſt collata in ſe officia beneficiis rependere. Novit quidem tuus Imperator, quanti ponderis ſit amicitia, quæ cunctos mortalium proſperos reddit ſucceſſus. Nihil quoque tam illuſtre ſtabileque cenſetur, quod diſcordiâ facile non intereat. Dum dicendi Magiſter finem fecit, Legatus, ſalute data, Curiâ exceſſit; ac duorum medius Senatorii Ordinis Patrum, inſigni comitatus catervâ in ædes revertitur. Præcurſoris autem ſancta Manus, Magiſtri juſſu obſignata, in ædium penetrali reconditur, donec ad venerationem quæ conveniant parentur.

E

Ad Epiſtolam ſuper ea re Rhodi lectam.

humaniter reſpondet Senatus;

F

314 *Hic ſubjungitur* contra præclari muneris obtrectatores Apologia, *in eo ſita, quod neque Mahometana ſecta debeat ſuſpectum facere ejus munus, qui Rhodiis obnoxius eis haud impune illuderet; neque Juliani ſacrilega impietas credi debeat totum corpus abſumpſiſſe, cujus Genuæ cineres, Ambiani vultus, in Aquitania vertex, alibi aliæ partes habeantur in veneratione, flammis ſubductæ. In quibus miror quod Auctori non inciderit diſtinguere à ceteris eas partes, quæ ante combuſtionem ſupponuntur*

ſatis certus ſibi viſus de veritate Manus acceptæ.

A AUCTORE D. P.

Indicitur proceſſio in diem 23 Junii,

ſeparatæ; manus ſcilicet & caput. Interim digitum Indicem negat poſſe haberi Florentiæ, aut pollicem delatum eſſe in Gallias; cum uterque habeatur adhuc junctus manui: & de miraculis Antiochiæ in Syria atque Angeliaci in Gallia patratis ea narrat, quæ ab homine, militari magis quam docto, citra diſtinctionem ſuſcipi potuiſſe ſeculo tam rudi, equidem non miror. Iſtis autem omiſſis convertor ad ea, quorum oculata fide teſtimonium perhibens, eam à nobis certiſſimam meretur, dum ſcilicet narrat quæ Venerationis pompa ſanctæ dexteræ *impenſa ſit, ita porro eam deſcribens.*

315 Concilio inter Patres, de venerationis die indicenda inito; quamvis varia daretur ſententia; tandem optimum viſum eſt, x Kal Junii (quadriennio tunc evoluto, quo Turcarum claſſis Rhodum oppugnatura appulit) celebritatem venerationis indicere: ut ſimili die, quo tyrannus Rhodios aggreditur, ſacratiſſima manus ejus, qui ſupra muros, acerrima oppugnatione ingruente, tutari viſus eſt; quatuor circumactis annis, primum apud Rhodios haberetur. Itaque ſacri Hoſpitalis eccleſiæ Præſul ac Prior, Fr. Petrus Papefuſs, Galliâ Aquitanâ natus, morum gravitate vitæque probitate ornatus; vir quidem modeſto pioque ingenio, Prælaturæ ſacris infulis amictuque perornatus, Latino Grajoque Clero comitatus, Equitum, civium, negotiatorum ac matronarum frequentia ſubſequente, ex æde S. Joannis ſe movit; umbraculo opertus, hymnumque in Præcurſoris laudem concinens; ad Magiſtri ædes introivit: graduſque conſcendens, oratorium S. Catharinæ dicatum adiit. Illic enim ſupra aram, eburnea capſula, cryſtallo imaginumque ſculpturis diſtincta, concluſa erat: nec tranſparens cryſtallus, ſacræ manus viſibili ſpeciei, quo minus videretur, impedimento fuit.

B *anniverſarium ſolutæ obſidionis;*

316 Prior Magiſtrum, clara Patrum & Equitum caterva ſuccinctum, Cleroque magiſtralis palatii adſtante, ſecundum aram offendit. Magiſter, oratione peracta & genu flexo, capſulam excipiens, pretioſum quidem munus Priori, humi proſtrato atque oranti, præſentiaque tam ſacri pignoris collacrymanti, donat: decedenſque Prior, ſanctam geſtans manum, deſtinatum peragit iter. Hunc autem gravi ſimplicique inceſſu Clerus, laudes ſonora voce promens, antecedit. Haud procul ſequitur Princeps, ſubinde Bajulivus, Priores, Præceptores, Commilitonelque Hoſpitalariorum, ſplendida veſte ornati, veſtigia modeſte prementes: plebeia retrò graditur turba. Egreſſa quidem oppidi portam ſolennis pompa, inceſſum flectit S. Antonii portam verſus; urbemque intrans, ac caſtelli foſſam luſtrans, ad fori aream tandem pervenit; ſupra quam pretioſa vela, quæ ſolis arceant calorem, ne ſubſtantem concionem luminoſi radii calore afficerent. Eo in loco Clerus, Princeps, & Senatorii Ordinis Patres, Commilitoneſque conſident: ſuggeſtum vero, ubi præconis vox ad ædes commercii editur, Præſul ipſe conſcendit; thronoque ſedens, populum concionemque deſpectans, ſacram manum ſuper aurea pulvinaria deponit, ut ex eminente loco cœtus ſacrum pignus aptius ſuſpiciendo veneretur. Erant quippe domorum facies ac ſuggeſti parietes Atrebatibus pannis pictiſque tabellis, ſignis ac peritromatis quamornatiſſime tecti.

& circumducta proceſſione, C

ipſa Reliquia infertur in ædem Cathedralem, D

317 Silentio indicto, Ordinis S. Auguſtini perdoctus concionator, verbique divini præco celeberrimus, veritatis cathedrâ conſcensâ, orationem habuit elegantem; triplici quidem genere, demonſtrativo, judiciali, deliberativo refertam; cum divi Præcurſoris eximias laudes excellenteſque dotes in cælum tollit; tum hanc dexteram eſſe Præcurſoris indubitatum membrum, veteribus hiſtoriarum monumentis teſtimoniiſque fide dignis, ac toto orbe famâ vulgatâ, firmat, atteſtatur, probat. Tum concionem ad pacem complectendam, reverentiam in Superiores colendam, concordiamque fovendam, quippe ſine qua reſpublica nulla diuturna eſſe poterit, hortatur monetque. Ubi dicendi finem fecit concionator, eccleſiæ Prior aſſurgens, capſulamque referans, ſacram Manum elevans, nudam præſtantiſſimo cœtui oſtendit, ac in hunc orat modum: Ave Joannes Baptiſta, qui ab Angelo prænuntiatus, à Prophetis genitus, à matre ſterili contra rerum ſeriem conceptus, in utero ſanctificatus, adventu Dei genitricis ſemeſtris exultas .... *Hæc & alia hujus generis plura, ad vitam & mortem ſancti Præcurſoris ejuſque patrocinium commendandum ſpectantia,* dum dixiſſet; concionem, devote proſtratam orantemque, ea ipſa manu ter benedixit: cunctiſque alacriter conſurgentibus, quo venerant ordine, caſtelli portam, quæ Meridiem ſpectat intrantes, ſacram ædem petunt: ubi eburnea capſa, dextram continens ſanctam, ſuper ara locatur, ac Præſul Miſſæ peragit ſolennia .... Solennibus peractis, Manus oſculanda datur. Ita ſolutâ pompâ, ad privatos lares cuncti reverſuntur, congratulantes Deumque laudantes, qui tam ſacro munere Rhodios inſignivit.

ubi Auguſtinianus perorat,

& concionem dimittit.

Eodem reſpectu adducit Bajazethum Magiſter

318 *His relatis ſubjungit Auctor, quomodo Magiſter, Bajazethum, maxima claſſe inſtructum contra Chriſtianos, Venetis Pontifici rebellantibus diſcordes, anno* MCCCCLXXXIV, *compulerit ab ejuſmodi expeditione deſiſtere: ni faciat, Zyzymym fratrem in ipſum immiſſurus; & recitat epiſtolam Bajazethi ad Magiſtrum, cœptis deſiſtere pollicentis,* Idibus Aprilis in Conſtantinopoli. *Tum Magiſtri ad Sixtum* IV *Pont. Max. hac cauſa ſolliciti, legationem exponit, ſecurum ea ex parte facientis, cum Epilogo de gratiis Deo referendis, qui potentiſſimum tyrannum ea ratione ſic conſtrinxit, ut movere nihil auſus ſit.* Sequebatur *in Ms.* ejuſdem *Vicecancellarii* oratio ad Innocentium P.P. VIII. *quæ neque deſcripta nobis eſt, neque ad præſens argumentum facit, ſummatim autem refertur à Boſio parte* 2 *Hiſt. prælaudatæ. Ibi etiam legere eſt electionem* Fr. Petri Aubuſſone Prioris Arverniæ, *ejus qui Tranſlationem peregit, in magnum Ordinis Magiſtrum, factam anno* MCCCCLXXVI, *collatamque ei Purpuram Cardinalitiam anno* MCCCCLXXXVIII, *& mortem obitam anno* MDIII: *ad cujus inſuper honorem facit, quod* Sacratiſſimam S. Joannis Reliquiam ornaverit ſplendidiſſimo auri ſolidi tabernaculo, multis gemmis margaritiſque ornato; quemadmodum hodieque videtur, *inquit ille, primam & ſecundam Hiſtoriæ partem evulgans anno* MDXCIV.

F *ut dimittat paratam in Chriſtianos expeditionem,*

& ipſe novo ornatu manum illam decorat.

319 *Vi-*

A 319 *Videtur ergo indicare, quod dedita anno* MDXXII *in Turcarum potestatem civitate, inter alias sacras Reliquias inde elatas, fuerit etiam Prodromi manus, eaque servetur Melitæ in ecclesia S. Publii, præcipua Ordinis eo translati sede. Hoc licet expresse non dicat Joannes Franciscus Abela, in ejus insulæ descriptione, edita anno 1647, opinari tamen possumus, ex eo quod pag. 35. Catalogum texens Reliquiarum, in auratis medii corporis ac brachiorum thecis istic asservatarum, nominet etiam* S. Joannem Baptistam, *licet non definiat quænam pars corporis ea sit. Verum defectui isti succurrit Rochus Pirrus Tomo 2 Siciliæ sacræ in Notitia Ecclesiæ Melitensis pag. 620, inter distinctius designatas Reliquias recensens* Brachium & tres digitos Joannis Baptistæ.

Hæc deinde Melitâ translata videtur,

320 *Ut ut est: magna quotannis solennitate agitur Melitæ festum* Patroni; *quando in Vigilia nativitatis ejus, Magnus Ordinis Magister procedit ex suo Palatio, capite discooperto, & manu facem candidam præferens: ambitisque ter vasis, festivo igne arsuris, primum ipse accendit, post cœnam toti Senatui præbitam, sub papilione speciosissimo, relato ex memorabili illa navali victoria, quam anno* MDX *Rhodii in Sinu Issico, nunc Lajazzæ dicto, obtinuerunt; qui papilio, solitus ornare puppim qua Soldani Babilonici istic cæsus nepos vehebatur, totus erat speciosissimo opere & acu pertussima pictus, nec nisi in ea festivitate quotannis semel explicatur.*

ubi solennius agitur festum.

§. IV. *De manu sinistra, cum parte Brachii, servata in Conventu Prædicatorum Perpiniani.*

B 321 *Vincentius Domeneccus, in Historia generali Sanctorum Catalauniæ, edita Barcinone anno* 1602 *fol.* 81, *rei totius seriem accipere profitetur,* ex proprio super ea libro P. Mag. Michaëlis Lot & Franciſci Diagi historiæ Prædicatorum Provinciæ Aragonicæ lib. 2 cap. 88, necnon ex processibus super prædictæ Reliquiæ verificatione formatis: *quam deinde Tamajus in compendium redactam, sed originalibus Græcâ linguâ inscriptionibus additis auctiorem, suis ad* XXIV *Junii Notis ad Hispanicum Martyrologium Latine inseruit: hic vero ex Hispanico Domenecci fideliter Latinitati redditam sic damus.*

Relatio ex Hispanico Latina habet,

322 Circa annum MCCCXXIII vivebat in prædicto Conventu Fr. Petrus de Alenia, vir religiosæ omnino atque exemplaris vitæ; quem tunc Priorem die quodam evocavit juvenis speciosus in habitu peregrini; seductoque in partem secretam indicavit, velle se illi, pro insigni ejus virtute, & peculiari suo erga Ordinem Prædicatorum affectu, manifestare & committere pretiosissimum quoddam pignus; ea tamen conditione, ut ne cui illud revelaret; sed asservaret, donec à peregrinatione ad S. Jacobum suscepta reverteretur; ac ne scriptę quidem à se epistolæ crederet, si quis forte mortalium talem adferret: sin autem non reverteretur, haberet ipsum ex tunc monasterio donatum. Fidem promissam servavit P. Petrus annis multis, donec considerans neque peregrinum reverti, neque ullum ejus vestigium uspiam reperiri potuisse, quantavis diligentia per iter istud adhibita fuerit; statuit penes se Angelum fuisse qui sic disparuerat, cœpitque commissum sibi thesaurum nonnullis exploratioris virtutis Fratribus manifestare, ac nominatim Patribus Magistris Iacobo Ramon, Januarioque & Bartholomæo Rollan; narrans eis quid se & peregrinum cælicum inter accidisset.

quod circa an. 1323,

maxim eo tulerit ignotus peregrinus,

C

D AUCTORE D. P.

323 Est autem S. Baptistæ manus sinistra cum parte brachii per medium circiter secti infra cubitum, cui nihil vel carnis vel ossis deest præter ultimum articulum pollicis, quem Regina quædam dum adorare se simulat, mordicus abstulit, qualis servatur hodieque in Conventu Prædicatorum Urgellæ. Etenim dinumerare & discernere in ea licet æque aut magis clare quam in manu cujuspiam viventis venas, arteriasque atque nervos, ungues etiam omnes, necnon ad pugnum vestigium catenæ qua Sanctus fuit in carcere vinctus, contortum enim notabiliter est versus latus sinistrum. Ad principium manus & finem brachii videre est nervum unum præ ceteris coloratum. De cetero perquam bene composita & spectabilis omnino manus est, quia tres majores digiti videntur extensi potius quam in palmam reflexi, nisi quod infra tres alios inclinetur quartus.

(unde avulsus articulus unus Urgellæ servetur,

324 Attulit Reliquiam istam Angelus intra arculam ligneam, quæ sesquipedem larga, alta autem lataque dimidium etiamnunc monstratur in Conventu; habens in operculo pictum Præcursorem, instar Angeli alatum, cum libro in dextra, cui sic inscriptum.

Φώνει Πρόδρομος, ὑπηρέτης & Λόγε
Μετανοῶν δείκνει τ φύσιν τ βροτῶν.

qui senarii versus Latine sic sonant:

Clama Præcursor, Minister Verbi;
Pœnitens ostende naturam humanam: à Verbo assumptam. Sinistra vero tenet Caput cum epigraphe:

E

ipsa alias integerrima manente)

Ο ΑΓΙΟΣ ΙΩΑΝΝΗΣ ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ.
SANCTUS JOANNES PRÆCURSOR.

Et ad pedem aliam similiter Græcam epigraphen:

Τί σὲ καλέσωμεν; Προφήτλω, Ἀπόστολον, Ἄγγελον, ἢ Μάρτυρα;
Quid te vocabimus? Prophetam, Apostolum, Angelum, aut Martyrem?

325 Denique circumcirca ipsum reliquiarium leguntur ducti novem ordines Græcorum versuum, litteris etiam ipsi majusculis sive quadratis, quibus & præcedentia omnia exprimuntur (*ut testatur Tamayus sua vel aliorum oculata fide.*) Versus hi sunt

intra arculam Græcis litteris varie inscriptam,

„Θεὸς κατέσιν εἰς βροτῶν σωτηρίαν,
„Πρόελθε, κῆρυξ, & τρανώσει τ Λόγον.
Ἅπαντα τὰ σὺ ῥαύματος πλήρη εἰσί.
Λέγε Γαβριὴλ τλὼ γέννησίν σε ξένως.
Πατρὸς τλὼ ἀπείθιαν πμωρεῖν θέλει.
Δικλῶ ἢ τλὼ κώφευσιν εἰσφέρει τάχυ.
Ὑπερθεν ὤφθης λρετῶν τρισελβίων,
Κρείτθαν Προφητῶν, ἴσος τῶν Ἀποστόλων,
„Μαρτύρων ὤφθης κοσμὶε πλήρης μάκαρ,
„Ἄγευσος τροφῆς πάντοίων τῶν ἐν φύσε.
„Γουπετῶν πρόσθει πάντων ὡς ἔτος,
„Διδοὺς λόγην τοῖς πεπσπειμένοις πόθω
Τῇ τιμία σε ῥήκη τῇ τῶν λειψάνων.
Πραγμάτων ἐλεύσεσε καὶ σφρᾶς βίε,
Ῥῶσιν σώματος σὺν ῥυμιδία πλέκων,
Εὐλογῶν αὐτὸς, κυβερνῶν ὡς σοι θέμις
Φερεῖς πτερύγας ὡς ἰσωθεὶς Ἀγγέλοις,
Ἔνυλος ὢν, αὔλος, ὡς Σωτὴρ ἔφη.

necnon 18. *versibus*

in laudem Sancti

A Quæ ſic ſonant, & clarioribus in margine verbis quadamtenus explicantur.

AUCTORE D. P. *eorum Latina verſione*

*Procede
*miracula
*mirabiliter
*incredulitatem
*loquela privationem
*adorantibus
*thecæ
*incurſus
*robur
*ipſos atque
*ut æqualis.

326 Deus deſcendit in omnium ſalvationem:
Veni * tu, Præcurſor, declarare Verbum.
Omnia tua * miratu plena extant.
Dixit Gabriël nativitatem tuam * extraneo:
Patris * renitentiam punire vult,
Pœnam autem mutitiam * infert cito.
Supra apparuiſti virtutes ter beatas,
Melior Prophetis, æqualis Apoſtolis:
Martyrum apparuiſti plenum ornamentum, Beate:
Non guſtans cibum qualiumcumque quæ in natura ſunt:
Genuflectens adjuva omnes ut mos eſt,
Præbens ſuccurſum * adjacentibus voto.
Admirabili tui * poſitione Reliquiarum
Negotiorum * volutiones & revolutiones vitæ,
* Sanitatem corporis cum lætitia ligans,
Benedicens * autem gubernans, uti [tibi] fas eſt.
Fers alas * adæquatus Angelis,
Materialis exiſtens immaterialiter, ut Salvator ait.

B

Perpinani exhibitâ,

327 Hæc interpretatio eſt D. Antonii, Archiepiſcopi Athenarum, & Vicarii generalis D. Jacobi Patriarchæ Conſtantinopolitani; & Archiepiſcopi Thebani, viri in Hebræa, Græca Latinaque linguis inſtructiſſimi, aliorumque multorum litteratorum iſtius Univerſitatis, eamdem verſionem approbantium, ad inſtantiam Fr. Guielmi Alberti, illuc à Conventu Perpinianenſi ablegati. Dedit autem ei prædictus Archiepiſcopus ipſam ſub fide publici Inſtrumenti, per quemdam Presbyterum nomine Julianum, Imperiali auctoritate Notarium. Hac autem viſa, D. Jacobus Prior Dominæ noſtræ Spinenſis, ex officio ſibi commiſſo per D. Raimundum Elnenſem Epiſcopum, Proceſſum formavit, & recitari præcepit à Notario, coram ſelectis è Dominicanorum, Carmelitarum, Franciſcanorum, & Auguſtinianorum familia Theologis, nonnulliſque Legum Canonumque Doctoribus; qui omnes definiverunt conſiderata miraculorum multitudine & Græca arculæ inſcriptione, conſtare ſatis, quod ipſum ſit brachium S. Joannis Baptiſtæ; & ut tale honorari mandavit, ſicut ſibi ab Epiſcopo commiſſum fuerat. Aliquot annis pòſt, ob aliquas difficultates ſubnatas, iterum Conventus miſit in Græciam, Fr. Dominicum Cardonum ejuſdem rei gratiâ; factaque eſt Nicoſiæ altera, ſed quoad ſenſum priori congrua verſio, (*Ea veroſimiliter quæ apud Tamayum extat cum modiciſſima differentia*) ſubſcripta nominibus Herſenii Epiſcopi Græcorum atque Vicarii Guillini: & mox ad XV Januarii an. MCCCCVII Doctor Franciſcus, Canonicus & Vicarius iſtius Eccleſiæ, de ea rogavit publicum inſtrumentum à Notario Imperiali; dicto Ludovico à S. Dominico, natione Mediolanenſi.

legaliter approbatur ipſa Reliquia,

& alia verſio petitur anno 1407.

C

Reliquiam ne porro ignè probet,

328 Iſtis non obſtantibus, Epiſcopus Albienſis, Apoſtolicus per Hiſpaniam Legatus (*Joannes veroſimiliter Goffredus, ſub annum* MCCCCLXI *ex Atrebatenſi factus Albienſis Epiſcopus & Cardinalis, qui anno mox ſequenti Ludovico* XI, *Perpinianum ab Hiſpanis occupatum obſidenti, armis & conſilio præſto fuit, ad ejus recuperationem; anno autem quarto pòſt potuit à Paulo* II *miſſus fuiſſe in Caſtellam, Henrico & Alphonſo fratribus eam in partes diſtrahentibus*) Legatus, *inquam*, Apoſtolicus Perpiniano tranſiens, volenſque de veritate prædictæ Reliquiæ certior reddi, juſſit eam in ſacriſtia monaſterii, coram multa turba, in foculum projici: quod tamen factum non eſt: quia continuo ceciderunt ex alto arcus & cruces quibus loci fornix intexitur; abſque ullo tamen præſentium damno; & fornice, qui abſque illis videtur non poſſe conſiſtere, ſuſpenſo manente uſque hodie ad magnam omnium admirationem. Quo caſu non minus ſtupore perterrefactus, quam gaudio repletus ille; mox elargitus eſt viginti marcas argenti, ad conficiendum reliquiarium, in quo nunc ipſum ſacrum brachium ſervatur.

miraculo impeditur Legatus Apoſt.

D

329 Plurima cælitus patrata miracula feruntur illo mediante, in curandis ægris: & ideo maxime ubique fiunt annuli, qui ſacris digitis inſerti & cum fide adhibiti, ſanant febres, arthritides, ſcrofulas, anginas aliaque incommoda. Ita anno MCCCLXXVII Domina Sibylla Vicecomitiſſa Rodenſis (quemadmodum conſtat ex priore Proceſſu) vehementi correpta febri, legavit famulum ad monaſterium Prædicatorum cum ſindone, annulo & roſario, contactu ſacri brachii ſanctificandis: quo cum ipſis ad Dominam ſuam reverſo, ipſa annulum digito, ſindonem capiti ſuo impoſuit; & continuo tam libera à febre fuit, acſi eam numquam fuiſſet paſſa. Ejuſdem autem cameraria, cum nihilo leviorem febrem, unà cum ingenti lateris dolore pateretur, petitam acceptamque ſindonem ſimiliter capiti ſuo impoſuit, & continuo alleviatam ſe, ac paulatim liberam à febri ſenſit: tum dolenti lateri ipſam applicans, ei quoque remedium attulit. Curat etiam arthritim, prout uxor D. Ramon Dardena experta eſt in neptula quadam ſua ex fratre aut ſorore; cui malum iſtud cum febri tam violenta patienti, ut medici mox crederent morituram, ſanitatem obtinuit; votum nuncupans S. Joanni Baptiſtæ, quod parvulam, ſi ſanaretur, diſcalceata portaret in ejus capellam, ipſique deinceps per omnem vitam impenſius deſerviret. Mox enim ab emiſſo voto, ſudare infantula cœpit integreque convaluit. Curari etiam ſimili invocatione Sancti ſcrofularum malum, patet ex ſecundo Proceſſu coram Abbate S. Mariæ de Regali, nominato ad eum effectum Commiſſario Apoſtolico; in quo Petrus de Caſes chirurgus, juratus depoſuit, quod curandum ſuſcepit cujuſdam hortulani Perpinianenſis filium, cui incurabiles & brevi mortales futuræ ſcrofulæ totum collum ambederant. Tantum diſcrimen ille conſiderans patrem admonuit: hic vero votum concipiens, ipſum puerum ad Sancti capellam detulit, ſanctoque brachio ſignari fecit, tali ſucceſſu, ut intra paucos dies percuratum chirurgus viderit, cum ſua admiratione non parva. De quibus aliiſque miraculis (nam & mulieres in partu periclitantes complures miraculo adjutæ dicebantur) cum Perpiniani quæri audiret Illuſtris Gilbertus de Barbarano, dixit arbitrari ſe, eum

Ad eamdē varii ægri curantur.

E

à febribus,

F

arthriti,

ſcrofulē,

A *incredulus severe punitur.*

eum eventum habituram quæstionem, quem habuerat Caput S. Vincentii Valentiæ, ubi scilicet ipsum penes se habere mendaciter jactaverat Clericus quidam. Vix enim inconsulta hæc verba pronuntiarat, cum sic cruciari brachio sinistro cœpit, ut intermisso prandio in clamores grandes erumperet, secumque prorsus actum crederet; donec culpæ serio agnitæ pœnitens, Sanctum invocavit & curari meruit.

Dictorum veritatem expertus Petrus à Marca,

330 *Hactenus Domeneccus, cui post annos* LVIII *attestatus est Illustriss. Petrus à Marca, tunc Episcopus Tolosanus, postea Parisiensis Archiepiscopus, Opusculo inter posthuma* XIII, *cui titulum fecit*; Dissertatio de Theca Reliquiarum S. Joannis Baptistæ, quæ servantur in ecclesia Dominicanorum Perpiniani; *quam Dissertationem, oculatus ipse testis sic orditur*: In monasterio Fratrum Prædicatorum in urbe Perpiniani, studio ac pecunia Jacobi I Regis Aragonum circa annum MCCLII condito, sunt insignes S. Joannis Baptistæ Reliquiæ; nempe pars brachii sinistri, paulo infra cubitum recisi, cum manu in digitos

B quinque distincta, quibus ungues intimę adhærent, pelle paulisper corrupta, carnei licet marcidique coloris: ossa & nervos ipsosque ductus venarum (quæ veluti livorem quemdam retinent) circulum tegente; extantibus in metacarpio vinculorum vestigiis. *Hinc num.* 2. *summatim perstringit historiam, fusius à Domenecco deductam: & num.* 3, *has proponit litteras.*

producit attestantes litteras versioni Græcarum inscriptionum,

331 Nos Frater Antonius, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus Athenarum, ac Reverendissimi in Christo Patris & Domini Jacobi, permissione divina Patriarchæ Constantinopolitani, tam in temporalibus quam in spiritualibus Vicarius Generalis; notum facimus per præsentes litteras, Priori & Fratribus Conventus Perpiniani Ordinis Prædicatorum Elnensis diœcesis, & universis, scriptarum, in Græca & Latina lingua, scripturarum cupientibus intelligere veritatem: quod Frater Guilliermus Alberti, ejusdem Ordinis, præsentavit & legit, coram nobis & Reverendo Patre Domino, Archiepiscopo Thebano; necnon & aliquibus discretis viris, in Græca

C & Latina lingua bene peritis, quamdam litteram, sigillo præsentis Conventus signatam, in qua continebatur; quod ipse Frater Guillermus interpretari faceret & transferri supra adnotatas Græcas litteras, in litteram & linguam Latinam: quarum tenor, ut omnibus nobis patuit, est quoddam carmen, stylo Græco, satis profundo & rhetorico, ad laudem Præcursoris Christi B. Joannis Baptistę, ad devotionem Reliquiarum ejus orantes provocans, & ad devotionem pariter inducens. Quapropter supradictus Pater, Dominus Archiepiscopus Thebanus, Hebræâ, Græcâ & Latinâ linguâ & litteris sufficienter imbutus, devotione prædicti Sancti affectus, & supradicti Fr. Guilliermi supplicatione humili, suprascriptam de Græco in Latinum, de verbo ad verbum transtulit, cum magna deliberatione, ac nostra & aliorum multorum in utraque lingua peritorum approbatione, nihil addito, nihilque remoto. In quorum testimonium sigillum nostrum impendenter apponendum duximus, necnon per manus publici Notarii, hęc omnia in Latina lingua fideliter scripta construi & signari mandavimus, ut patet volentibus intueri.

D AUCTORE D. P.

easque observationibus nonnullis illustrat,

332 *Num.* 4 *ponitur Latina epigrapharum & versuum interpretatio. Tum num.* 5 *addit à Marca*: Ex ipso litterarum stylo & contextu manifestum est Antonium fuisse communionis Latinæ Archiepiscopum, præcipue cum illa tempestate Athenas & vicinas regiones obtinerent Catalani; unde Coronæ Aragonum quæsitum Athenarum & Neopatriæ nomen. Porro Antonius ut pleniori jurisdictione frueretur, adjunxit suam vicariam auctoritatem Jacobi Patriarchæ Constantinopolitani, ejus nempe qui à Romano Pontifice institutus erat, non autem Patriarchæ Græci, degentis in urbe Constantinopolitana. *Ad quem locum notat Baluzius in sua Præfatione num.* 19, *ambos* curiam Pontificiam Avenionensem secutos. Nam quod Antonium, *inquit*, attinet; ei cognomen Balistario fuit, & ex Religioso Ordinis S. Francisci factus est Archiepiscopus

E Athenarum an. MCCCLXX, VI Kalend. Aprilis, ut docet Waddingus. Jacobus vero Patriarcha CP. eodem ferme tempore evasit, vocabaturque Jacobus de Irro, natione Gallus, qui postea Hydruntinus Archiepiscopus factus est à Gregorio XI anno VI sui Pontificatus; & Clemens VIII Cardinalem creavit anno MCCCLXXVIII die XVIII mensis Decembris. *His per transennã à Baluzio annotatis transit à Marca ad examen veteris versionis, & epigraphas quidem Græcas præmittit, sicut eas ex ipsius fide correctas suprà dedi (nam Lugdunensibus Martyrologii Hispanici, auctore absente, impressoribus fidendum non erat) tum* ex decem & octo versibus, ex quibus integra inscriptio constat, superstites duodecim (sex aliis unà cum incrustatione thecæ deperditis, *quas ideo his signis „ prænotavimus) Græce appingit*, alteram paulo faciliorem interpretationem *aggreditur*, *omissâ secundâ*, *quam Lotius & ex eo Tamajus proferunt* versione facta ab Hersenio Episcopo Græcorum Nicosiæ in Cypro anno MCCCCVII; cujus perquirendæ occasio petita fuit ex lite, quæ in causa appellationis pendebat coram Antonio, Abbate S. Mariæ de Regali in urbe Perpiniani, delegato à Benedicto XIII, quam Fratres Prædicatores interposuerant, adversus prohibitionem, à Bartholomæo Episcopo Elnensi sibi factam, ne publice exponerent has Reliquias die festo Decollationis B. Joannis, eo prętextu quod auctoritate Romanę Sedis nondum essent approbatę.

ac nova versuum interpretatione

F

quatenus adhuc superarant an. 1667.

333 *Dissertationem deniq; suam sic finit à Marca.* Cum in hac urbe Perpiniani ęgritudo quędam me detinuisset, post solutam quam cum Regis Hispanię Delegatis, ex mandato gloriosissimi Regis nostri, de limitibus utriusque regni collocutionem habueramus; existimavimus nihil nos ab officio nostro alienum facturos, si post Archiepiscopos Atheniensem & Thebanum, nostrum quoque de versiculorum sensu suffragium adjungeremus & fugientes Græcas litteras sisteremus, huic nostræ lucubrationi, per intervalla febris elaboratę, insertas. Actum Perpiniani anno MDCLX VI Nonas Maji: quo die hinc discedimus,

A mus, Toloſam ad Sedem noſtram redituri.

AUCTORE D. P. *atque effigie arculæ appicta,*

Cujus tanti viri tanta diligentia eo etiam carior nobis eſt, quod præter inſcriptiones Græcas, etiam dare voluerit poſteris effigiem Sancti, qualis in arcæ operculo viſitur, omiſſis Epigraphis quas tabellæ anguſtia non poterat capere. Quare dignum etiam duxi hanc apponere, additâ eâ quæ in Græcorum Menæis paulo aliter proponitur ad VII *Januarii, &* XXIV *Februarii.* Μετανοεῖτε ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cælorum: *quæ tamen non Joannis ſed Chriſti prædicantis verba ſunt Matth.* IV ℣. 17.

cui alia ex Menæis additur.



D

§. V. *De digitis manus dextræ, Venetiis & Mauriennæ ſervatis.*

334 TAm certum ac fidele teſtimonium, de integritate Manus ſiniſtræ apud Perpinianum, cogit credere, ad Manum dexteram vel veram vel ſuppoſititiam pertinere, ſi qui alibi ſervantur S. Joannis Baptiſtæ digiti; neque iis obeſt, quod ea fortaſſis integra Antiochiæ fuerit. Nam ſicut Caput, ita etiam Manus illa Conſtantinopoli potuit fuiſſe in varios diviſa, cum Melitæ ea amplius non reperiatur tota. Non eſt igitur cur dubitemus quin alicujus dexteræ vera pars ſit quam Ugellus Tom. 5 Ital. ſacræ Col. 1261 haberi ait Venetiis in templo S. Hermagoræ, quæ una omnium Reliquiarum, quæ in hac urbe ſunt, in publica ceremoniarum pompa ſub umbella circumfertur: *illuc autem allata illa fuerit ab eccleſia S. Baptiſtæ, de quo in Dominico* XV *Venetiarum Epiſcopo, ſub annum* DCCCCXCII *conſtituto, affirmat idem Ughellus col.* 1288, *ex Dandulo, quod* de Provincia Bragula (*aut potius civitate Provinciæ Thraciæ,* Βεργύλη *Ptolomæo, Cedreno* Βεργύλιον, Bergula *Antonino*) Reliquias S. Joannis Baptiſtæ advexit, & in eccleſia, quam ſui majores eidem Divo ſubſtruxerant, cum devotione depoſuit.

Dexteræ alicujus manus ſunt digiti,

qui habentur Venetiis;

E

335 *Quod autem S. Gregorius Turonenſis, lib. miraculorum cap.* 14, *narrat de Pollice, tanto eſt veroſimilius, quanto auctorem habet graviorem antiquioremque; ſic autem narrat:* Quædam mulier, à Mauritania urbe progrediens, ipſius Præcurſoris Reliquias expetivit * & ita ſe conſtrinxit vinculo juramenti, ut non ante à loco diſcederet, niſi de membris ejus mereretur quidquam accipere. Sed cum impoſſibile hoc incolæ loci narrarent, proſternebatur quotidie ante ſepulcrum, orans ſibi (ut diximus) de ſanctis artubus aliquid condonari. In qua intentione integrum duxit annum; ſimiliter & alterum: jugi ſemper oratione depoſcens. Tertio vero ingrediente anno, cum orationem ſuam pervenire [non] cerneret ad effectum; projecit ſe ante ſepulcrum & obteſtatur, non ſe exinde ſurrecturam, priuſquam hæc petitio obtineretur à Sancto. Septima vero die, cum jam inediâ deficeret; apparuit ſuper altare pollex, miri candoris ac lucis [ſplendore] effulgens. Cognito autem mulier. Dei dono, ſurrexit à pavimento; factâque capſulâ aureâ, in ea recondidit, quæ Deo largiente meruerat; & ſic gaudens remeavit ad propria: impletumque eſt in illa, quod Dominus dicit in Euangelio: Amen dico vobis, quodſi perſeveraverit pulſare, etſi non ſurgit pro eo quod amicus ſit; propter improbitatem tamen ejus ſurget, & tribuet ei (*panes*) quotquot habet neceſſarios.

& pollex qui Mauriennæ,

F

à muliere, perſeverante tribus annis obtentus,

336 Poſt hæc tres Epiſcopi, adventes de civitatibus ſuis, ad adorandum in hoc loco, voluerunt partem de hoc pignore elicere, poſitoque in medio nihil omnino auferre potuerunt. Tunc una vigilantes nocte, deprecati ſunt, ut aliquid mererentur à pollice: poſitoque ſub eo linteo, dum

unde tres Epiſcopi aliquid volentes accipere

partem

AUCTORE D. P.

partem auferre conantur, una ex eo gutta sanguinis cecidit super linteum. Hoc cernentes, duas deinceps noctes vigilant: deinde prostrati coram sancto altari, dum supplicant, ut adhuc majus aliquid mereantur à pollice, duæ iterum ex eo fluxerunt guttæ. At illi gavisi, colligentes devotè quæ Dominus dederat, juxta numerum servorum suorum; divisérunt linteum cum guttis suis, quas non sine grandi admiratione urbibus [suis] intulerunt. Et quia locus ille Maurianensis ad Taurinensem quondam urbem pertinebat; tempore illo quo Rufus erat Episcopus, ait Archidiaconus ejus ad eum: Non est æquum ut hoc pignus in loco viliori teneatur: sed surge, & illud accipe, & defer ad ecclesiam Taurinensem. Cui ille respondit, Quod hoc agere non audebat. Archidiaconus dixit: Ego hoc deferam, si permittis. Et Episcopus: Fac quod libet. Tunc Archidiaconus accedens ad locum, dum vigilias celebrat, mittit manum ad capsulam: mox amens effectus, accensus febre, die tertio expiravit; factusque est timor magnus omnibus, nec quisquam ultra beata Pignora ausus est mutare. *Petrus Comestor, Historiæ Euangelicæ seculo* XII *Scriptor, cap.* 75 Theclam *vocat mulierem præfatam, Maurianenses vero ipsam sequenti die colunt sub nomine* S. Tygris *vel* Tygriæ; *neque solum* pollicem *ipsi acceptum referunt, sed* duos *insuper* digitos, *quos ostentant* medium scilicet & medium, *inquit* Cangius, *illius vitam descriptam nobis mittens*, eosque integros, sed siccos, excepta aliqua extremitate medii: at pollicem *dicit* pæne redactum in cineres, dum identidem liquore tingitur, ad depulsionem morborum usurpando.

tres guttas sanguinis impetraruntur;

auferre autem ipsum volens, miserè periit.

337 *Unde illa sacrum pignus petierit, tacet Turonensis. Leodiense Passionale, ex quo Angeriacensium de suo Capite relationem dedimus, inter ipsius Baptistæ miracula istic subjuncta, ac fere ex Gregorio, ut dixi, desumpta, etiam locum illum totum describit; sed statim in principio ad * signum interpolavit, addendo, quod Reliquias istas exquisivit*, in loco Ingriaco nomine, super Vultunnum fluvium posito; *non considerato quod Angeriacenses de solo Capite glorientur. Habemus ex veteri Ecclesiæ Maurianensis Breviario & Missali descriptam istius mulieris Vitam, sequenti die sub nomine* S. Tygriæ *dandam; ubi illa dicitur, easdem Reliquias Alexandriâ petiisse, quo Hierosolymis allatas ex peregrinis, Solonio, ubi ipsa residebat, transeuntibus, intellexerat. S. Antoninus parte* 2 *Historiarum tit.* 13 *Cap.* 4 §. 2 *de Heraclio Imperatore*, Hujus, *inquit*, Imperii anno primo virtus & nomen S. Joannis Baptistæ miraculis declaratur apud urbem Galliæ Mauriennam, de Reliquiis ejus mirabiliter illustratam: *quæ si de earum illuc adventu intelliguntur, multum à vero aberrant, cum Turonensis de ipsis, ut pridem allatis, loquens obierit anno* DXCIV, *annis* XVI *prius quam imperare Heraclius inciperet.*

Ipsum non Angeriaco acceptum, ut quidam,

sed Alexandriâ, dicit Vita S. Tygriæ:

idque ante ætatem Gregorii Turon. factum esse oportet,

338 *Erravit etiam, levius tamen, Auctor Vitæ præcitatæ, cum rem actam dixit* in diebus præstantissimi Regis Guntramni. *Hic enim anno* DLXI *post patris mortem Burgundiam primum sortitus est: rem autem actam dicit Turonensis, cum* Maurienna, *pridem Episcopis destituta, adhuc pertineret ad civitatem Taurinensem, Episcopo ejus* Rufo *subjecta. Rex quidem Guntramnus dicitur novum ibi Episcopatum fundasse sub Viennensi Archiepiscopo; sed verum id esse non potest, si novam ecclesiam fundator suus consecrandam commisit* S. Ysichio Archiepiscopo Viennensi, *uti in eadem Vita legitur. Etenim in hujus Epitaphio tom.* I *Francicorum du Chêne pag.* 53, (*quod Epitaphium ei soror Marcella posuit*) *obiisse legitur* Septimum necdum peragendo lustrum, *id est anno ætatis* XXXV *necdum expleto. Atqui ille, jam Episcopus, interfuit Synodo Aurelianensi an.* DXLIX *& Parisiensi anno* DLV, *utique mox defunctus, ne multo minor trecenario fuerit, cum est Episcopus ordinatus. De quo hoc etiam dixerim, fieri non posse, ut ille immediate successerit* Pantagatho, *sicut scribitur in Chronico Adonis Episcopi Viennensis, satis imperite (ut mihi quidem videtur) interpolato per Viennensium Episcoporum successionem, plane irregularem. Ibi enim* Pantagathus *dicitur* sub Consulatu Paulini Junioris & Basilii vitâ functus, *qualis Consulatus totis Fastis non reperitur, sed annum* DXL *notat.* Justinus Junior P. C. Paulini VI. *Basilius autem Junior anno sequenti, solus & ultimus fuit Ordinariorum Consulum, scriptumque deinde est* P. C. Basilii Junioris I, II, III, IV *&c. usque ad* XXV. *Similiter erratur in Ysichii successore* Namatio, *quasi is eodem anno obierit, quo Justinus junior, id est anno* DLXXVIII; *cum anno* DLXVII *Synodo Lugdunensi, &* LXXIII *Parisiensi interfuerit* Philippus Viennensis ecclesiæ Episcopus. *Plura qui volet de origine Maurianensis Ecclesiæ ejusque Episcopis discere, consulat sequenti die dicenda ad Vitam S. Tygriæ: ego hinc transeo ad quædam incerti temporis miracula, ex loci archivio nobiscum communicata.*

imo & ante regnum S. Guntramni,

si Maurienensem ecclesiam consecravit S. Ysichius Viennen.

utpote qui paulo pòst 555 *obiit.*

340 Vir quidam Tabvisius nomine, è S. Juliano Maurianensi captivus apud Turcas, & vinctus compedibus; tamdiu in oratione & voto contra ecclesiam S. Joannis de Mauriana perstitit, ut in ea obdormiscens, mane se translatum viderit in locum, unde conspicere potuit eam ecclesiam: & gratias agens Deo, genibus flexis in eam venit, sponte circumpulsatis campanis, & cuncto populo accurrente. Ingressus ecclesiam, sese fregêre compedes; & sunt, cum ejus sculpta effigie junctis manibus, circum altare majus, cum plurimorum aliorum, è carceribus liberatorum ope B. Joannis Baptistæ. Quidam famulus nobilium de Tybaud, decidit equo, incidens à ponte Borgey, in Arcum torrentem: & exclamans, Sancte Joannes, illæsus evasit, & venit in ecclesiam Maurianensem acturus gratias. Et circa ea tempora facta est infantuli cujusdam suscitatio, ac muti restitutio. Adde nostris temporibus vidisse multos, morbo caduco laborantes, in nativitate S. Joannis Baptistæ, ad ecclesiam Maurianensem venientes, correctos, & sanitati postmodum fuisse in vita restitutos. Votum [incolarum] Abanardi in magno cereo persolvi vidimus, quorum locus impetu aquarum liberatus fuit. Et multæ in Portugallia & Flandria, à febribus & partûs dolore liberatę fuerunt, ad applicationem coronarum, quas Reliquias S. Joannis Baptistę Maurianensis tangere procuraverunt Nobiles Hispani transeuntes; quorum unus Jurium Doctor, rediens mihi hęc retulit.

Ad invocationem Baptistæ liberatur captivus apud Turcas,

servatur periculosè lapsus,

& alia multa miracula fiunt.

A retulit. *Ita verosimiliter is qui pro nobis Archivium Maurianense scrutatus, hæc aliaque collegit.*

AUCTORE D. P.

§. VI. *De aliis sancti corporis Reliquiis apud varios, & miraculis ad eas patratis.*

Castellodunum Carpus manus,

340 CAstellodunum *vulgo* Chasteaudun, *in Dunensi Belsiæ tractu situm oppidum,* XXVIII *leucis dissitum Rotomago ad Meridiem, Parisiis ad Occasum, suprà Ledum fluvium, multum ab amœnitate laudatur; magis tamen gloriatur* Carpo *alterutrius manus sancti* Baptistæ, *quam manui æreæ inauratæ inclusam servat Canonicorum Regularium ibidem monasterium, S. Mariæ Magdalenæ dicatum; uti scribit Cangius in sua Constantinopoli lib.* 4 *cap.* 5 *pag.* 104, ex cujus inscriptione, in ipsa manus & brachii commissura, colligimus insignem hanc reliquiariam thecam fuisse, olim doctissimæ ac nobilissimæ Annæ Comnenæ Porphyrogennetæ, filiæ Alexii Imperatoris; *cujus Alexiadem, patris gesta libris quindecim complexam, habemus ex Bibliotheca Barbarina Parisiis editam, varieque illustratam, studio nostri P. Petri Possini. Inscriptionem prædictam Cangio protulit Claudius du Molinet, noster etiam dum viveret amicus, ad S. Genovefæ Parisiis, hoc tenore:*

ab Anna Comnena thecâ & versibus ornatus:

B

Ὁ καρπὸς ὅσσην, ἥδε χεὶρ χρυσὴ, σοθὲν;
Ἐκ δ' ἐρήμης κάρπος, ἐκ Παλαιστίνης,
Χρυσῆ παλαιστὴ, χρυσοδάκτυλος· ξένον.
Ὅσσην ὁ καρπὸς ἐκ φύτου δ' Προδρόμου
Τλῶ χεῖρα δῶ, χάνωσε τέχνη κοὐ σόθος
Ἄννης Ἀνάσσης, εἰκόνος δ' Πορφύρας.

341 *Elegantem lusum in voce* Καρπὸς, *quæ eadem &* Fructum *significat &* Carpum, *id est eam partem, qua manus brachio connectitur;*

sed ægre intelligitur verè esse Baptistæ,

non satis assecutus interpres apud Cangium, *cogit præmissos versus aliquantum aliter Latinos facere, hoc modo.*

Os, carpus, & manus aurea, unde sunt?
Carpus quidem ex eremo, ex Palæstina,
Palma aurea cum aureis digitis, peregrinum quid.
Os, fructus est ex frutice Præcursoris,
Manum auream dedit & exornavit ars atque amor
C Annæ Reginæ, in Purpura natæ.

cujus alibi manus Carpo non carent

Ubi si φύτου, Plantam *reddas*, fruticem, *intelligere poteris; sed cum eadem vox etiam significet imam partem pedis, periculum incurris amphiboliæ. Sane cum jam habuerimus brachium sinistrum, dextrum geminum, quibus manus cuique sua vel pars illius carpo mediante adhæret, difficile captu est, quomodo Carpus iste, Annæ donum, vere fuerit ex corpore* Baptistæ: *non esset autem difficultas, si pro parte manus liceret partem pedis intelligere, quem nullus sibi locus quod sciam vendicat: sed hoc præsumere vetat, non pedis sed manus simulacrum, cui includitur; uti & nomen* Carpi, *à nemine hactenus translatum ad pedem.*

& cute sua teguntur:

342 *Adde quod non dicatur Carpo isti cutis aut carnis quidpiam adhærere, ut manibus illis aliis & faciei adhæret. Et ex hac causa suspecta mihi sunt tum* Brachium dextrum, *quod* à Pio II donatum *in Xenodochio à Scala dicto monstratur Senis, tum duo satis notabilia tibialium vel brachialium ossium fragmina (neque enim ea discernere potest anatomica peritia, absentibus utrimque capitulis sive nodis, ex quibus alias dignosci possent) quæ servantur apud nos Antverpiæ in ecclesia Domus Professæ, inclusa, simul cum dentium anteriorum uno, basi ex ebeno, fusis argento statunculis ornatissimæ; quam solemus majoribus festis in altari exponere, suppositam argenteæ statuæ,* Baptistam *dimidium repræsentanti; quam Joannis Baptistæ Adriaenssens pia liberalitas circa annum* MDCLX *fabrefieri curavit. Ipsa ossa unde sint, & quando nobis donata, docebit sequens instrumentum.*

ob quæ defectum suspecta sunt, brachium Senis;

& ossa Antverpiæ,

D

343 Cum ad Sanctorum venerationem plurimum conferat, eorum Reliquias in cultu haberi; ideoque bonum sit, constare unde habeantur, ne fidelibus imponatur: ego infrascriptus fidem facio, me os integrum S. Joannis Baptistæ; (*quod merito dolemus non nisi in partes fractum nunc haberi*) item S. Sebastiani Martyris, necnon S. Willibrordi Episcopi, & S. Christophori os satis magnum, item de Calvaria S. Mariæ Magdalenæ, R. P. Carolo Scribanio, Rectori Collegii Societatis Jesu Antverpiæ, dedisse. Has vero Reliquias accepi dono à D. Everardo Botter; E quas fere omnes ipse à Domina Priorissa monasterii S. Agnetis Ordinis S. Augustini Ultrajecti, ubi olim in magna veneratione haberi, & ab Antistitibus religiose visitari solebant, habuerat. In quorum fidem his manu mea subscripsi, & in fide Sacerdotis ac Religiosi testatus sum coram Deo, hæc ita se habere, Antverpiæ XXVIII Augusti MDCXI: *quando scilicet solum Antverpiæ Collegium erat, quo deinde in aliam civitatis partem translato, ipso in loco constituta est Domus Professa, eodem Carolo Scribanio curante. Signatum autem erat.*

Ultrajecto accepta ex monasterio S. Agnetis,

Ita est. Joan. Walterius Viringus, Societatis Jesu Sacerdos.

sed cutem & carnem consumpserit ignis.

344 *Ad dubium suprà motum quod attinet, dici fortassis potest flammarum à Paganis adhibitarum injuriâ factum, ut ab ossibus istis caro defluxerit, redacta in cineres; ipsis, quia solidioribus, facilius conservatis, & fidelium sedulitate subtractis, ne penitus consumerentur. Idem dixerim de eo osse, quod Ughellus tomo* 7 *Italiæ sacræ col.*443, *Scalæ, Episcopali in Amalphitano Ducatu urbe, esse scribit, absque ulteriori* F *specificatione: servatur autem unà cum aliis pluribus in Cathedrali S. Laurentio dicata, in quam videtur delatum dici* ab ecclesia S. Stephanię, *quæ ibidem Patrona colitur* XVIII *Septembris, ut Virgo Martyr, Utinam de hac certius aliquid prodeat, quam quod ex traditione Scalensium scripsit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, etiam ipse dubitans, an distinguenda sit ab ea quæ Latinis* S. Corona *dicitur.*

Adsunt illæ mento,

345 *Certius suæ veritatis argumentum præbebat* Brachium, *puta ab humero usque ad cubitum, qualis pars alibi nusquam esse prætenditur, de quo Cæsarius, Heisterbacensis Monachus, in Colonienśi diœcesi circa Bonnam trans Rhenum, anno* MCCXXII *lib.*8 *cap.*53. *Est enim, ut ipsemet vidisse se ait,* pelle & carne vestitum: *sic autem describit translationem illius Groningam, ex aliquo Sancti ipsius Hospitali, quod suspicari possis Hierosolymitanum fuisse totius Ordinis Hospitalarii, nunc Melitensis dicti Caput.* Non est diu, *inquit,* quod quidam mercator terrę nostrę, mare transiens, cum brachium S. Joannis Baptistę in ejus hospitali vidisset,

&

A & deſideraſſet ; intelligens cuſtodem Reliquiarum quamdam procari feminam ; ſcienſque nihil eſſe, quod mulieres hujuſmodi à viris nequeant extorquere ; accerſens illam ait: Si feceris me habere Reliquias S. Joannis Baptiſtæ, quæ ſunt penes cuſtodiam amaſii tui, centum quadraginta libras argenti tibi tradam. Illa oblatam pecuniam ſitiens, hoſpitalario conſenſum præbere recuſavit, donec ſacrum brachium obtineret: quod ſtatim negotiatori tradidit, & prædictum pondus argenti recepit .... quod ille non terræ infodiens, ſicut Herodias caput, ſed purpurâ involvens, ad ultimum terræ pæne tugit, & ad civitatem Gruningen, quæ ſita eſt in introitu Friſiæ, pervenit ; domum in ea comparavit ; & in quadam ejus columna brachium occultans, valde diteſcere cœpit.

quod ex Hoſpitali S. Joannis mercator Belga

Groningæ attulit,

346 Die quadam ſedente eo in taberna, cum ei quidam diceret ; Ecce civitas concrematur, & jam incendium appropinquat domui tuæ; ille reſpondit: Domui meæ non timeo: bonum ibi reliqui cuſtodem. Surrexit tamen, & domum intravit: in qua dum columnam immotam conſideraſſet, ad tabernam rediit. Mirantibus cunctis, quænam eſſet cauſa tantæ ſecuritatis; interrogatus de cuſtode domus ſuæ, cum per ambages reſpondiſſet, & hoc ipſum concives notare intellexiſſet ; timens ne forte ſibi vim inferrent, Brachium extrahens, cuidam Recluſæ cuſtodiendum commiſit. Quæ ſecretum celare neſciens, cuidam depoſitum prodidit, & ille civibus. Qui ſtatim Reliquias tollentes, & ad eccleſiam deportantes, depoſitori, cum lacrymis ſua repetenti, durius reſponderunt. Quem cum interrogaſſent cujus Sancti eſſent Reliquiæ, ſe nomen neſcire dixit, nolens eis illas prodere : ex dolore tamen civitatem deſerens, & pauperiem incurrens, non multo poſt infirmatus eſt graviſſime. Qui cum mori timeret, cujus eſſent Reliquiæ, & quomodo illas obtinuiſſet, Confeſſori ſuo patefecit. Quod ubi compertum eſt civibus, thecam argenteam, & deauratam, gemmiſque pretioſis ornatam, ad ſimilitudinem brachii fecerunt, in ea Reliquias reponentes. Ego ante biennium idem Brachium vidi, & eſt pelle & carne veſtitum. ....

cumque ejus domum ab incendio ſervaſſet,

cives argento incluſerunt,

347 Prædicti vero cives, Reliquiis S. Joannis timentes, retro altare fecerunt domunculam ex tabulis ſatis firmam, in cujus cacumine noctibus Sacerdotem venire fecerunt: ſub quo prima nocte ſic domus conquaſſata eſt, ut non parvum ei horrorem incuteret. Secunda vero nocte dormientem excuſſit in pavimentum illum projiciens. Cumque unus ex Potentatibus de civitate infirmaretur; & Theodoricus, eccleſiæ illius Sacerdos, ab illo rogatus, Brachium in domum ejus detuliſſet ac denudaſſet; tam Brachium, quam purpuram cui fuerat involutum, reperit recenti ſanguine infectum. Hęc mihi ore ſuo retulit idem Sacerdos, ab eodem Brachio modicum carnis recidens: cumque illam in manu occultè deferret, tantum ſenſit ardorem ex ea, acſi ignitum carbonem portaret. Multa ſiquidem ſigna ac ſanitates, per eaſdem Reliquias, in illa fiunt civitate, meritis S. Joannis Baptiſtę.

unde etiam ſanguis aliquando ſtillavit.

348 *Simile quid jam pridem, lib.* 1 *Miraculorum cap.* 15, 16 *&* 19 *ſcripſerat S. Gregorius Turonenſis, de aliis apud ſuam civitatem honoratis, hoc tenore :* Apud Turonicam urbem, dum in oratorium atrii B. Martini Prędurſoris Reliquias collocaremus ; cęcus quidam, adminiculo deducente, lumen recepit. Energumenus vero, obteſtans virtutem B. Joannis Martinique Antiſtitis, expulſo purgatus eſt dęmone. In hoc oratorium una puellarum, cui officium erat lychni fomenta componere, adveniens cum cereo, ut hoc ageret eſt ingreſſa; compoſitoque lychno atque accenſo, attracto ad ſe fune ſublimavit in altum, pleriſque innexum laqueis ad parietis clavum, & abſceſſit. Quę dum redit, cereus, quem manu gerebat, extinguitur ; regreſſaque velociter ad cicendelem, cereum non attingebat illuminare, neque laqueum funis abſolvere. Dum ambigua de hac cauſa penderet, ſubito delapſa à cicindeli flamma, cereum in manus ejus illuminavit : & ſic, officio luminis præeunte, quo voluit, ivit. Ferunt autem in hoc oratorio à lychno oleum ebullire. Sub hujus urbis territorio apud vicum Alengavienſem (*eum fortaſſis qui quarta circiter ab urbe leuca, inter Carum & Indrum fluvios,* S. Jean de la Grez *vulgo nuncupatur)* mulier quædam ex incolis, conſperſâ farinâ Dominica die panem formavit, quem ſegregatis prunis cineri ferventi contexit ad decoquendum. Quod cum feciſſet, protinus ejus dextera manus, divino igne ſuccenſa, cœpit exuri : & illa, vociferans ac plangens, baſilicam hujus vici, in qua Reliquia B. Joannis continebatur, expetiit, & oratione fuſa vovit, in hac die divino nomini conſecrata, nulla ulterius opera exercere, niſi tantum orationibus vacare. Nocte vero ſequenti fecit cereum in altitudine ſtatus ſui. Tunc in oratione pernoctans, tento tota nocte cereo manu propria, extinctis ardoribus incolumis eſt egreſſa.

AUCTORE D. P.

Turonibus alia facta miracula.

Dominicæ violans punita & ſanata.

349 Vidi ante hoc tempus hominem, nomine Joannem, qui à Galliis leproſus abierat, & in eo loco, quo diximus Dominum baptizatum, ajebat ſe per annum integrum fuiſſe commoratum; qui aſſidue abluebatur in amne, & redditus priſtinæ ſanitati, reformata in melius cute, ſanatus eſt. Hic Reliquias B. Mariæ & B. Joannis accipiens à Jeroſolymis, revertebatur in patriam : ſed prius Romam adire diſpoſuit. Verum ubi alias Italiæ ſolitudines eſt ingreſſus, incidit in latrones. Nec mora ſpoliatur indumentis, & ipſa quoque capſa, in qua geſtabat beata pignora, capitur. Exiſtimantes autem latrones illi, auri ibidem ſeſtertias aggregatas, effracta clave omnia rimantur intente. Sed cum in ea nihil pecuniæ inveniſſent, extracta pignora in ignem projiciunt, cæſoque homine diſcedunt. At ille ſemivivus exurgens, ut vel cineres extinctorum colligeret pignorum, invenit ſuper carbones accenſos illæſas Reliquias; ipſumque linteum, in quo involutæ erant, ita admiratur integrum, ut non putaretur prunis injectum, ſed aquis abſconditum : collegitque cuncta cum gaudio : & viam qua pergebat ingreſſus, uſque

leproſi mundati.

Reliquiæ intactæ ab igne.

A ad Gallias pervenit incolumis : multos etiam
A. CALCAGNINO vidimus, qui vel in Jordane, vel in aquis Levidæ urbis tincti, à lepræ morbo fuerunt mundati.

CAPUT VI.

De Cineribus Præcurſoris Genuam allatis, & frequentibus eorumdem miraculis, ex Italico Auguſtini Calcagnini, interprete Franciſco Verovio S. I.

350 *Poſitis his quæ ſuperius dicta ſunt de Reliquiis Præcurſoris, Alexandriæ olim ſervatis ; nunc juvat ſacrorum Cinerum, Genuam quondam allatorum, ibique frequentibus miraculis clareſcentium, hiſtoriam adjungere, ex Auguſtino Calcagnino, Canonico Pœnitentiario Genuenſi. Hic anno* MDCXLVIII *idiomate Italico edidit* Hiſtoriam Glorioſi Præcurſoris D. N. S. Joan-
B nis Baptiſtæ, Protectoris civitatis Genuenſis *libris duobus comprehenſam, quorum primo Sancti vitam, mortem, & variam ſacratiſſimarum illius Reliquiarum fortunam ; ſecundo, earumdem Genuam tranſlatarum narrationem, miracula cultumque, ſervato ordine temporis complectitur. Ex hoc quidquid Calcagninus fuſiore ſtylo proſecutus eſt, compendioſiori hic ſubjiciemus, ſuis diſtinctum paragraphis.*

§. I. *Genuenſium in Terram-ſanctam expeditio, & ſacrorum Cinerum Myræ inventorum Genuam tranſlatio.*

Inchoato anno 1096 *bello ſacro*

351 GEmebat ſub duro Saracenorum jugo Palæſtina, pretioſo Servatoris noſtri Sanguine irrigata, cum magno Religionis Chriſtianæ opprobrio ; quando ſacro incenſus zelo Urbanus II, anno ſalutis MXCVI in Concilio Claromontano, pro ejuſdem
C liberatione bellum ſacrum indixit : datiſque quaquaverſum litteris, per variarum gratiarum indulgentiarumque conceſſionem, populos Principeſque Chriſtianos animabat, ut operi tam ſancto totis viribus incumberent. Tantum vero ſuis exhortationibus ſacriſque ſtimulis effecit pius Pontifex, ut via terreſtri varii numeroſique exercitus ſub variorum Principum regimine, eo ſeſe contulerint : qui ſuperatis innumeris difficultatibus infinitiſque periculis, in Palæſtina conjuncti, ad ſacram expeditionem animum applicabant. At quia neceſſe erat tam numeroſum militem in terra hoſtili longeque diſſita diutius commorari, de fauſto belli exitu deſperabatur, niſi expeditioni terreſtri claſſis bellica ſuccurreret. Huic neceſſitati ut conſuleret zeloſus Pontifex, eos Chriſtianorum populos ad hoc invitaverat, qui in rebus maritimis erant potentiores. Primi fuere Genuenſes, qui incitati exhortationibus Legati Apoſtolici, eo fine à Pontifice miſſi, ingentem inſtruxêre navium claſſem, militibus atque omni armorum apparatu probe munitam : quam cum ad maritimam Syriæ oram appuliſſent, intellectum eſt, Chriſtianum exercitum in obſidenda civitate Antiochena, quæ ab infidelibus magnis animis defendebatur, detineri. Illuc ſeſe contulere Genuenſes, ſub anni MXCVIII initia, portumque ad fluminis Orontis fauces 12 P. M. ab urbe diſſitum ingreſſi, obſeſſores adventus ſui certiores reddidere, magnoque gaudio ac novis animis implevere : jam enim ſummâ annonæ penuriâ laborabant. Huic proſpectum eſt à Genuenſibus, copioſam annonam, novum militem, artificeſque in componendis muralibus machinis præſtantiſſimos ſubminiſtrantibus ; ſimulque hoc præſidio oram illam maritimam atque ipſa Chriſtianorum caſtra ab infeſtatione hoſtili tutabantur. D

Antiochia à Chriſtianis obſidetur anno 1098.

352 Tandem poſt longam difficilemque obſidionem, urbs illa nobilis Chriſtianorum ditioni tradita eſt, XIII die Junii anni MXCVIII, vel (ut alii referunt) ultimo die menſis Maji. Interceptâ igitur Antiochiâ, victores Chriſtiani in hoc unum intenderunt, ut ſeſe civitatemque munirent adverſus numeroſiſſimum Perſarum exercitum, qui ſub regimine Ducis Curbagathi, quamvis ſerius, ad ſuccurrendum civitati properabat, nec jam procul abeſſe nuntiabatur. Ac tandem die tertia poſt factam deditionem (ut refert Guilielmus Tyrius de bel. ſac. lib. 6 cap. 3) infideles ad urbis muros exercitum admoverunt, diffuſique circumcirca per omnem late planitiem, cum hæc multitudini non ſufficeret, ipſos etiam colles occupavere. E

capiturque 13 *Julii vel ultimâ Maji :*

253 Res hæc terrorem omnibus, aliquibus deſperationem injecit. Plurimi non tantum è gregariis militibus per funem è muris delapſi, urbem deſeruere ; verum etiam non pauci è Principibus turpi fugâ terga dederunt. Hi ut fugæ infamiam ſpecioſo prætextu tegerent, cum ad claſſem perveniſſent, deſperatam rem omnem Chriſtianorum retulerunt ; adveniſſe innumerabilem infidelium multitudinem, rurſum in illorum poteſtatem Antiochiam recidiſſe, deletos Chriſtianos Principes, atque omnem fere Chriſtianorum exercitum ; peculiari Dei beneficio ſeſe manus Barbarorum evaſiſſe ; jam jam adfuturos hoſtes, in naves irruituros ; quare hortabantur, ut, ſi ſibi conſultum vellent, quamcitiſſime poſſent, ſublatis anchoris vela darent. Hoc falſo rumore perculſi Genuenſes, ſparſum per littora militem, aliaque belli impedimenta navibus impoſuerunt ; relictoque portu, expanſis velis Occidentem verſus navigarunt. Cumque non multo tempore vela feciſſent, ad civitatem Myrenſem pervenerunt, ita divinâ diſponente providentiâ, quæ illos ſacro ac glorioſo theſauro ditare decreverat.

at poſt triduum illâ rurſus à Perſis, obſeſſâ, multi inde fugiunt.

inter quos naves Genuenſes F

quæ Myrâ adveniunt.

354 Ad maritimam Lyciæ oram, quæ Aſiæ minoris Provincia eſt, Rhodum inter Cyprumque inſulas, in continenti ſitæ ſunt Myra & Patera, quondam celebres & populoſæ, nunc fere deſertæ & deſolatæ civitates. Myra, nunc Stamira & Stamilla corrupta voce à navigantibus appellata, quondam iſtius provinciæ Metropolis, tribus P. M. abeſt à littore. Patera in ora maris Lycii condita portum habet inſignem. Diſtant inter ſeſe ſex P. M. ac pari nobilitate à S. Nicolao Magno decorantur, hæc illius Nativitate, illa Epiſcopatu ; uti & alterius Nicolai

Hæc utroq; S. Nicolaæ nobilia,

A Nicolai hujus deceſſoris & avunculi. Hic magnę ſanctitatis Epiſcopus inter alia pietatis opera, extra muros civitatis Myrenſis nobile templum condidit, adjuncto huic monaſterio, in quo non pauci Monachi Deo ſervirent. Loco huic ſacro, quem *Sanctam Sion* nominari voluit, nepotem ſuum Nicolaum jam Sacerdotio initiatum prępfecit. Hic ſanctus ille ſenex poſt mortem ſepultus eſt, juxta altare majus, quod poſtea S. Joanni Baptiſtę dedicatum eſt; ubi & quieſcit S. Theodorus, hujus de quo agimus, immediatus deceſſor. Poſt mortem illius ad curam Epiſcopalem electus eſt quidam Joannes, vitę ſanctitate illuſtris, & poſt hunc S. Nicolaus, Magnus dictus. Vixit hic annis 65, divinituſque de inſtanti morte admonitus, ex civitate Myrenſi ad prędfatum Monaſterium Sionis ſe recepit, ibique animam Creatori reddidit; repoſitumque fuit ſacrum illius Corpus in eodem templo juxta altare majus.

haud procul à muris ſuis habuit monaſterium ſanctæ Sionis:

355 Erat Monaſterium hoc, *Sancta Sion* dictum, colli impoſitum, tribus P. M. ab urbe Myrenſi Orientem verſus, in via quę illis temporibus dicebatur Andronica ſeu, ut alii volunt, Adriaces aut Adriatica. Hujus uti & altaris S. Joanni Baptiſtę conſecrati, mentionem faciunt Joannes Diaconus, Joannes Archidiaconus, Petrus in Catalogo, Jacobus de Voragine, Antonius Beatillus, & Ludovicusde S. Caecilia. Placuit divinę Providentię ad locum hunc ſacrum ex civitate Alexandrina transferri ſanctas Prędcurſoris Reliquias; quo modo, quo tempore, qua occaſione incertum eſt. Suſpicari quis poſſet quod cum jam paulatim Religio Chriſtiana in Oriente deficiens, ſeſe ad partes magis occidentales reduceret, ita Deus, Optimus, Maximus diſpoſuerit, ut eamdem fortunam ſortirentur Sanctorum Reliquiæ, quarum populi illi ſeſe reddebant indignos: ut ne debito cultu ac veneratione ſacra illa pignora prorſus eſſent deſtituta.

B *in hoc Cineres S. Joan. Bapt. Alexandriâ olim allati, incertum quando & quomodo,*

356 Conſtat certe ibi fuiſſe eo tempore, quo vixit Joannes Diaconus S. Januarii, (floruit hic circa annum DCCCLXXIII ſub Pontificatu Joannis VIII, cui Vitam S Gregorii Papæ dedicavit) quandoquidem Scriptor ille in Vita S. Nicolai, ubi deſcribit locum ſepulturæ ſancti illius Epiſcopi, inter varias Reliquias, quas coram veneratus eſt, etiam S. Prædcurſoris mentionem faciat his verbis: *Glorioſorum autem atque invictiſſimorum Martyrum in eadem domo Sanctæ Sion Reliquiæ conditæ ſunt, quorum vocabula iſta ſunt: Sancti Joannis Prædcurſoris atque Baptiſtæ, & S. Stephani Protomartyris & Protodiaconi, necnon & incliti Martyris Chriſti Theodori. Beatorum quoque Martyrum Sergii & Bacchi, quos Dux Antiochus interfecit pro Chriſti nomine. Et ibidem habentur Reliquiæ. Sanctorum etiam quadraginta Martyrum, qui ſub Lucinio paſſi ſunt in Armenia, in civitate Sebaſtia, illic poſita ſunt pignora. Cum quibus omnibus eamdem aulam perornat Nicolaus Sacer & Almus, meritis Magnus.* Quod autem ſcriptor ille ſacra hæc Lipſana coram veneratus fuerit, patet ex his quæ ait: *Miſerum me profiteor, & bis ex eadem aqua poculum præſumpſiſſe, dum ad ipſum tumulum, Sanctum Domini pro meis piaculis interpellarem Nicolaum.*

certe ibi conſervabantur ſeculo nono, C

quo Joannes Diaconus eos coram veneratus eſt.

357 Ex loco hoc ſacro Barenſes, anno ſalutis MLXXXVII ab urbe Antiochena reduces, Corpus S. Nicolai Magni ſuſtulere; uti & Veneri paulo pòſt alterius S. Nicolai, prioris avunculi. Horum omnium ignari Genuenſes huc quoque appulere: cumque magna eſſet ipſorum erga divum Nicolaum religio, cujus corpus etiamnum eo in loco ſervari exiſtimabant; incidit ipſis cogitatio & deſiderium ſacrum id pignus Genuam transferendi. Firmatis itaque ibidem anchorâ navibus, in terram deſcendêre quamplurimi, qui Pateram Myramque deſolatas atque incolis fere deſtitutas reperêre: cumque multi ex nautis locorum illorum eſſent periti, his ducibus ſeſe contulere ad S. Nicolai eccleſiam. Hic à Monachis ibidem reſidentibus benignè fuêre excepti, & quam mox, ne tempus perderent, poſitâ morâ fodere cœperunt infra altare majus, ut ſperatum theſaurum invenirent, magnoque cum gaudio urnam ſatis capacem detexere. At cum vacuam illam & inanem reperiſſent, opus inceptum proſecuti ſunt: quod animadvertentes Monachi, ſolicite eos admonuerunt, ne tempus terent in quærendo S. Nicolai Corpore, quod jam aliò diu eſſet tranſlatum. At dictis corum Genuenſes non habuêre fidem, ſeu divino inſtinctu admoniti, ſeu quod anxietas atque ſolicitudo nimia Monachos redderet ſuſpectos. D

A. CALCAGNINO *Huc appulſi Genuenſes, pro Corpore S. Nicolai Magni à Barenſibus avecto,* E

358 Cum vero profundius terram eruerent, aliud vas marmoreum detectum eſt, quo extracto apertoque, ſumma cum lætitia deſideratas (ut rebantur) Reliquias conſpiciunt. Læti igitur ſacrum theſaurum ſuſtulere, & contentione facta detulere ad littus, ut navibus imponerent. Subſequebantur triſtes flenteſque Monachi, obteſtantes ſupplicanteſque, ne ſacrum illud pignus ſibi eriperent, aſſerentes ſacrum D. Nicolai Corpus jam ab aliis fuiſſe ſublatum. Ac cum conſpicerent his omnibus nihil ſe efficere, Genuenſeſque iter ſuum ad naves proſequi; ducti conſcientiæ ſtimulis, eos admonuere, non divi Nicolai, ſed Prædcurſoris Domini eas eſſe Reliquias, quæ longo plurimorum annorum curſu ſub majori altari, Sancto illi dedicato, fuiſſent ſervatæ. His non commovebantur Genuenſes: at eo amplius eorum crevit gaudium, quod ſibi videbatur creviſſe in manibus ſuis ſacer ille theſaurus. Cum vero ad claſſem perventum eſt, ſacras illas Reliquias per omnes naves diviſerunt, ſive quod omnes honorem hunc ambirent, ſive ne unius navis fortunæ totus ille theſaurus committeretur. Relictis igitur in littore Monachis, qui flentibus oculis claſſem ſequebantur, in Occidentem vela dedêre.

Cineres S. Joan. Bap. per omnes naves diſtributos ſecum avehunt.

F

359 Secundus primum à puppi ſpirabat ventus: at mox hoc mutato horrida maris tempeſtas exorta eſt, quæ eo ſolicitiores reddidit, quod prædter omnem nautarum expectationem accideret. Erat, qui id divinæ vindictæ adſcriberet, quæ injuriam Monachis illatam hac calamitate vindicaret. At pius quidam Sacerdos, qui Prætoria navi vehebatur, divina (ut credebatur) inſpiratione admonitus, ſecuros eſſe juſſit, ac promptiſſime obſequi S. Prædcurſoris voluntati, quæ diſperſos cineres in unum colligi prædcipiebat. Hoc audito, qui claſſi præderat cum reliquis,

Ingens ſedatur tempeſtas facto voto colligendi ſacros Cineres

A qui ſecum vehebantur, id facturum ſeſe vo-
A. CAL- vit, ac ſubito tranquillitas mari, & ſerenitas
CAGNINO cælo rediit. Mox Architalaſſus omnes cete-
rarum navium Duces, conſilii, ſibi à Sacer-
dote tempeſtatis tempore dati, ſimul & voti
nomine omnium à ſe facti, certiores fecit.
Agnovere omnes cæleſte prodigium : quan-
tum enim prior tempeſtas omnem expecta-
tionem, tantum ſubita maris tranquillitas
omnem ſpem ſuperaverat. Collecta in unum
ſacra Lipſana navi Prætoriæ fuere impoſita.
Inde cœpit mare ſacros illos Cineres revereri,
atque obedire S. Præcurſoris imperio, ut
ſuccedentibus deinde ſeculis patuit.

360 Proſecuti iter ſuum Genuenſes Italiam verſus, ſecundo vento Genuam pervenere. Communis lætitia ob felicem navium civiumque reditum ex fauſto acquiſiti Theſauri nuntio, qui mox omnem civitatem pervaſerat, duplicabatur. Relicta urbe omnes littus occupaverant, avide expectantes tempus, quo ſacrum hoc pignus navibus efferretur. Vacabat eo tempore Epiſcopalis Sedes per mortem Ogerii; (Ciriacum dicunt aliqui,
B at falsò) cumque nondum ſucceſſoris illius electio facta fuiſſet, Canonici Cathedralis eccleſiæ onus ſubibant Paſtorale. Ab his decretum, ſacras Reliquias ingenti cum pompa in portu recipere.

361 Vetus habet Genuenſium traditio, has primum fuiſſe depoſitas in pervetuſta eccleſia, quæ olim S. Sepulcri, nunc S. Joannis de Pratis nuncupatur, eſtque nobilis Commenda Ordinis Hieroſolymitani. Hujus loci incolæ hanc ſibi gloriam vendicant; atque in interiori eccleſia (quæ ad normam S. Sepulcri Hieroſolymitani erat ædificata) monſtratur etiamnum locus, plurimis circa veſperam accenſis lampadibus, & multa religione ſacer, quod ibi primum ſacri Cineres repoſiti fuiſſe perhibeantur. Credibile certe eſt eos in hac eccleſiâ, condita in littore intra portum, qui tunc temporis apertus atque extra civitatem erat, unâ minimum nocte fuiſſe depoſitos, ut poſtero die cum majori apparatu & pompa deducerentur ad Majorem eccleſiam, quæ eo tempore fuerat
C renovata, ac ſuperbo elegantique frontiſpicio, quod etiamnum ſpectatur, recenter exornata. Maxir igitur totius civitatis concurſu ad Cathedralem eccleſiam deductæ fuere ſacræ Reliquiæ, atque ſummo altari impoſitæ, ut pietati ac curioſitati cum civium, tum externorum undique accurrentium, ſatisfieret.

362 Referunt aliqui, inter quos Nicolaus à Porta, diem quo Genuenſes appulêre, fuiſſe Dominicam infra Octavam Aſcenſionis Dominicæ; quod confirmare videtur uſus Eccleſiæ Genuenſis, quæ hoc die Officium Tranſlationis ſacrorum Cinerum celebrat. At id difficultate non caret: nam ſi verum eſt Genuenſes eos acquiſiviſſe Myræ vel Pateræ (quia, cum Eccleſia S. Nicolai media ſit inter utramque, nunc una nunc alia nominatur) in ſubitaneo ab urbe Antiochena reditu, ut certum eſt ex optimis Scriptoribus, patetque tum ex Bullis ſummorum Pontificum Alexandri III & Innocentii IV, qui iis temporibus ſatis fuere vicini, tum ex Lectionibus Officii Tranſlationis à Sede Apoſtolica approbatis. Cum, inquam, Genuenſes interfuerint urbis illius deditioni, quæ D
accidit XIII die Junii vel ultima die Maji (ut ſcribit Paulus Æmilius de Rebus Franciæ, qui addit claſſem in reditu ſeſe contuliſſe Conſtantinopolim, cum longa ac difficili navigatione) haud potuere Genuenſes citius Syriæ littora deſerere, quam tribus poſt deditionem diebus, cum Saracenorum exercitus advenit. Deinde paucas aliquot dies impendi oportuit ut Myram concederent, plures vero ut in patriam reverterentur: ita ut credi non poſſit illos ante menſem Julium Genuam attigiſſe. Quomodo igitur feſtum Aſcenſionis Domini incidere potuit in finem menſis Junii, aut in ipſum menſem Julium? Implicantia certe ſumma eſt, nec ſcio quomodo, qui hanc opinionem tueri velit, ſeſe extricare poſſit.

363 Mihi quidem hæc animo incidit ſententia, ſolennitatem hanc ab antiquis temporibus huic diei ad libitum fuiſſe affixam, ut alibi cum ſimilibus ſolennitatibus etiam hodie factum vidimus. Hujus ſententiæ ſufficiens videtur colligi poſſe argumentum ex Bulla Innocentii IV, qua ſacrum illum theſaurum orbi Chriſtiano publicavit, his verbis: *Cum igitur Venerabilis Frater noſter Archiepiſcopus, & dilecti filii Capitulum Januenſe, ſicut iis referentibus intelleximus, Dominico die proximo, ſequenti poſt Aſcenſionem Domini, Reliquias ipſas auctoritate Apoſtolica duxerint cum multa ſolennitate ac reverentia revelandas.* Ubi vox *Revelare* ſignificare videtur, Omnium oculis atque adorationi exponere. Hæc autem ſolennitas longo tempore Revelatio Cinerum S. Joannis Baptiſtæ dicta fuit, donec poſtea labentibus annis Tranſlatio dici cœpit, quod in illa hujus celebraretur anniverſarium, non quod tali die hæc fuiſſet olim peracta. Ut igitur hiſtoriæ filum reſumamus, ſuffecto in defuncti Epiſcopi locum Airaldo Conſulibuſque civitatis viſum eſt, ſacras Reliquias à ſummo altari tranſferri ad Sacellum peculiare, quod dextro eccleſiæ lateri adhærens, Baptiſterium vocabatur, nunc vero Sacellum S. Joannis Senioris, ut ita commodius fideles Sancto vota ſua ſolverent.

364 Anno ſalutis MCII rurſum Genuenſes, ad acquiſitionem Terræ-Sanctæ promovendam, eo misêre numeroſam quadraginta triremium claſſem, aliis navibus comitatam, ſub regimine Petri de Caſtello (ut ait Nicolaus à Porta, quamvis erret in tempore) unde poſt varias expeditiones redeuntes cepit deſiderium coram aſpiciendi locum, unde ſacri illi Cineres fuiſſent allati. Myram itaque appulſi ad Eccleſiam S. Nicolai, pervenêre Præfectus, & è claſſe præcipui. Hos fugêre primum Monachi, infideles & inimicos rati: at ubi Chriſtianos & Genuenſes eſſe intellexerunt, reſtiterunt quidem; at antiquum doloris vulnus renovatum eſt, quid ſibi non ita pridem ab iis accidiſſet revolventibus, vixque à lacrymis temperatum eſt. Cumque claſſis Præfectus Monachos oraſſet ut ſincere edicerent, utrum revera S. Joannis Baptiſtæ eſſent Reliquiæ, quæ à civibus ſuis hinc eſſent ſublatæ, ſuſpirantes reſponderunt, certiſſimas eſſe iſtius Sancti Reliquias: unde per Sacra omnia ſupplicabant, quam mox reſtituerent; ſi claſſes reduliſſent, vel ſaltem reverſi in Patriam, reſtitui curarent.

F

At

ſumma cũ pompa ſacræ Reliquiæ à Genuenſibus receptæ

non Dominicâ infra Octavam Aſcenſionis Domini,

quando Revelatio non Tranſlatio celebratur.

Anno 1102. *ad acquiſitionẽ Terræ-ſanctæ. profecti Genuenſes*

inde reducti Myram adeunt,

& à Monachis de certitudine Cinerum S. Joannis Baptiſtæ inſtruuntur.

A At cum ſurdis canere ſeſe experirentur, narrarunt, ſcire ſe ex antiqua longævi temporis traditione hos eſſe ſacroſanctos B. Præcurſoris Cineres, in ſacrilego illius corporis incendio tempore Juliani collectos, S. Athanaſio Alexandriæ traditos, poſtmodum huc tranſportatos, ac magno honóre per tanti temporis ſpatium conſervatos. Tum deductis ad locum ubi ablati erant hoſpitibus, recentes etiamnum ruinas oſtendêre: dein accedentes ad tremendum S. Joannis Baptiſtæ altare, impoſitis illi manibus, impreſſioque ſacro lapidi oſculo, juramento affirmarunt, vera eſſe quæcumque dixerunt. Magno animi gaudio Monachorum verba excepêre Genuenſes, habitiſque gratiis ac ceteris urbanitatis officiis, ad claſſem redière. Hæc cum in patriam reduces Conſulibus ac Clero retuliſſent, accrevit ſummopere ex illa certitudine erga ſacros Cineres Genuenſium religio atque veneratio.

§. II. *Sacrorum Cinerum approbatio, cultus & miracula, ſeculo* XII *&* XIII.

B

Anno 1106 *Catalauni aliqui ſacros Cineres auferre conantur,*

365 CÆleſtia mox prodigia quaquaverſum ſparſere famam ſacri illius doni, quo Altiſſimus fideliſſimam ſibi civitatem Genuenſem ditaverat. Anno MCVI inter plures, qui ſacros Cineres veneraturi advenerant, fuere quidam Catalauni, qui, ſtulta erga Sanctum pietate ducti, ſacras illius Reliquias inde ſecum auferre decrevere. Ad hoc Sacellanum, cujus cuſtodiæ committebantur, circumvenere, pacto quingentorum aureorum pretio pro mercede ſacrilegii, ut oſtium Baptiſterii, quod infra pontem eſt, qui clauſtrum Canonicorum eccleſiæ conjungit, apertum relinqueret, quo per obſcurum noctis intrare, ac ſacra pignora auferre ſecum ad naves poſſent. Adfuere conſtituta nocte ſacrilegi: at primus eorum, ut oſtium ad intrandum attigit, eodem momento omnem loquelam & ſenſum perdidit, mortuoque ſimilis in terram corruit. Subito hoc malo perterriti ceteri, miſerum hunc exanimem rati, horrore inſolito perculſi, & vi quadam occulta ſtimulati, tumultuariâ fugâ ſeſe in

quorũ unus cælitus plectitur qui rem confitetur Canonicis:

C pedes dedêre; quorum ſtrepitu excitati è ſomnis Canonici, qui illa in parte degebant, accurrêre, & miſerum hunc Catalaunum humi reperêre proſtratum. Cumque rerum ignari hærerent attoniti, rediit miſer ad ſe, redditâque ſibi loquelâ cum ſenſibus, in genua ſeſe ante Canonicorum pedes conjecit, furtum intentatum detexit, profuſiſque lacrymis à Sancto ac circumſtantibus auſi temerarii veniam petiit.

hi Reliquias abſcondunt clanculum in loco tuto,

366 Agnovere Canonici, quantum negligentiâ ſuâ incurrerant periculum perdendi theſaurum tam pretioſum, ſimulque ſummam divi Præcurſoris potentiam: at ſoliciti ne quid ea nocte ab exteris tentaretur, cives in vicinia excitarunt, ut ea nocte excubias agerent. Tum Canonici Sacellum ingreſſi, ſublatas inde Reliquias clanculum ad ipſam eccleſiam detulêre, ibique infra terram ſub gradibus., quibus ex eccleſia ad palatium Epiſcopale aſcenditur, abſconderunt. Hoc in loco manſere ad annum MCXVIII quo Genuam venit Gelaſius II Pontifex, quo tempore abſoluta erat renovatio & ampliatio eccleſiæ S. Laurentii Martyris. Hanc prædictus Pontifex ipſemet Glorioſo Chriſti Athletæ Laurentio, ac ſancto hujus civitatis Epiſcopo Syro, dedicare voluit. Hæc ſolennitas peracta eſt intervenientibus Epiſcopis Ottone Genuenſi, Aldone Placentino, Landolpho Aſtenſi, & Azone Aquinate, plurimiſque aliis Prælatis, x. Octobris anni MCXVIII. Dedicationis hujus apparatum deſcribit Paulus Intereanus in Compendio Hiſtoriæ Genuenſis. Tunc è latebris extracta eſt Arca S. Joannis Baptiſtæ, atque ipſe Pontifex ſacroſanctas Reliquias exemit, atque approbatas, in digniorem locum ejuſdem Baſilicæ ſolenni pompa tranſtulit, omniumque adorationi expoſuit; additis pretioſis muneribus plurimiſque indulgentiis, unde labentibus dein annis, accreſcente civitatis Genuenſis populi pietate & concurſu, plurimi cæleſtes favores B. Præcurſoris interceſſione civitati Genuenſi obtigere, quorum hic aliquot ordine temporis juvat referre.

D A. CALCAGNINO *unde extractæ anno* 1118,

& à Gelaſio II approbatæ in digniorem locum tranſlatæ ſunt.

367 Anno MCLVIII, ut refert ſuprà laudatus Nicolaus à Porta, per integri fere anni ſpatium, plurimis in provinciis, ſumma fuit terræ ſiccitas; ita ut in toto Genuenſi territorio, ne unica quidem aquæ gutta à primo die Maji ad finem Martii ſequentis anni cælo deciderit. Communi huic calamitati, qua & omnis ſpes fructuum tollebatur, & magna corporibus humanis oriebatur infirmitas, accedebant in civitate Genuenſi frequentes terribileſque terræ motus, unde plurimæ domus corruebant. In hac miſeria atque horrore civium, vir quidam honeſtus, ſuperna revelatione edoctus, ceteros monuit, ad interceſſionem glorioſi Præcurſoris confugere. Hac admonitione incitati cives, inſtituta ſupplicatione, ſacros Cineres per civitatem circumtulere: atque ecce ſimul atque ſacra Arca libero æeri fuit expoſita, quam mox cælum obtigi nubibus cœpit, ac poſt unius horæ ſpatium, priuſquam ſacræ Reliquiæ in templum fuere relatæ, catarrhactæ cæli apertæ ſunt, ac cæleſti favore uberrima decidit pluvia, quæ & ſpem meſſis reſtituit, & afflictorum civium animos ſublevavit.

E *Anno* 1158 *Sancti interceſſione, in ſiccitate pluvia impetratur,*

F

368 Anno MCLXIX ardebant ſummæ inter præcipuas civitatis familias diſcordiæ, maximeque inter Caſtellanos & Advocatos; jamque ad manus perventum erat: vigebat enim id temporis deteſtanda illa conſuetudo, hujuſmodi conteſtationes in campo armata manu dirimendi. Tum vero Hugo Archiepiſcopus, ut providum Paſtorem decet, unà cum Conſulibus huic malo occurrere cupiens, ardentes mutuo odio cives ad concilium in Palatium ſuum advocavit; juſſitque interim Clerum ſolemni pompa in medium concilii adferre ſacras Prædecurſoris Reliquias, ut verbà ſua, quæ erat prolocuturus ad iratos civium animos, majus pondus acciperent ab eo, qui erat vox Domini. Nec eventus ſpem fefellit: nam poſt habitam efficaciſſimam de pace ineunda orationem, frementibus interim & in mutuam mortem intentis hinc & inde partibus, ut pius Præſul diſſidentium familiarum Capita ante ſacros Cineres ad mutuos amplexus invitavit, mox placati atque

nobilium familiarũ diſſenſiones componuntur an. 1169

A

A. CALCAGNINO

ad lacrymas commoti Orlandus Advocatus, & Fulco Caſtellanus, diſcordiarum principes, depoſitis odiis in mutuos amplexus involarunt; datoque pacis oſculo, ceteros in ſui exemplum traxêre. Ita compoſita fuit pernicioſa illa diſſenſio, quæ prius nec amicorum conſiliis, nec Magiſtratuum auctoritate extingui poterat.

Anno 1176 *incendium extinctum*

569 Poſt hoc animorum incendium, aliud hujus Sancti interceſſione extinctum eſt, quod anno MCLXXVI illum civitatis vicum invaſerat, qui à S. Victore nuncupatur. Cum enim nullâ adhibitâ civium diligentiâ, flammarum furor ſuperari poterat; ad ſuarum Reliquiarum præſentiam ſanctus Protector illam civitatis regionem, quæ frequentiſſimis domibus erat conferta, conſervavit ab ignibus, à quibus ne proprium quidem corpus Sebaſtæ liberare voluerat; hoc ſingulari beneficio demonſtrans ſe, (ſi fas ſit dicere) plus amare devotam ſibi Genuam, quam ſeipſum. Eodem anno civitas liberata fuit à periculoſiſſimis terræmotibus, circumlatis per urbem Reliquiis.

& terræmotus ſedatus.

B

Anno 1178 *Fredericus I veneratus ſacros Cineres, eos*

370 Incitatus famâ tam pretioſi theſauri ac pietate erga Sanctum, Imperator Fredericus I menſe Januario anni MCLXXVIII Genuam advenit, cum Beatrice uxore atque Henrico filio: cumque magni illi Principes ſacroſanctos Cineres videre deſiderarent, ex priori loco ad ſummum altare fuêre tranſlati. Adoratas ſumma pietate atque admiratione Reliquias, ingentibus muneribus Imperatoriâ munificentiâ condecoravit. Præterea Fredericus ſuis expenſis novam ex argento Arcam fieri juſſit, ut ita decentius conſervarentur; prius enim Arcæ ex albo marmore incluſæ cuſtodiebantur, quæ hodiedum etiam pone atque infra altare ejuſdem Sancti conſpicitur.

arcæ argenteæ includi jubet.

Anno 1179 *Alexander III eoſdem approbat,*

371 Anno ſequenti MCLXXIX Romæ celebratum eſt ab Alexandro III Concilium Generale III. Eo conceſsêre Hugo Archiepiſcopus, Obertus Præpoſitus, & Ogerius Galetta Scholaſticus (vulgo Magiſcola) ejuſdem Cathedralis eccleſiæ, comitantibus urbis Legatis, maximoque Nobilium numero. Hi benignè à ſummo Pontifice excepti,

C

inter alia hanc ab eo petiêre gratiam, ut Apoſtolica auctoritate comprobaret publicaretque annuam ſolennitatem Tranſlationis Reliquiarum S. Joannis Baptiſtæ. Pontifex qui anno MCLXI has Genuæ coram veneratus fuerat, illorum poſtulationi annuit, Prælatoſque aliquot deputavit, qui in illarum veritatem Tranſlationemque inquirerent. Hi facta inquiſitione, rem omnem detulere ad Pontificem: qui mox Bullam expedivit, in qua relatis plurimis Genuenſis populi erga ſeſe & Apoſtolicam Sedem meritis, aſſerit Reliquias Præcurſoris Domini, à Genuenſibus in reditu ab Antiochena expeditione, circa Pateram fuiſſe inventas, ac in patriam relatas: ideoque omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, ceteroſque Prælatos Tuſciæ, Lombardiæ & Provinciæ hortatus eſt, ut populis ſuis ſacrum hunc theſaurum publicarent; cumque publicæ veneration exponerentur, eos invitarent, ut ad illius diei ſolennitatem Genuam ſeſe conferrent: quod ut majori cum fervore fieret, multas huic diei totique Octavæ annexuit indulgentias. Reduces in patriam Prælati, ſumma cum pompa accurrentibus undique circumvicinarum provinciarum populis, Solennitatem hanc celebrarunt, quæ tum temporis Revelatio Cinerum S. Joannis Baptiſtæ appellabatur.

D

& feſtum Revelationis inſtituit.

372 Erat iis temporibus urbs Genua plurimis infeſtata incendiis, utpote quæ (ut ferebat illius ſeculi uſus) domibus confertim ædificatis, & maxima forte ex parte ligneis conſtabat; unde ſummum ſæpius civitati creabatur periculum: uti etiam accidit anno MCLXXXI, quo magnum exortum eſt incendium in illa civitatis regione, ubi Conſules degere conſuevêre, juxta templum S. Mariæ de Caſtello. Timebatur ne magnam civitatis partem ignis abſumeret: namque à Meridie ſpirans Auſter, collectam flammarum vim ad ulteriora adigebat. Hoc periculo perterriti Genuenſes, ad ſolitam Præcurſoris protectionem confugêre. Nec in vanum: poſtquam enim ad illam urbis partem allati fuere ſacri Cineres, deſiit flammarum furor, qui toti civitati ruinam minabatur.

Anno 1181 *allatis ſacris muneribus, incendium periculoſum extinguitur.*

343 His prodigiis exhortati varii populi, ſacris Cineribus debitum cultum certatim detulêre. Unde inter conventiones quas cum Republica variæ Terræ & Valles pepigerunt anno MCCII, obſtrinxere ſeſe ad offerendum annis ſingulis Sancti illius feſtâ die, cereum viginti quinque librarum, in pietatis fidelitatiſque ſuæ teſtimonium: quod conſtat ex Regiſtro Privil. & Convent. & Comm. Januæ.

E

Anno 1200 *varii populi ad offerenda Sancto dona, ſeſe obſtringunt.*

374 Anno MCCIV, cum Rex Aragonum Petrus II, (quem Nicolaus à Porta per errorem Regem Armeniæ nominat) Genuam veniſſet, hoſpitium habuit in vico, qui Cannetum dicitur. Hìc in ipſa qua dormiebat domo, ingens excitatum eſt incendium, nec ullâ adhibitâ operâ extingui poterat; ſed continuo ſerpebat ulterius, jamque vicinas domos occupaverat: at allatis illuc ſacris Reliquiis, mox flamma extincta eſt. Agnovit Rex cæleſte beneficium, ideoquè die poſtero Sancto offerri juſſit unum ex equis ſuis præſtantiſſimis, phaleris ephippiiſque argenteis pretioſiſſime ornatum.

Anno 1204 *extincto per Sancti Reliquias incendio, Rex Aragonum Petrus II equum offert.*

F

375 Anno MCCVII reduces ex maritimo itinere naves ſeptem grandiores, aliquot triremibus navibuſque minoribus comitatæ, cum haud procul à portu aberant, horridam ſubiêre tempeſtatem, quæ & gubernacula & antennas confregit, atque unam è navibus majoribus cum nonnullis aliis in fundum egit. Ceteræ jamjam erant perituræ, niſi ipſis Genuenſes, qui triſte hoc ſpectaculum è portu aſpexerant, adfuiſſent: admonitus enim de periculo Clerus atque Otto Archiepiſcopus, ſacros Cineres in conſpectum maris naviumque periclitantium attulêre, moxque per B. Præcurſoris interceſſionem facta eſt tranquillitas, atque eodem die appulſis in portum navibus, nautæ ceterique vota ſua Sancto ſolverunt. Ita refert Ogerius Pane in volumine del Caffoſo.

Anno 1207 *ſedata periculoſa tempeſtate*

nautæ vota ſua Sancto ſolvunt.

376 Anno MCCXXII die Natali Redemptoris noſtri, in meridie, tam terribili terræmotu conquaſſata fuit civitas, ut, ſi iterata vice, ut timebatur, malum rediiſſet, totius urbis

Anno 1222 *terræmotus repreſſus.*

A bis ruina fuiſſet inevitabilis. Relictis igitur menſis, perterriti cives ſeſe turmatim ad eccleſiam S. Laurentii contulêre, in rebus afflictis opem de cælo expoſtulaturi. Viſum eſt quoque Archiepiſcopo Concilioque ſacras Protectoris ſui Reliquias per urbem circumferre: nec abfuit ſperatum auxilium. Ita Stella.

Anno 1226 *portus à ruina ſervatus.*

377 Anno MCCXXVI tantus inſurrexit maris æſtuantis furor, ut diruptis obicibus, jam jam portum diruiſſet: at exhibitis mari Reliquiis, mox repreſſus eſt aquarum tumor, portuſque à damnis ulterioribus fuit præſervatus.

Anno 1230 *ex quatuor piratis laqueo ſuſpenſis,*

378 Omnium vero admirationem ſuperat, quod anno MCCXXX accidit. Præfato Ottone etiamnum Archiepiſcopo, & Chriſpino de Soreſina Mediolanenſi Prætore, capti fuere haud obſcuri nominis piratæ quatuor, Recuperus & Durandus Portus-venerenſes, Guilielmus Vintimillius & Roſcius Morinellus Rechienſes. Hos Prætor propter commiſſa in mari latrocinia ad laqueum damnavit, reliqui eorum ſocii, ut manu dextera truncarentur. At die xv Octobris, quo

B capitalis ſententiæ executio fieri deberet, commiſeratio hominum, non modo vulgi, ſed Procerum quoque ſtudia commovit, magnaſque turbas excitavit; cum homines omnis generis ac ætatis, virique ac matronæ veniam dari prope minaciter poſcerent. Eoque inſaniæ res pervenit, ut cum Prætor ad locum deſtinatum ſupplicii exactor accederet; ſeditio contra illum & collegas commota ſit, ingenſque lapidatio facta: qua Prætor equo ſuperfuſo in terram corruit, crureque fracto, inter ſuorum manus domum reductus eſt; ex quo vulnere paulo poſt deceſſit. Tandem ſeditione compreſſa, piratæ furcâ ſuſpenſi ſunt. Horum duo illico expirarunt; Recuperus & Guilielmus Vintimillius, cum diu penduli animam efflare non poſſent, re nova animis obſtupefactis, & ad populi faventis clamorem laqueis inciſis, viventes in carcerem reducti ſunt. Rogati quid illos ſervaſſet; Divi Joannis Baptiſtæ opem ſibi adfuiſſe reſponderunt, cujus Cineribus ſalutem ſuam commendaſſent. Re in religionem accepta liberati ſunt, multum moniti, ut

duo ope S. Joannis Baptiſtæ vitam conſervant.

C à piratica in poſterum abſtinerent.

Anno 1231 & 1240 *extinctum incendium.*

379 Hæc privatis collata beneficia: at non minora duodecennali ſequentium annorum ſpatio experta eſt Reſpublica. Magno arſit incendio civitatis vicus, Fuſſilia nuncupatus, cum majoris damni periculo: aſt ad præſentiam ſacrarum Reliquiarum extinctis flammis, periculum deſiit. Idem infortunium bis accidit in eodem vico, annis ſcilicet MCCXXXI & MCCXXXX.

Anno 1242 *ſedatur tempeſtas,*

380 Anno vero MCCXXXXII per ſacrorum Cinerum invocationem, ingens Genuenſium claſſis, circa inſulam, Montem Chriſti dictam, à magna maris tempeſtate incolumis evaſit: quo tempore etiam naves omnes, quæ in portu detinebantur, ſalutem ſuam ſancto Protectori, allatiſque ejus Reliquiis adſcripſere.

& 1243 *incendium.*

381 Cumque anno ſequenti, in Vigilia Nativitatis Domini, rurſum ignis civitatem infeſtaret in vico S. Andreæ; idque tantâ violentiâ, ut flammæ ſuperarent ſummitatem duarum turrium prægrandium, quæ antiquam formant portam, quæ S. Andreæ dicitur, à templo ſancti illius Apoſtoli iſti vicino. Ad hanc civitatis partem detulere ſacros Cineres, ac mox incendium fuit extinctum. Applauſit huic prodigio poſtero die urbs tota: atque omnes vici illius incolæ, quorum ingens eſt multitudo, vota ſua Sancto ſolverunt.

D A. CALCAGNINO

382 Anno MCCXLIV Innocentius IV Pontifex, in patriam ſuam Genuam venit, huc à Genuenſium navibus Sutrio tranſvectus (ubi à Frederico II veluti obſeſſus detentus fuerat) deinde in Galliam tranſiturus. Diebus his quibus hic ſubſtitit, ſæpius ſacra S. Joannis Baptiſtæ Lipſana veneratus, triginta ſex lampades argenteas dono dedit Eccleſiæ, voluitque diu noctuque arderent. Hæ ibi fuere uſque ad annum MCCCXXVIII, quando in belli civilis tumultu fuere deſtructæ, ut habet Nicolaus à Porta. Præterea confirmavit ampliavitque Bullam Prædeceſſoris ſui Alexandri III, aliâ datâ Bullâ, quæ ſervatur in Archivo Capituli Genuenſis, ſequentis tenoris.

Anno 1244 *Innocentius IV* 30 *lampades argenteas offert*

datâ Bullâ,

383 Innocentius Epiſcopus; Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Generalis Eccleſia plurimum apud Omnipotentem Sanctorum ſuffragiis adjuvetur; tanto amplius unaquæque regio ſpeciali debet prærogativâ lætari, & ſecurius expectare veniam de commiſſis, quanto digniores ante divinam Majeſtatem Interceſſores habuerit, qui meritis & devotioni fidelium de iis, quæ ſeminant in terris, fructum centuplum retributionis æternæ precibus ſuis obtinent in excelſis.

qua priorem E

384 Pervenit autem ad Nos, quod cum olim Cives Januenſes ab expeditione Antiochiæ triumphatores de inimicis Chriſti redirent, applicantes prope Pateram, Reliquias beati Joannis Baptiſtæ ac Præcurſoris Domini ibidem inventas, ſecum Januam ſupplici devotione portarunt. Propter quod felicis recordationis Alexander Papa prædeceſſor noſter, intellecto, quod iidem cives intendebant eaſdem Reliquias ſolemniter revelare Archiepiſcopis & Epiſcopis per Tuſciam, Lombardiam, & Provinciam conſtitutis, ſuas, prout nobis plene conſtitit, direxit litteras, continentes, ut id nuntiantes in Eccleſiis eorumdem, populum eis commiſſum, ut ad eamdem Civitatem in die Revelationis accederent, monerent ac inducerent diligenter.

ab Alexandro III conceſſam confirmat, F

385 Cum igitur Venerabilis Frater noſter Archiepiſcopus, & dilecti filii Capitulum Januenſe, ſicut eis referentibus intelleximus, Dominico die proximo ſequenti poſt Aſcenſionem Domini, Reliquias ipſas auctoritate Apoſtolica duxerint cum multa ſolemnitate ac reverentia revelandas; Univerſitatem veſtram rogamus, monemus & hortamur attente, ac per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus prædictæ Revelationis diem, ut in veneratione de cetero habeatur, publicantes in Eccleſiis veſtris, ac facientes etiam publicari, commiſſos vobis populos, ut ad prædictam Civitatem in eadem die

& alias indulgentias concedit.

A accedant, ipſius Baptiſtæ imploraturi ſuffragium, moneatis attentius, & efficaciter inducatis. Nos enim cupientes, ut idem glorioſus Præcurſor congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad Januenſem Eccleſiam, ubi prædictæ Reliquiæ ſub veneranda cuſtodia conſervantur, in ſolemnitate Revelationis ipſarum, devote acceſſerint, annuatim de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, in die Revelationis annum unum, & octo diebus ſequentibus quadraginta dies annis ſingulis, de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Dat. Januæ ſecundo Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

& alias indulgentias concedit.

Anno 1245 ſedata rurſum tempeſtas.

386 Anno MCCXLV rurſum horrida maris tempeſtas ingruit, quæ tanto erat periculoſior, quod nocte media accidiſſet; unde non tantum in altiori mari, verum etiam in Portu naves omnes periclitabantur: nec jam aquarum impetum conſtructæ in altum moles crepidineſque ſuſtinebant: cum perterriti cives eo ſacras Præcurſoris Reliquias, B partemque Crucis Dominicæ, quæ in cathedrali conſervatur, eo attulêre: ac mox mare miteſcere ac periculum omne ceſſare cœpit.

Anno 1269 inſtituta S. Joan. Bap. Confraternitas,

387 His infinitiſque aliis prodigiis, quæ Scriptores Genuenſes annotare prætermiſêre, haud abſque ſuperna inſpiratione adducti cives plurimi, glorioſum hunc Sanctum in Protectorem ſuum Patronumque ſpecialem elegêre, atque anno MCCXLIX, exactis jam poſt allationem ſacrorum Cinerum duobus ſeculis, inſtituta eſt in eccleſia Cathedrali Confraternitas ſub illius nomine. Erat tunc temporis creatus Archiepiſcopus Porcetus Spinola, doctrina ac pietate inſignis; qui rogatus, ut novum hoc inſtitutum calculo ſuo approbaret confirmaretque, non ſolum annuit, verum etiam ut majores ſtimulos adderet, multas illi conceſſit indulgentias, quæ à Succeſſoribus ſuis fuere confirmatæ ampliatæque. Venerabilis hujus Sodalitii munus erat, ad cathedralem eccleſiam convenire, ſacras Reliquias accenſis facibus comitari, C quoties in ſupplicatione vel ad portum ratione depellendæ tempeſtatis deferrentur; deinde primo Jovis die cujuſque menſis curare, ut ſolenne Sacrum ad altare ejuſdem Sancti decantetur, illique aſſiſtere atque exhortationi intereſſe; quæ poſtmodum, ob quam cauſam ignoro, eſt prætermiſſa. Præterea decretum eſt, ut omnes Archiepiſcopi Canonicique eccleſiæ Cathedralis, præcipuique urbis cives huic eſſent adſcripti, unde ſacrarum Reliquiarum cultus ac veneratio magnum ſumpſit incrementum.

ab Archiepiſco confirmata & dotata indulgentiis &c.

§. III. *Sacrorum Cinerum cultus & miracula ſeculo* XIV.

Nobiles aliquot a. 1316 per Sancti interceſſionẽ

388 HAudquaquam prætermittendum, quod anno MCCCXVI accidit. Venêre ad ſacras Reliquias, in conſpectu Cleri populique, viri quidam nobiles Montis Regalis (Mondovì) ex Pedemontio, votiva munera oblaturi, quod interceſſione Sancti illius hoſtium ſuorum manibus eſſent liberati. Canonicis vero rem omnem intelligere cupientibus retulerunt, ſeſe cum aliis quibuſdam numero viginti ſex, ab hoſtibus ſuis per dies aliquot in colle, Caciverna dicto, fuiſſe obſeſſos; cumque nulla ſupereſſet ſpes evadendi manus illorum, ad ipſa etiam pedum oſcula ſeſe obtulêre, modo vivis ipſis liceret abſcedere. At cum nullam in efferatis inimicorum animis experirentur clementiam, nec furor illorum niſi morte & ſanguine ſatiari poſſet; ad protectionem B. Joannis recurſum eſt, addito voto eundi Genuam, ut debitas gratias redderent. Deinde jurati aſſeruêre, ſeſe, (quo pacto ignorabant) repente quaſi per extaſim in loco tuto procul ab hoſtibus fuiſſe conſtitutos; adeoque venire ſeſe ut liberatori ſuo vota & dona ſolverent, quæ ad ſacra Lipſana fuere appenſa, & ſtupendi miraculi per plurium annorum curſum fuere teſtimonia. D

hoſtiũ ſuorum manus miraculoſe evadunt.

389 Inter addictiores ſacris illis Cineribus fuêre æternâ memoriâ digni cives duo, ex Campanariorum familia, Nicolaus & Obertus. Hi propriis ſuis ſumptibus, ſacris illis Reliquiis fabricari curarunt Sacellum nobile, ſimulque ibi fundarunt Capellaniam, ſuffi- E cientibus reditibus dotatam ad unius Sacerdotis ſuſtentationem. Sacellum hoc ædificatum fuit anno MCCCXXIII, atque anno MCCCCX etiamnum ſtabat integrum, fuitque pretioſe ſatis eleganterque conſtructum; unde ipſis hoc conceſſum eſt privilegium: quod, ubi ceteris feminis cujuſcumque conditionis prohibitum eſſet intrare in Sacellum ſancti Præcurſoris, id illorum poſterorumque filiabus nurubuſque licuerit, ad benedictionem nuptialem percipiendam: præterea ut ipſi illorumque deſcendentes ſibi ſervaverint unam ex clavibus, quæ majorem Arcam cuſtodiebant. Hæc privilegia in illorum poſteris perſeverarunt, etiam poſt demolitionem veteris illius Sacelli, & tranſlationem ſacrarum Reliquiarum in novum, quod poſtea communibus expenſis opulentius auguſtiuſque eſt exſtructum, quod hodiedum etiam videre eſt. Namque Theodora, unica filia & heres Lazari Campanarii, cui hoc privilegium anno MCCCCX erat confirmatum, nolens id ipſum jus ob demolitionem veteris Sacelli perdere, anno MCCCCLV (ut ex Actis notarialibus conſtat) novam hujus confirmationem obtinuit in perpetuum duraturam, pro ſe & conjuge ſuo Joanne Domino de Paſſano de Delphinis, ſuiſque poſteris. Hujus privilegii uſus ſuccedentibus dein temporibus ad nos uſque perſeveravit in nobili hac familia: atque hinc factum exiſtimo, quod cum aliquos vera hujus origo lateret, credideri- F rint aliquem è ſuis Majoribus ſacros Cineres olim Genuam attuliſſe, qui hanc prærogativam poſteris ſuis procuraverit.

An. 1323 novum ſacellum conditur à Campanariorum familia,

cui ſpecialia privilegia conceduntur.

In tranſlatione Sacrorum Cinerum

390 Condito itaque novo Sacello, de quo ſuprà dictum, anno MCCCXXIII ſacras Præcurſoris Reliquias ex Arca veteri in novam transferri oportuit: nec defuere rurſum divina prodigia, quibus toti mundo innotuit, quantum S. Joanni placeret Genuenſe contubernium & ſacrorum Cinerum unio. Aderat actioni huic Antonius Fliſcus, Epiſcopus Lunenſis, vir honeſtate morum æque ac nobilitate ſanguinis clarus, qui cum magnæ eſſet erga Sanctum

Epiſcopus Lunenſis inde quid auferre ſtatuens,

A ctum hunc religionis, ſæpius ſacra illius Lipſana ferventi pietate venerabatur. Hic, cum arca vetus aperiri deberet, exiguam ſacri Pulveris particulam (ſi id commode & clanculum fieri poſſet) hinc tollere, & ad civitatem ſuam auferre decrevit. At (O altitudo myſteriorum æternæ Sapientiæ!) quamvis ex ſolo pietatis zelo, nec tamen ad ipſum opus proceſſiſſet propoſitum; ſimul atque ſacra Arca aperiebatur, viſum omnem perdidit, eoque in ſtatu decem menſibus permanſit. Nec hic ſtetit miraculum: cum enim attentius miſerias ſuas conſideraret Epiſcopus, mali ſui radicem agnovit, cæcitatiſque ſuæ cauſam attribuit temerario illi propoſito, quo ſacrum Cinerem, vetus unionis Genuenſium ſymbolum, disjungere, &, minimam licet particulam, inde auferre decreverat. Poſtquam igitur per plures dies temeritatem ſuam deploraſſet, B. Præcurſori votum fecit, quòd, ſi viſum reciperet, hunc ejus interceſſioni ſemper referret acceptum, atque omnibus vitæ ſuæ diebus hujus beneficii memoriam renovaret. Votum hoc poſtmodum coram Præpoſito aliiſque Canonicis eccleſiæ Genuenſis renovavit, atque ecce eòdem momento viſus rediit, cum ſummo omnium adſtantium ſtupore.

viſu privatur,

quem facti pœnitens per interceſſionem Sancti recipit.

B

391 Tranſpoſitis itaque ſacris Reliquiis in Arcam novam, hæc collocata fuit ſupra ſumptuoſum auguſtumque pegma, juſſu Cardinalis Lucæ Fliſci conſtructum, quod eodem modo, quemadmodum illud quod hodie cernitur, ſacro ſancto hujus Altari erat ſuperimpoſitum. Fuit Cardinalis hic adſcriptus Confraternitati S. Joannis Baptiſtæ, illamque quantum potuit promovit. Creditur etiam inſtituiſſe, ut primo Jovis die cujuſque menſis, ſolenne Sacrum, de quo ſupra dictum eſt, in Sancti illius honorem decantaretur.

Arca altari pre ... pegmati imponitur.

392 In honorandis ſacris Reliquiis cum Prælatis eccleſiaſticis contendebat Reſpublica, quamvis tunc temporis internis factionibus miſere eſſet agitata. Anno enim MCCCXXVII, ſpeciali Decreto B. Joannem elegêre in præcipuum Patronum, Protectorem, Patremque civitatis; expenſiſque publicis fieri curarunt Arcam argenteam, in qua deinceps ſacrum hoc Depoſitum cuſtodiretur. Præterea conſtitutum eſt, ut feſto illius Nativitatis die, Reipublicæ Gubernatores unà cum civili Ordine, accenſis facibus, Sacras Reliquias viſerent, & pallium aureum illius altari offerrent. Utque ad hanc ſolennitatem plures undequaque poſſent concurrere, omnibus Genuam venientibus per dies octo feſtum præcedentes, totidemque ſubſequentes, concedebatur ſalvus conductus, qui ad omnem civitatis diſtrictum ſeſe extendebat: ut patet ex Extracto de primo Libro magni Voluminis Capitulorum Communis Januæ anno MCCCXXVII, quod ita habet.

An. 1327 in patronum civitatis eligitur Sanctus,

C

deponitur que à Magiſtratu Genuenſi;

393 Quoniam inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſta, idcirco tanto devotius debemus ipſius implorare ſuffragia, quanto magis erga nos ipſius emanat, & ſæpe emanavit pietas, & per ipſius ſuffragia ſemper Civitas Januæ protegitur. Corpus enim ipſius apud nos eſſe Apoſtolica teſtatur veritas, & per fide dignos & veraces extitit comprobatum: ac etiam miracula, quæ per ipſius miſericordiam Deus in Civitate Januæ ſemper fecit, hoc manifeſtè declarant. Et idcirco mentis affectione pura, tantum, ac præcipuum Patronum noſtrum ſummâ debemus tueri ac cuſtodire reverentia. D A. CALCAGNINO

394 Idcirco in ſummi Dei, & ipſius Patroni noſtri honorem duximus ſtatuendum, quod Capſa argentea fiat, in qua Corpus ejuſdem beati Joannis Baptiſtæ recondatur, & in ea cum ſumma reverentia teneatur.

& decernitur, ut nova fiat Arca argentea expenſis communibus;

395 In die vero Feſtivitatis ejuſdem, annis ſingulis Vicarius, Abbas populi, & Commune Januæ, ac Conſiliarii & Conſules Januæ, ac univerſus populus ejuſdem, ad reverentiam ejuſdem beati Joannis, ad Eccleſiam Januenſem, ubi eſt Corpus ipſius & Altare, cum luminariis feſtiviter accedant, tamquam ad reverendum Patrem Civitatis ejuſdem: & pallium etiam pretii ſeu valoris librarum quingentarum; uſque in libras octingentas, expenſis Communis Januæ annis ſingulis, in dicta Feſtivitate offerant prædicto Altari, ubi eſt Corpus reconditum ejuſdem Præcurſoris Chriſti.

in ipſo feſto pallium pretioſum offeratur;

E

396 Omnes vero, undecumque ſint, qui ad dictam Civitatem acceſſerint, per octo dies poſt, ab omnibus laudibus, repreſaliis, atque cambiis in civitate Januæ, & diſtrictu, ſalvi & ſecuri exiſtant: ita quod, ſi ad Feſtivitatem ipſam venerint, uſque ad dictum tempus ſalvi & ſecuri ad Civitatem Januæ, & diſtrictum veniant, atque morentur; liberèque de dicta Civitate, & diſtrictu infra dictum tempus recedant: repreſaliis, cambiis, laudibus aliquibus non obſtantibus.

venientibus ad feſtum ſalvus conductus datur;

397 Oblationes autem, quæ in dicta Feſtivitate in reverentiam prædicti Sancti erunt oblatæ, in quibuſcumque rebus ſeu pecuniis exiſtant, per duos Maſſarios, electos per Vicarium & duodecim Sapientes Communis Januæ recondantur & ſalventur, & erogentur, & expendantur in ornamentis & aliis circa Altare, & Corpus ejuſdem reverendi Joannis Baptiſtæ.

oblationes in ornatum altaris impendantur,

398 Et prædicta debeant obſervari per Vicarium Januæ, aliquo alio Capitulo non obſtante generali, vel ſpeciali, etiamſi in eo continereturque aliquo Capitulo non obſtante generali, vel ſpeciali,) & ſpecialiter Capitulo, quod eſt ſub Rubrica: De non danda poteſtate, quod incipit: Ego de cetero non faciam conſilium, &c. & Capitulo, quod eſt ſub Rubrica: De acquirendis terris illius, qui prædam fecerit vel rapinam, &c. Et eo, quod incipit: Quodſi præda vel rapina, &c. Et iſtud Capitulum præciſe obſervetur: alioquin Vicarius & quilibet Magiſtratus Januæ contrà facientes poſſint & debeant ſindicari in libris 200 Januæ, pro quolibet & qualibet vice, qua fuerit contrà factum: & iſtud Capitulum ſit abrogatorium & derogatorium omnibus aliis Capitulis, quæ huic contradicerent, ſeu in aliquo obviarent.

F

non obſtantibus aliis decretis.

399 Poſtmodum igitur vi hujus Decreti fabricata fuit arca illa pulcherrima ex argento deaurato, opere anaglyphico, periti artificis manu eleganter elaborata, in qua hodiedum ſacri Cineres ſolenni pompa per civitatem circumferantur Dominicâ in Albis. Hoc modo

A. CALCAGNINO

accrevit indies ſacrarum Reliquiarum cultus, ita ut ipſæ etiam catenæ ferreæ, quibus arca olim fuerat circumdata, ſumma in veneratione tenerentur. Pius namque populus, adorato ſacro Pulvere, has etiam oſculabatur, oculiſque atque aliis corporis membris admovebat; confidentes hoc contactu corpus ſuum ab omni malo ſervatum iri. Nec effectu caruiſſe hanc populi religionem, interceſſio B. Præcurſoris oſtendit: anno namque MCCCXLVIII & XLIX, quando univerſa Italia, atque hæc præſertim civitas, ingenti illa lue affligebatur, quæ ſubſequentibus ſeculis Magna Peſtis eſt appellata; obſervatum fuit, ne unum quidem, qui ſeſe harum catenarum attactu munierat, contagioſo & ubique graſſanti malo fuiſſe affli-

Ex attactu catenarum quibus arca olim ligabatur,

innumeri à peſte præſervantur.

ctum.

400 Hæc ex catenarum attactu provenêre beneficia. Subitaneum quoque & perpetuum malo ſuo invenit remedium civis quidam, attingens haſtam umbellæ, ſub qua arca Reliquiarum circumfertur: nam cum Simon Boccanegro rurſum ad Ducatum Genuenſem

B

anno MCCCLVIII promotus eſſet, ad implorandam B. Præcurſoris interceſſionem, turbulentis illis temporibus, in ſolemni ſupplicatione ſacros Cineres per civitatem circumferri juſſit: cumque (ut moris) erat haſtæ quæ umbellam ſuſtinere debebant, in eccleſia Cathedrali diſtribuerentur à deputatis; inter ceteros ad hoc invitatus eſt Leonardus Oliva, Prior Confraternitatis. Hic à multo jam tempore adeo infirmis erat brachiis & ab omni vigore deſtitutis, ut ne quidem illa poſſet attollere; nihilominus, cum eſſet ſummæ erga Sanctum pietatis, magna cum fiducia haſtam admiſit; ſimulque animo B. Joannis interceſſionem imploravit, quam mox ſenſit. Reſtituto namque brachiis vigore, umbellam tulit; cumque alii defatigati alios ſibi ſubſtituerent, ſolus ipſe uſque ad finem in pio officio perſeveravit; quando omnibus conceſſum ſibi à Sancto beneficium aperuit.

Anno 1357 brachium debile

attingens haſtam umbellæ ſupra arcâ portandæ

401 Ita rem hanc verſibus Latinis conſcripſit Ildebrandus Corvara Poëta coævus, quamquam Nicolaus à Porta paulo aliter referat, volens Olivam non Leonardum, at Antonium vocatum fuiſſe, domique, ubi propter acutiſſimos chiragræ dolores lecto affixus detinebatur, invocaſſe Sancti auxilium, ut ſolitum obire poſſet munus ferendi umbellam in ſupplicatione, utpote qui Prior eſſet Confraternitatis prædictæ; moxque ſentientem ſeſe ab omni dolore liberum, reſtitutumque ſibi ac brachiis vigorem, ad eccleſiam contendiſſe; ac per totum ſupplicationis tempus cum omnium ſtupore umbellam tuliſſe.

vigorem recipit.

C

402 Anno MCCCLXXXVI Urbanus VI eodem fere modo quo ſuprà de Innocentio IV relàtum eſt, triremibus Genuenſium liberatus è manibus Caroli Regis Neapolitani, qui eum cum aliquot Cardinalibus obſeſſum tenebat Nuceriæ; Genuam venit, ibique veluti in tuto ſecuroque azylo, multis menſibus commoratus eſt. Interim ſuam erga ſacros Cineres pietatem demonſtrare cupiens, eamdem conceſſit Indulgentiam feſto Natali Præcurſoris, quam Alexander III olim eccleſiæ S. Marci, die Aſcenſionis Domini Venetiis conceſſerat, datâ hâc bullâ.

Anno 1386 Urbanus VI per Genuenſes liberatus

403 Urbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Splendor Paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementiſſima ipſius Majeſtate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Major Eccleſia Januenſis, in qua, ut accepimus, nonnullæ Reliquiæ ſancti Joannis Baptiſtæ venerabiliter requieſcunt, à Chriſti fidelibus congruis honoribus frequentetur; & ut fideles Chriſti causâ devotionis eo libentius confluant ad eamdem, quo ibidem ex hoc majus animarum commodum ſe ſperaverint adepturos; de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam, à primis Veſperis Nativitatis ejuſdem S. Joannis, uſque ad ſecundas Veſperas ipſius Nativitatis incluſivè, devotè acceſſerint, annuatim illam Indulgentiam concedimus, quam ad Eccleſiam ſancti Marci de Venetiis Caſtellanenſis diœceſis, in die Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti accedentes, auctoritate litterarum felicis recordationis Alexandri Papæ Tertii Prædeceſſoris noſtri conſequuntur. Dat. Januæ ſexto Calendas Octobris, Pontificatus anno nono.

D

concedit indulgentias

quæ Venetiis

templo S. Marci,

E

prius erant conceſſæ.

404 Anno vero MCCCLXXXVII Capitulum Genuenſe (ut conſtat ex Actis notarialibus hujus anni) ſequentem tranſactionem peregit, cum Confraternitate. In nomine Domini. Amen. Cum temporibus retroactis multæ diverſæ quantitatis pecuniæ per homines Devotionis ſeu Congregationis beati Joannis Baptiſtæ, quæ in Eccleſia Januenſi ordinata eſt, ob reverentiam Corporis & Reliquiarum ipſius beati Joannis Baptiſtæ, quæ in ipſa Eccleſia venerantur, in ornatu altaris & Eccleſiæ præfatæ, expenſæ & erogatæ fuerint, & omni die expendantur & erogentur per dictos homines dictæ Devotionis; idcirco Venerabiles Domini, Benedictus Adurnus Præpoſitus, Dominicus de Fliſco Archidiaconus, Petrus de Illionibus Magiſcola, Raynerius de Arborio, Georgius de Sigeſtro, Joannes de ſancto Stephano, Lantrancus de Otone, & Marcus de Cario Canonici & Capitulum Eccleſiæ Januenſis prædictæ, ſimul ad Capitulum, pro infraſcriptis ſono campanulæ more ſolito congregati, nominibus ipſorum propriis, & nomine & vice dictæ Eccleſiæ & Capituli, titulo donationis, & ex gratia ſpeciali, conceſſerunt & donaverunt Prioribus & hominibus dictæ Congregationis ſeu Devotionis, præſentibus & futuris, & in perpetuum, ſive D. Matthęo de Illionibus juriſperito, Sindico & Procuratori dictæ Devotionis ſeu Congregationis beati Joannis Baptiſtę (ut de ſindicatu & procura conſtat publico Inſtrumento, ſcripto manu Petri de Grota Notarii, anno proxime prędterito die 24. Junii) ſtipulanti, & recipienti nomine ſuo proprio, & aliorum dictæ Devotionis, omne illud jus & totum, quod & quantum dicti Canonici & Capitulum habent ſeu habere poſſunt in oblationibus, quas faci-

An. 1387 Canonici concedunt Confraternitati

F

omnes oblationes cereorum

ent

A cient in futurum annuatim, in cera tantum (ſive ſint candelæ, dupleria, tortitia, ſive brandones) illi de dicta Devotione, & etiam duodecim, ſive quindecim Antiani, ſeu Conſiliarii D. Ducis, ſive Decuriones, vel quovis alio nomine nuncupentur, ad præſens vel in poſterum vocabuntur, in Feſto Nativitatis præfati beati Joannis Baptiſtæ in Miſſa majori, quę cantatur horâ Tertiarum ad Altare præfati beati Joannis Baptiſtę, & quę oblatio fit ad manum celebrantis, ſive celebraturi dictam Miſſam.

ſervato ſibi votivo pallio.

405 In quibus ceſſione ſeu donatione non includantur, nec intelligantur eſſe incluſa aut donata jura, ſeu oblationes bravii, ſeu ipſum bravium cum duobus principalibus dupleriis ſeu tortitiis, quę ſimul cum bravio ſeu pallio offeruntur per Dominum Ducem, & Dominum Poteſtatem Januę, ſeu alios principales Officiales & Protectores Communis Januę, nec etiam aliqua tortitia aliquęve candelę, vel imagines, vel quid aliud, quę vel quod offerretur ab aliqua B perſona, etiam ex dictis XII vel XV, vel ab illis de dicta Devotione, in Miſſa vel alio tempore, vel ex alio capite quam ex debito vel ex devotione dictę Congregationis & Devotionis ſeu Ordinationis; ut, verbi gratiâ, fit ex voto vel alio pio affectu, remoto à Devotione & Congregatione prædicta. Qui D. Matthæus dicto Sinicario, ſeu Procurario nomine dictæ Devotionis, promiſit dictis Dominis Canonicis & Capitulo, quod dicta oblatio ſeu offerenda per dictos XII vel XV, & per homines dictæ Devotionis, quæ fient ad dictam Miſſam, & pervenient in Maſſarios dictæ Devotionis, & earum pretia expendentur & erogabuntur per Maſſarios vel alios Officiales dictæ Congregationis ſeu Devotionis in luminaribus, vel ornatu dictarum Reliquiarum, Altaris, & Eccleſiæ, prout eis melius videbitur, & placuerit expedire.

406 Alioquin, (ſi ſecus fieret) præſens inſtrumentum, & omnia & ſingula in eo contenta ſint caſſa, irrita & nullius valoris, vel momenti, & perinde acſi præſens inſtrumentum numquam confectum fuiſſet. Quę C omnia & ſingula ſupraſcripta, dictæ partes dictis nominibus ſibi invicem & viciſſim promiſerunt, & convenerunt attendere, complere & obſervare, & in aliquo non contrà facere vel venire, aliqua occaſione, ratione, vel cauſa, quæ dici ſeu excogitari poſſet: ſub pœna dupli ejus, in quo, vel de quo contrà fieret, vel, ut ſuprà, non obſervaretur, & cum refectione omnium damnorum, intereſſe, & expenſarum, quæ propterea fierent, causâ litis, & extra, ſtipulata ſolemniter & promiſſa. Ratis ſemper manentibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum dictæ Eccleſię & Capituli, dictæque Devotionis, præſentium & futurorum.

407 Et prædicta omnia facta ſunt in præſentia, conſenſu, & voluntate Dominorum Joannis Beſagni, & Antonii de Fliſco dicti Cardinalis, Priorum dictæ Devotionis. Actum Januæ in Clauſtro dictæ Eccleſię Januenſis anno à Nativitate Domini 1387 Indictione nona ſecundum curſum Januæ, die 29 Martii, in Tertiis, præſentibus Domino Honorato de Fliſco Canonico Eccleſiæ ſancti Nazarii Januenſis, Presbyteris Nicolao de Rapallo, Manſionario dictæ Eccleſię Januenſis, & Columbano de Coniolo Prępoſito Eccleſię Bobienſis, teſtibus ad pręmiſſa vocatis & rogatis. D

A. CALCAGNINO

408 Celebres deinde paucis poſt annis, iique prodigioſi accidêre eventus, quibus divina Majeſtas toti orbi manifeſtavit, plurima ſeſe Genuenſibus per interceſſionem S. Joannis Baptiſtæ velle concedere, quæ aliis mediis negabat. Refert Georgius Stella teſtis oculatus, XIII Decembris anno MCCCXCI, noctu cælo ſereno nullis ſpirantibus ventis, tantùm intumuiſſe mare, ut ſubito ingens tempeſtas exorta ſit. Tanto vero undarum impetu quatiebatur civitas, atque ad eam altitudinem excreverat tumultuoſum mare, ut circa SS. Nazarii & Celſi eccleſiam, præaltos civitatis muros ſuperaverit; atque omne illud ſpatium, quod eſt inter præfatam & S. Marci Eccleſiam, inundaverint aquæ. Magna erat omnium civium conſternatio, cui accedebat ingens mercatorum planctus & lamentatio, quorum res omnes ac fortunæ cum navibus in portu periclitabantur. Accurrit Clerus intempeſta nocte ad portum cum ſacro-ſanctæ Crucis ligno aliiſque Reliquiis, nec tamen deſiit maris inclementia: imo eo ipſo momento naves quinque diſruptæ demerſæque perierunt. Deinde aliæ Sanctorum fuêre allatæ Reliquiæ, idem tamen perſeveravit aquarum furor, qui etiam adventante aurora accreſcere videbatur. Tandem vero (quæ tantæ dilationis cauſa fuerit, non protulit prælaudatus Stella) orto jam ſole, allati eo fuêre ſacri Cineres, toto Clero univerſiſque civibus comitantibus: moxque ad eorum adventum detumuit mare, redditaque aquis tranquillitas, ſecuritatem navibus gaudiumque civitati attulit.

An. 1391 *ingens tempeſtas,*

allatis aliis Reliquiis perſeverat

per ſacros Cineres depellitur. E

409 Similem plane eventum refert vidiſſe ſeſe Nicolaus à Porta, qui votis communibus ſuum etiam adjungit, pro ſingulari beneficio, quod Sancti illius interceſſione in ſeipſo receperat. Anno namque MCCCXCVI adeo horrida mare exagitavit procella, ut ab hominum memoriâ nulla unquam viſa fuerit truculentior: jamque majores naves duæ, quibus Doriæ & Pinellæ nomen erat, diſrumpebantur. Variæ mox ad portum allatæ fuêre Reliquiæ, quæ maximâ erant in veneratione; at fruſtrà: creſcente continuò maris intemperie & periculo. Tandem accurrêre turmatim mercatores ad eccleſiam Cathedralem, inclamantes, ut quammox ſacri Cineres ad Portum deferrentur. Oportebat eo tempore colligi claves, quibus ſacrum hoc Pignus cuſtodiebatur, quęque per variorum manus erant diſperſæ. Spectabat id ad Nicolaum à Porta, utpote Confraternitatis Cancellarium. Hic vero periculoſa pleuritide vexatus, cum exigua vitę ſpe (ut medici judicabant,) lecto affixus hęrebat. Mœſtus itaque plangenſque, non adeo ob inſtantem vitę ſuę terminum, quam quod tam pio miniſterio ſeſe impendere nequiret, animum tamen zelo fiduciâque plenum ad interceſſionem B. Pręcurſoris convertit; atque ecce dolor omnis abiit; lecto exilit, indutis veſtibus claves colligit, totumque ſeſe li- F

& tempeſtas rurſum depellitur.

Anno 1366 *pleuritis curatur,*

A beratoris ſui obſequio lętus impendit, certus
A. CALCAGNINO ſecuturi prodigii. Jam portum attigerant ſacra Præcurſoris Lipſana fere tota concomitante civitate, cum jam maxime ira maris efferveſceret. Atque ecce, vix expoſitæ maris conſpectui ſacræ fuêre Reliquiæ, cum de repente viſus eſt in aëre ſpirare fauſtior ventus à Græcia; qui Africum totius tempeſtatis authorem, facto quaſi bello impetiit, ac tandem è cæli regione cedere coëgit; pulſoque Africo ſerenitas cælo, & tranquillitas mari rediit. Commune fuit omnium peritorum judicium, non ſolum ſupra naturam fuiſſe hanc tempeſtatis ceſſationem; verum etiam, ſi ultra duarum horarum ſpatium S. Præcurſoris Reliquias afferre diſtuliſſent, ne unam quidem navem in portu à naufragio fuiſſe præſervandam.

Anno 1398 ad Sancti altare confugiens

409 Aliud refert Sancti interceſſione conceſſum beneficium idem Nicolaus à Porta. Nondum extinctæ erant anno MCCCXCVIII perniciosæ illæ inter Guelfos Gibellinoſque factiones; at publicis privatiſque diſcordiis eo tempore tota Reſpublica maxime deſtruebatur: unde cædes, ſtrageſque civium, atque inſolitus horror & mœſta ſolitudo per civitatem. Varii urbis vici caſtrorum more erant muniti, & hinc & inde obſeſſores erant

B pariter & obſeſſi. Bartholomæus Scala aurifex, ſolitus indies ſacros venerari Cineres, ſeque interceſſioni S. Præcurſoris commendare; cum vias ſibi ad eccleſiam præcluſas cerneret, magno dolore afficiebatur; attamen

ab hoſtibus ſuis tangitur,

die quodam animo conſtituit ſepta omnia tranſcendere, & quamvis capitis ſui periculo templum adire. Hoc cum exequeretur, ac quemdam plateæ angulum tranſiret, homines duo adverſæ factionis, aliàs etiam ſibi maxime inimicos offendit. Hi, cædem & ſanguinem ſpirantes, armata manu virum inermem ad eccleſiam uſque inſequuntur; nec attigêre, niſi cum in ipſum Sancti Sacellum perveniſſet.

410 Bartholomæus, inſtanti periculo territus, ad protectionem S. Joannis recurrit; mortemque fugiens, (nec enim locis, quantumvis ſacris, hoc in furore ulla veneratio habebatur) ſacellum egreditur; ac pone altare majus, velut ad locum

nec tamen percipitur aut videtur.

magis tutum ſe recipit. Inſequuntur fugientem barbari ad eum quo ſe receperat locum, ubi miſer ille jamjam mortem expectabat. At, dictu

C mirabile: ſæpius tangebatur homicidarum manibus, nec tamen percipiebatur; nec, quamvis medio die locus eſſet perluſtris, latronum oculis conſpiciebatur. Obſtupuit hic, & prodigium agnovit. Interim admirabundi homicidæ, quod oculos ſuos manuſque effugiſſet, ad ſacrarium ſe conferunt, ibi hominem ſeſe inventuros rati; at ſpe ſua deluſi, furentes templo egrediuntur. Ita Bartholomæus vitam ſuam Sancti interceſſioni adſcripſit, uti & pacem, quam poſtmodum ſecum inière duo illi inimici; qui factum attentius conſiderantes, miraculum agnovere.

D

§. IV. *Sacrorum Cinerum cultus, & miracula ſeculo* XV.

411 EAdem Sancti protectio apertiſſime emicuit in duabus maris tempeſtatibus, quæ annis MCCCCVI & XIV acciderunt, ut refert Stella, illius temporis Hiſtoricus. Allatis enim ad portum Cineribus à Pileo de Marinis, tunc Archiepiſcopo, mox omnis ventorum ac maris furor cecidit. Unde haud mirum eſt, ſi creſcentibus beneficiis, quæ civitati per interceſſionem S. Præcurſoris divinitus concedebantur, ſæculares eccleſiaſticique Principes certatim concurrerint, ad cultum ornatumque ſacri illius Depoſiti promovendum. Inde factum eſt, ut, quemadmodum præfatus Pileus de Marinis Archiepiſcopus, anno MCCCCI Confraternitatem S. Joannis Baptiſtæ approbavit confirmavitque, cui deinde plures conceſſit indulgentias anno MCCCCXV; ejus exemplum ſecuti ſint Petrus Georgius illius ſucceſſor anno XXXV, & ſummi Pontifices Eugenius IV, annis XXXIX, XXXX, & Calixtus III, anno IV, ejuſdem ſeculi; ita etiam anno MCCCCXXX à Repu-

E blica formatum fuit Decretum (imo confirmatum, quod olim factum erat) quo ſanciebatur, ut feſto Natalis S. Joannis Baptiſtæ univerſus nobilium Ordo ſacras viſitaret Reliquias, eiſque certam quantitatem cereorum offerret, & pallium aureum. Id decretum eſt ſequenti conſtitutione.

Varia variis temporibus

Confraternitati S. Joannis Baptiſtæ conceduntur privilegia

à Magiſtratu, tum eccleſiaſtico,

412 Quantus ſit in Cælis beatus Joannes Baptiſta, conſiderare poteſt omnis Chriſticola, & certum ſine dubitatione ſe reddere, dum vox fuerit Veritatis, Inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſta: ad cujus cultum Genuenſes tanto tenentur reverentius inclinari, quanto Deus ipſe Civitatem Januę prętulit, & dignificavit, ſummam Summi omnium Sanctorum Reliquiam, Corpus ejus cuſtodire, colere & reſervare. Hac igitur propria Conſtitutione ſancimus, ut in die Feſtivitatis ejus ſingulis annis D. Poteſtas, & DD. Antiani & Officiales univerſi Communis Januæ, Eccleſiam beati Laurentii, ubi in Urna argentea dicta Reliquia pretioſiſſima, ſcilicet ſacro-ſanctiſſimum Corpus ejus, accedant cum luminariis & candelis accenſis, & pallio, ut moris eſt.

tum civili:

ſtatuiturque,

F

Omnes autem & ſinguli, undecumque ſint, ſequi Januam advenerint, die Feſtivitatis ejus, & ante per octo dies, & poſt per totidem, ab omnibus & ſingulis laudibus, repreſaliis, & cambiis in Janua, & diſtrictu ſalvi & ſecuri veniant, & ſtent, & inde recedant: non obſtantibus laudibus, repreſaliis, & cambiis quibuſcumque.

ut in feſtivitate Magiſtratus luminaria & pallium deauratum offerat;

Oblationes autem dicta die factæ vel datæ ob reverentiam dictæ Feſtivitatis, in pecunia, ſive re aliqua, per Maſſarios ordinatos à religioſa Devotione dicti Baptiſtæ ſalventur, reponantur & collocentur, & expendantur in & circa ornamenta, & alia utilia vel neceſſaria Aræ & Corporis ſanctiſſimi Prærurſoris Chriſti, ut moris eſt.

& ſalvus conductus detur

per diœceſim Genuenſem

413 Anno vero MCCCCXXXIX Dux Petrus de Campofrego, cum iis qui ſupremum Magi-

A Magiſtratum Genuæ gerebant, decrevit, ut impoſterum ſtipendio peditum equitumque, qui Reipublicæ militabant, aliquid, pro uniuſcujuſque conditione, ſingulis menſibus detraheretur; illudque ſub finem anni Officialibus dictæ Confraternitatis concederetur. Idem fere ſancitum à Magiſtratu S. Georgii anno MCCCCXLIV, quemadmodum alio Decreto ſtatutum fuerat anno MCCCCXL, ut unuſquiſque, qui impoſterum cum Republica conventionem faceret, pro ratione ſummæ debitæ, aliquid etiam pro eadem Confraternitate ſuperadderet. Hæc Decreta poſtmodum confirmata & renovata fuêre annis ſubſequentibus, ſcilicet MCCCCXLVIII, LI, & LXXI, à Republica & à monetæ Præfectis. Idem vero onus impoſuit ſtipendiis ſuorum miniſtrorum, qui magno ſunt numero, Magiſtratus S. Georgii anno MCCCCLI. Eugenius vero IV ſequentem Bullam expedivit, qua indulgentiam concedit in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ.

aliis muneribus Confraternitas ditatur.

Eugenius IV

B 414 Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis, & in ipſorum glorificatione congaudens, in veneratione S. Joannis Baptiſtæ eo jucundius delectatur, quo ille de ſterilis Matris alvo procedens, Redemptoris noſtri Præcurſor, ejus præſentiam claro præconio, & indicis ſigno mirifico nuntiavit, ac per iter Martyrii meruit in ſublimibus collocari. Cupientes igitur, ut Cathedralis Eccleſia Januenſis, in qua juxta quoddam Altare ſub vocabulo Sancti Joannis Baptiſtæ fundatum, Reliquiæ Corporis ejuſdem Sancti, ad quas Chriſti fideles illarum partium ſingularem gerunt devotionis affectum, cum magna veneratione conſervantur, congruis honoribus frequentetur; necnon in paramentis, & ornamentis Eccleſiaſticis, ac ædificiis & reparationibus decoretur, conſervetur, & augeatur; &, ut fideles ipſi eo libentius cauſâ devotionis confluant ad eamdem, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refertos: de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & C Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in Feſto Nativitatis ejuſdem ſancti Joannis Baptiſtæ devote viſitaverint annuatim, ac ad hujuſmodi decorationem, conſervationem & augmentum manus adjutrices porrexerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas, de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus; præſentibus perpetuis temporibus valituris. Volumus autem, quod, ſi aliàs dictam Eccleſiam viſitantibus, aut ad illius decorationem, conſervationem, vel augmentum manus adjutrices porrigentibus, ſeu pias inibi eleemoſynas erogantibus, aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per Nos conceſſa fuerit; præſentes litteræ nullius exiſtant roboris vel momenti. Dat. Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, IX Kalend. Septembris, Pontificatus noſtri anno IX.

indulgentiam concedit

feſto nativitatis S. Joannis Baptiſtæ.

415 His muneribus, aliiſque pietate civium liberaliter conceſſis, animum applicuêre ad novum & ſumptuoſum magis Sacellum, in honorem Sancti condendum: in quo majori cum ſplendore ſacrum illius Depoſitum coleretur. Electo igitur ad hoc opus perito architecto, dejectum eſt in terram vetus Sacellum, olim à Campanariis conſtructum, qui nihilominus privilegia ſua (de quibus ſuprà dictum eſt) retinuêre. Cum vero ſitus eſſet anguſtior, & à majori altari (quod forte pro uſu illius temporis medium templi occupabat) impediretur ejus ampliatio; idem altare unà cum choro ad ulteriora templi tranſpoſuêre. Hæc acta ſunt anno MCCCLI. Deinde Cardinalis Paulus Campofregoſus Archiepiſcopus, unà cum Duce & ſupremo Magiſtratu, perpetuo Decreto ſancivere, ut deinceps dies Decollationis S. Joannis Baptiſtæ feſtus eſſet in populo, idque ſingulis annis tubarum clangore die aliquo feſtum præcedente publicaretur: id ſtatutum ſequenti Decreto.

D A. CALCAGNINO

Anno 1451 novum & ſplendidius Sacellum conditur.

416 Reverendiſſimus in Chriſto Pater D. Paulus de Campofregoſo, Dei gratiâ Archiepiſcopus, & Dux Januenſis Illuſtris, &c. & Magnificum Conſilium DD. Antianorum E Communis Januæ, in legitimo numero congregatum. Conſiderantes, quam diſſonum ac repugnans videatur, celebritatem beatiſſimi Prophetæ & Præcurſoris Joannis Baptiſtæ omni laude & veneratione in Nativitate celebrare, eumdem vero Decollationis die negligere; & velut ſit alius, nullos ei in Civitate honores haberi, cum præſertim contemptus iſte exiguum citra tempus inoleverit, ut nullum prope hominum genus in urbe inveniatur, quod ejus Martyrii die emere, vendere, operari vereatur. Hunc igitur abuſum tollere cupientes, &, quæ Dei ac Sanctorum ſunt, illis reddere, omni jure, ac via, quibus melius potuere, ſanxerunt; ac præceperunt, diem XXIX Auguſti, qui Martyrio ejus dicatus eſt, inter Sacros, & in memoriam tanti Divi celebrem habendum eſſe, nec permitti ut eo die quidquam fiat, quod Feſtis diebus prohibitum ſit: decernentes & jubentes egregiis Vice-ducibus, quod ſemper, cumque fuerint ad id poſtulati, præſertim appropinquante die 19 Auguſti, edici curent voce Præconia, quod is dies ſacer & celebris eſt: nec licere eo die operari. Et, ſi quem deprehenderint contravenientem, eum mulctent ſecundum verba Edicti.

ſtatuitur-que

ut feſtum Decollationis S. Joannis Baptiſtæ

ſit etiam in populo.

F 417 Cum vero pia legata, oblationeſque ex pietate fidelium indies multum accreſcerent, oportebat ſæpius heredes debitoreſque in judicium vocari. Ut igitur Officialibus prælaudatæ Confraternitatis omnis difficultas & moleſtia adimeretur, ſub Antoniotto urbis Præfecto, conceſſum eſt Privilegium ejuſdem Confraternitatis Priori, ut unumquemque in hac cauſa coram ſe poſſet citare & cogere ad ſatisfaciendum; quo præterea ſub certis pœnis Magiſtratus omnes Civitatis obſtringebantur, ea obſervare & exequi, quæ hac in cauſa ab eodem Priore eſſent conſtituta. Maxime vero æſtimandum eſt privilegium, quod ſacro huic loco conceſſit anno MCCCCLXXXV Innocentius VIII. Hic ex illuſtri antiquæ nobilitatis familia

Alia recipit privilegia Confraternitas,

præcipue ab Innocentio VIII. anno 1485

Cyborum

A A. CALCAGNINO

Cyborum natus, tenerè amabat patriam ſuam, & religioſe ſacros Præcurſoris Cineres venerabatur; eoſque ſæpius cum eccleſiæ cathedralis eſſet Canonicus & Præpoſitus, coram adoravit: poſtmodum vero ad Pontificatum aſſumptus, cum duodecim Legatos ad ſe Genuâ miſſos in patriam remitteret; inter varia indulta & favores, iis etiam conceſſit ſubſequentem Bullam, qua eam quæ prius à Sixto IV expedita fuerat, confirmavit, aliiſque privilegiis ampliavit. Hæc autem ſic habet.

qui datâ Bullâ

418 Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacroſanctæ ac militantis Eccleſiæ gubernacula, & ſummi Sacerdotii cathedram nobis à beato Petro Apoſtolorum Principe certa ſucceſſione, meritis licet inæqualibus, demandata tenentes in terris, populum Chriſtianum, quantum à Nobis fieri poteſt, ad animarum ſalutem perducere, & alimentis ſpiritualibus confovere pro meritis conamur affectu; nova aliquando indulgentiarum munera concedentes, aliquando vero per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſa innovantes & ampliantes, ut hoſtis antiqui ſuperatâ verſutiâ, per opera pietatis & miſericordiæ, Chriſti fideles univerſi ſpe, fide, charitate muniti, ac in obedientia Romanæ Eccleſiæ perſiſtentes, cæleſtis aulæ præmia valeant feliciter adipiſci. Dudum ſiquidem f. r. Sixtus Papa IV, prædeceſſor noſter, cupiens animarum fidelium inclitæ civitatis Januenſis & partium earumdem ſaluti conſulere; & ut Capella infra ambitum Eccleſiæ Januenſis in honorem S. Joannis Baptiſtæ dudum fundata: in qua, ſicut dictus Sixtus prædeceſſor acceperat, ſacri Cineres Corporis ejuſdem Sancti honorifice conſervabantur, & ad quam dilecti filii cives ejuſdem Civitatis, & alii Chriſti fideles, præſertim partium illarum, in Feſto Nativitatis ipſius Sancti cum devotione confluebant in numero copioſo, peramplius congruis frequentaretur honoribus, & tam Capella, quam Eccleſia hujuſmodi eccleſiaſticis abundantius decorarentur ornamentis: & ut cives & alii fideles prædicti, eo libentius ad Capellam ipſam confluerent, & ad emptionem ornamentorum hujuſmodi manus promptius porrigerent adjutrices, quo ibidem ex hoc dono cæleſtis gratiæ uberius conſpicerent ſe refertos: omnibus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Nativitatis dicti Sancti Feſtivitate à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis diei Feſtivitatis hujuſmodi, Capellam ipſam viſitarent annuatim, & ad præmiſſa peragenda manus porrigerent adjutrices, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & indulgentiam auctoritate Apoſtolica conceſſit.

B *priorem à Sexto IV conceſſam confirmat,*

& indulgentiam

C

419 Et ut fideles Chriſti Capellam eamdem in Feſtivitate prædicta viſitantes, conſcientiæ pacem & animarum ſalutem Deo propitio conſequerentur, certis perſonis inibi expreſſis deputandi aliquos Confeſſores idoneos, ſeculares vel regulares in numero ſufficienti, qui dicta die Nativitatis, & octo diebus illam præcedentibus, Chriſti fidelium prædictorum confeſſionibus diligenter auditis, eis pro commiſſis per eos criminibus, & peccatis omnibus, etiamſi talia forent, propter quæ eſſet Sedes Apoſtolica merito conſulenda (Presbitericidii, & injectionis manuum violentarum in aliquem Antiſtitem, aut majori dignitate fulgentem, & libertatis Eccleſiaſticæ violationis, & ad partes infidelium armorum delationis, caſibus dumtaxat exceptis) de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, abſolutionem impendere, & pœnitentiam ſalutarem injungere, ac vota quæcumque per eos emiſſa (Caſtitatis, ſive Religionis, & Ultramarino, ac Viſitationis Liminum Apoſtolorum prædictorum, necnon Eccleſiæ ſancti Jacobi in Compoſtella, votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera, prout fidelium eorumdem animarum ſaluti Confeſſoribus eiſdem videbitur expedire, commutare libere & licite valerent, per ſuas litteras perpetuis futuris temporibus valituras, licentiam conceſſit & etiam facultatem, prout in dictis litteris plenius continetur.

D

per modum Jubilæi concedit,

420 Cum autem poſtmodum à dicto Prædeceſſore diverſæ ſuſpenſiones ad certum tempus, & etiam revocationes plenariarum indulgentiarum, & facultatum hujuſmodi emanaverint, & propterea de viribus litterarum prædictarum merito dubitari, & exinde fidelium devotio retardari poſſit: Nos attendentes, quod devotio hujuſmodi, & ad pia opera inclinata voluntas per Apoſtolicæ Sedis providentiam potius augeri, quam retardari debet, præſertim in ea Civitate, ex qua trahimus originem: ac cupientes, ut Capella prædicta in honorem S. Joannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini, ut præmittitur, fundata, prout etiam dilecti Filii Nobiles viri, Thomas de Campofregoſo Præſidens Poteſtatiæ, Hector de Fliſco Lavaniæ Comes, Lazarus de Auria, Lodiſius de Ingibertis, Franciſcus Lomellinus, Bartholomæus de Canitia, Baptiſta Baxadonne, Joannes Caldera, Melchio de Nigrono, Lucas de Grimaldis, Paſqual Sauli, & Chriſtophorus Spinula Oratores, ex parte Civitatis prælibatæ pro obedientia Nobis præſtanda, cum comitatu amplo & magnifico, & ornatu ſplendido nuper ad Nos deſtinati magnopere deſiderare videntur, congruis honoribus frequentetur, & tam illa, quam Eccleſia Januenſis quæ Metropolitana, & inter alias partium illarum Eccleſias admodum inſignis exiſtit, paramentis & ornamentis Eccleſiaſticis muniantur, eoque libentius Chriſti fideles confluant ad ipſam Capellam, & ad præparationem ornamentorum hujuſmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refertos, indulgentiam plenariam prædictam per præfatum Sixtum Prædeceſſorem, ut præmittitur, conceſſam, cum omnibus & ſingulis deputandi Sacerdotes, qui confeſſiones confluentium pro tempore perſonarum hujuſmodi audiant, & in caſibus ſuperius expreſſis, abſolvant, & commutandi vota, ac omnibus aliis & ſingulis facultatibus, & in eis contentis clauſulis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innovamus & approbamus, eaſque, ſi, & in quantum opus ſit, in priſtinum ſtatum reſtituimus,

E

non obſtante revocatione indulgentiarum prius facta

F

A ſtituimus, & perpetuæ firmitatis robore ſubſiſtere debere decernimus & declaramus.

421 Et nihilominus, pro potiori præmiſſorum robore, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus pietate confiſi, omnibus Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, qui Capellam ipſam in dicto Feſto B. Joannis Baptiſtę à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis diei Feſtivitatis hujuſmodi devote viſitaverint annuatim, & ad prędmiſſa peragenda manus porrexerint adjutrices, Plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem & indulgentiam, auctoritate Apoſtolica, tenore prędſentium concedimus & elargimur. Et, ut fideles ipſi Capellam eamdem in Feſtivitate prędicta viſitantes, pacem & animarum ſalutem, Deo propitio conſequantur, Venerabili Fratri noſtro, moderno ac pro tempore exiſtenti, Archiepiſcopo Januenſi, & (eo à Civitate abſente) illius in ſpiritualibus Vicario Generali pro tempore exiſtenti, deputandi aliquos Confeſſores idoneos, ſeculares vel regulares in numero ſufficienti, qui dicta
B die Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, & octo diebus illam præcedentibus, Chriſti fidelium prædictorum confeſſionibus diligenter auditis, eis pro commiſſis per eos criminibus & peccatis omnibus, etiamſi talia forent, propter quæ eſſet Sedes Apoſtolica merito conſulenda (Presbitericidii, & injectionis manuum violentarum in aliquem Antiſtitem, aut majori dignitate fulgentem, vel in quemcumque Eccleſiaſtici Ordinis, & libertatis Eccleſiaſticæ violationis, & ad partes infidelium armorum delationis caſibus dumtaxat exceptis) de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, abſolutionem impendere, & pœnitentiam ſalutarem injungere, ac vota quæcumque per eos emiſſa (caſtitatis ſive religionis, & ultramarin, ac viſitationis liminum Apoſtolorum prædictorum, necnon Eccleſiæ S. Jacobi in Compoſtella votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera, prout fidelium eorumdem animarum ſaluti Confeſſoribus eiſdem videbitur expedire, commutare libere & licite valeant, licentiam concedimus & facultatem, præſentibus per-
C petuis futuris temporibus valituris.

422 Volumus autem, quod oblationes & alii proventus, quos ex indulgentia & facultate prædictis obvenire contigerit, in emptionem ornamentorum Eccleſiaſticorum, & alias in uſum & utilitatem Capellæ, & Eccleſiæ prædictarum, juxta & ſecundum ordinationem & judicium duorum Canonicorum dictæ Eccleſiæ, ad hoc per dilectos filios Capitulum ipſius Eccleſiæ pro tempore electorum, & duorum Priorum Devotionis nuncupatorum præfati Sancti pro tempore exiſtentium, & aliorum duorum Priorum anteceſſorum eorum integraliter convertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, approbationis, reſtitutionis, conſtitutionis, declarationis, conceſſionis, elargitionis, indulti, & voluntatis, infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto, ſexto Nonas Maji, Pontificatus noſtri anno Primo.

daturque facultas

abſolvendi à quibuſlibet peccatis,

& relaxandi vota paucis exceptis.

D A. CALCAGNINO

423 Bullam hanc poſtea renovavit Leo X anno MDXIII. Ut vero omnes agnoſcerent, quanta ſacello hujus Sancti deberetur reverentia, idem Pontifex Innocentius VIII, bulla ſpeciali, ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ prohibuit, ne feminæ dictum ſacellum ingrederentur. Bulla hæc regiſtrata eſt in Actis Petri de Ripalta Cancellarii Archiepiſcopalis, atque hujus etiam hodiedum videre eſt memoriam, litteris aureis inſcriptam lapidi marmoreo, extra ſacellum ad latus dextrum: quamquam, ſive ex decreto aliquo, ſive ex conſuetudine antiqua, idem illis jam olim fuerit vetitum, ut ſuperiùs dictum eſt. Præterea donavit Legatus abeuntibus Pontifex pelvim ex gagate confectam, cupiens ut ea feſtis ſolennioribus in altari ejuſdem Sancti exponeretur. Nec deſunt Auctores qui aſſerant, hanc ab Euangeliſta, Diſcum appellatam in qua filia ſcelerata matri Hierodiadi obtulit caput venerabile
E Præcurſoris. In medio vaſis hujus pretioſi, ex encauſto candido atque auro puro, Caput Sancti artificioſe laboratum cernitur: geminæ vero ex auro catenulę limbo utrimque annexę ſunt.

Prohibitâ feminas jacellum S. Joannis Baptiſtæ ingredi.

Genuenſes ab Eugenio IV donantur Pelvi è gagate.

qui diſcus creditur, in quo caput Sancti fuit Herodiadi oblatum.

424 Interim ad finem perducta fuit ſacelli fabrica, cui marmorei lapides artificioſe elaborati, atque aurum hinc inde interfulgens ſummam conciliabat Majeſtatem. Hujus etiamnum hodie memoria legitur ſupra coronam ſacelli ad latus dexterum his verbis: *Divo Præcurſori Franciſcus Lomellinus & Antonius Sauli Priores & Conſilium, multiplicatâ pecuniâ excoluere* MCCCCXCVI.

Anno 1496 abſolutâ ſacelli fabricâ,

425 Anno MCCCCXCVIII Ludovicus Sforſa Dux Mediolanenſis, cum numeroſo comitatu Genuam adveniens; ſacroſanctos Cineres veneratus, pro perpetuo S. Præcurſoris cultu, tres Capellanias (Juſtinianus in Annalibus quinque numerat) ad altare ejuſdem Sancti fundavit; addita obligatione, ut diebus ſingulis, pro anima conjugis ſuæ Beatricis, tum pridem mortuæ, pro ſe ſuiſque poſteris, quibus jus Patronatûs reſervabat, Sacrum diceretur, adjectâ non exiguâ pecuniæ ſummâ ex reditibus S. Georgii pro ſuſtentatione Sacellanorum. Hanc pietatem poſtmodum imitatus eſt Maximilianus Sforſa, filius Franciſci II, Ducis Mediolanenſis, qui teſtamento ſuo facto Pariſiis anno MDXXX XXIV Maji, alteram capellaniam fundavit, addito annuo reditu triginta octo ſtipendiorum S. Georgii, reſervato ſimiliter patronatu familiæ ſuæ, & traditâ collatione Capitulo Genuenſi.

variæ capellaniæ fundatæ.

F

§. V. *Sacrorum Cinerum cultus & miracula ſeculo* XVI.

426 NEc minus laudanda venit pietas Cardinalis Petri Daubuſſon, Magni Magiſtri Equitum Rhodiorum, nunc Melitenſium. Quamvis enim ſacer ille Ordo (qui ſub auſpiciis B. Joannis Baptiſtæ militat) antiquiſſimum Genuæ templum Parochiale habeat cum titulo Commendæ S. Joannis

Magiſter Equitum Rhodiorũ ſacellum condit

A de Pratis ; tamen ut ex tanti theſauri vicinia, cæleſtibus poſſet gaudere influxibus, & quotidianis officiis cum Cathedrali concertare, propinquum magis locum deſiderabat. At loci anguſtiâ rem, prout animo conceperat, exequi vetabatur: prædicta enim eccleſia duabus plateis publicis coarctabatur, & dextrum ſacelli latus clauſtrum Canonicorum, & palatium Archiepiſcopale claudebat. Accidit tamen ut locus, qui eſt inter eccleſiam & Baptiſterium, condendo ſacello ſufficeret, cujus ſacrarii angulus ſiniſter ad parietem Sacelli Præcurſoris pertingebat: obtinuitque ut exigua in eo aperiretur feneſtra, ante quam diu noctuque arderet lampas in honorem ſacrorum Cinerum. Eo in loco inſtituit prædictus Cardinalis Sacerdotes ſex, totidem clericos unà cum Priore, ut ibidem quotidie divina Officia celebrarent, & ab uno ex iiſdem Sacrum circa ſolis ortum in ſacello Sancti diceretur. Hi ex uſu antiquo cantum ſuum & Officii divini celebrationem anticipant, ut ne propter nimiam vicinitatem Canonicis cathedralibus ſint impedimento.

A. CALCAGNINO

ſacello Sancti contiguum,

ibidemque Sacerdotes & Clericos inſtituit.

B 427 Voluit præterea Magnus Magiſter, ut Sacellum hoc eſſet ſub titulo S. Mariæ de Victoria, in ſignum gratitudinis perpetuum liberatæ ope B. Virginis ſanctique Præcurſoris inſulæ Rhodi ab obſidione Turcarum, & obtentæ ſimul non exiguæ de illis victoriæ anno MCCCCLXXX; ut ita non confunderetur nomine S. Joannis Baptiſtæ locus novus, cum antiquo ejuſdem Baptiſterio. At prævaluit uſus antiquus, atque uterque communiter venit nomine *S. Joannis Senioris*, ut diſtinguatur à Sacello ejuſdem Sancti ibi contiguo, & intra ipſam eccleſiam cathedralem ſito. Ne autem fundatoris periret memoria, conceſſum fuit poſtmodum, ut intra ipſum Baptiſterium in communi pariete, veluti loco magis conſpicuo, lapidi marmoreo hęc inſcriptio incideretur, ut hodiedum etiam cernitur.

O quicumque domum, vel ſacram ſuſpicis Ædem
Scire velis clarum quis dedit auctor opus;
Petrus Daubuſſon famâ ſuper ęthera notus,
C Hoſpitii ſancti Militięque Pater,
Defenſor fidei, Cuſtoſque Rhodiq; Magiſter,
Hęc Pręcurſori condidit ęre ſuo.
Hic quoque Sacrarium ditat, ſenoſque dicavit
Cum pueris totidem relligione viros.
Quem dudum inſignis decorabat fama Galeri,
Nunc pius æthereos poſſidet ille choros.
MDIII.

428 Nec prætermittendus eſt zelus laudabilis civis cujuſdam, cui Joanni Baptiſtæ Ottagio nomen erat: qui cum deſideraret cultum ſacrarum Reliquiarum promovere, teſtamento ſuo ſtatuit, ut ex facultatibus ſuis emerentur decem ſtipendia S. Georgii, quæ tamdiu labente tempore multiplicarentur, donec ex collectâ inde pecuniâ quatuor columnæ pulcherrimæ ex metallo confici poſſent, quæ ſuſtituerentur marmoreis, ſuſtinentibus pegma, cui arca Reliquiarum erat impoſita. Quamquam anno MDXXXII illi rei proſpectum ſit à Comite Philippo D' Oria:

Duorum erga ſacros Cineres liberalitas.

qui ſacrum illud altare reſtauravit, quatuorque columnis ex porphyrite confectis, novum impoſuit pegma exquiſiti plane marmoris, elaboratum à Marco Corte excellenti ſculptore. In hujus parte anteriore hæc leguntur: *Deo Optimo, Maximo, Divoque Joanni Baptiſtæ Præcurſori ſacrum*. Parte vero poſteriori, *Philippus D' Oria Comes, mille aureis in hoc ſacellum conſtruendum collatis, fieri curabat*. Et infra prædictum pegma: *Anno quarto Libertatis*. D

429 Interim non ceſſabant cæleſtes favores, quos civitas ex protectione Sancti Præcurſoris experiebatur: etenim anno MDXXI, die IX Januarii, ſpirantibus ventis tum orientalibus, tum meridionalibus, ita conturbabatur mare liguſticum, ut ab hominum memoria ſimilis numquam tempeſtas viſa ſit. Portus ipſe extremum ruinæ ſubibat periculum, diſrupta fere validiſſimis undarum ictibus, quæ in mare procurrit mole, dejectiſque in terram muris atque officinis mari vicinioribus. Referunt Scriptores, eo tempore magna illa marmora, quæ ad ſtatuariorum uſum in ponte Calvorum jacebant, loco ſuo dimota atque undarum impetu procul inde fuiſſe ablata. Hæc res ſummum terrorem civibus injecit, præſertim quod naves duæ, mercibus onuſtæ, in portu periiſſent, & de ceteris fere deſperatum eſſet. Verum ſacræ Arcæ præſentia mox omnem undarum impetum fregit, frænatoque ventorum furore, tranquillitatem mari reſtituit.

Anno 1521 ingens jedatur tempeſtas

E

ad ſacrorũ Cinerum præſentiã.

430 Erat id temporis in Cathedrali inter alias, Confraternitas civium, nobilitate ſanguinis & auctoritate in Republica illuſtris, ſub titulo Pacis & Amoris. Hi *conſiderantes* (ut habent verba Inſtrumenti publici) *in præſenti civitate adeſſe Cineres D. Joannis Baptiſtæ, ob cujus preces & orationes putant ſtatum præſentis civitatis regi & ſuſtineri*, anno MDXLI Sacello S. Præcurſoris donavere duas ſtatuas argenteas, unam D. Virginis, Jeſulum inter manus tenentis; alteram Simeonis, brachia pandentis, ut hunc ab illa reciperet, quibus poſtea adjungi placuit tertiam S. Præcurſoris, digito Chriſtum Dominum demonſtrantis. Sunt vero illæ eædem ſtatuæ, quę hodiedum feſtis ſolennioribus in altari D. Joannis exponuntur, & ſubinde in ſupplicatione circumferuntur.

Anno 1541 alia munera ſacello data.

F

431 Fruebatur ſumma libertate & pace Reſpublica Genuenſis jam ab anno MDXXVIII, quod adſcribendum vigilantię & virtuti Andreę Dorię: verum anno MDLXXV omnia fuere perturbata; quando maximus tumultus inter cives exortus eſt, qui per multorum menſium ſpatium perſeverans totam Reipublicę baſim conquaſſavit, ac tantum non ſubruit. Legaverat Genuam Gregorius XIII Cardinalem Moronum, qui unà cum aliorum Principum Oratoribus diſſidentes civium animos conciliaret. Hic cum recte intelligeret, veram animarum pacem cęleſte munus eſſe; in Cathedrali eccleſia Sacrum ſolenne de ſancto Spiritu decantavit, & ad implorandam in tam difficili negotio S. Pręcurſoris Protectionem, ſacros ipſius Cineres unà cum aliorum Sanctorum Lipſanis per urbem in ſupplicatione circumferri juſſit, comitantibus

Anno 1575 ad invocatiõe Sancti ingens repreſſus tumultus

A bus Magiſtratu & civibus. Nec ſucceſſu caruere preces: tandem enim frendente erebo, pertinaces obduratorum animi placati ſunt, evanuere ſuſpiciones, & adverſæ partes pacem inière; atque ita rediit tranquillitas & priſtina libertas Reipublicæ. His ad optatum finem feliciter perductis, idem Sanctiſſimus Pater elapſo biennio, Altari S. Præcurſoris, in favorem animarum defunctorum, omnes conceſſit Indulgentias, quas unquam Summi Pontifices diverſis temporibus Romæ conceſſiſſent ſacello S. Gregorii.

novæque indulgentiæ ipſius altari conceſſæ,

432 Prius ſacer ille Theſaurus intra arculam argenteam ſparſus conſervabatur: verùm viſum fuit Cypriano Pallavicino & Prioribus ſupradictæ Confraternitatis, collectum ſacculo ſerici rubri incluſum ſervare. Hic ſacculus ſimiliter includebatur arculæ argenteæ, quæ hanc gerebat inſcriptionem: *Divi Præcurſoris Cineres atque Oſſa, quæ in capſula argentea ſparſa jacebant, Cyprianus Pallavicinus Archiepiſcopus Genuenſis, ac Jacobus Vivaldus, & Joannes Paulus Juſtinianus, & Conſiliarii Sodalitatis, ejuſdem Præfecti in hunc venuſtum modum componi*

collecti in arcula argentea Cineres,

B *curarunt, procurante Joanne Antonio Tacio* MDLXXVI.

433 Sacrorum Cinerum Tranſlatio, quemadmodum Genuæ à temporibus Alexandri III & Innocentii IV recolebatur ſub nomine Revelationis (ut ſuprà dictum eſt;) ita etiam proprium habuit Officium, quod in Cathedrali aliiſque civitatis Eccleſiis recitabatur, etiam ante annum MCCXCII, quod poſtea in Synodo Provinciali anni MCCCLXXV Andreas Turrianus Archiepiſcopus ad totam Diœceſim extendit, ut patet ex ſequenti extracto.

Tranſlationis Officium,

434 Cum Deus Eccleſiam noſtram honore immenſo extulerit, quando ſacrum Corpus S. Joannis Baptiſtæ nobis quadam ſpeciali prærogativa donavit; illum diem beatum, quo fuit ejus ſanctiſſimum Corpus revelatum, ſcilicet Dominicam primam poſt Aſcenſionem Domini, debemus ſolemniter agere, & feſtis laudibus honorare ac celebrare. Quocirca ſtatuimus & ordinamus, quatenus in omnibus Eccleſiis, quæ ſunt in

per diœceſim Genuenſem,

C Civitate noſtra, & ſuburbiis, & in tota noſtra diœceſi, in Dominica ſupradicta fiat Feſtum, & totum Officium tam diurnum, quam nocturnum de Revelatione Corporis beati Joannis Baptiſtæ; ut ejus ſuffragantibus meritis, poſſimus hìc Dei gratiâ perfrui, & in futuro æterna præmia promereri.

435 Nunc vero Officium hoc operâ Cardinalis Antonii Sauli Archiepiſcopi, mandante ſacra Congregatione Rituum, reformatum & ita ab eadem approbatum eſt, uti & deinde à Gregorio XIV, cum Decreto pro tota Diœceſi. Denique conceſſio hæc extenſa fuit per totum Dominium Reipublicæ anno MDCXXVIII ab Urbano VIII Pontifice: atque hæc dici poteſt quarta ſacrarum Reliquiarum approbatio Apoſtolica.

dein per totum Dominium extenſum.

436 Cum vero in Sedem Archiepiſcopalem ſucceſſiſſet Alexander Centurio, atque anno ſecundo Cathedralem eccleſiam viſitaret; voluit etiam oculis luſtrare ſacratiſſimos Cineres coram Capitulo, ceteroque Clero ac Prioribus Confraternitatis. Aperi-

Arca aperitur & Reliquiæ viſitantur an. 1592,

tis itaque primum arcâ ferreâ, quæ validiſſimis ſeris cuſtoditur; deinde & aliâ argenteâ (quæ illa eſt quæ ad portum depellendæ tempeſtatis causâ defertur;) denique tertiâ minore opere moderno elaboratâ; extractus eſt ſacculus ex ſerico rubro, in quo cernebantur ſacræ Præcurſoris Reliquiæ, partim in particulis Oſſium, partim in Cineribus: & ſatiatis per horæ circiter ſpatium hoc pio ſpectaculo oculis, omnia repoſuere, arcamque more ſolito ſigillavere, coràm Cancellario Confraternitatis, qui hac de re publicum fecit Inſtrumentum. Acta hæc ſunt anno MDXCII, ut conſtat ex Actis Jacobi Sexini Notarii, VIII Januarii ejuſdem anni.

D A. CAGNINO

437 Ita recluſi permanſere ſacri Cineres uſque ad annum MDLXXXXIX, quando Genuam advenit Regina Margarita de Auſtria, ex Germania in Hiſpaniam ad Regem Philippum Tertium, maritum ſuum tranſiens. Hæc hinc diſcedere noluit, niſi ſacros Cineres venerata. Senatus itaque in hujus gratiam permiſit Arcam ad majus altare deferri, ibique Matthæi Rivarobæ Archiepiſcopi manibus ſacrum illud Depoſitum fuit recluſum coram Regina: quæ videndo ſatiari vix poterat, felicem inclamitans Genuam, quæ Theſauri tam pretioſi poſſeſſione frui merebatur: tantumque pia ambitione potuit Regina, ut per Decretum Sereniſſimi Collegii, (quę res fuit ſine ullo exemplo) earum Reliquiarum particulam dono acceperit, quam ſuinma cum veneratione & gaudio ſecum in Hiſpaniam detulit.

& an. 1599 ſpectante R. Margareta de Auſtria

E *cui particula conceditur.*

§. VI. *Sacrorum Cinerum cultus & miracula ſeculo* XVII.

438 INterim elapſi erant anni centum, ex quo Sacellum deauratum fuerat, tempuſque hinc inde hujus ſplendorem abſtulerat, ac fumus facularum lampadumque ibidem ardentium aurum omne denigraverat. Unde factum eſt ut de novo deauraretur anno MDCIV. Supra Coronam ſacelli ad latus ſiniſtrum hæc legitur talis facti memoria. *Nicolaus Palavicinus, Auguſtini filius, & Joannes Baptiſta Doria filius Nicolai Joannis Jacobi filii, Priores, ex collatis civium ſuffragiis reficiendum curarunt, anno Salutis* MDCIV.

Anno 1604 *Sacellum rurſum deauratur.*

F

439 Neque prætermittendum eſt quod anno MDCXIII accidit, quando divina Majeſtas acerbiori flagello (id forte merebantur peccata noſtra) civitatem afflixit, videbaturque divina Juſtitia precibus Protectoris noſtri nolle interpellari. Etenim nocte præcedente diem XV Novembris, qui S. Martino Epiſcopo ſacer eſt, ſub horam octavam inſurgens Africus, tanto furore mare conturbavit, ut nullus è ſenioribus ſimilem tempeſtatem vidiſſe ſe meminiſſet. Erat tunc temporis portus ingenti navium multitudine repletus, inter quas ſex ſupra nonaginta majores numerabantur, partim vacuæ, partim mercibus onuſtæ: florebant enim eo tempore, præſertim Genuæ, commercia. Fluctuabant interim in portu male tuto navigia in ſummo ſubmerſionis periculo. Dici non poteſt quantus eſſet horror in civitate, cujus jam omnes plateæ mari viciniores fluctibus

Anno 1613 *allatis ad portum Reliquiis periculoſa tempeſtas repellitur*

A. CALCAGNINO

operiebantur. Ad ſolitum refugium adverſus inſtantem calamitatem recurſum eſt, ita diſpoſuit divina providentia, ut quæſita totius horæ ſpatio una ex clavibus, quibus ſolita medela ſervabatur, non reperiretur, abſente ab urbe aliquot paſſuum millibus, qui hanc cuſtodiebat. Tandem vero cum multæ naves periiſſent, allata eſt optata clavis, apertâque arcâ ferreâ, extraxere argenteam, quam Sacerdotes impoſitam humeris ad portum detulére in Sacellum, ubi more ſolito recitatæ ſunt preces ad Deum Sanctumque Protectorem; ſubitoque deſiit ventorum impetus, & rediit mari tranquillitas.

Arca prius in mole, deinde vero in propugnaculo expoſita.

440 Cum vero experirentur locum illum, ubi arca exponitur tempeſtatis tempore, qui eſt in mole illa quæ portum claudit, nimio periculo eſſe expoſitum; ſæpiuſque accidiſſe, ut plurimi, ventorum fluctuumque irruentium impetu, in mare protruderentur; viſum eſt impoſterum, ſacros Cineres in ſimili calamitate ad propugnaculum deferre ejuſdem portæ ferreæ. Erat ab integro fere ſeculo ſupra dictum Sacellum in latere veteris molis, conditum in honorem S. Joannis Baptiſtæ, à Principe Andrea Doria ex ſpoliis, quæ piratis Thurcicis eripuerat, ut qui in triremibus eſſent, ſacrificio intereſſe & tempeſtatis tempore eo ſacroſancti Cineres deferri poſſent, quod centum fere annorum ſpatio factum eſt, donec anno MDCXVIII, ſacro die S. Marci Euangeliſtæ, cum Capitulum aliuſque Clerus ad Cathedralem rediiſſent, à mole quo ex pervetuſta conſuetudine illo die pro Rogationibus majoribus advenerant; ſubito exorta tempeſtas eos coëgit viam relegere, unà cum Arca S. Præcurſoris: cumque jam prima vice eſſet expoſita in propugnaculo, unde totum latè mare detegitur, mox ventorum fluctuumque furor repreſſus eſt. Superſunt etiamnum qui meminerint oculis ſuis vidiſſe, ſed eo tempore fluctum decumanum prodigioſæ altitudinis ex alto maris moli imminentem, expoſita arca retrocedere, & quaſi aſpectum ſacrorum Cinerum ſubterfugere.

Sacelli ſupellex

441 Interim abunde proſpexit civium religio ſacrę Sacelli ſuppellectili. Etenim anno MDCXIX pro altari pallium ſumptuoſum ex ſolido argento, opere anaglyphico affabre confectum eſt, cui ejuſdem operis ac materię adjuncta fuere candelabra quatuor ingentis altitudinis: magnus etiam cernitur argentearum lampadum numerus, diu noctuque ardentium, quarum una eſt molis ingentis, opere Maurico laborata, ac litteris Arabicis inſcripta, quam Genuenſes ex faro Maurico civitatis Almerienſis in Hiſpania, quando eam anno MCXXXXVII Barbaris eripuere ablatam, in victorię ſuę trophęum in loco hoc ſacro ſuſpendêre. Eſt Sacellum hoc ex conſenſu ſcriptorum, & peritorum artificum judicio, inter antiquiora unum ex pulcherrimis totius Italiæ, multis ſtatuis marmoreis per excellentiſſimos ſculptores ad vivum confectis ornatum, quemadmodum & exterior facies tota candido marmore affabre cælato ſuperba, digna meliore luce, quam ſit illa quam habet hodie: à paucis enim nunc obſervatur, cum magna ex parte obtecta ſit conopeo, ſub quo Dux Reipublicæ Sacro intereſt. In hoc Sacellum novi Senatores cum primùm Magiſtratum ineunt, ex antiquo more ingrediuntur, & miniſterii ſui auſpicia S. Præcurſoris auxilio commendaturi, Sacrificio aſſiſtunt, quod eum in finem Deo offertur.

& ornatus.

442 Manifeſta etiam apparuit Sancti protectio anno MDCXXXX, quando novum in mare procurrens propugnaculum, ad portûs ſecuritatem conditum eſt. Feſto namque Reſurrectionis Dominicæ die mane improviſus adeo ac violentus irruit Africus, ut ſummam conſternationem civitati attulerit. Erant ſparſi ob feſtivitatem per templa cives. Abſoluto itaque in Cathedrali ſummo Sacro, ad quod ingens multitudo Nobilium civiumque confluxerat, ſacros Cineres in ſupplicatione ad portum detulere ad frænandum maris furorem; impoſita vero ſacra Arca propugnaculo portæ, profuſis precibus, Sancti interceſſionem implorarunt. Atque ecce, nondum finitis precibus, exortus eſt Corus ac deinde Aquilo; qui propellens per aëra Africum ac fluctus fluctibus collidens, toti civitati mirum inſoliti atque aërei certaminis exhibuit ſpectaculum: at tandem ſtatione ſua excedens victus Africus, tranquillum mare atque ab omni naufragii periculo liberum reliquit. Ortus ille improviſus Cori ac deinde Aquilonis adeo fuit conſpicuus & obſervatus, non modo ab iis qui erant in propugnaculo, inter quos & ego teſtis oculatus aderam, verum etiam à tota civitate; ut voce communi etiam infideles, qui in navibus aderant, miraculum agnoverint, idque ſacroſanctis Cineribus adſcripſerint. Referunt autem Patres Theatini, quod ex præ alta horti ſui pergula, pone monaſterium S. Syri, orientem viderint Africum, cum tanto turbine, ut totam civitatem ſuam jam ſubverſurus videretur: quodque eo momento, quo Arca ſupra portam apparuit, ad illius aſpectum fugientem illum & terga dantem viderint. Evanuit igitur omne periculum quod eminebat non ſolum navibus, verum etiam novo in mare procurrenti propugnaculo: quod cum nondum eſſet perfectum, metuebatur ne diſſolveretur, ac ruderibus portum impleret. Tantus vero fuit tempeſtatis furor, ut ad ſummitatem uſque phari fluctus attollerentur, ac totum quandoque propugnaculum aquis tegeretur.

Anno 1640 ingens tempeſtas

ope Sancti ſedata,

443 Ut pro tanto beneficio gratias redderet Senatus, ſolita Tranſlationis feſtivitate, Sacellum ſacrum inviſit, adſtititque Sacro ſolenni & Concioni: deinde Decreto perpetuo ſancivit, ut impoſterum in ſupplicatione Dominicæ in Albis, ſacratiſſimæ Reliquiæ ad extremitatem propugnaculi veteris deferrentur, ibique in altari ad hoc conſtructo collocarentur, inter cantum muſicum preceſque Sacerdotum, quibus divinæ Clementiæ grates haberentur pro beneficiis per interceſſionem B. Præcurſoris obtentis; & ſupplicaretur pro firmitate novi propugnaculi & ſecuritate portûs. Præterea conſtitutum eſt, ut triremes omnes ac naves, quæ eo tempore in portu eſſent, & cetera civitatis portalitia, ſacrum illum Theſaurum omnium tormentorum bellicorum exploſione ſalutarent.

cui grates agit Senatus.

§. VII.

A

§. VII. *De aliis quibuſdam S. Joannis Baptiſtæ Reliquiis Genuæ ſervatis.*

444 PRæter prædictos ſacros Præcurſoris Cineres, Genuenſis Reſpublica poſſidet alias Reliquias ejuſdem Sancti ; unum ſcilicet ex oſſibus quæ ſunt inter cubitum & manum, cui circa eam partem quæ manui jungitur, etiamnum caro adhæret, ſicca tamen & igne adusta. Non conſtat etiam hodie quomodo & quando ad hanc eccleſiam pervenerit. Fateor equidem inter capitula quæ anno MCCCLXXVII Regulis Confraternitatis ejuſdem Sancti (quæ Devotio appellabatur) fuere adjuncta, inveniſſe me mandatum, quo præcipiebatur ut Brachium aliquod S. Joannis Baptiſtæ argento circumdaretur, his verbis: *Item deliberaverunt, quod fiat conſilium de quadraginta in quinquaginta de illis de Devotione melioribus electis, pro facto venerandæ Reliquiæ Brachii B. Joannis Baptiſtæ, in faciendo ipſum guarniri de argento honorifice & egregie.* Firmiter mihi perſuadeo, hic de illis, de quibus jam memini, Reliquiis agi; cum nulla alia ſimilis in eadem eccleſia fuerit; atque inde conjicio agi non potuiſſe de illis quæ ex civitate Perenſi, dum à Turcis capta eſt, ſervatæ & Genuam fuere allatæ, ac deinde per varias civitatis eccleſias diviſæ anno MCCCCLXI, ut conſtat ex publicis inſtrumentis; dum interim os præd. integro fere ſeculo citius in Cathedrali fuerit.

Os Brachii argento incluſum

445 Hæ Reliquiæ longo annorum ſpatio, ſine ullo honore ac cultu latuerunt; donec anno MDCXIII, die XXIX Decembris, qui incidebat in Dominicam; quando fieri debebat ſupplicatio immaculatæ Conceptionis D. V. propter aëris inclementiam in hoc tempus dilata, fuerunt inventæ. Cum enim Vice-Cancellarius Reipublicæ & Sacriſta ex capſa extraherent ſacrum Crucis Lignum, quod circumferri per civitatem debebat; eos invaſit curioſitas aperiendi arculam ligneam cornu nigro obvolutam, quæ eodem in loco publicis clavibus cuſtodiebatur. In hac invenêre pretioſas illas Reliquias cum hac inſcriptione: *Os cum carne Brachii B. Joannis Baptiſtæ*, unà cum aliis quibuſdam, quæ operæ pretium exiſtimo hic recenſere.

quod longo tempore latuerat, inventū fuit anno 1613

C

446 *Os pectoris S. Petri Apoſtoli*, hæc ei erat inſcriptio; uti & alteri, *Os maxillæ S. Stephani Martyris*. Os S. Mercurii argento circumdatum, cui litteris Græcis inſcriptum erat, *Iſte eſt S. Mercurius*. Os capitis S. Timothei diſcipuli S. Pauli, argento circumdatum, cum inſcriptione Græca, *Os capitis S. Timothei diſcipuli S. Pauli:* aliaque quibus ſimiliter inſcribebatur, *Digitus S. Mariæ Magdalenæ: Oſſa SS. Coſmæ & Damiani: Os S. Pantaleonis.* Præterea ibidem aderat charta, quę continebat plurimas ſacrorum Oſſium particulas, cui inſcriptum erat, *Iſtæ ſunt Reliquiæ, & neſcimus de quibus Sanctis ſint.* Hierotheca, cui inerat ſacræ Crucis particula. Agnus Dei, qui una parte Redemptorem noſtrum, ex altera ſacram Crucem referebat. Agnus Dei ex una S. Joannem Euangeliſtam, ex alia S. Danielem Agnus Dei aut tabella quadrata, cui litteris Græcis inſcribebatur, *Iſte eſt S. Nicolaus*. Alia tabella quadrata cum hac inſcriptione Græca, *Iſte eſt S. Georgius*. Numiſma cui ab utraque parte inſcribebatur, *Iſte eſt Crucifixus D. N. Jeſus Chriſtus*.

unà cum aliorum Sanctorum Reliquiis,

D

A. CALCAGNINO

447 Paulò pòſt ſacratiſſimum hoc Brachium incluſum fuit novæ hierothecæ argenteæ formæ quadrangularis, ea ratione, ut à quatuor partibus per medium puriſſimi cryſtalli conſpici poſſet; cuſtoditurque intra eamdem arcam, in qua urna ſacrorum Cinerum conſervatur ſub novem diverſis clavibus, quarum unam habet Sereniſſimus Dux, octo reliquas duo Priores Confraternitatis ejuſdem Sancti. Quando tamen paratur ſolita in Dominica in Albis Supplicatio, extrahuntur prædictæ Reliquiæ ex illa arca, pegmatique impoſitæ ad Sacriſtiam majorem deferuntur. Hic urna ſacrorum Cinerum alteri arcæ multo majori includitur, ſupra quam imponitur præfata hierotheca cum ſacroſancto Brachio, pro veteri ſtatua ejuſdem Sancti, quæ prius eo in loco ſolebat collocari: atque ita Sacerdotum humeris per civitatem circumfertur, præcedente Clero Regulari & Seculari, ſubſequente vero Sereniſſimo Principe, cum magno civium comitatu.

includitur-que arcæ ſacrorum Cinerum:

E

448 Arca hæc in qua ſacri Cineres circumferuntur, pulcherrima eſt ac ſumptuoſa: tota eſt ex argento deaurato: at opus materiam multum ſuperat: plurimarum enim pyramidum labore Gothico artificioſe in altum ſurgentium apices, elegantiſſimæ coronæ ſacrum hoc Mauſolæum circumdantis ſpeciem referunt. Quatuor Arcæ facies præcipuas vitæ Præcurſoris mortiſque hiſtorias ac Corporis combuſtionem exhibent, figuris adæquate extantibus, ac tanto artificio conflatis, ut admirationem moveant conſpicientibus. Confectum fuit ornamentum hoc anno MCCCCXXXVII, quando Confraternitatis Priores erant Lazarus Vivaldus & Joannes de Paſiano, ut conſtat ex memoria huic inſcripta ab Auctore, artis Anaglyphicæ magis, quam Latini idiomatis perito, his verbis; *Hoc opus factum fuit tempore Prioratûs DD. Lazari de Vivaldis, & Joannis de Paſiano anno* MCCCCXXXVII, *die* III *Maji, & Teramus Danielis fabro fabrichavit.* Ne vero incurram defectum eum, de quo antiquos Genuenſes ſcriptores accuſavi, qui res plurimas ad ſacram & civilem hiſtoriam pertinentes per incuriam adſcribere neglexerunt; juvat hic adjungere res duas, quæ noſtro tempore accidêre.

hujus elegantia & fabrica.

F

449 Anno MDCXLI, ubi innotuit ſereniſſimo Senatui in eccleſia Collegiata S. Romuli, vulgo dicta S. Remi, cuſtodiri digitum glorioſi illius Sancti, juſſit eum mox Genuam adferri: utque rei veritas indagaretur, omnis diligentia adhibita eſt. Relatum autem fuit, quod Conſtantius Nivellus, ejuſdem ditionis, eum parvulæ thecæ incluſum acceperit, ita depoſitum à ſene quodam Armeno, quem unà cum duobus ſociis, navi ſua Barcinone in Italiam tranſvehebat. Jam vero cum nocte quadam orta tempeſtate naufragium paſſi eſſent, circa locum qui Cervus dicitur, doloſe hierotecam retinuerit, fingens eam cum pecunia, quæ in navi erat, per naufragium periiſſe,

Anno 1641 *inventus ut putant digitus.*

A quamquam omnes qui navi vehebantur natatu evasissent: quod Armenus summopere inde afflictus fuerit, monstraritque Præposito ecclesiæ aliisque regionis illius scripta quædam, per quæ constabat quid perditum esset; quod Constantius deinde redux in patriam Ecclesiæ Collegiatæ ejusdem loci has Reliquias in depositum consignaverit, reservata sibi facultate recipiendi si placuisset. Hæc relatio facta fuit ab ipso Constantio aliisque, qui hac super re à Cancellario Reipublicæ fuere examinati. Visum est interim prudentissimis Senatoribus retinere Digitum prædictum, ac reponere in capsa, in qua sub clavibus publicis custoditur famosa illa pelvis, donec dignabitur divina bonitas ulteriorem lucem veritatis & certitudinis effundere. Digitus ille instructus est auro purissimo, in formam cylindruli more orientali subtilissime elaborati, quod multis foraminibus perviam oculis exhibet os sicca pelle etiam vestitum. P. Joannes Baptista Nocetus Societatis Jesu, homo multa eruditione & Græcarum litterarum peritiâ illustris, scriptum breviaturis Græcis in

B co opere invenit hunc sensum, *Digitus Joannis Præcursoris.*

A. Calcagnino

Retinens aliquid ex sacris Cineribus, infortuniis afflictus,

450 Denique homo magni nominis, cum per multos annos apud se domi haberet exiguam particulam sacrorum Cinerum, licet summa cum religione; tandem tamen animadvertens multa infortunia toto illo tempore sibi accidisse, prudenti conjectura ejusdem retentioni ea adscripsit. Decrevit itaque re sibi tam chara se spoliare, & obedire admonitioni indignantis sibi Præcursoris, clanculumque hierothecam ex argento deaurato tradidit Eminentissimo Cardinali Duratio Archiepiscopo: qui hanc sigillo suo consignatam, ex decreto Serenissimi Collegii, cui rem manifestaverat, aliis sacrosanctis Cineribus apponi jussit XVIII Augusti anni MDCXLVI, coram Domino Julio Cæsare Borea Vicario Generali: atque hac de re factum fuit Instrumentum publicum à Joanne Antonio de Andrea, Notario & Cancellario Confraternitatis ejusdem Sancti.

id referre cogitur anno 1646.

C

Sanguis S. Joannis Baptistæ

festo Decollationis fluidus

creditur ex eo esse

451 Cum magis pacifica possessione & meliori fortuna fruitur notabili S. Præcursoris Reliquia, Marcus Antonius Doria Princeps D. Angri, quæ ab ipso ac tota ipsius familia non minus Christiana pietate quam nobilitatis divitiarumque splendore, illustris supra omnes terrestres thesauros jure merito æstimatur. Est autem ea particula sacrosancti Sanguinis intra ampullam vitri transparentis, qui singulis annis à primis Vesperis festi Decollationis usque ad finem Octavæ liquidus & sensibiliter fluidus conspicitur; cum per totum reliqui anni curtum sit congelatus, durus & immobilis. Est vero pars illius qui Neapoli in Ecclesia S. Joannis in Carbonara reperitur, in quo annis singulis idem ille effectus miraculosus cernitur; quemadmodum & in eo qui conservatur in ecclesia S. Georgii ejusdem civitatis.

452 Refert Gregorius Turonensis de gloria Martyrum lib. I cap. 12, quod cum *Joannes Baptista astu Herodis per Herodiadem uxorem fratris in carcerem colligatur, tunc temporis à Galliis matrona quædam Hierosolymam abierat, pro devotione tantum, ut Domini &*

D *Salvatoris nostri præsentiam mereretur: audiens autem quod beatus Joannes decollaretur, cursu illuc rapido tendit; datisque muneribus supplicat percussori, ut ei sanguinem defluentem colligere permitteret. Illo autem percutiente, matrona conchulam argenteam præparat, truncatoque Martyris capite, cruorem devota suscepit, quem diligenter in ampulla positum, in patriam detulit, & apud Vasatensem urbem, ædificatâ in ejus honore ecclesiâ, in Sancto altari collocavit,* aitque quod suo tempore annis singulis idem fieret miraculum. Credi potest quod ex eo sit, tam quod Neapoli in prædictis duabus ecclesiis conservatur, quam id quod habet Genuæ supralaudatus Antonius Doria in suo Oratorio, privato quidem, sed magnifico.

de quo Gregorius Turonensis.

453 *Juvat hic subnectere aliud recentius miraculum ad nos Genuâ transmissum anno* MDCXCIV, *die* XXVII *Novembris, quod ita habet.* Die Jovis XXV Novembris sub ortum solis tam sæva hic inhorruit tempestas, ut ab annis triginta nulla sciatur tam horrida sæviisse, cum causa fuerit ut naufragium in ipso portu fecerint tria navigia grano, duo vino, unum oleo onusta. Sed placuit Majestati divinæ hinc gloriam suam & S. Joannis Baptistæ augere: hujus quippe Cineres sacri vix portati fuerunt, opis cælitus impetrandæ causâ, in propugnaculum portûs; cum continuo venti ponere ac mitescere mare ita cœpit, ut plures aliæ naves, quæ jamjam & ipsæ mergendæ erant, periculum evaserint.

Anno 1694 rursum sedata tempestas,

E

454 *Anno vero* MDCC, XXV *Septembris, recentius aliud ad nos transcriptum est à P. nostro Joanne Stephano Fliscо.* Ante menses aliquot orta ingenti procella, cum vidisset Nauclerus quidam acatholicus solicitudinem nautarum, ut de more sacri Cineres deferrentur ad portum, & risisset eorum (ut credebat) simplicitatem: ut oculis suis subitam vidit mutationem (ipsius enim navis maxime periclitabatur) pecuniam cum aliis naucleris contulit, ut nova lampas argentea conficeretur, quæ continuo ardet ante sacros Cineres.

uti & anno 1700

F

CAPUT VII.

Apparitiones quædam sancti Baptistæ.

§. I. *De ea, qua Sanctus mandavit sibi ad Pontem-curvum ecclesiam condi.*

D. P.

455 *Aquinum inter Campaniæ civitatem Episcopalem, & Lirim fluvium, modico utrimque intervallo jacet oppidum,* Pontis-corvi, *seu* curvi *nomen habens, quod veteres* Fregellas *fuisse volunt aliqui. Hujus circa sæculi* XII *initium Archipresbyter præfuit* Grimoaldus *quidam, inter Sanctos commemorandus ad* XXIX *Septembris; jam nunc autem ut talis indicatus, ad* XXII *&* XXIX *Maji, quibus coluntur ejus duo fratres, SS. Fulcus & Eleutherius, de quorum ætate posthac poterimus certius, quam tunc fecimus, pronuntiare. Etenim* Grimoaldo *incitan-*

Ecclesia fundata anno 1137.

S. Grimoaldo Archipresbytera-tü Montis-curvi.

A *te populum, ad fabricam ſibi cælitus demandatum anno* MCXXXVII *jactus dicitur primus in fundamentum novæ eccleſiæ lapis, à Guarino Aquinatium Epiſcopo, cui Petrus Diaconus Caſſinenſis circa annum* MCXXV *teſte Ughello inſcripſit Vitam S. Conſtantii, Epiſcopi etiam Aquinatis ſeculo* VI, *quam utinam pro* I *Septembris contingat integram reperiri! nam hactenus ſolùm habemus ejus partem. Utinam etiam inveniatur in idem tempus Vita præfati S. Grimoaldi, quam breviter à ſe conſcriptam indicat Guarini ſucceſſor, hactenus nobis Anonymus, qui præmissa revelationem conſignavit litteris, ad poſterorum memoriam.*

& Guarino Epiſcopatum Aquini tenentibus,

456 Anonymus *dixi: non quia ignotus eſt Guarini ſucceſſor immediatus, qui ſederit inter hunc &* Reginaldum, *pro anno* MCLXXIX *dumtaxat notum & ſuperſtitem uſque ad* MCXCII (*medium autem concipere ſuadet tot annorum ſpatium*) *ſed quia difficile eſt divinare, quis, ex reliqua apud Ughellum ſerie, tali ſcriptioni manum admoverit: omnes enim in eam relati uſque ad annum* MCCXCVII, *Monachi & fere Caſſinenſes fuerunt, ſicuti etiam prægreſſi quatuor; inter illos enim tunc vel maxime florebant ſtudia litterarum. Nec ad diſcernendam propius ſcriptoris ætatem, quidquam facit* Dominus Albertus,

B *tempore Alberti Archipresbyteri ibidē*

ſumptu cujus, *ut dicitur Lectione* III, præſentium domorum fabrica fere tota conſurgit: *non enim hic intelligitur fabrica eccleſiæ, quam credibile eſt paucis menſibus vel ſaltem annis abſolutam fuiſſe; ſed domus Archipresbyteralis & Clericorum dictæ eccleſiæ ſervientium, quæ potuit diu poſt eccleſiam inchoata, necdum conſummata fuiſſe. Longius certe tempus elapſum indicat eadem Lectio* III *dum eccleſiam laudat*, quæ hodie erecta conſpicitur.

457 *Igitur depoſitâ curâ cognoſcendi nominatim Scriptoris, ſatis ei ad auctoritatem conciliandam ſit dignitas Epiſcopalis, & ætas non valde remota à rebus narrandis. Poteſt etiam nonnihil ad rem facere, quod ſcripta de rebus iſtis Relatio in veteris Montis-curvi Legendario litteris (ut vocant) Longobardicis, reperiatur ad uſum Matutini Officii cum proprio uno Reſponſorio & Hymno, diviſa in novem Lectiones: ſed tam inſulſe facta eſt ea diviſio, nullâ habitâ ratione periodorum apte terminandarum, ut appareat non eſſe à primo auctore; cui etiam imputari non debeant ipſius Codicis hiatus & menda tam frequentia, ut neceſſe habuerim per conjecturam ſupplere quædam, corrigere alia, ne nimium iis gravaretur lector. Aliter ego contextum dividam continuando jam cœptos numeros, totamque relationem hic partiar bifariam; ſic ut pars prior, hunc Paragraphum proſequens, revelationes contineat; ſecunda, in miraculis eo loci patratis conſumatur, faciatque Paragraphum alterum; prius tamen memorandus Silveſter Ayoſſa, Presbyteri Capuæ; cujus diligentiâ præcitati Ms. ecgraphum duplex, ante hos fere* XL *annos, ad manus noſtri Bollandi venit.*

ſicut hic datur ex Ms. in 9 Lectiones diviſo.

C

458 *Prima Lectio, ſumpto altius de Angelis lapſis exordio, ſic incipit.* Multifariis perverſitatum generibus, & importunæ pravitatis inſtantiis, quibus adverſus genus humanum indefeſſus ſedulè inſurgit hoſtis antiquus, evidenter oſtenditur, quod odii tacibus inflammetur, aculeiſque invidiæ urgentibus torqueatur; eo quod homo de lutea [corpus] ferens materia, & in imo terrarum poſitus, cælos

Dæmones humanæ felicitatis invidi

conſcendat; illamque ſummam beatitudinem obtineat, quam ipſe in pura & ſpirituali natura in cælo creatus, humilitate retinere neſcivit. Merito namque ſuperbiæ ſuæ, de empyreo, id eſt de cælo igneo in quo erat, cum aliis dejectus eſt in iſtum aërem caliginoſum, cum univerſis ſuæ pravitatis conſortibus, ut Joannes in Apocalypſi ait; Draco de cælo cadens ſecum traxit tertiam partem ſtellarum. Quia lucifer, major aliis, non cecidit ſolus; ſed cum eo alii multi, qui ei in malitia conſenſerunt, illoſque cadentes hoc caliginoſi aëris [chaos] *a* excepit. Nec enim conceſſum eſt eis habitare in cælo, qui clarus & amœnus eſt locus; nec in terra nobiſcum, ne nimis homines ineſcarent; ſed juxta Apoſtoli Petri ſententiam, In carcere caliginoſo: qui quidem carcer eis uſque ad tempus judicii deputatus eſt: poſt judicium vero in baratrum detrudentur inferni, ad vocem Domini, dicentis, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus.

D EX MS.

a & partim in aëria regione hærentes,

459 Credibile tamen eſt & veriſimile videtur, quod aliqui eorum jam ſunt in inferno, vel quod illuc deſcendunt quotidie ad cruciandas animas, quas ipſi deducunt in infernum & detinent cruciantes. Quod autem multorum animæ illic puniuntur, ex eo conſtat, quod Chriſtus deſcendens ad inferos, juſtos qui ibi tenebantur eduxit, impios illic reliquit; juxta illud Prophetæ, Quod omnis violenta prædatio cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem & cibus ignis. Lucifer autem demerſus in infernum creditur, ibique dicitur religatus ab eo tempore, quo in deſerto & in paſſione Chriſtum tentavit, & victus ab eo diſceſſit. Primum quoque hominem ab eo tentatum eſſe dicunt, & victum; ſed ab homine ſecundo, id eſt Chriſto, ſuperatum & in inferno detruſum uſque ad Antichriſti tempora; quando erit quod in Apocalypſi legitur, Solvetur ſatanas de ſuo carcere; cum conſummati fuerint anni mille, & exiet & ſeducet gentes; eritque tanta tribulatio, ut, ſi fieri poteſt, movebuntur etiam electi. Dabitur ei poteſtas tentandi homines, quos modo habent ſibi complices, qui cum illo ceciderunt, ſicut dictum eſt in caliginoſo carcere pendentes.

E *partim ad inferos retruſi cum Lucifero,*

non niſi ſub finē mundi ſolvendo,

F

460 Aſſumunt aliquando corpora tenuia & ſpumalia, in quibus *b* pati poſſunt; nec tamen per mortem diſſolvuntur propter aëreorum corporum naturam qua vigent: homines tentare pro naturæ ſubtilitate poſſunt, ſi ab Angelis bonis & ab ipſo Deo non prohibeantur. Obſtinati vero adeo ſunt in malitia, quod bonam voluntatem habere ſeu [bonum] velle non poſſunt: unde ad malum ſemper prompti, ſemper hominibus nocere contendunt: quorum voluntas cum prava ſit, actuſque perverſus, & de conſideratione ſui caſus, & tantæ beatitudinis amiſſione ſtimulati; gravique invidiæ, de aſſenſu hominis ad gloriam de qua ipſi ceciderant, ardore ſuccenſi, callidas hominibus inſidias diverſis niſibus parant. Deus tamen juſtus & ſumme bonus, ex æquitate juſtitiæ, & bonitatis pietate, machinis perverſitatis eorum munimen ſuæ benignitatis opponit; ut quod in homi-

b

hominibus interim diverſimode moleſti ſunt,

num

A num detrimentum & ruinam ipſi moliantur, ſumma bonitas Deus in commodum eorum, & ſalutis exaltationem pie convertat.

EX MS.

461 Tempore quo Siciliæ, Apuliæ Terræque-laboris, Rogerius *c* Rex inclitus, Magnificus triumphator, glorioſo bello triumphalique victoria pacem in Italiæ ferme finibus obtentam, juvante Deo reformaret; cumque adhuc hoſtes pacis juſſa regalia in montanis confugiis retractarent; eſſetque pax rudis & pendula, prædonum rapaciumque mentibus odioſa; vir quidam pauper & ſimplex, Pontecurvenſis genere, nomine Joannes, trahens à Melle cognomen, in finibus Pontis-curvi, juxta *d* flumen, terram quamdam, ligone quoad poterat, ſcindere ſatagebat. Hunc ſolum, agrali opere ſolicite incumbentem, verſutus hoſtis diabolus in humana effigie aggreſſus eſt. Erat ſiquidem fluminis in margine, prope eum non parvus ſalicis truncus, cui Satan ſuperinſedit, argenteam cuppam manibus bajulans: cœpitque virum blando ad ſe allicere ſermone; plurimaque ſibi offerens ore falſidico, pluriora ſtudioſius promittebat. Vir autem egeſtatis extremæ potitus, & quotidiano gravis raſtri labore depreſſus, inter gaudium poſitus & timorem, argentum cupiens, fidem promiſſis adhibens, horrida & inſolida abhorrens; locum conſiderans, præcipitium timens; inter ſpem & timorem cœpit non modicum ire ſolicitus.

Ita tempore Rogerii R. *c*

d

à dæmone ſolicitatus ruſticus, pauper,

B

462 Sed Dei omnipotentis pietas copioſa, quæ humilia reſpicit & pauperes beatos dicit; qui ſe transformat in pauperem, oblatumque pauperi utpote ſibi tributum centena multiplicitate rependit; qui [miſereri] pauperi præcipit & inopi, & animas pauperum ſalvas facit *e*; Præcurſorem ſuum atque Baptiſtam, beatiſſimum videlicet Joannem, ad unius liberationem direxit; quem ad annuntiandam gentium redemptionem multo antè tranſmiſerat. Et Sanctus virum miſerrimum, jam vadentem, jam jamque diabolo appropinquantem, ſacra manu præripuit, & à propoſito mortiferæ gradationis avertit; maligno torvoque ſpiritui maledicens & comminans, cum tanto aquarum ſonitu, verbi ſolius impulſu, illum ad fluminis ima demerſit, ut ulterius à viris quampluribus auditum fuiſſe memoretur.

e L. II.

à S. Joanne apparente liberatur;

C

463 Vir autem, his quæ viderat ſtupidus, in iis quæ vitaverat gaviſus, ore tremulo & voce ſubmiſſa, inquit ad Sanctum; Quisnam es Domine? Quis es amantiſſime, per cujus præſidium tam vicinum vitare merui præcipitium? Et Sanctus illi; Ego ſum Joannes Baptiſta, ut te de Sathanæ inſidiis liberarem, de faucibus Behemoth te eruerem, qui me præſente de ore inferni plurimos eripuit, à cruciatibus dæmonum me vidente non parvam multitudinem traxit. Additque illi, dicens: Vade ad Grimualdum Archi-presbyterum Pontis-curvi feſtinus, & exhortare illum, ut tribus te operationibus exerceat, quas incepit: in quibus ſi perſeverare ſtuduerit, dono largitoris ſuperni coronam vitæ recipiet cum electis: ſicque ſtudeat, ſicque populum exhortetur, ut in hoc loco domus meo nomini conſtruatur, in qua vota fidelium perſolvantur, & in qua Dominus meus Chriſtus corporum animarumque languoribus conferat ſolita benignitate medelam.

jubetque eo loco ſibi extrui eccleſiam,

D

464 His dictis, tenues dilapſus in auras, diſceſſit; manſitque diu vir fractus & hebes. Mira Dei virtus, mira potentia, quæ inviſibilia, cum habet in beneplacito, viſibilia oſtendit; & è converſo, viſibilia cum vult inviſibilia reddit; cælicolarum & terrigenarum ſpiritus ad impletionem miniſterii ſui Angelos (id eſt, nuntios) facit, juxta illud Prophetæ. Qui facit Angelos ſuos; ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem. Angelis quidem comparati ſunt à Domino ſpiritus hominum [carne] abſoluti, cum Saducæis de reſurrectione dubitantibus ait; In reſurrectione autem nec nubent nec nubentur; ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælis. Quamquam B. Joannes ipſe ſit Angelus, à Deo patre unico ſuo filio repromiſſus, cum dicitur; Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Sed ſivè Angelus, ut ore Dominico aſſeveratur; ſive homo, prout ab hominibus & ſacris Scripturis aſſeritur, aſſertione cujuſlibet annotetur; dignis eſt copioſarum laudum præconiis attollendus, meritorumque ingentium prærogativâ venerandus.

cujus Angelicæ excellentiæ digne laudandæ

E

465 Nullus, ut arbitror, Angelorum ad præparandas Unigeniti filii Dei vias, majoris dignitatis miniſterio proluxit: nulli unquam Angelorum vel hominum majoritatis & meriti excellentius teſtimonium majeſtativa Domini veritas ipſa perhibuit. Sed quiſnam ego? quæque tanta præſumptionis temeritas, ut de beatiſſimo Ioanne Baptiſta loqui aggrediar? de ſecretario & aſſeſſore cæleſtis Sponſi eloquar; in cujus laudum ſerie proſequendâ, Sanctorum, arcana cæleſtia penetrantium, ſtudia defecerunt, Doctorumque excellentium ſtudioſiſſima ingenia minus habentia reperta ſunt. Nec laudis tripudio eget humano, qui à conditore cunctorum & omnium Domino, à prudentia divina univerſus eſt hominum filiis antemiſſus, indicibilis laudis eminentiâ præſignatus. Nec fuit hoc religioſa Domini Alberti puraque intentio, ſumptu cujus & arbitrio præſentium domorum fabrica fere tota conſurgit, & poſſeſſionum non modica pars, pauperum uſui famulatura [accrevit]; nec ſuaſit viri ſpiritualis & cæleſtis curioſa precum inſtantia; non niſi ut apparitionem Baptiſtæ Domini & Præcurſoris, quam ſuperius, licet aſpero & inculto ſermone proſecutus ſum, & miraculorum ſaltem particulam fidei aſſertione proſequendam, ſtylo quo poſſem, veridico tamen, poſterorum memoriæ derelinquam, quæ Omnipotentia divina in laudem ſui Præcurſoris exercuit; hominumque miſeratus anguſtias, piis piè, propriis propria dignatione ſubvenit. Ad propoſitæ igitur narrationis ſeriem noſtræ mentis ſtudium revocemus.

imparem ſe agnoſcit Scriptor.

F

466 Poſtquam relictus ab utroque ſpiritu eſt Joannes ille, cognomine Mel, ab intimis cœpit præcordiis anxius cogitare, quid ageret; ſecum in prætorio cordis, in palatio mentis agebat dicens; Tegamne ſilentio, quod Sanctus mihi propalandum tam conſtanter injunxit? Celabo ſilenter tantam beneficiorum immenſitatem, quam ſuâ mihi gratiâ contulit Sanctus? Erone ingratus bene-

Ad viſionē manifeſtādam ruſtico cunctante,

A beneficio ? ineptus vitæ donatori, inobediens ei, qui me de interitu corporis liberavit ? qui me de faucibus pallidæ mortis eripuit ? Silendum quidem non esse fateor, ac clamandum mihi potius fore contestor : sed in faciem mihi adversitas objicietur fortunæ, in fronte mihi extremæ paupertatis calamitas opponetur : arguet mendacii me incredulus populus ; propulsandæ causâ inediæ, commodique captandi, esse [prætextum cernui asseverabunt.

L. IV.

467 Dum hæc intra se diu mentis cubili tacitus volvit, dum multis cogitationum fluctibus hæsitat, juxta Apostolum Jacobum, factus est similis fluctui maris, qui à vento movetur & circumfertur. Præposuit vir incipiens æternæ vitæ commodis verecundiam temporalem, texitque diebus paucis visionem glorificam, præsumpsitque aliquamdiu visionem non exequi salutarem. Redemptor autem, qui hominum saluti semper invigilat, qui talibus quos redemit, Angelorum & Sanctorum custodiam parat ; eumdem beatissimum Baptistam Joannem [misit] ad quemdam virum de Ambrisia, *f* Projectum nomine nocte una apponens vocem, eique per visum sic locutus est : Vade concitus Pontem-curvum, & ei quem in ingressu civitatis habueris obvium, dices : Mandat tibi per me divus Baptista Joannes, ut Ecclesiam quam suo nomini ædificaturi sunt Ponte-curvenses, propria tu ipse manu depingas, imaginumque sacrarum decorem apponere non retardes. Exinde, postquam civitatem fueris ingressus, virum quemdam reperire studeas qui dicitur Joannes Mel ; eumque de incredulitate duriter exprobrabis, eo quod visioni nostræ commonitus obedire contempsit, quæcumque illi post primam apparitionem injunxeram : & quod immemor beneficiorum Dei, laudi ejus gloriam non dedit.

alteri apparet Sanctus & jubet quæri pictorem,

B *f rusticum vero reprehendi.*

L. V. *g*

468 Vir autem de *g* Ambrisia, Sancti salutaribus monitis impiger acquievit ; surgensque diluculo, arrepto baculo, Pontem-curvum recto itinere gradiebatur. At in suburbii mœnibus pontis medio virum quemdam reperit : à quo post salutationem, quonam vocitaretur nomine perquisivit. At ille, Robertum pictorem me, inquit, appellant. Cum vero id Ambrisianus audisset, illicò intellexit hunc esse, quem Sanctus inveniendum fore prædixerat : acceptaque visionis fide plena, factus etiam animosior, promptiori alloquio inquit ei ; Mandat tibi beatissimus Dei Præcursor, Ioannes Baptista, ut ecclesiam ei depingas quam Ponte-curvenses propriis in finibus nomini suo ædificabunt. Vir autem plurimum exultavit in nuntio, & id quod fuerat admonitus voluntaria pollicitatione spopondit. Præcessit itaque Ambrisianus urbemque ingressus, Ioannem Mel comperit ; quæque illi fuerant injuncta serio propalavit.

C *Inventus pictor promptum se exhibet ;*

469 Iis auditis Ioannes ille incredibili lætitia exultavit, quodque ipse clanculo aliquibus cum rubore detexerat, ne (ut dictum est) velut impostor in posterum ob ineditum confutaretur ut mendax ; exhortatus in socio, jam nullam annectens morulam, cœpit gaudens voce præconia, quod ei Sanctus injunxerat acclamare : apprehensoque per manum viro, facie hilari, gressu celeri, ad Archipresbyterum pariter tendunt ; cunctaque illi enarrantes per ordinem, prout jussum fuerat, ei fideliter exposuerunt. At ille, ut erat mitis, benignus, simplex & suavis, audivit : & fidem plenam factis præceptionibus adhibens, quidquid sibi à B. Joanne mandatum fuerat, pectori adstrinxit, & animo grandi, ac corde puro studuit unanimiter adimplere. Nam in tribus operationibus, ad quas eum B. Joannes voluit animari, jejunii videlicet, orationis ac eleemosynæ, ita se devotum exercuit, sicque se laudabiliter informavit, ut anno septimo post carnis molem depositam, per eum plurima dignatus sit Dominus operari, quæ nos summatim in parvo libello perstrinximus [posterorum memoriæ] relinquenda : in commonitione autem populi & studio Ecclesiæ construendæ ita se promptum & exercitatum exhibuit, ut in exhortatione in talis operis exercitio, Bezeleel aut Ooliab potuerit æstimari.

D EX MS. *& cum rustico adit Archipresbyterum :*

470 Populus ergo monitis illectus, minis territus, sermone concitatus, animo pari, voluntate concordi, unanimiter currit ; & anno Domini MCXXXVII Episcopali consignatione, ac lapidis positione à Domino Guarino, recolendæ memoriæ Aquinate Episcopo, prædecessore nostro, humiliter implorata, & prout sacrorum Canonum institutionibus cautum est, solenniter accepta, prope locum quo prædicta apparitio cælitus est exhibita, ecclesia quæ hodiè erecta conspicitur, devotione plena ædificatur : nam ipso eodem loco, quem beatissimus Christi Baptista sacris calcavit vestigiis, propter fluminis alluvionem, nullatenus construi potuit. Ob illius tamen vestigiorum reverentiam & tantæ Visionis memoriam conservandam, arcus est fabricatus lapideus, & sub ipso erectum altare, in quo Domino summo Sacrificium laudationis offertur *h*.

E *quo adnitente jaciuntur fundamenta*

anno 1137.

h

ANNOTATA D. P.

a *Ita suppleo sensum & spatium, vacuum relictum in ecgraphis, sicut antea supplevi verbum in originali deficiens, neutrum posthac scrupulose distincturus, sed alterutro casu parenthesi* [ ] *usurus.*

b *Hæc fuit plurium Theologorum de dæmonum per ignem cruciatu sententia, accepta ex Augustino.*

c Rogerius Comes, *Simoni fratri succedens an.* 1102, *Ducatum Apuliæ primum occupavit anno* 1127, *Rex Panormi coronatus* 1129 : *ipsa autem visio potuit an.* 1156 *fuisse facta.*

d *Ipsum verosimiliter* Lirim.

e *Hic interponitur Responsorium* : Baptista Christi beate Joannes, adjuva nos, qui tuam apparitionem colimus : & dona nobis frui donis cælestibus. ℣. Qui in hac die cuidam homini apparuisti, & eum de diabolica suasione liberasti. Adjuva nos &c. *Præter hoc alia nulla Responsoria notantur, eo quod verosimiliter fuerint ex ordinariis festi Decollationis sumenda. Hic autem nota quam inepte fiat sectio periodi, necdum absolutæ.*

F f *Utrumque ecgraphum, (utique ex autographo) nominabat* Projectum : *sed Ayossa utrobique correxit*

A EX MS. *correxit* Robertum; *ſed mox apparebit diſtinguendos illos fuiſſe*. Pons-curvis *autem*, civitas *dici videtur propter amplitudinem, qua jam tum forte Aquinum ſuperabat vel æquabat.*

g *Quantum diſtet* Ambrifia, *Topographicis ignota tabulis, Aquinates doceant.*

h *Placet hic apponere Hymnum poſitum ad calcem Lectionis nonæ; qui licet nec metricus nec rhytmicus ſit, nonnullos tamen modulos cantui aptos ſervat; & fortaſſis in Dedicatione eccleſiæ compoſitus, Auctori hiſtoriæ ejus præluxit ad eamdem fuſius explicandam.*

HYMNUS.

CHriſti Præconis veneremur diem,
Nos in hoc templo ſibi conſecrato
Conſona voce pariter canendo
Laudes dicamus.
Hodiè namque Domini Baptiſta
Per Dei juſſum venit in hunc locum,
Atque præcepit Domum conſecrari
Nomini ſuo.
Ruſticus quidam dum hic eſſet ſolus,
B Cum ſuo raſtro terram pervertebat:
Subito malus ſpiritus accedens,
Illum vocavit.
Argenti cuppam manibus geſtabat,
Ipſum clamando multa promittebat,
Dicens, Huc veni, & te donis multis
Valde ditabo.
Mox egens ipſe tentus paupertate
Ire volebat, ſed timebat amnem:
Nam ſi profundo teneretur aquæ,
Vitam finiret.
Sanctus repente Domini Baptiſta,
Cito feſtinans illum liberavit;
Ac ſuo juſſu ſpiritum malignum
Merſit in unda.
Illico Chriſti Domini Præcurſor
Ruſticum Clero Pontis-curvi miſit,
Ut ſibi templum facere feſtinet,
Illo in loco.
Quibus auditis gaudio repletus
Clerus, & omnis populus in unum,
Domum præfatam digne conſtruxerunt
Sancto Joanni.
Gloriam Trino reſonemus Deo,
C Qui talem nobis tribuit Patronum,
Ut ſuam largam veniam det nobis,
Nunc & in ſeclum, Amen.

§. II. *Miracula S. Joannis Baptiſtæ in Ponte-curvo.*

a Dum fabricatur eccleſia, plura fiunt miracula.

471 IN ipſo eccleſiaſticæ ſtructuræ *a* principio, dum fundamentum jacitur, materiæ ad opus reliquum neceſſariæ præparantur; fama tam glorioſæ apparitionis diffunditur, celerique volatu totam peragrans viciniam, divino ſiquidem impulſa ſpiramine, grata cœpit haberi, & celebris mentibus omnium, plena devotione glorioſa. Fit ergo unanimis ex finitimis habitationibus populi cum exultatione concurſus, languentis maximè, ut dono gratiæ, meritis Baptiſtæ Domini, copioſis in ſui exhibitione, reddita ſoſpitate potiretur. Et quia ſpes innixa cæleſtibus, fidis Chriſti promiſſionibus alligata, nec fraudari potuit, nec unquam caſſa proſterni; exuberante divinæ pietatis opulentiâ, ſanitates ſunt inibi quampluribus variè infirmantibus reſtitutæ; & ad lacrymoſas acclamantium petitiones, munere piæ miſerationis indulta. D

Adoleſcens toto contractus corpore

Nam veniens ad locum, ubi recens adhuc jacti fundaminis ſtructura præminebat, adoleſcens quidam, Campanus genere, nomine de Caſtello quod dicitur Ripa, diu inibi Præcurſoris Domini auxilium animo æſtuanti lacrymoſis precibus efflagitavit; quatenus ex abundantia meritorum Interceſſoris digniſſimi, apud immenſitatem propitiationis divinæ, miſericordiam obtineret; ut beneficio Largitoris ſanctiſſimi, optato per optandum Sponſi cæleſtis accubitorem precum lugubrium inſtantiâ potiretur; ejuſque membris naturalia redderentur officia, quæ occulto ejus judicio divinâ fuerant providentiâ ab uteri materni L. VII. emiſſione denegata. Erant ſiquidem manus illi aridæ penitus & exiccatæ, nervorum humiditate carentium, adeò attractatione curvatæ, ut ad quodlibet neceſſarium officium inutiliter tenderentur. Pedes quoque, femora, & ſuræ, formam quidem naturalis complexionis hominum obtutibus exhibebant, ſed E ad gradiendum, vel cum uno baculo, fruſtra conarentur.

& aſella advectus;

472 Aſello huc vectore pervenerat; aſcenſu cujus atque deſcenſu alterius ſemper juvamine coindigebat. Diu, inquam, preces lacrymabiles, diu gemibundas effudit voces; ſed Munificentiæ divinæ non placuit, Providentiæ non ſedit, ut circa opus adhuc informe voti compos exiſteret adoleſcens. Aliquantos itaque peragens dies, à ſpe ſalutis elapſus, eodem quo acceſſerat vehiculo, ad proprias remeavit [ædes]. At nocte prima ſuccedente die quo redierat, ità munere divino & meritis B. Joannis factus eſt ſanus, quod mane ſummo recto itinere gradiens, aſinum paravit; impoſitiſque ſuper eum de optimis terræ frugibus, ac plus juſto illum perurgens ſtimulo, recolens quod aliquando eum urgere non potuiſſet ad curſum, vel greſſum reprimere conſuetum; curſu hilari jam dictam pervenit ad fabricam, deditque operariis quod attulerat; & coram eis, qui paulo anteà illum debilem viderant, & [nunc videbant] omnino ſanum, lætabundus huc illucque diſſiliens, adeptam ſoſpitatem cunctis alacer oſtendebat. Hæc videntes cum illo pariter omnes opimæ Dei clementiæ gratias immenſis clamoribus retulerunt. Vir autem Dei beneficio non extitit pro modulo ſuæ facultatis ingratus: nam quidem pluribus quibus vixit annis, locum illum devotus cum oblationibus viſitatum [venit], ac de ſoſpitate percepta Deo certis temporibus agere gratias non apparuit oblivioſus.

dum deſperata curatione revertitur,

F eam ſubito recipit.

473 Mulier quædam nomine Bona, de Caſtello finitimo quod dicitur Campus *b* de Melle, per tempus non modicum ſciaticâ infirmitate cruciabatur. Nervi ei utriuſque femoris emarcuerant; nec omnino ambulare poterat vel ſedere; ſemper autem jacere conditione miſerrima compellebatur. Hæc verò mulier præſcriptam beatiſſimi Joannis apparitionem intelligens, plena cœpit intentione confidere, ut ſi locum poſſet inviſere, in quo Præcurſor Domini dicitur apparuiſſe, illico ſanitati priſtinæ reſtitueretur. Fecit itaque

b

Mulier ex iſchiade diu clinica

A itaque se illuc, sed cum difficultate deferri; nec est fraudata à desiderio suo. Nam postquam terram comperit, postquam distentis brachiis terram osculis delinivit, per quam nuper Baptista Dei ambulaverat, per quam sacris pedibus vestigia fixerat; protinus citâ est Dei miseratione sana effecta, quod statim post gratiarum actiones, currens & saliens domum cum gaudio reversa est; semperque collati memor beneficii, Ecclesiam, quæ ibi ad honorem B. Joannis ædificata conspicitur, per annos singulos dum vixit, in muneribus & in persona propria visitavit.

in loco curatur.

474 Ponticurvensis matrona quædam, dum in agralibus operibus quidpiam cuperet exercere, filiam quamdam suam nondum bimulam, vicinæ commissam, contribulis suæ custodiæ materna solicitudine dereliquit. Quæ postquam necessarium in agris perfecit opus, affectum matris sub pectore servans, reditum suum quoad potuit pro filia maturavit; ut ubi reversa domum convicaneam, cujus fidei eam commiserat, de filia mente jam pavida solicitaret. Subito illa, justâ querimoniâ

Mulier amissam filiam bimulam,

B perturbata, dum commissam sibi filiam matri reddere non posset; inquit: Heu me miseram! me dolentem! Plus solito, plus quam justo me hodie rei familiaris curiosa necessitas occupavit: idcirco quid ei acciderit (nam forte delituit penitus) miserrima nescio. Cibavi illam jam pensilem ulnis, molliter conquassavi, leni quoque susurro ut obdormiret effeci: postmodum, [sive ab

c alio] evigilata *c* reptaverit, sive fuerit malitiose vel amicè subtracta, familiaribus occupata negotiis, immodicis defessa laboribus, (quod dicere pudet) ignoro. Porrò mater anxia jam, jam de morte filiæ mente percussa, per plateas & vicos cœpit velut leæna discurrere: omnibus quos videre poterat, proponebat de filiâ valde furibunda querelam, nec satis oculis fidelibus putabat esse credendum; sed quidquid indicebatur latibuli [immissis] brachiis ut fieret certior evertebat. Cumque omnem viciniam domosque finitimas cursu celeri perquisisset, nec quodlibet de filia comperisset indicium; cumque scissis vultibus, crinibus dissolutis, tunsoque pecto-

ubique frustra requirit & plangit:

C re pugnis, dissoluta penitus & confracta, domum suam propinquorum manibus deportaretur; sederetque more solito, amicorum stipata catervis; quidam, sed discorditer, de puella quid sinistri accidérit avertebant. Et quoniam, ut Apostolus ait, In suo quisque sensu abundat; quisque sicut ei veniebat in mentem, infortunium quod accidere potuerat fatebatur. Sicque illa viri facundissimi Cicero-

d nis in Rhetoricis *d* propositio approbatur: Si alteres & cesses, melius est ut id tibi eveniat, quod conjux irata cogitat, quam quod parentes propitii.

475 Exinde fletibus & ululatu totâ peractâ die, contigit nobilem quemdam Militem præfatæ civitatis, ad rivulum quemdam suburbanum, ut adaquaret equum, in crepusculo declinare. Porro equus anteriores pedes in aqua ponens, sufflans & contremiscens substitit; urgentemque calcaribus Dominum contemnens, retro potius cedere conabatur. Profecto Miles curiosa inspectione considerans, quidnam esset quod equus tam

L. IX.

rivulo immersam

duriter stimulatus aquam intrare defugeret: subito inter vepres, qui rivulo inerant, pannos conspexit, & illos equum suum tremuisse cognovit. Ruptâ itaque de arbore finitimâ quâdam virgâ, illamque pannis involvens, paulatim trahere per rivulum cœpit: cumque ad se graviter pertraxisset, puellam esse mortuam comperit; & præfatæ mulieris, ex importuna inquisitione quam audierat, filiam fuisse animadvertit. Sublatam igitur ex aqua puellam celeri gradu deduxit ad matrem, inquiens; Vide si hæc filia tua sit, an non: narravitque per ordinem qualiter eam in rivulo comperisset. At ubi mater filiam esse suam certa veritate cognovit, clamores multiplicans, fletus ingeminans, triste pectus acriter pupugit; & quoniam de veteri superstitione popularis dementiæ à quampluribus observatur, ne mortua castellis aut civitatibus *e* inferatur; ad Ecclesiam beatæ Mariæ in suburbio dicatam, recto gradu deducitur, ibique nocte tota lugubri funere vigilatur.

D EX MS. *invenit quidam,*

indeq; extracta defert matri:

e

476 Postquam vero & is, qui fundavit terram & permanet, cujus ordinatione perseverat dies, is videlicet cui omnia serviunt, sequentis diei vicissitudinem terris ordinabiliter reddidit; cumque in eo esset, ut deberet [defuncta] ad foveam deportari, ad orationum suffragia se contulit mater, & Beatissimum Joannem Baptistam Domini intimis præcordiis obsecravit; ut spes ei una & sola posteritatis, id est unica filia, viva redderetur & sospes: (tum enim præfecta beatissimi Joannis apparitio nova, solennis & celebris ab universis finitimis populis habebatur:) cumque mater preces præcordialiter solicitata [multiplicat,] visa est oscitare puella; & videlicet à somno evigilans, brachia super caput extendit, apertisque oculis rediviva comperitur. Omnis circumstans populus viso miraculo mire contremuit, & Baptistam Domini per aliquod spatium laudibus acclamavit; & ad præsentem Ecclesiam, noviter ædificatam, cum puella resuscitata & matre, actura gratias omni cum devotione cucurrit; hymnisque & oblationibus beatissimo Joanni unanimiter exolutis, populus ad propria cum omni exultatione remeavit.

E *illa postridie commemorata S. Joanni Baptistæ*

reviviscit.

ANNOTATA D. P.

F

a *Ecgraphum utrumque*, scripturæ.

b Campus de Melle, *fortassis in Tabula notatus* S. Miele *pro* C. Miele *quinque vel sex p. m. supra Aquinum versus Orientem.*

c *In ecgraphis est*, reputare.

d *Rhetorica Ciceronis nulla novi: nec suppetit conjectura, quâ verba, procul dubio depravata, sano sensui reddam.*

e *Mos hic non solis Gentilibus, sed & Judæis usitatus efferendi mortuos, nec nisi in pomœriis tumulandi, etiam apud Christianos pluribus seculis duravit, duratque etiam hodie locis variis per Germaniam, ubi Cœmeteria vulgo* Gods-acker, *id est* Ager *Dei extra muros sunt. Et hic usus, multis bonisque rationibus nixus, melius forsitan conservatus fuisset.*

A

EX MS.

§. III. *Aliæ visiones variis in locis & diversis personis oblatæ.*

Monachi Claravallen. Sancto valde devoti caput flammas

477 CÆsarius *Histerbacensis in diœcesi Coloniensi Monachus lib.* 8 *cap.* 48, *pollicitus subjungere*, de S. Joanne Baptista, cujus memoria celebris est per universam Ecclesiam, aliquas visiones, *cap.* 49, 50, 51 *&* 52 *consequenter sic scribit*. In Claravalle juvenis quidam est ætate, Joannes nomine, mirus dilector S. Joannis Baptistæ; in die siquidem Nativitatis ejus est natus, & ob hoc à parentibus Joannes vocatus. Supra reliquos Sanctos illum diligit; & quoties aliquid ad ipsum pertinens psallitur, ut est Canticum patris ejus Zachariæ, ibi voci penitus non parcit. Nocte quadam, cum idem Canticum in choro cantaret, & ventum fuisset ad illum Versiculum, Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis; Sacerdos quidam stans in choro opposito, flammam de capite ejus exurgere vidit: vocatur autem

B

Wilhelmus, estque Sacerdos religiosus, cui multa divinitus revelantur. Qui dictis Matutinis Dominum Sygerum Priorem adiit, & quid de Fratre Joanne viderit, expoſuit. *emittere videtur.* Quem statim vocavit Prior dicens; Dic mihi Frater Joannes, quid cogitasti in Laudibus, quando inchoatum est Canticum, Benedictus Dominus Deus Israël? Cui ille respondit: Credite mihi, Domine, ego cogitavi; Si esset in cælis vox tua, numquam rauceſceret, & semper Deum laudaret cum Angelis. Et Prior: Quid habuisti in corde infra illum Versiculum; Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis? Ad quod iterum respondit; Ita accensum est cor meum in illa hora ad memoriam S. Joannis Baptistæ, quem valde diligo, ut vix me capere possem præ gaudio. Et cognovit Prior, quod flamma eadem signum fuisset vehementissimi amoris, de corde adolescentis in cælum ascendentis. Anno præterito (*id est* MCCXXI) visio hæc à prædicto Priore Claræ-vallis, Priori de Clauſtro recitata est, à quo ego illam didici.

478 Retulit mihi Domina Irmingardis,

C

Monachæ

Magistra de Insula S. Nicolai, anno præterito, cujusdam Sanctimonialis bene sibi notæ miram dilectionem erga prædictum Domini Præcursorem. Plus omnibus Sanctis illum dilexit: nec sufficit ei de illo cogitare, illum obsequiis & orationibus honorare, consororibus illius prærogativas prædicare; quin etiam, ad perpetuandam ejus memoriam, verificaretur de ejus Annuntiatione, Nativitate, & gaudio parentum: litterata siquidem erat, & ideo versibus prosequi studuit quidquid de illius sanctitate legeret. Omnes *similiter affectæ* etiam personas seculares, cum quibus loquebatur, monuit & rogavit, ut liberos suos Joannem vel Zachariam nominarent; feminas vero Elisabeth. Cumque moritura esset, Joannes Monachus de Clauſtro eam visitavit; sciensque ejus affectum circa S. Joannem, ait: Matertera, cum fueritis defuncta, qualem Missam vultis cantem pro anima vestra, pro Defunctis, an de S. Joanne Baptista? Ad quod illa sine omni deliberatione respondit; De S. Joanne. Cumque ad extrema perveniſſet, compassa Sorori sibi servienti, ait: Vade, Soror, super solarium, & quiesce modicum. Quod cum feciſſet, & levi sopore quiesceret, hujusmodi vocem per somnum audivit: Quid hic jaces? S. Joannes Baptista inferius est cum Sorore Hildegunde; hoc illi nomen erat. Ad quam vocem Sanctimonialis expergefacta, neglectis vestibus in camisia descendit, & jam illam expiraſſe invenit: circa quam tam suaviſſimus odor erat, ut non dubitaret illic adesse præsentiam S. Joannis, qui animam suæ dilectricis choris sociaret Angelicis.

D

ipse adest in hora mortis.

479 Narravit mihi & aliam visionem, istis duabus jucundiorem, quam sibi à Magistra Domus, in qua visa est, dicebat esse recitatam. Duæ Sanctimoniales fuere & adhuc sunt in Lutere, monasterio diœcesis Trevirensis, ex quibus una specialiter diligebat S. Joannem Baptistam, altera vero S. Joannem Euangelistam: quæ, quoties conveniebant inter se, de illorum majoritate contendebant; ita ut magistra quandoque vix posset eas compescere: illa enim dilecti sui privilegia in medium proponebat, cui ista dilecti sui prærogativis valide obviabat. Nocte quadam ante Matutinas, S. Joannes Baptista, suæ dilectrici in somnis apparens, sic ait: Soror, noveris S. Joannem Euangelistam mihi æqualem esse. Numquam homo castior fuit illo, mente simul & corpore virgo. Ipsum Christus ad Apostolatum elegit, ipsum ceteris Apostolis plus dilexit, ipsi gloriam suæ Transfigurationis ostendit, ipse beatissimus in pectore Jesu in cœna recubuit, ipse morienti adstitit; ipsi virgini Christus virgo virginem Matrem commendavit; ipse ceteris Euangelistis altius volans, & oculos mentis in rotam Divinitatis plenius defigens, Euangelium suum sic exorsus est; In principio erat Verbum &c. scripsit & Apocalypsim, qua nihil in cælestibus figuris obscurius est: plurima est pro Christo passus tormenta, flagella, fervens oleum, exilia. Ecce, propter ista & alia multa sua privilegia, æqualis mihi est. Mane ergo voca Sororem tuam ante Magistram; & procidens ante pedes illius, pete ut ignoscat tibi, quod toties eam exacerbasti mei causâ. Quæ ad signa matutinalia expergefacta, de tam clara visione cogitare cœpit.

Duæ de illius & Evangelistæ præcellentia rixantes

E

compescuntur utroque ipsis apparente,

& Baptista Euangelistam,

F

480 Dictis vero Matutinis, cum se altera sopori dedisset, S. Joannes Euangelista per visum affuit, & sub sensu verborum horum suam allocutus est dilectricem: Soror, scias B. Joannem Baptistam longe majorem esse me: Inter natos mulierum teste Christo, non surrexit major illo. Ipse Propheta, & plus quam Propheta, ab Angelo est annuntiatus, à sterili matre contra naturam conceptus, in utero supra naturam sanctificatus, in eremo sine omni peccato conversatus; quod de me dici non potest, qui lucris inhians, inter seculares secularis seculariter vixi. Salvatorem, quem in utero cognovit, inter turbas ad se venientem digito demonstravit, & in Jordane sacris manibus baptizavit. Ipse cælos vidit apertos, Patrem audiens in voce, Filium videns in homine, Spiritum sanctum in specie columbæ: tandem pro justitia martyrizatus est. Unde hodie vocare debes Sororem

Euangelista Baptistam extollente.

A rem tuam ante Magiſtram tuam ; ſicque eam rogare, ut tibi ignoſcat, quia toties illam exacerbaſti, me contentioſe Præcurſori Domini præferendo. Mane ſigillatim ad Magiſtram veniunt ; quid viderint exponunt, tunc ſimul ſe proſternentes, & ab invicem (uti eis juſſum fuerat) veniam poſtulantes, mediante Matre ſpirituali, reconciliatæ ſunt; monente illa, ne de cetero de meritis Sanctorum contenderent, quæ Deo nota ſunt.

Caſtigatur Canonicus

481 Sicut cives ſuperni viſitant, cum multa conſolatione ſe diligentes ; ita quandoque cum multa invectione & plagis, ſe contemnentes. Canonicus quidam erat in eccleſia Bonnenſi, qui frequenter cum ſodalibus ſuis Moniales in Diskirchen ſolebat viſitare : nec erat in eadem viſitatione aliquid religioſitatis, ſed levitas & periculum animarum. Quoties enim eum oportebat intrare clauſtrum, quod in honore B. Petri & S. Joannis Baptiſtæ dedicatum eſt ; tranſibat erecto collo, nec una quidem vice coram altaribus caput inclinans. Nocte quadam venerabilis Baptiſta, in ſomnis ei apparens, & torvo vultu in eum reſpiciens, ſic ait: Et tu inique, toties per Oratorium meum tranſiens, numquam aliquid mihi exhibuiſti honoris, ut ſaltem vel una vice cervicem flecteres coram altari meo, levanſque pedem tam valide truſit eum in ventre, ut, tam ex terrore increpationis, quam ex dolore tunſionis, evigilaret. Ab illa hora cœpit infirmari, & paulatim intumeſcente ventre hydropicus fieri ; ſicque vadens, donec invaleſcente morbo moreretur. Et ſi vis ſcire, Joannes eſt nomen ejus. Forte ex hoc ipſo Sanctus amplius turbabatur, quod ipſa nominis ejus æquivocatio nihil reverentiæ cordi ejus impreſſerat circa ipſum.

abſque reverentia B

tranſiens altare Sancti.

Varia utriuſque Joannis apparitio:

482 *Hactenus Cæſarius cui, quoad ſubſtantiam viſionis penultimæ, conſonat quod Jacobus Januenſis in Hiſt. Lombardica, aliis dicta Legenda Aurea, num.* 80; *ex eoque Durandus in Rationali Divinorum Offic. l.* 7 *cap.* 42 *ſic narrant:* Erant duo Doctores Theologi, quorum unus Joannem Baptiſtam, alter vero Joannem Euangeliſtam præferebat. Tandem ſuper hoc ſolenni diſputatione indicta, quilibet valde ſollicitus erat auctoritates & efficaces rationes invenire, quibus ſuum Joannem poſſet præferre. Adveniente autem diſputationis die, quilibet Sanctorum æmulatori ſuo apparuit, eique dixit : Bene concordes ſumus in cælis, de nobis non diſputetis in terris. Tunc illi ſibi ad invicem & omni populo viſionem publicaverunt & Dominum benedixerunt. *Sic utrumque pariter, medio inter ipſos Chriſto, procedentem in feſto Annuntiationis vidit B. Veronica de Binaſco lib.* 4 *Vitæ cap.* 23, *ad* XIII *Januarii noſtri illuſtratæ. Sic utroque comitatam Deiparam Virginem vidit Cyriacus Abbas, apud Auctorem Prati ſpiritualis cap.* 46.

C

viſus Baptiſta cum S. Timotheo:

483 *Dedimus* XXIV *Maji Vitam S. Marthæ, ejus cujus iſta die filius S. Symeon Junior colitur, quæque ſeculo* VI *cum illo Antiochiam Syriæ miraculis ſuis illuſtravit. Hæc, ut narratur num.* 8, cum aliquando nocturnas more ſuo preces offerret Deo, eique gratias perſolveret per manus illius quo non ſurrexit major inter natos mulierum, Joannis Baptiſtæ ; incidens in ſomnum, dignata eſt viſione illius, apparentis ſimul cum S. Timotheo S. Pauli Apoſtoli Diſcipulo, & colloquebantur ſe ut amici ſolent ; audiit vero etiam S. Joannem talia dicentem ſibi : Ego te omni tempore defendo propugnoque apud Deum, nec unquam deſeram. D EX MS.

idem apparens corripit violatorem ſepulcri ſibi commendati,

484 *Quin & integram gentem Longobardorum ſub ſua tutela eſſe, poſtquam Theodelinda Regina eccleſiam Modoëtiæ ipſi dedicaverat, non una occaſione declaravit Sanctus. Nam cum eorum* Rex Rotharis, *defunctus ſub an.* DCLI *ibidem Modoëtiæ* juxta baſilicam B. Joannis Baptiſtæ fuiſſet humatus; poſt aliquantum tempus quidam iniqua cupiditate ſuccenſus, ejus ſepulcrum noctu aperuit ; & quidquid in ornamentis ejus corporis reperit, abſtulit. Cui B. Joannes per viſionem apparens, eum vehementer exterruit, eique dixit : Cur auſus es corpus iſtius hominis contingere? Fuerit licet non recte credens, (*ut pote* Arrianæ hæreſeos perfidiâ maculatus) tamen mihi ſe commendavit. Quia igitur hoc facere præſumpſiſti, numquam in meam baſilicam deinceps ingreſſum habebis. Quod ita quoque factum eſt : quoties-enim-cumque voluiſſet B. Joannis Oraculum ingredi, ſtatim velut à validiſſimo pugile guttur ejus feriebatur, & ſic ſubito retro ruebat impulſus. *Ita Paulus Warnefridi Diaconus Forojulienſis lib.* 4 *de geſtis Longobardorum cap.* 48 *& addit:* Veritatem in Chriſto loquor: hoc mihi ipſe retulit, qui hoc ipſum ſuis oculis factum vidit. E

& Longobardos tuetur contra Græcos,

485 *Idem deinde lib.* 5 *poſt narratam Grimoaldi Regis de Francis in Italiam tranſgreſſis victoriam, non longe ab Aſtenſis civitatis mœnibus obtentam ſub annum* DCLXIII, *ut vult Baronius ; cap.* 6 *agit de expeditione Conſtantini, Græcorum tunc Imperatoris,* Italiam de Longobardorum gente eruere cupientis: qui mare tranſgreſſus, Tarentum applicuit : prius tamen ad ſolitarium quemdam, qui Prophetiæ ſpiritum habere dicebatur abiit ; ſtudioſe ab eo ſciſcitans, utrum gentem Longobardorum quæ in Italia habitabat, ſuperare & obtinere poſſet. A quo cum ſervus Dei ſpatium unius noctis expetiſſet, ut pro hoc ipſo Dominum ſupplicaret ; facto mane ita eidem Auguſto reſpondit : Gens Longobardorum ſuperari modo ab aliquo non poteſt, quia Regina quædam ex alia provincia veniens (*Theodelinda ſcilicet Garibaldi Bajoariorum Regis filia*) Baſilicam B. Joannis Baptiſtæ in Longobardorum finibus conſtruxit, & propter hoc ipſe B. Joannes pro Longobardorum gente continue intercedit : veniet autem tempus, quando ipſum Oraculum habebitur deſpectui ; & tunc gens illa peribit. Quod ita factum eſſe probavimus : quia ante perditionem Longobardorum (*anno* DCCLXXIV, *quo Carolus Francorum Rex eorum Regem Deſiderium Ticini obſeſſum regno cedere compulit*) eamdem B. Joannis Baſilicam, quæ utique in loco qui Modoëtia dicitur eſt conſtituta, per viles perſonas ordinari conſpeximus ; ita ut indignis & adulteris, non pro vitæ merito, ſed præmiorum datione, idem venerabilis locus largiretur.

ob baſilicam ei à Theodelinda R. exſtructam. F

486 *Reginæ Theodelindæ Hiſtoriam an.* 1613 *ſcripſit Italice & vulgavit Mediolani an.* 1613, *Bartholomæus Zucchius : ubi cum docuiſſet ex*

A *Paulo Diacono, quomodo illa ſecundis nuptiis*
EX MS. *quibus pacẽ quoque cũ Romanis conciliat:* *junctа Agilulfo Taurinenſium Duci, non ſolum regnum ei contulit, ſed etiam ex Pagano Chriſtianum, ex inimico Romanæ eccleſiæ amicum fecit, pace cum S. Gregorio Pontifice concluſa in feſto S. Gervaſii & Protaſii, publicata autem, in Natali Præcurſoris, huic in Modoëtia eccleſiam ſtruxit; ubi Zucchius allegat Blondum Dec. 1 lib. 8 ſcribentem, quod illam fundaverit dotaveritque,* ut vota exolveret, quibus B. Joanni Baptiſtæ ſe obligaverat, ſi maſculum ſuſcepiſſet; *deinde ex Aſcenſiana Pauli Diaconi editione producit formulam, in recentiori omiſſam; ſub qua Longobardi Patronum ſibi illum aſſumpſerant in ſolenni Baſilicæ iſtius dedicatione anno* DXCV, *in hæc verba conceptam:* Ut ipſe Joannes Baptiſta ſit pro nobis interpellator ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, nos omnes unanimiter pollicemur, illi omni anno, in
quare eum ſibi Patronũ eligunt, die nativitatis ſuæ, hoc eſt VIII Kal. Julii, de noſtris facultatibus tranſmiſſuros honorifice ad Oraculum ejus, ut per illius interpellationem habeamus juvamen D. N. Jeſu Chriſti, tam in bello, quam in aliis locis
B omnibus, quocumque ituri ſumus.

487 *Sed hæc dum abſunt à melioribus Mss. ad*
quod etiam indicat titulus, *quæ exacta editio Grotii, vereor ne recentius interpolamentum id ſit. Similiter non crediderim ejuſdem temporis, ſed multo recentioris eſſe titulum, candido inſcriptum marmori, quem rhytmo, ſerius ad Poëſim Latinam traducto, conceptum proponit Zucchius cap.* 21.

Condidit hoc templum, multa virtute verendum
Theudelinda potens, regni diademate pollens:
Pro ſe, pro natis, vovit dulcedine matris,
Chriſti Baptiſtæ, cui ſacratur locus iſte.
Hic noſtræ gentis voluit caput eſſe decentis
Longobardorum, talemque parare Patronum.

Ætatem hæc longe poſteriorem ſapiunt, potiuſque
poſitus ſec. 10 vel 11. *credentur, non eſſe vetuſtiora ipſo unde deſcripta ſunt marmore: hoc vero dixerim ſculptum ac poſitum fuiſſe poſt initium ſeculi* XIII, *quando ædificabatur nova Modoëtiæ Baſilica, quæ hodiedum ſupereſt, idque ex ſenſu vulgi tunc recepto, cum*
C *Ottho* III *definivit ipſam eſſe* caput Lombardiæ & ſedem regni *Italici.*

488 *Exiſtimo ego, Longobardorum Reges*
Fuerat ea civitas Gentis regia, *ante Theodelindam, ſi ſtabilem alicubi Sedem habebant, Modoëtiæ habuiſſet: & hanc fuiſſe cauſam, cur primam Chriſtiani ritus ipſa in gente eccleſiam ea in urbe ædificaret; cui & Palatium adjunxit, in quo poſt filii citam mortem regni adminiſtratione privata, regio tamen cultu ſupervixit uſque ad annum* DCXXVIII. *Eadem quoque cauſa fuerit, cur ibidem ſepultus etiam Rotharis ſit: quamvis vel ipſe vel aliquis deceſſorum ſuorum Longobardorum Regiam tranſtulerit Ticinum: hoc enim mihi perſuadet Agilulfi & Theodelindæ filia Gundiberga à Rodoaldo Rotharis filio & ſucceſſori nupta, quæ, ut refert Paulus cap.* 49, adinſtar ſuæ genitricis, ſic-
ſed Ticinũ deinde prælatum, ut illa in Modoëtia, ſic & iſta intra Ticinenſem civitatem Baſilicam in honorem B. Joannis Baptiſtæ conſtruxit: quam mire ex auro & argento pepliſque decoravit, rebuſque ſingulis optime ditavit; in qua & ejus corpus tumulatum quieſcit. *Regiam quoque*
D *ubi & Gothi Regiã habuerant.* *ſuam Ticini habuit Rex* Luitprandus, *ac denique, ut de intermediis taceam, Longobardorum Regum ultimus* Deſiderius: *ubi etiam Gothorum in Italia Reges ſuum antea habuiſſe palatium, æque ac Ravennæ, in comperto eſt.*

489 *Claudat totum hoc argumentum S. Fran-*
S. Franciſca Romana *ciſcæ Romanæ oblata Viſio anno* MCCCCXXXII *Natali S. Joannis die, quæ eſt in ordine ceterarum, ab ejus Confeſſario exceptarum, &* IX *Martii à nobis productarum, Viſio* XXXV. *Poſtquam* Ancilla Dei in capella pretioſiſſimi Sacramenti recepit Communionem; *tunc, ait ille.*: Ejus felix ſpiritus, ipſa remanente in extaſi immobili, fuit ductus more ſolito in unam ſplendidiſſimam lucem & maximam, in qua vidit excelſum & pretioſiſſimum thronum, in quo Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti reſidebat ſanctiſſima Humanitas in humanâ formâ: nam ipſa beata anima, propter nimiam claritatem de throno procedentem, aliud videre nequibat. Et cæleſtis Regina ſub illo alto throno excelſo cum aliis glorioſis
E ſpiritibus tam Angelicis quam humanis exiſtebat. Vidit etiam glorioſum Joannem Baptiſtam honorificè tamquam unum ex Patribus ſub throno cæleſtis Reginæ exiſtentem: & vidit & audivit omnes glorioſos ſpiritus laudando Salvatorem, & gratiam reddendo *audit Sanctos Deum laudantes pro gratiis conceſſis Baptiſtæ,* propter gratias Joanni Baptiſtæ à Deo collatas: tum quod eum Præcurſorem & Angelum fecit, tum etiam de ſanctificatione in utero materno, & propter aſperrimam pœnitentiam in ſuâ puerili ætate in deſerto, & propter ejus prædicationem; & quia ipſum Salvatorem meruit baptizare, & propter alias plures gratias ſibi à noſtro Redemptore conceſſas. Laudabant etiam cæleſtem Reginam de tantâ caritate, quando viſitavit Eliſabeth, Matrem beati Joannis Baptiſtæ, & de labore [ſuſcepto] per ipſam glorioſam Reginam cum Eliſabeth exiſtendo & ſibi ſerviendo, quouſque illum glorioſum Baptiſtam peperit, quem illa cæleſtis Regina in ſuis manibus recepit: quas quidem laudationes ipſa beata anima in extaſi exiſtendo dicebat. Quibus finitis, glorioſus Baptiſta beatæ Franciſcæ dixit: O anima, quæ fuiſti ducta in tan-
F *qui ipſam hortatur* tam amoris altitudinem, reſpice tuum Dominum, qui te fecit tam fortunatam: hæc eſt tanti amoris profunditas, de quo unuſquiſque poteſt habere partem: ideò ſe fecit crucifigi, ut nos huc ad ſe duceret, & poſſeſſores faceret tot & tantorum bonorum. Lætare ergo, ô anima, & addiſce iſtam viam tantæ abyſſi amoris: unias te cum ipſo, quia inflammabit cor tuum, nec locum quietum invenies, quouſque pervenias ad ipſum. Repauſa ergo tuam mentem, ne vadas vaniando, fige te in amore benigno, qui tibi dedit tantum gaudium, & faciet te tantum ardentem de igne non comburente; & faciet te ſuo amore plenam, nec deſiderabis aliquam rem, quam cum ipſo permanere. Redde te ſibi conformem, & eris rectificata in *ad amorem fiduciæ plenum.* ſuo amore divino, in quo tota eris ſubmerſa: ſed non potes habere plenè, dum in corpore habitas.

A D

DE SANCTIS PLURIMIS MARTYRIBUS

ROMÆ PER CALUMNIAM INCENDII NECATIS.

COMMENTARIUS HISTORICUS D. P.

De cauſa, modo, loco ac tempore hujus martyrii, atque initio cultus.

AN. LXIV, *Incenſæ urbis invidiam à ſe amoliturus Nero,*

Oſſ. C. Lecanio Baſſo & M. Licinio Craſſo, *id eſt anno vulgaris Æræ* LXIV, XIV Kalendas Sextiles, *ſeu* XIX *Julii*, quo *die olim Galli* Senones captam urbem inflammaverant; *ſæviſſimum Romæ excitatum incendium novem continuos duravit dies; prout illud fuſe deſcribit Tacitus lib.* 15 *Annal. Accidit hoc tanta cum Neronis apud populum infamia, quia manifeſtis conſtabat argumentis ipſius juſſu immiſſum, ſparſumque & extingui prohibitum fuiſſe (quemadmodum Suetonius, Dio aliique ſcribunt, & ſatis aperte indicat ipſe Tacitus) ut ea opinio nullis artibus extingui*

B *Chriſtianos accuſari facit* *potuerit.* Ergo abolendo rumori, *inquit idem Tacitus, Nero* ſubdidit reos, exquiſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos vulgus Chriſtianos appellabat.... Igitur primo correpti qui fatebantur (*imo fateri fingebantur, quia ſe fatebantur Chriſtianos*) deinde indicio eorum, *ſcu potius ſubornatorum ad hoc more Neroniano accuſatorum*, multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis, convicti ſunt. *Hoc ſcilicet futurum ſuis prædixerat Chriſtus*, Eritis odio

& crudeliſſime enecari, omnibus hominibus propter nomen meum. *Addit Tacitus*, & pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent; aut crucibus affixi, aut flammandi, atque ubi defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis verterentur.

2 *Poſtremum crudelis carnificinæ modum reſpexit Juvenalis Sat.* 1 *cum dixit,*

Pone Tigillinum, tædâ lucebis in illa,
Qua ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant.

C *multis eorum confixis exuſtiſque,* *Ad quem locum vetus apud Pithæum Gloſſographus*, Tigillinum ſi læſeris *vel accuſáris, eum ſcilicet ipſum, in cujus ad hoc à Nerone ſubornati prædiis incendium eruperat teſte Tacito*, vivus ardebis, quemadmodum in munere Neronis, *ad populum à mali ſui ſenſu divertendum edito*, de quibus ille juſſerat cereos fieri, ut lucerent ſpectatoribus, cum fixa eſſent guttura, ne ſe curvarent. *Quomodo autem* fixa? *Audi Senecam, qui hæc ipſa vel ſpectarat, vel (ſi crudelitatem abominatus adeſſe noluit) à ſpectatoribus audiverat, Epiſt.* 14 *exponentem*, quæ per vim potentioris eveniunt *mala, præ naturalibus formidabilia; in iiſque* adactum per medium hominem, qui per os emergat, ſtipitem; Σκολόπισμα *Græci vocabant:* Impalationem *nunc dicimus, Hungaris hodiedum uſitatum in perduelles ſupplicium. Ita autem fixos Nero* tædâ, papyro, & cerâ ſuperveſtiebat, *inquit idem Gloſſographus*, & ſic ignem admoveri jubebat.

in hortis ejus Vaticanis; 3 Hortos ſuos ei ſpectaculo obtulerat Nero, *inquit Tacitus, adeoque trans Tiberim extra urbem, opportunos avertendo populo à luctuoſa tantæ ruinæ ſpecie, probat Donatus noſter, lib.* 3 *de urbe Roma cap.* 23, Ex Obeliſco, qui prope Sacrarium templi S. Petri ante Sixtum V erectus, medium olim hortorum circum, in quo fuerat poſitus, deſignabat. *Etenim, juxta Plinium lib.* 13 *cap.* 11, tertius Obeliſcus erat in Vaticano Caji & Neronis Principum circo: *& Tacitus lib.* 14 *oſtendit*, clauſum in valle Vaticana ſpatium, in quo equos Nero regebat: *nam* & aurigare voluit, *teſte Suetonio cap.* 22, *idque fecit* poſito in hortis rudimento; *iis utique quos ibi habebat ex Domitiæ amitæ hereditate; pro quibus deinde ampliſſimos alios ſibi deſignavit, in eo urbis ſpatio quod ædificiis vacuum flammæ fecerant. Iſto ergo loco,*

ubi deinde crucifixus S. Petrus. E *in quo ſequenti mox anno crucifigendus erat Chriſtianæ totius eccleſiæ Princeps Petrus, ſanguine ſuo dedicavit illa primorum Romæ Chriſtianorum* Multitudo ingens; *idque nec uno nec certo die,*

Id licet Auguſto menſe factum, *ſed pluribus conſequenter, ac veroſimiliter per menſis Auguſti initia omnes. Propius tamen ipſorum Apoſtolorum Natali admovere, eique præmittere illorum memoriam viſum eſt iis, qui Gregorii* XIII *juſſu Breviarium Romanum reformandum; ſeu potius, pro Uſuardi Martyrologio breviore,*

electus eſt tamen dies 24 *Junii* *novum multoque amplius formandum ſuſceperunt; aſſumpta tum hic tum alibi libertate, iis, quorum nullus in ſacris Faſtis extabat dies, & tamen nota ſanctitas erat, diem commodum aſſignandi. Formula eoſdem commemorandi hæc placuit, poſt indicatum Baptiſtæ Natalem.*

ab hodierni Romani Auctoribus: 4 Romæ commemoratio ſanctorum Martyrum, qui ſub Nerone Imperatore, de urbis incendio per calumniam accuſati, diverſo mortis genere ab eodem juſſi ſunt ſæviſſime interfici: quorum alii ferarum tergis contecti, laniatibus canum expoſiti ſunt; F alii crucibus affixi, aliique incendio traditi, ut ubi defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis deſervirent. Erant hi omnes Apoſtolorum diſcipuli, & primitiæ Martyrum, quas Romana Eccleſia, fertilis ager Martyrum, ante Apoſtolorum necem tranſmiſit ad Dominum. *Michaël Angelus Lualdi, qui duobus tomis, anno* 1651 *Romæ vulgatis, Italice deſcripſit Propagationem Euangelii per Occidentem, Tomi* 2 *librum* 2 *totum impendit Martyrio prædicto illuſtrando, per Capita omnino quadraginta ſex. Nobis non vacat eſſe tam prolixis, nec operoſe demonſtrandum puto, aut* veros Martyres *illos fuiſſe, aut* Martyrum Romanorum *omnino* primos. Multitudinem *quoque* ingentem *ſic necatam, aſſerenti Tacito non dubitabit credere vel ipſe Dodwellus, qui inter Cyprianicas diſſertationes, unam poſuit* XI *in ordine*, de Martyrum paucitate in primævis eccleſiæ perſecutionibus, deque fide Actorum ac Martyrologiorum. *Vide illum refutatum obiter in Criticis Pagii, ad annum prædictum num.* 31, *ſimul & demonſtratum* (*de quo aliàs dubitaſſe*

qui meritò primitias martyrum nominarunt,

A AUCTORE D. P.

dubitaſſe me recordor) *quod* univerſalis perſecutio *fuerit exinde ſecuta dicente Oroſio lib.* 9; Primus *Nero* Romæ Chriſtianos ſuppliciis & mortibus affecit, ac per omnes Provincias pari perſecutione excruciari mandavit.

licet præteritos in antiquioribus Martyrologiis,

5 *Eorum tamen, qui tunc ubique paſſi ſunt Martyrum, pauci admodum ad noſtram pervenêre notitiam; neque veroſimile eſt, in prima ubique conſternatione cuiquam in mentem veniſſe iſtæc ſcripto mandare; ut hic nobis confugiendum non ſit ad eorum malitiam, qui ſequentibus ſeculis peſſimâ uſi diligentiâ ſunt, ut triumphorum eccleſiaſticorum monumenta abolerent. Clementi quidem Papæ adſcribitur, quod ad colligenda Martyrum Acta Notarios regionatim ordinaverit: ſed hujuſmodi Notarii, ut ſummum inſtituti ſub Domitiano fuere; cum ſub Veſpaſiano ac Tito quietius agentes Chriſtiani, publica iterum perſecutione vexati ſunt. Per illos autem Notarios, & dies cujuſque & modus ſupplicii ſciri tranſmittique ad poſteros potuit, & materia parari primis Martyrologiorum ſcriptoribus, quorum antiquiſſimum omnino illud eſt, quod Hieronymianum vocamus. Hoc ſi ſciviſſet Michaël Angelus præ laudatus, & quam recenter Romanorum iſtorum Commemoratio inſerta Faſtis ſit, vel quomodo auctum illud quo hodie utimur Martyrologium; nec* antiquiſſimum omniumque primum, atque ſub S. Clemente inchoatum *hoc credidiſſet, neque perſuaſiſſet ſibi cap.* 22, *menſem diemque Neronianæ crudelitatis certo haberi in illo deſignatum. Hoc vero neſcio quomodo vel cogitare potuit, cum ſciret incendium urbis cœptum eſſe* XIX *Julii? An forte exiſtimavit, totos undecim menſes expectaſſe Neronem, ut ſupponendis in crimen ſuum Chriſtianis à ſe amoliretur facti invidiam? Sin autem id nequeat cogitari; & ex Tacito conſtat mitiora prius largitionum ſacrificiorumque remedia tentata fuiſſe, quibus non proficientibus ventum denique ad Chriſtianos ſit; haud ante menſem Auguſtum circumventos calumniâ Chriſtianos fuiſſe, debet indubitanter teneri.*

quæ diu poſt ſcribi primum cœpere.

noviſſime autem Romanum.

D

B DE SANCTIS FESTO ET LUCIA E

ET ALIIS VIGINTI DUOBUS

MARTYRIBUS ROMÆ.

G. H.

Notitia ex vetuſtioribus Martyrologiis Mss.

XXIV JUNII.

Martyrologii Hieronymiani apographum Epternacenſe ſuos Martyres ita conſignat: Romæ Feſti, Luciæ, cum aliis Viginti duobus. *In Corbejenſi apographo unica additur littera, hoc modo*: Romæ Feſti, Luceiæ, cum aliis Vigin'i duobus. *Et ſimilia leguntur in Mss. Trevirenſi S. Martini, Colonienſi S. Mariæ ad Gradus, Ultrajectino S. Mariæ, Ms. Florario & aliis. At Rabanus utrumque nomen immutat*, Romæ Fuſci, Luceæ, cum aliis Viginti duobus. *Apographum Hieronymianum Lucenſe & Martyrologium Labbei anno* 1475 *impreſſum iſta habent*, Romæ Feſti, Luceiæ cum C aliis Viginti duobus. *Hinc Mss. Barberinianum, Bigotianum, Trevirenſe S. Maximini, & alia ſex, quæ habemus ita legunt*: Romæ Siſti, Luceiæ cum aliis Viginti duobus. *At Mss. Caſinenſe & Altempſianum* Lucelæ *loco* Luceiæ, *cum* Siſto *& aliis anonymis. Verum his omiſſis, in Ms. Pariſienſi Labbei legitur* Feſti, Lucciæ; *in Auguſtano*, Fiſtulæ, Luceiæ; *in Vaticano*, Fiſti, Luceiæ; *in Richenovienſi* Luciæ: *& in omnibus palæſtra* Roma *præfigitur. Verum numerus augetur in Ms. Adone S. Laurentii apud Leodienſes his verbis*: Romæ Sixti, Luceiæ cum aliis Viginti tribus. *Grevenus autem in Auctario Uſuardi*: Romæ Sanctorum Sixti, & Luceiæ cum aliis multis. *Martyrologium Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſum* Romæ ſanctorum Martyrum Sixti & Luceiæ Virginis cum aliis Viginti duobus. *Ab his omnibus diſcrepant quæ ad Appendicem Adonis apud Moſandrum & Roſweidum rejecta ſunt his verbis*: Romæ S. Fauſti, cum aliis Viginti tribus: *quæ inde tranſlata ſunt ad hodiernum Martyrologium Romanum: citaturque* Beda, licet in mendoſo codice Fiſcus pro Fauſto legatur, *inquit Baronius; ſed nihil tale habet genuinum Bedæ Martyrologium, in quo ſolum ſit mentio* Præcurſoris Domini: *quod autem ſub Bedæ nomine habuit Baronius, ſuppoſitum eidem eſt & ferme ex Adone ſumptum. Nos cum vetuſtiſſimo S. Hieronymi Martyrologio propoſuimus* SS. Feſtum, Luciam & Viginti duos Socios. *Apud Notkerum, omiſsâ palæſtrâ* Româ, *poſt* Simplicium Epiſcopum Auguſtodunenſem, *indicantur nomina* Feſti & Luterii, *pro* Luciæ. F

DE

A D

DE S. ROGATO MARTYRE

CARTHAGINE IN AFRICA.

G. H,

Notitia ex pervetuſto Eccleſiæ Carthaginenſis Kalendario.

S. Rogatus ita ſolus repertus,

INſigne antiquitatis Africanæ monumentum, mirabili quem indicat modo, reperit diligentiſſimus Mabilio, & Tomo 3 Analectorum inſertum, dedit in lucem; vetuſtiſſimum ſcilicet Eccleſiæ Carthaginenſis Kalendarium, ſub hoc titulo; Hic continentur dies natalitiorum Martyrum, & depoſitiones Epiſcoporum, quos Eccleſia Carthaginis anniverſarie celebrat. *Sunt autem populares omnes, exceptis pauciſſimis Apoſtolicis viris, toti Catholicæ Eccleſiæ communibus, nullus autem Wandalica perſecutione, id eſt ſeculo Chriſti* V, *poſterior. Hic* VIII Kal. Julii, *poſt* B *nomen* S. Joannis Baptiſtæ, *ponitur memoria ſeu anniverſarium* Sancti ... (*nomen, quod dolendum, vetuſtas extrivit*), & Rogati Martyris. *Prior forte Epiſcopus eſt aliquis, alias* Martyrum *ſcriberetur: aliud nihil divinare poſſum.*

2 *Ad Annotationem Mabilionis, ſuggerentis, quod* inter Alutinenſes clariſſimos Martyres Rogatus numeratur apud Baronium ad annum 303 num. 36; *reſpondeo, quod horum Acta ad* XI *Februarii illuſtrarit Henſchenius, quia tunc reponuntur in Romano hodierno, licet Auguſtinus, ex quo de eorum cultu conſtat,* dicat paſſos pridie Idus Februarii, *id eſt die ſequenti. Hoc autem poſito non intelligo, quomodo illorum unus æſtimari poſſit proprium cultum habuiſſe hoc die, & quidem in eo Kalendario, in quo nulla invenitur mentio Martyrum* Alutinenſium, *licet alii turmatim Carthagine paſſi ibidem adnotentur, puta* Timidenſes, Scilitani, Maxulitani, Tuburbitani, Volitani, Vagenſes, Carpitani, Rubrenſes, Tertullenſes, Ficarienſes, Carterienſes, Petrenſes. *Si dicas id fieri potuiſſe occaſione propriæ unius* E *eorum tranſlationis in aliquam Carthaginenſium eccleſiarum; fieri potuiſſe concedam, ſed ut factum eſſe credam, neglecto proprio paſſionis die, aliquid argumenti requiro: quod dum nullum offertur, nec facile adferendum ſperatur, ipſo quo invenio die ſolum refero, ut ab illis veroſimiliter diverſum.*

non videtur poſſe referri ad Alutinenſes

in Februario paſſos.

DE SANCTIS FRATRIBUS MARTYRIBUS,

ORENTIO, PHARNACIO, EROTE, FIRMO, FIRMINO, CYRIACO, LONGINO,

D. P.

SUB GALERIO MAXIMIANO IN ARMENIA.

Acta ex Menæis impreſſis & Synaxariis Mss.

C Οὗτοι οἱ ἅγιοι ἑπτὰ Μάρτυρες ἀδελφοὶ, ὑπῆρχον ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν Βασιλέων, ὁρμώμενοι τὸ ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, στρατευόμενοί τε μετὰ χιλίων διακοσίων τηρώνων, ὑπὸ Ῥόδωνα κουβικουλάριον ἐν τῇ Ἀντιοχειῶν πόλει. Οἱ δὴ ἦλθον ἐν τοῖς Θρακῴοις μέρεσι, παροικήσαντες εἰς λεγεῶνα καλούμενον Λεγεάνδρου. Ἐπαναστάσεως δὲ κατὰ τὸν τότε χρόνον γενομένης τῶν Σκυθῶν, διαβάντων τὸν Ἴστρον καὶ τὴν Θρᾴκιον λῃζομένων, ἄρτι μὲν τὴν τελευτὴν Διοκλητιανοῦ, Μαξιμιανὸς τὴν βασιλείαν κατασχών, ἐν φροντίδι πολλῇ καὶ ἀμηχανίᾳ γέγονε· μάλιστα διὰ τὸ τὸν Μαρὼθ, τὸν Ἐξάρχοντα τῶν Σκυθῶν, μεγέθει σώματος καὶ ῥώμῃ τῶν πολλῶν διαφέροντα, προσκαλεῖσθαι αὐτὸν ἤ τινα τῶν μετ' αὐτοῦ διαγωνίσεσθαι, καὶ περὶ οἷς αὐτὸ κρεῖττον γένηται, τούτοις παραχωρῆσαι τὰς ἑτέρας τὴν νίκης.

2 Διὰ ταῦτα τοίνυν ὁ Βασιλέως ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ καθεστηκότος, ὡς μηδενὸς θαῤῥοῦντος ἀντεξιέναι καὶ συμπλακῆναι τῷ Βαρβάρῳ, προτρέπεται ὅμως ὁ ἁγιος Ὀρέντιος ἐξελθεῖν· πάσης γὰρ ψήφου ἐκρίθη, ὡς εἴη ῥωμαλαίος καὶ πολέμων ἔμπειρος, καὶ διὰ εὐτροφίαν σώματος δεινὸς ἐπιθέσθαι καὶ τὸν ἐξιόντα καταλῆσαι. Ὃς

1 SAncti hi ſeptem fratres Martyres, oriundi erant ex partibus Orientis, & ſub Diocletiano atque Maximiano militiæ adſcripti, cum mille ducentis tironibus, ſub Rhodône Cubiculario, in civitate Antiochiæ. Venerunt autem ad partes Thraciæ, inſerti Legioni quæ nominabatur Legeandri. Cumque poſt finem Diocletiani, ſeditionem commoviſſent Scythæ, tranſitoque Iſtro depopularentur Thraciam; Maximianus, Imperium obtinens, fuit in magna perplexitate & ſolicitudine: maxime quia Maroth, Dux Scytharum, magnitudine & robore corporis multo ceteris præſtantior, ipſum vel aliquem ex iis qui cum ipſo erant provocabat ad ſingulare certamen, ea lege, ut iis qui potiores forent victoriam concederent cereri.

AN. CIRC. CCCVIII.

F *Scytharum rebellium Duci Maroth*

Romanis ſingulare certamen offerenti

2 Cum autem Imperator valde anxiaretur, quia nemo audebat contra Barbarum prodire, atque conflictum cum eo aſſumere, perſuaſus tandem eſt S. Orentius; quippe qui communi omnium ſuffragio exiſtimabatur poſſe cum illo committi, ac provocantem ſternere, utpote viribus pollens &

congreſſus Orentius,

A EX MENÆIS. bellorum expertus. Ergo Christi fide obarmatus, ad certamen processit; atque cum Scytha congressus, jaculo confodit: & gladio caput ejus amputans, ipsum attulit Imperatori, ac trophæum erexit. Tunc illo vehementer & admirante & exultante, atque pro victoria idolis sacrificante, professus confidenter est Sanctus, Christi virtuti cooperante superatum à se jactabundum Barbarum, non autem idolorum vanorum auxilio.

eo cæso victoriam Christo adscribit:

donatur nihilominus spoliis Barbari:

3 Et ille quidem tunc permissus est honoribus, ab Imperatore sibi decretis, frui; reverito, ut arbitror, illo facinoris magnitudinem; qui etiam ipsi donavit profligati Barbari baltheum, speciosum & pretiosissimum. Postea vero, cum ei persuadere non posset impius, ut à Christo deficeret; dimisit illum cùm sex suis fratribus in Armeniam, ad civitatem Satalorum; mandans ibidem constituto Duci, ut, siquidem adductis in quæstionem persuadere potuisset diis sacrificare, ipsos ad se remitteret; sin verò, exules relegaret ad Abasgiæ Sicchiæque regiones.

sed postea cum fratribus ablegatur in Armeniam.

B 4 Illis ergo juxta præceptum deductis, & ad locum qui Parembole nominatur perveni-

Ex his Eros moritur 22 Junii, entibus; Eros, primus fratrum ad Dominum emigravit, mensis Junii die vigesimo secundo. Sanctus vero Orentius Rizæum usque

Orentius frustra mari mersus 24; progressus, cum lapide ad collum alligato (nam & hoc de illo mandatum erat) in mare conjectus est: verum, cum inde emersisset, sine noxa assistente sibi Angelo ipsumque sublevante, & super aridum quemdam scopulum constituente; spiritum etiam ipse in oratione emisit, ibidemque sepultus est, vigesimâ quartâ mensis istius die.

Pharnacius 3 Julii, 5 Sanctus deinde Pharnacius, cum esset Corduli, ad Dominum emigravit, die tertia mensis Julii; septimâ vero Firmus & Firminus,

Firmus & Firminus 7, Aptaron ingressi-temporalis vitæ finem invenerunt. Ast S. Cyriacus, in Lazorum progressus regionem, in loco Zaganis dicto, requievit in

Cyriacus 24, Domino, decimâ quartâ mensis prædicti.

Longinus 28; Beatus denique Longinus, omnium postremus, cum à prædicto Zaganis loco navigaret in Libycam, vehementi tempestate ac periculosa suborta in mari, orans spiritum Deo tradidit: & navi post dies quatuor Petiuntem appulsa, ibidem depositus fuit.

C

D τῷ εἰς Χριστὸν πίστιν προβαλλόμενος, καὶ πρὸς τὸ πόλεμον ἐξελθὼν, καὶ τῷ Σκύθῃ προσπαξάμενος, ἀκοντίῳ τὸν διήλασε καὶ ξίφει αὐτοῦ τῷ κεφαλῷ σκηπτῶν, τῷ Βασιλεῖ προσεκόμισε, καὶ τὸ τρόπαιον ἔστησε. Ἐφ' οἷς ὁ Βασιλέως ὑπερθαυμάσαντος καὶ ἀγαθέντος, καὶ διὰ τοῦτο ἐπινικίους σπονδὰς τοῖς εἰδώλοις προσάγοντος, αὐτὸς τῇ ὁ Χριστῷ συμμαχίᾳ καὶ δυνάμει πρεσβευθεὶς ὁ ἀλαζὼν, οὐ τῇ ψευδωνύμων θεῶν βοηθείᾳ, παῤῥησίᾳ καθωμολόγει.

3 Ἀλλὰ τότε μὲν καρπούμενος τὰς βασιλικὰς συνεχώρει τιμὰς ἀιδεσθέντος οἶμαι τὸ ὁ Βασιλέως τὸ ὁ καθορθώματος μέγιστον, καὶ τὴν ζώνην αὐτῷ προσδεχομένου ὁ καταβληθέντος Βαρβάρου, πολυτελῆ καὶ πολυτάλαντον ὄσαν· ὕστερον ὃ ἐπεὶ προσηνῶν ἀποσῆναι ὁ Χριστὸν ἐκ ἐπείθετο, σκήπτει αὐτὸν, μετὰ τῶν ἐξ ἀδελφῶν αὐτοῦ, ἐν τῇ κατ' Ἀρμενίαν πόλει τῶν Σατραλῶν· ἐπισείλας τῷ σκηῖ Δεκὶ, εἰ μὲν ἐξεταζόμενοι πειθῶσι θύσαι τοῖς θεοῖς, ἀναπέμψαι τούτους πρὸς αὐτὸν· εἰ ὃ ὲ πείθονται, ὑπερορίους ἐν ταῖς κατ' Ἀβασγίαν καὶ Σικχίαν χώραις ποιῆσαι.

E 4 Κατὰ δὲν τὸ ὁ Βασιλέως πρόσταγμα προσαγομένων αὐτῶν, καὶ τῷ οὕτω λεγομένην Παρεμβολῷ φθασάντων, Ἔρως ὁ τῶν ἀδελφῶν πρῶτος, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε, μηνὶ Ἰουνίῳ εἰκοστῇ δευτέρᾳ· ὁ ὃ ἅγιος Ὀρέντης τὸ Ῥιζαίον καταλαβὼν, λίθον τῷ τραχήλῳ περιτεθεὶς, ἐῤῥίφη ἐν τῇ θαλάσσῃ· ὡς αὐτῷ γὰρ καὶ τοῦτο ἐδέδοκτο. Ἐκεῖθεν ὃ πρεσβευσάμενος ὁ Ἀγγέλου ἀβλαβὴς ἐξῆλθε, κομίσαντος αὐτὸν καὶ κατὰ τὸν ξηρὸν ἐπί τινος πέτρας στήσαντος· καὶ εὐξάμενος, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, καὶ σκεῖ ἐτάφη, μηνὶ τῷ αὐτῷ εἰκοστῇ καὶ τετάρτῃ.

F 5 Ὁ ὃ ἅγιος Φαρνάκιος, γενόμενος ἐν Κορδύλῳ πρὸς Κύριον μετεβέτη, τῇ τρίτῃ ὁ Ἰουλίου μηνὸς· τῇ ὃ ἑβδόμῃ Φίρμος καὶ Φιρμῖνος, καταλαβόντες τὸν Ἄψαρον, τέλος εὕραντο τὸν προσκαίρου ζωῆς. Ὁ ὃ ἅγιος Κυριακὸς, ἀπαχθεὶς εἰς τὸν τῶν Λαζῶν χώραν, ἐν τόπῳ λεγομένῳ Ζαγάνεως, ἀνεπάυσατο ἐν Κυρίῳ, τῇ τεσσαρες καὶ δεκάτῃ ὁ μηνός. Ὁ ὃ μακάριος Λογγῖνος, ὕστερος πάντων, ὃς ἐν τῷ προσπλέειν ἀπὸ τὸν Ζαγάνεως ἐπὶ τὸν Λιβυκὸν, τρικυμίας ἐν τῇ θαλάσσῃ γενομένης καὶ μεγάλου κλύδωνος, εὐξάμενος τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο, καὶ κατετέθη εἰς Πυτιοῦντα, μεθ' ἡμέρας τέσσαρας σκεῖσε ὁ πλοῖα ὁρμήσαντος.

plures ad 24 mensis, Menæa ad 25 illa habent. 6 *Hactenus ad* XXV *Junii Menæa excusa, quibus plane similia reperimus in Mss. alibi ac potissimum Parisiis in* Chiffletiano, *Mazariniano & Claromontano, sed ad diem* XXIV, *quo ab ipsis etiam Menæis obiisse dicitur* S. Orentius: *eodemque die hæc ipsa reperit in suis quibus usus est scriptis Sirletus, cum Menologium concinnaret, quod à Canisio editum habemus; & unde Baronius cum Collegis, Romani Martyrologii sub Gregorio XIII reformatoribus, Epitomen accepit illi nunc insertam, sed non sine mendis. Quid enim attinebat* Satalis *adscribere Martyres omnes septem, eo quod illuc directi fuerint examinandi? qui deinde dicuntur* ab invicem separati atque in diversa loca abducti. *Quod autem fuerint etiam* cingulo militari privati ab Imperatore, eo quod Christiani essent, *de suo accepit Baronius, non invenit in Menologio: invenit autem nomen* Heroïs *loco* Erotis; *quod vereor ne ex aliàs sæpe notata præcipitantia Sirleti, Menologium raptim consarcinantis, evenerit; qui putaverit se legere* Ἥρως, Ἥρωος, *cujus genitivum est* Ἥρωος, *ubi originaliter habebatur* Ἔρως, *quod facit* Ἔρωτος. *Præmissam autem Sanctorum septem Fratrum historiam, præter morem prolixam, non tamen integram (ut infrà notabo) inseruêre Synaxariis horum collectores, itáque melius consuluêre veritati, quam qui epitomen ejus inseruit Menologio Basilii Imperatoris. Adeo verum est quod sæpe dicitur,* Compendia *esse* Dispendia. *Hoc ut per te judices, Lector, ipsum accipe, uti istic proponitur ad diem* XXIV.

Primos sequitur Rom. Martyrologium

sed non sine mendis.

Minus distat actorum Epitome 7 Certamen sancti Martyris Orentii & Fratrum ejus.

Martyr Orentius & Fratres ejus, numero sex fuerunt sub Imperio Diocletiani, ex Oriente advecti. Militantes autem in ordine Tironum abierunt ad partes Thraciæ contra

7 Ἄθλησις ὁ ἁγίου Μάρτυρος Ὀρεντίου καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.

Ὁ Μάρτυς Ὀρέντης, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἓξ ὄντες, ὑπῆρχον ἐπὶ τοῦ Βασιλέως Διοκλητιανοῦ, ἐκ τῆς Ἀνατολῆς ὁρμώμενοι. Στρατευόμενοι ὃ ἐν τῷ τάγματι τῶν τηρώνων, ἀπῆλθεν ἐν τοῖς Θρᾳκῴοις

A κωσις μέρεσιν κ᾽ τῶν Σκυθῶν. Ἐκστρατεύσαντος ὃ κ᾽ ὁ Βασιλέως κ᾽ ἀντιπαραταξαμένου, κ᾽ ὁ Ἄρχοντος τῶν Σκυθῶν μονομάχον ζητήσαντος, προεκρίθη Ὁρέντιος· κ᾽ μονομαχήσας, ἐφόνευσε τ᾽ Σκύθην, ἀναγαὼν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῷ Βασιλεῖ. Χαρᾶς δ᾽ πληθεὶς ὁ Βασιλεὺς, ἐκέλευσε τῷ Ὁρεντίῳ θῦσαι ἐπινίκια τοῖς θεοῖς. Ὁ δ᾽ εἶπεν, Ὅτι μᾶλλον τῷ Χριστῷ θύσωμεν θυσίαν αἰνέσεως, ὡς αἰτίῳ τ᾽ νίκης. Τότε ὀργισθεὶς ὁ Βασιλεὺς, ἐξώρισεν αὐτὸν μ᾽ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, εἰς τὰ τ᾽ Ἀνατολῆς μέρη ἔνθα κ᾽ ἐτελειώθησαν ἕκαστος ἐν διαφόροις τόποις, οἱ μὲν ἐν θαλάσσῃ ῥιφέντες, οἱ δ᾽ ἄλλως ἀναιρεθέντες.

Scythas. Cumque etiam ipſe Imperator contra eoſdem cum exercitu proceſſiſſet, & applicatis ad hoſtium caſtra caſtris, Principi Scytharum committendum ſolitario certamine pugilem quæreret; prælatus ceteris Orentius eſt, qui duello vicit occiditque Scytham, & caput ejus attulit Imperatori. Hic vero plenus gaudio, cum Orentium juberet Diis pro victoria immolare: Quin potius inquit offerimus Chriſto, victoriæ hujus largitori ſacrificium laudis. Tunc indignatus Imperator relegavit illum, ſimul cum Fratribus ejus, in partes Orientis, ubi etiam obierunt ſinguli in diverſis locis; nonnulli quidem eorum in mare conjecti, alii vero aliter ſublati de medio. D

EX MENÆIS.

in Menologio Baſilii Imp.

8 *Menæa præfata, cum Synaxario Chiffletiano, Elogio præmittenda, ut ſequitur.*

Ἐκδὺς θαλάσσης ζῶν Ὁρέντιος βάθος,
Ἐν γῇ τελευτᾷ, κ᾽ πρὸς ἑρανὸν τρέχει.
Ἄρας ὁ Φαρνάκιος ἐκ γῆς πηλίνης,
Ἀνῆλθεν εἰς ἔδαφος ὄικου Κυρίου.
Ἐρῶν ὑπῆρχεν ἑρανῶν κάλλους Ἔρως,
Πρὸς ἃς μεταστὰς ὥσπερ ἦρα χαιρέτω,
Θρόνοι νοητοὶ Φιρμῖνός τε κ᾽ Φίρμος,
Οἷς ἐγκάθηται Βασιλεὺς τῶν Ἀγγέλων.
Κυριακὸν Λογγῖνον ὡς ἰσαγγέλους
Θεὸς τίθησιν ὁμοτίμους Ἀγγέλοις.

ubi Diſticha aptata ſingulis.

Maris profundo vivus emergens, obit
In terra Orentius, & viam cæli tenet.
Sublatus ex terrena Farnatius fæce,
Pavimenta victor calcat æthereæ Domus.
Amore decoris captus ætherei Eros,
Gaudeat eodem ut ad ver lætum migrans.
Sunt ſpirituales Firmus, Firminus, throni,
Quibus Angelorum ſedere Rex dignatur.
Longinon & Cyriacon Angelis pares,
Pares honore cum Angelis fecit Deus.

B E

COMMENTARIUS EXEGETICUS IN ACTA,
Ad temporis locorumque diſtinctiorem notitiam.

Hæc poſt anno 305.

9 Depoſuit Diocletianus *Imperium Nicomediæ, atque ad vitam privatam, Salonæ in Dalmatia ducendam, tranſiit anno* CCCV I *Maji, ſubſtituens ſibi* Galerium Maximianum, *generum ſuum, jam pridem Cæſarem cooptatum; & vitam illam ſua ſolitudine contentiſſimus uſque ad annum* CCCXVI *produxiſſe creditur; morte, quod in tanto tyranno mireris, naturali defunctus; cum ipſi ſucceſſori ſuo quinquennium ſuperfuiſſet. Finis ergo non vitæ, ſed imperii intelligi debet; poſt quem ſucceſſor ejus neceſſe habuit contra rebellantes Scythas proficiſci. Proinde Monomachia hæc non poteſt multum differri ultra annum* CCCVI, *niſi idonea auctoritate conſtet bellum iſtud Scythicum ſerius accidiſſe. Diem apparet ſingulis proprium adſcribi potuiſſe, niſi ſumere placuiſſet eum,* C *quo omnium præcipuus Orentius obiit. Atque hoc de tempore notaſſe ſatis: loca hic nominata & illuſtranda, plus operæ requirunt.*

cæpta Satalis in Armenia.

10 Satalorum civitas, *ad quam directi ex Thracia dicuntur Martyres, fuit in Armenia minore Epiſcopalis ſub metropoli Sebaſtena inter hanc atque Trapezuntem Porto Euxino adſitam, Trapezunti tamen quam Sebaſtiæ multo propior. Huic urbi quia ſeptem iſtos Martyres adſcripſerant Romani Martyrologii recognitores, ut diximus; & Septaliorum Mediolani familia ſeptem alas in ſcuto gentilitio præfert; viſa eſt ſciolis quibuſdam præbere fundamentum, ad familiæ iſtius originem ex Armenia accerſendam, propter affinitatem vocum* Satala, Settala, & Septala; *quod ipſis Septaliis, viris nuper eruditis, eorumque (ſi quos ſibi ſimiles reliquerunt) poſteris, non potuit non diſplicuiſſe & diſplicere. Vide dicta* XXVIII *Maji ad diem S. Senatoris Epiſcopi Mediolanenſis, in iſtam familiam abſque idonea probatione tracti, ubi leges eam ſeculo* XIII *dictam fuiſſe de* Settara, *cujus nominis ultima conſonans* R, *cum in proximam ſibi* L *fluxu temporis degeneraſſet; placuit pro inſigni ſeptem alas aſſumere, licet de* Settalis Armenicis *nihil cogitarent.*

circa ultimam Ponti provinciã,

11 *Huc quomodo ex Thracia Sancti venerint, terreſtri veroſimiliter poſt tranſitum Boſphorum Helleſpontumve itinere, per Phrygiam vel Pontum Galatiamque & Cappadoceam, Menæa non explicant; non etiam qualis in eos* Sattalis *exercita quæſtio, & quam conſtantes in fide fuerint: ſedomiſſis iis omnibus, quæ crediderim integre olim ſcripta extitiſſe, feſtinant illa ad deſcribendum quibus quiſque locis finem vitæ invenerit. Ac primus quidem* Eros *obiiſſe dicitur apud* Parembolam (*Latine* Caſtra *diceremus*) *cujus loci meminit* Epheſinum Concilium, *& liber Notitiarum apud Ortelium in Theſauro Geographico, qui illam etiam, ſub nomine* Καινῆς Παρεμβυτής, *Ponto vel Armeniæ adſcribit.* Rizæum, *ubi in mare devolutus eſt Orentius, Ptolomæo* Rizus portus *eſt, inter Coardulum & Athenas Ponticas. Paulò ultra Athenas Orientem verſus* Cordula *notatur, hic* Cordulum *dicta. Duplo longius in eodem littorali tractu eſt* Abſarus, *aliis* Abſyrtus, *in finibus Colchidis.* Lazorum *vero* Regio, *aliis* Lazica, *ad Phaſidis eſt oſtia, Sebaſtopoli ut metropoli ſubdita. A Phaſide in Pontum incurrens fluvius,* Singames *dictus, loco* Saganeos, *poſtea memorato, dediſſe nomen potuit: unde ulterius in Libycam, necdum nobis notam navigans* Cyriacus *fratrum ultimus,* Pitiuntem *Romani Imperii terminum, appulſus dicitur, cum jam obiiſſet, ibique ſepultus eſſet Longinus. Hactenus autem nominata loca omnia, cum non procul à Trapezunte ſecundum oram littoralem ducantur & circumducantur verſus Caucaſum; apparet fratres omnes fere mortem obiiſſe, priuſquam* Abaſgiæ *terminos attingerent, quæ initium à Colchide habet; & ultra quam porro in ſeptemtrionali Euxini littore* Zicchia *eſt, dicta deinde* Georgia, *nunc vero* Megrelia.

continuata ſunt variis ex ordine locis

uſque Pitiuntem.

F

A D

DE SANCTO SIMPLICIO

G. H. *EPISCOPO AUGUSTODUNI IN GALLIA.*

Commentarius prævius de cultu, ætate, actis vitæ.

SEC. V.

Memoria in antiquis Fastis.

24 Junii,

MEmoria S. Simplicii *inserta est omnibus passim Latinis, antiquis & recentioribus Martyrologiis; ac primo in quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis refertur*, In civitate Augustoduno depositio S. Simplicii Episcopi. *Eadem fere leguntur apud Rabanum, Usuardum, Notkerum, Bellinum, aliosque recentiores, & in plerisque Fastis Mss. etiam sub nomine Bedæ atque Adonis, cum hodierno Martyrologio Romano, idque ad hunc* XXIV *Junii. Verum ob summam Nativitatis S. Joannis Baptistæ solennitatem, in Breviario ad ritum diœcesis Æduensis, auctoritate Jacobi Huralti sub annum* MDXXXIV *excuso*, Festum B. Simplicii Episcopi Æduensis & Confessoris in crastinum B. Joannis celebratur, sive fuerit Dominica sive non, *uti ibidem præscribitur. Additur aliqua ejus Vita, in novem lectiones distincta, sed quæ minus placet, quod dicatur sub* Aureliano *in ea dignitate floruisse, eoque tempore* B. Cassianum *ex transmarinis partibus adventem excepisse: quæ aliaque ibidem legi possunt. In Ms. Florario refertur* XXVII *Junii. Damus autem quæ S. Gregorius Episcopus Turonensis, seculo Christi sexto, in suo libro de Gloria Confessorum, de ejus rebus gestis & successione scripsit. Habemus eadem, varia phrasi amplificata ex codice Ms. Trevirensi monasterii S. Maximini, sed neque illa judicamus huic operi inserenda.*

B & 25.

Vita datur ex Gregorio Turon.

2 *Tempus Sedis non videtur sumendum ex sacris Conciliis Agrippinensi & Sardicensi, quasi illis interfuisset, sed ex Actis SS. Amatoris & Germani Episcoporum Autissiodorensium; ex quibus plane solidè constat* S. Simpliciuni *seculo quinto præfuisse Ecclesiæ Augustodunensi. Interim Concilium Agrippinense traditur habitum anno* CCCXLVI, *in quo Episcopus Colonienses, quod Christi divinitatem negaret, depositus esset: quem alium ab Euphrata, licet perperam ejus nomen insertum sit, ostendimus ad Vitas S. Athanasii Episcopi Alexandrini, & S. Servatii Episcopi Tungrensis die* II *&* XIII *Maji. In hoc Agrippinensi Concilio uti Euphratas tamquam hæreticus insertus est, ita* Simplicius Augustodunensium Episcopus interfuisse fingitur, tum forte necdum natus. *At Sardicense Concilium habitum est anno* CCCXLVII, *cui inter Episcopos Galliæ interfuit aliquis* Simplicius, *sed quis ille fuerit non additur. Verum* S. Amator, *cujus Vitam dedimus Kalendis Maji, solum creatus est Episcopus Autissiodorensis anno* CCCLXXXVIII, *cui, ut num.* 28 *Vitæ dicitur, quod* Simplicius Episcopus Augustodunensis, vir summæ simplicitatis atque caritatis, rumore adventûs ejus præventus, & cum omni ordine Clericatus, necnon & cum Julio tunc Præfecto, officii sui turmis stipato, ire obvius non neglexit. Quem ritè salutatum, atque debitæ venerationis assentatione purius honoratum, ad Æduam civitatem perduxerunt. Peracta autem caliginosæ noctis temperie, famuli Dei surgentes, ad Symphoriani Martyris diversorium properavere. Eo namque tempore necdum satis ædificiis ambiebatur, sed parvissimæ cellulæ angustiis obseratum erat spatium. Illic duæ olivæ & duo candelabra, luminosis lychnis præceptorum Domini perlucentia, pariter ingrediuntur, & alternatim se orationibus prævenientes, votorum obsequia Martyris dignitati persolvunt. Licet enim jam diu prælata cella fuisset in honore Martyris constructa; non tamen fuerat canonico more Pontificiis invocationibus dedicata. Tunc antedictus Dei Sacerdos Simplicius B. Amatori postulatione incumbit, ut per ejus precum puritatem Symphoriani Martyris Deo consecraretur habitaculum. *Hæc ibi: quibus additur accessus S. Amatoris ad dictum Julium Præfectum Galliæ, à quo Amator petiit S. Germanum sibi successorem; quem nihil tale expectantem in Clericum totondit, & suasit eligendum post se Episcopum: ac deinde obiit anno* CCCCXVIII. *Post hunc num* S. Simplicius *vixerit, & quamdiu, non liquet. Est dicta S. Amatoris Vita rogatu S. Aunarii ejusdem urbis Autissiodorensis Episcopi sexto Christi seculo scripta, & quæ jam relata sunt, erant jam antè ab auctore coævo ut plurimum exarata in Vita S. Germani ibidem Episcopi, ad diem* XXXI *Julii illustrandâ. His Actis plus fidei tribuimus, quam Actis Synodi Agrippinensis, quæ hactenus ex unico Ms. extat eruta: potuit alius* Simplicius *interfuisse Concilio Sardicensi: quo tempore videtur* S. Cassianus *præfuisse Ecclesiæ Augustodunensi: & post illum* Egemonius, *ac postea sub finem seculi quarti* S. Simplicius.

C

Tempus Sedis non ex Conciliis sumendum,

sed ex adventu S. Amatoris.

E F

VITA

Auctore Gregorio Turonensi de Gloria Confessorum.

Cap. 73.

1 COemeterium apud Augustodunensem urbem Gallica lingua vocitavit, eo quod ibi fuerint multorum hominum cadavera funerata: inter quæ quod sint quorumdam fidelium dignarumque Deo animarum sepulcra, frequens occulti psallentii mysteriùm docet; cum plerumque multis appareant, in ipso vocum præconio reddentes omnipotenti Deo gratiarum debitam actionem. Nam audivi quod dico ex incolis loci, dum loca sancta orandi gratiâ circumire disponerent, audiunt in basilica S. Stephani, quæ huic conjungitur cœmeterio, psallentium sonum: admiranteſque dulcedinem moduli, appropinquant ad ostium templi, autumantes à quibusdam

Psallentiũ chorus apparet,

A busdam religiosis vigilias celebrari. Ingredientes autem, & orationi diutissime incumbentes, consurgunt: psallentii chorum conspiciunt, nihilque lucere per templum, nisi propria claritate cuncta prospiciunt splendere: de personis vero nullam prorsus agnoscunt... Ibi Simplicius, ipsius (ut aiunt) urbis Episcopus est sepultus: cui crimen adulterii sæva objecit insania. Sed quia de his aliquid proloqui juvat, prius de *a* S. Reticio, quia prior obiit, sermo habendus est .... Beatus hic Sacerdos præreptus in pacis somno, hujus sepulcri tectus est opertorio. Huic *b* Cassianus successit. Post hunc Egemonius cathedram Pontificatus assumpsit.

Cap.74. *ubi S. Simplicius sepultus*, Cap.75. *& ante illum S. Reticius*, Cap.76.

a

b

S. Cassianus & Egemonius.

2 Quo decedente B. Simplicius Ecclesiæ ipsi præponitur. Fuit autem de stirpe nobili, valde dives in opibus seculi, nobilissimæ conjugi sociatus. Is fuit castissimâ, obtegente seculo, vitâ, soli Deo cognitâ, mortalibus tamen ignotâ. Erant enim ambo justi, & in elcemosynarum semina ac vigiliarum tolerantiam promptissimi. Interea propter illam, ut diximus, seculi dignitatem,

S. Simplicius cum conjuge caste vivit,

B Simplicius, decedente Egemonio *c*, à populis eligitur: sed à Deo pro castitatis & sanctitatis gloria destinatur. Accepto quoque Pontificatus ordine, beata soror; quæ prius fuerat, non libidine, sed castitate viro conjuncta; non passa à stratu Pontificis submoveri, sed in illa puritatis castitate, qua prius, viri castissimi thorum adibat, secura de conscientia mentis sanctæ, & sciens se uri non posse ab incentivi ignis ardore.

maxime Episcopus creatus,

c

3 Sed sæva dæmonis invidia contra Sanctos Dei probrosa excitat bella, & quæ instinctu suo destruere non potuit, nititur verbis subdolis infamare. Quid plura? In illo Dominici natalis die commoventur cives in scandalum, & ad beatam virginem rapido cursu concurrunt, dicentes: Incredibile est mulierem viro junctam posse non pollui, sed nec virum artubus mulieris junctum à coitu abstinere. Sic etenim Salomonis Proverbia proferunt: Nemo, tangens picem, mundus poterit esse: neque enim ad sinum ignem quis gestiens, non cremabitur. Ergo videmus vos uno in thoro recumbere, & suspicari aliud non possumus, nisi quod misceamini simul. His commota virgo sanctissima, aggreditur, Pontificem simili castitate pollentem: replicatisque coram omni populo sermonibus quos audierat, vocat puellam quæ arculam tunc plenam, (ut assolet pro injuria hyemis) cum carbonibus retinebat: expansoque pallio prunas ardentes suscipit, & fere horæ unius spatio tenens, Sacerdotem evocat, dicens: Accipe mitiorem solito ignem, nequaquam tuis velaminibus nocituram: ut ostendant in nobis hæ flammæ, extinctas flammas esse luxuriæ. Suscipiente vero Pontifice, nihil nocitum est velamen ejus ab igne. Hoc miraculo populus, qui erat tunc incredulus, credidit Deo; & inter septem dies amplius quam mille homines sacri innovatione Lavacri sunt renati. Quos suscipiens Ecclesia, gaudens cælesti regno per hos milites copulavit.

quando ad scandalum tollendum,

C *ambo prunas ardentes veste intacta suscipiunt;*

quo viso convertuntur 1000 *homines.*

4 Ferunt etiam in hac urbe simulacrum fuisse *d* Berecynthiæ, sicut sancti Martyris *e* Symphoriani passionis declarat historia. Hanc

Cap.77. *d e*

D cum in carpento, pro salvatione agrorum ac vinearum suarum, misero gentilitatis more deferrent; adfuit supradictus Simplicius Episcopus, haud procul aspiciens cantantes atque psallentes ante hoc simulacrum, gemitumque pro stultitia plebis ad Deum emittens, ait: Illumina, quæso Domine, oculos hujus populi, ut cognoscat, quia simulacrum Berecynthiæ nihil est. Et facto signo Crucis contrà, protinus simulacrum in terram ruit: ac defixa solo animalia, quæ plaustrum quo hoc vehebatur trahebant, moveri non poterant. Stupet vulgus innumerum, & eam læsam omnis caterva conclamat: immolantur victimæ, animalia verberantur: sed moveri non possunt. Tunc quadringenti de illa stulta multitudine viri conjuncti, simul aiunt ad invicem: Si virtus est ulla Deitatis, erigatur sponte; jubeatque boves, qui telluri sunt stabiliti, procedere. Certe si moveri nequit, manifestum est nihil esse divinitatis in ea. Tunc accedentes & immolantes unum de pecoribus, cum viderent Deam suam nullatenus posse moveri, relicto Gentilitatis errore, inquisitoque Antistite loci, conversi ad unitatem Ecclesiæ, cognoscentes veri Dei magnitudinem, sancto sunt baptismate consecrati.

AUCTORE G. H. *Statuli Berecynthiæ precibus immobilè redditi Sanctus;*

eoque infideles 400 *convertit.*

E

5 Sed quoniam superiore capitulo exposuimus, qualiter castitas diligentes Deum ornaverit; venit in memoriam, quæ Felicem Namneticum referentem, dum de his confabularemur, audivi. Aiebat enim fuisse Antistitem in civitate sua cum conjuge. Sed cum honorem Sacerdotii accessisset, lectulum juxta ordinem institutionis Catholicæ sequestravit: quod mulier valde molestè tulit. Cumque diebus singulis cum eo ageret, ut in uno stratu quiesceret, nec acquiesceret Pontifex, rem tam improbam, quam Canonum Decreta non admittebant, [detestans;] quadam die accensa furore, ait intra se: Non puto esse absque aliqua conscientia viri mei, quod ab amplexu ejus taliter sum repulsa. Sed ibo & videbo, ne forte alia mulier cum eo decumbat, pro cujus me amore despiciat. Et statim adfuit in cubiculo Episcopi, invenitque eum post meridiem dormientem: accedensque ante lectulum ejus, vidit agnum immensæ claritatis super pectus ejus quiescentem. Tunc timore perterrita, velociter se à lectulo Sancti removit: nec adjecit ultra quærere, quid vir Deo plenus ageret in occultis: sed cognovit manifestissimè illud cum servis Dei impleri, quod ipse Dominus suis fidelibus est polliceri dignatus, dicens: Ecce enim vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Cap.78.

Similis continentia ab alio Episcopo servata probatur

F

miraculosâ claritate,

& visione agni, ejus pectori incumbentis.

ANNOTATA G. H.

a S. Reticius, *plurimum laudatus à SS. Hieronymo, Augustino & aliis, interfuit Concilio Romano anno* 313, *& Arelatensi anno* 314; *à Constantino Magno Judex delectus in causa Cæciliani & Donatistarum. Quamdiu vixerit, examinabitur ad diem ejus natalem* 19 *Julii.*

b S. Cassianus *colitur* 5 *Augusti, sub ritu duplici in Breviario Augustodunensi, ac dicitur à Sammarthanis* 20 anno Episcopatus in Domi-

A no obdormiviſſe. *Quod in dicto Breviario dicatur* tempore Joviani Imperatoris veniſſe in Gallias, *non admittimus; arbitrati potius tunc ex vita deceſſiſſe. Sed & hoc ſuo tempore erit examinandum.*

EX MS.

c *De tempore Sedis* Egemonii, *nihil legimus, cum hinc tantum nomen eruatur. Potuit ſediſſe uſque ad annum circiter* 390. D

d *Hæc erat primario nomine* Cybele *Dea ſive* Rea.

e *Colitur* S. Symphorianus *Martyr Auguſtodunenſis* 22 *Auguſti, in cujus Actis illa extant.*

DE S. GERANO ANACHORETA,

IN QUADAM ÆGYPTI INSULA:

D. P. *ITEM S. MARTHA MARTYRE.*

Ex Faſtis Copticis & Habeſſinis.

Apud Seldenum perperam expreſſum nomen,

B *Acti Coptici, quos Seldenus inſeruit ſuo de Synedriis Hebræorum opuſculo, tam vitioſe poſt obitum illius excuſi ſunt, per ignorantiam tum typothetarum in Arabicis, tum amanuenſium in Latina Seldeni verſione exprimenda; ut nemo prætitulatum Sanctum facile agniturus ſit pag.*402, *ubi ad* XXX *Bouna, poſt nativitatem S. Joannis Baptiſtæ, legere jubemur;* & Cihema & Marthæ Martyrum. *Sed Jobus Ludolfus in Annotatis ad ſuam Hiſtoriam Æthiopicam, hujus Eccleſiæ Faſtos componens cum Copticis, Arabicum textum ſic legit & vertit, ut debeat Latine reddi;* Abba Geranus, Martha Martyr. *De* Gerano *autem ſic Hagiologus Habeſſinus hoc die;* Salutem dico Abbati Gerano, qui ſtabilem ſibi locum fecit in inſula: *quam parvulam aliquam poſſis intelligere, quales in Thebaide plures habet Nilus.* Cum eum ſathanas ſeſelliſſet ſub ſpecie uxoris formoſæ, *propter Deum veroſimiliter ipſa conſentiente dimiſſæ; ipſumque delicti commiſſi pœniteret;* pectus ſibi lapide contundens *crebrius & vehementius,* os ejus ſibi fregit; ita ut inde ipſi contingeret pars omnium mortuorum. E *Plura ſuggeret Vita ejus, ſiquando inveniatur; nunc doceri à Ludolfo cupiens quæ ſit* pars omnium mortuorum, *intelligo non aliud, quam* communem omnibus moriendi ſortem, *quæ ei fuerit illo pœnitentiæ rigore accelerata. De* Martha Martyre, *Hagiologo præterita, aliud nihil habeo quod pronuntiem, quam Ægyptiam videri, adeoque nihil ipſam commune habere cum aliis ejus nominis, alibi & alio die paſſis.*

cujus verâ lectionem oſtendunt Metra Æthiopica.

DE SS. AGOARDO ET AGILBERTO

ALIISQUE PLURIMIS UTRIUSQUE SEXUS

G. H. *MARTYRIBUS CHRISTOLII IN AGRO PARISINO*

Comm. prævius de cultu, Reliquiis & actis.

C XXIV JUNII. Hriſtolium, *vicus territorii Pariſienſis magnus, longo ſpatio ad Matronam uſque fluvium extenditur vix tribus ab Regia urbe leucis., vulgo* Creteil; *celebriſque habetur martyrio, veneratione, & Reliquiis* SS. Agoardi & Agilberti: *quorum cultus in urbe etiam & diœceſi Pariſienſi hoc* XXIV *Junii viget, nihil obſtante ſolennitate Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ. Nam in eo quod auctoritate* Petri de Gondy *Epiſcopi anno* MDLXXXIV *excuſum eſt, præſcribitur in primis Veſperis Commemoratio; & aſſignantur, Antiphona,* Iſtorum eſt enim regnum; *Verſus,* Lætamini; *Oratio,* Deus qui nos concedis. *In Laudibus vero recitantur, Antiphona,* Sanguis Sanctorum Martyrum pro Chriſto effuſus eſt in terra, ideo adepti ſunt munera ſempiterna; *Verſus,* Juſtorum animæ, *Oratio, jam indicata. In Breviario auctoritate Joannis Franciſci de Gondy Archiepiſcopi anno* MDCXXXVI *vulgato, tantum fit Commemoratio in Laudibus ipſius feſti, & præſcribitur Antiphona,* Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum ſuorum, quia priora tranſierunt; *Verſus,* Exultabunt Sancti; *Oratio,* Deus qui nos concedis. *Similiter in noviſſimæ reformationis Breviario, auctoritate Franciſci de Harlay ſub annum* MDCLXXX *vulgato, nona Lectio præſcribitur* de SS. Agloardo, Agilberto & ſociis; *& in Laudibus poſt Antiphonam* Abſterget, *Verſum* Exultabunt, *præſcribitur Oratio:* Præſta quæſumus Domine, ut ſicut populus Chriſtianus Martyrum tuorum Agloardi, Agilberti & ſociorum temporali ſolennitate congaudet, vitâ perfruatur æternâ; & quod votis celebrat, comprehendat effectu. F

Cultus in Breviariis

2 *Uſuardus in ſuo Martyrologio, quod Pariſiis tempore Caroli Calvi ſcripſit, utrumque feſtum ita conjungit:* VIII Kalendas Julii, Nativitas B. Joannis Baptiſtæ *& Præcurſoris Domini. In Territorio Pariſienſi vico Chriſtoilo,* Paſſio ſanctorum Agoadi & Gliberti, cum aliis innumeris promiſcui ſexus. *Sequuntur paſſim recentiores, Bellinus, Maurolycus, Felicius, Grevenus, Molanus, Caniſius cum Hagiologio Franco-Galliæ per Labbeum edito, in nominibus exprimendis variante. Locus fere* Chriſtolium & Chri- *& Martyrologiis.*

A Christolium *appellatur : & Martyrum primus, etiam* Agoardus, Agoaldus, Agloadus, Agloardus & Agradus *scribitur ; alter* Gilbertus *etiam* Agilbertus, & Aglibertus *dicitur. In Martyrologio Romano* Agoardus & Agilbertus; *in Breviariis Parisiensibus*, Agoardus & Agilbertus *nominantur. Acta damus ex* Mss. Lectionibus Ecclesiæ Parochialis Christolienſis, *in editione ultima Surii & Annalibus Aurelianenſibus Caroli Saussaji ; etiam excusa, in quibus ultimis additur prolixus hymnus de eodem argumento, prosâ in rythmum versâ.*

Acta ex Mſ.

Ecclesia, Reliquiæ.

3 *Sepultura eorumdem fuit ipso in loco, ubi jam extat dicta Ecclesia* Parochialis ; *& sacra ossa, duabus cupreis inauratis capsis inclusa, asservantur in majori altari, atque in solennibus hujus Ecclesiæ processionibus deferuntur ab adolescentibus. Anno autem* MDLXVII, *cum hæretici ecclesiam illam spoliarent, dictæ capsæ, clausæ inter duos antiquos parietes in porticu ecclesiæ, à sacrilegorum istorum furore sunt præservatæ. Ipsa Christolii ecclesia censetur antiquissimæ structuræ, præ reliquis propemodum totius diœceseos. Andreas Vernerius, Consiliarius Parlamenti Parisiensis & Canonicus, cum etiam esset Christolienſis, Legendam hujus Ecclesiæ scripsit ; in qua asserit, numquam aliquem ex hujus loci incolis fuisse redactum ad mendicitatem. Infra chorum ejusdem ecclesiæ cavea satis pulchra instar sacelli est, in qua plurima sacra ossa adservantur, quantum conjici potest, sociorum Martyrum ; quamvis sub nomine Innocentium & in horum solennitate celebrentur. Demum ostenditur etiamnum locus, in quo creduntur martyrio coronati ; ibique fuit aliquando Crux lapidea erecta, ab hæreticis postmodum dejecta. Hæc omnia Jacobus Breulius in suis Antiquitatibus Parisiensibus edidit libro quarto, in prima editione à pagina* 1164, *in secunda editione quia liber quartus ab aliis sejungitur, pag.* 51 *& sequenti.*

Tempus martyrii.

4 *Andreas Saussajus in Martyrologio Gallicano eos longissimo encomio, sed ex Actis sumpto, prosequitur, atque ista sub initium habet :* Apud Christolium, prope ipsam Regiam Lutetiam, natalis sanctorum Martyrum Agoardi, Agliberti, & aliorum promiscui sexus prope innumerorum, qui prima in agro Parisiensi Euangelici seminis germina extiterunt.

C *Concludens deinde sub finem asserit eos* cultu sanctissimis Christi Pugilibus & loci Tutelaribus debito honorari. *Dicuntur autem* prima germina, *quod fuerint ad fidem suscipiendam instructi à* SS. Altino & Eodaldo, *missis à* SS. Saviniano & Potentiano, *qui traduntur à S. Petro Apostolo in Gallias directi ; quod posteris ad* XXXI *Decembris, quo coluntur, examinandum relinquimus. Franciscus Bosquetus lib.* 1 *Historiarum Ecclesiæ Gallicanæ cap.* 22 *ista sic expendit :* A Petro Savinianum, Potentianum, & Altinum Galliæ receperunt. Senonas ad Christi fidem Savinianus adduxit, & ab Gentilibus occisus successorem habuit Potentianum, martyrii consortem. Cum eo pariter passi Eodaldus, Altinus & Serotinus... Ego vero, quamvis traditionem, quæcumque illa sit, reverear ; hæc tamen omnia, adeo ab historica veritate aliena, mihi non persuadeo. Nam tot erroribus priscas narrationes obduxit antiquitatis amor, & Petri Principatus studiumque, ut quà agendum sit non agnoscam. *Hæc ille, quæ posteris discutienda relinquimus.*

D EX MSS.

ACTA MARTYRII

Ex Mss. Christolienſibus.

1 TEmpore quo beati Savinianus, Potentianus & Altinus, à beato Petro Apostolo ad prædicandum in Gallias directi fuerunt ; cum divinâ gratiâ disponente Senonensium mœnia attigissent ; convocans ad se idem vir Domini Savinianus B. Altinum, & cum eodem B. Eodaldum virum sanctissimum, quem in eadem urbe Christo acquisierat ; Ite, inquit, fratres & amici carissimi, quocumque vos perduxerit divina voluntas, nec carnificum timeatis supplicia ; vobis procul dubio immortalitatis præmia germinabunt. Qui genua flectentes, & benedictionis gratiam implorantes, egressi ab urbe, Parisios usque venerunt ; ubi cum populus diabolico instinctu salutis suæ mysterium nollet accipere ; paucis ibi ad fidem conversis, ad quemdam vicum, nomine Christolium, transierunt. Vicus quidem erat auræ salubris, situque terrarum adjacentium delectabilis, piscium quoque (flumine, quod est Matrona, secus labente) affluens copiâ, & quasi quodam sacræ religionis præsagio, cujus erat se legibus subditurus, illius antè susceperat vocabulum.

A SS. Altino & Eodaldo

2 Ad hunc igitur locum, gratiâ hospitandi vel potius sibi injunctæ prædicationis, & fidei mysteria incolis illis ministraturi, se conferentes, invenerunt ibi templum, copiosis sumptibus præparatum, in quo populus ille Diis suis libamina persolvebat. Ubi cum populus ad peragenda superstitionis consuetæ negotia conflueret, eosque quasi peregrinos miratus acciperet ; sancti viri Dei ad eos his verbis exorsi sunt ; Nolite, fratres, nos velut extraneos admirari ; sumus enim servi Dei omnipotentis, cujus voluntati famulatur omnis potestas ; qui Filium suum ad terras venire disposuit, ut genus humanum, arte diabolica depravatum, & æternæ mortis supplicio deputatum, ad suæ Majestatis faceret redire famulatum. Hic enim Spiritus sancti virtute conceptus, & ex Maria semper Virgine natus, à Judæis Hierosolymis crucifixus, mortuus & sepultus, tertiâ die resurrexit, & in cælos ascendit, sedetque ad dexteram Dei Patris, inde vivos & mortuos judicare venturus ; cujus præcepta salutifera vobis afferentes, admonere volumus, ut relictis idolis ad eum converti celeriter festinetis.

fidē Christi edocti,

E

F

3 Quod audientes ex his qui ibi aderant duo nominatissimi viri Agoaldus & Gilbertus, prosternentes se Sanctorum pedibus, devotis precibus implorabant baptismatis sanctificationibus emundari. Nec mora, baptizati sunt ipsi cum uxoribus & liberis & omni familia sua in nomine sanctæ & individuæ Trinitatis : quorum exemplis pars maxima reliquæ multitudinis informata, gentilitatis vana superstitione depositâ, credidit in Dominum Jesum Christum. Templum vero, quod ad injuriam Regis cælestis hominum miserabilis insania condiderat, destructum est ; idola quoque confracta & in pulverem

SS. Agloaldus & Agilbertus baptizantur cū aliis

sunt

A ex Mss. sunt redacta. Quo facto idolorum sacerdotes timore perculsi, & pæne extra se positi, nuntiaverunt Agrippino urbis Præfecto, adveniſſe ab Orientis partibus viros ſacrilegos, qui Deorum ſuorum cultus annihilare conantes, Jeſum, à Judæis probroſa morte interemptum, Deum Deorum prædicant eſſe recipiendum. Quod audiens Præfectus, Deos ſuos vindicaturus properat. Sed incaſſum exarſit ejus crudelitas, dum minime potuit reperire quos perdere cupiebat. Jam enim ſancti Dei Altinus & Eodaldus, magiſtri ſui recordati, pacem Eccleſiæ Chriſtolienſi dederant; & communicantes Sacramento cæleſtis gratiæ, ad beatum Savinianum redierant.

ad Præfectum adducti

4 Iratus igitur Judex impiiſſimus perquirere cœpit, ut aliquos huic doctrinæ ſervientes offenderet, & ad eos furoris rabiem converteret. Revelatum eſt autem ei à circumſtantibus Agoardum & Glibertum hoc dogmate ſeductos, & gloriari nomine Chriſtiano; juſſitque eos ſibi celeriter præſentari. Quibus oblatis dixit eis: Quid eſt quod audio, vos, neſcio quem Deum noviter inventum perversâ mente colere, Deoſque noſtros non tantummodo contemnere, verum etiam ad noſtri contemptus augmentum adorandas eorum thecas opere nefario confregiſſe? Aut more paterno iis omnipotentibus grata libamina perſolvetis, aut certe acerba ſupplicia nullatenus evadetis. Tunc ſancti Martyres Chriſti, Agoardus & Glibertus, vultu alacri reſponderunt; Chriſtum Dei filium, rerum omnium conditorem, eumdemque verum hominem, ex vera Virgine proceſſiſſe credimus ac confitemur, piiſque mentibus prædicamus. Minas autem tuas nec timemus, nec timere poſſumus; cum idem Dominus & magiſter noſter, in terris poſitus, ſuis prohibuerit dicens, Nolite timere eos qui occidunt corpus, non autem animam poſſunt occidere; ſed potius eum timete, qui corpus & animam poteſt in gehennam mittere. Extendatur corpus noſtrum in ſuppliciis, ut ſpiritus purgatior ſuo poſſit occurere Redemptori: teratur in area pœnarum palea corruptibilis, ut interiora gratiæ congregentur nitida in horreum Dominicæ congregationis. Illos autem quos Deos tuos eſſe commemoras, Dii non ſunt, ſed idola muta & ſurda, & vana manuum veſtrarum opera; qui nec ſibi nec vobis proficere poſſunt, ſed potius animæ veſtræ maximum afferre detrimentum. Ad hæc Præfectus ſubridens: O ſtulta mens hominum! Qua ratione adoratis mortuum, qui profecto nec ſibi nec de ſe ſperantibus poteſt aliquatenus ſuccurrere? Ad hæc Sancti Domini reſponderunt: Adoramus quidem mortuum, ſed qui propria voluntate ſurrexit, qui famulos ſuos in tormentis conſtitutos non deſerit, ſed per tribulationes & anguſtias præparat illis iter ad ſempiternas delicias: unde fit ut quæ videntur vobis aſpera, ab illis amplectantur ut dulciora, & quæcumque vos infertis ad ignominiam, illis convertantur ad gloriam. Si vis igitur fidei noſtræ experimenta capere, aperi latitudinem tuæ nequitiæ: comprobabis nos, Deo protegente, longe validiores ſupplicia percurrendo, quam tuis ſacrilegis verbis reſpondendo.

B

minas ſpernunt,

Matth. 10.

Deos irridentes:

C

5 Hoc audiens Præfectus, amaritudinis felle commotus, juſſit eos in præſentia verberibus diverſiſque tormentorum generibus cruciari. Cumque cerneret eos eodem animo perſeverare, datâ ſententiâ præcepit eos capite truncari. Miniſtri igitur Sanctos Dei capientes, & à conſpectu Præſidis educentes, perduxerunt ad locum, in quo erant decollandi. Cumque perveniſſent ad locum, flexis genibus & protenſis cervicibus, detruncatione capitis, octavo Calendas Julii, adepti ſunt coronam martyrii. Factum eſt autem, ut ipſa die multus populus diverſi ſexus & ætatis ex eodem die ad exempla ſanctorum Martyrum Agoardi & Gliberti gladio punirentur: quorum corpora terra retinuit, animas vero Chriſtus inter Sanctorum agmina collocavit. Venientes autem pauci, qui remanſerant Chriſtiani, ſepelierunt corpora pretioſo in loco, in quo nunc uſquè à Chriſti fidelibus venerantur.

D

capite plectuntur cũ plurimis utriuſque ſexus.

ANNOTATIO D. P.

E

Quanto attentius Acta præmiſſa relego, tanto minus veroſimile judico, quod iis ſcribendis præluxerit antiquior aliqua Legenda, quam ſecutus Uſuardus ſit; ſed potius hunc, ex comperta loci vicini traditione, notoque paſſim cultu, ea verba inſeruiſſe Martyrologio ſuo: quæ deinde Auctor Actorum ſeculo X *vel* XII *ex ſuo ingenio amplificarit, ne nihil haberent Criſtolienſes quod inter ſacra pro ſecundi Nocturni Lectionibus uſurparent. Coluntur ſancti* Savinianus *&* Potentinus, *creditiSenonicæ urbis Apoſtoli,* XXXI *Decembris; ſolo nomine tenus, & annui cultus memoriâ non niſi Senonenſibus noti; unde nec inſcripti inveniuntur ullis Martyrologiis, Adone & Uſuardo antiquioribus. Sed poſtquam eorum corpora, regnantibus Caroli magni filiis,* anno DCCCXLVII *reperta ſunt ex revelatione divina, die* XIX *Octobris; locum habere cœperunt in ſacris Faſtis paulò pòſt exaratis, abſque tamen mentione Sociorum. Primum ii nominati inveniuntur in Actis eorum ſerius exigua cum certitudine ſcriptis;* Altinus, Eodaldus *&* Serotinus; *quorum tamen nec Aurelianis nec Pariſiis, quibus prædicaſſe dicuntur, nec alibi uſpiam ſpecialis viget cultus, neque corpora Senonibus reperta dicuntur, ut ſuſpecti merito omnes ſint, tamquam gratis conficti; præſertim* Eodaldus, *cujus nomen omnino barbarum, nullam habet ſpeciem temporis Apoſtolici. Unum ſic dictum invenimus coli* XI *Maji in Catalaunia, illuc tranſlatum ex Novempopulania, ubi ſub Gothis paſſus dicitur; ſed quia additur, quod fuerit genere Longobardus, nationis necdum notæ ante Gothorum converſionem, à S. Iſidoro curatam; veroſimilius eſſe diximus, quod ſeculo* VIII *ſub Saracenis martyrium tulerit. Nunc autem quid de horum, quorum causâ hæc diximus Martyrum ætate dicemus? Nomina, quomodocumque ſcripta, manifeſte ſunt Francica, quidni & genus & ætas, Francorum in Galliam adventu poſterior? Paſſi quidem illi dicuntur ſub Agrippino aliquo, Romano Præſide; ſed hujus nominis nullus fortaſſis Galliæ præfuit, ante illum qui cum titulo Comitis ipſam adminiſtravit, à Magiſtro Militum Ægidio injuſte accuſatus apud Avitum Imperatorem, circa annum* CCCLV, *ut eſt in Vita S. Lupicini Abbatis* XXI *Martii num.* 8: *ſed quidni potius Franci ipſi, ex primis ejus gentis Chriſtia-*

Propter incertitudinẽ Actorum,

ſeculo I *eos adſcribentium*

F

cum nomina ſint Francica

nis

A nis, mortem ſuſtinuerint ſeditione vulgi Francici, adhuc pro maxima parte gentilis, contra ipſos excitata propter plurium converſionem, eorum operâ factam, ſacrorumque avitorum contemptum; idque poſt annum CCCXCIII; nec enim prius Francorum regnum Pariſios uſque promotum fuit. Audebimus ergo martyrium iſtud differre ad confinia ſeculi V & VI: non tamen uſque ad tempora Normannorum, qui multos etiam odio fidei Chriſtianæ occiderunt: quia hæc nimis vicina ſunt ætati Adonis & Uſuardi: inter ipſorum autem adventum & Chlodovæi regnum, nulli alii Barbari ſciuntur irrupiſſe in Franciam, quibus ejuſmodi cædes poſſet imputari. Claudius Caſtellanus Canonicus Pariſienſis, eorum unus qui novum Pariſienſe Breviarium formaverunt, idem mecum ſentire ſe ſcripſit; planeque contra mentem ſuam factum, quod Lectio nona recepta ſit, Sanctos, quorum nomina nequaquam provincialia ſunt, admovens ætati S. Saviniani, quem putat obiiſſe anno CCLXXIII: qua de re ſuo tempore agetur ad ultimum Decembris.

nobis videtur paſſi circa annũ 500. gente necdũ converſa ad fidem.

D AUCTORE D. P.

DE S. LUPICINO INCLUSO,

TRANSALIACI IN BITURILIBUS GALLIÆ PROVINCIA.

D. P.

Ex libro S. Gregorii Turonenſis de Vitis Patrum.

Memoria in Faſtis.

B MOlanus, *in prima editione Additionum ad Uſuardum*, S. Lupicini *memoriam hoc die ſic conſecrat:* Item S. Lupicini, Eremitæ & Confeſſoris, *de quo B. Gregorius Turonenſis. Ante Molanum Hermannus Greven, in editione anni* MDXV, Lupicini Recluſi. *Cur uterque eum in poſterius adornata editione omiſerit hac die, & Molanus retulerit ad Appendicem eorum quorum natalis ignoratur, haud ſcio. Retulit eumdem verbis Molani Caniſius: at Ferrarius, Molanum in Notis citans, ita habet:* S. Lupicini Solitarii. *De eo agit Gregorius Epiſcopus Turonenſis cap.* 13 *de Vitis Patrum, ſicut accepit à* Deodato Presbytero *octogenario: qui ſi Sanctum vivum vivus cognovit, ut licet opinari, poteſt is ſeculo* VI *vixiſſe, poſt cujus finem Gregorius obiit. Hujus verba ſunt.*

Vita ex Gregorio Turonenſi

2 Athletæ Chriſti atque triumphatores mundi, vitæ iſtius fugitivæ jacturam facere cupientes, pertendere ad illam vitam voluerunt, quæ in exultatione perpetua manet, quæ nullo gemitu obſtrepit, nec ullo fine concluditur; cujus lumen numquam extinguitur, cujus ſerenitas nulla obſcuritate nubis obtegitur. Ideoque ſemper præſentium dolorum contumelias pro nihilo habuerunt,

vir miræ patientiæ, Sap. 1.

C ſcientes ſe in paucis vexatos, in multis bene diſponendos. Et ob hoc quiſquis ille eſt, qui in iſto agone contendit, metu non terretur, pœnâ non ſolvitur, dolore non frangitur, ut tantum illa æternæ jucunditatis amœnitate cum electis Dei perfrui mereatur: ſicut multos feciſſe novimus de ſanctis Viris, quorum nunc vita tractatur aut legitur.

qui incluſus pane & aquâ vixit,

3 Igitur Lupicinus quidam, magnæ vir ſanctitatis, fortiſſimuſque in operibus Dei; qui primum eleemoſynas per domos devotorum depoſcens, quæcumque acquirere potuiſſet ſibi ſimilibus erogabat: ad extremum jam mediam habens ætatem, ad vicum Betberenſem, qui nunc Lipidiaco dicitur, veniens, parietes antiquos reperit; ibique recluſus, ab omnium ſe hominum adſpectibus inhibebat; ac per modicam feneſtellam parum panis vel aquæ accipiens, quod ei aliquoties, etſi eſſet valde exiguum, uſque ad diem tertium perdurabat. Aqua enim per canalem parvulum inferebatur: feneſtella vero velo operiebatur; ac utriuſque aditus ità ob tectus erat, ut nullus beatum ejus vultum poſſet advertere. Et dum ibidem die noctuque in Dei laude pſalmorum modulis delectatur, tormentum ſibi, quod corpuſculum plus gravaret, adhibuit; non immemor verborum Apoſtoli; Quia non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis, ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Lapidem namque grandem, quem duo homines vix levare potuerunt, cervici impoſitum, tota die, dum Deo caneret, per cellulam deportabat. Nocte autem, ad additamentum injuriæ, in virga, quam manu gerebat, duas defixerat ſudes, deſuper acumina parans; quæ ad mentum ſuum, ne ſomnum caperet, ſupponebat. Denique ad extremum vitæ tempus, corrupto pectore à pondere ſaxi, ſanguinem per os ejicere cœpit: quem per parietes præfatos projiciens ſpuebat. Plerumque autem fidelibus viris, nocte ad cellulam clam appropinquantibus, quaſi vox multorum pſallentium reſonabat: ſed & multos infirmos, & præſertim ab acceſſionibus frigoriticis, vel puſtulis malis oppreſſos, tactu tantum, vel ſigno ſalutari impoſito, ſanitati reſtituebat.

Rom. 8.

E *pſallendo ſub gravi lapide ad ſanguinis uſque ſputum:*

valuit gratiâ curationum:

4 Cum autem jam ſenio inclinatus eſſet, vocavit miniſtrum ſuum, dicens: Præteritum tempus occulendi fuit, manifeſtandi nunc tempus advenit: ſcito ergo me poſt triduum ab hoc ſeculo liberandum. Voca ergo nunc fideles quoſque fratres & filios, quibus ſum valedicturus, ut veniant ad nos viſitandum. Illuceſcente autem die tertia, confluentibus Fratribus, oſtium, quod clauſum erat, aperuit; atque ingredientibus cunctis qui aderant, conſalutatis deoſculatiſque, orationem fudit ad Dominum, dicens: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, qui me ſalvari juſſiſti ab hujus mundi impedimentis, & ita me fovere dignatus es in hoc ſeculo, ut nihil ſuum in me auctor criminis inveniret. Et converſus ad plebem, ait: Magnificate, quæſo, dilectiſſimi, Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in commune; qui me erectum de ſtercore, erutum de tenebrarum opere, amicorum ſuorum fecit eſſe conſortem: qui miſit Angelum ſuum ad me accerſendum ab hac mundana ſtatione, & pollicitus eſt me in requiem ſempiternam perducere; ut collega amicis ejus effectus, mererer regno ejus adſcribi. O beatum virum, qui ita conſolari

obitus ſui tempus præſcivit.

F

Pie defuncti cruentæ ſputum

A ſolari meruit in hoc corpore, ut prius cognoſceret, quo erat fruiturus in cælo, quam migraret à ſeculo: meruitque hic obtinere apud divinam potentiam, quod David ſæpius decantabat, Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, ut ſciam quid deſit mihi. Dehinc humo incumbens, ſpiritum cælo intentum præmiſit ad Dominum.

EX MS.

5 Tunc omnes in fletu proſtrati, alii plantas oſculantur, alii fimbrias veſtimenti diripiunt, alii de pariete beatum ſanguinem, qui ab ejus ore fuerat projectus, inter ſe certantes excudunt. Miſerum ſe quiſque dicebat, ſi immunis ab ejus pignoribus diſceſſiſſet. Teſtis eſt hodie quoque & ipſe paries, qui tot foſſulis patet, quot ab ore beati Confeſſoris ſputos emeruit. Teſtis eſt & ipſe canalis, de quo Vir beatus aquam ſumpſit ad uſus; quem fideliter oſculantes, hauriunt ſanitatem. Jam vidi ego multos, qui evulſos à pariete ſacrati oris ſputos, in diverſis infirmitatibus ponentes, meruerunt accipere medicinam.

à pariete abraſum multos ſanavit,

B 6 Denique hoc, ut diximus, defuncto, affuit quædam Matrona, quæ ablutum dignis induit veſtimentis: & cum eum ad vicum Tranſaliacenſem inferre vellet, reſtitit ei populus pagi Lipidiacenſis, dicens; Noſtrum hunc ſolum fovit, nobis corporis ejus gleba debetur. Matrona autem reſpondebat ad hæc: Si aliqua de victus ejus exprobratis neceſſitate, ſæpius ei ego & triticum miſi & hordeum, quod vel ille ſumeret, vel aliis miniſtraret. At illi dicebant: Noſtri generis homo effectus eſt, noſtri fluminis aquas hauſit, noſtra eum terra cælo tranſmiſit: æquumne ergo eſt, ut tu, de terra aliena veniens, rapias eum de manu noſtra? Noveris autem, quia non hoc ſubtinebit quiſquam noſtrum: ſed hîc ſepelietur. Matrona reſpondit, Si germen ſtirpis ejus inquiritis, ex aliis huc regionibus adventavit: ſi aquas fluminis ingeritis, parum ſitim ejus mollierunt, quam potius è cælo manans fons ille reſtinxit.

corpus retinere volentibus iis apud quos obierat,

7 Cumque hæc & hujuſcemodi inter ſe verba proferrent, & Lipidiacenſes effoſſa humo, & depoſito ſarcophago, eum ſepelire niterentur; convocatis matrona auxiliis, fugatis pagenſibus, rapuit ſanctum Corpus, ac ferre cœpit in feretro ad vicum Tranſaliacenſem; diſpoſitis in itinere pſallentium turmis, cum crucibus, cereis, atque odore fragrantis thymiamatis. Quod illi cernentes, pœnitentiâ moti, miſerunt poſt matronam, dicentes: Peccavimus reſiſtendo tibi; profecto enim cognoſcimus, in hoc eſſe Domini voluntatem. Nunc autem petimus, ut non abjiciamur ab hujus funeris obſequiis, ſed admittamur officiis ejus. Illa vero permittente ut ſequerentur, conjunctus eſt uterque populus: & ſic pariter uſque ad Tranſaliacenſem vicum venientes, celebratis Miſſis, beatum Corpus cum ſummo honore gaudioque ſepelierunt: in quo vico ſæpius ſe Beatiſſimus in virtutibus declaravit. Sed & Lipidiaci plerumque opus ejus ſanctum oſtenditur: uterque enim locus unius Sancti præſidiis communitur. Fortaſſis autem quorumdam incredulorum latratus ad hæc conatur obſtrepere: ſed noverit à me viſum Deodatum Preſbyterum, ſummam octogenarii ævi ferentem, qui mihi hæc ut ſcripta ſunt contulit; confirmans ſacramento, nihil ſe de his admixto mendacio enarraſſe.

D

prævalent Tranſaliacenſes,

& ipſum ablatum ſepeliunt.

E

3 *Quærenti quis hic* Vicus Tranſaliacenſis *dicatur, reſpondit Claudius Caſtellanus Pariſienſis Canonicus, crebro & feliciter conſultus in talibus, quorum eſt ſcientiſſimus; nullum ſe invenire locum, cujus nomen eo propius veniat, & minus abſit ab Arvernia (cujus fere Sanctos Gregorius proſequitur à capite* XI *ad* XIV *incluſive) quam vulgo dictum* Treſillac, *prope oppidum* Aigurande *in Biturigibus, verſus confinia Lemovicenſis Marchiæ, Arverniam proxime contingentis: nam in lingua Francica Latinum* Trans *converti in* Tres *aut* Tré, *patet ex vocibus* Trépas *tranſitus, quaſi trans-paſſus: at* Tréteau, *tranſitum, quaſi tranſtellum: ſed adhuc laboramus ut in vicinia reperiatur locus aliquis,* Lapidiaci *veſtigium retinens.*

Situs loci.

DE S. FRISIO MARTYRE,

C

IN AUSCENSI AQUITANIÆ DIOECESI.

F

D. P.

Notitia ex Supplemento Martyrologii Gallicani, & Traditionibus loci.

SEC. VIII.

Natalis ejus 16 *Januarii,*

AUſciorum *Plinio*, Auſcenſium *Sidonio*, Auguſta *Metropolis*, *vulgo* Aux *in Aquitania*, *ex leucarum quatuor intervallo reſpicit locum*, Baſouës *vulgo dictum, Latine credo* Baſuliæ *nuncuparetur, qui in tabulis forte, ſed perperam*, Beſſeles *ſcribitur. De eo loco apud Sauſſaium in Gallicani Martyrologii ſupplemento ad hunc diem ſic legitur*: In agro Auxitano, Caſtro de Baſouës, memoria S. Friſii Martyris: cujus licet Natalis XVII Kal. Februarii recurrat; hac tamen die, & ipſa ſacra Pentecoſtes, frequenti populi concurſu recolitur, & contra epilepſim potiſſimum invocatur. *Latuit nos, latuit etiam ipſum Sauſſaium; cum utrique Januarium ſcriberemus, Sanctus iſte; ideoque hic non inepte reponitur; ſi forte interim ampliora martyrii miraculorumque monumenta, cum notitia temporis & occaſionis quibus paſſus eſt, poſſimus adipiſci.* Friſii *nomen non videtur Gentilium Imperatorum tempora ſapere; difficile eſt tamen ex ſolo nomine definire quidpiam; quando ſæpe inveniebantur Barbari Romanæ militiæ aggregati, quorum aliquis ad Chriſti fidem traductus poſſit ſub extrema Diocletiani & Maximiani perſecutione, vel etiam citius, illic paſſus fuiſſe: malui tamen ſuſpicari, de tempore alicujus in Gallias, jam totas Chriſtianas, irruptionis barbaricæ, donec ex ipſo loco diſtinctiores notitiæ adferrentur.*

cultus in Junio celebris.

2 *Factum id anno* MDCXCI, *quando per literas inde datas* XII *Julii, ad confirmationem perſeve-*

A *cum Antiphonis & Collecta propriis:*

perſeverantis hodiedum cultus, accepi ſequentia. Ac primum ex Officio Antiphonas has pro primis Veſperis; Sancte Friſi, ſidus aureum, Domini gratia, ſervorum gemitus ſolitâ ſuſcipe clementiâ. *Ad Laudes*: Sancte Friſi, Martyr Domini, audi rogantes ſervulos: & impetratam deſuper defer indulgentiam. *Ad ſecundas Veſperas*, Incliti Friſii Martyris veneranda effulget ſolennitas, qui inter purpureos Martyrum flores glorioſus tripudiat, inſigni decoratus laurea: cujus meritis adjuvemur. *Oratio toti Officio communis*; Fac nos, quæſumus Domine, beati Friſii Martyris tui in omnibus documenta imitari, & nos ubique tuere: ut cujus laudes frequentamus in terris, ejus precibus adjuvemur in cælis. *Additur quod* tempore Gabriëlis de Lorge Comitis de Mont-gomery, *Aquitaniam cum ſuis Hugonotis percurrentis circa annum* MDLXX, eccleſia S. Friſii expilata fuit ac flammis tradita, quibus omnia perierint, præter capellam Sancti, cujus corpus omnino inviolatum atque integrum manſit. *Hoc ſi intelligatur de corpore, adhuc in eo ſtatu permanente quo obiit, vel paulum dumtaxat immutato ac marcido; digna profecto res foret quæ hic daretur æri inciſa, ſicut plurium aliorum jam dedimus.*

corpus inter flammas ſervatum.

B

3 *Acta nulla ſcripta in loco ſuperſunt: populari tamen traditione creditur, quod* Radbodus Friſonum Rex, ex Caroli Martelli Francorum Ducis ſorore, hunc filium genuit; qui patris ſui in gentiliſmo pertinacis funeſto obitu conſternatus, ad Francos ſe contulerit, contra infideles Gothos militaturus. *Obiit Radbodus, ut ante Acta S. Bonifacii 5 Junii num. 8 dictum, anno* DCCXIX, *tertium jam annum dominante Martello; cui multa, non contra Gothos, ſed contra Saracenos, Aquitaniæ incumbentes fuere certamina, uſque ad finem vitæ, quem attigit anno* DCCXLI. *Sub hoc igitur fieri potuit ut* Friſius *(quem crediderim gentis ſuæ nomine ita dictum, quia proprium ignorabatur)* aliquo prælio vel excurſione cæſus à barbaris ſit; *(ut habet traditio)* cujus corpus Chriſtiani, ſarcophago incluſum lapideo, demerſerint in fontem proximum loco certaminis, quod commiſſum dicitur, prope molas noſtras frumentarias, ubi etiamnum ſpectantur rudera veteris ſacelli.

Traditur fuiſſe filius Radbodi R. Friſonū,

militaſſe Francis contra barbaros,

C 4 Dicitur autem agnitus Sanctus hoc modo. Ex vicino prædio vacca una, dimiſſis ad paſcua ceteris, ſolebat ad eum fontem itare ac lambere petras ipſum ambientes: unde cum reverteretur nihilo minus paſta quam ex pratis aliæ; ſcrutari fontem cœpere villici, & ſub eo prædictum lapidem repererunt, in eoque Corpus ſanctum: quod illi volentes ad ſuam Eccleſiam deducere, immobile repererunt, etiam admotis jugis boum pluribus: donec quopiam ſuggerente, admota plauſtro vacca prædicta eſt: quæ ſola ſacrum onus protraxit ad locum, ubi etiamnum requieſcit, in capella ejus honori conſtructa poſt altare; foris autem ſuperinducto fornice tectus eſt, & lapideâ deſuper cruce poſitâ conſecratus. Circa idem tempus contigiſſe dicitur, ut femina quædam ex Andreu, volens ejuſdem fontis aquâ uti ad ſubigendam pro pane farinam, in ſanguinem converti mirata ſit.

cujus corpus in fonte repertum,

& propriâ capellâ conditum

D AUCTORE D. P.

5 Alterius generis miracula fiunt quotidie plurima, in favorem eorum qui vel epileptico morbo vel alio quocumque tenentur. Die autem XVI Januarii, qui Sancti natalis habetur, & feſto Pentecoſte, necnon Dominicâ Trinitatis, ac præſertim in feſto S. Joannis Baptiſtæ, præcipuus eo fit populorum concurſus, ſive ad referendas pro acceptis beneficiis gratias, ſive ad poſtulandam ſanitatem: & hi ut plurimum voti compotes revertuntur, accedenteſque ad fontem, hauriunt aquam domos ſuas ferendam. Ferrarius faber, prope Mirandam habitans, & jam pridem gradi impotens abſque fulcris; voti causâ venit ad S. Friſium, ibique egit quadragenam: cumque die ultimo ſuſcepiſſet Confeſſionis & Communionis Sacramenta, ex integro convaluiſſe ſe ſentiens, ſua ibi fulcra dimiſit. Nobilis quidam ex vicinia, ſecus capellam Sancti tranſiens, effutivit in eum blaſphemiam aliquam; moxque de equo epilepticus corruit. Poſtea in ſe reverſus, pedibus ac capite nudo per mediam urbem tranſiit ad capellam Sancti; & facta ibi oratione, liber à malo manſit. Sacerdos, Curatus diœceſis iſtius, eidem obnoxius malo, ideoque ſuſpenſus à ſuo officio, vovit reditum annuum conſtituere, pro alenda jugiter lampade, ante ſacrum Corpus arſurâ: quod cum opere ipſo compleſſet, & in capella oraret, liberatus omnino fuit. Eidem infirmitati ſubjectum famulum habebat Dominus de Lancfranquon: qui cum aliquando in ignem eſſet lapſus, voverunt pro eo Miſſam, in capella S. Friſii curandam: & liber illo mox fuit.

miraculis claret:

maxime circa epilepticos,

E

6 Anno MDCLXXXVI Matrona prænobilis, quæ indicare ſe noluit, atque ne ſe proderent pediſſequis imperarat, nudis pedibus per mediam urbem huc venit plena hieme, pro reddendis gratiis, quia ipſo momento quo filiæ ſuæ, ad mortem ægræ & à medicis depoſitæ, ſanitatem voto nuncupato petiit, ipſam obtinuit. Paulo pòſt advenit etiam Dominus d' Cuſe brachium argenteum ferens, ad complendum votum uxoris ſuæ; quæ admodum triſtis, quia medici cenſebant filiolo ejus abſcindendum brachium ſi vivere ipſum vellet; petiit executionem ſuſpendi, quoad oraſſet pro eo: abiit autem, oravit, & vovit: puer vero indormiſcens, mox ut evigilavit, exclamans ſanatum ſe dixit à quodam viro nobili: & ipſo facto veritas patuit. Quidam Auſcenſis accola hoc anno MDCXCI, ſæpius antea collapſus ex epilepſia, completo voto labi deſiit: quod aliis pluribus identidem uſuvenit. *Hactenus relatio Gallica, ex ipſo loco miſſa à Canonicis, ad inſtantiam R. P. Thomæ Artauld, Auſcenſis noſtri Collegii Rectoris.*

etiam recentiſſime.

F

DE S. GERASIMO,

CIVE LAURENTINO,

IN RHEGINA CALABRIÆ DIOECESI.

D. P.

Notitia cultus ex Ferdinandi Ughelli Italia ſacra.

De ejus memoria nihil hodie ſupereſt,

INter octo egregia oppida *quæ, teſte Ughello tom.* 9 *Italiæ ſacræ col.* 429, Rhegina continet diœceſis, *quintum cenſetur* S. Laurentii, edito loco ſitum, *& à freto Siculo* v p. m *diſtans*, ubi linum optimum & caſeus ſit probatiſſimus, *præter alia agri circumjecti commoda.* Ex hinc Thales fluvius labitur, Locrenſes à Rheginis diſterminans, *in Magini tabulis* Tuccus *nominatus*; *ubi Locrenſium nomine videtur Bovenſis diœceſis intelligi, ab Hieracenſi quæ Locris deſtructis ſucceſſit diœceſis diſcreta, & Locris antiquis annumerari, quatenus hi extremi Apennini latus Orientale, Bovenſes Occidentale reſpiciunt.* Hic, *inquit idem unde iſta ſumpſi*, Ughellus, in templo S. Angeli, quieſcit corpus S. Geraſimi, hujus oppidi civis, cujus feſtum agitur VIII Kalendas Julii. *Plures eo dedi litteras, ut intelligerem, quis ibi Corporis illius ſtatus, quis dies cultus ſit, & utrum extarent aliqua Vitæ aut Miraculorum Acta: ſed aliud nullum reſponſum retuli, idque pluries iteratum, quam de cultu pro die* XXIV *Junii conſtare ex uſu etiamnum vigente: de corpore iſtic quieſcente, per traditionem haberi; aliud nihil ſciri. Finem igitur inquirendi facio, gratanter accepturus, ſi quid felici caſu eruatur in lucem.*

præter cultum adhuc vigentem.

DE SANCTO THEODULPHO

EPISCOPO ET ABBATE LOBIENSI IN BELGIO.

G. H.

SYLLOGE HISTORICA.

AN. DC-LXXVI.

OBium, *ſeu* Laubium, *aut* Laubacum, *præclarum Belgii monaſterium, circa annum* DCLXX *cœptum exſtrui à* S. Landelino, *diximus ad hujus Vitam* XV *Junii. Hujus primi deinceps Abbates fuerunt etiam ad converſionem gentium Epiſcopi ordinati, ac primi duo* SS. Urſmarus *&* Erminus, *coluntur* XVIII *&* XXV *Aprilis, quorum illuſtria Acta tunc dedimus. Proximus his ſucceſſit* S. Theodulphus, *aliquibus* Theoduinus, *cujus res geſtas nobis ſubmiſit Dominus Everardus Dauvongius dicti monaſterii Supprior, deſcriptas partim ex Fulcuino Abbate de Geſtis Abbatum Lobienſium, partim ex Continuatione de geſtis eorundem Abbatum; quæ omnia jam excuſa habentur tom.* 9 *ſpicilegii Acheriani. Priora ex Fulcuino capite* 6 *ita deſcribuntur.*

Succeſſio in dignitate Lobienſi.

C

Acta ex Fulcuino:

2 Sancto Ermino ſucceſſit S. Theodulphus Epiſcopus in proviſione jàm dicti loci, partim ſub Pippino Principe, pòſt facto Rege; novem vero annis ſub Carolo Rege, pòſt vero Imperatore, regens locum, & augmentans non mediocriter. Sub illo, Carolomanno Majore-Domus concedente, villam Fontanas, quam Sambra alluit, eccleſia noſtra habere meruit: in cujus conceſſionis charta ſic ſubſcriptum eſt. Actum Liptinas villâ publicâ, quo facit Februarius dies ſex, anno ſecundo regnante Hilderico. Et in aſtipulationibus: Signum (inquit) Carolomanni Majoris-Domus, qui hanc donationem fecit formavitque: is ſane Carolomannus, Pippini frater, qui in Caſſino monte Monachus effectus eſt. Obiit S. Theodulphus anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto Dominicæ Incarnationis, die vero S. Joannis Baptiſtæ. *Poſterius inſtrumentum eſt hujuſmodi.*

3 Interea Dominus ad majorem Sancti & loci noſtri reverentiam, B. Theodulphum ſecundum poſt S. Erminum, de Archiepiſcopo prius Remenſi, Lobienſis cœnobii Abbatem & Epiſcopum magnis miraculorum ſignis dignatus eſt clarificare. Frater quidam ex noſtris Liezo nomine villæ noſtræ Ercliaci in pago Laudunenſi Præpoſituram adminiſtrabat; cujus loci, quia tunc temporis à militia caſtri adjacentis Montis-acuti rebus & ædificiis imminuatus erat, recuperationi operam dabat. Et ſperans ad excitandam populi devotionem plurimum conferre, ſi B. Ermini corpus, qui ejuſdem loci Dominus & poſſeſſor fuiſſet, illuc poſſet transferre, Abbatem ſolicitat. Noſtrates vero, de quæſtu præſenti, futurum timentes incommodum; illius pagi accolas, apud quos præclari jam dudum nominis idem Patronus habebatur, ſi quando eum recipere poſſent, in perpetuum retinere debere ſuſpicati ſunt. Habita igitur deliberatione, & dejectioni loci ſuccurrendum, & devotioni populi ſatisfaciendum decernitur; ita dumtaxàt, ut ſub nomine B. Ermini S. Theodulphus illuc transferretur: de cujus, ſi forte id eveniſſet amiſſione, tamquam eatenus nullo miraculorum opere cogniti, minus eccleſiæ damnum inferatur. Effectu itaque S. Theodulphus, & ſub nomine B. Ermini à Sancti-Erminenſibus, & illius pagi accolis digno cum honore ſuſcipitur, & quanto oportuit tempore illic detinetur. Interim tamen vel nullum vel non multum cognitum miraculum ibi facere voluit, ne hujuſmodi occaſione aliquam eum retinendi alienis daret occaſionem.

alia ex Continuatore.

F

Corpus illius defertur Laudunum,

4 In redeundo vero, cum Franciæ fines evaſiſſet, & per pagum Cameracenſem Valentianas

A *in reditu circa Valē-cenas claret miraculis:*

lentianas perveniſſet ; jam deinceps S. Theodulphus, cujus apud Deum eſſet meriti, non ſub alieno, ſed ſub proprio nomine aperire voluit. Tantâ ſiquidem inter eoſdem Valentianenſes cœpit miraculorum luce clareſcere, ut ſi cæcorum, claudorum, dæmoniacorum & aliis morbis oppreſſorum modus curationis & numerus deſcriptus eſſet, non minimam quantitatem chartarum ſola virtutum, quas ibidem exercuit, comprehenſio implere poſſet. Unde factum eſt, ut illius fiſci oppidani, dum medico ſibi cælitus deſtinato devotionem plus quam oportet exhibent ; noſtratibus dolorem, & irrecuperabilis damni confuſionem ſæpe inferrent. Retinere quippe ſibi in perpetuum, quod tam ſibi proficuum aſſidue experiebantur, deliberant ; ejuſque in honore eccleſiam etiam ædificare vovent ; ſufficere nobis dicentes, & plures alios & majoris nominis, ſe de noſtris honorari velle Reliquiis. Tentatum eſt clanculo à noſtris, ut occupatis aliàs oppidanis, ſine ullis ſoliti apparatus inſignibus, in ſilentio & quiete ſanctum Corpus efferre poſſent : ſed cum jam in pontis Scaldis

B eſſent medio, tantus eorum qui vel curati erant, vel adhuc curandi clamor & tumultus invaluit, ut converti retrorſum, vellent nollent, neceſſe fuerit. Cernere ibi erat novum violentiæ genus, dum ſi qui longius ſequi non poſſent, tanto pondere valculum Sancti fixerunt ; ut niſi qui portabant retro recederent, nequaquam ulterius procedere valerent. In tanta igitur neceſſitate ad nos tranſmittitur, ut illuc S. Urſmarus, qui hanc ſolvere poſſet captivitatem, deferatur ; quod & factum eſt. Et niſi metu & reverentia & virtute ejuſdem B. Urſmari tanta illa Valentianenſium inſania ſaniori concilio acquieviſſet ; nullus mortalium prece vel pretio id efficere ullatenus quiviſſet. Redditus eſt igitur nobis theſaurus, eatenus apud homines abſconditus, & cum digno honore & dolore magno à pagenſibus illis, donec eorum fines evaſimus, deducitur. Et quo magis in redeundo miraculorum fama innoteſcit, eo amplius populi concurſus & veneratio ſancti Præſulis augeſcit. Reponitur in ſacrario eccleſiæ in loco ſuo ; jam deinceps apud nos, majoris me-

C rito futurus honoris & reverentiæ, quem magni apud Deum meriti, magnitudo collatæ apud homines probavit gloriæ.

& poſt tranſlatum eo corpus S. Urſmari,

Lobium refertur.

5 *Hactenus ex illo Ms. ubi Dauvongius annotavit hanc ultimam tranſlationem fuiſſe factam anno* MCIII. *Succeſſit autem* S. Theodulphus *Abbas* S. Ermino, *anno* DCCXXXVII *vitâ functo. At Carolo-manni Majoris-Domus donatio de villa Fontana, facta eſt* DCCXXVI ; *ſcilicet* VI *Februarii anno ſecundo Childerici ultimi Regis Merovingorum: quo in monaſterium ablegato, Pippinus creatus eſt an.* DCCLII *Rex Francorum, & huic, ad an.* DCCLXVIII *die* XXIV *Septembris mortuo, ſucceſſit Carolus Magnus ; cujus anno* VIII *die* XXIV *Junii, id eſt Chriſti* DCCLXXVI, *ad Chriſtum migravit* S. Theodulphus.

D AUCTORE G. H. *Ratio temporis.*

6 *An fuerit* Epiſcopus Remenſis, *non caret ſua difficultate. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, aſſerit in choro Binchii iſta pro Martyrologio legi :* Lobiis Theodulphi, Rhemenſis Archiepiſcopi & Confeſſoris. *Suſpicatur autem Molanus*, vocari Archiepiſcopum Remenſem eâdem de causâ, quâ S. Abel. *Sed Fulcuinus ſcribit*, ſe ab Adalberone Archiepiſcopo Remenſi didiciſſe, in geſtis Remenſium inventum, quod Abel quidam fuerit Epiſcopus. *At nihil ſimile aſſerit de* S. Theodulpho: *quo Lobium regente* S. Abelem à S. Bonifacio fuiſſe ordinatum Epiſcopum Remenſem, *conſtat ex Flodoardo, lib.* 2 *Hiſtoriæ Remenſis cap.* 16 ; *pro quo videtur Continuator* S. Theodulphum *perperam aſſumpſiſſe. Trithemius lib.* 3 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap.* 296, *& lib.* 4 *cap.* 104, *ſcribit* ex Abbate Lobienſi aſſumptum ad Epiſcopatum Remenſem : *ſed tabulis Eccleſiæ Remenſis, quæ non admittunt eum inter ſuos Epiſcopos, credendum potius eſt.*

Archiepiſcopatus Remenſis perperam ipſi adſcriptus.

7 *Memoria* S. Theodulphi Epiſcopi & Confeſſoris, *ad hunc* XXIV *Junii quo obiit, inſcripta eſt Ms. Adoni* (*ſed auctò pro Eccleſia Leodienſi monaſterii S. Laurentii*) *& Ms. Florario Sanctorum ; item Additionibus Molani ad Uſuardum primæ editionis, Faſtis Belgicis Miræi, Martyrologio Gallicano Sauſſaji, Germanico Caniſii, monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini ; &, quod maximi ponderis eſt, hodierno Martyrologio Romano. Verum ob eximiam S. Joannis Baptiſtæ ſolennitatem, Lobii & Binchii Officium Eccleſiaſticum tranſlatum eſt in ſequentem diem* XXV *Junii, quo die refertur à Molano in poſteriore editione Auctarii ad Uſuardum, & in Natalibus Sanctorum Belgii ; item à Ghinio, Ferrario & aliis. De corpore delato Binchium cum aliis Sanctorum Lobienſium corporibus, ſæpius egimus, & adhuc pridie hujus diei ad Acta S. Hidulphi Ducis : quæ ibi videri poſſunt. Multa de virtutibus ejus congerit Ægidius Waldæus, in Vita ejus cum Actis Sanctorum quæ Binchii aſſervantur, Gallice edita : ſed ſunt ea ſanctis Epiſcopis & Abbatibus aliiſque viris Apoſtolicis communia, atque ibidem legi poſſunt.*

Cultus 24 & 25 Junii.

E

F



A D

DE S. IOANNE PORTUENSI,

G. H. *EREMITA TUDE IN GALLICIA.*

Notitia ex Hagiologio Luſitano Georgii Cardoſi.

ANTE SEC. X.

QUa *Minius fluvius Galliciam diſterminat à Luſitania, quinque ab ejus oſtio leucis jacet urbs Epiſcopalis antiqua* Tude *vel* Tyde, *vulgo* Tuy *dicta. In hac anno* MCCLXXXII *Conventum fundavere Fratres Prædicatores, empto eum in finem ſitu, quem eatenus occupabat eccleſia Parochialis quadam, eo imprimis titulo Hiſpanis ac Luſitanis venerabilis, quod ibi ſervaretur corpus* S. Joannis Teizonii, Terzonii *vel* Izonii, *vulgo* Portuenſis *dicti, patria ut creditur* Portu, *quam ſolitariæ vitæ amore deſeruit. Hinc eum Hagiologio ſuo Luſitano inſeruit Georgius Cardoſus, multo diligentior quam in Hiſpanico Tamayus, quem Sanctus iſte latuit. Addit iſte in Commentario, quod de præfato Dei ſervo interrogatus Licentiatus Gregorius de Louvarinas Feijo Paſtor S. Creſcentis, & Sanctorum Galliciæ Chronologus (quem oportet nihil hactenus de eo argumento edidiſſe, quod Nicolaus Antonius in Hiſpana Bibliotheca ejus non meminerit) reſponderit per litteras ad ſe datas anno* MDCXXVII, videri Monachum Benedictinum fuiſſe, nomine Treſonium, qui pluribus donationibus Maurorum tempore factis ſubſcripſerit. *Verum ejuſmodi ſubſcriptiones videntur potius fuiſſe Abbatis alicujus, quam ſimplicis Monachi; & cognomentum tale, non vero nomen primum* S. Joanni *fuit: de quo hoc ſolum poſſumus dicere, quod ætas ejus omnem hominum, vel nunc vel ſeculo* XIII *Tude viventium, memoriam præceſſerit: ſiquidem* Patres Dominicani, *rerum ſuarum haud indiligentes ſcriptores, ipſumque Sancti corpus venerabiliter conſervantes, de ejus ætate ac geſtis nihil tradiderunt poſteris ſuis.*

S. Joannis Corpus in eccleſia Patrum Prædicatorum,

acceptum ex veteri ibidem Parochiali,

2 *Fr. Joannes Lopez ejuſdem Ordinis, Monopolitano Epiſcopatu dimiſſo ſub annum hujus ſeculi octavum, regreſſus in Hiſpaniam ſexagenario major, ubi reliquam ætatem uſque ad octavum ſupra centeſimum annum ſcribendis impendit libris, parte* 3 *Hiſtoriæ generalis Prædicatorum, editâ an.* 1613, *lib.* 1 *cap.* 38 *apud Cardoſum ſic Hiſpanice ſcribit:* Poſſidet Conventus S. Dominici Tudenſis, in ala dextera cruciformis eccleſiæ ſuæ, corpus vel majorem partem corporis Sancti, ut appellant, Joannis Terzonii, ſub cujus patrocinio olim habebatur eccleſia parochialis, conjuncta fundo, quem conventus ſibi emit. Sanctus hic magna in veneratione habetur à civitate prædicta tatâque circum regione: eidemque peculiariter afficiuntur Luſitani: quia Deus ipſis ad ejus interceſſionem plurimas facit gratias, multoſque à febribus liberat. *Sic ille: Frater autem Ludovicus Cacegas, exorſus ſcribere, patriâ etiam linguâ, peculiarem Provinciæ ſuæ hiſtoriam, quam deinde Ludovicus de Souſa pertexuit, prædictum Conventum deſcribens aſſerit,* Quaſi in urbe Portus natum vulgariter nominari S. Joannem à Portu, idque cognomentum in veteribus nonnullis monumentis reperiri: *quibus puto ſtari poſſe; Cardoſo quoque credendum, aſſerenti, quod ejus* corpus hodie ſtat elevatum in arca lapidea, ad dexteram eccleſiæ partem juxta parietem; quodque ibidem habeat altare proprium, in quo feſtum ejus celebratur.

cognominaturque à Portu,

& habet altare.

3 *Plura neſcimus addere; præter levem ſuſpicionem, quod hujus* Joannis *ſit* Caput ſanctum, *de quo prælaudatus Cardoſus ita ſcribit:* In eccleſia S. Salvatoris Gandræ (*quæ eſt parochia territorii de Peñafiél diœceſis Portuenſis, à cujus metropoli diſtat ſex leucis in Orientem, fundata per D. Mafaldam Reginam, uxorem Alfonſi Henricii, primi Luſitaniæ Regis ſeculo* XII) valde celebratur & honoratur ab immemorabili tempore, Caput ſanctum: quod ibidem ſervatur in ſacrario altaris collateralis ad manum dexteram, propter miracula, quæ Deus illo mediante operatur, in eorum gratiam qui ad ipſum in ſuis infirmitatibus recurrunt. Quod fuerit Sancto nomen obliteraverat tempus, ſed nuper per energumenum manifeſtavit dæmon, cum ſibi pignus iſtud ſacrum applicaretur acſi foret Caput Baptiſtæ. Reſpondit enim Sathan: Erratis largiter: non eſt illius caput ſed alterius, viri etiam ſancti, cui nomen idem fuit. Quamquam autem nulla fides habenda paſſim ſit ipſi qui eſt pater mendacii; contingit tamen ſæpe, ut in ſimilibus caſibus compellatur divinitus manifeſtare veritatem.

Ejus forte eſt Caput ſanctum in Parochia Gandrenſi,

miraculis clarum;

4 *In Commentario additur, quod,* videntes antiqui Patres multa miracula prædicti Capitis, abſtulerunt ab eo maxillam unam, & ad monaſterium Portuenſe detulerunt; ubi illa ſervatur intra lipſanothecam, in modum capitis eleganter formatam, per vitrum ſpectabilis ſuper altari, quod eſt ad latus Euangelii, cum aliis pretioſis Reliquiis. Idem altare propterea vocatur, Capitis Sancti; ſicut apparet ex titulo, qui ſic ibi legitur: Hæc capella Sancti Capitis, eſt fundata à Capitaneo Gonzalvo Rodericii Marqués, cive Portuenſi &c. Ibi autem præcipue honoratur in feſto S. Joannis, exponiturque ſuper altari multis circumlucentibus cereis per totum diem; aſſiſtente ibidem uſque ad ſeram veſperam religioſo Sacerdote, cappam pluvialem quam vocant induto; qui fideles, ad ſanctæ ejus Reliquiæ oſculum accedentes, aquâ benedictâ aſpergit. *Monaſterium prædictum, cujus eccleſia Deiparæ Conſolatrici ſacra eſt, tenent* Patres S. Eligii, *teſte Roderico da Cuña Epiſcopo Portuenſi, & prædictam parochiam S. Salvatoris poſſident; ſed cujus Ordinis vel Inſtituti illi ſint, nec ipſe neque Cardoſus explicant.*

unde accepta maxilla,

colitur apud Patres S. Eligii in urbe Portu.

ubi invocatur contra febres,

DE

A D

DE SANCTO IVANO

EREMITA BOHEMO IN DIOECESI PRAGENSI.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De cultu, ætate, & ſcriptoribus Vitæ.

SUB INIT. SEC. X.

Ipſo die S. Joannis Baptiſtæ mortuus

Pelæum quod S. Ivanus, *vulgo* Ivan, *primus in Bohemia eremita, annis extremis* XIV *incoluit, tribus leucis Pragâ diſtat, unâ Carolſteinio Regia arce, inter utramque ſitâ; ubi ſtatim poſt ejus mortem erectum ſupra ſepulturam ſacellum modicum, deinde inſigne ſub nomine S. Joannis Baptiſtæ monaſterium, inductis eo ſub annum* MXX *Benedictinis, ex Inſulari Oſtrovienſi Pragæ Abbatia, uti aſſerit in Phoſphoro Pragenſi Joannes Peſſina. Mortem ille putatur obiiſſe ipſo ſancti Præcurſoris die Natali; quo licet Officium de*

B *Baptiſta impediat proprium de* Ivano *faciendum; non tamen impedit fervorem popularis devotionis, ad ipſum potiſſime reſpicientis. Teſtatur hoc infrà laudandus Bohemiæ piæ ſcriptor Pontanus,* Ivani *elogium his verbis concludens:* Hoc *ille* templum ſuique memoriam beatiſſimam obtinuit, ubi à religioſis clientibus ſuis, ibi Deo ſervientibus, frequentique populi concurſu devotiſſime viſitur & colitur: cujus feſtivus dies proprius eſt, qui & S. Joannis Baptiſtæ. *Georgius tamen Crugerius noſter, inter Sacros pulveres menſis Junii, (poſt quem utinam alius proſequatur reliquos duos Sacri anni menſes, ſimili ſtudio & ſtylo:)* Ivani *memoriam transfert in diem ſequentem; quod Officium fortaſſe proprium tunc fiat in monaſterio: nam Pragenſis Eccleſia in ſuis Kalendariis, neutro die, ac ne quidem alio ullo,* Ivani *meminit.*

colitur in iſtius nomini eccleſia;

mortuus, non anno 910,

2 *Annum mortis Auctores mox nominandi ſumunt, à tempore primi apud Bohemos Ducis Chriſtiani* Borzivoii, *qui dicitur obiiſſe anno* DCCCCX, *& ultimo ſui* Principatus *anno reperiſſe* Ivanum, *paucos dies ſupervicturum; unde alii ipſo illo anno, alii præcedenti hujus quoque obitum ſtatuunt. Sed videntur illi mihi, popularem de ultimo Borzivoii anno traditionem perperam eſſe interpretati, acſi idem fuiſſet etiam vitæ ultimus: cum tamen ipſimet etiam dicant, quod anno* DCCCCV *circiter adminiſtrationem ceſſerit filio Spitignæo, & huic cito defuncto ſuffecerit alterum filium Vladiſlaum, S. Wenceſlai patrem futurum, tunc enim*

C *ipſe cum ſancta ſua conjuge Ludmilla ad ſolitudinem Tetinenſem ſe recepiſſe creditur, Deo ſibique victurum; unde & Beati honorem cultumque meruerit, in eccleſia S. Michaëlis, quam Tetini erexerat, ſub altari ſepultus. Idem vero dicitur* Ivano *ante duodennium quam hic moreretur, promiſſus à S. Joanne Baptiſta, fundator futurus templi, eo loco erigendi, quem tunc incolebat; quod ut fuerit, oportet ipſum* Ivano *ſupervixiſſe aliquanto tempore. Dixerim ergo anno circiter* DCCCCIV *repertum mortuumque* Ivanum; *& fructum piarum ejus adhortationum fuiſſe, quod Duces, æſtimata ſanctæ ejus mortis felicitate, decreverint terrenis curis nuntium remittere, ſeque Tetinum recipere, orationibus eleemoſyniſque & aliis piis operibus vacaturi; inter quæ primum fuerit edi-*

ſed veroſimiliter 904.

culæ, ſuper ſpelæum & ſepulcrum Sancti ſub nomine S. Joannis Baptiſtæ erecta, ſicut prædictum fuerat.

3 *Antiqua de Sancto monumenta nulla extant, præter breviſſimam quamdam nec forte vetuſtiſſimam Legendam, ex qua & ex conſtanti traditione, ſumpta fuiſſe oportet, quæcumque de illo ſcripſere auctores hujus vel ſuperioris ſeculi. Primus fuit, qui Bohemiæ Chronicon Bohemicâ etiam linguâ anno* MDXLI *edidit, ſicut ipſum Germanice anno ejuſdem ſeculi* XCVI *redditum habemus,* Wenceſlaus Hagecius. *Ibi ad annum* DCCCCIX *legitur bona pars eorum, quæ Benedictus Gononus inter Vitas Patrum Occidentis, anno* MDCLXXV E *Latine vulgavit Lugduni in Gallia; accepta, ut ait, ex* Nicolao Salio *Pragenſi. Fuit hic noſtræ Societatis Sacerdos, anno* MDXCVI *vitâ functus; cui in Bibliotheca noſtrorum Scriptorum æque poterat adſcribi lucubratiuncula iſta, atque aliæ de SS. Ludmilla & Procopio, quas Surianis Tomis inſerendas ſubmiſit; neque enim per ſe quidquam edidit Salius, quod equidem ſciam. Deinde Bohemiæ Piæ Auctor* Georgius Bartholdus Pontanus, *Metropolitanæ Pragenſis* Præpoſitus, *anno* MDCVII, *libro ſuo* IV *de ſanctis Patronis, octavo loco inſeruit Epitomen ejuſdem Vitæ: quem ſecutus eſt prædictus Crugerius, ac noviſſime Bohuſlaus Balbinus, noſtræ item Societatis; primum quidem in Auctario primo ad hiſtoriam Montis Sancti, edito ſub annum* MDCLXV; *deinde in Miſcellaneis hiſtoricis libro* 4, Bohemia Pia *intitulato, & ſub annum* MDCLXXXII *excuſo.*

Auctores Hagecius,

Salius,

Pontanus,

Crugerius, Balbinus.

4 *Omitto recenſere libellum editum anno* MDCLXVI, *quem Leopoldo I, tunc recens inaugurato Bohemiæ Regi, inſcripſit Matthæus Ferdinandus de Bilenberg, ipſius loci ac S. Nicolai in Vetere-Praga Abbas: eſt enim panegyris, proſâ & verſu contexta, nec quidquam minus quam hiſtoria: quam anno mox ſequenti ſtudio accuratiori recognitam auctor ſuus ſub proprio nomine edidit, primum in duodecimo, (ut loquuntur) deinde compendioſius in decimo ſexto, uti intelligitur ex Bibliotheca Societatis. Mihi placet hoc loco noviſſimum omnium Balbinum ſuſcipere, & prædicti Auctarii Caput* 2 *totum dare, cujus hic eſt titulus:* S. Ivani qui in diſtrictu Podbriſcenſi diu vixit, brevis hiſtoria, tum ejus causâ conditum S. Joannis in Petra vetus cœnobium & memoriæ: ad extremum de pluribus S. Ivani per vicinia̅m ſaxis & antris, uno præcipue in conſpectu Sancti Montis ſito. *Hagecius ait locum à ſuo conditore primo Borzivoio Duce commendatum fuiſſe ſecularibus* Presbyteris; *deinde in poſſeſſionem Benedictinorum veniſſe. Cetera ut inveni accipe, & Caput auctori unum in tres, ut ipſe præivit partitum Paragraphos, additis ut opportunum viſum annotatis nonnullis.*

Bridelius.

F

A

ACTA

Auctore Bohuslao Balbino S. J.

§. 1. *Ivanus, Regis Dalmatiæ filius, in districtum Podbriscensem Angelo duce venit, ac cælestem vitam in solitudine annis 42 exigit.*

Venationis commendatio.

1 VEnatio, militiæ simulacrum, præcipuo semper in amore Principum fuit. Nimirum ad victorias & gloriam nati Illustres animi, quem laborem amare possent magis, quam hostes in fuga implicare, seipsos vero ac suos in perpetuo quodam victoriæ cursu ac dominatione tenere? Non omisit Æneæ suo pulcherrimam hanc artem addere solertissimus Maro, & Trajano Cæsari Plinius absolutam ejus scientiam libenter adscripsit. Neque modo cara Ducibus, sed Cœlitibus etiam sæpius visa est placuisse. Quis Eustachium nescit, ex cerva fortunæ sequentis admonitum? quis Hubertum, eodem prope exemplo vocatum ad Christum Ignorat? quod Augustissima, & vere dicam Eucharistica Habspurgiorum Domus, duobus jam seculis in purpuram nascitur, quod in ea Augusta Domo bene collocatur Imperium, quod Aquila hic fixit nidum sibi, venationi debetur. Omitto pridem narrata & omnibus nota repetere. Hic quoque in re nostra thesaurum suum ignorasset Bohemia, nisi venatio prodidisset.

B

a 2 Anno à Christo *a* nato DCCCIX Borzivoius, qui primus è Ducibus Bohemiæ Christo nomen dederat, ex arce vicina sua *b* Tetin venationem quæsiturus exierat. Processerat in silvis longius, excitatur subito primæ magnitudinis cerva; quæ ipsius Borzivoii (ut felices Principum manus sunt) jaculo vulneratur. Sequuntur fugientem latratus & suspiria canum, ac promptiores vertagi vulneratam, & vulnera lavantem ad rivum, qui è saxo quodam vivus profunditur, consequuntur; ausa etiam est in aquis vitam à canibus defendere, dum equo advectus Princeps, in flumen pedes ardore prædæ desiliret, atque ense conficeret: ex quo vulnere ingens lactis copia, quasi tum primum hinnulos effudisset, emanavit. Dum feram Princeps, & qui paullatim accesserant aulici mirantur; ecce tibi silvestri torvoque vultu, quem, ut ita dicam, horrificaverant descendentes per faciem pili, longâ togâ, nudis pedibus, baculo innixus senex, ex antro procedit. Is oratione vultui suo conveniente, increpare Principem exorsus, quærit, quid in ea loca venisset, quietem solicitaturus suam, unicumque famis suæ præsidium cervam interemisset?

Borzivoius Princeps Bohē: venando in B. Ivanum incidit,

quis sit intelligit;

3 Certatim Aulici pro se quisque Principem admonent, caveret belluam, dæmonem silvarum esse; alii timidiores fugam etiam spectabant. At animi plenus Borzivoius: Quidquid es, exclamat, in Dei qui condidit omnia, & Filii ejus Christi Jesu nomine, stare te jam isthinc, & respondere jubeo. Senex protinus adorato Dei nomine, Servus, inquit, Christi sum, intemeratæ Virginis Mariæ, & Joannis Baptistæ Cliens: (nomen etiam edidit) Iwan appellor. Respiravit Borzivoius, & familiari Principibus curiositate, & interrogationum humanitate, senem detinuit. Quadraginta & duo abierunt anni (pergit Iwan) quod è Dalmatia *c* hasce terras accessi: (Neclanum *d* Ducem eo tempore Bohemiæ imperare audiebam) post varios errores in hoc antrum denique perveni, in quo jam decimum & quartum annum, *e* à nullo visus, sed neque ex antro in lucem egressus, Christo servio. Statim ad antri nomen, Princeps in cubile viri sancti petit admitti. Deducitur perhumaniter. Locus erat (quod hodieque videmus) humanæ vitæ accommodatus imprimis, & naturæ ingenio sic factus, ut duplex conclave, petris velut muris distinctum haberet. Admirabatur Borzivoius singula; & cum annonæ nihil videret, de cibo quærere instituit; Misericordia Dei, reposuit Iwan, servum suum lacte hujus, quæ interempta est, cervæ nutrivit. Hic Princeps in terram sese abjicere, & culpam deprecari parabat; Iwan vetuit, bonoque animo esse jussit, non venantis impetu, sed Dei voluntate occisam cervam, ut quæ jam sibi, mortem propediem expectanti, necessaria non foret.

C

D

c

d

e

eumq; proximæ mortis præsciū,

E.

invitat ad suam arcē.

4 Tum Borzivoius: Da, inquit, hoc Iwane mihi, da conjugi meæ Ludmillæ, da meis: meumque hunc equum conscende, & ad nos proficiscere. Vir sanctus, multa causatus, Si, inquit, Dei voluntas fuerit, brevi vos videbo; tum ad Aulicos conversus: Prædam hanc, ait, vestram, nutricemque meam cervam, auferte, & inter pauperes distribuite; illi pro me ac Principe vestro Deum orabunt. Tum vale Principi dicere, ac bene precari cœpit tam liquidis affectibus, ut novissima verba Borzivoio lacrymas exprimerent. At Ludmilla *f* cum totam rei gestæ seriem ex ordine à marito accepisset, noctem eam insomnem gaudio traduxit; neque expectato die, primo crepusculo Paulum Sacerdotem charissimum, cum famulis sex omnino dimittit, irent propere, Virumque sanctum ad se Tetinum adducerent. Hic ille Paulus est, cui Bohemia nostra suum debet *g* Wenceslaum. Hic ad omnem pietatem sancti Ducis informavit pueritiam, & sanctissimis præceptis vitam initiavit. In lectulo suo Wenceslaum deponebat, & preculas quasdam, blæsa, ut poterat puellus voce, post se cogebat repetere; tum puero dormiente flectebat ante lectulum genua, Deoque puerum offerebat, utque feliciter regnaret, precabatur. Sed ad historiam cursum reflectamus.

f

Idem postridie facit ejus uxor S. Ludmilla,

g

F

missio ad eū Paulo Presbytero:

5 Paulo veniente nihil moratus Iwan, asello imponitur: prodiere obviam venienti ad multum itineris Principes, & multo, ut par erat, exceptum honore in arcem accipiunt. Ne multa: convivium apponitur; nihil attingit Iwan, cum suas silvas suaque nemora identidem respiceret ac cogitaret, nisi quod sanctissimis sermonibus utrumque Principem ad cæli amorem mirifice inflammarit. Remissus eo die, solus nullo comitante, ut optabat, revertit; cumque hominum vitaret commercia, & ferarum iter teneret; ad pagum Zodnice *h* ab agrestibus visus, ab uno eorum (lapide ipso quem mittebat duriore) appetitus, vulneratur in capite. Cruore Iwani re-

quos cum pio colloquio recreasset,

h

A ni reſperſum lapidem, ad ſua uſque tempora oſtendi ſolitum, Pontanus Eccleſiæ Metropolitanæ Pragenſis Decanus affirmat. Fugiens, & de via teſſus, ac debilitatus vulnere ſenex, aſperrimum & duriſſimum, (quod non ita pridem oſtentari deſiit) ſaxum, teſſione mollivit, commiſerationemque viatori movit, ut jacentem erigeret; & equum commodaret, quo ad ſolitudinem amatam reveheretur. Equus remiſſus, longe ſe ipſo melior commodiorque evaſit, & ad Dominum rediit. Scio totam hanc hiſtoriam haud paulò aliter ab Hagecio *l* narrari, ſed ego Pontani auctoritatem, & Salii noſtri, & manuſcriptorum fidem ſum ſecutus.

in reditu vulneratur:

l

Pauci interceſſerant dies, cum per quietem Ludmillæ Duci cæleſtis apparet *m* Genius, monetque, Sacerdotem Paulum mitteret; qui (ut abiens Vir ſanctus oraverat) coram eo Miſſæ Sacrificium Deo offerret, ſenem brevi poſt tempore diſceſſurum è vita. Paruit cæleſtibus monitis Ludmilla, confeſtimque Paulus mittitur, qui diviniſſimis Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentis Iwanum

m

& extremis à Paulo munitus,

B ad mortem comparavit, ſimulque coram eo Divina peregit. Lætus tanta tamque rara & longa felicitate Vir ſanctus, cum ſecretum petiiſſet, non niſi à morte ſua efferendum; vitæ ſuæ ſeriem omnem Paulo expromit; Geſtimuli ſe ac Eliſabethæ, Dalmatiæ imperantium, maximum filium eſſe; paternos honores amore Chriſti perolum fugiſſe; Regnum quod debebatur, & omnem regnandi voluptatem & voluntatem abjeciſſe; in fuga (quod unice amaretur à fratribus) quæſitum & deprehenſum, cum ad Dei opem confugiſſet, ab iis non agnitum, diu avia & invia peragraſſe, ſolitudines ſequentem, dum ab Angelo ſancto apparente, in hunc denique locum duceretur: hic annis XIV perſtitiſſe; ſed biennio primo tantam malorum dæmonum invidiam fuiſſe, ut abjecta omni quietis ſpe, de diſceſſu, inquit, neceſſario cogitarem.

eidem aperit,

qualiter per S. Joannem Baptistā dæmones vicerit,

7 Jamque diſceſſeram cum S. Joannes Baptiſta, quem ego mihi Patronum à prima ætate delegi, in viam occurrit, animos addidit, utque redirem juſſit; ſimul Crucem hanc ligneam, quam vides, parvam, quamque tibi moriturus ſervandam relinquo, obtulit, addiditque Templum in eo loco honori ſanctiſſimæ Crucis, Virginique Mariæ Borzivojum quemdam Bohemiæ Principem poſiturum. Redibam plenus animi: ecce autem longe me viſo clamorem tollunt dæmones, quid ita redirem? hic balneum ſuum eſſe; abirem præceps alio quocumque luberet. At ego ſanctæ Crucis virtute fretus, velut in certiſſima victoria acies penetro, cedentes inſequor, unumque omnium audaciſſime reſtitantem aggredior; in cujus ego patentem rictum Crucis ſignum injeci. Evomuit ſubito cum impuriſſimo halitu; & fugiens, hunc hiatum (qui etiamnum conſpicitur) ſaxis ipſis vi perruptis, aperuit. At tu Paule ultimum à me Principibus valedicito, iiſque commoda ſubditorum, juſtitiam pietatemque commendare memineris. Triduum non abierat, cum Iwan, quo dignus non erat mundus, ex ſolitudine ſua evolavit in cælum. Hæc de Iwano: quam ipſam narrationem veteri ſuo Officio (Legendam *n* vocabant) Eccleſia Pragenſis inſeruit.

C

ac ſancte moritur.

n

Placet eamdem voto vetuſti Scriptoris ſignare: Noſter eſſe voluiſti Iwane, ut damna *o* noſtra levares: leva, obſecramus.

D

A. BOHUS. BALBINO.

o

8 Obiit Iwan anno Chriſti DCCCCX *o*, eaque in ſpelunca conditus eſt, è qua legionem dæmonum Cruce fugarat. Veſtigia flectentis, orantis, ac ſedentis, non uno in loco hodieque viſuntur in petra. Ea veſtigia (ut eſſet quod peregrini mirarentur & amarent) divina virtute, emollitis duriſſimis ſaxis, impreſſa traduntur. Nota ad extremum ex Mariano Scoto, Geſtimulum, Slavorum Regem à Lothario Imperatore anno DCCCXLV ſuperatum & occiſum. Id ſi ita eſt, ſeptuageſimum annum dum moreretur, Iwanum exceſſiſſe *p* oportuit. Nota item; Lupacium, *q* Iwanum cum Wratiſlao III loquentem, non cum Borzivojo, inducere; ita, quæ Hagecius parenti, hic filio attribuit. Cui accedam, neſcio, non noſtrûm inter vos tantas componere lites; res exigua, & ob pauculos annos controverſa.

Ætas ejus.

p

q

ANNOTATA D. P.

E

a *Ita narrationem orditur Hagecius, quem preſſius Balbinus ſequitur; alia nihilominus admiſcens, & ſubinde invertens narrationis ordinem, ut gratior procedat.*

b Tetin, *unâ ſolum leucâ diſtat à loco* S. Iwani, *trans fluvium Miſam, qui circumito Carelſtenio paulò ſupra Pragam Moldavæ jungitur.*

c Croatiam *Hagecius ſcripſerat, & poſt cum Pontanus: ſed auctor in margine citat Salii textum ab anno* 1570 *adhuc Ms; Cromlovii, (ubi obiit) fortaſſis adhuc inveniendum, niſi Balbinus Pragam attulerit.*

d *Hic Ducum Bohemorum ignaviſſimus, electus dicitur an.* 852, *mortuus an.* 873. *Proinde non video, cur Balbinus in Miſcellaneis, quaſi hic dicta retractans, neget id dici niſi egerrime poſſe, & ſucceſſorem ejus Hoſtivitum velit ſubſtitui; cum ab anno* 910, *quo mortuum Sanctum ſtatuit, per* 42 *annos retrocedendo, ſaltem ad* 868 *perveniatur. Verum in Ducum Bohemicorum Chronologia totus diſcedit ab Hagecio Balbinus, lib.* 7 *Miſcellaneorum, ubi Nectanum ſtatuit obiiſſe an.* 802, *& filium an.* 856, *ut poſt patris mortem Borzivojus totis* 54 *annis vixerit, quod non videtur neceſſarium.*

F

e *Crugerius, cum hæc Balbinus ederet, nondum vulgatus (ejus enim Junius primum prodiit an.* 1669) *ſolum* duodecimum *numerat.*

f S. Ludmilla, *S. Wenceſlai avia, colitur* 26 *Septembris.*

g *Ita Joannes Epiſcopus Olomucienſis in Vita S. Wenceſlai, dandâ* 28 *Septembris: iſtius* Pauli *etiam meminerunt Hagecius & Salius, ſanctæque Ludmillæ* Capellanum *vocant.*

h *Impreſſum* Lodnice; *ſed typographicum eſſe mendum perſuadeor ex Pontano, unde hæc deſcripta.*

i *Hagecius ſcilicet bene comitatum rediviſſe Sanctum ait; de vulnere & equo tacet: & eum in utroque ſequitur Salius, niſi ab exemplo Gononi diverſum eſt, quod Cromlovii ſervabatur.*

m *Tacent iidem de revelatione Ludmillæ facta; & Paulum iviſſe ajunt, ſicut ad ſuam ſpecum deducto Iwano, idque petenti, condixerat.*

n Legendam *hanc optavi, ſed necdum potui obtinere.*

o *Jam dixi, potius defunctum videri anno* 904.

A. BOHUS. BALBINO.

p *Atqui, etiamsi mortuum* Ivanum *statuamus an.* 904, *tamen hinc retrocedendo per annos* 42, *quibus solitarius oberravit, solum venietur ad an.* 862: *scriptores autem sic loquuntur, acsi vivis adhuc parentibus fugerit* Ivanus. *Quod attinet ad Mariani Scoti Chronicon; ego neque in Basileensi vetustissima, neque in Francofurtensi veteri etiam editione, quidquam tale reperio, neque in ullis Lotharii Imperatoris gestis: fortassis autem intelligi poterit Ludovicus successor, qui Mariano etiam* Lotharius *nominatur, ab an.* 855 *ad* 875: *& sic ea clades* Gestimuli *melius referetur ad an.* 870; *quod & indicare videtur Balbinus, cum in margine citat qualemcumque Marianum, certe interpolatum,* ad annum 870. *Posito autem quod an.* 862 *primum à parentibus recesserit* Ivanus, *annorum circiter* 20 *adolescens, solum sexagenarium excessisset biennio; ex calculo autem Balbini, non tantum septuagenarius, sed octogenario major fuisset, si ante annum* 845 *excessit è patria.*

q *In margine citatur* Lupacius, in Kalend. Hist. 1 Aug. *Sed facilius est, ut traditionem secutus Hagecius aliique, erraverint in designando anno, quam in Duce, sub quo res acta, nominando.*

B

§. II. *Ecclesia & cœnobium Skalense, seu in Petra dictum, in solitudine S. Ivani conditur, ejusque cœnobii veteres quædam memoriæ.*

Ædificata ipso loco mox ecclesia,

9 IWanum, cujus viventis virtutem honorabant Principes, mortuum, ejusque memoriam majore etiam cultu sunt prosecuti, tamque illustrem in locum (gloriam ejus cælestem approbante miraculis divinitate) viri fama pervenit, ut pro Sancto communiter habitus, hodieque inter indigetes, ac minores Bohemiæ Patronos numeretur. Sacellum primum angustum oppido, quantum scilicet rupes durissimæ, atque aliud quod incoluerat antrum patiebantur, super viri Sancti tumulum Borzivojus & Ludmilla statuerunt. Id beatissimæ Dei Matris & S. Joannis Baptistæ titulum, aut etiam, ut alii auctores sunt, unà cum his sanctæ Crucis diu gessit, posteri S. Iwanum nominavere. Ne vero mutata ad divinas laudes solitudo foret, Sacerdotibus advocatis, tutela loci committitur: addita necessaria ad tuendam vitam præsidia, sed brevi (forsitan quod successores non haberent, ac difficile invenirentur, qui solitudinem tantam ferre possent) S. Benedicti Religiosis viris traditum locum, atque inde cœnobium na Stalle, seu in Petra S. Joannis dictum, surrexisse narrat Hagecius. Sed ut multa negligenter, id quoque præteriit, cujus opibus illa fundatio sit perfecta; tacet hic quoque Sylvius, tacet Dubravius, neque alium idoneum auctorem inveni, qui de origine religiosæ hujus domus tractarit.

C

primum Sacerdotibus secularibus,

10 R. P. Crugerius, vir patriæ antiquitatis peritus cum primis, Hazemburgios *a*, quos ipse Aprugnæos appellat, cœnobium condidisse suspicatur; favet, sed ex occulto Hagecius, qui eam gentem, opulentissimis in hoc tractu ditionibus auctam, in præmium atrocissimi sceleris commemorat, propterea quod D. Ludmillam, Bohemiæ & Christianorum Ducem, (quos Drahomira pessime oderat) Tumanus & Cumanus hujus gentis Proceres in arce Tetin crudelissime necavissent. Veterem igitur impietatis notam abolere, & majorum immanitatem Christiani eorum posteri (quæ optima corrigendi ratio est) benefactis contegere voluerunt. Levior hæc esset conjectura, nisi clariore & in speciem certo argumento firmaretur: observat enim, ejus cœnobii Abbates vetustissimos, jam inde à pluribus seculis (ut indicio lapidum & marmorum sepulcralium constat) Apri grande caput in cœnobii sui insignibus & imaginibus gessisse. Potens enimvero ad fidem faciendam probatio, & perpetua omnium ejusmodi cœnobiorum consuetudine vulgata, ut Fundatorum suorum *b* insignia, S. Benedicti Religiosæ Domus adoptent: Berzewnovienſe cœnobium, gentilitias tres S. Adalberti rosas, hodieque ostentat; *c* Braunovienſe, ramos duos è quercu detractos & decussatos; nimirum istud Barkarum inclitam gentem, illud S. Adalbertum potissima parte respicit Fundatorem. Ad hoc exemplum Cistercienses, Præmonstratenses, suas alicubi Rosas, Pileos, Falcones, Aquilas, à fundatoribus sunt mutuati. Supervacaneum videatur argumentis pluribus in re tam clara versari.

a deinde Monachis Benedictinis traditur

ab Hazemburgiis, fundato ut putatur, cœnobio.

b

c

D

E

11 Cœnobium hoc Skalense, seu S. Iwani, omni ætate breve, angustum, & non tam cœnobii, quam asceterii (ut illa ætas amantissima tacitæ vitæ fuit) & solitudinis cujusdam religiosæ ac eremi vicem præbuisse, rudera ipsa angusta, quæ supersunt, ostendunt; nec enim sic omnia vetustate concidere possunt, ut vestigium sui nullum curiosis relinquant; quis enim in hac solitudine extra cœtum hominum, ipsum cum fundamentis solum rapuisset? Quantumlibet vero anguste habitaretur, non anguste, ut sic dicam, regnabat: nam (quod ipsorum Religiosorum testimonio constat) post vastatum Insulanum seu Ostrovienſe, non modo Welizenſe *d* eorumdem Patrum asceterium, (de quo agemus posteà) sed etiam Teslinenſe tum antiquitatis tum forte etiam deductarum hinc coloniarum jure, Skalensi subjiciebatur. Hujus, in tam vasta temporum caligine, antiquissimi juris indicium usque ad nostram ætatem aliquod perseverat: abalienato enim semel fundo Teslinensi, & ad alios Dominos translato, census tamen annuus sex ut vocant sexagenarum, non Berzewnovienſi, sed Skalensi cœnobio hodieque persolvitur. An Ostrovienſe cœnobium, in Insula Moldavæ fluminis situm, Skalensis auctoritatem respexerit, exploratum non est. Credibile potius existimo ad Ostrovienſe, utpote unum omnium antiquissimum, & Berzewnovio ipso vetustius, cum plura alia, tum etiam hoc Skalense solitum referri.

Est illud Welizenſi, & Teslinensi antiquius.

d

F

12 Sed jam ad ea, quibus S. Iwanus celebratur, redeamus. Solitudo hæc sancta, tam grata horroris imagine peregrinis sese commendat, ut nullam artem imitari posse putem. Mecum id affirmant, quicumque viderunt, & Augustissimos in eam rem testes dare possum. Scio vocem Cæsaream. Ferdinandus III Imperator, cum aliquando ad S. Iwanum veniſſet, loci majestatem, ac sanctum horrorem ex pro-

S. Ivani Eremus mirabilis:

A ex proximo contemplatus, regiam & Rege dignam ſolitudinem appellavit; addiditque ſibi videri, in omnibus, quas haberet terris, nihil par & ſolitudini tam aptum, quam quod videret inveniri. Ego quoque animadverto, ſtylum rebus tantis parem eſſe non poſſe; adeoque deſperatione artis, manum & pennam de tabula tollo, & provoco ad viatores.

ejus ibi & Baptiſtæ ſtatuæ: In vicino colle, qua iter ad templum eſt, è marmore (quod ipſum è vicinis montium venis eruitur) ingens & elegans Chriſti de Cruce pendentis ſtat ſimulacrum, nec inde procul D. Joannis Baptiſtæ, tum alterum S. Iwani eodem è marmore ſignum, in eo poſitum loco, quo S. Joannes, ſedenti Iwano, ut narrabam, occurrit. Hujus marmorei operis Patronum ſe præbuit jam olim anno MDCIV feliciſſimus ille, & generoſus adverſus Turcas copiarum ſub Rudolpho Cæſare Ductor, Hermannus Roſwurmius, cujus virtutem & invictum animum, multis magniſque laudibus Joannes Czernovicius de bello Pannonico celebravit. At propius ad ornandum ſanctum ſenem Imperatrix Anna, Matthiæ Cæſaris Conjux acceſſit: quæ Bohemiæ Regina coronata, ad ipſum Iwani ſacrum tumulum, aram pretioſi operis ex alabaſtrite albo locavit. *e*

ſub annum 1616.

B

e

13 Proxime ad noſtra tempora, liberalitate vicit omnes Sereniſſimus Bohemiæ & Hungariæ Rex (quem tum nondum Imperatorem Germania ſalutarat) Leopoldus. Is patruo ſuo Sereniſſimo Archiduce itidem Leopoldo optimo Principe comitatus, ad S. Iwanum honorandum *f* venit, ſuâque ſponte Templi majoris fundamenta deſignari, atque in Templi novi abſolutionem, quatuor millia florenorum juſſit attribui. *g* Habet (ne hoc quoque prætereatur) aliquod naturæ miraculum Iwani Petra, quæ ſuper Sacellum guttatim ſtillans, ſi in lapidem ſubjectum inciderit, lentore quodam pigerrimo tota denique concreſcit in ſaxum; ſi vitro excipiatur, & aquoſitatem nativam, & perſpicuitatem cryſtallinam retinebit. Non abſimilis natura Petræ illi, quam in Moravia ad Kiriteinenſem *h* Divam in illis gigantum antris nuper vidimus, de quibus erudite ſcripſit Chimicorum non infimus Oſwaldus Crollius, libro de Signaturis, admiranda Bohemiæ ac Moraviæ Petro Roſenſi commendans. Sed molliri ſaxa non mirum: naturæ ſaxificæ, ut cum Poëta dicam, opera ſunt hæc, quæ ut aliarum rerum omnium, ſic alicubi ſemina ſaxorum in ſeſe continet. At majora gratiæ miracula ad Iwani ſacrum tumulum non deſinit patrare Divinitas: huc tota prope Praga IX & VIII Kal. Junias *i* effuſa properat. Totis illis diebus ac noctibus pœnitentium dolores expreſſos, & ex ſaxeis multorum cordibus fluentes aquas, & lacrymarum, quæ in gemmas cæleſtibus coronis inferendas durantur, profluvia, licebit intueri. Ejus rei ego me teſtem Lectori profiteor.

f

g *Natura ſaxifica in Petra S. Iwani.*

h

C

i *Confluxus Pragenſium.*

ANNOTATA D. P.

a Hazemburgias *ſcribunt Bohemi, uti &* Poubreſcenſem *Diſtrictum, ad quem locus pertinet: ſed cum eo modo coacervatæ conſonantes, inaſſuetis non ſint pronuntiabiles; licere hic & alibi mihi volo, ut vocum aſperitatem leniam, ſubſidio vocalium, conſonantibus interjiciendarum.*

D A. BOHUS. BALBINO.

b *Non quod ea fuerint ab initio fundationum, quando nec ipſi fundatores ea habebant, vel ſaltem fixa & ad poſteros tranſeuntia; ſed quod hi ea deinde aſſumpſerint, quando ipſa quoque cœnobia cœperunt ſibi aptare ejuſmodi ſigna, præter primorum iſtis locis Monachorum uſum.*

c *Bucelinus, in ſuo Topo-chrono-ſtemmato-graphia Germaniæ, prius illud monaſterium ignorat; & in Vitis S. Adalberti 23 Aprilis, nihil de eo legitur. Fortaſſis autem, non ipſe, ſed fratrum ejus aliquis, vel unus ex poſteris fundatores fuere. Poſterius monaſterium idem Bucelinus tomo 2,* Breunovium nominat. *Balbinus, Miſcellaneorum lib. 4 §. 66, prius ad Pragam fuiſſe docet, magnificum, ſed an. 1419 everſum.*

d *Neque hæc monaſteria Bucelino innotuerunt; neque nobis vacat Crugerii & Balbini libros hac de cauſa ſcrutari operoſius.*

e *Addit Crugerius, quod* noſtrâ memoriâ, à S. Clemente denominatus Dynaſta Hiſpaniæ, ac ad Rudolfum II Legatus Regius, ex albo alabaſtro, ad altare ſuperſtans ſepulcro, erexit magnificum omnino Mauſolæum.

E

f Anno *(ut ex litteris tunc datis nobis conſtat)* 1657; *promittebatque Abbas receptionis illius ſolennitatem deſcriptam nobis mittere, unà cum alia Vita ex variis ſcriptis: quod tamen factum non eſt.*

g *Addit Crugerius, quod* Leopoldus patruus paulò ante, idem monumentum holoſerico Damaſceno pallio inveſtivit.

h *De hac agit Willelmus Gumpenbergius noſter in ſuo Atlante Mariano, ejuſque imaginem deſcribit num. 419; ſed in* Bohemia *collocat, quatenus Bohemica Societatis noſtræ provinciæ etiam* Moraviam *complectitur.*

i *Impreſſum erat* Junias, *ſed dubitare nequeo quin mendum id typotheticum ſit.*

F

§. III. *Aliæ per hunc Diſtrictum ſparſæ S. Ivani ſolitudines, atque alius quidam ejus Lapis, proxime ad Sanctum-Montem.*

S. Ivanus plura antra habitavit.

13 IWanus annos ipſos quadraginta duos in ſpelæis ritu ferarum exegit, dum animo in cælis habitaret; annis quatuordecim in hoc, de quo nunc locuti ſumus ſpecu delituit: reliquo tempore vario errore (ut lubido & impetus divini vis ferebat) antra & ſaxa per hos terrarum tractus oberrabat, nihil cavens magis, quam ne homo ab hominibus videretur. Qui curioſius ſilvas, & omnem circum hæc loca viciniam luſtraverunt, nautæ, lignatores, ipſique accolæ (quos narrantes audivimus) ajunt plura hujuſmodi antra, ſancti Viri ſignata veſtigiis, ad Miſam fluvium apparere, traditumque à majoribus in iiſdem Iwanum vixiſſe, dum denique in extremam ſpeluncam totus immigraret. Memorabile etiam illud, antra hæc omnia, quæ ſenex incoluerat, à flumine averſa; vitaſſe enim magnopere ne flumen aſpiceret. Cauſam adjiciunt, quod nautarum, præter eam oram quotidie ſecundo flumine deſcendentium, iras,

A maledicta, ac impias voces (cui morbo ma-
A. BOHUS. BALBINO. *sed aversa à flumine*, xime hoc genus hominum obnoxium esse so-
let) audire non posset. Alii causam in homi-
nes referunt, quorum non sustinebat aspectum;
alii in dæmones, qui iis in antris passim ho-
& spectris horrifica. dieque terrorem spargunt, summâque auda-
ciâ grassantur. Antrum, ab arce Carlstein
non ita procul, trecentis non amplius pas-
sibus, ostendi ab incolis solet, lemurum & spe-
ctrorum umbris infame: narrantque piscatores,
qui noctem ea parte fluminis totam sæpe in
aquis ducunt, videre se terribiles visu formas,
ac præcipue dracones ignivomos; qui modo
petras illas circumvolitent, locumque com-
mutent, modo corpus longissimum per saxa
trahant, cum ingenti saxorum cadentium stra-
ge, ac totius pæne naturæ stirpium arborum-
que gemitu ac tumultu, quo spectaculo nihil
sit tristius.

14 Sed ad insigne aliud S. Ivani saxum, pro-
a xime ad sanctum *a* Montem veniamus; ex
quo liquere potest, eum non uni Virgini Be-
atæ, sed Sanctis etiam placuisse; primum-
que Ivanum nominari posse, qui sanctum
B Montem amarit. Ergo ad orientem solem à
Monte euntibus Bitizum versus (villa est Rac-
zinorum) silva arboribus maximis quercetis-
que densissima, & aspera saxis occurrit; fera-
rum, aprorum, maxime per uligines silva-
rum sese æstate autumnoque volutantium, gre-
gibus & multitudine nobilis. In silvæ medio
(duobus fere à Monte passuum millibus,
quarta milliaris nostri parte) saxum ingens
objicitur, quod Crucem aut triquetram ex-
primit figuram. Id jam pridem antiquissimis
S. Ivani lapis ad S. Montem. hominum supplicationibus aditur: Crux una
b major, minores aliæ quamplurimæ solo fixæ, *b*
loci religionem adstruunt; nec aliter quam
S. Ivani lapidem vulgus, à majoribus nomi-
ne accepto, appellat. Ajunt, antequam Skalen-
sem illam rupem Ivanus incoleret, hic per-
diu commoratum, orando Deo dies noctes-
que exegisse. Ejus rei indicia in lapide visun-
tur non pauca; ita in primis manufacto ope-
re (nisi divinitus id factum interpretari velis)
lapis discedit, ut altero in loco jacere com-
C mode, in altero, si lubeat, sedere & lege-
re, alio item orare possis. Saxi cavitas, ubi
jacetur, caput admittit; tum brachiorum lo-
ca, crurum & pedum, ad commoditatem dor-
mientium inflexo nonnihil femore; idem in
sessione animadvertitur. Summa ubique jacen-
ti aut sedenti præbetur commoditas, ut pro-
bavi. Ad justam hominis magnitudinem to-
tum illud negotium conformatur.

Sanctus hominem in morte solandum mittit. 15 Narrabo rem miram, totique illi vici-
niæ notissimam, unde conjecturam divinioris
alicujus circa lapidem curæ capere licebit.
Pauculi anni sunt, vivebat in prædiolo Bi-
tix dicto (quod ad silvæ hujus radices exstru-
ctum est) homo grandis natu. Is aliquando, ut
tenectus somni brevissimi esse solet, præterea
ægritudine anxius, & multa de morte vici-
na cogitans, vigilabat. Nox erat perillustris,
tam claro sidere ut nihil prope oculos fuge-
re posset: cum ecce vigilanti, & (ut refere- D
bat ipse) videnti, offert sese venerabilis se-
necio, tam prolixâ barbâ, ut pectus pæne to-
tum contegeret. Accedit vero propius, & ad
cubantem se applicat. Assurgit in cubitum æger;
tum senior incipit: Nolo, inquit, mortem ex-
horrescas; pacatè, si me audis, moriere: la-
pidem, tuæ villæ vicinum, continuis viginti
diebus adibis, & Deum bonam lætamque mor-
tem precabere; Magnum, mihi crede, re-
feres solatium, & optime ad mortem com-
paratus discedes è vita. Simul evanuit, æ-
grumque confirmatum reliquit. Fecit æger
quod monebatur: matutinis quotidie horis,
senili gradu accedebat locum, pieque per S.
Ivani merita precabatur: denique cum mor-
bo invalescente niti non posset, tamen inter
manus suorum ad lapidem ferebatur. Evocavit
tempore extremo suo, ex sancto Monte Sa-
cerdotem *c* nostrum; eique de peccatis rite *c*
confessus, hanc quoque narrationem adjecit: & *Cur is toties locum mutarit.*
moriens lætusque ac spei plenus brevi post de-
cessit. Ego totum quod hic retuli, Sacerdote
eodem referente didici. Unus in summa rei
scrupulus residere circa hunc lapidem potest, E
quod inconstantiæ notam Ivano, toties locum
mutanti, videamur impingere. Sed ignoran-
tium hic timor est: quis tam peregrinus in
Divorum gestis, qui nesciat mutatione loco-
rum vitasse tædia, sæpeque etiam divinitus
monstrata illis alia aliaque loca, quæ tenerent?
Quot S. Procopii antra numerat Bohemia?
Quot S. Meinardus silvas virtutibus consecra-
vit? Quoties Simeon Stylites, secundum illud
Orbis miraculum, sese transtulit; & cælum non
animum, imo neque cælum mutavit?

ANNOTATA D. P.

a Sanctum Montem *ejusque historiam integro opere descripsit Balbinus, præmissa icone loci, quem proponit, ut septem leucis adverso Muldavâ distantem Pragâ; cujus laudatissimus Archiepiscopus Ernestus, ibi & arcem in vicino habuit, & in Monte Deiparæ statuam locavit circa an.* 1358, *intra ædiculam exiguam, quæ novissimorum Cæsarum & Bohemorum ab hæresi reductorum munifica pietate, in amplissimam excrevit ecclesiam.* F

b *De hisce Crucibus sic scribit Crugerius*: Redeuntes aut venientes Pragâ, in proximo colle vident ac transeunt Crucem, & hac illac stantes circa eam Christi Prodromum & hunc Anachoretam, è rubro omnia marmore insignia. Christophorus Roswarmius, Rudolfi II Cæsaris Generalis-exercitus in Hungaria, occursum earumdem, hoc plane loco, suprà commendatum, ac commodatum subinde sibi per Crucem auxilium, honoravit. *Habes hic locum, ubi Sancto apparuit Baptista, antrum unde venerat repetere jubens.*

c *In margine positæ litteræ* P. G. P. *videntur nomen illius Sacerdotis indicare scientibus; sed nobis usui nulli sunt, donec explicentur.*

DE

A D

DE S. ERICO VEL ERRICO,

MONACHO AUTISIODORI IN GALLIA.

COMMENTARIUS JOANNIS BOLLANDI.

§. I. *S. Erici natalis, ætas, professio.*

CIRCA DCCCC-XXIV.

S. Erici nomen, natalis,

Onsignatum est tabulis Ecclesiasticis ad VIII. *Kalendas Julias* S. Heiri *nomen, quem* Ericum *illum esse didicimus, cujus extant libri duo de miraculis S. Germani, atque alia de quibus infrà. Eum alii* Erricum, *multi* Herricum, *quidam* Henricum *appellant. Sigeberti liber de Scriptoribus Ecclesiast. quo usus est Suffridus* Petrus *manu exarato, è Viridivalle accepto,* Firicum; *Mss. Gerblacense & Affligenuense ab eo citata,* Liricum; *vitiose utrumque.* Errici *nomen rectè deducas à Teutonico etymo* Er *vel* eer, *quod* honorem *significat, &* ryck, *quod* divitem; *ut* honore affluentem *sonet. De eo Carthusiani Colonienses, in Additt. ad Usuardum :* Autisiodori Heyri Confessoris. *Ms. Florarium :* Item Heri viri doctissimi. *Molanus in Additt. ad Usuardum :* Autisiodori S. Heiri viri sanctissimi. *Ferrarius :* Autisiodori S. Heiri Confessoris. *Andreas Saussajus in Martyrol. Gallicano :* Item ibidem (*Autisiodori*) S. Heiri, magnarum virtutum viri.

2 *Fuit is, ut crebro in suis scriptis indicat, Autisiodori Monachus, in celebri S. Germani cœnobio. Est verò* Autisiodorum, *sive, ut quidam appellant vetusto nomine,* Autricum, *Senonum urbs in Gallia. Ex eadem Senonica regione oriundum sese videtur significari* Ericus *in Præfatione ad Miracula S. Germani, his verbis :* Offensa namque sapientia, quæ propter seipsam tantum appetenda est, quorumdam lucris turpibus, multorum indisciplinata vita, omnium postremò tepide se appetentium inhonesta desidia, præceptorum inopia intercedente, priorumquè studiis pæne collapsis; huB jus nostræ exitialiter perosa regionis, Lugduni sibi aliquamdiu familiare consistorium collocavit. *Quamquam possunt verba illa* nostræ regionis, *tam de habitatione, præsertim diuturna, quam de ortu locove nativitatis intelligi.*

patria,

3 *Vixit seculo Christiano nono, utpote qui Carolo Calvo Imperatori metricam S. Germani Vitam dedicavit. Rexit* Calvus *à Ludovici patris morte, quæ contigit* XX *Junii anno* DCCCXL *Westriam, sive Occidentalem Franciam, dein & Aquitaniam fratris filiis ereptam, usque ad annum* DCCCLXXV, *quo Ludovico II Imperatore, Lotharii filio mortuo, ipse in Augustum Romæ à Joanne VIII Papa Natalis Dominici die coronatus est, decessit autem anno Christi* DCCCLXXV, VII *Octobris. His ergo duobus postremis vitæ illius annis edita est ab Erico, eique dicata S. Germani Vita, versu heroïco descripta. Patet hoc ex dedicationis exordio, quod ita habet :* Epistola Auctoris dedicatoria ad Carolum Regem, simul & Imperatorem præcellentissimum. Immortalibus sceptris prædestinato, Regumque omnium præcellentissimo Carolo, perpetuo triumphatori ac semper Augusto, Hericus cœnobitarum extimus, instantem ac perpetuam in Domino felicitatem.

ætas,

4 *Agebat vero eo tempore Ericus annum ætatis trigesimum secundum. Testatur id sub finem libri 6 Vitæ S. Germani.*

En vitam miseram jam trina decennia versant,
Additus his annus ævo glisscente secundus',
Meque boni quidquam numquam gessisse recordor.

Natus ergo videtur circiter annum DCCCXLIII. *Septem annorum cum esset, S. Germano à parentibus oblatus est, inque ejus cœnobio litteris & pietate eruditus. Quod ipse eodem 6. libro ita commemorat.* E *vita monastica,*

Multa dabant animos, amor & reverentia Sancti,
Plurima materies; tum præter cetera, quod me
Et debere viro & nimium debere monebat
Conscia mens rerum. Septennem ferme puellum
Sancti servitiis me transcripsere parentes,
Et sensus inopem, & cautæ rationis inermem.
Suscepit tenerum blande miseratus alumnum,
Blande aluit, tegmenta dedit, fomenta paravit,
Corpore provexit, tum sensibus amplificavit,
Vivax difficilem pectus largitus in artem;
Languores pepulit, discrimina cuncta subegit,
Absentem precibus, præsentem nomine juvit;
Contulit omne bonum, compescuit omne sinistrum.
Carminibus nostris hic illaudatus abiret?

beneficia à S. Germano accepta.

§. II. *S. Erici scripta.* F

DE Erici scriptis ista tradit Sigebertus, lib. de scriptorib. Eccles. cap. 105 : Ericus monachus vitam Germani Autisiodorensis Episcopi metrico stylo luculenter sex libellis descripsit. *Qua occasione illud aggressus sit opus, ipse in Præfat. ad Carolum Calvum indicat.* Quorsum ista, *inquit*, protulerim, illud in causa est. Divæ memoriæ Lotharium, tuæ filium Majestatis, annis puerum, mente philosophum, ingenue confiteor animi indole & sollertiæ opibus, ut tibi uni concedam, præ ceteris sui ævi mortalibus extitisse pretiosum. Is quod tua dispositione & Deo devotus, & B. Germano ad educandum fuerat commendatus, tantum devotionis in Sanctum, tantum ardoris in locum conceperat, ut vitam illius mors livida nobis merito invidisse putetur. Cumque esset divini puer ingenii, atque erga rerum notitiam summe studiosus; contigit eum in una dierum, libri cujusdam abdita perscrutantem, geminas epistolas of-

Vitam metricam S. Germani,

Lotharii Imperatoris filio

A AUCTORE I. B.

fendisse. In altera earum sanctissimus Aunarius, sextus post B. Germanum Autisiodori Episcopus, Stephanum Africanum Presbyterum, ut Vitam ejusdem sanctissimi Patris nostri Germani metrica ratione digereret, precibus ambiebat. In altera idem Stephanus prætato se pariturum Pontifici ex rescripto significabat. *Recitatâ utrâque epistolâ, subjicit Ericus:* His solicita lectione decursis, tandemque relatu assistentium hujusmodi opus penes nos numquam & nusquam paruisse comperiens, multa animositate corripitur, quod tantum opus frustra hominum notitiæ deperisset: & per dies aliquot internis animi angoribus carpebatur. Tandemque me, qui

hortante,

tum recens scholis emerseram, convocato, dolorem aperit intestinum; utque ei si qua possem ratione mederer, importunus contestatur, scilicet ut quod elaboratum quondam in præfatis Epistolis legerat, iterarem; actusque Germani præcellentissimos, à prosa in metrum, desideriis illius satisfacturus, transfunderem. Expavi (fateor) negotium; & supra vires esse reputans, permittens habenas,

B *scribendi suscipit:*

conceptos interdum luctu quod imponebatur, quoad potui, colla subduxi. Objectu tandem regularis Capituli addictus, quod etiam impossibilia præcepta Abbatis minime refugienda præscribit; suscepi quidem, ut par erat, jubentis imperium; quamquam nullâ virium conscientiâ, sed, ut institutio præmonet regularis, de caritate confidens, & de adjutorio Dei obediens.

quo mortuo,

6 Vix primas operis partes attigeram, & (heu misera humanæ conditio sortis!) Abbas ille meus, propediem futurus in orbe terrarum mirabilis, teneros excedens artus, intempestiva seculum morte deseruit. Hic casus tam lugubris, tam acerbus, omnia mihi studia, omnes curas excusserat; nisi probabilis illa sententia animo subvenisset, dolorem tempore minui; quodque diuturnitas allatura esset, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos anteferre consilio prudentiaque debere. Hac cogitatione animum impuli, ut vivo morigeratus fueram, etiam mortuo obsequi; inque defuncti gratiam cœpto operi perfectionis pertinaciam admovere institi, ut potui, & non invitâ Minervâ, voluntati bonæ laxas Musarum colludio, tamquam noti cujusdam medicaminis arte, levabam. Confectum sane opus in publicum edere displicebat, quod cui illud destinarem specialiter, non satis animo deliberaveram. Diu cunctanti Tu, Cæsar præcellentissime, Tu, inquam, intestatæ prolis heres proximus, occurristi: ejus bona ad te lege redierunt. His animo subductis, ausus sum hoc litterarum ad tuam Majestatem præmittere, quæ sequentis operis continentiam præstructo rationis ordine commendarent.

C *absolutam*

dedicat patri ejus,

Carolo Calvo, non Crasso;

7 *Quibus ex verbis primum illud manifestum efficitur, dedicatum* Carolo *esse hoc opus, cum Cæsar jam esset inauguratus, post annum* DCCCLXXV *ante finem anni* DCCCLXXVII. *Secundo*, Carolum *hunc non* Crassum *esse, qui an.* DCCCLXXX *Imperator creatus, obiit* DCCCLXXXVIII; *sed* Calvum, *cujus ille* Lotharius *filius fuit. Patet id ex eadem Præfatione, ubi* Carolum *ita alloquitur Ericus*: Multa sunt tuæ monumenta clementiæ, multa symbola pietatis: illud vel maxime tibi æternam parat memoriam, quod famatissimi avi tui Caroli studium erga immortales disciplinas, non modo ex æquo repræsentas, verum etiam incomparabili fervore transcendis. *Atqui* Calvi, *non* Crassi, *avus* Carolus *fuit. Patrem enim habuit Ludovicum Pium, Carolum Magnum avum. At* Crasso *pater Ludovicus Germanicus, avus Ludovicus Pius, proavus Carolus Magnus fuit.* D

8 *Obiit autem Calvi filius* Lotharius *anno Christi* DCCCLXVI. *Testatur id S. Ado Viennensis Episcopus, qui eadem vixit ætate, de Caroli Calvi liberis in Chronico ita scribens*: Hic ex Regina Ermentrude quatuor filios suscepit, Ludovicum, Carolum, Carlomannum, & Lotharium: sed Lotharius puer bonæ indolis, immatura morte præreptus est. Carolus quoque vir satis honestæ formæ, juvenis Rex Aquitanis jam constitutus, adversâ primum molestatus & dehonestatus injuriâ, moritur. Anno itaque Incarnationis Dominicæ DCCCLXVI regnante eodem Carolo Ludovici filio, duo filii illius, ut dictum est, moriuntur, Lotharius Abbas & Carolus Rex Aquitanorum. *Eo autem superstite inchoatum illud ab* Erico *opus, patet ex Præfatione libri primi, ubi ista leguntur.* E

ante mortē Lotharii, quæ contigit an. 866

Germano titulum parare laudis
Urget materies, amor coarctat
In te mirificus, puer Lothari,
Cui fas non fuerit negare quidquam,
Non os, non animum, nec illa certe
Quæ sunt officiis amica pulcris.

inchoatam;

9 *Aliud* Ericus *opus composuit, de S. Germani miraculis; cujus ita meminit in eadem ad Vitam metricam Præfatione ad Carolum Calvum Imperatorem*: Confeci præterea, *inquit*, ex miraculis præcellentissimi Germani opusculum aliud, geminis distinctum libris; in quo quia tui tum nominis tum temporis mentio frequentius agitur, tuæ nihilo minus illud malui Celsitudini dedicatum. Accipe & hoc, eumque erga Germani reverentiam animum concipe, qui Regiam sane deceat Majestatem. *Et hos quidem libros, miraculorum duos, ac sex illos metro compositos, dabimus ad* XXXI *Julii quo colitur S. Germanus. Priores edidit* Philippus Labbe *in nova Bibliotheca librorum Mss.*

Scripsit S. Germani miracula 2 libris,

10 *Alia quædam* Erici *scripta recenset Trithemius lib. de scriptoribus Ecclesiasticis*. Ericus monachus, *inquit*, Ordinis S. Benedicti, cœnobii Autisiodorensis civitatis, vir in divinis Scripturis doctus, & in disciplinis secularium litterarum eruditissimus, carmine excellens & prosâ, in declamandis ad populum homiliis, Doctor egregius fuit. Scripsit metrice luculenter Vitam Germani Autisiodorensis libris sex. Homiliarum ad populum librum unum. Sermones & Epistolas plures. Alia quoque multa utroque stylo composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit circa tempora Caroli Grossi Imperatoris anno Domini DCCCLXXX. F *aliaque opera:*

at Vitam S. Albani Martyris

11 *At Possevinus noster, cum de* Erico *retulisset quæ jam ex Sigeberto recitata sunt; iterum infra in* H *litterâ ista scribit*: Henricus Gallus, monachus S. Benedicti, Congregationis Luxovienſis, qui vixit Carolo Calvo Imperatore, scripsit de Vita S. Albani Martyris versus, qui adteruntur à Renato Benedicto in Vitis Sanctorum Galliæ, in linguam Gallicam translati. *At neque in Vitis Sanctorum*

A *Horum Galliæ eos verſus recitat Renatus, ſed in Gallica* hiſtoria vitæ, mortis, paſſionis, miraculorum Sanctorum, quorum præcipue per Chriſtianum orbem Eccleſia Catholica feſtum & memoriam celebrat. *Nec Autiſiodorenſe cœnobium, cujus alumnus fuit* Ericus, *congregationis Luxovienſis fuiſſe vel ipſe tradit Renatus, vel ego alibi legi. Verba Renati è Gallico ſunt hæc*: Compendium Vitæ S. Albani *παρὰ φράσιν* expreſſæ ex XXVIII Latinis verſibus, principio libri IV Vitæ S. Germani Autiſiodorenſis, ſcriptæ à F. Henrico Ordinis S. Benedicti, temporibus Caroli II, cognomento Calvi, Imperatoris & Regis Franciæ, ab annis circiter DCCXXXIV. *Subjicit verſum unicum Latinum.*

libro 4 Vitæ S. Germani, Juſta reverſuros pepulit ſententia Patres, &c. *Deinde verſibus hexametris Gallicis* XLVIII *memorat quæ ad S. Albani ſepulcrum à SS. Germano & Lupo Epiſcopis geſta. Ita librum quartum Vitæ S. Germani orditur* Ericus, *poſt Præfationem alterius metu carmine expreſſam.*

Straverat infandam felix conſtantia peſtem
Niſa Deo, puroque fides conflata ſereno,
B Ignibat caſtis cunctorum pectora flammis:
Juſta reverſuros pepulit ſententia Patres,
Martyris Albani votis ambire ſepulcrum.
Protegit ille ſuos meritis precibuſque Britannos,
Millia pœnarum Chriſti pro nomine paſſus *&c.*

non ſeparativa. *Neque igitur alius eſt ab* Erico *hic* Henricus, *neque de S. Albani Martyrio ſeorſum quidquam ſcripſit, ut videtur exiſtimaſſe Poſſevinus.* Henricum *quoque appellat &* Ericum, *Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, in Catalogo Epiſcoporum Autiſiodorenſium.*

12 *In Catalogo teſtium veritatis Guilielmi Eyſengrenii, edito ſub annum* 1565, *de* Erico *iſta habentur*: Ante annos DCXCI, qui fuit Chriſti DCCCLXXIV Ericus, Autiſiodorenſis inſtituti Benedictini monachus, à ſacris Walloni Epiſcopo, doctrinâ & eloquentiâ vir clarus, Poëta, Orator atque Theologus ſuæ ætatis celeberrimus, Vitam S. Germani Autiſiodorenſium Antiſtitis ſex libris complexus eſt. Homilias porro, Sermones & Epiſtolas plures atque doctiſſimas reliquit. *Quod Walloni, ſive Walæ Epiſcopo à ſacris fuiſſe* Ericum *ſcribit Eyſengrenius, earum certe ei fuiſſe conjici poteſt ex Chronico Monachi Autiſiodorenſis, ubi de eo iſtæc leguntur*: In Autiſiodorenſi Eccleſia Chriſtiano ſucceſſit Wallo, prædicti Archiepiſcopi Anſegiſi frater, vir ſcientiâ clarus, & moribus adornatus. Hujus ſtudium fuit Magiſtros litterarum caritative amplecti, eorumque alloquiis & conſiliis uti, ſuoque convivio participare. Eccleſiæ theſaurum, acſi ſacrilegium, vitabat contingere. Donaria argentea vel aurea, palliaque peroptima ſancto contulit Stephano. In omni convictu atque ſecreto præſentiâ ſuorum uſus eſt Clericorum, non patiens quidquam ſiniſtrum de illis audire vel loqui, utens vulgari proverbio: Neſciant Laici, quid faciant Clerici; &, Pares paribus ſocientur.

Familiaris Walloni Epiſcopo, viro præſtanti;

C

ſcripſit & homilias, quæ extant. 13 *Quod ad* Erici *Sermones attinet, extant in libro qui* Homiliæ Doctorum *inſcribitur, plurima* Erici *in variorum feſtorum & Dominicarum Euangelia elegantes homiliæ. Epiſtolas ab eo ſcriptas plures, quod vult Trithemius, atque ex eo Eyſengrenius & Geſnerus, cui poteſt dubium eſſe. An extent, haud mihi conſtat.*

D

§. III. *S. Erici pietas & geſta.* AUCTORE I. B.

14 PRodit *ipſe ſuam paſſim in ſcriptis pietatem* Ericus. *Unum profero locum, ex Præfatione ad Carolum Imperatorem*: Confeci præterea, *inquit*, ex miraculis præcellentiſſimi Germani opuſculum *&c. ut ſuprà num.* 9, *& ſubdit*: Et quamquam aſtuti ſit, omnia ad ſuam utilitatem referre; in hoc tamen & pro hoc, quantus quantus eſt, labore, beati potius Germani laudem, quam perſonæ propriæ requiro favorem. Quem quanti faciam facile pernoſſe potes, ſi noſtri tenorem carminis ordine percurras. Longi itaque ſudoris uſuram eam captare percupio, ut glorificetur Deus in miraculis, qui voluit eſſe admirandus in Sanctis; ut ſanctiſſimo Germano in terris veneratio creſcat & gloria, qui hanc in cæleſtibus obtinuit per bonorum operum incrementa; ut acquiratur ædificatio legentibus, pax credentibus, ſalus imitantibus, immortalitas in fide perſeverantibus: qua ut perpetuo polleas & optamus & indefeſſe oramus, Regum maxime, Triumphator perpetue ac ſemper Auguſte. *Quid in ſcriptis ſuis ſpectet Ericus?*

E

15 *Quæ præter litterarias haſce lucubrationes negotia tractarit, quas res geſſerit* Ericus, *ab nullo reperi litteris proditum. Teſtatur ipſe libro priore Miraculorum S. Germani, apud Sueſſiones ſeſe in monaſterio, ut opinor, S. Medardi longe celeberrimo, fuiſſe aliquando commoratum; an ſtudiorum gratiâ, an ut negotia iſtic quæpiam ſui cœnobii ageret, an quâ aliâ causâ, non prodit. Commemorat vero, quid ſibi tunc prodigii evenerit ope S. Germani, cujus ſeſe penitus obſequio devoverat*: Pridiè Kalendarum Auguſti, *inquit*, B. Germani tranſitus apud urbem Sueſſionicam, fervido celebrabatur obſequio. Cumque à die in veſperam divinæ laudis celebritas, tum in urbanis, tum etiam in ſuburbanis eccleſiis ac monaſteriis eſſet explicita; ſolicita mihi cogitatio incidit, Axona tranſmeato ad præfatam properare baſilicam, ne forte (quod animo reputabam) abſceſſu Presbyteri veſpertina loco deeſſent officia. Sumptis itaque aliquot Fratribus, anxiè properabam. Jamque nobis atrium eccleſiæ ſubeuntibus, ſigna ſolitum dedere clangorem. Concitato acrius curſu ad oſtium acceſſimus, quod clauſum quidem, ſed minime obſeratum invenimus. Vix nos pedem poſueramus in limine, & jam ſigna pulſari deſierant. Huc illucque oculos circumferentes, neminem in eccleſia vidimus. Oſtium, per quod elabi poſſet aliquis, nullum erat. Domum Sacerdotis ſumma celeritate ingreſſi, diligenterque perſcrutantes omnia, perſonam nullam, vacua cuncta perſpeximus. Presbyter cum ſuis omnibus, ut poſtea profeſſus eſt, relicta domo vacua, jam dudum in urbem pranſurus abſceſſerat. Cumque mecum rem tacitus volverem, conjectum eſt ab omnibus, beato Germano divina veſpere non defuiſſe obſequia, quæ ab omnibus palam videbantur eſſe neglecta. Conſummato Officio alacres diſceſſimus, luminaribus noctem compoſitis, & oſtiis eccleſiæ diligentius communitis. Et quamquam mens miraculi conſcia in interioris hominis penetralibus plauderet; malui tamen cæleſte portentum

Sueſſione degit:

ibi dum ad ædem S. Germani properat, Veſperas cantaturus,

F

campanæ ultro ſonant,

à nemine mortali pulſatæ;

aliis

A AUCTORE I. B. aliis prædicantibus publicari, ne cui forte ſuſpectus efficerer, quod ſim B. Germani peculiare mancipium, & multiplicandi favoris gratiâ voluerim majora ex minoribus affectare.

forſan ipſius Erici meritis.

16 *Hæc ille. Et fortaſſis non minus ejus pietati, quam ſancti Antiſtitis honori, illud impenſum eſt divinitus portentum. Quænam autem quantâque celebris religione illa eſſet ad Axonam amnem ſita eccleſia, idem paulo ante expoſuerat;* In ſuburbio Sueſſionico, *inquit*, B. Germani eccleſia eminet, quam opinio, vetuſtatis conſcia, à duodecim famoſiſſimis negotiatoribus orbis olim perhibet eſſe conſtructam: qui quoniam de regnis ad regna ſedule permeantes, propter aquam Axonæ crebrius fixêre tentoria, id ſuæ frequentiæ decreverunt eo loco ſtatuere monumentum, ut collatis expenſis B. Germano ædificarent baſilicam, cujus merito ac precibus inter terrarum mariſque diſcrimina ſe præcipue poſſe protegi confidebant. De ſanctitate ejus loci ſunt comperta quamplurima, quæ opuſculi brevitas explicare non patitur. *Hæc ibi: & hactenus nullo verbo addito vel mutato Bollandus, ὁ Μακαρίτης, neſcio qua occaſione anticipavit componere, gaudentibus nobis, ſi ſubinde aliquid revivere faciamus in proſequendo eo, quod tam feliciter inchoavit opere.* D

DE S. BARTHOLOMÆO EREMITA

G. H. *IN FARNE ANGLIÆ INSULA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Auctor Vitæ coævus an Galfridus? Cultus & ætas Sancti.

B

AN. MC-LXXXII vel XCIII. C*Um anno* MDCLXII *ex itinere Romano regrederemur per Gallias in Belgium, defleximus per Burgundiam ad Archimonaſterium Ciſtercienſe; ibique aliquamdiu morati luſtravimus antiqua de Actis Sanctorum monumenta; variaque partim ipſi deſcripſimus, partim deſcribenda notavimus, quæ poſtmodum inde accepimus, curante admodum Reverendo Domino Jacobo Lannaio, ſtudiorum noſtrorum amantiſſimo. Inter hæc fuerunt Acta* S. Godrici Eremitæ, *quæ dedimus ad* XXI *Maji, & Acta* S. Bartholomæi *etiam* Eremitæ, *quæ ad hunc* XXIV *Junii damus. Auctor priorum Actorum fuit Galfridus, faſſus in Prologo ſibi notum fuiſſe B. Godricum. At nomen auctoris in Actis* S. Bartholomæi *non exprimitur, ſed per primam litteram* G *indicatur*, minimus in Domino conſervus: *ut videri poſſit idem* Galfridus *utriuſque Vitæ auctor eſſe; tum quia idem ubique ſtylus & modus ſcribendi apparet, tum quia eodem tempore in Northumbriæ provincia ambo vixerunt, tum denique quia in hiſce* S. Bartholomæi *Actis num.* 25 *nominat* laudabilem Eremitam Godricum, *tamquam unum ex tribus præmortuis Sanctis, quorum opera ſecutus ſeu imitatus* S. Bartholomæus *ſit.*

Vita datur ex Ms. Ciſtercienſi.

auctore forſan Galfrido,

C

ſaltem coæ-

2 *Hæc Acta inſcribuntur* Priori & Cœnobitis Dunelmenſibus, *apud quos vitam monaſticam ſuſceperat* Bartholomæus: *qui poſtmodum adhuc integro circiter anno vixit, ejuſque monaſterii. Priori voluit etiam poſt obitum ſubjici, ut de ejus ſepultura num.* 38 excepto Priore Dunelmenſi, *nemo præſumeret aliquid mutare. Auctor etiam Vitæ aſſerit ſe eam ſcribere*, dum extant qui eum noverunt, quæque *ille* amovenda judicarunt amoviſſe; & quæ apponenda apoſuiſſe. *Præterea quæ narrantur num.* 8 referente Fratre Dunelmenſi, quod in ſeipſo nuper geſtum eſt: *& num.* 8 *ſcribit* referente Hemmingi Fratre; *& num.* 22 *indicat* miracula, quæ ipſo referente ſucceſſor ejus agnovit. *Ita narrata num.* 32 didicit ex relatione fratris Wilhelmi, cui ipſe apparuerat: *per quem ultima de ejus obitu potuit ſcire.*

3 *Auctor* Domnum Bartholomæum *fere appellat: at num.* 28 furibunda *ſeu dæmoniaca, juſſa dicere*, Sancte Bartholomæe, *ſenſum recipit, & ſanatur. Interim in titulo ponitur* Vita Beati Bartholomæi, monachi. *Joannes Capgravius in Legenda Angliæ, anno* MDXVI *Londini excuſa, eamdem Vitam inter alios Sanctos edidit cum hoc ubique titulo*, De ſancto Bartholomæo, ſervo Dei & Monacho. *Secutus dein Richardus Wufordus in Martyrologio, Anglice Londini anno* MDXXVI *impreſſo, hoc eum elogio exornat*: In Anglia feſtum S. Bartholomæi, in partibus Septemtrionalibus nati, & Monachi Dunelmi facti; qui in juventute revelationes habuit, duos mortuos ſuſcitavit, & alia magna miracula patravit. *Hieronymus Porterus in Floribus Sanctorum Anglice editis; & Edouardus Maiheu, in Trophæis Anglicanis Ordinis Benedictini, eumdem cum titulo* Sancti *celebrant, deſumpto ex Capgravio Vitæ compendio. Arbitratur autem Maiheu ipſum* claruiſſe poſt annum Chriſti MC, quo circiter tempore, & non ante, Monachi primum in eccleſiam Dunelmenſem, regnante Guilielmo Rufo & Guilielmo Dunelmenſi Epiſcopo, introducti ſunt. *Secuti id fuerunt Menardus & Bucelinus; ſed* Lindisfarnæ inſulæ Bartholomæum *adſcribunt. Verum ab hac diſtincta eſt* inſula Farne, *in qua* S. Bartholomæus *vixit, atque etiamnum id nomen retinet; cum* Lindisfarna *nunc appelletur*, Hoililand, Inſula ſacra: *ſunt tamen ambæ in Oceano Germanico, haud procul à provincia Northumbriæ. Wilſonus in Martyrologio Anglicano eumdem celebrat, & inſulas prædictas non diſtinguit.* E

contracta apud Capgravium.

Errores quorumdã circa locum & alia; F

4 *Idem Wilſonus addit Sanctum in pace quieviſſe circa annum* MX. *Michaël Alfordus, in Annalibus Eccleſiæ Anglicanæ, eumdem refert ad annum* MIV. *Verum ex ſuprà relatis conſtat eum* XII *ſeculo floruiſſe, quo etiam* S. Godricum, *anno* MCLXX, *ad Chriſtum migraſſe diximus. Imo ex num.* 39 *haud agre colligitur*, Bartholomæum *obiiſſe anno* MCLXXXII *vel* XCIII. *Dicitur enim jejunium finale, cibi potuſque omnis expers, non ſine miraculo produxiſſe, à* feria V Aſcenſionis *Dominicæ, uſque ad* ſeptimam *abinde*

D. P. *item quoad annum obitus*

A *inde* Feriam v, *cum festivitate* S. Joannis Baptistæ *concurrentem*; *oportet ergo, ut Ascensio Domini celebrata fuerit* VI *Maji, & Pascha* XXVIII *Martii. Licet autem acciderit proximo à morte* S. Godrici *anno, Christi* MCLXXI, *tam notabilis tamen adeo vicinarum mortium circumstantia, si vera foret, non videtur prætereunda fuisse num.* 39, *ubi Godrico* Bartholomæum *comparat Auctor, quasi supponendo aliquammultum spatium inter utriusque obitum interceſſiſſe. Reliquo* XII *seculo, non nisi prædictis duobus annis istiusmodi concursus accidit; sequenti seculo nec semel quidem, ante annum* MCCLXXVII. *Cum ergo num.* 48 *porro legatur Sanctus* ex hac luce substractus, transactis in vita solitaria XLII annis, & mensibus VI & XIX diebus; *oportet ut eamdem vitam exorsus sit* VI *Decembris, anni* MCXL *vel* LI, *prima hebdomade sacri Adventus, feria* VI *vel* IV: *nam ejus initium annis istis concurrit cum.* I *&* III *Decembris.*

qui fuit 1182 *vel* 1193.

VITA

B

Auctore coævo, G Monacho, forsan Galfrido.

Ex Ms. Cistercienſi.

PROLOGUS.

Vita scribitur, dum vivunt, qui Sanctum noverunt,

1 BEatiſſimis in Chriſto Patribus & Dominis, B. Priori & Cœnobitis Dunelmenſibus, G. minimus eorum in Domino conſervus, ſic manere per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Poſt tranſitum venerandi Patris Bartholomæi, animos veſtros pulſaſſe non ambigo, utrum aliquid inſigne ſeculo poſt ſe reliquerit, quod in laudem Creatoris debeat attolli, & in imitationem morum poſſit aſſumi. Apud pleroſque etenim magnæ opinionis habebatur, ſed longe [majoris] fuit intentio mentis, qua Deo ſoli placere ſtudebat, quam facies operis qua foris hominibus laudabilis apparebat. Totus quippe vitæ ejus excurſus, erat cum mundi principe conflictus. Cujus ego quædam virC tutum opera ſchedulis dare curavi, credens quodſi contemptibilis auctor fuerit, ea tamen non debere contemni. Satius etiam eſſe cenſui, ad omnium notitiam, extantibus adhuc qui eum viderunt ſive noverunt, deducere, qui & ſuo falſa comprimant, & vera comprobent arbitrio; quam ipſis de medio ſublatis, dubiam poſteris de tanto viro relinquere æſtimationem; cum ſupereſſe non potuerit, qui experimento vel viſus vel auditus debitam faciat fidem.

corumque censuræ traditur.

2 Memini vero me hoc opuſculum Tibi, reverende Pater & Domine, & nonnullis ex vobis porrexiſſe, & ea quæ amovenda judicaſtis amovi, & quæ apponenda appoſui. Quod etiam Univerſitatis veſtræ judicio reſervavi, quatenus libellus, ſi quid erroris aut nimietatis habet, per vos correctus; vel ſi quid minus, juſta moderatione per vos extentus; totus purus, totuſque ſecurus ad communes hominum prodire non erubeſcat aſpectus. Sed dum hujus venerabilis viri Vitam calamus percurrit, vereor me illorum repreD henſione dignum, quorum Vitæ Sanctorum libellulis pendent à collo, vel portantur in manibus, & nihil pendet vel præfertur in moribus. Rudi igitur ſtylo & *ordeitio ſermoni veniam, quæſo, detis, in quo non Tullianum requiro leporem, ſed ſimplicem ſimpliciter indagare cupio veritatem; eaque quæ fidelium & maxime ſucceſſoris ſui relatione cognovi. Ne vos prolixa verborum oratione onerare videar, ſuccincta brevitate tranſcurro; & juxta cujuſdam ſapientis eloquium, Non prandium vobis, ſed cœnam facio.

*an. hordeaceo?

CAPUT I.

Adoleſcentia, Sacerdotium, Vita monaſtica, dein anachoretica.

3 IGitur Bartholomæus ex provincia *a* Witeb extitit oriundus. Hic primo à pa- *a*
rentibus Toſtius dictus eſt, cujus nominis *b* *b*
etymologiam ſociis ejus adoleſcentulis irridentibus, Willelmum dixerunt. Cum vero monaſterium petiit felici præſagio celebre, quo E
nunc vocatur, nomen à Fratribus impoſitum *Initio Toſtius, tum Wilhelmus, dein Bartholomæus dictus.*
eſt, quatenus ejus in cælo fieret coheres gaudii, cujus in terra conſortium ſortitus eſt vocabuli. Quia vero non primum quod ſpirituale eſt, ſed quod carnale, cunctis adoleſcentiæ ſuæ temporibus animum levitatis legibus dedit; & de ſe ſibi prodigus, in otia ſe totum & ſcurrilitatis negotiis effudit. Sed præveniente eum in benedictionibus ſuis Domino, talis ei de ſua vocatione cælitus oſtenſa eſt viſio. Putabat ſe in loco admirandæ viriditatis & amœnitatis conſtitui, lumenque in eo quaſi nubis candidæ vel auroræ ſurgentis intueri. Cumque ſupernæ claritati aciem intenderet, vidit Dominum Jeſum eminus ſtantem, ſanctamque Matrem ejus Mariam, Petrum quoque Apoſtolum & Joannem Euangeliſtam. Quem beata Virgo *c* pulcherrimo *c*
vultu intuita, Apoſtolos advocat; Ite, inquiens, & aſtantes filio meo & mihi aſſiſtite: protenſaque manu oſtendens, ipſum quoque nutu vocare viſa eſt.

4 Accedentes ergo unus à dextris, & alius à ſiniſtris, reverenter in medio deduxerunt: F
eiſque paſſu tardiore moram protrahentibus, *viſione cælesti animatur.*
hortatur illa maturius procedere & adoleſcentem exhibere. Adductus vero ſtabat, ſtupens & tremens, claritate magis perterritus quam timore. Ad quem miſericordiæ miſericors Mater, Accede ait, & filii mei veſtigia amplectere, & ut tui miſereatur, ejus pietatis bonitatem humiliter depoſce. Statimque eo in faciem proſtrato, & clamante jam tertiò, Miſerere mei, Domine Jeſu; elevans ille miſericordiæ manum, benedixit illum, dulcem ſatis ac ſuavem adjiciens vocem; Et ego tui miſereor, & in perpetuum miſerebor. Hoc quoque ſecundò in ſomnis videre promeruit: & ne phantaſticæ illuſioni id quiſquam incredulus deputaret; tertio vigilans eadem carnalibus oculis manifeſte conſpexit. Cujus hæc cor ſaxeum calore virtutis non emollirent, & contempto cum pompa ſeculo, ad promiſſa cæleſtia quærenda ac promerenda non accenderent? Nec tamen his Bartholomæus ad converſionis amorem compunctus eſt; jam tunc enim, ca-

A ro, tamquam prudentior & ætate major, concupiſcere noverat adverſus ſpiritum ; & ſpiritus, adoleſcentiæ voluptate depreſſus, obluctari non poterat adverſus carnem : acſi diceret cum Euangeliſta ; Mulier, nondum venit hora mea.

A. COÆVO EX MS.

Joan. 2, 4.

5 Adoleſcens itaque, diverſarum gentium patriam & mores affectans inquirere, vagus & inſtabilis ad loca de locis aurâ ferebatur levitatis, faſtidioſus novitatum amator, adeo facilis contemptor ut conſpector. In Norwegiam demum evectus, cuidam Presbytero adhæſit, & ibidem ab *d* Epiſcopo ejuſdem loci Diaconatus, deinde Presbyteratus gradum accepit. Quadam autem die ſe juvenis quidam ei in itinere junxit, qui malignum ſpiritum adeſſe conſpiciens, quem provinciæ illius incolæ Rabem vocant, alludens ait : Ecce ille. Cui Bartholomæus : Amice, vellem eum videre. Jubet ergo eum ſupra pedes illius ſtare, & pedibus ſuis terram non contingere, pollicens quod ſuis artibus optatæ viſionis deſiderio ſuo ſatisfaceret effectus : quemque ſemel intuitus fuiſſet, perpetuo videre non ceſſaret. Quo audito Bartholomæus irriſit hominem, contempſit ſocietatem nefariam, abominatus eſt viſionem : fidem namque Chriſtianam, ſicut poſtea referebat, læderet, ſi diabolicæ contemplationi jugiter inhæreret.

in Norwegia ordinatur Presbyter :

d

B

evitat magicas præſtigias,

6 Eodem tempore quidam Bartholomæum ad filiæ ſuæ conjugium petebat. Parentum indies indefeſſa ſudabat exactio : puellæ quoque ſpecies & conſenſus ad nuptias invitabat; trahebatur denique ipſe à ſe : ad carnalis autem copulæ ſollicitudinem, devolvi non eſt conceſſum, quem ad ſpiritualis tirocinii agonem divina protectio ſervabat illæſum.

& conjugium :

7 Tranſactis ibi tribus annis, patriam rediit, & in quadam Northumbrenſium eccleſia Presbyteratus officium aliquot diebus exercuit. Quia divina providentia in ſua diſpoſitione non fallitur, irruente in cor venerabilis viri unctione Spiritus ſancti, viſionem, quam dudum adoleſcens viderat, ante mentis oculos revocare cœpit, atque juxta ſententiam Apoſtolicam, Quæ retro ſunt obliviſci, & in anteriora ſe extendere. Adeo autem fervens erat impetus ſpiritus, quod ſtatim ſeculum deſerere, & ad monaſterium ſecum deliberaret confugere. Cujus ſanctæ converſationis primordia, dignata eſt ſuo munere ſuperna largitas illuſtrare. Suſceptus namque, raſus, tonſus, & prout Dunelmenſis cœnobii conſuetudo depoſcit, cum ſociis in eccleſiam introductus; cum Crucem adoraret, vidit in ſpiritu Crucis imaginem ſubmiſſo vultu adorantem reſalutare, & protenſis brachiis novum ſe Crucis bajulum in amplexus excipere. Quod poſtea Dominus executione virtutis complevit, quia eum inter tentamenta velut murus expugnabilis firmiter tenuit, nec in aliquo dæmoniaci impetus conflictu deſeruit : hanc ipſam quam narro virtutem referente bonæ memoriæ Germano Priore, qui ſuſcepti ſacri habitus comes extitit, quamplures noverunt ; cujus ita verum eſſe nemo dubitet teſtimonium, ſicut meritis venerabilis viri id potuiſſe contingere non eſt ambigendum.

reverſus in Angliam

Phil. 3, 13.

C

& factus Monachus Dunelmenſis

reſalutatur à Crucis imagine :

8 Cum monachis habitans, monachi mores & vitam æmulari ſtuduit, & ea maxime, quæ monacho proficiunt, verumque etiam monachum faciunt, obedientiam & humilitatem excoluit. In Officiis divinis illud Prophetæ ſemper recogitabat eloquium ; Maledictus omnis, qui opus Dei facit negligenter. Sed & infirmioribus, qui id propter ſui corporis aut vocis imbecillitatem facere non poterant, adjutorium ſatagebat impendere ; affirmans hoc eſſe pro Fratribus animam ponere. Locum præterea ſolitudinis affectabat, ubi ſecretius Domino militare & parciùs vivere potuiſſet. Deſiderium quoque animæ ejus tribuit ei Deus, & voluntatem labiorum ejus non fraudavit eum. Beatus enim Pater *e* Cuthbertus ei per viſum apparuit, & ad Inſulam Farnenſem in ſpiritu traducens, ſitum loci, decorem Oratorii, qualiter ſingula quæque ſe illic haberent oſtendit; dixitque, Ecce locum iſtum : à Deo tibi præparatum ſcias, ſiquidem in eo uſque in finem converſari te ſpondeas. Quod ille modis omnibus ſe aſſerebat velle; & gratias egit pro ſua manifeſtatione. Mane autem facto, à Fratribus, quæ Farnenſis eſſet inſula, perquiſivit; & ita omnia eſſe didicit, ſicut per beatum Antiſtitem in ſomnis accepit.

D

obediens & humilis,

Jer. 48, 10.

infirmiores adjuvat :

e

in viſu monetur Farnam migrare,

E

9 Talium ſignorum indiciis ad ſolitariæ converſationis propoſitum animatus eſt; nec ſcintillam fervoris, divini, quam in ſecreto cordis gerebat diutius incluſam tenere valebat : quia perfectus ſpiritus ad perfectos urgebat progreſſus : Reverendumque Patrem Laurentium Priorem adiit, & quid interius haberet expoſuit. Quo ille audito, laudabat quidem petentis affectum, ſed tamen ab his deſiſtere monuit, eo quod nondum unius anni plantatio fuiſſet, nec in radice ſtabilitatis (ut putabat) animum fixiſſet. Vicit tamen conſtantia pulſantis ; noluit enim idem Pater ſpiritum extinguere, ſed penſabat ſubtilius diſcretivo examine, non eſſe reprimendum à mortali homine, quod interius operatur gratia inſpirationis divinæ. Venit igitur vir venerabilis ad Inſulam Farne, comitante ſe Deo & devota Fratrum oratione : invenitque Fratrem *f* Ebwinum, qui ut ejus deſiderium agnovit, invidit, & adventum moleſte tulit; cœpitque antiquus hoſtis per eum tentando Chriſti militem aggredi, ſuggerens in ipſum plura congerere, quibus vel iram incuteret, vel à loco penitus ejiceret. At ille fraternas contumelias excepit; ſed innocentiam Abel malitia Caïn non dejecit : ad exemplum enim beati Job in omnibus non peccavit labiis ſuis, neque ſtultum quid circa Fratrem ſuum locutus eſt.

quod obtentâ licentiâ facit :

f

alterius fert contumelias.

F

ANNOTATA D. P.

a Witebi *ſeu* Whiteby, *oppidum in Eboracenſis Comitatus parte Boreali*, North-Ridinge *dicta*; *adjacet Oceano Germanico*, *olim* Streneaskalk *appellatum*, *de quo* 8 *Februarii ad Vitam S. Elfledæ*, *ibidem Abbatiſſæ*, *egimus. Sed id monaſterium à Danis everſum*, *dein reſtauratum*, *& à Monachis Benedictinis cultum*, *ſcribit Malmesburienſis lib.* 1 *de geſtis Regum Anglorum cap.* 3.

b *Quod* Toſti, *Anglis* aſſatum *ſignificet*.

c *Capgravius*, placido.

d *Adamus Bremenſis*, *lib.* 4 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*

A *ſtaſticæ de Rebus Septemtrionialibus cap.*44, *aſſerit, ab Adalberto Archiepiſcopo Hamburgenſi ſeculo* XI *conſecratos pro Norwegia duos Epiſcopos, imo jam ante*, S. Olavum Regem habuiſſe ſecum Epiſcopos multos & Presbyteros ab Anglia, *indicat idem Adamus lib.*2 *cap.*40.

e *S. Cuthberti Epiſcopi Lindisfarnen. qui & ipſe in Farne inſula aliquamdiu ſolitarius vixit, Vitam dedimus* 20 *Martii.*

f *Capgravius*, Elwinum.

CAPUT II.

Arcta vivendi ratio in inſula Farne. Spiritus prophetiæ: conſilia aliis data.

10 CUm igitur conſpiceret Ebwinus quod non proficeret, receſſit, & Bartholomæus exinde ſecum habitare cœpit. Quinque annis cilicio uſus eſt, lectus ejus durus, cruciatui magis quam quieti accommodus, brevem aut rarum accubanti ſomnum dedit. Stramentis enim ſuperpoſitis cratem virgeam, quatuor eam ex quatuor partibus ligneolis ſuſtentantibus, linteoque ſtamineo in longum & latum extento deſuper ſtravit: quibus coopertorium monachale decenter ſuperpoſuit, cujus obumbrationis lecti ſimilitudinem oſtenderet aſpectus, & aſperitatis ſecretum occultaret amictus. Superveniente vero felicis recordationis Thoma Priore, lectum mutavit, cilicium depoſuit; ne ſudor & fœtor qui ex eo exibant cohabitantem offenderent; aut etiam hanc in eo continentiæ virtutem novus hoſpes deprehenderet; aut laudabilem proferret de religione ſententiam, non in veſte ſcilicet, ſed in corde monachi omnem vigere conſummationem mandatorum Dei. Lectum poſthæc quo pauſaret non habebat, & quidem primis militiæ ſuæ temporibus tanta diſcretione temperavit curſum vitæ, quod nihil quod ageret faſtidii tepiditatem ingereret. Sive enim ſcribebat, ſive legebat, ſive pſallebat, ſive ſecretius orabat; ſive inſulam, pſalmodiæ & vigiliarum longitudinem allevians, circuibat, & à ſe torporis deſidiam cujuſcumque poſſet operis aut laboris manu propellebat; jamque apud ipſum perfectus erat vanæ gloriæ contemptus.

Ejus 5 *annis ciliciũ ac durus lectus,*

B

& corporalũ exercitatio,

C

11 Cibus ejus panis & olera, & quæ de pinguetudine lactis exprimi ſolent. Piſcationem exercuit, tam ad ſui quam ad commorantium ſuſtentationem. Ad approbandam vero ſive corroborandam rudis adhuc Anachoritæ parſimoniam, ad miniſtrandum ei Dominus *a* moctam deputavit, quæ ſingulis diebus Quadrageſimæ primi anni piſciculum, qui à vulgo *b* limpa dicitur, loco ſtatuto ad refectionem detulit. Quodſi ad horam conſuetam nihil aliquando reperiſſet, protelabat jejunium, donec famula ſua conſuetam annonam attuliſſet. Poſt aliquot annos à piſcibus quoque abſtinuit. Potus ejus aqua fuit, raro vero lac. Eſus carnium, ex quo Inſulam intravit, non tetigit, nec aliquo lætiore humore ſe perfudit: denique ſeptem annis & dimidio ante exceſſum ſuum è corpore, nihil perhibetur omnino bibiſſe. O virum permirabilem, cui ſi in ceteris ſimilem in hoc invenire non credimus æqualem!

victuſque ratio,

a

b

12 Nullo tempore caputium caput [texit], ſive aliud munimen capiti; nec pelliceum adhibuit corpori. His tamen indumentis contentus quæ monachum decent, ſtaminâ *c* ſcilicet cucullâque, quæ dicitur fuiſſe manicata. Ad ea quoque contegenda pallium nigrum ejuſdemque coloris pellibus intro munitum ſuperinduit; quandoque pelle ſua circumdatus, antiquorum Patrum ſpectantibus formam exhibuit. Caligis & pellibus arietinis corticatis utebatur: quæ cum tibiis ſemel circumdedit, donec vetuſtate conſumerentur, non amovit; nec ſtamina lavari permiſit, donec nigredo, quam ex nimio ſudore contraxit, eam perfudiſſet. Si quis autem ſuper hoc argueret, reſpondiſſe fertur: Quia omnia turpia his corporibus inferre debemus, ſi ea ad perfectum animæ candorem perducere volumus. Erat fortis & integer viribus, [& ad] omnia quæ vel animo vel corpori ingerebantur, invictiſſimus. Sed & faciem ita ſemper hilarem, adeo ruboris gratiâ perfuſam prætendebat; quod cum ſummæ abſtinentiæ parcitatem ſectaretur, & curam corporis negligeret, eum quiſque deliciis uti corporalibus æſtimaret.

D

A. COÆVO EX MS.

c & veſtitus.

E

13 Pſalmos Davidicos in laudem filii David ſemper in ore, ſuper mel & favum dulces habuit: quos nocte & die ſemel aut bis, tertio nonnumquam pſallendo tranſigere minimum duxit. In verbis ejus plurima conſolatio, quæ doctrinæ ſpiritualis ſale condîta, nihil præter contemptum temporalium & amorem reſonabant æternorum. Jucundus etiam in ſermone, triſtitiam habebat pro crimine. Divitum, quorum ad ipſum feritatis fama pervenerat, arguere ſolebat arrogantiam, nec ſine metu quandoque apparebant: tantum enim reverentiæ gerebat in vultu, adeo venerabilis erat in aſpectu; quod nonnulli eorum ejus exhortationibus à læſione pauperum deſiſtere, à munere illicito manus excutere, eleemoſynis peccata ſtudebant redimere. Circa pauperes & ægrotos pia gerebat viſcera, ſuadens eis in patientia vitam poſſidere. In confeſſionibus vero miſericordiam & judicium cantabat Domino, peccatorum perſecutor, perſonarum non acceptor. Si frater in fratrem committeret, non Petri uſque ſepties parcitatem, ſed Domini uſque ſeptuagies ſepties ſequi commonebat latitudinem: apud homines enim remiſſionis terminus, apud Deum vero miſericordiæ non eſt numerus. Optimum ergo monachis exemplum deſcripſit voluntariæ paupertatis; Quid, inquiens, nobis amplius habent potentes hujus ſeculi? Habentes victum & veſtitum, his contenti ſumus; illi, ſi id habent, eo contenti non ſunt, ſed abundantius habere volunt; & adeſt mox peccatum in deſiderio, in labore acquiſitio, in timore poſſeſſio, in dolore amiſſio. Nos vero nobiles, nos vero divites qui ab horum liberi ſolicitudine, ſecuri vivimus; & ea quæ Dominus dederit, cum gratiarum actione percipimus. Dicebat quoque omnem poteſtatem ab eo eſſe, & ideo bonam eſſe; ſi tamen ſui juris metas ſuperbitudo non exceſſerit, & paupertatem optimam & Deo proximam, ſi ſuæ humilitatis anguſtiis ſine murmure contenta ſit: utrique ergo vitandam jactantiam.

pſallendi aſſiduitas,

utilis ſermo ad divites

& pauperes,

F

præſertim Monachos:

A 14 Neque ſola in eum admonitionis & conſolationis, verum etiam innumera Deus contulit gratiarum munera. Prophetiæ namque ſpiritu pollere viſus eſt, adeo ut quæ leviter & negligenter proferebat, cum tanto virtutis miraculo accidebant, acſi aliquis ea quæ loquebatur oculis facta conſpexiſſet. Temporum autem vicisſitudines, quæ noſſe non eſt noſtrum id eſt humanum, ſed divinum, qui ei familiariter adhærebant, perhibent [præſciviſſe]. Sed & his, qui aliquando advenerant ſub ea tempeſtate præcluſis, horam qua navem aſcenderent ac redirent oſtendit. Sæpe tres dies aut quatuor, totam aliquoties hebdomadam, eorum obſidioni ſubeſſe prædixit: quorum tunc mœſtitudinem & diutinæ expectationis faſtidia blande leviterque conſolari conſuevit; & deficientibus quæ ſecum tulerant alimentis, de ſua tenuitate, imo caritatis qua ſemper abundabat plenitudine miniſtravit: tantique erga ſingulos meriti habebatur & fidei, quod cum tumenti bus undis, mortis (ut putabatur) faucibus navem dare ſuaderet, exhortantis imperio B nullus obſequi metueret, confidens quod ejus benedictione munitus, cum ſumma ſalutis jucunditate marinos vortices tranſmearet.

15 Inter alia largitatis adeo dono fulgebat, quod nullus advenientium ſine cibi & potus benedictione vacuus rediret. Cum Fratribus plerumque cibum ſumere, quandoque ſervientis aſſumere officium, cibos adferre, ſæpius apponere; nonnumquam hilari vultu aſtare aut ſedere, & dulci narratione eorum quæ viderat vel audierat comedentium animos ſolebat enutrire. Multi quoque ad eum, quos fama ſanctitatis ejus attraxerat, tam de remotis quam de vicinis partibus confluebant; quibus ipſe conſilium ſalutis, & ſi qua conſolationis reſponſa expeterent reddebat: quorum multitudine & frequentiâ perturbatus, metuens ne favor jactantiam induceret, includi propoſuit; ut quanto ſe ab humanis curis & colloquiis ſequeſtraret, tanto ipſe Deo propinquior fieret. Sed ex eorum ædificatione fructus ſibi bonos & perfectos ſuccreſcere colligens, priſtinæ quietis ſilentio contentus, uſque in finem perſeverabat. C Apoſtolicæ diſcretionis documentum proſequens, quæ cum deſiderium haberet diſſolvi & eſſe cum Chriſto, neceſſarium duxit propter multorum ſalutem permanere in corpore; non quod ſibi melius, ſed quod aliis ex caritate eligebat. Quid denique loquar de operibus miſericordiarum, de inſtantia vigiliarum, de flexione genuum, de aſſiduitate orationum? Implevit illud Apoſtoli præceptum, Semper orate; quia totum coram Deo orationi fuit conſentaneum, quidquid ſacris operibus fuit impenſum.

A. COÆVO EX MS. *ſpiritu prophetiæ:*

conſilia ſalutis & conſolationū data.

ANNOTATA G. H.

a Mocta *videtur avis, aut forte amphibium quadrupes, quod* marta *Anglis*, martes *Latinis dicitur.*

b Limpon, *Belgis* Lomp, Mytilus *piſcis.*

c *Capgravius*, ſolum ſtaminâ uſus eſt & cucullâ. *Ita in Vita S. Odilonis* 1 *Januarii num.* 25; lanea veſtis, quam vulgo ſtaminam *ſeu* ſtamineam vocant, à dorſo abſtraxit. *Francis & aliis* eſtametti & ſtamet.

D

CAPUT III.

Inſultationes dæmonis ſuperatæ. Miracula patrata. Thomæ Prioris Dunelmenſis vita, mors, ſepultura.

16 MUlta quoque tentationum genera à concertatore ſuo diabolo expertus eſt. Modo enim ſe in murem, modo in leonem, modo in taurum transformavit: ſimiæ vero & murilegi ſæpius effigies oſtendit: & merito in his maxime apparuit, ut qui captor fieri voluit Deitatis, captor fieret murium; & qui humanæ dignitatis violator extitit, humanæ ſimilitudinis vitium indueret. Viro itaque venerabili, poſt Laudes matutinas extincta lampade, ante Altare beatæ Dei Genitricis Mariæ aliquando procumbenti idem malignus ſpiritus affuit; & primo ſuper veſtigia, deinde ſuper crura ſaltus dedit; poſtremo deſuper ſe totum projiciens, gutur manibus fortiter ſtrinxit; & ita tamdiu tenuit, donec ſe Vir ſanctus ſub tanta mole putaret extingui. Fidelis vero Deus eum tentari non permiſit ſuprà id quam ferre potuit. Liberatus tandem ab hoſte, ſtatim in immenſos reſolutus clamores, S. Mariam ſibi in auxilium invocare non ceſſabat. Plerumque etiam, cum ad orationem ſuper genua ſtaret, idem eum inimicus per caputium trahere, & longius in atrium conſuevit projicere. Arreptâque ille virgâ, quam ſemper ob hujuſmodi immiſſiones propius habebat, percutere eum niſus eſt: ſed deriſit ictum ferientis imago refuga vanitatis. Sed & aſtante illo ad altare, & ſacra Miſſarum ſolennia celebrante, ſe exhibere non erubuit; & oram caſulæ, nunc trahens, nunc excutiens, devotionis obſequium præpedire laborabat.

A diabolo ſub beſtiarum formis tentatus,

E

S. Mariam invocat,

17 Quomodo igitur nos ejus aſtutias poterimus effugere, ſi ſe ſacris quoque Myſteriis præſumit ingerere? Sed mirandum non eſt, ſi divinis Officiis, ad tentandum corda Sanctorum, appropinquat; qui perverſos Sacerdotes, etiam cum immolant, inhabitat; imo, (quod pace Corporis Domini dixerim) in membris ſuis ipſe immolat. Aſſerebat autem, eum qui coërcet, ipſum humani generis inimicum, fragilem & fumo ſimilem, & facile à ſuo colluctatore poſſe ſubverti, ſi conſtiterit ex adverſo viriliter decertari. Aquam quoque benedictam, ſuam cum humore ſervare virtutem; eoque ſiccato dæmonum minus coërcere præſentiam; ſignum vero Dominicum ſummum ei in tentationibus cum ſcuto fidei dicebat fuiſſe refugium; ejuſque omnes munire præſidio, qui ſuo fuerint armati vexillo: quia neceſſe eſt ut ſemper Crucis erubeſcat aſpectum, cujus ſemper myſterio perpetuum ſumpſit occaſum; quemadmodum, qui ſemel erit, ab ipſo ſemper ignis videtur.

F

18 Nec ſolummodo ipſum virum Dei, ſed etiam ipſos qui ad eum viſitationis causâ venerunt, à via ſalutis præpedire conatus eſt; unde quod in quodam Fratre Dunelmenſi, quid in ſeipſo nuper geſtum eſt referente cognovi, huic loco inſerendum duxi. Venit

A nit enim aliquando idem Frater ad venerabilem Virum, cupiens & ipſe verbum exhortationis audire, & ejus orationibus ſe devotius commendare. Cumque viciſſim de ſpiritualis vitæ rudimentis tractarent; malignus ſpiritus inviſibiliter adfuit, & quaſi humana manu deſuper tectum lapillis percutiens, hoc ſonitu adventus ſui ſignum dedit: Fratremque illum mox pavor corripit, & pallor ora perfundit. Quem Sanctus intuens, blandeque conſolans, Ne turberis, ait, fili, neque paveas: venit bonorum omnium inimicus, & noſtris nunc maxime ſermonibus invidus, ut nos hoc ſtrepitu perterritos, à colloquiis divinis ceſſare compelleret. Statimque denudato & fugato hoſte, ſanatum eſt vulnus timoris in Fratre, quod per antiqui hoſtis præſentiam patiebatur in mente.

impedientē colloquium pium contemnit.

19 Memoratus & in ævum memorabilis Thomas, depoſito Prioratus regimine, in inſulam Farne ſeceſſit, & cum viro Dei Bartholomæo ſecretius Deo militare elegit. Sed licet eis una vitæ fuerit habitatio, non tamen eadem vivendi conſuetudo. Bartholo-

Poſt adventum Thomæ Prioris,

B mæus enim in menſa parcitatem & horæ brevitatem quæſivit. Cumque videret Bartholomæum ſibi in ceteris conformari, in hujuſmodi vero non aſſentire, de hypocriſi arguit, & ſimulationis vitio palam denotavit. Quo ille contriſtatus, tamquam ex animi levitate; ex diſcretione tamen ut locum daret ire, loco penitus ceſſit, & Dunelmum converſandi gratiâ venit: ſed ejuſdem Patris pœnitentiâ & lacrymis ductus, oratione Patris, & Fratrum delinitus juſſione, demum Epiſcopi commonitu, conceſſo ſibi annuali victu & veſtitu, ad inſulam manſionemque ſuam completo anno remeavit: hucuſque enim ex proprio labore utrumque perceperat. Magna igitur inter eos tam linguarum quam animorum reformata eſt tranquillitas: factumque eſt, ut dum Bartholomæus ex mutatione loci vitium in ſe levitatis accepit, in Thoma, exaſperationis vitium in manſuetudinem commutavit.

Dunelmū ſecedit:

reverſus cū eo pacifice degit,

20 Idem vero Thomas magnæ religionis amator & eleemoſynarum cultor fuit: de quo referente fratre Hemingo, qui in extremis decumbenti ſedulum exhibebat obſequium didici; quod in exceſſu poſitus, vidit Choros

C Candidatorum, in ſuperiori parte domus deambulantes, portanteſque libellos in manibus, & ad ſuſceptionem ejus cum jubilo præparatos, mirique odoris fragrantiam ſe traxiſſe manibus teſtatus eſt; quatenus illa ſuavitas aperte doceret, ad quantam amœnitatis dulcedinem ſpiritus ejus tranſire deberet. Cumque reſolutionis debitum ſolveret, & ſpiritus in cælum totus efflueret; *a* vidit Bartholomæus diabolum in angulo propius aſſiſtere, planctuſque miſerabiles ore terribili & facie deformi edere: viſus quippe tunc fuerat, eoque vehementius dolebat, quod nullam in moriente, quæ dolori ſatisfaceret, cauſam reperiret: caſſatis enim fallaciæ ſuæ laqueis, quas ei à pueritia tetendit, libere cæleſtia libare ſenem conſpexit. Allatâ autem Bartholomæus aquâ benedictâ, locum ſimul & beſtiam aſperſit. At illa tactum aquæ declinans reſiliit, & protinus in angulum rediit. Cumque aliquoties hoc faceret, & aquarii ſolicitudinem

eoq; ſanctè moriente,

a videns in angulo diabolum,

eum aquâ benedictâ pellit.

hoſtis deluderet; ſumpto vir Domini in manibus vaſe aquâ benedictâ pleno, in faciem ejus projecit, & omni loco rore perfuſo, diverſas tandem in formas paulatim deficiens hoſtis evanuit. D

A. COÆVO EX MS.

21 Sed poſito corpore prædicti Prioris in vehiculo, equus, qui ante claudicabat, obſequio defuncti ſubmiſſus à claudicatione ceſſabat. Sunt etiam quidam fidelium, qui cum juramento aſſerunt, quod allato eo in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Gareshend, *b* & coram Altari depoſito, vidit quidam bonæ vitæ Diaconus, columbam niveam toto noctis tempore circa loculum volitare, & ſacris obſequiis alarum applauſibus cæleſte obſequium præſtitiſſe. *c* Duorum quoque Epiſcoporum Edmundi & *d* Athelredi in loco ſepulturæ ejus corpora reperta ſunt, quorum ante nomina ſciri poterant, ſepulturæ ſciri non poterant: quod divina diſpoſitione geſtum eſt. Qui enim non ex tranſgreſſione, ſed ex perſecutione Prioratum perdidit; merito Epiſcopalis ſepulcri honorem accepit. Hæc nullatenus intermiſiſſe volui, quatenus cognoſcatis, quia plures ex hoc monaſterio Patres egreſſi ſunt, qui licet ſigna E non fecerunt in conſpectu populi, apud Deum ſunt pro ſanctitate converſationis & ſimplicitate cordis meritis excelſi.

Poſt miracula, Thomæ mortē ſecuta,

b

c

d

22 Sed neque ad meritorum teſtimonium Bartholomæo defuit efficacia ſignorum, ex quibus pauca, quæ ipſo referente ſucceſſor ejus agnovit, refero. Venerunt aliquando mulieres ad Inſulam Farnenſem, cum quibus quædam quoque Flandrenſis affuit; quæ viros Oratorium ingredi conſpiciens & egredi, ſuggerente antiquo ſerpente, intrandi deſiderio cœpit vehementius æſtuare: dixitque confidentibus: Quare nos non ingredimur, & quaſi cum ceteris hominibus nihil habentes commune, canibus comparamur? Cumque aliæ prohibitionem à beato Patre Cuthberto olim factam aſſererent, & à propoſito temeritatis mentem revocare conſulerent; contempſit vocem pie admonentium, & auſus feminei implere feſtinabat flagitium. Erant oculi omnium intendentes in eam, quid faceret, quidve poſtmodum ei ex facto contingeret. Jamque veſtigium in oſtio poſuit, & quaſi valido venti turbine cælitus repulſa, retrorſum in terram exanimis corruit. Accurrunt tam viri quam feminæ, qui ad ſpectaculum convenerant, caſum ſubitum admirantes. Quæ tunc mulierum confuſio, virorum autem inſultatio! Nuntiatur interea viro Dei quid geſtum fuerit: qui ſubridens ait; Et hoc merito pro culpis ſuis accepit. Et ſurgens venit ad eam, & aquâ benedictâ moribundam aſperſit. Mira res! adeo namque liquori ſalus feſtina ſucceſſit, quod unâ eâdemque horâ aquæ fieret aſperſio & ſanitatis exhibitio. F

mulierem ob Oratorii ingreſſum examinatam reſuſcitat,

23 Exiguum ceræ munuſculum à quibuſdam nautis acceperat, quam in *e* batello ſuo projecit, & ſecum cum rediret tollere non meminit; erat forte mens ejus aliàs occupata: jamque habitaculi ſui fores attigerat, moxque ſubſtitit; & dum ſecum quo fuiſſet, aut quid feciſſet tractaret, cera demum quam poſt ſe reliquerat in mentem venit: & reverſus vidit corvum ceram in ore tenere, & ad ulteriorem inſulam deferre. Quo viſo contriſtatus eſt: poſitiſque in littore genibus

e ceram à corvo ablatā precibus recipit,

A se in orationem dedit, supernam exorans pie-
A. COÆVO EX MS. tatem, ne quod nautæ dederant ex devotione, ex negligentiæ suæ reatu usui deperiret ecclesiæ: statimque corvus rediit, & ceram eodem in loco, unde tulerat, projecit. Hoc, elationis vitium devitans, non à se sed ab aliquo Monacho factum referebat; laudabilem Apostoli imitans humilitatem, qui virtutes suas sub persona alterius humiliter memorat.

& cymbâ undis abreptam restituit,

24 Alio quoque tempore quibusdam nautis in ejusdem insulæ portu commorantibus, puer eorum ad piscationem egressus est, cymbam vero, in qua erat, puppi annectere sicut consueverat, oblitus est; solutamque protinus undæ rapaces excipiunt, & longius in freta compellunt. Quo nautæ comperto, ad hominem Dei clamant: Frater Bartholomæe, veni, & adjuva nos. Qui egressus, & tamquam quid perterent præscius, subrisit, & ita jocose intulit; Ut quid vocastis me? Quid vultis mihi dare? Quibus de incommoditatis casu conquerentibus, ipse navigium ascendit, & cymbam eorum eis restituit. Insurgens vero gubernator in puerum minas intendit, & ma-
B num ad percussionem extendit. Quod vir venerabilis prohibuit dicens: Scias hanc insulam tale pacis obtinere privilegium, quod pro nullo erroris excessu licet alicui animadversionis aliquod in ea exquirere judicium. Ad hæc gubernator: Etsi in ea pacem habere meruit, in navi pacem non habebit. Cui Bartholomæus: In navi quoque vide ne feceris, eo quod inde continget quod vitæ tuæ non expediet. Ille vero monita Patris audire noluit, & adolescentem in navi virgâ cecídit, Factumque est, ut, quia ei non pepercit, sibi quoque non parceretur: primo namque post hæc navigationis die ægrotare cœpit: & secundo vitæ finem accepit. Quod sociis ejus viro Dei referentibus, respondit: Numquid non dixi homini illi? Noli peccare in puerum, & non audivit me. Libet igitur considerare, quantus fuerit vir iste, qui & miserandi hominis interitum præscivit, & sub interminatione prædixit. In qua re quoque pensandum est, quantâ timoris reverentiâ majora Sanctorum susci-
pienda sunt mandata, cum pondus etiam grande credantur habere leviora.

ac mortem inobedienti navarcho prædicit:

C 25 Avis parvula quotidianam de mensa ejus annonam capiebat, & percepta refectione recedebat. Eo autem quadam die in piscatione occupato, *f* nisus eam usque in oratorium insecutus est, & quæ cibum horâ solitâ capere venit, capitur, & captori suo præda & cibus efficitur. Sed tunc, licet Bartholomæus absens corpore fuerit, in virtute præsens fuit: quia nisus, qui ei injuriam intulit, exire volebat, nec valebat: dum autem huc illucque volatu præcipiti ferebatur, in fenestra sæpius impegit, & velut à muro repulsus est: in ostio quoque aperto invenit parietis soliditatem: tanta denique fatigatione defessus, casu, suprà ubi memoratus Pater sedere solitus erat, descendit. Bartholomæus igitur de piscatione rediens, in limite Oratorii pennulas & ossa reperit: & easdem esse reliquias avis suæ cognoscens vehementer indoluit. Cumque aliquantulum sedisset, elevans oculos suos vidit avicidam suum, recentis adhuc cruoris in rostro signa præferentem & ungulis, dixitque ei: Numquid tu, miser, avem nostram ausu temerario invadere præsumpsisti? & utraque D manu apprehendens, quatenus tanti facinoris culpam jejunio purgaret, biduo inclusit; & die tertia misericordiâ motus abire permisit. In his quatuor trium Patrum opera secutus est. In aspersione aquæ B. Cuthbertum, qui *g* uxorem Comitis aquâ benedictâ pristinæ sanitati restituit: in reditu corvi, eumdem Patrem, qui *h* corvos revertentes ad pœnitentiam suscepit: in morte inobedientis, sanctissimum Domini famulum Benedictum, *i* cujus quia quidam imperium observare contempsit, in interitum carnis & spiritus diabolico furori traditus defecit; in dimissione peccantis nisi, laudabilem eremitam *k* Godricum, qui leporem olera depascentem abire præcepit. Ex quibus colligi potest, quia quorum virtutes habuit, eorum quoque spiritu plenus fuit.

Nisum avem ob aviculam devoratam

f

biduano castigat jejunio.

g

h

i

k

ANNOTATA G. H.

a *Capgravius*, Vir Dei Bartholomæus ab Angelis in cælum ferri vidit. Vidit etiam diabolum *&c.* E

b *Idem addit*, in itinere versus Danelium.

c Edmundum *sive* Eadmundum suscepisse anno 1020 Episcopatum Dunelmensem, *scribit Simeon Dunelmensis de Gestis Regum Anglorum; & miram electionem habet Turgotus lib. 3 de Dunelmensi Ecclesia cap. 6; ubi cap. 9 ait*, Edmundum, cum XXIII annum sui Pontificatus ageret, defunctum esse in Gloucestra; sed à suis corpus ejus Dunelmum perlatum, honorificæ sepulturæ esse traditum.

d Athelredus, *sive* Eadredus *eodem cap. 9 dicitur non recte successisse*; & intraturus ecclesiam subita infirmitate correptus, decidensque in lectum, decimo mense mortuus anno 1042.

e Batus, *cymba*, *scapha*: *hinc* batellus, *cymbula*, *scaphula*. *Ita Brompton ad an.* 1120, Rupta navi dimissus est Wilhelmus filius Henrici Regis in batello, quo bene salvari potuisset, nisi ad ululatum sororis suæ rediens, eam in batello recepisset: batellus enim ille pondere pressus, omnes submersit.

f *Nisus*, *avis rapax instar accipitris.*

g *In Vita S. Cuthberti*, *narrat id Beda num.* F 47.

h *De corvis id legitur in tertia ejusdem Vita ex Mss. lib. 3 num. 5.*

i *Nihil tale legitur in Vita S. Benedicti 21 Martii; nisi forte eo trahas quod narrat S. Gregorius num. 25.*

k *Id in Vita S. Godrici 21 Maji legitur num. 17.*

CAPUT IV.

Farne insula descripta. Inobedientes puniti. Avium habitatio. Visiones & apparitiones S. Cuthberti.

26 HOc mare magnum & spatiosum manibus, illic insulæ quarum non est Isa. 19, 18. numerus. In eo quoque sita est insula Farne, cui merito convenire potest Isaiæ sententia, Civitas solis vocabitur una. Hæc Castrum

A ſtrum namque olim dæmonum, nunc clauſtrum & ſchola Sanctorum; quoddam in terris purgatorium, corporibus animiſque curandis ſalubriter inſtitutum, viros virtutum ſemper habet, imo & facit. Quia, qui in ejus deſertum à ſpiritu ducitur, neceſſe eſt ut à diabolo tentetur, & aut virtutem colat, aut locum virtutis derelinquat. Omnes illic manet exercitium, nullos otium. Plurima ibi rerum egeſtas, quæ ſe marino frigori conſocians, tentationis vires exaggerat. Inſulæ ſitu pæne rotunda ſcopuloſam in ſuperioribus faciem in gramineam extendit planitiem, cujus altera pars fodientibus hordeum, animalibus altera profert pabulum. Macerie dirimitur. Nulla hic inter cives de finibus contentio, neque à carne & ſanguine, ſed à principibus & poteſtatibus tenebrarum harum jugis eſt de regno & rectore colluctatio. Verſus Meridiem duorum milliarium ſpatio ab objecto ſecernitur littore: ab Oriente vero uſque ad Occidentem prærupta rupium altitudine præcingitur, & infinito dehinc Oceano clauditur. Reliquas regionis

Formæ qualis inſula:

B ſuæ plagas pro muro habet, & freto prominet: in quibus ei juges aſſultus, & cum fluctibus invincibilis eſt conflictus. Plerumque aquis ſupereminentibus & ſupereffluentibus tota perfunditur. Ingens tunc habitatoribus pavoris & frigoris importunitas.

& caſa à S. Cuthberto conſtructa: a

27 Ad ejus portum, imo portam, caſa patet humilis & exigua, quæ à primo loci Monarcha Cuthberto dicitur de lapidibus impolitis & vili cæſpite *a* conſtructa. Venientes ipſa excipit, plurima his conſolatio, humanitatis quippe abundat obſequiis, & pietatis opera ac ſtudium adminiſtrat. Quodam autem tempore deficientibus quæ apponerentur, juſſit Bartholomæus vaccam ſuam occidi, & non habentibus eſcam præparari; ſui enim negligens, aliorum ſemper ſollicitus fuit. Nec

cum oratorio,

longe ab ea fons, eorum uſibus accommodus. Deinde per arctam viam & anguſtam portam ad oratorium aſcenditur; quod in quodam ſecreto concavitatis latibulo poſitum, aptum quieti & contemplationi præbet habitaculum. Neque hoc naturæ prudentia, ſed ſui fundatoris Cuthberti primam introrſus

C cædendo rupem induſtria, quatenus dum nihil præter cælum oculis objicitur, in ſuperna quiſque deſideria tota mentis intentione ſublevetur. Ad ejus meridianam plagam requieſcit Dominus Bartholomæus; ubi rupes fontem habet conſpicuum, de imis ejus viſceribus B. Cuthberti precibus olim elicitum. Hæc enim inſula, licet omnibus quæ ad uſus pertinet videatur egere, duorum fontium delicioſam ſuis habitatoribus contulit plenitudinem. Quo cum hauriendi gratiâ piratæ conveniunt, velut à facie ſolis in ficcitate areſcunt; & beneficium, quod largiri ſolent, domeſticis quoque ſubtrahunt.

fons ab eo elicitus:

28 Hujus autem Monarchiæ multæ ſubjacent Inſulæ, *b* quarum alia fœnum, alia focum; alia quæ & proxima eſt, ſepulturam naufragis ſubminiſtrat. In his dæmonum phantaſiæ commorari perhibentur: cum enim ſuam metropolim, debellante eos B. Cuthberto, reliquerunt; ad ſubturbana ejus confinia confugerunt: ubi cum aliquando Fratres poſt laborem quieti ſe exponerent, apparebant ſubi-

b vicinæ inſulæ,

phantaſiæ dæmonum

to quidam cucullati aſcenſores caprarum: nigri, breves illis ſtaturæ, vultus teterrimi & barbæ prolixæ, & eorum equitatus horribilis aſpectus: habebant & lanceas in manibus, quas more militantium vibrantes præferebant, & contra jacentes militiæ ſigna commovebant: quorum ipſi conatus primo Crucis irritabant objectu; deinde cum ab aſſultibus non quieſcerent, quidam pro ſæpe in circuitu ipſorum ſtramina ſignata, id eſt Crucis vexilla, ſabulo infixit: cujus cum orbis munitionem irrumpere cuperent equitantes, perterriti reſiliebant, & palmam victoriæ quieſcentibus relinquebant.

D A. COÆVO EX MS. *ſigno Crucis depulſæ:*

29 Inultum quoque in ea nihil committitur: aut enim protinus in doloribus reum affligit, aut revelatis [culpis] rubore confundit. Qui enim pullos moctarum ſaxis petebat, quia Bartholomæi prohibitionis imperium contempſit, poſt triduum vitæ finem accepit. Alius dum ejuſdem tranſgreſſionis reatum incurreret, in ſuo indice carne & cute uſque ad ſui medietatem conſumptis, ſuæ præſumptionis reliquit indicium. Quidam etiam ibi furabatur cotem, ſed navis quæ furem tenuit, ventis expoſita currere non potuit; nec remittebatur cum pœna peccatum, donec cum rubore reſtitueretur ablatum. Comeſtæ quoque avis reliquiæ, quæ, ne comedentis deprehenderetur crimen, in pelago fuerant projectæ, ejuſdem inſulæ Patri in oſtio oratorii, mirante ipſo Fratre qui deliquerat, & pudore confecto, divinitus ſunt oblatæ. Sed & qui poma furata comedit, quæ ad interrogationem Patris culpam tergere noluit, ea ad ejus veſtigia protinus evomuit, & prodidit vitium cordis vitioſa eructatio oris. Alia quoque his ſimilia celebrari non deſinunt.

inobedientes puniti

E

30 Hanc vero inſulam vetuſta longævitas quaſdam perhibet aves incolere, *c* quarum cum miraculo, & nomen perſeverat & genus. Tempore nidificationis ibi conveniunt, tantæque manſuetudinis gratiam à loci ſanctitate, vel potius ab his qui locum in ſua ſanctificarunt converſatione, mox impetrant, ut humanos contactus & obtutus non abhorreant: quietem amant, & tamen ſtrepitu non deterrentur. Nidi longe ab incolis circumquaque præparantur, ſecus altare quædam aves cubant. Nullus lædere aut ova contingere ſine licentia præſumit. Ex his quando tam ſibi quam ſupervenientibus Fratres apponunt, nullam ipſi de cibo moleſtiam eis faciunt: cum maſculis ſuis in æquore victum quærunt; pulli eorum ſtatim ut creati ſunt matres præcedentes ſubſequuntur; & patrias undas ſemel ingreſſi non revertuntur ad nidos. Matres quoque oblitæ lenitatis quam habuerant, priſtinum ſapiendi ſtatum cum mari recipiunt. Hæc eſt hujus inſulæ præclaræ dignitas prærogativæ; quam ſi veterum ſtudia comperiſſent, laude pulcherrima per orbem diffudiſſent.

c mirè ibidē naſcuntur anates,

F

31 Quodam autem tempore, dum quædam pullos ſuos ipſa præeunte duceret, unus ex eis in rimoſæ rupis barathrum incidit: mater vero ſubſtitit triſtior, & humanæ rationis habitum nemo tunc dubitet induiſſe. Confeſtim enim reverſa, relictis ibi filiis, ad Bartholomæum venit, & oram pallii ſui roſtro trahere cœpit; acſi aperte diceret, Surge

quarum unius pullū in rupīs rimam lap-

&

A & ſequere me, & filium meum mihi redde. A COÆVO EX MS. Qui ille ocius aſſurgit, credens quod ſub ipſo nidum quæreret. Illa vero magis ac magis trahente, animadvertit tandem eam aliquid petere, quod ſignificatione vocis non noverat expedire: erat ſiquidem perita opere, quæ fuerat imperita ſermone. Præcedit igitur illa, illeque ſubſequitur; venienſque ad rupem roſtro locum oſtendit, & Bartholomæum intuita, quo potuit indicio, ut introſpiceret innuit. Qui accedens, videt pullum in rupe pennulis hærentem, deſcendenſque matri reſtituit. Quo illa plurimum delectata, lætiore vultu putabatur gratias agere. Aquas ergo cum filiis ingreditur, & Bartholomæus ſtupore repletus ad oratorium ſuum regreditur. Ita quoque omni tempore Dominus virtutum gratiam in Sanctis ſuis temperat, ut nonnumquam ex minimis rebus amplioris gratiæ titulus accreſcat.

matri reſtituit Sanctus;

32 Veniam denique ad viſiones cæleſtes, quarum ipſe delicioſa jucunditate & ſuavitate ſuccenſus, ad ea quæ ſurſum ſunt quærenda & contemplanda, ſolitari quietis dulcedini cœpit ardentius inhærere; ſedere ſcilicet, tacere, & elevare ſe ſuper ſe. Beatus vero Pater Cuthbertus, non ſolummodo per viſum, verum etiam corporaliter ad conſolationem famuli ſui, ſuam exhibere dignatus eſt præſentiam. Celebratâ namque in ſalutem fidelium Miſſâ, in nocte ſolenni, quodam die Nativitatis Dominicæ, laudibuſque Matutinis in laudem Dei completis; poſt modicum temporis intervallum egreſſus eſt vir Domini Bartholomæus, videre an adhuc dies ille ſacer in auroram albeſceret, quatenus ſecunda celebratio fieri potuiſſet. Et reverſus vidit cereos accenſos, & venerandi vultus Sacerdotem, coram ſancto Altari ſacerdotalibus indutum aſſiſtere. Cumque nullus ad miniſtrandum apparuit, ipſe admiratione & gaudio repletus acceſſit; dictaque alterutrum confeſſione, canebant Officium *d* Lux fulgebit, cum ceteris, in voce jubilationis & lætitiæ. In ipſa quoque lætabundus ſe ſupra vires clamaſſe profeſſus eſt. Peractis autem ſacroſanctis Myſteriis, cerei, nemine [manum] aut extinctorium apponente, extincti ſunt; ipſeque venerabilis Sacerdos ex oculis ejus evanuit: nec auſus eſt eum Bartholomæus interrogare quis eſſet, ſciens ſine dubio quia ſanctus Antiſtes extitiſſet. Cumque hoc aliquando Fratri Willelmo, cujus & ego hoc relatione didici, aperuit, inquiſitus eſt ab eo, utrum inter ſacræ celebrationis obſequia oſculum pacis ei dederit; quod licet confiteri noluerit, dubium non eſt quin id exhibuerit, qui debitum & devotum in ceteris miniſterium impendit.

B *S. Cuthbertus apparens,*

33 Quadam nocte cum in laudem gloriоſæ Matris Domini hymnos matutinos caneret, Frater memoratus feneſtram Orientalem copioſa luce vidit perfundi, eamque huc illucque quadam ludendi ſimilitudine deferri; cœpitque ſecum attonitus [cogitare] quæ eſſet, aut unde intempeſto noctis ſilentio tanta claritas adveniret. Egreſſus vero de præfati luminis oſtenſione, virum Dei inquirit; ſed ille quod verum noverat pandere diſſimulans, quærentis inſtantiam jocoſa verborum interjectione deluſit: nocte vero ſequenti, illis in memoriam B. Cuthberti ſolitam laudem decantantibus, à feneſtra boreali lux immenſa reſplenduit: quæ non tantum ipſos perfudit, verum etiam totum oratorium ſua immenſitate replevit: ſtatimque ſe Bartholomæus in orationem dedit, & ille quoque junior ad orandum genua flexit. Egreſſis demum illis, & de his, quæ ad cæleſtem converſationem pertinent more ſolito conferentibus, memoratus junior, oſtenſæ viſionis Myſterium ſcrutari cupiens, ait: Non ſe fruſtra oculis noſtris ſecundò illa claritas exhibuit. Quo ipſe audito; Divinum, inquit, erat lumen, quod nobis apparuit. Quoties enim beatus Pater Cuthbertus ad hujus loci viſitationem ſe exhibere dignatur, ſuam tanti luminis effuſio præſentiam comitatur. Ex qua re plenius colligendum eſt, ſupernam gloriam ipſum ſæpius conſpexiſſe, & ad ipſius conſolationem Sanctorum præſentiam nonnumquam affuiſſe. Nos quotieſcumque ad opus divinum ſtamus, quorum in laudem Dei memoriam agimus, eos etſi humanis obtutibus complecti nequimus, præſentes ſemper adeſſe credamus. D *fateturque id fieri* *quoties viſitatur à S. Cuthberto.*

34 Sic quoque memorabilis Pater obitum ſuum longe antè præſcivit & prænuntiavit. Viderat enim in viſione quemdam ſibi mirandi decoris & eximiæ claritatis virum aſſiſtere, qui ei in hujus incolatu ſeculi novem annos ſupereſſe revelabat, & heredem loci & meritum & nomen prædicebat. Cœpitque ex eo tempore vigiliis & orationibus, & ceteris ſpiritualis vitæ exercitiis inſtantius incumbere; & animam ad ſuperni Sponſi contemplationem, ne in eâ ruga vetuſtatis aut macula iniquitatis appareret, præparare. Quadam itaque nocte cum vigilaret in oratione, tintinnabulum ſuum nullo pulſante trinæ pulſationis, quaſi trinæ citationis ſignum dedit; quatenus ex hoc agnoſceret, quod vocatio ſua è corpore immineret. E *Prædicit ſuum obitum.*

ANNOTATA G. H.

a *In Vita S. Cuthberti per S. Bedam num.* 20 *additur*: Quem de medio loci fodiendo tulerat.

b *In mappis ſex numerantur.*

c *Capgravius addit*: Quæ aves S. Cuthberti ab incolis appellantur. F

d *Eſt etiamnum Introitus dictæ ſecundæ Miſſæ.*

CAPUT V.

S. Bartholomæi morbus, obitus, ſepultura, miracula.

35 PErcepturus igitur pro labore requiem, incidit in ægritudinem; & quod ex ea longi certaminis conflictum felicem concluderet, ex nunc præſcivit, & ſui corporis reſolutionem jam non in occulto ſed palam Fratribus denuntiavit: ex quo quam plures ex ipſis, hi tamen præcipue qui in Lindisfarnenſi inſula conſtituti ſunt, eum frequentius inviſere ſtatuerunt. Venerunt quoque quidam ex *a* Coldingham Fratres, quos ipſe ſpecialis gratiæ prærogativâ dilexerat; quatenus faciem Patris, quam in hoc ſeculo poſtea viſuri

Æger inviſitur à Lindisfarnenſibus,

a *& Coldinghanenſibus,*

noctu pſallēs Bartholomæus, lumine cæleſti bis illuſtratus; invenitur,

d *Miſſam ſecundam in aurora Nativitatis Chriſti celebrat,*

EX CAPGRAVIO.

viſuri *non erant, aſpicerent* ..... *b* Requirentibus autem Fratribus, ubi ſepulturam corporis ſui eligeret, ait: Corpus meum hic quieſcere deſidero, ubi ſpiritum à ſuo Conditore ſuſcipiendum ſpero, & aliquantulum Domino militavi, & tribulationes multas pro illa, quæ in cælis eſt, conſolatione ſuſtinui. Locus enim iſte ſanctus eſt. Septem hebdomadibus ante obitum ſuum nec comediſſe nec bibiſſe perhibetur. Quintâ ſiquidem feriâ Aſcenſionis Dominicæ illud laudabile jejunium inchoavit, & rurſus quintâ feriâ, ſcilicet in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, migravit ad Dominum.

b

ſpectra quædam apparentia

36 Parum ante tranſitum ejus factus eſt in atrio ſonitus quaſi murium ſaltantium, & ſuper tectum quaſi paſſerum, unguis & roſtris reptantium: ſed & moles quaſi canis immaniſſimi ad tergum cujuſdam Fratris cecidit, & ipſum palleſcere & quaſi deficere præ timore fecit. Servus autem Dei quod fiebat agnoſcens, ait: Quid hic agis miſer & infelix? In vanum laboras; quia nihil in me, quod tuum eſt, invenire debes. Statimque omnis ille ſonitus cum horrore abſceſſit.

B

fide armatus pellit,

37 Omni tempore imbecillitatis ſuæ numquam ſtratum, in quo vel modicum pauſaret, fieri permiſit; ſed ſedens, aut ambulans, aut inſulam circuiens, ab oratione non ceſſavit: cum Fratribus autem colloquium habere vix conſenſit: homines vero videre non dignatus, ad cæleſtia toto corde inhiabat. Tranſactis itaque in vita ſolitaria XLII annis & menſibus VI, ab hac luce ſubtractus eſt: cujus obitus cuidam adoleſcenti, in eccleſia Lindisfarnenſi *c* quieſcenti, innotuit. Adſtitit autem ei quidam venerandi vultûs, dicens; Surge velociter, & dic Priori & Fratribus, quia Bartholomæus à ſeculo migravit. Superveniente autem alio de urbe Bebbe *d*, & de tranſitu Viri Dei referente, ſicut dixerant, ita repertum eſt. Sepulto in oratorio corpore ejus, quemdam ad tumulum ejus febris omnino reliquit: dæmoniaca ſenſum recepit: noxius ſquinantiæ tumor de collo juvenis evanuit, & ille lætus gratias Deo egit.

c

ac moritur.

ANNOTATA C. J.

a Coldingham, *oppidum & monaſterium Scotiæ in provincia Merſiæ & ora ejus maritima. Diſtat à Farnia in Septemtrionem milliaribus Anglicanis circiter* XXIV. *De illo legitur in Vita S. Cuthberti tom.* 3 *Martii pag.* 102 *num.* 17, *ſitum fuiſſe in loco* quem Coludi montem *nuncupant, in eoque diverſatum aliquando prædictum ſanctum Virum, tempore S. Ebbæ ibidem Antiſtitæ, noctu egreſſum* de monaſterio, deſcendiſſe ad mare; cujus ripæ monaſterium idem ſuperpoſitum erat. *Hæc de ſitu ſatis accuratè. Mons nomen ſuum cum oppido, quod ibi paulatim confluente populo excitatum eſt, communicavit; dictumque fuit oppidum* Coludi, Coludinganum & Coldinganum.

b *Quod dici ſolet, inter arma ſilere Muſas, contigit muſeo noſtro, jam toto quadriennio inter bellicos tumultus, qui etiam commercia litterarum & librorum interruperant. Hinc ſtitimus pridem tomi hujus huc uſque perductam impreſſionem. Nunc autem, cum finis bellorum nullus ſit, & non admodum multa ad complendum tomum ſuperſint imprimenda, reſumpturi opus, ut deſiderio multorum, illum tomum requirentium, ſatisfaciamus, non reperimus extremam partem hujus Vitæ, deperditam inter manus typothetarum. Scripſi igitur Ciſtercium, unde acceptum fuerat noſtrum Ms. ut, quod deperditum eſt ſuppleretur. Reſpondente autem humaniſſime ac dolenter R. P Fr. Bernardo Caponio, Vitam illam poſt multam inquiſitionem nunc non reperiri, defectum ſupplemus ex Capgravio, quem, in Comment. prævio num.* 3 *dictum eſt, Vitam illam edidiſſe inter alios Angliæ Sanctos. Inde igitur pauca (eſt enim contractior Vita) quæ ſequuntur, ſumpta eſſe, ſcito Lector.*

c *Abeſt* Lindisfarnia, *aliàs* Inſula ſacra, *vulgo Anglis* Holy Ilant, *ab inſula Farnia milliaribus fere* VI *Anglicanis in Septemtrionem, multorum ſanctitate celeberrima.*

d Bebba, *vulgo* Bambanburg, *urbs in ora littorali Northumbriæ, ferme è regione Farniæ, nec longe inde diſtans.*

C

DE BEATO JOANNE OPILIONE

F

MONCIACI PETROSI IN ARTESIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Beati patria, ætas, ſepultura, elevatio, cultus. Vita à quo & quando conſcripta.

C. J.

SECULO XV.

Triplex Monciacum in Arteſia;

Riplex invenire eſt Monciacum *in Arteſia & agro Atrebatenſi; alterum*, S. Mariæ *ſeu* Dominæ noſtræ, *vulgo* Monchy nôtre Dame, *diſjunctum Atrebato ad tria milliaria Belgica verſus Occaſum ſolis æſtivum. Alterum*, In ſilva *dictum*, Monchy au bois; *tantumdem Atrebato diſſitum verſus Meridiem. Tertium* Petroſum, *incolis accoliſque* Monchy Pierreux, *& icommunius* Monchy Preux. *Diſtat indidem in Orientem ſeſqui milliari aut paulo plus. De hoc* Monciaco *nobis hic ſermo eſt De origine nominis & ſitu loci hæc notat*

Petroſi ſitus & origo nominis

vir eruditus Ferreolus Locrius in Chronico Belgico, *quod potius* Atrebatenſe *aut* Arteſiæ *inſcribendum fuiſſet, anno* MDCXVI *in lucem dato, pag.* 569. Pago nomen dedit Genius loci & ſitus. Eminet hinc mons: ſaxa ſeu petras gignit; & hinc Petroſus; Gallica voce Moncy preux, quaſi Mont icy pierreux. Alijs alluſio hæc placet, quod abs vico, cui Reux nomen, juxtim adſito (undè Monchy pres Reux, contracte Monchypreux) nomenclaturam acceperit. *Loci dynaſtiam ſibi vendicare celeberrimum Monaſterium Haſnonienſe, ad Scarpæ fluminis ripam ſitum, idem ſcribit. Atque hinc fortaſſe Aſcetis*

AUCTORE C. J. *ejus præ ceteris curâ fuit conscribendi Vitam* Joannis, *de qua postea.* Vicus *ille, inquit Rayssius in Auctario ad Molani Natales*, Super montem positus, ex mœnibus urbis nostræ Duacensis, juxta portam Atrebatensem, conspicitur: *in cujus templo* (*ita initio dixerat*) B. Joannis Opilionis sacra ossa in capsa super aram ejusdem Sancti piè & honorificè asservantur, quæ sæpiùs venerati sumus. Juxta ejus aram pulcrum spectatur mausoleum, ex geminis marmorei operis cenotaphijs, *de quo mox etiam plura ex Locrio, undè ipse hausit.*

Auctores qui Joannis meminerunt.

2 *Mentionem Beati Viri faciunt Guilielmus Gazet, in Historia Ecclesiastica Belgij; Aubertus Miræus, in Fastis Belgicis & Burgundicis; Arnoldus Rayssius prænominatus, in Hierogazophylacio Belgico; Balduinus Willot Societatis Iesu, in Epitome Hagiologij Belgici, qui ad diem* XXIV *Iunij* (*cui etiam à prædictis ejus solennitas adnotatur*) *sic scribit:* Monciaci Petrosi honoratur corpus B. Ioannis Opilionis. *Auctor Vitæ est Monachus Hasnoniensis, quam, ut ipse monet ad autographi sui calcem, composuit Anno* MD. *Ætatem Beati aut tempus mortis nusquam indicat: scribit tamen, adstitisse morienti, & multa de illo, cujus Confessiones sæpè audierat, laudabiliter dixisse ad populum circumstantem,* Episcopum Atrebatensem, Petrum *nomine. Verùm quis ille* Petrus *Episcopus, inter septem ejusdem nominis, qui Ecclesiam Atrebatensem ante annum* MD *rexisse leguntur? Omnino fuerit aut Petrus Masoërius, qui ab anno* MCCCLXXIV *ad annum* LXXXXII, *aut Petrus Ranchicurius, qui à* MCCCCLXIII *ad* LXXXXVIIII, *præsederunt. Horum primum Beato contemporaneum fuisse, censet Locrius hoc discursu, quem quia continet etiam nonnulla, alibi non memorata, totum adscribo.*

Ejus ætas non satis certa.

B

3 Damnum, *inquit, est, Auctorem Vitæ,* qua temporis tempestate Joannes floruerit, effugisse aut nesciisse. Id tantùm reliquit conjecturæ, quod morienti Petrus Atrebatium Episcopus affuerit, Sacra administrarit, ab fato elogium dixerit. Quis verò ille Petrus? Etenim ejus Sedis octavum (*sextum dicere voluerit, ut infra*) censeo hoc nomine. Si tamen, ut est, hîc conjectandum: putem Petrum Masoërium, tali nomine sextum (*ut verè fuit*) designari, cujus obitus incidit in annum MCCCLXXXXI Et huc ducor, quod dicto seculari Anno MD senes nonnulli supererant, quibus Joannis memoria: atque ædiculam, agellum, nucem arborem prodigiosam, in montis ad Austrum declivi, juxta publicam viam, digito monstrabant, & varia interpretabantur, quæ viderant. Nucem Joannes ipse plantarat; & de illa ita est in fama, & supersunt hodieque oculati testes; recurrente annuo Baptistæ Dominici natali die, cum in profesto tota nuda esset foliis, omnique ornatu careret, subsequente illo & foliis & fructu instructa atque ornata in oculis omnium comparebat: concurrebant [peregrini] & decerpebant ad Beati memoriam: cumque agellus præ affluentium multitudine sæpe iis accessibus suffocaretur; hinc, nescio quo fato malo, causa eam radicitus excidendi nata. Quæ si vera, certè fatendum est Masoërium Joanni coætaneum fuisse. Nullus namque alius Petrus (si Ranchicurium, qui anno MCCCCXC recessit è vivis, eximas) in Episcoporum serie occurrit, nisi in altiora longè tempora conscenderis.

An floruerit seculo 14?

C

4 *Ita Locrius: cui quidem ego in eo, quod præcipuè monstrandum sumit, Masoërium* Joanni *morienti adfuisse, non ausim assentiri; etiamsi poneret,* Joannis *mortem uno tantum alterove anno contigisse ante obitum Masoërii. Hic enim ex Locrii sententia decessit anno* MCCCXCI., *annos omnino centum & novem ante-*

An potius 15?

quam scripta sit Vita Joannis; *in qua non semel auctor* D *meminit; tunc, id est se scribente anno* MD *superfuisse homines qui virum noverant, & miracula operantem ipsi conspexerant. Sic in prima parte, de Miraculis à vivente patratis; legitur num.* 2 *de muliere, quæ anno illo* MD *adhuc vivebat; quod triennium cæca,* ad Virum sanctum adducta, & precibus ejus *illuminata fuerit. Similiter num.* 6 attestantur *eodem anno superstites,* multi fide digni, qui viderunt in conspectu *ejusdem sancti Viri surdos audivisse &c. Hi* multi, *qui viderunt atque etiam in se experti fuerant Miracula Viri sancti adhuc viventis, si ad Episcopatum Masoërii referantur, vixisse debuerint, ut minimum dicam, ad annos* CXX *ætatis suæ, quod credibile non est. Ad hæc, si nucem, à* Joanne *plantatam,* oculati testes *Locrio, anno* MDCXVI *scribenti asseruerunt, se vidisse, ut ipse Locrius narrat; debuit illa ducentorum & amplius annorum ætatem habuisse, quando adhuc vivebat, & fructus ferebat; & tunc, non aruerit senio, sed violenter excisa fuit: quam ætatis longinquitatem, nescio, an quis nucibus attribuerit hactenus.*

Ultimum probabilius esse ostenditur. E

5 *Malim igitur opinari vel ex ipsis, quæ Locrius* profert *pro se argumentis, adstitisse* Joanni *morienti, non Masoërium, sed Ranchicurium, qui ab anno* MCCCCLXIII *Episcopatum suum orsus, potest aliquanto post tempore* Joanni *adstitisse, atque etiam Confessiones ejus audivisse, vel jam Episcopus, vel etiam ante Episcopatum in minori dignitate Sacerdos. Erat enim Atrebas, aut certè in diœcesi natus. Clauserit igitur* Joannes *extremum diem ante annum* MCCCCLXX: *effluxerunt inde anni triginta priusquam Vita ejus conscripta fuit. Quod spatium temporis satis longum est, ad concilianda omnia, quæ de ipso scripta sunt; quæque conciliari facilè non possunt, uti ex dictis patet, si spatium illud ad annos centum ac novem aut decem extendatur. Nec mirum videbitur, post annos* XXX *superfuisse multos, qui* Joannem *viventem noverant: mirum autem foret & vix credibile, superfuisse* multos, *post annos* CIX. *Nux quoque, a Joanne plantata, viruisse ac floruisse potest annos centum, ducentos vix potest.*

Joannis sepultura.

6 *Auctor Vitæ, uti nihil de anno aut die, quo* Joannes *obierit, scriptum reliquit, ita neque de sepultura ejus mentionem facit. De hac cæpimus loqui ex Rayssio, quæ is è Locrio sumpsit: sed hujus ipsius verba potiùs audiamus. Ait Locrius:* Defuncti Joannis corpus, ad Odei seu Chori Ecclesiæ Monciacensis dexteram, penitùs telluri mandatum est, cellâ excipiendo egregiè apparatâ. Desuper regium cernas mausoleum, ex geminis marmorei operis cenotaphiis, quorum alterum quatuor Leones sursum humeris attollentes, à depressiore amovent & distinguunt, duobus velut Cherubim in medio ad utramque faciem comparentibus. Aiunt, id operis fieri curasse quemdam Oudartium, titulo Comitem, sanitatis gratiâ, hinc acceptæ. *Et pergit:* Ceterum prodigiis aliis, quorum non pauca muris cernuntur appicta, vel in hæc tempora magis atque magis crebrescentibus, pignus sacrum educere & levare visum est; thecâ & altari donandum. Datum; & hodie Caput sanctum novâ illâ, adeòque (quis ambigat?) elegantiore. Festum, Augusti vigesimâ nonâ habet, Joanne Baptista gladio Herodiano cadente: & alterum, quod illi maximè præcipuèque celebre est, in ejusdem Præcursoris Domini Natali. Incredibile, quantùm ad Monciacensis Joannis tum populorum *concurrat. Pagus homines* vix capit, *ait Rayssius: additque in Hierogazophylacio, duodecim post editum Locrii Chronicon annu impresso, pag.* 370: In Monchiaci Petrosi vico, prope Atrebatum, videre est capsam super aram,

F

monumentum,

in qua recondita sunt Ossa B. Joannis Opilionis, qui miro modo, herniâ correptis invocatus subvenit: cujus rei fidem zonæ, è regione altaris suspensæ, adstruunt. Ejus Vitam, à quodam Hasnonienſis cœnobii Ascetâ *anno* MD fideliter descriptam, è tenebris & situ in lucem anno elapso, *id est* MDCXXVII, typis vulgavimus.

7. *Hanc Rayssii editionem nos nondum vidimus; sed habuimus pridem, etiam ante editionem illam, ecVita unde graphum autographi in Opere voluminoso Ms. Franciscihic detur, de Bar (uti ipse se nominat loco non uno) Prioris Aquiscintini, viri eruditi & plurimæ lectionis, quod multis annis usque ad initium seculi* XVII *compilavit, atque in tomos* VIII *admodum spissos (singulis partes duas, præter* IV *&* VII, *complexis) atque adeo in volumina* XIV *separata & grandia laboriose digessit. Quo de Opere & Auctore ejus nonnulla etiam notavimus tomo nostro tertio Junii pag.* 910. *& seq. in Commentario prævio de B. Odone num.* 2, *ubi & tomi ejus primi, partis primæ, titulum dedimus legendum. In ejusdem Operis tomo* VI *parte* II, (*in qua monasterium Hasnoniense ad Scarpam fluvium, præter alia, multis illustratur*) *habemus fol.* 173 *Vitam, quam hîc damus, sub hoc titulo*: Incipit Vita B. Joannis de Monchiaco Petroso, quem dicunt pastorem ovium fuisse in prædicto pago *Monchiaco*, ex dominio Hasnonienſi. *Et descriptâ vitâ, apponitur ad calcem*. Invenitur scriptum in libro vitæ prædicti Sancti, in Monchiaco Petroso prope Atrebatum, anno Domini MD.

B 8. *Dies felicis transitus* Joannis *æque ignotus est ac annus, uti etiam fatetur Rayssius. Solennitas tamen & quo die Sanctus colatur. ejus quotannis agitur præcipue ipso festo S. Joannis Baptistæ, die* XXIV *Junii, cui & adscribi ab Hagiologis jam vidimus supra: agitur etiam nonnulla in ejusdem Baptistæ Decollatione,* XXIX *Augusti; non quod alterutro die sciatur obiisse* Joannes *noster; sed quod ex similitudine nominis Joannis Præcursoris, assumpti illi sint: & invaluit major solennitas die* XXIV *Junii, quam* XXIX *Augusti; quia ille, vacanti ab opere servili populo, liberior est ad solennitatem accessus. Finem facio describendo carmen, quod apud Rayssium in Hierogazophylacio pag.* 29, *in laudem* Joannis, *ob vitam pastoritiam cecinit pridem vir clarissimus & in Academia Duacena Historiarum professor regius, Andreas Hojus*:

Tu quoque Monchiacæ, Joannes, incola petræ,
Sanctorum auxisti numerum, è pastoribus unus,
O gratum cælo genus, & propè mentibus æquum
Æthereis! queis innocuæ custodia caulæ
Et, procul urbe, piæ placuerè silentia vitæ.
His unis præclustri offert se luce videndum
Angelus; & silvis properare subinde relictis
Bethlemum jubet, ac divinum agnoscere Verbum,
Et laudes celebrare Dei, atque exposcere pacem.
Tu nos, Sancte, juva & parili da pace fruisci.

9 *Vitam, quæ præter breve elogium, ab Episcopo Petro Joanni datum, sola fere miracula, pauca gesta complectitur; distribuimus in Partes duas, quarum altera, de iisquæ vivens patravit Vir beatus; altera, quæ mortuus.*

C



D

VITA

A Monacho Hasnonienſi anonymo anno MD compoſita.

Ex Codice noſtro Ms.

PARS PRIMA

Miracula per Beatum, dum vivebat, facta.

SCiat tam præſentia modernorum Chriſti fidelium, quam poſteritas futurorum, quondam, in Monchiaco Petroſo, in diœceſi Atrebatenſi poſito, quemdam fuiſſe natum hominem, nomine Joannem, laicum ſiquidem, nihilominus in Chriſto fidelem, in villa prædicta per decurſum temporalis vitæ à juventute ſanctiſſime permanſiſſe; cui teſtimonium habitum eſt per Petrum quondam Atrebatenſem Epiſcopum, qui aſſiſtens Monchiaco, dum Vir ſanctus migaret à ſeculo, teſtificatus eſt coram univerſo ibidem aſſiſtenti populo, ſanctum Virum prædictum honeſtiſſimæ converſationis fuiſſe, & vitam contemplativam ſub laicali doctrina divino monitu feliciter conſervaſſe; dicens, prædictum Joannem de Monchiaco, carnalis concupiſcentiæ contagia neſciendo, labem nivei pudoris, dum viveret, effugiſſe; affirmans etiam nullius Sanctorum Dei vitam, à vitâ beati Confeſſoris Nicolai, ſanctiorem ſive feliciorem, & in Chriſti dilectione veriorem, in ſcripturis aliquibus inveniſſe: Confeſſiones enim prædicti Joannis plures audierat. Hoc autem teſtimonium ſatis probabile, à parte Domini fortius & efficacius approbatur. Dedit enim Dominus claritatem magnam in vita ejus & poſt mortem ſuam, ut cæcos illuminaret. *Morienti adest Petrus Episcopus Atrebatensis, eumque laudat*

2 Contigit enim quadam die, dum vir ſanctus Joannes prædictus corporaliter viveret, quod quidam Burgenſis *a* Atrebatenſis, dum equitaret cum pluribus, Deo volente, propriis obnubilatus eſt oculis. Ille autem exclamavit ad ſocios voce magnâ, dicens, oculos ſuos eſſe prorſus obtenebratos. Deductus autem ad Joannem in Monchiaco Petroſo, ſanctiſſimâ interceſſione ipſius apud Deum receſſit illuminatus oculis. Item mulier quædam, nomine Gilla, vivens adhuc & manens in Mochiaco, in tempore tonitruoſo, apertione cæli, Deo volente, ſubito propriis obtenebrata eſt oculis. Paſſa eſt autem per triennium hujuſmodi cæcitatem. Ipſa autem ad Virum præfatum adducta, precibus Sancti receſſit à Domino illuminata. *a* *Dum vixit, cæcos illuminavit,*

3 Dedit etiam illi Dominus dæmones effugare. Contigit enim illo tempore quemdam nobilem virum, à dæmonio vexatum fuiſſe (cujus nomen propter prolixitatem temporis in patria oblivioni traditur) ac ad ſanctum Virum ſuper quamdam quadrigam adductum; qui precibus ſancti Viri ad patrium locum ſanitate & ſapientiâ [receptâ] remeavit. Multi etiam alii (ſicut teſtantur adhuc viventes fide digni) à dæmonio vexati, facti ſunt in receſſu dæmonum quaſi exanimes in conſpectu ſancti Viri, & bono ſenſu repleti. *dæmones expulit.*

4 Multi etiam alii, quibus calculi morbi naturales urinæ meatus obturaverant, ab infirmitate ſua, interventu ſancti Viri, ſunt penitus liberati, ſicut quidam de Monchiaco, Americus nomi- *Sanavit laborantes calculo,*

A EX MS. ne, & quidam alius, Joannes vocatus: primus duos hujuſmodi calculos, ſecundus unum dignoſcuntur veraciter emiſiſſe.

mutis loquelam donavit,

5 Fecit etiam Dominus interceſſione ipſius mutos loqui, ut quemdam juvenem de villa quadam, quæ dicitur Lanim, Americum nomine, qui à patre ſuo ad ſanctum Virum præfatum adductus, primo locutus eſt cum ipſo, deinde patri ſuo, atque etiam aliis dum viveret conſequenter: qui ſiquidem impotens fuerat loqui anteà, dum vixiſſet. Item mulier quædam, habens os ſuum abuſivè verſus aurem ſitum; loqui ſiquidem impotens, adducta eſt coram ipſo: qui tangens os ejus, ipſum Dei gratiâ in locum proprium revocavit, cujus collocatio dicitur, quaſi lignum fractum, mirabiliter ſtrepuiſſe.

incendium Crucis signo extinxit,

6 Quidam etiam de Monchiaco, Hugo nomine, exiſtens in culmine domus ſuæ, incenſæ ab igne; volens eam ab incendio defendere, non ſibi præcavens, conſequenter ab igne occupatus eſt. Dum autem circumſpiceret ſe vallatum incendio, timuit, ſi in ignem inſiliret, comburi, &, ſi in vicum ſuper terram irrueret, præcipitatione interfici. Exclamans autem voce magna Virum ſanctum Joannem, vicinum ſuum, ejus auxilium humiliter imploravit. Ipſe autem illuc adveniens, facto Crucis ſignaculo, à domo illa, tamquam ibidem numquam combuſtio fuiſſet aliquantula, incendium penitus effugavit. Magiſter etiam Gerardus, de Villa, quæ dicitur Noielle-virorum *b*, ab infirmitate quadam gravi in conſpectu ejus fuit curatus.

b

B

alia multa patravit.

7 Hæc & tanta miracula, & alia quædam etiam dicenda, quæ ſunt pauciſſima reſpectu ceterorum, prolixo temporis elapſu oblivioni datorum, Deus per ſuum famulum Joannem ad ſalutem populi dignatus eſt operari. De iſtis ſiquidem moderni ſpecialiter recolunt. Dignatus eſt Dominus, ſancti viri Joannis de Monchiaco, dum viveret, interceſſione, infirmis, diverſis languoribus detentis, ſanitatis beneficia conceſſiſſe. Sicut enim multi atteſtantur fide digni, qui viderunt, in conſpectu ejus ſurdos audire, mutos loqui, cæcos illuminari, contractos & impotentes erigi, corruptos renodari, calculoſos curari, vexatos à dæmonio ſanari, infirmos infirmitate illa quæ dicitur Lupus *c* (quæ naturaliter inſanabilis eſt) Dei gratiâ curari; & etiam incenſos igne infernali, nec non & infirmos, omnimodis infirmitatibus ægrotantes ſancti Viri precibus à ſuis doloribus feliciter liberari.

c

Peregrinatus ad S. Ægidium

d

C

8 Teſtificantur etiam viventes adhuc fide digni, ſanctum Virum prædictum, ea quæ non audierat, neque viderat, niſi divina inſpirante gratia, præſciviſſe. Contigit enim quadam die, dum Vir ſanctus, pedes exiſtens tunc temporis, ad ſanctum peregrinaretur Ægidium, *d* cum pluribus de Monchiaco exiſtentibus, ſtetit in media via, & dixit, Monchiacum prædariè ſpoliatum eſt: & vôs, ô ſocii! beſtias & univerſa pecora amiſiſtis. Hoc autem dictum fuit in villa, quæ dicitur Marceanis, *e* quæ diſtans quatuordecim ... *f* Monchiaco, juxta rupem Amadulli *g* ſita eſt. Socii inde ſubridentes, quia juvenis erat, & tam villâ elongatus, quam primum abierunt: tamen diem & locum, ubi hæc dixerat, notaverunt. Cum autem ad patrium locum regreſſi ſunt, omnino ſicut à ſancto Juvene audierant, invenerunt. Hæc autem, ſicut dicitur, fuit primordialis experientia habita de ſua feliciſſima ſanctitate.

e

f

g

& ad S. Jacobum,

9 Item contigit poſtea, dum ad ſanctum peregrinaretur Jacobum in Galliciam, cum pluribus ſiquidem de Monchiaco natis; cum ad terminum ſuæ peregrinationis perveniſſet, & jam per octo dies tantùm regreſſus eſſet, ſurgens mane à lecto, ubi de nocte requieverat, dixit; ô Socii! dolendum eſt: nam Monchiacenſes omnes, quodam incendio, hac nocte totum vicum de Lilia *h* comburente, ſunt maxime perturbati. Illi autem diem & horam hujus edicti notantes, cum ad Monchiacum reverſi ſunt, ſicut Vir ſanctus dixerat, invenerunt.

D

procul acta enuntiat.

h

i

Femina, Viro sancto imponens,

punitur cæcitate,

& ab ipso pœnitens viſum recipit.

10 Item quædam femina de villa, quæ vocatur Waencourt *i*, Maria nomine, innupta, prægnans; fingens ſe eſſe ægrotamine inflatam, venit ad ſanctum Virum prædictum, petens, ut ipſam ab inflatione ſua per Dei gratiam liberaret. Ille autem avertens oculos, dixit: Mulier, recede. Nam ſubſannaviſti me: hoc autem ad infortunium tuum feciſti. Recede; ſtatim te ſiquidem finxiſſe coram me, pœnitebit. Illa autem abhinc pudibunde recedens, poſtquam domum perveniret, habuit oculos penitus à lumine ſuffocatos. Poſtmodum autem ipſa pœnitens peccati, reverſa eſt ad ſanctum Virum, ſupplicans ei humiliter, ut pro ipſa Dominum miſericorditer imploraret, ut Dominus viſum ſuum ſibi reſtitui conſentiret. Vir autem ſanctus tangens ejus oculos, reddidit ei Dei gratia, coram pluribus ibidem aſſiſtentibus, claritatem. Hæc aperta miracula ſpecialiter ſumpta, nec non infinita alia communiter accepta (videlicet ægrotantes innumerabiles, in omnimodo ægrotamine laborantes, alacriter vivificari) dignatus eſt Dominus, interceſſione ſancti viri Joannis de Monchiaco, conſervantis florem nivei pudoris, languidis elargiri.

E

ANNOTATA C. J.

a Burgenſis *id eſt* civis, *à Gallico* Bourgeois.

b *Reperio duos in Arteſiæ tabulis geographicis pagos, Noielle dictos prope Lintium. Orientem verſus. Alter inde diſtat dimidiâ, alter ſeſqui leucâ. Neutri additur diſtinctionis nota. Invenio quoque tertium,* Noielle Wion, *qui Atrebato in Occaſum tendenti poſt duarum horarum iter occurrit. Hoc nomen Auctor deſignaverit, deſcriptor vitiaverit.*

c Lupus *morbus, aliis* Strangulator, *Græcis* Λυκοειδὴς (*ut habet Lexicon medicum Bartholomæi Caſtelli, ab Adriano Raveſtenio editum*) *dicitur* Affectus, iis eveniens, qui ſperma diu præter naturam retinuerint, quod veneni naturam induens, in venis & arteriis, dum nequivit eijci, anginoſam generat paſſionem in faucibus, & quamdam quaſi ſuffocationem.

d *Utique ad celebre ejus olim monaſterium in oppido, quod pridem ab ejus nomine,* S. Ægidii *appellatur, in Occitania, verſus oſtia Rhodani, in mediterraneum mare influentis; ubi aliquot ſecula Sanctus ille conditus quievit: aut ad urbem Toloſanam, in qua ſacrum ejus Corpus poſt tranſlationem, Albigenſium hæreticorum tempore factam, honoratur: niſi alius, S. Ægidio ſacer locus, & à peregrinantibus frequentari ſolitus ille tempore, oſtendatur alibi fuiſſe.*

F

e *Textus obſcurus eſt, & obſcurior per omiſſionem ſpatii, quo Marceanis diſtare innuitur à Monciaco, fortaſſe librarii incuriâ factam. Si* Marceanis *Auctori hic eſt vicus cum nobili monaſterio, quod vulgo* Marchiennes, *Latinis* Marchianæ *& monaſterium* Marchianenſe *dicitur, in Flandria ad Scarpam flumen, inter Duacum & Fanum S. Amandi ſitum: diſtat quidem ille locus quatuordecim circiter mille paſſus à Monciaco in ortum æſtivum; ſed ad quem porro*

A *porro S. Ægidium illac peregrinari potuerint Monciacenſes, non invenio; nec nota mihi eſt illo tractu* Rupes Amadulli. *Conſule igitur ſequentem Annotationem* f, *& elige quod vis.*

f *Deſideratur hic ſpatium diſtantiæ quod intercedat à Marceanis, uti & à rupe Amadulli ad Monciacum.* Quatuordecim *habet Auctor Vitæ; ſi tot* mille paſſus *intelligas, pervenies Monciaco ad Marchianenſe monaſterium, juxta Annotationem præcedentem* e: *ſi tot* dierum iter *ad rupem Amadulli, juxta ſequentem* g.

g Rupes Amadulli *ubinam locorum ſit? In Galliis novi* Roque madon, Rog-Amadon Roquemadour, Rog-Amadour; *quæ Latine loquentibus ſunt* Rocca Amatoris, *&* Rupes Amatoris, *à S. Amatore ibi ſepulto. Oppidum eſt in Cadurcis, &* miro peregrinantium confluxu frequentatur, *ut ſcribit Altaſerra in ſua Veteri Aquitania pag.* 40. *Et ipſe* Henricus Rex Anglorum (*teſte Roberto de Monte in ſupplemento ad Chronicon Sigeberti*) perrexit anno MCLXXI cauſa orationis ad Roccam Amatoris (*alibi vocat* Rupem Amatoris) qui locus in Cadurcenſi pago, montaneis & horribili ſolitudine circumdatur.... Corpus B. Amatoris anno MCLXVI integrum *ibi* repertum eſt; & in eccleſia juxta altare poſitum, integrum illud peregrinis oſtendunt: & ibi fiunt miracula multa. *Verterit Auctor noſter* Roquemadon *ſeu* Rog-Amadon, *in* Rupem Amadulli *Alium certe locum non exiſtimo ab ipſo deſignari. Ad hunc igitur, peregrinantes Monciaco Toloſam aut etiam ad S. Ægidii, ex itinere, ut poterant non longo circuitu, deflexerint aut rectà tetenderint, prius ſanctuarium illud veneraturi, quam ultra pergerent. An vero prope Rupem Amatoris ſit vicus Marceanis; aut prope monaſterium Marchianenſe Belgii ſit Rupes Amadulli; accolis utriuſque loci diſpiciendum relinquo. Quod autem dicitur Joannes in* media via *fletiſſe, cum vaticinatus fuit, non neceſſario debet intelligi, dimidium itineris tunc emenſum fuiſſe; ſed fletiſſe in media via, ſeu palam in medio ſociorum.*

h *Debet locus, cujus combuſtio* Monchiacenſes omnes *perturbavit, prope ab ipſis abfuiſſe. Sed nullum invenio in circuitu,* Lilia *appellatum. Abeſt unius horæ ſpatio* Tilloy. *Hunc Vir ſanctus indicatum voluerit; atque Auctor vitæ* Tilia *ſcripſerit; librarius vero corruperit.*

i *Opinor* Walencourt *aut* Walincourt *ſcribi debuiſſe. Diſtat iſtius nominis pagus Atrebato in occaſum tres fere leucas, prope oppidum* Pas.

PARS ALTERA.

Miracula poſt obitum patrata.

11 SUnt autem & alia miracula, poſt deceſſum viri ſancti Joannis de Monchiaco, coram ejus tumba marmorea, à Domino propalata. Contracti enim coram ejus tumba erecti ſunt. Sicut quidam, Ramundus nomine, cum ſcamnis ſe deducens (nam pedibus progredi erat omnino impotens) coram ejus tumba in conſpectu populi erectus eſt, laudans & invocans Deum in Sanctis ejus, & nomen ejus coram populo præ gaudio benedicens. Item quidam alius Atrebatenſis adduci ſe fecit ad Sanctum prædictum, filium ſuum juvenem contractum [eòdem vehens]. Qui Juvenis, contractionem nervorum ſuorum paſſus per ſeptennium, coram tumba Sancti eſt erectus in conſpectu Presbyteri & plurium etiam Laicorum, in templo tunc exiſtentium; & progreſſus propriis pedibus ad altare, in honorem Sancti oblationem Deo obtulit, in Domino gaudendo. Pater autem ejus, filium ſuum erectis pedibus progredi reſpiciens, dicitur, præ nimia lætitia, *& alter* pallore mirabili denigrari.

C *Curantur ante tumbam Beati,*

unus

D

12. Item quidam Atrebatenſis, habens oculos ignei coloris, impotens ſiquidem aliquid perci- *contracti;* pere ex illis; coram tumba Sancti fuit claritate oculorum, Dei gratia, donatus. Item quidam Atrebatenſis ſutor, habens oculorum unum, à *tertius, cæcus;* ſubula caſu perforatum, coram tumba Sancti recuperavit oculi ſui perforati à ſubula ſanitatem. *quartus, oculo per-* Item Duacenſis quidam ſurdus, coram tumba San- *foſſo læſus;* cti, ſuum recuperavit auditum. Item quidam puer, filius cujuſdam de Camapia, Acardus nomine, calculoſus, adductus ad Sanctum prædictum, dum *quintus, ſurdus;* egrederetur in die feſto, coram Dei populo unum emiſit calculum.

13 Item Hugo, manens quondam in Gamapia, *ſextus, calculo labo-* cognominatus de..... duos habuit filios, qui *rans;* ambo corrupti, ambo precibus prædicti Sancti (unus ſcilicet dum Sanctus viveret corporaliter, alter poſt ejus aſſumptionem) ſunt divina gratia cum ſanitate corporis renodati. Item *item ſextus,* quidam de villa nomine Harticourt, corruptus, fuit coram tumba Sancti, divinâ gratiâ renodatus. Item quidam puer Atrebatenſis, hor- *Septimus* ribili nimis corruptione corruptus, adductus fuit in thalamum Davidis Presbyteri de Monchiaco, juxta arcam quamdam, in qua Oſſa San- *& octavus* cti propter benedictionem templi requieſcebant; *contracti.* tunc temporis, ſicut [nunc] eſt, etiam viſitati. E David autem Presbyter quodam Oſſium Sancti tetigit locum ægritudinis infirmi: mox ille, crepitantibus nervis, in conſpectu Davidis Presbyteri, coram Oſſibus Sancti ſanatus eſt: cujus teſtimonium per ipſum David Presbyterum veraciter perhibetur.

14 Item ſciendum eſt, quod ignis de cælo veniens in ſimilitudinem ſcintillæ, viſus eſt quampluries certiſſimè in lampadem, de ſupra tumbam Sancti exi*ſ*tentem, per aëra deſcendere; implens ſiquidem lampadem ſanguineo colore, & illumi- *Ignis, cælo* nans ipſam lampadem pretioſo lumine, quod mul- *demiſſus* tis videntibus priùs erat abſque omnimoda claritate. Hæc omnia miracula, tot & tanta, & etiam ampliora, multipliciter duplicata, dignatus eſt Dominus interceſſione ſancti viri Joannis de Monchiaco, Chriſtiano populo revelare. Quam pluri- *accendit lampadē.* mi etiam cæci, oblivioni temporis prolixitate tra- diti, fuerunt precibus ipſius illuminati; multi etiam muti, loquentes; ſurdi etiam quam plurimi, audientes; contorti, infirmi, ejecti, corrupti innumerabiles, renodati; calculoſi, ardentes, furibundi infiniti, ſunt curati; languidi febribus, & omnimodis aliis infirmi languoribus, ſunt curati. F Simpliciter ſiquidem (adhuc teſtificantur moderni fide digni) Dominus interventu ſancti viri Joannis de Monchiaco Petroſo, dedit ægros omnimodæ ſoſpitati. Benedicatur gratia Salvatoris Domini, qui tantam gratiam dedit Joanni.

ANNOTATA C. J.

a Cum ſcamnis, *Mediæ ætatis hominibus magis placuit diminutivum ejus, non uno modo ſcriptum. Legitur enim* Scamellùm, Scamnellum, Scabellùm, Scannellum, *item* Scamellus; *ſed fere in numero plurali, quia qui illis utuntur ad promovendum corpus ſuum quo volunt, ſingulis manibus ſingula tenent ac humi figunt, quo molem corporis, quod pedum aut etiam*

A *erurum usu destitutum est, librent antrorsum. Sunt namque* Scamna *&* Scamella, *hoc significatu, ut plurimùm fulcra manualia, quasi ansæ, quibus tres minuti stipites, ceu pedes, infernè infixi; quo ipsa firmius per lubrica viarum premant, nec facilè fallant sic gradientes. Unde etiam* Tripediæ *vocantur in Vita S. Walburgis tomo 3 Februarii pag. 526 num. 13, quæ ibidem paulò antè* Scabella *fuerant appellata. Nempe vir quidam ex utero matris* contractus & curvus, *qui* Scabellis *ad promovendum* curvos artus *utebatur, ante feretrum Sanctæ* cœpit palpitando se volutare, & in pavimento reflectere. Cum ecce tripediæ, quibus suâ usus erat in vitâ, divinitus è manibus acsi evulsæ, ante altare projectæ sunt; sicque membris omnibus solidatis atque erectis, stetit & ambulavit, qui prius natibus miserabiliter repens, prioris vitæ cursum laboriosùm impleverat. *Sic &* ... Puer assuetis pronus reptando scamellis, D
Floriacum petijt, sospes & inde redit;
à corpore S. Benedicti, uti legere est tomo 3 Martii pag. 335 num. 37 Et ibidem pag. 325 litt. B, aliquis, cui curvatis genibus, tibiæ coxis adhærebant, natibus reptando ac manibus,... scamellos suos cancellis sanctuarii appendit: *& sufficienter curatus,* non jam scamellos poscens, sed bæculo semet sustentans, ad hospitium abiit. *Plura, si lubet, hujusmodi apud nos alibi invenies; & non raro in Scriptoribus mediæ ætatis occurrunt.*

b Corruptionem *hic non intelligo Herniam, aliis Rupturam: sed, ossa infirmi pueri, male locata, coaluisse. Unde postea, dum sanaretur puer, dicuntur ossa crepitasse. Sic legitur etiam supra num. 5, os seu buccam mulieris è loco suo retortam versus aurem, in curatione miraculosa* quasi lignum fractum mirabiliter strepuisse.

EMBOLISMUS

B *Est qui se voti reum agnoscit certis de causis, ad præmittendum Actis B. Aloysii Gonzagæ, post votum à periclitante in ejus partu matre sanctissimæ Virgini Mariæ conceptum, feliciter in lucem editi, narrationem brevem de nupera inventione, & cœpto celebriter cultu Iconis ejusdem sanctissimæ Virginis, in territorio Montis Politiani in Etruria. Pluribus illam describit P. Joannes Franciscus Vannius Societatis Jesu, multorum quæ acta fuerunt testis oculatus; ex quo hocce compendium in voti prædicti solutionem accipe.* Pius quidam rusticus fortè invenerat, inter purgandum fœnile domini sui Iconem beatissimæ Virginis prædictæ, Jesulum suum ulnis amplex, efformatam veluti opere anaglypto, in cocto lapide sesqui pedali; quam anno MDCXC die XII Junii reposuit inter ramos annosæ quercus, in prædio Collegii Societatis Jesu Montis Politiani, quod vulgò appellatur Poggioprato (quasi Collis-prati) distatque à civitate bis mille passus. Aliquanto post recogitans secum idem rusticus, Iconem situ deformatam esse, voluit ejus loco substituere novam aliam: sed pristinam movere non potuit loco suo, etiam adhibita vi; cum tamen nullo retinaculo alligata staret, uti idem homo, eodem die illuc reversus, observavit ac miratus fuit.

Inventio Iconis Mariana juxta Montem Politianum,

prodigia secuta,

2 Inter primos, qui opem Deiparæ ad Iconem, ejus experti sunt, fuit alius rusticus (nempe cum simplicibus est sermocinatio, non tantum Domini, sed etiam Dominæ nostræ) qui multo tempore plagosis cruribus laborans, commendavit se pientissimæ Matri, coram ejus quam dixi Icone, & proximâ aurorâ se curatum cruribus comperit, ivitque quo vellet, nullo incommodo aut tunc, aut totâ deinceps vitâ. Nobilis quidam, annos LXXX & eò amplius natus, ischiade miserabiliter cruciabatur: contendit magno nisu ad iconem prædictam, ibique oravit pro salute pristina recuperanda: verum inde volens abire, non potuit per se incedere, debuitque aliorum brachiis sublevatus, conduci domum & reponi in lectum. Non tamen propterea destitit fiducia viri implorare opem ejusdem Virginis; nec defuit illa clienti suo, qui postero die omni parte sanus surrexit, & perrexit sanus esse. E

ægri curati

C

3 Hisce & hujusmodi pluribus aliis curationibus motus Collegii Rector, cœpit anno MDCXCVIII mense Junio fabricare ecclesiam parvam, proxime quercum, ubi stabat Icon: qua re magis excitatâ circumjecti populi religione, innumerabilis eò convênit turba Augusto sequenti, festo B. Mariæ in cælos assumptæ, & magnam contulit eleemosynarum vim. Mense Septembri, quia timebatur, ne Curio in cujus parœcia est Collis-prati, raperet imaginem, suamque transferret in ecclesiam, tempori reposita fuit in ecclesia Societatis Jesu Montis Politiani; & paucis interlapsis diebus, nec opinatò, excessit è vivis idem Curio, sine morbo, sine Sacramento. Quamobrem ineunte Octobri reportata fuit Icon eadem ad suam quercum. Interea autem dum ædificabatur sacellum, contigit liberatio duarum energumenarum, cum circumstantiis admodum mirabilibus, quas non est hujus loci narrare: & senex quidam rusticus, è diœcesi Perusina, eó lem veniens, cupidus curari atroci hernia, qua prodibant ac pendebant intestina, cum totum tempus matutinum orando, nequidquam, ut putabat, consumpsisset; in discessu se exauditum esse comperit, & omnino curatum. Propter hæc & alia innumerabilia beneficia, quæ testabantur quotidie afflicti homines se inde auferre; acclerata fuit fabricatio, ac novum sacellum die XXI Novembris anno MDCXCIX apertum est, cum frequentissimi populi concursu. Inde autem & sacra Icon ibidem perstat, & venerantium pietas crescit, & gratiæ curationum multiplicantur, etiam in hominibus longe dissitis; atque adeo Româ & aliis ex locis, magis adhuc remotis, submissa fuerunt pulcherrima anathemata argentea, aliaque dona magni pretii, ad sanctissimam virginem Mariam, de Quercu vocari solitam, Collis-prati.

sacellum ædificatum

& anno 1699 apertum.

F

ADDEN-

A D

ADDENDA
AD DIEM VIGESIMAM PRIMAM JUNII.
DE B. ALOYSIO GONZAGA
JUVENE ANGELICO,
EX MARCHIONE CASTELLIONIS
RELIGIOSO SOCIETATIS JESU, ROMÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. *De Aloysii nomine, patria, neptibus.*

C. J.

ANNO MDXCI. B *Nomen, Aloysius potius,*

ANno ſalutis humanæ MDLXVIII, die IX, Martij, Angelicus noſter juvenis, antè baptizatus, quàm totus in lucem editus; die verò XX Aprilis proximè ſecuti ſolennitate baptiſmi ſuppleta, ob avi paterni memoriam LUDOVICUS appellatus fuit. Itali ſua lingua paſſim LUIGI, & Ceparius in Vita, à ſe primò ſcripta, etiam ALUIGI vocant: ex eoque videntur denuò formaſſe latinum, ALOYSIUS, celeberrimum nunc nomen, non modo cis Alpes, ſed etiam trans, quacumque pervaſit fama ſanctitatis virtutumque ALOYSII (illud enim ei nomen præ LUDOVICI adhæſit) è Societate Jeſu, juvenis integerrimi, moribus ſuaviſſimi, adoleſcentibus imprimis imitandi; qui verè dilectus Deo & hominibus, conſummatus in brevi, utpote ætatis anno quarto & vigeſimo defunctus, explevit tempora multa; multitudine virtutum quam numero annorum rectius metienda. Dixi, adhæſiſſe Beato noſtro nomen ALOYSII, præ LUDOVICI. Id verò putari non debet factum eſſe ex vulgi abuſu, ſed juſtis de cauſis ex judicio doctorum virorum. Primus enim, qui vitam Beati, adhuc tirocinium in Societate obeuntis, conſcripſit, Hieronymus Platus, ſic illam orditur: *Aloyſius Gonzaga patrem habuit Ferdinándum* &c. Idem mox etiam præſtitit Virgilius Ceparius in exordio primæ ſuæ Vitæ MS. jam indicatæ, his verbis: *Aluigi Gonzaga fù figliuolo di Don Ferdinando.* Et in Vita deinde impreſſa conſtanter ſcripſit, LUIGI. Idem Ceparius in Vitam, quam anno MDCXII Franciſcus Sacchinus latinè compoſuit hoc principio, *Ludovicus Gonzaga,* ſuæ cenſuræ Superiorum juſſu commiſſam, nonnulla annotans, oſtendit ſibi improbari primum vocabulum, *Ludovicus*; cenſuitque, mutandum eſſe, & obtinuit, his de cauſis: Quia, inquit, nomina propria ad placitum ſunt, & nomen ALOYSIUS jam impreſſum legitur in Vita aliiſque plurimis libris; atque adeò in Brevi Apoſtolico rogatu Principis Caſtellionenſis, ipſius fratris, tunc apud Pontificem Oratoris Cæſarei; qui tale nomen poni voluit, quia tale reperitur in genea, logiis Domûs Gonzagæ. Et ipſe Beatus noſter, quoad vixit, ſeſe Aloyſium ſcripſit.

quam Ludovicus,

ſcribendũ eſſe, oſtenditur C

ex litterũ Apoſtolicis,

2 Iſthæc, & alia in eamdem Aloyſianam Sacchini Vitam Annotata ſua, conjecit Ceparius neglectim in chartam quandam rejectaneam, ne appoſitâ quidem indicatione ullâ, in quam aut cujus ſcriptoris Vitam annotationes illas fecerit. Hinc & neglecta fuit charta ipſa, tamquam nulli uſui idonea; & mirum eſt tam diu ſuperfuiſſe. Venit illa tandem ad meas manus, neſcio quo ex angulo eruta; cognitâque à me Ceparii ſcripturâ, atque obſervato, agi illic de quadam Aloyſii Vitâ, ab alio quam Cepario ſcripta, omnem movi lapidem, ut in ipſius notitiam venirem. Tandem verò vitam Aloyſii, per Sacchinum manuſcriptam nactus, cum iſtis Annotatis Ceparii diligenter contuli, comperique eò pertinere. Hæc non otioſum putavi monere Lectorem; quia ejuſdem chartæ mentio ac citatio aliquoties recurret infra, atque etiam mox, ubi de patria Beati.

& cenſura Ceparii,

E

Patria Caſtellio Stiverorũ,

3 In finibus Mantuani Ducatus, qua Brixiam, Venetorum urbem, & lacum Benacum, vulgo *Lago di Garda*, reſpicit, Caſtellio eſt, Marchionatus olim, deinde Principatus titulo inſignita, ſolum natale Aloyſii noſtri, cognomento STIVERORUM aut STIVERÆ, ab aliis ſynonymis diſtincta. Plures enim, per Italiam præſertim, Caſtelliones ſunt. Et mox à Caſtellione Stiverorum, in eodem Ducatu Mantuano ultra Mincium flumen occurrit *Caſtellio Mantuana*, quam Ludovicus Gonzaga, ab anno Chriſti Domini MCCCLXX Mantuæ Capitaneus, caſtello munivit, uti ſcribit in Familiis illuſtribus Italiæ Franciſcus Sanſovinus. Remotior eſt, trans Padum in Etruria, Caſtellio alia inter Aretium (unde *Aretina* cognominatur) & Cortonam; fere tam nobilis natalibus Lapi, viri conſultiſſimi, græco ac latino ſermone eloquentis, atque operibus impreſſis clari, quam ſit nobilitata Caſtellio Stiverorum ſanctis natalibus & operibus religioſis Aloyſii Gonzagæ. Plura ejuſdem notionis loca, quæ remotiora ſunt, in regno Neapolitano & alibi, nihil attinet huc adducere.

F

urbs non modica,

civitas appellatur in Pontificio Brevi

4 Natus igitur Aloyſius fuit Caſtellione Stiverorum, quam P. Franciſcus Sacchinus in Vita ejus, à ſe latine conſcripta, cujus modo mentionem feci & pluribus faciam ſuo loco, vocaverat *exiguum oppidum*. At Ceparius, cui Vita iſta recenſenda à Superioribus commiſſa fuit, in locum illum annotavit, Caſtilionem non eſſe oppidum exiguum, ſed grande, atque etiam appellari civitatem, uti civitates Imperiales; habere loco Epiſcopi Abbatem, qui gaudet uſu pedi & mitræ; à ſummo Pontifice in Brevi ſuo vocari *civitatem* Caſtellionis, uti etiam à Cardinalibus, Congregationi Rituum

præ-

AUCTORE C. J.

præpoſitis, in ſuis litteris Remiſſorialibus. Hæc Ceparius. Fui ego Caſtellione, & de amplitudine ejus affirmare poſſum, quod alibi per Italiam civitates Epiſcopales viderim non paucas, illâ minores; & potius grande cum Cepario, quam exiguum oppidum cum Sacchino appellavero. Veni eò, die XVII Auguſti anni MDCLXXXVI, atque in adverſariis meis tunc annotavi; quæ hic operæ pretium fuerit referre,

muris cinctus,

5 Locus eſt Caſtellio Stiverorum muris cinctus, peramplus quidem ſpatio, infrequens tamen domiciliis, quorum ſingula fere, exceptis primariis viis, aliquid horti aut vineæ adjunctum habent. Forum forma quadratum, amplum, & pulcrum. Arx in editiore loco probe munita eſt, atque à ſolis fere militibus inhabitatur in primo ingreſſu. Inde autem altius aſcenditur ad hortum Principis, pro loci capacitate ſatis magnum & ſatis amœnum. Ex illo ſurgit altiſſimus murus, palatium ſuſtentans tamquam ſubſtructio ejus, qui & ex uno latere aliquantum excurrit, formatque aliam arcem, tam arte quam ſitu loci firmiſſimam. E palatio quod ibi eſt hinc tota fere ſubjecta oculis, ſpectatur urbs; inde parvus deſpicitur lacus, radicem montis alluens; nec interjecti colles impediunt, quo minus conſpiciatur eminus lacus Benacus, non maplius ſex paſſuum millibus diſſitus. Sed nihil mihi æque placuit in palatio, quantumvis ſplendido, atque conclave, ubi olim in lucem editus fuit Aloyſius, quod pridem verſum eſt in ſacellum. In illud ingreſſus, ſenſi ex recordatione miraculoſæ nativitatis ejus iſto in loco, perfundi animum teneriore quodam pietatis afflatu; cui & indulſi aliquantùm, poſitis humi genibus; acceſſit vero illi etiam incrementum, ubi in tabulam æræ ſuperpoſitam oculos fixi attentiùs. Exhibebat illa ſtantem Aloyſium ante imaginem beatæ ſemperque Virginis Mariæ, duabus catenulis puellulas duas trahentem ac Virgini quodammodo offerentem, vultu ita ad pietatem compoſito, ut nihil magis.

ſublimi Principis arce munita,

B *ubi cubiculum natale Aloyſii nunc Sacellum.*

Tres ejus neptes

6 Quid myſterii ſubſit oblationi duarum virgunculorum, equidem me latet. Si ternas offerret Aloyſius, dicerem per illas repræſentari tres ejus ex fratre Rudolfo neptes, Cynthiam, Olympiam atque Gridoniam, quæ beati patrui exemplo, principatui ſeculari nuntio remiſſo, munditiem mentis corporisque ejus, ac totum vitæ inſtitutum, quantum quidem pro ſexus ſui conditione potuerunt, æmulatæ, ſeſe Deo ac Virgini Mariæ per votum caſtitatis perpetuæ unanimi conſenſu conſecrarunt in conſtructo ad hoc domicilio ſub moderamine Societatis Jeſu; in quo & inſigniter profecerunt omni virtutum genere, & plures præcipuæ nobilitatis virgines ſibi ſocias aſciverunt, & poſt ſe alias atque alias, ſanctitatis odorem ſpirantes, in hunc uſquè diem reliquerunt. Ipſæ autem, quas dixi, tres ſorores ac fundatrices Collegii illuſtrium Virginum Jeſu (ita vocant domicilium ſuum, etiam in hoc morem Societatis, domicilia ſua, exceptis Domibus Profeſſorum, Collegia appellantis, æmulatæ) illud ſupra beatum patruum ſuum divinitus videntur obtinuiſſe donum, tamquam integritatis ſuæ ſanctitatiſque teſtimonium; quod corpora omnium trium multis poſt obitum annis refoſſa, reperta fuerint integra, tantâ cum admiratione & populi concurſu, ut publice in templo exponi omnium conſpectui aliquamdiu debuerint. Poſt hæc vero ſingula ſuis in ſarcophagis, quamvis jam cariem paſſis ac fatiſcentibus, repoſita, atque in interſacellio, ſive in ſpatio quod inter duo ſacella me-

C *inſtituunt Collegium Virginum Jeſu,*

poſt mortē incorruptæ

dium eſt, undique murus clauſum, condita fuerunt; ut mihi coràm in loco monſtravit ac narravit R. P. Joſephus Gorzonus, qui cum ibidem agebat Rectorem Collegii, ipſa corpora vidit, prædictoque loco includenda curavit. Illud quoque addebat notatu dignum, veſtem laneam, in qua tres Virgines illæ fuerant ſepultæ, tineis ac ſitu omnino corroſam & diſſolutam fuiſſe, nulla læſione corporibus illatâ. D

7 Si, inquam (ut redeam unde digreſſus ſum) ternas in tabula altaris Virgunculas offerret Aloyſius B. Mariæ; interpretarer id utique de tribus jam dictis neptibus ejus. Nunc autem quid dicam? niſi forte quod duas tantum expreſſerit tabulæ auctor, quia duæ talem vocationem ſuam B. Aloyſio præcipue tribuerint. Sane enim duæ majores natu, uti ſub idem tempus, diverſis in locis, inter legendum, Vitam beati Juvenis recens impreſſam interna vocatione ad ejus imitationem excitatæ fuerunt, & mox collatis conſiliis in idem inſtitutum conſenſerunt; ita nihil pronius eſt cogitare, quam quod talem vocationem poſt Deum eidem Beato tota vita ſua cum gratitudine animi debere voluerint; quod non tam certo potuerit facere natu minima, utpote quæ ſeculi pompis magis dedita, ſuadentibus ac perpetim orantibus pro illa Sororibus, vix tandem animum, à vanitate mundi abſtractum, appulit ad eumdem, vere ſanctum, vivendi modum. E

§ II. *Aloyſii majores aliquot ac nepotes.*

Duces Mantuæ & Marchiones Caſtellionis

8 Non eſt mihi animus annoſam juxta ac ranoſam genealogiæ Gonzaghiorum arborem ornare. Quis enim id pro merito poſſit? unum dumtaxat è trunco ramum mihi liceat ſumere familiæ Caſtellionenſis, quam illuſtrare hic oportet, ut aptius illuſtrentur Acta Aloyſii, quæ daturi ſumus. Scribit Hieronymus Platus in Vocatione Aloyſiana (& res notiſſima eſt) Ferdinandum Gonzagam, Marchionem Caſtellionis, Aloyſii patrem, ſanguine junctum fuiſſe ſereniſſimo Mantuæ Duci; qui, dum iſta ſcribebat Platus, fuit Guilielmus, Dux III, anno MDLXXXVII mortuus. Explicaturus vero propiùs conſanguinitatis gradum, addit idem Auctor, *utriuſque*, Guilielmi nempe Duci & Ferdinandi Marchionis, *avos, fratres germanos fuiſſe*. Ex quo ſequitur, eumdem Duci & Marchioni fuiſſe proavum, quod à vero abeſt. Non miror, accuratiſſimum alioquin ſcriptorem, id quod res eſt, hic non omnino attigiſſe. Quippe qui in Aloyſii geſta præcipue intendebat, & quæ ſcripſit, ex ipſius ore & confeſſione pleraque excepit: Aloyſius vero, qui nulla re animum ſuum minus occupari patiebatur, quam cogitatione nobilitatis ſuæ, ſiquid forte de avis proaviſque ſuggerens, præſertim in linea Mantuana, erraverit; mirum videri non debet. Magis miror, Cepariun in Vita impreſſa idem, licet alio loquendi modo etiam ipſum docere; inquientem prædictos Guilielmum & Ferdinandum inter ſe *tertio contigiſſe gradu*; ex quo conſequitur, ambos habuiſſe eumdem proavum; & hujus filios, fratres germanos, habuiſſe avos; quod dixerat Platus. F

deſcendens

9 Ego horum duorum eâdem ſuper re conſenſum accuſare quidem temere non velim erroris: debeo tamen fateri, alios genealogiæ Mantuanæ ſcriptores, Franciſcum Sanſovinum, Antonium Poſſevinum juniorem, Nicolaum Rittershuſium, Lucam Lindanum, aliquantùm ab illis diverſum opinari, ſtatuentes, Ferdinandum quidem (quod

ab eodem ſtipite Ludovico

&

A & illi faciunt) recedere à communi stipite gradu tertio; at Guilielmum recedere gradu quarto. Communem stipitem utrique admittunt *Ludovicum*, Marchionem Mantuæ secundum, cognomento *Turcam*; non sic dictum, uti vulgus rerum ignarus credit, teste Possevino in Gonzaga suo pag. 565, *ob sævitiam immanitatemque; cum apud suos & exteros ob morum suavitatem præcipuè commendatus fuerit*; sed quia mater, cum filium, post longum exilium, *castrensem in morem usque ad cutem rasum*, tandem recepisset; *barbarum ritum mirata, ei per jocum Turcæ nomen imposuit; quod tali munditia gens* illa tunc *uteretur* (ut quidem placet Auctori citato scribere) *manstitque Principi indita à matre denominatio.*

cognomento Turca,

10 Meretur Ludovicus, quocumque titulo Turca, inter præcipuos Christianæ religionis Principes annumerari, non minus pietate in Deum & clementia in suos, quam prudentia in bello & fortitudine in hostes: sed aliud agimus. Reliquit ex Barbara, Marchione Brandeburgica, spectatissima femina, præter alios liberos complures, *Fredericum* Marchionem III, Marchionum Mantuæ ac deinde Ducum proseminatorem; *Joannem Franciscum*, qui Bozzoli Principum lineam, nuperrime in atnepote, etiam ipso Joanne Francisco, sine prole mortuo, terminatam, exorsus fuit; atque *Rudolfum*, Marchionem Castellionis, ac deinde Principum sacri Romani Imperii, imo & Castellionis ipsius in Principatum erectæ, propagatorem. Frederico primogenito reliquit pater, anno MCCCCLXXVIII mortuus, Mantuam reliquasque ditiones suas præter sequentes, quas in alios filios distribuit; videlicet, teste Possevino, Vitellianam, Sabionetam, Rivarolum, Bozzolum, San-Martinum, Gozolum, Dosolum, & Insulam, in Joannem Franciscum, fratremque ejus Franciscum Cardinalem, cum jure succedendi inter se: Cannetum vero, Ostianum, Castrum-Goffredi (vulgo Castelgiuffrè) Castellionem Stiverorum, Rotundescum & Solfarinum, in Rudolfum, & alium ejus fratrem Ludovicum, postea Episcopum Mantuæ, cum pari jure succedendi inter se.

ingenio miti.

Hujus posteri ex tribus filiis,

B

Frederico marchione Mantuæ;

11 *Fredericus*, Ludovici primogenitus, Marchio III Mantuæ, diem supremum obiit sexennio post patrem, anno MCCCCLXXXIV, belli gloriâ æque ac majores clarus. Successit ei filius *Franciscus*, Marchio Mantuæ IV, annos non amplius XVIII natus. Præfuit anno MCCCCLXXXXV summus Imperator exercitui Reip. Venetę, cum eoque & aliorum fœderatorum copiis, ad Tarum amnem prope Forum novum, prudentius acriusque quam felicius conflixit cum Carolo VIII Galliarum Rege, ab expeditione Neapolitana in Galliam redeunte; atque anno MDXIX è vivis excessit, relicto, præter alios plures filios, successore ex Isabella Estensi *Frederico*. Hic Mantuæ Dux I ab Imperatore Carolo V creatus, & Montis Ferrati Marchio per uxorem Margaritam factus, nulli suorum gloria militari cessit: eamque non mediocrem consecutus est, quando electus à Leone Papa X Generalis Sanctæ Ecclesiæ, in Parmensi, atque iterum in Mediolanensi ditionibus, Regis Galliarum Duces memorabili clade affecit ac profligavit; vitâ tandem functus anno MDXL. Successerunt ei ex eâdem Margarita, alter post alterum, duo filii *Franciscus* & *Guilielmus*. Primus ducta anno MDXLIX uxore, Catharina Austriaca Ferdinandi Regis filiâ, paulo post improlis obiit, Dux Mantuæ II. Inde Guilielmus,

C

frater ejus, undennis puer, factus Dux III, uxorem accepit anno MDLX Eleonoram Austriacam, & ipsam Ferdinandi prædicti tunc Imperatoris, filiam; atque anno MDLXXIII creatus est ab Imperatore Maximiliano, è Marchione Montisterrati, Dux I ejusdem ditionis.

AUCTORE C. J.

Joanne Francisco, Principe Bozzoli;

12 *Joannis Franciscí* successores ex Antonia, del Balzo dicta, filia ducis Adriæ & sorore Reginæ Neapolis, enumerat Fr. Hippolytus Donesmundus in Historia, quam scripsit atque anno MDCXXV Venetiis impressit, de gestis Illustrissimi Fr. Francisci Gonzagæ Episcopi Mantuani, ex familia ista progniati. Illos huc etiam affero ob memoriam ejusdem Francisci Episcopi; quia is, aliquoties deinde memorandus, consanguinitate Aloysio junctus fuit, ex eodem stipite Ludovico Marchione II descendens; & præcipuus illi post Deum auctor suasorque extitit ingrediendæ Societatis Jesu. Nulli addit Donesmundus emortualem diem; nec aliunde ullum ego rescire certum potui. Imo Eruditissimus Ludovicus Antonius Muratorius, bibliothecæ Serenissimi Ducis Mutinensis Præfectus, eorumdem hoc anno MDCCVI genealogiam, diligenti operâ Marchionis Conradi Gonzagæ sibi, ut ait, comparatam, atque ex ipsa Principum Bozzolensium arbore Genealogica, apud postremum istius lineæ, ante annos pauculos è vivis sublatum Principem inventâ, descriptam, mihi submittens, significat, certam quidem esse genealogiam istam, sed *annos emortuales desiderari.* Joannes igitur Franciscus genuit ex Antonia liberos X, quorum unus, Princeps Pyrrhus, numerosam & ipse prolem reliquit è Camilla Bentivolia. Hujus tertio genitus, nomine *Carolus*, ducta uxore Æmilia Gonzaga Boschetia, suscepit ex ea filios septem & filias tres: quos inter quinto loco natus fuit, Gazoli in ditione paterna, anno MDXLVI *Annibal*; qui post multa cum suis certamina ingressus Religionem Franciscanam, *Francisci* nomen assumpsit, & sancte obiit anno MDCXX.

E

Rudolfo Mir hiane Castellionis

13 *Rudolfus*, lineæ Castellionensis, de qua præcipue nobis agitur, caput, strenuus militum Ductor, Venetis quoque copiis præfuit, ac tandem in supradicto Fœderatorum exercitu ac pugna adversus Galliarum Regem, non tantum magnanimi Ducis, verum etiam imperterriti militis partes explens, glorioso inter pugnandum vulnere accepto in capite, vitam clausit anno MCCCCXCV; relinquens successorem sibi ex Catharina Pica Mirandulana *Ludovicum* filium, Marchionem Castellionis, etiam ipsum bellatorem generosum. Hunc Franciscus Sansovinus, in illustribus Italiæ familiis fol. 359 scribit, vitâ exemptum fuisse anno MDXXI. Torsit me scriptura ista: quia videbam, vel verum esse non posse, quod ibi asseritur; vel Principem Ferdinandum, B. Aloysii nostri parentem, non posse Ludovici istius filium fuisse. Consului igitur amicos per litteras, Eruditissimum Muratorium prædictum, & Patrem nostrum Josephum Gorzonum, Mantuæ commorantem, ac genealogiæ Gonzaghianæ peritum. Responderunt ambo pro sua humanitate; ille quidem, Ludovicum Marchionem, modo laudatum, verè avum B. Aloysii, & patrem Ferdinandi fuisse; annum tamen ejus emortualem hactenus à se, post multam indagationem rescitum non esse; hic verò, nempe Gorzonus, ita rescripsit hoc etiam anno MDCCVI: *Non obiit Ludovicus anno* MDXXI (uti Sansovinus scriptum reliquit) *Ego enim habeo instrumentum authenticum, in quo patet,*

F

AUCTORE C. J. *quod vivebat anno* MDXXXVI ; *& per conjecturas habeo, quod etiam vivebat* MDLX, *aut circiter illud tempus. Dixi per conjecturas: non enim facilè adhuc fuit invenire præcisè annum ejus obitus.* Hæc ſolvunt ſufficienter dubitationem meam, tempuſque præbent, quo connectatur extremum vitæ Ludovici cum vita Ferdinandi filii, quem conſtat anno MDLXVI in Hiſpania Matrimonio junctum eſſe. Reliquit igitur Ludovicus *Ferdinandum* primogenitum ſuum Marchionem Caſtellionis: aliis verò duobus filiis aſſignavit, *Alfonſo* quidem Caſtrum Giuffredi, *Horatio* autem Solfarinum: è quibus D hic heredem nullum, ille feminam tantum unam poſt ſe reliquerunt; atque adeo relicturi erant ditiones ſuas, ſuo è fratre Ferdinando nepoti primogenito, Aloyſio.

14 Sed ut facilior ſit intellectu propinquitas ſanguinis B. Aloyſii cum prædictis familiis, ex uſu erit ſingularum ſucceſſiones, à communi ſtipite hic ordine triplici deducere, appoſitis uxoribus & emortualibus annis; ubi de iis conſtare nobis viſum fuerit. Sit itaque

STIPES COMMUNIS

LUDOVICUS TURCA

Marchio Mantuæ II, † 1478. Hujus ex Barbara Brandeburgica

FILII

JOANNES FRANCISCUS Princeps Bozzoli, †.... Ex Antonia, Pyrrhi Ducis Adriæ filia	FREDERICUS Marchio Mantuæ III, † 1484. Ex Margar. Bavara	RUDOLFUS Marchio Caſtellionis, † 1495. Ex Cathar. Mirandulana
B		E

NEPOTES

PYRRHUS Gazoli Dominus, †.... Ex Camilla Bentivolia	FRANCISCUS March. Mantuæ IV, † 1519. Ex Iſabella Eſtenſi, Ferrariæ Ducis filia	LUDOVICUS Marchio Caſtellionis, † poſt 1536. Ex Cathar. Anguiſſola

PRONEPOTES

CAROLUS Gazoli Dominus, †.... Ex Æmilia Gonzaga	FREDERICUS Dux Mantuæ I, † 1540. Ex Margarita Palæologa, March. Montisf. herede	FERDINANDUS Princeps Caſtellionis, † 1586. Ex Martha Tana Santenia
C		F

ABNEPOTES

FRANCISCUS Ex Religioſo Ord. Min. Epiſcopus Mantuanus, † 1620.	GUILIELMUS Mortuo fratre Franciſco Dux Mantuæ III & Montis-Ferrati I, † 1587.	B. ALOYSIUS Ex principe Caſtellionis, Religioſus Societatis Jeſu, † 1591.

Geſtæ aliquot familiæ B. Aloyſii,

15 Hinc inclareſcunt, non tantum progenitores Aloyſii in recta linea, ſed & propinquitas aliorum, ex Ludovico Turca deſcendentium; patetque Beatum noſtrum, Guilielmum Ducem Mantuæ III, & Fr. Franciſcum Mantuæ Epiſcopum, gradu quarto inter ſe contingere, quemadmodum gradu quarto omnes à communi ſtipite diſtant. Nunc patrem ejus Principem Ferdinandum propius conſideremus, mox fratres, eorumque propaginem proſecuturi. R. P. Gorzonus ſupra laudatus, pridem Rector Collegii noſtri Caſtellionis, Præfectuſque in rebus ſpiritualibus Collegio Virginum Jeſu; varia me docuit olim, ad familiam Gonzaghiorum Caſtellionenſium ſpectantia, præſertim de Ferdinando patre, Rudolfo & Franciſco fratribus, nec non Cynthia, Olympia & Gridonia neptibus B. Aloyſii. Ea hic in fide Auctoris compendio accipe, ex Italico latine verſa.

16

A 16 FERDINANDUS, pater B. Aloysii, excelluit magnâ virtute & scientia litterarum. Biennio operam dedit famulatui Philippi II, Magni Hispaniarum Regis, à quo & donatus fuit cruce Ordinis Alcantaræ, & honoratus dignitate Cubicularii sui magni. Dum ibidem in aula versatur, matrimonium iniit cum Martha Tana, lectissimâ feminâ, è gynæceo Reginæ, eique præ ceteris carâ. Inter primos præcipuosque Nobiles trajecit in Africam, ad ferendum suppetias urbi Orano laboranti; & contra Mauros belligeravit, quoad debellati fuerunt. Creatus à Rege militum Tribunus, transmisit mare cum Serenissimo Joanne Austriaco, Tunetum expugnaturo. Præfuit militiæ Regiæ in Ducatu Mediolanensi; & Magister Legionarius tria millia duxit Italici peditatus. Rexit pro Duce Mantuano ditionem ejus Montis-Ferrati. In Hispania tuitus quoque fuit Perpinianum contra vires atque impetus Gallorum. Ad hæc, comitatus Imperatricem Mariam, Maximiliani viduam, Philippi Regis sororem & Caroli V filiam; ipsam ex Italia in Hispaniam duxit; & inde reduxit in Germaniam Serenissimos Austriæ Archiduces, Rudolfum atque Ernestum, filios ejus; à quorum patre Augustissimo etiam B Principis Sacri Rom. Imperii dignitatem accepit. Neque minor fuit viri pietas, quam rebus civilibus bellicisque prudentia & fortitudo. Sub ipso Principe inventa fuit imago, miraculis clara, B. Mariæ Virginis de Nuce dicta. Accessionem addidit Conventui, cui nomen S. Mariæ Lauretanæ, per patrem ejus Ludovicum à fundamentis excitato. Introduxit quoque Castellionem Religiosos, S. Mariæ Dei genitricis Servos: atque post hæc, & alia plura quæ præstitit, præclara opera, tandem pie mortuus est Mediolani anno MDLXXXVI die XIII Februarii, tertio, post quam dimiserat Aloysium mense, multorum liberorum utriusque sexus parens.

Ferdinandi patris in aula Regis Hisp.

& alibi,

Rudolfi fratris,

17 Hos inter primogenitus fuit ALOYSIUS noster; alter, RUDOLFUS; tertius, CAROLUS; quarta, ISABELLA; quintus, FRANCISCUS; sextus, FERDINANDUS; septimus, CHRISTIERNUS; octavus, DIDACUS. Aloysius Societatis Jesu Religionem amplexus; & Carolus, Isabella, Ferdinandus, atque Didacus, ante tempus mortui, nullum reliquerunt heredem. Rudolfus ex cessione Aloysii obtinuit Principatum patre mortuo; vir gravitate morum ac maturo vultu conspicuus, equestribus exercitiis ac ludis C mirum in modum delectatus: sed non diu id ei licuit. Probatus quippe à Deo adversis rebus, multis ac variis, occubuit Castelgiufredi in prima ætate virili, relictâ uxore Helena Alipranda, fecundis deinde nuptiis Marchioni Claudio Gonzagæ junctâ; & filiabus quatuor, Cynthia, Helena, Olympia, & Gridonia; quarum secundæ non longa lucis usura obtigit: tres reliquæ, postquam adoleverunt, non minus exemplis suis, quam patrimonio fundavere Collegium illustrium Virginum Jesu Castellione, votum castitatis perpetuæ ibidem Deo professæ. Franciscus atque Christiernus soli, suscepta prole mascula, perpetuitati familiæ consuluerunt.

& Francisci alterius fratris,

18 Et FRANCISCO quidem, cujus præclara facta historiam implere amplam possunt, hoc elogium concinno, ex Gorzoni præcipue & aliorum litteris. Natus anno MDLXXVII, missus fuit in Germaniam puer; ibique in aula Archiducis Ferdinandi, fratris Maximiliani II Imperatoris, adolevit, jam inde commonstrans, prudenti modestia & gravitate morum quantus aliquando foret. Adlectus mox inter ephebos Rudolfi Cæsaris, pares annis ac honoribus progressus fecit. Nondum attigerat vigesimum annum, cum admissus fuit ad consultationes secretas de rebus politicis & publice agendis, promptus consilio, & sermone disertus. Anno ætatis XXI, cum titulo Legati Cæsarei, in Belgium profectus est ad Serenissimum Archiducem Albertum: & post quadriennium, ad Clementem Papam VIII Legatus extraordinarius, petiturus ab illo subsidia adversum Turcas. Cum inde reverterat in Germaniam, nominavit ipsum Imperator Cubicularium & Consiliarium suum secretum. Anno ætatis XXVI denuo petiit Romam, Legatus ejusdem Cæsaris ordinarius, sub finem Pontificatus Clementis, mansitque apud successores ejus Leonem XI & Paulum V, à quo obtinuit fratri suo titulum Beati; atque inter alia, quæ ibi commorans operatus est opera grandia, multum contulit studii ad conciliandam pacem inter summum Pontificem & Remp. Venetam, sublato interdicto, quo hæc ligabatur: quod & felicem perduxit ad finem. Neque ita tamen successerunt ei omnia prospere, quin & adversa intervenerint plurima: sed quæ dixeris, spectato exitu, immissa fuisse, ut virtus ejus altius extolleretur & gloria major foret, omni- E um, uti fuit, victori.

AUCTORE C. J.

qui Cæsaris Legatus Romæ fuit.

19 Multa summi momenti negotia tractavit idem Princeps Franciscus, pro Rege Catholico Philippo III, quem & conciliavit cum Imperatore Rudolfo prædicto; qui noluerat, certè distulerat, Philippum inducere in possessionem clientelaris Ducatus Mediolanensis. Dum eiusdem Imperatoris Legatus degebat in Hispania, creavit ipsum Rex perpetuum Hispaniæ Magnatem, & propriâ manu appendit ei aureum Vellus, eodem die quo illud circumdedit collo Serenissimi filii sui Hispaniarum Infantis, postea Regis Philippi IV. Nec minor fuit liberalitas Cæsaris in compensando merita Ministri sui. Creavit quippe ipsum, Principem Castellionis, & Castellionem ipsam constituit civitatem Imperialem: adjecit Principi facultatem creandi in perpetuum Comites, Equites, Doctores, Notarios; idque cum postestate regia, nec secus quam si creati essent ab ipso Imperatore. Declaravit eumdem præterea, etiam in perpetuum, regni Bohemiæ Baronem liberum, quæ dignitas ibi æstimatur inter præcipuas, & plurimis gaudet prærogativis.

& ab eo Princeps Castellionis creatus,

20 Quid de pietate Principis & sanctimonia F vitæ dicam? Religiosos viros & litteratos mirum quantum amabat ac venerabatur. Fundavit Castellione monasterium Patribus Cappucinis: ædificavit Collegia duo, alterum illustribus Virginibus Jesu, alterum Societatis Jesu Patribus; quos primus ipse Castellionem induxit, & continenter usque ad mortem suam uti filios fovit. Erexit ibidem anno MDCVI consentiente Paulo V Papa, ecclesiam parochialem SS. Nazarii & Celsi in insignem Collegiatam cum Abbate mitrato, cui fas est Pontificalia obire ministeria in ecclesiis quibusvis Castellione, Medolæ & Solferini; fundavitque simul Archipræbendam & duos Canonicatus, aliis alios fundantibus: aliaque pluta publicæ pietatis opera fecit: ex quibus facile conjicias qualia fuerint privata ejus exercitia religionis. Diem supremum clausit, XXIII Octobris anno MDCXVI, ætatis suæ XXXIX, Materni: quod oppidum est in littore Benaci, & tractu, qui vulgo *Le Riviera di Saló*, audit; amœnissimum situ, hortorum multitudine & culturâ

multa ibi pia opera fecit;

atque obiit Materni anno 1616.

AUCTORE C. J.

selectarum arborum, florumque varietate, & ædificiorum magnificentia. Inter hæc & Serenissimus Mantuæ Dux palatium habet viro principe dignum; in quo Princeps Franciscus vivere desiit, ac biduo post obitum transmissus fuit Castellionem, ubi post persoluta ei justa solennia, funebremque recitatam orationem in ecclesia collegiata SS. Nazarii ac Celsi, depositus est die IV sequentis Novembris, habitum Cappucinorum indutus, absque pompa, in ecclesia eorumdem Cappucinorum & sacello B. Mariæ de Nuce; prout ipse faciendum mandâverat.

Uxorem habuit Bibianam

21 Habuit parem sibi virtute ac pietate uxorem, quam secum duxit è Germania, lectissimam Matronam, Bibianam Pernsteiniam (ita nomen scribit Bohuslaus Balbinus noster, in sua Nobilitatis Bohemicæ tabula, partis quartæ, signatâ, aa) è *potentissimis Pernsteiniorum*, ut idem habet, *in Moravia & postea etiam in Bohemia Dynastis*, è quibus undecim Bibianæ progenitores rectâ lineâ, cum suis singulos uxoribus nominatim enumerat ab anno Domini MCCCXVIII. Patrem vocat *Wratislaum, Dominum in Prostanna & Litomislio, Equitem aurei Velleris, intimum Consiliarium Cæsaris Maximiliani, summum regni Bohemiæ Cancellarium*; matrem vero, *Mariam Manriqueziam*; avum autem paternum, *Joannem, anno Christi* MDXXXV *mortuum*, quem *certum est*, inquit, aliis dubitantibus, *habuisse uxorem Catharinam Kostkianam, cum qua accepit Litomislium.* Si ex hac progenitus est Wratislaus Bibianæ pater (habuit enim Joannes non hanc tantum uxorem) uti ab ea hereditate accepit ditionem Litomislien-

è familia Kojtkarum,

B

sem; Bibiana nostra & Princeps Franciscus nuptiis suis familias Kostkianam & Gonzaghianam affinitate conjunxerunt; eademque Deus quoque sanctiore nexu copulavit, non tantum inter se,

quæ B. Stanislaum,

sed etiam Societati Jesu, quin & sibi ipsi Deo; per singulos utriusque stirpis surculos, quos unum in pomarium religiosæ Societatis filii sui traduxit, rore cælesti ubertim rigavit, & postquam brevi tempore nobiles dignosque cælo tulerant fructus, sibi æternùm conjunxit.

22 Sunt illi, adolescentes duo, Stanislaus Kostka & Aloysius, de quo hic, Gonzaga, multiplici similitudine quodammodo unus. Ambo namque ab infantia amore virginitatis & verecundia singulari eluxerunt, uti illustribus exemplis ostendam in Annotatis ad caput I Vitæ Aloysianæ. Ambo innocentia vitæ pari ad mortem usque perseverarunt. Ad eamdem ambo, post multam cum suis luctam victores, confugerunt Religionem;

uti Gonzagiana B. Aloysium,

C

ambo ad illam modo sensibili à Regina Angelorum vocati; ambo è longinquis regionibus Romæ tirocinium ingressi, eodem ætatis suæ anno XVIII; ambo nobilissimi sanguine, & paribus fere virtutibus illustrissimi; ambo deliciæ omnium quibuscum in Religione vixerunt; ambo mortui Romæ in flore iuventutis, servatis (ut Confessarii testatum reliquerunt) virginitate illibata & innocentia baptismali; ambo, præter consuetudinem Societatis nostræ Romanæ, sepulti in loculo, seorsim à contagione reliquorum cadaverum; ambo Angeli, ut moribus fuerant, ita passim appellati adhuc viventes in terris, & nunc cum Angelis æternùm Deo conjuncti in cælis; ac tales per Sedem Apostolicam attributo Beati titulo, cum

Societati ac cælo dedit.

facultate celebrandi de amoobus Missam & Officium divinum, publice declarati. Quin etiam censeri possunt ambo, unam tantùm vixisse vitam, annorum quadraginta unius continuatâ serie, Stanislaus quippe anno MDL natus, & MDLXVIII mortuus, videri potest revixisse in Aloysio, eodem anno LXVIII vitam auspicato, tamquam in altero se; eamque continuasse in illo usque ad annum mortis ejus MDXCI.

D

23 Redeo ad Principem Franciscum ejusque laudum encomia, quas omni ore perennius loquetur marmorea statua, in ipsa arce ante S. Sebastiani ecclesiam à fidelibus gratisque subditis æternitatis monumentum ei erecta, in basi pariter marmoreâ; cujus quatuor planis lateribus sequentia quatuor elogia insculpta leguntur.

Statua principi Francisco marmorea

I. Franciscus Gonzaga, Sacri Romani Imperi & Castellionis Princeps &c. ob præclaros ac excellentes animi & ingenii virtutes ac dotes, à glorioſissimo Rudolfo II, Romanorum Imperatore, inter magnos Germaniæ Principes, & Majestatis suæ Consiliarios atque Cubicularios assumptus; & pro gravissimis Reipublicæ Christianæ negotiis primum ad Serenissimum Archiducem Albertum, ac Infantem Isabellam, Belgii Principes; nec non summum Pontificem Clementem VIII extraordinarius; postea vero ad eundem Clementem, Leonem XI, ac Paulum V, Pontifices Maximos; & demum ad potentissimum Philippum III Hispaniarum Regem Catholicum (à

E

quo in aurei Velleris Equitum Ordinem, ac Hispanorum pariter magnorum Principum numerum est cooptatus) Orator ordinarius, legatus fuit.

cum his inscriptionibus

II. Franciscus Princeps, una cum Excellentissima Bibiana Pernesteinia religiosissima, prudentissima, benignissima conjuge, summâ prudentiâ, æquitate ac paternâ in subditos benevolentiâ, hujus patriæ gubernacula tenens, eam honorifico Civitatis titulo decoravit; optimis legibus & institutis stabilivit; variis dignitatum gradibus ac privilegiis exornavit; nonnullos cives, Nobiles creavit; Nobiles equestri dignitate cohonestavit; multos Religiosorum virorum Ordines adscivit, eosque propriis bonis magnificè dotavit; nova templa extruxit, & antiqua reparavit in melius.

III. D. Sebastiani, Cohortis Romanæ militiæ fortissimi Principis, ac Jesu Christi militis invictissimi, cui basilica proximè est dicata, precibus, quibus apud Deum O. M. plurimùm pollet, Castellionensis Populus à dira lue, totam fermè Italiam absumente, servatus fuit incolumis, anno salutis (ob id, & Francisci Principis Natalem) eidem populo fortunatissimo, MDLXXVII.

à populo Castell. posita,

IV. D. Sebastiano Martyri nec non Principi Francisco, de hac patria optimè meritis, ejusque salutis, felicitatis, ac dignitatis vigilantissimis custodibus & conservatoribus. Templum hoc, alteri, Divo, est sacratum anno Domini MDLXXVII; alteri verò, aurei tropæi, quod sibi tanti viri splendor vendicat, loco, marmoreum hoc simulacrum, ad memoriam sempiternam, Civitas Castellionensis unanimiter poni curavit anno salutis MDCXVII.

F

gratitudinis ergo.

24 Prodiit ex felici Principum Francisci & Bibianæ conjugio, multiplex quidem, sed non diuturnæ successionis, proles; quam sequens schema posteritati conservabit.

Ejus posteritas.

FRAN-

A

AUCTORE C. J.

FRANCISCUS GONZAGA,

FERDINANDI FILIUS, B. ALOYSII FRATER,

S. R. Imperii & Caſtellionis Princeps,
ex Bibiana Perniteinia

1 POLYXENA Monacha. † 2 MARIA † 3 LUDOVIC. ANTON. † 4 ALOYSIUS ex Laura de Boſco, 5 FERDINAND. ex Olympia Viſconti, 6 ALOYSIA Monacha. 7 MARTHA Monacha. 8 IOANNA nupta, 1 Comiti Martenitz. 2 Comiti Zappatæ.

IOANNA ux. Ducis Doriæ. ALOYSIUS, infans †. BIBIANA, ux. March. Porlezzæ. ALOYSIUS, †. quinquennis ALOYSIA, ux. Franciſci Gonz.

25 Atque hic defecit ſtirps maſcula, è Principe Franciſco prognata. Supererat adhuc anno MDCLXXXVI, quando ego Româ tranſivi Caſtellione in Belgium, octava ejus proles Joanna, bis vidua; quam & vidi & allocutus ibidem fui in domo contigua templo Collegii noſtri, quam ſibi ſpretis ſuorum palatiis elegerat habitationem; quo propius abeſſet à beato patruo ſuo, cujus venerandum cranium, ibidem in eccleſia honorifico loco repoſitum, cuſtoditur; eique, quotieſcumque libêret, ſua vota & preces offerre poſſet, per viam ſecretam è domo ſua templum ingreſſa. Narravit illa mihi tum temporis, & ex ore ejus in pugillares retuli, ſingulare beneficium, quod B. Aloyſio ſuo acceptum referebat; videlicet, quod aliquando per Alpes iter faciens, inde cum rheda, qua vehebatur, in præceps delata, & invocata Beati ope, mirabiliter incolumis ſervata fuerit: qua de re ſuo loco pluribus agemus. Scripſit mihi deinde ſæpe memoratus P. Gorzonus, D. Joannam prædictam diem ſuperemum clauſiſſe anno MDCLXXXVIII, III Julii, ætatis ſuæ LXXVI: ex quo conſequitur, natam fuiſſe anno MDCXII ejuſdem ſeculi, quadriennio ante obitum patris ſui. Laudat in eadem epiſtola Gorzonus propenſum Matronæ animum in Societatem noſtram, & vere maternum; quem, ſine exceptione nationum, in eam perpetuo & ubique beneficum effudit; puta, in Bohemia, Germania, Hungaria, ubi commorata fuit cum marito ſuo Martenitz & illo defuncto, in Hiſpania & Mediolani, ubi habitavit cum altero ſuo marito Zappata; ac tandem poſt hujus quoque obitum, Caſtellione; quo redierat poſtliminio, reliquum vitæ quidem ſuæ, Deo; materni vero affectûs, Societati impenſura.

& ultima natu filia Joanna,

B

bis vidua,

Caſtellione 1688. mortua;

propenſa in Societatem matronа

E

26 Ex neptibus Principis Franciſci in ſchemate expreſſis, ſuperfuerunt adhuc anno MDCXC, Joanna, Aloyſii ex Laura de Boſco filia, Ducis Doriæ vidua: ac duæ filiæ Ferdinandi, Bibiana atque Aloyſia cum matre ſua Olympia. Succeſſerunt Franciſco in Principatu, primùm Aloyſius filius; deinde Ferdinandus item filius: in quo deficiente ſtirpe maſcula, ſucceſſit huic patruelis Carolus, patrui Chriſtierni filius unicus, atque adivit poſſeſſionem Principatûs Caſtellionis & aliorum Dominiorum anno MDCLXXVII; ac progenuit hanc ſeriem liberorum; è quibus hodiedum præeſt ditionibus paternis Princeps Ferdinandus.

Succedit linea Chriſtierni anno 1677.

CAROLUS

Chriſtierni Gonzagæ ex Marcella Malaſpina filius unicus, B. Aloyſii, & Principis Franciſci patruorum ſuorum nepos, ex Iſabella, Comitis Lælii Martinengi filia,

1 ALOYSIA ux. March. Malaſpinæ. 2 FERDINAND. ex Laura Pica, 3 ALOYSIUS Religioſ. Soc. Jeſu. 4 FRANCISC. cœlebs. 5 MARCELLA Collegii Virg. Jeſu. 6 CHRISTIERNUS cœlebs. 7 ELEONORA, Marchioni de Fuentes nupta.

1 ALOYSIUS. 2 CAROLUS. 3 FRANCISCUS. 4 ALMERICUS.

27 Miſit mihi anno ſuperiori MDCCV, Joannes Baptiſta Dianus Mediolano genealogiam poſterorum Principis Caroli prædicti, in qua notatur, tunc adhuc vivere uxorem ejus Iſabellam in ætate grandæva annorum circiter XC, filioſque & filias omnes & nepotes in ſchemate enumeratos, præter Carolum nepotem ejus, ſummæ expectationis juvenem, qui Regi Catholico militans, ducebat peditum cohortem, jam jam Chiliarcha creandus: quando illum mors immatura, non amplius annos XXII natum, abſtulit è vivis anno MDCCIV Menſe Martio, longiore vita digniſſimum.

AUCTORE C. J.

§ III. *Chronologia vitæ Aloysianæ.*

Natus an. 1568, 9 Martii,

28 FErdinandus Gonzaga, Marchio Castellionis, & Martha Tana Santenia, matrimonio, ex novo jure Concilii Tridentini, in Hispania & aula regia Philippi secundi rite conjuncti anno MDLXVI, redierunt aliquanto post in Italiam; & Castellionem, marchionatum suum, ingressi sunt festa luce (quod boni ominis fuerit recens conjugatis) S. Josephi Deiparæ Sponsi, die XIX Martii sequentis anni: ibidemque in lucem editus primo partu est Aloysius noster, anno MDLXVIII, die IX Martii, sub Pontificatu Pii V, & Imperio Maximiliani II, ante baptizatus cœlo, quam plane editus mundo: eodemque anno, die XX Aprilis cæremoniæ baptismales solenni ritu peractæ sunt in ecclesia principe sanctorum Nazarii ac Celsi, susceptoribus Serenissimo Guilielmo Mantuæ Duce (qui vices suas obire jussit Illustrissimum virum Prosperum Gonzagam) & uxore Alfonsi Gonzagæ Marchionis Castelgiufredi, cujus nomen proprium nusquam adhuc legi expressum. Anno Christi MDLXXII aut LXXIII, ætatis fere V, ductus fuit à patre, pro expeditione Tunetana, Regis Catholici nomine, in agro Cremonensi militem scripturo, Casale majus; ubi arma tractare puerulus cœpit, & pulverem tormentarium militibus sublegit, & tormenta per se nullo conscio oneravit, & satis cum periculo suo explosit. Mansit ibi menses aliquot donec à patre, Tunetum profecturo cum Joanne Austriaco, sub initium æstatis anni MDLXXIII, Castellionem remissus est ad matrem.

ducitur an. 72. Casale majus,

B

77 Florentiam,

29 Anno MDLXXVII, ineunte æstate, ætatis decimo inchoato, ducitur cum fratre Rudolfo ab ipso patre Florentiam; atque ultra biennium, fere menses quinque commoratus ibidem est, votoque virginitatis perpetuæ te Deo & sanctissimæ Virgini ejus matri obstrinxit. Recessit inde Mantuam anno MDLXXIX mense Novembri, jussu patris sui, qui per id temporis à Duce Mantuano creatus fuerat Gubernator Montis Ferrati. Mantuæ circiter semestri peracto, venit Castellionem anno MDLXXX tempore verno, natus jam annos XII; & sequenti Julio eòdem venit S. Carolus Borromæus, Archiepiscopus Mediolanensis, S. R. Ecclesiæ Cardinalis, & Visitator per illas partes Apostolicus; qui maturam Aloysii prudentiam atque eximiam virtutem, solus cum solo agens, edoctus cum esset; ei auctor fuit, ut, quod eatenus non fecerat, sacram Eucharistiam sumeret, atque adeo ipsam ei sua manu per illos dies porrexit. Non multò post, exeunte æstate, Aloysius cum matre fratreque in Montem Ferratum profectus ad patrem, ibi vices Ducis obeuntem, vitæ discrimen adiit in trajectu Ticini fluminis, aut rami cujusdam ejus, bifariam rupto quo vehebatur pilento. Dimidium facilè annum ibi moratus, remeavit cum suis in patriam anno MDLXXXI, jam tredecennis; ibique propemodum periit in lectulo suo, à flammula candelæ correpto & incenso. Ejusdem anni autumno cum parentibus suis in Hispaniam, honoris & officii causa, comitatus est Augustissimam Mariam Austriacam, Imperatorum Romanorum filiam, conjugem, nurum ac matrem. Illic dum in aula regia & studiis philosophicis, biennio circiter versatur, contigit anno MDLXXXIII, festo Deiparæ Virginis in cœlos assumptæ, allapsâ voce clarâ, eum inter orandum moneri, Religionem Societatis Jesu ut ingrediatur,

79 Mantuam,

80 Castellionem,

C

& in Monferratum,

atque in Hispaniam

ubi vocatur ad Societatem,

30 Anno MDLXXXIV mense Julio reductus ex Hispania Castellionem, mox jubetur à patre præcipuos quosque Italiæ Principes salutatum adire; eoque peracto, mittitur Mediolanum negotiorum causa, detineturque ibidem anno fere integro, quem præter negotia sua impendit studiis Physicæ ac Mathematicæ. Anno MDLXXXV mense Julio, Castellionem Mediolano rediturus, substitit tantisper Mantuæ, dum animum spiritualibus S. Patris Ignatii commentationibus excoleret in Collegio Societatis Jesu; quo tempore, eòdem advenit famigerata illa è Japonia legatio, postquam Romæ summum Pontificem, Christi Domini in terris Vicarium adoraverant, eique se suamque gentem submiserant in salutem æternam. Mantuâ sub hæc revertit Castellionem, ubi impetratâ tandem plenâ facultate transeundi ad Societatem, à patre; ac transcribendi ditiones suas in fratrem, ab Imperatore, Mantuam remeavit; præsentibusque patre, matre, Prospero Gonzaga maxime propinquo, aliisque utriusque sexus Principibus quam plurimis, sese spoliavit bonis omnibus, eaque legitime transtulit in fratrem Rudolfum die secundo Novembris. Postridie manè Duci Mantuæ valedixit: vesperi supplex ab utroque parente sibi petiit benedici, ac die IV ejusdem mensis prima luce iter Romam lætus ingreditur, cum nobili ministrorum comitatu, quem ei pater præsto esse mandaverat. Tetendit Lauretum, & cum suæ ibi erga Matrem Virginem indulserat pietati, Romam perrexit; ac die XXV ejusdem Novembris, S. Catharinæ Virgini ac Martyri sacro, deducente Eminentissimo Cardinali Scipione Gonzaga, domum probationis Societatis Jesu, à S. Andrea dictam, in monte Quirinali ingressus est; atque introductus in cubiculum, ubi primam more Societatis Probationem subiret, in hæc verba prorupit: *Hæc requies mea in sæculum sæculi; hic habitabo, quoniam elegi eam.*

D

84 redit in Italiam

moratur Mediolani,

85 redit Castellionem,

& abdicato Mantuæ principatu suo

E

tendit Romam

ad tirocinium.

31 Vitam religiosam magno fervore orsus, intra trimestre accepit nuntium de morte patris, anno MDLXXXVI die XIII Februarii è vivis erepti: atque ipse eodem anno, mense Octobri, invaletudinis causa Neapolim missus, annumque dimidium commoratus; VIII Maij MDLXXXVII inde rediens, in Collegium Romanum concessit, Philosophiam absolvit publiceque defendit, ac XXV Novembris ibidem vota Religiosa emisit, celebrante P. Vincentio Bruno Collegii Rectore, notæ virtutis & eruditionis viro, curriculum Theologiæ jam auspicatus. Anno MDLXXXVIII, mensibus Februario Martioque, primâ tonsurâ & minoribus Clericorum Ordinibus initiatus fuit. MDLXXXIX Septembri mense, proficisci jubetur Castellionem, ad componenda quædam suorum dissidia felici eventu. Inde Mediolanum pergit, & post aliquot studiis theologicis impensos menses, ineunte Majo MDLXXXX revocatus à P. Præposito generali redit Romam: eòdemque redit die XI sequentis Novembris Parisiis, quò cum Cardinali Cajetano profectus fuerat, Robertus Bellarminus, Aloysio annum Theologiæ quartum jam orso, & designatus est Præfectus spiritûs nostrorum in Collegio Romano. Anno MDLXXXXI, grassante per Urbem gravi lue, contraxit Aloysius in nosocomiis publicis, quò eum caritas sua ad solandum & juvandum miseros impulerat, etiam ipse invaletudinem; ac die III Martii decumbere cœpit, pauciscque post diebus, invalescente morbi vi, consuetis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Sacramentis ad ultimum agonem ritè munitus est. Meliuscule tamen

Mittitur 1586 Neapolim,

87 redit Romam,

F

88 initiatur Ord. Min.

89 mittitur Mantuam ac Mediolanum.

90 revocatur Romã,

91, 3 Martii decumbit, æger,

20 aut 21 Junii moritur.

A men ſubinde habuit, produxitque vitam uſque ad diem xx Junii & horam fere tertiam poſt ſolis occaſum, qua ad cælos tranſiit.

Diverſa diei civilis principia,

32 *Hora tertia poſt ſolis occaſum*, morari hic poteſt dubitantem, debeatne illa hora diei xx dicti menſis, an xxi adſcribi. Conſtat imprimis, horam illam, etiam æſtivo ſolititio, cadere ante mediam noctem; atque adeo qui à media nocte diem inchoant, mortem Aloyſii ſine hæſitatione adſcribent diei xx. Sed quid in Italia fiat, aut fieri debeat, diſquirendum venit. Notum eſt, olim apud alias atque alias nationes aliud atque aliud principium diei fuiſſe (loquor de die civili, horas xxiv complexo). Romani enim diem ordiebantur à media nocte, ac terminabant nocte media ſequente; Babylonii computabant ab ortu ſolis ad ſolem denuo exorientem. Umbri figebant principium in meridie, & ibidem poſt horas xxiv ponebant terminum. Athenienſibus dies incipiebat ab occaſu ſolis, & proximo occaſu deſinebat. Quæ quamlibet harum nationum, ad inſtitutum tale ſuum amplectendum & conſuetudinem retinendam, permoverit ratio, noſtrum non eſt perquirere.

B

alia fixa,

33 Illi conſultius feciſſe videri poſſunt, qui fixum aliquod ac ſtabile punctum temporis elegerunt, unde principium diei ſumant, quam qui principium vagum & ſingulis diebus diverſum ſequuntur. Fixum principium habent qui meridie aut media nocte inchoant: vagum, qui ab ortu aut occaſu ſolis, niſi forte habitent ſub ipſo Æquatore: qui enim dextrorſum aut ſiniſtrorſum inde recedunt, quanto recedunt longius alterutrum verſus Polum, tanto magis vagum habent diei principium; id eſt tanto longius abſtat principium unius diei à principio diei præcedentis aut conſequentis, prout videlicet incrementa dierum naturalium, accedente ad nos ſole, & decrementa, ſole recedente, majora ſunt. Diem naturalem intelligo illud ſpatium temporis, quo ſol ſupra Horizontem eſt, reſpectu cujuſvis regionis. Sic Romæ, exempli gratia, die xx Junii, ſupra Horizontem eſt horas xv; Antverpiæ, xvi & ſemis; Holmiæ, xviii atque item ſemis: quæ urbes non tantum non habent idem tempus ortûs & occaſûs ſolis, inter ſe; ſed neque ſingulæ earum idem tempus habent uno & altero die inter ſe conſequentibus. Hinc mobile, incertum, erraticum merito nomines principium diei, quod à mutabili quotidie ortu & occaſu ſolis derivatur. At meridies, & cui poſt horas xii reſpondet nox media, diem naturalem omni tempore anni, omni locorum diverſitate, ubique terrarum, hieme & æſtate, æqualiter dividit; quemadmodum nox media æqualiter dividit noctem, ſive longior illa ſit, uti fit hieme, ſive brevior, ut æſtate.

alia mutabilia.

C

Facta inter occaſum ſolis & mediam noctem

34 Receſſerunt ab antiquorum Romanorum inſtituto jam pridem Urbis Romæ hodierni incolæ; & quem inchoabant diem priſci à puncto fixo noctis mediæ, nunc inchoant à puncto mobili occaſus ſolis, poſt quem incipiunt numerare horas, primam, ſecundam, tertiam, donec perveniatur ad xxiv, quando iterum occumbit ſol. Et ſic obtinet nunc, non tantum Romæ, ſed paſſim per totam Italiam. Interea tamen obſervo, ſiquid contigerit inter occaſum ſolis unius diei & noctem mediam ſequentem, id à ſcriptoribus aliis adſcribi diei priori, ab aliis ſequenti. Exempli

aliqui adſcribunt diei priori,

gratia, mors B. Aloyſii noſtri contigit, auctore Cepario, *inter horas ſecundam ac tertiam noctis*, id eſt poſt ſolis occaſum. Quoto autem die? Videtur hæſitare auctor, & non audere certum exprimere; inquiens, obiiſſe nocte, *inter diem* xx *&* xxi *Junii intercedente.* Bibliotheca Societatis Jeſu, à Petro Ribadineira primùm impreſſa, deinde à Philippo Alegambe aucta & Romæ approbata, mortem ejuſdem B. Aloyſii collocat die xx Junii. At in nova ejuſdem Bibliothecæ editione, curatâ anno MDCLXXVI, editor Nathanaël Sotuellus mutavit diem xx, uti eatenus ſcriptum fuerat, in diem xxi. Similiter conſtat, ex Vita apud nos impreſſa tomo 3 Aprilis pag. 242, obiiſſe B. Ægidium, S. Franciſci Aſſiſiatis ſocium, die xxii Aprilis *in nocte S. Georgii*, videlicet poſt occaſum ſolis dicti diei; quo & celebrat eum Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. Verum Arturus in Martyrologio Franciſcano, & Jacobillus in Sanctis Umbriæ, colunt eum die xxiii ejuſdem menſis, quo etiam nos citatam ejus Vitam dedimus. Simile obtinet in S. Franciſco de Borgia Societatis noſtræ. Notatur hic in Vita ſua, obiiſſe die ultimo Septembris ante noctem mediam; ubi vero primum coli cœpit ut Beatus, ſolennitas feſti celebrata fuit die i Octobris, quamvis poſtea ſemel atque iterum is mutatus fuerit auctoritate Apoſtolica in diem alium. Addo etiam exemplum Tranſalpinorum. Sanctus ac Venerabilis Beda Presbyter, obiit in Anglia die xxv Maji, feriâ iv, eâque Vigiliâ Aſcenſionis Domini, hora x noctis, quæ iſta anni tempeſtate illic fere ſecunda fuit poſt ſolis occaſum, & omnino ad dictum diem xxv ſpectabat, auſpicantibus Anglis diem à media nocte; & elapſis xii horis, iterum (ut reliqui Tranſalpini) incipiunt in meridie numerare alteram horarum dodecadem, à prima uſque ad duodecimam mediæ noctis qua terminatur dies. Nihilominus ipſius Bedæ diſcipulus Cuthbertus, qui morienti adſtitit, obitum iſtum conjungit cum die xxvi, quo & Bellinus in ſuo *Martyrologio, ſecundum morem Curiæ Romanæ*, anno MDXXI impreſſo, celebrat *Depoſitionem Bedæ Presbyteri*: idemque facit Grevenus in ſuo Uſuardo aucto.

AUCTORE C. J.

alii poſteriori;

E

35 His poſitis, utro tandem dictorum dierum felix obitus B. Aloyſii (eadem de aliis ratio erit) conſignari; utro feſtum ejus celebrari potiſſimum debet? Jam dixi, diem accipi diverſimode, atque alium eſſe civilem, alium naturalem. Civilem intelligo ſpatium xxiv horarum, quibus ſol circumit totum orbem, cujus principium aliud atque aliud eſt apud alias atque alias nationes, uti ſupra explicavimus. Diem naturalem metior continuatione ſolis ſupra horizontem, quæ in æquinoctiis horarum xii, aliàs plurium, aliàs pauciorum eſt. Liceat præterea apponere diem eccleſiaſticum, eumque duplicem; feſtalem aut eſurialem, & ceremonialem ſeu officialem. Feſtalis & Eſurialis incipiunt à nocte media, deſinuntque nocte media ſequente, quo ſpatio intermedio abſtinendum eſt per leges eccleſiaſticas ab opere ſervili, aut cibo vetito. Ceremonialem ſeu Officialem appello, qui complectitur ſpatium temporis, intra quod abſolvi debet totum Officium eccleſiaſticum feſti alicujus celebrioris, quod nempe ritûs duplicis aut majoris etiam ſolennitatis ſit, quodque principium ducit à primis Veſperis diei præcedentis.

utri rectius.

F

36 Hinc facilis eſt reſponſio ad dubitationes præmiſſas. Qui B. Aloyſii mortem adſcribunt diei xx Junii, computant dies civiles, & ſequuntur morem antiquorum Romanorum atque hodiernorum Tranſalpinorum, quibus à media nocte principium ſumitur talium dierum. Quod ſiqui Scriptores Itali hodierni ſic etiam locuti ſunt,

& quo intellectu

AUCTORE C. J.

sunt, recesserunt illi à more vulgi, ac tacite probant, usum majorum suorum præstare suo. Qui ejusdem Beati felicem obitum celebrant XXI Junii, nihil contradicere censendi sunt prædictis Auctoribus. Intelligunt enim diem ecclesiasticum, eumque Ceremonialem seu Officialem jam explicatum, qui complectitur etiam illud spatium diei præcedentis, saltem quod decurrit ab occasu solis aut etiam à tempore, quo cantare Vesperas Ecclesia solet. Et ab hoc Ecclesiastico ritu nunc passim omnibus dies XXI Junii reputatur B. Aloysio natalis esse; præsertim postquam Gregorius XV, in Bulla beatificationis anno MDCXXI data, expresse dicit, eum *die* XXI *Junii ex hac vita migrasse ad cælum*. Quin imo Itali, qui ejus Natalem adscribunt diei XXI prædicto, id jure faciunt suo, etiam nulla ratione habita ritus Ecclesiastici: quia illi diem XXI usu civili inchoant ab occasu solis diei XX, post quem occasum Aloysius obiit. Quæ hactenus disputata sunt de B. Aloysio ejusque Natali, applicari facile possunt ac debent Sanctis Beatisque aliis, quos in exemplum adduxi supra. Priori die obierunt, id est XXII Aprilis, B. Ægidius; XXX Septembris, S. Franciscus de Borgia; XXV Maij, sanctus ac venerabilis Beda; juxta
B computum civilem Transalpinorum, diem à nocte media auspicantium: obierunt vero posteriori respective, juxta computum Ecclesiasticum Ceremonialem; nec non juxta civilem Cisalpinorum, à prioris solis occasu sequentem diem inchoantium.

id faciant, docetur.

§ IV. *Sanctitatis ac venerationis post mortem indicia.*

Aloysius, vix mortuus, habetur Sanctus,

37 SAnctificatus ALOYSIUS per baptismum antequam natus esset; confirmatusque, teste Bellarmino rerum ejus omnium conscio, in gratia dum vixit; quî potuit non sanctus esse post mortem? Illi certè, qui viventem cognovere penitius, vix mortuum non dubitaverunt appellare sanctum. Inter illos numerantur (ut præclarissimos quosque nominem) P. Bernardinus Rosignolius, Collegii Romani, dum ibi Aloysius obiit, Rector; P. Claudius Aquaviva, universæ Societatis tunc Moderator & Præpositus Generalis; Cardinales præstantissimi, Hieronymus Roboreus, & Scipio Gonzaga; item Eleonora Austriaca Mantuæ Dux, pientissima femina. Hi omnes in litteris suis, quas ad Excellentissimam Marchionem, defuncti matC trem, officii consolandique causa statim ab excessu filii ejus dedere, asseverant, expressissimis verbis; *eum jam tum æterna felicitate perfrui, Cælitum consortio annumerari; in cælum certo emicuisse; beatius nunc vivere ibidem cœpisse; in æternum splendorem subvectum, cœlesti civitate Jerusalem donatum*, & (ut uno omnia dicam verbo) *sanctum esse*. Ex his tantorum virorum assertis de felicitate Aloysii, utique confirmata fuerit mater, ut, quem Angelum suum, dum viveret, ob similitudinem morum appellare dudum consueverat, tunc etiam crederet depositio corpore Angelis similiorem, cum ipsis in cælo versari Deoque frui. Imo & Angelum, aut potius Archangelum Raphaëlem, in filio experta fuit non multo post, cum ab ipso divinitus recreata, & gravi morbo liberata fuit; uti lib. 3 Vitæ num. 287 narrabitur.

38 Amplum quoque sanctitatis ejus, & venerationis popularis testimonium sunt, quæ mox à morte ejus contigisse narrantur, lib. 2 Vitæ à num. 271, ubi dicitur cælestis quædam jucunditas animi, & insolitus pietatis ardor studiumque D colendi Deum ac lacrymarum donum, statim à morte ejus & multos deinceps annos, adhęsisse duobus illis Patribus, qui suprema caritatis officia morienti præstiterant. Idem probat Sociorum studium, qui audita ejus morte continuo in genua prolapsi, in vota ipsum sua, tamquam cęlo receptum, vocaverunt. Direptio quoque rerum omnium, quibus vivens quoquo modo usus fuerat, pennarum, thecarum, indusii, subuculæ, calceorum; quin & præcisio unguium, & capillorum, & calli è genibus, & digitorum (quo non impulit æstimatores sanctitatis ejus ardor suus?) è manibus pedibusque. Eodem faciunt, concursus ad exequias ejus innumerabilis populi, etiam præcipuæ nobilitatis, studio videndi, ut aiebant, juvenem sanctum: osculatio manuum ejus, quod venerationis genus solis Sacerdotibus impendi Romæ consuevit: inclusio corporis (quod præter morem Romanæ Societatis nostræ factum est) jussu Præpositi generalis in loculo, quo ab reliquis cadaveribus seorsim conderetur & conservaretur: subsecutæ ad conditorium visitationes Sociorum quotidianæ; aspersiones florum; orationes opem ejus sibi implorantium; collocutiones in quotidianis congressionibus de virtutibus, felicitate, & gloria ejus in cęlis sublimi; com- E memorationes exemplorum in domesticis exhortationibus, præsertim anniversario felicis obitus die; lectio denique Vitæ ejus MS. in tricliniis Collegiorum nostrorum, uti & monasteriorum aliquot Sanctimonialium, & inter alia S. Mariæ Angelorum Florentiæ, de quo mox plura.

honoratur,

in capsa seorsim seponitur,

& floribus ornatur.

39 Tenuerunt hæc pia Sociorum veluti privatæ venerationis exercitia usque ad annum MDC; quando visum Deo est, luculentissima manifestatione sanctitatem & gloriam beati juvenis patefacere toti mundo, per famulam suam, nunc sanctam, Mariam Magdalenam, Pazziorum familiæ germen illustre Florentiæ. Nam quæ matri facta *Matrem* fuit Castellione anno MDXCIII ab Aloysio glo- *ægram sa-* rioſa visitatio, & collata curatio repentina, vide- *nat:* tur non statim celebrata fuisse in vulgus; fortassis quia publicari factum non siverit, quæ curata fuit prudens femina; sive quod crederet minus obtenturum fidei, quod mater de filio prædicaret; sive quod timeret, ne qua sibi inde adhæreret vanitatis noxa; sive quod speraret futurum, ut Deus, quam sibi manifestare cœperat gloriam filii, mox aliis quoque revelaret ipse; F quemadmodum glorioſam filii sui Domini nostri Jesu Christi resurrectionem, quam piè creditur primùm ostendisse matri ejus, mox aliis atque aliis revelasse, & per illos toto mundo publicasse, scitur. Concentus vero musicæ cælestis, quem ante prædictum annum DC auditum fuisse in cubiculo, ex quo morientis Aloysii anima in cælum evolaverat, narrabimus in Supplemento miraculorum ejus, primo loco; ab iis qui audierant, nisi diu pòst testatus non fuit.

40 Anno igitur MDC, à morte Aloysii nono, extra Collegii Romani septa, uti sanctitas ejus *apparet* & gloria, quam habet in cęlo, volente Deo in- *Moniali de* notuit publice in terra, ita veneratio quoque *Pazziis.* accrevit populorum: & primùm quidem Florentiæ: quam civitatem, quia, postquam rationis usum attigerat adolescentulus, prima veræ pietatis incunabula habuit; in eaque fundamentum vitæ religiosæ & sanctitatis suæ, emisso coram Deipara Virgine castitatis voto, pòsuit; crediderim nunc cęlo receptum, primam quoque

A que facere conſciam ſuæ gloriæ, primamque cæleſtibus beare beneficiis voluiſſe. Apparuit itaque ibi anno illo, die VI Aprilis, in monaſterio beatæ Mariæ Angelorum, miræ ſanctitatis Moniali Mariæ Magdalenæ Pazziæ, quam dixi, multo circumfuſus ſplendore luminis, & gloriâ decorus; prout legere eſt infra libro 3 Vitæ numero 284. Poſt quatriduum vero ſanavit ibidem loci mirabiliter Sanctimonialem, Angelam Catharinam Carliniam nomine; quadriennali morbo & gravi cancro ab illa, inſtanti tempore depulſis, ut in eâdem Vita numero 293. Non ſe continuit harum apparitionis & curationis fama intra muros urbis, nedum intra monaſterii clauſtra; ſed latè mox didita, totam Italiam feſtina percurrit, tranſcenſisque Alpibus per univerſam Europam circumtulit Aloyſii gloriam, & in miſeros mortales benignitatem, ſimul excitans in illorum animis fiduciam conſequendi ab eodem glorioſo Juvene, quod aliis attuliſſe nuntiabatur, levamen miſeriarum ſuarum. Hinc undique ad illius opem concurſum eſt, & multi præſentem experti ſunt, ſed nullibi fortaſſis plures eatenus, quam in Gallia Ciſ-alpina, in qua natus fuit Aloyſius.

& aliam quatriduo poſt ſanat;

invocatur præcipue in Lombardia;

ubi anno 1603 formantur proceſſus

B 41 Venit eò P. Virgilius Ceparius anno MDCIII (prout ipſe in ſcheda quadam ſua indicat) dicturus pro concione per ferias quadrageſimales. Qua occaſione certior, quam fuerat, factus de ſanctitate vitæ & fama miraculorum Aloyſii; curavit ſuper illis citari & examinari varios teſtes, proceſſusque legitime formari ab Ordinariis, *in patriarchatu Veneto, in archiepiſcopatibus Bononienſi ac Taurinenſi; in epiſcopatibus Patavino, Mantuano, Placentino, Parmenſi, Brixienſi, Mutinenſi, Vicentino & aliis, ad perpetuam rei memoriam.* Quo facto ſeceſſit in villam Collegii Brixienſis, locum ſolitarium & ſtudiis aptum, ſcripſitque ibi Vitam, quam triennio pòſt Romæ, volente Pontifice, publicavit, quamque nos hic etiam, ex recognitione auctoris, ſecundis curis emendatam, ex Italica Latinam imprimemus. Hinc porro eodem anno MDCIII, XXII Septembris, Congregatio provincialis Societatis Jeſu Venetæ, Placentiæ in Domino coacta, decrevit rogari admodum R. P. Præpoſitum Generalem, ut ſuo dictæ Provinciæ nomine ſupplicaret ſummo Pontifici, quo vellet Aloyſium, cujus indies per Lombardiam creſceret fama ſanctitatis, reponere in numerum Sanctorum.

& ſcribitur Vita.

Petendam canonizationem

C 42 Cur id Veneta præ ceteris poſtularet Provinciis, quatuor hiſce inducta fuit rationibus. Primùm, quia apud ſe natus & pie educatus fuit Aloyſius Caſtellione, propemodum in meditullio Provinciæ ſitâ; ibidemque prima ſanctitatis ſuæ ſemina concepit, ac fovit in ſegetem virtutum copioſam. Deinde quia nullo alibi loco tam uberem miraculorum ejus meſſem colligebant incolæ, quam in illa eadem Provincia; nec alibi majorem ei venerationem præſtabant. Præterea quia pars longe maxima Patrum ibi congregatorum, probè eum noverant dum adhuc vivebat, ac multi cohabitaverant ſtudiis operam danti in Collegio Romano & alibi. Denique quia Congregatio, hinc quidem unice cupiebat tranſmittere ad poſteros ſolenne teſtimonium ſuæ de ſanctitate ejus exiſtimationis; inde vero multum timebat, ne, ſi id differret in proximam Congregationem, multi Patrum graviorum, ac rerum præcipuarum notitiam habentium, interea fatis concederent; ſicque præclara ejus facta minus teſtata manerent.

decernit poſt maturam deliberationem,

43 Expenſis rationibus hiſce, viſum eſt inter alia negotia, de iſthoc tractare primo loco: & Præpoſitus Provincialis priuſquam Congregationi rem proponeret, deputavit ſex Patres, Theologiæ & Canonum peritos, ad examinandum proceſſus, qui tum formati erant, ſuper rebus geſtis Aloyſii, & miraculis ejus. Illi vero examine finito, cenſuerunt omnes, eo loco rem eſſe, ut ſecure poſtulari canonizatio poſſet. Vigeſimo igitur ſecundo die Septembris, ut dixi, loco ſolito congregatis Patribus, poſt imploratam Spiritus ſancti gratiam, cœpit Præpoſitus Provincialis præfari de negotio præſenti; judicare ſe, illud propter rei gravitatem primo loco tractandum eſſe: tum multa dixit in laudem Aloyſii, cujus Rector fuerat in Collegio Romano, & intima quæque noverat, & ægrotanti extrema ſanctæ Eccleſiæ Sacramenta miniſtrarat: tandem recitavit teſtimonium, quod de illius ſanctitate dedit Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus: actum denique poſtulavit ſuffragia Patrum, quid cuique videretur faciendum.

AUCTORE C. J.

Provincia Societatis Jeſu Venet a.

44 Intererant in Congregatione iſta omnes Collegiorum Rectores, & quatuor votorum Profeſſi totius Provinciæ, exceptis tribus qui morbo prohibebantur convenire; omnes autem Theologiæ probè ſcientes & nonnulli etiam Juris canonici. Hi conſenſerunt univerſi in unam ſententiam, concluſeruntque, rogandum eſſe admodum R. P. Claudium Aquavivam, Societatis tunc Præpoſitum Generalem, ut tempus judicio ſuo opportunum nactus, condoceat ſummum Pontificem de cauſa & ſanctitate Aloyſii, ejuſque canonizationem nomine Provinciæ ſuæ, in urbe Placentina congregatæ, petat. Incredibile porro eſt, quanto omnes & ſinguli pietatis ſenſu atque ardore animi celebrarent laudes ejus. Videbatur, ſi fas eſt dicere, Spiritus ſanctus unicuique aſſiſtere ſingulari modo, & in ore eorum ponere verba quę loquebantur; tanta inde replebantur audientium animi conſolatione cæleſti: Concinnato tandem libello ſupplice, & facta cuique poteſtate ſubſcribendi ejus, unà omnes id præſtiterunt; in parte beneficii ponentes, poſſe cooperari in negotio tam pio, ac teſtificari qua in veneratione haberent ſuum quondam civem, quem tunc certò credebant in cælo verſari. Ne verò monumentum gloriæ ejus authenticum, tam providè conceptum, & tam religiosè perfectum à tot Patribus, doctrinâ vitæque integritate conſpicuis, unquam excidat aut oblivioni detur; hîc ipſum ad gloriam beati juvenis inſero, & quidem lubens, quia tot continet encomia laudum ejus, quot teſtimonia Patrum. Sic igitur ſe habet, pro ut latinè conſcriptum à Congregatione, & Romam miſſum fuit.

E

F

§. V. *Decretum Provinciæ Venetæ Soc. Jeſu, de petenda Canonizatione Aloyſii.*

Decretum Congregationis

45 IN Dei nomine. Amen. Congregatio provincialis Provinciæ Venetæ Patrum Societatis Jeſu Placentiæ coacta, admodum Rev. P. Claudio Aquavivæ, Præpoſito Generali ejuſdem Societatis, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum Aloyſius Gonzaga, ſanctæ memoriæ Frater noſter, valde ſanctam vitam à pueritia inſtituerit, duxerit, & abſolverit in noſtra Societate; nonnullis etiam probatam miraculis, ut conſtat ex pluribus proceſſibus, in ejus Marchionatu Caſtellionis & alibi formatis; & ex aliis teſtibus & conteſtibus, variis in Diœceſibus juridicè examinatis; Congregatio noſtra cenſuit, magna cum ſignifica-

AUCTORE C. J.

tione deſiderii, proponendum eſſe veſtræ Paternitati, ut, quando ei opportunum tempus viſum fuerit, atque expedire judicaverit, à ſummo Pontifice, nomine hujus Provinciæ Venetæ, humilibus precibus obnixè petatur, ut pro eo litteras remiſſorias concedere dignetur; &, ſi videbitur, eum in Sanctorum numerum referre velit, ad honorem & gloriam ſanctiſſimæ Trinitatis, ad laudem ipſius Aloyſii, & ad ſpiritualem utilitatem noſtræ Societatis. Datum Placentiæ, die XXII Septembris MDCIII.

cum nominibus omnium Patrũ

46 Ego Bernardinus Roſignolius, Provincialis, idem confirmo, & humiliter peto; præſertim cum mihi, qui prædictum B. Aloyſium intimè novi in vita, & eidem in morte adfui, ac Sacramenta adminiſtravi, ejus mira ſanctitas, & cordis puritas ſit perquam notiſſima.

Ego Marius Beringutius, Præpoſitus Domus Profeſſæ Venetę, idem confirmo, & humiliter peto; cum eum noverim, & de ejus ſanctitate multa audiverim.

Ego Antonius Poſſevinus, ex frequenti, fide digniſſimorum Patrum & Fratrum relatu, qui cum ſanctæ memoriæ Aloyſio Gonzaga verſati ſunt, & ex uberè pietatis fructu quem ex ejus intima conſuetudine in Societate noſtra cepit Alexander Poſſevinus, fratris mei filius; atq; ex eo, quod oculis meis conſpexi, dum aliquando ſcalas deſcendentem eumB dem Aloyſium obſervabam orantem, & per gradus

qui ſubſcripſerunt.

non tam deſcendentem corpore, quam animo aſcendentem ad cæleſtia; fidem facio credere me, eſſe digniſſimum, qui referatur in Sanctorum numerum; quem item ſupplex pro mea ſalute oro apud Dominum Jeſum.

Ego Gabriel Biſciola, non quidem B. Aloyſium Gonzagam novi, ſed audivi tamen, ab omnibus, qui noverunt, prædicari ut ſanctum; ac proinde idem opto & ſuppliciter peto.

47 Ego Achilles Galliardus idem confirmo, & inſtantiſſimè peto cum tota Congregatione. Novi enim familiariſsimè B. Aloyſium, & coram Marchione patre examinavi ante ingreſſum Societatis; cujus ſapientiſſimis reſponſis pater Aloyſii adeo acquievit, ut fateretur vocationem ejus eſſe divinam; ac propterea velle ſe permittere affirmaret, ut in Religionem ingrederetur; quod & fecit. Cumque poſt ingreſſum Mediolani moraretur, ex ejus familiari ſermone non ſemel cum eo habito, clariſſimè cognovi, & vehementer admiratus ſum, præter alia multa Dei dona præclariſſima, à Deo illi conceſſa, ipſum habere maximam

C unionem cum Deo, & in exercitatione aſſidua Theologiæ myſticæ circa divinam caliginem, à magno Areopagita expreſſam, fuiſſe verſatiſſimum.

Ego Ludovicus Galliardus vidi & novi prædictum beatum Fratrem noſtrum Aloyſium Gonzagam, & ex multis, quæ de illo audivi à quam plurimis ex Noſtris, fide digniſſimis teſtibus, illum non modo tamquam ſanctum veneratione dignum exiſtimo, ſed plane ſingulares à Deo gratias præ multis aliis Sanctis accepiſſe; & ideo ex toto corde opto ac deſidero, & etiam atque etiam rogo, cum tota noſtra Congregatione Provinciali, admodum Rev. Patrem noſtrum Generalem, ut concedat quod petitur, ut ſupra, ad Dei gloriam.

48 Idem, qui hunc beatum Fratrem noſtrum de facie cognovi, & de ejus ſanctitatis fama plurima audivi, plane rogo cum tota noſtra Congregatione Provinciali, ego Lælius Biſciola, Rector Collegii Placentini Societatis Jeſu.

Ego Paulus Comitolus, jurato Cardinalis Bellarmini teſtimonio permotus, qui generalem confeſſionem omnium peccatorum B. Aloyſii Gonzagæ excepit; quem ipſum nullam mortiferam D culpam contraxiſſe in omni vita, affirmat; quem numquam carnis irritamenta ſenſiſſe, ait; quem orare adeo attentè ſolitum, ſcribit, ut non haberet mentis diſtractiones; ſodalem hunc judico ſanctiſſimum, & qui in Sanctorum numerum referatur digniſſimum. Nam ea munera divinitus illi conceſſa, majora mihi videntur, quam ſi mortuos ad vitam revocaſſet: meamque de hujus adoleſcentis adepta jam beatitudine opinionem, non ſolum Cardinalis Bellarmini teſtificatio, ſed multi proceſſus in multis locis confecti, & à me mandato Patris Provincialis perlecti, planè confirmant.

49 Ego Bernardinus Merenda, Superior Reſidentiæ Imolenſis, idem confirmo, & inſtanter peto; cum eum ſanctum eſſe, ex multis teſtimoniis auditis, planè credam.

Ego Laurentius Tertius, Rector Collegii Bononienſis, qui prædictum B. Aloyſium novi, & cum illo egi, tamquam ejus ſanctitatis teſtis oculatus, idem peto, atque adeo ſupplex expeto.

Ego Petrus Paulus Saracinus, qui eumdem B. Aloyſium novi, & maximæ perfectionis Religioſum ſanctæque vitæ judicavi, idem peto.

Ego Joannes Petrus Fracarius, per viſcera Jeſu E Chriſti ex intimis cordis mei viſceribus precor, ut B. Aloyſius prædictus proponatur referendus in catalogum Sanctorum: nam tam multa & varia de ſanctitate ipſius audivi, legique ex mandato R. Patris Provincialis in proceſſibus authenticis, ut nunquam de aliquo Sancto, qui tam brevi tempore vixerit, tam inſignia Dei dona legerim, nec audiverim.

Ego Hieronymus Dandinus, Rector Collegii Parmenſis, idem confirmo, & obnixè peto.

Ego Ambroſius Varadeus, Rector domus probationis Societatis Jeſu Novellarienſis, idem confirmo; & ob mira, quæ de ejus ſanctitate à tot tantiſque Patribus, fide digniſſimis & oculatis teſtibus, audivi, obnixè peto.

Ego Lælius Paſſioneus, qui eum novi, idem confirmo, & ſummoperè contendo.

50 Ego Joannes Baptiſta Peruſcus, qui eum novi, & cum illo ſæpius egi, & ſanctitatem ejus perſpectam habeo, idem obnixè peto; & digniſsimum, qui in Sanctorum catalogo deſcribatur, judico.

Ego Joannes Antonius Mazzarellius, qui eum novi, idem peto.

Ego Octavius Gondius, qui variis in locis de ejus ſanctitate & miraculis præclara audivi, idem F confirmo; magnamque eſſe in aliquibus locis devotionem erga hunc beatum Fratrem noſtrum ſcio; & ideo, ut petatur ſuppliciter ejus Canonizatio, ſummopere exopto, & peto.

Ego Joannes Genti ſubſcripſi, ut proponatur Reverendo Patri noſtro Generali, ut ſupra.

Ego Virgilius Ceparius, qui hunc beatum Fratrem noſtrum Aloyſium optimè novi, & familiariter cum eo per plures annos verſatus ſum, cujus etiam condiſcipulus in Theologia fui, idem ſentio cum ceteris, de mira ejus ſanctitate & virtutibus; meque ei quotidie à multo tempore commendo, & maximam in ejus interceſſione fidem habeo; digniſſimumque judico, qui in Sanctorum catalogum referatur, ad Eccleſiæ univerſæ utilitatem; atque ideo, ut hoc petatur à ſummo Pontifice, obnixè & humiliter peto.

51 Ego Stephanus de Bufalo, qui non ſolum eumdem ſanctiſſimum Aloyſium novi, diuque cum eo in Collegio Romano habitavi, ſed etiam condiſcipulus ejus in Theologia fui; quique egregiam

A giam ejus virtutem modeſtiæ, humilitatis, devotionis, & cum Deo conjunctionis aſſiduæ, ſæpè admiratus; & reliquas virtutes contemplatus, in illius ſanctitatis amorem & venerationem rapiebar; non dubito, quin poſt obitum in cælum evolaverit: ideoque tamquam Sancto me illius interceſſioni quotidie commendare conſuevi; ac propterea quod ſupradicti Patres petunt, obnixè impetrare contendo, & in Chriſti Domini viſceribus ſupplex oro.

Ego Hieronymus Bondenarius, qui illum novi, eamdem cum ceteris de ejus ſanctitate opinionem habeo, ſentioque eſſe perendum.

Ego Octavius Treca, idem ſentio cum ceteris, de mira ejus ſanctitate, idemque obnixè peto.

Ego Joannes Franciſcus Fabius, qui illum novi, eamdem cum aliis vitæ ſanctitatem animadverti, & ideo idem obnixè peto.

Ego Brunus Groſſus, qui illum novi, idem ſentio, quod ceteri, de ejus ſanctitate, idemque obnixè peto.

Ego Joannes Verbierius, qui illum quidem non novi, ſed multa & probatiſſima de illius ſanctitate audivi teſtimonia; idem peto.

Ego Aſcanius Marazzius eumdem novi, cum eſſet adhuc in ſeculo, ſed cum eſſet in Societa-
B tem admiſſus, ex ipſius domeſticis mira quædam de illius virtutibus & ſanctitate audivi, quæ etiam in ipſius exteriori homine elucebant; atque ideo, quæ de illius ſanctitate paſſim prædicantur, veriſſima eſſe credo, & idem quod alii vehementer expeto.

52 Ego Franciſcus Remondus, beneficium à Deo magnum in me collatum puto ac ſentio, quod eumdem Fratrem noſtrum Aloyſium Gonzagam, non ſolum, dum viveret, noverim, & cum illo verſatus ſim; verum etiam, quod ejus condiſcipulus in Theologia fuerim, cum illum eximia vitæ ſanctitate fuiſſe ſemper exiſtimaverim, & inſignibus virtutibus, tum præcipuè admirabili humilitate & ſui ipſius contemptu, & ſingulari erga res divinas amore atque affectu prædituni, ita ut omnibus egregio eſſet ad perfectionem religioſam exemplo Quas ob cauſas, tum iis etiam auditis & lectis, quæ illuſtriſſimi Cardinalis Bellarmini teſtimonio de eodem Fratre extant, & etiam multorum aliorum Patrum & Fratrum Societatis noſtræ communi ſenſu permotus, obnixè & vehementer idem, quod prædicti omnes, peto.

Ego Petrus Viana, quamvis illum non noverim, tamen quia multa à diverſis de ejus inſigni
C ſanctitate audivi, & quia legi proceſſus, in quibus multa præclara teſtimonia habentur, præſertim Illuſtriſſimi Cardinalis Bellarmini, cujus teſtimonium ego magni facio propter ſanctitatem, dignitatem, & doctrinam ejus; & Illuſtriſſimi Domini Fr. Franciſci Gonzagæ Epiſcopi Mantuani, viri ſanctitate inſignis; idem inſtanter peto.

53 Ego Andreas Molinus, Rector Collegii Veronenſis, idem ſentio cum cæteris, præſertim cum per biennium eum noverim Romæ, atque in eo mira ſanctitatis ſigna viderim.

Ego Franciſcus Fortezius, Superior Reſidentiæ Vicentinæ, qui prædictum B. Aloyſium novi, idem confirmo, & obnixè rogo, ob magnam ſanctitatem, quam in ipſo elucere vidi.

Ego Candidus Miliarius, certus de mira beati hujus Aloyſii ſanctitate, idem ſentio, idemque obnixè rogo.

Ego Valerius Gypſius, qui prædictum B. Aloyſium Nugulariæ novi, & ex quo P. Virgilius Ceparius legit Bononiæ teſtimonium Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Cardinalis Bellarmini de illius ſanctitate, me quotidie illius interceſſioni (quem beatum in cælis credo) commendare conſuevi, idem humiliter atque enixè rogo. AUCTORE C. J.

Ego Joannes Baptiſta Lambertinus, qui prædictum Aloyſium in domo probationis S. Andreæ de Urbe, ubi tempore ejus ingreſſûs in Societatem, morabar, cognovi, eidemque ibidem & in Collegio Romano valde familiaris & conjunctiſſimus fui, aſſeveranter affirmo & obteſtor, memoriam illius beatæ animæ nullo modo ſilentio prætereundam, ſed publico teſtimonio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, omnibus manifeſtandam & declarandam fore & eſſe.

54 Ego Petrus Joannes Schinchinellus, idem omnino ſentio, idemque obnixo rogo, ejuſque ſanctitatis nomine permotus, cum Rector eſſem Collegii Brixienſis, ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Brixienſi Epiſcopo juridicè petii, ut proceſſum de ejus virtutum ac ſanctiſſimorum morum famâ faciendum curaret in Marchionatu Caſtellionenſi, Brixienſis diœceſis: quod & factum eſt, & Patribus Congregationis oſtenſus fuit proceſſus.

Ego Hieronymus Fontana, Rector Collegii Forolivienſis, qui eum cognovi, idem omnino E
ſentio de ejus ſanctitate, idemque obnixè peto.

Ego Antonius Junius, Provinciæ Venetæ Procurator, qui eum novi, idem ſentio de ſanctitate hujus beatæ animæ, idemque obnixè rogo.

Ego Philippus Mambrianus, Rector Collegii Mutinenſis Societatis Jeſu, qui eum novi, idem ſentio de ſanctitate hujus beatæ animæ, idemque obnixè rogo.

Ego Jacobus Lambertengus, Rector Patavii, licet eum non noverim de facie, audivi tamen à multis, tum Mediolani, tum Romæ, de ejus ſanctitate eximiâ; & ideo enixè idem peto, idemque confirmo; & proceſſum Patavii, de ejus vitæ ſanctitate ac morum fama, in Curia Epiſcopali fieri curavi, qui fuit Patribus Congregationis oſtenſus. † *Locus ſigilli.*

§. VI. *Synodus Mantuæ diœceſana decernit anno* MDCIV, *peti à ſummo Pontifice canonizationem Aloyſii.*

55 EXemplo Societatis Jeſu, de quo modò, atque increbreſcentibus indies ad invocationem Aloyſii miraculis, excitati fuerunt varii F
per Galliam Ciſalpinam Antiſtites, præſertim Mantuanus, ut quem paſſim à populo invocari ac privata veneratione coli obſervabant, ei curarent publicum à Sede Apoſtolica cultum decerni. *Epiſcopus Mantuanus*
Erat tunc Epiſcopus Mantuæ Illuſtriſſimus Franciſcus Gonzaga, ex Ordine Fratrum Minorum, & Epiſcopatibus aliis, ad Mantuanam Sedem elevatus; qui quarto conſanguinitatis gradu, uti ſupra in Tabula genealogica prima oſtendi, Aloyſium contingebat; & in Hiſpania vocationem ejus ad Societatem, rogatu patris examinatam, probaverat; & cum ipſo in eadem navi inde redierat in Italiam; experientia doctus longo in itinere innocentiam morum & integritatem vitæ ejus; ideoque (ut in teſtimonio quodam manu ſua ſcripto, juratus affirmat) ipſe Angelis eum æquiparabat, & Angelum eſſe reputabat. *Synodum cogit an. 1604.*

56 Is intellectâ tunc famâ ſanctitatis & mira-

AUCTORE C. J.

culorum ejus, præter privatam ſuam quam inde capiebat voluptatem, exiſtimavit è gloria Dei atque ex utilitate diœceſeos ſuæ, ubi beatus ille Juvenis notiſſimus erat, futurum, ſi collaboraret etiam ipſe ad publicum ejus cultum à Sede Apoſtolica obtinendum. Quamobrem, ut matura procederet tanto in negotio, primùm juſſit Summarium ſibi è proceſſibus, auctoritate variorum Antiſtitum in ſua cujuſque diœceſi eatenus factis, extrahi; tum re totâ cum Sereniſſimo Duce Mantuano Vincentio communicata, convocavit Synodum diœceſanam; tradiditque Domino Matthæo Arigoni, Canonico Cathedralis ſuæ, Summarium quod dixi proceſſuum, ut inde argumentum ſumeret orationis latinæ, quam in Synodo recitaret; ac deindè proponeret Patribus, roganduſne eſſet ſummus Pontifex canonizationem Aloyſii, nec ne. Coacta Synodus fuit anno MDCIV die XII Maji, in eccleſia cathedrali Mantuana S. Petri; in qua, præter Canonicos omnes & Clerum diœceſeos, & Patrem Inquiſitorem Dominicanum, comparuerunt etiam Superiores Regulares omnium conventuum, monaſteriorum, & collegiorum ejuſdem diœceſis, eò invitati.

in qua decernitur unanimiter,

B

57 Ad hos ibi congregatos ingreſſus Epiſcopus, Synodo initium dedit; iuſtitutâque ſupplicatione & cantata ſolenniter Miſſa de Spiritu ſancto, ad impetrandum, in hac præcipue cauſa, lumen divinum & gratiam pertractandi illam, prout è majore Dei gloria foret; & confidentibus poſt hæc Patribus, conſcendit prædictus Dom. Arigonius, dalmaticâ indutus, in locum ad id paratum; & mox pro concione dixit, quam concinnaverat orationem; eoque inflexit animos auditorum, ut unanimi conſenſu ſtatuerint, poſtulandam nomine Synodi canonizationem eſſe, eaque de re decretum ſynodale ſolenni ritu formatum fuit; tanto cum plauſu Cleri, ut nonnulli ſignificaverint Illuſtriſſimo Epiſcopo, nihil ſe ardentius expetere, quam ut propediem ſibi liceat de B. Aloyſio Miſſam celebrare. Conſenſus iſte & approbatio Synodi, nec non oratio Arigonii, quia multum faciunt ad laudem & venerationem beati Juvenis, merentur, uti facta & dicta ſunt, ad poſteros tranſmitti, prout in Acta Synodi à Notario relata ſunt, & in archivo epiſcopali Mantuæ ſervantur. Sunt autem talia.

ſupplicandum eſſe Pontifici Rom.

ut Aloyſium declaret ſanctum eſſe.

C

58 In Chriſti nomine, Amen. Anno à nativitate ejuſdem milleſimo ſexcenteſimo quarto, Indictione ſecunda, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, D. Clementis, divina providentia Papæ VIII, anno ejus XIII, die Mercurii, duodecima menſis Maij de mane, coram Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Fratre Franciſco Gonzaga, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Mantuano, in cathedrali Eccleſia S. Petri Mantuæ, contratæ Aquilæ, congregatâ in Spiritu ſancto legitimè, ſanctâ Synodo diœceſanâ Mantuanâ; in qua aderant omnes de Clero civitatis & diœceſis Mantuæ, & omnes Superiores Religionum ad id invitati. Inter cetera in Synodo præfatâ geſta, Illuſtris & multum Reverendus Dominus Matthæus Arigonius, cathedralis Mantuæ Canonicus, dalmatica indutus, Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domino præfato mandante, propoſuit, & petiit prout infra, videlicet.

Initium Synodi.

59 Quam magni refert, Viri Patres & Fratres, hominis probatæ vitæ exemplum; & quam maximè, illud intuentes & admirantes, ad ritè rectèque peragendum excitet & inflammet, nemo omnium veſtrûm eſt, qui non facilè videat & agnoſcat. Bonis enim inſitum eſt, S. Ambroſio teſte, ut pudicus caſtum, ſapiens prudentem, miſericors liberalem, pio affectu diligat; ut virtutes ſuas in aliis amet: & in pleriſque juſti aſpectus, monitio correctionis eſt, & perfectioribus lætitia. Cùm verò hominem, ſummo & nobili genere natum, vel humanâ potentiâ in alios dominantem, laudabile opus & admirabilem peragere conſpicimus actionem; illum non ſolùm maximis ornari laudibus & ſummis encomiis celebrari cernimus, ſed pia quadam & ſancta æmulatione omnes imitari ſummo ſtudio contendere; ſique poſſibile eſt, in iis quæ cum virtute eſt operatus, ſe prorſus ſimiles reddere, & ſtudere & ſatagere videmus. Admirandum quidem, Dilectiſſimi, ſequendum, & maxima imitatione dignum exemplar hodie nobis Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Antiſtes noſter ante mentis oculos proponit intuendum; cujus ſingulares virtutes præclara, inſtituta, & admirabilem vitam, ſignis ac virtutibus illuſtratam, vos Reverendos Conſacerdotes, ceteroſque de Clero, & ſingulos, ſibi in Chriſto dilectos populi Mantuani, & ejus Diœceſis, attentè conſiderare, pio affectu amare, ac firma & devota animi deliberatione imitari, etiam atque etiam rogatos eſſe, cupit & vult.

D

E

Oratio ad Patres,

60 Is Pater ille, eſt Aloyſius Gonzaga ſanctæ memoriæ, quem Caſtellionis Marchionem extitiſſe penitus non ignoratur; qui hac noſtra floruit ætate, Angelicam fere vitam ducens; & tanta polluit ſanctitate, ut omnes in magnam ſui traduxerit admirationem. Erat ipſe corpore caſtus, mente devotus, colloquio affabilis, amabilis adſpectu, miſericordiâ illuſtris, temperantiâ clarus, juſtitiâ inſignis; prudens in conſiliis, fortis in periculis, patiens in adverſis; in opere docilis, in diſciplina ſtrenuus, in eleemoſynis largus; ad ignoſcendum paratus, & ad humanitatem & clementiam promptus. Iſte Deum mundo corde complectens, in humilitatis converſatione, in caritatis ubertate, in caſtitatis lumine, in jejuniorum pinguedine, ita ſe totum cæleſti tradidit diſciplinæ, ut poſitus in corpore, quaſi nihil videretur de carne præſtare.

in qua de Aloyſii ſanctimonia,

ingreſſu in Societatem

61 Bonorum ergo operum gratiâ plenus, mente circumſpexit, quod Deo ſervire regnare eſt; ideoque divinus eum amor ſubiit relinquendi patriam, ſplendorem generis & imperium, ac religioſam amplectendi vitam; itáque relictâ dignitatis amplitudine & divitiarum copiâ, à ſacra Majeſtate Cæſarea facultate factâ, Demarchatum & Ditionem fratri minori cedere libentiſſimè voluit; & ne terrenarum rerum laqueis irretitus, haud facilè Deo ſeruire poteſtatem haberet, in Patrum è Societate Jeſu Religionem declinavit, & adſcribi voluit; quod incredibilis ejus humilitatis, & rerum omnium hujus ſeculi contemptûs apertiſſimum extitit argumentum, idque ipſius vitæ progreſſus confirmavit; cum in Religione ipſe ſemper abjectiores exercitationes, & humiliores famulatus, quos indies peragere opus erat, ardenti ſtudio & ſumma caritate amplectebatur. Si verò de generis ſplendore, de dignitatis gradu, & de divitiarum copia, ac de aliis (quæ ut Deum æqua mente coleret, eique toto pectore inſerviret, reliquit) ſe laudibus extolli aliquando intelligeret; id acerbiſſimo animi ſenſu & dolore percipiebat.

F

62 Cum autem humanæ conditionis ignobilitatem & obſcuritatem ſibi ante oculos proponeret; perinde acſi Aloyſius Gonzaga, Princeps

&

A & Marchio nequaquam extitiſſet, maximè ſuum deprimebat animum; & quæ majorem humilitatem & vilitatem præſeferebant, magis ac magis quotidie exercere ſtudebat. In aſſiduis orationibus pervigil pernoctabat; multis jejuniis, frequenti diſciplina, & corporis caſtigatione carnem edomabat; xenodochia & hoſpitalia omni tempore perluſtrabat; in obſequiis pauperum, & in adhibenda erga illos diligentia, infatigabiliter perdurabat; iiſque adeo officiosè inſerviebat, ut, niſi quis fundatam in Chriſto haberet mentem, procul dubio ignominioſum putaret talia vel æqualibus exhibere, qualia ipſe perpetim luridis infirmis, & deſpicabilibus præſtabat. A calore carnalis concupiſcentiæ perpetuam cuſtodiens virginitatem, perpetuò refriguit; induens illum caſtitatis affectum, quem induerat qui dicebat, Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne quidem cogitarem de virgine. Convitia ſemper & maledicta patienter & æquo animo tulit; nec invidens ille tortuoſus coluber, humani generis perpetuus hoſtis, varios ſpargens laqueos tentationum, unquam mortiferè calcaneo ejus inſidiari potuit; ſed tanta ejus fuit innocentia vitæ, ac tantâ extitit ſanctitate conſpicuus, ut de illo illud meritò prædicari poſſit,

virtutum ſtudio,

Iob 3.

B Adam in Aloyſio Gonzaga non videtur peccaſſe.

63 Qua in re eas omnes præcipuas virtutes, quæ hominem ad veræ celſitudinis honorem evehere valent, à liberali Dei manu copiosè ſibi collatas, nemini dubium eſſe debet. Quis enim illo, in opere Dei promptior, in oratione ferventior, in ſobrietate parcior, in corpore honeſtior, in corde ſincerior, in manſuetudine moderatior, in compunctione ardentior, in caritate jucundior, in humilitate perfectior facilè potuit inveniri? His & talibus virtutum magnarum gratiis B. Aloyſius refertus, impleto vitæ præſentis curriculo, vitam percepturus æternam, migravit à ſeculo ac tranſiit, à Domino vocatus, ubi regio eſt viventium, ubi inhabitatio eſt omnium lætantium. Nec permiſit Deus B. Aloyſium regnantem in cælis, gratiis illis & muneribus exſpoliari, quibus ſervos & electos ſuos in terris ornare & decorare ſolet. Sicuti enim vitam agens, divina ipſe revelatione edoctus, conſociis indicavit, ſui corporis jam imminere diſſolutionem, & certam enuntiavit diem; ſic etiam poſt ejus obitum quam plurimis ejus auxilium implorantibus miſericors Deus, ipſius meritis & precibus poſtulata concedere voluit; & de prædictis omnibus & ſingulis publicæ tabulæ, C publica auctoritate obſignatæ in diverſis & quam plurimis Italiæ civitatibus, in quibus Altiſſimo placuit Aloyſii integritatem, innocentiam, & ſanctitatem multimodis oſtendere ſignis, id clarè & apertè demonſtrant.

& felici morte.

64 Hæc omnia enarrata, & alia multa (quæ brevitatis gratia & temporis penuria, ſic juſſus, miſſa facio) cum Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Antiſtes noſter, Paſtor & Pater intelligeret, ac pro certo haberet; animo & cogitatione complexus eſt, non abs re, ſed mirabili ſacramento, Deum Optimum Maximum voluiſſe his noſtris temporibus, & hac noſtra ætate, evidenti gloria & honore illuſtrare Virum, ex eadem clariſſima ſtirpe, nobiliſſima familia, & regali Gonzaghaco ſanguine natum, ex quo hujus noſtræ civitatis Principes Sereniſſimi oriundi ſunt. Ut vero ſibi commiſſum gregem, propriæ ſalutis memorem, majori ipſius ſalutis ardore, tenere poſſit, & ad virtutem & pietatem animet & inflammet; vos omnes in hac ſacra diœceſana Synodo in Spiritu ſanAUCTORE C. I.

Placet omnibus peti:

cto congregatos (ſi tamen, ut ſperat, in ipſius placet venire ſententiam) rogatos eſſe vult, quod communi omnium congregatorum conſenſu, ejus Dominationis, hujus Eccleſiæ, & totius Mantuanæ Diœceſis nominibus, ab hoc venerabili Clero, enarratâ ſanctiſſimo Domino noſtro Papæ, beati Patris Aloyſii Gonzagæ innocentiâ vitæ & ſanctitate, humiles eidem porrigantur preces, ut illum in Sanctorum catalogum referre dignetur; ut Apoſtolica auctoritate in Sanctorum numero adſcriptus, tamquam præclarum ad imitandum exemplar audacter populo proponi poſſit; qui illum uti Tutorem, Defenſorem, & Patronum invocandum & implorandum ſibi ipſi perſuadeat, & fidenter credat. Hæc Illuſtriſſima Dominatio ſua vobis proponi voluit, & ea exequi peroptat deſideratque. Si talis igitur veſtra eſt ſententia, Placet acclamando, decretum interponi mandate.]

65 His dictis itum eſt in ſuffragia: cumque placuiſſet omnibus, conditum eſt communi Patrum conſenſu ſequens decretum. Cum hæc ſancta Synodus, in Spiritu ſancto congregata, conſideraverit, indies magis ac magis creſcere famam ſanctitatis & miraculorum beati Patris Aloyſii Gonzagæ piæ memoriæ, è Societate Jeſu; divino prius implorato auxilio, communi Patrum congregatorum conſenſu, decrevit, ut nomine hujus Ec- E cleſiæ & Diœceſis Mantuanæ, à ſancta Sede Apoſtolica inſtantibus precibus humiliter petatur, ut eum in Sanctorum catalogum referre dignetur, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, ad honorem ipſius B. Aloyſii, & ad ſpiritualem ædificationem hujus urbis & diœceſis, ac totius Chriſtiani orbis. Sic enim augetur divinus cultus, dum exempla ſanctorum virorum qui templa Spiritus ſancti extiterunt, publico ſanctæ Romanæ Eccleſiæ teſtimonio, populo fideli imitanda proponuntur.]

& formatur decretum.

Locus ſigilli.

66 Hæc Synodi, in plena luce ac totius Italiæ conſpectu congregatæ, ſententia & auctoritas, inflammatam populi in B. Aloyſium pietatem magis magiſque incendit. Tunc enim pingi ſculpique cœperunt, & primùm in Lombardia, imagines ejus. Tunc ſtudioſa juventus, & primùm Brixiæ, excitata fuit, ad celebrandas ejus laudes publico ritu. Tunc etiam ex variis Italiæ civitatibus portata publice fuerunt anathemata, ad ſepulcrum Beati Romæ appendenda, gratitudinis ergo pro acceptis per eum beneficiis. Hæc Ceparius in ſchedis aliquibus ſuis annotata reliquit. De ſingulis ſeorſim dicam aliquid, quia magnum ſunt, poſt tot virorum ſapientium & religioſorum teſtimonia, venerationis & ſanctitatis ejus argumentum. Ac primum dico de imaginibus. F

§ VII. *Venerationis aliud argumentum; imagines pictæ & ſculptæ cum radiis, ab anno* MDCIV.

An ejus canonizatio potenda ſit?

67 PAter Ceparius in ſchedis ſuis notat, anno indicato primùm in lucem publicam emiſſas eſſe imagines B. Aloyſii, in habitu religioſo Societatis Jeſu, in qua vixerat ac obierat, cinctas radiis & ſplendoribus circum caput in ſignum ſanctitatis; addito titulo Beati, quia paſſim beatus appellaretur in Lombardia. Vertici imminebat corona ex liliis candidis contexta, ab angelica manu porrecta; ad denotandam excellentiſſimam ejus virginitatem; corona vero Marchio-

Imagines B. Aloyſii cœptæ fier 1604.

AUCTORE C. J.

nis inversa jacebat humi, ad declarandum ejus contemptum rerum caducarum, & abdicationem Principatus Castellionensis aliarumque ditionum. Stabat autem oculis intentus in effigiem Christi crucifixi, in modum contemplantis; quia tali situ ac modo orare consueverat frequenter, tam ante quam post ingressum Religionis. Primam istiusmodi tabellam fecit Ferrariæ, pictor Sereniſſimæ istius loci Ducis, Margaritæ Gonzagæ, beato Juveni consanguineæ. Ex illa mox similem excepit Mantuæ, Sereniſſimi istius Ducis pictor; & exinde multiplicatæ fuerunt imagines similes, variis formis, cum facultate & approbatione Superiorum tam pictæ quam sculptæ, ac totâ Europâ dispersæ, & ubique habentur in veneratione. Ita fere Ceparius

primùm Ferrariæ,

mox Mantuæ 1605,

68 Vidi ego Romæ aliquot illorum temporum imagines incilas in æs, & nonnullæ etiam penes me sunt, non dissimiles descriptioni; quarum una subnotatur, *Mantuæ excusa anno* MDCV, &, *vera effigies esse* dicitur *B. Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu.* Tenet ibi dextrâ Crucifixum inter lilia, sinistrâ librum, utrâque manu pectori appressâ. Huic persimilis est alia, ex formâ ligneâ impressa, suprà adscriptum habens titulum *Beati*, cum nomine proprio: infra vero, *Bononiæ per Bartholomæum de Venturolo apud puteum rubrum,* MDCVI. *Cum licentia Superiorum. Rogatu Ludovici Orlandini Patavini.* Utraque hæc imago admodum adolescentem refert, quia non amplius decem annis natum, uti discitur ex impressione alia ejusdem formæ ligneæ, cui hic titulus supra caput typis excusus est: *Vera effigies beati Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu, ex ejusdem picta imagine, decennem olim puerum repræsentante, delineata.* Ab his non multum discrepant aliæ plures variæ magnitudinis, nisi quod Crucifixus statuatur in mensa, in illumque Beatus manum dextram prolato brachio intendat, lævâ pectori applicatâ, plane in modum contemplantis. Harum una sculpta fuit *anno* MDCVI *à Justo Sadeler*, dedicata *Illustrissimo D. Francisco Gonzagæ Episcopo Mantuano.*

Bononiæ & alibi;

B *in quibus decennis exhibetur:*

provectior ætate

69 Aliquanto provectior ætate fuit Aloysius, jam jamque aditurus tirocinium Societatis, cum perita manus vultum ejus penicillo expressit ad speciem viventis; uti hodiedum videre est apud Patres nostros Castellione, in tabula, quæ unà repræsentat beatam Virginem Mariam cum quatuor Angelis, veluti imperantem manu dextra beato Juveni ingressum in Societatem Jesu, sinistrâ vero tenentem extremum pallii sui, sub dextra axilla deducti. Angelorum duo Virginem coronant, duo singula ejus sustinent brachia. Veni ego Castellionem, uti supra memini; vidi tabulam illam, & delectatus eâ fui, sciscitatusque unde esset, & cujus ætatis. Intellexi quod jam indicavi, illâ repræsentari Aloysium, qualis fuit abituriens Romam ad tirocinium Societatis, diu desideratum. Rogavi, qui tunc in Collegio degebat, suavissimum virum, P. Joannem Franciscum Marazzani, peritum artis designandi, cujus specimen mihi monstraverat, ut è tabula illa vultum Beati exiguo schemate mihi delinearet: quod ipse & promisit benigne, & præstitit accurate; nec distulit diu. Prius enim quam ego inde prosecutus iter, attingerem Belgium, eò allata fuerat designatio desiderata cum litteris prædicti Patris, die v Septembris datis; quibus indicat, se studiose multis diebus incubuisse in opus, & credere, lineamenta vultûs omnia accurate ad similitudinem prototypi excepisse, etiam judicio aliorum Patrum, *qui asserunt*, ait, *id sibi placere accuratione sua, præ omnibus imaginibus Beati, quas viderunt impressas.* Ita quoque placuit mihi, ut continuo incidendum in æs curaverim; & siquid forte per sculptorem erratum esset, misi exemplum impressum Castellionem, ut à designatore secundis curis ad prototypum emendaretur: quod & factum est, & sic emendatam quoque laminam hic impressam exhibeo.

C

hic repræsentatur

D

ex prototypo Castellionensi Societatis Jesu,



E

70 Habeo aliam quoque effigiem Aloysii, anno MDCC Castellione submissam à P. Jacobo Antonio Manzini Societatis nostræ, meo veteri amico, qui etiam ipse nuper edidit Vitam B. Aloysii italice, aliquanto ornatiorem & auctiorem quam sit Cepariana. Scribit ille, imaginem istam, *effictam esse à perito pictore ex tabula, quæ est penes Abbatem Castellionis, quæque dicitur excepta fuisse Romæ ab ipso cadavere Beati.* Meretur hæc quidem memoriæ posteritatis commendari, cælo exsculpta; sed videremur actum agere id curando, quia præmissæ imagini nostræ persimilis est, ore, oculis, auribus, ceterisque lineamentis; solo naso, qui in Manziniana tabula paulo magis elevatur in medio & acuitur in fine, tantillum discrepante: & hoc qualecumque discrimen videtur magis referre speciem viventis, saltem suprema ætate, quando ægritudine exhaustus fuit: quod notasse sufficiat; & confirmatur ex descriptione Ceparii num. 298 Vitæ, ubi legitur apparuisse cuidam ægro, *specie adolescentis è Societate Jesu; staturâ, eminenti quam brevi propiore, vultu macilento, naso aquilino & longiusculo.* Modestia vultus & inclinatio capitis antrorsum, utrâque in imagine par est. Ac talem fuisse in vita, etiam discerni potuit post mortem, cum anno MDXCVIII apertâ capsâ, *ejus ossa inter se conjuncta, atque modesto illo habitu ac submisso capite reperta sunt, quo fere dum viveret esse consueverat,* ut ibidem Ceparius num. 275. Consueverat autem, ut idem num. 121 ait, *capite paulo inclinatiore ingredi: eâque causâ jussit tironum magister collare è rudi charta, tela contecta, gutturi ejus prætendi, quo caput surrectum demittere non posset.* Eadem inclinatio capitis antrorsum cernitur quoque in imagine,

cui similis alia apud Abbatem loci.

F



Iuxta prototypon inciſum in æs
Romæ cum facultate Superiorum ANNO. DOMINI. **M.D.CVII**

A gine, quam S. Maria Magdalena de Pazzis, postquam in raptu mentis Aloysium viderat, pinxisse dicitur, de qua paulo post.

71 Prætermitto imagines alias varii generis, præter unam grandiorem in duplici, ut loquuntur talium artifices, folio seu philyra chartæ expansa; quæ excusa fuit *Romæ anno* MDCVII *cum facultate Superiorum, apud Imperialem*. Ejus exemplum nullum memini me uspiam Romæ aut alibi in Italia videre; unum autem in hac domo nostra Professorum Antverpiæ, post centum annos, conservamus. Repræsentatur ibi tamquam in tabula altaris, assurgentibus utrimque duabus columnis prægrandibus, circum quas ductæ sunt spiræ, paulatim ab ima parte uno ductu sursum ascendentes. In spatiis, per singulas revolutiones spirarum formatis, depicta exhibentur varia miracula Beati; & in spiris, ea disterminantibus, leguntur miraculorum indicationes latino sermone. Istiusmodi spatia singulis in columnis octona sunt. Totidem, sed aliâ figurâ, in modum labarorum dependent è suprema tabula, cum suis & ipsa miraculis & epigraphis; nono spatio, quod medium est supra caput Beati, extollente nomen Jesu, tribus litteris, ut. solet, efformatum.

B 72 In medio totius tabulæ effictus est beatus Juvenis, genibus nixus ac superpelliceo indutus, cetera eo fere modo iisque additamentis, quibus supra descriptus est à Cepario, imminentibus supernè duobus Angelis, coronam capiti ejus imponentibus. Dextra crucem, cum simulacro Christi inter lilia, prætendit erectam, in eamque intuentur oculi, paulo minus aperti quam in præmissa figura nostra, ad cujus similitudinem reliquus vultus proxime accedit, etiam nasus. Sinistra manus passa applicatur summo fere pectori. Corona jacet post pedes, non tamen inversa, & pileolus clericalis ante genua. Infra in spatio ovatæ formæ, majusculis expressa litteris legitur hæc epigraphe: B. ALOYSIUS GONZAGA, *Princeps, Marchio, è Societate Jesu. Obiit anno Domini* MDXCI, *die* XXI *Junii, ætatis suæ* XXIII, imo XXIV; uti correxi in ipsa imagine, quia vigesimum tertium jam compleverat, & quartum supra vigesimum agebat à die IX Martii, usque ad diem XXI Junii, quando mortuus est. Claudunt epigraphen, hinc duo spatia quadrata, atque inde totidem ejusdem formæ, cum suis singula miraculis & subscriptionibus. quæ à sinistra legentis incipiendo, sequuntur hoc ordine

C [1. Cæco visum restituit. II. Mulieris morbum, medicorum judicio sectione mamillæ indigentem, invocatus, ilico dissipat: adductus chirurgus ut secet, eam sanam reperit. III. Quamplurimi variis infirmitatibus laborantes, ope B. Aloysii imploratâ, receperunt sanitatem, & Romam ad ejus sepulcrum vota transmittunt. IV. Surdo reddit auditum.

cum multis circum miraculis

& epigraphe

73 *In superiore miraculorum serie leguntur eodem ordine sequentes inscriptiones. Nempe num.* I. Strumis diu vexatum, biduo sanat. II. Multis, in partu periclitantibus, invocatus subvenit, & à periculo liberat. III. Sacerdoti ilico maligna febris cum delirio & resipila (*frequentius scribitur Italis* Resipola, *Latinis & Græcis*, Erysipelas) depulsa. IV. Manu & brachio luxatus, facto voto, corrigitur & solidatur. V. Per annum pertinax impuritatis tentatio, ad ejus Reliquiæ contactum, extinguitur. VI. Spiritu blasphemiæ agitatus, ope Beati implorata, ilico ad quietem mentis reducitur. VII. Hominem, duobus acceptis vulneribus & amissâ loquelâ, moribundum, vitæ restituit. VIII. Phthysi jam pene consumptam à morte revocat. AUCTORE C. J.

In columna prima, quæ est sinistima intuenti figuram ipsam, sic explicantur à summo deorsum Miracula: I. Sereniſſimus quidam Dux, Reliquia signatus, consueto morbo non consueto modo liberatur. II. Magnus regni Poloniæ Marescallus, acerbissimis correptus doloribus, invocato B. Aloysio, subito sanatur. III. Invocatus à jurisperito, letaliter febriente & dysenteria jam pereunte, manu vultui ejus appositâ, & odore cælitus immisso, statim eum sanitati restituit. IV. Veneficio jam diu affectus puer, & à malignis spiritibus obsessus, ejus primum visione, mox Reliquia liberatur. V. Mulier, ulcerosis & claudis cruribus, per biennium fulcris incedens, ad imaginem Beati supplex accedit; & recepto gressu, in signum miraculi ibi fulcra suspendit. VI. Mulier spasmo periens, Beatum voto invocat; & statim veluti manu Beati, morbus omnis expellitur. VII. Genu & nervorum contractione diu in lecto jacens, voto nuncupato statim surgit, & postridie septem milliaria pedes conficit. VIII. Morbo caduco affectus, jam à medicis desperatus, voto parentis salute donatur

quæ hic describuntur.

74 *Proxima columna, inscriptiones priores veluti prosequens, ab ima parte legitur sursum, hocce modo*: I. Patre vovente, puer febriens, puncto temporis exilit. II. Diuturna infirmitate & sanguinis fluxione ad exitum perductus, voto nuncupato sanatur. III. Quidam, qui tumore sub aurem enato, fere strangulabatur, voto emisso, ilico perfecte sanatur. IV. Lapidibus appetitus, & tumido pectore sanguinem vomens, voto facto repente curatur. V. Nutrix Beatum, alumnum suum, voto invocat, & hectica octo annorum febri liberatur. VI. Jumento ad ejus imaginem iens, sanitate ilico receptâ, pedes redit. VII. Ejus Reliquia elephantiacum morbum à puero fugat. VIII. Cruris tumore & apostemate affecta, voto statim sanatur. E

Hinc transitur ad caput dextræ columnæ interioris, quæ inde deorsum sic legenda est: I. Puer facie super ignem cadens, per Beati merita illæsus eripitur. II. Articularibus doloribus toto corpore excruciata mulier, voto statim liberatur. III. Ejus Reliquia puerum peste contabescentem sanat. IV. Tertiana, & jam trimestri, febri laborans, voto facto ilico liberatur. V. Triennis puer ad mortem ægrotans, parentis voto recuperat sanitatem. VI. Puer anniculus, ob lapsum è lecto prope expirans, statim facto voto sanatur. VII. Quidam attollendo pondere elumbatus cum maximo dolore, ad ejus imaginem in templum perductus, incolumis redit. F VIII. Ejus Reliquiæ malignam febrim pellunt.

75 *Hinc ad basim itur columnæ quartæ, quæ dextima est, atque inde ascenditur legendo*: I. Nobilis Comes ad ejus Reliquiæ applicationem ilico febri eripitur. II. Juvenis, ex edito loco præceps in caput ruens, invocato Beato, quasi manu suppositâ, in aëre sustentatur; & loco inde distanti illæsus deponitur. III. Æger ad xenodochium dum pergit, in via ad sepulcrum Beati orans, statim febri & fluxu liberatur. IV. Femina septuagenaria, unico voto & profluxum sanguinis & hydropisim curat. V. Factum pro ægro, viro nobili votum, illum statim delirio, mox morbo omni solvit. VI. Calculi morbo laboranti apparet in somnis, ejusque latera cingulo circumdans, calculum frangit. VII. Calculo ad decem dies omnino obstructum, & jam morientem, ejus Reliquiæ sanant. VIII. Vir nobilis genibus, in oratione niti præ lateris dolore impotens, voto emisso ilico liberatur.]

AUCTORE C. J.

76 Habemus hic universim quatuor & quadraginta miracula, suis figuris expressa & epigraphis explicata; quæ omnia, aut saltem pleraque extracta sunt ex libro 3 Vitæ à Cepario editæ, ubi pluribus descripta legi possunt. Tabulam ipsam quamvis mihi videar pennâ satis clare explicuisse, lubuit tamen etiam cælo sculptam, minori formâ, ad explicationem præmissam apponere, tum quia segnius irritant animum, non tantum quæ audiuntur, sed etiam quæ leguntur; quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus: tum ut conservetur posteritati monumentum antiquum, quod paucis annis post obitum beati Juvenis, honori ejus sculptum fuit, compendiumque mirabilium ejus operationum, jam tum factarum, oculis spectandum exhibet.

Imago ejus,

77 Habeo penes me alias quoque effigies Beati, non tam æstimandas similitudine repræsentationis, quæ parum accurata est, quam quod à personis illustribus aut sanctis factæ sint. Harum unam Serenissimi Mantuæ Duces cudi jusserunt in numismate, quod ex una parte Aloysium repræsentat stantem, oculis vultuque in cælum elevatis, diademate occiput cingente, manibus in modum crucis ante pectus transversis, & ad collum usque
B elatis; pallio aperto & post tergum defluente; pede dextero globum, mundi typum, premente; coronâ inversâ jacente humi; Angelo è nubibus apparente & ramum seu lauri seu liliorum (neque enim distingui satis potest) præferente. Circum legitur hæc epigraphe, sed vocibus dimidiatis; B. ALOYSIUS GONZAGA PROTECTOR MANTUÆ. Infernè ponitur numerus, 80; ac deinde corona inversa. Hæsi in numero isto: nec capere potui quid sibi vellet. Consului igitur Italos: & respondit mihi pro solita sua humanitate P. Joan. Franciscus Vanni, edoctum se, numero illo 80, designari totidem solidos monetæ Mantuanæ, si-

cusa à Duce Carolo

ve libras quatuor ejusdem monetæ, easque relatas ad monetam Romanam conficere bajocos XXII, qui nummulus Romam aliquando peregrinatis notissimus est. Potest hic nummus noster ante annum MDCXXVIII, quo Dux Carolus possessionem Mantuæ & ditionum annexarum adiit, non fuisse cusus, uti ex inscriptione ejus mox patebit, quamvis jam inde à decennio Aloysius *Protector Mantuæ* electus fuerit. In aversâ enim ejus parte conspiciuntur insignia Ducis, & circùmscribitur majusculis, CAROLUS I, DEI GRATIÂ MANTUÆ, MONTISFERRATI, NIVERNII, MAYENNÆ (potius, Maduanæ) RETELII Dux &c. Tum
C sequitur paulo minoribus litteris, FIDES; quod in similibus ejusdem Ducis Caroli insignibus, Historiæ Mantuanæ, anno MDCXXVIII à Possevino editæ, præfixis legitur in ora coronæ interiori, paulo altius quam vox ΟΛΥΜΠΟΣ, id est, *Cælum*. In ima nummi orâ pendet è torque vasculum, formâ illi simile, quod sacrosanctum dominici lateris Sanguinem apud Mantuanos inclusum servat; estque insigne Ordinis equestris titulo *Redemptoris*, anno MDCVIII à Duce Vincentio maxima celebritate instituti, aut restituti; *ejusque rogatu*, ut scribit Ricciolius noster, *confirmati à Paulo V, die* XXV *Maij*.

78 Dudum quæsiveram per Italiam istiusmodi numisma, nec inveneram: cum inde Viennam Austriæ profectus, depositâ ulterioris inquisitionis solicitudine, ibi in Societatis nostræ Domo probationis, inter alia sacra cimelia, præter expectationem conspicor numisma desideratum, ipsumque, R. P. Gabrielis Heveneſi, ibidem Magistri tironum curâ studiosè delineatum, hic repræsento.

D



Adiit Carolus, Guilielmi Ducis ex fratre Ludovico nepos, post filium ejus Vincentium tresque ex hoc nepotes pariter Duces, sine mascula prole defunctos omnes, ducatum Mantuæ ac Montisferrati anno MDCXXIII, eatenus tantum Dux Nivernii, Maduanæ ac Retelii in Galliis; quo Ludovicus pater ejus concesserat pridem, ductâque anno MDLXV uxore Henriettâ Clivienſi, Franciſci Nivernii ac Retelii Ducis & Margaritæ Borboniæ filiâ natu maximâ, per illam utrumque Ducatum acquisiverat. Ipse vero Carolus, simi- *cum insignibus ejus.*
liter per uxorem suam Catharinam, ex Carolo Lotharingo Guisio Maduanæ Duce genitam, ejus E
Ducatum obtinuerat ab anno MDCXXI, quo Caroli Guisii filius ac heres Henricus, Catharinæ frater, in obsidione Montalbani occubuit. Atque hęc sufficiant in explicationem numismatis; quę & indicant quam illustribus regiisque familiis, etiam per Galliam, innexa sit Mantuana Gonzaghiorum.

Alia picta à Joanne Berchmans,

79 Alia quam habemus imago, isti habitu vestituque simillima, sed triplo major quam exhibeatur in numismate, delineata est (& ideo magni pignoris loco nobis habetur) ab innocentissimo beatique Aloysii æmulo, Joanne Berchmans, è Societate & Belgio nostro, Romæ in eodem Collegio, ubi triginta antè annos obierat Aloysius, sancte mortuo, anno MDCXXI, XIII Augusti, dum studiis ibi philosophicis, uti Aloysius theologicis, operam dabat; celeberrimus innocentia vitæ, custodia sensuum, observatione legum religiosarum, amore rerum cælestium, & observantiâ cultuque magnæ Dei Matris, qualem esse filii decet. Is, non contentus in his omnibus aliisque sedulo imitari Aloysium, imaginem quoque ejus, quam dixi, sibi pinxisse videtur, ut ubique locorum conferre, & cum liberet inspicere posset. Est enim in charta communi picta atque apta aut libello aut pectorali capsellæ imponi. Picta autem F
est pennâ, colore nigro, non imperite: subtus legitur, *B. Aloysius Genzaga*; & in aversa parte notatur aliâ manu (illius crediderim, qui primus thesaurum istum hereditavit) *Fr. Joannes Berchmans Jesuita delineavit hanc imaginem, qui obiit cum opinione sanctitatis.* Satis apparet hanc inscriptionem non esse hominis è Societatis Jesu, sed potius ex alio Ordine religioso, ubi consueverunt *to Fr.* præfigere nominibus propriis; & verosimiliter ex alumnis S. Francisci Assisinatis: donata namque fuit illa, cum alia Berchmanni Reliquia, Patri nostro Danieli Papebrochio, anno MDCLXVII in strenam, ab admodum Rev. P. Guilielmo Herinx, Ordinis FF. Minorum Provinciali, deinde Episcopo Iprensi: qui testabatur, se illam habuisse è sacro thesauro cujusdam religiosissimi Patris sui Ordinis defuncti, qui & sacrarum Reliquiarum exquisitus cultor custosque curiosus fuerat, & Berchmannum olim studentem noverat.

æmulatore Aloysii perquam egregio;

80 Plura addere de hoc præclaro æmulatore Aloysii nihil hic attinet: licebit tamen, quia æmulator

A mulator ejus fuit, ſpecimen æmulationis unicum dare ex epiſtola quadam ejus MS. Romæ anno MDCXIX, XXV Novembris exarata; cujus exemplum apud nos eſt ex autoprapha, quæ hodiedum magna religione ſervatur Mechliniæ à conſanguineis illius, cui inſcripta fuit hiſce verbis: *Admodum Venerando Domino D. Joanni de Froymont, Cantori & Canonico eccleſiæ Metropolitanæ Mechliniæ.* In illa quam magni vocationem ſuam ad Societatem, quam parvi vero carnem & ſanguinem & gloriam mundanam faciat exemplo Aloyſii, manifeſte indicat his verbis: Admodum Venerande Domine. Pax Chriſti. Ingrati animi ſubire vererer notam, ſi hac præſertim opportunitate Dominationem veſtram inſalutatam vellem; utpote cui tantum debeam. Tibi enim, Venerande Domine, & quidquid in ſtudiis peractum feliciter, & quidquid in animum meum divini illius lactis, timoris Dei ſcilicet & pietatis, inſtillatum eſt, acceptum refero; imo & hoc ipſum quod in Societatem Jeſu, indigniſſimus quidem & nequiſſimus, fateor, fateor lubens, Socius tamen Jeſu ſum (quod mihi ſufficit) tuæ, inquam, hoc debeo religioſiſſimæ educationi. Romæ, quo Superiorum meorum juſſu præcedenti anno profectus Mechliniâ ſum,
B perbelle valeo. Primum in philoſophico pulvere annum jam emenſus ſum in Collegio Romano Societatis noſtræ, in quo ad ducentos & eo amplius Patres & Fratres agunt ut plurimùm, ſtudiis continuo navantes operam. Res mira eſt. Omnes fere è diverſis ſunt nationibus, Hiſpani, Poloni, Germani, Luſitani, Dalmatæ, Siculi, Neapolitani, Belgæ, Lituani, Galli &c. et tamen tanto amoris & caritatis vinculo uniti ſunt, quaſi ejuſdem omnes matris filii forent. Inter hos & ego! O Deus bone!]

81 Tum cupit ex libro baptiſmali Dieſthemii patriæ ſuæ *certò* doceri, quot annos natus ſit: ac demum ſub finem epiſtolæ deſiderat, ut Dominus ille curet, *fratres ſuos & ſororem ſingulis ſeptimanis confiteri, & ſingulis menſibus ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere. De reliquo*, inquiens, *nihil ſolicitus ſum. Mendicare oſtiatim meos, graviter non ferrem nec erubeſcerem: Deum mortaliter offendere, tolerare non poſſem*. Hæc ibi. Plura ejus, virtutum Aloyſii imitamina, videri poſſunt in Vita, quam idem Ceparius qui Vitam B. Aloyſii concinnavit, non minus ample compoſitam à ſe impreſſit Romæ anno MDCXXVII; volente, opinor, Deo, ut qui geſtis pleriſque pares fuerunt, eumdem quoque virtutum ſuarum præconem haberent. Unus porro è fratribus Berchmanni noſtri (ſive viventis & vocationem ſuam plurimi facientis exemplo, ſive demortui precibus id ei à Deo conſecutis) & ipſe ingreſſus eſt Societatem, Carolus nomine, placidus moribus, præclarus aſceticæ vitæ magiſter, mortuus in ætate provecta Aldenardæ. anno MDCLXVI, die XVII Januarii.

82 Venio ad tertiam B. Aloyſii effigiem, de qua jam memini, ab auctore ſua commendabilem. Ea fuit S. Maria Magdalena de Pazzis, quæ viſum ſibi in ecſtaſi beatum Juvenem, jam glorioſum in cælo, ad ſe reverſa, coloribus, ut potuit, delineaſſe fertur; illudque ejus opus, gloriantur Sanctimoniales Barberinianæ, in monte Quirinali Romæ, penes ſe eſſe. Pictura parum elegans eſt, nec refert ſpeciem viventis. Caput circumdatur radiis, capillis rufet, rubet genis. Nihilominus aliquot mihi pridem exempla inde delineanda curavi, venerationi tum Sanctæ quæ pinxit, tum Beati qui pictus eſt.

tertia à S. M. Magd. de Pazzis in raptu.

§ VIII. *Promotus Brixiæ & Caſtellione cultus.*

AUCTORE C. J.

83 EOdem anno MDCIV, quo Mantuæ celebrata fuit die XII Maij Synodus quam dixi, in eaque totius diœceſeos judicio conſtitit, mereri ſanctitatem Aloyſii, quæ talis toti mundo declararetur à ſummo Pontifice; exarſerunt præ ceteris Brixienſes (qui Mantuanæ proxima diœceſis ſunt) ſtudio celebrandi gloriam ejuſdem; tum quod Caſtellio patria ejus, confinis eſſet territorio Brixienſi, tum quod ejuſdem eſſet diœceſis: atque imprimis exarſit inter illos nobilis ſtudioſorum juventus, rata ſuas præcipue partes eſſe, juvenem ſanctum & ſuum quodammodo gentilem, debitis condecorare laudibus. Conſtituerunt igitur proximum ejus Natalem, qui incidit in diem XXI Junii, ſolenni quodam ritu celebrare. Eò parant omnia, atque illuceſcente prædicto die conducunt in eccleſiam Societatis Jeſu, S. Antonio ſacram, admodum R. P. Fr. Auguſtinum Perretti Regienſem, ex Ordine S. Dominici Lectorem ſacræ Theologiæ. Hic eò deductus, primum in ara principe Miſſam celebrat de ſanctiſſima Trinitate, ad agendum gratias Deo pro exaltatione B. Aloyſii; tum porrigit ſacroſanctam Euchariſtiam quadringentis facile perſonis; deinde conſcendens cathedram, in loco ad hoc præparato, copioſam ac potentem dixit orationem, quæ paulo poſt typis vulgata fuit Brixiæ, in honorem B. Aloyſii; tantumque auditorio concivit motum, ut multi temperare à lacrymis nequiverint.

Studioſa Brixiæ juventus an. 1604

celebrat feſtum B. Aloyſii variis modis,

E

84 Hujus rei fama, mox urbem pervagata, excitavit omnium animos ad conveniendum ad idem Collegium, præſertim à prandio; quando in loco apto, pannis circùm appenſis, affixos videre erat omnis generis verſus & poëmata magno numero, ibidemque à quodam gymnaſii Studioſo dicta fuit pro concione oratio Latina de laudibus Beati, præſentibus illuſtriſſimis Dominis, Joanne Cornaro & Hieronymo Cappolli, Rectoribus civitatis, Canonicis & Capitulo eccleſiæ cathedralis, multis variorum Ordinum Religioſis, aliiſque præcipuæ nobilitatis viris. Excepit concionem exquiſitus variorum inſtrumentorum concentus; & poëmata aliquot vernacula, totidem Beati encomia, decantata fuerunt. Ut autem ſciretur cujus honori ſolennia agerentur; legebatur apto loco, majuſculis litteris exarata, hæc epi-
F graphe: [BEATO ALOYSIO GONZAGÆ è Societate Jeſu, Caſtellionis Marchioni ac ſacri Imperii Principi, angelicâ vitæ innocentiâ & morum ſanctitate inſigni, Nobiles Brixienſes hoc ſuæ erga ſanctiſſimum & illuſtriſſimum Principem, in eadem diœceſi progenitum, pietatis & obſervantiæ monumentum. D. D. D.]

& magno populi concurſu, etiam Primatum,

85 Neque tantum, glorioſa fuit hæc celebritas beato Principi; fuit quoque utilis auctoribus ad animæ ſuæ ſalutem. Inter hos enim qui recitaverat orationem latinam, motus ipſe imprimis, egregius Orator, dictione ſua, ſtatuit imitari exempla B. Aloyſii, ac intravit eamdem, ubi ille ſanctitatem tantam acquiſiverat, Societatem Jeſu; ibique, proprio nomine omiſſo, amore ejus appellari ALOYSIUS voluit. Alii aliis Religioſorum familiis adſcripti fuerunt. Religioſi ipſi non pauci diverſorum Ordinum & veterani, faſſi ſunt ſe illo die, auditis adoleſcentuli Principis virtutibus, erubuiſſe ſegnitiem ſuam, moreſque in melius mutaſſe.

nec ſine propria colentium utilitate.

AUCTORE C. J.

Fuerunt quoque inter mundanos homines nonnulli, quos tanta inde pœnitudo geſtorum ſuorum cepit, ut eodem die exomologeſim totius vitæ retroactæ inſtituerint. Denique ſtudioſa juventus Brixienſis, ut quiſque nobilior erat ſanguine, majori ardore incubuerunt ad imitandum Aloyſium, ipſum ſibi elegerunt Advocatum apud Deum & Protectorem, conſueveruntque exinde apponere ſcriptionibus ſuis hoc lemma, *Laus Deo atque B. Aloyſio Gonzagæ.*

Caſtellionenſes ſupplicant Ordinario ſuo,

86 Inter Brixiam & Mantuam mediâ fere viâ interiacet Caſtellio, Marchionatûs olim, deinde etiam Principatûs titulo inſignis urbs cum territorio ſuo, quæ Aloyſium in lucem dedit. Hujus incolæ ipſum pridem appellabant *Sanctum*, uti conſtare, ait Ceparius, ex proceſſibus ibi formatis. At vero viſis anno MDCIV Mantuanorum Brixianorumque ſtudiis in extollenda ejuſdem gloria, cœperunt etiam ipſi ſublimius aliquid deſiderare, cupientes, in majore eccleſia ſua effigiem ejus publicè proponi venerandam. Expoſuit hoc populi deſiderium die XXI Maij, novem non amplius diebus poſt Synodum Mantuanam, Epiſcopo Brixienſi Perilluſtris Dominus Fauſtus Paſtorius,
B Protonotarius Apoſtolicus, prædicti Epiſcopi Vicarius, & Archipresbyter Caſtellionenſis, per litteras hunc in modum ſcriptas.

ut ſibi liceat Beati effigiem

87 Augeſcit quotidie fama ſanctitatis B. Aloyſii Gonzagæ, Societatis Jeſu Religioſi; & populus hujas, qui admodum pius ac religioſus eſt, me ſtimulat, ut ſupplicem Illuſtriſſimæ Dominationi veſtræ (uti per haſce reverenter ſupplico) dignetur nobis concedere facultatem, exponendi effigiem prædicti B. Aloyſii loco decenti in eccleſia noſtra, quo major in populo excitetur pietas, majorque veneratio ac ſtudium imitandi præclara & ſanctiſſima ejus geſta; ut ne cedat patria ac ditio propria exteris hominibus, qui jam declararunt publicè ſuam erga Beatum noſtrum pietatem ac venerationem. Ita declaraverunt nuperrime ſuam, tum Illuſtriſſimus Epiſcopus Mantuanus, tum Clerus, tam civitatis, quam univerſæ diœceſis, in Synodo proximè habita, cum

in templo venerationi publicæ exponere,

acclamatione & approbatione omnium; ubi & decretum fuit, ut ſupplicetur ſanctiſſimo Domino Noſtro, totius diœceſis nomine, pro canonizatione ejuſdem beati Juvenis. Conſolabitur ergo Dominatio veſtra Illuſtriſſima (ita iterum
C ſupplico) populum hunc, concedendo ei deſiderium ſuum tam æqua poſtulanti; præterquam quod id maximopere placiturum ſit Excellentiſſimo Domino Marchioni Domino meo, & Beati, quo de agimus, fratri germano, in cujus religioſa deſideria ſemper propendit Illuſtriſſima Dominatio veſtra.]

eoque conſentiente, exponunt 28 Julii.

88 His aliiſque deinde motus Epiſcopus Brixienſis conceſſit quod rogabatur; fuitque imago Beati Caſtellione in eccleſia principe, ſanctis Nazario & Celſo glorioſis Martyribus dicatâ, ipſo eorum ſolenni feſto die, XXVIII Julii elevata, & publicæ venerationi expoſita, coram maxima populi multitudine. Aderat quoque admodum Rev. P. Fr. Magiſter Silveſter Ugolotti, Dominicanus, Vicarius Generalis ſacræ Inquiſitionis per civitatem totamque diœceſim Brixienſem, patriâ Caſtellionenſis; qui cum aliquot ſuæ Religionis Patribus eódem venerat honorandi feſti cauſa: atque in eadem eccleſia illo die de virtutibus laudibuſque Beati verba fecit è loco altiore, ad popu-

In Oratione tunc habita ad populum

lum frequentiſſimum: quos inter adfuerunt etiam Excellentiſsimæ Dominæ, mater & fratria Aloyſii, Principis Franciſci uxor Bibiana: quanto autem ſuo gaudio adfuerint, facilius eſt cogitatu D quam explicatu. Sumpſit Orator pro ſuo themate iſthæc, Apocalypſeos cap. 3, verba: [Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius; & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Hieruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum novum.] Hæc deinde in diſcurſu *laudantur* ſuo oſtendit Orator; Aloyſium præmia meruiſſe *præter* pugnando & vincendo mundum, carnem, ac dæ- *Aloyſium,* monium; atque, immarceſsibili corona nunc circumdari in cælo, portantem in fronte ſanctiſsimum Jeſu nomen, cujus Socius in terra fuerat. Tum ad præſentem converſus matrem, gaudere illam jubet immortali gloria filii ſui; ac feliciorem prædicat Reginis atque Imperatricibus cunctis, quas unquam, fortunâ & victoriis filiorum ſuorum, lætificavit mundus.

89 Nam [illæ quidem lætantur, *inquiebat*, dum filios ſuos conſpiciunt glorioſis in curribus triumphum ducere, atque à populis veluti ſemideos, ut ita dicam, adorari in terris; ſæpe autem contingit *mater ejus* (*certe timere id ſemper debent*) ut eoſdem deinde vi- *præſens* deant efferri mortuos lugubri pompa ad ſepultu-
E ram: tu vero, Feliciſsima mater, quæ tantam è vita ſanctiſsima filii tui cepiſti voluptatem, ut Angelum eum tuum nominare conſueveris, adhuc viventem in terris; & nunc credis, eumdem in cælis Sanctiſsimo Jeſu nomine coronatum; præterquam quod fatearis, eum te glorioſum conſpicatam pridem eſse, ac deſperatam plane valetudinem conſpectu illo recuperaſse; tu, inquam, majori merito potes gaudere, ac diem feſtum agere, abſque metu, ne gaudium tuum vertatur in planctum, niſi forte præ magnitudine conſolationis ſupernæ, ſine admixtione doloris. Nam uti verum eſt, quod abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum; ita verum quoque eſt, quod abſterget lacrymas illorum, quibus, ſuorũ cęlo receptorum cauſa, aliquid dolendum eſse videtur.]

& alii propinqui,

90 Poſt hæc fratribus quoque Aloyſii gratula- tur felicitatem, ſuam talis fratris, nec non & fra- F triæ ejus Bibianæ, quam ſeſe invitaſſe ad hanc orationem habendam innuit. Et brevi in Urbem, ubi tunc coniux ejus Princeps Franciſcus Legatus Cæſareus morabatur, profecturam acturamque de ſupremis honoribus Aloyſio decernendis, talibus proſequitur votis: [Ito, ito, Domina noſtra; feliciſſimum tibi precamur iter; expone ſis Pontifici ſummo hujus tui fidelis populi deſiderium, videndi hunc Principem ſuum propediem adſcriptum catalogo Sanctorum. Sumet felicitas tua incrementum, ſi illam nobis obtinueris gratiam. Quam in rem nos omnes, & interceſſionem tuam ſupplices imploramus, & ut obtineas quod optamus, precamur Deum. [Mox univerſam familiam Gonzaghianam felicem dicit, quia quæ indies in terra mortalium multiplicat Principes ſuos, eos nunc multiplicat per B. Aloyſium, etiam in terra viventium ſive gloria cęlorum. Nunc verè dici poteſt attigiſſe apicem amplitudinis ac ſublimitatis ſuæ, quia protulit regem, qui regnat in cæleſti paradiſo in æternum.

item patria,

91 Denique patriam ſuam Caſtellionem omnium feliciſſimam appellat, quod Marchionatus tantum cum ſit, meritis B. Aloyſii æquiparetur ampliſſimis regnis. [Quippe ſi florentiſſimum Galliæ regnum habuit Regem Ludovicum ſeu Aloyſium ſanctum; tu habes Principem Aloyſium, æſtimatum, & voce populi prædicatum, Sanctum, ac talem ſperamus brevi futurum ab approbatione Papæ. Nec prætermitten-

A mittendus hic est alius S. Ludovicus seu Aloysius, secundo genitus Caroli II, item Galliæ Regis (imo potius Siciliæ) quem inter & nostrum Aloysium tanta intercedit similitudo, ut alter videatur esse alterius imago. Sileo, utrumque eodem nomine appellatum fuisse: tantum memoro, quod si noster cessit Principatum suum suo fratri, filio natu secundo Ferdinandi; ille cessit regnum suo fratri, filio natu tertio Caroli prædicti. Si noster induit habitum religiosum societatis Jesu; ille induit Seraphici Patris Francisci: ille excelluit gloriâ virginitatis; noster quoque: nullo umquam se crimine gravi noster obtrinxit; atque ille ab omni noxa tali semper animam conservavit illibatam: è vivis excessit ille annos XXIII & aliquot tantum menses natus, excessit noster annis itidem XXIII & tribus tantum mensibus ætate exactis. O quam pulcrum similitudine par Sanctorum! quanta utriusque paritas virtutum & gestorum!

quæ & sperare prospera quævis à Principibus suis jubetur.

92 Felicem te dico, cara patria mea, quæ tantum in fastigium sublimata es per Aloysium Principem tuum, ut mundo universo admirationi sis. Dic mihi, amabo te, ecquid non speres, quid non obtineas à Principe optimo, qui possidet omnia in cælo? Quid pensitas? Fortasse, Beatum in illa essentiæ divinæ lucidissima luce, qua frui eum credimus, non videre, quid in te, suo quondam dominio, agatur aut; impetrare à Deo non posse intercessione sua quod tibi deest? Absit tantum piaculum. Scito potius, te habere in illo, uti & in excellentissimis ejus fratribus, legitimos Dominos, non tyrannos; serenissima stirpe & lucidissimo sanguine progenitos, non homines noves; bene catholicos, non erroris alicujus labe infectos; religiosos, non discolos; sanctos, non mundo deditos. Habes in illis nunc duos legitimos Principes tuos ac intercessores; alterum adhuc viventem, apud Vicarium Christi Domini in terris, videlicet Principem nostrum Franciscum, Imperatoris Legatum; alterum immortalem, ante thronum Dei in cælis, nempe beatum nostrum Aloysium, Principis Francisci fratrem natu majorem.] Hæc Orator ille, alia quoque plura differens relatu digna: sed historiam nos scribere meminimus.

B

Quid in elevatione imaginis factum sit.

93 Quid porro in solennitate illa à populo actum sit, & quam bene Orator partes suas expleverit, indicat prædicta Domina Bibiana, quæ vidit ac audivit, litteris ad P. Ceparium die XXX Julii datis, ita sonantibus. Dedi pauxillum de sancta Reliquia B. Aloysii Patri Vicario sacræ Inquisitionis, qui tam præclare rem gessit in hac celebritate nostra, ut universus populus (quod de me ipsa quoque possum affirmare) perfusus fuerit consolatione interna, atque plausum dederit Oratori. Præterea toto illo die, ab ortu solis ad usque occasum, idem populus supplicantium more adibant ac venerabantur benedictam illam & elevatam Beati effigiem, Indulgentias quæ concessæ erant lucraturi: cumque jam sit dies tertius ab elevatione, nihilo tamen minor est concursus. Nulla dubito, quin Medola & Solpharinum (*duæ aliæ ditiones familiæ Castellionensis*) desideret similiter honoratum videre Beatum nostrum in ecclesiis suis; & videbunt brevi. Sed quoniam reliqua, quæ nunc hic gesta sunt, explicabit Paternitati vestræ coràm Pater Vicarius, non dicam aliud, quam quod nuper anniversarium Beati diem, præmisso jejunio, ut festum, celebravimus, & sacrosanctâ Eucharistiâ in honorem ejus cum tota Aula refecti sumus.]

C

Anno 1604 mitti ad sepulcrum ejus cœperunt anathemata

94 Eodem tempore, *videlicet anno* MDCIV, *inquit Ceparius in schedis suis*, mitti è variis Italiæ locis portarique Romam cœperunt ad sepulcrum Beati tabellæ votivæ omnis generis, in testimonium obtentorum per intercessionem ejus beneficiorum: quod licitum quidem esse (*tunc certe fuit, nondum editâ super illa re Constitutione Urbani Papæ* VIII) affirmant passim Doctores: nihilominus tamen Patres Societatis Jesu, non ad occultandam gloriam Beati sui, sed quo maturius cautiusque procederent in re tanti momenti; tabellas prædictas, ad sepulcrum ejus allatas, diu consueverunt inde sublatas in angulo sacrarii sui recondere, non citra querelas eorum qui attulerant; usque dum, consentiente Papa, eodem unde ablatæ fuerant, reportatæ sunt;) & quidem solenniter anno sequenti. Hæc confirmari possunt ex assertione testis X in processu Romano, Antonii Mariæ Nazarii è Societate Jesu; qui, præfatus, se unum esse æditimorum ecclesiæ Annuntiatæ in Collegio Romano, ubi sepultus est B. Aloysius, [Memini, *ait*, quod dum corpus ejus servabatur absconditum in loco, exteris hominibus ignoto, nondum expositum venerationi, & nullâdum expositâ imagine ipsius, apportata fuerunt anathemata votiva in honorem ejus è variis locis; nempe Româ, Ferrariâ, Parmâ, Patavio, Mutinâ. Postea vero quam corpus translatum fuit ab altari S. Sebastiani, ubi tum latebat, ad altare B. Mariæ (tacta est autem translatio illa solenniter, numeroso præsente populo, intercinente musicâ, Patribus more supplicantium præcedentibus, & præferentibus cereos) tanta confluxit multitudo hominum caput Beati, quod seorsim extra capsam servatum fuit, osculandi, coronis precatoriis contingendi, & affectis corporum suorum membris, (si qua forte haberent talia) admovendi cupidorum, ut in seram vesperam & primam post solis occasum horam oportuerit intentos esse Patres ad satisfaciendum desiderio omnium.

AUCTORE C. J.

E

ex variis Italiæ plagis.

Translato corpore

95 Post hæc Illustrissimus Cardinalis Dietrichstenius, re prius collatâ cum Sanctissimo Domino nostro, accessit quodam die mane, unà cum Legato Cæsareo, collegium Romanum: & arreptam Beati tabulam pictam, quæ adhuc in ecclesia nostra prædicta visitur, simul hinc & inde ferentes, suspenderunt in memorato sacello supra corpus, & circùm affixerunt anathemata votiva, eatenus oblata. Quo facto Illustrissimus Cardinalis in eodem sacello celebravit Missam: atque inde in hunc usque diem (XXI *Augusti* MDCIX) frequentissimus fuit concursus; nec solum populi Romani, sed Patavio quoque & Praga advenerunt voti causa. Accesserunt eódem sæpe plures simul Cardinales, Dux etiam Mantuanus, Princeps Perrettus, & omnes fere Legati Principum. Numerari inter illos imprimis debent Cardinales Asculanus ac Baronius; quorum ille frequentior ceteris oratum venit ad sepulcrum, suisque aulicis & aliis tunc præsentibus commendabat plurimum sanctitatem eximiam Beati nostri. Hic autem tam ardenti in eumdem Beatum ferebatur amore, ut non tantum frequentissimus ad sepulcrum ejus inviseret, seque in orationem ibi effunderet; verum etiam brevibus spatiis inter orandum inclinaret caput ad terram usque, & oscularetur pavimentum sacelli. Illud porro factitabat crebro, quia longo plerumque spatio temporis ibidem perseverabat in oratione: & ego observavi aliquando, illum duodecies & amplius dum oraret, inclinatum, terram osculatum esse. Ad hæc, ubi finitâ tandem oratione discedebat, plerumque audiebatur

elevatur imago Beati:

F

sepulcrum honoratur à summis viris,

& singulari ardore à Card. Baronio;

AUCTORE C. J.

diccre, O ſanctum! ô ſanctum! ô ſanctum! hic vere ſanctus eſt. Quando prope jam aberat à vitæ termino (*quem habuit die* XXX *Junii* MDCVII) penultimùm quod domo egreſſus eſt, quia præ debilitate corporis vix movere ſe amplius loco poſſet, adjutus & ſuſtentatus à duobus miniſtris ſuis, venit poſtremùm viſitare prædictum ſepulcrum orationis cauſa; abituriens vero altùm ſuſpirans, clara voce dicebat: O beate Aloyſi, ora Deum pro me; & paucis diebus vitæ curſum explevit.

96 Ab eodem etiam elevatæ imaginis tempore, vidi eò venire magno numero Epiſcopos, Prælatos, Cardinales, alioſque Sacerdotes ad celebrandam in dicto ſacello Miſſam, aut privata pietate ſua, aut ex voto; adeo ut nonnumquam uno die celebratæ ibi ſint pluſquam duodecim Miſſæ votivæ, præter quinque aut ſex alias, etiam votivas, ab exteris fieri curatas. Miſſa autem celebratur in gratiarum actionem. Toto etiam die afferuntur votiva anathemata, è variis mundi partibus ſubmiſſa, puta è Germania, Polonia, Belgio, Lombardia, Neapoli, & locis aliis. Offeruntur pariter lampades argenteæ, & allatæ fuerunt uſque ex Polonia: quarum unam miſit Magnus regni illius Mariſcalcus: alius miſit ſex candelabra è ſuccino pulcherrima, alii alia dona; interque ea venit torques aureus, gemmis diſtinctus, Pragâ; neque Roma in donando parca fuit. Univerſim autem jam habentur oblatæ Beato lampades argenteæ ſex cum thuribulo uno prægrandi & ipſo argenteo, præter aliam lampadem, quæ nunc mittitur (& eſt in via) à Chriſtianiſſima Francorum Regina (*Maria, Franciſci Magni Ducis Etruriæ filia, olim Aloyſio familiariter nota Florentiæ*) æſtimata mille aureis (*quos* ſcudi d'oro *vulgo appellant Romani*) uti per litteras indicatum eſt: ut nihil referam de immodica vi ceræ atque olei, quod ad nutriendum lampades affertur.] Hæc illeque quia ad idem argumentum, quamvis non ad eumdem annum, pertinent, ſimul dicenda putavimus. Interrogatus autem de cauſa ſcientiæ ſuæ, ita reſpondiſſe notatur in proceſſu, *Quia eſt Sacriſta, & vidit, & habet dicti ſepulcri cuſtodiam*. Pleraque prædictorum deponit etiam alter æditimus Anſanus Naccarinus, teſtis ibidem XVII.

frequentes ad illud Miſſæ votivæ

B

ac donaria argentea.

C

§ IX. *Cultus quo pacto promotus anno* MDCV.

97 CLemens VIII, qui, nondum evolutis octo menſibus ab obitu Aloyſii, Pontifex creatus, & ſanctitatem ejus ſæpe miratus, de eâque cum ejus fratre Franciſco Principe Legato Cæſareo non ſemel coram locutus fuit; naturæ conceſſit hoc anno MDCV, die III Martii. Succeſſit ei Leo XI, non integri menſis Papa; & XVII Maij electus eſt Paulus V, qui ampliores Beato noſtro honores variis temporibus decrevit. Quatriduo ante electionem ejus, id eſt XIII Maij, curaverat Legatus Cæſareus Beati Corpus transferri è ſacello S. Sebaſtiani in ſacellum S. Mariæ Virg. ſatis ſolenniter, uti modo audivimus ex æditimo, & à Cepario quoque tactum eſt ſub calcem libri 2 Vitæ; eâque occaſione apertâ capsâ aliquid inde Reliquiarum, probante Præpoſito Generali Societatis Jeſu, ſibi & Sereniſſ. Duci Mantuæ exemit. Non multo poſt veneraturus novum Pontificem oſculo pedum, in ipſa oſculatione illud primum beneficium ſibi ab eo fieri rogavit, ut in vitam, famam ſanctitatis, virtuteſque fratris ſui Aloyſii mandaret inquiri; &, ſi illa id mererentur, ipſum referre vellet in numerum Sanctorum. Idem mox beneficium Pontificem poſtulavit, per libellum ſupplicem die XXI ejuſdem Maij, Cardinalis Dietrichſtenius: qui, dum in ſeminario Nobilium Romano adoleſcens dabat operam litteris, Aloyſium noverat, ejuſque virtutum dum viveret, admirator; poſt mortem vero, in exequiis coràm venerator fuerat, ac deinceps cultor eximius.

D

Permittente Paulo V, recens creato Papâ,

98 Promiſit Cardinali Pontifex, ſe cauſam remiſſurum ad ſacram Rituum Congregationem, præterquam quod ei permitteret, ut teſtatur Princeps Franciſcus in proceſſu Caſtellionenſi, elevare imaginem Aloyſii. Certe à Papa digreſſus, rectà contendit ad Collegium Romanum, accepit in ſacrario prædictam imaginem pictam, & una cum Principe, ut paulo ante narratum eſt, eam transferens ad ſacellum B. Mariæ, affixit ſupra ſepulcrum ejus. Tunc (*uti loquitur citatus Princeps*) Ego & Cardinalis extulimus pariter è ſacrario, ubi abſcondita ſervabantur, anathemata votiva, eaque circum imaginem appendimus: & mox ſacrum veſtitum indutus Cardinalis, ibidem Miſſam celebravit, tanta devotione & verſus ſepulcrum reverentiâ, ut omnium adſtantium animos commoveret.] Dixit autem (ut alibi legitur) *Miſſam de Spiritu ſancto in gratiarum actionem, veneratus intio profundâ reverentiâ imaginem Beati*; quam denuo veneratus eſt *ante Introitum*, cum aſcenderet poſt Confeſſionem ad altare, uti aſſerit teſtis II Caſtellionenſis; teſtatus etiam expreſſis terminis, eamdem imaginem, *conſentiente Papa, publice* elevatam, *radiiſque ac titulo Beati* ornatam fuiſſe. Hæc omnia videntur peracta eſſe eodem die XXI Maij, quo Cardinalis libellum ſuum. Pontifici obtulerat. Sexto poſt die, qui erat XXVII ejuſdem menſis, ſimilem libellum tradidit Pontifici Princeps Franciſcus; qui ſimiliter ad ſacram Rituum Congregationem remiſſus fuit. Hæc vero, maturâ conſideratione adhibitâ, decrevit, *Utantur jure ſuo viâ ordinariâ*; videlicet curando primùm fieri proceſſus particulares ab Epiſcopis locorum; quod & curatum mox eſt. Interea ad ſepulcrum Beati prima lampas argentea appenſa fuit, die XXIX ejuſdem Maij; & Clemens de Ghizonis, in proceſſu Caſtellion. teſtatur ſe illam ibi appendiſſe. Utrum vero appenderit à ſe, an vero à Principe Franciſco in cujus familia verſabatur, non prodit. Plura quoque alia illo die allata ſunt anathemata; & nova beneficia ſunt obtenta.

elevatur publice imago Beati Romæ,

cui appenditur lampas argentea.

E

F

Altera feſtivitas ſit Brixiæ,

99 Quod anno ſuperiore anniverſariâ Beati luce, XXI Junii, inchoaſſe ſtudioſam Brixienſium juventutem ſupra retulimus; hoc anno MDCV, eodem recurrente die, totius civitatis conſenſu, majori ſolennitate innovatum eſt hunc in modum. Iterum, ut anno præcedenti, Miſſam celebravit, in eccleſia S. Antonii Patrum Societatis Jeſu, quidam venerabilis è S. Dominici familia Sacerdos, multiſque ſacram diſtribuit Synaxin. Pater Vicarius Generalis Inquiſitionis Silveſter Ugolotti, quem anno item præcedenti in elevatione imaginis Caſtellione ad populum verba feciſſe meminimus, hoc anno Brixiæ portavit in prædictam Patrum eccleſiam ingentem tabulam, B. Aloyſium repræſentantem, cum longo tractu ſupplicantis populi, de conſenſu Epiſcopi D. Marini Georgii, eamque in conſpectu omnium ibi extulit, atque ſublimem collocavit. Tum pro concione dixit de virtutibus & ſanctitate Beati pereleganter: curatumque eſt, tam hanc orationem ejus, quàm anno ſuperiori Caſtellione

A lione de eodem argumento habitam, simul typis excudi. Prætermitto alia, quæ ad celebritatem hujus festæ lucis augendam, Brixiæ acta sunt.

Parmæ, 100 Non dissimilia alibi facta fuerunt per Lombardiam. [Parmæ, *inquit P. Aloysius Valmarana Societatis nostræ, in processu Romano testis* IV, ego primus fui, qui anniversario B. Aloysii die, quando primùm exposita apud nos publice fuit imago ejus (*quod anno* MDCV *aut* VI *factum est*) pro concione dixi de laudabili ejus vita, præsente ipso Serenissimo Duce Parmensi. Post prandium eòdem loci venit etiam Serenissima Ducis conjux, tota urbis nobilitas, & populus propemodum universus. Nec minor eluxit pietas, quam fuit concursus. Audiebantur enim passim per ecclesiam aliorum singultus, aliorum lacrymæ cernebantur. Eodem die ad imaginem affixa fuerunt multa anathemata argentea: & deinceps adeo percrebuit fama Beati atque invaluit populi erga eum religio per civitatem universam, conjuncta cum ingenti fiducia, ut multi voto se obstringentes Beato, miraculosa obtinuerint beneficia.] Aliqua horum ex ejusdem Valmaranæ relatu dabimus alibi. Transeo ad alias civitates.

Cremonæ, 101 Cremonæ varius apparatus fuit ac splendi-
B dus, Poëmata in publico proposita, encomia Beati latine recitata, præsentibus Illustrissimo & numquam pro meritis laudando Episcopo loci Cæsare
Mutinæ, Speciano, item Patre Inquisitore Dominicano, &
Patavii, multa nobilitate. Similia fecerunt Mutinenses,
Mantuæ, Mantuani, Patavini. Et hi ultimi elevarunt etiam publicâ ceremoniâ, concionem habente magni no-
Castellione, minis Oratore, imaginem Beati; quod & sub finem anni fecerunt Mantuani, ut postea dicam pluribus. Castellione pridie festi jejunatum est; festum ipsum ex more Ecclesiæ cultum, & quidem exquisita solennitate in templo principe; ubi illo die circiter mille homines sacrosanctam Eucharistiam sumpserunt: atque inter illos fuere septem aut octo, qui postquam Communionem Paschalem non susceperant, & obstinato animo susceptur os negaverant, hoc die anniversario, populi pietate ac religione, fortasis & Beato pro suis olim subditis Deum deprecante, mori, propositum mutarunt; & nullo monitore, ipsi quoque expiatâ conscientiâ ad sacram Mensam, multis mirantibus, & Beato illorum conversionem tribuentibus, accesserunt. Singularia certe & frequentia Castellionensibus suis nocitur Beatus beneficia contulisse, ac vicissim ei illi singularem cultum & gratitudinem reddidisse. Habeo exemplar epistolæ P. Bernardini Confalonieri, Provinciæ Venetæ Societatis nostræ, Præpositi, XXIV Decembris, hoc anno MDCV datæ Mantuæ, ad P. Ceparium; in qua de prædictis beneficiis & gratitudine sic scribit. Castellione in ecclesia majori, pendent jam anathemata votiva XVIII circum imaginem B. Aloysii, *anno ante uno ibi elevatam*: & ex litteris Archipresbyteri istius loci disco, pia populi liberalitate & gratitudine, octo lampades ibidem perpetuo ardere. Idem Archipresbyter curat modo legitimâ auctoritate probata reddere aliquot miracula illic facta. Inter quæ legitur, quod pauper quidam paralyticus, postquam longo tempore decubuerat lecto, nec movere pedem inde poterat, curavit se portandum in asino ad ecclesiam; quodque ibi ante imaginem Beati aliquantùm precatus, pristinam sanitatem recepit, ac pedes ab ecclesia domum rediit. Hæc P. Provincialis. Quid quod Calisii quoque in Polonia ejus celebratum hoc anno sit festum, expositâ in sacello quodam sacrâ Reliquiâ de corpore ejus sumptâ, & Româ allatâ: quo in sacello multi

item Calisii in Polonia.

C illo die de eodem Beato religiosæ veneration is AUCTORE
causa Missam celebraverunt. C. J.

Anniversarium Beati festum Romæ

102 Sed festum ipsius anniversarium hoc anno præcipuâ celebritate peractum est Romę. Legi amplam rei narrationem tunc descriptam; cujus hic compendium accipe. Primo loco proponitur apparatus ecclesiæ, à summo ad imum tapetibus Belgicis circùm vestitæ; quos studiosa inventus, appensis ingenii atque industriæ suæ compositionibus, elegiis, odis, epigrammatis, symbolis, emblematis, picturis aliis, apte distinxerat. Supra ducebatur limbus circum ecclesiam, sic majusculis inscriptus: [B. Aloysio Gonzagæ, sacri Imperii Principi, Marchioni Castellionis, è Societate Jesu, qui generis nobilitatem auxit gloriâ meritorum, sanctorum hominum gloriam vitæ sanctitate æquavit, multorum sanctitatem summâ innocentiâ superavit, ambæ Humanitatis Classes, Legati Cæsarei nomine, posuerunt.] Sacellum, ubi corpus ejus reconditum est, *sumptibus Legati Cæsarei,* decoratum, fulgebat auro & argento & pannis pretiosis. Imaginem ibi muro affixam coronabat conopeum: subtùs ante sepulcrum stratus erat pannus, opere phrygio aureo pertextus; in cujus fere summa
E parte cernebatur venerabile Jesu nomen, characteribus aureis expressum; in imâ insignia Gonzaghiorum; in medio utrorumque hæc epigraphe, *Hic jacet corpus B. Aloysii Gonzagæ è Societate Jesu.* Cingebant sepulcrum multæ faces ardentes, interpositis florum fasciculis, tum recenter ex horto lectorum, tum arte eleganter è serico factorum.

magno communicantium numero,

103 Ara dives splendebat argento, in eâque immolatum fuit à prima luce ab honoratis Sacerdotibus & Prælatis, per Missam de sanctissima Trinitate, ad agendum gratias Deo pro elevatione Beati. Fecit ad eamdem quoque aram admodum Reverendus Pater noster Generalis Claudius Aquaviva, ub horam Italorum more duodecimam, quæ Transalpinis circiter octava est, assistentibus ei duobus Sacerdotibus sacræ Theologiæ Professoribus, aliisque ministris. Interea personare cœpit elegans musica & suavis, quæ porro tenuit usque ad meridiem. Ingens quoque numerus fuerunt participantes sacram Eucharistiam; atque inter primos nostri Tirones, è domo Probationis eò missi bene mane; uti & Clerici nostri Collegii Romani, Rhetoricæ, Philosophiæ, ac Theologiæ auditores: ascenderuntque deinde Tirones ad cubiculum, ubi supremum spiritum Aloysius Deo
F reddidit, ornatum instar sacelli, appositâ hac inscriptione latinâ: *Ex hoc loco migravit in cælum B. Aloysius Gonzaga é Societate Jesu.* Postea studiosa gymnasii juventus bene ordinata ad mensam Eucharisticam accesserunt; ac primum scholę infimę, dein superiores. Excellentissima Marchio, Legati Cæsarei, qui ob invaletudinem adesse non poterat, conjux, cum gynæceo suo & ephebis; item Excellentissima Domina Hortensia Burghesia, summi Pontificis per maritum neptis, Communionem acceperunt in sacello Beati: reliquis omnibus illa distributa fuit ad altare majus; & non paucis etiam in aliis sacellis, quibus, præ multitudine cupientium communicare, ad summum altare aditus non patebat.

nobilitatis universæ concursus,

104 Ubi sacris operari desitum est, oblata fuit super altare sacelli, nomine Excellentissimi Legati, casula Sacerdotalis cum reliquo sacrificantis apparatu, acu eleganter picta & auro dives, subindicante illo qui afferebat, Missam esse ad beatissimam Dei Genitricem Mariam, quia B. Aloysium ipsa recepisset in sacellum suum: mansitque totus iste apparatus illo die super altare cuivis spectabi-

AVCTORE C. J.

lis. Auxerunt præſentiâ ſuâ celebritatem feſti, primaria nobilitas Romana, Cardinales multi, Duces & Principes utriuſque ſexus, Principum quoque Catholicorum totius propemodum Europæ Legati. Neque hoc tantum die ita frequentata fuit eccleſia: continuatum eſt per dies octo; quibus etiam, ac aliis totidem pòſt, recitata quotidie fuerunt coram aliquot ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus poëmata varia & variæ orationes, Latinâ Græcâque linguâ, à frequentantibus ſcholas noſtras Studioſis; quos inter ultimo die perorarunt, cum plauſu concionis, Illuſtriſſimi Principes, Petrus de Aragonia & Scipio Pignatelli, ille Ducis Terrænovæ, iſte Ducis Biſacii filius. Denique hoc ipſo anniverſariæ ſolennitatis die, ſuſpendit ex imagine Beati ſupra ſepulcrum Frater noſter, incola Collegii Romani, Joannes Juſtinianus, anathema argenteum, quia undecim dierum dyſuriâ ad mortis fauces adductus, manifeſtâ ejus ope, nec opinatò, omni periculo liberatus fuerat: de quo plura libro 3 Vitæ dicenda erunt.

per duas Octavas celebratâ.

Rogatur Pontifex canonizationem ejus

105 His Romæ peractis, ac totâ Italiâ primum, mox etiam trans Alpes vulgatis, incenſa ſunt multorum ſtudia, illorum prçtertim, qui Aloyſium aut
B ſanguine contingebant aut aliter viventẽ noverant, ad cohoneſtandum ejus merita & amplificandum gloriam. Hinc Legatus Cęſareus porrexit die XXIX Julii ſummo Pontifici alterum ſupplicem libellum, quo exponebat, proceſſus ab Ordinariis locorum pro canonizatione B. Aloyſii fieri juſſos, corum ſedulitate jam perfectos, in manibus eſſe ſacræ Congrega-

à magno Duce Hetruriæ,

tionis Rituum; & Pontifex libellum ad eamdem Congregationem remiſit. Sereniſsimus Ferdinandus, Magnus Etruriæ Dux, inſuper motus, tum ſuâ ſeorſim, tum univerſæ familiæ ſuæ religione, qua ſemper Aloyſium, ex quo puer Florentiæ & in aula iſta verſatus, multa ſanctitatis ſuæ ſpecimina dederat, & magis poſtquam miracula ibidem patrare cœpit, venerati fuerant, poſtulavit & ipſe ſummum Pontificem, die X Auguſti, enixis

à Duce Parmenſi,

precibus canonizationem ejus. Idem eumdem poſtulavit, die XIX ejuſdem menſis, Sereniſsimus Ranutius, Parmæ & Placentiæ Dux, qui puer puerum Aloyſium, ut fatetur, ob ſuaviſsimos mores & modeſtiam ſingularem, arctâ complexus amicitiâ fuit; ejuſque amore, ait, tantò ſe magis magiſque deinceps incenſum fuiſſe, quantò ſua longius procedebat ætas, & cognitio virtutum atque
C operum mirabilium Aloyſii clarior fiebat.

ab Epiſcopo,

106 Septimo pòſt die, videlicet XXVI jam dicti menſis, acceſsit quoque Illuſtriſsimus Fr. Franciſcus Gonzaga, Epiſcopus Mantuæ, olim Generalis Ordinis Minorum, & Aloyſio auctor ut Societatem Jeſu ingrederetur, atque in itinere Hiſpano-Italico perpetuus comes; ſupplicans Pontifici, ſuo ſuæque diœceſis nomine, (quod in ſynodo Mantuana ſuperiori anno decretum fuiſſe diximus) uti Aloyſium Sanctis adſcriberet. Aderat tunc Romæ prædictus Epiſcopus, & ſequenti die eòdem Mantuâ venit eamdem ob cauſam Sereniſsi-

& Duce Mantuanò

mus Dux Vincentius; expoſuitque Pontifici coràm, ſuum imprimis erga B. Aloyſium ſingularem pietatis ſenſum, tum ſuæ familiæ totiuſque populi ardens deſiderium publice colendi, ſibique & fortunis ſuis Protectorem adoptandi eumdem Aloyſium, quem quondam ſanctum noverant, nunc privata religione adorabant. Auditus benigne Dux, & ſpe bona plenus à Pontifice receſsit atque poſt prandium ejuſdem diei, una cum Dominis, Scipione Cardinali Burgheſio, Franciſco Epiſcopo Mantuano, & Principe Peretti, vectus eſt ad eccleſiam Annuntiatæ in Collegio Romano; D atque ibi ad ſepulcrum Beati proſtratus, indulſit aliquanto tempore pietati ac amori ſuo. Poſt hos principes viros femineus quoque ſexus ſuum zelum ad augendam Aloyſii gloriam teſtatus eſt, in Sereniſsima Domina Margareta Gonzaga, Duce Ferrariæ; quæ die IX ſequentis Septembris, idem quod illi Pontificem ſupplicibus votis rogavit.

atq; uxore Ducis Ferrariæ,

§ X. *Alia eodem anno ad augmentum cultus acta.*

107 EOdem anno MDCV, menſe Septembri, petiit à Pontifice Princeps Franciſcus Legatus Cæſareus, ut auctoritate ſua ſtabiliret Aloyſio titulum Beati, qui pridem ei à populo & ſacris etiam Antiſtitibus paſsim tribuebatur; utque liceret ſibi ejuſdem Vitam mandare typis Romæ, cum titulo prædicto. [Et Sanctitas ſua, *inquit idem Princeps, in proceſſu Caſtellionenſi teſtis undecimus*, priuſquam votis meis annueret, voluit committi cauſæ examen tribus Illuſtriſsimis Cardinalibus, Aſculano, Bellarmino, & Pamphilio, jubens ab ipſis diligenter conſiderari vitam & miracula, & tunc demum ad ſe referri, poſsetne concedi titulus E BEATI, nec ne.] Legerunt illi vitam & proceſſus ab Ordinariis fabricatos, præſertim Aſculanus & Pamphilius (Bellarminus enim pridem rerum omnium ſcientiſsimus erat) atque una retulerunt, XXVI ejuſdem Septembris, in Conſiſtorio Sanctitati ſuæ, Aloyſium innocentiâ vitæ & miraculorum multitudine, non modo dignum eſse, cui impertiretur titulus BEATI, verum etiam qui adſcriberetur Sanctis. [Tunc Sanctitas ſua (*pergit Princeps Franciſcus*) juſsit expediri Breve ad me directum, quo facultatem concedit imprimendi Vitam ejus Romæ cum titulo Beati. Breve ipſum ſervatur in tabulario meo, expeditum à D. Voſtrio, Secretario Brevium; poſtquam is à Relatione, coram Pontifice factâ, per Cardinalem Aſculanum ſcripto monitus fuerat, ut expediret. Quod etiam ſcriptum in tabulario meo eſt.] Ita Princeps. Utriuſque exemplum ego aliunde nactus hic ſubiicio. Sic ſcripſit Aſculanus D. Voſtrio Secretario prędicto, ſed italice.

Dat Pontifex facultatem

imprimendi Vitam Romæ,

cum titulo Beati.

108 Admodum Reverende Domine. Cum hoc tempore matutino ego atque illuſtriſsimi Domini mei, Cardinales Bellarminus & Pamphilius, in Conſiſtorio ſimul retulerimus Sanctiſsimo Domino noſtro de ſancta & exemplari vita Patris Aloyſii F Gonzagæ è Societate Jeſu, & expoſuerimus ei deſiderium Domini Marchionis Caſtellionis, ejus fratris, ſupplicantis Sanctitati ſuæ, ut per ipſam liceret imprimi Romæ Vitam prædicti Aloyſii cum titulo Beati: & Sanctitas ſua ei quod petebat conceſsit, mandavitque ut, quando Magiſter ſacri Palatii Vitam probaverit imprimendam, Dominatio veſtra in Brevi, quod ea propter communicandum eſt cum impreſsore, prædictum Aloyſium nominet Beatum. Ex domo, hoc die XXVI Septembris MDCV. Cardinalis Aſculanus.] Breve autem Pontificium his verbis latine, ut ſolet, conceptum eſt. [Paulus Papa V. Ad futuram rei memoriam. Piis nobilium virorum, quorum ſingularia erga Nos & Sedem Apoſtolicam merita id expoſcunt, votis, quantum cum Domino poſsumus, libenter annuimus, eoſque favoribus & gratiis proſequimur opportunis. Cum itaque, ſicuti accepimus, dilectus filius, nobilis vir, Franciſcus Gonzaga, Marchio Caſtellionis & Medularum, ſacri Romani Imperii Princeps, cariſsimi in Chriſto

filii

A filii noſtri Rudolfi, Romanorum Regis illuſtris, in Imperatorem electi, à Conſiliis, Camerarius, & apud Nos & Apoſtolicam Sedem Orator, opus quoddam, vitam & res geſtas Beati Ludovici ſeu Aloyſii Gonzagæ, Religioſi Societatis Jeſu continens, à dilecto filio Virgilio Cepario, Theologo, Presbytero, Profeſso ejuſdem Societatis, Italico ſermone conſcriptum, quod nos Venerabili Fratri noſtro Hieronymo Epiſcopo Albanenſi, Cardinali Aſculano; nec non dilectis filiis noſtris, Roberto S. Mariæ in Via, Bellarmino, & Hieronymo S. Blaſii de Annulo, Pamphilio, titulorum Presbyteris nuncupatis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, diligenter videndum & examinandum, antequam in lucem ederetur & typis imprimeretur, commiſimus, ad Chriſti fidelium ædificationem & utilitatem in lucem edere typiſque cudi facere intendat: Nos *&c.* Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die XIX Octobris MDCV, Pontificatus noſtri anno primo.]

Superveniunt etiam litteræ

109 Sub hæc venerunt quoque à Rudolfo Imperatore Romano litteræ ad Pontificem, die XV ejuſdem Octobris & anni, datæ in regia civitate Praga, ſuper eâdem B. Aloyſii canonizatione.

B Et quia à tam ſublimi Majeſtate venerunt, aliisque de cauſis, hic ipſas appono: [Beatiſsime *&c.* Poſtquam de canonizatione B. Aloyſii Gonzagæ, Marchionis Caſtellionis, iſtic agi ac deliberari audimus, minime nobis prætermittendum duximus quin Sanctitati Veſtræ deſiderium etiam noſtrum aperiamus. Præterquam enim, quod nobis illius vita ſine noxa, pie, religioſe, ac ſevere tranſacta prædicatur; cauſam hanc habemus, quod ex Principibus Imperii, nobis propinquitate conjunctis, natus, illuſtrius ſui exemplum præbuerit. Quamobrem quando ea, quæ ad canonizationem S. R. Eccleſiæ Canones requirunt, probentur, magnopere optamus, ut commendatio noſtra ſolennibus peragendis pondus afferat. Siquid enim aliis Principibus hac in re Sanctitas Veſtra tribuerit; tribuendum nobis, quantum noſtra (qui Eccleſiæ primigenitum gerimus) prærogativa meretur, exiſtimamus. Nobis ſane gratiſsimum fecerit Sanctitas Veſtra; cui longæ vitæ tempora Reipublicæ bono optamus. Datum Pragæ] anno ac die quibus ſupra. Eodem tempore ad Pontificem allatæ ſunt litteræ à Sereniſsima Infanta Margarita Auſtriaca, Monacha excalceata Matriti, eademq; ſorore prædicti Imperatoris; quibus illa, ut Pontificem ad canonizandum Aloyſium inducat, teſtatur ſe ipſum adhuc adoleſcentulum, in comitatu ſuo & ſuæ matris Imperatricis, ex Italia in Hiſpaniam, cum parentibus Caſtellionis Marchionibus traijcientem, longo uſu pernoviſse; & jam inde ob Angelicam, quam ducebat vitam, ab omnibus habitum fuiſse Sanctum.

ab Imperatore Rudolfo Pragâ

& à ſorore ejus Margarita, Madrito,

C

110 Paulo poſt interceſsit etiam Sereniſsimus Sabaudiæ Dux, tum per litteras ſuas, tum per ſuum in Urbe Oratorem; allegans Pontifici ſingularem amorem, quo Aloyſium jam olim complexus fuit, ubi primùm eum conſpexit, habitu adhuc ſeculari, & pro conditione Principis non pretioſo, indutum; ſed virtutibus, religioſum virum decentibus, ornatiſsimum. Nec diu diſtulit eâdem ſuper re dare litteras ad Papam Sereniſsimus Mutinæ Dux, & ſanguine junctus familiæ Gonzaghiorum, & famâ miraculorum B. Aloyſii incitatus. His acceſſerunt ſimiles commendatitiæ litteræ ac petitiones à Regibus Chriſtianiſsimis; & primum quidem à Sereniſsima Regina, quæ ſuas per Legatum Regis ordinarium Pontifici tradendas curavit. Noverat illa pridem familiariter Aloyſium Florentiæ, in aula paterna admodum adoleſcentem, primarum ejus virtutum ac ingenitæ modeſtiæ miratrix, licet ipſa tunc nihilo fere grandior ætate eſſet. Eadem Regina, ex concepta pridem erga eundem Aloyſium veneratione, miſit circiter idem tempus Romam ad ſepulcrum ejus, jam Beati titulo decorati, lampadem argenteam; ipſaque imaginem ejus perpetuo circumferebat, religionis & fiduciæ ergo. Rex paulo poſt miſit Romam Legatum extraordinarium Ducem Nivernenſem, qui etiam ipſe è domo Gonzaghiorum erat, ac poſtea Dux Mantuæ fuit, ut ſuo nomine obedientiam præſtaret ſummo Pontifici ac Apoſtolicæ Sedi; eidemque negotium dedit, ut ſuo ejuſdem Regis nomine, pro ſua Legati in conſanguineum pietate, majorem ejus gloriam per Pontificiam canonizationem ſummo ſtudio curaret. Noverat Aloyſium, quando in Hiſpania Regiſi Principis Didaci ephebus fuit, Sereniſsima Iſabella; intellectâque, dum Belgio præerat, ſanctitatis ejus famâ, ſcripſit ipſa quoque, nec non Archidux Albertus maritus ſuus, ſuper canonizatione ejus ad ſummum Pontificem. Sub idem tempus expectabantur Romæ ſimiles litteræ à Regibus Poloniæ, propoſituris Pontifici, ad obtinendum quod petebant, aliquot miracula, ad invocationem Beati per illud regnum divinitus obtenta, etiam à viris primatibus: geſtareque dicebatur Regina, pro ſuo in Beatum ſingulari amore, effigiatam ejus imaginem in ſuccino albo. Miracula, quorum hic mentio fit, referemus ſuo loco poſt Vitam Ceparianam.

AUCTORE C. J.

& à Principibus Belgii,

E

ac Mutinæ,

nec non à Regibus Chriſtianiſſimis

111 Ubi Mantuam advenit nuntius, de facultate imprimendi Romæ Vitam Aloyſii cum titulo Beati, à Pontifice XIX Octobris conceſsâ; mirum eſt quantum exultaverint Sereniſſimi Duces, Principeſque eorum filii, Dux item Ferrarienſis Margarita ibidem tunc habitans, ac tota Familia Gonzaghiana, præſertim Illuſtriſſimus Franciſcus urbis Epiſcopus. Imperatum continuò fuit, parari ſplendidam pompam, ad agendum gratias Deo ſolenni ritu pro obtento beneficio: ac paratis tandem omnibus, actæ fuerunt eodem adhuc anno MDCV, die XXI Decembris, ſancto Apoſtolo Thomæ ſacro. Modum quo ducta pompa & actæ gratiæ fuerunt, deſcripſit P. Joannes Franciſcus Maſſus, Societatis noſtræ Sacerdos; ac tertio poſt die miſit ad P. Virgilium Ceparium, tunc Romæ commorantem, per epiſtolam, cujus exemplar ſupereſt in archivo noſtro Romano, linguâ Italis vernaculâ. Eam tibi hic latinam facio ferè totam, præter exordium & finem. [Conſideranti, *inquit*, mihi quæ tua, Reverende Pater, ſemper fuerit erga B. Aloyſium noſtrum religio, videor injuriam tibi facturus ſi non renuntiarem, qua ſolennitate tranſactus Mantuæ ſit dies feſtus S. Thomæ Apoſtoli in eccleſia noſtra. .... Dominica ſuperiore, quæ fuit quarta Adventûs Domini, juſſit Illuſtriſſimus noſter Epiſcopus, Fr. Franciſcus Gonzaga, per omnes urbis eccleſias pro concione publicari, proxima S. Thomæ feſta luce, concionibus prætermiſſis, ſupplicationem inſtituendam eſſe, quo gratiæ redderentur Deo, quod Domum Gonzaghianam illuſtraſſet novo Beato; ac talem publicari juſſit, declaratum eſſe à ſummo Pontifice Aloyſium noſtrum, dum ei titulum Beati conceſſit. Tum adiit idem Illuſtriſſimus Antiſtes ſereniſſimos Duces noſtros ac viduam Ferrarienſis, alioſque ſanguinis ejuſdem Principes; ſingulosque donavit ſingulis imaginibus Beati; atque indicans, quo die ſolennitas ejus, dudum

Mantuæ ſolennis elevatio Beati,

F

AUCTORE C. J.

dudum parari cœpta, proxime celebranda eſſet, omnes gaudio complevit.

Sacellum ejus in eccleſia Societatis

112 Profeſto S. Thomæ eccleſia noſtra, allatis è Ducis palatio pannis ſericis pretioſis circumveſtita; unumque præ ceteris ornatum fuit ſacellum novum, in quo elevata ſpectabatur tabula, Beatum repræſentans. Subtus erectum erat altare, in eoque diſpoſiti flores & cerei: ſuprà ſuſpenſum pendebat elegans conopeum novum, ad hoc ſubmiſſum à Duce Mantuana; circùm varius verſuum & emblematum ludebat ornatus. Eodem profeſto prædictus Antiſtes aperuit in eccleſia ſua cathedrali novum ſacellum, quod ipſe ibi ædificandum curaverat in honorem B. Aloyſii, in altera crucis ala. In media ſacelli ædicula ſeu concha eminet magna Beati tabula, peritâ manu picta; infra adſtat altare, floribus, candelabris, ac cereis inſtructum. Inter hoc & tabulam modò dictam, iſtic loci ubi Crux reponi ſolet, ſpectabilis eſt dimidia ejuſdem Beati ſtatua, quæ ſervat ſacram ejus Reliquiam Româ allatam. Circum altare picta ſunt varia ejus geſta & miracula in quadratis ſpatiis, albario opere diſtinctis. Ante altare pendet lampas argentea, & pendebit perpetuò accenſa. Reliquum ſacelli ſericis obductum eſt.

& in Cathedrali,

B

113 A prima luce ſequentis feſti tam referta fuit populo eccleſia noſtra, ut advenientes eò Sereniſsimæ Duces, Ferrarienſis, & Mantuana cum ſuis filiabus, penetrare ad locum, ſibi paratum ſub conopeo in dextra crucis ala, vix potuerint. Sereniſsimus Dux, cum Principibus filiis aliiſque conſanguineis, rectà contendit ad eccleſiam cathedralem, & ipſam populo plenam: ex qua procedere ſupplicatio mox cœpit verſus eccleſiam noſtram, conferens pulcherrimam Beati picturam, ſonantibus organis campaniſque ſolenni ritu & conſonâ muſicâ, comitantibus toto Clero cum Epiſcopo pontificalibus ornato, pone hunc ſequentibus Duce cum ſuis, & populorum turba innumerabili. Ubi perventum eſt in eccleſiam noſtram, adorato prius ſanctiſsimo Sacramento, adorata fuit imago Beati, collucentibus circùm magno numero cereis, dum interea cantabantur Litaniæ Sanctorum; & Sereniſsimus Dux conferebat ſe ſuum ad locum ſub conopeo, & Illuſtriſsimus Antiſtes ad thronum ſibi poſitum intra cancellos principis aræ. Tum gratiæ Deo actæ ſunt per ſolenniſſimam Miſsam de ſanctiſsima Trinitate, quam etiam ſolenniorem reddiderunt exquiſitæ voces muſicorum, tam aulæ ducalis, quam eccleſiæ cathedralis, & aliarum totius civitatis. Finitâ Miſsâ, ex altiore loco dixit ad populum quidam Cappucinus, ordinarius eccleſiæ cathedralis eccleſiaſtes, in laudem Beati noſtri, noſtræque Societatis; & cum duas omnino horas dixiſset; ſubjunxit, ſe non dixiſſe, ſed dicere voluiſſe.

imago inde portata ad eccleſiam Societatis,

C

114 Poſt hæc ſupplicabundi, ut venerant, reverſi ſunt ad Cathedralem, & ingreſsus ſacellum ſuum novum Epiſcopus, protulit è buſto ſtatuæ quam dixi Reliquiam Beati, & in medio altari poſuit; ibique toto illo die, magno populi concurſu, adorata fuit. Dux, inter diſcedendum è templo noſtro, dicebat; ſe quoque excitaturum in honorem B. Aloyſii ſacellum perelegans in eccleſia ducali S. Barbaræ; in eoque repoſiturum Reliquiam ejus, quam nuper acceperat Romæ ab Excellentiſsimo Legato Cæſareo, illuc profectus poſtulatum ſummum Pontificem canonizationem ejuſdem Beati. A meridie Pater Ognibene, qui ſacro Chriſti Domini Adventûs tempore in eccleſia noſtra dicebat pro concione, alteram ſane elegantem & acris judicii habuit orationem encomiaſticam; quam exceperunt Veſperæ ſolennes, atque ita dies ille in laudem & gloriam beati Fratris noſtri conſumptus eſt totus, cum confluxu populi innumerabilis, qui hora poſt occaſum ſolis ſecunda nondum diſceſſerat omnis ab eccleſia.

Reliquia in altari expoſita,

D

115 Pater care, fateor tibi id quod res eſt, illo die non potui temperare à lacrymis, dum ſpectabam Illuſtriſsimum Antiſtitem cum ſuo Clero, & Sereniſsimos Principes noſtros cum tota Nobilitate, atque univerſum populum ſingulari pietate venerari prędictum Fratrem noſtrum; nulloſque audiebam ſermones niſi de ſanctitate ejus, dicentium ſe illum ſibi eligere in Patronum & Protectorem familiæ ſuæ totiuſque civitatis: & jucundum erat videre contendentes, quis prior alio imaginem ſibi ejus compararet, quæ in publicis viis paſsim proſtabant venales. Denique ſolennis iſte dies commovit univerſam civitatem hanc ad honorandum Beatum, imo & univerſam ditionem Mantuanam, ex qua pariter venerunt huc plurimi eamdem ob cauſam; quod ſpero multis ſaluti futurum; & jam nunc incipiunt Beato vota facere atque ſolvere.] Tum ſupplicat auctor epiſtolę P. Ceparium, primum quidem, ut ſimul atque impreſſa fuerit Vita Beati, aliquot exempla Mantuam portari curet; Duces feminas, Mantuanam ac Ferrarienſem imprimis, vehementi ejus deſiderio teneri. Deinde vero, ut à Patre noſtro Præpoſito Generali impetret Reliquiam B. Aloyſii eccleſiæ noſtræ Mantuanæ, in novo ſacello, quod Beato ibi ſtruere parabant, venerationi publicæ exponendam. Ac tandem ſignatur epiſtola *Mantuæ die* XXIV *Decembris* MDCV.

veneratio populi ſingularis

E

§ XI. *Incrementum cultus anno* MDCVI.

Reliquiæ Caſtellionem miſſæ,

116 SCribit Ceparius libro 2 Vitæ cap. 12 ſub finem, & nos § præcedenti meminimus, Principem Franciſcum, anno MDCV, in tranſlatione corporis B. Aloyſii è ſacello S. Sebaſtiani ad S. Mariæ, Reliquiam inde ſibi ſumpſiſſe. Illa, ejus juſſu, anno (ut teſtis Caſtellionenſis XXXI ait) MDCVI Caſtellionem portata fuit, cum magno venerationis erga beatum Principem ſuum iſtius populi augmento. De hac tranſlatione, in proceſſu canonizationis in genere, fabricato Romæ anno MDCVII, D. Proſper Paſtorius, Major Domus Excellentiſsimæ uxoris Legati Cæſarei, cum depoſuiſſet, Reliquias B. Aloyſii magna ubique in veneratione haberi tamquam Sancti, ita proſequitur: Et ego ejus rei teſtis ſum. Portavi enim mandato Excellentiſsimi Legati Cæſarei Domini mei, comitante me Cubicularo ejuſdem Attilio Montanari, Româ Caſtellionem ſacram Aloyſii Reliquiam, & portavi quàm potui occultiſsimè; nihilominus, ubi ad decimum circiter à Caſtellione lapidem perveni, obvios inde habui variis in locis plus quam quindecim mille homines, qui vias obſidebant, Reliquiam veneraturi, & porrigebant certatim ſua ſerta Mariana & numiſmata, Reliquiæ contactu ſacranda.

F

per vi honor.

117 Cœpi quidem obſequi eorum votis, ſed non potui ſatisfacere niſi paucis, ob multitudinem concurrentis turbæ; quæ etiam, præ ſua pietate oblita reverentiæ, rapaces manus extendebat in capſulam, Reliquiæ cuſtodem: quare illam inde exemptam appendi collo: & populus mox è capſula ſibi rapuit goſſypium, cui involuta fuerat Reli-

A Reliquia. Quin imo ubi Vidiſſolum & Varlogum, loca Mantuam inter & Caſtellionem ſita, perventum fuit; ipſam quoque ſuſtulerunt capſulam, velum ac telam cum chorda, qua dependebat è collo meo, eaque omnia confeſtim diſſecta, inter ſeſe diviſerunt pro Reliquiis ſervanda. Audivi etiam, Sereniſsimum Mantuæ Ducem indoluiſſe, me illac tranſeuntem nullum ſibi curaſſe indicium dari adventus mei: miſſurum enim mihi fuiſſe obviam equitatum ſuum, præter alia honoris argumenta. Idem, & Epiſcopus ejuſdem urbis teſtatus eſt, ſe pro modulo ſuo facturum fuiſſe. Ego autem nullum illis feci indicium, quod verebar, ne fortè ſibi Reliquiam ibi retinerent. Narravit mihi quoque D. Gabriel Belhomo, Centurio Caſtellionenſis, feminam quamdam in tranſitu Reliquiæ, ſingulari à Beato gratiam obtinuiſſe curatione cujuſdam infirmitatis ſuæ, & continuò redeuntem domum ſuam exclamaſſe; Benedictus Deus, benedictus Deus, qui exaudivit preces meas: benedictus Deus & Sanctus ejus.

& curatâ feminâ febricitante,

118 Accuratiorem hujus curationis notitiam dabit ipſa, quæ curata fuit, Eliſabeth Beſacia nomine, teſtis XXXI in proceſſu Caſtellionenſi, ſic
B locuta: Anno, quo Româ huc portata fuit ſacra Reliquia B. Aloyſii, MDCVI menſe Aprili, conflictabam cum moleſta febri, modo continuâ, modo quotidianâ, modo tertianâ duplice, alternantibus ſummo frigore & calore ſummo: nec levamen afferebant ullum remedia quæ applicabantur. Quam ob rem, cognito propè à domo mea tranſire prædictam Reliquiam, magno animo eò acceſsi, ut potui; & adoravi, & fidenter ſupplicavi Beato, ut ſuis mihi meritis impetraret à Deo deſideratiſsimam ſanitatem. Ubi autem tranſierat, cum ſupplicabunda populi multitudine, Reliquia; domum ego reverſa ſum, febri libera; ſuperante dumtaxat aliquali corporis debilitate, quæ etiam paucis diebus priſtinæ valetudini ac robori ceſsit. Quare læta gratias Beato egi, quem habui ſemper & nunc habeo maxima in veneratione, firmiter credens, per ejus interceſſionem à Deo mihi reſtitutam eſſe ſanitatem: & hoc dico, & dicam ſemper.] Quomodo porro recepta fuerit Reliquia illa, tum ex dictis colligi poteſt, tum conſtat ex hac depoſitione teſtis Caſtell. III:
C [Recepta fuit magnâ ſolennitate, & concurſu circumjectorum populorum, erectis per urbem variis arcubus; & introducta eſt in eccleſiam ſonantibus organis ac muſicis vocibus; atque exinde maxima ibidem in veneratione habetur, & à multis etiam exteris viſitur & honoratur]. Fuerit hæc Reliquia Beati Tibia, quam in Martyrologio Brixiano ſcribit Bernardinus Faynus, aſſervari Caſtellione in collegiata eccleſia SS. Nazarii & Celſi; uti in eccleſia Patrum Societatis Jeſu, in buſto argenteo aſſervatur ejuſdem Calvaria.

honorifice receptæ.

119 Ad hæc etiam tempora referri debent quæ in proceſſu Caſtellionenſi à teſte I depoſita leguntur in hunc modum: Vidi Mantuæ in eccleſia cathedrali ſacellum B. Aloyſii, cum multis anathematis & lampade ardente. Hîc autem Caſtellione vidi aliud ſacellum ejus in eccleſia SS. Nazarii & Celſi, cum multis pariter anathematis & luminibus, & incredibili hominum concurſu. Scio porro, civitatem Caſtellionenſem decreto publico Concilii, cujus ego ſum Præſes, elegiſſe eumdem Beatum in Protectorem & Advocatum ſuum apud Deum; ipſi publicum celebrare feſtum; eoque plurimos in honorem ejus ſacrâ refici Euchariſtiâ. Nos ipſi in palatio Concilii noſtri expoſitam præ oculis habemus imaginem ejus, tamquam Protectoris noſtri. Scio præterea, populum hunc ſummo teneri deſiderio, ut quem Beatum colunt, eum propediem Sanctum venerentur: idque deſidero præ ceteris ego, qui eum ſingulari proſequor religione, meque ei commendo frequenter, & numquam non inde conſequor opem: quod ipſum facit quoque & conſequitur frater meus.] Non diſsimilia deponit teſtis Caſtell. II; qui & multos deſiderare ejus Reliquias, ait; & ſe unas è collo portare gloriatur, atque imagines ejus ſingulari cultu venerari. [Vidit *quoque alius teſtis ejuſdem loci,* imaginem Beati publicè expoſitam in templis Romæ, Senis, Florentiæ, Bononiæ, Parmę, Mutinę, Mediolani, Mantuę. Et Mantuę quidem vidit etiam ſacellum in cathedrali, multis cum tabellis votivis. Hîc vero, *inquit*, Caſtellione vidi ſacellum ejus in S. Nazarii, multis cum lampadibus atque anathematis. Frequens eò concurrit populus; & fama ſanctitatis ejus ſemper crevit, creſcitque nihilominus indies ſine intermiſsione.] Hac etiam tempeſtate acciderit, quod in proceſſu Romano in genere fabricato, teſtatus eſt anno MDCVII Anſanius Naccarinus, Societatis noſtræ Religioſus & in eccleſia Collegii Romani Æditimus; videlicet, hominem quemdam, qui ſe crediturum negabat, Aloyſium aut ſanctum aut beatum eſſe, in gravem incidiſſe morbum; [quo conductus, *inquit citatus teſtis*, ad extremum vitæ, cœpit incredulitatem ſuam ſibi vertere religioni; eâque damnatâ concepit votum viſitandi ſepulcrum Beati, confitendi peccata ſua, audiendi ibi Miſſam, & publicandi miraculum, ſi deſideratam conſequeretur ſanitatem. Vix voverat, cum ſanus ſurrexit, conceſsit ad ſepulcrum, ibi planxit multo tempore, & quidquid voverat implevit.] Quæ res & fidem multorum auxerit, & fiduciam erga Beatum.

Vitâ cum titulo Beati impreſsâ

120 Anno item MDCVI exiit à prælo in lucem Vita Aloyſii, addito ex conceſſione ſummi Pontificis titulo Beati; & ſimul ac vulgata fuit, circumtulit ſecum latiſsimè famam ſanctitatis ejus, atque intra paucos annos *ſextum* (ut alicubi teſtatur Ceparius) *recuſa fuit Italicè*; & *Mediolani in Curia Archiepiſcopali ſtatutum eſt, ut quævis Monacham indutura, inter alios ad ſpiritum excolendum libros, conferat hanc Vitam*: quæ etiam mox omnium ferè nationum linguis extra Italiam excuſa fuit. Hoc anno feſtum Beati, die XXI Junii in
F feriam IV incidente, nihilo minori ſolennitate celebratum fuit quam anno ſuperiore, ſi non & majori propter præſentiam ipſius Legati Cæſarei. Vacavit illo die ſtudioſa juventus à ſolitis Lectionibus. Utræque Veſperæ & Miſſa ſolennis ab exquiſitiſſimis muſicis totius Urbis decantatæ fuerunt. Bene mane venit Pater Magiſter Novitiorum, cum centum ac tribus tironibus ſuis; eiſque ipſe manu ſua ſacroſanctam Euchariſtiam porrexit. Similiter eam porrexit admodum Reverendus Pater Generalis, primùm incolis Collegii Romani, tum Studioſis, gymnaſium ibidem frequentantibus, denique promiſcuæ ſexûs utriuſque turbæ innumerabili. Cardinalis Pallavicinus, Sacris operatus in ſacello Beati, ibidem Corpus Domini communicavit cum Legato Cæſareo, ejuſque uxore, & numeroſa utriuſque familia. Concurſus Prælatorum & Nobilitatis frequentiſſimus fuit. Toto Veſperarum tempore adſtiterunt Cardinales, Sfondrati, Pio, Viſconti, Zappata, & Piatti, ſive Platus: item Legati Hiſpanię, Gallię, Florentię, Mantuę, & Sabaudię, cum uxo-

celebratur ſolenniter natalis Beati Romæ.

E

AUCTORE C. J.

ribus ſuis; nec non duo fratres ſummi Pontificis, & eorum item uxores. Legati, Cęſareus ac Mantuanus, vix receſſerunt ab eccleſia toto die: prandium ſumpſerunt in Collegio cum Noſtris: inter prandendum egregiam è loco altiore orationem habuit Rhetoricæ Profeſſor, eximius Aloyſii encomiaſtes. Cubiculum, in quo beatus Juvenis obiit, non habitabatur amplius: ſed efformatum in modum ſacelli, tunc ſolito ſplendidius ornatum erat. Multi eò venerunt orandi cauſa; & Legatus Cæſareus, præterquam quod frequens eò recurreret, ac ſæpe diu oraret, voluit ibidem per exomologeſin peccata ſua deponere. Hæc & plura alia (quę, quod jam relatis § ſuperiori ſimilia ſunt, lubens prętermitto) ſubminiſtrant litterę anno MDCVI Romæ de hoc feſto ſcriptę: quibus & ſimilia fuerunt, quę anno ſequenti, ac deinceps quotannis recurrente feſto peracta ibidem ſunt.

Provincia Neapolitana

121 Hoc eodem anno MDCVI Congregationes triennales, juxta leges Societatis noſtræ, per provincias ejus Europęas coactę fuerunt; in quibus Patres Provinciarum, Neapolitanæ ac Mediolanenſis, ſtimulati exemplo Venetę (quam abinde

B triennio ſupplicaſſe Patri Generali, ut apud ſummum Pontificem ſolicitaret canonizationem Aloyſii, ſupra diximus) ſimilibus litteris eamdem ob cauſam Patrem noſtrum interpellandum putarunt

petit Beati canonizationem,

nomine Provinciarum ſuarum. Et Patres quidem Neapolitanę, in metropoli regni congregati fuerunt menſe Aprili, atque [inter ea, quę cenſuerunt R. P. Noſtro Generali proponenda (*uti legitur latine in Actis iſtius Congregationis*) ſecundo loco decretum eſt de procuranda canonizatione B. Aloyſii Gonzagæ, *in hæc verba*: Cum B. Aloyſii Gonzagæ virtutes ac merita, juvante Deo, novis quotidie ſignis illuſtrentur, enixe petit Congregatio à R. P. Generali, ut cum opportunum videbitur, ſummis precibus à S. D. Noſtro Paulo PP. V contendat, ut quem tanto religionis augendæ ſtudio Beati nomine dignatus eſt, eumdem Catalogo Sanctorum adſcribere dignetur. Exiſtimavimus enim, id officii à nobis beati Viri prę-clara merita flagitare; qui dum viveret, huic Neapolitano Collegio, unde ſemina doctrinarum hauſit, multò uberiora præbuit exempla ſingularis humilitatis, modeſtiæ, patientiæ, mortificationis; quarum rerum plerique, qui in hanc Con-

C gregationem convénimus, teſtes ſumus.] Exemplum hujus Decreti eodem tempore Romam miſit P. Natalis Caputus, Secretarius Congregationis prædictæ, teſtatus ſigillo & ſubſcriptione nominis ſui, ex Actis extractum eſſe.

ſti & Mediolanenſis

122 Congregatio Provinciæ Mediolanenſis Mediolani, eodem anno, die XXII Septembris, ſequentem concepit poſtulationem, per modum libelli ſupplicis offerendam ſummo Pontifici à P. Generali. [Beatus Aloyſius Gonzaga ex Societate Jeſu, oriundus altero parente fuit ex Provincia Pedemontana, quæ cenſetur in Mediolanenſi ejuſdem Societatis Provincia; & Mediolani tam ſecularis, quam Religioſus diu verſatus, exempla virtutum admirabilium nobis omnibus reliquit, cum magna ſanctitatis famâ (quam uſque ad mortem viguiſſe, & indies etiam poſt mortem creviſſe non ignoramus) non paucis junctâ miraculis, ad ejus ſepulcrum Romæ: quæ etiam in hac Provincia, ſicut & in aliis, etiam longiſsimè poſitis, poſt mortem ab ipſo edita certò ſcimus. Propterea viſum eſt Congregationi provinciali ejuſdem Provinciæ, Mediolani coactæ in Domo Profeſsa S. Fidelis, conſentientibus triginta quatuor Patribus, ex quibus ea conſtat, Præpoſitis, Rectoribus, & Profeſsis, ejus ſanctimoniæ publicum hoc teſtimonium totius Provinciæ nomine coram Sanctiſsimo D. N. Paulo V Pontifice Maximo, præſentibus litteris dare, humillime & obnixe ſupplicando Beatitudini Sanctiſsimi D. N. ut poſtquam beatos Parentes noſtros, Ignatium Loyolam, & Franciſcum Xaverium Sanctorum, qui cum Deo regnant, canoni annumeraverit, hunc etiam dignetur catalogo Sanctorum in terris adſcribere, quem tam multis & certis argumentis quotidie magis pie perſuaſum habemus, in cælis à Domino beatarum mentium numero aggregatum; ad amplificandam Dei & Eccleſiæ ſanctæ gloriam, addendoſque animos univerſæ Societati noſtræ, nobis præſertim, qui eum non modo adhuc viventem novimus, verum etiam cum eodem magna ex parte familiariter viximus. Atque in hujus rei fidem, noſtram hanc voluntatem & humilem ſupplicationem uniuſcujuſque noſtrûm nomine, ſubſcriptione Secretarii ipſius Congregationis, teſtificari, & ſigillo Provinciæ communire voluimus. Mediolani, die XXII Septembris MDCVI.

D

Ego Antonius Moranus Secretarius Congregationis provincialis Mediolanenſis, ſupplico nomine totius Congregationis & Patrum ſingulorum, quorum hæc ſunt nomina.

E

123 P. Bernardinus Roſignolius, Præpoſitus Provincialis.

Patrum. 34.

P. Jacobus Crucius, Præpoſitus Domus Profeſsæ Mediolanenſis.
P. Hieronymus Dandinus, Rector Collegii Mediolanenſis.
P. Antonius Moranus, Rector Collegii Cremonenſis.
P. Julius Negronius.
P. Joſep. Alamannius, Rector collegii Taurinenſis.
P. Bernardinus Salinus. P. Coſmus Alamannius.
P. Julius Cæſar Iſnardus.
P. Marcellus Pallavicinus, Vice præpoſitus Domus profeſsæ Genuenſis.
P. Joannes Baptiſta Sfortia.
P. Alexander Ghirardinus. P. Petrus Bovizius.
P. Antonius Marcheſius. P. Baſilius Alamannius.
P. Antonius Bernabobus. P. Hieronymus Bellius.
P. Pompilius Lambertengus.
P. Joannes Petrus Intius.
P. Jacobus Lambertengus.
P. Scipio Carraria, Rector collegii Comenſis.

F

P. Thomas Ceronius, Rector Domus Aronenſis.
P. Marcus Aurelius Schelinus, Rector Domus probationis Genuenſis.
P. Cæſar Antora. P. Conſtantius Bovonus.
P. Joannes Franciſcus Biaminus.
P. Nicolaus Bottus. P. Joannes Franciſcus Peira.
P. Tobias Peregrinus, Vice rector col. Vercellen.
P. Andreas Majolus, Vice rector collegii Genuen.
P. Angelus Conſalonerius, Superior collegii Baſtiæ in Corſica.
P. Cæſar Bonus, Procurator coll. Mediolanenſis.
P. Emmanuel Orchius, Rector collegii Montis Regalis.] Debet in his unius nomen prętermiſsum eſse negligentia librarii, niſi P. Antonius Moranus, qui ſemel ut Secretarius, atque iterum ut Rector ſubſcribitur, pro duobus computetur, ad complendum numerum XXXIV.

Feſtum Mediolani

124 Ibidem Mediolani hoc anno, celebravit Collegium Breydanum ſplendidiſsimo ornatu Natalem Beati noſtri. Atrium & porticus ſcholarum, ſpatio CXXXVI cubitorum, circumdabantur exquiſitis opere Belgico tapetibus aliiſque ornamentis. Spectabatur circùm tota vita Aloyſii, tabulis depi-

depicta, quot capitibus à Ceparío descripta legitur; & picturas adjuncta poëmata ample explicabant. Sed longior quam par est forem, si singula, pro ut minute descripta penes me habeo, vellem prosequi, præsertim cum de istiusmodi rebus alibi exhibitis, jam satis & nimium fortasse, dictum sit suprà. Quamobrem tantummodo adjungendam puto totius apparatus inscriptionem primariam, quæ ita sonat: *B. Aloysio Gonzagæ Societatis Jesu, marchionatus abdicatione, sanctimoniâ, & miraculis inclito, Academia parthenia Animosorum, gratulationum primitias D. D.* Sub porticu autem recitata fuerunt, à duobus præcipuæ nobilitatis adolescentibus, poëma & oratio, præcedente, intercedente & subsequente musicâ exquisitâ. Postquam principium à Musicis datum fuit, conscendit pulpitum Poëta, descripsitque apparatum triumphi, oculis audientium subjecti, & ipsum Beati triumphalem in cælos ingressum. Sexaginta circiter versus recitaverat, cum Musica, senis vocibus suaviter intersonans, repetiit quatuor versus ex jam recitatis, quibus fingebantur Angeli orare Deum, ut Aloysium vellet cælo recipi. Tum alios subjunxit Poëta versus fere octoginta, & ex his mu-
B sicus unus solus supremo tono repetiit sex versus, quibus inducebatur Virginitas, idem postulans Deum quod Angeli jam dicti. Denique sub finem poëmatis recinuerunt sex alios versus musici duo supremi toni, qui repræsentabant Gloriam & Amorem divinum; cantantesque præcedebant currum triumphalem, quo vehebatur Aloysius ad Capitolium cæleste. Successit Poëtæ Orator, probavitque, eumdem Beatum fuisse perfectissimum exemplar juvenis vere nobilis; tum hortabatur imprimis juvenes, imitatione ejus ad veram nobilitatem ut contenderent.

§ XII. *Expeditur anno* MDCVII *Apostolicum Breve ad formandos processus.*

Pontifex per Breve Apostolicũ,

125 DUm talia aliaque in honorem B. Aloysii per singula fere Collegia Societatis agebantur; usus fuerat jure suo, à Congregatione sacrorum Rituum concesso, P. Ceparius, curaveratque viâ ordinariâ, apud Episcopos in sua cujusque Curia, processus fieri plus quam viginti: ad quos accedentibus, jam memoratis Principum litte-
C ris atq; efflagitationibus; commisit Pontifex omnia prædictæ Rituum Congregationi examinanda: & Congregationis tunc Præfectus, Cardinalis Pinellus, lectis legendis, retulit de statu rei ad Papam; & hic exinde die XXXI Augusti MDCVII dedit Breve Apostolicum ad Congregationem sacrorum Rituum, quo ei facultatem concedit, atque adeo mandat, uti litteras remissoriales quas vocant expediat, super examine, de puritate fidei, de sanctitate morum ac vitæ, de fama miraculorum Aloysii, atque de pietate populi erga eum, instituendo: primùm quidem in genere, deinde vero, si illa recte haberent, etiam in specie. Ipsum Breve inscriptum fuit. [Venerabilibus Fratribus nostris sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, super ceremoniis & sacris ritibus deputatis.] Intus vero sic incipit, ac porro habet.

quod hic inseritur,

126 Paulus Papa V. Venerabiles Fratres nostri; salutem & Apostolicam benedictionem Ad aures nostras multorum relatione pridem pervenit, bonę memoriæ Aloysium, ex nobili familia Marchionum Gonzaga ortum, dum in humanis egit Societatis Jesu Religiosum, vitæ sanctitate, ac miraculorum famâ, tam in Urbe, quam in diversis Italiæ locis celebrem esse; & propterea cum ca- AUCTORE
rissimi in Christo filii nostri, Rudolfus Romano- C. J.
rum Rex in Imperatorem electus, & Henricus Francorum Rex, Christianissimus, & clarissima in Christo filia Maria Regina, prædicti Henrici uxor; nec non dilectus filius, nobilis vir, Albertus Archidux Austriæ; & dilectæ etiam in Christo filiæ nobiles mulieres, Isabella Infans Hispaniarum, & Margarita ab Austria Monialis; & dilectus etiam filius noster Franciscus, titulo S. Silvestri Presbyter Cardinalis Dietrichstain nuncupatus, omnesque fere Italiæ Principes; & præcipue dilectus filius, nobilis vir, Franciscus, Marchio Castellionis, Sacri Romani Imperii Princeps, ac prędicti Rudolfi, in Imperatorem electi, apud nos & Apostolicam Sedem Orator, ejusdemque Aloysii frater germanus; aliæque personæ Ecclesiasticæ & Seculares, nobis humiliter supplicari fecerint, ut ad ejusdem Aloysii canonizationem procedere, ac litteras remissoriales & compulsoriales ad hunc effectum concedere, & aliàs inquisitionem vitæ ac morum sanctitatis, & miraculorum committere dignaremur.

127 Nos, pro pastorali solicitudine, quam erga glorioſos viros, honorem hujusmodi promerentes, E
exhibere tenemur; nec non piis hujusmodi supplicationibus, quantum cum Deo possumus, an- *jubet expediri*
nuentes; ac de vestra pietate, prudentia, doctrina, fide, & integritate plenam in Domino fiduciam habentes; vobis per præsentes injungimus, ut super puritatis fidei, vitæ & morum sanctitatis, miraculorum hujusmodi, & populi erga illum devotionis famâ, in Curia, ubi multos annos vixisse, ac requiescere asseritur, in genere primùm inquiratis; & aliquibus Episcopis, seu aliis honestis personis, gravitate, integritate, ac prudentia, & doctrina præditis, extra Curiam (præsertim in provincia Lombardiæ, unde oriundus esse prędictus Aloysius pariter asseritur) committatis, ut super eâdem puritatis fidei, vitæ ac morum sanctitatis, miraculorum, & populi erga eum devotionis famâ in genere similiter inquirant, & quę invenerint fideliter & sub sigillo ad vos in scriptis transmittant; &, an eis videatur, quod super veritate eorumdem ad specialem Inquisitionem sit procedendum, scribant.

128 Ac, si per generalem hujusmodi Inquisitionem vobis videbitur, & constiterit, ad specialem Inquisitionem deveniendum esse, ut ad eamdem F
pariter super præmissis, & aliis, à sacris canonibus *à Congr. Rituum*
requisitis, in Curia deveniatis & procedatis; Articulisque & Interrogatoriis datis, Promotoreque fidei adhibito, citatione legitimâ præcedente, testium productorum juramenta recipiatis; eosque examinetis, ac eorum dicta in acta redigi curetis; juraque & munimenta, ad negotium hujusmodi facientia, quæcunque recipiatis; aliaque omnia & singula (quæ ad plenam & legitimam in hujusmodi negotio probationem necessaria & opportuna fore, juxta sacrorum canonum decreta, cognoscetis) faciatis; nec non extra Curiam, & in provinciam prædictam præcipue, litteras remissoriales & compulsoriales decernatis & relaxetis; prędictisque aut aliis similibus personis, ut ad testium examen, jurium & munimentorum receptionem, prout præfertur, procedant, omniaque sigillo clausa ad vos fideliter pariter transmittant. Vobis enim pro præmissis omnibus & singulis faciendis, agendis & exequendis, & processus per vos, seu alios vestro mandato, rite & recte conficiendi, & confectos aperiendi, ac in eisdem etiam sub cen-

AUCTORE C. J.

litteras remissoriales.

suris & pœnis ecclesiasticis procedendi; contradictores, vestris & dictorum Subdelegatorum mandatis non parentes, per easdem censuras & pœnas cogendi & compellendi; ipsasque censuras & pœnas aggravandi & reaggravandi, auxiliumque brachii secularis, si opus fuerit, invocandi, aliaq; omnia & singula necessaria seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, ordinandi, mandandi & exequendi plenam & liberam facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & impertimur; non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Marcum, sub Annulo piscatoris, die XXXI Augusti MDCVII, Pontificatus nostri anno tertio. ScipioCoballutius.] Hactenus litteræ Apostolicæ, quæ deinde singulis Remissorialibus, à sacra Congregatione expeditis, insertæ fuerunt.

Constituuntur, Procurator causæ,

129 Subinde Procurator causæ constitutus fuit, ab Excellentissimo Principe Castellionensi, P. Virgilius Ceparius, cum facultate agendi coram Papa, Cardinalibus, Romana Curia, & quibuscumque Judicibus; item substituendi sibi Procuratores alios, ubi ubi visum fuerit. Eidem Cepario paucis post mensibus submisit Serenissimus Mantuæ Dux etiam ipse mandatum, quo similiter eum constituit, suo & omnium Gonzaghianæ familiæ Principum nomine, in eadem causa Procuratorem totius ejusdem familiæ, contribuens etiam facultatem agendi, ut supra, & oppignerandi omnia quæ Ducis sunt. Simile mandatum eidem misit etiam Reverendissimus Episcopus Mantuanus, suo & suę diœcesis nomine. Interea accepto Brevi Apostolico, præsentavit illud statim Ceparius sacræ Congregationi die 1 Septembris, tunc coactæ in palatio Cardinalis Pinelli; & Congregatio, acceptato lectoque Brevi, judicavit expediendas esse litteras remissoriales, atque expedivit reipsa quaternas ad inquirendum in genere tantum: deputavit quoque Judices, Romæ quidem Cardinalem Pamphilium cum potestate substituendi, prout substituit Reverendissimos Dominos Episcopos, Marcum Cornarum, Patavinum; & Cæsarem Fidelem, Salonensem, eumdemque vices gerentem Romæ Cardinalis Vicarii: Mantuæ vero & Parmę deputavit utriusque loci Episcopos, & Castellione D. Pastorium, Protonotarium Apostolicum.

B

Judices,

C

130 Constituerunt mox Judices illi tribunal suum, examinarunt testes, & omnibus, uti mandatum erat, legitime peractis, miserunt eodem adhuc anno MDCVII ad P. Ceparium processus quos formaverant. Hic vero illos præsentavit sacræ Congregationi coram Notario & testibus. Apertis autem ibi processibus & consideratis, auditâque die XIX Januarii sequentis anni in Congregatione sacrorum Rituum relatione Cardinalis Pinelli; censuerunt Judices, omnia quæ de jure requiruntur adesse, adeoque posse procedi ulterius; & reipsa decreverunt, urgente Cepario executionem Brevis Apostolici, concedendas esse ultimas Remissoriales in specie; constitueruntque Promotorem fidei, D. Jacobum Spadam, Advocatum consistorialem; & confirmarunt Judices Romæ, eumdem Cardinalem Pamphilium cum suis substitutis; & Ceparius citandum curavit Promotorem prædictum, ut videret expediri Remissoriales, ac traderet Interrogatoria sua, examinandis proponenda: protulitque etiam ipse Ceparius Positiones sive Articulos suos, circa quos examinatio fieri deberet, super vitâ & miraculis Aloysii; & fuerunt acceptati.

Promotor fidei,

D

§ XIII. *De Processibus in specie, ad augendum Beati cultum fieri cœptis anno* MDCVIII.

131 DIximus modò, à Cardinalibus sacræ Congregationis Rituum litteras Remissoriales, à Promotore fidei Interrogatoria, à Procuratore causæ Articulos, sub initium hujus anni fuisse expedita. Juvabit singulorum tenorem hic adscribere. Remissoriales sic habent: Dominicus Ostiensis, Pinellus; Antonius Maria, Tusculanus, Gallus; Ascanius Prænestinus, Columna; Episcopi: Franciscus Maria, tituli S. Mariæ in Aracæli, de Monte; Robertus, tit. S. Mariæ in via, Bellarminus; Seraphinus, tit. S. Salvatoris in Lauro; Hieronymus, tit. S. Blasii de Annulo, Pamphilius; Ludovicus, tit. S. Pancratii, Montis Regalis; Presbyteri: Odoardus, S. Eustachii, Farnesius; Andreas, S. Angeli, in foro piscium, Perettus; Joannes Baptista, S. Mariæ in Cosmedin, Detus; Carolus Emmanuel, S. Nicolai in carcere Tulliano, Pius; Diaconi, S.R.E. Cardinales; super canonizationibus Sanctorum rite & recte faciendis per felicis recordationis Sixtum Papam V generaliter, tamquam Congregationis sacrorum Rituum Præfecti, primò; ac nuper etiam per sanctissimum Dominum nostrum Paulum divinâ providentiâ Papam V, super canonizatione bonæ memoriæ Aloysii, ex nobili familia Marchionum Gonzagæ orti, dum vixit Societatis Jesu Religiosi, specialiter deputati, prout in litteris desuper emanatis tenoris infrascripti, videlicet. Paulus Papa V. Venerabiles Fratres nostri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ad aures nostras *&c. pro ut superiori* §. *Quibus hic ad verbum insertis, apponitur nomen illius, ad quem Remissoriales diriguntur: Exempli gratia.* Reverendo in Christo Fausto Pastorio, Archipresbytero Castellionis, Protonotario apostolico. *Et continuo sic pergitur:*

Litteræ Remissoriales,

E

132 Noveris, juxta mandatum ejusdem S.D.N. Pauli Papæ V, suprà insertis litteris contentum, post inquisitionem de puræ fidei, sanctæ vitæ, & morum fama, de miraculorum magnitudine, de populorum observantia erga dictum bonæ memoriæ Aloysium Gonzagam generatim tantùm, non sigillatim tibi commissam; coram nobis stetisse R. P. Virgilium Ceparium, Societatis Jesu Presbyterum, Procuratorem, & procuratorio nomine Illustrissimi & Excellentissimi D. Francisci Gonzagæ Marchionis Castellionis, Imperii Principis, ejusdemque Aloysii fratris germani; eumque, prius hujusmodi procurationis suæ mandato legitime declarato, quatuor Processus, primum Romæ ab Illustrissimo & Reverendissimo D. Cardinali Pamphilio, Sanctissimi Domini nostri in spiritualibus, Urbis Vicario, sive à RR. in Christo Patribus, Episcopis Patavino & Salonensi, ejus delegatis: alterum Mantuæ ab Episcopo Mantuano: tertium Parmæ ab Episcopo Parmensi: demum quartum Castellione à te, peculiari nostro ordine & jussu, de generali inquisitione famæ prædictæ factos, & compositos, clausos & sigillo obseratos, nobis obtulisse.

visis processibus in genere

F

133 Quibus apertis, visis, & omni animadversione lectis, cum in illis testium, omni exceptione majorum, ritè & rectè examinatorum, depositione, juramento firmata, legitime satis superque liquido constet de puræ fidei, de integerrimæ vitæ, de magnorum miraculorum fama, deque

& probatis,

A deque populorum erga dictum bonæ memoriæ Aloysium Gonzagam devotionis observantia : adhæc ipsa & Judices omnes, à nobis pro prædictis processibus formandis constituti, narratos articulos, per suas cujusque litteras abundantissimè probatos, & ad ulterius progrediendum confirment:

134 Nos, in Palatio prædicti Dominici, antiquioris Cardinalis & sacri Collegii nostri Decani, causis rituum audiendis, & terminandis in unum coacti, visis processibus prædictis, & ejus-
ad petitionem Procuratoris dem Dominici Cardinalis Pinelli super præmissis relatione auditâ, ad ulteriora procedendum judicavimus; &, juxta formam prædictarum litterarum Sanctissimi D. N. Papæ, litteras remissoriales & compulsoriales decrevimus, & dimisimus; ut de prædictis omnibus singularis & peculiaris inquisitio perficiatur. Quo decreto promulgato, Rev. P. Virgilius Ceparius Procurator, nomine quo supra, ut clarius integritas, puritasque fidei, vitæ sanctitas, & ejusdem bonæ memoriæ Aloysii Gonzagæ miraculorum magnitudo omnibus eniteat; legitime citato Joanne Baptista Spada, Advocato Consistoriali & Procuratore fiscali, à nobis peculiariter constituto, nonnullas Positio-
B nes & articulos, sive materias articulatas, vitam, mores & miracula ejusdem bonæ memoriæ Aloysii continentes, facto, realiter & in scriptis exhibitas produxit; quibus probandis se suamque partem, in Curià & extra, & in partibus admitti, remissionemque desuper necessariam & opportunam, seu remissoriales & compulsoriales, cum judice, & loci deputatione, juxta prælibati Sanctissimi D. N. mandatum, decernere & concedere dignaremur, & instrumenta remissoriæ & compulsoriæ necessaria dimitti per nos, ea qua per est contentione, postulavit.

135 Idcirco nos, Dominicus, Antonius Maria, Ascanius, Franciscus Maria, Robertus, Se-
expeditæ, raphinus, Hieronymus, Ludovicus, Odoardus, Andreas, Joannes Baptista, & Carolus Emmanuel, Cardinales memorati, animadvertentes postulationem hujusmodi justam esse & rationi consonam; cum justa petentibus denegandus non sit assensus; cupientes ut mandatum Apostolicum in præinsertis litteris nobis directis, re ipsa perficiatur, dictas Positiones & Articulos, sive materias articulatas nobis exhibitas, admittendas duxi-
C mus. Quamobrem auctoritate Apostolica, qua in
jubent Archipresbyterum Castellion. hac parte fungimur, Faustum Pastorium, Archipresbyterum Castellionis, & Protonotarium Apostolicum, de cujus fide, sinceritate, & Religionis zelo, ac propensa & debita erga hanc sanctam Sedem obedientia plurimum in Domino confidimus, Judicem eligimus & constituimus; ut in civitate & Marchionatu Castellionis, & in vicinis civitatibus, terris seu oppidis diœcesis Brixiensis, in ecclesia seu sacello, vel alio in loco ubi commode potueris, abs te eligendo, in quo dictæ litteræ remissoriales, & testes, super eis inducendi, debeant examinari, nostro ex officio & auctoritate Apostolica elegimus, & eligimus per præsentes has nostras litteras remissorias, & compulsorias præterea decernendo quam maximè opportunas.

136 Quæ omnia & singula præmissa tibi, Fausto Pastorio, Archipresbytero, Protonotario Judici
examinare testes, prædicto, denuntiamus, insinuamus, aperimus, tibique cognitum facimus per præsentium tenorem, teque monemus primò, secundò, & tertiò & peremptoriè, tibique in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut statim, visis & receptis præ-

sentibus, ubi prædicti Procuratoris, vel alterius, AUCTORE
legitime comparentis nomine ipsius, præsentium C. J.
vi fueris requisitus; omnes & singulos testes, litteras, scripturas, instrumenta, jura, munimenta, & quæcunque alia, quæ Illustrissimi & Excellentissimi D. Marchionis Castellionis principalis nomine producentur, super Positionibus & Articulis, quos prædicti Dominici Cardinalis Pinelli, sacri Collegii Decani, sigillo mittimus inclusos, cum te in dicta civitate Castellionis, & alibi ut supra, & in loco abs te eligendo pro tribunali sedere contigerit; ipsosque testes, juxta Interrogationes à prædicto Joanne Baptista Spada, Advocato Consistoriali & Promotore fidei à nobis constituto, datas, quas tibi in rotulo remissoriæ inclusas similiter mittimus: ita tamen, ut prius juxta dictas Interrogationes, cum facultate illis addendi & detrahendi ex qualitate personæ examinandæ; & deinde super Articulis eodem in rotulo inclusis, juxta prudentiam tuam, tibi à Domino collatam & concessam, diligenter examines; & per Notarium publicum, qui de legalitate & fidelitate sua in manibus tuis corporale præstet juramentum, eorum dicta & depositiones scribi jubeas; ipso- E
rumque testium testimonia & dicta, nec non scripturas, instrumenta, ac jura & munimenta fideliter etiam describenda cures.

137 Depositionibus vero dictorum testium at-
eorumque depositiones Romam mittere. que dictis, fideliter in scriptis redactis, unà cum Positionibus & Articulis supradictis, ac litteris, scripturis, instrumentis, juribus & munimentis, sive ipsorum veris transumptis, sub sigillo tuo inclusis, ad nostram præsentiam ad Romanam Curiam, quanto citius poteris, cum fideli nuntio, ad hoc in manibus tuis jurato, transmittas; significando nobis, quæ & quanta fides dictis testibus, litteris, scripturis, & transumptis fuerit adhibenda. Testes autem qui mominati fuerint, si se odio, gratia, amore, favore, ira, invidia, rancore, & timore exuerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, testimonium veritati perhibere compellas. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium, præsentes manibus nostris; & infrascripti Protonotarii Apostolici, ad acta canonizationum Sanctorum adnotanda specialiter deputati, & per infrascriptum nostræ Rituum Congregationis Secretarium & Notarium publicum expedire, & auscultari, ac si- F
gillo prædicti Dominici Episcopi Ostiensis, antiquioris Cardinalis, & nostri sacri Collegii Decani, jussimus & fecimus impressione muniri. Datum Romæ, in Palatio solitæ residentiæ prædicti Cardinalis Pinelli, Episcopi Ostiensis, in quo pro negotio hujusmodi congregati fuimus, anno MDCVIII, XIII Kalendas Maij, Pontificatûs prælibati Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, D. Pauli Papæ V anno tertio.

138 *Interrogatoria Promotoris fidei sunt hujusmodi,*
Interrogatoria Promotoris fidei. Joannes Baptista Spada, Sacræ Aulæ consistorialis & fisci ac Cameræ Apostolicæ Advocatus, & in causa canonizationis servi Dei B. Aloysii Gonzagæ ab Illustrissimis & Reverendissimis Dominis Cardinalibus sacrorum rituum, Promotor fidei electus & deputatus, ex officio petit & instat, testes producendos & examinandos, tam in Urbe quam alibi locorum, pro parte admodum Reverendi Patris Virgilii Ceparii Societatis Jesu, causæ hujus Procuratoris & substitutorum ejus, super excellentia vitæ, sanctitate & miraculis ejusdem B. Aloysii servi Dei; antequam super Articulis examinentur, præmisso juramento tactis

AUCTORE C. J. Euangeliis, ſuper infraſcriptis Interrogatoriis & ſingulis eorum, diligenter, fideliter, & ſeparatim interrogari. I. Imprimis moneatur quilibet teſtis de gravitate periurii, præſertim in ſimilibus cauſis canonizationis, pro ut hæc de qua agitur. II. Deinde interrogetur quilibet teſtis de nomine, cognomine, patria, ætate, parentibus. III. An ſit confeſſus peccata ſua, & ſacrum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerit; & quando. IV. An fuerit ipſe teſtis aliquando publice & nominatim excommunicatus, & an poſtea fuerit abſolutus, vel adhuc excommunicatus permaneat, & ex qua cauſa. V. An fuerit ab aliquo inſtructus quomodo debeat deponere, & ſuper quo; & à quo, vel à quibus perſonis id factum fuerit. Cum autem deventum fuerit ad Articulos, omnes & ſinguli Judices & Examinatores, in qualibet depoſitione ſuper quolibet Articulo, ſi teſtis dixerit ſe nihil ſcire, & negative reſponderit, ulterius non interrogent: ſi vero aliquid teſtis affirmaverit, interrogent illum de ſcientia & cauſa ſcientiæ, loco, tempore & conteſtibus; & in fine cujuslibet Articuli interrogent, an ſit poſſibile quod veritas aliter ſe habeat, quam
B ipſe teſtis depoſuit: & an poſſibile ſit quod caſus, de quibus teſtis, uti miraculoſis, deponit, evenerint aliquo medicamento præcedente, vel ex aliqua alia cauſa naturali vel accidentali, ita ut poſſit non eſse miraculum. Et in reliquis ſuppleat diligentia Dominorum Judicum & Examinatorum, qui etiam ſuo arbitrio, & inſpecta qualitate & conditione teſtium, poſsint aliqua ex iſtis Interrogatoriis omittere, prout expediens ipſis videbitur.]

Articuli à Procuratore cauſæ oblati

139 *Articuli, à Procuratore cauſæ oblati, ut ſuper illis examinentur teſtes, incipiunt hoc modo.* P. Virgilius Ceparius Societatis Jeſu, in cauſa canonizationis ſervi Dei B. Aloyſii Gonzagæ, ab Illuſtriſsimo & Excellentiſsimo Domino, D. Franciſco Gonzaga, S. R. Imperii Principe, Marchione Mantuæ, Marchione Caſtellionis à Stiveriis & Medularum; arcis Sulpharini Domino; Barone libero in regno Bohemiæ, & Sacræ Cæſareæ Majeſtatis à Conſiliis, Camerario, & apud S. D. Noſtrum, D. Paulum V Pontificem Maximum & ſanctam Sedem Apoſtolicam Oratore ordinario, & ejuſdem B. Aloyſii germano fratre, Procurator conſtitutus; prout conſtat legitimis inſtrumentis, in hac cauſa productis; ut clarius liqueat de fide, excel-
C lentia vitæ, ſanctitate & miraculis dicti Aloyſii: quodque & in vita & in morte, quæ fuit XXI Junii MDXCI, & poſt mortem uſque ad præſens tempus fuit communiter ab omnibus habitus, reputatus & nominatus Sanctus; & ad omnem alium meliorem finem & effectum, adhibitis petitionibus, requiſitionibus & poſtulationibus, Articulos infraſcriptos dat, facit, exhibet atque producit, quos in Curia & extrà ad probandum admitti & in Rotulo Remiſsoriæ ſeu remiſsorialium includi, & ſuper illis teſtes inductos & inducendos examinari, & de illis inquiri petit & inſtat, ad onus ſuperfluæ probationis non ſe adſtringens: de quo proteſtatur, non ſolum præmiſso, ſed omni alio meliori modo &c.

pro proceſſu Romano & Caſtellion.

140 Imprimis quidem Procurator prædictus repetit & reproducit omnia & ſingula inſtrumenta, proceſsus, & jura, ſcripturaſque tam publicas quam privatas, in hac cauſa quomodolibet productas, exhibitas & factas. In quantum & non aliter &c. Ex quibus ſic ptoductis & repetitis, licet credat conſtare de ſupradictis Aloyſii fide, excellentia vitæ, ſanctitate, & miraculis, aliiſque ſupradictis; nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus non conſtet, ponit & probare D vult & intendit. Primo &c.] His ſubjungit Procurator, in proceſsibus Romano & Caſtellionenſi in ſpecie, Articulos ſuos XLVII, complexos ſynopſin vitæ Aloyſii, virtutum, actorum poſt mortem, & quæ famam ſanctitatis ejus augent; & ultimo loco inquiritur de miraculis, quorum ali- *item pro Florentino & vallis Tellinæ:*
quot ſigillatim annumerantur probata, & porro probanda. At in proceſsibus Florentino & Vulturenæ vallis, prætermiſsis aliis Articulis, tantùm producit ultimum de Miraculis, [ponens & probare volens & intendens,] ut ſupra dictum eſt, [quod Aloyſius, tam dum in humanis egit, quam poſt mortem communiter ab omnibus utriuſque ſexus fidelibus, tam à principibus viris & nobilibus, quam ab ignobilibus; tam laicis quam Eccleſiaſticis & Religioſis perſonis; nedum Romæ, ubi obiit; ſed etiam Mantuæ & alibi, dum vixit, antequam in Religionem ingrederetur; & communiter publice & palam, pro viro, ſupradictis omnibus virtutibus ornato, ſancto, & Dei amico habitus, tentus, & reputatus fuit & eſt; & erga illum habuerunt & habent devotionem & adhuc illo vivente, magnam erga eum habebant inclinationem, affectionem, & devotionem, ob ſan- E
ctitatem quam in eo videbant florere: & eo vivente domeſtici res, quibus uſus fuerat, tamquam reliquias ſumebant & aſſervabant. Alii, poſſe eum adhuc vivum canonizari, dicebant; & eum in gratia Dei eſſe confirmatum, credebant. Alii, ob maximam ſanctitatem ejus, mirabantur, quod adhuc vivens publice non multa & maxima miracula faceret. Alii, ſimilem ipſi fuiſſe S. Thomam Aquinatem, dum viveret, arbitrabantur. Denique tanta erat opinio & fama ſanctitatis ejus, ut vita ipſius, adhuc ipſo vivente, deſcripta fuerit, ut vita viri ſanctitate conſpicui; & poſt mortem ejus, viſio de ejus gloria à quadam Moniali habita fuerit &c. Et hoc fuit & eſt verum &c.]

quorum ultimus hic apponitur.

141 *Tum ſubdit Articulum unicum, qui in proceſſibus Romano & Caſtellionenſi ultimus eſt, eodem quo illic legitur modo. Videlicet* [ponit, quod Deus, ad ſui nominis gloriam & honorem, vel fidei Catholicæ corroborationem, vel ad manifeſtandam dicti Aloyſii ſervi ſui innocentem & ſanctam vitam; non ex arte aliqua, neque ex vi verborum, neque ex illicita pactione; ſed ejus meritis & in- F
terceſsione poſt mortem, pluribus in locis in Italia & extrà, ad contactum imaginum vel reliquiarum ejus, & ad ejus invocationem, plurima miracula operari miſericorditer dignatus eſt, & adhuc operari dignatur, liberando è variis periculis, laboribus, tentationibus, tribulationibus, infirmitatibus eos, qui ejus auxilium humiliter & devote implorarunt & implorant: & omnes qui prædicta miracula noverunt & noſcunt, indubitanter crediderunt, tenuerunt & reputaverunt, prout tenent, credunt & reputant, hujuſmodi miracula fuiſſe & eſſe vera, & non ex arte, neque ex vi verborum, neque ex illicita pactione cum aliquo malo ſpiritu; ſed à Deo, ob merita & ad interceſſionem dicti Aloyſii, præter aut ſupra rerum naturalem ordinem, ex ſupradictis cauſis facta fuiſſe & eſſe, & pro tempore fieri, prout teſtes deſuper examinandi, qui præmiſſa ſuo tempore viderunt, vel in ſeipſis experti ſunt, vel ab aliis communiter audiverunt, deponent, & ſic fuiſſe & eſſe verum, publicum &c. ac publicam vocem & famam, affirmabunt] Atque hæc ſola circa examen teſtium proponuntur in proceſsu Vulturenæ vallis; quia de geſtis à Beato in vita,

nulla

A nulla istinc loci expectari notitia debebat. In Florentino aliquot insuper miracula, quæ Florentiæ sciebantur pridem evenisse, speciatim exprimuntur; & in Romano & Castellionensi annumerantur duodecim, variis locis impetrata.

142 Litteræ Remissoriales, ut supra conceptę, priusquam ad delegatos Judices dimitterentur, habita fuit XV Martii ejusdem anni alia Congregatio sacrorum Rituum in palatio Cardinalis Pinelli; in eaque statutum fuit, ut exemplar earumdem litterarum mitteretur per manus ad omnes Cardinales dictæ Congregationis; ac tum demum, omnium calculo approbatæ, transmitterentur ad Judices deputatos. Quod & factum est. Non tamen transmissæ fuerunt omnes eodem tempore, sed primo loco ad Judices Romanos, Cardinalem Pamphilium ejusque subdelegatos, Patavinum ac Salonensem Episcopos, jam supra commemoratos: qui testes examinare cœperunt die XIII Aprilis MDCVIII. Die XIX ejusdem Aprilis signatæ fuerunt Remissoriales Castellionenses; inscriptæ *Reverendo in Christo, Fausto Pastorio, Archipresbytero Castellionis, Protonotario Apostolico*; qui XIV sequentis Julii examinavit testem primum; quique inter obeundum munus

B sibi delegatum, creatus fuit Abbas mitratus, & prius obiit quam processum plene formasset: habuitque sibi, tum in nova Abbatis mitrati dignitate, tum in officio Judicis delegati, successorem Camillum de Cataneis, qui processum complevit. Aliquanto tardius expeditæ fuerunt duæ aliæ Remissoriales, pro fabricandis processibus Florentiæ & in Vulturena valle; alteræ ad *Reverendissimum in Christo Patrem Alexandrum Martium Medicæum, Archiepiscopum Florentinum*: alteræ *ad Reverendum in Christo Prosperum Perandam Archipresbyterum Burmiensem*. Primus initium examini dedit anno MDCIX, XVIII Januarii: alter verò anno MDCXII, XXIV Septembris, triennio fere post acceptas Remissoriales, quia eatenus commissionis executionem impedierant acatholici, in valle Tellina prædominantes.

Quando Remissoriales ad singulos Judices missæ sint.

143 Ubi Rotula (ita vocant) Remissorialium Castellionensium facta fuit, Castellionem se contulit Ceparius, ratus interesse plurimùm, recte & legitime probari in patria ipsius Beati, principia sanctitatis ejus, id est pueritiæ atque adolescentiæ, præsentavitque ibi in ecclesia principe,

Procurator Castellionem adiit,

C festa luce B. Aloysii, Remissoriales prędictas; quæ receptæ fuerunt coram omni populo, sonantibus organis, cantantibus musicis, tonantibus bellicis tormentis, tota civitate festum diem agente: atque omnibus rite dispositis, sequenti mense exordium processui per testium examinationem datum fuit. Hoc eodem anno MDCVIII advolavit Romam, atque indies mirum in modum percrebrescebat fama beneficiorum, quę Deus liberaliter elargiebatur ad invocationem B. Aloysii, populis, Vulturenam vallem & sparsos per illam montes incolentibus; celebrabaturque incredibilis eorum pietas & fiducia in Beatum, è lectione Vitæ ejus excitata. Adjungerem hic distinctam rei novæ narrationem, nisi satius foret, illam prefigi ipsi Vulturenæ vallis processui, infrà exhibendo.

ubi Collegium fundatur,

144 Hoc etiam anno, ad incrementum gloriæ B. Aloysii non modicum, cum maxima utilitate Principatus olim ejus conjunctum, fundatum est Castellione Collegium Societatis Jesu, consentiente atque adjuvante Principe Francisco, à tribus ejus, uti & Aloysii ipsius neptibus, Cynthia, Olympia, Gridonia. Hæ quippe virtutes & sanctimoniam beati patrui æmulandi studio incensæ, uti à castimonia, perpetuo ac illibate servanda Deoque obstringenda voto, sanctius vitæ institutum, ejus exemplo ordiri statuerant; ita sub illorum quoque disciplina, qua ipse tantum profecerat, ad perfectionem instrui impense cupiebant. Quamobrem accerserunt Patres aliquot Societatis prędictæ: & venerunt hoc anno quatuor, mox numero augendi: inducuntur in habitationem amplam, quæ ipsorum Principum loci fuerat; jaciuntur novo Collegio temploque fundamenta; assignantur reditus annui aureorum facile ducentorum supra mille: & post biennium, perfecto maximâ parte jam templo, misit eò ad- *& caput Beati recipitur.*

modum Reverendus Pater noster Claudius Aquaviva, Præpositus Generalis, è domo Professorum Romana, quò translatum è Collegio fuerat anno MDCV, sacrum B. Aloysii Caput; utque illud majori pompa ad Principatum suum postliminio rediret, adjunxit Corpora Sanctorum Marcelli & Jovini, duorumque anonymorum, ex cœmeterio S. Priscillæ extracta; quæ splendidè ibidem hodiedum reposita honorantur, & honoravi ipse qui hæc scribo; sacrumque Juvenis Angelici Caput iterum iterumque, qua decet reverentia, exoscu- E latus sum. Quo autem modo translatum eo fuerit, narrabitur lib. 2 Vitæ, cap. 23. Denique Congregatio sexta Generalis Societatis Jesu, Romæ hoc nò MDCVIII coacta, Decreto XLIV ita scriptum reliquit: Cum de petenda canonizatione beatorum Aloysii Gonzagæ & Stanislai Kostkæ propositum fuisset; Congregatio censuit, rem debere commendari Rev. Patri Nostro; ut quando videret opportunum, eam a Summo Pontifice, sextæ hujus Congregationis nomine, postularet.]

§ XIV. *Anno* MDCXI *festum ejus Matriti. Missa dilata, denuo petita & concessa à Paulo* V.

145 Dimissis quo debebant litteris remissorialibus, dum per Judices deputatos formantur processus, aliquot elapsi sunt anni. Interea Princeps Franciscus, sæpe memoratus, obitis jam nomine Augustissimi Imperatoris apud Romanum Pontificem ordinariâ & extraordinariâ legationibus, ab eodem legatur Matritum, ad F potentissimum Hispaniarum atque Indiarum Monarcham Philippum tertium. Fuit ibi anno MDCXI, & quam Romæ pluries celebraverat anniversariam Beati fratris sui solennitatem, Matriti quoque nihilo minori apparatu in ecclesia Societatis Jesu celebrandam instituit, ingentemque summis ac imis erga Beatum, qui eatenus in Hispania vix notus erat, instillavit pietatem. Rei seriem perscripsit Matriti ad P. Cepārium, Romæ tunc agentem, die tertio Julii jam dicti anni, P. Joannes Baptista Zoëcchi. Litterarum ejus hocce compendium habeto. Tota ecclesia peristromatis Excellentissimi Legati ornatissima fuit, eminente in summo altari imagine B. Aloysii. Primæ Vesperæ solennissimæ, à musicis regiis fuerunt cantatæ, præsentibus magno numero Grandibus (qui dignitatis in Hispania summæ noscuntur esse) Ducibus, aliisque primariæ nobilitatis, & facile XV Grandium uxoribus, præter alias sublimibus titulis insignes feminas. Ipso die festo, ultra jam memoratos, adfuerunt etiam Rex ipse & Regina in Missa solenni, cum universa nobilitate aulica utriusque sexus; Dux

Festum an. 1611 Matriti celebratur solenniter

Lermen-

AUCTORE C. J. Lermensis, Cardinalis Toletanus, & quidquid Grandium uxorumque eorum est Matriti : adfuerunt pariter Nuntius Apostolicus, Legatique Reipublicæ Venetæ & aliorum Principum. R.P. Florentia ad talem audientiam pro concione dixit; atque ita dixit, discurrens per vitam & virtutes B. Aloysii, ut multis inde diebus toto Matrito alius non audiretur in congressibus sermo, quam de sanctitate Aloysii, ac de felicitate Principis Francisci, qui dum viveret tam sanctum haberet fratrem in cælo.

præsentibus Rege & Regina.

146 *Denique*, mi Pater, (*ita pergit Auctor litterarum citatus*) hocce festum quodammodo quædam canonizatio hìc fuit; stupuitque civitas tota, utramque Majestatem regiam suâ illud præsentiâ cohonestare voluisse, *inquiens*, nullo alio signo suam illos erga Principem Franciscum propensam voluntatem manifestius declarare potuisse. Duo sub idem tempus contigere mirabilia, non sine numine Beati nostri. Alterum est, quod cum nonnemo, primi inter Principes nominis & dignitatis, pridie festi jurejurando confirmasset, nunquam se pedem in templum Societatis illaturum esse; ipso festo non solùm eò intulit pedem, verum etiam peccata sua ibidem expiavit, ac familiarior deinceps Patribus, quam unquam antea, fuit. Alterum illi non absimile reputatur, quod præcipuæ dignitatis matrona, quæ nunquam ejusdem ecclesiæ limen, nescio cur, transierat; illo festo eam intravit ac deinde frequentavit. Ejusdem festi intuitu donavit Princeps ecclesiæ magnam vim ceræ; Patribus vero epulum, quod centum sufficeret personis; cui & ipse cum suis, Duce de Villa Hermosa, Principe Squyllacei, aliisque interfuit. Donavit quoque Patribus pulcherrimam lipsanothecam, alteram P. Florentiæ concinatori, ac tertiam P. Moncadæ, qui Principi à confessionibus est.] Hæc Matriti.

B

An. 1612 *decernitur Beato Missa à Congregatione Rituum,*

147 Subinde absoluti Romæ, Castellione & Florentiæ processus, ritè signati, sacræ Congregationi Rituum traditi, & ab hac commissi fuerunt Eminentissimo Cardinali Capponio examinandi. Hic, examine absoluto, ad Congregationem retulit anno MDCXII, super validitate processuum prædictorum, Remissorialium, nec non de sanctitate & miraculis B. Aloysii: & Congregatio decrevit die x Novembris, Missam & Officium eidem Beato concedenda esse per universam ejus Religionem. At summus Pontifex, quia Congregationi interfuerat quoque Cardinalis Gonzaga Ferdinandus, Ducis Mantuani frater, consanguineus Aloysii, qui postea, depositâ purpurâ, fratri in Ducatum successit; noluit ilico (uti alioquin fere solent Pontifices) ratum habere decretum, ne quid in re tanta personæ dicti Cardinalis, non solis Beati meritis datum esse, suspicari quis posset: sed, suspensa decreti executione, mandavit causam ad examen sacræ Rotæ deferri; non quidem ut illa cognosceret de decreto Eminentissimorum Cardinalium aut de Missa Beato concedenda, quod jam judicatum erat; sed tantum, ut processus & causam examinaret, quatenus ad canonizationem spectat. Deputati Auditores Rotæ pro tali examine, fuerunt Illustrissimi, Franciscus Sacratus, postea Cardinalis; Joannes Baptista Coccinus, & Joannes Baptista Pamphilius; qui deinde summus Pontifex electus, Innocentius X fuit. Ita fere habent schedæ P. Ceparii.

C

quæ differtur à Papa,

148 Porro Auditores isti non nisi anno secuto nominati fuerunt; & quidem ab ipso Sanctissimo Domino Papa, uti constat ex decreto sacræ Rituum Congregationis : quod, quia etiam alia superius memorata de processibus in genere ac specie tangit confirmatque, totum hic subjicio: [Franciscus Maria, miseratione divina tituli S. Laurentii in Lucina S.R.E. Presbyter Cardinalis à monte, Congregationis sacrorum rituum Præpositus. Universis & singulis præsentes inspecturis, lecturis, & audituris salutem in Domino sempiternam. Cum alias instantibus & petentibus glorioſæ memoriæ Serenissimo Rudolfo, Romanorum Rege in Imperatorem electo; & Sereniſſimis Henrico Francorum Rege Christianissimo, & Mariâ Reginâ prædicti Henrici uxore; Alberto Archiduce Austriæ, Isabella Infante Hispaniarum, & Margarita ab Austria, nèc non Illustrissimo & Reverendissimo D. Francisco Cardinali Dietrichstain, omnibusque fere Italiæ Principibus, & præcipuè Illustrissimo & Excellentissimo D. Francisco Gonzaga, Castellionis & sacri Romani Imperii Principe; Sanctissimus D. N. Paulus Papa V, per litteras in forma Brevis expeditas sub Annulo Piscatoris, datas Romæ apud sanctum Marcum die XXXI Augusti MDCVII Pontificatus sui anno III; specialiter & expresè sacræ Rituum Congregationi commiserit, ut in genere prius, deinde in specie inquisitionem auctoritate Apostolica formaret super puritate fidei, vitæ ac morum integritate, & sanctitate ac miraculis, Deo cooperante factis per interceſſionem bonæ memoriæ servi Dei Aloysii, ex nobili familia Marchionum Gonzagæ orti, & dicti Francisci Castellionis Principis germani fratris, & Societatis Jesu Religiosi: & jam processus prædicti in genere formati, in eadem sacra Rituum Congregatione præsentati & aperti fuerint; & eadem sacra Rituum Congregatio judicaverit, ex eisdem satis constare in genere de fama sanctitatis, & puritate vitæ, & miraculorum operatione, per interceſſionem dicti servi Dei Aloysii factorum; & propterea ad specialem inquisitionem, juxta formam dictarum litterarum Apostolicarum, deveniendum esse declaraverit; litteras remissoriales & compulsoriales decreverit & relaxaverit, ut processus prædicti in specie formarentur; & tandem eisdem formatis & compilatis, in eadem sacra Rituum Congregatione præsentati fuerint quatuor processus, unus Romæ, alter Senis (*sed hic, qui de uno alterove tantum miraculo agebat, non omnino probatus fuit: succeſſitque ejus loco deinde processus Vulturenæ vallis, qui dum hocce decretum condebatur, nondum erat perfectus*) tertius Florentiæ, & quartus in civitate Castellionis, ubi fuit ortus bonæ memoriæ Aloysius, auctoritate prædicta compilati, & in eadem sacra Congregatione aperti, & de ejusdem sacræ Congregationis ordine traditi Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinali Capponio, ut illos inspiceret, & quid ex eis constaret, eidem sacræ Congregationi referret. D

dum causa ab Auditoribus Rotæ examinetur.

E

F

Hi, nominantur ab ipso Pontifice.

149 Quibus diligenter inspectis & consideratis, cum idem Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinalis Capponius in alia Congregatione retulerit, processus prædictos fuisse & esse bene & juridicè fabricatos, & ex eis posse procedi ad ulteriora in causa canonizationis dicti servi Dei Aloysii Gonzagæ; præterea, cum noviſſimè per suas speciales litteras Sereniss. Philippus tertius Catholicus Rex Hispaniarum Sanctiss. Domino nostro supplicaverit, ut dictus servus Dei Aloysius quanto citius in Sanctorum numerum referatur, & Sereniss. ac Reverendiss. D. Cardinalis Dux Mantuæ, & alii Principes ejusdem Gonzagæ familiæ, ut

A ut ad ulteriora in eadem cauſa procederetur, preces de novo eidem Sanctiſſ. Domino noſtro porrexerint; inſtanter petentes, ut dignaretur committere eidem Congregationi, ut proceſſus prædictos, ut ſuprà, auctoritate Apoſtolica formatos, de more inſpiciendos, in ordine ad canonizationem, committeret aliquibus Auditoribus Rotæ; ut illis inſpectis & conſideratis, tandem quid ex eis conſtiterit, Sanctitati ſuæ & ſacræ prædictæ Congregationi referant. Et cum idem Sanctiſſ. Dominus noſter, petitioni hujuſmodi annuens, à tergo memorialis reſcripſerit, ut eadem ſacra Congregatio Rituum Auditoribus ordinaret, ut dictos proceſſus inſpicerent; viſo & conſiderato memoriali, cum reſcripto prædicto, in eadem ſacra Congregatione, quæ habita fuit in palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, die IV Maii præſentis anni MDCXIII, eadem ſacra Rituum Congregatio ſignificandum eſſe eidem Sanctiſſimo cenſuit, Congregationem cupere, ut Sanctitati ſuæ declarare placeat & nominare Auditores, quibus committenda ſit reviſio proceſſuum. Et facta per nos relatione eidem Sanctiſſ. Domino noſtro de præmiſſis, in Conſiſtorio ſecreto, habito in palatio montis Quirinalis, hac die infraſcriptâ; Sanctitas ſua nominavit & deputavit RR. PP. DD. Franciſcum Sacratum, electum Archiepiſcopum Damaſcenum Joannem Baptiſtam Coccinum Decanum, & Joannem Baptiſtam Pamphilium.

B

150 Quibus tribus Auditoribus Rotæ, de mandato ejuſdem Sanctiſſ. Domini noſtri Papæ, eadem ſacra Rituum Congregatio proceſſus prædictos & alios quoſcumque, eâdem auctoritate Apoſtolica in hac cauſa in ſpecie formatos ſeu formandos, & omnes alias ſcripturas, in eaden cauſa compulſatas ſeu compulſandas, ſuper ſanctitate, puritate, & integritate vitæ, ac miraculis, Deo cooperante factis, tam in vita quam poſt mortem dicti ſervi Dei Aloyſii, inſpiciendos & inſpiciendas commiſit, & per præſentes committit, cum omnibus auctoritatibus & facultatibus neceſſariis & opportunis, ut omnes ſimul, vel ſaltem eorum duo, videant & diligenter examinent dictos proceſſus & ſcripturas; & quid ex eis conſtare invenerint & judicaverint de validitate proceſſuum, puritate, integritate, & ſanctitate vitæ, ac miraculis, tam in vita quam poſt mortem per interceſſionem dicti ſervi Dei Aloyſii Gonzagæ factis, poſtea fideliter Sanctitati ſuæ & eidem ſacræ Congregationi referre poſſint & valeant. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium, præſentes per infraſcriptum ejuſdem Congregationis Secretarium fieri, & manu noſtra propria, & ſoliti noſtri ſigilli impreſſione muniri fecimus. Romæ in palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ. Anno à nativitate Domini MDCXIII, die vero XX menſis Maii, Pontificatus ejuſdem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Pauli divina providentia Papæ quinti anno octavo] Franciſcus Maria Cardinalis à Monte.

& accipiunt à Cardinalibus.

C

Locus ſigilli

J. P. Mucantius *Secretarius* Congregationis.

151 Ita delecti ac deputati Auditores iſti ſacræ Rotæ, non obiter quod ſibi mandatum fuit præſtitere; ſed annis quinque examini impenſis tandem ſententiam dixerunt, dignum eſſe B. Aloyſium, qui auctoritate Apoſtolica in Album Sanctorum referatur: eamque ſententiam ſuam cum ampliſſima Relatione, (quam ſub finem horum Actorum impreſſam dabimus) anno MDCXVIII AUCTORE C. J. die XIII Januarii ſummo Pontifici Paulo V præſentarunt. Fatigati tam longâ examinis morâ Principes Gonzaghii, anno priori denuo ſupplicaverant per varias litteras Sanctitati ſuæ, ut dudum deſideratam Miſſam concedere dignaretur, & fortaſſis ſuâ ſupplicatione illâ obtinuerunt, ut paulo poſt conceſſa ſit. Reverendiſſ. Fr. Franciſcus Gonzaga, de quo ſæpe mentio facta eſt, ita Pontificem per ſuas, Mantuæ die VIII Aprilis anni MDCXVII latinè ſcriptas, compellavit:

152 Beatiſſime Pater. Paſtorale onus Mantuanæ hujus Eccleſiæ, humeris meis à Deo optimo maximo & ſancta Sede Apoſtolica aliàs impoſitum requirit, ut ſanctiſſimo Beatitudinis veſtræ judicio ſuggeram, quod de anno MDCIV, cum indies fama ſanctitatis Aloyſii Gonzagæ, in regionibus iſtis potiſſimùm augeretur, ob multa imprimis miracula, quibus Altiſſimus ſervum ſuum mundo celebrem oſtendebat; Synodus Diœceſana, die XII menſis Maii, in cathedrali noſtra Eccleſia convocata, celebratâ imprimis Miſsâ de Spiritu ſancto, ejuſque divino nomine implorato, decrevit, nomine totius hujus Capituli, Cleri, E ac Populi, ſanctiſſimo Domino Clementi Papæ gloriotæ memoriæ VIII, nec non & ſucceſſoribus ſuis in auguſtiſſima Petri Apoſtolorum Principis Sede preces porrigendas, pro obtinenda B. Aloyſii ſupradicti canonizatione, ac in Sanctorum numerum relatione; ut eum poſtmodum ſibi in peculiarem Patronum apud Deum aſciſceret.

Miſſam de eo petunt

Compilatis exinde ſuper hujuſmodi negotio proceſſibus remiſſorialibus, ac per ſacram Congregationem rituum in alma Urbe examinatis, ubi per eamdem relatum fuit, poſſe per Sanctitatem veſtram, ſi id ei placuiſſet, concedi, ut Miſſa de eodem Beato celebraretur, ac recitaretur Officium; mirum eſt, quanta omnis hic Populus ſpirituali fuerit conſolatione repletus, ac quàm omnes magna lætitiæ inenarrabilis oſtenderint ſigna.

Epiſcopus Mantuanus,

At ubi demum fuit ſignificatum, velle Sanctitatem veſtram, in tam arduo negotio, rem per ſacroſanctum Romanæ Rotæ Auditorium diſcuti, ideoque re per plures annos accurate perpensâ cenſuiſſe Reverendiſſimos Patres d. Rotæ Auditores, non modo dignum B. Aloyſium, in cujus honorem, Miſsa & Officium divinum perſolveretur; verum, & qui F indubitanter in Sanctos referretur; non potui prætermittere, quin totius hujus Cleri ac Populi vota ardentiſſima Sanctitati eidem veſtræ proponerem, ac interim humillime inſtarem, ut ſaltem Miſſam in natali ejuſdem B. Aloyſii die celebrare, ac divinum Officium perſolvere liceat. Si id nobis à benignitate veſtræ Beatitudinis fuerit conceſſum; in maximum divini nominis honorem ac gloriam, & animarum nobis comiſſarum fructum ſpiritualem redundabit: & pro tanto munere, ego imprimis, & unà mecum oves meæ omnes, pro Sanctitatis veſtræ incolumitate preces Deo ſemper offeremus; cujus interim pedibus obvoluti, paternâ rogamus benedictione donari.]

153 Ardentiores fuere preces, & forte etiam efficaciores, quas Dux Mantuanus, nuper Cardi- *& Dux ipſe*,

nalis, Ferdinandus, ſua manu conſcriptas ſuperaddidit, die IX Decembris ejuſdem anni. Ita ſonant. Beatiſſime Pater. Supplico Sanctitati veſtræ humillimis ardentiſſimiſque precibus, hanc mihi totique familiæ noſtræ gratiam præſtet, ut de beato noſtro Aloyſio nobis liceat Miſſam celebrare; qui quam eminenti gloria coronetur in cælo, amplè

AUCTORE C. J. docent Angelica ejus vita & illuſtrium copia miraculorum. Quam poſtulo hic gratiam, debita mihi eſt ex benigna intentione Sanctitatis veſtræ, quam mihi jam tum declaravit Romæ, quando hoc ipſum ibi coram poſtulavi. Et æquum eſt concedi, quod glorioſo huic Juveni, ex puriſsimâ ſanctiſſimáque vitâ, probatur deberi. Neſcio profecto, quo poſſim efficaciore modo exprimere Sanctitati veſtræ ardens deſiderium meum hujuſce rei, quàm declarando ei, me ad hoc petendum ſtimulari à juſtitia & pietate, quæ in hac mea poſtulatione ſociantur. Aſſevero Beatitudini veſtræ, majorem hac gratiam ſperare me ab ipſa non poſſe. Nullam quippe rem aliam, tametſi illa maximi momenti foret, animus meus deſiderare unquam ardentius poterit, quam hanc, pro qua iterum iterumque ſupplico, & preces precibus addo.]

cui promittit Pontifex quod petit,

154 Valuere preces, ut declarat reſponſio Pontificia quæ ſic habet: Palus Papa V. Dilecte fili, nobilis vir, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Innotuerunt nobis per litteras Celſitudinis veſtræ, IX hujus datas, inflammatæ preces tuæ pro cauſa B. Aloyſii Gonzagæ. Quam pietatem tuam ut meritò laudamus, ita mandabimus accelerari quod

B petitur. Cupimus namque gratum facere Celſitudini veſtræ ubi ubi occaſio tulerit; idque multo cupimus magis, ubi res præſtanda, pietate plena & laude digna eſt, qualis eſt hæc. Quod ipſum coram diximus Illuſtriſſimo Soardi. Et benedictionem impertientes denuo, precamur tibi à Deo omne verum bonum. Datum Romæ in palatio noſtro Apoſtolico, XXVII Decembris MDCXVII.]

155 Neque ſegnius rem præſtitit Pontifex, quam promiſit. Anno namque & menſe proxime ſecutis, videlicet XXIII Januarii, uti paulo ante dictum eſt, ad ſe referendum curavit de cauſa: die verò XIX Martii, eadem ventilata eſt in ſacra Rituum Congregatione; & XXVI ejuſdem, referente in Conſiſtorio Cardinali Gallo, Pontifex conceſſit Miſſam tantopere deſideratam, ſed pro ſolis ditionibus Gonzaghiorũ: quam paulo poſt, rogatu Cardinalis Bellarmini, etiam permiſit in eccleſia, ubi Corpus Beati quieſcit: & rogante eodem ut extenderetur ad totam Religionem Societatis facultas illa, negavit Pontifex: cum vero rogaret denuo Cardinalis, ut Sanctitas ſua Cardinalium ſuffragia audire dignaretur, annuit. Itum igitur in ſuffragia eſt die ultimo Martii in Congregatione Rituum,

C quo convenerant Cardinales Gallus, De Monte, Bellarminus, Creſcentius, Lancellottus, & Farneſius; decretumque fuit omnium votis, deberi Aloyſio Miſſam pro tota Religione prædicta. Attamen cum hoc ipſum referret Pontifici in Conſiſtorio die II Aprilis, Cardinalis Gallus, ſacri Collegii Decanus, & Congregationis Rituum Præfectus; reſtrinxit ille votum Congregationis, & Cardinali Bellarmino dixit, ſe in gratiam ipſius conceſſurum quod petierat, pro omnibus Societatis domibus, quæ Romæ ſunt. Et juxta Pontificis voluntatem, Congregatio decretum ſuum formavit, & Pontifex probavit, prout ſequitur:

& Miſſam concedit.

156 Beati Aloyſii Gonzagæ. Die ſabbati XXXI. Martii MDCXVIII Congregatio ſacrorũ rituũ in cauſa B. Aloyſii Gonzagæ Societatis Jeſu, re mature perpenſa ac diligenter conſiderata, inhærendo his, quæ ſub die X Novembris MDCXII deliberaverat, nemine diſcrepante, accedente præſertim Relatione trium Rotæ Auditorum, à Sanctiſſimo Domino noſtro ad eamdem ſacram Congregationem tranſmiſsâ, cenſuit poſſe concedi ſi eidem Sanctiſſ. D. N. placuerit, ut de prędicto B. Aloyſio, in locis & eccleſiis, quæ ſunt ſub Ditionibus Sereniſſimi D Ducis Mantuæ, ac ceterorum Principum & Dominorum ex familia Gonzaga in Italia; nec non in infraſcriptis eccleſiis & locis Societatis Jeſu in Urbe, nempe Collegii Romani, ubi venerabile ejus Corpus requieſcit, Domûs Profeſſæ, Domus Probationis, & Collegii Pœnitentiariorum, Officium recitari, & Miſſa celebrari poſſit, tamquam de Confeſſore non Pontifice, juxta rubricas Breviarii & Miſſalis Romani. Et facto per nos de prædictis verbo cum Sanctiſſimo D. N. in Conſiſtorio ſecreto die XXX Aprilis MDCXVIII, Sanctitas ſua annuit, & ſacræ Congregationis ſententiam approbavit.] *Et erat ſubſignatum,*

A. Mar. Epiſcopus Oſt. Card. Gallus.

Et in fine.

Petrus Ciammarecenus, Secret. Cong.

§ XV. *Quid anno* MDCXVIII, *obtenta Miſſa, actum Mantuæ, Caſtellione, Romæ. Miſſa extenditur à Gregorio* XV. E

Nuntium de obtenta Miſſa

157 Die XV Junii perlatum eſt Româ ad Sereniſſimum Mantuæ Ducem ſacræ Congregationis decretum, quo conceditur celebratio Miſſæ & Officii divini de B. Aloyſio, ut ſupra: moxque exemplum ejus unum miſit Dux ad Patrem Rectorem Collegii Societatis Jeſu; & alterum ad Illuſtriſſimum urbis Antiſtitem, qui tum inde aberat valetudinis ergo circiter X millia paſſuum; adjunctis litteris, quibus ipſum rogabat, anniverſarium diem, quo Beatus ex hac vita ad æternam abiit, feſtum eſſe & populum feriari juberet, quemadmodum fieri conſuevit aliis Sanctorum urbis Patronorum diebus. Eodem tempore nuntios citatis equis miſit ad Principem Sulfarini Chriſtiernum, Beati fratrem; ad Principes Caſtellionis, Bozzoli, Guaſtallæ & Melfićti; ad Comites Novellariæ & Sabionettæ; ad Montiſferrati ditionem: moxque juſſit omnia parari, ad celebrandum quam ſolenniſſime anniverſarium diem, qui præ januis erat:

ad omnes familiæ ſuæ Principes

mittit Dux Mantuæ,

158 Prolixa rei penes me deſcriptio eſt: quam, quia non valde diſsimiles ſupra jam dedimus, ubi de titulo Beati, Aloyſio conceſſo; libens hic omitto, præter pauca ſequentia. Pridie feſti jejunarunt Duces totaque Aula, juſsæque ſunt parœciæ ſingulæ ex nobilibus ſuis unum, & unum è civibus eligere, qui poſtridie ad palatium Ducis convenirent, de adoptando in Patronum B. Aloyſio, cum ipſo acturi. Officia divina obiit loco Epiſcopi Mantuani, illuſtriſſimi Franciſci Gonzagæ, Abbas eccleſiæ collegiatæ S. Barbaræ, quæ aulica eſt, idemque Epiſcopus erat Neocæſareæ. Hic mitratus & pontificaliter indutus, cum ejuſdem eccleſiæ Canonicis, ſupplicantium more proceſſit inde ſub horam tertiam ante occaſum ſolis, portans ſacram B. Aloyſii Reliquiam, quæ in eadem eccleſia decore ſervatur, ad eccleſiam Societatis Jeſu, proſequente ipſo Duce cum cuſtodiis ſuis, nec non Equitibus Redemptoris ac nobilitate univerſa. Interea venerunt alia via in eccleſiam noſtram uxor Ducis, cum Principe Eleonora cognata ſua, Domino Vincentio ſuo leviro, & parva Principe Maria. Ornatiſſime veſtiti erant omnes, depoſitis tantiſper lugubribus, quæ ob mortem ſereniſſimæ Ducis Ferrarienſis geſtabant. Ad

F

& pompam inſtituit,

val-

A valvas templi consistebant Patres nostri palliati, atque ardentibus tedis instructi, in adventum Reliquiæ prædictæ; quam inde, bini & bini procedentes, comitabantur adusque altare Beati; ibique expositam per Vesperas solennes, toto die sequenti honorandam populo reliquerunt.

in qua Beatum eligit

159 Postridie, ex mandato Ducis, adfuerunt in palatio nobiles xx ac totidem cives, juxta numerum parœciarum, associati ab aliis facile centum personis: ad quos Dux è sella sua sub conopeo, conversus, paucis exposuit, cur sese ipse, suamque familiam, & populum devovere B. Aloysio, ejusque patrocinio committere cupiat; si id ipsis quoque placitum foret. Annuerunt omnes lætis demonstrationibus ac verbis; quin & gratias egerunt Duci, quod tam sancte consuleret populo suo: & mox accersito Notario, quod actum erat, in tabulas relatum est. Tunc jussu Ducis unicuique, nobilium quidem, Ducato argenteus novus; civium vero, Solarus item novus distributi sunt, ad oblationem Beato faciendam: ipse vero cum suis concessit ad ecclesiam Societatis Jesu; & ingressus sacrarium ejus consideravit, num

B recte curata essent quæ paulo ante portari eò jusserat, ad faciendam oblationem, quemadmodum fere assolet fieri in canonizationibus Sanctorum.

Suffragantibus civibus

Erant autem illa, catinus aureus, in ejusque medio capsula, & ipsa aurea, cum aliquot hostiis, tum majoris, tum minoris formę. Item alter catinus, prędicto similis, plenus omnis generis suavissimi incensi & accumulati; in cujus summo eminebat capsula aurea, qualis in priori catino, cum thymiamate quodam prętiosissimo, Ducatonibus xxv æstimato, quamvis portio esset valde modica. Prope aberat tertius catinus, isque argenteus, cum panibus duobus, circumdatis coronâ spicarum triticearum. Non procul stabant œnophora duo grandia, ex argento inaurato, plena optimo ex aula vino; lecythus, œnophoris paulo minor, cum olivo ad fovendas lampades; ac cereus prægrandis, Lx circiter librarum, cum duobus minoribus, librarum VIII.

in Mantuæ Patronum,

160 Hisce ibi consideratis, transivit Dux in templum, seditque in solio suo; & Abbas officians, cum Canonicis, in habitu pontificali processit ad altare B. Aloysii, ibique consedit in faldistorio. Tum Dux ad eum accedens propius, nudo capite constitit, uti & nobiles civesque parœciarum, de

C quibus supra, audituri publicam scripturam, quam in palatio ex eorumdem consensu notarialiter factam esse, diximus. Summa scripturæ erat, quod Sereniissimus Dux cum populo suo, quem prędicti nobiles ac cives referebant, declararet, se inter alios Patronos suæ civitatis reponere atque eligere B. Aloysium Gonzagam. Absolutâ lectione portata fuerunt à ministris ecclesiasticis è sacrario vasa, quæ paulo ante descripsimus: eorumque primum, in quo hostiæ, accepit Dux ipse, & genibus flexis obtulit Abbati officianti, in faldistorio sedenti; & abiens ad solium suum, permisit reliqua ab iisdem ministris ei offerri, quo ordine à nobis enumerata sunt supra. Postea concionari cœpit P. Fr. Ignatius Tridapale Mantuanus, ex ordine Observantium S. Francisci, assumpto themate: *Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila? Job* 39: quod applicans Beato, monstravit ipsum non unam solam, sed quadruplicatam esse aquilam, qualem videre est in insignibus Gonzaghianis; videlicet, aquilam fuisse, in ingressu mundi & quamdiu ibi vixit; aquilam, in ingressu Religionis; aquilam, in egressu ex hac vita mortali; aquilam esse denique, in gloria cælesti; ex qua irretorto in civitatem Mantuanam intentu- AUCTORE
oculo, ipsam semper potenti virtute defendet. C. J.

& varia offert dona;

161 Subsecuta est Missa solenniissima, ad cujus Offertorium priusquam suffiret oblata Sacerdos, impositi Dux thuribulo manu sua modicum quid prædicti thymiamatis pretiosi, cujus fragrantia admirabilis totam continuò ecclesiam implevit; & tradito per ministrum thuribulo Sacerdoti, is oblata sua suffivit, uti & Ducalia dona, quæ prope aram suo ordine posita erant, præter duos panes, quos Sacellanus Ducis in minutas buccellas conciderat, deinde in populum distribuendas. Tunc iterum consedit Officians in faldistorio, uti tempore concionis, ante medium altare; elevatâque modice dexterâ tenebat sacram Patenam. Accessit eò primus, & genua venerabundus flexit Dux, acceptoque aureo Doblone (ita vocant Itali) è crumena aurea, quam ei Dominus Petrus Maria Gonzaga, Eques Redemptoris, porrigebat, ipsum obtulit in disco ad hoc ibi prępparato. Idem fecere post Ducem nobiles civesque sæpe dicti, acceptumque paulo ante ad hoc nummum, singuli similiter suum obtulerunt. Ubi Missa ad communionem Sacerdotis perducta fuit; accessit ad altare Dux, & ipse

E quoque è manu ejus communicavit; & cantato mox solenniter hymno, Veni Creator Spiritus, distribuerunt Ministri panem, de quo memini, benedictum; primùm Ducibus eorumque propinquis, tum reliquo etiam populo, qui illum aut pro benedictione reverenter manducarunt, aut velut amuletum quoddam portarunt domum suam. Oblata verò, pecuniam, incensum, thymiama, oleum, vinum, ceram, jussit Dux ecclesiæ relinqui donum.

& Episcopi natalem ejus

162 Vesperæ à prandio solenniter, ut pridie, fuerunt cantatæ, quibus æque ac illis, Dux interfuit ipse cum familia sua, quod admiratione dignum multis visum est, quia nunquam solet, quantumvis solenne celebretur festum, utrisque ejus interesse Vesperis. Finitis illis adoravit Reliquias Beati, positis humi genibus; & porrigente illas Abbate S. Barbaræ prædicto, reverenter osculatus est. Inter abeundum vero intelligens, debere à studiosa juventute nostra recitari poëmata & orationes quasdam in laudem Beati, jussit id differri in suum reditum (debebat enim triduum quatriduumve abesse ab urbe) velle quippe se quidquid istius generis diceretur, coram audire. Denique constituit, ut imposterum quotannis, ad celebrandum majori solennitate anniversarium B. A-

F loysii festum, Collegium Canonicorum S. Barbarę ad ecclesiam Societatis Jesu veniret. Postquam *jubet esse festum quotannis.* Episcopus Mantuanus rescivit, à Duce & populo B. Aloysium prædicto modo in Patronum civitatis electum esse; epistolam dedit ad P. Rectorem nostrum Collegii Mantuani, significans se quoque publicaturum propediem decretum, quo Ecclesiastici æque ac laici juberentur eumdem honorare tamquam Patronum Mantuæ: quod & reipsa constituit anno subsecuto in Synodo diœcesana, & publicavit, jubens illo anno MDCXIX & sequentibus deinceps, diem XXI Junii, quo Beatus obiit, festum esse, & ab omni Clero Officium de eo ecclesiasticum recitari ritu Duplicis.

Solennis pompa Castellione,

163 Quid eâdem occasione & eodem die actum sit Castellione in patria Beati, paucis indico ex litteris P. Petri Justinelli & Illustrissimæ Cynthiæ Gonzagæ, ibidem illa de re scriptis ad P. Ceparium. Simul atque rescitum fuit, concessam esse facultatem celebrandi Missam de B. Aloysio, pulsata fuerunt æra Campana solenni ritu, idque octo diebus continuis iteratum fuit. Interea Prin-

AUCTORE C. J. ceps Chriſtiernus, Beati frater, Dominus Sulfarini, venit Caſtellionem; juſſitque in eccleſia SS. Nazarii & Celſi ſolenniter cantari hymnum, Te Deum Laudamus, per muſicos ſelectos: tribus veſſperis ante feſtum tonuerunt tormenta bellica ex arce Principis; ibique & variis per ditionem locis ignes accenſi ſunt feſtivi, & pueri per vias cantabant Vivat, Io vivat in æternum Princeps noſter ſanctus Aloyſius. Ipſo feſto, tam in eccleſia SS. Nazarii & Celſi, quam Patrum noſtrorum, *inquit Cynthia, id eſt Societatis Jeſu*, cantatæ fuerunt Miſſa & Veſperæ ſolennes. Tempore Miſſæ, quæ in priori eccleſia cantata fuit, ſub ſacræ Hoſtiæ elevationem, denuo exonerata fuerunt tormenta arcis: & Archipresbyter ejuſdem eccleſiæ, Canonici atque alii Sacerdotes, venerunt bini ac bini longo ordine ad eccleſiam Patrum, adoratum ibi ſacrum Beati Caput.] Poſtea ibidem cantata eſt Miſſa à muſicis exquiſitis, præſentibus parvo Principe Caſtellionenſi Aloyſio, & Principe Sulfarini prædicto, cum tota familia ſua; qui & finitâ Miſsâ in Collegio pranſi ſunt. Poſtea illis actio oratoria & poëtica, latinâ vulgarique linguâ, à ſcholaribus exhibita fuit; depictâ in loco
B iride cæleſti, cui ſimilem eſſe. B. Aloyſium per varias virtutes ſuas, in coloribus & proprietatibus iridis adumbratas, monſtratum volebant. Subſecutæ ſunt Veſperæ ſolennes, iiſdem præſentibus; & ipſi, omniſque populus gratias Deo perſolverunt, pro exaltatione beati Principis ſui Aloyſii.

164 Laudabiliter beatum Juvenem noſtrum,
& Romæ jam propiùs aris, per Miſsam de eo licite celebrandam, admotum, honoraverunt quo diximus modo, Mantua & Caſtellio; hæc, patria ejus; illa, præcipua Ducum Gonzaghiorum Sedes. Non debuit illis cedere hac in parte, nec voluit, Roma quæ ſacrum Beati depoſitum ſervat. Spectandam igitur oculis dedit illo ipſo die anniverſario, quo primam illi Miſsam celebrari vidit, univerſam ejus vitam in Collegio Romano, ſub porticibus compluvii, variis modis repræſentatam. Præcipuas in illis partes habuerunt ſtatuæ XIII, per intercolumnia totidem diſpoſitæ; quæ referebant ſingulas civitates, & ſingulas quas ibidem Aloyſius præcipue exercuerat virtutes. Civitates ſunt, præter unum Montis Ferrati Ducatum, Caſtellio, Florentia, Taurinum, Genua, Lauretum, Complutum, Mantua, Matritum, Ferraria,
C Neapolis, Mediolanum, Roma.

165 Quinam, & cui pompam illam paravе-
in Collegio Societatis rant, indicabat epigraphe, ad ingreſsum portiçûs, ſupra primam ſtatuam, quæ Caſtellio erat, majuſculis latine expreſsa; ut ſequitur: [Tibi, beatiſsime juvenis Aloyſi, civitates, præſentiæ quondam tuæ & ſanctimoniæ veſtigiis nobilitatæ; ingenio Romanæ juventutis erectæ, reverenter aſſurgunt; tuarum ſe virtutum inſignibus exornant; novos ſummiſque proximos in templis honores, tibi & Gonzagæ domui, quæ cælo etiam ſufficit, gratulantur.] Sub hoc primario & communi titulo, ſtatua ſpectabatur juvenili formâ, antiquo Romanorum more armata, cincta caput coronâ: ſupra quam eminebat arx. Repræſentabat ſtatua Caſtellionem, juvenis & victoris Aloyſii patriam, arce in ſublimi poſita rupe munitam. Tenebat ambabus manibus varia, cruciando corpori inſtrumenta, puta cilicium, flagra, catenam ferream, calcaria: & his ipſis etiam impoſita erat corona, quam ſpontanei corporis in hac vita cruciatus Aloyſio pepererunt in gloria cæleſti. In baſi ſtatuæ legebatur ſcriptum: *Caſtellio, B. Aloyſii natalis urbs in Cenomanis, in* D *qua ingeniosè commentis aſperæ pœnitentiæ inſtrumentis, diſcruciatum ſeſe innocens puer, ſola divinitatis contemplatione recreabat.*

166 Uti Caſtellio, quæ in mundum immiſit *multiplici-*
Aloyſium, primo conſtitit loco; ita ultimo re- *ter ornato.*
ctè collocata fuit Roma, quæ emiſit è mundo. Statua hæc inſiſtebat globo, inter draconem & crucem; nempe draconem infernalem Roma in Pontifice ſuo, cujus inſignia ſunt Draco, nihil metuebat, virtute Crucis Domini defenſa: tegebatur caput tiarâ, tripliciter coronatâ, quod triplicem Romani Pontificis poteſtatem ſignificare poteſt, quam habet in cælo, in terra, & apud inferos; quam & oſtendebat aquila per Claves, quas prope volitans tenebat. Dexterâ ferebat ſtatua incenſum, ſiniſtrâ columbam dimittebat in ſublime; utique innuens conſecrationem Aloyſii, nunc etiam incenſo & Miſſa honorandi: quod & ſubſcriptum in baſi lemma declarabat: *Roma, decreta pridem ſacra B. Aloyſio facit*: à Cardinalibus ſcilicet ante ſexennium decreta, nunc à Pontifice conceſſa: cui propterea hocce gratitudinis monumentum ſupra caput ſtatuæ fixum erat: *Paulo* V. *Pontifici Maximo. Quod ſacrorum Religiones Beato Aloyſio Gonzagæ de-* E *crevit, poſt tributum illius virtuti à civitatibus teſtimonium, confluens ex univerſa Europa juventus, ſui, in hoc Gregoriano* Societatis Jeſu *Gymnaſio quondam conſortis, nunc Patroni, novis honoribus læta grates agit.* Habes hîc primam & ultimam lector, ſtatuam ſpeciminis loco, unde de reliquis facias conjecturam: nimius forem, ſi ſingulas vellem hîc exhibere & explicare. Prætereo quoque ſilentio omnem alium per porticus & per eccleſiam apparatum, ſolennes Veſperas & Miſsam, muſicam ſelectam, frequentiam nobilitatis, concurſum populi, pietatem omnium, actiones ſtudioſæ juventutis, orationem latinam, à Ferdinando Cæſarino Ducis Cæſarini fratre; Græcam, ab Urbano Mellino Cardinalis Mellini nepote; & poëma, ab Hyacintho de Bufalis, & ipſo Cardinalis ſibi cognominis nuper defuncti nepote, lectiſsimis adoleſcentibus in laudem Beati, magno auditorii plauſu recitata.

167 Tertio poſt hęc anno deceſsit Paulus V, *Facultatem celebrandi Miſſam de Beato* F
& ſucceſſorem habuit Gregorium XV, cui primo quoque tempore obtulit P. Mutius Vitelleſcus Prępoſitus Generalis, nomine Societatis ſuę, libellum ſupplicem, petens, facultatem celebrandi Miſſam & recitandi Officium de B. Aloyſio, domibus quatuor Romanis à Paulo conceſſam, extendi ad univerſam ubique terrarum Societatem. Et Gregorius non tantum iſthęc annuit, verum etiam adjecit, ut quilibet Sacerdotes, tam Regulares quam Seculares, de eodem celebrare Miſſam in eccleſis Societatis annuatim poſsint, eaque ſuper re hanc edidit Bullam, anno MDCXXI die ſecunda Octobris.

168 Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei *extendit Gregorius XV*
memoriam. In Sede Principis Apoſtolorum, nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, à Domino conſtituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in ſervis ſuis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Sanè pro parte dilectorum Filiorum Prępoſiti Generalis ac Presbyterorum Societatis Jeſu nobis nuper expoſitum fuit; quod ipſi, pro eo, quem erga Beatum Aloyſium Gonzagam, eiuſdem Societatis dum vixit Religioſum, gerunt, devotionis affectu, Officium & Miſſam de eo, ut infra, recitari poſſe ſummopere deſiderant.

Quare

A Quare Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut eorum votis hujuſmodi annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, Præpoſitum Generalem ac Presbyteros prædictos ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus præpoſitorum conſilio, ut de dicto B. Aloyſio Gonzaga die XXI Junii, quo ex hac vita migravit ad cælum, ab omnibus ejuſdem Societatis Religioſis, ubique terrarum exiſtentibus, juxta Rubricas Breviarii & Miſſalis Romani, de communi Confeſſoris non Pontificis, Officium recitari & Miſſa celebrari, reſpectivè, liberè & licitè valeat; nec non etiam confluentibus eo die, ad eorumdem Religioſorum eccleſias, Miſſam in illis de eodem B. Aloyſio Gonzaga, ut ſupra, celebrare liceat, Apoſtolica auB *ad totam Societatem* ctoritate tenore præſentium perpetuò concedimus & indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Secretarii ipſius Societatis vel Notarii publici manu ſubſcriptis, & perſonæ alicujus in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, vel pro tempore exiſtentis Præpoſiti aut Vicarii Generalis ejuſdem Societatis ſigillo munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra illud, ubique locorum adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitę vel oſtenſæ. Datum Tuſculi ſub Annulo piſcatoris die 11 Octobris MDCXXI, Pontificatus noſtri anno primo.] *Et infra,* S. Card. S. Suſannæ.

§ XVI. *Litteræ Principum novæ pro canonizatione Aloyſii.*

169 IAm omni ex parte beatificato & Miſsâ donato Aloyſio per Bullam ſummi Pontificis; ejus rei fama ultra Alpes propagata, etiam C *Supplicationes Principum pro canonizatione,* longius diffitas nationes exhilaravit, amatoreſque ejus gloriæ nonnullos novo ſtudio accendit, ſtimulavitque ad ſupplicandum denuo Pontifici, ut bene cœpta compleret, eumdemque Aloyſium, judicio Auditorum Rotæ & S. R. Eccleſiæ Cardinalium, canonizari meritum, re ipſa in Album Sanctorum adſcriberet. Sunt aliquot Principum litteræ id petentium penes me, ex autographis deſcriptæ: quæ cum effectum hactenus non habuerint optatum, ne pereant, hic adijciantur, ſaltem nonnullæ; ac imprimis binæ, duarum ex familia Gonzaghiana ſororum, Ducis Mantuæ Vincentii filiarum; Eleonoræ Imperatricis, Ferdinando II non ita pridem nuptæ; & Margaritæ, Henrici Ducis Lotharingię uxoris. Eleonora latine ſcripſit ad Papam anno MDCXXII die XX Julii in civitate regia Sopronii, ut ſequitur.

170 Quod hactenus preſſimus deſiderium, à pietate profectum, haudquaquam ulterius diſſimulans, de familiæ noſtræ agnato B. Aloyſio, ſi *Eleonoræ Imperatricis,* ita graviſſimo Sanctitatis veſtrę judicio videretur, in Sanctorum numero publicando. Merita quidem illius & miracula, quę ſanctitatem evidenter adſtruunt, recenſere nihil attinet, cum ea ſupremum AUCTORE & vigilantiſſimum gregis Dominici Paſtorem neutiquam poſſint latere. Veniam porro dabit Sanctitas veſtra, ſi tantummodo affectum noſtrum dicimus erga virum, tam propinqua nobis agnatione junctum; cujus apud Deum patrocinii fructum, humillimâ fiduciâ plenę, non uno argumento expertę ſumus. Hunc unum honoris triumphum, longè ultra tot & tam multiplicia decora, quibus velut ſplendidiſſimis margaritis, inclita familia noſtra Ganzaga, tum ſummorum Pontificum, tum Romanorum Imperatorum beneficentiâ coruſcat, ſuo merito ęſtimaverimus; Sanctitatem veſtram quàm poſſimus efficaciſſimè rogantes, ut hoc loci primę petitioni noſtrę paternè, annuere, & dum viſum fuerit opportunum, B. Aloyſii Patroni noſtri tutelaris ſanctitatem publico elogio decorare dignetur. Perpetuam beneficii, cujus magna quoque portio in Auguſtum Imperatorem, Dominum conjugem noſtrum obſervandiſſimum, redundabit, memoriam pollicemur. Deum Opt. Max. humillimâ prece veneratę, uti Beatitudinem veſtram in vota noſtra facilem diſponat; atque eamdem, cui filiali Nos affectu commendamus, in Apoſtolico culmine quàm feliciſſimè E ac diutiſſimè conſervet.]

171 Margarita ſcripſit Nancæi, XXIX Julii ejuſ- *Ducum Lotharing. Margaritæ* dem anni, italice, breviter & concinne: [Nihil mihi huc uſque interceſſit meriti cum Sanctitate veſtra; & agnoſco, haud aptam eſſe me quæ quid merear. Auſim nihilominus, Beatiſſime Pater, procumbere ad pedes tuos, nulla dubitans, quin exauditurus ſis animo paterno ſupplices, quas filiali demiſſione affero preces; poſtulans ut familiæ noſtrę Gonzaghianæ, de ſancta Eccleſia Romana bene meritæ, honori conſulas, B. Aloyſium Gonzagam adſcribendo inter Sanctos. Intellexi proceſſus, probationes, & alia ad canonizationem requiſita, jam rite facta eſſe; & ſolum deſiderari ultimum mandatum Sanctitatis veſtræ: quæ tali mandato triplex paterni amoris ſui ſpecimen dabit. Afficiet enim Societatem Jeſu novo beneficio, gratificabitur familiæ noſtræ, & me ſibi arctius devinciet devotiſsimam filiam & ſervam, quæ id demiſſe iterum iterumque rogo; certa fore, ut omnes prædicti certatim ſtudeant pro beneficio grati eſſe, & exequi ſemper omnem nutum Sanctitatis veſtræ.] F

172 Suas quoque miſit, eodem tempore & eodem ex loco, ad Papam maritus ejus Lotharingiæ *ac Henrici,* Dux Henricus, linguâ Gallicâ, quæ ſic ſonant: Sanctiſsime Pater, quidquid in hunc uſque diem gratiarum poſtulavi Sanctitatem veſtram, & ipſa mihi concedere liberaliter dignata eſt, habuit aliquid conſiderationis humanæ. Canonizatio B. Aloyſii Gonzagæ, quam nunc ſupplex peto, aliud non ſpectat quam honorem & gloriam Dei, qui gaudet laudari in Sanctis ſuis. Quamobrem nolim meminiſſe arctum mihi intercedere cum Sereniſſima Gonzaghiorum familia ligamen affinitatis; quod alterutrius fortunam utriſque reddit communem. Cupio namque ſupplices meas preces, eſſe magis puras & magis ſanctas; quippe quæ funduntur pro Sancto, & coram Sanctitate veſtra, à qua quam peto gratiam expecto.]

173 Non diu diſtulit Sereniſsima Galliarum Regina Maria Medicęa, Henrici IV vidua (quam *item Maria, Galliarum Reginæ.* alibi noviſse & colluſiſse Aloyſio puero puellam diximus) eâdem ſuper canonizatione ſupplicare Pontifici, litteris Niverni datis XII Auguſti anno jam dicto. Gallicâ & illæ ſcriptæ ſunt linguâ in hunc

AUCTORE C. J.

sensum: Sanctissime Pater, ut nihil dicam de benevolentia mea, quo prosequor Religionem Societatis Jesu, uberes fructus, quos illa toti profert Christiano orbi, ac præsertim huic Galliarum regno, tum vitâ suâ laudabili, tum institutionibus suis salutaribus & sanctis; fructus, inquam, ejus excitant in sinu meo ingens desiderium, conferendi quidquid in me est ad incrementum & ornamentum ejusdem Quandoquidem igitur velit Deus honorari in Sanctis suis; existimo Sanctitatem vestram æqui bonique consulturam esse pia vota mea, quibus enixè supplico, ut referre in catalogum Sanctorum dignetur B. Gonzagam, Societatis ejusdem quondam Religiosum, illustriorem sanctitate vitæ & gloriâ miraculorum, quam illustrissimis natalibus suis. Supplico igitur Sanctitati vestræ iterum atque iterum, ita preces meas exaudire dignetur, ut cara mihi Religio illa cognoscat, pondus habuisse in re tam sancta commendationem meam, precaturæ divinam Bonitatem, ut conservet Sanctitatem vestram Ecclesiæ suæ multis annis.]

174 Putabam hic finem facere litterarum; sed unas atque alteras adhuc addere, & scriptoris majestas, & argumenti dignitas, & orationis efficacitas suadent. Sunt illę Augustissimi Imperatoris Ferdinandi, per uxorem suam Eleonoram, de qua supra, Aloysio affinitate conjuncti: scriptę autem latine, & illo tempore quo de Ducatu Mantuano acriter armis disceptabatur; unę ad summum Pontificem Urbanum VIII, alterę ad Cardinalem Theodorum Trivultium. Primę sic habent: Beatissime Pater.... Cum nuper, mente in Deum exporrecta, in supplicationibus Ecclesiæ publicis, benignè indultam Jubilæi Apostolici gratiam promereri satageremus; & quidem Italiæ, Numinis benignitate pacandæ, prima votorum nostrorum summa esset; Cælitum suffragiis in terrestrium calamitatum remedia solicitatis, occurrit nobis, inter ceteros peculiari venerationis sensu dilectos Patronos, memoria B. Aloysii Gonzagæ; cujus implorati Patrocinii vim, apud Deum quidem efficacem, causæ nostræ publicæ tanto magis fructuosam fore, certo nobis pollicebamur, quo propius & patriæ excidium, & ruinæ proxima familiæ suæ diffidia, & quod caput est, hæreseos in omnes occasiones excubantis formidabiles conatus, oculo illum miserante intueri, & extremis hisce avertendis potentem sese procuratorem interponere & velle, & posse, haudquaquam erat dubitandum.

B *Litteræ eâdem super re*

C

175 Magno itaque fiduciæ affectu, per hunc, velut advocatum domesticum, protectorem gentis & familiæ peculiarem, ad thronum divinæ misericordiæ supplices provolvimur; certâ spe freti futurum, ut qui regum animos nutu suo moderatur, tanti intercessoris precibus exoratus, in vota nostra condescendat; atque ea ubique inspiret consilia, quæ optatissimam pacem parturiant, & principum catholicorum mentes indissolubili amoris mutuę que benevolentiæ nexu sibi invicem devinciant. Omnino hunc pietatis nostræ affectum comprobabit Sanctitas vestra, neque aliter, quam in benignissimam partem interpretabitur; si erga virum hunc, divinis honoribus coruscantem, miraculis clarum, meritorum gloriâ celebrem, pacis Italicæ, uti speramus, felici successu proxenetam, in cujus sinum necessitates publicas, iisque medendis oportuna desideria nostra fidenter effudimus, gratitudinis nostræ scintillam aliqua saltem parte resplendere maximopere cupiamus. Retulit illum ante annos, Beatitudinis vestræ prędecessor felicis recordationis Paulus V, causâ cognitâ, in Album Beatorum; & velut certum Dei amicum, humana omnia supergressum, immortalitatis stolâ ornatum, publicis in Ecclesia honoribus coli decorarique jussit. Et cur non ulterius quoque provehamur? si quid tamen ultra metam illam beatitudinis, & nullo umquam fine terminandæ felicitatis, mens humana concipere potest. Facile equidem intelligimus, quidquid de immortalibus mortales decernunt, non tam illis ad gloriæ cælestis incrementum; quam hisce, ad debiti cultûs venerationisque affectus ac fiduciæ fomites excitandos, computari. Unde fit, ut desiderium nos incesserit, Aloysio, è Mantuana stirpe oriundo (quod unicum ad honoris humani fastigium deesse videbatur) sanctitatis illustrissimum ornamentum, Sanctitatis vestræ oraculo toto Orbe publicandum, ab eadem exorare.

D

176 Præter eam, quam diximus; aliis quoque rationibus movemur, ut pretiosum hoc procurationis munus ultrò libenterque amplectamur. Fuit enim Imperii Marchio, Cæsaris observantissimus; ex familia prognatus, cujus inconcussa fides erga Romanum Imperatorem, & præclara obsequiorum merita usque ad horum temporum eclipsin, constanter fulserunt; quæ sanguinis necessitudine & affinitate nobis, Augustæque domui nostræ conjuncta, meretur, ut furculus ille in cælestia translatus, in terris ministerio Imperiali honoretur. Obnixè proinde & quanto possumus affectu Sanctitatem vestram obtestamur, ut impenso huic desiderio nostro paternè faveat, Beatique hujus sanctitatem, prodigiis & solenni more institutis processibus (quemadmodum nobis relatum est) comprobatam, toto orbe venerabilem esse, voce & auctoritate Apostolica jubeat. Habebunt Principes & illustriores Imperii Ordines, è gremio suo, virtutum exemplar, perfectionis ideam, pietatis speculum, ad quod mores, actionesque suas laudabiliter componant; habebit Italia, & vel maximè familia Gonzaga, Patronum tutelarem; habebimus Advocatum Dei potentem, à quo Sanctitas Vestra, vestra nostraque consilia, legationes, tractatus, curas, & solicitudines almæ pacis laureâ coronari impetrabit. Insigne quoque beneficium, unà cum Augusta conjuge nostra, æternum debebimus Sanctitati vestræ, cui filiali affectu semper obsequentes, ad ea nos referimus, quæ Orator noster Savelli Princeps, luculentiùs exponet, & Sanctitati vestræ longævam felicitatem ex animo auguramur. Datum Viennæ, die XIX Januarii anno MDCXXX]

E

F

Ferdinandi Imperatoris,

unæ ad Papam,

177 Alteræ Cæsaris litteræ, de quibus dixi, inscriptæ Cardinali Trivultio, idem postulant per illum à Pontifice obtinendum. Fuit Cardinalis iste Principis Theodori Trivultii ex Catharina Gonzaga, unica Marchionis Alfonsi, Castelgiufredi Principis filiâ, ac B. Aloysii patruele, progenies inclita; qui, matrimonio contracto cum filiâ Principis Monachii primogenitâ, eâque in primo partu extinctâ, cœlebs mansit; dumque filium, quem ei illa pepererat, pro dignitate sua educandum curat, animum ipse ad militiam ecclesiasticam appulit. Commendant posteri Principem Theodorum Trivultium & Catharinam Gonzagam prædictos, Theodori Cardinalis parentes, à singulari studio religionis, qua ferebantur ambo in patruelem suum B. Aloysium; ab iisque non ita pridem inter alia nobis perscripta habemus, quod

alteræ ad cognatum Aloysii.

Paren-

A Parentes illi [non minori devotione ac pietate erga B. Aloysium affecti fuerunt, quam essent propinquitate sanguinis cum ipso conjuncti. Quapropter in rebus omnibus gerendis atque administrandis, ipsum, ubicumque & quibuscumque temporibus, & occasionibus difficilioribus, sibi ac filiis & successoribus voluerunt intercessorem adhiberi, cujus præcipuè patrocinio speciales gratias fuerunt etiam consecuti: atque ita in omnibus Trivultiæ ditionis statibus Advocatus ac Patronus postea est acceptus & habitus.] Ita illi de suæ familiæ in Beatum consanguineum religione ac fiducia, quam imprimis habuit Cardinalis, cui litteræ Cæsaris inscriptæ sunt, & hîc sequuntur.

Cardinalem Trivultium

178 FERDINANDUS SECUNDUS, divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex; Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ; Comes Tyrolis &c. Reverendissimo in Christo Patri Domino Theodoro S. R. E. Cardinali Trivultio, Amico nostro carissimo, salutem ac benevolentiæ nostræ affectum. Reverendissime in Christo B Pater, Amice carissime, tam infelicia modo sunt tempora, tam miserabilis in Germania atque Italia rerum facies, ut ad ingruentes undique difficultates superandas, præter temporalia auxilia, cælestia quoque omni studio solicitanda censeamus. Delegimus itaque nobis Patronum quasi tutelarem, Virum Dei B. Aloysium, ex illustri Gonzagarum familia oriundum, vitæ sanctitate ac miraculis clarum. Hujus interpositione, cum Dei misericordiam & cælestis gratiæ inspirationem supplici prece postulemus, æquum certè judicamus, ut devotum affectum nostrum humili mentis veneratione eidem vicissim contestemur.

179 Ac proinde Sanctitatem suam filiali affectu enixè rogamus, ut beato huic Viro honorem, qui amicis Dei auctoritate Apostolica hîc in terris deferri solet, paternè decernere, eumque inter Sanctos & Electos Dei accensere dignetur. Id verò tantò facilius Sanctitatem suam precibus nostris daturam confidimus, quod inquisitionis processus, qui in similibus casibus institui solet, completus; atque omnia ad actum eum solennem requisita necessaria, prout nobis relatum est, in promptu sint; quod similis gratia aliis quidem Regibus flagitantibus frequenter, C nobis verò, qui filius Ecclesiæ primogenitus in augendis sanctorum Patronorum nostrorum ornamentis nulli cedere velimus, nunquam hactenus obtigerit; quodque ea canonizatione Sanctitas sua Catholicorum animos non parum accendet, ut per Sancti illius intercessionem, divinam Majestatem ea quæ ad pacem sint, tanto ferventius rogent; & spirituale hoc solatium, luculentum specialis gratiæ ac benevolentiæ pontificiæ erga Romanorum Imperatorem, atque Imperatricem, sacrumque Imperium, testimonium interpretentur.

datæ anno 1630.

180 Cum autem ad pium hoc desiderium nostrum magis magisque promovendum, Paternitatis vestræ Reverendissimæ interpositionem non parum momenti allaturam sciamus; benevolenter ab eadem requirimus, ut (pro solita sua, quam & Germaniæ nostræ, & toti Imperio se debere profitetur, solicitudine, & sanguinis propinquitate, qua beatum Aloysium contingit) pium hoc desiderium nostrum, officiis suis opportunè & efficaciter interpositis promovere, atque ita novum sacro Imperio, atque ipsi Italiæ, ex progenie sua Patronum tutelarem in cælestibus acquirere conetur. Id uti pro singulari nostra erga Paternitatem vestram Reverendissimam fiducia ab eadem nobis promittimus, quemadmodum Orator noster Savelli Princeps diffusius nomine nostro explicabit; sic quacumque occasione vicissim eidem gratificari impensè cupimus. Datum in civitate nostra Viennæ, die XIX mensis Januarii, anno Domini MDCXXX, Regnorum nostrorum, Romani XI, Hungarici XII, Bohemici verò XIII. Ferdinandus.

AUCTORE C. J.

181 Prætermitto alia, quæ pro canonizatione B. Aloysii acta scriptaque fuerunt, nullâ hactenus efficientiâ, nisi quod Alexander Papa VII, uti lego in Bibliotheca Societatis Jesu Sotuelliana, petentibus Clero & populo vallis Tellinæ, concesserit, diplomate anno MDCLXII, XXI Junii dato, ut, expositâ pridem publico cultui imagine B. Aloysii, nunc super altari positâ in ecclesia parochiali Saxensi, Missam de eo celebrare ibi possint: quodque Clemens X hoc illum elogio honorari in Martyrologio Romano jusserit, die XXI Junii; *Romæ B. Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu, principatus contemptu & innocentia vitæ clarissimi*. Num quid indultum præterea ejus honori à Sede Apostolica sit, me latet. Prius illum inscripsere Martyrologiis suis Philippus Ferrarius, in Catalogo generali anno MDCXXV; & Bernardinus Faynus anno MDCLXV, in Martyrologio sanctæ Brixianæ Ecclesiæ, jussu Reverendissimi Antistitis Marini Joannis Georgii edito.

Missa indulta etiam Valli Tellinæ:

elogium in Martyrologio Rom.

E

§ XVII. *Virorum aliquot sanctitate aut doctrina illustrium erga B. Aloysium veneratio & cultus.*

182 QUalis, & qualium virorum sensus, de vita, virtutibus & sanctitate Aloysii, statim à morte ejus fuerit, abunde docent variorum testimonia, initio libri 3 Vitæ, à Cepario impressa. Quid de iisdem senserint deinceps alii atque alii, indicant processus, tam Ordinariorum, quam Apostolicæ Sedis auctoritate legitimè formati, è quibus nos multa sparsim per hæc Acta commemoramus. Qualibus verò modis exinde eum venerati atque imitati sint viri, sanctitate & ipsi doctrinaque conspicui; qualia ei encomia dederint; hîc aliquot exemplis commonstrabimus. Et primo quidem loco sit, de quò jam dicere cœpimus § 7, Joannes Berchmans, Societatis nostræ Flandro-belgicæ alumnus, Distemii anno MDXCIX natus, Romæ MDCXXI, XIII Augusti mortuus, Aloysio ferè par, annorum numero & morum sanctitate. Is absoluto Mechliniæ tirocinio, Romam studiorum gratiâ missus fuit; quibus ibi & operam dedit triennio non integro, in eodem Collegio Romano; in quo & studuerat & obiit Aloysius: & uterque, uti paribus ferè virtutibus ibidem floruerunt, ita pari fere in amore omnibus hodiedũ sunt. Joannes quippe paucis illis quibus Romæ egit annis, totum propemodum induit Aloysium, illum singulari amore ac veneratione prosequens, illum moribus exprimens, illum ubique loquens & extollens: magnamque in ejus ope fiduciam habebat, *Quia meus*, inquiebat, *frater est in Christo*. Sigillatim autem hæc de Joanne scribit in Vita ejus, idem, qui Vitæ Aloysii auctor Cepharius pag. 114 editionis Romanæ:

Aloysii cultores & imitatores egregii,

F

183 Quotiescumque adibat ecclesiam (*adibat autem*

AUCTORE C. J. *Joannes Berghmans Belga,*

autem frequenter) adoraturus Deum in Eucharistia; conferebat se postea ad sacellum B. Aloysii, ubi sacra ejus lipsana sub altari tunc condita honorabantur. Loquebatur de Beato suo cum animi voluptate; ejusque Vitam, cum virtutibus & miraculis à Romana Rota & sacrorum Rituum Congregatione probatis, compendio descriptam circumferebat. Ejusdem honori afflictatiunculis varias & varios religionis actus dicabat: & scriptum ejus manu reperio (*loquitur Ceparius*) quod die XXV Maij anni MDCXXI obtulit Deo, obeundas à se, in honorem B. Aloysii, exercitationes centum humilitatis. Quod verò majoris operæ & sublimius est, consultò studebat, ei quam simillimus esse imitatione vitæ ac virtutum: ex quo & factum est, ut non immeritò multi, tam seculares quam Religiosi, dixerint, ipsum veram B. Aloysii imaginem esse; sibique viderentur in ipso Aloysium spectare alterum. Et sanè quo tempore translatum fuit hujusce Beati corpus, anno MDCXX die XV Junii, è sacello Deiparæ ubi quiescebat, ad novum Aloysianum; dum Patres Fratresque nostri, ordine & more supplicantium, per ecclesiam procedebant; viso Joanne Berch-
B manno, qui unus è tædiferis candelabrum cum cereo præferebat, dixit in aurem Patri Theodoro Busæo, Assistenti Germaniæ, P. Jacobus Crucius Italiæ Assistens: Iste, mihi videtur alter quidam Aloysius esse.] Adde, quod etiam imaginem Aloysii sui sibi ipse pinxerat, uti § 7 diximus; videlicet ut illam secum ferens, ubique præsentiorem haberet Patronum suum; atque ad imitationem ejus promptior foret.

184 Principium hujusce studii imitandi B. Aloysium, & occasio amplectendi Institutum Societatis, Joanni fuit (uti frequens ipse commemorabat) lectio Vitæ Aloysianæ; & in imitatione ejus taliter profecit, atque omnia prototypi lineamenta ductusque virtutum tam perfectè expressit in se, ut vix sciam, an Sancti duo alii unquam fuerint similiores omni genere virtutum & gestorum, quam sint isti, observatione minimorum, suum Deo zelum & amorem ambo testati summum. Qui, quod asserò, cognoscere propius cupit, utriusque Acta, ab eodem auctore Cepario, ut dixi, conscripta, inter se conferat. Quibus id otii non est, consulant singula de utroque testimonia duorum Societatis nostræ Præpositorum Generalium, Claudii Aquavivæ & Mutii Vitelleschi, sub quibus uterque in Collegio Roma-
C no vixerunt ac mortui sunt: & aliqua inde similitudo eluceseet.

ex lectione Vitæ

185 Testimonium Claudii de Aloysio, Vitæ hujus præfixum, legere erit infra suo loco Testimonium Mutii de Berchmanno, pariter præfixum hujus vitæ, sic incipit: Felicis memoriæ Frater noster Joannes Berchmannus, juvenis reverà fuit innocentiâ ac puritate insigni, Angelicis moribus, pietate admirabili, virtutibus solidis ac perfectis; Instituti nostri regularumque servantissimus; omnibus, qui unquam cum eo sunt versati, quocumque tempore aut loco, per quamcumque occasionem, summi semper exempli: adeo ut neminem repererimus, qui unquam in eo deprehenderit vel minimum defectum aut imperfectionem.] Hæc omnia, mutato nomine, æque Aloysio conveniunt, ac de illo non tantum in Testimonio P. Claudii, verum etiam per totam ejus Vitam prædicantur. Vin' plura de hoc argumento? Non solum in terris similes moribus fuisse, sed meritis quoque in cælis similes esse, persuadere possit simultanea utriusque apparitio non una, in quibus simul opem suam D tulerunt ægrotantibus, spe opis humanæ destitutis. Præclarum hujus rei exemplum videbitur infrà in curatione Josephi Spinelli, apparentibus ei aliquoties Aloysio atque Berchmanno, peractâ.

mores ejus emulatus.

186 Alium Aloysii cultorem eximium habuit Provincia Belgica P. Joannem Waels; qui, quod in patria ei non licebat per importunitatem propinquorum, ingressus est tirocinium Societatis Romæ anno MDLXXXVIII; & post biennium concessit ad collegium Romanum, in quo tunc etiam studebat Aloysius: ex cujus convictu & quotidianis virtutum exemplis tantum fiduciæ concepit, ut inter præcipuos sibi ipsum Patronos dein adsciverit semperque coluerit. Similiter Aloysius Tana, & ipse Societatis nostræ Sacerdos ac Professus; tametsi B. Aloysium nunquam viderit, utpote anno MDXCIII, altero post illius obitum, natus; tenerrimo nihilominus pietatis sensu toto vitæ suæ tempore eum prosecutus est (uti legitur in Bibliotheca Scriptorum Societatis) sive quod sanguinis propinquitate ipsum contingeret, ex eadem familia Tana, qua mater B. Aloysii, ortus; sive quod cum nomine (*Aloysius*) verosimiliter ob memoriam propinqui, recens sanctè mortui, indito, hauserit quoque singularem erga F illum pietatem; seu denique quod ipsa propinquitas sanguinis fiduciam addiderit impetrandi certius per illum, quæ sibi salutaria posceret, quam per alium quemlibet Sanctorum.

Joannes Waels,

Aloysius Tana,

187 Quid Patre Carolo Spinulâ, post diuturni carceris calamitates, lentis ignibus apud Japones exusto, gloriosius? Is tamen (quemadmodum consanguineus & cognominis ejus, Pater Fabius Ambrosius Spinula, in vita ejusdem anno MDCXXVIII impressum reliquit) gloriari solebat, quod Neapoli cum Aloysio nostro Philosophiæ operam dedisset: idque gloriabatur etiam dum in carcere sordidatus ad gloriosam martyrii palmam anhelabat, scriptis inde litteris, lætitiæ illa super re suæ testibus, ad Patrem tunc Societatis Generalem, Mutium Vitelleschum. Alius quoque ejusdem nobilissimæ inter Genuenses prosapiæ ac nominis, Spinula, in baptismate sortitus nomen *Octavius*, illud ipsum anno ætatis suæ XVII, Christi MDCXIV Societatem complexus, in *Aloysium* commutavit; *reverentia & affectu*, ut loquitur Bibliotheca jam citata, *in B. Aloysium Gonzagam, cujus imitandi studio ducebatur.* E

Carolus Spinula Martyr in Japonia,

Octavius item Spinula,

188 Sed ut nemo hominum intimius novit Aloysium, quam P. Robertus Bellarminus, ejus conscientiæ ultimus moderator, deinde S. R. Ecclesiæ Cardinalis; ita nemo frequentius verbis, nemo opulentius factis, sanctimoniam ejus testatam fecit; nemo tenerioris animi obsequio veneratus est. Verba ejus amplissima sunt in depositione solenni, quam fecit anno MDCIX, XVIII Augusti, relatâ in processu Romano: ubi super Articulo XLVII & ultimo, qui est de miraculis, denique respondit: [Ego retuli ad Pontificem, me legisse in scripturis legitimis multa B. Aloysii miracula; interque illa asseveravi, instantanea esse triginta & unum; quia Sanctitas sua me & legere illa & referre ad se jusserat. Atque ego prædicta omnia (*quæ eatenus deposuerat*) existimo vera esse & indubitata: habeoque pro re certissima, quod Beatus iste fruitur Deo in cælesti paradiso; atque ideo quotidie in privatis orationibus meis me ipsi commendo. Plura istiusmodi scripsit in Epistola quadam sua, ad P. Ceparium data anno MDCI die XVII Octobris; dixitque pro concione

Robertus Bellarminus;

qui præclare dictis,

A ne in eccleſia Collegii Romani anno MDCVIII; quæ ſuo loco videbimus. Illud tantum huc afferam, quod, cum inter Cardinales Congregationis ſacrorum Rituum, tractaretur de beatificatione Aloyſii, primus prolixe diſſeruit Bellarminus, [de ejus innocentia & vitæ auſteritate & miraculis : & concluſit, omnes Sanctos, vel propter Innocentiam, vel propter Pœnitentiam ſanctos haberi: Aloyſium, propter utrumque ſimul, poſſe beatificari, ad ſimilitudinem ſancti Joannis Baptiſtæ. Et ejus votum omnes Cardinales ſecuti ſunt; & factum eſt Decretum.] Ita Bellarminus ipſe ſcriptum reliquit, teſte Daniele Bartoli, in ejuſdem Vita, Romæ impreſſa lib. 2, cap. 2, pag. 131.

& factis Aloyſium honorat,

189 Neque tantùm dictis Aloyſium adeo impenſe coluit Bellarminus (*verba ſunt P. Silveſtri à Petra ſancta*; cæleſtis ingenii, *teſte Ericio Puteano*, æternæque eruditionis viri, *qui Vitam Bellarmini, à Patro Jacobo Fuligatto compoſitam italice, latinam fecit*) Non, *inquit ille*, Aloyſium Bellarminus coluit tantùm dictis, ſed facta etiam adjecit, ſolitus quotannis, quoties reverteret ejus obitûs dies anniverſarius, in templo eodem Romani Collegii ſacras ejus Reliquias pie ac venerabundus invi-
B ſere; & inde ire etiam in domicilium ipſum, in quo aſſidere valetudini ejus, fovere deficientem, ſatiari vultu & complexu meruerat. Haud tamen ferre diu potuit, illud, pro ægris quotidie, veluti carens religione, cubiculum uſurpari: ſiquidem ad ſancti Juvenis memoriam & loci venerationem impetravit, ut poſſet in ſacellum dedicari; quo idem eſſet & obitus ejus & ſanctitatis monumentum; ibique ara, ubi cecidit tam innocens Victima, poneretur. In eo ornando ipſe ſuppeditavit expenſas omnes: laquearia auro lita, cum lychnis præpendentibus ante beati Juvenis effigiem: parietes, non è marmore elaborati aut diſtincti gemmis; ſed exprimentes, apparatu nobiliore, imagines virtutum.

ejuſque cubiculum conſecrat in ſacellum

190 Pars una ipſum puerulum habet, dum nixus genibus ante crucem, nudatusque humeros flagris ſe cruentat, & nullius culpæ reus flagellat innocentiam. Adſtant foribus interim famuli, & perſpectant rimulis parvum Dominum, piè adverſum ſe ita ſævientem: eaque res denuntiata Ferdinando parenti, aditum in Societatem filio impetrat. Hinc ponè viſitur, mutatâ veſte (*quam facta reſignatione Marchionatus tantiſper induerat religioſam*)
C inter Præſules & alios, è ſacris paginis ſalutaria monita dividere, mundoque & pompis valedicere; deinde inter Vincentium Mantuæ Ducem & Rudolfum fratrem ſuum, inter quos gravi ortâ controverſiâ non ſatis conveniret, litem ipſe dirimere. Pro foribus & è regione aræ; quia anno Domini MDXCI ſæviit Romæ fœda lues; ad-

ubi geſta ejus depingi curat,

eſt in publico xenodochio inter plures è Societate; ac tametſi cuncta pollui ſanie, odore, contactu cerneret: pro invitamento habens, quod terrori aliis fuiſſet, dum ceteri ſcopis pavimentum purgare, cubilia ſternere, manantia tabe ſtragula verſare, recreandæ defectioni cibos afferre, pro ſe nituntur; aſpicitur ipſe ad pedes unius, ſuccinctus linteo, ſordes abſtergere nequaquam nauſeabundus; nullâque re lętior, quam ſi in morbum incideret, tolerantię comes futurus quibus erat ſolatium. Pars altera parietis eum, item genibus poſitis, ante Crucem habet; dum incumbens pluteo, percepta divinitùs lumina, quę de Angelis didicerat inter meditandum, perfuſus animę liquidis voluptatibus, in pugillares refert, par mentibus illis puriſſimis ſcriptor & commentator. Ac

propterea eſt lectulus ejus verè floridus, ex quo, AUCTORE
eo quem prænuntiaverat die, flos caſtitatis inno- C. J.
centięque reſolutus, non tam in ſua initia, quam in odorem ſuavitatis ad cælum migravit.] Hæc ille.

ratus ipſum certò receptum cælo eſſe.

191 Talibus porro verbis factisque, & ſingulari veneratione quî potuit Aloyſium non proſequi Bellarminus, quem certò credebat cęlo receptum eſſe, ex quo terram anima corpore ſoluta liquerat; uti jam ſupra declaravit, & in citata ad Ceparium Epiſtola amplius confirmat, ita illam concludens: [Denique perſuaſum habeo, rectà eum ad Beatorum gloriam abiiſſe; ſemperque religio mihi fuit pro illius anima preces fundere, ſubverito, ne gratiæ Dei, quam in illa reſidere cognovi, injuriam facerem. At contrà nullâ religione prohibitus umquam fui, quin ejus precibus, in quibus multùm confido, me commendarem.] Hæc Bellarminus, paulo aliter hic latine reddita, quam reddidit Petraſancta; qui mox ita ſubjungit: [Atque id cauſę fuit, cur demortui corpus proprio ſarcophago condi voluerit Bellarminus (*is enim primus id rogandum Patrem noſtrum Generalem cenſuerat*) quoniam ipſum è communi umbra ſepulcrorum, non luci modo, ſed aris quoque certò repromitteret; ar-
E ticulatim aſſerens, futurum aliquando, ut ſanctitate & miraculis clarus adoraretur. Ipſe tamen ſtudia hæc ſua tum maxime oſtendit, cum optavit moriturus (ſicut in tabulis teſtamenti habet) ad pedes B. Aloyſii, filii ſui ſpiritualis, ſepeliri; ut hoc pacto, quos benevolentia & mores conjunxerant, hos videretur etiam ſepulcrum miſcuiſſe.] *Verba ipſa Teſtamenti latina, hæc ſunt.* [Quod attinet ad locum ſepulturæ, libenter jacere corpus meum voluiſſem ad pedes B. Aloyſii, mei quondam ſpiritualis filii: ſed tamen Superiores Societatis, ubi voluerint, corpus meum ponant.] Maluit videlicet etiam poſt mortem obediens eſſe, uti tota vita eximie fuerat, quam ſuæ pietati indulgere. Nec ſine merito obedientiæ corpus ſuum Superioribus permiſit, ut pote qui illud ſanctiore loco, quam ad pedes Aloyſii, in ipſa nempe ſepultura, ubi ſanctus Patriarcha Ignatius eatenus quieverat, condiderunt.

Ejuſdem cultores,

192 Cardinali Cardinalis jungatur, domeſtico exterus. Quanta veneratione proſecutus ſit Aloyſium Cæſar Cardinalis Baronius uſque ad extremum vitæ ſuæ, abunde ſupra declaravit num. 95 teſtis oculatus. Pauca hic addam ex hiſtoria Vitæ ejus, auctore Hieronymo Barnabæo editâ Romę F
MDCLI; ubi ſic legitur pag. 148: [Beatum Aloyſium Gonzagam Societatis Jeſu, florem fœcundiſſimi illius agri longe pulcherrimum, maximè reverebatur: cujus res ſanctiſſime geſtas cum le- *Cardinalis Baronius,*
giſſet, tanto erga eum incenſus eſt devotionis affectu, ut & illius Reliquiarum aliquid flagitaverit; & delatas deinde ad ſe, genibus flexis exceperit: quin etiam capiti ſuo, ut eum Chriſtiana ſimplicitas & pius animi ſenſus admonebat, religioſe impoſuerit; & ad illius ſepulcrum ſæpius adire & prolixius orare conſueverit.]

Princeps Carolus Gonzaga,

193 Actum agerem, ſi plures huc adducerem laudatores atque imitatores Beati. Tot enim fere ſunt, quot in hoc Commentario & ſequentibus Actis atque Annotatis commemorantur ipſum noviſſe, aut ejus invocatione beneficia obtinuiſſe. Unum addo, de quo alibi nobis mentio non fit, Principem Carolum Gonzagam, Aloyſii ex fratre Chriſtierno nepotem, hodierni vero Principis Caſtellionis parentem: qui non contentus ſuum erga beatum patruum amorem ac venerationem variis modis teſtari dum viveret; vivens etiam ex-

AUCTORE C. J.

citavit monumentum quo id teſtaretur poſt mortem. Voluit namque ſepeliri in eccleſia Societatis Jeſu Caſtellionenſi ante ſummam aram, ſupra quam ſervari diximus ſacrum Beati Caput, & ſequens lapidi ſepulcrali epitaphium inſcripſit: CAROLUS I, SAC. ROM. IMP. PRINCEPS VIII ETC. HIC SIBI ADHUC VIVENS, AD B. ALOYSII PATRUI SUI BENEFICENTISSIMI PEDES, SEPULCRUM POSUIT.

Societas Provinciæ Venetæ,

194 Ex amore etiam ac veneratione profectum eſt, quod variæ Societatis Provinciæ, & imprimis Romana, Renovationi votorum, quæ Socii noſtri more ſuo bis annuatim laudabiliter reſtaurant, conſtituerint ſtabiliter in æſtate feſtum B. Aloyſii. Qua de re lego apud P. Jacobum Antonium Manzinum noſtrum, in Vita Aloyſii nuper edita, pag. 274, ſequens mandatum R. P. Franciſci Piccolominii, Provinciæ noſtræ Venetæ Præpoſiti, ita ad ſuos per encyclicas ſcribentis]: Adm. Reverendus Pater Noſter (*nempe Mutius Vitelleſcus*) rogatus à me, ſtatuit, in æſtate deinceps quotannis renovanda eſſe Vota Noſtrorum feſtâ B. Aloyſii noſtri luce; id quod multum conferet ad accendendum ſpiritum cujusque majori fervore,
B & ad augendam cujuſque religionem erga Beatum iſtum, cui hæc Provincia tantum debet.]

& Collegii Romani,

195 Indidem profecta quoque eſt religioſæ humilitatis exercitatio publica Patrum noſtrorum Collegii Romani, in pervigilio Beati; ejus humilitatem imitandi ſtudio olim cœpta, meo ibidem habitantis tempore continuata, & nunc æque obiri ſolita quotannis. Rem verbis Rev. P. Annibalis Marchetti, mei ante hos viginti annos Florentiæ in tertia Probatione Rectoris & Magiſtri, qui geſta B. Aloyſii, in exemplum Principum, eleganti ſtylo latine conſcripſit: rem, inquam, verbis illius malim proponere legendam quam meis. Sunt autem hæc pag. 284: [Aloyſii exemplo ſolenne illud in Romano Collegio inſtitutum, ut pridie ejus diei, quo anniverſaria B. Aloyſii memoria colitur, univerſi Patres, illique Juniores qui litteris dant operam, Provinciæ Præfecto & Collegii Rectore præeuntibus, ſub initium ſcholæ pomeridianæ, ſcopis inſtructi, atrium totum everrant. Spectatum eo tempore affunditur confertiſſima exterorum turba: in qua non deſunt qui initio ſimplicitatem irrideant; ſed deinde, ſubeunte eorum quos rident nobilitate (vidimus enim ibi noſtro ævo totius I-
C talicæ Nobilitatis florem) tam altè humanas irriſiones deſpicante, mirari coguntur illorum celſitudinem, à quibus quæ ſumma inter homines habentur, deſpectari vident. Hæc autem tam honeſta dejectio, Chriſto primum accepta haud dubie referenda, qui eam ſuo veluti contactu honeſtavit; ſed deinde etiam potiſſimùm Aloyſio, qui proximum ſe nobis ducem, per tam obſcura atque humilia, ad veram petendam gloriam exhibuit.] Hæc ille.

§ XVIII. *Geſta Aloyſii, quando & à quibus conſcripta.*

Scripſit anno 1586 geſta Aloyſii,

196 PRimus, qui Vitam Aloyſii reſque ab eo geſtas judicavit memoriâ poſterorum dignas eſſe, fuit Hieronymus Platus, non minus religioſis virtutibus ornatus, quam tribus de bono ſtatus religioſi libris, & ſcriptione ſingulari ad fratrem ſuum Flaminium Platum Cardinalem, de Cardinalis dignitate & officio, in publicam utilitatem impreſsis, clarus. Is illo ipſo anno MDLXVIII, quo Aloyſius mundo natus fuit, mundo valedicens, contulit ſeſe in Religionem Societatis Jeſu, die XXIV Aprilis; dies non amplius XLVI poſt illius nativitatem; ac tam diu in illa vixit, quam diu univerſim vixit Aloyſius: mortui ambo Romæ anno MDXCI, Aloyſius quidem in Collegio, die XXI Junii; Hieronymus verò in Domo Profeſſorum die XIV proximè ſequentis Auguſti. Habitabat jam tum in illa Domo Hieronymus, admodum Reverendo Patri ſuo Generali Claudio Aquavivæ ab Epiſtolis latinis pro Aſsiſtentiis Germaniæ & Galliæ; quando Aloyſius anno MDLXXXV tirocinium exorſus in Domo Probationis, à S. Andrea Apoſtolo nomen ſortitâ, religioſæ vitæ ponebat fundamenta, & ſtatis temporibus cum aliquot aliis tironibus mittebatur (ut moris eſt) ad Domum Profeſſorum; ubi ſolent illi varia pietatis atque humilitatis exercitia, probationis ergo, obire; & pluribus ſæpenumero hebdomadis commorari, ſub moderamine gravioris cujuſdam, à Superioribus ad hoc ſelecti Patris, qui eorum in virtute profectum illic, ut Magiſter Novitiorum in tirocinio, curat: & curabat tunc temporis P. Hieronymus.

adhuc Novitii,

Hieron. Platus ejus director,

197 Habuit is ibi inter alios etiam Aloyſium, quem quo prudentius & majori cum progreſsu dirigeret in via perfectionis, voluit penitius cognoſcere ſtatum animæ ejus jam inde à pueritia; [ab eoque exegit (*teſte Cepario in Vitæ impreſsæ Præfatione ad Lectorem*) uti ſibi vitam ſuam omnem, propoſitum amplectendæ Religiònis, beneficia denique, dum adhuc in ſeculi licentia degebat, accepta divinitus, ex ordine ediſſereret. Quæ quidem cum ei inuſitata planèque egregia, & non niſi à peculiari quadam Dei gratia & favore profecta viderentur; adoleſcente digreſſo, brevi ſcripto cuncta complexus eſt.] Abſolverit illud Scriptum Platus intra primum, quem Aloyſius tantum, nec totum, egit in tirocinio iſto, annum: nihil enim in illo attingit Auctor de diſceſſu ejus Româ Neapolim, quò anno ſequenti MDLXXXVI menſe Octobri miſſus fuit valetudinis cauſa; nihil de gravi ægritudine, quam ibi paſſus eſt, aut mora ſemeſtri; nihil de reditu ejus poſtliminio Romam, & ſeceſſu ad Collegium, propugnatis ibidem publicè poſitionibus ex univerſa Philoſophia; imo nec de religioſis votis, quæ, exacto ab ingreſſu Societatis biennio, in eodem Collegio Romano vovit Deo. Abſtinuerit igitur Platus ab ulteriori ſcriptione, poſtquam Aloyſius Neapolim abiit. Quod verò ſcripſerat clam habuit annis aliquot, donec illud communicavit cum P. Cepario; eique auctor fuit, ut reliqua geſta Aloyſii, quocum ille tunc in Collegio Romano convivebat, ſedulus actionum ejus omnium ſpeculator, alio ſcripto proſequeretur; & ex utroque deinde continuatam hiſtoriam vitæ concinnaret.

ſub titulo Vocationis ejus ad Societatem.

198 Scripto ille ſuo (quod continua ſerie procedit, à nobis tamen more noſtro, in certa capita diſpeſcitur) titulum præfixit Platus, VOCATIO ALOYSII GONZAGÆ AD SOCIETATEM JESU: ſub quo & vidi ipſum in archivo Romano Domûs profeſſæ, & deſcribendum curavi. Intereà temporis, collatâ cum titulo totâ ſcripturâ, dixero ego, Platum quidem quando ſcribere exorſus eſt, aliud ſibi non præſtituiſſe, quam ut, ad aliorum incitamentum, deſcriberet, quo pacto Princeps adoleſcens vocatus ſit à Deo ad Religionem; & qua conſtantiâ, vocantem ſecutus,

obices

A obices omnes perruperit: inter ſcribendum verò, aliam ex alia materiam fluxiſſe, & uſque adeò cumulaſſe argumenta ſcriptionis, ut Vita ordine ſuo digeſta, merito appelletur. Nihilominus titulum, quem Auctor præfixit, ſervabo, quia præcipuè verſatur ſcriptio circa tempus, quo Deus adoleſcentem paulatim vocavit, confirmavitque, patre per biennium & amplius ei reſiſtente. Stylus Auctoris probè latinus eſt, & reor jucundiſſimum fore, non ſolum hiſtoricæ veritatis amantibus, ſed omnibus quoque religioſam vivere vitam cupientibus, tam perſpicacem ſanctumque virum, de anima tam innocente, quæ ex propria ejus relatione reſcivit, ſuis loquentem verbis audire.

199 *Proximus à Plato Vitam Aloyſii, dum adhuc viveret, ego Romæ contexere aggreſſus ſum*, inquit Ceparius in ſuprà citata Præfatione; idque (uti ipſe in principio codicis ſui, quem manu ejus conſcriptum in archivo Romano vidi, notatum reliquit) *anno* MDXC; quo ejus condiſcipulus fuit in ſtudiis Theologicis. Codex formâ non magnus eſt, digito uno ſpiſſus, corio rubro, apte ſuis locis inaurato, compactus; duabus tertiis ſui partibus conſcriptus, idiomate Italico. Incipit: *Aluigi Gonzaga fu figliolo di Don Ferdinando, Marcheſe di Caſtiglione*: & nulla capitum aut ſectionum diviſione diſtinguitur. Cepariana hanc Vitam omnino prætermittendam nobis cenſeo, tum quod maximam partem ex latina Plati italicè verſa ſit; tum quod alia, quæ tunc addidit Ceparius, ſecundis ipſe curis poſtea recognovit; atque inde ſelecta, cum multa aliarum rerum acceſsione anno MDCVI impreſsit. Ingreſſus fuerat Ceparius Societatem anno MDLXXXII, evaſitque vir planè excellens, concionator diſertus, Scholaſticæ Theologiæ, ſacrorum Bibliorum ac Patrum peritus, Juris quoque ſcientiâ inſtructus; uti laudatur in Bibliotheca Societatis.

proſecuti illa ſunt anno 1590 Ceparius,

B

Aloyſii tum condiſcipulus;

200 Ille porrò, quam pertexere cœperat, acceptam à Plato Vitam, aliis per idem tempus negotiis diſtentus, tradere debuit perficiendam, cum multiplici rerum copia à ſe collecta, P. Joanni Baptiſtæ Valtrino, recens tunc è Sicilia ad ſcribendos Societatis Annales advecto Romam; qui ex prædictis & aliunde inſuper hauſtis, tertium compilavit opus, italicè conſcriptum uſque ad felicem obitum Aloyſii; quod ipſum quoque vidi Romæ manuſcriptum, & in capita XXVIII diſpertitum. Orditur illud Valtrinus iisdem verbis, quibus ſuum Ceparius, niſi quod primum vocabulum non ſcribat *Aluigi*, ſed *Luigi*; quod etiam uſu deinde prævaluit per Italiam. Ad calcem verò operis rationem reddit, unde hauſerit quæ ſcripſit, his verbis: Major ac melior pars rerum, in hac Vita narratarum, præſertim illarum quæ ad interiorem Aloyſii ſtatum pertinent, deſumpta eſt ex relatione aliqua, latinè conſcripta, vivente adhuc Aloyſio, per P. Hieronymum Platum, qui ſanctæ iſtius animæ arcana omnia, ſi quis alius, noſſe poterat; tum quod familiariter Aloyſio uſus, tum maximè quod conſcientiam ejus moderatus fuerit. Iiſdem de rebus teſtimonium quoque reddit P. Robertus Bellarminus, qui ei à confeſsionibus fuit in Collegio Romano. Reliqua porro omnia hîc relata innotuerunt, aut ex ore ipſius Aloyſii, aut ex teſtimonio illorum qui ab ipſo acceperant: nonnulla quoque retulit Marchio, Aloyſii mater; ſolita ipſum magna veneratione proſequi, & ſuum Angelum appellare.]

& mox Joannes Bapt. Valtrinus,

C

201 Ex hiſce colligitur, Vitam illam à Valtrino ante ſcriptam fuiſſe, quam Bellarminus, qui adhuc ſimpliciter ibi appellatur Pater, in numerum Cardinalium cooptatus fuit à Clemente VIII, anno MDXCIX. Quod & confirmatur ex ultimis fere verbis Vitæ, ſolius primæ Aloyſii depoſitionis, nullius tranſlationis mentionẽ facientibus. Dicunt enim tantummodo, [mortui cadaver capſæ ligneæ incluſum, in capella Crucifixi & ſepultura communi ad cornu Euangelii conditum fuiſſe, ibique jacere, donec ipſum Deus reſuſcitet in extremo judicii die.] Et continuo finis toti ſcriptioni iſti imponitur. Poſt aliquantum vero ſpatii chartæ vacuæ, legitur additamentum aliquod, notans, corpus ex indicato jam loco tranſlatum aliò fuiſſe anno MDXCVIII; quod utique ipſi Vitæ inſeruiſſet Auctor, ut debebat, niſi illa jam ante abſoluta fuiſſet. Adſcribo hic additamentum ipſum ne pereat; tum etiam, quia diſtincte rem geſtam narrat, & in hiſtoria, quam tractamus, uſum ſuum habebit. Reſpicit autem illud ultima, quæ ex Vita citavimus paulò antè verba, de prima corporis depoſitione ſeu ſepultura; atque ita ſonat: [jacuit hîc (*in ſepultura communi*) in illa capſa lignea corpus Aloyſii, uſque ad annum MDXCVIII; quando ex eo quod refici deberet ſepultura, oſſa ipſius inde exempta, in minori capsâ repoſita, & altiori loco in excavato muro, qui viam publicam reſpicit, in eadem tamen ſepultura, incluſa fuerunt die XXII Junii, Provinciam Romanam moderante P. Bernardino Roſignolo, & Collegium regente P. Petro Antonio Spinelli] Horum uter altero tum ſcriptis, tum religioſis virtutibus, clarior fuerit, non facile dictu eſt.

AUCTORE C. J.

ſaltem intra ſeptennium ſequens.

E

202 Prædictæ tres Scriptiones, primùm à domeſticis, deinde ab exteris quoque lectitari cœptæ, varios in variis motus ac deſideria excitaverunt, adeò ut multi, conceptâ fiduciâ, per Aloyſii interceſsionem beneficia cæleſtia & curationes corporales popoſcerint à Deo, atque obtinuiſſe faterentur. Quæ tamen manifeſtata amplius & probata teſtibus juratis publicisque tabulis fuerunt Florentiæ anno MDC; ac deinceps increbuerunt ubique alia ex aliis beneficia. Quamobrem ut uberior fructus è geſtis Aloyſii in publicum promanaret, judicatum fuit, illa per typos vulgari debere: & laudatus ſuprà Ceparius, duodecim circiter annis, à deceſsu Aloyſii elapſis, jubente admodum Reverendo P. Claudio Aquaviva, Societatis Præpoſito Generali, ad ampliorem numeriſque omnibus perfectam vitæ Aloyſianæ hiſtoriam concinnandam ſe accinxit, Qualem verò contulerit eò diligentiam; quot urbes atque oppida obierit; quas perſonas, Aloyſio dum viveret familiares, convenerit; quot inſtrumenta publica, auditis teſtibus, jurejurando legitimè firmata, nactus & perſcrutatus ſit; qua denique hiſtoriam ipſe compoſuerit fide; docebit ſcire cupientem, accuratè, ejus Præfatio ad Lectorem à num. 6. Qualis verò hiſtoria jam compoſita evaſerit, & quantam ſperata ſit fore, ut in Rempublicam Chriſtianam conferat utilitatem, loquuntur teſtimonia doctorum virorum, è religioſis Ordinibus S. Benedicti, S. Dominici, S. Franciſci Capucinorum, & Societatis Jeſu, Præfationi Auctoris ſubnexa.

His ſcriptionibus ſupervenit Vita plenior,

F

à variis Theologis

203 Ultimo loco eâdem ſuper re accedit teſtimonium ipſius Pattis noſtri Generalis, Claudij prædicti, quod multorum inſtar eſſe debet; quia teſtatur, Vitam Aloyſii, quam edi permittit, non ſolùm à ſe, ſed à *multis* quoque *aliis Theologis noſtris*

& Generali Societatis probata.

AUCTORE C. J. *noſtris lectam & approbatam fuiſſe: atque idcirco etiam libentiùs editionem permittere, quod certa notitia & propria ſcientia ſibi liqueat, hunc ſanctum & benedictum Adoleſcentem, omni virtutum genere abſolutiſsimum, utiliſsimique exempli fuiſſe.* Poſtquam verò à ſe in Societatem adlectus fuit, *ſemper* extitiſſe *veram perfectæ ſanctitatis ideam, tatemque communiter exiſtimatum fuiſſe ab omnibus, qui paucis illis annis, quibus inter nos vixit, eum noverunt. Comperit* quoque ipſe, illo brevi tempore, plurimum delectatum fuiſſe Deum illâ animâ; *eamque multis donis ſupernaturalibus locupletaſſe, è quibus foras ſanctiſsima opera & Angelici mores dimanabant.* Denique concludit, *ita vixiſſe, ita continenter perſeveraſſe, donec vita functus, è terra migravit in cælum:* eòque *ad æternam gloriam fruendam, ac Dei pacem nobis exorandum, confeſtim,* ait, *evolaſſe, firmis nixi fundamentis, credimus.* Quin etiam Clemens Papa VIII, memor, quantâ vitæ innocentiâ traduxiſſet Aloyſius ætatem; atque inſuper audiens, quanta indies ad ejus invocationem obtinerentur beneficia; hortatus fuit Principem Franciſcum, ut Vitam ejus in publicam utilitatem vulgaret typis; & mox Paulus Papa

à Clemente 8 edi juſſa,

B V eamdem Vitam, poſtquam illam tribus S. R. Eccleſiæ Cardinalibus examinandam commiſerat, eorumque ſententias audierat, cum titulo *Beati* imprimi, per Breve Apoſtolicum indulſit.

204 Ita probatam laudatamque Vitam, & plurium votis expetitam, Ceparius anno MDCVI typis tandem excuſam, & tribus partibus diſtinctam, vulgavit Italicâ linguâ, præfixâ epiſtolâ, quæ ſanctiſsimo Domino Paulo V, Pontifici Maximo (quem modò diximus Aloyſio Beati appellationem conceſsiſſe) inſcripta eſt ab ipſo Principe Franciſco, cui Vita ab Auctore dedicata eſt. Adeò placuit hiſtoria illa, tantaque omnium ubique excepta eſt approbatione, ut in varias continuò linguas ſit verſa; in Latinam à Patre Joanne Herriòn, quamquam is præ modeſtia nomen ſuum tacuerit; in Gallicam à Patre Antonio de Balinghem; in Hiſpanicam à Patre Joanne de Lugo, poſtea Sanctæ Eccleſiæ Cardinali; in Belgicam noſtram, à Patre Leonardo de Fraye; in alias ab aliis. Habeo quoque penes me ejuſdem hiſtoriæ editionem Italicam illâ poſteriorem, anno MDCXXX curatam Placentiæ, cui loco Epiſtolæ, Paulo V inſcriptæ à Principe Franciſco, præmittitur alia, à piis ſororibus Cynthia, Olympia, & Gridonia Gonzagis, ſæpe dictis Beati neptibus, data Caſtellione ad Sereniſsimam Dominam Mariam Gonzagam, Principem Mantuæ ac Montisferrati, anno MDCXXIX, XXX die Aprilis. Dicitur ibi, uti & in fronte libri, hanc editionem ab ipſo Auctore Cepario (qui anno demum XXXI ejus ſeculi Romæ obiit) recognitam, correctam, ac in tertia præſertim parte auctam eſſe. Verſionem editionis primæ Latinam, interprete Joanne Herriòn prædicto, admodum concinnam & bene latinam, fere ut jacet ſequemur; nulli tamen ſcrupulo nobis ducturi, ſiquid ſubinde, quod minus congruenter ſententiæ Auctoris interpretatum videbitur, modicè commutaverimus. Quæ vero in editione poſteriore Italica fuerunt ſuperaddita, etiam nos adjungemus ſuis quæque locis, talibus [ ] ſignis incluſa.

& anno 1606 impreſſa, auctore Cepario.

moxque in varias linguas tranſlata,

C

paulo auctius dein edita

205 Ceparius, poſt editam à ſe typis Vitam, in ſchedis quibuſdam, de quibus ſuprà num. 9, ex occaſione gloriatur (modeſte tamen) videri poſſe Deum voluiſſe ſingulariter uti operâ ſuâ, in colligendis ſcriptorum teſtiumque monumentis, ad geſta Aloyſii illuſtranda; quia, quando contigit Florentiæ primum legitimâ auctoritate examinatum probatumque miraculum, in Sanctimoniali, curatâ ab immedicabili cancro; [Ego, *inquit,* ibi Rector Collegii noſtri fui, in factum diligenter inquiſivi, comperi verum, & curavi juridice legitimeque probari apud tribunal Archiepiſcopi Florentini, qui tunc erat Alexander Medicæus, S. R. Eccleſiæ Cardinalis, & quinque poſt annos Romanus Pontifex, Leo XI.] Potuiſſet adjungere, quod volente Deo per mandata Superiorum, percurrerit ipſe paulò poſt Italiam fere totam; curaverit citari ad tribunalia Epiſcoporum, teſtes mirabilium, per interceſſionem Aloyſii factorum; teſtimoniaque eorum collegerit, & eò rem promoverit, ut ante editionem libri ſui, Aloyſio titulus Beati impertitus fuerit. Sed longius recedo ab inſtituto ſermone.

D

ab auctore ſuo.

206 Ex eadem Vita Cepariana contraxit compendium latinâ linguâ, ſanè elegans & luce digniſsimum, Franciſcus Sacchinus; is qui Hiſtoriæ Societatis Jeſu conditor præcipuus non immerito appellatur; quique, ſuperſtite Aloyſio, Religionem ingreſſus fuerat anno MDLXXXVIII; non minori virtutis, quam eruditionis laude celebrandus. Perduxerat autem Hiſtoriam Societatis uſque ad annum MDXC, quatenus nunc impreſſa legitur; & paraverat in annum proximum, quo obiit Aloyſius, compendium vitæ ejus quod dixi, ſequenti Hiſtoriæ tomo inſerendum. Illud, diu quæſitum, accepi tandem Româ per veterem mihi amicum P. Joſephum de Reux, huiuſce Provinciæ noſtræ Flandro-belgicæ quondam Profeſſorem Theologiæ publicum, celebris hodiedum Lovanii nominis; qui tunc idem munus ſcribendi Hiſtoriam Societatis obibat Romæ, quo egregiè perfunctum fuiſſe Sacchinum diximus: mortuus deinde ibidem, me præſente ac animam Deo per conſuetas tali articulo Eccleſiæ preces commendante, anno MDCXCVIII, die VIII Novembris.

Inde compendium extraxit Sacchinus,

E

207 Poſtquam prædictum compendium ſuum Sacchinus uſque ad felicem Aloyſii mortem perteXuit, quam continuò veneratio domeſticorum, mox & exterorum; & miraculorum fama; & cultus publicus deinde, & titulus Beati, conſecuta fuerunt; ſubdit iſtorum etiam narrationem quodammodo chronologicam, qua principium & incrementa cultus exponit. Hauſerit iſthæc ſua è variis ſchedis mss. Ceparii, quarum & ego magnam partem adhuc inveni Romæ, & non exiguo labore diſperſa collegi, atque aptum in ordinem redigere conatus ſui: ex quibus aliiſque ſcripturis docui in præmiſſis, quo pacto cœperit veneratio Aloyſii, creveritque in ſolennem cultum.

cum additionibus de cultu;

F

208 Ante Sacchinum tamen, præter alios, qui Vitam Cepariana varias in linguas tranſtulerunt; indidem extraxit compendium pauculis adiectis, linguâ Hiſpanâ, P. Petrus Ribadineira; typisque Matritenſibus vulgavit anno MDCIX, poſt Vitas Sanctorum, quos appellat *Extravagantes*; quia extra ordinem Breviarii Romani tunc erant; quemadmodum *Extravagantes* vulgo audiunt multæ Conſtitutiones Pontificiæ, quia extra corpus Juris Canonici vagantur. Eſt accuratiſſimum iſthoc compendium, ac dilucidè explicat ſummam geſtorum beati Juvenis, temporaque & loca, in quibus fuit.

aliud Ribadineira hiſpanicè,

209 Eodem fere tempore, quo Sacchinus compendium ſuum latinè ſcripſit; aliud ab Anonymo Italicè datum eſt in lucem anno MDCXIX apud

A apud Oſannas Mantuæ; quando nempe ibidem Epiſcopus loci, in ſynodo diœceſana, Natalem B. Aloyſii juſſit feſtum eſſe. Quis auctor ejus ſit, non ſatis certum eſt. Bibliotheca Societatis ſic habet in *Joanne Bartolotto*: Hic *italice ſcripſit Vitam B. Aloyſii .... compendio*, editam *Mantuæ apud Aurelium & Ludovicum Oſannas* MDCXIX *in* 8. *Eam tamen ſunt qui tribuant Jacobo Graſſetto noſtro. Prodiit eadem latinè reddita Monachii* MDCXXX. Editionem Italo-Mantuanam nondum vidi: Latino-Monachienſis penes me eſt, ſimul etiam complexa Vitam B. Staniſlai Koſtkæ; ſub hoc titulo, in capite libri præfixo, atque ita, ut hic diſtincto & interpuncto. *Vita B. Aloyſii Gonzagæ Soc. Jeſu in compendium contracta. Cum Vitâ B. Staniſlai Koſtkæ Soc. Jeſu, à P. Franciſco Sacchino ejuſdem Societatis Sacerdote ſcripta.*

Anonymus italicè,

2 10 Sunt qui ex hoc titulo tertium compendii iſtius Aloyſianæ Vitæ auctorem faciunt Franciſcum Sacchinum. Sed nimis obiter illi titulum legerint; minuſque attenti fuerint ad interpunctionem, qua primum ejus membrum per ſe completum eſſe indicatur: nec animadverterint *tò ſcripta*, ſexto caſu poſitum eſſe atque ad ſolum *tò Vita*, ſecundi membri poſſe referri. Si utrumque membrum copularetur per conjunctionem *Et*, ablatâ particulâ *Cum*, poſſet *tò ſcripta* ad utrumque referri, nunc non item. Et ſanè mirum foret, Sacchinum, præter Compendium ſuum, quod dixi, Ms. & pulcherrimum, voluiſſe aliud elucubrare ejuſdem Vitæ, quod fortaſſe minus aptum videri lectoribus poſſit, quàm illud Ms. Denique Bibliotheca Societatis noſtræ, quæ inter opera Sacchini recenſet Vitam B. Staniſlai Koſtkæ, nullam ibi novit B. Aloyſii aut Vitam aut Compendium Vitæ; ne quidem illud Ms. de quo dixi: quia hoc non fuit compoſitum eo conſilio, uti ſeorſim ederetur, ſed ut inſereretur majori tomo Hiſtoriarum Societatis.

& latinè;

B

2 11 Habeo aliud quoque Compendium, Monachienſi perſimile, præterquam quod italicum ſit; ideoque idem eſſe reor cum Mantuano prædicto, niſi quod paucula ſint ſuperaddita, quæ & in Monachienſi leguntur, de Beatificatione Aloyſii &c. Scriptum fuit *ab aliquo Societatis Jeſu*, impreſſum Bononiæ, tempore (annus enim & auctoris nomen deſunt) Innocentii X Pont. Max. ſub cujus Pontificatu plures ejuſdem formæ libelli, prodierunt, præclara Sanctorum aliorumque de Societate Jeſu inſignium virorum geſta recenſentes. Monachienſis editio dedicata eſt *Perilluſtribus Comitibus DD. Bonaventuræ & Sebaſtiano Fuggeris, Othonis Henrici filiis*. In Præfatione ad Lectorem, dicitur Vita B. Aloiſii, prolixè & ubertim jam dudum in lucem emiſſa ſtudio R. P. Virgilii Ceparii, nunc in brevem epitomen, *eo eſſe redacta conſilio, ut, quoniam prior illa non quivit, per voluminis magnitudinem in plurimorum qui avidè eam expectabant, manus pervenire; hujus ope (quam facilè ſibi quiſque comparare valebit) ſancti piorum hujuſmodi hominum, & heroica Beati facinora cognoſcendi cupidorum, votis ac deſideriis ſatis fiat.* Hæc eadem ratio moverit aliorum quoque Compendiorum Auctores, ut ſua quiſque ediderint.

iterum italicè;

C

2 12 Poſt hæc prodierunt ſucceſsivè alia atque alia Vitæ Aloyſianæ compendia, & poſtremis temporibus unum inde contraxit Gallicè, anno MDCLXXXV impreſſum, P. Petrus Joſephus d'Orleans, nihil magnopere novi afferens præter ſtylum, vernaculâ ſuâ linguâ elegantem. Præclariora ſunt, que biennio pòſt juſto volumine edidit Florentiæ R. P. Annibal Marchetti, ſub id temporis ibidem in domo Pintiana, à priſtino Domino ſuo ſic appellatâ, Rector; ac Patribus tertiam ibi Probationem more noſtro ſubeuntibus Præfectus, vir religioſiſsimus juxta ac moderatiſsimus, nec ſacris minus quam profanis litteris excultus: cui ego quoque multum, fateor, debere me, quod, Theologicâ palæſtrâ Romæ decurſâ, ſub exitum anni MDCLXXXV, excolendum me ſpiritu in domo eâdem Probationis ſub ſanctiore diſciplina ſua ſuſceperit, & aliquantum temporis paternè exercuerit. Vita ejus de qua loquor, Aloyſiana, tametſi hic etiam recudi mereatur; nihilominus, quia è Cepario, *diligentiſsimo*, ut ipſemet etiam fatetur, *Scriptore*, pleraque ſua ſumpſerit excepto ſtylo; viſa eſt nobis, qui ſolemus è puris fontibus potiùs, quando pertingere eò poſſumus, quàm è derivatis inde, ac turbidis non rarò fluminibus haurire; viſa, inquam, eſt nobis Vita illa hic prætermittenda.

AUCTORE C. J.

Vita juſtæ molis latina P. Marchetti;

item P. d'Orleans gallicè an. 1685.

2 13 Unde hauſerit ſua, ita præfatur ipſe ad Lectorem: [Quod attinet ad materiam, illud pro certo habeto, nihil me, quod non apud probatos ſcriptores invenerim, poſuiſſe. Plurima è Virgilio Cepario diligentiſſimo Scriptore hauſimus: non omnia tamen: nonnulla enim, quæ rebus alibi memoratis nonniſi numeri acceſſionem adjungerent, ſtudio brevitatis omiſimus. Alia memoratu digna, quæ ejus ſolertiam fugêre, aliunde, ac præſertim è tabulis publicis, pro beati Adoleſcentis apotheoſi confectis, ſupplevimus. Vidimus etiam Notas illas, quas Robertus Bellarminus, jam ſenex & purpuratus, ad marginem Vitæ, à Cepario deſcriptæ (quæ hodie in Raguſino Societatis noſtræ Collegio aſſervatur) adſcripſit; quibus tamquam oculatus teſtis nonnulla ad hiſtoriæ complementum adjecit: atque ex iis ſelectiora quædam in noſtram hanc narrationem tranſtulimus.] Rectè factum: quod tamen rectius fuiſſet, ſi uniones iſti Bellarminiani, inter reliquas gemmas, ſigno addito, indicati diſtinctique eſſent: majorem certè fulgorem atque æſtimationem inde acquiſiviſſent; nobiſque etiam integrum fuiſſet, illos aſſuere huic noſtræ lucubrationi. Nunc verò latebunt (ſi non & pereant brevi) cum libro ſuo; nec fulgorem ſuum emittent trans montes & mare, quæ Raguſam quodammodo ſecernunt à reliquo orbe terrarum.

Florentiæ 1687 impreſſa,

F

E

2 14 Prodiit etiam Viennæ Auſtriæ, typis Joannis Jacobi Keurner, anno centeſimo à morte Aloyſii liber ſub hoc titulo: *Speculum innocentiæ, ſive Vita Angelici juvenis B. Aloyſii Gonzagæ Societatis Jeſu, iconibus & monitis ſpiritualibus, ad piam juventutis inſtitutionem accommodatis, illuſtrata; & proborum imitationi, ac Beati hujus venerationi, anno ab ejuſdem obitu ſeculari* MDCXCI, *Græcii Styrorum propoſita.* Icones univerſim habet opuſculum XLVIII, & ſatis bellas, mereturque adoleſcentum manibus crebo verſari, oculis percurri, mente conſiderari, ut in illo ſe ſuoſque mores tamquam in ſpeculo contemplantes; quæ illic vident, imitentur; bona, quæ habent, ſolicite conſervent; quæ non habent, acquirere conentur. Sed hæc non ſunt hujus loci.

brevior alia, Viennæ 1691;

2 15 Poſtremus, qui de geſtis Beati ſcripſit, quod quidem ego ſciam, eſt P. Jacobus Antonius Manzini, & ipſe è Societate noſtra Provinciæ Venetæ, ab annis XX Veronæ mihi notus & officioſus, ubi tunc temporis profitebatur Philoſo-

recentior P. Manzini, Brixiæ 1701.

AUCTORE C. J. losophiam publicè, & mihi privatim zelum ſuum propagandi exemplo noſtro gloriam Sanctorum, per editionem rerum præclare ab illis geſtarum; quem & publicum deinde fecit in hoc ipſo, quo de loquimur, libro, Vitam & miracula B. Aloyſii complexo, quadrifariam diviſo, atque anno MDCCI Brixiæ impreſſo linguâ Italicâ. Auctor in Allocutione ſua ad Excellentiſſimam Principem D. Eleonoram Ganzagam, Marchionem de Fuentes (aliud enim nihil præfatur) explicat obiter quid rerum agat. Extollit imprimis pro affectu & æſtimatione ſua Scriptores Italos, ſupra reliquos humani generis, etiam illuſtres. Eoſdem queritur tamen, in tenebris reliquiſſe quidquid meritis B. Aloyſii, aut honori ejus geſtum eſt plus quam dimidio ſeculo, ex quo Vita ipſius per Ceparium impreſſa fuit. [Cupidus igitur ego, *inquit*, colligere in unum, ac bono publico piarum animarum proferre in lucem, & quod Ceparius olim ſcripſit, & quod alii deinceps variis libris inſperſerunt; tandem compilare, ad gloriam Dei Beatique, aggreſſus ſum Hiſtoriam hanc: in quam congeſſi quidquid de propoſito argumento multâ lectione invenire in libris, induſtriâ eruere è tenebris, itinerando indagare variis in locis potui.] B Unum ille è voto meo præcipue præſtitit, quod paſſim citet auctores ſuos, ubi aliquid Cepario ſuperaddit; quod eſt fidelis hiſtorici argumentum.

§ XIX. *Quænam B. Aloyſii Acta hic dentur; & quo pacto, quæ compoſuit Ceparius, illuſtrentur.*

Datur hic 1 loco Vita Aloyſii,

216 JAm dixi, ex enumeratis modo Hiſtoriis, geſta B. Aloyſii pertractantibus, dandum à nobis eſſe primo loco Hieronymi Plati Scriptum, ſub eodem, quo compoſitum ab ipſo fuit titulo, *Vocatio Aloyſii Gonzagæ ad Societatem Jeſu.* Nihil ego ei annotationis addo; quia plenior Vita, quam Ceparius deinde collegit, quamque ſecundo loco dabimus, abunde elucidabit, ſi quid fortè obſcurius, aut minus diſtinctè dictum ſit à Plato. Succedet ergo primo illi Scripto Vita copioſior, auctore Virgilio Cepario concinnata, hortatu ſummi Pontificis, & Aloyſio Beati titulum in illa concedentis, imprimi Romæ curata, & anno MDCVI edita. Fateor quidem pro C meritis laudari non poſſe quam eò contulit Auctor induſtriam ac diligentiam, in conquirendis ſcriptionis ſuæ argumentis, in examinandis auctoritate Ordinariorum teſtibus, in diſponendis loco ſuo rebus ſingulis; ac religioni ejus plurimum deberi fidei: attamen ita hominibus naturâ comparatum eſt, ut avidius audiant & ſecurius credant, quæ primi auctores alicujus aſſerti, ore proprio loquuntur, quam quæ alter aut tertius ex primi relatione ſuo modo narrant. Quamobrem, quantumvis magnæ fidei ſit Vita hæc Aloyſii Cepariana, atque omnium fere nationum linguis publicata legatur utiliter; nihilominus conandum nobis inſuper eſt aliquid, quo & confirmetur & illuſtretur prædicta Vita, adjungendo ei ipſas depoſitiones, ſaltem plurimas, teſtium, poſt primam Vitæ editionem, auctoritate Apoſtolica, tum in genere, tum in ſpecie, ſolenni ritu examinatorum; quas multo impendio Romæ, ex legitimis proceſſuum inſtrumentis coràm deſcribendas curavi, & hic latinas facio; habituras utique aliquantò plus energiæ atque efficacitatis, ad ſuadendum ac perſuadendum, quàm D compoſitio per alios inde collecta.

quam Platus ſcripſit 1586;

tum, quam Ceparius impreſſit 1606,

217 Notetur itaque, Ceparium, ut diligentiſſimus fuerit, non habuiſſe ſcriptionis ſuæ argumenta alia, quam quæ anno MDCVI, quo Vita typis primùm mandata fuit, ei innotuerant: & eatenus nullæ extabant teſtium legitimè examinatorum depoſitiones, quam eorum quos Epiſcopi citaverant auctoritate ſua. At verò poſt editam Vitam illam, ſupervenit celebritas multò major, & juſſit Pontifex Paulus V auctoritate ſua formari primùm Proceſſus in genere, de fama ſanctitatis Aloyſii & miraculorum, ad invocationem ejus patratorum: & mox etiam proceſſus in ſpecie de ſanctitate ipſa. Ex hiſce proceſſibus juvat hiſtoriam Vitæ Aloyſianæ à Cepario impreſſam confirmare luculentius, & multimodis augere; ſic tamen ut non promiſcue adducturus ſim omnia, quæ depoſita fuerunt à teſtibus quocumque modo; ſed illa tantum, quæ de viſu & propria ſcientia teſtantium jurejurando firmantur; eaque ſimpliciter ex vernaculo illorum ſermone hic verſa latinè dabo, per modum Annotationum poſt ſingula Vitæ capita, ad quæ videbuntur ſpectare.

additis depoſitionibus teſtium

ex proceſſibus MSS.

218 Ne verò actum ſæpius agatur, repetendo nomina Teſtium, quoties illi aliquid proferre jubebuntur, atque ſimul & ſemel cujuſque auctoritas innoteſcat, ſingulorum nomina, conditionem, patriam, ætatem, aliaque fidem facientia, ſerie concinnatâ præmittemus Vitæ, è tribus proceſſibus, in ſpecie formatis Romæ, Florentiæ, & Caſtellione; quia in his de Vita & geſtis Beati præcipuè tractatur. Quartum Vallis Tellinæ proceſſum, qui de ſolis ferè miraculis, poſt obitum ejus factis, contextus eſt, poſt Vitam Ceparianam reſervabimus, & ordine quo factus eſt, proſequemur. Afferet quoque ſimultanea hæc atque ordinata teſtium enumeratio commodum grande lecturis Relationem trium ſacræ Rotæ Auditorum ad S. D. N. Paulum PP. V, de ſanctitate & miraculis ſervi Dei Aloyſii, quam Proceſſui Caſtellionenſi ſubjiciemus. E

Romano, Florentino & Caſtellionenſi:

219 In hac enim Relatione citantur creberrimè ac nominatim teſtes; & horum nomina atque cognomina identidem repetuntur, & multorum ſimul, & ſæpè eadem: tum additur etiam quotus quiſque ſit teſtis; & quo folio in proceſſibus teſtimonia legi poſſint. Quæ diligentia Auditorum Rotæ laudabilis quidem magnopere eſt, & judicium de ſanctitate Aloyſii formaturis ſententiamque dicturis maximè utilis: quia illi in manibus habebant proceſſus ipſos, ad quos citationes Relationis prædictæ remittunt Lectorem; indicantque quis ibi, quotus teſtis, & quo loco, quod aſſeritur in Relatione deponat. At verò illi, qui proceſſibus ipſis deſtituuntur, & Relationem Auditorum Rotæ hic lecturi ſunt, ex tam crebris rerumque variarum citationibus aliud perciperent nihil, quam tædium lectionis ſuæ. Quamobrem nomina & cognomina eorum qui teſtantur; citationesque locorum, ubi teſtimonia deſcripta ſunt in proceſſibus, ut expeditior ſit lectio, prætermittenda putavi, retentis tantummodo numeris, Romanâ formâ expreſſis, qui, quotus in ſuo quiſque proceſſu ſit teſtis, indicant,

ex quibus nomina teſtium collecta,

F

220 Ne quid autem ex iſta prætermiſſione noſtra detrimenti capiat auctoritas, qua pollere debet citata Relatio; cavemus per hanc ipſam, qua de agimus hic, teſtium enumerationem ſive catalogum. Hic quippe proponimus primo loco ordinem,

ſimul præmittuntur iſti Vitæ.

A dinem, quo ſinguli ſingulis in proceſſibus teſtati fuerunt, quoque etiam citantur in Relatione ſacræ Rotæ. Tum producimus nomina & cognomina ipſorum teſtium, patriam quoque, dignitatem, ætatem & alia, quæ ad fidem faciendam conferre poſſunt. Adſcribimus etiam annum, menſem ac diem, quibus examinati fuerunt. Viſo igitur in Relatione Auditorum Rotæ quotus quis teſtis ſit, & quo in proceſſu, poſſum continuò, per recurſum ad hoſce teſtium catalogos, devenire in notitiam nominum cognominumque &c. uti patebit conſideranti.

uti & vetus capitū diviſio:

221 Iſtos teſtium cujuſque proceſsûs catalogos, ſic collectos, præmitto Vitæ Ceparianæ. Præmitto & veterem diviſionem Capitum editionis Latinæ cum ſuis titulis, ne quid pereat; atque in margine editionis noſtræ eadem Capita ſignabo per numerôs Romanos: quia more noſtro in ampliora Capita hiſtoriam diſpertivimus; idque eo potiori jure, quod interpres Latinus ſibi illa ſuo arbitrio diviſerit aliter quam diviſerat Ceparius; imo ne in hujus quidem editione prima Romana, & poſteriori Placentina, eadem diviſio Capitum eſt. Præter hæc, Vitæ præmiſſa, atque alia, quæ diximus, capitulatim ei inſerta; plurima ſub calcem addenda ſunt, tamquam *Supplementum miraculorum*, quæ inveni in variis Mss. Romæ & alibi, poſt Vitam à Cepario editam facta extra Vulturenam vallem. Quæ enim ibi facta ſunt, aliò ſpectant.

Subjiciuntur vero,

Supplemētum miraculorum,

B

Acta in Valtellina,

222 Supplementum illud miraculorum excipiet tractatus de origine cultus B. Aloyſii in memorata valle Vulturena; de proceſſibus, ibidem apoſtolicò juſſu fabricatis; ac de ingenti multitudine prodigiorum, quæ illic ad invocationem Beati miſeris innumerabilibus ſalutaria fuerunt. De hiſce autem (quod mirum videri poſſit) vix aliquid huc uſque typis editum à quoquam fuit. Ego quæ dabo, erui ex litteris variorum & ipſis authenticis proceſſibus, qui in archivo noſtro Romano conſervantur.

& Relatio Auditorum Rotæ:

223 In jam præmiſſo de cultu B. Aloyſii commentario, § XIV, diximus, proceſſus ultimos in ſpecie fabricatos Romæ, Florentiæ, Caſtellione, & in Vulturena valle, juſſu Pontificis traditos fuiſſe anno MDCXIII examini trium Romanæ rotæ Auditorum, Sacrati, Coccini & Pamphilii: qui diu multâque morâ eos expenderunt, ac tandem poſt quinquennium concinnatam inde Relationem accuratiſſimam Pontifici eidem reddiderunt anno MDCXVIII. Titulus opuſculo præfixus ſic legitur: [De ſanctitate & miraculis Angelici Aloyſii Gonzagæ Virginis, ex Principibus Imperii, Marchionibus Caſtellionis, Clerici Societatis Jeſu, Relatio ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Paulum V, Franciſci Sacrati, Archiepiſcopi Damaſceni; Joannis Baptiſtæ Coccini, Rotæ Decani; Joannis Baptiſtæ Pamphilii; Rotæ Auditorum.] Sequenti pagina leguntur: [Nomina eorum, qui pro canonizatione B. Aloyſii ſupplicarunt Sanctitati veſtræ, poſita ſecundum ordinem temporis, quo litteras conſcripſerunt.] Patet hæc ab ipſis Auditoribus dirigi ad ſummum Pontificem; quod tamen ajunt, nomina ordine temporis, quo litteræ conſcriptæ ſunt, illic referri, non uſquequaque verum eſt, uti conſtare poterit illa conferenti cum dictis noſtris § X; ubi nomina multorum Principum recenſuimus, qui anno MDCV ſcripſerunt, ex ſchedis Ceparii, diem datarum cujuſque litterarum accurate exprimentibus: inter quos etiam numeratur Sereniſſimâ Margarita Gonzaga, Dux Ferrariæ, hic prætermiſsa. Turbaverit igitur ordinem librarius

C

quiſpiam, qui non intellecto titulo, indignum ratus ſit, Imperatorem Romanum & Regem Galliæ inter alios Principes, ſaltem illos, qui eodem atque ipſi anno, litteras ſuas, licet aliquot dies aut etiam menſes prius dederant, non primo loco reponi. Sed turbatum quoque in aliis eſt: quibus ne offendatur Lector, ſecundam tituli partem de nominibus illis, prætermittendam putavi. AUCTORE C. J.

quiprobant validitatem proceſſuum

224 Nititur Relatio Auditorum validitate proceſſuum; quæ & agnita & enuntiata Pontifici fuit à Congregatione Cardinalium, Ritibus ſacris præpoſitorum; & Auditores ipſi de ea ſic pronuntiant initio capitis XVI diviſionis noſtræ. [Supereſt, *ajunt*, ut agamus de validitate proceſsuum, Romani videlicet, Caſtellionis, Florentini & Vulturenæ vallis, quibus in hac Relatione uſi ſumus; in quibus examinati fuerunt teſtes CLVI: & quod dicti proceſſus confecti fuerint à Judicibus, requiſitam ad hunc effectum juriſdictionem habentibus, non eſt ambigendi locus. Etenim Sanctitas veſtra ad id deputavit ſacram Congregationem Rituum, ut patet ex Brevi ſub data Romæ XXXI Auguſti MDCVII: & hæc ſub die XIX Januarii MDCVIII ſubdelegavit, *pro proceſſu quidem Romano*, præclarum virum Hieronymum Pamphilium, S. R. E. Cardinalem & Sanctitatis veſtræ Vicarium, cum facultate ſubdelegandi: qui & ſubdelegavit Reverendiſſimos Epiſcopos Patavinum & Salonienſem, cum facultate procedendi conjunctim vel diviſim, & ita, ut quidquid unus eorum incepiſſet, alter proſequi ac terminare poſſet (ut in eodem proceſſu fol. 4 & 7) qui receperunt teſtes XXVII, quos (excepto ſecundo, quo uſi ſumus pro adminiculo) rite receptos fuiſſe cenſuimus.

Romani,

B

Caſtellionenſes,

225 Eadem S. Congregatio ſubdelegavit, *pro Caſtellionenſi proceſſu*, Fauſtum Paſtorium, Archipreſbyterum Caſtellionenſem, Protonotarium Apoſtolicum; coram quo teſtes XXXIII, prævio juramento, recepti fuerunt, ad inſtantiam Joannis Baptiſtæ de Bonettis, Procuratoris ſubſtituti in eodem proceſſu fol. 31. Item, *pro proceſſu Florentino*, ſubdelegavit Reverendiſſ. D. Archiepiſcopum Florentinum, cui direxit litteras remiſſoriales, quarum vigore, ad inſtantiam P. Emmanuelis Ximenes Procuratoris ſubſtituti à R. P. Virgilio, fuerunt recepti teſtes X, prævio juramento, ut in eodem proceſſu fol. 34. Ex eiſdem rationibus cenſuimus, proceſſum Vulturenæ vallis eſſe validum & in forma probante, & teſtes ritè exceptos. Nam ſacra Rituum Congregatio, XXIV Octobris anni MDCIX, ſubdelegavit Proſperum Perandam, Archipresbyterum Burmienſem: qui ad inſtantiam Martini, Curati Tirani, Procuratoris ſubſtituti, prævio juramento, recepit teſtes LXXXVI.] Ita Auditores: qui alia plura etiam addunt ad validitatem ſingulorum proceſſuum comprobandam, ſuis locis videnda in Relatione ipſa.

Florentini,

& Valtellinii,

C

226 In hac Auditorum Relatione fit etiam mentio de Sermone, quo Eminentiſſ. Cardinalis Bellarminus laudes B. Aloyſii celebravit anno MDCVIII, die anniverſario illius, in Eccleſia Collegii Romani. Sermonem illum nactus ſum Ms. & dignum judico, tum Beati qui laudatur, tum Bellarmini qui laudat causâ, ut Relationi ſubjiciatur impreſſus. Denique concludam totum opus, ubi ſubnexuero nonnulla de Collegio Illuſtrium Virginum Jeſu, in honorem B. Aloyſii, à tribus ejus neptibus Caſtellione fundato; deque præclaris conatibus, quibus Virgines illæ ſtuduerunt ac hodiedum ſtudent, exempla virtutum ejus & ſanctitatem æmulari. Scripſit porrò ipſe Beatus noſter

Medi

A Meditationem egregiam & longam de ſanctis Angelis, atque imprimis de illis qui hominum cuſtodiæ præſunt, (rogatu uti in decurſu Vitæ Cepariane legetur) P. Vincentii Bruni: [qui cum neſcius non eſſet, quanto ille cæleſtes mentes honore coleret, quamque præclare de iis ſentiret, id ei negotii dederat. Nimirum, ut aliorum bono, tam inſignium ſublimiumque ſententiarum monumenta ſupereſſent.] Ita Ceparius cui propterea etiam placuit, Meditationem illam, Vitæ Beati ſubjungere, publicæ utilitati ſervituram. Digna planè eſt quæ etiam hic legatur: ſed ne molem hujus operis nimium augeamus, curioſum ejus lectorem, ad citatum Ceparium mittere malumus. D

Scripta ipſius Aloyſii.

VOCATIO
ALOYSII AD SOCIETATEM JESU

SCRIPTA ANNO PRIMO TIROCINII EIUS

PER HIERONYMUM PLATUM S. J.

TUNC CONFESSARIUM EJUSDEM, EX MS.

CAPUT I.

Natus Caſtellione, moratur Florentiæ, Mantuæ, Caſali.

A. HIER. PLATO. EX MS.

ALOYSIUS GONZAGA patrem habuit Ferdinandum Gonzagam, Marchionem Caſtilionis; matrem autem Martham, ex nobiliſſima ipſam quoque familia Roverorum. Pater, non ſolùm cognomine, verum ſanguine etiam, Mantuano Duci junctus erat: quippe quorum utriuſque avi, fratres germani fuerant; quam affinitatem ita ambo agnoſcebant, ut ſe invicem mutuis officiis colerent; quin ipſe Dux Aloyſium de ſacro fonte ſuſcepit, ſemperque deinceps amore præcipuo, penè ut filium, complexus eſt. Ferdinandus, Philippo Hiſpaniarum Regi operam navans, variis ab eo Magiſtratibus, præſertim bellicis, ornatus, ac vectigalibus etiam annuis auctus eſt. Porro natus eſt Aloyſius anno Domini MDLXVIII, die IX Martii, in oppido Caſtilione; ſtatimque nutriri cœpit omni cura, ut heres futurus, non Marchionatus ſolum paterni, ſed etiam duorum patruorum; quorum cum alter liberis careret, alteri una tantum eſſet femina, utriuſque bona, feudalia ſaltem, ad ipſum ut primogenitum jure ventura erant. Cum eſſet annorum quinque, erudiri cœpit patriis artibus, bellicis ſcilicet. Itaque cum pater ad expeditionem Tunetanam Hiſpani Regis nomine ſeſe compararet, ductus eſt ab eo Caſalem, quod eſt oppidum in ditione Mediolanenſi. Hoc tempore, quod longius non fuit quam aliquot menſes, inter milites educatus (ut ferè illa ætas quæcumque audit ac videt, animo imbibere ſolet) militares ſpiritus haurire, & ad illam gloriam, ad quam patris exemplo & vocibus incitabatur, aſpirare cœpit. Itaque & ordines puerili paſſu, Marchionis vice, ductare; & cum cetera arma, tum ſclopos etiam ſubinde tractare auſus, certa ſæpè adiit vitæ diſcrimina; ex quibus penè miraculo ereptus eſt à divina providentia, quæ illum videlicet meliori vitæ generi reſervabat. Nam & aliquando facies à flamma ambuſta eſt, & reſiliens bombarda, rotis, ut fit, impetu recurrentibus, tantum non incautum obtrivit; quæ deinde ille pericula, cum magnis divinæ in ſe bonitatis laudibus, commemorabat. Idem penè vitæ genus poſtea & Caſtilione tenuit, quo redierat, poſtquam pater Tunetum diſceſſiſſet. Ac (quod ſane ille multò vehementius dolebat) dum inter varios ac ſeculares illos homines verſaretur, & eorum intereſſet vocibus, modo ſcurrilibus, modo etiam ſordidioribus; factum eſt, ut illi quoque ætatulæ eædem voces, quarum ſenſum ne intelligeret quidem, adhæreſcerent, atque interdum etiam ore exciderent: quod ſine dubio à Domino permiſſum eſt, ut, quoniam brevi tantâ eum gratiâ præventurus erat, haberet videlicet aliquid, ubi culpam agnoſceret, etiam ubi culpa non erat. E

Parentes ac nativitas Caſtellione,

C

2 Biennio fermè elapſo reverſus Tuneto pater, ipſum cum fratre natu minore Florentiam miſit, ad Coſmum Etruriæ Ducem, ad fovendam, quæ cum eo vetus illi intercedebat, conſuetudinem; non ita tamen ut in ejus aula viveret, verum in domo conducta; ubi etiam diligentem litteris operam navavit ſub præceptore domeſtico. Hoc tempore, cum in Societatis noſtræ collegio confeſſionem bis aut ter feciſſet, vicit eum puerilis pudor, ut verba illa militaria, in quibus eum lapſum eſſe aliorum exemplo, diximus, reticeret; donec tandem Dei timore, qui ei fixus erat, & perpetuis ſtimulis illum die ac nocte exagitantibus, permotus eſt, ut quidquid illud eſſet in Confeſſione expromeret: ſimulque partim ſua ſponte, partim Confeſſarii reprehenſione, tanto in ſe ipſum exarſit dolore ac pœnitentia, ut ſtatim de vita ſeriò corrigenda, & imprimis de cavendis, vel ipsâ vitâ millies expoſitâ, peccatis mortalibus deliberarit, quod ſanè & à Deo conſecutus eſt; ſiquidem ipſemet mihi profeſſus eſt, ſe deinceps nullius unquam mortalis culpæ in tota vita conſcium ſibi fuiſſe. Atque hoc ipſum quodcumque fuit, licet pro certo habendum ſit, non perveniſſe ad mortale peccatum, cujus adhuc ætas capax non erat, cum ſcilicet biennio demum pòſt, ſacram primùm Euchariſtiam ſumpſerit, atque ille mihi, curioſius hoc inquirenti, reſponderit; putaſſe quidem ſe, malum id eſſe, & ſanè tantum, ut à Communione arcere debuerit; de Confeſſione verò non adeò fuiſſe ſolicitum. F

mora Florentiæ,

3 Cum igitur à peccato mortali abfuerit, ipſe tamen non ſolum poſtea, verùm illo ipſo tempore magnum id nefas æſtimans, cum multis lacrymis generalem totius vitæ Confeſſionem inſtituit: juvitque ea opinio puerum, ut deinceps cautius viveret, atque ut de Benedicto ſcribit Gregorius, pedem, quem in ſeculo poſuerat, confeſtim

& generalis peccatorum exomologeſis.

festim retraheret. Certè enim Aloysio Confessio illa tamquam nova nativitas fuit, quæ eum repente quasi in alterum mutavit. Statim enim sese subducere cœpit ab amicorum congressibus, & quidem ipsorum etiam familiarium ac domesticorum, magisque secum habitare, & omnibus pene colloquiis abstinere; eo scilicet consilio atque instinctu, ne quidquam loqueretur, vel audiret, quod animam maculare posset; sic ut deinceps semper à suis pro severo & scrupuloso habitus sit; quod ille videlicet pro nihilo ducebat. Præterea ab eo tempore, pædagogis, & multò maximè parentibus, ac majoribus ita se morigerum atque obedientem præstitit, ut numquam ab eorum præscripto vel minima quavis in re sciens ac volens discesserit. Insuper Confessionis Sacramentum aliquanto frequentius obire constituit, quod & deinceps semper servavit. Denique in precatione etiam diligentior esse cœpit; & quoniam nullum adhuc mentalis usum habebat, quotidianum, quod dicitur, Exercitium, & septem Psalmos pœnitentiales singulis diebus, quanta poterat attentione & devotione, recitabat; idque mane, & iterum vespere, genibus semper flexis. Non tamen ullam adhuc de seculari vita deserenda cogitationem susceperat; verum in ipso seculo quàm perfectissimam, & ab omni culpa remotissimam vitam agere constituerat.

Annum XI *agens, abit Mantuam;*

4 Exinde Patris jussu Mantuam profectus, jam inter decimum & undecimum ætatis annum, haud modicos brevi in pietate progressus effecit; quam ad rem non parvum momentum habuit casus quidam. Nam cum urinæ difficultate vexari cœpisset, atque insuper periculum esset, ne cum tempore incrementa sumeret; sua sponte consilium iniit acrioris cujusdam diætæ, ut ab ea noxii omnes humores absumerentur. Itaque tanto rigore inediam hanc servare aggressus est, ut mirum sit, quod non vitam plane perdiderit. Cujus hoc unum signum sit, quod ipse narrabat, si quando contigisset ut ovum totum comederet, quod quidem raro admodum contingebat, tum verò arbitratum se laute convivari: atque in hoc tam severo tamque diuturno jejunio integrum annum duravit. Displicebat id sane omnibus, ac præsertim matri; sæpe etiam à medicis increpabatur: sed is tamen præ fervore, nullius monitis acquiescens, sanitatis primum, deinde etiam consuetudinis, quam adamaverat, causa, in suscepta perstitit abstinentia: quæ quidem quantum ad depellendum morbum profuit (numquam enim postea in vita sua eum sensit) tantum scilicet nocuit corpori; cujus vires ita imminutæ attritæque sunt, ut & stomachus justo cibo accipiendo invalidus factus sit, & ipse postea etiam graciliori ac tenuiori oris corporisque habitu remanserit; cum antea robustior ac potius obesior esset.

statuit Deo servire in statu clericali:

5 Præterea illo ipso tempore in imbecillitatem incidit gravem ac diuturnam, quæ hoc ei contulit, ut hominum consortia fastidiens, daret se solitudini, & legendis Sanctorum Vitis, maximè à Surio scriptis; eâque lectione, præter exercitia devotionis, quæ Florentiæ cœpta numquam intermiserat, sed potius adauxerat; ita profecit, ut etiam laicam vitam & Marchionatum ipsum omnino relinquere decreverit, & clericalem Ordinem amplecti; non ut dignitates aut opes Ecclesiasticas consequeretur (hæc enim omnia, quamquam à dæmone subinde oblata, constanter respuit semper) verum ob eum unum finem, ut à secularibus curis segregatus, uni Domino ejusque Altari, in sanctitate & justitia deserviret. Quare patrem suum Marchionem assiduè extimulare institit, ut sibi facultatem concederet, relictâ aulicâ occupatione, dedendi se studiis litterarum; quod cum nullis precibus obtinere potuisset, paulò pòst Castilionem reversus, atque ibi quoque eumdem vitæ tenorem retinens, longe largiorem in se divinam bonitatem experiri cœpit. Nam cum adhuc nullam mentalis orationis consuetudinem habuisset, tum primum visus est Dominus aditum illi ad suam jucundissimam familiaritatem & amplexus aperire; tantamque meditandi ac contemplandi lucem infundere, ut præ nimia spiritus dulcedine semper fere lacrymis diffluret; idque nullo hominum magistro, nullo alio duce, quam Spiritu sancto. Tantùm inciderat in libellum quemdam Patris Canisii, in quo erant quædam ad meditandum capita ordine descripta. Is libellus primùm ejus animum Societati nostræ magnopere conciliavit, propterea quod ejusmodi methodus, atque omnino spiritus ille, quo ea scripta erant, accidere ei ac convenire videbatur. Itaque ejus opusculi lectione non solum incitatus est, ut diximus, ad orationem mentalem; sed etiam aliquo modo instructus de ratione ac via tenenda, quam ille ad unguem servabat; etsi nullâ certâ, vel horâ, vel spatio orandi, sed cum voluntas sive commoditas fuisset, modo per unam, modo per dimidiam horam, plus aut minus, ut fors ferebat; semper tamen cum magna tum mentis illustratione, tum voluntatis motu ac suavitate.

A. HIER. PLATO. EX MS.

Castellionem redit,

orationi mentali sedat,

B. Virgini addictus,

6 Insignis etiam fuit hoc tempore devotio atque amor, quem in beatissimam Virginem Deo inspirante concepit, in cujus mysteriis cogitandis totus exardescebat: quæ vicissim pro benignitate sua eum sibi peculiariter in famulum ac filium seligere visa est; primumque omnium id ei beneficium contulit, ut ad imitandam, quatetus licebat, ipsius puritatem, die quadam in oratione perpetuam Deo virginitatem voto voveret; quam quidem deinceps semper ita coluit, ut apparuerit non humanum fuisse studium, sed beatæ Virginis donum. Nam ut ipsemet mihi non semel confirmavit, totâ vitâ suâ nullum umquam, non modo in corpore sensum, sed ne in animo quidem suggestionem aut repræsentationem, ab hac virtute alienam, sensit; quod plane apparet omnem humanam facultatem excedere; eo magis quod non stupori cuipiam aut hebetudini tribui potest, sed primùm ei, quam diximus, cælesti gratiæ, deinde etiam ipsius diligentiæ, atque intensissimæ sui ipsius custodiæ. Narrabat enim se ab eo semper tempore, quamquam nullis urgeretur stimulis, tamen solo pudicitiæ amore, solitum fuisse acerrime sese ac sensus suos custodire, præsertimque oculos assidua cautione cohibere; ne evagando uspiam inciderent; maximè autem à muliebribus colloquiis & aspectu semper abhorruisse; ita ut ipsius matris suæ solitarium congressum refugeret; &, si quando, ut fit, accederet; teneri non posset, quin præ verecundia os rubore suffunderetur: quod quia omnibus jam notum erat, à suis per jocum, feminarum hostis, vocabatur. Quare cum jam in Societate esset, interrogatus à quodam, an aliqua ei esset cognatio cum Anna Borromæa; esse quidem respondit, sed eam se numquam vidisse, quoniam ita cum Marchione pactus esset, ut ad alia omnia negotia adhiberetur, hoc uno excepto, si

perpetuam Deo virginitatem vovet.

A. HIER. PLATO. EX MS.

cum quapiam femina loquendum eſſet; idque Marchionem, ut ei obſequeretur, ita facere ſolitum.

Caſalem ducitur à patre

7 Poſt octo aut novem menſes, quos Caſtilione egit, ductus eſt à patre Caſalem, quæ civitas eſt Montis Ferrati, cujus ipſe gubernationem pro Duce Mantuano retinebat. Hic aliquanto etiam majorem ei commoditatem ſuppeditavit Dominus proficiendi in ſpiritu, ex Patrum S. Pauli decollati conſuetudine, apud quos ſolito jam frequentius Sacramenta capiebat. Quare clementiſſimus Deus, qui aſcenſiones in ipſius corde diſponens, paulatim ejus animam ad eum perfectionis gradum provehebat, tantum illi lumen tempore illo impertivit, ut etiam decerneret omnino ſeculum relinquere, & in Ordine aliquo religioſo (nullum tamen adhuc nominatim definiens) euangelicam paupertatem, & obedientiam amplecti. Atque huic propoſito ipſum etiam vitæ genus congruebat. Jam enim, etſi antea ſemper, tamen ſolito magis, ſolitudine & ſpiritualibus rebus delectabatur, nullos hominum conventus viſebat, comœdiis, & conviviis celebrioribus, quorum quotidie fere occaſio occurrebat, conſtantiſſimè abB ſtinebat; quin imo, fratre minore & domeſticis omnibus, ad eas celebritates avide adeuntibus; ipſe, aut domi ſe cum uno vel altero maturo & docto homine continebat, nullis aliis, quam de litteris & de pietate ſermonibus; aut ad Capucinos, vel Paulinos illos Patres conferebat. Denique non ſolum de hoc tempore, ſed de omni reliquo illud verè dici poteſt, eum in pueritia numquam fuiſſe puerum: numquam enim luſit, numquam ſaltavit, numquam curſu aut alio motu ſe vehementius agitavit. Libros etiam numquam legit, non ſolum turpes, ſed nec vanos; nam hos etiam mirabiliter oderat, uti etiam ſermones de ejuſmodi rebus. Granatam tantum aſſidue tenebat, & Vitas Sanctorum ex Lipomano. Ex profanis eos tantùm attingebat, qui de virtute ſcripſiſſent, ut Senecam & Valerium Maximum, quorum alter præceptis eum augebat, alter exemplis. Quæ omnia etſi advertebantur à familiaribus, nemo tamen prohibere audebat; ſeù Deo ita providente, ſeu quod virtutem ſuſpicerent ac venerarentur, quam tamen imitari minus poterant.

& in Hiſpaniam:

8 Sub hoc tempus contigit Marchioni, ut quorumdam ſuorum negotiorum cauſa in Hiſpaniam ad Regem proficiſcendum eſſet, quo etiam C uxorem cum duobus filiis natu maximis perduxit, qui etiam libentiſſimo animo à Rege inter honorarios Principis pueros uterque recepti ſunt. Hic

ubi in aula Regis ephebum agens,

dum in Aula verſatur, accepit Confeſſarium ex Societate noſtra; ſatiſque diligenter tum pietatem, tum etiam Sacramenta colere inſtitit, quamquam in magnis impedimentis & diſtractionibus, quas illa vita, illa occupatio, illi eorum quibuſcum vivitur, ſermones atque actiones afferre poſſunt; ita ut vix jam tempus ſuppeteret, non modo ad orationem quotidie, ut antea ſolebat, faciendam, ſed etiam ad Patrem ſpiritualem ſæpius, quam ſemel in menſe, conveniendum. Quare non mirum fuit, ſi priſtinus ille mentis fervor non nihil refrigeratus eſt; non quidem ita ut umquam retro abierit, aut voluntatem ſeculi deſerendi mutarit; verum quia non jam adeo fervens erat in ea deliberatione maturanda atque exſequenda. Sed non diu reliquit eum Dominus: ſiquidem acrioribus eum rurſus ſtimulis adortus, ſic impulit, ut etiam quidquid negligentiæ vel remiſſionis interceſſiſſet, id novâ diligentia ac ſtudio abunde ſuppleret. Statim enim ſibi ipſi iratus, ſuamque incuſans tarditatem, eo diligentius D incumbere cœpit in recuperandum illum priſtini ardoris ſtatum; præſertim vero meditatione atque oratione mentali; ad quam, cum nullus alius ſuppeteret locus, conjiciebat ſeſe ſubinde in latebras quaſdam obſcuri ac remoti cubiculi, ubi, etſi ſatis incommodè, libenter tamen, ac ſeverè ſe occultabat; nec unquam inveniri potuit, etiam à Domeſticis, ſæpe eum curiosè tota domo perquirentibus; maximè cum amici, quod ſæpe contingebat, ad eum officii cauſa ſalutandum veniſſent; quam ob rem non rarò eum parentes objurgabant.

9 Jam ſeſquiannum in Hiſpania inter has cogitationes egerat, cum die quadam, ſumpta de more ſacra Euchariſtia, dum gratias Domino devotè agit, ſenſit ſe permoveri, ut conſilium ſuum totum Confeſſario patefaceret, cui ad eam diem nullum omnino de hoc verbum fecerat. Confeſſarius eo audito, rem quidem probat, ſed nihil fieri poſſe patre inſcio. Eum igitur ipſe adeat, &, ſi poſſit, ratione aut precibus conſenſum extorqueat. Non longa interceſſit mora. Eodem ferme die per matrem prius, quam pro ejus mirabili religione ſemper Aloyſius in his ſuis ſtudiis docilem & facilem habuit; deinde etiam per ſe E ipſum exponit ei deſiderium ſuum; & quanta quidem maxima potuit ſubmiſſione ac reverentia, ſed nec minori efficacitate ac fiducia demonſtrat, certum ſibi ac fixum eſſe, in Dei obſequio reliquam vitam traducere. Ille graviter primò perculſus ac commotus, non eum ſolùm durius ab ſe rejecit, ſed Confeſſarium quoque abſentem; ac poſt aliquot dies accerſitum, coràm vehementius accuſare inſtitit, quod filium ſuum primogenitum, quo maxime ſuæ ſpes niterentur, in ejusmodi cogitationes induxiſſet. Verum de hoc quidem capite facile ſatisfactum eſt à Confeſſario, ſimul ac eum docuit, non plus eſſe quam paucos dies, ex quo hæc ab Aloyſio reſciviſſet. Quare non erat dubium, quin ea res multum ad eum pacandum valuiſſet, niſi caſus quidam interveniſſet, qui Aloyſio occaſionem dediſſe talium conſiliorum creditus eſt. Etenim per eos dies ejus pater, ut erat in aleæ luſu intemperantior, magnam auri ſummam perdiderat; atque ea ipſa nocte, quæ hunc Aloyſii ſermonem præceſſit, ſex ferme millium aureorum naufragium fecerat. Ex eo & ipſe Marchio ita ſuſpicatus eſt; & totâ Regis Aulâ, per quam, ut fieri ſolet, ſtatim Aloyſi dicta percrebuerant, vulgatum eſt, illum de in- F duſtria hunc patri ſcrupulum injicere voluiſſe, quo eum majoris mali metu, à damnoſo luſu revocaret; paſſimq; etiam ab omnibus artificiũ hoc laudabatur, & adoleſcentis filii ſtudium in patre corrigendo.

animum de ineunda Religione aperit patri,

multùm inde commoto,

10 Verum cum Aloyſius in ſententia perſiſteret, affirmans, nullum ſibi alium eſſe finem, quam divini obſequii, atque etiam inſtanter quotidie magis ac magis dimiſſionem urgens; & ipſe Marchio altera ex parte rem ſecum melius perpendiſſet, diligentiuſque recordatus eſſet Aloyſii vitam ac mores ab ineunte ætate; tum demum coactus eſt credere, illum ex animo agere, nec ſine Dei inſtinctu ac vocatione. Quin etiam cum eodem tempore Miniſter Generalis Franciſcanorum, quos vocant Obſervantes, in Hiſpania verſaretur, non ſolum ſanguine, ſed magno etiam conſuetudinis uſu cum eo conjunctiſſimus; Aloyſium ei in manus dedit, ut ipſe, pro earum rerum notitia qua pollebat, juvenis voluntatem exploraret. Quod cum ille accuratè fêciſſet, ejuſmodi teſtimonium ei dedit, ut diceret dubitare non poſſe, quin vero Dei ſpi-

& per alios eum examinari curanti,

ritu

A ritu ageretur: ejuſque auctoritas mirum in modum valuit, ad omnem dubitationem è Marchionis animo depellendam. Quare etſi jam hoc ei planè perſuaſum eſſet, tamen cum jam reditus ſibi in Italiam inſtaret, eum ſecum reducere voluit, recipiens, in Italia ſe facilè conſenſurum, ut cogitata perficeret: nec potuit aut etiam debuit Aloyſius patri, tantopere cupienti & urgenti de tam brevi temporis mora non obſequi; quamquam ipſe per ſe nihil cupiebat magis, quam vincula omnia ſecularia quamprimum abrumpere.

CAPUT II.

Vocatio ejus varie tentata: exercitationes piæ; conſervatio in periculis.

11 REverſus in Italiam, primum omnium, in hoc negotium, in quo ei omnia erant, conficiendum incumbens; perpulit patrem, ut propriis litteris, quibus etiam ipſe ſuas adjunxit, *In Italiam reverſus,* Domino Scipioni Gonzagæ, qui Romæ agebat, id mandaret, ut verbis ſuis Patri Generali Societatis noſtræ filium ſuum primogenitum offerret, ejuſque præterea ſciſcitaretur ſententiam, B quonam eum ad Novitiatum mitti vellet. Reſpondit P. Generalis, quibus debebat verbis, in tali re; quod vero ad locum attineret, ſibi quidem Romam ob plures cauſas maximè probari. Hoc accepto reſponſo Aloyſius miro elatus eſt gaudio, nec tenere ſe potuit, quin epiſtolâ ipſi Generali ſcriptâ, & gratias de tanto beneficio ageret; quibus tamen ut vellet & ſentiret agendis verba ſibi deeſſent, & ſe inſuper totum ei offerret ac dicaret; denique etiam rationem redderet cur non tam cito Romam, ut certè cupiebat, advolaret; quod ſcilicet à patre cogeretur hereditarium jus Marchionatus à ſe in proximum fratrem transferre; cui tranſlationi, etiamſi Imperatoris quoque conſenſus, utpote in feudo libero, neceſſarius eſſet, ſperare tamen ſe, omnia citiſſimè conſecutum iri. Hæc agebat lætus in multa pace domeſtica, cum jam ipſe pater manus dediſſet, neque âlius ei eſſet domi moleſtus. Verum ne illi majoris meriti ac præmii occaſio deeſſet, varia ſtatim eum certamina ac pugnæ cum amicis & propinquis; quorum aliqui ejus conſtantiam tentare, aliqui, qui id (quod ſcilicet paucorum eſt) non cupiebant, etiam labefactare nitebantur. Nam imprimis ipſe Mantuę Dux, C miſſo ad eum (erat enim Caſtilione) certo homine, Epiſcopo prudente & facundo, illud ei proponi juſſit; ut ſi eum laicæ vitæ tædebat, Eccleſiaſticam amplecteretur, in qua ſatis ſe Deo probare poſſet; nec enim deeſſe ad hoc exempla ſanctorum hominum, tum veterum ac recentiorum; noviſſimum autem Borromæi & aliorum. Offerebat autem inſuper ei ſtudium & gratiam ſuam, ad eum per honorum gradus in Eccleſia provehendum. Cui prudenter reſpondit Aloyſius; agnoſcere ſe ejus humanitatem, eamque amare: verum, ut antea jam omnibus adjumentis domeſticis ad hæc ipſa conſequenda, renuntiandum ſibi eſſe decreverat; ita his quoque, quæ tam liberaliter ab ipſo offerrentur, remittere; quoniam ſtatutum ſibi eſſet, nihil in hac vita velle præter Deum.

obtento patris conſenſu,

varie tentatur à propinquis,

ut ſaltem aliam Religionem, optet,

12 Secunda pugna fuit cum Alfonſo patruo, in qua cum eadem pene argumenta afferrentur, eâdem facilitate victor abſceſſit. Oppugnatus eſt etiam eodem tempore à quodam magni nominis homine, ipſo quoque ex eadem Gonzaga familia; qui præter alia nonnulla, cum denique ne Societatis quidem nomini parceret, multaque in eam diceret; denique ita ſermonem clauſit, ut eum hortaretur, ſi omnino mundum exuere decreviſſet, non Societatem, quæ in mundo aſſidue verſatur, ſed alium potius eligeret Ordinem, quam maximè ab occupationibus remotum, cujuſmodi eſſet Capucinorum vel Cartuſianorum. Quod ille (quantum conjici potuit) eo animo afferebat, ut ſi ſententiâ mutaſſet, vel ex ipſa inconſtantia ejus, Vocationem condemnaret, vel facilius deinde ab eo quoque propoſito propter corpuſculi tenuitatē deduceret; ſive deniq; ut aliquo deinde tempore ex illis Ordinibus ad dignitatem aliquam eccleſiaſticam educeretur. Verum Aloyſius tale ei reſponſum dedit, ut nihil aptius aut prudentius dici poſſe videretur; non videre ſe, quomodo longius à ſeculo recedere poſſet, quam ſi Societatem ingrederetur. Nam ſi mundi nomine divitias intelligeret, hic perfectè paupertatem ſervari; ſin honores, iis quoque aditum, etiam ſolenni voto, occludi. Quo dicto vir ille planè obmutuit. Hæc per ora hominum vulgata fidem ſatis ſuperque fecerunt, altiore ſpiritu Aloyſium moveri, quam cui caro & ſanguis prævalere poſſet.

quam Societatis.

ante ceſſionem honorū

13 Interea illud etiam, quod ſupra diximus, agebatur, ut Aloyſius Marchionatus paterni hereditate cederet: quod ille non ſolum aſſenſit, ut fieret; verum etiam urſit, ut quàm celerrime fieret: inſuper ipſi patri conceſſit, ut eam reſignandi formulam, quibus verbis & quo maximè vellet modo, conciperet, quaſi ſua nihil intereſſet. Et quidem hic primum modus dictus eſt, ut juriſdictioni quidem omnino renuntiaret; ſed ex totis bonis bis mille aureos numeratæ pecuniæ, deinde ducentos quotannis ad vitæ alimenta reſervaret. Hac formula conſcripta, multi tamen menſes gemente Aloyſio conſumpti ſunt; partim dum per Juriſperitorum manus, & ipſius ampliſſimi Senatus Mediolanenſis, circumfertur, ne quid in ea dubii vel quæſtionis lateret; partim etiam dum apud Cæſarem res conficitur. Quo tempore cum Marchio negotia quædam haud parvi momenti Mediolani haberet; eo Aloyſium deſtinat, adeo illius prudentiæ ac judicio, pluribus jam ſimilibus rebus ab ſe cognito, tribuebat. Moratus eſt illic annum pene integrum; quo cauſam illam paternam, etſi ſatis difficilem & implicatam, tanta tamen diligentia & cautione tractavit, ut ad exitum quem volebat perduxerit. Nec fuit ille annus ipſi etiam inutilis: ſiquidem præter conſuetas devotionis exercitationes, ſtudiis etiam operam navavit ſatis accuratam in Collegio noſtro Brerano; F ubi Phyſicam audivit ita diligenter, ut vel ſingulis Lectionibus ipſe intereſſet; vel, ſi aliquam occupationes eripuiſſent, eam ab alio deſcriptam domi cognoſceret; quin etiam diſputationibus ſemper intereſſet, atque ipſe etiam non nunquam theſes, vel proprias defenderet, vel adverſus alienas diſputaret. Itaque non parum illud tempus contulit ad ejus litterarium profectum. Vincebat enim occupationes, quibus continenter, ut diximus, diſtinebatur, ingenium quo præditus erat excellens, & infatigabilis quædam diligentia. Nam, ut id quoque hoc loco addam, cum tam inſignia fuerint in illo ſupernaturalia dona, non minus etiam admirandus erat naturalibus; ſiquidem præter ingenium, quod dixi, eminebat etiam in eo judicium ac prudentia pene ſenilis, quæ ſe oſtendebat in omnibus ejus dictis, factis, reſponſis. Itaque ipſe Marchio, ejus plurimùm operâ, etiam in negotiis gravibus, etiam cum principalibus viris, uti ſolebat.

paterna negotia Mediolani curat.

atque operam dat Philoſophiæ;

iterumque tentatâ ibi conſtantiâ ſuâ,

14 Redierat jam à Cæſare reſponſum, quo Aloyſii reſignatio confirmabatur, gaudebatque

A. HIER. PLATO. EX MS. vehementer Aloysius, nullum amplius reputans desideriis suis obicem oppositum iri. Verum Marchio, sive paterno affectu mollitus; sive suspicatus aliquam in filio adolescente mutationem, operam denuo dedit, ut plures eum subinde aggrederentur, tum seculares, tum etiam Religiosi; qui longis orationibus, & in speciem ad eum perterrendum compositis, ejus constantiam explorarent. Quibus ad unum ita satisfecit, suæque firmitatis tale specimen dedit, ut omnes multa Marchioni in juvenis commendationem ultro scripserint. Verum ille, tum ex his, tum ex aliis signis, ex ipso patre acceptis, quasi imminentem sibi tempestatem prospiciens, cum tempus appeteret redeundi Castellionem, litteras scripsit ad P. Generalem, plenas omnis pietatis ac fervoris, quibus & consilium, & opem implorabat, uti ab eo cui se vitamque suam penitus commiserat; idque imprimis etiam atque etiam urgebat, ut si novæ deinceps injicerentur à suis prorogationes ac moræ, liceret sibi, etiam invito ac renuente patre, recipere se in proximum aliquem Societatis portum; quando tum nulla esset futura dubitatio, quin & Marchionis mens esset, ut ejus Vocatio tempore evanesceret; &, quod ad ipsum P. Generalem attineret, non posset non esse pietatis genus, ut ait S. Hieronymus, in hac re esse crudelem. Hæc sunt ipsius expressa verba; quibus deinde addebat mirificam obsecrationem, per viscera Jesu Christi, ne permitteret affectu paterno aut ullo humano respectu Vocationem suam, quam sibi tam diu jam constaret à Deo profectam, impediri.

opem Generalis implorat per litteras

B

à quo responsum accipit,

15 Hac accepta epistola, etsi P. Generalis, & delectatus est adolescentis religione, & commotus periculo; tamen ne, si aliquam cupiditatis significationem daret, Societas cum ejusmodi Principe æternam offensionem susciperet; respondit, esse illi omnino curandum patris consensum, idque tum ipsimet, tum Societati nostræ expedire: sperare autem in Domino, quia qui dedisset velle, sine dubio daturus etiam esset perficere. His acceptis litteris Aloysius, non ita multo post, anno pene vertente, domum à patre revocatus; partim ut ad longius certamen, quod providebat, sese muniret; partim etiam ob suam consolationem, decrevit Exercitiis spiritualibus sese aliquantisper recipere; idque Mantuæ, quoniam Castilione nullus ex Societate erat. Nec eum terruerunt æstivi calores (erat enim Julius mensis extremus) quin cubiculo inclusus, totos dies decem ac duodecim poneret in cæleſtium rerum contemplatione, tanto studio ac contentione, ut planè ne puncto quidem temporis cessaret à precibus, vel mentalibus vel vocalibus. Sed locus hic videtur, ut, quoniam exteriores ejus actiones ad Vocationem quidem pertinentes exposuimus, nunc etiam de interioribus aliquid dicamus, ex quibus etiam major ædificatio peti potest. Quæ autem dicemus, ea potissimum post Exercitia spiritualia subsecuta sunt, etsi anteà quoque multa ex his [usurpare] consueverat, sed nimirum post illos dies uberiori ac largiori spiritu.

& Exercitia S. Ignatii obit.

C

Exinde, quale studium ejus orationis;

16 Imprimis igitur meditationi unam horam matutinam, alteram vespertinam tribuebat; etsi ille has horas suo potius fervore & gustu, quam horologio metiebatur, ideoque plerumque diuturniore spatio preces continuabat: præterquam quod etiam, præter hæc stata tempora, quandocumque eum devotio incitabat, quod erat sæpissimè, dabat se orationi. Porro quotidie recitabat Horas Canonicas, tum communes, tum B. Virginis, idque magna attentione ac devotione. Denique, ut summatim dicamus, nihil aliud agebat: siquidem relictis omnino amicorum colloquiis, semper sese cubiculo continebat; illic, audito summo mane Sacro, reliquum diem partim contemplatione, ut diximus, partim piorum librorum lectione consumebat. Quod si aliquando, propter aliquod negotium, vel necessariam causam, prodire cogebatur, non tamen animum ab oratione relaxabat. Consecutus enim erat præsentiam Dei continuam, non illam quidem, qua cogitatur Deus omnibus præsens, omnia videns; verum quascumque species sibi in oratione matutina efformasset, sive Christi flagellati, sive crucifixi, vel de simili re, eas deinde adeò menti infixas atque impressas gestabat, ut quidquid ageret, aut quidquid loqueretur, nulla unquam prorsus interruptione, multo tenacius iis inhæreret: ita enim ipse mihi narravit.

D

custodia sensuum;

17 A curiositate videndi res novas, mirum est quantopere semper abhorruerit. Nam præter cetera exempla, quæ longum esset commemorare, invitatus aliquando à patre ad spectandum equitum lustrum, cui ipse pro officio præfuturus erat; ad quam scilicet celebritatem tota civitas Mediolanensis confluxerat; ille primùm ægre assensit; deinde cum plane cogeretur, tamen ubi affuit, neque inter primos assedit, & postea oculos quoties potuit, semper avertit. Porro ut reliquos sensus, sic linguam vel imprimis diligentissime custodiebat, ita ut non ostium circumstantiæ, sed murum prorsus labiis suis objecisse videretur. Nam cum postea in ipsa Societate taciturnitatem vehementer retinuerit, ut inferius dicemus; tamen non dubitabat affirmare, plus se nunc loqui uno die, quam in seculo multis mensibus. Hoc autem ille sibi tam severum silentium indixerat, non ex naturæ instinctu, quæ in eo sanè minimè melancholica, sed potius sanguinea fuit; verum timore Domini, quod animadverterat in hominum collocutionibus nonnulla excidere, quæ alienum nomen attingerent; levia illa quidem, &, ut ipsemet fatebatur, vix venialia; sed ipse tamen, suimet pertæsus, quod eadem sibi toties in Confessione iteranda essent, ejusmodi silentium ultro sibi indixit, ne omnino unquam loqueretur, nisi de rebus necessariis aut utilibus, id est, vel de negotiis à patre injunctis, vel de studiis litterariis, rebusve spiritualibus.

E

F

maceratio corporis.

18 Quod attinet ad carnis macerationem, præter quotidianam temperantiam & abstinentiam, majorem certè quam facilè credi possit; singulis sextis feriis, pane ac aqua; Sabbatis, ecclesiastico more jejunabat. Ter in hebdomade sese diu & acriter verberabat: & quoniam flagellum ex funiculis non suppetebat, usus est semper vinculo quodam ferrato canis venatici, quod fortè in cubiculo offenderat. Aliquando etiam pro cilicio, cujus copiam non habebat, cingulo suo acuminatum calcar subdidit, ad punctiones assiduè sentiendas. Hieme media (& sunt in Longobardia hiemes perfrigidæ) surgebat de nocte ad orandum cum sola linea veste. Quare, cum frigore totus tremeret, eoque orationem interturbari vidisset; aggressus est rem miram, quam etiam Dei gratia consecutus est. Quasi enim turpe reputaret, corpori & carni ulla in re cedere; instituit potius attentioni spiritus augendæ; ita ut avocata à sensibus anima, frigoribus non læderetur. Itaque gelante jam corpusculo, ac præsertim pedibus; ipse tamen in oratione sine ullo algoris sensu perdurabat,

A bat, idque ſingulis noctibus facere perrexit. Atque huic ſimile eſt aliud factum, etſi abſque dubio minus ei comparandum. Erat corporis conſtitutione tam tenui & gracili, ut quodvis exiguum frigus moleſtum ei eſſet, ac propterea neceſſario ad focum identidem accederet. Hoc ille animadvertens, hujuſque conſuetudinis, tanquam ſervitutis cujuſdam pertæſus, ſtatim à ſuo cubiculo ignem removit; & poſtea id ſemper tenuit, ut ne alibi quidem propius adiret; quod ſi quando amicorum cauſa non accedere non liceret, tamen nec propinquabat, nec manus, quæ præcipuè frigore tumeſcentes conſpiciebantur, admovebat.

non ſemper ſecundum ſcientiam,

19 Ex hoc tanto victûs rigore quantam virium debilitatem contraxerit, alioquin etiam per ſe valde debilis, facilè eſt cuivis æſtimare. Ipſe quidem narravit, ita ſe tum omni robore exhauſtum fuiſſe, ut in oratione genibus niti non poſſet: quare, quia ne ſedere quidem ſtatuerat, proſtrabat ſe in humo, ut verè dicere poſſet cum Propheta; Adhæſit pavimento anima mea. Quin etiam illud addebat, ſæpe ſibi ſic proſtrato accidiſſe, ut ne ſalivas quidem ore expuere poſſet, ſed eas mandere & deglutire præ debilitate cogeretur. Addam etiam illud, quod fervoris eſt eximii, etſi non ſecundum ſcientiam, ut ipſemet, hæc narrans, fatebatur, cum id vel maximè ad indiſcretionum ſuarum numerum referret. Nam cum tantâ & tam aſſiduâ meditationis intentione ſæpe in acerrimum capitis dolorem incideret; non modo non dabat operam, ut remiſſione aliqua relevaretur; ſed de induſtria eum fovebat, atque etiam augebat; eo ſcilicet conſilio, ut Chriſti Domini ſpineam coronam, quæ ejus capiti cruciatum attulerat, aliquo modo imitaretur. Denique nihil dubii fuit, quin, niſi in Societatem veniſſet, ubi diligenti Superiorum prudentiâ multa ei in rebus omnibus moderatio adhibita eſt, brevi vitam omninò perditurus fuerit; quod ille quoque agnoſcens, dicere ſolebat, Societatem non ſolùm animo, ſed corpori etiam ſuo ſalubrem fuiſſe.

Pſ. 118, 25.

B

à Deo tamen variis modis remunerata;

20 Verum quanto ille in ſeipſum ſeverior erat (quod etiam erat eo laudabilius, quod nullo exemplo, nullo monitore, in tali ætate, adde etiam inter paternæ aulæ delicias & illecebras, talem rigorem tam conſtanter tenebat) tanto ſine dubio largius Dei bonitas ſua illi chariſmata tribuebat, ejuſque animam interiori dulcedine abundantius reficiebat. Ille tamen omnium, quæ hoc tempore percepit, donorum maximum æſtimare ſolebat, altitudinem quamdam animi, deſpicientem omnia, quæ in hoc mundo ſunt, quaſi vanitatem vanitatum. Quare narrabat, ſe, quoties in aulam vel patris ſui, vel Ducis Mantuæ, eundum eſſet; cum palatia, ſervorum multitudinem, atque obſequia, ceterumque ejuſmodi faſtum ac pompam videret; laborem ſibi fuiſſe in riſu cohibendo, adeo omnia vilia & ridenda, &, ut ait Apoſtolus, ſtercora videbantur. Sæpe etiam matri ſuæ, cum qua crebros de pietate ac virtute ſermones habebat, quod eſſet devotionis valde ſtudioſa, dicere ſolebat; mirari ſe, nec poſſe cauſam invenire, cur non omnes mortales Religionis ſtatum capeſſerent; cum tam clarum atque apertum eſſet, quanta ex eo, non ſolum in futurâ, ſed etiam in præſenti vitâ commoda redundarent. Hoc etiam toto tempore illud obſervavit, ne quempiam famulorum adhiberet, vel ad induendas, vel ad detrahendas ſibi veſtes: quod ipſe poſtea ab ſe fieri ſolitum affirmavit, tum amore quodam pudoris atque decentiæ, atque etiam ex ſpiritu humilitatis; tum verò, ut eo liberius mane ac veſpere dare ſe poſſet meditationi.

C *Phil.* 3, 8.

A. HIER. PLATO. EX MS.

paupertatis ſtudium & humilitatis;

21 Illud vero minimè ſilendum, quod non ſolum laudem, ſed etiam admirationem apud omnes mereatur, quod & hoc tempore, & aliquanto etiam antea in Hiſpaniâ, paupertatis ſtudio, veſtimenta quam maximè attrita & lacera adamabat, eaque ferme geſtabat; ac, ſi quæ nova ei fierent, eorum uſum, quam maximè poſſet, differebat; deinde ſi urgentibus ſuis, ſemel tandem iis uſus eſſet, ſtatim ea quoquo modo abjiciebat, redibatque ad vetera. Quare illud ferme perpetuum ei erat, ut caligæ ad genu ſemper reconcinnatæ eſſent; quod vel mediocris aut etiam tenuis fortunæ homines vel maximè refugiant, probroque ducant. Itaque hac de cauſa perpetua ſemper ei lis fuit cum ſuis, qui eum ad elegantiorem cultum, propter familiæ ſplendorem, aſſiduè impellebant; atque imprimis pater ipſe, fremens atque indignans, præſertim initio; nam poſtea ipsâ perſeverantiâ, ac reliquarum etiam virtutum fulgore quodam obtinuerat, ut nemo amplius ei moleſtus eſſet, & potius taciti ejus facta mirarentur, etiam ii qui non probarent. Verum hic illud etiam notandum, quod cum ad perſonam ſuam, deſpicatiorem ejuſmodi cultum adhiberet; famulos tamen, qui ei adjungebantur, paticbatur pro ſtatus ſui conditione ornatos; nimirum paupertatem in ſe ipſo exercens, reliqua ſanguini & parentis voluntati prudenter concedens.

E

fiducia in rebus arduis.

22 Nec parva fuit in eo virtus, quæ etſi multo anteà ei à Domino tributa, nunc tamen maximè aucta & duplicata eſt, ut in rebus & in caſibus omnibus ad Dei opem, tamquam ad unicum perfugium, idque cum magna quadam ac certa fiducia, ſe reciperet; quem quidem affectum ac conſuetudinem jam tum animo ſuo fixam eſſe narrabat, cum primum de Deo aliquid ſapere cœpit, id eſt, ab anno pene decimo ætatis. Itaque vel in ſuis vel in paternis negotiis, quæ plerumque gravia, & valde implicita tractabat, ante omnia id faciebat, ut elevata in Deum mente, ea penitus Dei manibus committeret; ut ipſe qui omnia noſſet (hęc enim erat ejus in precando formula) illa dirigeret prout optimum eſſet. Quin etiam hoc addebat, ita ſe facilem & propitium Deum in ejuſmodi rebus ſenſiſſe, ut vix unquam quidpiam, ſive magnum, ſive leue, ei commendarit, quin exitum optabilem habuerit; & quidem cum aliquando res jam eſſent penè deſperatæ, aut certe magnis difficultatibus impeditæ.

F

Conſervatur ab incendio,

23 Neque abs re fuerit commemorare hoc loco, inſignem quamdam Dei, in illo protegendo, atque ex periculis quibuſdam eripiendo, providentiam. Primùm enim, Mantuæ * dum eſſet, cum aliquando ſub veſperam acerrimo, ut ſæpe ei accidebat, dolore capitis torqueretur, ire voluit ad lectum; ſed tamen, quia Pſalmos pœnitentiales, quos ad reliquas ſuas devotiones adjecerat, nondum eo die recitaverat, nec niſi iis recitatis oculos ſibi claudendos ſtatuebat, candelam prope lectum ardentem collocavit; quæ deinde, cum Pſalmis finitis ſomnus ei obrepſiſſet, paleas primum, mox conopeum lenta flamma corripuit; jamque propè erat, ut fumo ipſo ſuffocaretur; cum opportunè excitatus, necdum tamen ſentiens periculum, ſomnum denuo capere tentavit; ſed, divino certe impulſu, expulſus è lecto, vix cubiculum egreſſus famulos evocarat, cum ignis & fumus ita jam omnia complerant, ut pro certo habitum ſit, ſi ſe paulo tardius è lecto propripuiſſet,

* imo *Caſtellione*

H. HIER. PLATO. EX MS.

* imo *casalem*.

à submersione,

à fera bellua.

Iterum impugnatur constantia Aloysii,

semper immota,

alia ex aliis tentamenta patris,

vincitque etiam

let, futurum fuisse, ut evadere nulla ratione posset.

24 Simile huic fuit, quod ei ante annos aliquot adhuc puero contigerat, tum scilicet, cum patris jussu Castilione Florentiam * peteret. In eo itinere, cum Ticini fluvii, qui per eos dies continuis imbribus inundaverat, ramum quemdam rhedâ transmitteret; ecce in mediis aquis, earum vi atque impetu, rheda in duas partes discinditur: atque anterior quidem pars, qua forte Rodulphus, frater natu minor sedebat, non sine labore quidem, sed tamen ab equis ad ripam utcumque delata est: posteriorem, in quo Aloysius cum alio quodam nobili erat, flumen abripuit; nec erat ulla sistendi ratio, cum aquis supernatans magno impetu devolveretur, nisi certa utique Dei providentia, post aliquantum spatii, denique in arborem grandem impegisset; quæ ejusdem fluminis vi raptata medio in alveo constiterat. Hic cum Aloysius aliquamdiu in summo vitæ discrimine hæsisset; comites qui evaserant, indigenam vadorum peritum, ad eum miserunt cum equo, cujus in tergo exceptus, & in tutum deportatus est: deinde omnes, reliquum iter pedibus facientes, beatissimæ Virginis templum, quod forte obvium
B erat, ingressi, de tanto beneficio gratias egêre, quas potuerunt. Fuit autem tam præsens mortis metus, vt qui in altera ripa steterant, eos omnes ut mortuos deplorarint; isque nuntius ad Marchionem etiam perveniens, biduo eum acerbè excruciarit.

25 His duobus periculis (ut in unum locum omnia conjiciamus) addi potest tertium: quod adiit in Hispania; quod tamen, Deo ita disponente, plus timoris ac trepidationis, quam periculi habuit. Etenim cum Aloysius, à suis coactus; venationem è fenestra prospectaret, cujusmodi in Hispania fieri solent; tigris, ex hominum manibus & catenis elapsa, in eam ipsam domum, in qua ipse erat, irrupit. Et quidem, si belluam impetus cepisset ascendendi per scalas, alioquin patentes, procul dubio multorum stragem edidisset: verum Domini providentia ita tulit, ut in cellam vinariam sese, locorum ignara conjiceret; cujus mox occlusâ januâ, omnes qui in domo erant respirarunt. Hæc omnia certa extiterunt divinæ custodiæ ac protectionis in Aloysium argumenta; quibus si etiam addamus quæ puero inter arma & militares strepitus accidisse commemoravimus,
C plane apparebit, quam semper Deo dilectus fuerit, & quam singulariter de eo Dominus mandasset Angelis suis, ut illum in omnibus ejus viis custodirent.

CAPUT III.

Constantia in Vocatione; ingressus in tirocinium; custodia sensuum.

26 VErum, ut eo, unde digressi sumus, revertamur; cum se Aloysius Mantuæ in Collegio nostro spiritualibus Exercitiis communisset; ut primum Castilionem rediit, Marchionem magnopere urgere cœpit de dimissione; quando præsertim tantum jam temporis fluxisset, jam etiam ab Imperatore consensus super cessione feudi venisset. Marchio è contra tergiversari primùm, deinde etiam apertè contestari, se neque antea consensisse, neque unquam consensurum, donec & Vocatio, & vires ipsæ corporis maturæ essent ad talem Vocationem; proinde iret, si vellet; verum intelligeret, se neque probaturum, neque eum pro filio habiturum. Aloysius, re tam D
inopinatâ percussus, ac quasi è portu, quem jam se propemodum tenere sperabat, in altum reflantibus ventis rejectus; cùm omnibus querelis atque obtestationibus nihil proficeret, spatium sibi ad deliberandum sumpsit: quod spatium eò tendebat, ut partim per preces & Sacramenta, Domini voluntatem exploraret, partim etiam ipsum P. Generalem per litteras consuleret; quamquam hoc posterius Marchionis festinatio prævenit, responsum quàm celerrimè poterat urgentis. Responsum autem ejusmodi fuit: Etsi nihil in hac vita acerbius, aut quod magis ejus animæ quietem impediret, contingere ei poterat, quam hujus sui desiderii prorogatio; tamen, ut patri obsequeretur, quod ille post Dei obsequium omnium maximè cupiebat; & quia Patris etiam Generalis mandatum acceperat, ut ei modis omnibus satisfacere conaretur, contentum se esse duos adhuc tresve annos differre; his tamen conditionibus, primùm ut interim Romæ maneret, ubi & Vocationem conservare, & studia sua commodius continuare posset; deinde, ut Marchio jam nunc consensum suum in tempus illud polliceretur, idque litteris ad P. Generalem scriptis, E
ne quid deinde amplius in mora esset, profiteretur; quod si alterum ex his recusaret, non licere sibi ita ei placere, ut Deo displiceret: ac potius illo invito, domo ac patria deserta, peregrè abiturũ, etiamsi aditus sibi in Societatẽ negaretur.

27 His Marchio auditis, biduo quidem restitit, nolens ullo certo tempore astringi; verum denique, tum filii constantia, tum vero rei æquitate victus, utrumque promisit; & Aloysius ipse statim Epistolam scripsit ad P. Generalem, quæ negotii totius exitum, quod antea permissum non fuerat, exposuit; cujus Epistolæ ea erat clausula, digna quæ hoc loco inseratur: Hæc omnia volui Paternitati vestræ nota esse, simulque me intra paucos dies, ut eo magis seculum hoc deseram, clericalem habitum sumpturum, & omni paternæ hereditati renuntiaturum, exceptis iis, quæ reservare libuit in pios usus. Interea Paternitatem vestram oro, ut sicut hæc mihi ratio in hoc negotio tenenda visa est, propter unam parentis mei satisfactionem, quam mihi Patet nitas vestra mandarat, ut curarem; & quia commodius me Romæ quam Castilione futurum putavi; sic certò sibi persuadeat, nihil mihi in vita
F gravius accidere potuisse, quàm ut Vocationis meæ executionem differre cogerer, quandoquidem hoc maximum ac summum agnosco beneficium, quod à divina Majestate in me conferri potuit; ac proinde certa sit, me citiùs millies moriturum, quàm hanc voluntatem serviendi Deo depositurum.

28 His actis, cum Aloysius summo in mœrore versaretur, atque ut Jacob ille simul gemeret, videns Rachelis nuptiis se frustratum, suamque mercedem immutatam; & simul ipsi quoque, quanticumque additi essent dies, pauci viderentur præ amoris magnitudine; ecce Dominus adfuit in tempore opportuno, ac pro sua providentia viam invenit ipsius opinione celeriorem. Nam cùm Marchio vellet Aloysium, si Romæ futurus esset, degere in domo Cardinalis Gonzagæ; ut præter propinquitatis respectum, Ducis quoque Mantuani auctoritatem, ad hoc obtinendum, adhiberet; egit cum illo hac de re diligenter, & ille pro suo in Aloysium amore non modo non negavit operam suam, sed etiam libenter obtulit. Unum illud in quæstione mansit, quod recusa-

vit

A vit Dux prior ad Cardinalem ſcribere, ſed faceret id Marchio, cui potius conveniebat; tum ſuas quoque litteras ac commendationem acceſſuras. Econtra Marchio, cum id ob certas cauſas honori ſuo conducere non arbitraretur, re infecta abſceſsit; nec dubium, ut Aloyſius prædicare ſolebat, quin quidquid hoc fuit, non fortuitum, ſed divinum fuerit; quia ſi in re ejuſmodi, haud ita in ſpeciem magnâ, animum Dux induiſset, ut Marchioni gratificaretur, multorum annorum compedes Aloyſio parati erant.

28 Hac cogitatione diſcuſsâ, aliud Marchioni in mentem venit, ut filium in Seminario Romano collocaret, cum aliquot famulis, prout ſuus ſplendor poſtulabat; ubi ſub Societatis diſciplina toto tempore condicto litteris operam daret. *qui tandem cedit,* Quamobrem ut hoc à P. Generali impetraretur (erat enim privilegium, repugnans loci illius inſtitutioni) miſit Marchio litteras & nuntium ad D. Scipionem Gonzagam, de quo ſcilicet, pro magna & veteri quæ illi cum Societate erat conſuetudine, non dubitabat, quin facile omnia impetraturus eſſet. Et ille ſanè egit rem diligenter cum P. Generali; ſed cum reſponſum accepiſſet,
B nullo modo poſse id fieri; & ipſe, ob rationes quæ afferebantur, acquievit; & Marchio Aloyſium impellere cœpit, ut ipſemet Sereniſſimam Leonoram Mantuæ Duciſſam precaretur, ut ſua gratia & auctoritate, utpote de Societate optimè merita, hoc negotium apud P. Generalem conficeret. Verùm Aloyſius qua erat prudentia, reſpondit patri, nulli minus, quàm ſibi convenire, ut hoc ageret; quippe quod & utilitati ſuæ ſpirituali & exiſtimationi etiam, ſi ejus quoque ratio habenda eſſet, præſertim in tali re, maximè eſſet incommodum; ne ſuſpicionem daret immutatæ vel ſaltem refrigeratæ voluntatis. Inter hæc non ceſſabat Aloyſius, quàm poterat diligentiſſimè & ferventiſſimè, cauſam ſuam Domino aſſiduis precibus commendare; â quo dum aliquando hoc ipſum contenderet, ſenſit ſibi interiùs ſuggeri, ut ſe ad patrem conferat, tribuſque verbis graviſſimè propoſitis quaſi extremam tentet oppugnationem. Ea autem fuerunt hujuſmodi. Ego, Pater, in manu tua ſum: age quod lubet: verumtamen conteſtor hodie, me Dei ſpiritu ac voluntate ad Societatem Jeſu vocari; teque qui reſiſtis, voluntati Dei reſiſtere. Quibus ſerio prolatis, cum ſtatim abſceſſiſſet, infixus eſt
C Marchioni non exiguus ſcrupulus, qui eum denique ita permovit, ut quod tot preces, tot rationes, tot longiſsimæ diſputationes efficere non potuerunt, vocato ad ſe Aloyſio, facultatem faceret abeundi ad Dei famulatum, & quidem cum eo animi ſenſu, quem lacrymæ ubertim fluentes indicabant.

29 Nec parvam etiam vim ad eum permovendum putanda eſt habuiſse ipſa Aloyſii mater, æmula magni Abraham in primogenito, quem diligebat, immolando. *matre gaudente;* Hæc cum adhuc liberis careret, diu Dominum precata erat, ut filium ſibi concederet Religioſum: deinde in Hiſpania, cum primùm Aloyſii deliberationem ex ipſo cognovit, primùm exultavit in gaudio; deinde etiam ejus apud Marchionem interpres fuit, primaque viri motus, quos ejuſmodi plaga, ut ille accipiebat, efficere potuit, compreſſit; ac deinde ſæpiſsime, modo ratione, modo precibus, ſic cauſam Aloyſii egit, ut diligentius non poſset; ut dubium eſse nequeat, quin Marchio ejus operâ mollitus, etſi illâ tum abſente, eo facilius filii voluntati ceſserit.

Aberat autem illa hoc tempore in Sabaudia, quo ſe contulerat ad viſendam Ducis uxorem, Regis Philippi filiam, quæ tum primùm ex Hiſpania advenerat; eaque etiam fuit Aloyſio moræ cauſa per duos fere menſes, dum matris reditum exſpectat. Fuit & alia cauſa. Nam cum, ut ſuprà diximus, formula illa, qua Aloyſius ſeſe bonis paternis ſpoliabat, ita eſſet concepta, ut ei tamen duceni aurei ad vitam manerent; ad extremum id Marchioni diſplicere cœpit, cùm diceret; ſe ſcilicet, cum hoc apponi antea voluerat, putaſſe ita fore, ut ea pecunia in filii poteſtate eſſet; verùm poſtquam intellexerit, Societatis Inſtitutum nihil cuiquam privatum ac proprium concedere, omninò velle eam conditionem ſublatam. A HIER. PLATO. EX MS.

30 Et quidem in Aloyſio nulla erat mora, qui naviculæ, plus jam nimium quàm vellet in ſalo hærenti, funem potius ſcindere, quàm ſolvere paratus erat. *atque, annuâ penſione ſubtractâ, paupere filium.* Verùm juris quidam periti ſcrupulum Marchioni injiciebant, afferentes, cum donatio, ab Imperatore confirmata, eam conditionem haberet adjunctam; conditione ſublatâ, periculum eſſe, ne ipſa etiam donatio in dubium revocaretur. Itaque dum ea quæſtio conſultatur, E dum decernitur, quid faciendum aut ſtatuendum ſit, aliquantum inſuper effluxit temporis, cum magno Aloyſii mœrore; cujus etiam importunæ efflagitationes perfecere denique, ut quoquo modo impedimentum illud tolleretur, factâ jam perfectâ rerum omnium abrenuntiatione, cum omnibus iis cautionibus, quas hominum diligentia exquirere potuerat. Tum verò, quaſi alter Joſeph *ſed ideo magis lætum,* pallio, quo tenebatur, in manibus perſequentium relicto, recepit ſeſe ſtatim in cubiculum ſuum; ac magna quadam atque extraordinaria, & inuſitata mentis dulcedine perfuſus, horam integram & ampliùs, in oratione perſtitit; gaudens & triumphans, Dominoque gratias agens, quod tandem optato paupertatis theſauro potitus eſſet; ut jam jure dicere poſſet, Dominum ſolum ſuam eſſe portionem; quæ cordis exultatio tanta fuit, ut ipſemet hæc mihi narrans, eam inter præcipuas viſitationes numeraret, quas in vita ſua habuiſſet. Et reverà dubitari non potuit, quin hoc *abire permittit.* totum peculiari Dei beneficio atque amori in Aloyſium tribuendum eſſet. Nam quod vulgares homines ſolent, & vulgares etiam patres, ut filiis in hac bonorum ceſſione aliquid tamen, ob varias cauſas, ipſimet ultro reſervatum eſſe cu- F piant; quod Marchio noluerit, & adeo noluerit, homo non ſolùm eo ſplendore, ſed etiam liberalitate, ac potius profuſione, & deinde huic filio ita deditus; id certe non niſi Dei providentiæ tribui debet, qui Aloyſii, tantoperè paupertatem adamantis, gaudium implere voluit.

31 Facultate abeundi impetratâ nihil Aloyſio longius videbatur, quam ut corpore etiam ac pedibus exiret de domo & de cognatione ſuâ, unde multo antea ſpiritu & voluntate exierat. *Iter ejus, & morula Laureti;* Itaque cum aliquot comitibus famuliſque, quos ei pater adjunxerat, ingreſſus eſt iter tam nullo ſenſu ſuorum, quos in perpetuum relinquebat; ut fratrem natu minorem, in quem Marchionatus ſucceſſionem rejecerat, officii causâ ad Padum uſque, ubi navim conſcenſurus erat, proſequentem, vix duobus verbis totâ illâ viâ appellatum, remiſerit. Illinc ſe primum Lauretum contulit, ubi dici non poteſt, quàm eum ſuaviter beatiſſima Virgo tractavit. Nam cum eo die, quo ibi fuit, quinque vel ſex Miſſas continuas in venerabili illo ſacello audiſſet;

A. HIER. PLATO. EX MS.

audiſſet; ipſemet poſtea indicavit, mirâ ſe perfuſum fuiſſe voluptate, cogitantem quale & quantum in loco illo beneficium, tum ipſe pro ſe, tum totum genus humanum à Deo accepiſſet; & quanta Sanctitas ac Majeſtas inter humiles illos parietes delituiſset. Porro iter ipſum, non tam iter, quam perpetua meditatio fuit: nec minus ille in equo, quam alii ſoleant in cubiculo, exercitia ſpiritualia peragebat, ſemper intentus cæleſtibus, numquam animum ad communia inflectens; in quo ne ab ullo quidem ex ſuis ferme interpellabatur, quod omnes noſsent quantopere illo ſilentio ac ſolitudine delectaretur. Præſertim autem, ut eum fervor impellebat, totus erat in meditandis ciliciis, verberibus, jejuniis, omnique corporis aſperitate, cui jam adeo aſſueverat, ac multò ſe magis deinceps indulgere poſſe nullo impedimento in Societate ſperabat; multùm etiam de India cogitabat, cujus deſiderium jam pridem in eo Indicæ litteræ ſuccenderant.

adventus Romam;

B

32 Et quoniam vulgatum jam erat, & quis eſset, & cujus rei cauſâ Romam veniret; erat ſane, quoquo appuliſset, ſpectaculum non minoris jucunditatis quàm admirationis, ſtupentibus omnibus, quod ea ætate adoleſcens, illis opibus, illo ſanguinis ſplendore, tanta contentione pro paupere & humili ſtatu adipiſcendo decertaſset, quantâ vix alii pro honoribus ac divitiis acquirendis. Romam pervenit Novembri menſe, rectaque ad domum Scipionis Gonzagæ, qui paulo antè ipſe quoque Romam redierat, divertit; pauloque poſt ad Patrem Generalem, cui ſe humi fuſus, cum tanta devotionis atque humilitatis ſignificatione, ut filium ac ſubditum obtulit, ut vix ab eo, voce & manu allevari potuerit. Adiit etiam ad Pontificem, ad quem à patre litteras afferebat. Qui cum illum interrogaſset, num bene ſecum Religionis onera perpendiſſet; reſpondente illo, ea omnia ſibi jam dudum bene æſtimata & perpenſa eſse; ingenuo juvenis aſpectu & fervore delectatus, & collaudata ejus voluntate, benedictionem etiam Pontificalem impertitus, eum ab ſe benevolè dimiſit; atque illic etiam, partim ante Pontificis colloquium, dum aditum expectat, partim poſtea, factus eſt ad eum concurſus hominum ac circulus, aſpectantium eum quaſi miraculum; & pro cujuſque captu & ingenio, de ejus conſilio & facto inter ſe diſserentium.

C

ingreſſus in domum Probationis;

33 Denique verò die XXV Novembris, qui S. Catharinæ ſacer eſt, anno Domini MDLXXXV, ætatis ſuæ decimo ferè & ſeptimo, in Domum probationis ſe contulit, cum ea exultatione animi, quam quiſque facilè credere poſſit. Nec defuit ejus diei celebritati, tum P. Generalis, tum etiam ipſe D. Scipio Gonzaga; qui Sacro celebrato, ſacram Euchariſtiam ei impertiit, atque ibi cum eo pranſus eſt. Aloyſius, ut ſe in cubiculum recepit, tum verò viſus ſibi quaſi in centro ſuo quieſcere, totum ſe in Deum tranſtulit; eoſque dies, qui in prima Probatione ponuntur, cum magno fervore peregit; partim meditans, partim legens; quæ tamen lectio potius ad meditationem accederet, ita erat ſemper animo ſuſpenſo in Deum. Verùm dum hæc agit, & ad majora ſe comparat; neſcio quid morbi ſuperveniens Superiores impulit, ut eum ante conſuetum ſpatium cubiculo educerent, & ad communem Convictum admitterent. Et quoniam ab eo tempore ita ſe virtutum ſtudio impendit, ut difficile ſit omnino omnia particularia exequi; tum quia multa ſunt, tum quia pleraque ſoli Deo cognita, dicemus tamen pauca quædam, ex quibus reliqua conjici poſsint, atque hæc quantum variis interrogationibus, pene eum fallentes, ab ipſomet expiſcari potuimus. D

cuſtodia ibi oculorum mira,

34 Imprimis igitur, quod ad ſenſus attinet, ita ſe perpetuò ab iis abſtraxit, ut aures habens, non audiret; & oculos habens, non videret; ac denique quaſi in corpore non eſset, aſſiduè à corpore peregrinaretur, ejuſque functionibus fere non impediretur. Atque hoc etſi in eo ita erat inſigne, ut exemplis vix declarari poſsit; ſubjiciemus tamen quædam exempla. Cum aliquoties juſsu obedientiæ iviſset ad vineam, recreationis gratiâ, ac deinde contigiſset ad alteram ire; etſi jam aliquot horas ibi fuerat, etſi etiam ipſe ingreſſus & parietes, & omnia denique diſſimillima erant, numquam tamen advertit; donec à Patre quodam interrogatus, quid ei de nova hac vinea videretur; tum demum circumſpiciens, ſe quidem neſcire, an alia eſset, affirmavit; dubitare tamen ob id tantùm, quod ſacellum eo die, quod numquam antea viderat, reperiſset. Aliàs etiam cùm in hebdomada ſancta adhibitus eſset in ſepulcro Domini, ad cuſtodiendas concinnandaſque candelas; concurrentibus omnibus ad ſpectandum, ipſe tamen oculos numquam ſuſtulit ad videndum ejus loci ornatum, ne tum quidem cum candelas aptabat. Quare domum rediens, cùm à ſocio rogaretur, quàm ei ſepulcrum noſtrum placuiſſet; ſe verò non aſpexiſſe reſpondit, nec putaſſe licere ſibi aſpicere, cum à ſacriſta ad aliud munus deſtinatus eſset. Denique ita ſe inſtituerat, ut ſive in via, ſive in templis ipſis, nihil omnino videret, partim oculos ad terram ſubmittendo, partim etiam animum à ſenſibilibus rebus ita abſtrahendo, ut quantumvis lumina paterent, nihil tamen adverteret. Quod cum etiam in menſa aſſiduò ſervaret; faſſus eſt mihi, ſe per totos tres menſes & eo amplius, non advertiſſe refectorii menſas. Poſtea monitus, atque etiam juſſus à Superiore, ne ita rigidè oculos coërceret, quod ſanitati obeſſe poſſet, remiſit aliquid; præſertim domi; vel in locis ſolitariis; nam in locis frequentibus eumdem ferme ſervavit tenorem. B

longo uſu firmata,

35 Quin etiam detulit ad me aliquando ſcrupulum quemdam ſuum, in hoc genere non parum, ut ajebat, moleſtum. Is autem fuit; quod cùm unà cum Fratribus in vinea luderet, bis aut ter ad eumdem Fratrem oculi ſua ſponte rediſſent; nec enim ipſe ſciens & volens eos in illum conjecerat. Verebatur autem aliquam in ea re curioſitatem: nec tamen erat cauſa dubitandi, quia nihil ille Frater eo tempore agebat, quod curioſitatem allicere poſſet. Et, quod ego magis admiratus ſum, ſubiecit, hunc primum ac ſolum fuiſſe ſcrupulum, qui ſibi, ex quo in Societate erat, incidiſſet, in hac materia videndi. Verum hæc oculorum cuſtodia, familiaris ei ac propria fuit, etiam in ſeculo, ac ferme ex quo de rebus ſpiritualibus aliquid ſapere cœpit. Nam etiam interrogatus aliquando, an templum percelebre Matriti noſſet, negavit; & mirante qui hoc quæſierat, addidit; non ſolum templum illud, ſed ne ullam quidem viam Matriti ſe noſſe, quamquam ibi aliquot annis vixerat; imo ne Caſtilione quidem, ubi natus & educatus erat; quia cum aliquo eundum eſſet, habebat ſemper aliquem viæ ducem, ne, ut dicebat, mentem in hiſce rebus occuparet. C

36 Ac quod de viſu diximus, idem æquali diligentia ſervavit in cuſtodiendis auribus, ad quas nihil

A nihil omnino admittebat nisi utile. Itaque in Fratrum colloquiis jam nullus nesciebat, nullam ipso audiente induci posse materiam, nisi plane spiritualem. Nam non modo alienas res, verùm etiam indifferentes, ita fastidiebat, aut potiùs respuebat, ut eas statim mutaret in meliores; idque ex abrupto, nulla dissimulatione, nullo quæsito prætextu; vel, si aliud non posset, referebat se ad suum silentium; ita ut ex ipso vultu, quantum ab iis abhorreret, facile ab omnibus intelligeretur. Itaque constabat jam inter omnes, nullum ab eo prodire, aut ab eo audiri posse verbum, non modo inutile, sed plane non sanctum. Quin etiam cum aliquando Generalem Gonzagam in Ara-Cæli invisisset; & ille, utpote recenti adhuc obitu Marchionis, patris Aloysii, nescio quæ de domesticis rebus loqueretur, nullum unquam ab eo verbum elicere potuit. Quod sentiens Generalis, mutato sermonis argumento, agere cœpit de rebus spiritualibus; quas ille & libentius se audire ostendit, & sua etiam responsa loco & tempore injecit. Verùm hoc quidem diligentiæ ac studii cujusdam est, illud felicitatis potius vel divini beneficii, quod sæpe aut potius plerumque, quæ eum minus ædificare poterant,
B nescio quo modo non audiret, nec animadverteret. Contigit enim aliquando, ut cujusdam verba, minus commoda & fraterna, & quidem liberiori voce prolata, quæ alios aliquando offenderant, & ad Superiorem delata, justâ etiam pœnâ multata fuerant, ipse non magis notarit, quam si absens fuisset; quod item aliàs in similibus rebus contigit.

& linguæ.

CAPUT IV.

Virtutes tironis eximiæ.

37 Silentii porro tenacissimus fuit, tum consilio, ne quod verbum à se prodiret, quod Deo displiceret; tum etiam, quia ipsi gustus interiores, quibus assidue fruebatur, omnem illi loquendi gustum eripiebant; nec ferme nisi coactus ab aliis, vel ipse se ipsum cogens loquebatur. Erat autem verborum suorum diligentissimus æstimator; & certè vix ulla alia in re scrupulosus erat, in hac vero sæpe eum morderi atque torqueri contigit, donec quidquid illud esset Superiori patefecisset; cujus unicum verbum semper
C sufficiebat ad omnem ei molestiam eripiendam. Atque hanc taciturnitatem, ut suprà diximus, in ipso etiam seculo amare cœperat ante aliquot annos, cum esset in aula primùm Hispana, deinde etiam domi suæ; ut minimè mirum sit, in Societate deinde eò facilius linguam ita coercuisse, ut interdum etiam capitis nutu, si posset, rem expediret. Itaque in omni hoc genere ita diligens semper fuit, ut mihi dixerit, vix se toto hoc tempore unum vel duo verba protulisse, de quibus ambigere posset an esent otiosa. Itaque in hoc quidem nullam sibi, aiebat, esse dubitationem; verum in eo tantum, si, cum sententiam suam tribus verbis explicare potuisset, quartum addidisset; & addebat ipse exemplum, si dixisset, Venio ex Domo Professa, cum satis intelligi potuisset, Venio ex Domo; hoc genere dubitationis se aliquando fatigari. Quæ etsi fortasse quibusdam nimia videbantur, & ad morositatem quamdam pertinentia; tamen qui eum optimè norant, non poterant non magnopere in eo admirari; quia constabat non hoc à natura scrupulosa proficisci, à qua is aberat; sed ex puro desiderio satisfaciendi per omnia, etiam minima, Deo Domino, & ex perfectissima quadam abnegatione voluntatis suæ; maximè quod, cum hæc deinde Superioribus aperiebat, omnem statim ad unum nutum dubitationem deponebat; quibus etiam auctoribus hunc rigorem paulatim temperavit, seque communi vitæ haud paulo magis accommodavit.

A. HIER. PLATO. EX MS.

Amor silentii;

38 Gustatum etiam penitus perdidisse videbatur. Nam ipsemet confessus est, nullum sibi jam in cibo sumendo sensum esse; nec sibi omnino quidquam referre, utrum hunc an illum, meliorem deterioremve sumat; nec ullam prorsus in hoc sentire mortificationem, ne in ipsa quidem cibi dilatione diuturna; nisi quod, etiamsi famem & appetentiam non sentiret, sentiret tamen debilitatem virium. Quin etiam ab initio, cum Societatem ingressus est, etsi, ut diximus, nullam ex ullo cibo vel molestiam vel delectationem caperet; tamen tum ad hanc ipsam virtutem conservandam, tum etiam more quodam suo mortificandi se ipsum, illud semper in omnibus tenebat, ut in singulis semper deteriora eligeret, & vinum ita corrumperet aqua, ut nec aquæ E nec vini saporem retineret; denique nihil acciperet, quod palato arrideret. Verùm cum hoc Superior resciviset, prohibuit, ne faceret: cui ille eò facilius obsecutus est, quia nec opus erat, cum omnia ei æquè saperent, vel potius æquè non saperent. Quod quidem quanti sit, & quantam arguat perfectionem, tum quisque ex sua ipsius experientia, tum etiam ex Augustino discere potest, cujus ea sunt verba de hac re ipsa: Et quis est, qui non rapiatur aliquantum extra metas necessitatis? Quisquis est, magnus est, magnificet nomen tuum; ego autem non sum, qui peccator homo sum.

abstinentia à cibis corporeis,

39 Porro Aloysius solebat etiam corporalem escam interiori esca suaviore condire: semper enim in mensa aliquid meditationis volvebat in animo; & quidem in prandio, fel Christi in cruce; in cœna, ejusdem cœnam tot mysteriis ac beneficiis nobilitatam. Ad hæc etiam lectionem, non solum attentissimis auribus, totoque spiritu excipiebat; sed etiam, ut in aliis spiritualibus lectionibus, crebra reflexione ascendebat in Dominum; idque ita facile atque efficaciter, ut nihil omnino sentiret ciborum saporem, spirituales vero F gustus crebros & magnos haberet, perinde ac in ipsa oratione matutina, imo ea esset perpetua oratio, ut ipsemet mihi narravit. Sed prohibitus à Superiore, reflexiones quidem illas intermisit, affectibus etiam abstinuit, attentionem tamen ad lectionem semper conservavit. Denique ipsemet mihi narravit, se ad quamdam venisse, ut appellabat, insensibilitatem omnium rerum humanarum; ita ut in cibo sumendo, in colloquendo cum hominibus, in mutua conversatione, nullum omnino sentiret affectum delectationis. Item si cum suis, aut de suis, loqueretur, nihil sentiret magis, quam si sui non essent; idque in ceteris ejusmodi humanis affectibus. Neque vero hoc ex stupore aliquo aut naturæ tarditate proveniebat, quæ erat in eo solers & prompta, si in ullo alio, & certè supra captum illius ætatis; sed, ut certò constabat omnibus, qui illum perspectum habebant, quin imo ut ipsemet fatebatur, ex diuturno orationis usu; quo effecerat, ut alteram quasi naturam indueret; ita ut tota ejus delecta-

deliciis cælestibus compensata;

A. HIER. PLATO. EX MS.

tio, quemadmodum ipſemet dicebat, conſiſteret in interiori collectione, & actuali unione cum Deo, de quo ipſo aliqua etiam inferius attingemus.

uſus mortificationis aſſiduus;

40 Vigebat etiam in illo perpetuum deſiderium, idque ferventiſſimum, mortificandi & caſtigandi corporis ſui; quod ſine dubio, niſi obedientiæ frenum acceſſiſſet, miris modis vexaſſet & afflixiſſet. Itaque initio quotidie pene petebat à Superiore ſuo cilicium, verberationes, jejunia panis & aquæ, & alia ejuſmodi; verùm ab illo ſemel de hoc acriter admonitus, quod ſpiritum adhuc proprium aleret, nec obedientiæ in his rebus, ut par erat, acquieſceret; deſtitit ab eo tempore à tam importunis poſtulationibus; ſemper tamen retinuit propenſionem quamdam ad hæc omnia vehementiſſimam: quin mihi aliquando aperuit, ſe nihil aliud dolere, quam quod non ſibi tantum in iſtis rebus liceret, quantum cuperet: quamquam ut aqua, vi cohibita, fundit ſe tamen per quaſvis rimulas; ſic ejus fervor vix cohiberi poterat, quin, intra obedientiæ quidem limites, ſemper aliquam mortificationis & pœnitentiæ materiam inveniret: cujus rei rationem reddebat, quod valde vereretur, ne natura ſenſim ſine ſenſu ad ſe ipſam paulatim relaberetur; & per deſuetudinem patiendi, perderet facile habitum per tot annos ab ſe acquiſitum. Atque hoc ſtudium licet eſſet in illo continuum, tamen quibuſdam temporibus magis inardeſcebat; ac ſæpe quædam ignita deſideria patiendi aſpera quæque, ſive ſupplicia, ſive probra, immittebat ei Dominus in oratione; cujuſmodi fuit, raptari equo per urbem, vel incedere ſine veſte ad ludibrium, & alia ſimilia; quæ jam non amplius petendi gratia Superioribus exponebat, ſciens ſe fruſtra in iis petendis laborare. Similem porro fervorem præſtitit etiam non ſemel in hoſpitalibus; ubi cùm initio majorem quemdam in modum nauſearet in purulentis linteaminibus; ulceroſorum lectos avide invadebat, ut ſe ipſum vinceret, eoſque majori cum feſtinatione Fratribus præripiebat; ac de cetero ægrotis tanta alacritate ſerviebat, ut jucundum etiam eſſet, eam videre, ex ejus oculis & vultu inſigniter emicantem.

B

dominium in affectiones animi;

41 Jam quod ad paſſiones attinet, vix certè credidiſſem, niſi egomet ab ipſo de ſe ipſo audiviſſem, eas ſe tam parùm moleſtas ſentire, ut nullos earum vel primos motus pateretur; non modo in rebus gravioribus, ſed ne in leviſſimis quidem ac quotidianis; cujuſmodi eſt iracundia, vel impatientia aliqua; quas in ſe numquam cadere, imo ut dixi, ne earum quidem initia, quidquid audiret, vel quidquid ei contingeret, affirmabat. Quod certè non poteſt non eſſe mirandum, in tali ſcilicet ætate, cum maximè ſanguis fervere ſolet; addo etiam in tali naturâ, quæ ſanguine abundet, ita edomitos, aut potiùs evulſos habere omnes animi motus; idque non aliam certè ob cauſam, quam ex conjunctione cum Deo; ut jam ipſe non viveret, ſed Chriſtus in eo. Quamquam hæc virtus (quod etiam eam majorem ac laudabiliorem facit) non erat in eo recens, ſed longo jam uſu atque habitu comparata ac roborata. Narrabat enim ipſemet, quod nunc ejuſmodi motuum expers eſſet, id potiùs eorum virtuti, quibuſcum vivebat, quam ſuæ tribuendum eſſe, qui nullam ei materiam perturbationis accidere ſinebant. Verùm cum adhuc olim puer, utpote complexionis ſanguineæ, quibuſdam iracundiæ ſtimulis ſubinde pungeretur; non quidem ejuſmodi ut foras erumperet, ſed tamen ut moleſta eſſet; reputaſſe ſecum, quàm

C

turpe atque indignum homine eſſet iraſci; quod tunc maximè adverteretur, cum ad ſe quiſque rediſſet; cum ſcilicet videat, ſe toto eo tempore ſui dominum non fuiſſe (addo hanc ipſam ratiocinationem, ut appareat, quantum jam in teneris annis ineſſet judicii ac conſilii) ſe igitur hac de cauſa ſtatuiſſe tam horrendo vitio reſiſtere; idque Dei ope ſatis cito perfeciſſe, ac deinde reliquum omne tempus, etiam in ſeculo, ſine ulla perturbatione tranſegiſſe.

D

æquanimitas in caſibus ſubitaneis;

42 Nec obſcurum fuit hujus poſtea in Societate indicium, quod in patris ſui obitu dedit; quem nuntium accepit etiam arridenti vultu, & omnino quaſi nihil ad ſe is caſus attineret: ac cum litteras eodem die ad matrem, Superiorum juſſu, conſolatorias ſcriberet, ipſo ſtatim initio profeſsus eſt, ſe gratias Deo agere, propterea quod liberiùs jam dicere ſibi liceret; Pater noſter, qui es in cælis. Quod cum per ſe admirationi fuit omnibus, tum maximè mihi, cui ille indicavit amorem & obſervantiam quamdam præcipuam, qua ſemper parentem ſuum coluerat; ut cum à Deo & Superioribus diſceſſiſſet, nihil carius haberet; nec dubitaret dicere, ſi per ſe ejus obitus æſtimandus ſibi fuerit, multis partibus amplius doliturum. fuiſſe, quam cum ſeculi commoda & delicias reliquit. Verùm quam ille omnem carnem ac ſanguinem & memoriâ & amore exuiſſet, hoc etiam oſtendit; quod interrogatus aliquando, quot haberet in ſeculo fratres; reſpondere non potuit niſi poſt aliquantam moram, ſingulis tacitè recenſitis, numeroque ſupputato. Quod quidem cum ab adſtantibus cum ædificatione notatum eſſet, memini, eum ob hanc ipſam cauſam aliquo ſcrupulo laceſſitum fuiſſe, propterea quod videretur ſibi ejus ſuæ laudis cauſam ipſe dediſſe. Atque hujuſmodi quidem exempla in omni virtutum genere quotidiana erant; ſed neque nos omnia novimus, nec quæ novimus, omnia libet referre.

E

ſtudium paupertatis;

43 Porro paupertatis ita ſtudioſus fuit, ut eâ per ſe delectari videretur, non ſolum tamquam inſtrumento ad alias virtutes acquirendas; etſi hoc non mirum fuit, cum in ipſo ſeculo atque inter ipſas opes ac divitias, eam tantopere exercuerit, ut ſuprà expoſitum eſt, ut ſine dubio & facilius, & perfectius id in Societate conſequi potuerit, quam ille proprium paupertatis locum appellabat. Itaque fatebatur, animum ſuum ſua ſponte abhorrere à quavis re habenda, quæ ſpeciem aliquam proprietatis oſtenderet. Nam Breviarium, quod ſecum ex ſeculo attulerat, ſtatim Superiori detulit; aliudque habere voluit ex domeſticis & communibus; atque in eo ipſo nullas unquam imagines ex charta, quod tamen adeo ordinarium eſt, ejuſdem paupertatis amore. Lætabatur mirum in modum rebus, quæ ad uſum pertinent, vilioribus, & deterioribus; mihique aliquoties cum gaudio narravit, quaſi præcipuum Dei privilegium, quoties pluribus aliqua diſpertienda eſſent, obſervaſſe ſe, ſemper ſibi pejora contingere; quo ille, ut dixi, tamquam peculiari Dei beneficio magnopere gaudebat; ridebatque Religioſi amentiam, qui cum ſeculi opes ac ſimul etiam ſpes reliquerit, tamen hæreret deinde in rebus minutis, easque tanti æſtimet, ut ſæpe earum causâ in animi perturbationem incidat.

F

44 De caſtitate, illud uno verbo dici veriſſimè poteſt, ſi quo umquam in alio, fuiſſe in eo qualem Conſtitutiones noſtræ requirunt, pene Angelicam.

A gelicam. Nam & corpus ipſum omnis penitus motûs expers ſemper fuit; & anima ita pura, ut ne ullam quidem vel primam impreſſionem aut imaginis alicujus indecentioris tenuem objectum pateretur. Quod ille cum aliàs mihi aperuit, tum aliquando cum ſermo nobis eſſet de magno quodam Dei ſervo adhuc vivente, qui hujuſmodi tentationum genere crebro fatigatus, perpetuam tamen virginitatem ſervaverat; tum enim ille confeſſus eſt, alio ſe longè modo à Domino tractari; ſiquidem penitus ignorarèt, quid eſſent, & cujuſmodi eſſent, omnes ejus generis tentationes. Atque hoc, etſi omnes vident, quam ſit rarum & admirandum in hac carnis corruptione; qui tamen illum norit, minimè in illo mirabitur; quippe qui jam inde ab ipſa infantia nullam umquam ad animam admiſerit cogitationem, nullum ad aures ſermonem, nullum ad oculos aſpectum, qui ejus puritatem laceſſere poſſit. Cui etiam accedit altera cauſa, tanta cum Deo unio, ut nihil ſapiat, nihil ſentiat, quod non ſit Dei; atque ideo non ſolum hi, ſed ne alii quidem frequentiores & communiores naturæ motus in eo locum habeant: de quo ipſo uberius poſtea loquemur.

caſtitas, Angelicæ par;

B 45 Verum inter dona, à Deo illi tributa, vel præcipua videtur fuiſſe vera quædam atque intima humilitas. Primum enim hoc omnes in eo cum magna ædificatione notarunt, quod cum ita natus eſſet, ita etiam educatus, nullum tamen umquam ab eo vel factum vel dictum extitit, quo à quopiam vulgari & maxime ignobili homine differret. Itaque ita ſe in profeſſione quadam vilitatis & abjectionis ab ipſo initio poſuerat, ut vix hoc jam ullus in eo magis quam in ullo alio adverteret. Imo vero tædebat etiam ipſum ſanguinis ſui; atque ob eam cauſam non dici poteſt, quantum abhorreret ab omnibus ſingularibus rebus, quas ſcilicet ob eam cauſam ſibi ſuſpicabatur impendi, cujuſmodi erant veſtes interdum commodiores: & inter cetera fuit etiam pileus clericalis, quem cum in Societatem intuliſſet, non ante deſtitit Superiori inſtare, quoad poteſtas facta eſt ejus deponendi, & alterius, qualis à Novitiis geſtari ſolet, aſſumendi. Interrogatus etiam à me, an vitæ mutationem tantam tamque repentinam ſenſiſſet, ut in menſa, lecto, cubiculo; reſpondit, Nullam; non magis, quam ſi ſemper ita vixiſſet. In ſermone vero fugiebat omnem commemorationem earum rerum, quæ ad familiæ ſuæ ſplendorem pertinebant. Unde à Patre quodam interrogatus, ex quibuſnam pueris regiis in Hiſpania eſſet, cum ſint duo eorum genera; reſpondit, quod res erat, Ex honorariis: ex quo ſtatim incredibili ſcrupulo angi cœpit, ita ut omnes, qui aderant, ex vultus rubore, & aliis indiciis facile perſenſerint. Porrò in vilibus miniſteriis, ut verrendi, abſtergendi lucernas, & reliquis, nulla umquam, vel in ipſo initio, ei fuit repugnantia; acſi ejuſmodi actionibus atque operibus, jam diu antea aſſueviſſet: imo vero dicebat, ſe maximam quamdam ex iis percipere ſuavitatem; eamque nullo ſtudio vel reflexione adhibita, ſed ſua ſponte & tamquam naturalem. Itaque in ejuſmodi rebus princeps ſemper erat; nec ulla alia in re Superioribus ſuis moleſtus erat, quam in iis ardenter & crebro petendis: nec erat ulla res, in qua libentius ejus deſiderio obſequerentur Superiores, ut eum ab aſſidua mentis occupatione diſtraherent; quo fiebat, ut fere ſemper in iis verſaretur.

humilitas, ubique relucens,

C 46 Mandatum eſt ei aliquando munus inſtruendi menſas, additusque ſocius de induſtria, atque ei injunctum, ut Aloyſium crebris reprehenſionibus atque objurgationibus probaret; utque in ſummâ ei eſſe in omnibus difficilem & auſterum præberet. Quod cum ille diligenter atque exactè faceret, nullam tamen ab Aloyſio vocem ad ſe excuſandum, vel ad rationem alicujus facti reddendam, elicere umquam potuit; ut ipſemet tantam humilitatem ac patientiam, quam oculis videbat, ſatis credere & mirari non poſſet. Quin etiam cum eodem tempore legiſſet in menſa, atque ex proximo ſtrepitu non ſatis auditus eſſet, ille hanc reprehenſionis occaſionem nactus, Aloyſium increpavit, quod ejus culpa Fratres eo die lectionem perdidiſſent. Quod cum inculcare & ſeverius exaggerare pergeret, tum Aloyſius, dolens quidem, ut decebat, errorem ſuum, ſed ex altera parte lætus, quod objurgaretur, atque in riſum pene ſolutus (quod quidem ei antea numquam ob rem ullam acciderat) promiſit in poſterum emendationem; ſtatimque ad Fratris illius damnum ſpirituale reſarciendum, referre ei prolixè cœpit quæcumque in menſa legerat.

studioſe probata,

47 Quod vero attinet ad honoris mortificationem, in hoc ſe ſtatu eſſe affirmabat, ut non modo domeſtica ſed etiam externa quævis, quemadmodum mendicare per urbem, aut veſtes laceras geſtare, aliaque ejuſmodi prorſus pro nihilo duceret; iiſque omnino non moveretur. Nam propter Chriſti Domini imitationem, & meritum, ac præmium æternum, ita etiam diſſerebat; Si non cognoſceretur quis eſſet, parum ſibi refert hominum judicium; ſi cognoſceretur, nihil ſe perdere in eorum opinione, quin potiùs aliquid acquirere. Unicum tamen certamen, præſertim adhuc in Societate recens, perpeſſus eſt, nempe interioris complacentiæ de rebus bonis: ſed hæc erat, ut ipſemet narrabat, valde levis & rara; in qua tantam præſtitit diligentiam ac vigilantiam, ut diceret, non eſſe ſibi conſcium, ſe vel ſemel aſſenſum eſſe. Ac cum eam ad Superiorem detuliſſet, monitus ab eo, ne ſolicitus eſſet, nec planè curaret; ita fecit, pauloque poſt omnes illæ cogitationes evanuerunt. Et tamen ipſe, quo ſecurior eſſet ab ea parte, per menſes aliquot ſuas omnes de Chriſti vita ac paſſione meditationes ad id unum referre aggreſſus eſt, ut quam ſolidiſſimum humilitatis propriique contemptus ſpiritum ab illius exemplo hauriret; quod & perfecit, magnamque in toto hoc genere pacem ac quietem Dei beneficio conſecutus eſt. Ac cum hoc ita eſſet, ipſe nihilominus ſibi cavebat tamquam in bello; & aſſiduo examine omnes ſuas cogitationes huc ſpectantes quam diligentiſſime expendebat; timens ne quam in ſua natura (in qua neſcio quam ad hoc propenſionem ille quidem agnoviſſe ſe putabat) per ſuam aliquam incuriam, huic vitio aditum relinqueret.

cum ſui contemptu,

48 Addebat etiam illud, ſi quid omnino eſſet, quod mortificationis ſenſum aliquem ſibi afferret, eſſe reprehenſiones publicas; non quidem propter aliorum de ſe opinionem, quam mirificè contemnere ac ridere ſolebat, quaſi umbram ac rem nihili; ſed ob eam ipſam, quam diximus, cauſam, quod ipſiuſmet oculis propria errata per ſe diſplicerent. Ac cum hunc in reprehenſionibus ſenſum haberet, eas tamen, plus quam alia omnia mortificationum genera, ardenter expetebat; quod diceret, ſe earum utilitatem ac fructum experiri. Quo autem modo eas acciperet ipſe

etiam in publicis reprehenſionibus,

A. HIER. PLATO. EX MS. ipſe indicavit, narrans mihi, in ſuâ, ſi vellet, eſſe manu, cum maximè objurgaretur, cogitationem ab ea re avertere, & in aliam quampiam rem ita defigere, ut ne audiret quidem, quod ſibi diceretur: ſe enim ita obſequentem habere phantaſiæ vim, ut nullo negotio, quo ipſe vellet, ſequatur; & ubi velit, eam applicet; verùm ſe ab hoc abſtinere, ne fraudaret, ut ipſe aiebat, obedientiam; neque ſolum ut intelligeret, quidquid in ſe vitii ineſſet, ſed etiam ut illius mortificationis ſenſum non effugeret, tum propter meriti augmentum, tum etiam quia ſic Superiorem velle intelligebat. Inter ipſam verò reprehenſionem excitabat ſe ipſum ad gaudium, eo quod aliquid pateretur, quo aliquam Chriſti Domini ſimilitudinem aſſequeretur; quod ipſum etiam dicebat præbuiſſe ſibi ſæpè thema longioris meditationis, in qua mirabili dulcedine frueretur, dum cogitaret hanc cum Chriſto conformitatem per ignominiam aliquam. Ac Deus ipſe, qui in ejus anima erat, partim interdum materiam lucri dabat; partim etiam ſpeciali quodam modo eum diſponebat ad lucrum quam maximum faciendum.

B 49 Nam quodam die, cum ego ipſe mandaſſem, ut quidam ejus defectus, non qui ad culpam, ſed qui ad urbanitatem quamdam in menſa ſervandam, pertinerent, in recreatione dicerentur, illo *& voluptate animi.* ipſo tempore dum pranderet; elevavit Dominus ejus mentem ad conſiderationem opprobriorum Chriſti, & vehemens deſiderium ejus aliquo modo imitandi; ita ut cum paulo poſt de iis admoneretur, etſi ex ſuo genere ejuſmodi erant, quæ majorem quam multa alia mortificationem inferre poſſent; tamen ipſe poſtea mihi faſſus ſit, ſe omnium minimam ſenſiſſe; quia jam ſcilicet recenti illa cogitatione præmunitus fuerat. Atque huc etiam pertinere videtur alacritas, qua pœnitentias injunctas exequebatur; idque nulla propria non modo culpa, ſed neque negligentia, quæ ipſa certè in eum vel numquam vel rariſſime cadebat. In quo etiam contigit, ut vel alieni defectûs, per errorem in ipſum tranſlati, pœnam ſilentio ſuſtineret; quod poſtea reſcitum eſt, auctore ſe ipſum, propter humilitatis æmulationem, ultro prodente; vel aliqua re unius Superioris juſſu factâ, ab altero C Superiore id ignorante reprehenſus, atque etiam multatus ſit, ipſo ſcilicet tacente, & nullum verbum in ſuam excuſationem proferente.

CAPUT V.

Virtutes aliæ, & indicia ſanctitatis.

50 NEc minus præcipua fuit in illo obedientiæ virtus: quippe cum mihi ipſe dixe- *Obedientia perfecta,* rit, nulla ſe umquam plane in re, quod quidem ſciret, Superiorum voluntatem tranſgreſſum eſſe. Quærenti autem, quam potiſſimum rationem in obediendo ſequeretur; reſpondit eam, ut non Superioris hominis, ſed Chriſti jubentis vocem eſſe putaret: addebat autem hoc ſe facere, non tantum ob majus meritum, quod in tali obediendi modo ineſſe ſciebat; ſed etiam quia neſcio quam dulcedinem ſentiebat ex hoc ipſo, quod cogitaret ſibi Chriſtum loqui, ſeque habere in quo Chriſto ſerviat. Hanc vero obedientiam, non ſolum Rectori, aut ejuſmodi Superioribus majoribus; ſed immediatis quoque præſtabat, & plane omnibus, quibus ulla in ſe quocumque modo cura aut poteſtas mandata eſſet. Imo ajebat, ſe majori cum delectatione obedire ſubordinatis, atque adeo infimis Superioribus, quam ſupremis; D idque non tam humilitatis, quam ſuperbiæ cujuſdam cauſa (ſic enim ipſe ajebat) ſiquidem, ſi humana ratione æſtimanda res eſſet, fore ut cum aliqua difficultate homo ſe homini ſubdat, præſertim ſi contingat inferiorem eſſe, vel ſanguine, vel externis donis; verum Deo ſubdi, aut quod perinde eſt, Dei amore hominibus ſubdi, non modo nullam eſſe notam, ſed ſummam gloriam: hoc autem multo clarius elucere quo minus humani intermiſceatur. Quare, ut alia multa ſileam, cum eſſet aliquando in Domo Profeſſa, Fratri ipſi Novitio, cui neſcio quid curæ ad domeſtica officia dirigenda committitur, tantam non ſolum obſervantiam, ſed etiam reverentiam præſtabat, ut vix majorem poſſet ipſi P. Generali, ſi affuiſſet. Aſſurgebat advenienti, caput aperiebat, omnem vel in loquendo vel in eundo deferebat honorem; donec Superior, re ab illo met Fratre, qui hæc moleſtè ferebat, cognitâ, eum monuit, ut ſibi in hac parte temperaret.

51 Fuit autem in hac obedientiæ virtute adeo *etiam voluntatis,* abſolutus, & proprias omnes voluntates ita perfectè abnegatas habuit, ut ipſemet mihi dixerit, E non ſolum non eſſe ſibi conſcium, ut ſupra diximus, quod umquam contra ullam regulam, vel ullam Superiorum ordinationem feciſſet; ſed etiam quod umquam habuiſſet voluntatem aut inclinationem contrariam; imo nec motum primum, niſi fortaſſe cum à ſuis devotionibus, ad quas ita propenſus erat, avocabatur; in quo tamen ipſo vel nullum motum ſentiebat, vel ſi aliquando, quod erat rariſſimè, ſentiebat, incredibili celeritate & diligentia eum comprimebat. Et omnino quo ſe modo in hoc ipſo genere gereret, declaravit illud, quod aliquando, cùm unà cum aliis Novitiis longiuſculum tempus in pannis lineis plicandis poſuiſſet, liceretque ei, quod alii plerique faciebant, licentia petita diſcedere; inceſſit eum cupiditas abeundi ad legendum S. Bernardum, quod eo die, ut ſemper conſueverat, nondum fecerat. Quod ille ut ſenſit, ſtatim ſibi ipſi reſpondit; ſi eum legeres, quid aliud te doceret, quam ut obedires? Cogita igitur te jam legiſſe, & fac, quod ille docet: ſicque deſiderium illud facilè abiit. Quo autem animo Superiorum monita acciperet, F illud indicavit, quod ego ipſe vidi. Nam cum aliquando illum de quadam incogitantia, in quam ille nonnumquam ob ſenſuum abſtractionem incidebat, diligentius arguerem; ita commotus eſt, ut addita præſertim neſcio qua capitis imbecillitate, qua pridie laboraverat, in deliquium animi ſtatim inciderit: vixque ad ſe reverſus, & in ſede proxima collocatus erat; cum proſtravit ſe in genua, & obortis lacrymis veniam illorum, de quibus reprehenſus fuerat, petere inſtitit tanta contentione, ut non facile terrâ ſublevare potuerim.

52 Porro illud quoque commemorare ſolebat, *divinis muneribus cumulata;* ſe in obedientiæ mandatis mirabiles quaſdam Dei providentias experiri ſolere, dum ipſe ſe totum in Deum projiceret, Deus autem peculiarem ei curam etiam in rebus minimis præſtaret. Cujus rei, quia minutis & quotidianis rebus conſtat, unum tantum exemplum referam. Quadam die manè meditatus erat Dominicæ Paſſionis ſtationes, ex quo illum vehemens invaſerat devotio viſendi Stationes Romanas, nempe ſeptem Eccleſias. Verum cum ei deliberatum ac fixum eſſet nihil ejuſmodi rerum à Superioribus petere, quod ſemper ſervavit; ecce præter conſuetudinem,

præter

A præter omnem opinionem, ea ipſa hora Superior vocari eum jubet, jubet ire ad ſeptem Eccleſias; quod illi duplo gratius fuit, tam aperta ſignificatione divinæ erga ſe providentiæ, etiam in re tantula. Atque alia ejuſmodi multa ei contigerunt. Ad hanc verò obedientiam pertinet etiam Regularum obſervantia, in qua fermè nimius ſemper fuit, ſi in hac virtute nimium eſſe poteſt. Certe ita exactè, integre, ac rigide omnia obſervabat, ac ſi magnum alioqui piaculum ſe commiſsurum videret; quod cum aliàs ſemper ita præſtitit, ut jam apud omnes vulgatum id eſset, cum magna omnium ædificatione; tum aliquando prodiens ad ambulandum cum Sacerdote. Cum enim audiſset, etiam data prodeundi licentia, non continuo ſequi licentiam colloquendi; ille ſtatim ac pedem è janua extulit, libello quem ſecum de induſtria afferebat prolato, in ejus lectione, nullo ſocii reſpectu, uſque ad reditum in domum ſeſe continuit. Porro ſimilia plurima quotidie in eo obſervabantur.

Tranquillitas,

53 Ex his omnibus facile conſtare poſset, qua puritate prædita eſset anima illa, quæ ejuſmodi virtutibus ornaretur, & ejuſmodi ſtudiis teneretur. Ipſe quidem mihi expoſuit, bis ſe tantum toto hoc tempore, quamdam inimici impugnationem eſse expertum. Semel cum peractâ primâ probatione cum aliis convivere cœpiſset: aiebat enim, ſe per quatuor aut quinque dies, neſcio qua animi deſolatione laboraſse; non quidem ita ut inquietus eſset, aut in malum quodpiam incitaretur, ſed quia gaudio illo ſpirituali conſueto orbus erat. Quod cum ita eſset, tamen cum ad orationem confugiebat, totus relevabatur; poſtea vero, moleſtiâ etiam illâ penitus effugatâ, divinas illuſtrationes & conſolationes recepit. Alterum tempus fuit per dimidiam fermè horam, cum ei cogitatio quædam futuri ſuggereretur, quid porro de eo factura eſset Societas: quam ille cum ſubito cognoviſset fraudem eſse dæmonis, obfirmato ſemper animo repulit, ac ne ad primum quidem aditum admittere voluit; quare paulo etiam poſt penitus abſceſſit. Hinc exiſtebat perpetua quædam pax & ſerenitatis tranquillitas in ejus corde; quippè quam nullæ paſſionum nebulæ obumbrarent, nulli alienarum voluntatum motus perturbarent: quæ quidem etſi pene jam ei facta erat naturalis, dicebat tamen ipſe, multam ab ſe diligentiam ac ſtudium adhiberi, ut eam integram & intactam conſervaret, expellendis ſtatim omnibus deſideriis, non ſolum indifferentibus, ſed etiam bonis, quæ deinde aliquo modo cor inquietum reddere poſſent. Ut cum aliquando ſpes ei facta eſſet ab ipſo immediato Superiore, impetrandi à P. Generali integram orationis horam; ut animadvertit ſe in eam ſpem nimis incumbere, ita ut periculum eſſet alicujus fortaſſe perturbationis, ſi deinde negaretur; eam ſtatim animo ejecit, ſeque ad ſuam æqualitatem & indifferentiam retulit.

B

C

& candor animi:

54 Quis autem eſſet ejus candor & integritas, declarat ejus ipſius ſcrupulus, quem aliquando ad me cum quadam cura detulit. Is autem erat, quod in examinanda conſcientia ſua, quantumvis ſtudii ac conatus adhiberet, tamen vix umquam aliquid inveniebat, quod vel veniale peccatum eſset. Erat autem anxius ob eam cauſam, quia multa audierat, & ipſe legerat de tenebris ſpiritualibus, & de periculo animæ ſeipſam ignorantis, in quo ſtatu formidabat, ne fortaſſe ipſe neſciens verſaretur. Denique illud etiam mihi fidem fecit, quod poſt ſex menſes cum ſeſe compararet ad Confeſſionem generalem, idque totis viribus ſuis, perinde atque ad rem præcipuam & maximam; tamen omnibus ſupputatis tria mihi recenſuit, quæ habebat in ea Confeſſione dicenda, in quibus ſibi peccaſse videbatur: quæ quidem omnia ejuſmodi erant, ut nullam prorſus peccati labem, quin imo certum etiam meritum continerent. Atque illa erat totius ſemeſtris Confeſſionis materia. Porro vix credibilis erat diligentia, qua omnes animi ſui motus perpendebat; & quidem, cum apud ſe ſtatuerat aliquid quod commiſiſsèt peccatum eſse, non erat plus nimio ſolicitus: ſtatim enim humiliabat ſe coram Deo, petebatque ab ejus bonitate veniam; proponebat etiam, ſe de eo confeſsurum, nec de cetero ſe vehementius torquebat. In confeſſionibus etiam ipſis clarus erat, apertus & brevis; ut qui in magno lumine verſaretur, nec ibi trepidaret, ubi non erat timor. A. HIER. PLATO. EX MS.

ſine anxietate

55 Et certe apud eos, qui ejus conſcientiam tractabant, conſtabat eum minimè naturâ vel etiam more ſcrupuloſum; verum ejus cura ac ſolicitudo, quod ad partem hanc attinet, verſabatur in examinandis cogitationum ſuarum ſenſibus ac initiis, quæ magis latent, & in quibus aliquid vitioſi ac diſtorti occultari poteſt. Hoc igitur eum aliquando mordebat, & occupatum tenebat, donec eluceſceret ei veritas. Cujus rei inter multa exempla unum referemus. Cum aliquando data ei eſſet veſtis nova, ita molestè eam accepit, eoque vultus rubore, ut omnes, qui aderant facile adverterent. Hoc cum ipſe poſtea Superiori narraret, monitus ab illo, poſſe id quoque ex amore proprio proficiſci; nimirum laborante pro retinendo bono nomine mortificationis & virtutis. Id verbum magnam illi meditandi & inquirendi materiam dedit, dùm omnes animi ſui ſenſus ſingillatim recognoſcit, ut quaſi fundo cordis ſui perſpecto videret, num qua re Deum Dominum offendiſſet. Atque ut in hac re, ita in aliis ſimilibus contigit, eum integro die aut biduo verſari ita defixum, ut in ipſa recreatione multo magis iis attentus eſſet, quam ipſi recreationi; ac prout in corde cogitationes alternarent, ſic etiam in vultu ipſo lætitiæ, vel triſtitiæ ſigna ab adſtantibus notarentur. Quæ quidem, quia ab illo per quemdam exceſſum ſine dubio agebantur, ejus Superiores diligenter eum monitionibus ac præceptis inſtruebant, quatenus non progredi, & in quo temperari oporteret: & ille ita eorum dictis audiens erat, ut ad unum vel eorum nutum, omnem illico ſcrupulum ac dubitationem poneret.

aut ſcrupulis:

D E F

56 Porro de dono orationis difficile ſane eſt dicere, vel etiam credere, & quantum à Deo ei tributum eſſet, & quam ipſe in eo exercendo diligens eſſet & fervens. Inprimis enim egomet ex ejus ore accepi, nullas eum planè umquam habere ſolitum mentis evagationes: quin etiam hoc diſerte addidit, ſi omnes totius ſemeſtris diſtractiones in unum ponantur, vix confecturas ſpatium ſalutationis Angelicæ. Quos autem in ea ſenſus animique commotiones haberet, illud declarat; quod dicebat ſibi perſæpè contigiſſe, ut cum abſoluta oratione ſurgere è genibus vellet, vix ſe, iterum ac tertio nitendo, erigere poſſet; idque ob eam cauſam, quia ex illa animi intenſione inferiores partes ſpiritibus, qui ad ſuperiora concurrentes exhauſti erant, deſertæ, debilitarentur. Item illud, quod ſæpiſſimè poſt orationem, per aliquantum tempus, plane neſciret ubi eſſet, nec locum agnoſceret ubi manebat.

oratio mentalis,

A. HIER. PLATO. EX MS. manebat. Hoc autem dicebat contingere ſibi maximè, cum Dei attributa cogitaret, ut bonitatem, providentiam, amorem in genus humanum, ac præſertim eorum infinitatem; in quam cum mentem defigeret, multo ſe magis dicebat abſtrahi à ſenſibus.

& vocalis 57 In vocali autem oratione narrabat ſe paulo majorem interdum ſentire difficultatem, non quidem ita ut in hac etiam aberraret animo ab iis, quæ ore proferebat; ſed quia non ita facile ac commodè in ea penetrare poſſet [verborum ſenſum]: quare accidere ſibi in ea re, ut illi, qui ad oſtium clauſum aut pene clauſum permaneat, cui nec ingredi licet, nec tamen aliò diſcedit. Quod, ut diximus, interdum erat; nam alioquin ut plurimum, in hoc quoque orationis genere, & præſertim in Pſalmis recitandis (his enim præcipuè delectabatur) magnam ſe percipere affirmabat ſpiritus dulcedinem; animamque ſuam in varios illos affectus, quibus ſubinde ii aſperſi ſunt, transformari: quos etiam affectus tam vehementes ſæpe fuiſſe narrabat, ut verba ipſa ægrè, & vix conatu adhibito proferre poſſet; ex quo fiebat, ut ſæpiſſimè ad Matutinum recitandum vix integra hora ſufficeret. Inter ea porro, ad quæ maxime afficiebatur, & quibus maxime ejus cor commovebatur, primum erat memoria Paſſionis Domini; quam præter alia tempora potiſſimùm renovabat in meridie, recitando brevem quamdam Antiphonam, & proponendo ſibi ante oculos Dominum in cruce fixum; idque ſemper tanto cum ſenſu (quod ſine dubio peculiare fuit donum) ut, ſicut ipſe mihi narravit, modico illo ſpatio ita ſe ejus animus colligeret, ut fieri ſolet in feria ſexta hebdomadæ ſanctæ: unde dicebat, ſacrum illud tempus quotidie hora illa in animo ſuo repræſentari.

B

cum memoria Chriſti patientis,

58 Alterum erat devotio erga venerabile Sacramentum, in quo mirabiles guſtus percipiebat; nec mirum, pro ejus puritate, & inſuper accuratiſſima præparatione, qua ſe diſponebat: ſiquidem præter alias devotiones, totam hebdomadam diſtribuebat commemorandis per ſingulos dies ſingulis ſanctiſſimæ Trinitatis Perſonis, ita ut primis diebus gratias iis ageret pro recepta, reliquis gratiam peteret pro bene recipienda Euchariſtia. Pridie etiam quam communicaret, ejus ſermones in recreatione toti erant de hoc myſterio; idque tanto fervore, ut quidam Sacerdos, cum quo illi

& in Euchariſtia latitantis

C ſæpius contigerat tali tempore ſermonem habere, teſtatus ſit, numquam ſe devotius celebrare ſolitum quam die Dominico. Denique tota ejus vita vere, ac ſine ulla dubitatione, dici poterat perpetua oratio. Nam ex longo uſu orandi, & abſtrahendi ſe à rebus ſenſibilibus, ejuſmodi habitum contraxerat, ut quidquid ageret, aut ubicumque eſſet, magis attentus eſſet ad interiora quam ad exteriora; imo ipſis ſenſibus vix uteretur, ut oculis ad videndum, auribus ad audiendum. Atque hunc animæ ſtatum jam ſibi connaturalem fecerat, ita ut in eo uno conquieſceret & delectaretur: ſi vero aliquam ob cauſam, etiam utilem, ab hoc impediretur; exequebatur ille quidem, verum cum interiori moleſtia, perinde ac membrum luxatum, ſuoque emotum loco. Itaque nihil illi facilius fuiſſet, quam totos dies orare, & cum Deo eſſe; idque in ipſis etiam actionibus; in quibus ita facilè, ut diximus, attentionem ſuam retinebat, ut potius difficile ei eſſet eam remittere. Ita enim ipſe non ſemel mihi confeſſus eſt; quantum ii, qui diſtractionibus fatigentur, laborant, ut inveniant & colligant cor ſuum; tantum ſe laborare in eo diſtrahendo; ac proinde dicebat, omni illo tempore, quo ſe à Deo abſtrahere conaretur, eſſe ſtatum ſibi violentum: quippe cum ſemper ſecum ipſe luctari cogeretur; atque omnino majorem ex eo redundare moleſtiam in ipſum corpus, quam ex ipsâ ſpiritus elevatione in cæleſtia.

ac Dei præſentis:

D

59 Porro, quod facile quiſque exiſtimare poteſt, hinc eveniebat, ut etiam per diem, atque in operationibus ipſis; magnos quoſdam guſtus ſentiret ac dulcedines; eaſque non brevi & raptim, ſed permanentes interdum per horam integram, & ſubinde recurrentes ex variis occaſionibus. Unde contigit aliquando in menſa, ut ex magnitudine divini amoris, tum facies ipſa rubore ſuffunderetur, tum etiam reliquum corpus ſenſibili calore majorem in modum caleſceret; ex quo cibi, & omnia alia terrena nauſeam ei fatidiumque commovebant; quo ille tempore, ut erat à Superiore ſuo edoctus & juſſus, dicebat Domino; Recede à me, Domine; ſeque ad ſerviendum corpori, quoquo modo poterat, convertebat. Aliàs etiam incendebatur ei pectus, ita ut aſſiduâ & importunâ palpitatione ipſa præcordia erumpere velle viderentur. Atque hæc omnia, quod

cui perpetuo unitus,

E mirabilius eſt, fiebant in eo, ipſo neque id agente aut curante, immo nec volente, ac potius contrà nitente: nam ſi ille tantulum allaboraſſet, ſine dubitatione ſemper in illa flamma vixiſſet, atque etiam eam magis ac magis auxiſſet. Sed quia, ut mox dicemus, Superiorum voluntas obſtabat, ille quidem ejuſmodi viſitationes à ſe repellebat, & tamen immittebat ſe illi Deus etiam reſiſtenti, aut aliud agenti: & ſæpe, imo vero ordinariè, inter verrendum aut aliud operandum, quantumcumque ille mentem à divinis abſtrahere, & humanis immergere, ut juſſus erat, conaretur; tamen paulatim non advertens, rurſum in Deum rapiebatur.

deliciis affluebat.

60 Quare inter omnes, qui ejus interiora norant, hoc liquido conſtabat; ſtatum ejus animæ ejuſmodi eſſe, ut tamquam ferrum candens igne, ſic & ejus anima, & potentiæ totæ, eſſent plenæ Deo. Nam & voluntas ita inſeparabiliter ei adhærebat, ut nihil appeteret, & nulla re delectaretur niſi in Deo; & hoc quidem facilitate quaſi naturali, & ea inclinatione, qua quis in ſuam ipſam voluntatem fertur; ex quo proveniebat illa adeo exacta Regularum & Superiorum obſervantia, ſive in magnis ſive in minimis. Intellectus

F vero & memoria etiam ipſa, tota Deo & Divinis rebus immerſa erat, & alia omnia præter Deum faſtidiebat; in iis autem quæ ad Deum pertinebant cogitandis, infatigabilis permanebat, Atque hic ſtatus non erat in illo, ut in quibuſdam Novitiis ad horam conceſſus, per modum tranſeuntis; ſed permanens & fixus, nempe ut habitus, diuturno tempore & actionibus intenſis confirmatus.

Minus in divina intendere juſſus,

61 Porro Superiores cum hæc adverterent, & apertè viderent, non modo ejus complexionem adeo imbecillam, ſed alterius cujuſvis, quatumvis firmam ac valentem, ferre non poſſe tantam contentionem; maximè cum in ipſo etiam caput jam fatiſcere ac debilitari inciperet; ſedulo remedium adhibendum putarunt. Itaque primùm, & ſomnum producere una hora juſſerunt, & dimidium horæ ſpatium in oratione ademerunt; præterea per diem raras orationes jaculatorias, quibus antea frequentiſſimis ac pene continuatis utebatur, conceſſerunt: deinde, cum ne hoc quidem ſatis eſſet, orationem matutinam ad quadrantem redegerunt, ac paulo poſt totam etiam ſuſtulerunt. Præterea

quot-

A quotquot potuere occupationibus eum onerarunt. Nam præter ordinaria aliorum miniſteria, ut ſerviendi, verrendi, & reliqua; juſſus eſt tondendi artem diſcere, eamque quotidie exercebat, juſſus etiam refectorii menſas curare. Quin etiam ei, qui immediate Novitiis præeſt, mandatum eſt, ut numquam eum diutius in loco ſuo conſiſtere permitteret, ſed modo huc, modo illuc captata occaſione de induſtria dimitteret: ſuper omnia autem apud eum ipſum, & jubendo, & docendo, & omni denique ope ac ſtudio egerunt, ut ipſemet in animum induceret temperare ſibi pro majori Dei gloria, ſuamque fortitudinem Domino cuſtodire.

ob imbecillitatem corporis,

62 Nec erat difficile perſuadere illi, quippe qui & ratione facilè ſe duci ſinebat, & obedientiam cum in omnibus aliis rebus, tum in his quoque interioribus quam ſtudioſiſſimè colebat. Verùm, etiamſi maximè vellet & conaretur, tamen ita occupabatur & poſſidebatur à divinis affectibus, ut neſciens ac nolens, ſtatim relaberetur ad illam intimam cum Deo conjunctionem. Dicebat autem ipſe, quod attineret ad actus interiores exercendos, quando id magis in ſua facultate

etiam neſciens ac nolens intendit;

B eſſet, cautionem ſe quam juberetur adhibiturum; ut vero ſenſus externos ad ſua opera applicaret, oculoſque ad videndum, aures ad audiendum, ceteros ad ſuas quemque functiones adhiberet, hoc ſibi multo difficilius fore. Dabat tamen operam, quantum poterat, ſeque ipſe tum ex iis quæ à Patribus audierat, tum quæ in variis auctoribus legerat, ſtudioſè ad hanc moderationem incitabat.

63 Quamquam autem hæc omnia, quæ poſtremò commemoravimus, ille quam maximè occulta ſervaret; tamen quia & hæc ipſa aſſidue multis indiciis erumpebant, & virtutes quas antea expoſuimus, oculis omnium patebant; ideo tanta erat apud omnes domeſticos ejus opinio, ut pro ſancto & perfecto ab omnibus haberetur. Nam ut omittam, quod ejus mater, plurimarum ejus actionum teſtis & conſcia, cum eum nominabat, ſemper ſuum Angelum appellabat; quod adhuc obſervat; ex noſtris nemo erat, qui non eum magnopere ſuſpiceret ac veneraretur. Quidam fuere qui lances, quas ille contigerat, devotè oſcularentur; alii ejus calceos ipſo abſente, alii ejus pileum cum geſtandum accepiſſent,

ab omnibus notis pro ſancto habitus.

C pro reliquia quadam ſe eum geſtare dicebant. Sacerdos etiam quidam non dubitavit affirmare, ſe unâ horâ recreationis cum Aloyſio poſitâ, plus proficere in ſpiritu, quam quaternis & ſenis horis in oratione; & quoties ab eo diſcederet, ſentire inflammatum quoddam deſiderium perfectionis, ita ut ipſemet miraretur; idemque ſibi contingere ſolitum in recitando Officio cum illo, in quo multò majores & crebriores ſolito illuſtrationes ſe recipere aſſerebat. Denique aliqui in eum defixos ſæpe tenebant oculos, ejuſque tum acta, tum dicta, tum geſtus, atque ipſam corporis compoſitionem cum admiratione notabant; eaque erat omnium de illo opinio.

Scribenti hæc Plato præcipue propoſitum fuit, geſta Aloyſii, tum internà, tum externa colligere in exemplum religioſæ juventutis; minus ſolicito de circumſtantiis temporum & locorum; in quas accurate poſtea majori otio indagavit Ceparius. Quamobrem, uti monuimus § 19 *Commentarii noſtri, ſi quid ejuſmodi in Vocatione præmiſſa offenderit Lector (uti num.* 23 *& 24 ponitur Mantuæ & Florentiæ factum, quod Caſtellioni & Caſali adſcribendum erat; & num.* 6 *fit mentio voti Caſtitatis, ab Aloyſio emiſſi, quod ad tempora anteriora & ad habitationem ejus Florentinam referri debebat) illa, & fortaſſe alia, accuratius reducta leget ad ſua quæque tempora & loca in ſequenti Vita Caparii. Quod vero de gradu conſanguinitatis inter Ducem Mantuæ, qui tunc erat Guilielmus, & Ferdinandum patrem Beati noſtri, dicitur num.* 1; *diſcuſſimus* § 2 *Commentarii citati, monſtrantes, utriuſque avos non fuiſſe fratres; ſed Guilielmum prædictum & ipſum Aloyſium habuiſſe eumdem abavum, ipſoſque inter ſe quarto gradu conſanguinitatis contigiſſe.*

AUCTORE C. J.

TESTES EXAMINATI IN PROCESSU ROMANO.

Dictum eſt num. 218 *Commentarii prævii (ubi notari velim, verſu* 6 *perperam impreſſum eſſe,* concinnatâ *pro* continuatâ) *nos unum in locum conjecturos eſſe continuatâ ſerie teſtes omnes, qui depoſuerunt in tribus proceſſibus, Romano, Florentino, & Caſtellionenſi. Id hic præſtamus. Sit igitur ex Romano teſtis primus*

Adm. R. P. Joannes Bapt. Camerota, Presbyter Societatis Jeſu, Profeſſus, Magiſter in Theologia, & Lector ejuſdem Facultatis Neapoli, oriundus Gravinâ, natus Foggiæ, annorum quinquaginta; teſtis inductus & juratus; & ſuper Interrogatoriis, pro parte adm. illuſtris & excellentis D. Joannis Spadæ Promotoris Fidei; & ſuper Articulis pro parte inducentis, examinatus. *Poſtquam autem reſpondit ſuper Articulis ei propoſitis*, ſubdit ex ſe: Ego de cetero vos remitto ad aliud quoddam examen, quod ſubii anno MDCV menſe Decembri Neapoli, ſub adm. R. Domino Curtio Palumbo, Vicario ibidem Generali, cujus examinis partem aliquam retulit P. Ceparius in Vita Beati jam impreſſa, lib. 1 cap. 4. Laus Deo. Ego Joannes Camerota Societatis Jeſu depoſui, ut ſuprà, pro veritate. *Examinatus fuit die* XIII *Aprilis* MDCVIII, *uti refertur in proceſſu, folio* 57.

Examinatian. 1608, *à die* 13 *Aprilis,* E

II Adm. R. P. Bernardinus Roſſignolus, Presbyter Societatis Jeſu; & nunc Præpoſitus Provincialis in Provincia Mediolanenſi ejuſdem Soc. Jeſu; ætatis ſuæ annorum LXI & ultra: teſtis inductus *&c. ferè ut ſupra in primo examine. Examinatus autem fuit die* XXVII *ejuſdem menſis & anni, ut in proceſſu fol.* 64.

& anno 1609 *à die* 18 *Aug.*

III Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Robertus, titulo S. Mariæ in Via, Cardinalis Bellarminus, nuncupatus Archiepiſcopus Capuanus, teſtis inductus & juratus, tacto pectore more Cardinalium. *Omiſſis Interrogatoriis Promotoris Fidei,* ſtante qualitate & dignitate perſonæ, *deventum fuit ad Articulos: de quibus poſtquam multa depoſuit, tandem ſubjungit*: Et verum eſſe declaro, quod P. Cepario teſtificatus ſum in aliqua epiſtola mea; quæ inſerta legitur proceſſui in genere, nec non Vitæ, ab ipſo impreſſæ. *Ita depoſuit anno* MDCIX, *die* XVIII *Auguſti, ut in proceſſu fol.* 72.

F

IV R. P. Aloyſius Valmarana, Presbyter Societatis Jeſu & concionator, patriâ Vicentinus, annorum XL; *examinatus eodem anno (uti & ſequentes omnes) die verò* XIX *Auguſti, fol.* 77. *Fuit Aloyſius iſte ejuſdem fere ætatis, ac noſter; & initio ſuæ depoſitionis dicit*, quod tranſeunte Viennâ in Hiſpaniam Imperatrice Maria Auſtriaca, matre, filia, & uxore Imperatorum; cum Vicentiæ ipſa diverſabatur domi noſtræ cum filio ſuo Maximiliano, eò venit etiam B. Aloyſius: & pater meus

AUCTORE C. J.

meus hodiedum gloriatur, se illa occasione aliquoties cum ipso cubuisse eodem lecto, veluti cum Sancto. Præterea cognovi eum etiam in Societate, quando venit ad Marchionatum suum, eique solus soli ministravi ad mensam in triclinio nostro Brixiæ; & notavi in omnibus actionibus ejus modestiam singularem: & audivi à Patribus nostris tunc dici, quod ad illud usque tempus audiebat inter nostros Sanctus.

V Matthæus Calamita, ejusdem Societatis Laicus, Barensis, annorum XLVIII. *Examen subiit eodem die, fol.* 85.

VI R. P. Petrus Antonius Rodianus, Presbyter Soc. Jesu, à Burgo S. Domnini, annorum XLVI. *Examinatus eodem die fol.* 87.

VII R. P. Stephanus Philippus, Presbyter Soc. Jesu, Romanus, annorum XXXVI. *Examinatus die* XX *Aug. fol.* 92

VIII R. P. Ferdinandus Palia, Presbyter & Professus Soc. Jesu, Sabinus, annorum XL. *Die* XX *Augusti fol.* 96.

IX Joannes Justinianus, Clericus Soc. Jesu annorum XXVIII. *Die* XXI *Aug. fol.* 102.

X Antonius Maria Nazarius, Societatis Jesu,
B unus è Sacristis ecclesiæ S. Mariæ Annuntiatæ in Collegio Romano, Cremonensis, ann. XLIII. *Die eodem, fol.* 107.

XI R. P. Mutius Vitelleschus, Presbyter, Professus, & Assistens Italiæ Soc. Jesu, Magister in sacra Theologia, nobilis Romanus, annorum XLV completorum. *Patrem suum vocat* Alexandrum Vitelleschum, *matrem vero* Gismundam de Rusticis. *Die* XXIV *Aug. fol* 113. *Orditur deinde depositionem suam hoc modo.* Cognovi multo tempore B. Aloysium in Collegio Romano, quando studiis operam dabat, tum Philosophicis, tum Theologicis; eoque usus fui perfamiliariter: adfui etiam quando nuncupavit Deo consueta Societatis nostræ vota castitatis, paupertatis & obedientiæ &c.

XII R. P. Nicolaus Baldellus, Philosophiæ Professor, Presbyter & Professus Soc. Jesu, Cortonensis, ann. XXXVI. *Die* XXVI *Aug. fol.* 124.

XIII R. P. Basilius de Romanis, Presbyter Soc. Jesu, Romanus, annorum L. *Die eodem fol.* 129. *ubi ait*, se cognovisse B. Aloysium in Collegio Romano, dum studiis Theologicis ibi operam navabat; cum eoque illa occasione crebro egisse, ab anno MDLXXXVII, usque ad MDXCI.

C XIV R. P. Guidus de Romanis, Presbyter, Professus & Concionator Soc. Jesu, Aretinus, ann. XLII. *Die* XXVII *Aug. fol.* 133.

XV Perillustris Dominus Horatius Petronius, nobilis Romanus, annor. LI. *Die eodem fol.* 136.

XVI Illustris Dominus Gaspar Pallonus, Romanus, ann. XL. *Die* XXXI *Aug. fol.* 138

XVII Ansanus Naccarinus Societatis Jesu, Senensis, ann. LI; *Sacrista Collegii Romani, quando obiit Aloysius. Die eodem fol.* 140

XVIII Domina Arsilia de Altissimis, filia quondam Laurentii de Altissimis & Nellæ conjugum, de Tibure, ann. XXXVI. *Examinata autem fuit* Romæ in ecclesia S. Benedicti in clausura, *loco idoneo & condecenti pro feminis examinandis, die* I *Septembris, fol.* 146.

XIX D. Camilla, filia quondam Christophori, vulgo dicti del Prete, Sutrinæ & Nepesinæ diœcesis, ann. LVI. *Die eodem. fol.* 151.

XX D. Lucia, filia quondam Dominici Rentii & Antoniæ conjugum, ann. XXXV. *Die eodem, fol.* 153.

XXI D. Julia Cocannaria, filia quondam Silvestri Cocannarii, Tiburtina, ann. XXXI. *Die* D
eodem, fol. 154.

XXII Excellentiss. D. Fabritius Cocannarius, Medicus Physicus, Tiburtinus, Romæ degens, annorum XXX. *Die* II *Septembris fol.* 156.

XXIII R. P. Vincentius Filliucius, Presbyter, Lector casuum, & Professus Soc. Jesu, Senensis, ann. XLIII. *Die* IX *Sept. fol.* 158.

XXIV R. P. Philippus Rinaldus, Presbyter, Rector Collegii Germanici & Professus Soc. Jesu, Florentinus, ann. XLV. *Eodem die, fol.* 166.

XXV D. Joannes Bapt. Philippinus, filius quondam Frederici & Constantiæ del Conte, conjugum, Romanus, ann. XXXII. *Die* XX *Octobris, fol.* 174.

XXVI Excellentiss. D. Dominicus Capitus, Medicus Physicus, de Bassano Sutrinæ diœcesis, filius qu. Lucæ Capiti & Dianæ Minottæ, annorum LIX, *Die* XX. *Octobris, fol.* 178.

XXVII D. Veronica de Curtis, uxor D. Joannis Baptistæ Philippini aurificis, filia Joannis de Curtis, Romana, annorum XXVIII. *Die eodem, fol.* 180.

Hæc cum ego è Processu Romano extraxissem; de E
ejus testibus, & horum examine, à Patre Cepario Procuratore causæ, sic notatum alicubi inveni: Omnes supradicti testes fuerunt examinati coram Judice & in locis, diebus ac horis à Judice deputatis: & prius fuerunt interrogati super singulis Interrgatoriis, à Promotore Fidei datis, quam super Articulis; & in fine examinis omnes se subscripserunt, ut patet revolventi chartas. Solum secundus testis, qui est P. Bernardinus Rosignolus, non fuit examinatus coram Judice, nec in loco consueto; sed coram Notario actuario tantùm, & in Domo professa Societatis Jesu. Et in hoc Procurator causæ dat manus. Sed cum hic testis sit mortuus, & ideo non possit ejus examen reiterari, videant Domini mei, an ejus depositio possit admitti; vel saltem alia depositio ejus, facta apud Ordinarium Venetiis in processu informativo, ad perpetuam rei memoriam fabricato. Videtur tamen recipienda, quia jam antea juraverat coram Judice; & tum commissum fuit Notario nudum ministerium, excipiendi ejus depositionem. *Similia de aliis quoque processibus annotata fuisse à Cepario putandum est.*

TESTES EXAMINATI IN PROCESSU CASTELLIONENSI. F

IN hoc processu fol. 53 *ita legitur:* Die Lunæ, XIV mensis Julii MDCVIII, hora XIX (*hæc extra Italiam censetur esse quinta ante solis occasum*) coram Perillustri & Reverendissimo D. Fausto Pastorio, Archipresbytero ecclesiæ principalis infrascriptæ civitatis, Protonotario Apostolico, Judice delegato &c. & testibus infrascriptis, in domo solitæ habitationis & solitæ audientiæ prædicti Reverendissimi Judicis, sita in civitate Castellionensi à Stiveriis, Marchionatus & dominii Illustrissimi & Excellentissimi, Dei gratia sacri Romani Imperii Principis D. Francisci Gonzagæ Marchionis &c. præsentibus Laurentio de Lizariis & Joanne de Pilottis testibus rogatis &c. præsens & personaliter constitutus Perillustris & Excellentissimus Doctor, D. Joannes Baptista de Bonis, de Castellione à Stiveriis &c. testis productus per admodum R. P. Virgilium Ceparium, Procuratorem præsentis causæ, personaliter citatus *Examinati anno* 1608 *à die* 14 *Julii,*

A tus per Franciſcum Beninum &c. juratus &c. annorum LIX. *Hæc, ſpeciminis loco producta, ſequentibus etiam teſtibus applicari poſſunt, mutatis mutandis. Eſt igitur Teſtis*

I Perilluſtris & Excellentiſſimus Doctor, D. Ioannes Bapt. de Bonis, de Caſtellione, annorum LIX. *Examinatus fuit anno* MDCVIII, *die* XIV *Julii, uti legitur in prædicto proceſſu Caſtellion. fol.* 53.

II Perilluſtris Dominus Clemens Ghizonus Caſtellionenſis, Conſiliarius Statûs & Præfectus domûs Excellentiſſ. Dom. noſtri Franciſci Gonzagę, anno ætatis ſuæ LII. *Examinatus fuit eodem anno* MDCVIII, XV *Julii; fol.* 59; *atque ita orditur depoſitionem ſuam*: Anni XXXV jam ſunt, ex quo continenter verſor in hac excellentiſſima Domo, variis functus miniſteriis. Cœpi autem famulatum meum impendere B. Aloyſio à ſeptimo ætatis ejus anno; & famulatus porro ſemper fui, quo ad mundo valedicens, in Religionem ingreſſus eſt, in omnibus locis, ubi ipſe toto illo tempore vitam egit.

III Perilluſtris & Excellentiſs. Doctor, D. Rudolfus de Petrochinis, de Caſtellione, annorum LXXVII. *Eodem anno, die* XVI *Julii, fol.* 68.

IV D. Jacobus de Beſachis, de Caſtellione,
B Abbas, annorum LXIV. *Eodem anno, uti & ſequentes; die* XVIII *Julii, fol.* 74.

V D. Jacobus de Bellarinis, annorum LX. *Die* XXI *Julii, fol.* 76.

VI Franciſcus Roſatinus Societatis Jeſu, annorum LIII. *Die* VII *Auguſti, fol.* 81.

VII Domina Camilla, uxor Domini Joannis Jacobi de Ferrariis, ann. XLV. *Die* XIX *Aug. fol.* 93.

VIII D. Joannes Jacobus de Ferrariis, ann. LXVI. *Die* XXII *Auguſti, fol.* 97.

IX Domina Laura, filia D. Joannis Jacobi de Ferrariis, ann. XX. *Eodem die, fol.* 99.

X D. Cornelia, uxor quondam Angeli Profettini, ann. LXVIII. *Eodem die, fol.* 101.

XI Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dominus, S. R. Imperii Princeps, Franciſcus Gonzaga, Marchio Mantuæ, Caſtellionis ac Medularum; Dominus arcis Sulpharini, in regno Bohemiæ liber Baro, ſacræ Cæſareæ Majeſtati à conſiliis, Camerarius, & apud Sereniſſimum Catholicum Regem Orator ordinarius, annorum XXXI. *Examinatus fuit anno jam dicto* MDCVIII, *die* I *Septembris, fol.* 103.

C XII R. P. Darius Tamburellus, Soc. Jeſu, Sacerdos, Profeſſus, & Philoſophiæ Lector in Univerſitate Parmenſi, ann. XXXVIII. *Eodem die, f.* 109.

XIII R. P. Gaſpar Alperius, Sacerdos & Profeſſus, & Philoſophiæ Lector ... *Die* XIII *Septembris, fol.* 120.

XIV R.P. Antonius Franciſc. Guelfucius, Soc. Jeſu Sacerdos & Concionator, annorum XLII. *Habitavit cum Aloyſio in Collegio Romano, eique comes fuit in noſocomio, ubi ille morbum ultimum contraxit. Examini ſe ſtitit die* XIX *Sept. fol.* 133.

XV Illuſtriſſima & Reverendiſſima Domina, Cynthia Gonzaga, Prælata Societatis Virginum Jeſu, filia Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini, D. Rudolfi Gonzagæ, S. R. Imperii Principis, Marchionis Caſtellionis *&c. Die* XXII *Octobris, fol* 143.

XVI Illuſtriſsima Domina Gridonia Gonzaga, ejuſdem Societatis Virginum Jeſu, & Soror Cynthiæ prædictæ natu minima, annorum XVI. *Eodem die, fol.* 146.

XVII Illuſtris Domina Seraphina Mancina, Societatis Virginum Jeſu, ex urbe Tibure, annorum XXX & amplius. *Eodem die, fol.* 148.

XVIII Excellentiſſimus Dominus Joachimus de Petrochinis, Medicus... *Die* VII *Novembris,* D *fol.* 140.

XIX Adm. R. P. Decius Striverius, Cattacenſis, Præpoſitus Provincialis Soc. Jeſu in provincia Veneta, Concionator & Theologus. *Fuit cum Aloyſio Novitius Romæ, ejuſque frequenter ſocius in noſocomiis publicis & alibi. Examinatus anno* MDCIX, *die* III *Auguſti, fol.* 152. *an.* 1609 *à die* 3 *Auguſti;*

XX Domina Claudia Gaudina, annorum LXVI. *Eodem anno, die* XVII *Septembris, fol.* 162.

XXI Domina Lucretia de Ardeſiis, ann. LXV. *Eodem die, fol.* 163.

XXII Joannes Baptiſta de Faïnis, de Caſtellione. *Anno* MDCX *die* XVII *Martii, fol.* 165. 1610 *à die* 17 *Martii*

XXIII Balſarinus de Balſarinis, annorum LII. XX *Martii, fol.* 166.

XXIV Domina Angela Buonhomi, ann. XXV. *Die* XVII *Aprilis, fol.* 168.

XXV D. Antonius de Cattaneis, ann. XXXVI. *Anno* MDCXII *die* XXIII *Januarii. fol.* 170. *& anno* 1612 *à die* 23 *Januar.*

XXVI Domina Eleonora de Gardonibus, ann. XXXIII. *Die* XXIV *Januarii, fol.* 171.

XXVII Domina Anna de Boſſiis, ann. XXX. *Die* XXVII *Februarii, fol.* 173.

XXVIII Domina Lucia de Franchis, è Societate Virginum Jeſu, annorum XXIV. *Die* XIII E *Martii, fol.* 174.

XXIX Domina Aloyſia Fracaſsina, annorum XX. *Eodem die, fol.* 175.

XXX Illuſtriſsima D. Cynthia Gonzaga, teſtis iterum inducta. *Eodem die, fol.* 176.

XXXI Domina Eliſabeth Beſacia, ann. XXV. *Die* XIV *Martii, fol.* 177.

XXXII D. Fauſtinus de Pezzottis ann. XXXVII. *Die* XX *Martii, fol.* 178.

XXXIII Domina Maria, uxor Fauſtini de Mottis, ann. XLII. *Eodem die, fol.* 179.

TESTES EXAMINATI IN PROCESSU FLORENTINO.

I ILluſtris & nobilis mulier, Domina Julia, vidua, uxor quondam adm. Illuſtris & Clariſſimi Domini Pauli Vinta, Senatoris & Patricii Florentini, ac Sereniſsimi Magni Ducis Etruriæ Auditoris; & filia adm. Illuſtris & Clariſsimi Domini Julii de Nobilibus, Senatoris & Patricii Florentini; annorum XLII. *Examinata fuit anno* MDCIX, *die* XVIII *Januarii; uti notatur in hoc Proceſſu, fol.* 49. *Examinati omnes an.* 1609 *à die* 18 *Januarii* F

II Illuſtris & nobilis mulier, Domina Violante, vidua, filia qu. illuſtris D. Alexandri Medices; & uxor qu. illuſtris D. Nicolai de Bertis, Nobilium Florentinorum, annorum XL. *Eodem die, fol.* 57.

III Magnificus & excellens Dominus, Benedictus de Mattonaris, civis & Phyſicus Volaterranus, Florentiæ commorans, annorum XXXV. *Die* XIX *Januarii, fol.* 63.

IV Euphroſynus, filius qu. Angeli de Corſis de S. Petro, ad Pergolatam Valliſpeſæ, Florentinæ diœceſis, olim Tabulavinus adm. illuſtris & clariſſimi Domini Pauli Vinta Senatoris & Patricii Florentini, ann. XL. *Eodem die, fol.* 68.

V Domina Maria, puella innupta, filia Dominici de Giordanis à Scarperia, Comitatûs Florentiæ, ad præſens famula illuſtris & nobilis mulieris, D. Catharinæ de Minerbettis, ann. XLVI. *Die* XXI *Januarii, fol.* 73.

VI Domina Maria, puella innupta, filia qu. Antonii de Golponis, in agro Mucellano, Comita-

AUCTORE C. J.

tus Florentiæ, & ad præſens famula illuſtris & nobilis Dominæ Juliæ de Nobilibus, annorum XXV. *Eodem die. fol.* 78.

VII Domina Catharina, vidua, filia qu. Franciſci de Ciappellis de Cignano, in agro Mucellano, & uxor qu. Thomaſii Simonis de Columbo; & ad præſens famula *prædictæ* Juliæ de Nobilibus ann. XLII: *& famulata ei fuit annos* XVII; *examinata autem eodem die. fol.* 82.

VIII Admòdum Reverenda Mater, Soror Maria Pacifica, filia illuſtris Domini Lapi de Tovaglia, annorum XLII. *Die* V *Februarii. fol.* 90.

IX Reverenda Mater, Soror Euangeliſta, filia qu. Bartholomæi del Giocondo, annorum LXXV. *Eodem die fol.* 95.

X Reverenda Mater, Soror Angela Catharina, filia D. Matthæi de Carlinis, profeſſa in dicto monaſterio *S.* Mariæ Angelorum, ann. XXXIV. *Eodem die. fol.* 99. *Atque hæc ſunt trium proceſſuum teſtes. Sequitur nunc cum ſuis Præfationibus noſtriſque Adjunctis*

VITA

B Auctore Virgilio Cepario, in multis teſte oculato.

EPISTOLA PRÆVIA

Franciſci Gonzagæ S. R. I. Principis, Marchionis Caſtellionis, ad Sanctiſſ. D. N. Paulum V *Pont. Max.*

BEATISSIME PATER. Cùm beatus Aloyſius (cujus ego, licet indignus, frater ſum, natu minor) & per vitam in terris innocenter actam, & per opera, poſt mortem ſupra vim naturæ facta, tantam conſecutus ſit gloriam, ut ejus honori ac venerationi intra & extra Italiam paſſim poſitæ ſpectentur tabulæ pictæ, & ſtatuæ æneæ; cumque familiarum honoratarum C mos ſit, majorum ſuorum, qui rebus geſtis fuere incliti, memoriam in eorum ſimulacris conſervare; conſtitueram ego hanc hiſtoriam, ſanctæ fratris mei honoratæque memoriæ monumentum, ad meam & poſterorum meorum utilitatem, domi reponere, tamquam effigiem ejus, non tam corporis, quam animi; quæ pars noſtri eò admirabilior eſt, quod ipſa ſit cauſa, unde reliqua, admiratione digna, procedunt; eò dignior, quod omnis dignitatis meritique eſt auctor. Verum poſteaquam ſanctæ memoriæ Clemens Papa VIII, probe gnarus quam ſancte vixerat Aloyſius, D mortuuſque fuerat, & quam late percrebuerat fama miraculorum ejus, me hortatus fuit, ut bono publico ipſam vulgarem; mutavi conſilium & typis mandare decrevi. Non licuit tamen, ipſo vivente, rem perficere. Per illud quippe tempus oportuit me, ab Imperatore Domino meo accerſitum, Româ in Germaniam proficiſci; atque interea Pontifex deceſsit è vita. Jam verò, poſtquam Tu illi, Sanctiſsime Pater, ingenti omnium ordinum gratulatione es fuffectus; & non hanc modò illius voluntatem approbaviſti, ſed etiam (ubi de præclaris Aloyſii exemplis morumque ſanctitate, ab Illuſtriſsimis Cardinalibus, quibus id negotii dederas, E in ſacro illorum Senatu fuiſti certior factus) dato ad me ſuperioribus diebus reſcripto, eum Beati titulo cohoneſtare dignatus fuiſti; ejus nunc Vitam, non iis modo miraculis, quæ ad illam diem erant edita, ſed etiam quæ deinde ſunt conſecuta, auctam, Tuo beatiſsimo nomini, quam poſſum demiſsiſsime conſecratum venio. Quod cùm aliis de cauſis faciundum putavi; tum verò præcipue, ut (quoniam glorioſi incolæ cæli æternos hic in terris honores acquirant à ſupremo tuo, Sanctiſsime Pater, tribunali, in eoque nunc etiam tractatur de talibus Aloyſio honoribus decernendis) F cognoſcas propius, quanto ejus merito & quam juſtis de cauſis, eorum illi copiam facere poſsis. Interea æqui bonique conſule hæc mea vota, quemadmodum benignitas tua Te facturum promittit; & exaudi quam primum preces, non noſtras modo omnium Gonzagiæ gentis Principum, ſed tot etiam aliorum; qui ut Aloyſium noſtrum in Sanctorum numerum adſcribas, enixe orant, tum ſuæ ipſorum conſolationis cauſa, tum ſubditorum ſuorum; dum ego pedes Tuos oſculo veneror, & mihi ut bene preceris, etiam atque etiam rogo.

DEDI-

A

DEDICATORIA AUCTORIS.

2 Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Francisco Gonzagæ, S. R. Imperii Principi, Marchioni Caſtellionis, Medolæ &c. Rudolphi II Cæſaris Cubiculario Conſiliario, atque apud S. D. N. Paulum V Pont. Max. Oratori, Virgilius Ceparius è Societate Jesu S. P. D.

ILLUSTRISSIME, ATQUE EXCELLENTISSIME PRINCEPS. *Frater tuus major natu*, B. Aloyſius Gonzaga, *jam inde à prima pueritia tanto ſe ardore Chriſtianæ religioni & pietati dedidit, ut annum agens octavum decimum, ſtudio Societatis Ieſu ineundæ, Rudolpho Marchioni, fratri item ſuo,* B *ditione avita fortuniſque ceſſerit. Ubi in brevi tam præclaram excellentis virtutis gloriam eſt adeptus, tantumque ſanctimoniæ nomen, quantum deinde poſt eius mortem Deus, miraculis ipſo deprecante præſtitis, declaravit. Igitur omnium conſenſu inter eos eſt numerandus, quorum Vitæ, velut commune Chriſtianis hominibus ac ſalutare documentum, produntur litteris: atque eo conſilio huius mihi libri, de ejus moribus componendi, à majoribus meis provincia commendata eſt. Eum, quando nunc, Deo bene volente, abſolvi; mitto ad te*, Princeps Excellentiſſime, *quæſoque uti certiorem me facias, veliſne in lucem exire. Tametſi enim non dubito, quin id ad augenda adverſus Deum hominum ſtudia non parum ſit habiturum momenti, tamen abſque tua voluntate mihi tantum licere non putavi. Quare tibi eum offero donoque, cui merito debeo, non ob communionem ſolum ſanguinis, qua proximè eum contingis; & amorem, quo ille te ſemper eximio complexus eſt; verùm etiam (quod equidem pluris æſtimo) quod in hoc, quem tenes, vitæ gradu, ipſius animi innocentiam virtutemque æmularis. Quocirca non dubitavit aliquando Brixienſis Antiſtes negare, eſſe quòd de ea diœceſis parte ſit ſolicitus, quæ in tua*, Excellentiſſime Princeps, *ditione eſt poſita: te ſiquidem, tuamque conjugem* Bibianam Perneſtainiam, *Principem feminam longè lectiſſimam, cum præſtantibus laudabilis vitæ exemplis, tum verò* A. VIRG. CEPARIO. *pleno religionis imperio, tanta erga Deum obſervantia ac pietate, parentis vobis populi animos imbuiſſe, uti vel ſe amplius promovere poſſe deſperet. Accipe igitur*, Excellentiſſime Princeps, *leve quidem hoc donum, ſed quod pro ſingulari mea in te pietate, propenſo animo à me datur; eaque re refice te & recrea, quod incliti tui generis homines, non militaribus modo virtutibus, & amplitudine ſubjectarum ſuæ poteſtati ditionique regionum in terra; ſed etiam germanæ virtutis, & ſanctimoniæ gloria, in cælo florere cognoſcas.*

PIO LECTORI.

3 NEmo hiſtorias vitaſque hominum, qui aliis atque aliis temporibus in Eccleſia Catholica ſanctitate floruerunt, attigit, quin legendo compererit, divinam providentiam, quoties ſanctum quempiam rectique exempli hominem orbi conceſſit, plerumque fere unum aliquem ex ejus notis ac familiaribus providiſſe, qui, cæleſti inſtinctu, vitam illius moreſque deſcriberet: videlicet ne, quorum vitæ norma ſunt bene vivendi, rectamque ad cæleſtem beatitatem viam longe certius, quam libri ſermoneſque commonſtrant, eorum fama morte terminetur; ſed, velut commune quoddam bonum ac documentum poſterorum, conſequentibus etiam ætatibus vigeat. Iam verò rerum à veteribus illis, inclitis vitæ ſanctimonia viris (quippe à noſtro uſu ſenſuque remotioribus) geſtarum monumenta, omnibus licet virtutum exemplis referta, non quantum par eſſet, in multorum animis ponderis habent, & admirationem fere potius, quàm æmulandi ſtudium mövent. Igitur non verentur interdum nonnulli negare, poſſe jam ad eum abſolutæ virtutis gradum, quem antiqui feliciter contigerint, quemquam aſpirare, quaſi vero viciſſitudine temporum, animorum quoque & cæleſtium præſidiorum vires hebetentur. Hac adeo de cauſa, non ſine Dei numine, in Eccleſia, quæ pulcherrimi horti inſtar ornata eſt, novi indies homines, qui ad cælum accurato quodam genere vivendi nitantur, velut ſtirpes floreſque recentes exoriuntur: nimirum ut intelligamus liquidò, non eſſe abbreviatam manum Domini, & perinde nunc ac olim, in Deo perfectæ ſanctitatis officiis colendo, verſari licere. *Ut pateat, etiam nunc fieri poſſe Sanctos,* E *eos mundo oſtendit Deus.* F

4 In his fuit noſtrâ memoriâ Aloyſius Gonzaga, beatus, neque paribus umquam ſuæ præſtantiæ laudibus celebratus adoleſcens; qui trium & viginti annorum triumque menſium ſpatio, quibus vixit, tantùm innocentiâ vitæ fragravit, & uſque eò virtutum meditatione provectus eſt; ut quotquot eum norunt, admirationem; compluribus etiam, qui eo ſunt uſi familiariùs, ſuis veſtigiis inſiſtendi cupiditatem moverit. Hujus inſignium facinorum fructu ne ii carerent, qui viventem ignorarunt; Deus, pro eo ac ſolet, ad annotanda ſcriptiſque mandanda, quæ de ejus vita habuere comperta, plurium animos impulit. Nam ut omittam, quod in Annuis litteris Societatis Jeſu, anno MDLXXXVII impreſſis, cùm de tiro- *Talis nuper Aloyſius fuit.* *in Annuis* 1587 *editis,*

A. VIRG. CEPARIO

nibus, biennio antè, Romanam probationis domum ingreſſis, agitur; ejus ad Religionem acceſſus compendio traditur; quodque in Vita Eleonoræ, Auſtriæ Archiducis, Mantuæ Ducis, eminentiſſimæ feminæ, quæ item typis vulgata eſt, duobus locis ex opportunitate attingitur, multa cum laude, idem ejus in religioſam familiam ingreſſus; nec non egreſſus è vita: primus qui Aloyſii virtutes dedita opera prodidit litteris, Hieronymus Platus fuit, auctor operis de Dignitate Cardinalis ad Fratrem; item alterius de Bono ſtatûs religioſi; vir rarîs naturæ Deique muneribus, ſed imprimis excellenti judicio ac prudentia, & eximia pietate religioneque præditus. Is cùm Romæ, in Domo profeſſorum Societatis Jeſu, tirones, qui eò Sacris miniſtratum mittuntur, illo tempore gubernaret, quo Aloyſius, & ipſe tiro, eòdem venit; ab ipſo exegit, uti ſibi vitam ſuam omnem, propoſitum amplectendæ Religionis, beneficia denique, dum adhuc in ſeculi licentia degebat, accepta divinitùs, ex ordine ediſſereret. Quæ quidem cùm ei inuſitata, planeque egregia, & non niſi à peculiari quadam Dei gratia & favore profecta viderentur; adoleſcente digreſſo, brevi Scripto *a* cuncta complexus eſt.

& in Vita Eleonoræ Auſtriæ laudatus.

Vitam, Hieronymus Platus,

B

a

5 Proximus ab hoc ego Vitam ejus, dum adhuc viveret, Romæ contexere ſum aggreſſus. Nam cùm in collegio Romano, ipſo familiari atque intimo, propè aſſiduò uterer; ſentiremque ejus verbis ac moribus, audientium ſpectantiumque animos, perinde ac Sanctorum factis, rite præparata mente, proficiendique ſtudio legendis, ad pietatem incitari; exiſtimavi apud homines etiam externos, ejus ſanctitatis exempla, ſi quam illorum cognitionem cepiſſent, eamdem vim *b* habitura. Ergo, Dei (niſi fallor) impulſu, ſtudio quàm plurimorum commodis ſerviendi, vitam ejus commendare litteris decrevi; idque conſilium P. Hieronymus Platus, quicum illud communicaram, non modò approbavit; ſed etiam, ut ſtimulum adderet, ſcriptum illud ſuum, quod adhuc reconditum habuerat, mihi tradidit. Hoc igitur ſubſidio uſus, additiſque quæ vel obſervaram ipſe, vel ab aliis acceperam, duobus fere annis, priuſquam migraret è corpore, res ejus ita ſum executus, ut tamen ne qua ad ejus aures perveniret, perpaucos earum participes facerem. Aloyſio nobis erepto, Robertus Bellarminus, qui nunc Cardinalis eſt, & priorem illam Vitam magna cum animi ſui voluptate evolverat, magnopere mihi auctor fuit, uti res poſtremis duobus annis geſtas, quæ adhuc deerant, adjungerem. Verùm cùm per id tempus aliis negotiis diſtinerer, cùm multiplicem rerum copiam collegiſſem, eam omnem P. Joanni Valtrino dedi; qui circa eos dies ad ſcribendos Societatis Annales è Sicilia advenerat; ut ipſe, vel incepta mea abſolveret, vel iis, quò commodum eſſet, uteretur. Is etſi Aloyſium numquam cognorat, ubi tamen in collegio Romano tam inſigni ſanctitatis fama clarere ſenſit, minime cunctandum ratus, dum res ejus in Annalibus collocaret; ſingulari volumine Vitam ejus conſcripſit: atque hæc altera Aloyſii Vita in hominum manibus verſata eſt.

tum, ipſe Ceparius,

C

deinde P. Valtrinus ſcribendam ſumpſere:

6 Verum quoniam ea fere, quibus in ſcribendo nixi eramus, magnam partem erant ſancto quodam aſtu ex adoleſcentis ore elicita; qui pro ſuo humilitatis ſtudio res ſuas ita narrabat, ut multa detruncaret, multa elevaret, plurima reticeret; deſiderium nos inceſſit ſingula, adjunctis etiam temporum, locorum, perſonarum notis, exploratiùs cognoſcendi. Itaque cùm de pluribus Mantuâ, Caſtellione, aliunde certiores fieri petiſſemus, tanta rerum varietas & cumulus acceſſit, ut univerſam narrationem retexendam, atatque à capite arceſſendam eſſe duceremus. Interea Valtrinus re infecta abit è vita. At Rev. admodum P. Claudius Aquaviva, Societatis Jeſu Præpoſitus Generalis, quòd optaret imprimis adoleſcentis tam ſancti Vitam, omnis præclari exempli documentis ornatam, lucem aſpicere; me novum jubet hiſtoriæ pertexendæ & abſolvendæ impetum capere. Equidem eam provinciam, velut de cælo mandatam accepi; & quò de omnibus plenius erudirer, primùm Florentiam iter inſtitui; ubi per plures dies ex Petro Franciſco Turcio (qui hodie Joannis Medicæi viri illuſtriſſimi familiæ præeſt) totam adoleſcentis ætatem ſingillatim exquiſivi: is enim cùm Aloyſius naſceretur, verſabatur in aula Ferdinandi Marchionis, à quo deinde ei pueritiæ cuſtos, ac morum præfectus additus; & octodecim ipſos annos, donec Societatis tirocinium ingrederetur, famulatus (quòdque omnium ejus itinerum comes fuerit, neque uſquam ab ejus latere diſceſſerit) vitam omnem adoleſcentis liquidò perſpectam habet. Florentiâ me in Galliam Ciſalpinam tranſtuli; ac poſtquam Caſtellionem, cujus ditio Aloyſii fuit, perveni, ex adoleſcentis matre illuſtriſſima femina, item notis omnibus, & quotquot priſtinâ adhuc fortunâ utenti miniſtrarant, accuratè ſingula ſum percunctatus; & quò plus momenti haberent, permiſſu Epiſcopi, in ejus vitam ac mores legitimè inquiri, deque iis duo bene ſpiſſa inſtrumenta confici mandavi.

D

qui notos interrogando,

E

hoc mortuo res iterum committitur Ceparío:

7 Ad hoc monumenta de eo ſcripta è Gallia ulteriore & Hiſpania, teſtimonia item & auctoritates, ſolenni more tum in Polonia, tum in Italia coram plurimis eccleſiaſticis tribunalibus conſignatas, accepi; nempe coram Patriarcha Veneto; coram Archiepiſcopis Neapolitano, Mediolanenſi, Florentino, Bononienſi, Senenſi, Taurinenſi; coram Epiſcopis Mantuano, Patavino, Vicentino, Brixiano, Forolivienſi, Mutinenſi, Regienſi, Parmenſi, Placentino, Montis-regalis, Anconitano, Recinetenſi, Tiburtino. Quin & ipſe urbes omnes, & oppida, ubi certiorem de his rebus me fieri poſſe ſperabam, non ſemel peragravi; ac denique ad ſcribendum Brixiæ conſedi, unde promptum erat Caſtellione, quia propè abeſt, de iis, quæ dubitationem faciebant, quàm primùm doceri. Ex his teſtium ſcriptorumque obſignatis tabulis, omnia quæ narro deprompſi; ac profiteor, nihil me de hujus beati Dei famuli virtutibus afferre, quod non gravibus teſtibus juratis planum fieri poſſit; de quo viri illi reverendi & religioſi, infra citati, qui hanc Vitam cum inſtrumentis contulerunt, teſtimonium dicunt. Interiores animi virtutes ab Illuſtriſſimo Cardinali Bellarmino, è ſcripto illo Hieronymi Plati, è complurium Superiorum interrogationibus, è confeſſionum ejus præſidibus, ex aliis denique, qui intimos animi mores vel ex familiaritate introſpexerunt vel direxerunt, accepi. Ea quæ magis patent, quæque ante ſuſceptam Religionem evenerunt, didici è Franciſci Gonzagæ, Epiſcopi Mantuani, viri reverendiſſimi & illuſtriſſimi, cum ſermone, tum chirographo; quod etiam jurejurando ſtabilivit ex illuſtriſſimo item viro, Proſpero Gonzaga, qui in ſolennitate Baptiſmi ſponſor pro eo fuit, ac deinde multum illo uſus; pluri-

teſtimonia authentica colligendo,

F

ma

A ma novit de eo ſingularia; è matre, moderatore curiæ, cubicularriis, famulis, qui à prima pueritia in ejus famulatu, ſociique itinerum, quæ in multas oras habuit, fuerunt: quorum omnium teſtimonia legitimis tabulis ſunt conſignata. Horum te, Lector, neſcium eſſe nolui, non diligentiæ meæ venditandæ cauſa, ſed ut noris, hæc, quæ abs te fidem impetrare velim, à me, quæ ſunt hiſtorici propriæ partes, ex fide ſcripta eſſe.

8 Stylo uſus ſum ſimplici & familiari, nullo artificio aut amplificatione rhetorica. Narratio non eſt certis capitibus devincta; ſed ut in promptu ſit cognoſcere, ubi, & qua ætate quidque egerit, adoleſcentis annos & loca, in quibus commoratus eſt, ordine perſequitur: qua in re etſi nonnulla, quorum conſuetudinem retinuit, interdum iterare ſit opus; non paucos tamen ea res, ut opinor, delectabit. Hiſtoria tres in libros diviſa eſt. Primus, vitam complectitur, quam in ſeculo vixit uſque ad Religionis inſtituta ſuſcepta. Alter, vitam Religioſam uſque ad mortem. Tertius, quæ de ipſo ab ejus felici exceſſu geſta ſunt. Videri poſſit cuipiam alienum eſſe à decoro hiſtoriæ, ad minuta quædam, quod in altero libro de induſtria facio, explicanda deſcendere. Verum, quoniam hominum religionem & pietatem adjuvare his meis inſtitui; neque magnanimi alicujus Imperatoris, aut præſtantis in gerenda republica viri, ſed hominis religioſi vitam & mores, dignos imitatione, exponendos ſuſcepi; quorum laus, minimâ alicujus adjuncti mutatione vel infuſcatur, vel augetur; plurium exemplo, qui idem in narrandis Sanctorum actis ſunt ſecuti, & verò gravium atque eruditorum hominum arbitratu, nonnulla quæ levicula quidem videbuntur, ſed in quibus excellentiam quamdam perfectionemque ſanctitatis ejus relucere ſenſero, ex deſtinato conſectabor. Id monere libuit, ne quis temere factum putaret. Si quid in narrando erratum erit, mihi attribui velim: ſi quid rectè, Deo acceptum ferri; quem veneror, ut nobis ad æmulanda hujus beati Adoleſcentis præclara facinora, & felicitatem, qua eum nunc in cælo frui credimus, conſequendam, opem ferat. At tu ſanctiſſime & beatiſſime Aloyſi, qui in fortunatis illis cæli ſedibus tuorum laborum merita capis; atque in illo divinitatis ſpeculo, quatenus illi viſum eſt, intueris imperfectum meum; da veniam, quòd pene divinas virtutes tuas humili ſtylo deteram: ac memor propenſæ illius caritatis, qua me vivens complectebare; exora mihi à communi Domino, ut hic religioſum in modum vitam colam, & ſancte operer; tuoque præſidio ac tutela ſubnixus, aliquando, cùm Deo placitum erit, tecum æterna beatitudine perfruar. Amen.

opus compoſuit tripartitum;

quædam etiam levia & minuta ſtudioſe ſectatus:

& ipſum Beatum invocat.

B

C

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Hoc Scriptum, è ſuo originali ſupra dedimus, ſub titulo* Vocationis Aloyſii; *compoſitum anno* MDLXXXVI, *qui primus ei fuit ab ingreſſu in tirocinium.*

b *Et ſane habuerunt. Quod teſtatur in proceſſu in genere, facto Parmæ, ſcripturâ manus ſuæ* P. *Valerius Gipſius, vulgo* Geſsi, *loquens in hunc modum:* Totis XXIII annis, quibus in Religione vivo, numquam lectus fuit liber in triclinio noſtro ſuper menſam, qui magis avide ab omnibus paſſim auditus fuit, & magis uberes tulit fructus, præſertim in animis juventutis noſtræ, qui hic magno numero dant operam ſtudiis; quam Vita B. Aloyſii, quæ priuſquam imprimeretur, hic Parmæ lecta fuit anno MDCV ineunte. Unde & incenſi fuere multi pio deſiderio ſtudioque imitandi audita, & nonnulli me, qui aliquam juvenum noſtrorum in rebus ſpiritualibus curam gero, obnixe rogarunt, conſentientibus aliis, ſibi ut liceret crebro de geſtis ejus inſtituere colloquia inter ſe. Quod & fecerunt utiliter animabus ſuis, notando atque imitando virtutes, quibus ille excelluit: quæ res mihi quoque multum attulit emolumenti ſpiritualis. Eadem Vita prius etiam lecta fuit Brixiæ, ſimili ſucceſſu ac motu, non tantum in juvenibus, verum etiam grandioribus ætate Sacerdotibus.

A. VIRG. CEPARIO

JUDICIA CENSORUM DE VITA

9 EGo Fr. Silveſter Ugolottus, Lector Theologiæ, Ordinis Prædicatorum, & Vicarius Generalis ſancti Officii Inquiſitionis, in civitate ac diœceſi Brixienſi, teſtor & jurejurando affirmo, legiſſe me Vitam beati Principis Aloyſii Gonzagæ, Marchionis Caſtellionenſis & Religioſi ſanctæ Societatis Jeſu, ſcriptam ab admodum Reverendo Patre Virgilio Cepario, Theologo & Concionatore ejuſdem Societatis; quam cum inſtrumentis publicis contuli, è quibus deprompta eſt; & comperi, quidquid de virtute & ſanctitate hujus beati Adoleſcentis narratur, id omne ex teſtimoniis jurejurando confirmatis, & inſtrumentis auctoritate Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali plurium urbium confectis, deſumptum eſſe. Præterea credo equidem veriſſima eſſe, non modo quæ hac hiſtoria referuntur, ſed etiam longe plura. Nam cùm hunc beatum Principem tenera etiam tum ætate cognôrim, cumque eo ſim verſatus; exploratum mihi eſt, eum à prima pueritia in Sancti loco habitum, & velut qui vita & moribus Angelus eſſet, ab omnibus commendatum fuiſſe; cujus rei & ipſe multa exempla in medium poſſem adducere. Iam verò in hiſtoria non modò nihil eſt quod fidei aut bonis moribus adverſetur, ſed etiam prudenter & ſpiritu religioſo ſcripta eſt, & ſanctitatis exemplis abundat. Equidem confido, eam non modo Religioſis hominibus, ſed etiam ſecularibus, & principibus, & dynaſtis (quibus omnibus hic beatus Pater dux & exemplar fuit) multum utilitatis ſpiritualis allaturam. In quorum fidem has litteras mea manu ſcripſi, & ſubſcripſi. Brixiæ in noſtro Cœnobio S. Dominici. Ego Fr. Silveſter prædictus, quidquid ſupra teſtatus ſum, jurejurando affirmo.

Inquiſitoris Dominicani,

E

F

10 Ego D. Paulus Cattaneus, Monachus Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, ſive S. Juſtinæ Patavinæ, Lector Philoſophiæ & caſuum conſcientiæ, in monaſterio SS. Fauſtini & Jovitæ Brixiæ, juratus teſtor, me perlegiſſe Vitam beati Principis Aloyſii Gonzagæ Marchionis Caſtellionenſis, ac deinde Religioſi Societatis Jeſu, ſcriptam ab adm. Rev. Patre Virgilio Cepario Theologo & Concionatore ejuſdem Religionis; eamque contuliſſe cum omnibus inſtrumentis & tabulis authenticis, è quibus hauſta eſt; atque inveniſſe, quæcumque in ea dicuntur, teſtibus juratis & fide dignis comprobari. Ac non modo non eſt in ea, quod cum ſancta fide boniſque moribus pugnet; ſed etiam ſanctis exemplis refertiſſima, & digniſſima eſt, quæ ad communem Fidelium utilitatem edatur. Nam ex mei ipſius animi commotione, & fructu quem ex ea cepi, facile mihi perſuadeo, apud quemvis, qui eam legerit, non minus valituram. Quin etiam ipſemet, qui multis annis Aloyſium priuſquam Religioni ſe daret, in ſeculo norim, teſtificari poſſum; eum communi omni-

Lectoris Caſſinenſis,

A. VIRG. CEPARIO

um consensu adolescentem sanctum existimatum & laudatum esse; atque ejus facta admirabilia complura, velut hominis sanctitate eximii, in hominum ore fuisse. Cùm verò Religionis ineundæ causa discederet, omnis populus, ejus ditioni subjectus, tanti Principis jactura perculsus, lamentis se dedidit. In quorum fidem has litteras mea manu scripsi & subscripsi. In monasterio S. Faustini. Ego D. Paulus supradictus, jurejurando hæc omnia confirmo.

11 Sanctissima, & omnibus virtutibus ac meritis ornata Vita beati Principis Aloysii Gonzagæ, Marchionis Castellionensis, & Religiosi è sancta Sodalitate Jesu, quæ infra ab admodum Reverendo Patre Virgilio Cepario, Doctore Theologo & Concionatore ejusdem Societatis, descripta est, & magna diligentia collecta è juratorum testimoniis & auctoritatibus (ut ipse singillatim has cum illa componendo comperi, & jurejurando assevero) digna omnino est, quæ ad gloriam Dei, qui adeo mirabilem se præstat in Sanctis suis, ad exemplum Christianorum Principum, ædificationemque Religiosorum, & totius fidelis populi, edatur in lucem. Natus est hic, dignus omni gloria Princeps, ut ita dicam, sanctè; vixit, mortuusque est, sanctissimè; talibusque ac tantis à Deo donis & beneficiis vivus cumulatus est, ut equidem tria quædam de illo eximia prædicari posse existimem. Primum, quod (ut de S. Bonaventura aliquando dixit ejus magister Alexander) Adamus nihil in eo peccasse videatur, adeo remotus ab omni suspicione peccati, innocentiæ suæ statum tenuit. Alterum, quod moribus Angelo videatur propior fuisse, quàm homini; tanto intervallo spiritus in eo carnem, mens sensum vincebat. Tertium, quod singulari quodam modo in eum quadret illud Sapientis, Consummatus in brevi explevit tempora multa. Etenim brevi spatio, quo hanc mortalem vitam egit, consecutus est ipse solus, quæ multi Sancti simul, multis annis ægre consequi potuerunt; ad eumque conscendit perfectionis gradum, quo paucis attingere licuit. Quod si vere vulgò dicitur Communis vox populi, vox Dei est; quandoquidem hic beatus Princeps omnium opinione censetur, & omnium voce celebratur ut Sanctus; à Principibus, ab Antistitibus Ecclesiæ, à suis Confessoribus, Magistris, Rectoribus, Parentibus, suæ ditionis populis; sanctissimum eum fuisse necesse est; suoque merito, ut in cælo, ita etiam in terra, in Sanctorum numerum adscribi potest. Sic ipse apud divinam Majestatem intercessor & advocatus meus esse dignetur. Brixiæ, ex nostro domicilio ad SS. Petri & Marcellini. Ego Fr. Joannes Franciscus Brixiensis, Provincialis Fratrum Cappucinorum in provincia Brixiensi, Concionator & Theologiæ Lector, hæc omnia scripsi & subscripsi mea manu, eaque jurejurando rata facio.

Provincialis Cappucinorum

B

C

12 Ego Joannes Baptista Peruschus, Romanus, Rector Collegii Societatis Jesu Brixiæ, postquam admodum Reverendus Pater Virgilius Cepparius è Societate nostra advenit, uti in hoc Brixiensi Collegio Vitam beati Fratris Aloysii Gonzagæ, ex eadem Societate, litteris mandaret; eamdem Vitam ab ipso scriptam, cum tabulis & monumentis consignatis, è quibus magno labore & industria eruta est, comparavi; & juratus confiteor, quidquid in ea dicitur, reperiri in auctoritatibus & testimoniis jurejurando firmatis. Testis enim sum, eumdem Patrem, ut illa instrumenta nanciscerentur, & historiam authenticam conficeret, hæc omnia Galliæ Cisalpinæ oppida perlustrasse. Eóque his me libentius adscribo, quod cum beato Aloysio, tum necdum seculi opibus expedito, tum Religione nobis junto, Mediolani & Romæ familiaritas mihi & consuetudo fuit; multaque signa sanctitatis ejus, quæ idem Pater in hoc libro commemorat, ipse cognovi: ac liquet mihi, omnium, qui illum norant cum eoque agebant, sententiâ, Sanctum existimatum esse. Post mortem verò fama sanctitatis ejus indies magis increbuit, atque in multis Galliæ Cisalpinæ oppidis, in qua complures jam annos dego, usque eò crevit, ut nihil supra fieri posse videatur. In horum fidem hoc meum chirographum dedi & subsignavi. Ego Joannes Baptista Peruschus, qui suprà, omnia memorata jurejurando firmo.

Rectoris Collegii Societ. Jesu,

D

13 *His accedens Claudius Aquaviva, Præpositus Generalis Societatis Jesu,* Concedimus, *inquit,* facultatem, ut liber de Vita B. Aloysii Gonzagæ, è Societate nostra, à P. Virgilio Cepario, Theologo ejusdem Societatis compositus, & à nobis ipsis, multisque aliis Theologis nostris lectus & approbatus, typis mandetur, si ita videatur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii. Speramus enim non mediocrem fructum spiritualem hominibus, cùm religiosis tum secularibus, qui eum legerint allaturum. Idcirco verò libentius id concedimus, quod certâ notitiâ & propriâ scientiâ nobis liquet, hunc sanctum & benedictum adolescentem, omni virtutum genere absolutissimum, utilissimique exempli fuisse. Neque enim solum in seculo ita semper est versatus, ut omnibus virtutum documento esset; sed etiam postquam à nobis in Societatem adlectus est, semper fuit vera perfectæ sanctitatis idea, talisque communiter ab omnibus existimatus est; qui paucis illis annis, quibus inter nos vixit, eum norunt, eoque sunt usi. Quo tempore comperimus, plurimùm Deum illâ animâ delectari, eamque multis donis naturæ in excellentioribus locupletavisse; è quibus foras sanctissima opera, & angelici mores dimanabant. Ita vixit, ita continentur perseveravit, donec vita defunctus demigravit in cælum; quò illam animam sanctam, ad æternam gloriam fruendam, Deique pacem nobis exorandam, confestim evolasse, firmis nixi fundamentis credimus. Quorum omnium fidem libenter facimus, quo veritati testimonium demus ad gloriam Domini nostri, à quo omnis sanctitas tribuitur, cui laus & honor sit sempiternus. Romæ pridie Idus Julias, MDCV. Claudius Aquaviva.

Præpositi Generalis.

E

F

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *Tot eruditorum religiosorumque virorum testimonia, quibus omni ex parte Vita hæc Aloysiana probatur atque laudatur, data fuerunt omnia, antequam Vita imprimeretur. Ubi verò impressa fuit, alios atque alios approbatores mox habuit, & utilitates ubique attulit incredibiles. Exemplar ejus unum miserat Cepparius Aletium, vulgò* Lecce, *urbem Calabriæ primariam: quod primus ibi legit P. Bernardinus Realinus, notæ sanctitatis Thaumaturgus; & mox Auctori ejus P. Cepario de opusculo illo gratulaturus, scripsit in hunc modum anno* MDCVI, XVI *Decembris; intermiscens Italicæ ceteroquin Epistolæ nonnulla latinè, quæ diversus chatacter hic distinguit.* Gratiæ Deo. Superiori mense comparuit hic, impressa Romæ Vita, admodum præclara, beati Fratris nostri Aloysii

P. Bern. Realini Testimonium de hac Vita.

A loysii Gonzagæ per te, Reverende Pater, composita accuratione multâ. O quanto desiderio illa fuit expectata! Debeo ego Reverendo Patri Rectori nostro, quod mihi præ ceteris ejus legendi in cubiculo meo copiam fecerit. Legi igitur commodo meo hebdomadæ unius spatio : & nunc, dum legitur in triclinio (pro ut obtinet laudabilis in Societate consuetudo) ut ejus particeps fiat Collegium universum ; illa lectio, iterata mihi & gratissima repetitio est. Quid porro? ut, quod res est eloquar, non implet desiderium meum, ejus repetita lectio : videorque mihi in præsentiarum recte usurpare, salvâ reverentiâ, sacrum hoc eloquium posse ; *Qui edunt me, adhuc esurient ; & qui bibunt me, adhuc sitient* : quia *omnis saporis suavitatem habet* palato meo Historia illa, etiam in rebus istis, quæ videntur minutiæ esse, collatæ cum aliis ejus heroicis factis. Aurum, non desinit esse aurum, etiamsi scobs sit. *Colligite fragmenta ne pereant*, de illis dictum fuit à Domino, qui æque soliciti sunt de re minima quam de maxima. Et novimus servum, *qui fuit in modico fidelis*, largè remuneratum esse. Quamobrem perquam prudenter fecisse existimo carum mihi Patrem Vir-
B gilium, dum rerum illarum se æstimatorem ostendit, quas dulcissimus Jesus magni facit.

Spero ego futurum, ut singulare subsidium & incrementum fervoris inde consequatur tam Re-
quam & Religiosis, ligio nostra, quam aliæ ; quantum attinet ad studium omnigenæ perfectionis, quod oportet perpetuum esse, internum & externum, prout fert proprium cujusque Institutum, *non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus*. Adjungo insuper, quod, si Nobilitas hanc legerit Vitam (& multorum pietas mihi promittit se lecturos ; quandoquidem in ea tractetur de Nobili, à nativitate sua Sancto, eoque illustrissimo & excellentissimo) continuò animadvertet, quod virtus, cum no-
& Nobilitati putat profuturam. bilitate conjuncta, luceat, veluti pretiosissima gemma, auro, à quo majus accipit decus, inserta. *Minimè quidem* (uti S. Bernardus scribit in quadam suavium ac venerabilium suarum Epistolarum) *Deus est acceptor personarum : nescio tamen quo pacto virtus in Nobili plus placeat : an quia plus claret?* Non mihi contigit umquam (quia, me judice non eram dignus) versari cum Fratre Aloysio, imo neque videre eum : verumtamen ex eo, quod retulerunt alii, ipso familiariter usi, satis constat ; spiravisse illum, suavissimum solidæ
C perfectæque virtutis odorem, veluti spirituale quoddam, bene compositum, thymiama, collocatum super altare Altissimi: eumque pingebant velut Angelum cælo delapsum, Superioribus juxta ac inferioribus carissimum, in omni re, etiam minutissima, bono exemplo prælucentem, & proprie loquendo talem, qualem eum Reverentia vestra, veluti in tabula suis lineamentis pictum, nobis describit. Et quoniam de tabula picta memini, nolo prætermittere, quin candidè manifestem quod cogito, ea tamen cautione, ut cum manifestavero, rei arbitrium penes te sit. Cogito igitur, futurum omnibus perjucundum, si in capite libri, quando nova ejus editione opus erit, præmitteretur una aliqua istarum sane pulcrarum piarumque imaginum, quæ circumferuntur ; & qualibus nuper etiam dignatus fuisti senectutem meam : quæ quidem id non meretur, nisi quatenus ob suum torporem semper indigentissima est talium incitamentorum. Quamobrem & fateri debeo, quod confundar in Domino, dum considero, quanto intervallo in palæstra virtutum ab adolescentia B. Aloysii distet senectus mea ; qui AUCTORE modo annos LXXVII ætatis, XLIII Religionis C. J. numero. *Utinam non confundar in æternum!* Obsecro te, Reverende Pater, ut me adjuves patrocinio sanctorum tuorum sacrificiorum atque orationum apud B. Aloysium, *ut tandem dignus efficiar promissionibus Domini Jesu* per suam solius misericordiam. *Hactenus epistola Realini.*

Et hæc quidem è parte magis meridionali Italiæ rescripta de Vita Aloysii Cepariana, sane præclara sunt : præclariora tamen, quæ lectio ejus peperit in parte maximè septemtrionali ejusdem Italiæ : propemodum superant fidem. Venerat anno MDCVII *mense Septembri R. P. Scipio Carrara, tunc Rector Collegii Novocomensis, Societatis Jesu, Morbonium in Vulturena Valle, atque inde cum admodum Rev. D. Prospero Peranda, de quo postea sæpe recurret sermo, iter fecit Tiranum, ejusdem Vallis : eòque ubi ventum fuit, seu meritis viri obstrictus, sive alia de causa, donavit ei exemplar Vitæ Aloysianæ recenter editæ. Acceptum ille donum habuit ; perlegit cum animi sui motu singulari ; lectam à se, aliis quoque legendam dedit, similiter inde motis : sed nullus librum legit majori cum utilitate sua & aliorum, quam Dominus Vicecurio Saxi, Nicolaus Longus ; utpote qui inde tantam concepit fiduciam in B. Aloysium, & aliis instillavit ; ut exiguo spatio temporis innumerabilia fere miracula ad ejus invocationem patrata ibi sint : ex quo & Saxum, nomine ac re, obscurus, si quis alibi, eatenus vicus, frequentari & illustrari mirum in modum cœpit.* *Utilitas ejusdem in Valle Tellina.* E

VETUS DIVISIO CAPITUM
EDITIONIS LATINÆ.

LIB. I. CAP. I De ejus prosapia. *Num.* 14
II De ejus nativitate. 16
III De ejus educatione usque ad annum septimum. 19
IV Qui se ab anno septimo ad octavum gesserit. 22
V Florentiam à patre ducitur studiorum gratia. 25
VI Virginitatem in prima ætate Deo vovet, & consortium feminarum fugit. 28
VII Florentiæ magnos in vita sanctiore progressus facit. 31
VIII. Mantuam revocatus, consilium capit Marchionatûs renuntiandi, & ecclesiastico more vivendi. 34 F
IX Castellionem reversus, eximiam mente precandi facultatem divinitus consequitur. 36
X Origo amoris in Societatem Jesu, & zeli animarum. 39
XI Sancta mysteria frequentandi initium facit, hortatu Cardinalis Borromæi. 40
XII Profectus in Montem-Ferratum gravi vitæ periculo defungitur : cum Religiosis inibi versatur. 44
XIII Animum ad Religionem appellit. 46
XIV Castellionem cum patre reversus, per summam austeritatem vitam agit, orationi valde addictus. 50
XV Divina ope incendium evadit. Fiducia ejus in Deum : mundique contemptus. 54
XVI R. P. Claudii Fini, è S. Dominici familia Doctoris Theologi, super Aloysii sanctitate testimonium. 58
XVII Proficiscitur cum Marchione in Hispaniam: Jacobo Principi puer honorarius datur : vita in Regiâ acta. 60
XVIII Societatem Jesu inire statuit. 66
XIX Quatuor de causis Societatem elegit. 69

A. VIRG. CEPARIO
xx Vocationem ſuam Confeſſario, matri, patri aperit. 70
xxi Revertitur in Italiam: omnes Principes Italiæ officii causâ convenit. 76
xxii Conſilium ejus varie oppugnatur. 79
xxiii Marchio fortiter filii vocationi obſiſtit: tandem cedit. 82
xxiv Marchionatus abdicationem urget Aloyſius. 85
xxv Mediolanum negotiorum cauſa mittitur: & quæ ibi ſint geſta. 86
xxvi Novis Marchionis machinis oppugnatur. 90
xxvii B. Aloyſius primum Mantuam profectus, ſpiritualibus exercitationibus vacat. 95
xxviii Caſtellionem reverſus B. Aloyſius, licentiam Religionis ſuſcipiendæ urget: vita inibi acta. 98
xxix Alia Marchionis oppugnatio & remora. 102
xxx Patris animum vehementi proteſtatione mollit & evincit. 106
xxxi Caſtellionenſium civium de Aloyſii diſceſſu dolor. 107
xxxii Marchionatu fortuniſque omnibus ſe abdicat. 109
B xxxiii Impetrata miſſione, Romam Laureto contendit: pia ejus in itinere exercitia. 112
xxxiv Romæ luſtratis celebrioribus templis, ſalutato Pontifice & Cardinalibus, Societati Jeſu adjungitur. 116
Lib. ii Cap. i Quam præclare tirocinium religioſæ vitæ poſuerit. 119
ii Exercetur à Deo triſtitia quadam inuſitata: item à dæmone. 122
iii Animi conſtantia in morte Marchionis patris ſui. 123
iv De mortificatione ejus tempore tirocinii: ſenſuum cuſtodia. 127
v Honoris cupiditatem refrenat; pauperibus ſalutaria præcepta explicat, publice reprehendi anhelat. 131
vi Magiſter tironum experimentum ejus capit. Sanctus ob raras virtutes à ſociis audit. 132
vii De rebus Romæ in Profeſſorum Domo, cum inibi moraretur, ab eo geſtis: de præparatione ad Euchariſtiam, & in eam pietatis ſenſu. 134
viii Litteræ Hieronymi Plati, quibus deſcribitur Aloyſii ad Religionem vocatio, ejuſque virtutes. 137
C ix Reliquæ ejus in Domo Profeſſorum res geſtæ: oculorum cuſtodia: obedientia. 141
x Quemadmodum reliquum tirocinii tempus traduxerit: mentis ejus puritas, affectuum refrenatio. 145
xi De ſingulari ejus precandi facultate & familiaritate cum Deo. 148
xii De inſigni ſanctitate magiſtri, ſub quo tirocinium poſuit, quam ipſe æmulabatur. 159
xiii Cum eodem Patre Neapolim proficiſcitur Aloyſius: & præclara virtutis documenta, dum inibi verſatur, edit. 163
xiv De vita quam inſtituit, cum in Collegio Romano in ſtudia litterarum incumberet. De univerſa Philoſophia theſes publice propugnat: Theologiæ dat operam. 169
xv Vota Religionis emittit. Ordinibus minoribus initiatur. 176
xvi De humilitate ejus, & ad eam comparandam exercitiis. 177
xvii De obedientia ejus & Regularum obſervatione. 186
xviii De paupertate ejus, caſtitate, ſermone, congreſſibus. 191 D
xix De mortificatione ejus, corporiſque afflictationibus. 194
xx Quid de exercitiis ſpiritualibus B. P. Ignatii ſenſerit: quî in eis ſe exercuerit. 199
xxi Amor ejus in Deum, zelus in proximum, colloquiorum ſpiritualium deſiderium. 200
xxii Mittitur in patriam ad ſedandas diſcordias, quæ inter Ducem Mantuanum & Marchionem ipſius fratrem graves exſtiterant: quî in itinere ſe geſſerit. 207
xxiii Quæ Mantuæ, quæ Caſtellione actitarit: uti in negotio feliciter ſe geſſerit. 213
xxiv Marchioni fratri perſuadet occultum matrimonium manifeſtare, mali exempli vitandi cauſa: Caſtellione populum pro concione ad pietatem excitat. 223
xxv De præclaris virtutum exemplis, quæ eo brevi tempore, quo Mediolani verſatus eſt, de ſe dedit. 228
xxvi Litteræ P. Bernardi Medicæi, ſuper Aloyſii virtutibus Mediolani animadverſis: P. Galiardi teſtimonium, de modo ejus precandi abſque mentis diſtractione. 234 E
xxvii De morte ſua divinitus edocetur Aloyſius, Mediolano Romam à P. Generali revocatur. In itinere Senis ſermonem habet ad Sodales Parthenios. 237
xxviii De conſummata eius perfectione. 240
xxix Magna caritate in valetudinario ægrotis deſervit: morbum inde letalem contrahit. 245
xxx Morbus Aloyſii in febrem hecticam demigrat, qua ſenſim abſumitur: præclara ejus eo tempore dicta factaque. 249
xxxi Binas ad matrem invaletudinis tempore litteras dat: quibus eam ſolatur, preceſque ejus efflagitat. 255
xxxii De præparatione ad mortem à B. Aloyſio adhibita. In raptu gaudia cæleſtia percipit, itemque mortis diem. 258
xxxiii Sacro Viatico munitus, nec non Indulgentia à Pontifice plenaria, placidiſſimè in Domino obdormivit. 265
xxxiv De exequiis, ſepultura, & iis quæ corpori B. Aloyſii acciderunt. 271
Lib. iii Cap. i De litteris, poſt ipſius mortem à compluribus ſcriptis. 312 F
ii Luculentum teſtimonium, quod B. Aloyſio Robertus Cardinalis Bellarminus ampliſſimum dedit. 317
iii Complura B. Aloyſii miracula, matrem à mortis linea revocat; feminæ nobili de partu periclitanti felicem enixionem impetrat: caſtitatis periculum à quodam depellit. 321
iv Nobilis Romanus voto Aloyſio concepto, renum dolore levatur. Item Lucenſis à maligna febre, Reliquiis ejus ad collum alligatis. 327
v Virgo Religioſa Florentiæ B. Aloyſii Reliquiis à cancro moleſto curatur. 329
vi Duos Socios liberat, alterum à febre maligna, à calculo alterum. Poſterius beneficium etiam Taurinenſi cuidam obtingit. 332
vii Infanti, bis à medicis depoſito, bis quoque ſanitatem confert: furioſum ex febre maligna ſibi reddit, 335
viii Mulier Brixienſis à febri & ſanguinis profluvio liberatur; alius item à febri ſolutaque alvo: unus in præcipiti lapſu ſervatur. 338
ix A Comite Montemelino febris, à Mantuæ Duce gravis morbus, Reliquiarum attactu, depelli-

A pellitur. Similis gratia Marſcalco Poloniæ, ad Beati imaginem oranti, præſtita. 341
x Baccius, Romanus Doctor, à variis affectionibus confirmatur. 344
xi Malus genius à corpore Nobilis Florentini, Reliquiarum contactu, pellitur : Puellæ, ad Beati imaginem precanti, greſſus redditi. 346
xii Varia miracula in Marchionatu Caſtellionenſi, Aloyſii meritis data ; unde ſacra ad imaginem ejus appenſa anathemata. 349
xiii Variis locis varia, B. Aloyſii interceſsu, in humanum genus collata merita. 355
xiv Aliquot Aloyſii beneficia, in animorum ſalute poſita, tentationibus depulſis. 356

LIBER I.

De Vita B. Aloyſii in ſeculo.

CAPUT PRIMUM.

Genus, nativitas, primaque per ſexennium educatio.

B

CAP. I *Parentibus utrimque illuſtribus,*

14 BEatus Aloyſius Gonzaga, cujus res geſtas moreſque mandare litteris inſtituimus, Ferdinandi, Principis Imperii, atque Caſtellionis Stiverorum in Gallia Ciſalpina Marchionis ; & Marthæ Tanæ Santeniæ, à Cherio in Taurinis, illuſtriſſimorum excellentiſſimorumque hominum, filius natu maximus fuit. Ferdinandus Marchio, Aloyſii pater, eâdem ſtirpe atque Guilielmus Mantuanorum Dux editus, illum tertio *a* contingebat gradu; atque in eâ quam dixi orâ, hereditate à majoribus ſibi traditâ, quæ inter Veronam, Mantuam, atque Brixiam haud procul à Benaco *b* lacu ſita eſt, rerum potiebatur. Ejus verò conjux Martha, præcipuis apud Taurinos familiis orta, patrem habuit Balthaſarem Tanum è Dynaſtis Santeniis, matrem verò Annam, è veteri Dynaſtarum Roboreorum ſanguine, Hieronymi Roborei Cardinalis, & Auguſtæ Taurinorum Archiepiſcopi propinquam. Inter hos B. Aloyſii parentes nuptiæ ad hunc fere modum in Hiſpania conjunctæ ſunt. Verſabatur in Philippi II. Regis Catholici aula Ferdinandus Marchio; atque ibidem Martha, plurimùm inter principes feminas, apud Iſabellam Valeſiam Reginam, Henrici II Francorum Regis filiam, Philippi conjugem, gratia atque auctoritate poterat. Ea occaſione, compertis hujus egregiis animi ornamentis ſingularibuſque dotibus, Marchionem cupido cepit ejus uxoris domum ducendæ. Quod cum diu deliberatum & conſtitutum haberet; operam dedit, uti Reges etiam hujus conſilii certiores fierent. Iis ergo auſpicibus, dicta juſta dote, additiſque gemmis, atque aliis donis dotalibus, quæ ſuæ in Martham voluntatis teſtificandæ Regina contulerat, Marchio ſibi illam deſpondit.

a

b

& in aula Philippi II gratioſis,

C

15 Ceterum dum hæc ſponſalia fiunt, univerſumque hoc nuptiarum negotium contrahitur; nonnulla evenere, tanta cum ſanctitate conjuncta, ut ſatis liqueret, qualem olim fructum eſſent allaturæ. Nam Martha, ſimul è Regina cognovit de hac neceſſitudine conſilia agitari, quo Deus illam bene & feliciter evenire vellet, magnum ſacrificiorum numerum Sanctiſſimæ Trinitati, Spiritui ſancto, Chriſto, interpoſita recitatione hiſtoriæ cædis ejus, item Virginis Matris, Angelorum, aliorumque Cælitum commendationibus expoſcendis, factitari juſſit. Deinde, cum ad utriuſque propinquos in Italiam ſcriptum eſſet, ut ejus conjugii auctores eſſe vellent; eo potiſſimùm tempore ad litteras reſponſum perlatum eſt, quo omnes procurandis Iubilæi, quod nuper Româ vulgatum erat, ceremoniis erant intenti. Itaque Natali S. Joannis Baptiſtæ, matrimonium inter utrumque, ſanctæ Euchariſtiæ myſteriis, Iubilæique religionibus expiatum, convenit: quo die Martha (quod ipſa mihi poſtea memoravit) omni ſtudio in pietatis officia in poſterum decrevit incumbere *c*. Præterea Regina, cùm per eos dies recenti partu eſſet gravida *d*; atque tali tempore Marthæ, quam ab uſque Gallia ſolatii cauſa ſecum adduxerat, conſuetudine nolebat carere, ejus in ſe amore confiſa; priùs in manum viri publice convenire vetuit, quam ipſa peperiſſet. Factum eſt, ut imperarat. Dicto dein ab Regina die, in quem commodum alterius cujuſdam Jubilæi ſeu Plenariæ indulgentiæ celebritas inciderat, iteratis Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacris, ſancte, ut Chriſtianos decet, eo tempore ſacris rite peractis, connubio juncti ſunt, cum Deo maxime pacato ſecundoque uterentur. Iam vero neque illlud minus memoria dignum eſt, quod in nuptiarum ritibus, feſtoque apparatu, decreta Concilii Tridentini, quæ forte per illos dies per Hiſpaniam promulgata fuerant, hoc primùm matrimonio, in mores induci cœpta ſunt *e*.

c

d

& Jubilæi tempore conjunctis,

E

e

16 Secundum nuptias, poteſtate ab Regibus facta, in Italiam atque in ſuæ ditionis oras una cum conjuge redeundi, priuſquam regiâ excederet, Marchio, honorarius Regis Cubicularius renuntiatus, ſimulque luculentis è Campania atque Inſubribus, dum ipſe unuſque filiorum viveret, vectigalibus eſt auctus. Neque ita multo poſt, idem Rex militaribus eum in Italia copiis præfecit, quem honoris gradum clariſſimus quiſque Italiæ Principum ac Ducum dignationi ſibi ducit. Poſteaquam Caſtellionem attigerunt, Marchionis uxor, ut ſe aulicis negotiis atque oneribus exſolutam, otium & facultatem pietatis impenſius colendæ nactam eſſe videt; pro veteri ſuo in eam ſtudio, proque eo ac nuper in Hiſpania ſtatuerat, quantùm numquam antea, curam ejus intendit. Imprimis verò cupiditas eam inceſſit nanciſcendi filii, qui in aliquo religioſorum hominum cœtu quandoque ſeſe Deo addiceret: quod ſtudium non modo poſtea non remiſit umquam, ſed etiam, ut ejus compos fieret, nullum adorandi Dei finem fecit. Certe vota minime irrita cecidiſſe, res ipſa docere viſa eſt; quando hoc filio primùm parens eſt facta, qui deinde ad Societatem Jeſu aggregatus, vitam in ea per ſingularem ſanctitatem degit, ac finivit *f*. Neque vero mirum cuiquam videri debet, tanta ſanctitate filium, tamque ſancto conſilio expetitum, maternis à Deo precibus datum eſſe. Crebro ſiquidem in Sanctorum rebus geſtis, Deum hujuſmodi deſideriis obſecutum fuiſſe, legimus: ut cum Annæ, Samuelis Prophetæ matri, ſtirpis omnis ante experti, filium, quem ipſius numini manciparet, poſcenti, annuit. Idem de S. Nicolao Tolentinate, qui & ipſe ſterili matri ſupplicanti condonatus eſt; de S. Franciſco Paulano, qui utrumque parentem, antea infœcundum, voti reum fecit; deque aliis accepimus.

itaque in Italiam cum honore dimiſſis.

CAP. II

procreatur Aloyſius;

F

f

deſiderio piæ matris religioſus futurus;

17 Equidem ſic ſentio, eum qui hujus beneficii poſtulandi illuſtriſſimæ illi feminæ mentem injecit, eumdem pro ſua benignitate exorari, primamque ejus prolem ſibi vindicare voluiſſe. Ad hoc, cordi fuiſſe Deo videtur, Aloyſium ante ſuum

egregieque piis,

ſingulari Dei Dei paræque favore.

A. VIRG. CEPARIO

facere, quam esset ex utero matris effusus. Neque enim sine divino nutu & consilio factum est, ut, cum necdum totus in hanc lucem exisset, Baptismo lustraretur; atque etiam cælorum Regina Virgo beatissima, cujus deinde à prima ætate nomini tantopere devotus fuit, præcipuâ quadam in eum gratiâ nascenti adesset. Solet enim ipsa Marchionis conjux ita commemorare; appropinquante partu, tantis se repente doloribus oppressam fuisse, ut nulla spe fœtus enitendi, in extremum adducta videretur vitæ discrimen; & Marchionem, accitis compluribus medicis negotium dedisse, ut si prolem vitalem esse posse diffiderent; at certe collato Baptismo æternam ei salutem dare, matrisque vitam tueri studerent: illos vero, artibus omnibus remediisque frustra tentatis, quæ solvendi partus esse visa sunt, & matris & filii salutem in desperatis ac depositis habuisse. Id cum esset matri compertum, in tanta desperatione opis humanæ, ad Deum atque ad Virginem ejus parentem confugere, concipit. Ergo accersito in cubiculum marito, potestatem sibi, in extremo sitæ, fieri postulat nuncupandi votum Virgini Matri. Cum ille annuisset, vovet

post editum peregrinationis Lauretanæ votum;

B ipsa, si hoc discrimine defuncta fuerit, sacram se Lauretanam ædem unà cum prole, modo & illi vita contingat, adituram. Voto suscepto, periculum omne depellitur, atque brevi hunc filium partu dat. Sed cum inter medicos constaret, eum mortem vitare non posse, instaretque Marchio, ut animi saltem incolumitati consulerent; obstetrix, simul eo loci partum esse videt, ut Baptismi patiens esset, prius eum tingere occupat,

baptizatur prius

quam totus ederetur. Ita utriusque vita servata est, atque in filio Dei gratia, meliorque ille & divinus ortus, hujus mortalis absolutionem prævertit; non sine singulari Dei favore, qui eum ab ipsis matris visceribus, quasi mancipio & nexu, sibi proprium esse voluit. Qua in re geminus Mechtildi sanctæ Virgini fuit; cui (ut in ejus Vita scriptum est) indicavit Deus, sibi placuisse, ut quò ejus animum, veluti templum, quamprimum sibi sacraret, atque à primo ortu sua gratia antecaperet, in similis metu periculi, Baptismus ejus acceleraretur.

18 Natus est Aloysius in arce Castellionensi, quæ caput est regionis in paterna ditione posi-

C tæ, in diœcesi Brixiensi, Pio V Pont. Maximo, anno à Christo nato MDLXVIII, VII Idus Mar-

quam plene natus 1568, 9 Martii, Castellione:

tias, feria tertia, tribus horæ partibus, â tertia ac vigesima elapsis. Sublatum è vestigio mater Crucis signo munit, faustisque precationibus prosequitur: dehinc horam ipsam tacitus, immotusque jacuit, nemo ut discerneret vivusne esset, an mortuus: postea vero cum unicum vagitum edidisset, deinceps conquievit; & lamentis, quibus plerique omnes recens nati infantes se dedunt, omnino temperavit. Id scilicet animi mansuetudinem, suavitatemque morum, quam ostendit in omni vita, portendisse crediderim. Eodem anno

& 20 Aprilis solemniter lustratur.

XII Kalend. Majas, feriâ item tertiâ, in æde sanctorum Nazarii & Celsi, à Joanne Baptista Pastorio *g* Archipresbytero Castellionensi, quanta

g maxima potuit pompa, sacris ritibus, qui ad Baptismum adhiberi solent, initiatus, atque ob avi

h paterni memoriam, Aloysius *h* appellatus est. Spopondit pro eo Guilielmus Mantuæ Dux, misso Prospero Gonzaga viro illustrissimo, suo Marchionisque cognato, qui suam vicem salutari

i fonti infantem admoveret *i*. Est id relatum in tabulas Curionis ejus templi, in quibus animadverti, cum ceterorum ejus ætatis Baptismi, eâdem formulâ Italicis litteris percensentur, ad hujus unius nomen (sive id ejus dignitati natalium tributum est, seu divino quodam instinctu evenit) nonnullas Latinas voces adjunctas esse; cujusmodi nihil, ne fratribus quidem ejus, adscribitur; atque in ipsum quidem belle quadrare eventus ostendit. Est autem ita scriptum: Sit felix, carusque Deo ter optimo, terque maximo, & hominibus in æternum vivat. D

19 Jam verò quanta cura & studio à primis CAP. III annis sit educatus; facile ex eo fuerit assequi, quod ipse stirpis maximus, non spem modò paternæ hereditatis, sed duorum etiam patruorum; *Etiam patruorum duorum futurus heres*

Alfonsi, qui Castello Godefredi; & Horatii, qui Sulpharino imperitabat, nutriebatur. Nam cùm opes illi clientelari ab Cæsare jure obtinerent, & eorum alter omni, alter virili stirpe careret, necesse erat eas ad Aloysium, communem nepotem, devolvi. Studio fuit matri, uti erat eximie pia, ut filius à pauxillo puero Deum Sanctosque venerari assuesceret. Igitur vixdum fari poterat, cum & ipsamet illum manus in speciem Crucis ducere, sanctissimum Jesu & Mariæ nomen pronuntiare, orationem Dominicam, E salutationem Angelicam, aliasque preces de memoria dicere condocefaceret; & nutricem ceteroſque, qui juxta ipsum servitii aut consuetudinis causa erant, idem facere juberet. Quibus rebus tantam adversus Deum reverentiam metumque induebat, ut ex hac quasi luce surgentis auroræ, quantus esset futurus meridie splendor, augurari liceret. Id adeo testatæ sunt mulieres ancillæ, quibus, cum per id tempus matri ministrarent, hunc etiam filium vestire & exuere negotium erat, singularem se in eo etiam tum infante religionem, Deique timorem comperisse. Duo imprimis in moribus illi tum fuisse, ad memoriam præclara, referunt. Alterum, quod pauperum egestate moveri se misericordia, & sicubi eos vidisset, benigne iis faciendi cupiditatem ostendebat: alterum, quod ubi primùm solus domum per-

pientissime educatur à matre,

non sine præsagiis secuturæ virtutis.

reptare potuit, non raro abdebat se in latebras, ac diu quæsitus, tandem in solo aliquo loco, precibus intentus, reperiebatur: quibus ex rebus futuram ejus vitæ sanctimoniam jam tum percipiebant animis: neque desunt qui jurati affirment, solo se ejus amplexu, proinde intimo pietatis sensu affectos esse, quasi cælestem aliquem Angelum F brachiis sustinerent.

20 Delectabat matrem vehementer hic pueri glisCens indies in Deum resque cælestes amor ac studium: at pater, vir armis deditus, qui sub Rege Catholico multa belli negotia sustinuerat, suis potius illum artibus imbui cupiebat. Quocirca quartum necdum annum egressio, sclopulos, bombardulas, aliaque minuta arma, ad illius ætatis usum apposita, consulto comparat. Ad hæc, cum ejusdem Regis auspiciis, tria peditum Italorum millia sub signis ad Tunetum ducturus, in agro Cremonensi apud Casale majus, quod oppidum Mediolanensis est ditionis, delectum haberet; puerum, quintum duntaxat annum agentem, è mulierum manibus & potestate matris ereptum, secum eo perducit. Ibi, quibus diebus copiæ censebantur, levi tectum loricula, ac pusillam hastulam præferentem humeris, militari more anteire ordines jubet: ac recreabatur mirifice, cum hoc exercitii genus puero volenti esse perspiceret. Aliquot menses Casali moratus, ut est illa ætas omnium, quæ geri videt æmula, dum ludos fermoneſ-

Quadrimus à patre destinatus armis.

A monesque cum militibus miscet assiduo, sensim militares sumpsit animos; neque levibus signis ostendere visus est, ad eam se gloriam à studio ferri, ad quam patris vocibus exemploque vocaretur. Itaque non semel usuvenit, ut, tum alia tela, tum fistulas æneas præcipue versans, in magnum veniret discrimen salutis; nisi Deus, qui ad sanctius eum vitæ genus reservabat, illud, prope supra naturæ modum, ab ejus capite depulisset. Certe fuit, cum, minutiore fistula explodenda, vultum sibi totum pulueris ardore fœdaret. Iterum, cum per æstatem secundum meridiem quieti indulgeret Marchio, atque ipse (quod in tantilla ætate obstupescas) nullius ope adjutus, collectum è meridianum militum thecis pulverem, in tormentum curule minus, quod erat pro arcis mœnibus, indidisset ignemque admovisset; prope abfuit, quin aversis retrocedentis carri impetu rotis obtereretur. Excitus sonitu Marchio, veritus ne qua esset inter milites coorta seditio, misit qui exploraret, quæ tandem esset hæc insolentia. Re compertâ, ad pœnam scilicet filium vocavisset; nisi milites, quibus non mediocrem voluptatem afferebant tam ingentes pueri spiritus, eam essent

B deprecati. Hæc atque alia de hoc genere, cum jam inter Religiosos agitaret, egregiæ erga se Dei voluntatis, cujus ope tanta pericula vitasset, prædicandæ, commemorare postea erat solitus. Necdum tamen erat illi penitus exempta Religio, de modico illo pulvere militibus sublecto; nisi quod eam illa cogitatione minuebat, haud

k. gravate daturos fuisse, si popposciset. *k*

non pauca vitæ pericula adit:

21 Profecturus cum copiis ad Tunetum Marchio, Aloysium Castellionem remittit; ubi eumdem, quem Casale erat ingressus, vivendi morem tenuit. Atque ut est plerumque militum vulgus ad verborum licentiam turpitudinemque projectum, ipse quoque ex eorum consortio nonnullas ejusmodi voces hauserat; quas (ut ipse postea P. Hieronymo Plato, dum percunctanti, universam quam in seculo egisset vitam, jam Religioni consecratus retexeret, narravit) ignarus quænam esset earum notio, interdum jactare cœpit. Id cum aliquando Petrus Franciscus Turcius audisset, quem ejus pueritiæ moderatorem fuisse diximus, tanta vi in eum invectus est; ut ipse mihi moderator confirmarit, nullum umquam ei deinde, nisi honestum decensque verbum efflu-

C xisse. Quinimo si quem postea licentius loquentem audiret, evestigio oculis pudore suffusis, humique defixis aut aliorsum conversis, monstrabat, se animum iis non advertere; & nonnumquam significabat etiam, talia sibi auditu molesta esse. Ex quo datur intelligi, numquam eum hoc genere sermonis usurum fuisse, si, quid sibi vellet, ante didicisset. Ceterum in omni Aloysii ætate nihil ab eo peccatum esse comperio, in quo plus sit culpæ quam in his verbis, ab admodum puero reique significatæ ignaro profusis: quæ simul ac flagitiosa, atque à suo dignitatis gradu genereque aliena esse didicit; tantus eum pudor intravit, ut postea sit falsus, ne Sacerdoti quidem suæ conscientiæ quæsitori, ut ea aperiret, animum inducere potuisse: ea erat puerilis animi verecundia. Neque vero umquam, dum vixit, hujus eum gravissimi (ut ipse sentiebat) criminis pœnitentia deseruit. Atque ut nihil deterius contraxerat, cujus eum conscius angeret animus; ita, postquam ad Religionem accessit, quo sui vincendi ac vilipendendi causa à teneris sontem se fuisse doceret, sæpe hæc familiaribus quibusdam suis memorabat. Verisimile est, consulto Deum, hunc A. VIRG. ei nævum adhæresce re, passum esse; ut dum in CEPARIO se culpam esse credit, quam propter ætatis insciti am reique ignorationem, propius fidem est nullam fuisse, in tanta munerum cælestium virtutumque copia, quibus postea mens ejus est locupletata divinitus, aliquam demittendi se causam haberet: atque ut, (quod de S. Benedicto scripsit S. Gregorius) quem in ingressu mundi posuerat, retraheret pedem *l*. l

voces etiam aliquas licentiores discit efferre,

quarum, licet non intellectarum, semper eum pœnituit.

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J

a *Imo, si recte supputaveris,* quarto; *ut videre est in tabula genealogica, quam explicuimus in Commentario prævio* § 2.

b *Italicè*, Lago di Garda, *ab oppido ejusdem nominis quod propè est, in ripa orientali & agro Veronensi. Sic & Latinis* Benacus *videtur appellatus fuisse, à celebri olim urbe* Benacum, *in ripa occidentali & agro Brixiensi, ubi nunc vicus, vulgo dictus* Tusculano, *putatur esse.*

c *Nec tamen sola Martha incubuit in opera pietatis: incubuit quoque Ferdinandus: de quo hæc domesticus testis Jacobus de Bellarinis, in processu Castellionensi, die* XXI *Julii* MDCVIII: Marchio Ferdinan- E *Pietas* dus, pater B. Aloysii, communicabat fere quot *Ferdinandi patris.* mensibus in habitu Ordinis S. Jacobi. Et hoc scio, quia vidi, & in aula ejus ministravi annos circiter XXXV.

d *Fuit is primus Reginæ partus, quo enixa est, anno* MDLXVI *die* XI *Augusti, Isabellam Claram Eugeniam, Archiducis Alberti Austriaci deinde vxorem, & Belgii nostri Gubernatricem, religiosissimam feminam.*

e *Neque hoc præteriri silentio debet, quod eidem matrimonio præsentes adstiterint, non solum Rex & Regina Hispaniarum cum universa Aula sua; verum etiam Archiduces duo, Maximiliani* II *Imperatoris filii; Rudolfus, qui patri in Imperio dein successit; atque Ernestus, qui postea Belgio præfuit Gubernator.* *Nuptiis adsunt Rex & Regina* *Audiamus de his, & aliis huc spectantibus, tertium in processu Castellionensi testem, D. Rudolfum de Petrochinis. Ita loquitur:* Scio, quod D. Ferdinandus Gonzaga, Marchio Castellionis, matrimonium contraxit in Hispania cum D. Martha Tana: atque id scio, non tantum per litteras, quæ illa de re nuntium attulerunt Castellionem, annis fere XL jam elapsis, (*deponebat hæc ille testis Castellione anno* MDCVIII, *mense Julio*) sed etiam, quia hîc illos vidi, ut legitimos conjuges decet, inter se agere per annos circiter viginti, quibus in eorum ministeriis atque ædibus versatus fui. Profectus quoque fui cum ipsis in Hispaniam, ibique relatum mihi est, quanta solennitate ibidem celebraverant olim Principes mei suas nuptias, interventu etiam Imperatoris Rudolfi, qui hodiedum vivit, atque Ernesti fratris ejus, honoratas. Ad hæc probe memini, ex legitimo isthoc matrimonio primogenitum prodiisse B. Aloysium, natum in arce Castellionis anno MDLXVIII; ibidemque sacro tinctum fuisse Baptismo, cujus cærimoniæ solennes postea suppletæ fuerunt in ecclesia S. Nazarii, suscipiente infantem de fonte, illustrissimo D. Prospero Gonzaga, nomine Serenissimi Guilielmi Mantuæ Ducis; & quidam juvenis, litterarum studiosus è familia Rossi Paduana, pulcherrimam post baptismum recitavit orationem vernaculâ linguâ. Porro educatus fuit Catholice Aloysius, & suo tempore sacro Chrismate confirmatus. *Congruunt cum hisce depositiones quarti & quinti testium, Jacobi de Dyrrachio, & Jacobi de Bellarinis; qui ambo fuerunt,* F *item Rudolfus futurus Imperator,*

ANNOT. C. J.

Veniunt conjuges Caſtellionem 1567, 19 Martii.

aque ac modo dictus Rudolfus de Petrochinis inter domeſticos Principis miniſtros, qui adfuerunt etiam ipſi baptiſmo prædicto. Addit tamen inſuper, quod notabile eſt, primus illorum, rediiſſe Marchionem Ferdinandum ex Hiſpania Caſtellionem, cum ſponſa ſeu uxore ſua, die feſto S. Joſephi, *anno utique* MDLXVII, *quippe priori anno* MDLXVI, *quo peperit Regina menſe Auguſto, conſtat ipſos adhuc in Hiſpania, eatenus ſaltem, manſiſſe: ſequenti verò anno* MDLXVIII, *ante feſtum prædictum Caſtellione Aloyſium natum fuiſſe.*

f *Quando ipſa mater adhuc in vivis agebat; quæ exinde deſperatam fere ſanitatem, interceſſore filio apud Deum, ſibi mirabiliter reſtitutam vidit; duplici titulo læta, tum quod ſanata eſſet, tum quod ſanata à filio: qui & facto illo ſatis ſuperque teſtatus eſt matri, non omnino mortuum eſſe ſe, ſed vitam vivere feliciorem in cælis. Signum quoque futuræ ſanctitatis videri poteſt fuiſſe, quod D. Camilla, teſtis Caſt.* VII, *affirmat,* ſibi narraſſe Marchionem Martham, matrem B. Aloyſii, quod quam diu utero illum tulit, ita ferebatur ad legendos ſpirituales libros, ut nulla lectione ſatiaretur: quod ſibi fatebatur, & mirabile tunc viſum fuiſſe, & numquam deinceps, etiam dum uterum portaret, accidiſſe.

B

g *Fuerit ille Joannes Bapt. Paſtorius, patruus aut aliter propinquus Fauſti Paſtorii, qui poſtea ibidem etiam ipſe Archipresbyter fuit, & electione Pontificia conſtitutus Judex, in cauſa proceſſus, à ſe faciendi pro canonizatione Aloyſii an.* MDCVIII.

h *Scripſerat hîc interpres noſter;* Aloyſius, ſeu quod idem eſt, Ludovicus appellatus eſt. *Malim ego, prætermiſſo illo additamento, textum Auctoris Italicum ſequi, in quo ſimpliciter appellatur* Aloyſius: *idque nominis puero in baptiſmate ſolenni impoſitum fuiſſe, teſtatur etiam Jacobus de Bellarinis in proceſſu Caſtell. teſtis* V: *& initio Commentarii noſtri oſtendimus, ita appellandum eſſe.*

i *Adfuit quoque, uti teſtatur Jacobus de Dyrrachiis in proceſſu Caſtell. teſtis* IV, *Excellentiſſima Domina uxor D. Alfonſi Gonzagæ (is patruus erat Aloyſii & Dominus Caſtelli Gofredi, ſive Gaufredi, ſi ita malis) atque ſuſcepit cum Marchione Proſpero puerum de fonte baptiſmali, matrina. Quid hic præſtiterit Marchio Proſper, teſtatur ipſe juratus anno* MDCVII, XVII *Octobris, in proceſſu Mantuano in genere, aliaque nonnulla eòdem ſpectantia addit, ita inquiens:* Scio quod B. Aloyſius Gonzaga fuit legitimus & primogenitus filius illuſtriſſimi Domini Ferdinandi, Marchionis Caſtellionis de Stiveriis, atque illuſtriſſimæ Dominæ Marthæ Santeniæ, legitimæ uxoris ejus: & ex iis, in legitimo matrimonio conviventibus, procreatus & natus fuit. Et ego, pro ſereniſſimo Duce Guilielmo felicis recordationis, ipſum ſuſcepi è fonte baptiſmali.... Prædicti Illuſtriſſimi parentes beati Juvenis, duxerunt perpetuo vitam quam maxime probam, chriſtianam atque catholicam; & pater convenientem profeſſioni ſuæ, Ordinis Alcantaræ, in quem Eques adlectus fuerat. Ambo autem gravi doloris ſenſu affecti ſunt, quando filius animum ad Religionem appulit.

C

Baptiſmo præſens Proſper Gonzaga.

k *Non diſſimilis fuerit teſtificatio, ex qua hæc Ceparius ſcripſit, illi, quam deinde dedit teſtis Caſt.* XIII, *R. P. Gaſper Alperius, hunc in modum:* Ut magnam in me habebat fiduciam, nonnumquam aperuit mihi arcana ſua familiariter, dicens, quod rerum omnium, quæ ſibi aliquando animum anxiſſent in vita ſua, fuerunt duæ ſequentes. Primùm, quod ſurripuit à militibus ſuis pulverem tormentarium, quo tempore morabatur cum patre ſuo Caſali majore, quadrimus puer. Conſolabatur tamen ſeſe hac cogitatione, quod milites iſti dediſſent ſibi non inviti id quod abſtulerat, ſi petiiſſet; quodque æſtimari univerſim res ſurrepta poſſet uno fortaſſe Julio, non pluris. Alterum dolebat, quod ſub idem tempus ab iiſdem militibus didiciſſet verbulum quoddam minus honeſtum, eoque fuiſſet aliquoties uſus, neſcius tum quid notionis ſubeſſet. Attamen, quod ætate grandior, novem puta annorum, id reſciens, pœnituerit; ſeque illius, qualiſcumque delicti, accuſaverit apud Sacerdotem. Quia vero inſinuaverat, hæcce duo præcipuam omnium, quæ in vita geſſerat, dolendi cauſam ſibi eſſe; dixi, O beatum te! quod ei ruborem incuſſit, fecitque, ut deinceps minus mihi fideret res ſuas.

D

Præcipua Aloyſii pueri delicta.

l *Ad hanc quoque ætatem, ſeptennio minorem, referendum eſt, quod ſcribit de Aloyſio in Vita S. Staniſlai Koſtkæ Daniel Bartoli lib.* I, *cap* 2, *probans utriuſque exemplo, quod, cum ætas puerorum tenera & pene infantilis, pro capacitate ſua, inclinat animum ad pietatem; id propemodum infallibile ſignum ſit, infuſam illis à Deo eſſe admirabilem quemdam tenerrimumque amorem pudoris virginalis, non ſolum diſcrimina ejus, ſed & umbras, & tutiſſima quævis timen tem; quamquam vixdum ipſi intelligant, quid rei virginitas ſit; neque precentur Deum (quod grandiores natu omnino oportet facere) ut illam in ſe illibatam ab impuritatis noxia conſervet. Tali autem gratiâ dignari ſolet Deus illos præcipue, quibus conſtituit ſummum illud rarumque virginitatis donum ad uſque mortem conſervare; infundendo illorum animis, dum adhuc tenera minuſque conſiderata & lubrica eſt pueritia, horrorem grandem, ſanctumque odium adverſus omne genus turpitudinis libidinoſæ, imo adverſus illa quoque, quæ aliis nullam turpitudinis ſpeciem habere videntur.*

Pietas in pueris

ſignum eſt futuri pudoris

E

Exemplum ſeu factum Aloyſii in hunc fere modum italice deſcribit Bartolus, exceptum à ſe ex ore Dominæ Camillæ Ferrari, quæ cum Aloyſio educata, cum eoque adhuc puero interdum luſit & pars luſûs fuit de quo hic agimus; mortua Caſtellione, trium & octoginta annorum ætate expletâ. Tantillæ, *inquit,* ætatis adhuc erat Aloyſius, ut ei Domina mater ſua, ſub cujus oculis educabatur, permitteret ludere cum aliis pueris utriuſque ſexus, quibus aula patebat: quando inſtituerunt quodam veſpere luſum neſcio qualem, niſi quod hac lege colluderent, ut quiſquis impoſitum ſibi munus ſuo tempore & modo, ubi ſignum dabatur, non obîſſet, pignus quodpiam è ſuis crepundiis deponeret; quod, abſoluto luſu, antequam ſibi denuo vendicare poſſet, oportebat eum pœnæ nomine præſtare, quod victori collibitum erat ei præſcribere. Jam vero Aloyſius, cui, ut aliis, acciderat à ſtatutis luſûs aberrare; ut, quod poſuerat pignus, redimeret, juſſus fuit oſculari umbram, quam forte interpoſita inter parietem & lucernam puella formabat objectu corporis ſui in dicto pariete: & velim credere, deformem, ſi non & monſtro ſimilem fuiſſe, quales eſſe ſolent umbræ; atque inde victorem capere occaſionem voluiſſe ridendi & riſu finiendi luſum. At vero ſeu formata rectè, ſeu deformis fuerit umbra, Aloyſius, ut audiit, oſculum, non dico puellæ, ſed puellari tantummodo umbræ dandum, continuo verecundiâ ſuffundi, indignatione ſuccendi, toto vultu inflammari, & pignore ſociiſque relictis inde ſe ſubducere, non ſine turbamento luſûs & lætitiæ puerilis: nec quiſquam deinceps potuit eum ad iſtiuſmodi luſus cœtuſve allicere ullo modo. Quæ res ut puerilis videri poſſit, nolle oſculari umbram humani corporis; auſim tamen ego aſſeverare, tam heroicum honeſtatis virginalis facinus illud eſſe in puerulo, quam foret in grandiore natu, non oſcu-

ſic Aloyſius puer

F

ne quidem ſuſtinet oſculari umbram puellæ in pariete:

A oſculari corpus verum, ubi in honeſto multorum contubernio ſimilis juſſio urgeret.

Alterum exemplum verecundiæ virginalis, quod puer edidit Staniſlaus, alio titulo huc non adduco, quam ut amplius confirmetur ſententia Bartoli, aſſerentis, Deum teneris adhuc puerorum, ad pietatem proclivium, mentibus immittere horrorem quemdam ſingularem à quavis ſpecie turpitudinis, præſertim illorum, quos ſibi caſtos vivere uſque ad extremum ſpiritum cupit. Ad hiſtoriam quippe Aloyſianam factum hoc Staniſlai vix & ne vix quidem ſpectat: niſi forte, ut inde appareat quam ſimilibus utrumque prævenerit Deus gratiis in ætate tenella, quos ſcimus deinde etiam ſimiles fuiſſe moribus & ſanctimonia vitæ; & eamdem ingreſſos eſſe, poſt ardua certamina cum ſuis, Societatem Jeſu; ibique conſummatos in brevi expleſſe tempora multa, & caſtiſſimas animas ſuas inde immiſiſſe cælo. Eſt autem hujuſmodi. Pater Staniſlai, ut erat princeps multorum ſubditorum & magnanimus, vivebat ſplendidiſſime, & quotidie variis de cauſis commeantes ad ſe, ſubditos, amicos, exteros, excipiebat multos hoſpitali menſa. Inter accumbendum ſiquis forte convivarum (uti, prô dolor! nimis quam frequenter fit) in colloquium inferret quidpiam,

B quod pudicis auribus officere poterat; continuo Staniſlaus turbabatur animo, mox erubeſcebat, tum oculis vultuque demiſſis videbatur ſeſe intra ſe abſcondere velle. Cum vero diſſolutiores iſti locutores non animadverterent, ſe talibus dictis offendere virginalem innocentis pueri modeſtiam, cujus ſola verecundia, illorum licentiam caſtigare debuerat; ipſos Staniſlaus, quod ei per ætatem & præſentiam patris non licebat verbis, reprehendebat factis. Nam ſublatis vultu & oculis in cælum, ibique tantiſper fixis (ſeu vere deliquium pateretnr animi; ſive, quod patri ejus videbatur, ſpiritu raperetur in ecſtaſim, nullo remanente motu in corpuſculo) declinabat præceps in alterum latus, &, niſi tempore ſuſtentabatur, impingebat capite in terram.

De hac tam admirabili affectione, qua non tantum animus Staniſlai, ſed corpus quoque ita commutabatur, ut haud aliter quam ſi laſcivi ſermones iſti plagam ei intuliſſent mortalem, linqueretur ſpiritu & caderet non ſine periculo in terram, teſtantur etiam Proceſſus Cracoviæ fabricati fol. 180 *&* 192; *præterquam quod frater Staniſlai* Paulus, *è perſecutore ejus admirator & imitator virtutum ejus factus, & jam ſenex in Societatem Jeſu & ipſe adlectus, in eodem Proceſſu fol.* 89, *hiſce verbis latinis juratus loquatur:* Cum menſæ paternæ coram aſſideremus, & aliquid, pro more ſeculari, liberius ab aliquo hoſpitum proponeretur; fraterculus meus cariſſimus Staniſlaus, obverſis in cælum ocellis, extra ſe factus quaſi exanimis, ſub menſam delabebatur, non ſine periculo læſionis, niſi ab aſſidentibus raptus ſubito, a caſu probibitus fuiſſet. Notum id erat omnibus domeſticis, & omnibus erat admirationi. *Neque id ſemel tantum (ita fere proſequitur Bartolus) accidit, ut caſus reputari poſſit: verum, induci ab hoſpitibus ſuper menſam turpiloquium, eoque percepto Staniſlaum elevare oculos in cælum, & animo deſtitui in terra; tam certo & ſemper aliud ex alio ſequebatur, ut amantiſſimus filii ſui pater, experientia multiplici doctus cauſam tam inſoliti deliquii; ſimul atque convivarum quiſpiam ordiebatur ſermonem minus caſtum, ipſe aut aliud collocutionis argumentum interponeret; aut, ſi ne ſic quidem divertere ab ſe inhoneſta loquentem poſſet, rogaret palam, ut linguæ temperaret in gratiam Staniſlai: alioquin (& hoc ſubridendo dicebat) videbitis ita eum animo aſcendere in cælum, ut capite præcipitet in terram.*

& B. Staniſlaus Koſtka

ad verba minus modeſta

alienaât mente cadit in terram.

C

Infra ſeptennium ætatis Aloyſii poſſunt etiam ex parte contigiſſe quæ deponit Rudolfus de Petrochinis, teſtis Caſtell. III, *in hunc modum:* Scio, B. Aloyſium ab infantulo vixiſſe in fide catholica & obedientia ſanctæ Matris Eccleſiæ. Simul ac mane ſurrexerat, jubebatur à Magiſtro ſuo poſitis humi genibus recitare Exercitium quotidianum aliaſque orationes. Magiſtrum autem habuit Dominum Joannem Albertinellum, Caſtellionenſem; eoque deinde mortuo, Dominum Julium Brixianum, Cremonenſem. Miſſam audiebat quotidie: & frequenter pro devotione ſua opellam aliquam conferebat in miniſtrando facienti ad aram Sacerdoti. Imo in tenera illa ætate jam monſtrabat ſanctitatis, animæque puritatis indicia; quæ & incrementa ceperunt cum annis, tanto majora, quanto magis ſe prodebat uſus rationis: atque admodum puer adhuc erat, quando reprehendebat mira libertate illos, qui paulo immodeſtius verbum forte proferebant. Et hæc ſcio, quia præſens vidi & audivi.

ANNOT. C. J.

Aloyſii fere Septennis acta quædam alia.

CAPUT II.

Qualem vitam Caſtellione ſeptennis, octennis Florentiæ, Aloyſius duxerit.

22 UBi ſeptimum annum attigit Aloyſius (quam ætatem inter Ariſtotelem ſanctoſque Doctores ad ratiocinandum, atque adeo ad virtutem & vitium maturam eſſe, convenit) tanto ſe ardore ad Deum colendum convertit, ſeque ita penitus illi conſecravit, ut illud poſtea ſuæ converſionis tempus appellare ſit ſolitus. Quin & ſuis deinde melioris vitæ Magiſtris, quibus arcana conſcientiæ credebat, inter præcipua Dei in ſe beneficia hoc ſe ponere narrabat, quod ſeptennis à

a ſeculi amore ad Deum traductus eſſet *a*. Porro quanto cæleſtium donorum præſidio, jam inde, poſtquam illi ratio competere cœpit, Deus ejus conatus vel antevenerit vel ſecundarit, ex eo ma-

b nifeſtum eſt; quod quatuor Sacerdotes, *b* qui diverſis locis atque temporibus Confeſſionum ipſius, etiam earum quæ univerſam ætatem complectebantur, ante & poſt initam Societatem, fuerunt arbitri; atque inter hos Robertus Bellarminus, Cardinalis illuſtriſſimus, qui ſub ejus obitum, to-

F tum vitæ tempus recenſenti operam dedit; omnes, quamvis alii aliorum teſtificationis ignari eſſent, conſenſu ſcriptum fecerunt, numquam eum vel letiferam noxam concepiſſe, vel hauſtam in Baptiſmo Dei gratiam effudiſſe. Quæ res tanto plus admirabilitatis habet, quod maxime lubricam vitæ partem, non in monaſteriis ſacriſque Religioſorum ſeptis tranſmiſit, in quibus, ſive deficientibus peccandi illecebris, ſeu ſuppetente tum ad ſanctam conſuetudinem, tum ad animorum ſubſidia, tantâ Deo mancipatorum hominum copiâ, haud paulo facilius eſt, quam in vulgari licentia, Dei gratiam tueri: at iſte jam inde ab incunabulis in Principum aulis verſari cœpit. Nam ſuprà, quam quod in paternâ natus eductuſque erat, complures dein annos apud Magnum Hetruriæ Ducem, Mantuæ item Ducem, Hiſpaniarum Regem conſumpſit; neceſſaria Principum ac Dynaſtarum conſuetudine, & promiſcuo hominum cujuſcumque ordinis, uti res ferebat, uſu ſemper implicitus: & tamen inter paternæ domus delicias, vitæque aulicæ irritamenta, mentis integritatem, quam in Baptiſmo, velut candidam veſtem induerat,

IV *Septennis ad Deum convertitur:*

ſervatque innocentiam baptiſmalem,

licet in Principum aulis viveret;

A. VIRG CEPARIO.

rat, ab omni labe puram intactamque ſervavit.

23 Quapropter meritò *c* Bellarminus Cardinalis, cùm in ſermone mecum aliiſque compluribus de egregiis Aloyſii etiam tum viventis virtutibus, firmis argumentis aliquando docuiſſet, numquam deeſſe in hac Eccleſia, quamvis ancipiti conflictu diſtricta, quoſdam homines eximia ſanctitate vitæ, qui etiam dum vivunt in ſtabili apud Deum gratiæ gradu ſint poſiti, diſertim hæc ſubjunxit: " In " horum numero, qui tam arcta atque indiſſolubili neceſſitudine Deo ſunt adjuncti, equidem " Aloyſium noſtrum ego, quem minime fugit " quid in ejus mente agatur, collocandum cenſeo. " Aliud præterea quiddam idem Cardinalis, in præclaro illo teſtimonio *d* legitimè conſignato firmatoque, adiecit; quod rationum ſanctioris interioriſque vitæ non penitus rudibus, teſtiſque auctoritatem reputantibus, longe etiam majorem admirationem movebit. Confirmat enim, jam inde à ſeptimo ætatis anno, B. Aloyſium vitam perfectam, omnibus ſanctitatis numeris abſolutam egiſſe: cujus prærogativæ dignitatem prudentibus æſtimandam relinquo. Ac videtur Dei voluntas ita tuliſſe, ut ipſi ſiniſtri genii, ejus adhuc pueri morum ſanctitatem, deſtinatamque jam in cælo gloriam prædicarent. Cùm enim quidam è Franciſcanorum Ordine, quos Obſervantes appellant, clara, quacumque iter haberet, ſanctimoniæ fama Caſtellionem profectus, in cœnobio ſuæ familiæ, cui à S Maria nomen, uno ab urbe miliario conquieſceret; magni ſunt ad eum videndum, poſcendaſque ejus preces facti concurſus. Et, quoniam increbuerat, quædam illum ſupra vim mortalem facere, multi à dæmonibus inteſſi vexatique, ut ejus execrationibus levarentur, adducti. Ibi, cùm Sacerdos ille, frequenti populo, hominibuſque etiam illuſtribus, & in his Aloyſio puero, alteroque ejus germano minore ſpectantibus, diras in dæmonem de more maximè jaceret; atri illi genii elata voce, intentaque in Aloyſium manu, Videtiſne illum? exclamant; hic demum eſt, quem cælum, & multa inibi manet gloria. Mandata ea vox memoriæ, totâque Caſtellione vulgata: neque deſunt hodie, qui ſe coram eam audiſſe teſtificantur. Tametſi verò dæmonum, qui mendaciorum ſunt parentes, verba nullam fidem merentur; crediderim tamen, quo magis eos ſuæ veſaniæ puderet, ut ſæpè alias, verum edicere vi divina fuiſſe compulſos.

c *quod inſigni Card. Bellarmini teſtimonio,*

d *ipſorumque dæmonum confirmatur.*

C

24 Etenim tam excellens jam tum erat de hoc ſancto adoleſcente hominum opinio, ut in ejus vita ac moribus ſpeciem ſibi delapſi de cælis Angeli videre viderentur. Domi quotidie nixus genibus, preces, quæ Exercitium quotidianum inſcribuntur, Pſalmos ſeptem de pœnitentia, Officium B. Virginis, vel ſeorſim, vel unà cum aliquo comite recitabat, aliaque præſtabat officia pietatis. Adeo libebat humi inter precandum procumbere, ut non pulvinum, aut quid ſimile genibus ſubjici ſuſtinuerit; idque deinde (ut poſtea narrabo) in omni vita ſolenne tenuit. Per idem tempus, febri quartana octodecim ipſos menſes vehementer eſt exercitus; etſi, cùm principio eſſet ardentior, poſtmodum minus eum in lecto attinuit. Interea ſedate ferebat ejus dolorem, neque intermittebat umquam, quin Officium beatæ Virginis; Pſalmos qui Graduales, quique Pœnitentiales dicuntur, & alias ſtatas preces pronuntiaret quotidie. Ubi tamen interdum ſolito erat imbecillior, accerſebat è feminis matris adminiſtris quæ ſublevaret legentem: ut autem omnino ceſſaret, adduci numquam potuit. Hæc ſunt quæ, non amplius ſeptem annos natus B. Aloyſius, fundamenta jecit virtutis Chriſtianæ; ut minime mirum videri debeat, ſi ad tam excelſum, quàm poſthac explicabimus, faſtigium illum adduxerit.

B *Statas quotidie preces*

nec in febri quidem intermittit.

D

25 Ferdinandus Marchio, ab expeditione Tunetana, plus duos annos in Hiſpanica regia moratus, cùm in ſuæ ditionis terras revertiſſet, ut Aloyſium, ſuæ ſtirpis maximum, priſtino illo militari ardore depoſito, pietatis & modeſtiæ plenum reperit; cùm præclaram illam indolem, & majorem quam pro ætate prudentiam mirabatur, tum gaudebat plurimùm, idoneum ſe parentibus ſibi populis regendis heredem eſſe nactum. At ille, octo jam natus annos, alia longe conſilia cum animo ſuo agitabat, cogitationeſque jam de ſublimiori quodam virtutis gradu ſuſceperat; neque eas aliquando matri dubitavit exponere, quam cùm ſæpius dicentem audiſſet, quando pluribus jam liberis eſſet aucta, jucundum ſibi fore, ex iis unum aliquem Religioni addictum videre, ipſe ei ſecreto; Affirmaſti, inquit, mater, gratum tibi futurum, ſi quem filium habeas, qui in religioſa familia verſetur; equidem hanc tibi gratiam Deum gratificaturum eſſe confido. Alio verò die, cùm eadem iteraſſet; adjunxit, ſperare etiam, ſe illum fore. Mater, quamvis, quod primogenitus eſſet, abhorrenti ſimilis ſermonem abrupit, filiumque inde ſe cum his dictis auferre juſſit; tamen illa mandavit animo; &, quod eum in colenda pietate multum videret eſſe, credere cœpit, ita, uti dixerat, fore: tametſi, ut poſtmodum ſuſcepta Religione faſſus eſt, nihildum id temporis in ullam partem certi conſtitutum habebat, ſed ſuam dumtaxat pie vivendi conſuetudinem ſequebatur.

Octennis prædicit matri

ſe futurum Religioſum:

E

26 Dum hæc geruntur, crebris rumoribus affertur, peſtilentiam tota Italia ſerpere. Ejus metu Marchioni viſum eſt faciendum, ut ſe cum univerſa familia in Montem-Ferratum transferret. Ibi dum verſatur, gravibus articularis morbi doloribus conflictari cœpit: quapropter medicorum voluntate ad balneas Lucenſes proficiſci ſtatuit, unàque ſecum Rudolfum alterum natu filium, cujuſdam, qua tenebatur valetudinis curandæ, atque etiam Aloyſium perducere. Scilicet, ut in reditu Florentiam diverteret, atque ibi in aula Franciſci Medicæi, Magni ducis Hetruriæ, ſive neceſſitudinis, quam in regia Catholici Regis cum eo conſtitutam habebat, retinendæ cauſa; ſive quo facilius Hetruſcè loqui condiſcerent, utrumque relinqueret. Ergo æſtate anni MDLXXVII *e* ineunte, cum à conjuge, vehementer querente, id ætatis liberos tanto intervallo ab ſe divelli, diſceſſiſſet, rectà ad balneas contendit. Inde, poſtquam iis aquis ſatis erat uſus, Florentiam flexit; à qua cum prope abeſſet, nuntiareturque portas omnes metu peſtilentiæ diligentiſſimis cuſtodiis ſeptas teneri, in Feſulanum Jacobi Turcii familiaris ſui ſe recepit: interea Magno Duci nuntiari jubet, ejus ſe ſalutandi cauſſa adveniſſe. Accepto reſponſo, urbem ingreditur, atque à Duce accipitur, cum eximii ſignificatione amoris.

tum à patre, Balneis Lucenſibus uſo,

F

Florentiæ cum fratre Rudolfo relinquitur.

e

27 Hic Dux, cum ei Marchio filios ſuos obtuliſſet, tantopere eo munere delectatus eſt, ut non alibi eos, quam in ſuo palatio diverſari vellet. Verum quia ſuos ille liberos, non aulicis modo moribus, ſed liberalibus etiam ſtudiis imbui cupiebat, non longe poſt, bona Ducis venia, inde abductis, domum, in vico cui ab Angelis nomen eſt, attribuit. Deinde ante digreſſum, filiis moderatorem univerſæque familiæ œconomum addidit

ſtudiorum cauſa.

A addidit Petrum Franciſcum Turcium, qui nunc Joannis Medicæi viri Principis domum adminiſtrat; cujus fidem & prudentiam in proprio famulatu ſuo diu multúmque probaverat. A cubiculis eſſe voluit Clementem Ghiſonium, nunc Marchionis, qui hodie Caſtellioni imperat, Prætorio præfectum. Acceſſit, præter ceteram familiam, ipſorum ſplendore dignam, Julius Brixianus, Cremonenſis Sacerdos, ſingulari probitate, qui eos cum Latinis litteris, tum honeſtis moribus informaret. Annum jam Aloyſius omnino nonum expleverat, quando à parente Florentiæ relictus eſt; ubi dum Latino Hetruſcoque ſermone eruditur, duo & amplius anni fluxerunt. Feſtis diebus aulam celebrabat: atque initio, ut moderatori puritiæ ſuæ morem gereret, ludo quoque perſona ſua digno nonnumquam vacabat: ceteroquin adeo luſionibus non ducebatur, ut ſereniſſima Eleonora Mediceа Mantuæ dux referat, Aloyſium, ab ſe ſororeque ſua Maria, quæ hodie Gallorum Regina eſt, tum prope etiam infantibus, ad hortos, laxandi inter ſe animi cauſa invitatum, negare ſolitum ſe ludis oblectari; malle arulis erigendis, conſimilique aliqua pietatis exercitatione occupari *f*.

addito œconomo.

cubiculario,

atque magiſtro;

f

B 28 Non diu Florentiæ erat verſatus, cùm præclaros effecit in rerum cæleſtium uſu proceſſus, ſic ut deinde Florentiam ſuæ pietatis parentem vocare ſit ſolitus. Atque imprimis tanta animum ejus erga beatiſſimam Virginem Matrem, Dominam noſtram, obſervantia cepit; ut quoties de ea in ſermonem incideret, vitæque ejus ſanctiſſima myſteria volveret animo, colliqueſcere cæleſti gaudio videretur. Fecit eò plurimùm, tum communis Florentini populi erga ejuſdem Virginis effigiem, quæ in ea urbe Annuntiatæ titulo colitur, eximia veneratio; tum lectio libelli, quem de myſteriis Roſarii Gaſpar Loartes, Sacerdos è Societate Jeſu, conſcripſit. Inter eum legendum, cùm ſe deſiderio ſentiret accendi gratum aliquid acceptumque cælorum Reginæ faciendi; venit in mentem, nihil ei jucundius accommodatiuſque præſtari poſſe, quàm ſi, ejus caſtimoniæ, quantum mortali fas eſt, imitandæ ſtudio, ſuam illi virginitatem voto obligaret ſacraretque. Igitur cùm ante eam quam dixi imaginem aliquando precaretur; quod ad ejuſdem Virginis honorem verteret, Deo vovit, integram ſe inviolatamque virginitatem ſuam perpetuo ſervaturum *g*: quod votum adeo ſemper ſancte exacteque perſolvit, ut vel ex eo liqueat, quam Deus illud ratum habuerit, quamque præcipuo amore Mater Virgo in ſuam ipſum fidem clientelamque receperit. Siquidem, qui ei à Pœnitentiæ ſacris fuerunt, ac nominatim Bellarminus Cardinalis, in eo teſtimonio quod jurejurando firmavit, & plenius Hieronymus Platus in ſchedis illis Latine ſcriptis, aſſeverant, B. Aloyſii & corpus omni ſenſu motuque libidinis, & mentem omni cogitationum imaginumque obſcœnitate, quæ vel tantillum cum hoc ejus voto propoſitoque pugnaret, dum vixit, caruiſſe.

VI *ubi Deiparæ volens gratificari*

virginitatem perpetuam vovit,

g

C

29 Quam rem, humana omni vi induſtriaque majorem, ſatis apparet, tamquam proprium quoddam donum, à Deo cariſſimæ Matri ſuæ poſtulanti datam eſſe. Quod, quam ſit eximium, intelligit, qui reputabit, S. Paulum (ſive illi de ſe, ſeu de alio ſermo eſt) ter Dominum rogaſſe, ut ſtimulum ab ſe carnis averteret; S. Hieronymum, in illa ſolitudine, eidem retundendo, crebris ſaxorum ictibus nudum pectus converberaſſe; S. Benedictum, rejectis veſtibus, totum ſe in vepres indu iſſe; S. Franciſcum, item nudum, in hibernis ſe nivibus volutaſſe; S. Bernardum, collo tenus glaciali immerſum ſtagno, importunum ardorem reſtinxiſſe; paucos quoſdam è Sanctis, quos Deo ſingulari munere cohoneſtare viſum eſt, vacuitatem ab hac tyrannide eſſe conſecutos. Et tamen, ſi qui exſtiterint, diuturnis eò precibus, ac lacrymis aſpirarunt. Talem S. Gregorius Magnus in Dialogis perhibet fuiſſe Equitium, ſanctum Abbatem: qui, cum adoleſcens, ejuſmodi ſibi faces admoveri ſentiret; non prius Deum longis, crebriſque precibus obſecrare deſtitit, quam ille eum miſſo Angelo, perinde ut recens natum infantem, omni hujus generis illecebra atque inflammatione liberaſſet. Abbatem quoque Serenum prodidit Caſſianus, cum frequentibus jejuniis, precibus, fletibus à Deo munditiam mentis impetraſſet; alterum tantum ſumpſiſſe negotii, ut ſuam corpori quoque conciliaret; ac tandem opera item Angeli factum eſſe, ut poſt id locorum, ne quidem ſecundum quietem, nedum vigilans, vel leviſſimo impetu concitaretur. Denique noſtræ memoriæ propior S. Thomas, qui Angelici Doctoris nomen invenit, cum ab ſe ardenti titione laſcivam puellam abegiſſet, eumque deinde Angelus quaſi quodam cingulo vinxiſſet, & ipſe hujus verè Angelici beneficii compos eſt factus. Neque verò Aloyſio (quem, qui eo familiari ſunt uſi, multi ſanguinis ac ſpiritus, atque ad res gerendas acrem & intentum fuiſſe conſentiunt) nativum aliquod frigus ſtupore ſenſuum, tam ſedata atque obedientia membra, tamque pura pectoris arcana præſtabat. Fateamur ergo divinum atque inuſitatum munus fuiſſe, ab eximio in ipſum Dei parentis Virginis favore profectum, quam proinde matris loco, tenero quodam amore & pietate in omni vita complexus eſt, magnamque in ea ſuarum rerum omnium ſpem collocavit.

A. VIRG. CEPARIO

Lib. 1, c. 4.

Collat. 7. c. 1, 2.

E

etiam in Sanctis rarum, conſecutus:

ſedulus nihilominus ad cuſtodiam ſenſuum.

F

& mulierbris conſortii fugam.

30 Non tamen ipſe, ad hoc tam præſtans beneficium tuendum, ſingulari ſua in ſenſibus ſevere moderandis vigilantia, parum momenti attulit. Nam etſi nihil illum hujus generis valde ſolicitum habebat, amore tamen virginalis pudicitiæ, ac ſanctitatis, jam inde ab ea die, in ſpeculis eſſe, ſemetipſe ſuoſque ſenſus circumſpicere, & exquiſita quadam cura obſervare perpetuo cœpit. Imprimis vero oculos ita ſemper ab omnibus flagitii illecebris refrenare, eademque potiſſimum de cauſſa, iis humi defixis, ingredi per publicum. Mulierum autem familiaritatem atque congreſſum, ſupra quam credibile eſt, ubi ubi verſatus eſt, in vitæ perpetuitate tantopere refugit, ut nativam ei quamdam cum illis diſcordiam eſſe diceres, adeo ne conſpectum quidem illarum ferre poſſe videbatur. Caſtellione à nobilibus feminis, quas è ſuo comitatu ad ejus cubiculum mater interdum quidpiam nuntiatum allegabat, non niſi per conniventem januam, dejectis, ne eas videret, in terram oculis, mandata accipiebat, & reddebat, quam pauciſſimis. Quid? quod ne matri quidem ipſi ſine arbitris loqui ſuſtinebat. Ergo, ſi quando, dum cum ea in cubiculo vel cœnatione agit, interea ceteri dilaberentur; confeſtim & ipſe diſcedendi cauſſam quærere; & ſi minus eam reperiret, ingenuo quodam rubore ſuffundi: tam ſingularis nimirum erat ejus ſolicitudo & cautio. Rogatus quondam ab erudito quodam viro, qui id animadverterat, ecquid ita mulierum, atque adeo matris etiam aſpectum averſaretur; ne virtutem proderet, ingenitæ potius id verecundiæ aſſignavit. Præter alia, quæ ipſi

A. VIRG. CEPARIO

ipsi cum patre convenerant, & illud fuit; ut ad omnia, præterquam ad feminarum congressiones, sese adhiberet: ceteris in rebus, pro eo ac deberet, in ejus se potestate futurum. Itaque Marchio, postquam hujus propositi adeo tanacem esse sensit, ne qua molestus esset, morem semper ejus voluntati gessit. Ipsemet etiam nonnullas illustres feminas, quas sanguine maxime attingebat, umquam se negavit aspexisse. Erat vero hic ejus mos adeo pervulgatus, ut à familiaribus per jocum identidem feminarum hostis audiret. *h*

h

VII

Confessionem generalem instituit,

31 Ad hæc, Florentiæ cùm esset, cœpit conscientiam per Confessionem, crebrius quam adhuc Castellione fecerat, expiare, apud Sacerdotem è Societate Jesu à moderatore designatum [P. Franciscum à Turre,] qui tunc ibi Collegio præerat. Ad hunc cùm primùm confitendi causa, antè domi multum diuque meditatus, probeque instructus, adiisset; tantam adversus illum reverentiam, verecundiam, suique despicientiam adhibuit, quasi mortales omnes scelerum multitudine superaret. Vix ad ejus pedes acciderat, cùm deficienti animo labitur, atque à moderatore necessariò sublevatus

B

domum reducitur. Eódem postea reversus, totius ætatis suæ noxas aperuit Confessario; idque, ut, posteaquam religioso cœtui aggregatus est, sæpe prædicantem audivimus, summa animi sui consolatione. Nimirum hoc illi noscendi sui, & rationum arctioris cujusdam vitæ suscipiendarum initium fuit: cœpit enim tum quamlibet actionem suam studiose excutere, &, si quid in ea vitii com-

iracundiæ reprimendæ

periisset, ejus fibris penitus perscrutandis atque evellendis insistere. Primùm ergo animadvertit, se, quod fervidiore esset natura, nonnullo quandoque stomacho facilè efferri, & exardescere; qui etsi non erumperet, ægritudine tamen animum ac dolore vexaret. Dedit igitur se ad cogitandam iracundiæ turpitudinem; quam manifestò apparere & eminere dicebat, cùm animo ad pristinam tranquillitatem revocato, sentiret hominem, dum irâ teneatur, exisse quodammodo de potestate. Id cùm reputaret, decrevit in futurum, ad eam animi pestem compescendam, atque adeo depellendam incumbere: tandem, Dei ope, & summa animi sui contentione, sic eam funditus vicit, ut omni postmodum iræ motu carere sit visus.

C

& detractioni cavendæ,

32 Adhæc in hominum congressibus, sæpe sibi verbum aliquod effluere animadvertebat, quod alienæ famæ deterendæ videretur: ac tametsi, ut ipsemet postea fassus est, quidquid id erat peccati, vix umquam erat tantum, ut in iis numerari posset quæ ob levitatem venialia dici consueverunt; tamen hujus gratia sibimetipsi displicere, ac ne similis se præterea criminis apud Socerdotem reum agere cogeretur, non aliorum modò amicorum, sed etiam familiarium consuetudinem & colloquia fugitare; atque in recessu ac solitudine, ubi nihil, quod ullam labeculam conscientiæ posset aspergere, vel diceret vel audiret, plurimùm versari cœpit. Nimiæ quidem id religioni & severitati tribuebatur; at ille scilicet, quid alii sentirent, susque deque habebat. Ab eo item tempore omni ludi genere reliqua ætate perpetuo abstinuit. Præterea tantum majoribus obediendi amorem imbibit, ut neget moderator vel levissimum umquam imperium ab eo suum fuisse præteritum. Quin immo fratrem suum natu minorem Rudolfum, si quando videret, vel morum, vel litterarum Magistri objurgationes ferre molestius, coarguebat; atque, ut imperii audiens esset, hortabatur.

silentioque

& obedientiæ intendit.

33 Famulorum eam habebat rationem, atque ad eum modum illis imperabat, ut ipsosmet verecundiores faceret. Itaque negant umquam eum pro imperio, sed his fere verborum formulis præcepisse: Nisi tibi molestum est, licet hoc facias: Si tibi commodum est, hoc abs te velim: Amabo te, hoc mihi effectum da: quæ cùm diceret, tanta erat in eo suavitas, ut famulorum se misericordiâ valde permoveri ostenderet. Ea re sibi eorum animos arctissime devinciebat. Verecundia tam erat singulari, ut conspectum cubicularii, manè eum vestientis, erubesceret; vixque induendis caligis summos extra lodicem pedes porrigeret: adeo verebatur, ne quid in se nudi aspiciendum præberet. Ad Sacrificium quotidie, festis vero diebus, ad Vespertinas etiam preces itabat. Nihil id temporis de contemplatione, meditationeque rerum cælestium adhuc cognorat, recitationi duntaxat precum intentus. Igitur quotidie prima luce eas, quæ Exercitio Quotidiano continentur, aliasque, quas suprà memoravi, supplex summâ reverentiâ atque attentione recitabat, ac vespere eadem iterabat. Sub idem tempus necdum quidem cum animo suo fortunæ se bonis abdicare decreverat; deliberatum tamen habebat, si

D

E

ea retineret, quàm posset innocentissimum accuratissimumque vivendi modum tenere. Atque hac gravitate morum id ætatis B. Aloysius erat præditus, eosque divinæ philosophiæ fines attigerat, à quibus longe sæpenumero absunt, qui complures annos in severioris vitæ disciplina posuerunt.

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *De illa ætate & conversione Aloysii ad Deum, ita depromit testis Rom.* XI, *Mutius Vitelleschus:* Audivi ex ore ejus, pro illa qua inter nos agebamus fiducia, quod non angebatur, ne forte, compos rationis factus, non converterit se illico ad Deum, seque ei non statim obtulerit: quia probe noverat, se illud feciisse per gratiam Dei.

Septennis se ad Deum convertit,

Et testis Castell. II, *cujus curæ & custodiæ septennem puerum parentes commisere*; Scio, *inquit*, quod B. Aloysius, quando attigit usum rationis, vivere vitam cœpit sanctam & angelicam, conjunctam cum innocentia morum & bonitate vitæ tam singulari, ut Angelus vere dici potuerit. Crescebat autem cum ætate etiam pietas ejus & exercitatio virtutum. Quotidie assistebat incruento Missæ sacrificio, recitabat Exercitium Quotidianum, Psalmos septem pœnitentiales, Officium B. Mariæ Virginis, idque cum singulari attentione: imo adhuc infans cum esset, secedebat non raro, & abdebat se in angulum aliquem orationis causa. Hæc autem scio, quia vidi; & sciet quoque D. Petrus Franciscus Turcius Florentinus, qui ei præerat moderator morum.

F

& varia pietatis opera obit.

b *Primus illorum, qui Confessionem Aloysii generalem exceperunt, fuit* P. Ferdinandus Paternò, *Siculus; cui Aloysius, æque ac ipse in Hispania tunc agens, annos* XIV *natus, eatenus vitæ suæ acta in tribunali Pœnitentiæ aperuit. Alter post reditum Aloysii ex Hispania, eum audivit Mantuæ; & is fuit* P. Antonius Valentinus. *Tertius,* P. Hieronymus Platus, *jam Novitium Romæ agenti, aures pro Confessione generali dedit. Quartus fuit* P. Robertus Bellarminus; *apud quem totius vitæ delicta in extremo morbo expiavit. Et hi quatuor sunt, qui hoc loco indicantur à Cepario, omnes Societatis Jesu viri eximii: quorum verba, testificantia, angelicum Juvenem peccato gravi numquam offendisse Deum, legi poterunt in Relatione Auditorum Rotæ ad Paulum V Papam*

Quater generaliter confessi

nullum aparet peccatum gravisculum.

A *Papam à num.* 12. *Addi vero illis aut præmitti posset etiam quintus Anonymus, qui generalem ejus Confessionem (si tamen Generalis appellari debeat tali ætate facta) excepit dum erat Florentiæ, puer nondum decennis; ut scribit Platus in Vita præmissa num.* 2, *ac* 3, *& ex illo Ceparius infra num.* 31.

c *Locum tempusque hujus sermonis & alia adjuncta sic notat testis Castell.* XIII: Adfui in vinea nostra, Tusculo (*vulgo* Frascati) uno forte milliari Romam versus dissita, quando P. Robertus Bellarminus significavit Aloysio, ei redeundum esse Romam, transituro inde in Galliam Cisalpinam, & Castellionem, quorumdam domesticorum negotiorum causa, quæ præsentiam ejus requirerent: addebatque id suo judicio è gloria Dei fore, & præscribi à voluntate Superiorum. Ad hæc Aloysius, quantumvis ægre & invitus in patriam rediret, accinxit se statim itineri; & non reversus Tusculum, ubi per Ferias autumnales rusticabamur, rectà contendit è vinea Romam eodem die; atque inde porro in Galliam prædictam. Illo digresso, dixit idem Bellarminus, Confessarius ejus & spiritûs moderator, nobis, qui frequentes adstabamus, interque alios, P. Mutius Vitelleschus & B P. Virgilius Ceparius; quod crederet, Aloysium tunc, dum adhuc vivebat, fuisse à Deo confirmatum in gratia, & nullum umquam commisisse peccatum mortale; addebatque multa alia: *qualia hic etiam scribit Ceparius; imo & hoc ipsum elogium Bellarmini de Aloysio, suis verbis describit lib.* 2, *cap.* 8, *num.* 209.

Censet Bellarminus, viventem in gratia confirmatum fuisse.

d *Vide ipsum infrà lib.* 3, *cap.* 1, *num.* 318.

e *Hoc ipsum tempus profectionis Aloysii cum patre fratreque suo Florentiam, quamvis ejus ibidem moram aliquanto longiorem justo faciens, designat testis Cast.* II, *& alia Florentiæ gesta compendio tradit;* Scio, *inquiens*, quod conductus fuit à Marchione patre suo Florentiam, anno MDLXXVII ⅓ ibique commoratus est mensibus XXXIII vel IV (*imo fere* XXIX) sub tutela Ducis Francisci, ut linguam addisceret Tuscam: quo tempore ego ei fui à cubiculis; Julius Brixiensis ejus magister; & Petrus Franciscus Turcius moderator morum. Ipse autem ibi quoque duxit vitam sanctam, puram, & innocentem, abstinens à choreis ac ludis, tametsi eum pater suus talia ceteræ juventutis oblectamenta, frequentare percuperet, ac tantùm non cogeret. Intendebat porro C totus in res divinas, gaudebat seorsim vacare Deo in oratione, crebro expiabat animæ noxas per Exomologesin in ecclesia beatæ Virginis Annuntiatæ; dicto audiebat Præfectis suis, fratremque minorem reprehendebat, si quando minus prompte iis morem gereret; mandata cubiculariis aliisque cum dabat, dabat magna cum modestia ac animi demissione, utens precariâ potius formulâ quam imperativâ, dicendo, Quæso te, fac illud. Ibidem Florentiæ incrementum habuit grande affectio illa, qua ferebatur jam inde à teneris unguiculis in beatissimam Virginem Mariam. Et hæc omnia ego vidi, quia neque noctu neque diu à latere Domini mei Aloysii recessi. *Usuvenerit ibidem, quod testis Castell.* III *laudat in Aloysio, etsi cum aliquo suo dedecore, sic testatus:* Memini, quod etiam tum puer Aloysius, si quid forte discordiarum oriretur in familia, aderat mox ipse, ac dissidentes inter se conciliabat. Accidit quoque, me, ut frequens solebam, rixari cum Domino Antonio Turcio, Florentino; quando Aloysius, ut ut puer, prodit è suo conclavi, me prehendit per brachium, atque unde venerat introducit, ac fraterna monitione castigat.

Aloysii gesta quædam Florentiæ.

f *Paulò altius hæc repetens testis Cast.* v. Adfui ego, *inquit*, Aloysio Florentiæ, quando ibi habitavit, & quando ibi mortua est Magna Dux, Austriaca, uxor Magni Ducis Francisci, *nempe Joanna, postrema, ni fallor, filiarum Ferdinandi Primi Imperatoris, nata* MDXLVII, *nupta* LXV, *mortua* LXXVIII. Memini autem, quod ibi Aloysius magna veneratione prosequebatur, & quotidie visitabat sanctissimam Annuntiatam; *ita vulgo appellant Florentini ecclesiam, quam in civitate eorum habet sacer Ordo Servorum B. Mariæ, propter inibi depictum angelica (ut tradunt) manu mysterium Incarnationis Verbi divini, Angelo ejus rei nuntium afferente Virgini: quam ecclesiam ipsi quoque Magni Duces frequenter olim, & pientissimus qui modo Principatum tenet Cosmus* III, *quotidie propemodum invisere consueverunt.* Postea vero, *uti prosequitur idem testis* v, *peracta visitatione sanctissimæ Annuntiatæ, precibusque nostris ei persolutis*, tendebamus non raro ad Aulam, invisum Dominas illas, quæ nunc sunt, altera quidem Regina Franciæ, *Henrico Quarto nupta anno* MDC, *defuncta* MDCXLII; altera vero Dux Mantuæ, *uxor Vincentii Secundi Ducis, anno* MDLXXXV *ei in manus data, &* MDCXI *è vivis exempta; utraque Magni Ducis Francisci & Joannæ Austriacæ filia*; utraque fere par Aloysio ætate. In hoc adolescentularum congressu, illæ nonnumquam jubebant advocari chorodidascalos; sed iste eos cum choreis suis valere jubebat; nec tenebatur lusu, aut pallæ, aut alio quovis: uti pariter testificari possunt Petrus Franciscus Turcius, tunc ejus moderator, & Clemens Ghizonus. *Sed quid ipsa Serenissima Eleonora, de suo olim dum viveret Florentiæ sodali Aloysio? In processu Mantuano in genere lego, anno* MDCVII, *die* XII *Novembris, ipsam* Serenissimam Dominam Eleonoram Medicæam Gonzagam, Mantuæ Ducem *sic deposuisse:* Vidi ego Aloysium, loquentem audivi, cum eoque mihi domesticus fere usus & consuetudo fuit olim Florentiæ. Animadverti autem, parcum esse verborum, fugere contubernia, solitudinem amare; dum alii operam dabant lusui, seorsum agere, bonis cogitationibus aut precibus intentum; frequenter loqui de Deo, vitam ex omni parte bene christianam vivere & sanctam: unde & moderatrices nostræ & reliquum aulæ gynæceum, nobis puellis eum digito monstrabant; dictitabantque identidem, nostros nobis mores ad ipF sius exemplum formandos esse.

ANNOT C. J.

Pietas erga B. V. Annunt.

qualis in aula Magni Ducis fuerit:

g *Paucioribus verbis prædicta sic complectitur testis Rom.* XI: Devotissimus fuit beatæ Virgini Mariæ, devotionisque suæ specimen hoc mihi familiariter patefecit; quod nempe cum novem annorum esset, ac decimum ageret, inciderit forte in librum spiritualem P. Gasparis Loartes; è cujus lectione concepit desiderium offerendi sanctissimæ Virgini rem quam posset gratissimam; & quia credebat gratissimam ei fore virginitatem suam, obtulit ei illam in perpetuum, nuncupato voto.

vovet novennis perpetuam castitatem;

h *Quæ hîc dicuntur, plurimum illustrationis accipient, ex dicendis postea de custodia oculorum ejus, in aula Regis Hispaniæ; ubi quotidie Imperatricem salutatum ivit, & numquam faciem ejus aspexit. Facit huc etiam depositio testis Castell.* I. *moderatoris ejus, ita inquientis:* Fuit Aloysius omni ex parte castissimus. Præsentiam feminarum omni loco ac tempore vitabat; nec adstare, nec assidere eis sustinens. Ego ei persuadere conatus fui aliquando, ut, ubi invitaretur a principibus feminis, ad eamdem cum ipsis mensam accumberet: sed frustra fuerunt conatus mei. Respondebat:

fugit præsentiam feminarum.

ANNOT. C. J. Non poſſum ferre earum graveolentiam, ne ipſius quidem Dominæ matris meæ. Ethæc mihi dixit Mantuæ: ubi & alibi ſemper ſe exhibuit cultorem & amatorem caſtitatis eximium, verbis & factis, ut eſt notorium.

Nihilo inferiora deponit teſtis Caſtell. 11: Caſtitati Aloyſianæ nulla poterit umquam par oratio inveniri. Ex quo vix ſeptenni ſervire cœpi, nihil quidquam in eo deprehendi, quod minus pudicum cenſeri poſſet. Non permittebat ab alio ſe veſtiri aut contingi, quam à me. Quando caligis eum mane induebam, vix digitos pedis porrigebat extra togam. Verecundia ejus erat plane virginalis, non ferens, partem corporis ſui aliquam, à ſe aut alio videri nudam. Fugiebat converſationem feminarum, atque adeo ipſius matris ſuæ: cujus rei teſtis eſt Caſalis urbs, quo convenerant feminæ principes formoſæ, quæ & videre cupiebant Aloyſium & videri; ſed neutrum voluit ipſe. Idem contigit Mantuæ, idem in Hiſpania, idem alibi ſæpe. Denique ſemper fuit puriſſimus caſtiſſimusque ut Angelus: idque ſcio, quia lateri ejus perpetuo adhæſi.

Verecundia pueri mira.

B

CAPUT III.

De ſtatu Religioſo cogitat: Caſtellione primam Communionem ſumit.

VIII *Undennis tranſgreſſus Mantuam,* a

34 ALterum jam annum Florentiæ moratus erat B. Aloyſius; cùm à parente, cui tum Guilielmus Mantuanorum Dux Montem Ferratum gubernandum tradiderat, unà cum Rudolfo fratre, Mantuæ vivere *a* jubetur. Eò igitur, bona Magni Ducis venia ſe contulit, Novembri menſe anni MDLXXIX, cum annos XI, menſes VIII natus eſſet. Ibi dum urget cœptam Florentiæ pie exercendi vivendique conſuetudinem, non minus quam quod ante ceperat gravi conſilio, Marchionis Caſtellionenſis titulis atque commodis, quibus jam Cæſarea auctoritate erat ornatus, ſe abdicare; & Rudolfo, ſibi natu proximo fratri cedere, conſtituit. Ad hanc ejus cogitationem roborandam, tametſi jam nuper nuptiis temperare certum habebat, non parum momenti contulit afflicta per id tempus vrinæ anguſtiis valetudo. Nam cum vereretur ne id malum gliſceret; viſum ei auctoribus medicis faciundum, ut noxios humores, morbi materiam, abſtinentia conſumeret: cui abſtinentiæ tantâ pertinaciâ ſe dedit, ut mirum ſit mortem ab eo vitari potuiſſe. Etenim, ſi quando una cœna ovum totum (quod perraro eveniebat) ediſſet, tum vero ſibi perlautè epulatus videbatur. Hanc inediæ ſeveritatem, cùm ipſam hiemem, qua Mantuæ verſatus eſt, tum proxime conſequentem æſtatem Caſtellione, medicis jam aliiſque omnibus diſuadentibus, non amplius valetudinis, ut vulgo putabant, ſed (ut ipſe jam religioſæ familiæ adjunctus, Hieronymo Plato faſſus eſt) pietatis cauſa retinuit. Quamvis enim ſanitatis eum amor principio ad tam rigidam victus rationem compulerat; ſenſim tamen illa in conſuetudinem vertit, &, Dei ſtudio, voluptati eſſe cœpit. At, ut illa ad inſtantem morbum depellendum valuit, quippe cujus reliqua ætate ſemper fuit expers, ita ceteram ejus valetudinem labefactavit plurimum: tenuitate enim illa victus uſque eò ſtomachum debilitavit, ut neque, cùm vellet maxime, cibum poſtea capere; neque ſi reluctanti ingeſſiſſet, ullo modo continere poſſet. Idcirco qui hactenus corpulentior fuerat, malicento poſtmodum ſemper corpore fuit: ad hoc, priſtinis viribus fractis, è nativo illo robore ingens imbecillitas conſecuta, omnem funditus corporis habitum corrupit; quæ tamen hunc ejus animo fructum attulit, quod ea de cauſa compluribus ludis caruit, quos integra valetudine defugere nequiviſſet.

C

nimiæ abſtinentiæ ſe addicit,

prætextu ſanitatis ſervandæ,

D

35 Ergo raro prodibat in publicum, niſi aut ædem aliquam ſacram aut religioſorum domicilium adiret, cum quibus de cæleſtibus rebus ſermones identidem conferebat. Erat etiam cùm Proſperum Gonzagam, cognatum ſuum, virum principem viſeret; in cujus aditu domus primò privatum ſacellum ingreſſus, aliquamdiu orando Deo vacabat; deinde vero cum ipſo ejuſque familiaribus tanto ardore & ſubtilitate de divinis rebus differebat, ut jam tum eum omnes in hominis ſancti numero ducerent. Reliquum fere tempus ſolus, atque ab hominum conſuetudine ſemotus domi, modo legendis quas Surius collegit Sanctorum hiſtoriis, quibus mirifice capiebatur; modo ſtatis precibus recitandis, aliiſque frequentandis pietatis officiis tranſmittebat. Quæ officia ſic accumulabat quotidie, ut, cùm quietæ illius vitæ ſtudio omnis eum humani congreſſus paulatim tæderet; tandem ſtatueret, Marchionis inſignibus opibuſque Rudolfo conceſſis, ſeſe Eccleſiæ mancipare; non ſpe ulla honorum in ea conſequendorum, quos à compluribus non uno loco ad ſe delatos conſtantiſſime ſemper repudiavit; ſed quod in eo vitæ genere ſolutius atque traquillius ſe in Deo colendo totum collocare poſſet. Cùm id ſederet animo, inſtare Marchioni patri ſuo cœpit, ut copiam ſibi faceret, aulicis occupationibus exſoluto, incumbendi in ſtudia litterarum: conſilium tamen interea ſuum, Eccleſiaſticorum inſtituta ſequendi, illum celabat.

E

& rebus ſpiritualibus totus vacat,

cum præpoſito ſeculi abdicandi.

IX *Hieme Caſtellionem regreſſus,*

36 Quod fere faciunt quotannis Gonzagæ Principes, ut exacta hieme tantiſper Mantuâ ſeſe in diverſa loca, recreandis animis accommodata, recipiant, dum æſtivi ſe calores fregerint; idem Aloyſio Marchio mandavit per litteras, uti cum germano ſuo altero natu, Caſtellionem rediret; ratus nimirum patrium cælum, quod per ſe admodum ſalubre eſt, ejus valetudini Mantuano ſecundius fore. Neque eum ſpes fefellit: plurimum enim illi amœnitas loci, in aprico atque ad aſpectum jucundiſſimo colle ſiti, profuit: neque dubito, quin ea præcipue curationè, quam erat mater adhibitura, convaliturus fuerit ex toto, ſi modo inducere potuiſſet animum, aliquid de ſua illa vitæ aſperitate, cui ſe Mantuæ dare cœperat, remittere. Sed ille, nimirum de animi potius, quàm corporis ſalute ſolicitus, non modo nihil ex iis pietatis ſtudiis, quibus aſſueverat, laxavit, ſed ea potius intendit. Accedebat enim ad illas victus anguſtias, quas ſibi ſummas indixerat, perpetua ſolitudo, in quam ſe, divinarum rerum ſtudio omnem hominum conſuetudinem aſpernatus, abdiderat. Cùm ergo ſe quotidie ab hominum, hæc mortalia dumtaxat ſequentium, vulgo abrumperet, longiuſque ſevocaret; Deus, pro ſua egregia eos, qui fideliter ſuo Numini ſerviunt, remunerandi voluntate, non abſtinuit declarare, quàm ſibi, cupidus ille ſui honoris piuſque animus, quo ſe duodecim annorum adoleſcens tanta morum innocentia illi conſecrabat, gratus acceptuſque eſſet.

F

cœptæ auſteriori vitæ inſiſtens,

37 Igitur quod ad eum diem à nemine, de ratione res divinas commentandi, inſtitutus erat, neque ullum ejus uſum habebat; placuit Deo, ut abſque

A absque cujuſquam alterius opera, ſuo ipſemet illum afflatu erudiret. Nactus enim ejus mentem, propter inſignem puritatem, appoſitiſſimam ad cæleſtes divitias accipiendas; ad maximè reconditas eum munerum ſuorum gazas perduxit, ſuâſque opes plena (quod ajunt) in eum manu congeſſit. Siquidem cùm ejus animum cæleſti quadam & clariore, quam pro naturæ humanæ captu, luce perfudiſſet; longe accuratius atque ſublimius quam mortalium præceptis fieri potuiſſet, eum omnem Dei vim atque magnitudinem meditandi reputandique, viam perdocuit. Hunc cùm ſibi, quaſi ad uberrimum campum & lætiſſima animi ſui pabula, tam benigne, tam facilem aditum patefactum eſſe ſentiret; nimirum ſuo in illum amori ſerviens, ſolidos dies, modo in rerum admirabilium, quæ in recuperanda ſalute noſtra evenerunt, modo in elogiorum titulorumque Dei cogitatione defixus hærebat; cùm interea tantis incederet lætitiis, ut nullum lacrymis modum ponere ullo modo poſſet. Itaque illis non modo veſtes quibus erat indutus, ſed cubiculi etiam pavimentum crebro madebat. Idcirco plerumque diem clauſus delitescebat, ne ſi quoquam prodiret, aut ſenſum illum pietatis amitteret, aut à quoquam, fleviſſe compertus, impediretur.

cælitus docetur divina meditari,

non ſine copioſis lacrymis,

B

38 Id cùm animadvertiſsent qui in ejus erant famulatu, fæpenumero per januarum rimas quid ageret arbitrabantur: ſæpe enim illum videbant, cùm ante Chriſti cruci affixi ſimulacrum, intentis in illud oculis, plures continue horas procumbens, brachiis interdum expanſis, interdum in crucis ſpeciem ante pectus compoſitis, tantam vim lacrymarum profunderet, ut foris etiam ſingultus ac gemitus audirentur: ſubinde vero quaſi acquieſcentem, & abducto à ſenſibus animo, ad exemplum ſtatuæ, ne dejectis quidem umquam oculis, immotum perſtare cernebant. Quo tempore moderator, ceterique cubicularii, illum inibi tam alienum ab omni ſenſu fuiſse confirmant, ut neque cubiculum tranſeuntes, neque perſtrepentes, ejus animum poſsent avertere. Harum rerum cùm fama ſerpſiſset in vulgus, non jam familiares modo, ſed ii etiam qui de aulicorum numero non erant, ad eaſdem rimas admiſſi, eademque uſurpantes oculis, ſatis admirari non poterant. Non raro etiam domeſtici, inter conſcendendum ſcalas, in ſingulis gradibus Angelicam ſalutationem iterantem audierunt. Jam vero, tum domi tum in publico, ſive rheda veheretur, ſeu pedibus ingrederetur, nuſquam animum à meditatione myſteriorum cæleſtium avocabat. Qua in exercitatione pietatis (ut ante dixi) præter Spiritum ſanctum, qui ejus animum hoc divino munere velut unguento quodam imbuit, nullo magiſtro eſt uſus. Verum etiamſi jam meditandi modum teneret; necdum tamen id via & ordine facere didicerat, neque quos potiſſimùm ad id locos deligeret ſatis ſciebat. Commodum igitur eo tempore in libellum incidit Petri Caniſii, de Societate Jeſu Theologi, in quo certa quædam ad commentandum capita, ordine quodam erant deſcripta. Ex eo non modo ad divinæ conſuetudinis amorem vehementius exarſit; verùm etiam, quæ tenenda meditandi ratio, quæ tempora eſsent obſervanda, cognovit. Quamquam tunc quidem, nullis temporum certis cancellis commentationes ſuas definiebat; ſed eas pro rei copia, proque incitato divinitus animi impetu, vel producebat, vel contrahebat; ſic tamen, ut numquam niſi ab iis, & mente novis de cælo luminibus illuſtrata, & voluntate novo ardore inflammata, & toto pectore nova ſuavitate delibuto, diſcederet.

alienatus à ſenſibus;

modum deinde ex Caniſio diſcit.

C

A. VIRG. CEPARIO X

39 Narrare poſtea fuit ſolitus, hunc eumdem, de quo memini, libellum, atque etiam Epiſtolas Indicas, plurimùm animum ſuum Societati Jeſu conciliaviſſe. Libellum quidem, quod ſe rerum in eo ordinem, ac multo magis ſpiritum, cujus impulſu ſcriptus eſſet, vehementer probaſſe ſuique ſtomachi fuiſſe, diceret: litteras autem, quod ex iis intelligeret, quid Deus, in adducendis ad Chriſtum Gentilibus, in iis oris, opera Patrum Societatis Jeſu rerum gereret. Igitur animum ipſe ſuum, ad hæc præclara facinora, pro ſalute animarum quæ tanti Deo ſteterint, vel cum ſuæ vitæ jacturâ æmulanda, exſuſcitabat: neque committebat, quin etiam in illa tenera ætate, eis pro ſua virili opem afferre ſtuderet. Eâ gratiâ feſto quoque die, ad Chriſtianarum inſtitutionum ſcholas ibat, ingentique ardore & ipſe pueros de rudimentis noſtræ Religionis erudire, ac fidei innocentiumque morum præcepta iis tradere laborabat. Id quod ille tam ſingulari modeſtia, humilitatiſque ſtudio faciebat, tamque gratioſe impendebat ſe ſuis illis ſubditis, promiſcue quidem omnibus, imprimis tamen miſellis, ut omnium id ſpectantium animos, ad Deum colendum amandumque enixius, excitaret. Adhoc, ſi quam inter aulæ miniſtros diſcordiam eſse intelligeret, redintegrare inter eos amicitiam ſtudebat. Deo item Sanctiſve maledicentes, aut turpia jactantes cum auditet, objurgabat. Quos in oppido depravatis moribus eſse cognorat, magna comitate hortabatur, ſeduloque allaborabat, ut ad frugem ſeſe corrigerent: omnino, ut divinum numen violaretur, ferre non poterat. In ſermone ſolenne ſuum obtinebat, ut non niſi de rebus divinis diſcereret; idque tanta verborum ſententiarumque gravitate, ut cum ſub id tempus unà cum matre Dertonam ſeſe, ad ſalutandam Ducem Lotharingiæ *b* illuſtriſſimam feminam, quæ cum filia ſua Duce Brunſvicenſi illac iter habebat, contuliſset; ejus Principis aſseclas omnes loquendo ſtupefaceret. Itaque conſenſu affirmabant, qui ejus tam præclare & ſapienter de Deo verba facientis vocem audiſset, non etiam vultum eſset intuitus, ei grandem natu & prudentiâ virum, non puerum viſum iri.

Incipit affici Societati Jeſu,

pueros erudire,

peccantes corrigere,

ſermones pios ſerere.

E

b

40 Dum hæc geruntur, agebatur annus noſtræ ſalutis MDLXXX, quo Carolus Borromæus Cardinalis & Archiepiſcopus Mediolanenſis, illuſtri ſanctitate vir, à Gregorio XIII Pont. Max. Viſitator Apoſtolicus earum omnium diœceſium, quæ in ejus erant provincia, creatus; dum Brixienſem ditionem luſtrat, cum ſeptem dumtaxat hominibus (quos ex omni comitatu, ne Eccleſiaſticis viris, quos inſpectum venerat, moleſtus eſset, delegerat) Caſtellionem devenit. Ibi, cum alia multa apoſtolico planè ſpiritu præclare geſſit, tum anno dicto, XI kalendas Sextiles, qui S. Mariæ Magdalenæ ſacer eſt, Pontificio veſtitu ornatus in æde ſanctorum Nazarii & Celſi, quæ princeps eſt ejus oppidi, fructuoſam imprimis ad populum concionem habuit; ac tametſi Principes, compluribus ad eum allegatis magnopere rogaſſent, ut ſecum in arce eſſe vellet; numquam tamen adduci potuit, ut alibi, quam apud Archipresbyterum, cujus erat proxima ſacræ ædi domus, diverteretur. Huc ad eum cùm B. Aloyſius, quartum jam menſem ſupra annum duodecimum *c* agens, officii cauſa veniſſet; incredibile quantum ex aſpectu hujus pueri, apud Deum inſtar alicujus è cæleſtibus mentibus gratioſi, gau-

XI F

An. 1580 *veniens Caſtellionem S. Carolus Borromæus,*

tanto pueri in ſpiritu profectu cognito,

c

A. VIRG. CEPARIO

gaudium cepit; atque in ſuo conclavi, remotis arbitris, uſque adeo longis cum eo, de diviniſ rebus, ſermonibus tempus extraxit, ut magnam omnibus, qui præ foribus opperiebantur, admirationem moveret. Nimirum juvabat optimum Cardinalem, hanc teneram ſtirpem intueri, inter medios non unius ſecularis Aulæ ſentes, citra ullius mortalis coloni induſtriam, ſola aſpiratione cæleſtis auræ nutritam, tanto jam robore ac venuſtate florentem, inque tantam altitudinem Chriſtianæ virtutis eductam. Ipſe viciſſim puer ſanctus plurimum lætabatur, nactum ſe eſſe hominem, cui ſe confidenter indicare, & à quo eorum quæ in ſtudio veræ virtutis obſcura viderentur, explicationem petere poſſet. Nam cum de Cardinalis ſanctitate, quæ erat in omnium ore, multa audiſſet; omnia ejus verba ac præcepta, quæ de inſtituto vivendi more tenendo ac perſequendo tradebat, avide velut è Dei oraculo edita combibebat.

auctor ei ſit Euchariſtiæ ſumendæ,

41 Sciſcitatus eſt ex eo ſanctus Cardinalis, numquando ad ſacram Synaxin adiret? Cum ille negaviſſet; Cardinalis, qui jam integritatem animi ejus, maturitatemque prudentiæ, & hauſtam divinitus rerum cæleſtium intelligentiam perſpexerat; non modo hortatus adoleſcentem eſt; ut ſacroſanctam Euchariſtiam ſumeret; [verum etiam præbere ei illam ipſe *d* voluit;] ac deinde incitavit eum, ut in opere tam divino frequens eſſet; brevique ſermone rationem facilem condocuit, ad hunc omnis divinæ beneficentiæ fontem, tum ſe rite comparandi, tum pie accedendi. Ad hæc illi etiam atque etiam auctor fuit, ut Catechiſmum Romanum, juſſu Pii V Pont. Max. ex decreto Concilii Tridentini editum, crebro ac diligenter evolveret. Quem librum, propter nitorem latini ſermonis, tanti ſanctus ille Cardinalis æſtimabat, ut eum, Cicerone ceteriſque profanis latinitatis auctoribus repudiatis, juventuti in ludis bonarum litterarum explicandum eſſe cenſeret; ſcilicet ut ſimul ex eo pietatem atque latinæ linguæ copiam hauriret: neque dubitavit reipſa hoc in mores ſeminarii Mediolanenſis inducere: verum cum uſu ipſo comperiſſet, ex animi ſui ſententia non procedere; mutato conſilio, priſtinos auctores quaſi poſtliminio reduci juſſit. Denique Aloyſio cum bene precatus eſſet, aliaque oſtendiſſet propenſi ſui in eum animi argumenta, copiam abſcedendi fecit.

B

d

legendique Catechiſmi Romani

C

quod ille cum fructu faciens,

42 Non commiſit beatus puer, quin tam ſancti Cardinalis monita commendaret memoriæ; & ex illo tempore jucunde imprimis Catechiſmum indicatum volutare cœpit; tum quod præclaræ ad omnem ſanctimoniam doctrinæ Chriſtianarumque inſtitutionum eſſet plenus; tum quod tam præſtantis viri, quem (magno quidem ejus merito) omni pietate colebat, conſiliis ad eum legendum eſſet impulſus: quin etiam inſtitit, tanti ſuaſoris auctoritate, alios ad ejuſdem libri lectionem allicere. Initium item fecit divinæ Euchariſtiæ frequentandæ; ad quam priuſquam aggrederetur, incredibile eſt, quàm diligentem præparationem adhibuerit. Primùm enim, ne quid in animo ſuo invenuſtum reſidere pateretur, quod in Dei hoſpitis, quem præſtolabatur, oculos incurreret; ſane quàm accurate, & ſubtiliter omnem anteactam ætatem ſuam recenſuit. Ad Sacerdotem deinde ſemet accuſatum venit, quem tam præclaris pœnitentis abjectique animi, cujus indices erant lacrymæ, exemplis inſtruxit, ut ad eum non reus, ſed magiſter acceſſiſſe videretur: & vero ſi quam ipſe culpam tuiſtineret, ea nullius erat facti, ſed præteriti dumtaxat, ut ipſe ſentiebat, officii. Nam cùm immortalem illam lucem, quam ejus menti ad altiores quotidie virtutis gradus Deus præferret, numquam ſe progreſſibus faciendis aſſequi putaret, nimirum ignavus ſibi ſemper & ceſſator videbatur. Per omnes præterea dies, qui conditum cæleſti Epulo tempus anteibant, ejus unius memoriam animo & ſermone uſurpabat. De eo, quæ ab aliis præclare ſunt litteris mandata, volvebat; de eo ſecum ipſe meditabatur; ejus ut compos eſſet, tam aſſiduo voto faciebat, ut familiares dictitarent, videri illum cum parietibus ſermocinari velle; adeo crebro, modo in hoc, modo in illo domus angulo, genua ad precandum ſubmittebat.

D

eamque deinde raro pietatis ſenſu uſurpat.

43 Ceterùm quis ejus intimi animi fuerit, cùm primum divino Convivio acceptus eſt, pietatis ardor, quàm inflammatæ amore voluntates; Deo uni, qui ejus arcana luſtrabat, compertum eſt. Equidem mortalium neminem reperi, qui de iis quidquam commemorare poſſet. Id unum me, relatum in acta publica, legere memini; eum, in participanda Euchariſtia, omnes animi vires collectas admodumque attentas habuiſſe, uberibus deliciis perfundi ſolitum, palamque omnibus illuſtre pietatis ſpecimen fuiſſe. Sumpto divino cibo, nixus genibus, univerſo populo ſpectante, in æde ſacra morabatur. Poſt id loci ſacram Synaxin celebrare non deſtitit. Eſt & illud præterea non indignum memoria, quod tum à matre ejus, tum ab aliis qui rem non ſemel obſervarunt, accepi. Etenim ab hoc tempore tam impenſe ſacram Euchariſtiam eſt veneratus, ut quotidie, cùm rei divinæ intereſſet, poſtquam Sacerdos conceptis verbis Chriſti corpus confecerat, ingenti pietatis vi, in effuſos fletus ſolutus, terram ipſam humectaret. Ad eumdem modum reliquâ deinde vitâ affectus fuit; niſi quod feſtis diebus, quibus ipſemet ſacro Epulo reficiebatur, lacrymas fundebat uberius.

E

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

Duodennis Mantuam Florentiâ venit;

a *Vitam, quam Mantuæ inſtituit Aloyſius, duodecimum agens annum, compendio deſcribit teſtis Caſt.* 11: Memini, quod juſſu Domini noſtri Marchionis Ferdinandi, Aloyſius filius cum fratre ſuo diſceſſit Florentiâ Mantuam; inhabitavitque ibi, volente Guilielmo Duce, palatium quod vulgo appellatur Abbatis Gonzagæ, ſpatio fere ſemeſtri, me ſemper ei adhærente, cum reliquo famulatu jam ſupra nominato, atque aliis. Ipſe autem etiam ibi, converſo omni cogitatu ſuo in Deum, fugiebat ludos, comœdias, aliaque ejuſmodi Principum oblectamenta: quantum vero per honeſtatem licebat, habitabat ſecum domi & cum Deo in oratione; aut ſi prodire lubido erat, conferebat ſeſe ad aliquam Religioſorum virorum domum, cum iiſque colloquebatur, ſemper de rebus pietatem ſanctitatemque ſpectantibus. Ibidem multis quidem aliis, ſed præcipue miniſtris ſuis domeſticis inſtillabat documenta vitæ, Chriſtiano modo tranſigendæ. Si quis verbum minus honeſtum protuliſſet, aderat ipſe caſtigator, modeſtus tamen ac moderatus: cumque nos nonnumquam diceremus, ipſum eſſe Principem ac Dominum noſtrum; reſpondebat nobis; Potius eſt famulari Deo, quam dominari toti mundo. Atque hoc pluries audivi ex ore ejus; & jam inde ipſum, etiam tum puerum, connumerare cœpi inter Sanctos.

F

etiam ad Communionem ſtudioſe ſe præparat,

Quia vero mox etiam tractat Ceparius de reditu Aloyſii

VERA EFFIGIES B. ALOYSII GONZAGÆ, ANNO XIII ÆTATIS PRIMUM COMMUNICANTIS;



CUM IMAGINIBVS PARENTUM EIUS, FRATRIS RUDOLFI, S. CAROLI BORROMÆI, AC MINISTRORUM,

Henricus Cauſeus ſculpſit Antuerpiæ 1695. *prout repræſentantur ad vivum Mediolani, in templo Collegii Societatis Jesu, ſuper ipſius Beati altare.* *Eques Franciſcus de Cayro pinxit Mediolani*

A *loysii Castellionem; quid ibi gesserit, prælibemus ex eodem teste hoc loco.* Memini item, *inquit*, Aloysium Mantuâ postliminio rediisse Castellionem, ubi eum B. Carolus Borromæus Cardinalis, dum illam provinciæ suæ partem lustrabat Visitator Apostolicus, docuit modum utiliter sumendi sacrosanctam Euchristiam; & primum ei illam communicavit manu sua; exhortatusque est, ut præcipuo studio legeret Catechismum Romanum. Id vero non solum præstitit sedulo & crebro Aloysius, verum alios quoque excitabat, ut idem præstarent; progressum interim quotidie faciens in orando, jejunando, & frequentando sacram Communionem, cum summa spectantium approbatione ac pietatis sensu. Neque solum crebro ibi communicabat, *teste ejus fratre Francisco*, sed tanta quoque animi amorisque teneritudine sacram prosequebatur Euchariſtiam, ut sumere illam vix umquam posset absque profluvio lacrymarum. *Quando autem Florentiâ Mantuâque rediit Castellionem*, tam erat, *ait testis Cast.* III, jejuniis & inedia deformatus macilentusque, ut horresceret ad triste spectaculum parentes, atque indignarentur moderatori juventutis ejus: qui causabatur non fuisse
B puerum hac parte in potestate sua; noluisse manducare. Justior deinde agnita fuit excusatio; quando etiam hic Castellione antiquum tenuit Aloysius sub oculis parentum, omni propemodum cibo abstinens. Et hæc scio, quia vidi & audivi.

Mantuâ Castellionem

b *Erat hæc Christina, Christierni Regis Daniæ filia, primùm Francisco Sfortiæ Mediolanensium Duci; eoque vita functo, Duci Lotharingiæ, item Francisco nomine, denuo nupta anno* MDXLI: *cui peperit quadriennio pòst, Dorotheam, Erico Duci Brunsvicensi anno* MDLXXV *matrimonio junctam. Dertonam venerit Christina; quia civitas illa, quod à priori marito sustentationi ejus assignata fuerat, veluti sua ipsius erat: ibique cum prædictis filia generoque, anno* MDLXXXIV *Ticini tandem vita functo, commorata est aliquanto tempore. Visitata autem Dertonæ fuit à Principe Martha anno Christi (ut colligitur ex Cepario)* MDLXXX, *Aloysii nati* XIII: *qua ætate prudentiam senilem in loquendo præ se tulisse, testatum reliquit testis Cast.* III, *unus è domesticis Aloysii ministris*; Scio, *inquiens*, quod cum Dertonam concessit Aloysius cum matre, ad Ducem Lotharingiæ ibi visendam; accumbens mensæ
C cum reliquis Principibus, tam examussim de rebus divinis diseruit, ut femina quædam princeps ex accumbentibus, discurrentem auscultans videnſque; exclamaret; Quisquis hunc puerum audierit sermocinantem, nec tamen viderit; jurabit, se audire senem mire prudentem.

& inde cum matre Dertonam tendit:

ejus ibi prudentia.

c *Venit enim B. Carolus Brixiam & Castellionem Visitator Apostolicus, prout scribit in ejus Vita Doctor Joannes Petrus Guissanus*, mense Julio anni MDLXXX: *quem annum & mensem paulo ante etiam indicavit Ceparius: eratque decimus tertius Aloysii, à die* IX *Martii inchoatus.*

d *Quod hic refertur de sacra Eucharistia, beato puero primùm porrecta à S. Carolo Borromæo; abest ab editione Ceparii Italica anni* MDCVI, *nec non à Latina inde versa: verum in Placentina editione, ab eodem Cepario secundis curis recognita, in paucis leviter mutata, atque anno* MDCXXX *cum aliqua accessione recusa, legitur, quod S. Carolus*, non solamente l'essortò a communicarsi; mà di più volle egli stesso per la prima volta communicarlo, e poi l'animò a farlo spesso: *id est, ut verba sonant*, non solum hortatus est Aloysium, ut communicaret (*intellexerat enim, eatenus illum id non fecisse*) sed insuper voluit ipsemet primam ei Communionem porrigere; ac deinde animavit eum, ut crebro communicaret. *Cur in secunda editione id adderet Ceparius, causam habuit certissimam, assertionem Clementis Ghizoni, viri gravis, jurati & oculati testis, in processu Castellionensi anno* MDCVIII, XV *Julii examinati secundo loco; qui Aloysium à septimo ætatis anno, quousque seculo valedixit, semper & ubique comitatus, & actionum omnium ejus censor fuit. Ipsam Ghizoni hac super re depositionem paulo antè produximus, videlicet Annot.* a; *in qua conceptis verbis legitur, S. Carolum* suamanu, *Aloysio pro prima Communione sacram Euchariſtiam porrexisse.*

Primum communicat è manu S. Caroli Borromæi.

ANNOT. C. J.

cujus rei historia,

Rem gestam confirmant Mediolanenses, qui in ecclesia Collegii nostri aræ B. Aloysii imposuerunt tabulam, historiam primæ communionis ejus repræsentantem, in qua sanctus Archiepiscopus & Beatus noster primarias partes habent, adstantibus Archiepiscopo, sacram Euchariſtiam porrigenti, ministris suis, eamque accipienti Beato utrumque latus claudentibus daduchis duobus cum facibus accensis; pone vero flectentibus genua Marchionibus, patre & matre Aloysii. Opus est Equitis de Cairo, celeberrimi quondam istic loci pictoris. Illud in parvam formam ex magna tabula contraxit pulcherrima delineatione, atque in æs pridem incidit Frater noster Cæsar Augustinus Bonacina, variis operibus suis non tantum Mediolani, sed in Hispania quoque notus, ac Romæ nuper constructione novi altaris sancti Patris nostri Ignatii magnam laudem consecutus. Expetentibus nobis anno MDCXC *ejus laminæ ectypon, ita rescripsit, simul indicans, Bonacinam tum in Hispania degere, P. Gaspar Maria Turrianus*: Mittam brevi delineationem admodum exactam tabulæ B. Aloysii primùm communicantis, quæ fuit olim æri incisa, & quidem accuratissime, à quodam Fratre nostro Cæsare Bonacina. *Idem proximis litteris suis misit ectypon laminæ, confirmavitque*, incisam fuisse ab accurato, non tamen peritissimo, sculptore: delineationem vero ejus fuisse omnibus valde probatam. *Secundum hanc nos aliam Antverpiæ curavimus incidendam laminam, cujus ectypon misimus anno* MDCXCV, *cum prototypa tabula conferendum, ex eaque, sicubi aberratum esset, emendandum. Respondit autem P. Alexander Mottus in hæc verba*: Occurrit mihi commodum ipsemet Fr. Cæsar Augustinus Bonacina, qui hic Mediolani degit, (*reversus nempe ex Hispania*) & primus prædictæ imaginis sculptor fuit: cumque illam diligenter inspexisset, atque cum ipso prototypo, probe in mente habito, contulisset; ait, eam sibi videri prototypo simillimam, nec quidquam addendum demendumve: quod & mihi verum esse videtur, prototypon ipsum sæpe præ oculis habenti, utpote in loco ubi prostat habitanti.

æri incisa

E

F

hic exhibetur.

Hanc editionis nostræ imaginem hoc loco inserendam duximus, aliquem pietatis sensum spectatoribus inspiraturam. Sciendum autem, Patres nostros Mediolani provectiores ætate asseverare, se ex ore P. Rabbiæ, qui per equitem De Cairo, celeberrimum pictorem, tabulam altaris faciendam curavit, audivisse, Marchionem patrem, uxorem ejus & filiolum Aloysium ibi, ex prototypis tabellis Castellione missis, expictos esse. *Ita ad me anno* MCCI *Mediolano P. Joannes Baptista Diano; qui & opinatur, prototypa Marchionum prædicta, Mediolanum afferri curata fuisse ab Excellentissima B. Aloysii ex fratre Francisco nepte, Domina Joanna Gonzaga, Zapata ex nomine secundi mariti cognominata, cui prima lamina dedicata fuit, tunc ibidem cum marito suo supremo Cancellario habitanti.*

A. VIRG. CEPARIO

CAPUT IV.

Profectus in Montem-Ferratum, decernit Religionem aliquam ingredi; intendit ſtudium pietatis, ac revertitur Caſtellionem. a

XII 44 NUntiatum erat Ferdinando Marchioni, qui etiamnum Caſali S. Evaſii, ubi eſt Gubernatorum Montis Ferrati prætiorum, habitabat, Aloyſium quidem videri è nupera ſua invaletudine recreatum; verum crebris, vixque mortali corpori ferendis jejuniis, quæ ſponte ſuſciperet, ita fractum eſſe, ut diſſoluto ſtomacho ægre cibos admittere & cuſtodire, nedum concoquere poſſet; neque, quod ipſe ſibi deeſſet, melius ei fieri. Marchio, cui hujus præcipue filii vita ac ſalus cordi erat, ſpe ductus, ſi penes ſe eum haberet, aliquod ab ſe ejus morbo remedium reperiri; aut certe, ne longius ſerperet, provideri poſſe; Aloyſium unà cum matre & Rudolfo ad ſe accerſit. Hi ergo, cum æſtas ejuſdem anni MDLXXX eſſet in exitu, Caſtellione Montem Ferratum verſum ſe dant in viam, in qua Aloyſius manifeſtum vitæ diſcrimen adiit. Cum enim Ticini amnis, frequentibus per eos dies imbribus vehementer aucti, ramus aliquis neceſſario tranſeundus eſſet vado; inter ipſas undas rheda, qua Aloyſius cum Rudolfo & moderatore vehebatur, media diſrupta eſt. Pars anterior, in qua erat Rudolfus, quadrigis juncta, etſi non abſque labore & periculo, in ulteriorem ripam, quo jam ceteri currus tranſmiſerant, ab ipſis pertracta eſt: poſterior, quæ Aloyſium cum moderatore ferebat, profluentis impetu procul abrepta, utriuſque vitam in dubium adduxerat: nam ſive illam gurgites evertiſſent, ſive hauſiſſent, Aloyſio certe pereundum in aquis erat. Sed nimirum Deo, pro ſua ſingulari quam de hoc puero gerebat ſolicitudine, curæ fuit providere, ut illud rhedæ fruſtum, ab ingenti arboris trunco, quem vis undarum in medium flumen detulerat, tantiſper ſuſtineretur; dum qui alteram jam ripam tenebant, hominem regionis & fluvii gnarum accerſerunt. Is equo amnem invectus eſt, in quem Aloyſium, à tergo ſuo ſublatum, incolumem eduxit; atque eodem deinde moderatorem repetiturus, & trajecturus rediit. Hoc diſcrimine perfuncti, facto agmine ad propinquam ædem ſacram ſupplicatum; Deoque, cujus beneficio hunc tam gravem caſum effugiſſent, gratulatum iere. Interea loci ſubmerſos eſſe fama tulit. Mater primâ rhedâ jam prægreſſa, hoc accepto nuntio, triſtitiæ ac timoris plena, bonam viæ partem remenſa eſt. Quin etiam uſque Caſale, ad ipſius Marchionis aures, idem rumor affluxit. Is, rei cognoſcendæ, certum hominem maturare juſſum, dimittit; neque deinde, niſi re explorata, partem ullam quietis cepit: ſed brevi eum conjugis & liberorum adventus cura omni & mœrore levavit.

Ad arcem Caſalenſem tendens cum matre ac fratre,

B

C

45 Verſatus eſt B. Aloyſius Caſali Montis-Ferrati amplius dimidiatum annum: quo tempore, tum latinis litteris, in quibus progreſſus habebat minime pœnitendos, navabat operam; tum vero piorum Patrum, quibus à S. Paulo Decollato, ac vulgarius à S. Barnaba, cujus in eccleſia Mediolani ſunt exorti, nomen eſt inditum, conſuetudine, plena innocentiæ ac ſanctitatis, longius etiam ad perfectam virtutem proceſſit. His cum uteretur ſæpe familiariter, & Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ myſteria in eorum templo obire pergeret; clarius ſibi indies, ad firmiores in cæleſti diſciplina profectus, lumen accendit: atque ut ſuis præclare factis alia atque alia quotidie à Deo ornamenta merebatur, ita ille & nova æternæ doctrinæ lumina menti ejus præpandebat, & novo ſemper inſtinctu, velut ſtimulis quibuſdam, ab his fluxis rebus abactum, ad cupiditatem majoris & majoris ſanctitatis excitabat. Ergo, quamvis operam daret parens, ut, quo aliquid ex illa pietatis contentione relaxaret, crebram illi & variam remittendi oblectandique animi occaſionem offerret; numquam tamen vel latum unguem, à ſuſceptis adverſus Deum officiis, abduci ſe paſſus eſt. Ludus illi erat, precandi cauſa viſitare ædem Virginis Matris, cognomento à Crea, quæ in propinquo, magno populi concurſu colitur; & modo in Patrum Capucinorum, modo in Barnabitarum cœnobium ſe recipere, deque pietatis inſtitutis cum utriſque colloqui: à quibus, cum miram in iis ſententiarum conſenſionem animadverteret, vix avelli poſſe videbatur. Admirabatur imprimis illam, quam in pleriſque omnibus cernebat, vultus hilaritatem; illum rerum mortalium contemptum; illa ſtata precandi & canendi tempora; illam totis ædibus quietem omni ſtrepitu vacuam; illam animi, ſive vivendum ſeu moriendum ſit, æquitatem.

& Capucinis verſatur.

D

E

ibidem multum cum Barnabitis

liberatur præſenti ſubmerſionis periculo:

46 Hæc reputans, animum ad ſimile vitæ genus ſenſim adjungebat: tunc præſertim, cum Barnabitarum domicilium die quodam ingreſſus, ſecum ipſe per otium felicitatem religioſorum hominum in animo volutavit, in parte felicitatis eorum ponens, quod omnibus fortunæ bonis, quo promptius Deo ſervirent, abjectis, Deum ipſum haberent rerum ſuarum curatorem: ſicque, uti ipſe mihi poſtea Romæ aliiſque retulit, cum animo ſuo ratiocinatus fuit: Viden', Aloyſi; quam beata ſit religioſe acta vita? Hi Patres, omnibus ſeculi laqueis expediti, omnes peccandi opportunitates procul habent. Tempus omne, quod ceterorum hominum vulgus caducis divitiis fallacibuſque gaudiis perſequendis tribuunt, id illi in contrahendis immortalibus opibus collocant; atque his lucris, quæ ſimul ingentia ſunt in Deum merita, ſibi illum æternùm obſtringunt; neque metuunt, ne fruſtra pro pietate labores illos ſuſtineant. Sunt religioſi homines illi demum, ſi qui alii, qui in degenda vita rationem ducem ſequuntur, neque ſenſûs cupiditatumque dominationi ſunt obnoxii. Non illi honores ambiunt, non terreſtria & labentia bona loco ullo ducunt, non agitantur æmulationis ſtimulis, non inhiant aliorum fortunis; uno Dei ſervitio, cui ſervire regnare eſt, beati. Quid vero admirabilitatis habet, ſi tranquilli ſemper & læti, neque mortem, neque Dei tribunal, neque inferorum ſupplicia reformidant? Animos ſcilicet habent nullius criminis conſcios. Quid? quod dies & noctes cæleſtes divitias accumulant; quandoquidem numquam non rebus piis operati, aut cum Deo ſemper aliquid agunt, aut Dei cauſa. Teſtimonium igitur innocentiæ, quod eis conſcientia ipſa tribuit, intimam animis pacem tranquillitatemque conciliat: è qua tum ſerenitas, quæ in vultu notatur, tum ſpes minime vana cæleſtium opum promanat. Et quibus non gaudiis efferuntur, cùm reputant, cui ſerviant, & in cujus cohorte ævum degant? Tu verò quid agis? quid cogitas? quid eſt quamobrem hoc vitæ genus deligere nequeas? Proſpice jam nunc animo, quæ illis à Deo præmia

XIII

Æſtimata ſtatus religioſi felicitate,

F

ſint

A sint proposita. Cogita quantum otium & facultatem sis habiturus pietati tuæ libere serviendi.

propositique in seculo tenendi difficultate;

47 Si Marchionis dignitate Rudolfo, uti decrevisti, transmissâ, nolis ab ea discedere; multa fortasse tibi videnda erunt, quæ probare non poteris. Dissimulabis? Atqui conscientia te neglecti officii stimulare non desinet. Reprehendes? At molestus eris, aut certe surdo canes. Quid? ubi Sacerdotio initiatus, inter Ecclesiasticos agitabis, an tum demum votorum te tuorum compotem fore confidis? Atqui exquisitius quoddam, quàm homines seculo obnixii, virtutis genus professus, iisdem, quibus illi periculis jactaberis. Iisdem autem? immo vero vehementiores etiam tibi, quam illis ipsis, qui matrimonio vincti sunt, peccandi illecebræ blandientur. Omnino defugere non poteris, quin profanorum hominum sententiam observes, ad eam mores tuos fingas, eorum voluntatibus obsecundes. Si enim in seculo te teneri patiaris, necessario tibi alius post alium Princeps, officii causa, conveniendus ac devinciendus est. Jam, ubi illustrium feminarum, quæ necessitudine aliqua tibi sunt connexæ, familiaritatem devi-

B taris, in hominum sermonem venies: si in eam te dabis, primum illud consilium tuum profecto fregeris. Sacerdotia & honores Ecclesiasticos admitte: in longe majores, quàm quibus modo distringeris, occupationes, à pietate alienas, temet immerges. Recusa: ab ipsis illis necessariis & propinquis tuis socors & generis tui probrum audies; neque ullum tibi stimulorum genus subjicere desinent, donec ad honores suscipiendos perpulerint. At vero, si Religiosorum disciplinam amplectare, hæc omnia quæ te retinent vincula, quasi uno ictu abscideris: aditum deinde periculis omnibus intercluseris; tum depositeris omnem inanibus hominum studiis velificandi curam; denique in eo te statu collocaris, ubi nulla res pacem animi tui delibare, aut Deo, omni studio virtutis, servire cupientem retardare possit.

tredecennis decernit illi se dare;

sed celato dum adolescceret consilio,

48 Hæc atque alia, ut ipsemet prodidit, secum id temporis Aloysius cogitabat; quæ ejus animum ita defixerant, atque à sensibus alienarant, ut facile intelligerent familiares, eum qui sic cogitationem intendisset, magnum aliquid secum moliri: nemo tamen eum, quid agitaret, percunctari audebat. Denique postquam sæpe Deo supplicarat, sæpe se Eucharistia refecerat, uti tam gravia consilia versanti lucem afferret; ratus hanc

C mentem injectam esse sibi divinitus, seculo suas sibi res habere jusso, in aliquam religiosam familiam migrare statuit; ubi præter virginitatem, quam pridem Deo obligarat, obedientiam etiam, & paupertatem euangelicam ex voto coleret. Verùm quod necdum exacto tertio decimo ætatis anno, factis cogitata persequi non licebat; neque ullam familiam designavit, neque quid haberet in animo, cuiquam exposuit: Patres tamen illi quiddam odorati, in spem venerant ad eorum aliquando cœtum aggregatum iri. Interea ille, ne ab animi sui proposito mores discreparent, arctius & attentius vitæ suæ rationem instituere, atque inter seculi & aulæ delicias, hominum religiosorum consuetudinem omnibus virtutibus exprimere; diutius secum in cubiculo habitare; nolle per hiemem in eo focum, quo adhuc propter manuum teneritudinem, quæ frigore intumescere & rumpi solent, usus erat, accendi vel importari; foris item numquam igni appropinquare, aut, si aliorum societas aliter ferret, locum capessere, in quo minime calefieret; remedia sedando manuum tumori à domesticis ad se delata, cum grati animi significatione accipere, sed sepositа usurpare nolle: omnia facere amore patiendi pro Deo aliquid adversi. Omnem item populi celebritatem *solùm vitæ rigorem auget,* fugiebat: multo vero magis à comœdiis, cœnis, tempestivis lautisque epulis abhorrebat; ad quas tametsi non raro à patre, nonnumquam etiam tam inusitatum ejus solitudinis studium stomachante, invitaretur; numquam permoveri potuit. Ergo ceteris eo confluentibus, solus remanebat domi; atque ibi interdum sacra meditando, interdum cum uno vel altero homine gravi & erudito de litteris vel pietate colloquendo, tempus fallebat: interdum vero Patres Capucinos & Barnabitas adibat; & quando nullis amplius seculi pompis & gaudiis duci poterat, sanctis eorum sermonibus fruebatur.

A. VIRG. CEPARIO

ejor omnis pompæ

49 Pater aliquando eum comitem sibi asciverat Mediolanum, ut transvectionem omnium ejus provinciæ equitum, cui illum, propter munus quod gerebat, cum aliis multis viris principibus oportebat interesse, spectaret. Cum ergo, quod res & rara sit & in primis visenda, magni ad eam fierent hominum concursus; Aloysius, qui, ne patrem pro imperio præcisè hoc jubentem irritaret, facere non potuerat, quin accederet; nova arte usus, numquam ab se impetrari est passus, ut in primis subselliis, unde commodissime pompa omnis videri poterat, sederet; & quod amplius est, quantum licuit, dedit operam, ut oculis semper esset vel clausis, vel alio conversis. Denique vere mihi affirmare posse videor, eum pueritiam transegisse, neque umquam puerum fuisse: neque enim umquam illa ætate quidquam leviter feciisse compertus est. Libros turpes, aut inutiles numquam in manibus habuit: à Surio & Lipomano descriptas legebat cum voluptate res gestas: è profanis eos fere legebat, qui de moribus scripserunt, ut Senecam, Plutarchum, Valerium Maximum. Exempla quæ ex iis excerpebat, in loco, cùm alios ad vitam è Christi vel Philosophiæ præceptis instituendam hortabatur, usurpabat. Habebat enim aliquando sermones, sive palam cum pluribus, sive seorsim cum uno aliquo, ita sapientissimis *ac totus* sententiis refertos, ita disertos, ita ardentes; ut *serius.* stupefacti omnes, doctrinam ejus longe captum ejus ætatis superare, ac proinde divinitus haustam esse dicerent. Id etiam erat, cur ejus ne- F cessarii (cùm ejus mores non ignorarent, neque tantam victus cultusque duritiem, rerumque omnium quę in seculo laudantur despicientiam equis oculis aspicerent) tamen, prudentiam ejus singularem virtutemque reveriti, neque quid ita faceret interrogare ausi, missum eum facerent.

E

& levitatis,

50 Postquam perfunctus Montis Ferrati ad- XIV ministratione Marchio, cum familia Castellionem *b* remigravit; Aloysius non modo illam tam acerbe afflictandi sui, precandique contentionem non b laxavit, verum etiam sic intendit, ut mirum sit vel eum non gravi aliquo morbo, qui perturba- *Castellionem regressus,* tam jam diu totam valetudinem funditus perderet, oppressum esse; vel parentes, in quorum hæc oculis faciebat, non pro potestate vetuisse. Etenim ad illam victus parsimoniam ac duritiam, quam Mantuæ (ut supra memoravi) erat complexus, neque umquam deinde abjecerat, complura in singulas hebdomadas plena jejunia adjunxit, sic ut quot hebdomadibus minimùm tria servaret stata jejunia. Nempe sabbato, honori *jejunia auget,* beatissimæ Virginis Matris; feria sexta, neci Christi Salvatoris nostri recolendæ, quo die solo pane

&

A. VIRG. CEPARIO

& aqua contentus, mane tribus panis ſegmentis in aquam intinctis, nulla re præterea, veſperi autem in eſurialem cœnulam, uno item panis, modice toſti & aqua macerati, ſegmento victitabat; feria denique quarta interdum ceteris, præter panem & aquam, ſibi interdicebat; interdum receptum in Eccleſia jejunii morem tenebat. Accedebant alia extraordinaria jejunia, quæ ſponte ſibi imperabat, quoties vel tempus admoneret, vel ad ea divini amoris & pietatis ardore raperetur. Præterea cibi erat adeo modici, ut nonnulli è familia, mirati, quînam vitam tueri poſſet, decreverint, ipſo inſciente, quantam cibi una menſa caperet, appendere. Ii poſtquam panem unà cum obſonio ſtaterâ examinarunt, jurejurando confirmant, quod ille prandere ſoleret vel cœnare, unciam totam non pependiſſe: quod pondus adeo non ſufficit conſuetæ naturæ neceſſitati; ut fateri neceſſe ſit, quod de aliis Sanctis accepimus, vitam illi divina quadam vi ſuſtentatam eſſe, ſine qua tantillo cibo videtur tolerari non poſſe. Illud præterea fuit morum ipſius, ad id ferculum, quod deterrimum in menſam allatum putaret, oculos adjicere; atque ejus pauxillo deguſtato, cetera intacta relinquere. Poſtremis vero annis, extra jejunii dies, non niſi ad libellam expenſo uſus eſt cibo, dictitans id ad vivendum ſatis eſſe; quod ſuperaret, ut ſupervacaneum eſſe reſpuendum. Atque hæc, quæ de ejus ratione victus ſunt narrata, tum alii, tum qui ei à poculis fuit & præguſtator, aliique menſæ adminiſtri jurati dixerunt.

vix unciam in die ſumens;

& deterius ferculum ſolum delibans.

B

51 Iungebat huic tam ſeveræ abſtinentiæ alias etiam inflictas corpori pœnarum acerbitates. Itaque ſingulis hebdomadis minimùm ter ſe flagris excipiebat: ultimis vero annis, quibus in ſeculo verſatus eſt, quotidie; ac tandem intra noctis & diei ſpatium tertium, uſque eo dum ſuo ſe ſanguine perfunderet. Quia vero principio contexto in hunc uſum flagello carebat, loris quibus canes alligari ſolent, quæ forte domi repererat, aut, ut nonnulli aſſeverant, catena ferrea vapulabat. Qui obſequii cauſſa præ foribus ejus excubabant, ſæpe ſe illum nixum genibus, ſeque ipſum cædentem offendiſſe teſtantur. Item, dum lectum ſternerent, reperiebant ſub cervicali abſtruſa flagella funiculis contexta, quibus in ſe animadvertebat. Matri etiam non ſemel oſtenſa ſunt ejus induſia, ſanguine, flagrorum ictibus expreſſo, penitus imbuta. Horum certior factus Marchio, tum alias frequenter in eum vehementer invectus eſt, tum aliquando ad conjugem converſus, hoc etiam mœſtus adjecit: Hic puer manus ſibi violentas videtur inferre velle. Faciebat & illud crebro, ut fragmen aliquod tabulæ aut alterius ligni linteis lecticariis tegeret, quo ipſe ſibi dormienti moleſtiam faceſſeret. Ne vero interdiu perpetuo dolore corpus vacaret, pro cilicio, quod illi deerat, calcaria (ô rem novam & inauditam!) ad fodienda equorum latera comparata, nudo corpori admota geſtabat; & in mollem ſuam carnem ferreos illorum radiolos ſic defigebat, ut acerbo eam cruciatu torquerent. Qua ex re ſatis liquet, quam ſe totum ad ſanctioris vitæ ſtudium contulerit, qui annorum tredecim & dimidiati, in tam florente & delicata fortuna natus, nullo præceptore, corpus tam miſeris habuerit modis.

Addit & crebras diſciplinas,

C

& calcarium ſtimulos pro cilicio;

52 Sociabat ſanctus puer hæc jejunia, ceteraque incommoda, quibus corpus ſponte vexabat, cum mentis exercitatione; & præcipue cum tanta precandi aſſiduitate, ut quidam, ejus aulæ muneribus functi, apud Acta ſanctè jurati negaverint, umquam ſe in ejus conclavia veniſſe, quin orationi intentum occuparint; ac ſæpe priuſquam ejus finem faceret, diu ſibi pro foribus manendum fuiſſe. Mane poſtquam è lecto ſurrexerat, in meditatione rerum cæleſtium horam ipſam conſumebat; quam non clepſydræ fluxu, ſed caritatis in Deum impetu, ac cæleſtis dulcedinis ſenſu metiebatur: ſub hæc, familiares ſuas preces recitabat. Rei præterea divinæ dabat operam quotidie, & ſæpenumero Sacerdoti miniſtrabat, qua re mirifice ducebatur. Inſuper religioſorum ejus oppidi hominum, interea dum publice Deum comprecarentur atque laudarent, ſingulari exemplo atque ipſorum fructu, cœtibus ſe miſcebat: reliquum diem in libris ſacris volutandis, aut in ſacrorum arcanis conſiderandis, animoque penitus contuendis abditus latebat. Appetente nocte, priuſquam ad quietem ſe conferret, unam & alteram horam orationi impendebat, tanto ſenſu, nullum ut ei modum ſtatuere poſſe diceres. Cubicularios, qui foris opperiebantur, dum cubitum concedenti ſervirent, non modo non tædebat ejus moræ, ſed plurimum etiam ejus exemplo proficiebant ad virtutem. Igitur modo per januæ rimas introſpiciebant, quemadmodum ſe inter precandum gereret; modo Domini æmulatione & ipſi Deo ſupplices accidebant. Quid plura? tam erat multus in receſſu & rebus ſacris cogitandis, ut minime vanus ſit, qui eum continue mentem in Deum intentam habuiſſe, confirmarit. Idcirco ſæpe querebatur Marchio, ægre poſſe illum ab ſe è cubiculo protrahi; ac Patri Proſpero Malavoltæ memoravit, locum in quo ſe proſternebat ad precandum, ſæpius ſe lacrymis rigatum vidiſſe.

D

præter matutinam

ac veſpertinam,

E

item aſſiduam fere orationem,

53 Neque vero, quando alicujus eum negotii cura è latebris evocaret, idcirco mentem, ab eo quod eſset meditatus, aberrare ſinebat. Quippe ſive ille prima luce de Chriſti cruciatibus, ſive de alio quopiam argumento commentaretur, tam alte illud imprimebat in animum, ut ejus memoriam nulla diurna occupatio delere poſſet. Quid? quod non ſatis habebat, interdiu & ſero diei in orationem incumbere; ſed ejus inſuper gratiâ, de multa nocte, clam ſuis omnibus corripiebat è ſtrato corpus; illiſque dormientibus, ſolo induſio opertus, per tenebras & noctis ſilentium in medio cubiculi, procul ſemper ab omni fulcro, genua in nuda figebat humo; & cæleſtia mente pertractans, bonam noctis partem conficiebat. Neque id ſolum æſtate, verum etiam brumalibus menſibus, quæ anni tempeſtas in Gallia Ciſalpina frigoribus imprimis aſpera eſt; quibus ita toto corpore cohorreſcebat, ut paululum ab inſtituta cogitatione averteretur. Id ille vitio ſibi vertens, tamdiu ſumma ſibi vi, ut intento in Deum animo eſſet, imperare inſtitit; donec mente jam quodammodo à ſenſibus diſtracta, nullo amplius frigoris dolore tangeretur. Verumtamen ſic interea omnibus membris, calore vitali fugiente, obrigueret torpebatque, ut corpus, genibus ultro niti invalidum (cum neque ſedere, neque uſquam recumbere, obſtinaſset animo) ad nudum rigidumque ſolum defluere ſineret, atque ita jacens cœptam meditationem proſequebatur. Quare mirum mihi videri ſolet, quomodo non in gravem aliquem morbum delapſus, aut vi frigoris ambuſtus extinctuſque ſit. Ipſe certe familiaribus quibuſdam ſuis, quibus hæc inconſulta ac prævervida (ita enim appellabat) facta ſua, jam Religioni conſecratus, confidenter explicuit, faſſus eſt, ſe dum ita pronus humi jaceret, adeo viribus

imo & nocturnam.

F

etiam brumali frigore,

inter-

A interdum deſtitutum fuiſſe, ut cum ſalivam ne ore quidem poſſet ejicere, reſorbere cogeretur.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Dicendorum hoc capite compendium videri poſſit depoſitio teſtis* II, *ac propterea conſulto hic ei præmittatur* : Memor ſum, *inquit*, quod iter fecimus Caſtellione Caſalem Montis Ferrati, ubi Marchio pater præerat Gubernator; quodque per viam Aloyſius prope abfuit à ſubmerſione in ramo Ticini fluminis. Pilento enim, quo vehebatur, bifariam diffracto in alveo, pars una cum ipſo devoluta fuit ſecundo torrente, dum tandem in truncum arboris impacta hæſit, deditque otium eripiendi periculo ſemianimem: qui mox plurimas pro liberatione gratias B. Mariæ Virgini egit, atque nobiſcum divertit Vigebanum, ut qua madefactus erat ſiccaret. Caſali ſubititit aliquot menſibus, oſor feminarum; quarum convivia, comœdias, choreas, colloquia, & commercium quodvis oderat pejus angue : in deliciis vero habebat, orare abſque arbitris domi; frequentare Patres Capucinos, inviſere ad beatam B Virginem, de Crea dictam (quæ longiuſcule diſtabat, *ut teſtis* V) præcipue vero agere multùm ac diu cum Patribus Barnabitis : unde & ſuſpicio naſcebatur, velle ipſum ſe iis adjungere, ſi per patrem & matrem & ætatem licuiſſet. Confitebatur quoque iiſdem Patribus, & in eorum eccleſia ſacram Communionem ſumebat. Hæc omnia autem ego ſcio, quia præſens vidi; & ſiquid boni in me habeo, id totum mihi à familiari ejus uſu adhæſit; quo adeo delectabar, ut perpetuo ei ſervire optarem.

Vita in Monteferrato acta.

Hæc domeſticus miniſter Aloyſii, quibus accedant dicta teſtis Caſt. VII, *Dominæ Camillæ de Ferrariis, quæ tunc erat de gynæceo matris ejus.* Morabamur, *inquit illa*, Caſali in Monte Ferrato, cui præerat Marchio Ferdinandus Gubernator; quamobrem non potuit aliquando non convenire cum uxore ſua ad convivia, ſpectacula, comœdias. Ipſis autem eò euntibus, comitari Aloyſius matrem ſolebat officii cauſa uſque ad præſtitutum locum; tum vero, bonâ ejus veniâ, pedem referre; adibatque ut plurimùm ad Patres S. Pauli, vulgo Barnabitas, quos gerebat in corde ſuo; nec non ad C S. Hilarii, ubi degebat Theologus quidam, ei perquam carus: ſicque tranſigebat diem, quouſque adeſſet tempus reducendi matrem domum ſuam. Inviſebat etiam crebro eccleſias Patrum Capucinorum, S. Mariæ de Crea, & alias. Denique univerſa Aloyſii vita erat oratio, rerumque cæleſtium contemplatio: quod ſi vacare Deo in conclavi ſuo aut alibi quiete non poſſet, abdebat ſe in anguſtum cubicellum, ubi nos feminæ conſuevimus purgare ac lavare capillum noſtrum; obdebatque intus peſſulum, quo ſecurius lateret; ſicque incluſus manebat plerumque longiſſimo tempore.

Familiaritas cum Religioſis.

b *De reditu è Monte Ferrato Caſtellionem, ibique continuatis ab Aloyſio exercitiis piis, aliquid etiam dicet teſtis* II, *ad initium capitis ſequentis; cum aliis Caſtellione tunc actis. Interim hic adjungo, ex teſte Caſtell.* III, *ſequentia, quæ ex parte etiam ipſa ad ſequens Caput ac alio referri poſſunt.* Quando rediit è Monte Ferrato Caſtellionem Aloyſius, parem ſanctitate & annis progreſſum fecit; ut dici de ipſo poſſit, creſcebat ætate & ſapientia. Jejunabat frequenter, abſtinebat fere omni cibo, orabat prolixe. Memini quoque, quod cubiturus aliquando, juſſerit propè relinqui candelam, quo legere aliquid poſſet; quodque inde lectus in quo cubabat ignem conceperit, ambuſtuſque magna parte fuerit; ipſe tamen, quod pro miraculo habuimus nos omnes, ſalvus evaſerit. Scio quoque, in ecſtaſin rapi ſolere, ut ſæpe vidimus, etiam in diverſoriis publicis; atque aliquando id ei accidit in diverſorio Martinenghi, dum iter faceremus. Et hæc ſcio, quia vidi, æque ac familia tota, quæ erant pluſquam triginta perſonæ.

Reditus Caſtellionem.

CAPUT V.

Conſtantia in exercitiis devotionis, profectio in Hiſpaniam, vita in aula regia. a

a

54 EX eo conatu quo B. Aloyſius id egit, ut inter preces, omnes ſemper animi partes collectas haberet, capitis dolor extitit, qui reliquam deinde illum ætatem vehementer exercuit. Verùm ille grauia, ac præcipue ſimilem atque Chriſtus ex conſertæ ſpinis coronæ aculeis cepiſſet, dolorem perferendi ſtudio, non modo nullum ei reſtinguendo remedium, ſed varias potius ejus fovendi inflammandique vias quæſivit; ratus eum ſibi ſalutarem eſſe, quando neque ab ſuis rebus gerendis quidquam fere eum impediebat, & ſupplicia Chriſti redigebat in memoriam, & nonnullius in cælo præmii merendi cauſam dabat. Attamen uſu venit aliquando, ut illo dolore ſolito acerbius exagitatus, citius quàm conſueſſet in lectum ſe reciperet: pòſt, ubi rediit in memoriam, necdum ſe eo die (pro eo ac ſoleret) ſeptem Pſalmos pœnitentiales recitaſſe; decrevit, non niſi eo penſo perſoluto, oculos ad videndum ſomnum claudere. Igitur puerum à cubiculis, candelam pone lectum deſtituere atque abire juſſit. Septem illis Pſalmis abſolutis, cùm dolore capitis, tum ſomno oppreſſus, candelam eſt oblitus extinguere. Eâ ergo totâ abſumptâ, ignis, cùm unum lecti latus corripuiſſet, citra flammam eouſque perrepſit ſeque diffudit, dum vela omnia quæ lecticæ prætenſa erant, unam culcitram ſtramineam, ac tres laneas exureret. Dum hæc maxime ignis depaſcitur, experrectus Aloyſius, ubi tantum ſenſit ardorem, cùm præterea dolore illo capitis graviter conflictaretur, in animum principio induxit febri ſe laborare: ſed cùm cetera omnia nihilo minus æſtuare tactu exploraſſet, unde ea vis cæloris inuſitati eſſet orta, conjecturâ aſſequi nequibat: & nihilo ſecius denuo tentat obdormiſcere: ſed fruſtra. Quapropter, cùm æſtu ac fumo increbreſcente pene ſuffocaretur, deſilit è lecto, atque apertâ januâ puerum inclamat. Vix pedem in limine poſuerat, cum erumpens flamma reliquum lecti hauſit. Id, ne tota domus eodem igne conflagraret, exciti milites qui erant in arcis præſidio, in ſubjectas foſſas de feneſtra præcipitant.

XV

Dum gravi cephalalgia preſſus,

E

perſolutis precibus indormiſcit,

ardens ad caput candela ſtratum inflammat,

55 Neque dubium eſt, quin ſi vel tantillum lecto egredi moratus eſſet, in anguſto præſertim, uti poſtea vidi, atque id temporis occluſo cubiculo, vel igne conſumptus, vel fumo præfocatus, interiiſſet, Sed nimirum Deus, quem jam Religioni deſignarat, neque ignorabat cujus gratia in hoc diſcrimine verſaretur, præcipuo quodam nutu ab omni noxa vindicavit. Itaque cùm conſenſu omnes ejus ſalutem Deo acceptam vulgo ferebant; tum ad ipſos etiam Duces Mantuam pertulit rumor, vetuſtiſſimo liberorum Marchionis miraculi quiddam eveniſſe: &, neſcio quanto intervallo, ipſa Leonora Auſtria, de re tota

unde mirabiliter ſervatus,

A. VIRG. CEPARIO

tota, coram ab ipſomet erudiri poſtulavit. Ille, ut rem vulgatam intellexit, fortaſſis ne id etiam reſciretur, quid ita candelam juxta lectum ardere ſiviſſet, ad eam quæſtionem non mediocriter erubuit. Solebat poſtea Aloyſius, qui multis jam caſibus æternæ providentiæ pro ſuo capite excubias curaſque exploratas habebat, in omni fortuna, omnibuſque cùm ſuis, tum patris negotiis, ceteris conſiliis preces prævertere, ſeque Dei poteſtati permittere: id unum obteſtatus, ut quod optimum factu eſſet (his enim fere verbis ſua Deo commendare eſt ſolitus) annueret. Neque vero hæc illum umquam ſpes, divinæque erga ſe voluntatis fiducia fefellit: quippe ipſemet aliquando non eſt veritus profiteri, nihil ſe umquam (quod ſane portento ſimile eſt) ſive magnum, ſive exiguum, à Deo irritis precibus popoſciſſe; neque ullum negotium, quamvis implicatum, aliorumque opinione deſperatum atque perditum, quod ejus providentiæ commiſerit, non ex animi ſui ſententia confectum eſſe: adeo divina benignitas ſemper ejus orationi patuit.

ſe ſuaque Deo committit;

56 Ex hoc eodem quotidiano cum Deo uſu, & illa manaſſe videtur animi excellentia ac magnitudo, quæcumque mundus poſſidet deſpicientis ac nihili pendentis: qua dote nihil ajebat eſſe præclarius. Ergo in Principum palatiis, dum ſupellectilem argenteam & auream, veſtem ſtragulam, miniſtrorum obſequia, aliaque de eodem genere aſpiceret (quod hæc omnia perquam vilia haberet, atque indigna quæ tanti hominum judicio æſtimentur) riſum vix tenebat. Quocirca crebris ſermonibus, quos cum matre habuit confidentius, negavit ſe ſatis mirari poſſe aut augurari, quid cauſæ mortales poſſint dicere, quin Religioſi omnes fiant: ſiquidem luce meridiana illuſtriora eſſe emolumenta, quæ non illi tantùm futuræ, ſed huic etiam inſtanti vitæ mortalium afferat Religio; eorum quæ in hoc ſeculo prima ducuntur brevis ſit fructus, & eorum ſtudioſi, malis vivi mortuique mactentur. Mater, cùm hæc differentem audiret, etſi facile videbat quid conſilii cum animo ſuo traheret; non tamen idcirco ea de re verbum cum ipſo ullum tum quidem commutavit.

B *mundana omnia deſpicit;*

57 Tametſi vero omni fere hominum congreſſu abſtinebat; cùm tamen in eum ſe dabat, eccleſiaſticis fere & religioſis viris, qui Caſtellione degunt, utebatur familiariter. Sed quoniam non pauci honeſtiſſimi homines, in eo oppido nati, in variis ſanctioribus familiis verſantur, per alias quidem regiones diſperſi, ſed qui nonnumquam patriam reviſant; hos ſimul atque Aloyſius adveniſſe cognorat, ad eos de divinis rebus cum iis colloquendi cauſa adibat, calculos piaculares, cereas Agni Dei imagines, alias res ſimiles ad pietatem comparatas, ab iis cupide & magno pietatis ſenſu accipiebat. Præcipuam vero voluptatem hauriebat ex adventu quorumdam Reverendorum Monachorum, è Congregatione Caſſinenſi S. Benedicti; qui, cùm in ejus vitam quæſtio Mutinæ haberetur, præclarum ei ſanctimoniæ & pietatis teſtimonium dederunt. Neque minus propenſo erat animo in Reverendos nonnullos Patres è Familia S. Dominici, qui per æſtatem animi cauſſa Caſtellionem veniebant, cum quibus item familiariter de rebus animo ſalutaribus ſermocinabatur. In his erat R.P.F. Claudius Finus Mutinenſis, Theologiæ Doctor & Lector, atque magni in Gallia Ciſalpina nominis Concionator. Is cùm alias, tum paulo ante quam mortem obiret, apud tribunal Epiſcopi Mutinenſis, ea de re interrogatus, his verbis (quæ propter hominis auctoritatem referre viſum eſt) juratus reſpondit.

C *cum ſolis Religioſis verſatur:*

ex quibus Dominicanus unus,

D

58 Illuſtriſſimum Dominum Aloyſium Gonzagam, ad quem tituli ac fortunarum Marchionis Caſtellionenſis hereditas pertinebat, non de facie modo, ſed ex iterato etiam cùm ipſo ſermone tunc cognovi, cùm una cum meis ſodalibus Caſtellionem, inque alia, in ejus familiæ ditione poſita loca, ſeceſſiſſem. Libenter enim mater ejus operam dabat, ut, tum cum aliis, tum præcipue mecum conferret. Equidem ab illo, propter ſingularis exempli ſanctimoniam, quæ in ejus moribus, ſermone, geſtu, ſententiis exſplendeſcebat, attonitus, atque non ſine quadam jucunditate mentis, amore virtutis ardentior diſcedebam. Omnis fere familiaris ejus oratio ad eximium quoddam ſubmiſſe ſe gerendi ſtudium, laudemque eorum ſpectabat, qui ſe ab iis, quæ cæcis mortalibus ampla atque magnifica videntur, abjungunt. Quondam etiam mihi; Non eſt, inquit, quod natales nos inſolenter efferant: quoniam nihil inter principum & mendicorum cineres intereſt, niſi quod illi gravius fœteant. Nihil illa ætate puerile deſignabat, inſignite modeſtus, fugitans ſubinde congreſſus, atque interim tacitus, cogitabundus, gravis, pius. In ore crebro habebat has voces: Quam velim tanto Dei amore flagrare, quanto tanta Majeſtas digna eſt! Cor mihi mœrore conficitur, cum tam ingratos in eum Chriſtianos eſſe video. Ad modeſtiam item honeſtique amorem pertinet ille ejus pudor, uſque eo ſimplex & candidus, ut ſi cui vel inter facetias & jocos verbum aliquod excidiſſet vel tantillum à modeſtia abhorrens; decenti rubore & modeſtiſſima ſignificatione doloris, miſeritum ſibi eſſe errantis oſtenderet. Interea, dum de perfectioris vitæ præceptis loquentes, aut de quopiam narrantes audiebat qui in religioſum cœtum tranſiſſet; exultare gaudio, vultum ad majorem ſerenitatem componere, atque alium oris habitum induere videbatur. Interdum etiam cum gemitu exclamabat: Deus bone! quantum eſt in ſolidis cæli gaudiis voluptatis! quandoquidem inſtitutus de illis inter nos hîc in terra ſermo tantopere nos oblectat.

XVI *qui teſtatur, ſe miratũ in eo*

ſingulaream animi demiſſionem;

59 Nonnumquam, unà cum illo, in ædem ſacram ſum ingreſſus. Ibi ille, tametſi puer, magnos natu & religionis profeſſione ſpectatos viros, editis inſignibus, Deum demiſſiſſime colentis animi exemplis, longè ſuperabat; quandoque lamentanti ſimilis, quandoque defixis in alicujus Sanctorum imaginem oculis, neque vocantes neque alloquentes audiebat, neque niſi aliqua mora interpoſita reſpondebat, ut mentem à ſenſibus peregrinatam eſſe conſtaret. Non ſemel mihi affirmavit, ſingulari ſe in beatiſsimam Virginem pietate ferri; & cor ſibi, ejus dumtaxat audito nomine, incredibili voluptate diffluere. Equidem illum, poſt Religionis ingreſſum, non amplius novi; à graviſſimis tamen hominibus, Mediolani, Brixiæ, Cremonæ, Ferrariæ, Genuæ, Mantuæ, alibique accepi, eum Societati Jeſu adjunctum, in ea cum illuſtri apud omnes ſanctitatis gloria vixiſſe: per eamdem item ſanctitatem eſſe emortuum, multi viri religioſi magnæ auctoritatis aſſeverarunt; neque pauci cenſuerunt tutius fieri, cùm nos ipſos ejus animæ, quam cùm ejus animam Deo commendamus. Præterea fama miraculorum, prodigiorum, beneficiorum, quæ ejus gratia accidunt divinitus; itemque cæleſtis honoris, in quo ejus ſanctæ Reli-

E *devotionem externam,*

mira de ipſo poſt initam Societatem audita.

quiæ

A quiæ habentur, longè lateque eſt pervagata.„ Hæc reverendus ille Pater Dominicanus.

b XVII *An.* 1581 *Matritum ductus,*

60 Agebatur *b* annus Chriſti MDLXXXI, cujus autumno Maria Auſtria, Imperatoris Caroli V filia, Ferdinandi I nurus, Maximiliani II conjux, Rudolfi II, qui etiamnum imperat, mater, ac Philippi II Regis Catholici ſoror, è Bohemia in Hiſpaniam commigravit. Eam honoris cauſa, ab eodem Rege aliquot Itali Principes, qui regno ejus devincti erant, atque inter hos Ferdinandus Marchio B. Aloyſii pater, ex Italia in Hiſpaniam trajicientem proſequi ſunt juſſi. Ei cum conjux Martha, ipſius Auguſtæ rogatu comes accederet; tres etiam liberos itineris ſocios adſciſcunt; filiam unam, cui Iſabellæ nomen; quæ cum poſtea in Hiſpania remanſiſſet, ibi, inter Principes gynæcei Iſabellæ Claræ Eugeniæ Infantis Hiſpaniarum feminas, vivendi finem implevit; Aloyſium, maximum ſuæ ſtirpis, dimidiati jam anni ſupra tertium decimum; & Rudolfum, ætate aliquanto minorem. Hoc itinere, quod ex Italia in Hiſpaniam confecit Aloyſius, numquam, uti jam ſolenne illi erat, quotidie divina meditari, & ardorem illum in pietate adhibere intermiſit: itaque animum numquam non his talibus curis diſtrictum habebat. Percrebuerat in triremi, periculum eſſe ne in Turcarum poteſtatem venirent. Hîc ille repentina cupiditate exardeſcens; Utinam, inquit, ita caſus ferret, ut Martyres fieremus! Ad hæc ejus mater mihi commemoravit, eum inter marinos illos ſcopulos lapillum offendiſſe, notis quibuſdam diſtinctum, quæ ſacratiſſimas Chriſti Salvatoris noſtri plagas referrent. Ille vero, cujus tota mens ſemper erat in pietate, ratus eum ſibi divinitus objectum eſſe, quo intelligeret ſimiles ſibi ac Chriſto pœnas patiendas eſſe, ad matrem converſus; Aſpice, Domina, inquit, quod mihi Deus obtulit: & tamen pater adhuc me vetabit Religioſum fieri? Eum deinde lapidem, quippe Chriſti patientiæ monumentum, diu in honore habuit.

gaudet oblata ſpe martyrii,

B

præclare in ſtudiis proficit,

C

61 Poſtquam in Regiam devenerunt, Marchio vetus ſuum Cubicularii munus ſuſtinuit: Aloyſius & Rudolfus adlecti in Meninos, hoc eſt ephebos honorarios, Iacobo Principi, Regis Catholici Philippi II filio, Philippi III qui hodie regnat fratri natu majori, miniſtrarunt. Amplius duos annos B. Aloyſius in Hiſpania commoratus eſt; quo tempore gnaviter imprimis in ſtudia litterarum incubuit. Logicam ei tradidit Sacerdos quidam, ante alios eruditus. Sphæræ autem deſcriptionem, Dimas regius Mathematicus. Ad hæc quotidie à prandio, magiſtro, Philoſophiam & Theologiam naturalem tradenti, dabat operam; in qua tantum profecit, ut cùm forte eo tempore Compluto iter haberet, quo ſtudioſus quidam è Theologia theſes propoſuerat ad diſputandum, præſidebatque P. Gabriel Vaſquez (quem deinde Romæ Theologiam explicantem audivit) ipſorum invitatu, adoleſcens quatuordecim dumtaxat annos natus, conquiſitis argumentis, ſingulari cum laude & applauſu prætentium, probare conaretur, myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis naturali vi mentis poſſe cognoſci. His aulæ litterarumque occupationibus e ſtricto, facile animadvertebat Aloyſius, parum otii ad pietati ſerviendum poſſe ſupereſſe; præſertim quod ſubinde ne orationes quidem, quibus conſueſſet, neque Confeſſionis & Euchariſtiæ myſteria crebrius obeundi facultas erat. Jamque deſiderium illud incitatum fortunæ commoda quam primum abjiciendi, & illæ divinitus animo injectæ faces, quibus antea arſerat, ſenſim langueſcere videbantur. Quocirca Dei impulſu, hominum rumoribus judiciiſque contemptis, in ipſa Regia, per quantam maximam poſſet religionem & innocentiam, agitare decrevit. Ea gratia ſuis Confeſſionibus excipiendis ſibi delegit P. Ferdinandum Paternum *c* Siculum, è Societate Jeſu, qui ea tempeſtate Mantuæ Carpetanorum habitabat: neque poſt illa intermiſit animum identidem Pœnitentiâ Euchariſtiâque expiare.

A. VIRG. CEPARIO

c

62 Quam porro in ea Regia, abundanti omnibus quæ hominum animos ſolent diſtendere, ſit pure integreque verſatus; teſtimonio ſunt ejuſdem, quem dixi, Patris litteræ anno MDXCIV datæ, in quarum exordio ſic habet: „Expediam „ breviter, quod ex me quæris, Rev. Pater. In A- „ loyſio Fratre noſtro (quem ab ipſa pueritia in „ Hiſpania cognovi) tam inſignem ſemper animi „ candorem & innocentiam comperi; ut eo toto „ tempore, quod aliquot annorum fuit, non modo „ nullius eum peccati mortiferi (quod & abhorre- „ bat ut qui maxime, neque umquam in vita con- „ traxerat) verum etiam ſæpenumero ne tantillæ „ quidem noxiæ reum invenerim, cujus abſolutione „ indigeret. Neque vero hæc tarditati naturæ aut „ hebeti ad intelligendum ingenio attribui poſſunt: „ quippe qui jam tum id ætatis, & gravitate morum, & perſpicacitate mentis, atque prudentia „ longe erat ſeni quam adoleſcenti ſimilior. Otii „ ac deſidiæ maximum illum odium ceperat: itaque „ ſemper honeſtis exercitiis, ſed plurimùm legendis „ ſacris Bibliis, in quibus ejus animus acquieſcebat „ mirifice, diſtinebatur. In verbis item tantam ejus „ modeſtiam notavi, ut ne leviſſime quidem dicto „ quemquam aliquando perſtringeret. „ Ex hiſce Patris verbis, qui ei à ſacris Confeſſionibus fuit, & aliis quæ deinceps collocabo, ſatis liquido cognoſci poteſt; eum inter medias occupationes aulicas cæleſti quodam & angelico more vixiſſe. Eſt enim eximia quædam laus, cum quis in aula diverſatus, ne eorum quidem delictorum compertus fuiſſe prædicatur, quibus etſi venia prompta eſt, abſolutionis tamen indigent.

E *innocentiſſimam vitam agit,*

etiam à venialibus liber;

63 In publico tam erat compoſitus ac modeſtus, ut oculos numquam humo attolleret. Itaque cùm ita ſermo ferret, narravit jam Religioſus, ſe neque Mantuæ Carpetanorum, ubi aliquot annos degerat; neque Caſtellione, ubi natus & educatus erat, viam abſque duce poſſe reperire; quo duce ſemper uti ſolitus eſt, tum ne qua avocandi à cogitatione animi occaſio daretur, tum quo ſuis meditationibus (ut ipſe dicebat) vacare poſſet. De hac eadem ejus modeſtia atque oculorum continentia, rem ſane novam & inauditam narratum eo, quæ ex teſtimoniò P. [Mutii Vitelleſci *d*] Præpoſiti Provinciæ Neapolitanæ Societatis Jeſu, quo perfamiliari uſus eſt, monimentis publicis eſt conſignata. Ea ſic habet. Aloyſius, ut dictum eſt, in comitatu Imperatricis iter in Hiſpaniam ex Italia fecit; deinde, dum verſatur in Regia, prope quotidie cum Jacobo *e* Principe eamdem Imperatricem ſalutatum adiit; ac denique ſexcentis opportunitatibus eam videndi, & accurate contemplandi uſus eſt. Fuit nihilominus tam ſingularis ejus modeſtia, ut illi Patri, quem memoravi, ſit confeſſus, ſe ne ſemel quidem ejus faciem vidiſſe, aut ad eam aſpexiſſe. At quis neſcit, quanto plerique omnes, ejuſmodi in dignitate poſitos homines, cùm tempus oblatum fuerit, videndi atque attentius conſiderandi

F *cum rara oculorum continentia,*

d

e

fervorem devotionis reſumit,

A. VIRG. CEPARIO

ſtudio teneantur, & quanti ad illos ſpectandos, in ea loca, quæ præterituri ſunt, concurſus multitudinis fiant.

64 Cœpit jam tum veſtes detritas & obſoletas, ac tibialia, appoſitis ſupra genua panniculis reſarta, quorum vel poſtremos homines pudere ſolet, in deliciis habere. Nimirum ille hujus corrupti mundi contemptor, quorſum homines, illi obnoxii, ſua facta acciperent, nihil morabatur. Nam veſtimenta quoque nova, patris juſſu confecta, quamdiu licebat, induere ceſſabat; atque ubi ſemel, aut iterum illis ornatus inceſſerat, ad pannos ſuos commode redibat. Torques aureos aliaque ornamenta, quæ illius Regiæ mos amat, reſpuebat; cùm diceret, hunc apparatum eorum eſſe, qui non Deum, ut ſibi certum eſset, ſed corporis fortunæque gaudia ſequerentur. Hujus gratia multum illi principio cum irato patre, filii modeſtiam ſuum ſuæque familiæ dedecus interpretante, conflictandum fuit: ad extremum conſtantiæ filii manus dedit, quodque antea certis de cauſis probare non poterat, admirari cœpit. Attamen etſi Aloyſius ſibi ſeorſim paupertatem tantopere caram haberet, facile tamen famulos ac ſtipatores ſuos, pro ſuo quemque muneris & dignitatis gradu, ornatos eſſe patiebatur. Tantæ erat ejus cum Proceribus aulæ convictus, gravitatis religioniſque plenus, ut eo ſuperveniente aut eminus conſpecto, hilariores ſermones abrumperent, ſeque ad modeſtiam componerent: & quoniam liquebat, nullo eum umquam dicto vel facto non omnes honeſtatis numeros obiviſse, neque ullum ſive ſerio ſeu joco indecorum dictum ad aures poſſe admittere; in communi Primorum aulæ proverbio verſabatur; Parvulum Marchionem Caſtellionenſem, non videri carne conſtare. Nullam occaſionem aliorum commodis ſerviendi elabi ſinebat. Jacobum Principem etiamtum parvulum, è feneſtra proſpectantem, ventus vehementiori flatu inceſſebat: cui ille pueriliter indignabundus; Heus, vente, inquit, impero tibi, ut moleſtiam mihi exhibere deſinas. Tum Aloyſius, qui proximus aſtabat, opportunitate uſus; Potes, inquit, Domine, homines tuis dictis obedientes nanciſci, in elementa autem ſolius Dei imperium eſt, cui & te parere oportet. Rex, uti de omnibus filii rebus ſolebat, ita de hoc quoque mandato, quod vento dederat, atque de Aloyſii apophthegmate certior factus, in loco & prudenter dictum eſſe judicavit.

veſtitûs humilitate,

B

ſermonis gravitate.

C

65 Dum in Hiſpania verſatur, incidit forte in librum, quem de ratione pie meditandi, mentemque à ceteris curis revocatam, in id unum configendi, Ludovicus Granatenſis edidit. Ejus lectione impulſus concepit, quotidie minimum unam horam, intenta ac nuſquam diſperſa mente, res ſacras meditari. Igitur cum in genua aſtitiſſet, nulli umquam adminiculo innixus, meditationem ordiebatur; ac ſemihora, aut tribus, verbi gratia, partibus elapſis, ubi vel tantillum in mentem venerat quod eam ab inſtituto averteret, ſuperius omne tempus pro perdito ducens, aliâ denuo horâ meditandi initium faciebat; idque deinceps tamdiu iterabat, donec unam aliquam horam omni mentis aberratione caruiſſet: itáque aliquamdiu ſolenne illi fuit, quinas, & interdum amplius horas rite meditando tranſigere. Verùm ne his talibus occupato quiſquam ſuorum vel alienorum interveniret & obturbaret, in obſcuras ſe latebras, inter deſtinatas Vulcano lignorum ſtrues, abdebat. Ibi dum Deo contemplando propitiandoque

conatur quotidie horam unam

pietati ſuæ indulget, numquam à domeſticis, tametſi multum ſeduloque veſtigantibus, reperiri potuit. De quo tum maxime à parentibus objurgatus eſt, cum eum amici aliqui homines illuſtres ſalutatum veniebant. Sed ille, nimirum qui illas mortalium congreſſiones beneficiis, quibus interea de cælo afficiebatur, longe poſtferebat, ſpretis hominum rationibus, nihil veritus parum officioſi vrbanique adverſum homines notam, dummodo ne minus in Deum pii culpam ſuſtineret, numquam, ut hominibus gratum faceret, illa religionis exercitia vel omiſit vel interrupit. Id poſtquam ejus amicis gnarum fuit, abſtinuerunt ſcilicet talibus officiis, vacuumque inanibus negotiis, ac ſecurum ab omni interpellationis metu, reliquerunt.

D

ſine diſtractione continenter orare.

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *Præmitto & huic Capiti ſummarium Caſtellione geſtorum ab Aloyſio, poſtquam redierat è Monte Ferrato. Ita illud contexuit teſtis Caſt.* II: Scio, quod Caſali revertimus Caſtellionem; ibique perrexit Aloyſius vivere vitam ſuam, id eſt ſanctam, macerando corpuſculum inedia, jejuniis, orationibus. Contigit autem ut nocte quadam juberet ſibi candelam relinqui, quo poſſet recitare ſeptem Pſalmos, per diem ob capitis cruciatum non perſolutos: ſed caſu neſcio quo flamma candelæ corripuit lectum, dum ipſe, mente alienatus à corpore, fruebatur Deo, ignarus incendii & periculi propinqui. Arſit igitur anaclinterium ſtramine fartum, & pars papilionis, è panno bicolori hiſpanico confecti: ac tandem fumus tantopere condenſatus fuit in cubiculo, ut miraculum cenſeri poſſit, non fuiſſe prius ſuffocatum Aloyſium; quam nos, re comperta, accurrerimus ad ferendam opem atque efferendum inde periclitantem. Et hujus rei publica fama eſt Caſtellione totâ.

Acta reverſi Caſtellionem.

E

Rem eamdem paulo aliter narrat teſtis Caſt. IV: Dormivi ego multo tempore in procœtone Aloyſii & ſolebam veſpere ei miniſtrare lumen. Voluit autem quodam veſpere, ſibi ut relinquerem candelam ardentem, perſoluturo, quas illo die nondum fuderat, preces. Interea vero contigit, ipſum, aut ſpiritu peregrinatum eſſe à corpore inter orandum, aut obdormiſſe (neque enim id ſcire poſſum; quia oſtium clauſerat, uti ſolitus erat, cum intus vacare volebat orationi: & tunc nullum admittebat, qui decubiturum exueret veſtibus) quando candela corripuit lectulum ejus atque ambuſſit, adeo ut nos pro miraculo habuerimus, ipſum evaſiſſe vivum, & non periiſſe, aut igne combuſtum aut fumo ſuffocatum: quippe cum oſtium tandem fuit apertum cubiculi, durare intus nos non potuimus à fumo, atque advocavimus aliquot milites excubitores, qui opem ferrent, & nobiſcum jactarent lectum cum ſupellectili ſua per feneſtras in foſſam. *Dubitat pariter teſtis Caſt.* V. *indormiveratne Aloyſius quando lectus ardere cœpit, an vero ecſtaſim paſſus fuerit*, uti, *inquiens*, ſolebat pati: quippe ego ipſum ſæpenumero, dum orationi animum laxabat, inveni, omnium uſu ſenſuum deſtitutum, atque inſtar ſtatuæ ſe habentem: *tum addit, omnium judicio non niſi divinitus morti ereptum fuiſſe, vocatque in teſtes hujus rei*, D. Clementem Ghizonum, *cujus teſtimonium jam attulimus*, totam Aulam, totamque Caſtellionem. *Hos inter merito vocari etiam nominatim potuit Princeps Franciſcus, Beati frater, teſtis* XI, *qui licet tunc admodum puer eſſet, vidit triſte ſpectaculum; ac tam alte impreſſit memoriæ, ut ea numquam*

Incenſo ibi lecto.

F

quo dormiebat.

non ſine miraculo evadit mortem.

A *quam deinde oblitterata ſit.* Scio, *inquit*, excitatum eſſe quadam nocte incendium, atque inde magnum toto palatio tumultum, quo expergefacti, proripuimus nos è cubili omnes: & ego, percepta voce, ardere cubiculum Aloyſii, eò cucurri; vidi inde prodeuntem ipſum,& conclave denſiſſimo plenum fumo; quia, quantum memini & auditu quoque ex aliorum relatione percepi, flamma non prius ſe extulit, quam oſtium cubiculi apertum, & Aloyſius è lecto extractus eſſet. *Tum cauſam incendii, jactationem ſuppellectilis ambuſtæ per milites in foſſam, aliaque deſcribit, fere ut ſupra.*

b *Pervenimus ad annum Chriſti* MDLXXXI, *Aloyſii* XIV, *cujus autumno in Hiſpaniam iter ingreditur.*

Profectio in Hiſpaniam cum Imperatrice:

De illo ac rebus ibi geſtis præmitto depoſitionem teſtis Caſt. II, *qui quamquam fide digniſſimus ſit rerum ab Aloyſio geſtarum narrator, quia omnium fere ſpectator fuit; minus tamen ſedulus temporum obſervator fuiſſe deprehenditur, dum ante annum* MDLXXXI *profectionem Imperatricis per Italiam in Hiſpaniam ſignat. Hujus quippe anni æſtate illam adhuc convenit S. Carolus Borromæus, primùm Brixiæ, atque iterum Laude Pompeji, ut in Vita Caroli legitur; & ex Ceparii confirmari poteſt. Dabo nihilominus hìc textum iſtius teſtis*

B *integrum & immutatum, è Ceparii quantum ad aberrationes in conſtitutione temporum ſpectat, facile corrigendum. Sic ait:* Commemini quod Aloyſius, cum fere tredecennis eſſet (*imo anno fere dimidio grandior natu*) una cum patre ac matre profectus fuit in Hiſpaniam, in comitatu Imperatricis, *Mariæ Auſtriæ, Maximiliani* II *viduæ*, anno MDLXXIX & LXXX; impendimus enim illi itineri partem utriuſque anni (*igitur* MDLXXXI *exeuntis &* LXXXII *ineuntis*) ſubſtitimuſque in Hiſpania menſes XXXIII (*quia anticipavit adventum Aloyſii in Hiſpaniam moram ejus ibi extraxit plus juſto*) ubi Aloyſius more ſuo edidit exempla magnæ ſanctitatis ac pietatis Chriſtianæ. Quamobrem & amabatur tenere à Principe Didaco, Philippi Regis primogenito, cujus inter ephebos honorarios numerabatur. Contigit autem aliquando, ut, Principe Regio prope feneſtram adſtante, acriter flaret ventus; cui ille pueriliter: Præcipio tibi, vente, uti ne mihi moleſtus ſies. Quo audito ſubintulit qui prope aberat Aloyſius: Poteſt quidem, Celſitudo Veſtra, mandare hominibus; & hi mandata facient: at vero præcipere ventis ſolius Dei eſt, cui etiam

ubi fit ephebus Principis Regii:

C Celſitudo Veſtra obedientiam & obſequium debet. Placuit pueri non puerile dictum; totâque Aulâ ſparſum, ipſi quoque Regi jucundum auditu fuit. Hoc ipſo tempore operam dabat privatis domi ſuæ Magiſtris, ſub quorum diſciplina ſtudebat Logicę ac Methematicę, eaſque ſcientias propoſitis concluſionibus, prout illa ferebat ætas, ſibi defendendas ſumpſit. Abhorrebat omne genus vanitatis, non tangebat veſtes pretioſas, nullum ſumebat ornatum aulicum, niſi forte parentum juſſu compulſus. Denique duxit etiam hic vitam ſanctam, ſemper deditus orationi, quam præ cœtibus hominum frequentare amabat ſolus in cubiculo ſuo. Animi noxas aperiebat cuipiam è Societate Jeſu, & ſacram Synaxin in eorumdem eccleſia reverenter ſumebat; in omnibus modeſtiæ ſingularis exemplum. Et hæc omnia vidi ego hiſce meis oculis.

Subnecto alia ex aliorum teſtimoniis, atque imprimis ex duplici Patris Mutii Vitelleſci, quorum primum dedit, dum præerat Societati Jeſu Romanæ Provincialis, anno MDCVII, XXV *Octobris, in proceſſu, qui tunc formabatur in genere, de ſanctitate ſervi Dei Aloyſii: alterum dedit bennio fere poſt,* XXIV *Auguſti, jam creatus ejuſdem Societatis pro Italia Aſſiſtens, in proceſſu,* ANNOT. C. J. *quem vocant in ſpecie; utrobique juratus. Hic vitæ ejus in Hiſpania rationem aliquam, ex familiariter colloquentis ore exceptam, ſic deſcribit:* De virtutibus ejus, ac imprimis de abſtinentia, quam ſervabat etiam in Hiſpania ephebus regii Principis, poſſum affirmare, quod per annum continuum non manducabat aliud quot diebus, quam ovum unum & pauxillum panis; ita ut biduo triduove non comederet tantum panis, quantum in cœnula apponi nobis ſolet ſtatis Abſtinentiæ diebus (*quod ſane multum non eſt in provincia Romana*). Et hoc ipſemet mihi familiariter faſſus fuit: verumtamen adjungebat etiam, ſe ita temperaſſe victum ſuum propter calculi metum, cujus jam tum, ut ipſe ajebat ſemina quædam, judicio medicorum in eo dignoſcebantur: at revera id præſtabat amore abſtinentiæ, & non aliâ cauſâ. Preterea ſæviebat quotidie ter in corpuſculum ſuum flagris, uſque ad ſanguinis effuſionem: duaſque ibidem horas de die dabat orationi; noctu autem, ut minimum, unam, etiam media hieme, ſolo induſio indutus, & genibus nixus.

abſtinentia etiam ibi ſingularis;

Mirabile etiam eſt modeſtiæ ejus ſpecimen, quod quamvis diebus fere ſingulis cum Principe, Regis filio, adiret ſalutatum Imperatricem Dominam Mariam Auſtriacam; affirmabat tamen, numquam ſe oculos in vultum ejus elevaſſe; ac neſcire albáne eſſet an nigra; ipſamque, ſi obviam haberet, non cogniturum. Et hæc omnia ipſe ſuomet ore mihi patefecit, non jactationis cauſa, abſit; ſed quia illo die, ob nuncupata Religionis noſtræ vota, ſolito lætior erat, ac ſpiritus æſtu redundabat; quando & venit ad me, cui plurimum fidebat, in cubiculum, atque inter colloquendum de rebus ad ſpiritualem profectum ſpectantibus, etiam illa, quæ expoſui, narravit. *De hac ipſa ejus continentia oculorum mox etiam loquetur Ceparius num.* 63.

E

cuſtodia oculorum;

Studium orationis nocturnæ, quod in Hiſpania Aloyſio ſolenne fuiſſe aſſerit teſtis prædictus; nulli certo loco adſcribit teſtis Caſt. XIII, *videturque innuere, etiam ante profectionem Hiſpanicam id ei fuiſſe uſitatum, dum ait;* Non ſemel mihi familiariter narravit Aloyſius, inconſiderantis animi ſui, ut vocabat, impetus; quod olim hiberno tempore ad huc puer, deſcendebat noctu de lecto, ſolo induſio amictus, ſeque humi ſternebat nudis genibus, facie pronus in terra: & ſic perdurabat, orationi intentus, uſque dum alienato à ſenſibus animo nec frigus, nec aliud quidquam ſentiret; ac totus veluti congelatus, cum ſe poſtea loco movere volebat, ſæpenumero non poſſet.

ſtudium orationis.

F

c *Operæ pretium fuerit huncce virum, qui Aloyſio poſt Deum poteſt videri auctor fuiſſe amplectendæ Societatis Jeſu, proprius noviſſe. Legitur in Annalibus noſtris annuis provinciæ Siculæ collegii Catanenſis anni* MDCIV, *quod illo eodem anno vitam commutavit cum morte,* febri ſublatus, Ferdinandus Paternò, nobilis Catanenſis, annos natus LXIV, quatuor votorum Profeſſus: qui, præter alios dignitatis in Societate noſtra gradus, bis ad Philippum II Hiſpaniarum Regem legatus eſt miſſus; apud quem cum diutius moraretur, atque in eadem Aula beatus noſter Aloyſius Gonzaga adoleſcens verſaretur, ita illo familiariter eſt uſus, ut ipſum ſibi ducem, in rebus ad animi cultum ſpectantibus, conſtituerit; & Deo primum excitante, deinde Ferdinando noſtro adjuvante, ſequendæ Societatis noſtræ conſilium ſuſceperit. *Quod ſequitur, minus quidem huc ſpectat; quia tamen de Angelico juvene, & caſtimoniæ mirifico cultore, nobis ſermo eſt; qualia pro eadem vir-*

Confeſſarius ejus qualis fuerit.

ANNOT. C. J. *virtute certaverit dux ſuus certamina, etiam audiamus*: Illud vero invictæ fortitudinis Ferdinandi exemplum, quis non merito ſuſpiciat? Vocatus ad exomologeſim excipiendam mulieris, ut dicebatur, ægrotantis; ubi domum ingreſſus eſt, non unam, ſed plures, immani libidinis febre laborantes invenit; à quibus non verborum modo illecebris, ſed aperta vi ad nefarium ſcelus vel cogitur vel appetitur. Tum ille, divinam in tanto periculo opem implorans, vim vi, quo melius modo potuit, repellens, concitatâ fugâ ad ſceleratæ domus limen victor evaſit: longe profecto in opprimendis internę libidinis motibus fortior, quam in tot præſentium peſtium inhoneſtis conatibus frangendis.

d *Inſerui hoc loco, ex editione Ceparii Placentina, nomen proprium Provincialis, quod abeſt à prima, atque adeo etiam à verſione ejus Latina. Monumenta publica, quibus hoc ſpecimen ſingularis modeſtiæ Aloyſianæ conſignavit Mutius, ſunt proceſſus, auctoritate Ordinariorum confecti, antequam ederetur Vita, quando prædictus Mutius præfuit Provinciæ Neapolitanæ. Poſt editam vero Vitam, idem rem eamdem adhuc bis teſtatus eſt, in duobus aliis proceſſibus, ex quibus paulo ante Annot.* b, *teſtimonium ejus deprompſimus.*

B e *Ceparius regium Principem Italice vocat* Diego, *uti & Hiſpani linguâ ſuâ; formantque inde, dum latine ſcribunt, nomen* Didacus: *at aliæ nationes, uti & interpres noſter, ut plurimum putant interpretandum eſſe* Jacobus. *Atque inde, opinor, eumdem Principem, nunc* Didacum, *nunc* Jacobum *à latine ſcribentibus appellari. Id quod induxerit in errorem Rittershuſium, dum in tabula genealogica Regum Hiſpaniæ, Philippo II & quartæ uxori ejus Annæ Auſtriæ, ex uno filio,* Diego, *parit duos; alterum* Jacobum, *alterum* Didacum: *&, quamvis illum, anno* MDLXXIII; *hunc anno* LXXIV *natum ſcribat; dum tamen utriuſque mortem conſignat eodem anno* LXXXII, *pronum eſt cogitare, &* Jacobum & Didacum *in uno* Diego *tunc mortuos fuiſſe. Certe Carrilius in Annalibus, ad annum* MDLXXX *enumerans nominatim liberos Philippi ex quarta conjuge, non plures quinque producit, producente Rittershuſio ſex. Audi Carrilium Regina inquit, Anna obiit anno* MDLXXX: *ex qua Philippus* genuit quinque filios, Ferdinandum & Carolum, mortuos ante matrem; Diego, qui non diu ei ſuperſtes fuit; Philippum, qui patri ſucceſſit in monarchia; & Mariam, quæ obiit bima. *Ex his quinque filiis regiis quatuor annumerat Rittershuſius, iiſdem nominibus: quintum vero* Diego, *diſtrahit in duos,* Jacobum & Didacum, *tamquam diverſos, cum unus ſint.*

Diego Infans Hiſpaniarum,

aliis Didacus, aliis Jacobus latine dictus

& in duos diſtractus.

C

CAPUT VI.

Conſilium ineundæ Societatis ſumptum in Hiſpania; in Italia varie, ſed fruſtra, impugnatum. a

a

XVIII

De ineunda Religione deliberans,

66 SEſqui jam annum B. Aloyſius in Hiſpania egerat; cum divini Spiritus inſtinctu, quo magis magiſque indies agebatur, illud jam eſſe tempus cenſuit, cum, pro eo atque in Italia deliberatum habuerat, alicui ſe Religioni tradere fas eſſet. Ut autem cum animo ſuo poſſet ſtatuere, quam tandem deligeret ex omnibus; majore quam umquam alias contentione ſe dedit ad precandum Deum; ut cæleſti ſua luce, quid in tanti momenti negotio facto opus eſſet, oſtenderet. Multa per eos dies ſecum verſavit animo, quorum partem à matre ejus accepi, cui ipſe expoſuerat; partem nobis ipſemet, jam inita Religione, explanavit: ceterum in omnibus majorem Dei gloriam ſecutus eſt, præterea nihil. A primo igitur, ut erat in ſevera illa vivendi ratione, afflictationique corporis admodum deditus, inclinare animus viſus eſt, ut ſe ad Patres Diſcalceatos S. Franciſci, qui in Hiſpania aſperitate victus, habituſque duritie, Capucinorum Italiæ nomini & auctoritati reſpondent, applicaret. Et profecto aſpectus ipſe vilis aſperique cultus, ſive receſſu in ſola nemorum & ſilvarum loca, ſive in urbibus exemplis egregiis ſanctæ vitæ ornatus, ut fere aſſolet, animis rei bene gerendæ cupidis, non leve præſidium invitamentumque affert. Verum ab hoc primo conſilio poſtea diſceſſit; ſive quod, cum ſe infirmâ, pœniſque crebro jam ſponte datis perturbatâ ac debilitatâ valetudine eſſe ſentiret, vereretur, ne, ſi ferendo minus eſſet, ſui è Religioſorum numero eximendi amicis cauſam daret; ſive quod ſibi jejuniis, verberationibus, aliiſque corporis incommodis, in ipſis aulis aſſueto; proclive fore judicabat, in qualibet pia familia, ſine damno his ipſis inſiſtere, aut etiam nova adjungere; præcipue negante matre, quam de hac re conſuluerat, fieri per infirmam ejus valetudinem poſſe, ut vel in ſeculo, inter eaſdem quibus adhuc ſe maceraſſet, pœnarum acerbitates, vel in auſteriore aliqua Religione diu vitam tueretur.

D

primum ad Diſcalceatos inclinat,

E

67 Deinde vero reputare cum animo ſuo cœpit, facturuſne operæ pretium eſſet, ſi familiam ingrederetur, in qua vetus diſciplina jaceret; eamque, primum in eo monaſterio quo eſſet receptus, ac pedetentim in univerſo Ordine inſtauraret: id nimirum è republica Eccleſiæ fore videbatur. At contra, non auſus tantum ſua virtute confidere, vereri cœpit, ne ſi conſilium minus procederet, ſibi ipſi fraudi eſſet; ac, dum aliis opitulari conatur, neceſſariis ſe ipſe præſidiis exueret. Satius igitur illi viſum eſt, etiamnum ſtantem, & veteribus inſtitutis diſciplinaque ſubnixam Religionem eligere. Ejuſmodi cùm multæ in Eccleſia floreant, earum rationem minime habuit, quæ citra ullum contemplandi ſtudium, totæ ſunt in agendo, aliorumque ſolis corporibus benigne faciendo, quas ſui ſtomachi negabat eſſe. Secundum has, illæ ſuccurrebant animo, quæ penitus ab hominum ſocietate disjunctæ, in ſilvis vel oppidis, ſui dumtaxat ſolicitæ (cujuſmodi ſunt pleræque Monachorum familiæ) ſacris hymnis Deo concinendis, rebuſque cæleſtibus intelligendis vel contemplandis, perfecto Dei amori ſilentio ſtudent. Atque ab horum vita non modo non erat alienus, ſed in eam nonnulla quoque voluntatis inclinatione propendebat. Quid enim? Qui in aulis Principum, inter hominum ſtrepitus, animum ſuum ab iis ſevocare, & in quiete collocare potuit, non eam facilius in religioſorum hominum domiciliis, procul à ſeculo hominumque commercio poſitis, reperiret? Ille vero qui non id modo ſpectabat, quod ad ſui animi quietem Deique gloriam faceret; ſed id perpetuo requirebat, num quid ad majorem Dei gloriam valeret; ſentiebat in ſolitudine, creditum aliquod ſibi à Deo talentum, quod animarum ſaluti poſſet impendere, quaſi defoſſum nulli uſui fore.

deinde ad relaxatam aliquam reformandam;

ſed ſtatuit diſciplinâ florentem.

F

eamque non mere contemplativam

68 Ad hæc (ut nonnulli aſſeverant, & nos deinde explicabimus) legerat in Summa Theologiæ S. Thomæ Aquinatis Angelici Doctoris, primum inter Religiones dignitatis gradum eas obtinere, quæ ad docendum, concionandum, ſaluti animorum conſulendum, labores ſuos ſtudiaque conferunt. Quippe quoniam illæ, non contentæ com-

2. 2. *qu.* 1. *art.* 6.

men-

A mentatione rerum ſalutarium, quæ commentando repererint, ad alios derivant. Deinde, quod maxime accedunt ad ſimilitudinem ejus vitæ, quam filius Dei, norma ac regula omnis perfectæ virtutis, in terris coluit. Neque enim ille ſemper in deſertis locis Deo adorando & contemplando vacabat, neque ſemper erudiebat ſuos, aut verba faciebat ad populum; ſed invicem, modo montes & ſola loca petebat orandi Dei cauſa, modo inde ad conſuetudinem hominum deſcendens, rudes optimis ad æternam ſalutem præceptis imbuebat. Quapropter Aloyſius ſe ab otio deliciiſque cæleſtibus, quibus in illo ſilentio ac ſolitudine monaſticæ religionis frui potuiſſet, velut à lacte ſponte depullum, in aliquam Sodalitatem conferre decrevit, quæ mixtis ac temperatis ex actione & contemplatione officiis intenta, ad ſtudia litterarum incumbat, & laborem ceteros mortales ad ſalutem perfectionemque virtutis adducendi, cum ſui ipſius cura conſociet. Sed cum multi ſint in Eccleſia cœtus hoc conſilio coacti, qui in eo ſancte, ſuo quilibet proprio more & inſtituto, verſantur; cœpit ſingulorum rationes,

B præſidia, exercitationes, quibus ad eum exitum, qui ipſis præpoſitus eſt, pervenire conantur, inter ſe contendere. Poſtquam igitur de re tota diu multumque deliberarat, frequenteſque ad Deum preces tulerat, placuit illi denique hanc minimam Societatem, omnium nuperrime exortam deligere, quam & decretam ſibi divinitus, & conſiliis ſuis maxime opportunam eſſe cenſebat.

ac nominatim Societatem Jeſu:

XIX 69 Cauſas autem, quæ ſe in eam mentem impuliſſent, ut hanc Societatem ceteris familiis anteferret, quatuor adducebat, eaſque magna ſibi ſolatia dare prædicabat. Prima erat, quod ejus inſtituta, quaſi integrâ adhuc ætate, neque ullis umquam novis moribus in peius mutata, ſalva & intemerata hactenus vigeant. Altera, quod in ea ſpeciatim votum voveatur, quo poteſtas omnis Eccleſiaſticas dignitates ambiendi, aut oblatas, præterquam interpoſita Pontificis Maximi auctoritate, admittendi eripitur. Metuebat ſcilicet, ne ſi alicui piæ familiæ ſe adjungeret, quæ illas minus recuſaret; inde aliquando amicorum voluntate extractus, ingratiis ad aliquem dignitatis in Eccleſia gradum eveheretur; quod, dum in Societate maneret, intelligebat non item illis ſub manus poſſe ſuccedere. Tertia, quia videbat multas ſuppetere Societati vias ac rationes, juventutem

C metu Dei & caſtimoniæ præceptis imbuendi, tum apertis bonarum litterarum gymnaſiis, tum piis ſodalitatibus conſtitutis. Qui enim in teneris illis plantulis colendis, omnique tum vitiorum gelu, tum pravarum cupiditatum æſtu ab iis, piarum hortationum ſanctorumque myſteriorum præſidiis, defendendo elaboraret, eum & præclare de Dei numine ac majeſtate mereri, & gratum ei jucundumque imprimis facere putabat. Quarta, propterea quod Societas peculiari ſtudio hæreticos ad Eccleſiæ Catholicæ gremium revocare; & Gentiles, Indos, Japonios, Americanos ad Chriſtum traducere contendat. Quare ſpe ducebatur, ſibi etiam aliquando eam fortunam obventuram, ut ad ſalutem hominum procurandam in eas oras mitteretur.

ut quæ recens ſit,

honores excludat,

juventutem inſtruat.

infideles convertat.

Electionem vox divina confirmat:

70 Hac electione abſoluta, dedit operam beatus adoleſcens, ut quam fieri poſſet certiſſimus de Dei voluntate. Inſtituit ergo, hujus rei gratia, die quopiam beatiſſimæ Virgini ſacro, ad divinam Euchariſtiam accedere; ut ejus commendatione, quid Deus fieri vellet, edoceretur. Commodùm appropinquabat dies, ob ejus in cælos aſſumptæ memoriam feſtus, anno MDLXXXIII, ætatis ipſius XV & dimidiato. Poſtquam is dies advenit, prima luce multum ante & diu precatus, atque inſitatâ diligentiâ præparatus, cæleſti cibo refectus eſt. Secundum hæc, cum maxime gratiis Deo agendis, obſecrandoque per Matris Virginis merita inſiſteret, ut ſe, quid ipſi placitum eſſet, erudiret; ecce tibi vox clara & manifeſta allabitur, quæ ipſum Religioſum in Societate Jeſu fieri, & (quod ipſe poſtea matri aliiſque in Religione narravit) id quamprimum ſuarum Confeſſionum Præſidi aperire juberet. Certior de divina voluntate factus, XX domum redit, plenus lætitiæ ac deſiderii, quamprimum illi morem gerendi: atque eodem illo die *mentem* Patrem ſuum à confeſſionibus convenit; rem, ut *eam ipſe* geſta eſt, exponit; magnopere rogat, cum iis, *aperit Con-* qui Societati præſunt agat, ut ſibi quantocius adi- *feſſario.* tum ad Societatem patefacere velint. Pater, poſtquam hujus conſilii initia progreſſuſque diligenter excuſſit, ad extremum reſpondit; ſalutare quidem hoc conſilium, & divinitus datum videri; ſed, niſi Marchio pater annuiſſet, re præſtari non poſſe: neque enim, illo repugnante, Patres Societatis filium recepturos. Ipſius has eſſe partes, quid in animo haberet patri exponere; & qua precibus, qua argumentis contendere, ut ejus exequendi poteſtatem faciat.

tum matri,

71 At ipſe, cum flagrans ſui Deo conſecrandi amor omnes moras abrumperet, illo ipſo die matri ſe indicat: cui hoc filii conſilium tantæ voluptati fuit, ut de eo gratiam haberet Deo, eique læta libens ad exemplum Annæ illum donaret, dedicaretque. Ad hæc, prima Marchionem rei certiorem fecit, atque exardeſcentem, audito hoc inexpectato nuntio, ejus indignationem lenivit; neque poſtea umquam intermiſit in hoc ei negotio favere, adiutrixque eſſe. Quapropter Marchioni, quem latebat quam accenſo ſtudio conjux filium aliquem Deo religioſe ſervientem optaret, ſuſpicio cœpit eſſe, illam privato in Rudolfum amore ferri; atque, ut hic in paterni principatus hereditatem veniret, illum Religione alligari velle. Neque ita multo poſt ipſe Aloyſius quam ſubmiſſe *ac denique* ac reverenter patrem adit; eique confidenti ani- *patri:* mo & appoſita oratione denuntiat, conſilium ſibi eſſe reliquum vitæ in Religione conſumere. Ad

F hæc Marchio ira inflammatus, multis duris aſperiſque dictis increpitum faceſſere jubet; inſuper minatus ſe, denudatum accipi verberibus, mandaturum. Cui modeſte Aloyſius: Utinam, inquit, eo me Deus beneficio dignetur, ut iſtuc ejus amore perferam. Hoc dicto abſceſſit. Marchio gravi dolore ſaucius, conversâ in Patrem, qui confitenti dabat operam, quamvis abſentem, iracundiâ, ea dixit ac fecit, quæ perturbata mens, ac præceps animi affectio ſuadebant; neque aliquot deinceps dies ullam quietis partem cepit; tam *qui eo nun-* luculentam rebus ſuis plagam injici, tamque in- *tio exacer-* ſigne damnum dari, hoc filii propoſito ſentiebat. *batus,* Aliquot poſt diebus accerſito domum Patre, quo ad expianda peccata filius utebatur, vehementer cum eo expoſtulavit; queſtuſque eſt, quod filium, ſuæ ſtirpis primum, in quo ſpes omnes ſuæ domus inclinatæ recumberent, in hanc mentem impuliſset. Pater reſpondit, paucis ante diebus Aloyſium, ſe hujus ſui conſilii participaviſſe, ipſumque id teſtari poſſe: ceterum facile ex vita, quam inſtituiſſet, ſuſpicatum ſe eſſe, fore ut tale aliquando conſilium caperet.

72 Tum mitior jam Marchio, ad Aloyſium,

qui

A. VIRG. CEPARIO

qui aſtabat, converſus, oſtendit minus erraturum fuiſſe, ſi aliam quampiam Religionem ſibi delegiſſet. Cui ita ſapienter Aloyſius reſpondit, nullum ut Marchioni contradicendi locum relinqueret. Id ex epiſtola Patris à Confeſſionibus, quam ſupra laudavi, cognoſci licet, in qua ſic de Aloyſio verba facit: „ Circa conſilium ineundæ Religionis, datum illi divinitus, duo digna conſideratione evenerunt. Numquam equidem illi de eo mentionem feci, ſemper tamen id, quod deinde conſecutum eſt, ex ipſius moribus præſagiebam animo. Poſtea vero, die Matri Dei in cælos aſſumptæ ſacro, cum, ut crebro ſolebat, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ myſteriis dediſſet operam; à meridie mihi nuntiatum venit, ſe cum inter illas divinas epulas Deum, allegata ad eum Beatiſſima Virgine, eſſet obteſtatus, ut quodnam ſibi ab ſe genus degendæ ætatis conſtitui vellet, oſtenderet; claram ac manifeſtam vocem audiſſe, qua juberetur in Societate Jeſu Religioſa inſtituta complecti. Deinde Marchio pater ejus, cum vehementer hac filii voluntate angeretur; & tamen in ea tam conſtantem cerneret, illum me præſente, ſic allocutus eſt; Mallem equidem, fili mi, aliam tibi potius quam hanc Religionem delegiſſes. Non enim tibi defuiſſet alicujus dignitatis obtinendæ locus, quâ noſtræ familiæ ſplendorem adjuviſſes; quâ, in Societate, quæ honores omnes repudiat, perpetuo tibi carendum eſt. Atqui, reſpondit adoleſcens, una è cauſis, ob quas Societatem aliis religioſis Familiis antetuli, hæc ipſa fuit, quod optarem omnem ambitioni aditum intercludere. Quod ſi dignitate ulla delectarer, fruerer ſane Marchionis titulo, quem mihi Deus, quippe primogenito, largitus eſt, neque incertum cum certo commutarem. „ Hæc ſunt epiſtolæ verba.

Confeſſarium incuſat,

minus ægre laturus, ſi alium Ordinè filius legiſſet:

B

73 Patre à Confeſſionibus digreſſo, Marchioni, de hoc filii facto aſſiduò cogitanti, in mentem venit ſuſpicari, Aloyſium deditâ operâ hanc excogitaſſe rationem ipſius à luſu deterrendi, cui, ſupra quam credibile eſt, erat deditus; nam & paucis ante diebus aliquot millium Scutatorum ludendo jacturam fecerat; & illo ipſo veſpere, quo ſuum illi animum Aloyſius detexit, aliis ſex Scutatorum millibus luſerat: quæ ſane ludendi libido tanto ſtomacho Aloyſio erat, ut ſæpe, patre maxime luſionibus aſtricto, in cubiculum, ipſius deplorandi cauſa ſeſe reciperet: cubicullariis item ſuis aiebat, ſe non tam damno, quod pater faceret, quam injuria, qua Dei numen afficeretur, commoveri. Itaque non videbatur de nihilo patris ſuſpicio. Neque vero illa ſolum Marchionem, ſed omnes etiam fere, qui verſabantur in Regia, moverat; qui comperto, quid Marchioni negotii eſſet cum filio, Aloyſii prudentiam in cælum ferebant, qui majoris detrimenti metu patrem à ludo revocare tentaſſet. Sed cum ille firmatus animi, & propoſiti ſui tenax, quotidie contendere inſiſteret, ut ſibi copia fieret, quod inſtinctu divino juberetur, exequendi; profitereturque id unum ſe ſpectare, ut Deo optimo maximo ſerviret; Marchioni, tum maxime in memoriam ejus vitæ, quam ab ineunte ætate angelicum in modum, in perpetuo rerum piarum ſtudio egiſſet, redeunti, perſuaſum tandem eſt, ſerio filium loqui, divinoque afflatu hanc ei mentem injectam eſſe. Fidem auxit Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Patris, Fratris Franciſci Gonzagæ, Miniſtri Generalis Patrum Franciſcanorum Obſervantium, *b* qui Marchionem conſanguinitate, & neceſſitudine maxime attingebat, auctoritas; qui cum per idem tempus inſpiciendis ſui Ordinis in Hiſpania provinciis diſtineretur, atque Marchionis juſſu unam & alteram horam in Aloyſium accurate inquiſiſſet; uſque eo in ejus reſponſis acquievit, ut patri renuntiaret, dubitari nefas eſſe, quin hæc ei mens data eſſet divinitus.

dubitat dein an ſerio agat filius;

C

ac denique de mente ejus ſatis certus,

b

D

eamque à Deo eſſe,

74 Ac tametſi plane intelligeret Marchio, quonam filium Deus vocaret; non tamen animum inducere poterat, ut ejus poteſtatem illi faceret; ſed eum, dum licebat, verborum blanditiis detinebat. Hoc animadverſo Aloyſius, morarum impatiens, poſtquam Iacobo Principe febri ſublato *c*, cui cum univerſa regia cohorte juſta funebria in Eſcuriali perſolverat, neceſſitate ſerviendi aulæ perfunctus erat; aſtu quodam explorare decrevit, an ſua ſibi conſilia procederent. Ergo cum aliquando ad Patres Societatis Jeſu veniſſet, fratrem ſuum minorem Rudolfum, ceteroſque familiares qui una aderant, domum redire jubet; ſibi enim ibi morari, neque amplius pedem domum referre, conſtitutum eſſe. Illi cum eum obſtinato animo, neque ſimulate agere viderent; domum diſcedunt, atque ad Marchionem, podagra tum forte conflictantem, de re tota referunt. Is Salluſtium Petrocenum *d* Doctorem, domo Caſtellionenſem, Auditorem ſuum, ad eum allegat, ac domum reverti jubet. Reſpondit Aloyſius, quod cras futurum eſſet, id hodie confici poſſe: jucundum ſibi eſſe in eo loco commorari; orare patrem, ne eam ſibi voluptatem invideat. Hoc accepto reſponſo cenſuit Marchio, non eſſe è ſua dignitate rem ſic tranſigi, daturum alioqui ſermonem univerſæ regiæ familiæ: miſſo igitur eodem homine, inſtat ut redeat: paruit ille, ac rediit.

cunctatur nihilominus,

c

& manere apud Patres volentem revocat,

E

d

75 Alio die in ſermone cum Patre Generali Gonzaga, quem ante nominavi, per cognationem amicitiamque communem eum oravit Marchio; ut, quando ſatis intelligeret, quantum talis filii jactura, qui tanta ſapientia ac religione ſuum populum moderari poſſet, ſuæ ditionis rationibus adverſetur; eum à conſilio amplectendæ Religionis dehortari, ac perſuadere vellet, in ſeculo etiam ſuo gradu inſiſtentem Dei honori ſervire poſſe. Cui ita reſpondit Generalis, ut ignoſci ſibi poſtularet, ſi minus ejus voluntati morem gereret: neque enim id vel cum inſtitutis ejus vitæ quam profiteretur, neque officio hominis Chriſtiani congruere. Urget Marchio: at ſaltem id cum eo agat, ne in Hiſpania Religionem indueret; ſed ſecum, quod propediem futurum eſſet, renavigaret in Italiam: ibi polliceri, ſe eum voti compotem facturum. Pater Generalis, qui memoria tenebat, ſe, cùm in ejuſdem Regis Catholici regia animum ad S. Franciſci Familiam appuliſſet, parentibus, multis in diſſuadendo verbis fruſtra conſumptis, ipſum eo conſilio in Italiam reducere conantibus, quo deinde ejus propoſito labefactando omnes machinas opportunius admoverent, parere noluiſſe; ſed in Hiſpania habitum mutaſſe; negavit Marchioni vel hoc officium ſatis tuto præſtari poſſe, ſeque id ſibi religioni ducere; neque tamen ſe facturum negavit. Secundum hæc Aloyſio, tum quid Marchio poſtulaſſet, tum quid ipſe reſpondiſſet, enarravit; adjunxitque, religioſum ſibi eſſe hæc ad eum patris mandata perferre, etiamſi ille in Italia plenam ſe facultatem conceſſurum eſſe promittat. Adoleſcens, qua erat facilitate, Generali reſpondit; ſe vero perquam libenter, hac quidem

moramque impetrat,

F

quod redierint in Italiam.

A dem in re, parenti gratificaturum; neque id ſibi moleſtum eſſe, qui omnia, quæ evenire poſſint, providerit; ſibique ita in eo, quod concepiſset animo, firmus ac ſtabilis videatur, uti, Deo auxiliante, ab eo nulla vi dimoveri poſſit. Itaque nihil ſibi metuendum accidere poſſe. Pater Generalis Marchionem de omnibus erudiit, atque ita denique confecta res eſt, ut alter alterius voluntati concederet.

XXI 76 Anno MDLXXXIV, cùm Joannes Andreas
e Auria *e*, nuper à Rege Catholico mari cum ſumma poteſtate præfectus, cum triremibus in Italiam cogitaret; viſum eſt Ferdinando Marchioni, ſe, conjugem, filios, eòdem iiſdem navibus deportare. Cum inibi eſſet ut conſcenderet, P. Gonzaga Generalis, jam ſuis luſtrandæ familiæ, aliiſque quæ in Hiſpania habebat, negotiis perfunctus, comitem ſe illius navigationis præbuit. Non ſatis poſſim explicare dicendo, quam lætam ſibi propitiamque fortunam tuliſſe exiſtimaret Aloyſius, ut tanti Patris ſocietate frueretur; in quem quoties conjiceret oculos, egregium ſibi videbatur religioſæ vitæ ſeverioriſque diſciplinæ ſpecimen intueri: ac mihi poſtea memoravit, ſe,
B quo ejus exemplis proficeret, mores ejus actioneſque ſingulas perdiligenter attendiſſe; talemque comperiſſe, qui Generalis Obſervantium nomen ac munus, magno virtutum numero illuſtribuſque ad exemplum vivendi inſtitutis, præclare tueretur. Porro in quam veram certiſque nixam rationibus opinionem de hoc viro Aloyſius eo itinere venerit, clarius etiam enituit, poſtquam ille primum Cephalœdis in Sicilia, ac noviſſime Mantuæ Epiſcopus eſt renuntiatus. Tam enim religioſe ſancteque in eo dignitatis gradu ſemper eſt verſatus, uti jam inter omnes notos ejuſque conſuetudine aliquando uſos conſtet, eum priſcorum Epiſcoporum ſanctitatis gloria præſtantium veſtigia inſiſtere, ac merito ſuo omnibus, qui è religioſis familiis ad Eccleſiæ magiſtratus evehuntur, proponi poſſe ad imitandum. Quod pluribus demonſtrarem, niſi tanti Antiſtitis, qui dum hæc ſcribo etiamnum vivit, modeſtiſſimum ac perquam de ſeipſo demiſſe ſentientem animum offendere vererer.

77 Talis viri conſuetudo, probitate innocentiaque affluens, jucundam admodum ac brevem
C Aloyſio eam navigationem reddidit; dum vel de variis librorum divinorum locis, vel de purioris vitæ inſtitutis inter ſe differunt; Aloyſio Patrem de iis, quæ in eo genere difficultatem habere videbantur, conſulente. Italiam attigerunt menſe Quinctili ejuſdem anni, cùm Aloyſius quartum mentem ſupra annum ſextum decimum vivendo viciſſet. Sperabat Aloyſius, ſe quam primum, Marchionis patris ſui voluntate, animo ſuo obſecuturum, ac proinde id flagitare non deſtitit. At Marchio negavit ſe id prius poſſe permittere, quam una cum fratre ſuo Rudolfo omnes Italiæ Principes ac Duces ſuis verbis ſalutatum iviſſet: proinde itineri ſeſe accingeret. Id eo conſilio faciebat, quod ſperaret illud Religionis ſectandæ ſtudium ſenſim poſſe hebeſcere. Dedit ergo ſe in viam Aloyſius, cum fratre numeroſoque comitatu, atque omnes ex ordine Italiæ
f Magnates officii cauſa *f* convenit. Incedebat Rudolfus, qui necdum omnino è pueris exceſſerat, ſplendido veſtitu, atque ad ejus dignitatem (ut videbatur) accommodato: Aloyſius vero pro ſua modeſtia, ſimplici habitu ex atro panno, quem ſajettam vulgus nominat, utebatur, omnem ſem-

Franciſci Gonzagæ, Gen. Minorum ſanctitatem,

intimius cognoſcit Aloyſius;

appulſus in Italiam

jubetur ejus Principes ſalutare.

per inanem elegantiam aſpernatus *g*. Nam cùm A. VIRG.
ei Marchio veſtes phrygianas tam exquiſito appa- CEPARIO
ratu faciendas locaviſſet, ut undique auro cooper- g
tæ viderentur, quibus ornatus Infantem Hiſpaniarum, Ducis Allobrogum conjugem, honoris cauſa adiret; numquam deinde, poſtquam pedem in Italiam intulit, adduci potuit, ut vel ſemel eas ſibi indueret. Caſtellione item aliquando evenit, ut feminalibus uteretur oppido laceris; quæ ne à ſuis cernerentur ac melioribus mutarentur, pallio contegebat; ſed fuit, cùm ſcalas aſcendens, dum elapſam ſibi Coronam precatoriam humo tollit, notaretur à moderatore tam obſoletis feminalibus tectus, ut nonnullibi nudam cutem oſtenderent. Tum ille; Domine Aloyſi, inquit, quid tandem agis? tibi tuoque generi probro te eſſe non ſentis? Nec mora, his demptis, alia induere jubet. Ipſe, veritus, credo, ne rem ad Marchionem perferret, contrà nihil hiſcere eſt auſus.

Id facit modeſtiſſime veſtitus,

77 In itinere cum eſſet, vel precibus Deo re- *& exercitiorum pio-*
citandis, vel ejus rebus meditandis animum aſſi- *rum per*
duo occupabat; neque ſtata ſua jejunia, neque *iter tenax:*
veſpertinas orationes umquam intermittebat. Simul hoſpitium attigerat, in quodpiam ſe ſolitarium E
conclave ſeducebat; atque aliquam, ante quam precaretur, Chriſti cruci affixi imaginem veſtigabat; ſi nulla erat ad manum, carbone aut atramento Crucem ſibi pingebat in charta; atque ante eam procumbens in genua, unam vel plures horas comprecando, ſuæque in Deum pietati indulgendo ducebat. Ubi ad oppidum aliquod devenerat, in quo domus eſſet aut collegium Societatis; defunctus Principum ſalutationibus, è veſtigio Patres viſebat; & collegium ingreſſus, ante omnia rectà in ædem ſacram ſe conferebat, ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſalutandæ; ac deinde, dum tempus ferret, familiaribus Patrum collocutionibus fruebatur. Dum ad Ducem Allobrogum officii cauſa adit, duo memoratu digna acciderunt. *Taurini ſenem corripit impudica loquentem;*
Alterum, cùm Auguſtæ Taurinorum diverſaretur, in ædibus viri Illuſtriſſimi Hieronymi Roborei propinqui ſui, qui deinde in Senatum purpuratorum Patrum allectus eſt; atque in conclavi quodam eſſet una cum multis nobilibus adoleſcentibus; ſenex ſeptuagenarius, qui forte aderat, cœpit nonnullos parum pudicos ſermones interjacere. Id nimirum Aloyſio bilem movit. Ergo, inſigni libertate, ſic hominem aggreditur: Ecquid, Do- F
mine, pudere oportuit hominem tam grandi natu, hiſque vel naturæ vel fortunæ dotibus, quibus tute præditus es, in cœtu horum nobilium adoleſcentum de hoc genere rerum loqui? Hoc vero eſt periculum peccati injicere, & malo exemplo eſſe, ita enim S. Paulus: Corrumpunt bo- 1. *Cor.* 15.
nos mores colloquia prava. Hoc dicto, atque libello pio in manus ſumpto, quo ſe offenſum oſtenderet, ex illo grege in aliud conclave ſe proripit. Ita ſeni illi incuſſus pudor, reliquis pudicitiæ exemplum eſt præbitum.

78 Alterum fuit, quod cùm Hercules Tanus Aloyſii avunculus, de ejus Auguſtam Taurinorum *Cherii ſe ſubducit Choreæ, ſua cauſa inſtitutæ.*
adventu certior factus, eum ſalutatum veniſſet; magnopereque rogaſſet, ut ſuos propinquos videndi, eiſque omnibus gratificandi cauſa, Cherium, quo numquam adhuc venerat, una cum fratre concedere dignaretur; ipſe invitanti obſecutus, eo iter capeſſierit. Verum cùm his Principibus ſuis nepotibus, cohoneſtandis, idem Hercules epulum apparaſſet, in quo, ut aſſolet, etiam ſaltandum erat; Aloyſius principio omni conatu agere ne intereſſet; deinde multorum precibus

A. VIRG. CEPARIO fatigatus, qui cauſabantur, hanc omnem celebritatem ejus reſpectu, atque hilaritatis ob ejus adventum ſignificandæ, inſtitutam eſſe; paſſus eſt ſe in conclave deduci, in quod magnus virorum feminarumque nobilium numerus convenerat; cùm ante denuntiaviſſet, affuturum ſe quidem, ſaltare autem, aut quid aliud facere nolle: idque convênit. Vix aſſederat, cùm ſurgit una de nobilibus illis feminis, eumque ad ſaltationem invitat. Ea re commotus, ne verbo quidem dicto, quaſi neceſſitate aliqua compulſus, ex eo loco ſe educit, neque amplius pedem retulit. Non ita multo poſt Hercules, eum quæſitum fruſtra egreſsus, ad poſtremum, cùm aliud agens per famulorum domicilium tranſiret, videt Aloyſium abditum in angulum inter lecticam ac parietem, ſubmiſſis genibus precantem: quam rem admiratus, non ſine profectu ad virtutem, nihil interpellare auſus, miſsum eum fecit.

XX 79 Perfunctus ſalutationum officiis, confiſus Marchionem ſtaturum promiſſis, ac ſibi miſsionem daturum, Caſtellionem revertit. Sed nimirum longe hæc eum ſpes fefellit: quippe ille, ne verbum quidem de ea re ad aures admittebat; quinimo, quando animum nullo modo inducebat, hanc bono conſilio ac non juvenili quodam impetu, quem dies ipſa fractura eſset, voluntatem eſse ſuſceptam; omni ope atque induſtria adoleſcentem à primo inſtituto dimovere nitebatur. Alii præterea viri luculenti, quibuſcum ipſi magna neceſſitudo erat & gratia, improviſis ejus animum nec opinatis viribus ſunt adorti. Atque imprimis Guilielmus Mantuanorum Dux, qui Aloyſium præcipuo ſemper amore dilexerat, Epiſcopum quemdam, diſertum hominem, Caſtellionem ubi habitabat ad eum allegavit, qui ſuis verbis ei denuntiaret; Quando ſolutiorem hanc profanamque vitam faſtidire videretur, at in eorum ſaltem claſse conſiſteret, qui fortunæ commoda minime aſpernati, Eccleſiæ muneribus funguntur. Majorem in hoc, quam in eo quem Religioſi ſequantur vivendi genere, ad res præclaras pro Dei gloria hominumque utilitate gerendas, facultatem ſuppeditari: non enim majorum memoria, neque noſtra, defuiſſe viros ſanctitate præſtantes, in quorum numero cenſebat Carolum Borromæum Cardinalem illuſtriſſimum, qui cum à ſuſtinendis Eccleſiæ negotiis minime refugiſſent, plus illi quam multi mancipati cœnobiis homines profuerint. Ad extremum operam illi omnem ſuam & favorem, ad aliquem hujus generis honorem conſequendum, pollicebatur. Epiſcopus magna dicendi vi, accommodatis ad perſuadendum rationibus, partes ſuas præclare egit. At Aloyſius, poſtquam prudenter reſponderat ad ſingulas, obnixe illum oravit, uti Duci, pro perpetuo ejus in ſe amore, quo item impulſus ſua nunc ſibi ſtudia tam prolixe profiteretur, magnas gratias ageret: ſe, quemadmodum ceteris ſe præſidiis ad honores, quæ ex ſua gente potuerit petere, ſponte nudaſſet; ita hoc etiam ſe adjumentum, quod tam copioſe ſibi à Duce offerretur, *illi* libenter remittere. Sane ad optandam Societatem vel ea potiſſimum ratione perductum eſſe, quod illa omne hoc honorum genus repudiet: ſibi enim certum eſſe, nihil, dum viveret, in ſuo ære præter Deum habere velle.

Caſtellionem regreſſus, B

oppugnatur per Epiſcopum

C *à Duce Mantuano ſubmiſſum;*

80 Alterum in Aloyſium impetum fecit Alfonſus ejus patruus, cui in ditionem Caſtelli Goffredi ſucceſſurus erat; qui cum multa ſimilia atque Dux propoſuiſſet, ſimilia item tulit re-

per patruum Alfonſum;

ſponſa. Alius item ex eadem Gonzagarum familia, magnæ vir auctoritatis, multis ad ejus infringendum propoſitum allatis, eo tandem flexit, ut de Societate detraheret; auctorque illi eſſet, ut quando ſeculum fugeret, præterita Societate, quę in ejus medio vetſetur, ad Capucinos, Cartuſianos, aut aliam familiam migraret, ab his occupationibus remotam. Crediderim equidem ea mente hæc ab illo dicta eſſe, ut ſi Aloyſius de voluntate ſequendi quod delegerat, animum demutaſſet, ejus inconſtantiæ inſimulandi, totiuſque illius conſilii pervertendi locum haberet: aut certe, quod magis deinde in facili fuiſſet, à ceteris eum Religioſis familiis, quippe quibus propter virium & valetudinis imbecillitatem par eſſe non poſſet, eum abſterreret: aut denique, quod ex ceteris familiis facilius ad aliquem dignitatis in Eccleſia gradum educi poſſet. Ad hæc Aloyſius breviter reſpondit; ſe quidem minime intelligere quanam alia via, quam Societatem ineundo, longius ſe à mundi rebus poſſet diſiungere. Si enim mundi nomine divitias ſignificare velit, in Societate, ubi nemini proprium quidquam habere fas ſit, accuratum paupertatis ſtudium vigere. Sin verbo mundi, titulos honoris ac dignitatis ſubjiceret; ad eos item Societati ſuſcepto voto, quo ſe neque prenſaturos, neque delatos ad ſe (quod à compluribus Regibus atque Principibus ſæpe factum eſt) honores, niſi imperante pro poteſtate Pontifice, accepturos eſſe profitentur, iter obſtructum eſſe. Ita & virum illum illuſtrem tacere compulit; & ceteris, ad quos rei fama manavit, ſatis oſtendit, eam ſibi hauſtam divinitus ſententiam ſtare.

D

per conſanguineum alium, aliò flectere volentem,

quaſi Societas mundana tota ſit; E

81 Alios præterea, ad ejus animum tentandum, atque in primis Joannem Jacobum Archipresbyterum Caſtellionenſem, cujus apud Aloyſium gravis erat auctoritas, ſubmiſit Marchio, qui illi ſuaderet, ne Marchionis inſignia patriæque gubernacula recuſaret. At Aloyſius tanto argumentorum pondere hominem oppreſſit, ut ille, deſerta patris legatione, pro filio niteretur; atque ejus animum à Deo ad res mortales miſſas faciendas inſtinctum eſſe, probare Marchioni ſtuderet. Ac fuit tam præclara ejus de Aloyſio opinio, poſtquam ille ſuorum eum arcanorum participem fecit, numquam ut poſtea ullum prædicandæ ejus ſanctitatis finem fecerit. Parum vero Marchioni fuit tanta induſtria oppugnaſſe filium: virum inſuper religioſum, ante alios ſibi amicum (qui tum inſigni in concionibus eloquentiæ fama florebat, ac poſtmodum Eccleſiæ cujuſdam Antiſtes factus, in eo munere naturæ conceſſit) etiam atque etiam oravit, incepto deterrere vellet. Ille, non tam voluntate, quam quod Marchionis mandatum defugere non auderet, id muneris in ſe ſuſceptum, quanta potuit contentione & eloquentia geſſit: ſed nimirum operam luſit. Ergo cum poſtea Cardinali cuidam præcipui nominis, adoleſcentis conſtantiam dilaudaret, his fere uſus eſt verbis: Diaboli partes apud hunc adoleſcentem agendas mihi impoſuerunt: eas, quia neceſse erat, quanto potui ſtudio & ingenio ſuſtinui: verum nec hilum profeci: ſtat immotus & inconcuſsus: percelli nequit.

per Archipresbyterum Caſtellion.

& quemdam denique Religioſum.

F

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *Capiti huic moram Aloyſii reliquam in Hiſpania, & reditum inde in Italiam, nec non multiplices ejus utrobique impugnationes, conſtanter retuſas, complexo, præcedat teſtimonium, quod dedit ejus, tam*

ibi

A *ibi ſubſiſtentis, quam eò iter facientis, perpetuus comes, teſtis Caſtell.* II, *jam ſæpe memoratus*. Scio, *inquit ille*, quod multùm ſudavit alſitque puer, ut viam ſibi tandem aperiret in Religionem ex conſenſu patris; qui illam ei perpetuò clauſam volens, nullo ſuperſedebat tentaminum genere, quod eò poſſe videbatur conducere. Cupiebat ſcilicet eum, quovis grandi pretio, educare mundo; quia animadvertebat, aptiſſimum fore, qui ſubditos ſuos poſt ſe prudenter ac paterne moderaretur. At fortitudo, tolerantia, conſtantiaque pueri, Deum vocantem præ ceteris omnibus æſtimantis, in nullo ceſſit tentaminibus patris; quamvis cognoſceret, hunc inde gravem animo concipere dolorem. Illud quoque ceteris tentamentis adjecit pater, poſtquam ex Hiſpania rediit in Italiam. Juſſit filium continuò circumire præcipuas Principum aulas, puta, Ducum Ferrariæ, Mantuæ, Sabaudiæ, & Principis Parmæ (*cujus pater Dux, per hæc tempora glorioſam militiam in Belgio militabat Regi Catholico, ſupremus ibidem Præfectus*) obtendens quidem cauſam, illos officioſæ urbanitatis ergo conveniendi, ſuoque nomine ſalutandi; re autem vera, ut inter ſalutationes Principum & delicias aularum abduceretur animus juvenis ab religioſæ vitæ deſiderio; ſed fruſtra. Imo tam in aulis, quam itineribus, adeo præclara dedit virtutum ac pietatis ſpecimina, ut facile æſtimari poſſet, aliud illum nihil quam Religionem cogitare. Atque hæc omnia ſcio, quia per hoc etiam tempus ſemper lateri ejus adhæſi.

Vocatio ad Soc. Jeſu,

in eaque animi fortitudo,

B

Ad caput præcedens Annot. b, *ex depoſitione teſtis* II *Caſtell. jam deduximus Aloyſium cum ſuis & Imperatrice in Hiſpaniam; adſcriptumque diximus fuiſſe inter ephebos Regii Principis; ſtudia quoque variarum ſcientiarum proſecuti ſumus: quæ omnia etiam attingit teſtis Caſt.* III. *additque*, Marchionem patrem *præter aliarum artium magiſtros*, etiam induxiſſe in domum, qui athleticam & ſaltatoriam duos filios ſuos Aloyſium ac Rudolfum docerent. Verum Aloyſius, ut erat omnis vanitatis oſor, attendere animum ad ejuſmodi ludicra noluit. Scio quoque eum, ibidem in Hiſpania, firmiter conſtitutum habuiſſe, amplecti vitam religioſam in Societate Jeſu; & paſſim credebatur fore, ut quod conſtituerat, ibi exequeretur: ac memini, dixiſſe Illuſtriſſimum Epiſcopum Mantuanum, qui nunc eſt; tunc vero erat Generalis Franciſcanorum de Obſervantia, agebatque & ipſe in Hiſpania per illud tempus; memini, inquam, illum dixiſſe, quod Aloyſius, quandoquidem animum appuliſſet ad Societatem Jeſu, in ea inſignem ſanctimoniam conſecuturus eſſet.

pro executione:

C

Teſtis VII *Caſtell. Camilla de Ferrariis, etiam ipſa comitata fuit familiam Marchionis in Hiſpaniam, ut ſupra diximus, depoſuitque, Aloyſium ibi* Principi Didaco, Regis Philippi filio primogenito, *è quarta videlicet uxore*, datum fuiſſe ephebum, & uſque ad mortem ejus, honore illo fruitum eſſe. *Quamobrem* & juſſus fuit à patre ſuo frequentare aulam, & ſtipare latus Principis: ſine qua juſſione fuiſſet, numquam eò intuliſſet pedem, proclivior ad obſequium Deo alibi exhibendum: & tum quoque quidquid otii ſubtrahere aulæ ac ſtudiis poſſet, dabat orationi in templo aliquo aut domi. Quando autem arcana mentis ſuæ ibidem aperuit patri; ſcilicet ſe Caſali quidem in Monte Ferrato cum eſſet, pridem conſtituiſſe, alicui Religioſorum familiæ mancipare ſeſe; nunc vero elegiſſe ex omnibus, Deo auſpice, Societatem Jeſu, eamque ſibi fixum eſſe ingredi: tum enimvero pater eum objurgare, impalleſcere, negare id umquam futurum; & multam illi propterea moleſtiam creavit ſecutis temporibus. Fuit autem; cum ego illum interrogarem, cur filio nollet copiam facere iſtius Religionis, quæ utique eſſet bene ordinata & præclara: ac reſponſum accepi, quod, ſi omnino Religioſus eſſe vellet Aloyſius, quamlibet potius aliam intraret Religionem, è qua poſſet ad Cardinalatum aliave eccleſiaſtici Ordinis honorifica munia aſcendere; quam Societatem, in qua ad honores obſtructa eſt via. Aloyſius vero ea ipſa de cauſa Societatem præferebat ceteris, ut procul ab honoribus lateret ſecuriùs, & trahentem eò Deum ſequeretur. Interim non deſiit Adoleſcens multimodis oppugnari à patre; nec deſiit conſtanter tolerare omnia, pervicitque, uti exitus tandem monſtravit.

quid propterea paſſus ſit.

Citatus hic paulo ante teſtis III, *iterum tangens Aloyſii geſta in Hiſpania, magnopere eum laudat à prudentia*, quam omnes, *inquit*, in juvene mirabantur & ſuſpiciebant: cumque in Hiſpaniam profecti ſumus cum Imperatrice, nonnumquam incidit in colloquia virorum præcipuæ nobilitatis, cum iiſque, ſalutatione modeſto vultu præmiſſâ, unà colloquebatur; & ſermonem tanta moderabatur prudentia, ut ſenex rerum peritus loqui videretur; tamque nota erat omnibus verecundia adoleſcentuli, ut coram eo nullus auderet proferre verbum turpe aut immodeſtum: quod ſi quis in hoc forte peccaret, ipſe continuo ſubducebat ſeſe, tamquam impatiens talis conſortii. *Aliud eximiæ in talibus verecundiæ ſuæ ſpecimen dedit, neſcio priuſne quam proficiſceretur in Hiſpaniam, an poſt reditum; quod ſic deſcribitur* ab Illuſtriſſimo Comite Valeriano de Cataneis Mantuano, *in proceſſu in genere* MDCVII, X *Novembris:* Accidit aliquando Aloyſium hic in agro Mantuano ſpatiari cum cœtu Nobilium: qui dum fabulabantur de rebus vanis mundaniſque & parum honeſtis, ipſe non modo nullum protulit verbum; ſed inter audiendum ſermones illorum, nunc oculos tollebat ad cælum, ſuſpiranti ſimilis; nunc demittebat ad terram pudibundus, utrobique lacrymis obortis. Quamobrem D. Comes Chriſtophorus, Caſtellionenſis, & ego, talia animadvertentes, de juvenis indole inter nos collocuti ſuimus vario ſenſu noſtro.

Prudentia in congreſſibus,

E

F

b *Pluſcula de hoc viro, omni laude digniſſimo, mox dabit Ceparius num.* 76: *ſed veritus, tunc etiam viventis modeſtiam offendere, maluit, quantum ex ejus conſuetudine profecerit ad virtutem Aloyſius, indicare; quam qualia ipſe egerit celebrare. Vitam anno* MDCXX *demortui prolixè conſcripſit, & quinquennio poſt impreſſam dedit typis Venetis Hippolytus Doneſmundi, Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia: cujus compendium dedit Ferdinandus Ugellus in Epiſcopis Mantuanis, tomo* I *Italiæ ſacræ. Nos quoque nonnulla viri geſta attingimus alibi.*

P. Gonzaga Generalis Min. Obſerv.

c *Anno* MDLXXXII, *die* XXI *Novembris.*

d *An idem, qui in proceſſu Caſtell. teſtis* III, *vocatur* Rudolfus? *Ita opinor. Dicitur quippe ibidem* & Doctor *eſſe*, & *patria* Caſtellionenſis: *teſtaturque ipſemet, ſe* XX *circiter annos in familia Marchionis verſatum fuiſſe, cum eaque in Hiſpaniam veniſſe, ac inde rediiſſe Caſtellionem; & de geſtis ibidem ab Aloyſio nonnulla jam deprompſimus ex ejus teſtimonio. Fuerit igitur Petrocenus ille binominis; quamdiu non conſtiterit duos fratres, aut ejuſdem ſaltem cognominis homines in familia prædicta, & cum ea Madriti fuiſſe.*

e *Vulgo* d'Oria. *Appulit is* exeunte Julio *indicati anni* MDLXXXIV, *cum illuſtribus ſuis vehentibus Genuam; uti ſcribit etiam Doneſmundus in Vita F. Franciſci*

in eadem cum Aloyſio navi.

ANNOT. C. J.

ANNOT. C. J. *Gonzagæ, Epiſcopi Mantuani: qui eâdem claſſe vehens*, multum conſolationis habuit, *ut idem ſcribit lib. 2 cap. 18*, quod ſimul veheretur B. Aloyſius Gonzaga; quodque per hoc commodam nactus eſſet occaſionem colloquendi ſemper cum illo de rebus divinis; uti factum eſt, incendente utroque alterum mutuis colloquiis ad ſerviendum perfectius Deo.

f *In hac circuitione Aloyſii ad Principum aulas, vidit ipſum* P. Valerius Gipſius Societatis Jeſu, *ſic deponens anno* MDCVII, IX *Octobris, in proceſſu Parmenſi in genere*: Anno MDLXXXIV, dum ego eſſem novitius Societatis noſtræ Novellariæ, eò venerunt beatus juvenis Aloyſius, & frater ejus Rudolfus, comitante numeroſa aulicorum turba; exceptique fuerunt, cum ſuo comitatu, ad hoſpitium deducti, & multimodis honorati à Principibus loci, tamquam filii Marchionis Caſtellionenſis. Obſervavi tunc ego, Rudolfum, tametſi procerior ſtaturâ, atque habitu ſplendidior ditiorque eſſet, concedere Aloyſio ubique primas; videbaturque non audere pari cum illo gradu incedere. Bona fama, quæ jam tum percrebuerat de Aloyſio, excitabat populum, & inflammabat deſiderio ejus videndi ac honorandi. Et ſane concurrit frequens ad ſpectandum, non tam, ut mihi quidem videbatur, quia filius eſset primogenitus tanti Principis, quam quia noverant ex fama publica ejus ſanctimoniam; & præcipue, quia ſciebant, velle ipſum mundo ac ditionibus ſuis remittere nuntium, ſeque abdere in clauſtrum Religionis alicujus. Ad me quod attinet, poſsum iſthoc aſseverare. Stetimus ego & ceteri tirones in aula novitiatus, ordine diſpoſiti, quando viſuri domum noſtram Principes illi cum numeroſa aulicorum multitudine, ad nos ingreſſi ſunt. Hic ego ad conſpectum Aloyſii, ſenſi, tum propter res, quas de illo audiveram, tum multo magis propter modeſtiam, ingenuitatem & ſanctimoniam, quæ in ipſo relucebant; ſenſi, inquam, commoveri mihi animum ad non vulgarem reverentiam, quæ non ſinebat fixos in eum tenere oculos. Idem ſibi eveniſse affirmarunt deinde plerique Novitii, quos inter numerabantur aliqui, ætate & rerum experientia graves, judicioque maturi: omnes autem prorſus ſingularem inde percepimus animo conſolationem; & cogitantes, tantum Principem ambire Religionem noſtram, nec eò ſibi poſse aditum invenire; cœpimus pluris æſtimare fortunam noſtram, ac tenerius amare Religionem, benedicentes & gratias agentes Deo.

Novellariæ tirocinium Societatis inviſit,

B

C

Eodem anno die XI *Octobris*, Sereniſſimus Dominus Ranutius Farneſius, filius recolendæ memoriæ Sereniſſimi Domini Ducis Alexandri; Parmæ & Placentiæ Dux, annorum XXXVIII, *deponit*, ſe cognoviſse B. Aloyſium Gonzagam, primùm Mantuæ, deinde Parmæ: ubi, *inquit*, & diverſatus in domo mea, una cum fratre ſuo, & à me ſummo honore atque magnificentia honeſtatus fuit; tum ob natales ejus, tum etiam ob maturitatem, decentiam, modeſtiamque, quas aliis quoque, quibuſcum agebat & loquebatur, aſpirabat. *Poſtea addit nonnulla de ſanctitate ejus & moribus, quæ multorum relatione, etiam virorum inſigniter religioſorum accepit: & ſe, ait, poſt obitum beati juvenis, ejus patrocinio adſcribere, quod aliquando intolerabili dolore dentium liberatus fuerit.*

Excipitur Parmæ in palatio Ducis.

Soror quoque prædicti Ducis, Sereniſſima Maura Lucenia Farneſia, nata Sereniſſimi colendæ memoriæ Domini Ducis Alexandri Farneſii, moniaſtique virtus ejus admirationi.

lis profeſsa ac Abbatiſsa in monaſterio S. Alexandri civitatis Parmenſis, annorum circiter XL, *ita teſtatur, die* 11 *Novembris*: Mantuæ vidi Aloyſium, annos XIII aut paulo amplius natum, quando cum Marchione patre reverſus fuerat à Præfectura Montis Ferrati; ibique mihi adfuit Domina Comes Laura Gonzaga Martinengi & dixit: Hic filiolus, quamvis admodum ſit puer, vitam vivit ſanctiſſimam. Vidi etiam ipſum & fratrem ejus, cui nomen erat Rudolfo, ad me inviſentes: qualis autem fuerit D. Rudolfus, non recordor; recordor autem probe, qualis fuerit Aloyſius, quia D. Laura mihi dixerat, quod vitam viveret ſanctam: quamobrem & oculos in eum figebam attentius, & qualis erat mea mihi huc uſque repræſentat memoria. *Tum ſubjungit Beneficium ſibi recens collatum ad invocationem ejus, jam Beati titulo honorati, nempe vacuitatem à dolore capitis, quo vexabatur.*

D

& honoratur ab ejus ſorore Sanctimoniali.

g *De his hoc modo loquitur Princeps Franciſcus, in proc. Caſtell. teſtis* XI: Recte memini, Dominum parentem meum faciendas curaſſe ſplendidiſſimas ac ditiſſimas veſtes Aloyſio & Rudolfo filiis ſuis, profecturis ſalutatum, ut puto, ad aliquot Principes Italiæ noſtræ: ſed Aloyſius adduci non potuit, illas ut indueret, profectuſque eſt ſolito ſuo in habitu; qui erat ex panno nigro, & non raro (ut mihi narravit moderator ejus) aliqua parte lacer. Hinc factum eſt, ut pretioſæ veſtes illæ Aloyſii, datæ ſint Marchioni Rudolfo; & quando hic poſtea illas induebat, dicebant inter ſe domeſtici cum admiratione; Ecce veſtitum, quem geſtare noluit Aloyſius.

E

CAPUT VII.

Novæ moræ probationeſque injectæ à Patre, qui denique convictus cedit. a

a

82 MArchio, ratus tot oppugnationibus minimùm inclinatum eſſe Aloyſii animum, cum podagrâ laborans lecto teneretur, explorandi cauſa eum accitum ad ſe percunctatur, quid tandem ipſi nunc ſit animi? Ille, reverenter quidem, ſed tamen diſerte, reſpondet; in animo ſibi eſſe, ac ſemper fuiſſe, in ea quam dixiſſet Religione, Deo ſervire. Hoc reſponſo vehementer incenſus Marchio, minaci vultu, aculeatis verbis, eripere ſe è ſuo conſpectu jubet. Aloyſius, hoc dictum, imperium patris, interpretatus, ſecedit in cœnobium, S. Mariæ cognomento, Fratrum Franciſcanorum; quibus à ſoleis ligneis vulgus nomen fecit Zoccolanti; primo à Caſtellione lapide. Jacet hoc cœnobium ſecundum elegantem jucundumque lacum, quem aquæ ex amœnis illis collibus labentes, artificioſis objectaculis coërcitæ, efficiunt; exſtructum eo loci, quem olim in pretio habitum fuiſſe, fidem etiam faciunt tum quædam cryptoporticus, antiquo opere teſſellato ornatæ, tum ſcatebra ſalutarium aquarum, quæ per ſubterraneos canales vetuſto item opere affluunt; ac ſub domicilium, quod ad ſuum liberorumque ſuorum ſeceſſum Ferdinandus Marchio ædificavit, emicant atque prorumpunt in peruenuſtum fontem. In hoc domicilium migravit B. Aloyſius: quo cùm lectum, libros, ceterumque cubiculare inſtrumentum apportari mandaſſet, vitam inſtituit ab hominum oculis longe remotam. Crebrius in die flagris in ſe animadvertere, tempus omne precibus conterere; cùm in-

XXIII

Conſtans in propoſito

F

in monaſterium ſuburbanum ſe recipit:

A terea nemo hæc, ne graviore iracundia commoveretur, ad Marchionem deferre auderet.

unde à patre revocatus,

83 Cis aliquot dies Marchio, quem podagra adhuc lecto affixum tenebat, ſciſcitatus eſt, Quid Aloyſio factum eſſet. Ubi cognovit illum in eo quod dixi monaſterio verſari, confeſtim revocari jubet; atque in cubiculum accerſitum multis acerbe dictis onerat, ac reprehendit, quod ſuo injuſſu, quo (ut ajebat) majori ſe contemptu irritaret, domo egredi eſset auſus. Aloyſius ſedate & reverenter; ſe verò, reſpondit, eò abiiſse, quod ſe patris mandato, quo ſe è ſuo conſpectu auferre juſſus eſset, obtemperare crederet. Perrexit Marchio plures in eum verborum terrores minaſque jactare, ac denique in ſua ſe conclavia recipere jubet. Tum Aloyſius, Quia ſic jubes, inquit, vado. Cubiculum ingreſſus, clauſis foribus, ante Chriſti crucifixi imaginem, ſupplex Deo accidit; atque ibi, conſtantem fortemque in tam adverſis rebus animum poſtulanti, ubertim ivere lacrymæ: lacrymas diuturna ſui verberatio conſecuta. Interea loci Marchio, in cujus pectore naturalis in filium amor cum conſcientia pugnabat;

repulſamque paſſus,

B quoniam & Dei numen violare metuebat, neque tamen ſibi imperare poterat, ut tam caro ſcitoque filio ſe orbaret; veritus ne tam acerba objurgatione eſſet turbatior, facti prope pœnitens, Præſidem oppidi, qui in procœtone opperiebatur,

deprehenditur dire ſeipſum flagellans:

accitum, explorare jubet, quid rerum agat Aloyſius. Is in cubiculi veſtibulo cubicularium offendit, qui homini denuntiat, Aloyſium obſerata janua, ſe interpellari vetuiſſe. At Præſes, cùm ſibi negotium datum eſſe diceret à Marchione, ut quid ille ageret, obſervaret; accedit ad januam; ac ſe excluſum ſentiens, eam inter rimas pugione modice perforat. Hac aſpicit Aloyſium nudato tergo coram crucifixi effigie nudis genibus nixum, lacrymantem, atque in ſe verberibus ſævientem. Commotus hoc ſpectaculo Præſes, & quodam pietatis ſenſu mollitus, manantibus per ora lacrymis ad Marchionem redit; negatque eum amplius Aloyſium à Religione, cui ſe addicere deſtinaſſet animo, revocare conaturum, ſi, quid ille rerum gerat, aſpiceret. Interrogatus, quid tandem vidiſset, & quid ita fleret: ſe vero ea vidiſse reſponder, quæ nemo intuens à lacrymis temperare poſſit: ſimul rem omnem Marchioni attonito,

C vixque homini quod diceret credenti, denarrat.

quo viſo pater

84 Poſtridie eâdem horâ, ex compoſito, quid gereretur certior factus, in ſella ad ejus cubiculum, quod in eadem cum ſuo contignatione poſitum erat, ſe deferri jubet; ac per foramen, quod jam patebat, filium denuo plorantem, & pœnas ſponte exſolventem videt. Hujus rei aſpectus ſic permovit hominem, ut aliquamdiu inibi ſtupore defixus, & quaſi alienata mente ſtaret. Poſtmodum vero, re diſſimulata, ſtrepitum fieri & pulſari fores imperat. Dehinc ingreſſus cum conjuge, pavimentum compluribus, è verberatione, ſanguinis guttis reſperſum; & locum, quem genibus preſſerat, lacrymis quaſi affuſa aqua permadentem offendit. Hoc ſpectaculum, & quotidianæ preces quibus ei inſtabat filius, tandem perpulerunt, ut ei licentiam dare quod optabat exequendi, animum induceret. Ergo ſcriptis Romam litteris, Scipionem Gonzagam, virum Illuſtriſſimum (qui tum quidem erat Patriarcha Hieroſolymorum, deinde vero Cardinalis creatus eſt) rogat, uti ſuo nomine filium ſuum natu maximum, hoc eſt, ut ipſe ajebat, rem omnium ſibi cariſſimam, & in qua maximas ſpes ſuas conſtituerit, Præpoſito Generali Societatis Jeſu, qui jam id temporis erat P. Claudius Aquaviva, Ducis Adrianorum filius, offerre dignaretur; & ſimul exquirere, quònam eum ad ponendum Religionis tirocinium proficiſci vellet. Reſpondit Præpoſitus Generalis, quod tale negotium poſcere viſum eſt; ac tirocinio multis de cauſis non aliam ſedem, quàm Romam deſignandum eſſe cenſuit. Hic tam optatus nuntius incredibili gaudio Aloyſium extulit, neque ſe tenuit, quin per litteras de tanto beneficio Patri Generali immenſas grarias ageret, & quaſi paria magnitudini affectus verba nulla reperiret, ſe denique totum ei daret. Pater Generalis, incenſis tanto pietatis ſenſu litteris mirifice lætus, reſcripſit, ſe eum in filium accipere, & præſtolari. A. VIRG. CEPARIO

offert Generali Societatis filium:

85 Secundum hæc, de abdicatione inſignium XXIV Marchionis, quæ (ut alibi dictum eſt) nominatim ipſi à Cæſare pridem decrera erant, agi cœptum. Marchioni igitur, optanti ut iis Rudolfo alteri natu fratri cederet, libenter aſſenſus, ut maturaretur urgebat; ipſiſque, qua vellent verborum formulâ abdicationis tabulas perſcriberent, permittebat. Quidquid in ea re Marchioni viſum eſſet, ſibi volenti fore, dum, re quamprimum confecta, ipſe rebus omnibus mortalibus ſolutus, ad Religionem evolaret. Confectæ ergo ſunt tabulæ eâ formulâ, ut Aloyſius omni paterna ditione, & clientelaribus opibus, quæ ad eum hereditate venirent, ſe abdicaret; atque ex omni copia, in præſenti quidem duo ſcutatorum millia, quibus pro libitu uteretur, in numerato; in poſterum vero, dum viveret, in ſingulos annos quadringentos ſcutatos ſibi haberet. Hæc formula, poſtquam, ne quid in ea ambiguum aut liti opportunum reſideret, tum variis Juriſconſultis; tum Senatui Mediolanenſi inſpicienda data eſt; ad extremum in Regiam Cæſaris eſt tranſmiſſa; ſine cujus auctoritate (quod omnis horum Principum ditio, libera jure optimo ac Cæſareo eſt) hæc tranſcriptio fieri nequibat. Ceterum; ut Cæſar ejus auctor fieret, plurimum contulit Leonora Auſtria, Mantuæ Dux; cujus opem, quam præſtare poterat, & vero in hoc negotiorum genere velle ſolebat, Aloyſius implorarat. Quod vero in hac etiam cauſa operam ſuam navarit, memoriæ proditum eſt F in ejus Vita, quæ typis eſt mandata; in cujus libro tertio, capite quinto, hæc leguntur, „ Acciderat, ut adoleſcens quidam illuſtriſſimus, ſuæ „ ſtirpis maximus & Marchio, inſtinctu divino „ fortunæ bonis, nequidquam hominibus contra „ nitentibus, ſe exuere pararet. Huc, cum antè ne- „ ceſſario à Cæſare obtinendum eſſet, ut ſibi clien- „ telari ditione fratri ſuo natu minori cedere lice- „ ret; Leonora, ad quam ille confugerat, cauſa „ omni diligenter expenſa, atque ejus qui ſe for- „ tunis expedire cupiebat indole comperta, non ſo- „ lum illi ſtimulos addidit, ut vocanti ſe Deo morem gereret; verum etiam litteris ad Rudolfum „ Imperatorem nepotem ſuum accurate ſcriptis, „ quod popoſcerat, perfecit. Inde factum eſt, ut „ huic tam ſancto deſiderio adoleſcens obſecutus, „ paucis poſt annis vita functus, eo quem tenuerat ſancte vivendi curſu, ad fruendam cæleſtium „ felicitatem delatus ſit. „

qui Marchionatum ceſſurus fratri,

ad hoc poteſtatem impetrat à Cæſare,

juvante Eleonora Auſtria.

86 Marchioni, dum expectatur donec abdica- XXV tionis Cæſar auctor fieret, interea gravia quædam negotia Mediolani inciderunt; quibus cum ipſimet per podagram intereſſe non liceret, Aloyſium,

Mediolanum miſſus.

A. VIRG. CEPARIO

um, cujus prudentiæ atque judicio plurimùm confidebat, mittere decrevit. Neque ſane fallebatur. Etenim cum multa illi negotia cum pluribus Principibus à patre ſint impoſita, omnia egit & confecit ex ejus animi ſententia. Profectus ergo Mediolanum, ad exequendum patris imperium, octo novemve menſibus, quibus ibi morari coactus eſt, res illas, quamvis difficiles atque perplexas, tanta prudentia ac dexteritate geſſit, ut ad optatum patri exitum pervenerint. Neque vero non ipſemet etiam aliquem hujus temporis fructum cepit. Abſolutis ſiquidem (ut ante diximus) in Hiſpania Logicæ ſtudiis, Mediolani in collegio Breyrano Societatis Jeſu, rerum naturalium ſcientiam perſecutus; ut erat perſpicaci ingenio acrique judicio, non mediocres in ea progreſſus fecit. Antemeridianis quotidie pomeridianiſque ſcholis intererat; à quibus ſi quando illum negotia impedirent, id quod interea traditum erat à magiſtro, quò domi deinde poſſet ediſcere, exſcribi jubebat. Diſputationes non modo ut auditor, ſed etiam ut pars, vel propugnandis ſuis, vel alienis oppugnandis, ad exemplum æqualium, celebrabat. Porro

ibidem Philoſophiam abſolvit,

B ſive quid ille argumentis probare., ſive refellere inſtituiſſet, ſicut in eo mirum ſemper enitebat acumen ingenii, ita modeſtia tam ſingularis, ut (quod ejus magiſtri teſtimonio conſtat) neque in geſtu, neque ſermone, ullum juvenilis licentiæ veſtigium appareret: cujus gratia omnes eum in ſinu atque oculis ferebant.

87 Ad hæc Mathematico, quotidie unam ſcholam in eodem collegio explicanti, ita dabat operam, ut quoniam eam ille non dictabat, ipſe, ne paulatim oblivio ſurreperet, ſimul domum redierat, cubiculario cuidam ſuo tam prompte, dilucide, feliciter dictaret de memoria; ut cum cubicularius ille, qui tum librarii munere eſt functus, illa adverſaria, quæ etiamnum inſtar ſacrarum ejus reliquiarum conſervat, Caſtellione mihi oſtenderet, ſatis mirari nequiverim, numquam eum aberraſſe à demonſtratione quæ explicata fuerat, non commutaſſe numerum, non menſuram, non rationes, non punctum, non lineam; nullum denique eorum vocabulorum, quibus pene propriis huic diſciplinæ, illa ſcripta abundant, præteriiſſe. Itabat ad gymnaſium permodeſte, veſtitu è panno Florentino atro, nullo accinctus enſe, tacitus, nullo etiam cum pediſſequis aut ſtipatoribus ſermone, ac fere pedibus, etſi domi equorum copia ſuppeteret. Ludus & avocamentum ejus, dum Mediolani verſatus eſt, unum fuit, cum Patribus Societatis Jeſu conſueſcere; magnamque ejus temporis partem, quod illi ab occupationibus ſupererat, in Collegio, modo cum hoc, modo cum illo Patre, de litteris aut pietate conferendo, conſumere. Obſervavit ejus in Philoſophia magiſter, tanta eum reverentia ſignificationeque obſervantiæ, cum omnibus religioſis viris, & iis qui in civili aut eccleſiaſtica dignitate eſſent poſiti, loqui ſolitum, ut dejectos ſemper teneret oculos, neque niſi perraro ad eorum vultus aſpiceret.

& Mathematicam audit,

ac Patribus familiarius utitur,

C

88 Neque vero in Sacerdotum ſolum, aut eorum qui litterarum ſtudia æmulantur, ſed in eorum etiam, quibus domeſticarum rerum adminiſtris utimur, ac præſertim Janitoris familiaritate libenter verſabatur: ac ſi hic quandoque interea januæ illi claves permitteret, dum ipſe quempiam Patrum accerſeret, in eximii beneficii numero ponebat: nimirum ſibi ſe tantiſper de eadem Societate eſſe, ſponte adſcito errore, perſuadebat. Quoniam vero non erat neſcius, feria quinta quot hebdomadibus, in quas feſtus dies nullus incideret, Patres ejus Collegii, exercitandis corporibus animiſque à ſtudiorum contentione remittendis, in villam quamdam, cui nomen Ghiſolfæ ſeſquimilliari ab urbe, extra portam Comaſinam egredi ſolere; ipſe prima luce in eam regionem profectus, famulis aliquanto intervallo à tergo relictis, tantiſper aut inambulans, librum aliquem aſceticum, aut vernis menſibus inſiſtens violas legebat, dum eâdem viâ Patres aliquos adventantes videret: quibus prætereuntibus comiter impertitâ ſalute, quouſque oculis, quos continuo in eos intentos habebat, anteeuntes recto itinere proſequi poterat, pedetentim aſſectabatur. Ceterum vel ſolus ipſorum aſpectus non minorem ei voluptatem afferebat, quam ſi Angelos cælitus miſſos nactus eſſet; ac ſecum ipſe beatos illos reputans, quod eos nihil, uti ſe, quo minus Deo libere ſervire poſſent, impediret ſcilicet; idem vivendi genus anhelabat. Ubi illi vero ad villæ fores pervenerant, ipſe eamdem viam remenſus, aliis ibat obviam; ac denique plurimùm recreatus, ſe referebat domum. Hilarium diebus, quæ quadraginta dierum jejunio licentior mos præmittit, quo

D

& ſtudioſis ad villam ire ſolitis,

E

Hilarium antecineralium diebus,

à ludicris abeſſet & theatris, ac pios interea ſermones inſtitueret, in Collegium ſe abdebat; Patres Societatis Jeſu ſpectaculum ſuum eſſe dictitans, quod ſibi majorem quam ulla res mortalis lætitiam faceret. De levium hominum oblectamentis tam contemptim loquebatur, ut appareret liquido, quam facile iis careret.

etiam Janitore,

89 Quodam eorumdem Hilarium die, cùm Mediolani equeſtre certamen, ingenti totius civitatis ac præcipue equeſtris juventutis concurſu, celebraretur; atque eorum ſinguli equis veherentur inſignibus, ac pro cujuſque copiis magnifice phaleratis; ipſe, quo hujus mundi gloriam deſpicatiorem haberet, ſeque ipſe vinceret, intereſſe propoſuit. Sed quamvis, ut ante memini, equorum illi facultas ſuppeteret, quorum unus holoſerico opertus ſtragulo ductus ad manum, plerumque ipſum ſequebatur; tunc tamen præter morem per vicos, equitantibus illis confertos, duobus duntaxat pueris comitatus, humili invectus eſt mulo; haud minori ludibrio mundum habens, quam ipſe haberetur. Hoc factum compluribus religioſis hominibus, qui illud ſpectarunt notaruntque, ſingulari gaudio & exemplo fuit. In

humillimo vectus apparet:

F

frequens in eccleſiis,

pietate ſolenne ſuum tenuit, neque umquam receptum ſancte meditandi morem prætermiſit. Loca cerimoniâ aliquâ inclita, atque imprimis ædem B. Mariæ, cui à Celſo nomen, fama miraculorum id temporis celebrem, frequentare amabat. Singulis Dominicis ac feſtis ad S. Fidelis, quæ eſt Societatis Jeſu ædes, inter adeundum ad ſanctam Euchariſtiam, tot Deo ſubmiſſi devotique animi documenta dabat, ut omnibus religionem & ſanctimoniam afflare videretur. Certe [P. Carolus Regius,] qui eo tempore in illa æde verba de ſuperiore loco faciebat ad populum, confirmat, ſe, quoties animum ſuum inter dicendum uberiore pietate inflammare vellet, ad Aloyſium, qui numquam non præſens contra ſuggeſtum aderat, oculos advertiſſe; ſoloque ejus, veluti ſacræ cujuſdam rei aſpectu, permotum, & jucunditate quadam cæleſti imbutum eſſe: tanta jam tum ſanctimoniæ fama pollebat.

optimique exempli.

XXVI

90 Jam Cæſaris litteræ, quibus ei ſuos titulos fratri concedendi poteſtas fiebat, erant allatæ; atque ipſi, decimum octavum jam annum agenti, atque ad Religionem libere evadere cupienti, nihil

Adeſt interim pater,

A hil erat longius, quam vt eum pater Caſtellionem revocaret; cùm exorta repentina tempeſtate, à portu quem prope jam tenebat, in altum pelagus relatus eſt. Etenim Marchio, ſive ſtudium illud, quo Aloyſius à primo ferbuerat, diuturnâ morâ refrixiſſe ratus; ſeu paterna caritate, quæ filium amittere vetabat, humaniſque rationibus permotus; ejus animi per ſe alioſque ſolicitandi, ac tandem explorandi, an talis adoleſcens rem tantam divina voluntate imbibiſſet, Mediolanum ipſe proficiſci inſtituit. Simul eo improviſus advenit, quærit ex Aloyſio, qua tandem nunc mente ſit. Poſtquam vero eum certum conſtantemque, vt cum maxime, comperit; ingenti mœrore cruciari: atque ubi indignatione doloreque ardens detonuerat, amicè cum eo congredi, ſeque oſtendere non uſque eo male Chriſtianum eſſe, qui in Deum offendere, aut ejus voluntati reſponſare velit. Verum, ſi rationem ſequatur, ſibi illum videri, non Dei nutu, ſed proprio quodam ſuo ſtudio ferri: ipſam enim adverſum parentem pietatem, quæ in ipſius Dei legibus ſita ſit, aliaſque rationes cum divini Numinis honore conjunctas, alia omnia atque ipſe deſtinaret animo B ſuadere. Denique quibus potuit argumentis, quæ amor dolorque ſubjiciebant, diſputare âggreſſus eſt eum, ſi Religione ſe devinciret, labem ſuæ domui futurum; quod, ipſo ſublato, eam funditus ruere neceſſe eſſet. Adhæc ei, propenſam in bonum naturam, qua donatus eſſet à Deo; nec facile ab inſtituto ſuo in deterius flectendam, ob oculos ponebat: non eſſe proinde quod fortunæ commoditates retinere dubitaret, quandoquidem inter eas etiam facultas eſſet futura Religioſorum ritu vivendi; ac præterea populos, quos ejus ditioni Deus ſubjeciſſet, ad parendum Dei mandatis, Chriſtianamque pietatem complectendam, ſuis exemplis permovendi: hanc nimirum etiam patere ad cælum viam. Veniret illi in mentem, quanto jam apud omnes ſuæ ditionis homines in honore, exiſtimatione, amore eſſet; quam avide expectarent, atque etiam ſupplices ad Deum tendentes manus, ſe ipſi regendos gubernandoſque quamprimum committere poſſe optarent.

& filium nititur à propoſito dimovere,

multis argumentis ſuadens

91 Redigebat præterea in memoriam, quantam jam Principum, cum quibus conſuetudinem C rationemque habuiſſet, quorum præclara eſſet de ipſo opinio, gratiam collegiſſet. Jam vero fratris etiam, cui, ſi Religioni nomen daret, ditionem ceſſurus erat, ingenium proponebat fervidum; nullo per ætatem uſu, neque adhuc imperio idoneum; & ſi in illo adoleſcentiæ lubrico, liberas habenas nactus eſſet, dedecori opportunum. Ad ultimum; Me me, inquit, aſpice ægrum, & continuis podagræ doloribus obſitum, atque ita maceratum, ut jam ægre me commoveam, qui tandem reipublicæ gerendæ moleſtiis ſublevari maxime indigeo, atque equidem jam nunc abs te poſſem. At vero, ſi me deſerto in Religionem demigres, circumſtabunt me negotia, quibus gerendis impar, ſimul & curarum & morbi ærumnis opprimar, tuque adeo mortis mihi cauſam dabis: & hoc dicto, ingentem vim lacrymarum profudit, interjectis vocibus plenis doloris & affectus. Aloyſius, qui patienter dicentem attenderat, poſtquam demiſſè pro amore curaque de ſe paterna, quam declararet, gratias egit; ſe vero reſpondit, hæc omnia, aut certe maximam eorum partem, cum animo ſuo reputaſſe, neque quid ſuarum eſſet partium ignorare. Quod ſi alia quam Dei voce ad noſtram vitæ rationem vocaretur, tum vero ſe minime pro bono facturum, ſi quæ ab ipſo eſſent commemorata; atque inprimis patri, cui ſecundum Deum deberet plurimum, obediendi ſerviendique neceſſitatem inſuper habuiſſet. Nunc, quando non proprio animi ſui impetu, ſed Dei afflatu, cui dicto audiens eſſe vellet, ad religioſorum hominum ſtudia inſtitutaque impelleretur; ſperare, Deum quem nihil præterit proviſurum, uti omnia, non ex ipſius modo optimi Numinis ſententia, ſed etiam è familiæ ditioniſque ſuæ qua dignitate qua utilitate evenirent: nec aliud ſibi à divina benignirate polliceri poſſe.

id è republica eſſe:

Reſpondet is, ſe certum eſſe de voluntate Dei,

92 Marchio cognito, filium pro explorato habere, mentem illam ſibi â Deo datam eſſe, eamque unam tam ardui conſilii cauſam eſſe; didicit, niſi hac perſuaſione ejus animo exempta, ab inſtituto divelli non poſſe. Magno igitur illi negotio fuit, ut complures religione tum adſtricti tum ſoluti homines, ejus animum & inſtinctum quo ille moveretur, tentarent periclitarenturque; atque in eam opinionem adoleſcentem adducerent, ut è Dei honore futurum putaret, ſi ætatem in ditione ſua adminiſtranda collocaret. Hi E omnes, cum Marchioni obſequerentur, aliis & atque aliis diebus ſeorſim ſinguli hoc conſilium probaſſent; ac, quanto maximo potuerunt dicendi artificio, expoſitis religioſæ vitæ moleſtiis, terrorem ſtuduiſſent opponere; aliiſque modis ejus conſtantiæ periculum feciſſent; tandem, nullam apud ſe dubitationem relictam confeſſi, & firmum adoleſcentis animum admirati, Marchioni confirmarunt, à Deo inſtinctum videri, non ſine cumulo aliarum ipſius laudum.

contrarium ſuadentes revincit,

93 Cùm hæc ad Marchionem referrentur, omniumque inter ſe ſententiæ maxime congruerent; ut modum aliquando ſtatueret ſuo quærendi ſtudio, eſſetne hæc Dei voluntas necne; cum aliter ingredi aut vehi articularis mobus non ſineret, juſſit ſe in ſella ad S. Fidelis Domum Societatis Jeſu deportari: atque ibi in quoddam conclave Patri cuidam, magni in ea urbe nominis ad ſe accerſito; ſibi, inquit, in cauſa tam gravi, in qua de filii primogeniti, & talis filii jactura ageretur, certum eſſe ejus ſtare judicio, deque ejus ſententia conſilium capere. Prius tamen cupere, uti coram adoleſcentem de F animi ſui propoſito diligenter interroget, illudque perpendat. Rogare deinde, ut pro ingenii doctrinæque præſtantia, rationes omnes ad diſſuadendum efficaces afferret. Polliceri denique, quantum quidem ſibi imperare poſſet, acquieturum. Pater, quo Principis poſtulationi morem gereret, accepit conditionem; atque accerſito in utriuſque conſpectum Aloyſio, horam ipſam eum, partim percunctando, parrim quæcumque ad hominis ſpiritum, incitatique divinitus animi motus explorandos penituſque cognoſcendos acutè & ſubtiliter inveniri queunt, exponendo, perquam ſerio pertentare cœpit. Quod autem Societatis inſtituta delegiſſet, coacervavit omnes difficultates, in quas umquam, qui hoc vivendi genus adamarit, delabi poſſit. Atque hunc omnem inquirendi laborem adeo dedita opera ab ſe ſuſceptum præſeferebat, ut ex animo loqui videretur; & Aloyſio ipſi, ut poſtea in Religione mihi narravit; ſuſpicio incidit, Patrem nequaquam videri ſimulatè agere.

etiam unum de Societate,

ultimo conatui admotum,

94 Quia ergo plurimum illi auctoritatis tribuebat & fidei; neque adhuc quiſquam extiterat, qui, velut antè tentata vena, tam appoſite

qui cum ejus probaſſet conſtantiam,

ad

A. VIRG. CEPARIO

ad movendum animum, tamque (ut ipſe loquebatur) ex propriis de ea diſſereret, ſuſpenſo aliquamdiu animo ſtetit. Interea tamen, inſigni ſemper confidentia, ad interrogata reſpondit; & nodos, omnes qui incidebant, non modo rationibus ſed etiam ſacrarum litterarum doctorumque hominum auctoritatibus tam liquido diſſolvit, ut Pater non modo gauderet adeo tenacem ſuſcepti conſilii, verum etiam in Dei divinorumque hominum libris tam præclare verſatum eſſe miraretur. Ad hæc, quod reſponſiones omnes tam accommodatæ atque ex cauſæ quaſi viſceribus natæ erant, ſuſpicari cœpit, lecta illi eſſe, quæ de Religioſis ordinibus à S. Thoma in Summa Theologiæ diſputantur. Igitur ad extremum in hæc verba prorupit: Æquum poſtulas, Domine Aloyſi, neque dubium eſſe poteſt, quin ſit, ut dicis. Mihi quidem ſtimulos admoviſti, neque ullum præterea quærendi locum reliquiſti. Hæc verba nimirum adoleſcentem recrearunt; ſatiſque oſtenderunt, aliter illum ſentire, atque, aſſumptâ tantiſper ipſius periclitandi perſonâ, viſus eſſet. Submoto dein Aloyſio, Marchio perſuaſum ſibi
B jam faſſus eſt, Deo ſic placere, orſuſque omnem ejus vitæ curſum, ſancte à primis incunabulis inſtitutum recenſere, denique gratiam ſe illi Religionis colendæ facturum ſpopondit. In paucis dehinc diebus, ipſe Caſtellionem remigrat, dato negotio uti Aloyſius, unâ quæ ſuperabat causâ tranſactâ, eòdem ad abdicandum ſe Principatu ſequeretur. Aloyſius vero quamlibet horam, quam extra Religionem conſumeret, pro mille annis ducens, ut maturaretur, urgebat.

tandem acquieſcit pater.

orſim iracundiam caſtigando. *Similes Aloyſium familiæ ſuæ turbas etiam Florentiæ ſopiviſſe, & earum auctores fraterna monitione correxiſſe, diximus ad cap. 2, Annot. e.* D

Teſtis porro, quem dixi, 11, deponit, quod Aloyſius domum reverſus à viſitatione Principum, paulo poſt miſſus fuit a Marchione patre Mediolanum ob negotia: ibique, *ait,* ſubſtitimus menſes aliquot; atque ipſe interea etiam ſtuduit Phyſicæ ac Mathematicæ. Aſſequebatur autem tam egregie ſcientias illas, ut è Lycæo domum rediens quæ audiverat, memoriter dictaret mihi, & à me excipi chartâ juberet. Ego vero ſcripta illa conſervo hodiedum in memoriam ejus, ſumma cum animi mei voluptate. Confitebatur, dum ibi moratus fuit, perquam crebro in eccleſia Societatis Jeſu, ſancti Fidelis appellata. Alius ei ſermo non erat, quam de litteris aut rebus divinis. Euntem ad ſcholas comitabatur ſumma humilitas ac modeſtia: crebrò colloquebatur cum Patribus illic Societatis, vel diſputans de rebus litterariis, vel ſermocinans de cæleſtibus: & ubique pietatis ideam relinquebat animis eorum, quibuſcum egerat. Venit inter hæc Mediolanum Marchio pa- E
ter, comperitque eum animo obfirmatum in propoſito melioris vitæ. Frequens prodibat foras ad viſitandum eccleſiam aliquam, tum pietatis, tum valetudinis cauſa; & per viam ſemper aut bonum aliquod documentum nobis dabat; aut ſeorſim ambulans intendebat orationi, ſeu mentali, ſeu vocali. Et hæc ſcio, quia ſemper ipſi aderam,

CAPUT VIII.

Venit Mantuam, inde Caſtellionem; res utrobique actæ: permittitur tandem à patre ingredi Religionem.

95 APpetente tempore quo B. Aloyſio Caſtellionem redeundem erat, cùm ex eo quod Mediolani contigerat, novam aliquam procellam ſibi impendêre conjiceret; priuſquam Mediolano diſcederet, litteras dedit ad Præpoſitum Generalem Societatis Jeſu admodum ardentes, quibus, commemoratis periculis quibus erat perfunctus, conſilium petebat, quid, ſi Marchio denuo aditum ipſi ad Religionem claudere, aut certe prolatare moliretur, ſibi faciundum putaret? liceretne ſibi, bonâ ejus veniâ, injuſſu patris, in aliquod Societatis domicilium confugere? jam enim nemini amplius obſcurum eſſe, ſe in hoc Dei nutum ſequi. Pater Generalis, etſi adoleſcentis miſerebatur, angebaturque ejus diſcrimine, minime tamen id illi invito patre audendum eſſe judicavit, daret ergo operam, ut ejus permiſſu poſſet: omnino id ex ampliori gloria Dei, atque è re tum ipſius tum univerſæ Societatis fore. Hoc conſilium Aloyſio ſequi viſum eſt. Profectus dehinc Mediolano, prius quam Caſtellionem veniret, Mantuam *a* conceſſit. Ibi, partim menti ſuæ reficiendæ, partim propoſito ſuo confirmando, animoque adverſus ingruentes (uti metuebat) impetus corroborando, cupido eum cepit, exercitationibus ſacris B. P. Ignatii in collegio Societatis vacandi. XXVII

Caſtellionem rediturus Aloyſius, F

accipit Mantuæ litteras Generalis; a

96 Agebatur tum menſis Quinctilis anni MDLXXXV, quo tempore Legati Japonii indies Mantuæ expectabantur. Illi enim è longinquis patriæ ſuæ oris Romam profecti, ut ſacrorum Principatum in S. Petri Sede reſidere profiterentur; ſuorumque Regum ac totius populi Chriſto in illis ter-

& dum alii vacabant ſolenni Legatorum Japonum exceptioni.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Ad Caput hoc* VII *ſpectant depoſitiones teſtium Caſtell.* II *&* V, *quibus moram vitamque Aloyſii, Mediolani actam, præcipue deſcribunt: & quintus quidem etiam præmittit fugam ejus Caſtellione ad Conventum Patrum Franciſcanorum; ſic loquens:* Reverſus Aloyſius ex Hiſpania in Italiam, apparuit grande incrementum feciſſe ſanctitate vitæ, & ubique præbebat illuſtrium exemplа virtutum. Quadam diè pater eum Caſtellione variis modis exercebat, quo animum ejus abduceret à Religione, & eatenus conſtantem frangeret. Ille vero tacitè ſubduxit ſe è palatio, & confugit ad Conventum S. Mariæ Patrum Franciſcanorum, qui vulgo Zoccolanti audiunt, prope ab urbe; ubi aliquot dies commoratus fuit, ut plurimum orans in choro, aut in cubiculo; & ego ei ſerviebam. Poſt hæc iter fecimus Mediolanum, & ſubſtitimus ibi multis menſibus. Interea Aloyſius frequentabat gymnaſium in Collegio Breyrano Societatis Jeſu, eoque ipſum Clemens Ghizonus, Aurelius, Gervaſius & ego deducebamus quotidie. Studiis incumbebat diligenter; itabat crebro ad ſancti Fidelis, eorumdem Patrum Societatis Jeſu, tum expiandi animæ noxas, & ſacram Euchariſtiam ſumendi; tum pro concione dicentes audiendi cauſâ: alio vix, aut ne vix quidem ibat; non, ubi concurſus hominum, ubi feſta ſolennia, ubi curioſa viſu: & nobis omnibus conſuetudine & exemplis ſuis ſtimulos addebat ad chriſtiane vivendum. Adjungam etiam, quod ego, contendens aliquando acriter cum alio famulorum, multis ei minitarer: propter quam cauſam merito timebam incurrere indignationem, ut nihil gravius dicam, Marchionis. At Aloyſius prævertit iſti malo, abſque ſcitu patris reconciliando nos famulos inter nos, & meam ſe-

Mora & ſtudia,

C

pietatiſque exercitia Mediolani.

A terris adjuncti nomine, Pontifici Maximo, Christi in terris Vicario, se submitterent, inque ejus auctoritate fore sponderent; jam legatione omni primùm apud Gregorium Papam XIII, quo rerum potiente advenerant; deinde apud Sixtum V, Gregorii successorem, qui interea erat Pontifex renuntiatus dum ipsi in Urbe morarentur, expeditâ, patriam repetebant. Jamque facto per sanctam Lauretanam ædem itinere, bonaque Galliæ Cisalpinæ parte lustrata, mense Quinctili Mantuam devenerunt: ubi à Guilielmo Duce & Vincentio Principe ejus filio, apparatu regium in modum magnifico, maximisque honoribus sunt accepti. Cum ergo ex omnibus circum regionibus, gentium ac populorum ad pompas ludosque spectandos concursus fierent; atque imprimis ad Legatos ipsos videndos, quorum aspectu ipso, stupore quodam aliquantisper homines defixi, mille eos faustis precationibus prosequebantur; interea Aloysius, ludis atque spectaculis aliis omnibus, receptui & solitudini posthabitis, in Collegium ardentissima æstate immigravit; atque intra angusti admodum cubiculi parietes, duas tresve hebdomadas delitescens, tam flagranti studio tempus omne sancte meditando consumpsit, ut ne punctum quidem ejus sineret effluere, quin aut preces pronuntiaret, aut silentio commentaretur, aut librum quempiam ad pietatem appositum evolveret. Eodem tempore tantâ fuit cibi parsimoniâ, ut prope nihil edisse videri possit. Quamobrem, qui prandium illi in cubiculum afferebant, satis mirari non poterant, ea victus ratione hominem vitam tolerare posse.

recipit se in Collegium ad Exercitia;

eaque fere impastus obit,

B

97 Aggressus est piis Exercitiis illum excolere Pater quidam *b*, qui quod quinque & viginti annos tirones Societatis in provincia Veneta rexisset docuissetque, earum rerum atque adeo totius ascetices usu prudentiaque singulari pollebat. Apud eumdem anteactæ ætatis maculas omnes, præcipuo quodam cum pietatis sensu intimoque gaudio, Confessione eluit; atque in ejus animo mirificam admirationem, ac studium eximiarum virtutum suarum reliquit: id quod ille tum mandatis posteritati litteris, tum Novellariæ, inquirente Episcopi Rhegiensis Lepidi Vicario, jurejurando testatus est. Ibi enim interrogatus, sciretne B. Aloysium perfectæ cujusdam vitæ, multis virtutibus, donisque spiritualibus ornatum adolescentem

b

maximo cum fructu ipsius sui Directorii,

C fuisse; his, quæ ipsa adscribam, verbis respondit:

„ Ego vero, Domine, non modo è nostrorum Patrum sermonibus, sed longe melius ex adolescente
„ quodam multæ virtutis, quo secretiori cubiculario,
„ scholarum suarum amanuensi, & quasi studiorum
„ socio utebatur; à quo de pœnis voluntarie susceptis, de frequenti ad orationem secessu, de
„ egregiis admodum virtutis & sanctitatis exemplis,
„ ab Aloysio editis, quædam præclara cognovi.
de ejus sanctitate postea jurati testis. „ Fuit & alia mihi certior ejus discendi via, ex oblata per idem tempus occasione ejus consuetudine
„ utendi, operamque illi meam in exponendis sacris Societatis Exercitiis navandi; quibus ille, ut
„ ipse mihi dicebat, ad Dei voluntatem in deligenda
„ Religione liquidius explorandam (quod eam penitus perspectam vir excellentissimus pater ejus
„ Marchio esse vellet) imbui cupiebat. Ibi casus
„ tulit, ut pœnitentiæ causa, universæ vitæ noxas
„ rite prodenti aures darem: in quibus, etsi diu
„ multumque meditatus, nullius reminisci potui,
„ quam judicare possum letalem videri, sed in iis
„ argumenta quædam mirificæ sanctitatis ætatis-
„ que præclare actæ extitisse. Illud sane affirmare possum, ex ejus me Confessione in magnam quamdam opinionem sanctitatis, innocentiæ, integritatis ipsius venisse, talemque apud omnes prædicasse. „ A. VIRG. CEPARIO

98 Nescio quæ deinde res poposcerit, ut is Pater ex eo Collegio abscederet; quem alius in munere tradendorum Aloysio Exercitiorum secutus, neque raro ad ejus Confessionem adhibitus, etiam juratus aseverat; ejus bonitatem, puritatem, Dei colendi suique despiciendi atque edomandi studium, singulare & admirabile visum sibi esse. Ibidem præterea ostensæ sunt ei Constitutiones & Regulæ Societatis Jesu; quibus diligenter lectis, negavit in iis ullam esse, à qua sibi animus territus difficultate refugeret. Abiturus, exemplum sibi concedi petiit earum meditationum, quæ in historia necis Christi versantur: scilicet ut inde digresso easdem iterandi facultas esset. Revertit denique Castellionem *c*; quo simul accessit, optabat quidem suam causam urgere; ne tamen Marchionis exasperaret animum, aliquot dies expectavit, dum sua ipse sponte de ea sermonem inferret.

Ibidem dantur ei legendæ constitutiones Societatis.

XXVIII C

99 Interea admirante aula universa populoque, mirum quantum attente sancteque se tractare instituit. Quoties enim ex arce prodibat, demissis semper erat oculis; præterquam cum clientes suos salutabat, erga quos tanta erat ejus comitas, ut quasi continuò capite aperto esset. In ædes sacras ad rem divinam cum fratre venienti, scabellum peristromate pulvinisque holosericis sternebatur; iis Rudolfus pro dignitate anniti solebat; at Aloysius, in templo & domi, pulvinum omnem tapetemque aspernatus, utroque genu humi nixus, dejectis oculis primum re divina attendenda, deinde canonicis precibus recitandis, aut tacite rebus sacris volvendis animo, totas horas extrahebat. At festis & Dominicis diebus, quibus sacra Eucharistia impertiebatur, tantum temporis agendis gratiis absumebat; ut Rudolfus animi causa ad exercendum corpus egressus, ipsiusque domum deducendi causa reversus, orationi etiam intentum reperiret. Inter Vespertinas preces, à quibus numquam aberat, assidere parcens, genibusque assiduo hærens, non mediocres in eorum qui videbant animis pietatis motus excitabat. Domi institutum abstinendi & precandi morem tenebat; ac plerumque solus in cubiculo tam acre & intentum silentium agebat, ut non raro plures dies, quibus vix verbum diceret, abire pateretur; si vero eum loqui usus postularet, aut necessitati aut pietati parebat. Ipse certe nobis confirmare solebat, plus se verborum post initam Religionem uno die, quam antè multis mensibus feciss: &, si quando sibi in patriam revertendum esset, omnino, ne apud eos offenderet, qui se ante in seculo novissent, arbitrarique possent Religionis se disciplina dissolutiorem esse factum, necessarium fore, morem vivendi in tempus mutare. Atqui nobis compertum est, eum in religiosa Societate silentii observantissimum fuisse: quippe quod, nisi animum à contentione commentandi colloquiis relaxare jussus à Præsidibus, numquam rumpebat.

E

Castellione mira præbet exempla pietatis,

F

& taciturnitatis,

100 Jam vero ad cruciatus corporis voluntarios tantas accessiones fecerat, ut præ macritudine vix pedibus consisteret. In quo profecto negari non potest quin modum excesserit, æstuque illo pietatis ultra prudentiæ fines sit abreptus. Sed nimirum ratus se illis parem, solum ardorem animi, quod alio careret, ducem sequebatur.

corpus severissime macerat,

A. VIRG. CEPARIO

Idcirco mater ejus, aliis rationibus Marchioni conjugi ſuo auctor erat, ut licentiam ei Religionis ſuſcipiendæ permitteret; tum hac maxime, quod ſe, ajebat, ſi domi diutius attineretur, eo brevi orbatum iri: neque enim fieri poſſe, ut ejuſmodi curſum vivendi tenenti loginquior vita eſſet: at vero, ſi Religioſis tranſcriberetur, curæ Præſidibus futurum, ut hunc exuberantem fervorem ejus moderentur, atque ipſum in eorum poteſtate fore. Plane, ut ipſa prædixit, evenit: ipſe ſiquidem palam fatebatur, Religionem non animo dumtaxat ſuo, ſed etiam corpori ſalutarem fuiſſe; idque Præſidum, qui ſibi, immodicis illis, uti ajebat, ſtudiis concitatiore curſu ruenti, frenos adhibuiſſent, ſe caritati acceptum ferre. Eodem tempore impenſius quam hactenus illi ſtudio fuit, fratres ſuos, tenella etiam tum ætate, pietatis præceptis informare, precandique modum docere; quod ut libentiores factitarent, ſecundum preces cupediis è ſaccharo donabat, aliiſque blanditiis mulcebat. Ceterum omnium fratrum cariſſimus illi ſemper eſſe viſus eſt Franciſcus, qui hodie Marchio Caſtellionenſis eſt; in quo principatu Rudolfo ſucceſſit III Nonas Januarii, anno MDXCIII; in quem Aloyſii amor naſcebatur, vel ex eo, quod jam ille per ætatem diſciplinæ capax, quieti cujuſdam judicii indicia prodebat; vel quod provideret animo (ut nonnulli autumant) in quantum familiæ ditioniſque ſuæ præſidium & decus eſſet evaſurus.

parvos fratres ſtudioſe inſtruit,

B

101 Solet ſiquidem mater ejus commemorare, ſe Franciſcum aliquando admodum puerum, cum pueris ſibi à pedibus vociferantem & jocantem audiſſe; deinde metu perculſam, proſpectaſſe per januam, ſimulque Aloyſio dixiſſe, male ſe metuere, ne illi puero nocerent; tum Aloyſium reſpondiſſe; Ne dubita, Domina mater, quin Franciſco ad ſe tuendum ſatis ſit futurum animi: quin imo demitte in animum quod dico; Franciſcus demum erit, qui familiam noſtram ſuſtentabit. Marchionis conjux hæc verba mente repoſuit, quibus quam admuſſim reſponderit eventus, neminem fugit, qui vel auditione acceperit, quemnam ille in ſuperioribus tragœdiis, quibus ejus familia vexata eſt, ſe præſtiterit; & jam florentem ſtatum, in quem ab ipſo reſtituta eſt, intuetur. Porro quod ad prædictiones rerum attinet, auctor eſt Franciſcus Turcius, ejus morum præfectus, Aloyſium, cum adhuc ſeculo teneretur, compluribus clientibus ſuis multa vaticinatum eſſe, quæ prorſus ita, ut ille dixerat, evenerint.

Franciſcum fore familiæ columen prædicit.

C

XXIX 102 Jam aliquot dies elapſi erant, quibus Marchio nullam de Aloyſii cauſa mentionem fecerat: ibi ille, rei conficiendæ percupidus, inſtare cogitat. Oblato igitur tempore, appoſito ſermone Marchionem commonefacit, maturitatem jam tandem videri, quæ animo conceperit ad opus conferendi. Hic Marchio neceſſitatem ſibi impoſitam videns, aut concedendi quod poſcebat, aut negandi; altum animo dolorem premens, negat ſe umquam hujuſmodi licentiam dediſſe, neque porro daturum eſſe, antequam conſilium maturuerit; ipſeque ſat robuſta ad illud exequendum ætate ſit, qualis circa annum quintum & vigeſimum ſoleat eſſe. Ceterum, ſi ita collibitum eſſet animo ejus, iret bonis avibus quo vellet; at unà noviſſet, numquam ſua patris voluntate iturum, nec ab eo deinceps habendum pro filio. Exanimatus tam inopinato reſponſo Aloyſius, lamentis ac precibus per divinum amorem obteſtari aggreditur Marchionem, ut ab ſe æquum bonumque impetrari ſinat. At ubi ille ſemper obſtinatior, præciſe negat, ullum ſe ejus precibus relicturum locum; Aloyſius rebus deſperatis ſpatium conſultandi capit; mœrenſque flendi cauſa in cubiculum ſe conjicit. Arripuerat ille quidem hoc tempus, ut rem Deo commendaret, deque ea Generalem Præpoſitum per litteras conſuleret: ſed Marchio adeo illum ſtimulare atque opprimere præfeſtinavit, ut, cum Generalis ſententiam opperiri non poſſet, quod è duobus minus malum eſt viſum elegerit. Reſponſi ſumma hæc fuit.

Rurſum appellatus à filio pater,

D

jubet æt. annum 25 exſpectare.

103 Etiamſi nihil hac mora & retardatione ſervitutis, quam apud Deum in Religione colere animus eſſet, in vita ſibi poſſet accidere acerbius, nihil quieti ſuæ mentis infeſtius; tamen, quo patri obſequeretur, cui & ipſe ſponte ſua quibuſcumque in rebus liceat morem gerere percuperet, & in hac cauſſa juſſu Præpoſiti Generalis, quantum cum officio Deique pace conniti poſſet, deberet; duabus conditionibus ſe in alterum tertiumve annum rejici paſſurum: at earum alterutra ſi non ſtaretur, numquam adductum iri, ut patris gratia iratum ſibi Deum vellet; ac, ſi à Patribus Societatis abjiceretur, invito potius patre extorrem toto orbe errare malle, quam vel latum unguem à rectæ conſcientiæ lege diſcedere. Conditiones hæ fuere. Altera, ut eo tempore omni, quo ſuus in Religionem ingreſſus differretur, Romæ habitaret, ubi & propoſitum ſuum opportunius tueri, & ſtudium in literis collocare poſſet. Altera, ut Marchio nunc litteras ad Præpoſitum Generalem daret, quibus filium ſuum, eo tempore elapſo, in Societatem adſciſci permitteret; nimirum, ne qua poſtea difficultas exiſteret. His conditionibus auditis, quas ſuis conſiliis adverſari ſentiebat, factus iratior Marchio; cum duos ipſos dies, ne ſe certo ullo tempore eum miſſurum, aut quid aliud factu-rum ſponderet, obfirmate recuſaſſet; tandem victus Aloyſii conſtantiâ, quem & jus bonum petere videbat, &, ne quod aliud ſuis rationibus alienius conſilium iniret, metuebat exacerbare vehementius; flecti animum ſuum paſſus, omnia ejus poſtulata ſe facturum recepit. Aloyſius de tota re P. Generalem extemplo certiorem facit, commemoratis rationibus, quas in illa cum patre ſuo pactione ſecutus eſſet; iiſque verbis claudit epiſtolam, quæ argumento eſſent, quantum ex hac optatiſſimæ ſibi rei dilatione dolorem caperet.

eam admittit pater;

E

F

104 Iiſdem diebus ſanctus adoleſcens luctu conſeneſcebat; multiſque lacrymis ſuam, ut ajebat, finiſtram fortunam deplorabat, quod tam illuſtri, & quidem primo inter fratres ſuos loco, natus eſſet: contra vero iis, qui obſcurioribus orti natalibus his impedimentis carerent, quæ à Religionis aditu arcerent invitos, ſancte invidebat. Verum enimvero Deus, qui mœrentibus ſolatio eſſe, & calamitoſos vota facientes ſolet aſpicere; ſucciſis præter ceterorum hominum opinionem ſimul omnibus, quæ Aloyſium ſuas delicias, ne votorum ſuorum compos fieret, remorabantur, mœrorem ab ejus animo brevi deterſit. Poſtquam enim de ratione Romæ commorandi agitari cœptum eſt, cenſebat Marchio diverſandum illi eſſe in domo Vincentii Gonzagæ Cardinalis: jamque Guilielmum Ducem orarat, ut eam rem Cardinali per litteras commendaret: & ille, pro ſuo eximio in Aloyſium amore, haud gravate hanc operam pollicitus erat; quando exorta neſcio qua Ducem inter & Marchionem controverſia, utri prius ſcribendum eſſet, utroque certis de cauſis alteri priores deferente, res eodem loci manſit, neque aliud præ-

agitque de illo locando in Collegio Romano;

quod cum non ſuccederet,

A præterea actum. Id vero eximiæ cujusdam Dei providentiæ fuisse satis apparet, & Aloysius ultro prædicabat. Etenim si Dux Marchioni gratificatus, ad Cardinalem litteras dedisset; fatebatur ipse hujus se beneficii causa illi obnoxium futurum, atque adeo in servitutem quamdam offensurum fuisse, qua multis deinde annis ægre sese expedisset.

105 Facto hoc consilio, Marchioni venit in mentem, eum in Seminario Romano collocare, sic ut in ejus parte aliqua, sibi nonnullisque famulis destinata, ut personæ dignitas postularet, seorsim à ceterorum contubernio, Societatis disciplina, usque ad condictam diem optimis artibus eru-
una altera- diretur. Verum quoniam id cum ejus loci lege
que via; pugnabat, qua ad eum diem nemo quisquam solutus fuerat, misso Romam certo homine cum litteris, Scipioni Gonzagæ viro illustrissimo negotium dedit, ut cum Patre Generali hoc ageret, oraretque ut ejus permissu sibi id liceret. Egit ille partes suas perquam ardenter; verum allatis rationibus cur id concedi minus conveniret, de sententia deductus, ut res se haberet, Marchionem per litteras edocuit. Ille necdum abjecta rei obti-
B nendæ spe, eo flexit, ut Aloysium hortaretur Leonoram Austriam, Mantuæ Ducem, optime de Societate meritam, rogare, ut ipsa id sibi gratiæ à Patre Generali apponi postularet. Respondit sapienter Aloysius, alium potius quemvis, quam se, hanc curam decere: quod enim peteretur & sui animi rationibus & existimationi inimicum esse; quandoquidem suspicionem movere posset, animum sibi vel commutatum vel refrigeratum esse; præsertim quod non ita pridem, in obtinenda ab Imperatore abdicandi sui copia, ejusdem Principis feminæ opera esset usus. Itaque ne hoc quidem consilii processit.

XXX 106 Dum de alia ratione deliberatur, Aloysius, cum se confirmasset, renovato ardore, pias corporis afflictiones, jejunia, orationes instaurat; nec
ex podagra decumbentem patrem adorJus filius, umquam sacræ Eucharistiæ fit particeps, quin Deum obsecret, ut tamdem aliquando, quæ moram sibi injiciant, de medio tollere dignetur. Præcipue vero cum aliquando hujus gratia quaternas quinasve horas in oratione posuisset, instinctu quodam animum sibi sensit adigi atque incitari, ut Marchionem graviter è podagra jacentem adiret; iteratoque, ut missum se faceret, exorare
C conaretur. Ipse ratus, hanc sibi vim proprio quodam impetu sancti Spiritus afferri, à precibus rectà ad Marchionis cubiculum contendit; eumque intento animo, his ipsis vehementibus sane verbis aggreditur; Equidem, Domine pater, in tua me potestate fore profiteor. De me statue, ut lubet: verumtamen tibi denuntio, me à Deo ad Societatem Jesu vocatum esse: itaque dum hac in re mihi obsistis, Dei voluntati obsistis: & hoc dicto, ne puncto quidem temporis responsum præstolatus, è conclavi se ejicit, patrem improviso dolore graviter ictum relinquens. Ibi illum cum animo suo in memoriam redeuntem, ac recognoscentem, quanta vi adhuc filio restitisset; hinc quidem religio ac metus, ne Deum irritasset; inde vero reputantem animo, se à tali filio desertum iri; tam acerbus mœror incessit, ut, converso ad
consensum elicit. parietem vultu, magnam vim lacrymarum profunderet; diuturnisque lamentis, singultibus, complorationibus universam familiam suam adverteret, mirantem quid illi tandem objectum esset novi. Aliquanto post intervallo, Aloysium in conclave accitum, sic affatur: Vulnus, fili mi, cordi meo inflixisti; quia te amo, semperque amavi me-

rito tuo, atque in te spes omnes meas familiæque A. VIRG.
nostræ defixeram. Jam vero, quoniam aliò te, ut CEPARIO
ais, Deus vocat; non equidem ultra te morabor. Vade, fili, quo tibi collibitum est: idque ut bene & feliciter cedat, precor. Quæ verba cum tanta doloris amorisque significatione sensuque protulit, ut denuo in uberes fletus erumperet, neque esset qui illum consolatione lenire posset. Aloysius, actis brevi gratiis, ne dolorem augeret, inde in suum se domicilium recipit. Ibi, remotis arbitris, humi prostratus, pansis brachiis, oculis sublatis in cælum, Deo pro injecta sibi mente, proque ejus secundo successu gratias agit; seque tanto animi gaudio Deo in holocaustum dedicat, ut Dei majestatem assiduè laudando eique benedicendo satiari non posse videretur.

107 Vix Aloysius tot votis expetitam à patre XXXI
missionem impetrarat, cum ejus rei fama Castilionem pervasit, tanto clientum omnium dolore, ut *Magno cum dolore Castellionensium*, eum multi abundantibus lacrymis testarentur. Paucis siquidem illis diebus, quibus, antequam inde se movere posset, Castellione moratus est, quoties incedebat per oppidum, certatim viri feminæque, ejus videndi & honorandi causa, fenestras omnes vestibulaque complebant; ac deinde tanta si- E
gnificatione amoris ploratum edebant, ut & ipse ægre lacrymas cohiberet: adhæc velut cælestem hominem in cælos tollebant, suamque infelicem sortem lamentabantur, qui mereri non potuissent, à tam sancto Principe gubernari. Nonnulli etiam, quibus faciliores erant ad aulam aditus, plusque apud ipsum poterant, flentes aliquando eum adeunt, hisque verbis compellant: Domine Aloysi, quid ita nos deseris? Nactus es provinciam tam amœnam, clientes tam humanos; *tali Principe se privari querentium.* qui te non illo solum amore diligunt, quem erga suum Principem cuique natura quædam insevit, sed in te eximia præterea pietate feruntur. Tu nobis in amoribus, in te spes nostræ sitæ erant; & jam, cum maxime expectamus, dum rei nostræ publicæ gubernaculis manum admoveas, à nobis avelleris. His subridens Aloysius; Ego vero, inquit, vobis profiteor, velle me mihi è cælo coronam petere. Nimis magni negotii est, hominem, ditione & principatu præditum, æternam salutem consequi. Nemo potest duobus dominis servire, mundo & Deo. Mihi certum est salutem meam in tuto locare: idem & vos studete. F

108 Agebatur desiderio quamprimum è patria in Dei domum commigrandi: sed aliquot se hebdomadas in ea tenere compulsus est, partim dum matrem suam, quæ Augustam Taurinorum Infantem *e* Hispaniarum Allobrogum Ducem sa- e
lutatum abierat, præstolatur; partim dum procu- *Mantuam abit Aloysius*; rat urgetque abdicationem suam, cujus stipulationi, expresso Cæsaris mandato, qui è Gonzagarum familia proxime illum attingebant, ad quos ea ditio extincta Marchionis stirpe, hereditate ventura erat, interesse jubebantur. Quia vero ii viri principes sedes suas plerique omnes Mantuæ habent, eorum opportunitati ut serviret Marchio, eò se, licet ægrum, deportari jussit. In ejus cum Aloysio digressu Castellione *f*, non modo aulici f
viri ac feminæ, quibus inibi manendum erat, sed omnes prope oppidani, cùm Aloysium rheda invehentem viderent, certum non reverti; quem se numquam præterea visuros putabant, omnia plangore & lamentatione complebant. At fere per proximos consequentes dies, nihil præter ejus sanctitatem & virtutem in ore hominum fuit, pro se unoquoque, quam in eo observasset, prædicante: ita-

ANNOT. C. J. que jam omnium consensu in Sanctorum numero ducebatur. Sed maximam omnibus admirationem movebat, quod tam libenti animo, Deo serviendi causa, Marchionis honorem abjiceret; quodque, ut id consequeretur, tot patris sui aliorumque procerum impetus, summa constantia ac fortitudine excepisset fregisset.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *De itinere Mantuam, ibique tunc gestis audi fidelem ejus Achatem, & assiduum eatenus ministrum, Clementem Ghizonum.* Profectus, *inquit is*, Mediolano Aloysius, ubi post obitas Principum aulas, jussu patris aliquot menses substiteramus; venit Mantuam, concessitque in collegium Societatis Jesu, ubi meditationibus atque exercitiis spiritualibus operam dedit. Venimus autem illuc, *ait testis Cast.* v, quo tempore Japones illi, qui Romam Legati venerant ad summum Pontificem, revertebantur, & propediem expectabantur Mantuæ; ubi & excepti fuerunt splendido apparatu & pompa; concurritque frequens ex vicinia populus spectatum, atque adeo ipse etiam Ferdinandus Marchio, Aloysii pater, cum altero filio Rudolfo. At Aloysius, qui aderat in loco, tantum aberat à cupidine spectandi, ut se abdiderit illo tempore in collegium Patrum Societatis Jesu, otium suum orationi & piis (*de quibus testis præmissus*) mentis exercitationibus malens impendere, quam spectaculis mundanis; quibus nusquam trahebatur.

b *Fuit is* Antonius Valentinus, *uti nominatur in Relatione Auditorum Rotæ, noſque etiam diximus ad cap.* 2, *Annot.* b.

c *Pergit Ghizonus præmissus*: Deinde Castellionem rediit, novasque sustinuit, ob Religionis amplectendæ desiderium, à patre aggressiones; constantissimeque repulit, ac tandem vicit, concedente ei patre, lacrymis large obortis, facultatem exequendi quod tam diu jam meditabatur. *Interea, ut Princeps Franciscus, Aloysii frater, circiter annos* IX *minor natu, ita testatum reliquit*, Juvenculus adhuc erat Aloysius, quando assiduitatem ejus in orando, abstinendo ac jejunando mirabantur omnes, & Sanctulum passim vocitabant. Vidi ipsum ego multoties servientem Sacerdoti, sacris operanti in sacello palatii. Neque suæ solum salutis causa vacabat pietatis operibus, sed pariter curabat, ut nos quoque fraterculi sui essemus pii. Quamobrem recondita servabat in arcula, mensę secundę bellaria, meque ubi commodum poterat, in cubiculum suum seductum, jubebat recitare & crebro iterare Orationem dominicam & Salutationem angelicam, atque ita pertexere coronam B. Mariæ Virgini precatoriam; dabatque mihi, singulis Orationibus ac Salutationibus persolutis, singula coriandri, saccharo conditi, grana.

Parvo fratri instillat pietatem.

d *Quæ hinc sequuntur usque ad*, Exanimatus; *deerant in versione latina: sunt autem in utraque editione Italica.*

e Catharinam, *quam ipse Dux Carolus Emmanuel, hoc anno* MDLXXXV *in Hispaniam profectus, illic sibi junxerat uxorem; & festa luce S. Laurentii* X *Augusti, solennissima pompa induxerat Taurinum.*

f *Ghizonus de his*: Quando iter arripuit Aloysius Castellione Mantuam, jus suum primogeniti in fratrem translaturus, planxit amare omnis populus Castellionensis, subditi ejus: & quando Mantuæ re ipsa transtulit jus illud in palatio ad S. Sebastiani, planxit quoque pater ejus, coram multis, qui aderant ibidem principibus viris.

CAPUT IX.

Abdicatio Marchionatus ac fortunarum omnium: iter Laureto Romam; ingressio in Societatem.

109 MAnsit Aloysius Mantuæ alterum fere mensem *a*, cujus temporis plerumque in collegio Societatis, colloquiis cum Patribus qui inibi degebant indulgendo, ac Pœnitentiam & Eucharistiam celebrando, traducebat. Qua in re vehementer totius urbis, per quam jam rumor distulerat (ut fere illustrium hominum res cito vulgantur) quorsum advenisset, animos ad æmulationem accenderat: itaque venerabundi illum spectabant, atque ab ejus vultu sibi pietatem aspirari fatebantur. Moram vero tot dierum in illa urbe attulit, quod cum (ut supra narratum est) in abdicationis tabulis hæc conditio fuisset posita, ut, dum viveret, quadringentos sibi Scutatos in singulos annos reservaret, quorum in quidquid libuisset expendendorum ipsi potestas esset; Marchio, postmodum à Rectore collegii in ea urbe edoctus, minime fas esse cuiquam religiosorum hominum rem ullam propriam habere, aut pro libitu vel in suos usus dispensandam, sed hoc totum esse procurationis Præsidis; eamque legem, ad paupertatis studium sartum tectum tuendum, inviolatam servari; ideoque solis collegiis redditus in communi permitti, è quibus singulorum necessitatibus consulatur; hoc cognito, nolle cœpit quidquam Aloysio relinqui; quod diceret se, cùm eam conditionem tulerit, id spectasse, ut ea pecunia in Aloysii esset manu; nunc, postquam intellexerit id per Societatis instituta non licere, cupere se eam expungi. Ac Aloysio quidem, qui nihil morabatur quâ formulâ abdicatio fieret, dummodo accleraretur, nullius negotii erat id permittere; sed nonnulli Jurisperiti Marchioni denuntiarant, quandoquidem Cæsareâ conditione adjunctâ abdicationis auctor esset factus; verendum esse, ne eâ sublatâ tota in dubium vocaretur. Dum ergo ea res vertitur, variisque Jurisconsultis disceptanda traditur, opinione plures absumpti sunt dies. Ejus moræ cùm Aloysium distæderet, summa tandem contentione pervicit, ut hoc etiam impedimentum alterum removeretur; abdicationisque instrumentum, iis omnibus quas vellent appositis cautionibus, conscriberetur. XXXII a *Remissâ, quam sibi Cæsar assignarat pensione,* E F

110 Eo confecto IV Nonas Novembris, anno MDLXXXV, Mantuæ in Palatio quod S. Sebastiani dicitur, in quo Marchio diversabatur; Prospero Gonzaga, viro Illustrissimo, quo nemo erat propinquior; aliisque viris principibus, quorum intererat, congregatis; coram testibus necessariis, stipulatò Aloysius Marchionis ornamentis opibusque se abdicat *b*. Narrant viri principes, quorum memini; dum à Notario prolixæ illæ tabulæ recitarentur, interea Marchionem, præ dolore quo urebatur, fletum moderari nequivisse; at contra Aloysium, qui se summa votorum attigisse cernebat, tantis incessisse lætitiis, ut Illustrissimus Prosper neget, umquam se illum quam illo die lætiorem vidisse *c*. Et tamen illo ipso die mane, paulo antequam abdicationi stipulatio subderetur, nonnulli primarii & illustres viri, qui cum Vincentio Principe (qui modo Mantuæ Dux est) in idem palatium advenerant, interea loci, dum Princeps cum Marchione ageret, Aloysio plurimum negotii *an.* 1585 *signat tabulas cessionis.* b c

A tii attulerant; ludos eum faciendo, quod Religioni nomen dare vellet, ſummaque vi nitendo, ne abdicatio tranſigeretur. Conſignatis tabulis Aloyſius, curis omnibus fortunarum & ditionis exſolutus, ſolum ſe abdit in cubiculum; Deoque ſe ad pedes abjicit gratulabundus, quod ſe tandem optato ſanctæ paupertatis theſauro dignatus eſſet: atque interea tantis illi animus deliciis ſolatiiſque cæleſtibus circumfluxit, ut poſtea narrare ſit ſolitus, ſe cum alias ſæpe, tum illo die præcipue præſens ſibi Dei numen gratiamque ſenſiſſe. Ac ſane admirabile eſt, Ferdinandum Marchionem, Principem adeo ſplendidum & liberalem, ut etiam prope profuſus audire poſſet; in filium ſuum primogenitum, & talem filium, tamque ſibi unice carum, tanta parſimonia uſum eſſe: præſertim cùm ipſe unus auctor fuiſſet, ut quadringenti illi Scutati ipſi ſeponerentur. Crediderim equidem Deum, quo Aloyſii (qui in celeberrimis Europæ aulis verſatus, tantum perpetuo paupertatis ſtudium præ ſe tulerat) hilaritatem cumularet, compoſitò paſsum eſſe, ut Marchio in contrariam ſuo mori partem laberetur.

Deoque agit gratias:

d 111 Perſolutis Deo gratiis, *d* Venerabilem Sa-
B cerdotem Ludovicum Cataneum in cubiculum accerſit; quem cùm juſſiſſet veſtitum è panno, quem ad Societatis modum clam omnibus ſibi Mantuæ faciendum locaverat, ſua benedictione dedicare; ſe ipſe veſtibus omnibus profanis, atque adeo etiam ipſo induſio & tibialibus ſericis exuit, ornatuſque habitu illo ſacro, in conclave, in quo Principes prandium opperiebantur, de improviſo ſeſe infert. Illi, rei novitate attoniti, lacrymas non tenuere, atque imprimis pater ejus Marchio; qui etſi diu conatus, numquam toto menſæ tempore lacrymis imperare potuit. Ibi Aloyſius, ducto è re nata ſermone, feſtive, modeſte, ac perquam appoſite de opportunitatibus periculiſque divinæ Majeſtatis lædendæ, quibus homines ſeculo immerſi conflictantur; de inanitate caducorum hujus vitæ bonorum; de aditu æternæ ſalutis, viris principibus ac Magnatibus multis difficultatibus obſepto; de cura quam pro ſui quemque animi immortali ſalute gerere par ſit, diſſerere eſt exorſus, tanta auctoritate cæleſtiſque ſpiritus impetu, ut viri illi principes, cum multa illum ſignificatione reverentiæ ac pietatis; attenderent: quin etiam hodie hic ejus ſermo multorum ore celebratur.

ac Societatis veſtem indutus,

utilem ad præſentes ſermonem facit.

C 110 Poſtridie ejus diei, qui fuit 111 Non. No-
XXXIII vembris, Duci Mantuæ ejuſque filio, ac principibus ibidem feminis valedixit; veſperi vero domi, utrumque parentem (nam mater nuper è Taurinis erat reverſa) quam ſubmiſſiſſime oravit ſupplex, ut ſibi bene precarentur. Id dum faciunt, quot lacrymas profuderint, atque præ ceteris Marchio pater, facile eſt cuivis æſtimare. Poſtera luce Romam *e* verſus iter capeſſit, cum eo comitatu, quem illi Marchio attribuerat; in quo erat inprimis R. D. Ludovicus Cataneus, quo ipſe Marchio iter faciens utebatur pro moderatore conſcientiæ ſuæ; Petrus Franciſcus Turcius, ejus moderator; Joannes Baptiſta Bonus, doctor; Cubicularius unus, aliique famuli. In hoc porro ſuo diſceſſu, quamvis omnes collacrymantes aſpiceret, incredibile eſt quam parum propenſum in conſanguineos ſuos animum declararit. Rudolfum fratrem minorem, cui Marchionis dignitate cefferat, qui eum uſque ad Padum (ubi deinde navem Ferrariam verſus conſcendit) in rheda proſecutus eſt, in via ac digreſſu pauciſſimis affatus eſt. Cuidam viro primario in navi, dicenti ſe credere, Rudolfo magnam voluptatem attuliſſe, quod in ejus ditionem poſſet ſuccedere; reſpondit, non tanto illum ſibi gaudio ſucceſſiſſe, quanto ipſe illi deceſſiſſet. Ferrariæ, *f* ſalutato ejus loci Duce Alfonſo Eſtenſi, ipſiuſque conjuge Margarita Gonzaga ſua cognata, Bononiam iter intendit. Optabat omnino hoc itinere ad ſanctam Lauretanam domum proficiſci, cùm propria quadam in eum locum pietate impulſus, tum deſiderio ſolvendi voti, quod in ſuo partu mater olim pro ipſo nuncuparat. Nam etſi, promulgato Jubilæo, juſtis de cauſſis poteſtas illis erat facta ejus peregrinationis aliis officiis commutandæ, eaque jam uterque rite præſtiterat; tamen ipſe, & primo illo matris propoſito, & ſingulari ſuo ſtudio obſequi decrevit. Conſilium igitur illi fuit primò Florentiam ad Magnum Ducem Franciſcum contendere, atque inde Lauretum flectere. Verum ubi Petram-malam attigit, qui locus in finibus Hetruriæ verſus Bononiam Magno Duci paret; comperit metu peſtilentiæ omnia arctiſſimis cuſtodiis teneri. Ibi quamvis ejus comites nomen genuſque hominis, & ſuſcepti itineris cauſſas exponerent; numquam tamen eos, ut tranſitum darent, exorarunt.

A. VIRG. CEPARIO

f

& Bononiam Florentiam ire prohibitus,

E

113 Ergo neceſsario Bononiam reverſus, inde per litteras Magno Duci ſe excuſavit, quod non, uti optaſset, ſibi officium illi, cultumque coram tribuere licuiſſet. Bononia per Flaminiam recto itinere, Lauretum petiit; quo poſtquam devenit, dici non poteſt quantis eum jucunditatibus Deus & Beatiſſima Mater Virgo perfuderint. Proxima luce, in ſacro Sacello quinis ſeniſve continenter Sacrificiis cum aſtitiſſet, incredibili cum religione Euchariſtiam ſuſcepit: defixus vero in cogitatione beneficii, quod in eo loco, ubi tanta majeſtas & ſanctimonia latuit, genus humanum accepiſſet, totus lacrymis diffluebat, neque inde poſſe abduci videbatur. Quo vero major illi eſſet copia in ſacro loco toto die orandi ac meditandi, remiſſo Patri Rectori Societatis, ipſum ad collegium ſuum invitanti, humanitatis officio, ad vulgare cum ſuis omnibus hoſpitium divertit. De prandio redit ad ſanctam Domum; & quia jam increbuerat quis eſſet, & quo animo Romam pergeret, omnium digitis monſtrabatur; ſibi gaudentium, quod adoleſcentem ea claritudine generis opumque affluentia vidiſſent, qui majori ſtudio molitus eſſet, ut ad humilem & inopem ſtatum redigeretur, quam fere ceteri ad honores divitiaſque graſſentur. Proxime ſequenti luce ante diſceſſum, placuit illi iterum inter rem divinam ſacra Euchariſtia refici, & nonnihil temporis precibus dare: eo facto, Romam verſus *g* equitavit.

ac Lauretum deflectens,

F

g

114 Ratio vivendi in itinere hæc fere erat. Mane ſimul cubitu ſurrexerat, quartam horæ partem ſilentio orabat; deinde preces canonicas, quas circiter Primam, Tertiam, Sextam, Nonam cani mos eſt, recitabat cum Ludovico Sacerdote; à quo in hoc orationis genere, cujus adhuc uſum nullum habebat, erudiri petierat. Iis perſolutis addebat preces viatoribus accomodatas, quas Itinerarium vocamus; ac tum denique inſcendebat equum. Multa paſſuum millia ſolus & remotus à ſuis omnibus conficiebat; modo preces exercitii quotidiani, modo alias pronuntians, modo meditationi & contemplationi de more vacans: itáque nihilo ſecius dum equo veheretur, quam alii in cubiculo retruſi, pietatis officia colebat. Idcirco ejus comites, quos minime fugiebat quantum ſolitudine receſſuque oblectaretur, dedita opera aliquanto ab illo intervallo faciebant iter. Ubi libe-

iter ſancte ac pie facit,

iter ingreditur 4 Novembris Romam verſus,

A. VIRG. CEPARIO

bat ſilentium interrumpere, accito ad ſe Ludovico illo Sacerdote, colloquebatur cum eo de divinis rebus. Dum equi paſtu reficiuntur meridie, & ipſe permodicum ſumebat cibum: deinde dictis cum eodem Sacerdote veſpertinis extremique diei precibus, ad equos atque in viam redibat. Ejus magna parte præcipiebat animo pœnas macerationeſque corporis, quibus ut valde erat deditus, ita ſperabat ſibi Religioſo ampliſſimam earum copiam factum iri: interdum vero ſecum ipſe res Indicas converſionemque Ethnicorum volutabat; atque in ſpem, in eas oras aliquando cum aliis, qui magno numero prope quotannis ex Europa ſolvunt, miſſu Præſidum proficiſcendi exardeſcebat; aut denique aliis his ſimilibus cogitationibus levabat viam.

115 Veſperi in diverſorio, quamvis, quod aſperrima hiems eſſet, frigore rigeret, numquam ſe tamen calefaciebat: ſed confeſtim in cubiculum ſolum ſe abdebat; atque ibi, deprompta atque ob oculos poſita Chriſti crucifixi imagine, quam ſecum deferebat, ad ejus pedes jacens, duas horas continuo cum Deo agebat; tot intermiſtis lacrymis, ſingultibus, gemitibus, tantoque animi ardore, ut ejus homines, qui foris voces audiebant, perculſi ſtupore ſuique pœnitentia, inter ſe aſpicerent. Secundum hanc orationem, diu ſe quotidie verberibus caſtigabat; tum vero vocato in cubiculum Sacerdote Ludouico, Matutinas preces & Laudes legebat. Inde accumbebat ad menſam, & valentioris materiæ cibis ſemper abſtinens, perquam ſobrie & frugaliter cœnitabat. Inſtituerat quarta ſextaque feria ac ſabbato jejunia, quibus aſſueverat, ſervare; ſed Sacerdos, cum frangi eum vexarique itineris laboribus videret, iis temperare juſſit: cui ille tum quidem dicto audiens fuit, ſed vix Romam venerat cum ea reſumpſit. Sibi dormitum conceſſuro neque lectum calefieri, neque veſtes detrahi ſuſtinebat. Itaque, cum tibialium è panno ad eum diem inſolens fuiſſet, quo Societatis habitum Mantuæ ſumpſerat, iis educendis plurimum laborabat quotidie. Semel vero ejus miſertus Sacerdos, cum ſuccurriſſet; comperit pedes ac tibias prope obriguiſſe; neque tamen vel tunc quidquam ſibi ignis adhiberi, illo quamvis urgente, paſsus eſt.

B

licet acri hieme,

XXXIV h C i

116 Romæ *h* cum in ædibus Scipionis Gonzagæ Patriarchæ illuſtriſſimi deſcendiſſet ex equo, paululumque reſpiraſſet ex itinere; inde in domum Patrum Profeſsorum Societatis Jeſu ſe contulit *i*; ubi P. Claudio Aquavivæ Præpoſito Generali, qui in hortum obviam illi deſcenderat, ad genua ſe ſubmittit; ſeque illi filium & ſubditum tam pie ſubmiſseque profitetur, ut è terra excitari non poſſet. [Inter hæc porrexit Patri Præpoſito epiſtolam à Marchione patre ſibi commiſſam, quam huic loco lubet inſerere. Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine, mihi plurimum obſervande. Quemadmodum tranſactis temporibus judicavi, mei muneris eſſe, negare huic filio meo Aloyſio facultatem intrandi ſanctam iſtam Religionem, metuens nequid inconſulte per teneram ætatem, & minus conſtanter quam par eſt, occiperet: ita nunc videor mihi poſſe confidere, à Deo ipſum eò vocari: ideoque mihi conſcientiæ ducerem, deſideratam ab eo tam ardentibus votis ac toties mihi expoſitis, facultatem ultra denegare; ſed volens lubenſque, animo pacato ac cæleſti conſolatione delibuto, ipſum mitto & committo Reverendiſſimæ Dominationi Veſtræ, quæ illi utilior Pater, quam ego ſim, futura eſt. Nihil eſt quod de perſona filii hic addam: tantum ſignifico, me Reverendiſſimæ Dominationi veſtræ in manus tradere id quod mihi in hoc mundo cariſſimum eſt; ac præcipuam ſpem meam, quam in iſto filio repoſitam habui, conſervandæ ac illuſtrandæ Familiæ meæ: quæ poſt hac magnum collocabit præſidium in orationibus ipſius & Reverendiſſimæ Dominationis veſtræ, cui me velim plurimùm commendatum eſſe; eique precor à Domino omnem, quam deſiderare poſſit felicitatem. Mantuæ III Nonas Novembres MDLXXXV. Dominationis veſtræ Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ propenſiſſimus famulus, Princeps Marchio Caſtellionis.]

A

Romam appulſus, Præpoſito Societatis

ſe ſiſtit,

ac litteras à patre tradit;

Digreſſus à Patre Præpoſito Aloyſius, Cardinales quoſdam, atque imprimis Farneſium, Alexandrinum, Eſtenſem, Medicæum, qui hodie eſt Magnus Dux Hetruriæ, ſalutare aggreditur; à quibus omnibus ſingulari benevolentia & comitate acceptus eſt, ac præcipue à Farneſio & Medicæo, qui maximopere contenderunt, ut ad ſuas ædes divertere vellet. Salutatis omnibus Cardinalibus, quos officii cauſa præterire non poterat; ad ſeptem celeberrima urbis templa, aliaque, fama ac ſanctitate illuſtria loca, incredibili pietate, ſupplicatum iit. Per vias, quæ de uno templo in alterum ferunt, vel divina tacitus meditabatur, vel ſacros hymnos canebat; in ipſis vero templis mille modis Deum adorando, pium devotumque ejus Numini animum declarabat. Luſtratis templis ad Sixtum V Pont. Max. adiit, ut ejus benedictionem peteret, & à Marchione patre ſuo litteras ei redderet. Vix in Pontificii conclavis procœtones erat ingreſsus, cùm aulicorum (quos jam ſparſus de ejus inſtituto rumor, proinde quaſi ad prodigii cujuſpiam ſpectaculum, contraxerat) coronâ cingitur. Admiſsus ad Pontificem, poſtquam de more pedibus oſculum tulit, litteras à patre affert. Multa eum Pontifex ſuper ipſius Religionis ineundæ conſilio rogitat, atque imprimis, ſatiſne proviſos haberet animo ejus vitæ labores. Ubi ille ampridem meditata ſibi omnia ac perſpecta reſpondit, Pontifex, collaudato ejus inſtituto animique altitudine, benedictione impertitum ab ſe dimiſit.

tum Cardinales aliquot ſalutat,

E

templa viſitat.

Pontificem adit:

117 Eodem die qui erat ſabbatum, ſive quod pridie præter panem & aquam religionis ergo nihil guſtaſſet; ſive quod eodem die quo aditum haberet ad Pontificem, ad horam alteram & vigeſimam jejunus manſiſſet; ſive alia de cauſa, domum reverſus deterius valere cœpit, atque ideo metuere, ne id novam ſibi remoram faceret: verùm malum non ultra proceſſit. Poſtero die qui erat Dominicus, ineunte, in ſacello ſanctorum Martyrum Abundii & Abundantii, quod eſt ſub ara maxima baſilicæ Farneſianæ Societatis Jeſu, Sacris adfuit; & divina Euchariſtia fruitus, concionis audiendæ cauſa in odeum ſe recepit; ac deinde invitatu R. P. Præpoſiti Generalis, cum Scipione Gonzaga illuſtriſſimo Patriarcha, in communi cum Patribus triclinio prandit; & ſilente, juſſu ejuſdem Patris, anagnoſte, unus è Sociis verba de ſuggeſtu fecit. Tenebat Patriarcham ejus cùm modeſtia & compoſitiſſimi mores, tum vero dicta ac reſponſa; ac mirum ſibi videri dicebat, huic adoleſcenti verbum nullum incaſſum excidere; ſed omnia diligenter, & quaſi quadam trutinâ examinata. Aulicos etiam plurimum excitabat, qui illud imprimis annotarunt, de quo ſupra commemini; eum, cùm in privato ſacello ejuſdem viri illuſtriſſimi rei divinæ intereſſet, poſtquam eo ventum erat, ut Sacerdos ſacram Hoſtiam de more

prandet in Domo Profeſſa;

F

re ſpectandam attolleret, imbrem lacrymarum cœpiſſe fundere, fruſtraque celare ſtuduiſſe. Ad extremum feria ſecunda, VII Kalend. Decembris, qui S. Catharinæ Virgini ac Martyri ſacer eſt, ante meridiem, cùm eſſet annorum ſeptemdecim, menſium octo, dierum ſedecim, lætus atque hilaris, ſuis omnibus atque etiam Illuſtriſſimo Scipione Gonzaga comitatus, domum tironum Societatis Jeſu ad ſancti Andreæ in Quirinali ingreſſus eſt; cum eam regeret tironeſque formaret, vir eximia ut alibi exequemur ſanctitate, P. Joannes Baptiſta Piſcator. Ibi Illuſtriſſimus Patriarcha, poſtquam Sacris operatus, Aloyſium cæleſti Euchariſtia participavit, una cum Præpoſito Generali, qui eâdem de cauſa advenerat, prandium cepit.

ingreditur Noviciatum;

118 In ipſo domus aditu Aloyſius, converſus ad ſuos ab uſque Mantua comites, hortatus eſt, darent operam, ut æterna ſalute potirentur: Doctori Bono, quod ſe proſecutus eſſet, pro officio gratias egit: Præfecto prætorii negotium dedit, ut cum patris ſui litteris Liburnum profectus, Magnum Ducem Hetruriæ ſuis verbis ſalutaret: Cubiculario, ut matri ſalutem diceret: Ludovico Sacerdoti, ut patri hæc verba ſuo nomine referret; Obliviſcere populum tuum & domum patris tui. Significare nimirum voluit, ſe ex eo momento omnem domus patriæ, populi, ditioniſque ab ſe jam ſpretæ, memoriam velle deponere. Quærenti, num quid aliud Rudolfo fratri ſuo vellet; reſpondit, ut illi diceret, Qui timet Deum, faciet bona. His dictis eos, orbari ſe tam bono Domino ac Principe vehementer deplorantes, reliquit *k*. Denique Illuſtriſſimo Patriarchæ Gonzagæ, qui egregiam operam in aperiendo ad Societatem aditu illi navarat, toto pectore immenſas gratias egit, ſuumque pro ejus incolumitate precandi ſtudium profeſsus eſt. Hic ille Antiſtes, qua erat facilitate, ejus verbis commotus, lacrymas inhibere non potuit; ſeque ipſi, qui optimam partem eligere noviſset, ſancte invidere teſtatus eſt. Omnibus jam religioni alienis hominibus ac rebus expeditum Aloyſium, tironum Magiſter cùm in cubiculum induceret, in quo primum, de more Societatis, ſui periculum faceret; non aliter quam ſi cæleſtem quemdam paradiſum intraret, toto animo exultans illud uſurpavit; Hæc requies mea in ſeculum ſeculi; hic habitabo, quoniam elegi eam. Deinde vero ſolus ibidem relictus procumbit in genua, mentem intima quadam ſuavitate delibutus, oculis fletu quem divinus amor ciebat madentibus, Deo gratias agit, quod ſe ereptum ex Ægypto, in terram hanc divinitus promiſsam, lacte & melle cæleſtium gaudiorum manantem, perduxiſset. Tum vero ſeipſum in ſacrificium atque holocauſtum divinæ ejus majeſtati offert & dedicat: denique præſidium ſibi afferri petebat, quo, uti deceret, ſibi in domo Dei habitare, perſeverare, atque ſanctam ſervitutem in ea ſervienti emori liceret. Non deſiit deinde eum diem, quo Religionem eſset ingreſsus, anniverſario cultu, feſtum habere; ſanctamque Catharinam, cui is erat ſacer, ſibi in Patronam cooptavit *l*.

& vale ſuis dicto,

Pſalm. 44.

Eccl. 15.

deducitur ad primam probationem.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Quo temporis intervallo, inter alia pia opera, etiam hic, ut paulo ante Caſtellione, imbuebat fraterculos ſuos doctrina & pietate Chriſtiana.* Memini *enim, inquit frater ejus, illuſtriſſimus Princeps Franciſcus, qui ſupra,* quod cum eſſem Mantuæ in palatio S. Sebaſtiani, pergebat more ſuo Aloyſius excitare me ad recitandam Orationem dominicam & Salutationem angelicam, in ambulatione lignea prope à cubiculo ſuo; & recitatis ſingulis precibus, ſingula dabat mihi coriandri ſaccharo conditi grana. Ibidem multi de familia, quando credebant eum vacare orationi, acceſſimus ſæpenumero ad cubiculum ejus; ſpeculatique per rimas tabularum, obſervavimus, orantem, nunc plangere manantibus ubertim lacrymis, nunc ſe humi proſternere expanſis brachiis in modum crucis: quæ res tum admirationem, tum pietatis ſenſum nobis movebat.

ANNOT. C. J.

Mantuæ obſervatur orans,

b *Abdicationis modum pluribus deſcribit Joannes Baptiſta de Bonis, Præſes Concilii Caſtellionenſis, teſtis* I; *non tamen recte memor, quo nominatim die abdicatio facta ſit, & quo diſceſſerit ipſe Mantuâ cum Aloyſio: corrigendus proinde juxta contextum. Ceparii, qui talia per otium inquiſivit, atque abdicationem quarto Nonas, diſceſſionem vero pridie Nonas Novembres conſignat; diemque intermedium, qui Dominicus illo anno fuit, ſalutem ac vale Principibus dicendo, magna parte impenſum, ait, ab Aloyſio. Sic igitur depoſuit teſtis citatus:* Scio ex propria experientia, quia coràm adfui quando Aloyſius, obtenta ab Imperatore ejus rei poteſtate, renuntiavit ac ceſſit Mantuæ in palatio, quod eſt è regione S. Sebaſtiani, Marchionatui Caſtellionenſi, quem à Cæſare in ſe, tamquam primogenitum, beneficiario jure jam tranſcriptum habebat, ejuſque liberum dominium expectabat à morte patris. Ceſſit quoque bonis omnibus reliquis, quæ allodialia vulgo dicuntur, & nullum ſuperioris ordinis Dominum agnoſcunt, nullâ omnino ſervatâ ſibi re; idque ex puro amore Dei, vitæque in Religione traducendæ, invitis patre ac matre, & refragantibus. Ceſſit autem prædicta omnia fratri ſuo, natu ſecundo Marchioni Rudolfo, præſentibus Illuſtriſſimis Dominis Proſpero Gonzaga, aliiſque ejuſdem familiæ, ſanguinis vinculo ei proxime conjunctis; nec non aliquot Dominabus, & ipſis ei conſanguineis, die (ſi recte memini) Sanctorum omnium, anno MDLXXXV: die autem poſtero, qui erat fidelium Defunctorum, cunctis Principibus illis officioſe dicto vale, diſceſſimus Mantuâ Romam, me juſſu excellentiſſimi Domini Marchionis filium deducente; comitantibus, Reverendo D. Ludovico Cattaneo, D. Petro Franciſco Turcio ejus moderatore morum, multiſque aliis miniſtris. *Adjungit præterea teſtis Caſt.* V, *tabulas* abdicationis tranſlationisque bonorum, ab Annibale Perſia, *tamquam Notario, confectas fuiſſe.*

& ſua abdicat,

c *Sed neque parentes ipſi filium, alias lætiorem viderunt; uti idem Proſper Gonzaga teſtatur, in proceſſu Mantuano in genere, ſic locutus:* Ego, tamquam conſanguineus maxime propinquus, interfui, quando Aloyſius Mantuæ tranſtulit ſolenni ritu jus ſuum primogeniti in fratrem. Id autem præſtitit tam alacriter, ut Domini parentes identidem aſſeverarent, numquam ſe filium vidiſſe tanta exultantem lætitia. *Idem aſſeverant alii plures: ac in primis D. Ulyſſes Carenus, civis Mantuanus, in proceſſu ſuæ civitatis in genere teſtatus anno* MDCVII *die* V *Novembris*, ſe præſentem fuiſſe, dum Aloyſius Marchionatum fratri ceſſit; illumque huic exultanti gaudio dixiſſe; Utrius noſtrum, credis frater, majori gaudio nunc abundet animus, tuusne an meus? Scito, quod meus. Quibus auditis, pleræque nobiles matronæ, quæ aderant, nequiverunt à lacrymis temperare. *R. P. Gregorius Maſtrilius, in proceſſu Romano, item in genere, eodem anno (quo & Vice-præpoſitus in domo Profeſſorum Romæ fuit)* XXIII *Octobris, ita loquitur:* Interrogavi aliquando Aloyſium,

mirabili lætitia.

ANNOT. C. J. huni, cum adhuc erat novitius, & ego ſolus cum ſolo agebam ſine arbitris in aula novitiorum hic Romæ; numquid farter ejus lubenti ac læto animo acceptaſſet tranſlatum in ſe ab ipſo Marchionatum; reſpondit, poſtquam puſillum ipſe ſecum cogitarat; Haud equidem credo, tanto cum animi gaudio & alacritate ipſum tranſlationem acceptaſſe, quanto illam ego feci. *Ipſe ſupra memoratus Princeps Franciſcus, octennis tantum tunc puer, quando Aloyſius reſignavit, internam ejus lætitiam per ſigna externa potuit notare, ac meminiſſe poſt annos* XXIII *deponens, quod* ibidem *in palatio Ducali ad S. Sebaſtianum Mantuæ*, exuit ſe dominiis ſuis, eaque tranſmiſit in Rudolfum; videorque ipſum mihi adhuc videre, *inquit*, ante oculos meos, qualis erat illo die, toto vultu inflammatum: unde & adſtantes dictitabant inter ſe, probe cognoſci, ipſum debere compotem factum eſſe rei diu deſideratæ: quia numquam alias eum viderant tam pulchrum atque alacrem. Scio etiam, quod hic ſe induit clericalem veſtem, in qua Romam pergeret, ibi habitum Societatis induturus.

Aliud quod eodem tempore accidit, & lætitiam Aloyſii aliquali mœroris ſenſu temperare potuerit, refert Camilla de Ferrariis, VII *teſtis; memor, quod* verſa-
B batur Mantuæ cum aula Caſtellionenſi, quando Aloyſius renuntiavit dominiis ſuis, aſſumpſitque habitum, qualis Patribus Societatis Jeſu in uſu eſt, ipſo die, quo memoriam omnium Fidelium defunctorum recolit Eccleſia. Poſtea vero cum iter aggreſſurus erat Romam, rogavit eum Domina mater, prius ut inviſeret gynæceum ſuum, quam diſcederet. Quo audito, tergiverſatus aliquantulum, dixit tantummodo, precabor Deum pro illis; & diſceſſit. *Si urſiſſet eum mater, opinor futurum fuiſſe, ut ſimile reſponſum daret, ac dederat paulo ante in eadem Mantua Joanni Baptiſtæ de Bonis prædicto, dum* perſuadere ei conabatur, ut accubiturus menſæ, proximum Dominabus locum occuparet, quando ab illis, uti crebro fiebat, invitaretur. Reſpondit enim; Non poſſum illarum ferre odorem, ne quidem Dominæ matris meæ.

& religioſa ubique utens prudentia.

d *Hæc ita Clemens Ghizonus*: Aloyſius tranſlato tandem dominio ſuo, recepit ſe in vicinum conclave, habitumque clericalem, quem à Domino Ludovico Cattaneo benedicendum curaverat, indutus, prodit in aulam, & in omnium illic preſentium conſpectum.
C

Comitatus diſcedentis Mantuâ Romam.

e *Idem Ghizonus*: petita & accepta benedictione à patre matreque, iter ingreſſus eſt Romam verſus, comitante, quod pater ei aſſignaverat, famulitio; nobis vero in mœrore ac dolore ob diſceſsum ejus relictis. In famulitio ejus fuerunt, prædictus D. Ludovicus Cattaneus, D Doctor Joannes Baptiſta de Bonis, D. Petrus Franciſcus Turcius, Jacobus Zejus, & multi alii. Et hæc omnia, quæ hactenus dixi (*quæque nos hic, & ſupra, ſuis locis ex eodem produximus*) teſtor eſse vera; & à me probe ſcita; quia ei ab infantia uſque ingreſsum in Religionem famulatus, à latere ejus non diſceſſi diu noctuve.

Venit Lauretum.

f *Ferrariam attigiſſe & Florentiâ tranſire nequiviſſe, aſſerit quoque unus è comitibus, Jacobus de Bellarinis, teſtis* V: Profecti Mantuâ venimus Ferrariam, inde Bononiam: hinc tendere cœpimus in Tuſciam; verum quia intercluſus metu graſsantis extra contagionis, & nos incolumitatem loci, unde fueramus profecti, fide publica probare non poſsemus, debuimus relegere viam noſtram, & deflectere via Flaminia Lauretum. Hic juſſit totam familiam ſuam ſacroſancta Euchariſtia refici; & ipſe bis Confeſſione expurgatis noxis, bis D
Communionem ſuſcepit; longiſſimoque tempore in ſacrario, ubi Verbum caro factum eſse creditur, continuavit orare.

Pia in itinere exercitia.

g *Ita deſcribitur paucis à Joanne Baptiſta de Bonis, itineris Præfecto*: Per viam eximia dedit ſpecimina pietatis, & hæc ſingularia. Veſpere ingreſsus diverſorium, tametſi frigore rigeret; numquam paſsus eſt afferri ignem, cupidine tolerandi aliquid pro Deo; nec paſsus eſt amplius exui à famulo veſtibus: abdebat ſe vero mox ut advenerat, in cubiculum, orationem facturus; quo tempore flumen fundebat lacrymarum, uti ego ipſe vidi per oſtii fiſsuras. Finita oratione illa, recitabat Officium divinum, una cum D. Ludovico Cattaneo. Modici erat cibi: ſermo ſemper de rebus ſacris ac Deo: oratio & meditatio ei frequens, etiam inter equitandum, ideoque non raro ut quietius oraret, tantiſper ſecedebat à nobis ſolus. *Addit teſtis* V, *quod* in itinere circumferebat ſupra pectus, ſub habitu, ſignum Chriſti è cruce pendentis, tum aliis fortaſſe de cauſis, tum ut ad manum haberet, credo, quod quoties orare vellet, oculos animumque inflammare magis objectu E
illo poſſet.

Adventus Romam.

h Ut Romam ingreſſi ſuimus, *ajunt eumdem fere in modum teſtes Caſtell.* I *&* IV, divertimus ad Illuſtriſſimum D. Scipionem Gonzagam, tunc Patriarcham Hieroſolymorum, poſtea S. R. Eccleſiæ Cardinalem. Meum illic fuit, *ait* IV, veſperi monere Aloyſium temporis, poſtquam una in oratione hora ei fluxiſſet. Contigit autem, primâ aut ſecundâ veſperâ, me ex itinere feſſum obdormiviſſe: unde & factum eſt, ut ille perſtiterit orando uſque ad mediam noctem: tum vero excitatus ego à Moderatore ejus, ipſum moniturus abiens, adhuc orantem inveni. Circuivimus (*uterque proſequitur*) ſeptem quas appellant Eccleſias, in quo pietatis exercitio mirifice eluxit religio A- *pia opera*,
loyſii. Obivit aliquot præcipuos Cardinales officii cauſa ſalutatum ex mandato patris. Adivit quoque ſummum Pontificem Sixtum V, eumque oſculo pedum veneratus, & viciſſim ab eo benedictione donatus, contulit ſe tandem ad tirocinium, S. Andreæ dictum, Societatis Jeſu in monte Quirinali, die XXV Novembris, S. Catharinæ Virgini ac Martyri ſacro, comitantibus prædicto Patriarcha, qui ei tunc ibi celebravit Miſſam, & ſa- F *ingreſſus in tirocinium*,
cram Euchariſtiam porrexit nobiſque omnibus: qui inde receſſimus dolentes, & amplius eum non vidimus. *Addit quoque* I *teſtis*, rogatum fuiſſe Aloyſium à Patriarcha, ut uno ſaltem die abitum ſuum ad tirocinium differret: illum vero id, quod unice habebat in votis, intrare quam mox, facile perſuaſiſſe Patriarchæ; & abſque dilatione ingreſſum eſſe.

Excipitur à P. Generali.

i *Franciſcus Roſatinus Societatis Jeſu, in proceſſu Caſtellionenſi teſtis* VI, ſe præſentem fuiſſe, *ait*, quando Aloyſius, Societatem ingreſsurus, venit Romæ in domum Patrum Profeſſorum, ut ſe præſentaret Reverendo admodum Patri noſtro Generali; cui ad medium fere horti ſpatium ſibi obviam venienti, accidit ad genua; & non potuit ſublevare ſeſe, niſi ab eodem Patre Generali adjutus; qui eum ibi & oſculatus eſt frontem, & in filium ſuſcepit. Adfuerunt quoque nonnulli è nobili comitatu ejus. Hæc autem ſcio, *inquit*, quia forte intellecto, adeſſe Marchionem Caſtellionenſem, ſubſtiti, ubi copiam eum videndi haberem, & habui; & facta hæc ſunt, ſi non erro, anno MDLXXXI.

k *Hæc*

A k *Hæc in ipſo tirocinii aditu Aloyſius ad ſuos: qui tamen non ita eum ibi dimiſerunt, quin poſtea reviſerint, uti notat ex teſtimonio, quod dedit in proceſſu Caſtell. teſtis* XIX, *R. P. Decius Striverius, olim cum Aloyſio Romæ novitius, tunc Præpoſitus Provinciæ Venetæ Societatis noſtræ.* Memini (*ita loquitur*) me obſervare in Aloyſio, jam tum à principio tirocinii, vacuitatem ab omni amore carnali erga parentes ac propinquos. Poſteaquam enim ingreſſus illud fuerat, aulici, itineris ſocii ac miniſtri, ad Marchionem patrem reverſuri, acceſſerunt ad idem tirocinium, ultimum ei vale dicturi, & ſiquid ultra mandare vellet, excepturi: atque ego, qui per illos primos dies curam recens ingreſſi gerebam, iſtius rei nuntium ei tuli: ipſe vero reſpondit, nihil opus eſſe ulteriori eorum alloquio, poſſe redire unde venerant; nec aliter feciſſet, ſuorum jam oblitus, niſi auctoritas Superioris interveniſſet, qua juſſus eos adivit, ac paucis allocutus, dimiſit.

Valedicit ſuis jam tiro.

l *Claudant vitam Aloyſii huc uſque in ſeculo actam, teſtimonia duo, Clementis Ghizoni & Jacobi de Bellarinis, teſtium Caſtellionenſium* II *&* V, *qui uſque ad ingreſſum in Religionem ei à puero adfuerunt, actionum fere omnium ſpectatores: priorem, abiens Romam, reliquit Mantuæ; poſteriorem etiam comitem habuit uſque ad tirocinii ingreſſum. Hi præter multa alia, quæ jam retuli ſuis locis, ita deponunt de virtutibus Aloyſii. Ghizonus quidem*: Ego famulatus ſum B. Aloyſio, ex quo attigit uſum rationis, uſque dum intravit Religionem; ſemper dormivi in cubiculo ejus, tamquam Cubicularius, ut eram; adhæſi ei nocte ac die, ubi ubi fuit; ac ſemper & ubique ſanctiſſimum cognovi. Non modo numquam obſervavi in actionibus ejus & locutione quidpiam à recto alienum; verum nec credere poſſum peccaſſe ulla cogitatione: quia geſta ejus omnia loquebantur innocentiam mentis, eamdemque quam ſacro fonte ablutus acquiſiverat. Amore in Deum ardebat flagrantiſſime, de Deo loquebatur creberrime juxta ac ferventiſſime, ita ut incenderet quoque animos audientium. Idem amor ſuaſit relinquere principatum, parentes, omnia; ut Deo in Religione ſerviret. Idem, etiam puerum includebat in cubiculo, quo ageret cum Amato quietius; indulſiſſetque ibi animo ſuo etiam immoderatius, ſi nos eum inde non abduxiſſemus. *Et hæc quidem teſtis* II.

B

Compendium vitæ,

C *Teſtis* V *ita loquitur.* Scio, Aloyſium vixiſſe, ut Angelum, moribus, virtute, ſanctimonia. Famulatus ſum in domo patris ejus, antequam naſceretur ipſe, uſque dum ſe addiceret Religioni. Itinera cum ipſo feci multa, & in uno etiam dormivi quot noctibus in cubiculo ejus. Præſto eidem fui ſemper Caſtellione, Florentiæ, Mantuæ, Caſali, Mediolani & Romæ; nec tamen apparuit in toto illo vitæ ejus curriculo quidquam, quod dici poſſit noxa venialis; apparuerunt vero egregia multarum virtutum exempla; & recte memini, aliquando mihi dicere Mediolani D. Aurelium; Juvenis iſte aliud nihil habet noxæ, quam quod dejectis humi oculis incedat perpetuo, atque obvios non ſalutet, nequidem Equites auratos & nobilitate conſpicuos viros.

Redeo ad teſtem II. Proſequebatur, *ait*, multa veneratione Sacerdotes & res ſacras: frequens inviſebat eccleſias, ibidemque abſconditum ſub panis velamine Chriſtum Dominum. Amorem, quo ferebatur corde in beatam Virginem Dei matrem, loquebatur ubique ore ſumma cum voluptate: afficiebatur quoque ſingulariter erga Angelum ſuum cuſtodem alioſque Sanctos, quorum nomina mihi exciderunt, præter S. Joannis & S. Thomæ Aquinatis. *Hæc eadem fere habet etiam teſtis* V, *ſed aliis verbis; atque addit*: Frequenter Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſumebat; ſæpe, dum adhuc erat parvulus, facienti ad aram Sacerdoti in arce paterna miniſtrantem vidi. Magna quoque in veneratione ac æſtimatione habebat ſigna cerea, à ſummo Pontifice ſacrata, quæ ab impreſſo agno vulgariter Agnus Dei vocantur; item grana benedicta & numiſmata: factumque eſt, ut, dum degimus vitam Florentiæ, iſtiuſmodi rerum copia ei donaretur; quas continuo ad plurium utilitatem diſtribuit inter ſuos.

in ſeculo actæ,

Uterque teſtis, de oratione Aloyſii atque orandi modo, hæc fere proſequitur. Teſtis II: Nihil antiquius habebat oratione & contemplatione, tam illo tempore quo manſimus in Hiſpania, quam omni alio in loco. Durabat horas plures continuas ſolus cum ſolo Deo in oratione: & pluries ego interea ingreſſus aditum ejus, comperi orantis more compoſitum, ſed abſque ſenſu præſenti, qui animadverteret quidquam rerum, quæ prope agebantur. Crebro eum comperi extenſis brachiis in modum crucis, uberes profuſum in lacrymas, quæ etiam madefaciebant pavimentum. Noctu quoque è lecto ſurgebat furtive ad orandum; & ego ſæpenumero id audiens, nihilominus tacebam, nequid turbarem orandi cupidum. Alias, cum de die orabat, convenimus ego & alii ſæpe ad rimas cubiculi ejus, proſpecturi ſitum modumque orantis, & viſus ingerebat omnibus compunctionem cordis & amorem orationis. E

Hæc teſtis II; *audi nunc quintum*: Finem non haberet depoſitio mea, ſi quæ concernunt orationem, proferrem omnia. Ut plurimùm, Deo vacans orando, latebat obductâ ſerâ in cubiculo, ne quid turbaretur. Quando licebat orantem accedere aut aliter videre, plerumque manabat lacrymis Dei dono; & ego id vidi multoties, & nonnumquam tria quatuorve ſtrophiola ei mutavi, ad tergendos oculos & vultum. Orabat autem genibus ſemper nixus atque immobilis uno in loco, ad inſtar ſtatuæ, alienus à ſenſibus; nec movebatur quocumque excitato ſtrepitu. Nos vero aulicorum turba, ſæpe ſpeculati per januæ fiſſuras, delectabamur ejus ita orantis conſpectu atque excitabamur ad compunctionem cordis. Quid dicam de oratione nocturna? Ad eam ſurgebat etiam hiemali tempore, ut teſtari poſſumus plures, & conteſtatur fama publica. De die etiam & in plena eccleſia dum orabat, ubertim erumpebant lacrymæ, nec inhibere eas, quantumis conaretur, poterat: eaque de cauſa dum ſurgebat ab oratione, dejectis in terram oculis procedebat. Et hæc omnia ſcio, quia vidi, & fama publica circumferebat. F

ex depoſitionibus,

Pergit teſtis II *multa compendio referre*: Pauperes amabat præ ceteris, eorumque cauſidicus apud patrem, multa eis impetrabat ſubſidia, curabatque dari eleemoſynas. Amabat quoque cordatiſſime famulos ſuos, & eorum ſaluti mirifice ſtudebat: rudes inſtruebat doctrina chriſtiana; opem ferebat cupientibus ſervire Deo; fraterne corrigebat delinquentes; & omnimodis impedire conabatur, quo minus peccaretur. Hinc & ferebat moleſtius, quod pater ſuus plus æquo delectabatur luſu; dicebatque Principes habere cur vereantur ne excidant ſalute æterna. Humilitate fuit ſublimis & manſuetudine amabilis omnibus. Deſpiciebat neminem præter ſe ipſum; honorabat omnes, & honorem ipſe fugiebat: ideoque & Religionem Societatis Jeſu elegit ex omnibus aliis, quia illa

ANNOT. C. J.

ANNOT. C. J. illa (non item aliæ) obfirmat portam honoribus & ambitioni: & hanc ob rem non ceſſit voluntati patris aut ſuaſionibus Mantuani Ducis, volentium ut Clero ſeculari nomen daret, quo poſſet ad honorifica Eccleſiæ munia, atque adeo ad Cardinalatum evehi.

Quid de firmitate animi ejus ac fortitudine dicam? Apparuit illa inter oppugnationes atque oppugnatores quos ſuſtinuit, religioſæ vitæ cauſa in Societate Jeſu traducendæ; ac ſuperavit. Neque remiſſior fuit in domando ſemet ipſum, & quæ animum in diverſa diſtrahunt, perturbationes. Quis enim umquam irâ abſtractum ab officio, aut leviſſime commotum vidit? Ego ſane in omnibus, quæ incidebant præter ſpem, quæque alios perturbare vehementer potuiſſent; ipſum comperi ubique pacatum, ac ſui ſimilem: dixiſſes, iræ obnoxium non eſſe magis, quam eſſe deditum voluptatibus, quarum temperatiſſimus ſemper fuit, etiam ubi affluebant: mundi contemptor, ſi quis alius, & omnium quæ in mundo ſunt: cujus rei ſpecimen egregium dedit, quando Marchionatum ſuum, atque alia feuda, quæ ipſum certo manebant, contempſit, ac Religioni poſthabuit, dicere ſolitus, ſatius eſſe ſervire Deo, quam dominari in univerſo mundo. Hinc neque res mundi hujus æſtimabat, neque parentes ipſos amabat niſi propter Deum: & quando hiſce vale faciebat, inter uberes eorum lacrymas, ipſe nec lacrymulam ſinebat ſibi effluere, niſi forte præ gaudio, quod omnia terrena ſimul cum parentibus dimitteret. Addo etiam modeſtiâ fuiſſe incredibili, vultu ut plurimum blando; oculis ſemiclauſis ac deorſum contuentibus: mane juxta ac veſpere exigebat à ſemet ipſo rationem anteacti temporis, ac luſtrabat ſtatum animæ ſuæ: denique, tam intùs quam foris ita erat compoſitus, ut paſſim haberetur vocareturque Angelus; & quantum ætate tantum & ſanctitate creſcebat.

teſtium oculatorum.

Addat etiam pauca Rudolfus de Petrochinis, teſtis III, *de ſtudio, quo incubuit Aloyſius in macerationem corpuſculi ſui*: Tam parcus, *inquit*, ciborum erat, ut mater, eum ſibi mortem acceleraturum inediâ timens, nobis aliisque aulicis mandaret, advigilaremus, invitaremus, imo compelleremus ad manducandum. Et ſane vita ejus aliud non erat quam continuatum jejunium. Si quando in prandium aut cœnam ovum unum cum intincto ei pane manducabat, opipare ſibi videbatur epulatus eſſe. Orationem ſæpe faciebat ac diu, ſemper de genibus; ſæviebat in ſe flagellis, aliisque & aliis corpuſculum ſubigebat modis: quæ quidem obſervare omnia nobis non licuit, quia fiebant in penetrali cubiculo: verumtamen vox publica per aulam plura iſtiuſmodi circumferebat; & ego ſæpenumero ipſum in cubiculo flexis genibus orantem deprehendi. *Tranſeamus modo ad vitam, quam in tirocinio & Religione egit.*

B

C

LIBER SECUNDUS.

Vita Aloyſii in Societate Jeſu.

CAPUT PRIMUM.

Conſtantia tironis in morte patris, & vigilans cuſtodia ſenſuum ac linguæ.

CAP. I 119 QUoniam, qualis inter ſuos, ante repudiatas fortunæ opportunitates, aſſumptumque religioſioris vitæ cultum, B. Aloyſius fuerit, expoſuimus; tempus nunc eſt, ut quibus moribus atque ſanctitate inter Socios, poſtquam in eorum numerum receptus eſt, egerit, referamus. Quo quidem tempore, etſi lucernæ inſtar arſit, quod tamen domeſticâ diſciplinâ, velut exiguis modii finibus, clauſus tenebatur, hominumque lucem fugiebat, minus etiam eorum oculos ac mentes excellens ejus virtus advertit. Nam & admodum adoleſcens, cùm Theologiæ ſtudia necdum expleſſet, neque per ætatem Sacerdotio initiari poſſet, mortem obiit: & paucis illis quibus vixit annis, Præſidum voluntate efferveſcens ille ardor, quo antea actus finem & modum tranſierat, velut injectis frenis, ad definitum temperatumque vivendi morem reductus eſt. Quare externâ quâdam rerum ſpecie ejus facta metientibus, videri poſſit, poſtquam in aliorum poteſtatem conceſſit, iis omiſſis quæ in paterna domo in uſu habebat, præcipuam ſuarum laudum ſegetem perdidiſſe. At vero iis qui cæleſtis philoſophiæ diuturniorem uſum habent, religioſam ejus vitam purgatis colluſtratiſque divina luce mentis oculis intuentibus, liquido apparebit, & quantam acceſſionem ad perfectam virtutem Superiorum ductu fecerit, & quanto intervallo, quæ in Religione geſſit, ſuperioris ætatis actiones dignitate præcellant. Religioſus ſiquidem, quippe uberiore ſacrarum rerum cognitione imbutus, affluentius quoddam lumen in agendo ſequebatur; nullaque erat ejus actio, quamvis minima, quam non & plurimarum virtutum comitatu, & (quia voluntatem ſuam omnem, niſi congrueret penitus cum divina, abjiciebat) unico Dei gloriæ amplificandæ ſtudio, atque pleno in eum caritatis ardore, decoraret.

propter mutatam vitæ rationem,

D

Hoc altero libro,

E

minutiora quædam narranda veniunt;

120 Sed in ejus præſtantium virtutum copia, quas hac altera parte perſequemur, duo quædam obſervare licet. Alterum, quod cùm in principatu natus & enutritus, item tenera debilique valetudine eſſet; tamen vix pedem in Societatis domum intulit, cùm ita ad communem vivendi morem domeſticamque diſciplinam aſſuevit, nihil ut à ceteris differre videretur; neque ſe umquam à quoquam Præſidum (quamvis recenti, præſertim à mutato ſtatu, ſæpius id offerretur) aut accipi curatius, aut ulla in re eximium ſe haberi paſſus eſt: & domi ad munia, quamvis abjecta & humilia, tam lætus alacerque deſcendebat; ut illum ad eum diem numquam alienis miniſteriis uſum, ſed in aliorum ſervitio ætatem contriviſſe diceres. Alterum, quod à principio perſuaſum habuit, eum demum omnes Religionis numeros obiviſſe, qui nihil eorum prætermiſerit, quæ ſanctis ejus inſtituti legibus ſanciuntur; inque officiis omnibus, quantumvis levibus, quæ in dies ſingulos imperantur, quam diligentiſſime ſit verſatus. Quare in omnibus, quæ vel inſtituto vel more quotidie præcipiuntur, exhauriendis, nihil illo obſervantius, nihil intentius fieri poterat: qua via in tantum evaſit perfectæ ſanctimoniæ faſtigium, ut cùm Religioſis, quos aliquod ſublimioris virtutis ſtudium tenet; tum præcipue Societatis noſtræ hominibus, tamquam omnibus numeris abſolutæ ſanctitatis exemplar ſuo merito proponi poſſit. Idcirco in hac altera parte conſilium mihi eſt, minuta etiam quædam & interiora perſequi, ut habeant noſtri, in omni domeſtica functione, unde exemplum ſumant.

ut, quod ſtatim ad omnem domus ordinem aptus apparuit.

F

ſibique perſuaſit in obedientia totum conſiſtere.

121 Igitur in ipſo tirocinio altiſſima omnis virtutis fundamenta poſuit. Poſtquam enim, ut dicere inſtitueram, primam Probationem ingreſſus eſt; eos omnes dies, quibus ſecretum egit, in divi-

A divinis rebus meditandis vel legendis (quamquam ut erat ſemper in Deum intentus, nihil prope inter ejus lectionem & meditationem intererat) magnopere ejus animus acquievit. Interea, ſive mutatione cœli atque victus, ſive corporis afflictatione cui inſiſtebat, ſeu nimia in commentando contentione mentis, ejus valetudo tentari cœpta. Ea cauſa Præſides coëgit aliquanto citius ſolito illum emittere: quod eo fecere libentius, quod ſacris exercitationibus Mantuæ nuper obitis, Societatiſque Regulis ac Conſtitutionibus perlectis, haud ſane noſtrarum rerum rudis advenerat: neque vero inter tot adverſa probatus, præterea probandus videbatur. Exacta Probatione, medico tantiſper curandus traditur, donec ex invaletudine confirmetur. Lintea, quibus in itinere Romam uſque erat uſus, cùm eluenda data eſſent, ex aſſiduis flagris, quibus quotidie ſe ipſe conciderat, plurimo ſanguine imbuta comperta ſunt. Poſtquam in aliorum conſuetudinem admiſſus eſt, animadvertit illum Magiſter tironum capite paulo inclinatiore ingredi. Ejus ergo vel ab ea conſuetudine deducendi, vel ad ſui victoriam exercendi, juſſit collari è rudi chirta tela tecta guttur prætendi, quo caput ſurrectum demittere non poſſet. Id cùm aliquot dies geſtare juſſus eſſet, mirifica alacritate paruit, ejuſque gratia placide ſubridebat in congreſſibus. Ceteros omnes tirones proinde obſervabat ac reverebatur, acſi ejus familiæ poſtremus fuiſſet. Neque diu cunctatus eſt, quin j juniorum, flagrorum, ciliciorum, aliorumque edomandi vel corporis vel animi officiorum poteſtatem ſibi fieri poſtularet. Jam vero ubi animadvertit tirones non, ut ipſe adhuc feciſſet, pileo quadrato, qui Clericorum eſt inſigne; neque cetero veſtitu uti è tam eleganti panno, quam eſſet quem ſibi inter ſuos faciendum curarat; etiam atque etiam Præſides oravit, ut vulgarem extemplo ſibi tironum pileum veſteſque ceteras concederent: id quod impetravit. Ad hoc, ſuum canonicarum precum Breviarium, quod fronte & involucro aurato erat, bona eorumdem venia, cum alio vulgari commutavit. Denique, quod ab omnibus quæ Ægyptum redolerent abhorreret, paulatim ſe omnibus quæ ſecum detulerat exuit.

Ob invaletudinem citius à probatione eductus,

in aliorum contubernio nihil patitur ſingulare.

11 122 Conſtat, cum ſanctorum Patrum conſenſu, tum divinarum Litterarum auctoritate, eos

C qui ſe Deo in ſervitutem dedicant, in eaque fideliter verſantur, non à dæmone, ad luendam alicujus noxæ pœnam; ſed proximè ab ipſo Deo, tentandi periclitandique cauſa, exerceri. Itaque Deus, quos divinioris ſcientiæ luce imbuit, iis fere ſolet cæleſtem illam animi voluptatem, quam iis qui ejus imperia naviter faciunt, indulgere conſuevit, aliquantiſper adimere. S. Bernardus, allatis in quodam ſermone rationibus, hoc amplius cenſet, id à Deo non conſuetudine ſolum, ſed etiam neceſſario fieri. Non paſſus eſt Deus diu ſervum ſuum Aloyſium hujus generis gratiam ab ſe deſiderare: jam enim à principio aliquamdiu animo ab illis ſolatiis vacuo fuit: quo tempore non ille quidem inquies, aut perturbatus, aut ad ullum vitii genus erat propenſior; ſed hilaritatis illius ſuavitatiſque, qua mens ejus inter ſuos etiam fruita fuerat, jacturam ſe feciſſe condolebat. Unum ſupererat dolori leniendo, quod quoties ad orandum ſe daret, illo plane ſe levatum ſentiebat: neque multo poſt omni illa triſtitiæ nube depulſa, Deus, qui ſe, ejus periclitandi atque ad ſui majorem cupiditatem inflammandi cauſa, pauliſper abdiderat, denuo menti ejus illuxit, priſti-

Deſolatione aliqua à Deo,

Serm. de Cant. Ezech.

namque ei pacem tranquillitatemque conſuetam retulit. Aliàs dæmon, quo illius animum contraheret atque abjiceret, hanc ei cogitationem ſubjecit. Quid de te tandem faciet Societas? Ille, ſe à dæmone ſolicitari confeſtim odoratus, obviam illi obſtitit, atque intra ſemihoram palmam tulit. Teſtatus eſt deinde, ſe his dumtaxat duabus vicibus, toto tirocinii tempore, tentatum eſſe: deinceps ergo mens illi ſedata ſemper & quieta fuit. Quid mirum? omnibus mortalium caſibus animo ſuperior, omnia divino conſilio aſſignabat: quo eo loci evaſiſſe videbatur, ubi jam nulla perturbatione quati poſſet. A. VIRG. CEPARIO

& puſillanimitate à dæmone probatur.

123 Id adeo ſatis oſtendit, allato de patris ſui 111
Ferdinandi Marchionis morte nuntio; qui, duobus menſibus & dimidiato quam ipſe Societati ſe conjunxerat, diem obiit: quo audito, nihilo plus commotus eſt, quam ſi nihil ejus intereſſet. Itaque eodem die, aliorum ſuaſu, matrem conſolaturus per litteras, ſic eas exorſus eſt, ut Deo gratias ageret, quod deinceps nihil cauſæ eſset habiturus, quin diceret: Pater noſter, qui es in cælis. Id vero cum alii omnes, tum illi imprimis valde mirati ſunt, quibus cognitus erat intimus Aloyſii ſenſus, atque in patrem amor & obſervantia; quæ erat tanta, ut cum à Deo cæleſtibusque rebus diſceſſiſſet, negaret ſe quidquam in terris habere carius. Certe confeſſus ipſemet eſt, patris mortem, ſeorſim ſpectatam, non poſſe non ſummo ſibi dolori eſse: at ubi reputaret, Dei nutu eveniſse, non poſſe ſibi moleſtum eſse, quod illi placuerit. Atque id eſt quod paullo ante diximus, eum fortuna omni altiorem fuiſſe, quod totus ex Dei nutu penderet. Idem ille præproperus patris exitus cauſam Aloyſio dedit, eximii in ſe amoris ſingulariſque curæ, quam Deus pro ſe gereret, cognoſcendæ. Etenim ſi Marchio duobus tribuſve menſibus prius deceſſiſſet, quam ipſe ſuis ſe opibus abdicaſſet, aut ejus ad Religionem acceſſus in tertium menſem rejectus eſſet; verendum erat, ne aut Præpoſitus Generalis, ratus eam familiam tam appoſito ad rem gerendam capite privandam non eſſe, eum accipere detrectaret; aut provinciales, pro ſuo inflammato in eum amore, vi retinere niterentur; aut certe ipſe ditionem fratri minori, etiam tum admodum adoleſcenti, veritus committere, ſatius duxiſſet ſaltem aliquamdiu in ejus adminiſtratione verſari: quem vero ea res eventum fuiſſet habitura, id ſcilicet Deo exploratum eſt. Nunc Deo, qui eum diligebat, cordi fuit, poſteaquam ereptum è fortunæ vinculis Religioni aſſeruiſſet, tum demum ad ſe Marchionem ejus patrem evocare.

Mortuo mox patre cariſſimo,

E

non ſolum æquanimiter,

ſed & gratanter Dei erga ſe curam agnoſcit:

F

124 Neque vero obſcurius in ipſum Marchionem eadem providentia enituit. Nam, cum ille ab ineunte ætate multa militiæ domique decora peperiſſet, tempuſque omne in honoribus omnique hujus mundi claritudine ſibi ſuisque quærenda tranſmiſiſſet; dedito jam Religioni Aloyſio, ita mores ipſe ſuos ad virtutem convertit, *a* tamque flagranti animo ad pietatis ſtudia ſeſe contulit, ut notis omnibus miraculo eſſet. Ludum, cui hactenus pluſculum indulſerat, penitus reſpuit: & quotidie veſperi, cum ad lectum, in quo articulari morbo laborabat, Chriſti cruci ſuffixi ſimulacrum, quod Aloyſius reliquerat, afferri juſſiſſet; coram eo, una cum Ghiſono, quem nuper Aloyſii cubicularium ſibi retinuerat, ſeptem Pſalmos qui ad pœnitentiam pertinent, & Litanias recitabat; ad quas accerſebat etiam conjugem & liberos atque ut reſponderent imperabat. In-

ille autem perquam pie actâ extremâ vitâ,

a

A. VIRG. CEPARIO ter orandum tanta vi lacrymabatur, tanto cum ſingultu atque gemitu, ut ardor is pœnitendi, quo ejus animus ſuccendebatur, abunde oſtentui eſſet. Ad ultimum Crucifixi ſignum complexus, (*quod adſcripſit filii precibus*) & pectus tundens identidem, cum lacrymis ita precabatur: Miſerere Domine; Domine peccavi, miſerere mei. Miratus vero ipſemet inſolentem hanc ſuam flendi promptitudinem, tandem, Non ignoro, inquit, unde hæ lacrymæ fluant: ſunt hi, Aloyſii fructus: Aloyſius à Deo Opt. Max. ut hoc ſalutari dolore cor mihi ſuffigeret, impetravit.

125 Ad hæc Ludovico Cattaneo Sacerdoti, Româ quo Aloyſium erat proſecutus nuper reduci, ad B. Virginis Matris Mantuanæ deducto, omnes ſuperioris vitæ labes, ut ipſe mihi Ludovicus retulit, accurate & dolenter Chriſtiano ritu confeſſus eſt. Neque vero poſtea flagrans hic ejus animus umquam deferbuit. Ubi ut vero ingraveſcere (*riteque præparatus*) indies morbum videt, Mediolanum jubet ſe deportari, experturus ecquod ibi à medicis malo ſuo remedium afferri poſſit. Verum in paucis diebus, extremis appropinquavit. Ergo cum P. Franciſcus Gonzaga, qui etiam tum Ordinis ſui
B Generalem agebat, & forte Mediolani aderat, quodam præcipiti jam die ad eum ſalutatum, atque impendentem mortem nuntiatum veniſset; ipſe, quid tali tempore ſibi ille vellet, facile ſuſpicatus, ultro petiit, ut è ſuis, quem maxime idoneum putaret, confitenti daturum operam, ad ſe allegaret. Allegavit ille: & confeſsus eſt æger eodem veſpere; teſtamentum fecit, & ordinatis omnibus, quæ opus fuerunt; ſuos lamentantes (*obiit an. 1586, 13 Februar.*) eo ſolatus, quod diceret gratulandum ſibi potius eſse, quem eo tempore Deus migrare juberet è vita, cum tam præclare animatus eſset, Idibus Februarii anno MDLXXXVI, mortalitatem exuit. Corpus, uti mandarat, Mantuam delatum, in æde S. Franciſci ſepultum eſt.

126 Aloyſius, quæ circa patris obitum acciderant, à Patre Generali, de quo modo memini, (*Ejus monitu Aloyſius ad ſumma enitens,*) atque familiaribus ſuis certior factus; gaudio geſtiens, Deo gratias egit. Solet commemorare ita ſe à patre ſuo edoctum eſſe, Nitendum eſſe ei, qui ad aliquod vivendi genus aut negotium adjungat animum, ut quam poteſt fieri diligentiſſime inſtituta perficiat: hic cum patri in ſubjectis fortunæ rebus ſenſus fuiſſet; æquum eſſe, ut ipſe in
C Dei cauſa ſimiliter ſit affectus. Neque ſegniter factis ipſis oſtendit, quam alte hoc dictum in animum demiſiſſet; qui accenſo ſemper ſtudio pugnavit, ut ſeipſum in rationis ditionem redigeret, & omne virtutis chriſtianæque philoſophiæ nomen decuſque gereret. Atque ut pauca delibemus, (*omnem ſuorum cogitationem deponit;*) quæ jam tum de illo in admiratione & ſermone erant; principio curam de propinquis omnem adeo depoſuit, ut memoriam etiam eorum omnem ex animo deleviſſe videretur. Itaque interrogatus, quot haberet fratres, non prius reſponſum dare potuit, quam ſecum ipſe eorum numerum iniſſet. Alias percunctanti cuidam Patri moleſtiamne aliquam è neceſſariorum recordatione caperet; negavit eorum umquam in mentem venire, niſi cum generatim eos Deo commendare vellet; ac Dei beneficio, uſque eo ſe cogitationes ſuas in poteſtate habere, ut non niſi quod vellet umquam animo ſuccurreret.

IV 127 Senſus omnes ſuos tam diligenti cuſtodia ſepſerat, ut oculis & auribus præditus, nec videre nec audire; & corpore in terra poſitus, mente
c in cælis verſari videretur *c*. Numquam, dum Religioni vacavit, rem ullam odoriferam, nedum adſcito odore imbutam, in manus ſumpſiſſe viſus D
eſt; & quoties in valetudinariis ægris miniſtrabat, cujus copiam ſæpe ſibi fieri poſtulabat; ad omni- (*totus in ſenſibus refrenandis*) um teterrimos applicabat ſe, ſitumque illum ac pædorem tam facile ferebat, ut nullum faſtidii ſignum daret. Domabat & tactum inflictis carni verberibus, admotis ciliciis, nudo pane & aqua in diurnum ſæpe victum adhibito, aliiſque corpori pœnis cruciatibuſque impoſitis: quæ omnia valde frequentabat, niſi tamen propter infirmam valetudinem, rarius ac vellet, horum ei licentia permittebatur: neque aliud majorem ei dolorem afferebat, quam quod ſuo in hac re animo obſequi (*& macerando corpore.*) non liceret. Quondam etiam cuidam Patri confidenter negavit, quidquam eſſe ea ſupplicia, quæ corporis animique inſolentiæ reprimendæ modo uſurparet, ad ea quæ in priſtina fortuna ſua ſponte tuliſſet: hoc uno ſe recreari, quod Religionem navi perſimilem eſſe ſciret, in qua non minores progreſſus faciant, qui gubernatoris juſſu otioſi ſedeant, quam qui in remigando deſudent. Die, quo Eccleſiæ more jejunium ſervabatur, poteſtatem à tironum Magiſtro impetrarat, à ceteris omnibus præterquam pane & aqua abſtinendi:
E ceterum Magiſter in illum intentus, cum obſervaſſet, prope nihil in menſa deguſtaſſe; ea ſublata, quo aliam ipſi ſibi imperandi materiam daret, accitum ad ſe jubet ad alteram menſam redire, & quidquid appoſitum fuerit exedere. Fecit ille, ut erat imperatum. Tum vero quidam, qui id animadverterat, inde digreſſo, per jocum: Bellam vero jejunii artem tenes, mi frater Aloyſi, ſemel modice comedis, ut iterum comedas. Cui ille; (Pſal. 72.) Quid vis faciam? inquit: Prophetæ dictum eſt, ut jumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

128 Ad audiendi ſenſum quod attinet, numquam ille res novas aut inutiles narrantibus aures (*oculiſque & auribus coërcendis,*) accommodavit: itaque, ſi res ferebat, ſermonem alio traducebat: ſin aliquo numero eſſet qui loqueretur, ſilentio ipſo habituque oris ſatis oſtendebat, quæ dicerentur invito ſibi eſſe. Oculis, uti prodidimus, jam in ſolutiori etiam illo vivendi genere cum ſeveriſſime moderatus ſit, longe etiam illuſtriora inter Religioſos ejus vigilantiæ exempla edidit. Solent tirones in vineam quamdam aliquoties quotannis animi cauſa egredi: ad eam ſæpius item Aloyſius iverat, quando neſcio quis caſus tulit ut in aliam mitterentur. Poſtquam ex hac re- D
venit domum, interrogatus, utra illi videretur amœnior; vehementer hanc quæſtionem ſe mirari oſtendit. Nimirum hactenus eamdem putarat eſſe, atque illam ad quam prius itare erat ſolitus: quæ tamen cum ab hac plurimùm, via, conclavibus, ceteriſque rebus diſcrepabat, reminiſcendo tandem recognovit, in hac ſacellum, non item in priori ſibi viſum eſſe. Cum tres jam menſes in tironum triclinio cibum cepiſſet, ignorabat tamen quiſnam eſſet menſarum ordo. Igitur juſſus à miniſtro, librum quemdam ab ſe, in loco Rectoris inibi relictum, afferre: prius edocendus fuit, quis ille locus eſſet, ubi Sacerdotes conſiderent. Alias, tribus item menſibus in tironum domo exactis, ad Magiſtrum retulit, angi ſe religione, quod non voluntate, ſed fortuito in aſſidentem conjectis oculis, quid rerum ageret vidiſſet: vereri ſe ne id curioſitatis notam mereretur: quodque magis etiam mireris, adjunxit, ſibi jam primùm, dum in Societate eſset, ſcrupulum, qui ad oculos pertineret, incidiſſe.

129 Guſtatum funditus perdidiſſe videbatur, adeo

A adeo nullum cibi ſaporem percipiebat, neque curæ habebat, delicatus an vilis, bene conditus an inſulſus eſset. Studio illi erat, ejus quod ſibi propoſitum eſset deterrimum ſumere, & inter edendum numquam non mente in res divinas infixa eſse: nam, præterquam quod lectioni attendebat, meridie fel, quod Chriſto in potione datum eſt; veſperi, cœnam illam ſacratiſſimam plenamque myſteriis, qua poſtremum diſcipulos ſuos Chriſtus accepit, animo verſabat. In linguæ cuſtodiam tam erat vigilans, ut quem fugiſset, quam ſæpe illa exitioſa atque lubrica ſit, ipſum nimiopere anxium ſuperſtitioſumque judicaſset. In precibus, quas mediis occupationibus interiaciebat, hic etiam illi è Pſalmo verſus in ore frequens erat: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Item illud in hominum congreſſibus crebro uſurpabat: Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir; &, Si quis putat ſe Religioſum eſse non refrenans linguam ſuam, hujus vana eſt religio: ac longe erat illi tacere, quam loqui jucundius. Itaque incredibile eſt, quam fuerit ejus legis obſervans, quæ religioſis hominibus certis temporibus ſilentium indicit. Foras aliquando cum Sacerdote deambulatum miſsus, quod audiviſset, non ſemper quibus ſit exeundi, iisdem eſse & colloquendi facultatem; libellum pium, quem hujus gratia ſecum detuleret, per viam legere inſtituit; eumque partim lectitando, partim meditando ſic peregit, ut ſuo comiti (qui delectatus hoc exemplo, & ipſe, illo miſſo facto, ad commentandum ſe dederat) verbum nullum diceret. Amabat vero tantopere ſilentium, ſive quod apud Deum offendere verebatur, ſeu quod cæleſtes illæ mentis deliciæ, quibus aſſiduo fruebatur, omnem lætitiæ cupiditatem, quæ ex mutuis collocutionibus hauriri poteſt, penitus extinguebant.

gustatu item

& loquela:

Pſal. 140.

Jac. 3.

Jac. 1.

B

130 Solent homines de Societate, domo exituri, quorſum eant Janitorem certiorem facere: cum ergo tirones Romæ ſæpe vel ſacrificantibus miniſtratum, vel conciones lectioneſve ſacras teſtis diebus auditum, ad Patrum Profeſſorum domum mitti ſoleant; ſciſcitatus eſt à Magiſtro ſuo Aloyſius; Incaſſumne verbum proferret, ſi, quando ut intelligeretur ſatis eſſet indicare, Domum ſe ire, adjungeret etiam, ſe ire ad Domum Profeſſorum. Ea hora, quæ proxime à prandio ac cœna remiſſioni animorum tributa eſt, &, quod recreare ſe tunc modico ſermone liceat, Recreationis dicitur; numquam ille non de Deo agebat: ac ſæpenumero inſtitutum ſermonem abrumpebat, ubi veniebat aliquid in mentem, quamobrem quod erat exorſus, reticendum videretur; & pauliſper defixus in ſilentio, numquam perſuaderi ſibi ſinebat, ut eum pertexeret. Quâ de veſtitu; quæ domi maxime detrita atque obſoleta veſtimenta erant, ea ſibi depoſcebat. Cum ergo Rectoris juſſu, nova illi veſtis indueretur, tantum animo cepit dolorem, ut ſartorem aliosque qui aderant latere non poſſet. Hunc ſuum explicanti poſtea dolorem, reſponſum eſt, eum etiam è quodam ſui ipſius amore, & nominis, atque aliorum de ſe opinionis tuendæ ſtudio, poſſe proficiſci. Quibus è verbis occaſionem ille arripuit, aliquot dies in ſuas omnes cogitationes inquirendi; ac moleſtiæ illius, quam in veſte induenda ſenſerat, caput & originem quoad liceret perveſtigandi. Cum ſe totum accuratiſſime circumſpexiſſet, numquam tamen, quam hujus generis culpam ſuſtineret, reperire potuit. Quin imo, etſi comperiebat, tirocinium primùm ineunti cogitationes eſſe nonnullas injectas, quæ eo pertinere viderentur, ut ſe pluſculum ulli-geret; eâ tamen Deo opitulante fuerat vigilantiâ, uti ne ſemel quidem iis ſe obſecutum eſſe meminiſſet. Quo tamen adverſus hanc peſtem eſſet tutior atque ſecurior, in omnibus quæ aliquot menſibus de Chriſti ærumnis meditatus eſt, in eam unam curam cogitationemque incubuit, ut præpoſteri in ſeipſum amoris evulſis radicibus, ſalutarem ſui deſpicientiam atque odium menti inſereret.

qua castigatissima utitur;

uti & veſtitu viliſſimo.

C

A. VIRG. CEPARIO

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *Princeps Franciſcus, teſtis Caſtell.* XI, *locutus de abdicatione ac diſceſſione fratris Romam, hæc ſubjungit de converſione patris in virum alium.* Ubi relictis nobis diſceſſerat Aloyſius; pater, qui eatenus ſe ejus conſiliis & vocationi tantum non violenter oppoſuerat; mirum in modum commotus & commutatus fuit, ſeque variis operibus pietatis exinde dedit. Inter alia ſunto, quod effigiem argenteam Chriſti Domini non magnam, in cruce ex ebeno confixam, coram qua ſolenne erat Aloyſio cor ſuum in oratione aperire Deo, juſſerit pater è cubiculo ejus afferri ad ſe, ſibique dari in manus, quia tenebatur morbo articulari; in eamque defixis oculis crebro recitabat ſeptem Pſalmos qui à pœnitentia nominantur, largo lacrymarum profluvio: uti referente matre, & illo à cubiculis famulo, qui ſubſequenti patri Pſalmos præibat, didici; atque ipſe etiam vidi, ſed quid myſterii ſubeſſet, tunc neſcivi. Ludovicus quoque Cattaneus mihi aſſeveravit, quod ſibi, Româ, quo comitatus fuerat Aloyſium, reduci, voluerit pater, ex tali actione filii commotus, exponere, atque expoſuerit reipſa per Confeſſionem univerſa anteactæ vitæ delicta: & poſt hanc Confeſſionem, Pſalmorum quam dixi recitationem orſus eſt. Nullus ego quidem dubito, quin hanc converſionem impetraverit patri Aloyſius; ejuſque precibus indulſerit Deus, ut rite præparatus felici morte vitam clauſerit; quemadmodum paulo poſt Mediolani clauſiſſe, teſtatus mihi eſt illuſtriſſimus Epiſcopus Mantuanus Franciſcus Gonzaga, qui morienti adſtitit, atque animam ejus Deo commendavit. Ex illo autem tempore non vidi amplius Aloyſium noſtrum. *Quia nempe miſſus, ut poſtea dicit, in aulam Cæſaream, ibi fuit, quando Aloyſius poſt quadriennium rediit Caſtellionem, & quando Romæ mortuus eſt.*

Ferdinandi Principis

à diſceſſu filii ad Religionem

mutatio in melius.

F

b *Editio* I *Ceparii, uti & latina verſio, hic habet:* Poſtridie reverſus Pater Generalis, hortatur, ut teſtamentum faciat. *Comperiſſe poſtea debet Auctor, non illius hortatu, ſed ſponte ſua Ferdinandum condidiſſe teſtamentum; atque ideo illa prætermiſiſſe in editione Placentina, unde & hic illud prætermiſimus.*

c *Nullus magnopere mirabitur quæ hic de Aloyſio, Religionem jam ingreſſo, narrantur; quamvis excellentia ſint; ſi modo intellexerit, etiam in ſeculo viventem ſimili cuſtodia ſenſuum ſepiſſe cor ſuum. Teſtis Caſt.* II, *individuus ejus ſocius uſque dum ſeculo valedixit, ita loquitur*: Numquam viſus fuit agere quidquam, quod Modeſtiam ipſam dedeceret; numquam auditus dicere, quod poſſet offendere: numquam oculum intendebat in faciem feminæ: numquam legit profanum librum, nec admittebat alios quam qui de rebus ſacris aut ſtudiis tractant. Nihil ſenſibus indulgebat uſpiam, contemptor odorum, florum, ſuffimentorum, ciborum item exquiſitorum: ſi quid ſibi porrigebatur, ſumebat, ſed parce: ſilentio ac ſolitudine delectabatur mirum in modum. In ſumma, vixit ſemper tanta cum

Modeſtia ſingularis

A. VIRG. CEPARIO

cum circumſpectione & cuſtodia ſenſuum, ut affirmare queam, me numquam in eo obſervaſſe, quod noxæ levis ſpeciem haberet.

CAPUT II.

Aliæ tironis virtutes : Hieronymi Plati de eo teſtimonium.

V

Gaudet contemni,

131 JAm iis quæ ad comprimendam honoris cupiditatem adhiberi ſolent, eo vacabat impenſius ; quo ea ſanæ mentis hominibus, corporum vexatione conducibiliora, magiſque neceſſaria eſſe cenſebat. Igitur uſu ac tractatione palam abjiciendi, hominumque ludibriis exponendi ſui, uſque eo proceſſerat, ut id neque domi, neque in publico facere dubitaret. Sæpe poteſtatem ſibi fieri poſtulabat in obſoleta lacerna, humeris manticâ oneratis, per urbem ſtipem mendicandi. Interrogatus, ecquid hoc illi pudori eſſet, aut moleſtiæ ; negavit : propoſito ſiquidem ante oculos Chriſti exemplo, & ejus gratia immortalique præmio
B quod meriturus ſit, ſatis ſibi ſtimuli eſſe ad hæc omnia libenti gaudentique animo ſubeunda. Neque vero, ſi vulgari etiam hominum judicio rem expenderet, intelligere poſſe, unde tandem ſibi gravis eſſe poſſit? Aut enim, inquit, iis qui me vident notus ſum, aut ignotus: ſi me ignorant non eſt mihi de eorum judicio laborandum, neque inter meæ conditionis ignaros de ulla exiſtimationis jactura dolendum. Sin me cognoſcunt, præterquam quod ſalubre ſibi exemplum meum eſſe ſentiunt, non modo ſuam de me opinionem minuunt, ſed etiam tantopere augent, ut periculum ſit, ne in eo animus inſolenter potius ſibi gloriandum quam triſtandum putet. Qui enim in fortuna minime tenui innatus, ad inopiam Chriſti amore ſe dejecerit; ab iis etiam in honore habetur, qui ſibi illa aſpernanda non putarunt. Ad eumdem modum, cum feſtis diebus palam, in urbis vicis & compitis, Præſidûm miſſu, mendicis ac ruſticanis hominibus Chriſtianæ doctrinæ elementa tradebat ; tanta erat ejus in hoc munere hilaritas, atque adverſum omnes amor; ut cum omnes fructum ex ejus aſpectu caperent, tum vero graviſſimi Antiſtites, forte rheda prætervecti, interdum ipſius videndi atque audiendi ſtudio ſubſiſterent. Fuit, cum hominem,
C quem ſex ipſos annos Confeſſione abſtinere cognorat, non prius ſolicitare, atque (ut erat divini ſpiritus incitatione inflammatus) ardenti oratione cohortari deſtitit, quam eum ad pœnitentiam inflexum, ſecum in baſilicam Nominis Jeſu ad Sacerdotem perduceret, qui hominem confitentem audiret & expiaret. Idem officium non raro aliis præſtitit.

rudes palam inſtruere,

132 Unum erat in quo nonnihil ſibi moleſtiæ

& de ſuis defectibus reprehendi

dari fatebatur, quando palam in triclinio vel in tironum corona, de ſuis delictis reprehendebatur; non quod notam alieni à virtute hominis, quam nihili faciebat, reformidaret ; ſed quod ſua ſibi vitia per ſe ſtomachum movere diceret. Itaque non aliud crebrius poſcebat, quam ut publice coargueretur ; id quod ex uſu ſibi imprimis eſſe fatebatur. Ac licet, ut omnes animi motus in poteſtate tenebat, in proclivi eſſet ipſi mentem à reprehenſionibus ſic alio traducere, ut eas ne audiret quidem ; ne tamen, ut ajebat, obedientiam ſuâ fraudaret efficientiâ, utque plus apud Deum gratiæ mereretur, id facere ſuperſedit. Interea vero dum palam objurganti os tradit, reputans ſe quiddam adverſi ad exemplum Chriſti perferre, excitabatur gaudio, quod uberem illi ad diu meditandum materiam præbebat. Magiſter tironum poſtquam illum adeo omnibus in rebus conſideratum videt, ſtatuit eum aliquando, periclitandi cauſa, de improviſo adoriri. Mandat ergo, aliquot dies præfecto triclinii, verrendo, tergendo, ſternendo, operam navet ; ipſi autem præfecto negotium dat, ut eum, identidem carpendo & vellicando, aſſidue exerceat. Is, quamvis ſuis partibus perquam ſtudioſe actis, numquam tamen Aloyſium adigere potuit, ut vel ſemel ſe excuſaret, vel cur ita feciſſet rationem redderet. Itaque tantæ facilitatis & patientiæ admiratione perculſus, ſuis ipſe oculis ægre credebat. Venit aliquando ad tironum domum ejus ſalutandi cauſa Patriarcha Gonzaga; qui in digreſſu ſevocatum Rectorem percunctatur, ut ſe gerat Aloyſius: cui ille, id ſe affirmare poſſe, inquit, neminem domi eſſe quin eum documento habeat.

D VI

numquam ſe excuſans ;

133 Ad ſummam, à primoribus ſui tirocinii menſibus tam erat compoſitis ſuavibuſque moribus, cibi tam parcus, jejuniis tantopere dedi- *& à ſociis pro ſancto habetur.*
tus; corporis animique, præcipue cum de con- E
temnendo honore agebatur, tam ſeverus propenſusque domitor ; legum omnium, quamvis de minutis rebus, tam ſedulo obſervans ; tam ſui deſpiciens, tam affabilis omnibus, Superiorum tam reverens dictoque audiens, tam pius adverſus Deum, tanta caritate in eum æſtuans ; atque omnibus denique virtutis numeris perfectus, ut non modo omnium tironum ore, velut quidam è Sanctorum genere prædicaretur, ac pro tali in congreſſibus omni obſervantia coleretur, quæque ille contigerat aut uſurparat pietatis ergo oſculis honeſtarentur ; verum etiam ii qui tirocinio pridem exceſſerant, quæ illi in manibus uſuve fuiſſent, reliquiarum inſtar hominis eximie ſancti, cupide expeterent. Itaque libellus, è quo in paterna domo, unde eum detulerat, Virgini Matri preces laudeſque recitare erat ſolitus, eodem illo tempore pietatis cauſa ablatus, hodie in Sicilia cuſtoditur. Breviarium item Canonicarum precum, indidem ab eo allatum, apud Concionatorem quemdam noſtrum etiamnum reliquiarum venerationem habet : ac pro talibus honoratur quoque ab aliis, jam inde ab illo tempore huc uſque : adeo mature ejus præclara ſanctitas, virtutiſque excellentia comperta eſt *a*. a

VII

Ad Domum Profeſſam tranſmitti

134 Solent Romæ Societatis tirones, poſtquam, uno alterove menſe in domo S. Andreæ F
conſumpto, rectum ingreſſos curſum neque in religioſis inſtitutis omnino peregrinos eſſe apparet ; aliquot hebdomadas aut menſes, ad Profeſſorum domum, cui Jeſu cognomentum eſt, deſtinari. Ibi certa domus parte à ceteris diſcluſi, Sacra facientibus miniſtrant, legunt ſuper menſam, alia munia obeunt, perinde atque in tirocinii domo ſolent. Præter eum qui ex ipſorum numero delectus, Præfectus dicitur ; cui à Rectore provincia demandata eſt officia partiendi, ut, & à quibus oportet recte & ordine & certis horis, quas illum obſervare convenit, fiant ; præeſt illis etiam Pater quispiam gravis, & rerum aſceticarum peritus; qui eos pœnitentiâ luſtrat, dirigit, vicem denique in eo loco Magriſtri tironum fungitur. Huc ergo à Rectore miſſus eſt Aloyſius, cum tres circiter menſes inter tirones egiſſet. Quod mandatum lætus imprimis accepit, duabus de cauſis, quarum utramque è pietate petebat. Altera erat, quod Patrum exemplis, qui ætate prope omni in *duabus ex cauſis gaudet :*
adminiſtratione rerum aliisque Religionis negotiis transmiſsâ, inibi vel templi & domus munera

ſuſti-

A fuſtinent, vel ſummum Societatis Magiſtratum, qui illic ſedem habet, in re communi gubernanda, operâ conſilioque ſublevant; ſuntque ejuſmodi ut in eorum vitas, velut in ſpeculum religioſæ virtutis, ſuſpicere liceat, plurimum ſe ad eam profecturum ſperabat. Altera, quod, qua erat erga ſacratiſſimum Euchariſtiæ myſterium pietate, quæ ſemper fecit ut in paterna etiam domo libenter Sacrorum adminiſter eſſet; vehementer lætabatur, huic ſe functioni ex profeſſo deſignatum eſſe.

pro ſuo erga Euchariſtiam affectu,

135 Ceterum fuiſſe illum animo in ſanctum illud Sacramentum admodum propenſo, uſque eo inter omnes quibuſcum verſatus eſt, conſtat; ut cùm de exprimenda ejus effigie deliberaretur, multis placeret eo habitu pingi, ut ſacratam Hoſtiam ſubmiſſis genibus adorantem referret. Inflammabant ejus voluntatem oblectamenta & illecebræ mentis notabiles, quibus inter capeſſenda ſacra illa myſteria perfundebatur. Neque id, ejus integritatem animi, & exquiſitam quam adhibere ſolebat præparationem conſideranti, mirum videri debet. Simul ille ad ſacrum epulum accedebat, ſimul animum præparabat ad alterum: ac præter cetera officia pietatis quibus vacabat, quamlibet hebdomadem ita partiebatur, ut tres primores ejus ferias, alteram, tertiam, & quartam agendis tribus ſanctiſſimæ Trinitatis Perſonis ſigillatim, pro tam

ei ſumendæ præparare ſe per triduum ſolitus,

B eximio communicatæ ſecum Euchariſtiæ beneficio, gratiis conſecraret: tres item poſteriores, quintam, ſextam, & ſabbatum iiſdem Perſonis ſeorſim ſingulis orandis impendebat, ut facultatem ſibi præſtarent, ita ut oporteret proximo conſequente die Dominico cæleſtis convivii incundi. Non raro quot hebdomadibus, ſtatis horis in ſacram ædem aut ejus odeum ſe recipiebat, atque ibi auguſtiſſimam Euchariſtiam adorabat, & precibus Deo ferendis nonnihil temporis traducebat. Pridie quam ejus particeps fieret, id unum myſterium in omnibus ipſius ſermonibus & congreſſibus verſabatur, in quibus liquida quædam voluptas & divinus ardor, quo ejus animus interea compleretur, eminebat. Id cum nonnullis Sacerdotibus gnarum eſſet, dabant operam, ut ſabbato, quibus horis colloquendi poteſtas eſt, eum, exquiſitis reconditiſque ſententiis de hoc inexplicabili arcano ſermones habentem, audirent; ac negabant, uberiore ſe umquam pietatis ſenſu, quam Dominico die ſacris operari: nimirum Aloyſii verba eorum mentes commorant atque incenderant. Erat vero hoc adeo pervulgatum, ut quoties vel extra Dominicum diem cupido quempiam inceſſiſſet, impenſius

C ac jucundius Euchariſtiæ vel ſumendæ vel faciendæ, pridie ſe ad eum aggregaret; atque ex compoſito in ſermonem hac de re delabi ſtuderet.

ac ſumptæ amanter inhærere per triduum alterum.

136 Sabbato veſpere, his cogitationibus imbutus, quieti ſe tradebat; Dominico prima luce cum evigilaſſet, hoc idem agebat; tum horam ipſam de admirabili, quæ in Euchariſtia fit, animi cum Deo conjunctione commentabatur: hac elapſa, ædem ſacram, rei divinæ operam daturus, petebat, inter quam ſemper immobilis genibus nitebatur. Suſceptâ Euchariſtiâ, ſevocabat ſe in angulum; è quo videre illum erat, poſtquam aliquamdiu quaſi alienata à ſenſibus mente orarat, ægre ſe in pedes erigentem, & prope languido gradu è templo efferentem: jucundo vero divini amoris motu, ſuavitatibusque cæleſtibus pleno interea pectore fruebatur. Reliquis antemeridianis horis ſancto ſilentio intentus, aut preces recitabat Deo, aut eum tacitus ſpeculabatur, aut pie aliud à S. Auguſtino vel Bernardo litteris mandatum legebat. Hac igitur gratia, lætus in Profeſſorum domum migravit: in qua comperit, tironum diſciplinam commiſſam eſe Hieronymo Plato, viro virtute, rerum divinarum ſtudio, atque omnis Chriſtianæ Philoſophiæ ſcientia ſingulari. Teſtes ſunt ejus libri, tum pridem editi, tum reliqui argumento illis ſimiles; quibus cum per immaturam mortem extremam manum non licuiſset imponere, magno religioſorum hominum detrimento numquam lucem aſpexerunt. In iis admirabili via & ordine rationem tradebat, mentem ab his fortunæ ludibriis diſtrahendi; domandi ac moderandi corporis; motus omnes animi frenandi atque ordinandi; vitia pravosque habitus extirpandi; virtutes omnes, homini religioſo, tum ad ſeipſum regendum, tum ad conſueſcendum cum aliis, neceſsarias parandi; cum Deo denique perfecta ſe caritate jungendi. Duobus jam ac dimidio libris abſolutis, mors nobis ereptum compulit, opus relinquere imperfectum. Hic ergo Pater, ut erat pius ante alios & ſapiens, poſtquam ſuæ curæ traditum Aloyſium vidit; pro ea opinione, quam jam inde à primis diebus, quibus primùm eum noſſe cœperat, de eo habebat, valde gaviſus eſt. Quod porro fuerit ab initio ipſius de Aloyſio judicium, liquet ex litteris quas de iis, quæ in acceſſu Aloyſii ad Societatem evenerunt, ſua manu ſcripſit, *b* [ad P. Mutium Vitelleſcum, qui invaletudinis cauſa Neapolim miſſus, illo tempore debebat coronidem imponere ſacræ Theologiæ ſtudiis, quibus in collegio illic operam dabat. In hac epiſtola eum edocet multa de vocatione Aloyſii ad Societatem]: quorum etſi jam ante mentio facta eſt, tamen ut tanti Patris teſtimonio confirmentur, non erit abs re eas litteras ad verbum hic collocare. Scribit igitur in hunc modum.

A. VIRG. CEPARIO

Ibi committitur P. Hieronymo Plato,

ſuam de illo opinionem

E

b

137 Cariſſime frater in Chriſto. Pax Chriſti. Litteris, quas à te nuper accepi, cariſſime Vitelleſce, non equidem ſcio quid melius tibique gratius reſpondere poſſim, quam ſi te de quodam magni nominis tirone Societatis noſtræ, qui quinto abhinc die (erat is S. Catharinæ ſacer) in domum S. Andreæ ſe contulit, certiorem faciam. Eſt adoleſcenti nomen Aloyſio Gonzagæ. Natus eſt patre, præcipuo Marchione in vicinia Mantuanæ ditionis, cujus Ducem arctiſſima neceſſitudine attingit; atque ipſi Aloyſio, quippe ſtirpis ſuæ maximo, ſpes ſucceſſionis incumbebat. Verum ubi Deo placuit eum ſibi vendicare, duobus circiter abhinc annis, cum in regia Philippi Hiſpaniarum Regis verſaretur, ad Societatem adjunxit animum; eumque diſerte Marchioni patri ſuo, qui & ipſe in eadem regia erat, patefecit. Is, facto ſæpius ejus periculo, ad extremum conceſſit: neque ita multo poſt reverſus ex Hiſpania, ſcripſit ad Scipionem Gonzagam, Virum Illuſtriſſimum propinquum ſuum, qui modo Hieroſolymorum eſt Patriarcha, uti cum Præpoſito noſtro Generali ageret, filiumque ſuo illi nomine offerret. Verum quoniam, ut ante dixi, primogenitus erat, quem hereditas manebat; neceſse habuit jure ſuo fratri cedere: quod cum ſine Cæſaris auctoritate fieri non poſſet, aliquot interim menſes abierunt. Nihilominus tamen, re denique omni tranſacta, cum ſe optimus adoleſcens jam jam in portum invehi poſſe ſperaret pater illi in mora fuit; qui ſive vehementi in illum amore, ſive ſpe quam in eo repoſuerat, ſeu, ut ipſe modo ad P. Generalem ſcribit, quod immaturam adhuc tantæ rei ejus ætatem putaret, ut tandem commeatum illi daret, exorari ſe non finebat, & complures eum annos remorari deſtinarat.

„ VIII

„ *pridem ante teſtato litteris, datis Neapolim.*

„ *quibus narrat ejus in petenda Societate conſtantiam,*

AUCT. VIRG. CEPARIO

„ ibi vero eximia adoleſcentis conſtantia fervorque
„ mentis enituit. Tametſi enim majori quam expli-
„ cari poſſit obſervantia parentem ſuum colebat,
„ nullum tamen umquam ejus ſolicitandi viasque
„ omnes, ad ipſius flectendum animum, perſequendi
„ finem fecit. Cum vero nihil æqui boni impetra-
„ ret, litteras ſane ardentes ad Præpoſitum Gene-
„ ralem dedit, quibus petebat, ut per eum ſibi,
„ inſalutato patre, venire liceret. Cum Præpoſitus
„ Generalis abnueret, res uſque ad hoc tempus dila-
„ ta eſt: jam vero, qua arte equidem neſcio, certe
„ impetratâ tandem veniâ, habitu Eccleſiaſtico,
„ decem circiter equitibus comitatus, Romam venit.

acceſſum ad eamdem,

„ 138 Ejus adventus adeo percrebuerat quacum-
„ que iter haberet; atque etiam Romæ, paucis die-
„ bus quibus in ædibus Scipionis Gonzagæ diver-
„ ſatus eſt, jam emanarat in vulgus, ad Societatem
„ eum ineundam venire; ut cum per idem tempus
„ ad Pontificem Maximum adiret, uti ejus benedi-
„ ctione ad cœpta perſequenda muniretur; vulga-
„ to in aula ejus conſilio, eorum hominum coronâ
„ ambiretur, quorum ſtudia & curæ quoniam im-
„ menſum quantum ab ejus ſententia diſſidebant,
B „ intenta in illum ora velut in portentum tenebant.
„ Proxima demum ſuperiore feria ſecunda, quæ,
„ ut dixi, S. Catharinæ dicata fuit, ad S. Andre-
„ am ſe recepit; eodem illo Patriarcha proſequen-
„ te, qui ibidem, ut cum Patre Generali pranderet,
„ remanſit. Jam vero dotes ejus, mihi crede, ſunt

externas

„ ejusmodi, ut generis nobilitas, quàm modo cog-
„ noviſti quam ſit illuſtris, décorum ejus poſtre-
„ mum ſit. Ingenio tantum pollet, ut quamvis
„ octavum decimum annum necdum attigerit, ſit-
„ que tamdiu in Principum aulis verſatus, tamen
„ Logicis Phyſicisque ſit apprime eruditus. Prudens
„ vero & conſideratus in verbis, ut (ſerio loquor)
„ nos omnes obſtupefaciat. Ejus illud unum tibi
„ argumento eſto, quod Marchio ejus pater jam
„ tum familiæ ſuæ negotiis eum adhibebat, atque
„ in epiſtola qua illum Patri Generali offert, af-

inter-naſque dotes,

„ firmat ſe illi donare id, quo nihil carius majoriſque
„ ſpei haberet uſquam. Verum enimvero nihil ſunt
„ hæc omnia, ad ejus virtutem & ſanctitatem. Fa-
„ tetur ſiquidem ipſe, jam inde ab octavo circiter
„ anno Deum ſe timere cœpiſſe; ſatisque id oſten-
„ dunt vehementes, quibus agitur pietatis motus:
„ nam inter precandum continuis lacrymis abundat,
C „ & perpetuo prope animum collectum atque in-
„ tentum habet, quod cum ex ipſo vultu, tum
„ è moribus apparet. Domeſtici narrant, in more
„ illi poſitum fuiſſe, quatuor aut quinque tempora
„ interdiu in meditando agere, noctu idem facti-
„ tabat; ſed de ejus temporis partitione nihil com-
„ perti habebant, quod jampridem in exuendo nulli-
„ us uti operâ ſuſtinebat, ſed retruſus in cubiculum,
„ pro pietatis & ardoris modo, devoti Deo animi
„ officiis ſe tradebat.

noſtro-rum de illo opi-nionem,

„ 139 Ne vero me putes res ejus in majus at-
„ tollere, hoc tibi narraſſe ſufficiet, quod ſuo con-
„ greſſu P. Andream Spinolam tantopere ſibi de-
„ vinxerit, atque in tantam ſuæ præclaræ indolis
„ virtutiſque admirationem traduxerit, ut ille de
„ eo mecum poſtea agens, cenſeret me (qui quanti
„ illum faciam vides) in eo laudando frigidiorem
„ fuiſſe. Eadem interea eſt Patris Generalis, no-
„ ſtrorumque omnium, qui ſunt hic Romæ, Me-
„ diolani, Mantuæ, ubi diu commoratus eſt, de eo
„ opinio. Dicendumne ſit quod ſupereſt, equidem
„ dubito: metuo enim, ne ut noſtram, ita & tuam
„ lætitiam minuat: tamen quo te, ut pro eo vota
„ facias, extimulem, non reticebo. Scito ergo, ni-
hil illi naturalium vel cæleſtium bonorum deeſſe, D
„ præter valetudinem; cujus ea eſt imbecillitas, ut
„ vel ipſe aſpectus ipſius nos extimefaciat. Uno vel *& valetudinem afflictam,*
„ altero item die priùs quam in Societatis domum
„ introiret, laborare cœpit è pectore: cujus rei hanc
„ affert cauſam, è qua pietatis quoque ſtudium ejus
„ cognoſcas licet. Videlicet in eam ſe conſuetudi-
„ nem veniſſe, ut ſexta quaque feria aqua & pane
„ nudo victum toleret: cum vero eam proxima et-
„ iam ſuperiore ſexta feria tenuiſſet, atque inſuper
„ poſtridie profectus in palatium, quo aditum ha-
„ beret ad Pontificem, cui pedes de more oſcula-
„ tum venerat, ad horam alteram & vigeſimam je-
„ junus duraviſſet, vehementer debilitatum eſſe.
„ Ut ut eſt, ſi curatio ulla opem afferre poterit, man-
„ dato Patris Generalis quidquid diligentia & ſoli-
„ citudine provideri licebit, adhibebitur: jamque *quam ſpes ſit reſtau-randam.*
„ id fieri cœptum eſt; ac fortaſſe, imo procul dubio,
„ valebit melius, Societatis cura ipſum temperante,
„ quàm effreni & præcipiti illo æſtu abſorbente.
„ Itaque Deum pro illo precare: neque dubita, quin
„ ſi vita illi & ſanitas ſuppeditet, egregiis illum olim,
„ pro Dei gloria Societatiſque nomine, facinoribus
„ florentem ſis viſurus. Hæc omnia (tametſi non E
„ pauca ad exemplum ſalutaria præterii) ideo plu-
„ ribus expoſui, ut lætitiam, quæ per hos dies pro-
„ fecto tanta fuit omnium noſtrum, ut nulla prope
„ alia de re ſermo eſſet, tecum communicarem:
„ hac tamen conditione, ut hoc gaudium, quod
„ tibi attuli, Deum orando compenſes, ut me tot
„ præclarorum hominum, quos quotidie ad hanc
„ ſanctam Societatem vocat, ut eam veluti gem-
„ mis quibuſdam inſigniat, ſacra neceſſitudine at-
„ que imitatione dignum præſtet. Deus tibi benedi-
„ cat. Romæ III Kalend Decembris MDLXXXV. Tuus
„ in Chriſto frater & ſervus, Hieronymus Platus.

Hanc ille opinionem jam Con-feſſarius Aloyſii con-firmat,

140 Has litteras cùm ſcriberet Pater, necdum illum intus norat; quam tamen magnificis ab eo laudibus efferatur, quivis intelligit. At ſimul con-fitenti operam dare, deque divinis rebus atque in-terioris animi rationibus cum eo ſermones habere ingreſſus eſt; ea omnia ſigillatim exquiſivit ex ipſo, quæ, ut in hujus operis Procemio narratum eſt, ſcriptis prodidit: tantamque in hoc adoleſcente innocentiam, tantum rerum divinarum ſcien-tiæ lumen, tantam plenæ ſanctitatis ſublimitatem comperit; ut ex eo velut quemdam è Cælitum nu-mero coluerit, & quoties in ejus mentionem ve- F
nit apud omnes iiſdem laudibus ornarit. Sed tum præcipue, cùm aliquando cum Patre quodam de cæleſti beatitudine diſſerens, affirmaſſet, Cæli-tes qui ea perfruuntur, uſque eo Dei quem cog-noſcunt & intuentur voluntati accomodare ſe, & quodammodo in eam migrare, ut niſi quod amet ac velit Deus, nihil ament aut velint; adjunxit, hujus ſibi exemplum videri in Aloyſio noſtro elu-cere: In cujus mente, inquiebat, cum Cæleſtes il-li Deum jucundiſſime acquieſcere ſentiant, obſe-quuntur & ipſi huic Numinis voluntati, totique ſunt in eo immortalibus donis & muneribus ex-ornando, meritis cumulando, precationibus ſuis tuendo: idque mihi videntur facere certatim, quis alteri præripiat primas: tantum ei favoris im-penſum video à Deo & à Sanctis, totque animam ejus ornatam virtutibus, ac donis cæleſtibus cu-mulatam. Idem Platus, cum iter aliquando Se-nis haberet, hujuſque adoleſcentis præcellentes *admirans necdum miraculis clareſcere:*
virtutes celebraret; Patri cuidam affirmavit, mi-rum ſibi videri, quod, pro tam illuſtri ſanctitate, quam elucentem in eo videret, multa ac mani-feſta miracula non ederet. Et ego memoria te-

neo,

A neo, audire me Bellarminum Cardinalem, idem ſibi mirum accidere prædicantem, quod tam inuſitata integritas vitæ divinis adhuc, quæ quidem ſcirentur, oſtentis careret.

IX 141 Manſit in ea domo diutius Aloyſius, quam ceteri tirones ſoleant. Prima luce quotidie, horâ pie meditando exactâ, ad ſacrum veſtiarium ſe conferebat; neque inde, niſi poſtquam quinis ſeniſve Sacris, propenſa admodum pietate cæleſtique gaudio miniſtraſſet, pedem referebat. Tantam capiebat ſuorum ſociorum, atque imprimis duorum qui infirmiori valetudine videbantur, miſericordiam; ut Præſides admoneret, eos ſuæ ſanitatis negligentiores eſſe, ac nimis multis Sacrificiis ſervire. Tempus, quod inter duo Sacra intercedebat, tacitus ac ne verbo quidem quemquam compellans, in angulo quopiam reſidens, modo rite commentando, aut preces Virgini Matri ferendo, nonnumquam libros ſacros legendo, conſumebat. Æditum, ſi qua de re monendus aut conſulendus eſſet, aperto capite, junctis ante pectus manibus adibat; coramque aſtans tam reverenter ac ſubmiſſe alloquebatur, ut verecundiorem illum faceret. Mandata tum ipſius, tum ſociorum ejus, non minus prompte accurateque exhauriebat, quam ſi à Chriſto Domino noſtro data eſſent. Feria quinta majoris hebdomadæ, negotium ei dederat æditus, ut ad cenotaphium Chriſti ardentes lucernas curaret. Ibi cùm diu aſtitiſſet, numquam tamen ad aſpicienda ornamenta apparatumque loci, qui ſua venuſtate magnam populi vim contraxerat, oculos ſuſtulit: ergo ſciſcitanti poſtea ſocio, ecquid ei cenotaphium arriſiſset; negavit ſe vidiſſe: neque enim ſibi id viſum eſſe licere, quando aliud ab ædituo in mandatis haberet.

Aloyſius optimo cum exemplo

in ſacrario mane toto agit,

ædituis obedientiſſimus,

B

142 Adverſus tironem deinde illum, cui modicum aliquod in ceteros imperium ſolet eſſe, tantam reverentiam obſervantiamque adhibebat ut ne Præpoſitum quidem ipſum Generalem majori colere poſſet. Prætereunti ſiquidem aſſurgebat, caput aperiebat, omne honoris genus habebat; donec ille, qui pro ſuo pudore tantum dignationis ferre non poterat, Præſidi quereretur, iſque Aloyſio præciperet, ut modum ſuo officio ſtatueret; quod & fecit. Neque mirum eſt tantum illis honoris detuliſſe dictoque audientem fuiſſe; quoniam non eum cui obediebat, ſed cujus vicem gereret ſpectabat; & jubentis vocem, tamquam Dei non hominis vocem, interpretabatur. Quod non ſolùm idcirco ſe facere ajebat, ut majorem à Deo gratiam iniret; ſed etiam quod volupe ſibi eſſet, cogitare Chriſtum ſibi loqui, nonnullamque ei ſerviendi occaſionem dari. Adjiciebat, jucundius ſe iis qui inferiorem ſubditamque majoribus, quam qui ſupremam, atque à nullo pendentem poteſtatem gererent, parêre; neque id tam humilitatis ſtudio, quam quadam (ut ipſe appellabat) ſuperbia. Etenim ſi humano judicio res pendatur, ægre quidem hominem ut in hominis (præſertim ſi neque genere, neque naturæ fortunæque dotibus par ſit) poteſtatem ſponte veniat, adductum iri. At vero, Deo, aut quod idem eſt, homini vicem Dei fungenti ſemet ſubjicere, rem eſſe longe glorioſiſſimam: id vero tanto luculentius eminere, quo minus in eo humanus ſenſus dominetur, paucioraque ſint in eo qui imperat ornamenta, quæ hominum animos ad ſe convertere & rapere poſſint.

Præfectique reverens,

C

143 Elapſis antemeridianis horis, tirones, qui in illa domo degunt, invicem ſe conferunt; hi ad legendum, alius ſuper priorem, alius ſuper poſteriorem menſam; illi ad obeunda culinæ munia. Cùm Aloyſio obtigiſſet, ut ipſe quoque his miniſteriis vacaret; pari in iis quamvis humilibus voluptate verſabatur, atque ſi eo loco natus, eoque jure eſſet, cui inſitâ quadam naturæ vi illorum ſtudium congrueret. Anagnoſtes factus, conſideratus in legendo ac minime præceps fuit. Succurrit autem quondam, ut interea neſcio quis ſtrepitus fieret in triclinio dum legeret, ſic ut minus ab aliis exaudiri poſſet. Nactus hanc occaſionem tiro ille qui ceteris erat impoſitus; id ad eum reprehendendum arripuit, quod ejus vitio Patres ac Fratres lectionis fructu eâ mensâ caruiſſent, atque damnum hoc ſpirituale (ſic enim, ut eum experiretur, nominabat) multis verbis exaggeravit. Hic Aloyſius, qua erat patientia, nihil excuſare, veniam orare, emendaturum ſe polliceri; ac deinde, quo illius ſocii ſpirituale damnum reſarciret, quod jam legerat, de induſtria iterare.

A. VIRG. CÆPARIO

à meridie pie & humiliter occupatur.

144 P. Hieronymus Platus, qui tantopere eum orationi, mentiſque actionibus deditum ſentiebat; ejus nonnihil avocandi cauſa, imperarat, uti à prandio ac cœna, non unam modo horam, ut aſſolet; ſed ſemis præterea, cum iis qui poſteriori menſæ interfuerant, animum ſermone remitteret. Ipſe, etſi prius cibum ceperat, mandato ſatisfecit. At Miniſter hujus ignarus, inter eos qui altero congreſſu ſe oblectabant repertum, palam in triclinio reum ſemet facere, ac pœnas dare jubet violatæ legis de ſilentio, extra horam quæ proxime menſam conſequitur, cum aliis colloquendo. Fecit ille quod pœnæ nomine impoſitum eſt, nulla excuſatione uſus, neque ulla dati à Præſide mandati mentione facta; & continuo alterius etiam remiſſionis, ut erat juſſus, particeps eſſe perrexit. Eo comperto admiratio Miniſtrum tenuit; deinde iterum ad pœnam vocat; neque ille aut detrectat, aut cauſam ullam dicit. Secundum menſam accerſitum ad ſe P. Platus admonet, in ſocios offendiſſe, quod etiamnum tiro, ob eamdem culpam geminatâ pœnâ mulctatus eſſet. Rogavit deinde, quid ita Miniſtro non indicaſſet, majorum conceſſu id ſe facere? Reſpondit ille, veniſſe ſibi item in mentem, ſilentium ſuum fortaſſe aliis pravo exemplo futurum; verum quod metueret, ne amor in ſeipſum, Superioris veniam ac mandatum, quo illa lege ſolutus erat cauſando, in aliquam fraudem impelleret; obſtinaſſe, re diſſimulatione tranſmiſſa, pœnam iterum etiam ſubire: &, ſi quid præterea Miniſter moviſſet, ne cui tacendo offendiculo eſset, quid in mandatis haberet, aperire. Valebat plurimum, ad aliorum animos accendendos, cernere quam parato patientique animo animadverſiones ſuſtineret; quanta alacritate quidquid gravius de ſe, nullo licet ſuo vel culpæ vel negligentiæ (quæ duo aut numquam, aut certe perraro in eo reperiebantur) merito ſtatutum eſset, perſolveret. Quin imo ſæpenumero evenit, ut quod alii deliquerant, ipſe per errorem inſimulatus, libens nihilque pro ſe cauſatus, perinde ac ſi culpam ſuſtineret, plecteretur. At non diu latebat; iis qui in culpa erant, cum illum puniri viderent, certatim ſui abjiciendi ſtudio, de contracta noxa profitentibus.

E

citra culpam bis reprehenſus,

ut violati ſilentii reus,

diſſimulat ſuam innocentiam,

F

145 Reliquo die ſolebat comitari quempiam Patrem ad carceres aut valetudinaria, quo ejus domus Sacerdotibus pœnitentiæ adminiſtris mos eſt itare quot hebdomadis ſæpius; atque interea dum Pater vinctis aut ægris confitentibus ſui copiam facit,

promptus ad quæcumque obſequia.

A. VIRG. CEPARIO

facit, ipſe ceteros de Chriſtianæ fidei capitibus aut ratione obeundæ Pœnitentiæ erudiebat. Quando domi manebat, eâ everrendâ aliiſque ſimilibus humilibus miniſteriis diſtinebatur. Cum aliquando unà cum ſuis ſociis in ſolario lintea, quæ è lavatrina eo delata arùerant, complicaret; rediit in memoriam, nihil ſe eo die, ut quotidie ſoleret, in S. Bernardo legiſſe. Subiit ergo, poſtquam aliquamdiu id egerat, cupiditas ſuæ pietati ſatisfaciendi. Ac licebat illi quidem, ut & ceteris tironibus, ubi aliquid temporis illi operi dederint, impune diſcedere: verum id minus expedire ratus, ita ſuis cogitationibus reſpondit; S. Bernardus, ſi eum legeres, quid aliud te doceret, quam obedientiam? Fac igitur jam te legiſſe, & obedientiam adhibe. Legibus omnibus, quantumvis mi-

& Regulæ obſervantiſſimus.

nimæ notæ, tam ſtudioſe parebat, ut nullius hominis, quacumque dignitate prædiți, gratia eas violaret. Fuit, cùm Illuſtriſſimo Cardinali Roboreo propinquo ſuo, in templi veſtiarium ejus viſendi cauſa venienti, ſe excuſans, negaret, poſtulatam ſibi eſſe cum eo loquendi facultatem: qua ille excuſatione recreatus, non, prius cum eo ſermonem contulit,

B

quam à Patre Generali permiſſum eſſet. Denique tam erat in omni officii munere perfectus, tam recti & ſalubris omnibus exempli, ut in omnium, qui in ea domo erant, ſinu habitaret, atque adoleſcens ſanctus audiret. Duobus ibi menſibus exactis, in domum tironum S. Andreæ revocatur.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Dicta confirmat teſtis Caſt.* VI: Poſtquam intravit tirocinium Aloyſius, habitus continuo ab omnibus fuit pro Sancto: & vero ſanctam omnibuſque perfectam numeris ducebat vitam. Hinc multi, ſcio, rapuerunt Officium ejus parvum, item Breviarium reſque alias, quibus erat uſus, tamquam Reliquias Sanctorum. Tam exactus erat obſervator legum domeſticarum, ut nonnullis videretur ea in obſervatione nimius, damnareturque exactitudinis ſuperſtitioſæ. *Addit autem, quod mox huc quoque pertinebit.* Quando poſt aliquod tempus venit tiro ad domum Profeſsorum, miniſtraturus operantibus ad aram; ubi uni alicui operam navaverat, ilico reverſus in ſacrarium, genua ad orandum flecte-

C

bat ante Reliquias Sanctorum, quæ ibidem in altari ſervantur; non, ut alii ſolent, in ſella aut ſcamno conſidebat. Ædituus autem talia obſervans, nonnumquam eum jubebat inde ſurgere, & obſequentiſſimum habebat. Atque hæc ſcio, quia vidi.

b *Quæ hinc ſequuntur ſumpta ſunt ex editione Ceparii Placentina. In priori dicebatur epiſtola miſſa fuiſſe tacito nomine proprio*, ad adoleſcentem de Societate noſtra, qui id temporis in Collegio Neapolitano litteris ſtudebat.

CAPUT III.

Reliquum Aloyſii tirocinium ad S. Andreæ; oratio jugis & expers diſtractionum.

X *Regreſſus ad S. Andreæ,*

146 REverſus ad tirocinii ſedem Aloyſius, quæ eſt ad S. Andreæ, præſtantibus Patrum, quos in Profeſsorum Domo viderat, exemplis plurimùm ad ſtudia virtutis arrectus; primùm de omnibus, quæ dum abeſset, intus in animo ſuo geſta eſsent, tironum Magiſtrum certiorem fecit: deinde flagrantiore quam alias umquam animo &

D

cura, exercendis tironum muneribus ſe dedidit. Erat autem omnis officii ſui adeo benegerens & accuratus, ut non modo nihil alii in eo delicti notarent; ſed ne ipſe quidem, qui ſuas res omnes obſervare, ac non ſolum actiones, ſed cogitationes ipſas ſuas excutere diligentiſſime ſolebat, quidquam in ſe reprehenſione dignum reperiret. Id adeo compertum eſt, cum aliquando tironum Magiſtro ſcrupulum, qui eum vehementer exerceret, eximendum propoſuit; narrando illi, ſe, quamvis omnem diligentiam in explorando penitus animo ſuo conſumeret, nihil tamen in eo animadvertere poſse, quod vel inter venialia errata reponendum eſset. Id vero eſse, quòd graviter maceretur; vereri enim, ne ex eo id exiſtat, quod parum ſe norit; atque adeo ne interiores illæ tenebræ menti ſuæ ſint offuſæ, quas ſæpe audiſset, & vero etiam legiſset, grande ei periculum creare. Atque ex hoc, quanta fuerit mentis ejus puritas, facile colligi licet. Ad hanc præſidio erant complures animi dotes, quarum nonnullas hoc loco exequar; ne cuiquam incredibile ſit, tantam eum conſcientiæ integritatem atque munditiem tueri potuiſse.

angitur quia ſibi vidit à ſe delinqui:

E

147 Principiò diuturno ſtudio, quod à prima pueritia in edomandis affectionibus animi poſuerat, & comparato inde habitu, eò jam evaſerat, ut neque perturbari animus, neque ullo rerum mortalium ſenſu, vel primis cupiditatum motibus concitari videretur. Certe complures, quos dum Religionem coleret, in uſu habuit, jurati teſtificantur; non modo numquam ab ſe illum in ullo errato, quod vel venialis inſtar haberet, compertum eſse; ſed ne indicium quidem ullum animi, vel repentinò, atque inconſulta ratione; irâ, aut impatientiâ, aut alia quavis ægritudine agitati, aliquando dediſſe. Quæ vacuitas ab inſolenti omni affectu, tanto plus habet admirabilitatis, quod (ut alias diximus) minime ex hebeti natura proficiſceretur; quippe cum, præterquam quod adoleſcentiâ & multo ſanguine caleret, etiam ſagaci & ſupra ætatis captum perſpicaci ingenio eſſet: ſed nimirum accepta ferenda eſt præcipuæ Dei gratiæ, & habitibus excellentium virtutum ad quos illum perpetua meditatio, exercitatioque frenandi ſui, & in rationis cæleſtiſque doctrinæ gyrum ducendi, perduxerat. Accedebat, quod in agendo, non affectum, qui ſæpe ultra rationis fines hominem agit præcipitem; ſed lucem proviſionemque mentis, ducem ſequebatur: itáque, ajebat, qui à paſſionibus gubernetur, crebris erroribus obnoxium eſſe.

ut qui pridem domitas habebat paſſiones,

F

148 Neque vero in Sociorum congreſſibus ac circulis umquam, cupiditate vincendi, ad inanes pugnas verborum deſcendebat; ſed animi ſui ſenſu ingenue patefacto, ſi erat qui contradiceret, non repugnabat; niſi quid interdum, ut patrocinaretur veritati, blando ſermone ſedatoque animo ſimpliciter reſpondendum videretur: quod ſi alter pertenderet; quaſi de re nihil ad ſe pertinente, conticeſcebat. Ad hæc deſiderium omne non modo indifferens; ſed, quod majus eſt, bonum etiam ac ſanctum, quod modo vel tantillum turbare, pacatum quietumque animi ſtatum & ſupervacuas ſolicitudines accerſere poſſet, omni ſtudio ejiciebat: quamobrem mens illi perpetuo quodam otio & tranquillitate, quæ diuturno uſu quodammodo jam in naturam verterat, fruebatur.

alienus ab altercatione

& quocumque immoderato affectu:

149 Adjumento præterea illi erat, quantum ninil quidquam; quod Deum non modo ſibi ante mentis oculos inter actiones omnes aſſiduo ponebat,

A bat, cujus gratia nihil ſuſcipiebat, quod non omni induſtria elaboraret; verum etiam quod ei perXI petuo orationis uſu conſociatus erat: in qua oratione tantum ſtudii collocabat, quaſi in ea ſpes omnis ſita eſſet perfectæ ſanctitatis parandæ. Negabat fieri poſſe, ut qui precandi ſuique colligendi minus ſtudioſus ſit, plena umquam & diuturna de ſeipſo victoria utatur, aut ad excelſiorem abſolutæ eximiæque virtutis & ſapientiæ gradum aſpiret: id quod experientia ipſa ſatis oſtendit. Ergo illam quorumdam, qui religionem profitentur, animi impotentiam; illos turbidos concitatoſque motus; illud faſtidium, quod ſentiunt; neglectæ meditationis ſacræ orationiſque conſuetudini tribuebat. Hanc autem compendiariam & proximam ad perfectam virtutem viam eſſe dicebat, idque omnibus perſuaſiſſimum cupiebat eſſe: neque enim dubitabat, quin ejus ſuavitate deguſtata, nemo ſit futurus qui ab ea ſe divelli patiatur. Quorumdam mirabatur miſerabaturque ſocordiam, qui ubi neceſſariis occupationibus intenti, forte otium ſalutaria de more meditandi interdum minus habuerint, ſenſim conſuetudine quadam, hoc divinum
B exercitium, etiam cum opportunitate temporeque maxime abundant, intermittunt. At ipſe adeo toto animo ſe illi dediderat, ut omnes ipſius deliciæ eo tempore, quo comprecandum aut meditandum erat, contineri viderentur.

Orationi addictiſſimus

150 Atque ex iis, quæ longo uſu in ſeipſo compererat, hauſit præclariſſima quædam rite meditandi præcepta. Itaque P. Robertus Bellarminus, qui nunc eſt in numero Purpuratorum Patrum, cum in Collegio Romano capita meditationum, quæ in libello Exercitiorum ſpiritualium Societatis deſcripta ſunt, compluribus qui ibide.. in ſtudiis elaborant explicaret; præclaro aliquo recte meditandi documento tradito, adjungere ſolebat, hoc ſe ab Aloyſio noſtro didiciſſe. Præparabat ad orationem animum perdiligenter, lectis ordinatiſque veſperi ante quam decumberet, per octavam minimùm horæ partem, certis, de quibus poſtridie commentaretur, locis. Ubi diluxerat, dabat operam, ut aliquanto ante ad meditationem accinctus eſſet, quam ejus ordiendæ ſignum daretur: quo tempore collectum animum ad tranquillitatem componere, & cura appetitioneque omni alia ſolvere nitebatur. Neque enim fieri poſſe, ajebat,
C quin mens alias res agat, Deique imaginem, cui ſe meditando contemplandoque quam ſimillimam eſſe ſtudere debet, in ſe recuſet exprimere; dum interea ſolicitudine, vel amore, vel cupiditate cujuſquam alterius rei teneatur. Memini me illum audire, cum in eamdem ſententiam hac ſimilitudine uteretur: Quemadmodum agitata ventis aqua, aſtantis hominis effigiem, vel quod turbida ſit, omnino non oſtendit; vel, ſi limpida eſt, non membra omnia trunco hærentia, ſed ſeorſim quaſi conciſa & diſperſa repræſentat: ita etiam hominis animum, qui inter contemplandum contrariis perturbationum flatibus conflictetur, aut affectibus deſideriiſque commotus rapiatur, negabat, ad imaginem Dei referendam, aut ullam tantæ majeſtatis quam conſiderat, ſimilitudinem arripiendam, ullo modo aptum aut rite præparatum eſſe.

orandique ſcientiſſimus erat,

ſolitus ad eam præparari diligenter,

151 Dato orandi ſigno, quanta maxima poterat reverentia, ante ſuum paupertinum oratorium procidebat in genua; tantaque induſtria in mente, ne quam in aliam curam dilaberetur arcenda evigilabat, ut hujus gratia ne ſpuendi quidem neceſſitati parêre ſuſtineret. Totum ſe dabat cogitationi eorum quæ ad meditandum erant propoſita;

cœpteque inſiſtere,

& confluente præ vehementi contentione mentis ad ſuperiora vitali ſpiritu ac ſanguine, ima membra tanta debilitas & frigus occupabat, ut finitâ oratione pedibus nequiret conſiſtere. Accidebat etiam non raro, ut poſtquam ab ea ſurrexerat, alienatâ aliquamdiu à ſenſibus mente, ne locum quidem in quo conſtiterat agnoſceret: quod tum præcipue uſuveniebat, cum illa Deo attributa elogia, bonitatem, providentiam, amorem adverſus homines, & horum omnium imprimis infinitatem, colluſtrabat animo: tunc enim longius abducebatur à ſenſibus. Inter precandum tantam habebat lacrymarum facultatem, ac tam large eas fundita- *non ſine lacrymis;*
bat; ut neceſſe fuerit Præſides, metu ne ex hac copia caput atque oculi detrimentum caperent, aliquam eas inhibendi viam inire: verum nullo umquam remedio profectum eſt.

A. VIRG. CEPARIO

152 Admirabilius vero eſt, cujus tum alii ejus Confeſſionum arbitri, tum Bellarminus Cardina- *& citra* lis eſt teſtis, quod ab inſtituta oratione numquam *ullam diſtractionem:*
fere ejus animus aberrare ſit ſolitus; quod quam ſit eximium Dei munus, facile quilibet, ex eo quod ipſe inter orandum experitur, aſſequetur. Hanc tam certam mentis in res ſacras intendendæ E poteſtatem, non ſola Dei gratia conſecutus erat; ſed ex eo præterea, quod longinqua meditatione atque uſu, vim animi, qua remota etiam in ſe comprehendit atque cogitatione depingit, uſque adeo pronam obedientemque ſibi fecerat, ut nullius, niſi quod commodum eſſet, veniret in mentem. In ea vero cogitatione quam ſuſcepiſſet, tam valde, quoties lubebat, configebat animum, ut eorum quæ ab aliis dicerentur aut fierent, ſenſum nullum caperet, neque exinde ab ulla re ipſi, avertendæ mentis periculum erat. Etſi in domo tironum quotidie, atque ad idem prope exemplum in collegiis, conclavia omnia luſtrentur, quo exploratum ſit, omneſne ſtatis horis precibus vacent; tamen, quamdiu in Religione vixit, numquam ad ſe quemquam inſpiciendi gratia veniſſe ſenſit: quod ſane, quam id temporis remotus à ſenſu & commentando aſtrictus fuerit, notabile ſignum eſt.

153 Lege ſancitum eſt, ut quivis de Societate, cùm ineunte tirocinii tempore, tum reliqua ætate, ſexto quoque menſe, non delicta modo, ſed *ut de ſe ipſe faſſus*
dona etiam, gratiam, virtutes hauſtas divinitus, omnia denique conſcientiæ arcana Præſidi ſuo patefaciat: nimirum ut ille, cujus eſt ceteros conſiliis ſuis gubernare, de omnibus edoctus, finem F & modum tranſeuntes, exceſſum paterne dedoceat; incautos fraudibus, quarum in arctiore vita frequens occaſio eſt, liberet; omnibus denique ſuæ fidei creditis, ad progreſſiones in perfecta vivendi ratione faciendas, viam muniat. Hoc vero eſt, unde complures beati Aloyſii virtutes patuerunt: ſtudio ſiquidem parendi legi, atque ex majorum præſcripto dirigendi ſui, mirifico candore & ſinceritate Superioribus ſuis & melioris vitæ parentibus, quid in ſuo pectore agitaretur à Deo, detegebat. Id adeo diligenter obſervandum eſt, ne cuiquam mirum videatur, quod complures vir- *in reddenda conſcientiæ ratione.*
tutes ſuas prodiderit: huc enim ipſum, ceteroqui minimùm de ſe loqui ſolitum, majoribus legique obediendi ſtudium adigebat. Cum ergo quondam Rectori interiorem animi ſui notam patefaceret, percunctanti, ecquid inter orandum cogitatione interdum ad alias res abſtraheretur; reſpondit ingenue: Si cogitationes omnes alienæ, quæ ſuam ſex illis menſibus umquam precantis, meditantis, in conſcientiam inquirentis, mentem remoratæ eſſent, in unum cogerentur; eam om-

A. VIRG. CEPARIO

nem moram, ſpatium quo Salutatio Angelica recitari poſſet, non æquaturum.

nec tamen vocales negligebat preces;

154 In orationibus, quæ pronuntiationem deſiderant, major ei difficultas erat: non quidem, quod inter eas quidquam aliud tractaret animo, ſed quod minus expedite & appoſite pſalmorum, aut aliorum quæ recitabat, ſententiam aſſequeretur. Itaque ſibi tum evenire ajebat, quod homini pro obſeratis foribus ſtanti, qui neque ingredi poſſit, neque alio digredi velit. Ceteroquin, in hoc etiam precandi genere, vehementi rerum cæleſtium ſenſu ac voluptate affluebat: præcipue in legendis pſalmis, è quibus pios animi affectus, quorum uberem illi ſegetem præſtant, induebat: qui quidem interdum tam erant incitati, ut ægre & vi, nonnulla verba proferret. Itaque quando pro ſua illi pietate, tirocinii tempore, preces Canonicas Sacerdotum more recitandi conſuetudo erat, Matutinis minimùm horam totam tribuebat. Quod ad meditationis materiam, in conſideratione ſuppliciorum ac cædis Chriſti Domini plurimùm acquieſcebat, divinaſque ex ea jucunditates capiebat. Ejuſdem memoriam quotidie refricabat quadam brevi Antiphona, ſub meridiem pronuntianda, & de Chriſto crucifixo cogitando. Quod ille tam liquido pietatis ſenſu intentoque animo faciebat, ut ſe quotidie manifeſtò, temporis illius quod feria ſexta ſanctioris hebdomadæ colitur, ſanctitatem præ oculis habere, diceret. Quantum ex ſacræ Euchariſtiæ meditatione animi ſolatiique cæleſti hauriret, jam ſupra dictum eſt.

meditandæ Paſſioni Chriſti multum afficiebatur;

B

& Angelicæ naturæ conſiderandæ.

155 Sanctos Angelos, ac præcipue Tutelarem ſuum, ſingulari quadam obſervantia colebat & jucunde ſpeculabatur. Quo tempore, quam Deus illuſtres, de his liberis ab omni concretione mentibus, ejus animo ſententias ſubjiceret, teſtis eſt prolixa illa juxta ac elegans meditatio de Angelis, quam P. Vincentius Brunus in alteram partem ſuarum meditationum retulit; & Andreas Victorellus Doctor, in eruditis ſuis libris, de cuſtodia Angelorum, non ſine laude citavit: quæ quidem tota, ſive verba ſpectes, ſeu ſententiam, eſt B. Aloyſii partus. Narravit enim ipſe P. Vincentius, ſe, qui non eſſet neſcius illum ſanctos Angelos præcipua pietate complecti, negotium de induſtria dediſſe, ut quid de iis ſentiret, ſcriptum faceret. Eſt penes me ſcheda B. Aloyſii manu,

C

nuper inter alias reperta, in qua ſeorſim de Angelis hæc annotat: „ Officia pietatis erga Angelos generatim. Finges animo, te novem Angelorum choris Deum comprecantibus, & hymnum illum (Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miſerere nobis) canentibus mixtum eſſe; quem proinde hymnum tu quoque „ novies iterabis, & cum illorum precibus tuas conjunges. Angelo cuſtodi tuo ter imprimis quotidie „ tui curam commendabis, mane & veſperi recitando precem (Angele Dei) atque interdiu, cum „ in ædem ſacram circum aras ſupplicatum te confers. Perſuaſum habe, perinde te Angeli ductum „ ſequi oportere, atque cæcum quempiam, qui viarum diſcrimina ignorans, ejus, qui baculo greſſum „ ipſius regit, providentiæ in omnibus confidit „ Hæc ipſe.

Vita ejus videbatur eſſe jugis oratio,

156 Denique veriſſime mihi videor confirmare poſſe, vitam ejus Religioſam, perpetuam quamdam orationem fuiſſe. Siquidem tot jam annorum orandi mentemque à ſenſibilibus abducendi uſu, ejuſmodi erat habitum conſecutus; ut ubi ubi eſſet, quidquid rerum gereret, animus illi potius in iis eſſet, quæ mente tantùm, quam quæ etiam ſenſu uſurpantur. Quid quod in eum jam ſtatum devenerat, ut vix ipſis ſenſibus, puta, oculis ad videndum, auribus ad audiendum uteretur; adeo ſe totum ab illis ad interiora converterat; in his ſolis acquieſcebat; hæc in oblectamentis habebat; ab his ſi quæ illum cujuslibet utilitatis ratio diſtraxiſſet, omnibus licet quæ res poſceret tentatis, tamen parem animo moleſtiam capiebat, atque ſi aliquod ei membrum luxatum eſſet. Quamobrem nihil erat ei proclivius, quam totum diem, inter medias mentis vel corporis occupationes Deo cogitatione devinctum eſſe, animumque collectum atque hoc agentem retinere; nihil difficilius, quam eumdem diſſipare. Certe quondam faſſus eſt ipſe, quantam aliis videatur difficultatem, ut ipſi prædicant, habere, mentem in Deo defigere; haud minorem ſibi eſſe in avocanda: quamdiu enim ſibi ipſi imperare conabatur, ne de Deo cogitaret; vehementi vi conflictabatur, cùm neceſſario ſecum ipſe dimicaret: qua dimicationis vi atque impetu majorem valetudinis jacturam, quam ipſa continua Dei conſideratione faciebat. Interdiu, ne diſtricto quidem maxime occupationibus Deus illabi, & cor uberrimis delectationibus perfundere abſtinebat; neque ſane brevibus, ſed quæ interdum amplius horam tenebant: quæ quidem ita complebant animum, ut in corpus redundantes, cæleſti quodam illud ardore ſuccenderent, quem ſatis ipſo vultus rubore prodebat. Nonnumquam vero cor illi ea flamma correptum, tam crebro & concitato motu palpitabat, atque emicabat in pectus, ut exſilire velle diceres.

D

cum facillime mentem elevaret in Deum,

E

ultro dulciter affluentem.

157 Hæc tot interna gaudia, quibus ejus mens paſcebatur, adeo omnem corporis curam exemerant, ut magis ac magis indies debilitaretur extenuareturque; & capitis dolor, quem lenitum oportebat, ingraveſceret. Cùm ergo Præſides, qui eum regebant, animadverterent fieri non poſſe, ut in tanta contentione animi diu viveret, præſertim valetudine jam pridem voluntariis afflictationibus perturbata; omnis ei jejunii, abſtinentiæ, flagelli, ceterarumque ſeveriorum pœnarum uſu interdixerunt: deinde ſomni tempus produxerunt, orationis contraxerunt, ademptâ primùm dimidiatâ, ac poſtmodum totâ etiam horâ; vetitâ inſuper frequenti brevium precum, quibus negotia diſpungere mos eſt, conſuetudine; ac denique denuntiato, quo minus temporis precando conſumeret, hoc propius ad majorum voluntatem acceſſurum. Ad hæc, quo quam longiſſime abeſſet à meditationibus animi, variis eum manuum operibus diſtinere ſtuduerunt; ac denique crebris monitis auctores eſſe, ut quo ſanitatis tuendæ cauſa diligentius ſibi temperaret, hoc magis ſe è Dei gloria facere crederet.

Hanc aſſiduitatem juſſus moderari,

F

158 Neque vero magni negotii fuit eum, qui multo obedientiſſimus atque ad omnia paratiſſimus erat, in hanc mentem impellere ac pro arbitrio fingere. Id ut liquido oſtenderet, hic caſus tulit. Induxerat eum quidam Pater in ſpem à Patre Generali impetrandi, ut ei quotidie (quod, ut diximus, à Magiſtro tironum vetitum erat) horam meditando tranſmittere liceret. Ipſe, cùm hujus ſe licentiæ avidiorem ſentiret, ac metueret, ne, eâ non impetratâ, commoveretur, ratus hunc animi impetum, & moderationi atque æquitati animi, quam ſubjecti majoribus præſtare debeant, & mandato quod habebat, adverſari; dedit operam ſedulo, ut eum ex animo tolleret, ſeque ad priſtinam tranquillitatem & quaſi æquilibritatem revocaret. Id unum, illum pungebat, quod non

imo prorſus ab oratione ceſſare,

ſatis

A satis videbat, quînam Superiorum imperium facere posset. Siquidem etsi laborabat, ut mentem suam de rerum divinarum cogitatione deflecteret; furtim tamen atque ex improviso in eam redibat ac resorbebatur. Nempe, quemadmodum lapis medium mundi locum petit: sic ejus animus, quasi insita quadam vi in Deo acquiescceret, ab eo vi divulsus, eódem, velut ad centrum suum rapiebatur. Quondam ergo animi anxius, quod Superiorum voluntati obsequi non posset, Sacerdoti, quocum illi interior usus erat, confidenter: Equidem, inquit, quid agam nescio. Vetat me P. Rector orationi vacare, ne contentione mentis caput lædam; at ego gravius fatigor ac torqueor, dum à Dei cogitatione animum sevocare studeo, quam si assiduo in eam coner intendere: quod quidem usu in naturam quodammodo transiit, neque jam labor sed requies & solatium est. Enitar tamen, ut quod mihi imperatur, quam optime licebit, perficiam. Ubi sibi omne orationis genus interdictum vidit, ejus loco creberrime in templi odeum ascendere, sanctissimæ Eucharistiæ adorandæ. Ibi simul acciderat in genua, confestim surgere; ac ne qua cogitatione à sensibus abriperetur in Deum

id sibi difficilius multo esse fatetur;

B distineretur ve, inde se curriculo proripere. Verum hac diligentia parum proficiebat: quo enim obediendi amore magis insistebat fugere, hoc Deus illum acrius consequi, suique copiam illi facere, & pectus illustrationibus deliciisque cælestibus totum permulcere. Quas ille sentiens, ne Superiorum mandata frangeret, recusabat scilicet; submissoque animo Deum alloquens; Recede à me, Domine, ajebat, recede à me. Non mediocris item illi negotii erat, sensus corporis ad sua munera fungenda convertere: simul enim mens ejus in Deum rapiebatur, neque oculorum, neque aurium compos erat. Per hanc sanctimoniam excelsitatemque virtutis, usque ad exeuntem Octobrem anni MDLXXXVI in tironum domo, ad ædem S. Andreæ versatus est, summa cum admiratione Præsidum, qui ejus animum dirigebant, & singulari fructu progressioneque æqualium; qui, ut ejus verbis meliores quotidie fierent & exemplis, certatim ejus consuetudinem appetebant. *a*

cum ad id opus esset vehementi renisu.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a a *Huc usque multa de primo tirocinii anno, rebusque ibi ab Aloysio gestis. Eódem refero, quæ qui tunc socii ejus fuerunt, dedere testimonia; quorum primus sit R. P. Decius Striverius, Præpositus provinciæ Venetæ Societatis Jesu, supra memoratus, testis Castell.* XIX. Ego, *inquit*, multoties cum Aloysio, dum fuimus novitii, simul ivimus per vias & compita Romanæ urbis, instructuri rudes atque agrestes homines doctrinâ christianâ, & sæpe concessimus ea de causa in forum, quod Montanarium appellatur; in quod festis diebus tum pauperes urbici, tum villici rudes, concurrunt innumerabiles. Inter illos vidi Aloysium, capita fidei nostræ explicantem multo fervore, eosque ad dignos pœnitentiæ fructus faciendos extimulantem: ac vidi, eum plurimos inde deducere ad domum Professorum Societatis nostræ, ad instituendam peccatorum suorum confessionem. Vidi quoque duas ejusdem conciones, quarum unam dixit super mensam in triclinio tirocinii, alteram in collegii Romani; in utraque singularem commonstrans animi sui, à sancto Spiritu inflammati ardorem, cum plurima utilitate mea & aliorum auditorum.

Varia primo tirocinii anno

Memor quoque sum, quod unà novitii adivi-

mus nosocomium S. Mariæ de Consolatione, morbidis ibi operam nostram collaturi: & ipse suam conferebat semper magna caritate ac animarum zelo. Inter eundum autem ad prædictum locum, audivi aliquando ac didici ab ipso, quo oporteat animo adire & infirmis ibi servire: videlicet cogitandum esse, porrigi nobis à beatissima Virgine Maria Christum filium suum, Dominum nostrum, multis plagis concisum, ut eum curemus. Ita quidem ipse animo præmunitus erat ad opus: contigit tamen aliquando, nos in eodem valetudinario incidere in lectum infirmi, cujus lodices sanguine ac tabo sordebant fœdum in modum. Eo conspectu Aloysius primum impallescere, mox inflammari ac toto mutari vultu. Quamobrem siniştri quidpiam ominatus, monui & exhortatus eum fui, ut aliò conversus, mihi soli lectum istum permitteret curandum. Verùm se, & innatam sensibus rebellionem, ad conspectum lodicis istius suscitatam, vincere cupidus; facere porro mecum perrexit quod cœperat, ac perfecit. Rogatus à me postea, unde ei nata fuisset nec opinata illa vultûs perturbatio; respondit, aliàs se viso sanguine pati deliquium animi solere. Tunc tamen revera passus non fuit, propter exercitam E ibi (uti ego quidem pie existimo) caritatem, ac studium refrenandi impetum naturæ.

ANNOT. C. J.

Neque minus præstitit officii & caritatis suis in Religioso tirocinio sociis. Hos quippe, ubi ferebat occasio, conabatur publice ac privatim, verbis atque exemplis, stimulare magno zelo ad id quod melius est, atque ad amorem perfectionis & omnimodæ sanctitatis. Creberrime obibat per *præclare gesta.* domum abjecta ministeria, eoque libentiori animo, quo erant abjectiora: qualia sunt, portare sportulas, pauperibus erogandas, in longa pertica & conspectu secularium hominum; lavare in culina scutellas, cacabos, & alia vasa; detergere scopis aranearum telas; mundare lucernas ad publicum usum dispositas; agere crebro ac libenter cum laicis Fratribus, atque inter illos rudioribus; optare & quærere res, quæ ad usum necessaria sunt, in cubiculo, lecto, vestitu, maxime viles.

Ad paupertatem Aloysii quod attinet, quando in tirocinium venit, aliud non portavit, quam Breviarium unum, atque unam è tela imaginem Christi in cruce confixi: quam tamen paulo post D etiam tulit voluntate sua ad Superiorem, quo perfectius pauper foret. Illud quoque addam, quod in eodem tirocinio contigit. Obtinuerat à moderatore facultatem sic jejunandi, nescio nunc cujus festi pervigilio, ut præter panem & aquam nil gustaret. Interea dum cœnatur, animum advertit Moderator, perparce manducare Aloysium. Igitur triclinio post gratiarum actionem egressus, ipsum ad se vocatum jubet eódem redire, alteri mensæ etiam accumbere, ac totum quod sibi apponeretur manducare. Fecit continuo jussa Aloysius magna animi submissione, & manducavit quantum feriis esurialibus solet Nostris ministrari. Post hæc venit cum reliquis sociis ad communem novitiorum stationem, quæ animi laxandi causa post mensam habetur; & ego ei joco dixi; Carissimus Frater noster Aloysius bellum invenit modum manducandi parum in prima mensa, quo duplum manducet in secunda. Et ille, modesto ac subridente vultu; Quid agas Frater? Ut jumentum factus sum apud te: dicto illo insinuare volens, fecisse se ex imperio obediêntiæ quod fecit.

Fuit quoque Tiburæ Aloysius, hoc ipso primo tirocinii

A. VIRG. CEPARIO *nii anno, uti indicat teſtimonium Caſtellionenſe* XVII, *illuſtris Dominæ Seraphinæ Mancinæ, ita deponentis:* Ego cognovi B. Aloyſium ab annis circiter XX Tibure, admodum adoleſcentem, ſed in Societatem Jeſu jam tum adſcriptum; vidique illum in ejuſdem Societatis eccleſia, cum multa pietatis demonſtratione, ſacram Synaxin obire. Atque ex illo tempore audivi, paſſim dici, ſanctum eſſe: & vero, tametſi id nemo unus mihi dixiſſet, nihilominus per me ipſam id didiciſem: quia totus exterior homo ſpirabat ſanctimoniam, ſignificabatque pulcritudinem animæ ejus, ac intuentibus in ipſum excitabat neſcio quem devotionis ſenſum.

CAPUT IV.

Cum Tirocinii ſui Magiſtro Neapolim profectus, rara virtutis exempla ibi dat.

XII *P. Piſcator Tironum magiſter,*

159 QUo tempore B. Aloyſius Romæ, in Quirinali monte, in Tironum domo, ad ædem S. Andreæ, religionis ſuæ tirocinium ponebat; adminiſtrabat eam domum & tirones probabat

B P. Joannes Baptiſta Piſcator, Novarienſis, admirabili ſanctitate vir, & in excellenti Philoſophiæ Chriſtianæ gradu poſitus; cui raræ cujuſdam virtutis ac bonitatis tot alumni, atque in diviniore vita filii, qui tanto magiſtro ac duce gloriantur, certum teſtimonium tribuunt. Erat hic divinitus fortunatus vir, in corpore ſuo, aſſiduâ abſtinentiâ, crebris jejuniis, aſperrimis ciliciis & flagris, diuturniſque vigiliis macerando perquam rigidus. Quæ etſi clam maxime omnibus facere ſtuderet, fieri tamen non poterat, ut tot filios ſuos, qui intentis obſervandi & æmulandi ſtudio in illum oculis inhiabant, omnino falleret. Dum ſederet, ſtaret, ingrederetur, ad eum modum veſtes, vultum, totum exteriorem habitum conformabat, ut illuſtre quoddam modeſtiæ ſpecimen appareret. Vultus ei, jucunde ſemper ſerenus; os, ad modicum placidumque riſum compoſitum, qui turbatum aſpicientis animum pacare poſſet. Nullo umquam ille caſu, ſive læto, ſive ſiniſtro, colorem mutaſſe viſus eſt; numquam vultus tranquillitatem poſuiſſe; numquam triſtitiâ contractus, numquam inani hilaritate elatus. Idem ubique tenor, index edomitorum affectuum, & pacis

C tranquillitatiſque internæ, qua aſſiduo fruebatur; unde ne minimum quidem impatientis aut iracundi animi ſignum exiſteret. Seipſum, quantum neminem quemquam, deſpicatui ducere, humillime de ſeipſo ſentire, quidquid ageret pro vili ſe gerere. Incredibile memoratu, quanto precandi ſtudio flagraret: quantum vero in eo, Dei beneficio, valeret, illud eſt argumento, quod aliquando nocte, cum ceteri quietem caperent, in tironum exedra repertus ſit orationi intentus, cum è terra aliquot palmorum intervallo divina vi ſublatus, penderet in aëre. Id quod mihi Pater, qui in illo munere ei ſucceſſit, teſtificatus eſt; & in litteris Societatis anni MDXCI, typis mandatum eſt; in quibus, ubi de Collegio Neapolitano agitur, complures hujus viri virtutes celebrantur.

magnæ ſanctimoniæ vir,

160 Obſervabat perquam ſtudioſè præcepta religiose vivendi, quæ à S. Baſilio ſunt tradita. Collationum Joannis Caſſiani Abbatis tanto ſtudio ducebatur, ut eas prope totas memoria teneret: incumbebat vero toto animo ad ea, quæ à veteribus illis Patribus, ſanctitate conſpicuis, præcepta eſſe legebat, factis ſingillatim perſequenda. In

antiquis. Aſcetis comparandus,

verbis ſupra quam credibile eſt conſideratus & parcus: itáque nullum umquam ejus verbum quemquam læſit, nullum non recti exempli fuit. In congreſſionibus nihil illo dulcius. Sermonem argute dictis & leporibus, intra religioſum modum condiebat, de quibus erat omnibus mirifice amabilis. In pauperes, qui mendicato victitant, atque imprimis quos pudor detinet, tantâ miſericordiâ, ut iis tegendis, ſuum ſibi veſtitum detraxiſſe legatur. Jam vero in gubernandis ſubditis, ſeveritatem facilitas temperabat; & gravitati affabilitatem honoriſque contemptum admirabili arte jungebat. Ita venerationi omnibus erat, nemini moleſtiæ. Ardebat caritate in omnes: tironum vero ea cura & ſolicitudo, ut ſingulorum pater, mater, nutrix audire poſſet. Illorum errata ſedato & æquo animo tantiſper tolerare, dum in eorum mentes paulatim meliorem, quemadmodum deſtinabat, induceret formam. Nullius vitii aut delicti cauſa cuiquam acerbus eſſe; non offenſum incenſumque animum, non priſtinam de reo opinionem mutatam, non ſeverius aliquod de eo factum reconditumque animo judicium ſignificare: quin potius, non ſine egregiis benevolentiæ notis, admonere ſuaviter; interdum modico riſu, quo admoniti verecundiam ſublevaret, oſtenderetque errorem non tanti ſibi videri. Ad hæc addere animos, ſolari; neminem, niſi aut alloquio levatum, aut hortatione excitatum, ab ſe dimittere. Facilitate quadam plena caritatis, tot diverſis ingeniis ſervire, ut in eum caderet illud: Omnibus omnia factus ſum, ut omnes Chriſto lucrifaciam. Siquidem ſatis gnarus, ægre omnes eâdem ſemitâ duci; cuilibet, prout ejus ferebat valetudo vel indoles, iter ad faſtigium virtutis monſtrabat. 1. Cor. 9.

ac ſolidæ ſpiritus.

161 Nolebat ſuos in quadam ſupervacanea compoſitione externa corporis (quam plerique, vix egreſſi tirocinium, deponunt) ſtudium ſuum omne conterere: ſed auctor erat, eam ut modeſtiam induerent, quæ totâ vitâ comitari Religioſum debet; deinde ſolidarum virtutum & deſpicientiæ ſui ipſorum fundamenta jacerent. Optabat tirones, eos inter ſe, qui religioſiores jam eſſent, revereri, atque ut merebantur æſtimare; dicere quoque ſolitus, tantum intereſſe inter tirones, & eos qui jam in collegiis bonis artibus operentur; quantum inter eos qui prima litterarum elementa condiſcant, & qui Philoſophorum doctrinas attigerint. Cum aliquot Sociorum centuriis, qui ſuum illi tirocinium approbarunt, conſuetudo mihi fuit; quorum omnium magnam ſanctimoniæ ejus opinionem eſſe comperi, plenumque laudis de gubernandi ratione judicium. Nimirum ſummam adverſus unumquemlibet caritatem, manſuetudinem, facilitatem adhibebat; & (quod majoris etiam refert) uſque eò eodem omnes ordine agebat, ut ſinguli unice ab eo ſe diligi crederent, neque ſuſpicari poſſent, quemquam aut pluris fieri aut amari vehementius: quapropter impenſe redamabatur, magnâque fiduciâ, in quavis neceſſitate, perfugium omnibus erat. Tironibus religioſæ vitæ rationem, potius exemplo, quam verbis hortatuque tradebat: quippe nihil injungebat aliis, quod non ipſe prior impleſſet; neque commiſit aliquando, ut à quoquam ab ullo officiorum genere, quamvis minimo, declinaſſe notari poſſet. Et ſermonibus, & litterarum monumentis, multa de illo miraculis ſimilia feruntur: ut quod incendium, in quo reſtinguendo multi mortales aquam operamque perdiderant, ſolo ſuo conſpectu ſopiverit;

F *& affectu erga omnes æquabili.*

atque etiam miraculis clarus.

quod

A quod ſubjectorum ſuorum abſentium facta intuendi, & ſecreta pectoris penituſque cogitationes perſpiciendi vim divinitus habuerit: cujus rei non pauca exempla, quæ Romæ ac Neapoli evenerunt, à graviſſimis Patribus hodieque commemorantur.

162 Jam inde ab anno MDLXXXII fama eſt, dum validâ quotidiani victus inopiâ tironum domum premente, ipſe abditus in cubiculum, ejus levationem à Deo precibus expoſceret; ad fores veniſſe Angelum juvenili ſpecie; & cùm ad ſe accerſito certam pecuniam, qua inſtanti penuriæ ſubveniret, in manus dediſſet, eveſtigio ex oculis evanuiſſe. Harum rerum gratia in maxima apud omnes erat ſanctitatis gloria. Ergo ipſe Neapoli, [ubi tum Rector erat]; cùm mox profecturus è vita, ſacrum Viaticum accepiſſet, ex aſtantium mentibus (qui in illo exceſſu, in ejus quem in Sanctorum numero ducebant, dicta factaque intenti erant) hanc opinionem evellere conatus eſt. Verum quantò ille excellentiam ſanctitatis ſuæ diſſimulare contendit; tantò ejus inſignis modeſtia deſpicientiaque gloriæ, edito, in ipſo è terris ad cælos migraturi procinctu, tam illuſtri ejus exemplo, magis eluxit. Hunc Patrem, tam carum Deo, præcipuâ reverentiâ atque amore obſervabat Aloyſius, non ſolum quod Superior eſſet, cujus gratiâ velut Dei Vicarium habebat; verum etiam quod eum tot ornatum virtutibus, omnibuſque religionis numeris perfectum ac perpolitum videret; atque in ejus vitam ſicuti ſpeculum intuens, exemplum ab eo ſumebat. Itaque dicta factaque ejus omnia avide notabat, & corrigi ab eo atque erudiri ſtudens, cum eo de interiore omni animi ſui ſtatu conſilium habebat. Patri vero viciſſim volupe erat, in Aloyſii, cujus mentem inſigniter puram, ad accipiendas rerum cæleſtium diſciplinas appoſitiſſimam, & virtutibus dotibuſque divinis refertam eſſe ſentiebat, familiaritate verſari: quas quidem virtutes ac dotes, ſi illi prius commendare poſteritati licuiſſet, quam fato fungeretur, ſane multo plura de B. Aloyſio, quæ nunc latent, ſciremus.

& denique cum opinione ſanctitatis mortuus eſt.

B

XIII

Cum valetudinis cauſa Neapolim mitteretur,

163 Cum ergo, ſub autumnum anni MDLXXXVI, hic Pater morbo tentatus, ſanguinem ſpuiſſet; ac Præpoſitus Generalis, ſpe valetudinis reſtituendæ, Neapolim eum mittere ſtatuiſſet; ſciſcitatus eſt, ut fit, Aloyſium; Velletne ſecum proficiſci Neapolim? Cui Aloyſius, aliud nihil præterea cogitans; ſe vero libenter, reſpondit. Ubi deinde tempus advenit, ut ſe Pater Roma moveret, placuit Patri Generali ut tres tirones, quorum eſſet infirma maxime valetudo, ſecum duceret; experiendi cauſa, an mutato cælo melius illis fieri poſſet. In his fuit Aloyſius noſter, cujus gravibus capitis doloribus remedium quærebatur *a*. Cognito proficiſcendum ſibi eſſe, angi animo cœpit, quod vereretur, ne ſimpliciter affirmando, ſe libenter Patri comitaturum, aliquid momenti ad id decernendum attuliſſet. Oportebat enim, inquit, reſpondere, in Præſidum poteſtate futurum, neque ullum eo inclinantis aut abhorrentis animi ſignum dare; tametſi Patrem Generalem non ejus dictum, ſed valetudinis quam afflictam videbat ratio permoverat. Quocirca Aloyſio viſum eſt, non ſolum nulla in re deinceps in alteram ſe partem propenſiorem agere, verum aliis etiam auctor eſſe, ne quidquam velle ſe aut nolle, dicerent; ſed æquabili ad omnia animo, è Superiorum auctoritate penderent: expoſitâ etiam compluribus religione,

C

a

comitari juſſus Aloyſius,

quæ ſibi injecta eſſet, confirmavit permoleſtum menti ſuæ eſſe, quidquam ad arbitrium ſuum facere. At ubi iter decretum eſſe conſtitit, vehementer ſcilicet ſibi de tali comitatu gaviſus, cuidam è ſodalibus dixit, ſibi hoc iter gratum futurum, quod è Patris Piſcatoris dictis ac factis rationem diſcere percuperet, qua hominibus Societatis iter inſtituendum eſſet.

A VIRG. CEPARIO

164 Diſceſſerunt Roma VI Kalendas Novembres ejuſdem anni. Poſtquam eò ventum eſt, ubi jam è conſpectu recedebat Roma, ad eam converſus Aloyſius, Antiphonam (Petrus Apoſtolus & Paulus Doctor gentium) atque orationem de iis Apoſtolis (Deus cujus dextera) inſigni amoris & pietatis ſenſu recitavit. P. Piſcator, quod ſanguinem vomuiſſet, de medicorum conſilio lectica vehebatur. Ei cùm è tribus tironibus unum ſocium accedere, reliquos duos equitare oporteret; Aloyſius, quoad licuit, alteri comitum lecticâ cedere conatus eſt, fructum aſſiduæ multoque jucundiſſimæ cum ſuo religioſe vivendi magiſtro conſuetudinis, ſuo in illos officio poſthabens. Verum ceteri, quod ei, quippe incommodiore utenti valetudine, hoc allevamento opus eſſe judicarent, alium neminem lecticam ſubire ſunt paſſi. At ipſe in illa commoditate rationem excogitavit, qua ſibi moleſtiam faceret: nam cum togam ſuam in pilæ modum convolviſſet, eique inſediſſet, haud paulo incommodius lectica quam equo vectus eſt. Iter omne, recitandis una cum Patre canonicis precibus, longiſque de divinis rebus collocutionibus conſumpſit. In iis multa ex eo ſciſcitabatur, ac præceptis pie vivendi præclariſque ſententiis, quas ex eo eliciebat, quam plurimis pectus ſuum imbui ſtudebat. Et Pater, non ignarus in fœcundo ſe ſolo ſementem facere, haud gravate ſe illi indicabat; tradebatque cæleſtis Philoſophiæ myſteria atque uſum, quem tot annis, dum tirones erudivit, erat aſſecutus. In diverſoriis omni induſtria id agebat, ut opportuniora omnia ſociis concederet, incredibili in eos amore & obſequio, ſibi vero deterrimum quodque ſumeret. Itinere peracto, comitibus confirmavit, plus ſe paucis illis diebus, familiariter agendo, longoſque ſermones cum Patre ſerendo, ejuſque facta omnia ac morem cum ſeculo deditis hominibus verſandi, obſervando, quam multos menſes in tironum domo deſidendo, profeciſſe.

multum ex ejus conſortio proficit

E

F

165 Neapolim attigerunt Kalendis Novembribus, quo tempore, cum à gymnaſii magiſtris literarum ſtudia repeterentur, viſum eſt Præſidibus, uti Aloyſius, poſt aliquantum quietis, ſupremæ Philoſophiæ parti, quæ Metaphyſica dicitur, ſtuderet; nam priores duas jam antè perdidicerat, uti dictum eſt ſupra, quam ſeculi res abjiceret: atque ille toto ſe animo ad imperata facienda contulit. Qui eo tempore collegium moderabatur vir, ſe ipſe aſpere duriterque tractare ſolitus, ubi hunc adoleſcentem eodem ſtudio teneri comperit, lætatus ſane eſt; eique exultanti, ac ſe fortunatum jam prædicanti, aliquanto crebriorem harum rerum, quam adhuc Romæ factum eſſet, poteſtatem facere cœpit. Neapoli eximia in eo modeſtia, prudentia, comtemnendi ſui, majoribuſque obſequendi, atque adeo omnis ſanctimoniæ amor enituit: neque quiſquam de eo mentionem faciebat, quin quanti virtutem ejus faceret, oſtenderet. Ejus certe in Metaphyſica Magiſter, [P. Joannes Camerota,] cum de ipſius actis nuper in Neapolitana diœceſi cognoſceretur, his de eo verbis teſtimonium dixit: „ B. Aloyſius,

Illuc appulſus,

per iter.

magnæ eſt ædificationi,

bene

AUCT. VIRG. CEPARIO „ bene mihi cognitus, atque homo de ſe perquam „ ſubmiſſe ſentiens, ſuique contemptor eſſe viſus „ eſt. Decedere omnibus, nullum cujuſquam de- „ ſpicationem tolerandi momentum præterire; ſu- „ pra quam credibile eſt, ſevere in ſeipſum ani- „ madvertere; in pietatis officiis, in precibus, in Dei „ conſuetudine multus eſſe; religionis obſervantiſ- „ ſimus nitoris conſcientiæ amans, ut qui maxime. „ Accedebat ad vitæ laudem ingenium acre atque „ illuſtre, ſed quod ab omni inſolentia & appetitu „ laudi, abeſſet. Quas quidem res eo compertas ha- „ beo, quod eum, dum Neapoli me audiret, egre- „ gium ac perpetuum harum artium ſpecimen de- „ diſſe, non de aliis modo cognovi, ſed ipſe etiam „ oculis uſurpavi meis. Itaque pro ejus præclare fa- „ ctis, magna ſane erat cum mea, tum ceteri col- „ legii Neapolitani, de ejus virtute & ſanctitate „ opinio. Ante alios vero P. Joannes Baptiſta Piſca- „ tor, ſpectata animi vi atque innocentia vitæ vir; „ qui dum vivebat, Aloyſium primus in religioſa pa- „ læſtra exercuit, atque ejus Pœnitentiæ ſacra pro- „ curavit, excellenter de ejuſdem ſanctimonia ſenſit; „ atque in quibuſdam ſermonibus, quos mecum ha- B „ buit, inuſitatam ſe quamdam in eo ſanctitatem „ animadvertere oſtendit. „ Hæc ejus Magiſter.

166 Alii, qui eodem temporis ſpatio in eo collegio degebant, aliis tabulis teſtati ſunt, eum *latendi ſtudioſus:* Neapoli dediſſe operam, ut ignotus eſſet; in administrorum rei domeſticæ familiaritatem crebro ſe dediſſe; ſuorumque natalium ſplendorem, quoad licuit, diſſimulare & obtegere conatum eſſe. Igitur cum allatum eſſet, Gonzagam Patriarcham in Purpuratorum Patrum concilium adſcriptum eſſe, nihilo magis commoveri viſus eſt, quam ſi ejus nihil intereſſet: & tamen ſuper conſanguinitatem, ſat conſtat eum virum, quod in muniendo ad Religionem aditu operam ſibi navaſſet, præcipuo illi in amore fuiſſe. Collocarant Aloyſium Præſides in ea parte ædium, quæ tironibus erat attributa, in cubiculo multò omnium laxiſſimo, una cum pluribus contubernalibus: ſcilicet ut præclaris ejus virtutum exemplis quamplurimi proficerent. Quia vero noctu fatigabatur inſomniâ, opus fuit nocturni ſomni jacturam matutino compenſare: verum ſodales ceteri, quibus *præter mentem Superiorum* ante lucem ſurgendum erat, impedimento erant, ne vel tum quidem condormiſceret. Quo cùm C Præſides ejus valetudinem lædi ſentirent, eum ſolum in quodam cubiculo eſſe voluerunt, quod opportunius capiendo ſomno credebant. Sed nimirum ſuberat illud amplo conclavi, quà cùm ad complura cubicula, in quibus habitabatur, tranſitus eſſet, ſcilicet id in quo Aloyſius quieſcebat, prope continuo nunc horum, nunc illorum ultro citroque commeantium ſtrepitu perſonabat; longeque minus erat ad id, quod quærebatur, quam prius illud appoſitum. Ea re comperta Deo gratias agebat, hancque quiddam adverſi perferendi occaſionem ita accipiebat, ut in beneficiis numeraret.

167 Et vero ſic habendum eſſe vel ex eo liquet; quod etſi omni vigilantia in ejus curam Præſides *plura incommoda patitur,* intenderent, non pauca tamen in eo collegio eveniſſe non ſine admiratione non nulli obſervarunt, præter morem quidem, ſed quæ merito divinæ providentiæ ejus ſtudio obſequendi, ac ſubinde bene de ſe merendi, cæleſtiſque coronæ potiundæ materiem ſuggerenti, accepta ferenda ſint. Ut cùm foras aliquando prodiit togâ, inuſitatum in modum brevi; ac non modo attritâ & lacerâ, ſed etiam ita obſoletâ, ut jam prope nihil priſtini coloris obtineret. Eam Præſides, decôri ſervandi D cauſa, quemvis alium ponere juſſiſſent, & in hoc ne advertiſſe quidem videbantur: [quamvis tamen ipſe poſſit eam ſuo genio petiiſſe à Superioribus; & hi, quò ei gratificarentur, conceſſiſſe.] Deinde ſæpenumero eâdem hiemę evenit, ut una cum ceteris ſodalibus ad Profeſsorum ædem, Veſpertinas preces cantatum, cælo pluvio turbidoque itaret: quando collegii Miniſtrum, qui in veſtibulo unumquemque obſervans, alios, qui non item atque ipſe infirma valetudine erant, in cubiculum ſe recipere juſſos, pedem efferre vetabat; de hoc (ut apparet) cogitationem ſuſcipere, & (quod ſi veniſſet in mentem, procul dubio feciſset) domi tenere fugiebat.

168 Ad hoc, etſi in Neapolitano collegio adverſus ægros cura & caritas, quanta in nullo uſ- *Deo id ipſi indulgente.* quam Societatis domicilio, adhiberi ſolet; fuit tamen, cùm Aloyſius ſimul eryſipelate & febri (quibus ipſum menſem conflictatus eſt) laborans, quamvis minime ſocordi valetudinario uteretur, totam noctem lecticario linteo careret: quod equidem nulli umquam in collegio Societatis ægro uſuveniſse perſuaſum habeo; in hoc vero, quo illi gratum faceret, Deum tuliſse. Eum morbum, E tametſi cum graviſſimis iiſque continuis doloribus conjunctus eſset, mirum quantum patienter & ſereno ſemper vultu ſuſtinuit, atque in ſermonibus, cùm iis qui ad eum viſebant, facilem ſubmiſsumque ſe in primis gerebat. Ubi ex eo confirmatus eſt, comperto illud cælum minus facere ad ejus valetudinem, ac præterea dolores capitis indies ingraveſcere; Præpoſiti Generalis voluntate, cùm ſemiannum Neapoli verſatus eſset, inde Romam verſus iter ingreſsus eſt, VIII Idus Maii, anno MDLXXXVII.

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. I.

a *De hoc itinere & commoratione Neapolitana, ita teſtis Caſtell.* VI: Scio Aloyſium, quod Romæ mi- *Neapoli ſemeſtre commoratus* nus recte valeret, Neapolim fuiſſe miſſum cum P. Joanne Baptiſta Piſcatore, experturum iſtud cælum, an magis ſibi conduceret quam Romanum. Cum vero nihilo ſibi ſalubrius comperiſſet, poſt ſemeſtre ſpatium rediit Romam anno MDLXXXVII menſe Majo. Scio autem hæc, quia habitavi Romæ, quando abiit ac reverſus eſt: at- F que ipſe ei, quæ ad iter neceſſaria erant, paravi.

Geſta ejus Neapoli ſolus fere teſtatur in proceſſibus in ſpecie fabricatis P. Vincentius Filliuccius, vir celebri nomine, ac teſtis, inter Romanos, XXIII. *Dicta ejus non omnia dabo, ne tædio ſim; ſed præcipua quædam, è quibus cognoſcat lector, pari tenore ibi ac alibi vitam inſtituiſſe Aloyſium. Ait igitur:* Ego cognovi & vidi B. Aloyſium Neapoli, ab exitu anni MDLXXXVI uſque ad annum LXXXVII, quo tempore ſtuduit Metaphyſicæ, & eluxit præluxitque nobis omnibus, eximiis virtutum exemplis. Caritate comprimis ardebat divina, eamque prodebat frequentibus de Deo colloquiis, iiſque tanto fervore ac pietate inſtitutis, ut ſæpenumero mente à ſenſibus abſtracta deficere videretur. Religionem ejus admodum excellentem obſervare erat in actionibus omnibus, quæ cultum divinum ſpectant, dum verſabatur in eccleſia, dum vacabat orationi, dum auſcultabat operantem ſacris, dum frequentabat dominicis feſtisque diebus Euchariſtiæ ac Pœnitentiæ ſacramenta, eóque ſe parabat. Orationis ſtudio fuit eximius. Præter ſtatuta Sociis omnibus orandi tempora, nullum ſinebat elabi momentum,

A mentum, aliis occupationibus vacuum, quod non continuo impenderet orationi, aut in loco ubi erat, aut in eccleſia, aut in cubiculo; eique vacabat quamdiu per tempus & ſuccedentia negotia licebat: cujus rei poſſunt eſſe teſtes quotquot tunc in collegio Neapolitano vixerunt.

eximia omnium virtutum

Caritatem erga proximum ibidem monſtravit, ſupplicando Superioribus ſuis, ſibi ut facultas daretur inviſere carceres, & opem qualemcumque ac ſolatium impendere illic incluſis, uti & decumbentibus in noſocomiis. Si forte domi verbulum inconſideratius alicui Sociorum excidiſſet, quod in partem deteriorem alius accipere potuiſſet, ipſe continuo intercedebat & conciliabat animos. Apud exteros autem ſermo ejus omnis tendebat ad excitandum animos audientium ad virtutem, atque inflammandum amore rerum cæleſtium. Quid de prudentia ejus dicam? Hæc & ætatem ſuperare, & major humanâ videbatur eſſe, ac patefiebat, dum non loquebatur niſi magna cum circumſpectione; & circumſpiciebat actiones ſuas omnes antequam operaretur: adeo ut crederetur, nullum inchoare opus, quin præmeditatus illud eſſet, ac direxiſſet in certum finem:
B ex quo fluebat illa ſumma tranquillitas animi, qua perpetuo fruebatur. Facta aliena & dicta interpretabatur ſemper pio candore in partem meliorem: ex ore vero ſuo non emittebat verbum, quod non ſonaret puram veritatem; quam nullâ palliabat laciniâ, non circumducebat, non exaggerabat, ſed omnia uti erant referebat.

perfectique viri

Motus animi omnes ita rationis freno moderabatur, ut nuſquam prætergrederentur limites præſcriptos; præcipue iram, quam præ ceteris ita frenaverat, ut numquam excedere viſa ſit. Cruciabatur dolore capitis miſerum in modum, eoque continuo; interea tamen tolerabat eum, non animo tantum quieto, ſed etiam exteriore corporis compoſitione tali, ut nullo dolore affici videretur. Infirmitatem, qua laboravit Neapoli, ita æquanimiter tulit, ut ſe ſemper & in omnibus ſubdens imperio curatoris ſui, nuſquam auditus ſit verbo, aut viſus ſit alio quolibet ſigno indicare, ſibi minus bene eſſe. Vexabatur noctu plerumque inſomniis; quamobrem Superiorum juſſu tranſlatus fuit ad cubiculum, ubi ſolus habitaret, ac ſomnum mane produceret ultra ſtatutum aliis
C tempus: qua in re caſus tulit, ut aſſignatum ei fuerit cubiculum ſub gradibus quibuſdam (nemine animum eo advertente) per quos frequentiſſimus domeſticorum erat tranſitus, præſertim mane; ut, ſi quam maxime voluiſſet, ſomnum capere tunc non poſſet: interea temporis ipſe nulli indicium ejus rei fecit. Veſtis quam geſtabat, adeo curta laceraque erat; ut quivis alius, ſi talem forte habuiſſet, facta rei indicatione veſtiario, continuo aliam obtinuiſſet; aut ſi Superiores animadvertiſſent, talem ab aliquo portari, continuo juſſiſſent deponi ac aliam indui. Verum permiſit Deus, vt Superiores, quamvis ſingularem Aloyſii curam haberent, in ipſo id non obſervaverint: neque vero ipſe ea de re mutivit verbum; quin potius gaudebat in ſinu, tali ſe veſtiri veſte.

exempla præbet.

Præ animi demiſſione non modo fugiebat laudem, quæ in ipſum redundabat, ſive ex ſanguinis nobilitate, ſive ex dotibus eximiis, quibus à Deo ornatus erat; verum etiam obibat ubique inter primos munia abjectiora & humillima; in iisque ſe prompta voluntate atque animi alacritate exercebat, omnes ſibi Superiores exiſtimans. Mundi, & eorum quæ in mundo ſunt, egregius contemptor fuit. Novitatum minime avidus, ſe- ANNOT
cum habitabat ubique, videbaturque vivens mor- C. J.
tuus eſſe. Repræſentabatur in ipſo, tamquam in lucidiſſimo ſpeculo, ſuis omnibus induta ornamentis Modeſtia, omnes ejus ſenſus, geſtus ac mores recte componens: quæ res intuentibus eum creabat admirationem ac delectationem ſingularem. Sermo ejus de ſolo Deo rebusque divinis, aut de indifferentibus, ad bonum finem ordinatis. Res extra poteſtatem ſuam poſitas negligebat paſſim: nullam autem negligebat occaſionem ſeſe, ubi poterat diſcruciandi: in omnibus religioſi ſilentii ſervantiſſimus, adeo ut numquam dum Neapoli fuit, illud violaſſe credatur. Paupertatem amabat plurimum; monſtrabatque neſcio quid hilaritatis, quando ei obtingebant veſtes aut res aliæ magis obſoletæ aut laceræ. In libris, quibus utebatur, aliisque rebus nihil apud ipſum invenire erat, niſi maxime neceſſarium. Obediebat in ſimplicitate cordis, promptus ad omnem Superioris nutum; nec minus in valetudine adverſa, quam in ſecunda. *Hæc de vita Aloyſii, acta Neapoli, Fillinccius.*

CAPUT V. E

Studia Aloyſii Theologica: vota Religionis nuncupata.

169 INgentem lætitiam, B. Aloyſii Romam re- XIV
ditus, cùm univerſæ juventuti collegii Romani, tum iis præcipue attulit, qui cùm eum in *Exhinc*
tironum domo ad ædem S. Andreæ cognoviſſent, *viſa ſibi*
è præſtantibus ejus virtutum exemplis religioſiſ- *narrat*
que moribus haud mediocrem ſe fructum capere poſſe ſperabant. Neque minus ipſe lætabatur, quod Romæ, ubi ſedes eſſet ſummi Societatis Magiſtratûs, & in principe ejus collegio atque bonarum artium gymnaſio, ſuorum ſtudiorum curſum porro tenere ſibi liceret. Quæ deinceps uſque ad beatum ejus vitæ finem explanabo, eorum me maxima quidem parte ſpectatorem profiteor: quandoquidem eo tempore cum aliis, qui in eodem collegio agitabant, familiaritate illi conjunctus fui; & jam tum, ut in procœmio hujus hiſtoriæ retuli, hæc ipſa, ut monumentis conſignarem, ſedulo obſervare cœpi. Romæ ergo in Metaphyſicis ſtudiis progreſsus, brevi tempore, F
quam præclare Logicis Phyſiciſque eruditus eſſet, oſtendit; tantumque in illa humanæ ſapientiæ cognitione profecit, ut [Pauli Vallea] Magiſtri ſui a
& Moderatorum ſuffragiis, ad publice de more propoſitis theſibus diſputandum, multùm aptiſ- *Theſes de*
ſimus judicaretur. Ergo poſtquam de ſingulis in *tota Philo-*
Philoſophia locis, qui à Magiſtris in ſcholis tra- *ſophia pro-*
di ſolent, ſententiam ſuam typis edidiſset; ſex- *pugnat*
to fere menſe quam collegium Romanum erat in- *Aloyſius,*
greſsus, eam adverſus contrà nitentium argumenta palam defendit. Quia vero Illuſtriſſimis Cardinalibus, Roboreo, Montiſregalenſi, Gonzagæ, adeſse, & diſserentem audire placuit; non ut fere à ceteris Societatis hominibus ſolet, in Theologorum; ſed in maxima totius gymnaſii exedra diſputatum eſt. Ab omnibus qui aderant, ei datus eſt plauſus; ſed imprimis Cardinalibus placuit; quibus admirationem movebat, quod tam brevi, tam infirma valetudine, tantos in ſcientia progreſſus feciſset.

170 Jam quando de hac diſputatione meminimus, licebit duo quædam de ea adjungere. Alte- *anxius cu-*
rum, quod antequam eam ingrederetur, aliquam- *rá humilis-*
andi ſui,

A. VIRG. CEPARIO

diu cunctatus, an ſui deprimendi frangendique cauſa de induſtria imperite reſponderet; cùm ſuopte arbitratu neutram in partem ſtatuere auderet, P. Mutium de Angelis, qui id temporis in eo Gymnaſio Philoſophiam profitebatur, virum non modo eruditione, ſed etiam rerum cæleſtium uſu ac virtute præſtantem, quicum crebra illi ſolebat eſſe ſermonum de divinis rebus communicatio, conſuluit. Is cùm hanc rem allatis rationibus prudenter ſane diſſuaſiſſet; tamen inter diſputandum, eadem Aloyſium ſuimet deſpiciendi cupido inceſſit. Hæſit pauliſper pendens animi, donec Patris apud eum momenta valuerunt; illâque cogitatione depoſitâ, quam poſſet doctiſsime, contrà dicentium argumenta diſſolvere conſtituit: neque aliter ac conſtituerat fecit. Alterum, cùm pro ſuo humilitatis amore, ſuas laudes ferre non poſſet; extitit tamen unus quidam, Doctoris titulo eximius, qui ejus theſes oppugnaturus, neſcio quid de ipſius laudibus, genere, ac natalibus præfaretur. Ad eam laudationem tantopere erubuit, ut quotquot aderant, non ignari quam ab illa abhorreret, ipſius miſericordiâ caperentur, atque ante alios Cardinalis Montiſregalenſis, ingenuum illum pudorem modeſtamque verecundiam cùm animadvertiſſet, vehementer illâ affici viſus eſt. Ceterum iis, quæ à Doctore illo diſputata ſunt, ſic deinde ſemper occurrit, ut ſubiratum animum præſeferret.

& ad laudes ingeſtas ſubiratus.

B

171 Exactis Philoſophiæ ſtudiis, ad Theologiam proxime traductus eſt, in qua [quatuor illis annis, quibus ei operam dedit, audivit varios (aliis poſt alios ſuccedentibus) Profeſſores; videlicet P. Auguſtinum Juſtinianum, & P. Benedictum Juſtinianum, Genuenſes; nec non P. Gabrielem Vaſquez & P. Joannem Azor, Hiſpanos, *b*] qui jam complures annos id muneris ſuſtinuerant, [claros doctrinâ ſapientiâque viros, quemadmodum loquuntur libri, ab eis conſcripti ac typis vulgati]. Hos impenſe reverebatur colebatque; de his numquam non magnifice loquebatur; numquam cum illis opinione ſententiaque diſſenſit; numquam docendi dictandique morem, numquam brevitatem vel prolixitatem de quæſtionibus diſſerendi, aut quid aliud ejuſdem generis notavit; numquam ullius adverſus opiniones novas atque inſolentes ſtudii indicium dedit: in unius S. Thomæ Aquinatis monumentis (cujus non modo vitæ ſanctitatem ſingulari pietate proſequebatur, ſed etiam docendi ordinem atque perſpicuitatem & doctrinam, ab errorum periculo ſemotam amabat) unice acquieſcebat. Erat beato Aloyſio præſtans perſpicaxque ingenium, cum eximia judicii gravitate conjunctum; id quod & nos perſpeximus, & magiſtri ipſi prædicabant; è quibus unus non dubitavit negare, à quoquam ſibi diſcipulorum, præterquam ab Aloyſio Gonzaga, cum implicatam quamdam quæſtionem attuliſſet, curam umquam injectam eſſe præmeditandi, quid percunctantibus aut contrà diſputantibus reſponderet.

Theologiæ applicitus, gnaviter ei incumbit;

b

C

172 Cum ingenio, quantam per valetudinem imbecillitatemque virium & Præſidum voluntatem licebat, in ſtudiis induſtriam ſociabat. Non prius ſtudere aggrediebatur, quam defixis humi genibus Deum adveneratus eſſet. Studium ſuum, non variorum libris, aut cujuſquam niſi Magiſtri ſui commentariis evolvendis, conſiderandisque ponebat: ſi quæ ex altera parte ratio in mentem veniret, quam ſuo marte refutare non poſſet, eam cum annotaviſſet, extrema deinde parte temporis, quod ſcholis recolendis tributum eſt, ceterorum omnium quæſtionibus explicatis, magiſtrum conſulebat. Nonnumquam vero cum plura collegiſſet, quæ dubitationem habere viderentur, certum tempus, quod magiſtris minus alienum fore confideret, ſumebat; atque ad eorum muſea, reſponſa petitum adibat. Inter conſulendum non alio quam Latino ſermone utebatur; neque prius pileum præſeferre deſinebat, quam caput operire pro imperio compulſus eſſet. Simul magiſter omnem ſcrupulum evellerat, è veſtigio ſe ad ſtudia recipiebat in cubiculum. Nullum librum, niſi permiſſu ſuaſuque magiſtrorum ſumebat in manus; qua in re quam illis dicto audiens eſſet, vel ex hoc intelligas. P. Auguſtinus Juſtinianus ejus præceptor, cum in ſuo muſeo difficilem quemdam de prædeſtinatione nodum roganti expediſſet, explicato ſeptimo B. Auguſtini tomo, intentoque in extremum fere de bono perſeverantiæ librum digito, legere juſſit, quid ibi vir ille Sanctus de eodem argumento ſcriptum feciſſet. Perlegit totam eam paginam, quæ ſibi deſignata erat, neque animum induxit, ut ad decem præterea verſus, qui in ea averſa librum claudebant, legendos chartam evolveret; ſcilicet idcirco, quod minime imperatum eſſet, ut longius progrederetur: & tamen illos verſus, quod averſi eſſent, Juſtinianus non animadverterat.

nec minus religioſe,

D

E

173 Cum domi, tum in ludo (quoties à ſcholarum Accenſo, quem Bidellum dicunt, id ei negotii dabatur) vel contra alios argumentabatur, vel iis reſpondebat; atque ad hæc eadem, ſi cui ceterorum minus commodum eſset, ad illius arbitrium operam ſuam profitebatur. Diſputabat acriter, ſed modeſte. Neminem aſperiore verbo figere; non ſtomachari, non clamorem tollere; non interpellare reſpondentem; ſed ſpatium dare, quis eſſet animi ſui ſenſus plane oſtendendi. Dubitatione & obſcuritate quæſtionis ſublata, ingenue ſane aſſentiebatur, finemque certandi faciebat. Antequam gymnaſii intrandi ſignum daretur, atque item indidem domum reverſus, cum ante, tum poſt meridiem, ædem ſacram adibat quotidie, ſanctiſſimæ Euchariſtiæ adorandæ cauſa. Inter eundum redeundumque finitis ſcholis, tam erat modeſtis compoſitiſque moribus, ut externos etiam ſtudioſos litterarum, in impluvio gymnaſii ad ſui aſpectum reſtantes, ſtudio pietatis inflammaret. Præcipue vero Abbas quidam exterus, in eadem academia theologici ſtudii curſu jam perfunctus, ejus modeſtiæ amore illectus, non aliâ, quam ejus videndi gratiâ, ludum frequentabat, neque inter ſcholas uſquam de illo oculos dejiciebat *c*. Minime vero id mirum videri debet: ſiquidem Præpoſitus Provincialis Societatis quæ eſt in Venetis, Bernardinus Roſignolus, ſic pro tribunali Patriarchæ ibidem teſtatus eſt; in B. Aloyſium videri cadere, quod S. Ambroſius ſcripſit ad illum Pſalmi locum; Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur. „ Pretioſum eſt, „ inquit, videre virum juſtum: pleriſque enim juſti „ aſpectus admonitio correctionis eſt; perfectiori- „ bus vero lætitia. „ Nimirum hæc talia efficiebat in animis intuentium hujus fortunati Adoleſcentis aſpectus. Itaque quadrabant in illum etiam quæ ſequuntur: „ Juſti ſanat aſpectus, & ipſi oculo- „ rum radii virtutem quamdam videntur infundere „ iis, qui fideliter eum videre deſiderant „ Quæ o- „ mnia noſter hic, ſpecie ipſa & habitu corporis decentiſſimo, atque ad hominum mentes pietati & ſalutaris ſenſu doloris permovendas appoſitiſſimo, conſequebatur. Adde quod ſolus ejus conſpectus;

& cum optimo externorum domeſticorumque exemplo,

Pſal. 118.

F

c

cum vel ſolus aſpectus ædificaret.

A ſpectus, non alienos modo homines, & religioſos adoleſcentes ſodales ejus, verum etiam graviſſimos Sacerdotes admonebat officii: itaque coram illo gravitatem quamdam videbantur aſſumere, neque temere quiſquam illo arbitro ullum verbum licentius proferre, nedum leviter quid facere audebat. Dum gymnaſium petit, aut inde regreditur domum, dum ſcholis, dum diſputationibus intereſt; numquam vel verbum cum quoquam, ſive domeſtico ſeu alieno, feciſſe compertus eſt: uſque eo obſervans erat legis de ſilentio.

Excipiendis dictatis juſſus uti ſcribâ,

174 Ubi viderunt Præſides perpetua eum invaletudine corporiſque imbecillitate vexari; vetuerunt, ne in gymnaſio dictata ſcriberet, ſed ad id librario uteretur; neque vero ipſe, qui nullum adhuc ejus uſum habuerat, dictantium Doctorum vocem ſcribendi celeritate aſſequi potuiſſet. Paruit ille quidem: ſed ratus turpe eſſe, in eorum manu, qui ob infirmitatem valetudinis aliena opera ad ſcribendum uterentur, eſſe pecuniam, aut ullam eos de pretio operis perſolvendo curam ſuſtinere; quod periculum eſſe diceret, ne id variis delictis paupertatis integritatem violandi caſum daret; ipſe id negotii refugiens, ſcriptorem ſuum, depoſitarium Collegii, cui id muneris injunctum erat, de ſua mercede appellatum mittebat. Scripta ſua cuivis poſcenti libens commodabat, neque prius repoſcebat, quam illi ſponte reddidiſſent. Fuit, cùm P. Gabriel Vaſques ejus magiſter,

paupertati ſolicite conſulit,

excluſus tempore, omnes de Trinitate diſputationes anno vertente perſequi non poſſet. Itaque iis, quæ maxime neceſſaria videbantur traditis, quod reliquum erat diſcipulis exſcribendum dedit. Præſides Aloyſio mandant, id ſibi à librario præſtari curet. Is cùm præceptoris commentarium perlegiſſet, omiſſis facilioribus, ea dumtaxat, quæ difficiliora, magiſque ex uſu eſſe viſa ſunt, excerpi jubet. Rogatus, cur ita faceret: Quia, inquit, pauper ſum, paupertatis ſtudio id facio; neque enim decet pauperem, niſi in res neceſſarias ſumptum facere. Extremis tamen ſuorum ſtudiorum annis, veritus ne quis hanc ſuam à ſcribendo in ſcholis vacationem, aut inanis cujuſdam gloriolæ, aut ſupervacaneæ commoditatis ſtudium interpretaretur; egit cum Superioribus,

ac denique eum abdicat:

uti ſibi bonâ eorum veniâ, ſuâ manu ſcribere liceret, neque rationes defuerunt, quibus quod petebat, haud magno ſane negotio perſuaſit. Verùm ubi præceptoris linguam velocitate manus æquare non potuit, per intervalla attendebat quæ dicerentur, ac mox eadem compendio notabat; à ſcholis vero, lectis condiſcipulorum ſcriptis, inde, quidquid neceſſarium ab ſe prætermiſſum erat, adjungebat: qui labor, amore ceteros ſuo exemplo informandi atque exſtimulandi, erat illi perjucundus.

eadem illi cura in uſu librorum.

175 Nullum librum, niſi quem in frequenti uſu haberet, in cubiculo ſuo eſſe ſuſtinebat; quod negaret religioſi hominis, quem paupertati ſtudere oporteat, eſſe, ullum librum, quem non niſi raro inſpiciat, apud ſe detinere; cùm exiguâ ſane ſuâ moleſtiâ ad bibliothecam communem eumdem lectum ire poſſit: ad extremum vero eo adductus erat, ut præter ſacra Biblia & S. Thomæ Summam, nihil librorum haberet. Si quo in ſanctis Patribus aliiſque ſcriptoribus loco inſpecto opus eſſet, ad bibliothecam communem ſe conferebat. Comperit deinde quemdam è ſociis, qui nuper ad Collegium acceſſerat, Summa S. Thomæ carere. Nam cum in eo collegio, ſupra Patres ac Magiſtros, plus quadraginta numerarentur, qui Theologiæ darent operam; iis neque ex communi, tot S. Thomæ libri ſingulis attribui poterant, neque vero privatim cuiquam eos ſibi comparandi aut habendi licentia permittitur. Ergo Aloyſius Rectorem adit: obnixe rogat, ſibi ut per illum liceat, Summam, quæ ſibi utenda data ſit, ſocio illi concedere; ſe, qui eadem qua contubernalis quidam ſuus uti poſſit, hac minus egere. Et fuit tam accommodata ad perſuadendum ejus oratio, ut Rector annueret. Id ei multo lætiſſimum fuit, ſive quod per ſe dulce erat hoc caritatis in ſodalem officium, ſeu quod egentiorem ſe jam factum eſſe ſentiebat; quando proprium nihil, de communibus vero libris unicum Bibliorum volumen, in uſu haberet. Tantum mihi venit in mentem de B. Aloyſii ſtudiis commemorare: longe nunc plura de Chriſtianis ejus virtutibus, quibus per hoc tempus florebat, ſuperſunt dicenda. Quarum ille quidem virtutum perfectionem, tum qua exteriorem componit hominem, tum quâ intus animum ornat, ſic erat aſſecutus; ut plus ducenti Religioſi de Societate noſtra, qui tum in eodem quo ille collegio degebamus, eoque utebamur aſſiduo, teſtificari poſſimus, ipſum præclarum, vivum, ſpiranſque earum exemplum extitiſſe.

Vota religioſa nuncupat.

176 Duos jam ipſos annos Aloyſius in Societate exegerat, ſic ut & ipſe in ejus inſtitutis, & illa in ipſius virtutibus acquieſceret. Ergo aliquot diebus in ſacris pietatis exercitationibus ſeorſim à ceterorum convictu abſumptis, in ante diem VII Kalendas Decembris anno MDLXXXVII, qui dies S. Catharinæ virginis & martyri ſacer eſt, quo item duobus abhinc annis tirocinii domum intrarat, in ſacello, quod eſt in ea collegii Romani parte, quæ nuper exædificatis ſcholis incumbit, multis arbitris, Patre Vincentio Bruno (qui eodem tempore Rector erat) ſacrificante, Paupertatem Caſtitatem, Obedientiam de more Deo vovit; quæ vota idem Pater excepit, ſimulque eum ſacrâ Euchariſtiâ impertivit. Hæc inter Aloyſius geſtire gaudio, cùm ſe jam revera Religioſum, atque arctioribus Deo vinculis aſtrictum eſſe ſentiret.

& Ordines Minores ſuſcipit

Anno MDLXXXVIII, VI *d* Kalendas Martii, in baſilica Lateranenſi primâ Tonſurâ initiatus eſt, una cum aliis multis de Societate; in quibus fuit Pater Abrahamus Georgius Maronitâ, qui deinde cum ex India Aethiopiam peteret, pro Chriſtiana fide martyrio functus, occiſus eſt *e*. Tertio Kalend. Martii eodem loco, iiſdem cum ſociis, Oſtiarius; pridie Nonas ejuſdem, Lector; III Idus, Exorciſta; XIII Kalend. Aprilis, Acolythus inauguratus eſt. Id in codice collegii Romani, in quem hæc talia referri ſolent, annotatum eſt. Inſtitit poſtea in omni vita iis omnibus virtutibus abundare, quæ à Clerico Religioſo poſtulari & expectari poſſint. Quas virtutes hoc loco perſequi libet, quo ſermo mihi eſt de collegio Romano, in quo ille & ſtabilem fere ſedem habuit, & virtutes ejus in clariſſima hominum luce & admiratione verſatæ ſunt.

A. VIRGILIO CEPARIO

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

In collegio Rom.

a *Nomen iſtud ex editione Placentina huc acceſſit, exprimiturque etiam à teſte* VI *Caſtellionenſi, qui & alia nonnulla, capite hoc commemoranda, paucis ita perſtringit:* Scio, reverſum Neapoli Romam Aloyſium, ibi Metaphyſicam abſolviſſe, Magiſtro P. Paulo Valle; atque impreſſis poſitionibus univerſam publice defendiſſe Philoſophiam, præſentibus inter alios Cardinalibus (*nomina, ut ſunt, italice*

ANNOT. C. J.

lice adſcribo, jam Latine reddita in textu Vitæ) della Rovere, Mondovì, & Scipione Gonzaga. Aloyſium quidem ægre habebat apparatus iſte ac nobiliſſimus conſeſſus, dolentem illa de re domi, & multa queritantem præ humilitate: ſed Cardinalibus, propinquis ejus, ita volentibus, mos fuit gerendus. Paulo poſt adfui, quando idem Aloyſius, completis ab ingreſſu in tirocinium duobus annis, ſe obſtrinxit Deo per vota caſtitatis, paupertatis atque obedientiæ, excipiente illa P. Vincentio Bruno; & mox ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcepit ſummo animi ardore. Scio item quod aliquanto pòſt initiatus fuit Ordinibus quatuor minoribus, cum aliis ejuſdem collegii Clericis.

propugnat Philoſophiam univerſam;

Eódem fere redeunt dicta P. Mutii Vitelleſci, teſtis Rom. XI. Cognovi, *inquit*, multo tempore Aloyſium Romæ in collegio, dum Philoſophiæ ac Theologiæ operam dabat; & cognovi eum intime ac familiariter. Adfui quoque quando tuitus fuit poſitiones deſumptas ex univerſa Philoſophia, & quando ſolita Societatis noſtræ vota, caſtitatis, paupertatis atque obedientiæ emiſit. Et hæc quidem emiſit tanto ſpiritus ardore, ut calore in

emittit vota religioſa;

B corpus redundante, toto illo die inflammatus facie fuerit. Ad diſputationem vero, nitebatur impedire, quo minus invitarentur Cardinales illi qui interfuerunt. Diſputavit autem ea modeſtia atque ingenii præſtantia (nulli quippe ſecundus erat inter condiſcipulos) ut neſcias utra, alteri antecelluerit virtus. *Commendat etiam hoc loco excellentiam doctrinæ ac modeſtiæ ejus teſtis Rom.* XXIV; doluiſſe tamen, quod ſibi potius quam cuivis alteri provincia data eſſet defendendi Philoſophiam; ac magis doluiſſe, quod defendere deberet tanto apparatu.

Idem Mutius, tum loco citato, tum in altero proceſſu in genere, ubi anno MDCVII *die* XXV *Octobris depoſuit, teſtatur, Aloyſium* familiariter integro quadriennio, & fere quotidie ſecum egiſſe *in collegio Romano, & in cubiculo ſuo*: *atque* omni illo tempore, quantumvis diu, & crebro, & familiariter egerimus, *inquit*, inter nos, numquam tamen deprehendere in eo potui labem ullam aut umbram peccati venialis, aut etiam minimæ alicujus imperfectionis. Nec ullam obſervavi levitatem; ullumve animi, aut ira, aut vanitate, aut alio quovis motu turbati, indicium; aut quod offendere quemquam vel leviſſime poſſet: obſervavi autem exempla quaſi continua & conſtantia

comparatur S. Thomæ Aquinati;

C omnium virtutum. Atque hæc ſcio ex diuturna converſatione noſtra, in qua mihi fidebat ſummo candore ac ſimplicitate res ſuas. Quin etiam dico (qua par eſt reverentia erga Sanctos, cum Deo in cælis regnantes) quod aliquoties imaginatus mihi fui, non aliter vitam inſtituiſſe olim S. Thomam Aquinatem, quando inter Fratres ſuos religioſos ſtudiis operam dabat juvenis; Deumque Aloyſii interceſſione, etiam dum vivebat, miracula operaturum fuiſſe, ſi quis eorum tunc fuiſſet ei uſus.

b *Hæc nomina Profeſſorum propria, ex editione Placentina, huc allata ſunt.*

c *Huc facit quoque teſtimonium* admodum illuſtris & reverendi D. Angeli Damaſceni, nobilis Romani & Canonici S. Petri in Vaticano, *in proceſſu in genere, anno* MDCVII, XXV *Octobris teſtificati hoc modo:* Probe novi B. Aloyſium Gonzagam, dum frequentavi gymnaſium collegii Romani, ubi Profeſſores noſtri mihi illum commonſtrarunt; ac

condiſcipulos pro concione hortatur,

deinceps quotidie eum vidi, quia eamdem frequentavimus palæſtram theologicam annis MDXC & XCI. Unus Profeſſorum meorum, ſi recte memini, P. Joannes Baptiſta Peruginus, narrabat nobis, quomodo beatus ille Juvenis, ut Deo in D Religione ſerviret, abdicaverat ſe Marchionatu ſuo, eumque nobis proponebat exemplum quod ſequeremur. Alii quoque Patrum, tam in ſcholis, quam in ſodalitiis, frequenter narrabant factum aliquod præclarum atque imitatione dignum ejuſdem Beati. Et ego, quotieſcumque eum vidi (vidi autem creberrime) ſemper notavi in eo modeſtiam plane ſingularem, & oculos ſemper blande demiſſos. Ubi autem loqui ipſum res aut neceſſitas poſtulare videbatur, tantâ induſtriâ profanis ſacra miſcebat, ac ſuaviter ad Deum reducebat omnia, ut nos ſtudioſa juventus penderemus ab ore ejus, alia ex aliis audire cupidi. In Sodalitate noſtra, cui prædictus P. Peruginus erat à confeſſionibus, Pater autem Virgilius Ceparius præerat Moderator, eumdem Aloyſium aliquando dicentem ad nos è loco ſuperiore audivimus; incerti, majorene Orator efficacitate dictionem ſacram proſecutus ſit, an amore virtutis inflammati nos fuerimus auditores ejus. His de cauſis nos omnes litterarum ac pietatis in gymnaſio ſtudioſi, in illum ſemper oculos ferebamus intentos, ipſumque venerabamur, admirantes inuſitatam, quæ ubique E ſe prodebat, compoſitionem morum ac modeſtiam.

P. Baſilius de Romanis, teſtis XIII, *ita loquitur*: Notus mihi fuit B. Aloyſius, in collegio Romano Theologiæ ſtudioſus, ac fidenter inter nos utebamur alter altero, ab anno MDLXXXVII ad XCI. Interea temporis mihi ſemper viſus fuit perquam modeſtus, animo demiſſus, domitor ſui ac do- *quibus omnibus* minator. Nihil potius habebat quam loqui de Deo rebusque divinis. Deprimendi ſui cauſa frequenter offerebat, cum facultate Superiorum, in culina operam ſuam coquo: alias ibidem colligebat reliquias menſæ, ac pauperibus deinde erogabat ad januam domûs. Studioſa juventus, quæ ex tota Roma frequentat gymnaſium, morâs nectebant antequam ingrederentur quiſque ſcholas ſuas, in cavædio, non alia de cauſa quam ut Beatum ſpectarent, tranſeuntem illac ad ſcholam ſuam; atque idem factitabant, ut ſpectarent redeuntem. Scio autem hæc ita ſe habere; quia percunctatus aliquando, quamobrem tam numeroſa juventus hæreret in cavædio; reſponſum fuit, perſtituros dum tranſiſſet Aloyſius, cujus conſpectu delectabantur. Porro ambiebat miniſteria ceteris viliora domus, ac mediaſtinis obeunda; verrere pavimen- F tum, tollere telas aranearum, detergere pulverem à parietibus. Præcipuum tamen omnium ei opus fuit, ſtatis temporibus per diem inviſere æ- *in ore & amore eſt,* dem ſacram orationis cauſa, & orare attentione ſumma. Denique toto quod dixi tempore, quo cum illo vixi, nihil umquam notavi, quod diſplicere homini cuivis ſanctiſſimo poſſit. Erat (uti & hoc addam) Manſuetudo ipſa. Interrogatus in cauſa ſcientiæ, dixit; Quia vidi, interfui, & animadverti; atque earumdem rerum conſcii ſunt quotquot tunc nobiſcum incoluere Collegium.

Confirmet hæc illuſtris Dominus Paulus de Angelis, Abbas S. Petri de Marino, civis Romanus, *in proceſſu in genere anno* MDCVII *die* IV *Decembris, ita teſtatus*: Dum vixit in Societate Aloyſius, inſpectus fuit ab omnibus veluti ſpeculum ſanctitatis, tam à laicis, qui in ſeculo; quam à Patribus, qui in eadem Societate degebant: *& ſpeculum virtutum,* qui & dixerunt mihi, ſe conſulto venire qua ei eundum eſt, ut ſpectent incedentem; excitoſque ad hoc fuiſſe ab inſita ſibi opinione de ejus ſanctitate. Et ego ipſe multoties, neglectis rebus meis, accurri ad eum videndum; & quoties vidi,

adhæ-

A adhæsit animo meo nescio quis pietatis sensus, qui etiam tenebat dies aliquot, repræsentante identidem se ante oculos meos imagine sanctitatis ejus, modestiæ, mansuetudinis & compositionis externæ.

d *Ceparius diem acceptæ Tonsuræ signat* vigesimum quintum Februarii, *quem interpres appellavit* quintum Kalendas Martias, *immemor, annum* MDLXXXVIII, *fuisse bissextilem, quo Februarius numerat dies* XXIX, *& dies ejus* vigesimus quintus, *quo tunc festum S. Mathiæ colitur, appellari debet* sextus Kalendas Martias, *non* quintus. *Exinde singulos Ordines minores accepit Aloysius, in singulis Dominicis sequentibus, factus Ostiarius* (*uti refert citatus Ceparius è codice Romani collegii, in quo talia notari solent*) *die* XXVIII *Februarii; Lector,* VI *Martii; Exorcista,* XIII; *Acolythus,* XX *ejusdem. Hos dies ad Kalendas atque Idus Romanorum relatos, & non recte expressos ab interprete latino, in hac nostra editione correxi in ipso etiam contextu.*

Sphalmata quædam textus latini corriguntur.

e *Anno* MDXCV *mense Majo, quadriennium non integrum post felicem obitum Aloysii. Laudant P. Georgium Menologia nostra domestica à vitæ innocentia, humilitate, obedientia; à religione, qua prosequebatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum; & à zelo promovendæ gloriæ divinæ, quo usque adeo ardebat, ut illum in aliis quoque succenderet. Locus martyrii notatur* Dabei, urbs Arabiæ. *Proditus fuit à juvene Abessino, quem secum ducebat; comprehensus vero à Centurione quodam Turcico; qui se natum dicebat Christianis parentibus; tentabatque eum blandis promissionibus per dies* XXVI, *quibus captivum tenuit, inducere, ut saltem dissimularet fidem suam, quò liberare eum, uti cupere videbatur, posset. Verum Georgius semper generose restitit, ac tandem conductus in publicum, arguere quoque Centurionem non timuit, quod fidem Christianam deseruisset; parentes respiceret, acta sua nefaria retractaret, legem Jesu Christi sanctissimam sectaretur potius quam sectam Mahometi impiam. Atque hæc illo dicente, eduxit gladium barbarus, ac innocentem Dei famulum peremit.*

Martyrium P. Abrahami Georgii, Marunitæ, an. 1595.

B

CAPUT VI.

De Aloysii Humilitate, ac studio eam comparandi.

XVI C 177 ORdiar ab humilitate, quæ fundamentum religiosæ perfectæque sanctitatis, & omnium custos virtutum est: qua usque eo Aloysius excelluit, ut eam, in tanta donorum ornamentorumque cælestium affluentia sartam tectam conservarit, neque umquam eorum gratiâ, superbiâ sit elatus: neque vero in alia virtute ulla plus ponebat studii. Reperimus, post ejus felicem mortem, nonnulla de rebus ad pietatem pertinentibus ejus manu scripta, in quibus unum erat, quod sibi velut quamdam omnium actionum suarum regulam composuerat, in quo extremo nonnullas affert rationes acquirendæ humilitatis. Id scriptum, quoniam perbreve est, & nemini non salubre esse potest, ad verbum, ut ab eo factum est, hic collocabo. Est ergo hujusmodi.

Humilitatis imprimis studiosus

„ 178 RATIONES ACQUIRENDÆ HUMILITATIS.
„ Primum omnium scire interest, tuum Dei causa
„ procreati officium esse (quando ipse te creando,
„ ab interitu vindicando, atque in sacram sibi Fa-
„ miliam adscribendo, ita de te meritus est) ad De-
„ um tendere: unde conficies, non modo tibi ab o-
„ mni pravo facinore, verum etiam indifferente aut
„ inutili quovis opere abstinendum esse. Quin potius,
„ quo propius semper ad Deum accedas, in id omni stu-
„ dio incumbes, ut nullum factum, nullum consilium
„ tuum non à virtute dimanet. Deinde, quo re-
„ ctam ad Deum viam insistas, hæc alia tria pro-
„ nuntiata alte in pectus demittes. Primum esto;
„ tum ceteris omnibus de Societate Jesu, tum ve-
„ ro tibi cumprimis, Christi ipsius Sanctorumque,
„ qui sub illo olim meruerunt, signa, ipsius vocatu,
„ necesario sequenda esse. Quapropter sic statues,
„ quatenus quodque munus, officium, negotium
„ tuum cum Christi Sanctorumque exemplo con-
„ sentiat, eatenus rationibus tuis accommodatum, ti-
„ bique amplectendum aut fugiendum esse. Hujus
„ gratia studio tibi erit, vitam præclareque facta,
„ Christi quidem, per otium cum animo sæpe cogi-
„ tare; Sanctorum vero, attenta mente perlegere,
„ & subinde ad informationem tuam accommodare.
„ Alterum, quo affectus tuos dirigas, hoc esto;
„ eo te religiosiorem magisque pium futurum, quo
„ tuam vitam diligentius secundum rationes æter-
„ nas, minus vero secundum temporales guberna-
„ ris; sic ut nihil ames, nihil desideres, nihil læ-
„ teris, nihil oderis aut avertere, nisi pietatis cau-
„ sa; tibique persuadeas, hoc demum esse religio-
„ nem pietatemque profiteri. Tertium pronuntia-
„ tum esto; ut quando dæmon crebrius te, objecta E
„ cupiditate vanæ gloriæ, & magnifica de teipso
„ opinione, adoritur; quod hæc minime munita
„ sit mentis tuæ pars; idcirco majus vel potius con-
„ tinuum eò studium conferas, ut humilitate tui-
„ que despicientia, non in speciem modo, sed in-
„ teriore etiam animi sensu, cum illo dimices. I-
„ gitur quasdam tibi leges, velut privatim ad tuum
„ munus accommodatas, præscribe; à Christo Do-
„ mino traditas, usuque confirmatas, quibus ser-
„ vandis in studio hujus virtutis evigiles.
„
„ 179 QUÆ PROSINT IN HUMILITATIS STU-
„ DIO. Primum consilium esto, uti cogitemus,
„ hanc quidem virtutem hominibus, præcipue pro-
„ pter eorum humilitatem vilitatemque, convenire:
„ nihilominus, quia non oritur in terra nostra, ne-
„ cessario poscendam esse ab eo, à quo est omne
„ datum optimum, & omne donum perfectum; quam-
„ obrem, etsi superbus es, enitere tamen quam
„ potes demississime, Deum Optimum Maximum,
„ per infimam illam Jesu Christi humilitatem obse-
„ crare (qui cum in forma Dei esset, exinanivit se-
„ met ipsum, formam servi accipiens) ut ne ejus-
„ dem te virtutis esse prorsus expertem velit. Al- F
„ terum consilium, ut ad cælestium, qui umquam
„ hac virtute claruerunt, opem confugias. Primo
„ enim sic tecum cogita: Si cum humi versarentur
„ tantùm apud Deum gratiâ valuerunt, ut tam ex-
„ celsum hujus virtutis gradum contingerent, nunc
„ cum in cælo apud eum longe gratiores sint, plus
„ etiam eorum preces momenti & dignitatis ha-
„ bituras: quandoquidem vero, postquam summum
„ felicitatis fastigium sunt assecuti, nulla sane ipsi
„ sui submissione indigent; ora ut tibi idem bene-
„ ficium impetrent. Deinde vero illud etiam repu-
„ ta; quemadmodum in terris ita sunt omnes à
„ natura comparati, ut eos maxime cupiant pro-
„ movere, qui in eadem, qua ipsi præ ceteris ex-
„ cellunt, arte vivendique genere elaborant; ex-
„ empli gratia egregius quispiam Ductor exercitus,
„ qui apud Principem plurimùm possit, illos potissi-
„ mum in ejus gratia ponere & militari dignitate or-
„ nare nititur, qui se militiæ dediderint; vir eruditionis titulis insignis, eos qui animum ad litteras
„ adjunxerint; architectus aut mathematicus, eos qui
„ architecturæ aut mathematicarum disciplinarum
„ scientia sese ceteris præstare studeant; haud aliter
„

& media ad ipsam acquirendam,

imprimis intercessionem sanctorum;

AUCT. VIRG. CEPARIO *qui illâ virtute excelluerunt.*

„ Cælites, qui unius alicujus virtutis gloriâ præcipue excelluerunt, ad eamdem acquirendam iis „ cumprimis operam ſuam navare, qui plura ejus amore moliuntur, eorumque commendatione adjuvari deſiderant. Ne igitur te pœniteat, ſingulari „ contentione in beatiſſimæ Virginis Matris Dei „ (quæ quantum nulla mens creata, quæ quidem divinitatis ſit expres, hujus virtutis decus obtinuit) „ fidem te conferre. Secundum hanc, ex Apoſtolis „ S. Petrum tibi conciliabis, qui de ſe dicebat: Exi Luc. 5. „ à me, Domine, quia homo peccator ſum: deinde „ S. Paulum, qui poſtquam in tertium cælum diviſ„ nitus ſublatus eſſet, tamen adeo de ſe modice ſen1. Tim. 1. „ tiebat, ut diceret; Venit Jeſus ſalvos facere pec„ catores, quorum ego primus ſum. Harum cogita„ tionum altera, cognitionem tibi dabit, quantum „ illorum commendatio ad hanc virtutem comparan„ dam apud Deum pondus habeat; altera, quam ad „ id præſtandum prompti ſint etiam ac parati.

Similia alio ſcripto notat:

180 Hæc ſunt in eo ſcripto Aloyſii verba, è quibus liquet, quam ex animo ſanctæ humilitatis ſtudio teneretur. In alia ſcheda, quæ item eſt ejus manu, quamque ipſe, Affectus pios inſcripſit, hæc ait. „ Deſideria quæ concipis, non ita tibi B „ Deo commendanda ſunt, quemadmodum in tuo, „ ſed quemadmodum in Chriſti pectore ſunt: quo„ niam enim bona ſunt, in Jeſu prius quam in te „ ſint neceſſe eſt; longeque ab eo, quam abs te, pro„ penſiori affectu Patri æterno exponentur. Et quibuſdam interjectis; „ Cum alicujus virtutis deſide„ rio duceris, eorum te Sanctorum opem implorare „ oportet, quibus ejus eximia laus tribuitur: verbi „ gratia, ad humilitatem quærendam, ſanctorum „ Franciſci, Alexii, & aliorum; ad caritatem, ſan„ ctorum Petri, Pauli, Mariæ Magdalenæ, & alio„ rum. Sicut enim qui munus aliquod militare à „ Principe terreno obtinere cogitat, citius ab eo „ abſtulerit, ſi ſummo ejus copiarum Duce illiuſ„ que Tribunis, quam ſi aulæ Præfecto, aliiſve „ magiſtratibus domeſticis conciliatoribus ſit uſus: „ ita cum Fortitudinem à Deo poſcimus, Martyri„ bus; cum Pœnitentiam, Confeſſoribus commen„ dati eſſe ſtudeamus, & ſic de ſingulis. „ Quæ verba, eamdem, quam ſcriptum illud, quod prius attulimus, ſententiam habent.

C *dona ſibi à Deo data occultat,*

181 Seipſum humillimo loco ducebat, eumque animi ſui ſenſum & verbis declarabat & factis. Nihil umquam egit aut dixit, quod vel longo intervallo ad ſuam laudem pertineret: quin imo omnem illum ſeculi ſplendorem, genus, familiam, Marchionis titulos, aliaque ejuſdem generis; item quæ ſeorſim ipſius erant, ut vim ingenii, ſcientiæque copiam, & cetera quæ laudi eſſe poterant, admirabili ſilentio contegebat. Itaque vel ad ſuſpicionem ſuæ laudis in morem teneræ virginis erubeſcebat; & qui erubeſcentem videre optabat, non aliter id facilius, quam ejus laudatione conſequebatur. Ejus rei duo dumtaxat exempla, multis aliis prætermiſſis, in medium afferam. Alterum dedit, cum medicus quidam, qui ad ægrotantem viſebat, laudes ejus à nobilitate Gonzaghii ſanguinis, item propinquitatem Mantuanorum Ducum, atque ab ipſa ſtirpe, cognationem celebrare eſſet ingreſſus. Siquidem cum ſuam fortunam obſcuram omnibus eſſe cuperet, hoc præconio vehementer offenſus, medico ſui doloris ſignum dedit. Quoniam vero in crebras ejuſmodi laudum occaſiones incurrebat, immenſum quantum eum claritudinis ſuorum natalium pœnitebat; & quan- *magnam ex ſua laude dolorem capiens.* do erat, qui harum rerum memoriâ animum ejus refricaret, aut propter aliquod naturæ vel fortunæ bonum aliquo ſe illum numero ducere oſten- D deret; id ſcilicet tantopere ejus animum exulcerabat, ut nihil ſupra poſſet eſſe. Itaque præter unum dolorem, quem è laude aut honore, his talibus de cauſis ſibi tributo capiebat, ceteras omnes affectiones ex animo ſtirpitus evulſiſſe videbatur. Aliàs cum in triclinio, prudenter ſane & accommodate ad pietatem, de beatæ Mariæ Virginis Purificatione verba de ſuperiore loco feciſſet, eique merita laus tribueretur ab omnibus; ſimul atque P. Hieronymus Platus coram in os eum ſermonem commendare cœpit, tanto rubore ſuffuſus eſt, tantamque ſe ex iis laudibus moleſtiam capere, eaſque (quippe à ſe, ut ipſe quidem pro inſigni ſua modeſtia ſentiebat, alienas) refugere ſignificavit, ut omnium animos magnopere delectaret; valde enim hac ſua verecundia gratus omnibus & amabilis evadebat.

Obſonatoribus libenter comes jungitur.

182 Domi foriſque decedere omnibus. Si quando foras, cum ſociis qui res domeſticas curant, mitteretur (in quibus unus non ſemel cocus collegii Romani fuit) iis priores partes deferre; abnuentibus, tot hujus ſuæ petitionis cauſas dare, ut illi, ne ejus animum contriſtarent, non poſſent non morem gerere. Verum in hoc quidem repre- E henſus eſt à Præſidibus, qui id illum præterea facere vetuerunt; ut alia deeſſent, certe vel ideo, ne Clerici nomen, dignitatemque tonſuræ, cui potius quam nimio ſui dejiciendi ſtudio ſerviendum ſit, minus decore habuiſſe videretur. Domi adjutorum rei domeſticæ congreſſibus ſe crebro miſcebat, & perlibenter. Dato item conveniendi in triclinium ſigno, ad menſam fere quamdam ſe recipiebat, quæ in extremo ejus angulo, à cocis aliiſque miniſtris, quippe eorum officinis proxima, *privata in-* plurimùm frequentabatur. Mandatum habebat à *firmorum* Superioribus, qui eum valetudine afflicta & im- *menſa uti* becilla eſſe cernebant, ut ad eorum menſam ac- *recuſat,* cumberet, qui à morbo jam primùm convaleſcerent, utque è lecto non ſurgeret præſcriptâ ceteris horâ; item, ut ab aliis nonnullis laboribus abſtineret. At veritus, ne id ſuæ fortunæ tributum eſſe videretur, Superiores ſæpius adit; allatiſque bonis rationibus docet, non eſſe ſibi ulla opus immunitate; tandemque impetravit, ut ſibi communem cum ceteris vivendi morem ſequi liceret. Rogantibus vero nonnullis familiaribus ſuis, ut huic Majorum voluntati obſequeretur; verendum alioquin eſſe ne in morbum caderet; reſpondit, ſibi F qui religioſus ſit, omni ope enitendum eſſe, ut eamdem quam ceteri, eâdem ſecum Religione conjuncti, vitæ rationem teneret. De morbo, dum obedientiam non relinqueret, nullum ſe, qui quidem obeundis iis, quæ Religionis inſtitutum præſcribit, contraheretur, reformidare.

aut cubiculo, in quo ſolus degat:

183 Habitant in collegio Romano plerumque homines ducenti, aut etiam plures: quocirca fieri nequit, ut ſingulis ſociis qui in eo erudiuntur, ſingula cubicula ſuppetant. Ergo Præſides, Sacerdotibus dumtaxat, Magiſtris gymnaſii, aliiſque nonnullis, qui vel imbecilliores ſunt, vel munere aliquo funguntur, ſingulis habitaculis diſcluſis; ceteros in contubernia pro ſuo arbitratu diſtributos, in diverſis ſedibus, quæ pluribus ad ſtudendum pluteis lectiſque ſunt inſtructæ, colloquant. Cum igitur iis viſum eſſet, Aloyſium quoque, quod infirmior eſſet, ſeparatim à ceterorum inquietatione cubare oportere; Rectorem aggreditur, eique ſuadet ſalubrioris exempli ceteris fore, ſi communi cum ſociis cubiculo uteretur, ac perſuadet. Quia vero cum quopiam è Theologiæ ſtu-

dioſis

A dioſis degere magnificum quiddam putabat, optabat præ illis, quempiam humiliori loco hominem ſecum eſſe: verumtamen in eo mox acquievit, contentus illo qui datus fuit. Poſtularat committi ſibi præfecturam alicujus contubernii in Seminario, quod præter abjectionem, quam Dei amore libentibus animis ſuſtinent; magnis in eo Præfecti afficiuntur incommodis, & gravem ac prope continuam ſervitutem ſerviunt. Verum, quod tanto oneri valetudinem ejus parem eſſe poſſe diffiderent Superiores, id permittere minime ſunt auſi.

optat docere Grammaticam,

194 Optabat inſuper, abſolutis Theologiæ ſtudiis, infimæ claſſis pueris Grammaticæ rudimenta tradere; tum quod locum ſibi dari cupiebat teneram illam ætatulam, virtutis pietatiſque Chriſtianæ præceptis informandi, quod officium Magiſtris Grammaticæ ſancte invidebat, & familiariter illos compellans, Beatos nominare conſueverat; tum quod illum, ad vilia deſcendere, nihilque habere præ ceteris eximium, plurimùm delectaret. Prenſavit ſæpius hanc provinciam, atque ut humilitatis virtutiſque amore ſe eam petere diſſimularet, confirmavit Patri Rectori, ſe Grammaticæ rudem eſſe, & Latino ſermone uti non ſatis

B polito; omnino, niſi hæc accuratius didiciſſet, Societatis rationibus ſervire nullo modo poſſe. Eâdem arte Præfectum etiam inferiorum ſcholarum adoriebatur, ad quem ſubinde lucubratiunculas quaſdam, pro ejus claſſis captu latine ab ſe compoſitas afferebat: nimirum, ut ille de ejus ſtudio atque profectu edoctus, ad id quo animum intenderat, operam ei ſuam commodaret. Pater Rector quo ei gratificaretur ſimulque exploraret, eſſetne (ut ajebat) Latinæ linguæ ignarus; contubernalem ei adjunxit, quicum de Latinis litteris conferret: compertumque eſt haud leviter iis tinctum eſſe. Rediit tamen ad Rectorem, ac ſe uſu ipſo cognoviſſe aſſeverat, hac quidem via quam adhuc inſtitiſſet, numquam ſe Latini ſermonis atque Grammaticæ peritiam aſſecuturum: reliquum eſſe, ut eam alios docendo diſceret.

viliora quæque miniſteria ambit,

195 Non raro in obſoleta lacerna, ſportam aut manticam gerens, lætitiaque exultans, ſtipem per urbem mendicabat: domi vero nullum erat tam vile, & abjectum officium, cujus non ille major, quam homines ambitioſi, dignitatis honorumque ſtudio flagraret. Feria ſecunda ac tertia cujuſque hebdomadis, ſolenne illi erat in culina miniſtrare: erat vero ei negotium lances è menſa ſublatas tergere, ac ciborum reliquias pauperum neceſſitati colligere. Quando vero poteſtas fiebat (& quod ita à Superioribus flagitaret, ſæpe fiebat) illum ipſum victum, pauperibus pia liberalitate deſtinatum, ſportis impoſitum, ad collegii fores opperientibus perferebat. Profeſto item quoque die, ſecundum ſcholas, aliud quid contempti operis factitabat: cubiculum aut alia ſibi deſignata loca everrere, aranearum operas arundine aut alia pertica in aulis conclavibuſque communibus tergere. Ad hoc fuit illi complures annos opera,

C

& lætanter exercet.

lucernas in ambulacris & exedris publicis collegii mundare, & infuſo oleo inditoque ubi opus eſſet ellychnio, concinnare; quæ miniſteria tantopere eum juvabant, ut cum lætitiam, quam animo celare non poterat, aperte ferret; qui iis diſtentum videbant, quaſi triumphanti gaudio, & cælum digito tangenti gratularentur: quod gaudium ipſe jam quamdam in ſe naturæ vim obtinuiſſe profitebatur, ſibique ultro nullo ſtudio aut meditatione accitum affluere. Quæ res, etſi hominum quidem Societatis, qui eas & frequentant ipſi, & frequentari à Sociis vident, animos nihil moveant; tamen tum per ſe ipſas, tum propter dignitatem hominum qui in iis verſantur, multum ad inflammandas aliorum mentes valere conſtat. Ad ſummam, hæc vera laus ei datur, fuiſſe ſui contemptorem ex animo, ac nuſquam non ſui deprimendi materiam quæſiſſe. *a*

A. VIRG. CEPARIO

a

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *Multorum teſtimoniis comprobari poſſunt, quæ hactenus de humilitate Aloyſii dicta ſunt: paucorum, qui cum ipſo, poſtquam Neapoli reverſus eſt, vixerunt Romæ, & facta ejus inſpexerunt, interpretemur verba, quibus humilitatem ejus extollunt: ac primum P. Darii Tamburelli, teſtis Caſt.* XII, *qui Aloyſio contubernalis fuit in collegio Romano. Is ita teſtatur*: Enituit inter alias beati Adoleſcentis virtutes humilitas, qua licet, nobiliſſimo ſanguine, & primo inter fratres loco natus, id eſt legitimus heres eſſet hujus, in quo ſtamus Marchionatus; apud nos nihilom inus in Religione non aliter vivebat, quam ſi mediocris, ut plerique alii, fuiſſet fortunæ. Numquam ipſum vel mutire de familia ſua parentumve fortuna ac ditionibus audivi. Verſabantur Romæ, ſi recte memini, eodem tempore quo Aloyſius, duo Cardinales è familia Gonzaghia; quos ipſe nullo umquam indicio monſtravit ſibi aut propinquos aut etiam notos eſſe; data opera ubique fugiens cognoſci pro tali qualis erat.

Humilitas Aloyſii

E

Ex quo Caſtellionem ego nuper veni, conſpexique magnificentiam Principis ejus, Beati noſtri fratris; nec non frequentiam urbis, & abundantiam divitiasque totius ditionis; multo magis admiror humilitatem Aloyſii, qua motus, iſthæc omnia dimiſit ſponte ſua, ſeque abdidit in Religionem, quæ ex inſtituto ſuo profitetur nullam admittere umquam dignitatem aut honorem. In domo noſtra Romæ vidi eum verrere ſcopis ambulationes, mundare lucernas publicas, inſervire coco in quovis etiam abjectiſſimo culinæ ſervitio: & hæc opera fere quotidiana ei erant: quin imo ardentibus votis, ut ſibi obire talia liceret, rogabat Superiores; & quanto magis humile opus ſibi permittebatur, tanto ſe grandiorem inveniſſe theſaurum credebat. Colloqui inter Noſtros cum iis gaudebat præcipue, qui ſunt rudiores, atque in rebus domeſticis adjutores. Honorabat omnes, quia omnes ſe majores reputabat, & omnibus libenter ſerviebat. In ſumma, fuit ſpeculum humilitatis, tanto magis lucidum, quanto clarius noſcebantur eminentia ejus, naturæ ac fortunæ dona, propter quæ merito æſtimare ſe poterat ac aliis præferre. Uti de ſe ipſe ſentiebat demiſſe, ita res omnes hujus mundi caducas contemptim habebat: bonorum vero æternorum cognoſcens æſtimansque granditatem, eo mentem animumque perpetuo intendebat. Vidi ego ipſum, ut mundo vileſceret amplius, incedere per Romam indutum veſte pannoſa, lacera & maculoſa; capite vero tectum pileo, qui veſte deterior erat.

F

Eodem propemodum redeunt, quæ deponit P. *Gaſpar Alperius, teſtis Caſt.* XIII, *in hunc modum*: Ut Religionem ingreſſus fuit Aloyſius, in nullo opere domeſtico verſabatur gaudentius, quam in humilibus vilibusque: ſerviebat in culina, lavabat lances & ollas, mundabat lampades totius domûs, ejusque partem aliquam verrebat quotidie; telas aranearum detergebat è fornice ac parietibus; purgabat etiam latrinas, eóque ad uſum publicum

& exercitia humilitatis

eluen-

ANNOT. C. J. eluendis matulis portabat aquam; verbo dicam, obibat miniſteria quæque viliſſima, quæ mediaſtinorum ſunt propria; & obibat ea libenter ac lætanter. In veſtitu, habitatione, victu, majorem ubique abnegationem ſui quærebat, præſertim quando ei caſu obtingebat res ulla, quæ nova aut ceteris melior videbatur: quin imo quidquid veſtimenti novi jubebatur induere, videbatur ei, non convenire corpori ſuo: at ſiquid offerebatur veteramentorum aut veſtium detritarum, videbantur ei aptiſſima eſſe omnia. Ubi ſtatis horis relaxant animum Noſtri colloquendo, ipſe libentius agebat cum Laicis Fratribusque noſtris adjutoribus, quam cum Scholaſticis aut Profeſſoribus; & ubique, tam intra quam extra domum, poſtremum occupabat locum, relicto aliis honoratiore.

Multa his ſimilia habet P. *Guelfutius*, *teſtis* XIV; Ego, *inquiens*, cognovi B. Aloyſium in collegio Romano, ſub finem tirocinii & palæſtræ Philoſophicæ: captuſque continuo fui conſpectâ ſingulari modeſtiâ & profundiſſima humilitate ejus, conjunctâ cum tam excellenti ingenio ac nobili ſanguine, aliiſque dotibus, quæ ſolent faſtum generare & elationem. Celabat ſolicite, quidquid
B ſibi poterat laudi verti; & pudore perfundebatur, quando iſtiuſmodi aliquid innoteſcebat aliis. Mihi ſæpenumero retulit, eo motum ſe fuiſſe ad amplectendam præ aliis Religioſorum familiis Societatem Jeſu, quod in hac caveatur per quartum votum, in ſolenni Profeſſione faciendum, ut ne acceptetur ulla dignitas extra Religionem.

Et teſtis Caſtell. VI: Nihil acerbius ferebat Aloyſius, quam quod quovis modo olebat honorem ſuum. Accidit autem, quod D. Joannes Zeccus, Bononienſis, Sixti Papæ V medicus, ad eum
varii generis. inviſens, multa publice memoraret de nobilitate ac familia ejus: qua de re, ſi umquam alibi, monſtravit ille gravem ſenſum; totus erubuit, ac tandem dixit; Religioſi ſumus & non ſumus amplius tales quales fuimus. Pluries ipſum ego vidi portantem perticam ſublimem, cui in apice infixæ erant ſcopę, quibus detergebat, per ambulationes & publica domûs loca, aranearum telas. Vidi pariter portantem alterâ manu lecythum, alterâ panniculum, quibus ſub veſperam quotidie, totam obiens domum, & mundabat lucernas, & oleo replebat. Sedulo colligebat pauperibus reliquias ciborum,
C è menſa relatas, eaſque diſtribuebat in quaſdam ſportulas, & portabat ipſe opperientibus ad portam Collegii egenis. Vidi denique eumdem, ad majorem tam ſui quam mundi deſpicientiam, obambulare Romam laceris veſtibus, inſtar egentis mendici; nec non ſimili habitu ſtare ad portam gymnaſii primariam, quando ſtudioſa juventus illac tranſibat è ſcholis, extenta manu eleemoſynam petentem. Similiter domi ſic veſtitus capiebat in triclinio cibum, humi ſedens. Denique videbatur mundo ejuſque opinionibus mortuus.

Tanta, *inquit teſtis Rom.* XXIV, humilitas Aloyſii fuit, ut per illam obumbraret ſanctitatem ſuam, occultaretque (ſine affectatione tamen, ac modo perquam facili, & dexterè) dona ſibi divinitus collata. Eminebat in eo, quod ita ſe gereret ubique, ut re nulla eminere videretur; atque ut ſanctimoniam ſuam celaret Socios, ſtudioſe curabat communem ſequi vitæ rationem, & omnia facere quæ ſecundum leges religioſæ diſciplinæ, ab aliis fiebant. Hinc aberat longiſſime ab omni jactantia, atque erubeſcebat potius, ubi vel laudabatur, vel quovis modo honorabatur, vel à Magnatibus viſitabatur. Mediolani mihi dictum fuit, Aloyſium, ex imperio Superiorum telas aranearum per domum detergere ſolitum, illud ſuum exercitium crebro diſtuliſſe in tempus tale, quo frequentior eò venerat ſpectator, aut aderat vir aliquis primarius; ut ab iis videretur, & aliquam naturæ vim inferret. D

CAPUT VII.

De Obedientia, Paupertate, Caſtitate.

186 ACcedebat ad hunc tam demiſſæ humilitatis amorem, perfectæ Obedientiæ ſtudium: de quo illud commemorare ſit ſatis, conſcium ſibi fuiſſe Aloyſium, non modo ſe numquam à Majorum voluntate diſcrepaſſe, aut eorum imperium minuiſſe; ſed ne cupiditate quidem ulla aut inclinatione, ne ea quidem quæ primoribus animi motibus fit, ad id vel leviter incubuiſſe; niſi forte cum eorum juſſu à ſuis pietatis officiis diſtrahebatur: quamquam ne tunc quidem fere, niſi perraro commovebatur; & eum ipſum motum qui exiſtebat, incredibili diligentia ac celeritate componebat. Ita fiebat, ut non voluntas
E ejus modo, ſed mens etiam atque judicium cum Superioris ſenſu congrueret. Neque vero umquam ſciſcitabatur, cur hoc aut illud conſtitutum eſſet; ſed cognito, Superioribus ſic placitum eſſe, nullam præterea ejus approbandi cauſam requirebat. Hæc perfectio obedientiæ ex eo naſcebatur, quod Superiorem quemque vice Dei fungi ſibi certo perſuaſerat. Siquidem, inquiebat, cum Deo, qui aſpectum noſtrum fugit, obediendum ſit; neque ab eo coràm proxime mandata accipere, aut ejus ſententiam exquirere poſſimus; dat nobis ipſe hujus ſui muneris vicarios, atque interpretes voluntatis ſuæ, Superiores; per quos de omnibus, quæ nos vult, certiores facit; iiſque, quippe mentis ſuæ nuntiis, ut obtemperemus jubet. Ita ſenſit beatus Paulus, cum ad Epheſios ita ſcriberet: Obedite Dominis carnalibus, ſicut Chriſto, & ut ſervi Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo. Et ad Coloſſenſes in eamdem de obedientia ſententiam: Quodcumque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino & non hominibus. Sic enim intelligendum eſt, mandatum, à Deo ipſo, Superiore internuntio, ad nos afferri. Quare ſicut, quod per Decurionem Cubiculariorum, aut aliud quodvis palatinum officium, à Rege aut Principe, cuipiam clientum mandatur, non adminiſtri illius, ſed Regis aut Principis mandatum cenſetur, eique à cliente pro tali mos geritur; ita etiam Religioſo Superiorum decreta, quaſi Dei imperia, per hominem ipſi denuntiata, amplectenda, iiſque prompte & reverenter ſatisfaciendum eſt. F

XVII

Nullam umquam in obediendo animi reluctantiam ſenſit.

ut qui in Superioribus Deum agnoſcebat.

Epheſ. 6. Coloſſ. 3. 23.

187 Ex hac perſuaſione oriebatur obſervantia illa, veneratio, pietas, quam adverſus Superiores omnes adhibebat; ſcilicet omnes in adminiſtrorum Dei, ejuſque voluntatis interpretum loco ducebat; quamobrem mirifice eorum præceptis lætabatur. Neque minus apud illum momenti & auctoritatis obtinebat imus quam ſummus, rudis quam doctus, mediocriter quam eximie ſanctitate ceteriſque tali muneri dignis artibus ornatus: nam, qua Dei partes agebant, nihil inter eos intereſſe ratus, pari omnibus facilitate dicto audiens erat. Hoc amplius cenſebat, quî daret operam, ut in parendo hoc unum ſpectaret, duplicem ex eo fructum capere. Alterum, quod ei nihil arduum & laborioſum, ſed omnia facilia & perjucunda obedienti accidunt: quippe qui ſe intelli-

quicumque illi eſſent;

gat

A gat Dei, cui ſervire in beneficio & gratia deputat, voluntati obſequi: alterum, quod germanæ obedientiæ vim aſſequatur, ac proinde propoſita ex animo legitime obedientibus in cælo præmia, certâ ſpe præcipere poſſit. At vero, qui idcirco tantùm mandatis obſecundat, quod aut mandata ad ejus ſtomachum ſtudiumque faciant; aut qui ea dedit præſtanti virtute naturæque dotibus aut propenſa in ipſum voluntate ſit; is primùm, non perinde ut obediens, meritus videtur; neque ipſam formam, & quaſi naturalem obedientis notam obtinet; quando non id in obediendo ſecutus eſt, quod unum hæc obediendi virtus intuetur: deinde, hunc talem, ubi Superiorem cum alio, minus aut à natura boniſque artibus inſtructo aut ſui ſtudioſo, mutaverit, atque ab eo aliena ſuo genio mandata acceperit; vehementer cruciari, multiſque periculis objectum eſſe, neceſſe eſt. Subjicere ſemet alteri, quidquam humanum, at non cæleſtia illa, quæ diximus, ſpectantem, fracti & vilis animi eſſe ducebat.

198 Verebatur ne Superiores, qui, ut infirmitati penuriæque virtutis ſibi ſubjectorum hominum ſe accommodent, in imperando præcipiendoque, cauſas quibus ad id quod intendunt eos B hortantur, ex his dumtaxat mortalibus rebus acerſunt; non plurimùm ipſis, quibus imperant, nocerent. Quapropter optabat, Præſides Societatis confidenter de ſe aliiſque ſtatuere, atque in ſuorum vel habitationibus vel muneribus commutandis, aliiſque in rebus de ſe decernendis, nullam ſuæ voluntatis cauſam afferre, niſi obſequium Dei & ampliorem ejus gloriam, eâque gratiâ omnia conſtituere. Exempli cauſa, ſic jubeant: Viſum nobis eſt ad obſequium Dei pertinere, atque ex ejus majori gloria fore, ſi in illum locum te conferas, aut hoc officium ſuſtineas. Itaque vade, Deus id tibi fortunet. Sic cum faciunt, ajebat, Superiores, confidentiæ præclaræque exiſtimationis de virtute & obedientia ſubjecti indicium præbere, eum conſuefacere ad proprium obedientiæ Chriſtianæ decus amplectendum; tantoque copioſioris ineundæ à Deo gratiæ opportunitatem præbere, quanto paucioribus utantur humanarum rationum momentis. Sin hæc & alia argumenta prætextuſque quærantur, umbram tantùm quamdam obedientiæ, non ſolidam expreſſamque ejus C virtutis effigiem perſequi conſueſcunt ſubditi; carent iis bonis, quæ diximus; occaſio nonnumquam datur detrectandi imperii; præſertim ſi eſt unde facile reſciſcant aut ſuſpicentur, aliud eſſe cur officio aut loco moveantur, quam quod verbo ſcriptove prætenditur.

199 Solebat præterea confirmare, gratius ſibi obediendi officium evaſiſſe; cum experimento dicerit, mirificam quamdam Dei de ſe providentiam Majorum imperiis eſſe declaratam: ſæpenumero enim ultro ſibi non roganti à Superioribus ea conceſſa aut impoſita, quorum deſiderio vel privata pietate vel inſtinctu divino ante tenebatur. Ita quondam evenit, ut cum loca, ad quæ Chriſtus Dominus noſter ſub extrema ſupplicia circumductus eſt, cum animo ſuo cogitaſſet; eoque ingens illum cupido percepiſſet, eo die ad ſeptem ſacras ædes Urbis de more ſupplicatum eundi; præter conſuetudinem Superior, nihil hujus petentem aut ſperantem, eadem hora accerſeret, ſeptemque ſacras ædes obire juberet. Id ei geminatam lætitiam attulit, tum quod res ipſa per ſe inexpectata erat; tum quod comperiebat, quantam in modicis etiam rebus pro ſe Deus curam gereret. Quamplurima hujus generis exempla, niſi longum eſſet, memorare liceret. Reprehenſus ab eo, in cujus erat poteſtate, os habitumque ſic conformabat, ut aperto capite, oculis humi fixis, nihil excuſans, nihil reſponſans, quidquid ille diceret, demiſſe & patienter acciperet. Objurgatus aliquando à Superiore de neſcio cujus rei incuria, in quam, quod animo fere à ſenſibus alienato ingrederetur, offendebat ſæpius; tanta eum pœnitendi vis inceſſit, ut ſubita defectione laberetur: ex qua ſimul animum collegit, proſternit ſe ad pedes lacrymans; tantaque humilitate delicti, quo de arguebatur, gratiam precatur, ut excitari non poſſet.

A. VIRG. CEPARIO

Reprehenſionum patientiſſimus,

190 Affinis eſt huic obediendi virtuti obſervantia legum, quibus Religionis diſciplina vincîtur; in quibus ſervandis tam ſolicita erat Aloyſii diligentia, ut cuipiam ſuperflua videri poſſet. Neque enim ipſe recordari poterat, umquam ſe contra earum legum ullam vel leviſſimam cogitato deliquiſſe. Iam vero uſque eo accurate & rigide iis ad verba parebat, quaſi earum neglectu in ingens aliquod diſcrimen adduci, & grave damnum fieri neceſſe eſſet: qua in re tanta erat libertate, nullam ut profonam, ſive religione devinctam ſeu E ſolutam, vereretur. Iverat aliquando, miſſu Rectoris, ſalutatum Roborcum Cardinalem cognatum ſuum; cui roganti, ut in prandio ſecum eſſe vellet, negavit fieri poſſe, quod eſſet contra quamdam legem, qua aſtrictus eſſet. Delectatus eo reſponſo Cardinalis, nihil præterea cum eo egit, nihil poſtulavit ab eo fieri, quin adderet, Si non eſt contra veſtras leges. Idem Cardinalis ſignificavit poſtea Patri Rectori collegii Romani, uti ſe ea cautione, eamque conditionem adjungere; ne quid in teneram Aloyſii conſcientiam offenderet; utque ſpiritui divino, qui ejus mentem inſideret, velificaretur. Rogatus quondam à contubernali, quem litteras parantem ſcribere charta defecerat, ut dimidiatum ſibi folium commodaret; metu ne legem, quæ vetat quidquam Superiorum injuſſu donare, aut utendum dare, violaret; intellexiſſe diſſimulans, nihil tum quidem reſpondit; ſed eveſtigio cubiculo egreſsus, Patrem Miniſtrum adit, oratum veniam ſocio chartam de ſua dandi; & paulo poſt reverſus, comiter ſocium appellans; Popoſciſti, niſi fallor nuper à me chartam: eccam, inquit, ſimulque eam impertit. Ad poſtremum non ſatis reperio, quinam clarius ſtudium ejus adverſus Religionis leges patefaciam, quam ſi eum teſtificer iis annis, quibus Religioni operatus eſt, numquam eam legem neglexiſſe, quæ certis temporibus ac locis ſilentio uti imperat; neque item eam, quæ, dum ſtudiis vacatur, aliter quam latine loqui vetat. At in hoc genere labi ſane quam proclive eſt *a*.

& Regularum obſervantiſſimus fuit,

etiam in rebus minutis.

F

a

191 Jam Paupertatis religioſæ, ſupra quam credibile eſt, ſtudioſus fuit. In hac, magis quam opulenti homines in copiarum affluentia, delectabatur & acquieſcebat. Si enim in priſtinæ fortunæ licentia ſic eam adamavit, ut (quod diximus) jam tum humilis illi veſtitus cordi eſſet; facile quivis exiſtimare poteſt, quid in Societate egerit, quam propriam ſanctæ paupertatis domum nominare eſt ſolitus. Itaque id omne ſemper abhorruit, ex quo ſpeciem ullam quidquam ſibi privatim quaſi proprium vindicantis, habere videri poſſet. Numquam niſi ex communi copia indutus amictuſque eſt; numquam librum in uſu habuit, quem ſecum deferre liceret; non horologium, non ſcalpellorum aut alius generis thecam. Eorum

XVIII *Paupertatis ſtudio*

nec probabat, illos rationes mandati reddere,

cum ſubditorum præjudicio;

ſed ſimpliciter ſe illis committebat.

A. VIRG. CEPARIO

vero quæ ad pietatem ſunt comparata, neque aliis largiendi cauſa quidquam ſervabat ipſe, neque alios ſibi largiri valde lætabatur. Numquam ullam Reliquiarum thecam ullius generis penes ſe eſſe paſſus eſt, non coronam precatoriam è materia pretioſa aut eleganti, non privatam ullam picturam aut tabellam. Sed nimirum aut communibus imaginibus, quas reperiebat in cubiculo, utebatur; aut certe ſummum unam habebat privatim è charta, quæ erat S. Catharinæ virginis & martyris, cujus ſcilicet natali ad Religionem venerat; & alteram item è charta, S. Thomæ Aquinatis, cujus doctrinæ ſtudia æmulabatur: atque has, approbantibus Superioribus, aliorum precibus fatigatus, ac prope compulſus, dono acceperat. Quid quod ne in Breviario quidem, quod in tirocinio; neque in libello Officii beatiſſimæ Virginis Matris, quod in collegio in uſu habuit, umquam ſuſtinuit vel tantilla imagine, tamquam notâ, ut multis eſt mos, preces diſtinguere.

nihil niſi ſumme neceſſarium apud ſe tenet,

192 Quoniam vero non deerant, qui pro ſua in eum pietate, varia ad Dei cultum facta munuſcula, non modo offerrent; ſed etiam, ultro petita à Superioribus licentia, ut acciperet, prope vim intentarent; ſiquidem liceret, ea recuſabat; ſin eorum pace facere non poterat quin admitteret, ad Superiorem ea continuo deferebat; aut certe facta ab eo poteſtate, cum primum occaſionem erat nactus, aliis donabat. Deliciæ ejus erant nihil penitus ex hoc mundo poſſidere, nihil deſiderare, atque ab omni re mortali diſtractum eſſe. Quando appetente æſtate aut hieme, pilei ac veſtes tribuebantur; numquam ille quidquam longius aut brevius, aſtrictius aut laxius eſſe querebatur: ſed rogatus à ſartore, ſatiſne apte convenirent; Mihi quidem, inquit, videtur. Immenſum quantùm illum viliora omnia delectabant; nullaque non in re, quæ ei obtigiſſet, ad deterrimum quodque oculum adjiciebat. Noſtram vero illam legem, qua præcipitur ac jubetur, ut quilibet ſibi perſuadeat, quo ſeipſum magis vincere magiſque in virtute proficere condiſcat, eorum quæ domi ſunt viliſſimum quodque ſibi tributum iri; ſic interpretari ſolebat. Quemadmodum, inquit, mendicus, qui circum domos, aliorum benignitatem implorat, exploratum habet; non præſtantiſſimas veſtes, quæ in ædibus ſint; ſed maxime laceras atque obſoletas, itemque ceterarum rerum, quod poſtremi pretii ſit, ſibi datum iri: ad idem exemplum nobis, ſi vere paupertatem amamus, perſuaſum eſſe debet, quæ domi abjectiſſimæ notæ ſunt, nobis tribui oportere: ac verbo, Perſuadeat, eam vim ſubeſſe dicebat, ut velit certo nos cum animis ſtatuere, ita fore, atque ita fieri par eſſe.

B

nihil recipit;

C

viliſſima amat ſibi dari,

193 Ad hoc non ſemel Sacerdoti, apud quem conſcientiam expiare eſt ſolitus, narravit, in beneficii & meriti numero ponere, quod ita voluntas Dei ſæpe tulerit, ut in partitione rerum, quæ ſingulis utendæ tribuuntur, deterrimæ ſibi obvenirent: id ille, pro flagranti ſuo paupertatis amore, præcipuo Dei in ſe favori acceptum ferebat. Nam in Religione tanta verecundia ſe tractabat, quaſi è pannis & mendicitatis ſordibus ſe ſublatum, & Majorum miſericordia domo acceptum ex animo ſentiret. Itáque quidquid in eum conferebatur, ab egregia caritate profectum eſſe judicabat. Ad menſam, parcebat ille quidem edere eum cibum, quem ſuæ valetudini obfuturum prævidebat; ne tamen, quod minime cupiebat, pro eo quid melius afferretur, miniſtros de induſtria fallere nitebatur *b*. De ejus caſtitate non eſt quod aliud commemorem, niſi præſtantem illum virginitatis, qua corporis qua mentis, theſaurum; tam excellenti atque eximio nitore, quem ſexto Capite primi libri perſecuti ſumus, ſemper illibatum cuſtodiſſe *c*. In ſermone atque congreſſionibus nihil eo veri ſincerique amantius, nihil ſimplicius, nihil magis ingenuum fieri poterat. Ergo nemo erat, qui de eo, quod ille aut affirmaſſet aut negaſſet, poſſet dubitare: aberat enim ab omni amphiboliæ aut ſimulationis fuco. Solebat etiam aſſerere, artificiis, dolis, ſimulationibus, fallaciis, ambiguitate ſive dictorum ſeu factorum, eripi hujus ſeculi fortunæ deditis hominibus mutuam inter ipſos ſocietatem; in Religione vero eſſe præſentia venena religioſæ ſimplicitatis, certasque juventutis peſtes; quibus cum ſpiritu, quo Religioſum præditum eſſe oporteat, convenire vix umquam poſſit *d*.

idque pro beneficio habet:

b De ejus caſtitate non eſt quod aliud com-

D *caſtitatem illibatam ſervat.*

c

d

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *De Obedientia ejus alia etiam alibi jam annotavi, ut, quod die quodam jejunii bis pranſus ſit, ita juſſus à Superiore ſuo. Porro de illa ſic loquitur teſtis Caſtell.* VI: Quam voverat Deo obedientiam ſemper exacte ſervavit, etiam in executione regularum; quarum aliquam, tametſi minimam, nemo deprehendit umquam ab ipſo violatam eſſe. Neque Superioribus modo præſtabat ſe obſequentem, ſed nobis quoque, valetudinarii aliarumque officinarum curatoribus, obediebat prompte, in omnibus, lætanter. Obedientiam, *inquit teſtis Rom.* XXIV, Aloyſio à natura inſitam fuiſſe dixero. Abſque ulla namque repugnantia, animo pacato, voluntate propenſa, excipiebat juſſa Superiorum, tamquam à Deo profecta. Corpus ſuum, tametſi imperio rationis ſemper ſubditum fuiſſet, non ſecus tractabat atque capitalem inimicum: ideoque illud caſtigabat quibuſcumque per ſe licite poterat pœnarum modis; quas vero infligere ei, quia graviores atque extraordinariæ ſunt, non licebat abſque ſcitu & facultate Superioris; id ſibi ut liceret, multis ſæpe precibus eum rogabat; ita tamen reverenter ac citra importunitatem, ut ſe in poteſtate ejus eſſe, & dicto audientem fore, monſtraret; conjungens hoc modo eximias virtutes duas, ſtudium macerandi corpus ſuum, & promptam voluntatem obediendi Deo in Superioribus ſuis. Quod autem hic exempli gratia dixi, locum habebat ubique in quibuſvis aliis virtutibus: omnes enim, quas ego umquam in eo notavi (& memini notaſſe plurimas) poſſidebat in perfectiſſimo gradu.

E *Obedientiæ ejus,*

F

Teſtis Caſtell. XII, Cum Societas noſtra, *inquit*, maximi faciat obedientiam ſuorum, in eaque collocet ſummam rei; eo Aloyſius quoque conniſus eſt ſummo ſtudio; & ſcio ad culmen perfectionis ejus perveniſſe: idque pro miraculo habeo, quod cum res noſtræ propemodum omnes per multas minutatim regulas cuique præſcribantur, ipſe nullam earum, etiamſi minima foret, tranſgreſſus umquam ſit. Æquali promptitudine ſe voluntati ſubordinatorum ac primarii Superioris accommodabat, ratus, per omnes & ſingulos loqui Deum, eumque in ſingulis reverens. Obediebat autem prompte hilariterque: ex quo colligo, non tantum obediviſſe exequendo opus imperatum, ſed voluntatem quoque ſuam ac judicium ad voluntatem & judicium Superioris conformaſſe. Volabat, quo ſonante campana vocabatur, ad primum ejus ſignum, ſepoſita re omni alia qua diſtinebatur.

De

A De voto & virtute obedientiæ, quam in Societate profeſſus fuit, *ait teſtis Rom.* XI, aſſeverare poſſum, quod credam, numquam eum voluntate violaſſe regulam ullam; numquam receſſiſſe ab imperio aut minimo nutu Superiorum, in quibus venerabatur Chriſtum Dominum benedictum; numquam non obediviſſe promptiſſimo juxta ac lætiſſimo animo: & videbatur in his gaudio exultare. Non multo prius quam contraxit morbum, quo tandem obiit, reprehendi eum ego acriter, quod importune interpellaret Superiores urgeretque, ut ſibi copiam facerent caſtigandi ſeſe, adeundi xenodochia, ſerviendi infirmis in noſocomiis; quod illo fervore transferri ſe ſineret ultra quam par eſt; quod Deo judici rationem ejus rei redditurus eſſet, quodque ſub vitæ exitum propterea angeretur animo. Poterat ille quidem hoc incondito meo loquendi modo offendi; attamen tantum abeſt ut ullum commoti animi ſignum daret, ut ſolita ſerenitate vultus ac pace interna mihi diceret: Pater care, non eſt quod angar aut angi metuam propter objecta; quia nihil ago niſi ſciente & conſentiente Superiore meo, cui non poſſum non nota facere deſideria, quæ
B mihi Deus optimus maximus immittit; nec non petere facultatem operandi, ad quæ me ſentio impelli per miſericordiam ejus. Ita dixit, nec aliter evenit. Quando enim vicinus morti fuit, interrogatus à Patre Rectore Collegii, num qua res animo ſuo moleſta eſſet, velletque ſuo nomine quidpiam circùm adſtantibus edici; reſpondit, nihil eſſe quod ſe inquietaret, qui nihil citra obedientiam feciſſet umquam.

ubique eximiæ

Addit ſuper his teſtis Rom. XXIV: Ardentiſſime cupiebat beatus juvenis frequentare noſocomia, ibique decumbentibus opem aliquam ferre: & Superiores id ei permittebant, potius propter incenſum quod in ipſo deprehendebant deſiderium, quam alia de cauſa, ſcientes conſtitutionem corporis ejus eſſe infirmam. Hæc autem quæ dico, præcipue ſpectant ad annum MDXCI, quo & in morbum incidit, & mortuus eſt. Ante autem quam moreretur, publice denuntiavit omnibus, neminem opinari debere, ſe Aloyſium, ſupra vires exercuiſſe & afflixiſſe corpuſculum ſuum per aſperam tractationem ejus; quia quidquid in hoc genere fecerat, fecerat conſentientibus Superioribus, & facultatem concedentibus. Ex quibus ejus
C dictis ſummam hauſi conſolationem; quia videbam inde confirmari, quod ego pridem animo conceperam meo; videlicet obedientiam ejus ſemper omni ex parte perfectam fuiſſe, ſubmiſſam nutui Superioris, non importunam aut inflexibilem, qualis ſolet eſſe eorum qui naturæ impulſu aliquò aguntur; ſed ita comparatam, ut quæ fervor ſpiritus ſuadebat agenda, ratio virtutis moderaretur ſecundum voluntatem Superioris. Unde & viſum mihi fuit, non recte nonnullos decumbenti, contracto licet ex caritate morbo, objectaſſe, quod juſto ferventius poſtularet, ut pœnas voluntarias liceret ſibi infligere, ac infligeret juſto graviores.

ſpecimina plurima.

b *Hactenus de paupertate Aloyſii, qua de ita teſtis Rom.* XI: Univerſa quæ in mundo habuit, mundo reliquit, nullo reditu aut re alia ſibi retenta; & ne quid deinceps reciperet rerum dimiſſarum aut aliarum, interpoſuit votum paupertatis; quod, quantum quidem obſervare potui, exactiſſime implevit. Videbatur affici erga virtutem illam tenerrime; gaudebat deteriora ſibi quam ceteris dari; atque ut darentur, orabat, & quodammodo cogebat diſpenſatores rerum, ad uſum communem neceſſariarum, ut ſibi deteriora permitterent, quia inde ſummam capiebat voluptatem. Relucebat paupertas ejus in veſtibus, in libris, in omnibus: re nulla, tametſi leviſſima, utebatur abſque neceſſitate & Superioris ſui facultate: iis vero quibus ſic utebatur, libenter privabat ſeſe, ubi repetebantur, aut alteri eſſe uſui poterant.

Paupertatis ejus in Religione

ANNOT. G. J.

Dicam, *ait teſtis Caſtell.* XII, iſthoc ſingulare de paupertate B. Aloyſii. Incidit ipſe in ægritudinem, dum ego è morbo convaleſcebam, eratque valetudinarium infirmis plenum. Quamobrem immiſerunt illum in cubiculum, ubi ego jacueram æger; & me ad cubiculum, ubi ille habitabat ſanus. Eo perductus, comperi locum anguſtiſſimum, octo circiter palmis longum ac totidem latum; nec altiorem, quam ut poſſet tabulatum contingi manu ab homine juſtæ ſtaturæ. Feneſtram habebat unam tantum & perexiguam, ac poſitus erat in remoto aliquo domus angulo, ut potius latrina videretur eſſe quam cubiculum. Hujus habitationis gratiam ſibi fieri rogaverat Aloyſius Superiores amore paupertatis, ac obtinuerat. Intus nihil reperire erat præter humilem lectum, E
unâ ſolâ inſtratum mattâ laneâ; parvulam menſam, in eaque repoſita ſacra Biblia cum aliquo libro aſcetico; & Summam S. Thomæ, in pluteo ligneo pendulam è muro. Ut vidi, obſtupui; animo perpendens meo, illum, qui in ſeculo tam dives, omnia amore Chriſti reliquerat, in Religione ne illa quidem admittere, quæ neceſſarii uſûs ſunt & ſingulis paſſim conceduntur. Inter hæc porro, quæ dixi in cubiculo Aloyſii inventa eſſe, nullus erat liber, nedum res alia, quæ ipſi propria foret. Adeo ille pauper vixit, & pauper obiit. *Sed de paupertate, quam in ipſo pene mortis articulo exercuit, audiamus iterum teſtem Caſtellionenſem* XIX; *ex quo ſupra jam retulimus, Aloyſium, quando tirocinium adivit, aliud non tuliſſe ſecum, quam Breviarium unum & unam Chriſti in cruce confixi imaginem telæ impreſſam; eaque non multo poſt, ſponte ſua, quò perfectius paupertatem coleret, attuliſſe ad Superiorem. Laudat deinde idem teſtis in eo ſtudium paupertatis, quod aliquot annis, quibus ſimul cum illo inhabitabat collegium Romanum, notavit exercitum ab eo fuiſſe, in victu, veſtitu & cubiculo.*

Denique, paulùm ante mortem Aloyſii, *inquit*, cum ego forte adeſſem in cubiculo ejus cum multis aliis, ſupervenit quoque P. Joannes Baptiſta F
Carminati, Præpoſitus Provincialis: ad quem converſus æger, multùm rogavit, ut juberet tolli de lecto ſuo certam quamdam ſtoream, quæ ei inſtrata erat; non quidem tunc primùm, aut ab Aloyſio ibi poſita, ſed à Patre quodam ſene, qui in eodem cubiculo, parum à rebus neceſſariis inſtructo, ante decubuerat ægrotus. Reſpondit Provincialis, ſineret curare curatorem ſuum, neque de ſtorea illa angeretur; quandoquidem moreretur per gratiam Dei ſatis pauper. *Exercitium quoque paupertatis fuit, quod ait teſtis* XII, *paulo ante citatus*: Aloyſium crebro inter noſtros mendicato vixiſſe, quando per triclinium circumiens, amore Dei rogabat accumbentes eleemoſynam; neque alium tunc cibum guſtabat, quam qui pro eleemoſyna ei datus eſſet. *Ad hanc paupertatis perfectionem jam tum viam aperuiſſe videri poteſt, quando nuntium mundo & divitiis remiſit Mantuæ, ne quidem reditu annuo, qui promiſſus fuerat, ſibi reſervato. Princeps Franciſcus teſtis Caſt.* XI (*quod rectius ad libri* I *cap* 9 *num.* 109 *annotatum fuiſſet*) Scio, *inquit*, Aloyſium abdicaſſe bonis omnibus amore Dei & pau-

præclara quædam exercitia.

ANNOT. C. J. pertatis; & perfectiſſimam ſe intendere paupertatem palam declaravit, quando abdicationem ſecundam primæ ſubjunxit, remittendo alacriter jus ad certam argenti ſummam, quam in prima abdicatione ei pater noſter aſſignaverat quot annis numerandam. Et in ſecunda iſtac abdicatione dixiſſe fertur, Laus Deo, qui liberavit me etiam hoc parvo hujus mundi onere!

Caſtitas angelica.

c *Caſtitatis amorem & æſtimationem abunde monſtravit, quando novennis illam Deo per votum obtulit. Illam in eo reputat teſtis Rom.* XI, extraordinariam & omnino Angelicam; *aitque ſe à Cardinali Bellarmino accepiſſe, Aloyſium, quod admodum puer voverat Deo votum*, perfectiſſime per gratiam ejus ſemper obſervaſſe; ſtimulum carnis tota vita ſua non ſenſiſſe; cogitationem, virtuti illi contrariam, mente numquam admiſiſſe; licet alioquin temperatione corporis eſſet ſanguinea, vivida & excitata. Ego mihi perſuadeo, *inquit teſtis Rom.* XXIV, Beatum hunc caſtimoniæ ſplendorem Angeli inſtar habuiſſe ab utero matris ſuæ: neque ea virtus, quæ in vultu ejus relucebat cum ſumma modeſtia, aliter explicari recte poteſt. *Et teſtis Caſt.* VI: Tanta circumſpectione conſervabat ſe & corpus ſuum
B amore caſtitatis, ut ne quidem decumbens ex morbo ſupremo, partem ſui ullam nudaret, aut à nobis infirmorum curatoribus nudari permitteret: fuitque tam in morte quam in vita ſemper caſtiſſimus.

Simplicitas in agendo mira.

d *Teſtis Rom.* XXIV, Summa erat in B. Aloyſio ſimplicitas & candor animi; nihil ſiniſtri cogitantis umquam de aliis, ſed opera eorum ubique interpretantis in partem meliorem. *Eamdem candorem notavit quoque teſtis Rom.* XI; *neque meminit*, ſe umquam obſervaſſe quidpiam, quod ei contrarium foret, etiam rebus in minimis. Imo videbatur mihi, *inquit*, neque mentiri, neque fingere, neque facere aliud quodcumque contra hanc virtutem poſſe. Apparebat autem in actionibus ejus omnibus recta & ſimplex voluntas ſerviendi placendique Deo, quàm poteſt fieri perfectiſſime. Elucebat in Aloyſio, *inquit teſtis Caſt.* VI, candor admirabilis. Numquam ex ore ejus prodibat verbum, quod rem exaggeraret ullo modo: loquebatur autem puram, ut erat, cum Chriſtiana ſimplicitate veritatem. Mendacium, ei fuiſſet ſacrilegium ſummum; quod ne leviſſimum quidem jocandi cauſa, aut
C. officioſum, ut vocant, dixiſſet umquam.

CAPUT VIII.

Mortificationis, Dilectionis, Zeli, aliarumque virtutum ſtudium.

XIX

Mortificationi impenſe deditus,

194. QUid de illa domitrice corporis cupiditatumque refrenatrice, quam Mortificationem appellamus? Erat tam cupidus male habendi corporis, tantoque longius quam vires ferrent ab eo ſe ſtudio provehi patiebatur; ut, niſi Moderatores frenum ei injeciſſent, aliquot ſibi de vita annos dempturus brevi fuiſſe videatur. Itaque nonnullis, mirari ſe dicentibus eum, non ducere ſibi religioni, toties de afflictando ſeipſo Superiores obtundere; reſpondebat, ſe, cùm hinc imbecillitatem virium ſuarum attenderet, inde vero animum ſibi ad hujuſmodi pœnitentiæ exempla edenda concitari ſentiret, optimum factu putare, rem totam ad Superiorem, quem nihil horum omnium præteriret, referre: fore enim ut is, quod Deo viſum eſſet, præterea nihil, permitteret. Addebat, nonnumquam ſe quarumdam rerum poteſtatem flagitare, quas certum habeat minime ſibi conceſſum iri: quando enim non ſibi, ut pervellet, iis vacare liceat; hoc ſuum deſiderium Deo dedicare, eique qui in ejus vicem ſibi moderaretur, aperire, multis ſibi nominibus conducibile videri. In quibus illud numerabat, quod aliorum judicio, minus de ſe ſublate ſentire diſceret; quippe quibus, hæc talia animo meditans, non ſatis ſeipſum in hac quidem cauſa noſſe videretur. Et vero placebat interdum Deo, ut præter opinionem omnium, quarumdam rerum licentiam obtineret. D

viribus ſuis majora cur petere ſolitus,

195 Aggreſſus erat eum quidam admodum ſerio percunctari, cur, qui cetera tam prudens eſſet, Patrum pietatis auctoritatiſque ſpectatæ, qui toties eum, ut tantam in ſeipſum ſeveritatem, mentiſque in rebus divinis meditandis contentionem miſſam aliquando faceret, erant hortati, conſilia parvi duceret? Huic Aloyſius his fere verbis reſpondit: A duplici hominum genere hæc mihi, quæ ais, conſilia dari ſentio. Alterum eſt eorum, qui vitam degunt omnibus ſanctitatis copiis ita perfectam, nihil ut in ea non imitatu pulcherrimum intuenti occurrat; atque his quidem ſæpe mihi animus fuit parêre conſulentibus: verùm poſtquam E animadverti, quæ mihi ſuadeant, ipſos pro ſe uti nolle; mihi eorum facta potius quam conſilia, quæ à ſupervacua caritate meique miſericordia proficiſcuntur, ſequenda putavi. Alii vero ſunt, qui, quorum mihi auctores ſunt, ea & ipſi in moribus ſuis ſervant, neque multùm in pœnitentiæ ſtudiis ſunt dediti; at mihi illorum potius priorum moribus & exemplis, quam horum præceptis & conſiliis vivendum videtur. Aliam præterea hujus rationem reddebat. Vereri enim ſe vehementer ajebat, ne intermiſſo harum animadverſionum uſu, natura diu in virtutis conſuetudine retineri non poſſet; ſed in priſtinum ſtatum relapſa, habitum patientiæ, tot annorum laboribus partum, repente perderet.

cur remiſſiora ſuadentibus non obedire;

exempla ſibi hic ſequenda proponere ferventiorum.

196 Erat & hoc ejus dictum, eſſe ſe ferrum incurvum; atque ad Religionem veniſſe, ut voluntariis pœnis atque ſuppliciis, perinde ac malleis, corrigeretur. Dictitantibus vero, perfectionem ſanctitatis in interiore animi virtute conſiſtere, & voluntati potius vim adhibendam eſſe, quam corpori; reſpondebat: Hæc oportet facere, & illa non omittere. Hoc enim pleriſque omnibus, quorum ſanctitatem mirata ſit antiquitas, deinde F primis Religionis noſtræ Patribus, ſed ante alios B. P. Ignatio in more poſitum fuiſſe. Atque hunc quidem cùm ipſum, ut in ejus Vita legimus, in pœnitentiæ officiis vexandoque corpore multum fuiſſe; tum in Conſtitutionibus præterea ſcriptum reliquiſſe, nullum ab ſe Profeſsis aliiſque in ſtabili aliquo Societatis gradu poſitis, vigiliarum, jejuniorum, verberationum, orationum, aliarumque pœnarum modum poni; quod eos in excellenti ſanctimonia tantos progreſſus feciſſe, atque harum ſalutarium afflictationum, tamdiu dum eas nihil piis mentis functionibus obeſſe cognoſcerent, tanto ſtudio teneri confideret, ut freno potius quam calcaribus indigerent. Illud inſuper etiam adjiciebat Aloyſius, tempus his ab ſe expoſcendis pœnis opportunum eſſe, dum homo integris corporis viribus florenſque juventa ſit: ſenectutem enim morbis infeſtam, minus ad eas virium relinquere: atque idcirco homines ſanctitate præcipuos, extrema vita atque ingraveſcente ætate, quantum in piis mentis agitationibus proceſſiſſent, tantum fere de corporis ſuppliciis detraxiſſe: numquam tamen ea prorſus deſeruiſſe. 197

A 197 Si quam illi corporis caſtigationem Superior interdiceret, ejus fructus jacturam alio aliquo pietatis officio, ut, legendo caput è libello de Imitatione Chriſti, adeundo templum ad divinam Euchariſtiam venerandam, aliove ſimili compenſabat. Sive ſtaret, ſeu ſederet, aut ingrederetur, nullum corporis aliqua moleſtia vexandi tempus prætermittebat. Quia vero Superiores, cum debiliorem viderent, omnem illi cilicii, flagelli, & extraordinariæ inediæ uſum vetabant; excogitabat aliquas ſui exercendi rationes, quæ neque cum Superiorum voluntate pugnarent, neque corporis valetudini adverſarentur, eaſque illis explicabat. Ejuſmodi fuit illa, cùm, pro ſolenni exercitatione de ſuggeſto dicendi, petiit, ut ſibi in ſociorum corona Hiſpano ſermone dicere liceret; ratus ſcilicet ea re omnibus ſe riſum debiturum: & obtinuit, ut liceret. Denique ejus ſemet cruciandi ardorem vel ex hoc uno ſatis cognoſcas, quod cùm tot pœnas à ſe ipſo, toties, nullo valetudinis reſpectu, exigeret, complures ei denuntiarunt, male ſe metuere, ne in ipſo vitæ exitu hic eum ſcrupulus angeret, ac male atque imprudenter tractati corporis in purgatorio igne pœnas forte penderet. Cui dubitationi, cùm in noviſſimo morbo eſſet, ita, ut poſt memorabo, reſpondit *a*.

Pœnarum ſibi negatarum

defectum ſupplet,

B a

198 Ad perturbationes animi coërcendas haud ſane magnâ diligentiâ opus erat; quippe quas jam pridem ita ſibi ſubjunxerat, ut iis carere videretur. Studium imprimis ſuum ponebat, in excutiendis omnibus animi motibus; ac ſi quid ſe deliquiſſe cognoſceret, non nimiâ triſtitiâ contrahebat animum; ſed ſemet ad Dei pedes abjiciens, ſeque Confeſſione expiaturum decernens, pacem ejus poſcebat: eo facto, ſecuram mentem gerebat. Id vero ab illo, de quo diximus, tirocinii ſui Magiſtro hauſerat: ſolebat enim ille communiter omnibus præcipere, adverſus errata, qualia in quotidiano vivendi more ſurrepunt, appoſitum, & quod ſimul Deo acceptum eſſet, ſimul dæmonem ureret, eſſe remedium, ſuammet humilitatem coram Deo, ſublata in cælum pauliſper mente, his aut ſimilibus verbis profiteri. En, mi Domine, quam fragilis ſum & miſerabilis: quam proclivis ad lapſum. Ignoſce mihi, Domine, & gratiam concede, ne idem peccatum iterum peccem: ſecundum hæc vero acquieſcere. Hoc itaque tenebat Aloyſius; ajebatque præterea, nimium de his talibus erratis affligi, indicium eſſe hominis ſemet ignorantis: qui enim ſe norit, non poſſe eſſe neſcium, hortum ſuum tribulorum ac ſpinarum ſuapte ſponte feracem eſſe. Ejus omnis ſolicitudo in ſuarum cogitationum ac deſideriorum fonte & capite inveſtigando tantiſper verſabatur; dum reperiſſet, culpamne aliquam ſuſtineret, nec ne; nimirum ut eam Sacerdoti poſſet exponere; re vero comperta curam omnem deponebat. In Confeſſionibus perſpicuus erat, brevis, minime anxius, atque (ut P. Robertus Bellarminus, qui confitenti operam dabat, teſtatus eſt *b*) propter lucem divinitus affuſam mentiſque acumen, intimos animi ſui receſſus ſic perſpiciebat, ut perinde poſſet explicare, quem ad finem cogitatio, aut deſiderium, aut actio aliqua provecta eſſet; tamque enucleate, ac ſi oculis ipſis omnia contueretur. Amabat admodum in ſociorum confeſſu palam objurgari, eâque gratiâ Præſidibus ſua ipſe delicta ultro notabat in ſcheda: verum poſtremis temporibus, cum pro vituperatione laudem ſibi tribui intelligeret, ab iis qui nullam in iis culpam reperiebant, quæ ſibi ipſe vitio vertebat; animum induxit tandem hujus generis reprehenſiones non amplius poſtulare; cum diceret, eas damno ſibi potius eſſe quam lucro.

& pacem animi ob errata ſua non amittit,

ſatis habens ea diſtincte confiteri:

b

199 Exercitia ſpiritualia B. P. Ignatii, non ſolum propterea maximi æſtimabat, quod ad hominum mentes à peccati turpitudine ad honeſtæ vitæ amorem traducendas; verum etiam, quod ad ſuſcitandos in Religioſorum animis pietatis divinique ſpiritus ſopitos igniculos, aptiſſimum efficaciſſimumque inſtrumentum ſuppeditent. Igitur quotannis, quo tempore, de more, diutius à ſcholis feriato licebat eſſe, quo illis vacare poſſet, veniam orabat aliquot dierum ſpatio ſecedendi. Quoniam vero ſunt illa quatuor in Hebdomadas tributa, in ſingulas ipſe ſibi ſententias quaſdam & præcepta, cum argumentis quæ in qualibet tractantur, & ſcopo qui petitur congruentia, latine elaborarat. Sed quia omnia ejus adverſaria, quæ quidem ad pietatem pertinebant, ipſo defuncto continuo ſublata ſunt; præter has ad primam hebdomadem notas, nihil admodum reperire potui.

Exercitia B. Ignatii maximi facit,

Pro exercitiis primæ Hebdomadæ. Judicia Dei inſcrutabilia: quis ſcit num adhuc mihi mea ſecularia ſcelera condonaverit? Columnæ cæli ceciderunt, & confractæ ſunt: quis mihi pollicebitur perſeverantiam? Mundus nunc in profundo malitiæ jacet, quis omnipotentem placabit iratum? Viri religioſi plerique & eccleſiaſtici vocationis ſuæ oblivíſcuntur, quomodo ulterius feret Dominus tantum regni ſui detrimentum? Fideles magna tepiditate tota vita quaſi adimunt Deo gloriam ſuam: & quis eam reſtaurabit? Vah! ſeculariibus, qui pœnitentiam differunt ad mortis articulum: vah! etiam Religioſis, qui uſque ad eumdem articulum dormierunt. His quaſi excitamentis excutienda eſt ſomnolentia, & renovandum propoſitum pœnitentiæ, ac Deo recte & immobiliter ſerviendi.

aptaſque in ſententias ſibi colligit:

E

Vera pœnitentia, ex Dei amantiſſimi, contemptu & ignominia à me affecti, ingenti dolore concipitur.

Eadem, peccata gravia ita deflere facit, ut etiam de venialibus omnibus maximam excitet compunctionem.

Eadem, eo uſque pertingit, ut non ſolum Dei miſericordiam, culpas remittentem, agnoſcat & veneretur: ſed ad honorem divinæ juſtitiæ vehementiſſime cupiat, juſtas omnes ſuorum peccatorum pœnas ſubire,

F

Hic infundit Deus bene diſpoſitis odium grande ſui ipſorum, quo excitatur & firmatur propoſitum acriter in ſe ipſum per pœnitentias, etiam externas, ſæviendi. Laus Deo.

C 200 Dei tanto amore ardebat, ut nullo non tempore ac loco, quoties ejus mentio fieret, non ita inflammaretur, ut in ipſo etiam vultu, ſigna quædam emicarent *c*. Præſtitit & ſingulari in ceteros mortales caritate *d*. Ea permotus, crebro ad valetudinaria ægris ſervitum eundi facultatem quærebat. Eò verò cùm veniſſet, ægrorum lectos componere, cibum iis miniſtrare, pedes lavare, pavimentum verrere, ad patientiam, criminumque ſacram Confeſſionem ſingulos hortari. Intra domeſticos vero religionis parietes, ad ægros quotidie viſendi perpetuam licentiam impetrarat. Ergo in hoc officio aſſiduitate & diligentia omnibus anteire, nullo delectu omnes adire, ſolari; &, ſi quando ob capitis dolores Majorum juſſu vacaret à ſtudiis, valetudinariis navare operam; cultros ac cochlearia eluere, menſam ſternere, alia denique ægris aut ex ægritudine convaleſcentibus miniſteria

XX *Dei & proximorum caritate fervens,*

c d

A. VIRG. CEPARIO

niſteria præſtare. Neque vero, quo erat zelo ſalutis omnium vehementer incenſus, promptius corporum curam ſuſcipiebat quam mentium: itaque ſi per ſuos Præſides licuiſſet, pro eo ac tum in ſeculi libertate, tum in religione ardentibus votis ſemper expetiverat, ad conciliandos Chriſto Ethnicos in ultimas Indiæ oras navigaſſet. Porro necdum ipſe quidem ad navandam externorum hominum ſaluti operam adhiberi poterat: quippe cum id ſit eorum, qui abſoluto ſtudiorum decurſu Sacerdotioque initiati, confeſſionibus audiendis, concionibus ac ſermonibus habendis, aliiſque ſimilibus officiis deſtinantur.

etiam infideles cupit convertere;

201 Interea ipſe haud ſegniter, atque, ut erat admirabili prudentia divinitus imbutus, multiplici arte, eorum qui iiſdem ſecum religioſæ vitæ rationibus ac neceſſitudine connexi eſſent, progreſſiones in ſanctioris inſtituti ſtudiis adjuvabat. Nam cùm in ejus vita, quæ ab omni reprehenſione aberat, pulcherrimum illis exemplum eſſet propoſitum; inſuper ipſe Rectorem conſuluit, placeretne ab ſe effici, ut meridie ac veſpere, iis horis quæ dantur remiſſioni animorum, non amplius ſermones de litteris aliiſque de rebus indifB ferentibus (nam de vanis & inutilibus numquam licet) ſed de iis ſolis quæ ad pietatem facerent, inter Socios miſcerentur. Præerat per id tempus ſtudiis pietatis in eo collegio Pater Hieronymus Ubaldinus, qui cum ſe Eccleſiaſtico magiſtratu quem in Urbe geſſerat, abdicaviſſet, Societati ſe dediderat, atque in ea per inſignem ſanctimoniam omnem reliquam peregit ætatem. Huic etiam Aloyſius, quod habebat in animo, poſtquam jam Rectori probabatur, patefacit; rogatque ut ipſe item ad hæc incepta perficienda allaboret; ſimul Deum, ut ea bene evenire velit, multis precibus orat. Secundum hæc delectos ex omni collegio aliquot adoleſcentes, præclara omnes in res cæleſtes voluntate, quos ſuis conſiliis opportuniores exiſtimavit, convocat; & ſibi in optatis eſſe docet, utilitatis animi ſui cauſa, eo tempore quo aberrare nonnihil à gravibus curis, & familiares cœtus agere liceat, cum iis interdum de divinis rebus colloqui.

interim domeſticorum profectum curat

inducendo uſum colloquiorum ſpiritualium

202 Ad hoc ipſe quotidie, ne quando ad loquendum idonea materia deeſſet, libellum aliquem de præceptis pietatis, aut alicujus è Cælitibus vitam, ſemihoræ ſpatio lectitare: denique cum his ſociis rei initium facit. Ergo ſi in circulum ſe inferiorum C veniſſet, ipſe princeps ſalutaris ſermonis ordiendi erat, quem ceteri, mirifice ejus verbis excitati, magno gaudio ſequebantur. Sacerdotibus, ſeque majoribus quæſtionem aliquam, diſcendi ſtudio, de pietate ponebat, eorumque ſententiam exquirebat; ita collocutionis de divinis rebus principium dabat. Quamquam ne id quidem erat neceſſe, quando illi, ſimul ad ſe accedentem cernebant, certi alienis ſermonibus minime delectari, omnes, etiam Superiores, ut ejus animo obſequerentur, abrupto ſi quem alium inſtituiſſent, ſermone, ad ſacra flectebant. Cum verſaretur inter æquales, ſiquidem erant ex iis quibuſcum ſocietatem nuper fecerat, de ſanctis rebus differere nullius erat negotii: ſin erant alii, non dubitabat ultro exordiri aliquem de pietate locum tractare, in qua illi, quippe homines religioſi, cùm progreſſus facere ſtuderent, haud gravate ſe eodem deduci patiebantur. Quando aut è tironum domo aut aliunde ſtudiorum cauſa recens quiſpiam advenerat; eum aut adoriebatur ipſe per ſeſe, aut ad eum aliquem quicum ille tirocinium poſuiſſet, aut familiaritate aliqua conjunctus eſſet, allegabat; &, quoad poterat, ei ad con-

tempore recreationis;

& inſtruendo noviter venientes ad ſtudia,

ſervandum quem in tirocinio hauſiſset religionis ardorem, opitulari nitebatur. Ergo ſimul ille pedem in collegium intulerat, inſinuare ultro ſe in ejus conſuetudinem; denuntiare confidenter, ſiquidem ſibi conſtare, atque in pietatis ſtudio procedere cogitaret, non defuturam ſodalium copiam qui in partem juvarent: interea dum ſingulos uſu cognoſceret, quina aut ſena eorum nomina edebat, qui ceteris ſtudio atque uſu cæleſtium rerum anteſtarent: hos deinde commonefaciebat, ut cum illo ſe conſociarent; & procedebat ex animi ſententia. D

203 Præterea ſi quem è collegio intelligeret, ad agendas pro dignitate religionis partes, opis indigere, ejus animum omni conatu ſibi demereri laborabat; ac ſecurus tum quidem, quid ea res aliis ſermonis daret, compluribus non modo diebus, ſed etiam hebdomadibus, in meridiana veſpertinaque congreſſione, cum eo verſabatur quotidie. Ubi jam tantum in ſtudio abſolutæ ſanctitatis, quam in illo requirebat, profecerat, ut eum minime ſuæ operæ pœniteret; tum vero ſenſim illam familiaritatem diſſuebat, cum diceret, rectioris ſe omnibus exempli fore, ſi promiſcue ageret cum omnibus: deinde hortabatur, ut quam optimis ſeſe copularet, commemorabatque ei nonnullos; tum E iis negotium dabat, ut cum eo ſe congregarent; ſibi liquere illum rerum optimarum cupidum eſſe: denique poſtquam ab uno ſe dimoverat, ad alium ſe conferebat. His tam præclaris ſtudiis atque operis, in paucis hebdomadibus, compluribus adjumento fuit; & eorum etiam, qui plurimùm refrixiſſe videbantur, ad Dei amorem animos inflammavit. Itaque vidiſſes univerſum collegium Romanum, flagrantibus divini ſpiritus ac pietatis ſtudiis tantopere incenſum, ut nemo non eximiam quamdam Dei voluntatem agnoſceret.

ac languidiores excitando ad ferverem,

204 Memini me, cum plus ducenta capita in eo collegio cenſerentur, æſtivis diebus, interea dum à ſtudiorum laboribus animos recreari licet, per hortum ac porticus, binos, ternos, quaternos, ut aſſolet, una omnes ſpatiantes, ſæpe colluſtraſſe oculis; & quoniam omnium ſenſum ſatis tenebam, liquet mihi, nullum inter omnes ordinem fuiſſe, in quo non de Deo verba fierent. Diceres, non ad laxandos animos, ſed ad ſerios de divinis rebus ſermones, conventus haberi; è quibus multi haud minorem, nonnulli etiam majorem ſe fructum, quam ex oratione ipſa percipere fatebantur: id quod eo præcipue eveniebat, F quod interim, dum cæleſtes ſenſus quos inter precandum hauſiſſet, incredibili candore quiſque in medium proferret, quaſi alter de alterius lumine ſuum lumen accendebat. Atque hæc omnia adeo libentibus lætantibuſque omnium animis gerebantur, ut nemo non triſtis ac mœſtus ad ſua ſe ſtudia relaturus eſſet, ſi quando forte eveniſſet, ut remiſſionis tempore nihil, quod ad pietatem conferret, egiſſent. Hi erant ſermones foras animi cauſa deambulatum egredientium; hi, quo die ſcholæ intermittuntur, in urbanâ villa ludi & oblectamenta; quibus, cum bini, terni, quaterni plurifariam ad colloquia ſalubrium rerum ſeceſſiſſent, nihil videbatur poſſe fieri jucundius.

ſingulari omnes fructu;

205 Jam vero per longiores vacationum ferias, quæ Septembrem & Octobrem tenent, ſolent adoleſcentes, qui in collegio Romano litteris vacant, à ſcholis feriati, ad vires à contentione ſtudiorum aliquot diebus confirmandas, mitti in Tuſculanum. Huc igitur eo tempore, bonâ Præſidum veniâ, alius libellum de Imitatione Chriſti, alius S. Franciſci, alius S. Catharinæ Senenſis, alius

etiam per vacationes auctumnales;

A ljus B. P. Ignatii Vitam ſecum afferebat; nonnemo Annales familiæ S. Dominici, alius S. Franciſci in manus ſumebat; erat quem Confeſſiones ac Soliloquia S. Auguſtini, item quem Sermones S. Bernardi in Cantica delectarent: quidam, qui majores in cognitione divinarum rerum progreſſus habebant, res geſtas B Catharinæ Genuenſis non mediocri cum voluptate volvebant: alii, quorum animus ad ſui ipſorum deſpicientiam magis inclinabat, in præclaris beatorum virorum Jacoponi & Joannis Columbini facinoribus lectitandis multi erant. Horum aliorumque librorum lectione imbuti, prima luce primaque veſpera, bini ternive in vicinos colles corpora exercitatum exibant; atque interea, quæ legiſſent, inter ſe narrabant. Interdum vero decem aut duodecim forte coëuntes, in ſilvis ac nemoribus ad pie colloquendum conſidebant, tanta jucunditate, fervore, ſenſuque pietatis, ut cæleſtes Angelos referre viderentur. Itaque Tuſculanum otium haud minus ad ſanitatem animorum valebat quam corporum, eratque alter alteri ſpecimen quod intueretur, & calcar quo ad perſequenda divina inſtituta concitaretur.

206 Harum rerum teſtes ſunt Socii plurimi,
B qui, cum earum ſpectatores atque pars eſſent, etiam fructu ſunt gaviſi, jamque alii in aliis terrarum oris in Domini vinea colenda elaborant: qui cum illas Aloyſio velut principi auctori ferrent acceptas, eum ferebant in oculis, tollebant in cælum, pietate complectebantur, ejus lateri hærebant, ab ejus ore pendebant aſſiduò: quod ſi forte minus liceret, perinde mœrebant, acſi ad rem quampiam ſacram, eorumque ſaluti & perfectioni virtutis imprimis utilem, aditus eſſet intercluſus. Adjuvabat hunc omnium adverſus eum amorem, quod arcum non ſemper habebat intentum; ſed ad opportunitates locorum, temporum, perſonarum prudenter & conſiderate, admirabili ſpiritus ſuavitate, ſeſe accommodabat: itáque licet in agendo ſerius eſſet & intentus, in communi tamen conſuetudine nihil in eo tetricum, nihil moleſtum; ſed mira comitas, lepos, affabilitas adverſus omnes. Interdum dictum aliquod argute & ingenioſe jacere; interdum fabellam ſeu narratiunculam ad hilaritatem compoſitam exponere; nuſquam tamen à modeſtia, quæ religioſos decet, diſcedere. Atque
C hic B. Aloyſii primis duobus annis, quibus in collegio Romano degit, vitæ curſus & fructus fuit *e*.

unde omnibus in amore erat.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Abnegatio ſui in omnibus;*

a *Notavimus etiam ſupra, illa de cauſa anxium non fuiſſe; quia nihil auſteritatis aut pœnarum ſibi intulerat citra obedientiam. Interea numquam ceſſavit affligere ſenſus, iis negando licitas alioquin delectationes ſuas. Quo in genere ita loquitur teſtis Caſt.* VI, *qui Aloyſium ab ingreſſu ejus in tirocinium novit, & ultimùm agrotantis curam geſſit:* Fugiebat ſtudioſe quidquid afferre corpori delectamentum quodvis poſſet. Rem nullam admittebat ſingularem, etiam dum valetudinis ratio poſceret (uti ſæpenumero poſcebat) ne quidem talia, quæ ſimiliter affectis concedi conſueverunt; dictans ſibi illis opus non eſſe, eſſe autem aliis. Quod ſi vero juberet Superior lautius ei quidpiam parari, magnum inde animo dolorem concipiebat, nihil cupiens indulgere ſenſibus ſuis. Numquam eum vidi vel leviter commotum ira, indignatione, aut alia perturbatione animi: omnes quippe affectiones ita morigeras ſedataſque habebat, ut nulla commovere animum, qui alta ſemper gaudebat pace, vel minimum poſſet. *Idem ſtudium nihil indulgendi ſenſibus, eluxit mirabiliter in extremo ejus morbo.* Numquam enim (quod in diuturnis infirmitatibus ſolet uſu venire) doluit, *eodem teſte*, res ſibi neceſſarias non fuiſſe tempori, aut ut par erat, paratas; numquam querulus indicavit, ſibi aliquid deeſſe: quin imo dictitabat identidem, nimium eſſe quidquid ei præſtabatur officii, quantumvis exigui. Sed neque indicium nobis dedit ullum illarum plagarum, quas ex diutino cubitu, putrefactâ pelle & carne, contraxerat; uti poſt mortem ejus deprehendimus. *Idem paulo poſt*: Tam erat pronus ad cruciandum ſeſe, abſtinendo etiam à neceſſariis, & infligendo corpori pœnas ſpontaneas, ut compoſitio corporis inde vitium faceret, ac valetudo debilitaretur. Quamobrem opus ei freno fuit, ut ne mortem imprudens ſibi acceleraret. Et verò in ipſo pene mortis articulo, cœptus olim fervor ille continuabat, *uti ex depoſitione hujus ipſius teſtis declarabimus, ubi de ægritudine Aloyſii ac morte.*

ANNOT. C. J.

b *Hanc teſtificationem Bellarmini breviter ſic deponit teſtis Rom.* XXIV: Dum adhuc in vivis agebat Aloyſius, collocutus aliquando mecum fuit Cardinalis, tunc Pater, Robertus Bellarminus, de modo quo expiabat ille apud Sacerdotem peccata ſua; E dicens inter alia, ſingulari plane gratia illuſtratum eſſe à Deo ad cognoſcendum ſe ipſum, & ſubtiliſſimo acumine intendere in orationes atque actiones ſuas omnes.

c *De Caritate Aloyſii in Deum breviſſimus hic eſt Ceparius noſter; opinor, quia exiſtimarit, univerſam ejus vitam continuatum caritatis Dei exercitium fuiſſe. Paucula addam, ex multis quæ de illa virtute teſtes adferunt. Caſtellionenſis* XIV *ita deponit*: Caritatem hujus beati Juvenis exiſtimo ſummam & perfectiſſimam *Amor* fuiſſe, tum propter promptitudinem qua ſe exuit ob amorem Dei ditionibus ſuis divitiiſque omnibus; tum propter omnimodam oblivionem, paternæ domus, Principum conſanguineorum ſuorum, notorumque in ſeculo omnium; tum propter obſervationem præceptorum omnium Dei, omniumque legum Religionis ſuæ, maxime trium votorum, paupertatis, caſtitatis & obedientiæ; tum propter rigorem, quo in ſe & carnem ſuam indefinenter animadvertebat; tum denique, & ſuper omnia, propter ardentem zelum quo gloriam Dei longe lateque augere, & propter vehemens deſiderium quo ſanguinem pro Deo fundere cupiebat; quibus F adde rectiſſimam intentionem, qua cunctas operationes ſuas aliò non dirigebat quam in Deum.

Cognovi eminentem Aloyſii caritatem erga Deum, *inquit teſtis Caſtellion.* XII, in continuo uſu & conjunctione ejus cum Deo; unde videbatur habitatio ejus potius in cælis eſſe quam in terris. *& conjunctio perpetua* Crebro eum ego obvium habui, per domum & ſalutavi; ipſe vero, propter conjunctionem animi cum Deo id nullus ſentiens, tranſibat non reddita ſalute: ubi tamen, quando ſe ſalutari animadvertebat, continuo reſalutabat; &, ut erat humillimus, magna promptitudine alios præveniebat potius in iſtiuſmodi officiis fraternæ caritatis, quam ut pateretur ſe prævemiri. Vidi ipſum ſæpenumero inflammatum vultu, quod provenire credebam ab igne divini amoris, qui ardebat in corde. Tales quippe inflammationes tunc in ipſo comprimis videre erat, quando loquebatur de Deo, aut recens ab oratione prodibat, aut alios legere aliquid aut loqui de Deo audiebat. Et hæc de eo vulgata opinio fuit inter omnes, atque adeo etiam inter Patres ejus ſpirituales, qui talibus ex cauſis rales faciei inflammationes

pro-

ANNOT. C. J.

procedere dictitabant. Hinc etiam cautum à Superioribus fuit, ut ne longas faceret orationes, ne istiusmodi amoris divini ardoribus omnino destrueret sanitatem & vires corporis.

Eamdem conjunctionem cum Deo colligit quoque testis Roman. XXIV, ex crebris ejus de Deo sermonibus, quibus sic afficiebatur, ut si alia dicerentur, vix ferret præsentiam hominum. Quando autem de Deo loquebatur, leniter rubebat vultu, velut inflammatus, idque sine affectatione; ut animadverti facile posset, cor ejus libenter elevari ad Deum, & in eo quiescere. *Idem paulo post*: Referebat Aloysius perpetuo actiones & cogitationes suas omnes in Deum; semper præsentem sibi meditabatur Deum, aut loquebatur de Deo; & ex oculis ejus ac vultu apparebat, Deum esse ei finem suum, suum ubique socium, suum objectum. *Et iterum*: Custodiam posuerat Beatus ille vigilantissimam sensibus suis; quæ plurimum juvabat conjunctionem animi ejus cum Deo. Isthæc autem consideranti mihi videbatur ille, ex compositione quidem sensuum, perpetuo versari in examinatione sui; ex intentione vero mentis, perpetuo contemplari magnitudinem Dei.

B *Testis Cast.* VI, *ad comprobandam Aloysii caritatem, tum alias rationes quas ex præmissis testibus jam retulimus, profert, tum insuper deponit*, colloquia ejus omnia semper spectasse Deum: quod si de rebus à Deo alienis loquerentur aliqui, scite interpellabat, trahebatque sensim nec opinantes ad meliora de divinis rebus colloquia. At Superiores, veriti ne ex nimia istius rei intentione contraheret infirmitatem, aliis atque aliis occupationibus distrahere animum ejus ad alia conabantur: eaque de causa mihi sæpe mandatum dederunt, ut ego eum manuali quodam opere occuparem in valetudinario.

cum Deo.

d *Caritatem Aloysii erga proximum prosequitur testis Cast.* XIII, *primum referens, quæ ad corporum, deinde quæ ad animarum præstabat salutem*: Quotidie à mensa sedulo colligebat reliquias ciborum, easque partiebatur, mundissime tractans omnia; & inclusas sportulis cuique pauperum deferebat portionem suam, summa animi sui voluptate, ad publicam collegii portam. In visitando infirmos domesticos (*De externorum hominum & nosocomiorum visitatione dictum est supra, ac dicitur denuo infra*) erat assiduus, ac ceteris omnibus diligentior: gaudebat, magis debilibus adjutricem admovere manum, & viliissima quæque opera in gratiam decumbentium obire: atque hoc ipsum æquali gaudio ac fervore præstabat etiam in publicis per Urbem nosocomiis, uti dicam, ubi sermo erit de lue, quæ anno MDXCI grassata fuit Romæ, quando & ipse serviendo ægrotantibus contagionem hausit. Interea (memini) dubitatum disputatumque fuit, morbus ille publicus, essetne pestis, an secus: quo audito, Aloysius lecto affixus, facultatem petiit à Superioribus nuncupandi votum, fore ut, si sanitatem recuperaret, peste infectis se suamque operam consecraret. Haud minorem animarum saluti impendebat caritatem, nunc pacificando discordes, nunc componendo inter se litigantes, nunc fraterne corrigendo delinquentes, nunc cavendo ne offenderetur Deus; exhortando quoque & incitando homines ad vitam meliorem & frequentanda Ecclesiæ Sacramenta. Æstuabat præter hæc desiderio immenso navigandi ad Indos, quo converteret gentiles illos ad veram fidem: monstrabat vero summum cordis sui dolorem, quotiescumque audiebat, Deum ab aliquo forte offensum esse. Ad hæc urgebat pro viribus &

Caritatem erga proximos exercebat,

C

componendo lites,

stimulabat opportune Socios, exemplis suis ac verbis, ad perfectionem religiosam, ad amorem Dei, ad zelum animarum: & hic fervor animum ejus constanter insedit, nec prius eum deseruit quam vita. D

Testis Castell. XII, Anno, *inquit, jam indicato* MDXCI, qui caritate annonæ & contagione morborum valde calamitosus Romæ fuit, incedebat Aloysius per totam urbem, stipem flagitans miselis egentibus, ipse habitu indutus solito pauperiore, veste scilicet ac pileo plane attritis laceriisque, pendente ex humeris manticâ. Eodem anno frequenter etiam invisebat hospitia, decumbentibusque ibi pauperibus ministrabat: & ego, qui sæpe ei socius fui in nosocomio Incurabilium, uti vocant; in Lateranensi, atque in alio, quod ob frequentiam ægrorum institutum erat cura Patris nostri Generalis; ego, inquam, ibi eum vidi inservire ægrotis, sternere lectos, exhortari singulos ad tolerantiam dolorum, instigare ad confitenda peccata, docere præcipua doctrinæ Christianæ capita; & in istiusmodi operibus humilitatis & caritatis (ut mea quidem fert sententia) contraxit morbum, ex quo deinde mortuus est. Mirum porro est, quam sedulo, & quam magno animo dicta opera exerceret. Quando autem Superior aliquis non ita prompte facultatem petenti dabat eundi ad nosocomia, duplicabat vota sua, atque adducebat rationes, cur facultatem obtineri par esse videretur; ita tamen, ut se monstraret in potestate Superioris esse, & æque paratum ad non faciendum, quam ad faciendum, quod petebat; uti bene religiosum decet. *Et postea*: Ægrotabam ego non sine periculo, uno circiter prius mense, quam decumbere Aloysius cœpit; quando consolationi mihi fuit singulari caritas, quam ipse mihi exhibuit: singulis quippe diebus, quamdiu infirmus fui, ad me invisebat; & aliquanto tempore manebat mecum, de rebus ad consolationem meam & spiritus profectum spectantibus diserens. Neque tantum præstitit mihi hoc caritatis officium, dum jacebam infirmus; verum etiam dum sanus fui: & quam ista in re, cognito desiderio meo, mihi obtulit operam suam, egregie præstitit, crebro mecum tractando de rebus divinis & religiosa perfectione, cum magno animæ meæ emolumento. Similiter agebat quoque cum aliis, tam secunda quam adversa valetudine affectis.

visendo infirmos in nosocomiis,

De caritate, quam proximos instruendo exercuit, isthæc habet testis Castell. VI: Ego pluries Aloysium vidi Romæ, in Campo Floræ ac alibi, circumdatum numerosâ hominum coronâ, explicare auditoribus suis præcipua Religionis Catholicæ mysteria & fidei capita, tanta dexteritate & contentione, ut spectantium quoque, non solum audientium, incenderet animos. Accidit autem aliquando (quod ipsum ego etiam vidi) illo docente turbas, transire per Campum Floræ Cardinalem Cusanum; qui tantam populi multitudinem conspicatus, sisti jussit pilentum quo vehebatur, auditurus etiam ipse juvenem doctorem, qui illic in theatro, ubi suis temporibus circulatores & pharmacopolæ circumforanei partes suas solent agere, consistens, docebat circumstantes Christianam doctrinam, & hortabatur ad virtutem. Scio quoque, quod ex officio docuit quot hebdomadis eamdem doctrinam Christianam in collegio Romano famulos domesticos, qui illic multi sunt; ac docebat illam magna caritate ac zelo. Scio præterea, quod in triclinio ejusdem collegii Romani super mensam, & in congregatione seu sodalitio

F

instruendo rudes.

beatæ

A beatæ Mariæ ibidem, multas exhortationes, quas egomet audivi, pro concione dixit.

Concordant cum hiſce dicta teſtis modo citati XIII, Scio, *inquientis*, B. Aloyſium ſumma voluptate ſua & ardore explicare ſolitum fuiſſe præcipua fidei noſtræ capita, tum villanis in publicis Romæ compitis, & in eccleſia ibi noſtra Domûs Profeſſorum; tum famulis noſtris in Romano collegio. Obibat autem munus illud tanta dicendi facundiâ tamque decôre, ut quoſvis ad ſe audiendum alliceret; atque inter alios noſtrorum, qui idem ſalutare opus per Urbem obeunt plures, nemo unus tam facile perſuadebat auditoribus ſuis, ſive illi villani, ſive urbani eſſent, ad expianda per Confeſſionem delicta ſua, quam Aloyſius; nemo tam frequentes conducebat ad Confeſſarios, qui tunc in Domo Profeſſorum, ut pœnitentibus iſtiuſmodi aures præbeant, in promptu ſunt; quam idem Aloyſius. Idem frequenter & multùm orabat Deum pro hominibus, peccato mortali obnoxiis: idem creberrime rogavit Superiores ſuos, ſibi ut liceret infimam Grammatices claſſem docere, aut in Seminario Romano Præfectum agere in cubiculo parvulorum, quo teneræ
B illorum ætati aſpergeret prima timoris & amoris Dei ſemina; quamvis ab illo labore naturâ ſuâ abhorreret. Monſtrabat non raro etiam deſiderium ſuum trajiciendi Oceanum ad convertendum baptizandumque infideles Indorum barbarasque gentes: atque interea non ſinebat in Romano collegio ullam ſibi occaſionem elabi, qua poſſet aliorum animabus prodeſſe; imo ſemper eò intendebat animum, & varias excogitabat induſtrias, quibus, tum per ſe, tum per ſocios aliquot ſuos, conſuleret profectui ſpirituali aliorum Religioſorum noſtrorum, ibidem commorantium, non ſine felici ſucceſſu. In ſumma, eximius in eo fuit ardenſque zelus animas conducendi ad Deum; ac tenuit uſque ad mortem.

Religio erga Deum & Sanctos:

e *Antequam Beatum ſequamur in patriam, quo, dum Tuſculi cum Sociis ruſticabatur, evocatus inde à Superioribus ſuis miſſus fuit, oportet varias Religionis exercitationes, quas biennii commoratione in collegio Romano obire notatus fuit à teſte oculato, qui* XII *eſt in proceſſu Caſtell. ex ejus depoſitione hic adſcribere. Sic ait*: Virtutem Religionis in B. Aloyſio clarescere fecit eximia ejus reverentia erga Deum & res ſacras. Vidi ego ipſum ſæpenumero genibus
C procumbentem venerari ſacras imagines, cùm in eccleſiis, tum extra: & ſcio, quod multâ de genibus orandi conſuetudine callus in iis excreverit tam ſpiſſus, ut præcidi cultris forficibuſve potuerit, præciſuſque ſit poſt ejus mortem: & ego inde habui partem, quam religioſa veneratione multis annis circumtuli mecum ubicumque locorum eſſem; ac tandem aliis donavi, qui me illam pro ſua in Beatum pietate Reliquiarum loco poſtularunt. Obſervavi quoque, multoties illum quovis die pientiſſime inviſere ſanctiſſimum Sacramentum, in eccleſia noſtra Annuntiatæ Romana; & vidi illum ibi genibus flexis adorare ad aram beatiſſimæ Virginis, prope quam nunc ſacra ejus depoſita quieſcunt & honorantur oſſa. Atque hæc conſuetudo ſalutandi ſanctiſſimum Sacramentum & beatiſſimam Virginem perpetua ei fuit, quotieſcumque concedebat foras aut itabat ad ſcholas; & ſimul atque inde revertebatur aliiſque temporibus. Vacavi cum ipſo à ſtudiis Tuſculi tempore feriarum autumnalium; quando frequens ibat exercitando corpori ad eccleſiam beatæ Virginis, quæ dicitur Crypta Ferrata; ibidemque viſitabat etiam Corpora illic depoſita ſanctorum Nili ac Bartholomæi, Monachorum Ordinis S. Baſilii: & ego illum eò non ſemel comitatus fui; animadvertique, illud ejus exercitium, propter continua per viam de Deo colloquia dictorumque Sanctorum viſitationem, magis ſpirituale quam corporale eſſe, eoque mentem potius refici quam corpus reſtaurari. Comitatus quoque fui Tuſculo redeuntem Romam; quo item in itinere omnis ejus locutio aut ſermo fuit de rebus ad animæ profectum pertinentibus, aut recitatio Officii divini aliarumve precum. Quotidie intererat ſacrificio Miſſæ & operanti libenter miniſtrabat. Non ſolum quot Dominicis ac feſtis diebus, more noſtris non Sacerdotibus conſueto, frequentabat Sacramenta Synaxis & Exomologeſis; ſed eadem non raro per hebdomadam cum facultate Superiorum iterabat, ubi feſtum incideret alicujus Sanctorum, quos præcipuo cultu proſequebatur. Hos inter numerabat ſanctos Angelos; de quibus etiam conſcripſit pulcram Meditationem, quam vidi, ſcivique illo ipſo tempore, quo eam componere juſſus fuit, imprimendam eſſe in libro Meditationum P. Vincentii Bruni; qui quod tunc invaletudine
E teneretur, videbatur idoneus non fore, ut inchoatum illud opuſculum ſuum ad calcem perficeret. In collegio Romano unum idemque cubiculum inhabitavimus, ego & ipſe Beatus; quando vidi, prius eum quot veſperis quam decumberet, præparare ſibi argumentum meditandi poſtero mane: & quo tempore meditabatur, flectebat genua, nulla parte nixus, quietus, immobilis: atque oratione finita, multo poſt tempore tam compoſitis animo ſenſibuſque apparebat, acſi adhuc oraret. Ego vero ſciens quàm ille artem meditandi calleret probè, atque exerceret facile; cupienſque Deo inſpirante, illius ſtudio ferventius incumbere etiam ego; ipſum mihi magiſtrum elegi, atque utiliſſima ab eo accepi documenta.

Uſitatiſſimum Aloyſio erat, *inquit teſtis Caſtell.* XIV, inviſere, idque ſumma cum reverentia & pietate, Urbis eccleſias & corpora Sanctorum: atque ego ſæpiſſimè illi datus fui à Superioribus comes, quando exeundum erat ad reſtaurandum corpus ambulando. Tunc vero ille cupiebat obvias quaſque ingredi eccleſias; præcipue tamen adibat antiquiores, quæ nomine ſeptem Eccleſiarum vulgo notæ ſunt; in iiſque, ubi ante altare aliquod aut Re- F liquias Sanctorum genua poſuerat humi, non erat facile eum movere loco iſto; ac niſi violentiâ ſuavi adhibitâ, non potuiſſem inde retrahere, oraturum ad horas aliquot. Confitebatur noxas ſuas Sacerdoti, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſumebat ſingulis diebus Dominicis & feſtis, ab Eccleſia coli præceptis, multiſque aliis non præceptis, & Feriis ſextis in menſem Martium incidentibus, & quotieſcumque ei per Superiorem licebat: qua autem præparatione, reverentia, munditia animi, compoſitione corporis eo accederet, non eſt explicabile. Si forte facienti ad aram Sacerdoti miniſtraret, quod in parte felicitatis ſuæ ponebat, omnium in ſe convertebat oculos, & ſuccendebat corda ſpectaculo ſui. De eadem ſanctiſſima Euchariſtia, præterquam quod illam pluries quotidie iret ſalutatum, multoque de genibus adoraret tempore, loquebatur in ſtatis noſtrorum congreſſibus mira ſuavitate atque eximiâ myſterii intelligentiâ. Parem ejus religionis virtutem atque attentionem notare erat in recitatione Coronæ, Roſarii, Officiique B. Mariæ virginis: de qua & loquebatur tamquam de ſua ſingulari Patrona & ſuaviſſima Matre.

ANNOT. C. J.

A. VIRG, CEPARIO

CAPUT IX.

Orta inter Ducem Mantuanum & fratrem Marchionem dissidia componit.

XXII 207 HOratio Gonzaga, Sulfarini Regulo, Mantuæ nuper extincto; ejus ditioni

Ex lite de Sulfarini successione,

subjecta regio, quæ est in Cæsaris clientela, hereditario jure Rudolfum Marchionem, defuncti ex fratre nepotem, successorem expectabat; nisi Dux Mantuanus, quem ille heredem testamento reliquerat, prior in eam invasisset. Ea res Martham, Marchionis Castellionensis matrem, relicto ad Castellionis gubernacula Rudolfo, proficisci compulit cum tribus minoribus liberis Pragam. Ibi cum Franciscus, qui hodie imperat, trium, quos dixi, liberorum natu maximus, non amplius novem annos natus, coram Cæsare orationem bene longam pronuntiasset; tantam ab eo gratiam iniit, ut eum haud invita matre, inter ephebos suos honorarios retineret. Missus deinde ab Cæsare legatus, quem Commissarium Imperialem

B

natis inter Ducem & Marchionem discordiis,

nominant, qui in ejus vicem tantisper res Sulfarini administraret, dum re explorata ipse alteruter illud adjudicaret. Cognitâ causâ, secundum Rudolfum Marchionem, quippe defuncto consanguinitate propinquiorem, sententia dicitur. Non tamen defuerunt tartarei administri, qui falsis rumoribus inter hos cognatos Principes odia tantopere accenderent, ut offensionibus suspicionibusque indies gliscentibus, Sulfarinensis causa, quæ civili adhuc more erat disceptata, inter leviſſimas eorum dissensiones numeraretur: jamque tot erant in Rudolfum Marchionem criminationes oblatæ, ut ingens aliqua clades metueretur. Quid? quod tum alii viri illustres, tum Ferdinandus Archidux, Maximiliani Cæsaris frater, sæpe inter eos gratiam redintegrare frustra tentarant.

228 Ibi, rebus in ultimum prope discrimen adductis, Eleonorę Austriæ, Vincentii Ducis; & Marthę, Rudolfi Marchionis matribus (ut erant pacis cupidissimæ, segetemque pessimi publici sublatam volebant) venit in mentem, nullum aptiorem Aloysio pacificatorem tam dubiis rebus advocari posse:

Aloysius pacificator petitur,

quippe qui & Duci semper carus fuerit, & apud

C

Marchionem, quem principatu concesso sibi totum devinxerit, plurimum auctoritate valeat. Igitur, inscientibus filiis, communi consilio, Aloysii qui tum Romæ versabatur opem implorant. Ille, ne tranquillitatis animi jacturam aliquam faceret, neve à disciplina religiosa vel tantisper laxaretur, principiò toto animo ab his concertationum molestiis refugere: deinde vero, re tota Deo, suis Sociorumque precibus enixe commendatâ, Patrem Robertum Bellarminum Confessionum suarum cognitorem consulit. Is, cum quid optimum factu esset cum Deo egisset, his ei verbis respondet: Eas, Aloysi, censeo: Deo, mihi crede, obsequeris. Hanc vocem tamquam oraculo missam cum accepisset, sic animum ad æquitatem composuit, ut in Præpositi Generalis potestate esse vellet. Interea Eleonora Archidux, comperto quid ab Aloysio excusationis à primo obtenderetur (cum ea una secundum Deum videretur esse ratio, incommoda, quæ supra caput imminebant, avertendi; neque vero ab ullo Religionis instituto alienum putaret, propinquos eo loco homines in gratiam redigere; quippe quod sit caritatis officium) cum ejus Moderatoribus egit, ut eum Mantuam mit-

& impetratur:

terent. Itáque, ut petierat, factum est, quod in illius principis feminæ Vita item legimus. D

209 Duos jam annos, Aloysius in Theologiæ studiis exegerat; atque in Tusculano multis cum aliis, quod autumnales feriæ essent, agitabat; cum eò veniens P. Bellarminus mandatum affert à Præposito Generali, ut Romam redeat, atque Mantuam & Castellionem versus quamprimum iter conferat. Ille non amplius quartam circiter horæ partem moratus, nos omnes qui una eramus, quod ejus convictu sanctique exempli fructu tot menses carituri essemus, graviter mœrentes reliquit. Prosecuti eum sumus omnes extra villam quamdam quæ est collegii. In regressu, Robertus Bellarminus, hujus adolescentis virtutes sanctitatemque, non sine egregie propensi in illum affectus significatione, celebrare ingressus, multa percensuit, quæ animos nobis vehementer pietate permovebant. Ibi singulatim etiam se existimare professus est, Dei in illo gratiam confirmatam esse: ad hoc negavit se excogitare posse, quem alium S. Thomas Aquinas adolescens vivendi morem sequi potuerit, quam qui elucebat in vita Aloysii. Quæ verba complures cum audissent memoriæque commendassent, tabulis etiam publicis deinde testata esse voluerunt *a*. Postquam Romam attigit, jussus à P. Generali in viam se dare, prius valedicendi gratia ad Cardinales propinquos suos adiit. Hic astantem Roboreo Cardinali, cum repentina defectio ex debilitate emaciati corporis afflixisset, in lectum Cardinalis depositus est. Is deinde Aloysium nimiæ in extenuando vexandoque corpore asperitatis coarguit, atque hortatur, ut in posterum valetudinem suam curet diligentius: cui ille negavit, se quod sui officii esset adhuc exequi.

qui Tusculo Romam regressus,

à Bellarmino laudatur.

E

a

210 Comes itineris datus est unus ex operum domesticorum adjutoribus, vir consideratus, cui

seque paratum ad iter:

sequę pa-

cura sanitatis Aloysii commissa; ipsique Aloysio imperatum, ut in omnibus quidem, quæ ad valetudinem spectarent, socii præceptis parêret. P. Ludovicus Corbinellus, vir gravis, ac de Romano collegio optime meritus, non ignarus quam gravibus Aloysius exerceretur capitis doloribus, quanta potuit contentione suasit, ut ad defendendum solem umbellam gestaret in via: at non persuasit. Mane ejus diei, quo illi equitandum erat, par ocrearum in ejus cubiculum allatum est, quibus vir quidam illustri dignitate usus erat; idque jam

F

eas induere paranti commemoratum est à quodam. Hoc audito Aloysius, veritus ne eo nomine sibi datæ essent, minime iis se delectari ostendit: itaque inter induendum identidem eas aspicere, quasi aliquam causandi materiam quærens. Id animadvertens socius; Quid vitii, inquit, est his ocreis, satin' ad pedem tuum conveniunt? Cum ille taceret; Sine, subjicit, has tibi demam, atque aliud accommodatius par afferam. Ergo in vicinum conclave, in quo necesarium equitibus instrumentum servatur, delatas, non commutat, sed easdem in aliam dumtaxat formam complicatas refert; & probare jubet, num hæ fortassis sint aptiores. Aloysius, alias ratus, cum induisset; Hæ vero, inquit, mihi quidem congruere videntur: iisque deinde usus est *b*.

b

211 Abiit Roma pridie Idus Septembris, anno MDLXXXIX, una cum P. Bernardino Medicæo perfamiliari suo, qui ad interpretandas publice sacras Literas Mediolanum missu Superiorum proficiscebatur. Numquam eo toto itinere suum precandi, in seipsum inquirendi, litanias recitandi,

discedit an. 1589 12 sept.

alia-

A aliaque pietatis officia obeundi morem intermiſit: numquam ſive in diverſoriis, ſive iter faciens, alium quam de pietate cæleſtibuſque rebus ſermonem inſtituit. Mirum quantum equiſones loquentem pie & reverenter attenderint, ſe totos illi indicarint, nuſquam ab ejus latere diſceſſerint, ipſum velut cæleſtem hominem venerati ſint: quæ in illo quidem hominum genere raro reperias. Senis quædam ſupervacaneæ humanitatis officia, quæ illi uſitatos religionis fines tranſgredi, & ſuæ naturæ fortunæve conditioni tributa, aut à Patris cujuſdam immodico in ſe amore profecta videbantur, adeo reſpuit; ut neque ab illo Patre, neque à quoquam ceterorum pedes ſibi, ut peregre adventantibus Societatis hominibus fieri mos eſt, elui ſit paſſus: imo ſocio confirmavit, ſibi privatum illius Patris adverſum ſe ſtudium, totque officiorum delicias diſplicere.

ac Senis

Florentiâ

212 Dulce illi fuit Florentiam, primę ſuę pietatis cęleſtiſque fervoris matrem, intervallo reviſere. Inde, relicto Patre Bernardino Medicæo, quem ejus cognati Medicęi, viri illius urbis principes, aliquot dies remorati ſunt, Bononiam perrexit. Eo ſimul venit, eveſtigio coronâ Patrum illius collegii, apud

B quos celebris jam erat ejus ſanctitatis fama, cingitur; cumque illis extemplo in colloquium de rebus divinis venit. Unum ibi diem moratus eſt; quo die cum eum Rectoris juſſu ædituus urbem luſtratum deduceret, domo exiens rogavit, ne ullius viæ, præterquam ad templum ædemve aliquam ſanctitate conſpicuam, ſibi dux eſset: cetera enim ſibi cordi non eſse. Ille obſecutus, aditis duabus tribuſue ædibus, quarum erat illuſtrior cerimonia, domum eum reduxit. Ubi ventum eſt ad diverſorium, quod inter Bononiam & Mantuam eſt Ferrarienſis ditionis; caupo ambobus cubiculum, in quo unus eſset lectus, attribuit. Aloyſii ſocius hominem ſeorſim admonet, religioſi moris non eſse plures in eodem lecto cubare; alterum itaque lectum ſibi commodet. Ille negare ſe id facere poſſe, alios lectos ſe nobilibus, ſi qui eodem veſpere ſuo hoſpitio uti velint, reſervare. Tum vero ſocium, inſtantius idem flagitantem & excandeſcentem, Aloyſius quieſcere jubet. Cui ille: At enim hic caupo nobilibus ſuos lectos deſignat, quaſi nos ruſtici ſimus: atqui tui certe rationem ducere debuit. Aloyſius vero mirifice tranquillo animo vultuque placido: Ne ſuccenſe, mi Frater, nec enim æquum bonum habes: nos ſiquidem paupertatem profitemur. Si ergo ille eo numero nos habet, quo nos eſse profitemur, nihil eſt, quod de eo queri poſſimus. Ceterum ſero ejuſdem diei, poſtquam nemo homo præterea acceſſit, ſocio mos geſtus eſt.

Bononiâ tranſitis,

optimo ubique exemplo,

XXIII 213 Mantuam invectus, continuo Eleonoram Auſtriam, feminam principem & annis gravem, & vitæ innocentia claram, ſalutatum adiit: quæ vehementer læta, reducem ſe eum videre, magnoque amore complexa, aliquamdiu familiares cum eo ſermones contulit. Indidem Mantua certiorem de ſuo adventu fecit Rudolfum germanum ſuum, atque is confeſtim miſit, qui Caſtellionem illum perveherent. Eo profectus nullum præ ſe

C nuntium miſit, ſed ubi Caſtellionem *c* devenit, hominem forte obvium Marchioni renuntiare jubet ſe adeſſe. Ille hanc famam omnibus oppidi vicis divulgat. Igitur ingens hominum multitudo partim feneſtras obſidere, partim ex ædibus erumpere, pietatis inſolitæ & lætitiæ undique argumenta edere; feſtum in modum reſonare æra campana, tonare majora tormenta, cives præ-

appellit Mantuam,

inde Caſtellionem:

tereuntem ſubmiſſis genibus venerari. Nimirum tam illuſtris ibi erat ſanctimoniæ ejus opinio. At ipſe ad hos honores incredibile memoratu eſt quam erubuerit. Marchio ad imam arcem obviam fratri deſcendit. Vix è rheda ſe extulerat cum quidam ejus ditionis, Aloyſii conſpectu confiſus, Marchioni ad pedes proſtratus, criminis neſcio cujus veniam orat. Cui Marchio, B. Aloyſio ſe animadverſionem, qua in illum uſurus fuiſſet, condonare atque remittere teſtatus eſt. In arcem cum Marchione ingreſſum, complures aulici atque alii priſtino more Illuſtriſſimum vocabant, atque Excellentiæ titulum ei dabant: quæ appellationes dolorem ei incutiebant & pudorem.

A. VIRG. CEPARIO *ubi feſtiviſſime exceptus,*

214 Matrem, quæ in oppido S. Martini duodecimo milliario aberat, Caſtellione non reperit; miſſo tamen nuntio, de ejus adventu edocta, poſtridie, cum duobus liberis admodum pauxillis Caſtellionem reverſa, è palatio, in quo habitare ſolet, quod aliquanto diſtabat ab eo quod erat Marchionis, Aloyſium de ſuo acceſſu certiorem facit. Ille ſuo ſocio comitatus, cum ad eam eſset profectus; potius alicujus rei ſacratæ ritu, quam filii amore acceptus eſt. Nam cum & materna caritas impelleret, neque adeſset quem vereri oporteret,

E non tamen amplexum aut oſculum dedit; ſed amore venerationi poſtpoſito, genibus nixa, ſubmiſſo ad terram capite venientem ſalutavit. Neque id mirum: etenim jam inde à prima pueritia pro Sancto eum ducebat, ac ſuum Angelum appellabat. Totum eum diem cum matre conſumpſit, ſocio, ipſius juſſu, omnium ſermonum, quos de rebus quæ gererentur ſerebant inter ſe, participe atque arbitro. Verum ubi ille animadvertit, ſuo conſpectu minui matri libertatem, de quibus vellet negotiis confidenter conferendi cum filio; capta occaſione educit ſe foras, ac precum coronam beatæ Virgini Matri pertexit: inde ſat longo intervallo reverſus, ambos reperit fixis humi genibus comprecantes. Veſperi, omnibus ad cubicula digreſſis, ex ſocio requiſivit Aloyſius, quare diſceſſiſſet. Cui ille, ſibi, inquit, indecens videri, quando mater, ut tantis locorum intervallis filii copia ſibi fieret, à Præpoſito Generali impetravit, nunc impediri, ne præſente ad arbitrium frui, ſuumque illi ſenſum omnem poſſit exponere. Igitur aliis cum nobilibus feminis, præterquam cum matre, colloquenti, præſto, uti juberet, libenter affuturum: neque

F contra id reſponſum Aloyſius quidquam tetendit.

cum regreſſa ad matre

pie ac reverenter agit die toto.

215 Tenuit ſe complures dies Caſtellione; per quos ſingillatim à Marchione aliiſque, de negotiis ac diſſidiis, quæ illi eſſent cum Duce Mantuanorum, erudiebatur. Interea incredibile memoratu eſt, quam præclara ſemper omnibus ubique, è quavis opportunitate, virtutum documenta præbuerit. Nuſquam per oppidum niſi pedibus ire, licet matris fratriſque voluntate numquam non rheda à tergo eſset; tantique obviam fierent concurſus ſalutantium, ut pileum perpetuo præ ſe ferre cogeretur. Agere promiſcue cum quovis, ea humilitate, manſuetudine, ſubmiſſione, quaſi eorum poſtremus eſset. A nemine externo ſibi umquam ſerviri paſſus eſt: ſi qua re eguiſset, ſocii potius operam requirebat: at ne ab hoc quidem ullum, niſi neceſſarium, ultro & prope reluctanti delatum officium admittebat. Siquidem in ſuis neceſſitatibus præſtolari ſolebat, dum alii, ipſo nihil petente, ad ferendam ſibi opem divinitus moverentur: ac niſi aliter Superioribus, quos conſuluerat, viſum eſset, non ad maternam aut fraternam, ſed Archipresbyteri domum divertiſet.

ac deinde cum omnibus modeſtiſſime

A. VIRG. CEPARIO

nihil ad ſuum, neceſſarium licet, uſum recipiens,

216 Quamdiu Caſtellione verſatus eſt, maximam omnibus in rebus continentiam adhibuit: itáque nihil umquam è paterna domo poſtulavit. Quid quod, cum eum hiems & frigidiſſimæ tempeſtates oppreſſiſſent, mutatiſque veſtibus opus eſſet; numquam tamen adduci potuit, ut à ſuis eas ſibi parari pateretur; ſed cum Rectorem Brixianum de ſua ſociique penuria edocuiſſet, ab eo togas aliaque neceſſaria veſtimenta, quæ jam aliis in uſu fuiſſent (nam nova nolebat) accepit. Matri, etiam atque etiam oranti, ne duas ſubuculas Mantuanas, quarum alteram ipſi, alteram ſocio offerebat, recuſaret; negavit ſe quidquam eorum poſſe accipere, quæ tam libenti animo miſſa feciſſet. Non deſtitit tamen illa cum ſocio agere, ut eas Aloyſium accipere juberet. Ille mane ad eum venit, cum inibi eſſet, ut ſurgeret, atque unam porrigit, & recuſanti; Mater, inquit, Dei amore hanc tibi donat eleemoſynæ nomine: quando igitur nunc eges, nolo eam abiicias; ſimulque ſubuculam illi induere aggreditur. Aloyſius, audito eleemoſynæ nomine, & ſocii imperio coactus, nihil prætercà repugnavit. Item linteis, quæ in collegio Romano abeunti data erant, jam prope detritis; impetrare non potuit mater, ut exiguum aliorum numerum, quæ pro ſua in eum pietate ipſa conſuerat, vellet accipere; ſed obſoleta refici juſſit. Ad extremum ſocius, cum neceſſitas premeret, commemorato item eleemoſynæ nomine, ægre eum perpulit, ut modicam admodum eorum partem habere vellet. Nemini domeſticorum aut alienorum mandatum ullum umquam dedit; atque in ea domo inſtar hominis peregrini ac mendici, qui Dei cauſa hoſpitio acceptus eſſet, verecunde & circumſpecte verſabatur. Quando negotii cauſa Marchionem conventum cupiebat, quod eum interpellari aut alieno tempore admoneri nollet, aditum in exterioribus cubiculis opperiebatur.

miſit ſubuculam, eleemoſynæ titulo datam

B

cogente obedientia ſocii:

217 Ad ejus menſam, nihil repugnabat, quin ſibi ceterorum more miniſtraretur: in matris vero ædibus, cui nihil erat optatius quam filio obſequi, plus ſibi libertatis vindicans, ne ſuper pateram Principum more cyathi ſibi porrigerentur, potionem ſibi in menſa Societatis more ut apponerent, orabat: minimi cibi ac potus pro ſua conſuetudine erat, neque cujuſmodi eſſent morabatur; ſcilicet diuturno ſenſus ſuos frenandi uſu, guſtatum funditus ſuſtuliſſe videbatur. Matri quidpiam, quod bonum aut aliquo melius eſse diceret, præbenti, gratiis actis, eo deinde abſtinebat. Socio dicere ſolebat: Deus bone! quam bene nobis eſt domi noſtræ! Mihi certe quilibet noſter quamvis tenuis victus, majoris, quam dapes omnes quibus hæ menſæ onerantur, cibi eſse videtur. Nullo umquam, ne ſocio quidem, induendi aut exuendi adminiſtro uti ſuſtinuit. Cauterium, quod habebat ſiniſtro brachio inuſtum, adeo ſine cujuſquam ope curabat, ut ſocium intervenientem, ac, dum alium vinciendi modum præcipere ſtudet, digitum modice admoventem, confeſtim ſe tangere vetuerit; ea erat modeſtia, tamque cavebat, ne cuiquam committeret, quod ipſe præſtare poſſet. In materna, & (ſi licebat) etiam fraterna domo lectum ſibi ipſe ſternebat: ad ſocii quoque lectum ſternendum operam ſuam prompte commodabat; eo tamen animadverſo, miniſtris aulicis curæ fuit, illum diligentiâ ſuâ antecapere. Valetudinis tuendæ curam omnem adeo negligebat, ut de ea numquam niſi ſocii admonitu vel cogitationem ſuſciperet. Solitudine valde delectabatur: matris tamen congreſſum, quæ & pietatis eſſet amantior, & ſolatii indigeret, minus averſabatur.

aulica obſequia recuſat,

C

ipſiuſque etiam ſocii:

218 Mane, ſimul è lecto prodierat, juſtam horam orando ducebat; Sacro aderat, preces Canonicas majores recitabat quotidie, Coronas item ſacrarum precum; haſque interdum cum ſocio, ſic ut pſallentium ritu invicem reſponderent. Si quid interdiu rapere poterat ſubſecivi temporis; Frater, inquiebat ſocio, eamus pauliſper precatum. Veſpere tres ipſas horas quotidie remotus ab omnibus agebat. Antequam quieti ſe daret, Litanias pronuntiabat, & conſcientiam ſuam inſpiciebat. Archipresbytero peccata confitebatur, & feſto quoque die in præcipuam ædem, quæ eſt SS. Nazarii & Celſi, itabat, rei divinæ ſpectandæ & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumendæ cauſa: quo tempore ingens ad eum videndum populus confluebat, non ſine indiciis erga eum pietatis, & doloris de tam boni Principis jactura. Quo die feſto primùm eo venit, tanta hominum, qui ſpectatum concurrerant, multitudo templum impleuerat; ut veniret illi in mentem ſermonem habere, hortarique omnes ad metuendum in omni vita Deum, & ſancta Sacramenta frequentanda. Abſtinuit tamen, quod compoſitis prius fratris negotiis, à ſua domo virtutis exempla præbendi initium faciendum putaret. Socio nullum umquam verbum dixit aſperius, nullo ejus facto ſe offenſum præ ſe tulit; quin potius ipſe ejus ſententiæ cedere, & mira facilitate menti ſuæ imperare, ut cum illius judicio congrueret; ac in omnibus, quæ ad ſanitatem ſpectarent, illi auſcultare: ſocius vero, ejus ſanctimoniam mirari; candoreque ejus & ſimplicitate, quam in omnibus rebus præſtaret; item excellentiâ animi, qua mortalia omnia hominumque rationes pro nihilo duceret, plurimùm capi.

D

exercitia ſpiritus accurate obſervat,

E

cum magna ſocii ædificatione,

219 Multa per id tempus itinera una fecerant, Brixiam, Mantuam, atque aliò, quò eos negotiorum ratio vocabat. Ibi per viam Aloyſius ab iis, quæ in oculos incidunt, animum traducebat ad Deum, & bene prolixos de divinis rebus ſermones cum ſocio ingrediebatur, eoque tandem illorum prolixitate fatigato ac ceſſare cupiente, aut aliud quiddam injiciente, ipſe finem nullum faciebat. Fuit cum ei Caſtellum Giuffredi proficiſcendum eſſet, ut cum Alfonſo patruo ſuo, ejus loci Regulo, ageret; cujus ipſe, niſi Religionem maluiſſet, hereditatem erat aditurus. Diſcedenti Marchio famulos addidit; quos coram recuſare minus auſus, ubi Caſtellionem egreſſus eſt, omnes ab ſe dimiſit. Rhedarii deinde, qui aberrarat de via, vitio factum eſt, ut hora altera ab occaſu ſolis, portis jam clauſis, ad prædictum Caſtellum devenirent. Quoniam vero oppidum eſt imprimis munitum, quo tali tempore aditus nullus dari conſueverat; fuerunt ſingillatim vigiles edocendi, quinam eſſent, & quorſum venirent; ac tantiſper præſtolandum, dum de omnibus ad Principem referretur. Sat longo intervallo, ecce tibi panduntur portæ, pons ſubmittitur, exoritur magnus nobilium Principis aſſeclarum numerus, faces geſtantium. In ipſo oppidi ingreſſu denſum armatorum agmen, à porta uſque ad Principis palatium, ex utraque plateæ parte medium ſtipant: ipſe Princeps obviam progreſſus, ingenti lætitia & honore venientem accipit; atque in conclave regio apparatu conveſtitum, lectisque magnificis inſtructum proſecutus, locum ei aliquantiſper ſe confirmandi reliquit. Ibi Aloyſius, ut erat ab his rebus alienus, ubi ſe tot honoribus cumulatum, atque in eam habitationem tam ſplendide ornatam, delatum videt, converſus ad ſocium: Heu! inquit, mi frater: Deus nobis hoc veſpere ſit propitius

F

per viam non niſi de Deo loquens;

A patruo Alfonſo exceptus,

dolet tantum ſibi honorem haberi.

pitius: & quo tandem ob peccata noſtra delapſi ſumus? Viden' hæc conclavia? hos lectos? Quanto tandem nobis melius eſſet, procul ab his obſequiis & opportunitatibus, in cubiculis illis noſtris nudis, vilibuſque lectis jacere. Itaque tot honorum impatienti nihil erat longius, quam dum expeditis negotiis abſcederet.

Mantuam regreſſus,

220 Igitur poſtridie Caſtellionem redit, unde, ſatis jam de omnibus eruditus, ut cum Duce conficiat, Mantuam ſe transfert. Ibi aliquot hebdomadis in collegio Societatis per intervalla moratus, tam illuſtri omnibus ſanctitatis documento fuit; ut Patres, qui tum in eo verſabantur, hodieque de ejus modeſtia, humilitate, deſpectu ſui, obſequio ac reverentia erga ceteros, incredibili morum gravitate, quæ cum egregia ſimplicitate candoreque animi in congreſsibus conjuncta erat, admirabilia quædam prædicent. Mente ſemper erat ab his mortalibus rebus alienata, atque in Deum ſubvecta; tamque arcte cum eo conſociata, nihil ut faceret aut diceret cujus non illum teſtem ac ſpectatorem intueri videretur. Igitur

in collegio degit;

Patres ad illum, velut præclarum omnium virtutum exemplar aſpicere; eoque conſpecto, pietate
B magis ac magis imflammari. Etenim ex ejus vultu tantus ſanctitatis ſplendor elucebat, ut in eo expreſſam B. Caroli Borromæi Cardinalis imaginem ſe cernere teſtarentur. Adminiſtrabat id tem-

ad noſtros dicit pro concione;

poris collegium Mantuanum P. Proſper Malavolta, olim à B. P. Ignatio, fundatore & parente Societatis noſtræ, ad eam aggregatus. Is adoleſcentis ſanctimonia gravitateque perſpecta, non abs re futurum duxit, ſi feria ſexta ſermonem ad collegium Patrum haberet; quod munus ſolis Sacerdotibus, iiſque natu & auctoritate provectis, numquam autem Sacerdotii expertibus, demandari mos eſt. Ille verecundatus principio, paruit tamen, ac ſuper illis verbis Chriſti Domini; Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos; tanta divini Spiritus vi & fervore eos ad caritatem inter ſe hortatus eſt, ut mirifica omnes voluptate perfunderet.

de controverſiis cum Duce tranſigit:

221 Exorditur deinde negotium, cujus gratia venerat, cum Duce tranſigere; tametſi non prius apud mortales illud aggreſſus eſt, quam cum Deo, in cujus manu hominum corda ſunt, conſtituta haberet omnia, à quo modum tam formidoloſis rebus jam exorarat. Id cum publice conſignatis teC ſtimoniis, tum ex ipſo rei eventu liquidò conſtat. Siquidem primo cum Duce congreſsu, ſeſquihoræ ſpatio litibus omnibus compoſitis, omnibus quæ poſtularat impetratis, finem iis attulit. Ac, licet Dux acerbiſſima indignatione adverſus Marchionem à calumniatoribus eſſet incenſus; & Aloyſius, qui propius Marchionem quam Ducem contingeret, humanum in modum rem conſideranti, animi alteram in partem propenſioris ſuſpicionem movere poſſet; neque vero cauſæ Duci deeſſent, quarum obtentu Aloyſii preces poſſet abjicere (quippe qui neque à principibus & illuſtribus viris, qui item concordiæ auctores fuerant, flecti ſe eſſet paſſus) tamen poſtquam tam ſanctam in eo mentem rectiſſimumque animi ſenſum comperit, nihil abnuere auſus, manus dedit; ſeque ejus bonitati & æquitati confiſum, ad ejus arbitrium o-
d mnia facturum recepit *d*.

qui uni ejus gratiæ condonat omnia,

222 Non defuere qui pacificationem, tanti ad Dei honorem momenti, impedire, aut certe prolatare niterentur. Inter alios vero fuit homo gravi auctoritate, qui Duci ſuaderet, ut quando ei ſententia jam eſſet hoc conſilium ſequi, non id ſolius

Aloyſii precibus daret; ſed tantiſper rem extraheret, dum Principum illorum, qui eum antevertiſſent, rationem haberi liceret. Huic reſpondit Dux, certum ſibi eſſe negotium jam mox expedire: ſe, quod faceret, unius Aloyſii cauſa facere: alia enim gratia numquam facturum fuiſſe: id quod omnibus admirationem movit. Accepit Aloyſius à Tullio Petrozzario V. C. capita omnium, quæ criminoſe Marchioni objiciebantur; egitque, ut ille de ſingulis Duci ſe purgaret; qua purgatione, cum eam Aloyſius attuliſſet, cumulate Duci ſatisfecit. Secundum hęc reverſus Caſtellionem Aloyſius, Marchionem perducit ad Ducem; à quo ille ſumma humanitate acceptus, rogatuſque eſt, ut ſecum meridie in prandio, reliquo die in ludis & oblectamentis eſſe vellet. Inſtitit Dux, ut Aloyſius quoque ſecum pranderet: at is adduci non potuit ut condiceret; ſed ad collegium Societatis revertit. Cumque idem Dux Marchioni diceret, certe curandum eſſe ut à prandio rediret ad comœdiam; ſubridens Aloyſius, negavit id ſuo ſocio placere. Eodem tempore Dux Sulſarinum, ejuſque ditioni ſubjectam omnem oram reſtituit, ceſſitque; quam hactenus B. Aloyſii heredes ac fratres hodieque perpetuo obtinent. E

A. VIRG. CEPARIO

& acceptâ Marchionis expurgatione

Sulſarinum reſtituit.

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *Inter illos id voluit teſtis Caſtell.* XIII, *cujus teſtimonium de confirmata Aloyſio Dei gratia, dedi cap.* 2. *libri* 1 *Annot.* c. *Voluerit id etiam P. Mutuis Vitelleſcus, qui ſupra lib* 2 *cap* 5 *Annot.* a, *in fine, Aloyſium noſtrum S. Thomæ, dum ſtudiis adhuc operam dabat, ſimilem fecit.*

b Priuſquam Româ diſcederet Aloyſius, Mantuam negotiorum cauſa, familiam ejus ſpectantium, profecturus ex obedientia, venit in cubiculum meum (*ita deponit teſtis Rom.* XXIV) deditque mihi parvulum Chriſtum, quales Lucæ fabrefieri ſolent; dicens, ſe mihi relinquere id, in quod ſemper fixos mentis oculos, ſuaque deſideria & amorem intenta habuerat; commonſtrans hoc dicto ſuo, quantopere Chriſto Domino afficeretur. *Porro de abitu ejus ita loquitur Franciſcus Roſatinus, qui Romæ Aloyſii curam in valetudinario egit, tum aliàs, tum in ſuprema etiam infirmitate:* Scio ipſum à Patre noſtro Generali ex Obedientia Caſtellionem & Mantuam profectum eſſe, ut ageret de reconciliatione gratiæ Marchionis Rudolfi fratris ſui ac Ducis Mantuani: & mihi demandata fuit cura parandi ei neceſſaria itineri faciendo; egrediebatur enim è valetudinario convaleſcens, ubi ego curator eram per id temporis. Juſſus autem fui inter alia ei comparare etiam umbellam, qua caveret capiti à ſole: verum ipſe eam ut caperet, nullis precibus, etiam multorum Patrum, permoveri potuit præ humilitate; ac rebatur, talia Religioſis ſupervacanea eſſe. *Tum ſubdit nonnulla de actis ab eo Caſtellione; quæ mox ex teſtibus, qui coram affuerunt ibi, certius conſtabunt.* F

Diſceſſus Româ Mantuam:

c *De Aloyſii Caſtellionem adventu, rebuſque ibi & Mantuæ geſtis referunt tres primi teſtes Caſtellionenſes; ac tertius quidem ita meminit:* Dum religioſam Romæ vitam agebat Aloyſius, rediit inde Caſtellionem anno MDLXXXIX, conciliaturus inter ſe ſereniſſimum Mantuæ Ducem Vincentium, & Marchionem Rudolfum fratrem ſuum; quorum uterque cum altero ſimultates habebant: & reipſa eos conciliavit, *idque* unico ſuo, *uti teſtis* II *ait*, congreſſu cum Duce. Quando autem (*ita idem teſtis* II) venit Caſtellionem, tota civitas effuſa domibus

ibi & Caſtellione

ANNOT. C. J.

suis, cum prosequebatur & honorabat veluti Sanctum, magna animi propensione; sonantibus etiam, ut majoribus festis consuevit, campanis. Ego ei manum reverenter osculatus fui, nec minori reverentia eum mater sua excepit; quæ & Angelum suum eum vocitabat. In aula versabatur summa cum modestia, non secus ac peregrinus, qui amore Dei receptus esset: nullam sibi rem poscebat, nulli quidquam imperabat. Vocatus ad mensam parcissime vescebatur, & solis fere oleribus. Sustulit etiam Castellione varia dissidia: quasque ego inimicitias, cum heredibus Joannis Jordani, ob negotium maximi momenti & difficillimæ accommodationis, gerebam, non modo extinxit, verum etiam ad amicitiam & consuetudinem, quæ hodiedum tenet, utramque partem traduxit. *Alia ibidem ab Aloysio gesta testis* 1 (*qui eum Mantuam ad pacificationem cum Duce faciendam comitatus fuit*) *ita recenset:* Dum hîc Castellione moratus est, perpetuo subducebat se paratis sibi honoribus; nullum admittebat pedissequum aut corporis custodem; orationi maximam temporis partem dabat, etiam noctis: quamobrem socius, religiosus Frater, quo somnum ei conciliaret, jubebat eum vesperi manducare lactucam coctam; Quia scio, inquiebat mihi, nisi somno obruatur, totam noctem orando transmittet.

laudabiliter acta.

B

d *Antonius Possevinus, in suo Gonzaga pag.* 794, *plusculis verbis causam hanc, cujus origo obscurior est apud Ceparium, & pacificationem Principum tractat; in eoque munificentiam Vincentii Ducis, tamquam in exemplo præcipuo, extollit. Ego vero prudentiam Aloysii & dexteritatem ibi in principum disparibus animis componendis, quod viri graves dudum frustra conati fuerant, & Cæsarea aula nondum potuerat præstare, plurimum commendandam puto. Audiamus Possevinum:* Sed quando munificentiam splendoremque Vincentii prosequi animus est, nec pluribus immorari professa brevitas patitur; unum inferemus, cujus magnitudine cetera ponderentur. Cum adhuc in vivis ageret Guilielmus, *Vincentii pater*, ob Solpharini oppidi jurisdictionem, graves inter Marchionem Castellionensem *Rudolfum*, patremque *Guilielmum*, contentiones usque ad litem processerant: & ut faciles in primos impetus mortalium animi sunt, sive æquo sive iniquo læsos se credant, multa Marchio assiduitate litis admiserat, quæ ad Guilielmum primò, mox ad Vincentium, otiosorum opera, & captandæ etiam per flagitia gratiæ cupiditate delata, acriter utriusque animum foderant. Vincentius, injuriæ insolens, individuis accusatoribus, & nemine absentem excusante, indignatione exarsit. Quippe non se vim, fraudem aut arma intulisse (quæ tamen parata habuisset) sed causâ agere voluisse, nec eâ viâ captam olim semitam omissurum: quod injuriæ reliquum ingenitâ nobilitate propulsaturum. Marchio, iracundiæ ignarus, non cavere; & quia mitiora referebantur, abstinere colloquio, excusatione, precibus, decreverat. Utrimque falsa, perditissimorum relatu in majus aucta, Ducis clementiam, Marchionis modestiam carpebant.

C

Litem inter Ducem Mantuæ

& fratrem suum Marchionem

Erat juveni Marchioni frater Aloysius, è Societate Jesu, opinione sanctimoniæ notus; qui, raro principibus viris more, paternam hereditatem principatumque fratri concesserat, seque tumultibus & seculi curis superstite parente subtraxerat. Hic fratris ac Ducis caritate impulsus, ardentem Vincentium & minas spirantem aggressius est, & tempore orationi habito, multis coram adstantibus, inquit: Si, Vincenti Serenissime, certo ac probato jure meo, evacuatis suspicionum in fratrem causis, utrique in tuam gratiam reciperemur; nec nobis beneficium, nec tibi gloria accederet: quorum utrumque nemo nostrum abnuerit. Veniam itaque oraturus, & per Servatoris viscera obtestaturus, genibusque advolutus adsum. Ubi indulseris & supplices acceperis, tum demum discerni præterita, & in quæstionem vetera jura vocari cupio. Non te benignitatis ac clementiæ gloria destituet; nos ignominiæ ac perfidiæ opinionem vitabimus. Certe tenuibus rebus meis, ut Solpharini (quæcumque possessio est) dominium haberemus, quod jure deberi credebamus, in litem descendimus: sic Imperator, consanguinei, amici persuaserant. Nec potentiorem irritare, cui impares esemus, animus erat: jure deberi putabamus, quod jure reposcebas. Nunc sors in contrarium vertit: civiles actiones exosos nos consanguineo reddidêre: & indoleo. Utinam Solpharinum, hac saltem causa, nostris juribus non accessisset! Ceterum, quamquam modicis agris nulla summæ fortunæ tuæ accessio addatur; nobis, in tenui re fitis, neglectus momentum afferat; potior tamen gratia, utili est; & paupertati nostræ odio carere cum Solpharino expedit, quam tibi invisos possidere. Jube per procuratores tuos administrari, tuo censui supputari: sanguini tuo illigatos & obsequio paratos, aut turpiter aversaberis, aut quæsitâ honesti ac liberalitatis gloriâ, è tuo sublevabis. Liceat fratri coram preces afferre, & quo tibi certior possessio reddatur, spectare sponte succumbentem.

D

E

His ab Aloysio dictis, Vincentius, iræ facilis, quique eruptur us in immanitatem credebatur, ilico conquievit; dolorique & amori medius Aloysium osculo exceptum, cum molli responso dimisit: Viveret frater, se ira vacuum & veniæ paratum. *Adfuit post hæc intra triduum Marchio*, incomptus, incomitatusque ac inermis, nullo fastu, nisi quantum familiæ ac decôri expediret; nec tamen oblitus generis, aut præsumptæ contumaciæ retinens, ad sordidas preces (tamquam culpam admitteret) devolutus est; sed sereno obtutu, qui proprius innocentûm, *apposite Vincentium & ipse allocutus est, moxque quod dudum fuerat negatum, possessionem Solpharini pleno jure sibi relinqui, & diplomate Ducis confirmari vidit, rebus animisq; utrimque pacatis.*

quo pacto compositum fuerit.

F

CAPUT X.

Scandala Castellione sublata: Mediolani data virtutum exempla.

223 *a* GRatiâ inter Ducem & Marchionem ad hunc modum conciliatâ, aliam accepit Aloysius rem agere non minoris negotii, quæ etiam ipsa attinebat præcipue ad Excellentissimum Principem & Marchionem Rudolfum fratrem ejus. Hic, ut erat juvenis & cœlebs, captus fuerat amore cujusdam adolescentulæ *b*, quæ honesto quidem loco nata & honoratæ conditionis, sed claritudine sanguinis impar erat; filia unica viri opulentissimi *c*, ut pote cujus fundi & bona alia, communi hominum æstimatione, centies mille & amplius scutis valebant; & omnia prædictæ filiæ hereditas futura erant. Hujus igitur amore æstuans Marchio, constituit ipsam sibi jungere matrimonio, & re ipsa junxit coram Archipresbytero Castellionensi, proprio suo Parocho & necessariis testibus, clam ceteris mortalibus cunctis; obtenta tamen

XXIV a

Marchio uxorem ducit

b

c

imparis conditionis

A tamen prius facultate ab Episcopo, qui immunitatem ei à proclamationibus ecclesiasticis impertitus fuit, VIII Kalendas Novembres anno MDLXXXVIII. Causa, cur hocce matrimonium Marchio peragi voluit tam secretò, ut ne Marchio quidem mater sua, nedum Princeps Alfonsus Gonzaga patruus suus, id rescirent, alia non fuit, quam quod timeret sibi indignationem patrui prædicti; cui, prolem masculam non habenti, succedere debebat in ditione Castelli Giuffredi. Et vero is indigne tulisset, si resciviſſet uspiam, Rudolfum Marchionem aliam duxisse uxorem, ab unica sua filia, quam ætate jam tum nubilem, accedente Pontificis exemptione à consanguinitate, destinaverat ei uxorem, quo filia sua, tali matrimonio adstricta, & ipsa posset frui paterno principatu. Annus jam circumvolutus erat, ex quo Helenam (ita vocatur adolescentula prædicta) duxerat Marchio, antequam Aloysius accederet Castellionem: verum quia matrimonium legitime contractum esse omnes eatenus latebat, credebatur passim Marchio illam domi alere præter jus & fas, & non habere uxorem. Atque hinc postea natus est error quorumdam scriptorum, qui certam rei notitiam non

clam propinquis:

unde legitimam non esse,

B assecuti, typis vulgarunt contrarium vero; dicentes Aloysium revera induxisse animum fratris sui Marchionis, ad celebrandum matrimonium cum Helena: id quod falsissimum est, & manifestam injuriam ejus personæ ac probitati infert. Solido quippe anno prius, uti dictum est, legitime, sed clam ob causas commemoratas, Marchioni nupserat. Et ego, scripturus hanc historiam vitæ Aloysianæ, dedita opera contendi Castellionem, & in veritatem facti apud ipsum Archipresbyterum, & Marchionem matrem tum adhuc viventem, & multos alios sedulo inquisivi, comperique ita illam sese habere, uti hic explico.

male scripserunt nonnulli:

224 Quoniam vero hæc eadem veritas Aloysium matremque ejus tunc latebat, hujus ille rogatu omnem movebat lapidem, quo adduceret Marchionem fratrem, ut dimissâ Dominâ Helenâ, nondum (uti putabat) nuptâ, conciliaret sibi Principem patruum, ejusque filiam domum duceret uxorem. At Marchio, satagens rerum suarum, pergebat occultare factum, & Aloysio nihil dabat præter verba. Neque tamen is destitit, sed alias ex aliis ei machinas admovit; ratus, si rem tunc non conficeret, deinceps nullo tempore conficiendam; strinxitque tandem eatenus fratrem, ut promitteret ac promissa

& Aloysius agit

C jurejurando firmaret, se ei obsecuturum; & quoniam mox Mediolanum Aloysius cogitaret, eò se quoque venturum, atque quod facto opus esset è consilio ejus facturum. Hac sponsione accepta, Aloysius iter Mediolanum alacer ingressus est VI Kalendas Decembres anni MDLXXXIX; ibique studiis suis consuetisque pietatis operibus perrexit incumbere, operiens interea adventum fratris; qui etiam non multo post tempore venit, atque in collegio adfuit festo quodam die bene mane, dum Aloysius à suscepta modo Eucharistia, gratias divino hospiti suo agebat in odeo. Accurrit ad illum propere janitor, monens adesse Excellentissimum Marchionem fratrem in ingressu collegii, atque eum velle. Aloysius, nullo verbo reddito, perstat immotus ipso in loco duas circiter horas orando, ac tum se demum confert ad Marchionem; qui peractis mutuæ salutationis officiis, aperit ei fidenter societatem matrimonii, quæ sibi cum prædicta Domina intercedebat; & esse jam quindecim menses, ex quo illam duxerat; sed celare factum, ut ne offendat patruum Principem. Gavisus maximopere fuit Aloysius, abesse fratrem suum ab ea culpa, in qua esse passim credebatur; & mox, assentiente Marchione, consuluit Patres aliquot de casu proposito: qui censuerunt, Marchioni matrimonium, quo falsam vulgi opinionem, cum diminutione gloriæ divinæ & infamia prædictæ Dominæ conjunctam, tollat, in apertum proferendum esse; ni faciat, in culpa futurum. Promisit Marchio se præstiturum quod judicatum erat: & Aloysius in se negotium suscepit deliniendi propinquos.

A. VIRG. CEPARIO

comperto autem, legitimam esse,

225 His pactis, rediit Castellionem Marchio, paulo post subsecutus etiam Aloysius, ubi eò pervenit; Duo jam itinera, inquit, huc suscepi, primum nuper, seculi rerumque caducarum: alterum nunc, Dei ejusque gloriæ causa. Quodque dixit, mox fecit, conducendo Marchionem ad matrem, qui eam docuit de matrimonio suo pridem contracto, precatusque est, ut uxorem suam deinceps uti nurum ac filiam considerare & habere vellet. Secundum hæc Aloysius ipse, quod res erat, populo promulgavit; simul per litteras edocuit Serenissimum Mantuæ Ducem, ac ambos Gonzaghii nominis Cardinales Illustrissimos *d*, tunc

publicat ipse matrimonium

d viventes, nec non alios Principes consanguineos: atque ab omnibus quale optaret responsum tulit: sed imprimis effecit, ut Excellentissimus Alfonsus patruus suus factum probaret, ratumque haberet. Publicato ita matrimonio, evanue-

E runt ilico suspiciones malignæ & opiniones falsæ de iniquo Marchionum commercio; atque innocenti Dominæ Helenæ suus honor ac fama, uti par erat, reparata fuit. Successit deinde Marchio Rudolfus jure hereditario in principatum Castelli Giuffredi, quem aliquo post tempore Excellentissimus Princeps & Marchio Franciscus pro Medolensi concessit Serenissimo Mantuæ Duci, approbante Augustissimo Imperatore Rudolfo; qui Medolam innexuit etiam principatui Castellionensi, hodiedum optimo jure & summa potestate possessam à Castellionis Principe.

& propinquos fratri conciliat.

226 Finito bene vertentibus Superis isthoc negotio, rogatus à matre Aloysius ut sermonem haberet in æde sacra, de eo socium suum consuluit: tum vero sabbato quodam eum habuit in æde Sodalitatis, cui à Disciplina nomen, vicina templo S. Nazarii; ac tametsi quanto maximo silentio fieri posset, dicere conaretur, ac proinde vetuisset

Publice pro concione dicit

F ære campano signum dari, templum tamen confertum hominibus reperit. Dixit eleganter & pie, hortatusque est omnes, ut postridie, qui erat dies Dominicus Quinquagesimæ, postremus Hilariorum, ad sanctam Eucharistiam venirent: ac tanto ardore vocanti paruerunt, ut necesse fuerit Sacerdotes ac Monachos totam eam noctem audiendis Confessionibus distineri. Postridie mane Eucharistiam acceperunt mater Aloysii, frater Marchio, ejus conjux, aliique homines septingenti. Ipse Aloysius Sacerdoti sacrificanti, & vinum abluendo ori omnibus ad sacram mensam accumbentibus, ingenti sua cum voluptate & præclaro omnibus exemplo, ministravit *e*. A prandio ad explicationem doctrinæ Christianæ ab omnibus reditumest.

& ad sacram Synaxim hortatur auditores.

e

227 Familiæ suæ fratrisque rebus ad hunc modum compositis [commendatoque fratri ut uxorem quo decet loco haberet;] Mediolanum versus iterintendit ad XI *f* Kalendas Apriles anno MDXC; cum eodem anno, VII Idus Martias, annum alterum & vigesimum suæ ætatis exegisset. Quia vero asperrimis frigoribus, quibus hiberno tempore in Gallia Cisalpina horrent omnia, manus

Chirothecas recusat frigida hieme,

f

A. VIRG. CEPARIO

nus ei intumeſcebant findebanturque, ut etiam ſanguine manantes videre liceret; complures miſeratione ejus permoti, contendebant, ut chirothecas aut aliud ſimile tegmen geſtaret: at ille, dura patiendi ſuique aſpernandi amore ardens, nullo umquam hujus generis præſidio ut ſe muniret, adduci potuit. Mediolanum profectus, ex itinere Placentiam divertit; ubi ſimul collegium attigit, quidam è Patribus ad cubiculum, eum ſalutatum atque (ut peregre abeuntibus aut advenientibus Societatis mores fieri amant) amplexum advolat. Ibi cùm obſoleto panniculo calceorum ſordes detergentem offendiſſet, ea ſpecies vehementer hominis animum ad pietatem ſalubremque dolorem accendit: nam & in ipſius ore ſanctimonia quædam enitebat, & hoc vili miniſterio intentum cernebat, quem ſe olim ſeculi opibus florentem, frequentique famulorum cohorte ſtipatum Parmæ vidiſſe meminerat. Poſtquam denique Mediolanenſe collegium Societatis intravit: O! inquit, quantum mihi ſolatium præbet, quod me videam pedem denuo domi noſtræ fixiſſe! Quali nimirum afficeretur qui brumali tempore, è medio gelu quo prope diriguiſſet, in mollem calentemque lectum
B transferretur. Etenim quale frigus à domiciliis noſtris disjunctus, ſentire videbar; tali nunc iiſdem redditus, ſuavitate fruor.

gaudet ſe collegio Mediolanenſi redditum,

XXV

228 Quemadmodum neque ignis inflammandi, neque lux illuminandi, neque præſtans unguentum fragrandi finem ullum facit; ita neque B. Aloyſius, ardenti oratione aliorum animos accendere, neque inſignium exemplorum lumen præbere, neque ſuavem virtutum quæ in ejus pectore erant reconditæ, odorem diffundere umquam ceſſans, in omni loco ſemper ſibi conſtitit. Atque, ut aquæ, quarum naturalis curſus diutius inhibitus fuit, majori poſtmodum vi impetuque erumpunt; pari ratione Aloyſius aliquot menſibus, dum Caſtellione res gerit, à ſolennibus ſui caſtigationibus exercitationibuſque detentus; ſimul in Mediolanenſe collegium ſe retulit, videbatur iis depoſcendis atque obeundis exſaturari non poſſe. Itaque vix confirmatus è via, prodit in triclinium, attrita in penula, ſe ipſum apud Socios accuſat negligentiæ; à ſeipſo, magno cum omnium fructu, pœnas repetit. Atque ut plurimùm eum juvabat collegium, religioſa diſciplina præclare florens; ac juventutem, non minus incenſis animis in pietatis religioniſque perfectione, quam bonarum artium atque
C doctrinarum ſcientia ſtudentem, intueri: item etiam, quotquot in eo collegio degebant, poſtquam inter eos hoc vivum omnis abſolutæ virtutis exemplar diverſari cœpit, gaudium atque lætitiam agitabant. Multa mihi, ab eo Mediolani laudabiliter geſta, neceſſario hoc capite ſunt prætereunda ſilentio. Primum enim multorum hominum copiam, qui de iis ſingillatim me docere potuiſſent, mors ademit: è quibus eſt P. Bartholomæus Recalcatus: qui cum in intimis Aloyſii fuiſſet, & Mediolanenſi collegio cum illuſtri ſanctitatis laude præeſſet, è vita conceſſit. Deinde quod Fredericus Borromæus, Illuſtriſſimus Cardinalis & Archiepiſcopus hujus urbis, necdum, uti ſe facturum recepit, geſtorum ejus inſtrumentum confici mandavit. Pauca igitur quædam perſequar, quæ partim ab iis, qui per id tempus Mediolani ætatem agebant, alibi poſtea publicis tabulis conſignata ſunt; partim
g ab ejus collegii Rectore *g*, magnâ ſane diligentiâ meo rogatu collecta.

ubique magna cum ædificatione

229 Beatus ergo Aloyſius, dum Mediolani degit, proſecutus Theologiæ ſtudia, matutinis pomeridianiſque ſcholis ceteriſque litterariis exercitationibus ſic interfuit, nulla ut re immunis aut eximius eſse vellet. Utebaturque, perinde ac ceteri, cubiculi ſocio: qui in ejus mores ſemper intentus, plurimum ab eo fructûs animo ferebat. Data illi erat utenda Summa S. Thomæ eleganter compacta, involucro & fronte aurata; quam ille, cùm nulla vi poſſet permoveri ut penes ſe eſſe vellet, lacrymans à Superiore petiit, ut cum obſoleta ſibi commutare liceret: quam ſuam voluntatem tam incitato animi ardore declaravit, ut ejus dolori leniendo obſequi neceſſe fuerit: atque hoc, ſola cupiditate nihil à pauperum moribus alienum habendi, faciebat. Quidquid uſquam à ſtudiis nanciſci poterat otii, id totum, bonâ Superiorum veniâ, in culinæ aut triclinii miniſteriis collocare, aquam coquo haurire; lances, trullas, aliaque utenſilia ſæpe eluere; triclinium cum ſterneret (quo animum intentum haberet in Deum, pluſque gratiæ mereretur) ſingulis menſis ſuum cognomen addere: in qua Rector ſederet, eam dicere Chriſti Domini; huic proximam, Deiparæ; ceteras deinceps, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum. Igitur quoties cum præfecto triclinio menſam ſternebat, Explicemus, ajebat, mappam Salvatoris, aut Dominæ noſtræ, atque eodem modo ceteras appellare: in quo ille munere, perinde inflammato affectu propenſoque in Deum animo verſabatur, quaſi revera ad eas menſas Chriſtus Dominus, beata Virgo, ceterique Sancti, quibus ſe miniſtrare fingebat, accubituri eſſent. Suave illi erat cum quotidianæ vitæ adjutoribus remiſſionis tempore conſueſcere, aut foras egredi; tum quod illam humilitatem amabat, tum quod ſibi tunc liberius de divinis rebus loqui videbatur, gaudebatque omnibus ad cæleſtem vitam adjumento eſſe. In aliorum conſuetudine, ſi quidem ſedebatur, in extremum aut incommodiſſimum locum, ubi ne anniti quidem uſquam poſſet, ſe conjiciebat; ſi ſtabatur in circulo, ſecundum aliorum humeros, ſermones attendebat; ſin deambulabatur, priores deferebat omnibus: quod quidem illum non aulici alicujus moris aut deliciarum gratia, neque ulla inani affectatione facere, liquido apparebat.

D

Theologiæ ſtudia proſequens,

culinæ ac refectorio miniſtrat,

E

infimum ubique locum ambit.

230 Venit illuc ad eum quidam, qui in ejus ditione fuerat, neſcio quid poſtulatum, quod ad ejus Marchionis dignitatem attingeret: cui ille negavit ullam amplius ſibi cum hoc mundo rationem eſſe, aut in quidquam auctoritatem ullam obtinere: quod quidem tam candide, tantaque cum ſignificatione ſubmiſſi animi reſpondit; ut ille non modo præclaro exemplo informatus, ſed etiam attonito ſimilis abſcederet. Obſervata in illo eſt immenſa quædam animi grati propenſio, ſimplex tamen minimeque affectata, qua vel de minimo officio gratias, nullo prope adhibito modo, identidem agebat. Interrogatus à quodam è Sociis, eſſetne homini lauto & ſplendido difficile, has res fortunæ ſubjectas deſerere; reſpondit, ne fieri quidem poſſe, niſi Chriſtus Dominus huic tali, ut quondam illi qui cæcus erat natus, luto oculos imbueret; hoc eſt, harum rerum vilitatem, quæ longe major ſit quam luti, ob oculos poneret. Confugerat ad eum quidam è collegio, opem ab eo ſpiritualem expoſcens, quod ſuam animi virtutem imperfectam & imbecillam admodum eſſe fateretur. Hunc ille ſolatus eſt, allatis è Pſalmo verbis; Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur; dicens, etſi videre quantum à perfectione abſimus, cauſam nobis det animi contrahendi; refici tamen ac recreari plurimùm

recuſat ſeculi rebus miſceri,

F

puſillanimitatem cujuſdam erigit: Pſal. 138.

A mùm neceſſe eſſe, cùm reputamus nos etiam, licet imperfectos, in libro tamen Dei ſcriptos eſſe; qui, quod imperfectum in nobis eſt, vidit; non ad nos condemnandos, ſed ad ſpiritus noſtros comprimendos, majoraque bona ex ipſis delictis eruenda. His verbis pie explicatis, ut cæleſtem ſpiritum facile agnoſceres, mirifice illum mœrore levavit, animoſque addidit.

231 Ea item cupide domi foriſque factitabat, quibus Dei causâ aliis vileſcebat. Hilariorum diebus, nonnulli è ſociis ſtudioſis litterarum, in fora & compita Mediolanenſia itabant, verbaque faciebant ad circumfuſam plebeculam. Unius ex his comiti ut ſibi eſſe liceret, precario à P. Rectore obtinuit. Tum ipſe circumire vicos, cogere multitudinem, aberrantes orare ut ſocii ſui concionem audire vellent: & erat tam ſingularis ejus in orando humilitas, caritas, modeſtia, ut haud gravate ſequerentur. Dominicis feſtiſque diebus item in publico capita religionis Chriſtianæ ſponte ac libenter exponebat; friguſque, quod per id tempus Mediolani ſane erat acre, facile patiebatur. Cognorat quodam veſperi ſocium, qui religionis more vota ſuſcepturus erat, mendicatum per urbem iturum poſtridie: hoc enim ſui ipſius compeſcendi probandique cauſa tali tempore fieri in Societate conſuevit. Aloyſius ergo cum effeciſſet, ut ſibi illum comitandi poteſtas eſſet; præ magnitudine lætitiæ non ſe continuit, quin eodem veſpere, cùm (ut aſſolet) excutiendæ conſcientiæ omnes vacaviſſent, ad lectum illius ſocii hæc tamquam euangelia afferret. Poſtero die dum vicatim ſtipem cogit, multo maxima illum lætitia cæleſtis invaſit: itaque identidem, quaſi jubilans has per vicos iterabat voces: Etiam Dominus noſter Jeſus Chriſtus ad hunc modum ſtipem conquiſivit.

comitatur in foro concionaturum,

B *aliumque publice mendicantem,*

232 Alias item in veſte lacera mendicatum egreſſus, interrogatus eſt à nobili femina, ſpecie quidem ipſa levi ut quæ maxime; eſſetne unus è Patribus, qui ad ædem S. Mariæ Braydanam habitaret; ibi enim ſe noſſe quemdam ajebat. Poſtquam Aloyſius annuit: Heu! inquit illa, miſerum illum Patrem, en quo ivit ſe perditum? Quibus è verbis opportunitatem nactus, doctrinæ illi melioris lucem impertiendi erroremque demendi, magna vi divini ſpiritus cœpit differere; non eſſe illum Patrem, ut ipſa ſentiret, miſerum, ſed beatum; neque ad perniciem, ſed ad perfectam vitam deveniſſe: quin ipſam potius, quæ inter hujus ſeculi opes, atque (ut quidem appareret) multas delicias ætatem conſumeret, in miſero & infelici vitæ ſtatu, ſempiterni interitus periculis objectam eſſe. Quibus illa verbis commota, in præſens quidem ſuæ dementiæ graviter ingemuit, poſtmodum vero haud ſegniter ad virtutem mores ſuos correxit. Muneris ejus *h* fuit araneas circum collegium decutere, quo fungebatur ſane gnaviter. Ad hoc obſervabat, num quem Senatorem aut alium luculentum virum ambulantem reſpicere poſſet in periſtylio; tum vero ſubito prodire, perticâ cui ſummæ ſcopæ alligatæ erant, armatus; &, quò ab iis homo abjectus & nullius rei putaretur eſſe, ob eorum ora ad periſtylia mundanda incumbere: quod uſque eo illi ſolenne erat, ut quoties Aloyſium cum ſuâ perticâ egredi conſpicarentur, id Patribus argumento eſſet, externum quempiam aliqua auctoritate virum, in collegium veniſſe.

levem mulierem apte corrigit,

C

h *aranearum telas decutiendi officium ſibi vindicat,*

233 Epiſcopi nonnulli aliique Antiſtites prandium in collegio condixerant Rector, quo illis Aloyſii cognoſcendi locus eſſet, juſſit eum ſuper menſam concionem habere in triclinio. Hoc onus, ut erat in ſpeciem illuſtrium munerum, fugitans & latendi cupidus, deprecari optabat; ſed mandato Superioris minime refragari auſus, elegantem ſane, gravem, & eruditam de Epiſcoporum officio orationem habuit. Gratulanti deinde cuidam de felici concionis eventu: Sibi, inquit, eo die nihil accidiſſe lætius, quam quod publice, blæſum ſe eſſe ſit cognitum. Siquidem literam R, minus expedite proferebat. Crebro veniam poſcebat delicta ſibi objectantibus in triclinio os præbendi: quod quidem in collegio Romano, indignatus laudari ſe, cum argui vellet, jampridem intermiſerat. Quia vero, ut erat fere ejus animus in Deo, ab obviis ſe ſalutari minime ſentiebat *i*; de eo palam admonitus, multis ſuperbiam ſuam damnavit, ac deinde diligentiſſimus in hoc genere fuit; atque ita ſtuduit mentem ſuam Deo conjungere, ne tamen ſuo humanitatis officio deeſſet. Singulare univerſo collegio ſubmiſſionis, modeſtiæ, obedientiæ, ſtudii, diſciplinæ religioſæ ſpecimen erat: & quando eo loco ducebatur ab omnibus, nemo non eximia ejus virtutis fiducia pietatiſque ſenſu in ejus familiaritatem ſe immergebat; etſi ipſe, ut erat quiſque in Dei cultu ferventior, ita libentius ſe ad eum applicabat: nimirum ut de pietatis officiis conferens, viciſſim illius cæleſtis gaudii particeps eſſet.

blæſum ſe agnitum gaudet,

& de erratis moneri.

i

E

234 Eo vita functo, Bernardinus Medicæus, vir non minus dignis religioſo homine virtutibus, quam natalium claritudine illuſtris, & Aloyſio perfamiliaris, Mediolano ad me ſcripſit in hunc modum: „ Aloyſius, Frater noſter longe optimus, „ confirmavit mihi, conſtantiam & perſeverantiam in „ exiguis rebus, ſibi imprimis cordi eſſe, & hanc eſſe „ proficere cupienti virtutem maxime neceſſariam. „ Igitur in actionibus omnibus ſuis ordineque quotidiano, uno tenore ſe gerebat. Rem periculi plenam eſſe ajebat, affectum ducem ſequi. Tutam „ viam eſſe, quam cognitionis rationiſque lumen oſtendat: quare animo laborabat, ut mentis ſuæ „ lucem factis æquaret: negabat tamen ſe umquam „ eò uſque poſſe progredi, quò illa monſtraret: quanto enim plus operæ conferebat, tanto plus illi lucis oriebatur. Deſiderabat ardentiſſime adverſa perpeti; ac mihi aliquando negavit, ſe clarius cujuſpiam ſanctitatis documentum poſſe reperire, quam „ ſi eum bonâ conſcientiâ in malo eſſe, hoc eſt, ſi „ innocenti gravia ſuſtinendi materiam Deum objicere videret. De omnibus ex animo bene ſentiebat; delicta tamen, quorum erat manifeſta pravitas, minime approbabat; ſed, quod licebat, in „ meliorem partem interpretabatur. Ceteros de ſuis „ erratis ſingulari officio & prudentia admonebat, „ & viciſſim orabat admoneri de ſuis. Quidquid ageret, pietatem, caritatem, prudentiam præſtabat; „ levitatem numquam. Toto tempore, quo illo ſum „ uſus, nullius perturbationis motum in eo vel primum animadverti, nihil in ejus moribus quod notam mereretur; numquam illum vel in minima re „ vidi ex induſtria labi, nullam umquam Religionis „ legem negligere. Erat quidem ille in omni virtutum genere ſingularis, ſed in eo præcipue, quod „ in tanta virtutum copia nulla in re ſingularis eſſe „ videretur: quam equidem virtutem longe omnium „ eminentiſſimam eſſe judico. Atque hæc mihi jam „ quidem de illo ſuccurrerunt. „

XXVI *Confirmantur hæc litteris Medicæi,*

F *prudentes ejus ſententias quaſdam memorantis;*

235 Eodem temporis ſpatio ſermo per collegium fuit, Aloyſium excellentiſſimo precandi munere pollere, neque umquam inter orandum à Deo abduci: idcirco Achilles Galiardus, vir doctrina & auctoritate præcellens, non ſemel in ſermonem cum eo ingreſſus de rebus cæleſtibus, ad

item teſtimonio P. Achillis Galiardi,

A. VIRG. CEPARIO

rationem etiam mentem Deo perfecta caritate jungendi (quam vulgo, Viam unitivam; Theologi, Theologiam mysticam appellant) tandem devolutus est. Ibi liquido cognovit, super alia dona multo maxime eximia, quibus sanctus ejus animus cumulatus erat divinitus; etiam cum Deo incredibili quodam modo conglutinatum esse, & mysticæ Theologię fructum haurire quotidie; circa divinam illam caliginem, de qua magnus Dionysius Areopagita præcipit, versari; illam complexum esse, illâ frui, in illa longissime provectum esse. Itaque comperto, tantas virtutes, tamque sublimis fastigii, quantum vix mortalis conditio recipit, tam altas in adolescentis animo, qui vix quartum annum in religione egerat, radices fixisse; jamque suo quidem judicio eum gradum tenere, quem rari admodum, iique perfectæ & consummatæ religionis viri, non nisi inusitato quodam Dei præsidio, attingere soleant; ingens ipsum simul admiratio gaudiumque complevit.

ejus cum Deo conjunctionem notam habentis,

236 Quia vero plerique omnes, qui tantos in hac se Deo devinciendi disciplinâ progressus habent, ad aliorum procurandam salutem dolenter descendunt; proculque ab hominum strepitu cum Deo

B

fere, in ejus contemplatione alte defixi, versantur; tentandi causa subjecit; mirari se, hujusmodi functionem mentis non perinde ipsi, ac pugnantem cum Societatis instituto, suspectam esse: quippe cùm hujus sit, promiscuo, cum omni hominum genere congressu convictuque, animorum saluti studere: at vero mystica illa cum Deo necessitudo, nullius utilitatis obtentu, hominem ad hominum cœtus dimittit; sed agendi curâ aliis relictâ optimam partem, quæ in contemplando sita est, eligit. Huic respondit Aloysius, se quidem si hæc, quæ diceret, in animo suo effici sentiret; ab eâ, velut suis rationibus alienâ, consectandâ refugiturum. Quod responsum multo etiam magis illum obstupefecit: intellexit nimirum, admirabili quodam Dei beneficio, utramque eum inter se rationem junxisse; sic ut neque illa, quæ Deo perfruitur, alteram impediret, agendi studiosam; neque hæc, illam distringeret; adeoque in altissimo positum esse consuetudinis cum Deo statu, qui amore & perpetuâ nostræ mentis ad ejus voluntatem conformatione fit: nempe cùm animus, amoris vi elatus in Deum, cognito quanto zelo flagret salutis animorum, è faitigio illo, in quo per

C

beatum otium Dei se cogitatione pascebat, ejusdem amoris stimulis ad negotium curamque opitulandi hominum animis redigitur. Igitur ex eo tempore numquam Achilles desit hoc tam notabile donum, Aloysio tributum divinitus, prædicare; idque triplici scripto ac jurejurando confirmavit.

qua tamen nihil impediretur

vacare proximo suo.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Quæ hinc sequuntur usque ad num.* 226, *latina feci ex editione Ceparii Placentina, multum hic diversa ab editionibus prioribus.*

b Helenam Aliprandi *vocant testes* II *ac* III, *& passim alii Scriptores. Ego brevitatis & claritatis causa idem nomen deinceps in contextu infero, ubi de ea mentio fit, quamvis absit ab editione Italica.*

c *Nomen ei* Joannes Antonius *apud testem* III: *qui simul totum negotium, de quo hic, paucis ita complectitur*: Effecit quoque Aloysius, ut Marchio Rudolfus, qui falso credebatur à populo in concubinatu vivere, tolleret scandalum istud, manifestando matrimonium, quod legitime contraxerat cum Domina Helena Aliprandi, atque eatenus justis de causis celaverat mundo. *Hæc eadem ita exprimit testis* II: Compulit Aloysius Marchionem Rudolfum, ut palam faceret matrimonium, quod inierat quidem cum Domina Helena Aliprandi, sed ea putabatur pro concubina uti, quia inierat illud secreto, legitime tamen, juxta mandatum Concilii Tridentini, cum facultate & permissu Ordinarii. *Et prosequitur testis* III, Memini quoque illo die, quo publicatum mane fuit prædictum matrimonium, simul pransos esse in palatio, quod foro adjacet, Marchionem Rudolfum, Marchionem matrem ejus, Dominam Helenam, Dominum Joannem Antonium patrem ejus, B. Aloysium & ejus Socium. Et Aloysius (*addit testis* II) Principes consanguineos, de matrimonio edoctos, permovit etiam ipsos ad probandum factum.

D

Publicat matrimonium fratris

eatenus clam habitum.

d *Quorum alter* Joannes Vincentius Gonzaga, *Gregorio* XIII; *alter* Scipio Gonzaga, *à Sixto* V, *creati. Prior obiit anno* MDXCI, *posterior biennio post: ille natus Panormi, dum pater Ferdinandus, Molfettæ Princeps, ibi pro Rege Catholico Siciliam administrabat, anno* MDXL; *hic anno* MDXLII, *Carolo Marchione, Gazzuli & S. Martini Domino, atque Æmilia ejusdem Gonzaghii nominis Marchione. Natale ei solum, nisi fallor, fuit ipsum Gazzulum, in ditione paterna & agro Mantuano: certe ibi in lucem prodiit frater ejus Annibal, notiori nomine, quod in Ordine Minorum assumpsit*, Franciscus; *de quo supra dictum est pluries.*

E

e *Præmissa paucioribus sic narrat testis* III, *modo citatus*: Rogatus quoque Aloysius à Marchione matre, pulcherrime dixit pro concione in oratorio, quod de Disciplina cognominatur, magno ardore discurrens, ac morose expendens, quantum Christus Dominus pro salute nostra egerit ac passus sit: tum exhortabatur concionem, cujus ego pars fui, & omnia coràm audivi; ut die sequenti sacrosancto Eucharistiæ cibo reficerent animas suas; tulitque communem ab omni populo approbationem. *Dies ille, ut testis* II *deponit*, Dominicus erat antecinerialis, quam Ecclesia Quinquagesimam nominat; atque exhortatione sua effecit concionator, ut forte nongenti homines ad mensam divinam accubuerint: voluitque ipsemet ministrare Sacerdoti ad aram facienti, & populo pie communicanti, cum magna consolatione, tum sua, tum populi ipsius.

Dicit publice pro concione.

f *Id est, die* XXII *Martii, uti habet prima editio Itala: at Placentina ponit diem* XII *ejusdem Martii; an correctione Auctoris, an errore typothetæ, haud equidem scio.*

F

g *Philippo Rinaldi, qui in processu Romano in specie deposuit testis* XXIV, *à nobis etiam non uno loco citatus. Is enim inter alia hæc testatur de se*: Quo tempore ego rexi collegium nostrum Mediolani, vigebat ibi adhuc recens memoria Aloysii virtutumque ejus, de quibus passim cum admiratione audientium in congressibus nostrorum sermo incidebat. Curavi autem ego res ejus varias à variis conscribi, conscriptasque misi Romam ad P. Virgilium Ceparium, qui eas deinde inseruit historiæ, quam de gestis Aloysii vulgavit, illo capite ubi tractat de habitatione ejus in collegio Mediolanensi. Caput illud ego ipse postea perlegi, contuli cum adversariis meis, atque eadem utrobique comperi. *Capitis initium in editione Itala prima, quam vidit Rinaldus, ducitur à numero hoc nostro* 228.

Mediolani acta.

De mora ejusdem religiosisque exemplis, quibus Mediolani præluxit, ita etiam testis Castell. XIV: Intellexi ex P. Hieronymo Belli, P. Petro Cottono Gallo, Regis Franciæ Henrici IV concionatore, ac P. Tobia Bastone, Societatis nostræ Sacerdotibus, Aloysium studuisse aliquot mensibus in collegio Mediodio-

A diolanenſi, in quo illi tunc temporis commorabantur, & more Sanctorum vivendo omnes loci incolas in ſui admirationem & ſtuporem traxiſſe: eumdemque vitæ tenorem deinde Romam reverſus, me præſente, *inquit idem teſtis*, in reliquo Theologiæ curriculo, uſque ad obitum ſuum, conſtanter ſervavit. *Ita ille de commoratione Aloyſii Mediolanenſi ultima anni* MDXC, *quando pridem religioſus erat ac Theologiæ operam dabat. Verum an teſtes citati omnes de illa ultima commoratione intellexerint dicta ſua, haud equidem affirmavero. Cottonus certe videtur potius anno* MDLXXXV *habitaſſe Mediolani, quando ibidem fuit Aloyſius, Religionis candidatus atque auditor Philoſophiæ; quam anno* MDXC, *quando pridem ille admiſſus fuerat in Religionem, & penultimum quadriennii annum ibi ſacræ Theologiæ impendebat. Ut ut tamen id eſt, nihil ſanctitati detrahet Aloyſii, quin imo, ſi de diverſorum temporum habitatione locuti cenſeantur fuiſſe teſtes prædicti, major inde reputabitur & ſtabilior virtus ſanctitasque ejus, quia pluribus annis, eodem tenore vitæ, continuata fuerit.*

h *De hoc Aloyſii munere pauca notavi etiam, inter alia ejus detracti animi exercitia, ad libri 2 caput 6, Annot.* a, *verſus finem.*

B i *Hac etiam de re meminimus ſuprà.*

CAPUT XI.

Aloyſii reditus Mediolano Romam & conſummata perfectio.

XXVII *De morte ſua edoctus divinitus,*

237 ERat jam beatus Adoleſcens, pro tot ſuis virtutibus, æternæ gloriæ maturus; quippe vita, quam in terris inter mortales angelicum in modum ſemper coluerat, dignum eum cælorum domicilio Angelorumque ſocietate reddebat: quando Deus indicium fecit, velle ſe eum ad præmia, quæ tam brevi ſpatio quo vixerit, tanto ſtudio & labore ſit promeritus, capienda, ad ſe accerſere. Etenim cùm Mediolani etiam moraretur, paulo amplius anno priuſquam abiret è vita, matutinæ orationis tempore, cùm totam animi mentem intendiſſet in Deum; ille eam intus quadam luce perfudit, in qua manifeſtò cognovit, paucos quibus eſſet victurus, dies ſupereſſe; atque inſuper præceptum accepit, ut inſtanti anno quam poſſet perfectiſſime, animo ab omni mortalium rerum ſtudio divulſo, Deo ſervire; & majori quam adhuc cura, omni ſeipſum virtute interius exteriuſq; adornare ſtuderet. Mente ad hunc modum illuſtrata, mirifice ſe mutatum, & longe quam antea longius affectum ſuum ab his fluxis rebus diſtractum eſſe ſenſit. Hoc Dei oraculum, præter Vincentium Brunum paucoſque alios, quibus Romam reverſus aperuit, ceteros omnes celavit. Interea, proinde ac erat ſolitus Theologiæ ſtudiis invigilabat: tametſi, quod ſibi intimas quaſdam faces aſſiduo admoveri ſentiret, ut cor totum in Deo figeret, minus jam animum ad ea applicare iiſque oblectari poterat.

C *optat eâ Romæ defungi*

238 Ceperat eum cupido Romam, ubi ſpiritûs religioſi primitias déguſtarat, redeundi; totque notos & cæleſtium rerum ſocietate ſecum conjunctos reviſendi. Sed quoniam cavere inſtituerat, ne alterutram in partem umquam magis propenderet animo, cupiebatque rem integram Superiorum arbitrii eſſe; hoc etiam ſuum deſiderium occultum habebat. Placuit nihilominus Deo, ut tot adoleſcentibus quibuſcum in collegio Romano ſacra illi neceſſitudo interceſſerat recreandis, eò remigraret. Igitur Præpoſitus Generalis, ubi videt negotia omnia, quorum gratiâ in Galliam Ciſalpinam miſſus erat, confecta eſſe, & elapſâ hieme opportunum itineri faciendo tempus adveniſſe; præſertim cum P. Bernardinus Roſignoli *a* collegii Romani Rector, ſtudio ſpiritualis commodi tot adoleſcentum, qui ex ejus aſpectu & conſuetudine plurimùm profecturi eſſent, idem enixe oraret; eum tandem Romam revocare ſtatuit; mihique datur negotium, ut primus eum per litteras faciam de hoc decreto certiorem. Quo nuntio accepto tantam lætitiam animo cepit, ut veritus ne mediocritatis cancellos excederet, à P. Bernardino Medicæo poſtularit, uti pro ſe ſacrificaret; Deumque precaretur, ſi ad majorem ipſius numinis gloriam faceret, ne fieret hujus ſui voti compos. Accepto non ita multo poſt ab ipſo Præpoſito Generali mandato, ut rediret; litteras ad complures dedit, plenas egregiæ cujuſdam voluntatis notis, quibus cauſas afferebat, quamobrem tantâ Romæ ætatem agendi cupiditate teneretur. In iis, quas ad me dedit, ſic ait: „ Credo equidem non eſſe difficile tibi perſuadere, quantum voluptatis afferat „ mihi, quod Romano collegio ſim deſtinatus; licet atque meos, qui iſtic ſunt Patres Fratreſque ſpirituales aliquando reviſere. Interim enim ſtabit „ mihi illa conſuetudine frui, quam mihi tecum aliiſque familiaribus, multo etiam quam antea fructuoſius Deo opitulante inſtauratum iri confido. „ Quæſo, ut iis ſingulatim me commendes: nam toti collegio Romano communiter ex toto corde, „ & mente, & animo, totoque affectu me commendo. „ Aliam cauſam perſcripſit ad [Gaſparem Alperium] ſui quondam tirocinii ſocium; quicum agens de primo illo nuntio, quem de ſuo Romam reditu jam decreto acceperat, ita loquitur: „ Cui „ quidem tanto libentiori animo, ſimul revocatus „ fuero, morem geram; quod, ſi nobis patria eſt „ ſuper terram, nullam equidem aliam agnoſcam „ præter Romam, ubi genitus ſum Chriſto Jeſu. *b* „ Perlato ad eum mandato, ineunte menſe Majo anni MDXC, [comite P. Gregorio Maſtrillio & aliis] itineri ſe dat; in eoque eamdem, quam in ceteris, vivendi rationem ſecutus eſt. Comitibus & cæleſtem voluptatem efficiebat, & anteibat exemplis. Ii cùm cernerent, quantum quidem in ipſo eſſet, ſilentio plerumque fere uti, & animo quaſi à ſenſibus abſtracto eſſe; dabant operam, ut eum à continua commentatione avocarent.

a A. VIRG. CEPARIO

eóque ultrò revocatus,

vehementer lætatur

E

b

ac proficiſcitur an. 1590

F

239 Gravis per id tempus annonæ caritas Italiam inceſſerat. Igitur tum alibi per vias, tum præcipue in Apennino, qui hodie Hetruriam à Gallia Ciſalpina diſterminat, homines egenos paſſim famæ confectos offendebant. His conſpectis, Pater quidam Aloyſio; Magno, inquit, beneficio nos Deus affecit, cum nos in ſimili ac iſtos inopiâ naſci noluit. Cui ille veſtigio reſpondit: Majus vero eſt, quod in Turcarum ditione nati non ſumus. Videbatur ſibi Aloyſius ab his Patribus plus æquo obſervari, & pro eorum in ſe caritate accuratius haberi; idcirco alium quemdam Patrem convenit, oſtenditque in deſiderio ſibi eſſe, aliis comitibus qui nullam ſui rationem haberent, viam confiteere. Delatum Senas cupido tenuit in ſacello S. Catharinę Senenſis Euchariſtiam capiendi; quod, cum inibi Sacerdoti è Societate miniſtraviſſet, multo pietatis ſenſu facere datum eſt. Rogatus in collegio Senenſi, ut apud adoleſcentes, qui ſunt in Sodalitio Virginis Matris, verba faceret; poſtquam condixit operam, in odeum ſe recipit. Ibi ante ſacram Euchariſtiam, nullo inſpecto libro, pauliſper me-

inter pia colloquia.

Senis ad Sodales verba facit,

A. VIRG. CEPARIO ditatus ac deinde regreſſus in cubiculum, quæ conceperat animo, compendio annotat. Habuit ſermonem, ad pietatem tam appoſitum & efficacem, ut ex ea juventute, quæ ejus conditionis ac loci haud erat ignara, pluribus deſiderium fortunæ ſpernendæ & complectendæ Religionis incuſſerit. Ejus ſermonis exempla multis poſtea tribuenda fuerunt, inſtantius efflagitantibus: & Concionator quidam de Societate ipſum beati adoleſcentis autographum, ſuæ in illum pietatis monumentum, hodieque conſervat *c*. Poſtquam ad extremum Romam devevit, communi Sociorum omnium Romani collegii gaudio & hilaritate acceptus eſt; quos ejus videndi, alloquendi, ſanctiſſimoque convictu fruendi ſatietas nulla capere poſſe videbatur.

c *Romamq; appellit,*

240 Sapientis ſententia eſt in Proverbiis, vitam juſtorum hominum, quam ipſe ſemitam nominat, eſſe inſtar reſplendentis lucis; quæ à maligno lumine diluceſcentis atque albentis auroræ exorta, aliâ atque aliâ claritate ſemper augeſcit, donec in perfectum diem, quem in cæli ſummo vertice conſtitutus ſol efficit, tandem evadat. Talis fuit B. Aloyſii ſancta vita. Eluxit in ea, jam ab anno ætatis ſeptimo, candor quidam innocentiæ; neque poſtea umquam deſiit plus illi pluſque fulgoris accedere, quando ex una virtute ſemper progreſſus ad aliam, novis quotidie bene promeritis novaque divinitus luce ſemper inclaruit; donec in tantum decus ſplendoremque emicuit, ut non modo perfectum diem aſſecutus, ſed etiam, quod de Philippenſibus dixit Apoſtolus, ipſemet luminare lucens in mundo factus eſſe videretur. Quod ſi vero fuit ullum tempus antehac quo talem ſe præbuit, certe hoc poſtremo ſuæ ætatis anno, iis qui familiariter cum eo vitam degebant, conſpicuum harum rerum ſpecimen dedit. Siquidem relucebant in eo conſummatæ virtutes, totoque animo & affectu in cælo potius quam in terra poſitus, vitam quaſi ecſtaticam atque ab omni rerum fortunæ ſubjectarum ſenſu abhorrentem vivebat. Ut venit Romam; Jam pridem, ajebat mihi, eſt poſtquam mortuos meos ſepelivi; non eſt quod de illis præterea mihi curæ ſit: tempus modo eſt, ut ego mihi de altera vita cogitem. Non multo poſtquam advenerat, defert ad P. Rectorem ſcripta omnia, cum theologica tum aſcetica, atque inter illa quædam, quæ ſuopte marte in S. Thomam, ſane quam erudite erat commentatus. Percunctanti Rectori, quid ita ſcriptis theologicis, quibus illi opus eſſet, ac præcipue his quæ ipſemet elaboraſſet, ſeipſe privaret? Id propterea ſe facere reſpondit, quod in hæc ſeorſim, velut ingenii ſui partum, nonnullo ſe amore ferri ſentiret; ceterarum rerum mortalium nullo amplius teneri; voluiſſe his ſe etiam orbare, ut animum ab omnibus porro ſejunctum haberet.

XXVIII Prou. 4. *jam conſummatus in virtute;*

B

ibi omnibus ſe exſpoliat,

C

241 Adhæc accuratam quamdam in exploran- *mores proprios accurate diſcutit,* dis perfectæ vitæ officiis ſubtilitatem erat adeptus; quam à Religioſis omnibus, non modo mandari memoriæ, ſed etiam factis exprimi, par ſit. Nam omnibus fere hominibus, quoties in præſtantium virorum, atque eorum præcipue quorum in poteſtate ſunt, ſe amore & gratia præcipua eſſe intelligunt, naturalis quædam geſtientis ſibique palpantis animi dulcedo ſurrepit; quod illi, hoc velut evidenti teſtimonio ac documento, ſe in ipſorum moribus acquieſcere demonſtrent: itaque ſæpenumero de eo nonnulli non modo ſibi gratulantur, ſed in familiarium quoque congreſſionibus meminerunt. Longe alia Aloyſio mens erat. Uſque eo ſiquidem omnem ſui ipſius amorem extinxerat, & ne cujuſquam animus ad ſe potiſſimùm adhæreſceret deprecabatur; ut ne à Superioribus quidem ſe peculiari amore vel obſequiis affici ſuſtineret. Si quis ſe eum præ ceteris diligere ſignificaret, non reſpondebat amori, & dolorem animo capiebat. Idcirco qui ipſum regebant, quo ei gratificarentur, non pluris ſe eum quam ceterorum quemvis æſtimare monſtrabant. Cum in omni conſuetudine affabilis ante alios fuiſſet, tum per hoc tempus nihil illo comius, nihil erga omnes ſuavius fieri poterat: adeo immenſa & communi quadam caritate omnes amplectebatur. Ergo certatim ad eum, de Deo, de felicitate cæleſti, de perfectione virtutis, remiſſionum tempore differentem audiendum, concurſus fiebant. Equidem & expertus ipſe, & aliorum ſermone ſum edoctus, ab ejus congreſſu inflammatiores multos, quam ab ipſa oratione diſceſſiſſe. Si quos erat nactus, quibus confidenter ſe abſque arbitris indicare fas eſſe ſciret; eis tam divinos ſui pectoris affectus expromebat, ut eis admiratione perculſis, ſimul ingemiſcendi, ſimul tàm inuſitatam cum Deo conjunctionem venerandi cauſam daret.

D

ſocios ad perfectionis ſtudium excitat,

242 Quocumque ſe ferret, numquam præſentis & ſua omnia arbitrantis Dei memoriam deponere: Dei amore ſic flagrare, ut ſive à legente ſuper menſam, ſive à ſermocinantibus ejus mentio fieret; eveſtigio mens ei cæleſti voluptate diffloreret, palamque ejus ſignum daret toto vultu inflammato, & loquendi facultate tantiſper inhibitâ. Id cum alias evenit, tum aliquando inter menſam, cum neſcio quid de divino amore legi audiſſet, ſubito ſenſit ex intimo pectore velut flammam erumpere, cujus vi ab edendo ceſſare coactus eſt. Ea res nos, qui eamdem menſam circumſedebamus, advertit. Ergo rei ignari, ac veriti ne graviter affectus eſſet, intenti in eum oculos defigimus; interrogamus, ſatin' recte haberet. Ipſe, qui tum quidem nullum verbum facere poſſet, ſeque deprehenſum eſſe ſentiret; tanto magis verecundatus, oculos dejicere, lacrymæ prorumpere, facies ardere, pectus ſic intumeſcere, ut eſſemus in metu, ne qua ejus vena rumperetur; omnes ipſius miſeratione commoveri: extrema tandem menſa pedetentim ad ſe rediit. Erant, quibus cum hæc eſſent cognita, ut erubeſcentem viderent, de induſtria in ſociorum circulis ſermones de Dei in humanum genus caritate inferebant: alii contra, ne quam corpore aut moleſtiam aut noxam conciperet, hujus generis colloquia interrumpere ſtudebant. In exedris & ambulacris ſpatians, tam longe animum abducebat à ſenſibus, ut eum deditâ operâ ſalutandi cauſa præteriens ſæpe fefellerim. Ibidem Coronas Virgini Matri recitabat, pietatis officia frequentabat intervallis, modo ſubmiſſis genibus, modo erectus: & tamen affectationis notam, quæ alteri hæc factitanti facile hæſiſſet, apud omnes evitabat.

E

mentem continuo defixam in Deo tenet,

F

243 Hoc anno lectioni rerum ſacrarum horam ſingulis diebus deſignatam habebat. Multum teneri videbatur legendis Soliloquiis S. Auguſtini, vitâ B. Catharinæ Genuenſis, Sermonibus in Cantica S. Bernardi, præcipue vero epiſtolâ quæ inſcribitur; Ad fratres de monte Dei, quæ inter opera S. Bernardi legitur. Eam tanto ſtudio volutarat, ut prope ediciſſe videretur. Inter legendum, excerpebat atque annotabat reconditas quaſdam de pietate ſententias, quas poſt ejus mortem ipſius manu deſcriptas reperimus. Menſe Novembri, anno MDXC, quartum jam annum theologiam ſtudere incipientem, Rector cubiculum ſeorſim à ſociis habere compulit: ibi ille age-

multiplicat lectionem librorum piorum.

re,

A re, uti ſibi in modico quodam domus angulo, vetuſto, atro, humili, anguſto, unicâ in tecto feneſtrâ, habitare liceret; qui ſcalis imminens, præter vilem ejus lectulum, ſellam ligneam & ſcabellum, in quo eodem & precanti & ſtudia tractanti nitendum erat, nihil admodum capiebat. Itaque quod eſſet arctæ cuſtodiæ quam cubiculo ſimilius, nemini antea ſtudioſo attribui conſueverat. In eo loco cum eum aliquando viſitaret Pater Rector; exultantem, & perinde de exiguo illo tugurio atque de amplo palatio gaudentem offendit. Itaque per jocum dicere illi ſolemus, quemadmodum S. Alexius infra, ſic ipſum ſupra ſcalas, pauperis in modum diverſari voluiſſe. Ad ſummam, ita omnes ſanctitatis partes explebat, ut complures ejus Superiores, contubernales, ac condiſcipuli jurejurando aſſeverarint, à nemine quoquam vel venialis culpæ compertum eſſe. Qui confitenti dabat operam, negabat ſe umquam, niſi novo ex ejus confeſſione hauſto lumine, ab ſe dimittere. Alius Pater, item juratus affirmat, ſe, qui duos plus minus annos eodem quo Aloyſius cubiculo ſit uſus, cumque in mandatis uterque in collegio Romano à Rectore habuerit, uti alter alterum de vitiis, ſiqua in eo animadvertiſſet, pro caritate commonefaceret; toto tamen biennii ſpatio, quo Aloyſium perpetuo in oculis, atque omni familiaritate & quaſi neceſſitudine connexum habuerit, nihil umquam ab eo commiſſum obſervaſſe, in quo vel umbra alicujus delicti reſideret.

humile ſupra ſcalas cubiculum optat;

immunis à peccatis, etiam minimis;

B

244 Erant hujus ſancti adoleſcentis compoſitiſſimi affectus; in continendis in ſua ditione ſenſibus, ſumma vigilantia; arctiſſima cum Deo ſocietas, ceterorum hominum ad immortalem ſalutem, ſuorum ſodalium ad ſupremum omnis ſanctimoniæ culmen provehendorum, ardentiſſima cupiditas: denique, ut breve faciam, abſolutæ innocentiæ exemplum, & erat, & domi foriſque audiebat. Sacerdos quidam concionator, tam exquiſitam ejus ſanctitatem tantopere venerabatur, ac prope horreſcebat; ut, cum neque opportunitas, nec voluntas ei deeſſet; tamen quâdam reverentiâ impeditus, ad eum ſe adjungere, atque in ejus congreſſum dare ſemper abſtinuerit. Paucis ante menſibus quam in ſupremum morbum incideret, ingenti cæleſtis beatitudinis deſiderio rapi ſe ſenſit: quo tempore crebro, ac libenter, de

& abſolutæ innocentiæ exemplum;

C morte loquebatur. Solebat inter alia dicere, quo longius vitam extraheret, hoc ſe magis de ſalute ſua trepidare. Itaque ſi longinquior ſibi vita contingeret, & venientibus annis, majoribus etiam occupationibus implicaretur, initiareturque Sacerdotio, longe etiam de ea incertiorem fore. Cauſam reddebat: fore enim ut Deus à Sacerdotibus, quorum eſt, ſtatas ei preces ferre & ſacra facere; ac multo magis ab iis qui præterea hominum animos curent, pœnitentiâ luſtrent, conciones ſacras habeant, miniſtrent Sacramenta, alios gubernent, accuratam rationem repoſcat; in eo vero ſtatu, in quo tunc verſaretur, cum necdum ad ullos ſacros Ordines evectus eſſet, neque graviora negotia ſuſtinuiſſet, ac proinde plurium culparum cauſas procul adhuc haberet; melius ſe de ſuo exitu confidere; ſi igitur Deo videretur, minime ſe hac ætate mortem reformidare. Hujus illum voti com-

mavult ante Sacerdotium ſuſceptum mori.

d potem, tempore (ut dicam) oblato, Deus fecit *d*.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Nomen hoc, uti & paulo poſt ſequentia*, Gaſpa-

ris Alperii, & Gregorii Maſtrillii, *abſunt ab editione Romana, leguntur in Placentina.* ANNOT. C. J.

b *Tertiæ item epiſtolæ, ſub hæc ipſa tempora, aut forte paulo prius ſcriptæ, mentionem facit teſtis Caſtell.* VI, *& varia ejus caritatis officia, ægrotantibus in noſocomio domeſtico præſtita perſtringens, ita orditur depoſitionem ſuam:* Scio, profectum Caſtellione Aloyſium juſſu Patris noſtri Generalis, veniſſe Mediolanum; & commorantem ibi in collegio Braydenſi, proſecutum eſſe ſtudia theologica, nec non ſtudia pietatis & caritatis ſibi conſueta, atque iſto in collegio ſuaviſſimum ſanctitatis ſuæ odorem reliquiſſe omnibus; quem ego poſtea Mediolani etiam tum fragrantiſſimum ſenſi. Dum autem iſtic habitabat ille, & ego Romæ, dignatus me fuit litteris certiorem facere de modo valetudinis ſuæ: & ſcio, inde revocatum à Patre Generali, menſe Majo anni MDXC, iter feciſſe cum P. Gregorio Maſtrillio & altero Socio; ex quibus reſcitum eſt, ſanctiſſimo modo & exemplo totum illud iter confeciſſe, ac tandem Romæ exceptum fuiſſe à cunctis Patribus Fratribusque incredibili gaudio.

Redit Mediolano Romam:

Audiamus Gregorium ipſum, qui Neapolitanus natione, Profeſſus Societatis, Concionator excellens, & in domo profeſſa Romana Vicepræpoſitus *erat, cum in proceſſu Romano in genere*, anno MDCVII die III Octobris, *ſic depoſuit:* Quando ego & Aloyſius unà venimus Neapoli, atque iterum aliàs Mediolano Romam, in diverſoriis paſſim, ſimul atque ingreſſi fueramus, conjiciebat ſe inter lectum aliquem & murum, atque ibi ſe dabat orationi. Comperi ubique apud omnes, qui juvenem noverant, vulgatam & firmam opinionem, qua ſanctitatem, virtutes atque angelicos mores ejus prædicabant; & quilibet intento digito dicebat cum admiratione, Viden' juvenem iſtum ſanctum: & ego (ut dicam quod res eſt) plus quam ullus alius fortaſſis, admiratus fui ſanctitatem ejus, conſiſtentem in perpetua abſtractione animi ejus à rebus creatis, & conjunctione cum Deo.

E

His interjectis, pergat citatus teſtis VI *deponere ſua.* Mediolano, *inquiebat*, dedit *Aloyſius* ad me litteras Romæ, quibus indicabat, cælum Mediolanenſe, contra Superiorum opinionem, nihil conducere valetudini ſuæ: quamobrem deſiderabat Romam reverti, non quidem ſtudiorum, aut alterius rei, aut etiam ſanitatis cauſa; ſed ut copiam ibi haberet miniſtrandi infirmis noſtris in noſocomio domeſtico, imprimis autem Patri Corbinellio ſeni, ac P. Petro Parra Hiſpano, qui etiam ipſe ſenio gravis & manibus mancus erat; cui præcidere Aloyſius panem, ac cibum in os inſerere ſolebat magna cum caritate; neque alius illo fuit magis ſolers & aſſiduus in hujuſmodi officiis: verſabatur enim, fere dixero perpetim, in valetudinario; & in partem gratiæ ponebat, ſi rogatus permittebam ei ſervire illis, qui maxime tetrici, impatientes & faſtidioſi miniſtrantibus erant: id autem & rogabat & faciebat exercitio virtutis. Aliàs, & crebro, ad idem valetudinarium ventitabat, ad ſternendam è morbo convaleſcentibus menſam, ad mundanda cochlearia & cultros, ad decorticandum aliquod malum toſtum, ad portandum miniſtrandumque decumbentibus ægris edulium, & alia ejus generis. Quanta porro caritate inſerviret pauperibus in hoſpitiis publicis, *dicetur infra cap.* XII, *& in Annotatis ad calcem hujus libri* 2.

ibique ſervit domi noſtris infirmis,

F

Mors porro ejus habuit modum martyrii; utpote quæ conſecuta eſt ex morbo, quem contraxit inter ſerviendum infirmis, graſſante contagioſa lue, in prædictis hoſpitiis: ubi tamen potius quæ-

& exteris in hoſpitiis publicis,

ANNOT. C. J. quærebat animarum ſalutem quam corporum; & dicere ſolitus erat, illos qui foris inter proximos iſtiuſmodi officia caritatis exercere cupiunt fructuoſe, prius exercere illa frequenter debere domi erga ſuos. Eò autem ſe extendebat caritas ejus erga ſalutem animarum, ut cuperet etiam ſanguinem vitamque profundere pro converſione proximorum ad catholicam fidem; nec ſinebat ſibi effluere occaſionem eos convertendi, ubi ubi illa ſe dabat.

Ex his porro atque aliis tanta erat exiſtimatio & reverentia Aloyſii apud Socios, ut eodem teſte, quandocumque ipſe horum congreſſionibus forte ſuperveniebat, omnes ilico componerent ſe, quemadmodum fieri aſſolet ſuperveniente Superiore: neque erat qui minus moderatum verbum loqui, aut geſtum facere eo præſente auſus fuiſſet. Inter hæc autem oculos mentis ſemper intendebat in Deum, & actiones omnes ad ejus gloriam dirigebat; hortabaturque etiam alios, idem ut facerent; & ſic hortantem ego ipſe in valetudinario ſæpenumero audivi. Infirmi vero ipſi mire deſiderabant crebro viſitari ab eo, quia multum illis afferebat conſolationis exhortationibus ſuis, quibus eos animabat ad
B toleranda æquo animo morborum incommoda, tamquam à paterna Dei manu ſubmiſſa. *Hæc ut teſtis ille, occaſione epiſtolæ Mediolano acceptæ, ſimul depoſuit, ita hic etiam ſimul referre placuit, eo magis, quod pleraque eorum ad ſequentia quoque hujus capitis pertineant.*

omnibus gratioſus.

c *Dictum eſt paulo antè, P. Gregorium Maſtrillium, qui per ferias jejunii verni magno fructu concionatus fuerat Mediolani, Aloyſio inde Romam itineris comitem fuiſſe. Is, in ſchedis Mss. à Ceparío relictis, legitur retuliſſe rem miram, quam inde ſic latine narrat in ſua Aloyſii vita Ms. P. Franciſcus Sacchinus, rogatu ipſius Ceparii.* Ad Alliam flumen, *inquit Sacchinus. Ceparius nomen proprium fluminis in ſcriptis ſuis non exprimit: neque ſatis certum eſt, qua fluxerit antiqua Allia. Potior ſententia eam locat in Sabinis: qua ſi tranſierit Aloyſius, Senis Romam iter habens; næ ille relictâ viâ regiâ & rectâ, transgreſſus Tiberim, per Umbriam & Sabinos longo circitu Romam venit. Si rectà per Tuſciam, viâ ordinariâ Romam contendit, ut veroſimile eſt; malim innominatum relinquere fluvium, quam certo nomine non certum alveum deſignare. Sed contextum Sacchini ſequamur.* Ad Alliam flumen (quod imbre vel modico ex circumjectis undique montibus, repentinis auctibus, ad hæc raptis ingentibus truncis ſaxiſque, ac cæcis voraginibus, periculoſe admodum intumeſcit) cum perveniſſent *Aloyſius & ſocii*; idque eſſet torrentius, & vadum, quod peritus dux oſtendebat, haud ſuperabile eſſet; narravit Gregorius Maſtrillius, conſpectum ab Aloyſio hominem (*monet Ceparius*, ab aliis quoque conſpectum fuiſſe) haud procul in diverſa parte, tamquam piſcandi ſtudio, ſæpius ultro citroque flumen pedibus trajicientem. Ad quem locum, monitu item Aloyſii, qui alibi ab torrente intrando dehortabatur, profectos, vadum reperiſſe facillimum: ſed hominem piſcatorem quæſitum, nuſquam apparuiſſe: nec ſe umquam dubitaſſe, quin divinitus accidiſſet indicium ob merita Aloyſii; atque adeo ipſemet Angelus ejus cuſtos, eo habitu vel demonſtraſſet vadum vel potius effeciſſet.

Per flumen vadum oſtendit

ignotus quidam & ſuſpectus.

C

d *Multa annotari ad hoc caput de perfectione Aloyſii conſummata poſſent ex variis teſtibus: niſi præcipua ſparſim jam dediſſemus aliis locis.*

D

CAPUT XII.

Magna caritate ægris inſerviens, morbum contrahit, quo tandem tribus menſibus contabeſcit.

245 ANnus MDXCI, ſæva lue, quam ex annonæ gravitate ubique conſecuta fames toti Italiæ afflaverat, longe infeſtiſſimus erat. Ea, Romæ præſertim, ingentem hominum vim, quæ ſpe benignitatis ex omnibus circum regionibus eo confluxerat, extinxit. Hanc communem calamitatem Patres Societatis Jeſu, omni ope atque operâ, qua impensâ de ſuo, qua ex aliorum liberalitate corrogatâ ſtipe, ſublevare laborarunt. Igitur non urbanis modo valetudinariis operam navarunt; ſed inſuper, rebus in ea neceſſitate ſitis, voluntate Claudii Aquavivæ Præpoſiti Generalis, novum quoddam in tempus aperuerunt: atque ipſe Generalis Præpoſitus, etiam ad hominum elephantiaſi obſitorum miniſterium ſe abjecit. Quo tempore B. Aloyſius, victu per urbem ægris egentibuſque ſumma hilaritate conquirendo, ſingulari ſua caritate magnam omnibus intuentibus mirabilitatem fecit: ſed tunc præcipue, quando (comperto nobiliſſimum quemdam Principem, quicum à puero amicitia illi & familiaritas erat, ac nonnullos pietatis igniculos alere ſenſerat, Romam negotiorum cauſa ad Gregorium XIV Pont. Max. adveniſſe) à Præpoſito Provinciali copiam oravit, ejus in habitu pannoſo & ſuſpenſa ex humeris mantica ſalutandi. Primùm enim, ajebat, ſe ſperare, eum in pauperes, qui in valetudinario jacerent, munificum fore: deinde, quandoquidem illo benevolenti comprimis ſemper eſſet uſus, par eſſe, ut aliquo pio officio gratiam referret: exiſtimare porro, ad ejus animum ſalutari rerum omnium mortalium deſpicientiâ imbuendum, non abs re futurum, ad illum in hoc vili ſchemate viſere. Exoratâ licentiâ, utrumque (uti mihi pòſt Principis Præfectus prætorio retulit) aſſecutus eſt: nam & eleemoſynæ in egenos nomine non levem ſummam abſtulit; & Princeps ipſe ejus adſpectu, laudabili dolore permotus, atque ad meliora accenſus, hanc demiſſionem plenis pietatis ſermonibus eſt proſecutus.

XXX

Graſſante fame

E

victum pauperibus emendicat

246 Quin & ipſemet adire valetudinarium, & ægrotis deſervire cum imbibiſſet; non niſi poteſtate à Superioribus, qui cunctantius eum audiebant, impetratâ, à ſancta quadam contentione obducendiſque ſociorum quibus id concederetur exemplis, conquievit. Ivit ergo, & ſæpius, una cum ſociis, quos inter Tiberius Bondius. Hunc cum neſcio quis admoneret, caveret diligenter, ne contagione malum contraheret; Se vero, reſpondit, qui ante oculos tanto caritatis impetu anteeuntem Aloyſium cerneret, ne objecto quidem mortis periculo ab eo labore deterreri aut velle aut poſſe. Hic idem Bondius per eoſdem dies, inſolitum quemdam fervorem ſenſit à divino Spiritu ſibi ſubijci; mirantibus ſimul gratulantibuſque hanc redintegrationem & ardorem novum animi, qui hominem ante cognorant: atque is ipſe primus ut mox referemus, eo morbo extinctus eſt. Ad ægros euntibus comitabatur ſemper Sacerdos quiſpiam, qui illorum Confeſſiones audiret; cum primis vero P. Nicolaus Fabrinus Florentinus, id temporis collegii Romani Miniſter, vir judicio pollens, religioſisque virtutibus & caritate abundans

F

valetudinario publico miniſtrat

cum ſociis, ſuo exemplo animatis;

A dans. Is cum ex interioribus Aloysii fuisset, postea cum Florentinum collegium gubernaret, quæ in valetudinario, quæque in morbo Aloysio evenerant, scriptis mandavit. Horrendum quidem erat moribundos homines, valetudinarium perreptantes, fœtidos fœdosque, & subinde in angulos aut de scalis exanimes prolapsos, animam exhalantes intueri. At vero in B. Aloysio ejusque Sociis species quædam enitebat ejus amoris, quo Cælites inter se junguntur. Ipsi ægros exuere, pedes abluere, lectulos reponere, in iis ipsos collocare, cibum ministrare, de pœnitentiæ sacris erudire, ad sedate ferendos dolores hortari: atque observavit Pater, quem paulo ante laudavi, Aloysium, ut esset quisque teterrimo aspectu, ita plurimum juxta eum esse solitum, sic ut ægre avelli videretur. His illi miserorum obsequiis, dum pro Christiana sua in eos caritate maxime tenentur; lues, ut erat contagiosa, aliquot è B. Aloysii sociis invadit; quorum princeps, ut ante memini, Tiberius Bondius, pie invidente Aloysio, in brevi discessit. Hunc jam animam agentem cum cerneret, Sacerdoti condiscipulo suo; Quam libenter, inquit, meam cum Tiberii conditione
B commutarem; &, si Deo placeret id mihi gratię facere, pro eo morerer! Patri nescio quid contra tendenti; id se, ait, idcirco precari, quod nunc habeat, cur se Dei gratiâ imbutum esse confidat; quid deinde futurum sit, nescire: proinde mortem sibi nunc volenti fore.

247 Neque diu Deus ejus preces audire cunctatus est. Nam cum eum Superiores ad illud valetudinarium, in quo jam multos gravi invaletudine tentatos videbant, redire vetuissent; neque tamen ille, pro suo sanctitatis amore, ut eodem remeatus daretur, instare cessaret; concessum tandem est, ut in valetudinarium, cui à Consolatione nomen est, In quo plerumque nulli sunt quorum morbi contactu vulgentur, se conferret. Ni-
& an. 1591 hilominus ipse etiam confestim in eumdem mor-
3 Martii bum cecidit, lectoque se dedit v Nonas Martii,
ex morbo anno MDXCI. Quo morbo ut se oppressum sensit,
decumbit: ratus, pro eo ac Mediolani à Deo cognorat, hunc postremum fore; incredibili lætitia circumfluere, eamque cum vultu tum moribus omnibus præ se ferre; illi vero, quibus Mediolanense illud oraculum crediderat, ex hac effusa hilaritate, brevi
C solutum iri corpore, augurari. Neque id eos falsos habuit. Ubi se tanto moriendi desiderio accendi sentit, subvereri cœpit, ne modum non teneret. Ergo ut id exploratum habeat, Bellarminum moderatorem suæ conscientiæ consulit. Postquam vero ab eo est edoctus amorem mortis, è cupiditate conjunctionis cum Deo profectum, dummodo in Dei potestate velimus esse, nihil habere noxæ; atque à pluribus, quique majorum, quique nostra memoria sanctitate floruerint, usurpatum esse; tum vero ille toto se animo cogitationi æternæ vitæ dedidit. Eo erupit vis morbi, qui pestilens febris esse credebatur, ut in septem diebus eum ad extremos vitæ fines adduceret. Ergo
die 9 ex- cum solicite pieque, ut cum maxime, animum
tremis mu- Confessione deterssilet; sacro Viatico & extrema
nitur; Unctione à Patre Rectore [Bernardino Rosignoli] munitus est; ipso cum maximo pietatis sensu solitas preces prolequente, ceteris omnibus qui aderant, de tam cari sanctique Fratris jactura collacrymantibus.

148 Ceterum, quia commoda adhuc valetudine utentem compiures è familiaribus, pro suo in eum amore sæpe congruebant, quod nimiâ pœnarum acerbitate, quibus corpus animumque affi- A. VIRG. CEPARIO
duo exercitum haberet, interitum sibi maturare videretur; ac fore prædixerant, ut, quod S. Bernardo evenisse legimus, vel in ipso vitæ exitu, hujus eum immoderati ardoris pœnitentia caperet: hunc ut omnibus metum eximeret, cælesti jam Viatico instructus, referto Sociis cubiculo, P. Rectorem rogat, omnibus suo nomine diserte affirmet, in hac quidem re nullo se scrupulo pungi; verùm id potius dolere, quod plurima omisisset, quorum potestatem Superiores facile concessuri fuissent: horum si voluntati obtemperarit, omnem animi sui angorem depulsum esse: ad hoc, nihil se umquam arbitratu suo, sed omnia eorum permissu fecisse. Adjecit & illud, nulla se ullius Religionis suæ legis umquam violatæ conscientiâ cruciari: quod idcirco ab eo dictum est, ne in cujusquam animo, qui ipsum plus aliquid & præter ceterorum consuetudinem facere vidisset, ullam offensionem, aut perperam sumendi exempli materiam relinqueret: quæ omnia majores etiam motus fecerunt animorum. Ingressum ad se P. Provin-

sub quibus profitetur nullo se scrupulo angi,

ob exercitas pœnitentias;

cialem orabat, sibi ut ejus veniâ flagello in se uti liceret: illo negante, tam infirmo vires ad cæden-
& vel tum flagellari se petit. dum suffecturas: At saltem, inquit, permitte, alius quispiam à vertice ad calces totum me converberet. Ne id quidem fas esse, respondet Pater: verberantem enim discrimen contrahendæ notæ ecclesiasticæ, quam Irregularitatem dicimus, aditurum. Cum hoc etiam præcidi videret, denuo instantius id unum flagitare, ut humi prostrato emori daretur. Tantus extremum etiam spiritum trahentem, crucis, pœnitentiæ, afflictationis amor obtinebat: sed ne id quidem datum est.

249 Jam prope constabat eo die, qui erat morbi septimus, vivendi finem facturum, quo ipso explebat annum ætatis tertium & vicesimum: verum Deo visum est, fractâ ac mitigatâ ejus vi, ægritudinem extendere: scilicet, ut pluribus virtutum exemplis, quibus dum lecto se tenuit, nobis præluxit, informaremur. Interea jam Castellionem usque Aloysium vixisse fama nuntiarat: jamque ei mater, & frater exequias fecerant; cum nuntius affertur etiam vivere. Ibi Rudolfus Marchio ejus frater, gaudio exultans, torquem aureum, quem forte è cervice gerebat, discerptum frustatim in circumstantes, cum nuntium acciperet, partitus est. Simul primus ille mali ardor deferbuit, hæsit xxx
Aloysio febricula lenta hectica, quæ trium men- F
sium spatio pedetentim illum absumpsit: quo tem- *eoque in* pore multa quidem ab eo præclare ad exemplum *hecticam* facta dictaque sunt; sed quoniam fieri non potuit, *declinante,* ut ex tanta tamquam varia hominum multitudine, quæ ad illum visendum venit, omnia colligerentur; quæ mihi quidem cognoscere licuit, pauca hic collocabo.

Fracta vi morbi,

250 Cum primùm in morbum incidit, compositus erat in lecto, cui velum erat obtentum è crassa undique tela, una cum storea, quæ seni cuidam
post varia destinata fuerant. Aloysius à Superiore petiit, ut,
virtutis submoto hoc velo, ceterorum more sibi jacere li-
specimina ceret. At ubi responsum est, neque ejus gratia positum esse, & inopi aptum ac rude esse, à quo religiosæ paupertatis infirmandæ periculum nullum esset, subito acquievit. Initio valetudinis mandarat medicus, ut ipse atque item alter, qui simili
morbi initio edita, malo tenebatur, perquam amaram potionem haurirent; alter ille operam dedit, ut fugiendæ nauseæ causa, tuam quam citissime sorberet, aliis etiam ut assolet ad id præsidiis adhibitis: at Aloysius, quo salutarem sibi molestiam faceret, perinde ac dulcissimum

A. VIRG. CEPARIO

ciſſimum liquorem ſenſim totam obducere, neque ullum deinde perceptæ amaritudinis ſignum dare. Valetudinarius in ejus cubiculo modicum candidi ſacchari, atque item ſucci glycyrrhizæ, ejus ori ſubinde adverſum deſtillationes reficiendo, ſupra menſam poſuerat: poſcentem pauxillum ſucci illius glycyrrhizæ ſocius percunctatur, quin potius ſaccharum peteret? Quia, inquit, alterum pauperem magis decet.

Sæpe viſitatur à Cardinalibus duobus,

251 Cùm accepiſſet eo anno periculum eſſe, ne qua peſtis exiſteret; non modo Superiori ſe paratum oſtendit, ſi convaleſceret, eâ affectis miniſtrare; verum etiam à Præpoſito Generali, qui ejus viſendi cauſa venerat, facultatem poſtulavit id etiam Deo vovendi. Qua impetrata, inſigni cum animi ſui voluptate & eorum profectu, qui rei conſcii & eximiæ caritatis quam eo facto oſtendit teſtes fuerunt, votum ſuſcepit. Crebro invisêre ægrotantem Roboreus & Scipio Gonzaga Cardinales, quos fructuoſis de pietatis doctrina, deque beata vita ſermonibus tenebat. Patri Rectori ſignificanti, non eſse quod tanto ſuo incommodo toties accederent, ſe eos de Aloyſii valetudine facturum certiores; negarunt poſse ſe committere,
B quin venirent, quando uberem inde caperent animorum ſuorum fructum. Scipio Cardinalis, podagra laborans, deferri ad eum ſe jubebat, neque ab ejus lecto disjungi poſse videbatur. Cum hoc quondam Aloyſius de appropinquante ſua morte, deque Dei in ſe beneficio diſſerere ingreſsus eſt, qui ſe in illo ætatis flore ad ſe raperet. Ad hoc Cardinali, pro ſuo in eum amore, magno ſenſu attendenti, confirmat, ſe officii ſui ducere illum loco patris, omnium qui in terris vivant optime de ſe meriti, habere, quando ejus operâ factum eſset, ut poſt tot conflictus & impedimenta aliquando ad Religionem evaſerit. His ad lacrymas commotus Cardinalis, ſe vero, reſpondet, potius illi debere; neque ætatis diſcrimen obſtare, quin eum ipſe ſuum rerum ſacrarum parentem & magiſtrum agnoſceret. Sub hæc memorabat, quanta animo ſuo emolumenta ſolatiaque cæleſtia ejus ſemper verba & exempla dediſſent. In digreſſu profeſſus ſe proſequentibus, ingentem ſibi dolorem hujus adoleſcentis jacturam allaturam; negavit, ſe umquam ab ejus colloquio, niſi animo ad inuſitatam quamdam quietem compoſito, diſceſſiſſe; ſibique videri, in ſuâ Gonzagarum gente neminem quem-
C quam fortunatiorem extitiſſe.

ad moribundum P. Corbinellam delatus

252 Eodem tempore æger jacebat P. Ludovicus Corbinellus Florentinus, vir magno natu, cui cum B. Aloyſio mutuus amor intercedebat, atque in morbo crebrius inter ſe ſalutem mittebant: Is ingravata jam valetudine, octo diebus priuſquam è vita diſcederet, valetudinarium obſecrat, ut Aloyſium, qui jam præ virium imbecillitate pedibus nequibat inſiſtere, ad ſe perferat in cubiculum. Id vero ille agebat, quod Aloyſium jam colebat pro Sancto. Gratificatur homini valetudinarius, Aloyſium veſtit, atque in Patris cubiculum deportat. Incredibile eſt memoratu, quantum optimum ſenem hic illius ad ſe inviſendum adventus recrearit, & quam liquidam ex ejus aſpectu voluptatem pietatiſque motum hauſerit. Poſtquam inter ſe collocuti, invicem ad moderate patienda adverſa, Deique voluntati obſequendum, hortati ſunt; ſenex, Age, inquit, mi Frater Aloyſi, prope jam eſt ut moriar, neque amplius inter nos reviſuri ſumus. Eſt quod te rogem; quæſo ne deneges: ne prius hinc diſcedas, quam mihi bene precatus ſis. Hac petitione Aloyſius partim attonitus, partim rubore ſuffuſus, negavit id convenire; ſiquidem D
benedicere majoris eſſe, at ipſum grandævum, ſe adoleſcentem; ipſum Sacerdotem, non item ſe eſſe. At ſenex, qua erat in hunc ſanctum adoleſcentem pietate, inſiſtit denuo precario exigere & obteſtari, ne ſibi in extremo jam vitæ poſito hoc ſolatii ſubtrahat: valetudinarium item orare, ne prius illum abducat, quam ſibi obſecundarit. Reluctari tamen ſapiens adoleſcens, neque prius flecti, quam à valetudinario impulſus eſt: tunc enim viam reperit, qua ſimul & ſenis mœrorem vitaret, & ſuam humilitatem tueretur. Sublatâ ſiquidem manu ſeipſum in Crucis formam deſignans: Deus, inquit, Dominus noſter nobis ambobus benedicat: deinde Patrem aqua luſtrali aſpergit, & interea; Deus, inquit, Dominus noſter te, mi Reverende Pater, ſuâ ſanctâ gratiâ accumulet, votaque omnia tua ad ſui nominis gloriam fortunet: eum tu viciſſim pro me precare. Ita ab illo jam acquieſcente & mirifice læto, ad ſuum ſe lectum revehi jubet.

ipſique benedicere coactus,

humiliter obedit,

253 Fuit & illud ejuſdem Sacerdotis adverſus Aloyſium pietatis oſtentui. Tametſi Sacerdotes alio ac ceteri ſepulchro mandari ſoleant, tamen
E fugiente jam vita valetudinario denuntiavit, in quem locum hic beatus adoleſcens mortuus inferendus eſſet, ibidem ſe omnino ſepeliri velle: ergo Superiorum juſſu factum deinde eſt, ut optarat. Sunt qui memorent vaticinatum eſſe Aloyſium, prius illum Patrem quam ſe è vita ceſſurum: id quod evenit: obiit enim Kalendis Junii, pridie Pentecoſtes, media intempeſtæ noctis hora, vigeſimo die ante felicem B. Aloyſii exitum. Fugiebat omnino Aloyſium, non modo cubiculo, ſed etiam toto ambulacro longe ſemotum, hunc Patrem illa nocte de vita periclitari; & tamen ter eum illa nocte videre viſus eſt: id quod ipſe valetudinario, proxima luce, feneſtram apertum atque ut valeret viſum de more venienti, in hunc fere modum narravit. Sciſcitanti enim quinam præteritam noctem tranſmiſiſſet? Male certe, inquit: nam inuſitatum in modum moleſtis miriſque ſomniis, aut potius viſis conflictatus ſum. Tertiùm enim bonum Patrem Corbinellum ſum mihi viſus vi- *quem etiam tertio conſpectum ſibi nocte ultima narrat,*
dere, vehementi dolore æſtuantem; ac primùm quidem ſic me alloquentem audire; Tempus eſt, mi Frater, jam me Deo enixe commendare, eumque adorare, ut hanc acerbitatem gravis & periculoſi doloris quo diſcrucior, patienti fortique animo ferre poſſim; quando niſi ſingulari Dei ope confirmer, eum prout par eſt, me tolerare poſſe diffidam. Experrectus, & ſomnium fuiſſe ratus; Præſtaret, inquam meipſum increpans, te dormire: quin has nugas miſſas facis. Paulo poſt vix repetito ſomno, idem iterum ſe mihi oſtendit; vehementius etiam quam prius obteſtans, ut ardentibus precibus, in tanta mali gravitate quæ ſibi prope intolerabilis videretur, ſubſidio venirem. Rurſum excutior ſomno: rurſum levitatem meam objurgo, mecumque ſtatuo, poſtridie copiam petere expiandi pœnâ aliquâ negligentiam meam in obſequendo medici ac Superiorum voluntati, qui mandarant quietem ut capere ſtuderem. Ecce autem poſtquam denuo condormivi, tertium mihi eadem ſpecies obverſatur, meque ita compellat: Jam jam, mi Frater, hujus miſeræ vitæ calcem prope contingo, ora Deum, ut hanc migrationem feliciter evenire, proque ſua benignitate, alterius me immortali gloria beare velit: ibi me pro te viciſſim precari non fugiet. Ea res uſque eo mihi ſomnum omnem abrupit, ut harum imaginum terroribus perculſus, dum eas identidem omni

ſibique præmoriturum edicit:

F

A mni cogitatione pertracto, reliqua nocte nullam quietis partem ullo modo capere potuerim.

254 Valetudinarius his auditis, rem omnem diſſimulare, nullum admirationis ſignum dare, ſomnia & animi ludibria appellare; P. Corbinellum affirmare recte habere, obitum ejus celare; hortari curam omnem poneret, ſeque redderet quieti: neque ille tunc quidem verbum ullum præterea fecit. Alias vero occaſione data, ſignificavit, ſibi non modo exploratum fuiſſe illum eſſe defunctum, verum etiam in cælum deveniſſe: ſiquidem ſciſcitanti P. Roberto Bellarmino, quid de illius anima ſentiret, teneríne igne purgatorio? Confidenter ſane reſpondit, abſque mora Purgatorium tranſiſſe. Quo ex reſponſo ille conjecit, divinitus id edoctum eſſe: nam cum ſuapte natura in omni ſermone immenſum quantum conſideratus, & in pronuntiando de dubiis rebus parcus eſſet; numquam, niſi à Deo factus certior, Patri ſuo à Confeſſionibus tam liquido confirmaſſet, Purgatorium jam tranſmiſiſſe. Auctores illi omnes eramus hoc tempore, conquiſitis ad id omnis generis rationibus, ut propagari ſibi vitam à Deo
B exoraret; ſic enim & meritis jam in cælo præmiis ingentem cumulum acceſſurum, & plus hominibus atque imprimis Societati profuturum. At ille omnibus id unum reſpondebat: Melius eſt diſſolvi. Quod ille tanto animi ſenſu & affectu, tanta oris ſerenitate dicebat; ut ſatis appareret, illum ſtudio non alio, quam ad indiſſolubilem cum Deo conjunctionem quam primum fruendam ferri.

& purgatorium abſque mora tranſiſſe aſſerit.

255 Binas omnino, interea dum hac invaletudine tenetur, ad matrem litteras dedit. Priores ejus initio, ſimul atque primâ illâ procellâ, quâ opprimendus putabatur, defunctus erat: in quibus eam principio conſolatus, atque ad res adverſas
„ quietè patiendas hortatus, hæc ſubjungit: „ Menſis eſt, cùm eo fui loco ut à Deo beneficio longe omnium maximo augerer, hoc eſt, ut in ejus „ gratia (uti confidebam) poſitus, de vita exirem: „ jamque ſacro Viatico, & extrema Unctione firmatus eram; quando Deo placitum fuit tempus „ mihi proferre, atque interea lenta me febre quæ „ nunc reliqua eſt, ad mortem præparare. Medici, „ ignari quem res exitum ſit habitura, corporis ſanitati conquiſitis remediis ſtudent: me verò iuvat „ animum inducere, Deum longe mihi integriorem,
C „ quam medici dare poſſint, incolumitatem parare. *proximum ſe morti fuiſſe.* „ Itaque interea loci illa ſpes me oblectat, fore ut „ me Deus in paucis menſibus, è mortuorum ad viventium terram, ex hominum humi degentium „ ad Angelorum Cælitumque ſocietatem, denique „ ab aſpectu rerum terreſtrium & caducarum ad Dei „ Optimi Maximi, in quo bonum omne continetur, „ intuitum contemplationemque pervehat. Eadem „ cogitatio tibi, Illuſtriſſima Domina, pro tuo in me *eâque dilatâ pro ſe orari petit:* „ amore, proque eo ac meæ felicitati conſultum cupis, ingenti ſolatio eſſe poterit. Quæſo te, ut „ pro me vota ipſa facias, atque à Sodalibus Doctrinæ Chriſtianæ fieri mandes; ut brevi hoc tempo„ re, quo mihi adhuc hujus ſeculi pelagus navigan„ dum eſt, Deus, intercedentibus unigeniti filii „ ſui meritis, item ſanctiſſimæ matris ejus, & SS. „ Nazarii & Celſi precibus, delicta omnia mea, ſanguine ſuo ſacratiſſimo, quem inter ſupplicia pro „ nobis profudit, velut mari rubro ſubmergere di„ gnetur; quo inimicorum metu liberatus, ad viven„ dum fruendumque Deum, in terram illam divi„ nitus promiſſam evadam. Idem ipſe Deus te, Illuſtriſſima Domina, conſoletur. Amen.

256 Alteras aliquanto prolixiores, paulo ante obitum ſcripſit; cum jam, uti poſtea exponam, diem ipſum quo moriturus cælumque aditurus eſſet, divinitus compertum haberet. Ejus, matri valedicentis, hæc ſunt verba. Illuſtriſſima Domina, mater in Chriſto obſervantiſſima. Pax Chriſti. „ Spiritus ſancti gratiam & conſolationem tibi, Il„ luſtriſſima Domina, perpetuam precor. Verſabar „ equidem, cum tuæ litteræ afferrentur, adhuc in „ hac mortuorum regione. Verum age nunc, ad cæ„ lum aliquando aſpirandum eſt, ut in terra viven„ tium Deum æternùm laudemus. Quod quidem „ iter nuper ſperabam ante hoc tempus à me con„ fectum iri: ſed nimirum febris, ut aliis litteris ad „ te ſcripſi, cum fervere maxime atque æſtuare vi„ deretur, repente mitigata, ad diem uſque, Chriſto „ in cælos aſcendenti ſacrum, ſenſim me perduxit. „ Ex eo, pectore magna vi deſtillationum oppreſ„ ſo, ita redintegrata eſt, ut jam pedetentim ad „ dulces caroſque amplexus Patris cæleſtis accedam; „ in cujus gremio (uti ſpero) ſecura quiete fruar „ & ſempiterna. Atque ita diverſi rumores, qui de „ me iſtuc perlati ſunt, uti etiam ad Marchionem „ ſcripſi, ſane congruunt. Quod ſi caritatis eſt, ut „ ait S. Paulus, flere cum flentibus, gaudere cum „ gaudentibus; ingens omnino te gaudium, mater „ Illuſtriſſima, ex eo haurire neceſſe eſt, quod be„ neficii gratiæque in te cauſa, veram mihi Deus „ lætitiam, atque à metu ejus umquam amittendi „ ſecuritatem deſignat. Equidem (fatebor enim tibi, Illuſtriſſima Domina) cum in conſiderationem „ divinæ bonitatis, quæ inſtar eſt maris, cui nec fundum ſit nec littus, mentem ingurgito; ea mihi „ illius amplitudine abrepta, aberrare, neque ſatis „ competere videtur: quippe cum ille me, pro tam „ brevi, & exiguo labore, ad æternam requiem ac„ cerſat; & me de cælo ad ſummam felicitatem, „ quam adeo negligenter quæſivi, vocet; fructumque „ lacrymarum polliceatur, quas tam parce profudi. „

257 Vide etiam, atque etiam, Illuſtriſsima Do„ mina, & cave, ne hanc infinitam Dei benignita„ tem violes: quod profecto faceres, ſi eum velut „ *ſeque lugeri vetat.* mortuum lamentarere, qui in Dei conſpectu vivat; „ longeque plus rebus tuis, quam in hac vita, ſua „ commendatione adjumenti afferat. Non erit hæc „ diuturna ſejunctio: in cælo reviſemus inter nos; ſi„ mulque cum ſalutis noſtræ vindice copulati, to„ ta animi contentione eum laudantes, ejuſque mi„ ſericordias in æternum cantantes, immortalibus „ lætitiis perfruemur. Neque vero ambigo, quin ſi „ F iis excluſis quæ conſanguinitatis ratio ſubjicit, ani„ mo fidei & puræ illi ſimplicique obedientiæ, quam „ Deo debemus, locum dederimus; ultro ac prolixe „ illi, quod ſuum eſt, oblaturi ſimus; idque tanto „ libentius, quo id quod eripitur, nobis eſt carius: „ ſic enim certo exiſtimabimus, nihil à Deo niſi ſa„ pienter & è re noſtra fieri. Adimit nobis, quod „ ante commodaverat; non alio conſilio, niſi ut „ immuniore & tutiore loco reponat, iiſque nos bo„ nis ornet, quæ nobis optaremus ipſi. Hæc omnia „ eo dumtaxat à me dicta ſunt, ut morigerarer de„ *& benedictionem ejus petit.* ſiderio quo teneor, uti tu, Illuſtriſſima Domina, „ ceteraque omnis familia, hunc meum diſceſſum in „ jucundi beneficii loco habeatis; tuque hoc fretum „ trajicientem, dum littus in quo ſpes omnes meæ „ ſitæ ſunt, contigero, materna tua benedictione proſequare. Quod idcirco feci libentius, quod nihil „ mihi ſuperfuit, quo evidentius amorem ac reve„ rentiam, quam ut filius matri debeo, tibi ſigni„ ficarem. Denique ita concludo, ut iterum abs te „ humiliter benedictionem efflagitem. Romæ, IV Idus „ Junii, anno Domini MDXCI, Tuæ Dominationi „

A. VIRG. CEPARIO *iterum ſcribens* 10 *Junii*

Rom. 12 E *eidem valedicit.*

XXXI *Scribit matri medio Martio,*

A. VIRG. ACEPARIO

Illuſtriſſimæ filius in Chriſto obedientiſſimus. Aloyſius Gonzaga. „

CAPUT XIII.

Mortis dies præſcitus ac pie obitus : ſepultura, & acta circa corpus.

XXXII

Extremum æger,

258 TEmpus jam eſt exequi, quam Chriſtianum ſanctumque in modum ſe B. Aloyſius, ad poſtremum illum è terris ad cælos tranſitum, accinxerit. Dum in hoc morbo, ſane diuturno atque (ut tales ſolent) difficili, gravibuſque periculis infeſto, fuit ; nullum umquam abjecti animi vel minimum geſtu aut verbo ſignum dedit : numquam oſtendit, obſequium ſe aut quidquam aliud, quod erga ſe valetudinarii facerent, faſtidire : ſed, quamquam invaletudo promptius quam aliud ullum tempus latentes animi motus in apertum proferat, ſuæ tamen ipſe ſemper patientiæ conſtitit. Superioribus, medicis, valetudinariis ad verba ſemper obedivit ; & quibus moribus hominem religioſum, in valetudine quantumvis moleſta eſſe oporteat, clarum imprimis exemplum dedit. Poſtquam lecto teneri cœpit, nullis umquam, niſi de divinis rebus & vita beata, ſermonibus aures accommodavit. Itaque nemo eum inviſebat, quin, ut ei gratum faceret, aliis omnibus omiſſis, de pietate loqueretur : quod ſi quis oblitus hujus inſtituti, quiddam aliud jaceret ; Aloyſius mente collecta ſecum ipſe res alias tantiſper agebat, donec ad res ſacras rediretur : tunc enim ſeipſum immutans, atque ad colloquium reverſus, non recreari ſe tantùm, verùm etiam geſtire oſtendebat. Hujus ipſe ſui conſilii rationem ſic reddebat. Etſi nihil ambigeret, quin de rebus indifferentibus pietatis gratia prudenter in commune loqui, nihil eſſet ab hominis religioſi rationibus alienum ; nihilominus eo loci, quo ipſe tum quidem verſabatur, par eſſe, Deumque ſuo jure ab ſe poſtulare judicabat, uti ſermonum ſuorum omnium, non modo formale (ſic enim loquebatur) propterea quod mens, uti ſemper debet, in iis Dei honorem ſpectet ; verum etiam materiale ipſum ſit ſacrum : & omne temporis momentum, quod ſibi Deus extrema ſua vita concederet, tanti æſtimabat, ut non niſi in rerum pretioſarum tractationem expendi vellet.

ſed minime moroſus,

B

ſermones non niſi ſacros admittit :

C

259 Poſcebat nonnumquam veſtem, lectoque egreſſus pedetentim ad menſam, in qua erat Chriſti crucifixi imago, adrepebat, eamque complexus oſculabatur ; quod item imagini B. Catharinæ Senenſis, & aliorum Sanctorum, quibus cubiculum cinctum erat, factitabat. Cuidam vero è valetudinariis dicenti, non eſſe quod è lecto ſurgeret, ſe Crucifixi ceteraque ſimulacra ad lectum allaturum ; Atqui, inquit Aloyſius, hæ ſunt meæ ſtationes. Eum igitur morem tantiſper tenuit, dum ſe lecto potuit movere. Adhoc interdiu, quando clauſâ cubiculi januâ ſine arbitris erat, nullius ope adjutus, educebat ſe furtim è ſtrato ; interque illud ac parietem in angulo abjiciebat in genua, ac tantiſper dedebat ſe precibus, dum quid foribus increpuiſſet : tum enim ſe, quaſi cubitum rediturus, erigebat. Valetudinarius, aliquamdiu ratus ad requiſita naturæ ſurrexiſſe, ad extremum cum ſæpius lecto digreſſum offenderet, ſuſpicatus id quod erat ; poſtquam aliquando ex inſidiis nitentem genibus oppreſſit, id præterea audere vetuit. Ille, ubi ſe teneri manifeſto vidit, erubuit ſcilicet, vetitoque deinde abſtinuit.

adrepit è lecto ad imagines pias,

atque furtim de genibus orat :

260 Adhibebat hoc tempore ſibi crebrius ad D conſilium de animi ſui rationibus P. Robertum Bellarminum, pœnitentiæ ſuæ præſidem. Quodam vero veſpere ex eo requiſivit, arbitrareturne quemquam ab igne purgatorio intactum, cælum contingere ? Ille cum annuiſſet, non ignarus quantum ſibi haberet de Aloyſii virtute polliceri : Quin adeo, inquit, ex iis unum te fore confido, qui immunes à purgatorio cælum rectà petant : quandò enim Deus pro ſua in te voluntate, tot animum tuum muneribus ornamentiſque cæleſtibus, quorum me conſcium eſſe voluiſti, exornavit (quorum illud non infimum eſt, quod te ab omni mortifera culpa ſemper abeſſe voluit) certo equidem ſpero, hoc etiam pro cumulo adjecturum, ut nuſquam cunctatus ad Superos evoles. Hoc reſponſo tantis inceſſit lætitiis, ut abducta à ſenſibus mente, ad cæleſtis illius civitatis beatitatem, objectam divinitus, intuendam ſit evectus. Quo in exceſſu mentis cum totam prope noctem, oblectamentis quibuſdam atque ſolatiis quæ mortalem modum longe excedant, traduxiſſet ; eam poſtea eidem Patri aſſeveravit, viſam eſſe ſibi vix momenti inſtar habuiſſe. In eadem ecſtaſi poſitus, etiam diem ſuæ morti deſtinatum accepiſſe creditur : ſiquidem quam pluribus deinde liquido prædixit, ſe octavo à ſacri Corporis Domini die exceſſurum è vita ; idque evenit. Cuidam vero, à quo ſingulari officio frequentabatur, aliquot ante eas ferias diebus, idem denuntiavit.

ſpe facta ſibi evadendi Purgatorii

in ecſtaſim rapitur ;

E

ſub qua creditur diem mortis didiciſſe :

261 Interea morbus uſque eo ingraveſcere, ut P. Vincentius Brunus, qui infirmis præerat, vir medicinæ peritus, Aloyſio negaret, eum diu ſupereſſe poſſe. Eo comperto, Socium quemdam compellans : Neſciſne, inquit, quam felix nuntius venerit, intra octavum diem mihi moriendum eſſe ? Amabo te, mecum unà, pro tam eximia in me beneficentia, hymno Te Deum laudamus recitando, Deo gratias age. Eo hymno ſimul ab utroque pie admodum dicto, non ita multo poſt, alteri ſuo condiſcipulo cubiculum ingredienti, exiliens gaudio : Pater mi, inquit, lætantes imus : lætantes imus. Quibus verbis tam effuſa hilaritate pronuntiatis, ceteris gemitus exprimebantur & lacrymæ. Secundum hæc viſum eſt tribus Patribus, quibuſcum præcipua ei gratia intercedebat, per litteras validicere. Ii erant P. Joannes Baptiſta Piſcator, ejus olim tirocinii Magiſter, tum vero Rector Neapolitanus ; P. Mutius de Angelis, ibidem tum Theologiæ Profeſſor ; & P. Bartholomæus Recalcatus, Rector Mediolanenſis. His aliena manu indicavit, ſe, uti ſperaret, in cælum proficiſci ; multam illis ſalutem dicere, atque orare, ut ſe Deo commendarent. At cum præ imbecillitate virium ſubſcribere non poſſet, juſſit ſibi manum duci ; & pro ſuo nomine, calamo crucem depinxit.

eâdem ſibi denuntiatâ gratias agit Deo :

valedicit per litteras carioribus ſibi tribus ;

F

262 Curæ illi fuit, octo poſtremos vitæ ſuæ dies, ſingularibus quibuſdam pietatis ac religionis officiis exigere. Ac principio cum Sacerdoti familiari ſuo patefeciſſet, ſui obitus diem ſe explorato tenêre ; eum rogavit, uti quotidie, tertia ante occaſum ſolis hora, ad ſe ſeptem pœnitentiales Pſalmos recitatum veniret. Igitur per id tempus remotis ceteris, Chriſti cruci affixi imagine, ejus rogatu in lecto collocata, Sacerdos juxtà provolutus in genua, quos dixi Pſalmos pronuntiabat ; nonnumquam, ubi ad egregium quempiam locum ventum erat, inſiſtens ; cum interea beatus Adoleſcens, oculis animoque in Chriſti effigie defixis, tota mente quæ legebantur volutans, illuſtribus

facit ſibi quotidie 7 Pſalmos recitari.

A ſtribus accenſi in Deum ſtudii cæleſtiumque permotionum indiciis, ingentes lacrymarum imbres Patri cieret, quæ item ipſi, ſed leni & quieto lapſu erumpebant. Ceteris horis diurnis, aliquod ſibi caput è Pſychagogia; aut è Soliloquiis S. Auguſtini; aut Sermonem S. Bernardi in Cantica; aut Jubilum, Ad perennis vitæ fontem, aut Pſalmum quempiam ab ſe delectum, ut, Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus; Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus; aut alium ejuſdem generis, legi poſtulabat.

& pia quædam prælegi;

Pſalm. 121.

Pſalm. 14.

263 Ubi primum rumor eſſe cœpit, eum affirmaſſe intra octo dies diem ſe obiturum; certatim omnes momentum aliquod captare ſine arbitris confidenter cum eo communicandi, ejuſque commendationem expoſcendi. At ille omnium mandata in cælum perferenda admirabili animi promptitudine accipere, pro omnibus ſe cum Deo acturum prolixa caritate ſecuroque animo polliceri, ut illic brevi ſe futurum, certum habere diceres; de ſua morte, perinde ac de migratione ex uno conclavi in aliud ſolet, differere. Plures ad eum viſum atque etiam miniſtratum Patres ventitabant; in quibus magis aſſidui P. Marius Fucciolus Procurator Generalis, & P. Hieronymus Platus, qui altero ab ejus exceſſu menſe & ipſe naturæ conceſſit. Is aliquando, in digreſſu ex ejus cubiculo, ad comitem ſuum converſus: Sanctus, mihi crede, ſanctus eſt Aloyſius, uſque eo, ut vivens etiam in Sanctorum numero collocari poſſit. Alluſit nimirum ad dictum Nicolai Quinti Pont. Max. qui, cùm B. Bernardino Senenſi cæleſtes honores decerneret, de S. Antonio Archiepiſcopo Florentino, vivo & præſente, exiſtimare ſe ajebat, non minus eos mereri Antonium vivum, quam Bernardinum mortuum. Poſtremis illorum octo dierum plerumque totum animum divinarum rerum contemplationi intendebat, niſi quod interdum aliquot de rebus ſacris verba interloquebatur, aut breviores preces intervallis funditabat. Extremo triduo æneum Chriſti crucifixi ſimulacrum, Indulgentia Pontificia Philippinarum titulo ſacrum, quod à Patre quodam acceperat, ad extremum uſque ſpiritum perpetuo pectori appreſſum tenuit. Crebrius eo ritu, qui in Ritualibus libris præcipitur, fidem ſuam profeſſus eſt, vehementem interea amorem ſemper præſeferens Deo ſe conſociandi: itaque illud identidem iterabat, Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.

omnium in cælum mandata excipit,

eoque adſpirat,

C Philip. 1.

264 Octavo Corporis Domini feſto die illuceſcente, valetudinarii adjutor in cubiculum ingreſſus, neque ſolito deterius habentem reperiens; Atqui, inquit, Aloyſi, vivus es, non mortuus, uti futurum tuâ quidem ſententiâ prædicabas. Cùm ille perſeveraret affirmare, eo ſe die obiturum; egreſſus è cubiculo renuntiat valetudinario, Aloyſium, cui jam melius quam ceteris diebus factum eſſe videatur, in ea opinione conſtare, ſuæ vitæ poſtremum hunc diem futurum. Sacerdoti item cuidam ſe viſitanti, ac dicenti, jam octavum diem agi, quo ipſe in vivis ſe deſiturum eſſe jactaſſet; jamque ad ſpem longioris vitæ excitari poſſe; Necdum, inquit, hodiernus dies totus præteriit. Magis etiam diſerte idem alii confirmavit; qui ad illum adiens, cum ex plaga, quam tum è miſera macie, tum quod jam diu in id latus continuo cubuiſſet, in dextro femore acceperat, graviter laborantem offendiſſet; miſericordiâ permotus, moleſtum ſibi quidem accidere dixerat, quod eo nobis carendum eſſet; optare tamen, ut his eum Deus doloribus aliquando liberaret. Cui ille perquam ſerio; Hac nocte, inquit, moriar. Illo occurrente, non videri eo loci eſſe, ut tam prope abſit à morte; Aloyſius bis eadem iterat: Hac nocte moriar: Hac nocte moriar.

& aſſeverat ſe moriturum ipſo die:

A. VIRG. CEPARIO

265 Totum antemeridianum tempus multiplici profitendæ fidei, precandi, Deique multa cum pietate adorandi officio traduxit. Circa meridiem ſacrum Viaticum, quod à prima luce ejus diei ſæpe popoſcerat, efflagitare enixius. At valetudinarii, minime moriturum ſuſpicati, aures non dare. Sed cum nullum ſolicitandi rogandique finem faceret, cauſari, poſtquam ſemel in hoc morbo eo ſit impertitus, non videri ſibi fas eſſe repeti. Tum Aloyſius: De Oleo quidem ſancto, inquit, eſt ut dicitis, non item de Viatico. Nihilominus valetudinarii tum quidem rem negligere. Dum eo loci valetudo ejus ſita eſt, Gregorius XIV Pont. Max. de longinquo ejus morbo, à Cardinalibus (ut opinor) ipſius cognatis edoctus, cum percunctatus ut valeret, accepiſſet, jam in cælum cogitare; ſuapte ſponte ſuam ei benedictionem, una cum Indulgentia, ut vocant, plenaria tranſmiſit. Id cum ei Pater collegii Miniſter nuntiaſſet, ut erat humilitatis amantiſſimus, quantum ex illis ſacris muneribus gaudii, tantum ex eo quod ſui Pontificem meminiſſe audiebat, verecundiæ percepit, continuoque vultum manibus contexit. Miniſter ut hanc verecundiam adimeret, negat mirum id videri oportere, ſiquidem Pontificem forte quiddam de afflicta ejus valetudine inaudiſſe. Altera ante ſolis occaſum horâ, Sacerdotem, ſui olim tirocinii ſocium [P. Joannem Baptiſtam Lambertini] qui ad ipſum viſendum è domo quæ eſt ad S. Andreæ advenerat, orat, ut Patrem Rectorem collegii ad præbendum ſibi ſalutare Viaticum flectat. Paruit ille, & una Litaniam de ſanctiſſima Euchariſtia pronuntiarunt, Aloyſio clara voce Sacerdotem ſequente; cui ad extremum, vultu præter conſuetudinem hilari, & ore ad riſum compoſito, gratias egit.

XXXIII

ſub meridiem Viaticum petit,

ſub noctem iterum Viaticum petit;

266 Venit deinde Pater Rector, ſacrum Viaticum afferens; quo ille & mirifice lætatus eſt, & in eo percipiendo animi, ad pietatem Deique amorem inflammati, atque in ſpem arrecti ejus quem nunc tectum acciperet, coram in cælo fruendi, præclara argumenta dedit. Hæc cum maxime agentem ſpectarent, & illas voces audirent: Accipe, frater, viaticum, & quæ ſequuntur; omnibus qui in cubiculo erant, ubertim cecidere lacrymæ. Sumpto Viatico, placuit beato Adoleſcenti, quemadmodum in Societate advenientibus aut proficiſcentibus in longinquas oras fieri ſolet, omnes qui aderant inſigni amore & alacritate complecti. Ibi cum eum pro ſe quiſque poſtremùm ſalutaret, nemo erat, qui lacrymas teneret, nemo qui ab ejus amplexu divelli poſſet; omnes in eum inhiantes identidem oculos magno amore & dolore referre, ejuſque preces ambire. In his erat, cui cum Aloyſio neceſſitudo ſemper fuerat, mutuis caritatis & amoris officiis conſtituta. Is ſeorſim eum adiens; ſe, ait, confidere brevi eum beato Dei conſpectu fruiturum; orare proinde, uti compertum haberet, ſuam illi ſalutem dum viveret curæ ſemper fuiſſe, ita neque ſui illic memoriam deponeret: ſibi item, ſi quid in eum officiorum negligentia offendiſſet, veniam daret. Reſpondit flagranti ſane affectu Aloyſius, ſe infinitæ Dei benignitatis & clementiæ, pretioſi item ſanguinis Jeſu Chriſti, & commendationis beatiſſimæ Virginis Matris fiduciâ ſperare, ita paulo poſt fore. Ne dubitaret: ſpondere, ſibi pro eo agere, cordi futurum: etenim

quo ſumpto

F

amplectitur extremùm ſingulos,

unique eorum ſingularem memoriam promittit.

A. VIRG. CEPARIO

nim ſi in terris eum amaviſſet, longe etiam vehementius in cælo, ubi plenior ſit caritas, amaturum. Atque hæc omnia tam integris ſenſibus, & ſermone tam expedito, tamque ad rem accommodato dicebat; nemini ut veriſimile videretur, tam cito abſceſſurum è vita.

267 Eâdem horâ Præpoſitus Provincialis ingreſſus cubiculum, Aloyſium compellat. Cui ille: Imus Pater, inquit. Et quo? ſciſcitatur Pater. Ad cælum, reſpondet. Tum Pater: Itáne ad cælum? Niſi quid obſtent peccata mea, ſubjicit Aloyſius, ſpem mihi eo perveniendi Dei benignitas oſtendit. Converſus Præpoſitus ad nonnullos adſtantium, ſubmiſſa voce: Audite, ſultis, inquit, hic de profectione in cælum loquitur, quemadmodum nos ſolemus de itinere Tuſculano. Ecquid autem faciamus ejus corpuſculo? num communi ſepulturæ commendandum ſit? Reſponſum eſt; ejus ſanctitatem videri poſtulare, ut eximius ei honos haberetur. Sub extremam ante ſolis occaſum horam obſequii cauſa ei aderam; ſubjectaque capiti manu pauxillum Chriſti crucifixi ſigillum, ante quod ſub ultimum ſpiritum precanti Indulgentia plenaria concedebatur, intentis oculis contemplantem ſublevabam; cum ille elata manu linteum capiti tegmen deripit. Ego, ratus eum motum moribundi hominis eſſe, tacitus repono. Paulo poſt cum ille denuo detraxiſſet, egoque reſtituerem: Sine, inquam, Aloyſi mi Frater, ne hæc veſpertina aura capiti tuo noceat. Tum ille, oculis Chriſti crucifixi imaginem mihi denotans; Chriſtus, inquit, moriens capite operto non fuit, quibus verbis animum mihi pietate & ſalutari dolore confixit.

& Provinciali dicit in cælum ſe ire.

Conſiderans Crucifixum,

B

capiti ſuo pileum detrahit:

268 Veſperi, quo tempore ſalutandæ Deiparæ ſignum datur, cùm coram ipſo ſermo eſſet exortus, cuinam noctu cum eo vigilandum eſſet; tametſi commentando afflictam mentem haberet, iterum tamen Patrem quemdam, qui juxta ipſum erat, ut ſibi adeſſet rogavit. Alteri item, quem ejus exceſſum ſpectare cupientem, ſe in tempore admoniturum receperat, quaſi ut promiſſis maneret; Vide, inquit, maneas. Primâ noctis horâ, conferto hominibus cubiculo, Rector, nuſquam linguâ hæſitare cernens, etſi ipſe ſe moriturum ea nocte prædixiſſet, fidem non adhibebat; quin etiam, ut hoc genere febris laborantibus evenire ſolet, aliquot dies ſuperfuturum rátus; juſſit, ſe digreſſo, omnes excedere, & ſomnum petere: neque à quoquam exorari ſe paſsus eſt, ut remanendi poteſtatem permitteret, quod negaret moriturum: ſin, ſeipſum nuſquam ab eo diſceſſurum fuiſſe. Soli itaque Patri Miniſtro, [qui tunc erat P. Nicolaus Fabrini, & P. Antonio Franciſco Guelfucci] negotium datum eſt, ut ejus curæ aſſiſterent. Nemo non intelligit, quanto ſenſu amoris & dolore, à ſodali nobis tam caro, quem certa res erat numquam præterea vivum a nobis viſum iri, abjuncti ſimus: at ipſe, quem noſter mœror minime præteriret, ſolandi nos cauſa polliceri, noſtri in cælis memorem futurum: orare ut in poſtremo hoc diſcrimine ſibi precibus eſſemus auxilio: compluribus, quæ poſt ſuam mortem ab iis fieri vellet, injungere. Ita Rectoris auctoritate compulſi, lacrymantes omnes, alius poſt alium ab eo diſceſſimus. [Manſit tamen ibi cum duobus prædictis P. Robertus Bellarminus; injunxitque Aloyſio, ut quando ei videretur tempus poſcere, moneret ſeſe, quo animam ejus conſuetis Eccleſiæ precibus commendaret Deo: & ille dixit ſe moniturum: ac monuit re ipſa non multo poſt, inquiens; Pater, jam tempus poſcit. Et Pater ſubmiſſis prope genibus, cum prædictis duobus quos dixi, preces recitavit. Quo peracto ſpem fecit æger protrahendæ uſque in ſequentem diem vitæ. Quamobrem rogavit Bellarminum Pater Miniſter, ad ſe ut concederet ac ſomnum ſecure caperet. Cumque ejuſdem ſententiæ eſſet valetudinarius, atque aſſeveraret non moriturum nocte illa, &, ſi periculum ingraveſceret, ſe illum tempore advocaturum; ad cubiculum ſuum Pater abiit.]

D

ſub noctem moriturum negans Rector,

C

cubitum omnes dimittit;

manente & mox etiam recedente Bellarmino.

269 Poſtquam ſolus cum duobus illis Patribus relictus eſt æger, mente ſemper in Deum erectâ, per intervalla petitas è ſacris litteris voces ejaculabatur, ut illam; In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, & ſimiles. Conſtitit aliquamdiu idem in vultu color: quo tempore, qui aderant, modo preces pro ejus ſalute concipere, modo ſacratâ aquâ eum luſtrare, modo Chriſti cruci affixi imaginem oſculandam præbere, non ſine appoſitis ad pietatem monitis. Ubi ad poſtremum mortis conflictum ventum eſt, è livore faciei & ſudore guttatim erumpente cognorunt, gravi dolore confici. At ipſe intermortuis vocibus flagitare, ut ſe aliter collocarent: jam enim ipſum triduum eodem membrorum ſitu jacuerat. At illi, veriti ne mortem ei accelerarent, ſimulque rati hoc ab eo naturæ potius impetu, quam cogitato peti; quod tangere eum recuſarent, cohortati ſunt, veniret in mentem illius duri & anguſti ſtrati, in quo inter tot moleſtias & ſupplicia Chriſtus Dominus noſter vitam poſuiſſet. Quo præcepto admonitus, conjectis in Crucifixi ſignum oculis, cum verbis non poſſet, geſtu ſignificare, Dei amore plura etiam perferre paratum eſse; viſusque eſt ſibi ipſi imperare, ut eum dolorem quiete ferret: neque vero quidquam deinde movit.

Inde in agoniam adductus æger,

Pſ. 30.

E

non audentibus eum movere acquieſcit:

270 Patres, cum jam eum neque loqui, neque ſe commovere poſſe cernerent, ſacratum cereum ardentem, poſtquam illo ei ſalutaris Crucis notam expreſserant, in manus dant; quem ſuo perſeverandi in ſancta fide ſtudio teſtificando, apprehenſum ſtrinxit; eumque tenens, paulo poſt quaſi collectis viribus, ſanctiſſimum Jeſu nomen effari conatus eſt; atque ad extremum labia modice movens, inter alteram & tertiam noctis horam, admirabili tranquillitate animum ſuo procreatori reddidit: eſtque id adeptus, quod in gratiæ loco tantopere optarat, ut vel intra octo ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, cujus honori ſemper præcipue devotus fuerat, dicatos dies; vel memoris piique adverſus Chriſti Domini pœnas animi declarandi cauſa, feria ſexta moreretur. Itaque cum octavus eorum; qui ſacræ Euchariſtiæ ſolennibus ſunt celebres, dies eſset in exitu, jamque feria ſexta ineunte, nocte quæ inter XII & XI Kalendas Quinctiles intercedit anno MDXCI, cum vixiſset annos tres & viginti, menſes tres, dies undecim, cum felici illa vita hanc mortalem commutavit: quot annos, atque etiam menſes olim, cum moreretur, egerat S. Ludovicus, Caroli II Siciliæ Regis filius, è S. Franciſci familia, ac deinde Tholoſatium Antiſtes; cui hic noſter B. Aloyſius haud modicis virtutibus affinis fuit.

F

ac placidiſſime exſpirat,

noctu inter 20 & 21 Junii,

XXXIV

271 Magnum enimvero ſibi beneficium duo illi Sacerdotes, qui morienti præſto fuerant, à Deo accepiſſe viſi ſunt; quod è tanto numero idem ardentibus votis expetentium, ipſi potiſſimum delecti eſſent, qui tanta ſanctitate adoleſcentem ſpectarent in cælos feliciter demigrantem; quod erat eo jucundius, quod antequam excederet, ſe eos dum

pio cum præſentiumſenſu,

A dum viverent Deo commendaturum promiserat. Patri Ministro quies quædam animi & cælestis jucunditas hæsit. Socium ejus [P. Antonium Franciscum Guelfuccium] insolitus pietatis ardor & salubris mœror, Deique secundum B. Aloysii consilia colendi studium invasit : quem animum multis lacrymis abundantem, si non perinde atque dum recens esset vigentem, at prout res tulit vehementer aut mediocriter incensum, plures non modo menses, verum etiam annos servavit. Sed quoniam, cùm eum pietas ad decerpendum aliquid de sacris hujus beati adolescentis reliquiis stimularet, reverentia vetabat, ne quid de ipso corpore stringeret; calceamentorum corrigias, calamos quibus scribere erat solitus, aliaque ejusdem generis sibi popposcit, atque dum hæc litteris mandamus, etiam conservat. Valetudinarii, cum ad lavandum curandumque corpus accessissent, elatis coram iisdem Sacerdotibus linteis lecticariis, æneum illud Christi simulacrum reperiunt, quod (ut supra dictum est) tres continenter dies pectori admotum tenuerat. Inter nudandum corpus comperiunt ingentem callum, quem consuetudo genibus inter preces nitendi, à parvo puero perpetuo culta, iis obduxerat; è quibus nonnulli quiddam, pii monumenti causa abscissum, hodieque penes se habent. Unus è valetudinariis, impulsu quorumdam ejus honori studentium, frustum carnis resecare aggressus, mox cœpti pœnitens, modicum pellis abstulit, quâ suo hortatu admotâ ægrum convaluisse memorat.

curandum corpus.

B

272 Vix animam efflarat, cum alter Patrum qui adfuerant, nonnullos qui viventi interiores fuerant, certos facit, nostrum Angelum in cælos evolasse. At illi, studio pietatis incensi, corripere se è cubili, & partim quod fortunatis cælitum oris jam receptum crederent, ipsum vocare in vota; partim pro eo preces persolvere, quas pro amicitia ante obitum exegerat. Postera luce XI Kalend. Quinctiles, vix dato surgendi signo, cubiculum, in quo situm erat sacrum corpus, completur; & submissis omnes genibus, vel pro ejus animi incolumitate Deum; vel, quorum longe maxima pars erat, ipsum pro suâ venerantur. Ad hoc certatim amore pietatis, ejus calceamenta, indusium, subucula, aliæque vestes direptæ: ungues, capilli, ac nonnihil etiam de ipsa carne præcisum. Dehinc corpus in sacellum commune collegii delatum, horis omnibus antemeridianis à quam pluribus frequentatum est; præcipue ab adolescentibus notis, qui antea non modo contactum, sed etiam aspectum cadaverum exhorrescere soliti, adibant ad feretrum, & sacras reliquas, Sanctum, Sanctum, ipsum ingeminantes, amplexari & dissuaviari certabant. Eodem matutino tempore Sacrificia omnia, cum in collegio tum in ceteris Societatis in Urbe domiciliis, pro ejus animi felicitate facta sunt; etsi id à plerisque moris potius Societatis retinendi causa fiebat, quam quod opus esse judicarent. Difficile est iis, qui rem oculis non usurparunt, subjicere animis, quantum ejus excessus omnium qui in eo collegio degebant, animos permoverit: siquidem præter ejus virtutem & sanctitatem nemini quidquam loqui libebat, cùm alius aliud quod observarat, præclarum specimen exponeret. Sed longe etiam frequentior in desiderio erat quam in sermone; unoquoque cum animo suo reputante, quam illustri gemma orbati essent, quam sanctæ societatis jacturam eo die fecissent.

Accurrunt domestici

ad illud venerandum in cubiculo,

C

in sacello,

273 Sub horam penultimam ante solis occubitum, qua preces ei funebres erant indictæ, sa-

crum corpus è sacello in amplam exedram, quo Patres omnes Sociique ceteri convenerant, delatum. Ibi omnes ad unum etiam Sacerdotes ex ordine, priusquam efferretur, manum ei osculantur. Quod venerationis genus solis Sacerdotibus impertiri solitum, hujus, qui minoribus dumtaxat Ordinibus initiatus erat, vitæ sanctimoniæ tributum est. Præstito hoc officio, funus longo ordine, in sacram ædem collegii, cui Annuntiatæ cognomentum est, procedit; atque ibi exequiales preces de more celebrantur. Secundum quas tantus fuit juventutis, quæ litteris inibi dat operam, ceterique populi ad obsidendum feretrum, sacras reliquias venerandi decerpendique causa, concursus, ut cum eis jam Patres obsistere nequirent, opus fuerit templi fores obserare. Interea loci, capilli, ungues, intima extimaque tunica accisa; extremi digiti, & duo articuli auricularis digiti dextræ manus præfecti sunt. Affuere homines Illustrissimi, Franciscus Dietrichstenius, qui hodie S. R. E. Cardinalis est; Benedictus & Philippus Cajetani; Julius Ursinus; Maximilianus Pernestainius, Dynasta Bohemus; qui postea cum esset ex interioribus Clementis VIII Pontificis Maximi Cubicularii, vita defunctus est; & plures alii.

A VIRG. CEPARIO *in aula;*

in templo multem exoptata juventus,

& viri primarii.

E

274 Cum inibi esset, ut sepulcro mandaretur, tum aliis magnæ auctoritatis Patribus, tum præcipue Roberto Bellarmino visum est, non ex consuetudine, sed in loculo aliquo proprio componendum esse. Quippe cum vitam hanc eximia sanctitate transegisset, nihil ambigi, quin Deus tanto ejus gloriam per orbem olim clariorem effecturus esset, quanto ipse impensius dum vixit homines latere studuerit. Sed quoniam eo loci hominum de Societate corpora, non loculis includere, sed absque apparatu in sepulcro condere mos est; Rector Ministrum ad Professorum domum allegat, qui P. Laurentium Magium, id temporis in Italiæ procuratione Generali Præposito Assistentem, consulat. Is, re cum ipso Generali Præposito communicatâ, loculo tegi jubet: Generalem siquidem idcirco libenter hunc adolescentem legibus solvere, quod nemini non cognitissima sit ejus sanctitas: ut vel hinc liqueat, eum qui velut unus cælestium inusitato sepulturæ honore sit affectus, jam tum præstanti quadam cælestis virtutis laude floruisse. Igitur parato loculo impositus, in sacello ejus templi, Christo cruci affixo sacro, quod maximâ januâ ingredienti ad lævam est, in alterum conditorium illatus est, quod viam publicam spectat, eamque partem qua Euangelium legi solet. Per multos deinceps dies in communibus circulis sola hujus sancti Socii virtus in omnium ore versata est: & orbati jam vivo, qui in eo collegio vivebant, cœpere mortuum venerari. Itaque dies nulla abibat, quin aliqui monumentum ejus adirent, eumque longioribus etiam precibus salutarent: in quo more non pauci complures menses, atque adeo etiam annos, dum Romæ ætatem egere, perseverarunt. In his fuit P. Joannes Antonius Valtrinus; qui etsi vivum numquam nosset, cum paulo post ejus mortem advectus è Sicilia, quæ de ejus vita conscripseram perlegisset, tanto in eum studio exarsit, ut parum esset tumulum ejus celebrare quotidie, nisi & varii generis flosculis, quos ipse in horto legerat, aspergeret; dicens, hunc demum flores mereri, qui tam exquisitarum virtutum ornatu floruisset.

Persuasi de sanctitate ejus divinitus illustranda Patres,

F

corpus loculo præter morem condunt;

quod idem videtur visitatur à sociis.

275 Mansit in eo loculo B. Aloysii corpus septem omnino annos, scilicet ad annum Domini MDXCVIII; quando, ne procedente tempore aliorum corporibus misceretur, P. Claudii Aquavivæ Præ-

Inde in alium loculū transferuntur ossa anno 1598.

A. VIRG. CEPARIO Præpoſiti Generalis juſſu, ejus oſſa ad x Kalend. Quinctiles, è priſtino in alium minorem loculum tranſlata, atque in ejuſdem conditorii muro qui plateæ objicitur, ſublime defixa ſunt. Ibi permiſſu [P. Bernardini Roſignoli, tunc] Præpoſiti Provincialis, qui ipſe rei gerendæ affuit, Reliquiarum partes depromptæ, in multas Italiæ urbes diſperſæ, atque in Poloniam & Indias delatæ ſunt. Quin & ipſe Provincialis ex iis ſibi nonnihil ſumpſit, & aliis tribuit. Neque præteribo, confirmaſſe eumdem Provincialem, ejus oſſa inter ſe conjuncta, atque modeſto illo habitu, ſubmiſſo capite reperta, quo fere dum viveret eſſe conſueverat; quæ res notabili pietatis motu aſpicientes affecit. At vero annis poſterioribus, ubi Deus, intercedentibus ejus precibus, miraculis editis, ipſius ſanctitatem in hominum luce collocare cœpit; idem Pater Generalis decrevit, ut ſancta ejus oſſa, è priori ſepulturæ loco, in alium decentiorem, ſeparatim à ceteris, reponerentur. Igitur VI Idus Junii anno MDCII in ſacrum veſtiarium clandeſtino delata, & Kalendis proximis Quinctilibus ſepta loculo plumbeo, qui alteri ligneo erat inditus, ſub gradu aræ S. Sebaſtiani, quæ eſt in eadem æde, collocata ſunt. Tametſi vero curæ fuerit, ut hæc, præter eos qui operam ſuam navabant, clanculum omnes, agerentur; non tamen idcirco populi pietati ſolertia inveſtigandi defuit, qua tandem, ubi ſacer ille theſaurus nuper locatus eſſet, reperiret.

& rurſum an. 1603,

B

276 Ad extremum increbreſcente jam omnibus terrarum regionibus ejus ſanctimoniæ fama, frequentatiſque ipſo Deum exorante miraculis, Franciſci Gonzagæ Marchionis Caſtellionenſis, Oratoris Cæſarei, Principis excellentiſſimi, cui locus ille anguſtior videbatur, rogatu, Præpoſitus Generalis loculum iterum eximi mandat; eoque Superiorum voluntate aperto, Marchio ſibi & Duci Mantuæ paulum quiddam de Reliquiis legit. Caput, juſſu Præpoſiti Generalis, in baſilicam nominis Jeſu, tunc portatum, [poſtea rogatu ejuſdem Principis Franciſci donatum fuit eccleſiæ collegii Societatis noſtræ Caſtellione; ubi nunc magna in veneratione habetur]. Reliquum vero corpus III Idus Maii anno MDCV, crebris luminibus, ſymphoniaciſque proſequentibus, ad ejuſdem in qua ante ſitum fuerat ædis ſacellum, Virgini Matri ſacrum, Sacerdotum manibus deportatum, parieti, quem mos eſt legenti Euangelium ſpectare, inſertum eſt. Alloboratum quidem eſt, ut quam ſecreto ea tranſlatio fieret: at ſimul Orator cum conjuge, item Dux Polius, aliique viri principes ædem ſunt ingreſſi; tanti facti ſunt concurſus multitudinis, ut ſe jam confercire inciperet. Fuitque bene diu pluribus Patribus negotium, ſacras Reliquias, priuſquam in deſtinato loco conderentur, oſculandas, venerandas, precatoriis coronis contingendas, flagitantibus præbere. Ibi tandem repoſita ſancta illa oſſa, ipſius beati Adoleſcentis effigie deſuper, circum vero quam plurimis votivis tabellis pendentibus, lucente continuo lampade, & frequentis populi honoribus decorata, manſerunt [uſque dum anno MDCXX die XV Junii, tranſlata denuo fuerunt in ſacellum, ipſius honori decorè ædificatum, quemadmodum narrabitur alibi]. Interea precamur fortunatum ejus animum, ut in cælo nobis, qui ſacri corporis ipſius exuvias in terris honore proſequimur, Deum propitiet, gratiamque ejus abunde conciliet; ut extet olim meritorum noſtrorum copia, pro quibus, propoſitis à Deo Verbo, poſtquam humanam naturam induit, præmiis digni ſimus: cui, ſimulque Patri & Spiritui ſancto, honor & gloria ſeculis innumerabilibus tribuatur. Amen.

atque an. 1605;

capite ad eccleſiam Domûs Prof. ac inde Caſtellionem, delato,

C

oſſibus reliquis in collegii templo locatis,

ſed anno 1620 inde aliò iterum portatis.

D

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J

Ad Capita præmiſſa XII & XIII.

PARS PRIMA.

Poſtrema duo capita hujus libri ſecundi, quadrimeſtre ultimum vitæ Aloyſii, atque ultimum ejus morbum, ac morbi tempore geſta proſequuntur. De eodem morbo & in illo geſtis deponunt teſtes plurimi, ſed ita ut eorum dicta, aliter atque aliter diſpoſita quam in illis capitibus, nec ſine incommodo & obſcuritate ſeparanda, ad utrumque ſimul caput plerumque pertineant. Quamobrem & noſtra hæc Annotata atque Adjuncta ad utrumque ſimul referre viſum eſt, quo verba teſtium uno tenore perlegi majori facilitate & faciliori intellectu queant. Compendium itaque iſtorum capitum quoddam primo loco dabit P. Antonius Franciſcus Guelfucci, teſtis Caſtell. XIV, *Societatis Jeſu Sacerdos & Concionator: qui poſtquam præfatus eſt (quod ſupra etiam adduximus)* ſe in collegio Romano cognoviſſe Aloyſium, ex quo ibi finem tirocinio ſimul & ſtudiis philoſophicis impoſuit; primoque Adoleſcentis conſpectu captum fuiſſe ſingulari ejus modeſtia ac profundiſſima demiſſione animi, cum ſumma ingenii præſtantia, nobilitate ſanguinis, aliiſque dotibus, quæ naturâ ſuâ generant faſtum, conjunctis: *ita, inquam, præfatus, ſubjunctisque nonnullis de reditu ejus Mediolano Romam, pergit hoc modo:* Annus fluebat MDXCI, Aloyſio curriculi theologici ultimus, cum laboratum Romæ fuit ſummâ penuriâ annonæ; ortique inde morbi contagioſi ac peſtilentia graſſabantur paſſim in miſerum vulgus. Tum Aloyſius, pro ardentiſſima ſua in proximos caritate, multis precibus exoravit Superiores, ſibi ut liceret inſervire morbidis, decumbentibus publicis in hoſpitiis. Eò ipſum ego comitatus fui aliquoties; & quod auditu antea perceperam ex variis Societatis noſtræ hominibus, qui eódem ipſum comitati fuerant, oculis hiſce meis vidi; nec eloqui ſufficio, quanta propenſione animi atque ardore infirmis ſerviret, eligens ſibi maxime miſerabiles & opis indigentiores, exuendo eos veſtibus, componendo in lecto, conferendo cibum, eumque eis inferendo in os; exhortando ad tolerantiam dolorum, docendo modum rite expiandi peccata. Obſervavi quoque, ad illos eum advolare avidius, à quibus ceteri, quod ſolus eorum conſpectus nauſeam moveret, fugiebant longius: quos & amplexabatur & contrectabat, prout poſtularet neceſſitas, magna alacritate ac lætitia; reficiebat quoque horum lectos, circum ſcopis mundabat ſolum, aliaque præſtabat mediaſtinorum ſervitia.

Ex teſte Caſt. XIV.

E

In noſocomiis ſervi-ens an. 1591

Habeo autem pro certiſſimo, ipſum, dum miſellum aliquem, peſtilentiam exhalantem, effert è lecto iterumque infert; ultimo quo ego ſocius fui die in noſocomio (quod pro illo tantum anno, cogente publica neceſſitate, inſtructum fuit, prope eccleſiam noſtram nominis Jeſu, poſt domum Petroniam) contagionem hauſiſſe, quod ſibi non caverit à prædicto peſtifero infirmo. Ubi igitur domum reverſus decumbere atque ægrotare cœpit, omnes quidem collegii totius Socii inde vehementer doluerunt; ipſe vero, cupidus tranſeundi ex hac vita ad conſpectum Dei, multâ indidem affluebat lætitiâ, totumque ſe dabat exercitationibus pietatis. Invaleſcente autem morbo, mature petiit

morbo corripitur.

F

A petiit administrari sibi extrema sanctæ Ecclesiæ sacramenta, sacrum, inquam, Viaticum & Unctionem; contulitque ei illa P. Bernardinus Rosignoli, collegii Moderator; flentibus, præ teneritudine animi, stupentibusque qui circum adstabant; quod conspicerent juvenem, tali tempore & loco, tam intrepidum tamque paratum & cupidum abire hinc ad æternitatem.

& trimestre decumbit:

Remisit tamen paulo post ardor contagii, & successit lenta febris, qua tandem extinctus est. Interea trimestri circiter spatio detentus lecto, edidit exempla quotidiana & crebriora singularis tolerantiæ, religionis, ac pietatis. Scripsit aliena manu ad Dominam Marchionem matrem suam litteras aliquot, plenas fidei, spei, & amoris in Deum, nec non reverentiæ & observantiæ suæ in ipsam matrem. Fuit visitatus à Cardinali Roboreo, aliisque principibus viris; quorum nullus ab eo recedebat, qui non afflueret insolito pietatis sensu, tum ab exemplo infirmi, tum à verbis ejus ingenerato. Scivit per revelationem (ita mihi asseveravit ipse P. Bellarminus, nunc Cardinalis) obitum P. Ludovici Corbinelli, qui per illos contigerat dies; asseruitque, animam ejus Purgatorii pœnas

B vix, aut ne vix quidem, sensisse. Dixit autem mihi, moriturum prius sese, quam transisset Octava Corporis Domini: vocavitque me hisce ultimis octo diebus quotidie ad se præstitutâ horâ: clausâque cubiculi januâ, appositò Christi crucifixi signo in mensula, in qua cibus manducaturo solebat apponi; præibam ei lente ac pedetentim septem Psalmos, à Pœnitentia denominatos: interea ipse, junctis manibus, oculis in signum Crucifixi intentis, excedebat animo in altam contemplationem, ac diffluebat suavibus lacrymis; & ego subsistebam inter legendum, nunc hic, nunc illic, pro ut observabam, sententias Psalmorum plus minusve afficere mentem ejus. Hanc eamdem animi ejus affectionem deprehendi inardescere, ubi prælegebam ei aliquid de Soliloquiis locisque selectis sanctorum Augustini & Bernardi: quos aliàs quoque, & dum secundâ, & dum adversâ utebatur valetudine, lectitare solebat. Intellexi quoque, accepisse benedictionem & indulgentiam plenariam, quas ei Gregorius Papa XIV impertierat sponte sua & motu proprio: alioquin enim ipse, qui se reputabat minimum Religiosorum omnium collegii sui, numquam ausus fuisset postulare beneficium tale.

accipit à Papa Indulgentias plenarias,

C Interim tamen quod sic datum fuit se inscio, summâ reverentiâ atque pietatis sensu acceptavit.

Adfuit tandem dies octavus solennitatis Corporis Domini, visusque est æger eatenus valere melius, ut ego, reminiscens eorum quæ prædixerat, videlicet, decessurum se priusquam præterisset dictus dies octavus; blande insinuarem ei, prædictionem eventu suo carituram, quandoquidem multo melius jam sese haberet. Tunc ipse clarissimis verbis subjecit; Vide sis; nondum præteriit dies octavus: invigilate mihi modo, & assistite: moriar enim. Eodem die ultimo innovabat fervorem pietatis suæ & aspirationum spiritualium. Innovavit quoque professionem fidei, quam & innovaverat antea sæpe, ex præscripta per Rituale Romanum formula. Postulavit deinde sacram Synaxin pro Viatico, dicens, se quidem sacrum Viaticum accepisse sub initium infirmitatis suæ, ac deinceps singulis Dominicis, prout obtinet usus nostrorum nosocomiorum, communicasse; attamen desiderare plurimùm ad supremam luctam sacro Eucharistiæ Viatico præmuniri denuo: ipsumque obtinuit & communicavit summa cum pietate, lætitia & lacrymis, non modo suis ipsius, verum etiam meis & aliorum præsentium. Quia vero Pater Rector, qui manu sua ei sacram Eucharistiam porrexerat, judicabat, non tam brevi moriturum esse, ac propterea parabat abire; rogavit ipsum beatus Juvenis, sibi ut liceret Patres Fratresque nostros qui circum stabant, amplecti, uti solent in Societate qui proficiscuntur in regiones longinquas; atque ultimum vale eis dicere, ac memoriam sui eorum orationibus commendare.

& sacrum Viaticum à suo Superiore.

ANNOT. C. J.

Tum jussu Superioris, qui non putabat, ut dixi, mortem tam prope abesse, omnes inde in cubicula se sua receperunt; præter valetudinarium, & me qui hæc depono, & P. Nicolaum Fabrinum, tunc Ministrum collegii: qui postea missus fuit à summo Pontifice ad bella, per Hungariam flagrantia, ibique mortuus est. Ego igitur remanens in loco, ratusque infirmum, sumpto post sacrum Viaticum etiam cibo, quieti se daturum; abscondi lumen, ac certis intervallis temporis propinquabam lecto, observaturus quem exitum haberet nox illa, quam ipse dixerat supremam sibi fore. Semper autem comperi vigilantem, &, quantum notare potui, tota mente conjunctum Deo in perpetua contemplatione. Interrogavi bis terve, qui E se haberet; num qua re opus esset: ac reponebat suprà memorata verba; Invigilate mihi, & assistite; moriar enim. Ex qua ego responsione, quamvis alioquin nullum aliud signum vicinæ mortis aut majoris periculi deprehenderem, pendebam animi, incertus, an deberem nec ne monere prædictum Patrem Ministrum, ut accedens commendaret animam ejus Deo. Tandem appropinquavi denuo, rem certius exploraturus; atque interrogavi more solito, num quid opis præstari sibi à me vellet: tum ille; Ut è dextro latere in sinistrum me convertas. Quod ego apprehendens, desiderium esse hominis moribundi, advocavi prædictum Patrem, qui in vicino è regione cubiculo recitabat Officium divinum. Advolat is continuò cum Fratre valetudinario; admotisque pluribus lucernis, notavimus in vultu ejus colorem quemdam ex pallore splendoreque mixtum, propinquæ mortis indicem. Tum ego ad eum conversus; Cupis tu quidem, dixi, ex uno in alterum latus converti; at doleo quod nequeam desiderio tuo isthac in re morem gerere: periculum enim esset, ne motu illo acceleraretur mors. Age; hæc ultima est calicis Domini portio, quam haurire debebis. Ille his acquiescens dictis, placide submisit se voluntati nostræ: totusque attentus ad litanias & commendationem animæ, tenens manu cereum benedictum, eumque cum fiducia stringens in signum fidei Catholicæ; oculis intentus in iconem Christi cruce confixi grandiorem, e regione positam; sinistra vero manu apprimens cordi aliam ejusdem Crucifixi iconem minorem, quam ultimo triduo semper appensam collo gestaverat (quia nempe icon erat privilegiata, ut vulgus loquitur, affixas habens Indulgentias Patris Sances, quas vocant Philippinas; eademque ab illo Patre postea in Hispaniam deportata fuit) suaviter abdormivit in Domino, inter secundam ac tertiam noctis (*sive post occasum solis*) horam, cui successit dies XXI Junii, anno MDXCI.

Assistit testis, qui hæc deponit,

suaviter morienti,

F

Ut mortuus fuit beatus Juvenis; ego, qui morienti adfueram, sensi intima mihi quodammodo liquescere viscera præ teneritudine animi, lacrymasque insolitas magnâ copiâ profluere oculis; ac totum me incendi desiderio promovendi gloriam Dei, eique perfectissimo modo serviendi. Idem porro

& mox fruitur in solita animi voluptate

ANNOT. C. J. porro ſenſus & affectio tenuit me deinceps diebus multis; & credidero communem fuiſſe omnibus collegii incolis, præſertim junioribus, quos videre erat curſitare circum corpus defuncti, ac certatim quærere aut rapere partem aliquam Reliquiarum ejus, puta capillos, ungues, veſtimenta; eaque ſibi pro theſauro in memoriam & pignus hominis ſancti auferre: & ego abſtuli mihi ejus calceos, pennas, earumque thecam, duas imagunculas, aliaque ejuſmodi; quæ exinde conſervavi & conſervo hodiedum, repoſita inter res mihi maxime caras & præcipuæ venerationis. Vidi quoque, dum juſta perſolvebantur, Patres Fratreſque noſtros religioſos deoſculari manus defuncti; quod præſtari non ſolet niſi Sacerdotibus. Vidi pariter concurrere magno numero ſcholaſticos ſeculares, ac turmatim venerationis cauſa circumdare feretrum, demortui manum oſculari, & quidpiam Reliquiarum ejus ſibi conquirere, atque etiam à corpore divellere. Quamobrem neceſſum habuimus occludere templi aditus, ne totum dilaceraretur corpus.

reſque ejus aliquas aufert pro Reliquiis.

Hactenus teſtis ille. Alia deponit teſtis Caſtell. VI *Franciſcus Roſatinus, ſæpe jam adductus ſupra:* Memini, quod cum anno MDXCI annonæ caritatem conſecuta eſſet miſera luęs ac ſtrages mortalium totâ Româ; B. Aloyſius, caritate æſtuans, copiam ſibi fieri Superiores poſtularit inviſendi ad hoſpitia morbidorum publica; quodque crebro obiverit Urbem, pendente ex humeris manticâ, miſerorum egeſtati eleemoſynas colligens; collectaſque eis diſtribuebat. Inter hæc contigit eum incidere in miſellum, ſub dio in via publica jacentem ac gementem; quem in humeros ſublatum portavit ad hoſpitium, S. Mariæ de conſolatione dictum; ibi onus depoſuit, neceſſaria miniſtravit, lectum compoſuit, cibum attulit, & varia tolerantiæ documenta dedit: notatuſque fuit, plerumque illorum infirmorum cubilia avidius circumire, à quibus natura, propter morbi aut ulcerum fœditatem, ſolet magis abhorrere: quod ipſum etiam inter noſtros domeſticos factitabat, uti ego ſæpiſſime obſervavi. Dum vero hæc opera caritatis exercebat in hoſpitiis, & ipſe contagionem ibi hauſit: ex eoque quod aliis argumentum mœroris fuiſſet, ſummopere lætatus fuit; atque exultavit, quod crederet fore ut infirmitas illa ſibi viam brevi panderet ad vitam meliorem. Et dico tibi, Domine mi (*alloquitur teſtis Examinatorem*) qui non viderit oculis ſuis, quæ vidimus nos præclara ejus exempla virtutum, fieri vix poterit, ut credat talia eſſe, qualia vere ſunt; quin & conſiderans ego excellentiam illorum, vereor ne, dum verbis meis illam explicare velim, obſcurem potius. Deſiderium porro ejus moriendi, quod dixi, ac Deum poſſidendi in cælo, tam ardens erat, ut poſtea ſibi duxerit religioni, dubitans num forte vehementius quam par eſſet, illi indulgeret. Quòcirca & conſuluit P. Robertum Bellarminum, qui ei à ſecretis conſcientiæ erat, nunc ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalis eſt, numquid excedere deſiderium illûd modum & æquum poſſet: acceptoque reſponſo, etiam Sanctos vehementer cælum deſideraſſe; amplius intendebat animum ſuum contemplatione rerum cæleſtium ac deſiderio vitæ æternæ. Interea invaleſcebat morbi maligni vis, atque ad extrema ducebat infirmum; cum ſancta Eccleſiæ Sacramenta ſibi petiit conferri, noxas animi per Confeſſionem expiavit, ſacrum Viaticum religioſe ſumpſit, & extrema Unctione munitus fuit à P. Rognolo collegii Rectore, ſumma pietate atque optimo omnium adſtantium exemplo. Ne cui vero remaneret ſcandalum, quod forte ſumpſiſſet ex nimio, ut videbatur, rigore ac perpetuitate, quibus ſævierat in corpuſculum ſuum; curavit edici omnibus qui aderant, per Patrem Rectorem, ſibi id religioni non eſſe, quia quidquid iſtius generis fecerat, fecerat conſciis ac permittentibus Moderatoribus.

B *Ex teſte Caſt.* VI.

Anno 1591 ægris ſtipem mendicat:

& morbum contrahens,

C

gaudet ſpe vicinæ mortis;

& extrema ſuſcipit Sacramenta.

D

Poſt hæc deſæviit aliquantum ardor morbi, poſt ſe relinquens febriculam lentam, ex qua demum obiit anno MDXCI, die XXI Junii. Præbuit interim præclara exempla omnis generis virtutum. Rogabat Superiores, ut qui ad ſe inviſerent, alia de re ſermonem non inferrent, quam de rebus ad vitam æternam ſpectantibus: atque ita etiam factum fuit. Memini autem, inter hæc ad eum inviſere Cardinales, Roboreum & Scipionem Gonzagam; qui & invitarunt eum, ut ad ſe venire vellet, majori commodo ibi decubiturus; utque valetudinem curaret diligenter, quo diutius viveret, hortati ſunt. Quibus ille reſpondit, ad primum quod attinet, Religionem ſibi tam belle proſpicere, ut re nulla indigeret: ad ſecundum vero dicebat, legiſſe ſe in geſtis Sanctorum, illos paſſim moriendi cupidiores fuiſſe quam vivendi; quia neminī quamdiu hic vivit, plena ſecuritas eſt. Frequens colloquebatur cum ſuæ conſcientiæ moderatore P. Bellarmino, conferens de ſtatu animæ, de purgatorio, ac rebus ejuſmodi aliis. Quotidie è lecto ſurgere & veſtiri volebat, quo circuiret cubiculum, ac certas quaſdam Sanctorum imagines circum pendentes veneraretur, cum adoratione ipſorum Sanctorum, qui per illas repræſentabantur: cumque id ego ei diſſuaderem, aç dicerem me ad lectum ejus allaturum & effigiem Chriſti in cruce confixi, & imagines circum pendentes Sanctorum; reponebat; Sine, quæſo, ſine me ſurgere; hæ quippe ſtationes meæ ſunt; ac ſimul è lecto ſurgebat. Aliàs, cum ego clauſiſſem cubiculum ejus, ut quietius ſomnum caperet, ſimiliter è lecto ſurrexit orandi cauſa; cumque me animadverteret redire, intermittebat orationem, & quaſi naturæ urgenti ſatisfeciſſet, concedebat denuo in lectum; cumque eum iterum iterumque ſic deprehenderem, ſuſpicari cœpi id quod res erat: utque certior fierem eumque deprehenderem in facto, acceſſi aliquando pedetentim ſuſpenſo gradu, ut venientem audire non poſſet; ac improviſo aperiens portam, inveni de genibus orantem, & quaſi attonitus conſiſtens reprehendi factum: ipſe vero, nullo dicto verbo, lectum continuo repetebat; tum rogabat, ſibi id ut condonarem.

Morbo in lentam febrim mutato,

viſitur a Cardinalibus.

E

Stationes obit in cubiculo ſuo.

F

Libenter quoque viſitabat infirmos alios, meque aliquando exoravit, ut non valentem conſiſtere pedibus inter ulnas portarem ad cubiculum P. Ludovici Corbinelli, ſenecionis venerandi ac infirmi. Illic depoſitus in ſella, ſimul fuerunt longo temporis ſpatio, ſuaviter colloquentes de Deo rebuſque divinis: ac tandem cum reportandus ad ſe eſſet Aloyſius, optimus ſenex pro veneratione, in qua juvenem habebat, poſtulabat ſibi gratiam benedictionis ab illo impertiri; Fortaſsis enim, inquiebat, hoc ultimùm alter alterum videmus (Et vero uterque gravitate morbi ad finem properabant vitæ) At Aloyſius multa cum animi demiſſione reſpondebat, id æquum non eſſe; Quia cum tu, Pater reverende, ajebat, & ſenex & Sacerdos ſis, ego vero & juvenis & clericus tantum, par eſt te mihi bene precari. Inter hæc animadvertens ego, P. Ludovicum contrahere vultum ac mœſtum eſſe, ad iteratas ejus preces mandavi Aloyſio, ut ſenem bona pre-

portatur ad infirmum P. Corbinellum,

A catione ſua recrearet : moxque ille dicto audiens, acceptâ aquâ benedictâ aſperſit Patrem ac ſe ipſum, dicens : Pater mi, Deus benedictus benedicat nobis utrique, & compleat ſancta deſideria tua; ora pro me, & ego viciſſim orabo pro te: ſicque eum retuli ad lectum ſuum, qui ſat longo aberat intervallo.

Non admodum multo pòſt obiit P. Corbinellus, noctu in cubiculo, quod in alia erat ambulatione, quam ubi cubabat Aloyſius: quem nos ſtudio celavimus obitum illum, quia multum inter ſe amabant; nec innoteſcere ei aliunde potuit. Reſcivit tamen, quia tertium ei apparuerat illa nocte prædictus Pater, quemadmodum ipſe mihi mane, cum in cubiculum intrarem, aperturus feneſtram & de valetudine ejus percunctaturus, narravit; queritans ſe inquietam egiſſe noctem illam, propterea quod tertium ſibi apparuiſſet P. Corbinellus. Primùm, inquiens, mihi dixit, Cariſſime Frater, nunc animam ago; ora Deum pro me, ut ne deficiat mihi tolerantia in hiſce anguſtiis; & ego receptus cælo, tui memor ero. His ego expergefactus, reprehendi meipſum, dicens; Videſis dormias, ſomnia ſunt hæc : ac denuo indormivi. Ecce autem rurſum adeſt mihi Pater, ac dicit; Dolores mei invaluerunt eatenus, ut mihi videar non eſſe tolerando: adjuva me tu precando, ut tolerem. Iterum hic excuſso ſomno, miror meipſum, ac ſtupeo. Tertiùm nihilominus me compono ad ſomnum, atque tertiùm dormitanti apparet idem Pater; &, Nunc ſcito, inquit, Frater Aloyſi; jam corpore ſolutus ſum & vado ad vitam meliorem. Ora Deum pro me, & ego eum pro te orabo, ut tranſitum hinc tuum tibi fortunet : brevi iterum ſimul erimus. Ego inter hæc me corripui denuo, ac ſtatui poſtulare, mihi pœnam injungi, quod medico, qui me juſſerat captare ſomnum, minus obediviſſem. Et hæc verba ſunt quæ ipſemet mihi dixit Aloyſius, cui ne tunc quidem ſignificavi, mortuum eſſe Patrem, quin etiam inſinuavi, recte ſe habere; atque hortatus ſum ut ſomno ſe redderet. Scio etiam, ipſum deinde affirmaſſe Cardinali Bellarmino, Confeſſario tunc ſuo, quod anima P. Corbinelli ſolo tranſitu piacula-
C res flammas ſenſiſſet, idque ſibi divinitus innotuiſſe. Ad hæc probe memini, eumdem P. Corbinellum, priuſquam excederet è vita, hanc à me gratiam petere, ſuum ut cadaver reponendum curarem in eadem cella mortuaria, in qua Aloyſius poſt mortem condendus eſſet. Id autem non aliam petebat ob cauſam, quam ob venerationem, qua beatum juvenem proſequebatur. Audivi quoque, & tunc temporis & poſtea ſæpius, quod aliquando collocutus cum Cardinali Bellarmino de vita beata, noctem inſequentem tranſegit fere totam in continua iſtius beatitudinis viſione.

Habuit etiam revelationem Aloyſius, qua demum die, certò moriturus ipſe eſſet: ex eoque tempore venit ad eum quotidie hora XX, *quæ eſt quarta ante occaſum ſolis*, P. Antonius Franciſcus Guelfuccius, qui clausâ cubiculi portâ ſub oculis ejus in lecto ponebat effigiem Chriſti in cruce ſuffixi, & prope flexis humi genibus, præibat decumbenti lento tractu ſeptem Pſalmos vulgo notos, ſubſequente Aloyſio, fixis in effigiem Chriſti oculis, animo reconditam ſententiarum dulcedinem deguſtante. Alios præterea libros pios ſibi prælegi curabat quotidie, illos præcipue qui differunt de vita in cælis æterna; ac tota propemodum die iſtiuſmodi rerum contemplatione veluti abſtractus à ſenſibus, jacebat. Quod autem ex revelatione didicerat, multos antè dies quam moreretur prædixit, mihi imprimis ipſi, & Patribus Antonio Franciſco Guelfuccio prædicto & Franciſco Belmiſere, aliiſque qui mihi id poſtea retulerunt; ſe in Octava Corporis Chriſti mortem obiturum. Ubi autem illuxit dicta dies octava, adjutor meus Bernardinus Mizzetti, cubiculum ejus ingreſſus, apertâque feneſtrâ, dixit ei: Ecce, Frater Aloyſi, adeſt Octava Corporis Domini, qua te moriturum dictitabas; mihi autem videris nunc rectius habere. Et ille: Scito, nondum tranſiiſſe hunc diem; hoc equidem moriar. Digreſſus inde Bernardinus, rectà venit ad me, & ſubridens; Scin' tu? inquit; Aloyſius etiam nunc firmum certumque habet, ſe moriturum hodie: mihi autem videtur melius nunc valere quam prius. Acceſſimus paulo poſt ad eum ſimul, ac tentato arteriæ pulſu, dixi; Frater Aloyſi, quî modo vales? Reſpondit; Uti Deo collibitum eſt. Intuli ego; Crede mihi, vales meliuſcule. Et ille; Ut tua fert opinio, valeo meliuſcule; verumtamen, uti fert voluntas Dei, moriar hoc veſpere : ſimul rogavit me multis, ut ſatagerem, ſibi eodem illo tempore antemeridiano adhuc provideri de ſacro Viatico. Dixi ego, jam ſuſcepiſſe Viaticum, non iterandum in eadem in-
E firmitate. Id autem dicebam, quia videbatur mihi valetudo ejus tali loco eſſe, ut Viatico nondum opus foret. Et ille ad me; Recte tu quidem, ſacro Oleo inungi non poſſum denuo, tenente eadem infirmitate : at ſacrum Viaticum licet accipere denuo. Exinde totum diem illum tranſegit orando & contemplando, & ad ſe venientibus vale dicendo; præterquam quod inter illa crebro me moneret de ſacro Viatico ſibi conferendo; quod ego diſſimulabam me audire, ut lucrarer tempus. Tandem viſitatus à P. Joanne Baptiſta Lambertini, cum eoque recitans Litanias, ingredi ad ſe videt ſub veſperam R. P. Rectorem; à quo & petiit, ſibi ut impertiretur ſacrum Viaticum : ille vero promiſit, fore ut finito Officio mox ei illud porrigeret. Signo itaque dato ære compano, univerſi Socii, qui fere CL numerabantur, concurrerunt ad ægrotantis cubiculum, adfuturi morienti, quia aſſeveraverat, ſe die illo moriturum.

At unius rei oblitus ſum, videlicet, quod eodem venerit R. P. Joannes Baptiſta Carminata Provincialis, viſurus Aloyſium: à quo hic continuo iſthanc petiit gratiam, tolli ut juberet certam ſto-
F ream, quæ ſupra lectum tendebatur. Reſpondit Provincialis, ſtoream illam ipſius cauſa ibi poſitam non eſſe; nec dubitare ſe, quin ea manente, integra conſtaret illi paupertas ſua. Deinde petiit facultatem ſæviendi in corpuſculum ſuum flagris: negavit Provincialis, vires ei ad hoc ſufficere. Tum ille: Saltem alius in me ſæviat percutiatque à vertice capitis uſque ad plantam pedis. Imo, inquit Pater, irregularis foret, qui tali percuſſione tibi mortem acceleraret. Tandem petiit, ſibi ut liceret nuda humo jacentem mori: ſed neque id obtinuit. Pòſt ſacro Viatico communitus, amplecti omnes voluit; & magna caritate ſingulis valedicens, eorum orationibus ſeſe commendavit, & ſuas eis viciſſim addixit ubi cæleſtis gloriæ compos foret. Tum ego, quia propter multitudinem Sociorum tranſitus per cubiculum non pateret, rogavi R. P. Rectorem juberet omnes redire ad ſe, dicendo, ne octonis quidem abinde diebus moriturum. Fecit quod rogabatur P. Rector, jubens omnes ad ſua reverti cubicula. Acceſſit autem ad me P. Bellarminus, ac interrogavit; Putaſne vero, moriturum eſſe brevi? Quippe ſi

qui quâ nocte obiit,

B *ter ei apparet,*

opem implorans,

ac tranſito purgatorio ad cælos abiens.

Præſcius ſuæ mortis,

petit denuo ſacrum Viaticum,

ANNOT. C. J.

& accipit:

Cupit flagris vaſulare

ac nuda humo mori:

ſingulis valedicit,

ac digreſſis fere omnibus

ANNOT. C. J. id ſcirem, omnino vellem adeſſe morienti. Atque ego repoſui: I, Pater, dormitum: tam prope nunc ipſe abeſt à morte, quam inde abſum ego. Miſellus imaginatur ſibi quidem mortem vicinam; verum contendam, non affore cis dies octo. Ecce autem vix receſſerant ad ſe, dormitum Patres omnes, cum Aloyſius incipit emori; integris tamen adhuc ſenſibus & prompta loquela; at mox nec opinato deficiens, manuque alterâ Chriſtum in cruce ſuffixum, alterâ cereum benedictum ardentem in ſignum conſervatæ perpetim fidei, quem ei porrexerat P. Guelfuccius prædictus, ſtringens, in voce amabili Jeſu quam ultimam pronuntiavit, animam reddidit factori ſuo, accepta prius à Gregorio Papa XIV benedictione cum Indulgentia plenaria. Adeo autem ſubitanea fuit beati Juvenis mors, ut tempus non pateretur, me uti promiſeram monere P. Bellarminum, ex quo optimus vir triſtitiam ſenſit non modicam, ac monſtravit: quippe qui magnopere deſiderabat aſſiſtere morienti.

pie moritur.

Demortui corpus lavare ac pollincire aggreſſi, comperimus, macritudine & longo cubatu tabuiſſe latera ejus, contractis duabus plagis, quibus conſumpta pelle, lodices carnibus adhæreſcebant. Nihilominus tam patientis ſemper fuit tolerantiæ, ut nuſpiam ejus rei indicium dederit: quando autem contrectare nos eum neceſſitate debuimus, tam ſtudioſe contegebat partes illas, ut à nobis videri plagæ non potuerint. Comperimus quoque in utroque genu, quibus perpetuo longisque in orationibus ſuis nitebatur, callos craſſiſſimos atque inſtar oſſis duros. Exieram forte ego è cubiculo, cum adjutor meus, de quo ſupra, tum ſuâ ipſius piâ cupiditate, tum aliorum, uti credidero, rogatu, conſtituit tollere aliquid de corpore recens mortui, Reliquiarum loco. Jamque immiſſâ ori ejus forcipe parabat ei dentem evellere; cum ego rediens ſuperveni, ac rei indignitate motus, increpui ut crudelem, non ſine comminatione aliqua. Tum ille in genua procidens; Da, inquit, veniam mihi, care Frater: cras quippe diripietur corpus iſtud, & partem ſibi quiſque auferent pro Reliquiis, mihique tunc nihil ſuperabit. Atque ita enimvero accidiſſe videri poteſt. Nam illuceſcente die primum ablata fuerunt omnia, quibus uſus fuerat; tum inciſæ veſtes, tam linea quam lanea; denique refecti capilli, ungues, caro etiam: neque ſolum à noſtris domeſticis, verum ab extraneis quoque: qui illato deinde in templum corpore, celebratisque exequiis, tam frequentes ad illud concurrerunt, venerandi & aliquid rapiendi Reliquiarum cauſa, ut ſepeliri nequiverit ante noctem. Poſui illud ego in capulo quo tumularetur: & conſpiciens tam indigne tractatum à rapacis pietate populi, equidem vehementer ſtomachatus fui. Tenuit deinde per multos dies concurſus plurimorum ad portam collegii, flagitantium me particulam qualemcumque Reliquiarum beati Juvenis, memoriæ ejus ac venerationis ergo. Notari quoque meretur, corpus capulo incluſum fuiſſe; quod præter uſum eſt, ac novum in Societate noſtra; nec conceſſus ei fuit, niſi propter eximiæ ſanctitatis opinionem, quæ in omnium animis vigebat. Eâ opinione ducti, cœperunt continuo juventus religioſa collegii paſſim viſitare corpus condiſcipuli ſui, tamquam hominis beati; & nonnulli, quos inter P. Joannes Antonius Valtrinus, inſpergebant ei flores, dicendo, illud mereri floridas ejus virtutes: multoque deinceps tempore alius vix audiebatur

B *Poſt mortem apparuerunt plagæ in lateribus,*

& calli craſſi in genibus;

veſtes aliaque pro Reliquiis raptu:

C

corpus præter morem loculo incluſum

& floribus inſperſum,

domi noſtræ ſermo, quam de ſanctitate Aloyſii; & in domeſticis exhortationibus Patres ut plurimum afferebant exemplum aliquod virtutum ejus. D

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

Ad Capita præmiſſa XII & XIII.

PARS SECUNDA.

Prædictis ſimilia, ſed paucioribus verbis, deponunt alii teſtes magno numero; quorumdam dicta, quæ in præmiſſis relata non ſunt, aut non tali modo, hic deſcribo. Teſtis Caſt XIII, *poſtquam commendavit operam Aloyſii, infirmis diverſimode præſtitam, ſubjungit*; tanto illum iſthæc opera caritatis gaudio ſpiritus ſui impendiſſe miſellis ægrotantibus, ut adſpectantes omnes inde exemplum ſibi ſumerent, atque animarentur ad eum imitandum: nec defuere qui fortius exemplo & exhortatione ejus commoti, re ipſa crebrius ſolito viſitaverint hoſpitia morbidorum, atque opera caritatis quæ poterant eis exhibuerint. Interim tum ego, tum alii, diximus ei pluries, fore ut nimio ſuo zelo ſibi ipſe luem contraheret: item, nimis operoſe à Superioribus poſtulare licentiam conferendi ſe ad hoſpitia miniſtratum ægrotantibus, cum probe noſſet imbecillitatem corporis ſui. Ad quæ dicta noſtra reponebat, imprimis mihi, ſe, quandoquidem talis ardor exederet animum ſuum, confidere, eum à Deo ſibi inditum eſſe; atque adeo debere, quantum in ſe eſt, id exequi quovis modo, accedente Superioris conſenſu; certum enim eſſe, ſe facere voluntatem Dei, ſi conſenſum Superior præſtaret: ſin autem, ſe quod petierat, prætermiſſurum abſque ullo animi ſui angore. *Poſtquam deinde luem ipſe hauſit*, plurimùm lætatus fuit, quod ſperaret brevi ſe eximendum hac vita mortali, atque conjungendum arctius cum Deo in vitâ æterna. Hujus autem rei tanto tenebatur deſiderio, ut ſiquis decumbentem animaret forte, uti fit, ſpe reſtituendæ brevi valetudinis; contraheret potius frontem, quam lætitiæ indicium daret. Contrà vero notatum fuit, eumdem, ſiquis de morte intuliſſet ſermonem, eique vicinam eſſe fortaſſe diceret, lætitiam monſtrare.

Ex teſte Caſt. XIII.

Ægrotis libenter miniſtrat,

ſed non niſi ex voluntate Superioris,

Sperat ſe brevi moriturum:

Plane ſimilia ſunt ſpei ejus argumenta, quæ adjungit in hunc ſenſum citatus paulo ante, teſtis Caſt. VI: Spem habebat in Deo firmiſſimam, & per ejus gratiam ſperabat pari firmitudine, potiturum ſe aliquando beatitudine æterna. De illa numquam non loquebatur, præſertim in extrema infirmitate ſua: ac ſpe tali munitus, in votis habebat, mori potius quam vivere. Quando autem præbebam ei potionis quidpiam medicæ aut cibi, dicere ſolitus erat: Quid agis, Frater? putaſne hoc alimento prolongare mihi vitam, ac differre conjunctionem meam cum Deo, ultimo meo fine? monſtrabatque, certo modo ſibi diſplicere, proferri talibus ſibi vitæ tempus. *Interea antiquum obtinebat, ſemper aut de Deo cogitans, aut colloqui cupiens, quod ſic declarat teſtis Rom.* XXIV: Dum poſtremus lentuſque morbus paulatim eum deducebat ad vitæ terminum, multo etiam magis, quam cum recte valeret, delectabatur colloquiis piis, pioſque ſibi libros prælegi peroptabat: & ego inter alios votis ejus hac in re obſecutus, quoties ad eum inviſebam, aliquid prælegebam. Imo quando etiam tempore, relaxandis animis præſtituto, mox à prandio, ad eum ibamus; ſi quis forte ſermonem de rebus, neque bonis neque malis per ſe, ægrum

E

F

A grum recreandi cauſa, intuliſſet; animadvertebam, id eum ægre habere (quamvis tamen pro ſua modeſtia ſenſum illum apertius non monſtraret) quia optaſſet aliud collocutionis nihil miſceri ſe præſente, quam de Deo. *In eodem etiam morbo, inquit idem teſtis*, mirabiliter eluxit ejus fortitudo, conſtantia, tolerantia & perſeverantia, omnes actiones ſuas tali manſuetudine moderantis, ut videretur æger non eſſe, quamvis acerbos plerumque ſentiret dolores.

preces condiſcipulorum poſtulat,

Teſtis Caſt. XII *decumbentem ex ultimo morbo ſæpe inviſit, & præter jam dicta, narrat*, ipſum paucis ante mortem horis advocandos curaſſe ad ſe Profeſſores Theologiæ ac Philoſophiæ, eoſque rogaſſe, ut ſuo nomine nos diſcipulos ſuos poſtularent coronas, diſciplinas, & alia pia opera pro ſalute animæ ejus; promittens viciſſim ſe noſtri memorem fore in conſpectu Dei. Mirum, quantam hæc legatio Profeſſorum noſtris intulerit animis commotionem. Nos vero non tantum promiſimus Profeſſoribus prædictis, ſatiſfacturos nos deſiderio ægroti; ſed adivimus quoque major pars ad cubiculum ejus, commendaturi nos ei, & noſtras ei orationes, tametſi imbecilles, oblaturi.

B

& hi offerunt.

Cognovimus ibi, beatam ejus animam jam tum unitam eſſe amoris vinculo cum Deo ſuo: atque ultimæ illæ, quæ horæ ægro ſupererant vitæ hujus, videbantur continua ecſtaſis eſſe. Opinio interim noſtra ferebat, non tam propinquum eſſe termino vitæ, ſed pervicturum ad dies aliquot: at illa fefellit nos. Nam utcumque deſideraremus aſſiſtere morienti, tamen cum ſignum concedendi cubitum campana dedit, ab eo diſcedendum nobis fuit, hac nos ſpe conſolantibus, fore ut poſtridie adhuc viventem reviſeremus.

Mortui etiam caro pro Reliquiis abſciſſa;

Deſcripto deinde quid à morte Aloyſii pro Reliquiis direptum ſit; Ego, *inquit*, nactus fui ſegmentum carnis ejus, ex altero genuum exciſæ, quod pro meo in illum religioſæ pietatis ardore multis portavi annis, è collo ſuſpenſum. Habui quoque libellum, Confeſſiones S. Auguſtini inſcriptum, nec non Officium parvum beatæ Mariæ Virginis, quibus, dum vita ſupererat, utebatur. Horum tamen partem aliis, ea me pietati ſuæ poſtulantibus, conſpicatus eorum in hunc Beatum venerationis ſtudium, pridem volens conceſſi. Interfui quoque exequiis ejus, ac vidi innumerabilem eò concurrere populi multitudinem, &

C

quantam eccleſia capere vix poſſet; qui corpus illud contemplabantur, tamquam viri ſancti, & tamquam eximiam Reliquiam oſculo venerabantur. Idem corpus depoſitum quidem fuit in conditorio communi, attamen (quod inſolitum apud nos eſt) ſandapilæ incluſum; quaſi jam tum ſperaretur, aliquando extrahendum, atque ut ſanctam Reliquiam religioſius conſervandum eſſe.

ſepulcrum mox frequentatum;

Dum in hoc communi conditorio latuit, frequens eò conceſſi, ut patrocinium ejus mihi apud Deum exorarem; & ſcio, alios idem præſtitiſſe. Tum quoque prodierunt capitula aliquot Vitæ ejus, manu ſcripta, quorum ego exemplum habui; & in familiaribus Noſtrorum congreſſibus, in ore omnium paſſim verſabantur inclitæ virtutes glorioſi hujus ſervi Dei.

aliæ Reliquiæ ablatæ,

Teſtis Caſt. XIX, *ad promiſcui concurſum populi, corpus venerantis, & Reliquiarum quiddam inde ſibi rapientis, addit etiam ſpeciatim concurſum ſcholaſticorum gymnaſii noſtri.* Perſolutis, *inquit*, exſequiis, conceſſi ego cum aliis quibuſdam Noſtrorum, nominatim cum P. Bandino Gualfreduzzi in angulum aliquem orandi cauſa, manente in medio templo defuncti corpore; quando ingreſſi eò ſunt per portam minorem, quæ tranſmittit è cavædio ſcholarum in templum, juvenes multi, nobilitate ac pietate præcellentes, è ſodalitio B. Mariæ Virginis plerique; inter alios vero D. Maximilianus Perneſtain, tunc auditor in gymnaſio collegii Romani, & R. M. Ariſtoteles de Benedictis, eximiæ virtutis Sacerdos, qui poſtea Societati noſtræ nomen dedit, in eaque diem ultimum clauſit. Hi omnes ſingulari ſua in Aloyſium pietate, aut opinione, quam de ſanctitate ejus conceperant, ducti, circumdederunt feretrum; productiſque forficibus & ſcalpellis, quanta poterant celeritate incidebant ejus veſtes, induſium, capillos: nec potuit importuna illorum pietas cohiberi, quantumvis prohiberent noſtri, & arcere violatores conarentur. *Teſtis Rom.* XVII, *inter illos qui concurrerunt Officio perſoluto ad cadaver, præter Perneſtainum, etiam nominatim annumerat* Abbatem Paulum de Angelis, *&* D. Julium Urſinum: *additque præterea*, digitum ei manûs (ſi recte meminit) ſiniſtræ, præciſum fuiſſe; *ſeque*, ut tumultuari incipientis populi vim compeſceret, eccleſiæ portas (*erat enim æditimorum unus*) occluſiſſe. Præciſum digitum fuiſſe, *confirmat etiam teſtis Rom.* XXIV; *addens*, Patrem, qui id auſus fuit, publicas propterea pœnas inter ſuos juſſu Moderatorum dediſſe. *Et Abbas Paulus de Angelis, modo nominatus, tantum non præſcidit ei alteram aurem, uti ipſe in Proceſſu Rom. in genere anno* MDCVII, VI *Decembris ita teſtificatus eſt:* Ego adſtiti apud corpus defuncti, vidique ingentem populi multitudinem repente confluere; quorum alii incidebant veſtes, alii capillos; & ego ipſe conatus fui auriculam ei præcidere, pro Reliquia ſervandam; verum exequi, quod conabar, non potui; prohibente id Patre aliquo, qui ibi advigilabat: reſecui tamen partem collaris ex induſio ejus; eamque hodiedum adſervo inter alias Reliquias meas Sanctorum.

ANNOT. C. J.

etiam digitus,

E

& tantum non auris una.

Frater Beati, intellecta morte ejus,

Qui hactenus depoſuerunt de poſtrema ægritudine Aloyſii, de morte, exequiis, aliiſque interea actis; ſpectarunt fere omnia coràm, quæ teſtati ſunt. Multa iis ſimilia etiam per litteras eodem tempore nuntiata fuerunt in longinquas regiones. Teſtis Caſt XI, *Princeps Franciſcus, frater Beati, ſic ait:* Verſabar ego in aula & obſequio Imperatoris, quando vitæ debitum perſolvit Beatus ille, à quo mihi crebro ſolebant afferri litteræ, indicia mirifici ejus amoris, quo me ſemper proſecutus fuit. Quando autem nuntii ſupervenerunt de morte ejus, quamvis lætari potius quam plangere deberem (debebam namque credere, cælo jam receptum eſſe, auctoritate tum aliorum multorum de ſancta ejus morte teſtantium, tum etiam Reverendiſſimorum Cardinalium Scipionis Gonzagæ & Roborei, quorum ipſas etiam litteras deinde vidi) tanta animum inceſſit meum teneritudo, & quaſi voluptas quædam flendi, ut octo aut decem diebus continuis continere lacrymas non poſſem: quo etiam tempore neminem admiſi ullum ad alloquium, aut aliis me conſpiciendum dedi, veritus ne deriderent me importune flentem: quamvis de cetero natura mihi minime prona ſit ad fletum: neque vero mors patris, aut matris, aut ulla familiæ meæ tragœdia, lacrymas elicuit umquam oculis meis.

F

dies 10 *cogitur flere.*

De iiſdem fortaſſe litteris Cardinalis Roborei, quæ mox initio libri ſequentis legi poſſunt, loquitur etiam teſtis Caſt. II; Memini, *inquiens*, allatum fuiſſe Româ nuntium de morte Aloyſii; & hic Caſtellione exequias ei propterea factas eſſe, totâ Aulâ lugubribus veſtitâ: verum aliquanto poſt tempore reſcitum fuit etiam vivere; idque Marchio Ru-

Mors ſemel falſa,

ANNOT. C. J. dolfus mox notum fecit toti Aulæ. At vero, indè neſcio quot menſibus elapſis, certior affuit Româ nuntius de morte ejus, tunc vere obitâ, & obitâ cum opinione eximiæ ſanctitatis: eaque de re mox etiam allatæ fuerunt litteræ Cardinalis Roborei, & ejus Secretarii Mancini, & aliorum; narrantium, ſanctitatem Aloyſii tam alte animis omnium Romæ impreſſam eſſe, ut tota Urbs concurrerit ad videndum & venerandum ejus corpus, & aliquid inde ſibi quiſque pro Reliquiis auferendum. *Hæc eadem paucis mutatis habet teſtis* III.

iterum vere nuntiata Caſtel. lionem,

Caput XIII *& ultimum libri ſecundi hujus Vitæ, apud Ceparium concludunt ternæ corporis ſacri tranſlationes, quibus etiam ex Placentina editione accedit quarta, anno* MDCXX *peracta; de qua alibi pluribus. Nunc priores tantum, earumque tempus confirmabit teſtis Caſt.* VI, *ut ſequitur:* Memini, ſacras ejus Exuvias, anno MDXCVIII è priori loculo exemptas & in novo repoſitas eſſe; quando inde nonnullas accepit P. Franciſcus Corſi, & ſecum aſportavit in Indias. Anno MDCII in aliam rurſus capſam tranſmiſſæ, ſub ara S. Sebaſtiani, in eccleſia noſtra S. Mariæ Annuntiatæ, collocatæ fuerunt. Tandem increbreſcente indies magis ac magis famâ ſanctitatis ejus, variorum variis in locis operatione miraculorum confirmatæ; conceptis quoque, tam à Synodo Mantuana, quam à Congregatione Provinciali Venetâ Societatis Jeſu, Decretis, quibus ſupplicaretur Clementi Papæ pro canonizatione Aloyſii; tandem, inquam, ſtatutum fuit, ſacras ejus Reliquias tranſportare denuo in locum convenientiorem; atque anno MDCV id præſtitum eſt, cum magna populi, qui aderat, pietate ac reverentia, cum facibus ac cereis, cum muſicarum vocum & organorum conſonantia. Tranſlatæ autem tunc fuerunt in ſacellum, ubi nunc (*anno* MDCVIII) in prædicta Annuntiatæ eccleſia quieſcunt ac honorantur. Cardinalis Dietrichſtain paulo poſt, conceſſa ei à Paulo Papa V facultate, extulit imaginem ejus, expoſuitque venerationi publicæ ſupra Reliquias, circum appendens varia anathemata, quæ pridem à populo religionis ergo prope ſepulcrum appenſa, at à Patribus ablata inde, & tantiſper abſcondita fuerant.

Tranſlationes corporis:

B

Neque omnino ſupervacaneum erit hoc loco, quod idem teſtis ſubdit præmiſſis, de imagine Aloyſii, aliis quoque locis elevata; deque titulo Beati, meritis ejus à ſummo Pontifice conceſſo. Scio, *inquit*, R. P. Virgilium Ceparium, opinione, quam ſemper habuit de ſanctitate Aloyſii, impulſum, collegiſſe ipſe adhuc vivente, ac deinde poſt mortem, virtutes ejus, contexuiſſeque inde hiſtoriam ejus vitæ: quæ cum vulganda typis eſſet, nominavit Paulus Papa V tres Cardinales, qui examinatam cenſerent, videlicet Aſculanum, Bellarminum, & Pamphilium Vicarium Papæ; ex eorumque relatione poſtea ſtatuit in Conſiſtorio, imprimi prædictam Aloyſii Vitam cum titulo Beati poſſe: quemadmodum videre eſt in Brevi Apoſtolico, quod ea de re habet Princeps Caſtellionenſis; & in Reſcripto, quod de eadem re dedit Cardinalis Aſculanus. Atque ita cum tali titulo impreſſa & late divulgata eſt Vita: & mox imagines quoque ejus, cum ſimili titulo ac radiis, prodierunt in Italia, Germania, Gallia; item Romæ, cum facultate Sanctitatis ſuæ. Nec multo poſt vidi ſic depictas ejuſdem imagines, in multis per Italiam eccleſiis publice expoſitas, honorari; atque anniverſarium diem, quo feliciter in cælum evolavit, celebrari.

C

Titulus Beati conceſſus à Papa.

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

Ad varia Vitæ præmiſſæ Capita.

Epiſtolæ duæ de geſtis Aloyſii.

Hactenus ad ſingula Capita Vitæ Cepariana dedi Annotata & Adjuncta, pleraque è proceſſibus Mss. poſt primam editionem prædictæ Vitæ formatis auctoritate Apoſtolica, primum in genere, tum in ſpecie. Quæ hic dabo, ad univerſam quodammodo Vitam reſpiciunt; maxime tamen ad duo poſtrema jam præmiſſa Capita: ſuntque duæ Epiſtolæ, ſcriptæ rogatu P. Ceparii anno MDXCIV *à P. Nicolao Fabrini, qui triennio antè Miniſtrum egerat in collegio Romano, quando ibidem ultimo vitæ ſuæ anno vixit, ægrotavit ac obiit Aloyſius; quique illo tum familiariter uſus fuit, ac morienti adſtitit in ultimo agone, cum P. Guelfuccio, ut Capite ſuperiori dictum eſt. Uſus quidem Epiſtolis illis fuit Ceparius, ſed ſparſim diſtractis, & ſuo modo. Eas ex tabulario Romano à me deſcriptas hic, propter auctoritatem Viri, qui omnium fere quæ narrat ſpectator fuit, conſervatas velim, prout ſcriptæ ſunt; italicè tamen, & ſic latinè ſonant.*

anno 1594 *ſcriptæ.*

Cariſſime in Chriſto Frater (*tum enim nondum erat Ceparius Sacerdos, ſed brevi futurus*) non putem, tibi à me reſcribi aliquid poſſe de ſancta illa anima, quod ipſe non notaveris per te, aut reſciveris relatu aliorum, qui in ſecreta cordis ejus altius penetrare meruerunt, quam ego, & ſancta quadam curioſitate actiones ejus omnes obſervarunt ſtudioſius. Nihilominus, tum ut ſatisfaciam deſiderio tuo, operam in hoc meam tam ardenter poſtulantis; tum ut reminiſcar ipſemet animo meo virtutes tam cari ſanctique Fratris noſtri; narrabo, quæ mihi memoria obtulerit, nullo ordine; tuum erit ſeligere ac ſecernere. Uno antè anno, quam evolavit è mundo Aloyſius in cælum, aut paulo amplius, commorans adhuc Mediolani in collegio noſtro Breydenſi, dum die quodam vacaret orationi matutinæ, ſenſit animo ſuo illabi præſagitionem quamdam, dies militiæ ſuæ ſuper terram fore breves: ſimul etiam ſenſit internam mutationem, qua alienabatur animo ultra ſolitum à rebus terrenis omnibus: eoque perſuaſum habuit, Deum velle ſibi deinceps ab ipſo ſerviri, animo libero ab omni rerum caducarum cura, & incumbi majore adhuc diligentia in cultum internum externumque omnis generis virtutum. Quamvis autem poſt hæc ſe daret ſtudiis theologicis, more ſuo & applicatione ſolita, quanto liceret tempore; faſſus mihi tamen eſt, non ita animum ſe ſuum eò poſſe intendere uti prius; quia illum ſentiebat perpetuò ſtimulari ad convertendum ſeſe toto impetu in Deum: eâque de cauſa, quando poſtliminio reverterat Mediolano in collegium Romanum, tulit ultro ad Patrem Rectorem nonnulla ſua ſcripta & annotationes, quæ in paucis ei cara erant; ne quid haberet, etiam in iſto genere, cui cor ſuum afficeretur; quamquam nihil remiſerit de fervore ſtudiorum, uti notum eſt, uſque ad ſupremam ægritudinem ſuam. Atque hæc ipſe ſuomet ore mihi dixit, & dixiſſe etiam P. Vincentio Bruno, eſt cur opiner.

E

Præſcit ſe brevi moriturum,

F

Quando idem beatus juvenis præſenſit poſtremum morbum ſuum; mihique relatum fuit, adiiſſe valetudinarium & laborare ex febri; contuli illuc ego me, & inveni opperientem in cubiculo P. Joſephi Blondi, dum medicus, quem alloqui volebat, res ſuas cum dicto Patre peregiſſet; vidique vultum ejus tam lætum atque hilarem, ut ex eo veluti præſagiens, veniſſe tempus reſolutionis

indéque gaudii ſigna dat.

A nis ejus, magnum conciperem animo dolorem, quem tamen ei diſſimulabam: ac tanto magis confirmabar in opinione mea, quanto majorem eſſe videbam ejus hilaritatem, quæ toto habitu corporis ſe prodebat extraordinaria. Poſt hæc, quotieſcumque cum illo egi morbi tempore, mentionem faciens de longioris vitæ ſpe, de merito quod acquiri hic poteſt à Religioſo Societatis; de auxilio quod conferri in ſalutem proximorum & bonum Religionis; ipſe identidem reſpondebat mihi, quemadmodum & ceteris omnibus talia commemorantibus; MELIUS EST DISSOLVI; apparebatque hæc illum dicere ex interna voluntate atque illuſtratione; & ſerenitas vultus inter hæc talis erat, ut cuivis facile eſſet cognoſcere, illud ejus deſiderium aliud non ſpectare, quam perfectiorem cum Chriſto conjunctionem.

Tempore morbi Notavi quoque, toto illo quo æger decubuit tempore, quod noſti longiuſculum fuiſſe; quotieſcumque inviſentes ad ipſum conferebant inter ſe, uti fit, de rebus, quas indifferentes ſolemus appellare; illum, perpetuo ſibi attendentem, verbum intermiſcere nullum, atque animum inde abſtrahere conſueviſſe: ſi quis vero mentionem de Deo,
B de cælo, de animæ profectu intuliſſet; ipſe continuo, quaſi alius ab eo qui fuerat, non ſolum auſcultabat, ſed colloquebatur etiam, & quamdam animi monſtrabat voluptatem atque exultationem. Cumque ego aſſiderem aliquando ſolus lecto ejus, declaravit mihi, vehementiſſimo tenêri ſe deſiderio talium colloquiorum: atque, uti meam noverat in loquendo inconſiderantiam, qui crebro ad eum ex officio debebam intrare; rogavit enixe, ut nequid ullo tempore inferrem ſermonis quod non ſaperet Deum: meque id ei promittente; ſubintulit, quod, quamquam in ſtatis Noſtrorum animi relaxandi congreſſibus ſermones indifferentes, dummodo recta intentione prolatos, putaret, alienos non eſſe ab Inſtituto noſtro religioſo; attamen illo quo tunc verſabatur loco ac tempore, judicaret convenire, atque adeo Deum velle, ut univerſi diſcurſus ſui, non tantum eſſent ſpirituales, uti ſemper eſſe par eſt, per ordinatam ad Dei gloriam intentionem, verum etiam ipſum collocutionis argumentum tale ut eſſet; ratus, nimis pretioſa eſſe temporis momenta, quæ illi concedebat Deus vitæ ultima, & non
C niſi utiliſſime impendenda.

de ſolis rebus ſpiritualibus

cupit colloqui.

Animus mihi erat pluribus proſequi hanc Epiſtolam, in eamque conferre quidquid mihi recordatio ſuggerit de propoſito argumento, quod me poſtulas, cariſſime Frater; verum cogor abrumpere, evocatus foras, propter aliud negotium quod moram non patitur. Sabbato proximo quod ſupereſt, certo mittam. Interea temporis ora pro me Deum: & quia ad me relatum eſt, brevi te Chriſtum fore, uti anima quædam ſancta loqui conſuevit; te obteſtor per illam, qua me ſemper amaſti caritatem, ut mei ſingulariter memor ſis in primo Sacrificio, quod offeres ad aram Deo.... Florentiæ VIII Idus Martias, MDXCIV.

Qua intentione ſibi peteret *Altera Epiſtola, ibidem* XIV *ejuſdem menſis, non tamen* ſabbato proximo, *uti ſupra promittebat, ſed feria ſecunda poſt, data, copioſor eſt, atque ita ſonat:* Superiore hebdomade ſcripſi nonnulla, quæ mihi tunc in mentem venerunt de Aloyſio noſtro, quæque jam acceperis: nunc addo reliqua. Paucis antequam decumberet ex ultimo morbo diebus, venit quodam veſpere in cubiculum meum, neſcio cujus rei gratia; cum, data occaſione mirari me dixi, quod conſideratâ corporis ſui infirmâ valetudine, non duceret ſibi conſcientiæ tam importunis modis poſtulare à Superioribus ſibi facultatem fieri caſtigandi ſui, præſertim ut per eos ſibi liceret adire noſocomia publica, ibique ſervire infirmis, & pauperibus mendicare eleemoſynas per Urbem; quæ ſingulis diebus ſibi optabat permitti. Verùm ille, ſuper hac ſua qualicumque importunitate, ita mihi reſpondit, rationeſque reddidit tales, ut non potuerim ejus agendi modum non probare: quin & voluptatem capiebam ſingularem, intellecto, quomodo tum in omnibus aliis, tum in his de quibus loquor, poſtulationibus ſuis conferret ſemper omnimodam voluntatis ſuæ abnegationem, & promptitudinem præſtandi aut prætermittendi quod petebat, prout ſanctæ viſum foret Obedientiæ. Proponebat videlicet Superiori deſideria ſua, ſimul manifeſtando ei arcana mentis ſuæ, & rationes quibus impellebatur. Quod quam maxime ſecundum perfectionem Inſtituti noſtri eſt.

ANNOT. C. J.

permitti à Superioribus

exercitia mortificandi ſui.

Dicebat enim mihi, ſe, quantum ad corpus attinet, cognoſcere debilitatem virium; interno autem animi impulſu incitari ad ejuſmodi exercitia
E obeunda: atque inde ambigentem quid agere deberet, recurrere ad Superiorem; à quo, de rationibus ſuis bene informato, ſciebat ſibi id ſolum quod ex Dei voluntate foret, permittendum; quod ſecus, denegandum eſſe. Addebat quoque, ſe nonnumquam rogare talia, quæ certo ſciebat ſibi non concedenda. Quia, inquiebat, quando mihi non licet facere quod vellem, volupe mihi eſt offerre Deo ſaltem deſiderium meum, & exercere actum humilitatis proponendo illud etiam Superiori meo; qui actus multis de cauſis utiliſſimus eſt. Atque inter alias utilitates numerabat, quod ideo ſibi nonnumquam obveniebat exercitium humilitatis à nobis Sociis, qui monſtraremus mirari nos, quod ipſe talia poſtularet Superiores, quodque nobis videretur ipſe, non cognoſcere ſe hac parte, ut qui, quod vires excederet, ſuis humeris imponi ambiret.

Petit ac obtinet, lacero habitu

adire Legatum Magni Ducis,

Inter hæc colloquia noſtra contigit, illum animo linqui, & quartam horæ partem pro mortuo
F jacere. Interea accitus eſt Reverendus Pater Rector: quem ut ſibi redditus, conſpexit, nullo interpoſito verbo alio, rogavit læta fronte, ſibi ut liceret poſtridie mane concedere ad miniſtrandum pauperibus infirmis in illo noſocomio, quod tunc prope Domum profeſſam inſtruxerat Pater Generalis, & Noſtrorum curæ commiſerat. Subriſit Pater Rector, & in me hujuſce petitionis ei concedendæ, nec ne, poteſtatem tranſtulit; & in reliquis omnibus valetudinis ejus curam, quia ſimile deliquium ei nuper acciderat, mihi commiſit. Inde interceſſerunt dies quindecim, priuſquam febre corriperetur; quibus unam tantummodo à me crebro petiit abnegandi ſe rationem; eâque non obtentâ, adiit propterea R. Patrem Provincialem, præfatus tamen, quid Pater Rector, quid ego, hac parte egiſſemus. Erat autem petitio ejus, ſibi ut liceret in veſte lacera, manticâ ex humeris pendente, adire Illuſtriſſimum Dominum Joannem Medicæum eleemoſynæ gratia: & exauditus eſt. Venerat autem illis diebus Romam prædictus Dominus, a Magno Duce ablegatus, ut Gregorio Papæ XIV obedientiam præſtaret; fueratque olim multa familiaritate notiſſimus Aloyſio adhuc puero, quando juſſu patris ſui Marchionis hic Florentiæ commorabatur addiſcendæ linguæ Etruſcæ, priuſquam concederet in Hiſpaniam, futurus ibi Regii Principis Jacobi Ephebus.

ANNOT. C. J.

Igitur ad Dominum Legatum iturus, occupavit tempus, quo Noſtri Lectionibus operam dabant in ſcholis; atque incidi forte ego in ipſum jam abiturientem; cumque mirabundi ſpeciem prę me ferrem, explicuit cujus facultate id ageret: neque hoc tantum; verum etiam addidit cauſam cur iret, quæ profecto talis ei fuit, ut meum vehementer commoveret animum. Neque enim tam ibat ut eleemoſynam acciperet à Domino Legato, quam, ut ipſe ei daret; dicens, pridem ſibi notam eſſe iſtius Domini pietatem, ex quo Florentiæ familiariter eo uſus fuerat; ac deprehendiſſe in illo præclara de rebus divinis ſenſa; ideoque, & quia ſibi multam ſemper humanitatem exhibuiſſet, putabat ſuum eſſe, nunc eum inviſere; idque, ut quod ſibi præfixerat facilius aſſequeretur, tam vili abjectoque habitu; ſimul etiam ut aliquam ab illo eleemoſynam obtineret, pauperibus, qui per illud calamitoſum tempus non pauci fame peribant, erogandam. Ita ille quidem. At mea fert ſententia, ipſum hoc negotio id ſpectaviſſe præcipue, ut prodeſſet animo ejus, tum colloquio ſuo, tum habitu ipſo exteriore vili, ingerendo contemptum
B ac diſpicientiam rerum humanarum, atque æſtimationem majorem rerum cæleſtium.

& cur.

Neſcio equidem quomodo ei ſucceſſerit hic con-
Ægrotantis ad Card. Gonzagam
greſſus cum Domino Legato: ſcio tamen ex colloquiis familiaribus, quæ crebro una habuimus, Deum illi, etiam dum in ſeculo adhuc verſabatur, in iſtiuſmodi urbanitatis officiis obeundis, gratiam & efficacitatem præſtitiſſe ſingularem, ad incitandos inflammandoſque in Deum animos illorum quibuſcum agebat. Accidit quoque non multò prius quam moreretur, me cum aliis Patribus (è quorum numero erat etiam optimus ſenex P. Corbinellus; quem probe noſti, Cariſſime Frater, quanto amore proſequeretur Aloyſium, & quanto viciſſim hic illum amaret; & quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati) accidit, inquam, me cum aliis Patribus unà eſſe in cubiculo ejus, quando illuc venit, ægrum viſitaturus, Scipio Gonzaga Cardinalis, ſanguinis vinculo ei conjunctus. Cœpit ille nonnulla dicere de ſua invaletudine corporali, & innuere non longum ſibi ſupereſſe tempus vitæ (uti exitus etiam probavit: *nempe intra biennium inde diem extremum clauſit die* XI *Januarii* MDXCIII) quando incepit Aloyſius cum eo colloqui de gratia ſingulari, quam
C illa in re præſtaret illuſtriſſimæ Dominationi ſuæ Deus; deque modo, quem tenere oporteat, dum iſtiuſmodi prænuntiis ab eo illuſtramur. Quæ quidem etſi ignota non eſſent Cardinali prudentiſſimo, ſed pròbe perſpecta & præmeditata; tamen ita affecerunt animum ejus, ut inde abundaret conſolatione mirifica.

ſalutaria dicta,

Commonſtrarunt quoque inter ſe propenſionem mutuam non vulgarem, Aloyſius quidem profitendo ingentem ſuam qua tenebatur Cardinali obligationem, quem ſe dicebat agnoſcere patrem alterum, & maximum omnium, quos in hac vita habebat, benefactorem; quia ejus opera & anniſu, poſt tot ſibi aliunde objecta impedimenta, votorum ſuorum ſummam obtinuiſſet, ingreſſionem in ſanctam Jeſu Societatem. Marchio enim pater illum totius negotii arbitrum tandem conſtituerat: atque ipſe, tum temporis adhuc Patriarcha, Aloyſium,
& hujus de illo mira æſtimatio.
uti non potes non meminiſſe, conduxit in tirocinium ad S. Andreæ. Cardinalis vero contrà, quamvis longe Aloyſium ſuperaret ætate, agnoſcebat eum ſibi Patrem ſpiritualem; è cujus congreſſibus ſalutaribuſque dictis, fatebatur, ſe ſemper interno gaudio delibutum & mirifice adjutum D fuiſſe. Dum vero abeuntem deducebam ego ad collegii januam, ſubſtitit ad fontem, & explicuit, quantum animi ſenſum percepturus eſſet ex immatura Aloyſii morte; dictitans, ſe numquam cum eo colloqui ſolitum fuiſſe, quin remaneret animo ſuo mira pax atque tranquillitas; ac ſua opinione ipſum, qui tam ſapienter elegiſſet conſtanterque ſecutus fuiſſet vocationem ſuam, feliciſſimum eſſe omnium, qui umquam in familia Gonzaghiorum felices fuerint,

Reliquo ultimæ ægritudinis tempore nihil mihi nunc in mentem venit, ab eo geſtum, quod *Agonia ejus & mortis modus.*
non æque omnibus paſsim, tibique imprimis, notum ſit. Memini enim quæ mihi tu per intervalla tum temporis ſæpe dixiſti. Tantummodo referam quid agonizanti acciderit, quando ego illi ſolus adfui cum P. Franciſco Guelfucci, ex voluntate R. Patris Rectoris, uti notum eſt. Quamvis enim totum collegium percuperent, illa nocte totâ vigilias agere in cubiculo moribundi, non tamen ulli aliorum id licuit per prædictum Patrem Rectorem; qui determinatâ horâ voluit omnes redire ad ſe; illâque auditâ receſſerunt. Interea æger ſemper ſibi ſimilis eſſe viſus eſt toto habitu vultûs & E corporis; corde elevatus in Deum, quod cognoſci poterat ex verbis, quæ, tametſi pauca eſſent, ſuſurrabat, præcipue quando ei præibatur ſacroſanctum Jeſu nomen. Quando autem deventum fuit ad agonem extremum; colligi poterat, tum è livido colore erumpenteque toto vultu ſudore, tum è certo quodam corporis motu, magnas ei anguſtias eſſe; & videbatur in alterum latus velle revolvi. Tum ego ei in aurem inſuſurravi, quam arcto duroque lectulo mortuus ſit Chriſtus amore noſtri. Quo percepto, intuebatur nos; & quamquam formare verba amplius non poſſet, ex ſignis tamen quæ dabat, facile erat dignoſcere, promptam ejus eſſe voluntatem ad plura patiendum pro Chriſto; videbaturque imperare ſibi, ne quod ſignum daret doloris, quiete jacendo, ac identidem ſanctiſſimum Jeſu nomen, ut ut poterat, ingeminando: atque ita demùm movens tantillum labia, nullo vocis ſono, animam Deo reddidit.

Mox ego & P. Guelfuccius abundare cœpimus *Calli in genibus craſſi*
interno gaudio; & ſingularis loco gratiæ habemus, adſtitiſſe morienti tam ſancto Fratri noſtro; eoque magis, quod pollicitus nobis ſit, ſe noſtri F memorem fore apud Deum, toto quo hanc vitam miſeram vivêmus tempore. Ubi adfuerunt Fratres noſtri curatores valetudinarii ad pollinciendum cadaver, vidimus in corpore tam delicato uti erat, obducta callo genua tam craſſo, acſi eremitæ alicujus forent, qui longam ætatem in deſerto, per- *ex conſuetudine ea flectendi in oratione.*
petim de genibus orando traduxiſſet. Cœperat enim etiam ipſe, adhuc ſecularis & pene infans, ſic orare Deum, uti te non fugit: ac tantam propterea ei Deus infudit illuſtrationem mentis, ut octo, *aut decem*, annorum puer ſe obſtrinxerit voto caſtitatis, tamque familiariter aſsueverit verſari cum Deo, ut quamvis à patre mitteretur has & illas Principum in aulas, juberetur tractare negotia politica; nihilominus cum ætate ſemper in ipſo incrementum ceperint & deſiderium rerum cæleſtium, & contemptio humanarum. Exemplum hujus rei dedit, quando Mediolani negotiis à patre mandatis diſtentus, frequentabat *Deſiderium vehemens*
ſcholas noſtras, atque expectabat litteras Imperatoris, per quas ſibi liceret jus clientelare Marchionatûs transferre in fratrem proxime genitum. Quoties tunc ingemiſcens, fortunatos nominavit illos,

illos, qui talibus terrenarum rerum vinculis non ligarentur; se vero dictitabat infelicem, quia ligatus, solvere se suis vinculis non poterat, quò accurreret ad desideratam religiosæ vitæ quietem; nec aliud diu noctuque versabat animo, quam quo id sibi tandem liceret per ingressum Societatis nostræ.

Et mihi dixit non semel, se mira quadam consolatione animi fuisse perfusum, non tantum quando in congressibus Nostrorum colloquebatur, sed tunc etiam quando illos tantummodo videbat; ideoque se aliquando obambulasse per vias publicas, *intrandi in Societatem,* non alia de causa, quam ut conspectu alicujus, seu Patris, seu Fratris, oblectaret sese: & singularem sibi gratiam fieri reputabat; si quando Janitor noster, quo familiariter utebatur, ei clavem portæ tantisper committeret, dum abiret appellatum Patrem qualemcumque, quem aut ipse aut alius forte volebant. Interea nescio quam, dicebat ipse, se sibi creare aut fingere voluptatem, quasi jam tum unus è Sociis foret. Interroganti quoque mihi aliquando, cur tantopere ambisset Religionem nostram præ qualibet alia; maxime cum sibi propositum haberet exemplum P. Francisci Gonzagæ consanguinei sui, quocum in Hispania notitiam, & in reditu inde in Italiam familiaritatem contraxerat; quique tum temporis erat Generalis Ordinis Minorum; respondit, multas suæ se vocationis ad *& cur potissimùm.* Societatem habuisse causas, unam vero præcipuam; quia in Societate sola credebat sibi cautum esse, ne ullo pòst tempore referret pedem in mundum, quod prævidebat aliquando faciendum esse prædicto Patri Generali. Neque ipsum fefellit opinio sua; quippe Patri isti non multo pòst, Religio sua cum dignitate Episcopali commutanda fuit.

Siquis illi sensum creare vellet aliquem, nulla re id potuisset (adeo affectiones animi sui domuerat omnes, uti passim notum est) nisi forte extollendo donum ejus aliquod naturale, aut connatam in seculo fortunam. Hac una quippe re & sola commovebatur, impatiens laudum suarum: & siquando illarum recordatio fieret, verecundabatur ac tota facie erubescebat. Id quod conspeximus, quando tuitus publice fuit positiones Philosophicas, & unus forte ex oppugnantibus nescio quid præmisit in laudem defendentis; tum vero confusus Aloysius, nesciebat quo loco abscondere vultum suum; & memini, Cardinalem de Mondovì, qui præsens erat, monstrare, mirum in modum delectari sese illâ defendentis, latêre cupidi, verecundiâ; & observavimus, respondentem ad ejusdem argumentantis objecta, subiracundum se præter morem simulasse.

Inter exercitia religiosa quæ postremo vitæ anno sibi præscripserat, præcipuâ solicitudine obeunda, unum fuit, uti sæpenumero mihi ipse declaravit, fructuosa congressio cum Nostris, quando statis temporibus colloqui licet. Atque ideo operam dabat singularem, ut talem se foris exhiberet omnibus, qualis intus erat, benignum, affabilem, obsequi paratum; & exemplo suo inducebat alios in prædictis congressibus, ut solos miscerent sermones, quibus proficere spiritu colloquentes possent. Quantum vero ipse hac in re per singularem Dei gratiam valeret, tu melius nosti ex frequenti usu, quam quivis alius. Me autem eâdem super re crebro interrogabat, numquid observassem à se delictum esse hac parte: ac affirmabat, se eamdem plane animi propensionem in se experiri erga unumquemque Sociorum, etiam illos qui in rebus domesticis adjutores sunt; & horum æque ac illorum colloquiis gaudere & studere

Impatiens laudum suarum,

summis ac imis perinde affabilis est,

profectui. Neque umquam à me notatus est, dicta factave aliorum in deteriorem accipere partem. ANNOT. C. J.

Si quando monebatur alicujus rei, monstrabat id sibi percarum esse, & gratias rependebat monitori: res vero cujus monebatur, apparebat *ac monitoribus suis blandus.* ei (quod ex animi demissione proficiscebatur) semper major quam in se erat; sic tamen, ut interna divini luminis illustratione suffultus, numquam propterea amitteret animi tranquillitatem. Exemplo sit, quòd cùm tu, Carissime Frater, ac plures alii, ipsi objecistis non semel, fore ut in articulo mortis eum pœniteret, tanto ardore & quadam veluti importunitate postulasse Superiores facultatem discruciandi sese aliis atq; aliis modis, quibus videbatur mortem sibi ante tempus accersiturus: quòd, inquam, ita monitus, voluerit postulationum suarum & factorum rectitudinem declarare, ne quis sinistram de illis opinionem foveret; cùm paucis ante obitum horis, jam denuo munitus sacro Corporis Christi Viatico (multum enim temporis abierat ex quo primùm munitus fuerat) rogavit Patrem Rectorem, annuntiaret omnibus, qui frequentissimi tunc erant in ejus cubiculo, nihil se angi cruciatuum à se susceptorum causa; angi potius quod non susceperit multos alios, quos credebat se sustinere potuisse, & forte, si petiisset, permissi fuissent à sancta Obedientia; è cujus nutu sciebat se in omnibus pependisse, & nihil voluntate propria suscepisse, atque ideo absque angore esse. Id vero tunc etiam apparuit omnibus manifeste, quando observatum est, eodem tempore admirabile quoddam animi robur, aliaque dona singularia illi cælitus à Deo immissa fuisse, ad omnium stuporem.

Ego ei adfui quando ultimùm adivit nosocomium S. Sixti, quò eundi potestatem obtinuerat pro se & duodecim Sociis; quorum aliquibus brevi tempore, imo ipso die, eadem sors fuit quæ ipsi; *Ultimùm ægris infervit cum aliis sociis.* videlicet ex afflatu contagionis ægritudo longa, & nonnullis mors. Ego quidem eodem die toto ibidem me impendi confitentibus peccata sua, sed audire omnes, qui periclitabantur de vita, non potui præ multitudine. Hinc autem interea horrebat mihi animus à miserabili calamitate, quam in loco isto videre erat, tot hominum omni ope destitutorum, qui à dextris & à sinistris errabant nudi, vix animam trahentes; & concidebant mortui, alii in angulis, alii per scalas; tantoque adhalabat fœtore, ut me versari in purgatorio crederem. Inde vero videbar mihi spectare exemplum caritatis cælestis in Aloysio ceterisque Sociis, qui turma selecta erant omnes, & angelico fervore impendebant sese ministrando miserabilibus istis, prout cujusque necessitas ferebat; alios cibando, aliis pedes lavando, pusillanimes confortando, præparando institutione christiana illos qui peccata sua expiaturi erant. Et hic postremus Aloysii actus caritatis externus fuit hoc in genere: præterquam quod paulo ante, cum facultate Patris Provinciæ Præpositi, tum ejus rogatu multi alii Sociorum, obiverint Romam, uti passim notum est, collegerintque eleemosynas extremæ necessitati innumerabilium pauperum, qui Romam è longinquo confluentes, variis in locis præ fame adigebantur ad mortem. Et hæc eorum caritas multis saluti fuit.

Verum, quia hæc & alia vitæ Aloysianæ insignia, æque vobis, & multo plura istiusmodi, quam mihi nota sint, non videtur mihi mea opera & longior scriptio, ad finem a te intentum conducibilis esse. Et hæc ipsa, quæ cara memoria tam *Epilogus Epistolæ.* sancti Fratris me scribere coëgit, fortasse prolixi-

os re-

A us retuli, quam neceſse habui. Alia ſuperaddi poſsent, niſi pluribus nota forent, virtutum ejus ornamenta, quæ ego didici ex frequentibus cum illo congreſſibus ultimo ejus vitæ anno Tuſculi, ubi ex voto ſuo, quod mihi per aliquem innotuerat, per menſem ruſticationis integrum frequenter mecum agere concupivit, & arcana quæque mentis ſuæ aperuit: ita videlicet diſponente Deo in utilitatem animæ meæ, quam ex tali ejus conſuetudine haurire potui. At nunc, recolens, quantillum inde profeci; & conſiderans quam hodiedum imperfectus ac magis peccator ſim quàm fui; aliud mihi inde non manet, quam remorſus conſcientiæ, cum aliquali ſpe futurum, ut quod ſalutaria ejus verba & exempla hactenus à me non obtinuerunt, id tandem executioni mandem, ipſo in cælis intercedente, tuisque accedentibus ſanctis precibus & Sacrificiis, præſertim proximo cæleſtium nuptiarum tuarum & primitiarum die: quod aliàs ſignificavi me impenſe deſiderare ac indigere; nunc vero etiam impenſius velim ut recorderis .... Florentiæ, pridie Idus Martias, MDXCIV.

B

CAPUT XIV.

C. J. *Tranſlationes aliquot Reliquiarum B. Aloyſii.*

277 *SUb finem capitis præcedentis, prout ibi ex prima Vitæ editione legitur, meminit Ceparius trium Corporis Aloyſiani tranſlationum; eaſque confirmavimus in ſubnexis Annotatis Adjunctiſque noſtris. Prima*

Tranſlatio prima anno 1598,

contigit anno MDXCVIII *die* XXII *Junii, quando conſumptâ jam carne, oſſa, è majori ſandapila in minorem loculum collocata, in eodem conditorio parieti ſublimè infixa ſunt; quando & plurimæ oſſium Reliquiæ decerptæ, & in longinquas regiones, ultra Alpes & Oceanum, delatæ fuerunt, uti dictum eſt citato loco. Altera tranſlatio contigit anno* MDCII, *quando die* VIII *Junii è communi conditorio ejuſque pariete elatus*

altera 1602,

loculus, inque ſacrario tantiſper abſconditus; inde proximis Julii Kalendis portatus fuit in ſacellum S. Sebaſtiani, quod erat in eccleſia Annuntiatæ, & repoſitus eſt ſub hypopodio altaris in terra. Vidi in collegio Romano codicem Ms. in quo ſuffragia mortuorum & varii ritus notata erant; in eoque legi etiam ſequentia totidem verbis latinis: Anno ſalutis humanæ MDCII, juſsu P. Bernardini Confalonerii, Præpoſiti Provinciæ Romanæ Societatis Jeſu, Aloyſii Gonzagæ Fratris noſtri oſſa, è ſepulcro communi collegii Romani ejuſdem Societatis Jeſu eccleſiæ beatæ Virginis Annuntiatæ, tranſlata ſunt: quod ſepulcrum eſt intra ſacellum Crucifixi, prope feneſtram, contra cornu Euangelii. Eaque incluſa in arcam plumbeam, lignea præmunitam, in eodem templo condita ſunt ſecus aram S. Sebaſtiani Martyris ſub aræ ſcabello, arcâ infra lateritium pavimentum non ita alte defoſſa, anno à Chriſto nato MDCII, primo die menſis Julii. His rebus gerendis præfuit P. Fabius Vaccarus, Miniſter collegii Romani: interfuere Fratres noſtri Antonius Joannis, Cæmentarius; Antonius Naccarinus, Ædituus; Joannes Andreas Gimattus, Æditui ſocius; Hieronymus Durantes, Sutor; Joſephus Manella, Emptor. Ego Hieronymus Brunellus, ejuſdem Eccleſiæ Præfectus, hæc ſcripſi Superiorum juſſu mea manu, VII die Julii MDCII.

C

tertia 1605.

278 *Tertia tranſlatio facta eſt anno* MDCV, *die* XIII *Maii, è loco indicato, ad honoratiorem in ſacello B. Mariæ Virginis in eadem eccleſia; quando & apertus fuit loculus, & indulgente Præpoſito Generali Societatis noſtræ, Princeps Franciſcus, Beati frater,* D *qui coram aderat, inde ſibi & Sereniſſimo Mantuæ Duci exemit aliquot Reliquiarum particulas. Harum unam, ut maxime caram habuit Sereniſſimus Dux, ita mox decrevit, quemadmodum in commentario prævio de cultu* § X, *dictum eſt, eidem in eccleſia ducali S. Barbaræ novum exædificare ſacellum, B. Aloyſio dedicandum. Aliam Princeps Franciſcus Caſtellionem miſit, ſolatium ingens iſti populo, per D. Proſperum Paſtorium, uxoris ſuæ Majorem domûs, & D. Attilium Montanarum, ſibi à cubiculis, non ſine prodigiis quibuſdam in itinere factis. Rei ſeriem dedi in Commentario citato* § XI, *ex teſtimonio jurato ipſius Paſtorii, qui Reliquiam portavit.*

Pars ſcapulæ Bruxellas portata

279 *Idem Ceparius, ſive in hac tertia tranſlatione, ſive potius in prima, quando plures Reliquiæ diſtractæ fuerunt, comparavit ſibi varias, quas lubens, promovendi cultus gratiâ, communicabat collegiis aliis, etiam longe diſſitis. Hæc inter, illo datore, accepit anno* MDCVI *per P. Thomam Sailly collegium noſtrum Bruxellenſe partem ſcapulæ, grandem unciis pedis facile duabus, & forma propemodum quadrata, ex qua tertia fere pars ablata, anno* MDCXV *tranſmiſſa fuit Antverpiam ad collegium tunc ejuſdem Societatis, nunc domum Profeſſorum; ubi hodiedum in buſto B. Aloyſii argenteo decorè ſervata honoratur. Similiter honoratur Reliquia Bruxellenſis, quam nuper adhuc inſpexi, in theca, lignea quidem, coloris nigri, ſed perpolita &* E *lamellis argenteis varie diſtincta, in qua ab anno* MDCXI *incluſa fuit, uti prodit inſcriptio quæ talis eſt.*

& Antverpiam.

OS E SCAPULA B. ALOYSII GONSAGÆ. D.D. ELVIRA DE VALENTIA. CASTITATI SACRUM. MDCXI.

Acceſſit eodem anno, die XVIII *Junii, approbatio Archiepiſcopi Mechilinienſis Mathiæ Hovii, permittentis publicæ venerationi prædictas Reliquias exponi, uti conſtat ex litteris ejus illa ſuper re datis, ad memoratum P. Thomam Sailly, quarum apud nos exemplum ſervatur. Donatio porro earumdem Reliquiarum, & teſtimonium de veritate earumdem, talia ſunt.*

donante P. Cepario,

280 In Dei nomine. Amen. Omnibus in quorum manus hæ litteræ venerint, fidem facio & atteſtor, ac jurejurando confirmo, ego Virgilius Ceparius, Sacerdos profeſſus Societatis Jeſu, me conſignaſſe R. P. Thomæ Saillio ejuſdem Societatis, ac provinciæ Belgicæ Procuratori, fruſtulum oſſis B. Aloyſii Gonzagæ ejuſdem Societatis, pro eccleſia noſtræ Societatis Bruxellenſi: quod os egomet meis manibus accepi ex capſa plumbea, in qua reconditæ ſunt Reliquiæ ſacræ F ejuſdem B. Aloyſii in ejus ſepulcro, quod eſt in eccleſia ſanctiſſimæ Annuntiatæ Virginis, ſeu in collegio Romano Societatis. In quorum fidem has litteras, manu mea ſubſcriptas, & juramento firmatas, ac ſolito Societatis noſtræ ſigillo munitas, dedi die XVIII Decembris MDCVI. Signatum erat. Virgilius Ceparius; & ſigillatum ſigillo, ut ſupra. *Tum his ſubjicit, & partem prædictæ Reliquiæ donat Antverpienſibus, P. Saillius, prout ſequitur. Hæc Rom. quæ jam retuli à Cepario ſcripta,* vera eſſe, teſtor ego ſubſcriptus Sacerdos Societatis Jeſu manu propria: ac me ex eodem oſſe poſtmodum dediſſe R. P. Franciſco Aguilóni, Rectori collegii Societatis Jeſu, particulam unam, ad honorem ejuſdem B. Aloyſii, inter virgines utriuſque ſexûs promovendum in novo templo, quod modò extruitur Antverpiæ. Datum Bruxellæ, die IV Maij MDCXV. Signatum. Ita eſt. Thomas Saillius. *Sub idem tempus, acceperit ab eodem Cepario, collegium noſtrum Peruſinum in Italia Reliquias ejuſdem Beati, quas ibi ſervari indicat mihi, litteris anno* MDCXCIV, III *Auguſti ad me datis, P. Joannes Fran-*

coſtula Peruſium.

A *Franciſcus Vanni, optime de Actis Sanctorum ac de his B. Aloyſii meritus; videlicet*, Coſtulam unam, unum digitum,& unum dentem; *& ſubdit*: Eſt in tabulario collegii hujus *Peruſini* (*ibi enim tunc habitabat & ſcribebat*) chirographum P.Ceparii,quo teſtatur, ſe ſumpſiſſe Reliquias B. Aloyſii ex ipſiuſmet corpore; verum non exprimit, an de omnibus prædictis teſtetur, aut de quibus. *Sed longum foret de particulis Reliquiarum ejus, toto orbe ſparſis, hic agere. Redeamns ad alias, cum aliqua ſolennitate tranſlatas.*

Caput Româ 281 *In tertia tranſlatione, jam memorata, notat Ceparius, Caput Beati juſſu Præpoſiti Generalis in baſilicam nominis Jeſu, ſeu domûs Profeſſorum Societatis Jeſu Romæ, portatum fuiſſe: & in editione Placentina addit, poſtea rogatu Principis Franciſci donatum eſſe eccleſiæ Societatis ejuſdem Caſtellione. Factum id eſt anno* MDCX, *uti teſtantur Litteræ noſtræ annuæ illius temporis. Quo autem modo id factum &, Caput tranſlatum ſit, perſcripſit mihi rogatus R. P. Joſephus Gorzonus, litteris anno* MDCXC, XVII *Auguſti Caſtellione, datis, in hunc modum*: Venerandum B.Aloyſii noſtri Cranium accepimus Româ anno MDCX, dono Patris Noſtri Generalis Claudii Aquaviva, qui aliquot ante annos illud è collegio Romano tranſtulerat

B ad domum Profeſſorum, carum pignus; ſed rogatu Excellentiſſimorum Principum noſtrorum Franciſci, & uxoris ejus Bibianæ Perneſtainæ,

Parmam, mirantibus dictæ domûs Patribus, uti ſcribebat P. Mutius Vitelleſcus pro Italia Societatis Aſſiſtens, illud largitus eſt Caſtellioni noſtræ. Tranſportatio ejus commiſſa fuit Excellentiſſimæ Duci Ceſarinæ, quæ illud portandum curavit ad Illuſtriſſimos filios ſuos, D. Alexandrum & D. Virginium Ceſarinos; qui tum in univerſitate Parmenſi, una cum Sereniſſimo D. Octavio, Parmæ Ducis filio, ſtudiis operam dabant. Ubi eo perlatum fuit, eôdem properavit Caſtellione R. P.Candidus Miari, collegii noſtri ibidem loci Rector, comitantibus Dominis, Fauſto Paſtorio, ejuſdem loci Abbate mitrato; Camillo Cataneo, & Doctore SaluſtioPetrocini; prædictum ſacrum theſaurum Parmâ ad ſe tranſlaturus. Capſa, quæ theſaurum condebat, tegebatur foris panno coccino, fimbriis aureis diſtincto, intus autem ſerico albo. In hac ipſum Cranium condebatur, calanticâ è faſciis aureis argenteiſque obductum, cui roſa ex opere Hiſpanico, & corona, ex floribus ſimiliter aureis & argenteis contexta, imminebant, ac illo ornatu ho-

C diedum ſervatur. Exarſit ex præſentia Capitis Parmenſium religio in Beatum, nec transferri prius potuit inde, quam expoſitum fuiſſet oculis plurimorum, illud venerari cupientium. Quamobrem & expoſitum fuit in eccleſia noſtra, clauſis tamen publicis ejus portis, cum incredibili præcipuę Nobilitatis, per collegium ſe ingerentis, concurſu ac veneratione.

indeque Caſtellionem delatum, 282 Poſt hæc ſereniſſimus Parmæ Dux Ranuccius, potiori obſequio ſibi Beatum devincturus, juſſit repoſitum ſua in capſa Cranium, carpento ſejugi ſuis ſumptibus Caſtellionem pervehi; & pervectum eſt ſpatio unius diei, menſe Julio prædicti anni MDCX, ſub horam alteram ab occaſu ſolis, clam civibus: ac depoſitum fuit in ſacello palatii veteris Excellentiſſimi Principis, quod tunc erat habitatio noſtrorum Patrum, nobili apparatu ornato; multiſque continenter diebus ibidem monſtratum fuit aliis poſt alios urbis incolis, qui convenerunt omnes, & quanta dici vix poſſit veneratione adoraverunt in illo beatum Principem ſuum. Mox Patres noſtri petierunt Romæ, atque obtinuerunt à ſummo Pontifice Paulo V, In-

dulgentias plenarias ad ſeptennium, pro natali B.Aloyſii die XXI Junii,quæ quot ſeptenniis deinde innovatæ fuerunt ad uſque hæc noſtra tempora. Quando autem eccleſia novi collegii conſtructa fuit, curarunt Patres ſub annum MDCXXXV prędictam ſacri Capitis Reliquiam, ſolenniſſimo ritu totiuſque urbis ſupplicabundo comitatu, eò tranſferendam. Quoniam vero appoſitus collocandæ Reliquiæ in templo locus nondum erat; depoſita illa fuit in ſacro veſtiario; ibique in armario decenter ornato manſit, donec anno demum MDCLXXVIII, die XXVII Novembris, portata eſt ad ipſam eccleſiam, & repoſita in conditorio ad hoc recens facto & decore inaurato: quo in loco nunc etiam conſervatur & honoratur ab univerſa civitate, magna pietate ac fiducia populi, eò in rebus adverſis, tamquam ad protectorem ac principem ſuum patremque benignum confugientis. AUCTORE C. J. *in novo ibi templo locatur* 1678.

283 *Addi his poſſunt, quæ ipſe ibidem coram obſervavi vel audivi anno ſæpe dicto* MDCLXXXVI. Sacro capite Caſtellionem advecto, curavit Princeps Franciſcus buſtum argenteum ducatis CD fabricandum eique ſacrum caput imponendum. Illud anno prędicto vidi in paulo ante memorato à Gorzono conditorio, quod in extremo templo, & excavato ſupra altare (præcipuum quidem, ſed humile admodum) in pariete eſt; clauditurque antrorſum oſtiolo, quod demitti atque attolli; & velo ex rubro ſerico, quod removeri poteſt: atque adeo quotieſcumque ſacram Reliquiam populo ſpectandam ac venerandam exhibere volunt, amovent velum, & oſtium demittunt. Augent decorem ac majeſtatem loci octo ſanctorum Martyrum corpora, eò Romanis è cœmeteriis allata, quorum quatuor ab una prædicti conditorii parte, totidem ab altera, parietibus ſimiliter excavatis, ſingula ſingulis capſis decentiſſime conſervantur, repræſentante cujuſque oſtio pictam vivis coloribus effigiem incluſi Sancti. Quatuor ex illis, jam olim cum capite B. Aloyſii miſſa fuiſſe Româ, ab admodum Rev. P. N. Generali Claudio Aquaviva, lego in Litteris noſtris anni MDCX pag. 82; dicunturque ibidem, extracta eſſe è cœmeterio S. Priſcillæ, & vocari, unum quidem S. Jovini, alterum S. Marcellæ,tertium vero & quartum anonyma eſſe; quatuor reliqua, quando & è quo cœmeterio allata ſint, non indicatur. Unum inter illa præ ceteris venerabile deberet poſſeſſoribus eſſe, ſi foret, quod ajebant, corpus & caput celeberrimi Martyris Gallicani, Conſulis olim Romani, ſub Juliano apoſtata paſſi capitis diminutionem. Sed quomodo è cœmeteriis Romanis erutus ſit Gallicanus ille, qui Alexandriæ aut in Ægypto capite plexus, putatur ibi templum, non diu poſt erectum, habuiſſe, & neſcitur in Europam, nedum ad cœmeteria Romana, umquam tranſlatus fuiſſe. Eſt igitur alterius S. Gallicani Martyris corpus caputque illud, quod habent Caſtellionenſes noſtri, quandoquidem illud nomen, ut aſſeverant, non nuper ei, ut reliquis ſua, inditum, ſed in ipſo ſepulcro inventum ſit. Atque hac ipſa de cauſa, tametſi prædicti Conſulis non ſit, majori veneratione habendum eſt. *in extremo ejus muro*, E *adjunctis octo corporibus Martyrum.* F

284 Eodem tempore & loco intellexi, quid ſingulare ibi fiat in Beati noſtri cultum, feſto ejus natali. Videlicet, Princeps loci tunc cogit in eccleſia Societatis capellam, ut Itali loquuntur; id eſt conventum, cui ipſe cum familia ſua & principibus viris intereſt. Sic dicitur capella Pontificia Romæ, ad quam convenit aut convenire ſolet Pontifex; & capella Ducalis Venetiis, ad quam *Feſtum quo modo ibidem agatur*,

AUCTORE C. J.

Dux Reipublicæ cum ſenatu. Ad iſtam capellam cohoneſtandum advocari jubet Princeps Muſicos celebriores è vicinis urbibus Brixienſi ac Mantuana. Ipſe inter Miſſarum ſolennia de throno ſibi poſito deſcendens, offert nomine ſuo totiuſque Caſtellionis coronam argenteam, in modum laureæ fabrefactam, quam ut accepit Sacerdos celebrans; impoſuit ſtatuæ, aut potius buſto Beati argenteo, de quo memini. Interea militares turmæ in æquore quod templo prætenditur, peramplo diſpoſitæ, varia lætitiæ dant ſigna, tympanorum pulſu, tubarum ſono, exploſione bombardarum ſuarum; ac celeberrimæ totius anni nundinæ habentur. *Ex his quæ de ſacro capite Beati diximus, apparet, quam non recte ſcripſit in Idea ſua de Vitis Sanctorum Siculorum, anno* MDCXVII *edita, Octavius Cajetanus, dum* XIV *Auguſti ponit*, Panormi in collegio Societatis Jeſu tranſlationem capitis B. Aloyſii Gonzagæ ex eadem Societate. *Sumit nempe partem pro toto, quod ſæpenumero aliis quoque ſcriptoribus uſuvenit, ubi de Reliquiis Sanctorum ſermo eſt; & ſic rebus, alioquin claris, inextricabilis ſæpe inducitur confuſio: ſcribere autem debuerat, non,* Capitis, *ſed* Menti, *quod ſolum habent Panormitani.*

Mentum Panormi.

B

285 *Hoc ipſo anno* MDCX *die* XXII *Martii, depoſuit in proceſſu Caſtellionenſi teſtis* XVII, *R. D. Joannes Baptiſta de Faynis, de tranſlatione Reliquiæ B. Aloyſii, quam ipſe (anno, opinor, præcedenti) portaverat juſſu Principis ſui Franciſci, Caſtellione ad Vulturenam vallem, in locum cui Saxo nomen eſt: in quo innumera populo præſtari à Deo ad invocationem B. Aloyſii beneficia, didicerat Princeps ex litteris R. D. Nicolai Lunghi, pro Rev. Curione Pontis eccleſiam Saxenſem adminiſtrantis; quibus & rogabatur Princeps, ut ad incrementum pietatis & ſolatium iſtius populi, locum illum aliquâ Reliquiâ B. Aloyſii donatum vellet.* Quamobrem ego, *inquit teſtis*, eo miſſus fui cum deſiderata Reliquia, quæ erat pars tibiæ, tribus unciis longa; eamque portavi Pontem uſque, celebrem in prædicta Valle locum, Saxo diſſitum duobus circiter millibus paſſuum; ibique in eccleſia ipſam depoſui inter manus Sacerdotum, ſacro apparatu indutorum, & hymnos canentium. Manſit autem iſtic uſque in Dominicam ſequentem, in quod tempus interea invitati fuerunt circumjecti Clerus & populus, ad ſolennem ejus tranſlationem. Convênit indicto die multitudo populi ingens, cum facibus

Os tibiæ in Vallem Tellinam miſſum,

C

ac cereis, & Clerus frequens linteatus, & Sacerdotes non pauci, ſacro veſtitu & pluvialibus induti: qui omnes ſupplicantium more progreſſi, tendebant ad eccleſiam Saxi, ponè ſequente Archipresbytero Sundrii, per illas oras Vicario foraneo, portante Reliquiam prædictam ſub pulcherrima umbella, opere Phrygio varie diſtincta. Erat jucunda ſpectatu ſupplicatio, quia longiſſima & bene ordinata. Ubi autem ad locum deſtinatum acceſſit, multa tormentorum manualium exploſione ſalutata fuit, ſparſis etiam per viam quaquaverſum frondibus floribuſque ad uſque eccleſiam; quæ majoris ſolennitatis cauſa tapetibus circumveſtita & decôrè ornata erat: nec defuerunt ſolenni Sacro muſici ſui, & muſica organa varii generis. Quæ res, fateor, accendit mihi pietatem, & verecundiam injecit, conferenti torporem meum in ſervitio divino, cum alacritate iſtorum Catholicorum, qui in medio nationis pravæ & acatholicis intermiſti degunt.

magna pompa elevatur Saxi,

286 Sed neque ſolum Catholici concurrebant ad videndam honorandamque ſacram Reliquiam; advenerunt quoque inter illos à fide noſtra alieni, qui illic orabant Deum, ut ſibi meritis & patrocinio Beati, cujus Reliquiam venerabantur, rectam fidei monſtraret viam: & fuerunt, qui ab oratione conſtituerunt fidem Catholicam Romanam primo quóque tempore amplecti. Inter alia religioſæ pietatis officia, quæ ab illa gente obiri tunc obſervavi, mirandum potius quam imitandum eſt, quod ſubjungo. Stantem me in eccleſia & orantem interpellat neſcio quis homo, Catholicus tamen; atque interrogat, numquid ego is ſum, qui ſacram Reliquiam eò apportaverat. Cumque dixiſſem, eſſe me ipſiſſimum, rogavit, ſecum ut in ſacrarium concederem, eſſe quod me ibi vellet. Conceſſimus igitur eò ambo: ubi mox ille denuo me rogat, alterum ut pedem retro ferrem; & cauſam interrogatus à me, ſubjicit, tot tantaque eſſe beneficia, quæ per B. Aloyſium obtinuerat, ut gratitudinis ergo, quod ego attuliſſem ejuſdem Beati ſacram Reliquiam, oſculari terram quam calcaverant pedes mei vellet. Negante vero me, id ei per me licituram: dixit tandem; Licebit certe, nec prohibere poteris, quo minus ego oſculer gradum hunc, ubi tuum tu pedem poſuiſti: & ſimul quod dixit, fecit, me licet invito. Porro Adminiſtrator eccleſiæ iſtius multa & mira mihi narravit, quæ Deus ibidem loci operatus eſt ad invocationem B. Aloyſii, in curandis miſeris mortalibus; *ſed hæc ab ipſomet certius & diſtinctius diſci potuerunt, & nos infra ex ipſiuſmet ſcriptis referemus. Ex quibus interim hic etiam conſtabit, tranſlationem prædictæ Reliquiæ factam eſſe poſt diem* IX *Maij anni* MDCIX. *Illo enim die ſeſe accepiſſe litteras, ſcribit inter alia idem Adminiſtrator Dominus Lunghi, ab ipſo D. Marchione Caſtellionis, quibus hic ſignificat,* ſe brevi per certum hominem ei miſſurum Reliquiam *Beati fratris ſui.*

D

E

venerantibus etiam acatholicis.

287 *Poſt hæc conceſſa tandem fuit à Pontifice Paulo* V, *anno* MDCXVIII, *die* XXVI *Martii, facultas celebrandi Miſſam de B. Aloyſio in ditionibus Gonzaghiorum; & mox etiam, rogante Cardinali Bellarmino, in eccleſia ubi corpus Beati quieſcit. Ex quo tempore duo eidem ſacella ſunt excitata in collegio Romano; alterum in cubiculo, ubi ultimùm ægrotaverat, atque animam beatam factori ſuo reddiderat, zelo & ſumptibus Cardinalis Bellarmini: alterum ædificatum fuit in eccleſia ejuſdem collegii beatæ Virginis ab Annunciatione dictâ; pretioſis marmoribus magna parte obductum. Et ad hoc facta eſt tranſlatio quarta corporis, uti ſcribit Ceparius in editione Placentina Vitæ ejus,* die XV Junii anno MDCXX, *è ſacello B. Mariæ, de quo ſuprà,* comitantibus in modum ſupplicationis Patribus fere omnibus, qui Romæ tunc erant; & collocatum fuit cum loculo ſuo ſubter altare novum novi ſacelli. Quatriduo autem pòſt, videlicet XIX die ejuſdem Junii, Reverendiſſimus Dominus Raphaël Invitiati, cum facultate Superiorum, ſolenni ritu conſecravit idem ſacellum & altare in honorem B. Aloyſii: ibidemque nunc (*imprimebat hæc Ceparius anno* MDCXXX) ſacræ ejus exuviæ, continuo populi concurſu & adoratione, nec non innumeris circum pendentibus anathematis, honorantur; ac die XXI Junii quotannis celebratur anniverſaria felicis ejus obitus memoria, & ſolenni cærimonia cantatur de ipſo Miſſa. *Idem Ceparius in Vita Joannis Berchmanni Belgæ noſtri, qui hoc tempore in collegio Romano Philoſophiæ operam dabat, alterque Aloyſius paſſim audiebat, virtutum ejus omnium æmulus; mentionem facit ejuſdem tranſlationis, in eaque & Berchmannum candelabrum cum cereo prætuliſſe ſcribit; & Patres Aſſiſtentes interveniſſe, & in Berchmanno veluti redivivum Aloyſium*

Quarta corporis tranſlatio an. 1620;

F



A *um, contemplatos fuisse, ut alibi me dicere memini.*

288 *Certis quibusdam locis concessam à Paulo Papa* V *facultatem celebrandi Missam de B. Aloysio, ampliavit anno* MDCXXI *Gregorius Papa* XV, *extenditque ad omnes Societatis Jesu Presbyteros, ubique terrarum existentes; nec non ad alios quoslibet Sacerdotes, ad eorum ecclesias confluentes: qua de re alibi plura diximus. Sequenti anno idem Gregorius B. Ignatium, Societatis fundatorem, Catalogo Sanctorum adscripsit; eidemque, Pontificis ex fratre nepos,* Ludovicus Cardinalis Ludovisius, sacræ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius templum, jacto à se primo lapide (*cui hæc ipsa verba sunt insculpta*) fundavit IV Nonas Augusti, anno salutis MDCXXVI; *inscriptâ in aversa ejusdem lapidis parte, hac epigraphe;* Erit lapis iste in signum meæ erga S. Ignatium ejusque Ordinem pietatis. *Ubi templum hoc, quod sane magnificum est, atque post Vaticanum nulli Romanorum cedit, lente, ob immaturam Cardinalis mortem, ad culmen perductum fuit, ac pro anno Jubilæi, quinquagesimo ejusdem seculi, tandem aperiendum erat; oportuit iterum movere loco suo sacra B. Aloysii lipsana, atque è templo Annuntiatæ ad hoc novum S. Ignatii transferre: quod & factum fuit* (*uti in codice quodam collegii Romani,* in quo nonnulla,

B quæ ad novam ecclesiam S. Ignatii spectant, notata sunt, *ipse legi*) anno MDCXLIX, *præsidente collegio prædicto* P. Fabio Albergato; *& notatur hoc modo, Italice tamen:* Die V Augusti *anni jam dicti,* facta fuit translatio corporis B. Aloysii Gonzagæ, ducta supplicatione per porticus cavædii scholarum; & non apertâ capsâ plumbeâ (ita quippe iusserat admodum Reverendus Pater noster Generalis) repositum fuit sub suo ipsius altari; *quod ingredienti à frontispicio templum novum, à dextris secundum occurrebat, pretiosis marmoribus perornatum, &, accensâ intus lampade, per fenestellam antrorsum perpetuo collucens, ac pietatem coram adorantium in beatum Juvenem non parum inflammans. Taliter ipsum ego, saltem anno* MDCLXXXI *tribusque subsecutis vidi, quando & anathemata, voti causa oblata, non modo circum aram, sed toto sacello pendebant innumera; & non semel miratus fui, tum aliorum, tum præcipue studiosæ juventutis, tam secularium, quam nostræ Religiosorum frequentiam, sub ingressum egressumque scholarum ibi preces suas fundentium, tanta pietate, ut exemplum commoveret spectantes, & ejus rei negligentiores ad imitationem sui traheret.*

C 289 *Quievit ibi Beatus annos omnino quinquaginta; quo intervallo novum templum stetit per annos omnino* XXXV, *perfectum dumtaxat usque ad navim transversam, à qua, ipsum, educto ad summum fornicem muro; separabatur; tantumque patuit, tribus hinc & totidem inde sacellis altaribusque eatenus instructum, præter altare majus, muro jam dicto applicatum. Reliqui post murum ædificii, quamvis præter cupulam* (*ut vocant*) *perfectum staret, nullus ad publicam utilitatem usus erat: donec tandem anno* MDCLXXXIV, *tunc Magister meus, R. P. Silvester Maurus, postquam in academia nostra Romana quinque & amplius lustra Philosophiam ac Theologiam publice summa laude professus fuerat, typisque etiam publicaverat; creatus collegii Rector, animum adjecit ad perficiendum opus, quod tam diu spectaverat imperfectum. Ac primum quidem curare cœpit, quo pacto cupulam* (*quæ paucis dumtaxat pedibus supra fornicem templi educta, elevari in altum, magna pecuniæ vi temporisque impendio, adhuc debet*) *in orbe suo inferiore tegeret contabulatione, quæ deorsum tamister demitti per funes, ibique depingi, ac denuo tolli sursum commode posset. Vocati in consilium fuerunt non pauci architectonices periti, an, & quo modo confici posset machina tam grandis ac mobilis. Neque ulli succurrit modus aut consilium conficiendi. Habitabat eo tempore* AUCTORE C. J. *in domo Professorum Romæ Frater noster Adrianus Rancourt, natione Belga, patriâ Antverpiensis, arte faber lignarius, ingeniosus in paucis. Is suo marte fecit schema, quod putabat futurum quale conceperat Rector, atque præsentavit admodum Reverendo Patri nostro Carolo de Noyelles, item Belgæ, Generali tunc Societatis. Hic vocatis & seorsim auditis multorum Architectorum sententiis, sic fieri machinam posse consentientium, schema in opus deduci jussit & feliciter deductum est: vidique ipse sursum tolli atque iterum demitti, ibique pendulum telaque obductum totum depingi in modum cupulæ: à Fratre item nostro Andrea Pozzo, Tridentino quæ pictura, cùm deinde machina suo loco sursum reposita fuit, ita spectantibus è pavimento repræsentatur, ut vera credatur cupula esse.*

290 *Et hoc primùm ac præcipuè perficiendum fuit. Tum positum est pavimentum, erectum altare majus, dealbati parietes, ac tandem dirutus murus, qui anticam partem à postica disterminabat, totaque ecclesia anno sequenti patuit, ad nostrum atque Urbis sacrum usum. In hac nova templi accessione ejusque transversa navi dextera qua collegium respicit, continuo excitatum fuit altare B. Mariæ Virgini Annuntiatæ, in* E *memoriam antiquæ ecclesiæ ejusdem nominis; è regione vero reservatus fuit locus altari & sacello B. Aloysii, istic aliquando exædificando: quod & exædificatum post quindecim fere annos ibidem est, perfectumque recepit anno* MDCIC, *die* XX *Decembris sacras ejusdem Beati exuvias, stabiliori illic, quam ullo hactenus loco, quieturas, cum biduo antè novum ejus altare rite consecrasset Illustrissimus Dominus, vices Vicarii gerens, Bellizarius de Bellis, Episcopus Melfictensis. Longus forem si sacellum describere totum ac minutim vellem. Locus amplus est, marmoreus undique, dives opere, majestate plenus; altus ab imo pavimento usque ad summum fornicem palmos Romanos* CXXXIV, *latus* LXXIII, *profundus* LXVI; *aræ totius altitudo palmorum* LXXIII, *latitudo* XL. *Altare, proprie dictum, in modum tumbæ substructum, & supra illud eminentem in medio tabulam, hîc æri incisa oculis subjicio, saltem aliqua eorum lineamenta repræsentaturus, cum elegantiam artis, pretia marmorum varii generis, colores metallorum, symmetriam totius operis non possim. In substructione altaris conditæ servantur Beati Reliquiæ: in tabula, ipsius effigies, variis circùm volitantibus Angelis, spectabilis est. Dum tamen tabulam dico, nolim existimes, picturam esse coloribus adumbratam. Est opus anaglyphicum, scalpro è tabula marmoris candidi leniter elevatum; cujus dexterum marginem binæ columnæ ac totidem sinistrum stipant, omnes è marmore antiquo viridi, in spiram tortæ, palmos Romanos* XXII *altæ. Harum bases & capitella ex ære, nec non conserti floribus ramuli, qui per obliquos spirarum canaliculos serpunt, & alia id genus ornamenta, auro intecta puro nitent. Exterioribus hinc & inde columnis eosque tegentibus coronis singuli superstant genii, fasciculum liliorum manibus præferentes: interioribus binæ statuæ insident, quarum altera Innocentiam, altera Pœnitentiam repræsentant. Tabula, quam dixi, quamque in æs incisam exhibeo, inter prædictas columnas altari imminens,* XXX *palmos alta,* XV *lata est, circumdata pulcherrimo margine æris inaurati. Prominet leniter ex ea subvectum nebulis simulacrum B. Aloysii. Vestis illi qualem alumni Societatis nondum Sacerdotes, quamdiu litteris operam dant, Romæ & per Italiam gestare solent. Oculi modeste demissi, manus pectori admotæ; alterum genu inflexum, altero modice sublato; totus corporis habitus pietatem & humilitatem spirat. Circumstant Angeli complures, in eodem cælati marmore: hic impo-*

quinta translatio an. 1649

in novum S. Ignatii templum,

quod tum dimidia sui parte patebat,

anno 1685 *totum apertum,*

& anno 1699, *novo B. Aloysii sacello*

ara eleganti,

AUCTORE C. J.

nendam vertici coronam è floribus affert desuper, ille dexterâ lilium ostentat castitatis insigne; alii ascendentem sublevant cælum versus, alii circumvolant, plaudentium ac venerantium adinstar.

291 *Altaris ipsius capacem sinum implet urna, quam altera figura nostra representat, in modum tumbæ exquisito artificio elaborata & sacras ejusdem Beati Reliquias complexa. Hanc ita descripsit* P. *Josephus Jovenci, Societatis nostræ historiographus, & descriptam mihi submisit R.* P. *Annibal Marchetti, Vicepræpositus domus Professorum Romæ*: Constat è lapide, quem Lazzulum Itali nunc, Sapphirinum veteres, ut quibusdam placet, appellabant, coloris cærulei, venis aureis intermicantibus. Ad urnæ latus utrumque insident pulvillis Angeli minores duo marmorei: unus tenet manu catenulam cuspidibus ferreis hirsutam, flagellum, & similia pœnitentiæ Christianæ arma; jacet ad ejus pedes corona, qualis Marchionibus vulgo tribuitur: floream alter corollam gestat; idem globum Sapphirinum humi abjectum, calce, velut indignabundus, propellit. *Hæc de urna Historiographus ille: ac pergit mox alia nonnulla loci decora sic describere:*

ac pretiosa tumba ornamentum fuit.

B In cancellis altari prætentis, ex antiquo marmore confectis, stant Angeli duo majores, minoribus aliis stipati, funalia præferentes. Parietes sacello circumpositi, striatas parastatas certo descriptas ordine ostentant, & selecto marmore vestiuntur. A dextra lævaque, assurgunt odea gemina, columnis fulta grandibus, & Siculo marmore, auro, variisque ornamentis radiantia. Sacelli fornicem pingunt elegantes tabulæ, celeberrimi pictoris Andreæ à Puteo Societatis nostræ opus. Pavimentum, cancellos longe lateque ambiens, ianthino, croceo, & versicolori marmore sternitur: discriminant illud ingentes stellæ tres, specimen gentilitiæ Lancellottorum tesseræ. In medio cernitur hæc inscriptio, in sepulcralem incisa lapidem.

Scipioni Lancellotto, Lauri Marchioni,
Parenti optimo & sacelli hujus,
Ob valetudinem à B. Aloysio bis impetratam,
Auctori primo, sibique & suis,
Octavius Maria Lancellottus, Lauri Marchio,
Paternæ æmulator pietatis,
Auctâ ad opus perficiendum, æris relicti sorte,
Monumentum hoc posuit:
C Ut ipsi etiam majorum ac posterorum cineres,
Patronum suum
Propius recognoscerent colerentque.
Anno Domini MDCXCVIII.

CAPUT XV.

Translatio B. Aloysii ultima, & Reliquiæ ejus nonnullæ variis locis.

292 *Anno* 1699 *eximuntur denuo ossa Beati,*

SUb *exitum anni* MDCXCVIIII *perfectum undique fuit* novum B. Aloysii, quod diximus sacellum & altare; ac die XX Decembris, incidente in Dominicam IV sacri Adventus, hora circiter XXII more Italico, id est sesqui hora ante solis occasum, comparuerunt ad altare, sub quo sacræ exuviæ ab anno MDCXLVIIII conditæ, eatenus honorabantur; Reverendi Patres Joannes Baptista Tolomei, Rector collegii Romani; Xaverius Philippus Guerrieri, ibidem Minister; & Philippus Guarnieri; superpelliceis induti, cum Notario Ludovico Martolo (*ita legendum videtur cognomen hoc in sequenti translationis instrumento*) ac testibus, Illustrissimo & Reverendissimo Domino Josepho Oligati, Episcopo Parmensi; & Illustrissimo Domino Marchione Francisco Maria de Monte Bandino, Bononiensi; ad hoc specialiter vocatis, adhibitis, ac rogatis. Adfuit simul etiam cæmentarius, qui jussus insinuavit se per fenestellam in cavum altaris, cœpitque malleo effringere murum, sub quo Reliquiæ latebant, tam probe munitæ, ut dimidiam facile horam ille impenderit effringendo, priusquam capsa eximi posset. Tum primùm extraxit partem superiorem arcæ ligneæ, per medios fere asseres laterales fissæ; apparuitque loculus plumbeus ei inclusus; & ex alterâ mediâ arcâ ligneâ facile extractus fuit: moxque coopertus velo serico, delatus est à R. P. Rectore prædicto ad thensam; extra altaris septa decôre præparatam; substrato peripetasmate, circum lucentibus tædis, & adstantibus aliquot Sacerdotibus; qui, impositio thensæ sacro thesauro, procubuere omnes in genua; & adorarunt tam diu, dum supplicatio rite ordinata esset, & veniret qui expectabatur Eminentissimus Cardinalis. D

cum loculo plumbeo,

293 Interea arca lignea, quæ tantisper in altari relicta erat, vellicari primum à studiosa juventute; tum particulæ, qua parte confracta erat arca extantes, decerpi; postea vi majora frustula avelli; & nisi adstans Sacerdos tempestive cohibuisset rapaces manus, tectamque pallio per famulum curasset auferri in locum tutum, eumque ipse comitatus fuisset in sacrarium, prævidebam (adstabam enim) fore ut paulo post nihil ejus superfuisset. Hinc conversi ad locum, unde arca fuerat extracta, pii raptores, certatim sibi auferebant cæmenta, scobem, fragmenta lapidum, lateres integros, & quidquid à sacro loculo propius abfuerat; eaque aut chartæ, aut strophio solicite involventes, religiose comportabant domum. Jam vero media circiter elapsa erat hora, quando advenit Eminentissimus Dominus Cardinalis Ottobonus, S. R. Ecclesiæ Vicecancellarius, & rectà concessit ad venerandum sacras Reliquias: nec multo post cœperunt è sacrario procedere Nostri, ex omnibus fere domibus collegiisque Romanæ urbis collecti; &, prælata cruce, quam hinc & inde stipabant Acolyti linteati duo, cum candelabris & cereis ardentibus, contulerunt se longo distinctoque ordine bini & bini per medium templum ad easdem sacras Reliquias, primo quidem loco Fratres nostri adjutores temporales, paria fere viginti, palliis circumdati, sub iisque pileos suos manu tenentes.

& ligneo pro Reliquiis direpto,

circumlata fuerunt,

294 Sequebantur Scholastici, studiis Philosophicis operam dantes, paria tredecim, manu altera biretum præferentes, indutique toga talari cum manicis & eminentiore collari; quacum prodire in publicum solent, & prodiit suo tempore Aloysius (uti etiamnum in multis ejus imaginibus videre est) atque prodierunt ante ipsum alii, à primordiis Societatis nostræ, constanter huc usque per totam Italiam tenente usu. Hos excipiebant Sacerdotes, triginta & amplius paria, pallia quidem, cum Fratribus; bireta vero cum Scholasticis ferentes; illo nempe habitu, quo in honestioribus congressibus solent comparere. Pone aderant theologicarum disciplinarum Studiosi, tum sacris Ordinibus jam initiati, tum nondum eò promoti, magno numero superpelliceis induti & loco digniore prope loculum collocati, quia sui ordinis & gradus fuit Aloysius, studiis theologicis dans operam, in eodem collegio Romano, quando in cælum migravit. Prædicti omnes Fratres, Scholastici, Patres, Theologi, præter biretum aut pileum

Nostris longo & decoro ordine præcedentibus,

D um quod diximus, altera manu tenuiſſe, præterebant alterâ accenſum cereum, aut facem. Denique clauſit ordinem admodum Rev. Pater Officians, digniſſimus Præpoſitus noſter Generalis, Thyrſus Gonzalez ſuper Albam & Stolam Sacerdotalem Pluviali amictus; comitantibus ipſum duobus, uno à dextera, altero à ſiniſtra, Sacerdotibus linteatis & extremum Pluviale utrimque manu aliquantùm levantibus.

& canentibus muſicis;

295 Poſtquam tali ordine perventum fuit ad ſacrum depoſitum, conſtitit qui præferebat Crucem cum ceroferariis ſuis; diviſosque bifariam per ordines procedentes, eódem acceſsere propius linteati Theologi prædicti, atque admodum Rev. Pater Officians cum ſuis comitibus. Tum omnibus ſacro corpori genua flectentibus, Præcentores, qui quatuor erant & ſupplicationem quoque poſt Adjutores temporales, veſtiti ſuperpelliceis, comitabantur; orſi ſunt cantare Litanias Sanctorum omnium, reliquis reſpondentibus: ſurrectumque fuit, quando cecinerunt, SANCTA MARIA; & procedere cœptum, quo diximus ordine, è ſacello B. Aloyſii, quod vetus appellari nunc poteſt. Eſt illud medium inter tria ſacella, quæ magnificum
B S. Ignatii templum per valvas principes ingredientibus occurrunt ex parte dextera; quibus & ſuccedit proxime tranſverſa templi ala, in qua novum eidem Beato excitatum eſt altare, quod ſupra diximus, ab Illuſtriſſ. D. Marchione Octavio Maria Lancellotti; ex teſtamento paterno, pro beneficio recuperatæ per B. Aloyſium bis, uti teſtatur, ſalutis monumentum.

per totam eccleſiam

296 Ex vetere igitur ſacello deducturi ad hoc novum ſacra oſſa, ingreſſi ſunt proximum ſacellum, frontiſpicio templi vicinum, & inde tranſgreſſi ad ſacellum è regione poſitum, per illud ac duo ſequentia dextrorſum perrexerunt ad alam crucis alteram, ubi ſacellum eſt annuntiatæ Virgini Mariæ ſacrum; ex quo denique rectà tranſivimus ad novam aram Aloyſianam. Sacrum pignus portatum fuit ſublime ab octo Sacerdotibus noſtris, ſuperpellicea veſte indutis; exteris etiam nonnullis manum venerationis cauſa admoventibus; quos inter eſſe voluit Eminentiſſ. Cardinalis prædictus, ſtudioſæ juventuti aliiſque præbens exemplum ſuæ erga Beatum pietatis, quam pene puer hauſerat cum ſcientia almæ Philoſophiæ & ſacræ Theologiæ, iiſdem in ſcholis, quas
C olim Aloyſius frequentavit; foveratque eamdem ad hujus ſacras Reliquias in templo ſæpe ac diu orando. Inter eundum, ut dixi, alternis cantatæ fuerunt Litaniæ: quibus nondum finitis, quando jam prope à termino aberant, intonuerunt Præcentores hymnum, *Te Deum laudamus*; eumque alternarunt, donec omnes componerent ſe ante novum altare in modum hemicycli, includentes in medio non altum pegma, ibidem erectum & pulcre ſtratum, in quo thenſam cum ſacro loculo depoſuerunt bajuli Sacerdotes. Tum flexerunt omnes humi genua, & Acolyti concinuerunt Antiphonam, *Similabo eum*, cum Verſiculo, *Amavit eum Dominus*; atque admodum Rev. Pater Officians ſubjunxit orationem, *Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris.*

ad novum Beati altare.

297 His abſolutis ſub horam XXIV, recedentibuſque ad ſe Patribus, tam collegii Romani quam domuum aliarum, affluxit multitudo ſpectatorum ingens; quæ, licet clauſæ eſſent valvæ templi, per oſtium collegii ſubingreſſa fuerat, ad feretrum, in quo cum cuſtodibus remanſerat ſacer loculus, ſuo ornatu coopertus; ac certatim produxerunt coronas ſuas precatorias, aliamve pictatis Chriſtianæ ſupellectilem, porrexeruntque cuſtodibus Clericis, ut ſacri loculi contactu quodammodo ſacrata, præſentiorem ſibi beati Adoleſcentis memoriam facerent. Tandem ingruentibus tenebris ac digreſſis turbis, loculus in novum monumentum illatus, ibique firmatus fuit. *Atque hæc tranſlatio ſexta fuit, ſpatio centum & unius annorum: de qua ut poſteris quoque perpetuis temporibus conſtaret, voluerunt Superiores Societatis noſtræ, & præcipue provida cura Reverendi Patris Ioannis Baptiſtæ Tolomei prædicti, mei quondam in ſtudiis theologicis condiſcipuli, tunc ibidem Rectoris, confici geſtæ rei inſtrumentum publicum, prout ſequitur.*

Inſtrumentum Notarii publici,

298 In nomine Domini. Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter & ſit notum, quod anno ab ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti Nativitate milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo nono, Indictione ſeptima, die vero vigeſima menſis Decembris, Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, D. Innocentii divina providentia Papæ XII, anno ejus nono; conſtructâ nuper per Illuſtriſſimam familiam de Lancellottis nova capellâ, dicatâ B. Aloyſio Gonzagæ Societatis Jeſu, eleganti forma, ac multis honoribus congeſtâ, in latere ſiniſtro altaris majoris venerabilis eccleſiæ S. Ignatii apud collegium Romanum, ad hoc ut ſacra B. Aloyſii prædicti oſſa ibidem de futuro conſerventur, ad majorem Dei gloriam, dictique B. Aloyſii majorem venerationem & cultum, ac Chriſti fidelium devotionis augmentum, & militantis Eccleſiæ exaltationem: Reverendi Patres ejuſdem venerabilis Societatis, magis magiſque aſpirantes ad divini cultus augmentum (utpote Deus Omnipotens gloriatur in Sanctis ſuis) quam citius dicta ſacra oſſa in urna, ſubtus dicto altari poſitâ, collocari cenſuere; proindeque, ut aſſertum fuit, recepta prius pro infraſcriptis peragendis verbali licentia & facultate Eminentiſſimi & Reverendiſſimi D. Cardinalis Gaſparis de Carpineo, Epiſcopi Sabinenſis, Sanctiſſimi D. N. Papæ Vicarii Generalis, mediante perſona Reverendi P. Joannis Baptiſtæ Tolomei, dictæ Societatis Jeſu, prænominati collegii Rectoris; requiſiverunt me Notarium publicum infraſcriptum, ut per me ipſum accederem ad antedictum S. Ignatii templum, & de tranſlatione ſacrorum dicti B. Aloyſii oſſium ac dictam & infradicendam collocationem rogarem, ut omni futura ætate veritas eluceſcat. Ego itaque præd. Notarius, de quo ſupra expoſtulatus, perſonaliter me contuli ad nominatam eccleſiam S. Ignatii, & præciſe ad altare ejuſdem B. Aloyſii, poſitum à cornu epiſtolæ, ubi alias, & ſub die V Auguſti MDCXLIX, fuit facta tranſlatio ſacrorum oſſium dicti B. Aloyſii è ſacello B. Mariæ Virginis, è cornu Euangelii eccleſiæ prædictæ, intra parietem ex oppoſito (*ita puto legendum tam hic quam infra*) feneſtræ exiſtentem, ubi prius aliàs repoſita fuerant, ut teſtatum habetur in quodam libro vetuſto, aſſervato in archivo dicti almi collegii Romani Societatis Jeſu, intitulato, *Catalogo de ſuffragii noſtri defonti, è per varie occorrenze*, chartâ pergamenâ cooperto: quo mihi exhibito; ex eo inter alias contentas, infraſcriptas particulas extraxi, & regiſtravi in hic alligando folio tenoris ſequentis, videlicet: *Anno ſalutis humanæ* MDCII, *juſſu P. Bernardini Conſalonorii &c.* (*prout initio Capitis præcedentis jam relata ſunt.*)

E

F

teſtantis de veritate Reliquiarum,

299 Deinde anno Domini MDCV, menſe Junii

AUCTORE C. J. & translatione earumdem

translatę sunt Reliquię ejusdem ad sacellum B. Mariæ semper Virginis Deique Matris, & conditæ ad cornu Euangelii intra parietem ex opposito feneſtræ, ubi & appensæ tabellæ votivæ cereique non pauci; ardetque lampas assidue. Alia copia particulæ sumpta ex alio libro vetusto intitulato; *Nota di quelle cose, che concernono la nuova Chiesa di S. Ignatio* MDCXLIX, Incipiens, *Dovendosi aprire la Chiesa*: & à tergo inter cetera reperitur ut infra; *A dì V di Agosto si fece la translatione del Corpo del B. Luigi, con Processione per le loggie del cortile, fù riposto sotto il suo Altare, senza esserſi aperta la cassa di piombo, che così ordinò il Padre Generale.* Et repertis ibidem, Rev. P. Tolomeo Rectore, & aliis ejusdem Societatis, simulque Alexandro Caprara magistro murario ejusdem collegii, cum aliis cæmentariis, ad requisitionem & instantiam suprad. Rev. P. Tolomei Rectoris coram eisdem, me Notario & Testibus infrascriptis, fuit per eosdem cæmentarios excavatus murus subtus idem altare B. Aloysii à cornu Epistolæ existens; ibique fuerunt reperta ossa & cineres dicti B. Aloysii, jam diu reposita in capsula plumbea, cum
B alia lignea cooperta, positaque super parvo lateritio muro operis arcuati, eo modo prorsus & forma, qua in suprascriptis testificationibus consignatum & enuntiatum fuerat. Quæ quidem Capsula seu arca plumbea, statim coram quibus supra, meque Notario prædicto, modo & forma quibus supra, extitit reperta, processionaliter pie devoteque, facibus accensis, januisque dictæ ecclesiæ clausis, per dictum Rev. P. Rectorem ac admodum RR. Patres Xaverium Philippum Guerrerium, & Philippum Guarnerium Societatis Jesu prædictæ, adstantes & sacrum feretrum simul portantes; Eminentissimo & Reverendissimo Domino, Petro Ottobono Cardinali S. R. E. Vicecancellario, cum aliis Illustrissimis Episcopis & Præsulibus; è dicto antiquo ad noviter constructum dicatumque eidem B. Aloysio altare translata fuit, & posita in urna, subtus illud de novo constructa, pretiosi lapidis (vulgariter, lapidis Lazzaro) argento & ære inaurato exornati, ante quam accensæ faces sive lampades conspiciuntur. Et cum expo-
ad sacellum & altare novum an. 1699. stulationes præfati Rev. P. Tolomei ad amussim exsecutus sim, ut demonstravi in superius à me recensitis, propterea de omnibus prædictis pro veritate requisitus, cunctis publicum & manifestum
C reddo testimonium, non solum isto, sed & omni alio meliori modo: super quibus omnibus & singulis prædictis petitum fuit à me Notario Publico infrascripto, ut unum, seu plura, publicum, seu publica conficerem atque traderem Instrumentum & Instrumenta, prout opus fuerit & requisitus ero. Actum Romæ in dicta veneranda ecclesia, altari, & capella; præsentibus ibidem Illustrissimo & Reverendissimo D. Josepho Olgiato Episcopo Parmensi, & Illustrissimo D. Marchione Francisco Maria de Monte Bendino Bononiensi, testibus ad prædicta omnia & singula specialiter habitis, vocatis, adhibitis atque rogatis. Ego Ludovicus Martolus, Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Urbis Vicarii Notarius, de præmissis rogatus, præsens instrumentum subscripsi, & publicavi requisitus.

Reliquiæ Scriptorihorum Actorum datæ:

300 *Adfui, qui hæc scribo, in supradicta translatione, pars ejus; quæque de illa scripsi, oculis meis vidi. Tuli quoque inde pro Reliquiis (cum magis sacra non possem, quia loculus plumbeus apertus non fuit) de capsa lignea, quæ loculum illum cum sacris ossibus annos quinquaginta sinu suo concluserat. Verum pretiosior mihi thesaurus est, quem aliquanto post dono accepi ab admo-* D *dum Rev. Patre Nostro Generali Thyrso Gonzalez, codex Ms. quo B. Aloysius olim, dum sacræ Theologiæ studebat, usus fuit. Continet is primo loco commentarium in Secundam Secundæ S. Thomæ, à Quæstione* XXIII, *de Caritate. Commentarius, prout dictatus à Magistro fuit, conscriptus est aliena manu: neque enim Aloysio licuit per Superiores, invaletudinem ejus considerantes, prælectiones manu propria excipere: attamen passim in ora libri notationes adjecit ipse manu sua, & sæpe prolixas: quas omnes & singulas, additâ notâ* B. L. seu Beati Luigi, *ut Itali loquuntur, solicite distinxit à commentarii contextu P. Virgilius Ceparius, pro ut ipse in fronte libri manu sua, quæ mihi probe nota est, & nominis sui subscriptione testatum reliquit* die XXV Aprilis MDCVI. *Scriptura Beati pulcherrima est, & lectu facilis; atque in capite commentarii talis titulus legitur:* Explicata per Rev. Patrem Augustinum Justinianum anno 1588. *Secundo loco codicis ponitur tractatus de justitia & jure, cujus initio adscripsit beatus Auditor;* Per Rev. Patrem Joannem Azor: *& appinxit pro pietate sua nomen Jesu compendio, ut fieri assolet, expressum tribus hisce notis,* IHS, *erectâ in medio* H *cruce; & paulo infra, ne* E *obliviscereturmatris suæ, posuit,* MARIA. *Annotata sunt ibi manu Beati multa alia, quæ nihil attinet hic recensere; uti nec indicare Reliquias, quæ variis locis honorantur. De aliquibus jam dictum est alibi, aut dicetur adhuc. Illud tamen commemorare hoc loco non prætermittam; quod in ultimo itinere meo Romanobelgico, viderim ac veneratus sim Coloniæ Agrippinæ, in ecclesia Societatis nostræ Crucem ligneam, cum effigie crucifixi Domini Jesu æneâ, inclusam Cruci argenteæ, quæ sic aperitur, ut totus Crucifixus æneus spectari, Crux tamen ipsa, cui confixus est, eximi nullo modo possit. Cruci argenteæ in parte anteriori insculptum est:* Crucifixus quo B. Aloysius, vivens & moriens, usus est. *In parte vero aversa:* Eminentissimus Cardinalis de Lugo, admodum Reverendo Patri Nostro Goswino Nickel; & hic templo Colonienſi, dono dedit anno MDCLXI, XXVI Martii.

aliæ Coloniæ Agrippinæ.

CAPUT XVI.

Aliquot Beati Epistolæ, Imagines: Sodalitium ei institutum: Altaria & Sacella excitata. F

Epistola Landsbergæ in Bavaria:

301 *Servatur Epistola una, manu Beati nostri scripta, in Domo Probationis Societatis nostræ Landsbergæ in Bavaria, cujus Rector R. P. Josephus Preiß, anno* MDCC *die* XXI *Aprilis me, paulo post Româ discessurum, amice invitavit, per se ut transirem (quod tamen per alia negotia mihi non licuit) coràm inspecturus memoratam epistolam; & simul de ejus isti Domui comparatione sic scribebat:* Ut votis serviam Rev. Vestræ, maxime honoribus B. Aloysii, mitto apographum Epistolæ, ab angelica ejus manu exaratæ. Asservatur ea hic, inter alia sacra cimelia & pietatis fomenta, pro carissimis Novitiis, quibus à moderno R. P. Provinciali Marino Muller, cum magistri Novitiorum officio antea functus, sex abhinc annis huic valediceret Domui, in sacrum mnemosynon est relicta. Involucrum, in quo asservatur epistola, hæc habet verba adscripta: „ Litterę B. Aloysii „ Gonzagę, P. Michaëli Standacker dono datę, tunc „ temporis, quo sereniſſimum Archiducem Ferdi- „ nandum Carolum per Italiam comitatus est, Con-

cio-

A „ cionator ipſius aulicus.„ Subinde P. Michaël (ut ex ipſomet intellexi R.P. Provinciali moderno) cum Oeniponto fuiſſet tranſlatus Eberſpergam (quę Reſidentia Societatis noſtræ, ad collegium Monacenſe ſpectans) donavit epiſtolam illam P. Erneſto Paumgartner, tum temporis Superiori ſuo; à quo deinceps hic Landſpergæ eam accepit modernus R. P. Provincialis, cum officio iſte Magiſtri Novitiorum hic fungeretur; alter verò, nempe P. Erneſtus, Procuratorem Domus ageret.

302 *Tum addit, epiſtolam conſueto Societatis ſigillo munitam, & ſolita forma complicatam eſſe. Ipſam (tum quia perbrevis eſt, & paucis ante obitum menſibus, ſcripta; tum quia indicat, auctorem ſuum anno præterito Caſtellione fuiſſe, & ſalutaria monita fratri dediſſe (quorum hic memoriam renovat atque executionem pro zelo ſuo urget;) viſum eſt hoc loco adſcribere totam, prout jacet, ex verſione latina, quam Landsbergæ olim fecerunt & conſervant cum autographo italico, accuratâ illâ quidem, ſed fortaſſe nimis officiosâ, dum quæ Latini mallent ſecundâ perſonâ proferri, hic per relativum tertiæ, Italorum more, exprimuntur. Sic igitur habet.* Illuſtriſſime Domine, frater in Chriſto obſervandiſſime. Pax Chriſti. Licet particulare quid non occurrat, quod ipſi ſcribam, tamen ut tabellario ſatisfaciam, hiſce præſentibus ipſi ſignifico, quod per gratiam Dei valetudine fruar ſatis bona; id ipſum deſidero & rogo divinam ſuam Majeſtatem, concedat Dominationi ſuæ in utroque homine. Hodie eſt ultimus antecineralium dies, quo, aut paulò antè (ni fallor) anno proxime elapſo, reliqui Dominationem ſuam Caſtellione, inſtructam bonis deſideriis atque propoſitis; quare aliud modo ipſi in mentem non revocabo, quam ut nunc & deinceps memor ſit, ut eadem executioni mandet. Qui dedit velle, ſpero, dabit & perficere; unde meis precibus (qualeſcumque ſint) ad Deum recurram, ut ad id ipſi concedat gratiam. Denique me commendo in Domino & ex corde, Dominationi ſuæ. Romæ XXVI Februarii MDXCI. Dominationis ſuæ Illuſtriſſimæ frater ſtudioſiſſimus in Domino, Aloyſius Gonzaga, Societatis Jeſu. *Integrior ſervata eſt hæc Beati epiſtola quam multæ aliæ, quæ fruſtillatim pro amuletis expetitæ atque uſurpatæ fuerunt. Exemplum refert in proceſſu Caſtell. teſtis* XIV. *P. Guelfuccius, ita deponens:* Anno MDCV, cum eſſem Venetiis, rogavit me enixis precibus D. Lucia Campi, virgo annorum XXXIII & ſanctæ vitæ, *quæ aliquantò ante contactu Reliquiæ B. Aloyſii cancro, qui mamillam exedebat, liberata fuerat,* ſibi ut fruſtulum donarem cujuſdam epiſtolæ, quam mihi Aloyſius olim inſcripſerat; quod ipſum multæ etiam aliæ perſonæ, dignitatis præcipuæ, à me poſtularunt ac obtinuerunt: quæ & perſuaſum habebant, ſe ſibi ſuiſque familiis per ejuſmodi fruſtula, tamquam Reliquias Beati, cæleſtia, illo patrocinante, beneficia obtenturos; & obtinuiſſe non raro, confeſſæ ſunt.

ad fratrem paucis ante obitum menſibus ſcripta.

B

C

303 *In eodem itinere, dum Patavii eccleſiam parochialem S. Leonardi curioſus luſtro; incidi præter expectationem in altare, cujus pictura, ſummo verſus angulum dextrum loco, repræſentat ſanctiſſimam Virginem Lauretanam; loco inferiori ſiniſtrorſum adſtat S. Helena, magni Conſtantini mater, altiorem ſe crucem erectam tenens; inde dextrorſum ſub ſanctiſſima Virgine apparet, exciſam olim fuiſſe amplam telæ pictæ laciniam, ibidemque denuo inſutam eſſe picturam B. Aloyſii Gonzagæ dimidio corpore, vultu admodùm concinno, & qui prototypon ſuum adamuſſim videtur referre. Ut vidi & contemplatus aliquamdiu fui, plu-*

Patavii in templo parochiali imago ejus,

ſcula ſciendi cupidus, Curionem adii: ſciſcitatoque mihi, quid tali loco taliter inſuta B. Aloyſii imago ſibi vellet; reſpondit ille, id factum eſſe curatione nobilis feminæ Margaritæ de Doctoribus, quam ex gynæceo Ducis Mantuanæ, in quo diu verſata fuerat, olim nupſiſſe Patavii pari nobilitate viro Jacobo de Doctis, & palatium quod è regione ipſius eccleſiæ eſt, incoluiſſe, dicebat: imaginem porro B. Aloyſii, quem veroſimiliter viventem noverat, Mantuâ ſecum contuliſſe, ac pro ſuo in beatum Juvenem amore, illic loci, ubi nunc conſpicitur, ponendam curaſſe; ſibique & præmortuis marito ac filio, ibidem ſub aræ ſuppedaneo, in quo conſiſtit celebrans Sacerdos, tumulum delegiſſe; cupidam ſcilicet corpore non procul abeſſe à Beato, quem animo ſemper geſtaverat. *Tumulo amplum candidi marmoris lapidem impoſuit, atque ſuis, anno* MDCXIV *defuncta, ibidem contumulata fuit. Sed lapis ille cum oſſibus ſubjectis, non ita pridem (quòd conditorium ibi Sodalitas B. Aloyſii, de qua mox, defunctis Sodalibus ſuis fecerit) tranſlatus eſt ad medium templum, & habet hanc inſcriptionem; in parte quidem ſuperiore;* Jacobo Docto, Trojani filio, Patricio Patavino, cataphractorum equitum Produci; ac Trojano filio ſignifero; Margarita de Doctoribus, uxor & mater, utrique paravit ex teſtamento, ſibique & heredibus. *In inferiore vero;* Diſceſſit ex hac vita annorum XXXIX, pridie Idus Octobris A. D. MDCXIV.

AUCTORE C. J.

Mantuâ eò allata;

E

304 *Cœpit ex talibus principiis pietas & fiducia populi Patavini in B. Aloyſium, qua veroſimiliter accedentibus ad invocationem ejus miraculis, paulatim majuſ majuſque incrementum habuerit: certe conflavit tandem nobile Sodalitium, ſive (ut vulgus loqui mavult) Confraternitatem, ſub invocatione ejuſdem B. Aloyſii, nemine de Societate Jeſu, utpote quæ tunc Patavii non erat, juvante aut ſuadente. Inſtitutionem ejus curavit Oeconomus eccleſiæ S. Leonardi, & obtinuit anno* MDCXLII *ejus approbationem, prout docet inſtrumentum ſequens.* Marcus Antonius Comes Martinenghius, Nobilis Venetus Juris utriuſque Doctor, Canonicus Patavinus, & in Patavino Epiſcopatu Sede epiſcopali vacante in ſpiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis Capitularis. Nobis nuper pro parte Rev. D. Jacobi Perotii Oeconomi in Eccleſia Parochiali Prioratus nuncupati S. Leonardi, hujus civitatis, nomine ſuo & ſuorum parochianorum fuit humiliter ſupplicatum; quatenus ad majorem Dei cultum, animarum ſalutem, & populorum devotionem, eidem Rev. Oeconomo concedere dignaremur, ut in prædicta Parochiali Eccleſia erigere poſſit Confraternitatem virorum, ſub invocatione B. Aloyſii Gonzagæ, ut poſtea ipſa jam erecta, alicui Archiconfraternitati almæ Urbis, cum diſpenſatione Apoſtolica, uniri poſſit. Nos igitur, votis eorumdem favorabiliter annuentes, præcipue cum agatur de divini cultus augmento, animarum ſalute, & populorum devotione, tenore præſentium, eidem Rev. Oeconomo licentiam & facultatem concedimus & impertimur, ut ſervatis ſervandis prędictam Confraternitatem ſeu Societatem ſub invocatione ejuſdem B. Aloyſii, in prędicta parochiali eccleſia erigere poſſit & valeat, juxta capitula & ordinationes, à nobis approbanda pro ejus bono regimine. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, has noſtras patentes litteras manu noſtra firmatas, per infraſcriptum Cancellarium capitularem, fieri, ſubſcribi, & ſigillo Reverendi Capituli noſtri communiri juſſimus & mandavimus. Datum Patavii in Cancellaria Epiſcopali, die VII menſis Auguſti MDCXLII, Ponti-

& nobilis confraternitas

legitime approbata,

F

AUCTORE C. J.

Pontificatûs, in Chriſto Patris & Domini, D. Urbani divina providentia Papæ VIII, anno XX. M. A. Martinenghus, Vic. Capitularis. Auguſtinus Tolentinus, Canc. Cap. Mand.

305 *Leges Sodalitii ſeu Capitula & ordinationes ejus, de quibus hic mentio fit,* numero ſeptem, *eodem anno,* XIX *Decembris, obtulit præmiſſo Vicario generali approbanda idem* Dominus Jacobus Perottus, Sacerdos Patavinus, *jam* Conſervator electus Congregationis ſeu Confraternitatis virorum, ſub invocatione B. Aloyſii Gonzagæ nuper erectæ & inſtitutæ in eccleſia parochiali prioratus S. Leonardi: *& Vicarius,* viſa, lecta, & diligenter conſiderata ... liberaliter & gratioſe laudavit, approbavit & confirmavit. *&c. uti legitur in alio illa de re inſtrumento, quod cum præmiſſo impreſſum eſt in libello, Leges Confraternitatis complexo: in cujus fronte imago Beati conſpicitur, quo modo in pictura repræſentatur, hoc ſubſcripto lemmate:* Protector eſt omnium ſperantium in ſe. *Scopus, in quem collimat Confraternitas, ſic in libello declaratur:* Quandoquidem tres ſint ſtationes, ad quas concedere homo à morte poſſit; duæ æternæ, una temporaria; æternæ, cælum & infernus; temporaria, purgatorium, ubi
B reliquiæ peccatorum expiantur, ut adiri cælum poſſit: eò enim nihil intrat coinquinatum. Hinc fit Confraternitates præcipue inſtitui, ad ſubveniendum animabus, quæ piacularibus flammis mundantur; videlicet per crebra Miſſarum ſacrificia, quæ ibi pro earum ſalute offeruntur Deo: & hanc ipſam ob rem ſummus Pontifex conceſſit Indulgentias, uti conſtat ex Bulla ejus, Confraternitati huic virorum, in eccleſia S. Leonardi ſub patrocinio glorioſi & beati Aloyſii Gonzagæ erectæ, ut eo incitamento animentur Confratres, ad laudandum & benedicendum Deum, ad frequentanda ſanctiſſima Sacramenta, ad offerenda pro defunctis Confratribus ſacraſancta Miſſarum ſacrificia, quo poſſint citius intueri Deum facie ad faciem; quod eis infinita Dei Bonitas concedat. *Hanc inductionem, ſequuntur Leges ipſæ, quarum iſthæc ſumma eſt.* In album hujuſce Congregationis adſcribi cupientes, honeſta conditione, & bonis moribus ſunto. Numerus adſcriptorum trecenteſimum non excedito. Quot annis Præſidem ſibi alioſque Officiales rite eligunto. Feſtum primarium, quod B. Aloyſii eſt, collato ſymbolo & cera, ſolenniſſime celebranto. Quivis pro Confratre, qui
C obierit, præſcriptas preces perſolvito. Rationes dati & accepti Præſes, ſub electionem ſucceſſoris, reddito. Qui ultra numerum præfixum adſcribi cupiunt, notantor ſeorſim dum vacet locus. *Hæc de Confraternitate iſta, prolixius fortaſſe quam par videatur aliquibus; utilia tamen futura volentibus exemplum imitari.*

ſuis legibus munita;

306 *Ibidem, Patavii dico, fida relatione accepi; Guaſtallæ, quæ Gonzaghiorum urbs eſt prope Padum, titulo ducatus honorata, olim Guardaſtallum dicta, ſpectari in templo Patrum Theatinorum altare proprium B. Aloyſii noſtri Gonzagæ, & imaginem ejus ibidem in tabula depictam, ſed cum manicis largis, more ac habitu eorumdem Theatinorum. Altare in gratiam Principum loci, aut ab ipſis Principibus factum eſſe opinor; imaginem vero ſic pictam eſſe in gratiam Ordinis. Sed ad Societatem noſtram revertor. In itinere meo non inveni, nec inveniendum puto Societate tota domum aut collegium, in quo non ſit ſacellum, altare, aliudve monumentum ſacrum ejuſdem B. Aloyſii, quorum tamen hic catalogum texere aut meminiſſe, nec poſſum, nec attinet. Unum mihi mirum placuit in modum, quod in collegio Græcienſi noſtro vidi ſacellum domeſticum, præcipue, propter altare novum & elegans B. Aloyſio primum communicanti (quale etiam Mediolani dudum extare diximus alibi) ſacrum, non ita pridem à devoto ei alumno ibidem excitatum: de cujus fundatore interpellatus à me Rev. P. Joſephus Schalletari Societatis noſtræ, in Univerſitate Græcienſi ſacræ Theologiæ Profeſſor, mox litteris ſuis,* XVIII *Auguſti* MDCC *datis, me Viennam proſecutus eſt, ſic ſcribens.*

Guaſtallæ altare apud Theatinos;

Græcii ſacellum elegans,

D

307 Exſolvo promiſſi fidem. Quod in noſtro ſacello domeſtico eleganti ſcalpro elaboratum Rev. Veſtra vidit altare, dicatum B. Aloyſio Gonzagæ, primas ſacræ menſæ delicias è manu S. Caroli Barromæi accipienti; ſtat munificentiâ Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini, D. Caroli Weichardi, S. R. I. Comitis à Breiner, Comitatus Goritienſis ſupremi hereditarii Camerarii, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Camerarii & Conſiliarii intimi actualis, nec non inclitæ provinciæ Styriæ Deputatorum Præſidis, Herois non modo claris majorum imaginibus, ſed propria etiam virtute præſtantiſſimi. Voluit autem (quantum quidem conjicere licet) Angelicum Adoleſcentem ſub hac potiſſimùm ſpecie venerandum exponi hoc in loco, in quo ipſe, ab hominum frequentia ſemotus, maxima pietate divino epulo refici ſolet; ut tanto exemplo ad majorem indies Euchariſtici Numinis cultum ac reverentiam excitaretur. Hujus etiam liberalitate fundata in perpetuum eſt Novendialis devotio, in honorem S. Franciſci Xaverii, quæ quotannis in noſtra S. Ægidii baſilica, à feſto S. Catharinæ Virginis & Martyris, uſque ad ipſam Indiarum Apoſtolo ſacram lucem, frequentiſſimo omnium Ordinum concurſu celebratur.

nuper à Comite Breiner ornatum;

E

308 *Hæc de altari Aloyſiano Græcii, ejuſque Illuſtriſſimo fundatore. Habemus & nos, nihilominus ſplendidum, materia etiam magis pretioſum, ejuſdem nominis ſacellum, cum altari ſuo, totum marmoreum in baſilica hic noſtra Antverpienſi: in cujus tabula repræſentatur Beatus, ſtans in medio, habitu Societatis, dextrorſum converſus ad fratrem, cui porrigit manu dextera coronam, dum ſiniſtrâ elatum uſque ad humeros Chriſtum crucifixum tenet; & cum corona tradit ei jus ſuum, quod habebat primogeniti in principatum Caſtellionis: idque ex conſenſu Cæſareæ Majeſtatis rite fieri, indicat diploma cum appenſo ejus ſigillo, quod adjacet in menſa; ſuperne interim demittente Angelo in caput Beati, pro corona fragili ac temporaria, immarceſſibilem & ſempiternam. Siniſtra parte ſtat multa propinquorum* F *turba: ſola mater ſedet mœſto vultu, dextera manu oculis ſtrophium admovente: ante genua adſtat puellula, triſtibus ocellis in vultum matris intenta, manumque ſiniſtram quanto poteſt niſu, eódem elevans, quaſi ſtrophium remotura & mœſtam conſolatura; dum ejus dexteram, injectâ ſiniſtrâ ſuâ mater ſuper genu ſuum ſiniſtrum continet. Columnæ altaris, quæ tabulæ hinc & inde adſtant, tornatiles ſunt ex albo marmore, circum aſcendentibus vitibus cum ſuis pampinis ac racemis, opere anaglypto. Ad bina ſacelli latera ſuis in loculis bina inter ſe aſpiciunt ſtatuæ, & ipſæ ex candido marmore elegantiter ſculptæ; hinc S. Anna cum parva filia Maria, cujus ante ſe ſtantis collum, utraque manu per humeros hinc & inde porrecta ſtringit: inde eadem Maria, juſta hominis ſtatura, Jeſulum geſtat ſiniſtro brachio, dexterâ manu pedibus ſuppoſitâ. Reliquum ſacellum, marmoribus varii coloris veſtituum & operibus fabre ſculptis diſtinctum, intuentium oculos diverſimode oblectat. Non procul inde, in ipſo templo ejuſque tribunali primario prope aram ſummam, conſpicitur ejuſdem Beati ſtatua, cum aliis Sanctorum Ignatii Fundatoris noſtri, Franciſci Xaverii Indiarum Apoſtoli, & Franciſci de Borgia, ex Duce Gandiæ Religioſi Societatis Jeſu ac tertii ejuſ-*

aliud Antverpiæ marmoreum

AUCTORE C. J.

ejuſdem Præpoſiti Generalis. Statuæ omnes hæ, etiam marmoreæ ſunt, quales jam dictæ; & Aloyſiana quidem belle effigiata, oculos blande figit in Crucifixum, quem ſiniſtra manus extenſa erectum tenet, dexteræ palmâ medio pectori applicatâ.

Pictura in memoriam ingentis victoriæ,

309 *Inter monumenta B. Aloyſii Antverpienſia numerari etiam meretur pictura ingens & magni pretii, quam Sodalis quidam Congregationis noſtræ Marianæ ſub titulo Virginis natæ olim confici ex voto curavit eidem Virgini, caſtiſſimæ Matri, caſtoque ejus clienti Aloyſio, in memoriam Victoriæ feſtâ hujus Beati luce* XXI *Junii, ejuſque & potentiſſimæ Virginis, ut pie creditur, propugnatione obtentæ in vicinia hujus civitatis ultra Scaldim, in loco qui Calloa dicitur, deletis magna clade per militem Regium copiis Confœderatorum, quæ Calloam inſidebant, & huic urbi minitabantur. Rem geſtam præclare deſcripſit illorum temporum Hiſtoricus hujus noſtræ domûs, ad annum* MDCXXXVIII, *quo contigit.* Sedulam, *inquit*, excubantemque ſemper in civium commodum, noſtrorum Patrum caritatem hoc anno vel maxime experta eſt Antverpia, & hinc nobis addictior, quod B. Aloyſio noſtro deprecatore manifeſto ſe periculo exemptam, non inaniter credat. Poſtridie Idus Junii occupaverant hoſtes Batavi Flandrenſem aggerem, cęſis aut fugatis militibus noſtris, Duce Guilielmo Naſſavio; & in eo caſtella duo, duabus hinc leucis diſſita, quorum alterum Calloanum erat; moxque ibi caſtra ſua, qua per ſingulos aggeres inter depreſſa & paluſtria acceſſus erat, incredibili celeritate communire adorti, magnum urbi terrorem injecerant. Jam octiduum propè occupatas tenebant ſtationes, indies minus expugnabiles. Placuit tandem Sereniſſimo Principi Cardinali Ferdinando, Belgii *pro Rege fratre* Gubernatori, adhibitis in conſilium belli Ducibus, vi pelli hoſtes. *Illos igitur die* XX *dicti menſis, qui Dominicus erat, ſub noctem* à tribus partibus aggreſſi ſunt noſtri per aggeres difficillimos, ab ipſis nempe interciſos ac loricis ſudibusque pręmunitos; tantaque alacritate ac robore decertaverunt, ut Batavi prima nocte magna clade affecti, alterâ in fugam ingenti terrore effuſi, ex munitiſſimis ſuis ſedibus præter ſpem prope omnem ſint expulſi. Cęſorum in iis, & in fluvii æſtuariis merſorum ad tria millia; totidem & amplius millia captivorum, opima pręda, victoria celeberrima, *& omnino cælitus obtenta ex pervulgata populi opinione, illam B Aloyſio & almæ Virgini Mariæ urbis ſuæ tutelari adſcribentis.*

quam miles Catholicus

B

non procul Antverpiâ

de Confœderatis,

C

310 Expeditio, *ita pergit Hiſtoricus*, in pervigilio feſti, B. Aloyſio dicati, feliciter cœpta, ſequenti die feliciſſime peracta, tota intra ſolennitatis iſtius tempus eſt confecta; ut fas ſit credere, beatum iſtum Tutelarem, quem illo die nocteque in templo noſtro communes preces ſolicitabant, pro clientibus ſuis decertaſſe. Nam & interdiu & noctu quantum precum effuſum, quantæ adhibitæ corporum afflictationes, facile colligat, qui norit quam præſens ſit ad pietatem exhortator inſtantis mali metus. Et quidem ad opem à Cælitibus vel maxime petendam, exemplo invitabat ipſe Sereniſſimus Princeps Cardinalis, qui occaſione illius feſti noſtri credebatur Patronum expeditionis B. Aloyſium delegiſſe. Certe ſolenni Sacrificio, quod ipſius die in templo noſtro canebatur, pie interfuit; atque haud dubie negotium iſtud, non minus patriæ totius quam ſuum, per eum divino favori commendavit.

feſto B. Aloyſii

ejuſque

311 Quamquam (quod principio dictum oportuit) tam proſperi eventûs prima poſt Deum laus & gloria ſanctæ Tutelari civitatis Antverpienſis

& B. Mariæ

Mariæ, matri caſtrorum, eſt adſcribenda: quæ quam erga noſtros propitia, tam adverſariis infenſa; ſic quoque voluit demonſtrare, quam non impune ſacra atque divina violentur. Batavi ſiquidem, qui templum Calloanum inſederant ac profanaverant; ſtatuam quoque ligneam Virginis ſacratiſſimæ ibidem per ſacrilegum ludibrium concremarant: quod flagitium creditur non exiguum quoque ad hoſtium perniciem pondus addidiſſe. Et quidem pridie diei B. Aloyſio ſacri, in Congregatione Parthenia, quæ in domo noſtra eſt iuvenum majorum, titulo natæ Virginis inſtituta, cum tam atrocem Patronæ ſuæ illatam injuriam Noſter, qui Congregationi præerat, commemoraret exaggeraretque; & exinde etiam in ſpem omnes erigeret, fore ut potens Mater ſuorum patrocinium adverſus hoſtes, non magis patriæ, quam ſuos, ſuſciperet; Sodalium quiſpiam, ætate non provectus magis, quam virtute, voto tacite ſe obſtrinxit, ſtatuæ alterius Marianæ, ære ſuo iſthoc loci collocandæ, ſi præſenti periculo expediremur. Diceres Mariam ſic quoque ratam habuiſſe munerarii voluntatem, cum eodem die feliciter à Regiis bellari cœptum ſit, & ſequenti fuerit debellatum; ut eo inſuper honore B. Aloyſii ſolennitas afficeretur, quem ad hanc pugnam armigerum ſibi diva Bellatrix elegiſſe videbatur. *Intellecto deinde*, novam Deiparæ ſtatuam, novum altare tabulamque & alia ornamenta violatæ prius ab hoſtibus ædi ſacræ, juſſu Sereniſſimi Principis, apparari; *juvenis, qui ſe voti reum gaudebat; pro ſtatua vota*, conſilio & auctoritate Majorum, imaginem amplam atque inſignem, pretio CXXX florenorum pingi curavit, in qua ſoſpitatrix Virgo adgeniculante ſibi B. Aloyſio, Antverpiam ſuam protegere, & ſacrilegos hoſtes ingenti illa clade profligare conſpicitur. Quæ tabula, templi Calloani parieti affixa, æternum geſtæ rei monumentum repræſentat. Sed & quotannis dum vicina B. Aloyſii dies, affixis per urbem programmatis, denuntiatur; iis impreſſa quoque victoriæ iſtius memoria renovatur.

AUCTORE C. J.

patrocinio vetulit,

in loco pugnæ erecta.

E

LIBER TERTIUS

Continens Acta poſt mortem B. Aloyſii.

F

CAPUT I.

Teſtimonia de filii ſanctitate ad matrem. Moribundæ ſervatæ: cæcus illuminatus: alii curati.

CAP. I

Scribunt matri Aloyſii

Claudius Generalis,

312 POſtquam ad meliorem vitam migravit B. Aloyſius, multæ ad ejus matrem Illuſtriſſimam feminam litteræ datæ ſunt, declarantes, quantam ſuæ ſanctitatis opinionem ille in hominum animis moriens reliquiſſet. Ante alios P. Claudius Aquaviva Præpoſitus Generalis confirmat, eam deinceps caro & fideli Patrono in cælis uſuram, ubi fides certa ſit, felicem illum & divinitus fortunatum animum jam tum æterna felicitate perfrui, neque umquam vel ipſi, vel Religionis ſuæ Sociis opem & ſolatium afferre deſiturum. Pater Rector collegii Romani *a* certiorem eam facit, a Aloyſium ad beatiorem vitam non modo animo, ſed etiam ore totoque corpore tam quieto atque

Rector collegii,

A. VIRG. CEPARIO compoſito evaſiſſe, ut omnibus ejus mortis, quæ vitæ ſanctiſſime actæ omnique virtutum genere cumulatæ reſponderit, æmulandæ cæleſte ſtudium injecerit: ac proinde ipſi ceteriſque familiæ ejus non tam dolendum eſſe jacturâ filii ſui, quam lætandum, quod unum ſui ſanguinis Cæleſtium numero tranſcripſerint. Idem teſtimonium viri Illuſtriſſimi ſuis epiſtolis tribuerunt: atque in primis Hieronymus Roboreus, Cardinalis Illuſtriſſimus, ad eamdem Principem feminam ita ſcribit: „

Cardinales Roboreus,

„ Proxima ſuperiore feria quinta veſperi, evectus eſt „ ad fortunatiorem vitam noſter bonus Pater Aloyſius; tantumque aliis ſui deſiderium ſuæque egregiæ ſanctimoniæ opinionem reliquit, ut Patres „ illi ejus ſocii, certo confiſi in cælum emicuiſſe, „ haud minus ejus mortem admiratione quam lacrymis ſint proſecuti. Id adeo tibi ſolatio eſſe „ ſpemque afferre debet, acturum eum cum Deo „ de fratrum ſuorum concordia & incolumitate, „ proſperaque ſuorum fortuna. Iterum quæſo mœrorem deponas, quando jam in cæleſti aula filius „ tuus eſt, qui, ut ſpero, ſua nos commendatione „ tuebitur. „ Ejuſdem argumenti fuere litteræ Illuſtriſſimi Cardinalis Scipionis Gonzagæ, quas ad Mantuanum Epiſcopum fratrem ſuum, atque ad Aloyſii matrem dedit. In his nuntiat, Aloyſium jam beatius vivere cœpiſſe, ejuſque exitum tam ſalubris exempli fuiſſe, ut gaudiis potius quam lacrymis ſit decorandus.

B *& Gonzaga velut de Sancto:*

313 Ad hæc quanta hujus ipſius Cardinalis fuerit de Aloyſii ſanctitate opinio, Clemens Octavus Pont. Max. luculentum teſtimonium dedit. Is enim nonis Sextilibus anno MDCIV ultro cum Marchione Caſtellionenſi, Oratore Cæſarco, in ſermonem de ejus laudibus ingreſſus; teſtatus eſt, Scipionem Gonzagam ſæpenumero ſecum de hujus adoleſcentis eximia ſanctitate verba feciſſe; ſimulque faſſum eſſe, vel aſpectu ejus animum ſibi ſalutari dolore ſuffigi; & propter cæleſtem quamdam innocentiam, quam in eo cerneret, tanto pietatis motu affici ſolitum fuiſſe, ut lacrymis temperare non poſſet. Quin & ipſe Pontifex ubi hæc memorarat, aliaque inſuper de ejus ſanctimonia vitæ & miraculis acceperat, quaſi lacrymans, vehementi ſenſu hæc locutus eſt. „ Beatum illum, qui nunc utique fruitur immortali apud Superos gloria. Sæpe equidem mihi venit in mentem C „ mirari, quinam Tu Cariſſime Fili, de tantis periculis tuis exire potueris. At hic certe eſt, qui te „ ſervavit, & familiæ ſuæ pacem attulit. Habes in „ cælo, in cujus fida tutela ſis, quique omnem abs b „ te noxam propulſabit *b*. „

eidem teſtimonium dant, Clemens 8,

314 Neque vero aliud fuit, clariſſimæ & ſanctiſſimæ feminæ, Eleonoræ Auſtriæ Archiducis, Mantuæ Ducis judicium, ut apparet ex ejus epiſtola, quam hoc tempore ad Aloyſii matrem dedit, quæ in hunc modum in ejus Vita typis excuſa legitur. „ Cum mecum ipſa reputo, quam acerbum tibi dolorem, Illuſtriſſima Domina, inurere debeat jactura, quam in filio tuo Patre Aloyſio feciſti; eumque ex meo metior, quæ etſi mater ejus non fui, materno tamen eum amore ſemper ſum complexa; facere non poſſum, quin tui „ miſerear: neque vero tui ſolum, ſed univerſæ „ etiam noſtræ domus, cui, ſiquidem humanæ conditionis rationem habeamus, noſtrapte vi ſine divina ope non poſſumus efficere, ut ne ingemiſcamus. At ſi ſaniori mente cogitemus, fortunatum „ illum animum, cælo, hoc corporis velo conſciſſo, „ in æternum ſplendorem ſubvectum, ad plenum illum gloriæ exitum, ad quem dum adhuc in hac

Eleonora Auſtriaca,

referta miſeriis valle decurreret, pleno gradu propera- „ D
bat, perveniſſe; ubi è propinquiori, facilior ei „
ad preces noſtras benigno ſuo Domino commen- „
dandas, aditus eſt futurus; laudes ſcilicet grateſ- „
que Deo agemus, quod ereptum è terreſtri cœno, „
cæleſti Hieroſolymitana civitate donarit: noſtri „
vero commodi cauſa, leniemus mœrorem noſtrum; „
quandoquidem ex homine mortali cæleſtem fa- „
ctum videmus. „ &c. Ad hanc epiſtolam Auctor illius Vitæ, hæc adjungit: „ Fuit, qui ſupra nominatus eſt, Aloyſius Gonzaga, Ferdinandi Marchionis Caſtellionenſis filius, natu maximus, qui „
à primis cunabulis angelicum in terris æmulatus eſt „
vivendi genus. Marchionis titulo ac ditione fratri ſuo minori conceſſis, atque in Societatem Jeſu „
adſcriptus, cum annum ageret circiter quartum & „
vigeſimum, vivendi finem implevit. Cadit in illum, quod ſcripſit Sapiens: „ *Conſummatus in brevi explevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit illum educere de medio iniquitatum.* Sap. 4. Hujus adoleſcentis cognita morte, „
Eleonora, tum alia multa in ejus laudem dixit, „
tum illud crebrius uſurpavit: Erat adoleſcens ſanctus, & ſanctus obiit. „ Sunt qui præterea referant, „ E
hoc amplius addidiſſe. Hunc fore primum è Gonzagarum ſtirpe, qui in Sanctorum numerum referretur.

315 Claudent hoc caput litteræ Thomæ Mancini *c*, Viri Cl. qui quoniam præſens affuit, cum Aloyſio juſta funebria perſolverentur, de nonnullis quæ in iis evenerunt, ſingulatim teſtificatur. Sic enim ait: „ Illuſtriſſima & Excellentiſſima Domina. Etiamnum hæreo, miſerérne dolorem „
tuum, an tibi gratuler felicem fortunati Patris „
Aloyſii ad melius vitæ genus abitum: neque enim „
ſatis diſpicio, pluſne ponderis apud maternum „
animum ſit habiturum tuum ipſius diſpendium, „
an præſtantiſſimum & uberrimum filii tui lucrum. „
Equidem doleo, quod tam eminentis hominis ad- „
ſpectu orbati ſumus, quodque tibi, Excellentiſſima „
Domina, in luctu verſandum eſt, quo haud „
ſcio an alius gravior eſſe poſſit; quando in hac „
ſuprema valetudine, nullum ejus vel ſemel extremum videndi momentum fuit. At ipſi ſane gra- „
tulor, quod præſtantibus dum viveret ſanctitatis „
officiis cælum ſit meritus, quo eum non tam iviſſe, quam volaſſe, conſtat inter omnes; adeo præ- „
clarum de conſummata ſua virtute, Romæ, uni- „
verſoque orbi ſenſum reliquit. Itaque viginti trium „ F
annorum adoleſcens id aſſecutus eſt, quo, ne ſi ei „
quidem Noë ætas contigiſſet, ſperare licuiſſet amplius. Feria quinta veſperi, altera noctis hora, a- „
nimum Deo reddidit; heri vero poſt meridiem, in „
æde collegii Societatis Jeſu, cui ab Annuntiata „
nomen, funeratus eſt; cui officio & ipſe interfui. „
Neque hoc præteribo, non modo apud illius Societatis Patres, ejus Reliquias magno in honore „
eſſe; verum etiam populum ipſum, qui affuit, „
veſtem ejus, venerationis cauſa, conſcidiſſe; neque vanus eſſem, ſi plus etiam adderem: de quo „
ſpero te ab aliis, ac forte ab ipſis Patribus, qui „
rem melius exploratam habent, certiorem factum iri. „

c *Thomas Mancinus,*

316 Nullum quidem ejus miraculum proditur, „
ſive quod nullum extet, ſive quod etiamnum ce- „ *qui moribundum cum Card. Gonzaga viſitarat.*
letur; ceteroqui publice, perinde ac hominis ſancti qui miraculis claruerit, celebris eſt ejus vene- „
ratio. Atque hodie, qui eſt ſabbatum, & dies XXII „
menſis, circiter horam alteram & vigeſimam, „
mihi nuntiatur, complures viros illuſtres quidpiam, „
quod in uſu habuerit, expoſcere. Hæ ſunt adeo „
cauſæ, quæ incertum me faciunt, ſitne de ejus „
tali exitu dolendum. Eſt nonnemo, qui jam Vi- „

tam

A „ tam ejus litteris prodere ingreſſus ſit; & Cardina-
„ li meo, ſimul abſoluta fuerit, ejus exemplum
„ promiſſum eſt. Is, ut nunciato per me ejus exceſ-
„ ſu, gravi mœrore percuſsus eſt, ita, tanto ejus
„ audito honore, levamen mœroris ſenſit non
„ exiguum. Idem quoque Cardinalis, gemina de
„ cauſa, vehementer quidpiam rerum hujus for-
„ tunati Patris appetit. Illud etiam tibi narrare ſuc-
„ currit, quod Aloyſius proxima ſuperiore hebdo-
„ made, cum ipſum viſeremus, ſuam mortem ma-
„ gna hilaritate prænuntiarit; mihique binas litteras
„ dederit, quas octavo abhinc die iſtuc deſtinavi,
„ rogans darem operam, uti certo perferrentur: has
„ ſiquidem fore poſtremas, quas tibi, Excellentiſſi-
„ ma Domina, fratrique ſuo Marchioni ſcriberet.
„ Porro hoc quidquid eſt ſermonis, alloquendi &
„ conſolandi tui amore his litteris mandavi; quo ſa-
„ ne ſolatio tantiſper te ſuſtenta, dum, ut opto,
„ alius quiſpiam uberius de omnibus ad te perſcri-
„ bat. Interea triſtitiæ, quæſo, modum fige, huic-
„ que beato Patri, cujus nullæ preces irritæ erunt,
„ pacem & quietem excellentiſſimæ familiæ tuæ com-
„ menda. Romæ x Kalend. Quintiles anno MDXCI.

Atque ex his litteris, quas adhuc attulimus, pro-
B clive eſt exiſtimare, quanto jam, cum abiret è vi-
ta, ſanctimoniæ nomine floruerit.

11 317 Horum gravium hominum litteris, quæ pervulgatæ de ejus excellentiori virtute famæ fi-
Card. Bellarminus, dem faciunt, annectam nunc Roberti Bellarmi-
ni Cardinalis ampliſſimi de interioribus ejus vir-
tutibus, toties in hac hiſtoria laudatum à me te-
ſtimonium. Ille enim, qui diu in collegio Roma-
no hujus beati Adoleſcentis conſcientiam guber-
naſſet, compertumque haberet quantis mens ejus
dotibus fuiſſet ditata divinitus; meo rogatu, ſua
ipſe manu, quæcumque de eo reminiſci potuit,
in hoc ſcriptum contulit; mihique è domicilio,
quod habebat in Palatio Vaticano, ad Romanam
Profeſſorum domum tranſmiſit. Ac licet vel ſim-
plex cujuſuis Cardinalis teſtificatio, quæ eſt ejus
dignitatis celſitudo, per ſe ſatis momenti & fi-
dei (uti Panormitanus aliique Juriſconſulti confir-
mant) in Romano foro habet; & vero mihi præ-
ter chirographum viri, toto orbe doctrinæ præ-
ſtantia atque integritate vitæ clariſſimi, nihil re-
quirendum videbatur: veri tamen corroborandi,
omniſque omnibus ſcrupuli evellendi cauſa, per-
C feci, ut ipſe ille Cardinalis Illuſtriſſimus, coram
Notario Cameræ Apoſtolicæ illud profiteretur, &
juramento firmaret. Eſt autem ad verbum ejuſmodi.

„ 318 „ Admodum Reverende Pater. Libenter
B. Aloyſii diu Confeſſarius. „ equidem in eo omni, quod à me popoſciſti, tibi
„ obſequar; ratus divinæ gloriæ intereſſe, non ig-
„ norari, quænam ille dona ſuis famulis largiatur.
„ Diu accepi Confeſſiones dulciſſimi & ſanctiſſimi
„ Fratris noſtri Aloyſii Gonzagę, unam etiam qua
„ univerſam ſuam vitam complectebatur; & ipſe mi-
„ hi ſacris operanti miniſtrabat, ac mecum verſari
„ deque rebus divinis colloqui gaudebat. Ex illis
„ ejus Confeſſionibus & conſuetudine videor mihi
„ hæc, quæ ſequuntur, veriſſime aſſeverare poſſe.
„ Primum, nullum umquam letale peccatum ad-
„ miſiſſe. Quod quidem de tota ætate, ab anno
„ ſeptimo, certum habeo: de primis ſeptem annis
„ (quibus eam quam poſtea, Dei notitiam neque ha-
„ buit, neque vivendo ſecutus eſt) conjectura id fa-
„ cilè aſsequor. Neque enim veriſimile eſt aut tan-
„ tilla ætate puerum, aut tantæ puritati deſignatum,
„ letali ſe labe maculaſse. 11. Eum ab anno ætatis
„ ſeptimo, quo, ut ipſe mihi ajebat, à mundo ad
„ Deum ſeſe converterat, vitam perfectam egiſſe.

111. Nullum umquam ad libidinem ſtimulum ſen- „ AUCT.
ſiſſe. IV. In oratione & contemplatione (in qua „ VIRG.
plerumque genibus nixus, nuſquam incumbens, „ CEPA-
verſabatur) nullam fere diſtractionem mentis eſ- „ RIO
ſe paſſum. V. Obedientiæ, humilitatis, morti- „
ficationis, abſtinentiæ, prudentiæ, pietatis, pu- „
ritatis ſpeculum fuiſſe. Ultimis ſuæ vitæ diebus, „
ex objecta ſibi ſpecie æternæ beatorum gloriæ, „
adeo immenſa voluptate perfuſus eſt; ut cum to- „
tam prope noctem in ea verſatus eſſet, quartam „
horæ partem tenuiſſe non putaret. Eodem tem- „
pore, defuncto Patre Ludovico Corbinello, cum „
ex eo quæſiſſem, quid de ejus anima ſentiret; ſa- „
ne perquam confidenter his verbis reſpondit: Pur- „
gatorium, nihil ibi moratus, tranſiit. Ego, cui „
notum eſſet ejus ingenium, admodum conſidera- „
tum in loquendo rebuſque ambiguis affirmandis, „
certo mihi perſuaſi, divinitus cognoviſſe: abſti- „
nui tamen ulterius progredi, ne vanæ gloriatio- „
nis occaſionem darem. Alia multa, quæ poſſem „
dicere, prætereo, quod me ſatis ſingulorum me- „
miniſſe poſſe diffido. Ad ſummam, equidem ſen- „
tio, recta ad Beatorum gloriam abiiſſe; ſemper- „
que religioni mihi fuit pro illius anima precari, „ E
veritus ne Dei gratiæ, quam in illa cognovi, in- „
juriam facerem: at contra nulla religione prohi- „
bitus ſum, quin ejus precibus, in quibus multum „
confido, me commendarem. Ora pro me, Reve- „
rende Pater. Ex habitatione Palatina, XVI Kalend. „
Novembris MDCI T. R. P. Frater in Chriſto de- „
ditiſſimus, Robertus Cardinalis Bellarminus. „
[*d* Pluribus etiam verbis ejuſdem Aloyſii virtutes d
ac laudes concelebrat idem ſanctus Cardinalis, tum
in proceſſu, pro canonizatione ejus formato, in quo
juratus quæ de illo noverat teſtatus eſt; tum in
Sermone panegyrico, quem pro concione de illo
dixit in eccleſia collegii Romani anno MDCVIII;
qui adiicietur ad calcem hujus operis.

319 Quando primum Romæ in lucem venit
hæc Vita Aloyſiana, cupiebam quidem ei innecte-
re viſionem, qua Deus B. Mariam Magdalenam *Viſio S. Mariæ Magd. de Pazzis,*
de Pazzis dignatus fuit, revelans illi gloriam B. A-
loyſii: attamen quia ipſa tum adhuc agebat in vi-
vis, minus congruum videbatur illam typis pu-
blicare. Nunc vero, poſtquam ipſa ſancte mor-
tua, inter beatos Cælites annumerata eſt ab Urba-
no Papa VIII; viſionem prædictam, quæ etiam in
Vita ejus jam legitur impreſſa, in gratiam lecto- F
rum hoc loco interponere opportunum duxi; idque
eò libentius facio, quod ipſa viſionem illam ſuam,
Superiorum juſſu conſtricta & rite examinata dum
viveret, interpoſito jurejurando, ratam habuerit;
non tamen ſine copioſis ob ſuum humilitatis ſtu-
dium lacrymis; quodque eamdem viſionem dein-
de confirmaverint multæ Sanctimoniales, & ipſæ
juratæ, in proceſſu pro canonizatione ejus legiti-
me formato. Deſcripta autem hunc in modum
invenitur *e*. e

320 „ Die IV Aprilis anni MDC beatæ Matri „ *de in-*
Sorori Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in ecſtaſim „ *creata gloria*
raptæ, monſtrata fuit à Domino gloria B. Aloyſii „
Gonzagæ Societatis Jeſu: unde in ipſo raptu „
tractim locuta eſt, ut ſequitur: O quantam glo- „
riam poſſidet Aloyſius, Ignatii filius! Numquam „
ſane id credidiſſem, niſi meus mihi monſtraſſet „
Jeſus. Videtur mihi quodammodo non eſſe tanta in „
cælo gloria, quantam video Aloyſium habere. Aio „
ego, Aloyſium eſſe inſigniter ſanctum. Habemus „
nos in eccleſia Sanctos (*eos intelligi volebat, quo-* „
rum oſſa & reliquiæ in eccleſia ſua aſſervantur) qui „
gloriam non habent tantam. Utinam percur- „

AUCT. VIRG. CEPARIO „ rere poſſem mundum univerſum, atque annun-
„ riare, Aloyſium Ignatii filium, inſigniter eſſe
„ ſanctum! Utinam unicuique gloriam ejus com-
„ monſtrare poſſem, ad gloriam Dei majorem! Tan-
„ tam habet gloriam Aloyſius, quia operabatur a-
„ ctibus internis. Quis umquam explicet pretium
„ & vim actionum internarum? Nulla ab interno
„ ad externum comparatio eſt. Aloyſius dum age-
„ bat in terris, habuit os apertum in reſpectum Ver-
„ bi, ac proterea tantus eſt in gloria. (*Dictum volu-*
„ *it, uti deinde interrogata declaravit, Sanctum illum*
„ *amaviſſe inſpirationes internas, quas Verbum emittebat*
„ *ad cor ejus, eaſdem cooperatione ſua executioni man-*
„ *daſſe.*) Aloyſius fuit martyr incognitus: quippe qui
B. Aloyſii in cœlis. „ te amat, mi Deus, adeo te magnum & infinite ama-
„ bilem cognoſcit, ut magnum ei martyrium ſit,
„ cognoſcere quod te non amet quantum amare de-
„ ſiderat, quodque à creaturis tuis non ameris, imo
„ & offendaris. Fecit etiam ſeſe ipſe martyrem (*per*
„ *ſpontaneas nempe corporis afflictationes.*) O quantum
„ amavit in terris! quapropter nunc in cælo poſſidet
„ Deum in ſumma plenitudine amoris. Jaculabatur,
„ dum adhuc erat mortalis, in cor Verbi: nunc ve-
B „ ro, dum eſt in cælo, ſagittæ illæ in ipſiuſmet re-
„ quieſcunt corde; quia communicationem illam,
„ quam per actus amoris & conjunctionis cum Deo
„ (qui erant ſagittæ ejus) merebatur, nunc vere
„ comprehendit ac poſſidet. Vidit poſt hæc, San-
„ ctum iſtum ardenter orare pro iis, qui ei dum
„ vixit adjumentum aliquod ſpirituale contulerant:
„ unde & dixit: Etiam ego operam conferre meam
„ volo animarum ſaluti, ut ſi qua per me aſſerta
„ fuerit cæletti paradiſo, precetur pro me; quem-
„ admodum Aloyſius precatur pro illis, quos ha-
„ buit in mundo ſalutis ſuæ adjutores. Amen"]

Miracula quædam poſt mortem hic ſcribuntur,

321 Non fuit quidem mei conſilii, cum animum ad hanc hiſtoriam ſcribendam appuli, miracula ac beneficia, pluribus locis, meritis & commendatione B. Aloyſii, ſecundum ejus mortem à Deo præſtita; ſed præclare tantum cum ſanctitate & virtute facta colligere, quæ Dei ope nemini non imitari liceret. Neque ſane ex miraculorum laude, ad opinionem ſanctitatis ejus magna fiet acceſſio in eorum animis quibus cum eo uſus & conſuetudo aliqua interceſſit. Dona ſiquidem illa cæleſtia, quibus dum viveret ornatus eſt, ab hominibus intelligentibus & eruditis, pluris quam
C edendorum miraculorum facultas æſtimantur. Id quod à Sacerdote prçſtanti ſapientia, qui lectis tabulis & monumentis ſanctitatis ejus, rogatus erat à Superioribus, ut ſuam de iis ſententiam diceret,
„ diſerte his verbis ſcriptum eſt: „ Sanctiſſimum
„ Sodalem hunc judico, & qui in Sanctorum nu-
„ merum referatur digniſsimum: nam ea munera
„ divinitus illi conceſſa, majora mihi videntur, quam
ſi mortuos ad vitam revocaſſet. „ Ne tamen hoc etiam illi ornamentum defuiſſe videatur, perſe-
omiſſis quæ vivens patravit, quar aliquot capitibus ea Dei benefacta & miracula, quç poſt ejus mortem auctoritate publicâ in tabulas relata, & idoneorum teſtium jurejurando corroborata reperi: nam quç, dum viveret, facta narrantur, conſulto reticebo.

An. 1593 mater Aloyſii moribunda,

322 Anno MDXCIII, cùm Rudolfo Marchione, cui B. Aloyſius ſua ditione ceſſerat, Caſtelli Guiffredi extincto, oppidani, qui paulo ante in ejus ditionem hereditate venerant, arma ſumpſiſſent; ipſius Marchionis & B. Aloyſii matrem, lectiſſimam feminam, tam ſævus ex moleſtia quam inde hauriebat animo dolor perculit, ut in graviſſimam ægritudinem caderet: quæ illam in paucis diebus in extremum vitæ diſcri-
men adduxit. Jamque cæleſti Viatico & extrema D
Unctione impertita, brevi expiratura credebatur; cum ecce vigilans filium ſuum B. Aloyſium, immortali quodam apparatu & multa luce colluſtratum, aſtantem ante lectum videt; cujus præſentia & aſpectu ſic recreata eſt, ut, cum antea, *glorioſo ejus aſpectu recreatur;* quòd oppreſſo & exanimato corde eſſet, nullam lacrymam poſſet effundere; delicias nunc ſuas intuendo permota, dulciter fleret; ſpemque ingrederetur, non valetudinis modo ſuæ recuperandæ, ſed etiam refloreſcentem liberorum ſuorum ſtatum videndi. Poſtquam Beatus abſceſſit ex oculis, præter opinionem omnium convaleſcit; atque indies lætioribus ſucceſſibus creſcentem Franciſci Marchionis, qui hodie rerum potitur, fortunam deinde ſpectavit. Itaque primum à Beato poſt mortem editum miraculum, in matrem pietatis officium fuit. Hoc admirabile viſum, cum mihi Caſtellione ipſa Marchio, & Brixiæ Laura Gonzaga Martinenga Comes, narravit, tum etiam poſtea authenticis litteris conſignatum eſt.

323 Femina nobilis præcipuæque pietatis, cum parturiret, acerbiſſimis oppreſſa doloribus, ac deinde aliis mortiferis cruciatibus conflictata, cum E
tandem ingentem ſanguinis vim profudiſſet; viribus deficientibus, fœtum, qui jam extinctus in viſceribus hærebat, nulla medicorum ope eniti poterat. Jamque animi potius quam corporis incolumitati conſultum ibatur; quando puella, quç in eadem familia erat, pietati apprime dedita, & quid apud Deum poſſet B. Aloyſius non ignara, ejus fidem implorat; &, ſi Nobilis femina imminentem capiti mortem evadat, votivam tabellam delaturam ſe ad ejus ſepulcrum vovet. Voto ſuſcepto, Nobilis femina in lecto recumbens, nulla ſua noxa, extinctam prolem edit; ac, dum hæc ſcribimus, ſana etiamnum vivit. Huic rei teſtandç puella, quam dixi, pictam tabellam ad Beati ſepulcrum attulit, quç prima omnium illic ſuſpenſa eſt. Hçc omnia ab ipſa puella accepi, eorumque in Placentino aliiſque monumentis fit mentio *f*. f

Item parturiens voto ad ipſum facto.

Oculus extinctus

324 Antonius Urbanus Senenſis, XVI annorum adoleſcens, opificio ſartor, perturbata capitis valetudine, ex continuo acrium & pravorum humorum defluxu, vultu erat tumido, & utroque oculo tam imbecilli, ut neque auram, neque lucem ferre poſſet: inſuper & febris hominem lecto afflixit. Ibi cum amplius menſem continenter jacuiſſet, enatus eſt in ſiniſtro oculo floccus F
albus, ſive nubecula, aut ulcus, gemmç non abſimile; quod cum pupillam inſediſſet, circum paulatim ſerpens, eam ſic obtexit; ut erepta omni cernendi facultate, adoleſcentem planiſſime excçcaret: & quod noxius ille humor tanto ejus dolore labi pergebat, ut fremere aſſidue & lamentari cogeretur; metus erat, ne & alteri oculo idem uſuveniret. Tentavit medicus ſemel & iterum alia & alia medicamenta dare: verum, ſive ægritudinis vi, ſive quod adoleſcenti inopi ſerius, neque ut res exigebat, adhibita fuerant, pro levamento nocumentum attulere. Eo comperto, medicus, cum alia nonnulla remedia prçcepiſſet, neque tamen mos ei geſtus eſſet, hominem prçterea adire deſiit.

325 Itaque æger, omni humana ope & opera orbatus, lecto affixus jacere; floccus immobilis pupillç incubare; inflammatio & dolor utriuſque oculi indies gliſcere; triſtis humor tantum abundare, ut ab utroque oculo perpetuò deſtillaret in cervical; noctu vero uſque eo oculos tenax illa & viſcoſa materia complebat, ut ægre

eſſet

A essèt mane evigilanti palpebras divellere. Neque illum aut crisis ulla, aut exoneratio, aut exinanitio, aut sudor naturalis sublevabat: sed nimirum, spe omni valetudinis amissa, afficiebatur indies gravius. Forte evenit, ut patruus ejus, arte figulus, cum in manibus pueri cujusdam conspicaretur imaginem B. Aloysii expressam in charta, scisciteretur è suo quodam sodali, nossetne hunc Beatum: cumque is complura ejus miracula, quæ audierat facta, narraret; hortareturque hominem, suum ei hunc nepotem, nuncupato voto, commendaret; ita se facturum constituit: mandatque mox sorori suæ, Beati imaginem à puero utendam accipiat, ad ægrum deferat, eumque concipere votum jubeat. Ibi mulier momento se adversus Beatum inflammari pietate sentit, certamque spem præcipit, ob ejus merita ægrum sanatum iri; idque sibi præsentire videbatur, illa ipsa nocte futurum. Nacta imaginem, abjecta omni cunctatione, sero diei ægro affert; commemoratisque quæ præstaret miraculis, hortata ut votum illi faciat, discedit. Antonius pio animo imaginem cum accepisset, plenus vehementissimi adversus Beatum studii & spei pristinæ sanitatis; in lecto se in genua subrigit; & imaginem manibus tenens, vovet, si ejus commendatione intercedente visum recipiat, se in ejus honorem quinquies orationem Dominicam & salutationem Angelicam recitaturum quotidie; plurimumque ejus apud Deum gratiæ confisus, tertium eâdem imagine cæcum oculum in Crucis modum signat, eamque pone sibi ad caput collocat.

admota Beati imagine

& voto nuncupato,

B

326 Post ubi quintâ noctis horâ condormisset; visus est sibi secundum quietem ad pristinam valetudinem, atque adeo ad officinam suam redire. Horâ nonâ expergefactus à somno, cum oculos consueto dolore vacuos, perpurgatos, diremptis palpebris, reperiret; suspicari cœpit se convanuisse: certum tamen, quòd in tenebris esset, tam cito periculum facere non potuit. Ergo patruum inclamans, prædicat credere se morbo liberatum esse: neque enim oculos amplius sibi dolere, & palpebris nullo negotio diductis, apertos esse. Ubi diluxit, Antonius simul lucem aspexit, amitam, quæ forte ad eum venerat, compellans: Video, inquit, amita mea, video: sanus sum. Hac voce illa simulque ejus frater acciti ad lectum, comperiunt Antonii oculos puros, humoribusque pristinis & inflammatione solutos: atque etiam floccum, qui prius pupillam occupabat, in sinistrum oculi latus aversum, jam extenuatum atque evanescentem (& postmodum prorsus evanuit) neque ullum aspiciendi impedimentum afferentem. De hac tam manifesta erga se voluntate, quam maximo licuit impetu, vestigio Deo ac B. Aloysio gratulantur. Adolescens, cui prius aëris & lucis aspectus impatibilem molestiam creabat, liber ac sanus lecto desilit; prodit in publicum; rei divinæ gratiis Deo agendis interest; ac denique ad sartrinam suam postliminio se refert. Hoc miraculum auctoritate Archiepiscopi Senensis, de more auditis testibus, consignatum tabulis, & complures medici jurejurando testificati sunt, non nisi divina & natura majore vi persanari potuisse.

restituitur luci:

C

IV g

327 Nobilis Romanus *g*, homo pius & doctus, quoties nitebatur genibus, incredibili renum dolore torquebatur; neque ejus, quamvis maximo studio quæreret, remedium ullum reperiebat. In ea infirmitate cum aliquamdiu fuisset, atque in oratorio S. Marcelli precibus, quæ quadraginta horis celebrantur, submissis genibus vacantem, idem cruciatus acerbius premeret, sensit intus animo suo subjici, ut à B. Aloysio medicinam posceret. Ergo enixe precatus, uti pro se Deum deprecaretur; vovet, si his doloribus liberetur, miraculi monumentum ad Beati sepulcrum appensurum. Voto facto, extemplo, magna ejus voluptate, dolor omnis & molestia fugit. Verum, cum aliquot jam menses voto se exolvere cessaret; eodem malo tentatus, veritusque ne neglecti voti hæc ab se pœna expeteretur, idoneum tempus nactus, cum Romæ in Beati honorem festus dies ageretur; miraculum apud sepulcrum affigit, iterumque repente dolore levatur; neque post id loci, ut ipse mihi aliisque ad amplificandam Beati gloriam sæpe confirmavit, umquam præterea his molestiis vexatus est.

sanatur renum dolor semel

A. VIRG. CEPARIO

iterumque;

328 Lelius Guidiccionus, Nobilis Lucensis, Romæ in malignam febrim inciderat. Comitabatur eam acerbissimus capitis dolor, perpetua insomnia, inquies, languidi venarum pulsus, virium imbecillitas, luctuosa suspiria, & ex imo corde ejecta, quod mille sibi acubus compunctum sentire videbatur; ad hæc exanthemata, quæ cum vix erupissent, introrsum regredi minari visa; auditus ex parte læsus, vox gravior, summa spirandi difficultas: quæ omnia cum adhibita intus & extrinsecus remedia nihil lenirent, pro desperato habitus à medicis, obita Confessione Eucharistiaque suscepta, ad mortem se accingit. Interea à nonnullis Societatis Jesu Patribus invisitur: qui commemorata B. Aloysii sanctitate, & beneficiis rebusque admirandis quas ipso conciliatore præstaret Deus, partem aliquam Reliquiarum se ad eum allaturos pollicentur. Ille pietate adversus eum, & expectatione Reliquiarum accensus, perinde de sua salute certo confidere cœpit, ac si Deum aliquo pignore obligatum teneret; ratus, Reliquiis ad collum suum alligatis, sanum continuo futurum. Postera luce easdem ipse ultro denuo expetit: allatas eodem die propensa veneratione accipit; &, cùm iis ad se Crucis notam expressisset, implorato, quam maximo potuit affectu, Beati patrocinio, sibi de cervice suspendit. Ex tempore malum sedatur: medici vespere hominem levatum reperiunt: accessio sævissima, quæ ei vitam ereptura putabatur, deinceps ex toto destitit; cruciatus cessere; rediit quies; nocte somnum largiter cepit; postquam evigilavit, liberum se & lætum comperit. Medici proxima luce ad eum reversi, ne vestigium quidem febris in eo deprehendunt; neque (quod majorem admirabilitatem fecit) ex tam difficili morbo reliqui vel tantillum rediit. Res tota Magistratus auctoritate, monimentis prodita, & in tabella depicta, ad sepulchrum Beati proposita est.

item febris gravibus symptomatis juncta.

E

applicatione Reliquiarum.

F

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *Videlicet Bernardinus Rosignolus, qui extrema Aloysio Sacramenta contulisse, & tunc Rector collegii Romani fuisse legitur suprà num.* 266.

b *Recte hæc quidem Ceparius, & nihil videtur deesse, quam quod non loquatur apud eum ore suo ipse Marchio. Audiamus igitur loquentem in depositione jurata anni* MDCVIII, *pro ut sequitur.* Quando Romæ fui Legatus ordinarius Augustissimi Imperatoris Rudolfi, interrogavit me aliquando sanctissimus D. Clemens Papa VIII, numquid me contingebat quidam Gonzaga, qui studuerat in collegio Romano Patrum Societatis Jesu, ibidemque

De sanctitate Aloysii

ANNOT. C. J. que mortuus erat cum fama celebri sanctitatis: erga quem, inquiebat, tanta afficiebatur reverentia ac veneratione, illustrissimus Cardinalis Scipio Gonzaga, ut, quotiescumque de illo mecum loquebatur, singulari movcretur animi teneritudine: mihique dixit non semel, dum erat Cardinalis, quod collegium prædictum invisens numquam inde recederet, quin simul referret domum mozzettam suam lacrymis madefactam. Ad hanc *opinio Clementis* 8 interrogationem cum respondissem Pontifici, esse meum fratrem; denuo quæsivit, num esset frater carnalis; cumque ego repositissem, esse: dixit ipse, crebro sese volvisse animo suo, quî potuerim ego evadere discrimina, quæ mihi sæpenumero objecta fuerunt: verum nunc, ait, indubitatum mihi est, quin ipso protegente conservatus fueris. Tum oculis in piam quamdam imaginem defixis, subortisque lacrymis, exclamabat, O beatum illum, beatum illum, qui gloriam possidet æternam! &, O beatum te, qui talem habes Patronum in cælis! Ad extremum petiit, num Vita ejus typis impressa esset; intellectoque, non esse; dixit, Cur autem id non curas? suasitque ut imprimendam curarem ob publicam utilitatem. *Addit de opinione sanctitatis ejus in eadem depositione etiam alia, pro ut sequitur.*

B

& aliorum. Quid de sanctitate Aloysii post mortem ejus senserit orbis Catholicus, abunde declarant supplices Principum Catholicorum pene omnium petitiones, Sanctissimo Domino Nostro pro canonizatione ejus porrectæ. Et nonnulli eorumdem Principum (scio) ipsum adhuc in vivis agentem pro Sancto habuerunt: quod etiam in parte colligitur ex eorumdem litteris. Verum distinctius id scio ex testificatione Infantæ, Dominæ Margaritæ; quæ mihi asseveravit, quod quo tempore mater sua Imperatrix transiit è Germania in Hispaniam, *comitante ipsam ex Italia cum parentibus suis etiam Aloysio*, non solum Imperatrix prædicta, verum universus quoque comitatus ejus, adolescentulum, pro sanctulo reputabant.

c *Illum Cardinali Roboreo à secretis fuisse, dicit testis Castell.* 11. *in Annot. ad cap.* 13 *libri* 2.

d *Hæc usque ad num.* 321 *omnia desiderantur in editione Romana, eduntur hic è Placentina, interpretata nostro marte.*

e *Habeo è Vita ms. B. Aloysii Cepariana primæ editionis, quæ ibi paraverat Auctor ad prælum de visione hac; sed propter allatam modò causam tunc non impressit; quia nempe adhuc in vivis agebat Maria Magdalena, cui visio illa acciderat. Non omnia autem, quæ ibi parata habuit editioni Placentinæ inseruit: unde res tota hic obscurior evasisse videri potest, ex prætermissis aliquanto lucidior futura, præsertim ex epistola, quam Monialium quædam super illa visione rescripsit ad ipsum Ceparium. Quapropter huc ea refero, ut res tota, quæ plurimùm ad gloriam & sanctitatem Aloysii cognoscendam valet, amplius elucidetur. Ait igitur ibi Ceparius:* Hæc, *id est Maria Magdalena de Pazzis*, in ecstasi vidit aliquando gloriam, qua fruitur B. Aloysius in cælo; adfuitque illi eo ipso tempore Antistita monasterii, femina plurimum veneranda & rerum spiritualium scientissima, de qua mihi aliquando sancte fassus est ejusdem Religionis moderator Provincialis, se quotiescumque cum Antistita illa loqueretur, videri sibi cum aliquo S. Bernardo loqui. Hæc jussit annotari scripto omnia verba, quæ Maria prædicta in ecstasi loquebatur; uti & annotata fuerunt. Scripsi subinde ego ad Superiorem ejusdem monasterii, quæ tunc erat illa ipsa Monialis, cui pridem mandatum fuerat in commentarios referre dicta gestaque Mariæ Magdalenæ, ab ejusque látere, quantum fieri poterat, non discedere; *videlicet Soror Evangelista Jucundia*, multæ prudentiæ, *uti addit Puccinus in Vita Mariæ*, nec minoris virtutis Monacha, & sanctitatis non vulgaris. *Ad hanc igitur scribens Ceparius, quæsivit,* Numquid meminisset, Mariam Magdalenam quidpiam in visione vidisse aliquando de B. Aloysio Gonzaga; ita enim mihi videor, *inquiens*, intellexisse. Respondit vero illa sequentem in modum.

D

Quæsita Ceparii

de visione S. Mariæ Magdal. Pazziæ.

C

Interrogat me Paternitas vestra, num ego meminerim, Matrem Magistram *Novitiarum*, *Mariam Magdalenam de Pazzis*, vidisse quidpiam sigillatim de B. Aloysio. Dico, si memoriæ præsidio stare deberemus, neque ego, neque ipsa Maria Magdalena quidpiam certi referre possemus. Verum, quandoquidem ita Deo placuerit, fuit illa aliquando in ecstasi, & vidit B. Aloysium in gloria, quando & scripto excepimus nonnulla ejus dicta: id quod singulari providentia Dei factum fuerit, fortassis ut scripta illa nostra conferrent aliquid ad institutum Paternitatis vestræ: rerum quippe illarum nihil fere amplius longo jam tempore annotaveramus. At tunc adfuit ecstasi illi, qua de loquor, Mater Soror NN. (*ipsa scilicet Præposita monasterii, quam Ceparius paulo antè verbis amplis laudavit, nusquam tamen nominat*) quæ tunc Antistita erat, voluitque tunc ex ore Mariæ Magdalenæ hæc conscribi, præsagiens animo suo, ist hæc forte aliquando argumentum fore sanctitatis ejus, quando Vita ejus conscriberetur, quemadmodum nunc usuvenit. De cetero interrogavi Matrem Magistram, num pace sua mitteretur ad Paternitatem vestram id quod in memorata scriptura annotatum erat; & respondit mihi solita humilitate sua, si nos crederemus, Jesum ea sibi revelasse; &, si Pater Gubernator, *sive Rector* Monasterii, *qui tunc erat D. Franciscus Benvenuti*, assentiretur; per se licere illa mitti. Jam vero assentiente prædicto Patre Gubernatore, cum hisce mitto ad Paternitatem vestram pauca illa, quæ hac super re annotavimus scripto, certoque sciat fidelissime relata esse. Nota scripturæ sic se habet.

& responsum Monialis ad illa.

E

Die IV Aprilis anni MDC, Matri Sorori N. N. in ecstasim raptæ monstrata fuit à Domino gloria P. Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu; unde in ipso raptu locuta est tractim ut sequitur, interpositis morulis, ubi signantur lineolæ. *Hæc eadem refert Cepariæ in editione sua Placentina cum reliquis, prout supra num.* 320 *etiam inserta leguntur, concedendo tamen Mariæ titulum* Beatæ, *quia tunc illum ei indulserat Apostolica Sedes; ac prætermittendo partem ultimam de* morulis interpositis, ubi signantur lineolæ, *quia has ipsas lineolas in suo contextu prætermittit; atque adeo monitiuncula talis non debebat ab ipso apponi. Interim lineolæ ista ac morulæ sufficienter indicata hic videbuntur per puncta, quæ contextum incidunt, ibi fere omnia, ubi lineolæ notari deberent. Si cui tamen tanti est lineolas illas distinctius cognoscere, adeat licet tomum* VI *Maij nostri, ubi eamdem Visionem cum lineolis suis ex interpretatione P. Papebrochii inveniet in Vita ejusdem Beatæ. Nunc hic ad verba in raptu dicta, pro ut in textu.*

F

f Femina nobilis, *uti &* puella, *quæ pro illa periclitante in partu, B. Aloysio votum vovit, in hoc miraculo non nominatæ, sunt utique* Domina Victoria Alpieri & Domina Seraphina Mancina: *quarum hæc, Tiburi, ubi Aloysium Societatis tironem cognovit, nata; Romæ diu versata, tandem collegium Societatis Virginum Jesu Castellione ingressa, in processu ibi formato, de hoc ipso miraculo aliisque ad primum publi-*

Seraphina Mancina

A *publicum Aloysii cultum indagandum facientibus (quæ simul hic ex verbis ejus interpretata adscribere libet) ita testatur:* Habitavi prius Romæ, quam sacræ Aloysii Reliquiæ è sepultura sua extraherentur; & multis annis prius, quam Pontifex illum declaravit Beatum, quando ibam singulis diebus mane, ipsum adoratura; & omnium ego prima votivam ei obtuli tabellam in testimonium miraculi, quod mox narrabo, quando nullum adhuc ibi signum venerationis erat: posteaquam vero auctoritate Pontificia jussus fuit Beatus, pluries quotidie eodem accedebam, visitans sacrum ejus depositum & sacellum ubi quiescit: & si forte per negotia impediebar, alium pro me eodem ablegabam. Vidi tunc ad sepulcrum ejus confluere frequentissimum populum, non tantum die anniversario felicis ejus obitus, sed toto etiam anno: vidi quoque multa ibidem suspensa anathemata, accensa lumina lampadesque: ipsa gestavi religionis ergo sacras ejusdem Reliquias atque imagines, & aliis illas dedi. Vidi expolitas ejus effigies, non solum in pluribus Romæ ecclesiis, verum etiam Senis, Florentiæ, B Bononiæ, Mutinæ, Parmæ, ubi singularem erga ipsum populi pietatem testantur plurima anathemata: item Mantuæ, ubi vidi ejus sacellum in ecclesia cathedrali, & Patrum Societatis Jesu; nec non hic Castellione, ubi magna in veneratione est sacellum ejus in S. Nazarii, & à tota civitate mira religione frequentatur. Scio etiam Sanctimoniales variorum monasteriorum Romæ, præcipue vero S. Mariæ Magdalenæ in monte Quirinali, S. Laurentii in Pane & Perna, S. Susannæ & aliorum multorum, religioso cultu Aloysium prosequi, ac festam ejus lucem celebrare.

prima ad sepulcrum Aloysii

anathêma offert.

Multorum quoque miraculorum, per ipsum patratorum, fama aures meas verberavit; & aliquorum egomet ipsa testis sum. Primum miraculum scio contigisse Romæ, ubi Victoria Alpieri, in articulo mortis constituta, & à medicis deposita, quia infantem mortuum utero gestâns, eniti non poterat, jamque adeo debilitatæ erant vires nequidquam parturientis, ut opem ei amplius ferre non possent; nec vero medici ullum amplius adhibebant medicamen. Ego, quæ aderam in domo ejus, inter hæc votum concepi in honorem B. Aloysii, me, si vitam servaret periclitanti, ex ejus tholo (& nondum declaratus tunc erat Beatus) anathêma suspensuram. Ut feci votum, simul illa, uti jacebat in lecto semimortua, ejecit, nullo fere doloris sensu, infantem mortuum, tam grandem ut bimum credidisses. *Et hujus miraculi causa adduximus etiam præcedentia, quæ alioquin ad cultum Aloysii proprie spectant: nunc vero quia de miraculis tractamus, etiam sequentia ex ejusdem testimonio subjungamus.*

Victoria Alpieri mortuum infantem

feliciter enititur.

C Ego ipsa, Tiburi commorans, laboravi febre continuâ quatuor jam aut quinque menses, quam ajebant hecticam esse; quando eidem B. Aloysio votum nuncupavi; atque ilico per gratiam Dei & ipsius Beati tam febre hectica quam omni ægritudine liberam me sensi. Item Tiburi adolescentula quędam, Franciscа Matthioli nomine, cruciabatur sinistrâ mamillâ cancro, qui, ut ipsa inspexi oculis meis, ardebat instar flammæ ignis. Multis ei adhibitis medicaminibus nullo fructu, timere cœperunt medici, ne pertinax malum puellæ mortem afferret. Quamobrem constituerunt quodam vespere, postridie mane mamillam ei secare: quæ res magnum puellæ attulit timorem. Ego ad illam eodem die invisens, narravi miraculum, quod B. Aloysius Florentiæ opera tus fuerat, curans similem Sanctimonialis alicujus cancrum; atque una dedi infirmæ Reliquiam Beati & imaginem ejus aliquam, dicens, Tu te illi commenda; ego pro te concipiam votum. Commendavit se illa Beato, ut mihi deinde fassa est; & ego feci quod dixeram votum, eodem vespere. Ecce autem postridie mane accedentes paratis omnibus ad sectionem medici, comperiunt puellam omni parte sanam nec quidquam ultra operati sunt. Ipsa autem puella, & ego, & quotquot hujus rei sunt conscii, curationem credimus miraculosam fuisse; quia nullo applicato medicamento curata fuit, recte statim valuit, ac valet hodiedum. *Huic simile est, quod deposuit in processu Castell. testis* XIV, Anno, *inquiens*, MDCV cum essem Venetiis, narravit mihi D. Lucia Campi, sanctæ vitæ virgo, annos nata XXXIII, quod laboravit ex una papilla morbo dubio, an cancer esset, an aliud similis periculi malum: quodque applicatâ affecto loco Reliquiâ B. Aloysii, eoque invocato, liberam se compererit omni malo præsenti, & solutam fuisse metu, quem à manu chirurgorum experiendâ habebat.

ANNOT. C. J. *& cancer in mamilla.*

g *Hic, in processu Rom. testis* XVI, *appellatur* Gaspar Pallonus; *deponitque etiam ibi ipse hanc suam infirmitatem, quam ait*, sex circiter menses tenuisse, & flectentem genua sæpe ita afflixisse, ut vertigines capitis pateretur, animo deficeret, & præ vehementia doloris erigere se ad consedendum non posset. *Curationem vero* ad invocationem B. Aloysii, tempore instanti, perfectam fuisse; seque continuo post flexis genibus orasse, & usque ad tempus, *quo hæc deponit*, quod trium circiter, *aut etiam quatuor* annorum est, nullum umquam incommodum sensisse; solvisse vota sua (*non tamen primo quoque tempore*) ad sepulcrum Beati, eique se palam profiteri debitorem esse, & preces suas frequenter offerre ex singulari religione, qua, *inquit*, eum veneror; & nunc etiam alia ab eo beneficia postulo, atque obtinenda confido. Interrogatus *latinis hisce verbis*, an veritas aliter se habere possit, & medio aliquo medicamine id evenerit; respondit *italice*; Res ita se habet, ac vera est: & ego nullus dubito, quin miraculum sit; quia nullum tunc applicatum fuit medicamentum, & malum sex mensium curari non potest momento uno. Idem jam pridem dixi etiam Patri Lorino, & Domino Horatio Petronio, & multis aliis, quorum non amplius recordor. Sed his nihil opus est testibus: sufficit à me semper creditum rationabiliter fuisse & credi, miraculum esse; & hoc est verum.

E *Duo Nobiles Romani,*

Gaspar Pallonus

F

Conjuncta sunt cum præmissis, quæ subdo. Perillustris Dominus Horatius Petronius, *in processu Rom. testis* XV, Scio, *inquit*, B. Aloysium multa multis præstare beneficia, uti ex propria lectione cognovi; & specialiter mihi retulit Dominus Gaspar Pallonus, se molestissime laborantem ex renibus, votum feciſſe huic Beato, & ilico retulisse sanitatem. Hinc ego, similiter laborans ex renibus, exemplo prædicti D. Gasparis confugi ad eumdem B. Aloysium summis precibus: malum quippe adeo premebat, ut me movere loco aut erigere aliquando nequirem præ cruciatu, qui erat intolerabilis. Quamobrem, cum forte haberem meliuscule, contuli me (non tamen sine gravi incommodo) ad sepulcrum Beati; meque ei studiose commendavi, ut jam dixi. Sive autem eodem temporis puncto, sive alio, liberatus ægritudine mea fuerim, jam non memini; memini tamen & scio, in puncto liberatum fuisse, atque, ut sic dicam, in ictu oculi: &

& Horatius Petronius,

Curatur febris hectica

ANNOT. C. J.

li: & deinceps omnino liber manſi. Quapropter beneficium hoc ego ſemper miraculum reputavi. *diuturno renum cruciatu,* Illud namque intereſt inter gratiam & miraculum, quod gratiæ perficiantur paulatim lapſu temporis, id quod fieri ſæpe ſolet operatione ordinaria naturæ. Sic ego ipſe non raro concepi vota pro ſalute filiorum meorum, & gratiam optatam accepi, & quod voveram perſolvi ad ſepulcrum Beati. At vero miraculum eſt momentaneum, uti fuit hoc meum; quod etiam ideo magis reputo miraculum eſſe, quia cum ſolitus fuerim crebro vexari iſto malo, poſt hoc miraculum, id ultrà paſſus non ſum. Interrogatus *latine*, an veritas aliter ſe habere poſſit, & aliter quam miraculoſe evenerit, videlicet aliquo medicamento prævio; reſpondit *italice*; Ita verum eſt ut dixi, & ego verum eſſe miraculum credo: quia factum eſt ſine ullo medicamine ad ſolam invocationem Beati prædictam; neque natura poteſt operari tale quid momento uno. Quamobrem credo & credidi, miraculo divinitus factum eſſe: & exinde pluries inviſi ad ejus ſepulcrum, ipſumque mihi apud Deum elegi advocatum. *Ad interrogationem* de cauſa ſcientiç, de tempore & conteſtibus, *dixit*; Res contigit mihi, duobus circiter abhinc annis (*Depoſuit hæc anno* MDCIX, XXVII *Auguſti*) & communicata à me fuit cum Domino Gaſpare Pallono prædicto, & cum aliquot Patribus domus Profeſſorum Societatis Jeſu.

momento liberantur;

B

Utrumque præmiſſum miraculum comprobatum fuit à pluribus medicis. Unum alterumve hic adduco, atque imprimis Julium Cæſarem la Galla. Is de primo, quod dixi, Gaſparis Palloni ita decernit: Puto miraculum eſſe ex modo ſanationis, de quo minime dubitandum: quia æger, vir nobilis, ac valde accuratus & doctus; qui putandus non eſt velle decipere, nec facile decipi potuiſſe, à me diligenter interrogatus aſſeruit, ſe ſtatim & non perceptibili temporis mora, fuiſſe ſanatum ab illo moleſtiſſimo affectu, cum ſe commendaſſet B. Aloyſio, nec umquam amplius vexatum fuiſſe, abſque aliqua in corpore ſenſibiliter facta mutatione, ex qua poſſit conjectari ſanationem fuiſſe à natura. *Ita ille totidem verbis latinis, & ſubſcribit hic, uti poſt ſequens teſtimonium ſuum, quod pariter latine contexuit de miraculoſa curatione Horatii Petronii, his verbis:*

quod maximum miraculum eſſe

Hanc curationem miraculoſam exiſtimo, ratione modi, quia exiguo ſive minimo temporé facta fuit; quod impoſſibile fuit naturæ viribus fieri. Primo, quia renum & veſicæ vitia difficulter ſanantur in ſenibus, ut inquit Hippocrates 6 Aph. 6; tum, quia opus eorum eſt indeſinens, ac ſunt in continuo motu attrahendi & excernendi ſerum ſanguinis, quod maximum impedimentum affert curationi, quæ ſemper requirit quietem: tum etiam, quia per renes evacuatur ſuperfluitas aëris, quæ eſt apta irritare, ſive ulcus, ſive inflammatio, ſive aliqua alia paſſio in ipſis conſtiterit, ut Galenus ſuper eodem Aphoriſmo teſtatur: quæ impedimenta tum ſenibus tum juvenibus procul dubio difficilem curationem reddunt. Quare cum prædictus languens, ſenex potius quam juvenis eſſet, quo tempore curatus fuit, nempe annum agens L, vel ad minimum XLVIIII (ut ipſemet à me diligenter interrogatus retulit) putandum eſt, curationem tam exiguo tempore factam, & integrè, non fuiſſe à natura: præcipue cum dicat Hippocrates lib. 6. de morbis popul. quod renum affectiones non vidit curatas ſupra quinquageſimum annum. Accedit his omnibus ratio certior, nempe, quod languens, qui eſt vir nobilis, gravis & bene expertus, à me diligenter ſuper hac ſanatione & morbo interrogatus, retulit, ſe per multos annos ægrotaſſe ex morbo renali, ex lapide ſive calculo; & ſæpius fuiſſe ab illo vexatum, & aliquando fuiſſe ad periculum vitæ deductum: poſt hanc vero curationem, miraculoſe factam in tam brevi tempore, numquam ægrotaſſe, nec moleſtiam aliquam ſenſiſſe: quod pariter arguit miraculum; cum calculi ſive lapilli in renibus generatio ſupponat caliditatem ingentem renum, tamquam cauſam efficientem, ut Galenus 6 Epid. tomo 1, com. 5. Talis autem intemperies nequaquam minimo temporis ſpatio omnino removeri poteſt, non ſolum non ope naturæ, ſed neque Angeli miniſterio (*ut alibi ſe monſtraſſe fuſius dicit*). Quare ſtatuo ut ſupra, curationem hanc, miraculum cenſendam eſſe. *Et ſubſcribit tam ſuprà quam hic*: Ego Julius Cæſar la Galla, artium & medicinæ, nec non ſacræ Theologiæ Doctor, & in publico Romano gymnaſio philoſophiæ ordinarius & primarius Profeſſor, ita ſentio ut ſcripſi, & manu propria ſubſcripſi.

D

Julius Cæſar la Galla.

Sequuntur aliorum trium medicorum ſingula teſtimonia de utroque miraculo ſimul. Eorum unus Franciſcus Sallus de Reguardatis, *ſic incipit*: Dolor habitualis, quem in renibus patiebantur Perilluſtres Domini Horatius Petronius & Gaſpar Pallonus, Nobiles Romani, neceſſario proveniebat à materia dolorifera, in renibus congeſta, quæ continuo generabatur; & à prava affectione ipſorum renum. *Quo deinde probato, ſic pergit*: Hujuſmodi autem renum affectiones, vel numquam curantur, præſertim in provecta ætate; vel ſi curari aliquando poſſunt, id non niſi diuturnitate temporis, balnearum uſu, ac longis medicamentis novam temperiem inducentibus, contingere poteſt. Igitur quod Perilluſtres iſti Domini, ſine ullo medicamento, ſine ulla evacuatione, per ſolam B. Aloyſii invocationem, ſtatim convaluerint à morbo habituali; & quod magis eſt, poſt recuperatam miraculoſe ſanitatem, talem infirmitatem numquam amplius paſſi ſint; hoc ego non ſolum miraculum, ſed maximum miraculum eſse firmiter aſsero: quia neceſse eſt dicere, Deum per merita B. Aloyſii mortificam illam renum qualitatem ſuſtuliſſe; & intemperiem, ex qua materia illa calculoſa generabatur, emendaſſe; quod à ſolo Deo eo modo fieri potuit. Ita ſentio, *qui ſupra. Alter Medicina Doctor, curationem utriuſque, poſt multam diſputationem*, non ſolum miraculum, ſed etiam inauditum & plane admirabile *vocat. Nomen ei* Thomas Groſsus. *Tertius, qui ſe* Jacobum Bertacium, Nobilem Firmanum, medicum phyſicum *nominat, ſimiliter teſtatur, utrumque eſſe* miraculum maximum; *& Petronianum*, non ſolum ratione modi, ſed etiam quo ad ſubſtantiam.

E

ac tres alii.

F

C

teſtantur celebres medici,

CAPUT II.

Alii multi voto facto variis locis curati.

329 ANno MDXCIX, cum devotæ Deo Virgines, quæ Florentiæ ad S. Mariæ cui ab Angelis cognomentum eſt, degunt, Vitam B. Aloyſii, ut erat à me principio deſcripta, perlegiſſent; modicum quiddam ex ejus oſſibus impetrarunt, quod etiamnum ſingulari pietate & honore conſervant. Erat *a* in eo Monaſterio, inter juniores Virgines, quæ jam Deo conſecratæ, arctiori quam ceteræ diſciplina tenentur, una cui nomen Angela Catharina Carlinia; quæ quatuor ipſos

v

An. 1599 lecta inter Moniales Vita B. Aloyſii, a

A sos annos gravi totius sinistri lateris à vertice ad
mia earum an. 1600 pedes, sed præcipue humeri & brachii, dolore exercebatur: nimirum humor sive destillatio illud oppressérat, à quo magnum aliquod malum, quale postea evenit, metuebat. Siquidem anno MDC mense Januario noctu, vehementi destillationis & tussis impetu somno excita, sub sinistra mamilla, quasi grave quoddam onus, cum acerrimo dolore sibi incumbere, partemque affectam quodammodo intus rodi sentit. Cum eam manu tentasset, com-
insanabili gravata cancro, perit quiddam, marmoris duritie, ovi magnitudine, quod scilicet cancrum fuisse postmodum est cognitum. Ægre & dolenter ullam corporis partem movebat, ægrius ingrediebatur, aut inclinabatur; sed nihil acerbius quam brachia attollere. Noctu in illud latus cubare nullo modo poterat, & si qua in id se dormiens convertisset, dolore stimulata continuo expergefiebat. Sæpe somnum ei nullum videre licebat, & inter capiendum cibum tantam accipiebat molestiam, ut vix quod necessitati satis esset assumeret. Nihilominus, partim verecundia, partim studio Dei causa adversi aliquid patiendi, duos totos menses & semis hoc novum malum omnibus occultum habuit. At ubi
B B. Ignatii exercitationibus, quas ejus monasterii sacris Virginibus quotannis obire solenne est, erudiri cœpit; cum inter eas morbus aggravesceret, religioni sibi duxit diutius eum obtcure ferre. Igitur rem aperit Mariæ Pacificæ Tovaliæ, suæ ceteræque illius juventutis Moderatrici; quę rem cum Euangelista Jucundia Virginum Maxima, & Maria Magdalena Pazzia tirocinii Magistra [nunc Beatis in cęlo adscripta] communicat, unaque cum illis ęgram inspicit; contactuque explorant omnes cancrum esse, qui item, haud ita multo antè, aliam quamdam ejusdem cœnobii sacratam Virginem sustulerat.

seque Beato commendans, 330 Ejus Magistra, naturalibus medicamentis diffisa, ad opem Dei exposcendam se convertit; cumque inter orandum se sentiret instingui, ut in loco gratię à B. Aloysio rem Deo commendari
b postularet *b*; Virginem ut idem faciat hortatur; insuper, ubi intelligit multum ei in sanctitate Beati fiducię esse, tribus continenter diebus, Reliquiis illis, quarum mentionem feci, super ægram designat crucem: primaque vice dolor omnis, quo caro urebatur extrinsecus, receśsit, reliquis morbi incommodis remanentibus. Igitur medicorum
C potestati eam permittere, & solitis remediis curare deliberant. Jam certum erat postera luce initium medicandi facere; quando Virgo, desiderio Jesu Christi gloriam, B. Aloysii honore amplificatam videndi inflammata, magno animi ardore se dat ad Beatum orandum, ne eum diem (erat is VI Idus Aprilis, Sabbatum uti vocant in Albis) elabi sineret, quin hanc sibi gratiam gratificatus esset: nimirum ut salutem suam, non hominum medicamentis, sed ejus commendationi acceptam ferre posset. Et postquam toto eo die, in sacris suis meditationibus omnibus, idem beneficium instantius flagitasset; tandem præcipiti jam die, solum Dei & hujus sancti ejus famuli honorem spectans, in conclavi sine arbitris ad precandum se abjicit. Ibi dum suam illam obsecrationem iterat, inque ea hæret defixa; animum sibi fiducià certâque spe obtinendi quod optabat impleri sentit, & simul B. Aloysium, intus in animo his se verbis alloquentem audit: Pro fiducia, quæ tibi mei patrociniique mei fuit; proque ardenti desiderio quo flagras, ut hominibus Deus gloriam quam mihi contulit patefaciat; visum est ei tui te
ab eodem sibi apparente sanatur, voti compotem facere. His dictis ingens partem A. VIRG. affectam dolor & diriśsimus cruciatus adoritur: CESARIO quippe visum est ei injecta in apertum pectus manu, magna vi cancrum reliquumque malum omne eximi. Hac acerbitate perfunctam omnis morbi molestia, ac non modo cancer, verum etiam tota illa lateris infirmitas, qua jam quartum annum detinebatur, ita deseruit, ut salva omnino & incolumnis esset. Ceterum in ea incolumitate recipienda tanta vis doloris fuit, ut deficientibus viribus lapsa & exanimata, à ceteris Virginibus reperta sit: itáque necessario in lecto collocanda fuit. Interea ipsa, submissâ ut poterat voce identidem Moderatricem suam appellare, & se jam persanatam esse prædicare. Haud ita multo post confirmata, miraculum, remque omnem, ut gesta erat, exponit. Ceteræ Virgines, ubi ex toto sanam vident, Deo scilicet ac B. Aloysio, cujus pro ea preces intercessisent, exultantes gratias agunt.

331 Ad retinendam tanti beneficii memoriam, hujus monasterii sacræ Virgines, pridie ejus diei qui B. Aloysio sacer est, quotannis jejunium instituunt; iplumque diem erecta arula, ejusque effigie ac Reliquiis cum supplicantium pompa circumlatis, festum agitant. Hujus tanti miraculi E
fama totam Italiam implevit; & Mantuanus Dux *miraculo attestantibus medicis.* de eo certior factus per litteras, inusitata hilaritate gestiit: Franciscus vero Marchio, qui hodieque eam dignitatem sustinet, homini suæ ditionis, qui primus hujus nuntius fuit, ædes sane percommodas Castellione donavit. De his omnibus auctoritate Archiepiscopi Florentini, exacto à sacris Virginibus quas nominavi jurejurando, instrumentum confectum est, interposita etiam fide duorum medicorum. Alter eorum fuit Hieronymus Mercurialis, præstantissimus Magni Hetruriæ Ducis medicus, in principibus Italiæ Academiis magna cum laude professus, editisque in lucem ingenii sui monumentis celebris: alter Andreas Tortius medicus, magni Florentiæ nominis *c*. c
[Hoc miraculum deinde approbatum fuit à Rota Romana, positumque in Relatione *d*.] d

332 Marcus Gussonius, nobilis Venetus, Pa- VI
tavii in Societatem Jesu cooptatus, cùm alterum *An.* 1603 jam annum tirocinium poneret, anno MDCIII *Novitius Patavii ad mortem æger* exeunte, in malignam febrim delapsus, non sine F
eruptionibus papularum, in paucis diebus usque eo graviter affectus est, ut tumefactâ linguâ, ore materiâ putridâ ac densâ referto, dehiscentibus dentibus, ægre hiare vel fari posset: ad hoc & mente sæpenumero vacillabat. Morbo indies ingravescente, sanitatem ejus desperantes medici, vespere quodam mandant, eum postera luce sacro Viatico instrui. Venit sub hæc in mentem pluribus Patribus, tum præsentibus tum absentibus, non *post votum factum,* abs re fore si æger juberetur pro honore B. Aloysii, quem singulari prosequebatur veneratione, votum aliquod concipere: atque ex absentibus unus, alibi degens, collegii Patavini Rectorem de hoc ipso per litteras admonuit: alius vero qui præsens Patavii erat, cum circiter horam noctis quintam, coram nonnullis B. Aloysii Reliquiis postratus Deum precaretur, impellitur divinitus, ut de hoc eodem ad Rectorem referat; spe accensus, ægrum divina ope, ob hujus sancti Adolescentis merita, ad sanitatem perventurum. Evestigio intermissa oratione Rectorem adit; quæ mens sibi injecta sit, exponit: Rector approbat, & Reliquias quæ penes Patrem illum erant, simulque negotium Ministro dat, uti postero die prima luce ad ægrum, postquam salutare Viaticum sumpse-

A. VIRG. CEPARIO

rit, eas deferat; ac subinde quidpiam, quod ad ipsius amplificationem nominis faciat, vovere jubeat. Verum, quia per id tempus necdum Beati sepulcrum frequentabatur, neque eo peregrinari mos erat; potestatem faciat, vel ad beatam Virginem Lauretanam, vel quo commodius fuerit, supplicatum proficiscendi. Minister minime in posterum diem cunctatus, extemplo cum Reliquiis ægri cubiculum accedit; atque ex Rectoris voluntate, consilium exponit faciendi voti. Æger, acceptas Reliquias insigni pietatis sensu atque ardore osculatus, atque confisus hoc unum suæ ægritudinis remedium fore, flagrantibus precibus Beatum invocat, & votum (uti consulebatur) nuncupat. Nec mora; levationem experitur, tantoque illa nocte melius ei fit, ut medicorum judicio postridie, periculo perfunctus, Viatici non indiguerit, sed pietatis tantum causa Eucharistiâ participatus sit. His de rebus omnibus coram Episcopo Patavino tabulæ scriptæ, & tabella, beneficii testis, Romam ad Beati sepulcrum missa est.

attactu Reliquiarum sanatur.

333 Joannes Justinianus, nobilis Genuensis, è Societate Jesu, cùm ætatem ageret in collegio Romano, III Nonas Junii anno MDCV, oppressus est ingentibus dextri lateris renum doloribus; neque diu post omnes urinæ exitus obstructi. Medicorum collegium cogitur: complura illi remedia præcipiunt, medicamenta non unius generis per os ingerenda, fomenta, unguenta, balneas calenti oleo temperatas, mane & vesperi vectationem curulem, aliaque tum purgantia, tum lenientia. Quæ omnia &c. *e*

B *Alius in collegio Rom. an. 1605 dysuria laborans;*

c

334 Hujus miraculi magnitudinem auxit, etiam alterum quoddam, quod homini, simili ægritudine laboranti Augustæ Taurinorum evênit. Philibertus Baronis V. Cl. quadam nocte & ipse acerbis renum doloribus vexatus, ut est cum primis pius, ad Dei præsidium, eumque, orandis tum aliis Sanctis, tum præcipue Beatis è Societate Jesu viris Ignario & Xaverio, propitiandum se contulerat, horumque etiam imagines poposcerat. Sed cum dolor à quarta noctis hora, ad tertiam decimam proxime sequentis diei; non modo non remitteret, sed etiam augeretur; redit in memoriam audisse se, uno circiter ante mense, adolescentem quemdam Romæ, B. Aloysii precibus, à simili morbo admirabiliter recreatum esse. Spem igitur nactus, neque sibi illum defuturum, cum nullam ejus

Taurini in simili periculo alius,

C effigiem haberet, litteras, quæ erant ab ipsius Beati manu, nuper à Patre quodam dono sibi daras, eo consilio afferri jubet, ut ad levandum dolorem renibus admoveat. Verum cum illæ perquisitæ nusquam reperirentur, sublato ad cæli cogitationem animo, quam maximo potuit ardore mentis, B. Aloysium advocat. Sub hæc levis eum somnus complectitur, per quem visa illi obversari species hominis adolescentis è Societate nostra, staturâ, eminenti quam brevi propiore, vultu macilento, naso aquilino & longiusculo; quæ lecto appropinquans, renes sibi totumque corpus cingulo in orbem ambiret. Ipse, qui B. Aloysium de facie non nosset, eum tamen esse suspicatus, evigilat: at ille ex ejus jam se subrigentis, manusque in amplexum & venerationem tendentis oculis cum evanuisset, certam suæ præsentiæ vim & effectum reliquit. Siquidem eodem puncto temporis è renibus delapsum in vesicam calculum sensit, de quo Deo & B. Aloysio extemplo gratias egit: neque prius horam quartam decimam sonuit, quam lapillum ejiceret asperum, sanguine imbutum, fabæ crassitudine; ac deinde dolor omnis & morbus ex

simili modo liberatur.

f toto recessit *f*. Ex eo B. Aloysium sibi suæque familiæ proprium apud Deum patronum & præsidem delegit, eumque in omni fortuna auxilio sibi esse & solatio confidit. Ceterum ut hanc valetudinem, insuetatæ Dei potestati acceptam se ferre palam ostenderet, sigillum argenteum ad Beati sepulcrum dono misit, hæcque omnia apud Archiepiscopum Taurinorum juratus exposuit *g*.

D

g

VII

335 Joanni Baptistæ Philippino, Romano, filius erat admodum puer, cui nomen Joanni Francisco. Is tum febri hectica, qua annum prope laborabat, miseris modis consumptus atque afflictus; tum vero altero etiam morbo, elephantiasi seu lepræ persimili, qui cutem insidens & sparsus toto corpore, nocte dieque eum inquietabat, in ultimum discrimen adductus erat. Nullo præterquam lacte utebatur cibo; neque ullum medicamentum, ex omnibus quæ medici complura sunt experti, umquam respondit. Accessit ad hæc diarrhœa adeo infesta, ut medicus abjecta omni spe noxæ quam illa attulisset resarciendæ, ratus mortem effugere non posse, ad eum venire desineret. Pueri pater, in tanta præsidiorum naturalium inopia, ad divina confugit. Ergo cum præ manu illi esset dens Beati Aloysii, cum puero de collo suspendit: ille eodem die pultem esitare, morbus inclinare, pectus detumescere cœpit; ac denique, febri ceteraque omni adversa valetudine soluta, mirantibus medicis, integritas consecuta est.

Hectica moriturus puer

admoto Beati dente convalescit;

E

336 Porro quo hoc esset illustrius, placitum est Deo, ut eidem puero aliud præterea miraculum contingeret. Etenim, altero post hæc mense, in malignam febrim relabitur, collum turgescit, exanthematis obseritur, in tibia duo carbunculi enascuntur, usque eo pestilentes, ut eos conspicatus medicus, confestim puerum pro deposito duxerit, matremque eum quam longissime ab se habere jusserit: eam enim in iis contagionis vim esse, ut quamlibet valentem hominem, intra quatuor & viginti horarum spatium, de vita exturbare præsentes sint. Pueri pater iterum ad eum, quo volenti propitio jam usus erat, se recepit; atque voto una cum conjuge pro filii salute concepto, Reliquias sacras iterum adhibet. Postero die mane redit medicus, exquirit, jamne vixerit. Parentes ridere. Visitat puerum: comperitur, febrim omnino discessisse, ceterique morbi sævitiam discussam esse. Rei novitate attonitus, cum in crucis modum se signasset, ita discessit, ut negaret esse quod præterea curandi causa reverteretur. Pharmacopola item experiens, qui pridie una cum medico ægrum inspexerat, admiratione perculsus, cum manum ad frontem extulisset, ad terram usque submisit; nimirum, quod ajebat, ut crucis nota miraculi magnitudini responderet. At postquam de voto facto cognitum est, nemini obscurum fuit, quin tantæ rei gloria B. Aloysio tribuenda esset. Puer ad ejus tumulum deductus; tabella ex voto posita est. Quibus de rebus instrumentum factum, cui suum testimonium duo medici & pharmacopola ille adscripserunt *h*.

idem maligna correptus febri,

subito sanatur

F

h

237 Franciscus Crottus, Nobilis Brixiensis, cum eum acuta febris gravissime incursaret, paucis post diebus in vehementi accessione plurimum desipere & dementire cœperat: jamque ad Curionem mature missum erat, ut eum, quippe deploratum ab omnibus, sancto Oleo imbueret; &, siquidem mens rediret, etiam Pœnitentia lustraret. Curio ubi præpopere accessit cum sacro Oleo, non modo delirantem atque aliena omnia loquentem, verum etiam vi morbi tantis furiis & intemperiis agitatum offendit, ut lecto contineri non posset.

item Brixiæ moribundus,

Hic

A Hic ejus filius matri ſuadet, uti pro parente votum B. Aloyſio faciat. Illa ſubmiſſis genibus vovet, ſi marito ſecunda valetudo contingat, ſacrificium in honorem Beati faciundum curaturam. Vix omnia voti verba enuntiarat, cum delirium intermittit, æger ſibi redditur, peccata ſua mente ſaniſſimâ confitetur; tantaque deinde febris inclinatio facta eſt, ut poſtridie à medicis integer ſit repertus, neque illa poſt id loci umquam revertit. Voto ſatisfactum, & litteræ authenticæ Brixiæ factæ *i*.

C. J. ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS.

a *Quæ hinc ſequuntur, id eſt tota narratio de infirmitate quadriennali, interveniente cancri morbo, & curatione Angelæ Catharinæ Carliniæ per B. Aloyſium; totidem fere verbis, italice tamen, reperiuntur in proceſſu, ſex circiter poſt menſibus Florentiæ auctoritate Archiepiſcopi confecto: in quo, ut ſciatur quam celebre hoc miraculum, & quàm multis teſtibus confirmatum ſit, hocce præmittitur exordium:* In nomine Jeſu Chriſti in cruce confixi, ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum; Nos Monachæ S. Mariæ Angelorum in vico S. Frigidiani, narrabimus hic quoddam beneficium divinum, quod accepit Sororum noſtrarum quædam, per interceſſionem Patris Aloyſii Gonzagæ Societatis Jeſu. Dicimus igitur &c. *Et dicunt fere prout narrat Ceparius.*

B

b *Inſerunt hic Moniales illa quæ Ceparius, quia ad ſuam ipſius ſpectabant perſonam, relationi ſuæ ex parte præmiſit; & ſunt ſequentia:* Cujus Aloyſii notitiam nacta fuerat *Magiſtra illa*, à R. P. Virgilio Ceparo Rectore Societatis Jeſu *Florentiæ*, quando commodavit nobis Vitam ſuam Aloyſii ms, deditque os unum è digito ejus, quod idem P. Ceparius acceperat à R. P. Bernardino Roſſignoli Præpoſito Provinciali, dum in hac civitate viſitabat collegium Societatis Jeſu.

Teſtantur veritatem rei

c *Sequuntur hinc in editione Latina, æque ac in Romana Italica, duorum celebrium jam nominatorum medicorum teſtimonia. At in editione Placentina reſecuit illa Ceparius, eorumque loco repoſuit pauca, hoc [ ] ſigno incluſa; ratus, opinor, non amplius illis opus eſſe, poſtquam miraculum ab Auditoribus Rotæ Romanæ jam comprobatum erat. Eadem tamen ipſa, ne pereant omnino, poſt teſtimonia Sanctimonialium, uti etiam leguntur in*

C *proceſſu ms. hic adjicio. Primo autem loco ibi teſtatur, depoſitionem eſſe veram, illa quæ curata fuit, deinde Moniales aliæ; denique curationem divinitus factam eſſe, teſtantur medici, hoc modo ac ordine.*

moniales Ego Sor. Angela Catharina Carlinia, fidem facio jurata, me illam eſſe, quæ ſupra memoratam curationis gratiam accepi, & in hunc uſque diem vi Octobris MDC recte valere: & in teſtimonium veritatis hos verſus manu mea propria ſubſcripſi.

Ego Sor. Euangeliſta Jucundia, quæ præſum monaſterio Antiſtita, fidem jurejurando facio, vera eſſe omnia quæ ſupra relata ſunt.

Ego Sor. Maria Pacifica de Touaglia, nunc Magiſtra ſupradictæ Sororis Angelæ Catharinæ, ſum illa, quæ ægram contactu ſanctæ Reliquiæ ſignavi. Quamobrem affirmo cuncta quæ ſupra depoſuimus.

Ego Sor. Maria Magdalena de Pazzis, juramento atteſtor quæ ſupra.

ac medici. Ego Hieronymus Mercurialis, cum hujus Virginis morbum conſideraſſem, in eam opinionem veni, fuiſſe ſpeciem cancri, qui ab Hippocrate 6, Aphoriſmo 38, occultus dicitur; neque umquam vel efficaciſſimis remediis depelli poteſt. In horum fidem has mea manu ſcripſi.

ANNOT. C. J

Ego Andreas Turſius quod modo dictum eſt confirmo, ratus ſacram illam Virginem naturæ viribus non potuiſſe tam ſubito ad ſalutem reduci: hujus quippe generis mala (ſi quidem vinci umquam poſſunt) non niſi longiſſimo tempore & efficaciſſimis remediis vincuntur. In quorum fidem hos verſus mea manu ſcripſi v Nonas Octobris MDC.

d *Illâ ſcilicet, quam tres Rotæ Auditores concinnarunt juſſu Pauli quinti, quamque nos infra dabimus, in qua à num.* 102 *recurrit mentio hujus ipſius miraculi, iterum ibi imprimendi propter adjuncta quædam alia, & auctoritatem Rotæ Auditorum, qui etiam ipſi illud ibi probant miraculum eſſe.*

e *Hactenus de Juſtiniano Ceparius, cujus curationem ſane admirabilem eique adjuncta porro proſequebatur ſtylo ſuo, & recte quidem: verumtamen cum plus aliquid fidei, imo & delectationis, afferre ſoleat lectori, ut ſupra meminimus, ſimplex narratio illius, qui quod narrat, egit aut paſſus eſt ipſe, quam narratio aliena; exiſtimo gratius fore ſi, reliquo Ceparii contextu hic prætermiſſo, ipſe Juſtinianus, quid ſe factum ſit, pergat loqui. Minoris etiam æſtimabitur jactura textus Cepariani, ſi conſideretur, rem eamdem ſimiliter fere propoſitam legi in Relatione Auditorum Rotæ à num.* 105.

Joannes Juſtinianus.

E

Joannes *itaque* Juſtinianus, Clericus Societatis Jeſu, ætatis ſuæ annorum XXVI, *deponit in Proceſſu Romano die* XXI *Auguſti* MDCIX, *teſtis* IX, *imprimis illa quæ Ceparius huc uſque narravit; tum vero ita proſequitur:* Quæ omnia remedia cum nihil adjuvarent, decimo morbi die ita intumuerat mihi totum corpus præ abundantia humorum, ut pedibus nequirem inſiſtere. Quamobrem confugi ad opem B. Aloyſii implorandam, & me curavi inter duorum manus ad ſanctum ejus ſepulcrum deduci. Ibi proſtratus in terra, cùm aliquanto tempore orationi, multa humo figens oſcula, vacaſſem, etiam atque etiam Beatum obteſtans, ut à Deo ſanitatem per ſua mihi merita impetraret; vovi denique, ſi ejus fierem compos, toto me anno inviſurum quotidie, dummodo perſtarem Romæ, ſacrum ipſius tumulum, ibique Orationem dominicam & Salutationem angelicam recitaturum quinquies, nec non ſuſpenſurum ibidem anathêma aliquod: tranſacto autem anno, quotidie quoad viverem dicturum ſemel Orationem & Salutationem prædictas honorandæ Beati memoriæ. Poſt has quanto potui fervore ac fiducia fuſas preces, reductus ad me, decubui laſſus; noctemque inſecutam, quòd ab incluſis corpore humoribus jam ægre reſpirarem, in gravibus ærumnis & anguſtiis traduxi. Venit eâdem veſperâ ad me P. Baſilius Romanus, qui eatenus ad me ægrotantem numquam acceſſerat, interna quadam inſpiratione, ut ajebat, impulſus inter orandum; dicens ſe à B. Aloyſio legatum venire, ejuſque nomine afferre nuntium, fore ut ego poſtridie mane incolumis eſſem, interceſſione ejus apud Deum. *Totam hanc legationem Patris Baſilii ſane pulcram, videſis relatam ex ore ejus in Relatione Auditorum Rotæ num.* 109; *& habetur etiam in proceſſu Romano.*

dierum decem dyſuriâ laborans.

viſitato ſepulcro & facto voto.

F

Poſterâ luce exortâ adeſt medicus, aſpicit me miſere tumentem; de vita deſperat; jubet extremis me muniri ſanctæ Eccleſiæ ſubſidiis ad mortem, uti mox ab exitu medici mihi retulit valetudinarius, unaque monuit ut me cò pararem. Jamque miſſus fuerat qui accerſeret Patrem Confeſſarium, dum reliqua curabantur neceſſaria miniſtrando mihi ſacro Viatico & Oleo ſancto. Adfuit mox Confeſſarius; ego expiavi peccata mea, jam jam ſacram Euchariſtiam pro Viatico ſumpturus.

dum ſe ad mortem parat,

ANNOT. C. J. Interea abeunte Confeſſario, manſi ego ſolus in cubiculo, prehensâque manu Reliquiâ B. Aloyſii, quam mihi conceſſerat P. Bernardinus Roſſignolus, tunc temporis Rector collegii Romani, commendavi denuo me Beato noſtro magnâ fiduciâ & ardore, votumque pridie conceptum iteravi. Tum cœpi prędictam Reliquiam reverenter admovere ad affectas partes nudas, eaſque in modum crucis ſignavi: primùm latus dextrum, deinde reliquum corpus qua dolebat: nec deſii ſignare, quin ſenſibiliter abruptus à latere calculus deſcenderet in veſicam. Sub hæc intrat valetudinarius, monetque paratus ut ſim, in proximo adeſſe cæleſte Viaticum. Ego vero accedentem propius rogo, matulam mihi porrigat, in quam continuo cum urina ejecto calculum & multam arenam. Lubido autem aliquibus venit penſitandi omnem, qui illo die uſque ad veſperam identidem profluebat, humorem; & compererunt pondus librarum xxx. Sacrum porro Viaticum propius allatum non fuit, quia jam convalueram, ita ut eodem adhuc die cœperim quod voveram votum adimplere, conferendo me è lecto in templum, viſitando ſepulcrum Beati, & gratias eidem ſolvendo: poſtridie vero mane exivi collegio ad Profeſsorum domum pedes, firmus, ex toto ſanus, ſtupentibus qui me videbant, & noverant infirmitatem meam. Deinde xxi Junii, feſto Beati die, meis manibus affixi ſepulcro ejus quod promiſeram anathêma.

nec opinatò ſanatur,

B

ac votum ſolvit,

Tum ſubdit, medicum, quem ad ſe ita miſere afflictum allegaverat Cardinalis Juſtinianus, propinquus ſuus, appellatum fuiſſe Joannem Baptiſtam Ori, atque inde à biennio obiiſſe mortem Romæ; *qui alioquin teſtari de eadem infirmitate & curatione pluſquam humanâ poſſet. Denique* interrogatus *in eodem proceſſu latinis hiſce verbis Juſtinianus*, An veritas àliter ſe habere potuerit, & id evenerit medio aliquo juvamento, & non miraculoſe; reſpondit *more ſuo italice, uti teſtes reliqui omnes*; Ego curationem illam ſemper habui habeoque pro miraculo evidenti. Primùm, quia Pater ille Baſilius pridie veſperi me monuit futuræ curationis, ejuſque determinate temporis: deinde quia illam ſenſi, dum me ſignabam admotâ Reliquiâ: demum quia audivi atque etiam per litteras quas legi, ſcio, Taurini, auditâ famâ miraculi hujus in me facti, ſimili malo liberatum eſſe D. Philibertum Baronium, per interceſſionem atque apparitionem ejuſdem B. Aloyſii: ut nihil dicam, quod die illo neque unctionem adhibueram ullam, neque aliud quodvis medicamentum per os ſumpſeram, quo profluere tam ſubitanea ſanatio poſſet. In cauſa ſcientiæ (*ita clauditur hæc depoſitio*): Quia expertus fuit & adhuc votum ſervat. *Sequatur nunc miraculum aliud ejuſdem generis, cujus modo meminit Juſtinianus, in Philiberto Baronio factum; prout eſt in contextu Ceparii.*

factumque in ſe miraculum probat.

C

f *Contigit hæc ſanatio eodem anno* MDCV *ſub medium Julium. Dicitur enim in contextu, ſanationem Juſtiniani* uno circiter menſe *præceſſiſſe. Cœpit autem Juſtinianus die* III *Junii ægrotare, ac undecimo poſt, utique* XIV *ejuſdem menſis, curatus fuit.*

Aliud ex alio beneficium.

g *Uti Philibertus ille ex relatu miraculi, quo Juſtinianus noſter per B. Aloyſium paulo ante curatus fuerat, fiduciam in eumdem concepit evadendi ſimile, quo ad mortem urgebatur, malum, ac reipſa evaſit; ita hujus ipſius curatio non multo poſt occaſio fuit, alteri graviter ægrotanti, ſimilis curationis. Rem totam & nonnulla alia, hic pariter uſui futura, à ſe deſcripta, miſit P. Antonius Antoniotti Societatis Jeſu ad P. Ceparium anno, ut putem* MDCVIII, *aut* VIIII; *atque ita orditur*: Quo tempore inquiſitum fuit Taurini legitima auctoritate in veritatem miraculi, quo reſtituta fuit D. Philiberto Baronio, ad invocationem B. Aloyſii Gonzagæ, amiſſa valetudo, uti legitur in Vita ejuſdem Beati typis vulgatâ; agebat ſcribam in archivo Archiepiſcopi Taurinenſis, juvenis quidam, cui nomen Joannes Thomas Morellus, habitabatque in domo cujuſdam feminæ, Brunetta Rainera appellatæ. Hæc cum paulo antè infelicem partum enixa eſſet, correpta fuit morbo graviſſimo, quo ita frigêre cœpit inferiore corporis ſui parte, præſertim cruribus, ut media æſtate (acciderunt enim ei hęc ſub feſtum S. Laurentii) foculis lecticariis pluribuſque ſtragulis fovenda eſſet; &, utcumque foveretur, nihil tamen ſentiret caloris. Cruciabatur vero interea acerbis doloribus, qui ſpatio bidui ægram ad extremum vitæ jam deduxerant judicio medicorum; cum illam hortatus eſt, quem dixi, ſcriba Morellus, ſuam ut ſpem preceſque converteret ad B. Aloyſium Gonzagam Societatis Jeſu: illius mira paſſim celebrari opera, & beneficia mortalibus collata: illum paulo antè ſanitatem, quæ in deſperatis habebatur, reſtituiſſe D. Philiberto Baronio; idque ſe certo ſcire, inquiebat, quia ipſe ſcriba erat archivi Archiepiſcopalis, ubi ſcilicet curatio ejus examinata, atque ut miraculoſa probata fuerat. Hortatus hæc fuit Morellus horâ poſt occaſum ſolis primâ; inde concedit cubitum, & nocte expergefactus dixit Joanni Antonio fratri ſuo, ſe veſperi commendaſſe Brunettam B. Aloyſio, & nunc ſomniaſſe, ſanatam eſſe. Nec vanum fuiſſe ſomnium, exitus monſtravit. Brunetta quippe etiam ipſa ſeſe commendaverat eâdem veſperâ B. Aloyſio; inde, quæ eatenus ſomnum capere non poterat, indormivit; aliquanto autem poſt, cùm quæ infirmam curabat, foculo calefacere crura ejus pararet, experrecta comperit ſe ſibi reſtitutam, toto calidam corpore, ſudore manantem, ac de integro ſanam; Agnovit ergo gratiam illam ſibi per merita B. Aloyſii conceſſam; curavitque per notum ſibi hominem, illic forte præſentem, viſitandum Beati ſepulcrum Romæ: ipſa vero venit ad eccleſiam noſtram, in qua honoratur expoſita Beati imago, gratias actum Deo & beato ſoſpitatori ſuo. Evenerunt hæc anno MDCV circiter feſtam lucem S. Laurentii Martyris.

Miſella fęmina

D

æſtate media præ frigore mariens,

E

exemplo Philiberti, Aloyſium invocat

& ſanatur,

Præter hanc Brunettæ, & Philiberti Baronii, num. 298 *à Cepario relatam, curationes, adjungit de eodem Philiberto citatus Antoniottus*: D. Philibertus Baronius conſtanter obit huc uſque cœpta pietatis opera in honorem B. Aloyſii cum univerſa familia ſua; tabulam, quæ ipſum repræſentat, in atrio expoſitam, lampas ſuis temporibus accenſa illuminat; præter alias plures ejuſdem imagines, quas ſuo conſervat in conclavi; ad ipſumque in omnibus neceſſitatibus ſuis identidem recurrens, plerumque obtinet quæ poſtulat. Hinc, poſt primariam, de qua in vita impreſſa, curationem, ejicit multos variis temporibus calculos, eosque prægrandes, exiguo cum dolore, quod numquam antea potuit; & hujus rei gratiam vult fateturque ſe debere eidem Beato. *Neque ſibi ſolum quæ petit impetrat, ſed familiæ quoque ſuæ.* Anno MDCVI ſub Pentecoſten, unus filiorum ejus, Adventor nomine, annorum IX, inciderat in graviſſimum vitæ diſcrimen, jamque videbatur agere animam; cum mater filiam Julianam, annos VIII natam, mittit allatum imaginem B. Aloyſii. Vadit filiola, imaginem affert, contingit illâ fratrem; qui nec opinato compos fit ſui, poſituſque in cubili indormiſcit, ac diſcrimen evadit.

F

Idem Philibertus

ſæpe liberatur calculo,

impetrans à Beato quidquid petit,

Item,

A *Item*, anno MDCVII menſe Aprili, ipſe D. Philibertus prædictus detinebatur lecto, articulari laborans morbo, qui præcipue occupaverat collum, non ſine periculo, ne fauces obſtructæ intercluderent ſpiritum; nec poterat vel tantillum movere caput, nec vocem emittere niſi ſummo conatu ac dolore; jacebatque adeo tumefactus guttur, ut præſentibus exhiberet ſpectaculum commiſeratione dignum. Ita conſtitutus accerſi jubet aliquem è Patribus noſtris, quo utebatur arbitro conſcientiæ ſuæ, ut ſibi in extremo illo diſcrimine adeſſet. Adductum Patrem rogat, ut poterat, æger, ſibi ut guttur contingeret ſignaretque Reliquiâ B. Aloyſii, quam circumferre Pater ſecum conſuevit. Fecit is continuo quod rogabatur, ſignavitque miſerum hominem, non tantum prædictâ B. Aloyſii Reliquiâ, verum etiam laciniâ epiſtolæ, cui ſuum B. Carolus Borromæus olim inſcripſerat nomen. Vix ita ſignatus æger fuit, cum incipit fortiter movere more ſolito caput, loqui libere, cum ceſſatione doloris atque admiratione, tum ſua, tum circùm adſtantium. Et hanc quoque gratiam acceptam refert meritis B. Aloyſii.

& morbo articulari in collo.

Anno 1607 femur graviter dolens,

Eodem anno MDCVII (*ut & hoc addam, quia ejuſdem Scriptoris eſt, & eodem fere tempore contigit, & in eodem Taurino*) die XII Julii, D. Petrus Lumellus cauſidicus, unus è Secretariis Senatus Taurinenſis, ſenſit catarrhum ſibi delabi ſummo cum dolore ac violentia in dexterum femur, unde nec dormire, nec manducare, nec movere ſe loco, nec pedem figere in terra poterat: imo nec poterat lecto incumbere. Inciſa ei fuit vena, applicatæ cucurbitulæ, adhibita alia non unius generis medicamina, ſed nullum inde conſecutum lenimen eſt; conſtititque ſibi dolor, quin & incrementum cœpit die uno & noctibus duabus, commendante interim ægro ſeſe ardentibus votis Deo ac beatiſſimæ Virgini Mariæ; quando in mentem ei venit, uxorem ſuam præcipuo ſtudio colere B. Aloyſium Gonzagam, propter acquiſitum patrocinio ejus neſcio quod beneficium. Quamobrem ipſe quoque commendat ſeſe eidem B. Aloyſio & B. Carolo Borromæo; additque votum, ſe novemdialem pietatem obiturum inviſendo quotidie eccleſiam noſtram, in qua B. Aloyſii imago conſpicua eſt; nono die ſumpturum ſacram Euchariſtiam, & oblaturum femur argenteum, ſi exaudirentur preces ſuæ. Facto voto ſtatim incidit in ſomnum, quem capere non potuerat ex quo dolor iſte cœperat ſævire; ac dormivit continenter quinque amplius

B

C horis. Experrectus autem, comperit dolorem abiiſſe omnem, ſanitatem ſibi ſentit de integro reſtitutam, ſurgit propere de lecto, obambulat cubiculum, non aliter quam ſi nullum dolorem paſſus fuiſſet: neque vero deinceps ullum paſsus eſt. Paulo autem poſt expoſuit cuidam noſtrorum Patrum gratiam, quo diximus modo acceptam; & votum quod fecerat complevit.

oſt votum Aloyſio factum curatur.

h *Hujus ejuſdem miraculi, narratio quidem brevior, ſed ampla probatio, legitur etiam in Relatione Auditorum Rotæ num.* 123.

i *Narrat hæc etiam teſtis Ramanus* VI *modo non diſſimili, & concludit*, prædictum Nobilem, uxorem ejus & filium, ſanationem illam pro magno B. Aloyſii miraculo & habuiſſe & tota urbe publicaſſe: & quia tunc temporis nulluſdum inchoatus erat proceſsus ſuper geſtis Beati iſtius, factum ſimpliciter relatum fuit in tabulas à D. Camillo Guidi, Notario epiſcopatus; quas tabulas, *inquit*, ego ipſe vidi; & nobilem virum, qui faciendas curavit, probe novi: eoque magis miraculum eſſe exiſtimo, quia voto uxoris ſucceſſit curatio ſine mora & ſine medicamentis. A. VIRG. CESARIO.

CAPUT III.

Aliorum, etiam illuſtrium virorum, curationes varii generis.

VIII. 338 JUliam Marinam Brixienſem, anum quinque & ſuptuaginta annorum, poſt trimeſtre ſanguinis menſtrui ſive uterini profluvium, anima defecerat, atque inſuper ardens coorta febris exitialibus acceſſionibus urgebat. Duo, primi in ea urbe nominis medici, Bettera & Grillus, de ejus valetudine, prius auditione, deinde etiam conſpectu ipſo edocti, morbum cùm ſuapte natura, tum propter gravem feminæ ætatem incurabilem eſſe cenſuerunt. Profluvium ſiquidem ſanguinis, cum dolore erumpentis, certum eſſe indicium ulceris alicujus latentis in utero; neque aliud omnibus remediis poſſe perfici, quam ut in permoleſtam aquam intercutem, cujus jam manifeſta argumenta præferret pedum tibiarumque tumorem, tandem deſineret *a*. At illa, hortatu filii ſui, in æde ſacrarum maxima Brixiæ Manſionarii, quo die Brixiæ in honorem B. Aloyſii feſtus dies agebatur, ſuſcepto voto, opem ab eo petit; atque trium dierum ſpatio, febri, ſanguinis profluvio, doloribus liberatur; pedes item ac crura in paucis diebus, tumore poſito, priſtinum in modum revaleſcunt. Brixiæ res teſtata monumentis mandatur, votumque ſolvitur.

Vetula ſanguine fluens ſanatur.

a

E

339 Romæ hominem inopem febris, decimo verò die ingens acceſſionis impetus inceſſerat, ſimul uſque eo ſoluta alvo, ut ſe extinctum iri crederet. Quoniam vero nihil ei, quo vitam toleraret, aut valetudinem curaret, ſuppetebat, cum ſe in duobus xenodochiis, Chriſti amore hoſpitio accipi fruſtra oraſſet, iter cepit ad id valetudinarium, quod in monte Cælio haud longe abeſt à Lateranenſi Baſilica. Ex itinere divertit in ædem Annuntiatæ, in qua B. Aloyſius ſitus eſt; atque ad ejus tumulum proſtratus, flagrantiſſimo animo; Aſpice me, inquit, beate Aloyſi: ſi effeceris, ut hæc febris, hocque profluvium quieſcat, etſi mendicus ſum, tamen quod unius ſcutati ſit donum huc ex voto feram. Egreſſus æde, dum viam pergit, paulo poſt animadvertit & febrim jam ſe, & profluvium, atque omnem denique corporis difficultatem deſeruiſſe: neque vero horum quidquam poſtea acceſſit. Igitur poſtquam mendicando ſtipem unius ſcutati coëgit; voto ſe exolvit.

ac Romæ mendicus ſimiliter æger,

F

340 Franciſcus Fabrinus, civis Romanus, cum pridie S. Matthæi ſtrepitum quemdam veſperi in tecto ſuæ domus fieri audiſſet, rei explorandæ cauſa, murum duas perticas & ſemis altum, unde in illud proſpectus erat, conſcenderat. Ubi, velut à quopiam ſe percellere nitente, ſentit pedibus vim afferri, ac fallente veſtigio retrorſum actus prono capite præcipitat in domus impluvium; ac, ſi recta delatus eſſet, neceſſario illi in grande latumque ſaxum, quod pro janua quadam jacebat, caput offendendum erat: quippe in illud pileus, quo opertus erat, decidit. Sed cùm per aërem labens B. Aloyſium, ut opem ferret, inclamaſſet; vi quadam, quaſi humeros ſubeunte, ſublevatus, aliquot inde paſsus ad vas amplum fictile ſic abreptus eſt, ut capite in ejus orificium illato, nuſquam tamen labro illius impacto, reliquum corpus hæreret in aëre. Ac tantus fuit præcipitantis

aliuſque ex alto præcipitatus.

A. VIRG. CEPARIO impetus, ut in vas immersus, neque se eximere, neque vel tantillum commovere posset: sed neque opem implorantis clamor exaudiebatur. In illis angustiis deprehensus, iterum B. Aloysium invocat, atque extemplo, mirum quantum parvo negotio, sine vulnere, sine tumore, sine dolore ullo inde exiit. Igitur salutem suam B. Aloysio acceptam ferens, confestim humi prostratus, honorem illi habet, gratesque dicit; ac deinde grati sui animi acceptique beneficii monumentum, rei gestæ imaginem, ad sepulcrum affert.

IX *curatur gravissimis febris,*

341 Adrianus Montemelinus Comes, Perusii diuturna ac difficili implicitus febri, neque assidua medicorum diligentia, neque multiplici remediorum genere atque præstantia levari poterat. Postquam quinquaginta admodum dies ægrotarat, quidam è Societatis collegio quod est Perusii, modicum cutis frustum, quod de B. Aloysii corpore qua nocte ille decessit abscciderat, Rectori ejus collegii, ferendum Comiti, dedit. Allatum ejus cervici appenditur: nec mora, finitur febris, neque amplius revertitur. Id pluribus consignatis tabulis proditum est.

342 Cum Vincentius Mantuæ Dux Romam, B Paulo V. Pont. Max. pedem, more majorum, osculatum venisset, & ipse ad B. Aloysii cognati sui b sepulcrum venerabundus accessit *b*, atque à Marchione Castellionensi, Cæsaris Oratore, insignem Reliquiarum ejus partem accepit dono. In reditu verò ad suæ ditionis oras, primum Florentiæ, ac deinde Mantuæ valetudine quadam detentus est; quam, crebro totas hebdomadas ac menses affixus lecto, continuis acerbisque doloribus conjunctam, experiri solet. In ea quam propitio sit usus B. Aloysio, intelligi licet è litteris, quas, paucis diebus quam domum reverterat, ad eum ipsum Marchionem dedit. Sunt autem hæ. „ Illustrissime & „ Excellentissime Domine. Nactus occasionem, certiorem te faciendi de prospero meo domum reditu „ (quam rem satis scio, pro tuo in me amore, haud „ tibi mediocri voluptati fore) neque illud reticere „ possum, aliquem me jam fructum commendatio- „ nis Beati Patris nostri Aloysii Gonzagæ cepisse „ Florentiæ siquidem cum essem, consuetâ meâ va- „ letudine gena correptus, cum votum quoddam „ eidem Beato vovissem, ac Reliquiis ejus, quas „ abs te accepi, partem affectam in crucis figuram C „ contigissem; admirabili quodam modo leniri do- „ lor, & malum solito citius evanescere visum est. „ Huc vero postquam deveni, iterum mihi eadem „ ægritudo latus, quod haud paulo majoris periculi est, incessit. Iterato & confirmato voto, ite- „ rumque adhibitis rite Reliquiis, assequi dicendo „ non possum, quam inusitato more recesserit. Ita- „ que ego ille, qui totas hebdomadas antea maxi- *attactu Reliquiarum:* „ mis doloribus jactari, & complures postea dies in „ confirmanda valetudine consumere solebam, nunc „ ex toto sum his omnibus solutus. Quæ omnia Bea- „ ti nostri precibus, quibus intercedentibus credo „ equidem, Deum, ad suam gloriam, ea mihi in lo- „ co gratiæ largitum esse, accepta refero. Id quam- „ primum te scire volui, tecumque hoc meum cæ- „ lestе gaudium communicare, quod tibi item in „ primis jucundum fore certo noveram. Simul vi- „ sum fuerit Pontifici Maximo Domino nostro per- „ mittere, ut aræ illi ponantur votaque fiant, quæ- „ so id mihi statim renunties: nimirum ut votum „ meum exsolvam, atque in animis hominum qui mei „ sunt juris, pietatem adversus illum, plenam sancti- „ tatis, defigam atque propagem. Ex animo precor, „ ut me tibi commendatum esse velis, simulque ma- „ nus tibi exoscular. Mantuæ Pridie Kalendas O- „ D ctobris MDCV. Vestræ Excellentiæ cognatus & „ servus, Dux Mantuæ.

343 Sigismundus Miskowski Gonzaga, Marchio Mirawiensis, Magnus Marscallus Regni Po- *& Marscalli Poloniæ.* loniæ, Capitaneus, &c. vir Illustrissimus, superioribus annis à Mantuæ Duce in Gonzagarum gentem allectus, legatus erat à Poloniæ Rege in Pannoniam, ut inde novam sponsam Poloniæ Reginam deduceret. Is cum Pragam venisset ad Cæsarem, à Guilielmo Sanclementio, Regis Catholici apud eum Oratore, viro excellentissimo, brevem de virtutibus, sanctimonia, & miraculis B. Aloysii Gonzagæ commentarium manu scriptum, ejusque prælo excusam effigiem accepit. Is cum iter suum per Bohemiam prosecutus, prima luce in oppido cui nomen Budroas rei divinæ adesset; repentinò tam vehementi dolore gravique morbo oppressus est, ut in lectum abjicere se cogeretur, eoque magis ancipiti, quod ejus vim & naturam medici assequi non poterant. Idem mali ardor totum eum diem usque ad mediam noctem tenuit: tum vero, ubi neque somnum neque partem quietis ullam capere poterat, rediit in memoriam ejus scripti, de quo memini; collectoque E pauliſper animo, illud cœpit evolvere; ac subinde, intentis in Beati imaginem oculis, opem ejus ferventi propensoque animo exposcere. Vix vota finierat, cum arctior eum in multam lucem complectitur somnus: expergefactus, ex toto restitutam sibi sanitatem esse comperit. Actis Deo beatoque Aloysio gratiis, certus donarium ad ejus sepulcrum Romam mittere, iter suum secundo Numine persequitur. Hæc omnia ipsemet vir Illustrissimus Cracoviæ, apud ejus urbis Antistitem, jurejurando testatus est *c*; atque ibidem rei ge- c stæ historia typis vulgata est, una cum Oratione, quæ de B. Aloysii laudibus Lublini est habita.

344 Flaminius Baccius *d*, Romanus Doctor, ejus d qui consilio sacrorum Rituum est à secretis, adjutor, in febrim quotidianam duplicem inciderat; *Dysenteria laborans,* simulque eum gravius inquies & tinnitus aurium, somnum omnem prohibens, fatigabat. Cum nullis medicorum auxiliis ad sanitatem proficeret; insuper in prima & vigesima accessione, torminibus etiam, quæ nullum quieti locum relinquebant, infestari cœpit. Compluribus remediis à medico frustra consumptis, sub horam quartam ejus F noctis qua febris quartum & vigesimum accessit, omnibus qui sibi ministrabant cubitum dimissis, increscente novo impetu dysenteria, crebrius multam & cruentam ventris proluviem dejecit. Ea re perterrefactus, cum naturali ope se refici posse desperaret, metueretque ne se eâdem nocte anima deficeret; multas de corporis deque animi salute curas secum volvebat. Septima ejusdem noctis hora, subit animum B. Aloysii memoria; cujus vitam ac miracula, summatim descripta, Joannes Paulus Mucantius Pontifici Maximo à cærimoniis, & sacrorum Rituum consilio (cui Pontifex de eo in Sanctos referendo consultandi negotium demandarat) à secretis, tribus ante die- *invocato B. Aloysio.* bus ei prælegerat. Hunc obtestari cœpit, ut Deum sibi placaret; & quoniam capitis dolor ac debilitas supinum recumbere cogebat, cum utraque manu pansa vultum sibi operuisset, quam elata potuit voce & significatione pietatis, suam ipse vicem miserans, his eum verbis invocat: O beate Aloysi Gonzaga, quem ad tantam gloriam Deus evexit, dignare tuas mihi manus imponere: equidem certam inde salutem expecto. Quæso te, gratiosè

A gratioſe apud Deum adoleſcens, concede hoc mihi gratiæ cauſa, ut ad decernendos tibi Cælitum honores, quos tam ardenter optavi, operam meam navare poſſim. A. VIRG. CERARIO

345 Vix hæc pronuntiarat, cum ſentit veluti Beati manibus vultum ſibi uſque eo premi ac ſubigi, dum naſus flecteretur. Interim dum modice reſpirare nititur, tenuem quidem, ſed gratum ac multo ſuaviſſimum odorem hauſit; quo tantopere recreatus eſt, ut continuo condormiſceret; neque ante poſteri diei horam duodecimam, qua ab ancilla excitatus eſt, evigilaret. Tum vero ſe divinitus optato beneficio ornatum eſſe cognoſcit. Quinque ipſas horas dormierat, non illi condolebat caput, non laborabat torminibus, humores qui coiverant digeſti erant atque diſcuſſi, alvus jam aſtricta requietem dabat, febris deceſſerat, ab omni denique ſiniſtra affectione confirmatus erat. Ergo ille domeſticis omnibus, ſibi divinitus rectè eſſe, prædicare, veſtes poſcere, lecto egredi velle. Interea medicus cùm adveniſſet, finitamque febrim ac morbum remotum reperiret; cognito quid ea nocte eveniſſet, obſtupuit ſcilicet, ac rei certius explorandæ, urinam inſpicit; in qua B negavit ullum præteriti mali veſtigium apparere, & Deo cum ceteris gratias egit. Cupiebat ipſe quidem quam primum domo ad inclitum B. Aloyſii corpus venerandum exire; ſed medicus, quod experiri vellet, num febris reverteretur, duos dies domi morari juſſit: quibus elapſis, pictati ſuæ morem geſſit; hæcque omnia, ſua teſtificatione firmata, in inſtrumenta retulit. *ſubito convalescit.*

XI 346 Benedictus Rudolfius, Nobilis Florentinus, cum eſſet ſeptemdecim menſium, faſcinatus (ut veriſimile eſt) à malo genio obſideri cœpit; fuitque in ejus poteſtate ad annum uſque ætatis undecimum: quique antea bonæ habitudinis, coloris ac roboris eſſet; poſtea corpore pallido, macilento, manco, gibboſo, contracto; ad hæc moroſus, & ſupra quam credibile ſit, iracundus fuit. Quoties à matre vapulabat, oculis horribilem in modum ardere; ſe ipſe crebro cædere; caput muro impingere; in terra volutari; matrem, ut ſe enecaret, orare; in aquam præcipitem ſe dare; aliiſque modis vitam ſibi adimere conari; docili quamvis eſſet ingenio, doctrinæ tamen Chriſtianæ capita ægerrime diſcere; prætereunte ſupplicantium pompa, in qua Sanctorum Reliquiæ C ferrentur, ad feneſtram contineri non poſſe; vociferari, turbari, & jam grandiuſculus ſe proripere; non raro quædam ſupra ætatis captum dicta dicere; nonnumquam etiam à dæmone tantillus puer ad ſermonis geſtuumque obſcœnitatem impelli. Principio, ignotâ adhuc vi mali, medicis curandus erat traditus: ſed nihil profectum eſt. Comperto dæmonis furiis agitari, ſacræ preces ad eum expiandum crebro adhibitæ, & deductus ad ædem beatiſſimæ Virginis Matris, quæ Sumani haud procul Piſtorio, magno energumenorum concurſu celebratur. Fruſtra utrumque fuit. *Puer pridem à dæmone latente poſſeſſus,*

347 Anno MDCV menſe Decembri, cum ab importuno genio ſolito gravius vexatus eſſet; commemoravit matri, manifeſtò objectam ſibi Chriſti crucifixi ſpeciem, duobus Sacerdotibus latera ſtipantibus, quæ bono animo eſſe juberet; in brevi liberatum iri. Mater duos illos Sacerdotes, beatos è Societate Jeſu viros, Ignatium & Xaverium interpretata, eorum Reliquias quærit, nec reperit. Ubi vero didicit, Violanti Medicææ, lectiſſimæ feminæ, nonnihil eſſe de Reliquiis B. Aloyſii, eas impetrat, puerique collo alligat. Vix admotæ erant, cum ille vehementi motu concuti, ingentique clamore, uti eas auferrent, flagitare; quod earum contactu undique uri ſe diceret. At qui aderant vi retinere adigunt, dum Sacerdos devovendi gnarus accerſeretur: quem inter execrationes Reliquiis item illis uti juſſerunt: qua re in libertatem vindicatus eſt. Nam cum Sacerdos, inter expiationis ritus Beati Reliquiis alias atque alias pueri corporis partes contigiſſet, neque uſquam dæmonem deprehenderet; tandem exceſſiſſe ſuſpicabatur. Ad extremum in ſiniſtro brachio prope manum latitantem cum offendiſſet, ſuperimpoſitis Reliquiis abire compulit, puero ſemianimi relicto. Singularis tamen ejus quies & tranquillitas fuit; cui item poſtea ſemper conſtitit, ac, dum hæc mandamus litteris, etiamnum conſtat. Puero mirifica in B. Aloyſium pietas hæſit, matremque oravit, uti ſe ſtudiis tradat, itáque educet, ut aliquando Societati aggregatus B. Aloyſio in loco filii eſſe poſſit. Hiſce de rebus omnibus, auctoritate Archiepiſcopi Florentini, fide publica, litteræ conſignatæ ſunt. *an. 1605 adhibitis Reliquiis liberatur.*

348 Angelæ Bonhomiæ Brixianæ, puellæ XXI annos natæ, crus utrumque ad eum modum mutilum erat, ut dextrum ſeptem locis foratum, ſiE niſtrum craſſiſſimo tumore in ſummo pede impeditum eſſet. Itaque non niſi ligneis adminiculis, utrique axillæ ſubjectis, ſe movere aut ingredi poterat; ac tum etiam ægre; quod neque dextrum pedem umquam humi figere poſſet, & ſub alis perpetuo eorum uſu brachia luxata haberet. Jam alterum & dimidiatum annum ad hunc modum claudicarat, cum die anniverſariæ B. Aloyſii memoriæ ſacro, hortatu feminæ *e* nobilis ac piæ, ad e ædem S. Antonii, ubi Patres Societatis domicilium habent, in qua propoſita eſt Beati imago, ſe contulit; ac vix intra templi limen conſtitit, cum præ laſſitudine porro progredi invalida, humi procumbit in genua; converſaque ad Beati effigiem, & Oratione Dominica atque Salutatione angelica quinquies recitata, ſanitatem ab eo poſtulare inſiſtit. Addit inſuper votum, ſi compos fiat, quando nihil aliud inopi ſuppeteret, adminicula illa ſua apud imaginem ejus, indicium acceptæ eo agente à Deo ſalutis, ſuſpenſuram. Remigrat domum. Eadem nocte lacunæ illæ dextri cruris impleri, ſiniſtri tumor reſidere incipit. Itaque poſtridie mane, valetudine in melius inclinatâ confirmatior, altero dumtaxat adminiculo; intra tertium quartumve diem, neutro eguit: paulo poſt vero adeo plena ſanitate potita eſt, ut dextrum crus, quod antea vis mali contraxerat, in juſtam longitudinem excreſceret; ac proinde crepida, qua plus tres digitos altâ erat uſa, ſubmittenda neceſſario fuit. Hujus præſtiti ſibi divinitus beneficii memoriæ perpetuandæ cauſa, adminicula ſua juxta Beati effigiem in illa æde appendit. F *Pedibus debilis,* *fulcra ſua vovens, curatur.*

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *A dictis huc uſque, non multum diverſa eſt depoſitio teſtis* VI *in proceſſu Romano, quod ad morbum Juliæ & judicium medicorum attinet; adjungit autem*: Aderat jam feſtus B. Aloyſio dies, cum D. Petrus Marinus, ægræ filius, in cathedrali eccleſia Magiſter Capellæ, ut vocant, qui illo die apud nos præeſſe Muſicis debebat, non comparuit, nec potuit comparere, quia mater ſua agebat animam: quod mihi, qui curam muſices habebam, utpote Præfectus ſtudiorum, permoleſtum fuit. Biduo poſt ad me venit ipſe D. Marinus, cauſans peri- *Julia Marini annorum 75*

culum

ANNOT. C. J. *à morte liberatur.*

culum moribundæ matris jam dictum, quo minus adesse potuisset: ipsam tamen, addebat, eodem die, per gratiam Dei & miraculum B. Aloysii, omnino sibi restitutam sanatamque fuisse; Quia ego, inquiebat, memor festi quod agebatur jam dicti Beati, ad ipsum confugi; curavi votum ei à matre nuncupari, & illa, eo facto, plane sana fuit, cessante fluxu sanguinis & reliqua ægritudine. Scio autem prædictos medicos sancte testatos esse, id fieri non potuisse absque miraculo, tum propter gravitatem mali, tum propter senium ægrotæ.

b Unà cum Illustrissimo Dom. Cardinali Borghesio, *uti testatur ipsemet Dux in sua depositione, facta Mantuæ die* v *Novembris* MDCVII: *ubi & confirmat quæ per sequentem epistolam significaverat Principi Francisco, de beneficiis ad invocationem Beati à se acceptis: additque, post illud tempus* se quidem adhuc tentatum fuisse articulari morbo, sed numquam tam vehementer ac solebat prius: insuper & aliis pressum doloribus atque ægritudinibus, post imploratam Beati opem, numquam non lenimen sensisse.

c *Quin imo post editam B. Aloysii Vitam, iterum rata habuit sua illic dicta, à Cepario impressa, idem Illustrissimus Dominus Marscalcus; idque coram legitima auctoritate, scilicet Vicario Cracovienſi, Notario publico ac testibus, per sequens instrumentum Latinum, quod etiam legitur in processu Romano*: In nomine Domini Amen. Universis & singulis, quorum scire interest; per hoc publicum instrumentum manifestum volumus. Quomodo anno à nativitate ejusdem Domini MDCVI, indictione Romana IV, Pontificatus sanctissimi D. N. D. Pauli divina providentia Papæ V, die vero XI mensis Februarii, Sabbato hora III pomeridiana in medio horologio, Cracoviæ metropoli regni Poloniæ, in curia Illustrissimi Domini Sigismundi Myszkowsky Gonzagæ, Marchionis de Mirow, supremi regni Poloniæ Marscalci, coram Reverendissimo D. Paulo Dembsky, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Laodicensi, Suffraganeo, Canonico, Vicario in spiritualibus, & Officiali generali Cracovienſi, in mei Notarii publici ac testium infra scriptorum, ad hunc actum specialiter vocatorum & rogatorum, præsentia personaliter constitutus prædictus Illustrissimus regni Poloniæ Marscalcus, & ad instantiam admodum R. P. Decii Striverii, Provincialis Societatis Jesu in regno Poloniæ, legitime ad perhibendum testimonium veritati ad futuram rei memoriam invitatus, vivæ vocis oraculo, beneficium, quod per invocationem B. Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu à divina Majestate obtinuit, sub juramento coram Reverendissimo supra nominato Suffraganeo & Officiali Cracovienſi & aliis, hisce conceptis verbis luculenter confessus est.

B

Sigismundus Myszkowsky

Poloniæ Marscallus

C

Anno Domini MDCV, cum essem à Sereniſſimo Poloniæ Rege Domino meo Clementissimo Nuntius in Carintiam designatus, in ipso itinere die x Octobris, in oppido Bohemiæ Budroacâ, summo mane sacro Missæ officio assistentem, quidam repente insolitus dolor invasit, ipsis medicis inexpertus, qui & in lectum me prostravit. Proxima nocte media, dum dolor somnum excuteret, venit in memoriam quoddam scriptum, quod in transitu Pragæ ab Illustrissimo Domino Guilielmo de sancto Clemente, Regis Hispaniarum Oratore, penes Cæsaream Majestatem degente, acceperam; in quo B. Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu nonnulla sanctitatis testimonia continebantur. Collegi me nonnihil legendo; &, imaginem Beati impressam ipsiusque merita contemplando, auxilium ipsius implorare cœpi. Res mira! Sopor repente membra occupat, & ad horas aliquot diurnæ lucis protractus, ita dolorem sustulit, ut experrectus, Deo ac Beato gratiis actis, perfecte sanus, iter inceptum prosequerer. De quibus omnibus præfatis, admodum Rev. P. Decius Striverius, Provincialis Societatis Jesu per Poloniam, petiit à me Notario publico sibi instrumentum seu instrumenta, unum aut plura confici & conscribi, prout confeci & conscripsi, rogatus & multoties requisitus, præsentibus venerabilibus & nobilibus, admodum Reverendis Dominis, Stanislao Skarszewsky Canonico Cracovienſi, Stanislao Radzimsky Societatis Jesu Presbytero, & aliis testibus vocatis, & ad præmissa rogatis.

D

de recuperata valetudine sua.

Testimonium Decii Striverii

In eadem Polonia (ut quæ eódem spectant, & ad idem fere tempus referuntur, hic conjungamus) alias quoque sanctitatis suæ potentisque apud Deum patrocinii demonstrationes dedit Aloysius, nec tantum in præstanda incolumitate corporis, verum etiam in reddenda salute mentis. Legi in archivo Societatis nostræ Romano instrumentum, probe subscriptum & sigillo munitum, cujus exemplum penes me est, quale sequitur: Ego Decius Striverius, Societatis Jesu in regno Poloniæ Præpositus Provincialis, ad Dei omnipotentis gloriam, & venerabilis Aloysii Gonzagæ, Societatis nostræ Religiosi, beatæ memoriæ, honorem, testor coram Deo, me ex cujusdam Religiosi, pii & fide digni certa narratione accepisse, ejusdem B. Aloysii meritis, intercessione & Reliquiis magnum se beneficium consecutum: cujus Religiosi testimonium scripto mihi traditum, totidem verbis, quibus ab eo accepi, ad posteritatis memoriam transmitto. Vir quidam cum multos annos in Religione peregisset, nihil minus timens, quam carnis illecebras, inexpectatas molestias per unum annum, & eo amplius sine consolatione ulla sustinebat, jejuniis, ciliciis, verberibus, lacrymis, quibus interdum, à mensa & communi conversatione secedens, indulgere cogebatur; orationibus, facie in pulverem prostratâ, inclamans divinam misericordiam. Accedebant spiritus blasphemiæ, quasi nec Deus, nec Sancti, nostri curam gererent, si huic tam infelici miseriæ non subuenirent. Post multa, invocato B. Aloysio Gonzaga, ejusque Reliquiis ad collum appensis, de cujus vita innocenti quædam audiverat, repente facta est tranquillitas maxima. Hæc ita accepta à me esse ab eodem Religioso, qui beneficium tam singulare se consecutum agnoscit, adhibita Sacramenti religione, coram Deo testor, & testimonium hoc meum propriæ manus subscriptione ac sigillo officii confirmo. Polonaniæ x Junii MDCV. *Et subscriptum erat.* Decius Striverius: *affixoque sigillo inscriptum legebatur*, Provincialis Provinciæ Poloniæ Societatis Jesu.

E

de viri Religiosi tentatione carnali,

invocato B. Aloysio depulsa;

F

Hæc eadem ita ad verbum leguntur etiam in processu Romano anni MDCVIII, *sed & sequuntur ibi alia, similiter latine scripta ab eodem P. Striverio, hoc modo:* Quoniam vero ad majorem supraſcripti testimonii, à me Romam transmissi, confirmationem, duo à me exigebantur ex Urbe; primum, ut quod Religiosus ille scripto mihi tradiderat de gratia singulari, intercessione B. Aloysii sibi concessa, proprio etiam juramento confirmaret: secundum, ut adderet, an gratia aliquamdiu perseveraſſet pro B. Aloysii honore: iterum egi cum dicto Religioso Societatis in provincia Poloniæ; qui pro sua obedientia in Superiorem, à quo hujusmodi attestatio jurata exigebatur, ad utrumque punctum ita mihi scripto respondit XXI Decembris anno MDCV: Quod in substantia scripsi de

publice testatur

& confirmatio

gratia

A gratia prædicta, ratum esse volo præsenti scripto, tamquam vero juramento. Quod attinet ad interrogationem, utrum duret vel non duret ea gratia; respondeo, Dei benignitate durare; quod sub eodem juramento comprehensum volo. Non quod intelligam durare in ea perfectione qua in- *ejusdem testimonii:* veniebatur in B. Aloysio, qui nec prima cogitationum incitamenta experiebatur; sed quia est cum ea tranquillitate mentis & corporis, ut non magis timeam in hac parte gravis culpæ periculum, quam in aliis virtutibus religiosis; imo forte minus: nam in nulla alia ita prospectum habeo, quid à me, & quid à Deo expectare debeam & possim. Hæc à me ab eodem Religioso sub juramento accepta esse, proprio juramento coram Deo testor; & sub propriæ manus subscriptione ac sigillo Scriptum hoc ad perpetuam rei memoriam transmitto, ad majorem Dei gloriam, qui mirabilis est in Sanctis suis. Cracoviæ IV Januarii MDCVI. Decius Striverius. Locus † sigilli nominis Jesu.

B *Idem P. Striverius, rectione Polonicæ provinciæ defunctus factusque Provincialis Venetæ, prædicta omnia iterum deponit sed italice, anno* MDCIX, III *Augusti, testis in* *item de Novitii blasphemis cogitationibus,* *processu Castellionensi* XIX; *atque adjungit etiam sequentia.* Alterum miraculum contigit in eodem Poloniæ regno Cracoviæ, Fratri Joanni Janthynschi, novitio Societatis nostræ, quemadmodum ipsemet mihi ore suo narravit, scriptoque & jurejurando, id à me Superiore suo postulatus, confirmavit. Tentabatur ille, Deo permittente, gravibus molestisque blasphemiæ cogitationibus, iisque creberrimis, & ægritudinem animo inducentibus: neque vacuitas ei ab illis erat tempore meditationi ac orationi præstituto: unde, præterquam quod perderet omnem rerum cælestium appetentiam, perpetuis agitabatur perturbationibus. Implorabat frequens opem Dei, beatissimæ Virginis Mariæ & aliorum Sanctorum; & nusquam meruit exaudiri; tenuitque illa ejus animi tumultuatio duobus continuis mensibus; quando ei, recurrentibus tempore orationis matutinæ iisdem permolestis commotionibus, in mentem venit commendare sese B. Aloysio Gonzagæ, è cujus Vita aliqua, quam & legerat & manu sua discripserat ipse, jam didicerat, Beatum istiusmodi aliorum conturbationibus medelam attulisse. Rogat igitur eum, quanta potest applicatione animi, hisce in afflictationibus suis sibi opem ut ferat, una- *similimodo superatis;* que firmam in eum concipit fiduciam, & singulari perfunditur lætitia, quasi jam tentationibus liber esset: quod revera fuit, per merita Beati prædicti, ut paulo post animadvertit, & gaudio exultans ceteris tironibus narravit: jamque mensis unus & eo amplius est, quod plena tranquillitate animi fruatur, usque ad hunc V Martii MDCVI, quo hæc ipsa ille mihi jurejurando testatur: *Ita Striverius; & subdit:* Hæc duo miracula, à me modo relata, *alterum in Sacerdote, alterum in tirone Societatis nostræ facta,* judico ego & certissime teneo, vera miracula esse, cum nequeant alteri causæ tribui quam patrocinio & meritis B. Aloysii. Teneo item pro certo, contigisse eo modo, quo mihi, & hic a me relata sunt, propter virtutem, integritatem, ac fidelitatem illorum, qui mihi Superiori suo ita testificati fuerunt, ac testimonium suum tum scripto tum juramento confirmarunt.

Adjiciamus etiam tertium miraculum ex ejusdem Striverii Provincialis Venetæ depositione, in eodem processu Castellionensi. Nuperis hisce annis, cum in Polonia fui, *inquit*, cognovi plures, qui per ora-

tiones & vota in suis necessitatibus, tam quæ cor- ANNOT. C. J. *denique de incendio.* pori quam quæ animæ incommodant, recurrerunt ad B. Aloysium. Imprimis vero contigit anno MDCVII die XXI Junii Varsaviæ, quæ civitas regni Poloniæ est in provincia Massoviæ, excitari incendium vehemens, quod plurimis domibus absumptis jam invadebat collegium Societatis Jesu, eò versum, vento impellente flammam, & spes nulla supererat Patribus illud tutandi; cum recordatur P. Fredericus Barcius, Regi à confessionibus, illic præsens, agi illo die anniversariam felicis B. Aloysii ad cælum transitûs memoriam; unáque erigitur in spem, & alios Patres ipse erigit, suadetque ac persuadet Superiori domus, ut voveat se suosque omnes, quotannis illo die aliquid boni o- *jam tectum collegii carpente,* peris facturos in honorem B. Aloysii, si ipso protegente, collegium ab incendio conservaretur. Vovit Superior, & eodem temporis puncto, præter omnium expectationem, tota ventorum vis, quæ incumbebat in collegium, veluti retrorsum acta, vertit in partem contrariam; eódemque etiam impulit à tecto flammam, ita ut quod ab illa jam tactum erat, haud difficulter extingueretur. At vero, ut magis elucescat certitudo miraculi, simul atque ignis suppressus fuit, denuo vertit ventus, ac flare, uti primùm, denuo cœpit versus Septemtrionem; atque ita flare perrexit multos dies, quemadmodum & multos ante ortum in- *alio repulso.* cendium sic flaverat. Hæc autem per intercessionem ac merita B. Aloysii ita evenisse, pro certissimo habuerunt, & cum animi gratitudine agnoverunt Patres nostri; & mihi primum per litteras testati sunt, deinde etiam coram confirmarunt Patres, Paulus Boxa Vice-provincialis Lituaniæ, Fredericus Barcius suprà nominatus Regis Confessarius, & Joannes Horcheusci; qui incendio adfuerunt.

Ex his tribus miraculis, à P. Striverio depositis, primum quod agit de Sacerdote religioso, impuris blasphemisque cogitationibus importune vexato, probandum *De prædicta tentatione carnis ac blasphemiæ* *curavit Ceparius, fieri nisi divinitus non potuisse; collectaque illa de re judicia mediçorum ac theologorum obtulit sacræ Auditoribus Rotæ. Exemplum scripturæ penes me est, latinis ut sequitur verbis conceptæ, qua simul etiam probatur miraculum insani amoris adulteræ erga adulterum, momento temporis in odium conversi ad invocationem B. Aloysii, de quo mox. Præmittamus approbationem, primum ex judicio medici, qui ita censet:* Cum hæc vexatio *Sacerdotis religiosi, à carnis tentatione agitati, & statim ab oratione ad B. Aloysium fusa, contactuque Reliquiarum ejus liberati,* potuerit fieri ex morbo, non solum ex tentatione spiritus nequam; liberatio ab illa etiam à medico expendi potest. Proinde dico, quod si hæc vexatio fuit à morbo, quod frequenter fieri solet, & morbus vocatur Satyriasis, ejus sanatio tam cito facta absque applicatione remedii, potest dici miraculosa: cum talis morbus fiat à vehementi causa, nempe ex copioso affluxu spiritus calidi ob dilatationem arteriarum, vel ex flatus copia in parte excitata, ut Galenus de loc. aff. cap. ul- *judicium medici,* timo, & 14 Met. cap. 7: ac propterea quamvis curationem admittat, tamen non facile solvitur, ut in casu proposito; quin imo periculosus est & aliquando etiam occidit, ex auctoritate Aëtii serm. 11 cap. 32. Quare si non fuit ex morbo, sed à dæmone, miraculosa fuit liberatio: si autem non fuit à dæmone, sed à morbo, etiam fuit miraculosa. *Subscriptum est:* Ego Julius Cæsar de Galla, artium & medicinæ nec non sacræ theologiæ Doctor, & in publico Romano gymnasio philosophiæ ordinarius & primarius Professor, ita

ANNOT. C. J. sentio ut scripsi, & manu propria subscripsi. *Sequitur judicium Theologorum:* Ad carnis tentationem duo potissimum intrinsece concurrunt, inflammatio caloris cum agitatione spirituum animalium, & phantasiæ seu imaginationis commotio. Ut autem concedamus utrumque humano & consueto modo sedari ac temperari posse, id tamen temporis moram, & longam ac diuturnam curationem exigit; quod idem dixerim de spiritu blasphemiæ, qui maxime oritur ex vehementi & molesta imaginatione. Si igitur utrumque malum Reliquiarum contactu subito curatum est, ut asseritur in facto; non videtur dubitandum, miraculum esse ratione modi: quo modo miraculum fuit subita curatio socrûs Simonis, quæ Christi Domini contactu ilico convaluit. Licet enim febris arte medica curari potuisset, non tamen subito, sed temporis decursu & medicamentorum usu. Idque in casu proposito multò magis existimandum est, quia hæc mala spiritualia difficillime curantur, sive à corporis constitutione, sive à dæmone oriantur. In hoc autem casu id etiam ad miraculum accidit, quod pax & tranquillitas subsecuta continenter perseverat, quod citra peculiare Dei auxilium non solet accidere.

& theologorum.

B

Itaque cum hic effectus, ratione modi quo contigisse dicitur, à nulla naturali causa, sed à Reliquiarum contactu processerit, vere ac proprie miraculo adscribendus est. Quomodo S. Augustinus, lib. 22 de Civit. cap 8, miraculo tribuit subitam conversionem cujusdam Martialis; qui cum à baptismo & fide Christi maxime abhorreret, genere ipsius ad memoriam S. Stephani oravit, indeque flores quosdam abstulit, quos capiti ejus supposuit; & ille postmodum summo mane evigilans baptismum petiit. Quod multo magis de adultera crediderim, quæ adulteri amore ita capta erat, ut à flagitio cohiberi non posset: quæ cum se B. Aloysio commendasset, ardentissimum amorem in odium subito commutavit, & à scelere abstinuit. Hæc enim voluntatis repentina mutatio, neque à causa naturali, neque ordine consueto, ita subito fieri potuit; atque idcirco miraculo adscribenda est; ut de mutatione Martialis scribit Augustinus. Ita sentio ego Benedictus Justinianus Societatis Jesu. Eadem arbitror attribuenda esse miraculo, ego Petrus de Alagona Soc. Jesu. Subscribit etiam his Illustrissimus Cardinalis Bellarminus his verbis: Duo hæc probant sanctitatem B. Aloysii, æque ac quodvis grande miraculum.

Id pro miraculo habentium.

C

Insanæ adulteræ conversio, quæ in præmisso testimonio valde miraculosa reputatur, ita sub juramento describitur à P. Aloysio Valmarana Societatis Jesu, in processu Romano teste IV: Quædam femina, matrimonio juncta, facie decora, sana corpore, annos circiter XXV nata, cujus nomen proferre possem, sed ob famam propinquorum reticeo, Parmæ infeliciter in adulterium lapsa fuerat; atque adeo intemperanter ardebat adulterum, amore conjugi debito in odium verso, ut quinquennio toto, cum manifesto licet periculo vitæ, quavis hora & loco, dummodo facultas aderat, peccaret. Mota aliquando illa fuit vi verbi divini, dum ego forte pro concione dicerem, statuitque ad me accedere; uti re ipsa accessit; obortisque lacrymis exposuit totum id quod res erat; desiderare quidem abstinere ab adultero, sed ardorem suum non posse continere; præterquam quod mutua promissione, jurejurando confirmatâ, tenerentur ambo ne alter alterum desereret umquam. Ego miseræ medelam afferre per aliquot hebdomadas conatus, omnem adhibui industriam ac salutarem medicinam quam potui excogitare; nec tamen potui illam à peccato retrahere, donec tandem ei dixi; Filia, quandoquidem nullum tibi superest auxilium ab hominibus, recurrendum est ad Deum. Confide, si quid potes, in B. Aloysio Gonzaga, qui insigne exemplar munditiei fuit, neque ullam carnis titillationem sensit umquam, imo neque cogitationem lascivam. Vade modo ad imaginem ejus, quæ in hacce ecclesia nostra in honore est: procumbe ibi in genua, & rogita purissimum Juvenem, ut exstirpet è corde tuo impurissimum ardorem illum, quem etiam nunc profiteris mihi, te desperare ut umquam à te repellas; & humanis viribus repelli existimas non posse. Id si verum est, fac votum Deo, quod, si per intercessionem B. Aloysii liberata fueris miserrimâ miseriâ tuâ, offeres ei cor argenteum, & jejunabis in pervigilio diei illius, quo ipse hinc transiit felix ad beatitatem æternam. Hoc si feceris, certum mihi est, te obtenturam quod petis.

D

post votum B. Aloysio factum,

His à me dictis, ivit illa confestim quo jubebatur, inspectante me, diffluens lacrymis, renitente tamen naturâ & violenter eò adactâ. Ubi vero post emissum votum ab oratione surrexit, ilico revertit ad me, dicens, turpem libidinem suam adeo sibi extinctam videri divinitus in momento temporis, ut quanto ea violentior fuerit, tanto nunc ei vehementius successerit odium in eumdem hominem; nec videre se illum, aut alloqui, imo nec audire nomen ejus amplius posse. Appendit etiam quod voverat anathêma; & quatuor aut quinque mensium spatio, quibus mihi deinceps perrexit explicare conscientiam suam, namquam in peccatum relapsa est, quantumvis ab impuro amasio modis omnibus tentata & solicitata fuerit, modo per litteras, modo per certos homines; nunc munusculis, nunc comminationibus: nec potuerit se in publico conspiciendam dare, quin ille vestigia ejus premeret, etiam per vias populo frequentes; diceretque ei insanus amore, aut curaret dici, quod si non se permitteret voluntati suæ, ipse ei cæsim dehonestaret faciem in via publica, & crimen ejus marito denuntiaret, quò ab illo occideretur.

amasium,

E

quem quinquennio toto deperierat.

At illa, jam alia, non secus ab homine isto quam ab ipso dæmone abhorrens, generoso animo contempsit omnia, neque ultra admisit aut certos nuntios, aut munera, aut litteras, aut quidvis aliud, ab illo submissum: cum paulo ante nullum præterlabi diem pateretur, quo eum non conveniret. Respondebat etiam, sese propter gravitatem peccatorum suorum, quam antea ignorans, per gratiam Dei & B. Aloysium didicerat, æquo animo laturam, delicta sua innotescere marito ac toti etiam mundo; & ardenter cupere, non tantum facie concidi, sed occidi quoque potius quam offendere deinceps Deum: cujus amore usque adeo efferbuit, tantoque puniendi in se delicta sua desiderio incensa fuit, ut vix impedire prohibendo potuerim, quo minus ipsamet intemperantiam suam aperiret marito & aliis; castigans interea, me consentiente, corpus suum ciliciis, verberibus, jejuniis, præter panem & aquam re nulla vescens, aliisque hujusmodi pœnitentiæ operibus: in iisque perseveravit V aut VI menses, usque dum à summo Pontifice publicatum fuit jubilæum aliquod, cujus tempore totius vitæ errata mihi retexuit, ac per Confessionem generalem rite expiavit. Tunc æstuans desiderio sic moriendi, summo cum fervore dixit: Pater mi, quandoquidem confidam salutari hujus jubilæi remissione per misericordiam

F

videre non sustinentis;

Stupenda adulteræ conversio

& post confessionem generalem

Dei

A Dei peccata mihi mea nunc condonata esse omnia, unum te rogo beneficium, ut tali die, post quam sacrosanctam Eucharistiam sumpsero, & gratiam jubilæi lucrata fuero, ad aram pro me facias in honorem B. Aloysii, ut is mihi copiam impetret à Deo moriendi, ita uti nunc sum, dispositæ, quo minus recidam in peccatum cum offensione Dei: atque inde cognoscam, quam cœpit mihi Beatus ille impertiri felicitatem, omni ex parte perfectam esse.

præscito die morientis.

Dixi ego præstituto die Missam ea intentione, ut, si major foret gloria Dei, impetraret illi B. Aloysius gratiam quam petebat: ipsa vero eâdem horâ, quamvis ignoraret qua ego horâ celebrarem, suo in cubiculo orabat, idemque rogitabat; uti postea mihi dixit. Absoluto autem sacrificio Missę & oratione sua, cœpit ilico male habere sextâque ejusdem hebdomadæ feriâ decessit. Initio morbi statim jussit accersi me, expiavitque denuo magna pœnitudine animi conscientiam suam decumbens lecto; dixitque deinde, lætitia affluens; Pater, B. Aloysius mihi præstitit quod optabam: certa sum vicinæ mortis. Et tamen nihil tunc minus videbatur allatura infirmitas quam mortem, adeo erat levis. Voluit interea oculis suis perpetuo ob-
B versari affixam conopeo lecti effigiem B. Aloysii ejusque Reliquiam è collo suspensam gestare. Accersit etiam ad se maritum, & matrem, & familiam universam, commissorumque suorum veniam tenerrimo animi sensu me præsente postulavit omnes, prædicens se ex illo morbo certo certius morituram. Voluit denique modis omnibus rogare maritum, sibi ut condonaret injuriam quam ei intulerat, si per me licuisset. Atque ita inter colloquia salutaria, spe plena, animo serena & læta, ex hac vita migravit, postquam illud mihi moribunda mandaverat, ut à morte sua saltem matri, si nollem aliis, indicarem infortunia sua & peccata; ut illa tanto ardentius pro filia preces funderet, pluresque Missas piaculares celebrandas curaret. Feci id ego qua par est cautione apud matrem, atque animadverti illam variis è conjecturis tantum non rescivisse omnia.

Cadaver in amasium,

Ubi portatum ad ecclesiam corpus, ibidem in feretro compositum jacuit omnibus spectabile: adfuit in reliqua populi turba etiam infelix ille amasius, accessitque propius; ac videns nonnullos propinquorum & familiarium osculari Crucifixum & manum defunctæ, insano amore actus voluit
C ipse osculari faciem. Ecce autem quo tempore caput suum ille inclinat ad vultum defunctæ,

propius accedentem,

jam jam osculaturus; cadaver evomuit per os suum magno impetu contra temerarium, copiosam putrefacti sanguinis vim, terruitque hominem & retrorsum adegit. Hæc ipsa defunctæ mater & plures alii qui viderunt, retulere mihi: qui vero conscii erant actorum supra, rem hanc pro duplici miraculo habuerunt, quia nempe illa non solum viva, per singularem B. Aloysii intercessionem, verum etiam post mortem horrebat & à se repellebat hominem. Illud quoque dicendum superest, tantam fuisse conversæ feminæ erga B. Aloysium venerationem, ut nihil supra. Unde cum ei aliquando amasius per nuntios, per litteras, atque etiam per se ipsum (cogebatur enim, licet invita & fugiens nonnumquam loquentem audire) exprobraret, quod amorem suum illa sperneret, quia amabat Patres Societatis (ita quidem blaterabat infelix, non quod id verum esse putaret, sed quod eum cogeret furor suus ita loqui) respondit illa, id verissimum esse, & amorem suum inter Patres istos esse B. Aloysium; ei se donasse totum illud cor, quo pridem amasium deperierat, sed purificatum & castum. ANNOT. C. J.

eructat putrefactum sanguinem

Interrogatus testis an hujusmodi res aliter sese habere potuerit, respondit: Ita omnino se habet, ut narravi; non ex causa aliqua naturali, aut accidentali, aut artificiali, uti patet, quia miraculum est spirituale; sed ex sola gratia & intercessione B. Aloysii, uti ego firmiter credo. Interrogatus in causa scientiæ, respondit pro ut in depositione, subjunxitque: Possem nominare feminam, quia ipsa mihi potestatem fecit nominandi se ubivis locorum, ob majorem suam confusionem ac meritum. Possem quoque matrem & alios testes adducere; sed mariti, filiorum, & propinquorum causa id satius est prætermitti. Res interim, ut dixi, certissima est. *Hanc conversionem miraculum apertissimum esse in præmisso testimonio jam censuerant etiam, Cardinalis Bellarminus, ac duo alii Theologi. Nunc iterum audiamus Valmaranam, aliud quod in eadem Parma contigit deponentem. Sic ait:*

voto facto curatur epileptica.

Ersilia Bagnoli, nobilis matrona, quæ caritatis exercendæ studio curabat Parmæ hospitium publicum mendicabulorum, monstravit mihi illic puellulam, sexennem fortasse aut septennem, ipsamque etiam jussit venire ad me propius ut alloqui possem; narrans interim (quod etiam reliquæ hospitii ministræ confirmabant mihi) dictam puellam frequenter, atque etiam pluries uno die, epilepsia prosterni in terram, pridem consuevisse; per votum vero B. Aloysio oblatam fuisse, & ex illo die numquam deinceps cecidisse, aut malum illud passam esse. Id quod ipsa etiam puella mihi asseveravit, præter ministras jam memoratas; quæ publice idem dictitabant, & nonnullæ prolapsam humi puellam multoties levaverant, portaverantque ad lectum. E

d *Confirmatur hoc miraculum à teste* X *in processu Romano, sed vocatur ibi æger*, Flaminius Riccius.

e Aureliæ Ugoni, sororis Dominæ Virginiæ Ugoni, *uti eam vocat in processu Rom. testis* VI, *qui totidem fere verbis idem factum deponit; & adminicula lignea, quibus se misella sustentabat, à se adhuc visa esse pendere juxta imaginem Beati, quando ipse Brixiâ non ita pridem discedebat.*

CAPUT IV.

Varia miracula in Marchionatu Castellionensi: nonnulla alibi in salutem animarum, Aloysii meritis data. F

Castellione curantur

349 NEque vero minus copiose B. Aloysius in homines Castellionenses, suæ quondam ditionis, benignitatis suæ fontem effudit: id quod ex instrumento publico, quod admodum nuper ibi confectum est, cognosci licet. In eo hæc beneficia ac miracula pluribus explicantur, è quibus ab Archipresbytero Castellionensi hoc compendium est factum *a*. 1. Celsus Botturrus, homo infirmus, qui non nisi scipione nixus, ac tum etiam ægre ingredi poterat; die, quo stato B. Aloysii felix quotannis excessus recolitur, ad ædem sacram, in qua ejus effigies palam visitur, vectus jumento, trium milliarium iter facit. Ibi cum vovisset se in certum diem ardentem lampada præbiturum, inde, abjecto scipione, quasi integer ad negotia sua discedit, atque in brevi firmus omnino evadit; quod ille libens meritò B. Aloysii deprecationi attribuit. 11. Antonia, conjux Joannis Baptistæ Marmentini, Notarii, qui in conficien- XII a *gradiendi difficultas,*

A. VIRG. CEPARIO dis de Beati vita instrumentis versatus est; quadam nocte subitis graviſſimiſque tibiæ doloribus oppressa, eadem nocte vovet se cereum & pedis simulacrum Beato oblaturum. Mox sopitur, ac deinde omni malo vacua expergiscitur: neque dubitat, quin B. Aloysii meritis intercedentibus abscesserit dolor. III. Margarita, Alexandri Melinæ perhonesti viri conjux, in ingenti coxæ & tibiæ tumore erat, & assiduò vix ferendum in modum cruciabatur: neque deerant certa argumenta alicujus fracturæ, & omnino sectione egere apparebat. Vovet Beato argenteam cruris effigiem: momento dolor divinitus recedit; & tumore sensim evanescente, nulla parte fractâ aut sectâ, persanatur: id quod ipsa B. Aloysii meritis fert acceptum *b*.

tibiæ dolor, *& coxæ*,

b

350 IV. Camilla, Joannis Jacobi Ferrarij conjux, quæ B. Aloysium educarat, cum octo ipsos annos febri hectica continuo detenta esset, ejus effigie visa, vovet ei sigillum argenteum. Nec mora, levatam se sentit, quiescit febris, valet belliſſime, & hac gratia B. Aloysio se devinctam fatetur. V. Joannis Jacobi Ferrarii filium parvulum ardentiſſima febris extorrebat: vovet pro eo statuam Beati, subito ex toto convalescit, & Beati beneficentiam prædicat. VI. Magdalena, conjux Antonii Gualatii, cardialgia laborans, mortem opperiebatur. Votum Beato concipit, & mox veluti manu quadam malum omne cordi suo eximi sentit, neque ullo præterea dolore tentatur: Deo & Aloysio, cujus præsidio sit usa, gratias agit. VII. Thaddæus Sigurtadus, Notarius, intolerabili siniſtri femoris dolore correptus, cum se commovere non posset, noctu Beato simulacrum cruris argenteum vovet. Postera luce prope liber ab omni noxa surgit, atque intra biduum omnino consanescit. VIII. Andreas Stolfinus, surdus factus erat: octo circiter post diebus, cum Beato votum nuncupasset, mane se comperit propter ejus merita sanatum. IX. Idem, cùm pectore multis saxorum ictibus convulnerato sanguinem ejectaret, votum Beato vovet. Vestigio sistitur sanguis, intra biduum confirmatur, & Beato gratiam se debere profitetur. X. Bartholomæo Melliarino, Silvii filio, intempesta nocte repentinus secundum aurem tumor pugni crassitudine erat exortus; qui, ne salivam deglutiret, ac prope etiam ne spiritum duceret, impedimento erat. Beato votum nuncupat: eodem puncto temporis intermittit dolor, subsidit tumor, prima luce absque ullo mali vestigio ad me venit, & Beato gratulatur. XI. Franciscus Smarallius, Simonis filius, qui è genu laborabat, graviſſimeque torquebatur, neque propter nervorum valetudinem è lecto se movere poterat, voto se Beato obstringit: extemplo disrupto genu, lecto desilit; ac postridie ex toto validus Desenzanum, septem millium passuum iter conficit. XII. Petri Pilotti filius, triginta mensium infans, altera corporis parte, contractis nervis, fœde debilitatus, & spumas in ore agens, à medico depositus erat. Parens vota Beato facit: confestim longe meliusculus liquidò esse incipit, & brevi recreatur.

febris,

B *cardialgia*,

femur,

surditas,

sanguinis vomitus,

parotis,

C *nervorum contractio*,

351 XIII. Dominici Ferrarii filia, ob tumorem qui ei extiterat in gutture, cibum assumere nequibat. Cum deinde pater noctu votum pro ea B. Aloysio feciſſet, filia ante lucem se corripit è strato, & cibum absque ullius difficultatis sensu capit. XIV. Lælia, Franciſci Ghiroldi conjux, tam erat graviter affecta, ut nulla jam facultate sumendi cibi, in mortis discrimine versaretur: at illa, noctis horâ post solis occasum septimâ voto in honorem Beati iuscepto, decimâ valetudinem se integram adeptam esse comperit. XV. Stephanus Benedictus Doctor, molesta destillatione, quam nulla hominum medicina solvere valebat, oppressus; donarium argenteum ex voto pollicitus, opem & secundiorem valetudinem Beati commendatione impetravit. XVI. Hortensius Bonus, diuturno implicitus morbo, accedente insuper cruenta diarrhœa, deploratus erat à medicis. Vovet Beato statuam argenteam, atque continuo mirifice sublevatur. Desistit morbus, minuit profluvium, ad sanitatem proficit plurimùm, ac brevi spatio eam ex toto consequitur. XVII. Gothardus Alexandrinus, tres ipsos menses tertiana conflictatus, eo die votum Beato vovet, quo acceſſura erat: at illâ numquam reversâ, ipsi deinceps recte fuit. XVIII. Angela, Franciſci Ceradelli conjux, duos & viginti continenter dies immensis circa cor doloribus exercita, mori formidabat. Vix votum Beato conceperat, cùm dolor remittit, ac fugit. XIX. Petri Bosii filius triennis, ægritudine correptus, agebat animam. Pater voto eum Beato obstringit: postera luce, perinde ac sanus solet, cibum capit. XX. Bartholomæi Cimæ filius anniculus, è lecto delapsus, animam in primoribus jam labellis habebat. Pater in vota Beatum vocat. Momento infans valet, ridet, mammam petit. XXI. Antonius Ferronius stomachum ac tergum gravi onere afflictarat, neque usquam quietis partem ullam capere poterat. Confert se in ædem sacram, ac voto coram Beati imagine susceptо, inde ex improviso valens discedit.

tumor gutturis,

morbus letalis,

352 XXII. Joannes Jacobus Giroldus, longinqua affectus febri, simul eam ampliorem fieri videt, votum Beato facit; ac nullâ interpositâ morâ illa discedit, neque præterea redit. XXIII. Joannes Antonius Morattus, solitus femoris, genu, ac pedis dextri dolore & tumore tentari; postquam id malum semel & iterum redintegratum animadvertit, Beati gratiam voto expetit, & illud extemplo quiescit. XXIV. Julii Faini uxor, cùm fœtum eniti non posset, ab obstetrice moritura credebatur: voto Beato edito, partu simul & periculo omni statim solvitur. XXV. Valerii Factoris conjux, è difficili gutturis affectione ægra, eodem quo Beatum voto advocarat die, omnino firmatur. XXVI. Catharina, Ambrosii Notarii conjux, ischiadico dolore laborabat, & auxilia omnia mortalia frustra erant. Beato votum nuncupat, & melius ei fit: solvit, & tantùm non ex toto sanatur: quarto demum die ad plenam integritatem pervenit. XXVII. Christophorum Saxium, annum totum febris continuò exagitarat. Mater quodam die pro eo votum Beato concipit: ille proxima sequente nocte liber evadit. XXVIII. Baptista Fezzardus, manu ac brachio luxato & tumefacto, insuper febriebat, non sine dolore, & periculo distentionis nervorum. Voto in Beati honorem facto, dolor lenitur, inclinat valetudo, brevique restituitur. XXIX. Martha Pauli Bettii conjux, in difficultate pariendi, Beatum voto invocat; evestigio parit, suamque incolumitatem obtinet. XXX. Pauli Bettii filius trimulus, collo tumenti & læso in modum strumæ, mensem ipsum ægrotabat; voto à patre beato Aloysio facto, in duobus diebus salutem recipit. XXXI. Antonius Serlius amplius tres annos cruribus erat moleſtiſſime affectis: concepto B. Aloysii nomini voto, levationem capit, neque multo post recte valet.

moleſta deſtillatio,

profluvium sanguinis,

tertiana,

cardialgia,

D

E *letales angustiæ*,

incommoda varia,

ischias,

F

febres,

puerperii difficultas,

353 XXXIII. Petrus Cattaneus, in æde sacra Parochiali sacrorum adjutor, supra quam credibile

A le eſt maligna febri, inflammata phrenitide, & capitis eryſipelate gravatus, ut ambuſtum videretur, ſuæ jam mentis non erat. At ſimul ac mater pro eo votum fecit, ad mentem rediit, & valetudine deinde bona eſt uſus. XXXIV. Martha, Joannis Jacobi Fezzardi conjux, pedum ægritudine & acerbiſſimis doloribus quatuor ipſos menſes cruciata, ſtatim ac Beatum voto propitiarat, melius habere cœpit, & ad incolumitatem venit. XXXV. Marthæ, Joſephi Balarini conjugi, ejusque proli, quam in lucem edere non valebat, vita in dubium venerat: verum Beati ope voto quæſitâ, eveſtigio hanc illa partu dat, & quidem vitalem; Beatoque gratam ſe præbet. XXXVI. Joannes Maria Bertaſius ingenti femoris, coxæ, & tibiæ dolore quartum jam diem ſic impeditus, ut ægre ingrederetur; tandem, prout licuit, in ædem ſacram ſe confert; vovet, oleum in lampades, quæ pro Beati imagine ardent, ſuppeditaturum; ſubito ſanus, planeque immunis abſcedit, & Beati meritum agnoſcit. XXXVII. Bartholomæi Caſtellini filio tenello, ſeptem continenter dierum valetudo nihil integrum præter oſſa & ſpiritum reliquerat.

phreneſis cum eryſipelate,

totius corporis invaliditas,

B Vovet parens ſtatuam ſe Beato poſiturum: continuo filius, quod adhuc nequiverat, pedibus inſiſtere, & ſuapte ope progredi incipit; atque intra octo decemve dies, reſtituta carne, ſalvus ac valens evadit: parens Beato gratulatur. XXXVIII. Infantem tredecim menſium, Bernardini Boſii filium, prona facie, mater in medium focum cadentem conſpicata, vovet Beato ceream infantis effigiem; ac filium ſine ulla ignis noxa erigit, idque Beato aſſignat. XXXIX. Franciſca, Joannis Mariæ Paſtoris uxor, pavore quodam attonita, quatuor ipſos dies tremebunda atque ejulabunda, concurſum multitudinis ſe ſequentis perpetuo ſibi audire videbatur. Deduci ſe in ædem ſacram ad Beati effigiem jubet; atque inde, quod Beati gratiæ fert acceptum, omnibus illis incommodis libera digreditur.

faciei aduſtio,

terror panicus,

354 XL. Franciſci Theodoldi filius, puer quadrimulus, ex caſu graviſſime ſaucius, duos omnino dies moribundus jacuerat. Nocte pro eo votum Beato concipitur, & prima luce ſanus reperitur: quod pater B. Aloyſio libens attribuit. XLI. Joannes Paulus Segala, graviſſimo ſeptemdecim dierum dorſi cruciatu ſic jacebat, ut nec tantillam C corporis partem commovere, neque, niſi inſtillata per fiſtulam potione, bibere poſſet. Is cum oleum in Beati lampades voviſſet, intra tres horas ſe convertit; expediuntur artus; atque ubi diluxit abſolute curatus exurgit: id B. Aloyſio meritò debere teſtatur. XLII. Cæcilia, Baptiſtæ Zelini conjux, ſex menſibus è crure laborabat, quod fractum ac tumidum; pes etiam totus luxatus erat; igitur quatuor paſſus conficere nequibat. Vovet crus cereum Beato, & quatuor diebus perſanata ei gratias agit. XLIII. Dominica, Antonii Deſenzani conjux, morbo articulario, qui à pedum unguibus exorſus, ſenſim ſurſum repens, in gutture conſederat, affligebatur: ea voto Beato ſuſcepto, dolore, & intra horæ ſpatium omni illa affectione prorſus levatur. XLIV. Rigo Regazzolus, acceptis tum in altero brachio, tum ſub illo in ſiniſtro latere vulneribus, neque lingua, neque ſenſibus competebat, ſanguinemque excreabat. Fit pro eo votum: extemplo ſermo rediit & ſenſus; ac paulatim convaleſcens, brevi ſpatio valetudinis firmitatem recuperat. Infinita alia multiplicis generis beneficia complures accipiunt, qui ad Beati effigiem ſupplicatum veniunt. Ante eam duodecim lampades, liberalitate confluentis populi inſtructæ, ſuper magnum cereorum ac tædarum numerum, quæ identidem afferuntur, perpetuo vivæ ſervantur, atque hactenus circum eam pendent donaria omnino quadringenta.

aliæque graves infirmitates.

A. VIRG. CEPARIO

355 Cracoviæ tiro Societatis Jeſu, cum octo XIII jam dies morbo teneretur, ſuaſu ſodalis ſui, à B. Aloyſio opem valetudinis orare propoſuit. Veſpere ergo vovet, ſe ad ejus honorem decem Sacrificiis adfuturum, ac totidem precum Coronas recitaturum. Poſtridie mane, rei admiratione attonitus ipſe, attonitis item omnibus qui in iiſdem ædibus degebant, valetudine ex toto redintegrata, ſurgit è lecto. Id Præpoſitus Provincialis Poloniæ, qui rei gerendæ adfuit, teſtimonio ſuo ſancte confirmat. De alio miraculo, quod in Gallia Ciſalpina eſt editum; item de pluribus, quibus ſuæ ditionis regionibus ejus effigies aſtitit, inſtrumenta Patavina meminerunt. De energumenis nonnullis, quos ejus Reliquiæ juverunt; atque ut ſe Romæ homini ſeculo obnoxio oſtenderit, & raræ cujuſdam rei gratiam fecerit, in Venetis tabulis legimus. De puella *c*, ex mamillâ ægra, quæ poſtridie à medicis ſecanda erat, quemadmodum Beati ope, cui votum illa fecerat, ab iis, ſecandi cauſa venientibus, ſana comperta ſit; deinde de homine, ancipiti febre ejus imaginis contactu liberato; tum de alterius puellæ, eo in adjutorium advocato, febri hecticâ percuratâ, auctoritates Tiburtinæ fidem faciunt. Eumdem Aloyſium, beatis Ignatio & Staniſlao comitatum, Patri Staniſlao Oborſchio, quicum olim in tirocinio verſatus erat, in Poloniâ morienti viſum eſſe, uſque in Italiam fama attulit. Alia ejus, in ſe ſupra vim mortalem collata merita, multi commemorant: quæ omnia percenſere nimis longum eſſet.

Sanatur Cracoviæ novitius moribundus,

& alibi alii ex variis morbis.

c

E

356 Neque vero minor eſt eorum numerus, XIV qui ſe, eo annitente Deumque propitiante, complura interioris illius cæleſtiſque ſalutis animi ſubſidia obtinuiſſe, profitentur. Id adeo ex his, quæ divinitus præſtita ſunt cognoſci licet. Adoleſcens d Polonus *d*, ab ineunte ætate plurimùm ſemper orationi, jejuniis, verberationibus, aliiſque ſuiipſius afflictationibus deditus, vita in ſeculi licentia ſancte integreque traducta, Cracoviæ tirocinium Societatis Jeſu erat ingreſſus. Is ipſis ſanctioris vitæ initiis, ad impias in Deum, beatiſſimam Virginem Matrem, & Sanctos cogitationes ſuſcipiendas graviſſime moleſtiſſimeque ſolicitari cœpit. F Quæ quidem vel maxime rerum ſacrarum meditationi precibuſque intentum, cæleſtibuſque gaudiis fruentem adortæ, mentem, omni derepente pietatis ſenſu exutam, maximis motibus turbabant. Sæpe ille divinam opem oravit: ſæpe Virginis Matris, ſæpe aliorum Cælitum fidem imploravit: ſed, quod fortaſſis illi hoc beneficium Aloyſio, qui tam devoto ſibi animo ſerviſſet, de precanti tribui malebant, exaudiri non meruit. His importunis inferni hoſtis telis alterum jam menſem appetito, cum prima luce quondam inter comprecandum iiſdem ex conſuetudine tentaretur; venit in mentem à Deo ſibi, per beatum Aloyſium Gonzagam, quem in ſimili diſcrimine aliis præſto fuiſſe in ejus Vita legerat, auxilium petere. Tulit ei ſuas preces, rogavitque obnixe, ut hac ſe moleſtia levaret. Nec mora: pectus ſibi ſpe ac fiducia, ſimulque mirifica quadam hilaritate compleri ſentit, perinde acſi omnis illa animi ægritudo ſedata eſſet. Neque eum fefellit opinio: ſiquidem ejus deinceps ſemper expers omnino fuit. Rem ipſe Beati gloriæ propagandæ, ul-

Novitius blaſphemiæ ſpiritu vexatus,

ab eo liberari impetrat.

A. VIRG. CEPARIO

tio alius expoſuit, & juratus apud Acta profeſſus eſt.

& alius ab æſtu obſcœnarum cogitationum

e 357 In Tranſalpinis regionibus homo *e* pius, divinoque Numini devotus, complures annos omnium tentationum libidinis ſecurus, in Religione tranſmiſerat; quando, Dei permiſſu, tanta vi ab impuro genio infeſtari cœpit, ut totum ei annum perpetuo ſtandum fuerit in acie, & cum viſis imaginationibuſque turpitudinis, cum veneris ſtimulis & adhibitis ſenſui titillationibus dimicandum; neque interea ſolatium ullum dabatur aut requies. Inediâ, flagris, ciliciis, ceteraque victus cultuſque aſperitate corpus macerabat: nihil promovebat. Sæpe à menſa, ſæpe ex hominum congreſſibus ſe proripere, atque ad illacrymandum, ingemiſcendumque ſuæ infelicitati abdere cogebatur: ibi prono in pulverem vultu procumbens, miſericordem Deum precibus flectere inſistebat; denique, poſtquam nihil non remedii, quod quidem profuturum ſperaret, expertus eſſet, minime tamen cupiditates accendi deſinebant. Accedebat inſuper & illud, quod maxima vi in eam execrandam mentem impeliebatur, ut neque Deum, neque Sanctos; qui tot precibus fatigati, ſibi tam

B infortunato non opitularentur, noſtra curare crederet. Ad ultimum, cum annum ipſum in hoc tam difficili conflictu ita duraſſet, ut nullum uſquam ſubſidium reperiret; ſubiit memoria ſanctæ atque innocentis vitæ B. Aloyſii Gonzagæ, de qua cum alia, tum illud imprimis acceperat, ſingulari Dei beneficio corpus ab omni venereæ rei impetu, mentem ab omni flagitii ſpecie ſemper immunem habuiſſe. Eo igitur poſtremo perfugio uti conſtituit; cum obteſtatur ex animo; ejus denique ſacras Reliquias, quas forte penes ſe habebat, ſibi de cervice ſuſpendit. Vix eam illæ contigerant, cum ex improviſo in totum omnis ille cogitationum furor aufertur, ſtatus menti placidiſſimus quietiſſimuſque redditur: jamque duo elapſi ſunt anni, poſtquam ab omni illo tentationum genere intactus, tantum beneficium B. Aloyſio debet, ejuſque ope tuetur. De his omnibus legitima auctoritate ſcriptum factum: anathêma argenteum Romam ad ejus tumulum miſſum eſt.

attactu Reliquiæ.

Cetera hujus generis plura omittuntur.

C 358 Alia ejuſdem generis, quæ à teſtibus fidei plenis accepi, recenſere poſſem, qui ſe confirmant (cum antea in vitium caſtitati inimicum habitu quodam demerſi eſſent, poſtquam Dei opem, hoc ejus famulo deprecante, tentare ſunt aggreſſi, ſive ejus ſepulcro honorando, ſive Reliquiis aut imagine penes ſe geſtanda, ſive ad ejus honorem pie quidpiam facere inſtituendo, ſive eo in advocatum patronumque deligendo) illis immundis facibus quaſi reſtinctis, nulla umquam præterea labe integritatem ſuam polluiſſe. Verum quia deliberatum mihi eſt ea ſolum hoc libro perſequi, quæ publicis monumentis commendata reperi, hæc autem ſine eorum nota, quibus evenerunt, perſcribi nequeunt, libens ea prætereo. Illud unum adjungam; ſi verum eſt B. Aloyſii effatum (ut eſt veriſſimum) quod dum vixit tenuit, Cælites ad eas potiſſimùm virtutes conſequendas, quibus ipſi in vita ornati erant, mortalibus opem operamque profiteri: cum ipſe non modo puritatis & caſtimoniæ, ſed aliarum etiam plurium virtutum, quas adhuc explanavimus, tam inuſitata laude floruerit; procul dubio jam cælo receptus, iis cum primis volens propitius erit, qui earum parandarum aut tuendarum ſtudio, ad eum confugerint.

359 Atque ex his quæ hoc libro III narrata ſunt, facile augurari licet; Deum, qui, rebus ab Aloyſio geſtis necdum in vulgus proditis, ipſo deprecatore, ipſiuſque nominis illuſtrandi cauſa, tot res admirabiles effecit, tantumque beneficiorum præſtitit; longe etiam & numero plura & dignitate clariora ejus cauſa facturum, poſtquam Vitâ ipſius typis mandatâ, magis etiam (quod adhuc fieri videmus) famâ apud populos & veneratione creverit *f*. f

D

ANNOT. ET ADJUNCTA EX MSS. C. J.

a *De his miraculis teſtatur anno* MDCVII *die* III *Octobris*, Illuſtris D. Proſper Pattorius, Clericus de Caſtellione, Major domus Excellentiſſimæ uxoris Excellentiſſimi Oratoris Cæſarei (*ita legitur in proceſſu uti & ſequentia*) optimè novi, multis præſtita eſſe beneficia & miracula per invocationem B. Aloyſii Gonzagæ variis locis, puta Romæ, Florentiæ, in Polonia, Parmæ, & præcipue, quæ ego ipſe vidi, Caſtellione; quæque legi in proceſſu, mihi per fratrem meum, qui ad examen ſuper vita Beati faciendum deputatus fuit, ſubmiſſo, continente operationes miraculoſas circiter LXX. Simul autem & ſignificari juſſit, tot tantaque indies affluere miracula, ut ſi cuncta ſcripto mandare vellet, ordo teneri non poſſet, ac charta deficeret: multitudinem eorum ſatis indicari, tum per anathemata quæ circum imaginem Beati Caſtellione pendent plus quam trecenta; tum per duodecim lampades, perpetuo ibidem ardentes, quibus nutriendis ſufficiunt populi concurrentis pietas atque eleemoſynæ.

Miracula 70

ante annum 1606

E

Caſtellione collecta

b *Hanc curationem deponit quoque in proceſſu Caſtell. anno* MDCVIII *Laura de Ferrariis teſtis* IX, *ex ipſius nempe Margaritæ relatione, quam, ait, patria Brixienſem eſſe, & uno abinde anno habitaſſe in domo ſua, Caſtellione. Addit etiam de fratre ſuo* Joanne Paulo, *quod* ad extremum vitæ diſcrimen febri adducto, lubido venerit vovendi B. Aloyſio quinquies Orationem dominicam ac toties Salutationem angelicam, aliquot dies recitandam; cum ilico periculum abiit, & infirmus plane convaluit; & recte habere pergit.

Tum tranſit eadem teſtis ad ſequens miraculum, in Camilla Ferraria patratum, quod Ceparius perpaucis hic, Auditores Rotæ in ſua Relatione pluribus exponunt; ipſa vero ſic orditur: Memini etiam & præſens fui, quando Domina Camilla mater mea, febri hectica F annorum octo tantum non conſumpta, à medicis depoſita, & à Caſtellione totâ pro mortua fuit habita: meque juſſerant prope ad eam non accedere, nec quidquam manducare aut bibere quod illa guſtaſſet, ut ne periculum mihi crearem contrahendi eamdem infirmitatem: & ego ipſam quoque jam tum veluti mortuam reputabam. Dudum biberat lac caprinum; ſed tunc nihil amplius remedii, ut in re deſperata, adhibebatur; cum ex Præfecta aulæ Principis noſtræ intellexit, illam ſervare imaginem B. Aloyſii Româ miſſam, ex primis quæ ibi fuerant impreſſæ: allatamque ad ſe, ut lecto decumbebat, mandavit mihi ut extremo ejus papilioni affigerem, quo contueri eam & contemplari poſſet. Tum vero ſe illi tanto ardore commendavit (memini enim) ut uberes profunderet lacrymas, & in hæc verba prorompens diceret: Beate Aloyſii, quandoquidem noſti, me tibi ſolicite puero ancillatam eſſe (*educaverat quippe eum, ut ſcribit Ceparius*) memento nunc orare Deum pro me. *Tum reliqua, de votis & curatione inſtanti tempore facta, proſequitur fere prout in Relatione citata num.* 109. *Neque febris tantum ac phthiſis ſubito abſceſſe-*

A *ceſſerunt, verum etiam (quod teſtis eadem ſuperaddit)* dolor genuum, quæ decumbenti infirmæ ſemper tremebant, æque ſubito ſentiri deſiit. Exinde autem (& ſunt jam tres aut quatuor anni) rectiſſime perpetuo valuit & valet nunc: noſque omnes domeſtici ejus, & quotquot noverunt infirmam, ſanationem ejus reputavimus miraculo B. Aloyſii factam.

c *Hoc & quod ſequitur, de febri hecticâ percuratâ, miracula, in duabus puellis facta, atque obiter hic indicata à Ceperio; retuli ego pluribus ad cap. 1 hujus libri 3, ex proceſſu Caſtellionenſi ac depoſitione Dominæ Seraphinæ Mancinæ, Tiburi natæ, quæ maximam partem poſt B. Aloyſium in illis miraculis habuit.*

d *Hujus quoque adoleſcentis Poloni liberationem à blaſphemis cogitationibus, retuli ſupra ad cap. 3, inter alia apud Polonos facta miracula, ex auctore fide digniſſimo, qui rei geſtæ hiſtoriam intime cognitam habuit; & adoleſcentis, qui hic anonymus eſt, nomen ibi adjecit proprium.*

e *Hujus hominis patriam & Religionem, quam profitebatur, nominare omiſerit Ceparius, quia res tunc recentiſſima erat, ut ne in notitiam viri veniretur. Utrumque expreſſit in authentico ea de re teſtimonio ſuo P. Decius Striverius, per Poloniam, ubi miraculum*
B *contigit, tunc Præpoſitus Provincialis, quod cum variorum, medici ac theologorum approbationibus, inter alia Polonica jam repoſuimus poſt Caput 3 hujus libri 3.*

f *Ita finem imponit Hiſtoriæ Aloyſianæ Ceparius, in editione ſua Romana anno* MDCVI, *non vanus va-*
Finis vitæ tes, dum ait fore ut plura & majora deinceps miracula, Beati interventu, poſt Vitam editam patrarentur: quæ etiam ipſe Ceparius patrata vidit multa. Unde & in Placentina editione anni MDCXXX, *prætermiſſâ à numero 359 prædictâ clauſulâ (quam ego perire nolim, ideoque relinquo ſuo loco) ſubſtituit hanc:* Multa alia miracula leguntur in proceſſu Vallis Tellinæ, per oleum lampadis, quæ ardet ante imaginem Aloyſii in loco, Saxum dicto, patrata. Fre-
in editione Placentina quens ac numeroſus eò populi concurſus eſt ac religio incredibilis. Cum vero miracula ſint CIII (*& multo plura*) ex iis poſtularunt ſibi Auditores Rotæ, Commiſſarii cauſæ, dodecadem offerri, & approbarunt omnia. In his autem valetudinem & integritatem per miraculum conſecuti leguntur, cæci, claudi, paralytici, phthiſici, à dæmone inſeſſi, hernioſi, plagarum pleni, morbis inveteratis ſemimortui, aliique naturæ vîribus aut humana arte incurabiles: quorum ſanationes ac de-
C poſitiones ſi proſequi vellem omnes, volumen conſcribendum foret. *Tum ſubjungit in hac eâdem editione ſua Placentina, Capitulum de beatificatione Aloyſii, & Sermonem Cardinalis Bellarmini anno* MDCVIII *de illo pro concione dictum, quæ nos alibi damus. In utraque demum editione apponit Meditationem valde prolixam de ſanctis Angelis, atque iis præcipue, qui hominum cuſtodiæ præſunt, ab Aloyſio concinnatam, rogatu, ut in decurſu hiſtoriæ dictum eſt, P. Vincentii Bruni celeberrimi viri, qui (ita Ceparius ante Meditationem præfatur)* cum neſcius non eſſet, quanto Aloyſius Angelicos ſpiritus honore coleret, quamque de iis præclare ſentiret, negotium ei dederat dictam Meditationem componendi. Nimirum ut aliorum bono tam inſignium ſublimiumque ſententiarum monumenta ſupereſſent. *Nos hæc indicaſſe contenti, Meditationem ipſam, quia ad hiſtoriam Vitæ ea nihil attinet, prætermittimus, alibi jam impreſſam; impreſſuri tamen Exhortationem, quam habuit feſta omnium Sanctorum luce in triclinio collegii Romani ſuper menſam, dum Theologiæ operam dabat: quia minus prolixa eſt, concinna autem, & nuſquam adhuc latine, quod ſciam verſa. Eam im-*
preſſit Ceparius ad calcem editionis Placentinæ, qua ANNOT. *dicta fuit vernaculâ Italis linguâ, deſcriptam, mi* C. J. *ait,* ex archetypo, quod conſervatur in Polonia in collegio Cracovienſi Societatis Jeſu, inter Reliquias ſacras. *Magis ad inſtitutum noſtrum faciunt Miracula, quæ ab anno* MDCVI *facta, aut deinceps in notitiam primùm adducta, Ceparium deſunt. Ea ex proceſſibus legitime fabricatis, etiam vallis Tellinæ & aliis monumentis, proferimus in Supplemento quod ſequitur. Sit igitur*

SUPPLEMENTUM MIRACULORUM

CAPUT I.

Cantus cæleſtis in cubiculo B. Aloyſii; & quædam deſumpta ex Proceſſibus annorum MDCVIII & IX.

360 *MOnui in proxima Annotatione, me hic re-* E
cenſurum illa miracula, quæ poſt annum MDCVI *contigerunt, aut ſaltem poſt illum publicata primùm fuerunt. Hujus generis eſt Epiſtola Anonymi, rem anno* MDXCVIII *peractam, anno* MDCXX *indicantis P. Ceparium, tunc Rectori in collegio Romano. Epiſtolam vidi Romæ autographam, & deſcriptam ſervo. In ea ſcriptor loquitur de ſe ipſo in tertia perſona; initio, qualis ſit, declarat; tum ait cæleſtem muſicam ſibi olim frequenter auditam fuiſſe in cubiculo, in quo B. Aloyſius obiit. Inſcribitur Epiſtola* Illuſtri atque admodum Reverendo Patri P. Virgilio Ceparium, Rectori collegii Romani. *Nomen urbis, è qua ſcribitur, deeſt, quia nempe tam qui ſcribit, quam cui ſcribitur, Romæ degebant, Ecce autem Epiſtolæ tenorem:*

361 Illuſtris atque admodum Reverende Pater. *Cantus cæ-*
Sacerdos quidam theologus, recordatione extraordi- *leſtis audi-*
narii cujuſdam favoris, quo Deus voluerit honorare *tus in cu-*
merita B. Aloyſii Gonzagæ, è Societate Jeſu, impul- *biculo,*
ſus, deponit hanc veritatem, paratus eam jurejurando affirmare. Anno MDXCVIII, cum Sacerdos ille eſſet Novitius ejuſdem Societatis (quamvis per invaletudinem corporalem, uti notum eſt nonnullis Patribus, non licuerit ei bene cœpta proſequi) deberetque, ut uſus Societatis obtinet, obire per multos dies aliquot exercitia in collegio F
Romano; habitare juſſus fuit in cubiculo, per cujus feneſtras, cratibus obſeptas, conſpectus dabatur qualiſcumque in plateam, ubi pyramis eſt S. Machuti. In hoc cubiculo frequenter audivit ſuaviſſimum quemdam cantum, intermixtis fidium modulis, qui non modo oblectabat auditum, ſed animum quoque (erat quippe canticum ſpirituale) recreabat; nec potuit ſeſe auditor continere, cum idem audiret creberrime, quin pluries appropinquaret prædictis feneſtris, experturus an ex vicinia allaberetur muſicus ille concentus, aut unde prodiret. Tandem poſt longam & ſedulam inquiſitionem, ſtatuit apud animum ſuum, muſicam tam inſolitam, cujus originem reperire non erat, neceſſario cæleſtem eſſe; eòque magis, quia in quacumque parte collegii conſiſteret, idem eum comitabatur cantus, ex prædicto loco ſeu cubiculo ejus quantum aſſequi poterat, ſubortus. Obſtupuit igitur, magis ac magis, & mirabatur, Bonitatem divinam tam ſuavibus modis inſinuare ſeſe in corda peccatorum, eoſque ad pœnitentiam vocare.

362 Man-

AUCTORE C. J.

362 Manſit Sacerdos iſte in tali perſuaſione uſque ad annum MDCXVI, in quo conveniens forte ad celebritatem diei feſti, B. Aloyſio cultu annuo dicati, & conductus ad oratorium unde animam ſuam Beatus in cælum tranſmiſerat, cognovit, illum eumdem eſſe locum, ubi annos abinde XVIII audiverat quem dixi, cantum, ignarus tunc temporis Aloyſium iſtic aut habitaſſe aut animam Deo reddidiſſe. Incredibilis hic hominem inceſſit lætitia, quod tandem comperiſſet cauſam, cur inde cantus duxiſſet originem ſuam; videlicet quia ille locus erat, unde fortunatiſſima Aloyſii anima evolaverat ad Deum, fruitura in cælo gloriâ ſuorum meritorum; volueritque Deus tali modo commonſtrare mundo ſanctitatem famuli ſui. Atque hæc ſunt, quæ putavit jam dictus Sacerdos debere ſe teſtata relinquere, ad conſolationem eorum qui Beato iſti piè dediti ſunt. Hortatur quoque alios (eſſe enim, intellexit, qui eumdem cantum audiverunt) ut ad gloriam Dei & hujus illuſtriſſimi Beati, id ſimiliter teſtentur; cum id faciendo timere non debeant aut vanam gloriam aut præſumptionem: non vanam gloriam, quia talis favor gratuitus eſt, & obligat quodammodo ad imitationem Beati; non præſumptionem, quia totum id referri debet ad ſolam veneration-
B nem majorem ejuſdem Beati, & prædicti etiam loci. Hæc viſa mihi fuerunt ſignificanda tibi eſſe, mi Pater, facturo relatione hac mea, quod libuerit. Salvere interim jubeo, & memorem reddo, me tui officioſiſſimum eſſe famulum. Romæ XXV Junii MDCXX. *Et ſubſcribitur*: Illuſtris atque admodum Reverendæ Paternitatis tuæ deditiſſimus & obſtrictiſſimus NN.

Nobilis femina;

363 *Proceſſus Florentinus, anno* MDCIX *fabricatus, præter jam deductam ad cap.* I. *libri* 3, *curationem Angelæ Catharinæ Carliniæ Sanctimonialis, à cancro morbo; ſubminiſtrat quoque curationem illuſtris feminæ Juliæ de Nobilibus, Domini Pauli Vintæ conjugis; quam, ut manifeſtum miraculum, ibidem teſtimonio ſuo adſtruunt ſex primi poſt ipſam Juliam teſtes, omni exceptione majores, quorum auctoritas & ſcientia rei peractæ colligi poteſt ex Indiculo teſtium ejuſdem proceſſus, quem ſupra texuimus. Teſtatur de eadem re* P. *Vincentius Filliuccius in proceſſu Romano, Confeſſarius prædictæ Juliæ, cujus ſolius auctoritatem ex omnibus præmiſſis adducam huc, poſtquam locuta fuerit ipſa Julia, non quidem prout legitur in proceſſu*
C *illo; ſed prout ipſamet deſcripſit manu propria, teſtataque eſt anno* MDCVII, *octo circiter menſes poſt curationem ſuam. Sic igitur ibi ſcripſit.*

ex utero dudum laborans,

364 Jeſus, Maria. Ego Julia de Nobilibus, uxor Pauli Vintæ, anno ſuperiore plurimùm afflicta cruciataque fui ex ſuffocatione uteri, doloribus acerbiſſimis totum corpus pervadentibus; unde ſenſus ita afficiebantur, ut me movere loco non poſſem, niſi magno labore & fatigatione. Neque reperire erat medicinam ullam, quæ lenimen afferret; admirantibus medicis mali vim ac tenacitatem. Ita deſtitutæ mihi ab humana ope, miſſa fuit, volente Deo, Vita B. Aloyſii Gonzagæ, quam (uti talium ſcriptorum curioſa ſum) obiter ut potui oculo luſtravi. Atque hoc factum fuit hebdomadâ Paſſionis, & quintâ ex quo ægrotare cœperam. Deſtituta igitur ſpe recuperandi ſanitatem, dolenſque intime quod illo tempore ſacro convenire ad eccleſiam nequirem; cepi animum, & facere periculum volui quid poſſem. Jamque illuxerat Feria V in Cœna Domini, quando ægre me traxi, magno cum dolore & niſu, ad proximam nobis eccleſiam Societatis Jeſu. Eò autem ut intravi, tantis oppreſſa fui doloribus, ut
D durare non poſſem, & quid agendum mihi eſſet neſcirem: manere namque in eccleſia ſic affectam, populo pariebat admirationem; abire autem, non *& pene* erat meæ facultatis; quia motu malum illud inva- *mortua,* leſcit acerbiſſime. Dum ita hæſito anceps, hora fere elapſa fuit una; videnſque populum paſſim expiare peccata ſua, mihi idem faciendi cupido venit; verum non videbar eò me parare, ut par eſt, poſſe, propter acerbiſſimos dolores quibus excruciabar.

365 Nihilominus conſiderans denuo, malum, tantis incrementis augeſcens, fortaſſis non permiſſurum mihi deinceps reditum in eccleſiam, confeſſa ſum peccata mea; & continuo celebrari Miſſa cœpit: ego vero cœpi habere deterius: & populus, quorum conferta erat eccleſia, miſeratus afflictationem meam, muſſitabat, cur non reducerent me domum, alioqui in eccleſia morituram. Audiebam ego hæc quidem, ſed loqui non poteram, & ſentiebam vires mihi plane deficere; nec tamen mori timebam; ſed cogitans, quantæ mors *ad B. Aloyſium* mea iſtic loci conſternationis cauſa foret, præſer- *converſa,* tim feminis, impelli me ſenſi ad opem imploran-
E dam à B. Aloyſio, quem jam ſciebam Deo gratiſſimum eſſe; moxque recordata quod legeram in Vita ejus impreſſa, valde acceptam fuiſſe cælorum Reginæ oblationem, quam ei ipſe de ſe fecerat in eccleſia ſanctiſſimæ Annuntiatæ; eidem Beato ſupplicavi toto corde, ut pro me interveniret apud Deum omnipotentem. & benigniſſimam ejus Matrem, ſalutemque corporis mihi, ad majorem Dei & ſuam ipſius gloriam, exoraret. Inter hæc datur ſignum elevandi mox ſanctiſſimum Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti; aliquot feminæ, quæ aberant proximè, erigunt me in ge- *ilico ſanatur.* nua; ego iterum poſtulo B. Aloyſium, ut ſuprà, enixis precibus opem ſuam mihi. Inſtanti tempore elevatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & ego in me ſenſi lætitiam quamdam mirabilem, & quamdam totius corporis ſolutionem, ſed mirâ cum ſuavitate; ex quibus continuo integra valetudo & vacuitas à doloribus conſecuta fuit; manſique in loco totâ unâ horâ ſine incommodo genibus nixa; deinde vero, per gratiam Dei, more ſolito alacris reverti domum: qua de re laus & gratiæ ſemper ſint ſanctiſſimæ Trinitati. Hæc ego ſcripſi prout vere facta in me ſunt, ſcripſi & ſub-
E go prout manu mea propria, hoc die XVII Decembris MDCVII. Florentiæ. Eadem Julia de Nobilibus, uxor Pauli Vintæ;

Explicato tempore,

366 *Poſſet curioſus temporis indagator, viſa hac ſubſcriptione, annum* MDCVII *notante, mirari, quod ego dixerim, hanc Juliæ ſanationem contigiſſe eodem anno* MDCVII, *cum ipſa initio ſuæ depoſitionis affirmet,* anno ſuperiore *id factum fuiſſe. Noverit is, Juliam Florentiæ, & Florentinorum more locutam eſſe ac ſcripſiſſe, apud quos obtinet uſus auſpicandi annum ſuum trimeſtri fere poſt initium anni communis, videlicet ab anniverſario incarnationis ſeu conceptionis Verbi divini; qui cum plerumque non procul abſit à Paſchate, crediderim vulgus & feminas inde, tamquam à termino magis noto, ſumendum putare initium anni ſui. Quod ſi ita eſt, ipſa ſanatio Juliæ recte dicitur, anno præterito contigiſſe: incidit enim in feriam* V *ante paſchalem. Si vero idem vulgus etiam computat præciſe initium anni ab Incarnatione ſeu* XXV *die Martii, etiam ſic non inepte dicitur res, de qua agimus, contigiſſe anno ſuperiori ſive præterlapſo, quia illo anno ægrotare cœpit & aliquot ejus hebdomadas ægrotavit. Atque hæc notaſſe ſufficiat. Sequitur autem in eadem philyra charta, poſt Juliæ depoſitionem, hocce teſti-* *Miraculum eſſe aiunt medicus,*

A *teſtimonium medici de veritate miraculi:* Ego Benedictus Mattonari medicus, qui viſitavi pluries Dom. Juliam in hac ſua invaletudine, cui nullum reperiebam remedium opportunum; pro certo habeo, ipſam divinitus, ut ſupra narratum eſt, ſanatam fuiſſe: quod interpoſita fide mea teſtor, & ſubſcribo mea manu, hoc die XIX Decembris MDCVII, Florentiæ.

367 *Tranſeo ad depoſitionem P. Filliuccii, illa tantum inde prompturus, quæ in præmiſſis non leguntur:* Cognoſco, *inquit ille,* Dom. Juliam de Nobilibus, conjugem Domini Pauli Vintæ, primi Auditoris ſereniſſimi Magni Ducis Tuſciæ; quæ cùm uno plus menſe tam graviter ex utero laboraſſet, ut neque incedere, nec inſiſtere pedibus, nec diſtendere ſe lecto poſſet, ſed perpetim ſedere in humili ſella cogeretur; in medicis & humana arte ſpes ei nulla ſalutis ſupererat. Interea temporis frequenter ego inviſi ægram, & pro modulo meo conſolatus ſum: ipſa vero tandem, feria V ſanctioris hebdomadæ anno MDCVII, venit neſcio quo pacto in eccleſiam noſtram, mire fatigata & doloribus fracta. *Tum proſequitur alia, fere ut ſupra, ex relatione ipſius Juliæ; niſi quod addat; ipſam in maximis angſtiis ſuis* B ſe convertiſſe ad imaginem B. Aloyſii, quæ è regione ſtabat expoſita, *& ſic opem ejus imploraſſe:* ſanatam vero erexiſſe ilico ſeſe, ac de genibus gratias plurimas reddidiſſe Deo. Deinde mihi, *inquit teſtis,* accerſi juſſo in eccleſiam, rei ſeriem ac ſanationis modum lætabunda narravit; ſalutemque ſingulari virtute Dei, intercedente B. Aloyſio, ſibi redditam eſſe dictitabat: idemque etiam affirmabat multis nobilibus feminis familiaribus ſuis, quæ, æque ac ego, mirabilitatem rei mirabantur. Denique conceſſit in domum ſuam, magna cum facilitate & alacritate, non ſecus quam ſi nihil mali paſſa fuiſſet. Attulit quoque anathêma beato Soſpitatori ſuo, & ſingulari cultu eum deinceps venerata eſt, & bene ſana hucuſque vivit. *Interrogatus autem,* an aliter ſe res habere poſſet, *reſpondit,* non poſſe: miraculum eſſe inſtantaneum, ſanitatem recuperatam; & inſtantaneam quoque fuiſſe redintegrationem virium: nihil medicinæ aut opis humanæ fuiſſe applicatum: naturam non potuiſſe momento temporis talem producere effectum; quia ad operandum indiget longiore mora. *Interrogatus iterum de ſcientia, dixit:* Ego adfui: vidi, modo ſemimortuam, & mox perfecte ſanatam, cum multa admiratione mea. Contigit autem id in eccleſia Societatis noſtræ, S. Joannini vulgo dictâ, Florentiæ Feria V majoris hebdomadæ ante meridiem, anno ſupra indicato, præſentibus Dominabus, Catharina Violanta Medicæa, & Flammetta Serinia, & aliis pluribus, quarum nomina me nunc fugiunt.

& confirmat P. Filliuccius,

qui præſens fuit. C

368 *Florentiâ tranſeo Senas, ubi anno* MDCVI *menſe Aprili deſcripta fuit, ac deinde in proceſſum ibi factum etiam relata, miranda ſanatio* Dom. Rinaldi Petrucci, Nobilis Senenſis, annorum LXII. *Hic* laborabat febre quartana, ſimul & magno profluvio ventris. Augebatur in dies utrumque malum. Acceſſerunt etiam ſtomachi dolores acerbiſſimi, & continua febris, eaque vehemens: quæ hominem initio hujus menſis Aprilis MDCVI in extremum adduxerant diſcrimen: & medicus, Dom. Angelus Banni, in depoſitis eum habebat. Advocatus igitur eò fuit Pater Rector collegii Societatis Jeſu, eodem die quo de vita ejus deſperabat medicus, ſub horam XIX. Adfuit mox, & confortavit ægrum talibus documentis, qualia tempus & locus poſtulabant. Rediit poſtridie, ac inter colloquendum meminit miraculorum, quæ facta ſunt Senis non una, per interceſſionem B. Aloyſii. Tunc Domina Margarita Petrucci, conjux infirmi, rogat P. Rectorem, ſibi ut copiam faciat Reliquiæ, quam is habebat, Aloyſianæ; ſperare ſe, maritum illâ adiutum iri. Promiſit P. Rector, &, expiatâ per Confeſſionem conſcientia ægri, ut aptior ad gratiam quæ petebatur foret, miſit Reliquiam eâdem veſperâ ſub occaſum ſolis; quam ei ſuſpenderunt è collo, firmiter ſtatuenti, ſe quotidie perſoluturum ter Orationem dominicam & Salutationem angelicam in honorem Beati prædicti, ſi ſanaretur. Mox ipſa nocte quietius ſolito dormivit: poſtero mane, qui horâ XIII reviſere eum debebat ex prædictione medici vehementiſſimus febris paroxiſmus, non venit: ſolummodo circiter horam XXIII neſcio quid horroris accidit corpori, quod æger negabat febrim eſſe. Interea ceſſavit febris continua, ceſſarunt dolores ſtomachi, ceſſavit profluvium ventris; uno verbo, abiit omnis infirmitas quanta quanta fuit. Medicus viſâ tam repentinâ curatione obſtupuit, dixitque mirabundus: Domine Rinalde, tu omni ex parte ſanus es; & intellecto quid feciſſent Reliquiâ B. Aloyſii; exclamavit: Hoc profecto miraculum eſt. E

Rinaldus Petruccius

à variis morbis

præter opinionem curatur.

369 *Senis Romam venio, ubi celeberrimum nomen eſt* Dominę Erſiliç *ſeu* Arſiliç de Altiſſimis, Tiburtinę, *in proceſſu anni* MDCIX, *tam ex ipſiuſmet depoſitione, quam ex plurium aliorum teſtimonio. Ipſa hunc in modum depoſuit die* I *Septembris, annos nata* XXXVI: Laborabam ego hoc quadraginta dierum jejunio (*igitur eodem anno* MDCIX, *quod infra etiam confirmatur*) verſus hebdomadem ſanctam, febri & pleuritide uſque adeo, ut de vita mea deſperarent medici, quod apparet ex unius epiſtolio, conſcientiæ meæ moderatori inſcripto (*quod petit deponens in Acta referri, & relatum eſt*) tenoris ſequentis: Admodum Reverende Pater in Chriſto. Comperi Dominam Erſiliam tam male habentem, ut non modo dubiam ei vitam eſſe judicem, ſed etiam videri magnis paſſibus properare ad terminum: vires ei plane deficiunt, & reſpiratio difficilis eſt. Opto ut primo quoque tempore ſacram Euchariſtiam pro Viatico ſumat. Hæc tibi, Reverende Pater, quem mihi dicunt ejus animam curare, ſignificanda putavi. Lapis bezuarius (*vulgo* Belzoare *&* Bezoart) ei prodeſſe poſſet. Oſculor tibi manus. Raptim. &c. Modeſtus Brunellus. F

Erſilia liberatur pleuritide

& proximo mortis periculo,

370 Ejuſdem diei veſpere (*reſumit ſermonem Erſilia*) quam potui ferventiſſime oravi B. Aloyſium, ut mihi vita produceretur in diem poſterum, & ſacroſanctâ Euchariſtiâ munirer. Interea, annuente Patre meo ſpirituali, votum concepi in honorem prædicti Beati pro recuperanda ſanitate; & mane, per gratiam ejus, non ſolum communicavi, ſed ſimul etiam me ſenſi liberam pleuritidis dolore. Quamobrem petii à prædicto Patre facultatem ſolvendi votum quod feceram; illo autem indicante, me nondum perfecte ſanatam eſſe, afflixit me iſta indicatio; ratam, cum aliqua Beati injuria conjunctam eſſe: ideoque apprehendens manu Chriſti in cruce ſuffixi ſimulacrum, quod è dextera lecti pendebat parte, remotoque velo ejus (*agebatur enim hebdomas de Paſſione Domini, uti initio ſubindicatum eſt*) erexi me ut potui; & ſedens in lecto, multis cum lacrymis orabam Beatum, ut ne permitteret talia de ſe dici poſſe, utque quam nullis meis meritis poſtulare auderem, per vulnera Chriſti Domini, impetraret mihi plenam perfectamque ſanitatem.

AUCTORE C. J.

Eodem inſtanti tempore ingreditur medicus, & me ſine febri ac perfecte ſanam pronuntiat. Superfuit mihi tamen imbecillitas ſumma corporis; ſed hoc etiam uno alterove die ſic reſtauratum fuit, ut, volente Patre meo ſpirituali, paulo poſt præſtiterim quod votum erat.

Item dolore capitis.

271 Aliquot deinde lapſis diebus, ædituus eccleſiæ Annuntiatæ, donavit mihi in ampulla aliquantum ex illo vino, quo ſacra Beati oſſa fuerant lota, quando tranferri debebant ab ara S. Sebaſtiani ad aram S. Mariæ Virginis, ubi nunc honorantur. Hoc vino, quotieſcumque mihi dolet caput (dolet autem crebro, & nonnumquam moleſtiſſime) conſuevi linere ejus tempora, & numquam non experta fui efficatitatem talis medicinæ, evaneſcente continuò dolore omni. Fuit etiam ædium, in quibus ego habito, domina, Camilla nomine, ſimiliter cruciata doloribus capitis; cui obtuli de vino prædicto; eoque ſimiliter uſa, retulit mihi, ſe ſubitaneum ſenſiſſe auxilium & ceſſationem doloris.

CAPUT II.

Alia ex iiſdem proceſſibus miracula.

Prædicta Erſilia,

372 *Eadem Erſilia, de qua modò*, vidua Tiburtina (*ut eam vocat Confeſſarius ſuus teſtis Romanus* XII) *mox ſubjungit aliud in ſe ad invocationem B. Aloyſii factum miraculum, quod ipſa referente* (*interponam tamen nonnulla etiam prædicti Confeſſarii verba*) *ſic ſe habet:* Aliquantum fuit ante finem Julii (*memento, Lector, depoſuiſſe illam hæc, anno* MDCIX, *die* I *Septembris*) cum nocte quadam ex improviſo graviſſimus dolor invaſit dexteram mihi manum, inæqualiter tumefactam: die ſubſecuto idem accidit alteri quoque manui: ex quo factum eſt, ut neutram movere vel uſque os poſſem. Quod ſi forte moveri illas & de loco in locum tranſponi neceſſe erat, filia quædam mea, cùi nomen Victoriæ, opem ferre ad tranſpoſitionem debebat. Paucis poſt diebus eadem calamitas pedes quoque corripuit; & quia ſentiebam totum mihi latus ſiniſtrum dolere, multum timui, ne & illud ſimiliter pervaderetur. Quapropter de conſilio Patris mei

C

aliàs malo artritico laborans,

ſpiritualis contuli me, ut potui, tertio Kalendas Auguſti ad domum Fabricii Cocannarii, medici phyſici Tiburtini, gentilis mei, Romæ commorantis, [prope eccleſiam S. Mariæ Lauretanæ, *uti addit teſtis* XII,] illum poſtulatura remedium aliquod, ad avertendum ſerpens malum. Dixit autem mihi ille domi ſuæ, malum iſtud ferre præ ſe morbum artriticum; ſubeſſe periculum ne toto vitæ tempore forem manca, proinde neceſſario adhibenda eſſe remedia: præſcripſitque ſimul longam eorum ſeriem, uti videre eſt in ejuſdem ſcriptura. *Hæc inſerta eſt in Actis; cujus loco hic produco quædam dicta Confeſſarii ejus eadem ſuper re, quod nempe adhibenda erant* judicio medici remedia fortiſſima, aqua ligni, ſalſa periglia (*ita loquitur Italia*) ſyropi, purgationes: quibus ſumendis perlongum tempus impendi debebat, puta dierum XL aut L. Venit porro Erſilia ad me, *inquit*, Kalendis Auguſti, circiter horam XII, *more computandi Italico, quæ Tranſalpinis tunc fere eſt quarta poſt ortum ſolis*; conſultura me, numquid talibus utendum ſibi remediis eſſet. Ambæ autem tunc manus ejus (vidi) è collo pendebant alteratæ, & ſic affectæ, ut illis ſignum Crucis formare aut veſtem, dum ad tribunal confeſſionale aſcendebat, attoliere vel tantillum nequiret. D
Pedibus vero conſiſtere vix poterat; debuitque, dum ego cum ipſa brevi tempore loquebar, extra tribunal prædictum, applicare ſe muro eique inniti.

373 *Hæc ille: cujus juſſu*, perrexi, *inquit Erſilia*, ad domum Profeſſorum Societatis Jeſu conſilii cauſa; intellectoque à P. Guidone de Romanis, & P. Jacobo Minutulo, qui ante ingreſſum in Religionem profitebatur Medicam, oportere quantocius applicari remedia, ab medico præſcripta; ſenſi animo meo illabi dictamen hoc, Vade ad B. Aloyſium, & ſpera firmiter, futurum ut abſque medicaminibus convaleſcas. Obedivi, & quia genibus nequibam inniti, conceſſi ad confeſſionale tribunal, contra altare & imaginem Beati; eóque oculis & corde intenta, dixi: Ego, ô beate Aloyſi, hic habeo quidem penes me malorum omnium quæ me affligunt, medelam, videlicet ampullam cum oleo, è lampade tua ſumpto; verum non me poſſum illo inungere. Unge me tu, Beatiſſime; & fac cognoſcam, quanta ſit tua apud Deum potentia. Vix hæc elocuta fueram, & nullum amplius ſenſi dolorem ullâ corporis parte; detumuerant jam manus, & moveri poterant quaquaverſum; reſpexi pedes, & illi cœperunt incedere; denique totam me comperi reſtitutam integræ ſanitati. Continuo accerſi Patrem meum ſpiritualem, eique expoſui ſucceſſum rei. [*Et ille*, Vidi, *inquit*, hiſce oculis meis liberrime iptam movere manus, quas una ante hora videram adſtrictas pectori fere immobiles.] Inde vero (*pergit Erſilia*) prædicto Patre atque uno ædituorum præſentibus ac videntibus, redii ad medicum meum Cocannarium, nullo inter eundum incommodo; & ingreſſa domum ejus, depoſui per me ipſa pannum & veſtes, cum admiratione & ſtupore omnium: nec deinceps in hunc uſque diem mihi quidquam depulſæ jam calamitatis rediit. Eâdem etiam veſperâ contuli me in domum meam, & proximo profeſto die accinxi me ad ſolitum opus manuale abſque incommodo.... Hanc porro curationem, meram eſſe gratiam & miraculum B. Aloyſii patet: quia nullum medicamen adhibui: neque credo aliter quam per miraculum fieri potuiſſe unico in momento: & miraculum eſſe, dixi obviis omnibus, & publicavi ubique.

illo liberatur in momento temporis,

374 *Nonnulla dilucidius, cum diſtinctione minuta temporum, ſuper eadem curatione deponit Julia Cocannaria, ſoror prædicti medici, teſtis in proc. Rom.* XXI, *hunc in modum locuta:* Venit Erſilia in domum noſtram die Veneris mane, pendentibus è collo alligatis ei manibus, quas movere non poterat, *&c.* Alterâ ante ſolis occaſum horâ lamentabatur per domum, præ acerbitate doloris, miſerum in modum *&c.* Cibum dein ſumpturæ ego offam in os indidi: manus enim movere ipſa nequibat. Frater meus ei præſcripſit *medicinam ut ſupra*. Poſtero die mane, qui erat ſabbatum & primus Auguſti, filia ejus ipſam cœpit veſtire, & ego adjuvi; & ſimul duximus miſellam ad ſepulcrum B. Aloyſii, quod vehementer deſiderabat; ac perſtitimus ibi horas duas, orando Deum pro ejus ſalute; & ipſa ibi ſacram Euchariſtiam ſumpſit. Poſt hæc adivimus eccleſiam domus profeſſæ, & ego conceſſi ibi ad Confeſſarium meum. Moxque illa ad me accedens, ait: Oportet me redire ad B. Aloyſium; impellor enim eò vehementer. Cogitabam ego, impulſum illum à Deo immiſſum eſſe, & animavi eam ut iret, atque ad prandium rediret ad nos. Poſtquam ego autem ſacram ſynaxin communi-

dum oras ad ſepulcrum Beati.

E

F

A municaveram, domum reverſa, inveni ibidem Erſiliam omnino ſanam & ſalvam: & narravit mihi, quomodo ipſam B. Aloyſius inſtanti tempore ſanam feciſſet, dum ad ſepulcrum ejus orabat: ac veſpere ejuſdem ſabbati rediit in domum ſuam pedes expedite, nec opis indiga alicujus. *Legitur hoc miraculum etiam in Relatione Auditorum Rotæ, ſed paucioribus verbis. Qua de cauſa putavi, hîc cum adjunctis ſuis omnibus referri etiam poſſe ac debere.*

qui apparet Luciæ Renziæ

375 *Aliud quoque miraculum deponit eadem Erſilia, in quo & partem habuit ipſa, factum in Dom. Lucia Renzia, filia quondam Dominici Renzii: ſed cum ipſa D. Lucia id etiam deponat, teſtis* XX; *ipſam audiamus.* In notitiam, *inquit*, veni B. Aloyſii hoc modo. Tenebar affixa lecto ex vehementiſſima febri & doloribus renum; ac timebam vitæ meæ. Inter hæc viſitavit me Dom. Erſilia de Altiſſimis; & percunctata, quo laborarem malo, exhortata eſt, ut dolores meos referrem ad dolores Chriſti & B. Mariæ Virginis. [*Ac præterea* ſuggeſſi ei, *inquit Erſilia*, ſeſe ut commendaret B. Aloyſio, illum utique gratia miraculorum excellere, eaque multis præſtare.] Tum interrogavit illa me (*pergit Lucia*) num volens morerer: & reſpondi; non plane volentem morituram; quod nihil boni operis feciſſem in vita mea: ſimul eam rogavi, ut ipſa me commendaret prædicto Beato. His dictis, abiit Erſilia: & ego ſub mediam noctem vigilans, me eidem Beato commendavi, ſummis precibus orans, ut ſi interreſſet gloriæ Dei & ſalutis animæ meæ, mihi repararet ſanitatem priſtinam: peſſimo namque loco eram & mortem plurimùm timebam. Simul atque abſolvi orationem hanc, apparuit in cubiculo ipſe Beatus, indutus habitum Societatis Jeſu, & linteatus deſuper, cum multa gloria & ſplendore, adjacente pedibus ejus prædictâ Erſiliâ, genibus nixâ. Hæc ego intuita, concepi fiduciam, ac denuo ei me commendavi; nec interceſſit mora ulla, quin me febri, doloribus, ac omni morbo carere compererim. Vigilaſſe autem me, non dormiiſſe aut ſomniaſſe, certa ſum; quia paulo ante experrecta fueram, & habebam in cubiculo lucernam accenſam, & perſpicue videbam omnia, & ſenſi me conſolatione perfuſam ac mira lætitia affluentem, & exploravi pulſum arteriæ, & comperi nullum ſupereſſe febris veſtigium: & Beatus, poſtquam ſat longo tempore ſic perſtiterat, videri deſiit. Memini autem aſpectu juvenem fuiſſe.

periculoſe decumbenti,

eamque ſanat miraculo,

ut teſtantur medici.

376 *Interrogata Lucia*, an veritas aliter ſe habere poſſit, & ſanatio ſua aliter quam miraculoſe evenerit: negavit. Quia, *inquit*, nullum adhibueram medicamentum; nec poterat morbus, qui adhuc augeſcebat, deſinere tantillo tempore naturaliter; deſiit autem ſimul atque ſe videndum præbuit Beatus. Publicavi quoque obviis quibuſque, ut miraculum, rem geſtam, ubi mane illuxit. Monitus etiam medicus pridie veſperi, ut primo diluculo ſequenti ad me inviſeret; adfuit deſignato tempore, & me perſanatam invenit: dicebat tamen, veſperi denuo adventuram febrim: quapropter & ipſe veſperi rediit, ſed nihilo plus febris aut invaletudinis invenit. Et hoc veritas eſt. *Subſcripſerunt huic rei duo medici*, Julius Cæſar la Galla, & Thomas Groſſius, *alias hic etiam allegati. Primus ait*: Puto hanc curationem fuiſſe ex miraculo, partim quia breviſſimo tempore facta fuit, abſque inſigni mutatione corporis, partim quia ſupponitur facta ex apparitione B. Aloyſii, quæ non fuit in ſomno, ſed in vigilia, integris ſenſibus & mente, quod cauſam naturâ ſuperiorem arguit. *Alter ſic ſtatuit*: Dominam Luciam de Renziis, febri ardenti, ut ſupponitur, oppreſſam, à ſæviſſimo renum dolore, qui materiæ abundantiam indicabat, temporis momento, nulla evacuatione præcedente, vel natura vel artificio comparatâ; nullove alio medicamento adhibito, quod opportune morbi cauſam tolleret, penitus convaluiſſe, miraculum pronuntio: cum naturaliter haudquaquam fieri potuerit. *Plures hæc ipſa, quæ Erſilia depoſuit, teſtati ſunt in eodem proceſſu: ſed nihil attinet iis immorari.*

AUCTORE C. J.

Matthæus Calamita

377 *Tranſeo ad Matthæum Calamitam, Societatis Jeſu Religioſum, in eodem proceſſu teſtem* V, *examinatum anno* MDCIX, *qui loquitur hunc in modum*: Audivi ego multa celebrari miracula, interceſſione B. Aloyſii facta: & unum teſtor factum eſſe in me. Ex quo in Societate noſtra dego, conſuevi ſemper orare curvatis humi genibus, prout obtinet communis uſus, & continuabam ſic genua flectere multis ſæpe horis abſque nocumento ullo. Poſtea juſſus fui Janitorem agere ad portam domus poſticam, & quinque aut ſex menſes egi: quando ſenſim contraxi invaletudinem, quæ non patiebatur me niti genibus ſine dolore graviſſimo: ex quo & concepi mœrorem animi nihilo minorem: quia nempe mihi integrum non erat facere quod alii Socii faciebant. Tenuerat illa afflictio mea hebdomadas aliquot; cum die quodam bene mane ſenſi ſtato tempore orationis, tantum genibus cruciatum, ut nullo modo iis niti poſſem. Unde converti me ad imaginem B. Aloyſii, expoſitam venerationi in eccleſia noſtra, & dixi: O beate Aloyſi, legitur in hiſtoria Vitæ tuæ, te ſingulari caritate proſequi ſolitum fuiſſe Adjutores Societatis noſtræ temporales: quamobrem ego talis, recurro cum fiducia ad te; præſta mihi ut poſſim orare, quemadmodum reliqui Socii, genibus inflexis humi. Si me exaudis impetraſque à Deo quod peto, promitto me honori tuo quotidie dum vivam, recitaturum ſemel Orationem dominicam & Salutationem angelicam.

E

amiſſam genua flectendi facultatem

in momento recuperat.

378 Hæc elocutus & pollicitus, omni ſtatim incommodo, dolore & moleſtia, quæ me affligebant, liber fui: & qui genua curvare tam diu vix poteram dum hoc votum facerem; quique ſtatueram, eo facto, me erigere in pedes; perſtiti ſine dolore eodem ſitu genibus incurvatis, & perſeveravi horâ integrâ; moxque etiam ſic incurvatus audivi Miſſam abſque omni moleſtia: deinceps vero quotidie mane horam ac dimidiam impendo, continenter eodem modo incurvatus, orationi ac Miſſæ ſacrificio; nec non alia ſimiliter tempora orationibus aliis, ſemper expers doloris & moleſtiæ, quin etiam cum voluptate. Reputo autem hanc me gratiam obtinuiſſe per interventionem B. Aloyſii; cui quod promiſi ſemper dein perſolvi & perſolvo; atque imaginem ejus quot diebus viſitatum ac veneratum eo. *Confirmat deinde verum eſſe miraculum, quia* nullo medicamine adhibito, ſed ſolo voto, & *ſubito, curatus fuit, ac manet ſanus.*

F

Nobilis Parmenſis,

379 *Ejuſdem proceſſus teſtis* IV, *Pater Aloyſius Valmarana ſic ait*: Nobilis quidam Parmenſis, cujus nomen non reminiſcor, noſſem tamen ipſum ſi viderem, & pluries allocutus eum fui; toleraverat annis IV continuis dolorem capitis tam gravem, ut ad omnia pene inutilis eſſet; nec egredi domo aut incedere audebat, quia identidem cadebat in terram, & non raro caput impingebat in parietem; dixitque mihi non ſemel, ſe aliquando lapſum eſſe ex equo, & exinde ſic laboraſſe. Is tandem famâ ſanctitatis B. Aloyſii & miraculorum ejus, quæ crebro

annos 4 fere delirus dolore capitis,

AUCTORE C. J.

crebro audiebat, in ſpem erectus, convenit me rogavitque, ut ſibi frontem Reliquia ejuſdem Beati, quam in ſacrario noſtro ibi ſervamus, ſignarem. Reſpondi ei, aliqua opus eſſe præparatione ad conſequendum beneficia divina: expiaret prius peccata ſua per exomologeſin; tunc ad me rediret, libenter facturum, quod rogabat. Fecit quod ſuaſeram; rediit, ſuperaddidit votum aliquod in honorem Beati, flexit demiſſe humi genua, magnâ cum pietate ac fiduciâ; ſignatus à me fuit frontem ſacrâ Reliquiâ; & in loco cœpit ſtatim ceſſare dolor, atque intra biduum triduumve ita plane abiit, ut nec veſtigium priſtini mali relictum ſit.

ilico ſanatur.

380 *Audiamus etiam in eodem proceſſu ſua proferentem anno* MDCIX, *die* XX *Octobris, Veronicam de Curtis, teſtem* XXVII: Notus *inquit*, mihi multaque in veneratione eſt B. Aloyſius Gonzaga, propter beneficia ab ipſo, tum mihi, tum filio meo collata. Et ego quidem quatuor abhinc annis lecto decubui, à principio Quadrageſimæ ad uſque Pentecoſten, ex febri continua; cui acceſſit ſurditas ambarum aurium talis, ut nihil iis ſentirem, niſi quando volentes mihi aliquid dicere, admoto prope aures

Surditas pellitur contactu Reliquiæ:

B meas ore ſuo, elata voce clamarent: & tunc percipiebam aliquid. Habebam autem Reliquiam B. Aloyſii dentem unum, cujus contactu divinitus ſanitatem recuperaverat filiolus meus, uti mox dicam; & venit mihi in mentem, idem remedium adhibere malis meis. Quamobrem cum fiducia implorans Beati opem, impoſui reverenter dictum dentem affectis auribus; & continuo cœpi audire & ſurrexi è lecto, & dixi cognatæ cuidam meæ; Ego vos audio loquentes: iterumque ac tertio eumdem dentem auribus inſerui, & plane liberata fui ſurditate. *Interrogata autem*; Utrum ex remedio naturali vel medicinali id evenire potuerit, & aliter res ſe habeat. *Reſpondit*: Nullum mihi medicus permittere medicamen voluit, quia dubitabatur num eſſem gravida. Neque curatio illa opus naturæ fuit; quia applicatione ſacræ, quam dixi, Reliquiæ recuperavi auditum: & hoc divinitus factum eſſe, ego ſemper credidi, atque acceptum B. Aloyſio retuli.

381 *Alterum, quod in filio ſuo obtinuit beneficium, hoc modo deponit teſtis eadem:* Filiolus mihi eſt, Joannes Franciſcus nomine, qui laborans continua

eodem curatur

febri, lac retinere non poterat, ſed ſuctum evomebat; ſine intermiſſione lamentabatur die ac nocte; tamque erat emaciatus, ut præter pellem & oſſa nihil videretur ſupereſſe: ad hæc ſupervenit ei profluvium ventris, quo adducebatur in extremum diſcrimen, & pectus ei mirum in modum protuberabat. His malis circumſeſſo puero, appendi ad collum ejus dentem B. Aloyſii, poſtquam illo totum corpuſculum ſignaſſem; & eodem tempore fugerunt mala omnia, & puer contra opinionem medicorum plane convaluit: nosque beneficium tam ſingulare multiplicis curationis interceſſioni tribuimus Beati prædicti. Accidit autem,

ſemel atque iterum

eumdem puerum poſt duos menſes in aliam relabi infirmitatem, eamque pariter graviſſimam & multiplicem. Æſtuabat namque maligna febri, angebatur inflammatione gulæ, ſcatebat papulis rubentibus, mixtis tuberibus & carbunculis. Quæ accitus medicus ut vidit, pueri vitam in deſperatis haberi juſſit, meque monuit, ut ne imprudens accederem propius: contagioſum quippe malum eſſe, contrahi facile, & ſpatio XXIV horarum necare hominem. His auditis recurrimus, maritus meus & ego, ad conſuetum jam nobis remedium, ad dentem, inquam, Aloyſii; ſignavi illo puerum, præcipue carbunculos quos dixi, tum Reliquiam D collo ejus appendi, & dicto citius evaneſcentibus papulis cum carbunculis ſuis, deterſaque febri; qui illa nocte moriturus credebatur infans, ilico omni parte ſanus extitit; quique toto die illo lac non guſtaverat, ſub tertiam ab occaſu ſolis ho- *varius & letalis pueri morbus.* ram ubera ſuxit avide; & ſomnum, quem à principio morbi oculis ſuis non viderat, placide cepit, continuavitque tota nocte. Quæ res medicum, proximo mane redeuntem, incredibili ſtupore implevit. Nos vero quod pro periclitante nuncupaveramus votum, portandi eum ad ſepulcrum B. Aloyſii, ibique offerendi anathêma argenteum, læti perſolvimus. *Interrogata porro teſtis, ut ſupra; dixit*: Remedia humana non adhibuimus puero, quia medici judicabant importuna fore, & ab illo ſumi non poſſe: cumque viribus jam plane deſtitutus eſſet, non poterat naturâ ſuâ ſanari, ſaltem tam brevi tempore. Vidimus autem, ſimul atque admotus ei ſacer dens fuit, ſimul ſanitatem ei redditam eſſe, & continuaſſe: nosque rem tam mirabilem pro miraculo ſemper habuimus, quod B. Aloyſio tulimus acceptum.

E

D. Cynthia Gonzaga

182 *Hactenus ex proceſſu Romano: addamus etiam nonnulla ex Caſtellionenſi.* Illuſtriſſima & Reverendiſſima Domina Cynthia Gonzaga, Prælata Societatis Virginum Jeſu, filia Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini, D. Rudolfi Gonzagæ, ſacri Romani Imperii Principis, Marchionis Caſtellionis {*totidem verbis latinis referuntur hæc in proceſſu*} *atque adeo Aloyſii ex fratre neptis, teſtis* XV, *anno* MDCVIII *die* XXII *Octobris, inter alia hæc de ſe jurata deponit.* Proximo menſe Auguſto decubui afflictiſſima doloribus uteri, quos nonnumquam patior, ex quo Româ huc redii, ſolitos conferre ſecum oppreſſionem cordis & ſuffocationem gulæ, uſque adeo ut ne guttam quidem aquæ deglutire tunc poſſim; accedente etiam interno cruciatu tali, quaſi canes mihi dilaniarent viſcera & imprimis ventriculum. Quando autem *uteri doloribus ſemi mortua,* dolores iſti ſunt minus violenti, ſolent continuare circiter octo dies, quamvis non ſemper cum eadem intenſione: at quando principio ſæviunt immaniſſime, ſolent ſaltem tenêre diem unum & unam noctem. Jam vero cum nuper me invaſerunt, tam fuere immanes ut numquam magis. Quotieſcumque reſpirabam, tantus erat cruciatus, ut F continere me à querulis vocibus non poſſem; nec poteram ullum quietis locum invenire quocumque corporis ſitu, ſed nec ullo ſitu manere diu. Supervenit inter hæc Reverendus P. Virgilius Ceparius, qui mihi à Confeſſionibus eſt; voluitque mihi dare imaginem B. Aloyſii, ſperans fore ut *contactu imaginis* illo intercedente conſanarer. Sed ego negabam, illud tunc opportunum eſſe, quod dolores modum excederent, & ſuo adhuc in principio eſſet paroxiſmus. Reſpondit Pater, poſſe equidem Beatum mederi doloribus, quantumvis immanibus, & quovis tempore: ſimul imponit imaginem meo pectori. Tum ego illam deſtringo, precorque Beatum, ut tantillum mihi quietis indulgeret, quo *ilico liberatur.* poſſem aliquid piæ conſiderationis admittere. Res mira, ut me imago tetigit, & ego eam amplexa fui; fugerunt dolores, ſiluerunt querulæ voces; quietem cepi ac tenui horas V, uſque ad veſperam, & ſic omne malum abſceſſit: unde ſequenti luce ſurrexi more ſolito è lecto, exii domo, conveni in eccleſiam, interfui ſacrificio Miſſæ, communicavi ſacroſanctam Euchariſtiam, & deinceps manſi ſana. *Interrogata*, utrum aliter ſe res habere potuerit, *&c. Reſpondit*: Ego factum illud

ſem

A semper tenui & adhuc teneo pro vero miraculo. Quippe, natura operante, non mihi solebant dolores, qui tanta vehementia inchoabant, cessare tam subito & in ipso eorum principio: sed, postquam multas tenuerant horas, paulatim minuebantur. Hìc autem dolor omnis instanti tempore, dum maxime fervebat, detersus fuit, nullo præcedente remedio, aut à medico aut ab aliis applicato. Hæc porro & supradicta omnia depono ac deposui ad gloriam Beati, jurejurando obstricta; suntque pura veritas. *Confirmat hæc omnia testis* XVI.

383 Faustinus cognomento Livellus, Castellionensis, narravit mihi (*depositio est testis* VI) se suamque conjugem, cum aliquando, deficiente præ inopia pane, desperarent suam suorumque vitam, imploraſſe domi suæ opem B. Aloysii, ut familiæ suæ de necessaria sustentatione provideret. Post hæc ille domo exiens, ecclesiam petiit, idem ibi rogaturus Beatum; cum per viam obvium habuit hominem, qui cibum ei potumque, quod familiæ toti sufficeret, concessit. Dicebat porro mihi Faustinus, se rem hanc pro miraculo habere: quia dum orabat domi, sibi suaviter inspirari senserat, commeatum sibi, si adiret ecclesiam, à B. Aloysio paratum iri.

Faustinus Livellus cibum suis

à Beato impetrat.

B 384 *Testis Castellionensis secundus, Clemens Ghisonus, sæpenumero adductus supra, perpetuus Beati, dum vivebat in seculo, comes & minister; deinde apud fratrem ejus Franciscum Præfectus domûs; ita deponit:* Multa ego audivi miracula B. Aloysii, facta Florentiæ, Romæ, in Polonia, Castellione, atque aliis locis; & miraculum reputo, quod ipse olim evaserit mortem, quando lectus, in quo dormiebat, arsit. (*Vide caput* 5 *libri* 1 *Vitæ Cepariane.*) Multo post contigit mihi, quod nunc dico. Præfecerat me domui suæ Excellentissimus Dominus meus, Princeps Franciscus; & agebam cum ipso Romæ; cum, collectis (uti suis temporibus fieri consuevit) dati & accepti rationibus, comperi deesse mihi scuta quingenta, nec reminiscì poteram quid iis feciſſem, etiam post sedulam inquisitionem dierum circiter XXV, quibus discussi scripta mea omnia & angulos scriniorum, nec quidquam inveni; quia per oblivionem non retuleram in adversaria mea summam illam. Nequidquam igitur me fatigans quærendo, prope aberam à desperatione; conscius quidem meæ mihi innocentiæ, sed quam monstrare non valebam; & poteram expendisse pecuniam illam, sed nesciebam; nec vero audebam indicare Principi meo, nec cuivis alteri ob verecundiam. Quid igitur tandem? Converti me ad B. Aloysium supplex & orans, per illa quæ ego ei adhuc viventi sedulo impendi obsequia, ut mihi modum suggereret recuperandi quam desiderabam pecuniam. Et hæc orabam anno MDCVI, die XXVII Octobris vesperè. Inde concessi cubitum; & mane primo diluculo audivi B. Aloysium clara voce dicentem mihi: Noli timere, sed inspice œconomi codicem, ibi inventurus quod quæris. Advolo ad codicem indicatum, & apertâ fenestrâ ad dubiam auroræ lucem lecturus, incido statim in hunc locum; Die III Octobris data œconomo scuta quingenta. Quo lecto, confestim gratias egi Deo & Beato, & mox vestes indutus properavi ad ejus sepulcrum, ibique in sacello Missam audiens, denuo ei gratias persolvi: deinde narravi hoc miraculum Rev. P. Virgilio Cepario & multis domesticis nostris. Aliud quoque miraculum conservo in corde meo, quod certus sum obtinuisse per intercessionem ejusdē Beati; eaque de causa obtuli anathêma, & suspendi ad sepulcrū ejus.

Clemens Ghisonus

amissa scuta 500

C

invocato B. Aloysio an. 1606

recuperat.

AUCTORE C. J.

CAPUT III.

Miracula ex privatis in archivo collegii Romani Relationibus.

385 *Præmissis duobus capitibus recensui nonnulla, extracta fere ex processibus, legitima auctoritate factis anno* MDCVIII *&* IX, *quæ pro miraculis ibi deposita fuerunt, & aliqua etiam testimonio medicorum pro talibus probata. Nunc ex privatis fere aliorum relationibus, quæ in archivo nostro Romæ sunt, hoc & sequenti capite colligo alia varii generis mirabilia, quæ Deus ab anno* MDCVI, *usque ad* VIIII, *invocato B. Aloysio, dispensavit liberaliter. Una earum Relationum, scripta Mediolani anno* MDCVIII, *uti infra innotescet, paucis multa prosequitur hunc in modum:* Anno MDCVI Dom Octavia Canobbia crebro patiebatur inflammationes oculorum, quibus ita afficiebatur, ut ferre cælum sine dolore non posset: & hæc patiebatur à multis jam annis, reliquias variolorum, quibus pridem laboraverat. Signata fuit oculos sacrâ B. Aloysii Reliquiâ; & deinceps ad hoc usque tempus (*Relatio scripta est, ut dixi, anno* MDCVIII) non amplius quam semel oculos male affectos habuit; cum prius ter & quater & sæpius quotannis male affici soleret. Dom. Christophorus Canobbius, frater prædictæ, vovit eidem Beato iconem argenteam, si eatenus per illum sibi firmaretur femur, ut frequentare scholam posset. Vovit autem initio Novembris anni MDCVII: & exinde frequentat perpetuo huc usque, quod duobus præcedentibus annis præstare non potuerat, nisi forte rarissime; atque ut plurimum cogebatur decumbere lecto cum gravissimis doloribus, profectis ex prædicto femore, quod multis plagis plerumque manabat pure. Idem, sub finem anni jam dicti, lectum tenebat ex vehementi febre & vehementibus ejusdem femoris doloribus; cum ad contactum Reliquiarum beati Patris Ignatii & B. Aloysii statim fugit dolor omnis; & febris ilico remittens, eodem die omnino disparuit.

Liberantur variis malis

Octavia Canobbia an. 1606.

E

Christophorus ejus frater 1607

386 Anno MDCVII, mense Junio, Dominus Carolus Trivultius contraxit febrim acutam, ex quo desperare jam cœperant medici de ejus salute. Signatus fuit Reliquiâ B. Aloysii, & salutem recuperavit, portavitque anathêma argenteum, & appendit ad imaginem Beati. Dom. Franciscus Visconte è Dynastis de Soma, incidit eodem anno, sub exitum Septembris, in febrim gravissimam, non sine acerbis doloribus capitis. Huic impositum fuit pauxillum Reliquiarum B. Aloysii, & dolor remisit: mox autem signatus eâdem Reliquia, intra biduum omni caruit infirmitate. Hoc anno MDCVIII, mense Januario, portavit Dom. Alexander Taverna, appendendum ad imaginem Beati anathêma aureum, gratitudinis pignus, propter restitutam sibi (ut ajebat) per B. Aloysium ex febri maligna sanitatem, postquam sacrâ ejus Reliquiâ signatus fuerat. Dom. Laura Biuma laborabat oculis graviter, non sine periculo amittendi visum. Signata fuit Reliquiâ Beati, per ejusque interventum agnoscit se à Deo recuperasse incolumitatem. Soror Radegundis, sanctimonialis professa monasterii S. Erasmi Mediolani, graviter infirma jacuit, à die Lunæ usque ad noctem Veneris, nihil omnino cibi sumens; jamque habebatur pro mortua; quando eâdem nocte, & applicata ei fuit Reliquia B. Aloysii, & ipsa cœpit manducare & melius habere, & omnino convaluit: idque

Carolus Trivultius,

F

Franciscus Visconte,

Alexander Taverna,

Laura Biuma,

Soror Radegundis,

AUCTORE C. J.

idque beneficii tribuit eidem Beato. Torquato Casato, viro nobili, filiolus est fere quadrimus, qui veneficium passus, à multis jam mensibus lustrabatur adjurationibus ecclesiasticis jussu patris; sed nihilo melius habens, tam macilentus erat, ut vix ossibus hæreret, ac mortis speciem præ se ferret. Fecit pater, persuasus à certis Monialibus, promissionem conducendi filium ubi adoleverit, Romam ad visitandum B. Aloysii sepulcrum; & simul melius ei esse notabiliter cœpit; & nunc optime ei est, succi pleno ac vivido. Paulus Balbi Januensis, de Societate Jesu, qui nunc Mediolani commoratur, asseverat, se interventione ejusdem Beati omnino liberatum esse gravibus capitis doloribus, quibus affici consueverat, & ante, & post introitum in Religionem; eique id acceptum refert.

Torquati Casati filius,

Paulus Balbus,

387 Domina Marchio Constantia Affaitata, anno MDCVII, solennis ante Pascha jejunii tempore, fluere adeo cœpit sanguine, ut brevi ad extrema deduceretur; jamque vigore corporis & viribus consumptis, prope se credebat à morte abesse; cum promisit B. Aloysio per votum, se imaginem ejus expositurum in ecclesia Gromelli, quæ ditio est Marchionatûs sui, & curaturam ibi lampadem ardere anno integro. Quo voto, sensit ilico augescere vires, robur pristinum redire, diminui fluxum, usque dum integre sibi restituta est. Domina Comes Julia Barbiana, filia modo nominatæ Marchionis, uxor Domini Alberici Barbiani, Comitis Belgitiosi, bis pepererat femellas duas: desiderante autem tota ejus familia successorem & heredem masculum nominis Barbiani, vovit ipsa & maritus ejus, suasu prædictæ Marchionis matris suæ, B. Aloysio se, si pareret ipso intercedente masculum, nomen ei indituram Aloysium, & alia nonnulla in Beati honorem facturam. Eâdem, qua hęc vota sunt nocte, cœpit uterum portare; enixa est suo tempore filium; tota inde exultavit familia; & ipsa implevit sua vota. Dominæ Octaviæ Mandellæ filio, circiter quadrienni, enatæ erant glandulæ quædam, necessario excindendæ ferro; emplastra quippe nihil operabantur. Bis sectio facienda jam jam erat, bis mater pro secando votum obtulit B. Aloysio; & bis glandulæ intra duarum horarum spatium suâ sponte apertæ sunt; atque ita sectione, quæ satis cum periculo facienda erat, opus non fuit: judicio autem medicorum glandulæ aperiri non poterant spatio multarum horarum, ac propterea confugerant ad sectionem. Dom. Cæsar Negri, Sacerdos & Canonicus S. Mariæ de Scala, violento morbo vires omnes & pulsum arteriæ jam perdiderat, moribundo similis; quando ei nuntiari jubet Sanctimonialis quædam, ut per votum recurrat ad opem B. Aloysii. Id ille fecit, ac simul periculum depulit, brevissimoque tempore convaluit perfecte, quod Beato acceptum refert.

Julia Barbiana,

Octaviæ Mandellæ filiolus,

Constantia Affaitata,

Cæsar Negri.

388 *Alia Relatio scripta fuit Parmæ, anno (ut videtur)* MDCVI, *complectens varias curationes ibidem miraculose factas; postquam ibi eodem anno, die* XX *&* XXI *Junii, imago B. Aloysii publicæ veneration elevata fuit, præsentibus serenissimis Ducibus, ut alibi narravimus. Eodem igitur anno* MDCVI. Dominus Guidelminus Palmia, habitans Parmæ prope S. Michaëlis portæ novæ, juxta Riconoscitas vulgo dictas, intolerabili dolore capitis, duos jam annos & mensem unum continuos, ita cruciabatur, ut legere nihil, incedere autem vix posset. Venit ille admodum fatigatus, postquam bis terve per viam subsistens quieverat, ad S. Rochi (*est ea ecclesia Patrum Societatis Jesu*) ibique confessus peccata sua & sacra Communione refectus, signatus fuit, quod petiit, frontem in modum crucis Reliquiâ B. Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu, in sacrario prædictæ S. Rochi; atque ibidem, magna cum fiducia & pietate, postulavit Beatum liberationem à dolore; qui mox imminui sensibiliter cœpit, & paucis diebus plane depulsus fuit: potuitque ille legere & pergere quo vellet pedes; nec amplius dolorem sensit. *Sequitur miraculosa curatio puellæ ab epilepsia, in hospitio mendicabulorum Parmæ, facta per eumdem Beatum, quam supra ad caput* 3 *libri* 3 *Vitæ, pag.* 1053, *jam descriptam dedimus ex processu Romano ac depositione* P. *Aloysii Valmaranæ. Hic tamen additur factam fuisse ipso anniversario felicis obitus B. Aloysii, anno* MDCVI.

Parmæ 1606 *sanantur,*

Guidelminus Palmia,

Eodem quoque anno Ersilia Nocetti, Sanctimonialis professa & juvenis in monasterio S. Alexandri Parmæ, à multis annis oppressa malo medicis ignoto, non poterat movere se, & de loco in locum portari debebat. Postquam hæc, omnia nequidquam experta fuerat remedia, ignorantibus quid ultra afferrent medicis, aliquorum hortatu recurrit ad B. Aloysium; magnaque fide ei vovit nescio quid; & stupentibus ipsâ ceterisque omnibus Sanctimonialibus, & duobus monasterii medicis, perfecte curata fuit; & exinde incedit absque ullo sustentaculo, frequentat triclinium, accedit ad crates colloquendi causa, & quocumque libitum ei est vadit per monasterium.

Ersilia Nocetti,

389 Eodem similiter anno ancilla quædam domestica Dominæ Felicis de Gigolis, uxoris Domini Balthasaris Rivobene, in vicinia S. Gervasii Parmæ, dolebat ex quo nata fuit, pede altero, & nonnumquam taliter, ut contactum digiti ferre non posset: hieme vero tota cruciari gravius consueverat solito: sed hoc tandem anno increverat adeo dolor, cum inflammatione pedis, ut misella femina se prosterneret prona humi, lamentaretur atque ulularet, non secus quam si furiis agitaretur. Medici, post multas unctiones aliaque remedia, sine lenimine usurpata, cum nihil amplius haberent ab arte sua subsidii, & resecare pedem formidarent; permiserant eam providentiæ divinæ. Domina ejus, tam tristi spectaculo mota, & commiseratione tacta, hortabatur illam, ut, deficiente humana ope, ad divinam beatorumque Aloysii & Ignatii confugeret. Fecit illa quod suadebatur, magno animo & fervore; cum ilico videre sibi visa est sensibiliter binos istos Beatos, sed clarius B. Aloysium (cujus imaginem in tabula depictam jam ante viderat, expositam in ecclesia S. Rochi, eumque singulari prosequebatur religione) atque eodem instanti tempore soluta fuit omni dolore; nec deinceps ullum amplius passa est: pes vero sensim detumuit, sibique ita restitutus est, ut nihil nunc supersit mali. Id quod medici & chirurgi summopere admirantur, dicentes, tam brevi tempore curari absque miraculo, quod Deo & prædictis ejus Sanctis tribuitur, non potuisse. Hujus rei testes sunt tota illa vicinia, & specialiter Dominus ac Domina familiæ, mater Domini, ac mater ipsius famulæ curatæ.

Ancilla Felicis de Gigolis, apparente Beato,

390 Eadem Domina Felix prædicta, credita fuit annis tribus laborare phthisi, interea quidquid excogitari medicinæ à medicis potuit, frustra adhibitum fuit. Inter medicos autem, qui præclarissimi erant totius civitatis, fuit Dom. Alexander Recordati, nec non Dominus Cassia, qui & insinuare identidem solebat infirmæ, morbum ejus ex illorum genere esse, qui homines transmittunt ad cælum, & medicorum arti non cedunt. Magna in veneratione habebat illa beatos

& ipsa Felix dicta phthisica.

A tos Ignatium & Aloysium; iisque sese, rebus aliis desperatis, commendavit, votum fecit; ac eorum ope sic est sanata, ut nullâ deinceps sumptâ medicinâ, stupentibus medicis omnibusque eam cognoscentibus, nunc eat pedes quaquaversum, in ecclesiam, & per totam civitatem. Fatetur hæc quidem, uti & prædicta ejus ancilla, se utrique Beato debere gratiam obtentam; verumtamen præcipue illam tribuunt B. Aloysio, quem propius noverant ex concione, quam in ejus honorem non multo ante habuerat ad populum P. Aloysius Valmarana; & ex fama sanctitatis ejus sparsa civitate tota, ex quo die solenniter exposita fuit Beati effigies in ecclesia S. Rochi, *anniversario nempe transitus Aloysiani eodem anno* MDCVI. *Tum allegantur hujus facti testes iidem, qui in prædicta ancillæ curatione.*

Andreas de Guidettis

391 Dom. Andreas de Guidettis in via portæ novæ, parœciæ S. Ambrosii Parmæ, eodem anno MDCVI, passus annis duobus continuis dolorem capitis tam crudelem, ut nihil facere posset operis; consumptis remediis omnibus, tandem potare cœpit aquam ligni, exigua cum spe curationis; censentibus medicis, aperiendam ei sectione calvam: sed & hoc dubium esse, an profuturum sit.

B

ab incurabili dolore capitis.

Uxor ejus, Paula de Pezzaris nomine, rebus tam desperatis, audiens mirabilia B. Aloysii opera, vovet ei, si maritum dolore capitis liberaret, caput argenteum: vixque voverat, cum ille liberatus est divinitus: neque enim potatio aquæ prædictæ id facere potuit; quia illam tantum cœperat bibere, quando sanatio perfecta fuit; atque etiamsi jam antea illam bibisset multis diebus, ei non poterat attribui factum tam miraculosum, utpote quæ tam pauca, uti hic sumpta fuit, ac tantillo tempore, non posset naturaliter id operari, nedum ubi malum tam diuturnum atque inveteratum est. Unde & medici stupebant re audita, asserentes non arte humana, sed solo miraculo B. Aloysii, curationem factam esse. Testes sunt Cæsar de Fazzolis, Jacobus Casali, Camillus de..... Simon Sassi, ac omnes vicini.

392 *Parmensibus hisce beneficiis jungamus alia quædam illis posteriora, Parmæ item facta, & in processu Castellionensi anno* MDCIX *deposita à teste* XIII; *prius quam ad privatæ auctoritatis Relationem Florentinam accedamus. Et, ne depositionem indicati testis distrahamus, præmittenda sunt nonnulla alia, alibi quam Parmæ facta, quæ confirmare alibi dicta possint. Ait igitur testis ille:* Scio in particulari, quod hic Castellione publica sit vox & fama de curatione miraculosa Dom. Camillæ de Ferrariis, hecticâ annorum octo continuorum febri, momento uno per B. Aloysium liberatæ: quodque idem, uno itidem momento, liberaverit acerbissimis uteri doloribus Illustrissimam D: Cynthiam Gonzagam neptem suam, ad contactum imaginis cujusdam suæ, ad ægrotantis lectum allatæ. Liberavit pariter Florentiæ momento unico Monialem incurabili cancro: cujus curationis instrumentum authenticum ipse legi, ad tribunal Archiepiscopi Florentini factum. Romæ etiam curavit contactu Reliquiæ suæ Joannem Justinianum Societatis nostræ, qui calculosus, per undecim omnino dies mejere nihil quidquam potuerat; & à medicis desperatus jacebat. Alia istiusmodi multa narrare possem, sed brevitatis causa prætermitto. Tantum referam nonnulla, quæ contigerunt Parmæ, & per meas manus, ut ita dicam, transierunt.

Morbi varii instanti tempore depulsi;

C

393 Et primùm quidem, complures personæ, vehementer tam corpore, quam animo tentatæ contra castitatem, emisso voto promittentes, sese in pervigilio Beati jejunaturos, aliquot diebus persoluturos nonnullas orationes, & quintùm sumpturos sanctissimam Eucharistiam, ad honorem ejus; omnino liberatæ fuerunt priusquam promissæ orationes & communiones absolutæ essent. Ad hæc, infans quatuordecim mensium, filiola Illustrissimæ Dominæ Comitis Lauræ Scotto Sanvitale, Clara nomine, obnoxia morbo caduco, post votum B. Aloysio nuncupatum ita subito ac belle sanata fuit, ut numquam deinceps morbum illum passa sit: quod eadem Illustrissima Comes, ejusque Illustrissimus maritus, Comes Theodorus Scotto, aliique de familia, testificabantur quoties de illo incidebat sermo. Tertiùm, Domina Catharina Cerati Musi, filia Illustrissimæ Dom. Comitis Lauræ Musi, desperantibus vitam ejus medicis, quod totam secundinam cum partu non ejecisset; emisso ad honorem Beati voto, vitam servavit ac sanitatem consecuta est, ejectâ post biduum, quod medici miraculum reputabant, reliquâ secundinâ. Eadem Domina pro certo habet, se, patrocinante apud Deum Beato, matrem factam ac multis malis liberatam esse: eaque de causa in ipsum tanta fertur fiducia, ut quavis necessitate pressa ad eum confugiat, atque quod cupit, impetret.

AUCTORE C. J.

item tentationes carnis,

& epilepsia.

Puerpera servata.

E

394 Quartùm, puer triennis, qui trigesimùm quotidie, aut trigesimùm quintùm, cadebat in terram, posteaquam votum Beato nostro votum pro ipso fuit, eodem die sanatus est, ac deinceps usque in præsens tempus, quod duo circiter anni sunt, nullus ei casus supervenit, nullus morbus superfuit. Nomen puero est Juliano Mozzi; estque filius Gemini Mozzi & Mariæ Isabellæ Rozelli. Contigit autem miraculum in domo Dom. Isabellæ Stromieræ multis præsentibus, id ipsumque testantibus. Denique, multa præter hæc miracula Parmæ patrata sunt ejusdem Beati patrocinio, quæ lubens prætereo, quia recens memoria illorum quibus collata beneficia fuerunt, ac testium, mihi non est. Si tamen necesse foret, illorum testes & testimonia Parmæ producenda curare possem. Miracula porro, quæ suprà produxi, in personis D. Claræ, D. Isabellæ, & Juliani facta, existimo ego vera miracula esse; quia nulla intervenit causa, naturalis aut artificialis, cui illorum curatio possit tribui: idemque sentiendum est de illis, quæ Castellione, Florentiæ ac Romæ retuli evenisse.

Alter epilepticus sanatus an. 1607.

F

CAPUT IV.

Alia ex privatorum Relationibus mirabilia.

395 *Mediolanensem ac Parmensem Relationes nunc sequatur Florentina, curationibus miraculosis plenior. Collecta fuit à Sanctimonialibus primi Ordinis S. Benedicti in monasterio S. Petri in Monticello, non procul extra portam S. Frigidiani Florentinam, postquam eò allata fuit Reliquia quædam B. Aloysii anno* MDCVIII, *de qua mox. Collectionem hanc submisit mihi, jam inde ab anno* MDCXCII *Rev. P. Joannes Franciscus Vannius, meus olim Romæ sacræ linguæ Professor, idemque & tunc & deinceps sedulus operis nostri de Actis Sanctorum adjutor & promotor; descriptam juxta exemplar, quod postea vidi in archivo Societatis nostræ Romano; atque ita legitur ex descriptione prædictarum Monialium:* Annotamentum; quo die obtinuerimus Reliquiam B. Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu, per Rev. P. Claudium Seripan-

An. 1608 *Benedictinæ Monticelli,*

AUCTORE ripandum, qui teſtatur, ſe illam accepiſſe Româ
C. J. à P. Virgilio Cepario, ejuſdem Societatis Sacerdote admodum Reverendo. Die VII Januarii MDCVIII accepimus à Dom. Sebaſtiano Mellini ſuprà memoratam Reliquiam B. Aloyſii, inſertam argento, in formam nominis Jeſu elaborato, radiis circum appoſitis. Primo veſpere quo in domum noſtram illata eſt, portata fuit ad omnes monaſterii infirmas, quæ & ſignatæ illâ fuerunt. Deinde portata in eccleſiam, collocata fuit ſuper altare, concurrentibus eo multis Monialibus & ſe ſignari curantibus; quarum nonnullæ liberatæ
curantur à gravi cephalalgia: fuerunt dolore capitis, atque aliæ aliis infirmitatibus. Sigillatim vero hæc contigerunt. I. Converſa quædam, Soror Baptiſta Roſsia, cui octonis jam menſibus ita afficiebatur caput, ut videretur injecto igne ſuccendi magno cum dolore; ubi ſacris Reliquiis ſignata fuit, continuo ſibi diſpelli omne malum ſenſit: pergitque ad hunc uſque diem, qui trigeſimus eſt Auguſti anni MDCVIII, ſine dolore recte valere.

396 II. Erat ibidem alia Monialis, quæ ex morbo epileptico creberrime cadebat in terram, du-
B rabatque duas aut tres horas alienata à ſenſibus,
epilepſia, cum multa pœna ſua & terrore ſpectantium. Ad hanc, tunc forte id patientem, allata fuit eodem veſpere ſancta Reliquia, eâque illam ſignavit Soror Felicia Temperarii; cum ilico malum ſtitit, ac ægra ad ſe rediit. Deinceps vero quotieſcumque recurrit malum (recurrit autem minus crebro) portatur ad illam eadem ſancta Reliquia; eâque ſignata continuò ſibi reſtituitur: quamobrem & B. Aloyſium appellat paſſim medicum ſuum Eſt hæc Monialis è numero Sacratarum, nominata Soror Maria Stella Ducci. III. Alia item Mo-
deliquio frequenti, nialis, Soror Maria Hyacintha Maſei, & ipſa certis quibuſdam deliquiis obnoxia, quo loco ab iis invadebatur, cadebat; ceciditque aliquando, dum ſacroſanctam Euchariſtiam comitaremur ad infirmam Sororem, per ſcalas deorſum uſque ad terram. Quamobrem apportata ad illam fuit ſacra Reliquia; & ſimul atque recepit animum, vovit Beato votum aliquod; ex eoque tempore, videlicet menſe Martio, huc uſque, elapſo ſemeſtri ſpatio, nullam amplius, per gratiam Dei & B. Aloyſii,
C acceſſionem habuit: quæ res nobis conſolationi
& incommodis variis: ſummæ eſt. Eadem Soror, tranſactis jam aliquot menſibus poſt ſemeſtre prædictum, cum forte quibuſdam medicamentis uti deberet, priſtinum in ſe renovari malum ſenſit. Qua de cauſa portata ei denuo fuit ſacra Reliquia, & illa denuo melius habuit. Verum tamen eſt, nonnumquam ei idem adhuc accidere; ſed confidimus fore ut paulatim eam plane deſerat. Sorores aliæ plures etiam liberatæ fuerunt, aliæ quidem cephalalgiâ, aliæ vero odontalgiâ, aliæ denique febribus, poſtquam vovendo promiſerant, aliquod ſe pietatis opus in honorem Dei & B. Aloyſii facturas.

397 IV. Ad hæc opem tulit B. Aloyſius cuidam infanti, Virgineæ Jucundiæ (Del Giocondo) nomine, quæ ad deſperationem medicorum ægrotabat. Vehementiâ quippe febris deſtituta ſenſibus erat; dextri lateris uti & brachiorum uſum ſic perdiderat, ut admovere illa ori non poſſet; nec ſatis dici poteſt quam miſero puella eſſet loco; unde & putabatur in dies moritura: cum ejus amita, Soror Hippolyta Falconeri, miſellam obtulit per votum Beato prædicto; & continuo melius habuit, paucis poſt diebus brachiorum uſum recepit, atque intra menſem omni ex parte ſana fuit. V. Soror Conſtantia Nucci habebat
item infans à febri paralytica, quemdam nepotulum ſuum, ex pleuritide laborantem uſque ad mortem; eique jam renuntiatum
D *alius à pleuritide*, erat à ſorore ſua, pro ſuo filio ut oraret, non ſupervicturum uſque ad lucem ſequentis diei. Illa vovit recitare orationem dominicam quinque diebus, ter quotidie, in honorem B. Aloyſii, eique puerum enixe commendavit: cùm poſtera luce iterum ei renuntiat ſoror ſua, noctu à puero abceſſiſſe omnem morbum ac dolorem, lætantibus ſe ſuiſ- *Converſarum una in crure ac pede*; que omnibus. VI. Quædam Converſa Soror, cui nomen Euangeliſtæ, ex deſtillatione, in crus & pedem delapsâ, peſſime habebat. Nuncupavit Beato votum, ſe viſitaturam Reliquiam ejus, ibi recitaturam quinquies Orationem dominicam & Salutationem angelicam, curaturam quoque unam Miſſam ejus honori celebrandam, quando poſſet; atque uſum pedis & ſanitatem recepit. VII. Quidam operariorum monaſterii noſtri, Andreas Auguſti- *& vir ſanguinem vomens.* nius (Delli Agoſtini) appellatus, vomuerat multum ſanguinis, ac febri adeo ardebat, ut circum adſtantes non cognoſceret. Iſti nos miſimus ſacram Reliquiam, & eodem die cœpit convaleſcere, ac brevi ſanus fuit.

398 VIII. Eodem anno MDCVIII, femina quæ-
E dam de plebe, filia Spadalingæ, parturiebat ante
triduum deſperate parturiens, tempus ſuum; & oppreſſa graviſſimis doloribus tres ipſos dies continuos, periclitabatur de vita. Accurrerunt adjutrices feminæ ad monaſterium noſtrum, poſtulantes Breve S. Catharinæ Senenſis (*ita vocari, opinor, epiſtolium aliquod à Sancta Virgine ſcriptum, aut ſaltem nomen ejus illi ſubſcriptum*) quod quoniam tunc temporis forte miſſum erat ad aliam parturientem; poſtulantibus illud data fuit Reliquia B. Aloyſii. Res mira! Simul atque collo periclitantis feminæ appenſa fuit, peperit illa infantem maſculum vivum, quatuor menſium; qui & vixit horam dimidiam, & baptizatus fuit; ac deinde in eccleſia noſtra feſto ſanctæ Crucis, quod in Septembri colitur, prima luce tumulatus eſt: mater vero poſt partum rectiſſime habuit. IX. Do- *juvenis pedem fractus*; minicus, Baptiſtæ Roſſii filius, ex equo lapſus, alteroque fractus pede, tantopere cruciabatur, licet omnem cautelam adhiberet chirurgus, ut nullam capere poſſet quietis partem & crebro linqueretur animo, nihil leniminis afferentibus medicamentis. Quamobrem ablegavit ad nos mater,
F qui peteret ſibique afferret Reliquiam B. Aloyſii:
infans odontalgiâ patiens. quam, recitatis prius ab univerſa ejus familia quinquies Oratione dominica & Salutatione angelica, cum applicuiſſet pedi, ſignato antè formâ crucis, ceſſavit, abiit è veſtigio dolor & brevi coaluit pes, quemadmodum mihi retulit matertera ejus, Soror noſtra Baptiſta. X. Nepotulus prædicti Dominici, nominatus Niceſolus, lamentabatur præ dolore dentium multis diebus continuis, & cibum ſumere nequibat, & finem lamentandi nullum faciebat. Hic tandem portatus fuit ad monaſterium hocce noſtrum; genam ſignarunt Reliquiâ Beati in modum crucis; dixerunt tertium Orationem dominicam atque angelicam Salutationem; & actutum incepit convaleſcere puellus; veſperi omnino habuit recte, cibum ſumpſit ac dormivit, nec ullo deinceps dolore dentium affectus eſt.

Curantur, petinaæ febris, 399 XI. Soror Maura Melini, tirocinii obiens probationes, cum ægrotaſſet à Septembri ad uſque dimidium Novembrem tenaci febre; vovit Beati effigiem datâ eleemoſynâ pingendam curare; & fere citius voto curata fuit. Appropinquante enim tempore, quo febris recurrere ſolebat, ſigna quidem febris apparuerunt, non ipſa febris. Poſtera autem luce ſurrexit, & pranſa eſt, & ſenſim de integro

A integro convaluit, perrexitque diebus XXII (*potius* XXIII) ſignare ſe ſacra Beati Reliquia, in memoriam XXII (*imo* XXIII) annorum, quibus ille vixit in terris. XII. Per ſimile votum curata quoque fuit infans quædam, Ginevra Roſſia nomine, quæ variolis ita obſita erat, ut monſtrum referret: credebaturque aut amiſſura vitam, aut ſaltem retentura in oculis onychem, qui viſionem impediret. Ea propter ſubmiſſa eò fuit ſancta Reliquia, oculi eâdem fuerunt ſignati, & puella, quæ Deo ac Beato gratiæ ſint, brevi tempore integritatem corporis recepit, nulla oculis relictâ læſione. XIII. Lucretia Roſſia, ſoror prædictæ Ginevræ, ſub idem tempus in febrim incidit; ſignavit ſe ipſa quoque eâdem Reliquiâ; vovit unam ſe Miſſam celebrari in ejus honorem curaturam; & continuò abeunte febri ſana fuit; uti ſuo ipſa ore mihi narravit. XIV. Sanata etiam fuit quædam Sanctimonialis, Soror Hippolyta Falconieri. Hæc vehementer dolens ventriculo, corde, & toto corpore, applicuit ſibi ſacram Reliquiam: quo autem loco illam admovebat, inde fugiebat dolor. Promovit igitur eamdem ex alia in aliam partem corporis, & ex toto dolorem omnem expulit brevi tempore, quantumvis vehementem; itáque ſanata fuit. Adde quod eadem Monialis ſæpius vacuitatem à dolore capitis obtinuerit, & plura alia beneficia eidem Beato accepta habeat.

varioli oculis periculoſi.

febris,

dolor totius corporis,

B

400 XV. Soror noſtra Martha, conferens ſe ad operam ſuam, cadebat in cavædio, tanto impulſu, ut cuncta ei membra convulſa eſſent magno cum cruciatu. Deportata à Monialibus in lectum, cum medicinæ nihil operarentur, ſignata fuit Reliquia B. Aloyſii, & vacuitas mox doloris atque integra ſanitas rediit. XVI. Eadem Soror, tranſactis aliquot menſibus, luxaverat alterum pedem intolerabili cum dolore, qui nulli cedebat remedio: ceſſit autem ſimul atque ad illam allata fuit Reliquia ſæpe dicta. XVII. Reverenda Mater Soror Flaminia Nerli, veneranda Antiſtita monaſterii noſtri, tranſacto proximo Septembri anni MDCIX, decumbebat ſatis cum periculo ex febri tertiana duplice, quæ judicio medicorum timebatur fore diuturna, ſpectato naturæ curſu. Interea enixe commendata fuit B. Aloyſio cum voto; atque ſexto die ex quo febricitare cœperat, non amplius, præter ſpem omnium febri liberata eſt: neque tantum ſana deinde perſeveravit, ſed nunc etiam melius ſe valere, quam ante morbum, fatetur; idque ipſum tribuit quoque interceſſioni ac meritis ejuſdem Beati. XVIII. Soror Lucia, quæ Monialis eſt in S. Ambroſii, gravi ægritudine afflictabatur. Miſerunt ei Moniales S. Petri in Monticello Reliquiam ſuam B. Aloyſii. Ægra ſe illâ ſignavit, & volente Deo ejuſque Beato, paucis diebus ſanitati reſtituta fuit.

ſoror una ex alto lapſa,

& pedem luxata;

C

& alia graviter infirmata.

401 XIX. Soror Thaddæa, in S. Nicolai Monacha, ſex annos tuber gerebat in altero genu, magnitudine mali auraici grandis. Primo biennio ei per dolorem non licebat genu illud incurvare: reliquo deinde quadriennio dolor non fuit continuus, ſed intervallatus. Tranſactis ſex iſtis annis, gravem incidit in febrim & periculoſam, nupera æſtate; evaſit tamen periculum, ſed melius incipiens habere à febri, incredibiliter doluit genu diebus multis: quando tandem, nec opinante ægra nec ſentiente, crepuit tuber, perfundens lectum multo ſanguine & aqua purulenta. Lenimen inde habuit doloris aliquot dies, manante identidem genu pure eoque faſcias inficiente. Deinde vero recruduit uſque adeo dolor, ut commovere mi-

Alia genu peſſime affectum

ſella tibiam non poſſet: enatæque ei ſunt infra genu tres puſtulæ, & ipſæ doloriferæ, quia tabidæ. Hinc plurimùm angebatur; neque tantum propter dolorem quem dixi; verum etiam, quia non audebat præ verecundia eò admittere manum medicorum & chirurgorum: atque in hac inquietudine & anguſtiis fuit menſem unum; genu jam non amplius ejiciente multum puris. Ad hæc anno antè uno excreverat ei ſub eodem genu tuber quoddam ſolidum, nihilo minus juglande.

AUCTORE C. J.

non audens curandum nudare,

402 Hiſce igitur tot verſans in anguſtiis, cælum onerat precibus; atque ad B. Aloyſium converſa, indignam ſe quidem fatetur cui Beatus deſideratum curationis beneficium impertiretur; attamen perſeveravit ejus opem implorando menſem totum. Cum nocte quadam atrociſſima membrorum omnium convulſione, cum incredibili cruciatu, ſe ad mortem adigi rata, denuo inclamat Aloyſium; lacrymantibusque oculis & incenſo corde eum precatur, ut ne ſibi deſit in tantis anguſtiis, ſed potius ſanitatem redderet, quamvis id ipſa non mereretur. Senſit inde motum contritionis, & ex animo, volens nuncupauit votum, ſe recuperatâ ſanitate curaturam fieri crus argenteum & appendi ad imaginem ejus. Poſt hæc eâdem nocte incipit leniter dormire; & expergefacta non multo poſt, ſentit mitigatum dolorem & luceſcente die ſurgit, vadit per monaſterium, redit ad cellam ſuam, ſolvit genu faſciâ; & continuo ſine doloris ſenſu apertum, impetu emittit (inſtar vaſis pleni quod liberatur epiſtomio) copioſam ſaniem; & cognoſcit gratiam ſanationis, quam tantopere poſtulaverat, ſibi conceſſam eſſe. Exinde autem cis dies XV coaluit vulnus, nihilo doloris amplius illato, & reliqua tubera ſiccata fuerunt. Atque ita meritis B. Aloyſii debeo, *inquit*, tribuoque curationem meam; cum neque medicum adhibuerim ullum, neque ullam applicuerim medicinam. *Indicat hæc clauſula, ipſam Thaddæam, quæ curata fuit, præmiſſam infirmitatem ſuam & curationis modum deſcripſiſſe.*

poſt intolerabiles in eo dolores,

E

facto voto ſanatur,

403 XX. Eadem monialis, *videlicet Thaddæa*, aliàs magnam animi ægritudinem paſſa multos annos, tandem ſe convertit ad B. Aloyſium, implorando ejus opem: ex eoque tempore citra ullam agitationem huc uſque vivit quieta. *Hactenus Relatio Florentina. Nam quod ſequitur ibi* XXI, *ſeu miraculum ſeu beneficium Sororis Luciæ, in S. Ambroſii Monialis, nihil differt à* XVIII *ſupra narrato. Quæri poſſet, cum prædicta notentur anno* MDCVIII *&* IX *contigiſſe, an deinceps ibidem nihil memorabile per dictas Reliquias factum ſit. Nos certe id ipſum quæſivimus pridem ex ſæpe laudato Patre noſtro Franciſco Vannio; atque hic id ipſum porro per litteras ſciſcitatus eſt ex P. Fabio Manſi, tunc Florentiæ commorante, ac biennio pòſt regere collegium noſtrum Senenſe juſſo. Reſpondit autem Manſius anno* MDCXCII, IX *Junii, hæc inter alia:* Monaſterium S. Petri in Monticello, primi Ordinis S. Benedicti, conſervat hodiedum eamdem B. Aloyſii Reliquiam, per quam Deus olim operatus eſt illa miracula, *quæ hic jam retulimus.* Verum ab anno MDCIX nullum ibi reperitur quod tribui ſeorſim Beato illi poſſit. Quoniam Sanctimoniales iſtæ paulo poſt inſeruerunt prædictam Reliquiam, cum multis aliis aliorum Sanctorum, grandioribus quibuſdam thecis. Ex quo factum eſt ut inter plura beneficia, quæ ibi deinceps obtenta fuerunt, ſciri non poſſit, quid Beato noſtro ſeorſim acceptum referri præ ceteris debeat.

F

ſimilia beneficia ibidem accepta

notari deſierunt, cum Reliquia iſta

aliis adjuncta fuit.

AUCTORE C. I

CAPUT V.

Aliquot curationes, tum à privatis teſtatæ, tum coram judicibus probatæ.

404 *DEdimus jam duobus capitibus Relationes ternas & amplas multorum beneficiorum ad invocationem B. Aloyſii obtentorum, Mediolani, Parmæ, Florentiæ. Quarta quam nunc adduco, non privati tantum hominis teſtimonio aſſerta, ſed publica etiam auctoritate diſcuſſa fuit. Anno nempe* MDCVII, *agente R. P. Salvatore Carcaſſona Societatis Jeſu Calari in Sardinia, per libellum ſupplicem apud illuſtriſſimum Archiepiſcopum ejuſdem civitatis, ex mandato hujus legitime examinatus fuit, die* XXIV *Septembris prædicti anni,* Magnificus & egregius Joannes Maſſens, Judex regiæ Curiæ in toto Sardiniæ regno, ætatis, ut dixit, XXXVIII annorum, teſtis citatus: qui juravit, per Dominum Deum & ejus ſancta quatuor Evangelia, dicere veritatem quam ſciet, ſuper contentis in ſchedula oblata per Rectorem Societatis Jeſu hujus civitatis *Calaritanæ*, & dixit *idiomate Catalauno, quo Sardi plerumque utuntur in publicis inſtrumentis*; dixit, *inquam*, quod die ſancto Pantaleoni ſacro, XXVII menſis Julii præſentis anni, cum eſſet in inferiore conclavi domus ſuæ, horâ poſt meridiem circiter quartâ, atque intelligeret, Dominam Marchionem de Quirra ſepeliendam efferri; correptus fuerit dolore ilium; quo tamen, quia frequens ei id mali accidebat, non multum turbabatur, niſi quando ſolito vehementior erat dolor: tum vero etiam lenire illum ſolebat, componendo ſeſe in lecto & alvum clyſtêre purgando. At nunc, poſtquam eadem adhibuerat remedia, non tantum non minuebatur dolor, ſed invaleſcebat quoque magis ac magis, ægrotantemque acerbitate ſua adigebat ad deſperationem; ita ut & veſtes ſibi poſcere, & impatiens doloris è lecto ſe proripere meditaretur.

Judex regius Calari juratus aſſerit,

405 Inter hæc ſub initium noctis ſignum veſpertinum dari ære campano audit, ad Salutationem angelicam, ut fieri ſolet, recitandam; ſimulque memoria recolens, quod nocte præterita legerat in Vita B Aloyſii Gonzagæ, Deum per ejus interceſſionem cuidam Fratri è Societate Jeſu, calculo & colicis doloribus laboranti, incolumitatem miraculoſe reſtituiſſe; votum & ipſe Beato illi concipit atque appromittit, ſe ter confeſſurum peccata ſua intra certum tempus, ac ter recitaturum coronam Marianam in honorem prædicti Beati, ſi ejus interventu conſequatur à Domino levamen dolorum ſuorum. Vix votum fecerat, quin cœperit dolor remittere; ac dimidio quadrante unius horæ ita omnis abſceſſit, ut nec minimus ſuperfuerit ejus ſenſus. Agnovit autem Dominus Maſſens, beneficium illud ſibi per B. Aloyſium à Deo conceſſum eſſe; remque ita ſe habere uti dixit, teſtatus eſt, & jurejurando confirmat. *Subſcriptum erat*; Joannes Spada, Notarius & Secretarius: *qui & copiam prædictorum*, ex originali ſuo, recondito atque exiſtente in archivo curiæ & menſæ Archiepiſcopalis & primalis Calari, extractam die XXIII Septembris MDCVIII, *ibidem authenticavit ſubſcriptione nominis & ſigni ſui: eaque Romam tranſmiſſa in archivo Societatis noſtræ ſervatur. Atque hæc curatio facta eſt anno* MDCVII: *quæ ſequitur, aut hoc ipſo, aut potius ſequenti contigerit.*

poſt votum Beato factum, ſanatus ſit.

406 *Scripſit enim anno* MDCVIII *epiſtolam Secretarius Marchionis Canoſſæ ad P. Joannem Franciſcum Maſſi, Societatis Jeſu Romæ, continentem duplex hoc miraculum B. Aloyſii.* Admodum Reverende in Chriſto & obſervandiſſime P. Illuſtriſſimus Dominus Marchio Canoſſa, Dominus meus, habet inter agricolas villæ ſuæ latorem harum; qui aliquot menſibus infirmus letali morbo, eo tandem redactus fuit, ut anima ejus conſuetis Eccleſiæ precibus commendaretur Deo. Hunc ego hortatus ſum, ut votum voveret B. Aloyſio Gonzagæ. Vovit ille ſub horam noctis, ſive poſt occaſum ſolis, primam; quando ego diſceſſi: ille vero fiducia voti animatus, mox ſibi viſus eſt melius habere ac reviviſcere; atque re ipſa, qui paulo ante moriebatur, cœnavit mox cum appetitu, ac dormivit uti ſanus uſque ad mediam noctem. Præterea paucis poſt diebus recidit in periculum vitæ, nihilo priori levius, ex retentione urinæ, qua venter ei crepare videbatur. Ego ei denuo ſuggeſſi, opem ut implorarct beati Solpitatoris ſui: imploravit denuo, & inox urinam emiſit ac vitam ſervavit. Nunc ille ad vos venit, votum ſoluturus; quod in eo conſiſtit, ut curet ad Beati honorem celebrari Miſſam unam; ſuſcipiatque ipſe ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum. Quamobrem mitto hominem juſſu Domini Marchionis ad te, Reverende Pater, certus, fore ut eum juves in ſolutione debiti ſui: præterquam quod credere fas ſit, etiam te aliquid conſolationis ex tam evidenti miraculo capturum. Jezani (*Di Giezano*) XXVIII Novembris MDCVIII. Adm. Rev. Paternitatis veſtræ addictiſſimus famulus, Thomas Philippinus. *Et ille quidem Romæ vota ſua Aloyſio perſolvit: alius ibidem obtinuit ab eodem Beato beneficium, quod ad faciendam rei fidem, ſic deſcribit.*

votum ſolvit pro ſervata ſibi bis vita.

Miſſus Romam ruſticus,

407 Ego Flaminius Ubaldini, natus è Comitibus de Carda, Æſii in civitate Marchiæ Anconitanæ, in ditione Sereniſſimi Ducis Urbinatis; agebam Romæ Cubicularium adjutorem Buſſulæ, uti vocant, apud Sanctiſſ. D. Noſtrum Paulum Papam V, & forte in excubiis eram quo tempore Pontifex cœnabat, die XXVI Maij MDCVIII, cum jubebar renuntiare Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domino Joanni Baptiſtæ Burgheſio, ad Pontificem ut veniret Juſſa facturus propere deſcendi per ſcalas privatas; revertenti vero mihi inter aſcendendum percuſſit aliquis (ita ſane videbatur) tam vehementer ſuram, ut inde claudicarem, & vix me promovere ſurſum poſſem. Eò ut enixus fui, remotis tibialibus ſuram luſtravi, ſed nullum deprehendi percuſſionis aut vulneris ſignum. Interim præ dolore difficulter incedebam, & vix tandem reverti claudicando domum meam potui. Hîc vero noctu dolor invaluit; unde ſequenti die conſului Dom. Odoardum Lopes, medicum familiæ Pontificiæ in palatio. Cenſuit autem ille, catarrhum delapſum eſſe in illam partem cruris, & juſſit purgationem aliaſque potiones medicas ſumi, arteriâ incisâ ſanguinem minui, manere me domi & in lecto: manſi vero dies octo, & poſt hæc nondum incedere ſine claudicatione potui. Tandem mihi venit in mentem adire eccleſiam Nominis Jeſu Patrum Societatis, ibique conſcientiam expiare & celebrare Miſſam: id quod feci XI Junii MDCVIII die Mercurii, S. Barnabæ ſacro, claudicans inter eundum cum aliquo dolore cruris.

An. 1608 *Cubicularius Papæ*

ex ſubita in ſuram rheumate claudicans,

408 Poſt Miſſam actis Domino Deo gratiis, nihilo minus claudicans ac dolens, diſceſſi domum; ſed cogitatione pia motus deflexi aliquantum de via ad eccleſiam Annuntiatæ eorumdem Patrum Societatis Jeſu. Ingreſſus intro, de genibus adoravi, primùm in ſacra Euchariſtia Chriſtum

poſt dictam difficulter Miſſam

A ſtum Dominum; inde converti me ad ſacellum glorioſiſſimæ Virginis matris ejus, ubi quieſcit corpus B. Aloyſii Gonzagæ, Societatis prædictæ Religioſi. Cum inde abiturus, ægre me poſſem erigere in pedes, & claudicarem; interrogat me P. Thomas Lauretanus, qui forte ibidem vacabat etiam ipſe orationi, quomodo valerem. Repoſui; Parum recte; propterea quod catarrhus in ſuram dexteram delapſus, difficilem mihi greſſum redderet. Ac ille: Quin tu recurſum habes ad glorioſam Dei matrem & B. Aloyſium? Et rogavi, ipſe pro me ut oraret. Annuit; & dixit, Sed ſimul conjungamus preces noſtras, opem Beati implorantes. Poſui igitur denuo humi genua proxime Patrem; & ſimul orantes octava horæ unius parte, ſupplicavimus Beato, ut mihi liberum ſine impedimento greſſum reſtitueret. Interea audit Pater, dari in collegio ſignum ære Campano; & ſurgens ait mihi, ſe vocari ab obedientia ad exigendam à conſcientia ſua tranſanctæ eatenus diei rationem. Atque ego pariter me erigens, gratias ei egi, fauſtaque omnia precatus ſum: tum receſſurus & ego, reverentiâ demiſſo ad terram genu exhibitâ ſanctiſſimo Sacramento, glorioſæ ejus Matri, & corpori B. Aloyſii, cœpi promovere greſſum, & incedere ſine claudicatione, ſine dolore, libere, & plane curatus. Obtento hoc beneficio, reverſus poſtridie ſum ad eaſdem Beati Reliquias, ibique eidem promiſi, me tabellam pictam & crus argenteum appenſurum ad ejus ſepulcrum, & celebrare ibi Miſſam de glorioſiſſima Virgine Maria in ſacello ejus, ubi commodum mihi foret: in quorum etiam honorem hæc prout geſta ſunt, mea manu ſcribere & ſubſcribere volui, in teſtimonium veritatis. Ego Flaminius Ubaldini manu propria.

facta ad ſepulcrum Beati prece.

B *ſurgit omni moleſtia liber.*

409 *Anno* MDCIX *adſcribendum eſt, quod Claudia Gaudina, in proceſſu Caſtell. teſtis* XX, *depoſuit eodem anno die* III *Auguſti, & gloriatur, ſe connumerari debere inter clientes B. Aloyſii, eique ſe obſtrictam eſſe plurimùm, propter ſingulare quoddam beneficium, quod ſic narrat.* Elapſa hieme ægrotavi, non ſine periculo manifeſto; atque, ut gynæceum mihi meum aſſevêrat, pro depoſita habebar à medico Paulo Serlinga Brixienſi: cruciabar autem dolore interno, eoque continuo, ſecundum cor; & ita cruciabar, ut mihi viderer ſupervivere non poſſe. Inter hæc, extollentibus mihi domeſticis merita B. Aloyſii, & multos, patrocinante ipſo, beneficia obtinuiſſe mirabilia, concepi ego quoque ei votum, promittens venturam me Caſtellionem, ubi præclara ejus Reliquia honorifice colitur, ibique curaturam celebrari Miſſam, recitaturamque Coronam unam, ut intercedente apud Deum Beato, recuperarem priſtinam valetudinem, ſi ita voluntas Dei foret. *Subinde anxia fui ſuper voto illo, & multa cogitabam:* cum viſa mihi ſum interno mentis oculo videre ipſum B. Aloyſium in cælis, illo habitu quem geſtant Patres Societatis Jeſu: atque intuitus me ipſe vultu hilari ac ſereno, gratum ſe habere ſignificabat votum meum. Tunc fiduciâ majore firmata, applicui ſuper cor meum imaginem Beati chartaceam; & vix applicueram, cum ilico depulſus fuit dolor, qui me cruciabat, nullo fere ejus ſenſu remanente. Quamobrem nolui amplius medicamentis uti; &, cogente medico, ut porro uterer; neſcio quid per ipſum medicinæ uſum detrahebatur ſanitati; & per hoc cognovi manifeſte, non medicamina corporalia, ſed cæleſtia mihi opem tuliſſe.

C *à ſibi apparente Beato*

curatur.

410 *Anno* MDCIX *die* XI *Novembris, multiplici*

cibus morbis, qui infra diſtincte enumerantur à medico, liberata fuit Margarita du Rieu Cadurci in Gallia: quæ ſuper curatione ſua juſſu Ordinarii legitime examinata, & tactis ſacroſanctis Euangeliis jurata, depoſuit anno MDCX *die* XXX *Junii ſequentia, è gallico idiomate in latinum verſa:* Dixit (*prout ex ore ejus excepit Notarius*) quod ex periculoſo letalique morbo decumbens, vocari juſſit medicos; qui adhibitis fruſtra omnibus artis ſuæ & induſtriæ tentamentis, creſcente interim periculo, infirmam pro depoſita habuerunt. Quod animadvertentes maritus ejus & propinqui, accerſiverunt pro audienda confeſſione periclitantis, P. Antonium Dautin, Societatis Jeſu: qui poſtquam conſolatus ægram fuit, & à peccatis rite expiavit, feſta S. Martini luce, XI Novembris anni ſuperioris; exhortatus eſt, ut toto corde ad Deum per orationes converteret ſeſe, & peccatorum ſuorum omniumque erratorum veniam eum in corde contrito & humiliato poſtularet; deinde vero rogaret, ſanitatem ſibi ut redderet (quamvis enim derelicta eſſet à medicis, non continuo deſperare deberet de ſalute ſua) ſimul ei perſuaſit, votum Deo ut voveret in honorem B. Aloyſii Gonzagæ, ejuſdem Societatis Jeſu; cujus & formulam ipſe manu ſua conſcripſit cum approbatione mariti, qui præſens aderat. Ecce autem, ſimul atque ægra votum legit, eoque ſe obſtrinxit coram ſanctiſſimo Sacramento (quod allatum fuerat, ut illo tamquam Viatico muniretur, & continuo munita fuit) omnino ſe liberam ſenſit dolore omni ac omni infirmitate; neque aliud ei quidquam ſuperfuit ex diuturno morbo, qui menſes facile tres tenuerat, quam quædam debilitas corporis; fuitque deinceps, atque etiam nunc eſt, bene ſana. Qua de re ipſa gratias agit Deo, à quo per interceſſionem, uti credit, B. Aloyſii Gonzagæ curata fuit. Et aliud non addidit: ſed ſupradicta vera eſſe, teſtata eſt, & nominis ſui ſubſcriptione firmavit. Magarita du Rieu.

AUCTORE C. J. *Cadurci coram Notario jurata deponit,*

quod, ante allatum de vita deſperatæ Viaticum facto voto,

E

ſubito convaluit;

411 *Sequuntur, teſtimonium medici de veritate miraculi, & approbatio ejuſdem per Ordinarium loci facta prout ab ipſis conſcripta ſunt latine; & leguntur in tabulario Societatis noſtræ Romæ: primum quidem autographum ipſius medici eſt, alterum authenticum, & ſigillo Epiſcopi Cadurcenſis munitum, uti ipſe vidi. Primum ſic habet.* Ego Petrus Barræus, almæ Univerſitatis Cadurcorum Profeſſor & Medicus, conſtanter aſſevero, honeſtam feminam Margaritam du Rieu, annorum XXVI in febrem letalem continentem incidiſſe, graviſſimis & exitialibus ſymptomatis, dyſenteria ſcilicet, frequenti vomitu, nauſeâ, ſingultu horrendo, ventriculi dolore, aſſiduis vigiliis, ingenti totius corporis jactatione & dolore acerrimo, ventris torminibus, magnaque tandem virium dejectione & delirio comitatam atque concitatam: cumque prædictorum ſymptomatum procellæ atque turbines nullis artis medicæ præſidiis debellari ac deturbari poſſent, ſed quotidie in pejus ruerent; & morti jam proxima eſſet miſeranda mulier, prorſuſque deploratæ atque deſperatæ valetudinis; modo planè divino, ac naturæ vires ſuperante, morbus omnis momento in fumum abiit XI Novembris MDCIX. In cujus rei fidem hæc manu mea ſubſcripſi. Petrus Barræus Medicus.

& medicus explicatis morbi ſymptomatis,

F

miraculo curatam aſſerit;

412 *Alterum, Epiſcopi, ſic habet:* Simeon Stephanus à Bopiano, Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus, Baro, & Comes Cadurcenſis, omnibus & ſingulis, ad quos hæ pervenerint, ſalutem in Domino. Notum facimus & atteſtamur,

quod & loci Epiſcopus.

AUCTORE C. J.

ex parte Reverendi Patris Nicolai Mauleon, Rectoris collegii Societatis Jesu Cadurci civitatis, nobis expositum fuisse, nonnullos Christi fideles, morbis gravissimis, & medicis tamquam desperatis; orationibus B. Aloysii Gonzagæ commendatos, per illius intercessionem apud Deum, summum medicum, bene habuisse, & miraculose liberatos fuisse. Unde nobis humiliter supplicavit, quo res clarior omnibus fieret ac notior, & mirabilis Deus in Sanctis suis magis ac magis prædicaretur, de hujusmodi quæstionem decerni haberique; ut miraculorum veritate perspecta, omnibus dubitandi non solum causa, sed etiam occasio eximeretur. Quo illi concesso, tandem ex inquisitione, desuper confecta, nobis constitit, inter alios, Domicellam Margaritam du Ricu, oriundam dictæ nostræ civitatis, & uxorem Domini Joannis Vanelle, legum Doctoris & causarum patroni, die XI mensis Novembris, S. Martino sacro, diro ac letali morbo affectam, voto Deo in honorem præfati Beati rite nuncupato, subito omni dolore liberatam fuisse. In quorum fidem præsentes litteras, manu nostra subscriptas, per
B lo nostro ordinario muniri, fieri, & subscribi jussimus, & mandavimus. Datum & actum Cadurci in nostro Episcopali palatio, die I mensis Julii, anno Domini MDCX. Simeon Episcopus Cadurcensis. Planihel pro Secretario.

re bene examinata confirmat.

413 *Et isthoc quidem in Galliis factum probatumque miraculum est: aliud sub idem tempus in Italia Lucæ contigit, describiturque ab illo ipso, in quo contigerat; & petitur per sequentes litteras à Vicario Generali Episcopatûs Lucensis pro miraculo confirmari.* Perillustris ac Reverendissime Domine. Quod per hasce tibi expono, mihi summopere cordi est, rogatumque te iterum atque iterum velim, solitâ ut prudentiâ tuâ illud benigne cognoscas; quo possit inter miracula, quæ multi B. Aloysio Gonzagæ accepta ferunt, connumerari gratia, immerito mihi ab eodem impertita, pro ut sequitur. Ego
C Presbyter Joannes Magi, Lucensis, Sacellanus ecclesiæ S. Mariæ de Rosa, decumbebam lecto è gravi profluvio sanguinis; ejusque vim tantam emisi die VI Septembris anni MDCIX, ut vitæ incertus, Reverendo Patre Curione S. Mariæ, Forisporta dictæ, ministrante, sub horam fere alteram ante occasum solis, sacro Eucharistiæ Viatico extremaque Unctione munitus fuerim, accedente etiam commendatione animæ per preces, pro morientibus recitari solitas; nihil interim juvantibus, quæ ex præscripto excellentissimi medici Joannis Conti sumpseram, medicamentis. Post hæc omnium sensuum usu destitutus fui, excepto auditu; quando dixit adstantibus idem medicus; quandoquidem omnia, quæ fieri mihi ægro ab humana arte possent, facta jam essent, nil superesse remedii quam in patrocinio Sanctorum. Quia vero idem medicus legerat Vitam B. Aloysii Gonzagæ, multaque ibi enarrata miracula; innuebat, sibi placere, ut me voto aliquo obstringerem eidem glorioso Sancto; & quoniâm id ego præstare per me non possem, prædictus Curio, accepto à me signo, flexit continuo ante lectum genua, vovitque meo nomine propemodum mortui, & pro mortuo à circumstantibus habiti. Factum hoc fuit circiter tertiam ab occasu solis horam. Labente nocte adstitit mihi juvenis (probe memini) aspectu pulcherrimus, quod singulari solatio mihi fuit; & ilico sensi abire toto corpore atroces qui illud cruciabant, dolores. Ubi illuxit, idem ego, qui ab omnibus (ut multi postea
D mihi dixerunt) inter mortuos repositus fueram, tantùm me melius habui, per gratiam Dei, B. Mariæ Virginis, & glorioſi Aloysii, quamvis debilis essem & fatigatus, ut superſim adhuc vivus & sanus. Quid præterea tunc factum sit notatu dignum, resciri poterit ex memoratis, Patre Curione, Domino medico, aliisque. In confirmationem & fidem dictorum, ego Presbyter Joannes Magi, præsentes litteras concepi, & manu propria scripsi Reverendissimæ Dominationi vestræ, hoc die XX Julii MDCXI, Lucæ.

Sic etiam Lucæ confirmari petit

Joannes Presbyter ibidem,

quod ex hæmorrhœa moribundus,

facto voto & apparente Beato convaluit;

uti Curio & Medicus rite testantur.

414 *Reverendissimus ille Dominus, cui litteræ inscriptæ sunt, fuit Horatius Ugolinus, Alexandri Guiduccioni Lucensis Episcopi Vicarius generalis. Is die* V *Augusti, proxime secuti, audivit super præmissis testes ad hoc citatos, R. D. Joannem Baptistam Blanchinum, S. Mariæ Forisporta Curionem Lucæ, ac D. Joannem Antonium Conti, medicinæ Doctorem: qui legitime examinati & jurati præmissam relationem & curationem Joannis Magi confirmarunt. Ac primus, qui voverat pro agroto, etiam addebat, votum in eo constitisse, ut dictus Magius, si recuperaret sanitatem, faciendum curaret frontale altaris albam, alicui aræ,*
E *in qua colitur imago B. Aloysii, apponendum. Hæc extracta sunt ex Actis notarialibus, quæ in tabulario nostro Romano habentur integra, una cum epistola Magii, & Actis Cadurci præmissis.* Ecclesiam S. Mariæ Forisporta, *de qua modo facta est mentio, noli quærere extra urbem, quamvis id nomen indicet, & fuerit fortasse aliquando. Est illa nunc intra muros, & est Canonicorum Regularium qui Schopettini dicuntur.*

415 *Anno* MDCX *debet contigisse, quod illustrissima Cynthia Gonzaga, ex collegio Virginum Jesu in proc. Cast. testis* XXX *deposuit anno* MDCXII *mense Martio.* Circiter annus ac dimidius est, *inquit*, quando habitanti hoc nostro in collegio, D. Aloysiæ Fracassiniæ oppidi Salonensis, *quod vulgo Italis* Salò *appellatur, non procul à Benaco lacu*, nondum tunc indutæ habitum nostrum, sed in probatione versanti, subnatum fuit in axilla dextera tuber ingens rubicundum, quod hic appellare solemus Bugone (*aut potius* Bufone, *à latina voce*, Bufus, *ejusdem significationis*) quo misere cruciabatur; & chirurgus timebat vehementer, prout mihi retulerunt domestici nostri, ne malum ingravesceret cum periculo; opinatus, non facile, aut certe non sine longa temporis mora ad maturitatem perductum iri ulcus. Ut hæc rescivi, accepi, nescio an mea
F sponte, an rogata ab hisce Virginibus nostris, sacrum dentem, quem ex Reliquiis beati mei Aloysii servo ac veneror; & ingressa cubiculum Aloysiæ prædictæ, propius ad ipsam accessi, & signavi ter ulcus cum eadem reliquia in modum crucis, confisa fore, ut Deus benedictus ægre habentem dolore & periculo liberaret. Quo facto, abii; dumque per scalas descendo, curritant post me nonnullæ Virgines, & lætis vocibus acclamant, jam crepuisse ulcus, & sine dolore ægrotantis. Et vere ita factum erat. Quapropter gratias persolvi Deo & B. Aloysio, cui & ipsa & ego beneficium illud ferimus acceptum, eoque pluris facimus, quia chirurgus, cui nomen Hercules Gallo, hujus urbis Castellionensis, plurimùm infirmæ metuebat, uti ad me relatum est.

Grande ulcus,

sacrâ Reliquiâ signatum,

statim crepat ac sanatur.

CA-

A

CAPUT VI.

Nunnulla ab anno MDCXI *usque ad* XIV, *invocantibus opem Aloysii præstita beneficia.*

Beati, ut castitatis patroni, cultus in Belgio

416 *Vita Cepariana, ut eximiam atque adeo Angelicam nos docuit loco non uno castitatem Aloysii, ita variis exemplis probavit, singulare in eo præsidium invenire caste vivere cupientes. Hinc ab hujusmodi utriusque sexus hominibus impense coli solet multis locis, & nullo fortasse impensius quam in Belgio, ubi passim à studiosa juventute gymnasiorum nostrorum uni saltem classium præsidet Patronus; adolescentibus in sodalitiis B. Mariæ Virginis exemplum castitatis passim proponitur; devoto femineo sexui, munditiam mentis & corporis amanti, præcipue colendus datur. In ejus quoque tutela est celebre seminarium nostrum Antverpiense* (*Convictum vulgus appellat*) *in quo lectissima Belgii juventus, & multi etiam ex Hispania atque Italia eódem confluentes, castis moribus honestisque litteris & latinitate, dudum instituti laudabiliter fuerunt atque instituuntur. Illorum oratorium sive sacellum,* (*quod inter descripta alibi à me locum meretur elegantiâ atque ornatu suo, & multo magis pietate frequentantium illud statis quotidie temporibus orationis causa*) *domesticum est sub patrocinio ejusdem beati Tutelaris, ac semel tantum quotannis festa ejus luce* XXI *Junii pate publice; quando & pro concione ibi dicitur, & exquisita personat musica, & sacrosanctâ refectis Eucharistiâ proponitur summi Pontificis liberalitate Indulgentia delictorum omnium lucranda.*

(præsertim in Convictu Antverpiensi)

B

pro concione commendatus;

417 *Prædictas ob causas sæpenumero & laudabiliter commendatur ab Ecclesiasticis, in publicis privatisque congressibus, & pro concione in templis, ejusdem castissimi Juvenis excellentia ac veneratio; & nonnumquam auditores igniculum casti amoris inde concipiunt. Ejus rei specimen lego in Annalibus domus nostræ Antverpiensis Professorum, in qua hæc scribimus, ad annum* MDCXI *ita relatum:* Hoc anno solitis concionum nostrarum sedibus una est addita cathedra in celebri & perantiquo hujus urbis cœnobio, petente atque urgente Prælato. Ibi noster concionator miro quodam animi sensu B. Aloysii Gonzagæ angelicam puritatem deprædicaverat; cum ita dulcissimo sermone duorum conjugum animos movit, ut pari consensu (quem maritus multis annis flagitaverat, numquam impetraverat) mutua congratulatione, præviis precibus & mixtis gaudio lacrymis, Deo votum castitatis & continentiæ nuncupaverint, virgineum suum Aloysium fidissimum sibi Patronum & strenuum contra dæmonis insultus invocantes ac venerantes.

C

per conjugum inducit ad votum continentiæ.

Ad eumdem recurrens fœdus consuetudinarius

418 *Huc facit quod testatum reliquit alius quidam è nostris manu sua in archivo Romano, nulla addita temporis nota; & ex italico latine versum ita sonat:* Ego Jacobus Agnellus Pollio, Presbyter Societatis Jesu, fidem facio, quod ad me accesserit persona quædam, quæ octo circiter annos continuos quot hebdomadis in fœda atque enormia prolabebatur carnis peccata; solicitabaturque præterea ad peccandum cum alia persona, & consentiebat promisisime. Cupienti tamen emergere è cœno peccatorum suorum tam tenaci, dixi ego, B. Aloysium Gonzagam dotatum à Deo fuisse singulari castimoniæ prærogativâ, ei se commendaret enixe, conciperetque spem firmam, fore ut patrocinante Beato sibi Deus robur adderet ad resistendum, &

non amplius committendum delicta tam fœda. Obaudivit peccator, commendavit se castissimo Aloysio, votum fecit jejunandi sex dies in ejus honorem, si compos fieret votorum suorum. Mira res! Ex illo tempore non modo non prolapsus est amplius in peccata ista plures jam menses; verum etiam testificatur, quod quoties tentatione simili pulsatur, prolato dumtaxat Beati nomine, fugit dæmon cum tentatione sua, sibi animus suus redditur serenus, & vitam vivere castam pergit. Atque hæc ipsemet mihi, interposito super sacrosanctæ Crucis simulacrum jurejurando, asseveravit: & ego in horum fidem scripsi præsentes litteras, & subscripsi manu propria, Jacobus Agnellus Pollio &c. *Alia hujus generis, & magis etiam mirabilia, vide sis in Annotationibus nostris ad caput 3 libri 3 vitæ Cepariana pag.* 1050 *& sequentibus. Item in hoc supplemento cap.* 5 *pag.* 1070, *inter beneficia Parmæ obtenta.*

AUCTORE C. J.

voto facto mirabiliter curatur.

419 *Eodem anno* MDCXI, *ex lectione Vitæ B. Aloysii concepit in eum spem misellus quidam incarceratus, & secundum spem suam ejus opem expertus est. Nomen viri* Friano *italice scribitur, quod* Frigidianus *à Sancto istius nominis, Lucensium tutelari, interpretandum puto. Historia rei gestæ authentica, est in tabulario nostro Romano; unde hoc exemplar latinum feci:* Ego Frigidianus Castolari de Torricella, ducatus Mutinensis, fidem facio; quod cum anno superiore inclusus essem in duro carcere; quidam amicus meus mihi commodavit librum de vita, morte & miraculis B. Aloysii Gonzagæ; quem & legi plus vice simplici, & simul me Beato isti commendavi; additoque voto, me Romam iturum ad visitandam ecclesiam, ubi sacrum ipsius corpus conservatur; ilico consecutus sum à Deo, per interces sionem Beati, gratiam hanc; quod, cum eatenus illic detinerer invitus, tristis & impatiens, ita animatus fuerim, ut deinceps pedicis manicisque ferreis vinctus, anno integro perstiterim in carcere, adversa omnia æquanimiter ac intrepide ferens. Dico etiam, verum esse, me, licet falso accusatum, sententiâ judicis sublime funibus suspensum fuisse spatio unius horæ; quo in supplicio statim invocavi opem sanctissimæ Dei matris, & B. Aloysii, renovans etiam votum visitandi sacrum ejus sepulcrum; atque in momento cessavit doloris sensus, qui prius me graviter afficiebat & (quamdiu suspensus fui) nihilo amplius sensi doloris quam si funibus illis non pependissem alligatus. Et quia ita fuit & est verum, præsentes litteras propria manu mea scripsi & subscripsi, Romæ v Februarii MDCXII. Ego Frigidianus supradictus.

E

Lectâ Vitâ animatus captivus,

nullum sensit in gravi tortura dolorem.

420 *Anno etiam* MDCXI *curationem suam evenisse innuit D. Aloysia Fracassina, è collegio Virginum Jesu, quæ, uti ex depositione Cynthiæ Gonzagæ in fine capitis præcedentis didicimus, periculoso ulcere, superiori anno liberata fuerat per merita B. Aloysii; ita nunc ipsa ejusdem meritis adscribit depulsionem dolorum capitis, quibus discruciabatur; in hunc modum testificata in processu Castell. loco* XXIX: Exeunte Octobri mense, anni proxime præteriti, invasit me cephalæa gravissima, simul & febris vehemens; tenuitque non modo usque ad vigiliam S. Catharinæ, die XXV Novembris celebrari solitæ (nequidquam depellere conatis tam unum quam aliud malum medicis) verum exinde, propemodum usque ad Natalem Domini, adeo invaluit dolor capitis, ut locum quietis nusquam invenirem; debuique perpetuo tenere lectum, inquieta & misere quiritans, nec leniebar medicinis. Recordata igitur, Illustrissimam Dominam Matrem Præpo-

Aloysia Fracassinæ

AUCTORE C. J.

fitam noſtram, *Cynthiam Gonzagam prædictam*, conſervare ſacram Reliquiam B. Aloyſii, dentem ejus unum; & confiſa, patrocinio ejus meam me valetudinem recuperaturam; rogavi prædictam Præpoſitam noſtram quodam veſpere, circiter horam unam poſt occubitum ſolis, frontem mihi illo dente ut ſignaret: & eram quadammodo certa curationis ſecuturæ. Signavit me illa ter, poſtquam recitaveram, cum ſacris Virginibus noſtris quæ præſentes erant, Litanias beatiſſimæ Virginis, unumque Pater noſter & Ave Maria in honorem B. Aloyſii; & continuo in ipſo loco abiit tam dolor capitis, quam febris, & utroque diuturno malo liberata fui momento uno; dormivi nocte illa in utramque aurem, quæ ſomnum oculis meis vix videram, ex quo dolere caput cœpi.

tactu dentis diuturnâ cephalæâ,

421 *Succedunt tria beneficia ſingularia, de quibus data teſtimonia extraxi è tabulario noſtro Romano, & ſequentem in modum latina feci. Primum eſt P. Marini, ex Ordine S. Franciſci Cappucinorum; alterum D. Catharinæ Repoſæ, uxoris Octavii Ferrarii; tertium, P. Mariani, è ſacra Familia Eremitarum S. Auguſtini, data annis* MDCXII, XIII, *ac* XIV. *Primum ſic habet:* Ego Fr. Marinus de Caſali in Monteferrato, Sacerdos Cappucinus, Vicarius Fratrum Cappucinorum Novariæ, ibidem IX Auguſti MDCXI ex febre decubui, oppreſſus præterea torminibus crebris & vehementibus, cum incredibili dolore. Applicuerunt medici remedia ſua, ſed nihil tulere levaminis. Aderat mihi Pater noſter Joannes de Cremona, dicti loci Guardianus, narravitque, B. Aloyſium Gonzagam è Societate Jeſu gratiam ſanitatis contuliſſe feminæ cuidam in Valle Tellina, incurabili alioquin morbo laboranti. Hinc motus ego & ſtimulatus fiducia in Beatum illum, vovi, me quot annis, quamdiu vixero, obitus ipſius die diſciplinam facturum, ſi ipſo intercedente levamen & vacuitatem à doloribus conſequerer; dumque vovi, cœpi quod petebam, levamen ſentire: quamobrem & votum ilico confirmavi, & ilico dolor omnis abceſſit: neque deinceps mihi umquam dolor ſimilis rediit, licet antea ejuſmodi malo plurimum obnoxius fuerim. In quorum fidem, ad gloriam Dei & prædicti Beati, præſentes litteras fieri juſſi, manu propria ſubſcripſi, & juramento firmavi Aronæ in Domo Probationis Societatis Jeſu, die XXII Februarii MDCXII. Ego Fr. Marinus cum juramento confirmo ſupradicta. *Hoc ipſum teſtimonium, alienâ manu, ut hic dicitur, ſcriptum, ſed propriâ Fr. Marini ſubſcriptum, præ oculis habui, cum hæc inde interpretabar: & eâdem ſubſcribentis manu in margine adnotatum erat:* Non fui liberatus febri, quia non petii illâ liberari, ſed tantum doloribus torminum.

B

& Novariæ Cappucinus, idem malum patiens,

C

liberantur.

422 *Et iſthoc quidem beneficium curationis, religioſus ſacri Ordinis Cappucinorum Sacerdos obtinuit: quod ſequitur ſuaſu alterius ex eodem Ordine Sacerdotis, ſperavit à Beato, ac impetravit, uncta oleo lampadis ejus, femina ſecularis & conjugata* Caſtelleti, quod oppidum eſt ſupra Tianum. Laborabat ibi duos menſes continuos oppilatione jecinoris, dolore renum, & febri non intermittente, Domina Franciſca, uxor Domini Franciſci Viſconti; uſaque medicinis variis abſque levamine, didicit tandem à R. P. Ambroſio de Mille Ordinis Cappucinorum S. Franciſci, admirabile eſſe multitudine miraculorum, & religioſe uſurpari oleum B. Aloyſii Gonzagæ è Societate Jeſu, quod in Vulturena valle ante imaginem ejus ardet: eoque à Catharina Repoſa ſorore ſua reverenter uncta (ô prodigium!) ilico à doloribus ſuis vacuitatem habuit, ſanaque adſtitit. In quorum fidem hoc ego veritatis teſtimonium, cum litteras formare ipſa nequeam, ab alio ſcribendum curavi, prout mea mihi dictat conſcientia & verum eſt, die XIV Martii MDCXIII. Ego Octavius Ferrarii, vice uxoris meæ Catharinæ Repoſæ prædictæ, affirmo ut ſupra.

Caſtelleti matrona graviter infirma,

uncta oleo lampadis Aloyſianæ convaleſcit.

D

423 *Tertium, quod dixi teſtimonium, ſic legitur:* Auximi *in Piceno* XV Julii MDCXIV. Ego Fr. Marianus Mancini de Piſauro, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, requirente D. Joanne Baptiſta Baſſo, Ravennate, utrum aliquando gratiam ſanitatis obtinuerim per invocationem B. Aloyſii; hiſce fidem facio, quod cum in monte Rubbiano per quadrageſimam ad populum pro concione nuper dixeram, ſtatim poſt Paſcha profectus fui Firmum, inde Anconam, ad meam hujus anni habitationem rediturus. Sed antequam Firmo diſcederem, cœpit mihi motus ſanguis ex capite defluere, tam copioſus ac ſiſti neſcius, ut & mihi & medicis dubia mea vita eſſet. Tunc ego, qui præterita hieme legeram totam glorioſi beatique Aloyſii Vitam & miracula, eorumdem recordatus, ad ipſum me converti poſitus in lecto; ac voto emiſſo, me ter celebraturum in honorem ejus, ſi mihi ſanguinis fluxum ſiſteret; incidi in ſomnum, & paulo poſt expergefactus, comperi ſanguinem deſiiſſe fluere, & me ſanum eſſe; laudavique Deum ac Beatum ejus; celebravi, quæ voveram Sacra; prædicavi quacumque tranſibam gratiam obtentam, ac deinde Romam profectus viſitavi tumbam ipſius Beati. Ita eſt, teſte ac judice conſcientia mea. Fr. Marianus Mancinus Piſaurenſis qui ſupra, die XV Julii MDCXIV.

Eremitæ Auguſtiniano ſiſtitur fluxus ſanguinis.

E

424 *Ex eodem tabulario Romano profero teſtimonium quod ſequitur.* Die I Junii MDCXIV. Ego Auguſtinus Balada de Morlupo, commorans Romæ in regione Parionis, teſtimonium veritatis ad gloriam Dei & B. Aloyſii Gonzagæ, ex debito hominis Chriſtiani dico, & declaro per præſentes litteras, quod anno ſuperiore MDCXIII, menſe Martio & Aprili, aut alio magis vero tempore, filiolus quidam meus, Carolus nomine, ſeptem circiter menſes tunc natus; laborare cœpit eryſipelate oculos & frontem, tanto cum pruritu, ut quieſcere diu noctuve nequiret, & aſſiduo manu fricaret affectas partes, videreturque ſibi oculos evellere. Tenuit cruciatus ille circiter duos menſes, quibus infans nullam quietis partem capiebat, præſertim noctu; atque unâ inter alias nocte eum ſic afligebat, ut licet viciſſim, nunc mater, nunc ego ei frontem & oculos diu ſcaberemus, nihilominus inſomnis maneret atque inconſolabiliter ploraret. Deſcripſeram ego aliquot ante menſes partem proceſſûs de vita & miraculis B. Aloyſii Gonzagæ: ex quo recordatus multarum gratiarum ac beneficiorum, quæ divina Majeſtas hominibus affligtis ad Beati iſtius invocationem contulit, motuſque exemplis; quanta potui fiducia & ardore ſupplicavi eidem Beato, ut modum ponere dolori, & quietem reddere infanti per ſua merita vellet. O factum vere miraculoſum! Simul ego finivi precationem meam, ſimul puer (quem ipſe ſinu tenebam in cubili, fricans oculos & frontem ejus) conticuit; quo animadverſo repoſui eum è ſinu in locum ſuum; ubi continuo indormivit, ac deinceps nihil iſtiuſmodi morbi aut doloris amplius ſenſit, ad laudem & gloriam Dei beatique Aloyſii, cujus meritis atque interceſſione firmiter credo, me, licet indignum, obtinuiſſe filio incolumitatem.

Infans eryſipelate in oculis laborans,

patre qui proceſſus ſcripſerat, Aloyſium invocante,

ſubito ſanatur.

F

425 Ad hæc ajo, veniſſe Romam pridie ſolennitatis Corporis Domini, eodem anno MDCXIII,

Domi-

A Dominam Ginevram, Ardiliæ Palozzæ de Morlupo filiam, conjugem Dominici Maſſaccii, annos non amplius xv natam, impleturam votum quo promiſerat in quadam invaletudine fratris ſui, viſitare nudis pedibus à porta Flaminia ſanctiſſimam Virginem Mariam, de montibus appellatam. Maritus, non conſiderato dictam uxorem ſuam eſſe jejunam, ætate teneram, habitudine corporis imbecillem, & quod præcipuum erat, uterum ferre à menſibus v de primo fœtu; eam ducebat : atque, ut erat imperitus viarum Romæ, errabundus illam circumduxit per alterum tantum quam oportebat itineris, uti mihi ſignificavit ipſe. Quamobrem fœtus, quem mulier geſtabat, plurimum paſſus interiit, quamvis illa tunc quidem nihil ejus rei ſenſerit, atque ad me ſub horam XXII, *ſive alteram ante occaſum ſolis*, perducta, poſtquam cœnata fuit, conceſſerit cum ſuis cubitum incolumis, ut reliqui omnes domeſtici mei. At poſtridie bene mane, quæ erat feſta lux ſanctiſſimi Sacramenti, accurrit ad nos mater Ginevræ, atque evocans uxorem meam dicit; filiam ſuam agere animam; tota nocte ſomnum oculis ſuis non vidiſſe, & quieſcere nequiviſſe præ dolore totius corporis, quapropter timere ſe abortum.

Idem ſcriptor teſtatur quod eadem fiducia

mulieri aborturienti ac moribundæ

426 Surreximus continuo omnes è lecto, & ego imprimis viſitavi infirmam, quæ ut me vidit, rogabat per amorem Dei, ſe ut juvarem; ſe quippe mori; atque interea volvebat ac revol-
B vebat ſe per lectum, & torquebatur, inſtar colubri, acerbitate doloris. Hujus autem cognitâ cauſâ, juſſi ego accerſi medicum : moxque memoria recolens, legiſſe me in proceſſu ſuper vita & miraculis B. Aloyſii fabricato, feminam quamdam illuſtrem, ejus propinquam, non ſine periculo ægrotantem, viſitante illam Patre quodam Societatis Jeſu è domo Profeſſorum, atque exhortante ut ſpem conciperet valetudinis recuperandæ per merita B. Aloyſii, imaginem, quam ab eodem Patre accipiebat, ſibi impoſuiſſe, & continuo ſanam fuiſſe : memor item beneficii, quod paulo ante per merita ejuſdem Beati impetraveram ego filiolo meo; expoſui cuncta prædictæ Ginevræ, ſimul exhortans, ut cum fiducia imploraret opem ejuſdem Beati, per ejus interventum in præſenti neceſſitate ſenſuram levamen : & reſpiciens mandavi filiis meis, ut ſiqua ad manum eſſet imago B. Aloyſii, illam ad infirmam ferrent.

applicari juſſerit iconem Beati,

427 His dictis abii ego, interfuturus ſupplicationi ſanctiſſimi Sacramenti in S. Petri; indeque reverſus domum, interrogavi num medicus adfuiſſet; & reſpondit uxor mea, adfuiſſe; verum illius nullum fuiſſe uſum. Quippe, inquiebat, ſimul atque ægra impoſuit capiti ſuo imaginem B. Aloyſii, ejus opem inclamans, ejecit infantem mortuum nullo doloris ſenſu : addebatque eadem uxor mea, puerperam ſic enixam nihilo plus doloris poſtea ſenſiſſe; ac omni infirmitate liberam voluiſſe de lecto exire; at prohibitam fuiſſe à ſe uxore mea, jubente ut aliquot dies more puerperarum quiete decumberet. Obedivit illa tunc quidem, ſed iſto & ſequenti die elapſis, adigi non potuit, ut diutius perſtaret. Surrexit itaque, dicens tam recte ſe valere, quam ſi nihil omnino mali paſſa eſſet. Quæ res plurimum differt à conſuetudine aliarum puerperarum, etiam illarum, quæ ſuo tempore ac feliciter enituntur; & nihilominus decumbunt ut minimum x aut XII dies : hæc noſtra autem tertio ſurrexit die : & agnoſcens, acceptum beneficium ſe debere B. Aloyſio, conceſſit ad eccleſiam Annun-

ipſamque reverſus invenerit
C

fœtu mortuo & omni incommodo liberam.

tiatæ in collegio Romano, in qua Beati ſacrum corpus quieſcit, gratiasque ei perſolvit. Et hæc ajo vere ita contigiſſe in domo mea in Parione, ſolenniſſimo die Corporis Domini anno MDCXIII: atque in teſtimonium veritatis ſcripſi præſentes & ſubſcripſi propriâ meâ manu, hoc die & anno ſupradicto. Auguſtinus Balâda affirmo quod ſupra dictum eſt, manu propria.

AUCTORE C. J.

428 *Ab anno* MDCVIII *cœpit Deus mirabiliter illuſtrare gloriam Beati noſtri in valle Tellina, & per oleum, quod ibidem in templo S. Michaëlis Saxi ardet ante imaginem ejus, late propagare. Deportatum ex illo oleo etiam Taurinum fuit, ac primarios aliquot viros ibidem anno* MDCXV, *depulſis momento morbis, priſtinæ ſanitati reſtituit hebdomade una. Ita enim inde ſcripſit, citati anni die* III *Auguſti, P. Joſephus Alamanni, collegii Taurinenſis Rector, ad R. P. Mutium Vitelleſcum, tunc adhuc Aſſiſtentem Italiæ; ex cujus epiſtolæ autographo, quod eſt in tabulario noſtro Romano, partem quam ſubjicio, latinam feci.* Hic patimur calores valde intenſos, & graſſantur morbi letales brevesque. Superiori hebdomade per oleum B. Aloyſii, quod ſumptum eſt ex lampade quæ ardet in Tellina Valle ante imaginem ejus, varia Deus miracula operatus eſt. Nam quinque perſonæ hebdomade illa, ſimul atque uncti fuerunt oleo prædicto, ſubitanea curatione etiam febribus liberati fuerunt. Imprimis Dominus Eques Avogadrus præter febrim phreneſi correptus erat, ſine ſpe longioris vitæ : unctus tamen fuit; atque eodem tempore mentis compos, & liber febri & omnino ſanus extitit. Eques Balbianus cum tertiana duplici conflictabatur : unctus autem fuit; & neutrius rediit paroxiſmus. Dominus Cavalca, nepos Dom. Marchionis d'Orfé; & ipſe ex febri decumbebat; unctusque fuit & ſimul liberatus. Liberatus quoque fuit ſimili febri juvenis quidam poſt unctionem, ei magna cum fiducia collatam ab amita ſua. Denique Dominus Hieronymus Berverus, etiam ipſe in æſtu febris unctus, nullum deinde ejus paroxiſmum paſſus eſt. Verum tamen eſt, hunc poſtea in morbum denuo incidiſſe; ſed nunc bene habet. Videtur Deus velle reſuſcitare pietatem ac venerationem civitatis noſtræ erga hunc Beatum, qui ex parte matris Pedemontanus eſt. Et quia ſcio, hæc grata fore Rev. Veſtræ, attexere hic volui ſaltem paucis ....

Oleo Aloyſiano ex Valle Tellina allato Taurinum,

plures primarii viri curantur à febribus.

E

429 *Aliam ibidem inveni epiſtolam, Mutinæ ſcriptam anno* MDCXVII, *die* XX *Aprilis, à* P. Philippo Nappi (*ita mihi videtur legendum nomen*) *ad P. Ceparium; quæ ut ſequitur, latine ſonat* : Hac hebdomade contigerunt in hac civitate Mutinenſi duo miracula perquam inſignia, ad invocationem B. Aloyſii noſtri. Ea hiſce perſcribo, ut me doceat Rev. veſtra, quo pacto debeant authenticari in forma valida. Ambo bearunt duas Sanctimoniales infirmas : atque una quidem à bimeſtri & amplius jam laborabat peregrinâ quadam ægrotatione, medicis ignotâ, atque infeſtationi malignorum ſpirituum attributâ. Cruciabatur namque infirma inter inquietudines & terriculamenta & deliquia, perpetuis iiſque acerbiſſimis doloribus. Tandem cum ad extremum reducta eſſet, reminiſcitur penes Monialem quamdam alterius monaſterii eſſe Reliquias B. Aloyſii : mittit qui illas ſibi afferat; allatas reverenter accipit atque eveſtigio ſana eſt & libera malis omnibus, veſtit ſe, & ambulat per domum.

F

Mutinæ Moniales duæ miraculoſe ſanantur.

430 Quæ res Monialibus omnibus viſa eſt tam evidens miraculum eſſe, ut propterea omnes ſimul cantaverint, Te Deum laudamus. Terni, qui paulo ante in conſilium vocati fuerant medici,

&

AUCTORE C. J.

& infirmam ceniuerant incurabilem, agnoſcunt ac teſtantur, miraculum eſse. Idem prædicat quoque Illuſtriſſimus Epiſcopus noſter, qui Monialem infirmam viſitavit, ac rerum omnium conſcius eſt. Denique Moniales omnes & ſingulæ amplum miraculi teſtimonium ferunt. Alterum porro miraculum factum eſt in alia Moniali, quam ægre habebat gula, incipiens generare ſtrumam. Illa quoque ad contactum Reliquiarum ejuſdem Beati, & malo præſenti & timore futuri, ſimul liberata fuit. Sed non potui hactenus reſcire ſingula rei geſta: ſciam propediem. Interea te rogo, Reverende Pater, ut hæc omnia ſignifices adm. Rev. P. Noſtro Generali Patribuſque Aſſiſtentibus, iiſque exponas, placitum eſſe Deo etiam in hac civitate propagare gloriam B. Aloyſii &c.

attactu Reliquiæ.

431 *Quæ ſequitur epiſtola, magna mihi in veneratione eſt, utpote ſcripta à viro, qui multis virtutibus, præclara ſcientia & egregiis concionibus, quas ſeptem omnino annos in palatio Apoſtolico coram ſummo Pontifice habuit, Romam atque adeo Italiam implevit. Eſt is* P. *Nicolaus Zucchi, natus anno* MDLXXXVI *Placentiæ, ingreſſus* MDCII *Societatem Jeſu in provincia Veneta, mortuus Romæ in Domo Profeſſorum* MDCLXX, *cujus geſta ample impreſſa, nunc paſſim leguntur in Italia. Dedit ille epiſtolam, de qua loquor, Ferrariæ Kalendis Junii* MDCXII *ad* P. *Ceparium; atque ita orditur:* Beneficium ſingulare Dei reputo occaſionem, quæ ſe mihi offert, demonſtrandi animum meum, & conferendi aliquid ad honorem B. Aloyſii noſtri; quem Deus præclarum Societati noſtræ ornamentum & ſingulis in ea viventibus fraternum, atque aliis omnibus præſens patrocinium dedit. Juvenis quidam nobilis, annos circiter XX natus, qui pridem ephebum honorarium egit in aula ſereniſſimi Mutinæ Ducis, venit ad me hiſce feſtis paſchalibus expiatum conſcientiæ noxas, rogavitque, Romam ut mitterem figuram hanc, accepti per B. Aloyſium beneficii teſſeram: quia cum biennium totum febri continua laboraſſet, conſumptiſque viribus contabeſceret; incidit in Vitam & miracula B. Aloyſii, quæ tu, Pater, conſcripſiſti; hauſitque ex corum lectione fiduciam in eumdem Beatum; & qua poterat, genua inflectens humi, neſcio quod ei votum fecit, ac pro recuperanda ſanitate preces fudit. Ubi autem deſiit precari, ſenſit ſibi melius eſſe, omnis intra biduum abceſſit febris. & octavo die lectum reliquit omni parte ſanus, ac deinceps perrexit ſanus & robuſtus eſſe acſi infirmus non fuiſſet. Atque hæc ſynopſis eſt dictorum ejus. Figuram, de qua memini, à paucis diebus ad me attulit, eamque cum hiſce nunc mitto ad te.

P. Nicolaus Zucchi Ferrariâ ſcribit,

& mittit votum ephebi Ducalis à febre liberati.

CAPUT VII.

Inſignis curatio P. Guilielmi Flacci Rectoris Anglorum Societatis Jeſu Gandavi.

432 *Interceſſerunt aliquot anni, quod nihil memorabile de miraculis B. Aloyſii ſcriptum reperio, dum Gandavi in Belgio medicam ille manum ſuam extendit anno* MDCXXXII, *ipſa feſti ſui luce, in virum ſeptuagenarium Societatis noſtræ Anglicanæ; eumque diuturnis doloribus ac peracerbis, & calculis duobus, ſimul momento unico ejectis, non ſine miraculo liberavit. Patri nomen Guilielmus Flaccus, qui & examinari & confirmari miraculum petiit ab Epiſcopo Audomaropolitano; & hic confirmavit, ſcripſitque ſuper illo ſequentes, quæ in archivo noſtro Romano ſuperſunt litteras, latinas.* Sanctiſſimo in Chriſto Patri & Domino noſtro, D. Urbano divinâ providentiâ PP. VIII, Chriſtophorus de Morlet, Dei & Apoſtolicæ ſedes gratia Epiſcopus Audomarenſis, humillima pedum oſcula.

Teſtatur ſummo Pontifici Epiſcopus Audomarenſis,

433 Cum P. Guilielmus Flaccus, nuper collegii Anglorum Societatis Jeſu Gandavi Rector, nunc vero in hac Audomarenſi civitate agens in ſeminario Anglorum ejuſdem Societatis, aſſereret, quod meritis & interceſſione B. Aloyſii Gonzagæ, ab evidentiſſimo mortis periculo, quod ei ob ſtranguriæ & calculi dolores imminebat, fuiſſet liberatus; ac debita cum inſtantia rogaſſet, ut ſuper miraculi hujuſmodi veritate & evidentia, ac inde ſecutis, informationem congruam ſumere dignaremur. Nos ad ea quæ muneris noſtri ſunt intenti, ex præſcripto Sanctitatis veſtræ, quod non ita pridem per Decretum ſacræ Congregationis emanavit (non valentes ob legitima impedimenta huic informationi perſonaliter vacare) deputandas duximus perſonas aliquas de gremio eccleſiæ noſtræ cathedralis, juxta epiſtolam dictæ ſacræ Congregationis, de Data XII Martii MDCXXXI ad nos directam, qualificatas, quæ nobis relationem fecerunt tenoris ſequentis.

quemdam calculi doloribus pene mortuum,

dum votum B. Aloyſio vovet,

434 In nomine Domini Amen. Anno à Nativitate Domini milleſimo ſexenteſimo trigeſimo tertio, menſis Aprilis die decima octava, coram Reverendis Dominis Guilielmo Dath S. T. L. eccleſiæ cathedralis Audomarenſis Canonico, & Archidiacono Flandriæ, à Reverendiſſimo in Chriſto Patre ac Domino D. Chriſtophoro de Morlet, Epiſcopo Audomarenſi ſpecialiter deputato; D. Joanne Maria de Marnix, Protonotario Apoſtolico ſacræ Theologiæ Magiſtro, ejuſdem eccleſiæ cathedralis Audomarenſis Canonico, & Pœnitentiario; nec non D. Roberto Chapron I.V.L. etiam ſcriptæ eccleſiæ Audomarenſis Canonico; perſonaliter conſtitutus, & comparens R. P. Jacobus Battamus, Presbyter Societatis Jeſu, præſtito per eum prius juramento, interrogatus de ſanitate ſuperiore anno miraculoſe, ut ferebatur, per R. P. Guilielmum Flaccum è Societate Jeſu Presbyterum, interceſſione B. Aloyſii Gonzagæ recuperata; reſpondit, ut ſequitur.

duos calculos eiecciſſe;

ejuſque rei teſtes adducit,

435 Ego Jacobus Battamus, Societatis Jeſu Sacerdos, annorum circiter viginti novem, atteſtor P. Guilielmum Flaccum, domus tertiæ probationis Gandenſis tunc Rectorem, & ibidem agentem, anno Domini MDCXXXII, menſe Junio, diuturno calculi morbo tam periculoſe laboraſſe, ut medici mihi, qui tum probationis annum tertium in dicta domo agens, eidem ægrotanti miniſtrabam, confirmarent, ſpem vitæ ejus producendæ ſupereſſe nullam; atque adeo varia ab ſe adhibita medicamenta non tam evincendo malo, quàm leniendæ doloris acerbitati. Crebris diu graviterque enervato moleſtiis aderat jam B. Aloyſii Gonzagæ pervigilium, vigeſima ſcilicet Junii dies, quæ quanto ingraveſcebat dolor vehementius, eò ſanctiſſimi Juvenis, cui ſingulariter addictus erat, impenſius implorabat auxilium. Noctem inſequentem quanto cum dolore tranſegerit, argumento fuere, graviſſima, acutiſſimo mali ſentu illi expreſſa, mihique vicino in cubiculo ſuperiore, ſolo ſimplici tabulato ſeparato, audita ſuſpiria.

unum qui adminiſtrarat,

436 Ceterùm ubi illuxit B. Aloyſio ſacra, ipſique ſalutaris dies, Confeſſarium, cui extremum jam (uti non abſque cauſa rebatur) peccata expoſiturus erat, accerſiri juſſit. Inter Confeſſio-

A feſſionem duobus emiſſis calculis, omni repente dolore ſublevatum, ac non multo pòſt excitum lecto, ſacellumque petentem, cùm oculatus omnium teſtis, obſtupeſcerem; intellexi, id ope Aloyſii, quem voti reus implorarat, præter ſpem, præterque naturam cælitus eveniſſe. Binos illos, tum domeſticis, de ſalute Patri reſtituta gratulabundis, tum adventanti medico, oſtendi calculos, fabarum inſtar mediocrium oblongos, atque ejus craſsitudinis, & eorum alternis aſperitatis, ut affirmaret medicus excerni ab ægro tam affecto, naturæ vi nulla potuiſſe. Nec fuit inter domeſticos dubium, quin tam inſperata ac repentina reddita ſalus, ſanctiſſimi Aloyſii precibus eſſet ac patrocinio tribuenda. Hæc omnia ſupradicta, relecta B. Jacobo Battamo prædicto, vera eſſe, & ita, ut ſuperius narrata ſunt, ſe habere, ipſe juratus affirmavit, in præſentia ſupradictorum Dominorum, & manu propria ſubſcripſit. Acta ſunt hæc & fuerunt in collegio Anglicano ſocietatis Jeſu, in ſupradicta civitate Audomarenſi, anno, & die, quibus ſupra. Jacobus Battamus. G. Dath. Joannes Maria de Marnix, Protonotarius Apoſtolicus. R. Chapron.

B 437 Eodem die & anno coram ſupradictis comparens R. P. Guilielmus Flaccus, interrogatus reſpondit, ut ſequitur: Ego Guilielmus Flaccus, Societatis Jeſu Sacerdos, annorum circiter LXXIII, anno ſalutis MDCXXXII, menſe Junio, Gandavi id temporis Domus tertiæ probationis Rector, ibidemque agens; diu multumque ſtrangurià afflictatus, eo jam loci eram, ut medici; quoniam calculo, quem eluctari natura non poſſet, veſicam certis obſtructam indiciis compererant, remedium ab arte ſua ſupereſſe nullum pronuntiarent. Jamque adeo, cum & alia medicamenta, & Spadanas nequidquam aquas adhibuiſſem; paucis ante natalem B. Aloyſii diebus, tam vehementer, oppreſſo penitus urinæ meatu, torqueri cœpi, ut mortem vicinam eſſe certiſſime exiſtimarem. Quare quod reliquum erat, adornare inſtiti emigrationem è vita, ſpes in cælum omnes convertere, patronum enixe ſolicitare Aloyſium, ut extremo illo tempore adeſſet, cruciatumque leniret. Erigebat ea res fiduciam, quod ſanctiſſimum Juvenem Romæ quondam familiariter noveram, utpote meum in Societatis tirocinio conſodalem; ſpirantemque virtutis ejuſdem effigiem, altius inſculptam animo, per omnem deinceps vitam perpetua quadam veneratione colueram.

alterum ipſummet cui res contigit,

G 438 Poſtquam igitur eam noctem, quæ dicatam Aloyſio lucem anteceſſit, preces inter acutiſſimoſque dolores extraxeram; cum adeſſe jam vitæ exitum judicarem, accito mane Sacerdote noſtro, expiare Confeſſione generali noxas aggreſſus ſum. Ceterum, vim faciente identidem doloris acerbitate, opem implorare beati Adoleſcentis, interpellata ſæpius confeſſione, coactus; ad extremum votivo aliquo anathemate Patronum, ſuaſu Confeſſarii, ſtatui demerendum: cumque aliud prætio eſſet nihil, lipſanothecam, quam diu geſtaram, plurimique feceram, ad ejuſdem in domeſtico ſacello ſacram tabulam vovi me dedicaturum, modo dolori acerbiſſimo aliquod afferret levamentum. Simul me eo obſtrinxeram voto, ſimul voti ipſemet compos ſpe omni celerius efficior. Ecce enim vix interceſſerat ſpatium, quo percurri Salutatio angelica poſſet; cum binos calculos ejeci fabis mediocribus magnitudine pares: quibus ejectis ita omnis repente conſedit dolor, ut intra horam circiter me ſtrato levaverim, atque ad ſacellum deſcenderim; ubi ante ſacram Aloyſii AUCTORE tabulam, ingenti cum lætitia grates illi votumque munus perſolvi; nihil ambigens, quin ejus ope è mortis quodammodo faucibus eſſem ereptus. Atque hæc uti jam narrata ſunt, vera eſſe, prædictus P. Guilielmus Flaccus juratus aſſeruit in præſentia ſupradictorum Dominorum, propriaque manu ſubſcripſit, anno & die quibus ſupra. C. J.

439 *Tum comparuit coram iiſdem eodem die, R. P. Odoardus Sclifdonus, Societatis Jeſu Sacerdos, annos* XL *natus, qui Confeſſionem generalem P. Flacci, de qua ſupra, audierat; auctorque ei fuerat,* ut, quoniam ſubſidii jam nihil humani leniendo malo ſupereſſet, præſentem Aloyſii, quam implorabat toties opem, votivo aliquo munere impetraret. *Is præmiſſas duas depoſitiones ſuâ ſimili confirmavit juratus, & manu propria ſubſcripſit. Atque his ita Actis ac relatis, concludit Epiſcopus*: In quorum omnium fidem præſentes, manu noſtra ſubſcriptas, ſigilli noſtri impreſſione & ſignatura noſtri Secretarii juſſimus & fecimus communiri. Audomaropoli, in palatio noſtro Epiſcopali, XVI Auguſti, MDCXXXIII. Chriſtophorus Epiſcopus Audomarenſis. *tertium, qui ejus confeſſionem audierat.*

E

CAPUT VIII.

Vulgatiſſima curatio Joſephi Spinelli Societatis Jeſu, apparente ei B. Aloyſio & Joanne Berchmanno, Panormi facta.

440 *TRiennio pòſt aliud magis mirabile exemplum ſuæ in miſeros benevolentiæ dedit Aloyſius, Panormi in celeberrimo Siciliæ emporio: dedit autem in juvene ejuſdem Societatis Jeſu, cui nomen Joſephus Spinelli, anno* MDCXXXV. *Non uno is afflictabatur malo, amens, mutus, paralyticus, ſemimortuus, & quid non? Confugit ad opem B. Aloyſii, cujus ſacra maxilla in collegio Panormitano religioſe conſervatur; & opem invenit, apparentibus ei aliquoties B. Aloyſio prædicto, & Aloyſio altero Joanne Berchmanno, de quo plura in Commentario prævio. Rei geſtæ hiſtoria, illo ipſo tempore quo gerebatur, deſcripta fuit à ſpectantibus, ex proprio oculorum ſuorum teſtimonio; &, quæ ſpectari non potuerunt, ex fida ipſius ægri relatione, qui &, quod iſti ſcripſerant, lectum approbavit. Prolixa narratio eſt, atque ideo ab amantibus brevitatem & conſulere otio lectorum volentibus, variis modis contracta invenitur frequentius, quam integra. Triplex ejus exemplar Ms. ego habeo. Unum, integrum pro ut primitus deſcriptum fuit; alterum, omiſſis non admodum multis, inde contractum eſt, latinum; tertium aliquanto brevius adhuc iſto eſt, & Italicum. Exemplar latinum volebam hic legendum dare, ſed re propius inſpectâ, & collatione ejus cum primigenio ſcripto factâ, mutavi conſilium, ſatius ducens, novam inde adornare interpretationem; quod & feci, prætermiſſis tantum duobus tribuſve Auctoris Itali parergis; quæ ad hiſtoriam nihil attinent, & quorum loca, poſitis aliquot punctis, indico. Interpretatio noſtra hæc eſt.* *Panormitanum miraculum*

F *ex primigenio ſcripto Italico*

latine hic vertitur.

441 Joſephus Spinelli, Societatis Jeſu, Philophiæ ſtudioſus, annorum XXII, dum ſcholæ intereſt, incidit in deliquium animi, die XX Decembris anni MDCXXXIV; delatuſque in vicinum cubiculum, oppreſſus fuit humore quodam, qui videbatur exitium miſero allaturus, periculum indicante palpitatione cordis: quod tamen malum, ut ut grave, ei novum non erat; utpote non abſimilia intra anni ſpatium ſæpius perpeſſo; & paulatim ceſſa- *Religioſum variis morbis oppreſſum.*

AUCTORE C. J.

ceſſavit. Verum eatenus liberato adhæſit delirium, quod biduum tenuit; eoque pariter ceſſante, deprehendimus catarrhum, è cerebro delapſum, ſuſtuliſſe ei omnem motum & ſenſum lateris ſiniſtri; adeo ut neque punctiones, neque ignem, qui forte ſiniſtram tibiam aduſſerat, ſentiret. Brachio & manu erat contractus, reliquo corpore paralyticus; neque ſe movere, etiam vi adhibita, poterat. Fruſtra adhibebantur medicamenta, quin immo malum videbatur iis increſcere.

confugientem ad ſe

442 Die XXXI Januarii ſequentis anni, cum malignus ille humor denuo cor occupaſſet, privavit hominem facultate loquendi; & poſtridie, novo humorum fluxu delabente ex cerebro, adeo oppreſſus eſt, ut videretur jam jam ſuffocandus: & continuo munitus fuit ſacro Viatico & extrema Unctione. Sed deferveſcente malo, illoque etiam defunctus periculo, manſit mutus, & (ut dixi) partim contractus, partim paralyticus, cum exigua ſpe recuperandæ ſanitatis. Hinc Joſephus noſter, quantò magis excedebat malum naturæ vires, tantò majori cum fiducia recurrendum ſibi putavit ad opem Sanctorum, expectans ab iis potentius de cælis auxilium. Quamobrem die VII Februarii,

B

quoad poterat, nutibus & ſcripto flagitavit, ut ſibi Reliquiæ B. Aloyſii afferentur, quæ in collegio illo ſervantur: ſed quod æditimus claviſque ad manum non eſſent, nequivit tunc deſiderio illius ſatisfieri. Ut aliquid tamen ſolatii daretur, allatus ei fuit dens maxillaris ejuſdem Beati, qui ſeorſim à mandibula, in capſa cryſtallina ſervabatur.

animat Aloyſius,

443 Joſephus, viſo dente, magno ſe ardentique fervore animi Beato commendavit, fecitque votum jejunandi toto vitæ ſuæ curſu, in pervigilio ipſius. Et continuo ſenſit æſtuare ſibi animum ardentiſſimo deſiderio, dedicandi ſe totum ſervitio divino, modo tam inſolito, ut non parum miraretur ipſe; agnovitque amorem illum vivum ſibi injici à B. Aloyſio, quo diſponebatur, ut cum majori animi fructu corporis ſanitatem conſequeretur. Igitur aggreſſus eſt majori ſpiritu & fervore orare Dominum, ut per B. Aloyſii merita ſibi ſanitatem dignaretur concedere; perrexitque id ipſum per dies noctesque ſequentes iterare ſæpius, integram prius horam quam ſomno ſe daret, ponens in ejuſmodi orationibus. Jam vero nocte diem VII Februarii ſubſecuta, cum ſic oraverat, in ſomnum incidit; & in ipſo ſomno orationem quo-

C

dammodo continuavit, petendo ſibi ſanitatem. Tum ſibi viſus eſt audire altam ſonoramque vocem, Joſephe, Joſephe; acſi à quopiam compellaretur; & ipſe voce inarticulata reſpondere ſibi viſus eſt; Quis eſt, qui me vocat? fuitque vox ejus tam ſonora, ut valetudinarius, qui eadem nocte in eodem cubiculo quieſcebat quo promptius adeſſet, excitaretur, ſciſcitaretur que, num qua re opus eſſet. Hac compellatione excitatus è ſomno æger eſt; non tamen aut curatori ſuo geſtu ſcriptove, aut cuiquam alteri, quod audierat indicavit, præterquam P. Hieronymo Tagliavia Confeſſario ſuo; certò interim perſuaſum habens, vocem illam divinitus immiſſam eſse, ad augendam in ſe fiduciam, diſponendamque animam ad futuram curationem.

eique apparet cum Joanne Berchmanno.

444 Die XI Februarii, dum nocte ſomnum capit Joſephus, cruciatus fuit gravi ſomnio, quo ei clare repræſentabatur morbi ſui gravitas, quodque in ætatis flore juventus ſua miſere proſterneretur; eóque cœpit in ſomno miſerabiliter plangere, atque uberes profundere lacrymas; ſimulque Dominum rogabat, per merita B. Aloyſii, ſi ad gloriam ejus foret, ſanitatem ſibi reſtitueret. Et hoc ipſo momento ſenſit manum ſibi dexteram D
prehendi: ſeque ad lecti ſpondam convertens, vidit duos è Noſtris habitu clericali, ſuperpelliceis indutos, quos ipſe exiſtimabat eſſe B. Aloyſium & Joannem noſtrum Berchmans, qui cum magna opinione ſanctitatis, paucis abhinc annis, in collegio Romano mortuus fuit. E duobus autem illis ita eum allocutus eſt B. Aloyſius: Quæ eſt petitio tua, Joſephe? Reſpondit ille; Vellem ut poſſem loqui & ambulare. Repoſuit B. Aloyſius; Cur non potius petis mori? Et Joſephus; Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. Ad hæc iterum Aloyſius; Bono animo eſto, recipies loquelam: at uſum pedum non eſt meum tibi nunc reddere, quia nondum id vult Deus. Ceterum confortare, & eſto robuſtus: magna enim tibi adhuc reſtat via. His dictis deſiit videri Beatus cum Socio ſuo: & mox viſus ſibi eſt ægrotus videre in menſa cubiculi ſui, è regione lecti, ſtatuam B. Aloyſii cum Reliquiis ejus, atque ante eam aliquot è Noſtris genu flexos pro ſanitate ſua ægri orare. Viſus quoque ſibi eſt jam poſſe loqui, & ſonora voce intonare, Te Deum laudamus: imo & videbatur ſibi illud tali voce decurrere uſque ad finem, conſonante quæ ante imaginem Beati proſtrata erat turba. Tunc expergefactus, periculum fecit num loqui poſſet: ſed nullo conatu id potuit, hærente ut prius impeditâ linguâ. E

Petit æger & accipit Reliquiam Beati:

445 Die XII ejuſdem Februarii rogavit denuo Joſephus P. Hieronymum Tagliavia prædictum, quantis potuit ſuppliciis votiſque, ſibi ut afferretur Reliquia B. Aloyſii; .... & ſciſcitante illo, num quid novæ rei accidiſſet, affirmavit ſignis: juſſuſque ſua manu ſcribere id quod eſſet; morem geſſit, ac ſcripſit, quæ ſupra de nova viſione narrata ſunt. Adiit igitur P. Hieronymus Rectorem collegii P. Petrum Villafrates; atque obtinuit, ut ſtatua Beati argentea cum inſigni ejus Reliquia, id eſt ſacra capitis mandibula, quam hic ſervamus, portaretur adhuc illo veſpere ad infirmum, ut ſatisfieret vehementi deſiderio obteſtantis, ut ne id differretur in diem poſterum: portata autem fuit ab ipſo Patre Rectore hora IV & dimidia poſt ſolis occaſum, prælatis aliquot cereis ardentibus, & paucis Noſtrorum comitantibus, quia nolebat Rector moneri plures, quippe qui jam ſe receperant quiſque in cubiculum ſuum, & vacabant examini conſcientiæ.... Mira erat fiducia ægri in

F

Beatum, quam & valetudinario quibuſdam ſignis indicavit, fore ut illa nocte recuperaret expeditam loquendi facultatem; in eâque ſe porro exercens, indormivit ſub horam noctis ſeptimam; cum ſe iterum ei videndos offerunt B. Aloyſius & Joannes Berchmans; & eorum prior ſic ipſum aggreditur:

qui denuo ei apparet cum Socio,

446 Joſephe, jam Deus gratiam tibi fecit poteſtatemque loquendi. Scito tamen, quod juſto ejus judicio debuiſſes toto vitæ tempore mutus eſſe; ſed per mea merita tibi facta eſt gratia. Vult autem Deus, ut honori ſuo tuam conſacres linguam, laudando ſe ac benedicendo. Cave autem ſis, abutaris illâ unquam in ejus offenſam. Hocce, ſcias velim, debere principium eſſe ſalutis tuæ & perfectionis religioſæ; tuarumque eſse partium innovare quotidie propoſitum quod feciſti, majore poſthac fervore ſectari perfectionem; & gratias Deo perſolve, quod meis tibi meritis uſum reſtituerit linguæ. Nec te deterreant, quæ frequens incurrent, aſpera & adverſa; ego quippe (& hoc certum habeto) tibi dux ero. Quod ad inceſsum tuum attinet, necdum eſt maturum. Sed numquid memor es, voviſse te mihi jejunium quot-

annis

annis in pervigilio festi mei? Sum etenim, inquit æger. Tum Beatus: Numquid etiam velis vovere, te quartam horæ portionem quotidie, &, quando sacra Eucharistia refectus fueris, dimidiam impendere orationi? Et hoc volo voveoque, respondet Josephus; ac miratur tantillam se rem postulari. Tum Beatus aperit myrothecium, uti videbatur, argenteum, quod manu tenebat dextera; eique digito medio sinistræ, quæ ori decumbentis propinquior erat, intincto signavit linguam ejus signo crucis; ac disparuit, uti & socius ejus Joannes Berchmans. Josephus vero evigilans, continuò exclamabat libera & elata voce, Beate Aloysi, Beate Aloysi: adjunxitque varias precationes & actiones gratiarum.

& mutum curat

447 Vulgatâ facti famâ per collegium, finitâque orationis matutinæ horâ, concurritur undique ad infirmi conclave. Mirantur omnes, gaudentque, videntes & audientes expedite loqui, quem dolentes viderant jam dies tredecim mutum jacere; cognoveruntque manifeste, quam singulare præsidium habeat collegium hoc nostrum in protectione B. Aloysii, quem elegit pridem & veneratur patronum suum atque advocatum apud Deum.... Et eodem die multi Patrum nostrorum gratitudinis ergo celebrarunt Missam votivam in honotem Sospitatoris; vesperi vero domestici omnes publicam instituerunt in se quisque verberationem, circumferentes supplicabundi statuam ipsius Beati: è quibus etiam fuerunt tres, qui fatebantur, eâdem nocte sibi per somnium fuisse indicatum, Josephum mutum à Deo & B. Aloysio usu loquendi donatum esse: illosque inter valetudinarius fuit, qui propterea primo mane infirmum invisit, & loqui comperit.

mirantibus mane factum omnibus.

448 Die xvi Februarii post prandium, loquebatur cum non nemine Nostrorum æger Josephus de patrocinio B. Aloysii; cum obrepsit ei somnus, visusque sibi ipse est hæc loqui inter dormiendum, Quandonam dicere tandem potero, Lauda anima mea Dominum, quoniam non deseruit sperantem in se, & in B. Aloysio? Verumtamen committo me beneplacito Dei, & sanctam ejus voluntatem expleri cupio. Quod si è gloria ejus meaque salute fuerit, me, ut modo sum, paralyticum perpetuo manere, fiat voluntas Domini: quin etiam, si dictum illud, Magna tibi restat via, portendat mihi multas calamitates; ecce ego, & hæc ipsa infirmitas mea inter illas numeretur. Inter hæc comparuit iterum spectabilis Joannes noster Berchmans, habitu ut supra, lineatus; dixitque; Josephe, dormis? Nescis quod jam venit tempus sanationis tuæ? Ora efficaciter cum aliis coram Reliquia B. Aloysii, ut ipse perficiat opus inceptum. Hæc, ubi evigilavit Josephus, narravit Patri suo Rectori & P. Confessario, inhibuitque ne divulgarent: interim enixe rogabat atque obtestabatur invisentes ad se Nostros, ut suis sibi orationibus ac verberationibus prodessent. Vespere autem ejusdem diei denuo supplicavit infirmus, ad se ut afferretur insignis Reliquia Beati cum sua statua argentea; ac denuo illam ei portavit P. Rector, horâ iv & semis, ut alias.

Tertiùm apparet solus Berchmans,

449 Allatâ statuâ, cœpit Josephus cor suum, uti nuper, effundere in orationem; eique bonam noctis partem impendit, plenus fiducia recuperandi per merita B. Aloysii omnimodam sanitatem; & sub horam vii leniter indormiscens, visus sibi est audire illud; Venit tempus ambulationis tuæ; ac simul videre per cubiculi portam ingredientes ad se B. Aloysium & Joannem Berchmans, plane ut aliàs; hoc solo excepto, quod Berchmannus manu tenebat. Tunc Aloysius, quo nuper situ, alloquitur infirmum; Josephe, alacri lætoque animo esto. Et infirmus; Ecquæ major lætitia aut lætitiæ causa obvenire mihi potest, quam hæc vestra præsentia? Qui possim istihanc ego compensare gratiam? Ait Beatus: Nolo nisi sanctificationem tuam. Da operam, sanctus ut fias: Deus namque multa & magna petit à te. Vis autem, me tibi ducatum præstare? Ecquid potius? reponit ille; profecto tunc, si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Bono igitur esto animo, replicat Aloysius; quippe ero dux itineris tui ego; & volo post hac nomen tibi esse Aloysio, in memoriam tanti beneficii, utque eo stimuleris ad incumbendum alacrius studio perfectionis tuæ. Ad hæc infirmus; Non equidem dignus sum tali nomine ac favore; attamen lubens accepto. Cogitabat namque inde futurum, ut quoties isto te nomine compellari audiret, toties memor redderetur beneficii accepti, impellereturque ad consectandam ardentius sæpe propositam perfectionem religiosam. Sed jam tempus est ambulandi, inquit Beatus: prius tamen, numquid vis voto te obstringere obeundi per mensem unum Exercitia sancti Patris nostri Ignatii spiritualia? Annuit æger, idque ipsum jam ante desideraverat aliquando præstare.

item quartùm uterque simul,

450 Interea circumit Berchmannus lectum, accedensque propius ad latus infirmi sinistrum paraclyticum, removit à tibia stragulam lodicemque: tum eodem accessit quoque B. Aloysius, atque intincto digito in myrothecio, quod supra descripsi, signavit tibiam illam, dicens; Deus omnipotens det tibi, per merita sancti Patris nostri Ignatii & Aloysii, ut possis ambulare; & faciat ut ambulatio ista sit ad vitam æternam. Et Joannes Berchmannus, quod unctum erat, mantili absterstit. Unxit deinde simili modo femur, & dixit eamdem orationem: item brachium, & mutatis paucis sic oravit; Ut possis movere brachium, & faciat ut motus iste sit ad vitam æternam. Tandem dixit Aloysius: Age, age, mi Aloysi; jam sanus es: nec aliud modo superest, quam ut studiose in virtutem incumbas: & subjunxit sereno vultu; Num quid præterea vis? Respondit infirmus, Salutem spiritualem, & ut desiderium mei socii (intelligebat cubiculi sui contubernalem) simul & infirmarii, & aliorum, qui se meis orationibus commendarunt, perficiatur. Respondit Beatus; Bonam rem postulasti: salutem spiritualem consequêris; sed tu quoque ipsam habeto cordi & sedulo quære. Atque hæc dicens, porrexit infirmo osculandam manum suam, bene ei precatus est, & abiit è conspectu.

ac sanant infirmum,

451 Sub hæc experrectus æger, exclamabat; O mi Aloysi! ô mi Aloysi! Convalui, convalui. Simul prosilit è cubili, positisque humi genibus ante statuam & Reliquiam Sospitatoris sui, horâ integrâ perstitit eodem situ, gratias ei agendo pro collato beneficio. Deinde absque ullius ope aut comitatu, abiit solus inde ad cubicula aliquot Patrum & Superioris; datoque mox horâ solitâ signo surgendi ære campano, sparsaque simul de curatione Josephi nostri voce, convolarunt Socii omnes ad gratulandum ei, laudantes Dominum & B. Aloysium sociumque ejus: qui mox supplicantium more procedentes, retulerunt sacram Beati Reliquiam ad sacellum domesticum, unde allata fuerat; & positam super altare accensis cereis illuminarunt; ibidemque multi Patrum Fratrumque nostrorum persistentes, horam integram

stupentibus toto collegio

AUCTORE C. J. orationi vacarunt. Eodem quoque tempore matutino Frater noſter Joſephus, nunc Aloyſius, miniſtravit operanti ſacris in ſacello B. Aloyſii, quod eſt in templo, Patri Rectori; ac ibidem ipſe ſacram ſumpſit Euchariſtiam, ad gratias agendum ſoſpitatoribus ſuis. Legit quoque in triclinio ſuper menſam, hanc ipſam narrationem; eamque ſua confeſſione teſtatus eſt, veram, & ſe volente ſcriptam eſſe. Medici, ut juvenem viderunt eodem tempore matutino, admirabundi ſtupuerunt, negaruntque citra miraculum fieri potuiſſe....

ac medicis.

452 *Ita primigenia ſcriptura. Compendium Italicum de quo dixi, hæc ſub finem addit notatu digna. Cum jam ſanatus, novus Aloyſius proripuerat ſeſe è cubili, & horæ ſpatio de genibus Deo gratias egerat,* erexit ſe horâ circiter IX ab occaſu ſolis, & conceſſit ad cubiculum cujuſdam Patris, cui pridie veſperi pollicitus fuerat, ſe ſimul atque ſanitatem recuperaſſet, ejus illi laturum eſſe nuntium. Adiit igitur invenitque Patrem, cum lucerna accenſa præſtolantem adventum promiſſoris (tam certo nempe ſperabant omnes, fore ut curaretur infirmus illa nocte) & Pater ad conſpectum ejus non potuit temperare à lacrymis.

B 453 *Quid factum ſit poſtea P. Aloyſio Spinelli (illo enim nomine deinceps appellatus ſemper fuit) docuit me pridem P. Franciſcus Vanni, ſæpe memoratus, ex litteris P. Michaëlis Baſſani, anno* MDCXC, VI *Novembris Panormi datis, atque ita ſonantibus:* Poſteaquam inquiſivi in geſta P. Aloyſii Spinelli, tantum reſcire potui, ipſum, aliquot annos poſt receptam divinitùs ad invocationem B. Aloyſii plenam ſanitatem, petiiſſe & obtinuiſſe à P. Noſtro Generali miſſionem Indicam, & aliis cum Sociis navigaſſe ad Inſulas Philippinas; ubi, (pro ut ipſe ſcripſit anno MDCL, die II Auguſti ad P. Joſephum Polizzi) ſe impendebat converſioni & inſtructioni collectorum in unum gentilium, non procul ab urbe Manila, quorum ſtatio Taitan appellatur. Anno autem præcedenti, feſto Epiphaniæ Domini, feciſſe una cum P. Franciſco Meſſina profeſſionem quatuor votorum. Quod autem hîc mutus & paralyticus receperit uſum linguæ & reliqui corporis; id enimvero (præter quam quod ita ſentiant Noſtri omnes, qui hoc collegium incolunt) teſtati ſunt, non aliter quam divina virtute, ſupra vires naturæ operatâ, contigiſſe, tres expertiſſimi medici, per chirographum, ſingulorum C manu propria ſubſignatum, quod hodiedum conſervatur, & à me viſum lectumque eſt. *Hactenus P. Baſſanus: quem ait P. Vannius prædictus, à ſe multos annos cognitum fuiſſe in collegio Romano, Theologum P. Noſtri Generalis, ſeu Riviſorem, pro Aſſiſtentia Italiæ; neque minus pium quam doctum, ſolitum fuiſſe proponere argumenta meditationum obeuntibus Noſtris ſacras commentationes octiduanas ſancti Patris noſtri Ignatii: deinde in Siciliam reverſum rexiſſe collegium Panormitanum, & alia præclara munia geſſiſſe.*

Quid factum poſtea P. Spinello ſit.

CAPUT IX.

Singularis Aloyſii cliens, & multorum beneficiorum debitor, Wolfgangus ab Aſch.

Beneficia Aloyſii

454 *AUdivimus capite præcedenti B. Aloyſium noſtrum Aloyſio Spinello, tunc ægroto, ſed multos aliquando labores in Philippinis inſulis pro converſione barbarorum exantlaturo, promittentem, ſe illi ducem itineris fore. Hic videbimus eumdem Beatum, ducem ſe itineris præbere nobili viro Wolfgango ab Aſch, eumque è manibus latronum & mortis faucibus* D *ereptum tutò Romam perducere, aliaque plura ei beneficia præſtare, quæ Jacobus Bidermannus noſter amæno ſuo ſtylo deſcripſit, ediditque Monachii formis Cornelii Leyſerii electoralis typographi, anno* MDCXL; *dedicata Auguſtiſſimæ Imperatrici Eleonoræ, approbata ab Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Principe, Vito Adamo, Epiſcopo Friſingenſi.*

455 *Titulum libello Auctor fecit*; Aloyſius, ſive Dei optimi maximi beneficia, meritis precibuſque B. Aloyſii Gonzagæ impetrata; & adoleſcenti viroque nobili Wolfgango ab & in Aſch collata, anno MDCXVIII, XXII & XXXV. *Præmitto libello iſti Narrationem P. Viti Schelhamer è Societate noſtra, Tridenti ſcriptam anno* MDCXXXVII, *inſcriptam alicui, ut puto, Romæ tunc degenti: Romæ enim ipſam inveni in archivo domus profeſſæ, ibique deſcripſi. Præmitto autem, quia compendio refert tria miracula, tribus in titulo libelli indicatis annis facta, & in ejus corpore ornatiſſime juxta ac fuſiſſime deducta; quibus hæc Narratio argumenti loco eſſe poteſt. Addunturtamen in eadem Narratione etiam duo alia, quæ Bidermannus non tangit, ad B. Aloyſium & prædictum ejus clientem Wolfgangum ſpectantia. Stylus Narrationis latinus eſt, uti hic datur, ſed Bidermanniano* E *longe inferior elegantiâ. Noto autem, delenda videri, numero proximo* 456, *verba quæ indicant, ſocios habuiſſe itineris Wolfgangum; quod pugnat cum textu Bidermanni, cui hac in parte plus fidei habeo. Ecce Narrationem.*

D. Wolfgango ab Aſch collata;

quem ille curavit

456 Ante XIV dies Roma rediit in Bavariam, & hic Tridentum tranſiens, ad nos divertit Dominus Wolfgangus ab Aſch, Canonicus Landishutanus, quocum B. Aloyſius tria nobiliſſima patravit miracula, quæ hic ſubjungam. Primum fuit; cùm dictus Dominus ab Aſch captus eſſet oculis, & nullâ medicinâ, nullo alio remedio viſum temperare, aut dolorem oculorum lenire poſſet; P. Georgius Spaiſer, ejus quondam in Rhetorica Profeſſor, tranſmiſit illi nonnihil de oleo ex lampade B. Aloyſii: quo cùm eſſet perunctus, tantum ſenſit dolorem per ſpatium mediæ horæ, acſi cultro omnia verterentur & excerperentur; ac tandem reſtituto ſibi viſu, Romam petiit, Soſpitatori acturus, quas poſſet, gratias. De hoc ipſo oleo miſit cuidam Moniali cæcæ, quæ & ipſa ſanata eſt. Secundum fuit; dum Romam peteret, in itinere à latronibus unà cum ſociis ſuis deprehenſus in ſilva, occiſis ſodalibus, ſolus ille evaſit. Sacerdos quippe, id eſt B. Aloyſius, in F ſpecie Sacerdotis ei apparens, promiſit ſe eum Romam perducturum: atque ita Florentiâ uſque Romam ad collegii portam comitatus eſt; in ipſo autem introitu ſubitò diſparuit.

oculis caeptum,

è manibus latronum eripuit,

457 Tertium; Auguſtæ cum ceteris captivis & ipſe obſes captivus, morbum contraxit, ita ut plane mortuus à duobus medicis & aliis præſentibus habitus ſit, apertis prius quadrageſies ſexies venis. Cumque jam vellent eum ad ſepulturam præparare, lavare & exenterare; repente ſignum vitæ dedit, ac brevi ſanus revixit. Mirantes medici duo, quorum alter Suevicus, rogabant, unde ſibi vita eſſet reſtituta, cùm certo certius fuerit mortuus? Reſpondit Dominus ab Aſch, Votum vovi B. Aloyſio, & ipſe ſanavit me. Cùmque P. Brunerus, & ipſe obſes, rei narrandæ intereſſe vellet, negavit medicus hæreticus, ſe id permiſſurum. Solus ergo cum ſolo locutus, rei miraculum intelligere voluit. Cùm ergo dixiſſet Dominus ab Aſch, ſe votum voviſſe B. Aloyſio; reſpondit ille, tu facis me dubitare de mea religione, ſimulque ejus Vitam legendam petiit, & im-

pene mortuum reſtituit vitæ,

travit;

A *teſtantibus mediis,* travit, ac legit. Teſtabantur ambo medici, eum mortuum fuiſſe, ac naturaliter ſanitati ac vitæ reſtitui non potuiſſe. Tum Dominus ab Aſch: Quin ergo publicis hoc teſtaris litteris; me Beati ope ſanum ac valentem exiſtere? Negavit ille: ſeductus enim, & jam perſuaſus fuerat ab aliis medicis hæreticis, quibus ipſe rem manifeſtarat. Tum alter: Niſi publicas mihi dederis litteras miraculi teſtes, ſcias petiturum me, & à B. Aloyſio impetraturum priſtinum morbum: at tu cave ſis; & quid tibi, uxori, liberis, ac toti domui ſit eventurum, attende. Perculſus ille timore, litterarum ſex quaterniones, ipſi ſcriptos dedit, cum quibus ille jam Romam repetiit; ibique magnifice feſtum B. Aloyſii Natalis celebravit in ſacello, ſpectatoribus ita referto, ut vix ſe movere potuerit.

458 Vix aliud ex ore ejus procedit, quam Aloyſius. Quando exiguam tantum pecuniolam corraſit, ſtatim ſolicitus eſt, quid fieri curaret B. Aloyſio: jam ultra octies mille florenos in ejus honorem impendit. Dicitur valde familiaris B. Aloyſio, & plures habere apparitiones, de quibus dum, mihi narratas à Patre quodam, hic adjungam. Habebat in caſtro ſuo Dominus Wolfgangus

B *eidemque indicavit fore domeſticum,* quinque famulos, & unum putabat præ ceteris ſibi fidum; ſed erravit bonus Dominus. Ille enim ipſe, fidelis ſcilicet ſervus, Domino ſuo jam ad ter mille florenos furatus fuerat. Notavit damnum paulatim Dominus, & anxius, quiſnam ille [fur] eſſet, ſtatuit rem B. Aloyſio commendare, & ei Sacrum dicere. Cum ad altare egreſſus eſset ad Sacrum incipiendum, egreditur & ipſe B. Aloyſius ex eodem altari; & quinam fur ille eſset, ubi rem ablatam abſcondiſſet, indicat: ſimulque Domino Wolfgango imperat; ut finito Sacro famulum ſuum alloqueretur, & furtum ſibi fateri, domoque excedere quamprimum juberet; quod niſi faceret, venturum alterum Domini Wolfgangi fratrem, eumque occiſurum.

459 Finito Sacro aſcendit Dominus ad cubiculum famuli; ſed tantum animi ipſi non fuit, ut *& vitam ſervavit* quod Beatus imperavit, exequeretur. Redit B. Aloyſius; rogat, num, quod juſſiſſet, effectui dediſſet. Reſpondit ſibi tantum animi non fuiſſe, malle ſe damnum hoc æquanimiter tolerare. Tum Beatus denuo ſerio mandat, eat, quæque juſſiſſet, exequatur; venturum certo fratrem, qui famu-

C lum eſſet interfecturus. Ergo reſumpto animo cubiculum intrat, hominem manu prehendit, & ait: Tune ille trifurcifer, quem uſque adeo Sancti accuſare coguntur. Alter terreri, erubeſcere, negare ſe quidquam furatum. Inſtat Dominus, Sanctis non eſſe conſuetum mentiri; Aloyſium dixiſse: claves porrigeret, ciſtam reſeraret: quod ubi fecit, reperit omnia, quæ abſtulerat, ſimul in ciſta, ad fugam parata. Tum Dominus, Abi, inquit, quam citiſſime ex domo, & vicinia mea; veniet modo frater meus, qui ſi te repererit, certo aut ipſe te interficiet, aut ſuſpendi curabit; quæ vero furatus es, tolle tibi: amore namque B. Aloyſii ea omnia tibi dono. Vix aufugerat famulus cum felici ſuo furto; cum ecce Domini Wolfgangi frater adeſt, & eum inquirit, & homines quærit, qui furem inſequerentur; tum Dominus Wolfgangus; quieſceret, ſe jam cum eo conveniſſe; atque ita miſerum & vita & fortuna donavit.

460 Alius quidam ejuſdem famulus aliquando petiit facultatem recreandi ſe, & extra caſtrum *ejuſque famulum ebrioſum,* exeundi. Dedit ille; hæc ſuperaddens, ne ebrius domum rediret, & ibi omnia ſuſque deque ver-

teret; mature adeſſet, & quæ ſui ſunt muneris, AUCTORE ſtudioſe faceret. Interea & ipſe cum alio ſervo C. J. ambulatum exit in campum; in quo cum cœpiſſet cum Deo agere, & meditari; audiit vocem, quaſi quis in aurem ſibi inſuſurraſſet hæc verba: Quid faceres, ſi ſervus tuus nocte primùm domum rediret, & ibi ebrius omnia inquieta redderet? neminem tamen vidit, & ideo phantaſma & nugas eſſe arbitrabatur. Pergit in oratione: at vix incipit, cum eadem vox rediit. Tum ille; *immiſſa febri caſtigatum, ſanavit* Quid facerem? rem omnem B. Aloyſio commendarem: & ita prorſus factum. Nocte rediens ille helluo turbavit omnia, ita ut Dominus lecto ſurgere coactus fuerit, qui dixit ei; Quid agis, ebrie ſus, quod tantum mihi tumultum concites? Noſtin', quid tibi facturus ſit Aloyſius meus? Vix edixit hæc, cum ſervus ſe lecto committens ardentiſſima febri corripitur, ita ut morti fuerit proximus; ac mane Dominus ejus ad ipſum reviſens, dixit: Nonne futurum prædixi tibi, ut ab Aloyſio meo caſtigareris? Voto te ipſum illi quam primum conſecra; quo peracto ſtatim convaluit. Tridenti XXVII Julii MDCXXXVI. Vitus Schelhamer Societatis Jeſu.

461 *Hactenus Narratio Ms. Sequitur libellus Bi-* E *dermanni, cujus titulum deſcripſimus initio hujus capitis. Epiſtolam nuncupatoriam, non auctor, ſed cliens* *Libellus Bidermanni,* *Beati, inſcribit* Eleonoræ Auguſtiſſimæ Imperatrici *hoc modo:* Domina, Domina Clementiſſima. Ingrati clientis & improbi nomen quo pacto à me defenderem, Auguſtiſſima Imperatrix, non vi- *dedicatus Imperatrici,* deo; ſi beneficia, quæ tanta tamque luculenta, & Aloyſius tuus in me congeſſit, & ſcriptores jam alii ſtylo prodidere, ſolus ego ſilentio meo, quaſi tecta ſepultaque, præterirem; eique Patrono, cui oculos ego meos, memoriamque & libertatem, atque adeo vitam, debere me ſentio, linguam ad laudes accommodare non feſtinarem. Quod certe crimen nequa in me admittere dicar, hanc rerum geſtarum Epitomen, ab Jacobo Bidermano breviter fideliterque elaboratam, tuæ Majeſtati repræſento; cui tanto gratiorem fore confido, quanto & ſanguine propinquiorem tibi Aloyſium, & te Aloyſii ſcimus eſſe ſtudioſiorem. Ad hæc nondum immemor imperii ſui; quo nuper tua me Majeſtas in hoc ſtudium incumbere cum primis juſſit, ut hæc Aloyſii beati merita legitime cogniſci, palamque approbata, tibi continuo tradi accurarem: quod imperium ego ne defugerem, Ro- F mam illico me contuli, ubi teſtibus fidei firmandæ productis, auctoritate ac favore Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini, rem eo perduxi, ut ſperem, & B. Aloyſii gloriæ, & Tuæ voluntati morem, in parte ſaltem aliqua, geſtum: meque poſt hac non Cælites tantum Gonzagas, ſed Gonzagas etiam Principes Cæſareſque, propitios habiturum eſſe.

Majeſtatis tuæ

Servus infimus & cliens

Wolfgangus ab & in Aſch in Oberndorff, Illuſtriſſimorum Principum & Reverendiſſimorum Epiſcoporum Friſingæ & Ratiſponæ Conſiliarius, Canonicus Eccleſiæ inſignis Landishuttanæ.

462 *Dedicationem ſequitur* Approbatio Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis ac Domini D. Vi- *probatas ab Epiſcopo Friſing.* ti Adami Epiſcopi Friſingenſis &c. Inſignia iſta, à divina bonitate per beatum Aloyſium Gonzagam uni ſuorum Clientum impetrata, & teſtatiſſima fide in hanc epitomen redacta beneficia, digna ſunt, quæ lucem publicam aſpiciant, aut potius in luce publica conſpiciantur; ut diſcant

AUCTORE BIDERMANNO.

plures, quanti glorioſus hic Soſpitator in Triumphante Eccleſia ſit meriti, & quantæ proinde etiam nobis in Militante debeat eſſe veneratio-nis. Vitus Adamus.

463 *Hinc libellum ſuum exordiens Bidermannus*; ALOYSII, *inquit*, GONZAGÆ nomen, in Beatos auſpicato relatum, ut exteris æque Italiſque illuſtre eſt, ita jam pridem & Adoleſcentibus magno ad virtutem incitamento, & clientibus multis inter adverſa infeſtaque adjumento fuit: fatiſque conſtat, id aliis ad ægritudines animi levandas, aliis ad curandos corporum morbos, aliis ad alia profligan-da, non ſemel jam, nec obſcure valuiſſe. Quos inter reticeri ſine Cælitum injuria non poteſt Vir nobilis; quem in paucis annis, ne cælo Deoque ingratus viveret, ter ex ultima Germania Romam petere & Patroni ſui ibi cineres venerari, magnitudo beneficii & accepti memoria ſubegit. Is Wolfgangus eſt ab Aſch; genere quod in Boicis eſt vetuſtum, & multa majorum imagine clarum habetur; domo, Landishuttanus, & hodie in patriæ ſuæ Canonicis ſpectatus; ac nuper Antiſtitum duorum Principumque conſiliis adſcriptus. Cui rerum, quas hîc prodere litteris

B ingredimur, fidem magni teſtes tabulæque adſtruunt; & qua in parte hi tales deſiderantur, ipſa narrantis honeſtas, moreſque, eſſe pro teſtimonio poſſunt.

Inter plures Beati operam expertos,

Wolfgangus ab Aſch

464 Monachium, Boicæ caput, ſedeſque Principum eſt. Urbs cum ornamentis pluribus, tum Athenæo præſertim nobili, & litterarum eximio cultu, per omnem Germaniam famoſa. Ibi Wolfgangus, quem diximus, etiam tum Adoleſcens, animum ad litteraturæ politioris ſtudium adjunxerat. Sed progreſſum hactenus, jamque ad majora quotidie connitentem, valetudo deſtituit; morbuſque, qui improviſus aderat, ab incepto, velut injecta manu, divertere, & libros omnes litteraſque coëgit omittere. Annus tum agebatur à milleſimo & ſexcenteſimo ſeptimus decimus; iſque jam præceps in Decembrem vergebat; cum ſuborti oculorum dolores vim videndi prope omnem ita afflixere, ut brevi non ad remota ſolum ille caligaret; ſed ſæpe ne ad ea quidem, quæ præ manibus erant, acies obtuſa ſuppeteret. In-

oculis graviter laborat;

de prehenſare manu parietes, & eorum flexu præ-tentare vias, quoquo commeandum foret, cæci in morem cogebatur. Tum autem, ſicubi nictanti

C radius quantulæcumque lucis incidiſſet; oculi diem velut ominoſum exoſi, refugere, & ſolis impatientes, ſeſe ultro quæſitis tenebris (quæ quidem vel injuſſæ nimio plus aderant) damnare; atque identidem novi cruciatus, alii ſuper alios, ſævire.

an. 1617 Monachii ſtudens,

465 Medicos ea res diu, neque paucos, nec imperitos, exercuit; dum omnes in medium conſulere juſſi, de ope reperienda ſtatuerunt. Decretum eſt omnia experiri. Igitur Adoleſcens, menſem integrum concluſus, & ſeveris legibus valetudinario auctoratus, nullum adeo diem habuit ab experimentis triſtibus immunem: ſed quidquid uſpiam medicati aut pulveris aut liquoris inveniebatur, id omne, nunc oculis offuſum, nunc ori faucibuſque ingeſtum, etiam reluctante natura, identidem perhauſtum. Verùm, hic omnis omnium conatus, huc denique recidit, ut creſcente indies malo, nec remedium oculis ſufficere, & medicos ipſos conſilium deficere videretur. Quam-

medici, alia omnia fruſtra experti,

cauterium cervici inurendum ſuadent.

quam rebus inter Monacenſes medicos ſic deſperatis, hoc poſtremo convenerat, ut ad Ophthalmicos, qui duo tum Auguſtæ celebres habebantur, æger deveheretur. At ii ipſi, ſimul quid morbi eſſet, per litteras reſcivere; negarunt D operæ pretium facturos in ægro ad ſe tranſportando: nec enim malo, tam inſolenti, opem à ſe ullam debere poſtulari. Experirentur tamen ipſi interea, quod unum innoxie poſſent, cauterio cervices inurere; ſi qua forte noxius humor ea ſe parte effunderet; priuſquam cæcitas, obducto oculis callo, ſe prorſus obfirmaſſet. Tam triſte pronuntiatum exanimare Adoleſcentem potuerat; ni aliunde ſe majus auxilium in tempore oſtendiſſet. Id menſe Martio præludere in hunc modum bonis auſpiciis cœpit.

Ille beata Virgine invocata,

466 Die, quem à Virgine ſalutata feſtum agimus, confert ad hanc Numinis Parentem ſeſe æger; & conceptis precibus, per quidquid illi dulce in vita carumque fuiſſet, obſecrat, cæcutientis ac prope jam cæci cauſam ut Patrona ſuſcipiat; neu dediti clientis ac cetera deſerti, ultimum diſcrimen inſuper habeat. Secundum has preces, mirus continuo ſenſus animum pervadere, primamque in ægro ſpem excitare, fore ut voti ſui damnatus, viſum opportune reciperet. Quæ tamen ſpes intercedere ſcito medicorum non ita potuit, quin uti cœperant, cruciare interea lancinareque Adoleſcentem perſeverarent. Sed in E diebus paucis, quibus hæc acta ſunt, inſperato ſub horam forte decimam (quæ Italis quinta tunc aut ſexta decima erat) evenit, ut videre ſibi quatuor Cælitum objectam ſpeciem videretur, Ignatii, Xaverii, Aloyſii, Staniſlai; eo corporis oriſque habitu, quo per id tempus depicti in Monacenſi templo ſpectabantur; ſimul animus futura præſagire; & nempe, oculos uni eorum alicui acceptos relaturum ſe, vaticinari. Tametſi ne iſtud quidem ita penſi tum habuit æger, ut aliis putaverit aperiendum; veritus, ne fortuito oblatæ imagines, ſenſibus incautis, ut ſæpe fit, illuſiſſent. Sub idem tempus, ex Italia Monachium venit Antonius quidam Lambertengus, Vulturenſis, adoleſcens Wolfgangi æqualis: qui quod eodem in litteris magiſtro utebatur P. Georgio Spaigero, multa ei & admiranda referebat, quæ tum forte inter Alpes Rhæticas facta, ad Aloyſii beati illuſtrem memoriam pertinebant: non cineri ſolum & oſſibus, ſed ipſi adeo lampadi, quæ penſilis ad ejus ibi imaginem arderet, cæleſte quiddam & natura potentius ineſſe: idcirco hauſtum inde liquorem, à multis religioſe ambiri, & morbis hominum maliſque ſuperiorem putari. Addidit ejus olei F ampullam ſe quoque circumferre; parvulam quidem illam, ſed ſibi auro contrà pretioſam, & plurium certe neceſſitatibus ſuffecturam.

& viſis 4 Beatis noſtris,

auditiſque B. Aloyſii miraculis,

467 Lætus hoc nuntio Magiſter, nihil prius habuit, quam ut, factâ ſibi liquoris copiâ, de Wolfgango ſuo (quod ægro nomen eſſe, ſupra meminimus) cogitaret. Nam & hujuſce ſtudiis idem ipſe datus moderator fuerat. Igitur cum oleo recta ad ægrum: eique rem omnem, ut narratam acceperat, paucis renarrat. Sed quod is de Aloyſio tum, præter nomen & imaginem, nihil admodum noſſet; neceſſe habuit, quis genus ille, unde domo, qua religione & innocentia Juvenis fuerit, explanare. Commodum dicere finierat, cum ilico Wolfgangus exſilire, & incredibili amore cœpit in Aloyſium ferri; neque animi jam pendère, quin ille monſtratus ſibi medicus foret, cujus ope oporteret ad valetudinem redire. Quam quidem fiduciam, ceu futuri ſecurus, apud familiares jam tum auſus eſt aſſeveratè profiteri. Interim mira voluptate animus exuberabat: & quamvis moræ impatiens, rorem nobilem oculis

oleo lampadis vallis Tellinæ inungitur,

A culis illinire perquam optaret; valuit tamen religio, ut differri tantiſper ſuum oculi remedium ſineret, quoad noxis animi deterſis, ad Euchariſticam dapem purior accubuiſſet. Tum deinde luminibus cœptum eſt oleum offundi. Et ſecuta ſtatim non obſcura mutatio, ſenſuſque animi tantus, ut inde reliquum diem continua ſuavitas tenuerit. Mox, ut altero die licuit, alterum in oleo quæſitum remedium fuit. Nec fefellit medicus liquor. Nam quo temporis momento partem affectam humor attigit, magni confeſtim imbres erumpere, atque oculi ubertim pluere, ut ſpectaculi novitas circumſtantibus admirationem concierit: jamque adeo, ne illi quidem aliud perſuaſum habuerint, quam ut crederent, eas pluvias præludere venturæ ſerenitati.

ſemel,

iterum,

468 Exſpectatum inde, neſcio quâ causâ, paucis diebus eſt, dum denique ſeptimo Idus Majas, ad ultima experimenta, memorabili eventu, proceſſêre; nam facto tertiùm periculo, vix etiamdum liquor palpebris ſe ſuperfuderat (nam ad oculi quidem pupillam, numquam is penetrarat) cum derepente, multò ſæviſſimi cruciatus invaſere, quorum inſolentiâ victus Adoleſcens, cùm clamore lamentari ſubigeretur; atque altum, ecqua manu, ſui ſibi oculi intorquerentur, vociferari: nam, allata vi, verti prorſus verſarique pupillæ credebantur. Simul rurſus fluere certatim pluereque oculi; & fæcem purulentam ſaniemque tanta copia egerere, ut virium defectu in lectulum prolapſus, non diutius tamen decubuerit, quam preces forte Dominicæ ſexies ſepties pronuntiarentur. Tum autem ſubita quædam & mirabilis rerum converſio apparêre. Colligit ſeſe Adoleſcens, cubituque alacer ſurgit: atque ecce tibi! recluſis luminibus circumſpicit, clare jam omnia perſpicueque videt: nullum priſtini doloris indicium extat: nulli uſpiam nævi, quibus depulſæ cæcitatis veſtigia notarentur: ſed ſereni, purique orbes, quam lucis olim impatientes, tam intrepidi nunc diem radioſque excepere. Inde ille, qui paulo ante vix parietes, niſi manu tentatos, obſervaſſet; nunc litterarum apices quoſque, & characterum prope evanidos fugienteſque ductus, perſpicax rimatur.

tertiùm;

dein multa ſanie expreſſa,

B

perſanatur;

469 Ea propter abdicatis ilico præſidiis, quibus variis ad eum diem uſus, viſum utcumque ſuſtentarat; valere mortales medicos, eorumque cauteria (ne valetudo ſe illis deberet) audenter faceſſere juſſit, certus ab alia manu ſeſe aliiſque medicamentis convaluiſſe. Nec erubuerunt ipſi medici rem, uti acciderat, ſyngrapha ſua teſtari, & palam humanis conſiliis majorem confiteri. Ea ſyngrapha, in ſcriniis Ingolſtadii diu ſervata, beneficium quod uni eximium Deus, ob Aloyſii glorioſa merita contulit, apud complures alios prædicavit. Septem circiter menſes ea doloris & morbi tempeſtas tenuit; & ejus ſpatii plus dimidium medicis datum, nullo interea profectu, qui vel arti vel naturæ tribueretur; Cælo ſibi uni omnia vindicante. Provixit ab eo die Wolfgangus, annos haud minus undeviginti: hodieque, dum iſta ſcribimus, inter Canonicos Viros nobiles, cæcitati ſuæ ſuperſtes, valet: viſu tot annis numquam interea labefacto. Atque ut aliquid ille Patrono, pro receptis luminibus reponat; ſuam Aloyſio linguam auctoravit, qua ejus tanta de ſe merita, nullo (qua licet) neque tempore, nec loco prætermittit (gratus memorque Cliens) ad Dei gloriam commemorare. At non hoc uno illum vinculo obſtrinxit Aloyſius: aliis eumdem haud multo poſt viſus eſt iterum iterumque obligaſſe. Mihi venia erit, ſi eorum aliqua hic lectoribus indicaro.

medicis miraculo atteſtantibus.

C

470 Cum eo cruciatu, quem Wolfgango vehementem ac diuturnum oculi concivere, capitis quoque ſe dolor ſociarat: atque ab eo deinde quod fieri plerumque ſolet, plagam luculentam memoria acceperat; ut numquam ea nec penſo, quod reddendum in ſcholis erat, ſufficeret; nec alia, centies licet inculcata, comprehenderet. Sed & preces ipſæ, cetera familiares, excidebant: & novas porro condiſcere, quas legitimas quotidie Canonici ſolvunt (nam in horum Collegium eo tempore cooptandus jam fuerat) labor ipſi quam aſſiduus, tam irritus erat. Scilicet ſemeſtri dolore caput inceſſente, vitium memoria fecerat; & quamvis depulſo nuper dolore, malum adhuc pertinax obturbabat. Inde ſolicitari Adoleſcens, & ſæpe, quid conſilii quondam caperet, ſecum cogitare. Forte quadam, ut Ingolſtadii in ſcholarum aula Sacris adſtitit; oculos ad Aloyſii ſui imaginem, quæ picta coloribus ſuberat, adjecit, inſtigari ſe ratus, ad aliquid ab eo flagitandum, nulla formidine repulſæ. Non diu moratus, petit memoriæ, quam ex morbo amiſerat, uſum, quo ut ſeſe ab æqualium probro (nam ludos illum pervicax oblivio faciebat) vindicare, & res ſcitu neceſſarias capere promptius retinèreque poſſet. Auditum eſſe, id documento fuit; quod mox atque ex eo loco digreſſus eſt, ſui experiundi causâ, verſus bene multos nullo negotio perdidicit, eoſque Magiſtro (rem veluti novam admiranti) ex prompta memoria retulit; & porro complura poëmata, quæ ipſe de B. Aloyſio facta legerat; duoſque adeo libros, quos ſuper ejuſdem vita Virgilius Ceparius elucubrarat, facili conatu totos ita memoriæ mandavit, ut eos multis deinde annis, velut affixos ibi tenaciter fideliterque conſervarit.

AUCTORE BIDERMANNO. *& recipit memoriæ amiſſæ uſum*.

E

CAPUT X.

Alia ejuſdem Wolfgangi beneficiorum ab Aloyſio acceptorum debita.

471 MEruerant hi Cælitum favores jam pridem, ut Adoleſcens gratiam Patrono aliquam haberet. Et habebat ipſe tum quidem; ſed adhuc animo conſignatam; quodque per ætatem juris ſui non eſſet, nullo dum opere conſpicuo proditam. Poſt igitur, quam eſſe in aliorum poteſtate deſiit, inter primas hoc illi curas fuit, ut de ſuo in Aloyſium amore palam apud mortales faceret. Atque idcirco (ut prætermittam facella duo, quæ Ingolſtadii & Landishuttæ, in ejus honorem à fundamentis, illuſtria condidit; alterumque argenteâ ſtatuâ, alterum inſtrumento vario, ſumptuoſe ornavit (nam hæc ejus ſtudia, loci jam hujus non ſunt) ter ipſemet Romam, ad viſendos Patroni ſui Cineres, magnis iteneribus contendit. Qua quidem utraque profectione quanto impenſius laboravit, ut debiti memor, antiquum nomen expungeret; tanto plura majoraque nomina indies apud Aloyſium fecit: quippe cui, voto ſoluto, manſerit obligatior, quam fuerat adhuc ſignato.

Wolfgangus Beato perquam gratus,

F

472 Incidit harum peregrinationum prima, in annum vigeſimum ſecundum: eam Adoleſcens pridem, uti voto conceperat; ſic longe poſt Juvenis (hortante, quod credebat, Aloyſio, & ad maturandam identidem vocante) ſuſcepit; ita quidem, ut quando per vires aliud non licebat, equo vectus incederet, nullo tamen ad miniſte-

an. 1622 *Romam ex voto tendit*,

rium

AUCTORE BIDERMANNO.

rium famulo uteretur. Cavere interim non potuit, quin comites certe ſe aliqui adjungerent; etſi non iis moribus omnes, quorum ſocietatem optaſſet: quippe complurium æque vita ac oratio, ab ejus conſiliis longe abhortebat. In illis homo Cheruſcus erat, de Lutheri ſtabulo; oris improbi & impuriſſimæ linguæ ſcurra. Is, quamquam pedes, præferratum haſtile, tabellarii ritu, portaret; cetera tamen expeditus, curſum equitis facile æquabat; juxtaque adambulans, toto biduo verba tam nuda, tamque ſalacia ructabat, ut illa pene ſe ipſa erubeſcere cogerentur. Non tulit hominem ſpurcidicum ingenua indoles, tam impune laſcivire: ſed ſerio læpeque increpitum, mittere infame cænum, & parcere tandem verecundis auribus juſſit. Tum vero Cynicus, ut ægre cenſori ſuo faceret, multo adhuc liberius impudentiuſque garrire: neque linguæ probro contentus, jam ipſum alioſque ad flagitium, effrons tenebrio hortari; & mille modis honeſtati innocentiæque illudere.

& nequiens coërcere comitis hæretici os impudens,

473 Nihil hic Juveni relinquebatur, quam, ut citatiori curſu viam præciperet, donec intervallo ſe aliquo à ſcurra pedite ſeparaſſet. Quod ipſi conſilium ex animi ſententia non ſucceſſit.

B Nam effecerat precario ſcurra, ut ab altero comite in equi ſui clunes ſublatus, properantem infelix hedera conſequeretur. Ibi cum melior ſe ipſo necdum eſſet, rupit patientiam Cælitum petulans lingua; cœpitque ſuum Aloyſius clientem vindicare. Wolfgangus enim obſaturatus tot injuriis, ſublatis in cælum oculis; Scis, inquit, Aloyſi, caſtiſſime juvenum, hoc quidquid itineris eſt, tua me cauſa ſuſcepiſſe. Obtundit tamen turbatque jam Cynicus iſte, cujus hæc tot aurium convitia, ſi diſſimulanda tibi tu quoque exiſtimas, ego porro non habeo, qui hominem laſcivum impurumque compeſcam. Vix iſta ſecum Adoleſcens prope ſtomachans abſolverat; cum interim iſte (crederes arcano fulmine ictum) equo excutitur, lapſuſque præceps, in haſtulæ ſuæ mucronem totus ita induitur, ut ſura pedis

frenum ei ab Aloyſio petit & impetrat.

perfoſſa, & ambulandi ſimul jocandique materia amiſſa, comitum opem ejulans imploraret. Animadverterunt alii quoque (quamvis ipſi etiam hæreſi afflati) non temere factum, ut humi effuſus tenebrio, ſuo in ſanguine nataret. Exprobrarunt certe, monuiſſe ſe dudum, ne moleſtus eſſe Juveni, joca tam infaceta nauſeanti, pergeret; ſed ſpretum ab ipſo conſilium huc evaſiſſe, ut luere modo linguæ intemperantiam plagæ inſolentia cogeretur. Ita ſaucium, obligato, ut licuit, vulnere, equo rurſus imponunt, & ad meritoriam tabernam precario deportatum relinquunt. Iſta cum inter Alpes Tridentinas, adulto jam Auguſto, ſic eveniſſent; majus quiddam ac memorabilius, ſuperatis paulo poſt Alpibus, in Gallia Ciſpadana contigit.

C

Per iter ſolitarius,

474 Ineunte Septembri Ferrariam devenerat: inde Bononiam verſus, ſine duce, ſine comite progreſſus, dum in patenti planitie ſe ſolum eſſe, & nulla neque viæ, nec linguæ notitia pollere cogitat, ominoſo, ut fit, horrore concutitur. Auxere formidinem viſæ utrimque ſilvæ, cetera omnia campi & ſolitudo. Quare ut animum ipſe adverſus incerta fortunæ confirmaret, cælum ſuſpectans, voto ſe obligat, ut ſi periculum, quod ingruebat, incolumis depuliſſet, tum enimvero, quidquid ſibi

& à 6 latronibus circumventus,

argenti cælati reliquum eſſet, id univerſum in Aloyſii ſtatuam conflaret; eique ſacellum, quanto maximo ornatu poſſet, inſtrueret. Quod votum deinde, ſimul ac domum ex itinere rediit, fide ſumma perſolvit. Et ſtatua quidem ex argento ſolido fuſa, Ingolſtadii in Societatis templo; Sacellum vero Landishuttæ, in ejus privatis ædibus, hodieque conſpicue viſitur. Ceterum voto, quod diximus, nuncupato, Wolfgangus continuo hortatorem viſus eſt aliquem ſentire; à quo, macte virtute eſſe, beneque ſperare juberetur. Sed modico poſt intervallo ſex prædones conſpiciuntur unà omnes è ſilva obviam prodire; & recta ad Juvenem tendere. Circumdant inermem, &, ni quieſcat, armati vim minantur. Mox erepto equo, ſarcinas omnes diripiunt. Tum ipſi injiciunt manus, arcteque prehenſum ſubſiſtere compellunt, ignarum, quid porro ſe eſſent incepturi. D

475 Ille rebus jam omnibus aut amiſſis, aut captis, vocem adhuc liberam retinuit; qua uſus, altum exclamat, Aloyſi beate, tuum ergo tu clientem non defendes? Hîc, Aloyſi, me, bone, deſeres? Altera continuo vox, unde unde allapſa, ad animum viſa accidere; Fili, non deſerêre. Et eodem temporis momento, flens Juvenis circumſpicere, atque de improviſo viatorem, virum gravem, propter adſtantem videre: qui humaniter, Eccujus egeret? quidque ſe vellet, ſciſcitaretur. Omiſit ad interrogata, tametſi opportuna, reſpondere; ſed gaudio præceps; O Pater (nam ipſa hæc ejus verba juvat adſcribere) O Pater, inquit, ſcio, te certe hominem non eſſe. Ad quę verba cum viator honeſte ſubriſiſſet, inſtitit rurſus percunctari; Ecquonam hæc ejus peregrinatio ſpectaret? Wolfgangus, ad Urbem intendere ſe confeſſus: ibi voto reſignato, felices Aloyſii ſui cineres veneratu-

Beatum invocat,

& dimittitur interventu viri gravis,

rum: nam ei ſe oculos ſuos, quos morbo amiſerit, receptos ferre. Quibus auditis viator, cum placide, eodem ire ſe, dixiſſet; ſumptâ perſonâ, mox vultuoſior, prædones, brevi gravique oratione, Norintne, eſſe ſe Chriſtianos, ſciſcitatur: (verba Italica fuere, Sete voi Chriſtiani?) Majus momentum habuit interrogatio, quam ut credamus hominis fuiſſe. Tribus enim verbis, ſex validi latrones in fugam dati, brevi ex oculis ſic abire, & abjecta præda, quam de Juvene egerant, trepidi in latebras concedere, ceu viſo coràm Judice, feſtinarunt. Inde comiter, recreatum ex metu Juvenem, magno animo pergere juſſit, promiſitque nullum ipſi de reliquo periculum fore. At Wolfgangus actis, quod par erat, gratiis, obnixe rogat, uti Romam uſque, quando eodem ipſe cogitaret, comes eſſe ductorque ne aſpernaretur. Facile convenit: & Juvenis tradito ei marſupio, & quidquid æris ad viaticum inerat, ſe eidem ſuaque omnia permittit.

qui eum uſque Romam ducit,

E

F

476 Hic nihil abs re facturum me puto, ſi prius, quàm reliquum itineris perſequar, morem exſpectationi lectoris geſſero; &, quis ille Viator, atque Juveni jam undique circumvento, tam opportune obviam venerit, demonſtraro: nam pridem id multi ex Wolfgango diſcere conati, hæc ſola, quæ referam, comperêre. Locum, ubi delatus in prædones fuerit, in plano ſitum, deſpici facile omnem circumquaque potuiſſe. Inibi tamen prius, quàm Aloyſius vocaretur, nullius viatoris ne umbram quidem, ſed longe lateque meram ſolitudinem apparuiſſe. Poſt autem, ut inclamatus fuerit, repente eum, quem diximus, viatorem ad Wolfgangi latus, undecumque extiterit, conſpicuum adſtitiſſe. Staturam ei juſtam; habitum oris gravem; ætatem fere mediam; veſtem denique fuiſſe decentem, & quæ Clericum referret. Mores porro tam compoſitos, ut itinere toto nihil potuerit in iis diſplicere. Quare negat

fortaſſis Angelus,

Wolf-

A Wolfgangus, tantum ſibi animi fuiſſe; ut vel vultum aliquando curioſius examinaret, vel nomen ab eo conditionemque requireret: ſed delectatum ita ſe ejus comitatu fatetur, ut ſacro tamen horrore perfuſus, ſuſpiciendum ſibi ſemper & reverendum putaverit, eò magis quod ſecum identidem cogitaret; illum, quiſquis tandem eſſet, hominem certè, mortalem non eſſe.

certè modeſtiſſimus,

477 Verùm ut ab hac digreſſione in viam redeamus; cum inter duos, ita, ut demonſtravimus, conveniſſet; uterque depulſo latronum periculo, concordes Romam uſque proficiſcuntur. Quo tempore, ex iis, quæ identidem evenerunt, multis prætermiſſis, illa ſolum & pauca commemorabimus, quæ ad inſtituti rationes pertinere præterea videbuntur. Sub veſperum ejus diei, quo primo de via ad ædes publicas diverterunt, Ductor ille comiter ad Walfgangum, Fili, inquit, malo pravoque ingenio erant homines iſti. Tum alio die, in ſacellum quoddam viarium ingreſſus, ei imaginem B. Aloyſii ibidem ultro monſtravit: & de ipſo, cum ſoli ambularent, identidem hortabatur, ut hymnum ſibi aliquem (nam plures Juvenis, in Aloyſii nomen compoſitos, callebat) aut vitæ ab

& de Aloyſio libenter audiens;

B eo actæ hiſtoriam, recitaret: viſuſque ex eo argumento, haud nullam voluptatem capere. Viciſſim & ipſe alteri multa, de rebus patriis, & quædam Juveni propria, commemorabat: quæ undenam, & quo pacto reſciſſet, erat incompertum. Obſervavit in eo ſubinde quædam alia Wolfgangus, quæ non ipſi magis, quam ceteris, apud quos narrata poſtmodum ſunt, ſuſpicionem auxere latentis in illo ſchemate non plebei viatoris. Nam ad alia omnis generis obſequia, atque adeo ſervitia, quibus aſſiduis Juvenem ita foverat, ut diu noctuque ab ejus latere non diſcederet; iſtud etiam acceſſit, quod itinere toto, epulas ei, & quidquid corpori curando neceſſarium eſſet, laute ſatis commodeque inſtruebat, nullo viatici defectu: cum interim ſciret probe Juvenis, ſuum ſibi marſupium, quod omne Ductori commendarat, ad ſumptus certe illos neutiquam fuiſſe ſuffecturum.

ac valde obſequioſus;

478 Florentiam ubi veſpere quodam appuliſſent, in taberna diverſoria cœnaturi, duo ſoli, longeque à turba remoti, accubuere. In ea cœnacula dum inter ſe neſcio quid colloquuntur, ſubit inſperato chorus ſex juvenum; qui cum in angulo triclinii taciti reſtitiſſent, cœpere, mira cum modeſtia, fidibus modiſque muſicis canere; idque tam ſcite, tamque eleganter, ut Wolfgangus hodieque aſſeverate dicat, nihil in omni vita ſuavius delicatiuſque audiiſſe. Pendebat inhians, & tam cibi quam potus immemor, pene ſeipſum in illa muſica amittebat: noctem totam inſomnem ducturus, ſi ludere Orphei tales perſeveraſſent. At illi, nondum exſatiato hoſpite, ſed dato ſolum aliquo ſui guſtu, cum opinione citius eluſiſſent, ne expectatis quidem gratiis, tacite rurſum, qua venerant, ſunt elapſi, mirante Juvene: quippe qui credidiſſet, hunc eſſe loci gentiſque morem, ut æris eblandiendi gratia advenis ibi tam ſuaviter applauderetur. Ea certe voluptas ita tum ſenſus ejus animumque imbuit, ut Florentiam octavo poſt menſe reverſus, virum illuſtrem (quicum redibat) induxerit, ut quantovis ære choraulos illos ac fidicines, invitari ſub cœnam iterum juberet; datumque jam patri familias negotium erat, ut reduceret; verum is, bona fide, negavit, ullos eo loco muſicos tales umquam fuiſſe; ſe quidem certe de iis minus nihilo ſcire. Quare qui illi, & cujates fuerint, cum neque ego ha-

per quem etiam muſica ſuaviſſima recreatur:

C

beam ſtatuere, aliorum etto divinare. Certe viatoris tam novi ſocietas, anſam præbuit, ut horum etiam fidicinum peregrinitas cum eo, in partem ſuſpicionis ab aliquibus vocaretur.

AUCTORE BIDERMANNO.

479 Porro examinatus etiam à curioſis eſt Wolfgangus, utrumne in diuturna viatoris illius ac perfamiliari conſortione, nullum impatientis aut perturbati animi motum, aliamve ſequioris affectus notam, quæ hominem proderet, ſenſerit erupiſſe; Negavit, ullam ſenſiſſe: Niſi vos iſtud, inquit, huc trahendum vobis creditis, quod ille, cum alibi in taberna duos quoſdam vidiſſet, neſcio quid licentius, quam leges amborum ferrent, vivere (veſtis quippe Religioſos prodebat) aliquamdiu ſe ceu diſſimulans repreſſit. Denique tamen, cum finem illi non facerent; mutato, ut res poſtulabat, vultu, percunctatus eos eſt: Itane victitaſſe familiæ ſuæ Progenitorem ipſi crederent, iiſque moribus cælum emeruiſſe? Quâ unâ percunctatione attonitos ita fregit, ut collatis inter ſe capitibus, muſſitare; &, quid hominis is eſſet, clam requirere cœperint: ut adeo ne iſti quidem viſi fuerint argumento caruiſſe, quo majus de eo, quam præterebat, opinarentur.

miratur improbos ſermones verbo coercentis energiam,

480 Ut ut eſt; confecto demum itinere, quod commune uterque Ferraria Romam uſque habuere, Ductor in Urbem ingreſſus, Comitem ſuum rectâ ad B. Aloyſii ſacellum, ubi repoſitæ ejus Reliquiæ conduntur, religioſiſſime perduxit. Inde ad collegium Germanicum comitatus, atque inibi ab aliis qui hodieque ſuperſtites teſtantur, conſpectus; Wolfgango noviſſime ſalutato, ſic diſceſſit, ut diceret, inter ſe iterum viſuros eſſe. Verum quiſquis ille, ſeu hominum ſeu cælitum fuit, & quocumque abiit (nam id in medio relinquimus) certe de Aloyſii cliente præclare meritus, ab eo diſceſſu, ad hunc diem, nuſquam apparuit; nec requirenti Juveni vehementerque deſideranti, ullum fugæ ſuæ veſtigium reliquit. Manſit tamen Wolfgango æterna horum gratague memoria, iſque erga nomen Aloyſii amor, ut ubique ejus clientem ſeſe, palam libereque proclamet: Cui eidem, ut de reſtituto præſertim lumine gratum ſe ſæpius ſiſteret, vertente jam anno MDCXXXI, alteram peregrinationem, aditis magnis Adriatici maris periculis, & haud dubiâ B. Aloyſii ope ſuperatis, inſtituit; Romamque iterum, ſed pedeſtri itinere, ex voto contendit: &, quo ſtudium ſuum Patrono uberius commendaret, rejecto omni viatico (quod large viro nobili ſuppetebat) ſtipe per viam coactâ, quoad in urbem pervenit, voluntarie victitavit.

E

ab eodemque ad Beati ſacellum perductus

illum ultra non videt.

F

481 Ceterum hæc cæli beneficia paullo jam antiquiora, non paſſus eſt obſoleſcere Aloyſius; ſed ea recentibus nuper, iiſque luculentis inſtauravit atque auxit. Cum enim annis abhinc quatuor Wolfgangus, à ſalutatis ejus cineribus, in patriam revertiſſet; incommodò eſt factum, ut eodem tempore dira ſe tempeſtas ab Aquilonibus in Germaniam moveret; brevique per plures provincias effuſa, ſacra & profana paſſim, ferro & flammâ tam fœde miſereque pervaſtaret, ut nullo umquam ne fulmine quidem afflari amburique patria, tam pernicioſe potuiſſet. Tum uſu venerat forte, ut pridie Idus Majas, cum Landishuto jam Suecus potiebatur, Wolfgangus in æde ſumma, ſui ſecurus, ad aram litaret: intimiſque ſenſibus hanc hujuſmodi vocem haurire crederet; Proficiſceretur bonis avibus; & hoſtem, qua duceret, audacter, nullo nec verbo, nec vultu contumax, ſequeretur. Manere ſe quidem gravia dictuque aſ-

Suecis, Germaniam depopulantibus,

obſes dandus, animatur à Beato.

AUCTORE BIDERMANNO.

pera ; ſed iis tamen omnibus fore ſuperiorem. Sacris deinde rite perpetratis, cum è templi foribus vixdum fuiſſet egreſſus, audiit, hanc civibus ſuis impoſitam neceſſitatem eſſe ; ut ſi hoſtem ab urbis excidio divertere vellent, obſides ei, quos, quotque poſceret, dederentur. Inter hos obſides ſortito captus ipſe, mox Auguſtam Vindelicorum abducitur : ibi ab hoſte barbaro male inclementerque habitus, in longa & difficili cuſtodia, paululo minus triennium remanſit.

infirmatur in carcere

482 Ex eo tam ærumnoſo carcere, varii morbi ſua plerique initia traxere ; quibus ille graviſſimis aſſiduiſque, biennium ipſum, conflictatus, omnium medicorum artes & ingenia fatigavit : ſed nullo id neque operæ, nec induſtriæ profectu. Minabantur jam letiferæ febres ; jam capitis gravedines, fluente undique humore, ſtrangulabant : tum crebra convulſione pectus, & multa intemperie corpus ubique laborabat. Ad hæc, cibum ventriculus, quemcumque ſumpſiſſet, rejectare ; membra tumore noxio, planeque ominoſo, turgere, & identidem calamitas alia aliam excipere ; ut adeo bis & quinquagies (quis credat ?) incidenda
B homini vena fuerit, & ſanguis uberrime de brachio mittendus, ne repentino ſymptomate præfocaretur. Denique augente indies malo, ars & natura ſuccubuere ; ut æger, ſenſu animaque defectus, ac prope jam expiraſſe creditus, cadaveris in morem à circumſtantibus jamjam relinqueretur. Inter quæ funeris præludia, Wolfgango rurſus, vel objecta eſt, vel objici certe viſa, Aloyſii ſpecies ; propter lectulum adſtantis, roſaque redolente ſtragulum inſpergentis.

facto rurſum voto,

483 Excitavit ægrum ea, quæquæ fuerit, opinio, ut novo ſe voto confeſtim obſtringeret ; ſi ex morbo convaluiſſet, ad ejus tumulum tertiam profectionem ſuſpicere. Nec diu ſpes irrita fuit, nam ab ejus voti nuncupatione, melius habere, brevique convaleſcere cœpit, medico immane quantum ſtupente, eumque vivere poſſe, inficiante : qui etiam, cum primùm ſpirare illum, valereque jam audiiſſet, negavit aſſeverate, tametſi oculis eum ſuis videret, vivere creditum. Poſtremo, ut adveniens occurrentem ac ſalutantem conſpexit, attonito ſimilis, eum merum medicinæ medicorumque opprobrium appellavit ; quippe quem omnes iſti certo certius jam extulerant, &
C non tam moriturum, quam mortuum extinctumque pronuntiarant : eaque propter victum artis naturæque ingenium fuiſſe, publicis litteris eſt confeſſus. Quam eamdem in rem, plurium teſtimonia conſenſere : qui juratâ ſyngraphâ palam faciunt, rem ita ſe, uti narrata eſt, habere : ſæpeque ex medico audiſſe fatentur, cum diceret, ſuis ſe medicamentis ægro acceleraſſe potius mortem, quam vitam (niſi cæleſtes favores adfuiſſent) produxiſſe. Quare Wolfgangus, tot Aloyſii beneficiis occupatus, atque è cæcitate in lucem, è prædonibus in libertatem, è morbis mortiſque faucibus in vitam reſtitutus, cauſam habere ſe non unam volens libenſque gloriatur, cur Deo Opt. Max. ſuoque Aloyſio in omnem æternitatem ſit mancipatus. Atque idem, quæque hic prolixe nos

& præmiſſa juratus confirmat.

ſcripſimus, omnia, ut ſcripſimus, verbo calamoque confirmavit ; utque aliis eadem, ſi quibus videretur, pro majori Dei ter Optimi Maximi gloria, & augenda B. Aloyſii veneratione, narrari libere poſſent, permiſit : atque ita hactenus narratis ſubſcripſit.

484 Ego Wolfgangus ab & in Aſch in Oberndorff, Illuſtriſſimorum & Reverendiſſimorum Principum & Epiſcoporum Friſingæ & Ratiſponæ D Conſiliarius ; Canonicus Landishutanus, peracto ſacro Miſſæ Sacrificio, coram Deo & tota cæleſti Curia, & Eccleſia ſancta profiteor & juro, quod non modo iſta veriſſima ſint, ſed complura Dei Aloyſiique beneficia, quæ lubens volenſque præterire volui, ſupradictis annumerare poſſim. Quæ omnia manu meâ, gentilitiis inſignibus hic appreſſis, confirmo.

CAPUT XI.

Invocato B. Aloyſio reſuſcitatus mortuus, infirmi curati ; paupertas ſublevata, neptis Beati in præcipitio ſervata.

485 *Narravit ſupra in Aloyſio ſuo Bidermannus, allatum è Vulturena valle oleum lampadis, quæ ibi coram Beati imagine perpetuo lucet ; nobili adoleſcenti Wolfgango ab Aſch oculos cæcos illuminaviſſe.* *Oleo lampadis,* *Neque id mirum videbitur, ſcientibus, omnis generis morborum medelam longe lateque gentium per illud oleum, non è ſaxo expreſſum, ſed in Saxo (id nomen* E *loci eſt in Vulturena valle) Beatum noſtrum ſemper lucendo honorans, indies obtentam fuiſſe & obtineri adhuc. Sed neque ibi tantum id virtutis obtinuit oleum lampadis ejus. Romani collegii lampas, quæ ante ſacra Beati lipſana ardet, aut idem obtinuit virtutis, aut aliquid amplius : ejus enim oleo etiam mortui ſcribuntur ad vitam rediiſſe. Is, à quo id ſcribitur, vir eſt eru-* *Romæ ante ſacra lipſana ardentis,* *ditiſſimus juxta ac religioſiſſimus, mihique pro tali, longo uſu cognitus, atque hic iterum laudandus ; ut lector ſciat cui debeat, quod refero. Docet etiamnum, me hæc ſcribente, Theologiam in Seminario Epiſcopali Tuſculi, quatuor ab urbe Roma leucis ; quod Eminentiſſimus loci Epiſcopus, è ſacra Dominicanorum Familia Cardinalis Urſinus, nuper doctrinæ Societatis Jeſu ibi tradidit.*

486 *Vir iſte ita mihi nuper ſcripſit :* In Aprutio civitas eſt Camplum, *à Clemente Papa* VIII *Epiſcopalis facta, inter Aſculum atque Aprutii Interamnium,* habetque in territorio ſuo villam, quæ vocatur *unctus puer mortuus in Aprutio,* Penna ; & in hac locus eſt, cui nomen Planum. Ibi puer ſeptem circiter annorum, Franciſcus nomine, dum paſcebat oves, improviſo obrutus imbre, violento & aliquot horas continuo ; neque reperiens, quo effugeret ; aquarum impetu abreptus & ſuffocatus fuit, atque à ſorore quaF dam ſua grandiore natu, inventus eſt mortuus cœnoque oblitus. Currit ilico turbata puella domum ſuam, parentibus Chriſtophoro & Brandoniæ caſum relatura. Eo nuntio pater properat ad locum, & reportat inde puerulum ulnis ſuis domum, accerſitque Curionem & Præpoſitum villæ D. Annibalem Bencore.

487 Tulerat iſte Româ ampullam cum oleo è lampade, prope B. Aloyſii ſacras exuvias in eccleſia collegii Romani ſemper ardente ; &, poſtquam tam ipſe, quam parentes pueri, diligenti facta perquiſitione compererunt, ipſum certo mortuum eſſe ; commendavit, indutus ſuperpellicea veſte ac ſtola ſacerdotali, defunctum B. Aloyſio, unxitque ei oleo, quod dixi, naſum, os & oculos : *revivíſcit.* dumque ungebat oculos, nec opinato illos aperit puellus, vivuſque & ſanus in veſtigio obambulat quaqua verſum. Vidit coram oculis ſuis hæc Joannes Baptiſta Brencore, Curionis ex fratre nepos, notiſſimus Romæ, ubi multis annis pictoriam profeſſus eſt ; tunc vero morabatur in domo prædicti Annibalis patrui ſui ; quem & meminit viſo

puero

A puero à morte ſuſcitato, ſtupentem exclamaſſe, Grande hoc, grande miraculum eſt. Contigit autem ſub annum MDCXLI. Hæc ego infraſcriptus cum multis aliis, audivi ſæpius, prout hic relata ſunt ex ore prædicti Joannis Baptiſtæ Boncore: quem & varia interrogavi ipſe ſuper circumſtantiis facti, ut certius conſtaret veritas ejus, Ita teſtor, Joannes Franciſcus Vanni, Societatis Jeſu Sacerdos.

Curantur, crus male affectum,

488 *His ipſis temporibus contigerint, quæ paucis annotata reliquit P. Joannes Bollandus, deceſſor noſter, ex litteris RR. Patrum Joannis Caroli, Rectoris Spiræ, I Martii; & Joannis Baptiſtæ Veracis, Mediolani XXX Julii, anno MDCXLII datis. Ex poſterioris aſſertione notat, Mediolani* laboraſſe quemdam menſes decem ex affecto crure: cui medendo cum fruſtra operam ſuam collocaret chirurgus; religioſæ cujuſdam mulieris ſuaſu illud oleo lampadis, ante imaginem B. Aloyſii ardentis, *in vicina, uti ſuſpicor, Vulturena valle,* perunxit a ger inclinante die; & ſequenti luce obſtupuit omnino ſanum eſſe, miſitque gratitudinis ergo votum argenteum. *In prioribus autem Pater Rector Spirenſis,* ſe juvenem noviſſe,

lippitudo oculorum,

B qui cum ob lippientem vultum inidoneus cenſeretur Societati noſtræ, concepto voto B. Aloyſio Gonzagæ, ita ſubito perſanatus eſt, ut poſtea vix quidquam eo vitio laborare viſus fuerit; Societatemque noſtram, quam ambiebat, ingreſſus ſit. Idem Beatus religioſæ virgini adfuit in præſentiſſimo vitæ periculo; quæ cum decumberet ex lue contagioſa & peſtilentiſſima febri, ac de vita ſua deſperatum eſſe inaudiret; vovit in honorem B. Aloyſii annue ſacro epulo in ejus die feſto accumbere, & mox perſanata eſt, hodieque vivit voti rea. *Scriptæ fuerunt hæ litteræ, ut dixi,* anno MDCXLII.

laborans lue contagioſa.

Beatus pauperis alicujus debitum ſolvit,

489 *Adeſt mihi alia Relatio,* anno MDCLIII *miſſa è collegio Societatis noſtræ Neapolitano Romam, quæ pluſcula continet beneficia, uni eidemque homini (ejus nomen proprium vellem adſcriptum fuiſſet) collata; & ab illo qui obtinuit, dictata fuerunt Auctori Relationis, quæ ſic ex italico latine ſonat.* Sartor quidam hujuſce Neapolitanæ urbis, debebat alicui ſummam ſcutorum XL, quam ut ſolveret, accepit ab alio quopiam nonnihil pecuniæ mutuum; ſed hoc, inopiâ preſſus, impendit ſuſtentandæ familiæ. Hinc paulo poſt inops conſilii, quo pacto ſatisfaceret debitoribus ſuis, timenſque ne in carcerem

C conjiceretur, pendebat vehementer animi; cum forte, quo die celebrabatur in hoc collegio Natalis glorioſi beatique Aloyſii noſtri; tranſiit propter frontiſpicium templi noſtri, videnſque ibi expoſitam Beati effigiem, conſtitit, contemplatuſque eam eſt; & quamvis neſciret, quis Sanctus ille eſſet, aut quo nomine appellaretur; motus ſpecie juvenis, ut ibi repræſentabatur, modeſtiſſimi; his eum verbis, uti retulit ipſe, compellavit: Sancte Dei, quantillam faceres jacturam, ſi meo me tu liberares ære alieno? eoque dicto proceſſit. Poſtero die contulit ſe, ſed abſque pecunia, ad locum qui hic nominatur S. Laurentii, in quo debebat ſolutio fieri; cumque intraret ejuſdem Sancti eccleſiam, obvium habet in limine Sacerdotem, qui ait: Tu huc veniſti, ut tale debitum præſtes. Age, nihil ſupereſt ſolvendum: nec plura fatus, videri deſiit. Paulo poſt accedit miniſtrorum aliquis, debitorum ejus conſcius, ac dicit; Nomina tua jam deleta ſunt, vade, & gratias age Domino tali, quem nominabat. Erat autem is, cui tradi pecunia debebat. Adiit eum ille, gratias egit comperitque, nomina ſua extincta eſſe, plane neſcius, per quem aut quo modo.

AUCTORE C. J.

eumdem liberat è manibus lictorum,

490 *Crevit hinc fiducia hominis in Beatum noſtrum, ſibi eatenus ignotum, eumque colere cœpit ac demereri.* Interea contracto iterum ære alieno, ejus cauſa captus fuit & conductus ad judicem, ſub primam ab occaſu ſolis horam; eique jamjam ſiſtendus erat, quando nec opinatò comparuit ibidem Sacerdos, qui ad lictores miſellum ducentes converſus. Sinite, inquit, prædam iſtam abire. Tantaque fuit dicentis gravitas & vocis energia, ut illi è veſtigio dimiſterent hominem; teſtanturque etiam ipſi, id ita factum eſſe; & cur dimiſerint, neſcire. Eidem ſartori, aliàs iterum egentiſſimo, nec habenti quod ſuis apponeret manducandum; dum ſedet in officina ſua farciendo veſtes quaſdam, adeſt improviſo neſcio quid hominis, ac dicit: Scio te cruciari animo, quia verſaris in egeſtate ac mendicitate. Verum age, te ego conducam ubi invenias theſaurum abſconditum, & diteſcas. Audit ille ſeductorem & comitatur: jamque à loco deſtinato prope aberat, cum ſe illi conſpiciendum offert B. Aloyſius, eodem habitu quo prius; & dicit: Cave ſis ab homine iſto, qui te ducit in malam rem & interitum tuum. Ego ille ſum Sanctus, cui tu te commendaſti. Perge porro venerari me, & honori meo quotidie recita quinquies Orationem dominicam & Angelicam ſalutationem. *Atque ita miſellus iſte evaſit periculum & animæ & corporis: juſſuſque ab ipſo Beato, ut ajebat, præſtita ſibi ab eo beneficia referre ad Patres Societatis Jeſu, id fecit ut ſupra.*

ac interitu.

E

Oleum lampadis

491 *Iterum oleum lampadis mirabilia operatum eſt anno* MDCLXXIV, *non admodum procul ab illo Aprutii loco, ubi paulo antè diximus, puerum mortuum talis olei virtute ad vitam revocatum eſſe; nempe Aſculi in extremo, ubi terminat Aprutium, Piceno. Utrumque in locum allatum Româ oleum iſtud fuiſſe ex lampade, quæ ante ſacras Beati Reliquias lucet, facile inducor ut credam; quia peregrè venientes Romam, frequenter ſibi inde ſolent petere aliquid, excitati multitudine miraculorum, per circumpendentia magno numero anathemata indicatorum, & auferre. Beneficium de quo hic, collatum fuit filiolo Illuſtriſſimi Domini Seraphini Gineſtræ, Aloyſio nomine; nec unum tantùm; ſed bina diverſis temporibus, quæ pater anno* MDCXCV *grato animo, ad honorem Soſpitatoris filii ſui, & utilitatem ea lecturorum, publicis tabulis voluit teſtata poſteris relinqui. Narratio patris hæc eſt.*

puerum moribundum contactu ſuo ſibi reſtituit:

F 492 Ego infraſcriptus interpoſito jurejurando teſtor, quod anno MDCLXXIV, aut alio magis vero tempore, unus filiorum meorum, quatuor annos natus, nomine Aloyſius, gravi aſthmate oppreſſus jacuerit, deſperantibus de vita ejus medicis: & vero in momenta ſingula credebatur animam efflaturus puer. Cum ego recurri ad oleum B. Aloyſii Gonzagæ, quod conſervabam in quadam capſella, illoque tinxi caput moribundi; atque obſervatum fuit, eum continuo clauſiſſe oculos in ſomnum; ex quo paulò poſt excitatus, depulſo omni periculo plane ſanus inventus eſt. Quotquot notitiam morbi & curationis ejus habuerunt, faſſi ſunt, ſpeciali gratia & prodigio B. Aloyſii, vitam puero conſervatam fuiſſe. Nos quoque gratitudinis cauſa, in memoriam accepti beneficii, affiximus ad altare Beati parvam effigiem argenteam. Et Patres Societatis Jeſu non dubitarunt, factum pro concione miraculoſum dicere.

idem aliàs vitæ periculo liberatur.

493 Teſtor inſuper, uti ſupra, quod idem filius meus Aloyſius, cum annum ætatis ſeptimum circiter attigiſſet, ceciderit è loco mediocris altitudinis in terram; unde ſublatus à famula, tan-

AUCTORE C. J.

tum non mortuus reputabatur, vix ullo ſpiritus vitalis ſigno ſuperſtite. Advocatus chirurgus applicuit opportuna remedia, quibus puer revixit. *Item aliàs vitæ periculo liberatur.* Verum paucis poſt diebus caput læſum apparuit, & inflari cœpit: quo indicio judicavit idem chirurgus, vitæ periculum ſubeſſe, ſi humor illic loci collectus marceſceret; ſimul appoſuit parti offenſæ emplaſtrum, quo conſumeret humorem illum. Addidimus nos comprecationes noſtras, obteſtati B. Aloyſium, ut cognominem ſuum diſcrimine, in quo verſabatur, etiam nunc liberaret: nec defuit eventus. Decreſcere enim inflatio mox cœpit, ac brevi tempore, ſtupentibus chirurgo & aliis, plane evanuit. Judicata fuit hæc curatio alterum Beati beneficium ſingulare, pro eoque etiam altera effigies argentea ad altare ejus ſuſpenſa eſt. Quamobrem ego, ut ne lateant fideles miracula quibus Beatum ſuum Deus honorare voluit, utque illi erga eumdem magis pie afficiantur, dedi præſens hoc teſtimonium. In cujus fidem &c. Ego Seraphinus Gineſtra confirmo & teſtor quantum ſupra, manu propriâ.

194 *Sequebatur atteſtatio Notarii publici, Seraphin Philipponi ab Aſculo, atque incipit.* In nomine Domini Amen. Anno Domini MDCXCV, Indictione III, die vero XX Aprilis, ſedente Sanctiſſimo D. N. D. Innocentio XII P. O. M. anno ejus IV. In loci *&c.* Illuſtriſſimus Dominus Seraphinus Gineſtra, Nobilis ab Aſculo, mihi cognitus *&c.* præ manibus habens ſupraſcriptam Atteſtationem; illâ lectâ, perlectâ, & bene perpenſâ, ejus ſponte *&c.* juravit, affirmavit & recognovit, contenta in eâ vera fuiſſe & eſſe; ac roboratam cum ejus manu, litteris & charactere; & omnia prædicta emologavit, approbavit, & ratificat, non ſolum iſto ſed & omni modo meliori *&c.* Actum Aſculi, in ſala domus ſolitæ habitationis dicti Domini de Gineſtris *&c.* præſentibus ibidem RR. DD. Lucio Palanca & Joſepho Pica de Aſculo teſtibus *&c.* Ego Seraphinus Philipponus ab Aſculo, publicus auctoritate Apoſtolica Notarius, de prædictis rogatus, hic me ſubſcripſi & publicavi requiſitus.

B *Utrumque prædictum authenticatur.*

495 *Alibi nonnulla dixi de Excellentiſſima Domina Marchione Joanna Gonzaga, Franciſci Principis filia, B. Aloyſii nepte, Excellentiſſimi D. Georgii Adami Martenitz, magni Bohemiæ Cancellarii primis nuptiis, ſecundis vero Excellentiſſimi D. Jacobi Zapatæ, Præſidis Conſilii Regii de Azienda, ut vocant Hiſpani, conjuge. Hanc ego bis viduam, anno* MDCLXXXVI *adhuc in vivis reperi Caſtellione, pro ætate, quam tunc habebat annorum* LXXIV, *vegetam; ac diu ſuaviſſimo ejus colloquio, præſertim ubi de beato patruo ſuo, ejuſque in ſe beneficia loquebatur, fruitus ſum. Inter alia autem, quæ illi accepta ferebat, illud facile præcipuum eſt, quod ex ore ipſiuſmet tunc excepi, & in adverſaria mea retuli; videlicet,* Redieram, *inquiebat,* ex Hiſpania in Italiam, quando me inceſſit pia cupiditas, peregrinatum eundi ad ſacellum S. Michaëlis Archangeli in Vulturena valle, quod vulgo B. Aloyſii indigitatur, propter ſingularem cultum, quem ibi Beatus habet; ac ſacram ejus Reliquiam, quam illi loco Princeps Franciſcus, pater meus, olim donavit.

Neptis B. Aloyſii, C

cum ciſio præcipitata è monte,

496 Adii igitur, & religioſe beatum patruum venerata, in alium porro locum, non admodum longe diſtantem, & icone miraculoſa beatæ Mariæ Virginis celebrem, perrexi: atque hic etiam votis meis ſanctiſſimæ Matri perſolutis, dum redirem domum, neſcio quo caſu, ciſium quo vehebar, præcipitavit ex alto monte, ruptiſque ligaculis volutatum eſt uſque ad imum, ſtetitque in proximo torrentis margine. Cælum ciſii ad primam volutationem fractum atque ablatum erat; & ego poſt tot volutationes, me ſedentem inveni in loco meo ut prius, ſine ulla læſione: ſenſeram autem me in ipſo lapſu, veluti manibus alicujus ſuſpenſam teneri. *Interrogata à me,* Num ſe B. Aloyſio commendaſſet; *ajebat,* initio lapſus opem ejus imploraſſe; & hoc probe meminiſſe. *Interrogata iterum,* quanta eſſet altitudo præcipitii. Duplo major, *reſpondebat,* quam ſit hujus templi noſtri; *id eſt Societatis Jeſu Caſtellione, quod eſt mediocre. Hæc, ut dixi, ego ex ore Dominæ Joannæ.* D

innoxia, eo invocato, ſervatur

497 *Adfuit illi P. Bernardus Paravicinus Societatis noſtræ in iſta peregrinatione comes, ac teſtificationem triennio poſt de iiſdem caſu & ſalvatione ejus ſcripto dedit; quam mihi deinde, Caſtellione Antverpiam reverſo, ſubmiſit manu ſua deſcriptam P. Joſephus Gorzonus, indicans P. Paravicinum prædictum, tunc temporis Rectorem præfuiſſe collegio Pontis in Vulturena valle, ut patet ex calce ipſius Teſtificationis. Multum illa lucis & confirmationis afferet relatis à me ſupra; quare ipſam ex italico hic latinam facio:* Anno MDCLXXVII, die IX Januarii. Ego infraſcriptus jurejurando teſtor, quod, cum anno MDCLXXIV die... Junii, Excellentiſſima Domina Marchio, D. Joanna Gonzaga, revertererur à beata Virgine Tiranenſi, in via quæ terminat planum Boalzi, poſt promontorium, ubi flectit verſus pontem Treſendæ, vidi pilentum, quo vehebatur ipſa, deviare ex orbita ad declivitatem verſus alveum, quo aliàs fluebat Adda, everſumque eò deferri. Ilico deſcendi ex equo, allaturus, ſi quid poſſem opis: ſed præpeditus ab aliis equis, qui in comitatu erant, pervenire eò prius non potui, quam fractum varie pilentum quieſceret in ripa. E

quod teſtis oculatus

confirmat jurejurando.

498 Tum vero, qui credebam Dominam Marchionem nihilo felicius cecidiſſe quam pilentum, admirabundus vidi ipſam, & caniculam quam tenebat, & equum, abſque omni læſione eſſe, ſolis pileato & umbraculo, quod arcendo ſoli ferebat, multifariam diffractis. Dicebat illa, ſeſe cùm inverteretur pilentum, imploraſſe opem Sanctiſſimæ Virginis Tiranenſis, & B. Aloyſii patrui ſui; atque ſenſiſſe, ſe ſuſtineri (videtur mihi dixiſſe) erectam, quamvis volveretur pilentum. Mox autem in ipſo loco poſitis humi genibus cum ipſa Marchione, occepimus recitare hymnum, Te Deum Laudamus, gratias agentes Deo quod gravius malum non ſiviſſet incurri *&c.* In quorum fidem *&c.* Ponte *&c.* anno ac die prædictis. Ego Bernardus Paravicinus, Societatis Jeſu, hæc ſcripſi & ſubſcripſi. F

CAPUT XII.

Beneficia B. Aloyſii, præſertim in curatione oculorum, ex Annuis Germaniæ ſuperioris collecta.

invalescente in illa Provincia cultu Beati,

499 *Aliquot ante hoc tempus annis viguit per provinciam Germaniæ ſuperioris Societatis noſtræ, & viget hodiedum, ſingularis fiducia populi in B. Aloyſium, & Beati ipſius beneficentia in populum iſtum. Fiduciam crediderim natam auctamve, tum ex celebritate & crebris beneficiis, quæ Beatus impertitur invocantibus ſe in valle Vulturena, cui provincia Germaniæ prædicta, meridiem verſus contermina eſt; tum ex notiſſimis per typos miraculis non unis, quæ perilluſtris Dominus Wolfgangus, ab & in*

Aſch

A *Aſch ejuſdem provinciæ, accepta refert eidem Beato; ut ſupra vidimus. Meruit fiducia illa exaudiri à Beato, & multimoda obtinere poſt Wolfgangum beneficia, quorum non pauca rogatu meo excerpſit atque exſcribenda curavit, ex litteris annuis Mſs. iſtius provinciæ, R. P. Joſephus Preiſs, vir humaniſſimus & Rector Domus Probationis Landſbergæ, anno* MDCCI. *Ea hic ordine temporis, quo contigerunt & exſcripta ſunt; exhibeo.*

cum invocantes juvantur plures

500 Ambergæ, anno MDCLXV, ab ipſo mortis limine abſtraxit B. Aloyſius perilluſtrem adoleſcentulum; qui cum ſuo illi Patrono; ſi convaleſceret tria Roſaria, totidem Communiones & Sacra, in ejus honorem audienda, voviſſet; brevi à mentis delirio, quo per intervalla agitabatur, & à maligna febri liberatus eſt. Veldtkirchii, MDCLXIX, oleum è lampade Beati, poſt conceptum in ejus honorem votum fuſaſque preces, abſterſit duabus ibidem perſonis pernicioſum oculorum dolorem; tertiæ vero gravem brachii tumorem, & quartæ cæcitatem. Neoburgi MDCLXXI erat, qui periculoſa capitis defluxione eo periculi devenerat, ut prope utriuſque oculi jacturam eſſet. Is poſt decretas, quodam ex Noſtris auctore, in Be-

variis ſucceſſive annis à 1665,

B ati honorem ſtatas preces Sacrumque dictum, propediem ophthalmicum ſenſit in Aloyſio medicum. Ibidem MDCLXXII, oleum è lampade Beati tribus perſonis profuit, quæ profitentur ſe graves oculorum dolores & defluxiones periculoſas ſancti hujus liquoris inunctione abſterſiſſe.

variiſque locis ſanantur;

501 Friburgi Briſgoiæ anno MDCLXXIII, B. Aloyſii beneficio, pii cujuſdam clientis altero oculo obductâ pelliculâ laboranti, ut plane is nihil pro ſuo videndi officio agere poſſet, plena cernendi facultas reſtituta eſt. Ingolſtadii fuit puella quæpiam ſexennis, cui exulcerati oculi vix non cæcitatem minari videbantur; niſi ſoliciti parentes, lecto in ejuſdem Beati ara Sacro, & oblato duorum argenteorum oculorum anathemate, obſcuritatem illam redemiſſent. Rurſum Friburgi Briſgoiæ, anno MDCLXXIV, B. Aloyſius cujuſdam ſui clientis votis actutum preſto fuit. A teneris ille gravi pertinacique oculorum morbo, in ſingulos ferme menſes uſque & uſque redeunte, affligebatur. Ut malo remedium afferret, plurium opem ſolicitavit: nec reperit citius nec certius, quam cum hortatu noſtro, haud longe ante Beati feſtum optime in ejuſdem Beati ophthalmici interceſſione ſperare juſſus eſt,

laborantes oculis cum periculo perpetuæ cæcitatis,

C & certum ei precum penſum annumerare. Sane ita à cœpta hac devotione, omnis falſus ex oculis humor morbuſque evanuit, ut ne veſtigium ſupereſſe videatur. Monachii quoque puellus quidam ſexennis, falſi humoris in oculos deſtillatione propemodum excæcatus, medicorum ope nequidquam tentata, tandem ſuaſu noſtro ad B. Aloyſium adductus eſt, ubi concepto à matre voto ſanitatem mox impetravit. Atque ut clarius pateret quo auctore malum eſſet depulſum, dum mater beneficii parum memor, voti ſolutionem extrahit; priori filiolus gravedine denuo correptus, matrem deinceps cautiorem reddidit, & appenſo quam primum argenteo anathemate ſeipſam voto, prolem periculo liberavit.

rurſumque ab anno 1675,

502 Ingolſtadii MDCLXXV, infantis cujuſpiam oculos malignus mordaxque humor inſederat, vano prorſus omni medicorum conatu; periculumque erat, ne malum illud pupillas denuo exederet. Placuit B. Aloyſio malum illud curandum offerre voto edito: & tota illa peccans materia, nullo alio adhibito collyrio, ſua ſponte evanuit. Parem gratiam ab eodem Beato retulit quiſpiam gymnaſii noſtri adoleſcenti viſum reſtituiſſe pie creditur. Fuit hic per ſex hebdomades prorſus cæcus, inſuper acutiſſimis oculorum doloribus miſerrime affectus. Adhibita eſt quidem chirurgi opera, in quo nec peritia, nec induſtria defuit: hic tamen profeſſus eſt, ſe curam hanc non aliter, quam rei deſperatæ, in ſe recipere. Egit vero afflictiſſima mater ad aram B. Aloyſii in templo noſtro, & calidiſſimis lacrymis inſtitit, ut potenti ſuo patrocinio opem ferret. Reſpondit felix ſucceſſus: non tantum omni dolore ſolutus eſt adoleſcens, ſed & viſum integre recepit, ut modo iterum ſcholas frequentet, & agenda commode agat: unde pia mater ad aram Beati tabulam ſuſpendit, perpetuum beneficii monumentum. Biennio poſt Ingolſtadii non nemo eidem Beato adſcribit oculorum ſuorum incolumitatem, oblato ad ſoſpitatoris aram repetito argenteo anathemate: & Oeniponti eidem unus è Noſtris ſuam tri-

Præſens vitæ periculum diſcuſſum nonnullis:

buit incolumitatem, gravi lapſu periculoſe afflictam; jam enim cum equo in omnem partem humi volutabatur, in terram dejectus, ſtapedibuſque ſe expedire non poterat; aut equi pondere quo premebatur atterendus, aut fœde, ſi pergeret raptari, lacerandus. Tum ecce! vix B. Aloyſii ſubſidium in vota vocatum eſt, & ilico periculum eſt diſcuſſum, equo citra diſcrimen ſe erigente.

aliis conſervatus viſus, in diſcrimen adductus.

505 Anno MDCLXXXIII Bruntruti quidam, voto ad B. Aloyſium concepto, ægrum, bis morti propinquum, bis ſoſpitem vidit: ac nobilis adoleſcens, ejuſdem implorato patrocinio, vehementiſſimum oculorum dolorem à cæleſti ophthalmico abſterſum ſenſit. Anno proximo Monachii idem Beatus, juveni, tabe propemodum conſumpto, poſt editum votum creſcentes vires ſuffecit & vividum robur. Bruntruti etiam juvenis præ-

AUCTORE C. J.

adhibito ſubinde oleo lampadis.

E

aut anathematis offerendi voto.

F

AUCTORE C. J. nobilis alius, quem arma incaute tractantem, accenſus repente pulvis pyrius deformato vultu vix non excæcaverat; oculos eo primum die aperire cœpit, quo Sacrum in honorem B. Aloyſii dici curaverat, paulo poſt ex integro reſtitutus. Virgo cujuſdam aſceterii unum ſuorum oculorum ſe debere eidem Beato fatetur, quem ſalſus humor longo tempore inſederat, & fœdo tumore cum vehementi dolore penitus occluſerat. Matrona quædam ejuſdem ſoſpitatoris opem læta prædicat, poſtquam unius oculi gravi dolore correpta, non ante levamen & medelam ſenſit, quam à noſtro iter faciente imaginem B. Aloyſii accepiſſet; cumdemque Patronum, cetera necdum ſibi notum, veneraretur. Depulſum oculi læſi malum & morbum è corpore profligatum eidem Beato adſcribit Virgo.

506 Annus MDCLXXXV uberior fuit. Ingolſtadii adoleſcens nobilis, ob conſtantes oculorum defluxiones propinquum visûs amittendi periculum *Anno 1685* incurrere videbatur. Monitus itaque à Noſtro, ut debita cum fiducia B. Aloyſii patrocinium imploraret, ejuſque ſacris Reliquiis oculos deliniret. Secutus conſilium adoleſcens, ac prævio in Beatum affectu inſtructus, ſacra liplana lippientibus oculis
B admovit, & (quod prodigio ſimillimum) antequam alius aperire potuiſſet, luos ille integerrime ſanos, ac omni humore noxio liberos recepit. Bruntruti idem Beatus adoleſcenti, à medicis depoſito, & jam magnis paſſibus ad æternitatem properanti, vitam & robuſtam valetudinem exoravit. Ibidem Virgo ex Aſceterio S. Urſulæ, gravem capitis tumorem & accenſos dolores, B. Aloyſii imagine repente abſterſit. Ad hæc, famulus quidam, ſtudiis
variis varia operam dare permiſſus, alebat hero ſuo pretioſam aviculam, quæ aperto per incuriam pueri oſtiolo, evolavit, magno ejus ejulatu & fletu: timebat enim pauperculus, ne domo ejiceretur. Fletu exciti accurrunt illuſtres contubernales, conſultant quid agendum. Natu minimus, eximius B. Aloyſii cultor, quem ob morum innocentiam & amabilem pietatem aula noſtra Aloyſium vocat, conſilium dat; genua flecterent, preceſque ad B. Aloyſium funderent. Dictum, factum. Circa ſolis occaſum avicula, quæ mane evolarat, ſedet ad januam domûs, quaſi intromitti poſtulans; & immota ſe à prætereunte ruſtica puella capi patitur, ſtupente illuſtri hera per feneſtras proſpectante,
C & gratulantibus ſtudioſis ſuas à B. Aloyſio exauditas preces.

beneficia collata. 507 Neoburgi idem B. Aloyſius in puella quadam Mantuano ſuo oleo phrenêſin ſanavit: & in alia graves, ac multos jam annos pertinaces, ab oculis dolores abſterſit. Nec non Landishuti è duabus parochiis homines, ducto ſupplici agmine, ad templum noſtrum venerunt; & implorato S. Franciſci Xaverii ac B. Aloyſii, cujus feſta dies pridie acta fuerat, patrocinio, quatuor dierum ſerenitatem pro invehendo fœno, terræque frugum incremento impetrarunt, licet ſiderum adſpectus, lunæ præcipue, turbidum cœlum induceret, & pluvias præſagiret. Landishuti anno MDCLXXXVII Studioſorum quiſpiam, B. Aloyſio perquam addictus, ubi ad extremam vitæ pervenit lineam, inungi oleo lampadis ejus voluit, ſancte teſtatus, repetita illa per vices unctione, inter graves corporis dolores, liquidiſſimâ ſeſe ſemper animi voluptate perfundi ſolere; quos inter etiam internos liquores, cum adſtantium admiratione ſimul & ſolatio ſpirituali, animam placidiſſime efflavit.

508 Monachii anno MDCLXXXIX à B. Aloyſio collatam eſſe oculis ſuis medicinam, poſt tentata D gratis collyria, teſtantur bini. Bruntruti eidem 1689 *juvantur, de vita & viſu periclitans,* recuperatam valetudinem, de qua jam medici deſperaverant, in acceptis refert virgo quædam; maxime vero cùm oculorum dolore ita torqueretur, ut nec quietem, nec ullum ſolatium caperet; imo nihil niſi certam cæcitatem exſpectaret. Propterea humanis remediis deficientibus ad Cælites confugit, præſertim ad ſingularem oculorum Patronum B. Aloyſium; & conſecuta eſt, quod multis precibus efflagitaverat; abſterſoque omni dolore, eum in perpetuum ſibi Patronum elegit. Eiſtadii quoque erat puella tredecennis, cui dexterum oculum catarrhus adeo vehemens inſederat, ut adhibitis nequidquam remediis, omnis opera perdita videretur. Quid ageret dolens mater? Ad B. Aloyſium advolat, oleum ex ejuſdem lampade, ſic *oculis dolens,* edocta, capit; eoque filiam tertiò inungit. Nec mora, tumor & inflammatio ceſſit, brevique ſanus ac integer oculus repertus eſt. Landishuti hoc etiam anno illuſtris matrona, debuit B. Aloyſio & corporis & animæ, ſempiterno exitio im- *& matrona phrenetica.* minentis, incolumitatem: peſſimis enim phreneticæ mentis intemperiis convulſa, malo inſtigan- E te genio, eo deducta erat, ut præſentiſſimo & ad id jam præparato aconito, mortem ſibi violenter conſciſcere decreverit; adeo in malum obſtinata, nec miſerentis Dei quidem præpotente dextera exitium ſeſe evaſuram crederet. Sed non paſſus eſt ſacram ſibi lucem, qua hæc evenerunt, tam enormi ſcelere fœdari, ab omni labe candidiſſimus Aloyſius; dum poſt Sacrificium in ara ſua à Noſtro, pro ſalute periclitantis animæ peractum, mira animi ſerenitate miſeram donavit, numquam deinceps in tam periculoſum animi paroxiſmum devolutum.

509 Anno MDCXC Dilingæ, juvenem quemdam aliquot annis acutiſſimi capitis dolores multum in *Reliquo ſeculo 17 ſimilia loco non uno patrata,* ſtudiis morabantur. Huic, ubi unius è Noſtris ſuaſu quotidianas precesin honorem B. Aloyſii devoviſſet, poſt copioſum è naribus teterrimi ſanguinis effluvium, uno pene momento vis mali omnis abſterſa eſt. Alius ſimile beneficium ab eodem Beato, per menſtruum ejuſdem cultum, ſibi obtigiſſe teſtatur. Ambergæ anno pòſt ſecundo, cum è diſcipulis noſtris quiſpiam ſanitatem, cultoribus ſuis à B. Staniſlao hic loci reſtitutam recenſuiſſet; ſed innocenti errore B. Aloyſium pro Staniſlao nominaſſet; Sacerdos, concepta in B. Aloyſium fiducia, vovit, F ſe certam in pauperes eleemoſynam erogaturum, & ſingulis annis feſta Beati luce in templo ad aram facturum, ſi pedum ſanitatem recuperaſſet. Vix votum abſolverat, ſimul & omnis dolor abſterſus eſt, illeque in pedes erectus. Altero mox die in templo noſtro, facto ad aram Sacro, uſuſque eodem diſcipulo Sacrificii miniſtro, beato Soſpitatori gratum ſe ſtitit. Poſt alterum biennium Eiſtadii, B. Aloyſio, poſt promiſſam adimpletamque novem dierum devotionem, oculorum jam plane deficientium vigorem reſtitutum quædam adſcribit: atque unus è Noſtris ſimilem gratiam eidem Beato ſe debere profitetur; cum enim viſus illum ita deſtitueret, ut recitandis Horis diurnis non ſufficeret, oleo ex lampade Romana, ad aram B. Aloyſii ardente, oculos inunxit; ſtatimque levamen, ac paulo poſt priſtinum oculorum vigorem rediiſſe, expertus eſt.

510 Item Eiſtadii MDCXCVI, B. Aloyſii Thau- *præſertim in oculis male affectis,* maturgam manum prodigioſe ſenſit diſcipulorum nonnemo: qui male affectam ab aliquot jam annis ſanitatem, oleo ex lampade Beati aliquot die-

bus

D bus adhibito, ex integro ubi reſtitutam teſtatur: ac Rottenburgi idem Beatus ſua beneficentia puellam, acutis oculorum doloribus diu vexatam, ſibi obſtrinxit; ubi adhibito ex ejus epiſtola ſegmento & icone, defluxiones doloriferas, nulla prius arte medicabiles, ſtitit. Idem anno ſequente Friburgi Helvetiæ in vota vocatus à perſona quapiam, incredibili oculorum dolore integros menſes diſcruciata, præſentem & medicam attulit manum, quam primum certas à Noſtro edocta preces eidem perſolvit; altera quippe luce, ſublato omni doloris ſenſu & mali veſtigio, ſumpta ſacra Synaxi, gratum animum teſtata eſt. Ibidem cum juvenis, inſolitâ lippitudine ex variolis in altero oculorum relictâ, non ſine gravi & cruciatu & periculo extinguendi penitus luminis, plures jam annos laboraret, nec applicita remedia pertinacem humorum fluxum ſiſterent, invocatus in opem quotidiana prece Aloyſius, abſterſis doloribus & cæcitatis periculo, integram ei ſanitatem & lumen reſtituit.

511 Anno MDCXCIX adſcribunt B. Aloyſio Monachii, adoleſcentulus herniam, ſine ſectione curatam: Friburgi Helvetiæ alter conſtantem oculorum

C *unde fundata Landshuti lampas perpetua* valetudinem, quam alias multum labefactatam inter acerbiſſimos dolores ſenſerat. Tertius item viſum Conſtantiæ, quem pene totum amiſerat, & facto ad B. Xaverium & B. Aloyſium voto recepit. Landishuti femina quædam eſt, cui jam pene deperdita & peſſime lippientia frontis lumina, nulla ophthalmicorum arte medicabilia, B. Aloyſius pie invocatus, ita perfecte reſtituit, ut redintegrata illorum acies denuo par ſit omnibus officiis ſuis integre præſtandis: quæ & aliæ complures ſimiles gratiæ moverint forte devotum illius pectus, ut in alimentum lucernæ perpetuo, ad aram Beati impoſterum arſuræ, ſexcentos florenos templo legarit.

512 Anno ſequenti & ſeculi XVII ultimo, deſperatam prope oculorum ſanitatem, B. Aloyſio

& Oeniponti appen a tabula. adſcripſit virgo Lucernenſis in Helvetia: teſtatiori autem miraculo, quidam Oenipotani noſtri gymnaſii diſcipulus, honeſtiſſimorum parentum filius, curatus fuit. Hic nitrato pulvere per incuriam accenſo, cum totam ſibi faciem fœdaſſet, ipſoſque oculos pene deſtruxiſſet, fuerat aliorum manibus domum ſuam reductus, ubi totis XXII

B horis cæcus manſerat. Adeſt interim unus ex Noſtris reverſus Roma, indeque adferens oleum ex lampade Aloyſiana; & juvenem ad ſpem in Beati auxilio reponendam hortatur. Vovet ille appendendam ad aram in templo noſtro tabulam beneficii teſtem, ſi id conſequi mereatur: oculos guttula una ſalutaris liquoris bis terve illinit, & intra dimidium horæ quadrantem utrumque ſanum & clarum aperit; ſtupentibus quotquot aderant omnibus, ipſoque medico miraculum agnoſcente. Poſt dies vero paucos, ex integro ſanata reliqui vultus aduſtione, adfuit in templo noſtro gratus adoleſcens, ſuaque ipſe manu tabulam votivam appendit Soſpitatori ſuo.

513 *Atque hic finiuntur una cum ſeculo beneficia*

Alia beneficia Lucernæ obtenta, *mihi Landſpergâ tranſmiſſa: quæ circa oculorum curationem, ut patet, pleraque verſantur. Alia nonnulla ſuppeditant Annales collegii Lucernenſis in Helvetia; quorum primum ad annum* MDCLXXIX *pertinens, ſic deſcribitur*: Quædam femina, ſolo Aloyſianæ iconis, quam ardentiſſime expetierat, contactu, ex gravi morbo convaluit: utque prodigium conſtaret amplius, eadem Beati icon, per incuriam cum ſuppellectili linea ad eluendum abjecta in vas ligneum, aqua plenum, inter lotricum agi- AUCTORE tationes & lotiones toto triduo indemnis ſtetit, C. J. & integra extracta eſt. Alia item, edito ad Beatum voto, pedis male affecti, & quinque vulneribus perforati, jamque à reliquo corpore reſecandi, uſum feliciter recepit. Anno MDCLXXXVI honeſtus civis ita cæcutire cœpit, ut in obvios impingeret: hortante uxore, votum ad B. Aloyſium concipit, & viſum recipit; affixo cleganti anathemate, beneficium teſtatus.

514 Anno MDCXCIII R. D. Parochus Gerſavienſis papyraceam imaginem B. Aloyſii in ſua parochiali domo aſſervat, quæ, graſſante per medias ædes omniaque abſumente flammâ ſubito exorti incendii, integra è cineribus extracta fuit. Omnibus prodigium admirationem movit, & devotionem in plurium animos erga Beatum accendit. Anno denique MDCXCVIII B. Aloyſio in acceptis refert nonnemo oculi, quem variolæ graviter afflixerant, & vix non excæcaverant, receptum lumen.

515 *Hæc Lucernenſia ſubmiſit R. P. Andreas Weibel, tunc Præpoſitus provinciæ, nunc Aſſiſtens Germaniæ, ita adſcribens:* Plura forte & inſigniora poſſet perſcribere P. Aloyſius Pfeil, exhibita ſibi ſociiſque in E navigatione maritima, *quando iter habuit ad miſſiones Indicas, in quibus adhuc, ni fallor, ſuperſtes in barbarorum ſalutem ſtrenue incumbit. Hinc multa ſupereſt etiam de eo fama in provincia Germaniæ prædicta, ex quo per ejuſdem Patris Pfeil litteras, ad R. P. Franciſcum Roll datas, innotuerunt mirabilia illa multa, quæ verbo unico indicaſſe ſatis habuit Provincialis, nec ego negligenda putavi: ſed prædictus Pater Roll anno* MDCC *Rector Bruntruti, rogatus communicare litteras illas; reſcripſit* XXVIII *Septembris*, mira & notanda de B. Aloyſio ſibi quidem à P. Conrado Aloyſio Pfeil *nuntiata fuiſſe, ſed litteras, quod dolebat, intercidiſſe. P. Aloyſium tuliſſe ſecum de* oleo Beati mirifico, *quod nutrit lychnum ejus Saxi in Valle Tellina, eoque uſum eſſe ad patrationem prodigiorum. Tum ſubjungit de ſe:* Ego quoque adſcribo B. Aloyſii interceſſioni oculi mei uſum ſervatum Ingolſtadii. Dum enim *ac denique impenſa oculis Ingolſtadii;* pridie diſputationis è Philoſophia habendæ, eſulam herbam, inter ambulandum tractarem; incidit per incuriam in oculum gutta ſucci ſeu lactis venenati inde exeuntis, quæ ipſum oculum vehementer aduſſit; ita ut valde intumuerit cum magno dolore. Ubi tamen domum redux coram Beati ara Deo Sacrum faciendum in illius honorem vo- F vi, mox remiſit dolor omnis & tumor, ſic ut altera die ſine impedimento potuerim præeſſe diſputationi. Alioquin dicitur eſulæ ſuccus omnino exurere oculos, niſi lacte calido vaccino, quod ejuſmodi venenatum ſuccum attrahit & extrahit, ſtatim eluatur.

516 *Ex præmiſſis Annalibus Germaniæ Superioris in quâ Bavaria præcipua pars eſt, conſtare poteſt, Beatum noſtrum, ibi curationem oculorum, præ ceteris morbis, ſibi vendicare: eamque opinionem ibidem imbibit Sereniſſimus Elector Maximilianus Emmanuel, expugnator Belgradi, Belgii noſtri dein pro Rege Catholico Rector cum pleniſſima poteſtate. Quippe qui ex oculis idenidem laborans, potentiorem humanis medicaminibus opem à Cælitibus expopoſcit, fiduciamque ſubditorum ſuorum erga B. Aloyſium, in Bavaria popularem, ipſe in Belgio æmulatus, eumdem ophthalmicum curatorem in vota ſua advocavit, ac feſta ejus luce,* XXI *Junii, anno* MDCC, *Bruxellis in eccleſia Societatis Jeſu, perquam ſolenni ritu cantari Miſſam euchariſticam eidem Beato curavit, ob acceptam medelam, & Religioſis bene fecit. Claudat hoc Supplementum (lon-*

Bruxellis item Electori Bavariæ.

gior

AUCTORE C. J. & Antverpiæ P. Papebrochio,

gior enim quam oporteat, forem; ſi aliarum quoque Provinciarum noſtrarum Annales curarem excutiendos) optimi Patris noſtri atque Magiſtri Danielis Papebrochii, ex quadraginta annorum indefeſſo ad gloriam Sanctorum ſtudio contractæ cæcitatis curatio, quam ſuis ipſe verbis manuque hic adſcribere voluit.

teſtanti,

517 Anno MDCXCVIII ita mihi cœperunt hebetari acies oculorum, ut brevi tempore obductâ inter tunicam illorum corneam & pupillam pelliculâ (cataractam & ſuffuſionem medici vocant) dexter quidem prius, deinde etiam ſiniſter obſcuraretur, neuter vero amplius facere officium ſuum poſſet. Quamobrem omni omnino lectione & ſcriptione coactus abſtinere, alienis deinceps oculis ad legendum, aliena manu ad ſcribendum uti debui. Ita biennio fere tranſacto in tenebris, præ-

ſe in quadriennali cæcitate ſua

lectus mihi fuit Jacobi Bidermanni è Societate noſtra Aloyſius, olim Monachii excuſus typis, & in hoc opere, præmiſſis capitibus IX & X, recuſus; referens primo loco inſigne miraculum curatorum per B. Aloyſium oculorum in D. Wolfgango ab Aſch; & ſimul ſubiit animum ſpes aliqua fore, ut eumdem mihi haberem adjutorem ejus curationis, quam ſpondebant chirurgi, ne-

B quaquam fruſtra in me tentandam, mox atque ſolidatæ ſatis eſſent cataractæ, pupillis, ut apparebat, ſupercreſcentes: utque illum magis propitium mihi redderem, curavi quem dixi libellum, ad propagandam latius mirabilium ejus operum famam, denuo typis evulgandum Antverpiæ anno ſeculari nupero. Hinc cœpi quotidie adire Beatum in ſuo apud nos altari, ipſosque glorioſos Patres Ignatium & Xaverium apud eumdem interceſſores adhibere, ut dignaretur accelerare cataractis prædictis neceſſariam curationi experiundæ ſoliditatem & eventum felicem. Inter hæc fluere cœpit biennium alterum, &

opem ejus imploraſſe,

dextro oculo, quo pridem præter lucem cernebam nihil, illo in ſtatu permanente; ſiniſter, quo eatenus pluſculum lucis cum nonnulla colorum diſtinctione perceperam, magis magiſque indies obſcuratus fuit, ducto ante pupillam quaſi reticulo filamentorum; quibus in pelliculam continuam intra ſeſqui annum condenſatis, chirurgus Carolus Caron, hujus civitatis Antverpienſis inquilinus, tandem anno MDCCII, diem XX Julii elegit operationi faciendæ, & feliciter eam perfecit; dum ego in ipſo curationis articulo ad B. Aloyſium fi-

C dentius quam ante converſus, opem ejus tacitus implorabam; eamque mihi præſto fuiſſe, reddita nullo fere doloris ſenſu viſio probare poteſt.

& ei felicem curationem adſcribere.

518 Mox enim ut acum ophthalmicam corneæ infixit chirurgus, ac per pupillam celerrime circumduxit cum non majori doloris ſenſu quam eſſet à pulicis unius punctione; detracta inde cataracta eſt, atque ſub eadem cornea detruſa in hirquum ſive extimum oculi ipſius angulum; & clariſſimam ſubito intuitus ſum lucem; qua licet momento dumtaxat temporis frui dabatur, jam tamen me perſanatum certo credebam. Nec mea me fefellit opinio: quamvis enim oculum illum, dum confirmaretur à qualicumque vulnere, adhibitis quæ ars chirurgica præcipit fomentis, clauſum oportuerit ſolicite tenere, utpote nullius lucis, niſi forte tenuiſſimæ inſtantaneæque patientem; nono tamen à curatione die, detractis pannis fomentiſque videre cœpi, atque infra Octavam S. Ignatii etiam ad aram feci: & confirmato paulatim viſu, lectorem eumdemque ſcribam meum bene valere juſſi; ac proprio oculo legere, propriaque manu ſcribere aggreſſus, huc uſque idem præſtare pergo; quæ Deo Optimo Maximo, beatoque Aloyſio laus ſit. *Hactenus Magiſter noſter; qui & illud addere potuiſſet, quod nono poſt operationem die, quo chirurgus fomenta ab oculo ablaturus erat, ipſe ſibi illa, impatiens diuturnioris cæcitatis, primo diluculo detraxit, & clare conſpicatus omnem cubiculi ſupellectilem, præ gaudio, pulſatâ nolâ, valetudinarii curatorem excitat* (*nondum enim hora ſurgendi ordinaria aderat*) *eumque ad me lætum perferre nuntium jubet, rogatque ad ſe ut veniam, teſtis veritatis futurus. Ut autem ingreſſus cubiculum fui, exclamat ille, Video: clare video. Cui ego, Quid quæſo, vides mi Pater? Et ille; Reverentiam veſtram, inquit, video, & omnia quæ in cubiculo ſunt.*

D

PROCESSUS
FORMATUS IN VULTURENA VALLE
à die XXIV Septembris MDCXII ad XXII Februarii MDCXIV.

E

CAPUT I.

Variorum litteræ de principio & augmento cultus B. Aloyſii in Valle iſta.

Litteræ remiſſoriales petuntur

1 *IN Commentario, quem de cultu B. Aloyſii, Vitæ ejus præmiſimus, non ſemel meminimus etiam de cultu ejus percelebri in Vulturena valle: qui cœpius anno* MDCVII, *multis continuò ac deinceps illuſtratus propagatusque miraculis fuit; quorum fama ſubinde Romam advolans, multorumque mox litteris celebrior facta, movit P. Ceparium, in cauſa canonizationis ſervi Dei B. Aloyſii Gonzagæ Procuratorem, ut litteras remiſſoriales à ſacra Rituum Congregatione pro dicta Valle expediendas curaret. De his ita ipſe, de ſe in tertia perſona loquens, ſcriptum reliquit*: Venerunt deinde (*anno* MDCVIII & VIIII) nuntii de celebritate, qua colitur B. Aloyſius Saxi in Valle Tellina, deque crebris miraculis, quæ ibi Deus operatur ad invocationem ejus; ac de concurſu populi, qui centeni & milleni eò veniunt, ſacram imaginem beati Juvenis veneraturi; quodque ipſum lampadis, ante imaginem ejuſdem Beati lu- F centis, oleum præſtabat miracula varia; & jam meditabantur incolæ, ex oblatis liberaliter eleemoſynis, excitare novum & grandius templum. Hinc idem Ceparius curavit in ſacra Congregatione Rituum expediri alias Remiſſoriales ad dictum locum, inſcriptas admodum Rev. Dom. Proſpero Perandæ, Archipresbytero Burmii, Theologo, & ad executionem rei agendæ electo Judici. Sed Domini Griſones, qui dominantur, etiam in Vulturena valle, ut majori parte acatholici ſunt, negarunt judici facultatem exequendi mandata, quia Pontificis Romani erant.

& mittuntur in vallem Tellinam.

2 Interpoſita fuit apud eoſdem Dominos auctoritas Regis Chriſtianiſſimi; & ſereniſſimus Mantuæ Dux ad eoſdem ablegavit certum hominem eadem de cauſa, ut Proceſſum inſtitui ac teſtes audiri paterentur: quod tandem obtentum fuit, hac lege, ut examinibus intervenirent ſui gubernatores ac judices, qui ut plurimum hæretici ſunt. Non placuit talis conceſſio Romæ. Quamobrem ſacra Congregatio, re cognita, conceſſit rogatu P. Ceparii electo judici facultatem audiendi teſtes

A ſtes per ſe ipſum, abſque ſolennitatibus, aliàs adhiberi ſolitis, juratos tamen; & faciendi reliqua meliori quo poſſet modo. *Primæ litteræ Congregationis ad D. Proſperum Perandam, datæ fuerunt anno* MDCIX, *die* XXIV *Octobris; alteræ, in quibus diſſentiatur in ſolennitatibus, anno* MDCXI, XV *Junii; in iiſque convenienter jam dictis à P. Ceparo, ſcribit S. Congregatio ad ſupradictum Archipresbyterum, ut teſtes examinet*, prout melius potuerit, & commode duxerit faciendum; dummodo de veritate dicenda, eis juramentum omnino deferatur; eorum depoſitiones ac dicta ab eis, ſi fieri poteſt, ſubſcribi & confirmari faciendo, licet eas omnes ſolennitates, in ſimilibus conſuetas & requiſitas, præſtare minime liceat.

quarum executio

3 *Poſt hæc rogatus à Cepario idem Archipresbyter, Judex deputatus, ut cauſam ſibi commiſſam expediret; ſimulque originem tam celebris cultus, qualis B. Aloyſio in iſta regione deferebatur, ſibi explicaret; ampliſſime reſpondit: quo autem anno ac die, non reperio in epiſtolæ ejus Burmii datæ apographo, quod penes me eſt: conſtat tamen è contextu ejus, ſcriptam eſſe poſt allatas à ſacra Congregatione poſtremas Remiſſoriales, quæ anno* MDCXI, XV *Junii datæ, ut dixi ſunt. Ipſam*

B *ejus Epiſtolam ex lingua Italica hic accipe, ſane accuratam.* Illuſtris atque admodum Reverende Pater, Domine obſervandiſſime. *Ita appellat P. Ceparium, per formulam Italis perquam familiarem.* Recte mihi traditæ ſunt litteræ Remiſſoriales, à te mihi miſſæ ad formandum proceſſum de B. Aloyſio Gonzaga; ſed tantillo huc uſque fructu (quia negotium Pontificium eſt) id egi, ut me puderet coram te & coram me ipſo, niſi meam hac in re imbecillitatem excuſabilem redderent ſereniſſimus Mantuæ Dux, & Chriſtianiſſimus Rex, qui ſumma auctoritate ſua nihil amplius eodem in negotio obtinere hactenus potuerunt. Quod mihi

impeditur ab hæreticis.

quidem tantum dolet, ut eloqui non poſſim; quia ſancte poſſum affirmare, nihil me ardentius deſideraſſe umquam in hac vita, quam ut parem pietati meæ erga hunc Beatum, quem pridem elegi in Patronum, adferrem operam ad ejus gloriam amplificandam, atque ut teſtificarer animi mei gratitudinem illis, qui honorificum hoc mihi & ſuaviſſimum onus impoſuerunt. Sed fortaſſis major Dei & ſanctiſſimi ejus ſervi Aloyſii gloria ex hoc ipſo proveniet, quod conatibus noſtris contravenitur. Interea temporis præſtabo ego, quanta poſſum accuratione, quod per ultimas ſuas litteras à me depoſcit

C ſacra Rituum Congregatio: dumque id præſto, Reverende Pater, exiſtimo nonnihil conſolationis tibi allatura, quæ narrabo de rebus hic geſtis & obtentis ad invocationem iſtius Beati, a Deo nobis miſſi ad ſalutem horum populorum & hujuſce Vallis. Principium tale fuit.

Anno 1607 allatâ illuc vitâ B. Aloyſii,

4 Anno MDCVII (*perperam enim in Italico, tum hic, tum alibi, ſcriptum legitur,* MDCVIII) Septembri menſe, Morbonio iter parabam Tiranum, eò invitatus ad ſolenne feſtum ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ, à Reverendo iſtius loci Curione & à Deputatis ſacræ iſtius ædis, in qua magno populi concurſu ex univerſa valle Vulturena tale feſtum ſolenniſſime agitur; cum in eodem Morbonio P. Scipio Carrara è Societate Jeſu, Rector collegii Novocomenſis forte exiſtens, intellectoque me in procinctu ſtare ad iter, rogari juſſit, num una ſibi liceret mecum iter facere; quod gratiſſimum mihi fuit, propter multa viri merita, & avide acceptavi. Ubi vero Tiranum venimus, voluit me donatum optimus Pater libris aliquot piis, & præcipue vitâ B. Aloyſii Gonzagæ, quam

dudum deſiderabam, privatæ meæ in Beatum ſtum religionis ergo; quia ſervabam parvum aliquod fragmentum Reliquiarum ejus, pridem à D. Camillo Cattaneo, Agente Excellentiſſimi D. Marchionis Caſtellionenſis, Aloyſii fratris, apud Imperatorem Pragæ, donatum patri meo, tunc temporis ibidem à ſecretis litteris Comiti Furſtenbergio Frederico, ſupremo aulæ Cæſareæ Præfecto. AUCTORE C. J.

5 Lætatus igitur plurimum de obtento illo libro, eum paſſim ferebam mecum quoquo irem; *inducitur cultus ejus.* acciditque, ut in Ponte, admodum conſpicuo hujuſce vallis oppido, dum in eo legebam, ſuperveniret loci Curio officii cauſâ, cui ipſum monſtravi: & ille, percurſis aliquot pagellis, rogabat, ſibi ut eum commodarem uſque in meum reditum: quod lubens feci. Perlegit confeſtim totum librum in abſentia mea, & ſimiliter legendum dedit Rev. Domino Nicolao Lunghi Vice-curioni ſuo in Saxo, quod potius receptaculum eſt paſtoritiarum aliquot caſarum, quam villa. Et ille, perlecto ſimiliter libro variiſque inde in uſum ſuum annotatis, tantam è lectura ejus capiebat voluptatem, ut videretur aliud agere non poſſe, quam legere & relegere eadem, modo unum, modo aliud, etiam in præſentia aliorum, ratus nihil facere poſſe quod ſibi ſuavius utiliuſque foret; E ac teſtabatur, admirationem ſibi ſummam afferre miracula, quæ Beatus ille, in primo vere ætatis ſuæ mortuus, operabatur, conjunctam cum magna fiducia, poſſe eum ibi quoque talia operari. Curabat præterea aliorum animis, præſertim aliquot nobilium feminarum Sundrii, Ponte, & Clarii (quæ nobiliſſima Saxoque vicina ſunt oppida) parem inſtillare pietatem & confidentiam; idque tam potenter, ut B. Aloyſius jam non in ore tantum, ſed multo magis in corde illis eſſet. Interea reverti ego poſt aliquot hebdomadas, & repetii librum meum: at non ſolum mihi fuit ille conſtanter negatus, ſed rogatus etiam ego, ut plura ejus exempla curarem afferri; quia unum illud tranſibat, imo volabat, de manu in manum, nec diu manere loco uno poterat.

miraculis mox confirmatus;

6 His principiis invaluit religio gentilium noſtrorum erga B. Aloyſium, & placuit Deo confirmare illam miraculis variis, quo ſequitur modo. *Referuntur hic miraculoſæ curationes quatuor, Saxi obtentæ; quarum prima contigiſſe dicitur anno* MDCVII, F paulo ante Natalem Domini, in Catharina *quadam* Antonii Briotti filia: *altera*, menſe Februario anni proxime ſequentis, in alia Catharina, filia Stephani Micheloni: *tertia*, proximo menſe Martio, in filio duodenni Simonis de Campo: *quarta denique*, menſe Junio (*poſtquam allata Como fuerat imago Beati*) in Urſina, quondam Dominici Moretti filia. *Nos hæc omnia, quamvis accurate ab Auctore Epiſtolæ deſcripta, hoc loco prætermittenda duximus, quia denuo recurrunt in depoſitione juratâ D. Nicolai Lunghi, qui magnam in illis curationibus partem habuit, quæque narrantur tractavit ac vidit ipſe. Notandum tamen, quod, quæ ibi his [ ] ſignis incluſa invenientur, hinc eò tranſlata ſint; nequid adjunctorum notabilium rebus narratis deſit. Si quid porro, poſt quatuor indicata miracula, quæ primo loco referuntur, iſtiuſmodi ſignorum deprehendatur in reliqua D. Nicolai depoſitione; noviſſe oportet, ea à me deſumpta eſſe ex primis adverſariis ejuſdem, in quæ propria manu retulit miracula, quomodo recens viderat vel audierat eveniſſe; quæque etiam per intervalla, ut contigerant, tranſmittebat ad amicos ſuos, Patres noſtros, Torellium, Menocchium, Cittadinum, Ceparium. Ibi autem pluribus ple-*

AUCTORE C. J.

rumque verbis & accuratiore temporum distinctione, facta descripsit, quam in depositione sua dictavit; credidero, quia hic brevitati propter multitudinem studebat. Redeo ad Epistolam.

& picta ejusdem effigie,

7 Talibus divinæ gratiæ evidentibus signis magnopere in dies augebatur religio populi erga Beatum; & Dominus Lunghi petiit à prædicto P. Carrara, effigiem ejus sibi faciendam curaret; quæ viventis lineamenta, quam posset simillima, exprimeret: cumque mihi post aliquot hebdomades Mediolanum iter esset, rogatus ab eo fui stimulare prædictum Patrem, ut desideratam effigiem ferre mecum redux possem. Nec defuit diligentia boni Patris. Redux enim ego Novocomum, inveni effigiem illic jam paratam, quam pingi curaverant aliquot adolescentuli è Congregatione quadam istius collegii Societatis Jesu; qui, quia non omnino similem putabant habitum ejus vero, quamvis persimilis esset vultus & magna arte depictus, non inviti illam nobis cesserunt; & ego curam suscepi eam portandi ad Dominum Lunghi; quod & feci: ac talis inde prosperitas consecuta est, qualem, mi Pater, mox intelliges. Unde & colligi potest, quam profunda sint judicia Dei, nonnumquam
B permittentis, ut Saxum quod aliis videtur rude & contemptum, ab aliis habeatur in pretio, ac reputetur lapis angularis electus.

novisque acceptis beneficiis,

8 Allatam à me effigiem Dominus Lunghi suscepit magno cum jubilo & pompa, curavitque mox pulcro margine circumdari, & repositam in domo sua servavit, à Pentecoste usque ad festum S. Joannis Baptistæ. In hujus autem pervigilio evenit miraculosa curatio Ursinæ, filiæ quondam Dominici Moretti ex parœcia Saxi, *quam curationem auctor Epistolæ hic describit, videndam in depositione D. Lunghi, ut paulo ante monuimus.* Et vere stupenda res est, locum tam sterilem, tam pauperem, tam remotum à ceteris hominibus; ac prius toti, ut ita dicam, valli ignotum; quique tribus per annum mensibus solem non videt; adeo fœcundatum à Deo, radiisque omnipotentis ejus bonitatis illustratum ilico esse, ut reposuisse in illo videri possit ærarium gratiarum suarum, ad majorem exaltationem servi sui Aloysii. Ex quo & abundat nunc

& factis novæ ecclesiæ fundamentis,

Saxum frequentiâ populi, ex omni angulo Vallis, quæ quinquaginta & amplius passuum millibus patet, eò confluentis, tam privatim, quam
C publice in supplicationibus numerosis; gloriaturque etiam conversione multorum hæreticorum ad fidem Catholicam nostram. Concursus porro iste continuus causam dedit jaciendi fundamenta novæ ecclesiæ, excessuræ parvitatem & paupertatem loci, quem tamen ad promovendum opus omnipotens Dei manus dici potest præter omnem expectationem ditasse. In ipso quippe loco inventa est materia, omnis fere generis, operi necessaria; nempe arena, argilla coquendis lateribus, qui optimæ sunt notæ, & vivi lapides pro construendis portis, podiis aliisque usibus: ut non dicam, nuper ibidem etiam inventum esse fontem limpidissimæ aquæ. Quæ omnia grande momentum afferunt perficiendo operi tam sancto, quod interim promovetur magnis animis, majoribusque auctibus quam viribus.

plurimùm auctus brevi tempore.

9 Interea multa etiam patimur ab adversariis nostris; sed fidenter opinamur, tam læta generosaque ædificii principia (quæ, ut vere dicam, majores exigunt sumptus, quam incolæ loci suppeditare aut oblatæ eleemosynæ conferre possint) certum esse indicium fore ut opus, inspirante Deo cœptum, eodem adjuvante feliciter finiatur; atque idem Deus porro inspiret piis multorum Principum, D
atque adeo beatissimi Papæ nostri cordibus, bonam voluntatem, adjuvandi quoquo modo conatus nostros; maxime ubi consideraverint, hujates (quantumvis cuique liberum sit catholice aut aliter vivere) nihilominus tam constantes esse zelantesque Romanæ fidei cultores, quales alibi vix reperias. Comprobare id possunt non modo multi Ecclesiastæ, qui ex omnibus fere. Ordinibus religiosis, *Laus Vallis Tellinæ:* præsertim Dominicani & Cappucini, frequentes Vallem nostram percurrunt; sed quivis etiam alius, qui forte per otium lustraverit incolueritve eamdem vallem; quæ non minus abundat præstantibus piisque ingeniis, quam excellat magnitudine sui, varietate rerum & amœnitate situs; ut dici de illa merito possit, aliam non esse Europâ totâ reperire vallem, quæ ei comparetur, nedum quæ præstet. Verùm, quo me abducit amor patriæ? Da veniam, Reverende Pater; quia equidem, etsi alia de causa laudem non mereretur ista Vallis, facta est memorabilis atque illustris, tum per cælestes quos indicavi favores, concessos ei à Deo, patrocinante B. Aloysio; tum per alia plura beneficia, hactenus eidem multipliciter præstita, quæ studio brevitatis prætereo; uti & illa, quæ E
indies hodiedum præstantur.

in qua coli cœpisse an. 1607,

10 *Hactenus Epistola Domini Archipresbyteri Perandæ, in qua scribit, coli cœpisse Beatum nostrum in Vulturena valle* anno MDCVIII; *idque (quod magis mirum est) habet etiam initio depositionis suæ D. Nicolaus Lunghi, post quinquennium scilicet memoria lapsus. Ego utrobique suppono annum* MDCVII, *quo vere coli cœpisse evincitur ex litteris, etiam ipsius Domini Nicolai, quas anno* MDCVIII *&* IX *scripsit, quarum aliquot subjungo, uti & aliorum, ex autographis in tabulario nostro Romano, à me latine redditas. Harum primæ sint, quas prædictus D. Nicolaus anno* MDCVIII, XXIII *Augusti, scripsit ad P. Scipionem Carraram, qui librum de Vita B. Aloysii in Vulturenam vallem tulerat, ac D. Perandæ, uti ex præmissa hujus epistola patet, dono dederat* mense Septembri: *rogatusque deinde (postquam aliquot miracula jam facta erant, & primum quidem* paulo ante Natalem Domini) *pingendam curaverat effigiem Beati, & Saxum miserat sub Pentecosten; ibique festo S. Joannis Baptistæ exposita fuerat. Quæ utique satis indicant,* mensem Septembrem & Natalem Domini *anni præteriti* MDCVII *intelligendos esse. Alia ad id probandum argumenta suppeditabunt litteræ aliæ. Primæ ergo, quas dixi, ita so-* F
nant. Expectabam occasionem commodam mittendi ad te, Reverende Pater, per fidum homi- *probant litteræ* nem, pretium pro tabula nostri cari ac beati Aloysii, quam accepi; & simul gratias agendi pro favore & beneficio singulari, quo affecisti omnes, qui ad Beati intercessionem concurrunt huc, & fructum auferunt desideratum. Nunc tibi, talem nactus occasionem, pecuniam mitto per Vincentium Galli, videlicet Ducatones tres ac dimidium, pro tabella Beati, & alium dimidium pro libro Vitæ ejus, & portorium Mediolano Comum. Tabulam jam appendi, uti decet ornatam, in ecclesia mea. Fama miraculorum, quæ indies fieri conspiciuntur, increbrescit. Lampas perpetuo ardens ibidem nutritur. Miraculorum & gratiarum, quæ jam obtenta sunt, partem narrabunt tibi P. Horatius Torelli, & adm. R. P. Menocchius; ad quos illa perscribo. Interea concursus ac pietas populi, Beatum venerantis, tantum acquirit incrementum, ut, factâ ejusdem (quod credimus brevi futurum) canonizatione solenni, spes sit ædificandi ei sacellum proprium, quo par est ornatu

A tu condecoratum. Nam hoc tantummodo nunc dico, quod ipſum quoque oleum lampadis, quæ ante imaginem ejus ardet, ſanitatem infirmis conferat in momento. Dominus noſter nobis gratiam præſtet, ut videamus majora; quia religio populi vere magna eſt. Et certo ſcias, Reverende Pater, te opus operatum eſſe ſanctum, quando portaſti Vitam Beati in haſce regiones, mihique tam ſanctam ac devotam ejus miſiſti imaginem. Ponte, XXIII Auguſti MDCVIII.

D. Nicolai Lunghi anno 1658, 23 Aug.

11 *Eodem die* XXIII *Auguſti miſit D. Nicolaus litteras ad P. Horatium Torelli prædictum, cum Narratione miraculorum ſaltem aliquot, eatenus factorum ſub hoc titulo:* MDCVIII. Syllabus gratiarum & miraculorum, quæ in parochia Saxi, ſpectantis ad Communitatem Pontis in valle Tellina, atque ad diœceſim Novocomenſem; nec non in aliis locis circum poſitis facta ſunt, interceſſione B. Aloyſii Gonzagæ; præcipue ex quo ibidem expoſita fuit imago ejus in eccleſia parochiali S. Michaëlis Archangeli, cum lampade perpetuo ardente ex eleemoſynis, quæ eò conferuntur à religioſo populo, & quotidie multiplicantur ad honorem hujuſce admirabilis Beati. *Tum narrantur ſeptem miraculoſæ curationes hoc principio*: Catharina Antonii Briotti *&c. quas quia in proceſſu denuo producit, additis multis aliis, idem Nicolaus Lunghi, nihil attinet hic illas proferre. Attinet potius adjungere alias litteras, eodem anno* MDCVIII *die* III *Octobris ſcriptas Mediolani, à* P. *Scipione Carrara ad P. Ceparium, quæ liquido docebunt, cultum B. Aloyſio in Tellina valle deferri cœpiſſe anno* MDCVII, *præter alia de incremento ejus.*

B

12 Quindecim dies ſunt, *inquit ibi P. Carrara*, ex quo tradidi P. Procuratori Novellariæ ſyllabum aliquot miraculorum & gratiarum, quæ obtentæ fuerunt in rupe Saxi, qui locus eſt Vulturenæ vallis prope à Ponte oppido, ubi aliàs tempore P. Jacobi Laynes, Societati noſtræ principia collegii poſita fuerunt; ſed incolæ ejus Noſtri, non multo pòſt inde ab hæreticis fuerunt ejecti. Tradidi quoque eidem P. Procuratori litteras, Rev. Veſtræ inſcriptas à Curione prædictæ rupis, mihi ab eodem commendatas. *Deinde proponit Cepario conſiderandum ex relatione Curionis, an non debeant expediri litteræ remiſſoriales in prædictam vallem Vulturenam, ob multitudinem miraculorum, quæ illic fiunt: monetque non debere illas dirigi ad Epiſcopum Novocomenſem, licet in ejus diœceſi ſit memorata vallis; quia Epiſcopo illuc ire non licet per hæreticos ibi dominantes: poſſe autem dirigi* ad Archipresbyterum Sundrii, virum intelligentem, Theologiæ perquam peritum, moribus integrum, auctoritate apud Epiſcopum non minus quam inter ſuos valentem. *Et pergit:* Populus iſte, pro ſua erga Beatum religione, jam cupit ibi in honorem ejus erigere ſacellum, ac propterea expectat avide canonizationem ejus. Anno ſuperiori (*ſuperiori, inquit; ergo* MDCVII) proficiſcebar ego in Vulturenam vallem, mecum ferens aliquot Vitas B. Aloyſii, & imagines ejus; atque exemplar unum Vitæ donavi [Archipresbytero Burmii, qui illud commodavit] Curioni Pontis, & hic Vicecurioni ſuo Saxi, de quo loquor, D. Nicolao Lunghi, in vicina Saxo Ponte patria ſua commoranti: qui continuo cœpit prædicare populo ſuo virtutes & miracula Beati; atque inde erga ipſum veneratio populi ac religio cœpit induci. Ego hac æſtate eidem Vicecurioni tabellam miſi, quæ effigiem Beati exprimit, Mediolani pictam: atque inde conſecuta ſunt miracula, quæ Rev. Veſtra leget

& Patris Carraræ, 3 Octob. datæ:

C

in adjunctis ipſius D. Nicolai litteris; & quæ alia mihi multo plura relata ſunt ab iis, qui Saxo venerunt.

AUCTORE C. J.

13 *Vix dimiſerat has litteras ſuas Romam P. Carrara, cum ei à D. Nicolao Lunghi ſupervenerunt aliæ; triduo poſt, videlicet* VI *Octobris* MDCVIII *datæ in oppido Ponte, in hunc ſenſum*; Religio, quæ defertur hic B. Aloyſio noſtro Gonzagæ, talia accipit incrementa de die in diem, ut jam ex omni circum regione, ad quinque, ſex, octo & plura paſſuum millia diffiti homines, [infirmitatibus ſuis medelam quærentes,] confugiant huc: & (auſim dicere) omnes referunt deſideratam ſanitatem, aut mutationem in melius tam notabilem, ut qui facta intelligunt, admirari ſatis non poſſint. Imprimis tamen mirabilis eſt virtus, quam Deus confert oleo lampadis, ante effigiem Beati quotidie ardentis. Nam præter illa curationum beneficia, quæ R. P. Horatio Torelli, dum hic nuper fuit, in manus dedi paucis deſcripta; alia porro conſecuta ſunt, non minus notatu digna.

item aliæ D. Nicolai;

14 Ac primùm quidem, infans pauperculi cujuſdam, anno circiter atque dimidio natus, continuos decem dies profluvio laborabat ſanguinis copioſo: cui ſimul atque venter prædicto oleo illitus fuit, profluvium ſtitit, ac puer de cetero nihil incommodi habuit. Alii fuerunt Sundrii, quibus intumuerat guttur, idque non modicum dolorem creabat; illiverunt iſti quoque ſeſe eodem oleo, & facto citius curati ſunt, uti & nonnulli pueri ibidem diſenteriâ extenuati. Ad hæc, feminæ aliquot, quibus lac defecerat nutriendis infantibus, unxerunt ſibi pectus oleo jam dicto; atque intra duas treſve horas tam diſtenta fuerunt ubera, ut continere lac nequirent. Aliis denique, quibus ex infirmitate contracta ſurditas, dudum facultatem audiendi ripuerat; oleum idem auribus allitum, deperditum reſtituit ſenſum. Et horum nonnullis ego talibus etiam verbis inter ungendum bene precabar: Ego te ungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Dominus noſter Jeſu Chriſtus, per interceſſionem ſanctiſſimæ Virginis Mariæ & B. Aloyſii, ſanitatem tibi reſtituat.

E

6 Octobris ſcriptæ

15 Sed longior quam par eſt forem, ſi favores & beneficia narrare omnia vellem, quæ Dominus quaſi cunctis promiſcue infirmis præſtat, Beatum iſtum thaumaturgum invocantibus. Norunt iſthoc Sundrium, quod Beato præcipue devotum eſt, Caſtellio inferior Sundrio, Cajolum, Albofagia, Malencum in parte montana, aliaque vicina oppida. Concurſus porro populi, diebus feſtis ad eccleſiam meam, ubi ſacra imago ejus colitur, religionis cauſa properantis, tantus eſt, ut credi non poſſit niſi videatur. Quamobrem & neceſſe habeo accerſere Sacerdotes alios, qui tunc ibidem celebrent, quo ſatisfacere pietati ſuæ & audire Miſſam concurrentes poſſint. Cum vero indidem affluant copioſæ eleemoſynæ; & nunc Pater noſter Chriſtophorus Ragi, qui hic Ponte juventutem docet litteras, negotiorum cauſa proficiſcatur ad vos Mediolanum; ſtatui partem eleemoſynarum, quas dixi, Beato oblatarum, expendere in honorem ejus; dedique prædicto Patri XXV .... monetæ noſtræ, cum indiculo rerum, quibus nunc præcipue indigemus.

F

de augmento cultus:

AUCTORE C. J.

CAPUT II.

Aliæ litteræ de incremento cultus, ſitu loci, novaque eccleſia.

Tertiæ D. Nicolai litteræ, 17 Decembris datæ

16 *PRoxime præcedentes D. Nicolai litteras miſerit quoque P. Carrara, ut alias, ad P. Virgilium Ceparium, qui, tamquam Procurator in cauſa canonizationis B. Aloyſii, oculatus in omnia, animadvertit, per formulam, qua utebatur D. Nicolaus inter ungendum oleo Beati infirmos, etiam invocari opem B. Mariæ Virginis, atque huic adeo curationem adſcribi, æque ac B. Aloyſio poſſe. Quod ubi per P. Carraram intellexit D. Nicolaus, ut objecta diluat, alias, eidem inſcriptas, Mediolanum mittit litteras, die* XVII *Decembris ejuſdem anni* MDCVIII *datas Saxi, & ſunt ſequentes.* Reddita mihi eſt, Reverende

quibus declarat, Pater, cariſſima epiſtola tua, qua nuntias, Romam à te miſſum eſſe ſyllabum miraculorum B. Aloyſii, una cum litteris meis ad R. P. Virgilium Ceparium, ſcriptorem Vitæ ejuſdem Beati; moneſque intelligi poſſe, in eorum aliquibus interveniſ-

B ſe opem beatiſſimæ Virginis & aliorum Sanctorum. Id ego quidem ſanc neſcio, neque admittendum puto. Quippe religio populi accurrentis huc & vota, aliud non ſpectant quam ſolum B. Aloyſium; quod nullus eorum, qui beneficia conſecuti ſunt, non teſtificabitur volens jurejurando.

ſoli B. Aloyſio 17 Poſſum ego quidem ſcripſiſſe in meis litteris, quod, dum oleo lampadis illino infirmos, adjungam hæc, Per interceſſionem beatiſſimæ Virginis & B. Aloyſii, Dominus noſter reſtituat tibi ſanitatem; verumtamen ſciendum eſt, appellationem Virginis illic tantum adhiberi meæ ſolius erga ipſam religionis ac reverentiæ ergo, utpote quam poſt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum præcipue veneror; intentionem vero meam ad obtinenda miſeris beneficia, tantummodo ſpectare Beatum noſtrum, nec alium aliquem ſpectant vota populi huc venientis ſupplicatum. Quod ſi per ſanctiſſimam Virginem impetrare illi à Deo, quod petunt, vellent; recurrerent utique ad religioſam ejuſdem eccleſiam, quam probe noſti, Reverende Pater, frequentari Ponte; in eaque offerrent ei vota ſua.

C 18 Quamobrem ſiqua ex illis, quæ notavi, mereantur examinari & in cauſam canonizationis in-

miracula quæ fiunt, duci; ne, quæſo, propter ſcrupulum illum veſtrum, ſucceſſus turbetur: vere enim aliter ſe res non habuit, quam nunc explico: atque ut diſtinctius judicare de geſtis hîc valeatis; adjungo hiſce indiculum omnium, quæ reſcire potui, magis amplum magiſque diſtinctum, quam aliàs miſi ad te; nihil opinatus Romam promotum iri, quod tuæ aliorumque ibi Patrum conſolationi tantum deſtinaveram. Hunc vero indiculum promiſi per litteras meas adm. R. P. Menocchio; ac tuum erit,

adſcribi debere; mi Pater, illum ejus participem facere, ut promiſſioni meæ fides præſtetur. Aliud ejuſdem exemplar miſi ad Reverendiſſimum noſtrum, per P. Alexandrum Gerardini, cui illud pergratum fuit....

& celebritatem loci 19 Adm. R. Pater, mihi ego plane perſuadeo, futurum ut Deus mirabiliora adhuc operetur in hiſce regionibus, per eximium hunc Beatum noſtrum. Adeo invaleſcit religio ac fiducia populi erga ipſum, ut in quavis infirmitate aut neceſſitate ſua ad opem ejus recurrant, tanta cum ſecuritate obtinendi quod deſiderant, atque ſi irent ad fontem indeficientem hauſturi aquam: quivis enim, quod in votis habet, conſequitur. Cogor D ego, tum propter eleemoſynas, quæ pro Miſſis votivis afferuntur, tum propter multitudinem confluentium peregrinorum, diebus feſtis accerſere Sacerdotem aliunde, qui præter me alteram hic celebret Miſſam; quin imo, prima de cauſa, id ipſum facio etiam diebus profeſtis per integras hebdomadas: cum tamen diebus feſtis una tantum hic Miſſa, commodo incolarum; profeſtis vero, vix aut ne vix quidem ulla celebrari ſoleret; partim quia obligatio nulla eſt tunc celebrandi, partim quia ego ut plurimum Ponte dego. Nunc autem plerumque, ut dixi, celebrantur duæ quot diebus, certe una ſemper; & longe hinc abire nunc mihi non licet, quo poſſim ſatisfacere pietati peregrinorum, qui profeſtis etiam diebus huc veniunt, portantes eleemoſynas, tam Sacris celebrandis quam Beato impendendas. Et illarum quidem, quæ Beato offeruntur, exactiſſima habetur ratio: *jamque indè expenſam, ait, bonam ſummam* in tapetes, conopeum, velum, aliaque ornamenta; *item* in cerea capita, crura, brachia, &c. Como allata. *Tum pergit porro.*

20 Cogitatur nunc etiam de acceſſione adjicienda eccleſiæ, quæ parva eſt, imo de excitanda E plane nova, juxta formam eccleſiæ collegii Co- *quotidie augeri* menſis veſtrorum Patrum, cum ſacello, quod Beato dedicetur, ubi in canonem Sanctorum relatus fuerit. Spero fore, ut Proceſſus, hic loci ea propter formandus, abſolvatur brevi: quia omnium in oculos incurrunt miracula, quæ Deus per Beatum ſuum operatur, maxime adhibito oleo lampadis ante imaginem ejus ardentis; cujus ſolo contactu ſanitas multis, opem ejus implorantibus, jam collata eſt, & quotidie aliis atque aliis confertur, cum admiratione præſentium. Hinc ego, feſtis præcipue diebus, habeo quod agam, diſtribuendo de oleo iſto ſalutifero inter peregrinos, id petentes, alioſque tam ſanos, quam infirmos. O! cariſſime Pater, quam ſancta fuit inſpiratio illa, quæ huc afferri curavit effigiem Beati! Utinam providentiæ divinæ, per gratiam ejus, tum in hac ſua diſpoſitione, tum in aliis omnibus, fideliter reſpondeamus obſequiis noſtris! Certe, quanto hæc magis conſidero, tanto magis admiror bonitatem Dei, cui placuit in hac paupere eccleſia mea, & loco tam ſolitario, quamvis in medio vallis ſit, excitare tantam religionem. Faxit præterea idem Deus, ut tua Reverentia aliique F reverendi Patres aliquando viſitatum veniant hoſce colles & rupes & umbroſas ſilvas, ubi admirabilis noſter Beatus gaudet intercedere pro nobis: quod mihi ſane gratiſſimum erit ac Beato ipſi. Interea commendo pauperculam hanc animam meam ſanctiſſimis Sacrificiis tuis. Saxi, XVII Decembris, MDCVIII.

21 *Quinto poſt menſe idem D. Nicolaus; ſatagens rerum ſuarum ad gloriam ſui B. Aloyſii, novis iterum litteris, Saxi die* IX *Maij* MDCIX *ad eumdem P. Carraram datis, urget negotium deſideratæ canonizationis: & poſteaquam propoſuit aliquot perſonas, quæ aſſumi poſſent in Judicem, Procuratorem & Notarium, pro fabricando proceſſu in Vulturena valle, ita proſequitur:* Neceſsarium quippe eſt, auctoritate legitima authenticari miracula hujuſce Beati, quæ excedunt omnem modum: & religioſus populi cultus pariter augetur mirabiliter. Si deinceps res iſtæ incrementum capiant, quemadmodum huc uſque ceperunt; nihilo minor hic celebritas erit, quam eſt apud B. Carolum Borromæum. Altera ac tertia Paſchatis feſta luce, auſim pro certo *atque in Paſchate anni* 1609

affir-

A affirmare, confluxiſſe huc mille & octingentas
perſonas facile 1800 confluxiſſe. facile perſonas: & omnes confluunt, quia ex vicinorum ſuorum relatione intelligunt obtenta curationum beneficia; quorum ne minima quidem pars mihi innoteſcit. Miſi ad P. Horatium libras XV, quas expendit in ornatum Beati. Et hodie à D. Marchione, ejuſdem Beati fratre, accipio litteras, quibus ſignificat ſe brevi per certum hominem ad me miſſurum Reliquiam ejus: & aliunde mihi nuntiatur, ipſummet venturum ad viſitandum hunc locum. Si id, Deo volente, ſuccedat, nullus dubito, quin huic celebritati noſtræ allaturum ſit incrementum grande .... Saxi, *ut jam ſuprà notavimus*, die XVII Maij MDCIX. *Igitur poſt hoc tempus facta eſt tranſlatio Reliquiæ Beati, quæ hic promittitur, pluribus à me deſcripta poſt librum 2 Vitæ Cepariana Cap. 14. pag. 1028.*

Epiſtola P. Roſſi 22 *Non minus prolixa, nec minus accurata eſt epiſtola, quam P. Joannes Baptiſta Roſſi, peregrinatus in Vulturenam vallem & Saxum, poſt reditum ſuum ſcripſit Mediolani die III Octobris MDCX, ad R. P. Bernardinum Roſſignolium*; Putabam, *inquiens*, futurum, ut conficerem peregrinationem meam diebus XV: verum impedimenta, quæ intervenerunt non una, præcipue tamen difficultas trajiciendi lacum, diſtulerunt aliquantum deſideria noſtra. Nunc, quæ Deo ſint gratiæ, ſalvus & incolumnis huc perveni; meique eſſe officii puto, gratitudinis & reverentiæ ergo, participem reddere te, Reverende Pater, conſolationis noſtræ, qua ſuperabundavimus, videntes liberalitatem Domini, glorificantis quotidie magis ac magis B. Aloyſium noſtrum. Vidimus mirabilia! Primùm, in multitudine populi, è variis provinciis confluentis ad viſitandum Saxum, villam non ità pridem vix notam ſoli, nunc vero inter celebria Vulturenæ vallis oppida numerandam. *Hæc ille. Attulit etiam nonnulla de obſcuritate loci D. Peranda in epiſtola ſua, quam initio hujus tractatus exhibuimus. Cupidus ego, priuſquam illa legiſſem, reſciendi aliquid de ſitu ejuſdem loci, litteras dedi anno MDCXC ad P. Joannem Baptiſtam Caſtelli, Societatis noſtræ Rectorem Ponte, prope à Saxo: iſque pro ſua humanitate continuo mihi reſcribens, hanc ejus deſcriptionem dedit.*
de obſcuritate olim loci,

23 Fere in meditullio Vulturenæ vallis, villa eſt perexigua, cui nomen Saxum, in illo montium acclivi, quod obvertitur Septemtrioni, non admodum longe ſupra ripam Abduæ, incluſa in parœcia Pontis. In iſta villa erat olim eccleſia ſub titulo S. Michaëlis Archangeli: ſed quia ibidem poſtea repoſita eſt, ſummoque in honore habetur imago quædam thaumaturga B. Aloyſii, ab hujus nomine vulgo nunc appellatur eccleſia B. Aloyſii, imo & ipſa villa non alio fere nomine nunc venit. Moneo tamen, eccleſiam illam S. Michaëlis antiquam, non amplius ſupereſſe; ſed ejus loco exædificatam eſſe aliam, non admodum pridem abſolutam: quæ, unius eſt alvi, pulcra, capax & qualibet civitate digna. Miraculum putabis, talem eccleſiam conſpici ſolitariam in loco paupere, perexiguo, ac fere præcipiti. In eadem ſacellum viſitur ex latere Euangelii, Beato proprium, in eoque religioſe ſervatur pars oſſis ejuſdem, Caſtellione à Principe Franciſco ejus fratre olim ſubmiſſa.
cujus ſitus deſcribitur,

24 *Pluſcula & magis diſtincta de templo, ac præcipue de ſacello Beati, habet P. Manzinus lib. 4 cap. 5 in fine.* Eccleſia Saxi nunc temporis ſpectatur magnifica tam intus quam foris, longa cubitos LXXVIII, lata XXXVIII, cum fornice, ſecundum leges proportionis elevato; inſtructa præter aram principem, S. Michaëli Archangelo ſacram, ſacellis ſenis. Horum poſt aram prædictam primum, quod egredienti è templo dextrorſum eſt, ſacellum Beati nominatur, eſtque opere plaſtico, auro & picturis ornatiſſimum; anathematis, acceptorum beneficiorum cauſa oblatis, refertum; dives candelabris argenteis aliaque ſupellectile ſacra. Excellit inter omnia, lipſanotheca argentea, pretioſis gemmis diſtincta, olim donata à Principe Franciſco Gonzaga, Beati fratre, quando ſacram ejus Reliquiam os cruris, tribus unciis longum, anno MDCIX miſit ad D. Nicolaum Lunghi, Curionem Saxi; deinde vero aucta & mirifice decorata ab ejuſdem Beati, ex fratre jam dicto, nepte, Marchione Joanna Gonzaga, uxore magni Cancellarii Zapatæ Mediolani, quando (*anno MDCLXXIV, uti ſupra teſtatus eſt P. Paravicinus*) Saxum peregrinata eſt, adoratura ibi beatum patruum ſuum; quæ etiam alia ibidem dona reliquit. Sed præcipuum ſacelli decus eſt, imago Beati antiqua; thaumaturga illa, quæ nunc grandibus & fabrefactis marginibus circumdata eſt, ingeneratque adſpectantibus neſcio quem, ſane mirificum, pietatis ſenſum. *Ita fere Manzinus, niſi quod nonnulla tranſpoſuerim loco. Adjungit ille, & ego aliunde acceptam, inſcriptionem, ſupra portam templi primariam introrſum poſitam, quæ titulum ejus, & conſecratorem, & conſecrationis tempus, aliaque nonnulla docet. Eſt autem:*

varius. *& ornatus*

Templum hoc pia populorum liberalitas
B. Aloyſio Gonzagæ extruxit:
Apoſtolica Nuntii Frederici Borromæi auctoritas
Archangelo Michaëli ſacravit,
Anno MDCLXIV die XXX Julii.
Cedit nimirum ſuos honores Angelus Archangelo,
Cedit Aloyſius arcem Archangelo Bellatori,
Qui ceſſerat ſummo Regi principatum.

Indicatur etiam, 25 *Redeo ad epiſtolam P. Roſſi, qui celebritatem loci, qualis tunc erat, anno MDCX, ita pergit deſcribere.* Vidi ſane ibi ego, duobus continuis diebus, tantam populi frequentiam, ut, cum fœnilia & pauca quædam pauperis iſtius loci cubicula, capere illos nequirent, turmatim concederent ad proximas ſilvas. Ibi vero magnam noctis partem tranſigebant cantando hymnos ſpirituales ac ſermocinando de mirabilibus Beati operibus: interque illos, tametſi major pars eſſent plebei, non deerant etiam nobiles. Videtur mihi iſtic locorum certari inter B. Virginem Tiranenſem & B. Aloyſium Saxenſem, uter altero beneficentior ſit miſeris mortalibus. Quippe quot à Virgine deſcendunt ad honorandum Aloyſium, tot Aloyſius, & plures, remittit Saxo ad Virginem, ut eam venerentur: ſicque religio & pietas populi, quæ floret utroque loco, non minuit, ſed auget potius, alterius loci religionem.
quanta eodem in loco ſubſecuta celebritas ſit,

quanta miraculorum frequentia 26 Secundum quod ibi mirabile eſt, ſunt gratiæ ac beneficia quæ Deus identidem miraculoſe concedit ad invocationem Beati ſui. Tria breviter adſcribo, relata mihi ab illis ipſis, quibus collata fuerant; quique tunc, quando ego ibi eram, venerunt, gratias acturi Deo ac Beato, ſuaque vota quæ fecerant perſoluturi. Primum miraculum contigit in quodam ruſtico, qui cum per viam anguſtam obvium haberet carrum, magno ferri pondere onuſtum, ita ab illo conſtrictus fuit, ut ſibi crus ſiniſtrum fregerit loco non uno. Advocat chirurgum, qui viſâ infelici fracturâ, deſperabat curationem; neque vero applicare prius ſtatumina cruri voluit, quam omnis caro, quæ contuſa erat, putruiſſet; quod aliquot dierum moram requirebat. Igitur rebus ita deſperatis, convertit ſe miſer ad opem divinam; urgenſque crudele

AUCTORE C. J.

nus oleo lampadis B. Aloysii, sanatam tridui spatio carnem lætus aspicit, & os paulatim consolidatum fuit. Alterum expertus est juvenis quidam, qui tres annos continuos gerebat fistulam sub gula, tanto majori cum dolore, quanto minor spes erat curationis ab hominibus; quia jam vulnus, generaverat gangrænam. Commendat se igitur Beato, & mox sanari incipit; addit unctionem de oleo lampadis ejus, & spatio dierum xv perfecte sanatus fuit.

quorum aliquot narrantur.

27 Tertium, quod dico, miraculum, accidit cuidam personæ dæmoniacæ, quæ per tres ac dimidium annos spiritu desperationis agitata, nunc percutiebat se cultro securive, nunc se jactabat in flumen, nunc alia committebat dementiæ similis, prout impellebatur à dæmone; nec somnum videbat oculis suis, nec partem quietis capiebat ullam: famem patiebatur insaturabilem, nec toto quidem panum furno explendam; hominesque oderat omnes cane pejus. Pertrahitur illa vi à propinquis suis in ecclesiam, ubi honoratur Beati effigies, & in momento cessant illi furiæ quas memoravi; jamque aliquot menses sunt quod nihil patiatur istiusmodi, sed potius gaudeat animi tranquillitate, indulgens pietati & magno flagrans amore erga Deum. Similia possem afferre multa, quæ variis locis audivi: sed hæc tria perscribere tantummodo volui, quia mihi certiora sunt, utpote ab illis ipsis personis, in quibus contigerunt, enarrata.

B

Novo templo struendo

28 Tertium jam, quod initio dixi, admirandum esse Saxi, versatur circa fabricam novæ ecclesiæ, quam constituit Reverendus Dominus loci Curio excitare ex eleemosynis fidelium. Nam cum ibi nulla copia sit, lapidum, arenæ, calcis, aut aquæ; deberentque cuncta vi magna pecuniæ magnoque labore comparari atque adduci; præter spem inventa nuperrime sunt in loco fere omnia, quæ necessaria sunt operi; imprimis vero fodina lapidum, qui facile cæduntur, & firmitate sua suaque pulcritudine referunt Tiburtinum, qui Romanis passim in usu est. Quotidie eruitur inde materia copiosa lapidum mole grandium, & nullo negotio ad locum ædificii deportantur, quia longius non abest quam jactu lapidis, manu emissi.

ibidem mirabiliter inveniuntur

29 Inventa quoque est non procul inde, cretacea, fingendis lateribus, qui per totam illam vallem nulli fiunt, perapta; quæ subministratura est fornicibus templi & sacellorum materiem suam, magno sumptuum compendio, in alios templi usus impendendorum. Ad hæc inventa est, inter fodiendum fundamentis jaciendis solum, ingens arenæ vis, toti ædificio suffectura. Quodque certius benignitatis divinæ argumentum est, dum eruitur terra pro fundamento sacrarii, nec opinato erupit scaturigo limpidissimæ aquæ, perenniter huc usque & copiose fluentis: quæ nunc quidem percommodum præstat usum ædificantibus; deinde vero præbebit ecclesiæ, & peregrinis, atque ipsis etiam loci incolis. Quippe cum optima sit, potari potest citra detrimentum; cumque sit copiosa, derivari potest adaquatum vicinos campos & silvas: imo jam nunc datur etiam infirmis potanda medicinæ loco: & ego sancte ajo, meliorem me aquam non bibisse alibi. Quamobrem, ad perficiendum opus inchoatum, jam non desideratur aliud quam calx: sed huic inopiæ subvenient eleemosynæ, quæ diebus præsertim solennibus largæ sunt.

C

omnia fere necessaria.

Templo inservit

30 Verum quid dicam de decem Ursulinis, quæ voto Virginitatis obstrictæ Deo, ibidem adstrictæ etiam sunt obsequio & cultui Beati? Sunt illæ quidem, fateor, simplices & rusticanæ; sed norunt expedite legere, & nonnullæ etiam cantare cantum figuratum, non secus acsi multis annis dediciissent musicam in civitatibus & parthenonibus Sanctimonialium. Profecto nulli affirmanti facile credidissem, virgunculas, quibus totâ hebdomadâ sui rure labores sunt, tam belle è libro varias cantilenas modulari, nisi propriis spectassem oculis, & auribus meis coràm audivissem. Sunt autem humiles, devotæ, mortificatæ, & probatæ per rigidas pœnitentias, internas æque ac externas, priusquam à bono illo Curione admittantur in numerum aliarum. Professis diebus, ubi sua pietatis officia ex præscripto absolverunt, dant operam laboribus manualibus, perinde atque aliæ suæ æquales ejusdem villæ: festis autem cantant diluculo Officium beatæ Virginis Mariæ; conferunt suis temporibus inter se de rebus ad spiritum pertinentibus; frequentant Sacramenta Pœnitentiæ atque Eucharistiæ; in summa talem ducunt vitam, ut conjici possit, electas esse à supremo mundi Architecto, quæ pònantur lapis fundamentalis alicujus domicilii religiosarum feminarum, quæ odore sanctitatis illarum allectæ, animum appellant ad similem vivendi modum. Et vero quædam nobiles feminæ, jam auditæ sunt dicere; quando integrum sibi fuerit, se cum Virginibus illis velle vivere, & reditus alendis viginti personis constituturas.

D

congregatio virgunculorum rusticanarum.

E

Qualis vir sit D. Nicolaus Lunghi;

31 Horum operum fructus debetur secundum Deum prædicto Curioni, nomine Nicolao Lunghi: qui adeo imbibit spiritum Societatis nostræ è frequenti congressione cum nostris hominibus olim Aronæ, ut videri possit à puero in collegiis nostris vixisse. Non quidem admodum litteratus est, sed rerum spiritualium perquam peritus; polletque certa quadam eloquentia & mira vivacitate ingenii, quibus multos insigniter doctos superat. Amat studetque omni virtutum generi, imprimis vero paupertati, cujus indicium dat habitus vilis atque interpolatus, quem libera electione sua, non necessitate, aut vanitatis causa gestat; & generosus rerum temporalium contemptus, quarum nihil suis usibus reservat, ex multis illis quæ liberaliter ei à piis peregrinis donantur: sed impendit omnia, aut ædificio templi, aut aliis operibus piis. Singulari studio fertur in nostros homines, iisque multam exhibet caritatem. Nos interim noluimus ei esse graves, cum aliunde per Dei gratiam haberemus quo sustentaremur; & modicum illud subsidii temporalis, quod perhumaniter nobis præbuit, compensare conati sumus officiis spiritualibus & concionibus, quas habuimus mane ac vesperi ad confertam multitudinem auditorum, qui bibebant sermones nostros, quemadmodum terra arida pluviam; nec non confessionibus audiendis aliisque operibus pietatis; quibus debite obeundis deinceps necessaria illic erunt, diebus solennioribus, duo, ut minimum, paria Sacerdotum. *Hactenus P. Rossius, oculatus testis plerorumque hic relatorum.*

F

intelligitur etiam ex propriis litteris.

32 *Superest mihi adhuc una epistola D. Nicolai Lunghi, è qua & humilitas ipsiusmet, & zelus in promovendo cultum gloriamque B. Aloysii, amplius innotescent. Scripta fuit anno* MDCXII, XXV *Octobris, Saxi; inscripta vero R. P. Hieronymo Cittadini in collegio Braydensi Mediolani; & habet sequentia:* Accepi numismata cum effigie B. Aloysii, fueruntque mihi carissima. Gratias Reverentiæ vestræ ago maximas, pro singulari affectu & memoria, quam conservat mei peccatoris miseri. Deus solus

A lus novit neceſſitatem animæ meæ, atque utinam! adjuvantibus ſervorum ſuorum orationibus; tandem aliquando me ſuſcitet è gravi ſopore negligentiarum atque imperfectionum mearum. Crebriores illæ ſunt, quam ut explicari à me poſſit: nec eſt alius uſpiam qui noverit anatomiam animæ meæ. Summa caritas Rev. veſtræ ac Reverendorum iſtius collegii Patrum, non ceſſet umquam orare Deum pro me, quia indigentiſſimus ſum. Religio populi erga Beatum noſtrum multiplicatur mirum in modum; & ædificium promovetur, nequidquam adverſario progreſſum ejus impedire totis viribus ſuis conante. Proceſſus pro canonizatione Beati eſt inchoatus: ſed propter infirmitatem quamdam Cancellarii Vallis, qui ſcribebat, & propter occupationes D. Archipresbyteri delegati, examen teſtium aliquamdiu intermiſſum fuit: credo tamen hebdomade proxima denuo reſumendum eſſe. Ego annotavi, & jam depoſui, gratias & miracula, quæ ad meam notitiam pervenerunt; circiter CXXXIII: ac deinde denuo aliud intellexi ex quodam Nobili Mediolanenſi, propinquo infirmæ Monialis, cui collatum fuit beneficium ſanitatis. Inhabitabat illa monaſterium
B S. Mariæ montis Vareſii, laboraverat cancro in altera mamilla, cui medicando triennium fruſtra impenderat; votum vovit huic Beato, & ſana fuit. Ego ei vaſculum cum oleo ejus ſubmiſi. Nupero Septembri huc venit Proceſſio percelebris Trahonâ. Deus noſter ſemper ſit cum Rev. Veſtra: & ego me omnium Veſtrûm ſanctis Sacrificiis & orationibus commendo; uti & commendant ſeſe Virgines Congregationis Dominæ noſtræ. *Fuerat Congregatio illa, niſi multum fallar, ab ipſo D. Nicolao erecta, Deoque per votum caſtitatis obſtringebantur ſingulæ Virgines. Earum exercitia nonnulla recenſuit ſupra numero* 30, *P. Joannes Roſſi, & Virgines* Urſulinas *appellat, ſumpto nomine à Religioſo feminarum cœtu, quæ Angela quadam Brixienſi auctore convenerunt in unum, atque anno* MDLXXII *confirmatæ leguntur à Gregorio Papa* XIII.

quando inchoatus eſt proceſſus,

CAPUT III.

C *Teſtium, in proceſſu Vulturenæ vallis examinatorum, nomina, patria, ætas, conditio; examinum loca ac tempora.*

33 *Proceſſui huic præmitto unâ ſerie conjuncta nomina teſtium, quemadmodum è Romano, Catellionenſi ac Florentino ſua quoque, in unum collecta, ſimul retuli ſuprà; eo diſcrimine, quod ſuprà ordine temporum relata ſint omnia, prout etiam relata leguntur in illis proceſſibus; hic vero ſequamur ſolum ordinem quo leguntur in proceſſu hoc, in quo ſingula quidem ſuum tempus & locum examinis adſcripta habent; ſed Notarius aut quivis alius, qui teſtimonia, abſoluto Proceſſu toto, collegit in unum, minus fuit attentus ad diſponendum ea ordine temporis quo data fuerunt. Interea è ſubjecto catalogo, in quo proponuntur primùm nomina teſtium atque etiam parentum eorum aut conjugum, dein patria & ætas ſubjiciuntur; innoteſcit ſufficienter tempus, quo ſinguli teſtes examinati fuerint; uti & locus, ubi depoſitio facta ſit. Igitur*

Teſtis I Reverendus Dominus Nicolaus Lunghi, Pontanus, & in Saxo, vice parœcia Pontis, ab annis XXI Curio; annorum .... *Examinatus is fuit, ut ſupra indicatum eſt, anno* MDCXII, *die* XXIV *Septembris.*

AUCTORE C. J.

34 *Teſtes examinati Saxi in domo eccleſiæ S. Michaëlis, anno* MDCXII *prædicto, die vero* XXV *Septembris.*

Teſtis II Catharina, filia Stephani Micheloni, uxor Antonii de Briotta, de Saxo, annos nata circiter XXVII.

III Riccadona, filia Joannis de Roda, uxor Bartholomæi de Briotta, de Saxo, annorum XXXV.

IV Joannina, filia Joannis de Antoniacio, uxor Simonis de Carugo, annorum XXXIII.

V Joannina, filia Jacobi de Juvanotto de Briottis, uxor Stephani de Michelono, de Saxo, ann. LX.

35 *Teſtes examinati in domo eccleſiæ B. Mariæ in terra Pontis anno* MDCXII, XXVII *Septembris.*

VI Joannes filius Bartholomæi Angelini, de Fontanina, Communis Pontis, annorum XL.

VII Maria, uxor Mauritii olim Delci, de Fontanina, ann. XXX.

VIII Lucia, uxor quondam Dominici Moretti, de Sazio, *ſive Saxo*, ann. XL.

IX Andreas, filius Martini Jacobi de Zano, Saxenſis, ann. XLV. E

X Bartholomæus q. Semperboni de Semperbonis, ann. XXXVIII.

XI Bartholomæus, filius Michaëlis del Michelono, de Sazio, ann. XXV.

XII Catharina, filia Maphæi Joannini de Guizardis, & uxor q. Hieronymi Quadrii, de Ponte, ann. XXXVII.

XIII Domina Lucretia de Reſpetinis, comitatus Clavennæ; nunc uxor D. Janantonii de Miotto, de Ponte, habitatrix ibi; annorum XXIX.

XIV Magdalena, filia Mag. Joannis de Abundio, nunc uxor Jacobi de Zanonibus, de Ponte, ann. XXXI.

Hactenus nominatorum depoſitiones ſcripſit & ſubſcripſit, tamquam Notarius à Judice electus, Paulus Quadrius: *cujus loco deinceps id præſtat, aſſumptus ab eodem Judice*, Joannes Baptiſta Painus, filius D. Franciſci de Montanea, publicus imperiali auctoritate Vallis Tellinæ Notarius.

36 *Teſtes examinati in domo Dom. Nicolai de Lunghis, Curati in Saxo, an.* MDCXII *die* XIX *Decembris.*

XV Lucia, filia Ambroſii de Bonomo, de Sazio Communis Pontis, & uxor Dominici de Gabrieliis, de Albarede, ann. XLVII. F

XVI Paſquina, filia Moretti de Ruffinolis, de Sazio; & uxor Petri de Briotta, ann. LX.

XVII Joannolinus, fil. Michaëlis de Berniga, vallis Aringæ, Communis Pontis, ann. XXV.

XVIII Margarita, filia Maphæi Furni, de Aringa; & uxor Gregorii Blancæ, de Fontanina, Communis Pontis, ætatis ann. XLV.

XIX Michaël, filius Laurentii Barnigæ, ex valle Aringa, Communis Pontis, ann. L.

37 *Teſtes examinati in domo Domini Curati Communis Clarii, an.* MDCXII, *die* XX *Decembris.*

XX Spectabilis Dominus Carolus, filius ſpectabilis Domini Nicolai Quadrii, de Clario, ann. XLVI; teſtis citatus per Antonium de Marcola, Servitorem publicum, Communis Pontis.

XXI Lucia, filia Delci de Steffenino Curteni, vallis Camonicæ, uxor Joannis Petri, olim Mariani de Saxo, & modo ancilla Excellentiſſimi

D.

AUCTORE C. J.

D.Doctori Fabritiis Lavizari in Clario, ann. XLIX.
XXII Excellentiſs. Phyſicus, D. Nicolaus, filius Nobilis D. Vincentii Tarchini, Communis Clarii, annorum XXXI.
XXIII Nobilis Domina Lelia, filia Nobilis D. Antonii Lazaroni Curteni, vallis Camonicæ, uxor q. Nob. D. Baſilii, olim Spectabilis D. Nicolai Quadrii, Communiis Clarii, ann. XXXV.

38 *Teſtes examinati in domo Domini Curati Saxenſis, anno* MDCXIII, *die* XXIII *Aprilis.*

XXIV Eliſabetha, uxor Joannis Angelini, de Fontanina, Communis Pontis, ann. XL.
XXV Mauritius, filius Delci, de Fontanina ann. XXXV.
XXVI Joannina, filia Andreæ, olim martini Jacobi Sani, Saxenſis, ann. XXI.
XXVII Jacobina, filia Petri de Aqua, Communis Triſivii, ancilla Simonis de Garugo, Communis Pontis, ann. XXV.
XXVIII Joannina, uxor Bartholomæi Semperboni, de Saxo ſuperiore, Communis Pontis, ann. XXXII.
B XXIX Urſina, filia Dominici Moretti de Saxo, Communis Pontis, ann. XIX.
XXX Dominica, filia Jacobi Briotti, & uxor Antonii, de Fontanina, Communis Pontis, ann. LX.
XXXI Joannes q. Gregorii Blancæ, de Fontanina prædicta, ann. XIV.
Et hi quidem duo ultimi teſtes examinati fuerunt die I *Maij.*

39 *Teſtes examinati in domo Pauli Quadrii, ſita in terra Pontis, an.* MDCXIII *die* II *Maji.*

XXXII Jacobus, q. Martini de Zanonibus, de Ponte, ann. XL.
XXXIII Domina Anna, filia D. Joannis Antonii Miotti, de Belora, Communis Pontis, ann. XX.
XXXIV Neſa ſive Agnes, filia Andreæ, de Caprinellis, Communis Platedæ, ann. XVI.
XXXV Catharina, filia Antonii, de Albareda, Communis Pontis, & uxor Bertrami Ramponi de Aqua, habitatrix Saxi, ann. XL.
XXXVI Urſina *eadem præſuprà, teſtis*, XXIX.
Sequentia ſcripſit & ſubſcripſit Petrus Antonius à
C Caſtello Arcennio, nobilis q. egregiique Notarii & Cauſidici Joannis Morbenienſis filius, publicus Imperiali auctoritate Valli Tellinæ Comique Notarius.

40 *Teſtes exanimati in domo D. Fabiani Coſſongiæ Curati Talamonæ, an.* MDCXIII *die* XXV *Januarii.*

XXXVII Joannina, filia Bernardini de Tedoldis, de Talamona, ann. XX.
XXXVIII Maria, ſoror ſupradictæ Joanninæ, ex eodem quondam patre, ann. L.
XXXIX Multùm Reverendus, S. Theologiæ Profeſſor, D. Fabianus Coſſongia, Curatus & Rector eccleſiarum Communis &c. Talamonæ prædictæ, annorum XXVIII.
XL D. Joannes Maria Vola, filius Baptiſtæ, de Talamona prædicta, alter ex duobus Conſulibus dicti Communis Talamonæ, dicti anni MDCX, natus annos circiter XXXV.

41 *Teſtes examinati in domo D. Paravicini de Paravicinis, in oppido Bulii, anno* MDCXIII *die* XXVIII *Januarii.*

XLI D. Maria Eliſabetha, filia D. Baronis Valoni de Talamona, & uxor D. Jannis Antonii Paravicini, Notarii de Bulio. D
XLII Joannina, filia Andreæ de Andriettis, Bulienſis, & uxor relicta Jacobi de Tognardis, dicti de Fomaſio, Bulienſis, annorum L.
XLIII Magdalena, filia Jacobi dicti della Baila, & uxor Dominici de Bello, Bulienſis, annorum XL.

42 *Teſtes examinati in domo D. Jacobi Spini, ſita in oppido Talamona, juriſdictionis Morbenii &c. anno* MDCXIII *die* XXIX *Aprilis*

XLIV D. Catharina, filia D. Franciſci Nobilis, & uxor D. Jacobi Spini, annorum XXXVIII.
XLV D. Joannes Jacobus Spinus, annorum XLVIII, filius D. Joannis Antonii de Talamona.
XLVI D. Joannes, filius Bernardini Brigidæ, Talamonenſis, ann. XLVIII.
Sequentibus ſubſcripſit D. Nicolaus Paravicinus, filius D. Horatii, de Sondrio, publicus Imperiali auctoritate Vallis Tellinæ Notarius.
XLVII D. Nicolaus, filius D. Joannis Antonii Aneſis de Burmio, aromatarius, habitans Sundrii, E
annorum LIX; teſtis nominatus citatuſque per Nuntium publicum Tiberium Vaccanum, prout ipſe Nuntius mihi Notario retulit, *examinatus* in curte Canonicæ Sundrii.
XLVIII Nobilis Domina Lucia, filia D. Thomę de Sanardis Veneti, uxor prædicti D. Nicolai Aneſis, habitans Sundrii, annorum L; *examinata* anno MDCXLII, VII Februarii, in ſtufa Domini Medici à S. Benedicto in oppido Sundrii.
XLIX Dominica, filia Matthæi Paſinæ, de Bufetto, uxor quondam Gregorii de Valbona, annorum L; *examinata eodem anno* die VIII Februarii, in villa Bufetti, in domo Parochi ejus loci. *Quo die & loco etiam examinatus eſt qui ſequitur teſtis,*
L Rev. Dominus Presbyter, Petrus Antonius de Bonfadinis, Parochus dicti loci de Bufetto, annorum XLV.
LI D. Marcus, filius Magiſtri Martini de Bonfadinis de Alexandris, Bufettinus, annorum XL; *examinatus* die IX Februarii *ejuſdem anni*, in domo D. Antonii Quadrii de Ponte hoſpitis Clurii.

43 *Teſtes examinati anno* MDCXIII *die* X *Februarii, in domo Magnifici D. Actii Beſtæ, in oppido Telii; eodem Notario.* F

LII Bernardus, filius Jacobi Foletti de Telio, annorum XIII.
LIII Jacobus Folettus, prædicti Bernardi pater, annorum LVII.
LIV Magdalena, mater ejuſdem, ann. XXXIX.
LV Multum Reverendus Sacræ Theologiæ Doctor, D. Jacobus Antonius, filius nobilis D. Marci Antonii Lanza, Pontanus, Parochus ſupradicti Telii, annorum LV.
LVI Petrus, filius Antonii Moſchetti de Telio, annorum L.
LVII Pedrina, filia Bernardi Betalli de Brata, habitatrix Telii, annorum XXII.
LVIII Dominica, quondam Bartholomæi Sandrini de Vezza, & uxor quondam Bernardi Betalli de Brata, habitatrix Telii, mater ſupraſcriptæ Pedrinæ, annorum LXXII.
LIX Magnificus D. Actius, filius Magnifici D. Caroli Beitæ de Telio, annorum XXX.

A

44 *Teſtes examinati Burmii, in domo ipſius D. Perandæ Judicis, an.* MDCXIII, *die* III *Januarii, Notario Leoprando Sermundo.*

LX. D. Catharina, quondam D. Vincentii de Agita, Burmienſis, annorum XL.
LXI. D. Catharina, filia Excellentis Artium & Medicinæ Doctoris D. Gaſparis Sermundi, Burmienſis, ann. XLII.
LXII. Excellens Chirurgus, D. Sigiſmundus, Folianus, ann. XXXIV.
LXIII. D. Fabiana Sermundi, uxor mei Notarii, ann. XLII.
LXIV. D. Catharina, filia D. Balthaſaris Caſularii, de Burmio, uxor q. D. Stephani Sermundi, ann. L; *examinata* die IX Januarii.
LXV. D. Anna, filia D. Balthaſaris Caſularii, de Burmio, ann. XL; *examinata* die X Januarii; *uti & quatuor ſequentes.*
LXVI. D. Joannes Caſularius, frater prædictæ Annæ, ann. LXII.
LXVII. D. Margarita, filia D. Ennii Cordani, uxor D. Gabrielis Zuccolæ, de Burmio, ann. XXX.
LXVIII. D. Dorothea, filia D. Stephani Sermundi, uxor D. Joannis Jacobi de Albertis, de Burmio, ann. XXV.
LXIX. Jacobina, F. Bernardi de Fraccaloſſio, uxor D. Joannis Jacobi Marchii, Burmienſis, ann. LX.
LXX. Reverendus S. Theol. Doctor & Presbyter D. Simon Murchius, Canonicus eccleſiæ collegiatæ SS. Gervaſii & Protaſii, de Burmio, ann. XXXIII. *Hic teſtis & ſequens examinati fuerunt* die XI Januarii.
LXXI. Joannes Petrus, q. Joannis Jacobi Fogaroli, Burmienſis, ann. XXXV.
LXXII. Catharina, q. Vaſini Maggii, uxor prædicti Joannis Petri Fogaroli, de Burmio, ann. XXXV, *examinata* die XVIII Aprilis.

45 *Teſtes ibidem examinati an.* MDCXIV, *die* XXII *Februarii.*

LXXIII. Honeſta, cognominata Scatuina, ſerva D. Fabrianæ Sermundi, ann. XXVII.
LXXIV. D. Joannes Jacobus de Albertis, filius D. Franciſci, conteſtis ut ſupra nominatus à D. Dorothea uxore ſua, ann. XXXI.
C LXXV. R. D. Presbyter Joannes Anzius, Canonicus Burmii, ann. LIV.

46 *Teſtes examinati in terra Peſclavii, ac domo ipſius Notarii, qui hic fuit Joannes Antonius Andreoſſa,* MDCXIII, *die* XXII *Martii.*

LXXVI. Anna, filia Joannis olim Durici de Zanotto, & uxor Mag. Petri filii Andreæ Loſii, dicti loci Peſclavii, ann. XXX.
LXXVII. Joanna, ſoror prædictæ Annæ, ann. XXXV.
LXXVIII. Catharina, q. Dominici de Bondiliolo, uxor q. Joannis olim Dorici de Doricis, ann. LX, *examinata* die XV Novembris *anni prædicti*, in domo Magiſtri Petri, *Annæ teſtis* LXXVI *mariti*, in contrata de Peimonte Communis Peſclavii.

47 *teſtes examinati in eccleſia S. Caroli in oppido Tirani, an.* MDCXIII, *die* XII *ac* XIII *Novembris. Notario....*

LXXIX. Joannes, filius Bartholomæi, q. Petri de Molinariis, Communis Tirani, ann. XLIII. AUCTORE C. J.
LXXX. D. Fulvius, filius D. Pompeji Biſecii, Nurcinus, Chirurgus, nunc moram trahens Tirani, ann. XLII.
LXXXI. D. Joannina de Ballottis, filia Joannis, uxor D. Joannis Lombardoni de Tirano, ann. XXXVI.
LXXXII. D. Joannes, maritus prædictæ D. Joanninæ, ann. XXXVIII.
LXXXIII. Catharina, uxor Auguſtini Dongini, & filia Mag. Petri della Baila, de Tirano, ann. XLVII.
LXXXIV. Margarita, filia Bartholomæi, olim Petri de Molinariis, ann, XXVII; *examinatus* in eccleſia parochiali S. Martini de Tirano, die XV Novembris.
LXXXV. Tognola, filia Matthæi Ferrabovii, uxor Andreæ de Caprinellis, ann. LV, *examinata fuit* in eccleſia parochiali S. Antonii, loci de Plateda Vallis Tellinæ, die XVIII ejuſdem menſis.
LXXXVI. Margarita, filia Matthæi Lapicidæ de Fola, & uxor prædicti Dominici, olim Petri de Molinariis, ann. LXIII. *Hæc examinata fuit* in eccleſia beatiſſimæ Virginis de Tirano, die XXIII ejuſdem Novembris.

E

CAPUT IV.

Initium Proceſſus, ac depoſitionis D. Nicolai Lunghi, illorum quæ vidit oculis ſuis.

Inchoatur proceſſus an. 1612, 24 *Sept.*

48 *Nunc ad examen teſtium atque Proceſſum ipſum venio, cujus Acta ſic incipiunt.* In nomine Domini. Amen. Proceſſus in Vulturena valle confectus, ad comprobationem miraculorum B. Aloyſii Gonzagæ. Conſummatus in brevi explevit tempora multa. Anno ab ortu Domini noſtri Jeſu Chriſti MDCXII, die XXIV Septembris, coram multùm Reverendo ſacræ Theologiæ Doctore, D. Proſpero Peranda, Archipresbytero Burmii, Judice electo & conſtituto ab Illuſtriſſimis & Reverendiſſimis ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus infraſcriptis, deputatis ſuper ceremoniis & ſacris ritibus, & ſuper canonizationibus Sanctorum rite & recte faciendis, & per ſel. rec. Sixtum Papam V generaliter tamquam Congregationi ſacrorum rituum præfectis, primo; & nuper etiam per ſanctiſſ. D. Paulum, divina providentia Papam V, ſuper canonizatione beatæ mem. Aloyſii, ex nobili familia Marchionum Gonzagæ orti, dum vixit Societatis Jeſu Religioſi, ſpecialiter ad ſumendas informationes & teſtes, de maxima populi devotione erga dictum Aloyſium Gonzagam ejuſque imaginem, in eccleſia S. Michaëlis de Sazio, Communis Ponti Vallis Tellinæ, Dominii Illuſtriſſimorum D D. Griſonum expoſitam; deque multis miraculis, quæ etiam in dicto loco ad ipſius Aloyſii interceſſionem Deus indies facere dignatur; ut eis collectis & Apoſtolicæ Sedi relatis, ad complementum canonizationis ſuæ, eò dignius deveniatur; & latius prout in infraſcriptis litteris remiſſorialibus, ad prædictum D. Archipresbyterum datis: quæ & Capitula ſeu Poſitiones, ſuper quibus examinandi erunt Teſtes, continent, & ſunt tenoris infraſcripti, videlicet.

F

Litteræ Cardinalium remiſſoriales.

49 Dominicus, Oſtienſis, Pinellus; Antonius Maria, Prænestinus, Gallus; Epiſcopi: Franciſcus Maria, tituli S. Mariæ in Ara cœli, de Monte; Robertus, tit. S. Mariæ in via, Bellarminus;

AUCTORE C. J.

Hieronymus, tit. S. Blaſii de Annulo, Pamphilius; Joannes Garzia, tit. Sanctorum quatuor Coronatorum, Mellinus; Joannes Bapt. tit. S. Sixti, Lenus; Presbyteri: Andreas, Sancti Angeli in foro piſcium, Perettus; Joannes Bapt. S. Mariæ in Coſmedin, Detus; Aloyſius, S. Agathæ, Caponius; Diaconi; S. R. Eccleſiæ Cardinales; ſuper canonizationibus Sanctorum, rite & recte faciendis per fel. rec. Sixtum Papam V generaliter, tamquam Congregationis ſacrorum rituum Præfecti, primo; ac nuper etiam per ſanctiſſimiſs. D. N. Paulum, divina providentia Papam V, ſuper canonizatione bonæ mem. Aloyſii, ex nobili familia Marchionum Gonzagæ orti, dum vixit Societatis Jeſu Religioſi, ſpecialiter deputati, prout in litteris deſuper emanatis tenoris infraſcripti, videlicet, à tergo: Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ſuper ceremoniis & ſacris ritibus deputatis. Intus vero: Paulus Papa V. Venerabiles Fratres noſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad aures noſtras multorum relatione pridem pervenit, bonæ memoriæ Aloyſium *&c. prout in Commentario prævio* § XII, *num.* 126. *Deinde ſequitur:* Reverendo in Chriſto Proſpero Perandæ Archipresbytero Burmienſi. Noveris juxta mandatum ſanctiſſimi Domini noſtri Pauli Papæ V ſupra inſertis litteris, Nos, poſt inquiſitionem de puræ fidei, ſanctæ vitæ & morum fama, de miraculorum magnitudine, de populorum obſervantia erga dictum bonæ memoriæ Aloyſium Gonzagam, generatim tantum, non ſigillatim, commiſſam Romæ Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo D. Cardinali Pamphilio, S. D. Noſtri in ſpiritualibus Vicario, ſive Reverendis in Chriſto Patribus Epiſcopis Patavino & Solomienſi, ejus Delegatis; Mantuæ, Epiſcopo Mantuano; Parmæ, Epiſcopo Parmenſi; Caſtellione, Archipresbytero Caſtellionenſi; coram nobis ſtetiſſe R. Patrem Virgilium Ceparium, Societatis Jeſu Presbyterum, Procuratorem *& reliqua, paucis mutatis, ut in ſimili commiſſione datâ Archipresbytero Caſtellionenſi*, § XIII *Commentarii prædicti allatâ.*

B *inſcriptæ Archipresbytero Burmii.*

50 *Litteris Remiſſorialibus, uti ſequitur in Proceſſu, qua decet reverentia acceptis & acceptatis, Rev. D. Peranda, Archipresbyter Burmii, Judex deputatus,* Notarium nominavit & conſtituit Paulum Quadrium, ipſius Vallis Tellinæ Cancellarium. *Tum produxit* R. D. Nicolaus Ruſca, Doctor Theologus, Archipresbyter de Sundrio, *quem P. Ceparius Procuratorem ſibi ſubſtituerat, inſtrumenta neceſſaria; &* in teſtes ſuper examinandis nominat R. D. Presbyterum Nicolaum Lungum, Curatum loci de Sazio, in cujus eccleſia imago & reliquia ipſius B. Aloyſii veneratur: item & omnes alios, qui per eum vel alios teſtes in conteſtes nominabuntur. *His aliisque rite factis,* eodem die, XXIV *Septembris anni* MDCXII, coram prædicto multùm Reverendo Domino Archipresbytero Burmienſi, Proſpero Peranda, ſedente pro tribunali ſuper banco, poſito in ſtufa reſidentiæ Domini Curati Clurii, ſita in d. loco Clurii, quem locum &c. ad præſentiam illuſtris Domini Pauli Valthier, Capitanei Vallis Tellinæ, ibidem pariter ſedentis; conſtitutus præd. R. D. Presbyter Nicolaus Lungus, Curatus eccleſiæ dicti loci de Sazio, teſtis ut ſupra nominatus, productus juratuſque de veritate dicenda in manibus præd. Domini Archipresbyteri, ac citatus &c. per Carolum de Caſtiono, Servitorem publicum & juratum ipſius Communis Clurii, prout in ipſius relatione mihi facta; & qui gravitatem perjurii non ignorat. Interrogatus, *Nicolaus ſcilicet,* quid ſentiat de ipſo B. Aloyſio Gonzaga, & qua veneratione habeatur; declaretque miracula & gratias, quæ ibi ex ejus Beati interceſſione conceſſa novit, & quibus; & prout in Capitulis per eum lectis: juramento ſuo, dextera ſua corporaliter tactis Scripturis, reſpondet *lingua Italis vulgari, qua etiam reliqui teſtes utuntur, hunc in modum:* B. Aloyſius eſt magnus Sanctus, & in maxima apud populum veneratione; ejuſque interceſſione, divina Majeſtas operata eſt multa & grandia miracula, plurimaſque concedit gratias. Et illa quidem, quorum ego notitiam nactus fui, in libellum retuli; quorum vero plena notitia ad me non pervenit, quot quantaque ſunt! Libelli autem prædicti exemplar deſcribam, atque una notabo quodnam principium habuerit hæcce veneratio ac devotio; & utrumque dabo Dominationibus Veſtris in manus. *Tum ſequitur ipſa depoſitio ejus, hæc videlicet.* D

Nominantur Notarius & Procurator; C

hic producit teſtes,

& primo loco Curionem Saxi,

51 Anno MDCXII die XXIV Septembris. Ego Nicolaus Lunghi, ex Ponte Vulturenæ vallis, Vicecurio Saxi jam annos XXI & amplius; citatus & interrogatus in hypocauſto domûs, ubi habitat admodum Rev. Dom. Nicolaus Quadrius, Curatus Clurii, prope eccleſiam S. Jacobi Apoſtoli, quæ eſt parochialis dicti loci, ſuper illis omnibus quæ audio & ſcio de ſancta vita B. Aloyſii Gonzagæ, deque miraculis & gratiis per eum factis, & quæ fiunt quotidie in variis locis, & in particulari in Valle Tellina locisque circum jacentibus: in præſentia admodum magnifici & reverendi Domini Archipresbyteri Burmii, Proſperi Perandæ, Theologiæ Doctoris, à ſancta Sede Apoſtolica delegati ad formandos proceſſus pro canonizatione B. Aloyſii in hiſce regionibus; interrogatus inquam, à Magnifico Domino Paulo Quadrio de Ponte, in Secretarium pro hac cauſa electo; & juratus juxta formulam, ab adm. Rev. Domino Delegato mihi datam; dico (quatenus res ab illo geſtas ſcio, tum ex lectione Vitæ ejus & miraculorum, variis in locis & urbibus factorum; tum ex ſcientia illorum, quæ facta ſunt ac fiunt in Tellina valle locisque vicinis; quorum ego, ſi quis alius, pleniſſimam notitiam habeo, partim quia vidi propriis hiſce oculis; partim quia mihi relata fuerunt ab illis ipſis, qui ejuſmodi gratias conſecuti ſunt, & quas ego in particulari libro fideliter annotavi in hunc finem) quod B. Aloyſium habui & habeo pro magno Sancto, & caro divinæ Majeſtati amico, atque ab ipſa electo, per quem effunderet gratiæ ſuæ dona infinita in devotos ei fideles Chriſtianos, ad augmentum ſanctæ fidei & extirpationem hæreſium. Quamobrem & meretur, conſcientia mea judice (ſi modo placeat ſanctæ Sedi Apoſtolicæ) quantocius Sanctorum catalogo adſcribi; cum conſtet de infinitis ejus gratiis communibus, præter particulares, quæ ad ejus invocationem continuo depluunt è cælo in haſce noſtras valles, quæ illarum tam indigæ & erant & ſunt. E

deponentem jurejurando

de fama Sanctitatis B. Aloyſii,

veneratione & miraculis:

F

item de principio venerationis,

52 Quod porro attinet ad originem tam eximiæ celebritatis in eccleſia S. Michaëlis Archangeli in villa Saxo parœciæ Pontanæ, quo tantus concurſus religioſi populi conſpicitur fieri, totque ſupplicationes ducuntur ex omnibus fere, certe ex præcipuis oppidis totius Vallis, ad venerandum ibi admirabilem Beatum noſtrum; dico, commodatam mihi fuiſſe hiſtoriam Vitæ B. Aloyſii à R. D. Curione Pontis, Joanne Quadrio, menſe Octobri anno MDCVIII (*imo* VII, *ut præcedenti capite notavi, & probavi ex ipſius Nicolai hujus litteris*) Quadrius vero illam acceperat ab adm. Rev. D. Archi-

A · Archipresbytero Burmii, nunc Judice delegato in hac cauſa. Legi librum curſim hinc & inde, interdum etiam coram aliquot de parœcia mea. Ex qua lectione, auditis tot inſtanti tempore patratis miraculis, cum admiratio paſſim omnes cepiſſet, ſubiiſſetque ſingularis in eumdem Sanctum religio; uſuvenit mihi, ut inviſerem ad Catharinam, Antonii Briotti filiam, parœciæ meæ, quæ [annos circiter XVIII nata, gravi trium menſium contabeſcebat infirmitate] jamque munita Sacramentis Eccleſiæ, lectisque Commendationibus animæ, proxime aberat à morte, nec aliud expectabatur quam ut ultimum exhalaret ſpiritum; cum ſenſi, motu interiore ſtimulari me, ut & ego periculum facerem de miraculis hujuſce magni Beati; ac prævivi moribundæ votum (erat enim adhuc mentis compos) vovendo quinquies Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, in dies ſingulos ſemeſtri ſpatio perſolvendas; ſi porro vivere daretur. Et continuo per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti atque interceſſionem B. Aloyſii, mors in vitam commutata eſt, ſummâ omnium lætitiâ, qui noverant ægram; atque cis diem octavum rurſus eam inviſens, comperi de integro
B ſanam hilaremque, cum ſingulari gaudio animi mei ac internâ pietatis erga Beatum motione. Et hoc contigit menſe Decembri ejuſdem anni MDCVII.

& ſubitanea curatione

Catharinæ Briotti,

53 Anno MDCVIII menſe Februario, alia Catharina [filia Stephani Micheloni ejuſdem parœciæ meæ, adeo dolebat dentibus octo dies continuos, ut oculis ſuis videre ſomnum ne momento quidem poſſet, atque animo ſubinde linqueretur;] quæ cum votum feciſſet Beato, lecturam ſe quotidie tertiùm Pater noſter & Ave Maria per octiduum; cedente ilico dolore omni, ex deſperatiſſimâ, ſana fuit. Proximo exinde Martio filiolus Simonis de Carugo, & ipſe parœciæ meæ Saxenſis, utrâque coxâ iſchiadicus, quintam hebdomadem lectum tenebat, acerbis doloribus diſcruciatus; quando matre Miſſam unam Beato celebrandam vovente, duarum non amplius horarum ſpatio ſanatur ex integro, lectumque deſerit. Horum famâ beneficiorum ditiâ latius, ingens cepit incrementum religio populi mei erga Beatum iſtum; cui gratum facturus ego, æque ac meæ ipſius erga eumdem pietati obſecuturus, litteras dedi ad R. P. Scipionem Carraram, per id tempus Rectorem collegii Societatis Jeſu Novocomi,
C (quippe qui portaverat hiſtoriam vitæ Beati noſtri in hanc vallem, donaveratque admodum R. D. Archipresbytero Burmienſi) mihi ut curaret pingi tabellam ejus, quam ſimillimam imagini viventis: quod & curavit ſedulo, miſitque picturam ad me per eumdem D. Archipresbyterum, tunc forte Novocomo ad nos redeuntem, in Pentecoſte anni ejuſdem. Acceptam ſervavi Ponte ſuper pluteo meo tribus feſtis ſequentibus; deinde circumdatam margine portavi Saxum, & repoſui in cubiculo domûs, quæ iſtius eccleſiæ eſt, coopertam tela linea; uſque dum nactus lampadem, quæ lumen ſacræ imagini miniſtraret, ipſam in templum inferrem.

Curat pingendam

Beati imaginem,

54 Interea, manente adhuc imagine in domo prædicta, accidit quod ſequitur, in Urſina, quondam filia Dominici Moretti Saxenſis. Adeo hæc ægrotabat è ſtrumis circum collum, integris novem & quod ſuperat menſibus, non ſine febri continua, ut, variis licet uſa medicaminibus, non poſſet movere [collum aut brachia, nec facere opus aliquod, nec partem ſomni ullam capere ab acerbitate doloris.] Hoc rerum tempore & loco, perſuaſa à me mater ejus, vovit B. Aloyſio [effigiem unam è cera, certumque numerum orationum;] & ego juſſi infirmam in pervigilio S. Joannis Baptiſtæ ſub veſperam, cum aliquot aliis Virginibus [è congregatione B. Mariæ, per votum caſtimoniæ conſecratis Deo, venire in domum ubi effigies Beati ſervabatur.] Ut autem venit, ſignavi eam ante ipſam effigiem circumcirca cruce argentea, aliquid reliquiarum ejuſdem Beati incluſum habente; & continuò cœpit illa movere brachia & collum. [Revertit læta domum ſuam; nocte tota, quæ ſomnum prius invenire nuſquam poterat, placide dormit, omni febre libera: diluculò à nullo adjuta veſtit ſeſe;] concedit ad templum; ſumit ſanctiſſimam Euchariſtiam; it viſitatum ſacellum S. Joannis Baptiſtæ ad pedem montis: poſt meridiem juvat matrem in agendis per domum; ac poſtero die toto, eidem matri ſuæ, textrinum opus facienti, adjutrices manus publice impendit, cum omnium admiratione ac ſtupore.

quam, curata prius coram illa,

Urſinâ Moretti,

55 Poſtridie curationis, ipſa S. Joannis Baptiſtæ feſta luce, hora Veſperarum, expono effigiem Beati publicæ veneration in eccleſia cum lampade non magnâ, accenſâ tamen, ſed ſolis feſtis diebus arſurâ. Pridie ſanctorum Petri & Pauli, interroganti mihi dictam Urſinam, quî valeret; oſtendit illa circulum inflammatum ac tuberoſum, inſtar funis collum ambientem, inquiens, inde ſibi dolere plurimùm. Inquam ego, Si habes fidem, ſanaberis. Poſt prandium ingreſſus ædes Margaritæ Micheloni, quondam Gregorii filiæ, [è numero prædictarum Virginum;] continuò exclamantem audio: O! quantum beneficium obtinuit Urſina! Vere magnum, repono ego; verum ſupereſt ei in collo tuber valde inflammatum. Attamen ſi habuerit fidem, curabitur; ipſoque illo tempore ſenſi ad aurem mihi dexteram allabi vocem, diſtinctam quidem, ſed ſubmiſſam, hæc articulate formantem verba; EXPERIRE MODO OLEUM LAMPADIS, ET VIDEBIS. Attonitus ad hæc animo, quod audieram aperui Margaritæ prædictæ; & conſtitui clam periculum facere ſub veſperam in eadem Urſina: quod & feci: atque ilico abſceſſit ab ea tuber illud, inflammatio ac dolor, præſentibus ejus matre prædicta Margarita, & aliquot aliis. *Hactenus habemus perſonas quatuor, quæ mirabiliter curatæ fuerunt; ſequentur plures, quibus numeros Romanos præfigam claritatis & diſtinctionis cauſa.*

exponit publicæ venerationi;

E

ac monetur oleo lampadis

ad curationes uti:

F

56 V. Die primo Julii denuo periculum feci in Michaële, filio quondam Bartholomæi Micheloni parœciæ Saxenſis; qui transfixus pedem ſpinâ, menſe integro illi inſiſtere, & quindecim noctibus videre ſomnum oculis non potuerat. Is accepto à me oleo lampadis, præmittens tertiùm Orationem dominicam & Salutationem angelicam, unxit pedem affectum: moxque in ſomnum incidit, ac dormivit nocte tota; poſtridie vero diluculo adiit mecum, comitantibus multis aliis, ad celebritatem B. Mariæ Tiranenſis, perfecte ſanus, & præcedens me equitem pedes, nec ullum amplius dolorem ſenſit. VI. Neſa, *ſive Agnes*, filia Andreæ Caurinali de Plateda, femoribus brachiiſque contracta, & toto corpore incurvata, venit ad Beatum noſtrum, ut potuit, fulcris ſub axillis innixa: & contactu ſacri olei, me præſente, erigitur, uſum recipit membrorum, atque intra dimidiam horam diſcedit inde domum ſuam perfectiſſime ſana. VII. Moreſchinus de Auriga venit anno MDCIX, die XVIII Martii [jumento vectus]

quo & plurimos curavit

AUCTORE C. J.

rectus] ad visitandum Beatum, tam acerbum patiens cruciatum dextro femore, ut à multis diebus erigere sese aut illo consistere non posset; linit vesperi, cubitum concedens, affectum locum oleo Beati; ac mane surgit è lecto plane curatus. VIII. Riccadona Saxensis, tempore partus fœtum, septem horas jam mortuum ac transversum in utero, eniti non poterat: uncta autem oleo prædicto, eum facillime ejecit. *Pluribus hæc deponit ipsa Riccadona testis* III. IX. Ursina, filia Dominici Javelli, febre quotidiana mensem unum laborans, vovet celebrare semel festum Beati: & sentiri febris desiit. X. Eadem, cum venter illi remansisset tumidus ac durus jam duos circiter menses, cum incredibili ardore sitis, unxit & ipsa bis terve locum illum oleo salutifero; & plane detumuit, & omnis extincta sitis fuit.

59 XI. Filiolus Bartholomæi Semperboni, Saxensis [ætate sesquianni] patiebatur fluxum sanguinis dies decem; ungitur semel sacro oleo, & sistitur statim fluxus. XII. Andreas Zani, & ipse Saxensis; die quodam sibi incîdit digitum manus dexteræ medium: vespere adhibet oleum prædictum, addito voto, se per dies XII quotidie recitaturum ter Dominicam atque Angelicam B orationes: ac mane digitum reperit sanum. XIII. Catharina, filia Bartholomæi Briotti, itidem Saxensis, volens suppositio capite sustinere pondus quoddam jamjam casurum; inde sensit dolorem dextri lateris tam vehementem per triduum, ut ferendo amplius non esset. Factâ autem unctione, dicto citius abstersus est dolor, nec amplius rediit. XIV. Maria, uxor Martini de Mò vallis Camonicæ, prope Edulum, bimestri spatio destituebatur lacte; votum nuncupat Beato, cum visitat, linit sacro oleo ubera; & illa mox ita abundant lacte, ut ad alendos pueros duos sufficeret. Et hæc quidem, quæ deposui hactenus miracula, vidi ego oculis meis: quæ vero sequuntur, accepi, tum ab illis, qui ipsa in se experti fuerunt; tum à parentibus propriis, qui ea viderunt peragi in domo sua suisque domesticis.

CAPUT V.

Alia à D. Nicolao annotata miracula.

C 58 XV DOmina Silvia, uxor D. Joannis Pauli Schenardi, Sundrienſis, cruciabatur faucibus graviter quinque aut sex dies, ac diem unum efferre vocem non poterat: simul autem atque uncta fuit, omne malum evanuit. XVI. Maria, uxor Bartholomæi Briotti, acerbissime cruciata dentibus per octiduum, tumefactis gingivis; vespere vovet Beato votum aliquod; atque expers doloris mane surgit. XVII. Magister Stephanus Ricciuolus de Clusio habebat filiolum, oculo uno orbum ex destillatione, non absque periculo perdendi etiam alterum: mater pueri, multis nequidquam usa medicaminibus, votum Beato nuncupat; & qui periclitabatur oculus, sibi restituitur sine noxa. XVIII. Dominus Julius Rusca & ipse habebat filiolum, nomine Alexandrum, ætate bimum, qui nondum loqui poterat verbum: loqui autem paucis inde diebus cœpit, ubi mater eum Beato devovit. XIX. Jacobo Jannoni, Pontano, filiolus item bimus erat, tres menses herniam passus è parte dextera: facit pro eo votum pater Beato nostro ante meridiem, addit unctionem, ac vespere puer curatus invenitur.

59 XX. Gregorius Laurentini de Furno, qui habitat Clusii in domo Magistri Stephani Ricciuoli, biennio toto cruciabatur oculos intolerabili dolore, adeo ut alterum jam amisisset, alterum vero propediem videretur amissurus; obtulit ille votum Beato, vixque obtulerat, quin ilico cessaverint dolores: obtulit mox alterum votum, & continuo recuperavit visum; quamvis expertus antè diversa remedia nequidquam fuisset. XXI. Mariæ, filiæ Joannis Andreotti ex Albareda, manus altera veneno infecta fuerat, ac trium spatio mensium tabescens, prope aberat ut marciret ac diffluerent; quando sese ipsa & mater sua per votum Beato commendant; ac tres intra dies integritas manui rediit. XXII. Domina Sidonia uxor D. Bartholomæi Gatti, Clusiensis, vehementer discruciabatur dolore dentium die una & nocte; sed nuncupato voto, brevi dolor evanuit. XXIII. Margaritæ, uxori Bernardi Briotti, defecerat lac tres dies; facto autem voto & unctione de oleo lampadis, intra duas horas eo abundant illi ubera. XXIV. Bernardinus Cara de Buffetto habet filiolam, cui nec opinato supervenerant acerba ventris tormina, & dolores stomachi tales, ut multis medicationibus in vanum factis, crederet pater, ipsam agere animam: sed præsentior medicina fuit oleum Beati nostri, quo simul ac lita fuit puella, fugerunt dolores, somnus accessit, nec quidquam superavit mali. E

60 XXV. Joannina, quondam nupta Bartholomæo Molinari de Carugo, tertium agens diem sine lacte, alterâ ab unctione, quam fecit oleo prædicto, horâ illud affatim recuperat. XXVI. Venerandæ, Magistri Julii Crotti, Pontani, viduæ, tres erant filiolæ, omnes variis febribus laborantes annum fere integrum: votum pro illis mater vovet Beato; ac eodem die sanantur omnes. XXVII. Catharina, uxor Baptistæ de Filis, de Triangia parœciæ Sundrienſis, filiam habebat sesquianniculam; à mense & amplius infirmam febri tertiana; cum in præcipuo ejus æstu puellam ungit medicinali oleo Beati, atque intra dimidiam horam sanatam videt. XXVIII. Eadem Catharina, annos XII energumena, festo Nativitatis Dominæ nostræ, quod in Septembrem cadit, anno MDCIX, Saxum contendit, ungitur, ac deinceps nihil mali sensit amplius. XXIX. Filius quidam ejus, alterum sibi pedem vulneraverat, & factum celans, cruciabatur acerbè; cum illud F mater tandem post triduum resciens, pedem pueri sacro oleo livit, ac dolorem simul abtersit, nullo ejus sensu relicto. XXX. Habuit quoque filiam, toto vultu & capite coopertam scabie; adhibet ei similem unctionem, & scabiem abluit. XXXI. Jacobus, filius Augustini Fani, de Triangia parœciæ Sundrienſis, cæsim vulneraverat sibi manum secundum pollicem. Applicata fuerunt pluries medicamina, sed nullum doloris levamen afferentia; & pollex nihilo facilius plicari poterat. Cum prædicta Catharina, remotis emplastris, sacrum oleum vulneri instillat: ex eoque statim tempore doloris expers adolescens, libere movet plicatque pollicem.

61 XXXII Dominicus, Augustini Corni filius, mense Octobri alterum sibi pedem transfixerat imprudens ferreo tridente: dolor consequitur ingens, & copiosus sanguis. Paulo post linitur plaga oleo Beati salutifero; & fugiente mox dolore, qui modò pede illo consistere nequibat, intra duas horas expedite vadit, & facit opus suum incolumis. XXXIII Andreas, quondam Petri Vedelli,

A delli, parœciæ Agnedæ, dolens videbat uxorem ſuam bimeſtre & eo amplius inflatam decumbere; viſitat Beatum, redux linit oleo ejus, ſtomachum infirmæ; quæ ſtatim incipit habere melius, & nondum elapſo biduo ſurrexit ſana. XXXIV. Dominicus, quondam Joannis Calvi, de Montagna, per annum integrum hebdomadatim bis terve opprimebatur totius corporis doloribus, qui non raro ei afferebant periculum mortis. Vovet votum Beato, eumque viſitat; nec amplius ſenſit dolores illos: quin & gravi hernia, qua laborabat, eâdem operâ curatus fuit. XXXV. Maria, uxor Joannis Matthæi de Pajoſa, dolore vehementi lateris ac ſtomachi cruciata tres dies totidemque noctes, amiſerat loquelam, nec amplius cognoſcebat hominem: mox autem ut uncta fuit, licet rei ignara, aperit oculos, adſtantes cognoſcit, prompte loquitur, ſeque erigit perfecte ſana. XXXVI. Mag. Joannes Maravegghius, Sundrienſis, gravi diſcruciabatur odontalgia quintum jam diem; promittit Beato per votum recitatque Pater & Ave; ac vadit cubitum vacuus dolore omni.

62 XXXVII. Margaritæ, uxori Joannis Janoletti de Paſola, filiola erat, quæ immaniter in-
B flata toto corpore, tres hebdomadas tenuerat lectum. Mater poſt votum Beato factum, eam linit oleo lampadis; ac tertio die ſanam læta conſpicit, reſque ſuas agentem. XXXVIII. Janolinus, filius Michaëlis de Barniga, vallis Aringæ, cultro ſibi ſciderat digitum auricularem manus ſiniſtræ uſque ad os: facta autem oratione & unctione, mox quidem deſiit dolere digitus, mane vero ſequenti ſolidata etiam fuit plaga. XXXIX. Catharina, uxor Jacobi de Famalonga, fœtum, qui jacebat tranſverſus, eniti non poterat humana ope: enixa autem eſt modo quidem inſolito, ſimul atque ventrem ejus tetigit ſacrum oleum; non tamen majori dolore quam aliàs ſolebat. XL. Maria, uxor Mauritii de Fontanina, cui continuas tres hebdomadas lac defecerat, votum facit Beato, unctionem ſibi; & ab eccleſia ejus domum regreſſa, lactis ſui fontes reſeratos invenit. XLI Catharinæ, viduæ Mag. Vincentii Guizzardi de Ponte filius, laborabat febre quotidiana menſem unum, & fluxu ſanguinis plus quam dimidium. Nullam ei opem medicando ferentibus medicis, votum Beato vovêt mater, ad ipſumque portat filium menſe Auguſto anni MDCIX;
C linit oleo, & reportat domum, ſine febri & fluxu ſanguinis perfecte ſanum, licet priſtinis non ſtatim plane reſtitutum viribus.

63 XLII. Juſtinam, uxorem Jannolini Paſolæ, de Plateda, infirmam tenuerant annos XII continuos, ſtomachi dolores; cui ſub initium anni MDCX oleum Beati plenam attulit ſanitatem. XLIII. Luciæ, uxori quondam Auguſtini Rizzii de Pajoſa filiola erat, à multo tempore infirma, quæ jam per dies XV evacuare naturam & per triduum ultimum lac fugere non poterat: uncta autem à matre oleo Beati, continuò ſe evacuat per gutturem ſuperiorem æque ac poſteriorem; mox etiam fugit papillam, atque alium ſumit cibum, ac paucis diebus integram ſanitatem recuperavit. XLIV. Joannes Bartholomæi, de Fontanina, habebat filiam ſeſquianno ægrotantem, cum variis toto corpore inflationibus & immodico tumore ventris: quæ, ut ſemel inuncta fuit, cœpit melius habere, & poſtridie perfecte valuit. XLV Stephana, vidua Dominici Pizzæ, de Fontanina, infelix felixque mater in filia, cui cum grande ſaxum ita fidiſſet caput, ut chirurgus, magnâ oſſis parte exemptâ, tantum inde cerebri hauriret, quantum teſta ovi dimidia poteſt capere, ipſa illivit plagam capitis ejus oleo Beati; ſimulque abſterſit omnem dolorem; & cujus deſperata omnibus erat vita, ſpectatur ab omnibus infra octiduum obambulare læta vias publicas. AUCTORE C. J.

64 XLVI Joanninæ, Vincentii Gabanelli de Plateda uxori, cui annos X ita dolebat alter humerus, ut manum admovere capiti nequiret; unctio ſalutaris intra biduum perfectam incolumitatem attulit XLVII. Eidem Joanninæ gravis fuit dolor, quem filius quidam ſuus patiebatur toto corpore ſeſquidiem: at horæ unius ſpatio lætam fecit ipſam, & incolumem filium unctio ſacri olei conſueta. XLVIII. Margarita, uxor Andreæ Jordani de Malenco, cruciabatur à menſe Februario uſque ad Kalendas Apriles anni MDCIX doloribus dextri cruris, pervadentibus uſque ad capita femorum: illita autem oleo Beati in loco ubi honoratur imago ejus, ilico dolore liberatur ac ſanatur: & ego præſens fui: *nempe D. Nicolaus Lunghi, qui hæc omnia jurejurando confirmans depoſuit: quod meminiſſe Lectorem oportet.*

65 XLIX. Lucia, filia Leonardi de Burmio, transfixa pedem clavo, & deliquium animi præ E
dolore paſſa, veſpere inſtillato vulneri oleo, mane ſurgit primo diluculo, atque accingit ſe ad conſueta domeſtici miniſterii opera, acſi læſa non fuiſſet. L. Catharina Caſolari, Burmienſis, dudum ſtrumas paſſa in collo dextero, per votum Beato, & unctionem ſibi factam, paucis diebus conſequitur omnimodam curationem. LI Dominica, uxor Joannini Homodei Tiranenſis, dæmoniaca per annos IV, viſitat Beatum, expiat peccata ſua, ſacram ſumit Euchariſtiam, ac deinceps nec dæmonem nec aliud malum ſenſit. LII. Retulit eadem Catharina, Joannem, filium qu. Antonii Tegnoli de Tirano, qui dolore vehementi pedis ſeptimum jam menſem claudicabat, inſuper & grandem in collo tumorem habebat, bis oleo tinctum, utroque malo liberatum fuiſſe. LIII. Domnina, uxor Dominici Pominæ de Cidraſco, quæ quatuor annos tam ægre habuerat brachiis, ut ea elevare uſque ad caput non valeret; Beatum ſibi voto obſtringens ac viſitans, redit inde incolumis domum.

66 LIV Mag. Bernardus, filius quondam Joannis della Raſega, Tiranenſis, ex vehementi cruciatu ſiniſtri cruris duas hebdomadas lectum tenebat, nec ſurgere poterat; & ex deliquiis, quæ F
patiebatur, quivis credebat moriturum. Facit ille votum Beato, veſpere addit unctionem; & poſtero die ſurgit tantum non perfecte ſanus, itque ad eccleſiam B. Mariæ cum admiratione omnium qui viderunt. LV. Eidem infra octiduum ſuccreſcit abſceſſus intra os, prodens ſe etiam extra tumore ſuo, & miſere diſcrucians hominem dolore; ſed facta unctione, mox crepat, & relinquit eum ſanum ut ſupra. LVI. Margaritæ, Bartholomæi Penottæ, Tiranenſis, uxori, à quatuor annis intumuerat ſupra modum naſus, & ab anno uno acceſſerat deſtillatio oculi ſiniſtri, non ſine dolore vehementi. Quid agat? Beatum ſibi voto conciliat, eum viſitat, utitur oleo: atque à viſitatione ſua revertitur omnino ſanata. LVII. Decem annos cruciata dolore capitis Urſina Auguſtini Pincini, paucis horis liberatur per votum & unctionem. LVIII. Jacobus Bartholomæi Rezzii de Molinariis, è vico B. Mariæ, claudicans turpiter annos XIV, voto ſe obſtringit inviſurum ad Beatum die XV Julii MDCX. Ecce autem vix iter ingreditur, & ſe recte incedere ſine claudicatione miratur,

AUCTORE C. J.

miratur, & tribus horis expedite conficit viæ ſpatium, quod eſt, ut minimum dicam, decem mille paſſus.

67 LIX. Joannes Petri Marci, filiam habebat bimam, quotidiana duorum menſium febri & fluxu vix oſſibus hærentem, ſola pelle contectis: viſitat pro ea Beatum ex voto; ſub veſperam domum rediens, quam timebat jam mortuam eſſe, reperit paulo minus quam de integro ſanatam. LX. Paulinæ, uxoris Mag. Martini Bonfadini, filiolus, ſedecim menſium, à menſe uno febri continua & fluxu miſere debilitatus, per votum matris ac ternam unctionem de oleo Beati, integrâm recuperat ſanitatem. LXI. Bartholomæus, filius quondam Petri de Molinariis, è vico B. Mariæ, cujus crura, annos circiter XL vulneribus plena, novis ſemper plagis recrudeſcentibus; ſpernebant omnem medicorum opem; illa per votum ac repetitam tertio unctionem, ad integritatem reducit. LXII. Mag. Lucius Bajetta, tutor Tirani, annos XIV & amplius laborans in partibus ſecretis grandi tumore, ex deſtillatione humorum enato, tandem voluit experiri medicam manum cujuſdam Nurcini. Is tumorem trajiciens ab una ad
B alteram partem ſcalpello, conijcit hominem in apertum mortis diſcrimen ac dolorem intolerabilem. Itaque ſemimortuus confugit ad Beatum noſtrum: factoque ei voto ſuperaddens unctionem ſacri olei in parte vulnerata, eveſtigio deſinit dolere, & brevi integre ſanatur.

68 LXIII. Mag. Nicolaus Aneſe, Pharmacopæus Sundrii, pro filio ſuo, ſeſquianno tam gravem herniam paſſo, ut medicorum Nurcinorum judicio curari abſque inciſione non poſſet, votum Beato nuncupat, eumdem viſitat, ac filium ungit, ſubſequente infra duas horas integerrimâ ejus ſanitate. LXIV. Catharina Leonardi Caprini de Corſano, annos circiter XXXVIII nata, cœperat à biennio pati continuos dolores ac debilitatem in brachio dextro, atque à bimeſtri illud movere amplius non poterat: ad hæc paſſa fuerat ab infantia ſua graves anguſtias pectoris tamquam aſthmatica, nec poterat multum incedere abſque difficultate: poſtquam in medicos magnam pecuniæ vim conſumpſerat, voto ſe obſtringit Beato, & brachium continuo ſibi reſtituitur; addit peregrinationem ad ejus imaginem, ac toto corpore ſana eſt. LXV. Magiſtri Franciſci Lazaroni Tiranenſis filius perdiderat viſum, dum medici liberare oculos ejus variolis conabantur: poſt factum
C Beato votum quarto quintove die videre incipit, ac brevi tempore plane convaleſcit. LXVI. Luchina, uxor Mag. Euangeliſtæ, hoſpitis villæ, ſex menſes ægre habens brachio ſiniſtro, & nullo medicamine adjuta; implorata per votum Beati ope, triduo recupèrat brachii robur & valetudinem. LXVII. Filio ejus Joanni Petro filiolus erat tenellus ſex menſium, è quibus duos continuos patiebatur fluxum; ſed illitus ventrem oleo Beati, fluxum amplius nullum habuit.

69 LXVIII. Mag. Joannes Boneus ex Corſen, menſes quinque æſtuans febribus, accedente gravi diarrhœa, cibum capere amplius nequibat, & à medicis pro depoſito habebatur. Is per votum, Beati auxilium implorans, incidit in ſomnum; & poſt tres horas expergefactus, cibum poſcit, acſi nihil mali pateretur; & paucis diebus plane confirmatus fuit. LXIX. Franciſca, uxor Matthæi Carſ Sundrienſis, annos VI diſcruciata doloribus brachio dextro; facto voto & unctione, cis diem octavum, dolorem amplius non ſentit. LXX. Mag. Joannes de Georgiis, è vico Santicolo vallis Camonicæ, [menſe Januario anni MDCX] magno cum periculo vitæ torquebatur per triduum doloribus ilium, ſtomachi, ac totius corporis; qui in momento fugiunt omnes ad unctionem olei. LXXI. Magiſtro Joanni Jacobo Baptiſtino, Sundrienſi, natus erat [die XXV Septembris anni MDCIX] filiolus, qui certo credebatur mortuus, [& vero nullus in eo per horam unam deprehendi poterat ſpiritus,] niſi poſtquam Beato devotus fuit. Tunc enim continuo cœpit reſpirare ac flere. LXXII. Domina Clara, uxor D. Joannis Antonii Paravicini de Balio, cum incurabili octo annorum morbo conflictata, nec medicinarum uſu curata, aut etiam tantillum levata; ex voto viſitat Beatum [anno MDCIX menſe Majo], & amplius non ſenſit quod ſolebat, malum. LXXIII. Eadem D. Clara pro filiolo ſuo, qui vecte torcularis graviter percuſſus ſupra oculum ſiniſtrum, credebatur eum perditurus; ad Beatum recurrit per votum [menſe Octobri jam dicti anni] & periclitanti incolumitatem exorat præter omnium opinionem. D

70 LXXIV. Laurentius, cognomento Cattus, de Ardenno, menſem unum privatus uſu oculi
E dextri, ita ut nihil illo videret; votum facit ac viſitat Beatum; vixque pedem infert in eccleſiam, quin elata voce, me atque admodum Reverendo Domino Curione Delebienſi præſentibus, exclamat, ſe eminus æque recte oculo dextro videre ac ſiniſtro. LXXV. Mag. Franciſco Torello Tiranenſi filius erat, qui varis papuliſque perquam periculoſe laborabat [per menſem Octobrem anni MDCIX] jamque nullam ſupereſſe ſpem vitæ longioris cenſebant medici, & credebant alii adſtantes: neque valebat puer amplius cibum glutire, occupantibus gulam varis. Interea [mater] pro vita ejus votum nuncupat Beato, ac tantillum de ſacro hujus oleo bibendum ei miſcuit ac dedit. Quo facto ſtatim incipit cibum ſumere, & glutit commode, convaleſcitque, ac brevi perfecte ſanatus fuit. LXXVI. Filius quoque Dom. Horatii Plati Telienſis, prope aberat per infirmitatem à morte, ut judicabant medici. Offertur Beato per votum à patre & ungitur, ſubſequente mox valetudine meliore, ac brevi perfecta ſanitate.

CAPUT VI.

F

Reliqua ejuſdem D. Nicolai annotata.

71 LXXVII. DOminicæ, viduæ Gregorii Laurentii de Valle-bona, filius, viginti ferme annorum ſpatio non potuerat ſe erigere, nec incedere, ſed repebat per terram adinſtar erucæ: votum is concipit in honorem Beati, atque octo dierum ſpatio erigit ſeſe ipſe, ſumptiſque duobus bacillis incipit belle incedere [à die I Auguſti MDCIX cum ſtupore omnium]. LXXVIII. Michaël Caſtelli de Fuſina [ejuſdem anni menſe Decembri] oppreſſus graviſſimis toto corpore doloribus, idque per tres horas, adeo ut reſpirare vix aut ne vix quidem poſſet; dum votum Beato concipit, libere reſpirat, ac doloribus levatur. LXXIX. D. Joannes Baptiſta Ponte, Clavennenſis, ita ſe habuerat ſexennium, ut ad quantulumcumque exceſſum in manducando, nequiret urinam continere horâ dimidiâ, cui malo remedium attulit votum ejus Beato factum. LXXX. Votum eidem fecit D. Eleonora, conjux D. Paravicini Belienſis,

A lienſis, pro filiolo ſuo [trimeſtri] judicantibus medicis, ex infirmitate moribundo: iſque mox melius, ac paucis diebus rectiſſime valuit. LXXXI. Strumis fœde laborabat circum collum filia [decennis] Mag. Danielis Rivæ de Caſtellione inferiore; quæ [anni MDCIX menſe Majo] viſitatâ Beati eccleſiâ & unctione factâ, convaluit brevi. LXXXII. Similiter convaluit brevi à voto facto filia Joanninæ & Antonii Schenini, Sundrienſis, quæ [Februario menſe anni MDCX] tres hebdomadas infirma, perdiderat multitudine variolorum videndi uſum, & morti appropinquabat.

72 LXXXIII. Mag. Joannes Guanzate, incola Sundrii, [anno MDCIX] arctabatur per triduum acerbis renum laterumque doloribus, [qui die XXIX Junii immodice intendebantur]; & acceſſit eodem die impotentia ſolvendi urinam, quæ horas XXIII tenuit, quando per votum Beato ſupplicat, ſacroque ejus oleo ſe linit; atque intra ſpatium, quo recitetur Salutatio angelica, emittit calculum, magnitudine æqualem olivæ mediocri, colore quodammodo flavum; & omnino ſanus fuit. LXXXIV. D. Joannes Antonius, filius quondam D. Baptiſtæ Tini, Pedemontanus, decumbe-
B bat, [à menſe Martio anni MDCX] per ſex facile hebdomadas, infirmus ad deſperationem medicorum. Sed hæc mutata eſt in ſpem ac valetudinem, ſimul atque mater pro eo votum Beato obtulit, addita ſalutaris olei unctione. LXXXV. Joannes Petrus Camer, gravi percuſſione læſus in capite, atque humi collapſus, copioſum emittit ſanguinem ex oculis, auribus, naſo ac ore; repoſituſque in lecto, triduum jacet, neminem cognoſcens; nec poterat ſurgere, quando ſignatus frontem oleo Beati, confeſtim è lecto ſurgit per ſe ipſum, cognoſcit omnes præſentes, ac brevi valet belliſſime; quamvis de vita ejus ſpem nullam ſupereſſe, jam pronuntiaſſent chirurgi. LXXXVI. Petro Antonio, Matthæi Velovallii filio, Cajolenſi, qui genu ſibi uſque ad os inciderat ſecuri, votum & oleum Beati ſanitatem brevi attulit læſæ partis, abſque alio medicamento:

73 LXXXVII. Baptiſta Rubertus, de Domaſo ad Larium lacum, annos VII ſtomacho laborans, cibum retinere non poterat; præterea menſes IV vexabatur profluvio ac febri tertiana; cui ceſſant ſubito profluvium & febris, poſtquam votum Beato vovit; atque incipit pariter retinere cibum.
C LXXXVIII. Dominica, vidua Martini Chriſtinæ de vico Tiol, annos XVII à dæmonio inſeſſa, quo nullis exorciſmis liberari eatenus potuerat, magno labore inviſit Beatum & liberatur. LXXXIX. Liberatur quoque morbo caduco, quo duos annos continuos ſextùm ſeptimúmve cadebat in terram, filius decennis Antoniæ, viduæ Franciſci Martinelli, Groſſottanæ: liberatur autem poſtquam mater votum obtulit, templum viſitavit, & puerum unxit; qui deinceps non amplius cecidit, nec quidquam ægritudinis ſenſit. XC. D. Camilli Venuſti, Doctoris Tirani, filius quadrimus à triennio herniam ferebat à parte ſiniſtra, protuberantem magnitudine grandis ovi. Mater eum vovet Beato, linitque oleo ſacro, & hernia curata eſt. XCI. Filiæ ejuſdem D. Camilli, Marthæ nomine, uxori vero D. Martini Cattanei, remanſerat è partu dolor acerrimus in dextro latere prope pectus, tenuitque menſes IV, eludens omnem medicorum curam atque artem. Accedit per votum ad Beatum, potatque guttas aliquot de oleo lampadis ejus quodam veſpere, ac tertio poſt die per os magnam vim fœtentiſſimi puris ex abſceſſu intus rupto ejecit; convaluitque propediem.

74 XCII. Petro Stephani Lanfranci, Motæ habitanti, fractum fuerat per medium crus ſiniſtrum, ſic ut calx reclinata ſurſum, genu contingeret, atque os fiſtulæ diſruptæ duplicata, quæ geſtabat tibialia, eaque bene ſpiſſa, pertudiſſet. Confugit miſer ad opem Beati per votum, & unctâ tibiâ in loco rupturæ, invenitur poſtridie vulnus ſolidatum. XCIII. Bartholomæus, filius quondam Jacobi Magetti, Groſſotanus, dictus vulgo Rondinus, infeſtatus triennium gravi tentatione deſperationis, aliquoties percuſſionibus, ſemel ſuſpendio ſibi vitam eripere, conatus fuerat. Conductus is ad Beatum à ſuis, vovet ei orationes aliquot certo tempore recitandas; admittit etiam unctionem, atque omni tentatione libetatur. XCIV. Petrus, filius Joannis Marſoli de Cà del Saſſo, parœciæ Caſpanæ, tres annos ac ſemis portabat ſub gula tetrum ulcus, medicantibus in vanum chirurgis: & quia malum fecerat fiſtulam, ſpes omnis aberat curationis humanæ. Quapropter voto facto, adit Beatum noſtrum, & coram ſacra ejus imagine curationem ſibi impenſe rogat; nec abſolverat preces, quin plaga inciperet coaleſcere, & citra dies XV omni parte curata fuit.

75 XCV. Magdalena, uxor Bertolini de Talamona, dies circiter decem infirma, per quinque E
continuos emittebat copioſum ſanguinem ex umbilico, qui ſiſti non poterat remedio ullo. Dum itaque in diſcrimine verſatur vitæ, illita oleo Beati, comperit reprimi fluxum, & brevi tempore ſanitatem recuperat. XCVI. Angelica, vidua Mag. Ennii Cordani, Burmienſis, ſecuta per annos XX ſectam Calvinianam, in eadem obſtinaverat animum; quæ cum anno MDCIX extremo morbo decumberet, ſuadentibus multa multis, ut ad Eccleſiam Catholicam rediret, ac nihil proficientibus; fecit pro illa votum B. Aloyſio Domina Fabiana, D. Luitprandi Sermondi conjux; & infirma pridie quam moreretur, per ſe ipſa petit atque accipit ſancta Eccleſiæ Sacramenta, obitque Catholica. XCVII. Angela, uxor Mag. Hieronymi Scherardi de Mortengo, per votum ſuum Beato factum, conſervat vitam & recuperat ſanitatem filio ſuo, cui mortem variolis credebantur allaturi. XCVIII. Maria vero, vidua Franciſci Jumel de Groſio, filio ſuo duodenni, per unctionem de oleo Beati, ſanitatem integram reſtituit, depulſis neſcio quibus ulceribus, quæ caput pueri ab infantia infeſtaverant, nec potuerant eatenus ullis remediis curari.

76 XCIX. Mag. Joannes Lombardoni, Tiranenſis, timebat filio ſuo, qui per octo dies ex F
catarrho videre uno oculo nil poterat, perpetuam ejus cæcitatem: eidem per votum à Beato impetravit, illo ipſo die quo vovit, levamen aliquod, ac poſtridie perfectam viſionem. C. Ejus uxori apoſtema natum fuerat in gula à diebus VIII, ac triduum prohibebat vocem proferre aut cibum glutire qualemcumque. Deſperantibus medicis, illa, facto voto, linit ſe oleo Beati, & continuo incipit manducare ac loqui, poſteroque die valet baſilice. CI. Joannes Bariolatti Burmienſis, nuncupando votum Beato, attulit filiæ ſuæ decenni, infirmæ, & menſem integrum in periculo mortis, judicio omnium, verſanti, primùm ſpem vitæ, ac brevi plenam ſanitatem. CII. Mag. Gaſpar Romanus, ſuo quoque filio, cui hernia ſupervenerat jam ſeptenni, remedium attulit per votum & unctionem olei ſacri. Eodem quippe die quo unctus fuit, hernia ſimul abſterſa eſt.

77 CIII. Sebaſtianus, quondam Andreæ Marci de Monaſterio, habitans Cortenæ, [opificio faber lignarius, dum Vincentiæ forte laborabat,

anno

AUCTORE C. J.

anno MDCX ſub finem Julii,] crus ſibi læſerat ſecuri uſque ad os; nihilque opis afferente chirurgicâ, dies XV in acerbis doloribus & deliquiis tranſegerat, atque immaniter crus inflatum erat; quando votum Beato concipit, ac eodem tempore tam dolor quam inflatio abeunt, & quatriduo tota plaga plene ſolidata eſt. CIV. Maria, uxor Gaſparini de Gordona, cum paritura eſſet, fœtu, qui mortuus erat, liberari non potuit die integro: nuncupato autem voto in honorem Beati, ilico ſoluta eſt. Ita mihi retulit D. Curio Gordonenſis. CV. Franciſcus, filius Bernardi Muſcialini de Plateda, transfixo ſibi cultello pede, nec incedere poterat, nec quietem capere, & deliquia patiebatur: ſed dolores ceſſerunt, ubi unctio plagæ facta eſt oleo ſacro, & obdormivit: experrectus autem cœpit obambulare montes ac valles, abſque ullo doloris ſenſu. CVI. Catharina, filia quondam Joannis Jacobi Modelini, Talamonenſis, commorans Saxi, [anno MDCXI ſub diem VIII Auguſti], deſtillatione in brachium delapsâ, illo uti non poterat jam totum menſem. Facto autem in honorem Beati voto, mox brachium movere cœpit, ac brevi ad quævis eo uſa eſt. CVII. Jacobina, filia qu. Joannis Roncaini de Campo, pa-
B rœciæ Talamonenſis, per duos menſes è deſtillatione, quæ in dextrum oculum ceciderat, illo cæca, peregrinationem inſtituit ad Beatum; atque in reditu prope Sundrium, videre illo incipit; ac brevi gaudet plane reſtituto viſu. CVIII. Dominæ Agneti, viduæ D. Franciſci Alberti, Burmienſi, male habebat à tribus menſibus ſiniſtrum crus, mirifice inflatum & rubicundum, nec poterat facere paſſum. Quamobrem votum illa ſuum Beato offert, & confeſtim deſinit tumere crus ac dolere: & recte incedit.

78 CIX. Mag. Vincentius Maſiccius, Talomonenſis, pro filia ſua, quæ ex deſtillatione periclitabatur de oculo ſuo dextro jam circiter ab anno; poſt multa ei applicata in vanum remedia, votum concipit Beato; ſtatimque filia convaleſcit uſque ad integram ſanitatem. At patre ſolutionem voti differente, relabitur filia in idem malum majore cum periculo: quando iterum confirmat ille promiſſa ſua, &, illâ iterum curatâ intra biduum, ſolvit fidem promiſſam. CX. Deſtillatio ſimilis impedivit Joannem, Columbani Bormienſis filium, quo minus quatuor menſium ſpatio loqui poſſet
C verbum, delapſa nempe illa erat in linguam: ſed vovente pro filio votum patre Beato noſtro, incipit iſte eodem die loqui, & pergit valere. CXI. Jacobina, uxor Bormetti Vidalini, Burmienſis, filiam habebat, à ſeptem menſibus læſam pollice manus ſiniſtræ, plagâ omne medicamen reijciente, & gangrænam inducente; quando Beatum mater honorat voto atque viſitat; unctumque oleo ejus, pollicem filiæ, octiduo integrat. CXII. Joannes, quondam Philippi Tortini à S. Maria de Perlongo in monte, diutino cruciatus dolore genu dextri, ex quo de ſub carne etiam extruſum eſt officulum, dimidio pollice longum, [anno MDCX pridie S. Matthæi,] voto ſe obſtringit Beato & genu ungit: quod paulo poſt integrum, & ſeſe ſanum reperit.

79 CXIII. Comînus Jacobi Plonæ, Cortenenſis, triennii ſpatio quot menſibus fere privabatur uſu ſenſuum, & non raro cadebat in terram: votum is nuncupando, ac Beatum viſitando, miſeriam illam à ſe depulit. CXIV. Mag. Joannes Robaſtellus, Groſſottanus, qui habitat ut plurimum Noënnę, dimidium ſibi pollicem pedis dexteri amputaverat imprudens; ex quo crus, octo hebdomadas inflatum, peiora minabatur, jamque manu ſua officula aliquot exemerat læſus è vulnere; quando ſacra unctione de oleo Beati, nulla alia uſus medicina, ſibi medetur. CXV. Mag. Laurentius Coſta, Novenſis, cui ab annis duobus coxarum una ita erat præmortua, ut contactum ibi nullum, tametſi vehementem, ſentiret; poſtquam voto & viſitatione Beatum honoravit, unxitque coxendicem, recepit ibi ſenſum & ſanitatem. CXVI. Idem facit quoque uxor ejus, quæ ab annis XV & amplius genu dextero doluerat; ac triduo curata fuit. CXVII. Ad hæc filia quædam utriuſque, circiter ſex annos nata, cum cecidiſſet de alto muro, atque impingendo in ſaxum, fidiſſet ſibi mentum tranſverſim uſque ad os; citra aliud medicamen, linit plagam oleo Beati; atque octiduo, non amplius, plane curata eſt.

80 CXVIII. Mag. Bartholomæus Robaſtellus, qui habitat Poſtaleſii, cruciabatur anno MDCIX, per menſes duos & ſemis, continuis doloribus omnium dentium, qui partem quietis eum capere nullam ſinebant, & medici nullam medelam arte ſua afferebant. Quare ad opem Beati ſe convertit, guttamque ſacri olei lampadis ejus unicam, veſperi decubiturus, ori imponit, obdormitque ilico: mane autem experrectus, omni dolore vacuus fuit. CXIX. Joannes filius Jacobi Brangi, de Galena vallis Camonicæ, trajectus erat pugione ſiniſtrum latus uſque ad inteſtina. Plaga ſex menſes integros, varie medicata per chirurgos, non coaleſcebat; læſo interim per os ſanguinem putridum atque fœtentem perpetim eructante, ac deſperante ab humanis remediis ſalutem. Quocirca vovens Beato viſitationem, & bibens pauxillum de oleo ejus; poſt duas horas nihil amplius doloris ſentit, nihil ſanguinis ſputat, ac brevi tempore integrâ gaudet ſanitate. CXX. Franciſcus, filius Mag. Joannis Petri Fanti de Fuſinis, Sabbato ſancto anni MDCXII, trajicit ſibi cultro pedem dextrum; ungit vulnus ſacro Beati oleo; & continuò dolere deſinit, atque ad opus ſuum redit: nec ultra dies octo plena curatio vulneris dilata eſt. CXXI Catharina, filia qu. Antonii Vangioni, Telienſis, per annos facile XVI morbo caduco obnoxia, ſingulis hebdomadibus bis terve cadebat in terram; ab anno autem MDCX, quo fecit votum Beato, viſitationem & unctionem, non amplius cecidit, nec male habuit. CXXII. Per ſimile votum & unctionem, anno MDCXI Auguſto menſe, curatus quatriduo fuit Mag. Vincentius Jambelli, Talamonenſis, qui annos circiter XV apertam ſemper plagam habuerat in ſiniſtro crure; quæ tametſi diligenter medicata, eatenus non ſolum non potuerat ſolidari, ſed neque ſpem curationis ullam dederat.

81 CXXIII. Pedrotto, filio quondam Andreæ Marci de Poſchiano, natus fuerat filiolus ſine gutture poſteriore ad excernendum. Nuncupato voto, applicat ei pater guttulam olei de lampade Beati, ad locum naturæ debitum; & quarta pars horæ non abierat, cum guttur ille aperiri cœpit, ac paulo poſt puellus excrevit, jam triduum natus. CXXIV. Jacobus, vulgo Gambone dictus, è loco S. Joannis de Malenco, die primo Julii MDCX, portando filiolum ſuum bimum, trimeſtre ex variolis infirmum, & ab omnibus dubiæ vitæ judicatum; viſitat imaginem Beati; atque è veſtigio incipit æger habere melius, ac brevi convaluit, ſtupentibus omnibus qui paulo ante habuerant ipſum pro mortuo. CXXV. Filius Catharinæ, uxoris

Bapti-

A Baptiſtæ Filis de Triangia, parœciæ Sundrienſis, adſcriptus jam erat mortuis à vicinis omnibus, periculum ex gravitate morbi metientibus; vovet illum mater ſua Beato, cum ſubitanea mutatione in melius, & recuperatione valetudinis perfectæ. CXXVI. Baptiſta, filius qu. Antonii de Loi, ex Edulo vallis Camonicæ, filium habebat, ſeſqui anno circumferentem fœdiſſimam plagam, toto quidem illo tempore curatam, ſed nec ſolidatam nec meliori loco ſitam: votum anno MDCX vovet Beato, linitque oleo ejus plagam, cum ſpe bona illam ſolidandi, atque ſolidatione ipſa cis triduum ſecuta. CXXVII. Uxor Mag. Petri Sarotti de Edulo, anni MDCX menſe Junio perducta ad mortis limina & moribunda erat, poſtquam commendatio animæ ejus per ſolitas Eccleſiæ preces facta eſſet, citra ullam ſpem vitæ diuturnioris: cùm, Mag. Laurentio ejus filio votum concipiente in honorem Beati, nondum elapſis tribus horis, illa redit ad ſe, loquitur, cognoſcit omnes, atque intra triduum cubile deſerit perfecte ſana.

82 CXXVIII Michaël, filius qu. Georgii de Caſtello Fuſinarum, dies XVIII decumbebat tanto dolore diſcruciatus pedibus, ut contactum nul-
B lum, ne lodicis quidem, ferre poſſet. Tandem nocte quadam voto facto, ad Beatum cónfugit impatiens doloris; ſimul obdormit, ac in ſomno videtur ſibi poſſe incedere; experrectuſque, cum tali fiducia ſurgit, atque obambulat totum cubiculum, paulo poſt ex toto ſanus. CXXIX. Laurentius Jacobi Joannis Donæ, ex Iſolazzi parœciæ Burmienſis, gelatum pollicem ſiniſtri pedis marcidumque à ſemeſtri habebat, maximo cum doloris ſenſu; qui pollex, ſæpe quidem multumque medicatus, ſed numquam cum levamine ullo fuerat. Quamobrem ſubſidium poſcit miſellus à Beato noſtro, ac ſtatim impetrat fugiente ilico dolore; addenſque pollici unctionem, reſtitutum ſibi eum in integrum paulo poſt gaudet. CXXX. Joſephus, qnondam Adamini de Sondolo, infirmus, dextroque crure per menſes duos ſæviſſime ſemper cruciatus; votum Beato vovet, ceſſante mox cruciatu, atque intra octiduum deſinente omni infirmitate. CXXXI. Antonius, filius Joannis Pacoſii de Sancticolo vallis Camonicæ, cui luxata erat ſpina dorſi, coſtæque tres loco motæ; varia nequidquam expertus remedia, imo peritorum judicio immedicabilis humana arte; per votum agit apud Bea-
C tum, eumque viſitans menſe Majo præſentis anni MDCXII, ac ungens affectum dorſum, levatur continuo dolore, relinquit in loco ſanus fulcra axillaria quibus venerat, reditque cum feſtina curatione totius mali. CXXXII. Dominus Carolus Quadrius Clurienſis, conficiebatur trium & amplius hebdomadarum doloribus, qui inſidebant latera ac renes; nec inveniens per medicamenta humana levamen, nec ſpem curationis, recurrit ad oleum Beati; eoque ſe liniens, ejicit paulo poſt calculum, ac ſanus exiſtit. Hoc autem factum eſt menſe Julio currentis anni MDCXII.

Ego Nicolaus Lunghi Presbyter, præmiſſa depoſui eo modo quo ſcripta ſunt; in quorum fidem & me ſubſcripſi.

83 *Idem ibidem* monitus ad declarandum particulariter proceſſiones, quas ſuperius innuit, cum declaratione etiam numeri perſonarum cujuſlibet proceſſionis & loci; *Reſpondit*: Ad hoc uſque tempus notatas habeo in adverſariis meis infraſcriptas proceſſiones. *Enumerat autem viginti & unam, quarum prima notatur veniſſe* anno MDCX, die III Paſchatis Reſurrectionis Domini. *Reliquis non apponitur ſuus dies; ſed tantum annus: & octodecim quidem primæ referuntur ad annum prædictum* MDCX; *duæ ſequentes ad* XI; *ultima ad* XII; *quo depoſitio hæc facta eſt. Enumerantur autem primo loco oppida, unde ſupplicatio venit; deinde exponitur, quot* circiter miliaria *diſtent à Saxo; denique additur numerus perſonarum, quæ ſingulis interfuerunt. Hæc omnia, compendii cauſa, ſub tribus titulis in tres columnas diſpertita ſubjicio.*

AUCTORE C. J.

Oppida, unde venerunt. Diſtantia. Numerus perſonarum.

1	Caſpanum	XXII M.P.	CL.
2	Ardennum	XVIII.	C.
3	Bulium	XVIII.	C.
4	Morbenium	XXII	C.
5	Talamona	XX	C.
6	Rocoledum ſub Morbenio....		LXX.
7	Fuſinæ	XI	CL.
8	Poſtaleſium	X	C.
9	Cajolum	VIII	C.
10	Caſtellio inferior	VI	CC.
11	Albeſagia	V	CC.
12	Sundrium	IV	MCC.
13	Plateda	III	CL.
14	Pons	vicina eſt	CCC.
15	Cluſum	vicinum eſt	C.
16	Telium	V	CL. E
17	Pons S. Jacobi ſub Telio		LXX.
10	Carona	VI	LXXX.
19	Caſtellio inferior, iterum		CC.
20	Sienum ſupra Trahonam	XXIV	C.
21	Trahona	XXIII	CXXX.

Clauſula examinis teſtis primi.

14 *Poſt hæc* interrogatus de conteſtibus ſingulorum miraculorum ſeu gratiarum; reſpondit: Id in poteſtate mea non eſt enuntiare: quia in adverſaria mea non retuli aliud quam miracula & beneficia, quæ ad me delata fuerunt. Interrogatus, an poſſibile ſit, quod veritas aliter ſe habeat, quam ipſe ſuperius depoſuit; & an poſſibile ſit, quod caſus prædicti, quos ipſe uti miraculoſos refert, evenerint propter aliquod medicamentum adhibitum, vel ex aliqua alia cauſa naturali vel accidentali; reſpondit: Veritas omnino ita ſe habet, ut ſupra dixi, tum de rebus illis, quas ipſe vidi; tum de aliis, quæ mihi relatæ fuerunt ab illis ipſis perſonis, quæ beneficia acceperant; aut ab aliis eorum nomine, prout ſupra in decurſu annotavi: & ego quidem pro certiſſimo habeo, cuncta eveniſſe per ſolam gratiam atque interceſſionem Beati, & non aliter; præſertim illa, quæ ante oculos meos facta ſunt, quæque ſine ulla hæſitatione pronuntio miracula eſſe. Super generalibus interrogatus, recte reſpondet, & quod quotidie, vel quaſi, celebret; non excommunicatus &c. nec inſtructus &c. & fuit citatus per Carolum de Caſtiomo, ſervitorem &c. Communis Clurii. *Et hic finis eſt examinis ac depoſitionis ſatis prolixæ D. Nicolai Lunghi, Curionis Saxi, teſtis in hoc proceſſu omnium primi. Cujus depoſitionis, ut principium totum, ita totam quoque clauſulam adſcripſi: & ſimiliter adſcribam in depoſitione teſtis ſecundi, in ſpecimen ſequentium omnium, quæ fere ejuſdem tenoris ſunt, quod quidem in clauſulis attinet ad Interrogationes. Et hæ ubique latinis verbis in ipſo proceſſu expreſſæ ſunt, uti & principia cujusque examinis: non item Reſponſiones examinatorum, quas ſinguli teſtes ſuo modo & lingua formant. Notandum quoque eſt, in præmiſſa D. Nicolai Lunghi depoſitione multa paucis proponi, quæ in ſequentibus explicantur prolixius, per eos qui beneficia acceperunt.* F

AUCTORE C. J.

CAPUT VII.

Depositiones examinatorum anno MDCXII.

Inductio testis 2,

85 *Dixi modo, testis quoque secundi examen ac depositionem proponenda à me esse integra cum principiis suis & clausulis in specimen aliorum, ubi illa fere prætermittam brevitatis studio. Incipit igitur examen ac depositio testis* II, *Catharinæ Micheloni, hoc modo.* Die XXV Septembris, *anni scilicet* MDCXII, coram prædicto Domino Archipresbytero Burmii, sedente super cathedra, posita in aula domûs ecclesiæ S. Michaëlis de Sazio, in qua Reverendus Curatus ipsius loci residet, sitæ in dicto loco de Sazio, cum assistentia Excellentissimi Juris utriusque Doctoris Domini Antonii Mariæ Paravicini, Locumtenentis Generalis suprascripti Domini Capitanei, sedentis in eodem loco: quem locum &c. prædictus Dominus Judex elegit... pro infrascriptis peragendis. Constituta Catharina, filia Stephani Micheloni de Sazio prædicto, uxor Joannis Antonii della Briotta ejusdem
B loci; juratque corporaliter tactis Scripturis, & citata per suprascriptum Carolum servitorem, ut supra; prout etiam in relatione mihi facta &c. & cui declarata fuit perjurii gravitas. Interrogata quam diu est quod sacramentaliter confessa non communicavit, juramento suo respondet (*Hactenus latine omnia. Responsio autem est Italica*): Ultimùm communicavi die festo Nativitatis B. Mariæ hoc ipso mense. Interrogata, quid sentiat de dicto B. Aloysio; & qua veneratione colatur; &, si miracula novit ad ejus intercessionem concessa; & in specie sibi concessa, declaret. Respondet: Verum est, prædictum B. Aloysium à me reputari magnum Sanctum, & magnum Advocatum nostrum apud Deum: estque ipse in maxima veneratione apud populum hunc, multosque alios, non tantum in Vulturena valle, verum etiam in valle Camonica, Pusciano, & alibi.

deponentis curationem suam à dolore dentium,

86 Interrogata de causis scientiæ. Respondet:
C Hoc scio; quia nata in hoc loco Sazio, video quotidie concurrere multam gentem, viros, feminas, Religiosos, atque alios, ut lucrentur indulgentias, ad hanc nostram imaginem & sanctas Reliquias dicti Beati, quæ in hac nostra ecclesia servantur. Vidi quoque varias supplicationes eò duci è variis oppidis dictæ vallis Vulturenæ; & passim publice prædicantur innumera miracula, ad ejus invocationem à multis obtenta. Præter hæc, ego ipsa obtinui sequentem gratiam. Sunt modo anni tres, quod ego per dies & noctes, ut minimum octo continuos, crudelem in modum discruciata fui dolore dentium, qui nec partem quietis ullo mihi tempore permittebat. Quamobrem persuasa à matre mea Joannina, de consilio adm. Rev. Presbyteri Nicolai, Curionis nostri, erexi me in lecto, ubi cubabam; atque, ut potui, sedens, sustuli mentem ad Deum & ad Beatum, vovique recitare ter Pater & Ave & Credo quotidie per octiduum; & statim, statim, dico, fugit à me dolor; dormivi multùm temporis, ac deinceps dolorem dentium non sensi. De hac re testimonium perhibere etiam mater mea potest, & quotquot in domo nostra sunt; qui omnes stupuerunt, videntes tam subitaneam mutationem. Hæc porro vera esse scio, quia mihi ipsi acciderunt.

87 Interrogata, num hæc fuga doloris posset adscribi medicamento, aut aliter eveniſſe quam per miraculum. Respondet: Adhibita fuerunt antea aliquot remedia, puta, incensum & similia; sed nullum mihi afferebant levamen, imo irritabant potius dolorem: ac duobus ultimis diebus nihil plane adhibui, rata id esse supervacaneum. Quocirca omnino existimo, nulla mihi medicamenta, nullam causam naturalem aut accidentalem, depulisse dolorem; sed solam Dei gratiam, Beato patrocinante. Super generalibus interrogata; respondet recte, & quod non fuit ab aliquo instructa: nec est excommunicata: & est ætatis annorum XXVII circiter; & fuit citata prout supra &c. Ego idem Paulus Notarius pro dicta Catharina, nesciente scribere, in fidem subscripsi. Prosper Peranda Archipresbyter, Judex ut supra, pro fide &c. Et de prædictis rogatus sum ego idem Notarius &c. *Eandem curationem Catharinæ deposuerunt etiam, memorati ab ipsa, mater ejus Joannina, testis* V; *& Curio ejus, Dominus Nicolaus: & hic quidem initio depositionis suæ ait, factam esse curationem* mense Februario anni MDCVIII, *fuisseque* secundam omnium, *quas Deus ad invocationem B. Aloysii concedere miseris mortalibus Saxi dignatus est. Illa vero testatur, filiam,* se præsente, votum concepisse & statim absque dolore fuisse; & post aliquantum somnum surrexisse perfecte sanatam. E

& clausula examinis ejus. D

88 *Testis* III, Riccadona, filia Joannis de Roda &c. (*prout in catalogo testium*) *post multa generalia ad cultum Beati facientia, de se ipsa addidit:* Anni duo fuerunt nupero Januario (*deposuit anno* MDCXII, XXV *Septembris*) quando ego in puerperio laborans per triduum, ultimo tandem die com- *Fœtus in partu transversus* peri fœtum in utero mihi transversum jacere, capite dextrorsum, pedibus sinistrorsum extensis: jamque versabar in gravi vitæ discrimine: cum vix mihi illitus fuit venter oleo, de lampade ejusdem Beati sumpto, & ilico sensi, erigi in utero fœtum, & componi ut oportet; ac paulatim cœpi adjuvare me, peperique citra dolorem ullum infantem mortuum. *Citavit contestes Luciam Ambrosii, & Pasquinam Moretti socrum suam, quarum illa in Catalogo testium præmisso est* XV, *hæc* XVI: *prima confirmatis Riccadonæ dictis, ait,* venisse sub versperam cum oleo Beati R. D. Curionem *sine dolore emittitur.* Nicolaum in domum periclitantis feminæ, quæ credebatur jamjam moritura; factaque ei per aliquam adstantium unctione, ilico eam, per gratiam Dei & prædicti Beati, peperisse. *Altera confirmationi suæ ejusdem casus subjungit:* Quod vero ad
F me attinet, multæ mihi gratiæ obveniunt à Beato illo; & quotiescumque nomen ejus invoco, perfundor lætitia, internaque animi consolatione. Atque illud etiam singulare obtinui, quod cum hac ipsa æstate multum cruciarer dolore oculorum, adhibito ejus oleo, statim sine cruciatu fui, & deinceps mansi. *De hoc Riccadonæ partu locutus est etiam D. Nicolaus Lunghi.*

89 *Testis* IV Joannina *&c. ut in catalogo testium; qui & pro sequentium omnium cognominibus, familiis, patria, ætate; tempore & loco depositionis inveniendis, consulendus erit.* Joannina, *inquam, testis* IV *ita deponit.* Ego opem & intercessionem *Utrâque coxâ ischiadicus* Beati apud Deum experta sum ab annis circiter tribus. Primùm in filio meo, nomine Andrea, ætate tunc annorum IX. Is utrâque coxâ dissolutus atque impotens movere se loco, sesqui mensem lecto decubuerat, neque poterat satisfacere necessitati naturæ absque alieno juvamine. Quamobrem, intellecto per B. Aloysium patrari miracula, ad ipsum me converti; positisque prope lectum infirmi genibus, vovi Missam unam, à me, dici cu-

ran-

voto matris in momento sanatur.

Drandam in honorem Dei, B. Mariæ Virginis & hujuſce Beati. Facto voto deſcendi ad curandas res quaſdam domeſticas; & paulo poſt ad filium rediens, conſpicio eum, vix credens oculis meis, ſe veſtire & lecto deſcendere perſanatum: neque amplius illo malo laboravit. Atque hæc ego ipſa vidi oculis meis. *Cuat conteſtes maritum ſuum & ancillam Jacobinam, qui audita curatione filii*, accurrerunt, obſtupuerunt, & genua flectentes gratias egerunt Deo & B. Aloyſio. *Ancilla autem, quæ teſtis eſt* XXVII, *tum ſimilia deponit ac domina ſua, tum hæc addit:* Cum æger tranſportabatur è lecto ſuo in alium locum, lamentabatur vehementer præ doloris acerbitate; & ego conſcendi paulo poſt matrem ad cubiculum infirmi, vidique eum per illud obambulantem plane incolumem. Hæc autem affirmo, quia tunc ibidem, uti adhuc, ancillabar, & vidi oculis meis quæ dixi, & ſcio, alia ei medicamina adhibita fuiſſe nulla. *Eſt etiam in depoſitione D. Nicolai ſub initium, uti & quod hic ſequitur.*

Olei unctione

90 *Teſtis* VI, Joannes Bartholomæi Angelini, *præfatus fere ut alii ſuprà, dixit porro*: Contigit in domo mea, meam infantem ſeſqui anniculam profluvio alvi ſanguineo & fere continuo laborare, B per integri anni ſpatium; neque jam ſpes ſupererat nobis aliiſque ulla vitæ longioris; quin & in dies ſingulos expiratura credebatur, neque poterat amplius ſugere: quando ego quodam veſpere livi frontem ejus pauxillo olei è lampade Beati; & ſequenti mox nocte cœpit infantula dormire, ſugere lac, & mane comperta eſt valere oppidò bene; perrexitq; valere uſque in hunc diem. *Tum ſubjungit, illud contigiſſe* ab annis tribus; *puellæ nomen eſſe* Catharinam; *conteſtes*, uxorem ſuam Eliſabetham; Stephanam Rainoldi de Furno, uxorem olim Dominici Angelini; & fere omnes incolas ejuſdem villæ Fontaninæ; præ ceteris tamen, Mariam, conjugem Mauritii Delei, *quæ non tantum confirmat jam dicta, verum etiam de ſe ſuoque filiolo deponit, ut ſequitur.*

convaleſcit infans à fluxu ſanguinis,

91 *Teſtis* VII, Maria, uxor Mauritii Delei, *de qua modo dixi, anno* MDCXII, XXVII *Septembris, examinata*, Tres, *inquit*, jam anni ſunt à menſe Aprili, quando lactanti mihi puerulum ſemeſtrem defecit lac, hebdomadaſque tres continuas eo carui. Interea portabam famelicum modo ad hanc, modo ad illam nutricem, emendicans ei alimentum neceſſarium: cum die quodam inviſi mane ad eccleſiam Beati, ibique livi ambas mihi mamillas oleo lampadis ejus; & inſtanti tempore lac mihi ſupervenit, tanta feſtinatione & copia, ut redeunti domum effluëret, induſiumque & veſtem pectoralem madefaceret. *Confirmant hæc teſtes* XXIV *&* XXV.

recuperat nutrix amiſſum lac,

curatur pes fœde læſus

92 *Teſtis* VIII, Lucia, vidua Mauritii Moretti *&c. ita depoſuit:* Elapſis aliquot annis, & prius quam in eccleſia noſtra Saxi coleretur B. Aloyſius, audivi aliquoties R. D. Nicolaum, Curionem noſtrum, prælegentem nobis hiſtoriam vitæ & miraculorum ab illo factorum; indeque inhæſit animo meo præclara opinatio de ſanctitate ejus. Contigit deinde in pervigilio B. Mariæ. Eliſabetham viſitantis, tribus abhinc & quod ſuperat annis, Michaëlem Michaloni, jam mortuum, dum forte deſiliret è muro quodam, infigere pedem ſpinæ tricuſpidi permagnæ: ex quo perforatus pes, intumuit; tantumque homini creavit dolorem, ut XV diebus continuis capere quietem nullam poſſet; jamque circum putreſcebat purulentum vulnus: quando convenit eum in pervigilio B. Mariæ prædicto Dom. Nicolaus Curio noſter, invitatque ſecum ut comitetur poſtero diluculo, ad Beatam Virginem Tiranenſem; quæ x mille paſſus Saxo abeſt. Reſpondet ei ille hujuſcemodi verbis: Nihil equidem fecero libentius. At conſiſtere erectus vix poſſum pede altero, propter vulnus, quod circum putreſcit atque acerbiſſimos dolores per totum illud corporis mei latus diffundit. Offert ei prædictus Curio de oleo è lampade Beati, mandans uti ante recitet tertiùm Pater noſter & Ave Maria, quàm illo pedem ungat. Fecit ita æger; mox dormivit nocte tota, & experrectus mane, non tantum ſanus fuit, ſed nobiſcum perrexit quoque pedes ad Beatam Virginem prædictam. AUCTORE C. J.

nulla cicatrice relicta.

93 *Interrogata teſtis* de cauſis ſcientiæ; *reſpondit*: Scio hæc, quia habitans prope Michaëlem prædictum, quotidie eum inviſebam; & pedem inſpiciens, ſemper peſſime affectum comperi, uſque ad pervigilium, quod dixi, B. Mariæ. Applicavi quoque vulneri medicamenta, à peritis talium præſcripta; ſed abſque medela. Poſtridie autem, ipſo nempe feſto B. Mariæ, inviſenti mihi illum de more, oſtendit eumdem pedem ſuum ex integro ſanatum, ſolidatum, & abſque cicatrice; E eodemque tempore narravit mihi quid pridie egiſſet, prout jam retuli. Hæc ipſa probe etiam ſciunt, Bartholomæus filius (*teſtis nempe* XI) & Philippina quondam uxor ejus, & multi alii: *quos inter computari poteſt Andreas Martini teſtis* IX, *qui omnia confirmavit depoſitione ſua; nec non D. Nicolaus Curio, qui compendio idem retulit ſupra; inquiens, unctionem factam eſſe* die I Julii, *quod eſt ipſum pervigilium Viſitationis B. Mariæ, hic memoratum; & miraculum illud, ſecundum eſſe quod per unctionem, quintum vero univerſim omnium quæ Saxi patrocinante Beato facta fuerunt.*

item diarrhœa ſanguinea.

94 *Eadem teſtis retulit etiam illud:* Eodem anno filiolus bimus Bartholomæi Semperbenc, fratris mei, Stephanus nomine, laborabat jam decimum diem diarrhœa ſanguinea & acerbis torminibus; cum mater ſua, conferens ſe rus ad laborandum, curam ejus mihi commiſit in domo mea; & habebam forte in manu cochleare ligneum, quo uſus fuerat Clericus quidam Sundrienſis, ad hauriendum neceſſitati ac religioni ſuæ aliquantum olivi è lampade Beati. Accepi inde, qua potui reverentia, pauxillum illud, quod ligno, uti fit, adhæreſcebat adhuc, illoque livi ventrem pueri circum umbilicum: & ille continuo diſtendit corpuſculum ſuum, quo modo ſolent excitati è ſomno; ſudavit aliquantum; paulo poſt obdormiſcens, quievit horas quinque continuas; quando rediens mater ejus Joannina, puerumque accipiens, miratur ſanum eſſe: & ſanus deinceps manſit. Nunc tamen alio ex morbo mortuus eſt. *Interrogata iterum*, Num poſſibile eſſet vel ipſa crederet, quod ſalus obtenta per dictum puerum & ſupradictum Michaëlem, evenerit ex aliquo medicamento vel accidente, quam per miraculum vel gratiam. *Reſpondit*: Credo ego, aliter non eveniſſe, propter cauſas quas dixi; maxime vero, quia unius atque alterius ſanatio inſtanti tempore peracta eſt, prout retuli. *Confirmarunt hæc pater & mater pueri, teſtes* X *&* XXVIII, *depoſitionibus ſuis, nec non D. Nicolaus ſupra.* F

Apparens Beatus liberat energumenam.

95 *addit etiam eadem Lucia, teſtis* VIII, *ſic dicens:* Aliam gratiam nihilo minorem obtinui ego mihi, per interceſſionem ejuſdem Beati. Fui nempe à Dæmone inſeſſa, miſerumque in modum vexata annos XII continuos. Sepenumero recurri ad

AUCTORE C. J.

B. Aloysium, postulans malo hospite liberari: servivi etiam, idque perpetuo, in domo Curionis nostri & in ecclesia, saltem ex quo ibi facta sunt miracula; & omnia lubenti præstabam animo tamquam ipsi Beato. Hinc, opinor, nocte quadam, annis abhinc plus quam duobus, non dormiens, sed recte vigilans, videre mihi visa sum per breve spatium temporis Beatum ipsum, illa statura & forma qua depictus est in ecclesia: videbaturque manum suam, quæ frigidiuscula erat, apponere meo pectori, dicens; Ne dubites, filia; sustine, ego te juvabo. Et ex illa hora huc usque, transactis propemodum tribus annis, nihil incommodi, ut prius, passa sum; ut credere liceat, me liberatam esse invisо hospite. *Hæc, ejus filia Ursina, testis* XXIX, *confirmavit depositione sua.*

96 *Testis* IX, Andreas, *&c. deposuit, uti proxime superiores, anno* MDCXII *die* XXVII *Septembris, sic ajens:* Proxima S. Luciæ festa luce duo anni erunt, quando ego, facultatem concedente Curione nostro, cum aliquot operis meis incubui ad efferendum è vinea Domini Caroli Quadrii aut privignorum ejus, ingentis molis saxum, instar lapidis torcularis, quod forte ceciderat è
B muro meo, vineam ipsius disterminante à mea; cumque vectes unà supposuissemus saxo ad illud emoliendum; accidit unius collaborantium incuria, digitum hunc meum dextræ manus medium comprehendi inter saxum & vectem; atque inde findi os ejus quam longum est, cum incredibili dolore & magna sanguinis effusione. Vesperi domum reversus, curavi statim contritum digitum ungi oleo Beati, voto addito recitaturum me quotidie tertium Pater & Ave usque ad Natalem Domini: atque illico cessavit cum unctione dolor; quievi placide tota nocte, ac mane digitus sibi restitutus, integer ac sanus fuit, ut modo videtis. *Ad Interrogationes consuetas respondit*, nihil medicaminis humani applicatum digito fuisse; seque credere non aliter illum quam ope Beati curatum esse; *confirmavit id ipsum filia ejus Joannina, teste* XXVI: *Et prosequitur Andreas:* Multas quoque alias ab eodem Beato gratias accepi. Aliàs namque laboravi torminibus ventris, aliàs doloribus capitis: & primo quoque tempore, quo feci votum aliquod, quamvis minimæ rei, ilico sanatus fui.

Os digiti contritum,

redintegratur illitum oleo.

97 *Testis* XII, Catharina, filia Maphæi *&c. sua prompsit hoc modo:* Præsens fui cum puer anniculus
C magistri Joannis Antonii Miotti de Ponte, tribus fere abhinc annis, obstipatâ alvo, solvere naturam non potuerat à decem & pluribus diebus continuis, atque instar moribundi inclinato capite languebat. Nihil autem juvantibus glandulis medicis, & quæ præterea applicata fuerant medicamentis; tandem recurrendum esse duximus ad oleum Beati, eoque inunctam sphærulam de nuce applicuimus puero; qui statim alvum solvit, sibique belle restitutus est, neque amplius ei tale quid accidit, quod sciam. *Adfuerunt quoque in curatione pueri, Dom. Lucretia, mater, & Dom. Anna, soror ejus, testes* XIII *ac* XXXIII; *quæ puerum vocant* Vincentium: *& soror quidem, non tantum adfuisse se, ait; sed etiam* orasse dum unctio fiebat: *mater vero ætatem ejus determinans,* tunc novem mensium fuisse, *dicit ex quibus* fere sex laboraverat quidem duritie alvi, sed postremis quindecim diebus nullum ejus habuisse beneficium, exonerando eam; atque inde passum fuisse acerbos dolores. Jamque appropinquabat morti, *ait*, cum Catharina *prædicta*, neptis mea, mihi laudavit oleum B. Aloysii *&c. Ad Interrogata porro respondit:* Applicueramus quidem puero, præter alia medicamenta, sphærulas multas: sed nulla juvit, quam ultima illa, quæ uncta fuit oleo Beati, atque integram semimortuo valetudinem reddidit. Inter ungendum tamen jussimus nos matres, humi genua ponere Annam privignam meam, & Catharinam atque Hieronymam, filias Catharinæ neptis meæ supradictæ; ac recitare quanta possent religione tertium Pater noster & Ave Maria. Hinc firmiter credo, per solum miraculum puero sanitatem à Deo & Beato nostro restitutam esse.

Obstipata 15 dies alvus pueri,

eodem oleo uncta, laxatur;

98 *Testis* XIV Magdalena *&c. sic locuta est:* Filiolo quodam meo bimulo, grandi duraque hernia laborante in sinistro inguine, vovi ego, ita divinitus inspirata, me in honorem Dei omnipotentis, beatissimæ Virginis ac B. Aloysii, puerum illum portaturam semel ad ecclesiam ejusdem Beati Saxensem; ituram vero eodem, absque onere illo, decies aut duodecies. Post votum hoc, portavi puerum quò dixi; unáque monstravi illum Reverendo Curioni istius loci, lustrico patri meo: qui desperavit salutem ejus, suasitque ut Nurciensibus medicis curandum offerrem. Ad hæc ego: Malim mortuum videre puerum, quam ferro secandum permittere; sed spero firmiter, ope Be- E
ati hujus curatum iri. Quo audito, livit ille partes pueri affectas oleo ejusdem Beati thaumaturgo; & ego discessi domum meam. Progressa vero ad mediam fere viam, inspexi puerum, & perfectissime curatum comperi: neque vel indicium istius mali deinceps apparuit amplius. *Interrogata autem* de tempore & contestibus; *respondit:* Existimo à tribus fere annis id factum esse. Adfuit autem & maritus meus; estque etiam conscius rei gestæ D. Leonardus Lunghi, Pontanus, qui puerum vidit, quando à me portabatur Saxum; atque iterum vidit, quando reportavi illum inde, plene curatum; idque cum magna admiratione sua & omnium, qui, quod factum erat, audiebant: quia hernia illa foris extabat tam grandis, quam est justus hominis pugnus; atque ita etiam extabat illo die & hora, quibus puerum portabam Saxum. *Maritus, de quo hic mentio, est* Jacobus Martini, *testis* XXXII, *aitque, non tantum se adfuisse, sed* in itu ac reditu uxorem comitatum esse; *& quæ acta, supraque relata sunt,* omnia vidisse.

similiter & hernia prægrandis curatur.

99 *Testis* XVII, Jannolinus *&c. isthæc encomia Beato dedit:* Ego mihi persuadeo & credo, quantumvis hebes sim, hunc B. Aloysium fuisse opti- F
mum Dei servum & sanctum hominem: alioquin enim non consequeremur per eum illa beneficia quæ consequimur. Et ego consecutus sum unum, prout dicam. Quando proximus venerit Martius (*deponit testis anno* MDCXII, XIX *Decembris*) duo erunt anni, cum ibam ego lignatum in silvam, mecum ferens securim sub brachio sinistro; contigit autem, incedentem per nives glisscentemque cadere, inque prælapsam securim impingere digitum meum auricularem sinistræ manus (quem ibidem ostendit) ac findi bifariam, ita ut os conspiceretur. Quid agerem? Strinxi digitum, & ligavi, ut potui; reversusque sum domum: ubi mater mea bonæ memoriæ, statim protulit ampullam cum oleo Beati; ac recitatis pro me tertium Oratione dominica & Salutatione angelica, in honorem Dei, beatissimæ Virginis ac B. Aloysii, instillavit digito vulnerato guttas duas prædicti olei, & obvolvit aliquid ligaminis. Cum ilico cessarunt dolores, alioquin vehementes, ac postero die, quod dixi ligamen excidit per se, apparuitque digitus solidatus, ac de integro sanatus,

& digitus fere præscissus.

A tus; nisi quod, qua sanguis decurrerat, adhuc ruberet. *Addit pater ejus, testis* XIX, curationem fuisse subitaneam, & se omnia vidisse.

100 *Testis* XVIII, Margarita *&c. deposuit anno* MDCXII *mense Decembri, sequentem in modum:* Habeo filium, nomine Joannem, ætatis annorum XIV; qui proxime elapso Aprili, quodam vespere domi sedens, nec opinato cœpit cruciari auriculâ sinistrâ, & lamentabiliter conqueri. Jussi ego illum lamenta comprimere; aliud id non esse dictitans, quam frigus quoddam brevi transiturum. Conticuit ad hæc tantisper ille; sed non diu; cum denuo cœpit vociferari, Heu me! heu me! Et ego; Quid tibi autem? Ait, torquendo os, nescio quis auriculam meam invasit dolor, qui intolerabili modo discruciat mihi caput ac diffindit: nec poterat loco consistere. Interim tamen temperavit aliquantum à querulis vocibus, id est per horam fere unam; cum acerbiora denuo erupit in lamenta, atque altùm eiulare perrexit tota nocte. Diluculo, incerta quid puero facerem, quietem nullam capiente, surrexi è strato, & orans Deum pro eo, ipsum quoque orare jussi. Deinde reminiscens, habere me adhuc aliquid
B de oleo B. Aloysii, jusso puero incumbere dextro lateri, guttulam ejus unam instillavi auriculæ dolenti. Quo facto, lamentari desiit, somno se dedit; atque ad meridiem usque dormivit. Tum vero a me excitatus, surrexit sanus & doloris expers, nec umquam amplius eum sensit.

101 *Testis* XX, Spectabilis D. Carolus *&c.* Plane existimo, Majestatem divinam intercessione B. Aloysii præstare multa mortalibus beneficia; & mihi præstitisse confiteor, tametsi non multâ in illum ferebar religione. Nupero Julio (*anni* MDCXII) agebatur, ni fallor, dies Jovis, cum vespere me incessit dolor iliacus; sed is, adhibito è calido cinere remedio, mane nullus superfuit. Supervenerunt autem mihi sabbato sequente sub vesperam dolores renum & dextri lateris tam vehementes, ut male mecum agi existimarem, medicinis quibuscumque nullum afferentibus levamen. Cumque dolores interim diu noctuve nihil remitterent, sed potius crescerent, accersivi die Martis mane Confessarium meum, eique explicavi arcana conscientiæ; in deterius semper vergente morbo. Vespere tandem diei Mercurii suasum mihi & persuasum fuit, uti oleo
C prædicti Beati, cui eatenus non magnopere afficiebar. Quamobrem attulerunt illud mihi ab uxore D. Julii Ruscæ; & converti ego me ad Beatum per orationem. Paulo post unxit me Lucia, famula excellentis Domini Doctoris Lanizari; incipiens sub costis dorsi, atque inde procedens deorsum usque ad anum: quatenus vero digitum ducebat ungendo, eatenus evanescebant dolores ac reducebantur omnes ad solum anum; cum ilico solvi urinam, primùm quidem veluti filis quibusdam sanguineis mixtam; deinde vero ac tertiùm perturbidam, arenosam & sanguinolentam; tum denique valde claram: & in momento abiit reliquus omnis dolor. Atque hæc omnia spatio horæ dimidiæ facta sunt; eodemque vespere surexi è lecto sanus, nec sensi deinceps dolores ejusmodi: & ex illo tempore eumdem Sospitatorem meum religiose veneratus sum, tamquam acceptæ sanationis auctorem, post Deum. *Hæc omnia distincte confirmant juramento suo. Lucia quæ ægrum unxit, testis* XXI; *& Domina Lælia Lazaroni testis* XXIII; *nec non medicus, Nicolaus Tarchini, testis* XXII, *inquiens*; se mane ægro adhuc adfuisse, æque oppresso ac prius; post prandium vero ejusdem diei, unctum oleo Beati statim urinam reddidisse sanguineam ac arenosam; & statim fuisse sanum, & è lecto surrexisse, & secum eodem vespere exivisse in forum; *nec dubitat affirmare*, curationem illam vere miraculum esse; quia vi nulla medicamentorum aut arte humana fieri tam subitanea potuit.

Idem oleum brevi tempore depellit

dolores auriculæ,

item renum lateramque;

AUCTORE C. J.

CAPUT VIII.

Examinati anno MDCXIII.

102 *Testis* XXX, Dominica de Briottis *&c. deponens anno* MDCXIII *mense Majo*, Quatuor, *inquit*, abhinc annis plus minus periclitabatur in partu filia mea Catharina, uxor Jacobi de Famalonga; & prope desperationem res venerat; cum eo vocatæ, ego & aliæ feminæ, multa tentavimus; atque inter alia etiam sustulimus dolentem per pedes sublime, quo suum rediret in locum fœtus, cujus una tantum manus prodierat. Sed omnia hæc nequidquam tentavimus. Tum vero illa, imploratâ ope B. Aloysii per votum, misit maritum suum allatum de oleo ejusdem; quo accepto, unxit eam Catharina, uxor Jacobi de Briottis, lustrica mater sua; & vix uncta fuit, quin per gratiam Dei ac B. Aloysii pareret infantem.

Juvat periclitantem in partu,

E

103 *Testis* XXXIV, Nesa, *sive Agnes*, de Caprinellis, Communis Plateæ, annorum XVI, *deposuit eodem anno die* II *Maij, de paralysi sua & curatione per B. Aloysium; ita incipiens*: Sum ego puer puella, patre matreque orba, quæ vix scio loqui: dicam tamen, quid opis consecuta sim à B. Aloysio. Proximo S. Jacobi festo quadriennium erit, quando paralysi tacta fui à decem inde mensibus, sic ut incedere non possem; & à lumbis usque ad plantam pedis nec frigus nec calorem sentiebam; insuper & brachiis dolebam & manibus. Interea crebras ad Beatum fudi preces, ut mihi vires impetraret à Deo, sufficientes ad invisendam ejus ecclesiam Saxi, ubi celeberrime colitur: & frater meus Antonius fecit mihi par fulcrorum axillarium; quibus incumbens promovi me, quanto conatu, tanta difficultate, donec venirem ad locum destinatum, comitante me mea sorore Tengola, & adjuvante. Factum autem hoc fuit die Dominico, festum S. Jacobi antecedente. Ibi uncta fui in ecclesia oleo lampadis, & aliquantulum precata Deum ac Beatum, per utriusque gratiam erexi me in pedes, & cœpi ambulare absque fulcris; eorumque altero in ecclesia relicto; alterum, quo tamen numquam innixa sum, lætabunda retuli domum, ibique combussi; ac semper deinceps sana fui. *Placuit Auditoribus Rotæ hanc historiam transferre ad Relationem suam num.* 115, *ex hac ipsa & aliorum contestium, qui illic nominantur, depositionibus: & proferunt medicos, ex quibus probetur, id vere miraculum esse.*

paralyticæ reddit facultatem gradiendi,

F

104 *Testis* XXXVII, Joannina Tedoldi &c. *respondit examinatoribus*: Versabar anno MDCXI mense Majo, in campo heredum Baptistæ Jambellani, fodiens serendo milio; cum incessit me tantus dolor capitis, ut deficerem animo, & manibus evellerem mihi crines. Tam misero me constitutâ loco, soror mea Maria, verita ne ibidem morerer, misit qui accerseret Reverendum Curionem nostrum, ut opem mihi aliquam afferret. Is adductus, deprehendit à spiritu maligno me agitari, ac redire domum exorcismis adegit, admodum fatigatam. Perrexit ibi dæmon exagi-

a dæmone infesta,

AUCTORE C. J.

tare me, tam noctu quam diu : perrexit quoque Curio noſter exagitare ipſum adjurationibus ſacris ; utque id majori præſtaret efficacitate, in eccleſiam inducebat. Cum vero illæ, ſæpius iteratæ, nihil proficerent, aut tyrannidem inimici vel minimum coërcerent ; hortatus me eſt idem Curio in eccleſia exiſtentem, ut per votum poſtularem à B. Aloyſio liberari inviſo hoſpite. Feci mox votum eodem adhuc tempore matutino, me inviſuram ad Beatum Saxi ; & poſtero die, qui erat quintus Auguſti, re ipſa eò inviſi : atque exinde, id eſt à tempore quo votum feci, uſque in hanc horam, volente Deo ac intercedente Beato illo, nullam agitationem aut perturbationem amplius experta ſum : cum antea nullus tranſiret dies, quo non inſanirem in aliquo, non tantum inepta ad laborandum domi aut victum mihi foris comparandum, ſed etiam impedita ab eodem ſpiritu, quo minus eccleſiam adirem, ibique ſacrificio Miſſæ aut aliis divinis Officiis intereſſem.

concepto ad Beatum voto

105 *Deponunt idem ſoror Joannina Maria, & Curio, prædicti; teſtes* XXXVIII *&* XXXIX. *Et Curio quidem jam relatis ſuperaddit :* Uſus fueram longo tempore conſuetis Eccleſiæ exorciſmis ; ac tandem animadvertens, me actum agere, recordatus fui B. Aloyſii multipliciumque beneficiorum, quæ invocantibus opem ſuam mirabiliter præſtabat ; ac juſſi infirmam die quodam Dominico, poſt ultimum exorciſmum, in honorem Beati iſtius votum facere ; & poſtridie, id eſt Lunæ, curavi conducendam Saxum, XX *mille paſſus Talamonâ diſſitum* : ſicque conſecuta eſt integram liberationem à tempore quo votum emiſit ; neque deinceps moleſtiæ quidquam habuit. Dico etiam, quod eadem Joannina, priuſquam votum faceret, habuerit ſignum nigrum adinſtar circini in manu ſiniſtra, quodque illud prius omnino evanuerat quam votum compleſſet. Et hæc omnia ego vidi, illo modo facta eſſe quo dixi. *Superaddit quoque ſoror, quod ipſa adfuit, quando Joannina votum fecit, quodque eam deduxit ad eccleſiam : & quod deinde illa tam libera fuit, acſi numquam fuiſſet obſeſſa. Quod vero ad nigrum ſignum, jam memoratum, attinet* ; Ego, *inquit*, illud perbene vidi, & fuit in manu ſiniſtra, quo loco priuſquam à dæmone invaderetur nihil ejuſmodi videre erat. Quando autem poſt votum emiſſum liberata fuit dæmonio, ſimul liberata fuit illo ſigno. *Ex his concinnarunt etiam Auditores Rotæ, quæ habent compendio in Relatione ſua, & medicorum teſtimonio confirmant miraculum eſſe.*

B *ſtatim liberatur.*

C

106 *Idem Curio, teſtis* XXXIX, *jam dictus, qui & profeſſor S. Theologiæ, &c.* interrogatus *(ita latine legitur in proceſſu)* quid ſentiat de B. Aloyſio. Reſpondet, prout in ſcriptis dedit penes me Notarium &c. Cujus ſuæ ſcripturæ tenor eſt, *ut ſequitur, ex Italico Latine verſus* : Ego Fabianus Coſſongia, Preſbyter, Curio Talamonæ, teſtis ut ſupra ; dico & exiſtimo, Beatum iſtum Aloyſium Gonzagam per merita ſua ſibi acquiſiviſſe paradiſum cæleſtem, in eoque verſari ; & propter eadem merita diſpertiri Deum beneficia miraculoſa, per haſce regiones, implorantibus auxilium ejus. Et hoc dico, non tantum propter miracula, quæ leguntur facta eſſe Romæ atque aliis per Italiam locis ; verum etiam propter illa, quæ ſpectantur vel audiuntur quotidie fieri hic diſſitiſque per circuitum oppidis ; ex quo veneratio Beati & operatio miraculorum Saxi, ubi quædam ejus Reliquia & effigies ſervatur, principium habuit. Hinc plebs iſta mea Talamonenſis in neceſſitatibus ſuis non ſemel ad ejus præſidia confûgit ; confidentius tamen anno MDCX, qui contagioſus fuit, ſi aliàs ulius, propter variolos, quibus pueri moriebantur paſſim. Videntes autem oculis ſuis Talamonenſes noſtri, ſubditique pagi, quantam cieret ſtragem puerorum contagio illa Morbenii, lociſque vicinis, atque aliis per Vulturenam vallem ; neque, quid agerent ſatis certi, convenere in eo, ut prætermiſſis humanis preſidiis, confugerent ad opem divinam.

Sæviente circum contagioſa lue,

D *Morbenienſes, facto voto,*

107 Quamobrem ſtatuimus unanimi conſenſu ac voto, elatis ſublime Crucibus ſupplicantium more quotquot colligi poſſent, procedere Saxum, ut conſervaret nos Deus per famulum ſuum Aloyſium à maligna, quam dixi, contagione, quæ jam in hac parœcia noſtra Talamonenſi, Saxo diſtante mil. paſſ. XX, cœperat inficere aliquot. Neque impedivit executionem voti perfrigidum cælum, quod jam tum incommodabat. Iter enim ingrediebamur in pervigilio S. Andreæ Apoſtoli, anno jam memorato, perſonæ ducentæ ſimul & amplius, pedites omnes. Saxi poſtridie cantavimus Miſſam propriam de Apoſtolo, cum oratione de B. Aloyſio, ut ipſe nobis impetraret à Deo quod in votis erat. Ita domum reverſi, circumſpectantes, cognovimus per viciniam quidem noſtram late graſſari contagionem, & plurimos auferre è vita ; intra terminos vero parœciæ noſtræ, veluti propitiato Deo, ilico ceſſaſſe : cumque alii menſe integro mortalitatem paſſi ſint maxima puerorum ſtrage, nos perdidimus tantummodo quinque : & hi quidem prius mortui fuerant quam votum emiſimus. Huic porro voto noſtro interfuerunt Conſules, Conſiliarii, & major populi pars : quos inter præcipui erant, Joannes Maria Vola & Angelinus Cavazza. *Hactenus Curio ille, qui & dicta ſua mox confirmat, tamquam teſtis* omnium oculatus. *Quod item facit citatus ab ipſo Joannes Maria Vola, teſtis* XL ; *quantum ſaltem attinet ad emiſſionem voti publici & conſervationem à contagione.*

ejus immunes fiunt.

E

108 *Teſtis* XLI, Domina Maria Eliſabeth *&c.* Anno, *inquit*, MDCXI, die XXIV Januarii, lecto decumbente me ad pariendum, graviſſimis cruciatâ doloribus, tandem prodibat infans, pedibus antrorſum ; qui modus pariendi difficillimus juxta ac periculoſiſſimus eſt. Qua de cauſa obſtetrices, aliæque præſentes feminæ, vehementer perculſæ, cœperunt male metuere & meæ & pueri vitæ ; nec ſciebant, quid caſu tam formidoloſo agendum ſibi eſſet. Interea in mentem mihi venit B. Aloyſii & miraculorum ejus ; ad ipſumque me ſumma cum fiducia convertens vovi, viſitaturam me Saxum, ubi expoſita eſt imago ejus ; ſi placeret Deo, intercedente beato Juvene, liberare me præſenti periculo amittendæ vitæ, & concedere infantulo ſanitatem, non modo corporalem, ſed etiam ſpiritualem, id eſt gratiam ſancti baptiſmatis ; quia prædictæ obſtetrices aliæque feminæ exiſtimabant, fœtum eſſe præmortuum. Ecce autem, vix ediderat votum, & ne vix quidem, cum ilico omnis à me abiit dolor, & infans (quæ Deo Beatoque ſit laus) ſibi viam invenit abſque meo cruciatu, illo difficillimo exiens modo, quo jacebat ; videlicet pedibus antrorſum prodeuntibus ; & erat vivus : verumtamen initiatus ſacro baptiſmate ab aliqua adſtantium feminarum, paucis poſt horis vivere deſiit. *Obſtetrix prædicta, Joannina nomine, teſtis* XLII, *declarat, eumdem partum, quem* ſe obſtetrice præſente, & matris fœtuſque mortem timente, *Maria Eliſabeth*, facto voto, ſtatim ſine dolore, ſine periculo *edidit, eſſe* miraculum ſuo judicio ſingulare & ſtupendum. *Eadem omnia confirmat etiam teſtis* XLIII, *quæ & ipſa adfuit parturienti.*

Item per votum ſolvitur

partu difficili

periclitanti de vita mater.

F

109 *Te-*

A 109 *Teſtis* XLIV, Domina Catharina *&c. deponens anno* MDCXIII, *menſe Aprili*; menſe proximo, *inquit*, biennium implebitur, & erat (ſi recte memini) dies feſtus, ex quo ego ſtabam in atrio domus meæ, una cum duobus filiis, quorum uni, *Puer*, Joanni Antonio; alteri, Franciſco nomen eſt; & hic quidem, natu minor, annos nunc habet quinque circiter & dimidium (quem ibidem præſentialiter ductum mater oſtendit). Illis autem, puerorum more ludentibus, contigit, illum natu minorem Franciſcum, neſcio quo modo impulſum ab altero, impingere in os quoddam tranſverſum, & ceſpitando prolabi per ſcalas quaſdam noſtras, gradibus XV altas; impactiſque in illos ore ac mento, frangere imo findere ſibi, quæ inter utrumque eſt, gingivam, à dextra atque etiam ſiniſtra parte, ita ut tres primores ibi dentes diſſoluti moverentur tamquam claviculæ cymbali: cum gingivis autem ſuis introrſum adacti erant uſque ad extremam linguam, tanta cum ſanguinis effuſione, ut non facile explicatu ſit. Tali rerum ſtatu miſi accerſitum Joannem Brigidæ vicinum meum, qui me adjuvit in portando puerum, ita ut erat deformatum, per eaſdem ſcalas ad cubiculum. Ibi conati ſumus emotam loco ſuo *cui è lapſu confracta maxilla erat,* B fiſſamque maxillam & gingivam reducere ad ſitum naturalem; ſed fruſtraneus fuit omnis conatus. Quapropter dictus vicinus meus mihi ſuaſit, ut filo æneo conſtrictam maxillam alligaremus loco ſuo, ut ut poſſemus, dum ipſe properaret adducere chirurgum curando vulneri. At ego diffiſa conſilio humano, quod fallax eſt, recurri ad opem divinam: dictoque primum à me, deinde à tota etiam familia meo juſſu, ſemel Pater noſter & Ave Maria, ad honorem Dei, ſanctiſſimæ Virginis matris, & glorioſi ſervi ejus B. Aloyſii Gonzagæ; accepi oleum, quod penes me erat, ſumptum de lampade, quæ ante imaginem & Reliquiam iſtius Beati ardet Saxi; illoque ſolo, citra omne aliud remedium, oblivi maxillam, gingivam, mentum totamque partem læſam; & ſic eum perrexi ungere tribus diebus continuis mane ac veſperi; iis *ab oleo lampadis* vero elapſis, tam recte curatus fuit puer, quam ſi læſus non fuiſſet. Quæ res, enimvero miraculoſa, quanto magis mihi conſideratur, tanto mihi majorem affert admirationem & ſtuporem.

110 *Citat eadem teſtis conteſtes Joannem Brigidæ vicinum ſuum, ſuamque maritum: qui paulo poſt lapſum pueri* domum veniens, *inquit*, & ſparſum ubique C ſanguinem conſpiciens, voluit ejus cauſam ſcire. Quam edoctus, adiit puerum, triſtique ſpectaculo in iram exardeſcens, illam in me pugnis & ala- *integritatem ejus recipit.* pis exoneravit, veluti obnoxiam culpæ, opinatus minus me ſolicitam, quam par eſt, in conſervando puero fuiſſe. *Nihilominus ille ipſe maritus Catharinæ, teſtis* XLV, *agnoſcit in depoſitione ſuâ, præmiſſa uxoris dicta de curatione pueri, veriſſima eſſe: quod etiam facit citatus Joannes, teſtis* XLVI, *qui quemadmodum adfuit puero ſtatim à lapſu, ita poſt triduum eumdem vidit* omnino ſanum ac lætum, nulla cicatrice aut veſtigio vulneris retento; uti vos ipſi, *inquiens*, Domini mei, hic ſpectatis. (*Aderat enim puer à matre adductus.*) Quæ res vere miraculoſa fuit atque admirabilitatis ſummæ; meque indies magis confirmat in religione & amore erga Beatum illum, quem omnes hujus noſtræ vallis merito nunc venerantur donis, votis, peregrinationibus, concurſu ſuo & ſupplicationibus publicis, æque ac alium quemvis Sanctum.

111 *Teſtis* XLVII, Nicolaus, aromatarius *&c. examinatus anno* MDCXIII, *ait*; Evidentia inter miracula, quæ ego vidi & cognovi, merito numerem quod contigit in filio meo quinquenni Nicolao. Laborabat is hernia & abſceſſu, defluentibus inteſtinis uſque in ſcrotum incredibili cum dolore & lamentationibus pueri. Illi ego, qui artis medicæ non omnino imperitus ſum, adhibui genus omne remedii humani, & meæ ſolius arti nolens fidere, conſului chirurgum Nurcinum, qui talium ſcientiſſimus eſt: reſponditque mihi, nullam ſupereſſe ſpem ſalutis niſi à ſectione. Sed negavit mater pueri, illam ſe permittente faciendam; verita ne, quod ſæpenumero accidit, inter ſecandum moreretur; ſimulque vovit conducere eum, & reipſa conduxit ad B. Aloyſium in eccleſia Saxenſi, ibique ipſum ſtitit ante imaginem Beati: eodemque in loco [poſt unctionem] ſtatim abierunt dolor & abſceſſus; atque hernia ipſa ita coaluit, ut deprehendi veſtigium ejus non poſſet, nec deinceps quidquam illorum rediit; gaudente puero uſque in hanc horam perfectiſſima incolumitate. *Ad interrogata reſpondit porro idem teſtis*; iſthæc à triennio acciduiſſe; & puerum in itu ad templum adhuc peſſime habuiſſe, ac vehementer doluiſſe; revertentem vero exultaſſe ſanumque ſemper manſiſſe: *nec tribui curationem alii cuiquam rei poſſe, quam meritis Beati*, quia aliud remedium ſupererat nullum ex arte humana præter ſectionem. *Citat rei conſcios, uxorem ſuam* Luciam, *& chirurgum prædictum, nomine* Fulvium; *teſtes* XLVIII *&* LXXX: *quorum hic expreſſe dicit*, quod vocatus à patre, compererit filium ejus habere herniam inteſtinorum jam formatam, quæ juxta leges chirurgiæ curari non poteſt niſi inciſione; quodque propterea curationem prædictam, plane divinitus factam eſſe, ſuſtineat.

112 *Teſtis* XLIX, Dominica *&c. depoſuit anno* MDCXIII, *die* VIII *Februarii, dicens:* Filius mihi eſt, Laurentius nomine, qui ab infantia nequi- *Manibus* vit umquam incedere ut ceteri homines, ſed tan- *pedibuſque* tum more brutorum animantium quadrupedare; *repens* id eſt manibus pedibusque nixus, repebat per ter- *annos* 18 ram, impotens ſtare pedibus ſolis, iſve ſolis inniti, uſque ad annum ætatis ſuæ duodevigeſimum. Quo tempore ego, videns tam crebra per B. Aloyſium fieri miracula, induxi in animum, implorare ejus opem pro filio; & reipſa imploravi, viſitando eccleſiam ejus Saxenſem, ibique orando. Quatriduo autem, ex quo votum emiſeram, elapſo; nuntiatum mihi fuit, filium iſtum meum erexiſſe ſeſe, inſiſtere pedibus ſuis, & ſuſtentatum duobus fulcris axillaribus incedere cum duo- F *per votum* bus in manu palis, prout faciunt alii multi: quod *matris* & veriſſimum eſſe mox comperi; & ille hactenus *erigitur.* ſic pergit incedere circiter triennium. *Interrogata, quis nuntium illum tuliſſet; reſpondit*: Marcus de Alexandria, caupo Bufetti, in cujus ego laborabam agro, & ipſo in agro ille mihi, quem dixi nuntium tulit: non enim fueram quatriduo iſto in mea domo, ſed in domo prædicti Marci. *Interrogata denuo, num aliter quam per interceſſionem Beati id contigiſſet; negavit*: Quia, *inquiens*, nullo umquam remedio humano uſa fui; & malum non erat medicabile. *Interrogata denique de conteſtibus*; appellavit totam circùm regionem, ac nominatim R. D. Antonium de Bonfadinis, Presbyterum & Curionem Bufetti. *Hic autem, qui eſt teſtis* L, *prædicta confirmans, hæc addit*: Exiſtimo ego, B. Aloyſium in cælo magnum eſſe Sanctum, propter gratias ſingulares, quas tum populus meæ curæ commiſſus, tum alii paſſim per ejus merita conſequuntur aſſidue; maxime vero propter miraculum modo relatum, quod vidi. Vidit *quoque teſtis* LI, eumdem juvenem

AUCTORE C. J.

Eodem ſanatur hernioſus.

ſem-

AUCTORE C. J. semper repentem, atque incedentem uti incedunt ranæ: ſuaſitque matri ut recurreret ad patrocinium Beati: poſtea vidit eumdem recte incedentem pedibus ſuis; uti ſonat depoſitio ejus.

113 *Teſtis* LII. Bernardus Folettus *&c.* E variolis ego captus oculis fui, & plane cæcus, annum unum ac ſemis; quando mea me mater duxit ad eccleſiam B. Aloyſii Saxenſem; fuſaque ibi oratione ante imaginem ejus, ibidem ſenſi oculos mihi meos clareſcere; atque erigens me, perrexi nullo ducente ad portam eccleſiæ; & proſpectans foras, potui res quaſvis diſcernere; illoque ex tempore firmata mihi magis magiſque eſt acies; qui prius manu debebam duci quo vellem ire; nec poteram tolerare lumen qualecumque, nedum radios ſolares, qui acutiſſimum inferebant mihi dolorem, niſi oculos panno aliquo contegerem. At vero deinceps ita reſtitutus mihi obtutus eſt, per gratiam Dei & B. Aloyſii, ut videam, cognoſcam, diſcernam omnia. *Tum additur latine*: Et ego ipſe Notarius, de commiſſione ſupradicti Judicis delegati, id an verum eſſet expertus ſum, proponendo ei ante oculos objecta diverſa, inter quæ filum duplicatum cum nodis, illudque diſtincte videbat ac diſtinguebat. *Subſcribit his etiam pater pueri Jacobus, teſtis* LIII; *inquiens*, adhibita ei remedia nihil profuiſſe, imo medicos & chirurgos judicaſſe viſum ei numquam reſtituturum iri. Se demum & uxorem ſuam, emiſſo voto, eum conduxiſſe ad Beatum; ibique facta oratione, eodem tempore illuminatum, cognoviſſe ſeſe, patrem ac matrem viſu, quos antea non cognoſcebat niſi auditu cum loquerentur; egreſſum eſſe per ſe ſine duce è templo, & rediiſſe domum.

Cæcus, dum orat ante imaginem,

illuminatur;

114 *Eadem confirmat mater ejus Magdalena, teſtis* LIV: *item R. D. Jacobus Antonius, ſacræ Theologiæ Doctor, Curio prædictorum, teſtis* LV; *qui etiam ipſe* vidit puerum domi ſuæ cæcum, atque re ipſa cognoverat per varia experimenta, quod nec videret, nec ſplendorem ullum ferre poſſet. *Obtulerunt hoc ipſum factum Auditores Rotæ in Relatione ſua num.* III *&* 112, *Paulo V. Pontifici, tamquam probatum miraculum judicio expertiſſimi medici, quod penes me eſt, ex tabulario noſtro Romano, dignum ſane ut hic adſcribatur; non ſolum propter auctoris eruditionem, in explicanda malignitate variolorum, eorumque efficientia ac difficili curatione; verum etiam ut inde certius dijudicare lector intelligens poſſit de aliis ſimilibus, ſi quando uſus fortaſſe fuerit. Ecce igitur ipſum, iiſdem quibus conſcriptum eſt verbis latinis:*

quod miraculum eſſe probat medicus;

115 Quæ Medici Græci Ἐξανθήματα, Arabes & præſertim Avicenna, Variolas; Itali, Morviglioni vocant; morbus quidam eſt, à quo (ut optime notat Avenzoar cap. ult. ſuæ Medicinæ) miraculum eſt ſi aliquis homo evadat. Omnes enim homines aliquando eo morbo tentantur, & ut plurimum in ætate puerili, ut experientia docet, & notat Mercurialis, lib. 1 de morbis puerorum cap. 2. Generantur autem variolæ (ut communis fert opinio, præſertim Avicennæ, Arabum & Jucaſterii lib. 2. de morbis contagioſis cap. 2) ex ſuperfluitatibus & excrementis ſanguinis menſtrui, quo fœtus nutritur in utero matris: dum ſcilicet calor naturalis innatus, adjutus extrinſece ab aëre & ejus impreſſionibus & qualitatibus, conatur ſanguinem purum ab impuro ſecernere, & fæces has ac ſordes menſtruales tamquam excrementa ejicere, & ad partes cutaneas veluti ad cloacam tranſmittere. In eo enim conflictu accenditur febris, & in partibus cutaneis totius corporis, exoriuntur papulæ quædam ſeu tubercula, quæ Variolæ appellantur.

quia variolorum morbus

omnibus fere hominibus communis,

116 Interdum autem variolæ benignæ ſunt, & non obſunt; interdum vero terminantur ad mortem cum ſunt malignæ, præſertim eo tempore, quo inſtar peſtis communiter vagantur per urbes, & multos extinguunt. Solent porro cum malignæ ſunt, in diſceſſu ulcera relinquere & veſtigia ac turpes cicatrices in cute, quæ fœdum colorem & foveas habent: & tunc, licet varia adhibeantur remedia, cicatrices illæ nulla arte removeri poſſunt, nec pars deperdita carnis reparari, ſed ſemper ſigna & foveæ remanent: & cum ceteri morbi oculos, præſtantiſſimam partem corporis, non attingant communiter (ut optime novit Ariſtoteles, qui ſect. 3. problem. 23 ait, oculos non rigere) variolæ propria quadam natura oculos invadunt & maxime infeſtant, ut bene notavit Raſes lib. 6 cap. de Viſione, & Mercurialis loco citato: & quia craſſæ & tenaces ſunt, oculos lædunt & ſua tenacitate cruciant.

curatu difficilis,

117 Quando benignæ ſunt, in receſſu oculos illæſos, & ſine ulla macula & ſigno relinquunt: ſi autem ſunt acres & malignæ, oculos vulnerant, membranas tenuiſſimas ac delicatiſſimas frangunt, maculis obtegunt, atque interdum penitus excæcant & viſu privant. Quod cum contingit, tunc nec à natura, nec ab arte poteſt amplius ullo modo viſio reſtitui: quia cicatrix formata, & macula ſuperinducta, cum non poſſit tolli à cute, multo minus ab oculis; nec pars deperdita & ab ulcere excavata poteſt reſtaurari: tum quia oculi carnei non ſunt, ut notat Ariſtoteles loco citato, nec poſſunt carne repleri; tum etiam quia ex ſpermate geniti ſunt, & quæ ex ſpermate generantur, ſi ſemel amittantur, non poſſunt à natura reparari.

& oculis præcipue noxius,

affert illis non raro cæcitatem,

118 Quare quod Bernardus Folettus fuerit ab hoc morbo in utroque oculo excæcatus, ut nihil videret; & poſt annum cum dimidio ab excæcatione (quod maxime conſiderandum & ponderandum eſt) viſum recuperaverit, dum preces funderet ad B. Aloyſium, ut teſtes deponunt; mihi miraculum ita maximum videtur, ut non potuerit ab alia virtute fieri quam ab ea, quæ poteſt etiam mortuos ad vitam revocare: perinde enim eſt; cum ab his privationibus ad habitum æqualiter negetur regreſſus. Ego Jacobus Bertacchinus, Medicus Phyſicus.

quæ hic abſque miraculo curari non potuit.

CAPUT IX.

Examinati anno MDCXIII.

119 *Teſtis* Petrus Antonii *&c. menſe Februario anni ejuſdem* MDCXIII *deponens*, Mihi quoque filia eſt, *inquit*, nomine Martha, quæ annis circiter tribus abhinc ex infirmitate quadam facta erat muta, atque ita miſere contracta, ut crura pedeſque retrorſum obtorta, natibus adhærerent; nec ullatenus illa poterat extendere; nec, ſi quando natura urgebat, poterat exonerare alvum, niſi elevata & ſuſtentata brachiis noſtris in aëre. Deſperatius illud mihi viſum eſt malum, quam ut remediis humanis curari poſſet, atque adeo abſtinui omnibus; rata, ſolam Dei omnipotentis manum poſſe illi opem afferre. Itaque primùm illam devovi B. Mariæ Ligonenſi parœciæ Telienſis, & recuperavit loquendi facultatem, ſed manſit, uti erat, contracta. Tum ſtatui accedere ad B. Aloyſium, qui per illud tem-

Pedes retrorſum contracta,

pus

A pus præſtabat propemodum infinita invocantibus ſeſe beneficia. Et forte tunc parœcia noſtra Telienſis parabat ſupplicationem, prælata Cruce Saxum ituram ad eccleſiam dicti Beati, atque erant perſonæ circiter ducentæ. Hac ego uſus occaſione, rogavi Dominum Curionem noſtrum, ut hanc filiam meam (*adſtabat enim ipſa patri hæc deponenti*) commendaret omnium precibus apud Beatum. Ego vero eamdem ſupplicationem comitatus quoque ſum; & nuncupavi votum, me conducturum eódem filiam iſtam, ſi curaretur. Ut Saxum attigimus, accepi illic paululum de oleo lampadis, & reverſus cum illo domum, unxi ſæpe dictam filiam meam veſpere; atque eodem veſpere dixit illa mihi: O pater! incipio extendere crura mea. Perrexi ego illam ungere quotidie, intraque dies xv plane curatam lætus aſpexi. Incedebat enim, ut oportet, & expedite: & paulo poſt adivit per ſe ipſam pedes eccleſiam Beati prædictam, à nobis v aut vi mille paſſus diſtantem. Denique filia mea, quondam adeo miſerabilis, nunc omni parte ſana & incolumis eſt. Et ego ipſe (*addit Notarius*) eam optime deambulantem vidi. *Interrogatus pater, quanto tempore ita miſere contracta fuiſſet filia; reſpondit*; Tribus circiter menſibus: *aſſeruitque*, curationem, ſe judice, factam eſſe per ſolam gratiam ac patrocinium Beati, eamque univerſum populum ſcire, atque admiratum fuiſſe. *Confirmantur hæc etiam in depoſitione R. D. Joannis Antonii; teſtis* LV.

poſtquam oleo Beati uncta eſt,

eos extendit:

B

120 *Teſtis* LVII Pedrina *&c. eodem anno ac menſe examinata fuit, dixitque:* Laboravi olim quodam morbo, ex quo cæca facta, triennio nihil omnino videre, nec lumen ferre aliquod citra dolorem potui: & medicamina omnia, quæ adhibebantur, fruſtra erant. Quando tribus abhinc annis, aſpirante Deo, excitata crebrorum miraculorum B. Aloyſii famâ pervulgatâ, eidem votum vovi; & manu ducta per matrem ad eccleſiam ejus Saxenſem, ibique aliquamdiu precata, cœpi nec opinatò, percipere aliquid viſu, moxque clarius cognoſcere; & reverti domum ſine ductore, per me ipſa, eodem die. Iteravi igitur ſæpius eamdem eccleſiæ iſtius viſitationem, comperique identidem mihi viſum perfici, & citra curriculum unius anni paulatim perfectiſſime reſtitutum fuiſſe; tamque tunc videbam clare, quam nunc video: video autem quam qui optime. *Hic iterum ſubſcribit Notarius ſuis hiſce verbis latinis:* Et hujus rei egomet fidem facio, cum de commiſſione ſupraſcripti Domini Delegati, juſſerim eam filum per acus feneſtram inſerere & introducere; quod bene peregit. *Conteſtantur eadem, Pedrinæ mater, inquiens*, filiam cæcam à ſe Saxum manu ductam fuiſſe, nihil quidquam videntem: revertiſſe autem inde per ſe, nullo duce indigam; *item R. D. Jacobus Antonius, ejus Curio; & Magnificus D. Actius Beſtæ; teſtes* LVIII, LV, *&* LIX.

& cæca,

in eccleſia ejus precata

C

videre incipit.

121 *Teſtis* LX, D. Catharina Agita *&c. dixit:* Ego quoque experta ſum beneficentiam ejuſdem Beati, quando (quod pace dicam veſtra, Domini mei,) cruciabar herniâ ex parte dextra, quæ paulatim putrefecerat inteſtina, & aperuerat extorsùm plagam, per quam & potiones medicæ & nutrimenta quævis effluebant. Hinc judicio medicorum & chirurgorum deſperatiſſima mihi vita erat: quando Burmium venit, per Quadrageſimam dicturus pro concione, R. P. Joannes Antonius Caſulari; meque exhortatus eſt, ut conciperem votum aliquod, quo Deus per merita B. Aloyſii (ſiquidem è majori gloria divinæ ſuæ Ma-

Hernia,

qua tibi ſumpti effluebant,

jeſtatis atque utilitate animæ meæ id foret) priſtinam mihi reſtitueret ſanitatem. Reſpondi autem ego Patri iſti, dudum me id facturam fuiſſe quod ſuadebat, niſi deſiderium meum, aliquid amore Dei in hac vita patiendi, ipſaque id Deum precatæ oratio, prohibuiſſent. Merito enim vereri poteram, ne diſplicerem Deo, ſi peterem liberari, quam toties deſideraveram, præſenti cruce.

AUCTORE C. J.

122 Ad hæc Pater iſte: Agedum, licite poſtulabis Deum ſanitatem priſtinam, hac conditione, ſi illa conductura ſit ad gloriam Dei majorem ac certiorem animæ tuæ ſalutem. Hoc intellecto, animæ noxas per exomologeſim expiavi, ſacram Euchariſtiam ſumpſi, ac votum emiſi fore, ut jejunarem in pervigilio B. Aloyſii, feſtumque ejus quotannis celebrarem; ſi amiſſam mihi redderet ſanitatem: quo facto, viſa mihi fui aliquanto melius habere, ſed non multo. Rediit me inviſum poſtridie idem Pater, juſſitque vovere denuo majori cum fiducia, & linere plagam oleo lampadis ejuſdem Beati, quæ ardet in eccleſia S. Michaëlis Saxi ante ejus imaginem. Obedivi, vovens denuo ac linens partem læſam prædicto oleo; & eodem die adeo confirmata fui, ut è ſtrato ſurgerem, quæ prius vix me movere in illo poteram; jamque ſententiam ſuam pronuntiarant medici, fore ut biduo triduove vivendi finem facerem. Simul etiam cibus digeſtus curſum ſuum naturalem repetiit; & plaga paulatim curata fuit, nec me impedivit, quo minus poſt biduum prodirem domo, & quò luberet animo commode pergerem. Verumtamen octo poſt menſes recrudeſcere plaga cœpit: cum denuo illam, nullo alio uſa remedio, illivi oleo prædictæ lampadis ſpe firma, & paucis diebus denuò ſolidato vulnere conſecuta ſum ſanitatem integram, eamque perennem, quali nunc gaudeo.

uncta oleo ſolidatur divinitus,

E

123 *Interrogata de tempore &c. Reſpondit, infirmitatem illam* tenuiſſe menſes quatuor: quorum facile tres continuos vidi, *inquit*, propriis hiſce oculis meis quotidie per plagam egredi cibos omnis generis, quos pro refectione ſumebam, lac, vinum, panem, olera, aliaque. Proximo autem Februario anni duo futuri ſunt (*depoſuit hæc anno* MDCXIII *die* III *Januarii*) ex quo curata fui: omniumque actorum teſtes interrogari poſſunt, Dom. Sigiſmundus Folianus, qui tunc mihi medebatur; nec non Dominæ, Fabiana Sermunda & Catharina Sermunda, quæ omnia viderunt. *Et hæc quidem* (*uti ipſamet ait in depoſitione ſua, teſtis* LXI) Catharinam infirmam ſæpe viſitavit, jacentem in lecto, & medicamenta ei adhibuit, & oculis ſuis conſpexit prodire per plagam excrementa, cibos, & ipſas quoque, quas ſumebat medicinas: tantoque magis exiſtimat miraculoſam fuiſſe curationem, quanto propius credebatur infirma abeſſe à morte. *Fabiana Sermunda confirmat eadem in ſua depoſitione, teſtis* LXIII. *Sed majori auctoritate id facit teſtis* LXII, *excellens chirurgus Sigiſmundus Folianus, pluribus deſcribens infirmitatem Catharinæ, prout ſequitur.*

uti præter alios teſtes

F

124 Quando ego ad Dom. Catharinam prædictam accerſitus fui, comperi laborantem ex febri & ex ulcere in dextro inguine, quod penetrabat uſque ad concavitatem inteſtini cæci. Ulcus porro iſtud, quamvis exterius in cute appareret tantum unum, perquam largum; revera tamen inteſtina læſa pluribus, ſed minutioribus, affecta erant, uti clarius patuit per duo medicamina, ægræ data, quæ majori parte ſui per ulcera illa exitum invenere. Sciebam ego quidem difficillimas curatu eſſe inteſtinorum læſiones & ulcera,

probat expertus chirurgus.

AUCTORE C. J.

propterea quod multa humiditas, illac perpetuo defluens, impediat applicationem medicamentorum, tam internorum, quam externorum, uti passim medici sentiunt; ajentes etiam, istiusmodi ulcera, è materia corrodente nata, solidari non posse atque incurabilia esse: & hinc prævidens, nihil me acturum; non prætermisi tamen ullam diligentię partem in adhibendis medicamentis illis, quorum usus tali loco ac tempore videbatur utilis fore: qualia sunt, primum abstergentia, deinde exsiccantia, quæ si speratum habuissent effectum, applicanda erant consolidantia. Expertus inter hæc, lentam fore curationem, cum exigua spe salutis recuperandæ; commisi ægram duabus nobilibus feminis, Fabianæ & Catharinæ Sermundis, quæ singulari caritate sua perrexerunt ei medicari. Contigit autem post aliquod tempus, me conspicere eamdem Catharinam Agitam, per oppidum nostrum incedentem; & præ admiratione signavi me cruce, ratus maximum me in illa spectare prodigium. Quapropter accedens propius, scisscitabar, quonam modo convaluisset. Et illa reponebat *compendio eadem quæ supra pluribus deposuit: addens*, se ita convaluisse, acsi numquam illa

B infirmitate laborasset. Hæc ego audiens, visus mihi sum audire miraculum maximum, tum quod coaluissent intestina, quod multis creditur fieri naturaliter non posse; tum quod ibidem essent multa alia ulcera, eaque à pluribus hebdomadis inveterata; tum denique ac præcipue, quod tam brevi tempore curatio perfecta sit, & illo ipso tempore quo ex hac vita, meo quidem judicio, migrandum ei esset.

125 *Testis* LXIII, D. Fabiana Sermundi *&c. plura sibi, ait, à B. Aloysio præstita esse beneficia, & primum quidem, inquit,* in cognata mea, mariti mei sorore, nomine Angelica; quæ nata à parentibus Catholicis, Catholica vixit, usque dum nuberet cuidam Ennio Cordano, Calvinistæ aut Lutherano; cum eoque habitabat Sundrii, quando nuntiatum mihi fuit, ipsam ibidem ægrotare illo morbo, ex quo non multo post decessit. Recordata igitur ego illam adhæsisse jam annos XXV aut XXX sectæ Lutheranæ aut Calvinianæ, motaque zelo salutis ejus; multoties Deum precata sum, ut luce sua illustratam, reduceret postliminio ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ, à qua tot annos fuerat aliena: cum in mentem mihi venit, quam mirabilia operetur Deus per B. Aloysium; ad eumque

C me convertens, vovi adituram me Saxum, veneraturamque ibi sacram ejus imaginem, si cognata mea prædicta, abjuratâ Calvini Lutherive sectâ, moreretur in confessione veræ fidei, id est Catholicæ & Apostolicæ Romanæ, reciperetque sacro-sancta Ecclesiæ Sacramenta. Ecce autem eadem cognata, quæ Sundrii mensem integrum è morbo decumbens, vix lecto movere se poterat; facto à me, quod dixi voto, venit Burmium equo vecta, comitante filia & aliis nonnullis; utque primum advenit, jubet accersi Rev. Dom. Archipresbyterum nostrum Burmiensem, confessura ei peccata sua, & communicatura de mensa Domini: quod & fecit feliciter, per gratiam Dei atque intercessionem Beati, ministrante ei utrumque eodem Domino Archipresbytero Sacramentum: ac post bidui moram, non amplius Burmii transactam, transiit vesperi ex hac vita ad meliorem, fiduciam nobis relinquens veræ & sinceræ conversionis suæ.

126 *Ad interrogata respondit*; Veritas hujus rei ita se habet, ut dixi: & tu admodum Reverende Domine (*alloquitur Archipresbyterum prædictum, Judicem à Sede Apostolica deputatum*) probe id nosti, utpote qui absolvisti ægrotam ab hæresi quam incurrerat; confitenti aures præbuisti, & cupienti sanctissimum porrexisti Sacramentum Corporis Domini. Quæ omnia (*verba hæc sunt Notarii*) prædictus Rev. Dominus Archipresbyter, Judex ut supra delegatus, affirmavit esse vera. *Quod etiam affirmat testis* LXVII *Dom. Margarita, filia prædictæ Angelicæ conversæ. Et* quartum annum ab ejus conversione completum fore proximo mense Februario, *ait Fabiana prænominata in testimonio suo, quod dedit anno* MDCXIII *die* III *Januarii: in eoque refert etiam alterum beneficium, quod B. Aloysio acceptum refert, ut sequitur.*

D

127 Circiter tres anni sunt à mense Majo (*imo junio, ut mox certius constabit*) cum filius meus, ætate quinquennis, nomine Zacharias, lecto decumbens, intempesta nocte excusso somno, vehementer jactari cœpit; mihique pariter somnum excussit. Interrogabam, quid sibi vellet, aut quibus agitaretur furiis. Sed nihil respondere potuit, oppressus dolore. Sublatum igitur excepi sinu, & comperi, sinistro latere contractum esse atque obriguisse, nec posse articulate loqui. Quid agerem? Imploravi in ipso tempore & loco juvamen B. Aloysii; atque ejusdem oleo, quod domi habebam, livi tactum pueri latus in formam crucis; tum genibus nixa recitavi quinquies Pater noster ac totidem Ave Maria, supplicans Beato, ut opem misero afferret filio. Finitâ oratione mea, simul finiti fuerunt cruciatus pueri; positusque in lecto, obdormivit ilico; postque horam unam aut paulo plus expergefactus à me, rogatusque, quo se haberet modo; dixit, nihil sibi amplius incommodare, simulque subsilivit in pedes ipso in cubili; qui paulo ante ne movere quidem poterat aut crus aut brachium unius lateris. *In horum confirmationem appellat ancillam suam, nomine* Honestam; *quæ est testis* LXXIII; *examinataque anno* MDCXIV, *distinctius quam mater, tempus indicat, sic incipiens:* Elapsis jam quatuor annis, quo die celebratæ fuerunt nuptiæ inter Dom. Nicolaum Caputium de Tresivio & Magdalenam Spelenam Grosinam (qui dies, *uti interjicit Notarius*, incidit in duodecimum Junii MDCIX, prout ex libro matrimoniorum parochiæ Burmiensis compertum fuit) Zacharias, filiolus heræ meæ

F Fabianæ, tum annos V circiter natus, nocte, prædictas nuptias antecedente, excitatus è somno fuit; nescio quo malo, certe tam gravi, ut interrogatus à matre, in cujus lecto cubabat, quid rei ageret, respondere nil posset, loquendi facultate destitutus. *Reliqua Honestæ dicta nihil discrepant à dictis heræ suæ.*

128 *Testis* LXIV, D. Catharina Casulari *&c. die* IX *Januarii* MDCXIII *examinata, multumque extollens beneficentiam B. Aloysii*, in me ipsa, *inquiebat*, illam quoque experta sum à triennio. Duodecimus namque annus jam tum fluebat, ex quo infestabar à strumis collum obsidentibus, tamque grandibus quam est pugnus; quæ acrem asferebant dolorem, & sæpenumero non sinebant me movere caput. Quamobrem, stimulante fama miraculorum B. Aloysii, statui propediem visitare imaginem ejus in ecclesia Saxensi S. Michaëlis, quæ Burmio dissita est M. P. circiter XXX. Ivi igitur, quo dixi; orationem feci; unxique collum oleo lampadis, ante imaginem ardentis; & ilico melius habere cœpi; abiitque dolor, ac paucis diebus detumuit collum abactis strumis; & infir-

mitate

Hæresim dudum professa,

post votum pro ea factum Beato,

illam abjurat in fine vitæ.

Puer tactus hemiplexia,

mox unctus oleo Beati,

restituitur sibi.

Eodem oleo auferuntur strumæ inveteratæ.

A mitare tali libera fui. *Ad interrogata ait, hanc curationem ſuam* à tribus annis *factam eſſe, & nulli rei quam interceſſioni Beati poſſe acceptam referri*; quia nullo, *inquiens*, remedio umquam uſa ſum, quamvis mei ſæpe ſuaſerint, ut opem humanam adhiberem; *nempe ſoror ſua Anna, frater Joannes, & filia Dorothea, teſtes* LXV, LXVI *&* LXVIII, *qui omnes poſtridie examinati, prædicta confirmarunt. Et frater quidem, poſtquam de ſorore diſſeruiſſet, de ſe hæc addit*: Et poſſum affirmare cum veritate, quod quotieſcumque viſito ſanctuarium illud, ubi colitur Reliquia & imago Beati iſtius; experior, totum animum meum teneritudine quadam pietatis erga illum affici: quod & relinquit mihi internum deſiderium eò identidem redeundi, iterumque & iterum viſitandi Beatum, quem etiam elegi ſingularem mihi advocatum, alios inter, quos præcipue colo, patronos.

Quinque menſium cephalia

129 *Teſtis* LXVIII, Dom. Dorothea Sermundi *&c. eodem anno, die* X *Januarii, ita de ſe depoſuit*: Menſes quinque continuos excruciata fui doloribus oculorum, omnem excedentibus modum, & nonnùmquam me, nec diu, nec noctu, partem aliquam quietis capientem, ad animi deliquium adigentibus. Poſt varia tandem medicamina, incaſſum ſumpta aut applicata, votum vovi B. Aloyſio (ineunte Majo, *ut alibi ait*) me ſanctificaturam pervigilium ejus jejunando, feſtoque ritu diem poſterum colendo; nec tamen aliquid levaminis inde habui, uſque ad ipſum ejus quod dixi pervigilium, videlicet proximum tunc diem XX Junii, poſtremùm nunc elapſi. Quo die ut cœpi jejunare, cœpi quoque melius habere, tanto doloris levamine, ut à nocte ſequenti uſque ad hoc tempus, nullum amplius ſenſerim, mutatis uno die quinque menſium acerbis cruciatibus in omnimodam eorum vacuitatem. *Interrogatus, ſuper depoſitione hac Dorotheæ, maritus ejus D. Joannes Jacobus de Albertis, teſtis* LXXIV, *reſpondit*, vera eſſe *quæ illa depoſuit. Tempus quoque & locum curationis expreſſit clariſſime, ſeque præſentem fuiſſe aſſerit*; Aderat, *inquiens*, jam vigilia iſtius Beati, dies videlicet XX Junii MDCXII; & uxor mea, eatenus nihil levaminis experta, verſabatur in balneis Burmienſibus, ex voto jejunans; quando ſub veſperam omni dolore ita fuit liberata, ut deinceps nullum amplius ſenſerit. Et huic rei ego præſens fui, eodem die cum ipſa agens in balneis.

voto depellitur,

C 130 *Teſtis* LXIX, Jacobina Bernardi, *&c. eiſdem anno ac die, quibus præmiſſa Dorothea, depoſuit hunc in modum*. Tribus abhinc annis infirmitate ſeptem facile hebdomadarum emaciata, mortique judicio amicorum propinquans, ſuſceperam ſacroſancta exomologeſeos ſynaxeoſque myſteria; monita quoque fueram ad ſuſcipiendam Unctionem extremam: quando filius meus Simon, qui Presbyter eſt, me invitavit ad faciendum cum ipſo votum, totam familiam meam peregrinatum ituram ad B. Aloyſium, ſi patrocinio ejus recuperarem à Domino deſideratam ſanitatem. Vix ego deſieram vovere, & confirmaverant votum circùm adſtantes, quin ipſo temporis articulo reviviſcere mihi viſa ſim: & malum, quod judicabatur letale, re ipſa notabiliter remiſit, pauciſque diebus me mihi plane reſtituit. *Filius ejus, jam citatus, de quo mox iterum, hæc omnia ſimili fere modo conteſtatus eſt.*

Laus B. Aloyſii,

131 *Teſtis* LXX, R. D. Simon Marchius, Sacræ Theologiæ Doctor, Presbyter, &c. *anno* MDCXIII *die* XI *Januarii tria depoſuit, præmiſſo elogio Beati peramplo, quod ſcilicet* ab omnibus haberi Sanctus debeat, non modo propter opera eximia, quæ exercuit in vita; ſed multo etiam magis propter mirabilia, quæ præſtitit poſt mortem, tum aliis locis, tum etiam ab annis IV (*imo* V, *uti ſupra demonſtratum eſt*) & paulo amplius, in tota valle Vulturena, præcipue vero in eccleſia S. Michaëlis Saxi, ſpectantis ad paroeciam Pontis. Quo loco, tam ſolitario ac remoto, videtur divina Majeſtas beatum iſtum Aloyſium, candore atque innocentia vitæ Angelum, conſtituiſſe œconomum cæleſtium bonorum ac ſpecialium gratiarum; quæ ſacram imaginem ſacraſque Reliquias ſuas in eadem eccleſia venerantibus larga manu diſpertitur. Quæ res omnibus eò adventantibus ſingularem movet pietatis affectum, ac talem ingenerat eorum cordibus voluptatem atque deſiderium, ut non ſatientur unâ pluribuſve loci viſitationibus, ſed denuo ac ſæpius accedere eodem cupiant. Et hoc ego in memet expertus loquor, qui tali deſiderio ſtimulatus, jam facile decies eò recurri, tum meæ tum alienæ devotionis cauſa. *His, ut dixi, præmiſſis, ſubjungit primùm confirmatque ſubitaneam ſanationem matris ſuæ Jacobinæ teſtis* LXIX.

eumque venerandi multorum ſtudium,

E 132 *Deinde ad ſuam ipſius tranſiens perſonam*; Ego quoque graviſſimos, *inquit*, ſuſtinui dolores ab annis VI in genu dextro, è deſtillatione frigidi humoris, quo tempore operam ſtudiis dabam Mediolani in collegio Helvetico; nec poteram præ acerbitate ſenſus genu illud flectere ad aram inter ſacrificandum, aut etiam alibi: erat quippe inflexibile. Inter eundum autem (& erat itio mihi quoque difficilis) trahebam idem genu poſt me inſtar claudi. Jam vero inveteratum erat malum, & merito ingerebat animo meo metum, ut ne umquam ſuperaretur; tum quia varia pridem medicamina ei applicueram, non ſolum Mediolani, ſed etiam hic domi meæ; tum quia medicorum Mediolanenſium conſilio balneis quoque noſtratibus, & bis quidem, uſus fueram; neutris remediis vel modicum ſublevatus, ſed ſemper in eodem ſtatu permanens. Contigit interea, me gravius ſolito dolere in pervigilio S. Andreæ Apoſtoli anno MDCIX; ac verebar, ut poſtero die, eidem ſacro, celebrare Miſſam poſſem. Mœſtus igitur, ut eram in cubiculo meo, me conjeci in lectum, quieturus, utut poſſem; & fugiente ſomno, cœpi conſiderare, quo pacto poſtridie ſatisfacerem officio meo; quia meæ vices erant celebrandi Miſſam. Dum talia conſiderabam, recordatus fui, penes me eſſe in vaſculo, de oleo quod ardet ante Reliquias & imaginem B. Aloyſii; ſimul deſcendi de lecto, & illivi oleo illo genu doloriferum, ſimulque dolorem inde abſterſi omnem; neque tantum dolorem, ſed quidquid impediebat inflexionem poplitis, qui prius flecti nequibat. Hinc aucta mihi fiducia in Beatum, re ipſa genu flexi; & flexi facillime citra incommodum, iterumque & iterum flexi, eadem facilitate, atque ſi numquam mihi inde incommodatum fuiſſet. Ex hoc tam ſubitaneæ ex inveterato malo curationis beneficio; adeo crevit mihi religio & amor in eumdem Beatum, ut omnes, quos comperi corpore aut animo male habere, exhortatus ſim ad fiduciam in eumdem concipiendam; ratus certuſque futurum, ut qui pie fidenterque ad ipſum acceſſerit, ſpe ſua non fruſtretur.*

Genu, quod dudum flecti non poterat,

per oleum Beati fit ilico flexibile

F 133 *Tertio loco depoſuit idem teſtis*: Aliàs adivi domum Danielis Oleſii Girandoni, viſitaturus uxorem ejus Magdalenam, lecto decumbentem ex deſtillatione, quæ ab oculo ſiniſtro uſque ad plan-

Per idem oleum curatur hemiplexia.

AUCTORE C. J.

tam pedis, totum illud latus pervaſerat: ex quo & patiebatur dolores graviſſimos, non ſolum oculo, ſed etiam brachio, genu, pede, & reliquo corpore ſiniſtro, qui miſeram quieſcere non ſinebant. Ingreſſus domum, hortatuſque afflictam feminam, ut committeret ſeſe providentiæ divinæ, ejuſque voluntati conformaret ſuam; ac ſcutum ſumeret contra omnes dolorum inſultus inexpugnabile, patientiam; demum ſuaſi & perſuaſi, ut confugeret ad B. Aloyſium, quem divina Bonitas videbatur (inquiebam) noſtris temporibus in his vallibus noſtris conſtituiſſe, veluti theſaurarium atque œconomum donorum ſuorum cæleſtium & humanam naturam tranſcendentium gratiarum. Concepto igitur voto, ſeſe ipſa obſtrinxit, fore ut eccleſiam Beati iſtius viſitatum iret, ſi per Dei gratiam liberaretur ab hemiplexia ſua: & ego curavi, oculum ejus & crus ſiniſtrum oleo prædicto inungendum. Atque illo ipſo temporis articulo, quo ceſſavit unctio, ceſſavit quoque dolor oculi ejuſque defluxio, ac brevi tempore etiam reliqua hemiplexia.

Morti proximus

B

134 *Teſtis* LXXI, Joannes Petrus Fagaroli *&c. Burmii anno* MDCXIII, *die* XI *Januarii auditus in examine, dixit*: Elapſo annorum circiter duorum ſpatio, infirmitas quædam me tenuit in lecto dies XXVII, quibus capere quietem non potui; & imaginabar mihi delirando, aliquid in cerebro meo motari; quando me viſitavit R. D. Joannes Anzius, Sacerdos & Canonicus eccleſiæ noſtræ collegiatæ; poſtque miniſtrata mihi ſanctiſſima Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, ſuaſu ejus votum vovi, ſi per miſericordiam Dei atque interceſſionem B. Aloyſii convaleſcerem à præſenti infirmitate, primo quoque pòſt tempore peregrinaturum ad eccleſiam ejus Saxi. Atque ecce,

emiſſo voto confeſtim revixiſſet.

vix à me digreſſo prædicto Domino Canonico, in cujus præſentia voveram, motari cerebrum mihi deſiit, ac dolores qui me exanimabant, fugerunt; ſimulque omni parte ſanus fui. Et advocans uxorem, poſtulavi eam veſtes meas; me ſanum eſſe dictitans, & quidem perfecte. Vires quoque, quæ multum debilitatæ erant per inediam & uſum medicinarum, continuò reſtaurari cœperunt. *Prædictus D. Anzius, teſtis* LXXV, *qui infirmo à confeſſionibus erat, eumque frequens viſitaverat, ſuaſeratque votum ut emitteret, eadem confirmat vera eſſe: uti & uxor infirmi Catharina teſtis* LXXII; *quæ etiam ſpecialiter interrogata, qualis fuiſſet infirmitas mariti ſui;*

C

reſpondit; præter febrim qua graviter cruciabatur, fuiſſe mentis impotem ac deliraſſe. Nam viſitatus à viris Religioſis, volebat omnibus confiteri peccata ſua: prolatis vero tribus quatuorve verbis, quæ videbantur ſanæ mentis eſſe, continuò aberrabat ab incepto diſcurſu ad res diverſiſſimas ac deliramenta. Sanatio autem ejus tam ſubitanea atque inſtanti tempore peracta fuit poſt votum emiſſum, ut ſuſpicari non poſſim, ab ulla medicina aut alia quavis cauſa, quam ab interceſſione & meritis Beati quem invocaverat, profectam eſſe.

CAPUT X.

Ultima è proceſſu, & alia deinceps obtenta curationum beneficia.

135 *Teſtis* LXXVII, Joannina Durici *&c.* Præter multa, *inquit*, miracula, quæ numerantur facta ad invocationem B. Aloyſii, unum ego expreſſiſſimum vidi hiſce oculis, in infantulo

D

ſororis meæ Annæ, Magiſtro Petro, quondam Andreæ Loſſii filio, nuptæ: & eſt tale. Soror illa mea anno MDCXI, Septembri menſe, die Mercurii bene mane, nondum orto ſole, enixa fuerat infantem; cui nomem in baptiſmo datum fuit Andreas. Ego illum ſumpſi lactandum, ſi quid modo ſugere poſſet. Nam male, ac de die in diem pejus, habebat; quia numquam adhuc excreverat. Hinc tumuerat ei venter in modum follis: noſque anxii, ut ne indidem oppeteret, decrevimus balanos medicas duas ano ejus inſinuare; idque re ipſa præſtituri, comperimus ſedem pueri deeſſe & foramen naturale. Qua de re ſtupefacti, miſimus in oppidum Poſchianum, bis mille paſſus diſſitum, qui exquirerent ex Medicæ peritis, quid in caſu, facto opus foret. Eodem tempore venit mihi in mentem de oleo, quod domi meæ ſervabam, hauſtum è lampade Beati in eccleſia Saxenſi: & conceptâ in illum fiduciâ, ſuggeſſi parentibus, utile futurum, ſi voto ſeſe obligarent, portaturos puerum ad prædictam eccleſiam; ſi Deo volente convaleſceret. Fecerunt illi votum, & ego domum conceſſi; attuli inde oleum, & reverſa inſpexi ſedem pueri perdiligenter, & comperi veriſſimum

Infans abſque ano natus,

illum accipit oleo anctus.

E

eſſe, non habere illum aut gutturem poſteriorem aut ullum ejus ſignum. Erat quippe pars illa integra & æque plana atque eſt vola manus meæ. Tunc acceptam pennam gallinaceam intinxi oleo prædicto, & brevi oratione præmiſsâ, unxi per modum crucis ſedem qua exonerari alvus naturaliter ſolet. Hinc mater, præmemorata ſoror mea, tenuit filiolum in ulnis quarta circiter parte unius horæ; cum cœpit olfieri teterrimus fœtor, & exoneratâ alvo pueruli, detumeſcere venter; & factum apparuit, quod nullum fuerat, foramen naturale.

136 *Interrogata, præter alia, num anus puero non fuerit omnino; reſpondit*: Ego curioſe ac diligentiſſime inſpexi ſedem ejus admoto lumine, & nullum omnino erat ſignum ani, nedum foraminis: atque ita fuerat miſellus à nativitate ſua, quæ ceciderat in diem Mercurii XVII Septembris anni jam dicti ante lucem, uſque ad ſabbatum ſequens ſimiliter ante lucem. *Quod attinet ad apertionem ani*, neque poſſum neque debeo illam attribuere alteri rei, quam meritis Beati, quia applicato ejus oleo ſtatim conſecuti ſuimus à Domino beneficium deſideratum, [cum antea nec medicina nec medicus fuiſſet adhibitus, *uti ait mater pueri, teſtis* LXXVI] atque decreveramus advocare chirurgum ad inciſionem faciendam. *Hæc omnia cum omnibus ſuis circumſtantiis, præter matrem jam dictam, confirmat etiam, & ampliſſime, mater puerperæ Catharina, teſtis* LXXVIII.

F

137 *Teſtis* LXXIX, Joannes de Molinariis, *&c. ita deſeruit*: Pater meus, qui nunc vita functus eſt, laborans ex altero crure, ni fallor, dextro, multis vulneribus per ſe apertis deformato; medicatus illis fuerat longo tempore, ſed nullam experiebatur medelam. Abſtinuit ſe igitur toto facile decennio ab omni medicamentorum uſu. *Hæc ille, de ægritudine patris ac diuturnitate ejus teſtis oculatus: reliqua, de modo curationis, quæ noverat tantum ex relatione aliena, proſequatur ſoror ejus* Margarita, *teſtis* LXXXIV, *& ipſa horum oculata teſtis*; Tandem, *inquiens*, conſtituit pater meus ex voto viſitare B. Aloyſium Saxi; idque fecit elapſo Septembri, ſi recte memini, ab annis IV (*deponit autem hæc anno* MDCXIII, XV *Novembris*) & ego ipſum comitata fui cum Dominico patruo meo, ejus fratre, & aſello: cui infirmus, dum Saxum pergeremus, fere ſemper

Crus multis dudum ſcatens vulneribus,

inſe-

A *contactu olei redintegratur.*

insedit: & ingressus nobiscum ecclesiam, post factam orationem, curavit sibi oleo lampadis, ante imaginem Beati Thaumaturgi ardentis, liniri solum genu suum, nonnihilo inferius demisso tibiali: & eodem articulo temporis quasi detersus ei fuit omnis omnino dolor, qui antea admodum vehemens, ægroto sæpe impediebat quietem nocturnam. Post hæc redeuntibus nobis, ille jam robustior, toto itinere pedes processit absque ullo dolore. Ubi vero domum nostram ingressi fuimus detraximus ei tibiale; & comperimus, vulnera non solum coaluisse, sed ne vestigium quidem sui aut cicatricem ullam reliquisse. Imo tibia illa, omni sublato tumore, tam erat tenuis, quam altera; & numquam ei deinde doluit. Atque hæc omnia ego scio, quia vidi & audivi, eo quo narravi modo facta esse. *Iter porro, quod æger ille ab ecclesia Beati pedes emensus est domum suam, longitudinem habere* decem milliarium, *affirmat, præter hujus fratrem jam dictum, etiam Margarita ejus amita, testis* LXXXVI, *& ultima in hoc Processu.*

138 *Testis* LXXXI Dom. Joannina de Ballottis *&c.* Veneror ego B. Aloysium, ut eximium Dei Sanctum, & quotidie ei pensum aliquod precum *Abscessus in gula,* B persolvo; qui quod sciens volens profiteor, miraculosam obtinuit mihi à Deo gratiam. Videlicet uno quodam transactorum annorum, puta abhinc triennio aut quadriennio, coarctavit mihi gulam abscessus internus, & me affixit lecto facile dies octo; quorum tres postremos glutire nil potui, *spiritum intercipiens* nisi forte per intervalla pauxillum juris, & hoc cum magno cruciatu; nec poteram proferre verba. Cum cogitavi facere, & feci votum B. Aloysio, unxique gulam forinsecus oleo ejus sacro: & in ipso unctionis articulo abiere dolores; facultas loquendi rediit; potui glutire, atque reipsa manducavi ficum siccatam, nullo aut perexiguo doloris sensu; ac biduo triduove post omni malo liberata fui. Quodque mirum est, quæ transactis *eodem oleo aufertur.* temporibus aliquoties similem passa fui infirmitatem; ac duodeviginti pluresque sæpe dies decumbere debebam; nihil ejus deinceps passa sum. *Eadem asserunt citati ab illa, maritus ejus Joannes, & Catharina Dondina, quæ curam infirmæ habuerat, testes* LXXXII *ac* LXXXIII. *Deposuerunt autem omnes die* XIII *Novembris anni* MDCXIII. *His subjungunt eadem Joannina & maritus ejus, de filiolo suo* Joanne Dominico, annos duos & semis nato, *cui* annis C abinde quinque dextrum oculum à cæcitate servavit votum parentum, B. Aloysio nuncupatum; *quod testis* I, *D. Nicolaus Lunghi, in collectione sua etiam refert sub nomine patris Joannis Lombardoni; exceptis adjunctis quæ hic diverso charactere impressa sunt. Et hactenus quidem de miraculis, è Processu Vulturenæ vallis amplissimo excerptis, quæ mihi visa sunt præcipua esse. Sequuntur alia nonnulla, quæ deinceps facta & annotata fuernut.*

139 *Interrogavi anno* MDCXC *per litteras ut alibi dictum est, R. P. Joannem Baptistam Castelli; Societatis nostræ Rectorem Ponte; virum humanissimum, nonnulla de miraculis recentioribus, concursu populi, ac præsenti cultu B. Aloysii in ecclesia Saxensi. Respondit autem, crebra quidem post Processum, auctoritate Apostolica formatum, miracula ibi facta esse; sed non tam sedulo quam prius fuisse annotata,* propter ipsam ut puto, *ait,* illorum multitudinem. *Interea* celebre compi imis est illud, quod contigit in juvene quadam femina, quæ lapsa ex arbore, fidit sibi *fuerit cultus Beati* calvariam cum effusione cerebri per terram: viva nihilominus, curata mox etiam fuit per oleum miraculosum Beati nostri, quod ardet ante facel-

lum ejus & imaginem, quodque hinc ablatum veniunt plurimi è longinquis extra vallem nostram regionibus. *Confluxus populi* hisce temporibus, præcipue elucet frequentiâ suâ ipso Beati anniversario die festo; & quotiescumque impetrare cupiunt incolæ vallis pluviam aut serenum cælum. Tunc enim undique eo veniunt numerosi, supplicantium ordine & more. *De cultu & fiducia populi in Beatum,* asseverat hodiernus Saxi Curio, plebem *in Valle Tellina:* suam in suis infirmitatibus nec medicum nec chirurgum curare; & suadentibus ut accersant, respondent quisque pro se, Ego votum feci Beato (*quasi alio non sit opus medico*) & quotidie fiduciæ suæ præmium accipiunt curationem. *Hæc ille ad mea interrogata, præterquam quod catalogum mihi submiserit miraculorum omnium, à D. Nicolao Lunghi depositorum, quæ ex ipso Processu & catalogo illo inter se collatis, supra dedi.*

140 *Non exprimit quidem Pater ille, quo tempore prædicta juvenis lapsa & curata sit: innuit tamen id factum esse post absolutum Processum. Primum porro quod postea scriptum scio de celebritate B. Aloysii ejusque miraculis; didici ex litteris P. Hieronymi Cittadini, anno* MDCXV *die* 11 *Januarii datis ad P. Ceparium; quibus hæc inserit:* R. D. Nicolaus Lunghi Curio Saxensis, scripsit mihi transactis mensibus hunc in modum: Significo Reverentiæ Vestræ, quod celebritas B. Aloysii adhuc indies augescat. E Germania mihi litteræ veniunt nuntiantium, multos ibi claudos, ischiadicos, aliisque *anno* 1615. morbis alioquin incurabilibus laborantes, per Beatum nostrum valetudinem recuperasse. Magis distinctas inde expecto relationes, præter personas, quæ huc peregrinatum venturæ sunt. Missi indidem quoque jam sunt, qui auferant hinc triginta vascula cum oleo è lampade Beati hausto. Ubi distinctiora accepero, certiorem te omnium reddam, care Pater. Illud interea certissimum est, feminam quamdam, cui propter affectum dolensque crus, spatio annorum novem, non licuerat domo egredi; vespere quodam crus illud oleo prædicto fuisse unctam; eamque mane surrexisse per se, & ivisse quo vellet, perfecte curatam. Hactenus D. Nicolaus *apud P. Cittadinum.*

141 *Quæ sequuntur debeo diligentiæ & caritati R. P. Jacobi Antonii Manzini Societatis nostræ in provincia Veneta, qui meditans historiam novam conscribere de gestis B. Aloysii, illa petiit ac tandem impetravit annis* MDCXCV *&* XCVIII *ex oppido Ponte, multo suo labore ac sumptu. Significavit enim mihi, eorumdem scriptorum exemplar pridem petenti, se pro authentizatione unius ex illis, quod miraculosam Sactimonialis curationem in monasterio S. Juliani conplectitur, pependisse nummum Philippicum. Insuper authentizata quoque sunt, quæ sequuntur, facta anno* MDCXXVIII *in Margarita Rudolfi;* MDCLXXV, *in Bernardino, Mathiæ Mileti filio epileptico; &* MDCXCII, *in oppido Ponte, à lue epidemica servato;* fidem plenam atque indubitatam facientibus, *illa esse* veriffima, & tam notoria, ut nefas sit de veritate eorum dubitare; *eamque in rem* subscribentibus, P. Ignatio Lucio, Curione ecclesiæ B. Aloysii Saxi; P. Ignatio Guicciardi Pontano; *attestantibus item,* Ignatio Quadrio, Canonico ecclesiæ collegiatæ Pontis Cancellario, *duos prædictos propria manu sua subscripsisse; &* Aloysio Guicciardo, Pontis Vallis Tellinæ Præposito, Vicario forensi, Protonotario Apostolico; antescriptos Dominos tales esse, quales se faciunt ac omni fide dignos. *In quorum fidem hæc dabat* Ponte die IX Julii MDCXCVIII. *Reliqua porro miracula illis*

AUCTORE C. J.

qualis item post absolutum processum, E

Miracula Ponte missa an. 1695 & 98. F

AUCTORE C. J. *immixta, è similibus ſcripturis extracta, ſimilem quoque fidem merentur per ſe, tametſi authentizatio iſtiuſmodi publica & ſolennis non adſit, nimio pretio emenda in illis locis, ubi gratis id præſtare deberent ad propagandam gloriam Beati ſui, ſuamque erga illum gratitudinem teſtificandam. Eadem miracula ex ſuis illis Mss. prædictus P. Manzinus anno* MDCCI *etiam impreſſa dedit typis Brixienſibus, in Vita nova B. Aloyſii, à ſe compoſitâ, lib.* 4 *cap.* 4 *&* 5 *: eademque hic reddo ex italico latinè, ordine temporum, quibus notantur contigiſſe.*

Curantur, 142 Margarita, filia quondam Joannis Petri Rudolfi Burmienſis, habitans in villa Burmienſis comitatûs, cui Cepina nomen; decumbebat ex quadam invaletudine, qua intumuerat toto corpore, nec poterat vel digitum ejus movere: cum Kalendis Septembribus anni MDCXXVIII ſub meridiem, nemine conſpecto, audivit vocem lætam, quæ tamquam prænuntia mox conſequendæ ſanitatis, ei dixit: Margarita, quare non uteris oleo, quod penes te eſt, B. Aloyſii? Utere illo, atque adjuvante Deo ac Beato iſto, ſanaberis. Unâ pòſt horâ venit Burmio ſoror ejus Helena; intellectoque quod factum erat, hortatur infirmam, ut quod juſſa fuerat, opere præſtaret. Et illa obediens; Da igitur mihi inquit, ô ſoror, oleum iſtud: ſimul elevans brachium, quod antea nequibat facere, ad monſtrandum locum, ubi poſitum erat oleum; comperit ſeſe, neſciens quo modo, extra lectum genua flectere. Tum voto ſe obſtrinxit, viſitaturam ſacellum Beati; ſignanſque frontem & junctûras corporis oleo prædicto, ſenſit ſibi ambas ab aliquo contingi genas, ambabus, ut ſibi videbatur, manibus ejus; ſub quibus inde receſſit omnis tumor ad brachia & crura, quæ exinde turgebant non aliter quam duo ſacci arena farti: & continuo etiam illis detumeſcentibus, ſtatim ſe veſtibus ſuis induit, properatque ad conclave Curionis ſui, cui ancillabatur; atque narrat ei quod factum erat, admirabundo, Deumque laudanti ac Beatum; quem & illa primo quoque tempore viſitavit in ſolutionem voti ſui.

an. 1618 *inflata toto corpore*

B *& impotens movere ſe;*

143 Mathias Mileſi, è valle Brambana, pro filio ſuo Bernardino, à multis annis laborante epilepſia, confugiendum ſibi putavit ad præſidia B. Aloyſii, duxitque illum anno MDCLXXV ad ejus ſacellum, quod eſt Saxi, tam felici itu, ut ſanatum mox reduxerit, videritque deinceps liberum tam inviſa hominibus calamitate. *Et hæc quidem duo exempla ſuppeditant ſcripturæ, anno* MDCXCVIII *ad P. Manzinum miſſæ. Duo ſequentia triennio antè miſſa fuerunt: eorumque alterum ita ſonat:*

anno 1675 *epilepſia;*

C 144 Ponte, anno MDCLXXVI menſe Januario, ægrotabat morbo letifero filius D. Joſephi Mariæ Piazzi, cui nomen Gaſpar Benedictus: neque jam deſperata ſolum erat ejus vita, ſed & coopertus jacebat tamquam mortuus, ſecundum conſuetudinem iſtius regionis: quando mater, D. Hippolyta, ipſum potenter commendat patrocinio B. Aloyſii, obſecrans, ut filio ſuo obtineret à Deo priſtinam ſanitatem; ſiquidem ita Deo placitum foret. Addidit quoque, ſe quidpiam ex voto, prout ſibi ſuggereret ſua pietas, oblaturam ad ejus altare. Atque ilico reſpirat filius, dat ſigna manifeſta vitæ, incipit præter ſpem omnium convaleſcere, & perfectam conſecutus eſt ſanitatem; utique vi voti materni & interceſſione Beati, cui & mater ſua vota ſolvit.

1676, *ſemimortuus puer,*

145 *Alterum quando factum ſit, non notatur. Quamobrem, quia iiſdem cum priori litteris perſcriptum eſt, illi etiam ſubnecto.* Filius D. Marci Antonii Guicciardi, annos X aut XII natus, adſtabat foco, tenens manu ſacculum chartaceum, pulvere tormentario plenum. Conjecit inde pauca granula in ignem ludibundus: quæ circumferentia flammam ſuam, incenderunt reliquum in ſacco pulverem: ex quo manus pueri ambuſta fuit acerbiſſimo cum dolore, adeo ut in lectum conjici debuerit, nec tamen vel ſic levamen ullum haberet. Inſpirante inter hæc ei Domino, ad Protectorem Vulturenæ vallis ut confugeret; eo ſe convertit, promiſitque Beato exiguum quid gratitudinis ergo, pro beneficio, quo ſperabat ſe obtenturum vacuitatem à dolore. Facta tali promiſſione cœpit continuò obdormiſcere; neque deinceps doluit ei ambuſta manus, quamvis combuſtionis retinuerit ſigna per aliquot dies.

D *& ambuſta manus;*

146 *Quod ſequitur, anno* MDCXCVIII *P. Manzino miſſum è valle Tellina, & ab ipſo mihi, tunc Romæ degenti, hunc apud me titulum habet*: Narratio miraculoſæ curationis, factæ prope Comum in nobili Sanctimoniali, quæ convaluit ab infirmitate deſperata, per interceſſionem B. Aloyſii Gonzagæ Societatis Jeſu, die VII Aprilis anni MDCLXXXVIII. *Tum ſic narratur:* In monaſterio S. Juliani, quod prope abeſt à muris Novocomi, multo tempore jacebat infirma Soror Amantia Gertrudis à Porta, è nobili familia civitatis iſtius, eò jam loci redacta, ut potius mortua videretur quam moribunda; idque ſuadebant adſtantibus pallor & gracilitas vultus ejus, vox & habitus tam exilis, ut difficulter percipi poſſet ab iis, qui data opera eò applicabant aurem. Idem ſuadebant, debilitas virium & imbecillitas corporis, quod non tantum promovere extra lectum non poterat, ſed neque movere pedem in ipſo lecto de loco in locum abſque juvamine alicujus. Denique id ſuadebat nauſea ſtomachi, qui cibum retinere nullum poterat amplius. Hi omnes effectus peſſimi, pejorem monſtrabant eſſe cauſam mali, quod obſtinatione ſua neque ceſſerat neque cedebat arti medicæ aut remediis ejus quibuſcumque; neque vero jam relinquebat ſpem ſecundioris valetudinis, aut infirmæ ipſi, aut medicis, aut cuivis alii. Curatio igitur incurabilis morbi reſervabatur à Deo potenti dexteræ B. Aloyſii, quem per id temporis ſingulari pietate colebant duæ juvenculæ, quarum alteri nomen erat Maria Lucretia, alteri Maria Magdalena, ambæ è nobili familia Guicciardi in oppido Ponte, quæ tunc educabantur in prædicto monaſterio, & nunc (MDCXCVIII) ibidem indutæ ſunt Monacham. Hæ ipſæ ſtabant ad lectum infirmæ, quando jamjam poſtremum ſpiritum videbatur redditura; atque excitare illam conatæ ſunt ad pietatem & fiduciam in B. Aloyſium concipiendam, mira prædicantes de efficacitate patrocinii ejus. Spondebant quoque, propediem in patriam reverſuræ, ſe ibi apud eumdem Beatum, communem Vulturenæ vallis Advocatum, precibus ſuis pro ipſa interceſſuras, miſſuraſque inſuper de oleo lampadis ejus thaumaturgo.

1688 *Monialis moribunda*

E

prope Comum,

F

147 Excitata talibus dictis infirma, præſentem fiduciam ſuam in Beatum, quem alias ſibi beneficum fuiſſe meminerat, manifeſtam fecit, invocando ipſum & opem poſtulando; ſenſitque animo ſuo præſagiri futuram ſanationem, ex ipſo fiduciæ ſuæ quod experiebatur incremento. Quando die VII Aprilis anni MDCLXXXVIII, oboritur ei nec opinata inſpiratio, compelliturque quodammodo ad deferendum lectum, eundumque per cellam

precibus aliorum,

A cellam ſuam atque ad monaſterium, quo tempore Sanctimoniales pſallebant in choro: & re ipſa ſurrexit, induit ſe veſtibus ſuis, ivitque per ambulationes monaſterii ad podium quoddam quod proſpectat in eccleſiam, actura gratias Chriſto Domino in ſacroſancta Euchariſtia, & B. Aloyſio ſoſpitatori ſuo, pro recuperata vita & ſanitate. Hanc enim ſibi reſtitutam eſſe, cognoſcebat ex ceſſatione febris, & tuſſis, & reliquorum morborum, quibuſcum fuerat tam diu conflictata; præcipue tamen eo quod vox vireſque priſtinę corpori,& inceſsus redierant. Quæ res Sanctimoniales comprimis, tum & medicos (qui quam reliquerant paulo antè moribundam, reperiebant perfecte ſanam) maximo replevit ſtupore; coëgitque hos veritati teſtimonium dare, dicendo, ſolis id meritis ac patrocinio Beati acceptum ferri debere. Hoc porro illorum, omniumque paſſim, judicium, confirmatum quoque fuit ex obſervatione temporis quo ſanatio facta eſt. Eo namque die, uti poſtea conſtitit, preces Beato oblatæ fuerunt in Vulturena valle, pro incolumitate Sanctimonialis infirmæ, à prædictis duabus juvenculis; eodemque die oleum, quod illæ promiſerant, tradiderat Curio Saxenſis certo homini deferendum ad monaſterium. B Quod quidem magis ſplendidum reddit miraculum, ſuadetque pluris faciendum eſſe patrocinium Beati, dum etiam non applicato oleo ſuo, ſed tantum deſiderato, conſanat invocantes ſe.

Ponte orantium.

148 *Ultimum, quod mihi ſupereſt ex litteris prædictis, contigit anno* MDCXCII, quando Pons oppidum, in communi totius Vulturenæ vallis calamitate, triſtique hominum è febribus malignis ubique paſſim intereuntium ſtrage, ſolum immune à funeribus fuit ſub tutela B. Aloyſii. Confugerant quippe ad ejus præſidia incolæ omnes, procedendo ſupplicantium ritu ad ſacellum ejus; ibique acceptam ipſius ſacram Reliquiam portantes in locum eminentem; bene precati fuerunt oppido ſubjecto, ſimulque omnem inde graſſantis morbi contagionem effugarunt. Nemo namque unus deinceps è tali morbo ibi mortuus eſt; & multi jam contacti convaluerunt brevi tempore.

1692 *ſervantur Pontani à communi lue.*

RELATIO
ROTÆ ROMANÆ AUDITORUM,
C

Franciſci Sacrati, Archiep. Damaſceni;
Joannis Bapt. Coccini, Rotæ Decani;
& Joannis Bapt. Pamphilii;
de ſanctitate & miraculis

Angelici Aloyſii Gonzagæ Virginis,
ex Principibus Imperii,
Marchionibus Caſtellionis,
Clerici Societatis Jeſu,
ad S. D. N. Paulum V.

CAPUT I.

In quo præcipue conſiſtat hominis ſanctitas.

ARduum & præclarum eſt, Beatiſſime Pater, poſthabitis humanæ vitæ illecebris, edomitis refractariæ carnis irritamentis, religioſum amplecti ſtatum, in quo, & Deo ſervitur perfectius, & urgentium inimicorum arcus & ſcuta potentiùs confringuntur: longe vero præclariſſimum eſt, cum is hoc ipſum præſtat, qui divitiis affluens, nobilitate conſpicuus, principatu potens, validiora voluptatum undequaque blandientium delinimenta contemnit, & ambitioſos honorum ac dominationis faſtus, innatum mortalibus malum, invicto ſpernit animo & conſtanti pede conculcat; eò temperantior, quò à pluribus, & majoribus temperat; eò fortior, quò fortiorum hoſtium agmina debellat. Aloyſius hic eſt, qui ex clariſſima Gonzagarum ſtirpe progenitus, non modò generoſiſſimi ſtemmatis nobilitate; ſed & virtutum omnium laudibus, quod veræ nobilitatis eſt, mirifice claruit; & ſpretis inanibus ſeculi gaudiis, ac deſpectis delicioſi principatus applauſibus, religioſum Societatis Jeſu inſtitutum amplexus eſt; & viridem teneræ adhuc ætatis florem Regi regum conſecravit. Sciebat nimirum prudentiſſimus Juvenis, ſibi in ea Societate non deſore fidiſſimos comites, quorum exemplo fretus, viam Domini proſequeretur alacrius; & peritiſſimos duces, quorum conſilio ductuque ſalebroſos mundi anfractus cautius evitaret. Intuebatur animo præclara illa virorum lumina, Ignatium Loyolam, Societatis ejus auctorem, egregium Chriſtianæ pietatis exemplum; Franciſcum Xaverium, lucidum illud ferventiſſimæ caritatis ſidus; Jacobum Laynez, doctrina pariter ac vitæ ſanctimonia illuſtrem; Franciſcum Borgiam, magnum illum faſtus & potentiæ contemptorem; Petrum Fabrum; Joannem Codurium; Staniſlaum Koſtkam; alioſque non paucos. Plurimos inſuper, & fortiſſimos Martyres, qui per orbem terrarum Catholicæ fidei vexilla circumferentes, tam in Anglia inter ſacrilegas hæreticorum manus, quam in Indiis, inter efferatorum tela gentilium, ſanguinem pro Chriſti fide conſtantiſſime profuderunt.

PER AA. ROTÆ. ES MS. *Aloyſius, neglecto Principatu,* *Societatem Jeſu ingreſſus* E *ejuſque viros ſanctos imitatus,*

2 His conſtantiæ exemplis Aloyſius uſus eſt; ex hoc virtutum ſeminario vitæ præceptores habuit; ex hoc commilitones, ex hoc duces nactus eſt. Cujus nobiliſſimi Juvenis vitam & actiones, nec non miracula ad ejus interceſſionem edita, cum Sanctitas Veſtra nobis injunxerit perpendenda, ut ſingulis mature diſcuſſis videre ipſa poſſit, num in Sanctorum Album referendus ſit; viſis quinque proceſſibus in ſpecie, de ordine Congregationis ſacrorum Rituum, præcedente Sanctitatis Veſtræ mandato confectis; quorum quatuor, Romano videlicet, Florentino, Caſtellionenſi, Vulturenæ vallis, nos uſi fuimus; magnitudinem fidei miraculis demonſtratam, ſpe, & caritate informatam, in angelico Aloyſio Gonzaga eluxiſſe conſpeximus; atque ita excellentem vitam (quæ conſiſtit in virtutibus cardinalibus, Prudentia, Juſtitia, Fortitudine, & Temperantia) duxiſſe, ut dignum eſſe concluſerimus qui Sanctorum Catalogo adſcribatur; & merito. Nam ex dictis virtutibus ſanctitas vitæ colligitur, quæ ſecundum S. Thomam (2, 2. *q.* 81 *art.* 8. *in corpore*) omnium virtutum opera refert in Deum; ſecundum quod homo ſe diſponit per bona quædam opera ad cultum divinum pertinentia; & S. Dionyſius de divinis nominibus *c.* 12, Sanctitas eſt (*inquit*) ab omni immunditiâ libera & perfecta, & omnino immaculata munditia. Quare merito Doctores, tam Theologi, quam Canoniſtæ, conveniunt, quod ad hoc, ut canonizari quis poſſit, requiratur fides, informata ſpe & caritate; & excellentia

judicatur dignus, F *qui & ipſe Sanctis adſcribatur.*

PER AA. ROTÆ. EX MS.

entia vitæ (*Summa Angelica in verbo, Canonizatio. Tabiena in verbo, Canonizare. Innocentius cap.* 4 *Venerabili.* §. *in* 6.) quæ conſiſtit in virtutibus Cardinalibus; & ad tollendam omnem dubietatem, Miracula. (*Auguſt. Triumphus de poteſt. Eccles. q.* 15 *art.* 4. *Gloſa in c.un. de Reliq. & ven. Sanct. in verb. Sedis Apoſtolicæ in* 6; *& alii Doctores; & in c. Venerabili. ext. de teſt. & Archid. in c. Nec mirum* 26. *q.* 5.)

Sanctitas vitæ conſiſtit,

3 Et prædicta evidentiſſimâ ratione probantur. Nam homo per naturalem inclinationem ordinatur in finem ſibi connaturalem; primo ſecundum rationem vel intellectum, in quantum continet prima principia univerſalia, cognita nobis per naturale lumen intellectus: ex quibus procedit ratio, tam in ſpeculandis, quam in agendis. Secundo per rectitudinem voluntatis, naturaliter tendentis in bonum rationis. Et his duobus modis procedunt virtutes Cardinales. Quæ quidem virtutes poſſunt conſiderari, ut politicæ, aliquando ut purgatoriæ, aliquando ut purgati animi, prout ſunt in Beatis, & in aliquibus in hac vita perfectiſſimis; aliquando ut exemplares. S. Thomas (1, 2, *q.* 61. *art.* 5. *& in* 3. *ſentent. diſt.* 33. *q.* 1. *art.* 1. *argum.* 6) ex mente Auguſtini (*de mor. Eccles. cap.* 6) Oportet, inquit, quod anima aliquid ſequatur, ad hoc ut ei poſſit virtus innaſci; & hoc, Deus eſt; quem ſi ſequimur, bene vivimus. Patet igitur, quod exemplar humanæ virtutis in Deo præexiſtit, ſicut & in eo præexiſtunt omnium rerum rationes. Quapropter ſi virtutes conſiderentur, prout ſunt exemplariter in Deo, virtutes vocantur exemplares: & quia homo ſecundum ſuam naturam eſt animal politicum, virtutes hujuſmodi, prout in homine exiſtunt, ſecundum conditionem ſuæ naturæ, politicæ vocantur; prout ſcilicet homo ſecundum has virtutes recte ſe habet in rebus humanis gerendis. Sed quia ad hominem pertinet, ut etiam ad divina ſe trahat, quantum poteſt (*Matth. c.* 5. *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*) neceſſe eſt, ponere quaſdam virtutes, medias inter politicas, quæ ſunt virtutes humanæ, & exemplares, quæ ſunt virtutes divinæ. Quæ quidem virtutes diſtinguuntur ſecundum diverſitatem motus & termini. Nam quædam ſunt virtutes tranſeuntium, & in divinam ſimilitudinem tendentium; & hæ vocantur virtutes purgatoriæ; ita ſcilicet, quod Prudentia omnia mundana divinorum contemplatione deſpiciat, omnemque animæ cogitationem dirigat in divina; Temperantia relinquat, in quantum natura patitur, quæ corporis uſus requirit; Fortitudo efficiat, ut anima propter exceſſum à corpore, & acceſſum ad ſuperna, non terreatur; Juſtitia denique, ut tota anima conſentiat ad hujuſmodi propoſiti viam. Quædam vero ſunt virtutes divinam ſimilitudidem jam aſſequentium, quæ purgati animi vocantur; ita ſcilicet, quod Prudentia, ſola divina intueatur; Temperantia, terrenas cupiditates neſciat; Fortitudo, paſſiones ignoret; Juſtitia, cum divina mente, eam ſcilicet imitans, perpetuo fœdere ſocietur. Quas quidem virtutes diximus in Beatis, vel in aliquibus in hac vita perfectiſſimis reperiri (*S. Thomas* 1, 2, *q.* 61, *art.* 5. *Vincent.* 3. *par. lib.* 1. *tit. de Virt. diſtinct.* 7) Nos vero de his virtutibus purgatoriis, purgatique animi tractabimus, cum res geſtas Aloyſii Gonzagæ, adoleſcentis Angelici, toſtibus comprobatas, brevi relatione complectemur.

Prudentia,

Temperantia,

Fortitudine,

Juſtitia;

4 Sed quoniam ad beatitudinem prædicta non ſufficiunt, ut colligitur ex 1 *ad Corint. cap.* 2; Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe (*S. Thom.* 1. 2; *q.* 62, *art.* 3.) Ideo recurrendum eſt ad virtutes Theologicas, quæ ordinant hominem ad beatitudinem ſupernaturalem. Nam primo quantum ad intellectum, adduntur homini quædam principia ſupernaturalia, quæ divino lumine capiuntur, & hæc ſunt credibilia, de quibus eſt Fides. Secundò vero eſt voluntas, quæ ordinatur in illum finem, & quantum ad motum intentionis in ipſum tendentem, ſicut in id quod eſt poſſibile conſequi, pertinet ad Spem; & quantum ad unionem quamdam ſpiritualem, per quam quodammodo transformatur in illum finem, id fit per Caritatem. Appetitus enim uniuscujuſque rei naturaliter movetur & tendit ad finem ſibi connaturalem, & iſte modus provenit ex quadam conformitate rei ad ſuum finem: non obſtante quod Fides, & Spes imperfectionem quamdam importent; quia Fides eſt de his quæ non videntur; Spes autem de his quæ non habentur. Unde habere Fidem & Spem de his, quæ ſubduntur humanæ poteſtati, deficit à ratione virtutis; habere autem Fidem & Spem, de iis quæ ſunt ſupra facultatem naturæ humanæ, excedit omnem virtutem homini proportionatam, ſecundum illud Pauli, 1. *ad Corint. cap.* 1: Quod infirmum eſt Dei fortius eſt hominibus. Virtutes autem Theologicæ ſunt, Fides, Spes, & Caritas. S. Thomas (1, 2, *q.* 62, *art* 4) dicens quod non poteſt motus appetitivus in aliquid tendere, vel ſperando, vel amando, niſi quod eſt apprehenſum ſenſu aut intellectu; per Fidem autem apprehendit intellectus ea quæ ſperat, & amat. Unde oportet quod ordine generationis Fides præcedat Spem & Caritatem. Similiter autem homo aliquid amat, ex hoc quod apprehendit illud, ut bonum ſuum: per hoc autem, quod homo ab aliquo ſperat ſe bonum conſequi poſſe, reputat ipſum, in quo ſpem habet, quoddam bonum ſuum: & ſic ordine generationis ſecundum actus, Spes præcedit Caritatem; ordine vero perfectionis Caritas præcedit Fidem & Spem; eo quod tam Fides quam Spes per Caritatem formatur, & perfectionem virtutis acquirit. Sic enim Caritas eſt mater omnium virtutum & radix, in quantum eſt virtutum omnium forma. Unde ſi ordine perfectionis Caritas ipſa prior ſit Spe & Fide; ordine tamen generationis Fides Spem, Spes Caritatem præcedere dicitur, (*S. Thom. loco allegato. Vincent.* 3. *par. lib.* 1, *tit. de Virtutibus diſt.* 8. *S. Ant.* 4 *p. tit.* 1, *c.* 1. §9.) & propterea de prædictis omnibus Virtutibus, tam Theologicis, quam Cardinalibus, in præſentiarum agemus, in ordine ad oſtendendam integerrimi Adoleſcentis ſanctitatem.

& præcipue in virtutibus Theologicis,

Fide,

Spe,

Caritate,

CAPUT II.

Quod Aloyſius habuerit omnes virtutes, tam Theologicas, quam Cardinales; ex quo numquam mortaliter peccavit.

Conſervavit ſemper Fidem,

5 CUm legitime conſtet, beatum hunc Adoleſcentem numquam in toto vitæ ſuæ curriculo peccaſſe mortaliter, & in eo particulariter tam Theologicas virtutes, quam Cardinales eluxiſſe; non abs re erit, ſi ex eo, quod numquam integerrimus iſte Dei ſervus mortalis ſe labe peccati polluit, in eo ſupradictas virtutes fuiſſe concludimus,

quæ omnes in Aloyſio eluxerunt,

A mus. Nam fidem, quam in baptiſmo ſuſcepit, retinuiſſe ſatis oſtenditur, cum numquam poſtea mortaliter peccaverit; ut legitur ex S. Bernardo, qui (*in Sermonibus parvis, ſerm.* 1.) Fides, eſt inquit, alia Præceptorum, alia Signorum, alia Promiſſorum; id eſt, qua credimus in Deum, qua credimus Deum, & qua credimus Deo. Per fidem enim præceptorum credimus in Deum: credere autem in Deum eſt in eum ſperare, & eum diligere. Per fidem ſignorum credimus Deum, qui talia poteſt, & omnia poteſt. Per fidem promiſſorum credimus Deo, qui quidquid promittit, veraciter complet. Et propterea merito S. Auguſtinus (*de verbis Domini ſerm.* 61. *tom.* 10) inquit, ille credit in Chriſtum, qui & ſperat in Chriſtum, & diligit Chriſtum. Nam ſi fidem quis habet ſine ſpe, ac ſine dilectione, Chriſtum eſſe credit, non in Chriſtum credit. Et idem S. Auguſtinus in homilia de centum ovibus, ait; Deus omnibus æqualiter adeſt, ſed apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit, non argenti, ſed fidei. Et egregie S. Iſidorus de Summo bono (*lib.* 2. *c.* 2. *ſentent.*) ait: Fruſtra ſibi de ſola fide blanditur, qui bonis moribus non ornatur.

B 6 Et quantum attinet ad Spem, hoc probatur ex S. Bernardo (*in ſermonibus parvis, ſerm.* 1): *& Spem,* Spes triplex eſt, & procedit de prædicta triplici fide. Nam de fide præceptorum oritur ſpes veniæ; de fide ſignorum, ſpes gratiæ; & de fide promiſſorum, ſpes gloriæ. Et S. Auguſtinus (*libro de diligendo Deo, c.* 14. *tom.* 9) Tria, ait, conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit; caritatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis. Quare, cum integerrimus Adoleſcens non peccaverit mortaliter, concludi poteſt habuiſſe etiam perfectam ſpem, quod etiam colligitur ex eodem S. Auguſtino (*Confeſſionum lib.* 9. *c.* 13, *tom.* 1.) ſic Deum alloquente: Væ etiam laudabili vitæ hominum, ſi remotâ miſericordiâ diſcutias eam: quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter ſperamus aliquê apud te locũ invenire indulgentiæ.

7 De Caritate vero hoc expreſſe habetur ex *& Caritatem:* S. Auguſtino (*de doctrina Chriſtiana lib.* 1. *c.* 27, *tom.* 3.) Ille juſte, inquit, & ſancte vivit, qui rerum interpretem æſtimator eſt. Ipſe eſt autem, qui ordinatam dilectionem habet, ne aut diligat quod non eſt diligendum, aut amplius diligat quod minus eſt diligendum, aut æque diligat quod vel minus C vel amplius diligendum eſt, aut minus vel amplius quod æque diligendum eſt. Et rurſus de perfecta Juſtitia (*contra Cæleſtin, ante med. tom.* 7): Perfecta caritas foras mittit timorem, & facit plenitudinem præcepti ſarcinam, non ſolum non prementem onere ponderum, verum etiam ſublevantem vice pennarum. Et alibi de laudibus caritatis (*tom.* 9. *vel ſerm.* 39, *de temp. tom.* 10): Caritas caſta fuit in Suſanna erga virum, in Anna poſt virum, in Maria præter virum; libera in Paulo, ad arguendum; humilis in Petro, ad obediendum; humana in Chriſtianis, ad confitendum; divina in Chriſto ad ignoſcendum.

8 Probatur etiam quod in B. Aloyſio virtutes *item Prudentiam,* Cardinales eluxerint, ex eo quod numquam mortaliter peccaverit. Et quidem Prudentiam in eo fuiſſe, colligitur ex S. Bernardo (*de conſideratione ad Eugenium lib.* 2. *c.* 3) ubi; Jam, inquit, quod ad conſiderationis attinet fructum, quatuor, ut occurrunt, tibi conſideranda reor; te, quæ ſub te, quæ circa te, quæ ſupra te ſunt. A te tua conſideratio inchoet, ne fruſtra extendaris in alia, te neglecto. Et poſt pauca (*cap.* 4) ſubdit & hæc: Tui conſideratio in tria quædam dividitur; ſi conſideres, quid, quis, & qualis ſis; quid in natura, quis in perſona, qualis in moribus. Et (*lib.* 1, *pariter de conſid. paulo poſt medium c.* 7) Primo quidem, inquit, ipſum fontem ſuum, id eſt mentem de qua oritur purificat conſideratio, deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat. PER AA. ROTÆ. EX MS.

9 Juſtitia vero probatur ex eodem S. Bernardo (*epiſt.* 253, *ad Abbatem Guarinum ante med.*): Numquam Juſtus arbitratur ſe comprehendiſſe, numquam dicit ſatis eſt; ſed ſemper eſurit ſititque juſtitiam; ita ut ſi ſemper viveret, ſemper quantum in ſe eſt, juſtior eſſe contenderet, ſemperque de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Et elegantiſſime S. Auguſtinus (*de Civitate Dei lib.* 19, *c.* 27, *poſt med. tom.* 5): Hæc in unoquoque juſtitia eſt, ut Deus obedienti homini, animus corpori, ratio vitiis, etiam repugnantibus, imperet, vel ſubigendo, vel reſiſtendo; atque ut ab ipſo Deo petatur & meritorum gratia, & venia delictorum; ac de acceptis bonis gratiarum actio perſolvatur. *Juſtitiam,*

10 Fortitudinem autem in Aloyſio floruiſſe colligitur ex S. Gregorio (*lib.* 4. *Moralium c.* 30. *ante medium*;) ubi ait; Qui in auctoris ſui amore roborantur, quò magis in concupita Dei fortitudine convaleſcunt, eo à propria virtute deficiunt; & quò robuſtius æterna appetunt, eo à temporalibus ſalubri defectione laſſantur. Et in Regiſtro (*lib.* 7 *indictione* 1, *cap.* 1): Mores meos bene cognitos habes, quia diu porto; ſed ſi ſemel deliberavero non portare, contra omnia pericula lætus vado. Et S. Hieronymus; Nihil eo fortius, qui vincit diabolum. Et elegantiſſime S. Ambroſius (*de Officiis lib.* 1, *c.* 36 *ante med. tom.* 4): Eſt fortis, qui ſe in dolore aliquo conſolatur: & revera jure ea fortitudo vocatur, quando unuſquiſque ſeipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non adverſis perturbatur, non extollitur ſecundis, & quaſi vento quodam variarum rerum circumfertur mutatione. Et rurſus (*cap* 19) Fortitudo invicta eſt ad labores, fortis ad pericula, rigidior adverſus voluptates, dura adverſus illecebras. E *Fortitudinem,*

11 Temperantia denique probatur ex Cypriano (*lib. de ſingularitate Clericorum, c.* 9 *ante med. tom.* 3) Omne officium temperantiæ eſt, exuere veterem hominem, & in Deo renovari, id eſt, F contemnere omnes corporeas illecebras, laudemque popularem, totumque amorem ad inviſibilia, & divina conferre. Et S. Gregorius (*lib* 8 *regiſtri ind.* 3. *epiſt.* 51. *poſt medium*): Quoties ira animum invadit, mentem edoma, vince teipſum; differ tempus furoris, & cum tranquilla mens fuerit, quod placet vindica. Et ex harum virtutum effectibus, quos in B. Aloyſio fuiſſe oſtendemus, illum tam virtutibus theologicis, quam cardinalibus præditum fuiſſe concluſimus. *Temperantiam:*

12 Quod autem immaculatus Adoleſcens numquam mortaliter peccaverit, Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus, teſtis tertius in ordine, ſic ait: Semper ego credidi, illum numquam, dum vixit, peccaſſe mortaliter: & hoc collegi ex confeſſionibus generalibus, quas ab ipſo audivi. Et (*fol* 76 *ſuper art.* 3,) ſubdit; Confirmo, vera eſſe quæ ſcripſi ad P. Virgilium Ceparium in mea epiſtola, quæ poſita eſt in primo proceſſu in genere, & in ejus Vita impreſſa conſpicitur, in hunc qui ſequitur modum: Longo temporis ſpatio noſtri dulciſſimi & ſanctiſſimi fratris Aloyſii Gonzagæ *quia numquam mortalem noxam contraxit,* *teſtibus, Card Bellarmino, confeſſario ejus;*

PER AA. ROTÆ. EX MS.

zagæ confeſſiones, etiam ſemel generalem confeſſionem totius vitæ audivi, ex quibus & ex converſatione, vere mihi videor affirmare poſſe, quæ ſequuntur. Primùm quod numquam mortalis ſe labe peccati polluerit. Et hoc pro certo habeo, quoad tempus à ſeptennio ſuæ ætatis uſque ad mortem: ſed quoad primum ſeptennium, in quo non ea cognitione vixit, qua poſteà ſecutis temporibus, ex conjecturis affirmo; quia non eſt veriſimile illum in infantia peccaſſe mortaliter, præſertim cum à Deo ad tantam puritatem eſſet præordinatus. Ubi notandum eſt, meritò Ampliſs. Cardinalem dicere, non eſſe veriſimile, illum in infantia & primo ſeptennio peccaſſe mortaliter, quia S. Thomas (1, 2, q. 89., *art.* 6, *in corp.*) ait, Antequam ad annos diſcretionis quis perveniat, defectus ætatis, prohibens uſum rationis, excuſat eum à peccato mortali. Uſus autem rationis incipit primo ſeptennio completo, juxta S. Thomam (*in* 4. *diſt.* 27. *q.* 2. *art.* 2) quem omnes ſequuntur (*l. Si in infant.* §. *ult. juncta l. Potuit c. de jur. delib. Sanchez. de matrim. lib.* 1, *diſput.* 16, *n.* 2. *Azor. per.* 1 *Inſtit. moral. lib.* 7, *c.* 40, *q* 6) Et tunc etiam dicuntur pueri perveniſſe ad annos diſcretionis. B

13 Secundùm, quod à ſeptimo vitæ ſuæ anno, in quo, ut ipſe mihi retulit, ad Deum converſus eſt, vitam perfectam duxerit. Hæc eadem de auditu ab eodemmet Ampliſſimo Cardinali poſt obitum ſancti Juvenis, teſtantur Reverendiſſimus Pater Mutius Vitelleſcus, nunc Præpoſitus generalis (*teſtis* XI, *ſuper art.* 24, *in proceſſu Romano fol.* 115) addens, ſe hoc idem collegiſſe ſæpius ex mutuis ſermonibus, quos cum beato Juvene habere ſolitus erat. Et P. Gaſpar Alperius, Theologiæ lector (*teſtis* XIII *in proc. Caſtellionenſi ſuper eod. art.* 24, *fol.* 122) & P. Decius Striverius Provincialis (*teſtis* XIX, *in eodem proceſſu, & ſuper eod. art. fol.* 155) qui Pater Provincialis ibidem deponit, ſe hoc idem ſcire ex publica voce & fama, quod numquam peccaverit mortaliter: & idem teſtatur P. Franciſcus Roſatinus (*teſtis* VI *in eod. proc. & ſuper eod. art. fol* 87)

P. Mutio Vitelleſco, Generali Societatis;

P. Striverio, Provinciali,

14 Et quidem quoad primam ætatem, hoc eſt, ab uſu rationis, uſque ad annum XIV, in quo erat in Hiſpania, id affirmat P. Ferdinandus Paternò, Siculus, qui tunc in curia Regis Hiſpaniarum confeſſarius beati Juvenis erat, ut in litteris compulſatis (*quæ habentur in proc. Caſtellion. fol.* 45) in quibus ſic ait: Notavi in ipſo magnum candorem & puritatem conſcientiæ. Itaque in toto eo tempore, quod fuit quinque annorum aut ſex, non ſolum non reperi in illo peccatum mortale (quod ipſe ſummopere abhorrebat, & numquam illud commiſerat) ſed ſæpenumero nec materiam in eo abſolutionis inveni. Nec dici poteſt id in eo accidiſſe ex defectu judicii & ſolertiæ: quia etiam ab ea ætate elucebat in illo prudentia & maturitas ſenilis in moribus, & judicium longe majus quam in juvenibus reperiri ſoleat. C

P. Paternò, ejus in Hiſpania Confeſſario,

15 In majori ætate, poſt ejus reditum ex Hiſpania, P. Antonius Valentinus, Profeſſus Societatis Jeſu, & Magiſter novitiorum in provincia Veneta, examinatus prævio juramento à Vicario foraneo Nugularenſi (*ejus depoſitio habetur compulſata in proc. Caſtellion. fol.* 48) ſic ait: Mantuæ illius generalem confeſſionem audivi; de qua cum diu cogitaverim, nulla res mihi venit in mentem, ob quam illum audeam damnare de peccato mortali. Occurrunt tamen res admirandæ, ob illius vitam ſanctam, & cum virtute traductam.

P. P. Antonio Valentino,

16 Et poſt ejus ingreſſum in Religionem, de auditu à P. Hieronymo Plato, Religioſo ejuſdem Societatis inſigni, qui fuit confeſſarius hujus angelici Juvenis in Domo Profeſſa Romana, dum eſſet novitius, teſtatur Reverendiſſimus P. Mutius Vitelleſcus Generalis (XI *teſtis, loco citato*) & P. Darius Tamburellus (XII *teſtis, in proc. Caſtellion. ſuper art* 3. *fol.* 110) addit; Recordor, me Romæ legiſſe ſcripturam manu P. Hieronymi Plati, viri inſignis in bonitate, judicio, & prudentia; qui fuit confeſſarius Romæ in Domo Profeſſa hujus B. Aloyſii, & illi valde intimus, qui ſciebat omnia ſecreta conſcientiæ ejus; qui adeo extraordinaria judicavit eſſe dona & virtutes, quibus ornata erat anima hujus beati juvenis, ut ſcripturæ commendaverit, dum adhuc juvenis vivebat & erat novitius. Inter cetera recordor hoc in eo ſcripto me legiſſe, quod ab uſu rationis, hoc eſt à ſeptimo ætatis ſuæ anno uſque ad ingreſſum in Religionem, numquam commiſerat peccatum mortale; & quod tunc poſt ingreſſum in Religionem tanta puritate conſcientiæ vivebat, quod cum ipſe ejus confeſſionem generalem ſex illorum menſium, audiſſet, non reperit in ea materiam capacem abſolutionis, neque de peccatis venialibus. D

& Hieronymo Plato, item Confeſſariis ejus:

E

17 Neque ſolùm, ipſum numquam mortaliter peccaſſe, aſſeritur; ſed etiam (quod magis admirandum eſt) ipſum tam ſancte vixiſſe, dicitur, ut confirmatus in gratia Dei, etiam dum viveret, reputaretur. Nam P. Gaſpar Alperius, Theologiæ lector (XIII *teſtis, in proc. Caſtellion. ſuper art.* 16, *fol.* 122) deponit, P. Bellarminum, nunc Cardinalem, circa biennium ante mortem hujus ſanctiſſimi Juvenis, ita ſenſiſſe, ac Tuſculi dixiſſe. P. Bellarminus; inquiens: ejus Confeſſor, & Pater ſpiritualis dixit multis qui ibi aderamus, inter quos recordor adfuiſſe P. Mutium Vitelleſcum, & P. Virgilium Ceparium & alios; quod ipſe putabat, B. Aloyſium tunc, dum viveret, eſſe confirmatum in gratia Dei, & quod numquam fecerat peccatum mortale. Et P. Philippus Rinaldus, ejuſdem Societatis Profeſſus (*in proc. Rom. teſtis* XIV, *ſuper art.* 41, *fol.* 173) ſic ait: Memini, Cardinalem Bellarminum mihi dixiſſe, dum Beatus adhuc viveret, credere ſeſe quod divina providentia omnibus temporibus habeat aliquos in Eccleſia ſua, qui in gratia ſint confirmati; & quod eo tempore ipſe reputabat Aloyſium eſſe unum ex iſtis. Idem non ſolum ex eodem Cardinali, ſed publice etiam ab aliis dici ſolitum fuiſſe, teſtatur P. Franciſcus Roſatinus (*teſtis* VI, *in proc. Caſtellion. ſuper art.* 24, *fol.* 87) his verbis: Fuit ſemper habitus ſanctus, & plenus omnibus illis virtutibus, quæ poſſunt deſiderari: & publice dici audivi, & à Cardinali Bellarmino ejus Confeſſario particulariter, & ab aliis, quod ipſe nunquam amiſerat gratiam in baptiſmo acceptam, & numquam peccaverat mortaliter, & quod reputabatur confirmatus in gratia Dei: quodque à parvulo cœpit ſancte vivere, quando incepit habere uſum rationis. F

ſed in gratia confirmatus fuit,

18 Rem vere miram ad hoc propoſitum addit Reverendiſſimus P. Mutius Vitelleſcus Generalis (XI *teſtis, in proc. Rom. ſuper art.* 24 *fol.* 115) quam ſibi confidenter, amiceque ipſummet beatum Juvenem dixiſſe, juramento deponit. Cum enim ſermo inter eos incidiſſet de opinione illa S. Thomæ (1, 2, *q.* 89, *art.* 6. *in corp. & ad* 3 *argumentum*) qua docet omnes peccare mortaliter, quando uſum rationis habere incipiunt, niſi ſeipſos offerant Deo, & ordinent ad debitum finem in primo

& Mutius Vitelleſcus;

uti cenſuit idem Bellarminus,

A mo actu quem faciunt ; beatus Juvenis ſincere faſſus eſt dicto P. Mutio, ſe in hoc non habere ſcrupulum ullius offenſæ Dei ; quia certo ſciebat in eo inſtanti, in quo pervenit ad uſum rationis, ſe ex divina gratia ad Deum convertiſſe, ſeſeque eidem Deo obtuliſſe. Quod quam magnum, & extraordinarium donum ſit ſupernæ illuſtrationis, quiſque colligere poteſt ex ſeipſo : nemo enim ſine peculiari lumine Dei, & divinæ gratiæ præventione, cognoſcere poteſt, quod ſit in ſe primum inſtans uſus rationis.

comprobatur ex innocentia vitæ.

19 Supradicta omnia comprobantur ex innocentia ejus vitæ in ſeculo tranſactæ, ut deponunt duo ejus intimi familiares, videlicet Clemens Ghiſonius (2 *teſtis*, *art* 24 *in proc. Caſtellion. fol.* 64) ubi ait : Inſervivi B. Aloyſio à die, quo habuit uſum rationis, uſquequo in Religionem ingreſſus eſt, ſemperque in ejus cubiculo dormivi, ut cubicularius ; comitatus ſum diu noctuque, quocumque locorum, nec umquam in eo alicujus generis vitium, verùm ſemper vitam ſanctiſſimam agnovi ; nec umquam vidi, non ſolum agentem aliquid quod peccati eſſet indicium, aut dicentem quod peccatum redoleret ; ſed nec etiam id umB quam cogitaſſe credo : quoniam illius actiones, eum eſſe Sanctum (ut erat) demonſtrabant ; ſemperque in illa innocentia, quam habuit in baptiſmate, & puritate infinita ſe continuit. Et Jacobus Ballarinus (v *teſtis ſuper art.* 24, *in eod. proceſſu fol.* 79) ita deponit : Scio, B. Aloyſium moribus angelicis præditum, magnaque ſanctitate fuiſſe conſpicuum : & non ſolum numquam audivi illum peccaſſe mortaliter ; ſed ulterius, cum ego domi eſſem antequam naſceretur, uſquequo in Religionem ingreſſus eſt, & cum illo fuerim verſatus, atque in ejus cubiculo dormierim in via, & cum illo itinera peregerim, multaque tractaverim Caſtellione, Mantuæ, Florentiæ, Caſali, Mediolani, & Romæ, numquam illum aliquid agentem vidi, de quo poſſim affirmare, hoc eſt peccatum veniale ; bene tamen in illo exempla virtutum aſpexi, & memini, mihi aliquando de eo dixiſſe Mediolani Aurelium Oradinum ; Credo hunc adoleſcentulum in nullo alio deficere, niſi quod ſemper oculis ad terram demiſſis ambulat, nec alicui vel ipſis Equitibus ſalutationem impertitur.

C 20 Ex quibus omnibus ſimul junctis ſatis probatum videtur, numquam angelicum Adoleſcentem peccaſſe mortaliter ; maxime cum hoc deponant ejus Confeſſarii, quibus in ſimilibus caſibus fides debet adhiberi. S. Antoninus (3. *par. hiſtor. tit.* 23, *cap.* 6, §. 1) ex decretali Innocentii IV ſuper Canonizat. S. Petri Martyris, ubi de dicto Sancto ait : Virginitatem quoque mentis ſervans & corporis, nec ullius mortalis criminis ſenſit umquam contagium ; ſicut ſuorum Confeſſorum fideli teſtimonio eſt comprobatum. Et in Decret. Joannis XXII Canonizationis S. Thomæ Aquinatis §. 4. ſic habetur. Cumque caſtitatis nitore canderet, parſimonia devota cuſtodiebat humilitatem ; hanc eamdem ſobrietate modica nutriebat, adeo ut multi eum in carne, virginitate manſiſſe incorruptum, exiſtimarent ; quod ejuſdem ſancti Confeſſor Ordinis memorati, qui longo tempore ejus Confeſſionem audiverat, publice, ut ad nos teſtimonio fide digno pervenit, coram omnibus die defunctionis ejuſdem aſſeruit, dicens : Ego Confeſſionem generalem iſtius viri audivi, de quo teſtificor, quia ita inveni eum purum, ſicut puerum quinque anno-

In his plurimùm valet auctoritas Confeſſariorum ;

rum, quia numquam carnis ſenſit corruptelam. PRR AA. ROTÆ.

21 Neque hic etiam omittendum eſt præclarum teſtimonium moderni, ſed pii auctoris Fratris Zachariæ Boverii Ordinis Capucinorum (*ſymbolicarum demonſtrat. 7 demonſtratione generali de ſanctitate & miraculis*, *art.* 3, *col.* 10, *fol.* 234.) Beatus, ait, Ludovicus Gonzaga, clariſſimo genere ortus, tanta humilitate ac ſui abjectione, tanto mundi contemptu, tanta ſenſuum mortificatione, tanta morum diſciplina ac orationis ſtudio, præ ceteris, effulſit, ut brevi tempore ſummum ſanctitatis faſtigium conſcendiſſe videretur. Numquam mortifero peccato infectus creditur ; virgo uſque ad mortem permanſit, nullo umquam ob ſingularem animi candorem carnis ſtimulo (ut creditur) agitatus ; denique conſummatus in brevi multorum temporum ſanctimoniam explevit ; obiitque anno MDXCI, atque ætatis ſuæ XXIV, poſt mortem multis clarus miraculis. EX MS. *& aliquantum etiam teſtimonium Boverii Capucini.*

CAPUT III.

De Fide & Spe B. Aloyſii.

E 22 FIdes eſt humanæ ſalutis initium, & fundamentum, & radix juſtificationis, ut habetur in Concilio Tridentino (*ſeſſ. 6. cap.* 8.) & totius Chriſtianæ perfectionis ſemen ex Ambroſio (*in cap.* 3 *Primæ ad Corint.*) Argumentum earum rerum, quæ apparere non poſſunt. Quæ enim apparent, fidem non habent, ſed agnitionem, ut inquit S. Gregorius (*homil.* 26 *in Euang. poſt med.*) Qui (*ibidem poſt principium*) merito dixit, Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Ideo noſtrum erit oſtendere, B. Aloyſium Fidem habuiſſe, & eam in excellenti gradu fuiſſe, atque in ea, uſquequo ſuo Creatori ſpiritum reddidit, perſeveraſſe. *Quid Fides ?*

23 Quod autem Dei ſervus Fidem habuerit, quæ omnibus in Baptiſmate infunditur, probatur ex quam pluribus teſtibus, qui deponunt ſe fuiſſe præſentes, cum de anno MDLXVIII ſacro fonte ſuſciperetur (*in proc. Caſtellion. ſuper* 2. *art.*) videlicet Joannes Baptiſta de Bonis, Jur. utr. Doctor, teſtis 1 ; Clemens Ghiſonius, 11 ; Rudolphus de Petrucchinis Jur. utr. Doctor, 111 ; Jacobus de Beſaccis, IV ; aliique quam plurimi. Hanc quoque fidem Adoleſcens & ſtrenuus Chriſti miles retinuit, & uſque ad obitum profeſſus eſt, uti (*ſuper art.* 25) F iidem I & II teſtes teſtificantur, & deponunt de vera ſcientia, quod in Fide Catholica, uſque ad obitum perſeveravit, & quod pluries illum, actus fidei elicientem, aſpexerunt. Hoc ipſum ibidem affirmant P. Franciſcus Roſatinus, VI teſt. & P. Darius Tamburellus, XIII teſt. ac P. Antonius Franciſcus Guelfuccius, XIV ; aliaque referunt, de quibus infra, cum de Caritate tractabimus. Ex quibus liquido apparet, integerrimum Adoleſcentem in Fide ſemper conſtanti animo perſeveraſſe. *quomodo in Aloyſio*

24 Subdunt etiam prædicti teſtes, quod in extremo vitæ Fidei profeſſionem emiſit ; in ſignum ejuſdem candelam accenſam, quam habebant aſtantes, apprehendit ; aliaque præclara egit, quæ ſuo loco referemus. Verum cum habitus Fidei ſit ſpiritualis, in anima permanens, ac proinde inviſibilis & actus internus, quo in corde credimus ; ideo ut aliquis probetur fuiſſe fidelis, & in virtute Fidei excellens, debet hoc à ſignis externis, à Fide procedentibus, colligi ; ut puta ex verbis, quæ quis protulit, ut ſi confiteatur ore, vera eſſe quæ credimus ; vel verbis doceat alios, quæ cre- *non tantum interna,*

PER AA. ROTÆ. EX MS.

dere debemus; juxta illud Pauli (*ad Rom. c.* 10.) Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem; vel cum quis facit opera pietatis, & vero fideli digna, juxta illud Jacobi Apoſtoli (*in Epiſt. c.* 2) Oſtendam tibi ex operibus Fidem meam. Quo enim majora ſunt opera, eo excellentiorem Fidem demonſtrant.

ſed etiam externa,

25 Hanc quoque Fidem excellentem in eo fuiſſe ſatis ſuperque conſtat, ſi inſpiciamus, quod relicto Caſtellionenſi Principatu, abjectiſque ſecularis vitæ deliciis, Societatis Jeſu Religionem amplexus eſt: in quam cum ingredi vellet, ut deponunt in proc. Caſtell. teſtes I, II, III, IV; nonnulli Eccleſiaſtici Prælati ad inſtantiam Principis ejus patris hortati ſunt, ut in aliam Religionem ingrederetur, ea ratione, quia in Societate dignitates, uti Cardinalatus, & ſimiles, ex inſtituto Religionis, abſque ſpeciali præcepto Summi Pontificis, non recipiuntur, & Pater optabat, ut hæc filio non obſtaret.

quam facilis probavit,

B

26 At ille intrepidus, nihili hæc æſtimans, de anno MDLXXXV, die omnium Sanctorum obtenta à Cæſare venia, ceſſit, invitis Parentibus, marchionatu Caſtellionenſi, ad quem ut primo genitus vocabatur. Neque his contentus, bonis etiam allodialibus, nihil ſibi aſſervando, renuntiavit; ſtatimque ingreſſus in cubiculum juſſit ſibi habitum clericalem benedici, quo indutus, proceſſit in aulam; ubi ad pedes patris provolutus, benedictionem petiit: qua obtenta Romam verſus diceſequenti iter arripuit. Ad quam cum perveniſſet, hoſpitio receptus eſt à Scipione Gonzaga Patriarcha Hieroſolymitano, poſtmodum ad Cardinalatus dignitatem evecto, qui nec obtinere potuit ut ſanctus Adoleſcens, adimpleto patris mandato, vel per unum diem differret ingreſſum in Religionem: in cujus novitiatum die XXV Novembris, S. Catharinæ dicato, anno MDLXXXV receptus eſt.

exemplo Abrahæ,

27 Atque ex his excellentia Fidei ſatis clare colligitur. Nam ſi Abraham tamquam virum excellentis fidei laudat Paulus (*ad Hebr. c.* 11.) exquo obediens exivit de domo ſua, & de cognatione ſua, ut habetur (*Geneſ.* c. 12.) ubi dixit Dominus ad Abraham; Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui; & veni in terram, quam monſtravero tibi: quis inficiari audeat, Fidem etiam hujus angelici Juvenis fuiſſe excellentem? cum relicto Caſtellionenſi Prin-

C

cipatu ſatis opulento, magnique divitiis; vocatus à Deo, ingreſſus fuerit Religionem. Rurſus

& Abelis,

S. Paulus (*eodem c.* 11.) Abel in fide excellentiam laudat. dum ait; Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Cain, obtulit Deo: per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe juſtus. &c. Quo in loco S. Thomas id explicans, ait, ipſum de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum ſacrificium obtuliſſe. Optimum enim ſacrificium, inquit, ſignum fuit electæ Fidei & probatæ. De ſacrificio autem Cain nulla fit mentio, quantum ad excellentiam. At ſtrenuus hic Chriſti miles, in ſacrificium & holocauſtum, non armenta, ſed ſeipſum obtulit in Religione; & corpus ſuum hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium ſuum ſuo dicavit Creatori, quod eſſe faciendum docet Paulus, *ad Rom. c.* 12.

etiam in itinere Romano,

28 Neque hic prætermittenda ſunt aliqua, quæ geſſit in itinere dum Romam contendebat; ut ſe Deo dicaret. Nam geſtabat in pectore imaginem ſanctiſſimi Crucifixi, quaſi cum S. Paulo, *ad Galatas cap.* 5, dicens. De cetero nemo mihi moleſtus ſit; ego enim ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto. Singulis diebus ſub noctem, poſtquam ad hoſpitium pervenerat, licet frigus vigeret, ſemper ignem recuſabat, ut aliquid pateretur. A nullo, neque ſervo, ſpoliari ſe permittebat; in cubiculum ſe retrahebat, ut Deo preces effunderet, inter quas abundantes lacrymas profundebat. Poſtquam horas canonicas recitaverat, ſobrie comedebat; ac ſemper de piis ac divinis rebus loquebatur. Sæpe cum ſilentio ſolus, meditationi vacans & orans, equitabat. Poſtquam Lauretum pervenit, maxima cum animi devotione in ſancta Capella permanſit, pluribuſque Miſſis interfuit, voluitque ut omnes ex ſua familia venerabile Euchariſtiæ Sacramentum ſuſciperent. Ita deponunt in proceſſu Caſtellionenſi Doctor de Bonis, I teſtis, & Jacobus de Beſaccis, IV. Ex quibus apparet, quod non fuit contentus ſolo ſtigmate ſanctiſſimi Crucifixi; ſed etiam aliis ſtigmatibus ſignatus fuit, de quibus Auguſtinus, explicans Paulum: Nemo, inquit, mihi moleſtus ſit; nemo mihi novam laborandi materiam præbeat; ego enim ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto, id eſt, habeo alios conflictus & certamina cum carne mea, quæ in perſecutionibus, quas patior, mecum dimicant; & ſicuti, ut inquit Chryſoſtomus, S. Paulus ſua vulnera jactabat, non ſecus ac ſolent milites, qui victores è prælio revertuntur, ita angelicus Adoleſcens.

D

E

ambulans coram Deo cum Henoch,

29 Tertio, laudat S. Paulus Henoch (*ad Hebr. cap.* 11, ℣. 5.) qui tranſlatus fuit à Deo, & non apparuit; & teſtimonium habuit placuiſſe; quia (*Geneſ. c.* 5; ℣. 13.) de eo dicitur, quia ambulavit cum Deo, juxta illud (*pſal.* 110 ℣. 6. *ut ait S. Thomas*) Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat: & (*pſal.* 118) Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Hoc autem ex Fide feciſſe amantiſſimum Aloyſium, ſatis patet ex eo, ut ſupra probatum eſt, quod numquam mortaliter peccavit. Quarto, Apoſtolus ibidem excellentiam Fidei Moyſis extollit; dum ait, Moyſes grandis fa-

atque imitans Moyſen.

ctus, negavit ſe filium eſſe filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem; majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remuneratorem. Ita ſanctiſſimus Juvenis, non negans quod verum erat, ſed relinquens quod ſuum erat, nudum Chriſtum ſecutus eſt; audiens illum dicentem; Qui

F

non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quanta inſuper fuerit Humilitas hujus candidiſſimi Adoleſcentis propter Chriſtum, ex qua (ut patet ex jam dictis) colligitur etiam Fidei magnitudo, infra dicemus, dum de Humilitate tractabimus. His addenda ſunt ea, quæ de Caritate in proximum, quoad ſpiritualia referemus. Publice enim per plateas & domi docebat ignaros, audiens Chriſtum dicentem (*Matth. c.* 28) Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis: quod ad excellentiam Fidei ſpectare, non eſt ambigendi locus per ea quæ notat Azor, *Inſtit. moral. par.* I. *lib.* 8. *cap.* 7.

Spem habuiſſe Aloyſium,

30 Spes, eſt futuræ pollicitationis religioſus aſſenſus, promiſſæ gloriæ devota intentio, Sanctorum deſtinata ſublimitas, bonorum expectatio futurorum. Spes, inquam, eſt cognitio Fidei, credulitatis propinquitas, deſtinatum præmiorum tempus, futura expectatio meritorum (*S. Joannes Chryſoſtomus homil. in Epiſt.* I. *ad Corint.* 13. *tom.* 4) & colligitur ex pſal. 36, Spera in Domino,

mino, & fac bonitatem, & paſceris in divitiis ejus. Hac virtute Angelicum Dei ſervum Aloyſium inſignitum fuiſſe probatur ex ipſo in Religionem ingreſſu. Vix enim è pueris exceſſerat, cùm, relicto titulo Principatus Imperii, ac Marchionatu Caſtellionenſi, nunc in Principatum erecto, Spe ſummam felicitatem conſequendi excitatus, alacri animo, poſthabitis humanæ vitæ voluptatibus & deliciis, Inſtitutum Patrum Jeſuitarum amplexus eſt.

colligitur ex abdicatione rerum temporalium

31 Propter quam etiam rerum omnium renuntiationem, habuiſſe Spem B. Aloyſium, deponit Reverendiſs. P. Mutius Vitelleſcus Generalis Societatis, XI teſtis in proceſſu Romano, & in Caſtellionenſi teſtes II ac III. Et de hoc in Religionem ingreſſu cum certior aliquando factus fuiſſet recolendæ memoriæ Fr. Hieronymus Bernerius, ex Ordine Prædicatorum S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis, Aſculanus nuncupatus; Iſta ſunt (inquit) eximia ſanctitatis indicia; ut deponit D. Franciſcus Gonzaga Princeps Imperii, (*XI teſtis, ſuper 26. in proc. Caſtellion. fol.* 107) Quod autem maximam Spem conſequendi vitam æternam haberet, ita ut ſæpius de ea loqueretur, B deponunt in eodem proceſſu Caſtellion. teſtes I, II, III, VI & XIX: ex quorum depoſitionibus conſtat de ſpe maxima hujus Adoleſcentis.

ac ſimilitudine plantantium vineam;

32 Ut enim, inquit Macarius homilia 26, qui plantat vincam, priuſquam aggrediatur laborem, gaudio ac ſpe ducitur apud ſe, deſcribitque in animo vindemias, ac redditum ſupputat, nondum nato vino, & hac ratione laborem ſuſcipit: ſic ſtrenuus Adoleſcens, abjecto penitus rerum externarum ſtudio, ſubductiſque rationibus, vitam optimam, ſed tranſeuntem elegit, ut æternam citiſſime aſſequeretur; propter quam hæc vita, vento citius tranſiens, nimis longa illi videbatur; ut deponunt prædicti, II, VI, & XIX teſtes: ita ut quodammodo doleret, cum ei medicamenta, vel cibus daretur; quaſi ea eſſent in cauſa, ne tam cito vitam æternam conſequeretur; ut deponunt, teſtis VI & XIX prædicti, nec non XXIV in proc. Rom. Spes enim in poſſeſſionem regni cæleſtis animam quodammodo introducit, & exiſtentibus in hac vita mortali immortalitatem attingere facit. Sic legitur de beatis Martyribus ſcriptum (*Sap.* 3) Si coram hominibus tormenta C paſſi ſunt, Spes illorum immortalitate plena eſt: ab illis enim dum mortis tolerantia indubitanter excipitur, ſpes immortalitatis evidenter aſſeritur, & ſuaviter deguſtatur. B. Laurentius Juſtinianus *in Ligno vitæ cap. 2. de virtute Spei.*

item ex ipſiusmet dictis,

33 Quod maxime apparuit in hoc Chriſti milite, qui in extremo vitæ conſtitutus, & omni vivendi voluptate ſpoliatus, P. Antonio Guelfuccio, qui illi curabat ſuadere deſiderium vitæ longioris, ut Deo diutius poſſet inſervire; reſpondit cum Apoſtolo; Melius eſt diſſolvi. Subinde petiit, ut ſibi ad ſpem magis excitandam revocaret in memoriam illud Pſalmi, Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Et Illuſtriſſimo Cardinali Bellarmino, qui eum hortabatur, ut à Deo vitam longiorem poſtularet, quo ejus exemplo ceteri inſtruerentur; veniâ petitâ, negavit id exequi ſe poſſe. Quia non poteſt (inquit) à Deo major in hominem conferri gratia quam ad ſe illum vocare, dum in gratia reperitur; in quo gratiæ ſtatu ſe tunc eſſe ſperabat. Ita probant P. Ant. Franc. Guelfuccius ex Societate, teſtis XIV. in proc. Caſtellion. & de auditu ab eodem Guelfuccio deponit P. Darius Tamburellus ex Societate, XII teſtis, & idem Ampliſſ. Card. Bellarminus, III teſtis in proc. Rom. PER AA. ROTÆ. EX MS.

34 Imo etiam per litteras ſuæ matri directas magnam Spem patefecit cæleſtis patriæ gloriam aſſequendi, ut deponit P. Gaſpar Alperius XIII, & P. Ant. Franc. Guelfuccius, XIV teſtis; & apparet ex litteris, quas refert P. Virgilius Ceparius (*in ejus Vita, par. 2. cap. 8 in fine*) ubi in prima epiſtola hæc verba habentur: Medici, quem finem hic morbus ſit habiturus ignorant; medicamentis utuntur ad valetudinem corporis conſequendam aptiſſimis; ego tamen hac delector cogitatione, ut Deus mihi dignetur valetudinem tribuere perfectiorem, quam medici poſſint impertiri; ita dies lætus tranſigo, ſperans intra paucos dies futurum, ut evocer à Deo à terra morientium ad patriam viventium, ab hominum conſortio ad Angelorum Sanctorumque ſocietatem. Et in 2 Epiſt. ſua ait: Epiſtola veſtra in hac regione mortis me viventem invenit; ſed quaſi abeuntem, ad Deum perpetuo laudandum in terra viventium; & inferius; deficit animus, dum conſidero divinam bonitatem, mare ſine termino profundiſſimum, quæ me, propter minimos breveſque labores, ad æternam requiem vocat; invitat me, & è cælo vocat ad ſummum bonum, quod tam negligenter quæſivi; & fructum mihi lacrymarum, quas parce profudi, pollicetur. *ac litteris ad ſuos ſcriptis.* E

35 Et ex his etiam conſtat, habuiſſe donum timoris, quod virtuti Spei correſpondet. Non enim per timorem filialem timemus, ne nobis deficiat quod ſperamus obtinere per auxilium divinum; ſed timemus, ab hoc auxilio nos ſubtrahere. Unde iſte timor & ſpes ſe invicem perficiunt. *S. Thomas 2, 2, q. 19, art. 9, ad 1.* Cui dono correſpondet etiam paupertas ſpiritus. *Auguſtinus de ſerm. Domini in monte lib. 1. c. 19. S. Thom. ead. q. art. 12.* Itaque generoſus Chriſti miles perfecta ſpe præditus fuit, quam S. Paulus (*ad Theſſalonicen. 1, c. 5*) galeam ſalutis appellat; evehit enim ad ſuperna, & mentem quodammodo obvolvit, ut galea caput, ne lædatur. Sicut enim galea, uti ait Chryſoſtomus, conſervat id, quod eſt principium eorum, quæ ſunt in nobis, nempe caput amplectens & undique tegens; ita etiam Spes non ſinit rationem concidere, ſed facit ſtare rectam tamquam caput, nihil externum in ipſam ſinens cadere; quamdiu autem nihil in eam cadit, F nec ipſa labitur.

CAPUT IV.

De Caritate in Deum.

Ex caritate Dei Aloyſius relinquit terrena,

36 CAritas, qua Deum proximumque diligimus, virtus eſt, ſignum fidei, bonorum omnium mater, omniumque virtutum opifex; quæ inchoatur in mundo, perficitur in cælo, quæritur in ſeculo, invenitur in regno (*S. Joannes Chryſoſtomus in homil. 1. in epiſt. 1. ad Corint. tom. 4. fol. 649*) Hæc virtus, ſi illam, prout Deum reſpicit, conſideremus, perfectiſſime eluxit in Aloyſio. Etenim relicto ſeculo, ſpretiſque mundi, nobis blandâ rerum magnarum oſtentatione blandientis, voluptatibus; abjectis avitæ domus honoribus & commodis, inſtitutum Patrum Societatis Jeſu amplexus eſt, idque etiam ea de cauſa, ut omnino ſibi aditus ad dignitates Eccleſiaſticas occluderetur; ut deponunt in proc. Caſtell,

PER AA. ROTÆ. EX MS.

ſtell. teſtes I, II, III, V: inquit enim S. Joannes (*epiſt.* 1, *c.* 2) Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſuut. Si quis diligit mundum non eſt caritas Patris in eo, quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. Et prædicti teſtes deponunt, quod Dei quem maxime diligebat, amore; & ut illi perfecte inſerviret; omnia reliquit, eumque ſecutus eſt. Et quia, ut dixit idem S. Joannes, qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt; qui autem ſervat verbum ejus, vere in hoc caritas Dei perfecta eſt: in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus. Qui dicit, ſe in ipſo manere, debet ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare; ideo abſque ulla difficultate deducitur ex ſententia ſancti Joannis, perfectiſſima angelicum Aloyſium caritate excelluiſſe; cum numquam toto ſuæ vitæ curriculo, nec ante, nec poſt ingreſſum in Religionem, mortalis peccati ſe labe polluerit, ut ſupra probatum eſt.

37 Hanc quoque perfectiſſimam in Deo caritatem oſtendit, cum tam in ſeculari vita, quam
B in Religione, ſermones de Deo, piis affectibus
loquitur de divinis, & devotione plenos, haberet, ut probant in proceſſu Caſtell. teſtes I, II, V, & Camilla de Ferrariis, VII teſtis: & addit teſtis II, quod Aloyſius includebat ſe cubiculo, ut cum Deo loqueretur; quod continuo peregiſſet, ſi illi permiſſum fuiſſet: & III teſtis ſubjungit, quod horas obſervabat, ne ſibi breve temporis momentum effugeret, in quo bonum aliquod opus non perfeciſſet: & Reverendiſſimus P. Mutius Vitelleſcus deponit, ſanctum hunc Juvenem in Religione de ſui natura pauca loqui ſolitum; & quod nihilominus, dum ſermo de rebus divinis inſtituebatur, eloquentiſſimus efficiebatur: & P. Franciſcus Roſatinus, VI teſtis in proc. Caſtell. quod Aloyſius ſemper de Deo loquebatur; & alios aliis de rebus loquentes in ſermones de rebus divinis deducere procurabat: ex qua re magnam illius Caritatem fuiſſe colligimus, cum talis, proverbio Græcorum, ſit hominis ſermo, qualis vita. Et egregie Seneca Epiſt. 114, Quemadmodùm (ait) uniuſcujuſque actio dicenti ſimilis eſt, ſic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores: & Epiſt. 115, Oratio, inquit, cultus animi eſt: ſi
C circumtonſa eſt, & fucata, & manufacta, oſtendit quoque illum non eſſe ſincerum, & habere aliquid fracti. Quibus optime convenit illud Pſal. 15, Memor ero nominum eorum per labia mea; & Pſal. 16, Ut non loquatur os meum opera hominum; & Oſeæ cap. 2 habetur, Et auferam nomina Baalim de ore ejus, & non recordabitur ultra nominis eorum. Et in proc. Rom. P. Philippus Rinaldus, XXIV teſtis & P. Vincentius Filliutius XXIII, dicunt, quod in colloquiis divinis quaſi in ecſtaſim rapiebatur, hoc eſt, ut ipſi loquuntur, *Andava in aſtratto con la mente*; & ſic elevebatur ad contemplanda divina. Quod etiam David, in Pſal. 111, ſibi eveniſſe teſtatur, cum ait: Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax. Mentem autem ad divina contemplanda tripliciter elevari docet S. Thomas (2, 2, *q.* 175, *art.* 5, *ad* 1.) Et ex hac elevatione cum perfectius mens hominis Deo uniatur, colligitur verus amor in Deum, qui nihil aliud eſt, quam ipſa caritas in Deum, ut diximus.

38 Rurſus perfecta in Deum caritas amantiſſimi Juvenis oſtenditur, ex quo, cum aliquem de ipſo Deo loquentem audiret, vehementer accen- D
debatur in facie; ita ut aliquando profunderet la- *inflammatur facie ad pia de Deo colloquia.*
crymas; quamobrem ſocii illum aliò ſermonibus deducere, & Superiores prohibere cogebantur, ne continuo in res divinas cogitationem dirigeret, ad evitandum maximum corporis detrimentum. Itaque deponunt in proc. Caſtellion. teſtes ex Societate, ſuper 27 art. videlicet P. Darius Tamburellus, XII, fol. 114, ubi ait. Videbatur ejus habitatio in cælis magis eſſe, quam in terris, juxta illud ad Philippen. c. 3, Noſtra autem converſatio in cælis eſt. Et P. Philippus Rinaldus, XXIV in proc. Rom. dicit: Omnia in Deum referebat, ſemper erat cum Deo, ſemper Deum alloquebatur; ita ut ex ipſo oculorum intuitu colligeretur, Deum eſſe finem ejus, ejus ſocium, ejus objectum. In proc. Caſtellion. P. Gaſpar Alperius XIII, ita deponit: Adeo erat affectu, & mente unitus cum Deo, ut aliquoties mihi dixerit confidenter, ſe magnum haurire laborem, cum vellet ſe à continua de Deo cogitatione retrahere. Et ut Superioribus morem gereret, qui ob ejus *cui perpetuò erat unitus affectu*, valetudinem imperabant, ut ab hac cogitatione deſiſteret; ſolitus erat peculiari affectu dicere; cum E
Deus peculiari auxilio adjungebatur, & infundebatur in anima: Recede à me, Domine: & hæc omnia etiam fuſe narrantur in ejus Vita; & inferius ſubditur: Tandem maximos in via unitiva progreſſus fecerat, & dici vere poteſt quod ipſe propter amorem Dei peragebat quidquid cogitabat, loquebatur, & operabatur; & à Spiritu ſancto in ejus corde caritas diffundebatur, juxta illud ad Rom. c. 5: Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

39 Pater denique Ant. Franc. Guelfuccius, ſic ait; Hujus Beati in ſupremo gradu fuiſſe caritatem *obſervat etiam minima Religionis ſtatuta*,
exiſtimo, tum ob promptitudinem, qua ſe principatu & omnibus bonis ſpoliavit ob amorem Dei; tum ob omnimodam oblivionem populi ſui, & conſanguineorum, ac omnium mundanarum perſonarum; tum ob exactiſſimam obſervantiam omnium divinorum præceptorum, & regularum ac ordinum Religionis, ac præcipue trium votorum Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ; tum ob rigorem, quo carnem propriam tractabat; & ſuper omnia ob divinæ gloriæ zelum, deſideriumque effundendi ſanguinem & vitam pro Deo, & propter rectiſſimam ejus intentionem; ex qua colligebatur, nullum alium ſibi finem in ſuis actionibus, quam Dei honorem, eſſe propoſitum; de quo Deo loquebatur magno guſtu cum ſuis domeſticis, & audiebat, & legebat aſſidue ea, quæ de rebus divinis tractarent. Et ſubdit; Extremum præferebat dolorem, cum Deum offendi audiebat; & Joannes Bapt. de Bonis; Ferre, inquit, non poterat, ſe præſente Deum offendi. Amor enim non poteſt ferre offenſam amati, ſed habet odium peccati. F

40 Idem Guelfuccius: In divinis colloquiis accendebatur in facie, & in terra ut Seraphim vi- *languet amore cum Sponſa Canticorum.*
debatur; & ſe experiri oſtendebat effectus illos languentium, quos patiuntur amantes, qui in ſacris Canticis deſcribuntur in Sponſa fuiſſe erga dilectum; Anima mea liquefacta eſt, ut locutus eſt: &, Adjuro vos, filiæ Hieruſalem, ſi inveneritis dilectum meum, ut nuntietis ei, quia amore langueo. Hunc autem fervorem eſſe caritatis effectum videtur innuere S. Auguſtinus (*lib.* 1 *Retract. c.* 7) dum inquit: Jam vero cum hæc humana dilectio, inhærentem uberibus tuis nutriverit & roboraverit animum, ſequendo Deo factum

A ctum idoneum, ubi ejus majeſtas ex tanta parte, quanta homini, dum terræ hujus inhabitator eſt ſufficit, aperire ſe cœperit ; tantus charitatis ardor innaſcitur, & tantum divini amoris conſurgit incendium, ut exuſtis omnibus vitiis, & homine ſanctificato atque purgato, ſatis appareat, quam divine ſit dictum, Ego ſum ignis conſumens: & de iſta caritate in Deum dixit Abbas Pimenius (*ut habetur in Vitis Patrum lib.* 7, *c.* 39, §. 3, *& lib.* 3, §. 204) quod ſicut ad ſuccenſam ollam muſcæ non appropinquant, ſi vero tepida fuerit, incidunt in eam : ita & monachum ſuccenſum igne divini ſpiritus dæmones fugiunt, tepidum vero illudunt, & inſequuntur. Deponunt etiam prædicti teſtes, quod feliciſſimus Adoleſcens cum Deo ſemper erat unitus, & magis in cælis, quam in terris habitare videbatur, ita ut aliquando ſalutantes non animadverterit ; ex qua etiam cootinua præſentia & cogitatione de Deo Aloyſii caritas oſtenditur, ut colligitur ex prima ad Theſſal. c. 1: Memores operis fidei veſtræ & laboris, & caritatis & ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Jeſu Chriſti, ante Deum & Patrem.

B

CAPUT V.

De Caritate in Proximum.

Ex caritate in proximum

41 EAdem eſt caritas, qua diligitur Deus, & qua diligitur proximus propter Deum. Hoc enim mandatum habemus à Deo, inquit S. Joannes Epiſt. 1. c. 4; ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Et hæc caritas conſiſtit in eo, ut quis opera miſericordiæ, tam ſpiritualia, quam corporalia, in proximi ſui utilitatem exerceat (*S. Thomas* 2, 2, *q.* 32, *art.* 2; *& late Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. l.* 4, *c.* 19. *n.* 241) de qua S. Bernardus, Epiſt. 2. ad Fulconem (*& refertur in floribus S. Bernar. c.* 38) O bona mater caritas, quæ ſive foveat infirmos, ſive exerceat provectos, ſive arguat inquietos, diverſis diverſa exhibens, ſicut filios diligit univerſos; cum te arguit, mitis eſt; cum blanditur, ſimplex eſt; pie ſolet ſævire, ſine dolo mulcere, patienter novit iraſci, humiliter indignari. Et hanc etiam virtutem egregie in Aloyſio reſplenduiſſe, colligitur ex ſequentibus. Nam quantum attinet ad opera ſpiritualia, ab adoleſcentia alios timorem Domini in fide Catholica edocebat, ut deponit Jacobus de Ballarinis, ejus cubicularius (v *teſtis, ſuper art.* 25, *fol.* 74, *in proc. Caſtellion.*) Et (*ſuper art.* 30) dicit, quod ſi aliquos inter ſe diſcordes eſſe intelligebat, ipſe tamquam mediator rem omnem tractabat, & ad concordiam revocabat, & fraterne corrigebat. Clemens vero Ghiſonius, item ejus cubicularius (*ſuper art.* 25. *in eod. proceſſu*) A puero, inquit, veniebat ad doctrinam Chriſtianam, & fratres modum orandi docebat. Et (*ſuper art.* 30) Ex intimis, ait, viſceribus multaque caritate ſervos amabat : vitam Chriſtianam alios edocebat, & omni præſto erat auxilio, ut vitam æternam conſequerentur ; & ſi quos peccantes animadvertiſſet, benigne corrigebat.

libenter docet rudes timorem Dei,

C

42 Et Joannes Bapt. de Bonis I. V. D. (*ſuper art.* 30) Servientes, inquit, & ſubditos, cum errabant, benigne corripiebat, & inter ſe diſſidentes ad pacem revocabat; eo videlicet modo, quo S. Auguſtinus docuit, eſſe procedendum in correptione (*ſerm.* 11 *de verbis Domini*) dum ait : Quid enim tam pium, quam medicus, ferens ferramentum? plorat ſecandus, & ſecatur ; plorat urendus, & uritur. Non eſt iſta crudelitas: abſit, ut ſævitia medici dicatur ; ſævit in vulnus ut homo ſanetur; quia ſi vulnus palpetur, homo perditur. Si ergo iſta monuerim, Fratres mei, ut fratres noſtros, qui peccaverint, omnino diligamus de corde noſtro, caritatem in eos non dimittamus, & diſciplinam cum opus eſt, demus ; ne per ſolutionem diſciplinæ creſcat nequitia, & incipiamus propter Deum accuſari : & alia quæ ſequuntur. Doctrinam etiam Chriſtianam in Religione docuiſſe, deponit P. Franciſcus Roſatinus Societatis Jeſu (*ſuper art.* 25) hunc in modum : Scio B. Aloyſium uſque ad obitum in fide Catholica perſeveraſſe, & vidi ſæpius illum in Acie Campi Floræ, & in aliis plateis doctrinam Chriſtianam & Catechiſmum tam magno ſpiritu multitudinem hominum edocentem, ut ad devotionem inflammaret ; & aliquando vidi Cardinalem Cuſanum, illac forte tranſeuntem in curru, conſtitiſſe, ut Aloyſium audiret docentem doctrinam Chriſtianam; in qua etiam ex officio ſingulis Dominicis diebus plurimos ſervos domûs magna caritate erudiebat: & P. Ant. Franc. Guelfuccius ejuſdem Societatis, (*ſuper eod. art. in proc. Caſtell.*) Scio, inquit, illum Dominicis diebus docuiſſe ſervos collegii Romani doctrinam Chriſtianam. Scio etiam adſervatos fuiſſe illius ſermones habitos in collegio Romano, & in Congregationibus ſecularium, & in aliis civitatibus, per quas iter agebat, quibus mirum in modum auditores inflammavit. Et cum eis concordant alii teſtes *ſuper art.* 25. *in proc. Caſt.*

tam publice in comitiis Urbis,

quam privatim domi;

D

E

43 Magno flagrabat deſiderio ad Indos eundi, ut illos ad veram Religionem adduceret, ut deponit P. Ant. Franc. Guelfuccius (*ſuper art.* 30. *fol.* 140, *in proc. Caſt.*) & P. Gaſpar Alperius (*ſuper eod.*) & Doctor de Bonis (*ſuper eodem*) Cupiebat, inquit, iter ad Indos ſuſcipere, ut illos veram ſalutis viam edoceret, martyriumque ſubiret. Pacem etiam compoſuit inter Sereniſſ. Vincentium Mantuæ Ducem, & Rudolfum ipſius Aloyſii fratrem, cujus occaſione Caſtellionem ſe contulerat, ibique alios inter ſe diſſidentes ad concordiam revocavit : concubinatibus, aliiſque erroribus, medelam adhibuit, ut deponunt *in pro Caſt. ſuper* 16 *art.* teſtes I, II, III, IV, V, VI, VII, XIII, & XIV.

& cupiebat etiam Indos docere.

44 Quantum vero attinet ad opera corporalia, in his etiam ſe ferventi animo diligentem præbuit. Nam adhuc puer in ſeculo eleemoſynam in pauperes diſtribui jubebat, ut deponunt (*in proc. Caſt. ſuper* 30) Clemens Ghiſonius, ejus cubicularius, teſtis 11, & Rodulfus de Petrocchinis I. V. D. teſtis III, hoc modo : Amabat pauperes, in illos eleemoſynam diſtribui jubebat ; quoniam ſciebat eleemoſynam eſſe pretium vitæ perpetuæ; & illum, qui liberali manu mendico donat, Deo fœnerari, ut ait, Chryſoſtomus (*in homil.* 15. *in Epiſt. ad Corint.* 1. *c.* 5) Imo idem Chryſoſtomus (*in homil.* 7. *de pœn.*) In eleemoſyna, inquit, Deum habemus debitorem, & eſurientem nutrimus Jeſum. Sed poſt ingreſſum in Religionem ferventiore animo his operibus ſe exercuit. Nam anno ab Incarnatione Domini MDXCI, propter maximam annonæ caritatem magna morborum vis Romam invaſit, quæ aliquam peſtis & contagii ſpeciem præſeferebat, ita ut aliqua recenter inſtitui & erigi hoſpitalia fuerit neceſſe, cum antiqua hominibus hujuſmodi morbo laborantibus referta jam eſſent. Ferventi igitur Dei Servus caritate munitus, licentiam à Superioribus petiit, ut inſervire poſſet infirmis ; quibus neceſſaria ſubminiſtrabat, & ſpecialem magis indigentibus & im-

Ex eadem caritate

F

eleemoſynas dabat adhuc puer,

mendicabat oſtiatim pro pauperibus,

& doctrinam Chriſtianam,

infirmis miniſtrabat in neſocomiis,

PER AA. ROTÆ. EX MS. immundis opem ferebat; omnes ad pœnitentiam & patientiam excitabat, cibum oſtiatim pro pauperibus, vili & lacera indutus veſte, acſi ipſe unus ex illis eſſet, aliquando quæritabat, ut deponunt ſuper art. 18, teſtes ex Societate in proc. Caſt. XII, XIII, XIV, XIX. Et in proc. Rom. ſuper eodem art. 18, teſtes III, XI, XIII, XXIV.

illoſque humeris ſuis eo portabat;

45 Et P. Franciſcus Roſatinus VI teſt. addit, quod cum Aloyſius reperiſſet quemdam infirmum in via humi jacentem, illum ſuis impoſitum humeris in hoſpitale Conſolationis aſportavit. Quæ caritatis munera adeo ardenter & ſtudioſe geſſit, ut mortem ſibi comparaverit, ut infra dicemus, dum de martyrio tractabimus. Et quam plures ex ſcriptis teſtibus etiam deponunt, quod ſimilem curam, & officia domi Fratribus ſuis impendebat, quæ caritas maximis laudibus eſt efferenda, ſive memoria repetamus natalitia ſancti Juvenis, qui è nobili Gonzagarum familia ducebat originem; ſive ſpectemus ætatem, vix enim pubertatem exceſſerat; ſive valetudinem, & vires corporis, quæ illi erant exiguæ, conſideremus; ac proinde cum S. Hieronymo exclamandum eſt, qui fere eadem de S. Fabiola, quæ nos de Aloyſio, refert (*in Epiſt.* 30 *ad Oceanum*): Deſcribam ego, inquit, diverſas hominum calamitates, truncas nares, effoſſos oculos, ſemiuſtos pedes, luridas manus, tumentes alvos, & de exeſis & putridis carnibus vermiculos bullientes. Quoties morbo regio & pedore confectos, humeris ſuis ipſa portavit! Quoties lavit purulentam vulnerum ſaniem, quam alius aſpicere non valebat! Præbebat cibos propria manu, & ſpirans cadaver ſorbitiunculis irrigabat. Scio multos divites & religioſos, ob ſtomachi anguſtiam, exercere hujuſmodi miſericordiam per aliena miniſteria, & clementes eſſe pecunia, non manu; quos equidem non reprobo, & teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem; ſed ſicut imbecillitati ſtomachi veniam tribuo, ſic perfectæ mentis ardorem in cælum laudibus fero. Et ex his colligitur in glorioſo Dei milite Aloyſio ſapientiæ donum effulſiſſe (quod Spiritus ſancti donum caritati correſpondet, ut docet S. Thomas 2, 2, *q.* 45) cum in cauſam altiſſimam ſemper cogitationem intenderit, ſecundum quam oportet omnia ordinare, ut docet Philoſophus (1 *lib. Metaph. c.* 2) & divinam ſuavitatem deguſtaverit, qui eſt actus cognitionis Dei experimentalis, ut loquitur S. Bonaventura, *in* 3 *diſt.* 35 *art.* 1 *q.* 1. *in corp.*

B *quæ ſane magnæ caritatis indicia ſunt.*

C

CAPUT VI.

De Prudentia, Juſtitia & Religione.

Prudentia Aloyſii,

46 PRudentia Chriſtiana eſt virtus iuſuſa, qua homo diſponit, & ordinat media & actiones, ad conſequendum ultimum finem ſupernaturalem, ſcilicet æternam beatitudinem, ad honorem, & gloriam Dei, & ſalutem animarum. (*S. Thomas* 2, 2, *q.* 65, *art.* 2: & 2, 2, *q.* 47) Ita ut homo ſemper cogitet & operetur acſi numquam apprehenderet: ſemperque extendatur ad anteriora, & inceſſanter conari debeat in melius, ut imperfectum ſuum divinæ miſericordiæ obtutibus jugiter exponat (*S. Bernardus ſerm.* 2 *de Purificat.*)

rationibus

In hac prudentia floruiſſe angelicum Adoleſcentem deponunt teſtes, qui dicunt ſe illius prudentiam agnoviſſe, illiuſque actiones obſervaſſe, cum ipſo collocutos fuiſſe, ſeque illum vidiſſe ad Dei voluntatem, ad infallibilem & æternam regulam omnia referentem; & inſuper fuiſſe in ſuis actionibus cum maxima animi tranquillitate compoſitum, quod omnibus innotuerat; & communem inter Patres Societatis opinionem invaluiſſe, quod ipſe futurus erat vir (ſi Deus illi vitam impertiretur) ad omne onus Religionis ferendum aptiſſimus. Et ſubjungunt, quod non ſolum pollebat Prudentiâ, quam humanam & naturalem appellant; ſed etiam eâ quæ divina & ſecundum Deum eſt, naturam perficiens, gratiâ. Ita in proc. Caſt. teſtes XII & XIV. Quæ quam vera ſint, ſatis apparet, ſi conſideretur contemptus mundi, & ingreſſus in Religionem, de quibus ſupra diximus; & electio melioris vitæ, ut habetur Matth. c. 19; Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit; Hoc eſt, ut inquit Theophylactus, habebit pro carnalibus cognatis familiaritatem cum Deo; pro agris, paradiſum; & pro lapideis ædibus, ſupernam Hieruſalem. D *ac teſtibus* *probata.*

47 Perfectiſſima angelici hujus Adoleſcentis prudentia etiam ex frequenti oratione & genuflexione colligitur, de quibus infra dicemus. Ubicumque locorum morabatur, cogitationes ſuas ad Deum referebat; omnis ei locus ad contemplandum erat idoneus; orationi & meditationi, nulla habita temporis vel loci ratione, vacabat; quæ S. Bernardus (*lib. medit. c.* 6.) valde commendat. Ut præcurreret acerrimos carnis inſultus, quos excitare poterat ſcelerum omnium architectus, prudenter flagellis acriter ſe verberando, tenuc corporis propugnaculum muniebat: ita ut illud Pauli (*ad Corint.* 9.) poſſet uſurpare; Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar: vel, ut interpretatur S. Irenæus (*lib.* 4. *c.* 72.) Sic pugno, non quaſi in aërem cædens, ſed lividum facio corpus meum, & in ſervitutem redigo: licet B. Aloyſius non directe corpus ſuum caſtigaret, quaſi de illo ſumeret ultionem, quia carnis illecebris præbuiſſet aſſenſum, cum numquam, ut diximus, letalis ſe labe peccati polluerit; ſed indirecte, ut ſcilicet dæmones, cum noſtris ſenſibus fœdere junctos, & in luto carnis deliteſcentes, & carnem adverſus ſpiritum excitantes, peteret, & illis plagas inferret; ut de S. Paulo ſuprà dictum illius locum S. Baſilius (*in lib de virginitate*) interpretatur. Accedit ad hæc, quod in continua Dei præſentia ſibi eſſe videbatur Aloyſius; quæ eſt ſtimulus ad fortiter agendum & patiendum, ſi cogitamus nos ante Deum, in Dei oculis, & pro Deo ipſo laborare, pati, & certare. Nam, ut inquit Boëtius: Nobis injecta eſt neceſſitas bene agendi, quod in conſpectu Judicis cuncta cernentis omnia agimus. Hinc Deus (*Genes.* 17.) hoc medium excitamentum ad omnem perfectionem Abrahamo ſuggerit, dicens, Ambula coram me, & eſto perfectus; quaſi diceret, Cogita præſentiam meam, me facta tua omnia coram intueri: ita annitêris, ut opera tua quam optime & perfectiſſime facias. Ex quibus conſtat prudentiſſimum Adoleſcentem habuiſſe donum Conſilii, quod correſpondet virtuti Prudentiæ, cum ſit circa ea quæ ſunt agenda propter finem; cui etiam reſpondet Beatitudo miſericordiæ, non ſicut elicienti, ſed ſicut dirigenti. *S. Thom.* 2. 2. *q.* 52. *art.* 1. E *Referebat omnia ad Deum,*

F *in cujus præſentia perpetuò ambulabat.*

48 Po-

A *Juſtitia quid ſit,*

48 Poſtquam in B. Aloyſio Prudentiam eluxiſſe concluſimus, agemus de ejus Juſtitia, ſecundum conditionem qua potuit in illo, habita ratione perſonæ, ſtatus, & temporis, reperiri: quod ſufficit, per ea quæ docet S. Thomas (1, 2, *q.* 6, *art.* 2 *&* 5): De ea, inquam, Juſtitia, qua nos adverſa quæque Deo auſpice ſuperamus, cultum, & reverentiam, ac venerationem Deo & Superioribus exhibemus; & ita omnia in Deum referimus, ut nobis beatarum mentium cælorumque omnium penetralia reſeremus. Hæc autem Juſtitia conſiſtit in tribus, videlicet in cordis munditia, in operatione bonorum, & in patientia in adverſis propter Deum: ob quæ juſtitia Euangelica juſtitiam veteris legis excellit. Hæc enim manum & operationem malam prohibebat: illa vero linguam & manum, ſcilicet propoſitum, locutionem, & malam operationem. Unde merito præcepta Decalogi appellantur præcepta Juſtitiæ: *ut S. Thomas docet* 2, 2, *q.* 122, *art.* 1. Nam tria prima præcepta ſunt de actibus Religionis, quæ eſt præcipua pars Juſtitiæ. Quartum præceptum eſt de actibus pietatis, quæ eſt ſecunda pars Juſtitiæ. Alia vero ſex præcepta dicuntur eſſe de actibus juſtiB tiæ communiter dictæ, quæ inter æquales attenditur (*S. Thomas loco proxime allegato, art.* 2. *& ſequentibus, uſque ad* 6) & ideo nos hoc ordine angelicum hunc Adoleſcentem ſupradicta Juſtitia præditum fuiſſe, demonſtrabimus.

ejus pars Religio in Deum.

49 Tria prima præcepta Decalogi eò nos inſtituunt, ut verum Dei cultum, interiorem ſcilicet & exteriorem, corde, ore & opere, privatim & publice exhibeamus (*ut docet S. Auguſtinus, quæſtione* 27 *in Exod. & Pſalmum* 32, *& Concione* 1; *& refert Petrus Canſius in ſui Catechiſmi capite* 3, *art.* 12, *fol. mihi* 258) & ideo ſpectant ad Religionem; quæ eſt virtus, per quam homines cultum & venerationem exhibent Deo. *S. Thomas* 2,2,*quæſt.* 81, *art.* 1: *& S. Bonaventura* 3. *diſt.* 9. *art.* 3, *quæſt.* 3, dicens; Religionem eſſe virtu*qualiter in Aloyſio.* tem, qua colitur ille, qui eſt ſuperioris naturæ: & de hac virtute Religionis generaliter deponunt infradicti teſtes; & inquiunt, quod devotiſſimus Adoleſcens in virtute Religionis, atque in Dei & Sanctorum cultu fuit excellens, & quod omni ſtudio & diligentia actiones, ad illorum honorem ſpectantes, exercebat, & hæc ante & poſt ingreſſum in Religionem. Ita in proc. Caſtell, C ſuper 28 art. teſtes 1, VI, XIII, XIV, XIX: & in Romano, III ac XI. Et ut individualiter oſtendamus ea, quæ de hujus, numquam ſatis laudandi Adoleſcentis, religione reperimus; primo tractabimus de ejus devotione & oratione, qui ſunt actus Religionis interiores: deinde de adoratione & ſacrificii oblatione, qui ſunt actus exteriores ejuſdem Religionis. *S. Thomas* 2, 2, *q.* 81, *art.* 7. *Raynerius, verbo* Religio *c.* 7. *& ſeqq.*

CAPUT VII.

De actibus Religionis interioribus.

Hujus Religio interna oſtenditur,

50 DEvotio eſt prompta voluntas faciendi quod ad Dei ſervitium pertinet (*Raynerius verbo, Devotio c.* 1) cujus cauſa eſt contemplatio ſeu meditatio; *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 3. Et merito quia (*ut inquit S. Bernardus lib.* 2. *de Conſideratione*) Contemplatio eſt mentis in Deum ſuſpenſæ elevatio, æternæ dulcedinis gaudia deguſtans; vel verus certuſque intuitus animi de quacumque re, ſive apprehenſio veri non dubia: & (*lib.* 5, *pariter de Conſideratione*) dicit: Ibi videtur cor Dei, ibi probatur, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta; bona in ſe, placens in effectibus, beneplacens fruentibus, perfecta perfectis & nihil ultra quærentibus. De contemplatione hujus immaculati Adoleſcentis, tam in ſeculo, quam in Religione, deponunt teſtes, quod adeo erat contemplationi deditus, ut per multum temporis ſpatium in contemplatione perſiſteret, nec accedentes animadverteret; ut in proc. Caſtell. ſuper 29, teſtes II, V, XIII; & in Rom. I, II, VI, XIV. Et ipſa devotio optime probatur; cum devoti dicantur illi qui ſeipſos quodammodo devovent Deo, & ei ſe totaliter ſubdunt (*Aſten. in Sum. lib.* 5, *tit.* 28, *art.* 10. *Tabien. verb. de votio. n.* 1) quod angelicus Adoleſcens adimplevit. Deponit enim P. Joannes Camerota teſtis 1, ſuper 29, in proc. Rom. quod ſanctus Juvenis devotiſſimus erat; & Reverendiſſimus P. Mutius Vitelleſcus, modo Præpoſitus Generalis, XI teſt. ſuper art. 28, in eod. proc. Rom. quod erat ſpeculum devotionis. Et ibidem, & ſuper eod. art. P. Bernardinus Roſſignolus teſt. II, inquit, quod ſemper ante Dei præſentiam ambulabat. Cum quo concordat P. Philippus Rinaldus XXIV teſt. deponens, quod omnia E in Deum referebat, ſemperque cum eo erat, ac de eo loquebatur, ita ut ex oculis ejus clare cognoſceretur, quod finis, ſcopus, & objectum ipſius erat Deus immortalis. Et ad hæc peragenda videtur edoctus vigil Chriſti Miles à Serapione (*ut legitur in Vitis Patrum libro* 5, *libello* 11, § 31) qui ajebat, quod ſicut milites, qui ante imperatorem ſtant, non debent dexteram, aut ſiniſtram reſpicere; ita & Monachus, cum ſtat in conſpectu Dei, intentus debet eſſe omni hora in amore ejus, ut de adverſarii malis minime terreri poſſit.

& devotio erga SS. Euchariſtiam,

51 Erat adeo devotionis ignibus ad venerationem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ excitatus, ut Sacerdotes, & alii in Religioſo otio, ad animi relaxationem conceſſo, curarent, ut de illa verba faceret. Nam tanto cum fervore & devotione mentis, ac piis affectibus de ea loquebatur, ut ille magis ex prædictis ad devote illam ſuſcipiendam inſtruerentur & accenderentur. Ita in ſpecie deponunt ſuper 28, in proc. Caſtell. teſtes XIII & XIX. Et generaliter, de devotione erga ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum, deponunt ſuper 28, in eodem proc. Caſtell. VI & XIV; uti in proc. Rom. teſtis XI Reverendiſſimus P. Mutius Vitelleſcus F Præpoſitus Generalis. Et hanc devotionem, nedum poſt ingreſſum in Religionem oſtendit, ſed etiam antè, in ſeculari vita patefecit, ut deponunt in proc. Caſtell. ſuper 28, Clemens Ghiſonius, II teſtis, quod etiam repetit ſuper 29: item teſtes III, V, VII. Erat inſuper tanta erga venerabile ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum præclari hujus Adoleſcentis devotio, ut pluries in die coram ipſo genuflexus oraret; ut infra ſuo loco dicetur. Quæ quidem devotio mirificis laudibus extolli debet, cum dubium nulli ſit, in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento peculiari quadam ratione ſanctiſſimam Trinitatem religioſe coli; quidquid de modo in Theologorum exedris diſputetur. Unde merito B. Laurentius Juſtinianus (*in Serm. de Chriſti corpore*) dicit: Nullo alio ſacrificio honorificentius laudatur Deus quam per altaris immaculatam Hoſtiam, quam præcipue, ob divinæ laudis exhibitionem complendam, Eccleſiæ ſuæ Chriſtus offerendam inſtituit. Ipſius namque paſſionis, humanæ Redemptionis & in ea celebrantur myſteria. Quod clarius (*eodem Sermone*) di-

PER AA. ROTÆ. EX MS.

PER AA. ROTÆ. EX MS.

xit ; Ibi dolores mediatoris noſtri Jeſu Chriſti, irrogata convitia, excepta flagella, aceti & fellis pocula, & clavorum & lanceæ vulnera, cum hoc ſanctiſſimo Sacramento memorantur.

erga beatiſs. Virginem Mariam,

52 Deiparam Virginem, omnium advocatam mortalium, maxima animi devotione colebat; nedum in ſeculo, ut deponunt prædicti teſtes II, III, V, VII; verum etiam in Religione, ut deponunt in proc. Caſtell. ſuper 28, teſtes XII, XIII, XIV; & in Rom. XI. Et merito hoc obſequium devotionis Deiparæ impendebat, cum certum ſit Chriſtum Dominum, ſecundum Deum, primam eſſe ac ſupremam divinæ gratiæ cauſam : ita ut abſque Fidei Catholicæ jactura in dubium nequeat revocari. Proxime vero ad ejus gratiæ plenitudinem, beatiſſimam ejus Matrem Virginem acceſſiſſe. Nam ut omittamus angelicam Salutationem, quæ illam gratia plenam prædicat; innumerabilia ſunt ſanctorum Patrum teſtimonia, quæ Virginis gratiam & ſanctitatem uſque eo exaggerant atque amplificant; ut quanto à Chriſto juſtitiâ diſtat, tanto ceteris omnibus præſtet intervallo. Unus certe Auguſtinus (*lib. de nat. & gratia cap.* 36:) de illa in hunc modum ſcribit. Excepta
B itaque ſancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorſus, cum de peccatis agitur, habere quæſtionem volo : inde enim ſcimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum; quæ concipere ac parere meruit cum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum.

erga Angelos & Sanctos.

53 Angelorum quoque, ante & poſt ingreſſum in Religionem, devotiſſimus erat, ut deponunt in proc. Caſtell. ſuper eod. 28, teſtes II, XII, XIII; & in Rom. XI. Quæ quidem devotio magni eſt facienda, cùm Angelorum proprium ſit ad amorem Dei homines allicere. Et in hunc ſenſum locutus eſt Apoſtolus ad Rom. c. 8. dum inquit; Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia &c. poterit nos ſeparare à caritate Dei. Ipſique Angeli univerſorum Deum laudant; prout eos laudantes audierunt Eſaias & Ezechiel. Denique Sanctorum omnium devotiſſimus erat; ut deponunt in eodem proc. Caſtell. ſuper eod. 28, teſtes VI, XIII, XIV; & in Romano, II, XI, XXIII. Fulgent enim Sancti, ſicut
C ſol, in regno Dei, qui glorificantes ſe glorificare teſtatus eſt. Unde & nos æmulatores eorum pro noſtris effici viribus debemus, ut, cum vitas eorum præclariſſimas agnoſcimus, eas imitari, Chriſto donante, contendamus; precibus ſemper adjuti beatorum Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, omniumque Sanctorum; propter quos omnipotens, & clemens Deus noſter, beata & coæterna & conſubſtantialis & inſeparabilis Trinitas, Pater & Filius & Spiritus Sanctus glorificatur jugiter & collaudatur; quia ipſi debetur omnis laus & gloria in ſecula ſeculorum. Et hinc glorioſus Confeſſor Antonius, ut in ejus Vita cap. 28, legitur, dicere ſolitus erat : Recordamini geſtorum, quæ Sancti quique fecerunt, ut exempli memoria animum incitet ad virtutem, refrenet à vitiis. Et in Vita S. Aſtionis Monachi cap. 26, legitur, quod Sancti in cælo de vivorum ſalute curam habent.

Studium & fervor orationis in ſeculo,

54 Secundus actus interioris devotionis, juxta ea, quæ ſuprà poſita ſunt, eſt Oratio, quæ nihil aliud eſt, quam devota mentis intentio in Deum, pro malis amovendis, & bonis adipiſcendis. S. Bernardus (*in Scala clauſtrali & in lib. de interiori domo cap.* 48,) inquit: Nullo alio modo Deus D citius ad miſericordiam flectitur, quam ſi animus deprecantis ad eum toto devotionis affectu convertatur : nihil ita Deum complectitur, quemadmodum purus mentis affectus. Hæc agnoſcens invictus Chriſti miles Aloyſius, nulla alia re, etiam dum erat in ſeculo, magis delectabatur, quam oratione, ut deponunt in proc. Caſtell. ſuper 29, teſtes I, II, & V, qui ſubdit, quod ut lacrymas abſconderet, & ne agnoſceretur fleviſſe, poſt orationem demiſſis oculis incedebat. Idem V, nec non tertius, teſtes dicunt, quod ut plurimum recolligebat ſe in cubiculo, ne, quo minus orare poſſet, impediretur. Cum quibus concordat Camilla de Ferrariis, VII teſtis, inquiens, quod dum aliquo modo impediebatur, ne in proprio cubiculo oraret, claudebat ſe in alio cubiculo, ne in oratione ſibi alii eſſent impedimento; adeoque orationi deditus erat, ut de nocte ſurgeret ad orandum; quem ſe per rimulas maxima cordis compunctione vidiſſe deponunt teſtes II & V, Clemens Ghiſonius, & Jacobus de Bellarinis; & de auditu à ſancto Juvene, deponunt teſtes, XIII in proc. Caſt. & XI in Rom. Et in hoc contemplationis genere ad talem gradum & perfectio- E nem pervenerat, ut adhuc adoleſcens, & in ſeculo manens, raptus & ecſtaſes pateretur, & hoc non ſolum dum domi oraret, ſed & dum iter faceret, in hoſpitiis : & ideo accurrebant aulici ejus, ut illum raptum in ecſtaſim viderent : ipſe autem tunc nec eos videbat, nec ſentiebat, ut deponunt ſuper eodem 29, in proc. Caſt. Rudolfus Petrocchinus I. V. D. Jo. Bap. de Bonis I. V. D. Clemens Ghiſonius, Jacobus Bellarinus, ejus aulici.

& in Religione,

55 In Religione autem ſanctum orandi proſequens inſtitutum, adeo etiam incumbebat orationi, ut propter imbecillitatem capitis, tempus orandi Superiores illi præſigerent, ut deponunt in proc. Caſt. ſuper 29, teſt. VI, XIII, XIV: & in Romano, XI. Et, quod ſemper oraret, dum fuit in civitate Neapolitana, deponit P. Jo. Camerota, I teſt. Ex quibus, & aliis mox dicendis apparet, quod angelici Adoleſcentis oratio habebat omnia requiſita, de quibus S. Bernardus in ſerm. de quatuor modis orandi : ubi, Omnino, inquit, oportet nos orationis tempore curiam intrare cæleſtem; illam utique curiam, in qua Rex regum ſtellato ſedet ſolio, circumdante innumerabili & ineffabili beatorum ſpirituum exercitu. Unde & ipſe, qui F viderat, quia majorem numerum non invenit, Millia, ait, millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Quanta ergo cum reverentia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet, à palude ſua procedens & repens, ranuncula vilis? quam tremebundus, quam ſupplex, quam denique humilis & ſolicitus, & toto intentus animo Majeſtati gloriæ, in præſentia Angelorum, in concilio Juſtorum & congregatione aſſiſtere poterit miſer homuncio? In cunctis igitur actionibus noſtris multâ opus eſt animi vigilantiâ, ſed præcipue in oratione : Nam licet omni hora, & omni loco oculi Domini ſuper nos ſpeculentur; maxime tamen in oratione. Porro quamvis ubique ſit Deus; in cælo tamen orandus eſt, ibique orationis tempore cogitandus; ut mens noſtra, non oratorii tecto, non aëris ſpatio, non ipſa retardetur nubium denſitate, juxta eam formam, quæ nobis à Chriſto tradita eſt, ubi ait: Sic orabitis; Pater noſter, qui es in cælis &c. hæc ille.

56 Hæc omnia quomodo præciſe & adamuſſim ſervaverit amicus Dei Aloyſius, ſi, ut dictum

eſt,

A est, supradicta repetantur, & cum sequentibus conjungantur, evidentissime apparebit. Nam vitam inter seculares homines ducens, dum vacabat orationi, quasi à sensibus videbatur alienatus, ut deponunt super 29 in proc. Cast. Jo. Bapt. de Bonis, Clemens Ghisonius, Jacobus de Bellarinis. Et quod in Religione nullam in orationibus, & contemplationibus distractionem mentis pateretur; & quod ipse miraretur, quod homines coram Deo orantes evagationem animi paterentur; deponunt in proc. Rom. ampliſſimus Card. Bellarminus, Reverendiſſimus P. Mutius Vitelleſcus & P. Philippus Rinaldus; ſubdens, quod in oratione erat adeo immobilis, ut ſtatua marmorea videretur, oculis ad terram ſemiapertis defixis; & P. Gaſpar Alperius deponit de auditu ab eodem Ill. Card. Bellarmino, & à P. Hieronymo Plato, qui fuerunt à confeſſionibus ſancti Juvenis, quod dictas diſtractiones non patiebatur; & ſubdit, quod, cum juxta morem Societatis inviſebantur cubicula, ut cognoſceretur, an Fratres ſtatuto tempore ad orationem incumberent; numquam Dei Amicus animadvertebat viſitationem fuiſſe factam; adeo erat orationi deditus, & intentus.

ubique sine distractione,

B 57 Quantis laudibus ſit angelicus Dei Adoleſcens ex hac virtute orationis extollendus, nemo eſt qui non intelligat, ſi verba Agathonis audiat, de quibus in Vitis Patrum (*lib.* 5. *libello* 12, §. 2): Ignoſcite mihi, quin puto non eſſe alium laborem talem, qualem orare. Deum ſuum: ſemper inimici dæmones feſtinant interrumpere orationem ejus, ſcientes quia ex nulla re impediuntur niſi per orationem fuſam ad Deum; ſiquidem omnem alium laborem, quem homo in Religioſa converſatione poſitus aſſumpſerit, quamvis inſtanter & toleranter agat, habet tamen & poſſidet aliquam requiem; oratio autem, uſque ad ultimam exhalationem, opus eſt ut habeat magni certaminis laborem. Quibus forte edoctus ſervus Dei Bernardus (*in ſerm.* 2. *de dedicat. eccleſiæ*) dixit: Gravis nobis eſt inimici tentatio; ſed longe gravior illi noſtra oratio: lædit nos iniquitas ejus atque verſutia; ſed multo amplius noſtra eum ſimplicitas & miſericordia torquet, humilitatem noſtram non ſuſtinet, uritur caritate noſtra, manſuetudine & obedientia cruciatur.

ex singulari dono Dei.

C

CAPUT VIII.

De *actibus exterioribus Religionis*.

Situs in oratione

58 HUc uſque ſatis dictum eſt de Devotione, ac etiam de Oratione, quatenus eſt actus internus Religionis; qui modus orandi laudatur à S. Bernardo (*ſerm.* 16 *ſuper*, *Qui habitat*) dum inquit: Spiritus eſt Deus, & in ſpiritu clamet neceſſe eſt, quisquis clamorem ſuum ad eum deſiderat pervenire. Sicut enim non faciem hominis reſpicit, tamquam homo, ſed magis intuetur cor; ſic ad cordis potius vocem quam corporis, aures ejus patent; cui merito dicitur, Deus cordis mei. Hinc eſt, quod Moyſes foris tacens, intus auditur, Domino dicente, Quis clamat ad me? Clamet ad me, & ego exaudiam eum. &c. Nihilominus aliquid ulterius dicendum eſt de oratione hujus invictiſſimi Militis. Nam in ſeculo quotidie Officium B. Virginis, ac ejus, ut ajunt, Coronam perſolvebat: quæ oratio vocalis, referri debet ad actus exteriores Religionis; ita deponunt in proc. Caſt. teſtes 11 ac 111. Etiam in ordine ad orationem, qui eſt unus ex actibus exterioribus Religionis, conſiderandum eſt, quod ſemper genuflexus orabat, & permanebat immobilis, abſque eo quod aliquo uteretur fulcimento. Ita in proc. Caſtell. teſtes XII ac XIII. Quæ quidem eſt optima precandi ratio, ut animi conſtitutioni reſpondeat corporis habitus; & externa corporis inflexio intimam animi devotionem declaret. Neque his contentus verus Dei Amator (animadvertens ad illud S. Bernardi, *ib. med. c.* 6. dicentis, Pias aures Domini ad te flecte; lacrymis & ſuſpiriis pro tuis exceſſibus illum clementer exora) orationes ipſas Deo tantis cum lacrymis offerebat (admirabile dictu!) ut maderet pavimentum; & ſemel, bis, pluries eſſet opus mutatione ſudarioli, lacrymis abluti. Ita deponunt in proc. Caſt. teſtes 11, & v; & ſimpliciter de lacrymis, teſtes 1 & XIII.

PER AA. ROTÆ. EX MS.

59 Quid plura? Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum devotiſſime venerabatur, & ante illud ſæpius qualibet die genuflexus orabat & antequam è domo egrederetur, & cum revertebatur; & ante, & poſt ingreſſum in gymnaſium. Ita in proc. Caſt. teſt. VI, XII, XIII, XIV. Et hunc morem genuflectendi, & venerandi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum habuiſſe etiam in ſeculo, deponunt teſtes 11 & VII. Quæ genuflexiones erant adeo frequentes, ut callum genibus obduxerint; ut deponunt de viſu, poſt obitum angelici Adoleſcentis, in proc. Caſt. teſt. XII, XIV & XIX. Exemplar ſimile, & tamquam præclarum ſtemma è genibus ob callos obductos, recenſetur de S. Jacobo Fratre Domini; & in Vitis Patrum (*lib.* 10 *c.* 84, *in fine*) quid ſimile legitur de quodam ſene, ita dedito orationi, ut tabula ſuper qua orabat pluſquam digitis quatuor fuiſſet excavata.

& coram ven. Euchariſtia.

E

60 Neque hic eſt omittendum, quod piam de Angelis meditationem ſcriptam reliquit, quæ eſt impreſſa, ut ſuper art. 28, in proc. Caſt. deponunt P. Tamburellus, P. Alperius, & Ghiſonius. Et, quod Imagines, & Reliquias Sanctorum tam pie venerabatur, ut vix ab Eccleſiis poſſet educi, deponunt dicti PP. Alperius & Tamburellus, nec non PP. Guelfuccius & Roſatinus; in proc. Rom. P. Roſſignolus, P. Mutius Vitelleſcus ac P. Vincentius Filliutius. Hujuſmodi autem veneratio & viſitatio Reliquiarum oſtendit, quantus eſſet amor beati Adoleſcentis erga divinam bonitatem. Viſitatio enim, & veneratio Reliquiarum operantur, ut admirabilium virorum, quorum ipſa ſunt, deſiderium utcumque leniamus; eorumque religioſam exercitationem Deoque caram vitam nobis in memoriam revocemus, atque ad ejus vitæ ſtudium nos ipſos excitemus; ac requiem eam & delicias eas, in quibus nunc verſantur, ob oculos nobis proponentes, ipſos quidem beatos prædicemus; nos autem ipſos ad ſequenda eorum veſtigia mutuo accingamus: quia etiam mortis memoriam, quæ permagnam utilitatem affert, atque ad religioſæ vitæ certamina promptos nos ac velut pennatos reddit, nobis hinc comparamus; ac præterea ex eorum contactu ſanctitatem haurimus.

Meditatio de Angelis conſcripta.

F

61 Prædicta omnia verus Dei Servus cum aliis diligentiſſime exequebatur. Quotidie enim, tam in ſeculo, quam in Religione Miſſæ ſacrificio præſens aderat, ut deponunt in proc. Caſtell. teſtes 1, v, XII: & in proc. Rom. P. Mutius Vitelleſcus. In ſeculo peccata ſua ſæpiſſime confitebatur; nec non ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipiebat; ut dicunt Jo. Bapt. de Bo-

Præparatio ad communionem ſacramentalem.

EER AA. ROTÆ. EX MS.

nis & Rodolfus de Petrocchinis. In Religione vero, nedum omnibus Dominicis diebus & solennibus festis, juxta ritum Societatis; sed quotiescumque Superiores permittebant, prævia diligentissima animi præparatione, ac Sacramentali Confessione (licet, ut dictum est, numquam mortaliter peccaverit) sacram Synaxim assumebat (ut deponunt Patres Tamburellus, Alperius, Guelfuccius, Camerota, Rossignolus, Mutius Vitelescus, & Filiutius) animadvertens forte Christi verus athleta ad illud B. Pauli in priori ad Corinth. c. XI; Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini: & ad illud S. Anselmi, exponentis verba illa, Quod si nosmetipsos dijudicaremus, in dictum cap. XI; quod ad unguem ex prædictis servasse videtur, ubi ait: Ascendat itaque homo adversum se tribunal mentis suæ; constituat se ante faciem suam; atque ita constituto in corde judicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor: inde quidam sanguis animi confitentis profluat per lacrymas; postremo ab ipsa mente
B sententia talis proferatur, ut se indignum homo judicet, participatione corporis & sanguinis Domini, si tales culpas in se reperit: versetur ante oculos ejus imago futuri judicii, & quidquid in se viderit, quod à judice venturo reprehendi possit & puniri, ipse nunc in seipso reprehendat & puniat. Peccata enim, sive parva, sive magna, impunita esse non possunt: quia aut homine puniente, aut Deo judicante plectuntur: cessat autem vindicta divina, si conversio præcurrat humana.

Ingressus in Religionem;

62 Restat, ut in præsentia aliquid breviter referamus de sacrificio, quo se Deo obtulit & diçavit: & quoniam (ut credere est) audivit cum Abraham, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam ostendero tibi; & Dominum per Hieremiam præcipientem; Fugite de medio Babylonis, & salvate animas vestras. Primo juventutis flore, hoc est anno ætatis suæ XVIII, florentem Jesuitarum Religionem amplexus est. Hunc autem in Religionem ingressum apertis verbis S. Gregorius sacrificium appellat (9. *moral.* c. 31) cum inquit: Nos quippe ipsos sacrificium Deo offerimus, cum vitam nostram divino cultui dedicamus. Et Waldensis (*de Sacram. lib.* 9. c. 87) eumdem ingressum sacrificium vocat; cum
C carnis & mentis actus Deo consecrentur. Quod quam perfecte Aloysius egerit, vel ex eo colligi potest; quia adhuc in domo probationis existens, Sancti nomen sibi comparavit; ut in proc. Cast. testes XIII, XIX & VI, qui subdit; quod adeo in novitiatu fuit in opinione sanctitatis, ut aliqui res suas tamquam Reliquias raperent. Unde in ipso angelico Adolescente evenit, quod legitur in Vitis Patrum (*lib.* 5. *libello* 16, §. 18) quod novitii aliquando sunt in virtutibus duces senum. Et ex his clare constat, præclarum Adolescentem statim apprehendisse præcepta, quæ à Cassiano (*lib.* 4. *Instit. c.* 8) novitiis ad perfectionem traduntur; ut suas scilicet per obedientiam superent voluntates, & illis sæpe sæpius imperare studeant, quæ senserint suis cogitationibus esse contraria: ut numquam prævaleat spiritus tristitiæ, iræ, aut fornicationis. Et hunc animi fervorem, mirabiliter in novitiatu apprehensum, usque ad obitum conservavit; quod agendum esse dicebat Agathon in Vitis Patrum (*lib.* 7. *c.* 42, *in princ.*) ubi refertur: Observa præ omnibus hoc, ut qualis primo die ingrederis, talis apud ipsos reliquum peragas D tempus; & cum quiete peregrinationem tuam adimpleas.

CAPUT IX.

De pietate, observantia, honore & obedientia.

Pietas post Deum erga parentes;

63 Egimus hucusque de iis, quæ respiciebant tria prima præcepta Decalogi; modo deveniendum est ad ea quæ spectant ad quartum, quod est de actibus pietatis, & secundam partem Justitiæ continet: præcepta enim Decalogi ordinantur ad dilectionem Dei & proximi; inter proximos autem maxime parentibus obligamur; & ideo post præcepta, immediate ordinantia nos in Deum, ponitur præceptum ordinans nos ad Parentes, qui sunt particulare principium nostri esse, sicut Deus est universale; & sic est quædam affinitas hujus præcepti ad præcepta primæ tabulæ. Unde merito dicitur, quod non modo pietas est in Deum, sed etiam in parentes, patriam, & consanguineos extenditur; quamquam E principaliter in Deum, secundario ad alios referatur. *S. Thomas* 2, 2, *q.* 101, *art.* 1, *& seq.*) Et hæc pietas consistit in reverentia & obedientia, & dum in necessitatibus subvenitur; ut docet S. Antoninus (*par.* 4. *tit.* 5, *c.* 9, §. 1) & elegantissime numquam satis laudandus Canisius in suo Catechismo (*c.* 3, *q.* 13.) Et quantum ad duo prima requisita, testes I, II, III, in proc. Castell. super art. 39, deponunt, quod Servus Dei semper parentibus fuit maxime obediens. Ex quorum dicto colligitur reverentia, & obedientia, quæ sunt duo prima requisita pietatis. Eadem reverentia optime comprobatur ex ipso in Religionem ingressu, in quam ante patris benedictionem ejusque consensum ingredi noluit. Tertium quoque requisitum adimplevit, subveniendo necessitatibus proximorum. Nam, ut dictum est, pacem inter Serenissimum Mantuæ, & fratrem posuit; quam pacem commendat S. Paulus ad Ephes. c. 6. dum ait; Pax fratribus, & caritas &c. ubi pacem primo loco ponit, ea ratione; quia in quocumque illa fuerit, necesse est caritatem in eodem reperiri; ut declarat ibidem Chrysostomus. Siquidem, ut monet Theodoretus, caritas parit pacem: F pax autem, auctore Hieronymo, serenitas quædam est atque tranquillitas animæ quiescentis, & universam tempestatem & turbinem perturbationum fugans.

Observantia erga Ecclesiasticos;

64 Itaque quemadmodum virtus Pietatis defert cultum parentibus, quia sunt auctores vitæ & educationis, ita Observantia omnibus Superioribus, quia sunt auctores nostræ gubernationis; quicumque enim nos in aliqua re gubernant, aliquo cultu digni sunt; & cultus eis ratione hujus eminentiæ, conjunctæ cum beneficio gubernationis, est debitus. Sic honor & obsequium debetur magistro a discipulis, duci à militibus, magistratui à civibus, principi à subditis, abbati à monachis, episcopo à clericis, domino à servis: in his enim omnibus est excellentia quædam, & auctoritas, per quam gubernant alios. Ita Leonardus Lessius (*de Just. & jure lib.* 2. *c.* 46. *dub.* 2. *de Observantia*) & ante eum præclarissimus Canisius loco suprà allegato. Et propterea merito post Tullium S. Augustinus (*lib.* 83 *quæstionum*, *quæst.* 31) Observantia (inquit) est, per quam ho-

A homines, aliqua dignitate antecellentes, cultu quodam & honore dignamur. Et hæc virtus consistit in honore, & obedientia (*S. Thomas* 2, 2, *q.* 103, *& q.* 104.) Unde hæc agnoscens angelicus Adolescens, personis quibuscumque Deo dicatis honorem exhibebat, sive essent Religiosi sub potestate constituti, sive Superiores, sive simplices Sacerdotes; quibus omnibus honor debetur, licet actu ceteris non præsint; cum sufficiat esse tales, ut possint præesse (*S. Thomas* 2, 2, *q.* 102, *art.* 1. *ad* 2.) Ita deponunt in proc. Cast. testis I, II, III & V. Cum autem sub religioso degeret habitu & potestate, Superioribus adeo se submittebat, ut illos, loco Dei, sibi præpositos coleret & observaret; ut deponunt in eodem proc. Cast. testes XII, XIII, XIV; & in proc. Rom. I ac XXIV. Et merito hæc Aloysius prædictis modis peragebat, cum dicat S. Augustinus (*serm.* 64. *ad Fratres in eremo*): Sacerdotibus vestris honorem impendite, eis propter Deum obedite. Ipse namque Dominus ad ipsos dicit: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Filii honorent parentes; similiter & omnes Christiani, invicem vos honorate; scriptum namque est, Ho-
B nore invicem prævenientes.

Obedientia in observatione Regularum,

65 A puero Præceptoribus suis fuit obediens, ut deponunt super 39 prædicti testes, in proc. Cast. I, II, III & V. In Religione autem animadversione digna deponunt testes in utroque proc. Castell. & Romano, dum inquiunt; Societatis regulas eò præsertim tendere, ut Superioribus pareant subditi, in qua obedientiæ virtute singulariter verus hic Dei servus excelluit. Nam cum omnes fere actiones Societatis peculiaribus regulis sint distributæ; illas adeo exacte servabat, ut hoc, miraculo simile videretur; eratque ejus obedientia prompta & hilaris, Deumque in Superioribus venerabatur; atque ita non solùm actibus exterioribus, sed etiam mente atque animo, Superiorum præcepta exequebatur; ut deponunt in proc. Cast. testes, VI, XII, XIII, XIV, XIX; & in Rom. I, III, XI, XXIII & XXIV. Quoniam ipse recte intelligebat ita agendum esse cum Superioribus; sicut etiam S. Bernardus (*lib. de præcept. & dispensat.*) docet, dum ait; Obedientia, quæ majoribus præbetur, Deo exhibetur: quamobrem quidquid vice Dei præcipit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omni-
C no accipiendum est, quam si præcipiat Deus. Quid enim interest, utrùm per se, aut per suos ministros, sive homines, sive angelos, hominibus innotescat suum beneplacitum Deus? Quanta vero sit hæc virtus, & quantæ existimationis, ex hoc uno colligi licet, quod legitur in Vitis Patrum, *lib 6. libell.* 14. §. 7. Venerunt enim ibi quatuor Fratres ad Abbatem Pambo, & indicavit unusquisque virtutem alterius, non præsente eo, de quo loquebatur. Unus namque ex eis multum jejunabat; alter nihil possidebat; tertius maxima ardebat caritate; de quarto vero dixerunt, quod adhuc viginti duos natus annos in seniorum obedientia permanebat. His autem respondit Abbas Pambo: Dico vobis, quia istius virtus major est quam ceterorum: quoniam unusquisque vestrûm virtutem quam possidet, voluntate propria etiam retinet; hic autem suæ voluntati renuntians, se servum fecit voluntatis alienæ.

& exequendo nutu Superiorum

66 Refert insuper præclarum de obedientia Aloysii exemplum P. Decius Striverius, XIII test. in proc. Cast. & ait, B. Aloysium obtinuisse licentiam à Superioribus in quadam vigilia jejunandi

in pane & aqua; qua die cum illum Superior animadvertisset modice comedisse, exeunti de refectorio injunxit, ut ad secundam mensam reverteretur; & totum id comederet quod sibi apponebatur. Cujus præcepto obediens Aloysius, ferculum omne, quod solita est dare Societas in jejuniorum die, comedit; & subdit, quod sibi, post prandium dicenti per jocum Aloysio, quod modum invenerat bis comedendi; responderit modeste & simpliciter ingenuus Adolescens, qui propriam vere abnegaverat voluntatem; Quid vis ut faciam Frater? (hoc enim amoris nomine appellant se inter se juvenes Societatis, qui nondum sunt Sacerdotes) ut jumentum factus sum; innuens, quod obedientia ita præceperat. Præclarum quidem hoc, & laudabile responsum, ab antiquis etiam Patribus, aliis tamen verbis usurpatum fuit. Nam ut legitur in Vitis eorumdem Patrum (*lib.* 5. *libello* 15, § 64) cum cuidam Fratri fuisset junctum, ut ad mensam sederet, de qua statim fuit expulsus; cum postea fuisset revocatus, sciscitanti cuidam, quid de expulsione & revocatione sibi videretur; recte respondit; Putabam esse me similem cani, qui, si aliqui in-
E sequantur, foras egreditur; si vero revocetur, statim revertitur: innuens qualis esse debeat obedientia, quam etiam in aliis semper ostendit Aloysius. Nam, ut deponit idem testis, quamvis orationi esset maxime deditus, ut dictum est; nihilominus cum Superiores illi terminos propter adversam valetudinem præfixerint, illos semper ad unguem servavit, quod summopere laudandum est: ut enim recte inquit S. Bernardus (*in lib. de præcept. dispensat.*): Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, neque contenta angustiis professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem caritatis; & ad omne, quod injungitur, spontanea, vigore liberalis alacrisque animi, modum non considerans, in infinitam libertatem extenditur.

PER AA. ROTÆ. EX MS.

CAPUT X.

De Justitia, in ordine ad ultima sex præcepta Decalogi.

67 RElinquum est, ut de ceteris sex Decalogi præceptis congrue traditis, ad ostendendam B. Aloysii Justitiam, pertractemus. Nam si-
F cut per partes Justitiæ aliquibus determinatis personis, quibus homo speciali ratione obligatur, debitum redditur; ita per Justitiam proprie dictam, aliquis debitum reddit communiter omnibus; & ideo post tria præcepta ad Religionem spectantia, qua debitus Deo cultus redditur; & post quartum præceptum, quod respicit pietatem, qua redditur parentibus debitum; & omne id concluditur, quod ex aliqua speciali ratione quis debet; necesse fuit, quod aliqua præcepta traderentur, pertinentia ad Justitiam proprie dictam, quæ indifferenter omnibus debitum reddit. *S. Thomas* 2, 2, *q.* 122 *art.* 2 *& seqq. usque ad* 6.

Justitiam propric dictam

68 Et quantum ad ea quæ spectant ad quintum præceptum, de non occidendo; cum in hoc censeantur prohibita omnia nocumenta, quæ in personam proximi inferuntur (*S. Thom.* 2, 2, *q.* 122 *art.* 6. *in resp. ad* 2) & non solum, ut inquit Canisius (*in Catech. cap.* 3. *art.* 14) externam prohibeat cædem, & vim omnem, quæ corpus & vitam proximi lædit; sed etiam iram, odium, rancorem, indignationem, vindictæ cupiditatem, &

exercuit in caritatis operibus,

PER AA. ROTÆ. EX MS.

quolvis internos affectus, ad proximi læsionem propensos, amputet; requiratque animi mansuetudinem, humanitatem, clementiam, comitatem & beneficentiam; præclare in hoc se gessit Aloysius. Nam si revocemus in memoriam ea, quæ de caritate superius diximus (licet illa simpliciter spectent ad caritatem) per viam tamen supererogationis possunt optime ad Justitiam referri; quo casu servitus & cura, morbo vexatis præstita; spiritualis & corporalis cibi dispensatio, ad quintum præceptum referri possunt, per ea quæ supra notavimus. Et bene ad rem nostram S. Paulus ait ad Philippen. 4; Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra in Christo Jesu. De cetero, Fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ; hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me; hæc agite; & Deus pacis erit vobiscum. Huc etiam potest referri pax inita, Aloysio auctore, inter Serenissimum Mantuæ Ducem, & Excellentissimum Principem Castellionis fratrem; si attendantur verba S. Pauli ad Ephes. 4, dum inquit: Obsecro itaque vos vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in caritate, soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.

proximo exhibitis;

B

69 Quantum attinet ad VI & IX præceptum; omnia nocumenta (*ut docet S. Thomas* 2, 2, *q.* 22, *art.* 6, *ad* 2) quæ inferuntur in personam conjunctam, & maxime per modum libidinis; intelliguntur prohiberi simul cum adulterio; & sic in VI & IX præcepto: per quæ (ut inquit Canisius) prohibetur fornicatio, adulterium, & omnis concubitus illegitimus, ac impura quæcumque libido, nec non & concupiscentia, ut in IX præcepto. Et hæc duo angelicus Adolescens perfectissime servavit. Nam Florentiæ in IX ætatis suæ anno, in honorem B. Virginis, Deo virginitatem vovit; ut deponit in proc. Rom. Reverendissimus P. Mutius Vitelleschus. Tamburellus vero testis XII in proc. Cast. deponit, se vidisse hoc scriptis relictum à P. Hieronymo Plato, qui fuit vir insignis & à confessionibus purissimi Adolescentis; item P. Alperius ibidem testis XIII. Et merito quidem in honorem Deiparæ Virginis Deo virginitatem dicavit, quod ipsa omnium prima Deo virginitatem voverit, ut refert doctissimus P. Benedictus Justiniani in priorem Ep. ad Corinth. c. 7, super verbis illis; de Virginibus autem &c. Quæ quidem virginitas, cum Deo fuerit consecrata mediante voto, majoris est meriti, ut docet S. Thomas 2, 2, *q.* 88, *art.* 6.

in castitatis solicita conservatione,

C

70 Hanc etiam virginitatem Deo consecratam perfectissime servavit. Cum enim cœlebs in seculo vixerit, & postmodum in Religionem fuerit ingressus, supraque probatum sit, numquam peccasse mortaliter; eo ipso resultat probatio virginitatis, quæ extra legitimum conjugium absque peccato mortali amitti non potest. Sed ulterius integerrimum Adolescentem virginitatis florem servasse, deponit Ill. Card. Bellarminus, dum ait; Numquam Aloysius carnales stimulos, aut inhonestas cogitationes habuit: & hæc scio; quia mihi tamquam Patri spirituali, cui tenebatur veritatem simpliciter fateri, hæc scisciranti ita ipse respondit. Et hoc confirmat R. P. Mutius Vitelleschus, dum inquit, quod ita nuncupata vota virginitatis servavit, ut toto tempore vitæ suæ numquam carnis stimulum, aut pravam mentis cogitationem passus fuerit; quamvis complexione sanguinea & vivaci polleret. Idemque comprobatur ex his, quæ scripta reliquit P. Hieronymus Platus, ut referunt P. Tamburellus & P. Alperius; videlicet, quod numquam carnis stimulos, aut impudicas cogitationes expertus fuerit, sed semper puritate angelica vixerit. Et subdit Tamburellus, tam in vita, quam post obitum audivisse, B. Aloysium, quamvis complexione sanguineum, numquam stimulis carnis, aut pravis cogitationibus fuisse vexatum. Ibidem P. Alperius XIII, & P. Guelfuccius XIV testes, inquiunt, quod in dono castitatis potius Angelus in terris, quam homo videbatur: & subdunt, quod ex hoc apparet, verissima esse ea, quæ à Confessoribus recensebantur. Hinc etiam colligitur, excellentem in virtutibus Aloysium extitisse, cum nihil ita Deo Religiosos familiares efficiat, ut pulchra & Deo gratissima castitas; quæ, sicut divinus Spiritus per B. Paulum 1. ad Corint. c. 7, attestatur, honestatem & perseverantiam jugiter vacandi Domino sine distractione præstat.

quam ne cogitatione quidem læsit umquam,

D

E

71 Et prædicta confirmantur; quia etiam ab infantia cum mulieribus versari recusabat, apud quas ut comedens sederet, induci non poterat; ut deponunt in proc. Castell testes I & II. Et hæc sanctissime gerebat. Ut enim legitur in Vitis Patrum (*lib.* 3. §. 65) Arsenius, mulieris aspectum refugiens, cum ipsa miraretur; Numquid nescis, inquit, te esse mulierem, & quod per feminam solet inimicus hominem impugnare? Et Ecclesiast. c. 25. habetur: Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. Et Job. 31: Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Quid plura? ut deponunt prædicti testes, cum matre etiam versari recusabat; quod & plures Sancti fecerunt. Nam Simeon Stylita vir sanctissimus, matris adspectum videre recusabat: idem egit Theodorus, ut in Vita S. Pachomii: idem Pœmen & Anub, aliique quamplures, ut tam sacræ quam profanæ loquuntur historiæ.

fugiens ubique conspectum mulierum.

72 Quod autem septimum, & decimum præceptum, ad quæ spectant omnia damna rebus illata (*ut S. Thomas* 2, 2, *q.* 122. *art.* 6, *ad* 2; *& vir præclarus Canisius in in Catechismo c.* 3. *art.* 16 *&* 18) diligenter servaverit Aloysius, ex eo colligi potest, quod in pueritia ac adolescentia sanctissime vixit, & quod post ingressum in Religionem, inter alia votum paupertatis emisit, per quod omne bonum rerum externarum offertur Deo, *ut declarat S. Thom.* 2, 2, *q.* 186, *art.* 7.

Exercuit in se voto paupertatis.

F

73 Reliquum est, ut de octavo præcepto agamus; ad quod spectant omnia, quæ tangunt locutionem, scilicet detractiones, blasphemiæ, & si qua hujusmodi. *S. Thom. alleg. q.* 122, *art.* 6, *ad* 2; *& bene Canisius in Catechismo cap.* 3. *art.* 17. Et huic præcepto paruit Aloysius, cujus sermo erat; Non, non; aut, Est, est; & qui nugis & fallaciis inimicus, veritatis amantissimus, morum candore, rectitudine, & sinceritate, tum factis, tum dictis inter seculares exceiluit; ut deponunt in proc. Castell. testes, I, II, III & V. Supradicta etiam in Religione, in qua omnes ejus dicto credebant, adeo exquisite servavit, ut numquam æquivoce loqueretur; cetera vero aliorum dicta vel facta semper in meliorem partem interpretabatur, aut saltem excusabat. Ita in eodem proc. Castell. testes, VI, XII, XIV; & in Romano,

& moderatione linguæ.

A mano, 11, xi, xxiii, xxiv. Quæ omnia mirum in modum valde ſunt commendanda; cum Levit. c. 19 habeatur; Non mentiemini, nec decipiet unuſquiſque proximum ſuum. Et Proverb. c. 4; Remove à te os pravum, & detrahentia labia ſint procul à te. Et S. Petrus in 1 epiſt. c. 2; Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones; ſicut modo geniti infantes, rationabiles ſine dolo lac concupiſcite. Et ex his omnibus recte perpenſis manifeſtiſſime conſtat, angelicum Adoleſcentem habuiſſe donum pietatis, cum quo convenit beatitudo; Beati mites &c. & correſpondet virtuti Juſtitiæ. *S. Thomas* 2, 2, *q.* 121, *art.* 1, *cum ſeq.*

CAPUT XI.

De Fortitudine.

Fortitudo Aloyſii in reſpuendis voluptatibus

74 FOrtitudo eſt virtus animi, qua labores & pericula conſtanter ſuſcipiuntur & perferuntur propter finem ſupernaturalem. Actus ejus ſunt, aggredi & ſuſtinere fortiter; ad quorum primum ſpectat fiducia, quæ reſpicit ipſam aggreſſionem; & magnificentia, quæ reſpicit executionem. Ad ſecundum vero ſpectat patientia & perſeverantia. *S. Thomas* 2, 2, *q.* 128, *art.* 1. Et quantum attinet ad actum aggrediendi, una cum fiducia & magnificentia; in illo exercuiſſe ſe Aloyſium perfecte, conſtat. Nam à puero viam Domini ingreſſus & innocentiam ſervans, quam hauſerat in baptiſmate, voluptates ſibi ultro oblatas viriliter recuſavit, mundi delicias fortiter reſpuit; numquam publicis aut privatis ludis, numquam hiſtrionum ſermonibus aut comœdiis interfuit; in tripudiis nocturnis numquam commoratus eſt. Ita in proc. Caſtell. teſtes, 1, iii, v. Et Camilla de Ferrariis teſt. vii, ibidem inquit, quod dum *& choreis,* morabatur in civitate Caſalenſi una cum patre, qui illi præerat; ſi forte mater ad choreas vel comœdias evocabatur, ille matrem, ut decebat, concomitabatur; dum vero tempus chorearum adveniebat, ad Barnabitas aut Cappucinos properabat, cum quibus totum id temporis religioſe tranſigebat; poſtque, debita matri obſequia exhibiturus, revertebatur.

75 Audierat nimirum Aloyſius, præter alios optimos morum magiſtros, fortiſſimum Chriſti militem Cyprianum, qui in Epiſt. 2, ſecundum impreſſionem Pamelii, omnibus intonat: Tum delectat in mimis turpitudinum magiſterio, vel quid domi geſſerit recognoſcere, vel quid gerere poſſit audire: adulterium diſcitur, dum videtur; &, lenocinante ad vitia publicæ auctoritatis malo, quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculum matrona proceſſerat, de ſpectaculo revertitur impudica. Adhuc deinde morum quanta labes, quæ probrorum fomenta, quæ alimenta vitiorum, hiſtrionicis geſtibus inquinari? Videre contra fœdus juſque naſcendi, patientiam inceſtæ turpitudinis elaboratam? Evirantur mares; honor omnis & vigor ſexus, enervati corporis dedecore mollitur; pluſque illic placet quiſquis virum in feminam magis fregerit; in laudem creſcit ex crimine, & peritior, quo turpior, judicatur: movet ſenſus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conſcientiam fortiorem; nec deeſt probri blandientis auctoritas, ut auditu molliore pernicies hominibus obrepat.

juxta doctrinam S. Cypriani;

76 Eumdem actum cum fiducia, & magnificentia adimplevit, cum ſemper adeo perſeverans fuerit in voluntate amplectendi optimum Jeſuitarum inſtitutum, ut ei tandem pater veniam impertiri coactus fuerit, ut ſupra relatum eſt, & deponunt prædicti teſtes, i, iii, v. Fortitudinem etiam, cum patientia & perſeverantia conjunctam, in omnibus ſuis negotiis patefecit. Adverſam in ſeculo valetudinem patienter ſuſtinuit; nulli iraſcebatur; in Religione vero, ut deponunt prædicti teſtes, ſtrenue contra propriam voluntatem pugnavit; numquam viſus eſt iratus alicui, aut propter adverſa, vel domeſticas inter conſanguineos diſcordias quas ipſe optime noverat, perturbatus; vir paſſionum expers & inſcius videbatur. Ita in proc. Caſtell. teſtes, vi, xii, xiii, xiv, & in Rom. i, ii, xxiii, xxiv. Quapropter æquanimitatem maximam, tum in proſperis, tum in adverſis, oſtendit Aloyſius; ita ut de aliis dictum ſit: Neque cum laudamur, nos ipſos continemus ſub humilitate; neque rurſus cum vituperamur, toleramus. Aliud quippe nobis inanem gloriam ſuggerit, aliud mœſtitiam: ubi vero triſtitia & inanis gloria eſt, nihil boni reperitur.

PER AA. ROTÆ. EX MS.

in amplectendo Societatis Jeſu Inſtituto;

in cohibendis affectibus animi;

77 Neque hîc omittenda ſunt præclara patientiæ monumenta. Nam morbum, quo diu vexatus eſt, magna cum humilitate ſuſtinuit; nec ullam, licet eſſet locus, querelis & exclamationibus apertus, vel minimam edidit lamentationis vocem: & quamvis ex diuturno unius lateris accubitu ulcus quoddam in eodem exortum fuiſſet, numquam tamen de ſe aut de aliis conqueri auditus eſt, ut deponunt P. Mutius Vitelleſcus, Card. Bellarminus, & Franc. Roſatinus. Quod ſummis laudibus extollendum eſt, cum ex eo ſumma pax, ſumma animi tranquillitas, & ad Dei nutum prompta voluntas in tribulationibus & anguſtiis oſtendatur. Ideo Pachomius, ut in ejus Vita legitur, Theodoro, graviter capite laboranti & orationis auxilium deprecanti, reſpondit; Putaſne fili, quod alicui contingat dolor, aut paſſio, aut aliquid hujuſmodi, ſine permiſſione Dei? Idcirco, in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe; & quando voluerit Dominus, conferet tibi ſoſpitatem. Quod ſi te diutius probare dignatur, eſto gratus, ut fuit perfectiſſimus Iob: qui multas tribulationum & cruciatuum tentationes excipiens, Dominum benedicebat; & ſicut ille, tu quoque pro doloribus tuis majorem requiem à Chriſto percipies. Bona quidem eſt abſtinentia, & in oratione perſeverantia: tamen infirmus majus præmium adipiſcitur, cum longanimis & patiens invenitur.

in ſuſtinendis morborum moleſtiis,

78 Et ut tandem, quæ de fortitudine hujus Servi Dei dicenda ſunt, concludamus; cum ad illam ſpectet Martyrium (*S. Thomas* 2, 2, *q.* 124, *art.* 2) quod eſt actus maximæ perfectionis (*ut docet idem ſanctus Doctor loco prælegato art.* 3) aliquid de martyrio hujus glorioſi Militis attingemus. Nam cum martyrium ſine ſanguine triplex judicetur, videlicet quando in ubertate adeſt parcitas, ut in Davide; in paupertate liberalitas, ut in Tobia; in juventute caſtitas, ut in Joſeph in Ægypto; Martyres ſine ferro eſſe poſſumus, ſi patientiam in animo ſervemus. *S. Antoninus in* 1 *part. tit.* 3, *c.* 3. Unde S. Gregorius (*homil.* 35 *in Evang.*) explicans verba Chriſti (*Matth. c.* 20) dicta Jacobo & Joanni, Calicem meum bibetis, ait; Filii Zebedæi, Jacobus & Joannes, non uterque per martyrium occubuit, & tamen quod uterque calicem biberet, audivit; Joannes namque nequaquam per martyrium vitam finivit; ſed tamen Martyr extitit; quia paſſionem, quam

& toleranda quodam martyrio

PER AA. ROTÆ. EX MS. *religiosæ observantiæ*

non ſuſcepit in corpore, ſervavit in mente.

79 Quod autem Aloyſius martyrii laude claruerit, probatur duplici argumento. Primo ex ipſa religioſi Inſtituti obſervantia. Religio enim martyrii quædam ſpecies eſt, & Religioſi procul dubio martyres queunt appellari. Affligitur namque in Religione & cruciatur corpus, extenuatur vigiliis, maceratur jejuniis; domantur abblandientes refractariæ carnis appetitus. Unde non immerito S. Auguſtinus, *ſerm.* 250 *de temperantia*. Contra mortifera, inquit, blandimenta luctemur; ſcientes in eo etiam quotidiana martyria Chriſtianis deeſſe non poſſe. Sed non ipſum tantummodo corpus hoc martyrio diſtorquetur, verum & animus eodem afficitur; dum (quod ſane difficillimum eſt) propria voluntas mactatur, & alterius arbitrio ſubiicitur; vetatur quod placet, quod diſplicet imperatur; ita ut religioſi ſtatus (*teſte Climaco gradu* 4,) ſpiritualis martyrii bellum jure appelletur. Quæ quam præclare adimpleverit Aloyſius, inficiari nemo poteſt, ſi recte inſpiciantur ea quæ ſupra dicta ſunt, ac etiam quæ dicentur inferius, de maceratione corporis, in qua ſemper ab ipſa infantia uſque ad obitum
B fortis & conſtans inventus eſt. Ipſa enim virginitas, qua floruit Aloyſius, martyrii genus eſt. Nam, ut inquit S. Ambroſius *lib.* 5 *de Virginibus*; non ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur; ſed quia & ipſa Martyres facit. Accedit ad hæc ardens ipſius voluntas (ut de caritate dictum eſt) eundi ad Indos, ut ſanguinem pro veræ Religionis propagatione & defenſione profunderet. Ideo S. Hieronymus ad Euſtochium, *in vita S. Paulæ*, merito in hæc verba prorupit: Secura eſto, Euſtochium, magna hereditate ditata es; pars tua Dominus; & quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata eſt. Non ſolum enim effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed devotæ quoque mentis ſervitus immaculata, quotidianum martyrium eſt: illa corona de roſis & violis plectitur, iſta de liliis.

80 Secundò, Aloyſii martyrium ex eo colligitur, quod dum infirmis in hoſpitalibus inſerviret, morbo correptus eſt. Etenim cum de anno MDXCI, quo (ut ſupra relatum eſt) ſive ex aëris intemperie, ſive ex præterita fame, Romæ contagioſa lues graſſaretur, ita ut non ſolum domus hoſpitales, ſed viæ ipſæ ac plateæ, omniaque plena eſſent infirmis; ardens B. Aloyſii caritas mire eluxit. Ille enim, poteſtate ſibi à Superioribus facta, à quibus inſtanter hoc petiit, ad varia hoſpitalia acceſſit, ut infirmis inſerviret; alioſque Socios permovit, ut idem agerent. Dum igitur inflammata caritate viliſſima quæque munia in hoſpitali obit, dum lectos infirmorum ſternit, circa lectos ſcopis pavimentum verrit, cibum eis miniſtrat, & in os indit; dum eos conſolatur, hortatur ad patientiam, ad confeſſionem peccatorum, & in rebus ad ſalutem neceſſariis inſtituit; dum circa eos diutius verſatur, & iis præſto eſt, qui magis ſtomachoſi erant, & nauſeam creabant; dum in lecto jacentes de loco ad locum movet & amplexatur, prout neceſſe erat; ac præſertim dum ultima die quemdam morboſum hominem amplexaretur, qui contagium ſpirabat; morbum contraxit, quo poſtea extinctus eſt, ut deponunt in proc. Caſtell. ſuper art. 18. P. Guelfuccius, XIV teſtis; qui tunc præſens aderat, & eſt teſtis oculatus: & in reliquis conſentiunt P. Tamburellus, qui etiam in hoc ſocius fuit, Franc. Roſatinus, P. Alperius & in proc. Rom. Card. Bellarminus, & alii ſupra relati.

ac diuturnæ infirmitatis, ex operibus caritatis contractæ, C

81 Quod autem prædicta mors fuerit ſpecies martyrii ſatis conſtat, cum Eccleſia Catholica inter Martyres annumeret eos, qui morbo laborantibus miniſtrantes ex caritate, in mortem propterea inciderunt, eoſque in martyrologio Romano repoſuerit; ut patet die XXV Februarii, ubi ſic dicitur: Alexandriæ commemoratio ſanctorum Presbytetorum, Diaconorum, & aliorum plurimorum, qui in tempore Valentini Imperatoris, cum peſtis ſæviſſima graſſaretur, morbo laborantibus miniſtrantes, libentiſſime mortem oppetiere; quos velut Martyres religioſa piorum fides venerari conſuevit. Et S. Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus ad Hieracem (*ut refert Euſebius Ceſarien. hiſtor. lib.* 7. *c.* 16 *& ſeq. & claræ mem. Card. Baronius in Notis ad Martyrologium*) ſic ait de eiſdem: Ex Patribus, qui virtute erant præſtantiſſimi, in hunc modum mortem oppetierunt, quorum nonnulli erant Presbyteri, alii Diaconi, quidam è populo, virtutis ergo multum laudati; adeo ut iſtud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem, & robuſtam fidem ſuſcipiebatur, nihil à martyrii ſplendore abeſſe videretur. Hæc S. Dionyſius. D *& ipſius denique mortis.*

CAPUT XII. E

De Temperantia.

82 TEmperantia eſt virtus, moderans & refrenans appetitum hominis in iis, quæ maxime dictum appetitum alliciunt, ut ſunt delectationes tactus, cibi, venereorum; & per conſequens frenat triſtitiam, quæ provenit ex defectu & abſentia talium delectabilium. *S. Thomas* 2, 2, *q.* 41, *art* 1, *& ſeqq.* De Temperantia autem angelici Aloyſii in proc. Caſtell. & in Rom. deponunt teſtes ſuper art. 33. Quod, nedum in rebus ad ſenſum ſpectantibus, mediocritatem dilexit; verum etiam contra ſeipſum bellum inivit, ut paſſionibus imperare videretur. Ita deponunt in proc. Caſtell. teſtes XII, XIII, XIV, & in Rom. XI. Verum cum Temperantiæ partes integrales ſint, continentia, verecundia, pudicitia, modeſtia, clementia vel manſuetudo, caſtitas, honeſtas, ſobrietas, & parcitas (*S. Thomas* 2, 2, *q.* 143, *art.* 1, *& ſeqq.*) cumque fere de omnibus in ſuperioribus abunde ſit dictum; reliquum eſt, ut aliqua de humilitate, modeſtia, abſtinentia, & maceratione corporis annectamus; quas omnes virtutes in Aloyſio fuiſſe probant teſtes ſuper 34, in proc. Caſtell. qui deponunt, quod in ſeculo maxima animi demiſſione ſe gerebat: parvi, aut nihili æſtimabat, ſe natum principem & nobilem; omnes cujuſcumque eſſent conditionis, habebat in honore; ipſe tamen in aliquo eſſe ſe apud alios honore, non appetebat; ſtipantem aulicorum turbam recuſabat; & ſi pater non erat impedimento, tantum uno contentus comite deambulabat. Ita in proc. Caſtell. teſtes I, II, III, & V. F *Temperantia ejuſque partes.* *in Aloyſii humilitate.*

83 In Religione autem, teſtes in eodem proc. Caſtell. deponunt, quod, ſicut in aliis virtutibus præſtitit, ita in virtute humilitatis excelluit. Numquam de ſeipſo, aut de ſua nobilitate, aut quod Princeps ex Principe natus eſſet, loquebatur: imo de duobus Cardinalibus, Vincentio & Scipione, ex Gonzagarum familia, qui tunc temporis vivebant, numquam loqui auditus eſt: quod ſi aliqui hiſce de rebus ſermonem haberent, maxima afficiebatur moleſtia, adeoque erubeſcebat, ut omnino neceſſe foret hujuſmodi ſermones omitti. Ad officia vilio- *quæ multiformiter eluxit*;

ra

A ra Religionis anhelabat: opus ſuum libentiſſime in coquina præſtabat, patinas & cacabos purgando; lucernas perluſtrabat, domum verrebat, atque aranearum telas tollebat; latrinas mundabat, aquam ad id neceſſariam afferebat; nullum vile officium erat, quod ipſe non quæreret, & maxima cum voluptate non perſolveret: vetera cupiebat indumenta, nova abhorrebat, quæ ſuis humeris aptari minime poſſe, ſibi videbatur; humiliora loca ſemper quærebat, & de ſeipſo humiliter ſentiebat, & libentius cum coadiutoribus, & ſimplicibus fratribus, quam cum magiſtris aut diſcipulis, in horis ad animi relaxationem conceſſis, loquebatur; ob quæ omnibus vere videbatur Chriſtianæ exemplar humilitatis. Ita in proc. Caſt. teſtes VI, XII, XIII, XIV, XIX; & in Rom. II, III, XI, XXIII, XXIV; & P. Joannes Camerota teſtis I, qui recenſet, quod dum ipſe officio Lectoris fungebatur, tanta erat humilitas & modeſtia Aloyſii, quod ſi ad ſe tamquam magiſtrum ex aliqua neceſſitate cogeretur accedere, etſi januæ cubiculorum omnibus pateant, non tamen audebat introire, ſed per longum temporis ſpatium expectabat; & tandem leviter pulſabat januam, ut vix
B poſſet audiri. Ad quæ animadvertens Lector, injunxit, quod libere accederet, quia nullam ſibi moleſtiam inferebat; & addit, quod Aloyſium tamquam Dei ſervum maxime obſervabat. Ideo de B. Aloyſio, qui omnes in Deum cogitationes referebat, dici poteſt, quod in hac humilitate ſacrificium magnum obtulit Deo, quod numquam turbatus eſt, & quod ordinem ſuum numquam pervertit, ut altius ambularet.

84 Modeſtiæ etiam Aloyſius admirabilis fuit: nam adhuc puerulus in ſeculo ſenſus ſuos cuſto-
in modeſtia & verecundia, diebat; avertebat enim oculos ſuos, quos fere ſemper demiſſos gerebat, ne viderent; numquam ad mulieres aſpiciebat, nec de illis loquebatur: in lectura prophanorum librorum tempus non conterebat; ſed aut ſpirituales, aut litterarios perluſtrabat: brevis erat ſermonis; odores, oleamenta, & flores abhorrebat; nec particulares cibos aut delicatos appetebat; ſed ea, quæ illi apponebantur, comedebat; & adeo in hac virtute modeſtiæ excelluerat, ut nec carnes ſuas dum induebatur à cubicularii, tangi permitteret. Ita in proc. Caſtell. deponunt prædicti teſtes I, II, & alii ſuperius allegati. Non minorem cuſtodiam ſenſibus adhibu-
C it, nec minori modeſtia vixit in Religione; nam admirabantur Aloyſium quicumque cum illo tractabant. Oculos defixos in terram ita gerebat, ut nec vias urbis agnoſceret; & ſi forte contingebat in aliam vineam proficiſci, diverſam ab ea, quæ ſolitis animi relaxationibus erat deſtinata, non animadvertebat. Sermones etiam indifferentes non admittebat; ita ut communiter crederetur, integerrimum Adoleſcentem offendi, ſi de Deo ſermo non eſſet. Cibos omnes, nullo habito ſelectu, æqualiter æſtimabat. Ita in eod. proces. Caſtell. teſtes VI, XII, XIII, XIV, XIX; & in Romano, I, III, XI, XXIII, XXIV. Prædicta quam præclara ſint, nemo eſt qui non intelligat, ſi ſanctorum virorum teſtimonia perlegat. De cuſtodia enim ſenſuum dicebat S. Syncletica, ut habetur in Vitis Patrum (*lib. 5. libell.* II. §. 32.): Sobrie vivamus, quia per ſenſus corporis noſtri, vel ſi non velimus, fures ingrediuntur; quomodo enim poteſt non fuſcari domus, ſi fumus, exterius aſcendens, feneſtras apertas invenerit? Et §. 29 dicitur ex ſententia Abbatis Moyſis; quod ita eſt vivendum, acſi ſemper inciperetur.

85 De cuſtodia oculorum præclara etiam habemus monumenta. Nam Sarra Virgo, LX annos ſupra alveum fluminis habitavit, & numquam inclinata eſt, ut flumen ipſum aſpiceret: Sylvanus in monte Sina, nec ad arbores oculos convertebat: Euſebius vero, nec cælum, nec vicinos campos aſpexit. Neque hic omittendum eſt, quod parce & raro loquebatur; & ſilentium in Religione indictum adeo exacte ſervabat, ut interrogatus, quando maxima urgebat neceſſitas, vix reſponderet; ut deponunt Roſatinus, Guelfuccius, & Vitelleſcus. Quod præclarum ſanctitatis eſt indicium, & maximæ virtus æſtimationis: cum difficile ſit animam ſalvare, ſi aperto oſtio lingua ſæpe proſiliat: & ideo quidam venerandus ſenex dicere ſolitus erat; Requiem poſſidebis, ſi omni loco taciturnus eris. Et alius; Peregrinatio, quæ propter Deum fit, bona eſt, ſi habuerit & ſilentium: nam fiducia non eſt peregrinatio. Ita habetur in Vitis Patrum *lib. 7. c. 32, de Silentio.* PER AA. ROTÆ. EX MS. *in cuſtodia oculorum & linguæ,*

86 Animadvertens inſuper ſtrenuus Chriſti Miles, quod abſtinentiâ carnis & maceratione, impuræ præſertim libidinum cogitationes pelluntur, & dæmon ipſe cum ſuis ſatellitibus in æterni carceris tenebras ejicitur; ſemper maximæ fuit abſtinentiæ, & tenerum flagellis corpuſculum attrivit. Nam in ſeculo adeo corpus ſuum jejuniis, vigiliis, & verberibus caſtigabat, ut bona alioquin corporis valetudo maximum paſſa fuerit detrimentum. Surgebat Adoleſcens in ſeculo, ut dictum eſt, media nocte ad orandum, ſumma hieme, ſummis frigoribus, ſolo induſio tectus; corpus flagellis ferreis, vel loris, quibus canes alligari ſolent, aſperrime cædebat uſque ad ſanguinis effuſionem. Inſuper ut majori corpus cruciatu vexaret Eques illuſtris, non ad pedes, ſed ad lumbos, loco cilicii, calcaribus utebatur. Cibus adeo erat temperatus, ut vix ad ſuſtentationem ſufficeret; ſi panem intingebat in ovo, epulari ſibi videbatur. Multoties, dempto pane, pondus unius unciæ cibus non excedebat: ſæpe unica tantum vice in ſolo pane & aqua veſcebatur. Et hæc ſua laude non carent, cum pallor, & macies corporis cum humilitate, decus ſit Religioſi, ut habetur in Vitis Patrum, *lib.* 3, § 64. Ita deponunt in proc. Caſtell. teſtes, II, III, V, VII, XIII; & in Romano, III, ac XI. In Religione vero ſanctum inſtitutum ita diligenter ſervavit, ut freno, non calcaribus egeret, ſicut teſtes præcitati deponunt. F
Quid plura? In ipſo etiam mortis articulo majorem corporis macerationem appetiit, facultatemque inſtantiſſime poſtulavit, ut ſibi liceret flagellis corpus atterere, ut infra dicetur, & deponunt prædicti tres ultimi teſtes, & in proc. Caſtell. teſtes, VI, XII, ac XIV. *in abſtinentia & carnis maceratione,* E

CAPUT XIII.

De felici obitu, tranſlationibus, frequentia ſepulcri, fama ſanctitatis.

87 HUc uſque, Pater beatiſſime, Sanctitati veſtræ retulimus, angelicum Aloyſium Gonzagam, magna Fide, Spe maxima, & ingenti Caritate, tum in Deum, tum in proximum exarſiſſe. Prudentiâ autem, Juſtitiâ & virtutibus illi annexis, Fortitudine & Temperantiâ adeo floruit, ut vivens omnium oculos in ſui duxerit admirationem; poſt obitum multis clarus miraculis, exteris etiam regionibus innotuerit; ſem-

PER AA. ROTÆ. EX MS.

per vero omni mortalis peccati labe carens, magna ſanctitatis fama claruerit: ſupereſt modo, ut ea, quæ prope & poſt obitum acciderunt, brevitate qua poſſumus majore, percurramus. Jacebat integerrimus Adoleſcens, morbo correptus; cujus furor licet aliquando intermiſiſſe videretur; febris tamen, quæ vix tactu dignoſci poterat, tenerum corpuſculum adurebat; ob quam die XXI Junii, anno à partu Virginis MDXCI, ad æternitatem ex mortalitate migravit. In his morbi temporibus magna virtutum exempla patefecit: à Superioribus enim impetravit, ut qui ad eum inviſendum accederent, non niſi de rebus ad æternam felicitatem ſpectantibus, loquerentur. Illuſtriſſimis Principibus, S. R. E. Cardinalibus de Ruvere, & Scipioni Gonzagæ, ei conſanguinitate proxima conjunctis, ultro palatia ceteraſque principum commoditates offerentibus, & hortantibus ut ad priſtinam valetudinem acquirendam, & ad vitam producendam incumberet; in nihilo ſibi Religionem deeſſe, reſpondit, omnia neceſſaria præbentem; ſeque in Sanctorum Vitis legiſſe, mortem illos libentius optaſſe, quam vitam; cum in hoc procelloſo mortalium, huc illuc curſitantium, Oceano, nullus tuto ſibi polliceri poſſit æ-
B ternæ portum tranquillitatis.

Aloyſii in ultimo morbo

88 Sæpe magnum dici ſpatium cum Ampliſs. Card. Bellarmino ſibi à confeſſionibus peragebat, & quæſtiones de anima, de purgatorio, & his ſimilibus excitabat. Surgebat aliquando de lecto, ut aliquas Sanctorum imagines, ſui cubiculi parietibus affixas, inviſeret; & infirmorum miniſtro, ſe allaturum eaſdem imagines & Crucifixum offerenti, reſpondit; Frater mi, patere, ut tantiſper de lecto ſurgam, cum hæ ſint meæ ſtationes. Claudebat illi ſæpe cubiculum idem miniſter; Aloyſius vero ad orandum ſurgebat; cumque aperientem præſentiret, elevabat ſe, in cubile rediturus, quaſi oſtenderet ſe ſurrexiſſe, ut neceſſitati parêret; & quoniam ter, quater, ac pluries illum in hunc modum miniſter invenerat, levem hac ſuper re ſuſpicionem hauſit; atque ita, ut rem totam clare cognoſceret, aliquando ſine ſtrepitu, maxima tamen celeritate, januam aperuit, & illum genibus flexis orantem invenit; qui ſtatim in lectum ingreſſus veniam poſtulavit. Et quia maximo flagrabat infirmos inviſendi deſiderio, illum ſemel in ulnis, infirmorum miniſter detulit ad cubile P. Ludovici Corbinelli ægrotantis; cum
C quo ſedens, per aliquod temporis ſpatium de rebus divinis loquebatur. Tandem cum B. Aloyſius eſſet diſceſſurus, ob venerationem, qua illum colebat, ſuppliciter venerandus ſenex P. Corbinellus ab eo benedictionem petiit, tamquam poſtremum fraterni amoris monumentum. At B. Aloyſius magna animi demiſſione; Non hæc me decent, inquit: tua Paternitas ſenex eſt, honore Sacerdotii inſignitus; ego vero nullius dignitatis adoleſcens: mihi magis convenit ſacrum benedictionis ſignum reverenter à te recipere. Propter hæc, cum ſenex mœrore turbaretur, infirmorum miniſter, ibidem præſens, injunxit Aloyſio, ut ſolaretur ſenem, & benedictionem impertiretur. Cujus dicto ſtatim obediens, aquam luſtralem ſuſcepit, & venerandum ſenem, ſeque ipſum aſperſit, dicens; Mi Pater, Deus benedictus benedicat utrumque, tibique tuorum tribuat deſideriorum complementum.

exempla religioſæ perfectionis.

89 Neque hic quiſpiam mirari debet, quod adoleſcens ſenem benedixerit; tum quia juſſus id egit Aloyſius, tum quia in medium afferri id poteſt, quòd Abbas Zozimas reſpondit Mariæ Ægyptiacæ, in eremo habitanti; à qua cum ipſe benedictionem peteret, illa vero propter viri dignitatem, negaret; Manifeſta, inquit, plus omnium tributa eſt tibi gratia: & quia gratia non ex dignitate cognoſcitur, ſed ex animarum actibus ſignificari conſueta eſt; benedic propter Deum, & orationem tribue indulgentiæ tuæ perfectionis. Quibus verbis ſuaſit Mariæ Zozimas, ut ſibi benedictionem impertiretur, ſicut illa fecit. Poſtquam venerandus ſenex P. Corbinellus vita functus eſt, ſupradictus infirmorum miniſter acceſſit ſub ſolis ortum ad Aloyſium, qui nihil de obitu ſui commilitonis amantiſſimi audierat; ad quem converſus Aloyſius; Ter mihi, inquit, hac nocte viſus ſum vidiſſe P. Corbinellum, primaque vice mihi dixiſſe, Frater Aloyſi, in extremo vitæ ſum, ad Deum pro me preces effunde, ut hoc ultimum vitæ diſcrimen patienter exſuperem: ſi in gratia moriar, tui non oblivi-
D *Cognoſcit, mortuum P. Corbinellum,*
ſcar. His ego vocibus experrectus, reprehendi meipſum, tamquam de ſomniis cogitantem; & iterum obdormii. Cum iterum mihi idem ante oculos eſſe viſus eſt, ac dicere; Eò vis morbi proceſſit, ut vix ferre poſſim; opem tuis orationibus E
affer deprecanti. His iterum vocibus ſomnum, de me ipſo admirationem ſuſcipiens, interrupi. Tertia vice ſomnum ſuſcepi; cum tertio mihi idem Pater ante oculos poſitus; Eja, ait, Frater Aloyſi, ad auras melioris vitæ nunc propero; jamjam ſimul erimus; Deum pro me roga, ſicut ego pro te rogabo, ut mihi felicem ex hac vita diſceſſum largiatur. Hæc ego cum toties intelligerem, me ipſum reprehendi, & pœnitentiam poſtulare decrevi, quoniam medico non paueram, qui mihi, ut ſomnum caperem, imperarat. His dictis infirmorum miniſter, quod jam Pater mortuus eſſet, non detexit; ſed bene illum habere dixit; hortatuſque eſt eum, ut parum quieti ſe daret, cum non dormiviſſet. Retulit tamen angelicus Adoleſcens Cardinali Bellarmino, quod ſane ſibi fuerat revelatum, P. Corbinellum, de quo modo fecimus mentionem, per purgatorium ignem ſolummodo tranſiviſſe. Cum quo etiam Cardinali cum aliquando de vita beata fuiſſet locutus, viſionem beatam tota fere nocte ſequenti paſſus eſt.

obiter tranſiviſſe purgatorium.

90 Certo ſciebat per revelationem Aloyſius, quo die eſſet moriturus. Quapropter ſingulis die- F
bus, ſub horam vigeſimam primam, in cubiculum P. Antonium Franciſcum Guelfuccium advocabat; clauſaque janua, Crucifixum ante ſe ſuper ſindone poni curabat; ad cujus præſentiam cum genu flecteret P. Guelfuccius, paulatim & lente ſeptem Pſalmos recitabat; & interim B. Aloyſius, oculis in Crucifixum poſitis, ſenſus Pſalmorum contemplabatur. Alios etiam libros, de vita æterna rebuſque ſpiritualibus agentes, ſingulis diebus ſibi legi curabat; ac ipſe, quaſi à ſenſibus alienatus, contemplationi vacabat; ac proinde per multos dies antè, aliquibus cito ſe moriturum, nominando præſertim Octavam Corporis Chriſti, nuntiarat. Quamobrem in ultima die Octavæ, Bernardinus Milzetus in Aloyſii cubiculum ingreſſus eſt, apertaque feneſtra: En Frater, ait, Aloyſi, ad Octavam Corporis Domini pervenimus, qua die te dixeras moriturum; cum tamen melior tuæ vitæ ſpes nobis affulgeat. Cui Aloyſius: Dies adhuc perfecta non eſt; hodie moriar. Hæc verba cum Milzetus ſocio retuliſſet, ille ad Aloyſium proceſſit: cujus vires cum exploraſſet;

Præſcit diem obitus ſui.

quo melius habere viſus,

Melius,

A Melius, inquit, mihi crede, te habes, Aloysi. At ille, Melius tu me judicas habere; sed ego, secundum Dei voluntatem, hoc vesperi moriar; & summis precibus, ut sibi eodem mane, daretur Viaticum, petiit; quod illi fuit denegatum ab eo, cum diceret, jam Viaticum semel recepisse, & in eadem infirmitate bis sumi non posse. Hoc autem ideo dicebat; quia Viatico ei opus esse non putabat, cum melius haberet. At Aloysius respondit, Extremam unctionem reiterari non posse, Viaticum posse. Tota die orationi & contemplationi vacavit: tandem cum Litanias beatæ Virginis cum Patre Joanne Bapt. Lambertino sub vesperum recitasset, à Patre Rectore petiit, ut sibi Viaticum daret.

poscit Viaticum

91 Interim dum hæc agerentur, cum P. Joannes Baptista Carminata Provincialis Aloysium inviseret; rogavit illum præclarus Adolescens, ut storeas supra lectum positas amoveri juberet; veniamque sibi daret, ut posset se verberibus afficere; aut saltem ut aliquis se, à vertice ad pedes, flagellis cæderet; permitteretque, se humi suo spiritum reddere Creatori. Quæ omnia cum blando sermone Provincialis denegasset, fuit datum nolæ signum: & omnes, qui ferme erant CCL, illuc venerunt, ut Viaticum sumenti, & postremæ præsentes essent actioni; quia sciebant Aloysium dixisse, illa die se moriturum. Postquam Viaticum suscepit, omnium se orationibus commendavit, seque Deum pro illis oraturum esse pollicitus, magna caritate præsentes amplexus est; sicut egit S. Antonius in extremo vitæ constituturus: quem amplexabantur universi, quasi jam de seculo recessurum. At ille, tamquam aliena deserens, ad propriam patriam profecturus, magna cum lætitia præcipiebat, desidiam Instituto non debere subrepere; sed tamquam quotidie morituros, à sordidis cogitationibus animam custodire, & omnem æmulationem ad Sanctos quoscumque convertere.

& accipit,

B

seque omnium orationibus commendans,

92 Post hæc omnes in cubiculum reversi sunt: Patrem tamen Bellarminum, nunc S. R. E. Cardinalem, quasi venturi præscium, & majorem adhibentem dictis Aloysii fidem, cum morienti præsens vellet adesse, infirmorum minister in cubiculum remisit, eo quod nullo pacto crederet Aloysium ea die moriturum: imo contrarium scitantibus dictitabat. Et ecce vix de Rectoris mandato Patres abscesserant, cum sanctissimus Adolescens, qui paulo ante sensibus integer, clare loquebatur, [deficere] cepit; & manu altera Crucifixum sustinens, altera facem benedictam accensam in signum perseverantiæ in sancta Fide; habitaque paulo ante à Gregorio XIV benedictione, cum plenaria peccatorum Indulgentia, sacratissimum Jesu nomen postremo invocans, expiravit. Quæ omnia habentur ex depositionibus testium in proc Castell. videlicet Francisci Rosatini, tunc infirmorum ministri, VI, item testium XII, XIII, XIV, XXIV; & in Rom. III & XXIV.

C

pronuntiato Jesu nomine moritur.

93 Post felicem obitum Aloysii commota sunt omnium corda, qui illum sancte viventem agnoverant. Tanta populi frequentia ad ecclesiam, Deiparæ Annuntiatæ dicatam, prope collegium Romanum Societatis Jesu, in qua corpus erat expositum, venerat, ut Patres Ecclesiæ januas claudere fuerint coacti. Quicumque ibi præsens aderat, aliquid pro Reliquiis habere curabat; alii vestes, alii capillos, alii carnem ipsam abscindere tentabant: quos licet patres Societatis Jesu repellerent, unum tamen ex digitis, qui deinde Ampliſſimo Card. Bellarmino restitutus fuit, abciderant. Quapropter idem Card. Bellarminus recte proposuit (licet præter morem Societatis) ut in particulari capsa reponeretur; cujus consilium Patres Societatis secuti, Aloysium in particulari capsa, in communi tamen sepulcro, condiderunt. Idem Cardinalis, cum preces pro salute Aloysii ad Deum effundere edixisset, statim conscientiæ stimulis agitatus est; & dubitavit, ne illi injuriam faceret, cum pro certo teneret Aloysium æterna gloria perfrui; ac proinde orationibus non indigere, ut deponit ipsemet Illustrissimus Cardinalis, III testis in proc. Rom. Et antedicta probant Reverendissimus P. Mutius Vitellescus, XI testis; P. Basilius Romanus, XIII; Ansarius Nacharinus, Sacrista in collegio Romano, XVII: & in proc. Castell. testes, XII, XIII, XIV.

Populi concursatio ad corpus,

per AA. rotæ. ex ms. ejus sepultura.

94 Jacuit corpus angelici Adolescentis absconditum eo modo, quo supra diximus, ab anno MDXCI usque ad annum MDXCVIII; sed quoniam, ut ignis cineri doloso suppositus, glorioſi Juvenis sanctitas uno non claudi poterat tumulo, & per orbem in dies effundebatur; Patres Societatis Jesu sustulerunt à communi sepulcro B. Aloysi Reliquias, & in alia repositas capsa parieti, nullo apposito signo, prope terram affixerunt. Hac occasione plures corporis partes acceptæ fuerunt, & in Indiam & Poloniam translatæ. Rursus ejusdem Societatis Patres, ex eodem loco educentes B. Aloysii Reliquias, in capsa plumbea repositas, in capellam S. Sebastiano dicatam, nullo item apposito signo, detulerunt. Quapropter cum fama sanctitatis magis augeretur, & miraculis effulgeret, & à diversis mundi partibus votivæ tabellæ transmitterentur; statuit Provincia Veneta Patrum Jesuitarum, in Congregatione Placentiæ habita; ac etiam Clericorum Synodus, Mantuæ congregata anno MDCIV, ut fel. rec. Clementi VIII pro B. Aloysii canonizatione supplicaretur. Dum hæc agerentur, Clemens VIII Pont. Max. excessit è vivis; cujus etiam successor Leo XI brevi temporis intervallo decessit. Itaque Sanctitati vestræ, tamquam uni, ex summis Pontificibus Maximo, rerum conditor Deus adservavit, ut mundo Pontificia auctoritate pretiosum hunc thesaurum exponeret. Atque ita anno MDCV benigne annuit, ut externum aliquod signum B. Aloysii sepulcro apponeretur. Quam ob causam ex supradicto loco in capellam beatæ Virginis, ubi nunc publice invisuntur, magna populi frequentia, sanctæ Reliquiæ translatæ fuerunt; & Franciscus Cardinalis Dietrichstain, B. Aloysii imaginem supra sepulcrum appposuit; Patres autem Jesuitæ, nonnullas votivas tabellas, quas usque in id temporis celaverant, publice inferendas parietibus affixerunt; ut deponunt in proc. Castell. Testes, VI, XI, XII, XIII, XXIII; & in Rom. II, VII, XVII, XXIV.

E

F

ac translationes ab anno 1598.

95 Ulterius Sanctitas vestra, propter Aloysii merita, veteribus novas adjungens gratias, jussit Vitam conscriptam à R.P. Virgilio Cepario, Aloysii socio, sibique ab eodem oblatam perlegi & revideri, ut majore munita suffragio in lucem aliquando prodiret, à tribus Illustrissimis S. R. E. Cardinalibus, Hieronymo Bernerio Cardinali Asculano, ex Ordine Prædicatorum, eminentis doctrinæ Theologo; Roberto Cardinali Bellarmino, cujus scripta satis superque illius virtutem testantur; & Hieronymo Cardinali Pamphilio, Vestræ Sanctitatis Vicario, & doctissimo olim Rotæ Decano, & Pœnitentiariæ Regente; qui

Vita cum titulo beati impressa anno 1605.

PER AA. ROTÆ. EX MS.

qui lecta & diligenter conſiderata ſupradicti Aloyſii Vita, inter ſe congregati decreverunt, dignam eſſe quæ prælis committeretur, & ita Sanctitati veſtræ retulerunt; quæ annuit, ut cum titulo Beati publicaretur. Ita deponunt in proc. Rom. idem Ampliſſimus Cardinalis Bellarminus, & in proc. Caſtellion. Ghiſonius, teſtis 11; P. Roſatinus, VI; & Excellentiſſimus Dom. Franc. Gonzaga, Princeps Imperii, XI teſtis.

Frequentia ſepulcri Aloyſiani probatur

96 Negari minime poteſt, quin frequentia ſepulcri, & fama ſanctitatis, multum conferant ad probandam alicujus ſanctitatem, ut colligitur ex illo Paralipom. lib. 2, c. 7: Elegi, & ſanctificavi locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempiternum; & Exod. 3: Ne appropies huc, ſolve calceamenta de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt; & Apocalypſ. 21: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis; & Geneſ. 28: Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Non enim credendum eſt, Deum permiſſurum fuiſſe, ut populus fidelis, in re ad religionem ſpectante, hallucinaretur & deciperetur; ut pulcre notant Doctores, *in c. 1. de Reliq. & vener. Sanct. Ubi Oſtienſis in princ. Io. Andr. n. 3, vers. Dicunt autem. Butr. n. 5, vers. Quæro quæ requiruntur.* Ubi dicunt quod, quando is, qui

B

ex anathematibus illi appenſis,

exiſtimatur Sanctus, nec tamen eſt, non facit vera miracula; ſed potius illuſiones & præſtigia, quæ vix poſſunt continuari ultra XL dies. Frequentiam autem ſepulcri ſatis, præter quam plurimas votivas tabellas ibi appenſas, probant quam plures teſtes ſuper articulis 44, & 45. in proc. Rom. videlicet, 1, 11, V, VII, VIII, IX, XI, XII, XV, XVI & alii; in Caſtellionenſi vero, 1, 11, XV, XVI, XVII, & alii quam plures.

ex donariis procul aliunde miſſis,

97 Et in ſpecie circa frequentiam ſepulcri, Antonius Maria Nazarius, X teſtis ſuper 44 art. & Anſanus Nacharinus, XVII teſtis ſuper 22, ambo Coadjutores ex Societate, & Sacriſtæ, deponunt, Magnum Poloniæ Marcſcalcum B. Aloyſio argenteam lampadem dono dediſſe; & alium, ſex candelabra ex ambra; & ex Polonia torquem aureum fuiſſe tranſmiſſum; multaſque eleemoſynas, pro Miſſis dicendis ad capellam, in qua ejus corpus requieſcit, offerri; & Galliæ Reginam B. Aloyſio lampadem ſcutorum mille tranſmiſiſſe. Inſuper Nazarius, X teſtis, ubi ſupra, deponit, multos S. R. E. Cardinales & Prælatos beati Adoleſcentis ſepulcrum inviſere, ac etiam Mantuæ Ducem & fere omnes Principum Oratores adfuiſſe. Fratrem Hieronymum Bernerium Cardinalem Aſculanum, ex Ordine Prædicatorum, virum religioſiſſimum, qui ſuis aulicis ſanctitatem Aloyſii commendabat, illuc ſæpe adveniſſe; Cæſarem vero Cardinalem Baronium tanta erga hunc Beatum devotione flagraſſe, ut ſæpiſſime illius ſepulcrum inviſeret: & genibus flexis ſæpiſſime iteratis vicibus terram oſculabatur; & ſemel, ut advertit idem teſtis, duodecim vicibus terram oſculatus eſt. Qui cum diſcederet, ô Sancte, exclamabat; ô Sancte! Hic vere beatus eſt. Deponit inſuper, eumdem Cardinalem Baronium, vix egredi valentem, imo à duobus adjutum, qui illum propter magnam imbecillitatem ducebant & ſuſtinebant, dictum ſepulcrum inviſiſſe; ibique fortiter ſuſpirantem oraſſe, & dum recederet dixiſſe: Ora pro me Deum, B. Aloyſi; & paucis poſt diebus è vivis exceſſiſſe.

C

ex viſitatione S.R.E. Cardinalium;

98 Famam vero ſanctitatis probari cenſuimus, per ſupradictos teſtes, ſuper dictis articulis 41, 42, & 43, examinatos; quibus addendum eſt quod anno MDCIV, XXI Junii in anniverſario B. Aloyſii die, P. Fr. Auguſtinus Perrettus, Regienſis, ex Ordine Prædicatorum, elegantiſſimum ſermonem, nunc impreſſum, Brixiæ in ejuſdem laudem habuit; & alium Mantuæ, item impreſſum, P. Fr. Zanobius Bocchus, ex Minoribus Obſervantibus. Cracoviæ anno MDCVI, alius ſermo impreſſus eſt cum hac inſcriptione, *Laudatio B. Aloyſii Gonzagæ Ferdinandi Marchionis Caſtellionenſis, Sacri Romani Imperii Principis, Filii.* Item Caliſſii eodem anno publicatum eſt aliud opuſculum hoc titulo; *Encomia, ſive Laudationes B. Aloyſii Gonzagæ.* Venetiis prælis data ſunt nonnulla carmina in laudem B. Aloyſii, cum ejusdem effigie, anno MDCVII. Aquilæ, Joannes Carolus Pica Aquilanus, de integerrimi Adoleſcentis laudibus Orationem conſcripſit, & prælis commendavit. Nonnulli iuvenes ex academia Studiorum, anno MDCXI quoddam opuſculum, ex verſibus Latinis & Italicis compoſitum, in Valle Tellina ediderunt, cum hac inſcriptione; *Ghirlanda miſtica, offerta al B. Luigi Gonzaga della Compagnia del Gieſù, gia Principe del ſacro Romano Imperio, Marcheſe di Caſtiglione.*

D

fama vero ſanctitatis,

ex panegyricis Aloyſio publice dictis & impreſſis,

99 Neque prædictis magna populi devotio acquievit, imo peculiares orationes ad auxilium B. Aloyſii invocandum poſtulavit, quæ illi conceſſæ fuerunt, & Mediolani publicatæ in hac forma. ANTIPHONA. *Elegi abjectus eſſe id domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* VERSUS. *Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti.* RESPONSORIUM. *Inhabitabit in atriis tuis.* OREMUS. *Deus qui B. Aloyſium famulum tuum, in primo adoleſcentiæ flore à ſeculi vanitate evocatum, in Societate Jeſu Filii tui ad ſummum ſanctitatis faſtigium perduxiſti; largire quæſumus, ut ejus meritis & interceſſione mundi vana ſpernentes, iiſdem quibus floruit virtutibus floreamus. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum &c.* Neque tandem omittendum eſt, quod Vita B. Aloyſii Italice jam ſexies impreſſa eſt; & præterea Polonice, Germanice, Gallice, Hiſpanice, Luſitanice, & Latine tradu-

E

ex devotione populi, & oratione propria, Beato recitari ab eo ſolita;

ex Vita, multoties ac multis linguis recuſa.

cta. Cardinalis Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis, cognoſcens, quam ingentem fructum Moniales reportarent ex lectione Vitæ B. Aloyſii, edixit, ut quælibet Virgo, quæ Monialis ſit Mediolani & in ejus diœceſi, inter libros ſpirituales teneatur ſecum ferre Vitam hujus beati Adoleſcentis.

F

CAPUT XIX.

Miracula IV *è proceſſibus ſelecta.*

Sanctitas hominum,

100 CHriſtianam angelici hujus Adoleſcentis ſanctimoniam, non nudam, & philoſophicam, aut nullo prorſus Dei teſtimonio munitam, proponimus; ſed glorioſiſſimis comprobatam miraculis, ubique terrarum fulgêre, demonſtramus. Nam cum vera ſanctimonia homines in perfectum Dei cultum transferat, atque is perfectus Dei cultus cenſeatur, qui cum Fide, Spe, & Caritate, ac omnium virtutum præſentia exhibetur; quo magis ipſa ſe attollit in Deum, eo magis divina luce perfunditur ac illuſtratur: quo plerumque fit, ut ad eam declarandam, atque hominibus commendandam, Deus cæleſtia miraculorum exhibeat teſtimonia. Id enim eſt divinæ in ſtrenuos milites benevolentiæ opus, ut eos non modo cælo, verum & orbe claros efficiat, qui ſe totos in Dei gloriam effuderunt. Neque enim dubium eſſe poteſt, quin Deus pleru-

rum-

A rumque, ad declarandam aliquorum ſanctimoniam etiam nunc dum hic vivunt, vel ad illorum poſt obitum gloriam, hominibus oſtendendam, ſigna ac miracula patrare ſit ſolitus. Nam & Elias, adhuc ſuperſtes, plurima Dei virtute ſigna edidit; & Eliſeus, nedum vivens, ſed & poſt mortem, miraculis à Deo illuſtratus fuit, ut Regum atteſtantur hiſtoriæ.

ut miraculis comprobari à Deo ſolet,

101 Exempla de aliis clariſſima leguntur apud Gregorium Turonenſem, Bedam, Paulum Diaconum, Joannem Caſſianum, Petrum Damianum, Symeonem Metaphraſtem & alios. Exempla etiam creberrima refert S. Auguſtinus *Retractationum libro* 1. Eodem modo Chryſoſtomus *contra Gent.* ingentia ad Babylæ martyris tumulum patrata miracula recenſet. Sed ne in antiquitate moremur, aſpiciamus ſub feliciſſimo Sanctitatis Veſtræ Pontificatu præclara Sanctorum miracula, quæ Deus ad eorum gloriam magis declarandam in dies gentibus exhibet. Ad nos quotidie per nuntios deferuntur patrata Mediolani miracula, ad S. Caroli ſepulcrum; & ad B. Andreæ Corſini, Epiſcopi Feſulani, monumentum. Videmus hîc Romæ ad S. Franciſcæ, & B. Ignatii Loyolæ

B Reliquias multa oſtendi teſtimonia ſanctitatis. Idem evenire audimus in Hiſpania ad ſepulcra

ita & Aloyſii, comprobata eſt.

beatæ Virginis Tereſiæ; venerabilis & numquam ſatis laudati, Thomæ de Villa nova, cognomento Eleemoſynarii, Archiepiſcopi Valentini; & Fratris Paſchalis Baylon; de quibus etiam tales extant relationes, ut illos Sanctitas Veſtra poſſit, quandocumque placuerit, in Albo Sanctorum deſcribere; prout S. Carolum, & S. Franciſcam feliciſſime, & magna omnium populorum celebratione, deſcripſit. Inter hos etiam annumerari poteſt angelicus adoleſcens Aloyſius Gonzaga, cujus ſanctitatem, morum candorem, & vitæ integerrimæ puritatem, ſequentibus miraculis rerum conditor Deus demonſtravit; quæ nos ex quam pluribus, quæ fuerant articulata, & ſuper quibus teſtes depoſuerant, examinanda ſuſcepimus & approbavimus.

MIRAC. I.

Curatio cancri

102 Florentiæ, Soror Angela de Carlinis, Monialis in monaſterio S. Mariæ de Angelis Burgi S. Fridiani, integro quadriennio in ſiniſtra corporis parte doloribus moleſtiſſimis divexata fuit: qui licet à ſummo ad imum eam afficerent, in brachio tamen & humero vehementius urgebant.

C Verebatur miſera, ex diuturnitate temporis & catarrhi effluxione, gravius malum, & timori reſpondit eventus. Siquidem anno MDC menſe Januario, noctu, vehementi deſtillationis & tuſſis impetu ſomno excita, & ſub ſiniſtra mamilla grave quoddam onus cum acerrimo dolore ſibi incumbere, partemque affectam intus rodi ſenſit:

in perſona Angelæ de Carlinis

cumque eam partem manu tentaſſet, comperit quoddam ovi magnitudine, marmoris duritie, quod cancrum eſſe exiſtimavit. Hinc dolor in illa parte eximius, carnis durities, & interna corroſio proceſſere. Languebat in hunc modum afflicta Angela, & domeſticas functiones ægre præ doloris magnitudine exequebatur; incedebat difficulter; ægre ſumebat cibum; ſomnum capere, ſiniſtro incumbens lateri, minime poterat. Tertius agebatur menſis, ex quo incrementum hæc ægritudo ceperat; cum eam alteri Moniali, juvenum moderatrici ac magiſtræ aperuit; quæ rem omnem ad Præpoſitam, vulgo Prioriſſam, detulit; & hæc, una cum nonnullis aliis Monialibus, ad infirmam acceſſit: factaque inſpectione; nec non dolore, duritie, ceteriſque effectibus exacte perpenſis, cancri eam eſſe ſpeciem omnes concluſere; cum & locus tali morbo conſuetus, nempe mamilla, & conditio perſonæ virginis monialis; & ſolita cancrorum occultorum magnitudo & durities, ſcilicet ovi marmorei; & effectus inde procedentes, ſcilicet intenſus dolor, interna corroſio, nocturnæ vigiliæ, aliarumque operationum vitalium, ac partium adjacentium læſio conſentirent: & præcipue, cum non multo ante tempore Monialis alia, in eodem monaſterio cancro extincta, eadem plane morbi ſigna dediſſet, parique morbo fuiſſet affecta. PER AA. RR. TT. ÆÆ. EX MS.

per attactum Reliquiæ Beati

103 Habebat una Monialium os quoddam digiti ipſius Aloyſii, cujus præclariſſimi Juvenis inſignem ſanctimoniam jam antea perſpectam habebant omnes. Petiit hæc à Præpoſita, ut correptam cancro partem ſacro hoc oſſe tangere ſibi liceret. Impetravit, ac tetigit; & confeſtim dolor exterior evanuit, interiore adhuc remanente. Crevit ea re infirmæ fides, pauciſque poſt diebus nondum à medico viſitata, nec ullo adhibito medicamento, orationi ferventi incubuit; & Aloyſium, ut ſanitatem ſibi impetraret à Domino, enixe rogavit; ſolitoque ardentius inſtitit, ne, ſi medicus, qui expectabatur ſuperveniſſet, morbumque curare cepiſſet, humano remedio ſanitas adſcriberetur. Percepit, in oratione perſeverans, hæc ſibi verba inſpirari: Tantam in precibus meis ſpem collocaſti; ac tam pie manifeſtationem gloriæ, quam mihi tribuit Dominus, deſideraſti; ut placuerit divinæ Majeſtati petitam tibi gratiam impertiri. Et ecce acerbiſſimo repente dolore Angela correpta eſt: quippe viſum eſt ei, ab injecta manu pectus ſibi aperiri, indeque magna vi cancrum, reliquumque malum omne avelli; ſtatimque omnis prorſus morbi moleſtia, & non modo cancer, ſed etiam tota illa ſiniſtri lateris infirmitas, qua jam quartum annum detinebatur, ita evanuit, ut ſana omnino & incolumis remanſerit. E

teſtimonio illorum, qui adfuerunt,

104 Placuit divinæ Bonitati de anno MDC hoc primo miraculo, B. Aloyſii toti terrarum orbi ſanctitatem oſtendere; de quo ſecundum prædicta deponunt in proceſſu Florentino ſuper 1 art. Soror Maria Pacifica, VIII teſtis, hujus ægræ tunc Magiſtra; Soror Euangeliſta del Giocondo, IX teſtis tunc temporis Prioriſſa; & ipſamet Soror Angela Catharina de Carlinis X teſt. Et qualificatur ex depoſitione Joannis Bapt. de Bonis I. V. D. primi teſtis in proceſſu Caſtell. qui deponit, ſe de hoc primo miraculo nuntium attuliſſe Marchioniſſæ matri, & Marchioni fratri angelici Aloyſii; & etiam ex depoſitione P. Vincentii Filliutii, XXIII teſt. in proc. Rom. qui deponit, quod tunc erat in civitate Florentiæ, & quod ſuper hujuſmodi miraculo vidit atteſtationes. Hunc autem morbum fuiſſe cancrum conſtat, nedum ex depoſitione dictorum teſtium, verum etiam ex atteſtatione duorum medicorum, tunc Florentiæ degentium, videlicet præclariſſimi Hieronymi Mercurialis, & Andreæ Turſii; qui affirmant, illud fuiſſe cancrum de genere occultorum: & idem ſenſerunt alii ſeptem peritiſſimi medici hujus Urbis, quorum nos judicium in re tanta exquiſivimus. Unde reſultat miraculum, præſertim, quia inquit Hippocrates Aphor. 38, cancrum occultum, etiam cum efficaciſſimis remediis, ſanari minime poſſe. Et propterea, cum ſanatio fuerit facta modo ſcripto, & ſit præter ordinem totius naturæ creatæ; manifeſte concluditur fuiſſe miraculoſam. *S. Thomas* 1 *par. q.* 110, *art.* 4. F

& multorum medicorum,

PER AA. ROTÆ. EX MS.

105 Pater Joannes Juſtinianus, è Societate Jeſu, dum in collegio Romano ageret, calculi morbo detentus, occluſo penitus urinæ meatu, ne minimam quidem lotii guttulam per undecim dierum ſpatium expellere potuit. Adhibita fuerunt varii generis remedia, olea, lavacra, fomenta, clyſteres, purgativæ potiones; ſed fruſtra. Deſperaverant medici infirmi ſalutem; turgebat inſtar tympani miſerandum corpus; fœtore moleſtiſſimo circumſtantes afficiebat. Decima jam dies agebatur, cum interno devotionis affectu ad viſitandum Aloyſii ſepulcrum, quod in ipſius collegii Romani eccleſia viſitur, Joannes excitatus eſt. Quo cum alieno ſuffultus adjumento, non ſine maximo labore, perveniſſet; humi proſtratus, beatum Juvenem, ut ſibi in extremis vitæ anguſtiis conſtituto opitularetur, quam ferventiſſima potuit oratione rogavit; quod ſi ſanitatem à divina potentia ſibi impetraſſet, ultra votivæ tabulæ affixionem, ſepulcrum ejus per annum integrum, dummodo ſcilicet Romæ maneret, quotidie ſe viſitaturum, & quinquies Orationem dominicam ac Salutationem angelicam; poſt annum vero, ſemel quoad viveret recitaturum, promiſit. Oratione votoque peractis, in cubiculum Joannes revertitur, perſiſtit, infirmitas ingraveſcit.

MIR. II. *Sanatio calculi in perſona P. Juſtiniani è Soc. Jeſu,*

B

106 Accidit ut illa ipſa die P. Baſilius Romanus, in eadem Societate Jeſu, miſeratione motus, ad Aloyſii ſe depoſitum conferens, enixis eum pro infirmi ſanitate precibus invocaret. Perſenſit hic internos motus, & quaſi inſpirantem ſibi Aloyſium; ut, morbum inſequenti die ante meridiem ſanandum, infirmo nuntiaret. Quod ut clarius intelligatur, placuit ipſius P. Baſilii verba tranſcribere. Perſenſi, inquit, & quaſi mihi dicentem interius Aloyſium audivi: Eia, meo nomine refer Fratri Joanni Juſtiniano, ut bono ſit animo, quoniam die ſequenti ſine dubio convaleſcet. Hanc ego vehementem & internam motionem, & quaſi mandatum intelligens; fere lugens ob teneritatem; certoque credens, Aloyſium valetudinem illi impetraturum; illico de ſepulcro ſurrexi, & in cubiculum ægrotantis me contuli, in quod numquam antea ingreſſus fueram durantibus morbi diebus, & dixi: Nomine B. Aloyſii bonum tibi nuntium afferens, venio; quod eſt, ut læto ſis animo, quoniam die ſequenti mane, illius interceſſione, priſtinam valetudinem ſine dubio recuperabis. Et uni ex præſentibus interroganti, cur ego dixiſſem, Joannem priſtinam valetudinem die ſequenti mane, non autem ipſo eodem veſpere, recuperaturum; reſpondi, B. Aloyſium mihi inſpirantem ſenſiſſe, ut dicerem, Die ſequenti mane; non autem, Hoc veſpere. Et hoc ob eam credo cauſam, quoniam B. Aloyſius in extremum id temporis illum reduci permiſit, ut poſtea miraculum operaretur. Et ita res evenit poſtera die, ut ante prædixeram.

interceſſore apud B. Aloyſium Baſilio Romano,

C

107 Nam Joannes, cum eſſet in extremo vitæ confinio conſtitutus, accepto mortis nuntio, dum ad illam jam accinctus ſacroſanctæ Euchariſtiæ Viaticum expectaret; maximo cordis affectu ad Aloyſium converſus, iterato præcedentis diei voto, quibuſdam ejus Reliquiis, ab alio ejuſdem Societatis Patre habitis, dexterum ſibi latus, aliaſque partes dolore affectas ſignavit. Et ecce, nulla penitus intercedente mora, calculum à latere avelli, & ad veſicam demitti ſenſit; eumque confeſtim, una cum urina, magnaque arenæ vi, lætitiâ plenus ejecit. Mirandum dictu, tanta fuit lotii expulſi quantitas, ut triginta librarum pondus æquaret. Convaluit ilico Joannes; & eâdem ipſâ die ad Aloyſii ſepulcrum Deo & interceſſori ſuo gratias egit; ac poſtridie, ſtupentibus quibus infirmitas innotuerat, per urbem pedes ambulavit. Hoc miraculum probant in proceſſu Romano dictus Pater Joannes Juſtinianus, IX teſtis; P. Baſilius Romanus, XIII; Antonius Maria Nazarius, X; & in proc. Caſtell. Franciſcus Roſatinus è Societate Jeſu, VI teſtis.

& applicatione Reliquiarum,

D

tam mira,

108 Hunc morbum divinitus B. Aloyſii precibus fuiſſe curatum, nullus eſt ambigendi locus. Statim enim morbi vis omnis de corpore pulſa eſt. Quod naturaliter fieri non poſſe, docet S. Thomas *parte* 1 *Sum. quæſt.* 110, *art.* 4. *Doctores in c.* 1. *de Reliq. & venerat. Sanct. in* 6. Et eo magis dicendum eſt miraculoſe ſanitatem fuiſſe reſtitutam; quia urina retenta in venis quinque diebus, ita corrumpit totum ſanguinem, ut quamvis poſtea excernatur, animal ut plurimum vivere non ſoleat ob putredinem contractam, quæ emendari non poteſt, ut Avicenna teſtatur, & experientia quotidie docet. Et Petrus Palius, *c.* 14. *de affectibus particularibus*, obſervavit, nullum ſervatum, etiam quod poſt ſeptimum diem mingat. Ratio eſt, quia ſeroſitas illa retenta intra venas, totam maſſam ſanguinis corrumpit, & febres continuas pravaſque generat. Hæc ille. At in hoc ægrotante, non ſolum ultra quintum & ſeptimum diem, verum uſque ad undecimum incluſive retenta fuit: ita ut procul dubio dicendum ſit, totum ſanguinem corruptelam ac putredinem contraxiſſe, quod evidenti indicio notum fuit; & quia totum corpus intumuit inſigniter; quod ſignum eſt urinam non modo per venas, verum etiam per ſpatia carnium fuiſſe diſperſam; & quia fœtor ex ejus corpore manabat, indicium certum putredinis; & etiam quia anhelitus gravis, & magna cum difficultate acceſſerat, indicium erat quod urinæ copia non ſolum omnes venas corporis, & ſpatia carnium, verum etiam pulmones, & loca cordi vicina ex regurgitatione occupaverat.

ut omnem naturæ vim excedat.

E

MIR. III. *Febris hectica octennii,*

109 Camilla de Ferrariis, incola oppidi Caſtellionis, febri hectica & phthiſi cum ſanguinis excretione per annos octo laboravit, & plurimis medicamentorum generibus fruſtra adhibitis, incurabilem omnino eam infirmitatem medici cenſuerunt. Cumque in hunc modum affecta, infelicem vitam afflictiſſima femina degeret, & in lecto decumberet morti proxima; evenit, ut quadam die mulier, quæ ad inviſendam illam acceſſerat, inter alios ſermones ad invicem habitos, ei narraret, B. Aloyſii imaginem, miraculis ad ejus interceſſionem editis adornatam, Româ ad ſe tranſmiſſam eſſe; quo intellecto, ut eam ad ſe mitteret, Camilla rogavit. Qua miſſa conſpectaque, cum non mediocri ſe pietatis incitamento moveri animadverteret, lecto eamdem affigi curavit: & convocatis domeſticis, quam potuit ferventiſſimis precibus Aloyſium invocans, ſtatuam ſe argenteam illi oblaturam, ſi à Deo ſanitatem ſibi impetraſſet, nec non Coronam, ut appellant, per annum integrum quotidie ſe recitaturam, promiſit. Mirum dictu! Votum ſecuta eſt ilico ſanitas: & nulla intercedente mora, omni plane febri morboque depulſis, priſtinæ ſanitati reſtituta eſt.

F

in Camilla de Ferrariis, facto voto, curata.

110 Hæc deponunt in proc. Caſtell. ipſamet Camilla de Ferrariis, VII teſtis; Jacobus de Ferrariis ejus vir, teſt. VIII, Laura de Ferrariis ejus filia, teſt. IX; Cornelia Settina ejus famula, teſt. X; Joachimus de Petrocchinis medicus phyſicus,

& plurium teſtimoniis comprobata.

A ſicus, teſt. XVIII. Hanc etiam ſanationem fuiſſe miraculoſam, tum ratione facti, tum ratione modi, nemo poteſt inficiari. Ratione facti; quia morbus ſupponitur fuiſſe phthiſis in ſpecie confirmata : & ita deponunt non modo teſtes, qui audiverunt à pluribus medicis, qui eam inviſerunt, dum ægra eſſet ; verum etiam conſtat ex fide medici, qui diligenter de natura morbi ægrotantem interrogavit. Quod ſi morbus fuit phthiſis, prorſus miraculoſa fuit ejus curatio ; cum phthiſis ſit totius corporis extenuatio cum lenta febre, conſequens ad inſanabilia pulmonis ulcera; *ex Galeno 7, Aphor. 16.* Quod ſi non fuit phthiſis, miraculoſa fuit curatio, ratione modi ; cum febris diuturna octo annorum, cum extenuatione totius corporis, & ex conſequenti cum debilitate virium magna, non potuerit naturæ viribus, aut alicujus alterius virtutis finitæ ope, tam ſubito removeri, & ita omnino curari, ut ægrotans penitus ſana, & ab omni libera ægritudine remanſerit.

MIR. IV. *Reſtitutio viſus*

111 Bernardus Folettus, adhuc adoleſcens, ex puſtulis, vulgo *le varole*, oculorum lumine captus fuit, & malum penitus inſanabile à medicis pronuntiatum. Cumque per annum cum dimidio
B in ea calamitate perduraſſet, à parentibus ad eccleſiam, de Saxo nuncupatam, ubi peculiari devotione & univerſali concurſu populi B. Aloyſius veneratur, perductus eſt ; & precibus ibidem, tam à genitoribus, quam à filio, ad eum ferventi cum devotione fuſis, priuſquam eccleſia Bernardus egrederetur, viſum recuperare, & objecta diſcernere cœpit ; adeoque exinde convaluit, ut non longo poſt tempore nobiliſſimi ſenſus acumine uteretur. Ita probant, ipſe Bernardus Folettus, teſt. LII, in proc. Vallis Tellinæ, Jacobus Folettus, Pater, LIII ; Magdalena, mater, LIV ; Jacobus Antonius Lanza, LV ; Actius de Beſte, LIX.

in perſona Bernardi Foletti,

112 Hoc factum continere viſûs reſtitutionem, clariſſimum eſt : amiſſio enim illius probatur per dictos teſtes, qui omnes concludunt ; & ipſemet Bernardus, qui viſum amiſerat. Quæ probatio videtur ſufficiens, cum habeamus depoſitionem ipſiuſmet infirmi & parentum, quos certum eſt fuiſſe plene informatos de infirmitate filii, per ea quæ notat Bartolus *in lib. Unica n. 5, c. de medic. valid. lib.* II ; & per conſequens, eſt præclariſſimum miraculum (cum à privatione viſus ad habitum videndi, non detur regreſſus) & plane ſimile
C illi, quod narrat S. Marcus cap. 8 factum à Chriſto Domino, dum ait ; Adducunt ei cæcum, & rogabant eum, ut illum tangeret ; & apprehenſa manu cæci eduxit eum extra vicum, & exſpuens in oculos ejus, impoſitis manibus ſuis, interrogavit eum, ſi quid videret ; & aſpiciens ait ; Video homines velut arbores. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos ejus ; & cœpit videre, & reſtitutus eſt, ita ut clare videret omnia. Ex quibus colligitur, quod primo aſpicere cœpit res in confuſo, deinde cœpit videre diſtinctius, & tandem reſtitutus eſt, ut clare videret omnia ; quod ex prædictis quodammodo evenit Bernardo Foletto, qui viſum, ut diximus, B. Aloyſii dono recepit.

ipſomet ac parentibus aliiſque atteſtantibus.

CAPUT XV.

Alia VIII *miracula ex iiſdem proceſſibus ſelecta.*

MIR. V.

113 CAtharina de Agita, incola loci de Burmio in Valle Tellina, ut vocant, quadam hernia in inguine affecta fuit ; adeo ſucceſſu temporis dexteri lateris inteſtinis inde exulceratis, ut cibus & medicamenta, per foramen ibidem natum, excernerentur. Quartum jam menſem ex hac infirmitate miſera decumbebat ; &, nihil proficiente medicorum cura, intra biduum triduumve deceſſura judicabatur. Quando, ut ad cæleſtia remedia confugeret, & Aloyſii opem imploraret admonita ; fide non modica ad eum converſa, oleo, quod in lampade ante ejuſdem imaginem in eccleſia S. Michaelis de Saxo ardebat, ulcus perunxit ; ſique ſanitatem ſibi à Deo obtinuiſſet, ſe pridie ejus diei, qua ex hac vita migravit, jejunaturam, ac ipſum obitus diem feſtum ſe habituram, promiſit. Et, ô efficaces apud Altiſſimum Aloyſii preces! ulcere confeſtim conſolidato, incolumis è lecto Catharina ſurrexit : & ſecunda tertiave poſt die, domo, ſicut ante morbum conſueverat, mirantibus omnibus, egreſſa eſt.

PER AA. ROTÆ. EX MS. *Curatio ſubitanea mortiferi ulceris quod inteſtina perroſerat,*

114 Hoc factum probant, ipſamet Catharina de Agita, LX teſt. in proc. Vallis Tellinæ, Sigiſmundus Julianus teſtis LXII ; Fabiana Sermonda, LXIII. Quod ut magis appareat fuiſſe miraculum, eſt advertendum ; quod, licet inteſtina eamdem cum ventriculo ſubſtantiam nacta fuerint, non tamen idem ſunt. Quare juſte reprehenditur Ariſtoteles à Galeno, 4, *de uſu part.* quod crediderit inteſtina non minus chili facere, quam ventriculum ipſum. Sunt itaque inteſtina, ad purgamentum potius, quam ad coctionem deſtinata : & convolutionem, adipem, longumque tractum, non ob alium finem habuere, quam ad fæces, humoreſque, ad ipſa confluentes, expurgandos ; qui humores ſi naturaliter ſe habuerint, ſine noxa excernuntur ; ſi vero vitium aliquod contraxerint, inteſtina ipſa exulcerant, perforantque ; ut accidit in prædicta Catharina ; quæ excrementa, medicamenta, & cibos, per ulcera fracturæ ejiciebat. Quod igitur momento temporis (medicamentorum auxilio amandato, quæ infectum humorem corrigerent, os clauderent, ac læſam partem inſolidam ſolidarent) ſola unctione olei lampadis, & B. Aloyſii invocatione, voto nuncupato, ilico morbus abſceſſerit ; excrementa præſcriptum à natura iter tenuerint, cibi inde exire deſierint, ulcera fracturæ ſanata remanſerint, ægra è lecto incolumis ſurrexerit ; miraculo adſcribendum eſt.

probatur fuiſſe miraculoſa.

E

115 Agnes de Caprinellis, à medio corporis
F uſque ad imum paralyſi correpta, motuque ac ſenſu ea in parte deſtituta fuit : cumque per decem jam menſium ſpatium tam calamitoſa infirmitate laboraſſet ; intellectâ miraculorum famâ, quibus in dies magis ac magis Aloyſii ſanctitas elucebat ; ipſa quoque ad eccleſiam, de Saxo nuncupatam, in Valle Tellina, ubi plurimâ frequentiâ fidelium ac devotione beatus hic Dei Servus veneratur, accedere deliberavit ; & geminis innixa fulcimentis, afflictum corpus ægerrime ad eccleſiam protraxit : ubi ante Beati imaginem conſtituta, eam reverenter veneratur. Advenit interim Parochus, eamque curvato corpore intuens, oleo lampadis pie inungit ad ejus inſtantiam. Vix oleo tacta, momento ejus corpus erigitur : fide non mediocri & ferventi oratione pergit perfectam incolumitatem petere ; aſſurgit hilaris, & omnino à paralyſi liberata, priſtinoque vigori reſtituta (ipſomet Parocho inſpiciente & admirante) exclamat, Miraculum ! atque unum ex fulcimentis, ad imaginem B. Aloyſii in ſignum miraculi appenſum, reliquit ; alterum ſecum reportat domum, in teſtimonium ceteris. Domum, per ali-

MIR. VI. *Sanatio paralyticæ.*

Agnetis de Caprinellis,

inſtantanea,

quot

PER AA. ROTÆ. EX MS.

quot milliaria inde distantem, pedes rediit, numquam fulcimento usa; quia meritis & intercessione B. Aloysii, alieno adjutorio non egebat. Ita deponunt ipsamet Agnes de Caprinellis, XXXIV testis in proc. Vallis Tellinæ; Catharina Rampona, XXXV; Ursina Moretta, XXXVI; Tengola de Caprinellis, LXXXV; Nicolaus Lungus, Parochus, testis I. Hoc fuisse miraculum, certum est. Nam cum medici, Hippocrates, Galenus, Aëtius, & Ægineta de paralyticis, dum de paralysi verba faciunt, eam provenire concludant ex materia, viam spirituum occludente, qua hæc puella vexabatur; & statim tacta oleo lampadis libera evaserit; atque id nec naturæ beneficio, nec medicamentorum operi adscribi possit; necessario tribuendum est Deo, qui supplicante B. Aloysio miraculum operatus est.

per oleum lampadis.

MIR. VII. *Liberatio energumenæ,*

116 Joanna de Tedoldis, dum quadam die agrestibus operibus detineretur, à spiritu maligno repente obsessa, & varie divexata fuit; signo insuper nigro, ad modum circini, ei in sinistra manu enato. Exagitavit possessum corpus miserandum in modum sathanas; ingressu ecclesiæ prohibebat; non victum quærere; non operi domestico vacare, permittebat: discurrebat amenti similis Joanna, & absonis impiisque sermonibus (ut arreptitiis mos est) utebatur. Adhibiti sunt per tres menses exorcismi: quibus non proficientibus, à Parocho fuit admonita, ut pro liberatione obtinenda Aloysii opem implorans, celeberrimam ejus imaginem, in ecclesia S. Michaëlis de Saxo Vallis Tellinæ constitutam, visitare promitteret. Promisit: & ilico dæmone expulso, à tam calamitosa tyrannide liberata est; signumque sinistræ impressum eodem tempore prorsus evanuit. Horruit Aloysii nomen diabolus, & ad juvenis castissimi preces fœdissimum immunditiæ patrem Deus ejecit. Hæc deponunt dicta Joanna de Tedoldis, testis XXXVII in proc. Vallis Tellinæ, Maria de Tedoldis, soror dictæ Joannæ, XXXVIII; Fabianus Cossongia, Parochus XXXIX.

B

voto nuncupato cum invocatione Aloysii,

117 Quod vexatio hujus mulieris non fuerit morbus naturalis, manifeste demonstrat signum illud nigrum, natum in manu in forma circini; solet enim diabolus, ut ait Martinus del Rio *lib.* 2. *Disquisit. Magicarum q.*4, alicui parti corporis stigma & characterem suum imprimere in signum possessionis, ut in suis mancipiis; sicut de Antichristo ait S. Joannes *in Apoc. c.* 39, illum impressurum signum bestiæ, id est diaboli, in fronte vel in manu suorum, ut bene notat Primasius, & Ansbertus ibi, & Hippolytus *in lib. de consummat. mundi*. Sicut etiam ex pacto cum dæmone alligatur signis diabolus, ut personam aliquam vexet, possideat, seu obsideat, ad finem à maleficis in maleficio intentum; & posito eo signo, ponitur obsessio; ablato, aufertur. Quare ex eo quod huic mulieri natum est nigrum signum in manu, apertum est, illam fuisse maleficiis obsessam; quod vero post tres menses, voto nuncupato signum disparuerit, & libera statim à vexatione remanserit, miraculo B. Aloysii est tribuendum, cujus intercessione Deus opera dæmonis dissolvit, ac penitus abstulit.

ostenditur divinitus facta esse.

C

MIR. VIII. *Curatio morbi articularis,*

118 Arsilia de Altissimis, Tiburtina, articulari morbo in manibus pedibusque tam graviter correpta fuit, ut his quidem incessum ægerrime patientibus, illis vero cuicumque penitus functioni inutilibus, non mali tantum diuturnitas, sed ceterarum quoque partium affectio timeretur; quod etiam inchoata alterius lateris offensio indicare jam videbatur. Consulti sunt medici, decreta medicamina, longo temporis tractu adhibenda; quibus tamen priusquam uti mulier inciperet, cælestia remedia humanis potiora ducens, *fusis ad tumulum precibus,* intimo cordis affectu auxilium ab Aloysio implorandum censuit. Accessit ad sancti Juvenis sepulcrum, & ingenti fide instructa, ut sanitatem sibi impetraret à Domino, enixis ab eo precibus postulavit. Et ecce, oratione vix peracta, tumor omnis ex humorum effluxione natus evanuit, dolor omnis abscessit, manibus pedibusque ad quæcumque munia & functiones expedite Arsilia usa est, & à morbo libera prorsus evasit. Hæc ita gesta deponunt in processu Rom. ipsa Arsilia de Altissimis, testis XVIII; Camilla del Prete, XIX; Julia Coccanaria, XX; Fabritius Coccanarius medicus, XXIII; qui ante paucas horas ægram inspexerat, eique exsiccantia medicamenta per dies XL suscipienda ex ligno sancto, & zarzaparilla (ut medicorum verbis utamur) præscripserat. Item P. Nicolaus Baldellus è Societate Jesu, ægræ Confessarius, testis XII; P. Guidus de Romanis è Societate Jesu XIV; Antonius Maria Nazarius, ibidem Sacrista, qui miraculo interfuit, è Societate Jesu.

D

obtenta.

E

119 Hoc Miraculum fuisse, satis apparet. Nam, ut inquit Galenus, 10 *de Medic. compos. per loca c.* 2; sunt omnes articulorum affectiones adeo difficilis curationis, ut fere incurabiles existimentur; nec sperandum est ad pristinam constitutionem, partem affectam exacte redire posse, nisi generosis ac extremis medicamentis, vel temporis diuturnitate. Quare cum prædicta Arsilia adeo hujusmodi affectione oppressa fuerit, ut nec cibum capere, vel aliam quamcumque naturalem operationem exercere posset, cum humoris copia omnes partes convulsas obsideret; ut ilico, nulla præcedente evacuatione, vel alio quocumque opportuno medicamento, integram valetudinem recuperaverit, nullamque deinceps læsarum partium molestiam persenserit, naturæ viribus haudquaquam concedi debet; ut Alexander, Hieronymus, & Amatus Lusitanus, existimant; atque ita divinæ clementiæ, Sanctorum suorum sanctimoniam declaranti, id totum debet attribui.

præter ordinem naturæ.

MIR. IX. *Ulcera inveterata,*

120 Bartholomæus de Molinariis, valde senex, tumore non parvo variisque ulceribus in dextero crure affectus fuit; quæ non dolorem tantum, verum etiam non mediocre illi in quotidianis functionibus exercendis impedimentum attulerunt. Expertus est varia remedia, quæ sanitati conducere videbantur; quibus non proficientibus, cum fere per XX annos eo malo laborasset, & per decennium à quovis medicamentorum usu jam destitisset; intellectâ insigni miraculorum famâ, qua per universam Vallis Tellinæ regionem Aloysius inclarescebat, celeberrimam ejusdem imaginem, in ecclesia de Saxo asservatam, se visitaturum promisit. Quo cum non sine labore, jumento vectus, perveniisset; precibus ad beatum Juvenem pro obtinenda sanitate fusis, oleo lampadis, ante imaginem appensæ, genu perunxit; & ilico dolore omni liberatus, validum se & integris crurium viribus restitutum sensit; domumque revertens, dena passuum millia (ea enim erat locorum distantia) sine labore pedes confecit; dimissisque tibialibus, tumorem omnem & ulcera (ne cicatricibus quidem relictis, quod maxime mirandum est) penitus evanuisse conspexit. Ita deponunt in processu Vallis Tellinæ Joannes de Molinariis dicti Bartholomæi filius, testis LXXIX; Margarita ejusdem filia, LXXXIV; Margarita, dicti Bartho-

F

oleo lampadis unc-ta,

ilico evanescunt.

A tholomæi fratria, LXXXVI. Hanc ſanationem præclarum fuiſſe miraculum, indubitatum eſt. Claſſicorum enim medicorum axioma eſt, quod ulcerum curatio eſt eorum exſiccatio. Quare cum Bartholomæus jam ſenex, paſſus ſit dictas plagas per tot annos, & ſine ullo medicamento manſerit ſpatio decem annorum & amplius, atque oleo tantum lampadis inunctus (quod naturaliter aggravandi morbum vim obtinet, quia humectat) unico die ſoſpes evaſerit, ſicut Alexander Talianus naturæ viribus id fieri poſſe negat, ita divinæ beneficentiæ in Sancto ſuo miraculum eſſe ſine dubitatione pronuntiandum eſt.

MIR. X. *Hernia pueri quinquennis,*

121 Nicolaus de Aneſis, quinque annos natus, hernia quadam & abſceſſu maximo inteſtinorum in ſcrotum, affectus eſt & intenſis propterea doloribus afflictabatur, & aſſidue lamentis & ejulatu domum implebat. Ejus pater, in arte peritus, per annum cum dimidio varia expertus eſt remedia ad eum liberandum: ſed irrita fuere omnia. Tandem chirurgum advocat, qui facta inſpectione, puerum non niſi ferro & inciſione poſſe ſanari pronuntiavit. Mater, pro periculi magnitudine filio timens, cum ad Aloyſii imaginem, in eccleſia de Saxo poſitam, deferre conſtituit, votoque ſpopondit. Detulit: & oratione quam potuit ferventiſſima, ut languenti filio opitularetur, beatum Juvenem rogavit; & à Parocho cum oleo lampadis inungi fecit; domumque reverſa, & inſpectione facta, puerum omnino à morbo liberum, & priſtinæ ſanitati redditum cognovit. Nam tumor reſederat, inteſtina ad ſuum locum redierant, ramex evanuerat, perfecte curatus erat, nec ultra eo morbo detentus eſt. Hæc deponunt in proceſſu Vallis Tellinæ Nicolaus de Aneſis, pueri pater, teſtis XLVII; Lucia, ejuſdem mater, XLVIII; Nicolaus Longus teſtis I & Parochus, qui eum inunxit; Fabius Biſoccius chirurgus, LXXX, qui eum inſpexit. Hic morbus ſecundum artem curari minime poterat, niſi per inciſionem, ut deponunt teſtes, & præſertim chirurgus; & propterea miraculum eſt evidens. Nam quæcumque ex ſpermate generantur, reciſa non reparantur, ut Aëtius docet: & tamen prædictus Nicolaus ſanitatem recuperavit oleo tantum lampadis, quod magis laxandi vim habet, quam conſolidandi.

omnem eludens artem,

B

oleo lampadis curatur.

MIR. XI. C

122 Martinus de Zanonibus, tertio ſuæ ætatis anno, tam gravi herniâ in ſiniſtra parte laboravit, ut tumor, ibidem ex humorum affluxione natus, pugni magnitudinem æquaret. Vovit afflicta mater, eum ad imaginem Aloyſii, in eccleſia de Saxo collocatam, ſemel quidem ſe delaturam; eamdem vero decies duodecieſve poſtmodum viſitaturam. Detulit puerum conjuge ſuo comitata mulier: utque ſanitatem impetrarent à Domino, fide ac devotione non modicâ conceptâ, Aloyſium rogaverunt; læſiſque pueri partibus oleo lampadis, ante imaginem appenſæ, peruncti, domum revertentes; itineris jam dimidio emenſo, filii inſpectione facta, tumorem herniamque omnem penitus evanuiſſe cognoverunt, nec ullæ in ipſo deinceps ejus morbi reliquiæ apparuerunt. Ita deponunt in proceſſu Vallis Tellinæ Jacobus de Zanonibus, pueri pater, teſt. XXXII fol. 60. Margarita de Abundio, ejuſdem mater, teſt. XIV fol. 43 Nicolaus Longus Parochus. Hoc etiam fuiſſe miraculum certum eſt, ex ſupradictis de ſanatione Nicolai de Aneſis.

Similis herniæ curatio in alio puero trienni.

MIR. XII.

123 Joannes Franciſcus Philippinus, adhuc infans, in febrim malignam incidit, & puſtulis, vulgo *le petecchie*, à ſummo ad imum coopertus fuit; inflato etiam gutture, ac geminis carbonibus tam peſtiferis in dorſo enitis, ut ſimul ac eos medicus conſpexit, actum eſſe de pueri ſalute pronuntiarit, matremque monuerit, ut longe ab infirmo, quantum fieri poſſet, maneret; eos enim carbones contagioſos eſſe, & XXIV horarum ſpatio ad certum interitum perducere. Confugerunt ad cæleſtia remedia parentes, & carbonibus Aloyſii dente contactis, eum ſuper infirmi corpuſculo poſuerunt; & ad effectum impetrandæ ſanitatis, filium ſe, nec non argenteam ejuſdem iconem, ad ſancti Juvenis ſepulcrum delaturos promiſerunt: & è veſtigio carbonibus exſiccatis, febrique & omni morbo depulſis, perfectæ ſanitati reſtitutus eſt. Ita deponunt in proceſſu Romano Joannes Bapt. Philippinus, Joannis Franciſci pater, teſtis XXV; Veronica de Curtis, pueri mater, XXVII; P. Stephanus Philippinus è Societate Jeſu, VII; Dominicus Capetus, medicus, XXVI. Hanc à morbo liberationem fuiſſe miraculoſam, colligitur ex brevitate temporis, quo ægrotus valetudinem adeptus eſt; nec non ex dicto medici, atteſtantis, infantem fuiſſe ſpe vitæ deſtitutum; quod non fuiſſet dictum à perito medico, niſi comperiſſet vires debilitatas; præſertim cum affirmandum ſit, puſtulas & carbunculos apparuiſſe ab excretione ſymptomatum, quæ letalis eſt, & maxime quia color puſtularum erat violaceus, ut patet ex dictis depoſitionibus; quod ſecundum medicos ſignificat extinctionem caloris, vel humoris pravitatem; & carbunculi fuerunt judicati, non ſolum pravi, verum etiam peſtilentes & contagioſi.

PER AA. ROTÆ. EX MS. *Curatio momentanea pueri,*

à medico depoſiti ob febrim malignam.

E

CAPUT XVI.

Validitas proceſſuum. Anacephalæoſis virtutum, & concluſio de ſanctitate Aloyſii.

Oſtenditur validitas

124 SUpereſt, ut agamus de validitate Proceſſuum, Romani videlicet, Caſtellionenſis, Florentini, & Vulturenæ vallis, quibus in hac Relatione uſi ſumus, in quibus examinati fuerunt teſtes CLVI. Quod dicti Proceſſus confecti fuerint à Judicibus, requiſitam ad hunc effectum juriſdictionem habentibus, non eſt ambigendi locus. Etenim Sanctitas Veſtra ad id deputavit ſacram Congregationem Rituum, ut patet ex Brevi ſub data Romæ XXXI Auguſti MDCVII: & hæc, ſub die XIX Januarii MDCVIII, ſubdelegavit [pro proceſſu Romano] præclarum virum Hieronymum Pamphilium S. R. E. Cardinalem, & Sanctitatis Veſtræ Vicarium, cum facultate ſubdelegandi: qui ſubdelegavit Reverendiſſimos Epiſcopos Patavinum & Salonienſem, cum facultate procedendi conjunctim vel diviſim, & ita ut quidquid unus eorum incepiſſet, alter proſequi, & terminare poſſet (ut in eodem proceſſu Romano fol. 4 & 7) qui receperunt teſtes XXVII, quos (excepto ſecundo, quo uſi ſumus pro adminiculo) rite receptos fuiſſe cenſuimus. De juriſdictione horum Judicum ſatis conſtat. Nam Congregatio delegata per Sanctitatem Veſtram potuit ſubdelegare (*ut in ſpecie dicit Jacobus Caſtellinus de Canoniz. q.* 8, *vers. Quæro juxta prædicta*) & cum non ſubdelegaverit totum negotium, potuit etiam concedere facultatem ſubdelegandi ampliſſimo Cardinali Pamphilio, *ut eſt doctrina Abbatis in c. Cum Bertoldus, n*, 25. *de ſent. & re judic.*

F

proceſſus Romani,

in quo obſervata fuerunt

PER AA. ROTÆ. EX MS.

125 Validitas autem examinis non poteſt controverti: quia teſtes fuerunt examinati prævio juramento (in quo conſiſtit ſubſtantia depoſitionis, *l. juſiurandi c. de teſtib.*) & ſuper Interrogatoriis datis per Promotorem fidei deputatum; qui licet non fuerit citatus ad videndum, jurare teſtes; non refert; cum in materia canonizationis ex officio procedatur, nec alicujus citatio ſit neceſſaria. *Jacobus Caſtellinus de Canoniz. Sanct. q.*8, §. *Quæro. per deciſiones Ægidii* 671 *& ſequentibus* Nec dici poteſt, quod contraria forma fuerit tradita in Brevi Sanctitatis veſtræ. Nam etſi in eo habeatur; *Articulis & Interrogatoriis datis, Promotoreque fidei adhibito, citatione legitima præcedente, teſtium prædictorum juramenta recipiatis*; ſtante tamen natura iſtiús judicii, dicendum eſt, quod Promotor fidei erat adhibendus, ut daret Interrogatoria; & teſtes erant citandi, ne poſſet objici, quod teſtes examini ſe ſponte obtuliſſent; non autem quod contra formam iſtius judicii Promotor citaretur. Verba enim generalia ex mente & ratione declarantur, ut bene ad propoſitum Oldradus, *Cons.* 148. *vers. Ad alia autem argumenta. Aymo, Cons.* 3 *in fine. Idem Oldradus. Cons.* 159, *verſ. circa tertium*. Et tandem examen fuit factum ad inſtantiam legitimi Procuratoris, videlicet R. P. Virgilii Ceparii, à Sereniſſimis Mantuæ Ducibus, & ab Excellentiſſimo Principe Caſtellionenſi conſtituti; de cujus mandato conſtat in eodem proceſſu fol.15. Et denique hic proceſſus legitime fuit exemplatus, & recognitus, & à ſacra Rituum Congregatione apertus, & nobis traditus.

omnia requiſita per Breve Apoſtolicum:

B

126 Eâdem die, prædicta ſacrorum Rituum Congregatio ſubdelegavit Fauſtum Paſtorium, Archipresbyterum Caſtellionenſem, Protonotarium apoſtolicum; coram quo triginta & tres teſtes, prævio juramento recepti fuerunt, ad inſtantiam Joannis Baptiſtæ de Bonettis, Procuratoris ſubſtituti in eodem proceſſu fol 31: qui depoſuerunt ſuper Articulis & Interrogatoriis, quos omnes (exceptis undecimo & trigeſimo) legitime examinatos fuiſſe concluſimus. Cum autem dictus Judex, morte præventus, proceſſum tranſmittere non potuiſſet, prædicta Rituum Congregatio ſubdelegavit Camillum Catanæum (ut in eodem proceſſu fol. 36) ſucceſſorem & novum Abbatem Caſtellionenſem, qui curavit proceſſum exemplari, auſcultari, & ſigillari; & ita fuit Romam tranſmiſſus, & à ſacra Rituum Congregatione recognitus & apertus, & ita nobis traditus. Unde inficiari nemo poteſt, quin hic etiam ſit validus & in forma probanti.

item proceſſus Caſtellionenſis,

C

127 Item ſacra Congregatio ſubdelegavit Reverendiſſimum D. Archiepiſcopum Florentinum, cui direxit litteras remiſſoriales, quarum vigore ad inſtantiam P. Emmanuelis Ximenes, Procuratoris ſubſtituti à R. P. Virgilio, qui hoc habebat in mandatis (ut in eod. proceſſu fol. 54) fuerunt recepti decem teſtes prævio juramento, qui tam ſuper Articulis quam Interrogatoriis depoſuerunt. Proceſſus vero fuit exemplatus, prævia auſcultatione, de mandato Judicis; ut patet in fine; & ſigillo munitus, Romam tranſmiſſus, & legitime recognitus à ſacra Rituum Congregatione; & apertus, & ita nobis traditus. Unde negari non poteſt, quin examen fuerit validum.

& Florentini,

128 Ex eiſdem rationibus cenſuimus proceſſum Vallis Vulturenæ eſſe validum, & in forma probanti, & teſtes rite receptos. Nam ſacra Rituum Congregatio, XXIV Octobris anni MDCIX, ſubdelegavit Proſperum Perandam, Archipreſbyterum Burmienſem: qui ad inſtantiam Martini, Curati Tirani, Procuratoris ſubſtituti, prævio juramento recepit teſtes LXXXVI, qui ſuper Articulis & Interrogatoriis depoſuerunt. Proceſſus vero fuit auſcultatus, clauſus, & ſigillatus, Romamque tranſmiſſus, & coram nobis legitime recognitus, ut in fine ejuſdem proceſſus originalis adnotatur per Joannem Viſetum, Notarium actuarium.

& Vallis Vulturenæ.

D

129 Hæc omnia, Pater Beatiſſime, ex Proceſſibus, in hac cauſa factis, deſumpſimus: propter quæ, vitæ ac morum excellentiam, & miraculorum poſt mortem patrationem, in B. Aloyſio eluxiſſe, concluſimus; excellentem autem ſanctitatem demonſtrari, non ſolum heroicis & ſingularibus quibuſdam virtutibus, quæ eum tum admirabilem, tum imitabilem reddunt; ſed etiam extraordinariis gratiæ donis, divinitus illi conceſſis, ad quæ nos aſpirare vix poſſumus, ut etiam optime Card. Bellarminus in Sermone, habito die anniverſario hujus Beati, adnotavit.

Vitæ morumque ſanctitas Aloyſii compendio repetitur.

130 Etenim B. Aloyſius, in ipſa pene infantia à Deo vocatus eſt; cum ceteri homines in pueritia, vel adoleſcentia, vel juventute, vel maturitate, vel ſenectute vocentur. Siquidem anno ſeptimo, qui eſt terminus infantiæ, vocatus eſt ad notitiam Dei, ad contemptum mundi, ad vitam perfectam, ut ſupra diximus; & eo anno præventus divino lumine, cœpit abjicere deſideria omnia ſecularia, & ſe ad vitæ Chriſtianæ perfectionem accingere. Nec fuit illa inanis & puerilis cogitatio, ſed omnino ſeria ac matura, ut perſpicuum eſt: cum in ea perſeveraverit, & creverit de virtute in virtutem uſque ad mortem. Maxime etiam ſuſpiciendum & venerandum eſt, quod non in angulo poſitus, nec ſegregatus in eremo, nec in clauſtro incluſus, nec elongatus à mundo; ſed inter delicias paternæ domus, in aula Magni Hetruriæ Ducis, ac Ducis Mantuæ, & aliorum Principum diu verſatus, & in curia Regis Hiſpaniarum per plures annos commoratus, in mediis mundi occaſionibus poſitus, periculis peccandi undequaque expoſitus, etiam cum peccatoribus & malis converſatus; innocentiam tamen in baptiſmate acceptam, & primam illam gratiam, & juſtitiam numquam amiſit, nec mortifero ſe peccato inquinavit: quod quanti præconii ſit, docent S. Gregorius, *lib.* 1 *moral. c.* 1; & S. Bernardus, *lib. de modo bene vivendi cap.* 60. Neque enim valde laudabile eſt, bonum eſſe cum bonis; ſed bonum eſſe cum malis: ſicut enim gravioris culpæ eſt, inter bonos bonum non eſſe; ita immenſi eſt præconii, bonum etiam inter malos extitiſſe.

Infans converſus ad Deum;

E

inter peccatores innoxius vixit,

F

131 Caſtitatis & virginitatis dono adeo excelluit, ut per totam vitam præventus gratia puritatis, ab omni inquinamento carnis & ſpiritus immunis fuerit; id eſt, non ſolum opere, ſed etiam cogitatione; cum numquam ſtimulum carnis in corpore paſſus fuerit, nec cogitationem ullam in mente impuram habuerit, ut ſupra probatum eſt. Quamvis enim multi ſint in Eccleſia Dei virgines, qui uſque ad mortem ita permanſerint; tamen qui immunes à ſtimulis carnis, & ab impuris cogitationibus mentis ſemper fuerint, haud facile alios reperimus; ſaltem, quod ſciamus, non legitur in hiſtoriis Sanctorum. Merito igitur Aloyſius Angelicus dici poteſt, qui angelicam puritatem habuit; & in medio ignis concupiſcentiæ poſitus, dono Dei non eſt æſtuatus; quod jure beatus Adoleſcens patrocinio Beatiſſimæ virginis Mariæ acceptum retulit, in cujus honorem puer no-

mente pariter & corpore ad mortem uſque caſtus,

venis

A vennis Florentiæ virginitatem vovit, ut dictum eſt.

132 Caruit inſuper diſtractionibus & evagationibus mentis, quod eſſe donum maximum omnes norunt, qui orationi vacant. Nihil enim moleſtius, ſed nihil frequentius, in oratione patimur, ut experientia docet, & ſancti viri teſtantur, dum de his mentis evagationibus conqueruntur, ut patet ex S. Bernardo, *ſerm. de triplici genere bonorum*. Et S. Auguſtinus *in pſalm.* 85, ait, ideo Deum vocari clementem, quia tolerat tot vagationes mentis, dum oramus. Et David, 2. *Reg.* 7, dum ait; Invenit, cor ſuum ſervus tuus ut oraret te; aperte ſignificans quod difficile eſt invenire cor ſtabile ad orandum, cum nihil eo ſit fugacius. At angelicus Aloyſius, ut figebat genua in terra, ita figebat cor ſuum in Deo, dum oraret; & adeo immobiliter præſentem Deum intuebatur, & ejus attributa divina contemplabatur, ut non ſentiret quid in ejus cubiculo fieret; ſi quis introiret, vel exiret. Et quod majus eſt, interrogatus aliquando ab Illuſtriſſ. Card. Bellarmino, tunc ejus Confeſſario, quomodo poſſet ita ſe componere ad orandum, ut per integram horam ad alia mentem non averteret; reſpondit, mirari ſe quomodo aliquis, adſtans coram Deo & orans, ad alia cogitanda poſſet averti, & diſtrahi. Putabat enim ille, hoc donum collectionis eſſe cunctis commune.

nullis inter orandum diſtractionibus obnoxius.

B

133 Miram autem apud Deum & homines Aloyſii ſanctitatem illuſtrat, quod princeps natus & primogenitus, ex Sereniſſima Ducum Mantuæ ſtirpe progenitus, ac plurium feudorum imperialium Dominus, ſponte & libere, contradicentibus parentibus & conſanguineis, ac ſubditis ægre ferentibus, facultate accepta ab Imperatore Rudolfo, marchionatum & omnia bona, ob amorem Dei, reliquit; ut mendicus & pauper Chriſtum ſequeretur: eique ſe in Religione dicavit. Licet enim multi Chriſtiani Principes legantur mundum contempſiſſe, & ſe Dei ſervitio in monaſteriis mancipaſſe; fuit tamen maximum noſtris temporibus Chriſtianæ virtutis exemplum Angelicus Aloyſius, qui clariſſimo Gonzagæ familiæ ſanguine progenitus, principatus dignitate ornatus, divitiis affluens, auctoritate potens, in ipſo adoleſcentiæ flore mundo nuntium remiſit, & ſeipſum obtulit Deo in Societate Jeſu, hoſtiam viventem & ſanctam, utique & Deo placentem; quia, ut ait S. Bernardus *epiſt.* 113, Minime quidem Deus eſt acceptor perſonarum, neſcio tamen quo pacto virtus in nobili plus placet: an forte quia plus claret?

Illuſtriſſimâ familiâ ortus,

abdicat ſe omnibus;

C

134 In hac Religione, priſtinæ ſuæ dignitatis ac nobilitatis oblitus, tam profunda claruit humilitate, ut omnium minimus & viliſſimus videretur. De ſua proſapia, familia, conſanguineis, numquam loquebatur; recumbebat ſemper in noviſſimo loco; laceras veſtes, quibus tegeretur, quærebat, hiſque contentus erat; ſæpe per Urbem oſtiatim mendicabat; viliſſima quæque munia domi obibat: libenter in culina & refectorio inſerviebat, & ſe omnium infimum reputabat; cum rudioribus & ſimplicioribus converſari eligebat; ſpecioſa omnia refugiebat; denique vilis & pauper cupiebat reputari, non humilis prædicari; ut ait S. Bernardus *in ſerm.* 16. *in Cant.*

humilitatis

135 Accedit ad hæc, quod, licet innocens eſſet, & numquam mortaliter peccaſſet, & carnem ſpiritui obſequentem haberet; nihilominus adhuc in ſeculo manens, in paterna domo, ita corpus ſuum caſtigabat & carnem affligebat, acſi maximus peccator fuiſſet, & pœnitentiæ operibus ad ſatisfaciendum Deo indigeret. Sæpius in hebdomada in pane & aqua jejunabat; ſæpe vix unciam cibi unica comeſtione edebat; ſurgebat media nocte in ſumma hieme & frigoribus ad orandum, & ſolo induſio tectus; ac præ frigore tremens, ſuper nudum pavimentum orando pernoctabat, & lacrymis ubertim fluentibus pavimentum madefaciebat; corpus flagellis, & etiam loris, ſeu catenis quibus canes alligantur, cædebat uſque ad ſanguinis effuſionem; & loco cilicii, quod tunc non habebat, calcaria ferrea, ad equos urgendos adinuenta, nudis carnibus adhibebat, ut ſtellulæ illæ teneris carnibus infigerentur. Et hæc atque ſimilia præſtabat, non alio magiſterio, quam dirigentis Spiritus ſancti; & adeo ſpiritum pœnitentiæ & mortificationis conſervavit per totam vitam, ut cum proximus morti in lecto jaceret, nec vires haberet ad ſe verberandum, petierit à P. Joanne Bapt. Carminata, qui tunc erat Provincialis, ut alius eum à capite ad pedes flagellaret; ac tandem, ut ſuper nudam humum ſpiritum Deo redderet; tam ſancto odio carnem ſuam proſequebatur.

& mortificationis

PER AA. ROTÆ. EX MS.

imprimis ſtudioſus.

136 Tandem plenus meritis, divino amore flagrans, ardens deſidero videndi Deum, & cupiens diſſolvi & eſſe cum Chriſto, cui ſervierat fideliter tam in ſæculo quam in Religione; dum infirmis in hoſpitali, contagioſo morbo laborantibus, ex caritate miniſtraret; morbum contraxit, contagio infectus; & ſic virgo, & veluti martyr, Eccleſiæ ſacramentis munitus, in contemplatione poſitus, ſpiritum reddidit ſuo Creatori, die xx Junii veſperi, uti prædixerat, inter ſecundam & tertiam horam noctis, anno MDXCI: & ejus anima, in cælum tranſlata, occurrentibus Angelis (ut credere fas eſt) & congaudentibus Sanctis de victoria, quam reportabat de dæmone, mundo, & carne, communibus hoſtibus, apte potuit reſpondere verba illa, quæ protulit Judith, *cap.* 13, cum, amputato capite Holofernis, victrix ad ſuos eſt reverſa: Vivit Dominus, quoniam cuſtodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, ſcilicet per creationem; & ibi, in mundo, commorantem; & inde huc revertentem: & non permiſit me Dominus coinquinari; ſed ſine pollutione peccati revocavit me vobis, gaudentem in victoria ſua, in evaſione mea, in exultatione veſtra. Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia ejus.

E

Moritur plenus meritis;

amore Dei flagrans,

137 Ex quibus legitime probatis, accedente inſuper fama ſanctitatis, per totum terrarum orbem diffuſa, ac populi Chriſtiani magna erga eum devotione ac miraculis, quibus divina omnipotentia illum illuſtrat; rite concluſimus, cauſam eſſe in eo ſtatu, ut Sanctitas Veſtra tuto poſſit, quandocumque libuerit, ſupradictorum Principum Chriſtianorum ſupplicationes, pro ejus canonizatione porrectas, audire; & B. Aloyſium, dignum Sereniſſimæ Gonzagæ ſtirpis germen, & Societatis Jeſu clericum, in Sanctorum catalogo deſcribere, ad laudem omnipotentis Dei, & ſanctæ matris Eccleſiæ exaltationem; & illum fidelibus populis, & præſertim Chriſtianis Principibus, & viris Nobilibus, nec non Juvenibus tam Religioſis quam ſecularibus, in exemplum virtutis ad imitandum proponere.

F

& dignus ut in Sanctos à Pontifice referatur.

Sequitur Sermo Card. Bellarmini ex ms. Romano, collato cum editione P. *Jacobi Noüet, curatâ anno* MDCLXXVIII, *in libello Gallico,* La vie de Jeſus dans les Saints, *pag.* 228. *Eſt editio illa nonnullis locis minus accurata, quam hæc noſtra. Habet enim ſolo num.* 1. *verſ.* 18 *&* 22, Reformationis, *ac* Solatur, *pro* Viſitationis, *&* Hortatur: *atque alibi alia.*

A. CARD. BELLAR. EX MS.

ANALECTA EX MULTIS PAUCA DE B. ALOYSIO GONZAGA.

CAPUT I.

Sermo Roberti Cardinalis Bellarmini, anno MDCVIII, *die anniversario Beati dictus in ecclesia Collegii Romani. Ex Ms.*

PARS PRIMA.

Exordium.

1 Dicturus aliquid ad communem consolationem & ædificationem, in hoc anniversario beati Fratris nostri Aloysii, argumentum desumpsi ex initio Epistolæ, quam hoc tempore legimus in sacrificio Missæ. Ejus Epistolæ hoc
1 Petri 5. est initium; *Humiliamini sub potenti manu Dei, ut*
B *vos exaltet in tempore visitationis.* Quæ verba ita proprie & accommodate conveniunt B. Aloysio, ut non casu, sed divina providentia in hunc diem incidere videantur. Exponam igitur primùm solita brevitate sententiam hujus loci; deinde ad vitam & virtutes B. Aloysii quam apte accommodetur, ostendam. *Humiliamini sub potenti manu Dei &c.* Apostolus Petrus monet nos omnes, futuram esse generalem quamdam visitationem, in qua visitator erit Christus; qui visitabuntur, erunt omnes homines; testes erunt, conscientiæ hominum, quæ tunc patebunt; finis visitationis, non erit reformare, corrigere, decreta & ordinationes conficere; sed erit exaltare humiles ad supremam gloriam, & humiliare superbos ad ultimam ignominiam. Ideo hortatur filios suos & dicit: *Humiliamini &c.* Sed singula verba consideremus.

Humilitatis quinque pecies,

2 Primo dicit, *Humiliamini*; quia in hoc verbo continentur brevissime omnia, quæ necessaria sunt ad salutem. Sunt enim quinque species humilitatis, accipiendo largo modo nomen speciei; & de omnibus intelligitur illud, *Humiliamini*. Prima species humilitatis est humilitas intellectûs, quæ proprie in fide conspicitur: non enim difficile est humiliare genua & reliqua membra, quæ ad nutum obediunt voluntati: sed humiliare intellectum ad credenda, quæ non intelligit, altissima humilitas est. Sed magis adhuc alta est humilitas, cum humiliatur ad credenda quæ videntur repugnare sensibus, ut cum jubetur credere, in Eucharistia esse quod non videtur, & non esse quod videtur. De hac humilitate scribit Apostolus; *Arma militiæ nostræ non car-*
2 Cor. 10. *nalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Sensus est, quod prædicatio, miraculis divinis confirmata, deprimit altitudinem superbiæ mentis humanæ, quæ extollit se adversus scientiam Dei, id est adversus notitiam revelatam à Deo; & adeo deprimit hanc superbiam, ut intellectum redigat in captivitatem ad obsequium Christi. Proinde fides est humilitas intellectûs, qui acquiescit veritati revelatæ, quam non capit nec videt: quia finit se tenere quasi captivatum vinculis auctoritatis divinæ, sibi prædicatæ.

prima est intellectûs in credendo;

3 Altera species humilitatis est ex parte voluntatis, diffidentia de viribus propriis, & confidentia sive spes in Deo. Magna enim humilitas est, cum homo, quantumvis doctus, & potens, & virtutibus præditus, non confidit in suis viribus, sed totus pendet ab auxilio Dei; & sperat quidem victoriam de omnibus tentationibus, & coronam gloriæ sempiternæ; sed non de se præsumit, sed de adjutorio Altissimi. D

altera est, diffidentia sui;

4 Tertia species est, obedientia, quæ similiter est ex parte voluntatis. Nihil enim aliud est obedientia, nisi subjectio voluntatis creatæ, ad faciendà omnia, quæ jubet voluntas increata. *Hu-*
Phil. 2, 7. *miliavit*, inquit Apostolus, *semetipsum, factus obediens usque ad mortem.* Ista autem obedientia non potest esse vere humilis & perfecta, nisi cum caritate conjuncta: *Qui diligit me sermonem meum*
Joan. 14 *servabit.* Et infra: *Qui non diligit me, sermones meos non servat.*

tertia, obedientia;

5 Quarta species est, patientia, quæ est in voluntate præcipue, sed respicit offensiones & damna, quæ inferuntur corpori, vel honori, vel opibus, sive nostris, sive nostrorum; & hæc virtus *opus perfectum habet*; ut dicit S. Jacobus; quia plus
Jac. 1. 4 est tolerare injurias tranquillo animo, & per hoc E subjici & humiliari inimicis, quam subjici per obedientiam Deo, & ejus Vicariis. Ideo Apostolus cum dixisset: *Humiliavit semetipsum factus obe-*
Phil. 1. 8. *diens*; addidit, *usque ad mortem, mortem autem crucis*, id est, factus est obediens usque ad patientiam gravissimæ pœnæ; & ad Hebr. cap. 5, *Didicit ex iis quæ passus est, obedientiam*, id est ex patientia crucifixionis & mortis, didicit per experimentum quæ sit obedientia perfectissima.

quarta, patientia;

6 Ultima denique est, ipsa virtus humilitatis proprie dicta, quæ est virtus qua homo ex vera notitia sui despicit se, & contentus est recumbere in novissimo loco. Itaque humilitas est, vera cognitio sui, qua homo cognoscit se nihil esse ex se, & quidquid habet, esse donum Dei, qui ita donavit ut possit etiam auferre; & denique cognoscit majora esse dona interna gratiæ & virtutum, quam externa honorum & divitiarum. Ex hac notitia homo despicit se, quia videt se nihil esse; & nulli se anteponit, sed omnibus postponit; quia non scit, an ille qui videtur inferior coram hominibus, honore, divitiis, scientia & similibus, sit forte major coram Deo, gratia & caritate; vel, si forte sciat, hodie aliquem esse in F peccato mortali; non tamen scit, an sit cras futurus sanctus; neque scit, an sit prædestinatus ad maximam gratiam & gloriam; ideo non audet ulli se anteponere, sed libentissime recumbit in novissimo loco, ut in loco qui sibi justissime conveniat; neque litigat umquam de præcedentia, etiam cum inferioribus. Hoc autem quod dixi de recumbentia in novissimo loco, intelligendum est semper in præparatione animi; re autem ipsa, quando id expedit ad gloriam Dei: alioquin enim debet unusquisque sedere in loco, qui gradui suo vel officio est assignatus. Hinc Dominus dixit: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde:* quia Mat. 11. 29. in corde debet semper homo se substernere aliorum omnium pedibus; sed externa actione debet sedere in loco suo; sed cum mansuetudine, ut promptus sit non resistere malo, sed vincere in bono malum. Ergo illud, *Humiliamini*, continet fidem, dilectionem, obedientiam, patientiam & humilitatem, quæ virtutes sunt necessariæ & sufficientes ad exaltandum hominem in die visitationis.

quinta est, humilitas ipsa proprie dicta.

7 Sequitur, *Sub potenti manu Dei*, quæ verba con-

tinent

tinent rationem, cur homo tutò possit & debeat humiliari: nam si hortaretur Apostolus, ut humiliaremus intellectum ad credenda quæ dicunt Philosophi, vel voluntatem ad confidendum in hominibus aut obediendum hominibus; non sine causa dubitaremus, an esset illi fides habenda; sed cum dicat, *Sub potenti manu Dei*, nulla ratio dubitandi remanet: tutissime enim possumus intellectum humiliare ad credenda quæ Deus proponit, qui potest facere majora quam nos intelligimus: tutissime etiam possumus in illo confidere, illi obedire, propter ejus amorem pati adversa omnia, illi denique penitus subjici, qui potentissimus & optimus est, & nullus ei resistere potest.

Humiliari hic debemus sub manu Dei,

8 Sed præterea significant hæc verba, necessarium omnino esse humiliari Deo, qui potest etiam inuitos cogere ad obedientiam; & nisi quis sponte ad tempus illi subijci velit, sive credendo, sive sperando, sive obediendo, sive tolerando, sive recumbendo in novissimo loco; potentissima manus ejus non ad tempus, sed in æternum inuitos cogit humiliari. Qui enim nolunt hoc tempore (quales sunt omnes hæretici) humiliari credendo, post mortem credent & contremiscent, B ut dæmones faciunt. Et qui nolunt humiliari de viribus suis diffidendo, & spem suam in Deo collocando, post mortem intelligent vanam fuisse præsumptionem suam, & inutiliter de viribus suis diffident. Qui etiam noluerunt obedire Deo ex caritate, cogentur obedire ex justa Dei vindicta: neque enim poterunt amplius furari, mœchari, occidere, deliciari &c. Et qui pœnas pro justitia tolerare noluerunt in terris, pœnas gravissimas pro iniquitatibus suis tolerare cogentur in gehenna. Denique qui noluerint humiliari sub pedibus Sanctorum ex virtute christiana, humiliabuntur sub pedibus dæmonum ex vindicta divina. Hinc patet, quanta sit cæcitas hominum, qui renuunt humiliari ad breve tempus cum spe firmissima præmii sempiterni; cum certo scire possint, humiliandos se esse in æternum in suppliciis gehennæ.

qui alioquin humiliabit postea inuitos.

9 Sequitur, *Ut vos exaltet in tempore visitationis*, hoc est præmium humilantium se coram Deo; & quemadmodum per illud verbum, *Humiliamini*, ostendimus significari omnes virtutes necessarias ad salutem; ita per hoc verbum, *Ut vos exaltet*, ostendere possumus, apte significari omnes par- C tes gloriæ & beatitudinis. Nam qui se humiliaverit credendo verbis Dei, exaltabitur ad visionem essentiæ Dei, quæ est altissima sapientia; ultra quam nihil est, quo intellectus ascendere possit. Ibi enim ad fontem sapientiæ satiabitur ille appetitus, de quo scribit Philosophus; *Omnis naturaliter scire desiderat*. Qui se humiliaverit diffidendo de suis viribus, & in Deo spem suam collocando; exaltabitur ad summam potentiam, ut jam nec cadere neque impelli, id est nec peccare, nec tentatione pulsari possit. Qui se humiliavit obediendo Deo & Vicariis ejus, exaltabitur ad imperium omnium creaturarum inferiorum, ut omnes ei subjiciantur. Qui se humiliaverit, patiendo pœnas & mortem pro gloria Dei, exaltabitur ad immortalitem & impassibilitatem, ut nihil ei nocere possit. Denique qui se humiliaverit recumbendo in novissimo loco, exaltabitur super omnes cælos usque ad participationem throni divini, juxta illud; *Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo; sicut ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus.* Apocal. 3.

Quibus honorum gradibus

compensetur humilitas in cælis.

CAPUT II.

A. CARD. BELLAR. EX MS.

Pars ejusdem Sermonis altera.

10 VEnio nunc ad B. Aloysium, in cujus vita perfecte invenio omnia humilitatis genera; ut inde sperare possimus, perveniisse eum ad exaltationem illam multiplicem, quam paulo ante descripsimus. Sed antequam ad ista communia veniamus, tria privilegia in B. Aloysio invenio, ad quæ adspirare non possumus. Primum fuit, quod vocatus sit à Deo ante primam horam. Ceteri enim, juxta parabolam vineæ, vocantur hora prima, vel tertia, vel sexta, vel nona, vel undecima; id est in pueritia, vel adolescentia, vel juventute, vel maturitate, vel senectute. Sed B. Aloysius vocatus est in ipsa pene infantia; siquidem anno septimo, qui est terminus infantiæ, vocatus est ad notitiam Dei, ad contemptum mundi, ad vitam perfectam: ipse enim mihi dicere solebat, illum fuisse annum conversionis suæ. Nam ante illum annum nescio quid cogitare cœperat de gloria militari: sed illo anno, ex mirabili respectu Dei, cœpit abjicere desideria omnia secularia, & ad perfectionem vitæ Christianæ se accingere. Neque fuit illa inanis & puerilis cogitatio, sed omnino seria & matura; ut perspicuum est ex eo, quod in ea perseveravit & crevit usque ad mortem. E

Tria B. Aloysii privilegia,

1, vocatio ante horam primam,

11 Alterum privilegium fuit, quod ita fuit præventus gratia castitatis, ut immunis fuerit ab omni inquinamento carnis & spiritus, id est, non solum opere sed etiam cogitatione. Et quamvis multi sint in Ecclesia Dei virgines, multi saltem casti ad longum tempus; tamen immunes à stimulis carnis nullos novi præter hunc beatum Juvenem; fortasse non desunt alii, sed mihi noti non sunt. Est vero hoc insigne privilegium, & longe majus quam sit donum resistendi tentationibus: quod vel inde manifestum est, quod Christus Dominus, cum tentari voluerit à dæmone, non tamen voluit de hac re tentari, multo minus internas suggestiones libidinis pati; neque permisit ut matri suæ sanctissimæ turpes cogitationes & stimuli carnales ingererentur. At qui carent stimulis, carent victoriæ coronâ. Verum est: sed si aliunde gratia & caritas augetur, feliciter illa jactura compensatur: quemadmodum qui numquam peccaverunt, ut Christus & beata Virgo, caruerunt sine dubio dono & merito pœnitentiæ; sed felix est jactura hujus doni & meriti, quæ dono innocentiæ & majoris gratiæ compensatur. F

2, castitas Angelica,

12 Tertium privilegium fuit carentia distractionum & evagationum mentis in oratione. Quantum hoc sit donum, norunt omnes qui orationi vacant: nihil enim molestius, sed nihil frequentius patimur. Sanctus Augustinus in psal. LXXXV dicit, Deum ideo vocari mitem, quia tolerat tot evagationes mentis dum oramus. Et ipse David cum ait; Invenit cor suum servus tuus ut oraret te; 3 Reg. 7 satis aperte significat, difficile esse invenire cor stabile ad orandum, cum nihil eo fugacius sit. Sed quod majus mihi videtur, est, quod cum aliquando ab eo quærerem, quomodo posset ita se componere ad orandum, ut per integram horam non averteret mentem ad alia; respondebat, mirari se, quomodo posset aliquis, adstans coram Deo, ad alia cogitanda averti. Itaque ille, sicuti figebat genua in terra, cum orare volebat; ita

3, oratio sine distractione mentis.

A. CARD. BELLAR. EX MS.

figebat cor in Deo, & adeo immobiliter Deum præsentem cogitabat, & cogitando intuebatur, ut toto eo tempore non sentiret quid in cubiculo fieret, si quis introiret vel egrederetur. Mittuntur enim frequentissime à Superioribus visitatores, ut cognoscant, an tempore orationis aliquis desit tanto operi: sed ille numquam advertit se visitatum fuisse.

Fides B. Aloysii

13 Sed his omissis quæ inimitabilia sunt, veniamus ad illas virtutes, quas sub nomine humilitatis contineri diximus; ut discamus, exemplo perfectissimi Juvenis, nos imperfecti senes, quæ sit via ad vitam: neque enim turpe nobis videri debet à juniore discere, qui super senes intellexit. Prima igitur est fides, quam humilitatem intellectûs esse diximus. In hac virtute quantus fuerit B. Aloysius, ex duplici exemplo discemus. Solebat ipse tam diligenter se ad sumptionem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti præparare, ut totam hebdomadam insumeret ad Communionem die Dominico percipiendam: singulis diebus certa pietatis exercitia perficiebat, quibus animam suam, tamquam thalamum sponsi, vel purgaret, vel ornaret. Hæc tanta præparatio argumentum certissimum est maximæ & firmissimæ fidei, quam de vera præsentia Domini in Sacramento habebat, quemadmodum negligentia præparationis, modicæ fidei signum est. Quod enim dicit Apostolus de iis, *qui confitentur se nosse* Christum, *factis autem negant*; in hujus Sacramenti indigna susceptione præcipue locum habet. Quomodo enim fieri potest, ut quis actuali fide certo credat, Dominum majestatis in eo Sacramento vere esse præsentem, & tamen imparato animo accedat, & distracto ac frigido corde tantum mysterium tractet?

in cultu S. Eucharistiæ,

B

14 Alterum, in quo maxima fides B. Aloysii elucet, est contemptus rerum præsentium: illi enim soli vere contemnunt præsentia, qui serio & perfecta fide credunt futura. Si diceretur, alicubi latêre ingentem thesaurum, & tamen multi audientes non moverentur ad illum quærendum; aliqui autem pauci continuo accurrerent, & relictis omnibus toti essent in eo quærendo; certe possemus dicere, priores non credidisse, quod audierunt de thesauro abscondito; posteriores vero credidisse. Sic igitur qui non laborant (forte etiam non cogitant) de vita æterna adipiscenda; non videntur credere, aut certe non valde credere, non actualiter & serio credere, esse post hanc vitam, aliam vitam, sine comparatione feliciorem: sed qui dimittunt omnia, &, ut Apostolus dicit, *ab omnibus se abstinent*, & totis viribus laborant ut Deo placeant; & ad bravium supernæ vocationis expediti currant; ii vere ostendunt se credere, quæ fides Catholica docet de vita beata Sanctorum, & de suppliciis impiorum æternis. Quam excellenter hoc B. Aloysius fecerit; patet ex eo, quod sponte dimisit temporalem Principatum, & ea quæ Principatum consequuntur, opes, honores, delectationes; & vitam pauperem & abjectam suscepit; ac ne forte dimisso temporali Principatu ad Ecclesiasticum principatum postea aspiraret, eum Ordinem religiosum elegit, ex quo non patet aditus ad Ecclesiasticas dignitates, nisi præcisâ obedientiâ, quod rarissime contingit.

& in contemptu rerum præsentium;

C

15 In secunda specie humilitatis, quæ est diffidentia de propriis viribus, & confidentia in Deo, B. Aloysius maxime enituit. Nam cum polleret tam insigni dono castitatis, ut supra diximus, tamen non audebat se ulli periculo exponere; atque adeo rigidus erat in castigando corpore jejuniis & pœnitentiis ceteris, acsi his remediis ad comprimendos carnis stimulos valde indigeret: & usque adeo diligens erat in fugiendo aspectu & familiaritate mulierum, ut ne matris quidem faciem intueri auderet. Denique in ultima ægritudine rogatus à me, ut pro sua vita longiore Deum oraret, negavit se id facturum; quia non sciret si diutius viveret, an perseveraturus esset in bono proposito; ita parum de suis viribus confidebat.

Diffidentia sui,

D

16 In tertia specie, quæ est obedientia, in caritate fundata, maxima B. Aloysii virtus apparuit. Nam primum, mandatis Dei & Ecclesiæ toto vitæ tempore ita exacte paruit, ut judicio Confessariorum; qui ejus generales Confessiones audierunt, quorum unus ego sum; numquam letale crimen admiserit, ac per hoc nullum præceptum violaverit. Peccata enim venialia non sunt proprie contra legem, sed præter legem. Deinde omnes gradus perfectæ obedientiæ in Religione ita conscendit, ut pro eo tempore, quo cum illo versatus sum, numquam viderim illum ad imperia Superiorum vel tristiorem factum, vel aliquid replicasse, exceptâ repulsâ in pœnitentiarum petitione; in his enim solis modeste aliquando replicabat, instantius flagitando mortificationes. Humiliavit ergo semetipsum ad imitationem Domini sui, factus obediens usque ad gravissimas mortificationes, quas non solum numquam recusabat, sed magno semper desiderio expetebat.

Obedientia,

E

17 Quid jam de patientia dicam, quæ est quarta species humilitatis? Primum magna parte vitæ suæ dolores capitis patiebâtur; sed patientiâ tam perfectâ, ut numquam quereretur. Deinde tanto fervore serviebat pauperibus in hospitalibus maximo suo labore & fatigatione, ut ipse etiam quodammodo miraretur: & mihi paulo ante suam ægritudinem, ex qua mortuus est, dixit, se omnino existimare, brevi se moriturum; dicebat enim ideo sibi dari tam ingens desiderium patiendi & laborandi in auxilium pauperum, quoniam parum temporis sibi supererat ad serviendum Deo in hac vita, & ad participandum calicem passionis Christi. Denique in ipsa ægritudine, quæ longissima fuit, summum patientiæ exemplum præbuit. Nam cum vix aliud in ejus corpusculo remansisset præter ossa & pellem, & ex diuturna cubatione plagæ in ejus lateribus natæ fuissent; tamen interrogatus quomodo valeret; respondebat hilari vultu, se bene valere.

Patientia,

F

18 Restat humilitas, quæ omnino in eo insignis fuit: ita enim recumbebat in ultimo loco, ut etiam Coadjutoribus temporalibus cederet: &, qui vix famuli ejus in seculo esse potuissent, eis locum digniorem concederet inter deambulandum per urbem. Vidi ego illum aliquando ad sinistram Coadjutorum temporalium in plateis: & sicut ejus humilitatem admiratus sum, ita postea seorsim Coadiutores officii admonui. Atque hoc quidem unum est exemplum de multis, nam tota ejus vita humilitas fuit. Optabat nesciri statum suum priorem; cupiebat viliissimas vestes sibi dari; ambiebat officia infima, atque imprimis illa quæ alii refugiebant, quale est officium erudiendi pueros in ultima schola, & similia. Et hæc quidem sine ulla affectatione, ut vere appareret, eum cupivisse despici, non humilem prædicari.

Humilitas,

19 Ad hæc omnia accedebat ingens desiderium vitæ beatæ, ex puro amore Dei. Hinc enim rogatus à me, ut supra dixi, ut oraret pro longiore vita sua, quoniam ego eum censebam, uti-

Desiderium vitæ beatæ

A utiliſſimum tantæ Juvenum multitudini, quantam in collegio habebamus; reſpondit: Pater, nullam majorem gratiam Deus hominibus præſtare ſolet, quam ut eos vocet de hoc ſeculo, quando in gratia ejus ſunt. Ego igitur, qui ex ineffabili dono ejus, fiduciam habeo magnam ſalutis, ſi nunc moriar; quomodo poſſum orare ut detinear in hoc ſeculo, ubi tot ſunt pericula & tentationes? Hinc etiam de futura vita Sanctorum libentiſſime loquebatur, & cum à me audiſſet, poſſe fieri, ut rectà poſt mortem evolaret ad Deum videndum; tanta lætitia repletus eſt nocte ſequente, ut, cum magnam noctis partem in cogitatione vitæ beatæ conſumpſiſſet, putaret breviſſimam illam contemplationem fuiſſe, & miraretur valde, cum cognoviſſet, totam fere noctem in ea fuiſſe conſumptam.

20 Hinc denique factum eſt, ut mortem non horreret: ſed ipſemet rogatus à me, ut moneret quando ſibi videretur tempus Commendationis a- *citra mortis metum;* nimæ; placidiſſime admonuit. Sed & ego totam Commendationem animæ legi, ipſo reſpondente ad ſingula, acſi alterius alicujus animam commendaremus. Et quid mirum, ſi anima tam pura, & quæ ab infantia Deo, tanta animi devotione

B ſervierat, in exitu exhilareſcebat? mortem non timebat? diſſolvi & eſſe cum Chriſto deſiderabat? Vere igitur credere poſſumus, eum qui ſic ſe humiliaverat ſub potenti manu Dei, fuiſſe exaltatum in die viſitationis ejus particulari; & rurſus exaltandum coram toto mundo, in die viſitationis generali.

21 Eſſe autem vere exaltatum ad viſionem Dei, admixtumque eſſe ſpiritum ejus ſpiritibus Angelorum & Sanctorum in cælo, præter teſtimonium *exaltatio ejus multimodal.* vitæ ejus, facile credere poſſumus ex teſtimonio divino tot miraculorum, quibus in omnibus terræ partibus coruſcat. Nam poſt beatum Patrem noſtrum Ignatium, & ſanctum ejus collegam Patrem Franciſcum Xaverium, non habemus alium quem Deus in Societate ita illuſtraverit, ut hunc beatum Juvenem; cum tamen plurimi fuerint in Societate viri perfectiſſimi, & Martyres etiam glorioſi. Sed complacuit ſibi Deus in ſervo ſuo Aloyſio: & ſicut ex utero matris eum ſibi conſecravit, ita poſt mortem voluit miraculis exaltare. Et nemo poteſt dicere Deo; Cur ita facis? Sed fortaſſe placuit Deo hunc præ ceteris exaltare, ut multitudo juvenum, non ſolum qui in

C Societate vivunt, ſed etiam qui ſcholas ejus frequentant, animentur ad perfectionem; & intelligant, nullam eſſe immaturam ætatem Deo, & poſſe etiam juvenes ad omnem perfectionum gradum adſcendere.

22 Reliquum eſt, ut Deo primùm gratias agamus, quod noſtris diebus tam inſignem lucernam ardentem & lucentem accenderit: deinde ut hoc *Epilogus.* tam præclarum lumen jugiter attendentes, ipſum ſequamur in hoc itinere caliginoſo: denique ipſum etiam pie invocemus, nos præſertim, qui ejus Reliquias poſſidemus, & qui comites ejus in hoc ſeculo fuimus; ut ejus interceſſione, quo ipſe præceſſit, ipſi quoque perveniamus. Amen.

CAPUT III.

Hymni & Odæ de laudibus Beati.

23 SOlutæ orationi Cardinalis Bellarmini ſubjungi poſſunt ligatæ aliquot diverſorum Auctorum; quorum duo hymnographi ſunt, eaque panxerunt, quæ aliquando videri poterunt digna, ut officio B. Aloyſii eccleſiaſtico inſerantur; quando licebit per Superiores eum Officio proprio honorare. Duo alii, alio metro, conſtantiam Beati in ſequenda vocatione ſua, atque ingreſſionem ejus in Societatem concelebrant. Hymnographorum primus, P. Philippus Rinaldi Italus, cujus pluries mentionem fecimus in præmiſſis, hymnum ſuum compoſuit ante annum MDCXV, quo ineunte exemplum ejus MS. miſſum fuit à P. Hieronymo Cittadini, ex Provincia Mediolanenſi, Romam ad *Hymnus P. Philippi Rinaldi;* P. Ceparium; ibique nuper à me inventum, hic poſteritati ſervabitur; atque eſt tale.

AUCTORE C. J.

24 Cæli terentem ſidera,
Choris beatis inſitùm,
Splendoribus circumfluum
Canamus Aloyſium.
Cæleſtis aulæ ſibilus
Vix molle pectus impulit,
Cum ſe tenellus ilico
Totum refudit in Deum.
Claro potentûm ſanguine
Cretus, coronas reſpuens
Et ſceptra, quæ tellus dabat,
Votis Iëſu ſtringitur.
Non ira, non vanus tumor, E
Mentem beatam perculit;
Nullam voluptas ſenſibus
Dum vixit, aſperſit luem.
In morte totus integer
Et totus in vita pius;
Purâ columbâ purior,
Dei volavit in ſinum.
Hoc, Aloyſi, de ſinu
Deprome quas perenniter
In indigos & ſupplices
Benignus effundas opes:
Per quas Patri ſit gloria,
Ejuſque ſoli Filio
Cum Spiritu paraclito
In ſempiterna ſecula. Amen.

25 Alter Hymnographus eſt P. Martinus Clairé, ex eadem Societate noſtra, natione Gallus, qui ſuis Hymnis eccleſiaſticis, novo cultu adornatis, atque anno MDCLXXX, editione tertia, Lutetiæ Pariſiorum impreſſis, ſubnectit per modum Appendicis Hymnos Sanctorum & Beatorum ex So- *alius P. Martini Clairé.* cietate Jeſu; Ignatii, Franciſci utriuſque, Xaverii & Borgiæ, Staniſlai Koſtkæ, & Japonenſium Martyrum, non minus metro quam rhythmo perfectos. De Aloyſio autem hæc canit. F

Ad Veſperas & Matutinum.

26 Infenſus hoſtis gloriæ,
Omniſque culpæ neſcius,
Et mollis oſor Curiæ,
Laudetur Aloyſius.
Alma juvante Virgine
Ex matris alvo ducitur,
Simulque ſacro flumine
Naſcens puer renaſcitur.
Primis ab incunabulis
Piæ loquelæ ſemina,
Caſtis fluunt labellulis
Jeſu, Mariæ nomina.
Summo dicatus Numini
Curas profanas abdicat,
Et ſe decennis Virgini
Per caſtitatem dedicat.
Deo trahente cælitus,
Sic mente pergit vivere,
Ut carnis expers ſpiritus,
Vel angelus cum corpore.

Hunc

AUCTORE C. J.

Hunc non honores ſeculi
Non magna tangunt nomina,
Non aulici, non ſervuli,
Non cara gentis agmina.
Sed hæc habens deſpectui,
Puriſque raptus gaudiis,
Adjunctus almo cœtui,
Chriſti meret ſtipendiis.
Uni ter almo Numini
Sit laus, decus, dilectio,
Sanctoque Jeſu nomini,
Sit laus & Aloyſio. Amen.

Ad Laudes

27 Domûs cupitæ limina,
Ut fauſtitatis culmina,
Videns & intrans ocius,
Triumphat Aloyſius.
Hic ſe quietus abdidit,
Et in Deo ſe perdidit:
Hæc ejus una functio,
Dei frui conſortio.
Unum, Deus, te cogitat,
Et corde toto flagitat.
Te non amet, non vixerit;
B Unum Deum ſic deperit.
Hinc lacrymarum flumina
Pandunt rigantque lumina;
Amoris undis mergitur,
Flammis amoris uritur.
Illo nihil perfectius,
Nihil fuit conſtantius:
Omni carens labecula,
Fit ſanctitatis regula.
Sibi tamen non æquior,
Sed uſque fit ſeverior;
Vexat, domat corpuſculum,
Cui non ſubeſt piaculum.
Non parcit ægris artibus,
Non abſtinet laboribus:
His vita ſenſim tollitur,
Et morte finis ponitur.
Uni ter almo Numini
Sanctoque Jeſu nomini
Sit laus, decus, dilectio;
Sit laus & Aloyſio. Amen.

28 Ita canebat, quem dixi, P. Martinus Claíré, ſed Antiphonas, Verſus & Orationem, quæ ad Officium etiam requiruntur, non addidit: quæque eſſe poſſint ſequentia.
C

Ad primas Veſperas

℣ Introibimus in tabernaculum ejus.
℟ Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus.
Antiph. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam.

Ad Laudes.

℣ Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti:
℟ Habitabit in atriis tuis.
Antiph. Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Oratio.

Deus qui beatum Aloyſium munditia mentis & corporis Angelum feciſti in terris, concede ut ejus exemplo ac patrocinio, per inquinamenta hujus mundi mundo corde & corpore gradientes, ad Angelorum cum ipſo pervenire conſortium mereamur. Per Dominum noſtrum &c.

Aliam Orationem, Mediolani initio ſeculi XVII editam, & à piis Aloyſii cultoribus legi ſolitam fuiſſe, teſtantur Auditores Rotæ in ſua ad Paulum V Relatione cap. 13, ipſamque ibi legendam proponunt.

29 Poëma quod ſequitur, Jacobi Wallii, eſt, Societatis noſtræ Flandrobelgicæ Archipoëtæ, in hac domo Antverpienſi Profeſſorum mortui grandæva ætate, nonaginta & amplius annorum, anno MDCXC. Poëma illud impreſſum fuit inter alia viri opuſcula, dimidio abhinc ſeculo, videlicet anno MDCLVI, Antverpiæ; & legitur libro I Lyricorum, Ode 3 ſub hoc titulo: *B. Aloyſius Gonzaga, poſt arduum cum parente certamen, Societatem Jeſu ingreſſus.* D *Poëma P. Jacobi Wallii.*

Exceſſit, & ſe major, & omnium
Gonzaga victor. Qua genitus domo!
Quot illa Torquatos, quot armis
Scipiadas, patriæque natos
Dedit Camillos, Caſtilionis
Stantes columnas! Barbaricas opes,
Curvaſque Tunetûm ſecures,
Et trabeas, Ducibuſque ſigna
Detracta teſtor: teſtor ad arduos
Affixa vectes roſtra, triremibus
Erepta, captivoſque currus,
Et galeas clypeoſque, centum
Perfoſſa telis. Sæpe dolens pater,
Duramque mentem flectere pertinax,
Tot ſculpta majorum tropæa,
Marmoricæ monumenta pugnæ,
Tot magna priſcæ nomina Mantuæ, E
Faſtoſque, vultuſque, & ſeriem Ducum
Narratur oſtentaſſe nato.
Sæpe preces gemituſque miſcens;
Per iſta, dixit; per generis decus
Et ſpem tuorum, per lacrymas meas
Matriſque, per ſiquid paternum
Grande tibi eſt, miſerere gentis;
Iſtamque, quæ te degenerem arguat,
Depone mentem. Non aliter tamen
Gonzaga ſe ſenſit paternis
Imperiis precibuſque flecti,
Quam ſi protervis obvia fluctibus
Immota ſtarent Acroceraunia:
Urſit per obſtantes propinquos
Pulcrum abitum generoſus heres,
Lætoque vultu limina flentibus
Obſeſſa liquit, ſic etiam pius
Mitiſque. Nec ſegnis tenaces
Rumpere ſervitii catenas,
Gemmas, & aurum, ſplendida vincula,
Exutus ibat, qua Pietas comes,
Rectumque, cognatuſque cæli
Traxit Amor, meliorque flamma.
Qualis juventâ fervidus igneâ F
Pompejus, armis prima crepundia
Mutavit, & pulcro ſubegit
Pene puer Numidas triumpho.
Deliberatâ non aliter fugâ
Domeſticarum fertur imaginum
Pertæſus, intentuſque cælo,
Diripuiſſe humeris amictus
Auro rigentes; paupere lætior
Tegi lacernâ. Vade, potens tui
Victor, triumphalique lauro
Adjice quod Latium, quod ipſe
Miretur orbis. Tu genus evehes
In majus: aras Romulidæ tibi
Ac templa ponent: te vocabit
Carolus indigetem, tuoque
Signabit aurum nomine, ſe tibi
Suoſque credens. Tu nova Mantuæ
Tutela, damnabis vocatus
Sæpe Ducem populumque votis.

30 *Carolum* hic intelligit Poëta, primum iſtius nominis, Mantuæ Ducem, qui pecuniam ſignavit imagine Aloyſii cum hac epigraphe *B. Aloyſius*

A *sius Gonzaga Protector Mantuæ*, ejusque urbis ac totius ditionis suæ patrocinium publico cleri ac populi consensu ei detulit; prout pluribus descripsi, & nummum ipsum excusum dedi in Commentario prævio §. VII. Eodem metro eumdem Beatum celebravit P. Leonardus Frizon, item noster, Poëta Gallus, libro 2 suorum Lyricorum, Parisiis editorum anno MDCLXXV; Ode 7, sub hac inscriptione, *Aloysius Gonzaga, S.R.I. Princeps, Religioso tirocinio se addicens*: eaque Ode, præmissæ Wallianæ prosecutio, videri quodammodo possit.

Jam vincla tandem rupimus aurea:
Tandem beatâ pauperie frui
Concessum; & optatas piorum
Jam teneo, mea regna, sedes.
Mecum esse, mecum vivere nunc licet,
Curasque Olympo tollere, sordidâ
Terrâ revulsas. Hîc silentem
Alloquio Deus ipse mulcet.
O meta votorum! ô Charitum Domus,
Denso furentis turbine Tartari
Concussa, sed major procellis,
Arx solido bene fixa saxo!
B Huc evolavi, certus ubi meæ
Nidus quieti. Nec gelido magis
Gaudet fluento, quem per altos
Præcipitem nemorum recessus,
Montesque vallesque ignea vis rapit
Cervum, volucri jam similem feram;
Collecta dum torvos anhelo
In colubros sitis ardet ore.
Non hîc venenis dulcibus ebria
Pestis, Voluptas. Ambitus exulat,
Dolusque, Luxusque, & nefandus
Arma Furor quatiens cruenta.
Heu tetra rerum nubila, & horridas
Monstra inter umbras! luctiferum Chaos,
Quantumque vel Memphi profanæ,
Vel Stygio incubuit barathro!
Æstu procaci lubrica volvitur
Fortuna: & Aulæ limina tristibus
Curæ catervatim frementes
Excubiis scopulosa servant.
Quo bracteatæ lumina Gloriæ
Offers, tuorum Mantua cantibus!
Evecta Cycnorum sub auras,
C Dives avis, opulenta natis?
Augusta cedant stemmata, purpuræ,
Fasces, coronæ. Mors Ducibus ferox
Insultat, extinguens Honorum
Funereâ breve fulgur umbrâ.
Marcêre lauros, pulvere sordidas;
Sterni colossos, exuviis graves;
Fatiscere arcus, & caduci
Fracta vides monimenta fastûs.
Victrice felix vel solidum manu
Lucratus Orbem; ludibrium hostibus
Si mox avernis, ferreoque
Mancipium recidas Tyranno;
Ventosa quid te Fama, quid inclyti
Terras per omnes vis juvet Imperî?
Tunc Principem immanes catenæ
Excipiant, rapidæque flammæ.
Suprema jam nunc præcipe tempora;
Occurre fatis: subtrahe perfidæ
Te Sortis, ac Lethi minantis
Arbitrio, fragilesque cælo
Reconde gazas. Pignora sic refer,
Parcos in usus credita, Numini:
Et sarcinis acer repostis

Arduum iter levior capesse.
Calles per arctos ire juvat, pede
Raro notatos. Irriguo micant
Vestigia Heroum cruore
Per rigidos animosa sentes.
Aspræ laborem meta levat viæ:
Mollit, supremo quæ radiat jugo,
Corona rupes. Hâc piorum
Signa gradu sequar irretorto.
Sceptro abdicato, vile tulit pedum,
E Rege Pastor; queis onus Imperî
Sedere visum, Carlomannus
Fessam humeris subiit bidentem.
Regni quid Heres Trinacrii potens?
Suavi coronam posthabuit jugo,
Sacramque projecto redemit
Pauperiem Lodoïcus auro.
Et tu, beatis æmule Mentibus,
Ignatiano confere te gregi,
Ganzaga (tot læto Sodales
Antevolant acuuntque cursu)
Sortem superbam, donaque Cæsaris,
Pericla prudens splendida fortiter
Fugisse. Fraternis opimus
Castilio * data præda curis.
Odi coruscæ insignia purpuræ,
Dum nuda tingit membra Dei cruor:
Christique me involvo decoris
Sordibus, opprobriisque jacto.
Jesum togatæ militiæ Ducem
Secuta gressu magnanimo Cohors,
In bella Tironem recepit
Sidereis agitanda telis.
Non Taurus illam, non Rhodopeïæ
Morantur arces, non Libycæ tenent
Syrtes, nec immensum utriusque
Terruit Oceani profundum.
Ignota priscis nomina seculis,
Gentesque Christi sub juga barbaras
Vocavit; & pulchro rubentes
Sanguine ovat retulisse palmas.
Hæc me perosum degeneres moras,
In castra blandis imperiis agit
Dux ipse Christus: cingit armis
Ipse suis, animisque firmat.

AUCTORE C. J.

E *Marchionatu Castellionensi cessit fratri.

CAPUT IV.

F

Collegium illustrium Virginum Jesu, sub patrocinio B. Aloysii Castellione institutum.

31 EX numerosa Augustissimi Ferdinandi Imperatoris I sobole; tres filiæ, Magdalena, Margarita, atque Helena, annos æternos in mente habentes, & amorem cælestis sponsi Regum nuptiis præferentes, sibique ac Deo seorsim vivere vitam, ab aulæ tumultu & seculi fastu remotam, cupidæ; nolentes tamen illam ordiri in aliquo parthenone religiosi cujusvis Ordinis, ne privarentur probatâ sibi longo usu institutione Patrum Societatis Jesu, constituerunt, novum sibi parthenonem excitare (locus ei electus est Hala, urbs Tyrolis) ibique una cum aliis, in societatem suam cooptandis Virginibus, nobiliter natis, Deo servire sub disciplina spirituali & rectione prædictorum Patrum; eisque propterea ibidem Collegium fundare. Ea de causa convenerunt per litteras OEniponto (ubi commorabantur) admodum R. P. Franciscum Borgiam Romæ, per id temporis Præpositum Generalem; qui

Ferdinandi Imp. filiæ tres

parthenonem sibi construunt.

AUCTORE C. J.

qui quam rogabatur facultatem fundandi Patribus noſtris collegium, volens lubenſque conceſſit. Exinde ſtatim emptæ Halis, accommodatæque ſunt ædes: cumque jam Virginibus ſuæ, ſuæque Patribus paratæ eſſent, *Secundâ ſacri Adventus Dominicâ, quæ in Nonas Decembris incidit, anni* MDLXIX (inquit Sacchinus in Hiſt. Societatis part. 3, libr. 5, num. 94) *Magdalena & Helena Reginæ* (Margarita jam ſanctè obierat, dum parthenon parabatur) *Ferdinandi Cæſaris filiæ, quæ in magna vitæ ſanctimonia perpetuæ ſe dederant integritati, OEniponto Halam commigrarunt. Quæ cum adduci nulla ratione poſſent, ut Societatis, ſub cujus adoleverant diſciplina, carere operâ vellent; cunctis opibus contenderunt, ut & illam ad ſe Halam advocarent*; ac poſterâ, ipſi S. Nicolao ſacrâ luce, aliquot Patres Reginas eò ſecuti ſunt.

ſub regimine Societatis:

32 Sive harum exemplo, ſeu aliter motæ, inſtituerunt, quadraginta fere pòſt annos, ſimilem parthenonem tres aliæ ſorores, principes & ipſæ virgines, Caſtellione Stiverorum in Mantuano Ducatu. Fuerunt illæ, Cynthia, Olympia & Gridonia, Gonzagæ; Rudolfi Gonzagæ, ſacri Romani Imperii, nec non Caſtellionis Principis, filiæ; B. Aloyſii noſtri neptes; de quibus non ſemel nobis ſermo fuit. Degebant illæ anno MDCVII diverſis in locis: Cynthia, natu major, cum patruo ſuo Principe Franciſco, Romæ, ubi is tunc Legatus erat Regis Catholici apud Paulum Papam V: Olympia, cum Margarita, Guilielmi Mantuæ Ducis filiâ, & Alfonſi Ferrariæ Ducis ultimi viduâ, Mantuæ: ubi & habitabat Gridonia, natu minima, in monaſterio S. Joannis, rectæ educationis gratia. Mortua eſt earum mater, Marchio Helena, anni ſequentis menſe Januario, placidiſſime ac toto animo in Deum projecta, poſtquam octiduo antè (uti ſcribit P. Pompejus Savazinus noſter in Vita Olympiæ, anno MDCXLIX Bononiæ impreſsâ, cap 5) apparuerat ei B. Aloyſius, & infirmam, quæ illum ſingulari cultu ſemper venerata fuerat, monuit de die & hora, qua excedendum ei ex hac vita eſſet. Sub hoc ipſum tempus, aut ſaltem initio ejuſdem anni MDCVIII, convenerunt omnes tres ſorores Caſtellionem; Cynthia quidem Româ, ubi divinitus inſpirata, conſtituerat, dedicare virginitatem ſuam Deo, ac novum quoddam ordiri Inſtitutum vitæ, Duce S. Ignatio, ſub rectione Filiorum ejus. Olympia vero Mantuâ (prægreſsâ jam ſorore Gridoniâ). Caſtellionem rediit, paulo ante ſolenne dierum quadraginta jejunium, annum ætatis agens decimum ſextum.

item aliarum, ſimiliter regendum

tres neptes B. Aloyſii,

B

C

33 Aperuit hîc Cynthia familiariter Olympiæ ſua ſenſa, quæ conceperat Romæ; & hæc, nuper Mantuæ meditata vitam religioſam in monaſterio S. Urſulæ, ſed ægritudine prohibita illam amplecti; facile in vota ſororis tranſiit: neque admodum difficile utrique fuit, ſororem Gridoniam juniorem in eadem vota trahere; quamquam illa tunc longe alia volveret animo, cupida comitari patruum ſuum Principem Franciſcum, ad aulam Regis Catholici propediem profecturum. Igitur omnes communi conſenſu, conſiliatore Virgilio Cepario, ceſſerunt ſponte ſua bonis paternis materniſque hac lege, ut duo conderentur Caſtellione collegia, alterum Patribus Societatis Jeſu, à quibus dirigi ſpiritu atque inſtrui volebant; alterum ſibi ſuiſque Sociabus, eamdem ſecum vivendi normam electuris. Et vero, die XXI Junii, qui B. Aloyſio natalis & Caſtellione ſolenniſſimus eſt, ejuſdem anni, exeuntes unà è palatio caſtroque Principis, ubi natæ erant, formare cœperunt cum aliquot aliis Virginibus & famulabus (omnes ſimul tredecim erant numero) novum Collegium, in palatio avorum ſuorum maternorum, qui, collocatâ in matrimonium filiâ ſuâ Principi Rudolfo, deinceps Caſtellione habituri, illud pridem emerant magnificeque extruxerant.

quæ, aulâ patrui relictâ,

D

34 Commoratæ hîc unà fuerunt, priuſquam habitum mutarent, menſes quatuor, variis operibus pietatis jugiter vacantes, ſeque novo quod meditabantur, Inſtituto parantes, directore P. Cepario: qui ea de cauſa evocatus, Româ Caſtellionem venerat; ac deinde leges conſtitutioneſque, quibus vita Virginibus in Collegio vivenda eſſet, ut erat rerum ſpiritualium ſcientiſſimus, prudenter compilavit. Indicant Patres, Savazinus, in Vita Olympiæ cap. 6; & Manzinus, in nova ſua compilatione geſtorum & miraculorum B. Aloyſii, lib. 4. cap. ultimo, impreſſam eſſe anno MDCXXII Bononiæ apud Joannem Paulum Muſcatellum, Informationem quamdam, quæ ſummatim complectitur novi Collegii ſtatuta & exercitia. Illam hactenus mihi non contigit videre: ſed uterque citatus Auctor inde non pauca retulere in ſcripta ſua locis indicatis; ex iiſque ſequentia deſumo.

in privatam domum concedunt,

collegium formaturæ, legiſlatore Cepario,

E

35 Hocce Collegium, inquit Savazinus, ſive Societas Virginum Jeſu, principium habuit *à conſenſu ſummi Pontificis Pauli V, obtento vivæ vocis oraculo, cum multis Indulgentiis*, à Principe Cynthia Gonzaga, quando nempe ipſa Romæ erat cum patruo ſuo, Legato Regis Catholici, & jam tum ſibi conceperat vivendi modum, juxta Inſtitutum Societatis Jeſu, in quo patruus ſuus Aloyſius vitam ſanctè peregerat & ſanctius conſummaverat. Addit Manzinus, Inſtitutum illud ab eodem Paulo V, *approbatum, laudatum, & benedictione Pontificia munitum fuiſſe*. Quæ ego ſic interpretor, ut Cynthia quidem talia Romæ animo ſuo agitans, ſenſa ſua Pontifici aperuerit, ejuſque aſſenſum obtinuerit: poſtea vero ejuſdem Pontificis approbationem, laudationem ac benedictionem, cum conceſſione Indulgentiarum, impetraverit in perpetuam ſtabilitatem talis Inſtituti. Porro diſciplinam ejus non multùm diſſimiliter deſcribit uterque Auctor, ut ſequitur.

approbato re Paulo Papa V,

Quales eò admittantur,

F

36 Complectitur hoc Inſtitutum ſive Collegium, Societatem Virginum, quæ ſint liberæ, noluntque hinc matrimonio jungi aut mundanæ libertati aſſueſcere; inde vero nolunt arctiori vinculo Religioſarum clauſuræ ſe adſtringere; præferentes medium vivendi modum in hoc Collegio; quod clauſuram non habet, quamvis omni parte clauſiſſimum ſit muriſque cinctum; ibique deſiderant vitam agere ſpiritualem & ſanctam, procul à ſtrepitu ac vanitate mundi, prout ferunt Conſtitutiones & Regulæ ipſius Collegii. Elegit illud Patronum ſibi in cælis B. Aloyſium Gonzagam: in terris vero protectorem habet Excellentiſſimum Principem Caſtellionis, qui pro tempore in ditione illa dominatur, & qui legitime ei ſucceſſuri ſunt. Præſidet Collegio una, quæ Prælata ſeu Antiſtita vocatur; cui proxime ſubjuncta eſt alia, quam appellant Miniſtram, invigilantem œconomiæ ac diſciplinæ domeſticæ. Præficitur quoque alia moderandis Novitiabus, & aliæ rebus aliis. Moderamen conſcientiarum eſt penes Patres Societatis Jeſu, quorum eccleſiam, quæ prope abeſt, frequentant Virgines; ibidemque ſacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ obeunt.

37 Domicilio ſuo indidere nomen, *Collegium Virginum Jeſu*; & hinc ſepulcro etiam ſuo communi,

A muni, quod est in prædicta Patrum ecclesia, insculpenda curarunt majusculis litteris hæc verba, *Ossa Virginum Jesu*. Quæ adscribi cupiunt atque admittuntur ad earum Societatem, debent loco nobili aut saltem honorato, & legitimo matrimonio natæ, corpore menteque sanæ, bonis moribus ornatæ, & ad pietatem proclives esse. Tempus probandi admissas annus est, sub institutione alicujus, ad hoc electæ ab Antistita, & probatæ virtutis, Magistræ, à qua accipiant præcepta morum, exercitiorum spiritualium, virtutum christianarum, atque abnegationis sui, tum internæ, tum externæ. Finito tirocinii anno, si se probaverint Collegio, constitutamque habuerint dotem & supellectilem necessariam, adscribuntur reliquis per Professionem, quæ istiusmodi est.

& quomodo probentur.

38 Primùm, emittunt votum castitatis perpetuæ. Secundùm, jurejurando promittunt, se victuras morituraque in sancta illa Virginum Jesu Societate. Tertiùm, promittunt Antistitæ loci, eique in officio successuris, obedientiam perpetuam, in sacello domestico sub sacrificio Missæ, coram sanctissimo Sacramento, ipsaque Antistita & reliquis Collegii Virginibus, secundum formu-

Earum Professio,

B lam ea de re præscriptam. Deinde simili modo, coram sanctissimo Sacramento tempore Sacrificii, bis renovant singulæ quotannis, testis videlicet Circumcisionis Domini & B. Aloysii, prædictum suum votum, jusjurandum, & promissionem; præmissâ recognitione triduanâ sui cujusque, per castigationes corporis, lectiones librorum piorum, orationes ac meditationes; quarum argumenta ipsis proponit & exponit ille è Patribus Confessarius, qui Virginum animabus ad salutem & perfectionem moderandis præest. Præterea quot heb-

Professionis innovatio,

usus Sacramentorum

domadis per annum frequentant tertium sacramenta Pœnitentiæ & sacræ Communionis, diebus nempe Dominica, feria quarta & sexta. Diebus sabbati incumbit singulis jejunare, uti & profesto B. Aloysii. Feriâ sextâ vespere abstinent à cœna, & flagellis in terga sua sæviunt omnes simul in sacello domestico, in memoriam Passionis Christi Domini: & similiter se flagellant in profesto prædicto. Feriâ quartâ abstinent à carnibus, ac vesperi permodice cœnant. Et hæc statuta, communiter servantur ab omnibus; præter alia jejunia corporisque macerationes & cruciatus varios, quos sibi quæque seorsim inferunt cum

& pœnitentiarum.

C approbatione Moderatoris, cuique, prout in Domino expedire animabus illarum judicat, talia permittentis.

Ordo domesticus

39 Ordo domesticus porro dietim talis est. Æstate quidem post septem, hieme vero post octo horarum quietem, ære campano signum dante, excitantur è somno. Inde post horam dimidiam, dato iterum signo, singulæ seorsim in cubiculo suo vacant orationi mentali per integram horam. Succedit statuto tempore signum, quo convocantur omnes ad officium B. Mariæ, id est, ad Primam, Tertiam, Sextam & Nonam; quas canunt simul in sacello domestico tardâ submissâque voce: lectoque dein capitulo ex libello de Imitatione Christi, concedunt unà ad opus aliquod manuale faciendum uno in loco. Versus meridiem monentur signo æris campani ad exigendam à se transacti eatenus diei & factorum suorum rationem per discussionem conscientiæ: & post quartam horæ partem, novo signo vocantur ad triclinium commune, religioso prandio reficiendæ.

40 Excipit prandium congressio familiaris & collocutio Virginum inter se per horam unam: tum recitant simul litanias Lauretanas beatæ Virginis Mariæ in sæpe dicto sacello suo: alteramque post horam quæ silentio & quieti permittitur, ibidem canunt modo prædicto Vesperas & Completorium B. Mariæ, iterumque, ut mane, conveniunt ad opus manuale; laborantque dum statutâ horâ signum detur ad Matutinum & Laudes ejusdem B. Mariæ, quæ ibidem in sacello canuntur: & in fine subjungitur, uti etiam post Vesperas, Commemoratio de B. Aloysio, sumptis Antiphona, Versiculis & Oratione ex Officio Romano communi Confessoris non Pontificis. Dimidiâ inde horâ signo dato vocantur ad cœnam, cui succedit hora congressionis, uti supra; tum Litaniæ omnium Sanctorum: &, recitato post hæc, Confiteor, dataque Absolutione, Antistita conspergit omnes aquâ benedictâ. Denique pulsato, ante & post examen conscientiæ, quod ut mane instituunt, ære campano; omnes cubitum concedunt. Hæc præcipue ex P. Manzino sumpsi, cui & sequentia debeo pleraque

Virgines aliquot illustres Collegii,

41 Quam carum Deo beatoq; Aloysio Patrono suo hoc Collegium sit, conjici potest consideranti ejus fortunatum principium & incrementum, & florentem, in hunc usque diem, primævi fervoris statum; nec non excellentem multarum, quæ ei nomina sua dederunt, tum sanguinis claritudinem, tum multo magis sanctimoniam vitæ. Aliquarum nomina, & præclara facta eximiasque virtutes recensetE Manzinus. Inter illas numerat Comitem Paulam Carminati, illustrissimorum Comitum Guilielmi Carminati & Franciscæ Veritâ, præcipuæ Nobilitatis Veronæ, filiam, Virginum Jesu habitum indutam anno MDCXVIII, quando à summo Pontifice concessa fuit Missa de B. Aloysio celebranda; mortuam vero in odore sanctitatis anno MDCLI, die III Septembris. Mortua ibidem est, post multarum virtutum exercitationem & insignem dolorum tolerantiam, anno MDCLVIII, die VIII Septembris Hieronyma Lollia, ex prænobili Brixiensium familia, patre Petro Lollio, matre Helena Sovardi prognata.

Paula Carminati,

Hieronyma Lollia,

42 Lavinia Serega, Comitum Pandulfi Seregi & Origæ Lavagnolæ, illustrium Veronensium, filia, adjunxit se eidem Collegio, singulari miraculo divinitus vocata. Desponsa namque à parentibus viro cuidam principi, jamque sponsalia cum illo celebratura, descendebat, mundo muliebri, ut tempus illud postulabat, induta, per

Lavinia Serega,

F scalas quasdam in locum, ubi sponsus cum multo Nobilium comitatu ipsam opperiebatur; quando in ipso descensu conspicit oculis suis Christum, ingentem crucem humeris ferentem; seque increpantem audit, cur amantior esset sponsi terreni, quam sui cælestis, illumque sibi, qui tam grave pondus amore ejus portabat, præhaberet? Constitit illa, spectaculo & increpatione trepida; moxque divinitus confortata, pedem refert, certa matrimonio abstinere; superatisque pectore plus quam muliebri, parentum insultibus ac hortamentis, ut fidem quam ipsi jam dederant sponso, firmaret; secuta est sponsum Christum in Collegio Virginum ipsius; illuc ingressa anno MDCXXXIV, XXIX Martii; & ibidem professa anno sequenti: atque ita deinde excelluit virtutum omnium laude, ut volentibus cunctis Virginibus præter ipsam, Antistita sit facta: obivitque id muneris cum summa subditarum utilitate & approbatione.

Olympia Bertonacci,

43 Mirifice laudatur Olympia Bertonacci, filia D. Hortensii, ejusdem cognominis, Castellionensis; & D. Hippolytæ Giugni, Mediolanen-

AUCTORE C. J.

sis. Amplexa Institutum illa fuerat cum ipsis Fundatricibus, priusquam Collegium Virginibus esset constructum; in eoque floruit ad aliarum exemplum præclaris quibusque virtutibus usque annum MDCLV, quo mortua est, die XXVI Aprilis. Inter alia scriptum invenio, de consonantia voluntatis ejus cum divina; dicere, imo contestari solitam fuisse, postquam inciderat in cæcitatem; si Deus potestatem sibi faceret recuperandi visum, aut manendi ut erat cæca; non electuram esse primum, nisi certo sibi constaret, id Dei voluntatem ferre, cui suam in omnibus rebus conformatam vellet. Splenduerunt singulariter in eodem Collegio, Isabella Ferrari, D. Joanne Jacobo Ferrari patre ac D. Camilla Bonfadini matre, Castellionensibus, nata; quæ mortem obiit MDCLVIII, XXIII Novembris. Aloysia Fracassini, à D. Joanne Jacobo Fracassini & D. Juliâ Tomasielli parentibus in lucem edita, atque anno ætatis grandævæ XCIV; Christi vero nati, MDCLXXIX è vivis erepta, mense Majo. Victoria, Marchionis Julii Comitibus Quidi di Bagno, & Claræ Arigoni, in Mantuana Nobilitate perillustrium, filia; etiam ipsa illustravit Collegium & natalibus suis & sanctâ vitâ, inde in cælum translata ut pie creditur, anno MDCXCVI. Atque hæc nomina illustrium inter alias sanctitate & virtutibus Virginum Jesu hic attexuisse satis esto: qui gesta scire cupit, adeat citatum Manzinum. Propius huc spectant gesta Fundatricum, B. Aloysii neptium, ad quæ pergo.

Isabella Ferrari.

Aloysia Fracassini.

B

CAPUT V.

De Venerabili Principe Cynthia Gonzaga, Fundatrìcum Collegii Virginum natu maxima, B. Aloysii nepte.

44 VEnerabiles sane faciunt Cynthiam sororesque ejus Olympiam & Gridoniam, quæ diximus in commentario prævio §. I, num. 6, de integritate corporum earum, postquam triginta plus minus annos sepulta fuerant; volente scilicet Deo, uti pie licet credere, per illam conservationem corporum, patefacere mundo integritatem animorum. Hinc pauca convenit de singularum gestis hic attexere, ut augeatur earumdem veneratio hæc legentibus, & per illas gloria beati patrui, quem sibi exemplum vivendi proposuerunt, &, qua potuerunt, imitatæ sunt. Ac primum de Cynthia, natu maxima. Hæc præcipua sororibus auctor fuit instituendi Collegii Virginum Jesu, de quo jam egimus: auctor quoque illis fuit & exemplum generosæ fortitudinis, in contemnendo blanditias mundi & voluptates carnis; aspernata videlicet oblatas sibi nuptias filii Proregis Bohemiæ; præ quibus adamavit castitatem, eamque, præmissâ apud P. Ceparium Generali peccatorum suorum exomologesi, consecravit Deo per votum perpetuò obligaturum. Hinc singulariter in tutela Dei fuit, ab eoque tam peculiaribus multiplicibusque donis cumulata, cælestibusque illustrationibus dignata est, ut præcipuis quibusque Sanctis Deoque singulariter dilectis, comparari possit: quod Ceparius dicere solebat, se testificatione sua posteris probaturum, si contingeret ipsam ante se mori.

Primaria Collegii auctor

C

Cynthia Gonzaga.

45 Inter alia dona obtinuit sublimem orandi modum, ad multas continenter horas, facilemque in rebus omnibus contemplandi Deum & cælestia perpetuitatem; qua conspicientium oculis videbatur in ecstasi perpetim versari, & conjungi Deo. Talis conjunctionis indicium cognoscere aliquando fuit, cum ipsa per cubiculum obambulans, meditabunda, manu tenebat simulacrum Christi crucifixi argenteum ponderis non levis, quod è rebus beati patrui sui unicum è seculo contulerat in Collegium, memoriæ ipsius monumentum. Stringebat autem illud tunc ad pectus, & per intervalla extendebat, sursumque tollebat ambas manus; manente, ut erat, simulacro supra cor ejus, nullo tenente, nullo sustentante, non secus acsi alligatum ei esset, quod nusquam erat. Aderat forte unà in cubiculo, Virginum aliqua, quæ rem insolitam mirata, ejus ipsam commonefecit. Cum illa oculis ad pectus demissis; Imo vero, inquiebat, vide & admirare: simulque manu simulacrum de sinu avellens, ipsum tenerè amplexata est, & lacrymis suis irrigavit, exclamavitque; O bonitatem immensam misericordiæ divinæ! subjungens verbis amore inflammatis alloquium ad Crucifixum suum.

D

Ejus oratio sublimis.

46 Deinceps vero tota incubuit ad imitationem Crucifixi illius sponsi sui, ejusdem cruciatus ac dolores in se experiri cupida, tum per voluntarias pœnas, quas à se exigebat ipsa, gestando asperrima cilicia, sæviendo in se flagellis cum multa sanguinis effusione, macerando corpusculum jejuniis tam continuis, ut sub finem vitæ cibo propemodum omni abstineret; tum per tolerantiam generosam, sustinendo viriliter amore Dei infirmitates, quæ ei frequentes acciderunt & sæpe letales; sustinendo itidem ciborum è ventriculo rejectiones, dolores capitis vix intermissos, aliasque plures miselli corporis ægrotationes. Elucebat quoque in Cynthia demissio animi summa, in omni rerum vicissitudine semper sibi similis cum summa caritate erga proximos, identidem exhibitâ in diuturno officio Antistitæ, aut potius matris amantissimæ, suis in Christo dilectissimis Filiabus. Non minor fuit fiducia ejus in Deum, tum aliàs sæpe probata mirabilibus eventis; tum sigillatim, quando vinum acidum, ad ipsam ab OEconoma allatum, ac tale ab ipsamet compertum, sola oratione & benedictione sua in optimum convertit. Obiit mortem, sanctæ vitæ suæ similem, die XXII Aprilis MDCXLIX; atque abiit in cælum, fruitura Deo, & gavisura gloriosâ societate beati patrui sui, quem moriens invocabat & voce & mente.

E

tolerantia cruciatuum,

caritas in proximos,

fiducia in Deum,

F

47 Hæc ita fere apud Manzinum, ut dixi, leguntur, pauca quidem Cynthiæ acta, sed illustria & eximiæ sanctitatis indicia. Plura de se ipsa conscripsit jussu Confessarii sui P. Ceparii, adhuc juvencula, præcipue de suo orandi ac diem transigendi modo, dum adhuc in seculo & aula patrui versabatur; item de sua ad sacram Synaxim sumendam præparatione, & post sumptam actione gratiarum. In primo scripto, quod in specimen huc adduco, mirabiliter exardescit in amorem orationis, & accurate prosequitur quid qualibet diei hora, & quo pacto, operetur: quæ talia sunt, ut collata cum exercitiis, Virginibus Jesu in Collegio quotidie obeundis, & Cap. superiore relatis, videantur mihi illorum exercitiorum prototypon esse, quod Cynthia, juvante Deo, tunc concepit ac in se expressit; Virginibus quas congregare meditabatur, proponendum. Servatur scriptum illud, propria Cynthiæ manu exaratum, in tabulario nostro Romano; ex quo libuit versionem hanc latinam facere, ad plurium utilitatem. Sic igitur scripsit.

Ejusdem de se scripta

jussu Confessarii.

A *Laus & excellentia Orationis.*

48 AD SEMPITERNAM SANCTISSIMÆ TRINITATIS GLORIAM. Quandoquidem mihi mandavit Reverentia Vestra, ut scripto consignarem id quod ego præsto circa utilitatis plenum sanctæ Orationis exercitium; exercitium vere utilissimum, dulcissimum, & glorioſissimum. Alio quippe nomine videor mihi non posse nominare tantam dulcedinem, quanta gustatur in sancta oratione. O vere felicem ac beatam animam illam! cui contingit versari in tanto gaudio & dulcedine amoris, omnis generis suavitatem ac delectationem afferente. Hei miseræ mihi! Et quî poterit vilissima peccatrix, anima quæ tantopere offendit Majestatem divinam, qualis ego sum, explicare delicias & gaudia, quibus perfunditur orans, inter colloquendum cum Amante suo & dulcissimo suo Amore? Nullus umquam id explicaverit. Ah Deus meus! si quis mihi conferret linguas creaturarum omnium, non modo quæ fuerunt, quęque nunc sunt ac deinceps erunt in hoc mundo; verum etiam quæ umquam produci ab infinita misericordia, bonitate, sapientia & potentia tua possint; nondum sufficerem explicandis quæ in o-
B ratione capiuntur deliciis: quia taliter in ea liquescit ac inebriatur amore anima, ut alîus rei cupidinem non habeat, quam in loco solitario perseverare solam, si fieri posset, ac adhærere conjunctam semper dulcissimo Amori suo; nolletque umquam loqui de alio, quam de suo Amante. Hæ profecto videntur mihi summæ deliciæ amantis animæ, quæ aliud non desiderat, cum sola est, quam frui amore, bonitate & misericordia dulcissimi sui Dei, atque uberiora cum ipso, à quo tantopere amatur, miscere colloquia. Delectatur eadem anima vehementer illorum congressibus, qui eidem dulcissimo Deo fideliter serviunt; videturque ei nulla esse major consolatio, oblectamentum aut voluptas, quam cum istiusmodi habere sermonem: atque inde experitur se magis ac magis succendi amore dulcissimi Dei sui.

horto fructifero comparatæ.

49 Jam vero ut de hoc sanctæ Orationis exercitio dicam aliquid (neque enim meum est, quæ vilissimus terræ vermis sum, de illa tractare ex merito) dicam tantummodo obiter, videri ipsam mihi horto persimilem esse amœnissimo, floribus fructibusque pleno; in quem si quis ingressus obambularet semper, neque florem carperet aut
C fructum ullum; parum profecto utilitatis inde referret, nisi forte lassata ambulando membra. Cum isthoc tali conferre mihi videor posse animam, qualis mea est, quæ per jucundissimum sanctæ orationis hortum incedit, in quo aliud videre non est quam exquisitos flores & fructus, ad ornandam, confortandam, atque amore inflammandam hanc animam aptos, carpendosque. Sed ego, iniquissima & ingrata creatura, eo redeoque per hunc fragrantissimum hortum; & sane non facio aliud. Miseram me! quæ multoties considero illos flores fructusque, & nullum lego; atque ideo exhibere nullum valeo: sed tantummodo cum gratia suavissimi Dei mei referam pauca, quæ mihi illic visa sunt, tamquam persona stupida aut potius ingrata. Verùm ut, quod mandavit mihi Rev. Vestra, agam; aggredior in nomine sanctissimæ Trinitatis, & sereniſſimæ Reginæ Angelorum, totiusque cælestis Curiæ, dicere, quomodo me exerceam obambulando per hortum orationis prædictum.

50 Primùm igitur ut expergiscor mane, operam do, ut prima cogitatio mea feratur in Deum ac Dominum nostrum, aut beatissimam Virginem, aut certe in Sanctos cælestis paradisi incolas. Deinde è lecto surgens, veneror sanctissimam Trinitatem, tertiùm recitando Pater noster & Ave Maria, atque orando, ut pro sua misericordia & bonitate mihi confortet memoriam, intellectum & voluntatem; memoriam quidem, ut ei pro beneficiis acceptis, & quæ quotidie citra omne meritum meum mihi præstat, possim grata esse; intellectum vero, ut possim discurrendo cognoscere clarius majestatem ejus; voluntatem denique, ut in omnibus illa semper consimilis conformisque sit placitis ejus divinis. Hinc recito Symbolum Apostolorum, additâ ad salutandum Reginam cælorum Dominam meam, oratione, Ave maris stella. Reliquo, quod inter vestiendum labitur, tempore, applico animum ad meditationem, quam instituere debeo; considerans, quî me cæli terræque Imperator expectet, quantâ coram eo comparere reverentiâ debeam; item quas mihi ipse gratias paret: atque his considerationibus intenta, sentio mihi nonnumquan deficere animum, ac breve tempus quo me tio, annus videtur, præ desiderio quo trahor ad deambulandum in hoc spatiosissimo horto sanctæ orationis, quantumvis ibi, quos maxime amo, flores fructuse nullos colligam: sed tamen fruor ibi pulcritudine & amœnitate loci, atque oblector mirifice contemplatione ejus: spero quoque futurum, ut Dominus meus, per immensam bonitatem & misericordiam suam, aliquando ad flores & fructus manum meam admoveat.

reverenter agendo,

E

desideria excitando,

51 Quin etiam videor mihi de floribus quidem aliquantum decerpsisse. Floribus quippe assimilo bona desideria, quibus anima cupit amare Deum eique servire, ac se illi perfectissime unire, & semper facere sanctissimam ejus voluntatem. Atque hæc desideria, fateor, habeo tam ardentia in oratione, amandi & serviendi magno, benigno ac amabili Deo meo, ut cogitatione vix assequi illa, nedum exprimere verbis possim. Et hæc mihi quidem videntur aliquid de floribus esse, quos colligo hoc in horto: sed fructus, heu me! nullos lego: fructus namque illi aliud mihi non sunt, quam executio talium desideriorum, quam segnities mea non operatur, cupio tamen.

Sanctorum opem implorando,

52 Posteaquam vestita sum, persolvo Exercitium quotidianum: addo tertiùm Salutationem Angelicam in honorem beatissimæ Virginis, ut me impertiatur sancta benedictione sua, ut me F tueatur ac liberet periculis, fallaciis, tentationibus tam animæ quam corporis, quæ impendêre mihi die illo possint; utque omnis cogitatio mea, locutio & operatio ejusdem diei totiusque vitæ meæ tendant ad majorem solius Dei gloriam; id quod votorum omnium meorum unicus finis est. Eadem rogo mox etiam Angelum meum custodem, recitando semel Orationem dominicam & & Salutationem angelicam; utque invitare pro me velit omnes sanctorum Angelorum choros, quò me comitentur atque adjuvent in hac sancta oratione. Nimia forem, si huc afferrem meas actiones gratiarum, oblationes & commendationes aliarum personarum apud Deum. Soleo illis impendere quartam unius horæ partem plus aut minus, prout me transportat amoris impetus. Frequenter affluo consolatione, dum Deo meo pro acceptis beneficiis gratias ago, præcipue quia me redemit pretiosissimo sanguine suo. Hoc quippe præcipuum est beneficium, pro quo illi grata esse quam maxime cupio, & cujus consideratione (quod Deus ipse, amore mei ingratæ ac

gratias agendo.

AUCTORE C. J.

Quomodo ad illam Cynthia se pararet, mane surgendo,

AUCTORE C. J.

sceleratæ peccatricis, volens lubens tam multa passus sit propriumque fuderit pro me sanguinem) suavius inflammor, quam ullâ alterius beneficii. Ah! Deus meus, carissimus & suavissimus, non sufficiat consideratio hæc ad movendum & succendendum amore tui cor meum, atque ad sustinendum omnia, quantumvis gravia, potius quam offendere te posthac? Verùm, hei mihi! Deus meus, cor meum multo durius est, quam durissimum marmor. Quamobrem, uti tu vides, Vita mea, non sum idonea, nisi ut offendam te & transgrediar mandata tua; neque capio, quî tanto me tempore sustinuerit terra, & sustineat adhuc, neque me absorbeat vivam, uti merita sum per iniquitatem & scelera mea. At at agnosco, suavissime Amor meus, quod, quando ego præcipue offendebam te ac tradebam te, ut alter Judas, tu præcipue erga me usus es misericordia tua: & quid dico, misera? me instar Judæ tradidisse te; pejor illo sum; quia ille semel dumtaxat tradidit te, & ego te iteratò. Factum esse, aut fieri non potest, Deus meus, ut fuerit olim in hoc mundo, aut futurus sit deinceps quispiam, tam iniquus atque ego sum. Quapropter supplex oro obtestorque, ut prius famulam tuam, quam contingat deinceps offendi te à me, etiam unius tantum verbi voluntario delicto, velis absorberi vivam à terra.

peccata detestando,

B

53 Nunc, ut ad institutum redeam sermonem, quando gratias ago Deo meo pro beneficio Redemptionis, non raro contingit, ut multo tempore admirer in memet ipsa, considerando quam sublimis sit excellentia bonitatis divinæ; in qua consideratione sæpe sæpius redundo gaudio & liquefio affluentia amoris. Interea volat tempus, & si me sinerem transferri à fervore, horam ut minimum integram (aspirante eadem gratia Dei) in consideratione illa insumerem. Saluto quoque continua serie omnes sanctos Patriarchas, Apostolos, Martyres, Confessores ac Virgines, committens me eorum patrocinio, & supplicans illas mihi ut impetrent virtutes, quarum video me præcipue indigere. Post hæc tandem concedo ad locum, ubi ingredi debeo meditationem; multumque allaboro, ut mentem in Deo & meditationis argumento collectam habeam. Qua in re plurimum me juvit consideratio hæc. Siquis aditurus esset virum summæ auctoritatis, Principem aut Regem, quanta solicitudine eò se pararet? Cogitaret utique & recogitaret, quid agere, qui alloqui Principem, quid dicere deberet, & in hac cogitatione versaretur totus. Jam vero si tanta præparatione animi adeunt homines Principem terrenum; quid agere debet, anima mea, quî se parare, ad alloquendum, non hujus terræ Principem, sed cæli terræque Imperatorem? Aliam utique cogitationem admittere talis non debet, quam quæ versetur circa sanctam, quam instituere parat, orationem.

bonitatem Dei extollendo.

C

54 Ah! Deus meus, bonus ac dulcis, qui fieri potest, ut anima tali tempore cogitationes suas aliò transferat, quam in id quod agendum est? Et tamen ego, illa ingrata, non semper meas eò intendo: intendo tamen aliquando, sed cum distractionibus & defectibus. Hoc interim verum est; quod ad gloriam Dei dico; simul atque me posui in loco orationis, petens à Deo veniam peccatorum meorum, & implorans auxilium à Regina cælorum & aliis quorum suprà memini, Sanctis; ita continuo à me fugiunt distractiones tentationesque omnes, ut tota mihi videar facta altera dum oro, quam ante fui. Quod siqua etiam cogitatio aliena mihi tunc veniret in mentem, non me abstraheret à diliciis, quas percipio ex suavi congressu cum Deo meo in oratione. Memoria quippe mea, intellectus & voluntas, tunc conjuncti sunt cum Creatore suo; in eoque anima mea fruitur quidquid dulce ac delectabile est; velletque inde divelli non posse. Ah! Deus meus suavissimus, tantam ego dulcedinem sentio, dum hæc scribo, quantam in ipso sanctæ orationis exercitio soleo: quod plane tam admirabile est, ut explicare, ego saltem, non valeam.

Orat sine distractione,

D

55 Ex quo cœpi operam dare huic sancto orationis exercitio, jam annus est, & permissum mihi fuit ei impendere horam unam ac dimidiam quotidie: principio, fateor, hora una mihi videbatur justo longior; tantumque, ut plurimùm, afferebat tædium, ut ante desinerem orare quam illa effluxisset, quia nullus mihi in illa sensus erat: & si quando applicabam animam argumento alicui bono, tantis ille continuo distrahebatur cogitationibus alienis, ut nihil cogitare boni posset. Hinc principio me tædebat orationis, ratam, oleum me atque operam perdere. Imo horrebam eò accedere, metuens ne pro cogitationibus bonis mihi venirent malæ. Et crediderim, malas ideo mihi crebriores à dæmone injectas fuisse, quia videbat me hac parte meticulosiorem. Verum hæc dæmonis astutia non longe processit, miserente mei miseræ peccatricis Majestate divina; quæ perspectam habens magnam miseriam meam, potenti manu sua mihi opem tulit. Præcipuum mali remedium mihi fuit, aperire ilico Patri meo spirituali quid agitarem mente. Is namque consolatus afflictam, negavit timori cedendum, aut cogitationes malas magni faciendas esse: quia dæmon, ut astutus est, istiusmodi cogitationes menti ingerit, ut animam turbet inquietudine, suadeatque deserere stationem orationis: quemadmodum vere tentabat me; meâque cessissem statione, nisi me Deus meus periculo illo per suam misericordiam liberasset.

postquam tentationes dæmonis

Patri suo spirituali aperuisset,

E

56 Oratio mea mentalis quotidiana versatur circa Euangelia currentia, aut circa festivitates Sanctorum ut occurrunt, aut circa Passionem Domini: jamque per Dei gratiàm illius argumentum mihi paro ac meditor, nullius indiga instructione. Quantum orationi spatium temporis quotidie, nixa genibus impendam, affirmare equidem certo nequeam, cùm eò animum non attenderim: soleo ut plurimum, quando recte valeo, de genibus orare diebus singulis horas quaternas aut quinas circiter. Aliàs enim, pro ut res fert, plus ei temporis, aliàs minus do; semper tamen cupida ei dare quantum possum. Utque singulatim dicam aliquid; si forte intra diem labor in noxam aut defectum aliquem, procido, ubi primum licet, in genua, veniamque delicti Deum humiliter rogo. Similiter genu flexa gratias ago eidem Deo meo, quoties per diem novo aliquo me afficit beneficio. Denique in omni oratione mea conor de genibus alloqui Deum; quia iste situs præ ceteris reverentiam mihi conciliat ac pietatem; illoque mea sibi mens præsentior est, majorem sentit delectationem, & afficitur tenerius: tunc paupercula mea anima nollet ne quidem respirare, si posset fieri, ut perfectius frueretur voluptatibus, quibus affluit in conspectu Creatoris sui, profectis ex abundantia donorum ejus: cumque se ita à Deo præventam conspicit, hæret sæpe admirabunda ob tantam in se, omnium indignissimam, bonitatis divinæ excellentiam.

Quî se haberet tempore meditationis

F

57 Sed in his omnibus deliciis utcumque afficiatur

A ciatur anima mea, ſemper tamen & ſuper omnia inflammatur ab amore dulciſſimi ſui Dei, videturque tum ſibi liquefieri tota amore illo; tam ardens videlicet eſt deſiderium quod ſentit, amandi atque placendi illi cui tantum ſe cognoſcit debere. Tunc temporis infundit illi benigniſſimus & amabiliſſimus Deus cognitionem bonitatis, benignitatis & miſericordiæ ſuæ: moxque anima in ſe converſa, ſuamque pro tam eximiis donis ac cæleſtibus deliciis intuita ingratitudinem, obſtupeſcit intra ſe, & neſcia quò recurrat in tempore tantæ felicitatis ſimul & doloris (felicitatis, inquam, ob affluentiam gratiarum cæleſtium; doloris vero, ob cognitam ſibi miſeriam & ingratitudinem ſuam) tandem convertit ſeſe ad cælorum Reginam, eamque obteſtatur, tamquam miſericordiæ matrem & peccatorum advocatam, ſui ut miſereatur, gratiaſque divinæ Majeſtati reddat pro tanto ejus in ſe miſeram amore, ſicque non omnino ingrata illi maneat pro beneficiis acceptis. Nonnumquam igitur ita fui in oratione affecta ſuavitate & amore Dei, ut anima mea mihi videretur liqueſcere tota. Nonnumquam illa, quaſi è corpore rapta, immobilis inhærebat Deo, tanta amoris ſuavitate, Deoque amantiſſimo plena, ut explicando non ſim, præ magnitudine ſuavitatis ac dulcedinis, quam ingenerat animæ conjunctio talis cum ſuo amabiliſſimo, benigniſſimo, & pientiſſimo Deo; optatque illa æternum ſic conjuncta cum illo manere, in jucundiſſimo horto orationis ſanctæ.

& quibus fruatur deliciis.

B

58 Hæc eſt vera porta, qua intratur ad alloquium Regis cælorum, obtinendumque ejus gratiam ac dona. Hîc ille, tamquam pater piiſſimus miſeretur miſeriarum noſtrarum; & tamquam dominus amantiſſimus, liberaliter effundit beneficia ſua; tamquam medicus benigniſſimus, ſanat infirmitates noſtras balneo ſui ſanguinis pretioſi. O! vere pretioſum juxta ac ſuaviſſimum balneum, quo quæ lavantur animæ noſtræ, mirabiliter dealbeſcunt.

Orationis utilitas,

59 Nunc ego nulla ſane alia re, ſi modo liceret, occupari aveo quam oratione. Nullâ enim aliâ totius mundi delectari nunc (quæ gratia Dei eſt) poſſum: quin imo quidquid mundus offert & caro aliis venditat, averſor, & meram vanitatem ac ſtultitiam reputo; nec capere ſatis queo, quî anima mea mundo illi, qui omnium miſeriarum vallis & fallaciſſimus eſt, tanto tempore immerſa fuerit. Ah! dulciſſime Redemptor, bone Jeſu, quantùm me illuminaſti per ſolam benignitatem & gratiam & miſericordiam tuam! Quanto majores delicias affert animæ lacrymula una, amore tui elicita; quam voluptates mundi poſſint ſimul omnes! ſi tamen in hac valle miſeriarum deliciæ poſſint eſſe ullæ. Mihi certe videtur, O Vita mea cara & dulciſſima, totum quod mundus dat, merum toxicum eſſe occidendis animabus noſtris. Ah Dominus meus & Deus meus! Si hic explicare deberem illuſtrationes, quibus mihi tu notas feciſti miſerias mundi hujus; certa ſum id fieri à me non poſſe. Tu noſti ſolus cor meum, quod tanto amore impleſti, quo ſerviam atque amem te, ut, ſi omnia regna, divitiæ deliciæque, quæ in hoc mundo ſunt, quæque mundi capere infiniti poſſint, mea forent, iis me amore tui libens abdicarem. Noſti quoque tu, mi Jeſu, amor meus, vita mea, verumne ſit an ſecus, quod dico, nolle me alia regna, alias divitias aut delicias præter te. Veræ enim divitiæ ac deliciæ ſunt ſervire tibi. Et quo modo anima, quæ tibi ſervit, cuique tu ſuaviter communicas delicias tuas, & amanter inſpiras quid ab ea velis, poſſit porro inhærere hujus mundi quiſquiliis? Hæ namque mera illi amaritudo ſunt, fruenti ſua dulcedine, oblectamento ac deliciis in horto florido ſanctæ orationis.

ſuavitas,

C

D

60 Atque hæ deliciæ, hæc oblectamenta, hæ voluptates, hæc ſolatia, tanta ſunt, quibus nunc abſorbetur anima mea, quando coram Rege cælorum quiete orat, ut nuſquam moveri vellet: & per gratiam Dei, conſuetudine aſſecuta ſum, ut nuſquam me moveam dum oro, quod majoris reverentiæ, pietatis atque attentionis eſt. Concedit mihi quoque non raro inter meditandum Dominus meus donum lacrymarum, quæ ſponte ſua ſuaviſſime & ubertim fluunt, cum mira quiete & liquefactione animæ meæ, quæ tunc motûs omnis per ſe expers, tota in Deum videtur elevata. Tunc tempus prætervolat, & non adverto; tunc nulla mihi metuenda eſt mentis diſtractio à qualicumque ſtrepitu; tunc nulla mihi laſſitudo aut corporis aut mentis præ incredibili ſuavitatis copia. Imo vero ſi corpore habeo male, capitiſve dolore diſcrucior, ſimul atque animum applico ad meditandum, nullum amplius ſentio malum aut dolorem, quam ſi nullum haberem; ſentio autem denuo ſimul atque deſino orare.

quibus Cynthia orans completur.

E

bona plurima;

61 Jam porro, poſtquam orationi finem impoſui, gratias ago Deo meo & beatiſſimæ Virgini pro beneficiis oranti collatis; & peto ab eis nova beneficia, tum mihi, tum aliis; illaſque comprimis virtutes mihi, quibus maxime indigeo. Dein recolo quæ meditata ſum, ut amplius accendar amore cari dulciſque Dei mei; & per decurſum diei in congreſſibus hominum conſuefco loqui de eodem Dei amore, deque gratiis quas ſua Majeſtas liberaliter confert animabus ei ſervientibus, ac dilabor ad Euangelium currentis diei. Facta recognitione meditationis, inſtituo recitare Officium beatæ Mariæ aut Officium Defunctorum, Pſalmos Graduales, & ſeptem de Pœnitentia dictos, Officia item ſanctæ Crucis & Spiritus ſancti; exorſa ab illa Oratione de Paſſione Domini, quæ incipit; Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi; & proſequor etiam cæteras uſque ad illam quæ S. Auguſtino tribuitur. Perſoluto hoc penſo, paro animum ad aſſiſtendum ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, quantâ fieri poſſit reverentiâ & religione: accidit tamen ut ſub illo diſtrahar aliquando mente. Præcipuum interea ſtudium meum eſt, donare, dedicare & conſecrare me meaque omnia divinæ Majeſtati: poſtea vero gratias eidem perſolvo pro beneficiis in me collatis, & rogo ut Sacrificium illud acceptum habeat in remiſſionem peccatorum meorum: atque ſubjungo Pſalmum, Laudate Dominum omnes gentes, pro obtinenda venia diſtractionum quas paſſa fuerim. Quoniam autem domi celebratur Miſſa, modo citius, modo tardius (in Aula enim ejus dicendæ certa hora non ſervatur) contigit aliquando, ſub illa parari menſam & inferri cibos; eâque finitâ ſtatim accubitum fuiſſe. Quo caſu & ego accubui, prætermiſſo (illuſa forte à dæmonio, quaſi peccata, quæ notanda eſſent, non haberem) examine conſcientiæ, quod ante menſam inſtituere conſuevi. Inſtituo autem illud hoc modo.

Quid agat Meditatione finitâ;

F

62 Appropinquante prandendi tempore, primùm flecto reverenter genua, gratiamque poſtulo ſanctiſſimam Trinitatem, qua cognoſcam, cùm innumerabiles errores, defectus & peccata mea, tum beneficia quibus ipſa me cumulavit citra me-

quomodo examen conſcientiæ faciat,

rita

AUCTORE C. J.

rita mea ulla. Deinde recito, Confiteor; pro obtinenda venia erratorum meorum, quos ſimul incipio recognoſcere, conſiderando quales fuerint, tum cogitationes, tum locutiones, tum operationes meæ, ex quo expergefacta fui uſque ad præſens tempus. Poſt hæc inſiſto efficacius contritioni, ſuper defectibus eliciendæ; & gratias ago divinæ Majeſtati de periculis tam animæ quam corporis, à quibus me per bonitatem & miſericordiam ſuam ſervavit. Sic peracto examine recitatoque Pſalmo Miſerere, me confero ad prandendum. Hic ſoleo inter manducandum nutrire etiam animum, recolendo cogitata meditationis matutinæ aliaque pia. Sed hoc mihi nunc interdictum eſt; ac prætermitto obediendi voluntate. A menſa gratias ago iterum Deo pro beneficiis ſuis, atque iterum decurro Pſalmum, Miſerere; ut mei miſereatur Deus reliquo die, gratiamque mihi faciat illum finiendi ad majorem gloriam ſuam. Tum aggredior legere librum aliquem aſceticum aut ſacroſancta Euangelia; & conſidero fructum quem mane hauſi ex Meditatione. Recito inſuper coronam beatiſſimæ Virginis atque alteram Domini noſtri Jeſu Chriſti; & ſaluto omnes ſanctos ſanctasque Patronos meos, recitando ſingulorum honori ſingulas Orationes dominicas & Salutationes angelicas: quas tamen multiplico ſepties glorioſo patriarchæ ac patri S. Joſepho, beatiſſimæ Virginis ſponſo, in memoriam ſeptem dolorum quos habuit in hac vita: quia ipſum mihi hoc anno, feſta ejus luce, adoptavi Patrem, eique virginitatem meam commendavi.

prandium ſumat,

B

63 Præter hæc pietatis exercitia conſuevi etiam decurrere Roſarium integrum beatiſſimæ Virginis; & aliàs orare ſeorſim pro illis qui forte in peccato mortali hærent. Tandem ſupplico humiliter ſanctiſſimæ Trinitati, beatiſsimæque Virgini, totique Curiæ cæleſti, ut per gratiam atque patrocinium illorum, progreſſum faciam in via perfectionis & amoris Dei; utque ei fideliter, uti debeo, ſerviam; ambulemque utiliter per hortum ſanctæ orationis, in eoque legam ſemper odoriferos flores & ſuaves fructus. Ex omnibus orationibus hiſce vocalibus nulla majorem mihi parit dulcedinem atque teneritudinem animi quam Roſarium, propter piiſſimos affectus reverentiæ ac amoris Dei Virginiſque glorioſiſſimæ, qui inde hauriuntur, animamque liquefaciunt, atque etiam non raro dulces exprimunt lacrymas: ideoque conſtanter illud recito quotidie, aut ſola, aut, ubi poſſum, cum ſocia alternis; ſic intenta mente in ejus myſteria, ut ſi forent præſentia: utque hæc præſtem majori reverentia, pietate ac attentione, conſidero, orantem me verſari ſub oculis Dei ac Domini mei, benigniſſimæ Virginis, univerſæque Cælitum Curiæ. Poſteaquam hoc modo pertexui Roſarium, illud præſento beatiſsimæ Virgini, humiliter ex intimo corde orans ut acceptum habere velit, mihique impetret à dulciſsimo filio ſuo, Deo meo, gratiam ejus & amorem, veniam peccatorum meorum, & incrementum pietatis, quo illud quotidie majori ac majori reverentia pertexam.

ac reliquam diem tranſigat,

C

64 Orationes porro, quas ſingulatim perſolvam ſanctis quibuſdam Protectoribus meis, hic non expreſſi; puta, quas perſolvo Beatis meæ Religionis; Beatis, dico, Societatis Jeſu; quia hanc appello Religionem meam; tametſi indigniſma ſim quæ vel ſerva vocer iſtius feliciſsimæ, dulciſsimę & dilectiſſimæ Religionis: & profecto exiſtimarem me feliciſſimam, ſi vera ejus ſerva forem. Interea tamen quia Domino Deo placuit per ſuam miſericordiam præſtare, quod tam ardentibus votis concupivi, ut aliquid dilectiſſimæ ſuæ Societatis ſim, participando de tam multis ejus Indulgentiis, privilegiis atque gratiis; non poſſum non illam appellare Religionem meam: & placebit eidem Deo meo præſtare, ut ego inde proficiam ad perfectionem, referamque fructum uberem, uti debeo ac deſidero. Quid de oblationibus meis quotidianis, orationibus jaculatoriis, actionibus gratiarum dicam? Non exiſtimo neceſſarium eſſe, illa hic attexere. Sufficit indicaſſe; in illis me frequentem eſſe totò die. Hic tamen non puto talia diſtinctius exprimenda, ubi præcipua tantum pietatis meæ exercitia proſecuta ſum.

Societatemque Jeſu amet.

D

CAPUT VI.

Acta quædam Principis Olympiæ Gonzagæ, itidem neptis B. Aloyſii.

Nata an. 1591 ex Marchione Rudolfo,

65 MEmini dicere me alibi, Vitam Olympiæ Gonzagæ, à P. Pompejo Savazino, qui ultimis vitæ annis ejus conſcientiam moderabatur, compoſitam, imprimique curatam eſſe Bononiæ, anno MDCXLIX; quo anno mortuam eſſe ſororem ejus Cynthiam, modo diximus. Habeo vitam illam & habuit P. Manzinus, quando Vitam ſuam B. Aloyſii compilavit, eique breve compendium actorum Olympiæ inde inſeruit. Sed pluſcula requiri à nobis poſſint, & dabimus, dum fontem propè habemus; eoque magis, quod ſororum quoque ejus ac temporum uberiorem quamdam notitiam ſuggerent. Nata igitur fuit Olympia in arce Principum Caſtellione, die 1 Septembris anni MDXCI, eodem quo abiit in cælum Aloyſius; patre Rudolfo Gonzaga, S.R.I. Principe, & tunc temporis abſoluto Domino Caſtellionis, Caſtelli Giuffredi, & Solfarini; matre vero D. Helena Aliprandi, Ticinenſi, muliere ſingularibus donis cælitus ornatâ, ſingularique modeſtia & pietate Chriſtiana, inſigni.

E

& decimo quinto poſt menſe orba patre,

66 Quarto poſt nativitatem ſuam die renata eſt per ſolenne baptiſma, in eadem, ubi olim B. Aloyſius, eccleſia primaria ſanctorum Martyrum Nazarii & Celſi: quinto autem decimo poſt menſe orbata eſt patre, prolem maſculam nullam relinquente, ſed quatuor tantum feminas; quarum ſecundo genita Helena non longam poſtea vixit ætatem. Succeſsit igitur in Dominia, Rudolfi frater, Princeps Franciſcus: & Olympia, Mantuam tranſlata, adolevit ibi ſub oculis avorum maternorum; à quorum inſigni pietate prima virtutum ſuarum ſemina hauſiſſe dici poſſet; niſi veroſimilius foret, Deum ſibi ipſam elegiſſe & ab incunabulis per adverſam fortunam, infirmitates, multipliceſque dolores formaſſe ſponſam ſuam, dum infantem permiſit indiligentiâ nutricis è ſinu ejus cadere in terram, cum gravi læſione alterius auris: quod cum aperire nulli auderet nutrix, manſit puellulæ totâ propemodum vitâ ingens dolor in parte læſa; & adultior amplum tolerantiæ Chriſtianæ ſeminarium inde habuit; ſed ſuos illos dolores Chriſti patientis memoriâ levabat.

F

educatur Mantuæ;

ex lapſu in aurem ferè ſemper infirma.

67 Ubi verba formare docta, pueritiam attigerat; volupe ei imprimis erat certas quaſdam addiſcere & crebro recitare precatiunculas, parêre libenter ac prompte majoribus, facere altariola, auſcultare ambabus auribus ſiquis narraret exempla Sanctorum, iiſque videbatur accendi ad imi-

AUCTORE C. J.

A imitationem. Et vero quantum tenera ferebat ætas, motu, crediderim, divino potius, quam ſuo, vix aut ne vix quidem ratione utentis, imitabatur illos pro modulo ſuo, jejunando, mortificatiunculas neſcio quas adhibendo, & ſæpe orando ante imaginem beatiſſimæ Virginis: idque ab ipſa fieri, obſervatum præcipue fuit Molinelli, qui locus erat avorum ejus maternorum, ibi tunc commorantium. Illic enim frequens intrabat ſola parvum cubiculum; nudatiſque clanculum genibus orabat, ut dixi; deprehenſa vero ibi non ſemel, à D. Camilla avia ſua, cauſæ feceſsûs ignara, reprehendebatur; & illa, nullo verbo dicto, nedum causâ indicatâ, recedebat tum quidem; ſed ſororibus ſeorſim querebatur, domi ſuæ ſibi copiam non eſſe bene faciendi & ſerviendi Deo; ſatius proinde eſſe, ſecedere in locum deſertum ad vacandum libere rebus divinis. Ita vixit uſque ad annum ætatis ſeptimum, nunc cum prædictis avis, nunc cum Marchione ſua matre (quæ ſecundis nuptiis, à ſereniſſimo Mantuæ Duce, in manus datâ fuerat Marchioni Claudio Gonzagæ) utrobique piis exercitiis dedita, & omnibus cara; iis præſertim, qui ad obſequia ei præſto erant, ob ſuaviſſimam

B puellæ indolem, ſingularem modeſtiam, atque infirmitatis, quæ ætatem ejus fere comitabatur, lætam tolerantiam.

Orationi ſecretò addicta,

& ab aula ſeceſſum jam tum meditans,

68 Hoc tempore reverſus ab aula Cæſarea Franciſcus patruus, cum uxore ſua Bibiana, tutelam trium neptium ſuſcepit, eaſque Caſtellionem conduxit; atque ut Principes, quales erant, ſplendide habuit, boniſque artibus inſtituendas in aula ſua curavit. Verum illæ, Cynthia præſertim & Olympia, ſublimiora jam tum agitabant animo ſuo conſilia, & meditabantur pueriliter fugam in locum à turbis remotum, ubi Deum ſibi haberent propiorem. Sub hæc actum fuit de collocandis ipſis in aula Regis Hiſpaniæ, aut Ducis Sabaudiæ. Quod ubi illis ſuboluit, confugerunt multiplicatis precibus ad Deum, & quotidie oratorium in arce domeſticum ingreſſæ, duas & amplius horas perſeverabant, continenter orando Majeſtatem divinam, interpellatis etiam beatiſſima Virgine Maria Sanctiſque aliis, ut de ſe diſponi vellet ſecundum ſanctiſsimam voluntatem ſuam. Jamque decretum erat, duas majores natu, conceſſuras in Pedemontium, ductrice Marchione Martha avia paterna; minimam verò, Romam cum

C Principe Franciſco, qui eò propediem cogitabat, futurus apud ſummum Pontificem Legatus Cæſaris: quando, neſcio qua cauſa, certe divinâ providentiâ, mutata iſthæc decreta fuerunt. Poteſt eò contuliſſe deſiderium ſereniſſimæ Margaritæ Gonzagæ, Ducis Ferrarienſis ultimi ab anno MDXCVII viduæ, Vincentii Ducis Mantuani ſororis; quæ per illud tempus inſtituerat Mantuæ novum monaſterium S. Urſulæ, cupiebatque ibi ſecum & ſua ſub inſtitutione degere Olympiam. Quod ejus meritis conceſſum eſt; ſimulque Mantuam miſſa eſt ſoror ejus junior, in monaſterio S. Joannis educanda; & ſenior comitata eſt patruum Romam.

Caſtellionem cum ſororibus reducitur,

& in Hiſpaniam deſtinatur;

ſed mutato conſilio Mantuam redit

69 Prius tamen quam Caſtellione diſcederet Olympia, cum forte ibi plenariæ Indulgentiæ per modum Jubilæi publicatæ eſſent, voluit inſtrui ac parare ſe ad primam Communionem, quo illud lucraretur; uti factum eſt, tanto ejus profectu ſpirituali, ut exinde omni actione puerili prætermiſſâ, matura virgo appareret. Tum vero, poſt triennalem Caſtellione commorationem, Mantuam conceſſit; atque à Duce Margarita, cum materni amoris teſtificatione recepta eſt: quæ ei continuo gubernatricem morumque ejus moderatricem conſtituit nobilem feminam, aliaſque quæ inſervirent aſſignavit; & plerumque eam ſecum habere, domi, foris, & in ipſa menſa voluit. Profecit ibi Olympia mirabiliter ab exemplis novellarum Religioſarum S. Urſulæ, ſecundum regulam S. Claræ Deo militantium, pietate in Deum, deſpicientiâ ſui, contemptione rerum terrenarum, moderatione ſenſuum ſuorum, refrenatione affectionum, & caſtigatione corpuſculi. Orabat horas integras, propemodum immobilis ac veluti à ſenſibus aliena. Iſthęc à gubernatrice ejus pręcipue obſervata ſunt; quæ & prædicare non ſemel audita eſt, ſe Olympiæ, licet obſequentiſsimam haberet in omnibus ad nutum ſuum, vix tamen perſuadere potuiſſe, ut pretioſas veſtes, auro phrygioque opere intertextas, quas ei Sereniſſima Dux liberaliter faciendas curabat, indueret; monſtrante illâ, ſibi paupertatem, humilitatem, & modeſtiam religioſam præ mundo muliebri placere.

ibique Urſulanas æmulata,

tirocinium earum ingreditur; E

70 Hinc animum adjecit Olympia, ad æmulandum propius religioſas Monialium, quæ quotidie oculis ſuis obverſabantur, virtutes; & conſenſu Marchionis matris ſuæ, aliorumque Principum propinquorum, nec non Sereniſſimæ Ferrarienſis, tirocinium probationis cauſa intravit; ac generoſa abnegatione ſui atque heroicarum virtutum exercitatione ita brevi eluxit, ut multis exemplo eſſe poſſet. Verum Deus huc illam induxiſſe videri poteſt, tantum ut diſceret, quæ alibi poſtea, cum majori gloria ſua & uberiore animarum fructu, doceret. Supervenit ei infirmitas, multo difficillima & medicis ignota; qua cruciabatur acerbe, & multas ſæpe horas omni ſenſuum motu privata, veluti mortua jacebat. Adhibuit quidem quidquid medicorum Mantuæ eſt, quidquid medicamentorum ſuggerebatur, Sereniſſima Ferrarienſis; & circumiri aras Sanctorum juſſit, pro ſoſpitate dilectę ſibi Olympię exoranda: ſed fruſtra fuere omnia. In re igitur deſperatiſsima, à reduce Roma Principe Franciſco, bona Ferrarienſis pace, tranſlata eſt infirma ad ſolum natale Caſtellionem, ibique lente convaluit. Facta eſt autem tranſlatio illa verſus initium Quadrageſimę anni MDCVIII, quando paucis ante hebdomadibus menſe Januario, dum Olympia Mantuę adhuc ægrotabat, mater ejus ibidem è vivis erepta fuerat; & ambę ſorores jam Caſtellionem redierant.

ſed ægritudinis ergo Caſtellionem remiſſa,

F

71 Agebat tunc Olympia, inquit Savazinus cap. 5, ætatis ſuæ annum XVI: at ſi natali ejus recte aſſignavit annum MDXCI, diem 1 Septembris; debebat agere ætatis annum XVII, à præcedente Septembri inchoatum. Hîc, Caſtellione, tres ſorores conſenſu mutuo conſtituerunt, auctore præcipua Cynthia, fundare Collegium Virginum Jeſu, & reipſa orſæ ſunt, uti ſuprà cap. 4 diximus: illudque ſalutare opus deinceps beato patruo ſuo ſemper acceptum retulere. Quanto hîc fervore & quam bono exemplo Olympia (idem puta de ſororibus) leges Collegio præſcriptas obſervaverit; quot præterea pietatis exercitia ſibi impoſuerit, longum eſſet explicare. Tantum indico, præter votum caſtitatis perpetuæ Deo factum, voviſſe Patri ſuo ſpirituali obedientiam, & votum paupertatis ſuperaddidiſſe: quæ frequenter illuſtrium virtutum, humilitatis, tolerantiæ, & abnegationis ſui, amore Dei exercendarum, ei occaſionem ſubminiſtrarunt. Audiit tam præclara novi Collegii inſtituta, & incolarum ejus fervorem, Se-

cum ſororibus ordiatur Collegium Virginum Jeſu,

ſcribit ipſa quædam exercitia,

poſt primam ſuam Communionem;

AUCTORE C. J.

reniſſima Ferrariæ Dux, ſuſcitatoque ſuo erga Olympiam amore, miſit ei per puerum litteras, ſignificans ſe propediem Collegium inviſuram, eóque acceſſit cum Illuſtriſſimi Franciſci Gonzagæ Mantuani Epiſcopi ſorore, multoque nobilium feminarum comitatu; exceptaque quo par erat honore, prandere voluit in communi triclinio; & remotâ menſâ, per aliquot horas ſeorſim cum ſola Olympia, mutua cum voluptate, de rebus cæleſtibus collocuta eſt. Reſciens autem, Olympiam, in proximo ſuo Exercitiorum ſpiritualium receſſu, commentationes aliquot pias ſcripto conſignaſſe, accerſito ejus Confeſſario, illius ſibi ſuæque conſolationi copiam fieri petiit, obtinuitque, cedente tandem illud Olympiâ, per obedientiam juſſâ. Tum læta Dux, ſalutavit in eccleſia Patrum Societatis Jeſu ſacrum B. Aloyſii cranium, aliasque Reliquias, atque ad ſe rediit.

72 Præerat hoc tempore & multis deinceps annis, Antiſtita Collegio, ſororum natu maxima Cynthia, à principio inſtitutionis præeſſe juſſa. Olympia vero moderabatur, tum Novitias, tum Seminarium nobilium puellarum, quæ ibidem educabantur. Utraſque inſtituebat materna cum caritate. Utriſque, etiam puellulis pro modulo ætatis ſuæ, inſtillabat contemptionem rerum factarum, amorem Factoris, felicitatem ſervientium Deo in contubernio pierum hominum, obſervationem legum domeſticarum, ſtudium orationis, mortificationis & abnegationis ſui in omnibus. Et hæ exhortationes ejus tanto majus momentum habebant in teneris audientium animis, quanto clarius videbant elucere in Magiſtra quæ docebantur. Erat enim contemptrix ſui ipſa, ſiqua alia. Nihil in menſa, in veſtitu, in cubiculo adhibebat quod non eſſet omnino neceſſarium ad ſuſtentationem vitæ; monſtrabatque, in his omnibus ſemper ſui ſimilis & læta, non eſſe viam virtutis & perfectionis tam difficilem, atque ſibi imaginantur, qui exempla talia coram non intuentur. Et ſane quantæ efficacitatis fuerint verba & exempla Magiſtræ, abunde teſtatur multa nobilium atque illuſtrium virginum turba, quæ mundo relicto, ipſa vivente, ſeſe Collegio adjunxerunt, & potius vitam Angelorum quam debilioris ſexûs hominum vixerunt.

fitque magiſtra novitiarum,

magno cum fructu earumdem.

B

73 Subinde inceſſit Olympiam deſiderium adeundi ſacrarium beatiſſimæ Virginis Lauretanum, cui beatus patruus, antequam prodiret in lucem, devotus à matre fuerat, & quo de ſoror Cynthia, quæ bis ex itinere Romano in itu ac reditu locum viſitaverat, frequens loquebatur cum pia audientium attentione & conſolatione. Sumpſit annum integrum deliberando, quo tenderent ſua deſideria, quid è majori gloria Dei, Virginiſque matris ejus placito, ſuaque ſalute foret, adjunctis quotidie certis precibus; ac tandem, re cum utraque ſorore ſua communicatâ, ab eiſque & prudentibus viris probatâ, iter ingreſſa eſt cum ſorore Gridonia & conveniente comitatu, anno MDCXXIV. Vehebantur duabus rhedis, alterâ duæ Sorores cum duabus de Collegio Virginibus & nobili quadam matrona grandioris ætatis; alterâ, perilluſtris Dominus Abbas Caſtellionis, aliique nobiles viri, præter famulorum turbam; univerſim omnes octodecim numero capita.

C

Lauretum cum juniore ſorore peregrinata,

honeſto, ſed modico comitatu,

74 Privatim hoc iter inſtituere & latere cupientibus ſucceſſit ex voto in itu, non item in reditu. Dum enim Laureti tranſacto triduo, & fere in ſacra Domo, redibant ad ſe; prævolante vulganteque famâ quales eſſent, in pleriſque civitatibus, qua tranſeundum erat, ſuſceptæ ſunt principes Virgines perhonorifice, ac ſplendide tractatæ. Et Bononiæ quidem exceptæ fuerunt à Duce Fiani & Principibus Venoſæ, fratre nepotibuſque Gregorii Papæ XV; Parmæ, à Sereniſſima loci Duce; Mantuæ diverterunt ad Marchionem Ludovicum Franciſcum Gonzagium, propinquum ſuum: ſed inde mox illas ad ſe conduci juſſit Sereniſſimus Dux Ferdinandus; & quia Olympiam ſolitudinis amantiorem eſſe, quam aulæ, ſciebat, ex quo ipſam in S. Urſulæ noverat; poſtquam ambas ſorores in palatio ſuo magnifice habuiſſet, illas tranſvexit ad aliud palatium extra portam, del The dictam, in quo non ita pridem inſtituerat Sodalitium ſanctorum Angelorum, eique nobile ſacellum atque triclinium ædificaverat. Hocce loci voluit Dux illas commorari dies aliquot, quietis & animi cauſa; tractarique magnificentia Ducali ſimul & Religioſa. Quodque auditu novum eſt, Dux ipſe, accerſitis Patre Rectore Mantuano Societatis Jeſu & alio Patre, voluit cum iſtis inſervire menſæ, cui aſſidebant ſolæ Olympia & Gridonia, cum Sereniſſima Catharina Medicæa, tunc Duce Mantuana; & Sereniſſima Maria, poſtea ejuſdem loci Duce; legente ſuper menſam Reverendiſſimo Abbate S. Barbaræ. Accubuit deinde Dux cum prædictis Patribus & Abbate.

D

magnis in reditu honoribus excipitur;

præſertim à Duce Mantuano,

E

75 Sequentibus diebus viſitarunt præclariores quaſque Sanctorum Reliquias, tum in aula Ducis, tum in aliis per civitatem Eccleſiis. Quæ & alia Olympiæ hoc in itinere geſta, & honores ipſi delatos qui ſcire diſtinctius cupit, adeat Savazinum cap. 8. Tantum noto, honores illos Olympiam, pro magnamitate ſua monſtraſſe quidem ſibi gratos eſſe, ſemper tamen (ut alicui ſibi familiari ingenue faſſa eſt) interea mentem in Deo fixam habuiſſe; & continuum dolorem capitis, cum nauſea rerum terrenarum ſenſiſſe; mox vero atque domum ſuam rediit, dolore liberam fuiſſe. Faſſa quoque eſt, adhæſiſſe ſibi, ex hac ſacræ Domus viſitatione, miram quamdam voluptatem & amorem erga Matrem incarnati Verbi, eique deinceps plura pietatis penſa perſolviſſe. Accidit autem, ut veſpere quodam lecto decumbens, librum pium de lacrymis B. Mariæ ad candelam legeret; ipſâque ſomno ſopitâ, flamma cervical corriperet, ſerpenſque ad lodices & ſtragula & cortinas, omnia fere lecti inflammaret; & (quod mirandum magis eſt) tenue linteum capitis ejus totum conſumeret, nullâ læſione ligaculo induſii, cui conjunctum erat, nullâ vel uni capillo allatâ. Tunc tandem expergefacta, per mediam flammam lecto exſilit & honeſte tecta, è cubiculo ſe eripit abſque omni noxa; & ope inclamatâ, accurrerunt qui incendium extinguerent. Hoc porro beneficium & vitæ & incolumitatis, in tanto diſcrimine ſervatæ, cum animi gratitudine ſemper acceptum retulit, tamquam conſervatrici ſui, beatiſſimæ Virgini Mariæ.

ſed animo ſemper à pompis abſtracto.

Lecto ardente ſervatur illæſa.

F

76 His fere temporibus non parum refrixerat Caſtellione laudabile exercitium tradendi rudibus doctrinam Chriſtianam, eò inductum pridem à Patribus noſtris: quia defecerat zelus & numerus piarum feminarum, quæ eò conferre operam ſuam conſueverant. Quamobrem Rev. P. Petrus Juſtinellus, doctrinæ iſtius zelantiſſimus, rogavit Olympiam, ut illi ſuum talentum & amorem proximi impenderet. Quod illa avide ſuſcepit, ſuoque exemplo & fervore brevi tempore effecit, ut creſcente numero piarum feminarum, uti & puellarum inſtrui cupientium, illas eccleſia Diſcipli-

Zelus ejus ad puerilem catecheſim instauran-dam,

A ciplinæ, & adjunctus chorus atque ædificia contigua, non amplius caperent; debuerintque puellæ transferri ad majorem ecclesiam SS. Nazarii & Celsi; pueri vero inde ad templum Societatis Jesu, recens erectum. Perseveravit autem Olympia eodem fervore in sancto illo exercitio, pari cum fructu ac utilitate totius civitatis, usque ad extremum vitæ suæ; nulla cæli, caloris frigorisve injuria ab ejus frequentatione absterrita. Observabit hîc Vitæ Aloysianæ lector, quam similem se beato patruo suo reddiderit in contemptu honorum & zelo animarum, quamque præsentem, uti ille, inter flammas opem Dei & B. Mariæ experta fuerit.

& alumnas virgunculas erudiendas.

CAPUT VII.

Alia quædam gesta Olympiæ; & nonnulla de sorore ejus Gridonia.

Suscepto Collegii regimine, C

77 TEmpore modo dictæ peregrinationis Lauretanæ, adhuc præerat Collegio Virginum Antistita, natu maxima sororum Cynthia: sed hæc subinde continuis morborum incommodis afflictata, suum illud munus in Olympiam transtulit suprema cum auctoritate; cui & munus Procuratricis rerumque temporalium administrationem obedientia adjunxit. Gessit hæc munera quoad vixit, summa cum humilitate, modestia & solicitudine; tantaque cum reverentia erga sororem Cynthiam, acsi adhuc sua esset Superior, quia ipsam loco Dei pergebat habere & colere; neque de re ulla, quantumvis minima, disponebat illâ non consultâ, gaudebatque sic exercere obedientiam, pendendo in omnibus ab ejus arbitrio. Amabat omnes Collegii sui virgines, & Oblatas non secus ac sorores. Omnibus benignæ providebat de rebus necessariis, serviebat infirmis, assistebat moribundis; prompta ad instructionem singularum, facilis ad ignoscendum delinquentibus; & quotiescumque ad se accedebant opis alicujus indigæ, materno excipiebat & audiebat affectu; consolabatur mœstas; & si quam minus fiduciæ quam par est, in se ponere animadvertebat, prima alloquebatur & devincire sibi ejus animum mollibus verbis conabatur. In castigando lenta erat ac lenis; & præcipua fere castigatio, gravitas quædam vultûs, qua tantisper abscondebat delinquentibus solitam jucundamque ejus hilaritatem.

etiam Procuratricem agit,

B

& rebus in arctis Deo uni fidit:

78 OEconomiæ studiosissima, sustentandæ familiæ necessaria suo quæque tempore comparabat diligenter & utiliter; & plerumque pecuniâ paratâ: oderat enim in ære alieno esse. Hinc contigit non semel, vix obolum ei supereſſe domi. Monita autem aliquando, gravioribus id obnoxium esse incommodis; æquius esse, non tam prompte nomina solvere, quam ingruenti præter opinionem necessitati, vacuo ærario, non posse occurrere; respondit sibi providentiam divinam tot casibus probatam esse, ut siquid ejusmodi incideret, secura foret, illam non passuram suis quidquam deficere. Neque hæc ejus provida solicitudo suarum, & generosa securitas in Deo, tantùm obtinuit tempore pacis & abundantiæ; verum etiam bellicis temporibus, iisque difficillimis, excelluit magis.

belli causâ ad arcem cum suis transgressa,

79 Annus labebatur Domini MDCXXIX, quando ingruit Mantuanum bellum, & cum illo sæva pestis ac rerum penuria; militumque metu, circum Castellionem sævientium, coactæ fuerunt Virgines, relicto domicilio suo, ex urbe migrare in arcem; invitatæ illuc & deductæ ab Excellentissimo Principe Aloysio, tunc regnante, trium sororum patrueli: qui paulo antè, horum ipsorum bellorum causa, è Sicilia & Panormo, ubi Excellentissimam Principem Lauram de Bosco, filiam Principis Catholicæ, uxorem duxerat, citatis equis redierat Castellionem. Hîc Olympiæ latior campus virtutis suæ, & in Virgines suas maternæ caritatis exercendarum apertus fuit, toto bellorum tempore. Ipsa imprimis cum letali morbo diu conflictata est, in quo mira tolerantiæ, amoris in Deum, & suæ cum ipsius voluntate conformationis specimina dedit. Vidit nonnullas suarum à pestifera lue sibi eripi; atque inter plures infirmas decumbere carissimas sibi duas sorores, Cynthiam & Gridoniam; harum vero ultimæ salus medicis non semel desperata fuit. Interea sedulo curabat omnes Olympia, circuibat lectos, solabatur, animabat, atque etiam fovebat quantum angustiæ temporum ferebant; vocabatque tum quoque Collegium suum, suum paradisum terrestrem, domicilium secretum sponsi sui cælestis, hortum spatiosum ubi legeret multiplices virtutum Christianarum flores fructusque: & hinc fiebat, ut labores suos, ærumnas, tædia, adversa omnia, pro illo exantlata, appellaret delicias suas; prompta etiam pro illius salute & incremento animam ponere.

AUCTORE C. J.

letali morbo corripitur.

E

Mirus ejus in Deum caritatis affectus:

80 Capite suo IX colligit Savazinus præcipuas quasque virtutes Olympiæ, illasque fere reducit ad amorem in Deum & proximum, ad tolerantiam, atque ad caritatem erga pauperes. Amorem ejus purissimum declarant (ut facta singularia non attingam) hæc verba, quæ sæpe in ore habebat, semper corde meditabatur: „ Tametsi ego, quæ maxima totius mundi peccatrix sum, „ probe cognoscam, me non amare Deum nec posse amare quantum excellentia ejus infinita meretur, nec posse eò aspirare summam miseriam „ & iniquitatem meam; nihilominus ardenter desidero, & omnes adhibeo animæ vires, ut ipsum „ amem super res creatas omnes; pro quibus, certa „ sum, me non daturam vitam, neque facturam „ id quod desidero prompto animo facere, pro illarum Factore, qui sponsus meus, dominus meus, „ & unicum bonum meum est; in cujus bonitate & „ misericordia spes mea omnis omnisque fiducia „ reposita est. „ Atque hic amor ejus, non mercenarius, sed gratuitus & purissimus erat; amans Deum propter se; & maximum amoris tui præmium reputabat, ipsum solum amare eum. Unde solebat dicere: „ Si mihi certò constaret, re- „ probatam esse me; non desinerem propterea ser- „ vire Deo & amare eum, ex totis viribus meis; & „ summæ mihi verterem felicitati, id posse præ- „ stare saltem brevi hoc tempore, quod mihi su „ peresset vitæ. „

F

erga Ven. Eucharistiam,

81 Eumdem amorem prodebat omnium oculis publica ejus reverentia & ardens pietas erga sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Tribus Quinquagesimæ ante solenne Jejunium diebus, quando illud pro Oratione quadraginta horarum exponitur in templo Societatis nostræ, à mane usque vesperam, fere perpetuo, ibidem manebat, adorabatque Amorem suum sub speciebus eucharisticis; plerumque nixa genibus & junctis manibus, instar statuæ immota. Idem præstabat in ecclesia principe per Octavam sanctissimi Sacramenti; & sicubi per annum illud publicæ adorationi forte exponeretur. Privatim vero tum exardesce-

AUCTORE C. J.

bat præcipue amor ejus, quando cæleſti illo cibo recreanda erat. Et conſuetudinem ſibi fecerat, quot veſperis, antequam concederet cubitum, per feneſtras è cubiculo ſuo ſe convertere ad omnes eccleſias, quæ ſub aſpectum cadebant, & ſacram Euchariſtiam ſervabant; illamque inde, humi proſtrata adorabat, & benedictionem ſibi totique Collegio petebat. Quod ſi forte pium illud exercitium prætermiſerat, ejuſque è ſomno excitata recordabatur; ſtatim ſe proripiebat è cubili, & humi proſtrata precabatur more ſolito. Æmulabatur ſtudioſe geſta beati patrui ſui, & in rebus minimis, exemplo ejus obſervandis, maximum ponebat momentum; ejuſque feſtum quotannis, quamdiu nepotes ejus Principes ſub tutela fuerunt, ſolenniſſimâ pompâ & exquiſitâ muſicâ, unà cum ſororibus, celebrandum curabat; idemque faciendi piam conſuetudinem Principibus, poſtquam adoleverant, reliquerunt, & multùm commendaverunt: hi vero iſtius inſtituti retinentes, cœptam à neptibus ſolennitatem quotannis uſque in hoc tempus celeberrime agunt.

& Aloyſium devotio,

82 Quam erat ipſa ſanctæ paupertatis amans, tam erat indulgens erga pauperes. Simul atque Collegium ingreſſa fuit, ſpoliavit ſe rebus omnibus caducis earumque amore: & voto etiam obſtrinxit ſe ad paupertatem ubique & perpetuo colendam atque exercendam: neque tantum abdicavit ſe omnibus quæ reliquit in mundo; ſed cubiculum etiam ingreſſa, quidquid non omnino neceſſarium erat, inde removit, ne ſimulacrum quidem Crucifixi, quod mater ſua ei donaverat, aut thecam Reliquiarum, aut imaginem chartaceam retinens. Et ſic deinceps frequenter luſtrabat cubiculum, ut ſiquid minus neceſſarium forte illatum eſſet, inde efferret. Paupertatis ejus & miſericordiæ in pauperes unum accipe argumentum. Fuit aliquando rogata amore Dei à paupercula femina par calceorum; cumque aliud non haberet, detractos ſibi ſuos calceos eidem dedit.

B *paupertatis ſtudium,*

& in pauperes amor,

83 Anno MDCXLV die XXI Junii, memoriæ B. Aloyſii ſacro, induit in Collegio habitum Virginum Illuſtriſſima Maria Gonzaga, Marchionis Ludovici Franciſci, & Catharinæ Gonzagarum-filia, Olympiæ cognata; quæ Collegio pro dote attulit palatium prædiumque Molinelli, ubi Olympiam adhucdum puellam, cum ſororibus ſuis aviſque maternis aliquamdiu vixiſſe & ſecreto orare conſueviſſe, dixi ſuprà. Hujus rei & gratæ memoriæ ergo, tum etiam quia nec in loco, nec in vicinia, ulla eſſet eccleſia; conſtituerunt tres ſorores conſenſu, ibi eccleſiam ædificare ſub patrocinio B. Aloyſii, ab ejuſque nomine locum, abolendo vocabulum Molinellum, deinceps appellare: quod & factum & in uſum communem inductum eſt, cum propagatione honoris ejuſdem Beati inter incolas & accolas. Proſequitur poſt hæc Auctor Vitæ venerabilis Olympiæ, cap. 10, ejus poſtremam infirmitatem ac piam mortem, quam conſpectu ſanctiſſimæ Trinitatis & multorum Sanctorum varie recreata, placide obiit die XXIII Decembris anni MDCXLV. Narrat deinde Auctor, cap. 11, celebritatem ſepulturæ, & cap. 12 varia adducit curationum beneficia, ad invocationem venerabilis Olympiæ cælitus obtenta; quæ Auctor ex proceſſu informativo, ſuper iis facto diebus XIV & XXX Novembris anni MDCXLVII, excerpſit.

Eccleſiam B. Aloyſio conſtruit.

C

& moritur 23 Decemb. 1645.

84 Superſunt aliqua, ſed quæ multorum inſtar habent, dicenda de Principe Gridonia ex P. Manzino. Fuit illa natu minima Sororum, ſed non minor his excellentiâ virtutum & auſteritate ſanctitateque vitæ; animi vero generoſitate, qua nec rebus proſperis movebatur, nec adverſis cedebat, fortaſſe ſuperior. Fuit huic quoque oblatum Principis alicujus, magni nominis, matrimonium; ſed non minus conſtanter virginitatem profeſſa quam ſoror ſua Cynthia, edixit ſuaſoribus, ſe, ſi certa foret, in ſtatu conjugali ſtatim à morte adituram cælum; perſeverantem vero in Collegio Virginum paſſuram pœnas piaculares in Purgatorio uſque ad extremum judicii diem; præſaturam nihilominus ſtatum Virginitatis ſuæ quantævis eminenti per matrimonium fortunæ. Ejus magnitudo animi tunc mirabiliter excelluit, quando per planum incedendo, neſcio quomodo cadens in terram, alterum ſibi crus fregit; atque acerbiſſimos dolores, tunc ac deinceps per dies amplius centum, toleravit fortiter & æquanimiter, in perpetua fere inſomnia, nullum dans indicium doloris ſui, ſemper laudans Deum, & per intervalla meditatione rerum cæleſtium & lectione librorum ſpiritualium ſeſe confortans.

D *Gridoniæ amor Caſtitatis,*

& tolerantia ex fracto crure,

85 Exactis centum illis diebus, quibus lecto affixa decubuerat, nondum pedem humi figere potuit; & compertum eſt, loco non ſuo collocata eſſe & coaluiſſe oſſa. Quamobrem in conſilium vocati plures chirurgi, conſtituerunt, denuo frangendum eſſe crus, ut recte curaretur. Inhorruerunt ad hanc ſententiam circumſtantes, non item Gridonia; quæ ſe ſtatim chirurgo permiſit; ac deſtinato die, conſtanti vultu, manu effigiem Crucifixi tenens, ore identidem nomen Jeſu inclamans, ſuſtinuit tormentum ingens ac mortem quintuplicem. Quinto namque violento chirurgorum conatu ad frangendum denuo crus, vix tandem fractum eſt. Tum vero apparuit, quanta foret acerbitas doloris, ex patientis vultu, pallore letali obducto, & ex caligne oculorum, quos cælo obverſos tenebat ſine motu ullo; unde & adſtantium alii ſuſpicabantur, alii muſſitabant, mortuam eſſe. Illa vero mox blande ſubridens, juſſit illos metum ponere; ſe quippe vivere. Succeſſerunt exinde per dies quinque continua fere deliquia animi; lenitoque paulatim doloris ſenſu, ſibique reddita, ſignabat identidem crudele vulnus ſignaculo ſanctæ Crucis; dolores & præſentes & præteritos offerens Deo, atque ad voluntatem ejus ſuam conformans.

denuo frangendum fuit.

E *quod male curatum,*

F

86 Videri poſſit Deus, iſthoc infortunii Gridoniæ corpori immiſiſſe, ut animam ejus purgaret, ac pluribus ſuis donis locupletaret. Qualia autem illa fuerint, deſcripſit ipſa juſſu Confeſſarii ſui, poſtquam de integro curata fuit. Ita ibi loquitur: „Primam à lapſu meo noctem tranſegi per„vigil, doloribus oppreſſa incredibilibus, & abſ„que omni conſolatione cæleſti. Sed non diu de„relictam me ſivit Dominus. Adfuit enim ſub au„roram, & me appellavit nomine meo, Gridonia. „Et reſpondi ego ei, ſolo oculorum nutu. Appel„lavit me iterum Dominus meo nomine, quaſi jo„cando, & interrogando me, quî valerem. Et ego „ei altero reſpondi nutu, & dixi; Domine, tu „noſti. Tum appellavit me Dominus tertiùm, ut „ſupra, nomine meo; & percunctatur: Quî vales? „Vin' ego te ſanem? Et ilico reſpondi ego; Non, „Domine; non id poſtulo; ſed potius, ut in me ac „de me fiat ſanctiſſima voluntas tua, à qua non „recedam in æternum. Tunc mihi viſus eſt Do„minus induere ſe decorem Majeſtatis ſuæ, tam „benigno dulcique aſpectu, ut nequeam explica„re; & hæc mihi dixit: Age, Gridonia; quoniam „te

Divinæ ejus viſiones

A „te comperio in omnibus conformem voluntati „meæ, adſum ut te conſoler, ac ditem bonis cæ„leſtibus, digniſque meo in te amore. Neque e„nim vinci me patiar à te munificentiâ.

ac dona gratuita.

„ 87 Primùm igitur, condono tibi quidquid à „nativitate tua uſque ad hanc horam commiſiſti „peccatorum. Secundùm, augeo tibi gratiam me„am, ac toto tempore quo jacebis infirma, ſingu„lorum dierum ægrotationem tuam compenſabo „meritis omnibus meis, quæ ego ſingulis totidem „diebus pro ſalute tua operando in terra acquiſivi: „atque id præſtabo nullo onere tuo. Tertiùm, pol„liceor confirmoque tibi meum auxilium & pro„tectionem tui, tuarum ſororum, ac totius Collegii. „Tibi adſtabo propè, ut adjuvem; te audiam, ut „exaudiam; tibi loquar, ut conſoler; & faciam ut „cognoſcas, quales quantæque ſint inventiones mi„ſericordiæ meæ. „ Hactenus ſcriptura Gridoniæ, hic latine verſa; ex qua conjici facile poteſt, quam dilecta Deo fuerit anima ejus in hac vita, quantoque illa nunc gaudio abundet in cælo. Mortis ſuæ diem prænuntiaſſe dicitur; eumque clauſit extremum anno MDCL, XVII Septembris.

B 88 Habes hic, lector, compendio nonnulla trium Sororum Acta, pluribus deſcribi digna, verùm id non eſt hujus loci. Habes in ſingulis magnanimitatem virilem, caſtimoniam illibatam, tolerantiam admirabilem, ſtudium orationis perenne, obſervantiam mutuam humilitate mixtam, aliaſque præcipuas virtutes, quibus excelluit B. Aloyſius; & quibus ipſæ ſimiles fuerunt inter ſe. Deus vero ut monſtret, ſimiles quoque eſſe in gloria cæleſti, corpora omnium trium à corruptione ſervat immunia; qualia anno MDCLXXIX die XXIII Septembris, poſt triginta annorum ſepulturam, inventa fuerunt; prout dixi §. 1. Commentarii prævii.

CAPUT VIII.

Exhortatio domeſtica, à B. Aloyſio habita in collegio Romano ſuper menſam, feſto Sanctorum omnium.

C *Exhortationum Aloyſianarum una, habita Romæ ad noſtros ſuper menſa,*

89 *EX omnibus quæ de geſtis B. Aloyſii retulimus, conſtare poteſt, illum non ſuâ ſolius cauſâ natum ſe putaſſe, ſed omnibus omnia, ſecundum Religionis ſuæ inſtituta, factum eſſe. Hinc ſuis Caſtellione tum publice, tum privatim, explicuit doctrinam Chriſtianam, pene puer ipſe. Hinc Religionem ingreſſus, eamdem ſumma voluptate ſua tradidit, tum domi ſerviitis noſtris, tum in compitis rudi agreſtium turbæ. Hinc Romæ frequenter in ſodalitiis B. Mariæ Virginis ad ſtudioſam juventutem, atque in triclinio ſuper menſam ad Patres noſtros pro concione dixit. Hinc Mantuæ rogatus à Rectore collegii, ad Patres illius incolas pleroſque grandævos, ipſe juvenis & alterius Provinciæ, exhortationem ad omnium utilitatem inſtituit. Hinc penultimo vitæ anno, Mediolano rediens Romam, Senis Sodales Marianos, ad hoc invitatus, egregie exhortatus eſt ad virtutem, pluresque illorum tum exemplo ſuo tum dictione impulit ad amplectendam vitam Religioſam. Similiter aliàs alibi ſæpe peroravit.*

Nuſquam tamen legere memini, iſtiuſmodi ejus Exhortationes ad alienas manus perveniſſe, præter duas: quarum alteram Senis, dixit ad Sodales; quamque pene vi extorqueri ſibi paſſus eſt ad plurium utilitatem. Plura enim continuo ejus exempla fuere deſcripta à piis auditoribus, ea certatim ſibi ſervare cupientibus: atque is qui autographum Beati nactus fuerat, illud pro ſacra Reliquia diu poſt ſibi carum ac pretioſum habuit. Alteram, qua Noſtros in collegio Romano ſuper cœnam exhortatus fuerat, neſcio quis aut quomodo obtinuerit: fortaſſe Studioſorum aliquis noſtrorum è Polonia, qui tunc ibidem (uti ex ſingulis fere Societatis noſtræ Provinciis eò convenire aliqui ſtudiorum cauſa ſolebant) cum Aloyſio ſacræ Theologiæ operam dabat. Certe in Poloniam autographum illud delatum eſt; atque hodiedum in collegio Cracovienſi inter ſacra cimelia pro Reliquiis ſervatur. AUCTORE C. J. *delata in Poloniam.*

91 *Autographum Senenſe aut ejus exemplum invenire nuſquam adhuc potui, tametſi plura fuerunt, ut dixi, deſcripta. Ita tempus edax, etiam non longum, accedente mortalium in conſervando negligentia, cito conſumit multa. Autographi Romani exemplum è Polonia nactus Ceparius, ipſum, ne pariter conſumeretur, impreſſum dedit poſt Vitam Beati in editione ejus Placentina. Eadem Exhortatio, ſane concinna, mihi digna videtur, quæ in hoc Opere de Actis Sanctorum, Latine verſa, poſteritati conſervetur: eoque magis, quod à Sancto & feſto Sanctorum omnium dicta, perſpicue monſtrat viam, qua ad Sanctorum conſortium pervenit Orator ipſe, & omnes pervenire debemus. Sic igitur habet.* *ab exemplo Italico* *Latine datur,*

E

92 Inter multas mirabileſque viſiones, quibus beatus Apoſtolus & Euangeliſta Joannes à Deo illuſtratus fuit, multâ admiratione & conſideratione digna videtur illa, quam ipſe deſcribit hiſce verbis: *Vidi ſanctam civitatem, Jeruſalem novam, deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Hæc civitas, tametſi fortaſſe, ſecundum litteralem ſenſum, intelligatur Sancta Eccleſia eſſe; videtur tamen ſpirituali ſenſu accipi poſſe, juxta doctrinam S. Bernardi, pro converſatione Chriſti Domini noſtri, quam ipſe nos docuit exemplo ſuo hîc in terris, quamque ab ipſo didicerunt ſecutique ſunt Sancti omnes, quorum hodie memoriam celebramus. Apoc. 21. *Civitatis cæleſtis, id eſt perfectionis Chriſtianæ;*

93 Dicit namque citatus Bernardus, Chriſtum, dum cæleſtis diſciplinæ magiſterium terris intulit, ſimul etiam ſupernæ illius Jeruſalem viſibilem quamdam imaginem & ſpeciem in ſe ipſo oſtendiſſe. Et cauſam ſubjungit his verbis: *Nec fruſtra in terris viſus eſt homo cæleſtis; cum de terrenis cæleſtes quam plurimos fecerit ſibi ſimiles.* Neque vero tantum exemplo ſuo & in ſe ædificare Chriſtus voluit hanc novam civitatem, de cælo deſcendentem: ſed hodie nos quoque docere vult modum conſtruendi in nobiſmet ipſis hanc ſanctam Jeruſalem, quæ eſt civitas amoris Dei; dum nos docet in S. Matthæo Beatitudines, ex quibus illa componitur: interque illas, ait S. Bonaventura in quadam Apologia, in defenſionem pauperum ſcriptâ, non abſque myſterio referri primo loco hanc; *Beati pauperes ſpiritu &c.* Hæc enim, inquit ille, eſt quadammodo fundamentum hujuſce civitatis novæ, cujus nos Chriſtus conſtructionem docere vult. Cum igitur de hac ſola Beatitudine tractandum mihi tantummodo ſit, in duas partes totam dictionem dividam. Prima inquiret cauſam, cur Beatitudo iſta à Chriſto poſita ſit primo loco: altera proponet momenta, quibus noſtra voluntas inclinetur ad eam amplectendam. Serm. 27. ſup. Cant. F Matth. 5. *primum fundamentum paupertas Euangelica.*

94 Ad primum quod attinet, ſcribit S. Ambroſius, ſubeſſe myſterium, quod Chriſtus ſuum illum divinum ſermonem orſus fuerit à commendatione Paupertatis; *Ordine enim*, inquiens, *prima eſt, & parens quædam generatioque virtutum: quia qui contempſerit ſecularia, ipſe merebitur æterna.* Contrà vero, fieri non poteſt, ut quis mereatur Lib. 5 in Luc. c. 6.

AUCTORE C. J.

regnum cælorum, & conſequatur in hac vita Beatitudines reliquas, niſi prius ſtudeat conſequi ſpiritûs paupertatem. S. Hieronymus, relato Cratis Thebani facto, qui veniens Athenas, magnam à ſe projecit vim auri quod portabat, ratus non poſſe divitias poſſideri, & virtutem acquiri: hoc, inquam, relato exemplo, ſubdit Hieronymus; *Nos autem ſuffarcinati auro, Chriſtum pauperem ſequimur*? Quaſi diceret, fieri id non poſſe. Quemadmodum enim ædificari non poteſt civitas aut turris abſque fundamento; ita conſtrui non poteſt hæc civitas nova Jeruſalem, quam Chriſtus hîc excitandam docet, abſque fundamento ſuo, quod eſt Paupertas ſpiritûs. Quoniam ut, teſte S. Auguſtino, civitas Babylonia fundata eſt ſuper cupiditate rerum terrenarum; ita, teſte S. Bonaventurâ, fundamentum civitatis Jeruſalem eſt abalienatio ab iiſdem rebus terrenis & amor paupertatis ſpiritûs. Præterea ſicut arbor ferre non poteſt fructus, niſi bene radicata ſit; ita accidit quoque arbori virtutis, cujus radices in corde noſtro, uti ait S. Franciſcus, ſunt ſpiritûs paupertas. Adde quod lampadem accendere nemo poſſit, niſi prius immiſſum ſit oleum, quod veluti cibus & nutrimentum lucis eſt. Haud ſecus nobiſcum agitur. Si accenſam in corde noſtro tenêre cupimus amoris Dei lampadem; oportet illud prius vacuum ſit aquâ, quæ rerum terrenarum eſt cupiditas; ac impleatur oleo Paupertatis, quæ ab eodem S. Franciſco appellatur cibus & nutrimentum aliarum virtutum.

Epiſt. 13.

In pſ. 14. *Eſt illa etiam*

radix virtutum,

S. Bonav. in Vita S. Franc. B

Epiſt. 157.

95 S. Catharina Senenſis, ſcribens ad quaſdam Sanctimoniales Florentiæ, inculcat illis, lampadem cordis, plenam oleo humilitatis, & accenſam lumine, tum cognitionis propriæ, tum bonitatis divinæ, tenendam eſſe in manu timoris cum intentione ſancta. Dicit enim, quod uti lampas ſupernè larga eſt, infernè vero anguſta; ſic ſe debet cor noſtrum dilatare verſus cælum Chriſtumque, & coarctare verſus mundum ac vanitatem ejus. Quia carebant oleo Virgines fatuæ, extinctæ fuerunt earum lampades: quod nobis quoque continget, ſi ſpiritu deficiamus. Quamobrem, ſi volumus ædificare in nobis hanc civitatem, ſi plantare hanc arborem, ſi hanc lampadem accendere; debemus totis viribus incumbere prius in hoc ſtudium Paupertatis ſpiritualis: quæ qualis ſit, quantumque amari à nobis debeat, ut cognoſcamus, conſiderandum nobis eſt, quam ipſa in ſe bona, quam amabilis, ac deſiderabilis ſit.

oleum lampadis,

C

Pſ. 143. & *fons omnis boni*,

Pſ. 33.

96 Opinio hominum mundanorum eſt, amabiles eſſe divitias: *Beatum*, inquit Pſalmiſta, *dixerunt populum cui hæc ſunt*. Verum non ita ſe res habet, teſtante eodem Pſalmiſta, quod *Divites eguerunt & eſurierunt; inquirentes autem Dominum, minuentur omni bono*. Et ſane nullum boni genus eſt quod hujuſmodi deſit. Cum enim quidquid venit boni nomine, aut utile, aut delectabile, aut honeſtum ſit; patebit conſideranti, nihil horum Paupertati ſpiritûs deeſſe. Imo vero tam abundanter illa in iſta ſunt, ut nihil utilius, nihil delectabilius, nihil honeſtius uſquam ſit quam ſancta illa Paupertas, tam ſtudioſe à Chriſto Sanctiſque omnibus culta & ardenter amata.

tam utilis,

97 Et utilitates quidem ejus infinitæ ſunt. Sed nihil attinet hîc producere alias, quam quæ ſuggeritur in præmiſſis verbis; *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Videlicet Paupertatem illam eſſe theſaurum & pretium, quo comparetur regnum cælorum. Appello S. Auguſtinum. Dicit, *Felicitas magna eſt Chriſtianorum, ut paupertatem faciant pretium regni cælorum. Vis noſſe, quàm locuples ſit? Cælum emit. Quibus theſauris conferri poteſt, quod videmus Paupertati indultum*? Attamen quid nos juvaret comparaſſe ingentem theſaurum, aut emiſſe dominium in regione longinqua; ſi poſtmodum non poſſemus adire ejus poſſeſſionem, aut fructu ejus gaudere? Ne id nobis eveniat, facit Paupertas, auferens quidquid impedire poſſit, quo minus contendamus ad patriam noſtram, in eaque repoſito theſauro noſtro fruamur. Patria illa, ubi theſaurum habemus, eſt civitas cæleſtis Jeruſalem, ad quam, teſte S. Bernardo, *arduus eſt aſcenſus*: atque illuc aſcendere volenti maximum, eodem teſte, impedimentum affert pondus divitiarum. Quis autem modus tollendi hoc impedimentum? Paupertas ſpiritûs. Audi rurſus Bernardum: Hæc facit, *ut tam felici facilitate, quam facili felicitate curramus, quoniam exonerati ſumus*. Neque ſolum aufert obſtacula, quæ impediunt aſcenſum, ſed alas quoque addit ad volandum. Hæ ſunt alæ quas optabat Propheta, dicens: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, ut requieſcam*? De hiſce item alis ait S. Auguſtinus; *Viſcus alarum ſpiritualium eſt affectus rerum terrenarum. Concupiſti? Adhæſit*. Si volare igitur ad cælum volumus, abjiciendæ ſunt res caducæ, & aſſumendæ hæ duæ Paupertatis & Paupertatis ſpiritûs alæ, quibus feramur ad locum, ubi theſaurus noſter eſt, ibique illo perfruamur.

D In Epiſt. S. Jacobi Et Sermone de verb. Apoſt. *quia cælum acquirit*.

& facilem eò aſcenſum præbet;

Pſ. 54.

E

quàm delectabilis,

98 Neque tantùm habet utilitatem ſuam, ſed delectationem quoque Paupertas ſpiritûs. Hinc fortaſſis non promittit Chriſtus Dominus huic virtuti tantummodo præmium futurum, uti reliquis Beatitudinibus; ſed præſens quoque, dicens; *Beati Pauperes ſpiritu, quoniam veſtrum eſt regnum cælorum. Eſt*, inquit: quaſi velit inſinuare, virtutem hanc præſenti tempore ſecum ferre ſingularem delectationem & gaudium. Paradoxon quidem aliquibus videor loqui, dum Paupertatem eſſe delectabilem dico. Verum aliter illis videbitur, ubi conſideraverint, non appellari à Chriſto beatos *Pauperes*, ſed *Pauperes ſpiritu*; illos nempe, qui ſponte ac voluntate ſua ſunt pauperes. Ingens igitur intercedit diſcrimen inter unos atque alteros Pauperes, inter Pauperes neceſſitate & Pauperes voluntate. S. Joannes Chryſoſtomus comparat paupertatem cùm fornace Babilonica, in quam tres illi pueri apud Danielem injecti fuerunt. Quantumvis enim ignis naturâ ſuâ urat, cruciet atque abſumat; nihilominus tres pueri prædicti, qui volentes eo immiſſi fuerunt amore Dei, non modo nullum ab igne dolorem aut noxam paſſi ſunt, ſed in medio ejus gaudebant potius, ac cæleſti rore divinitus aſperſi refrigerabantur. Sic & paupertas, ex ſe quidem affligit cruciatque acriter: at Pauperibus ſpiritu, qui voluntarie tales ſunt, neque dolorem neque moleſtiam affert; ſed potius refrigerium & conſolationem, per gratiam Dei largiter affluentem.

quo fruitur ſpiritus vere pauperum,

Hom. 4 in Matth. F

non ſolum in futuro,

99 Neque vero putandum eſt, conſolationem hanc ſpiritualem cæleſtemque delectationem tantùm naſci ex ſpe futurorum bonorum, quibuſcum commutamus temporalia noſtra. Naſcitur quoque ex ipſis temporalibus rebus; quæ feliciores nos reddunt, & uberiorem voluptatem gaudiumque pariunt, quando relinquuntur pro Chriſto in Religione, quam afferre poſſint illis, qui opulentiſſimi ſunt in mundo. Egregie hoc notat S. Bernardus in Cantica, explicans hæc verba Chriſti apud Matthæum; *Beati pauperes ſpiritu* &c. *Non putent*, inquit, *divites hujus ſeculi, Fratres Chriſti ſola poſſi-*

Serm. 21.

A *possidere cælestia, quia audiunt; Beati pauperes spiritu: non eos, inquam, æstiment sola possidere cælestia, qui sola illa audiunt in promissione: possident & terrena, tamquam nihil habentes & omnia possidentes.* Unde, quæso, hæc possessio rerum omnium & felicitas, nisi ex paupertate spiritus? Audi eumdem Bernardum: sic prosequitur: *Et pro certo, tanto magis Domini sunt, quanto minus cupidi. Denique Fideli totus mundus divitiarum est; totus plane, quia omnia serviunt ei, & omnia illi cooperantur in bonum.* Numqua major uspiam felicitas, consolatio, delectatio?

sed etiam in præsenti;

100 Supereſt inſpicienda honeſtas, quæ invenitur in paupertate; eamque in illa comperiemus longe excellentiorem esse, quam sint alia duo, quæ diximus, bonorum genera. Hanc vero illius excellentiam tametsi ex variis capitibus commonstrare possem, nolim tamen plura eò conferre quam duo. Primum esto, inspicere, quantopere hæc virtus paupertatis, & paupertatis spiritus, id est paupertatis cum humilitate conjunctæ, placeat Deo. Alterum, considerare, qualia illius exempla nobis reliquerint Christus Dominus & omnes Sancti ejus: quos utique par & honestum est nos quoque imitari, quia ipsi institerunt viam, quæ ducit in cælum.

ac denique honesti,

B

101 Primùm itaque æstimemus, quam honestum sit, velle Deo placere, tum propter suam bonitatem & beneficentiam nobis exhibitam; tùm quia divinum ejus placitum regula est omnis rectitudinis & honestatis. Huic Deo, interrogatus sæpenumero à Fratribus suis S. Franciscus, quid præstare possent, quod gratissimum sit; respondere solebat, nihil gratius ei fore quam studium paupertatis. Facit huc etiam, quod S. Bernardus observat de apparitione Angeli, ad Pastores in Christi nativitate missi, dicens: *Quam multi potentes, quam multi sapientes hujus seculi, horâ illâ in stratis mollibus quiescebant; & nemo eorum dignus habitus est novam videre lucem, scire magnum illud gaudium, Angelos audire canentes.* Tum hinc præclarum ducit argumentum: Si tanto amore dignatus est Deus pastores illos, qui erant pauperes necessitate, propter ipsum beneplacitum quod ei affert paupertatis virtus; quanto majore dignabitur amore idem Deus pauperes spiritu, qui voluntate sua tales sunt.

quia placet Deo,

S. Bonav. in Vita ejus.

Serm. 3. de Nativ.

102 Alterum honestatis, in hac virtute residentis, caput sumo ab exemplo Christi, & omnium Sanctorum ejus: quod tantæ efficacitatis est apud illos, qui luce divina illustrati, hoc ipsum penitius cognoscunt, ut cogat animas, quæ eò cognitionis venerunt, mirabilia loqui. Has inter numeremus licet S. Catharinam Senensem, in una Epistolarum suarum scribentem, quod magis desideraret incedere per viam qua Christus & Sancti ejus præcesserunt, tametsi illac dolores, tormenta varia, ac tandem ipsas, post absolutum hujus vitæ cursum, perpetuas inferorum pœnas subire deberet; quodque illam insisteret libentius, quam quamvis aliam, etiam talem, quæ multam in hac vita voluptatem allatura, ac deinde in paradisum cælestem perductura esset. Si igitur tanto Christum studio sectari debemus, utique considerandum nobis est, quibus ipse & Sancti ejus tum verbis, tum exemplis, hanc nos virtutem docuerint. S. Bernardus ita loquitur: *Hæc enim est via quæ potest salvare animas vestras, & non est alia præter ipsam. Qui aliter vadit, cadit potius: quia sola humilitas exaltat, sola est quæ ducit ad vitam.* Ipsa quoque experientia id docet per vitas Sanctorum, qui magis conspicui fuerunt in quolibet ordine;

C

& assimilat hominem Christo,

Serm. 2 de Ascens.

puta Apostolorum, Martyrum, Pontificum, Confessorum &c.

AUCTORE C. J.

103 Et primùm quidem si oculos conjicimus in Christum Dominum, nihil attinet in illo considerare aliud, quam quod docet Apostolus: *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives.* Talis autem fuit ejus paupertas, ut, ipsomet testante, cum vulpes foveas suas habeant & volucres cæli nidos suos, ipse tamen non habuerit ubi sacrum caput suum reclinaret. Christi exemplum secuti sunt Apostoli, tamquam veri ejus discipuli; de quibus universim testatur S. Paulus: *Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus.* De gloriosis vero Christi Martyribus, ita loquitur cum eodem Paulo sancta mater Ecclesia: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti.* De sanctis Confessoribus, qui divitias habuerunt in hoc mundo, testatur eadem sancta Ecclesia, quod pauperes fuerunt spiritu; applicando illis illud Ecclesiastici; *Beatus vir qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris.* De sanctis Monachis & Eremitis suppetunt nobis exempla S. Pauli Eremitarum primi, S. Symeonis Stylitæ, S. Hilarionis, & aliorum. Inter Sacerdotes & Levitas habemus sanctos, Dominicum & Franciscum; qui novum paupertatis genus instituentes, non vituperio, sed potius laude digni fuerunt, uti ait S. Bonaventura; cum paupertatem Christi perfectius imitati sint. Denique ad Virgines quod spectet, notum est exemplum S. Claræ Virginis, & Matris multarum Virginum, quæ tantùm adamabat hanc sanctam paupertatem, ut de illa mentionem apud suas faciens, dicere soleret, suum illud monasterium tunc stabile firmumque fore, quando sanctæ paupertatis vallo bene munitum esset.

ac sanctis eum per ipsam secutis; 2. Cor. 8. Matth. 8. 20.

2. Cor. 4.

Hebr. 11.

Anton. 3 Dial. c. 13

104 Hinc concludere sermonem hunc possim verbis Uriæ ad Davidem: *Arca Dei, & Israël, & Juda habitant in papilionibus, & Dominus meus Joab & servi Domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam & dormiam cum uxore mea?* Absit à nobis, ut, quod alii faciunt, deserto Christi & Sanctorum ejus pauperum exemplo, delicias divitiasque adamemus: sed unusquisque potius dicamus id quod de se scribit S. Gregorius Nazianzenus, qui hanc sanctam paupertatem sibi gloriæ ducens, ita secum ratiocinabatur: *Exprobrabunt nobis paupertatem nostram. Verum hæc divitiæ meæ sunt; hanc mihi gloriæ verto; hac propemodum ad superbiam insolesco. Dumque illam mihi improperant inimici mei; aliud mihi objicere non videntur, quam quod insistam vestigiis illius, qui cum dives esset, egenus propter nos factus est. Utinam & spoliare me possem vilibus hisce panniculis quibus contegor, ut fugerem hujus seculi spinas, quæ morantur ac retrahunt properantem accedere ad Deum.* Istiusmodi quoque debet esse desiderium cujusque nostrum & omnium illorum, qui quod profitentur, veri esse volunt servi Jesu Christi. Amen.

ideoque Christianis amanda est. 2. Reg. 11.

D

E

F



INDEX

INDEX HISTORICUS

IN TOMUM IV JUNII.

A

Aaronicæ familiæ, *à David in classes distributæ* 24 688 e
Abdelas Dux Saracenorum, *gravis Christianis 8 sec.* 730 b
† Abel Archiep. Remen. *à S. Bonifacio ordinatus* 821 e
† Abagarus Princeps Edessæ, *qui Christo scripsisse dicitur* 3 c
Abiæ *vitæ Sacerdotales, quæ?* 688 e
†† Abraam, Isaac, Jacob *apud Habessinos die* XXI *cujuslibet mensis* 138 f
Abrahami Georgii, Maronitæ *S.I. Martyrium* 983 b
Acacius *Ep. Berææ Thraciæ 4 sec.* 241 f
Acacius *Arianus Ep. Cæsareæ Palæst. 4 sec.* 239 c
Achillis Gagliardi *S.I. testimonium de B. Aloysio* 1004 f
Adam, Ep. Frisingen. *probat miracula B. Aloysii à Bidermanno descripta* 1079
Adelwinus, Ep. Raincseiensis *interest translationi S. Etheldredæ* 537 b
Ademarus Mon. S. Eparchii *scribit de Capite S. Jo. Bapt. quod credebatur Angeriaci esse* 755 d
Adonis Chronicon, *turbatum in serie Episcopali* 777 d
Adriani M. *Reliquiæ igne probatæ* 606 d
Adrianus Papa *punit depeculatores mŏnrii Elyen.* 578 c
Ædelherus, *frater & successor Annæ Reginæ Orientalium Saxonum* 501 f
Ægericus, R. Orient. Sax. *cæsus à Merciis 7 sec.* 498 b
Ægidius à Walduria, Prior Oigniac. *cui 13 seculo inscriptum Supplementum ad Vitam B. Mariæ Oigniacensis* 666 d
Aëlfritha Regina Angl. *interfectrix S. Brithnodi Abb. & privigni sui S. Edwardi Regis* 628
† Agathonica V. M. Rom. *transfert Corpus S. Agrippinæ. V. M.* 464 c
† Agnes V. M. *Patrem Sebastianum del Castello animat ad luctam cum dæmonibus* 274 a. *Ejus imago annulum, à pio Sacerdote oblatum, digito extento acceptat* 396
Agrippa Rex Judæorum unicus, *à Josepho malè geminatus* 695 f
Agrippinus, *in Galatia persecutor sub Maximiano* 472 b
Agrippinus Præf. urbis Parisien. *persecutor* 816 a
† Agrofredus, *frater S. Leutfredi* 112 f
† Aiolis *Reliquias dignoscit B. Maria Oigniac* 661 a
Airaldus Archiep. Genuen. 11 *sec. revelat Cineres S. Joannis Baptistæ* 782 e
† Alanus *R. Britann. Armor. dein Monachus* 607 f
† Albanus *M. asseritur ab Elyensibus haberi* 532 f
Albanus alius, *fabulosus Hungariæ Regis filius & M. apud Moguntiam* 95 b
† Albertus Magnus, Ep. Ratispon O. Præd. 272 b *Civitatem Colon. reconciliat cum suo Archiep. Engelberto 13 sec.* 321 e
Albertus le Grand, *scriptor de Sanctis Aremoricis, qualis?* 607 b
Aldo *Ep. Placentinus 12 sec.* 783 d
Aldulfus *frater S. Etheldredæ* 498 c
Aleidis cæca, *familiaris B. Christinæ Stumbel.* 386 d
De Alenia (Petrus) Prior Præd. 16 *sec. excipit brachium S. Joannis Baptistæ* 773 c
Alexander PP. III *ordinat S. Lantfrancum Ep. Papien.* 62 *b. Probat. festum S. Jo. Bapt. Genuæ* 784 c
Alexius Comn. Imp. *scribit de Capite S. Jo. Bapt.* 754 d
† Algotus rusticus, *ubi situs, revelatur* 567 c
Alisia, *mater S. Lietberti Ep. Camerac.* 590 a
Alla R. Northanhumbr. 7 *sec. socer S. Etheldredæ* 502 f
Alphonsus R. Arrag. *S. Raymundum nominat Barbastr. Episcopum, deinde patitur eum sede illa expelli* 128 b 129 a
Alphonsus, *patruus B. Aloysii* 922 d 998 f
† Amatus Ep. Morin. *translatus à S. Baino* 37 e
† Ananias, *baptizator Pauli Apostoli* 64 f
Anastasius Papa *quanti fecerit S. Paulinum Nolanum Episcopum* 213 f
Anastasius Biblioth. *an ex Græco verterit Acta Crucifixorum. Liber ejus de Vitis Pont. elucidatus à Joan. Ciampino* 10000 13 d
Anatholius *Hymnogr. in Conceptionem Bapt.* 309 e
† Andreas Ap. *sanat socium S. Lietberti Ep. 12 sec.* 597. *Morituræ B. Mariæ Oigniac. præsentiam suam pollicetur* 662 f
Andreas Cretensis, *an auctor Canonis II in Conceptionem Baptistæ* 709 e
Andreas Bobii O. Præd. *Martyr in Wulachia* 138 c
† Aneglia, *mater S. Scildis V.* 220 b
Anna, Rex Saxonum Orientalium 7 *sec. pater S. Etheldredæ* 498 b 601 c
Anna Comnena, *filia Alexii Imp. Reliquiam S. Joan. Bapt. versibus ornat* 778 b
Anna, *uxor Henrici Regis Franciæ, filia Jaroslai Regis Russorum* 694
Anna, *uxor Mathiæ Imp. S. Ivano devota* 827 b
Annas cum Caipha, *Pontificatum alternans* 691 b *ejus quinque filii successive Pontifices* ibid. d
† Anselmus, Archiep. Cantuar 13 *sec. invitatus ad Translationem S. Etheldredæ* 537 a
Ansigisus Monachus Centulen. *Româ adfert Reliquias S. Joannis 9 sec.* 483 b
Anketellus Mon. *facit arcam S. Albani 13 sec.* 166 d
Aponianus Præf. Romæ *sub Juliano* 35 a 78
Arduinus (Joannes) *multiplicis erroris arguit Josephum* 695 f. *Christi natalem definitum credit ex natali Solis apud Gentiles* 702 d
Aretas Rex Arabiæ, *Socer Herodis Tetrachæ* 694 f *Petit ab Herode Caput S. Joan. Bapt.* 712 c
Aristobulus *filius Herodis Ascalonitæ, ex Mariamne, pater Herodis Junioris & Herodiadis* 696 e
Aristobulus, *pronepos Herodis Ascalonitæ, secundus maritus Salomes filiæ Herodis* 697 a
Antiochus, *S. Eusebii Samosateni propinquus, exulat pro fide 4 sec.* 241 b
Antipæ *cognomen male additum Herodi Tetrarchæ* 695 f
† Antonii M. *Corpus Fredalici diæc. Tolosanæ* 128 d
Antonina Patricia, *uxor Belisarii, calumniatrix S. Silverii* 16 e
Antonius, Archiep. Athenarum, 5 *sec.* 774 b
Antonius à S. Anna, O. Min. 17 *sec. in Moluccis pro castitate occisus* 686 f
† Arnoldus Villarien. Monachus, *ex Cæsario* 138
Arnulfus, Comes Flandriæ, *liberat S. Lietbertum, Ausiaci captivum* 602 d
Athalia, *custos Capitis S. Joannis Baptistæ post 1 Inventionem* 712 f
Athanasius, Ep. Alexandrinus, *excipit Reliquias S. Joan. Baptistæ.* 767 c
† Atto Ep. Pistorien. *Ord. Vallis Umbrosæ* 55 c

d'Au-

d'Aubuſſon (Petrus) *Magiſter Rhodi* 15. *ſec.* 771 c
Cardinalis gratus erga S. Jo. Bapt. Genuæ 794 c
† Audoënus *Rothomagenſis Ep. Crucem erigit* 170 f
† Auguſtinus *quam familiaris S. Paulino Nolano* 212
† Auguſtinus Caraſius Carm. 16 *ſec. in Hiſp. corpore adhuc incorrupto* 3 b
Auguſtus Cæſar *an juſſerit* 6000 *ſervos crucifigi* 179 a
† Avitus Ep. Viennen 7 *ſec. excipit exulem Ebredunen. Ep. cum S. Palladio* 96 f
Aunarius Ep. Autiſſiodorenſis *optat metrice ſcribi Vitam S. Germani* 830 a
Aurelius *procus S. Conſortiæ* 261 a
Auſonius Rhetor & Poëta, *Magiſter S. Paulini Ep. Nolani* 203 b
Auxbrebis (Joannes) Paſtor Onayæ, 17 *ſec. notat miracula S. Walberi* 615 b
Aygua *mater S. Radulphi Archiep. Bituric.* 117 e
Azo, *Epiſcopus Aquinas* 783 d
Azo Mon. Elyen. *miraculo curatus* 540 d
Azor (Joannes) *S. I. Prof. Theol. B. Aloyſio* 980 b

B

BAjazeth, Imp. Turc. *donat Rhodiis dextram Joannis Bapt.* 770 a
Balbinus S. J. (Bohuſlaus) *à quo vita S. Ivani Erem.* 823
Baldericus Ep. Ultrajectinus *invenit Corpus S. Engelmundi* 116 c
Balduinus, Imp. CP. *verticem S. Joan. Bapt. donat S. Ludovico R. Francorum* 751 f, *& manum Ottoni de Cyconiis* 768 e
Balduinus, Abbas Angeriac. 11 *ſec. detegit Caput, creditum eſſe S. Joan. Bapt.* 755 e
Baldus Mon. Angl. *inſtructor Elwredi R.* 518 f
Balgerus Mon. *transfert Reliquias ex Anglia in Flandriam* 29 f
Baronius (Cæſar) Card. *non ſatis æquus Ven. Euſebio Cæſareæ in Cappadoc.* 76 c. *Cur de Sanctis Hiſpanis pauca ſcripſerit* 100 b. *Opinatur, Aquileiam aliquando dictam Romam ſeu Romatiam* 244 d. *Non audet Romanis aſſerere Caput S. Joan. Bapt.* 485 a. *Ejus ſententia de Capite illo Romæ, expenſa* 761 b. *Ejuſdem devotio erga B. Aloyſium* 867 f
Bartholomæus Apoſt. *Patronus B. Chriſtinæ* 277 d
Bartholomæus Ep. Elnen. 15 *ſec. ſiſtit cultum Brachii S. Ioan. Bapt. Perpiniani* 775 c
Baſilius Macedo Imp. *fundator ædium S. Io. Bapt. Conſtantinopoli* 751 d
† Baſinus, *pater S. Aldegundis, Trunchinienſis mŏnrii fundator* 25 b
† Baſſa, V. M. *an ſoror S. Agrippinæ V. M.* 460 c
Beghinarum Oigniacenſium *habitus & inſtitutum* 634 c
† Beda *ſcribit in ſuo mrlio & hiſtoria de S. Albano* 147 b: *texit vitam S. Etheldredæ Reginæ Virginis* 489 b, *& elegiam de ejus virginitate* 516 c
Belizarius, *Dux Juſtiniani Imp. contra Gothos in Italia, injurias S. Silverio* 15 c
Bellarminus (Robertus) Card. *B. Aloyſii Confeſſarius, cultor, & laudator* 888 f, 969 d, 1037 b
Bellomontius (Ludov.) Archiep. *Pariſiis dedicat Capellam* 10000 *Crucifixorum* 180 c
Benedictus Card. 11 *ſec. inſtituit S. Adalbertum Archiep. Magdeburg.* 34 d
† Benigna O. Ciſt. V. M. *in Polonia* 3 a
Berchmans (Joannes) S. J. *imitator B. Aloyſii, pingit ejus imaginem* 864 e, 887 f. *Cum eo apparet & curat ægrum* 1077
Bernardini Medicæi *teſtimonium de B. Aloyſio* 1003 e
† Bernardus, *apparet B. Mariæ Oigniac. alatus* 660 d
Bidermannus (Jacobus) S. J. *edit miracula B. Aloyſii* 1078 & 9
† Birinus, *Rex Weſtſaxonum in Anglia* 522 e
Bogo, *Dux militum in Arabia ſub Maximiano* 480 c
Bollandus (Joannes) S. J. *ſcribit vitam S. Erici Monachi* 829 a
Bona, *Comitiſſa Sabaudiæ* 12 *ſec.* 762 e
Bonincontrus Morigia 13 *ſec. ſcriptor Hiſtoriæ Mediolanenſis* 764 c 766 e
Bononius (Hieron.) *Ep. Syracuſæ* 16 *ſec.* 459 d
Borzivoius, *Dux Bohemiæ* 10 *ſec.* 823 b
Boſo, *Ep. Merſeburg.* 10 *ſec.* 34 e
de Bourbon (Carolus) *Card. Ep. Lugdun.* 15 *ſec.* 180 c
Brithſtanus, *ex carcere liberatus miraculo S. Etheldredæ* 546 e
Brompton (Joannes) *de inventione S. Amphibali Mart.* 170 c
Bruzo (Henricus) *pater B. Chriſtinæ Stumbel.* 279 a
Buglius (Jo. Ant.) *Baro Burgii in Sicilia* 16 *ſec.* 459 d
Buiſſeret (Franc.) *Ep. Namurc. cogitat de elevanda B. Maria Oigniac.* 679 a
Burchardus, *Ep. Miſnen.* 10 *ſec.* 34 e
Burckhardus, Card. Archiep. Saliſburg. *Romam mittit proceſſus pro canoniz. S. Eberhardi Archiepiſcopi* 261 a
Burthredus, Rex Merciorum, *pacem init cum Danis*, 9 *ſec.* 518 e
Byzantius Hymnographus, *de Conceptione S. Ioan. Baptiſtæ* 709 e

C

CÆcilia, *Matertera Innocentii XI, ſancte mortua* 17 *ſec.* 3 d
Caiphas, *cum Anna Pontificatum alternat* 691 b
Cajus Imp. *Herodem Tetrarcham cum Herodiade exilio multat* 697 b
Calcagninus (Auguſtinus) *ſcribit Hiſtoriam S. Io. Bapt. & Cinerum ejus Genuæ* 780 a
Calixtus II *increpat Stephanum Oſcenſem ob invaſam ſedem Balbaſtren.* 134 f
Camerota (Jo. Bapt.) S. J. *Lector Theol. Neapoli* 911 e
Campanaria familia Genuæ, *S. Joan. Baptiſtæ devotiſſima* 786 e
Campofregoſus (Paulus) Archiep. *reſtituit Genuæ novum feſtum S. Joan. Bapt.* 15 *ſec.* 791 d
Cangius (Carolus du Freſne) *auctor libri de Capite & Reliquiis S. Joan. Bapt.* 711 d
Cantipratanus (Thomas) *ſcribit Acta S. Chriſtinæ Mirabilis* 270 c
Canutus, *Rex Angliæ factus* 11 *ſec.* 529 e
Canus (Melchior) *O. Pr. excuſat Sozomenum* 719 c
Coarſin (Guil.) *ſec.* 15, *Cancellarius Rhodi* 770 b
Carmelitæ MM. 40000 *aut* 140000, *& monaſteria* 7000 *in Syria, an credibiliter aſſerantur* 137 f
Carminatus (Joan. Bapt.) S. J. *Provincialis B. Aloyſii* 989 f
† Carolus Borromæus, Ep. Mediol. *jubet transferri theſaurum Reliqq. Modoëtien.* 766 d: *primam communionem impertit B. Aloyſio* 931 f 932 1933
Caroli Martelli Principis Franciæ *filius Gripho, à S. Leutfredo ſanatus* 109 d
Carolus Calvus, Rex Franciæ, *confirmat fundationem mŏnrii Doverenſis* 121 a. *Ei dedicata Vita metrica S. Germani Autiſſiodor.* 829 c
Carolus Simplex, Rex Fr. & uxor Frideruna *mŏnrio S. Germani de Pratis ſubjiciunt Abbatiam S. Leutfredi* 114 e
Carolus VI, Rex Fr. *lilia ſcuti ſui ad tria reducit* 749 c
Carolus VII, Rex Fr. *in bello adjutus à S. Joan. Bapt.* 748 f
Carolus Gonzaga, *nepos B. Aloyſii* 889 f

Carolus Spinula S. J. *laudator B. Aloysii* 888 e
Cassia, *poëtria in conceptionem S. Jo. Bapt.* 710 a
Castellanus (Claudius) Can. Paris. *suggerit memorias S. Sicildis V.* 259 b
del Castello (Joannes) S. J. *Dei instinctu ad luctam cum Dæmonibus se offert* 273 f
† Catharinæ Senensis *Stigmata, Stigmatibus B. Luciæ Narniensis visibilibus confirmata* 270 b
Ejus cubiculum 1006 c
† Catharinæ Genuensis *Vita, B. Aloysio cara* 1006 c
Catillius, *pater ac tyrannus S. Gemmæ V. M.* 9 e
Cattaneus (Ludovicus) *B. Aloysii Sacellanus* 959 b c f
Cattaneus (Paulus) O. Bened. *probat Vitam B. Aloysii* 917
Cedda, *Ep. Merciorum 7 sec.* 502 c
Chiffletius (Pet. Franc.) S. J. *illustrator operum S. Paulini Nolani* 194 c
Chiocarellus (Barthol.) *invenit Vitam S. Joannis Pulsanen.* 38 c
Chlodovæus Rex Fr. *fundator Abbatiæ S. Sigeramni 7 sec.* 753 a
† Christinæ Hasbanicæ *mirabilia, ex Actis alterius Junioris confirmata* 270 a
Ciacconius (Alfonsus) *correctus in anno, quo Cardinalis factus Jacobus de Vitriaco* 635 f
Ciampinus (Joannes) *edit examen Anastasii Biblioth. de vitis Pontificum* 13 d
Claræus (Martinus) S. J. *hymnum pangit de B. Aloysio* 1153 f
Claudius Aquaviva General. S. J. *mittit Castellionem caput B. Aloysii* 879 d, *probat ejus Vitam* 918 e
Clemens VIII *jubet edi Vitam B. Aloysi* 892 b 963 b *attestatur ejus sanctitati* 1036 b 1039 c
Clementia, *ancilla B. Mariæ Oigniac.* 662 b
Clothario Regi Fr. *sistitur S. Concordia V. 6 sec.* 251 f
Coccinus (Joan. Bapt.) *Rotæ Rom. Decanus, relator pro Canoniz. B. Aloysii* 1121 c
Conanus Meriadecus, *Rex Brit. Armor. 4 sec. Episcopatus instituit* 607 b
Constantinus Monomachus Imp. *fundat Ecclesiam S. Georgii de Manganis* 745 b
Constantius Imp. *Arianus Orthodoxos persequ. 4 sec.* 239
Corbinellus (Ludovicus) S. J. *à morte sua apparet B. Aloysio* 1010, 1018 f
Costus (Thomas) *16 sec. scribit historiam Montis-virginis* 38 b
Curbagath, *Dux Saracenorum in Syria 13 sec* 780 e
† Cuthbertus *in Farnen dirigit S. Bartholomæum Erem.* 834 d. *Eidem apparet, Missam dicens* 840 b
† Cuthbertus Ep. Dunhelmi, *familiaris S. Etheldredæ* 504 c
Cynthia, *neptis B. Aloysii* 842 c, *per eum sanata* 1064 e
Cypriano *affingitur Historia translati Capitis S. Joan. Bapt. Angeriacum* 755 b
Cyriacus, *Ab. S. Carterii in Cilicia 5 sec.* 726 a

D

DAmascenus (Joan.) *auctor Canonis in Conceptionem Baptistæ* 709 b
† Demetrii M. *Corpus, visitatum à S. Lietberto* 597 b
Deodahatus, Rex Gothorum, *obtrudit Romanis S. Silverium* 15 a
Didacus *filius Philippi II, correctus ab Aloysio* 941 c
Dionysius Exiguus, *Latine reddit Inventionem Capitis Joan. Bapt.* 719 e
Dodwellus Anglus, *hæsitans circa numerum veterum Martyrum, refutatur* 807 f
Domitianus, *maritus S. Matronæ Perg. 5 sec.* 721 a
† Domitilla Ord. Præd. *Bononiæ revelationibus clara 16 sec.* 3 b
† Dorothei *Synopsis* LXX *discipulorum* 67
Dudellinus, *Ep. Brandenburg. 10 sec.* 34 f
Dudo, *Ep. Havelberghen 10 sec.* 34 c
Dunstanus Archiep. Cantuar. *reformat Clerum Anglicanum* 569 d
Durandus, Abb. Casæ Dei 11 *sec.* 4 b
Duratius (Stephanus) Archiep. Genuen. 17 *sec. aliquid addit ad Cineres S. Joan. Bapt.* 798 b

E

EBba Abbatissa, *magistra S. Etheldredæ* 502 f
Edelberga, *soror S. Etheldredæ* 498 c
Edelwaldus Rex Merciorum, *filius Pendæ R.* 502 b
Ederedus Rex Angl. *Danos cædit 9 sec.* 518 f
Edgarus R. Angliæ 9 *sec. Ejus majores; felix regimen, restauratum & dotatum mŏrium Elyense.* 520 e
Ejusdem Privilegium pro illo 524 f
† Edmundus Rex Angliæ, *occisus à Danis* 518 e
Edricus Comes Anglus, *proditor Regum Etheldredi & Edmundi* 529 e
† Edouardus R. Angliæ, *videt in spiritu Regem Daniæ mergi* 163 b
Edwardus I R. Angliæ, *succedit patri Alwredo* 519 f
Egelnodus Archiep. Dorobern. 11 *sec.* 529 f
Egfridus R. Nortanhumbrorum, *maritus S. Etheldredæ* 502 e
Eleonora Imp. *petit Canoniz. B. Aloysii* 885 c
Eleonora Medicæa, *Dux Mantuæ* 929 e
Eleonora Aust. Dux Mantuæ, *juvat Aloysium ut ingrediatur Societatem* 951 f *attestatur sanctitati ejus* 1036 e
† Elgotus, *opilio S. Etheldredæ* 513 c
Elias Canon. Roten. *scribit Vitam S. Raymundi Episcopi sui* 125 f
Elizabetha Reg. Dalmatiæ, *mater S. Ivani Erem.* 825
Elfinus, 2 *Abbas Elyen.* 10 *sec.* 529 c
Elwinus, Erem. Farnen. *excipit S. Bartholomæum socium* 834 e
Elwredus R. Angliæ, *eruditissimus 9 sec.* 518 f
Emma Regina Angl. *uxor Canuti R. benefica Elyensibus* 629 e
Engelbertus Archiep. Colon. 13 *sec. diœcesim subjicit interdicto* 321 e
Ercanbertus, *Abb. Wicenburg. 10 sec.* 33 b
Erconbertus Rex, *maritus S. Sexburgæ* 498 d
Ericus, *pater Hildiwardi Ep. Halberstad* 33 e
Erleboldus, Judex Camerac. *comes S. Lietberti Hierosolymam* 596 a. *Fundator Ecclesiæ S. Crucis Cameraci. 11 sec.* 603 b
† Ermenilda Abbatissa, *neptis S. Etheldredæ* 517 e
Ejus translatio 538 a
Erpo, *Decanus Suzaten. 12 sec.* 63 b
Etheldredus Rex Saxonum Occident. *sub quo Dani invadunt Angliam* 518 c
† Ethelwoldus Ep. Winton. 10 *sec. restaurator monasterii Elyen.* 523 *& seq.*
Eucharistus, *opilio in Ægypto, virginitatem cum conjuge servans* 499 f
† Eucherius *vel* Emeterius, *pater SS. Consortiæ & Tullia; an Ep. Regiensis* 292 f
† Eucherius, Lugdun. Ep. *unus tantum* 194 d
Ejus uxor fuerat Galla: filii, Salonius & Veranus; non item filia ejus S. Consortia 249 b c d
Eudoxius Ep. Antiochiæ (*an Pisidiæ?*) 3 *sec.* 472 c
Eudoxius *Arianus, ex Antiocheno Constantinopolitanus Patriarcha 4 sec.* 239 b
† Eugeniæ V. M. *exemplo mota S. Consortia* 251 a
Eugenius PP. III, *jubet Elyensem Abbatiam restitui* 578 a
Eugenius, *Tyrannus, à Theodosio profligatus* 714 e
Eulogius Ep. Edessæ 4. *sec.* 241 e
Eunomius, *Arianus, Ep. Samosat. 4 sec.* 240 f

Eu-

Euphrateſii, *an Adriano Imp. rebellaverint* 179 b
Eupraxia, Vidua Sicula, *Menæi excipit Corpus S. Agrippinæ* 468
Euſebius *Ep. Cæſareæ Palæſt. in Mrliis* 66 a 75 a
Euſebius Ep. Vercellenſis *ab exilio ſuo in Sardiniam non venit* 84 b
Euſtachius Presb. Arianus, *S. Joannis Baptiſtæ Caput clam habet apud Emeſam 5 ſec.* 717 c. *Quomodo illud Conſtantinopoli Emeſam attulerit* 720

F

FAſtrada, uxor Caroli Magni, *ſepulta Moguntiæ ad S. Albani: ejus ibi Epitaphium duplex* 91 c
Fauſtus Pastorius, *Archipresb. Caſtellion.* 877 e *teſtis in Proceſſu pro B. Aloyſio* 912 f
Fauſtus Junior, *Conſul Romæ ante finem 5 ſec.* 229 d
† Felix, Martyr Nolanus, *Patronus perpetuus S. Paulini Ep.* 205 d. *Ab hoc ſcripti ejus Natales* xv, *ſtructaque & verſibus ornata baſilica* 235 e *& ſeqq.*
† Felix, *Ep. Saxonum Orient. 7 ſec.* 500 b
Felix Monachus Ciſterc. *an Beatus* 455 c
Felix, *Clericus 9 ſec. fingitur attuliſſe Alexandriâ in Galliam Caput S. Io. Bapt.* 755 c, 756 f, 758 a
Ferdinandus II Imp. *petit Canoniz. B. Aloyſii* 886
Ferdinandus III Imp. *viſitat eremum S. Ivani* 826 f
Ferdinandus Dux Etruriæ, *cultor B. Aloyſii* 870 b
Ferdinandus Gonzaga, *ſec.* 16, *pater B. Aloyſii* 851 a. *Pie moritur* 965 d, 967 f, 669 e
Ferdinandus Paternò S. J. *Confeſſarius Aloyſii in Hiſpania* 941 f
Ferrarius (Philippus) *quam varius in citandis Eccleſiaſticis tabulis* 85
Finus (Claudius) O. Præd. *teſtis pro B. Aloyſio* 938
Florentinius (Franc.) *defenſor Euſebii Ep. Cappadoc. ut Sancti* 76 c. *Illuſtrator vetuſtiſſimi Martyrologii, tenet Machærunte natum & decollatum S. Joannem Baptiſtam* 703 e.
Franciſca à Sancto Michaële, *O. Præd. in Hiſp.* 456 b
† Franciſcus de Borgia S. J. Gener. *admittit inſtitutionem Parthenonis Halenſis* 1156 a
Franciſcus Brixionenſis Cappucinorum Provincialis *probat vitam Aloyſii* 918 a b
Franciſcus Gonzaga, *frater B. Aloyſii, primus Princeps Caſtell.* 851 e. *Hujus poſteritas* 853. *Teſtis in proc.* 913 b. *Dedicat Paulo V. Vitam fratris* 914 b c
Franciſcus Gonzaga, Generalis Minorum, Epiſc. Mantuæ, *B. Aloyſii cognatus, vir ſanctus* 870 c, *probat ejus vocationem* 947 a
Fredericus Imp. 12 *ſec. viſitat Genuæ Cineres S. Io. Baptiſtæ* 784 b
Fredericus Borromæus Ep. Mediol. *elevat theſaurum Reliqq. Modoëtienſium* 766 d
Frideruna Reg. Franc. *uxor Caroli Simpl.* 115 a
Frizon (Leonardus) S. J. *Poëta, auctor Odes de B. Aloyſio* 1155 a
Fulbertus Ab. S. Sepulcri, *transfert tumulum S. Lietberti Ep. Camerac.* 606 c
Fulcherus, *S. Lietberti comes Hieroſolymam, miraculo ſanatus* 597 c
Fulco, Archiep. Toloſanus 12 *ſec. cujus rogatu ſcripta Vita B. Mariæ Oigniac.* 634 d
Fulco, Canon. Inſulenſis, *punitus ob non ſumptam Crucem contra Albigenſes* 677 d
† Furſeus, *ordinat S. Gobanum Presb.* 23 b

G

GAbriel Archang. *miſſus ad Zachariam & Mariam* 688 b
Galerius Maximianus, *gener & ſucceſſor Diocletiani Imp.* 811 c
Galeſinii Mrlium, *quale & quomodo editum* 245 b
Galfridus Rydel, 12 *ſec. Ep. Elyen.* 578 c
Galfridus de Burgo, 12 *ſec. & ipſe Ep. Elyen.* 578 d
Galfridus Monachus *ſcribit vitas SS. Bartholomæi & Godrici* 832 b
Galfridus, theſaurarius Winton. *intereſt tranſlationi S. Etheldredæ* 537 b
Gaudentio Abbati *cui dicata à Dionyſio Exiguo Inventio Capitis S. Ioan. Bapt.* 721 e
Gelaſii Papę *Decretum de Invent. ejuſdem Capitis* 719 b
Gelaſius PP. II *Genuæ Eccleſiam dedicat* 783 d
Gennadius Ab. *Capereti in Cilicia 5 ſec.* 727 c
Georgius Arianus, *Ep. Laodic. 4 ſec.* 239 d
† Georgius Martyr. *Ejus ædes, Græci in Sicilia* 465 c *Alia in Cupreſſeto CP.* 476 d
Gerardus Ep. Camerac. *avunculus & deceſſor S. Lietberti 11 ſec.* 588 c
Gerardus, Prior Viconien. *an Sanctus* 686 b
Gerardus de Gritone, O. Præd. *familiaris B. Chriſtinæ Stumbelenſis* 282 *& ſeq.*
Gerberga *Abbatiſſa Gandersheimenſis* 31 a
† Germani Ep. Autiſſ. *Vita Metrica auct. S. Erico Mon.* 829 a. *Miracula* 830 e
Germanus, Prior Dunelm. *connovitius S. Bartholomæi Eremitæ* 834 e
Gero Comes, *Innocens duello damnatus* 10 *ſec.* 55 c
† Gertrudis Virginis *feſtum celebrare monetur B. Maria Oigniac.* 660 b
Gertrudis, ſoror Plebani Stumbelen. *familiaris B. Chriſtinæ* 286 c
Gervaſius Archiep. Remen. *honorat S. Lietbertum Camerac.* 601 e
Geſtimulus, R. Dalmatiæ, *pater S. Ivani Erem.* 825 b
Geva Abbatiſſa ad S. Cæciliæ Coloniæ, *devota B. Chriſtinæ Stumbelenſi* 272
Ghizonus (Clemens) *Major-domus March. Caſtellion. teſtis pro B. Aloyſio* 913 a
Gilebertus, *Ab Weſtmonaſt* 13 *ſec.* 548 e
Giraldus Ep. Lemovic. 11 *ſec. Angeriacum defert Corpus S. Martialis* 756 c
Giſilerus, *Archiep. Magdeburg.* 10 *ſec.* 36 d
Gocelinus Monachus, *Vitas Sanctorum in Anglia deſcribit* 12 *ſec.* 545 c
Godefridus Præp. Elyen. *proficuus mũrio, fit Abbas Weſtmonaſter* 532 c
Godefridus, Comes de Arnesberg 12 *ſec.* 61 f 63 b
Godricus, *ex Winthonienſi Elyenſis Monachus, magnæ ſanctitatis* 542 d 544 f
Goſwinus, *ſcribit* 11 *ſec. hiſtoriam S. Albani Moguntini* 118 e
Gratianus Imperator, *mortuo Valente Monarchiam obtinet; exules orthodoxos reſtitui jubet* 241 e
† Gratus Ep. Auguſtæ Prætoriæ *fingitur Romam attuliſſe Caput S. Ioan. Bapt.* 761 b
† Gregorius PP. I. *Græcis dictus* Dialogus 230 b *Ejuſdem quædam ſphalmata memorabilia* 719 d
Gregorius XIV *benedicit morienti Aloyſio* 1013 e 1017 c
Gregorius XV *extendit uſum Miſſæ de B. Aloyſio* 884 f
† Gregorius Ep. Agrigent. *excipit Corpus S. Agrippinæ* 466 b
Gridonia, *neptis B. Aloyſii* 842 e
Grimoaldus, *Princeps Barien.* 12 *ſec.* 46 a
† Grimualdus, *Presb. Pontis-curvi* 12 *ſec. fundat Eccleſiam S. Ioan. Bapt.* 800 c
Grobbendonchius, Ep. Namurc. 17 *ſec. transfert Oſſa S. Walberi in novam arcam* 614 c
Guarinus Ep. Aquini 11 *ſec. fundat Eccleſiam S. Io. Bapt. in Ponte-curvo* 799 a
Guibertus, Ab. de Nongento, *improbat diſtractionem Reliquiarum* 751 d *Quid ſenſerit de Capite S. Joan. Bapt. Angeriaci* 754 d

Guido Ab. Moliſmenſis *Juliaco præficit Priorem B. Petrum* 612 b
Guido Cantor Camerac. *familiaris B. Mariæ Oigniacenſi* 646 e
Guido Archiep. Remen. *conſecrat S. Lietbertum Epiſcopum* 592 d
Guido de Nivella Presb. *familiaris B. Mariæ Oigniacenſi* 651 d
Guilielmus Dux Mantuæ, *patruus Aloyſii* 923 f
Guilielmus Com. de Scelfort, 12 *ſec. punitus* 577 d
Guilielmus Comes Warenne in Anglia, *injurius monaſterio Ely & punitus* 546 a
Guilielmus Flaccus S. J. *Rector Anglorum Gandavi, per B. Aloyſium curatus* 1074 *& ſeq.*
Guiliermus Comes Toloſæ II *ac* III. *An ex his prognatus S. Raymundus Ep. Balbaſtren.* 128 c
Gundiberga Regina Longobard. *Ticini fundat Eccleſiam S. Ioan. Bapt.* 806 c
Guntherus Ab. Thornyenſis *intereſt tranſlationi S. Etheldredæ* 537 b
Guntramnus Rex Burgund. *an fundarit Eccleſiam Maurienna* 777 c
Guo, *Archidiac. Cameracen. 12 ſec.* 591 c

H

HAraldus, *Rex Angliæ 11 ſec.* 531 d
Hatto Prior Moliſmen. *adeſt obitui S. Petri Juliac.* 613 d
Hecca, *Gubernator Maſſiliæ, ſub Sigeberto R. Fr.* 552 c
Helena, *Ruſſorum Regina, converſa 10 ſec.* 32 d
Helena Aliprandi, *fratria B. Aloyſii, uxor Rudolfi March. Caſtellionis* 1000 f 1004 c
Helinandus Ep. Laudun. 12 *ſec. profectus Hieroſolymam* 599 a
† Hemmingus *Ep. Aboënſis in Suecia* 66 d
Henricus Imperator C P. *poſt fratrem Balduinum, 13 ſec.* 748 b
Henricus Rex Francorum, *Rhemis coronatur cum ſponſa* 593 c
Henricus VII Rex Angliæ. *Huic dedicant Colonienſes libellum, quo confunduntur Sancti Albinus & Albanus* 173 e
Henricus Flander, *Toparcha Ninoviæ, filius Guidonis Com. Flandriæ 14 ſec.* 766 e
Henricus Auſtriacus, *Dux Bavariæ Inferioris 12 ſeculo* 166 c
Henricus, *Comes Segnenſis 14 ſec.* 753 f
Henricus Dux Lothar. *petit Canoniz. B. Aloyſii* 885 f
Henricus de Ulme, *affert Conſtantinopoli dentem S. Joannis Baptiſtæ* 753 e
† Henricus, *Peregrinus in Apulia, confrater Regis Angliæ* 40 d
Hercules Tanus, *B. Aloyſii avunculus* 947 f
Herebertus Ep. Norwicenſis *intereſt tranſlationi S. Etheldredæ* 537 b
Hereſwitha Angliæ Reg. *mater S. Etheldredæ* 498 d
Herivæus Epiſcopus Elyenſis *ſcribit librum de terris S. Etheldredæ* 523 c
Herodes Aſcalonita, Rex Judææ; *Judæuſne genere an Athenienſis?* 688 d
Herodes Junior, *S. Jacobi interfector, male dictus* Agrippa 695 e
Herodias, uxor Philippi Tetrarchæ, *pellex Herodis Junioris* 693 f 695 a
Herouvallii (Ant. Wyon) *Elogium* 712 a
Herſenius, *Epiſcopus in Creta 15 ſec.* 774 c
Hiddo O. Præd. *Prov. Theutoniæ 13 ſec.* 313 d
† Hieronymus *laudat ſtylum S. Paulini in Panegyrico Theodoſii*
Hildiwardus, *Præpoſitus Halberſtad. 10 ſec.* 33 e
Hilla de Monte, *cognata B. Chriſtinæ* 286 & ſeqq. c
Hoël *crudelis Rex Armoricæ* 102 d
Horatius, *patruus B. Aloyſii* 922 d; *Solfarini in Ducatu Mant. Dynaſta* 996 a
Hormiſdas Papa, *pater S. Silverii* 15 a
Hugo Card. Oſtien. 13 *ſec. à B. Maria Oigniac. adjutus* 672 d *fit; Papa Gregorius* IX 674 e
Hugo Archiepiſcopus Genuen. 12 *ſec. ſeditionem componit* 783 f
Hugo *Epiſcopus Cizenſis 10 ſec.* 34 f
Hugo de Nortworde 13 *ſec. promovet fabricam novæ eccleſiæ Elyen.* 536 a
Hugo Cappellanus S. Lietberti, *& comes ejus Hieroſolymas* 596 a, *Fit Caſtellanus Camerac.* 599 f, *Et gravia damna infert Eccleſiæ* 602 a
† Humbergæ *ſive* Humbelinæ, *ſororis S. Bernardi, obitus* 612 f
Humfridus de Winfelda, *executor cujuſdam teſtamenti, ex quo legata munera S. Joanni Bapt. Ambianum fert 16 ſec.* 749 c

I

IAcobus *Patr. CP. Latinus ſec. 15* 775 b
Jacobus III, R. Scotorum 15 *ſec. donat S. Joanni Bapt. Ambianis nummum aureum* 749 b
Jacobus O. Præd. Prior Spinen. *format Proceſſum de manu S. Joan. Bapt. Perpiniani* 774 b
† Jacobus Erem. Bituric. *familiaris S. Radulpho Archiepiſcopo* 119 c
Janſenius (Cornelius) Ep. Gand. *transfert Corpus S. Idæ & aliorum 16 ſec.* 26 b
† Januarius Ep. *apparet morienti S. Paulino* 198 c
Japonici Legati *ad Gregorium XIII, quid Arimini egerint* 144 b
Ignatius Patr. CP. *excipit Caput Baptiſtæ* 734 b
Immena Abb. *Soror S. Radulphi Archiep. Bituric* 117 f
†† Innocentium Reliquiæ, *delatæ in Galliam* 759 c
Innocentius II *Abbatem ordinat S. Eberhardum, poſtea Archiep. Salisburg.* 262
Innocentius IV *Genuæ viſitat Cineres S. Io. Bapt.* 785 d
Innocentius VIII 15 *ſec. devotus S. Io. Bapt.* 791 f
Inguar Rex Danorum, *invaſor Angliæ* 518 c
† Joannes Baptiſta *dirigit S. Ivanum ad ſolitudinem* 825 b
† Joannes Euang. *in ſpecie aquilæ, apparet B. Mariæ Oigniac.* 660 d. *Avertit pluvias* 670 a. *Ejus excellentia à S. Io. Baptiſta declaratur* 804 e
†† Joannes & Cyrus M M. Alexandriæ, *unius Caput Angeriaci* 754 f
† Joannes Bonus, *Abbas Pulſanenſis* 40 f
† Joannes, *Abbas Parmenſis 5 ſec.* 2 c
† Joannes, *diſcipulus S. Joannis Pulſanen.* 41 b
Joannes PP. XII *confirmat erectionem Archiepiſcopatûs Magdeburgenſis* 31 c
Joannes PP. XIII *conſecrat primum Magdeburgenſem Archiepiſcopum* 33 f
Joannes Ep. Roffen. Card. M. *in Anglia 16 ſec.* 128 e
Joannes Talaia, *ex Patrarcha Alexand. adminiſtrator Eccleſiæ Nolanæ 4 ſec.* 229 c
Joannes Ep. Myren. *deceſſor S. Nicolai* 781 a
Joannes Dux Bituric. *donat Eccleſiæ Lugdunenſi maxillam S. Ioannis Bapt.* 752 f
Joannes Advocatus Atrebat. *Caſtellanus Camerac. 12 ſec. eccleſiæ gravis* 590 c
Joannes à Dinanto *Canonicus Regularis, director S. Mariæ Oigniac.* 456 a
Joannes Paſtor in Stumbele, *ſcribit initium vitæ B. Chriſtinæ uſque ad annum ætat. 25* 275 f
Joannes Mon. Anglus *inſtructor Elwredi Reg.* 518 f
Joannes Erem. *propè Caſſiam, an Beatus* 686 d

Joan-

Joannes, *maritus B. Mariæ Oigniac. cum ea continenter vivens* 633 f
Joannes Hothum, *Ep. Elyen.* 14 *sec.* 571
Jocelinus Clericus, *injuriosus mñrio Elyen.* 577 c
† Joël, *Ab. Pulsanensis* 41 a 48 e
Jordanes, *Ep. Poznanien.* 10 *sec.* 34 f
Jordanus de Latronibus, *consecratur Ep. Lemovicensis* 11 *sec.* 756 d
Jordanus (Jo. Jac.) Ab. Generalis Montis Virginis 17 *sec. edit chronicon sui Ordinis* 38 c
† Jordanus, *successor S. Joannis Pulsanen.* 41 b 57 a
Josephus Judæus, *exiguam meretur fidem in historia Euangelica* 694 f
Isembertus Dominus Castelli Allionis, *confirmat donationes à suis factas Angeriaci*, 11 *sec.* 756 d
Isidorus, *Ep. Cyri* 4 *sec.* 241 f
Iso, *Ep. Santonensis* 11 *sec.* 756 d
† Judicaël, *ex Rege Armoricæ Monachus* 102 d
Judicaël, *primus Ep. Veneten. in Armorica* 607 b
Julia Bononiensis, O. Minorum, *cujus revelationes desiderantur* 138 c
Julianus Apostata Imp. *nullos per se Martyres Romæ fecit* 482. *Fingitur Sanctorum Reliquias exurendas inquisisse* 741 a. *Sub eo dissipatur Corpus S. Joannis Baptistæ* 767
† Julianus Anazarbenus M. *alius ab Istrico* 139 b
Julius, *Præf. Galliarum* 4 *sec.* 812 e
† Jurminus, *frater S. Etheldredæ* 498 c 501 f
Justinianus Imp. *Edessâ Constantinopolim transfert manum Baptistæ* 741 c
Justiniani (Augustinus, & Benedictus) S. J. *Professores B. Aloysii in Theologia* 980 b

K

KEnwalla R. Saxonum Orient. *conversus* 501 d
Kinefridus, *medicus S. Etheldredæ, & testis incisionis ante obitum factæ, & in mortua solidatæ* 611 e 514 d
Kinegilsus, R. Westsax. *à S. Bireno conversus* 522 e

L

LAmbertus Ergo, Presb. *delineator monumentorum S. Walheri* 614 b
Lampinus Ep. Barcinon. *ordinator S. Paulini Ep. Nolani* 210 b
Laidricus, *Frater S. Radulphi Archiep. Bituric* 117 f
Landolphus, *Ep. Astensis* 12 *sec.* 783 d
Landulfus Ep. Taurin 11. *sec. obtinet Reliquiam ex Capite S. Joannis Bapt. Angeriaco* 756 e
Lavinia Serega *ex Coll. Virgg. Jesu Castellione* 1157 f
Laurentius, *Prior Dunelmi* 13 *sec.* 834 e
Ledwinus Ab. S. Dionysii, *Caroli Magni ex Rotrude nepos* 256 f
Leo, *Præpositus Elyensis*, 10 *sec.* 528 b
Leoffinus, *Ab. Elyen.* 11 *sec.* 530 a
Leofwinus, *Ab. Elyen.* 11 *sec.* 529 f
Leofricus *Ab. Elyen* 11 *sec.* 529 f
Leopoldus Imp. *ecclesiam condit S. Ivano* 827 b
Libutius, *vir Apostolicus in Russia* 10 *sec.* 32 d
† Licinii Ep. Andegav. *Translatio* 65 a
Lietbertus Toparcha Brukelensis *pater S. Lietberti Episcopi* 590 a
Liliosa, *soror S. Jacobi Ep. Tullen. an sancta* 584 c
Longobardica Gens, *à S. Joan. Bapt. protecta, donec in ejus cultu refrixit* 805 f
Lopez (Joan) Præd. 17 *sec. Scriptor insignis* 722 b
Lotharius III R. Franc. *excipit S. Gobanum* 22 a
Lotharius *R. Cantuariorum* 8 *sec.* 517 c
Lotharius, filius Caroli Calvi, *Abb. Autissiod.* 829 f
Lotherus R. *nepos S. Etheldredæ ex fratre*, 8 *sec.* 513 a
† Lucas Eu. *fingitur manum S. Io. Bapt. transtulisse Antiochiam* 740 f
† Lucia Narniensis, *Christi stigmatibus insignita* 270 a
† Lucifer Ep. Calarit. *Auctor vitæ eremiticæ in Sardinia* 84 c. *Ejus inventio* 65 c
Lucius Arianus, *Ep. Samosat.* 4 *sec.* 240 f
† Ludovicus IX Rex Franc. *liberalis erga Sebastenos Hospitalarios* 694 c. *An Sebastia attulerit mentum S. Ioan. Bapt.* 753 b
Ludovicus XI Rex Franciæ, *donat S. Ioanni Bapt. Ambianis varia monilia* 749 a
Ludovicus Turca *sec.* 15. *Ex illo Duces Mantuani & Marchiones Castellionis* 849
Ludovicus de Gaucours, *Ep. Ambian.* 15 *sec.* 749 a
†† Luglius & Luglianus MM. *à S. Baino Episcopo tumulati* 27 f
Lysanias, Abelinæ Tetrarcha, *quis & unde* 691 a

M

MAbilio (Joannes) *O. B. colligit vitam S. Radulphi Archiep. Biruric. scriptor sincerus* 119 e
Machabæorum Historia, *usque ad Herodem continuata* 688 d
† Machutes *seu* Maclovius Episcopus, *elevat Corpus S. Aaronis* 247 c
Macrianus Magus, *Valeriano Imperatori suadet persequi Christianos* 457 f
Mahomet Imp. Turc, *Constantinopolim occupat* 770 d *Rhodum frustra aggreditur* 771 a
Manzinus (Jac. Ant.) S. J. *ultimus edit vitam B. Aloysii Gonzagæ* 893 & 4 f a
à Marca (Petrus) Archiep. Tolosan. *scribit de Brachio S. Ioan. Bapt. Perpiniani* 775 a
† Marcelli P P. *Corpus inventum Montibus in Hannonia* 606 b
Marcellus Ab. Spelæi, *invenit Caput S. Io. Bapt.* 718 d
Margarita Austriaca Regina Hispaniarum, *Genuæ inspicit arcam S. Joan. Bap.* 795 d
Margarita Austr. *Monacha Madriti, soror Rudolfi Imperatoris* 871 b
Margarita Dux Lotharingiæ *petit Canonizationem B. Aloysii* 885 e
† Margarita de Claves, Vidua, *in Insulis Tertiarsis: optantur processus de ea* 456 e
Maria Medicæa Regina Franciæ, *petit Canoniz. B. Aloysii* 885 f
† Mariæ Magdalenæ de Pazzis *revelatur gloria B. Aloysii* 856, 1037
† Marianus Brandius, *O. Min. in Corsica* 456 a
de Marinis (Pileus) *Archiep. Genuen.* 15 *sec.* 790 d
Maris, *Ep. Dolichæ*, 4 *sec.* 242 a
Maroth, Dux Scytharum, *contra Maximianum Imperatorem* 809 f
Martha Tana Santonia, *mater B. Aloysii* 921 b. *Filii ad eam sub mortem litteræ* 1011
Martinus IV, 13 *sec. jubet strui argenteum tabernaculum pro capite S. Joannis (ut putatur) Baptistæ* 484 d
Martinus Ep. Turon. *apparet morienti S. Paulino* 196 e. *Quanti fecerit adhuc viventem* 214 f. *Sanat oculum S. Paulini II* 205 e
Martyrologii Romani *errores, quare & quomode excusandi* 189 a
Mathan Sacerdos, *avus maternus Mariæ Deiparæ & Elisabeth Consobrinarum* 689 b
Matthæus Vice comes Mediolan. *restaurator Eccl. S. Joannis Bapt. Modoëtiæ* 764 d
Mathilda Regina Angliæ, 13 *sec. publicat grande miraculum S. Etheldredæ* 548 b

Matthæus Ep. Veron. 14 *sec. curat restitui thesaurum S. Joan. Baptistæ Modoëtiis* 766 f
Matrona Virgo, *custos Capitis S. Io. Bapt.* 4 *sec.* 714 a
† Mauritius M. *Patronus Magdeburg.* 30 c
Maximiani Impp. duo, *Herculius & Galerius* 474 c
† Maximinus, Episcopus Trevir. *diversus à Tungrensi* 7 f
Maximus Præses Arabiæ, *persecutor sub Maximiano* 476 b
Melania senior, *an consanguinea S. Paulini Nolani* 204 d
† Meletius, 3 *sec. Ep. Antiochenus* 239 b
Metaphrastæ (Symeonis) *relatio de S. Matrona, perquam incerta & confusa* 720 e
† Milburga, *Abb. in Anglia* 498 d
Milo I & II. Epp. Morinen. 12 *sec. curant translationes S. Rotrudis* 257 & 258 a
Moronus Card. 16 *sec. pacificat Genuenses* 94 f
Muratorius (Lud. Ant.) *illustrat poëmata anecdota S. Paulini* 197. *Suggerit notitias Mss. ex Historia Bonincontri Morigiæ* 764 f
Mutius Vitelleschus Gen. S.J. *testis pro B. Aloysio* 912 b

N

Namatii Ep. Viennen. *tempus male notatum* 777 e
Nectanus, *Dux Bohemiæ* 10 *sec.* 825 e
Nero Imp. *Urbis incendium imputat Christianis* 807 a
Nevelon, Ep. Suession. 13 *sec. Legatus in Franciam pro subsidiis Constantinopoli ferendis* 752 b
Nicodemus & Magdalena, pii conjuges, *sepeliunt ad 65 millia Christianorum Jerosolymis, cæsorum à Persis 7 sec.* 188 c
† Nicolaus Ep. Myrensis, *apparet morituræ B. Mariæ Oigniac.* 663 f
† Nicolaus senior, *patruus sancti Ep. Myrensis* 781 a
Nicolai Papæ *epistola ad sanctum Radulphum Ep. Bituricensem* 118 d
Nicolaus Damascenus, *scriptor, Herodi familiaris* 688 d
Nicolaus Archidiac. Lincolnien. *interest translationi S. Etheldredæ* 537 b
Nicolaus Cantipratanus, *scribit Paralipomena ad vitam B. Mariæ Oigniac.* 635 a
Nicolai Lungi, *Curio Saxi in Valle Tellina, ad cultum B. Aloysii zelosus* 1091, 1096 seqq.

O

Ochtricus, *Præpos. Magdeburg.* 10 *sec.* 36 e
† Odilo, Abb. Cluniac. *reformat Abbatiam S. Joannis Angeriac.* 756 c. *Ipsius Translatio* 64 c
Offa R. Merciorum, *quæri & elevari facit Corpus S. Albani M.* 170 b
Olympia, *neptis B. Aloysii Gonz.* 842 c. *Ejus gesta quædam præclara* 1162 & seqq.
Ordingus, *Prior ad S. Edmundi, 12 sec.* 567 c
d'Oria *sive* Auria (Joan. Andreas) *revehit an.* 1584 *B. Aloysium ex Hispania in Italiam* 947 a
d'Oria (Philippus) 16 *sec. instaurat Altare S. Jo. Baptistæ Genuæ* 794 d
Origenis *hæresim refutat S. Methodius Ep. Pataræ* 5 c
Osebertus, *Prior Daventrien.* 14 *sec.* 553 c
Osebertus Clericus, *injuriosus muro Elyen.* 577 c
† Oswaldus, R. Angliæ M. *pater S. Idabergæ* 29 f
† Oswinus, Mon. *procurator S. Etheldredæ* 503 c
Oswinus, Rex Orient. Sax *socer S. Etheldredæ profligat Pendam R. Mericorum paganum* 502 a
Otgarius Ep. Mogunt. 9 sec. *obtinet Reliquias S. Severini Ep. Ravennatis* 757 a
Otto I Imp. *condit Magdeburgum*, 30 b. *Peregrinatur ad montem Garganum*, 233 c. *Scribit privilegium Modoëtiense* 764 d
Otto, *Dux Bavariæ*, 10 *sec.* 35 d
Otto, *Comes de Altona*, 12 *sec.* 62 a
Otto de Cyconiis, *donat Cistercio manum S. Joan. Baptistæ* 768 b
Otto, *Archiep. Genuen.* 12. *sec.* 783 d 784 f
Ottocarus, *Marchio Styriæ*, 12 *sec.* 266 c
Otwinus, *Abb. Magdeburg.* 10 *sec.* 31 a

P

Placatus *cui inscripta epistola de obitu S. Paulini* 200 c
Pallavicinus (Cyprianus) Archiep. Genuen. *Solicitus circa Reliquias S. Jo. Bapt.* 16 *sec.* 795 a
Pamphilius (Joan. Baptista) postea Card. & Papa Innocentius X, *Relator pro Canonizatione B Aloysii* 1121 e
Pantagathi Ep. Viennen. *tempus depravatum* 777 e
Papetus (Petrus) Ep. Rhodi, 15 *sec. excipit manum S. Joan. Baptistæ* 772 b
† Paramonus Presbyter Romæ, *frater S. Agrippinæ* 464 c
de Paris (Joannes) Soc. J. *Auctor Margaritæ Evangelicæ* 687 c
Paschalis II *contra Alphonsum Regem Arag. & Stephanum Ep. Oscæ, tuetur Raymundum Balbastrensis* 31. *Absolvit & restituit Richardum Abbatem Elyensem* 533 a
† Patroclus M. *Patronus Suzati in Westphalia* 63 a
Paula matrona M. Rom. *tranfert Corpus S. Agrippinæ* 464 c
† Paulæ Romanæ familia *rectius ordinata à Chifletio* 194 e
Paula Carminati, *ex Collegio Virginum Jesu Castellione* 1157 e
† Pauli Apost. *animam Deo offert S. Stephanus* 663 c
Paulinus Bernardini, *Ordinis Prædicatorum reformator in Aprutio* 16 *sec.* 456 b
Paulus PP. V. *permittit elevari Corpus B. Mariæ Oigniac.* 679 e: *& B. Aloysium Gonzagam publice honorari* 868 c, d. *& Beatum dici* 870 d. *Mandat formari processus pro eo* 875, *& Missam concedit* 882
Paulus, S. Ludmillæ Capellanus, *institutor S. Wenceslai* 824 e
Penda Rex Merciorum, *victor Saxonum Orientalium 7 sec.* 498 b
† Pelagius Ep. Laodic. *Catholicus* 4 *sec.* 240 b
Peruschius (Jo. Bap.) S. J. Rector, *probat Vitam B. Aloysii* 918 c
Petrus Ep. Atrebat. *sec.* 15 *adest morienti B Joanni Opitioni* 843 d
Petrus Ep. Papien. *decessor S. Lanfranci* 621 a
Petrus Ab. Marchian. *scribit Acta S. Rotrudis* 256 b
Petrus de Dacia O. Prad. *scribit Acta B. Christinæ Stumbelensis, fide oculata* 270 c
Petrus de Harroy, Presb. *erigit tumulum S. Walheri M.* 614 b
Petrus Hispanus O. Min. *Urbini honoratus* 686 d
Philippus Tetrarcha, *frater Herodis* 690 f
Philippus Abbas Jerosolimitanus 4 *sec. excipit Reliquias S. Joannes Bapt.* 767 c
Picotus Comes in Anglia, *injurius monasterio Elyen. punitur* 543 d
Pippinus Rex Franciæ, *an Caput S. Ioan. Bapt. Angeriacum tulerit* 755 c
Pippinus Rex Aquit. *sec.* 9 *fundator Angeriaci* 756 f
Piscator (Jo. Bapt.) S. J. *Magister tirocinii Aloysio* 976
Platus (Hieron.) S. J. *Aloysii tironis confessarius & scripter Vitæ* 891 a, 916 a
Possevini (Petri) *error circa S. Ericum Mon. Autissiodorensem* 831 b
Postumianus, Presb. Nolanus, *adest morienti S. Paulino Episcopo* 198 d

Prædicatorum Ordini *cur adscribi possit B. Christina Stumbelensis* 272 b
Probus, Senator, *Româ traductus Byzantium, à Constantino Magno* 751 d
Prosper Peranda, Archipresb. Burmii, *in Valle Tellina, Commissus ad audienda miracula, format processum pro B. Aloysio* 1091 *& seqq.*
Prosper Gonzaga, *B. Aloysio propinquus* 958 f 961 f
Puerorum Babylon, Reliquiæ, *Alexandriæ, male creditæ Innocentium Bethlemitanorum* 755 a

R

† RAbani, *Martyrologium quale* 86 b
Radbodus Rex Frisiæ, *pater S. Frisii M.* 819 b
Radulphus de Rivo, Decanus Tungr. *improbat Acta* 10000 *Crucifixorum* 176 b
Radulphus Secretarius Ep. Elyen. *punitus* 577 e
† Raimundus Nonnatus, *quo anno obierit* 635 c
† Raimundus *Ordinis Minorum* 66 a
Raimundus, Ep. Elyen. 15 *sec.* 774 b
† Rainaldus de Piperno, *Socius S. Thomæ Aquin.* 3 a
Ramirus, *ex Monacho S. Pontii, Rotensis Episcopus, denique Rex Aragoniæ* 125 f
Ranulfus Winicensis, *insigni miraculo ab angina curatus per S. Etheldredam* 13 *sec.* 549 c
Ranulfus, Procurator Ep. Elyen 12 *sec. perfidus* 559 e
Ranutius, Parmæ & Placentiæ Dux, *B. Aloysii cognatus & fautor* 870 b
Ravengarius, *successor S. Baini Ep. Morin.* 28 b
Redburga Abb. *Rependunen. in Anglia* 7 *sec.* 502 c
Redwaldus, *Rex Estangliæ seu Angliæ orientalis* 7 *seculo* 497 f
Remigius, *Ep. Lincoln.* 11 *sec.* 533 a
† Reticius, Ep. Augustodun. 4 *sec.* 813 a
Rhodo, *Cubicularius Dioclet. Imp.* 809 f
Rhotaris Rex Longobard. *Modoëtiæ sepultus* 805 d
Richardus Ep. Ambianen. 13 *sec. excipit Caput S. Ioan. Baptistæ* 747 b
Richardus Ab. S. Albani, *interest translationi S. Etheldredæ* 537 b
Richardus, *ultimus Ab. Elyen.* 533 f, *absolvit novam Ecclesiam* 534 a, *transfert corpora sanctorum ibidem.* 537
Richardus Prior Elyen. *ab anno* 1169 *continuat Historiam monasterii* 490 a
Richarius, *Ab. Magdeburgensis* 10 *sec.* 33 c
Richildis, *mater Arnulphi, Comitis Fland.* 602 d
† Rictrudis vidua, *confusa cum S. Rotrude Virgine* 256 f
Riddagus Ab. Magdeburgensis 10 *sec.* 31 b
Rinaldi (Philippus) S. J. *hymnum pangit de B. Aloysio* 1153 d
Riquetus (Franc.) Præpos. S. Deodati, *reformat chronologiam Epp. Tullensium* 17 *sec.* 584 d
Rivaroba (Matthæus) 16 *sec. Archiep. Genuæ* 795 e
Robertus Rex Franc. *adest ostensioni pretensi Capitis S. Joan. Baptistæ Angeriaci* 756 b
Robertus Ep. Licolnien. *prætendit ius benedicendi Abbates Elyen.* 533 e
Robertus Comes Apuliæ, 11 *sec. S. Joanni Pulsanensi molestus.* 43 b
Robertus Comes, *pater Hugonis Capeti R. Fr.* 113 b
Robertus, Ab. S. Egmundi, 12 *sec.* 533 f
Robertus Stetrardus, *ultimus Prior Elyen. continuat Historiam usque ad annum* 1544 490
Robertus de Loigniaco, Ep. Carnoten. *transfert Cerebrum S. Joan. Baptistæ* 752 c
Rogerius, R. Siciliæ *coronatus* 12 *sec.* 801 f, *S. Io. Pulsanen. devotus* 56 f
Rogerus Ep. Catalaun. *sanctum Lietbertum ordinat Presb.* 592 f
Romanus Imp. *Antiochiâ accipit manum Bapt.* 742 b
† Romani Abbatis Juren. *Translatio* 65 a
Rosignolius (Bernardinus) S. J. *Rector B. Aloysii* 1017 a
Roswurmius (Hermanus) *Rudolfi Imp. Dux strenuus* 827 b
Rotrudis, *filia Caroli Magni Imp.* 256 e
Rotrudis, *ejusdem Caroli Magni Imp. ex sorore neptis an sancta* 256 f
Rudolfus Imp. *supplicat pro Canoniz. B. Aloysii* 871 b
Præsens fuit, parentum ejus nuptiis 923 e
Rudolfus, *B. Aloysii frater, hoc resignante, fit Marchio. Castellion.* 958, *per eum reconciliatur Duci Mantuano* 996, *persuadetur occultum suum matrimonium revelare* 1001
Rupertus Mon. *seculo* 9 (*an* 13?) *metrice scripsit Acta S. Albani M. Mogunt.* 89 c
Rycquius (Iustus) Belga, *auctor poëmatis de S. Paulino Nolano* 16 *sec.* 196 a

S

† SAbas, *an auctor Canonis pro Inventione S. Ioan. Baptistæ* 710 d
Sacchinus (Franc.) S. I. *scribit Vitam S. Paulini Nolani* 194 b
Sacratus (Franc.) Archiep. Damasc. *Auditor Rotæ Rom. Relator de B. Aloysio* 1101 c
Salem, Dux Saracenorum, 8 *sec. gravis Christianorum persecutor* 730 b
† Salmannus, *Patronus contra tussim.* 65 e
Salome, filia Herodiadis *ex Philippo, uxor Philippi Iunioris, nati ex Herode Tetrarcha & filia Regis Aretæ* 696
† Salomon, *Dux Armoricæ cum filio* 456 a
† Sampson Ep. *institutor S. Maiani* 7 *sec.* 101 f
Sancius Rex Navarræ, *adest ostensioni pretensi Capitis S. Io. Bapt. Angeriaci* 756 b
Santabarenus (Theodorus) *an etiam Hymnograp.* 631 d
Sapor, *sub Gratiano Imp. Præf. Militum* 241 f
Saraceni *Syriam occupant* 8 *sec.* 729 f
† Saturnini Ecclesiæ Tolosæ *Præpositus B. Raymundus, dein Ep. Balbastr.* 127 f
Scalcionorum familia Matheræ, *unde S. Joannes Pulsanensis* 40 a
Scipio Gonzaga, *Patriarcha dein Cardinalis, Aloysii fautor* 960 c, *ejusque laudator* 1036 b
Scipio Lancellottus, Lauri Marchio, *primarius fundator sacelli B. Aloysii Romæ* 1030 b
Scribanius (Carolus) S. I. *excipit Antverpiæ Os S. Io. Bapt. &c. Ultrajecto allatum* 778 e
Sebastianus del Campo S. I. *mirabiliter exercitus à dæmonibus* 272 e
† Sederrida, *Soror ex patre S. Etheldredæ* 498 c
Septalia Familia *Mediolanensis* 811
Servatius Ep. *dicitur transtuliisse decessorum suorum Corpora Trajectum* 71 f
Severianus, *pater SS. Florentinæ Virg. Isidori &c* 19 a
Severianus Ep. Gabulen. *scripsit Homiliam de S. Joan. Baptista* 5 *sec.* 714 b
† Severinus Ep. Catanen. *dedicat Menæi Ecclesiam S. Agrippinæ* 469 f
† Severus Sulpitius, *laudatus & familiaris S. Paulino Nolano* 213 f
† Sexburga Abb. *Soror S. Etheldredæ* 498 c: *obitus ejus* 517 d: *translatio* 538 a
Sforsa (Ludov.) Dux Mediol. *devotus S. Ioanni Bapt. Genuæ* 15 *sec.* 393 e
† Sidonius, *institutor S. Leufredi Ab.* 107 f
Sigebertus Rex Francorum *sec.* 6 252 a
Sigebertus Rex Nortanhumbrorum 7 *sec. factus Monachus* 498 a

Sigefridus Comes *de Waldbeke in Saxonia* 10 *sec.* 31 a
Sigeboldus, Ep. Sagiensis, *an primus?* 12 a
† Sigismundi, Burgundiæ Regis ac Martyris, *cædes à S. Palladio Ep. Ebredun. prædicta* 96 e
Sigismundus Miskowski, *Seneschallus Poloniæ, per B. Aloysium curatus* 1049 *& seqq.*
Sigwinus, *frater B. Christinæ Stumbelensis, admissus in Ordinem Prædicatorum* 343
† Silvini Ep. *Reliquiæ ad S. Bertini* 259 a
Simeon Ab. Elyen. *restaurat mūrium* 12 *sec.* 533 a
Simon, *Pontifex Judæorum, & gener Herodis Ascalonitæ* 688 f
Siricius Papa *SS. Hieronymo & Paulino parum affectus* 211 a
Sixtus PP. V *excipit Aloysium, Societatem ingressurum* 960 e
† Sophronius Patr. Hierosolym. *prolixius scribit miracula SS. Joannis & Cyri MM.* 754 f
Sozomenus, *in iis quæ narrat de Capite S. Joan. Bapt. defensus* 714 b. *Quorumdam in eum censuræ* 719 b
Spada (Joan. Baptista) *Promotor fidei in causa B. Aloysii* 877 e
Spinellus (Joseph.) S. J. *per Aloysium, cum Berchmanno apparentem, curatus* 1075 *& seqq.*
Spinola (Porcetus) *Archiep. Genuen.* 13 *sec.* 786 b
† Stanislaus Kostka S. J. *comparandus B. Aloysio* 925
† Stephania V. M. in Calabria: *an* Corona? 778 f
Stephanus, *R. Angliæ* 12 *sec.* 577 b
Stephanus, Comes Perticæ & Philadelphiæ, *ad Adrianopolim cæsus* 752 c
Stephanus Ab. Bethgaalorum *in Cilicia,* 5 *sec.* 726 a
Stephanus Ab. Duramii, *in Cilicia* 5 *sec.* 727 e
Stephanus Presb. *rogatur metro scribere Vitam S. Germani Autissiodor.* 831 a
Stigandus, Archiep. Dorobern. 11 *sec. plures Abbatias sibi vindicat* 631 d
Swithelmus Rex Orientalium Saxonum *convertit Mercios* 7 *sec.* 502 b
Sugerus *Prior Claræ-vallis* 13 *sec.* 804 c
† Symmachus, Ep. Capuæ, *adest S. Paulino Nolano morienti* 200 d
† Symphoriani M. *Ecclesia Augustoduni* 823 c

T

TAnner (Mathias) S. J. *Scribit de viris Illustribus Societatis Jesu* 272 e
Tarasius, *non* Patr. CPoli, *sed multo junior, auctor* Canonis *in* 3 *Inventionem Cap. S. Io. Bapt.* 710 e
Tartarorum *sec.* 12 *mores, & vivendi ratio* 596 d
Theobaldus Dux Normanniæ, *recusat Regnum Angliæ, suasu B. Petri Juliac.* 12 *sec.* 608
Theodelinda Regina Longobard. *obtinet Reliquias à S. Gregorio Papa I* 764 a
Theodora Imperatrix, *hæretica, favens Anthimo* CPolitano, *persecutrix S. Silverii* 14 f
Theodora, *mater S. Hermenegildi, soror S. Florentinæ V.* 19 b
Theodolinus Abbas Malleac. 11 *sec. interest ostensioni Capitis S. Io. Bapt. Angeriaci* 755 f
Theodoretus Ep. Cyri *describit Acta S. Eusebii Samosaten.* 238 f
Theodoricus Cliviæ Comes, *devotus B. Christinæ Stumbelen. elevat ejus Corpus* 270
Theodorus Patr. Antioch. 8 *sec. deportatur in exilium* 730 b
Theodorus Archiep. Dorovern. *synodum cogit* 517 e
† Theodorus Ep. Myren. *inter duos Nicolaos* 781 a
Theodosius Imperator, *in cujus obitum Panegyrim scribit S. Paulinus* 213 c
Theodosius Patr. Alexandr. *Jacobita* 137 c
Theodori Daphnopatæ *sermo in Translationem manus S. Ioan. Bapt.* 739 a
Theodori Studitæ, *plures Constantinopoli, iidemque Hymnographi* 731 a
† Theofredes V. *Incertum, quæ sit* 65 d
Theodwinus Ab. Elyen. *recuperat thesauros à Rege ablatos* 11 *sec.* 532 b
† Theonestus, *socius S. Albani M. Mogunt.* 877 b
Theophane Imperatrix, *mater Ottonis, Româ Coloniam transfert Corpus S. Albini M.* 10 *sec* 172 e
† Theophanes, *Auctor Canonis in Baptismum Prodromi, postridie Epiphaniæ* 710 b
Theophilus Patr. Alex. *transfert Corpora SS. Joannis & Cyri MM.* 755 a. *Elevat Reliquias S. Ioannis Baptistæ* 767 e
Thomas Apost. *missus ad Indos à Christo, in formâ Mercatoris apparente* 659 f
Thomas Prior Dunelmensis, *socius S. Bartholomæi in Farne* 835 b, 837 a
Thomas Mon. Elyen. *scribit Historiam monasterii, & Acta S. Etheldredæ succedentiumque Abbatissarum, Abbatum, & Episcoporum* 489
† Thomæ Aquinati *studiosissimus* B. *Aloysius* 980 c, *eique comparandus* 982 b
Thumbertus, sponsus S. Etheldredæ, *huic iratus, ejus innocentiam discit miraculo chirothecæ, ex solis radio pendentis* 575 e
Thumbertus Prior Elyen. 12 *sec. punitus* 577 e
† Thuriavus Ep. Dolen. *translatus* 9 *sec.* 112 f
Tiberii Cæsaris *Epocha duplex; utram teneat S. Lucas Euang.* 690 d: *ejus ira in Herodem Tetrarcham & socerum ejus Aretam R.* 695 b
† Timotheus, *frater S. Novati Presb.* 2 *sec.* 4 c
† Timothei Ep. Alexandr. *dedicatio sedis* 66 d
Tolomeus (Jo. Bapt.) Senensis O. Præd. *Avenione, an Beatus* 686 f
Tolomeus (Jo. Bapt.) S. J. Rector Collegii Rom. *transfert anno* 1699 *sacras Exuvias B. Aloysii ad novum & elegans sacellum* 1030 c
Tostius, *primum nomen S. Bartholomæi Erem.* 833 d
Trasimundus Rex Wandalorum, *in Hispania nullus, sed in Africa* 6 *sec.* 231 f
de Trazegnies (Albertus) *Præp. Nivellen.* 17 *sec.* 632
Trevirense chronicon *initio fabulosum, & intrusis Tungrensibus Episcopis auctum* 70 b
Trithemii *exigua auctoritas in Historiis, à Mabillone taxata* 120 d. *Errores ejus circa S. Hildulphum* 582 c
Trivultius Card. *agit pro Canoniz. B. Aloysii* 887 c
† Tullia, *Soror S. Consortiæ* 250 f
Turcius, *persecutor in Tuscia* 457 a
Turcius (Franciscus) *pædagogus B. Aloysii* 959 c
Turrianus (Andreas) Archiep. Genuæ, 16 *sec. Officium Revelationis S. Joan. Baptistæ extendit ad totam diœcesim* 795 b
Turtura, *mater SS. Florentinæ V. Isidori &c.* 19 a
† Tygris Matrona, *Maurienam adfert pollicem S. Joan. Baptistæ* 777 b

V

VAlens Imp. 4 *sec. persecutor orthodoxorum* 78 e 240 b. *Jubet ex Cilicia afferri Caput S. Joan. Baptistæ* 713 e
Valerianus Imp. 3 *sec. An sub eo passa S. Agrippina V. M.* 464 b
† Valerii Ep. Cæsaraug. *Brachium & Caput Rotâ relatum* 12 *sec.* 121 f
Valmarana (Aloysius) S. J. *testis pro B. Aloysio* 911 f
Valtrinus (I. B.) *scriptor Annalium Soc. Jesu & vitæ B. Aloysii* 891 b 916 c
Vasquez (Gabriel) S. I. *Theol. Prof. B. Aloysii* 980 b

Ub-

Ubba, Rex Danorum, *ab Anglis cæsus 9 sec.* 518 f
de Vera (Joan.) Cancellarius Angliæ, *multa legat S. Joanni Baptistæ Ambian.* 749 c
Ughellus (Ferd.) *cur abstinuerit ab Episcopis Siciliæ, Sardiniæ, &c.* 86 a
Ugolettus (Silvester) Ord. Præd. *probat Vitam B. Aloysii Gonzagæ* 917 d
Vigilius Papa, *S. Silverii adversarius, eadem deinde quæ ille passus* 14
Vilianus Monachus, *Rhetor in Ely 12 sec.* 566 c
Vincentius, Dux Mantuæ, *solicitat causam B. Aloysii Gonz.* 870 c
Vincentius, Presb. Macedoniæ, *ab hæresi conversus, portat CPolim Caput Joan. Bapt. 4 sec.* 715 b
Virgilius Ceparius S. J. *procurator in causa Canoniz. B. Aloysii* 876 b, *scriptor Vitæ* 891 f 1090 & seq.
Virginum Jesu Collegium, *à neptibus B. Aloysii Castellione institutum* 842 c
† de Vitriaco (Jacobus) *cui prædictus triplex Episcopatus* 676 a *Factus Card. scribit Vitam Mariæ Oigniac.* 630. *Ipsiusmet Jacobi Vitæ epitome* 677 b
† Uladislaus, Dux Bohemiæ, *pater S. Wenceslai Regis* 823 c
Uranius, Ep. Emesenus, *Caput Baptistæ transfert in novam Ecclesiam* 722 d
Uranius Presbyter 5 *sec. scribit de obitu S. Paulini Ep. Nolani* 198 a 200 c
† Ursmarus, *à S. Hidulpho Abbas Lobiis statuitur* 538 b. *Corpus ejus delatum Valentianas* 821 b
† Ursulæ, V. *mater an S. Ida* 26 b *Ejus Socia, Constantia V.* 66 e
Ursulanarum *Reliquiæ, Coloniâ in Daniam translatæ 13 sec.* 325
Usuardi martium, *cur olim & passim susceptum* 75 f

W

WAlfarius Rex Aquit. *domitus à Pippino Rege Francorum* 756 f
† Walbodonis, Ep. Leodien, *Translatio* 65 b
Walcherus Archidiac. Camerac. *comitatus S. Liethertum Hierosolymas* 596 a
† Waldetrudis, *à S. Hidulpho juvatur in condendo monasterio* 583 a
Waldo Comes, *duello victor, subito extinctus* 10 *sec.* 35 d
Wallius (Jac.) S. J. *oden B. Aloysio pangit* 1154
Walo, Ep. Autissiodor. *familiaris S. Erico Monacho 9 seculo* 31
Walo de Sartone, *Ambianos adfert Caput Bapt.* 745 d
Walterus, Castellanus Camerac. *interfectus 12 sec.* 590
Walterus Mon. Albanen. pictor, *ornat tumbam S. Albani 13 sec.* 162 f
Wandali Reges *in Africa, Geinzericus, Hunericus, Gundemundus, Trasimundus: sub hoc S. Paulinus servus* 231 e
Wenceslaus *Rex Bohemiæ Primus* 65 f
† Wendreda V. *in Ely translata* 529 c
Werburga Abb. *neptis S. Etheldredæ* 513 c
Wereferdus, *Ab. Dummocensis in Ely inf.* 500 b
Wilboldus, Præp. Camerac. *pro S. Lietberto cæsus* 602 d
Wido, Apostolicæ Sedis Legatus, *instituit S. Adalbertum Archiep. Magdeburg.* 34 d
Wido, Com. Pictaven. *donat monasterio Casæ Dei Ecclesiam S. Gemmæ 11 sec.* 9 a
Wilfricus, 6 *Abbas Elyensis 11 sec.* 531 c
Wilhelmus IV, Aquitaniæ Dux 10 *sec. jubet explorari Caput S. Joan. Bapt. Angeriaci* 755 d
† Willibrordus Episcopus *instituit Treviris cultum S. Etheldredæ* 491 b
Wilhelmus I, Rex Angliæ 11 *sec. depauperat Elyense monasterium* 532 a
† Willielmus, *Prior Elyensis 12 sec.* 560 c
Wilthemius (Alexander) S. J. *suggerit notitias de S. Aprincia V. Metensi* 254 c
† Withburga Abb. *Soror S. Etheldredæ* 498 c *Apparet punitura hostes mūrii Elyensis* 565 a
Witiges, Rex Gothorum in Italia, *Romam obsidet* 15
Wlfa, *unde* Wlfinges, *Orientales Angli* 498 a
Wlferus, Rex Merciorum, *converjus 7 sec.* 502 b
Wolfgangus ab Asch, *B. Aloysii cliens, & varie per illum adjutus* 1078 seqq.
Wydo, Ab. Perforiensis, *interest translationi S. Etheldredæ* 537 b

Y

YSichius *Episcopus Viennensis in Gallia, 6 seculo* 777 d

Z

ZAcharias, pater S. Joan. Bapt. *an Martyr* 689
Zecchus (Joannes) *Sixti V medicus* 986 b
Zucchi (Nicolaus) S. J. *Concionator in palatio Apostolico, scribit anno* 1622 *Epistolam de quodam miraculo B. Aloysii* 1074 a, b
Zyzymy, frater Bajazeti Imp. Turc. *apud Rhodios captivus* 771 b

INDEX TOPOGRAPHICUS
IN TOMUM IV JUNII

A

AAronis Insula, *in litt. Armorico* 247
Abassia, Habassia, *vel* Æthiopia, x *Martyres* 474
Abelina Tetrarchia, *ubi sita* 691 a
Aboa in Suecia, *Episcopus Hemmingus* 66 d
Ægidii monasterium & peregrinatio *in Gallia* 844 f
Ægyptus, *Geranus Erem. Martha M.* 814
An ibi passi Thomas & alii ter mille 73 f
Africa, *S. Cyriacus cum Sociis Septem MM.* 72 b
Agordinum, dioec. Bellunen. *S. Avatia* 21 d
Albani monasterium in Anglia, *Simon Ab. cui dicata Acta, Latine reddita* 149 b. *Vulnotus Ab.* IV 161 e. *Alfricus Ab. abscondit Corpus S. Albani* 162 a. *Guilielmus ornat tumbam S. Albani.* 162 f. *Paulus Ab. exul in Ely moritur* 163 b
Albani mons & Monasterium *prope Moguntiam* 88 b. *Bardo Ab.* 88 c. *Wilhelmus Ab. 11 sec.* 92 c

Alciacenſe monaſterium O. B. *Reliquiæ S. Rotrudis V. Oliverius Ab.* 259 d. *S. Sicildis Fundatricis cultus* 259 f
Alesleven monaſterium *Virgg. in Saxonia* 35 e
Aleta *ſeu* Macloviopolis, *Civ. in Britan. min. S. Aaron Anachoreta* 237 a
Alexandria Ægypti, *fingitur Jeroſolymis accepiſſe Corpus Baptiſtæ, deluſo Iuliano* 741 b. *An inde allatum illuc Caput* 757
Alexandria, *incertum quæ, Rufinus ſeu Rufus M.* 145 a
Altinum, Civ. Venet. *SS. Theoneſtus & Socii* 92 f
Amadulli Rupes: *an* Amatoris? 845 a
Ambianum, civ. Picardiæ, *Caput S. Jo. Bapt.* 745
Amborinacum, *diœc. Bellicenſis* 747 f
Ambrifia vicus, *diœc. Aquinatis* 802 a
Amphilochium, *an civitas Hiſpaniæ* 10 d
Anazarbus, civ. Ciliciæ, *an patria S. Iuliani M.* 142
Ancyra, civ. Galatiæ, *S. Euſtochius Presb. cum Sociis quater mille MM.* 471 c.
Andrenſe Monaſterium *in Belgio, S. Rotrudis V.* 255 a. *Abbates, Giſlebertus, Petrus &c.* 257 e
Anemundi Caſtrum, Lugdun. diœc. *maxilla S. Io. Baptiſtæ* 752 c
Angeriacum, opp. & monaſterium Galliæ, *Caput an Io. Bapt. vel potius M. Romani* 754 b. *Ejus potentia* 757 b
Anglia, *patria B. Petri Prioris Iuliac.* 609 b. *An ei recte attributa S. Rotrudis V.* 258 e
Aniſolenſe S. Carileſi monaſterium *diœc Cenoman. O. B. Corpus S. Sicildis V.* 259 b
Anthaed, Ord. Teuton. Commendaria, *Vertex S. Io. Baptiſtæ* 752 e
Antiochia, civ. Syriæ, *S. Gamgalus cum Sociis* DCCCLXXX *MM.* 144 b. *Manus S. Io. Bapt.* 739 *capta à Cruce ſignatis* 780 d
Apollonia & Apollonias. *Varia loca ſic dicta; an S. Marcus Ep.* 67 a
Aquila, civ. Aprutii, *S. Matthæus à Leoniſſa, Ordinis Minorum* 66 a
Aquileia, civ. Italiæ, *an ibi Ep. Nicetas* 243 c. *An ipſa unquam dicta Roma* 244 d. *Ejus aliquando Patriarchæ duo; Romanus Gradi, & Longobardus Aquileiæ veteris* 246 d
Aquiria, vicus Haſbaniæ, *converſus à S. Martino Tungrenſi Epiſcop.* 71 b
Ararath, mons Armen. *an ibi* 10000 *crucifixi* 135
Arcadianæ ædes *Conſtantinopoli* 238 a
Arcus, *fl. Maurienna in Sabaudia* 777 e
Ariminum, Civ. Italiæ, *Patronus S. Julianus M. Ejus ibi Corpus, ex Iſtria advectum* 139 b, *an exceptum ab Ep. Joanne* 10 *ſec.* 140 b
Armenia, *Orentius cum aliis ſex MM.* 809 e, *an in ea crucifixi* 10000 *milites* 176 a
Armorica *ſeu* Britannia minor, *S. Aaron Anachoreta* 247 d
Arundelli *provincia Angliæ* 552 d
Aſcula, vicus Carthaginis *cum eccleſia B. Mariæ in Suſis* 469 d
Aſley, *vicus Weſtphaliæ* 59 d
Aſſonia, *opp. Fioniæ in Dania,* 332
Auſiaci municipium, *à S. Lietberto Ep. Camerac. everſum* 602 d
Avenio, Civ. Galliæ, *delatus eo Theſaurus S. Ioan. Bapt. Modoëtienſis* 765 e. *B. Ioannes Tolomeus Senenſis O. Præd.* 686 f
Auctura, *fluvius Galliæ* 107 f
Auguſta, Civ. Lombardiæ, *Mandibula S. Ioannis, an Baptiſtæ* 762 e
Auguſtodunum, Civ. Galliæ, *S. Simplicius Epiſcopus* 812 a
Autiſſiodorum, *alias* Autricum, Civ. Galliæ, *S. Ericus Monachus* 829 a b
Auxii in Aquitania, *S. Friſius M.* 818 c
Axona, *fluvius Galliæ* 831 f

B

BAingahem, *prædium Eccl. Morinenſis* 28 b
Balbaſtrum, Civ. Aragoniæ, *S. Raymundus Ep. & hujus deceſſor Pontius; nec non ſucceſſores Stephanus ac Petrus* 125 d, e. *Raymundi Vitam ſcripſerunt, Elias coævus,* ibid f, *& Michaël Cercitus, Ep. Balbaſtr.* 126 b, c
Bambergenſe monaſterium O. B. *in quo inſtitutus S. Eberhardus Archiep. Salisburg.* 261 e
Barcinone, civitate Hiſpaniæ, *S. Paulinus Presbyter ordinatur* 210 a
Barium, Civ. Apuliæ, *ejus Principes* 12 *ſec.* 46 a *Prædicat ibi S. Joan. Pulſanenſis* 44 b
Baſilea, civitas Germaniæ, *Jacobus ad Portam, Ordinis Minorum, ibi anno* 1526 *mortuus* 66 f
Baſouës, Caſtrum in Aquit. *S. Friſius M.* 818 c
Bathonia, Civ. Regia Mercatorum *in Anglia* 160 b
Belliloci mŏnium O. B. *diœceſis Lemovic. fundatur à S. Radulpho, Archiep. Bituric.* 118 c. *Ejus Abbates, & Abbatum Vicarii* 124 c
Bellovacum, Civ. Galliæ, *Reliquiæ S. Joannis Baptiſtæ* 753 a
Bellunum, Civ. Venetorum, *S. Avatia* 21 a
Benacus, *Italis* Lago di Garda, *inter agrum Veronenſem & Brixienſem* 923 a
Beneventum, Civ. Italiæ, *unde Romam allatum Corpus S. Paulini* III, *Ep. Nolani* 233 b
Bergula, opp. Thraciæ, *unde allatus Venetias Digitus S. Joan. Baptiſtæ* 776 e
Bertini mŏnium in Belgio, *Lambertus Ab.* 137 c *Corpus S. Rotrudis V. Antonius Ab.* 16 *ſec.* 258 b
Berzocanus, *pagus ad Guadalupam in Hiſp. Corpus S. Florentinæ V.* 18 f
Bethberenſis vicus, *poſtea* Lipidiacum, *in diœceſi Bituricenſi* 817 c
Biburgenſe mŏnium O.B. *Ab. B. Eberhardus* 262 c
Bingium, opp. Hannoniæ, *corpus S. Hidulphi* 583 d
Biſoldunum O.B. mŏnium: *an* Camprodunum? *Leutfridus* I *Ab.* 10 *ſec.* 96 b
Bituricæ, Civ. Galliæ, *S. Radulphus Archiep.* 117 a
Blideburch, eccleſia in Anglia, *Corpus Annæ, Regis Orient. Saxonum* 501 c
Bohemia, *S. Wenceſlaus Epiſcopus* 65 f. *Ivanus Erem. in diœceſi Pragenſi* 813
Brixia, Civ. Ital. *promovet cultum B. Aloyſii* 865 c *Prima ejus feſtum publicâ pompâ celebrat anno* 1604, *& imaginem elevat* 865
Bovinum, in diœceſi Namurc. *patria B. Walheri Presbyteri M.* 612 b
Brige, mŏnium Galliæ, *quò 7 ſec. multæ ex Anglia conveniebant Virgines* 498 f
In Britanniam Majorem *transgreſſi Anglo-ſaxones* 497 f
Britanniæ Minoris *Sancti, unde tam parum noti. S. Majanus ſive Mevennus, Abbas* 100 b. *Alanus Rex* 101 c
Brittiniacum, *prædium S. Benigni Divionen.* 584 c
Broagium, in Santonibus Galliæ, *Gemma V. M.* 8
Bronium, opp. Inſubriæ, *an ibi S. Simplicius* 65 e
Buranum, Inſ. Venetica, *SS. Albanus Ep. & Dominicus Erem.* 92 f
Burdegala, Civ. Galliæ, *patria vel ſchola S. Paulini Epiſcopi Nolani* 202 f
Buricellum, *villa diœceſis Cameracenſis* 602 c

Cæ-

C

CÆsarea, Civ. Cappadociæ, *Ven. Eusebius Ep. deceſſor S. Baſilii* 75 b
Cale mũrium Galliæ, *quo Virgines multæ ex Anglia confluebant 7 ſec.* 498 e
Calliatus, vicus Normanniæ, *vulgo* Caillus 107 d
Cambria, Prov. Angliæ, *Patria S. Majani Ep.* 101 e
Cameracum Civ. Belgii, *Lietbertus Ep.* 585
Caſtrum Cameraceſii 591 c
Camprodunum, mũrium Catalauniæ, *Corpus S. Palladii Epiſcopi Ebredunenſis* 95 f
Canuſium, Genuſium, Canoſa, *Civ. Apuliæ* 45 c
Carcaſſona, Civ. Normanniæ, *Epiſcopus Guido* 113 c
Carnotum, Civ. Galliæ, *ibi ſtudet S. Leutfredus* 106 e
Carterii mũrium *diœc. Emeſenæ* 726 a
Carthago Civ. Africæ, *Martyres Paula & Agathonica* 469 d. *Item Rogatus M.* 809 a
Caſali Montis ferrati opp. *degit B. Aloyſius* 898 b 934
Caſſia opp. Umbriæ. *B. Joannes Erem.* 686 d
Caſtellio Stiverorum, *patria B. Aloyſii* 847 e
Ejus ibidem caput 1027 c
Caſtellodunum, Opp. Galliæ; *carpus manûs S. Joan. Baptiſtæ* 778 a
Cathaneſia, Civitas Scotiæ, *Adam Epiſcopus, an Sanctus* 138 b
Cenomania prov. Galliæ *Sicildis Virgo* 159
Centula mũrium Galliæ, *caput Joannis Presbyteri Martyris Romani* 483
Ceſtria Civ. Angliæ, *S. Walburga V.* 65 a
Chariſtus, Inſ. Græciæ, *ejus Dominus Otto de Cyconis 13 ſec.* 768 e
Chateriz, *Abbatiæ Virginum prope Ely* 494 b
Chriſtolium in Agro Pariſino, *SS. Agoardus & Agilbertus MM.* 814 c
Cilicia, *S. Aphrodiſius M.* 74 a
Ciſtercium, monaſterium Burgundiæ, *dextra S. Joan. Baptiſtæ* 768 a
Civitas Juda; Hebron, *an* Machærus? 703
Civitatenſis Civ. (*Sardiniæ, an Italiæ?*) *Ep. Ludovicus elevat ſanctos Nicolaum & Tranum 13 ſec.* 86 a
Clare, *oppidum Angliæ* 555 d
Clippiacus, *vicus agri Pariſini* 108 a
Cluniacum, monaſterium O. B. *in Gallia S. Conſortia V.* 248 a
Coldingam, mũrium Angliæ, *Etheldreda Reg.* 505
Collis Prati, *ſeu* Podium, *prope M. Politianum, celebris miraculis B. V. M.* 846 b
Colonia Agripp. ad Rhenum, *Albinus M. Romanus, non Albanus Britannus* 172
Comana, opp. Armeniæ aut Cappadociæ, *ubi Caput S. Joan. Bapt. vice 3 inventum, 9 ſec.* 730 c
Comum, Civ. Inſubriæ, *S. Exuperantius Ep. 7 ſec.* 243
Concilia Martyrum, *Romæ quæ* 482 c
Condatus *in diœceſi Ebroicenſi* 107 d
Condatum Normanniæ, *Condet* 107 a
Conſtantia, Civ. Cypri. *SS. Ariſtocles Presbyter & Socii MM.* 472 c
Conſtantinopolis *Aſyncritus & Socii 6 c. Martyres* IV *Anonymi* 145 b. *Corpus S. Euſebii Samoſat.* 238 a *SS. Pompianus, Galactio, Juliana & Saturninus MM.* 145 b. *An eo allatum caput Baptiſtæ 9 ſec.* 734 b, *& an ex Sicilia tranſlata S. Agrippina V. M. uti SS. Agata, & Lucia* 459 c
Corbeia, *Galliæ mũrum, excipit S. Gobanum cum Sociis* 24 a
Corſica Inſ. *Marianus Brandius O. Min. corpore incorrupto* 456 b
Coſilaus, diœc. Calchedon. *ſervat Caput S. Joannis Baptiſtæ* 713 e
Crucis. S. Audoëni & S. Leutfredi monaſterium *diœceſis Ebroic.* 104 c 113 f
Cuneatus, Mons Apuliæ, *Ioannes Pulſanenſis* 45 f

D

DAcia Provincia, *alias* Gothia: *quæ ejus Metropolis* 247 d
Dalmatia, *patria S. Ivani Erem.* 825 d
Danorum Duces, *ſec. 9 Angliæ invaſores; alii ab Anglis cæſi* 518 c f
Daventrenſe mũrium *O. B. in Anglia* 555
Derhum juxta Ely, *Corpus S. Wytburgæ* 528 a
Dinckelvenne, vicus diœc. Gandenſis *ubi obiit S. Iacobus Ep. Tullen.* 583 f
Divio, metropolis Burgundiæ, *ubi idem S. Iacobus ſepelitur* 583 c f
Dola *Civ. Norman. olim Archiep.* 112. *Ejus Ep. Joannes ſec 9 transfert Corpus S. Leutfredi Ab.* 111 d
Dolicha, Civ. Syriæ, *ubi occiſus S. Euſebius Samoſatenſis* 238 e 242 a
Doverenſe mũrium, *Diœc. Caduc. O. B. Ejus fundator S. Radulphus Bituric.* 118 b. 121 a. *Almericus Ab.* 121 b. *Aſinarius Ab.* 122 a
Druentia, *fluvius Galliæ* 252 a
Drapho, *antrum Siciliæ; excipit Corpus S. Agrippinæ* 468 b
Dunelmum monaſterium in Anglia, *S. Bartholomæus Mon.* 832 c. *Prior Thomas* 837 c f

E

EBoracum, Civitas Angliæ, *occupata à Danis 9 ſeculo* 518 e
Ebredunum Civ. Galliæ, *S. Palladius Ep. 7 ſec.* 96 b *S. Liberalis 10 ſec. c. Series deceſſorum & ſucceſſorum ibidem.*
Ebroicæ Civ. Galliæ, *S. Leutfredus Ab.* 104 c. *Epiſcopus Gumbertus elevat Corpus S. Leutfredi* 105 d. *Deſiderius Ep. S. Leutfredo injurius.* 108 c
Edeſſa Civitas Syriæ, *Corpora SS. Joannis & Cyri Martyrum* 754 f
Eifflia, *in diœceſi Colonienſi* 413 c
Eleutheropolis, Civ. Aſiæ, *S. Marcus Ep.* 67 d
Elham, Civ. Angliæ, *unde ſedes tranſlata Nortwicum* 531 c
Emerita, Civ. Hiſpaniæ *S. Innocentius Ep. 7 ſec.* 99 b
Emeſa, Civitas Ciliciæ, *ſervatum ibi Caput S. Joan. Baptiſtæ* 715 f
Emporium, *opp. Siciliæ diœc. Agrigent.* 466 a
Ely, *alias* in Elge, inſ. & monaſterium, ac deinde Epiſcopatus in Anglia, *S. Etheldreda Reg. Abb. & Virgo fundatrix; & miraculis clara, aliæque plures* 489. *Prætendit habere Corpus S. Albani M. ſed falſo* 162 b
Euodium. in Duc. Luxemburg. *Yvois* 601 b
Excutius, *fluvius Samariæ affluus* 190 b

F

FAliſca, Civ. Tuſciæ, *S. Felix Presb. M.* 457 b
Farne, Inſ. Britt. *S. Bartholomæus Erem.* 832 a 834 d. *Ejus deſcriptio prolixa* 838 f
Firmitas Gaucherii, *diœc. Lingon. Vulgo* la Ferté Gauchier 611 c
Flavias *ſeu* Flaviopolis *in Dalmatia, non in Hiſpania Julianus M.* 142 c
Florentia Civ. *Tuſciæ, degit ibi B. Aloyſius* 896 e
Florentii monaſterium *ad Ligerim in Gallia* 103 d
Floriacenſe monaſterium O. B. 28 e. *S. Radulphus Archiep. Bituric. ejus Abbas* 120 c
Florinæ, opp. Hannoniæ. *Ejus monaſteria* 589 f

Fontanæ, *villa monaſterii Lobienſis* 820 c
Fontanella monaſterium Galliæ O. B. *S. Baianus Epiſcopus* 26 c
Franconefort, *Francofurtum ad Mœnum* 32 f
Froliacum, *villa monaſterii Lobien.* 820 f
Fundi, Civitas Latii. *Eccleſia ibi ab S. Paulino Epiſcopo Nolano ſtructa* 237 b
Furlei monaſterium *in Anglia* 498 c

G

GAdareni, *an Adriano Imp. rebellarint* 199 b
Gaël mŏnrium *in Armoricæ, S. Maianus Ab.* 102 d
Galilæa, *Regnum ſub Herode* 690 f
Gandavum, Civ. Flandriæ, *S. Idæ* 26 a
Gandra in dicœc. Portuen. *Caput ſanctum, an* Joannis Eremitæ 822 d
Garganus, mons Apuliæ, *nunc S. Angeli* 37 c, 44 f *Eò peregrinatus Otto III* 233 c
Geneſii monaſterium dicœc. Cadurc. *Immena Abb. 9 ſec.* 120 a 124 d
Genua, Civ. Liguriæ, *Cineres S. Io. Bapt.* 780 a
Geniſium, *Civ. Calabriæ* 42 f
Georgii de Manganis Eccleſia *CP. unde allatum Caput S. Ioan. Bapt, 13 ſec.* 745 b
Germani de Pratis O. B. *Galterus Ab. 13 ſec. transfert Corpus S. Leutfredi Ab.* 113 c
Giſna in Arteſia, *varii ejus Comites, fundatores ac benefactores monaſterii S. Rotrudis* 257 c
Givikinſtein *dicœc. Magdeburg.* 35 f
Gobani oppidum *in Francia* 22 a
Granteceſter, *ubi inventus loculus S. Etheldredæ* 514 a
Groninga, *Dominium Belgii Fœderati, Brachium S. Ioannis Baptiſtæ* 778 f

H

HAbeſſinia, *cujus incolæ colunt S. Palladium cum Sociis: item alios tres* 196 a, b
Hasbania in Belgio, *Apoſtolus S. Martinus, Epiſcopus Tungrenſis* 69 c
Haſterium, dicœceſis Namurc. *ſub cura B. Walheri M.* 613 f
Heanburgum, monaſterium dicœc. Elyen. *Corpus S. Ermenildæ Abbatiſſæ* 617 f
Hebdomum regio CP. *Caput S. Ioan. Bapt.* 714 a
Hebromagus, *ad Garumnam in Aquit. patria S. Paulini Epiſcopi Nolani* 202 f
Hebron Civ. Judeæ, *an patria S. Io. Bapt.* 703 c
Heiſterbagh O, C. in Germania, *molaris dens S. Io. Baptiſtæ* 753 e
Helmſtadium, *Civ. Daniæ* 413 a
Hieron, *Mons ſacer Ciliciæ, in quo plura monaſteria* 729 b
Hingendorp, *dicœc. Colon. prope Stumbele* 361 d
Hiſpalis Civ. Hiſpaniæ, *Corpus S. Florentinæ V.* 18 e
Horion (*an* Heer?) vicus Hasbaniæ, *unde injurioſe repulſus S. Martinus Ep. Tungr* 70 f
Hovenſe monaſterium *in Com. Juliæ* 61 f

I

IAcobi monaſterium *in Apulia*, Corpus *S. Ioannis Pulſanenſis* 57 c
Iconium, Civ. Lycaoniæ, *S. Terentius Ep.* 67 a
Ilerda reſtituta, *eique junctus Epiſcopatus Roten.* 126 e
Ingeriacum, *Vide* Angeriacum.
Iſtria Provincia: *inde Ariminum advectus S. Julianus M.* 139 b
Itere, *vicus Hannoniæ prope Nivellam* 655 e
Judææ Regnum, *quibus terminis contineretur* 690 f

Juliacum monaſterium O. B. in Campania Gallica *Petrus Prior* 606 c f
Juliacum Ducatus, dicœc. Colon. *Chriſtina V. Stumbelenſis* 427 e
Juliani mŏnrium *Arimini O. B ubi Abbates, Angelus & Petrus: dein Commendatum 13 ſec.* 143
Juvavum, *Vide* Salisburgum 260 c

K

KAlmaria, *civ. Daniæ* 329
Kempen, opp. Colon. dicœc. *patria Thomæ à Kempis* 442
Kennemaria pars Hollandiæ, *Engelmundus Apoſtolus* 115 e
Kentefort, *vicus dicœc. Elyenſis* 550 d
Kneichſtedin, *mŏnrium dicœc. Colon.* 375 a
Kerfeunteun in Armoricis, *S. Majanus Ab.* 102 a

L

LAchuſa, *an aliqua in Syria ſit* 230 e
Lacinius mons, *in Apulia* 45 d
Laurentii opp. in Calabr. *S. Geraſimus Civis* 820
Lauretum, *civitas Piceni. Illac tranſit venerabundus B. Aloyſius* 903 f, *Item Olympia & Gridonia, illius neptes* 1164 c
Ledræ, Civ. Cypri *S. Ariſtocles Presbyter M. cum Sociis* 473 d
Legeceſtria, Civ. Angl. *Untrona Ep. 6 ſec.* 160 c
Lichefeldia Metrop. Merciorum *in Anglia, Humbertus Archiepiſcopus* 160 b
Lindeſia, Civ. Angliæ, *Ceololfus Ep. ſec. 6.* 160 c
Lindisferne, Inſ. Brit. *diſtincta à Farne* 832 f
Lipidiacum, *vicus dicœc. Bituric.* 817 c
Lobium O. B. in Belgio, *S. Theodulphus Abbas & Epiſcopus* 820 b
Longobardia, *ubi Patronus, S. Joan. Baptiſta* 805
Lugdunum Civ. Galliæ, *maxilla S. Joan. Bapt.* 752 f
Luſaënſis pagus, *patria S. Jacobi Ep. Tullen.* 583 c
Luteria, Abbatia O. C. dicœc. Trevir. *viſio inſignis S. Joan. Baptiſtæ* 504 d
Lyſtra Civ. Piſidiæ *S. Artemas Ep.* 67 b. *Ibi torti SS. Euſtochius & Socii MM.* 472 c

M

MAchærus, Caſtrum trans Jordanem ad mare mortuum, *an ibi vinctus & decollatus Joannes* 693 d 696 c 704 a
Madriacenſis Pagus *in Gallia, S. Leutfredus Ab.* 105 c
Matritum Civ. Hiſp. *degit ibi B. Aloyſius* 939
Magdeburgum, Civ. Saxoniæ, *Adalbertus I Ep.* 30 b
Malaca Civ. Aragoniæ, *Malaga* 132 a
Manariacum *ſeu* Monninvilla *in Gallia* 27
Mangana, *palatium CP. Caput Joan. Bapt.* 747 e
Mantua Civ. Ital. *patronum eligit B. Aloyſium* 892 b; 930 b; *excepti ibi Legati Iaponici* 954 f
Marchia in Famenna, opp. Hannoniæ, *S. Walheri miraculis adjutum* 615 a
Marchianæ mŏnrium O. B. *an ibi aliquando Corpus S. Rotrudis V.* 256 a
Mathera, opp. Apuliæ, *patria S. Joan. Pulſan.* 40 a
Matzee, *in dicœc. Salisburg.* 269 e
Maurienna Civ. Galliæ, *pollex S. Joan. Bapt.* 776 e
Medardi mŏnrium *O. B. dicœc. Sueſſion. an Abbas commendatarius S. Radulphus Bituric.* 117 e
Mediolani *ſtudet & negotia patris curat B. Aloyſius* 899 e, *& optime ædificat* 952 a
Melita Inſ. Sedes Equitum Rhodiorum, *manus S. Ioan. Baptiſtæ* 773 a

Men-

Menæ, opp. Siciliæ, *S. Agrippinæ V. M.* 458 a
ejus ſitus &c. 460 b
Menden, *opp. Weſtphaliæ* 60 e
Merſeburg, Civ. Saxoniæ, *Epiſcopatu privatur* 36 e
Meſchede op. Weſtphaliæ, *Menricus Conf.* 63 c
Metæ, Civ. Galliæ, *S. Aprineia V.* 254 a
Michaëlis Inſ. in Tertiariis, *Venerabilis Margarita de Clares* 456 e
Michaëlis monaſterium Bambergæ, 262 f
Millebeccum, *Reliquiæ S. Joan. Baptiſtæ* 753 a
Miſa, *fl. Bohemiæ* 825 e
Modoëtia, Civ. Lomb. *Reliquiæ S. Ioan. Bapt.* 764
Moguntia, *Ricolfus Archiep.* 9 *ſec. fundat mñrium S. Albani* 86, 90 e. *Hildebertus Ep.* 10 *ſec. transfert oſſa decem primorum Epp.* 91 b. *Segefridus Ep.* 11 *ſec.* 88
Moluccæ inſulæ. *Ibi Antonius à S. Anna pro caſtitate occiſus* 676 e
Mons Chriſti, *inſula maris Liguſtici* 785 c
Mons Politianus, *Civ. Etruriæ,* 846 b
Mons Relaxus *opp. Brit. Arm. vulgo* Morlaix, *patria Alberti le Grand* 607 b
Morandi mñrinm, *Mares-moutier* 748 c
Morini, *populus & civitas Belgii V.* Teruana
Myra Civ. Lyciæ, *unde Cineres S. Io. Bapt. Genuam allatæ* 780 e

N

NAmurcum, Civ. Belgii, *Albertus Comes ex voto reſtaurat eccleſiam S. Albani* 11 *ſec.* 92 b
Hujus ibi humerus 164 b c
Naxus Inſ. *An patria S. Albani M. Mogunt.* 87 a
Narbona, Civ. in Gallia, *Archiep. Sigebodus* 9 *ſec. jus ſuum contra Bituricenſem tuetur* 118 f
Neapolis Civ. Italiæ, *ſanguis S. Io. Bapt.* 763 c
Geſta B. Aloyſii 976 *& ſeqq.*
Nicomedia Civitas Bithyniæ. *S. Avitus M. cum ſociis* LXXVIII 471 a
Nideck, opp. Eiffliæ *diœc. Colon.* 417 b
Nigella Repoſta *O. B. monaſterium* 512 e
Nivella, oppidum Brabantiæ, *patria S. Mariæ Oigniacenſis* 631 f
Nola, Civ. Campaniæ Ital. *Paulinus Ep.* 193. *Item Paulinus II* 229; *tum Felix II, Theodoſius, Paulinus III & Leo,* 230 e
Nongentum Rotroci in Pertico, *cerebrum S. Ioan. Baptiſtæ* 752 c
Norica, *pro parte* Franconiæ: *unde* Norimberga, *patria S. Eberhardi Salisburg. Archiep.* 262 e
Northamptonia, *Comitatus Angliæ* 567 e
Norwegia, regnum ſeptemtrionale: *in ea ordinatus S. Bartholomæus Anglus* 834 a, 835 a
Noyelle, *in Atrebateſio triplex* 844 e

O

OIgniacum, opp. Hannoniæ, *B. Mariæ Oigniacen.* 630. *Jacobus de Vitriaco* 677
Olympias, Civitas Lyciæ, *S. Methodius Epiſcopus & ſcriptor* 6 a
Onhaya, diœc. Namurc. *B. Walherus Paſtor, Presbyter, Martyr* 613 b
Oſca, Civ. Aragoniæ. *Mortuus ibi Raymundus Ep. Roten.* 125 e. *Stephanus Ep. ob expulſum Raymundum infeliciter mortuus* 129 134 c

P

PAlmaria Inſula, *una Pontiarum: obitus S. Silverii Papæ* 13 a
Pampelona, Civ. Navarræ *Petrus Ep.* 12 *ſec.* 129
Panormus metrop. Siciliæ, *Reliquiæ & cultus B. Aloyſii, atque inſigne ibi miraculum* 1028
Pantichium, *vicus prope Calchedonem* 713 e
Parembola, locus Armeniæ, *S. Eros M.* 811 e
Pariſii, Civ. Galliæ: *corpus S. Leutfredi Ab.* 112 f
Patalariæ mñrium apud Græcos; *Ab. Baſilius* 137 d
Patara, Civ. Lyciæ; *S. Methodius Ep.* 5 b *ibi exulat S. Silverius Papa* 17 b
Perpinianum, Civ. Ruſcinonis; *Miracula S. Palladii Epiſcopi.* 97 *Brachium S. Io. Bapt.* 773 d
Perta in Gallia. *S. Leodegarius Presb. an ibi Parochus* 485 b
Petra, *alia* Palæſtinæ, *alia* Arabiæ. *SS. Macarius & Aſterius* 11 a
S. Petri Eccl. & mñrium prope Ariminum, *ubi primum poſita arca S. Juliani M.* 140 c
Phanopinenſe mñrium *in Flandria Can. Reg.* 753 c
Philadelphia Civitas Arabiæ, *SS. Zeno & Zenas MM.* 474 c
Pitius ad Pontum, *terminus Rom. Imp.* 811 f
Planatia, oppidum Aquitaniæ *fingitur patria eſſe S. Gemmæ V. M.* 9 d
Poilheim, *vicus diœc. Colon. multa ibi paſſa Chriſtina Stumbel. eo tracta à dæmonibus* 348 b
Pontia Inſula, *exilium Flaviæ Domitillæ & Sociarum Virginum* 13 a
Pons, *oppidum Vallis Tellinæ* 1121
Pons-curvus, opp. Campaniæ Ital. *Revelatio & Eccleſia S. Ioan. Baptiſtæ* 798 f
Portus, Civ. Luſitaniæ, *patria S. Ioannis Erem.* 822 a
Poubriska opp. Bohemiæ; *S. Ivanus Erem.* 827 c
Praga, Civitas Bohemiæ, *S. Wenceſlaus R.* 65 f
S. Ivanus Erem. 823 a
Pulſanum, monaſterium Apuliæ, *fundatum à S. Ioanne de Mathera* 37 f, 46 b

R

S. Ramberti pagus, *diœc. Bellicen.* 747 f
Rameſeia, monaſterium Angliæ; *S. Felix Apoſtolus & Epiſcopus, eo tranſlatus* 500 c
Redburnia in Anglia, *ubi paſſus S. Amphibalus. Ibidem ejus Reliquiæ* 171 e
Rhemi, Civ. Galliæ. *Patria Gerardi Ep. Camerac.* 590
Rhodus Inſ. *accipit dextram S. Io. Bapt.* 770 a
Ripa Curtia, *Comitatus Aragoniæ ſub Rotenſi Epiſcopatu* 125 c, 131 e
Rivenburg, *Marchionatus diœc. Salisburg.* 269 f
Rizæum, portus ad Pontum, *S. Orentius M.* 811 f
Roma, *Neronis juſſu incenſa: illic multi Chriſtiani martyrizati* 807. *Feſtus & Lucia cum aliis* XXII *Mart.* 808 b. *Ibidem Novatus Presb.* 4 a. *Silverius Papa* 13 a; *ſub quo fuit à Gotis obſeſſa* 16. *Demetria V. M.* 74 c. *Ioannes Presb. M. ſub Juliano* 482 b. *Eadem, patria Agrippinæ V. M.* 418, *Eo peregrinati BB. Petrus & Stephanus, Monachi Molismenſes O. B.* 609 f. *Ibidem obit B. Aloyſius Gonzaga S. I.* 1012
Romatiana, Civ. Daciæ, *Nicetas Ep.* 5 *ſec.* 243 c
Rota, Civ. Aragoniæ; *S. Raymundus Ep.* 125. *Arnulfus & Salomon Epiſcopi ibid.*
Rugia, *inſula maris Baltici, converſa* 9 *ſec.* 32 c
Rura fl. *Weſtphaliæ; alius in Geldria* 60 a
Ruſſia *Regio, cui miſſus Apoſtolus S. Adalbertus* 32 b

S

SAbaria V. *ejus Caput Coloniæ ad ſanctum Pantaleonem* 175 d
Sagium, Civ. Normanniæ, *S. Latinus Ep.* 12 a

Salamis *vel* Salamina Civ. Cypri, *Ariſtocles Presb. M. cum Sociis* 473 e.
Salisburgum, metrop. Bavariæ, *Eberhardus Ep.* 260 c
Salpi, Salapia, *opp. Calabriæ* 50 f
Samaria, Civ. Palæſtinæ, *cui eſt affixta Paſſio Martyrum* 1484 *ſub Choſroë* 190 a
Sambra, *aliàs* Sabis, *fl. Hannoniæ* 670 a
Samoſata, Civ. Syriæ, *S. Euſebius Ep. Conf.* 237 f
Sardinia Inſ. *SS. Nicolaus & Tranus Eremm.* 84 a *Rex ſeu Judex Conſtantinus* 13 a 86
Sarebruc, *oppidum Lotharingiæ* 254 f
Sathala, Civ. Arm. VII *Fratres MM.* 801 b
Saxum, *locus Vallis Tellinæ, Reliquiis & cultu ac miraculis B. Aloyſii clarus* 1028 1095 *& ſeqq.*
Scala, opp. Ital. diœc. Amalph. *Os S. Io. Bapt.* 778 f
Scheida, *monaſterium O. Præm. in Weſtphalia*, 58 c
Sebaſte, *aliàs* Samaria. *In ea Joan. Baptiſta ſepultus, non decollatus* 694 c
Senæ, Civitas Hetr. *Alexia, diſcipula S. Catharinæ Ordinis Prædicatorum* 66 a
Sepulcri monaſterium Cameraci, *fundat Lietbertus Epiſcopus* 600. *Aliud Papiæ in Italia* 68
Serote, *vicus, à S. Sicilde ſic nominatus* 269 f
Sicoris, fl. Hiſpaniæ, *an congelatus, tranſeunte Herodiadis filia, caput ei reſcuerit* 697 e
Sigeramni Abbatia, *Reliquiæ S. Joan. Bapt.* 753 a
Skeningia, *Civitas Daniæ* 413 b 420 f
Slavi, *populus Saxoniæ, ſubjugati* 10 *ſec.* 31 c
Solemniacus, *vicus in Vendocino*, 109 b. *Monaſterium O. B. Ab. Chunibertus* 9 *ſec.* 122 e
Spalding, vicus Angliæ, *incerti ſitus* 581 f
Speluci monaſterium prope Emeſam, *ubi inventum Caput S. Joannis Baptiſtæ* 718 d
Stephani vicus in Provincia, *Conſortia V.* 253 f
Skalenſe monaſterium O. B. *ad rupem S. Ivani in Bohemia* 826 e
Studii monaſterium CP. *unde Caput S. Joan. Bapt. ablatum ab Alexio Comneno* 730 e
Stumbele, vicus diœceſis Colonienſis, *patria B. Chriſtinæ Junioris* 270 a
Sulpitii monaſterium diœc. Bituric. O. B. *Silvius Abbas* 9 *ſec.* 117 c
Suriſinæ, diœc. Ebroic. *Reliquiæ S. Leutfredi Ab.* 114 c
Suzatum (*Souſt*) *opp. Weſtphaliæ* 61 b
Sutrium in Tuſcia, *Felix Presb. M.* 457
Syracuſæ, Civitas Siciliæ, *SS. Rufinus & Martia Martyres* 73 a

T

TArentinæ Inſulæ, *earumque nunc nomina* 43 e
Taurini monaſterium, *Ebroicis* 107 d
Taurinum, Civ. Pedemontii, *Reliquiæ S. Ioannis Baptiſtæ* 753 b
Teneramunda, opp. Flandriæ, *oſſa S. Jacobi Ep. Tullenſis.* 583 c
Teroana, Civ. Arteſiæ, *S. Bainus Ep.* 26 b. *S. Lambertus Epiſcopus* 65 d
Terra-nova, *Civitas Sardiniæ* 85 c
Terra-ſancta. *Eò perigrinatus S. Martinus Epiſcopus Tungren.* 70 f, *& S. Maianus Ab. ex Armorica* 103 c
Tetinum Caſtrum in Bohemia, *SS. Uladiſlaus & Ludmilla* 823 c
Thomaſſus, Civ. Cypri. *Patria S. Ariſtoclis Presbyteri M.* 473 d
Ticinum *ſive* Papia, Civ. Lombardiæ, *S. Lanfrancus Ep.* 619 a. *S. Urſicinus Ep.* 3 *ſec.* 69 a
Tiranum, *Vallis Tellinæ, cultu Deiparæ clarum* 1095
Toletum, Civ. Caſtellæ, *Bernardus, ibi Ep. conſecrat S. Raymundum Ep. Balbaſtrenſem* 128 a
Tomi, Civ. Scythiæ, *SS. Paulus cum Sociis MM.* 8 a
Torcellæ, Civ. Venet. *S S. Theoneſtus Ep. Tabra & Tabrata Diaconi.* 93 e
Trachonitis tetrarchia, *ejuſque termini* 691 a
Trajectum ad Moſam, *in Belgio. Decanus Guilielmus Lyſſen* 17 *ſec.* 70 b
Traſegnies, *opp. Hannoniæ* 655 d
Tranſaliacum diœc. Bituric. in Gallia, *S. Lupicinus Incluſus* 817 a
Treviri, Civ. Germ. *quando & à quo eò inductus cultus S. Etheldredæ* 491 b
Trunchinium, *monaſterium Flandriæ prope Gandavum, S. Aldegundis V.* 25 b
Tude, Civ. Galleciæ, *S. Joannes Erem.* 822 a
Tullum, Civ. Leucorum in Gall. *Jacobus Ep.* 583 c
Tungri, Civ. Belgii, *S. Maximinus Ep.* 7 b. *S. Martinus Ep. poſt S. Florentium* 3 *ſec.* 69 c
Turenæ, *Comes Radulphus, pater S. Radulphi Bituricenſis Ep.* 9 *ſec.* 117 f
Tyro in Sicilia, *monaſterium S. Stephani* 465 a
Tyronenſe monaſterium in Pertico, *cerebrum S. Io. Baptiſtæ* 752 c

V

VAlentianæ, Civ. Belgii, *miraculis S. Theodulphi Abb. Lobienſis claro* 821 a
Varenna, Civ. Normanniæ, *Garennes* 107 d
Varenna, monaſterium O. B. *diœc. Bituric. dotatum à S. Radulpho Biturico.* 117 f
Vaſatum, Civ. Galliæ, *ſanguis S. Io. Bapt.* 763 b *S. Geraldi Ab. Tranſlatio* 66 f
Velſen *oppidum Hollandiæ, S. Engelmundus Presb.* 115 b
Venetia, Civ. Italiæ, *digitus S. Io. Bapt.* 776
Venetum, Civ. Britanniæ Armoricæ, *S. Bilius Epiſcopus* 8 *ſec.* 607 c
Verolamium, Civ. Britanniæ, *SS. Albanus & Amphibalus, MM.* 146 a
Verona, Civ. Italiæ, *S. Blaſius Ep.* 242
Veterienſe monaſterium O. B. *fundatum à S. Radulpho Biturico.* 120 e
Victoria, opp. Siciliæ, *ibi Corpus S. Victoriæ* 66 f
Virzio, Caſtrum diœc. Cadurcen. *quo tranſlata Abbatia Doverinen.* 122 c
Urbanum, diœc. Albigen. *patria S. Raymundi Balbaſtrenſis Ep.* 128 d
Urſini Eccleſia Cathed. *diœc. Biturico. Corpus S. Radulphi Epiſcopi* 119 d
Vrundenberg, *monaſterium Weſtphaliæ O. Præm. B B. Bertholdus & Menricus Fundatores* 58 c
Uſadûm Civ. Græciæ. *Patria SS. Euſtochii Presb. & Socc. MM.* 472
Vulturnus, *fl. Galliæ, vulgo* la Boutonne 756 f

W

WErewelle, monaſterium Angliæ, *ab Aelfritha Reg. pœnitente fundatum* 10 *ſec.* 528 e
Weſton, *vicus Angliæ* 579 d
Wicenburgenſe monaſterium *diœc. Spiren. S. Adalbertus Abbas* 33 b
Willambrouk, vicus prope Nivellas, *habitatio B. Mariæ Oigniac.* 640 c
Winoci Berga, opp. Flandriæ, *S. Idaberga V.* 29 c
Witebi *opp. diœc. Eborac. in Anglia* 834 f
Weſamere, villa regalis in Anglia, *Privilegium Edgari R.* 525 e
Wlodomiria, opp. Moſcoviæ, *imago Deiparæ miraculoſa,* 455 f

Z

ZAchariæ domus, *prope Hebron; patriſne Baptiſtæ, an filii Ioiadæ?* 704 a
Zena, *portus é regione Conſtantinopolis* 240 c
Zeugma, *oppidum Syriæ ad Euphratem* 240 d
Zozion, opp Arabiæ, *patria S. Zenonis M.* 477 c

INDEX ONOMASTICUS

AD IV TOMUM JUNII.

A

Abbatizare, *Abbatem agere* 769 e
Acra, *Anglis terræ jugerum* 574 b
Acutus, *Clavus, ſcalprum* 600 d
Ἀχαίδες *vel* χαριδες, *Marini cancri* 692 c
Ἀχρειδες, *Pyra ſilveſtria* 692 c
Adhereditare, *Dotare* 588 d
Ἀχρίδες, *Locuſtæ, item Summitates herbarum* 692 b
Alderman, *Anglis Comes ſeu Princeps* 527 a
Alleluia, *Gradualе Miſſæ* 707 b
Altarium, *Altare* 563 e
Ambra, *Succinum* 1142 b
Annotamentum, *Annotatio* 1065 f
Antianus, *Senator* 789 a
Ἀποκρέα, *Dominica in ſeptuageſima* 710 d
Archiſcholus, *Magiſter ludi litterarii* 589 b
Armati dies, *Dies Martis* 558 a
Augumentare, *Augere* 299 c

B

Bancus, *Scamnum* 627 f, 1100 c
Baſileus, *Rex* 524 f, 600 a
Batellus, *Navicula* 837 f
Bidabium, *Falcaſtrum* 110 c
Benda, *Faſcia* 579 e, 580 f
Bladum, *Frumentum* 60 a
Boyæ, *Compedes, Manicæ* 548 d, 614 c
Bolengria, *Piſtrinum* 606 b
Boſſchettum, *Silvula* 765 b
Brando, *Facula cerea* 789
Burgenſis, *Civis* 402 a 843 e

C

Callis, *Via regia* 605 f
Calumnia, *Lis conteſtata coram Judicibus* 575 a
Camba, *Braxatoria, ubi coquitur cerevisia* 606 b
Cambire, *Commutare* 527 a
Camelottus, *id eſt* Capellotus, *Pannus ex pilis Caprinis* 692 c
Camiſia, *Induſium* 639 f
Campanarius, *Ædituus* 441 f
Capſis, *Capſa* 527 f
Capitolium, *an* Capitalia bona? 553 c
Captivare, *In captivitatem ducere* 454 b
Caracalla, *Veſtis cucullata* 148 f
Caritas, *Portio vini Monaſtici* 533 d
Cartallum, *Quarta pars modii* 614
Caſatus, *Natus ex familia Nobili, Eccleſiæ obſtricta* 591 a
Caſſare, *Irritum facere* 672 c
Caſsatus, *ſeu* Caſſata, *Prædium, uni familiæ alendæ ſufficiens* 526 d
Caſtellatura, *Præfectura caſtelli* 590 c
Cavilla, *Malleolus pedis* 114 b
Cauſare, Cauſari, *In judicium vocare, Accuſare* 562 b
Centuriatus, *Diſtrictus centum villarum* 526 c
Cerebellum, *Cranium* 442
Certitudinaliter, *certò* 280 b
Cicindellis, *Cereolus* 779 d
Clenodium, *Monile* 355 e
Cluia, *Cella Solitarii* 451 e
Cognata, Συγγενὴς *Mariæ, Eliſabeth, id eſt* Conſobrina 689 a
Colludium, *Auxilium* 830 c
Communio, *Communitas, Plebs* 1099, 1100 c
Compoſitalia, *Fructus conditi ſaccharo* 62 b
ad Complendum, *Poſt-communio Miſſæ* 698 f
Compulſare, *In judicium adducere* 881 b
Conteſtatio, *Pars ſecunda Præfationis in Miſſa* 708 a
Contracta, *Vicus* 860 c, 1099 e
Corde deficere, *Deliquium pati* 435 f
Confractio, *in Miſſa, quando poſt Pater noſter Hoſtia frangitur* 699 e
Cornua, *Mitra Epiſcopalis* 264 b
Coronatores, *Officiales Coronæ in Anglia, ſeu Juſtitiarii* 542 a
Contra diem, Mare, Serum &c. *Circa diem, auroram, veſperam &c.* 371 c *& ſeqq.* 372 ſ
Convaletudo, *Valetudinis recuperatio* 563 b
Convenire, *Congregare* 524 d
Coſmus, *Mundus, Univerſum* 522 d
Creppa, *Vertex cranii* 752 a
Cruſelinus, *Scyphus parvus* 307 b
Cuppa, *Vaſculum* 672 d
Cuſſinum, *Pulvinar* 278 b

D

Debriari, *Impleri* 106 d
Decipula, *Fraus, Deceptio* 540 c
Dehabere, *Carere, Privari* 527 a
Dependére, *Solvere à patibulo* 628 c
Deponere, *Commendare* 597 b
Derupare, *Expoliare* 765 c
Deveſtitio, *Privatio feudi* 124 b
Dextrarius, *Equus ad manum ducendus, ſeſſorius* 627 a
Diæta, *iter diei unius* 669 a
Diatritus *ſeu* Diatretus, *Pertuſus, Diaphanus* 236 e
Didaſcalus, *Magiſter* 521 a
Diffidentia, *Provocatio, Gallicè* Defi. 603 a
Dirationare, *Contrarium rationando aſſerere* 574 f
Doblonus, *Duplex aureus* 883 d
Dominædius, *Patronus templi* 235 e
Δοξολογία μεγάλη, *Hymnus Angelicus, ſeu Gloria in excelſis* 709 d
Δοξολογία μικρὰ, *Gloria Patri &c.* 709 a
Duplerium, *Cereus major* 789 a

E

Emologare, *Confiteri* 1086 b
Ἐγχρίδες, *Bellaria, ex melle & oleo confecta* 692 c
Eſtamine, *Saccus cilicinus* 646 a
Eſperones, *Calcaria* 124 b
Evigilatus, *Expergefactus* 547 f

Exem-

Exemplare, *transscribere* 1048 b
Exemplatus, *Expressus*, *Assimilatus* 329 a
Exenium, *Donum*, *Xenium* 671 d
Expenditio, *Expensæ* 525 c

F

Faldisterium, *Sella plicatilis* 883 b
Farinaria, *Molendinum* 120 e
Fello, *Angina*, *Strumæ* 549 e
Feretrarius, *Custos sacrarum Reliquiarum* 579 b
Fervere, *Candefacere* 528 d
Fiendus, *Faciendus* 60 f
Firma, *Prædium*, *Elocatio prædii* 530 a. *Anglis*, *Quadraginta solidi* 531 a
Flexa, *Capilli mulierum inter se implexi* 320 b
Foderatura, *Duplicatura vestium* 646 a
Forale, *Tholus ecclesiæ* 613 d
Forasterius, *Externus* 765 c
Forisfactum, *Grave scelus*. Gall. *Forfait* 749 f
Fossatum, *Fossa* 574 b
Fredum, *Collatio pecuniaria* 121 f
Frigoriticus, *Febricitans* 817 e
Fultum, *Lectus* 521 b

G

Gabata, *Concha*, *Labrum argenteum* 756 b
Galilæa, *Porticus*, galeria 536 a
Gavalus, Gabalus, Gaulum, Gabella, *Tributum*, *Vectigal* 607 a
Guarire, *Sanare* 627 f
Guarnire, *Munire*, *Vestire*, *Ornare* 797 b
Guttur posterior, *Podex* 1106 f

H

Hauritorium, *Situla* 568 e
Hida, *Terra uno anno aratro colenda* 526 c
Hircus, *an* Cilicium? 674 a
ad Horas multas, *Diu* 729 a
Huka, *Peplum muliebre Brabanticum* 632 f
Hundredum, *Districtus centum villarum* 526 c
Hydrios ater, *Dæmon* 516 f, 517 a

I

Idiomela, *Cantica festo propria* 710 c
Idololatrare, *Idola colere* 680 f
Imminuare, *Minuere* 820 e
Immolatio Missæ, *Præfatio* 699 b, 708 a
Incensum, *Thus* 1108 d
Incentor, *Canonicus Cantor* 593 b
Inferetrare, *Feretro imponere* 258 a
Ingratuitus, *Molestus* 563 b
Ingressa, *Introitus Missæ* 698 c, 699 c
Inimicare, *Inimicitiam exercere* 47 f
Invotare, *Desiderare*, *In votis habere* 566 d
Juvamentum, *Auxilium* 1046 b

K

Katapan, 12 *sec. gubernator Cypri*, *Capitaneus* 598 f

L

Languedo, *Languor* 563 c
Laquear, *Fornix*, *etiam subterraneus* 75 e
Laudes, *Mulctæ*, *Pensiones* 787 e
Lectharius, *an* Lecticarius? 729
Lemniscatæ palmæ, *Tenuis revinctæ* 203 d
Licentiare, *Dimittere* 443 c, 762 d
Limpon, *Piscículi genus* 836 c
Lupus, *Morbi incurabilis genus* 844 f
Lychinum, *Ellychnium* 551 f
Lymphare, *Irrigare*, *Aquare* 58 e

M

Mactare, *Diffringere*, *In massam contundere* 765 f
Maculabile, *Probrum* 35 a
Magiscola, *Scholæ præfectus*, *Canonicus Scholasticus vulgo dictus* 784 b
Majerus, *Præfectus Palatii* 766
Majestativus, *Plenus majestate* 800 e
pro Malo habere, *Ægre ferre* 412
Manburnus pagi, *Prætor* 616 c
Manerium, Mansus, *Prædium* 118 a, 123 a, 165 e 527 e
Mansura, *Domus*, *Habitatio* 575 a
Marathus, *Fœniculum* 522 e
Mariscum, *Palus* 527 d
Massarius, *Thesaurarius* 787 e 989 b
Masserius *seu* Massarius, *Qui clavam præfert* 766 b
Matheræ *vel* Matherarum decimæ, *quid sint Cameraci* 604 d
Matricula, *Basilica* 584 c
Matta, *Storea è juncis texta* 346 a
Mausoleum, *Sepulchrum*, *mausoleum* 133 d
Mausole *vel* Mansole, *Interius conclave* 16 f
Meninus, *Ephebus honorarius* 939 b
Μερίδες, *Particulæ Hostiæ consecrandæ* 729 b
Mina panis, *Mensuræ Papiensis* 621 b
Missaticum, *Epistola* 483 a
Mocta, *Avisne an quadrupes animal?* 836 c 839 d
Monachare, *Monachum facere* 46 f
Mortella, *Myrtus*, *fructus & arbor* 42 d
Mozzetta, *Superhumerale* 1040
Mundiburdium, Mundiburtum, *Tutela*, *Patrocinium* 30 f 121 c 263
Murilegus, *Cattus*, *Felis* 836 d

O

Super Oblata, *Offertorium Missæ* 698 d
Obstinantia, *Obstinatio* 330 c
Olalogia, *an* Hologia, *Integra sermocinatio?* 518 f
Oleamentum, *Res odorifera* 1139 b
Ordinariæ, *Tegulæ latericiæ* 726 c
Orbis, *Territorium* 117 e

P

Pallafridus, *Equus* 173 d
Paratæ, *Obligatio parandi hospitii* 121 e
Pausare, *Quiescere* 448 f
Pectorose, *Superbe* 549 d
Pedicæ, *Digiti pedum* 298 f 307 b
Perquitare, *Persolvere* 342 c
Petium, *Pars* 769 d
Pinguetudo, *Pinguedo* 835 c
Placitare, *Litigare* 565 e
Placitum, *Sententia* 124 b
Pluriora, *Plura* 800 a
Super Populum, *Collecta ad Missam* 699 c
Posta, *Pactum*, *Conventio* 766 b
Potestatía, *Officium Potestatis*, *seu Præfectura* 792 e
Procura, *Officium Procuratoris* 788 f
Psallentium, *Psalmodia* 537 d
Pyropus, *Cacumen fastigii vel tecti*, *in pyri formam desinens* 350 a

Que-

Q

QUerelari, *Altercari* 398 a, *Conqueri* 411 f
Quitare, *Donare*, *Cedere* 768 e

R

RAbes, *Norwegis* Dæmon 834 a
Recavus, *Convexus* 235 c
Reordinare, *Reddere* 60 a
Repa, *Ornatus arcuatus ſupra Reliquias Sanctorum* 29 e
Repreſaliæ, *Mulctæ judiciariæ* 787 e
Retorta, *Lignum ori injectum inſtar frani* 627 b
Rucinus, Runcinus, *Equus* 263 b
Rupta, *Clades* 765 b

S

SAgreſtia, *Sacrarium* 765 f
Sala, *Aula* 1086 b
Sallare, *Sale condire* 454 b
Saltem, *Tandem* 371 c
Sarcopagum, *Sarcophagus* 515 b
Scarlatum, *Pannus ruber* 401 e
Scarlaticus, *Purpureus* 448 f
Scamna, Scamelle, Scanella, Scamnella, Scabella, *Fulcra manualia debilium* 845 f
Sceppa, *Menſura unius cochlearis in rebus aridis* 574 f
Schema, æ, *Semicinctium* 55 e
Σχολόπισμα, *Impalatio* 807 c
Scriosè, *Serio* 329 c
Scriosus, *Solicitus*, *Attentus* 237 b
Servitor, *Famulus* 1107 f
Servus-Vicarius, *Judex parochialis* 124 b
Squinancia, *Angina* 579 d
Super Syndonem, *Pars Offertorii in Miſſa* 698 d
Sindicare, *Judicio damnare* 787 f
Soca, *Jus curiæ habendæ* 526 c
Solarus, *Nummus argenteus Mantuanus* 883 a
Sorbitium, *Sorbitiuncula* 277 b
Spada, *Gladius* 124 b
Sputus, i, *Sputum* 818 a
Staminea, *Lanea veſtis* 836 c
Sterlingus, *Monetæ Angelicanæ genus*, *etiam Teutonibus notum* 298 f
Straxinare, *Raptare* 667 b
Strepa, *Stapes* 167 c
Stufa, *Vaporarium* 1098 a
Superale, *Superpelliceum* 530 a
Superbitudo, *Superbia* 835 f
Supproſſum, *Callus ſuper os natus* 627 a

T

TAbulatum opus, *Pannus auro intexto denſus* 529 e
Thenſa, *Papilio* 1030 e
Θήκη *Theca*, *Scrinium* 717 e, 718 a
Textus, *Liber Euangeliorum pretioſe coopertus* 532 d
Timoranter, *Timide* 298 e
Tonitruare, *Tonare* 452 f
Torneamentum, *Haſtiludium equeſtre* 643 b
Tortitium, *Funale cereum* 789 a
Tranſitus, *Communio Miſſæ* 699 f, 707 d
Tredecimus, *Decimus tertius* 34 b
Trufator, *Impoſtor* 60 b
Truffa, *Fraus*, *Deceptio* 316 a
Tubare, *Tuba canere* 708 e
Τυροφάγος Dominica Quinquageſima 710 e

V

VAllare, *Circuire* 758 b
Vaniare, *Evaneſcere* 806 f
In Veniis *orare*, *multoties ſe inclinando* 276 c
Villanus, *Ruſticus* 995 a
Villatica, *Communitas unius villæ* 574 e
Virgella, *Virgula* 410 d

W

WAmbaſium, *Thorax* 441 e
Werpire, *Abdicare* 602 f

Y

YPerperus, *Moneta aurea Conſtantinopoli* 768 c

Z

ZAbulus, *Diabolus* 556 b
Zarzaparilla, *Species medica* 1146 d

INDEX MORALIS

A

ABbas *ſit illibenter S. Eberhardus.* 262 c; *ejus* Abbatiales *virtutes*, 263 b c; *& S. Engelmundi* 115, c; *item S. Etheldredæ Abbatiſſæ*, 509 f. *Vide*, Obedientia.
Abſtinentiam *à cibis mirandam, valetudini conſervandæ, adhibet B. Aloyſius; quam deinde ex virtute ſervat*, 930 c d: *propter* Abſtinentiam *ſingularem, invidiam Fratrum incurrit, & diverſimode vexatur. S. Ioannes Pulſanenſis*, 42 a. *Frugalitas menſæ S. Paulini*, 216 f.
Acculatio. *Vide*, Calumnia.
Adoleſcentia *diſſoluta S Bartholomæi Erem.* 833, e f: *Pia, S. Urſicini*, 69; *S. Majani* 1011 b; *S. Palladii*, 96 d; *B. Aloyſii*, 929 c, 932 f. *Septennis hic ſe totum conſecrat Deo*, 925 e. Adoleſcens, *S. Leutfredus, pietatem doctrinæ jungit* 106 c d
Adverſitas *temporalis prodeſt animæ* 24 e
Adultera *mirabiliter converſa invocatione B. Aloyſii* 1052 c. *Alia ſimul & blaſphema, corripitur à dæmone; pœnitens liberatur* 269 d
Ambitionis *Otricum in morte pœnitet* 36 e. Ambiens *Papatum S. Vigilius, hæreticis favorem ſimulat* 14 f. Ambitionis *ſæva molimina & infelix exitus, in Radulpho quodam* 559 e ſeqq.
Amor *erga Deum B. Aloyſii* 993 f ſeq. *in excellenti gradu fuiſſe oſtenditur* 1127 f ſeq.
Angelorum *quanta multitudo*, 385 f. Angeli *convertendos in fide inſtruunt*, 183 b c: *baptizatum honorant*, 655 c: *ſervant B. Mariam Oigniacenſem in*

pia peregrinatione, à deviatione & à pluvia 643 c; *eidem adſunt oranti* 645 b, *& aſſiſtunt ſobriæ ejus refectioni* 642 c. Angelus Cuſtos *eamdem gubernat*, 645 e. Angelus *extrahit lapſum in foveam*, 55 c. *Conſolatur B. Chriſtinam, & ſanat afflictam ac vexatam à dæmonibus*, 33 a b, 353, b c; & per totam Vitam. *Eidem, in Paradiſum rapta, ſecreta cæleſtia revelat*, 431 c; *S. Palladium monet de exceſſibus ſubditorum ejus* 96 f: *apparet S. Conſortiæ, eamque in virginitate ſervanda confirmat*, 262 e f: *monet S. Baïnum, ut peregrinationem Romanam ſuſcipiat*, 27 c: *in ſolitudinem ducit S. Ivanum*, 824 b: *comitatur Martyres ad fidei confeſſionem*, 185 f: *ſolvit vincula. S. Agrippinæ Mart.* 458 f: *Religioſos excitat, ut adſint S. Humbergæ morienti*, 612 f. *Adſunt* Angeli *morienti S. Joanni Pulſan.* 56 a; *animam venerabilis Thomæ, Dunnelmi morientis, excipiunt*, 837 c; *Martyrum animas in cælum deferunt*, 658 c; *& S. Amphibali* 159 a; *ſepeliunt Sanctorum Corpora*, 187 d; *deſcendunt ad Reliquias S. Albani*, 155 a; *monent Offam Regem de elevandis ejuſdem Reliquiis*, 160 c: *cum luminaribus aſſiſtunt de nocte Imagini B. Virginis*, 62 f. *Ab* Angelo *accipit pecuniam in magna domus ſuæ penuria P. Joannes Bapt. Piſcator*, 977 a. Angelis *familiaris S. Palladius*, 96 e. *Erga* Angelum *cuſtodem devotus B. Aloyſius* 974 c. Angeli *& dæmones adſunt oranti S. Petro Juliacenſi, qui hos repellit, illos amplectitur*, 611 f. *Dæmonem ejuſdem Sancti tentatorem fugant Angeli*, 610 c; *& contra illos in extremis poſitum cuſtodiunt*, 613 d. Angeli *& dæmonis de anima Monachi diſceptatio*, 53 e ſeq. In Angelum *lucis ſe transfigurat dæmon*, 434 e *Vide*, Miſſa.

Animam *peccatoris ad inferos raptari videt S. Joannes Pulſan.* 43 b. *Vide*, Angelus.

Annulos *miraculoſos S. Etheldredæ qui geſtant, morbo liberantur aut moriuntur intra triduum* 571 c

Apum *examen in ore S. Iſidori vidit B. Florentina ejus ſoror, in ſignum futuræ ſanctitatis* 19 b

Apparatio *Chriſti, S. Gobano & Sociis jubentis annuntiare fidem*, 23 d e; *& illi prædicentis. Martyrium* 24 e, *ſtipatique Angelis, Martyrum animas ſuſcipientis* 187 d. *Idem ſub diverſis figuris* apparet *B. Mariæ Oigniacenſi*, 659 f, *& cum S. Albano aliiſque S. Amphibalo Mart.* 159 a. Apparent *Sancti, cum Chriſto Judices*, 54 a: *S. Julianus Mart. cum aliis Sanctis*, 141 c; *SS. Virgines, proceſſionem inſtituentes cum cereis*, 20 e. *S. Cuthbertus* apparet, *Miſſam celebrans*, 840 c, *& in magno lumine* ibid. d. *S. Petrus Apoſtolus*, apparens *in Pontificalibus, S. Joannem Pulſan. ſecurum reddit de beatitudine duorum defunctorum*, 48 d. Apparitiones *S. Joannis Baptiſtæ* 800 ſeq. *Hic ſæpius apparet, ut locum abſconditi Capitis ſui revelet*, 712 f, 724 c ſeq. Apparens *S. Albanus revelat Corpus S. Amphibali*, 167 f ſeq. *jubet corpus ſuum transferri*, 162 f, *Reliquias ſuas honoranti æternam mercedem promittit*, 166 d e. Apparens *S. Julianus jubet, puero, è ſterili naſcituro, nomen ſuum imponi*, 141 f. *S. Tullia, ob mortem ſuam parentes lugere vetat*, 250 f. *S. Florentina V. monaſterium fundari jubet*, 20 f. *S. Etheldreda, pro infirmis orans*, 545 b c d e; *& morbos curans* 545 b c d e; 563 d ſeq 579 c d ſeqq. *item S. Lanfrancus, Chriſtum deprecans pro infirmo*, 626 b; *idem* apparet *incredulo, ad fidem miraculis ſuis conciliandam*, 626 d. Apparens *S. Cuthbertus S. Bartholomæo eremum oſtendit*, 834 d. *S. Edmundus viam ſterni jubet à ſua eccleſia ad Ely*, 571 f. *S. Adalbertus reprehendit ſuos, quod ſucceſſorem indignum elegiſſent*, 36 c. Apparent, *S. Agrippina, ad tutelam eccleſiæ ſuæ*, 461 c; *S. Albanus*, 167 a; *S Wilburga, pœnas minitans depeculatoribus* 565 a. Apparet *S. Paulinus Nolan. ad cælum invitans Joannem Ep. Neap.* 199 f. *Paulinus III, Regi Wandalorum viſus flagellum eripere, ideoque à captivitate dimiſſus cum ſuis*, 230. Apparens *S. Joannes Pulſan. peccatorem à dæmone præcipitatum liberat, quem deinde Monachum facit* 48 a; *Captivum liberat*, 50 e; *dæmones infeſtos virga fugat*, 51 a, *coram Deo judice pro Monacho ſuo deprecatur*, 55 d. *B. Mariæ Oigniac.* apparet *S. Bernardus alatus, & S. Joannes Evang. inſtar aquilæ* 660 d; *& Sanctis in ſuis feſtis*, 660 b c. *Ipſa* apparet *Jacobo de Vitriaco, & futura multa prædicit, quæ mirabiliter implentur* 674 b c d e. Apparent, *S. Paulino morienti S. Januarius & Martinus*, 198 c, *B. Aloyſius S. Mariæ Magd. de Pazzis* 1038 a; *& matri ſuæ, quam ab infirmitate ſanat*, 1038 c d; *et cum Joanne Berghmans alteri infirmo ſanando* 1076 c ſeq. *Vide*, Dæmon, Maria, Euchariſtia, Angelus.

Aquis *frigidis immerſus pernoctat S. Joannes Pulſan.* 42 c; *idem fluvium ſicco pede pertranſit, nec tingitur à pluvia*, 50 d e. Aquam *inſtar ignis apparere, facit dæmon* 354 d

Aquâ Benedictâ, *dæmonem fugat S. Bartholomæus Erem* 836 f, 837 c; *& moribundum ſanat* 837 f.
Energumenam liberat S. Leutfredus 110 b

Aquila & Lupus *corpora Sanctorum cuſtodiunt*, 157 d

Aranea *inſtar apparens dæmon, orationem, B. Chriſtinæ impedire conatur* 320 d

In Arborem *creſcit baculus S. Etheldredæ* 507 f

Arma *tractans puer B. Aloyſius, periculum incurrit*, 923 a

Avaritia. *Argenti ſpe pauper à dæmone ſeducendus, à S. Joanne Bapt. liberatur*, 800 a b c. *Theſaurarius eccleſiæ impedire conatur cultum B. M. V. timens ne minuantur oblationes in eccleſia ſua* 60 b. *Balduinus Bochard, timens amittere bona temporalia, conatur injurioſe impedire cultum S. Rotrudis*, 255 c e. *Ex* Avaritia *Vigilius favere promittit hæreticis* 14 f

Avis, *Mocta Anglice dicta, annonam defert S. Bartholomæo Erem.* 835 c. Aves *mirabiles in inſula Ferne*, 839 f

In Aula *innocenter vivit B. Aloyſius* 925, 939

Aurium *cuſtodia B. Aloyſii*, 905 966 e

Auſteritas *vitæ S. Joannis Pulſan.* 42 b c; *B. Chriſtinæ Stumbel.* 276 c d, 432 a; *S. Lietberti Epiſcopi, nihil de ea remittentis tempore morbi*, 604 e, *S. Lupicini*, 817 c e; *B. Mariæ Oigniacen. in matrimonio* 639 f; *Aloyſii in ſeculo*, 936 b c. *Vide*, Abſtinentia, Jejunium, Lecti durities, Mortificatio, Pœnitentia.

B

BAculo Abbatiali *percutere viſa S. Etheldreda, injurium Eccleſiæ ſuæ interficit* 544 a b c

Balneis *calidis raro uſa S. Etheldreda* 509 f

Baptiſmum, *nondum integre natus, ſuſcipit B. Aloyſius, ſingulari Dei & B. Virginis beneficio* 922 a b. *B. Maria Oigniac.* baptizatum *videt dimitti à dæmone, & Spiritu ſancto donari, lætantibus Angelis*, 655 c. *Puerum miraculoſe ex ſterili nato, nomen ſuum imponi jubet S. Julianus* 141 f

Beneficium Eccleſiaſticum. *Vide*, Eccleſiaſticum beneficium

Beſtias *nocentes punit, earumque miſeretur S. Bartholomæus Erem.* 838 c d. *Leæna voce humana loquitur, & multos ad Chriſtum convertit*, 74 e. *Inſecta obediunt præcipienti in Dei nomine S. Mejano*, 103 e;

uti

uti & ſerpens, eo præcipiente ſe præcipitat in mare, 103 c. *Vide*, Bufo.
Blaſphemus *punitur*, 112 bc, 167 bc, 169 bc; *pœnitens ſanatur* 819 e. Blaſphemus *in S. Lanfrancum punitur, amiſſis dentibus* 1089; *& calvitium S. Leufredo exprobrans privatur crinibus* 109 a. *Punitur mulier, S. Joanni Opilioni illudens, ſimulando morbum*, 844 d: *& alius, carpens ornatum Reliquiarum* 625 a. *Bona eccleſiaſtica invadens cum* Blaſphemia, *ſubito extinctus non comparet* 543 d e f. *Tentati ſpiritu* Blaſphemiæ *liberantur invocatione B. Mariæ Oigniac.* 672 f ſeq. *ipſâ eodem ſpiritu tentata, multum in virtute proficit* 673 c d
Bufonibus *terrent & vexant dæmones B. Chriſtinam*, 353 bc; 432 e f.

C

CÆli *gloriam & in ea S. Joannem Baptiſtam videt in exſtaſi S. Franciſca Romana*, 806 e f. *In* Cælo *ſedes oſtenditur, S. Eberhardo præparata* 265 e; *Ibidem locum ſibi paratum videt B. Maria Oigniac.* 665 c. Cæleſti *gloriæ ſpe multa ſuſtinuit S. Bartholomæus Erem* 841 a. *Eâdem ſpe ad patientiam ſuos animat S. Joannes Pulſan.* 441 e, *S. Paulinus ad* Cælum *invitat S. Joannem Epiſcopum, &* Cæli *dulcedinem in favo mellis præguſtandam præbet* 200 a. *S. Joannes Bapt. ad* Cælum *deducit animam ſibi devotam*, 804 d. Cæleſte *quoddam palatium in exſtaſi Monacho offertur* 511 f ſeq.
Cæleſtis vox. *Vide*, Vox cæleſtis.
Cæleſtis Lux *Vide*, Lux.
Calvitiem *Sancto exprobrans, ſit recalva* 109 a.
Calumnia *in S. Silverium Papam conficta*, 16 c d e. *per* Calumniam *accuſatus & multa paſſus S. Joannes Pulſan. honorifice abſolvitur* 43 c, 44 c
Campanæ *ultro pulſatæ in feſto S. Germani* 831 f; *& in tranſlatione Reliquiarum S. Palladii* 98 c
Canonicus. *Vide*, Eccleſiaſticus.
Canonizationem B. *Aloyſii petit Synodus Mantuana* 860 b c ſeq.
Cantus *cæleſtes auditi ad ſepulcra Martyrum*, 812 f; *& in cubiculo B. Aloyſii*, 1058 a b. Cantu *cæleſti ſolatur Deus B. Chriſtinam, incondito dæmonum rugitu afflictam* 278 e
Capilli *dicuntur creſcere & tonderi in cranio S. Stephani, pueri Martyris* 193 b
Captivus *B. Joannes Pulſan. mirabiliter liberatur*, 43 c d; *& ipſe adhuc vivens alium* captivum *liberat*, 50 e. Captivum *precibus liberat S. Majanus* 102 e. Captivi *mirabiliter liberati invocatione S. Joannis Bapt.* 777 f; *item in periculo mortis adjuti, & in alium locum miraculoſe tranſlati* 786 d. Captivi *liberatio mirabilis per S. Etheldredam*, 554 d e; *per eamdem & S. Benedictum* 546 f ſeq.
Caritas *incipit à ſe ipſo*, 36 e. *Ut aliis prodeſſe poſſit recludendi ſe conſilium mutat S. Bartholomæus Erem.* 836 c. Caritas *erga ſubditos P. Joannis Bapt. Piſcatoris* 976 d e. Caritatis *erga proximum excellentia in B. Aloyſio demonſtratur*, 1129 b ſeq. Caritas *mutua Sanctorum Albani & Amphibali*, 151 e f. *De ſimultate inter SS. Euſebium & Baſilium diſſertatio*, 78 c d ſeq.
Carnifex, *feriens S. Albanum Mart. excæcatur*, 148 d, 154 d.
Caſtigatio *corporis B. Aloyſii in ſeculo* 900 f ſeq. 936 b c *Vide*, Auſteritas vitæ, Mortificatio.
Caſtitas *Angelica B. Aloyſii* 907, *à choreis ſe ſubducentis* 948 a, *& oſculari recuſantis umbram puellæ*, 924 f. *Chriſtus monet Laviniam Seregam, ut ſe in ſponſum accipiat relicto terreno*, 1157 f. Caſtitatis *minima pericula fugienda*, 656 d. *Feminam nullam intrare ſuum oratorium patitur S. Leufredus*, 106 f. *Martyrium Britnodi Ab. pro* Caſtitate 528 c d. Continentia *Epiſcopi & uxoris miraculoſe probata* 813 e. *Ad probandam* Caſtitatem, *S. Simplicius & uxor ejus prunas ardentes intacta veſte ſuſcipiunt*, 813 c Caſtitatem *ſuam poſt mortem inſigni miraculo teſtatur S. Lietbertus*, 605 *Vide*, Verecundia, Tentatio, Virginitas, Liber.
Caſus reſervatus. *Vide*, Confeſſio.
Cereus *de cælo allatus*, 20 e: *alius miraculoſe accenſus* 779 d
à Cerva *in ſolitudine alitur S. Ivanus.* 824 d e
Cilicio *occulte indutus S. Raymundus Epiſc.* 128 e. Cilicium, *quod in die Ordinationis ſuæ induit S. Lietbertus Epiſcopus, ne tempore quidem ultimi morbi exuit*, 604 c
Clavis *configit & vulnerat dæmon B. Chriſtinam*, 281 c
Colloquia *ſpiritualia amat B. Aloyſius*, 992 b, 994 b, *& ſolum de ſpiritualibus loquitur* 905 a b: Colloquiis *piis omnes ad virtutem excitat S. Bartholomæus Erem.* 836 b c; *odit ea dæmon & interturbare conatur*, 837 b
Columba *tota nocte circumvolat corpus Vener. Thomæ defuncti*, 837 d. Columbæ *inſtar apparet S. Agrippina Martyr* 461 c
Columna *lucida apparet ſuper Reliquias S. Albani* 155 a
Communionem *primam magna pietate ſuſcipit B. Aloyſius, ſuadente & eam miniſtrante S. Carolo Borromæo* 932 b c d e. Communionem *S. Chriſtina ab ipſo Chriſto accipit* 353 c, 445 c, 446 f. *Favores per eam ipſi collati divinitus* 433 b c: *ipſam ei impedire conatur dæmon*, 458 a b, 434 d, 437 b, 444 c, *ejuſque in ea devotionem*, 302 a; 316 c, 319 f; *idque per totam vitam; ſpecie pietatis & miſericordiæ*, 348, e f. Communicans *quædam Religioſa, ſpirituali lætitia repletur*, 673 c; *In* Communione *videt recipi Spiritum ſanctum B. Maria Oigniac.* 664 d: *quæ ipſam tantum, non alium cibum, recipere poteſt infirma* 664 e f
Concio, Concionator. *Vide*, Prædicator, Prædicatio.
Confeſſionem *generalem inſtituit B. Aloyſius*, 928 a b
Confitentibus *omiſſa peccata revelat S. Petrus Juliac.* 612 d. *A Caſibus reſervatis abſolvendi conceſſa poteſtas*, 792. d. Confeſſarii *Monialium facile deficiunt à virtute*, 52 e f. *Patris ſpiritualis & Religioſorum formam induit dæmon, ut B. Chriſtinam decipiat*, 347 e f, 345 b c; & alibi per Vitam totam
Confraternitas *SS. Walberi & Martini, Onhaya*, 617 e f; *S. Joannis Bapt. Genuæ* 786 c; *B. Aloyſii Patavii* 1033 d e
Conſanguinei, *S. Paulinum Monachum factum deſerunt*, 215 d: puerum, *ipſis invitis monaſterium ingreſſum, vi extrahunt, ſed fruſtra*, 47 a b c. *Omnem carnalem affectum erga* Conſanguineos, *exuit B. Aloyſius*, 906 d e, *& eorum memoriam* 966 e.
Conſcientiæ *puritas B. Aloyſii*, 909 c d e: *ob hanc leviſſima delicta tamquam magna deplorat* 924 c d, 963 b c, 972 d 1122 f; *ſimilis puritas B. Mariæ Oigniac.* 641 e d, 648 d
Conſolationem *divinam in triſtitia percipit S Joannes Pulſanen.* 42 a; *item B. Chriſtinæ poſt diabolicas tribulationes*, à pag. 294, ac per totam Vitam. *Infirmæ gravem anhelitum ſuſtinens B. Maria Oigniac. ſuavi ſapore & odore cælitus reficitur* 651 b
Conſortio *& conſuetudine ſanctorum virorum S. Paulinus proficit in virtute* 205 c
Conſtantia *S. Euſebii Cæſaræen. in Cappadocia contra Arianos*, 78 c d ſeq. *& Euſebii Samoſateni in ſervando Decreto pro S. Meletio*, 239 e f ſeq. *S. Vigilii Papæ contra Theodoram Imperatr. hæreticis favorem*,

ventem, 17 f, *S. Silverii Papæ contra eamdem*, 16 b c ſeq. *S. Eberhardi contra Regem ſchiſmaticum cuidam per ſomnium præoſtenditur*, 263 b c. Conſtantia Martyrum *in tormentis*, *S. Aphrodiſi*, 74 e; *S. Albani* 147 f ſeq. 152 a ſeq. *S. Amphibali & ſociorum*, 155 e f ſeq. *S. Juliani* 457 b c d; *S. Felicis*, 457 b c d; *SS. Zenonis & Zenæ*, 477 d e ſeq. *SS. Agoardi & Agilberti* 816 b c. Conſtantia *Riddagi Abb. non permittentis Religioſum abduci à Monaſterio* 31 b. *Vide*, Fortitudo, Religio.

Contemplatio. *Vide*, Oratio.

Contentiones *vitandæ*, *etiam piæ*, 804 e f; 805 c

Contritione *perfecta ſalvati Latrones*, 39 e f, 452 d

Contumacia, *Vide*, Obedientia.

Contumeliole *exprobrans alteri defectum quemdam, ſimilem ipſe patitur*, 109 a

Converſio *Sclavorum*, *ab Ottone Imp. ſubjugatorum*, 31 c. Convertitur *ad fidem mirabiliter S. Albanus*, 150 a b c ſeq. *& Carnifex qui eum perempturus erat*, *viſo miraculo*, 148 c. *& alii plurimi per miracula*, *poſt S. Albani martyrium patrata*, 155 c d e, 158 e. Convetritur *viſo horribili Præſes ethnicus*, 189 f Convertit *plures peccatores ſe affligendo S. Bainus*, 27 b. Converſio *latronum*, *viſa paſſione S. Chriſtinæ Stumbelenſis* 388 f

Corona *Martyribus à Chriſto datur*, 190 c

Crudelitas *punita per dæmonem* 570 c f

Crux *S. Amphibali, habetur in veneratione* 171 f. Crucis *ſanctæ Reliquias in pretio habet S. Paulinus*, *iiſque objectis incendium ſiſtit*, 220 d. Crucis *Imagine dæmones fugantur* 839 d. Cruce *ſplendida præſignatur locus futuri monaſterii*. 108 a b c. Crux *ei ferenda qui vult coronari*, 234 d

Crucis ſigno *incendium extinguit B. Joannes Opilio*, 844 b; *ſanat lunaticum S. Leodegarius*, 486 f; *& morbum fugat B. Maria Oigniac.* 647 c *Ranas coaxantes conticere facit Gerardus Dominicanus*, 285 a. *Petram ipſum oppreſſuram avertit S. Palladius*, 97 b, *& dæmonem fugat* 96 f *item*; *S. Leutfredus* 110 b., *& S. Bartholomæus Erem.* 836 f; *eodem ſignatas feneſtras & januas pertranſire non poteſt dæmon*, 110 a b. Cruces *carni B. Chriſtinæ Stumbel. mirabiliter impreſſæ*, 284 e 433 c d e, 355 c d, & alibi per Vitam.

Cruce-ſignati, *& in ea expeditione occiſi, numerantur inter Martyres*, 658 c; *talis unus agonizans, per* Crucem *fulgidam defenditur contra dæmones, eique pars pœnarum purgatorii remittitur* 658 d

Crucifixus, *læſus à Iudæis*, *ſtillat ſanguinem* 571 b *loquens*, *litem pro Monachis contra Clericos dirimit*, 560 f; *ſalutat S. Bartholomæum Erem.* 834 c

Curioſitas. *Vide*, Oculorum cuſtodia.

D

DÆmonum *magna multitudo, major Angelorum*, 385 e. Dæmon *cupit differri diem judicii* 450 b; *fatetur ſe mentitum*, 296 e; *non timet exorciſmos Deo permittente*, 293 d; *Paſtorem ſe mentitur*, 655 b; *transfigurat ſe in Angelum lucis*, 357 d e, 358 c; *& ita tentat S. Petrum Juliacenſem*, 610 c. *Indiſcrete pium ad ſcrupulos & deſperationem adigit*, 653 a b c; *ſub ſpecie S. Bartholomæi Apoſt. ſuadet ſuicidium B Chriſtinæ Stumb.* 432 c, 276 e, 277 e; *ejus orationem interturbare conatur per pediculos*, 278 a e, *& per ſpeciem galli*, 277 f; *item Communionem objectis impedimentis*, 358 a b, *& à pia vita avocare objectis mundi illecebris* 315 e f: *ſed ei non eſſe credendum monet Deipara*, 318 d: *ſub ſpecie tauri minatur eam deglutire*, 278 d; *ſub ſpecie ignis eamdem vexat* 270 a; *ignitis lapidibus cruciat*, 295 c; *clavis configit & vulnerat*, 281 c, *ſtercore fœdat & cruciat* 292 d e f; *aliiſque mirandis & horrendis modis*. Per totam Vitam à pag. 270.

Dæmones, *in Angelos transformati, cum cereis apparentes, inducere in ſuperbiam conantur S. Chriſtinam Stumbel.* 432 b: *Poteſtatem non habent lædendi homines niſi permittente Deo*, 386 c d, & per totam vitam ejuſdem. *S. Joannes Pulſanenſis moribundus dæmones abigit* 55 f; *ſub ſpecie militum apparentes, monachos ejus fugant à monaſterio ædificando* 51 a b; *ipſumque infeſtant* 50 b c; *& dum Monachi animam ad infernum rapere tentant, apparens Sanctus, eumdem cum Deipara liberat* 57 c d.

Dæmon *multis modis ipſum Sanctum infeſtat*; 42 c, *item S. Bartholomæum Erem.* 836 e f; *qui apparenti inſultat moriens*, 841 a

Dæmones *adſunt cum Angelis oranti S. Petro Juliacenſi, qui illos abigit; hos amplectitur* 611 f Dæmon *ad indiſcretum jejunium inducere tentat B. Mariam Oigniac.* 642 b, *quæ transfiguratum in Angelum lucis detegit*, 643 f ſeq. *oratione coërcet*, 643 e; *à moribundis abigit*, 650 b, *hominibus laqueos parantes oratione & jejunio ſuperat* 652 f, *videt eos è baptizandis ejici* 645 e. Dæmonibus *vexandi traduntur ad exercitium patientiæ*, *P. Joannes Sebaſtianus de Campo* 272 e f, *& P. Joannes del Caſtillo, uterque Societatis Jeſu*, 273 e f ſeq. Dæmones *incolunt ſolitudines*, 827 f ſeq. *Inſulam Farne*, 939; *& vicinas*, 839 c. *Juvant urbem depopulantes*, 651 e f; *gaudent ob delictum monaſterium* 651 e, *B. Aloyſii ſanctitatem deprædicant* 926 b.

Dæmon *diverſimode vexat Religioſos* 394 c d; *odit pia colloquia*, 837 a; *invadit & obſidet peccatricem, eaque pœnitente fugatur*, 269 d; *amicum ſuum ſtercore fœdat*; 294 f ſeq. 440 b, Dæmonis *operâ ad impudicitiam uſus, ab eo diè vexatur* 48 a; *& puer devotus eidem à matre* 614 e. Dæmonis *& Angeli pro anima Monachi diſceptatio*, 53 e ſeq. *In* Dæmones *poteſtatem habet S. Eberhardus*, 264 c d; *eos fugat ex antro à ſe incolendo S. Ivanus*, 825 b c; *fugantur per Reliquias ſacras*, 467 e; *& oſſa S. Agrippinæ Virg. Mart.* 458 f

à Dæmone *ſeducendum ruſticum pauperem, ſpe accipiendi pecuniam, liberat S. Joannes Bapt.* 800 a b. Dæmon *ejicitur oratione & jejunio*, 108 e *ab energumeno exiens, fœtidum fumum edit*, 542 d e f; *ſub ſpecie veſpertilionis fugit cum fœtore* 268 e; *ſub ſpecie Abbatis apparentem decepti monachi venerantur*; *fugat eum Abbas, flagellis cæſum: ille fugiens campanam aufert*, 110 a b; *ridetur ab aliis dæmonibus, & punitur, quando non prævalet hominibus*, 296 e. *Vide* Angelus, Aqua benedicta, Oratio, Crucis ſignum, Templum, Detractor.

Decanus *Ruralis B. Walherus, reprehendens Presbyterum de impudicitia, ab eodem occiditur* 613 e.

Dedicatio *monaſterii lumine cæleſti honoratur* 600 f. *Vide*, Eccleſia.

Detractores *ſtercore fœdat dæmon*, 298 b c. *Ut detractionis periculum fugiat adhuc ſecularis B. Aloyſius, ſilentio ſtudet* 928 c

Devotio *B. Aloyſii* 995 c d e; *erga SS. Euchariſtiam & Sanctos*, 963 c; *Ejuſdem devotionis & religionis actus excellentes* 1133 ſeq.

Ad Deum *ſe convertit primo inſtanti rationis B. Aloyſius* 928 e

Dei providentia *per avem annonam mittit S. Bartholomæo Erem.* 835 c *per cervam in ſolitudine alit. S. Ivanum* 82 d c; *proſpicit miraculoſe de cibariis monaſterio*, 62 a; *pecuniam ſubminiſtrat in neceſſitate per Angelum P. Jo. Bapt. Piſcatori* 977 a; *ei ſe totum committit B. Aloyſius* 938 a

Diætam *arctam adhibet B. Aloysius, ut calculi periculum depellat.* 897 b c
Divitiæ, *hostes animæ* 69 d
Doctrinâ Christianâ *fraterculos suos instruit B. Aloysius*, 956 a; *aliosque rudes*, 931 d, 968 b c 994 f seq. *Neptis ejus Olympia Gonzaga magno zelo Patres Societatis juvat in catechesi* 1165 a
Doctrina *S. Paulini omnibus laudata* 202 f seq.
Duelli *ab Imperatore permissi miserandus successus* 35 d. *In tali certamine contra barbarum provocantem victor S. Orentius* 810 a

E

EBrietatem *immisso morbo punit B. Aloysius*, 1079 c d. *Potatio nimia in purgatorio punita* 650 d.
Ecclesiæ *relinquit facultates suas S. Novatus*, 4 c. *Ejus depeculatores Episcopus aliique, à S. Wilburga percussi, misere pereunt*, 564 f seq. *immunitatem violans, morte punitur*, 102 f seq. *bona auferens misere perit*, 541 b c seq. *alius ad pœnas trahitur* 546 a b: *alius subito fit nanus, pœnitens in solitam staturam redit* 167 c: *raptor blasphemus, subito non comparet* 543 d e f. Ecclesiæ *suæ bona defendit S. Albanus* 167 a; *S. Etheldreda invasorem pedo suo percutiens interficit*, 544 a b c. *Ob* Ecclesiam *à Laicis possessam, quidam à dæmone vexatur* 487 b. *S. Lietberti fortitudo contra bonorum* Ecclesiasticorum *invasores* 604 a b c: *pro illis & immunitate, multa patitur B. Lanfrancus*, 631 e seq. Ecclesiastica beneficia *duo possidere non licet*, 657 a b; bona *pie retineri possunt ab iis, qui sua pauperibus distribuerunt; neque hoc obest Evangelicæ perfectioni, exemplo S. Paulini*, 221 d. *Ob unius* Ecclesiastici *peccatum immittitur siccitas universæ regioni*; 45 a b
Educatio filiorum, *Vide*, Parens.
Eleemosynis *dedita S. Eberhardi mater* 261 d. *Dæmon sub specie pauperis à B. Christina petit & accipit, ac deinde dantem ridet* 363 a b. Eleemosynæ *magis prosunt divitibus quam pauperibus*, 199 c; *Vide* Misericordia.
Contra Epilepsiam *invocatur S. Frisius* 818 c seq.
Episcopatum *prædicit Jacobo de Vitriaco B. Maria Oigniac. & monet ut admittat* 667 f. *Ejus ambiti pœnitens quidam pie moritur*, 36 e; *ad eum eligendi libertatem obtinent Canonici Magdeburg.* 35 c. *Eligitur miraculose S. Eucherius, & invitus consecratur*, 251 d e; *uti etiam, S. Martinus Tungr.* 70 f; *& S. Eusebius, armata plebe nondum baptizatum postulante*, 77 b c seq. *Invitus eum gradum admittit S. Raymundus*, 128 a. *Electioni S. Lietberti obmurmurans, subito mutat sententiam* 891 d. Episcopus *Romæ à Pontifice ordinatur S. Adalbertus* 34 b c.
Episcopales virtutes *S. Paulini* 221 a b c, 199 c; *S. Eberhardi*, 264 b, 267 a; *S. Raymundi*, 128 b; *S. Ursicini*; 69 b d, *B. Landfranci*; 621 a b c. *S. Simplicius cum conjuge in* Episcopatu *caste vivit; & continentia uxoris ejus miraculose probatur*, 813 b e: *abdicare frustra nititur S. Landfrancus* 624 a: *ab alio expellitur S. Raymundus*, 130 a b.
Episcopatus *alieni invasor reprehenditur à Pontifice* 131 a b c; *punitur à Deo*, 134 c. *Irreverentia Hugonis in S. Lietbertum Ep.* 602 c d. Archiepiscopale *Pallium Romæ à Pontifice accipit S. Adalbertus* 34 e. *Vide*, Ornamenta.
Eremum *à pueritia optat S. Joannes Pulsanen.* 41 e. Eremiticam *vitam ducunt S. Eucharius & Galla uxor ejus*, 250 f; *& S. Martinus Episcopus Tungr.* 70 f; *& S. Gobanus, impetrato à Rege Eremitorii loco*, 243
In Eucharistia *Christus apparet B. Christinæ* 431 c, 432 d; *Erga eam devotio B. Aloysii*, 910 c; 969 a b c; 1152 b; *& Olympiæ Gonzagæ neptis ejus*, 1165 f. *In eâ Christum & varios Communionis effectus videt B. Maria Oigniac.* 688 c; Eucharistiam *tradens S. Leutfredus, sanat infirmum*, 109 e.
Excommunicationem *nihil veretur Comes Hugo; petit tamen absolutionem, ut matrimonium ineat* 602 b
Excommunicatus *à S. Lietberto Comes Flandriæ Robertus, propter obsessum Cameracum, obsidionem fremens solvit*, 603 e f seq. *Alius morbo castigatus, pœnitere cogitur* 269 b. *In* Excommunicatione *mortuus, orante pro eo Abbate, liberatur è Purgatorio: absolutus ab eodem, Ecclesiasticâ sepulturâ donatur, qua eum ante privaverat*, 110 f
Exemplo *virtutum conversi ad Christum* 69 d. *Suis multos ad vitam religiosam, & perfectiorem in seculo movet S. Etheldreda* 505 d
Exequiæ *S. Martini Tungrensis Episcopali, frequentiâ populi honoratæ*, 71 d
Exercitia *S. Ignatii magna pietate obit B. Aloysius Gonzaga* 955 a b c
In Exilium *pro Christo magnanimiter proficiscitur S. Eusebius Samosat.* 240 d e. *Hoc ei gratulatur magnus Basilius*, 241 c
Exstases *B. Mariæ Oigniac.* 642 e: *in iis contemplatur mysteria festis congruentia*, 660 a; *in* Exstasi *orans B. Christina stumb. suavem odorem in circumstantes diffundit*, 287 e f 294 b c: Exstases *ejus prius habitæ pro morbo caduco* 432 b. *Visione horribili Præses ethnicus convertitur ad fidem*, 169 f

F

FAme *necatur S. Silverius Papa* 17 d. Famis *tempore Deus mirabiliter suis providet* 637 d. *vide* Sterilitas terræ.
Famulis *benignus & urbanus B. Aloysius*, 928 d
Femina. *Vide* Mulier.
Fera. *Leones mitescunt ad conspectum Martyrum*, 191 c: *lupus & aquila corpora Sanctorum custodiunt* 157 d
Festum *diem operando violans, punitur* 779 e, 574 c *item olera colligendo* 521 c. *Diem Dominicum arando violantium ager fit sterilis*, 110 e: *eo die choreas ducentes rusticos ad meliora convertit S. Martinus Tungren.* 71 e Festum *S. Etheldredæ, à Paracho institutum, violans punitur* 562 c d e; *&* Festum *S. Leutfredi nolens lautiori tractatione honorare*, 112 b c. *In* Festis *Sanctorum magna devotione assistitur B. Maria Oigniac. Sanctis ipsi sæpe apparentibus* 660 b c: *idem contingit in* Festis *Sanctorum ipsi ignotorum* 661 f
In Fide *susceptæ per Angelos instructi, victoria potiuntur*, 183 a b. *Ejus mysteria docetur S. Albanus* 149 f seq. Fidei *Symbolum dicitur in cruce recitasse S. Acacius Martyr* 187 b. *Pro* Fide *orthodoxæ conservanda zelus S. Eusebii Samosateni* 240 b c. Fidei *virtutem habuisse Aloysius in excellenti gradu ostenditur*, 1125; *patetque ex devotione ejus erga Eucharistiam, & contemptu mundi* 1182, a b c. *Contra* Fidem *tentationes immittit dæmon B. Christinæ Stumbelen.* 432 d; 436 a b c
Fiducia *in Deum B. Aloysii* 901 e
Filium *sanctum virtutibus suis meretur S. Eberhardi mater*, 261 d, Filiæ *mortem fert patienter S. Eucherius*, 250 f. Filium *S. Gemmam necat pater suus fidei causa* 9 d e
Flores *Episcopo, reduci à captivitate, offerunt Presbyteri Nolani, ritu ad posteros traducto* 232 e
Flumen *sicco vestigio transeunt S. Joannes Pulsan.* 50 d e *& S. Albanus, ad martyrium festinans* 148 c 153 e

Fons *S. Albani miraculoſus*, 148 d, 154 b c; *& S. Etheldredæ*, 506 d, 568 b ſeq. Fontem *miraculoſe eliciunt, S. Leutfredus*, 109 c; *S. Gobanus*, 24b; *S. Engelmundus* 115f; *ſitientibus operariis S. Majanus*, 102 c
Fortitudo *B. Aloyſii excellens*, 1137 b ſeq.
Frigoris *patientia in B. Aloyſio*, 900 f ſeq. *præſertim inter orandum*, 936 f
Frumentum, *in caveis ſubterraneis reconditum, ad plures annos ſervatur* 53 c: *multiplicatur interceſſione S. Petri Juliacenſis*, 614 d
Furtum *à Deo punitur incendio*, 555 a b c: *per uſuram & iniquam mercaturam parta non reſtituens, mater B. Mariæ Oigniacenſis, damnatur*, 671 a: *ob pulverem tormentarium, per* Furti *ſpeciem militibus ereptum, multum ſe accuſat B. Aloyſius*, 924 c; *idem* Furem *domeſticum revelat domino*, 1079 b. Furem *à dæmone ſibi oſtenſum, ubi lateat, indicat S. Petrus Juliacenſis*, 610 f. Furtum *commiſſum & rem* Furtivam *inveniendam indicat S. Joannes Pulſan.* 49 e f: *in* Furum *ſpecie apparent dæmones S. Chriſtinæ Stumb.* 352 f. vide, Sacrilegium, Raptor.

G

IN Galli *ſpecie turbat dæmon orationem*, 277 f
Gloriam vanam *cum meretrice comparat B. Maria Oigniac.* 657 c d. *Vide*, Humilitas.
Guſtum *mortificat B. Aloyſius*, 967 a: *nullum in cibis habet*, 905 d e, *Vide*, Mortificatio.

H

HÆretici *Ariani leges Eccleſiaſticas audacter violant, ut ſectæ ſuæ faveant* 239 b: *ad* Hæreſim *deflectentes regiones Chriſtum à ſe ejiciunt*, 658 c. Hæreticis *favere decernit Vigilius tu Papa fiat, corruptus avaritia & ambitione.* 14 f *Arianis ſe faviſſe deplorat Conſtantius Imp.* 240 a, *magnum in* Hæreticos *odium oſtendunt Samoſateni*, 240 f ſeq. Hæreſim *Origenis oppugnans, Martyrio coronatur S. Methodius*, 5 c. *Pravam doctrinam inter ſuos ſpargi abſens cognoſcit S. Ioannes Pulſan. & malum cohibet*, 49 a. *Idem* Hæreſeos *coram Epiſcopo calumnioſe accuſatur* 44 c. Hæretici *ad Reliquias B. Aloyſii converſi*, 1028 c
Honor *exhibendus Imperatori, non exhibeatur alteri* 35 a
Horologium. *Ratio inchoandi diem & ſupputandi horas in variis regionibus diverſa, præſertim in Italia*, 855 a ſeq.
Homicidium. *Ad ſuicidium tentat dæmon B. Chriſtinam Stumb. cælum promittens*, 276 e f
Hoſpitalitas. *Monacho ſuo, hoſpitum curatori, qui potum in tranſitu petenti negaverat, illum ei ad tres leucas deferre imperat S. Eberhardus*, 263 d e
Humilis *corde, cor Chriſti eſt*, 209 e. Humilitas *Euſebii Epiſc. erga S. Baſilium*, 81 e; *S. Leodegarii, recuſantis miracula patrare*, 486 e; *Gervaſii Archiepiſcopi, rogantis S. Lietbertum loco ſuo ſolennem Miſſam celebrare*, 601 f; *S. Bartholomæi Erem. ſuas virtutes ſub tertia perſona memorantis*, 838 a; *S. Werburgæ, vilia miniſteria obeuntis* 413 c; *item S. Etheldredæ, Reginæ & Religioſæ* 506 a; *S. Ioannis Pulſan. ovium curam aſſumentis* 41 f: *idem, poſt mortem apparens*, Humilitatem *commendat*, 56 b. *Laudes ſuas reformidat S. Paulinus*, 215 e; *& omni ſe obſequio indignum æſtimat* 216 c d; *idem* Humiliter *de ſe & ſcriptis ſuis ſentit*, 222 f: *B. Sexburga Præpoſituram abdicat, alteri volens ſubeſſe*, 510 c. Humilitas *B. Mariæ Oigniac.* 649 b c. Humiliter *miſericordiam exercet S. Eberhardus* 263 d. Humilis *B. Aloyſius* 907 c, 968 b c, 971 d e f; *mulâ vehitur inter alios Equites nobiles*, 952 e: *in Religione deſiderat de defectibus reprehendi* 907 d f ſeq. 968 c, 971 d e f; *complacentiam domat*, 907 f; *Magiſtros ſuos reveretur*, 680 c d, *in defenſione publica Theſium*, 680 a b. Humilis *exercitatio ſtudioſæ juventutis in Collegio Romano pridie feſti B. Aloyſii*, 890 b c, Humilitate *confunduntur dæmones, ad ſuperbiam tentantes* 432 b. *Dæmon, in Angelum lucis ſe transfigurans, ad vanam gloriam B. Chriſtinam inducere conatur*, 363 c d, 357 d e; *ſed* Humilitate *vincitur* 356 a c, 358 c

I

IDololatriam *deteſtatur S. Zenon*, 477 e; *& aram evertit*, 476 b, 479 d. *Idolum, omnis divinitatis expers, oſtenditur à S. Simplicio*, 813 d
Jejunio *& oratione ejicitur dæmon*, 108 e: *illi dedita S. Etheldreda.* Jejunium *rigidum matris S. Eberhardi*; 261 d; *S. Ioannis Pulſan.* 42 b; *in pane & aqua B. Chriſtinæ* 276 c d *S. Bartholomæi Erem. arcte jejunantis facies, hilaris & rubicunda*, 835 c d: *idem ante obitum ſeptem hebdomadis nihil comedit aut bibit*, 841 a. Jejunio *aſſueſcit B. Aloyſius adoleſcens*, 897 b c, *frequenti & arcto* 935 f ſeq. 964 c Jejunium *B. Mariæ Oigniac.* 642 b e: *ſobrie ſe reficienti aſſiſtunt Angeli*, 642 c: *ad* Jejunium *indiſcretum dæmon inducere eam conatur*, 642 b
Sub Ignis *ſpecie vexat dæmon B. Chriſtinam Stumb.* 279 a
Imaginem *Crucis manibus geſtans procedit ad martyrium S. Albanus*, 151 f. 152 f. Imago *B. Mariæ V. miraculoſa* 59 f ſeq. *alloquitur B. Menricum* 61 a; *ſalutantem ſe reſalutat* 62 f: *coram iſta, tota nocte aſſiſtunt Angeli cum luminaribus.* 62 f. Imaginum *ſacrarum aſpectu ad virtutem ſuos informare nititur S Paulinus*, 211 f: *illis eccleſiam ſuam ornari jubet S. Ioannes Bapt.* 801 b c. *Vide*, Crux, Maria.
Immunitas Eccleſiaſtica. *Vide*, Eccleſia.
Imperatori *debitus honor, alteri non detur*, 25 a
Impurum *amorem dæmon accendit*, 48 a. *Decanus ruralis, reprehendens Presbyterum de* Impudicitia, *ab eodem occiditur* 613 c. Impudicæ *mulieris acceſſum averſantur Reliquiæ S. Iuliani* 141 e. Impudicos *plures convertit, ſe affligendo, S. Bainus* 27 b
Incendium *extinctum interceſſione S Ioannis Bapt.* 784 a d e, 785 c; *& oratione S. Leutfredi*, 108 f: *ſiſtit illud S. Paulinus, objecto ligno S. Crucis*, 220 a: *ſolo conſpectu ſopit P. Ioannes Bapt Piſcator*, 976 f
Ab Inferno *moribundum Monachum ſuum liberat, & in vivis ſervat S. Ioannes Pulſan.* 57 c ſeq. *& animam peccatoris eo raptari videt* 43 b
Infirmæ *miniſtrans, & gravem ejus anhelitum ſuſtinens S. Maria Oigniac. ſuavi ſapore & odore cælitus reficitur*, 651 b. *In Noſocomiis magna caritate ſervit B. Aloyſius*, 934 e. *S. Lietbertus Epiſc. leproſos menſæ ſuæ adhibet, & ex eodem ſcypho cum iis bibit* 604 e
Ingratus *pro impetrata ſanitate, pejori morbo affligitur*, 269 e
Inimicum *diligere, vindicta cæleſtis eſt* 209 e. *S. Euſebius Samoſatenus, mulieri, quæ caput ipſi comminuerat, ignoſcit & ignoſci petit*, 242 a d. *Pro damnando, qui ſibi moleſtus fuerat, orat S. Ioannes Pulſan.* 43 b, *in* Inimici *odio obſtinatus, punitur & emendatur* 677 e f
Injurias *pati pro Chriſto & cum Chriſto, beatum ait eſſe S. Paulinus* 208 f ſeqq.
Innocentia *B. Aloyſii in aulis Principum* 1148 e
Integritas Corporis *S. Albani M. Coloniæ* 172 b c ſeq.

seq. *S. Etheldredæ* 514 e, 492 a b; *innocenter occiſi*, 35 d e. Redintegrantur *occiſorum Martyrum corpora, orante S. Amphibalo*, 157 c
Invidiam, *ob doctrinam & virtutem, patitur S. Leutfredus*, 106 e; *S. Ioannes Pulſan. ob ſingularem abſtinentiam, & diverſimode vexatur*, 42 a
Inviſibilis *fit quidam miraculoſe hoſtibus ſuis*, 790 c
Iracundiam *quomodo extirparit B. Aloyſius puer, ut poſtea nullam ſenſerit*, 906 c, 928 b e; *altercationem & quidquid turbare animum poſſet fugit*, 972 f. *Ex ira puerum percutiens contra mandatum S. Bartholomæi Erem. morte punitur*, 838 b
Iter *piè inſtituit B. Aloyſius*, 959 f seq. *Vide*, Latro.
Judex *juſtus S. Lietbertus* 588 c.
Judicii *diem cupit dæmon differri*, 450 b; *ad illud in extaſi deducitur Monachus* 53 f seq. *judicem contra ſe ſedere S. Paulinum, videt Rex Wandalorum*, 230 f. Judicia *hominum de ſe, in amplectenda vita monaſtica, vilipendet S. Paulinus*, 208 e
Juramento, *ad Reliquias Sanctorum dicto, dirimebantur olim controverſiæ*, 212 a
Juſtitia *Aloyſii, perfecta & excellens*, 1131 a, 1135 f Juſtitiam *& miſericordiam jungit S. Paulinus* 189 b

L

LAcrymarum donum *in B. Aloyſio* 931 a b, 932 e, 963 e f: *eas præ devotione cohibere non poteſt B. Maria Oigniac.* 640 e f
Latrones *converſi per B. Chriſtinam Stumb. viſa ejus paſſione*, 388 f seq. *à* Latronibus *in itinere clientem liberat B. Aloyſius*, 1082 e seq.
Lectio ſpiritualis. *Sanctorum Actis legendis proficit B. Aloyſius*, 897 c, 898 b; Lectioni *ad menſam diligenter attendit* 905 f; *Libros ſpirituales vel utiles ſolum legit*, 935 e; *turpes & vanos deteſtatur* 898 b
Lecti *duritiei S. Bartholomæi Er.* 835 b; *B. Mariæ Oigniac.* 645 d e f, *B. Chriſtinæ Stumb.* 276 e d.
Leones *miteſcunt ad conſpectum Martyrum* 191 e
Liber *mirabiliter inventus, ſubito videri deſiit* 146 c e. *Vide*, Lectio.
Ludo *numquam ſe recreat B. Aloyſius* 898 b; *& abhorret*, 927 a
Lumen *miraculoſum ex apparitione S. Cuthberti*, 840 d; *ſuper ſepulcra Martyrum* 812 f; *& Reliquias S. Iuliani* 141 e, *& S. Albani, Martyrum* 155 a, *aliorumque Sanctorum, locum earumdem deſignans*, 160 c Lumen *apparens ſupra templum S. Agrippinæ, creditur diſſipare tempeſtates*, 460 a. Lumine *cæleſti honoratur monaſterii dedicatio* 600 f, 59 d: *eo & cæleſti voce ad martyrium animatur S. Ariſtocles* 474 e. Luminaria *cælitus deſcendere viſa*, 59 d
Lupus *& aquila corpora Sanctorum cuſtodiunt*, 157 d

M

MAgiam *abhorret S. Bartholomæus Erem.* 834 b *ei attribuuntur ab impiis miracula*, 43 c
Manſuetudo *S. Lietberti Epiſcopi* 594 e f
Maria Deipara. *Erga eam devotio B. Aloyſii*, 897 e f, 927 b c, 919 f, *qui Angelicam ſalutationem ſæpius iterat*, 931 c; *mater ejus in partu periclitans* Mariæ *invocatione liberatur*, 922 a b. *Erga eamdem devoti, BB. Bertholdus & Menricus*, 59 d seq. *huic illa auxilium promittit ad fundandum monaſterium*, 61 a; *& pecuniam ſubminiſtrat apparens* 63 b; *in Imagine ab illo ſalutata, per eamdem reſalutat*, 62 f. *Jubet B. Bartholdo tradi ſuam imaginem, venerationi publicæ exponendam, & miraculis honorandam* 59 f. seq. Mariæ *nomine petenti nulli quidquam negat S. Eberhardus, hinc cum ipſa appparet in gloria*, 267 c. Maria *in filiam aſſumit B. Chriſtinam Stumb. & promittit, ipſam futuram ſponſam Chriſti*, 341 c d: *monet eam ne dæmoni credat* 318 d, *poſt hujus vexationem ſolatur*, 494 b; *& læſam ſanat* 449 c. *Apparens muto loquelam promittit, ſi ſepulcrum S. Juliani adeat* 143 b: *animam moribundi Monachi à dæmonibus & periculo inferni liberat* 57 d e; *item agonizantem à morte & dæmonibus*, 593 a b. Maria *videtur moribundæ aſſiſtere; & defunctæ, adhuc in purgatorio poſitæ, exequiis, cum aliis Sanctis intereſſe* 650 e f. *Reliquias Sanctorum revelat*, 85 f; *adoleſcentem vitæ diſſolutæ ad meliorem vocat* 833 e f; *impedit ne corruptus muneribus Epiſcopus ſacellum ſuum deſtruat* 61 c. Mariæ *cultum ex avaritia impedire volens, punitur* 60 b c. *Imago ejus miraculoſa, à Quercu nominata, juxta Montem-politianum*, 846. *Vide*, Roſarium, Imago.
Martyrium *prædicitur S. Albano* 150 a; *ad iſtud feſtinans, flumen ſicco veſtigio pertranſit*, 148 c, 153 c: *Carnifex eum percuſſurus excæcatur*, 148 d *illatas ipſi injurias ulciſcitur Deus immiſſa ſterilitate* 152 e f. *De* Martyrio *ſubeundo divinitus monetur S. Gobanus* 24 e: *S. Ariſtocles cæleſti luce & voce ad illud animatur* 473 e; *eoque hortatur S. Theone mater filium ſuum Stephanum*, 191 b. Martyr *cur dicatur B. Aloyſius* 1137 f seq. Martyr *factus, caſtitatis cauſa, S. Bruhnodus Ab.* 528 c d. *Pro* Martyrii *corona adipiſcenda ſuadet dæmon B. Chriſtinæ Stumb. ſuicidium*, 276 e f
Ad Martyres *allapſæ voces de cælo* 184 a; 186 c, 187 c: *ad eorum conſpectum miteſcunt feræ*, 191 c: *ad eorumdem orationes concutitur terra ſubitaneo motu* 185 e. Martyres *quidam finguntur eadem, quæ Chriſtus, paſſi tormenta*, 184 d e seq. *aliqui à Chriſto ad æternam beatitudinem vocati* 157 b c; *animæ eorum in cælum deferuntur ab Angelis* 658 e; *eoſdem Chriſtus coronat* 190 e. *S. Juliani* Martyris *conſtantia*, 240 f seq. *Vide*, Conſtantia Martyrum. *Inter* Martyres *numerantur, Cruce ſignati & in ſacra expeditione occiſi*, 658 c
Mater *B. Aloyſii vivens, videt filium ſacris honoribus decorari* 866 d e. *Vide*, Parens.
In Matrimonio *religioſe vivit & virginitatem ſervat S. Etheldreda*, 403 a b seq. *mariti iram patienter fert, & ſedat miraculo*, 576 a b c. *In eodem ſtatu auſtere vivit, & virum ad pietatem inducit B. Maria Oigniac.* 639 f seq. *Uxor imperioſa S. Paulini eum ad perfectionem ſequitur* 206 f: *in ipſis ſterilitas corporum, fuit fœcunditas animorum* 204 c. *Vide*, Virginitas.
Memoriæ *amiſſæ uſus reſtituitur per B. Aloyſium*, 1081 d
Mendax dæmon. *Nihil ei credendum monet B. V. Maria B. Chriſtinam Stumb.* 318 d. Mentienti *dentes omnes in punitionem excidunt, & omni proſapiæ ejus*, 108 f. Mendacium *& ſimulationem odit B. Aloyſius* 988 d, 990 b
Militum *ſpecie apparent dæmones*, 51 a
Miracula *ab impiis Magiæ attribuuntur*, 43 c. *De* Miraculi *à ſe facti veritate ſcriptorem certificat B. Etheldreda*, 576 e. Miracula *quomodo examinentur & probentur in ordine ad Canonizationem* 1143 b seq.
Miſericors *in* Miſeros *S. Blaſius* 242 c; *erga pauperes & peregrinos, S. Leutfredus*, 106 f. Miſericordiæ *opera S. Raymundi Epiſc.* 132 b c; *S. Palladii*, 96 f. *B. Aloyſii*, 963 f
Miſericordia *humilis in Pauperes S. Eberhardi*, 262 d, 263 d. Miſericordiæ *opera S. Paulini*, 210 f; *S. Paulini III in perſecutione Wandalica*, 230 c d e:

Miſericordiam *& juſtitiam jungit* 199 b. *S. Albanus clericum, perſecutores fugientem, abſcondit illis & pro eo ſe tradit* 147 f
Miſſam *cur quidam raptim, quidam tractius celebrent,* 287b. Miſſam, *cum Epiſcopis aſſiſtentibus, moribundus celebrat S. Paulinus,* 198 c: *ſub eâ ſurſum elevatur à terra S. Petrus Juliacenſis, & lumine cæleſti circumdatur* 613 b. Miſſam *digne celebrantem Angeli venerantur,* 659 b, *eam dicendo tempeſtatem ſedat S. Gobanus* 23 f: *illi intereſt magna cum devotione B. Aloyſius* 932 e, *eique libenter inſervit* 969 a. Miſſam *devote audiens, ante mortem contritionem impetrat,* 453 a. *Ob eam pro ſe curatam captivus quidam vinciri nequit, & libertatem impetrat,* 512 f. Miſſam *pro ſe celebrari per Spiritum ſanctum intelligit B. Maria Oigniac.* 659 a. *Eam celebrare viſus S. Cuthbertus* 840 c. *Ad* Offertorium *ſolennis oblatio Ducis Mantuani, in feſto B. Aloyſii,* 883 b c d.
Modeſtia *S. Paulini in ſcribendo;* 222 f ſeq. *B. Aloyſii* 952 c, *qua pluribus eſt ædificationi* 980 f. *Qualem requireret in Religioſis P. Joannes Bapt. Piſcator* 976 c d. Modeſtus habitus *B. Mariæ Oigniac. alios ad pietatem movet* 646 e f, 647 c
Monachus *ad judicium Dei in extaſi adducitur, dæmone & Angelo pro anima diſceptantibus* 53 f ſeq.
Monachos *eccleſiis ſuis expelli vetat loquens Crucifixus* 569. c d e.
Monaſticum *habitum in ultima infirmitate petit S. Lanfrancus Epiſc. Papienſis* 623 f.
Monaſterii *extruendi locus nube cæleſti deſignatur* 61 e; *& Cruce ſplendida.* 108 a b c. *De ſuo condendo cælitus monetur S. Joannes Pulſan.* 46 c, *& B. Menricus;* 60 f ſeq. Monaſterium *fundari jubet apparens S. Florentina* 20 f: *unum ad defenſionem & propagationem fidei extruendum curat S. Adalbertus,* 30 c. Monaſterium *à Domino de Gaël, ex poſſeſſionibus propriis fundatum* 102 c. Monaſterium *infeſtantes dæmones pelluntur à S. Joanne Pulſanenſi,* 50 b c. *Ad ſuum jubetur regredi Marquardus quidam, ſub pœna æternæ damnationis* 31 b. *In* Monaſterium *compellitur S. Silverius Papa, per calumniam depoſitus* 16 f.
Monialium *Confeſſarii deficiunt facile à virtute* 52 e f.
Morbo *immiſſo cogitur excommunicatus pœnitere,* 267 b. *Infirmum jubet S. Ethildreda vitam ſuam emendare ut ſanetur,* 552 e f. *Vide* Annulus,
In Morbis patientia. *Vide* Patientia.
De Morte *ſua à Domino præmonetur S. Conſortia,* 252 c. Mortem *non timet S. Liebertus quam pie obit* 605 b c: *ad* mortem *anhelat B. Maria Oigniac.* 662 b c, *& eam prædicit,* 662 c d; *ac triduo ante dulciſſime canit* 662 f ſeq. *Agonizans dæmonem abigit,* 665 d e f. Mortem *ſuam præſcit & ad eam ſe præparat S. Bartholomæus Erem.* 840 e, *& moribundus dæmoni apparenti inſultat,* 841 a. *Suam & aliorum prædicit S. Ethildreda, ut ad eam ſe pie præparent* 510 e; *ipſa pie moritur,* 512 a b; *item S. Lupicinus,* Morte *prius prænuntiata* 818 a. Mortem *deſiderat B. Aloyſius* 1153 a: *quam libenter obit,* 1020 e f, 1022 f, *& pie* 1139 f ſeq. Mors *P. Corbinelli eidem revelatur,* 1010 f ſeq. 10, 19 b. *Ejus interceſſione* mors *in ſtatu gratiæ impetratur,* 1052 f. Mors *pia S. Joannis Pulſanen.* 56 a. *S. Leutfredi* 111 c d. *S. Joannis Epiſcopi Neap.* 200 a b; *Subita S. Adalberti* 35 f, Mors *S. Eberhardi revelatur,* 265 e; *ob ſuam lugere vetat parentes S. Tullia, ipſis apparens,* 250 f. Mortem *Patris æquo animo fert B. Aloyſius,* 965 e; *& filiæ, S. Eucherius* 250 f. Mors *prædicta à S. Majano, & à Deo inflicta Hœli peccanti,* 103 a. *In* Morte *pœnitet Monachum, monaſterium & obedientiam deſeruiſſe,* 36 e, 37 a: *item Conſtantium nimium faviſſe Arianis* 240 a; *item Otricum, ambiiſſe Epiſcopatum,* 36 e. *Sine Sacramentis* mortuus *reſuſcitatur à S. Petro Juliacenſi, atque iis ſuſceptis* moritur, 610 e.
Mortificatio *B. Aloyſii & fervens ad eam ſtudium,* 990 d e f ſeq. 993 c d, 906 a b. *Potionem medicam amaram lente ſorbillat,* 1009 f. *Paſſiones omnes domitas habet,* 906 c, 972 e; *uti & P. Joannes Bapt. Piſcator Soc. I.* 976 b c ſeq. *Infirmæ gravem anhelitum ſuſtinens B. Maria Oigniac. ſuavi ſapore & odore cælitus reficitur* 651 b.
Mulier *impia, Antonina, Beliſarii uxor* 16 e f. Mulierem *nullam intrare patitur ſuum oratorium S. Leutfredus,* 106 f. *Ingredi volens oratorium S. Bartholomæi miraculoſe repellitur, cum vitæ periculo* 837 f. Mulieribus *vetitum eſt intrare capellam S. Joannis Bapt. Genuæ* 793 d. Mulierum *colloquia vitat B. Aloyſius,* 927 f, 928 a, 930 a.
Multiplicatio. *Vide,* Frumentum.
Mundi *contemptus in divitibus & nobilibus illuſtrior,* 202 d e, 205 a; *in S. Rotrude* 257 b; *S. Ethelredreda virgunculæ,* 499 a, *quæ ſuis Religioſis inculcat* mundi *vanitatem contemnendam,* 509 a: *ipſa gaudet in ſe puniri vanitatem geſtatorum monilium tumore gutturis,* 511 e. *Laudatur in S. Eucherio, qui ex ſenatorio ordine cum uxore ſua vitam Eremiticam ducit,* 250 d; *in B. Aloyſio, qui Marchionatu ſe abdicat & fit Religioſus,* 901 c, 938 b, 958 f, 961 f, 902 a b c. Mundi *pompa fugienda, ne in infernum ducamur,* 656 f. Mundi *Illecebris objectis, dæmon à pia vita avocare conatur B. Chriſtinam Stumbel.* 315 e f.
Muſcarum *horribilium inſtar apparent peccatores* 190 e.
Muſcas *orando abigit S. Leutfredus,* 109 f.

N

NAnus *ſit quidam, in punitionem criminis ſui* 167 c.
Nobilitas *cum virtute conjuncta in S. Ethelredreda Regina Abbatiſſa* 498 f.
Noſocomium. *Vide,* Infirmus.
Nube *miraculoſa præſignatur locus monaſterii conſtruendi,* 61 e.

O

OBedientia *B. Aloyſii, adoleſcentis erga parentes & præceptores,* 897 a, 928 c; *Religioſi erga Superiores,* 908 c d e, 986 d e f, 988 e f ſeq. *etiam ſubordinatos,* 971 a b c; *ad omnia indifferentem ſe præbet,* 977 c; *in omnibus acquieſcit,* 966 d e. Obedientia *ejuſdem excellentiſſima,* 1134 d ſeq. *Ex* obedientia *ferventem ollam illæſus tractat S. Petrus Juliac.* 611 a: *ad ejus mandatum ab exſtaſi ad ſe revertitur & abſentia nuntiat,* 611 d. *Ob eamdem, ſubordinatis ſuperioribus exhibitam, ſalvatur Monachus in judicio* 54 e. *Non* obediens *præcepto Abbatis grave periculum incurrit* 51 d: *alius contumax à ſimili periculo, per Abbatis ſui preces ſervatur,* 55 a. *Puniuntur non* obedientes *S. Bartholomæo Erem.* 839 e; *tarditas in obediendo cæleſtibus monitis caſtigatur à Sanctis apparentibus* 555 f ſeq. *Irreverentia & contumacia levis in Abbatem commiſſa, punitur in Purgatorio, non pœna ſenſus, ſed damni tantum,* 52 b c. *Juſſu Abbatis delatum ad 3 leucas vinum, vocatur* Vinum Obedientiæ, 263 e f. Obediunt *inſecta præcipienti Dei nomine S. Majano,* 103 c; *& ſerpens ſic juſſus, ſe præcipitat in mare* 103 e
Oculorum cuſtodia. *B. Aloyſius à curioſis videndis abſtinet* 958, *aliiſque minus neceſſariis* 904 d e, 939 f, 963 c, 966 f, 671 b.
Odor *ſuavis ex Reliquiis Sanctorum,* 170 f; *S. Julia-*

ni 141; *S. Agrippinæ V.M.* 464 f seq. *S. Leodegarii*, 487 f, *& S. Joannis Baptiſtæ* 712 f 804 d: *in morte venerab. Thomæ* 837 c. Odore *ſuavi perfunditur B. Chriſtina Stumb. poſt cruciatum tetri fœtoris* 360 a; *qualis etiam ab orante in extaſi procedit* 287 c f, 294 b c

Officium divinum *devote cum altero ſemper decantavit S. Paulinus* 221 b: *& fere agonizans recitat cum præſentibus* 198 e

Oleo *lampadis, ad imaginem Aloyſianam ardentis, infirmi curantur*, 1080 f ſeq. 1099 e, per totum Proceſſum.

Opere *manuum in ſilentio ſibi & aliis victum lucratur B. Maria Oigniac.* 646 c d

Orationi *dediti, S. Eberhardi mater*, 261 d; *B. Aloyſius adhuc puer*, 897 a b, *& adoleſcens in ſeculo* 922 f, 926 c, 928 f: *qui & in* Oratione *mentali ſe exercet ex divino ſolum inſtinctu, nemine docente, cum dono lacrymarum* 897 d e, 831 a b: *propter* orandi *ſtudium periculum incendii incurrens, Dei beneficio ſervatur* 937 f; *ad* orandum *in latebras ſe abdit* 898 d, Oratione *& pœnitentiis patris conſenſum impetrat ingrediendi Societatem* 951 a b c, orat *aſſidue* 936 d e, 940 e, 963 e, 973 a; *& ſine diſtractione* 1149 a, 1151 f, 909 f, 910 a b: *donum* orandi *in eo excellens* 1131 ſeq. *Attentio ejus ad res ſpirituales, abſtractio à ſecularibus & creaturis* 900 c d 904 d e f, 905 f: *continua mentis in Deum elevatio*, 910 b c d e

Ad Orationem *ingredienti templum, aliis extra manentibus, cæleſtes conceduntur deliciæ, quæ aliis negantur* 553 f ſeq. *Pſallit aſſidue S. Bartholomæus Erem.* 835 e. Orabat *nixis genibus S. Eberhardus, tam aſſidue ut illa læderet*, 264 c. *Inter* orandum *à terra levatus P. Joannes Bapt. Piſcator* 976 a. Orationis *ſtudium B. Mariæ Oigniac.* 643 a; *noctes ei impendit*, 645 b; *eâdem dæmones coërcet*, 643 e. Orans *pro damnato, monetur de ejus reprobatione*, 643 b; *ejus* Orationes *implorant animæ purgandæ*, 643 b; *in contemplatione mira dulcedine reficitur*, 654 b c d. Orationi *noctes impendit S. Etheldreda* 503 d. Oranti *mulieri apparet, & ipſa* orans 553 f.

Oranti *S. Petro Juliacenſi adſunt Angeli & dæmones, hos repellit, illos amplectitur* 611 f. Orans *in exſtaſi B. Chriſtina Stumb. ſuavem odorem in circumſtantes diffundit*, 287 e f; *& ex capite* Orantis *miraculoſus ros diffunditur*, 297 d. Orationem *ejus diverſimode impedire conatur dæmon*, 278 e, *ad hoc igne & ferro aliiſque tormentis & ſpectris utitur*, per totam Vitam. *Ejus* Oratio *multa damna infert dæmoni*, 371 a b c; *ob modice interruptam dæmon lætatur*, 370 e f. Orans *S. Palladius, quidquid petit impetrat*, 96 e. Oratione *victoriam Chriſtianis contra Saracenos impetrat S. Raymundus Ep.* 132 b c. *Tertio invocatus, tertio apparet, S. Lanfrancus, deprecans Chriſtum pro invocante, qui tertia vice ſanatur*, 626 b. Orationis *deſiderium Cynthiæ Gonzagæ, quæ* Orationem *horto florido comparat*, 1159 a b ſeq. *Inter* orandum *moritur S. Paulinus*, 198 e. Orantes *ſubditos ſecreto viſitat S. Adalbertus*, 36 a. *Ab* Oratione *ante alios egreſſus Monachus, obſidetur à dæmone*, 542 d e f ſeq. *Vide*, Incendium, Jejunium, Muſca, Purgatorium, Patronus, Pſalterium.

Ordo. *Vide*, Epiſcopus

Ornamenta. *Gemma annuli Epiſcopalis S. Palladii miraculoſa*, 970. *Pallium Archiepiſcopale Romæ à Pontifice accipit S. Adalbertus*, 34 c; *Palla pretioſa*, Ornamentum *ſepulchri S. Etheldredæ, indureſcit ne ſcindi poſſit & vendi*, 578 b c: *apparens Tomum IV Iunii.*

eadem Sancta terret minis raptorem ſacrilegum, & cogit rapta reſtituere, 578 f ſeq. *Reliquias ejuſdem ſpolians ſuis* Ornamentis, *podagra punitur & paupertate* 577 c d

Oſculari *puellæ umbram recuſat B. Aloyſius puer* 924 f

Otium *vitat S. Bartholomæus Erem.* 835 b

P

PApæ *Romani ſuper univerſam Eccleſiam auctoritas* 17 c. *Ut Papa fiat, hæreticos promittit recipere Vigilius; factus, recuſat* 14 f. *Injurioſe deponitur S. Silverius*, 16 c d ſeq.

Parens. *Mater B. Aloyſii filium à Deo petit, qui in Religione ei ſerviat; atque impetrat*, 921 e f; *eum pie educat* 922 e. *S. Theognes filium ſuum Stephanum ad martyrium hortatur*, 191 b. Parentibus *inſciis ad religionem abeunt, S. Majanus*, 101 f, *& S. Leutfredus* 106 b c. *Patris mortem æquo animo fert B. Aloyſius*, 965. *Vide*, Mater, Filius.

à Parocho *dumtaxat inſtitutum feſtum violans, punitur*, 562 c d e. Parochum *ſe mentitur dæmon*, 655 b

Paſſio Domini *in exſtaſi repræſentatur S. Albano, ad fidem convertendo*, 150 c d e: *prælegitur S. Lictberto Ep. agonizanti* 605 c. *Erga eam devoti S. Palladius*, 96 f; *S. Rotrudis*, 257 b; *B. Chriſtina Stumb.* 276 d e; *quæ ob jugem & piam ejus memoriam, ſtigmatibus Chriſti inſignitur*, 432 a, 433 e f, 441 c, 448 e, *etiam apparentibus* 285 b c ſeq. 298 f ſeq. 311 f. Paſſionis *tormenta cum Chriſto illa patitur* 436 c, *& ſanguinem ſudat in nocte Paraſceves* 286 e. *Finguntur* x *millia Crucifixorum Paſſioni Chriſti ſimile martyrium ſuſtinuiſſe* 184 d e ſeq.

Pati *cum Chriſto & pro Chriſto injurias, beatum prædicat S. Paulinus*, 200 f ſeq. Patiendi *pro Chriſto deſiderium B. Aloyſii* 939 b, *B. Chriſtinæ Stumb.* 381 c *&* per totam Vitam

Patientia *admirabilis in morbis Gridoniæ Gonzagæ, quam ad tolerantiam Deus animat*, 1166 d e: *S. Martini Tongrenſis contumelias & incommoda ferentis*, 71 a; *S. Leutfredi, injuriam ab Epiſcopo patientis* 108 d; *& S. Aleydis in cæcitate* 286; *& in morbis B. Mariæ Oigniac.* 656 d; *eadem pro morbo ſibi immiſſo gratias agit Deo* 647 b. *Infirmæ nec lumen ſolis moleſtum eſt, nec murmur, quod in cultum Dei cederet* 664 f. *In morbis* Patientia *B. Aloyſii* 1021 a 1152 e. *Ad* Patientiam *exercendam permittit ſervos ſuos Deus à dæmonibus vexari* 272 e f ſeq. *in tentationibus dæmonum B. Chriſtinæ Stumbel.* Patientia 276 f ſeq. *Afflictionem ſequitur conformis conſolatio in eadem Sancta* 294 b c, 296 f: *nam Deus ſervos ſuos neque tribulationes neque jucunditates ſinit habere perpetuas.* Per totam Vitam à pag 270. *Ad* Patientiam *ſuos hortatur S. Joannes Pulſan. ſpe æternæ gloriæ* 44 e. *Crux ferenda ei qui coronam vult accipere* 234 d. *Vide*, Mors, Filius.

Patronus *pro virtute obtinenda eligendus Sanctus, qui ea virtute excelluerit, uti docet B. Aloyſius* 984 b

In Pauperes *miſericordia P. Joannis Bapt. Piſcatoris* 976 d; *S. Rotrudis* 257 b; *S. Eberhardi Epiſc. qui* Pauperum *pater* 264 b; *S. Urſicini, qui patrimonium ſuum* Pauperibus *erogat* 69 d; *S. Leutfredi, qui veſtes ſuas* Pauperibus *elargitur* 107 b; *S. Lictberti Epiſc. qui tumbam ſepulcralem vivens ſæpe cibariis replet. diſtribuendis in* Pauperes 605 e, *S. Paulini* 199 a b ſeq. *qui ad* Pauperum *debita ſolvenda inſperato pecuniam accipit* 198 d: *uxor ejus, panem unum negans* Pauperi, *multos amittit* 217 d: *miſericordiam in* Pauperes *divitibus ſuadet S. Bartholomæus Erem.* 835 e. Pauper *miraculoſe adjutus per B. Aloyſium* 1085 c. *Vide*, Miſericordia, Infirmus.

Paupertas Religiosa, *negotiatio utilis cum Deo* 217 c. *Janua perfectionis esse, non meta, duplici similitudine ostenditur à S. Paulino* 217 b; *qui de eadem sic ait:* Nihil nisi Christum habemus: &, Vide si nihil habeamus qui omnia habentem habemus 209 e: *eodem teste* Pauperibus *pro Christo nihil deest* 218 d e. Paupertatem *Religiosam ipse sectatur* 210 e, *in supellectile & aliis omnibus* 216 f seq. Paupertatis *amor B. Aloysii in seculo* 901 d, 903 c d e f. *Ejusdem* Paupertas Religiosa 906 e f, 987 f seq. 989 c d e f, *etiam in ultimo morbo* 1009 f seq. Paupertatem Religiosam *laudat pro concione* 1167 e seq. Paupertas Religiosa *Olympiæ Gonzagæ* 1166 b, *B. Mariæ Oigniacensis* 648 f. *S. Eberhardi Abbatis* 263 e f. Paupertatis Religiosæ *amor S. Ursicini* 69 d; *Laus & observatio S. Bartholomæi eremit.* 835 f. *Omnia sua vendit & divino cultui aut pauperibus impendit S. Consortia* 251 f. Pauperibus *Religiosis prospicit Deus de cibariis* 62 a 63 f. Paupertati Religiosæ *non obest, ecclesiæ & communia bona retinere eum, qui sua propria distribuit* Pauperibus 221 d e. *Thesaurum absconditum novitii sui revelat, & reum emendat S. Joannes Pulsan.* 49 c d. *Violatæ* Paupertatis *severa punitio* 110 f

Pax *inter dissidentes conciliata, extinctis odiis, invocatione S. Joannis Bapt.* 783 f, 795 a. *Paci conciliandæ multum intentus S. Eberhardus* 265 f, & *S. Paulinus* 211 b

Peccatores *visi esse horribiles Muscæ* 190 e. Peccatum *abominatur B. Maria Oigniac.* 654 e: *nullum commisit mortale B. Aloysius* 1122 f. *Propter* Peccata *unius Ecclesiastici immittitur siccitas universæ terræ* 45 a b. *Propter* Peccata *Religiosorum combustum monasterium* 508 a b c.

Peccatrix *in ultionem à dæmone obsidetur, pœnitens liberatur* 269 d. Peccatorem *dæmon sequitur sub specie canis, post confessionem disparet* 613 a. Peccatoris *animam ad inferos deferri videt S. Joannes Pulsan.* 43 a b. Peccator *morte punitur à Deo, etiam post pœnitentiam* 103 a: *sanatura moribundum S. Etheldreda jubet illum vitam suam emendare* 552 e f. Peccatores *convertit B. Aloysius* 968 c. *Adultera ejus invocatione mirabiliter conversa* 1052 c seq. Peccatores, *præsertim impudicos, pœnitentiis sibi assumptis convertit S. Bainus* 27 b. *Latrones conversi visâ passione B. Christinæ Stumbelen. & auditâ ejus adhortatione de inferno* 388 e f seq.

Peccatum veniale *in se congrua pœna punitum agnoscit S. Etheldreda & gaudet* 492 c 511 e: de Peccatis venialibus *non oportere scrupulose angi, docet B. Aloysius* 991 c: *pusillanimem ob imperfectiones solatur* 1002 f. Peccata venialia *dæmon describit; sed iis per pœnitentiam deletis, chartam discerpit* 611 e. *Vide*, Confessio, Conscientiæ puritas.

Pediculos *dæmon immittit* 278 a

Peregrinatio *Hierosolymitana valde austera cujusdam nobilis feminæ* 673 e. *Hierosolymam pie* peregrinatus *S. Lietberius Episc.* 595 c d seq. *irrito successu* 598 f. *Romam* peregrinatur, *monitus ab Angelo S. Bainus* 27 c. *Eodem quotannis S. Paulinus ad Apostolos* 219 d. Peregrinatur *ad Loca sancta S. Martinus Tungr.* 70 f. *In pia* Peregrinatione *juvatur ab Angelo S. Maria Oigniac.* 643 c

Peregrinus. *Vide*, Misericors.

Ad Perseverantiam *Religiosam confortat in vocatione vacillantem B. Maria Oigniac.* 652 d

Pertinacia, *punita in viro sancto*, 677 d e; *mirabilis in bono, relicto meliori cælitus dato, consilio*, 344 f seq.

Peste *liberati invocato S. Joanne Bapt.* 788 a; *ab ea immune servatur oppidum ob Reliquias S. Palladii* 97 e

Pluvia *in siccitate impetrata à S. Innocentio*, 100 a; *à S. Palladio* 45 a b; *intercessione S. Joannis Bapt.* 783 e. *Per* Pluviam *incedentes non madefiunt, S. Joannes Pulsan.* 50 d e & *S. Maria Oigniac.* 643 d; *ejusque Sociæ* 670 a

Podragra, *ob rapinam sacrilegam immissa*, 577 c d.

Pœnitentia *mirabilis, B. Mariæ Oigniac.* 641 f seq. *Item S. Baini pro aliorum conversione* 27 c, *per illam flagella Dei à suis arcet S. Nicetas* 244 f

Pœnitentiis *se macerat B. Aloysius* 955 f; *iis & oratione consensum Patris impetrat Societatem ingrediendi*, 951 a b c. *Ad indiscretas movet dæmon B. Christinam Stumb.* 435 a. Pœnitentia *Othrici instante morte* 36 e; & *Epponis*, 37 a. *Vide*, Austeritas, Cilicium, Jejunium, Abstinentia, Lecti durities, Mortificatio.

Porta *civitatis miraculose aperta B. Menrico*, 62 e

Prædicare *fidem barbaris cælitus jubetur S. Fursæus*, 23 d e. Prædicator *pius S. Joannes Pulsanen.* 44 b *fervidus S. Baïnus* 27 b; *efficaciter movet S. Eberhardus*, 263 d. *Pios libenter audit & magnopere veneratur S. Maria Oigniac.* 654 f; *pro iis orat*, 655 a; *eorum vestigia osculatur* 667 f; *nimiam anxietatem & vanam gloriam iis fugiendam, docet*, 657 c d

Prælagia *futuræ sanctitatis B. Aloysii in nativitate & pueritia*, 922 b e, 924 a. Præsagium, *à Gallina ovipara desumptum, de S. Eberhardo, futuro Abbate, dein Episcopo* 162 a. *Vide*, Prophetia, Apes.

Processio *in translatione Reliquiarum B. Aloysii* 1030 d e. seq. *Cinerum S. Joannis Bapt. Genuæ* 797 d e. Processionem *instituunt, cum cereis apparentes, sanctæ Virgines*, 20 c. *Presbyteri Nolani, floribus coronati, quotannis semel* procedunt *ad Episcopum*, 232 d e.

Prophetiæ *spiritus in S. Bartholomæo Erem.* 836 a, *S. Palladio*, 96 f, *B. Joanne Opilione* 844 b c d; *S. Etheldreda, de morte sua & aliarum*, 510 e; *S. Adalberto, de successore suo mirabiliter impletæ* 36 a b. *S. Majano, mortem delinquentis prædicente* 102 f seq. *S. Paulino, de morte Regis Wandalorum*, 230 f. & *Maria Oigniac. quasi per jocum prophetante* 657 e; 664 f; & *multa de Jacobo Vitriac. mirabiliter impleta*, 674 b c d e. *Martyrium* prædictum *S. Albano*, 150 a. Prophetia *B. Joannis Pulsan. de puero, violenter è Monasterio suo abducto* 47 b c, & *de futuro incendio, quæ infeliciter non credita* 44 b. *Idem cognoscit absens, pravam doctrinam inter suos spargi: aliaque secreta novit & pandit* 49 a b c seq. & *sepelitur in eo quo prædixerat loco* 56 e, 57 e f, 664 f seq. *Varia parentibus suis obventura* prædicit *S. Tullia, post mortem apparens matri suæ* 250 f

Providentia Dei. *Vide*, Deus.

Prudentia *B. Aloysii perfecta* 1130 c

Psalterium *devote percurrit S. Petrus Juliac.* 610 a b c

Pudicitia. *Vide*, Castitas, Liber.

Pueritia *sancta S. Etheldredæ* 499 a; *S. Eberhardi*, 261 e; *B Mariæ Oigniac.* 639 e; *S. Petri Juliac.* 609 c; *S. Methodii, in qua Deo se consecrat*, 5 c; *B. Aloysii* 897 a b c seq. *primo instanti rationis se convertentis ad Deum* 928 e

Pueros *etiam ad religiosum habitum admittit S. Joannis Pulsanensis* 46 c

Purgatorium, *per pœnam damni tantum* 52 b c. *Deipara exequias cohonestat cujusdm viduæ, adhuc in* Purgatorio *detentæ* 650 c d e f, Purgatorii *ignem, ut potest, explicat B. Maria Oigniac.* 668 d: *ejus orationem animæ* purgandæ *implorant* 643 b, 664 d: *ipsa immunitatem ab eo meretur servando silentium*, 646 d. *Sanctimonialis defuncta, peccatum, quod oblita fuerat, noctu apparens, confitetur;*

fitetur; cui Confessarius pœnitentiam imponit, quam ipsemet implet 612 d. *Animæ defunctorum in cœmiterio ad orationem S. Lietberti respondent*, Amen 600 b. *Defunctus Abbas apparet S. Petro Juliac. & ejus suffragia postulat*, 611 f: è Purgatorio *liberat animam monachi contumacis S. Joannes Pulsan.* 52 f. *B. Christina Stumb. horrenda patitur à dæmonibus, pro anima patris sui liberanda è* Purgatorio, *in quo manere debuisset* 12000 *annis*, 374 a b c d e; *& ipsam liberat*, 448 b: *item matrem, alias ibi mansuram* 600 *annis*, 370 c d; 447 c: *& pro amico*, 336 f, *ac Nobili quodam alleviandis* 392 f, *pluribusque aliis* 448 f, 449 a c e, 450 f, *quos tandem liberatos videt*, 396 a b c seq. 400 d. *Orat. item pro anima quadam annis* 100; *& alia*, 30 *mille crucianda* 402 b; *pro aliisque* 385 c, 403 c, 406 b f, 407 c. *Torquetur etiam pro latronibus* 391 f, *quorum septem patiendo liberat* 452 c d seq. *Sine* Purgatorio *quidam ad cælum ascendit, & quare* 651 a: *alius, ob turpiloquium, cum mortis periculo reprehensum*, 668 c f. *Vide*, Cruce signatus.

R

EX Radio *solis chirothecam suspendit S. Etheldreda*, 576 f

Ranas *coaxantes conticere facit signo Crucis, Gerardus ex Ord. Prædicat.* 284 f

Raptor *ecclesiasticorum bonorum ad pœnas trahitur* 546 a b: *alteri apparet S. Etheldreda, & minaciter territum cogit rapta restituere* 578 f seq.

Regularum observantia *in B. Aloysio* 972 b c 987 e, *in vita communi nihil singulare patientis* 965 b

Religionem *amplecti, mundanis apparet stultum; sed eos refutat S. Paulinus*, 207 e f seq. *ad* Religiosum *habitum etiam pueros recipit S. Ioannes Puls.* 46 c.

Religionem *ingreditur, relicto regno, Iudicaël Rex Aremoricæ* 102 d. *S. Majanus, insciis parentibus* 101 f, *& S. Leutfredus*, 106 b c seq. Religionem *ingressum consanguinei vi retrahunt, sed frustra*, 47 a b c: *non patitur id Riddagus Abbas*, 31 b. *S. Eberhardus adolescens sic abstractus, quadragenarius ad eam regreditur* 262 a b

Religiosæ *virtutes S. Eberhardi* 252 b, *S. Raymundi* 127 e, *S. Majani* 101 f, *S. Leodegarii* 486 d, *S. Bartholomæi Erem.* 834 d 835 b. *S. Engelmundi* 115 c. Religiosus *factus S. Sigebertus, arma tractare & regnum recipere recusat* 498 b; *ad* Religionem *ingrediendam Regis mariti consensum petit, & impetrat, S. Etheldreda* 505 c d; Religiosæ *ejus virtutes* 505 e f, 491 e f, 502 c d: *ejus exemplum plurimi magno fervore sequuntur*, 510 b

B. Aloysius octennis prædicit matri, Religiosum *se futurum* 926 d e; Religiosam *vitam sectatur in sæculo*, 935 c d e f. *Humilis ejus cum* Religiosis *Societatis familiaritas*, 952 c d e. *Ad Societatem divinitus vocatus* 942 c seq. *rationes ob quas eam elegerit, explicat*, 945 b c. *Ejus in vocatione constantiâ varie tentatâ*, 899 d. 945 f seq. 902 c seq. *Patris consensum oratione & pœnitentiis impetrat* 951 a b c, *& Religionem magno fervore ac pietate ingreditur*, 961 a b c. Religiosæ *virtutes ejus*, 977 d e f, 978 a b seq. 979 a b c d, 1131 b

Religiosis *præcipue insidiatur dæmon* 447 d e, 453 b, *tædiumque iis ingerit* 394 b c, 453 b. *In vocatione vacillantem confortat ad perseverantiam B. Maria Oigniac.* 652 d. Religiosi *status major gloria quam Senatorii, ostenditur in SS. Pammachio & Paulino*, 214 b c seq. *Vide*, Monasterium.

Reliquiæ. *Corpora Sanctorum ab Angelis sepeliuntur*, 187 d: *ex iis abstitit odor suavis* 170 f, *& splendor emicat*, 169 c, *uti ex corpore Juliani M.* 141 e; *concutiuntur illa miraculose, adveniente muliere impudica* 141 e: *mirabilis earumdem translatio* 141 c. Reliquię *absconditæ miraculoso lumine manifestantur* 256 b c, 257 c *Super corpus S. Albani apparente columna ignea, ipsum revelatur*, 155 a; *& monstrante Angelo rursus inventum elevatur* 160 c: *suas ipse Reliquias transferri jubet* 162 f: *eas honoranti apparet, & mercedem æternam promittit* 166 d e. *Pro iisdem Reliquiis, hinc servandis, illinc auferendis, mirabilis adhibita industria*, 162 a seq. *Inter* Reliquias *censetur S. Albani sanginolenta vestis* 166 a b c, *& terram hinc aufert S. Germanus*, 160 a. Reliquiarum *S. Amphibali, revelante S. Albano, mirabilis inventio*, 167 f seq. *Crux ejusdem post inventionem in veneratione est*, 171 f. *Reliquiæ S. Palladii miraculose Compendium delatæ, & asservatæ* 97 a: *eædem miraculose restitutæ propriæ ecclesiæ*, 98 a b seq. Reliquias *Sanctorum revelat Deipara*, 85 f; *& S. Algoti S. Etheldreda* 567 c. *Sancti, quorum Reliquiæ erant in ecclesia Oigniac. pro B. Maria intercedunt* 645 d; *& ipsa divinitus novit quorum ea sint* 660 f. *Dentes suos post mortem irreverenter excuti non patitur, sed humiliter roganti ipsamet ultro impertit* 672 b c. *Corpus S. Walheri miraculose transfertur* 613 f. Reliquiæ *S. Valerii solenniter transferuntur* 130 e f. *S. Silæ, discipuli Domini Româ Teruanam solenniter transfert S. Bainus* 27 d. Reliquias *variorum Sanctorum pie & honorifice recondit S. Germanus* 160 a. *Ex capsa S. Rotrudis pulsus auditi, quibus significabat se honorificentius velle collocari*, 157 f: *ejus* Reliquiæ *in ignem conjectæ, servantur illæsæ*, 225 e. Reliquiarum *B. Aloysii mira veneratio*, 1028 d, *etiam apud hæreticos* 1028 c. *Mausoleum marmoreum condendo corpori S. Etheldredæ miraculose inventum* 514 a b, 515 b c: *istud sacrilege perfodiens, punitur evulsis oculis*, 519 d f seq. *ornamentis spolians, podagra & paupertate punitur*, 577 c d; *dissidet illi sua translatio* 537 c d

Ex Reliquiis *S. Joannis Bapt. odor suavis* 712 f; *Dens ejus miraculosus*, 753 f; *Capitis; non sine miraculo transferendi, inventio* 713 f, 724 c seq. *Manus ejusdem translata Constantinopolim* 742 c d e: *Facies inde furtim ablata in Galliam, Ambianis magna veneratione excipitur*, 746 a b c seq. *ad eam curatur ibidem epilepsia* 748 f. Reliquiæ *ejusdem sub Juliano igni subductæ* 767 c; *flammis deinde injectæ servantur* 779 f, *& orantibus miraculose conceduntur* 776 f. *Ob eas pie asservatas ditatur pauper*, 717 a; *clanculum auferre volens punitur* 783 c, 787 a, 765 f seq. 777 a b; *uti etiam de earum veritate temere dubitans* 77 a. *Caput S. Joannis Presb. Mart. sanguinem stillat*, 484 c. *Ad* Reliquias *fugantur dæmones*, 467 e; *contra earum ornatum blasphemus, punitur* 625 a, *aliique in eas irreverentes* 488 a b, 167 c 97 f seq. Reliquiæ *manent immobiles, ad indicandum locum ubi sanctus eas deponi velit*, 256 c. *De* Reliquiis *S. Lupicini contentio* 818 b d. Reliquiarum *unius Sancti pro* Reliquiis *alterius supposititio, bonæ fidei nihil derogat.* 821 a. *Lupus & Aquila Corpora Sanctorum custodiunt* 157 d. *Ad* Reliquias *Sanctorum dicto juramento olim dirimebantur controversiæ* 212 a. *Vide*, Integritas Corporis, Crux, Odor.

Rex *Sigebertus, factus Religiosus, arma tractare & regnum recipere renuit* 498 b. Regina *Etheldreda Religiosa*, 505 c d e seq.

Ros *miraculosus diffunditur ex capite orantis B. Christinæ Stumbel.* 297 d

Rosarium *Deiparæ pie quotidie recitat Cynthia Gonzaga*, 1162 c

Rupes *in lecti & ſedilis formam ſancto Martino ſe accommodat.*

S

OB Sacerdotium, *ſine interſtitiis & præcedentibus Ordinibus ſuſceptum, S. Paulinum à ſua communione ſegregat Siricius Papa* 211 a b. *Vide*, Miſſa.
Sacrilegus. *Vide*, Reliquiæ, Eccleſiaſtica bona.
Sævitia *Hoëlis R. in ſervum captivum* 102 e
Sanctos *adhuc viventes honore proſequitur S. Paulinus*, 218 f ſeq. *S. Etheldreda infirmum ſanandum ad S. Edmundum mittit* 564 b; *& orat pro illo qui libellum in ejus honorem compoſuit*, 567 a b. Sanctorum *orationibus regna ſervantur*, 805 f. *De eorum meritis non contendendum, quia hæc ſoli Deo nota ſunt*, 804 e f 805 c. *Vide*, Patronus.
Saxum *S. Ivani miraculoſum*, 828 b c d
Scapulari *carentem negat dæmon eſſe Monachum* 54 e
Contra Schiſmaticum *Regem futura S. Eberhardi Conſtantiæ in ſomnis cuidam præoſtenditur* 263 b c
Scrupuloſam *facit dæmon piam Religioſam, deinde in deſperationem pertrahit* 644 b c; *item alium, qui oratione B. Mariæ Oigniac. ſanatur* 653 b c
Senſuum *cuſtodia B. Aloyſii* 966 f ſeq. 967 f
Sepeliunt *Angeli ſanctorum corpora in loco martyrii* 187 d. Sepulcralem *ſuam tumbam vivens ſæpe replet cibis, in pauperes diſtribuendis, S. Licibertus Epiſcopus* 605 e.
Sepulcrum *ſuum ſe vivente præparari jubet S. Lanfrancus*, 624 b. Sepelitur *in eo quo prædixerat loco, non ſine miraculo, S. Joannes Pulſan.* 156 e. Sepulcra *defunctorum violanda non ſunt*, 805 e.
Serpens *lædere prohibetur à ſancto Ioanne Pulſan.* 51 c, *alius præcipitat ſe in mare, jubente S. Majano*, 103 e.
Signum Crucis. *Vide*, Crucis ſignum.
Silentium, *etiam ſecularis, ſervat B. Aloyſius* 928 c; *& amat ex teneritudine conſcientiæ*, 900 e; *idque arcte in Religione ſervat* 967 b c, 905 b c, 955 f. Silentium *tenet per biennium S. Joannes Pulſan. & deinde facundia cæleſti impletur*, 42 e. Silentium *B. Mariæ Oigniacenſis, gratum Deo, meretur illi immunitatem à Purgatorio*, 646 d.
Simplicitate *ſua placet B. Menricus Epiſcopo Colonienſi, Henrico de Molonarchen, præ aliis qui magna munera obtulerant* 61 c
Solitudo *S. Ivani* 824 c d. Solitariæ *vitæ locum aptum monſtrat S. Bartholomæo S. Cuthbertus, illi apparens* 834 d. *Quam ignotus hominibus vixerit S. Lupicinus*, 817 c e. Solitudine *delectatur B. Aloyſius* 897 c, 898 a b c, 930 e: *in latebras ſe abdit ad orandum* 898 d.
Somnum *aquis immerſus capit, & aliàs duriter, S. Joannes Pulſanenſis* 42 c. Somnolentiæ *reſiſtit S. Lupicinus*, 817 e
Spes *virtutem habuiſſe oſtenditur Aloyſius in excellenti gradu* 1126 f. *Vide*, Cælum.
Spiritus ſanctus *in Baptiſmo confertur, fugatur dæmon, lætantur Angeli*, 655 e. *Vide*, Miſſa.
Splendor *ex Reliquiis Sanctorum* 169 c. *Vide*, Lumen.
Sponſam *Chriſti futuram B. Chriſtinam Stumbelen. promittit Deipara* 341 b c. *In* Sponſam *eam Chriſtus aſſumit, & de multis pro amore ſuo tolerandis præmonet*, 431 d e
Stercore *fœdat & cruciat dæmon B. Chriſtinam Stumbelenſem* 292 d e f
Sterilitas *terræ immiſſa ob injurias, illatas S. Albano M.* 152 e f. Sterilitas *corporum, fœcunditas animorum, in S. Paulino ejuſque conjuge* 204 c
Stigmata *ſacra. Vide*, Paſſio.
Suicidium *ſuadet dæmon B. Chriſtinæ Stumb. quaſi ſpecie martyrii* 432 c, 434 f
Ad Superbiam *tentantes dæmones humilitate vincuntur per B. Chriſtinam* 432 b. Superba *monialis Confeſſarium ſanctum contemnit*, 52 e
Superior. *Talentum gubernandi in P. Joanne Baptiſta Piſcatore*, 976 c d e
Supplicium, *ſeditione plebis male impeditum, rei duo evadunt invocatione S. Joannis Baptiſtæ* 785 b

T

SUb Tauri *ſpecie minatur deglutire dæmon B. Chriſtinam Stumbel.* 278 d
Contra Tempeſtatem *invocatur S. Palladius* 97 c: *quæ ſedatur, Miſſam celebrante S. Gobano* 25 f *& interceſſione S. Joannis Bapt.* 786 b, 789 e f, 794 e, 796 a b e f, 798 e, 784 e f; *ſimili modo reprimitur illuvio maris* 785 a
Pro Templis *ædificandis & dotandis munificentia Edgari Regis; & ſolicitudo Edelwoldi Epiſcopi* 524 c ſeq. Templum *Moguntinum Riculfus Archiep. ædificat, ſuppellectile ornat, & reditibus ditat* 90 e f. Templum *S. Albani Namurci exſtruens ex voto Albertus Comes, a mortis periculo liberatur; ad* Templum *conſtruendum lapides portat mater S. Eberhardi, matrona nobilis* 261 e. Templorum *à S. Paulino exſtructorum deſcriptio* 233 f ſeq. Templum *reſtauraturus S. Joannes Pulſan. materialia miraculoſe accipit*, 42 f. Templum *ſub nomine S. Pudentianæ conſecrat B. Pius Papa in Thermis Novati* 4 e. Templi *dedicationem comitantur convivia*, 528 a. Templi *ornatui officientes domunculæ, dominis vendere eas nolentibus, incendio abſumuntur*, 220 a b c. *Prope* templum *choreas ducentes puniti*, 96 f; *ad orationem ingredienti* templum, *aliis extra manentibus, cæleſtes conceduntur delicæ, quæ aliis negantur* 553 f ſeq. *Ad confabulandum in* templo *homines inducit dæmon* 351 c, *& Beginas* 444 f. *In Templo irreverens punitur* 805 b. *Irreverentes in* templo *dæmon fœdat ſtercore* 298 b c 441. Templum *profanare nitentes, morte puniuntur* 458 f 471 c. Templa *ab invaſione militum cuſtodienti Principi, promittitur victoria* 613 d
Theſaurus, *à Religioſo abſconditus, perditur*, 49 c
Tentationes *contra fidem immittit dæmon B. Chriſtinæ Stumb.* 432 d 277 a; *eique ſuicidium ſuadet*, 276 f, *& indiſcretam inediam* 277 b c; *ejus in* tentationibus *patientia* 276 f ſeq. Tentatam *incondito tumultu dæmonis, ſolatur Deus cæleſti cantu* 278 e. Tentatio *depulſa, invocatinone B. Aloyſii* 1050 e f
Terræ motus, *ſedatus interceſſione S. Joannis Bapt.* 784 a, 785 a *ſentitur orantibus Martyribus* 185 e
Tranquillitas *animi B. Aloyſii* 909 b
Tribulationes *à dæmone perpeſſa, conſolationibus divinis abundat B. Chriſtina Stumbelenſis.* Per totam Vitam.
Trinitatis *myſterium paucis explicat S. Euſebius Samoſatenus* 239 d
Tripudia *& choreas ruſticorum diebus Dominicis prohibet S. Martinus Tungren.* 71 c. *Choreis ſe ſubducit B. Aloyſius* 948 a. *Vide*, Templum.
Turpiloquium, *innocenter commiſſum, multis deplorat B. Aloyſius* 896 e f, 923 c d, 924 d: *valde illud abhorret B. Staniſlaus Koſtka*, 925 c. Turpiloquum *ſenem corripit B. Aloyſius* 947 e. *Alius, invocato B. Aloyſio punitur*, 1082 a b c: *ob* Turpiloquium, *cum mortis periculo reprehenſum, evadit quidam purgatorium*, 668 c f

V X Z

VAna gloria. *V*, Gloria vana.
Vanitas mundi. *V*, Mundus.
Variolorum *medica deſcriptio* 1114 c
Venationis *laus*, 824 a
Verecundia *B. Aloyſii* 928 d, 930 a. *Dolet B. Chriſtina Stumbel. quod in deliquio animi virorum manibus fuerit in lectum portanda*, 289 e: *eadem non vult, à chirurgo videri tibiam ſuam læſam*, 326 b. *Corpus ſuum poſt mortem denudari non patitur S. Joannes Pulſan.* 56 d
Sub Veſpertilionis *ſpecie fugit dæmon* 268 e
Veſtigia *pedum ſuorum S. Etheldredæ, rupi tamquam ceræ impreſſa, poſt ſe relinquit*, 506 e
Veſtitus *vanitas in purgatorio punita* 650 d. *S. Etheldreda gaudet vanitatem ſuam in geſtandis monilibus puniri tumore ſui gutturis* 511 e. Veſtitus *modeſtia in B. Aloyſio* 947 e: *vilis & rudis S. Bartholomæi Erem.* 835 d; *Humilis & mundus B. Mariæ Oigniac.* 649 a b e f; *alios ad pietatem movet* 647 c; *cultiorem fugit* 639 e. *Sub militari habitu conſulit orthodoxis S. Euſebius Samoſatenus* 240 b c. Veſtitus aſperitas. *Vide*, Cilicium
Ad Viaticum *ſuſcipiendum mortuus revocatur in vitam per S. Petrum Juliacenſem*, 610 e
Victoria *ope S. Joannis Bapt. impetrata à Theodoſio Imp.* 714 d e f. *Eâ potiuntur milites, facti Chriſtiani, idolatris in fugam verſis* 183 a b. *Pugnantibus Chriſtianis contra Saracenos orando eam impetrat S. Raymundus Epiſc.* 132 b c. Victoria *ſimilis promittitur Theobaldo Comiti Campaniæ, ſi eccleſias ab invaſione cuſtodiat* 613 d
Vinum *funditur Monachis in Feſtis duodecim Lectionum & Sabbatis*, 533 d
Virginitatis *amor mirabilis Gridoniæ Gonzagæ* 1166 d *eam vovet B. Aloyſius, & integerrime ſervat* 897 e f; *ſingulari Dei dono ſolicite cuſtodiens ſenſus & vitans colloquia mulierum* 727 b c e f. Virginitas *ejus Angelica* 1148 f, 1151 e. *Ipſam Deo vovet S. Florentina, ſpretis præclaris, quæ offerebantur nuptiis* 19 c; *& S. Conſortia* 251 b c, *quæ eam mirabiliter ſervat* 252 e. Virginitatem, *bis juncta matrimonio, ſervavit S. Etheldreda* 491 d, 493 a, 499 b, 503 à ſeq. *idque aliorum exemplo* 500 a 505 f; *quam à Regis mariti violentia mirabiliter Deus protegit* 506 b c d
Pro Virginitate *interficitur S. Gemma* 9 e. Virginem *Deo ſacratam volens uxorem ducere, punitur morte ſubitanea* 252 e f. *Alia ſtupratores mirabiliter evadit*, 637 c. Virginitatis *Signum, incorruptio corporis* 491 e. *Vide*, Proceſſio, Sponſa, Caſtitas.
In Virtutibus *proficit S. Gobanus* 23 b. *Perfectus eſt S. Lietbertus Epiſc.* 595 a
Vocatio ad Religionem. *Vide*, Religio.
Vox *de cælo audita* 193 a, *& ad Martyres* 184 a, 186 c, 187 c. Voce *Cæleſti fidem annuntiare jubentur Barbaris, relicta patria, S. Gobanus & Socii* 23 d e; *ad martyrium animatur S. Ariſtocles* 473 e. Vocantur *Martyres ad beatitudinem* 157 b c, *promittitur S. Amphibalo M. cæleſtis Gloria* 159 a
Unctionem *extremam, aſſiſtentibus Sanctis, ſuſcipit B. Maria Oigniac. & ſenſibiliter ejus gratiam & effectus pios videt* 655 c, 664 c
Uſura. *Vide*, Furtum.
Uxor *S. Paulini, mulier imperioſa* 205 e; *virum ad perfectionem ſequitur* 206 f
Xenodochium *conſtruit & dotat S. Leutfredus*, 111 b
Zelus animarum *B. Aloyſii adoleſcentis*, 931 d e, *plurimos è Sociis ad pietatem incitat*, 992 a b ſeq.
Zelotus *pro orthodoxa fide conſervanda S. Euſebius Samoſatenus*, 240 b c. *Vide*, Doctrina Chriſtiana

ERRATA QUÆDAM

Fere Typographica, quomodo ſint corrigenda.

ANte omnia notandum venit, quod, ubi hoc in Tomo, ſaltem ante Commentarium de B. Aloyſio Gonzaga, legitur Seculum præſens, *intelligi debeat ſeculum* XVII: *ubi vero*, Seculum præcedens; *intellige* XVI.

Pag. 2, *col.* 2, ℣. 38 — Duo Aſſueta — *lege* — Duo Aſcetæ
7 *col.* 1 ℣. *penult.* — perſuaſi — *l* — perſuaſit
10 *col.* 1 ℣. 17 — ut — *l* — &
12 *col.* 1 ℣. 24 — Hinc — *l* — Hunc
13 *col.* 2 ℣. 23 — *aliquos* — l — *aliquot*
14 *num.* 6 ℣. 5 poſt — *Catalogo* — deletis ſequentibus hæc ſubſtitue, (*quem anno* MCCCLXXI *ab eo abſolutum fuiſſe diximus non ſemel, ac dicimus, quamvis Oudinus nuper ſcripſerit, abſolutum fuiſſe annos* XI *poſt*) *libri* 5 *&c.*
Ibid. num. 7 ℣. 7 — MLXXXIV — l — MDLXXXIV
Item col. 2 ℣. 13 *à fine* — Pelaſium — l — Pelagium
18 *num.* 2 ℣. 14 — MCCCCXLVIII — l — MCCCCXCVIII
19 *num.* 1 ℣. 8 *à fine* — profulſurus — l — propulſurus
30 *in margine ſub littera* B — AN. M — l — AN. D
Et paulo inferius — 379 — l — 937
Ibid. in S. Adalberto pluſcula corrigenda, quæ infra annotabuntur
32 *col.* 2 ℣. 1 — *an.* 97 — l — *an.* 971
65 *col.* 2 ℣ 35 — *in ſufficientia* — l — *inſufficientia ad*
75 *col.* 1 ℣. 7 *à fine* — *aſſertas* — l — *aſſerta*,

Pag. 88 *in margine infra* B — 251 — l — 451
89 *num.* 14 ℣. *penult.* — *ſuos ſcios* — l — *ſuos ſocios*
96 *col.* 1 ℣. 2 — Qui — l — Quis
99 *Annot.* n — *Poduval* — l — *P. du Val*
102 *num.* 5 ℣. 3 *à fine* — molliendum — *l* — ad molliendum
103 *col.* 2 ℣. *penult.* — ſedente — *l* — cedente
116 *num.* 7 ℣. 9 *à fine* — *Ejus* — l — *Engelmundi*
125 *num.* 3 ℣. 5 *à fine.* — MXXXVIII. *l.* MCXXXVIII
Ibid. num. 4 ℣. 5. — *Theologum* — adde — *nomine*
129 *col.* 1 ℣. 2 — *Junii* — adde — *mortuo*,
131 *col.* 1 ℣. 25 — ſervo — *l* — ſervus
137 *col.* 1 ℣. 19 — *Eſt is Moguntinus* — deletis reliquis, ſic porro lege — *ſeu potius Protomartyr Angliæ, cui Namurci dedicata eccleſia, nunc Cathedralis. De Anglicano agimus hoc ipſo die: de Moguntino actum eſt* XXI Junii.
140 *col.* 2 *mm.* 2 ℣. 1 — Et — *l* — Es
144 *num.* 17 ℣. 3 *à fine* — *Regulari Congregatione* — l — *Regularis Congregatio*
151 *num.* 11 ℣. 4 — tumultu — *adde* — complent
154 *n.* 23 ℣. 8 — obſecramus — *l* — obſecra nunc
Ibid. c. 2. *ſub litt.* D. *in margine* — *Anno* 115 — l — *Anno* 1151, *aut paulo poſt*,

ERRATA CORRIGENDA

Pag. 172 *num.* 2 ℣. *penult.* — 53 *excuſo* .l. 53 *excuſum*
173 *num.* 6 ℣. 24 — quodquot — *l* — quidquid
176 *num.* 3 ℣. 18 — Paſſioni Ms. inſcribitur quoad verſionem Anaſtaſii Bibliothecarii — *l* — Paſſio Ms. inſcribitur, quo ad verſionem, Anaſtaſio Bibliothecario
179 *col.* 2 ℣. 5 — *ſoli Hagiographo* XIV *ſeculis* — l — *ſolis Hagiographis, Moyſi, Iſaiæ atque Jeremiæ Prophetis, tot ſeculis*
181 *num.* 23 ℣. 1 — *ad May* — l — *tomo* 2 *May pag.* 293
186 *num.* 17 ℣. *penult.* — eſſemus .*l.* cum eſſemus
191 *num.* 12 ℣ 12 — delutos filium & matrem, deos eum præciteris — *l* — deluſos filium & matrem: deos enim præ ceteris contemnunt
196 *num.* 8 ℣ 7 — 1614, *uno fere ſeculo poſt ejus mortem* — l — 1514, *vivente & florente auctore* — Tum parentheſim ſequentem dele.
Ibid. ℣. 21 deletis punctis, ſequentia putantor ſcripta eſſe charactere currente uſque ad *Celebrantur*
Ibid. ℣. 28 — *pietatiſque* — l — *pietatis*
Ibid. col. 2 ℣. 13 — CCCXLIV — *l* — CCCLIV
202 *col.* 1 ℣. 8 — *degeſſivit* — l — *digeſſerit*
227 *col.* 1 ℣. 5 *dele*, talentique
228 *col.* 1 ℣. 20 — MDCXXXV — *l* — MDCXXV
229 *num.* 7 ℣. 22 — *fecerint* — l — *feciſſe*
Ibid. num. 8 ℣. 10 dele *facile* & *apparet*
234 *num.* 33 ℣. 25 — anno MDCXXVI — *l* — anno MDL — *donec certior anni numerus ſubſtituatur.*
236 *col.* 1, v. 11 — *ſe eodem jus epiſtolæ ſerie quo* — l — *ſe, ait, eodem quo*
239 *num.* 1, v. 5 — diverſus — l — diverſæ
258 *col.* 1, v. 14 *dele* — Rotrudis
260 *num.* 5, v. 13 — *Campaniam* — l — *Cenomanniam*
Ibid. col. 2, v. 13 *à fine* — MCXLIV — l — MCLXIV
264 *num.* 11, v. 1 — Poſt annos — l — Poſt XIV annos
265, v. 2 *tituli* — *Poſſanenſi* — l — *Paſſavienſi*
Ibid. num. 15. v. 8 — Alexandro — *l* — refutato Alexandro,
266 *col.* 2 *nota marginali prima* — 12 *Iunii.* l. 22 *Iunii*
270 *col.* 2, v. *penult.* — *aſtructus* — l — *aſtruitur*
271 *num.* 5, v. 28 — *ſanitatis* — l — *ſanctitati*
323 *in titulo libri* III — MCCLXXXII. *l.* MCCLXXII
326 *num.* 14, v. 6 — immenſa — *l* — in menſa
352 *num.* 25, v. 10 — omnis — *l* — omne
356 *num.* 37, v. 15 — voces in aëre *ſurſum* audivit .*l.* voces dæmonum ſurſum in aëre audivit
371 *num.* 86, v. 12 — inſtrumentorum — *l* — argumentorum
378 *col.* 1, v. 9 *à fine. Poſt* — ducenta millia — *pone litteram* c; *uti & in margine, tamquam ſignum ſequturæ Annotationis: & ad finem Capitis, poſt Annotationem* b, *pone iterum litteram* c, *cum hac Annotatione prolixa* (Hic eſt ſummus qui hactenus occurrit, vel occurret in hoc libro, numerus dæmonum *&c.*) *quam invenies loco non ſuo impreſſam poſt caput* XIII *ſub littera* b.
385 *Annotatio* b, *perperam hic impreſſa, referenda eſt ad Caput* XI, *juxta modo dicta.*
416 *num* 24, v. 3 — MCCLXXXX — *l* — MCCLXXX
459 *num.* 7, v. 1 — *Petrus* — l — *Pirrus*
485 *num.* 1, v. 3 — *vicino* — l — *vicus*
528 *in margine ſub littera C* — *prodit* — l — *prodi*
596 *in margine ſupra litt. C* — *cum* 3 *millibus* — *l* — *comitante ad tria milliaria populo ſuo,*
614 *Annot.* c, v. 5 — *Hic autem eſt S. Ludovicus* — *l* — *Hic Ludovicus fuit* — *Scito autem, hanc Annotationem* c, *debere ſignari* d: *& ſequentem* d, *ſignari* c; *ut conveniant textibus ad quos referuntur.*
615 *num.* 8, v. 21 — MDCXXXI — *l* — MDCLXXI
619 *num.* 1, v. 24 — MDCXXII — *l* — MDCLXII
Pag. 631 *num.* 3, v. 22 — *ſpectari* — l — *ſpectare*
Ibid. v. 25 — *ego tamen hactenus non potui ibi reperire* — l — *videlicet ex pag. ejus* 65, *hoc modo:*
Item v. 30 — piis ejus interceſſionibus — *l* — pia ejus interceſſione
634 *num.* 17, v. 15 *poſt parentheſim* — *nec non alia, quæ* — l — *ita & fide digniſſimus in aliis, quæ*
687 *col.* 1, v. 21 — Orientius, Heros, *& quæ ſequuntur de fratribus eorum, delenda ſunt: quia de iis agitur illo ipſo die* XXIV *Junii, ſuo loco.*
Ibid num. 2, v. 12 — ex iis — *l* — exiit
688 *col.* 1, v. 1 — iruit — *l* — timor irruit
Ibid. v. 9 — matris ſuæ — *adde* — & multos filiorum Iſraël convertet ad Dominum Deum ipſorum:
694 *col.* 2, v. 13 — *pag.* 268 — l — *pag.* 263 — Et ℣. ſeq. — *S. Ludovici* — l — *Ludovici* VII
701 *in Hymno*, v. 3 — Currarum — *l* — Curramus
706 *col.* 1 v. 12 — *Herodes* — adde — *junior, filius Ariſtobuli*
713 *col.* 2. v. 5 — dies XXIV — l — dies XXIX
714 *num.* 107. v. 8 — noſtra — l — neutra
720 *num.* 128. v. *ult.* — Depoſium — *l* — Depoſitum
729 *Annot.* x, *in fine addendum* — *Sic etiam mons* Athos *in Macedonia, vocatur paſſim Grecis,* τὸ Ἅγιον Ὄρος, Mons Sanctus; *atque Italis,* il Monte Santo: *de quo plura diximus ad Acta S. Petri Athonitæ, tomo* 2 *Junii pag.* 536 *à num.* 3.
753 *n.* 237, v. 23 — *Tornacenſis* — l — *Duacenſis*
760 *Annot.* e. v. 7 — 512 — l — 412
Ibid. Annot. i. v. 2 dele, ab — *interim certum eſt* — verſus quinque ſequentes uſque ad — *ſicut recte* — & ſubſtitue, *ſed nullus iſtiuſmodo nominis Epiſcopus præfuit Alexandrinæ civitati poſt Theophilum, cui conſtat ſucceſſiſſe S. Cyrillum, & huic Dioſcorum. Præfuit autem Emeſenæ civitati Epiſcopus hoc tempore* Uranius, *ſub quo & inventum eſt Emeſæ à Marcello Sacerdote caput Baptiſtæ. Hinc videtur occaſio ſumpta mutandi nomen* Uranius *in* Juramus, *& ſupponendi epiſcopatum* Alexandrinum *pro* Emeſeno; *ſicut recte &c.*
763 *num.* 278. v. 2 — MDXVII — *l* — MDXXVII
Ibid. v. 3 — quinquaginta — *l* — quinquaginta millia
775 *num.* 332. v. 13 — de Irro — *l* — de Itro
Ibid. v. 16 — Clemens VIII — *l* — Clemens VII (*in Schiſmate contra Urbanum* VI)
803, *Annotatione* d *deletâ, hac ſubſtitue* — d *Illis, puto, quæ paſſim* ad Herennium *inſcribuntur. Sed ubi illic, aut alibi citata Auctori noſtro verba legantur, non vacat operoſe perquirere: neque vero ſuppetit mihi conjectura, qua illa (uti hic citata ſunt, verosimiliter depravata) ſano ſenſui reddam. Tantummodo igitur adſcribo locum Terentii, ex quo citata in contextu verba, vel Cicero, vel (ſi is male citatus eſt) ipſe Auctor noſter deſumpſit. Locus hic eſt, in Adelpho, Scenæ primæ initio; ubi pater ſolicitudinem ſuam explicat de abſentia filii; qualem fere hic ſuam eſſe, imo majorem, oſtendit mater in abſentia filiæ perditæ. Ita loquitur pater Terentianus:*
Storax, non rediit hac nocte à cœna Æſcinus?
Nec ſervulorum quiſpiam, qui advorſùm ierant?
Profectò hoc vere dicunt: Si abſis uſpiam,
Aut ſicubi ceſſes; evenire ea ſatius eſt,
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata; quam illa, quæ parentes propitii.
Uxor, ſi ceſſes; aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito?
Quibus non ſolicitor rebus? ne aut ille alſerit,
Aut uſpiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid &c.
894 *num.* 218. v. 6 — *concinnata* — l — *continuata*

Alia,

Alia, quæ in hoc Tomo mutanda aut addenda ſunt, differimus in Appendicem totius Menſis, Tomo V ſubjungendam. Hic tamen corrigenda quædam adhuc & addenda ſunt pro Commentario non noſtro, de S. Adalberto, primo Archiepiſcopo Magdeburgenſi, *poſito pag* 30; *&, quia noſter non eſt, prius reddenda ratio nobis correctionum noſtrarum. Adde igitur ei Paragraphum ſequentem*

C. J.

§ IV. *Nonnulla in Commentario præmiſſo corrigenda.*

ALtius quidem Commentarius hic videri poſſit repetitus eſſe, & latius ad aliena evagari, quam ratio ſanctitatis & geſtorum S. Adalberti *exigat. Dum tamen ita impreſſus jam eſt, aliud hic non agam, quam ut nonnulla, quæ in illo obſcuriora ſunt, illuſtrem; aut quæ minus vera, corrigam. Orditur Commentarium illum Auctor ſuus à fundatione Monaſterii Magdeburgenſis, enumeratque mox num.* 3, *primos ejus Abbates,* Annonem, Otwinum, Richarium; *quibus ei* videtur ſucceſſiſſe Riddagus. *Sed aliter docent Chronica Magdeburgenſia; & ex illis, ipſe etiam Auctor Commentarii, num. ſuo* 13; *ubi legitur* Richarius Abbas, *quo tempore novus erigebatur Magdeburgenſis Archiepiſcopatus,* brevi pulſatus valetudine, terrena mutaſſe cæleſtibus; *eique* in ipſa Sedis mutatione (*quando nempe ex urbe in ſuburbium tranſlata eſt*) ſucceſſiſſe Herdiggus; in eâdem (*uti addit Chronicon Magdeburg. impreſſum à Meibomio juniore anno* MDCLXXXVIII) Congregatione nutritus & electus. *Ad hæc legitur in eodem Chronico impreſſo, pag.* 282, *Giſelarius Magdeburgenſis Archiepiſcopus ordinaſſe* Riddagum, defuncto Herdiggo, ſecundum S. Joannis Baptiſtæ, *id eſt monaſterii ad ſuburbium tranſlati,* Abbatem. *Scripſit quoque Meibomius ſenior Chronicon ejuſdem monaſterii S. Joannis Baptiſtæ, quod* Bergenſe *vocat, quia in monte* (*mons enim Saxonibus* Bergh *ſonat*) *ſitum eſt. Ibi Auctor ille, Abbates monaſterii omnes annumerans, & eorum geſta attexens; non tantum dicit, Richario ſucceſſiſſe Herdiggum ſeu Herdingum, verum etiam totos* XXII *annos monaſterio præfuiſſe; orſum illud gubernare anno* DCCCCLXVIII, *mortuum vero* DCCCCXC Nonis Sextilis: *atque tunc demum ſucceſſiſſe Riddagum, & annos* XV *vixiſſe. Succeſſores alios qui volet, Meibomium adeat. Interim corrige ſis errorem ut ſequitur.*

Richario Abbati non ſucceſſit Riddagus

ſed Herdiggus,

& huic Riddagus.

Pag. 31 *num.* 3 ℣. 23 — *Huic vero ſucceſſiſſe videtur Riddagus* — lege — *Huic vero ſucceſſit Herdiggus, à fundatione monaſterii Abbas quartus; à tranſlatione vero ejus in ſuburbium, primus. Herdiggo ſucceſſit Riddagus.*

Alterum eſt, quod emendatione indiget, num. 7 *Commentarii, ubi Auctor corrigit Cardinalem Baronium, ad annum Chriſti* DCCCCLXXI, *diſtinguentem tres iſtius ſeculi* X, Adalbertos *ſive* Adelbertos, *viros religionis zelo & ſanctimonia excellentes; cum revera, inquit, duo tantum fuerint, nempe* Adalbertus, *ab Ottone Magno creatus* Archiepiſcopus Magdeburgenſis *primus* (*idem qui antea è monaſterio S. Maximini Treviris ab eodem Ottone evocatus, ſuſceptaque Epiſcopali conſecratione, ad converſionem Ruſſorum miſſus fuerat*) & Adalbertus, Pragenſis Epiſcopus ac Martyr. *Atque hac quidem parte correctori ego libens conſentio. Verum ipſemet hujus ejuſdem numeri* 7 *initio, tertium alium temporis ejuſdem Adalbertum invehit,* Corbejæ novæ in Saxonia monachum, quem Otto Apoſtolum in illas gentes (qui dicuntur Runi ſive Rugiani, & habitant in corde maris, *videlicet in* Rugen *inſula*) tranſmiſerit. *His enim* Adalbertus, *novæ Corbejæ Monachus, diverſus omnino eſt ab Adalberto Pragenſi Epiſcopo, qui numquam Corbejam incoluit; nec non ab Adalberto S. Maximini, quem Auctor ipſe Commentarii operoſe probat, non ad Rugianos & inſulam Rugen; ſed ad Ruſſos proprie dictos, rogatu Helenæ eorum Reginæ miſſum ab Ottone fuiſſe: quemque nos cum ipſo conſentimus, factum deinde Archiepiſcopum fuiſſe primum Magdeburgi: non item, Adalbertum monachum Corbejenſem: quem, ut equidem fatear, nuſquam comperio, aut ad Rugianos in inſula maris Balthici; aut ad Ruſſos proprie dictos Reginamve Helenam fuiſſe miſſum; aut ad Archiepiſcopatum Magdeburgenſem fuiſſe aſſumptum. Sed neque ullo id argumento probat Auctor Commentarii. Sint ergo duo tantùm illius temporis celebres ſanctimoniâ Adalberti, quos jam nominavimus; alter, è monacho S. Maximini & Epiſcopo Ruſſorum, proprie dictorum, Archiepiſcopus Magdeburgenſis primus; alter Epiſcopus Pragenſis, ac deinde Martyr apud Pruſſos; uterque è familia S. Benedicti. Hinc corrige denuo Commentarium delendo primos quatuor verſus numeri* 7, *& hæc ſubſtituendo.*

Recte diſtinctis Adalbertis, Magdeb. & Pragenſi;

AUCTORE C. J.

7 *Slavi iſti ſeu Ruſſi,* qui dicuntur Runi ſive Rugiani, & habitant in corde maris *Balthici, in inſula, vulgo hodiedum* Rugen *dicta; omnino diſtinguendi ſunt à* Rugis, *ſive* (*ut alii rectius ſcribunt*) *à* Ruſſis, *ad quos Otto Magnus extractum è S. Maximini Treviris monaſterio Adalbertum, anno* DCCCCLXI *Apoſtolum miſit; uti mox pluribus monſtrabitur. Hujus Adalberti &c.*

ab utroque etiam diſtinguendus eſt Tergeſtinus, Cordejenſis;

Addi quoque ad calcem nûmeri 19 *hæc velim* — *Hactenus Chronicon Magdeburgenſe Ms. à Commentatore ſæpenumero laudatum & allegatum; cui adjice, ad ampliorem ſancti viri laudem, ex alio, item Magdeburgenſi, impreſſo nuper ut jam dixi, à Meibomio juniore, ſequentia:* Adalbertus itaque, primus Magdeburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, præceſſit annis XIII, menſes VIII. Hic inſtructiſſimus omnium liberalium artium ſcientiâ, perfectus diſcretione, manſuetudine, innocentiâ, in diebus ſui Sacerdotii ſolerter commiſſo invigilabat gregi. Inter ceteras quoque dotes gratiæ, ut poſt patebit, ſpiritu emicuit prophetiæ; inſtantiâ doctrinæ & operum, ſe merito monſtrabat paſtorem; primum, ubi rationabile ſecuturæ conſtructionis ſurgeret ædificium, ab Ottone poſitum ſupra firmam petram, conſtabiliens fundamentum. Namque ut omnium proſpicere poſſet ſaluti,

Elogium Adalberti Magdeb. ex eodem.

Magna licet nactus, cunctis fuit omnia factus;

Magnis par factus, parvis in parva redactus;

ſic exterioris rei exercebat negotium, ne ab internis & ſpecialibus (*forte* ſpiritualibus) averteret ſtudium; ſic dominium exercens in populo, ne vigilantiæ ſuæ curam minoraret in Clero. Unde ſæpe nocturno ſilentio, duobus tantum comitantibus, ad ovile S. Joannis Baptiſtæ, & S. Mauritii inopinatus venit, *cum reliquis ut in fine num.* 19.

ſi quis tamen in Corbeja tunc fuit.

Et porro: Nutrivit ſane filios plures ſecundum inanem ſeculi faſtum nobiles; quodque in his Deo magis placuit, vita & moribus inſignes; interque omnes canonicæ profeſſionis ſectatores, perfectioris teſtimonii cæleſtis aulæ milites. Germinavit igitur Magdeburgenſis Eccleſia, velut hortus deliciarum, ſolia virtutum, & poma ferens bonorum operum: quem dum perflaret auſter leni ſpiramine, cœperunt longe ejus aromata profluere: quia ex his multi diverſis in locis Epiſcopali officio functi, vel aliis dignitatibus, merito ſuæ converſationis & induſtriæ, ſunt promoti: ſicut ex ipſorum numero Giſelarius & Waltardus, ejuſdem Sedis Pontificio poſtea meruerunt

ejuſque præclaris alumnis.

ERRATA CORRIGENDA

AUCTORE C. J. sublimari. Inter quos & regiæ stirpis Wogieteth, sed ab ipso Archiepiscopo, æquivoco nomine dictus Adalbertus, emicuit; qui postea Pragensis Episcopus, glorioso martyrio coronari meruit: cujus consodalis sanctus Bruno, qui & Bonifacius, nobilitate & meritis illi per omnia simillimus, dum passionem & actus ipsius scribendo miratus est, ipse nihilo minus Archiepiscopus gentium, pari agonis triumpho subsequenter, in confinio Russiæ & Lituæ regionum, martyrizatus est; sicut indicat liber gestorum ejus. Horum ergo Patronus & Deo dignus Episcopus Adalbertus, defuncto Bosone Merseburgensi Episcopo, ordinavit pro eo præfatum Giselarium, secundum; Volcoldum quoque secundum, Misnensi; Fridericum secundum, Cizensi; Volcmarum tertium, Brandeburgensi, Ecclesiis Episcopos.

quorum unus Adalbertus Pragen.

Gratia prophetiæ (quam emicuisse in Adalberto, dictum est supra) monstratur deinde in eodem Chronico impresso, præcipue eluxisse in eo, quod vir sanctus, tam in vita sua non semel, quam post mortem, Walthardo sibi dilecto apparens, negaverit, unquam sibi Othricum in Archiepiscopatu successurum; quamvis cognosceret omnium studia in illum ferri: & vero totius populi Clerique consensus, mortuo Adalberto, eumdem illi successorem reipsa elegit. Attamen non successit, Deo aliter præter expectationem disponente.

ipse vero mortuus revelavit non successurum sibi Othricum electum,

Nunc redeo ad num. 20 Commentarii, cui præclicionum narratio, ex alio Magdeburgensi chronico Mss. recte inserta est; quia ad gloriam S. Adalberti & spiritum ejus propheticum demonstrandum, valet plurimum. At vero quæ sequuntur ibidem de Giselario, quomodo Othricum supplantaverit, sibique dolo aperuerit viam ad Archiepiscopatum; quæque Scriptor istius Chronici cum aliis, non recte detorquet ad invidiam & infamiam Romanis judicibus conflandam, abesse à Commentario possunt ac velim; quia, præterquam quod injuriosa sint, nihil facium ad gesta S. Adalberti, quo de hic agitur.

mox à Giselario turpiter supplantatŭ;

Rectius scribit Auctor Chronici Magdeburgensis impressi, majorem conflando invidiam Giselario, tamquam architecto fraudum & malorum, quam Romanis judicibus, sic in illum invehendo: Sed age quæso, ô Antistes, dum sic adeptum leve pondus æstimas, ferre virgam pastoralem & pallium delectabile, quodque tibi à subjectis impenditur obsequium; quæ putas in tremendo examine tibi locorum facies erit? Ubi tunc quisque causæ suæ vix sufficit, tu pro tot animabus, additâ sine dubio & tuâ animâ, rationem reddere habebis, velut si naturaliter à Deo, pro una, tot animas susceperis. Dolemus namque & vere erubescimus, de te talia scribere, vel potius aliquem ex nostræ Ecclesiæ Pontificibus talia imprudenter perpetrasse. Sed sicut bona bonis in exemplum, sic & mala ad cautelam non incassum scribimus, ut dumtaxat pro privata gratia vel odio, veritatem non excedamus. *Sed hæc, ut diximus, ad S. Adalbertum nihil attinent. Attinet vero, ejus Epitaphium, sepulcro inscriptum, ex eodem Chronico impresso huc afferre. Ita sonat:*

& laudatur in epitaphio.

Præsul Adelbertus, omni virtute refertus,
Membra solo clausus, lætos agit æthere plausus.
Clerus eum plangit, nec non populum dolor angit.
Ipsius hoc pietas meruit, fleat omnis ut ætas.

Othricus autem

Supereſt aliquid de Othrico *dicendum, non quia gloriæ S. Adalberti interfit magnopere; sed ut Commentarius purgatior sit à mendis. Num. 20 in fine notatur, illum fuisse Monachum, idque intelligi ex ibidem dictis; quia nempe ipsum* in extremis, relicti monasterii, & obedientiæ ob ambitionem prætermissæ, pœnituit. *Mallem hanc notationem deletam, ratus Othricum numquam in monasterio monachali, sub obedientia Regulæ S. Benedicti, vixisse; sed in monasterio sive claustro Canonicorum S. Mauritii, sub obedientia Præpositi aut ipsiusmet Archiepiscopi; & quidem à prima Archiepiscopatus atque ecclesiæ Metropolitanæ institutione ibi commoratum esse, & scholæ Magistrum egisse, donec inde cum facultate Archiepiscopi egressus, & debitæ illi obedientiæ vinculo solutus, in familiam & obsequium transiit Imperatoris. Comprobari hæc possunt è Scriptoribus antiquis, quotquot fere Othrici mentionem faciunt uspiam. Paucorum verba profero, quæ simul etiam declarabunt, quantus vir ille fuerit. Auctor Chronici Magdeburgensis impressi pag. 277 sic scribit:* Cum Othricus Episcopi *Adalberti Magdeburgensis* moribus non conveniret, & ob hoc animum ejus erga se non rectum persentiret; postquam multos liberalium artium disciplinis nobiliter instruxerat, (quia & sapientiâ & facundia sui temporis Magistris incomparibilis erat, ibidemque scholis præfuerat) deliberavit, impetratâ per Ottonem Cæsarem Rufum licentiâ, claustrum exire, & potius in aula & regia capella deservire. *Mortuus vero, ut paulo post dicitur,* clarum sapientiæ suæ memoriale reliquit in pluribus, sicut de eo legitur in Passione B. Adalberti Episcopi & Martyris, qui & ipse fuit ex discipulis ejus; *eodemque tempore* Magdeburgensis Ecclesiæ alumnus, *uti pag. 280 notatur; atque ex pag. 275 à me supra jam notatum est.*

non fuit Monachus Benedictinus,

sed ex claustro Canonicali transgressus in aulam Imperat.

Passio & Vita S. Adalberti Pragensis non tantum una, sed duplex, legi potest Tomo 3 nostri Aprilis. In priori Vita pag. 172, num. 3, sic scribitur: Ipso tempore (*quo Adalbertus ille adhuc puer, Magdeburgi ab Adalberto Archiepiscopo inunctus fuit sacro Chrismate, & litteris operam dabat*) erat Magister scholarum Octricus quidam Philosophus, sub quo turba juvenum, & librorum copia multa, nimis crescente studio, floruerunt.

Vita altera pag. 188 num. 4 innuit clarius, Adalbertum Pragensem Magdeburgi in Schola S. Mauritii studiis vacasse; & num. 5, ampliori cum laude de Magistro ejus sic loquitur: Scholis præerat tunc Ottricus quidam facundissimus, ætate illa quasi Cicero unus, cujus memoriale clarum usque nunc intra Saxoniam habetur: quem, quantus foret, discipulorum facies inspecta, sine lingua, sonat; & per vicinas urbes circumquaque diffusa sophia digito monstrat. *Postea addit, eumdem Adalbertum* annos ter ternos in arena studii, palæstram exercuisse ingenii; *quando* capella Regia, Magistrum tulit.

antea Magister scholæ,

Sed ex ipso Commentario, eodemque ejus numero 20, ex quo Commentator putat intelligi, Othricum fuisse Monachum; *conemur ostendere, rem aliter se habere. Ratio Commentatori unica sic loquendi est, quia Othricus, morti proximus, doluit,* quod umquam monasterium suum & obedientiam, propter ambitionem, dereliquit. *Verum, si per* Monasterium *hic ego intelligam, quod initio ejusdem numeri intelligitur,* claustrum *Canonicorum, qui suam quoque obedientiam habebant; evanescit totus Othrici monachatus, saltem quatenus à Commentatore assertus est. Dicitur autem initio ejusdem numeri, inter Adalbertum Archiepiscopum Magdeburgensem & Othricum, istius Ecclesiæ* Magistrum scholæ, *non bene conveniſſe; atque ideo hunc maluisse* inde exire, quam in monasterio permanere. *Quod monasterium utique aliud non est, quam ubi erat schola. Ibi vero etiam sub obedientia Archiepiscopi fuisse illum, ostendunt verba sequentia; quia Cæsar ipse Othrico* apud Archiepiscopum *ubi etiam sub Archiepiscopi obedientia vivebatur,*

ſcopum licentiam ſibi ſerviendi vix *potuit* impetrare.

Porro Scholam illam fuiſſe in clauſtro eccleſiæ Cathedralis, ſive S. Mauritii, apertiſſimum eſt ex eodem Commentario num. 3, *ubi legitur ex Chronico Magdeburgenſi Ms. ad annum* DCCCCLXXXXV, *quod* Ekkihardus, tunc Cuſtos eccleſiæ S. Mauritii & Magiſter Scholæ fuit; *rogatuſque*, Thietmarum *ſive Ditmarum*, *ſuum tunc ibi diſcipulum*, ob rem neceſſariam matri remiſit. *Eadem habet quoque Ditmarus ipſe lib.* 4 *Chronici pag.* 41, *niſi quod de ſe loquens, dicat*: *Ekkihardus rogatus fuit*, ut me ob rem neceſſariam matri meæ remitteret. *Venerat eò Ditmarus aliquantùm ante hoc tempus. Poſtquam enim* Rigdago, Abbati ſecundo *S. Joannis Baptiſtæ* commendatus, ibi tres annos converſatus *fuerat*; in omnium feſtivitate Sanctorum ad S. Mauritium *tranſlatus*, *&* Fraternitatis conſortio junctus eſt *à patre ſuo*, *paulo poſt mortuo*; *uti ſcribit ipſe pag.* 39.

juxta eccleſiam Cathedralem S. Mauritii;

Jam vero idem Ditmarus, quæ de Ekkihardo ejuſque Magiſterio Scholæ ad S. Mauritium, dicta ſunt, comprobat etiam ipſe pag. 48. *Verba ejus, quia & laudem viri & modum diemque mortis ejus, alibi fruſtra fortaſſe quærenda, complectuntur, lubet adſcribere ex Codice noſtro Ms, qui impreſſo longe correctior atque integrior eſt.* Prædictæ, *inquit*, Cuſtos eccleſiæ *Magdeburgenſis* Ekkihardus, cognomine Rufus, arte Grammaticus, & tunc Magiſter Scholæ, cum in una dierum altare majus, auro, gemmis, & optimo electro incomparabiliter adornatum conſiderare voluiſſet, ſi aliquid in eo deeſſet; ex improviſo ab eodem deprimitur, & ex hac colliſione tardatus, pecuniam à ſe diu congregatam, larga manu diſtribuendam, Walthardo Præpoſito commiſit; & poſt paucos dies, pridie Nonas Septembris, ſpiritum fidelem exhalavit. Quem non in aliqua re accuſo; ſed hoc veraciter ſcio, quod ſiquis S. Mauritium (*in cujus nempe eccleſiæ infortunium illud Ekkihardo obvenerat*) offendit, damni conſequentis periculum immincre ſibi, non ignoret.

ubi & Ekkihardus Scholæ Magiſter vixit,

Tertium quoque Magdeburgenſis ad S. Mauritium Scholæ Magiſtrum invenio Giddonem Philoſophum; *cujus* Magiſterio *traditus fuit* (*teſte eodem Ditmaro pag.* 82) *Bruno Querfurtenſis Dynaſta, idem qui poſtea glorioſus martyr occubuit in confiniis Pruſſiæ & Lituæ, Ruſſiæve. Bruno enim ille in eadem Scohla floruit, in qua antea floruerant ſub Othrico Magiſtro* S. Adalbertus, *Pragenſis Epiſcopus & Martyr*; *item* Giſelarius *&* Walthardus, *aliique*, vita & moribus inſignes, interque omnes, CANONICÆ PROFESSIONIS ſectatores, perfectioris teſtimonii. *Videtur hunc quoque Magiſtrum habuiſſe Ditmarus. Quia Brunonem prædictum, quem ait*, Magiſterio Giddonis Philoſophi *traditum fuiſſe*, *vocat* Contemporalem & Conſcholaſticum ſuum, *lib.* 6, *pag.* 82. *Ipſe enim* (*ut Vita ejus, è Chronico Merſeburgenſi impreſſa poſt opera ipſius, narrat*) ætate competente Clericali vitæ aſſignatus, & tener adhuc in annis, S. Mauritio in Magdeburg ſervus ac ſpiritualis Frater dicatus *fuit*; ubi per incrementa temporum ramum attigit Pythagoricum, *veroſimiliter ſub hoc Giddone Philoſopho, Grammaticam ſufficienter doctus ſub Ekkihardo Grammatico.*

& Giddo S. Brunonis Martyris Magiſter,

& veroſimiliter etiam Ditmari.

Plurimum lucis argumento præſenti afferent quæ de Epiſcopis, Canonicis, Monaſteriis, Scholiſque primorum Chriſtianitatis per Saxoniam ſeculorum, leguntur in Chronico Riddagshuſenſi, collecto ſub initium ſeculi XVII, *apud Meibomium tomo* 3, *pag.* 381. *Laudato ibi zelo priſcorum Epiſcoporum in prædicando per ſe verbum Dei; dicuntur ipſi* habuiſſe ſecum Presbyteros & Diaconos; qui, ſi abeſſet *Epiſcopus*, *ejus* vicem certo ordine gerebant; ſi præſens eſſet, labores ejus magnâ obſervantiâ juvabant, præcipue in Sacris peragendis & Sacramentis erogandis. Quotidianum officium erat, vacare precibus, & ſtatis horis pias cantiones ſive hymnos decantare. Hi Canonici dicebantur, quoniam in Collegium recepti, certum diſciplinæ genus, legibus canonibuſque præſcriptum, profiterentur: unde & Fratres appellati; vetuſtis annalibus & monumentis fidem facientibus; & ſimul uno piſtore & promo communi condoque uſi ſunt. Quin & ædes Epiſcoporum, quæ una cum Collegiis contiguæ baſilicis erant, MONASTERIA dicta ſunt, non minus quam Cœnobia; nomine hodie etiam nonnullis in locis vulgo perdurante. Qui inter Canonicos præ reliquis doctrinæ eruditione & facundia pollebat, eum Epiſcopus Lectorem ordinabat, inſignitum honorifica Scholaſtici appellatione, quæ cum Dignitate conjuncta in eccleſiis cathedralibus adhuc perdurat. *Tum producuntur ibidem nomina aliquot Scholaſticorum, tum aliarum eccleſiarum, tum etiam Magdeburgenſis: videlicet* in eccleſia Bremenſi, tempore Adaldagi Archiepiſcopi, florentiſſimo ſtudio Scholas rexit Tiadhelmus quidam, magni illius Otrici, Ludimagiſtri Magdeburgenſis, diſcipulus .... Eamdem ibi provinciam ſuſtinuit Albertus, quem dixi ..... Magdeburgenſis Gymnaſiarchæ Otrici meminimus antea .... In eadem ſchola docuit Eckhardus, arte Grammaticus ... & Giddo Philoſophus, præceptor Brunonis, Dynaſtæ Querfurtenſis, à Pruſſis martyrio coronati.

Illos præfuiſſe Scholæ

in monaſterio Bergenſi

Refert quidem Collector Chronici, tres illos Magdeburgenſes Scholaſticos ad monaſterium Bergenſe, Monachorum S. Joannis Baptiſtæ, extra civitatem, citans illam in rem Ditmari chronicorum librum 3, 4, *&* 5. *Sed fruſtra hæc: nihil enim ejuſmodi inde probatur. Libro* 3 *agit quidem Ditmarus de Othrico laudabiliter, ſed nihil affert, ex quo Bergenſis Scholæ Magiſter fuiſſe dignoſcatur. Primùm ait, Clerum cum populo, poſt mortem Adalberti, elegiſſe Othricum* Confratrem (*ſed ſuum utique, non Monachorum*) *in Archipræſulem. Deinde ait*, inter Epiſcopum, *dum vivebat*, & Othricum, Scholæ Magiſtrum, numquam conveniſſe moribus (*quod videtur domeſticum aut frequentem inter illos uſum innuere*) *ideoque hunc* maluiſſe inde exire, quam in monaſterio manere. *Quæ, quæſo, diſcrepantia morum Epiſcopi & Othrici debebat hunc movere, ut monaſterium ſuum relinqueret, ſi tota urbe remotus ab Archiepiſcopio & monaſterio cathedralis eccleſiæ, in monaſterio S. Joannis ſub Abbate ſuo vixiſſet? Aut cur Imperator ab Archiepiſcopo* (*quod ibidem dicitur*) *petiit, & vix impetravit, licentiam transferendi Othricum è monaſterio ad ſuum famulatum; ſi is ſub poteſtate Abbatis erat? Nihil amplius probatur è libro* 4 *&* 5 *Ditmari, pro Magiſterio Ekkihardi & Giddonis in Monaſterio S. Joannis; quos ſatis jam oſtendimus, illud obiiſſe in S. Mauritii.*

ex Ditmaro non probatur,

Dicit etiam idem Collector Chronici Riddagshuſani, quod Othricus docuit antea Corbejæ ad Viſurgim, ſucceſſor Widekindi, viri doctiſſimi. *Ut credam, antiquiorem teſtem deſidero, quem nullum affert Collector; cum alioquin ad ſingula fere aſſerta citet auctores ſuos, quamvis ſæpe infeliciter, ut modo vidimus. Ipſi vero ſoli, poſt ſecula omnino ſex integra, talia affirmanti ſine teſte, ſine ſcriptura antiquiore, judico credi prudenter non poſſe; præſertim poſtquam eâdem paginâ deprehenſus eſt citaſſe Ditmari locos, ad probandum Othrici, Ekkihardi & Giddonis Magiſte-*

ERRATA QUÆDAM

AUCTORE C. J.

rium in S. Joannis; quod probari inde non poteſt ullo modo. Quod ſi tamen alicunde etiam monſtraretur, Othricum Corbejæ antea docuiſſe; nondum ſalvaretur Commentarius; uti patet ex dictis. Quamobrem dele numero ejus 20, ultimos quatuor verſus, de monachatu Othirci.

Et hactenus quidem de Commentario iſto, in eoque emendandis. Nunc alia quædam adhuc corrigenda ſunt in Præliminaribus ante Tomum. Ac primum quidem,

In SYNOPSI ACTORUM *pag.* VI *col.* I ℣ 2 — poſt annos 500 — *l* — poſt illos

Ibid. ℣. 12 — Paulinus Junior — *l* — Paulinus tertius

In INDICE SANCTORUM, *col.* I ℣. 12, *adde* — § IV. Nonnulla in præmiſſo Commentario corrigenda. *Vide ad calcem hujus Tomi.*

In Corpore Tomi pag. 231 *col.* I, *notâ marginali ultimâ* — *cum Wandalis* — l — *cùm Wandali*

Ibid. col. 2, *ultimâ item notâ marg.* — *cui ſub annum* — adde — 511

Pag. 232, *notâ marg.* I, *dele* — DXI

FINIS.